R. 3000

Tomus Sextusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expoſitionem

In omnes D. PAVLI Apoſtoli Epiſtolas,

Et eiuſdem Sermones, tum pro diebus Dominicis, tum pro Sanctorum ſolennitatibus.

Index autem Sermonum, proprio eſt appoſitus libro.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ROMAE M D LXX.

R. 3000

Tomus Sextusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expoſitionem

In omnes D. PAVLI Apoſtoli Epiſtolas,

Et eiuſdem Sermones, tum pro diebus Dominicis, tum pro Sanctorum ſolennitatibus.

Index autem Sermonum, proprio eſt appoſitus libro.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ROMAE M D LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN OMNES EPISTOLAS D. PAVLI EXPOSITIO.

PROLOGVS.

VAS ELECTIONIS, &c. Act. 9. Homines in sacra scriptura inueniũtur vasis comparati propter quatuor, scilicet, propter constitutionem, repletionem, vsum, & fructum.

Primo enim quantum ad constitutionem: vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremiæ 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei, &c. Sic & constitutio hominum subiacet Dei arbitrio, de quo in Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde Esa. 45. dicit: Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis? Et infra 9. capite ad Rom. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est, quòd secundum voluntatem Dei artificis, diuersa inuenitur vasorum constitutio. 2. Thim. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia. Beatus autem Paulus, quia vas electionis nominatur in verbis propositis, quale vas fuerit patet, per id quod dicitur, Ecclesiastici. 50. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Aureum quidem vas fuit propter fulgorem sapientiæ: de qua potest intelligi quod dicitur Gen. 2. & aurũ terræ illius optimum est, quia vt dicitur Prouer. 3. Pretiosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimonium perhibet ei, dicẽs. 1. Petr. 3. Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Solidum quidem fuit virtute charitatis: de qua dicitur Canti. vlt. Fortis est vt mors, dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita: &c. poterunt nos separare a charitate Dei. Ornatum autem fuit omni lapide pretioso, scilicet omnibus virtutibus, de quibus dicitur primæ Corinth. 3. Si quis superedificat supra fuudamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, &c. Vnde & ipse dicit 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Quale autem fuerit istud vas, patet ex hoc, quod talia propinauit: docuit enim excellentissimæ diuinitatis mysteria, quæ ad sapientiam pertinent, vt patet, 1. Corin. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Cõmendauit etiam excellentissime charitatem, 1. Cor. 13. Instruxit homines de diuersis virtutibus, vt patet. Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, &c. Secundo etiam ad vasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleantur secundum illud. 4. Reg. 4. Illi offerebant vasa & illa infundebat. Inuenitur etiam inter vasa diuersitas quantum ad huiusmodi plenitudinem. Nam quædam inueniuntur vasa vini, quædam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersis gratiis, quasi diuersis liquoribus replẽtur diuinitus. 1. Corint. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientiæ, alii, &c. Hoc autem vas de quo nunc agitur plenum fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicitur. Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Totus enim videtur fuisse hoc nomine plenus: secundum illud Apoca. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit enim hoc nomen in cognitione intellectus secundum illud 1. Corin. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid iter vos nisi Christum. Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus secundum illud Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi. 1. Corin. vlti. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema: habuit etiam ipsum in tota vitæ suæ conuersatione. Vnde dicebat Gal. 2. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Tertio quantum ad vsum, considerandum est quòd omnia vasa alicui vsui deputantur, sed quædam ad honorabiliorem, quædam ad viliorem secundum illud Roma. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Sic etiam homines secundum diuinam ordinationem diuersis vsibus deputantur: secundum illud Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra: vnde & creatus est Adã. In multitudine disciplinæ, dominus se parauit eos, & immutauit vias eorum: ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autẽ vas ad nobilem vsum est deputatum: est. n. vas portatoriũ diuini nominis. Dr. n. vt portet nomẽ meum, qd qdẽ nomẽ necessarium erat portari, quia longe erat ab hominibus secundum illud Esa. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autẽ nobis longinquum propter peccatum secundum illud Psal. 118. Longe a peccatoribus salus. Est etiam longinquum nobis propter intellectus obscuritatem. Vnde & quibusdam dicitur. Heb. 11. quòd erant a longe aspicientes. Et Nume. 24. dicitur. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Et ideo sicut Angeli diuinas illuminationes ad nos deferunt tanquam a Deo distantes, ita Apostoli euangelicam doctrinam a Christo ad nos detulerunt, & sicut a veteri testamento post legem Moysi leguntur prophetæ, qui legis doctrinam populo tradebant secundum illud. Malach. 4. Mementote legis Moysi serui mei, ita etiam in nouo testamento post euangelium legitur Apostolorum doctrina, qui ea quæ a domino audierunt tradiderunt fidelibus secundum illud. 1. Corin. 11. Accepi a domino quod & tradidi vobis. Portauit autem beatus Paulus nomen Christi. Primo quidem in corpore, conuersationem & passionem eius imitando, secundum illud Gal. vlti. Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto. Secundo in ore, quod patet in hoc quòd in epistolis suis frequentissime Christum nominat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, vt dicitur Mat. 12. Vnde potest significari per columbam, de qua dicitur Gene. 8. Quod venit ad arcam portans ramum oliuæ in ore suo. Quia enim oliua misericordiam significat, congrue per ramum oliuæ accipitur nomen Iesu Christi, quod etiam misericordiam significat, secundum illud Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hunc autem ramum virentibus foliis detulit ad arcam, scilicet, ecclesiam: quando eius virtutem & significationem multipliciter expressit, Christi gratiam & misericordiam ostendendo. Vnde iste dicit. 1. Tim. 1. Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Iesus Christus omnem patientiam. Et inde est quod sicut inter scripturas veteris testamenti, maxime frequẽtantur in ecclesia psalmi Dauid, quid post peccatum veniam obtinuit: ita in nouo testamento frequentantur epistolæ Pauli, qui misericordiam consecutus est, vt ex hoc peccatores ad spem erigantur, quamuis possit & alia ratio esse, quia in vtraque scriptura fere tota theologiæ continetur doctrina. Tertio portauit non solum ad præsentes, sed etiam ad absentes & futuros sensum scripturæ tradendo: secundum illud Esa. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. In hoc autem officio portandi nomen Dei, ostenditur eius excellentia quantum ad tria. Primo quidem quantum ad electionis gratiam: vnde dicitur vas electionis, Ephes. 1. Elegit nos in Christo ante mundi constitutionem. Secundo quantum ad fidelitatem, quia nihil sui quæsiuit, sed Christi: secundum illud. 2. Corin. 4. Nõ enim nosmetipsos prædicamus: sed Christum Iesum. Vnde dicit vas electionis est mihi. Tertio quantum ad singularem excellentiam: Vnde ipse dicit 1. Cor. 15. Abundantius illius omnibus laboraui. Vnde signanter dicit. Vas electionis est mihi, quasi præ aliis singulariter. Quantum ad fructum considerandum est, quòd quidam sunt quasi vasa inutilia, vel propter peccatum vel propter errorem, secundum illud Hier. 51. Reddidit me quasi vas inane. Sed beatus Paulus fuit purus a peccato & errore: vnde fuit vas electionis vtile secundum illud 2. Tim. 2. Si quis emundauerit se ab istis: scilicet erroribus & peccatis:

VAS ELECTIONIS est mihi iste, vt portet nomen meum, coram gentibus & regibus & filijs Israel. Act. 9.

tis : erit vas in honorem ſantificatum, vtile domino . Vnde vti F
litas ſiue fructus huius vaſis exprimitur cum dicitur , Coram
Gentibus , quarum doctor fuit ſecundum illud 1. Tim. 2. Do-
ctor gentium in fide & veritate . Et regibus, quibus fidem Chri
ſti annuntiauit , ſicut Aggripæ , vt habetur. Act. 16 . Et etiam
Neroni & eius principibus. Vnde dicit Phili. 1 . Quæ circa me
ſunt magis ad profectum venerunt euangelii : ita , vt vincula
mea manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio Eſa. 49. Re-
ges videbunt & conſurgent principes . Et filiis Iſrael : contra
quos de Chriſto diſputabat Act.9. Saulus autem magis conua-
leſcebat & confundebant Iudæos qui habitabant Damaſci,affir
mans quoniam hic eſt Chriſtus . Sic igitur ex verbis præmiſſis
poſſumus accipere quatuor cauſas huius operis , ſcilicet , epiſto
larum Pauli , quas præmanibus habemus . Primo quidem au-
ctorem in vaſe . Secundo materiam in nomine Chriſti quę eſt
plenitudo vaſis : quia tota doctrina hæc , eſt de docirna Chri-
ſti . Tertio modum in vſu portationis . Traditur enim hæc do G
ctrina per modum epiſtolarum , quæ per nuntios portari con-
ſueuerunt,ſecundum illud 2.Para. 30. Perrexerunt curſores cũ
epiſtolis ex regis imperio , &c. Quarto diſtinctionem operis in
vtilitate prædicta. Scripſit enim. 14 . epiſtolas quarum nouem
inſtruunt eccleſiam Gentium : quatuor prælatos & principes
eccleſiæ , ideſt reges : vna populum Iſrael , ſcilicet , quæ eſt ad
Heb.1.Eſt enim hæc doctrina tota de gratia Chriſti , quæ qui-
dem poteſt tripliciter conſiderari . Vno modo ſecundum quòd
eſt in ipſo capite , ſcilicet Chriſto , & ſic commendatur in epiſ.
ad Heb. Alio modo ſecundum quòd eſt in membris principali-
bus corporis myſtici , & ſic commendatur in epiſtolis quę ſunt
ad prælatos . Tertio modo ſecundum quòd in ipſo corpore my-
ſtico quod eſt eccleſia : & ſic commendatur in epiſtolis quæ mit
tuntur ad gentiles : quarum hæc eſt diſtinctio . Nam ipſa gra-
tia Chriſti tripliciter poteſt conſiderari . Vno modo ſecundum
ſe , & ſic commendatur in epiſtola ad Rom . Alio modo ſecun- H
dum quòd eſt in ſacramentis gratiæ: & ſic commendatur in dua
bus epiſtolis ad Cor. In quarum prima agitur de ipſis ſacramen
tis . In ſecunda de dignitate miniſtrorum. Et in epiſt. ad Ga-
lat. in qua excluduntur ſuperflua ſacramenta contra illos , qui
volebant vetera ſacramenta nouis adiungere . Tertio conſidera
tur gratia Chriſti ſecundum effectum vnitatis quem in eccleſia
fecit . Agit ergo Apoſtolus primo quidem de inſtitutione Eccle
ſiaſticæ vnitatis,in epiſtola ad Ephe. Secundo de eius confirma-
tione & profectu in epiſt.ad Phili. Tertio de eius defenſione, cõ
tra errores quidem in epiſt. ad Col. contra perſecutiones vero
præſentes in 1. ad Theſ. contra futuras vero , & præcipue tem-
pore antichtiſti , in ſecunda . Prælatos vero eccleſiarum inſtruit
& ſpirituales & temporales . Spirituales quidem de inſtitutio-
ne , inſtructione & gubernatione eccleſiaſticę vnitatis in prima
ad Tim. de firmitate contra perſecutores in ſecunda . Tertio de
defenſione contra hæreticos in epiſt. ad Titũ. Dominos vero tẽ-
porales inſtruit in epiſtola ad Philemonem. Et ſic patet ratio di-
ſtinctionis & ordinis omnium epiſtolarum . Sed videtur quòd
epiſtola ad Roma. non ſit prima : prius enim videtur ſcripſiſſe
ad Cor. ſecundum illud Rom. vlt. Commendo autem vobis
Phebem ſororem noſtram , quæ eſt in miniſterio eccleſiæ , quæ
eſt Chencris , vbi eſt portus Corinthiorum . Sed dicendum ꝙ
epiſtola ad Cor. prior eſt in tempore ſcripturæ , ſed epiſtola ad
Rom. præmittitur tum propter dignitatem Romanorum qui
aliis gentibus dominabãtur,quia hic confutabatur ſuperbia,quę
eſt initium omnis peccati , vt dicitur Eccle. 10. tum quia etiam
hoc exigit ordo doctrinæ, vt prius gratia cõſideretur in ſe, quàm
vt eſt in ſacramentis . Item quæritur,vnde Apoſtolus hãc epi-
ſtolam ſcripſit.Aug.dicit quòd de Athenis.Hieronymus ꝙ
de Corintho. Nec eſt contradictio , quia forte Athe- in arg.Epi-
nis incepit eam ſcribere , ſed Corinth. conſumma- ſtolę.
uit . Item obiicitur contra id quod in
gloſſa dicitur,quòd aliqui fideles ante
quam Petrus , Romanis prædi-
cauerunt . In eccleſiaſtica
vero hiſtoria dicitur
quòd Petrus pri-
mus præ-
dicauit
eis.
Sed intel
ligẽdum eſt
primus inter apo
ſtolos , & cum ſeque-
la magnifructus : ante ve-
ro prędicauerat Romę
Barnabas : vt ha
betur in itine
rario Cle
men-
tis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN EPISTOLAM AD ROMANOS EXPOSITIO.

PRIMI CAPITIS LECTIO PRIMA.

HAE C epiſtola,in duas partes diuiditur.ſ.in ſalutatio
nem , & epiſtolarem tractatum,qui incipit ibi ; *Pri-
mum quidem gratias , &c.* Circa primum tria facit .
Primo,de
ſcribitur perſona ſa-
lutans. Secundo,per
ſonæ ſalutatæ , ibi ;
*Omnibus qui ſunt Ro
mæ.*Tertio,ſalꝰ opta
ta , ibi ; *Gratia vo-
bis , &c.* Circa primum duo facit . Primo.n.deſcribitur perſona
authoris. Secundo,commendatur eius officium, ibi ; *Quod ante
promiſerat , &c.* Perſona autem ſcribentis deſcribitur a quatuor.
Primo quidem ex nomine cum dicit, *Paulus.*Circa quod tria cõ
ſideranda ſunt.Primo quidem proprietas eius.Hoc enim nomen
(ſm quod his literis deſcribitur) non poteſt Hebraicum eſſe:qa
apud Hebraicos non inuenitur hoc elementum P. Sed poteſt eſ-
ſe Græcum & Latinum,ſi tamen aliquod elementum ei propin-
quum ſumatur id quod eſt P,poteſt eſſe Hebræum. Secundo,cõ
ſideranda eſt eius,ſignificatio : ſm enim quòd poteſt Hebræum
eſſe,idem eſt quod mirabilis vel electus:ſm aũt quod eſt Græcũ,
idem eſt quod quietus:ſm vero quod eſt Latinũ , idem eſt quod
modicus . Et hæc quidem ei conueniunt . Electus quidem fuit
quantum ad gratiam. Vnde Act.9. Vas electionis eſt mihi iſte .
Mirabilis fuit in opere . Eccle. 43. Vas admirabile opus excelſi .
Quietus in contemplatione.Sap.8.Intrans in domum meam cõ
quieſcam cum illa. Modicus per humilitatem 1. Corin.15. Ego
autem ſum minimus apoſtolorum. Tertio cõſiderandum eſt qñ
ſit hoc nomen apoſtolo,impoſitum,cum tñ ante Saulus vocaret,
vt habetur Act.9. Circa hoc triplex eſt opinio. Hier. dicit quòd
In epiſtolã ad Philem. circa initiũ cum prius vocaretur Saulus, poſtmodum voluit vocari Paulus ,
pp quoddam inſigne ſuum , quod fecit.ſ.quia conuertit Sergiũ D
Paulum proconſulem : vt habetur Act.13. Sicut & Scipio dictꝰ
eſt Africanus,quia deuicit Africam . Alii vero dicunt quòd hoc
Prioris expoſitiõi ſub ſcribere vꝰ Augu . lib. conf.8.c.4. nomen impoſitum eſt ſibi pp profectum virtutum , qui ex hoc
nomine ſignatur : vt dictum eſt.Imponuntur.n.diuinitus quſ-
dam nomina a principio natiuitatis,ad deſignandum gratiã quã
a principio conſequuntur,ſicut patet de Ioanne Baptiſta.Luc.1.
Quibuſdam vero mutantur nomina ad deſignandum profectum
virtutis eorum, vt Chryſ.dicit.Sicut patet de Abrahã. Gen.17.
Et de Petro Matt.16. Alii vero dicunt & melius , quòd Paulus
fuit a principio binomius. Conſuetum.n.erat apud Iudæos , vt
ſimul cum nominibus hebraicis aſſumerent ſibi nomina illarum
Gentium quibus ſeruiebant , ſicut Græcis ſeruientes nominabã
tur nominibus Græcorum : vt patet de Iaſone & Menelao 2 .
Mac.4.Hoc autem nomen Paulus,ab antiquo celebre fuit apud
Romanos : & ideo cum diceretur Saulus ſm Hebræos, vocatus
eſt etiam Paulus ſecundum Romanos, quo nomine non videtur E
vſus,niſi poſtquam cœpit Gentibus prædicare. Vnde Act.13.di
citur:Saulus qui & Paulus. Et hoc magis approbat Aug. Se
cundo , deſcribitur perſona ſcribentis ex conditione cum dicit ;
Seruus Chriſti , videtur autem eſſe abiecta conditio ſeruitutis , ſi
abſolute conſideretur.Vnde & ſub maledicto pro peccato infligi
tur.Gen.9.Maledictus Canaam puer , ſeruus ſeruorum erit fra-
trum ſuorum.Sed redditur commendabilis,ex eo quòd additur,
Ieſu Chriſti. Ieſus enim interpretatur ſaluator,Matth.1.Ipſe.n.
ſaluum faciet,&c. Chriſtus interpretatur vnctus,ſecũdum illud
Pſal.44.Vnxit te deus , deus tuus .&c. Per quod deſignatur di-
gnitas Chriſti , & quantum ad ſanctitatem:quia ſacerdotes vn-
gebantur,vt patet Exod.28.Et quantum ad poteſtatem: quia et
reges vngebantur,vt patet de Dauid 1.Reg.16. & de Salomone
3.Reg.1.Et quantum ad cognitionem , quia etiam prophetæ vn
gebantur,vt patet de Heliſæo 3.Reg. 19. Quòd autem aliquid B
ſubiiciatur , ſuæ ſaluti & ſpirituali , unctioni gratiæ , lauda-
bile eſt,quia tanto aliquid eſt perfectius : quanto magis ſuæ per
fectioni ſubiicitur : ſicut corpus animæ,& aer luci.Pſal.115 . O
domine quia ego ſeruus tuus ſum. Sed contra eſt quod dr Io .
15. Iã non dicã vos
Apoſto.ſegregatus in euãgeliũ Dei. ſeruos: ſed amicos .
Sed dicendum , ꝙ
duplex eſt ſeruitus .
Vna timoris , quæ
nõ cõpetit ſanctis ,
Roma.8.Non acce-
piſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, &c. Alia humili-
tatis & amoris,quæ ſanctis cõuenit,ſm illud,Luc.17.Dicite,ſer
ui inutiles ſumus.Cum.n.liber ſit qui eſt cauſa ſui, ſeruus autẽ
qui eſt cauſa alterius : ſicut ab alio mouente motus , ſi quis ſic
agat cauſa alterius ſicut ab alio motus , ſic eſt ſeruitus timoris, C
quæ cogit hominẽ operari cõtra ſuam voluntatẽ.Si vero aliquis
agat cauſa alterius , ſicut pp finem , ſic eſt ſeruitus amoris , qa
amicorum eſt benefacere, & obſequi amico pp ipſum,vt Philoſo Et hic.li.9.
phus dicit in 9.Ethic. Tertio commendatur a dignitate cũ dr, cap.4.
vocatus apoſtolus . Dignitas apoſtolatus eſt præcipua in eccle-
ſia:ſm illud.1.Cor.12.Quoſdam quidem poſuit Deus in eccle-
ſia,primum apoſtolos. Apoſtolus.n.idem eſt quòd miſſus, ſm il
lud Io.20. Sicut miſit me pater,& ego mitto vos.i.ex eadem di-
lectione & cum eadem authoritate. Dicit autem:vocatus apoſto
lus ad deſignandum gratiam.i.vocatus ad hoc quòd ſit apoſto-
lus,Heb.5.Nemo aſſumit ſibi honorem &c. Vel ad deſignandũ
excellentiam, vt ſicut vrbs anthonomatice vocatur ipſa Roma ,
ita Apoſtolus vocatur Paulus ſm illud 1. Cor.15. Abundãtius
illis omnibus laborui. Vel ad deſignandum humilitatem,vt ſit
ſenſus,non audeo me dicere apoſtolum, ſed homines me ita vo-
cant : ſic 1.Cor.15.Non ſum dignus vocari apoſtolus. Quarto
deſcribitur perſona ſcribentis ex officio cũ dicit ; *Segregatus in* D
euangelium Dei. Segregatus inquã,vel p cõuerſionem ab infideli
bus:ſm illud Gal.1.Cũ aũt placuit ei qui me ſegregauit ex vtę-
ro matris meæ.ſ.ſynagogę,vel ſegregatus p electionẽ ab aliis di
ſcipulis:ſm illud Act.13.Segregate mihi Saulũ,&c. Euãgelium
aũt idẽ eſt quòd bona annũtiatio. Annuntiaẽ.n.in ipſo cõiũctio
hominis ad Deũ,quæ eſt bonũ hominis,ſm illud Pſal.71. Mihi
aũt Deo adherere bonum eſt. Triplex aũt cõiunctio hominis ad
Deum annuntiaẽ in euangelio.Prima quidẽ p grãm vnionis,ſm
illud Io.1.Verbum caro factũ eſt. Secũda per grãm adoptionis ,
prout inducitur in Pſal. 81. Ego dixi dii eſtis & filii excelſi om-
nes. Tertia,per gloriam fruitionis Ioan.17. Hæc eſt vita æterna
Eſa.52.Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis:hæc au
tem annũtiatio non humanitus ſed a Deo facta eſt.Eſa.21.Quę
audiui a domino exercituum Deo Iſrael,annuntiaui vobis.Vn-
de dicit ; *In euangelium Dei* .

LECTIO II.

VOD ante promiſerat

LECTIO PRIMA.

AVLVS ſeruus IESV CHRISTI, vocatus

LECTIO II.

DESCRIPTA perſona ſcribentis, Hic commendatur negotium ſibi commiſſum , ſcilicet euangelium , cuius in præmiſſis duplex commendatio poſita eſt, quarum vna pertinet ad vtilitatem quam habet ex materia , quæ ſignificatur ex ipſo euangelii nomine , ex quo datur intelligi,quòd in eo bona annuntientur. Alia vero ex authoritate quam habet ex parte authoris , quæ eſt expreſſa in eo quod dictum eſt ; *Dei.* Vtranque ergo commendationem proſequitur Apoſtolus . Primo quidem illam quæ eſt ex parte authoris . Secundo, illam quæ eſt ex parte materiæ , ibi ; *De filio ſuo* . Circa primum commendatur euangelium quadrupliciter . Primo quidem , ex antiquitate quod fuit neceſſarium contra Paganos , qui euangelio detrahebant , quaſi poſt longa tempora ſubito eius prædicatio

esset exorta, & ad hoc excludendum dicit; *Quod ante*, quia licet ex tempore certo prædicari incœperit: ante tamen pronuntiatum fuit diuinitus. Esa.20. Antequam venirent indicaui tibi. Secundo ex eius firmitate, quæ designatur in hoc quod dicit; *Promiserat*, quia ipse ante promisit qui non mentitur. Act. 13. Nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est. Tertio ex dignitate ministrorum siue testium cum dicit; *Per Prophetas*: quibus ante fuerant reuelata quæ sunt completa circa verbum incarnatum. Amos.3. Non faciet dominus Deus verbum, scilicet, incarnati, nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetæ, &c. Signanter autem dicit; *Suos*: Sũt enim aliqui prophetæ spiritu humano loquentes: secundum illud Hier.23. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Vnde dicit ad Titum.1. Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta. Sunt etiam quidam prophetæ dęmonum, qui immundo spiritu inspirantur, sicut prophetæ quos interfecit Helias, vt dicitur 3. Reg.18. Sed prophetæ Dei dicuntur, qui diuino spiritu inspirantur. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Quarto ex modo tradendi, quia non solum sunt huiusmodi promissa verbo edicta, sed literis scripta. Vnde dicit; *In scripturis*. Abac.2. Scribe visum & explana illud. Non autem consueuerunt scribi nisi magna, quæ sunt digna memoria, & quæ oportet ad posteros deuenire. Et ideo vt August. dicit
Cap.27. 18. de ciuitate Dei, tunc incœperunt scribi prophetiæ de Christo per Esaiam & Oseam, quando Roma est ædita, sub cuius imperio Christus erat nasciturus & fides eius gentibus prædicãda. Ioan.3. Scrutamini scripturas, &c. Addit autem; *Sanctis* ad differentiam scripturarum gentilium. Dicuntur autem sanctæ: primo quidem, quia vt dicitur. 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati. 2.Tim.3. Omnis scriptura diuinitus inspirata. Secundo quia sancta continent. Psalmus. Confitemini memoriæ sanctificationis eius. Tertio quia sanctificant. Vnde Joan. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Vnde dicitur.1. Mac.12. Habentes solatio sanctos libros qui in manibus, &c. Secundo prosequitur commendationem, quæ sumitur ex bonis in euangelio denuntiatis, quæ pertinent ad materiam euangelii, quæ est Christus, quem quidem commendat tripliciter. Primo quidem ex origine. Secundo ex dignitate siue virtute, ibi; *Qui prædestinatus*. Tertio ex liberalitate, ibi; *Per quem accepimus* Originem autem Christi describit duplicẽ. Primo quidem æternam cum dicit; *De filio suo*. In quo excellentiam euangelii designauit. Nam mysterium generationis æternę, ante erat valde absconditum. Vnde Salomon dicit. Quod nomen eius & nomen filii eius si nosti? Sed in euangelio patris testimonio est declaratum. Matth.3.& 17. Hic est filius meus dilectus. Conuenienter autem filius Dei materia sanctarum scripturarum esse dicitur, quæ diuinam sapientiam exponunt, secundum illud Deut.4. Hęc est sapientia vestra & intellectus coram populis. Filius atem dicitur esse verbum & sapientia genita. Primæ Corint. primo, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sed circa hanc filiationem tripliciter aliqui errauerunt. quidam enim dixerunt eum filiationem habere adoptiuam: sicut Fotinus, qui posuit Christum initium sumpsisse ex Maria virgine, quasi hominem purum, qui per vitæ meritum ad hanc celsitudinem peruenit, vt præ cęteris sanctis, filij Dei diceretur. Sed secundum hoc Christo non competeret descensus ad humanitatem, sed magis ascensus ad diuinitatem, cõtra id quod dicitur Ioan.6. Descendi de cœlo Quidam vero posuerunt huiusmodi filiationem solummodo nuncupatiuam, sicut Sabellius, qui dixit ipsum patrem incarnatum, & ex hoc filium nominari, ita quòd eadem sit persona & solum nomina sint diuisa, sed secundum hoc non competeret filio mitti a patre, quod falsum est, cum ipse dicat Ioan.6. se descendisse vt faciat voluntatem eius qui misit eum. Alii vero posuerunt, sicut
K Arrius huiusmodi filiationem esse creatam, ita quòd filius Dei sit excellentissima creatura, ex nihilo tamen producta, postquã prius non fuerat, sed secundum hoc omnia non essent per ipsum facta, contra id quod dicitur Ioan.1. Oportet enim esse non factum per quem facta sunt omnia: & hæc tria excluduntur per hoc quod signanter addit; *Suo*, id est, proprio & naturali. Dicit enim Hilarius, hic verus & proprius est filius origine & non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate, non creatione: procedit enim a patre sicut verbum a corde, quod pertinet ad eandem naturam, præsertim in Deo, in quo non potest aliquid accidentaliter aduenire. Vnde ipse dicit Ioan. 10. Ego & pa-
In Euang. Io.trac.36. ter vnum sumus. Quòd dicit vnum, liberat te ab Arrio: quod dicit sumus, liberat a Sabellio, vt Aug. dicit, tangit temporalem originem cum dicit; *Qui factus est*, vbi statim vi-

F dentur patrocinium sui erroris assumere, tres prædicti errores: per hoc quod dicit, Qui factus est ei, non enim consistentur æternum, sed factum: sed per ea quæ adduntur tollitur eorum intentio: quia enim dicit; *Qui factus est ei*: excludit dictum Sabelli: non enim potest esse filius factus patri, si sit eadem persona cum ipso, sed per incarnationem erit filius virginis. Quòd vero subdit; *Ex semine Dauid*: tollit intentionem Fotini. Si enim per adoptionem esset factus Dei filius: non diceretur factus ex semine Dauid: sed magis ex spiritu, scilicet, qui est spiritus adoptionis filiorum: vt dicitur Rom.8. Et ex semine Dei: vt dicitur.1.Ioan.3. Quod vero sequitur; *Secundum carnem*: tollit intentionem Arrii: qui ponit eum factum non solum secundum carnem, sed etiam secundum diuinam naturam. Est etiam considerandum vlterius, quòd circa ipsum incarnationis mysterium multipliciter
G aliqui errauerunt. Nestorius enim posuit vnionem verbi ad hominem esse factam, solum secundum inhabitationem, scilicet, prout filius Dei hominem illum inhabitauit excellentius cęteris. Manifestum est enim quòd alia est substantia inhabitantis, & inhabitati: sicut hominis & domus: secundum hoc ponebat aliam esse personam vel hypostasim verbi & hominis, ita quòd alius esset secundum personam filius Dei, & alius filius hominis. Sed hoc manifeste apparet falsum esse, per hoc quòd Apostolus Phil. 2. vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem & spiritus sanctus inhabitant homines, secũdum illud Ioan.14. Ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Sequeretur igitur quòd pater & spiritus sanctus essent exinaniti quod est absurdum. Hoc ergo excluditur per hoc quod Apostolus dicit; *De filio suo* Qui scilicet filius Dei, est factus secundum carnem, id est habens carnem ex semine Dauid: qui modus loquendi locum non haberet, si hæc vnio facta esset solũ secundum inhabitationem. De aliis enim quos verbum inhabi-
H tat, non dicitur quòd verbum factum est hic vel ille: sed quòd factum est ad Hieremiam vel Esaiam. In hoc ergo quòd Apostolus cum dixit, De filio suo, addidit, qui factus est ei ex semine Dauid: manifeste excludit errorem prædictum. Rursus aliq alii, licet duas personas non concedant in Christo: concedunt tamen duas hypostases vel duo suppositа, quod in idem redit, quia nihil aliud est persona quàm hypostasis, & suppositum rationalis naturæ: cum ergo sit vna solum hypostasis, & vnum suppositum in Christo: quod est suppositũ vel hypostasis verbi æternì: non potest dici quòd illa hypostasis sit facta filius Dei, quia non incœpit esse filius Dei. Et ideo non proprie dicitur quòd homo sit factus Deus, vel filius Dei. Sed tamen si inueniatur ab ali quo doctore dictum: exponendum est, sic factum est, vt homo esset Deus. Secundum hoc proprie dicitur, Dei filius factus est homo: quia semper non fuit homo. Et ideo legendum est quod hic
I dicitur: vt ly; *Qui*, accipiatur ex parte subiecti, vt sit sensus, qui filius Dei factus est ex semine Dauid, non autem ex parte prædicati: quia sensus esset quòd aliquis existens ex semine Dauid, factus est filius Dei, qd non dicitur vere & ꝓprie sicut dictũ est.

ex semine Dauid secundum carnem.

Fuerunt autem alii qui posuerunt vnionem esse factam secundum conuersionem verbi in carnem: sicut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit, quòd etiam ante incarnationem fuerunt duæ naturæ, post incarnationem vero, vna. Sed hoc est expresse falsum, quia cum Deus sit immutabilis, secundum illud Malac.3. Ego Deus & non mutor: non potest in aliquid aliud conuerti. Vnde cum dicitur; *Factus est*, non intelligitur secundum conuersionem, sed secundum vnionem absque diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiue de aliquo: absque eius mutatione, puta aliquis non immobiliter sedens, fit dexter per mutationem eius qui transfertur. Et sic Deus dicitur ex tpe dominus vel creator per mutationem creaturæ. Et eadem ratione dicitur de nouo factus secundum illud Psal. Dñe refugium fa- Psal.89.
K ctus es nobis. Quia igitur vnio relatio quædam est, per mutationem creaturæ, Deus dicitur de nouo factus homo. i. vnitus ĩ persona humanæ naturæ. Fuerunt.n.& alii qui dixerunt, animã Christum non habuisse: sed ibi fuisse verbum loco animæ. s. Arrius & Apollinarius: Contra quos est illud Ioan.10. Nemo tollit animam meam. Quòd ergo dr secundum carnem, non excludit a Christo anima, sed caro ponitur pro toto homine, secundum illud Esa.40. Videbit omnis caro, &c. Quæritur autem cũ nos confitemur Christum natum ex virgine, quare Apostolus dicat eum esse factum ex muliere. Et dicendum quòd illud nascitur quod naturali ordine producitur, sicut fructus ex arbore, vel proles a parente: quòd autem ex voluntate agentis producitur, non ex naturæ ordine, (sicut domus ab artifice) non potest dici nasci, sed factum. Quia igitur Christus ex virgine processit naturali ordine quantũ ad aliquid, scilicet ex conceptus est

ex

ex fœmina, spatio nouem mensium dicitur natus. Quia vero A quantum ad aliquid non naturali ordine, sed sola virtute diuina processit absque virili semine, dicitur factus. Eua autem dicitur ex Adam facta, non nata. Isaac autem ex Abraham natus, non factus. Item quare specialiter dicitur ex semine Dauid, & non ex semine Abrahæ, cui promissio facta fuit de Christo, secundum illud Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. Et dicendum est, quòd factum est ad dandam spem veniæ peccatoribus: quia Dauid peccator fuit: ex cuius semine nasci tur Christus. Abraham vero iustus, ad commendãdam etiam dignitatem regiam Christi Romanis, regnum gentium tenentibus. Excluditur etiam per verba ista triplex error Manicheorum. Primo quidem quòd dicunt non eundem esse Deum veteris testamenti: & qui est pater domini nostri Iesu Christi, quod excluditur per hoc quod dicit Apostolus, Quod deus ante promiserat per prophetas suos de filio suo in scripturis sanctis, scilicet veteris testamenti. Secundo vero quòd damnant scripturas veteris testamenti: quas Apostolus hic dicit sanctas. Non enim aliæ scripturæ fuerunt sanctæ ante euangelium. Tertio ꝙ dicunt Christũ habuisse carnẽ fantasticam: quod excluditur per hoc quòd dicit, Christum factum ex semine Dauid secũdum carnem ei, id est ad gloriam patris, secundum illud Ioan.8. Ego gloriam meam non quæro, sed gloriam eius qui misit me.

LECTIO III.

Vt prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

LECTIO III.

COMMENDATA origine Christi, hic commendat virtutem ipsius, & ponit tria. Primo prædestinationem cum dicit; *Qui prædestinatus est*. Secundo dignitatem seu virtutem cum dicit; *Filius Dei in virtute*. Tertio signum siue effectum cum dicit; *Secundum spiritum sanctificationis*. Circa primum considerandum est, quòd nomen prædestinationis a destinatione sumitur. Dicitur enim prædestinatus quasi ante destinatus. Destinatio autem dupliciter sumitur: quandoque pro missione. Dicuntur enim destinati, qui ad aliquid mittuntur, secundum illud 1.Mac.1. Destinauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad regem. Quandoque vero destinare idem est quòd proponere, secundum illud 2.Mac.6. Destinauit Eleazarus non admittere illicita. Hæc autem secunda significatio a prima deriuari videtur. Sicut enim nuntius qui mittitur, ad aliquid dirigitur, ita quod proponimus ad finem aliquem ordinamus. Secũdum hoc igitur, prædestinare nihil aliud est quàm ante in corde disponere quid fit de re aliqua faciendum. Potest tamen aliquis de futura re, seu operatione disponere. Vno modo quantum ad ipsam rei constitutionem, sicut artifex disponit qualiter debeat facere domum. Secundo modo quantum ad ipsum vsum, vel gubernationem rei: sicut aliquis disponit qualiter debeat vti suo equo, & ad hanc secundam prædispositionem pertinet prædestinatio, non ad primam. Id enim quo aliquis vtitur refert in finem: quia vt Augustinus dicit in libro de doctrina Christiana, vti,
Aug.1.c.4. est referre aliquid in finem, quo fruendum est. Sed cum res in seipsa constituitur, non dirigitur ex hoc ipso in aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei, proprie prædestinatio dici non potest. Ergo idem est negare prædestinationem, quòd negare præordinationem diuinam ab æterno, de his, quæ sunt fienda in tempore, sed quia omnia naturalia pertinent ad constitutionem rei ipsius, quia vel sunt principia ex quibus res constituitur, vel ex huiusmodi principiis consequuntur: consequens est quòd naturalia proprie sub prædestinatione non cadant, sicut non dicimus proprie, quòd homo est prædestinatus habere manus. Relinquitur ergo, quòd prædestinatio dicatur pro- E prie eorum solum quæ sunt supra naturam, in quæ rationalis creatura ordinatur. Supra autem naturam rationalis creaturæ est Deus solus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantum ad actum ipsius Dei, puta cum per gratiam prophetiæ, communicatur homini præcognitio futurorum, quæ est propria Deo. Et huiusmodi dicitur gratia, gratis data. Alio modo quantum ad ipsum Deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem secundum effectum dilectionis, secundum illud 1. Ioan.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quod quidem fit per gratiam gratum facientem, quæ est gratia adoptionis. Alio modo quæ est singularis Christo per vnionem in esse personali. Et hæc dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum Deo per gratiam adoptionis, cadit sub prædestinatione, ita etiã esse vnitum Deo per gratiam vnionis in persona, sub prædestinatione cadit: & quantum ad hoc dicit; *Qui prædestinatus est; filius Dei*. Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis additur; *In virtute*: quasi diceret, prædestinatus est, vt sit talis filius, vt habeat æqualem imo eandem virtutem cum Deo patre: quia vt dicitur Apoc.5. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem, quinimo ipse Christus est Dei virtus, secundum illud 1. Cor.1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vnde Io-
an.5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Respectu vero gratiæ gratis datæ, non dicitur aliquis prædestinari simpliciter, quia gratia gratis data non ordinatur directe ad hoc quòd ille qui eam recipit, ad finem vltimum dirigatur, sed vt per eam alii dirigantur, secundum illud 1. Cor.12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Manifestum est au- B tem quòd id quod est per se, est mensura & regula eorum quæ dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde prædestinatio Christi, qui est prædestinatus vt sit filius Dei per naturã, est mensura & regula vitæ, & ita prædestinationis nostræ, qui prædestinamur in filiationẽ adoptiuã, quæ est quædam participatio & imago naturalis filiationis, secundum illud Ro.8. Quos prę sciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Sicut igitur homo Christus prædestinatus non est, propter merita præcedentia, sed ex sola gratia, vt sit filius Dei naturalis, ita & nos ex sola gratia, non ex meritis prædestinamur, vt simus filii Dei adoptiui, secundum illud Deut.9. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me Deus, vt terram hanc possiderem. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio, scilicet ad hoc quòd aliquis sit Dei filius in virtute. Sed restat in-
C quirendum, quis est iste qui est ad hoc prædestinatus. Cum autem prædestinatio antecessionem importet, videtur quòd ille qui est prædestinatus vt sit filius Dei in virtute, non semper fuerit filius Dei in virtute. Non enim videtur esse prædestinatio de eo quod semper fuit, quia hoc non potest antecessionem habere. Si igitur poneremus secundum Nestorium quòd persona filii hominis, esset alia a persona filii Dei, nulla esset dubitatio: quia possemus dicere, quòd persona creata filii hominis, quæ non fuit ab æterno, ex tempore incœpit esse filius Dei in virtute. Et simile est si quis dicat quòd est alia hypostasis vel suppositum filii Dei & filii hominis. Sed hæc aliena sunt a fide vt supra dictum est. Cum igitur non solum sit eadem persona filii Dei & filii hominis, sed etiam hypostasis & idem suppositum; ratione cuius non potest dici vere & proprie quòd filius hominis est factus filius Dei, ne aliquod suppositum creatum intelligatur esse, de quo de nouo prædicatur filius Dei: pari ratione vi detur quòd non possit dici filius hominis esse prædestinatus filij D Dei, quia filius hominis supponit suppositum æternum, quod fuit semper filius Dei. Vnde antecessio quam importat prædestinatio locum non habet. Propter hoc igitur, Origenes dicit, quòd litera non debet esse; *Qui prædestinatus est*: sed *Qui destinatus est filius Dei in virtute*, vt nulla antecessio designetur: & secundum hoc planus est sensus, quia Christus destinatus, id est missus est a Deo patre in mundum tanquam verus filius Dei, in virtute diuina. Sed quia communiter omnes libri latini habent, *qui prædestinatus*, aliter alii hoc exponere voluerunt secundum consuetudinem Scripturæ, in qua dicitur aliquid fieri quando innotescit: sicut dominus post resurrectionem dicit Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas, quia post resurrectionem, innotuit talem potestatem sibi esse datam ab æterno. Sed secundum hoc quòd dicit prædestinatus, non proprie accipitur, quia prædestinatio est de eo, quod pertinet ad gratiam, non autem in hoc gratia Christo facta est, quòd eius virtus diuina innotuit, sed potius nobis. Et ideo etiam in Glos- E sa dicitur, quòd secundum hũc sensum prædestinatus large ponitur pro præscito, vt sit sensus. Christus prædestinatus est. i. ab æterno præscitus. vt innotesceret ex tempore esse filius Dei in virtute. Vnde quidam alii prædestinationem ad ipsam vnionem referentes, non attribuerunt eam personæ, sed naturæ, vt sit sensus; *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute*, id est cuius natura prædestinata est, vt sit ei vnita, qui est filius Dei in virtute. Sed hæc etiam expositio impropria est & extorta. Cum enim prædestinatio importet ordinem in finem, cius est prædestinari, cuius est per suam operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem, non est naturæ, sed personæ. Ideo si proprie accipiatur, oportet quòd prædestinatio attribuatur ipsi personæ Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis, humana scilicet & diuina, secundum vtrãque potest aliquid dici de eo: sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus, vt tangi & vulnerari, aliquid

autem ſecundum animam, vt intelligere & velle,ita & de Chriſto poteſt aliquid dici, & ſecundum diuinam naturam, ſicut ipſe de ſe dicit Ioan.10. Ego & pater,vnum ſumus: aliquid ſecundum humanam naturam, ſicut cum dicimus eum crucifixum & mortuum, & hoc modo dicitur eſſe prædeſtinatus ſecũdum humanam naturam.

LECTIO IIII.

PER quem accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, ĩ qb⁹ eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti, oĩbus q ſunt Romæ,dilectis dei,vocatis ſanctis, Gratia vobis & pax a deo patre,& dño noſtro Ieſu Xpo.

Quamuis enim ipſa perſona Chriſti, ſemper fuerit filius Dei, tamẽ non ſemper fuit, vt exiſtens in humana natura eẽt fili⁹ Dei, ſed hoc fuit ineffabilis gratiæ. Eſt autem alia ratio de hoc participio Factus, quod deſignat actum realem, & de hoc participio Prædeſtinatus, quòd deſignat actum animæ. Anima enim ſecundum ſuum intellectum & rationem, poteſt diſtinguere ea, quæ ſunt ſecundum rem coniuncta: poteſt enim aliquid de pariete albo cogitare, & loqui: ſeorſum quidem quantum ad hoc quòd eſt paries, ſeorſum autem ex hoc quòd eſt albus. Ita etiã in prædeſtinatione. Nam prædeſtinatio poteſt attribui perſonæ Chriſti ſecũdum quòd ſubſiſtit in humana natura, licet nõ attribuatur ei ſecundum quòd ſubſiſtit in diuina. Vnde & Apoſtolus, prius filium Dei incarnatum eſſe præmiſerat, & poſtea ei prædeſtinationem attribuit, vt intelligatur prædeſtinatus eſſe ſecundum quòd factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ, & ſic a filio Dei explicando incarnationis myſterium,deſcendit ad carnem, & a carne ſecundum prædeſtinationem,aſcendit ad filium Dei, vt oſtendatur, quòd neque gloria diuinitatis impediuit infirmitatem carnis, neque infirmitas carnis diminuit maieſtatem Dei. Queritur autem in Gloſſa,primo quidem, vtrũ Chriſtus ſecundum, quòd homo, ſit filius Dei: & videtur ꝙ ſic: quia hic eſt Chriſtus qui prædeſtinatus eſt vt ſit, ſed ſecundum quòd homo eſt prædeſtinatus,vt ſit, ergo ſecundum quòd homo, eſt filius Dei. Et dicendum quòd ſi ly ſecundum quòd, denotat vnitatem ſuppoſiti, verum eſt, quòd ſecundum quòd homo, eſt filius Dei, quia vnum eſt ſuppoſitum Dei & hominis. Si autem deſignat conditionem naturæ vel cauſam, falſum eſt: non enim ex natura humana habet vt ſit filius Dei. In argumento autem eſt fallacia compoſitionis & diuiſionis, ex eo quòd ly ſecundum quòd, poteſt determinare participium Prædeſtinatus, & ſic verum eſt,quòd ſecundum quòd homo eſt prædeſtinatus, vel poteſt determinare ipſum eſſe filium Dei, ad quod ordinatur prædeſtinatio: & ſic falſum eſt. Non enim prę deſtinatus eſt, vt ſecundum quòd homo ſit filius Dei,& in hoc ſenſu procedit ratio. Secundo quæritur vtrum Chriſtus ſecũdum quòd homo, ſit perſona. Et dicendum quòd ſi ly ſecundum quòd, referatur ad ipſum ſuppoſitum hominis,concedendum eſt quòd ipſum ſuppoſitum hominis eſt perſona diuina. Si vero deſignet naturæ conditionem vel cauſam, ſic Chriſtus ſecundum quòd homo non eſt perſona, quia humana natura, nõ cauſat nouam perſonalitatem in Chriſto. Adiungitur enim digniori in cuius perſonalitatem tranſit. Item obiicitur de hoc quòd Gloſſa dicit, quòd qui ſuſcepit, & quod ſuſcepit eſt vna perſona. Id autem quod ſuſcepit filius Dei, eſt humana natura, ergo humana natura eſt perſona. Et dicendum eſt quòd huiuſmodi locutiones ſunt exponendæ, vt ſit ſenſus, quòd ille qui ſuſcepit, & natura quam ſuſcepit, vniuntur in vna perſona.

Quarto,quæritur vtrum hoc ſit verum, homo eſt aſſumptus a verbo: & videtur quòd ſic, ſecundum illud Pſal. 64. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti. Et dicendum eſt, quòd cũ homo ſupponat ſuppoſitum æternum, non poteſt proprie dici quòd homo ſit aſſumptus a verbo: non enim aſſumitur idem a ſeipſo: ſed exponendum eſt ſicubi inueniatur homo aſſumptus, id eſt, humana natura. Quinto quæritur, vtrum hæc ſit vera, Iſte homo ſemper fuit. Et dicendum eſt hanc eſſe veram, propter hoc quòd homo ſupponit æternum ſuppoſitum. Vnde Heb.vltim.dicitur, Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula: non tamen cum reduplicatione eſt vera huiuſmodi propoſitio. Non enim ille homo ſecundum quòd homo eſt, ſemper fuit, ſed ſecundum quòd eſt filius Dei. Sic igitur patet & de præordinatione & de virtute filii dei. Reſtat tertium ſcilicet de ſigno,quod tangitur in eo quod ſubditur; *Secundum ſpiritum,&c.* Eſt enim propriũ virtutis diuinæ per collationem ſpiritus ſancti ſanctificare homines. Leuit.20. Ego dominus qui ſanctifico vos.Ipſe etiam ſpiritum ſanctum ſolus dare poteſt, ſecundum illud Eſa.42. Hæc dicit dominus deus creans cœlos. Et infra, Dans flatum populo qui eſt ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam. Ex hoc igitur apparet Chriſtum habere virtutem diuinam, quia ipſe dat ſpiritum ſanctum,ſecundum illud. Ioan. 15. Cum venerit paracletus quem ego mittam. Eius etiam virtute ſanctificamur ſecundum illud 1. Corinth.6.Sed ſanctifica-

F ti eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & ſpiritu dei noſtri. Dicit ergo quòd Chriſtus ſit filius Dei in virtute apparet; *Secundum ſpiritum ſanctificationis*, id eſt ſecundum quod dat ſpiritum ſanctificantem, quæ quidem ſanctificatio incœpit ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri, id eſt, ex mortuis, ſecundum illud Ioan. 7. Nondũ erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus fuerat glorificatus, quod non eſt ſic intelligendum, quòd nullus ante Chriſti reſurrectionem ſpiritum ſanctificantem acceperit: ſed quia ex illo tempore quo Chriſtus reſurrexit, incœpit copioſius & communius ſpiritus ſanctificationis dari. Poteſt etiam intelligi, quòd hic deſignentur duo ſigna virtutis diuinæ in Chriſto. Primum quidem ex hoc quòd dicit,ſecundum
G ſpiritum ſanctificationis, ſiue intelligatur ſecundum ſanctificãtem ſpiritum, ſicut dictum eſt: ſiue intelligatur ſecundum hoc quòd ipſe per ſpiritum ſanctum eſt in vtero virginali conceptus, quod eſt ſignum diuinæ virtutis in ipſo, ſecundum illud Luc.1.Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Et poſtea ſequitur, Ideoque & quod ex te naſcetur ſanctum: vocabitur filius dei. Secundum autem ſignum virtutis diuinæ eſt reſuſcitatio mortuorum, ſecundum illud Ioan.5. Sicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius. Eſt ergo ſenſus quòd apparet Chriſtum eſſe filium Dei in virtute; *Ex reſurrectione mortuorum*, id eſt ex hoc quòd mortuos fecit ſecum reſurrgere, ſecundum illud Matth.27. Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt, & tandem faciet omnes reſurgere, ſecundum illud Ioan.5. Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii dei, & qui audierint viuent. Vel poteſt intelligi de ſpirituali reſurrectione mortuorum, quæ eſt a peccatis, ſecundum illud Ephe.
H 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Dicuntur autem mortui; *Ieſu Chriſti*, qui ab ipſo reſuſcitantur, ſicut & infirmi alicuius medici a quo ſanantur. Poſſunt autem hæc duo ſigna ad duas præcedentes clauſulas referri hoc modo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: & hoc ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex quo,ſcilicet caro eius concepta eſt, qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, & hæc apparent in reſurrectione mortuorum, &c. Sed prima expoſitio eſt melior.

LECTIO IIII.

POSTQVAM commendauit Chriſtum ab origine & virtute, hic commendat ipſum ex liberalitate, quæ oſtenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit. Ponitur autem du-
I plex munus. Vnum quidem commune omnibus fidelibus,ſcilicet gratia per quam reparamur, quam quidem a deo per Chriſtum accepimus. Vnde dicit. Per quem accepimus omnes fideles gratiam. Ioann.1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et hic infra Roma. 5. Per quem acceſſum habemus in gratiam iſtam in qua ſtamus. Conueniens eſt enim, vt ſicut per verbum dei omnia iſta facta ſunt, vt habetur Ioann. 1. Ita per ipſum, ſicut per artem omnipotentis dei omnia inſtaurentur, ſicut & artifex eadem arte reparat domum, qua condidit. Coloſen.1. Per eum placuit Deo reconciliare omnia, ſiue quæ in cœlo, ſiue quæ in terra ſunt. Aliud autem eſt munus ſpirituale collatum apoſtolis quod tangit ſubdens; *Et apoſtolatum*,quod eſt præcipuum inter eccleſiaſticos gradus.1.Corinth.12. Et quoſdam quidem poſuit deus in eccleſia, primum quidem apoſtolos. Apoſtolus autem idem eſt quòd miſſus. Sunt enim a Chriſto miſſi, quaſi eius authoritatem & vicem gerentes. Ioan.20. ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, id
K eſt, cum plenitudine authoritatis. Vnde ipſe Chriſtus apoſtolus nominatur Heb.3. Conſiderate apoſtolum & pontificem Ieſum Chriſtum. Vnde & per ipſum tanquam principalem apoſtolum ſiue miſſum, alii ſunt ſecundario apoſtolatum conſecuti. Luc.6. Elegit duodecim quos & apoſtolos nominauit. Præmittit autem gratiam apoſtolatui, tum quia nõ ex meritis, ſed ex gratia apoſtolatum ſunt conſecuti. 1. Corinth.15. Ego ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus, gratia autem dei ſum, id quod ſum, tum etiam quia apoſtolatns digne haberi non poteſt, niſi præhabita gratia ſanctificante. Epheſ. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia, &c. Deſcribit autem hunc apoſtolatum. Primo quidem ex vtilitate cum ſubdit; *Ad obediendum fidei*: quaſi diceret, ad hoc ſumus miſſi, vt faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locũ habet,quæ volũtarie facere poſſumus,his autem

autem quæ ſunt fidei, voluntate conſentimus non ex rationis neceſſitate, cum ſint ſupra rationem. Nullus enim credit niſi volens, vt dicit Auguſt. Et ideo circa fidem locum habet Infra 6. Obediſtis ex corde in eam formam doctrinæ, in quã traditi eſtis. De hoc fructu dicitur Ioan.15. Poſui vos vt eatis,&c. Super Io. tract. 26.

Secundo deſcribitur ex amplitudine cum ſubditur; *In omnibus gentibus*, quia non tantum in vna gente Iudæorum, ſed ad inſtructionem omnium gentium ſunt directi. Matth. vlti. Euntes docete omnes gentes. Specialiter Paulus in omnes gentes apoſtolatum acceperat, vt ei competere poſſit quod dicitur Eſa.49. Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandum tribus Iacob & fęces Iſrael conuertendas, dedi te in lucem gentium. Tamen ab eius apoſtolatu excluſi non erant Iudæi, præſertim qui inter gentes habitabant. Infra 11. Quamdiu quidem ego ſum Gentium apoſtolus, miniſterium meũ honorificabo, ſi quo modo ad ęmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex ipſis. Tertio ex plenitudine poteſtatis cum ſubdit; *Pro nomine eius*.i.vice & authoritate ipſius. Sicut enim Chriſtus in nomine patris veniſſe dicitur Io.20. Quaſi plenam patris authoritatem habens, ita & apoſtoli in nomine Chriſti veniſſe dicuntur quaſi in perſona Chriſti 2.Corinth.2. Nam & ego quod donaui (ſi quid donaui) propter vos in perſona Chriſti. Vel per hoc deſcribitur ex fine, vt ſit ſenſus, pro nomine eius dilatando, non pro aliquo terreno fructu ſibi quærendo. Act.9. Vas electionis eſt mihi iſte vt portet nomen meum, &c. Vnde ad hoc fideles hortabatur Coloſ. 3. dicens. Omnia in nomine Ieſu Chriſti agite. Quarto ex poteſtate ſuper illos quibus ſcribebat qui prædicto apoſtolatui erant ſubiecti. Vnde ſubdit. *In quibus*, id eſt inter quas Gentes noſtro apoſtolatui ſubiectas, *Eſtis & vos*, ſcilicet Romani quamuis ſublimes. Eſa. 26. Ciuitatem ſublimem humiliabit, conculcabit eam pes pauperis, ſcilicet Chriſti, greſſus egenorum, id eſt apoſtolorum ſpecialiter Petri & Pauli. 2. Corin. 10. Vſque ad vos peruenimus in euangelio Chriſti. Subdit; *Vocati Ieſu Chriſti*, id eſt a Ieſu Chriſto, ſecundum illud Oſeæ 1. Vocabo non populum meum, vel vocati vt ſitis Ieſu Chriſti. Infra 8. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Vel vocati Ieſu Chriſti, id eſt dicti a Ieſu Chriſto Chriſtiani. Act. 11. Ita vt cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli, Chriſtianĩ.

Conſequenter deſcribuntur perſonæ ſalutatę, & primo ex loco cum dicit *Omnibus qui ſunt Romae* ſignanter autem omnibus ſcribit, quia omnium ſalutem cupiebat. 1. Corint. 7. Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum. Act. 23. dictum eſt ei. Oportet te & Romæ teſtificari. Secundo deſcribantur perſonæ ſalutatæ ex gratiæ dono, ibi *Dilectis Dei*. Circa quod primo ponitur prima gratiæ origo, quod eſt dei dilectio. Deu. 33. Dilexit populos omnes, ſancti in manu illius ſunt. 1.Io.4.Non quaſi nos dilexerimus deum, ſcilicet prius, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Dei enim dilectio non prouocatur ex bono creaturæ ſicut dilectio humana, ſed magis ipſum bonum creaturæ cauſat, quia diligere eſt bonum velle dilecto: voluntas autem dei eſt cauſa rerum, ſecundum illud Pſal.Omnia quæcunque voluit,fecit. (Pſal.134.) Secundo ponitur vocatio cum ſubdit; *Vocatis* Quæ quidem eſt duplex. Vna exterior, ſecundum quam vocauit Petrum & Andream, Matth.4. Alia autem eſt vocatio interior, quæ eſt ſecundum interiorem inſpirationem. Pro.1.Vocaui & renuiſtis. Tertio ponit gratiam iuſtificationis, cum dicit; *Sanctis*, id eſt, per gratiam, & ſacramenta gratiæ ſanctificatis. 1. Corinthio.6. Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, vt ſitis dilecti a deo, vocati ad hoc quod ſitis ſancti.

Deinde ponuntur bona quæ eis optat. Quæ ſunt; *Gratia & Pax.* Quorum vnum, ſcilicet gratia, eſt primum inter Dei bona, quia per eam iuſtificatur impius. Infra 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Aliud autem, ſcilicet pax, eſt vltimum quod in beatitudine perficitur. Pſal. Qui poſuit fines tuos pacem. (Pſal.147.) Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requieſcet in plenitudine omnis boni conſequens immunitatem ab omni malo. Eſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et ſic per hæc duo bona alia media intelliguntur. Oſtendit etiam conſequenter vnde ſint huiuſmodi bona expectanda, cum ſubdit; *A Deo patre noſtro*. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Pſal.83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Addit autem; *Et domino Ieſu Chriſto*: quia vt dicitur Ioan. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ipſe etiam di-
A cit Ioan.14. Pacem meam do vobis. Quod autem dicit,Deo patre noſtro, poteſt teneri eſſentialiter pro tota Trinitate, quæ dicitur, pater, quia nomina importantia relationem ad creaturam, communia ſunt toti trinitati: ſicut creator, & dominus. Addit autem, Domino Ieſu Chriſto. Non quòd ſit alia perſona a tribus ſed propter humanam naturam,per cuius myſterium ad nos dona gratiarũ perueniũt. 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit. Vel poteſt dici, quòd hoc quod dicit, Deo patre no-
B ſtro, tenetur pro perſona patris, quæ ſecundum proprietatem dicitur pater Chriſti, ſed ſecundum appropriationem, pater noſter. Ioan.20. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum. Tangitur autem perſona filii, cum dicitur. Et domino Ieſu Chriſto. Perſona autem ſpiritus ſancti expreſſa non ponitur, quia intelligitur in donis eius, quæ ſunt gratia & pax. Vel etiam quia intelligitur in duabus perſonis, patris & filii, quarum eſt vnio & nexus.

LECTIO V.

PRIMVM quidem gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Teſtis enim eſt mihi De⁹, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius,quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemp ĩ orationibus meis,obſecrãs, ſi quo modo tandẽ aliquando pſperũ iter habeã in volũtate Dei veniẽdi ad vos.Deſidero.n.videre vos,vt

LECTIO V.

PRAEMISSA ſalutatione, hic Apoſtolus epiſtolarem tractatum incipit. In quo primo oſtendit affectum ſuum ad eos quibus ſcribebat, vt reddat auditores beneuolos. Secundo inſtruit eos de veritate, quæ pertinet ad virtutẽ gratiæ Chri-
C ſti, ibi; *virtus enim dei eſt*, Oſtendit autem affectum ad eos tripliciter. Primo quidem ex gratiarum actione qua de eorum bonis gratias agit. Secundo ex oratione, quam pro eis ad Deum fundit, ibi; *Teſtis enim eſt mihi deus* Tertio ex deſiderio viſitationis eorum, ibi; *Obſecrans ſi quo modo.* Circa primũ tria oportet conſiderare. Primo quidem gratiarum actionis ordinem, cum dicit; *Primum quidem gratias ago Deo meo*. Neceſſe eſt enim vt in omnibus gratiarum actionem præmittamus ſecundum illud 2.Theſ. vlti. In omnibus gratias agite. Non enim eſt dignus beneficium conſequi, qui de acceptis beneficiis gratias non agit. Sapien. 16. Ingrati ſpes, tanquam hybernalis glacies tabeſcet. Et Eccle. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, quia ad principium vnde proueniunt beneficia, reuertuntur, ſcilicet per gratiarum actiones, vt iterum fluant, ſcilicet per iteratam beneficiorum exhibitionem. In omnibus autem quæ petimus, vel agimus, diuino beneficio indigemus,
D & ideo ante omnia debet gratiarum actio præmitti. Secundo, deſignat perſonas tres, quarum vna eſt perſona cui ſit gratiarum actio, quam deſignat, dicens; *Deo meo*. ſcilicet cui debetur gratiarum actio de omnibus bonis, quia ab eo fluunt. Iaco.1. Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt &c. Et quamuis ſit Deus omnium per creationem, & gubernationem, ſecundum illud infra. 4. Dominus omnium, ſpecialiter tamen dicitur eſſe Deus iuſtorum tripliciter. Primo quidem ſecundum ſpecialem curam quam de eis gerit. Pſal. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos. Et alibi, dicit, Dominus illuminatio mea. (Pſal.26.) Secundo, per ſpecialem cultum. Exod. 15. Iſte Deus meus & glorificabo eum. Tertio quia eorum præmium. Gen.15. Ego Dominus merces tua magna nimis. Secunda perſona eſt mediatoris, quam tangit, dicens; *Per Ieſum Chriſtum*. Eodem enim ordine debet gratiarum actio in Deum recurrere, quo gratiæ a Deo in nos deueniunt, quod quidem eſt per Ieſum Chriſtum. Infra. 5. Per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus. Tertia eſt perſo-
E na illorum, pro quibus gratias agit, quam deſignat ſubdens; *Pro omnibus uobis*: quia ſcilicet eorum gratias quaſi ſuas reputat propter vinculum charitatis, quaſi diceret. Maiorem horum non habeo gratiam quàm vt audiam, &c. Signanter autem dicit, Pro omnibus vobis: quia ſcilicet omnibus placere deſiderat 1. Corinthi.10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et omnium ſalutem cupit: ſecundum illud.1.Corinth.7. Volo omnes homines eſſet ſicut meipſum. Tertio, ponit materiam gratiarum actionis, cum ſubdit; *quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo*, agit quidem gratias de fide, eo quòd eſt bonorum omnium ſpiritualium fundamentum. Hebræ. 11. Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum. Commendantur autem Romani de fide: quia fidem de facili ſuſceperant & in eadem firmiter permanebant. Vnde & vſque hodie apud eos plurima fidei ſigna oſtendũtur in viſitatione ſanctorum locorum: vt Hieronymus dicit ſuper epiſtolam ad Gala. (In prohe. 2.lib.)

Nondum tamen perfectam fidem habebant: quia aliqui eorum præuenti erant a pseudoapostolis, vt crederent legis cerimonias euangelio iungendas. Gaudet autem & gratias agit de eorum fide, non solum propter eos, sed propter vtilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exemplo qui erant domini Gentium, aliæ Gentes prouocabãtur ad fidem: quia vt dicit Glossa, prompte facit inferior, quod videt fieri a superiori, propter quod admonentur prælati, vt fiãt forma gregis ex animo, 1. Pet. vltim. Consequenter cum dicit; *Testis enim &c.* ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo, secundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuũ, Dei testimonio probat se pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Secundo, manifestat supra quod testimonium inducat, q̃ sine intermissione. Testem autem inducit, cum dicit; *Testis est mihi Deus*, sub cuius testimonio omnia agũtur. Hier. 19. Ego sum iudex & testis. Et vt iustum testem non frustra se inuocare ostendat, ponit consequenter quomodo sit eis coniunctus. Primo quidem quantum ad seruitium, cum dicit; *Cui seruio*, scilicet per latriæ cultum. Deu. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo, quantum ad modum seruiendi, cum dicit; *In spiritu meo*, quasi dicat. Non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipue interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruantiis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip. 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo. Tertio, quantum ad officium in quo seruit, scilicet *In euangelio filii eius*, secundum illud supra eodem. Segregatus in euangelium. Quod quidem est filii dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Alio modo, quia est ab ipso prædicatum ex proprio officio. Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertio, quia est ab eo iniunctum. Marc. vlti. Prædicate euangelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idem sit, Testis est mihi Deus, quòd, Iuro per Deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorum intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt æditæ, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei, sanctos viros ad operandum inducit. infra 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Ex hoc ergo quòd Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbum domini & apostoli Iacobi nõ sic esse intelligendum quasi iuramentum sit omnino illicitum, sed quia ad hoc homo niti debeat, vt quantum ex ipso est, iuramẽto non vtatur, tanquam quodam bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequenti iuratione, ne homo labatur in periurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundum illud Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. nam multi &c. Tum etiam quia contra reuerentiam dei facere videtur, qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde Eccle. 23. Nominatio Dei nõ sit assidua in ore tuo. Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo: quando homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoq; necessarium iuramentum, vt fides verbo dicentis adhibeatur, quod quandoque vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederent, quasi non quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quàm simplex verbum, a malo est, non est intelligendum a malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramentum non quidem a malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eum, a quo exigit iuramentum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatum, vt dicit Aug. sed intelligit esse a malo pœnæ, scilicet ignorantia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cum dicitur, per Deum, vel testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum aliquam pœnam sibi infligendam si mentitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corinthio. 1. Testem Deum inuoco in animam meam. Consquenter hic ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo, secundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuũ, Dei testimonio probat se pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Secundo, manifestat supra quod testimonium inducat, q̃ sine intermissione. Testem autem inducit, cum dicit; *Testis est mihi Deus*, sub cuius testimonio omnia agũtur. Hier. 19. Ego sum iudex & testis. Et vt iustum testem non frustra se inuocare ostendat, ponit consequenter quomodo sit eis coniunctus. Primo quidem quantum ad seruitium, cum dicit; *Cui seruio*, scilicet per latriæ cultum. Deu. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo, quantum ad modum seruiendi, cum dicit; *In spiritu meo*, quasi dicat. Non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipue interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruantiis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip. 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo. Tertio, quantum ad officium in quo seruit, scilicet *In euangelio filii eius*, secundum illud supra eodem. Segregatus in euangelium. Quod quidem est filii dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Alio modo, quia est ab ipso prædicatum ex proprio officio. Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertio, quia est ab eo iniunctum. Marc. vlti. Prædicate euangelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idem sit, Testis est mihi Deus, quòd, Iuro per Deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorum intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt æditæ, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei, sanctos viros ad operandum inducit. infra 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Ex hoc ergo quòd Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbum domini & apostoli Iacobi nõ sic esse intelligendum quasi iuramentum sit omnino illicitum, sed quia ad hoc homo niti debeat, vt quantum ex ipso est, iuramẽto non vtatur, tanquam quodam bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequenti iuratione, ne homo labatur in periurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundum illud Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. nam multi &c. Tum etiam quia contra reuerentiam dei facere videtur, qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde Eccle. 23. Nominatio Dei nõ sit assidua in ore tuo. Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo: quando homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoq; necessarium iuramentum, vt fides verbo dicentis adhibeatur, quod quandoque vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederent, quasi non quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quàm simplex verbum, a malo est, non est intelligendum a malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramentum non quidem a malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eum, a quo exigit iuramentum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatum, vt dicit Aug. sed intelligit esse a malo pœnæ, scilicet ignorantia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cum dicitur, per Deum, vel testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum aliquam pœnam sibi infligendam si mentitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corinthio. 1. Testem Deum inuoco in animam meam. Consquenter hic ponit id, supra quod eum testem inuocat, dicens, quòd *Memoriam vestri facio semper in orationibus meis* quæ sunt sine intermissione, scilicet, quia semper in orationibus suis pro eis orabat propter vtilitatem communem quæ ex eorum conuersione proueniebat. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Quòd autem dicit, Memoriam vestri facio, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, Memoriã vestri habeo. secundum illud Psal. 136. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. Alio modo, *Memoriam vestri facio*, scilicet orationem Deo, qui respicit orationes humilium. Et sic dum sancti pro aliquibus orant, quòdammodo diuino aspectui proponuntur, sicut & cætera sanctorum facta. Vnde. 3. Reg. 17. dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, vt rememoraretur iniquitates meæ. Quasi illud sit in memoria & in oculis Dei, quod contra iustos agitur. quod autem dicit orationes sine intermissione se habere, congruit ei quod dicit 2. Thes. vltim. Sine intermissione orate. Et Luc. 18. Oportet semper orare, & numquam deficere. Quæ quidem possunt intellgi tribus modis, Vno modo, quantum ad ipsum actũ orandi, & sic semp vel sine intermissione orat, qui statutis temporibus & horis orat. Act. 3. Petrus & Ioannes ascẽdebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo, quantum ad finem orationis qui est, vt intellectus noster ascendat in Deum. Et sic tandiu homo orat, quandiu totam vitam suam in Deum ordinat. 1. Corinth. 10. Sine manducatis siue bibitis &c. Tertio, quantum ad causam dum enim aliquis agit vnde alii pro eo orent, ipse orare videtur, vt patet in his qui dant eleemosynas pauperibus qui pro eis orant. Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis &c. Sic ergo continuãda est litera, Gratias ago pro vobis, quia bona vestra reputo quasi mea, quod patet ex hoc quòd pro vobis oro, sicut pro meipso. Deinde cum dicit *Obsecrans &c.* probat affectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desiderium. Secundo propositum exequendi, ibi *Nolo autem vos ignorare &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit desiderii signum. Secundo desiderii causam, ibi *Desidero enim*. Signum autem desiderii est oratio quam pro hoc faciebat: ex hoc autem signum ostenditur desiderii huiusmodi. primo quidem intensum per hoc quod dicit, Obsecrans, quasi ob sacra contestans, sicut pro aliquo magno, quod mea merita excedit. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. Quod autem intense desideratur, magnum desideranti videtur. Secundo ostẽditur esse anxium, cum dicit, *Si quo modo*. quæ enim anxie aliquis desiderat, quærit adipisci quocumque modo, siue facili, siue laborioso. Phil. 1. Quid enim? dum omni modo prædicetur, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: Et in hoc gaudeo. sed & gaudebo. Tertio ostenditur esse diuturnum in hoc quòd dicit, *Tandem aliquando*, scilicet post lõga desideria. Iusti enim non ad horam: sed perseueranter afficiuntur. Prou. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Quarto ostenditur esse rectum ex hoc quod est diuinæ voluntati conforme. Vnde subdit, *Prosperum iter habeam*, & hoc in voluntate Dei, id est secundum voluntatem eius, secundum quam solum aliquid reputo prosperum, sicut & dominus dicit Matth. 26. Non mea voluntas: sed tua fiat. Deinde cum dicit *Desidero enim &c.* Ostendit desiderii causam, quæ quidem est duplex. Vna, vtilitas eorum qui erant visitandi. Vnde dicit, Desidero enim videre vos: Phi. 1. Cupio omnes vos esse in visceribus Christi. Et hoc non in vanum, sicut est in amicitia seculari, sed vt impartiar, id est, tradam vobis aliquid gratiæ spiritualis non tanquam actor gratiæ, sed sicut minister. 1. Corrinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & hoc ad confirmandos vos, scilicet in fide quam suscepistis. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Impartitur autem gratiã minister multipliciter. Tum per administrationem sacramentorum gratiæ. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. Tum per exhortationem sermonum. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Secunda causa est mutua consolatio, quæ consideratur in conuictu amicorum, Vnde subdit, Id scilicet me videre vos & impartiri gratiam, & me simul consolari cum vobis, *Per eam quae inuicem est fidem vestram atque meam.* Ad mutuam enim consolationem redit, si vnanimes in fide reddamur. 2. Cor. 7. Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu

De mend. ad cõs. cap. 15.

De verbis Apost. ser. 30. & de sanct. ser. 11.

Psal. 4.

in aduentu Titi. Non solum &c. Deinde cum dicit; *Nolo autem vos ignorare*, ne videatur esse vanum desiderium, subdit propositum prosequendi. Et primo proponit propositum. Secundo ostẽdit causam propositi, ibi *vt aliquem fructum*. Tertio concludit propositi promptitudinem, ibi; *Ita quod in me*, Circa primũ, duo facit. Primo ponit propositum Secũdo impedimentum, ibi *Et prohibitus sum &c.* Dicit ergo primo, Non solum desidero vos videre, sed etiam proposui ad hoc operam dare: & hoc (Fratres) nolo vos ignorare, quia sæpe proposui venire ad vos, vt dilectionem meam ostendere non solum verbo & lingua, sed etiam opere & veritate, vt dicitur 1. Ioan. 3. Secundo tangit obstaculum impediens eum ab isto proposito exequendo, dicens, Prohibitus sum vsque adhuc. & hoc vel a diabolo qui nititur impedire prædicationem ex qua prouenit salus hominũ. Prou. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, id est doctrinas prædicatorum. Vel etiam ab ipso deo, secundum cuius nutum dispensantur prædicatorum itinera & verba. Iob. 37. Nubes. i. prædicatores spargunt lumen suum quæ lustrant cuncta per circuitum quocũque eas voluntas gubernantis duxerit. Vnde & Act. 16. dicitur, Transeuntes autem Phrigiam & Galatiæ regionem vetati sunt a spiritu sancto loqui. Et iterum, Tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Vtrumque autem horum vult Apostolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem, vt scilicet cognoscentes affectum Apostoli, deuotius eius verba suscipiant, & impedimentum visitationis eius imputent suæ culpæ, & sic corrigantur. Nam in pœnam culpæ dicitur, Esa. 5. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Deinde ponit causam duplicem propositi. Quarum prima est vtilitas. Vnde dicit, *Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut in caeteris Gentibus*, quibus scilicet prædicaui, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quasi dicat, Vt faciam aliquem fructum in vobis per meã prædicationem. Ioan. 15. Vt eatis & fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum conuersione ei fructus accrescat, secundum illud Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam. Alia autem causa est debitum, quod sibi imminebat ex suscepto officio. 1. Corint. 9. Si non euangelizauero, væ mihi est, &c. Et quia vniuersalem Gentium apostolatum susceperat, omnibus se asserit debitorem secundum illud 1. Cor. 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et ideo duplicem diuersitatem ponit. Vna quidem secundum diuersitatem gentium, cum dicit, *Graecis ac Barbaris*. Dicitur autem aliquis Barbarus dupliciter. Vno modo secundum quid, qui scilicet est extraneus quo ad aliquem, secundum illud 1. Corinth. 14. Si ergo nesciero vim vocis, ero ei cui loquar Barbarus. Alio modo simpliciter, qui scilicet est quasi extraneus a communitate hominum, inquantum ratione non regitur. Vnde proprie Barbari dicuntur, qui ratione non regũtur, secundum quod dictum est. 2. Macha. 15. Ne ita ferociter ac barbare feceris. i. inhumane. & quia Græci fuerunt primi legum inuentores, omnes Gentiles, qui humanis legibus reguntur, nominat Græcos. De Iudæis autem, qui diuinis legibus regebantur, mentionem non facit: quia non erat institutus apostolus Iudæorum, sed Gentilium. Gala. 2. Ita vt illi in circũcisis, nos autem in gentibus. Ex vtraque aũt causa concludit prõptitudinem voluntatis, cum subdit, *Ita quod in me* id est quantum ad me pertinet, dummodo aliunde non impediar, *Promptum est, etiam vobis qui Romae estis euangelizare*, Exod. 35. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentũ promptitudinis scilicet erubescentiam, propter quam multi ea prætermittunt, quæ alias facerent prompte, & hoc est quod subdit, *Non enim erubesco euangelium*, quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur, propter id quod dicit. 1. Corinthi. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Non est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur, Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vnde dicitur Luc. 9. Qui eruburit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Et inde est quòd baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis, vbi est sedes verecundiæ, ne scilicet euangelium erubescãt.

LECTIO VI.

POSTQVAM Apostolus Romanos fideles, quibus scribebat, sibi beneuolos reddidit ostendendo affectum suum ad eos, hic incipit instruere eos de his quæ pertinent ad euangelicam doctrinam, in quam se segregatum prædixerat. Et primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exhortatur ad executionem operũ huius gratiæ. 12. cap. ibi, *Obsecro itaque*. Circa primum, duo facit, Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi *Reuelatur enim*. Circa primum, tria facit, Primo proponit virtutem euangelicæ gratię. Secundo exponit, ibi *Iustitia enim*. Tertio expositionem confirmat, ibi *Sicut scriptum est*. Dicit ergo primo, Ideo euangeliũ non erubesco, quia quamuis vt dicitur 1. Corinth. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultia sit, nobis tamen virtus Dei est. Virtus enim Dei est. quod potest intelligi dupliciter. vno modo, quia virtus Dei in euangelio manifestatur, secundum illud Psa. 110. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Alio modo, quia ipsum euangelium in se Dei virtutem continet, secundum illud Psal. 67. Dabit voci suæ vocem virtutis. Circa quam virtutem tria sunt consideranda. Primo quidem ad quid se ista virtus extendat, & hoc designatur, cum subditur, In salutem. Ia. 1. In mansuetudine suscipte insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Quod quidem fit tripliciter. Vno modo inquantum per verbum euangelii remittuntur peccata. Io. 15. Iam mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Secundo inquantum per euangelium homo cõsequitur gratiam sanctificantem. Io. 17. Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Tertio inquantum perducit ad vitam æternã Io. 6. Verba vitæ æternæ habes. Secundo per quem modum euangelium salutem conferat, quia per fidem quod designatur cum dicitur omni credenti, quod fit tripliciter. primo per prædicationem. Mar. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo per confessionem, infra 10. Oris confessio fit ad salutem. Tertio per scripturam. Vnde etiam verba euangelii scripta virtutem salutiferam habent, sicut beatus Barnabas infirmos curabat, euangelium superponendo. Cauendæ sunt tamen superstitiones characterum, quia hoc est superstitiosum. Vnde Eze. 9. Illi saluati sunt, in quorum frontibus est scriptum THAV, quod est signum crucis. Tertio quibus euangelium fit in salutem, quia tam Iudæis quam Gentibus. Non enim Iudæorum tantũ Deus est, sed & Gentium. infra 3. Et ideo subdit, *Iudaeo primum & Graeco*. Per Græcum, omnem Gentilem intelligens, eo quòd a Græcis Gentilium sapientia est exorta. Sed cum infra 10. dicatur. Non est distinctio Iudæi & Græci, quomodo hic Iudæo primum? Dicendum est ergo quòd quantum ad salutis finem consequendum non est distinctio inter eos. Aequalem enim consequuntur mercedem vtrique, sicut pro labore etiam in vinea priores & posteriores eundem denarium acceperunt, vt dicitur Matth. 20. Sed quantum ad ordinem salutis, Iudæi sunt primi, quia eis promissiones sunt factæ, vt infra 15. Et in eorum gratiam sunt Gentiles assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonam oliuam, vt infra 11. Ex his etiam Saluator noster natus est Ioa. 4. Salus ex iudæis est. Exponit autem consequenter quomodo euangelium sit in salutem, cum dicit, *Iustitia enim dei reuelatur in eo ex fide in fidem*, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo de iustitia qua Deus iustus est, secundum illud Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit. Et secundum hoc, sensus est, quòd iustitia Dei qua scilicet iustus est seruando promissa, in eo reuelatur scilicet in homine credente euangelio: quia credit deum implesse quod promisit de Christo mittendo: & hoc ex fide scilicet Dei promittentis. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. In fide scilicet hominis credentis. Vel alio modo, vt intelligatur de iustitia Dei qua Deus homines iustificat. Nam iustitia hominum dicitur, qua se homines propriis viribus iustificare præsumunt. infra 10. Ignorantes Dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quæ quidem iustitia reuelatur in euangelio, inquantum per fidem euangelii homines iustificantur secundum quod cunque tempus. Vnde subdit, *Ex fide in fidem* id est ex fide veteris testamenti procedendo in fidem noui testamenti, quia ab vtroque homines iustificantur & saluantur per fidem Christi, quia eadem fide crediderunt venturum, qua nos venisse credimus. Et ideo dicitur 1. Corinth. 3. Habentes eandem speciem fidei, credimus, propter quod loquimur. Vel potest intelligi ex fide prædicatorum, in fidem auditorum. infra 11. Quomodo credent ei quem non audierunt? Vel ex fide vnius articuli in fidem alterius, quia ad iustificationem requiritur omnium articulorum fides. Apo. 1. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius scilicet omnia non vnum tantum. Alio modo potest intelligi ex fide præsenti in fidem futuram: quæ quidem dicitur fides ratione certæ & firmæ cognitionis. Hoc autem ratione euangelicæ cognitionis. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum

LECTIO VI.

IRTVS enim Dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum & Graeco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem,

culum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Probat autem hanc expositionem, cum subdit; Sicut scriptum est; *Iustus autem meus ex fide viuit.* Quod quidem accipitur secundum literam 70. Nam in litera nostra quæ est secundum hebraicam veritatem dicitur, Iustus ex fide sua viuit. Dicitur aũt iustus meus scilicet a me iustificatus & apud me iustus reputatus. infra. 4. Si autem Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Vnde ex hoc subditur, Ex fide viuit scilicet vita gratiæ. Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Quatuor autem hic considerare oportet circa fidem. Primum quidem quid sit fides. Importat enim assensum quendam cum certitudine ad id quod non videtur ex voluntate, quia nullus credit nisi volens, vt Aug. dicit. Et secundum hoc differt credens a dubitante, qui in neutram partem assentit. Differt etiam ab opinante, qui assentit in vnam partẽ non cum certitudine, sed cum formidine alterius. Differt etiam a sciente, qui per certitudinem assentit ex necessitate rationis. Et secundum hoc fides est media inter scientiam & opinionem. Secundo considerandum est an fides sit virtus, & manifestum est quòd non est virtus, si accipitur pro eo quod creditur, secundum illud, Fides catholica hæc est, vt vnum Deum in trinitate. Si autem accipiatur pro habitu, quo credimus, sic quandoque est virtus, quandoque non. Est enim virtus, principium actus perfecti. Actus autem ex duobus principiis dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus bene nõ vadat, vel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu, & voluntate mouente intellectum ad assensum. Vnde actus fidei erit perfectus, si voluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei, nõ aũt si habitus charitatis desit, & ideo fides formata charitate est virtus, non autem fides informis. Tertio considerandum est quòd idem numero habitus fidei qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit virtus, quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per eius aduentum vel recessum non mutatur substantia eius. Quarto considerandum est quòd sicut corpus viuit per animam naturali vita, ita anima viuit per Deum vita gratiæ. Primo autem Deus animam inhabitat per fidem. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, nec tamen est perfecta habitatio nisi fides per charitatem sit formata, quæ per vinculum perfectionis nos vnit Deo: vt dicitur Colos. 3. Et ideo quòd hic dicit, Ex fide viuit, intelligendum est fide formata. Deinde cum dicit; *Reuelatur enim ira dei* probat quod dixerat, scilicet virtutem euangelicæ gratiæ esse omnibus hominibus in salutem. Et primo ostendit quòd est necessaria ad salutem. Secundo quòd est efficax siue sufficiens. 5. cap. ibi; *Iustificati igitur ex fide.* Circa primum duo facit. Primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ fuisse necessariam ad salutem Gentibus: quia scilicet sapientia de qua confidebant, saluare eos non potuit. Secundo ostendit quòd fuit necessaria Iudæis, quia scilicet circumcisio & lex & alia in quibus confidebant, eis salutem non attulerunt. Secundo cap. ibi; *Propter quod inexcusabilis es.* Circa primum duo facit. Primo ponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi Quia quod notum est Dei. Proponit autem tria. Primo quidem pœnam dicens, recte dico quòd in eo iustitia Dei reuelatur; *Reuelatur enim in eo ira dei*, id est vindicta ipsius, quæ dicitur ira Dei secundum similitudinem hominum irascentium, qui vindictam quærunt, extra tamen Deus vindictam infert ex animi tranquillitate. Sapien. 12. Tu autem dominator noster cũ trãquillitate iudicas. Et de hac ira Dei dicitur Ioan. 3. Qui incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Hoc autem dicitur quia quidam philosophi dicebant, a Deo non esse pœnas peccatorum: contra id quod dicitur in Psal. 93. Quit corripit gentes non arguet? Vnde additur: De *coelo.* quia credebant circa cœlestia eius prouidentiam occupari, ita quòd ad res terrenas non se extenderet. Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Sed sicut etiam in Psal. 101. dicitur, Dominus de cœlo in terram prospexit. Vel dicitur; *De coelo* eorum iniquitatem demonstrare, quia maxime ex magnitudine cœli, creatoris virtutem intelligere debuerunt. Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Vel de cœlo venturi ad iudicium. Act. 5. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet. Secundo ponit culpam, pro qua pœna infligitur. Et primo quidem culpam, quæ contra Deum committur cum subdit; Super omnem impietatem. Sicut enim pietas dicitur cultus qui Deo exhibetur, tanqnam summo parenti, sic impietas dicitur peccatum quod est contra cultum diuinum. Ezech. 18. Impietas impii super eum erit. Secundo ponit culpam quæ cõmittitur in homine, cum dicit; Et *in iustitiam.* Nam iustitia est per quam homines sibi inuicem ratione conueniũt et cõmunicant. Iob. 35. Filium hominis adiuuabit iustitia tua. Tertio ponit cognitionẽ quã de eo habuerunt, cũ subdit; *Hominum eorum qui veritatem dei* id est, veram de Deo cognitionem detinent in iniustitia quasi captiuatam. Nam vera Dei cognitio quantum est de se, inducit homines ad bonum, sed ligatur quasi captiuitate detenta per iniustitiæ affectum, per quam, vt Psal. 11. dicitur, Diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Deinde cum dicit; *Quia quod notum est*, manifestat propositum, ordine tamen retrogrado. Primo enim consentit quòd sapientes Gentilium de Deo cognouerunt veritatem. Secundo ostendit quòd in eis impietas & iniustitia fuerit, ibi; *Ita vt sint inexcusabiles*: Tertio quòd iram Dei incurrerunt, ibi; *Qui cum iustitiam dei.* Circa primum tria facit. Primo ostendit quid de Deo cognouerunt. Secundo ostendit a quo huiusmodi cognitionem acceperunt, ibi; *Deus enim illis.* Tertio ostendit per quem modum, ibi; *Inuisibilia enim.* Dicit ergo primo, recte dico quòd veritatem Dei detinuerunt. Fuit. n. in eis quantum ad aliquid vera Dei cognitio, quia quod notum est Dei, id est, quod cognoscibile est de Deo ab hominẽ per rationem, manifestum est in illis, id est, manifestum est eis ex eo, quod in illis est, id est, ex lumine intrinseco. Sciendum est ergo quòd aliquid circa Deum est omnino ignotum homini in hac vita, scilicet quid est Deus. Vnde & Paulus inuenit Athenis aram inscriptam, IGNOTO DEO, & hoc ideo, quia cognitio hominis incipit ab his quæ sunt ei connaturalia, scilicet a sensibilibus creaturis, quæ non sunt proportionatæ ad repræsentandam diuinam essentiam. Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis Deum tripliciter cognoscere, vt Dionysius dicit in libro de diuinis nominibus. Vno quidem modo per causalitatem, quia enim huiusmodi creaturæ sunt defectibiles & mutabiles, necesse est eas reducere ad aliquod principium immobile & perfectũ, & secundum hoc cognoscitur de Deo an est. Secundo per viam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium, sicut in propriam causam & vniuocam, prout homo hominem generat, sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc cognoscitur quòd est super omnia. Tertio per viam negationis, quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis potest ei competere, sicut etiam neque corpus cœleste proprie dicitur graue vel leue, aut calidum aut frigidum. Et secundum hoc dicimus Deum immobilem & infinitum, & si quid aliud huiusmodi dicitur: huiusmodi autem cognitionem habuerunt per lumen rationis inditum. Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Deinde cum dicit; *Deus illis manifestauit* ostendit a quo authore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata, & dicit, quòd Deus illis manifestauit, secundum illud Iob 35. Docete nos super iumenta terræ. Vbi considerandum est, quòd vnus homo alteri manifestat, explicando conceptum suum per aliqua signa exteriora, puta per vocem vel scripturam. Deus autem dupliciter aliquid homini manifestat. Vno modo infundendo lumen interius, per quod homo cognoscit, Psalm. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Alio modo proponendo suæ sapientiæ signa exteriora, scilicet sensibiles creaturas. Ecclesia. 1. Effudit illam, scilicet sapientiam super omnia opera sua. Sic ergo Deus illis manifestauit, vel interius infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus, sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur. Deinde cum dicit; *Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi &c.* ostendit per quem modum huiusmodi cognitionem acceperunt. Vbi primo considerandum est, quæ sunt ista quæ de Deo cognouerunt. Et ponit tria. Primo quidem inuisibilia ipsius per quæ intelligitur Dei essentia, quæ, sicut dictum est, a nobis videri non potest. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, scilicet per essentiam vita mortali viuens. 1. Tim. 1. Regi seculorum immortali inuisibili. Dicit autem pluraliter, inuisibilia, quia Dei essentia non est nobis cognita secundum illud quod est, scilicet prout in se est vna. Sic erit nobis in patria cognita, & tunc erit dominus vnus, & nomen eius vnum, vt dicitur Zacha. vltim. Est autem manifesta nobis per quasdam similitudines in creaturis repertas, quæ id quod in Deo vnum est, multipliciter participant, & secundum hoc intellectus noster considerat vnitatem diuinæ essentiæ sub ratione bonitatis, sapientiæ, virtutis, & huiusmodi quæ in Deo non sunt. Hæc ergo inuisibilia Dei dixit,

sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei,

Super Io. tract. 26.

Act. 18.

Hom. 29. super Eu.

xit, quia illud vnum quod his nominibus seu rationibus in Deo respondet, non videtur a nobis. Heb. 11. Vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Aliud autem quod de Deo cognoscitur, est virtus ipsius: secundum quam, res ab eo procedunt, sicut a principio. Psal. 146. Magnus dominus, & magna virtus eius. Hanc ergo virtutem philosophi perpetuam esse cognouerunt. Vnde dicitur; *Sempiterna quoque virtus eius.* Tertium cognitum est quod dicit; Et *diuinitas.* ad quod pertinet quòd cognouerunt Deum sicut vltimum finem, in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonum commune quod ab omnibus participatur: propter hoc potius dixit diuinitatem, quæ participationem significat, quam deitatem, quæ significat essentiam Dei. Col. 1. Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Hæc autem tria referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam inuisibilia Dei cognoscuntur per viam negationis: sempiterna virtus per viam causalitatis: diuinitas per viam excellentiæ.

manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, a creatura mũdi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Secundo, considerandum est per quod medium illa cognouerunt, quod designatur, cum dicit; *Per ea quae facta sunt.* sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita & Dei sapientia manifestatur per creaturas. Sapien. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator harum videri.

Tertio ostendit quomodo per ista cognoscatur Deus, cum dicit; *Intellecta conspiciuntur.* Intellectu enim cognosci potest Deo non sensu vel imaginatione, quæ corporalia non transcendunt, Deus autem spiritus est, vt Io. 4. dicitur. Esa. 52. Ecce intelliget seruus meus. Quarto potest designari a quo per hunc modum Deus cognoscatur, cum dicitur, A *creatura mundi* per quòd vno modo potest intelligi homo. Mar. vltim. Prædicate euangelium omni creaturæ, vel propter excellentiam hominis, qui ordine naturæ minor est angelis: sed excellit inter inferiores creaturas, secundum illud Psal. 8. Minuisti eum paulominus ab angelis: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, &c. Vel quia communicat cum omni creatura: habet enim esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, vt Gre. dicit. Alio modo potest intelligi de vniuersali creatura. Nulla enim creatura ex propriis naturalibus potest Dei essentiam in seipsa videre. Vnde & de Seraphin dicitur Esa. 6. quòd duabus alis velabant caput: sed sicut homo intelligit Deum per creaturas visibiles, ita angelus per hoc quod intelligit propriã essentiam. Potest autem aliter intelligi per creaturam mundi non ipsa res creata, sed rerum creatio: ac si diceretur, a creatione mundi, & tunc potest dupliciter ordinari. Vno modo, quòd intelligatur quòd inuisibilia Dei intelliguntur per ea quæ facta sunt a creatione mundi, non solum per ea quæ facta sunt tempore gratiæ. Alio modo quòd intelligatur quòd a creatione mundi, homines incœperunt Deum cognoscere per ea quæ facta sunt. Iob. 26. Omnes homines videt eum. Glossa autem dicit quòd per inuisibilia Dei, intelligitur persona patris. 1. Tim. vlt. Quem nullus hominum vidit, &c. Per sempiternam virtutem, persona filii, secundum illud 1. Corinth. 1. Christum Dei virtutem. Per diuinitatem, persona spiritus sancti, cui appropriatur bonitas, non quòd Philosophi ductu rationis potuerint peruenire per ea quæ facta sunt in cognitionem personarum, quantum ad propria quæ non significant habitudinem causæ ad creaturas, sed secundum appropriata. Dicuntur tamen defecisse in tertio signo, id est, in spiritu sancto: quia non posuerunt aliquid respondere spiritui sancto, sicut posuerunt aliquid respondere patri, scilicet ipsum primum principium, & aliquid respondere filio, scilicet primam mentem creatam, quam vocabant paternum intellectum, vt Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis.

LECTIO VII.

POSTQVAM apostolus ostendit veritatem dei fuisse a Gẽtibus cognitam: hic ostendit eos fuisse obnoxios culpæ impietatis & iniustitiæ. Et primo ostendit hoc quantum ad culpam impietatis. Secundo quantum ad culpam iniustitiæ, ibi; Et *sicut non probauerunt, &c.* Posset autem aliquis credere, eos a culpa impietatis excusari propter ignorantiam, sicut Apostolus de se dicit infra 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Primo ergo ostendit Gentiles non esse excusabiles. Secũdo, ponit eorum culpam, ibi; Et *mutauerunt gloriam.* Circa primum considerandum est, quòd tunc ignorantia culpam excusat: quando sic procedit & causat culpam, quòd nõ causatur a culpa, sicut cum aliquis adhibita diligentia debita, dum credit percutere hostem percutit patrem. Si vero ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequentem culpam ignorãtia excusare. Vnde si quis per ebrietatem homicidium committit, non excusatur a culpa, quia peccauit se inebriando. Vnde secundũ philosophum, meretur duplices mulctationes. Primo igitur proponit quod intẽdit dicens, Ita quod est Dei, notum est eis, vt sint in excusabiles, id est, vt per ignorantiam excusari non possint. Ia. 4. Scienti bonum & non operanti peccatum est illi: Infra. 2. Propter quod inexcusabilis es. Secũdo ibi; *Quia cum cognouissent, &c.* Probat quod dixerat, & primo ostendit prima eorum culpa ex ignorantia non processit: secundo quod ex hac culpa est ignorantia subsecuta, ibi; *Sed euanuerunt.* Quòd autem prima eorum culpa non fuerit ex ignorantia ostendit, per hoc quòd Dei cognitionem habentes, ea non sunt vsi ad bonum. Dupliciter autem Deum cognouerunt, vno modo sicut omnibus super eminentem, & sic ei debebant gloriam & honorem, quæ superexcellentibus debetur; isti ideo dicuntur inexcusabiles, *Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt*: vel quia ei debitum cultum non impenderunt, vel quia virtuti eius & scientiæ terminum imposuerunt, aliqua eius potentiæ & scientiæ subtrahentes, contra id quod dicitur. Eccl. 43. Glorificantes dominum quantumcunque poteritis. Secundo cognouerunt eum sicut omnium bonorum causam, vnde eis in omnibus gratiarum actio debebatur, quam tamen ipsi non impendebant, sed potius suo igenio, & virtuti suæ bona sua ascribebant. Vnde subdit, Gratias non egerunt, scilicet domino. 1. Thessal. vlti. In omnibus gratias agite. Deinde cum dicit; *Sed euanuerunt.* Ostendit quòd in eis ex culpa est ignorantia subsecuta. Et primo ponit intentum: secundo manifestat propositum, ibi; *Dicentes.* Primo ergo proponit culpam quæ est ignorantiæ causa cum dicit, Euanuerunt, vanum enim dicitur quod non habet stabilitatem seu firmitatem: solus autem Deus de se est immutabilis. Malachiæ. 3. Ego Deus & non mutor. Et ideo tunc solum mens humana est a vanitate libera quando Deo innititur, cum autem prætermisso Deo innititur, cuicunque creaturæ, incurrit vanitatem. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines in quibus non sub est scientia Dei, &c. Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. In cogitationibus suis euanuerunt, inquantum in seipsis, & non in Deo: fiduciam habebant sibi, & non Deo bona sua ascribentes, secundum illud Psal. 11. Labia nostra, &c. Secundo ponit ignorantiam subsecutam dicens; Et *obscuratum est*; id est per hoc quod obscuratum est, factum est cor eorum insipiens, id est, lumine sapientiæ priuatum, per quam homo vere Deum cognoscit. Sicut enim qui oculos corporales solem materiali auertit, obscuritatem corporalem incurrit, ita ille qui a Deo auertitur de seipso præsumens, & non de Deo: spiritualiter obscuratur. Prou. 11. Vbi humilitas, per quam scilicet homo se Deo subiicit, ibi sapientia: vbi superbia, ibi contumelia. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, secundum quòd scilicet eis videbatur, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus. & de his habetur Ephes. 4. Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. Deinde cum dicit; *Dicentes*, exponit quod dixerat, & primo qualiter in cogitationibus suis euanuerunt, cum dicit; *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Dicentes id est sapientiam sibi a seipsis ascribentes. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Esa. 19. Quomodo dicetis Pharaoni filius sapientium ego filius regum antiquorum? &c. Secundo exponit quod dixerat; Et *obscuratum est insipiens cor*, cum dicit, stulti facti sunt, quasi contra diuinam sapientiam agentes. Hiere. 10. Stultus factus est omnis homo scientia sua de qua scilicet præsumebat. Deinde cum dicit; Et *mutauerunt gloriam* ponit peccatum impietatis Gentilium. Et primo quantum ad hoc quòd peccauerunt contra Dei gloriam. Secundo quo modo contra veritatem naturæ ipsius, ibi; *Quia commutauerunt veritatem.* Circa primum duo facit. Primo ponit impietatis culpam, secundo pœnam, ibi; *Propter quod tradidit.* Culpa quidem eorum fuit, quòd quantum in ipsis erat, honorem diuinum in alium transtulerunt, secundum illud Hiere. 2. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Primo ergo ponit id quod mutauerunt: secundo id, in quod mutauerunt, ibi; *In similitudinem.* Circa primum tria sunt attendenda ex parte Dei. Primo quidem, ipsius gloriam quam tãgit

2. Polit. 5. vlt.

git dicens; Et *mutauerunt gloriam*. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo de gloria qua homo Deum glorificat, ei cultum latriæ exhibendo. 1. Tim. 1. Soli Deo honor. Hanc igitur mutauerunt, cum cultum Deo debitum, exhibuerunt aliis. Alio modo potest intelligi de gloria, qua Deus in se gloriosus est, quæ est incomprehensibilis & infinita. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Quæ quidem gloria nihil est aliud quàm ipsa claritas diuinæ naturæ. Lucem enim habitat inaccessibilem. 1. Tim. vltim. Hanc autem mutauerunt, dũ eam aliis attribuerunt. Incommunicabile enim nomen, lignis, & lapidibus imposuerunt, vt dicitur Sapien. 14. Secundo notatur incorruptibilitas cum dicit; *Incorruptibilis*. Ipse enim solus perfecte incorruptibilis est, qui est omnino immutabilis. Omnis enim mutatio quædam corruptio est. Vnde dicitur 1. Tim. vlti. Solus habet immortalitatem. Tertio, notatur naturæ sublimitas cum dicitur, Dei. vt enim in Psalm. 47. dicitur, Deus magnus dominus. Ex parte vero eius in quod mutauerunt, tria correspondentia ponuntur. Nam contra gloriam dicit, in similitudinem imaginis, id est in similitudinem alicuius rei per modum imaginis ab aliquo expressæ. Manifestum enim est, q̃ similitudo imaginis est posterior illa re, cuius est imago. Gloria autem siue claritas Dei est principium omnis speciei & formæ. Et sic dum Dei gloriam in similitudinem imaginis mutauerunt, conuerterũt primum in vltimum. Sapien. 14. Acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. Contra id quod dixerat incorruptibilis, dicit corruptibilis. Psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? scilicet quod est amplius iam corruptum siue mortuum? Sap. 15. Cum sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Contra id quod dixit Dei, ponit hominis. Iob. 32. Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. Et quod est abominabilius, homo gloriam Dei transtulit, non solum in hominem qui est ad imaginem Dei: sed etiam ad ea quæ sunt infra hominem. Vnde subdit; Et *volucrum*, quantum ad volatilia; Et *quadrupedum* quantum ad gressibilia; Et *serpentum* quantum ad reptilia. Prætermittit autem pisces, tanquam magis ab humana conuersatione seiunctos. Hæc autem omnia sunt a Deo homini supposita. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ezech. 8. Ingredere & vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi: & ecce omnis similitudo reptiliũ & animaliũ, &c.

Est autem notãdum, quòd sicut dicit glos. ab aduentu Aeneę consueuerunt in Italia imagines hominum coli, puta Iouis, Herculis, & similium. Sed tempore Cęsaris Augusti deuicta Aegypto, eorum cultum Romani assumpserunt: qui imagines animalium colebant propter figuras animalium quæ notantur in cœlo, quibus Egiptii, tanquam astrologiæ dediti, cultum diuinitatis impendebant. Vnde & dominus filios Israel in Aegypto nutritos, ab huiusmodi cultu remouet dicens, Deut. 4. Ne forte oculis eleuatis in cœlum videas Solem, & Lunam & omnia astra cœli, &c. Deinde cum dicit; *Propter quod tradidit*, ponit pœnam huiusmodi culpæ respondentem. Circa quod considerandum est, quòd homo medium locum obtinet inter Deum & animalia bruta, & cum vtroque extremorum communicat: cum deo quidem secundum intellectuatitatem, cum animalibus vero brutis secundum sensualitatem. Sicut igitur homo id quod est dei, mutauit vsque ad bestias: ita Deus id quod est diuinum in homine secundũ rationem, subdidit ei quod est brutale in ipso, scilicet desiderio sensualitatis: secundum illud Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, similitudines scilicet diuinæ imaginis propter rationem, comparatus est iumentis insipientibus. Hoc est ergo quòd dicit; *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis*. Vt eorum ratio subiceretur desideriis cordis, scilicet sensualis affectus, de quibus dicitur infra 13. Carnem curam ne feceritis in desideriis, &c. Quod quidem est contra naturalem ordinem hominis, secũdum quem ratio appetitui sensibili dominatur. Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Inducit ergo homines in desideria cordis eorum, sicut in manum dominorum crudelium. Esa. 19. Tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium. Præcipue tamen circa appetitum sensitiuum, bestialis quædam deordinatio pertinet ad peccata carnalia. Nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, manifeste sunt communes nobis & brutis. Et ideo sunt magis exprobrabiles, quasi magis brutales, vt dicit Philosophus in 3. Ethico. Et hoc designatur cum subdit

sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratũ est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod

tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

Cap. 10.

F In immunditiam, quæ ad peccata carnalia pertinet: secundum illud Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus: quia scilicet homo per huiusmodi peccata, maxime conuertitur & trahitur ad id, quod est infra ipsum: vnumquodque enim dicitur esse impurum siue immundum ex commixtione vilioris, sicut argentum ex commixtione plumbi. Vnde exponens subdit; Vt *contumeliis*, id est turpibus & immundis actibus; *Afficiant*, id est inficiant; *Corpora sua in semetipsis*, id est, non quasi ab aliis coacti, puta a Barbaris, sed a semetipsis hoc agunt

G propria sponte. infra 9. Aut non habet potestatem figulus luti, ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? scilicet in turpem vsum. Sed cum huiusmodi immunditia sit peccatum, videtur quòd Deus in eam homines non tradat: quia vt dicitur Iaco. 1. Deus intentator malorum est. Dicendum est, quòd Deus non dicitur tradere homines in immunditiam directe inclinando affectum hominis ad malum, quia Deus omnia ordinat in seipsum. Prou. 16. Vniuersa propter se operatus est dominus. peccatum autem est aliquid per auersionem ab eo. Sed indirecte tradit homines in peccatũ, inquãtum iuste subtrahit gratiam per quam homines cõtinebantur, ne peccarent, sicut si aliquis alicuius subsentaculum tolleret, diceretur facere casum eius. Et per hunc modum, primum peccatum est causa sequentis peccati, sequens vero est pœna prioris. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd vnum peccatum potest esse causa alterius indirecte & directe. Directe quidem, inquãtum ex vno peccato inclinatur ad aliud, quod fit tripliciter.

H Vno modo secundum rationẽ causæ finalis, sicut cum quis ex auaritia vel inuidia incitatur ad homicidium committendum. Secundo, secundum rationem causæ materialis, sicut gula inducit ad luxuriam ministrando materiam. Tertio, secundum rationem causæ mouentis, sicut cum ex multis actibus alicuius peccati, generatur habitus ad simile peccatum inducens. Indirecte autem, sicut primum peccatum meretur exclusionem gratiæ, qua subtracta homo ruit in aliud peccatum. Et sic primum peccatum est causa secundi indirecte siue per accidens, sicut remouens prohibens. Sed notandum est, quòd peccatum inquantum huiusmodi, non potest esse pœna, quia pœnam contra voluntatem patimur, peccatum autem est voluntarium, vt August. dicit: sed quia peccatum habet quædam adiuncta, quæ sunt contra voluntatem peccantis, ratione eorum peccatum dicitur pœna præcedentis peccati. Hoc autem est vno modo aliquid præcedens peccatum, sicut subtractio gratiæ ex qua sequi

I tur vt homo peccet. Alio modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius; sicut est inordinatio animi, vnde Augu. dicit in 1. Confes. Iussisti domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus, siue quantum ad exteriores actus quibus difficultates ac labores adiunguntur, secundum illud quod dicunt impii. Sapien. 5. Ambulauimus vias difficiles, &c. Tertio, quantum ad id quod sequitur peccatum, sicut est remorsus conscientiæ, infamia & similia. Deinde cum dicit; *Commutauerunt, &c.* Ponit culpam impietatis, quam commiserunt contra veritatem diuinæ naturæ. Et primo ponit culpam, secundo pœnam, ibi, Propterea tradidit. Diuina autem natura potest considerari dupliciter. Vno modo secundum quòd est ratio cognoscendi, vt veritas prima, & quantum ad hoc dicit; *Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium*, quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia veram cognitionem quã a Deo acceperunt peruersa ratione ad falsa dogmata conuertere-

K runt, sicut cum dixerunt idola esse deos, vel deum non esse omnipotentem, vel omniscientem. Hiere. 9. Docuerunt linguas suas loqui mendacium. Alio modo veritatem dei in mẽdacium mutauerunt, quia diuinitatis naturam, quæ est ipsa veritas attribuerunt idolo, quod est mendacium inquantum non est deus, vt dicitur Hiere. 19. Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet homo sibi deos, & ipsi non sunt dii? Alio modo potest considerari diuina natura, secundum quòd est principium essendi omnibus per creationem, & sic debetur ei ab homine, interius quidem cultus secundum pium affectum. Ioan. 9. Si quis cultor est Dei, &c. exterius vero debetur ei seruitus latrię, secundum illud Deut. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde & subdit contra eos scilicet; *Coluerunt & seruierunt creaturæ potius, &c.* colebant enim cœlestia corpora, & aerem, & aquam; & alia huiusmodi, secundum illud Sapien. 13. Aut ignem, aut spiritum,

De ver. rel, cap. 14.

Cap. 12.

spiritum, aut citatum aerem, &c. Et in hoc improbat sapientes gentilium, qui quàmuis nunquam in imaginibus aliquid numinis esse crederent, sicut sectatores Hermetis credebant, neque ea quæ a Poetis fabulose dicebantur de diis crederent esse vera, creaturis tamen aliquibus, cultum diuinitatis impendebant, ex quibus rationem fabularum assignabant, sicut Varro posuit totum mundum esse deũ propter animam eius, dicens q̃ toti mundo, & omnibus partibus eius, diuinitatis cultus impendi potest, scilicet aeri, quem vocabant Iunonem, & aquæ quam vocabant Lieũ, & sic de aliis. Platonici etiam posuerunt, quòd omnibus substãtiis rationalibus quæ sunt supra nos cultus diuinitatis debetur: puta dæmonibus, animabus cœlestium corporum intelligentiis, id est, substantiis separatis. Quamuis autem his, quæ supra nos sunt aliquam reuerentiam exhibere debeamus, non tamen cultu latriæ, quæ potissime in sacrificiis & oblatione consistit, per quam homo profitetur omnium bonorum Deum esse authorem, sicut & in quolibet regno aliquis honor supremo domino exhibetur, quem non licet transferre in alium. Et ideo subdit; *Qui est benedictus*, id est, cuius bonitas est manifesta. Sicut enim dicimur benedicere Deum, inquantum eius bonitatem corde recognoscimus & ore confitemur. Eccle. 43. Benedicentes Deum exaltate illum quantum potestis. Addit autem; *In seeula*, quia eius bonitas est sempiterna ab alio nõ dependens, sed est omnis boni principium. Et ex hoc sibi debetur omnis latriæ cultus. Addit autem Amen, ad omnimodam certitudinem asserendam. Esa. 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen, quod idem est quòd verum, vel fiat. Videtur autem Apostolus triplicem theologiam tangere gentilium. Primo quidem ciuilem quæ obseruabatur a pontificibus in adoratione idolorum in templo, & quantum ad hoc dicit, Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei. Secũdo theologiã fabularẽ, quam poetæ tradebant in theatris, & quantum ad hoc dicit; *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium*. Tertio theologiam naturalem quam obseruauerunt philosophi in mũdo, partes mundi colentes, & quantum ad hoc dicit, Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori.

LECTIO VIII.

POSITA culpa impietatis, secundum quam contra naturam diuinam peccauerunt, hic ponit pœnam, qua scilicet ad hoc reducti sunt, vt contra suam naturam peccarent. Et primo ponit pœnam, secundo exponit, ibi; *Nam foeminae*, tertio eius conuenientiam ostendit, ibi; Et *mercedem*. Dicit ergo primo; *Propterea*, scilicet quia dei veritatem in mendacium mutauerunt; *Tradidit illos Deus* non quidem impellendo in malum, sed deserendo; *In passiones ignominiae*, id est peccata contra naturam, quæ dicuntur passiones secundum quòd proprie passio dicitur, ex eo quòd aliud trahitur extra ordinem suæ naturæ, puta cum aqua calefit, aut cum homo infirmatur. Vnde quia per huiusmodi peccata homo recedit ab ordine naturali, conuenienter dicuntur passiones, infra 7. Passiones peccatorũ. Dicuntur autem passiones ignominiæ, quia non sunt nomine digna, secundum illud Ephes. 5. Quæ aguntur in occulto ab eis turpe est dicere. Si enim peccata carnis communiter exprobrabilia sunt, quia per ea homo deducitur ad id, quod est bestiale in homine, multo magis peccatum contra naturam, per quod etiam homo a natura bestiali decidit. Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Deinde cum dicit; *Nam foeminae eorum, &c.* exponit quod dixerat. Et primo quantum ad fœminas, secundo quantum ad masculos, ibi; *Similiter autem masculi*. Dicit ergo primo, Ideo illos dico in passiones ignominiæ traditos. *Nam foeminae eorum mutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam.* 1. Corinth. 11. Nec ipsa natura docet vos. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, id est ius naturale. Est autem considerandum quòd dupliciter est aliquid contra naturam hominis. Vno modo contra naturam differentiæ constitutiuæ hominis, quæ est rationale, & sic omne peccatum dicitur esse contra naturam hominis, inquantum est contra rationem rectam. Vnde & Dama. dicit in 2. lib. quòd angelus peccans, versus est ex eo quod est secundum naturam in id, quod est præter naturam. Alio modo dicitur esse aliquid contra naturam hominis ratione generis, quod est animal. Manifestum est autem quòd secundum

Lib. 2. de fide. c. 4. post princip.

LECTIO VIII.

A naturæ intentionem, commistio sexuum in animalibus, ordinatur ad actum generationis. Vnde omnis commistionis modus ex quo generatio sequi non potest, est contra naturam hominis inquantũ est animal. Et ꝓ hoc dicitur in Glossa, naturalis vsus est vt vir & mulier in vno concubitu coeant. Contra naturam vero, vt masculus masculum polluat, & mulier mulierem: & eadem ratio est de omni actu coitus, ex quo generatio sequi non potest. Deinde cum dicit; *Similiter autem*, exponit quantum ad mares

B qui scilicet relicto naturali vsu fœminæ exarserunt, id est extra terminos naturæ arserunt, secundum illud Psal. 105. Exarserunt sicut ignis in spinis. Et hoc; *In desideriis suis*, scilicet carnalibus; *Inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes*. Ezech. 16. Nudabo ignominiam tuam coram eis, &c. Deinde cum dicit; Et *mercedem*: ostendit hanc pœnam conuenientem esse culpæ, dicens; *Recipientes in semetipsis*, id est in deformatione suæ naturæ *Mercedem erroris sui*, scilicet, quo Dei veritatem in mẽdacium commutauerunt; *Mercedem*, id est retributionem quam oportuit, scilicet eos recipere, secundum iustitiæ ordinem ex qua debitum erat, vt qui in Dei naturam iniuriosi fuerant, id quod est proprium sibi creaturis attribuendo, in sui natura contumeliosi existerent. Et quamuis merces proprie videatur in bonum sonare, tamen hic sumitur communiter pro quacunque retributione, etiam in malis, secundum modum quo dicitur infra 9. Stipendia peccati mors. Mich. 1. Mercedes eorum igni comburentur. Et est notandum quòd satis rationabiliter Apo

C stolus vitia contra naturam quæ sunt grauissima inter peccata carnalia, ponit idolatriæ pœnam, quia simul cum idolatria incepisse videntur, scilicet tempore Abrahæ, quando creditur idolatria incepisse. Vnde & tunc primo leguntur in Sodomitis punita esse, vt Gen. 19. simul etiam idolatria crescente huiusmodi vitia creuerunt. Vnde dicitur 2. Machab. 4. quòd Iason ausus est sub ipsa arce optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis.

Deinde cum dicit; Et *sicut non probauerunt*: ostendit eos iustitiæ fuisse subiectos. Et primo ostendit ex qua priori culpa in hæc peccata deuenerunt. Secũdo enumerat horũ peccatorũ differentias, ibi; *Repletos omni iniquitate*. Culpam autem præcedentẽ ponit cum dicit; Et *sicut non probauerunt Deum habere in notitia*, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia quamuis lumine rationis, & per creaturas visibiles veram Dei cognitionẽ

D habere potuerunt, tamen vt liberius possent peccare non probauerunt, id est non approbauerunt, vt ipsi haberent Deum in sui notitia. Iob. 22. Dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Alio modo potest intelligi quòd ipsi non probauerunt quòd Deus in sua notitia haberet facta humana, secundum illud Psal. 93. Dixerunt, non videbit dominus, nec intelliget Deus. Et secundum hunc sensum conuenienter huic culpæ respondet pœna cum subditur, Tradidit illos Deus in reprobum sensum: dicitur autem hic sensus hominis non exterior quo sensibilia cognoscuntur, sed interior secundum quem iudicat de agendis, secundum illud Sapien. 6. Cogitare de illa sensus est consummatus. Dicitur autem sensus reprobus, quo aliquis reprobandum iudicium habet de agendis, secundum illud 2. Tim. 3. Homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Hiere. 9. Argentum reprobum vocate eos. Et ideo subdit; Vt *faciant ea quae non conueniunt*, id est ea quæ a recta ratione discordant. Sap. 3. Inutilia opera eorum sunt. Est autem conueniens,

E vt qui contra Dei notitiam peccauerunt vel eum cognoscere nolentes; vel eum cognoscere non arbitrantes in peruersitatem sensus traderentur. Vnde & Sap. 14. dicitur, Peccantium pœna perambulat semper in iustorum præuaricationem. Deinde cum dicit, *Repletos, &c.* enumerat huiusmodi inconuenientia opera: & primo ponit id quod est generale, dicens; *Repletos omni iniquitate*, quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Omne peccatum est iniquitas. Sicut enim omnis virtus inquantum exequitur præceptum legis habet rationem iustitiæ, ita etiam omne peccatum inquantum a regula legis diuinæ discordat, habet rationem iniquitatis. Et sic in Sacra Scriptura præcipue peccata arguuntur. Dupliciter autem eorum culpam exaggerat, Primo quidem in tensiue, per hoc quòd dicit; *Repletos*. Ille enim videtur repleri iniquitate, cuius affectus est totaliter ad peccandum dispositus, secundum illud Psal. 13. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Secundo extensiue, quia scilicet non tantum in vno peccauerunt, sed in omnibus. Sap. 14. Infandorum idolorum

idolorum cultura omnis mali causa est. Consequenter cum dicit; *Malitia*, enumerat peccata in speciali. Et primo quantum ad trangressionem quæ opponitur præceptis negatiuis. Secundo quantum ad omissionem, quæ opponitur præceptis affirmatiuis, ibi; *Superbos*. Circa primum duo facit. Primo ponit peccata, quibus aliquis deteriorat in seipso. Secundo, peccata quibus aliquis fit nociuus proximo, ibi; *Nequitia*. Circa primum ponit quidem id primo, quod est generale cũ dicit; *Malitia*, quæ est habitus vitiosus virtuti oppositus. Vnde ex malitia peccare dicuntur qui ex habitu peccant. Psalm. 51. Quid gloriaris in malitia? In speciali ponit peccatum, quo quis deordinatur circa appetitum corporalium delectationum cum dicit; *Fornicatione*. Quamuis enim fornicatio proprie sit cum meretricibus, quæ iuxta fornices, id est arcus triumphales se publice prostituebant, tamen hic sumitur pro omni illicito concubitu. Thob. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Secundo ponit vitium per quod quis deordinatur circa appetitum rerum exteriorum, cum dicit; *Auaritia*, quæ est immoderatus appetitus habendi. Heb. vlti. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Deinde ponuntur peccata, quæ tendunt ad nocumentum proximi. Et primo ponit id quod est generale, cum dicit; *Nequitia*, dum scilicet attentat aliquis quod nequit implere, quod maxime contingit circa nocumenta proximorum, quibus non potest aliquis aliquando pro voto nocere. Psal. 7. Concumetur nequitia peccatorum. Consequenter ponit radicem horum peccatorum, dicens; *Plenos inuidia*, quæ est dolor de alieno bono: ex quo aliquis incitatur ad nocendum alteri. Sapiẽ. 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Postea ponuntur nocumenta, & primo manifesta, & quantum ad facta, cum dicit; *Homicidiis*, quæ sunt præcipua nocumenta. Oseæ 4. Maledictum, mendacium, & homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt. Dicit autem pluraliter; *Homicidiis*, quia homicidium, non solum consistit in opere, sed etiam in voluntate. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem, homicida est, qui scilicet odit ad occidendum. Et quantum ad verba, cum dicit; *Contentione*. Est autem contentio, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Prou. 20. Honor est homini qui se separat a contentionibus. Deinde ponit nocumenta occulta, & primo illud quod est generale, cum dicit; *Dolo*, quando, scilicet, aliud simulatur, & aliud agitur. Hiere. 9. Sagitta vulnerans, lingua eorum, dolum locuta est in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ei ponit insidias. Post hæc ponit radicem interiorem horum nocumentorum, cum dicit; *Malignitate* quæ importat malum ignem, id est malum affectum in corde, secundum illud Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala aũt in cordibus. Psal. 5. Non habitabit iuxta te malignus.

Consequenter ponit nocumenta occulta quæ præcipue fiunt verbis, cum dicit; *Susurrones*. Qui scilicet occulte susurrant in auribus hominum ad seminandum inter eos discordias. Eccles. 28. Susurro, & bilinguis maledictus in populo: multos enim turbauit, pacem habentes; *Detractores*, qui scilicet detrahunt famæ alicuius occulte id est eo ignorante, mala dicentes de eo. Eccle. 10. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Et ne putentur ista peccata esse leuia, qa solo ore committuntur, subdit; *Deo odibiles*. Impugnant enim id maxime quòd Deus in hominibus amat scilicet mutuũ amorem. Io. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Vnde dicitur Prouer. 6. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius, scilicet qui seminat inter fratres discordias. Addit autem *Contumeliosos*, qui scilicet mala in faciem inferunt. 1. Tim. 1. Qui prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus. Sic ergo hæc tria vitia in materia cõueniunt, quia oẽs mala dicut de proximo. Dicit autem in fine, nam susurro intendit discordiam, detractor infamiam, contumeliosus iniuriam.

Consequenter ponit peccata quæ pertinent ad omissionem: & primo ponit radicem horum peccatorum, cum dicit; *Superbos*. Dicuntur enim superbi, quasi super se euntes per inordinatum appetitum excellentiæ: volunt enim præesse, non subesse alienæ regulæ, & ideo præcepta ommittunt. Eccle. 10. Initium omnis peccati, superbia. Quod verum est quantum ad auersionem a Deo, non quantum ad conuersionem ad bonum commutabile. Dicitur enim 1. Tim. vlti. quòd radix omnium malorum est cupiditas. Secundo ponit processum superbiæ, ex quo primo in corde nascitur elatio; vt scilicet homo se super alios efferat. Luc. 18. Non sunt sicut cæteri hominum. Vnde dicitur contra elatos illud Psal. 130. Neque elati sunt oculi mei. Secundo ex superbia in opere nascitur nouitatum præsumptio. Et quantum ad hoc subdit, Inuentores malorum, quia enim bona iam a deo & ab hominibus sunt instituta, cõsequens est vt ipsi de nouo adinueniãt mala. Esa. 3. Adinuentiones eorum cõtra dominum. Cõsequenter ponuntur ipsæ omissiones. Et primo respectu superiorum. Vnde quãtum ad parentes dicit; *Parentibus non obedientes*. Contra id quod dicitur Ephe. 6. Filii, obedite parentibus vestris in domino. Quantum autem ad Deum, dicit; *Insipientes*, id est contra diuinam reuerentiam agentes. Iob. 28. Ecce timor domini, ipsa est sapientia, & recedere a malo, intelligentia. Secundo ponit omissionem, quantum ad seipsum, cum dicit; *Incompositos*, in habitu & in incessu. Eccle. 19. Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enuntiat de illo. Quidam tamen inculpantur Esa. 3. de hoc, quòd composito gradu incedebant, quia illa compositio excedebat modum communem hominum, inter quos conuersabantur. Tertio ponit omissionem quantum ad pares, ad quos debemus habere primo affectum in corde, contra quod dicit; *Sine affectione*. Prouer. 12. Viscera impiorum crudelia. 2. Tim. 3. Erunt homines seipsos amantes, scilicet, & non alios. Secundo debet homo eis exhibere socialem conuersationem, contra quod subdit; *Absque foedere*, quo scilicet aliis socialiter non conuiuunt. Iudic. 18. Percusserunt eos in ore gladii, eo quòd cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negocii. Eccle. 4. Væ soli, quoniam cum ceciderit &c. Quarto quantum ad inferiores, subdit; *Sine misericordia* quam debemus miseris exhibere. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam, &c.

Deinde cum dicit; *Qui cum iustitiam*: ostendit eos esse obnoxios iræ siue vindictæ diuinæ. Circa quod tria sunt consideranda. Primo, naturalis eorum affectus: quia cum cognoscerent Deum iustum & omnes aliàs perfectiones habentem, non crediderunt quòd pro peccatis pœnam inferret. Sopho. 1. Dicunt in cordibus suis, non faciet dominus male. Et hoc est quòd dicit; *Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt*. Secundo, pœna peccatis eorum debita, cum dicit, Digni sunt morte. infra 6. Stipendia peccati, mors est. Dignum est enim quòd anima quæ deserit Deum, a corpore suo deseratur per mortem corporalem & finaliter deseratur a Deo per mortem æternam, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Et Apoca. 2. In his mors secunda non habebit potestatem. Tertio considerandum est quibus talis pœna debetur. Et primo his qui talia agunt scilicet prædicta peccata, secundum illud Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, & non solum illis qui faciunt, sed etiam his qui consentiunt facientibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directe vel laudando peccatum, secundum illud Psal. 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Vel etiam præbendo consilium & fauorem, secundum illud 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium. Alio modo indirecte, quando non reprehendit, aut impedit quocunq; modo si potest, & præcipue si ex officio incumbat, sicut peccata filiorum imputantur Hely: sicut patet 1. Regum 4.

Hæc etiam specialiter Apostolus dicit propter quosdam sapientes Gentilium: qui & si idola non colebant, tamen colentibus non resistebat.

metipsis recipientes. Et sicut nõ probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtẽtione, dolo, malignitate, susurrões, detractores, Deo odibiles, cõtumelio

CAP. II. LECTIO I.

Postqvam Apostolus ostendit quòd Gentiles iustificati non sunt ex veritatis cognitione quam habuerunt, hic ostendit quòd neque etiam Iudæi iustificati sunt ex his in quibus gloriabantur. Et sic vtrisq; est necessaria ad salutẽ virtus euangelicæ gratiæ. Primo ergo dicit, ꝙ Iudæi non sunt iustificati ex lege. Secundo quòd non sunt iustificati ex genere, de quo gloriabãtur. 3. cap. *Quid ergo est amplius?* Tertio quòd non sunt iustificati ex circuncisione. 4. cap. *Quid ergo dicemus?* Circa primum considerandũ est quòd Iudæi & Gentiles ad fidem conuersi se in vicem iudicabant de priori vita. Iudæi. n. Gentibus obiiciebant, quòd sine Dei lege viuentes, idolis immolabant. Gentes autem obiiciebant Iudæis, ꝙ lege Dei accepta, eam non seruabant. Primo ergo vtrosque arguit de inordinato iudicio. secundo specialiter ostendit quòd Iudæi non erant digni præmio: quia ea in quibus gloriabanẽ nõ sufficiebant ad salutem, ibi *Non enim auditores legis* Circa primũ duo facit. Primo confutat humanum iudicium. Secundo astruit & cõmendat diuinum, ibi *Scimus enim* Circa primum duo facit. Primo proponit mutuo se iudicantes inexcusabiles esse. Secundo assignat rationem, ibi *In quo autem* Primo ergo concludit ex præmissis, dicens, Propter quod Gentiles veritatem de Deo cognitam in iniustitiam detinuerunt. O homo qui iudicas alium hominem inexcusabilis es, sicut supra. 1. dixit, ita vt sint inexcusabiles. Addit autem *Omnis*. Quasi dicat, quicunque sis, siue Gentilis, siue Iudæus, quia etiam Gentilis de quo magis videbatur, non potest excusari per ignorantiam, sicut supra ostensum est. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Deinde cum dicit *In quo enim*, assignat rationem, excludẽdo causam excusationis. Primo quidem ignorantiam. Secundo innocentiam, ibi *Eadem enim* Ignorantia quidem excluditur per iudicium: quicunque. n. iudicat aliquem quasi male agentem, demonstrat se agnoscere illud esse malum, & ex hoc ostendit esse condemnabilem: & hoc est ꝙ dicit, Ideo (inquã) es inexcusabilis. In quo enim iudicas alterũ quasi male agentem, teipsum condemnas. i. ostendis te esse condemnabilem. Mat. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Non tamen credendum est quòd omne iudicium sit condemnationis causa. Est. n. triplex iudicium. Vnum quidẽ iustum, quod ſ. fit ſm regulam iustitiæ. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Aliud est iudicium non iustum, quod scilicet fit contra regulam iustitiæ. Sap. 6. Cum essetis ministri regni eius, non recte iudicastis. Est autem tertium iudicium temerarium, contra quod dicitur. Eccle. 5. Ne temere quid loquaris. Quod quidem dupliciter committitur. Vno modo quando aliquis procedit circa id, quod est sibi commissum iudicium absque debita veritatis cognitione: contra id quod dicitur Iob. 29. Causam quam ignorabam diligentissime inuestigabam. Alio modo quando aliquis vsurpat sibi iudicium de occultis, de quibus solus Deus iudicare habet. Contra id quod dicitur 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus qui illuminabit, &c. Est autem aliquid occultum, non solum quo ad nos, sed secundũ sui naturam, ad solam dei cognitionem pertinens. Primo quidẽ cogitatio cordis, ſm illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, & ꝙbans renes. Secundo contingens futurum, ſm illud Esa. 41. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & dicemus quia dii estis vos. Et ideo sicut dicit Aug. de sermone domini in mõte. Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum est quo animo quidque factum fuerit, vel cum incertum est, qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Primum ergo iudicium non est condemnationis causa, sed ſm & tertium. Deinde cum dicit *Eadem enim* excludit aliam excusationis causam. ſ. innocentiam, quasi dicat, Ideo tu qui iudicas alios, teipsum cõdemnas, quia tu eadem agis q̃ iudicas, id est, de quibus alios cõdemnas: & ita vr quòd contra conscietiam agis. Mat. 7. Quid autem vides festucã in oculo &c. Est tn sciendum, quòd non semper cum aliquis aliquem iudicat de peccato quod ipse cõmittit, per hoc ipsum, semper sibi condẽnationem acquirit, quia non semper mortaliter peccat sic iudicando: semper tamen suam damnationem manifestat. Si enim publice sit in peccato de quo alium iudicat, videtur scandalizare iudicando, nisi forte humiliter se simul cum illo reprehendat

LECTIO PRIMA.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum cõdemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus. n. qm̃ iudicium Dei est secundum veritatẽ, in eos qui talia agunt. Existimas aũt o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis eius contẽnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit. Secundum autẽ duritiã tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

pro suo peccato ingemiscens. Si vero sit in eodem peccato occulte, non peccat iudicando alium de peccato eodem, maxime cum humilitate & conatu ad resurgendum: vt August. dicit in libro de sermone domini in monte. Primum cogitemus cum aliquem reprehendere necessitas nos cogit, vtrum tale sit vitiũ, quod nunquam habuimus: & tunc cogitemus nos etiã habere potuisse, vel tale quod habuimus, & iam non habemus: & tunc tangat memoriam fragilitas cõmunis, vt illam correctionem non odiũ, sed misericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pariter condolendum in uitemus. Deinde cum dicit *Scimus enim* astruit & commendat diuinum iudicium. & circa hoc tria facit. Primo ponit diuini iudicii veritatem. Secundo excludit contrariam opinionem, ibi *Existimas*. Tertio manifestat veritatem, ibi *Qui reddet unicuique*. Dicit ergo primo, Ideo dico quòd teipsum condemnas, cum eadem agis, quæ iudicas. Scimus enim, id est ꝙ certo tenemus, qm̃ iudicium Dei est in eos qui talia agunt, id est, imminet eis diuinum iudiciũ. Iob. 19. Vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium. Eccle. vlti. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicio. Item scimus quòd hoc iudicium est secundum veritatem. Psal. 95. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate. Hominis aũt iudiciũ, etiam si iuste iudicet, non semper est secundum veritatem negocii, sed secundum dicta testium, quæ quandoque dissonant a veritate. Sed hoc non est in diuino iudicio: quia vt ipse dicit Hier. 29. Ego sum iudex & testis. Non etiam fallitur falsis allegationibus, secundum illud Iob. 41. Non parcam ei quasi verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Deinde cum dicit *Existimas autem* excludit opinionem contrariam. Et primo ponit eam. Secundo assignat causam, ibi *An diuitias*. Tertio improbat, ibi *Ignoras* Dicit ergo primo. Ita dixi quòd iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Sed nunquid o homo, quicunque es, qui iudicas eos qui talia agunt, & tamen facis ea, superioris iudicium non times? existimas quia tu effugies iudicium Dei? Quasi dicat, Si hoc existimas, falsa est estimatio tua. Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Deinde cum dicit *An diuitias* ostendit causam huius falsæ æstimationis. Quia enim homo non statim punitur a Deo pro peccato, estimat se non esse puniendum. Contra id quod dicitur Eccle. 5. Ne dixeris in corde tuo, Peccaui, & quid accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Et Eccle. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, non debet contemnere, sed aduertere quod est bonum timentibus eum. Et ideo hic dicit, An contemnis. secũdum illud Prou. 18. Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contemnit diuitias, id est abundantiam. Ephe. 2. Deus qui diues est in misericordia bonitatis eius, per quam scilicet in nos diffundit bona: secundum illud Psal. 144. Aperis tu manum tuam, & omnia imples bonitate. Nam bonũ diffusionis rationem importat secundum Dionys. Treñ. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum. Et patientiæ per quam. ſ. sustinet grauiter, & ex malitia peccantes. Psal. 7. Deus iudex iustus & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Et longanimitatis, per quam scilicet diu sustinet homines ex infirmitate peccantes, diu tamen in peccato permanentes 2. Pet. vlti. Longanimitatem domini nostri Iesu Christi, salutem arbitramini. Deinde cum dicit *Ignoras* improbat prędictam causam, scilicet contemptum diuinæ patientiæ, & primo fructum diuinæ patientiæ, demonstrat: secundo periculum contemptus, ibi *Secundum duritiam autem*. Dicit ergo primo, mirum est quòd contemnis. Nunquid igitur ignoras quoniam benignitas Dei differentis pœnam. 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed ad pœnitentiam reuerti. Esa. 3. Expectat vos Deus vt misereatur vestri. Videtur autem Apostolus, vt in Glo. dicitur, tres gradus peccatorum tetigisse. Primo quidem impunitatem sibi promittentium. Secundo contemnentium Dei bonitatem. Tertio vero ignorantium. Vnde dicit Glo. Peccas o homo, dum tibi impunitatem promittis, grauius peccas, quia contemnis, & grauissime peccas, quia ignoras. Sed videtur hoc esse falsum, nam ignorantia alleuiat peccatum magis quàm aggrauet.

Est igitur secundum quosdam intelligendum, grauissime, id est periculosissime, quia qui ignorat peccatum, non quærit remedium. Vel grauissime propter ignorantiæ speciem, quæ ad infidelitatem pertinet, quæ est grauissimum peccatum. Vnde dicitur 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauissime in genere ingratitudinis Augustinus: Magis enim est ingratus qui beneficium non cognoscit, quàm qui diminuit, quod est contemnere. Deinde cum dicit *Secundum duritiam* ostendit periculum contemptus, dicens, secundum autem duritiam, quia scilicet ob beneficia diuinæ bonitatis non emollitur. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo, & cor impœnitens, quod scilicet ad pœnitentiam non flectitur ex Dei patientia & longanimitate. Hier. 8. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo. *Thesaurizas tibi iram*, id est multiplicas tibi reatum pœne. Iac. 5. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Vnde & hic sequitur, *In die iræ*, id est in die iudicii: de qua dicitur Sopho. 1. Dies illa, dies iræ, quia scilicet nunc Deus vindictam non infert, quam tunc inferet, secundum illud Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. *Et reuelationis iusti iudicii Dei*, quia tunc reuelabitur iustitia diuini iudicii, quod nunc non creditur esse, aut non videtur esse iustum. Esa. 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et quia Glossa hic dicit, quòd per duritiam & cor impœnitens significatur peccatum in spiritum sanctum, quod est irremissibile: ideo oportet videre quid est peccatum in spiritum sanctum, & quomodo sit irremissibile. Est igitur sciendum, quòd secundum antiquos doctores ecclesiæ, qui fuerunt ante Augustinum, scilicet Athanasium, Hylarium, Ambrosium, Hieronymum, & Chrysostomum, peccatum in spiritum sanctum dicitur blasphemia, qua opera spiritus sancti spiritui immundo attribuuntur, vt patet Matth. 12. quod quidem dicitur irremissibile & in hoc seculo & in futuro, quia pro hoc peccato puniti sunt Iudæi, etiam in hoc seculo per Romanos, & in futuro per dæmones. Vel quia non habet aliquam rationem excusationis, sicut habebat blasphemia, quam dicebant in Christum inquantum erat filius hominis: secundum illud Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini. Ad quod poterant induci per infirmitatem carnis, sicut & in veteri testamento, quia filii Israel murmurauerunt pro defectu panis & aquæ: vt legitur Exod. 16. Quasi humanum fuit & facile remissibile: sed quod postea dixerunt coram idolo: vt Exod. 22. Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti: peccauerunt in spiritum sanctum, scilicet opus Dei dæmonibus attribuentes. Vnde & eorum peccatum dicitur irremissibile. cum dominus subdit. Ego autem in die vltionis visitabo peccatum eorum. August. autem dicit, peccatum in spiritum sanctum esse verbum, vel blasphemiam, quam quis dicit contra spiritum sanctum, per quem fit remissio peccatorum, secundum illud Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et hoc quidem corde, scilicet ore & opere, dum aliquis perseuerat in peccato vsque in finem vltimum. Et sic finalis impœnitentia, est peccatum in spiritũ, de qua manifestum est esse irremissibile. Magistri vero sequentes dicunt peccatum in spiritum sanctum, scilicet quod committitur ex certa malitia, quæ contrariatur appropriato spiritui sancto, scilicet bonitati, sicut & peccatum in filium Dei, quod est ex ignorantia, quæ opponitur sapientiæ, quæ appropriatur filio. Et similiter peccatum in patrem potest dici quod fit ex infirmitate, quæ contrariatur potentiæ, quæ est appropriata patri Sic ergo peccatum quod est in patrem, vel in filium, dicitur remissibile, quia ex hoc ipso peccatum videtur aliquam excusationem habere, quia ex ignorantia, vel ex infirmitate committitur. Quod autem ex certa malitia committitur, nullam in se habet excusationis causam: & ideo dicitur irremissibile, quia non habet in se, vnde remittatur, licet quandoque Deus illud ex sua bonitate remittat, sicut quandoque ex sua virtute curat morbum qui est de se incurrabilis. Et secundum hoc assignantur sex species peccati in spiritum sanctum, excludentes ea per quæ peccatum remittitur, quorum prima duo accipiuntur per respectum ad ea, quæ se tenent ex parte Dei. s. spes diuinæ misericordiæ, cui opponitur desperatio: & timor diuinæ iustitiæ, cui opponitur præsumptio. Alia vero duo accipiuntur ex parte hominis. s. contemptus boni commutabilis cui opponitur obstinatio, quæ hic duritia dicitur, per quam, scilicet aliquis firmat animum suum ad peccatum: & destinatio auersionis a Deo, cui opponitur cor impœnitens, quod scilicet nunquam proponit per pœnitentiam reuerti ad Deum. Alia vero

Hier. sup. Matt. cap. 12.

In expositione i cõ. Epistolę ad Rom. circa finẽ, Et de verb. Dñi. ser. 11.

LECTIO II.

QVI reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidem, qui secũdum patientiam boni operis, gloriã & honorem & incorruptionem quærũt, vitam æternam. His aũt qui sunt ex contentione & qui non acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati, ira &

F accipiuntur ex parte donorum Dei, quorum vnum est fides, sm illud Prou. 15. Per fidem purgantur peccata. & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Aliud autem est charitas, secundum illud Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. & huic opponitur inuidentia fraternæ gratiæ.

LECTIO II.

POST QVAM Apostolus proposuit veritatem diuini iudicii, exclusa cõtraria opinione, hic manifestat diuini iudicii veritatem, & primo proponit quod intendit, secundo manifestat propositum, ibi *His quidem qui secundum patientiam*. Pro ponit autem primo veritatem diuini iudicii quantum ad duo. s. quantum ad opera, & quantum ad personas. Quantum ad opera quidem, quia in præsenti non reddit secundum opera, sed

G quandoque male agentibus gratiam largitur, sicut ipsi Paulo Apostolo, qui prius blasphemus & persecutor misericordiam consecutus est: vt dicitur 1. Tim. 1. Sed hoc non erit in die iudicii, quando erit tempus, secundum iustitiam iudicandi. Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et ideo alibi dicitur in Psal. 27. Secũdum opera manuum eorum tribue illis. quãtum ad personas attendit veritas diuini iudicii, quia retributionis æqualitas seruabitur quantum ad omnes 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet. Videtur autem, quòd non sit secũdum opera retributio futura, quia peccato temporali pœna æterna retribuetur. Sed dicendum est, quòd sicut Augu. dicit 21. de ciuitate Dei, In retributione iustitiæ, non consideratur æqualitas temporis inter culpam & pœnam, quia etiam secundum humanum iudicium pro culpa adulterii, quæ breui hora committitur, infligitur pœna mortis, in qua non attendit legislator moram occitionis, sed potius quòd per mortem perpetuo excluditur a societate viuentium. Et sic etiam suo modo, homo

H pro culpa temporali punitur pœna æterna. Et ideo non est mirum, si peccata commissa cõtra charitatem, per quam scilicet est societas inter Deum & homines, æternaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem esse iustum ex tribus apparet. Ex infinita dignitate Dei in quem peccatur, tanto enim quis grauius peccat, quanto maior est dignitas personæ in quam peccatur: sicut plus peccat qui percutit principem, quàm qui percutit priuatam personam. Et sic cum culpa peccati mortalis sit quodammodo infinita, oportet quòd ei infinita pœna respondeat. Et sic cum non possit esse infinita secundum intensionem, relinquitur quòd sit infinita secundum durationem. Secundo apparet ex voluntate per quam peccatur. Quicunque enim mortaliter peccat auersus ab incommutabili bono: finem constituit in bono commutabili, sicut fornicator in delectatione carnis, auarus in pecunia. Et quia finis per se appetitur, quicũque appetit finem,

I fertur in illud, volens illud semper obtinere, si aliquid aliud nõ obstiat. Vnde ille qui peccat mortaliter: voluntatem habet perpetuo in peccato manendi, nisi forte per accidens, sicut quãdo timet pœnam, vel aliquid aliud impedimentum. Vnde conueniens est, vt ex quo homo secundum suam voluntatem peccatum perpetuo obtinendum appetit, quòd æternaliter pro illo puniatur. Deus enim qui est inspector cordis, præcipue ad voluntatem peccantis attendit.

Tertio ex parte effectus peccati, quæ est subtractio gratiæ, ex qua sequitur quòd homo quantum est de se, perpetuo maneat in peccato a quo exire non potest, nisi per auxilium gratiæ. Non est autem conueniens vt durante culpa, cesset pœna, & ideo in perpetuum durat pœna. Quòd autem dicitur reddere vnicuique sm opera sua, non est intelligendum sm æqualitatem operum, quia præmium excedit meritum, sed sm ꝓportionẽ, quia bonis retribuet bona, & melioribus meliora. Et eadem ratio est de malis. Deinde cum dicit *His quidem qui secundum patientiam*. manifestat propositum, & primo quantum ad opera, secundo quantũ

K ad personas, ibi *In omnem animam*. Quantum autem ad opera ostendit veritatem diuini iudicii, primo quidem in bonis: secundo in malis, ibi *His autem qui ex contentione*. Circa primum duo consideranda sunt. s. meritum & præmium. Ad meritũ tria concurrunt, Primo quidem patientia, quod potest intelligi vno modo de patientia Dei, de qua supra dictum est. An diuitias bonitatis & patientiæ, vt intelligantur illi esse sm patientiam boni operis scilicet dispositi qui bene patientia Dei vtuntur bene operando. Alio modo potest intelligi de patientia hominis, quod etiam intelligi potest dupliciter. Vno modo sm quòd patientia importat tolerantiam aduersorum, cũ æquanimitate cordis. Hoc autem necessarium est, quòd aliquis a bono opere non desistat propter mala quæ patitur, & hoc est quòd dicit, *Secundũ patientiã boni operis*. Iac. 1. Patiẽtia op' ꝑfectũ habeat. Luc. 21.

In

cap. 11.

tientiam boni operis, gloriã & honorem & incorruptionem quærũt, vitam æternam. His aũt qui sunt ex contentione & qui non acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati, ira &

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundo potest intelligi patientia, pro longanimitate, siue pro perseuerantia, vt scilicet aliquis a bono opere propter tædium non recedat, Iaco. vltim. Patientes estote fratres vsque ad aduentum domini. Ad Heb. 10. Patientia vobis necessaria est. Secundum est bonitas operis, quod quidem dicitur bonum secundum ordinem ad debitum finem, & secundum quod conuenit regulæ debitę, quæ est lex Dei; & ratio humana. Gal. vlti. Bonum facientes, non deficiamus. Secundo tangitur rectitudo intentionis quærentibus vitam æternam, vt scilicet in malis, quæ homo patitur, vel in bonis quæ agit, nõ quærat aliquid temporale, sed æternum. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei. Ex parte etiam præmii tangit tria, quorum primum est gloria, quæ significat claritatem sanctorum, et intrinsecam, qua replebuntur in mente, secundum illud Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & exteriorem, qua splendebunt in corpore. Matth. 13. Fulgebunt iusti, sicut sol in regno patris eorum, Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Secundo tangitur honor, per quem significatur sanctorum dignitas & reuerentia, quæ eis exhibetur ab omni creatura. Erunt enim reges, & sacerdotes. Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Et vlterius computabuntur inter filios Dei, secundum illud Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Psalm. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Tertio tangitur incorruptio, quia scilicet illa gloria & honor, non erunt transitoria, sicut ea quæ sunt in hoc mundo. 1. Corinth. 9. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

indignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco.

Deinde cum dicit; *His autem*, ostendit veritatem diuini iudicii in malis, in quibus etiam tangitur culpa & pœna. Et quantum ad culpam tanguntur tria, quorum primum est, contentionis pertinacia, quæ quidem primo potest intelligi hominis ad Deum, beneficiis ad se vocantem, contra quem homo contendere videtur diuinis beneficiis resistendo. Deuter. 31. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum. Secundo potest intelligi de contentione hominis contra fidem. 2. Timoth. 2. Noli verbis contendere. Tertio potest intelligi de contentione hominum adinuicem, quæ contrariatur charitati, quæ est mater virtutũ. Iaco. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Tertio ponitur duritia eorum, scilicet, qui non acquiescunt veritati. Quod potest vno modo intellgi de veritate fidei. Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Alio modo de veritate diuinæ iustitiæ, cui non acquiescunt, veritatem diuini iudicii non credentes. Ezech. 18. Dixistis, Non est æqua via domini. Tertio potest intelligi de veritate vitæ, cui non acquiescunt, qui peruerse viuunt. Ioan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem. Tertio autem tangitur malitia in hoc, quod dicit; *Credunt autem iniquitati*, vel quia consentiunt persuadentibus iniquitatem. Prouerb. 17. Malus obedit linguæ iniquæ, vel quia credunt impunitatem peccatorum, quæ in diuinam iniquitatem redundaret. Eccles. 5. Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Vel credunt iniquitati, id est, infidelitati, scilicet doctrinæ, quæ est contra fidem. 2. Thes. 2. Iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Ex parte autem pœnæ quatuor ponuntur, quæ quidem dupliciter distingui possunt. Vno modo vt ira, id est, pœna, & vindicta corporalis intelligatur esse post iudicium. Sopho. 1. Dies illa, dies iræ. Indignatio autem in iudicio, quando impii sibiipsis indignabuntur, fit ex peccatis quæ commiserunt. Sapien. 5. Errauimus a via veritatis. Tribulatio autem, & angustia pertinent ad animam separatam a corpore ante resurrectionem. Prouerbio. 1. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Vel alio modo possunt distingui, vt prima duo accipiantur ex parte Dei, cuius ira dicitur dispositio ad puniendum, quæ malis horribilis. Apocal. 6. Dicent montibus & petris, cadite super nos &c. Indignatio eius refertur ad hoc, quòd peccatores indignos reputabit vita æterna. Psalm. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt. Alia vero accipiuntur ex parte hominis. Et tribulatio quidem dicitur a tribulo qui pungit, vnde ad tribulationem potest pertinere omne quod dolorem infert. Sopho. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Angustia autem dicitur ex hoc, quòd animus hominis angustiatur, non valens inueni-

A re remedium contra mala quæ timet, vel iam patitur. Dan. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Iob. 27. Nunquid clamorem illius audiet Deus, cum venerit super illum angustia? Deinde, cum dicit; *In omnem animam*, ostendit veritatem diuini iudicii quantum ad personas. Et primo ꝓponit huius ęquitatem. Secundo rationem assignat, ibi; *Non est enim personarum*. Tertio rationem manifestat, ibi; *Quicunque enim*. Veritatem quidem diuini iudicii, quantũ ad personas ostẽdit, primo in malis, cum dicit; *In omnem animam hominis operantis*, id est, contra omnem animam: quia sicut gloria san-

Non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

B ctorum ab anima ad cõrpus deuenit, ita reproborum pœna primo, & principaliter est in anima, & secundo in corpore, quod propter defectum vel culpam animæ resurget passibile. Ezec. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Dicit autem; *Iudaei primum, & Graeci*. quia Iudæis maior pœna debebatur, tanquam cognoscentibus Dei voluntatem per legem. Luc. 12. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui, & nõ fecit &c. digne plagis vapulabit multis. Et similiꝗ Christiani, quantũ ad idem peccatũ, puta adulterium vel furtum, grauiori pœna puniuntur, quàm infideles. Heb. 10. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia, qui filium Dei &c. Sed quantum ad totam pœnam, grauior est pœna infidelium propter peccatum infidelitatis, quod est grauissimum. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. quòd super incredulos ira Dei manet. Secundo manifestat in bonis, & ponit primo duo, quę supra dixit gloriam, & honorem. Tertium vero, scilicet pacem ponit loco incorruptionis, quam includit pax, & multa alia comprehendit. Non enim potest esse

C pax hominis perfecta, quamdiu aliquis timet se amissurum bona quæ habet, sed tunc aliquis habet veram pacem cordis, quando habet omnia quæ concupiscit, & ea perdere non timet. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et in his etiam primatum Iudæis attribuit, quia eis sunt primo promissa, & in eorum promissiones gentes introierunt. Ioan. 4. Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Deinde cum dicit; *Non enim est acceptio*. assignat rationem dictorum, quia scilicet non est personarum acceptio apud Deum. Act. 10. Non est personarum acceptor Deus. Opponitur autem personarum acceptio iustitiæ distributiuæ, per quam aliquis distribuit vnicuique secundum dignitatem personarum. ergo acceptio est, quando præter dignitatem datur alicui plus vel minus. Tunc autem hoc fit præter dignitatem, quando hoc fit non propter conditionem, sed propter personam, quæ facit ad causam. Hoc est enim causam accipere, scilicet quasi regulam operandi, sed propter personam, quasi ipsa persona

D accipiatur vt causa aliquid faciendi, puta si aliquis det alicui propter consanguinitatem plus de bonis patrimonialibus, non est acceptio personarum, quia consanguinitas est conueniens causa, propter quam de talibus bonis debeat habere. Si autem propter consanguinitatem aliquis prelatus det alicui plus de bonis ecclesiasticis, potest hoc ad acceptionem personarum pertinere, si alia idoneitas non concurrat. Non enim consanguinitas est ratio conueniens distributionis bonorum spiritualium, Quia igitur Deus omnia conuenientissima ratione facit, non cadit in ipsum personarum acceptio. Dicitur enim Sapien. 8. Quòd disponit omnia suauiter. Sed videtur acceptor personarum, quia peccatorum quosdam in suis peccatis relinquit, quosdam ad se vocat. Sed dicendum, quòd personarum acceptio opponitur iustitiæ, unde locum habet in his, quæ dantur ex debito, quod attendit iustitia: Deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad pænitentiam vocat. Si enim ex operibus, iam non ex gratia, vt dicitur infra 11. Et Tit. 3.

E Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. In talibus autem beneficiis gratis datis, non solum Deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit. Mat. 20. An non licet mihi, quod volo facere?

Deinde cum dicit; *Quicunque enim*. exponit prædictam rationem, quòd enim non sit personarum acceptio apud Deum patet per hoc, quòd omnes, qui peccant puniuntur. Vnde primo loquitur quantum ad illos, qui legem non susceperunt, dicens, quòd quicunque peccauerit sine lege, scilicet Moysi accepta a Deo, sine lege peribit, id est, condemnabitur, non propter legis transgressionem. Iob. 4. Quia nullus intelligit in æternum peribunt. Secundo loquitur, quantum ad illos, qui legem scriptam acceperunt, & dicit, quòd quicunq; peccauerunt in lege. i. post legem scriptã iudicabuntur per legem,

UNIVERSI

id est,

id est, propter hoc quòd transgressi sunt præceptum legis. Ioã. 12. Sermo quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quidam autem ex hoc modo loquendi occasionẽ erroris sumpserunt. Quia enim Apostolus non dicit, quicunque in lege peccauerit per legem peribit, sicut dixerat de his, qui sunt sine lege; quòd sine lege peribunt, crediderunt, quòd illi qui post legẽ susceptam peccant, iudicentur aliqualiter, scilicet in præsenti, non tamen pereunt. Sed sicut dicit Glos. quis Christianus dicat nõ perire Iudæũ si non credat in Christum, cum dominus dicat, quòd tolerabilius erit Sodomæ, in die iudicii, quàm eis? vt habetur Mat. 12. Vnde Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris. Vtitur autem tali diuersitate in loquendo, quia vt Grego. dicit in moralibus super
Li. 26.c.24 illud Iob. 36. Iudicium pauperibus tribuit. Quidam in futuro iudicio peribunt, sed non iudicabuntur, id est impii, qui sunt sine fide, & lege Dei. Psalm. 1. Non resurgent impii in iudicio, quia scilicet non est locus disceptandi contra eum, qui totaliter alienus est a Deo. Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Alii vero qui lege Dei, & fide susceptа peccant ita peribunt, quòd etiam iudicabuntur, quasi quadam disceptatione cum eis facta. Vnde Ezech. 34. dicitur. Ecce ego iudico
ead.li.c.25. inter pecus & pecus, arietum, & hyrcorum. Sicut & rex (vt Gregorius dicit) hostes condemnat absque audientia, ciues autem cum diligenti audientia.

LECTIO III.

NON enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum enim Gentes, quæ legẽ non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum, secũdum Euangelium meum, per Iesum Christum.

F Et primo ostendit, quòd factores legis etiam si non sint auditores, iustificantur. Secundo quòd auditores legis sine legis obseruantia, non iustificantur, ibi; *Si autem Iudæus*. Circa primum tria facit. Primo proponit dignitatem eorum, qui legem absque auditu obseruant. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi; *Qui ostendunt opus legis*. Tertio probat, ibi; *Testimonium reddente illis*. Circa primum tria tangit, quantum ad Gentiles. Primo carentiam legis dicẽs, Cum enim Gentes, quæ legem non habent, scilicet diuinam, quam non acceperunt: non enim Gẽtib⁹ data est lex,
G sed Iudæis, secundum illud Eccl. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatẽ domui Iacob, & Israel promissiones. Et in Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Deut. 33. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Ex quo patet, quòd Gentiles non peccabant: non obseruando cerimonialia legis. Secundo commendat in eis legis obseruantiam, cum dicit, Naturaliter faciunt, quæ sunr legis, id est, quæ lex mandat, scilicet quantum ad præcepta moralia, quæ sunt de dictamine rationis naturalis, sicut & de Iob dicitur, quòd erat iustus, & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. Vnde ipse dicit. 23. Vestigia eius secutus est pes meus, vias eius custodiui. Iob. 1. Sed quòd dicit, naturaliter, dubitationem habet: videtur enim patrocinari Pelagianis, qui dicebant, quòd homo per sua naturalia pote-
H rat omnia præcepta legis seruare. Vnde exponendum est naturaliter, id est, per naturam gratia reformatam. Loquitur enim de Gentibus, ad fidem conuersis, qui auxilio gratiæ Christi cœperant moralia legis seruare. Vel potest dici naturaliter, id est, per legem naturalem ostendentem eis, quid sit agendum, secundum illud Psalm. 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, signatum, & cæt. Quod est lumen rationis naturalis, in qua est imago Dei, & tamen non excluditur, quin necessaria sit gratia ad mouendum affectum, sicut etiam per legem est cognitio peccati, vt dicitur infra. 3. & tamen vlterius, requiritur gratia, ad mouendum affectum.

Tertio ostendit eorum dignitatem in hoc, scilicet, quòd huiusmodi legẽ, non habentes ipsi sibi sunt lex, inquantum, scilicet, funguntur officio legis ad seipsos, instruendo se, & inducendo ad bonum: quia vt Philosophus dicit. 10. Ethic. Lex Ethic.10. cap. 11.
I est sermo coactionem habens ab aliqua prudentia & intellectu procedens. Et ideo dicitur. 1. Tim. 1. Quod iusto lex non est posita, id est, exteriori lege non cogitur, sed posita est iniustis, qui indigent exterius cogi. Et iste est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt scilicet non ab aliis, sed a seipsis inducantur ad bonum. Secundus vero gradus est eorum, qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autem est eorum, qui coactione indigent ad hoc, quòd fiant boni. Quartus est eorum, qui nec coactione, ad bonum dirigi possunt. Hier. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deinde cum dicit: *Qui ostendunt*. ostendit, quomodo ipsi sunt sibi lex, quod quidem accipere possumus ad similitudinem legis, quæ ab exteriori homine proponitur, quæ scilicet consueuit, ad infirmitatem, & memoriam scripto tradi, & similiter illi, qui legem obseruant, absque exteriori auditu legis, ostendunt opus legis scriptum, non quidem atra-
K mento, sed primo quidem, & principaliter spiritu Dei viui, vt dicitur. 1. Corinth. 3. Secundo etiam humano studio. Prou. 3. Describe ea in tabulis cordis tui, scilicet præcepta sapientię. Vnde & hic sequitur, In cordibus suis: non pergameno, aut tabulis lapideis, siue æreis. Hiere. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum superscribam eam. Deinde cum dicit; *Testimonium reddente*. probat quod dixerat, scilicet, quòd opus legis sit in cordibus eorum inscriptum per quædam opera, quæ huiusmodi scriptum annuntiãt. Et primo ponit illa opera, quorum vnum est testimonium conscientiæ, quod tangit dicens, testimonium reddente illis conscientia, quæ quidem nihil aliud est, quàm applicatio cognitionis habitæ ad iudicandum de aliquo opere, vtrum sit bene vel male factum. Vnde huiusmodi conscientia, quandoq; testimonium perhibet de bono, secundum illud. 2. Cor. 1. Gloria nostra hęc est, testimonium cõscientiæ nostræ. Qnq; autem de malo, Eccles. 7. cap. Scit conscientia tua, quia & tu crebro male dixisti

dixisti aliis. Non autem potest aliquis perhibere testimonium A de aliquo opere, quòd sit bonum vel malum, nisi per hoc, quòd habet legis notitiam. Vnde hoc ipsum, quòd conscientia testimonium reddit de bono vel malo, est euidens signum, quòd in corde hominis sit opus legis descriptum. Aliud autem opus est accusatio, & defensio, quæ sine notitia legis esse non possunt. Et quantũ ad hoc dicit; *Et cogitationum*, id est, cogitationibus; *Accusantium, aut etiam defendentium*, id est, accusantibus vel defendẽtib⁹ more Græ corum, qui genitiuis loco ablatiuorum vtuntur, & hoc inter se inuicem. Insurgit enim homini circa aliquod factum aliqua cognitio accusans, dum propter rationem aliquam cogitat se male fecisse. Psal. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Quandoque etiam insurgit aliqua cognitio defendens, dum per aliquam rationem cogitat se fecisse bene, secundum illud Iob. 27. Non reprehendet me cor in omni vita mea. Et inter hanc accusationem, & defensionem, locum habet testimonium conscientiæ cui statur. Potest & aliter legi, vt dicatur; *Testimonium reddente illis, conscientia ipsorum*, quæ scilicet conscientia, non solum est operum, sed etiam cogitationum, de quibus, scilicet homo conscientiam habet, sed primũ melius est. Sed quia testimonium, accusatio, & defensio in iudicio locum habent, agit secundo de huiusmodi iudicio, ostendens tempus, cum dicit In die, quod dicit non ad designandũ temporis qualitatem, sed absconditorum manifestationem. 1. Corinth. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Quandoque tamen dicitur nox propter incertitudinem horæ illius. Matth. C 25. Media nocte clamor factus est. Dicuntur autem cogitationes accusantes vel defendentes in die iudicii, non illæ quæ tunc erunt, quia tunc vnicuique manifesta erit salus vel damnatio, sed defensio vel accusatio cogitationum, quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ, quod nunc est, repræsentabitur homini in illa die virtute diuina faciente, ut dicit Aug. 2. de ciuitate Dei. Notitia autem illarum cogitationum, quæ remanent in anima, nihil esse aliud videtur, vt dicit Glo. quàm reatus pœnæ vel meritum ex eis consequens. Ostendit etiam aurhorem iudicii, dicens; *Cum iudicabit Deus*. Psalm. 95. Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Determinat etiam de quibus erit iudicium, cum dicit, Occulta hominum. de quibus nunc homines iudicare non possunt. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Ostendit etiam doctrinam, ex qua habetur fides de hoc iudicio, cum dicit, secundum euangelium meum, id est, a me prædicatum. Matth. 12. Omne verbum otiosum, &c. Dicit autem, euangelium meum, quamuis non pos- D sit dicere baptismum suum, & sit vtriusque minister, quia in baptismo nihil operatur industria hominis, sed in euangelio p̃dicando, industria prædicatoris operatur. Ephes. 3. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio. Postea ponit cui datum est iudicium, cum subdit; *Per Iesum Christum*, qui scilicet est constitutus a Deo iudex viuorum, & mortuorum, vt dicitur Act. 10. & Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, qui scilicet in iudicio apparebit bonis & malis: sed bonis secundum gloriam diuinitatis. Esa. 33 Regem in decore suo videbunt. Malis autem secundum naturam humanitatis. Apoc. 1. Videbit eum omnis caro.

LECTIO IIII.

SI autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti volũtatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumẽ eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrũ infantium, habentẽ formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandũ, mœcharis? Qui abhominaris idola, sa-
B pata ab alienigenis, qui postmodum Samaritani sunt dicti. Duæ autem tribus. s. Iudæ & Beniamin adhærentes regno Roboam, perseuerauerunt in cultu Dei. Et quamuis in captiuitatẽ Babylonis fuerint ductæ, postmodum tamen per Cyrum regem Persarum sunt reducti in terram suam, vt dicitur 1. Esdr. 1. Et quia tribus Iudæ maior erat, ab ea gens tota illa denominabatur. Et non solum illi qui erant ex tribu Beniamin, sed etiam de aliis tribubus reuertentibus qui se illis adiunxerunt. Consequenter cum dicit *Et requiescis in lege*: ponit eorum prærogatiuam quã tum ad legem. Et primo quidem quantum ad ipsam legem, cum dicit, *Et requiescis in lege*, quasi per eam certificatus in credendis & in agendis. Dubitans enim, intellectu non quiescit, sed vtrinque sollicitatur: qui autem sapientiæ certitudinem acci pit, mente quiescit. Sap. 8. intrans in domum meam conquiescam cum illa. Secundo, quantum ad lgislatorem, cum subdit, *Et gloriaris in Deo*, id est in cultu & notitia vnius Dei. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. Qui gloriatur in domino glorietur. Deinde cum subdit *Et nosti*: ponit prærogatiuam eorum quantum ad fructum legis: primo quantum ad hominem respectu suiipsius: secundo respectu aliorum, ibi; *Confidis*. Ponit autem duplicem fructum. Primum quidem respondentem gloriæ quam de Deo habebant, cum dicit, *Nosti uoluntatem eius*, quid scilicet Deus velit nos facere. Infra 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei. Secundum fructum ponit, qui respondet quiescenti in lege Dei, cum dicit, *Et probas utiliora*, id est scis approbare eligendo non solum mala a bonis, sed etiam meliora a minus bonis. Vnde quærebat quidam Mat. 22. Quod est mandatum magnum. & hoc instructus per legem. Psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Consequenter ponit fructus per respectum ad alios, qui quidem tripliciter se habent ad notitiam legis. Quidam enim sunt omnino in legis ignorantia cõstituti. Vno quidem modo per defectum naturalis ingenii, sicut & homo corporaliter dicitur cæcus, per defectum interioris potentiæ visiuæ. Esa. 59. Palpauimus vt cæci parietem. Huiusmodi autem hominibus non potest homo lumen scientiæ præbere, vt ipsi per se videre possint quid sit agendum, sed præbet eis homo ducatum vt cæcis, mandando eis quid facere debeant: quãuis mandatorum rationem non cognoscant. Iob. 29. Oculus fui cæco: de quibus tamen dicitur Matt. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum. Alio modo sunt in ignorantia per defectum disciplinæ, qui sunt quasi in tenebris exterioribus non illuminati per doctrinam, quibus sapiens præbere potest lumen disciplinæ vt intelligant quæ mandantur, & hoc est quòd dicit, *Lumen eorum qui in tenebsis sunt*. Luc. 1. illuminare his qui in tenebris. Secundo autem tangit illos, qui sunt in via perueniendi ad scientiam, quam nondum attigerunt, & hoc vno modo per defectum plenæ instructionis. Et hoc est quõd dicit; *Eruditorem insipientium*, id est, eorum qui nondum sapientiam acceperunt, qui dicuntur erudiri, quasi erui a ruditate, quæ a principio inest omnibus cum primo instruuntur. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi E eos. Alio modo per defectum ætatis, sicut sunt pueri. Et quantum ad hoc dicit; *Magistrum infantium*. Esa. 33. Vbi est doctor paruulorum? Tertii uero sunt qui iam sunt in scientia prouecti. Et isti indigent a sapientibus informari, vt habeant sapientum dicta, in authoritate, quasi quandam regulam seu formam. Et quantum ad hoc dicit; *Habentem formam scientiæ*. 2. Tim. 1. Formam habe bonorum verborum, quæ a me audisti. Et Phil. 3. Obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Oportet autem eos, qui sic informantur, authoritate maiorum instrui, vt sciant, quid sit in lege traditum. Et ideo dicit, scientię. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Et etiam vt sciant, quid sit verus intellectus eorum, quæ traduntur in lege. Et quantum ad hoc dicit, Veritatis, Psal. 42. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.

Deinde

Deinde cum dicit; *Qui ergo alium doces*. ostendit defectum eorum secundum transgressionem legis. Et primo hominis ad seipsum cum dicit; *Qui ergo alium doces*, dirigendo ipsum ad bonum, *te ipsum non doces* dirigendo. Et potest legi vel interrogatiue, quasi cum quadam indignatione, vel remisse quasi asserendo eorũ malitiam, & simile est in sequẽtib⁹ Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Et infra, Nunc tetigit plaga, & defecisti. Secundo tangit defectum quantum ad proximum. Primo quidem quãtum ad res, quæ furto subtrahuntur, cum dicit; *Qui prædicas non furandum furaris?* Esa. 1. Principes tui infideles, socii furum. Secundo quantum ad personam coniunctam, quæ per adulterium polluitur. Et quantum ad hoc dicit; *Qui doces non moechandum, moecharis?* Oseæ. 7. Omnes adulterantes, quasi clibanus. Hiere. 5. Vnusquisque ad vxorem proximi sui. Tertio autem ostendit eorum defectum per comparationem eorum ad Deum: & primo quidem quantum ad hoc, quòd peccabant contra ipsius cultum. Et quantum ad hoc dicit; *Qui abominaris idola*, cognoscens scilicet ex præcepto legis ea non esse colenda. *Sacrilegium facis*, abutendo, scilicet his, quæ pertinent ad diuinum cultum. Quod quidem primo fecerunt in statu legis. Malac. 1. Dicitis mensa domini contaminata est. Et postmodum blasphemando Christum. Matth. 12. in Beelzebub principe, &c. Secundo quantum ad ipsam gloriam cum dicit; *Qui in lege gloriaris per præuaricationem legis Deum inhonoras*, sicut enim legis obseruantia in bonis operibus est occasio videntibus vt honorent Deum, ita etiam transgressio legis per mala opera, occasio est videntibus blasphemandi 1. Pet. 2. Ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum. Econtra autem dicitur 1. Timo. 6. Quicunque sunt sub iugo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina fidei blasphemetur. Et ideo in Psalm. 118. dicitur, Vidi præuaricantes & tabescebam. Et ad hoc inducit authoritatem subdens, *Nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes*, quia scilicet Gentes videntes Iudæorum malam conuersationem, reputabant hoc prouenire ex mala instructione legis a Deo traditę. Dicit autem sicut scriptum est, scilicet. Esa. 52. Dominatores eius inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. & Ezec. 36. secundum aliam literam, vbi nostra sic habet, Non propter vos faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus. Deinde cum dicit; *Circuncisio*. ostendit, quòd nec circuncisio sufficit ad salutem eadem ratione, qua nec lex, quia scilicet obseruantia legis sine circuncisione valet, sine qua tamen circuncisio non prodest, sicut superius dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo comparat circuncisionem ad Iudæos circuncisos. Secundo ad Gentes incircuncisas ibi; *Si igitur præputium*. Tertio manifestat quod dixerat ibi; *Non enim qui in manifesto*. Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter circuncisio prosit. Secundo qualiter non prosit ibi; *Si autem praeuaricator, &c.* Dicit ergo primo: Circuncisio quidem prodest quantum ad remissionem peccati originalis. Vnde dicitur Genes. 17. Masculus cuius præputii caro circuncisa, &c. Sed tibi adulto tunc finaliter prodest, si legem obserues: sicut religiosis prodest professio si regulam obseruent. Circuncisio enim erat, quasi quædam professio, obligans homines ad obseruantiam legis. Gal. 5. Testificor omni circuncidenti se, quoniam debitor, &c. Quòd autem Apostolus dixit, Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit: loquitur quantum ad tempus post gratiam euangelii diuulgatam: hic autem loquitur quantum ad tempus ante passionem Christi in quo circuncisio statum habebat: secundo ibi; *Si autem praeuaricator*. ostendit quomodo circuncisio non prosit dicens, Si tu Iudæe adulte preuaricator es legis, circuncisio tua præputium facta est, id est, non plus valet tibi, quàm præputium, quia non seruas, quod per circuncisionem profiteris. Hierem. 9. Omnes Gentes præputium habent, domus autem Israel incircuncisi sunt corde, quinimmo ex hoc sunt magis rei, quia non seruant, quod promiserunt. Displicet enim stulta, & infidelis promissio, vt dicitur Eccle. 5. Deinde cum dicit; *Si ergo praeputium*. comparat circuncisionem ad Gentiles, & hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, quòd eius

F fructum habent Gentiles obseruando legem, vnde dicit. Si circuncisio prodest cum obseruatione legis, non autem sine ea igitur si præputium, id est Gentilis incircuncisus custodiat iustitias legis, id est, iusta præcepta legis. Psalm. 118. Omnia mandata tua veritas. Nonne præputium illius in circuncisione reputabitur? quasi dicat, Fructum verę circuncisionis habebit. Ad hoc enim homo exterius circũciditur in carne, vt scilicet sẽ circuncidat in corde. Hiere. 4. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum. Secundo ibi; *Et iudicabit, &c.* comparat circuncisionem Gentili eum ostendens propter obseruantiam legis Iudæo præferri: vnde dicit, *Et præputium*, id est Gentilis incircuncisus, *consummans*, id est implens mandata legis, *ex natura*, id est per naturalem rationem, vt supra dictum est, quòd naturaliter, quæ sunt legis faciunt. *Iudicabit*, per comparationem te scilicet Iudæum circuncisum, qui es præuaricator legis transgrediendo præcepta eius *per literam*, id est, habentem legem literis descriptam *& circuncisionem*, scilicet carnis. Vnde de hoc comparationis iudicio dicitur Matth. 12. Viri Niniuitæ, &c. Deinde cum dicit; *Non enim qui in manifesto, &c.* Assignat rationem dictorum. Et primo ponit rationem. Secundo probat eam ibi; *Cuius laus*. Circa primum duo facit. Primo assignat rationem quare circuncisio, vel Iudaismus sine legis obseruatione non prosit. Secundo, assignat rationem, quare obseruantia legis prosit sine Iudaismo, & circuncisione ibi; *Sed qui in abscon.* Dicit ergo, quòd ideo circuncisio preuaricantis legem sit præputium, & iudicatur a præputio custodieute legem. Non enim est verus Iudæus ille qui in manifesto est Iudæus, secundum carnalem generationem. Infra 9. Non enim omnes, qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, sed qui filii sunt promissionis: & similiter etiam non est vera circuncisio illa, quę est manifesta in carne. Illa enim est signum, vt dicitur Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis. Non autem est signum verum, nisi ei respondeat signatum. Vnde siquis Iudæus esset transgressor fœderis, non esset eius vera circuncisio. Et ideo reputatur in preputium. Deinde cum dicit; *Sed qui in abscondito*, assignat rationem, quare præputium custodientis legem reputetur in circuncisionem, & iudicet circuncisionem carnalem, quia scilicet ille vere est Iudæus, qui est in abscondito, id est, qui habet in affectu cordis mandata legis quam Iudæi profitentur. Matt. 6. Pater tuus, qui videt in abscondito, &c. & similiter circuncisio vera est, quę est *cordis in spiritu*, id est, per spiritum facta, per quam superfluæ cogitationes a corde præciduntur. Vel in spiritu, id est, per spiritualem intellectum legis non literalem. Philip. 3. Nos sumus circuncisio qui spiritu Deo seruimus. Deinde cum dicit; *Cuius laus, &c.* probat præmissam rationem, manifestum est enim, quòd in omnibus iudicium diuinum præferendum est humano. Ea vero quæ exterius apparent, siue sit iudaismus, siue circuncisio, laudantur ab hominibus, sed ea, quæ sunt in abscondito laudantur secundum iudicium diuinum, quia vt dicitur 1. Reg. 16.

Homines vident quæ apparent, Deus autem intuetur cor, &c. Vnde relinquitur, quòd interior iudaismus, & circuncisio præualet exteriori: & hoc est quòd dicit, *cuius*, scilicet interioris circuncisionis, *laus non est ex hominibus, sed ex Deo.* 2. Corint. 10.

Non enim qui seipsum cõ mendat &c.

LECTIO

crilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per uos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionem re putabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consumans, te qui per literam, & circuncisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circuncisio: sed qui in abscondito, Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd iudaismus, ad quem pertinet legis susceptio, & circuncisio non sufficiunt ad salutem sine legis custodia, per quam Gentilis, sine exterioti iudaismo, & circuncisione, fructum vtriusque con sequitur: hîc obiicit contra præmissa, & primo quidem proponit obiectionem, secundo soluit ibi; *Multũ quidem*. Obiicit ergo primo sic, Si ita esset, sicut dictum est, quòd non est verus Iudæus, nec vera circuncisio in manifesto, sed in occulto cordis; *Quid ergo amplius est Iudaeo?* id est, quid amplius datum est quam cæteris? videtur quòd nihil. Et hoc est inconueniens, cum dominus dixerit Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris; *Aut quae utilitas circuncisionis*, scilicet exterioris? Videtur ex præmissis quòd nulla, quod est inconueniens, cum sit a Deo tradita, qui dicit Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. Deinde cum dicit, *Multum quidem*, soluit præmissam obiectionem: & primo quantum ad prærogatiuam iudaismi, secundo quantum ad vtilitatem circuncisionis. 4. cap. ibi; *Quid ergo dicemus*. Circa primum duo facit. Primo, ostendit Iudæorum prærogatiuam. Secundo, excludit eorum gloriam, qua se Gentibus superbe præferebant ibi; *Quid ergo? præcellimus?* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat ibi; *Primum quidem*. Tertio excludit obiectionem ibi; *Quid enim si quidam*. Dicit ergo primo: Quæsitum est quid amplius sit Iudæo. Est autem ei amplius. & quantum ad quantitatem, quæ significatur cum dicit; *Multum*. Et quantum ad numerum, qui significatur cum dicit; *Per omnem modum*. Habent enim amplius aliquid, & in contemplatione diuinorum, secundum illud Psal. 75. Notus in Iudæa. Et secundum dispositionem temporalium. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Habent etiam amplius quantum ad patres, quantum ad promissiones, & quantum ad prolem. Infra. 9. Quorum est adoptio filiorum Dei, & gloria, & testamentum: & in quolibet eorum non est parua excellentia, sed magna & præcipua, quod pertinet ad id quod dicit; *Multum*. Maximum enim bonum hominis est in Dei cognitione, in hoc quòd Deo adhæreat, & a Deo instruatur. Psal. 93. Beatus homo, quem tu eiudieris domine. Deinde cum dicit; *Primum quidem, &c.* manifestat quod dixerat dicens, *Primum quidem*, id est præcipue amplius est Iudæis, *Quia eloquia Dei sunt tradita illis*, quasi amicis. Ioan. 5. Vos dixi amicos. Et hoc est multum, quia eloquia Dei sunt honesta. Psal. 18. Eloquia domini vera, iustificata in semetipsa. Sunt delectabilia. Psal. 18. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Sunt etiam vtilia ad non peccandum. Psal. eodem. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Deinde cum dicit; *Quid enim si quidam*, excludit obiectionem. Et primo ponit eam. Secundo excludit ipsam, ducendo ad inconueniens ibi; *Nunquid incredulitas*. Tertio ostendit esse inconueniens id, ad quod inducitur ibi; *Est autem Deus uerax*. Posset aliquis prærogatiuæ Iudæorum derogare, opponendo ingratitudinem eorum, per quam viderentur dignitatem eloquiorum Dei amisisse. Vnde dicit; *Quid autem si quidam illorum non crediderunt*: nunquid per hoc excluditur, quòd nihil amplius sit Iudæo? secundum illud 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitam retrorsum conuerti. Non crediderunt autem primo quidem legislatori. Psal. 105. Non crediderunt in verbo eius. Secundo non crediderunt prophetis. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio non crediderunt ipsi filio. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Deinde cum dicit; *Nunquid incredulitas* excludit dictam obiectionem ducendo ad inconueniens, quia si propter incredulitatem aliquorum, prærogatiua Iudæorum tolleretur, sequeretur quòd incredulitas hominis: fidem Dei euacuaret, quod est inconueniens. Et hoc est quod dicit; *Nunquid incredulitas eorum*, scilicet, qui non crediderunt; *Euacuauit fidem Dei*, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo de fide, qua creditur in Deum. Non enim per hoc quod quidam non crediderunt, euacuatur fides illorum qui crediderunt. Malum enim quorundã in societate existentium, non euacuat bonum aliorum. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, sanctificauit, & ad se applicauit, &c. quod est contra illos, contra quos Augustinus, dicit in epistola ad plebem Hypponensem. Ad quid aliud sedent

CAP. III. LECT. I.

QVID ergo amplius Iudæo est, aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia

A isti, & quid aliud tractant, nisi vt cum episcopus vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Alio modo potest intelligi de fide, qua Deus fidelis est implens promissa. Heb. 10. Fidelis enim est qui repromisit. Hæc autem fidelitas euacuaretur, si propter quorundam incredulitatem accideret, quòd nihil amplius esset Iudæo. Promisit enim Deus populum illũ multiplicare & magnificare, vt patet Genes. 22. Multiplicabo semen tuum. Deinde cũ dicit; *Absit. Est autem*, ondit

B hoc esse inconueniens, quòd fides Dei euacuaretur propter hominum incredulitatem. Et primo quidem ad hoc inducit rationem. Secundo authoritatem ibi; *Sicut scriptum est*. Tertio excludit falsum sensum authoris ibi; *Si autem iniquitas*. Ratio autem sumitur ex hoc, quòd Deus secundum se verax est. Hiere. 10. Dominus autem Deus verax est. 1 Ioan. vlt. Hic est verus Deus, & vita æterna: & tamen omnis homo est mendax. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Vnde patet, quòd mendacium hominis siue infidelitas veritati nõ adhærens, Dei veritatem siue fidem non euacuat. Ad horum euidentiam sciendum est, quòd veritas importat adæquationẽ rei ad intellectum. Aliter autem adæquatur res ad intellectum nostrum, aliter ad intellectum diuinum. Noster enim intellectus, cognitionem accipit a rebus, & ideo causa & mensura veritatis ipsius est esse rei: ex eo enim quòd res est, vel non est, oratio dicitur, vel vera vel falsa, secundum Philosophum. Vnde intellectus noster potest esse verus vel falsus: inquantum potest adæquari vel non adęquari. Quod autem potest esse: & non esse, indiget alio agente ad hoc quòd sit, sine quo remanet non ens, sicut enim aer sine illuminante remanet tenebrosus, ita & intellectus noster, nisi a prima veritate illuminetur, de se in mendacio remanet. Vnde quantum est de se, omnis homo est mendax secundum intellectum, sed solum est verus inquantum veritatem diuinam participat. Psal. 42. Emitte lucem tuã, & veritatem tuam. Intellectus autem diuinus est causa, & mensura rerum, & propter hoc secundum seipsum est indeficienter verax, & vnaqueque res est vera inquantum ei conformatur. Similiter secundum quòd accipitur veritas ex parte rei, homo de se non habet veritatem, quia natura sua vertibilis est in nihilum. Sed solum natura diuina, quæ nec est ex nihilo, nec vertibilis in nihilum, de se veritatem habet. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est*, probat idem per authoritatem Psal. 50. in quo sic legitur; *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris*. Quod qualiter ad propositum faciat, videri potest, si præcedentia Psalmi considerentur. Præmittitur enim, tibi soli peccaui: & tunc sequitur; *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris*. Promiserat enim Deus per Nathan prophetam Dauid, quòd eius regnum in æternum stabiliret in semine suo, vt habetur 2. Reg. 7. Postea vero cum in graue peccatum incideret, adulterii scilicet & homicidii, vt legitur 2. Reg. 11. propter huiusmodi peccatum dicebatur a quibusdam, quòd Deus non esset ei promissionem obseruaturus. Intentio ergo Psalmistæ, est duo dicere. Primo quidem quòd propter peccatum eius non mutatur iustitia Dei, ad quam pertinet vt suos sermones impleret. Et quantum ad hoc dicit; *Vt iustificeris in sermonibus tuis*, id est, vt ex hoc appareas in sermonibus tuis iustus, quia propter mea peccata eos non præteris. Prou. 8. Recti sunt omnes sermones mei. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Secundo, quòd diuina promissio imitetur humanum iudicium: & hoc est quòd dicit; *Vincas*, scilicet promissionem tuam seruando; *Cum iudicaris*, scilicet ab hominibus, quòd eam propter mea peccata non sis impleturus. infra 12. Noli uinci a malo, sed vince in bono malum. Hoc dicitur homini, quod multo magis competit Deo. Est autem considerandum, quòd promissio facta Dauid a Deo, erat implenda de Christi incarnatione. Vnde pertinebat ad prophetiam prædestinationis, secundum quam aliquid promittitur, quasi omnibus modis implendum: quod vero promittitur vel pronuntiatur secundum prophetiam comminationis, non prædicitur, quasi omnibus modis implendum, sed secundum quod exigunt humana merita, quæ possunt mutari. Et ideo si non factum fuisset, quod promissum est Dauid, preiudicaret diuinæ iustitiæ. Si vero non fiat quod promittitur per prophetiam comminationis, non preiudicat diuinæ iustitiæ, sed designat mutationem meritorũ humanorũ. Vnde dicit Hier. 18. Repente loquar

1. Perhier. ca. de Oratione. to. 1.

aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem, & destruã, & disperdam, & dissipem. Si egerit pœnitentiam gens illa, &c. pœnitentiam agam & ego super malo, &c. Sic ergo patet secundum hunc sensum, quòd peccatum hominis diuinam fidelitatem non excludit. Ponuntur autem & alii sensus authoritatis huius in Glosa, qui non ita pertinẽt ad intentionem Apostoli, quorum primus est, vt hæc verba, quæ hic ponuntur, continuentur cũ his, quæ ante Psalmista præmiserat, Amplius laua me ab iniquitate mea, ad hoc scilicet, *Vt iustificeris*, id est, iustus appareas in sermonibus tuis, in quibus veniam peccatoribus promisisti non solum Ezech. 18. Quia hæc verba Psalm. prius fuerunt dicta, sed etiam Leuit. 26. Orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei. & Deuter. 30. Si ductus pœnitudine cordis reuersus fueris ad Deum, reducet te dominus Deus tuus, & miserebitur tibi. Et sic *Vincas cum iudicaris* ab hominibus, q̃ mihi veniam dare non debeas. Secundo continuantur hęc verba cum eo, quòd dictum est, tibi soli peccaui, id est, per comparationem ad te, qui solus es iustus: & hoc est quòd dicit, *Vt iustificeris*, id est ex comparatione mei & aliorum peccatorum iustus appareas. Psalm. 10. Iustus dominus, & iustitias dilexit, & hoc non solum in factis, sed etiam in sermonibus, quod est maximum, secundum illud Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit. *Et vincas cum iudicaris*, id est, dum cuicumque alii in iudicio compararis. Esa. 5. Iudicate inter me, & vineam meam, &c. Tertio referuntur hæc verba ad Christum, qui solus est sine peccato, secundum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus, & sic iustificatur in sermonibus in comparatione ad omnes homines. *Et vincas*, scilicet peccatum, mortem & diabolum. Apoc. 5. Ecce vicit leo. Et hoc; *Dum iudicaris*, scilicet iniuste a Pilato. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata est. Deinde cum dicit; *Si autem iniquitas nostra*, excludit falsum intellectũ authoritatis inductæ. Posset enim aliquis intelligere præmissa verba secundum hunc sensum, vt hæc dictio, *Vt*, poneretur causaliter, & non solum consecutiue. Et sic sequeretur, quòd peccatum hominis directe ordinaretur ad commendandum Dei iustitiam. Sed Apostolus ostendit hoc esse falsum. vt sic det intelligere, q̃ ly *Vt*, ponitur consecutiue, quia scilicet Dauid peccante, consecutum est, quòd diuina iustitia manifestetur, non autem causaliter, quasi peccatum hominis commendet Dei iustitiam. Quod quidem probat ducendo ad inconueniens. Et hoc dupliciter. Primo quidem ex parte iudicii diuini. Secundo ex parte iudicii humani. Circa primum tria facit. Primo ponit sensum falsum. Secundo ostendit inconueniens, quod ex hoc sequitur ibi; *Quid dicemus? nunquid iniquus?* Tertio ostendit hoc esse inconueniens ibi; *Absit*.

Est considerandum, quòd supra Apostolus duas comparationes fecerat. vnam quidem veritatis diuinæ ad humanum mendacium, cum dixerat, *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Alia iustitiæ Dei ad peccatum humanum, secundum verba Psal. 50. quibus dicit, Tibi soli peccaui, vt iustificeris. Et quantum ad comparationem primam, dicit, Si hæc verba sunt intelligenda, quòd iniquitas nostra directe commendat Dei iustitiam; *Quid dicemus?* id est, non poterimus sustinere inconuenientia quæ sequuntur. Non enim peccatum est Deo necessarium, ad eius iustitiam commendandam. Eccle. 15. Non concupiscit multitudinem infidelium filiorum & inutilium. Exprimit autem inconueniens, quod sequitur, dicens; *Nunquid Deus qui infert iram*, id est vindictam pro peccato; *Est iniquus?* hoc enim sequitur ex eo quod dictum est. Si enim peccatum directe ordinaretur ad commendandam iustitiam, non esset dignum pœna, sed præmio. Et sic Deus puniens homines pro peccato esset iniquus, contra illud Deut. 32. Deus autem fidelis est absque vlla iniquitate. Excludit autem consequenter hoc inconueniens, cum subdit; *Absit*, scilicet, quòd Deus sit iniquus. *Secundum hominem dico*, id est, quòd hæc verba protuli, non ex meo sensu, sed ex hominis errantis sensu protuli, sicut dicitur. 1. Corinth. 3. Cum sint inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Hoc autem non esse dicendum ostendit, subdens, *Alioquin*, scilicet si Deus est iniquus, quomodo iudicabit hunc mundum, id est quomodo conueniet, quòd ipse sit vniuersalis, & supremus mundi iudex? Oportet enim quod est

F primum & supremum in quolibet genere esse infallibile, sicut primum mouens est immutabile. Vnde in Psal. 95. dicitur, Iudicabit orbem terræ in æquitate. Et simile argumentum ponitur Iob. 34. Vbi dicitur, Vere Deus non condemnat frustra: nec omnipotens subuertit iudicium quem constituit alium super terram, &c. scilicet, quia si ipse non iuste iudicaret, oporteret dicere aliũ esse iudicem mundi. Deinde cum dicit; *Si enim veritas* ostendit idem per humanum iudicium. Et circa hoc etiam tria facit. Primo, proponit falsum intellectũ prędictorum verborũ. Secundo, ponit inconueniens, quod sequitur, ibi *Quid adhuc* Tertio, ostendit illud esse inconueniens ibi; *Quorum damnatio*. Exprimit autem falsum sensum, secundum illam comparationem, quæ est diuinæ veritatis ad humanum mendacium, cum dicit; *Si enim in meo mendacio*, id est, propter meum mendacium; *Veritas Dei* manifesta, scilicet abundauit in gloria ipsius, ita quòd mendacium hominis directe pertineat ad augmentum gloriæ, contra id quod dicitur Iob. 13. Nunquid Deus indiget vestro mendacio? Subdit autem consequenter duo inconuenientia, quæ sequuntur, quorum vnum est, quòd homo non deberet reputari peccator, propter mendacium, ex quo in Dei gloriam directe ordinatur. Et hoc est, quod dicit; *Quid adhuc*, id est, cur etiam nunc & *Ego iudicor*, scilicet ab hominibus tanquam peccator pro mendacio? Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem, quia scilicet peccatores ab omnibus iudicio condemnantur. Aliud autem inconueniens est, quòd locum habeat verbum falsum, quod apostolis impouebatur, quia enim prædicabant, quòd per abundantiam gratiæ Christi, soluebatur abundantia peccatorum, secundum illud infra 5. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia: blasphemabant apostolos, quasi dicerent, quòd homines deberent facere mala vt consequerentur bona, quod sequeretur si mendacium hominis directe commendaret Dei gratiam & veritatem, hoc est quod dicit; *Nos facimus mala* peccando scilicet, & mendacium docendo; *Vt veniant bona* scilicet, vt Dei veritas, & iustitia commendetur, sicut blasphemamur, id est, sicut quidam blasphemando nobis imponunt: infra. 1. Cor. 4. Blasphemamur & obsecramus: & sicut quidam aiunt nos dicere verba nostra depraauando. 2. Petr. vlti. Quæ indocti, & instabiles deprauant: hæc autem excludit subdens; *Quorum condemnatio iusta est*, id est, eorum, qui faciunt mala vt veniant bona: sicut enim non est verum syllogizandum ex falsis, ita non est perueniendum ad bonum finem per mala. Hiere. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt, quod dicitur ex persona impiorum. Vel quorum scilicet hæc nobis false imponentium damnatio iusta est. Iuste enim condemnantur peruersores sacræ doctrinæ. Apocal. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus plagas scriptas in libro isto.

stra iustitiam Dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Absit. Alioquin, quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc, & ego tanquam peccator iudicor, & non sicut blasphemamur, & sicut G aiunt quidam nos dicere, faciamus mala ut ueniant bona? Quorum damnatio iusta est.

LECTIO II.

QVID igitur? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos, & Græcos, omnes sub peccato esse; sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum Sepulchrum patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum Quorum os, maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in viis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit prærogatiuam Iudæorum supra Gentiles quantum ad diuina beneficia, hic excludit eorum inanem gloriam, qua se Gentibus ad fidem conuersis præferebant. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Causati enim sumus*. Dicit K ergo primo, ita dictum est, quid amplius est Iudæo? Primum quidem, quia tradita sunt illis eloquia Dei. Quid igitur dicemus nos Iudei ad fidem conuersi? nunquid præcellimus eos, scilicet Gentiles ad fidem conuersos? de quo erat inter eos contentio. Luc. 22. Facta est contentio inter discipulos Iesu, quis esset maior. Et respondens subdit; *Nequaquam*.

Sed hoc videtur contra præmissa in quibus dictum est, multum per omnem modum amplius est Iudæo. Sed ad hoc respondetur in Glossa, quòd illud fuit dictum quantum ad esse, quod habebant Iudæi tempore legis: hoc autem nunc dicit Apostolus secundum statum gratiæ, quia vt dicitur Col. 3. In Christo non est Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, quia scilicet non faciunt differentiam quantum ad statum gratię. Sed hæc responsio non videtur esse omnino secundum intentionem Apostoli, quia infra ostendet, quòd etiam dum sub lege erant, peccatis subiacebant, sicut & Gentiles, uel

uel amplius. Ezech. 5. Ista est Hierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras, contempsit iudicia mea, vt magis esset impia quàm Gentes. Sic igitur dicendum est, quòd supra ostendit prærogatiuam diuinorum beneficiorum: vnde non dixit, quòd Iudæus esset excellentior: sed quod aliquid esset Iudæo amplius *Donatum*, hic autem excludit excellentiã personarum: quia illi qui diuina beneficia acceperunt non sunt illis debite vsi. Deinde cum dicit. *Causati enim sumus*. Ostẽdit propositum & primo, quòd Iudæi, non excedunt Gentiles quantũ ad statum peccati, secũdo, quòd non excedunt, quantum ad statum iustitiæ, ibi *Nunc autem sine lege*. Primum ostendit dupliciter. Primo quidem ex his quæ supradicta sunt. Secundo per authoritatem, ibi *Sicut scriptum est*.

Dicit ergo, *Causati enim sumus*, id est causando rationibus ostendimus Iudæos, atque Græcos, id est Gentiles *Omnes sub peccato esse*. Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem non est, &c. Ostendit enim primo, quòd Gentiles veritatem Dei cognitam in impietate & in iniustitia detinebant: secundo quòd Iudæi lege suscepta per præuaricationem legis Deum inhonorabant. Deinde cum dicit *Sicut scriptum est*. Ostendit propositum per authoritatem Psalmistæ, & primo inducit authoritatem, secundo manifestat eam, ibi; *Scimus autem*. Circa primum duo facit. Primo ponit peccata omissionis, secundo peccata commissionis, ibi *Sepulchrum patens*. Peccata autem omissionis tangit C dupliciter. Primo quidem remouendo principia bonorum operum. Secundo remouendo ipsa bona opera, ibi *Omnes declinauerunt*. Sunt autem tria bonorum operum principia, quorum vnum pertinet ad ipsam operis rectitudinem, & hoc est iustitia quam excludit dicẽs, sicut scriptum est, scilicet in Psal. 14. Quia non est iustus quisquam. Mich. 7. Et periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd intelligatur, nullus est iustus in se ex seipso, sed ex se quilibet est peccator, ex solo autem Deo habet iustitiam. Exod. 34. Dominator domine Deus misericors, & clemens, qui aufers iniquitatem, atque peccata, nullusq; apud te, per se innocens est. Alio modo, quòd nullus est quantum ad omnia iustus, quin aliquod peccatum habeat secundum illud Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Eccles. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non D peccet. Tertio etiam potest intelligi, vt referatur ad populum malorum, inter quos nullus est iustus. Est enim consuetudo scripturæ, vt quandoque loquatur de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum, vt patet Hiere. 16. Vbi dicitur, quòd cum complesset Hieremias loqui omnia, quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus dicentes, morte moriatur. Et postea subditur, Dixerunt principes & omnis populus, non est viro huic iudicium mortis. Sed primi duo sensus magis sunt secundum intentionem Apostoli. Et hoc idem dicendum est in sequentibus. Secundum autem principium boni operis est discretio rationis. Et hoc excludit subdens, *Non est intelligens*. Psal. Nescierunt neque intellexerunt. Et alibi, Noluit intelligere. Tertium principium est rectitudo intentionis, quam excludit subdens, *Non est requi-* E *rens Deum*, intentionem suam, scilicet dirigendo ad ipsum Osęæ 10. Tempus inquirendi dominum, qui cum venerit docebit iustitiam. Consequenter excludit ipsa bona opera. Et primo quidem quantum ad offensionem diuinę legis cum dicit, *Omnes declinauerunt*, scilicet a regula diuinæ legis. Esa. 56. Omnes in viam suam declinauerunt. Secundo quantum ad ostensionem finis, vnde subdit, *Simul inutiles facti sunt*. Hoc enim inutile dicimus, quod non consequitur finem suum. Et ideo cum homines a Deo declinant propter quem facti sunt, redduntur inutiles. Sap. 4. Impiorum multitudo non est vtilis. Tertio excludit ipsa bona opera, cum subdit, *Non est qui faciat bonum*. Hiere. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Subdit autem, *Vsque ad unum*, quod potest vno modo intelligi exclusiue, quasi diceret, præter vnum, qui scilicet solus fecit bonum redimendo humanum genus. Eccles. 7. Virum de mille vnum reperi, mulierem non inueni. Vel potest intelligi inclusiue, quasi dicat, nec etiam vnus est purus

A homo qui faciat bonum, scilicet perfectum. Hiere. 5. Quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem. Deinde cum dicit, *Sepulchrum patens* ponit peccata commissionis, & primo peccata oris. Secundo peccata operis, ibi *Veloces pedes eorum*. Peccata vero cordis ex his peccatis deprehenduntur. Circa peccatum oris quatuor ponit. Primo promptitudinem, seu turpitudinem cum dicit, *Sepulchrum patens est guttur eorum*. Sepulchrũ enim patens duo habet. Est enim paratum ad recipiendum mortuũ, & secundum hoc, guttur hominis dicitur esse sepulchrũ patens, quando est paratum ad dicendum mortifera, per quem modum dicitur Hiere. 5. Pharetra eius quasi sepulchrum patens. Secundo: exhalat fœtorem. Mat. 23. Similes sunt sepulchris de albatis, quæ a foris patent hominibus speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia. Eorum ergo guttur est sepulchrum patens, ex quorum ore procedit turpiloquii fœtor. Apocalyp. 9. Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur. Secundo tangit circa peccatum oris fraudem, cum dicit, *Linguis suis dolose agebant*. Aliud scilicet habendo in corde, aliud in ore. Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Tertio ponit verborum noxietatem cum dicit, *Venenum aspidum sub labiis eorum*: quia scilicet talia verba eueniunt, quæ insanabiliter proximos occidunt, vel spiritualiter vel corporaliter. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum & venenum, &c. Quarto designat abundantiam horum peccatorum, cum dicit, *Quorum os maledictione plenum est & amaritudine*, quia scilicet in talibus semper abundat maledictio, quia scilicet maledicunt de aliis detrahendo, contra id quod dicitur infra 12. Benedicite & nolite maledicere. Et *amaritudine*, in quantum scilicet non verentur in faciem proximi dicere iniuriosa verba, quibus ad amaritudinem prouocantur, contra id quod dicitur Ephes. 4. Omnis amaritudo tollatur a vobis.

Deinde cum dicit, *Veloces pedes eorum* tangit peccata operis, circa quæ tria tangit. Primo quidem promptitudinem, ad male agendum. Vnde dicit, Veloces pedes eorum: Prompti sunt pedes, id est affectus eorum *Ad effundendum sanguinem*, id est ad faciendum, quęcumque grauia peccata, quia inter cętera, quæ committimus in proximum: homicidium est grauius. Prouerb. 3. Pedes eorum in malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Secundo tangit multitudinem nocumentorum, quæ aliis inferunt, cum subdit, *In uiis eorum*, id est in operibus eorum *Est contritio*, quia scilicet alios conterunt opprimendo eos. Esa. 10. Ad conterendum cor eius, *Et infœlicitas*, inquantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducendo. Iob. 23. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, &c. Possunt tamen hic duo intelligi esse posita ad designandum pœnam potius quàm culpam, vt sit sensus, in uiis eorum est contritio & infœlicitas, id est opera eorum, quæ per vias designantur, ducunt eos ad contritionem, & infœlicitatem, ita quòd contritio referatur ad oppressionem pœnæ, qua pro peccatis punientur. Esa. 30. Comminuentur sicut conteritur lagena figuli. Infœlicitas autem referenda est ad pœnam damni, quia fœlicitate æterna priuabuntur. Sap. 12. Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes eorum. Tertio ostendit eorum culpæ obstinationem ad malum, a qua quidem aliqui reuocantur dupliciter. Vno modo per hoc, quòd volunt ab hominibus pacem habere, sed contra hoc dicitur, *Et uiam pacis non cognouerunt*, id est, non acceptauerunt. Psalm. 119. Cum his qui oderunt pacem. Alio modo intuitu diuini timoris: sed isti nec Deum timent, nec hominem reuerentur, vt dicitur Luc. 18. Vnde subditur, *Non est timor Dei ante oculos eorum*, id est ante ipsorum considerationem. Eccles. 1. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Potest autem & hoc specialiter dici contra Iudæos Christo non credentes, quòd non cognouerunt viam pacis, id est Christum, de quo dicitur Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Deinde cum dicit, *Scimus autem quia quaecumque* manifestat authoritatem inductam tripliciter. Primo quidem exponendo sensum eius. Secundo exponendo intentionem ipsius, ibi *Vt omne os*. Tertio assignando rationem dictorum in ipsa, ibi *Quoniam ex operibus*.

Ps. 81. & 35

Circa primum considerandum est quòd Iudæi, contra quos Apostolus hic loquebatur poterant ad sui excusationem peruertere sensum authoritatis inductæ, dicendo, quòd prædicta præmissa verba sunt intelligenda de Gentibus, non de Iudæis. Sed hoc excludit Apostolus dicens, Scimus quòd quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, id est, ad quos lex datur, & qui legem profitentur. Deuter. 33. Legem præcepit nobis Moyses. Gentiles autem nō erāt sub lege, & secundū hoc, prædicta verba pertinēt ad Iudæos. Est hic autē duplex obiectio. Prima quidem, quia verba supra inducta non sunt assumpta de lege, sed de Psal. Sed ad hoc dicendum est, quòd quandoque nomen legis sumitur pro toto veteri testamento, nō pro quinque libris Moysi tantum, secundum illud Ioan. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. quod scriptum est in veteri testamento, non in quinque libris Moysi, qui proprie lex dicuntur. Et sic etiam lex accipitur hic. Quandoque autem totum vetus testamentum diuiditur in tria, scilicet, in legem, psalmos, & prophetas, secundum illud Luc. vlt. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, psalmis & prophetis de me. Aliquando vero totum vetus testamentum diuiditur in duo. s. in legem & prophetas, secundum illud Matth. 22. In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Et secundum hunc modum Psalterium sub prophetis continetur. Secunda obiectio est quia in lege, id est in veteri testamento multa dicuntur pertinentia ad alias gentes, sicut patet in pluribus locis Esa. & Hierem. Vbi dicuntur multa contra Babylones, & similiter contra alias nationes. Non ergo quæcumque loquitur lex, loquitur his & de his qui in lege sunt. Sed dicendum, quòd quæcumque indeterminate loquitur ad eos pertinere videntur, quibus lex datur, quando vero scriptura de aliis loquitur, speciali titulo designat alios, sicut cum dicitur: onus Babylonis, & onus Tyri, &c. Quæ contra alias gentes in veteri testamento dicuntur, aliquo modo ad Iudæos pertinebant inquantum eorum infortunia ad eorum consolationem vel terrorem prænuntiabantur, sicut etiam prædicator ea debet dicere, quæ pertinent ad eos quibus prędicat, non autem quę pertinent ad alios. Esa. 58. Annuntia populo meo peccata eorum, quasi diceret, non quæ sunt aliorum. Deinde cum dicit, *Vt omne os, &c.* assignat intentionem prędictæ authoritatis: propter duo enim sacra scriptura omnes de iniustitia arguit. Primo quidem ad reprimendum eorum iactantiam qua se iustos arbitrabantur, secundum illud Luc. 18. Ieiuno bis in sabbato. Et quantum ad hoc dicit *Vt omne os obstruatur*, quòd scilicet sibi iustitiam præsumptuose ascribebat. Psalm. 62. Obstructum est os loquentium iniqua. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Secundo vt suam culpam recognoscentes se Deo subiiciant, sicut infirmus medico. Vnde subdit, *Et subditus fiat omnis mundus Deo*, id est non solum Gentilis, sed etiam Iudæus culpam suam recognoscentes. Psal. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Deinde cum dicit, *Quoniam ex operibus legis* assignat rationem præmissorum verborum. Et primo ponit rationem. Secundo manifestat eam, ibi *Per legem, &c.* Dicit ergo primo, ideo non est iustus quisquam, quoniam omnis caro, id est omnis homo non iustificatur coram illo, id est, secundum eius iudicium ex operibus legis, quia vt dicitur Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Et ad Tit. 3. Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Est autem duplex opus legis, quoddam quidem est proprium legis Mosaicæ, sicut obseruatio cerimonialium præceptorum, quoddam est opus legis naturæ, quia pertinet ad legem naturalem, sicut, non occidas, non furtum facias. Quidam ergo hoc intelligunt dictum esse de primis legis operibus. s. quòd cerimonialia gratiam non conferebant ꝑ quam homines iustificantur: non tamen ista videtur esse intentio Apostoli: quod patet ex hoc quod statim subdit *Per legem enim cognitio peccati*. Manifestum est autem, quòd peccata cognoscuntur per prohibitionem moralium pręceptorum, & ita Apostolus intendit, quòd ex omnibus operibus legis, etiam quæ per præcepta moralia mandantur non iustificatur homo, ita ꝙ ex operibus in eo causetur iustitia, quia vt dicitut infra 12. Si. n. gratia, iam non ex operibus. Deinde cum dicit, *Per legem* probat quod dixerat. s. quòd opera legis non iustificent. Lex enim datur vt homo cognoscat, quid debeat agere, quid vitare. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit F eis. Prou. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ. Ex hoc autem quòd homo cognoscit peccatum, quod vitare debet tanquam prohibitum, non statim sequitur, ꝙ illud vitet quod pertinet ad rationem iustitiæ, quia concupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari operabili. Et ideo lex non sufficit ad iustificādum, sed est necessariū aliud remedium per quod concupiscentia reprimatur.

LECTIO III.

NVNC autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autē Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præ-

LECTIO III.

POSTQVAM ostendit Apostolus Iudæos & Gentiles æquales esse q̃ G tum ad statum culpæ præcedentis, hic ostendit eos æquales quā tum ad statum gratiæ subsequentis. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Secundo ostendit quoddam quod supposuerat ibi *An Iudaeorum Deus tantum?* Tertio respondet obiectioni, ibi *Legem ergo destruimus?* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi *Non est distinctio*. Tertio infert conclusionem intentam, ibi *Vbi est ergo gloriatio tua?* Circa primum tria facit. Primo proponit habitudinem iustitię ad legem. Secundo assignat causam iustitię, ibi *Iustitia autem Dei*. Tertio assignat huiusmodi iustitiæ communitatem, ibi *In omnes, &c.* Ponit autem primo duplicem comparationem seu habitudinem iustitiæ ad legē. Primo quidem quia non est ex lege causata. Et hoc est quod dicit, dictum est quòd olim per opera legis non poterat esse iustitia Dei, vel quia ipse iustus est adimplens promissa de iustificatione hominum. infra. 13. Dico enim Christum ministrum H fuisse circuncisionis propter veritatem Dei. Vel potius iustitia Dei, qua aliquis iustificatur a Deo, de qua dicitur infra. 10. Ignorantes Dei iustitiam. Hæc inquam Dei iustitia, nunc, id est tpe gratiæ manifestata est, tum per Christi doctrinam, tum per eius miracula, tum etiam per facti euidentiam inquantum euidens est multos esse diuinitus iustificatos. Et hoc sine lege. s. causante iustitiam. Galat. 5. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Esa. 56. Prope est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et ne aliquis credat hanc iustitiam legi esse contrariam, Secundo ponit aliam habitudinem iustitiæ ad legem, cum dicit, *Testificata a lege & prophetis*. Lex quidem Christi iustitiam testificata est pronuntiando, & præfigurando. Io. 5. Si crederetis Moysi, forsitan & mihi crederetis, de me enim ille scripsit, & etiam per effectum, quia cum ipsa iustificare non posset, testimonium perhibebat aliunde quærēdam esse iustitiam. Prophetæ autem testificati sunt eam prænuntian- I do. Act. 11. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Consequenter autem assignat causam huius iustitiæ, & dicit. *Iustitia autem Dei est per fidem Iesu Christi*. id est, quam ipse tradidit. Heb. 12. Aspicientes in authorem fidei, &c. Vel etiam quæ de ipso habetur infra 10. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Dicitur autem iustitia Dei esse per fidem Iesu Christi, non vt quasi per fidem mereamur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur Dei iustitiam, sicut Pelagiani dixerunt, sed quia in ipsa iustificatione, qua iustificamur a Deo, primus motus mentis in Deū est per fidem. Accedentem enim ad Deum oportet credere, vt dicitur Heb. 11. Vnde & ipsa fides quasi prima pars iustitiæ est nobis a Deo. Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, &c. Hæc autem fides ex qua est iustitia, non est fides informis de qua dicitur Iac. 2. Fides sine operibus mortua est, sed est fides per cha- K ritatem formata, de qua dicitur Gal. 5. Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet sine fide, per quam in nobis habitat Christus. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, quod sine charitate non fit. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc est etiam fides de qua dicitur Actu. 15. Fide purificans corda eorum, quæ quidem purificatio non fit sine charitate. Prouerb. 12. Vniuersa delicta operit charitas. Et ne aliquis diceret per hanc fidem solos Iudæos iustificari, Tertio ostendit communitatem huius iustitiæ, cum subdit, *in omnes*, scilicet ista iustitia est in corde, non carnalibus obseruantiis, de quibus dicitur Heb. 9. quòd carnales obseruantiæ erant ad iustificationem carnis, vsque ad tempus correctionis impositæ. Et super omnes, quia videlicet facultatem humanam ac merita excedit. 2. Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare. Addit autem qui credunt in eum, quod pertinet ad fidem formatam, per quam homo iustificatur, vt dictum est.

Deinde

cedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

Deinde cum dicit, *Non est enim distinctio* manifestat quod dixerat, & primo quantum ad communitatem iustitiæ. Secundo quantum ad causam eius: ibi *Iustificati gratis* Tertio quantum ad manifestationem ipsius ibi, *Ad ostensionem* Dicit ergo primò, dictum est, iustificatio Dei est in omnes & super omnes qui credunt in Christum. Non enim est quantum ad hoc distinctio inter Iudæum, & Gentilem. Col. 3. In Christo Iesu non est Gentilis, & Iudæus, scilicet distinctionem aliquam habens, quasi Iudæus non indigeat iustificari a Deo sicut Gentilis: omnes. n. peccauerunt, sicut supra ostēsum est. Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, & per hoc egent gloria Dei, id est iustificatione, quæ in gloriam Dei cedit, non autem sibi debet homo hanc gloriam ascribere. Psal. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psalm. 65. Date gloriam Deo. Sic igitur quia omnes peccauerunt, & ex se iustificari non possunt, restat vt per aliam causam iustificentur, quam consequenter ostendit subdens *Iustificati*. Vbi primo ostendit, quòd huiusmodi iustificatio est sine lege, id est, quòd non est ex operibus legis cum dicit *Iustificati gratis*, id est, absque merito præcedentium operum. Esa. 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Et hoc per gratiam ipsius. s. Dei, cui ex hoc debetur gloria. 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo ostendit, quæ sit causa iustificationis. Et primo ponit ipsam causam cum dicit *Per redemptionem*. Vt enim dicitur Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ex qua quidem seruitute homo redimitur si pro peccato satisfaciat. Sicut si aliquis ob culpam commissam obnoxius esset regi ad soluendam pecuniam, ille eum redimere diceretur a noxa, qui pro eo pecuniam solueret. Hæc autem noxa ad totum humanum genus pertinebat, quod erat infectum per peccatum primi parentis. Vnde nullus alius pro peccato totius humani generis satisfacere poterat, nisi solus Christus, qui ab omni peccato erat immunis. Vnde subdit *Quae est in Christo Iesu* Quasi dicat: in alio non poterat nobis esse redemptio. 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento. Secundo ostendit vnde ista redemptio efficaciam habuit, cum dicit *Quem proposuit Deus propitiatorem* Ex hoc enim Christi satisfactio efficaciam ad iustificandum habuit, & ad redimendum, quia eum Deus ad hoc ordinauerat secundum suum propositum, quod designat, cum dicit *Quem proposuit Deus propitiatorem* Ephe. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Vel proposuit, id est, pro omnibus posuit, vt quia humanum genus non habebat, vnde satisfacere posset, nisi ipse Deus eis redemptorem & satisfactorem daret. Psal. 110. Redemptionem misit dominus populo suo. Et sic dum satisfaciendo nos redimit a noxa peccati, Deum peccatis Psal. 8. nostris propitium facit, quod petebat Psal. dicens, Propitius esto peccatis nostris, & ideo dicit eum propitiatorem. 1. Io. 2. Propitiatio. In cuius figura Exod. 25. mandatur, quòd fiat propitiatorium, id est, quòd Christus ponatur super archam, id est, ecclesiam. Tertio ostendit per quos redemptionis effectus ad nos perueniat, cum dicit, *Per fidem in sangnine eius* id est, quæ est de sanguine eius pro nobis effuso. Vt enim pro nobis satisfaceret congruebat vt pœnam mortis pro nobis subiret, quam homo per peccatum incurrerat, secundum illud Genes. 2. Quacunque die &c. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Hæc autem mors Christi nobis applicatur per fidem, qua credimus per suam mortem mundum redemisse. Galat. 2. In fide viuo filii Dei, qui dilexit me, &c. Nam & apud homines satisfactio vnius alteri non valeret: nisi eam ratam haberet. Et sic patet quomodo sit iustitia per fidem Iesu Christi, vt supra dictum est. Sed quia etiam supra dixit iustitiam Dei esse nunc manifestatam: agit consequenter de hac manifestatione, & primo tangit modum manifestationis dicens, *Ad ostensionem*. quasi dicat, hoc inquam factum est, vt iustificaremur per redemptionem Christi, & per fidem sanguinis eius ad ostensionem iustitiæ suæ, id est, ad hoc, quòd suam iustitiam Deus ostenderet, & hoc propter remissionem præcedentium delictorum. In hoc enim quòd præcedentia delicta Deus remisit, quæ lex remittere non poterat, nec homines propria virtute ab eis se præcauere poterant, ostendit quòd necessaria est hominibus iustitia, qua iustificentur a Deo. solum autem per sanguinem Christi potuerunt remitti peccata nō solum præsentia, sed A præterita, quia virtus sanguinis Christi operatur per fidem hominis, quam quidem fidem habuerunt illi, qui præcesserunt Christi passionem sicut & nos habemus. 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei credimus. Vnde & legitur aliter, vt dicatur propter remissionem delictorum, quæ sunt hominum præcedentium Christi passionem. Vnde dicitur Mich vlt. Deponet iniquitates nr̃as & proiiciet, &c. Secundo ostendit tempus manifestationis eius cum subdit, In sustētatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: quasi diceret, præcedentia delicta erāt ante Christi passionem in sustentatione Dei quasi in quadam diuina Dei sustinentia: quia nec pro eis credentes & pœnitentes damnat, nec ab eis totaliter reddit absolutos, vt scilicet eis non obstantibus, possint introire in gloriam. Vel secundum aliam literam potest intelligi, quòd ipsi sancti patres erant in sustentatione Dei, quia detinebantur in limbo, non quidem patientes pœnam sensibilem, sed expectantes introire in gloriam per Christi passionem. Eccl. 2. Sustine sustentationes Dei. Ad hoc (inquam) præcedentia delicta vel præcedentes patres erant in sustentatione Dei ad ostensionem scilicet iustitiæ eius in hoc tempore, id est, vt in hoc tempore gratiæ, suam iustitiam perfecte ostenderet, plenam remissionem peccatorum tribuendo. Psal. 101. Venit tempus, &c. Et. 2. Corin. 6. C Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Et hoc est, quod supra dixerat nunc esse iustitiam Dei manifestatam. Oportuit autem vt præcedentia peccata vsque ad hoc tempus essent in Dei sustentatione: vt primo conuinceretur homo de defectu scientiæ, quia tempore legis naturæ in errores & turpia peccata incidit, & etiā defectu potentiæ, quia post legem scriptam quæ fecit cognitionem peccati, adhuc homo per infirmitatem peccauit. Tertio ostendit, quòd per remissionem peccatorum Dei iustitia ostendatur, siue accipiatur Dei iustitia, qua ipse est iustus, siue qua alios iustificat. Vnde subdit, *Vt sit ipse iustus*, id est, vt per remissionem peccatorum Deus appareat esse iustus in seipso, tū quia remittit peccata sicut promiserat, tum quia ad iustitiam Dei pertinet, quòd peccata destruat, homines ad iustitiam Dei reducendo. Psal. x. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Et etiam vt *Sit iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi*, id est, qui per fidem Iesu Christi accedit ad Deum. Accedentem enim ad Deū D oportet credere. Hæb. 2.

LECTIO IIII.

VBI est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidē sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentiū? Immo & Gentium. Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium B per fidem? Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd Iudæi non pręcedunt Gentiles: neque quantum ad statum culpæ: neque quantum ad statum iustitię: hic concludit conclusionem intentam excludēdo. s. eorum gloriam qua Gentibus se præferebant, & circa hoc tria facit. Primo proponit huius gloriæ exclusionē. Secundo exclusionis causam ibi *Per quam legem* Tertio ostendit modum quo excludit, ibi *Arbitramur enim, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem dicens, ex quo communiter es sub peccato, tu Iudæus sicut & Gentilis, & ex quo Gentilis iustificatur per fidem: sicut & tu, *Vbi est gloriatio tua?* qua scilicet in lege gloriaris, vt supra secundo dictum est. Et per hoc te Gentili vis præferre. 1. Cor. 6. Non est bona glo- E riatio vestra. Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, &c. Secundo huic quæstioni respondet dicens, *Exclusa est*, id est sublata est 1. Reg. 4. Et ablata est gloria de Israel. Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Vel *Exclusa*, id est expresse manifestata est: gloriabantur enim Iudæi in gloria, & cultu vnius Dei, & hanc eorum gloriam dicit exclusam, id est expressam per Christum, sicut artifices qui aliquam imaginem in argento exprimunt, exclusores vocantur, secundum illud Psal. 67. Vt excludant eos qui probati sunt argento. Sed primus sensus est magis literalis. Cum autem dicit, *Per quam legem*, ostendit causam huius exclusionis. Quia autem Iudæorum gloriatio erat in lege, vt supra dictum est. Ideo oportere videbatur, quòd per aliquid eiusdem generis, id est per aliquam legem eorum gloriatio excluderetur. Et ideo interrogando q̃rens subdit, Per quam scilicet est eorum gloriatio exclusa. Posset autem aliquis credere, quòd eorum gloriationem exclusam Apostolus diceret per aliqua præcepta legalia, quibus quædam maiora opera mandarentur. Et ideo interrogando subdit, *Factorum?*

florum? quasi dicat. Nunquid per aliquam legem factorum, eorum gloriationem exclusam dico? Et respondet quòd non, *Sed per legem fidei*: & sic patet quòd duplicem legem hic induxit Apostolus, scilicet factorum & fidei. Et in promptu esse videtur, quòd per legem factorum intelligitur lex vetus, & p legem fidei, lex noua, per quam Gentilis æquiparatur Iudæo. Sed dubitatur de hac distinctione. Nam & in veteri lege necessaria erat fides, sicut & in noua. Eccle.2. Qui timetis dominum, credite illi. Et Ps. 125. Credidi, propter qd locutus sum. immo etiam in noua lege facta quædam requiruntur, & quorũdam sacramẽtorum, secundum illud. Luc. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Et etiam moralium obseruationum. Iac. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Dicendum est igitur, quòd legem factorum dicit legem exterius propositam & descriptam, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat, & per prohibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. legem autem fidei vocat legem interius descriptam, per quam non solum exteriora facta, sed etiam ipsi motus cordium disponuntur, inter quos primus est motus fidei. Corde enim creditur ad iustitiam, vt dicitur hic, cap. 10. Et de hac lege loquitur infra. 8. Lex spiritus vitæ q̃ est in Christo Iesu. Deinde cum dicit, *Arbitramur enim*. ostendit modum quo per legem fidei gloria Iudæorum excluditur, dicens. Arbitramur enim nos Apostoli veritatem a Christo edocti, hominem quemcumque, siue Iudæum, siue Gentilem, iustificari per fidem Act.15. Fide purificans corda eorum, & hoc *Sine operibus legis*, non autem solum sine operibus cerimonialibus, quæ gratiam non conferebant: sed solum significabant, sed etiam sine operibus moralium præceptorum, secundum illud ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, &c. ita tamen q̃ hoc intelligat sine operibus præcedentibus iustitiam. Non autem sine operibus consequentibus, quia vt dicitur Iaco. 2. Fides sine operibus, scilicet subsequentibus, mortua est. Et ideo iustificare non potest.

Deinde cum dicit, *An Iudaeorum*. ostendit quoddam quod præsupposuerat, scilicet quòd iustitia fidei communiter se haberet ad omnes Et prius quidem hoc manifestauerat ratione accepta ex parte causæ materialis cum supra dixerat, omnes peccauerunt & egent gratia Dei, id est peccatores sunt, quos oportet per gratiam fidei iustificari, sed probatio quæ est ex sola causa materiali non sufficit, quia materia non mouetur per se ad formam sine causa agente. Et ideò hic subiungit rationem acceptam ex parte causæ agentis, id est iustificantis qui est Deus. infra. 8. Deus qui iustificat. Manifestum est autem quod Deus noster illos iustificando saluat, quorum est Deus, secundum illud Psal. 67. Deus noster, deus saluos faciendi. Non est autem Iudæorum tantum Deus, sed & Gentium, ergo vtrosque iustificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo, proponit quæstionem de Iudæis cum dicit, *An Iudaeorum tantum est Deus*? Quod quidem videri posset alicui per hoc quod dicitur Exod. 5. Deus Hebræorum vocauit nos. Dicendum est ergo, quòd Iudæorum Deus tantum erat per specialem cultum ab eis Deo exhibitum. Vnde in Psal. 75. dicitur, Notus in Iudæa Deus. erat tamen Deus omnium per commune regimen vniuersorum, secundum illud Psal. 46. Rex omnis terræ Deus.

Secundo proponit quæstionem ex parte Gentilium dicens, *Nonne & Gentium* scilicet est Deus? & respondet, Inimò & Gentium, quas scilicet gubernat & regit, secundum illud Hier. 10. Quis non timebit te o rex Gentium?

Tertio, ibi *Quoniam quidem*, manifestat per signum quod dixerat. quasi dicat, ex hoc manifestum est quòd Deus est non solum Iudæorum, sed & Gentilium, quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circuncisionem, idest Iudæos ex fide, vt enim dicitur Gal. 5. In Christo Iesu neque circuncisio neque præputium. Quòd autem dicit ex fide & per fidem, secundum Glossam est omnino idem: potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hæc præpositio, ex, designat aliquando causam remotam, hæc præpositio, per, propinquam. Iudæi ergo iustificari dicuntur ex fide, quia fides fuit prima causa ex qua processit circuncisio & cætera sacramenta legalia: & ita Iudæos iustificat fides, sicut quædam causa primaria per quasdam medias causas, sed Gentiles per ipsam fidem immediate iustificantur. Deinde cũ dicit, *Legem ergo*, excludit quandam obiectionem: posset enim aliquis dicere quòd prædictam legem destrueret, & ideo quærit dicens, *Legem ergo destruimus per fidem* ex hoc scilicet quòd dicimus homines iustificari sine operib⁹ legis. Et respondet *Absit* secundũ illud Matth.5. Non præteribit iota vnum, aut vnus apex, &c. Subdit autem, *Sed legem statuimus*, id est per fidem legem perficimus, & adimplemus, secũdum illud Matth.5. Non veni soluere legem, sed adimplere. & hoc quantum ad præcepta cerimonialia, q̃ cum essent figuralia per hoc statuuntur & adimplentur, q̃ veritas significata per ea, in fide Christi exhibetur, & etiam quantum ad moralia quia fides Christi auxilium gratiæ confert, ad implenda moralia præcepta legis. Addit etiam quædam consilia per ea, quæ præcepta moralia tutius & firmius conseruant.

CAP. IIII. LECT. I.

VID ergo dicemus, Inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, mercés non imputatur secundum gratiam: sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei: sicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus exclusit Iudæorum gloriam, quam habebant in lege per eam se Gentibus præferentes, hic excludit eorum gloriam quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. Primo resumit quæstionem, quam supra posuerat dicens, *Quae est utilitas circuncisionis*? Et quia Abraham primus mandatum de circumcisione accepit. vt dicitur Genes. 17. Ideo quæstionem iterat in persona ipsius Abrahę dicens, Si ita est quòd Deus iustificat præputium sicut & circuncisionem. *Quid ergo dicemus inuenisse utilitatis Abraham patrem nostrum secundum carnem*? id est secundum circuncisionem carnalem, & secundum alias obseruantias carnales? videtur esse inconueniẽs si dicatur, quòd nihil vtilitatis inuenerit, cum dicatur Esa. 48. Ego dominus docẽs te vtilia. Secundo, ibi *Si enim Abraham, &c.* respondet propositæ quæstioni. & duo facit. Primo ostendit, q̃ Abraham non hoc inuenerit per circuncisionem, &c. legis opera, quòd per eam iustificaretur, sed magis per fidem. Secundo commendat fidem ipsius, ibi *Qui contra spem, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum ratione accepta ex parte diuinæ acceptationis. Secundo, ratione diuinæ promissionis, ibi *Non enim per legem, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quandam conditionalem. Secundo probat destructionem consequentis, ibi *Quid enim dicit scriptura, &c.* Tertio probat ipsam conditionalem, ibi *Sicut & Dauid, &c.* Circa primum intendit Apostolus sic argumentari. Si Abraham iustificatus esset ex operibus legis, non haberet gloriam apud Deũ. ergo non ex operibus iustificatus est. Proponit ergo conditionalem dicens, Quæsitum est, quid Abraham inuenit secundum carnalem circuncisionem. Et manifestum est, quòd hoc non inuenit vt iustificatus sit ex operibus legis, ita scilicet, quòd eius iustitia in operibus legis consistat, habet quidem gloriam, scilicet apud homines, qui exteriora facta vident, sed non apud Deum, qui videt in occulto, secundum illud. 1. Reg. 16. Deus autem intuetur cor. 1. Cor. 3. Nemo vestrum glorietur in hominibus, &c. Vnde contra quosdam dicitur Ioan. 12. Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei. Sed contra hoc potest obiici, quia ex consuetudine operum exteriorum generatur interior habitus, secundum quem etiam cor hominis bene disponitur, vt sit promptum ab bene operandum, & in bonis operibus delectetur, sicut Philosophus docet in 2. Ethi.

Sed dicendum est, quòd hoc habet locum in iustitia humana, per quam scilicet homo ordinatur ad bonum humanum. Huius enim iustitiæ habitus per opera humana potest acquiri, sed iustitia, quæ habet gloriam apud Deum, ordinatur ad bonũ diuinum, scilicet futuræ glorię, quæ facultatem humanam excedit, secundum illud. 1. Corin. 2. In cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et ideo opera hominis, non sunt proportionata ad huius iustitiæ habitum causandum, sed oportet prius iustificari interius cor hominis a Deo vt opera faciat proportionata diuinæ gloriæ.

Deinde cum dicit, *Quid enim, &c.* destruit consequens quod fuit negatiuum, probando affirmationem oppositam, scilicet, q̃ Abraham habebat gloriam apud Deum. Et hoc probat per authoritatem scripturæ, quam primo Apostolus ponit. secundo exponit ibi, *Ei autem, &c.* Dicit ergo primo. Dico Abraham sic iustificatum esse, quòd habet gloriam apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Gene. 15. *Credidit Abraham* Deo, promittenti sibi seminis multiplicationem. Eccle. 2. Crede deo, & recuperabit te; *Et reputatum est illi*, scilicet a Deo ad iustitiam. 1. Macha. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Et sic patet, quòd apud Deum, a quo est ei reputatum ad iustitiam, quòd credidit, gloriam habet. Est autem considerandum, quòd iustitia quam Deus reputat, scriptam expressit, non in aliquo exteriori opere, sed in interiori fide cordis, quam sol⁹ Deus intuet. Cum aũt dicat triplex esse actus fidei. s. credere Deũ, Deo, & in Deũ, posuit hunc actũ qui est credere deo, qui est ꝓprius actus fidei, eius speciem demonstrans. Nam credere in deum, demonstrat ordinem fidei ad finem, qui est per charitatem: nam credere in Deum, est credendo in Deum ire, quod charitas facit. Et sic sequitur speciem fidei. Credere autem Deum, demõstrat fidei materiam, secundum quòd est virtus theologica, habens Deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem fidei, quia si aliquis credat Deum esse per aliquas rationes humanas & naturalia signa, nondum dicitur fidem habere, de qua loquimur, sed solum quando ex hac ratione credit quod est a Deo dictum, quod designatur per hoc, quòd dicitur credere Deo: & ex hoc fides specificatur, sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione, per quam assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendum habens habitum scientiæ, scilicet per demonstrationem, & alia rationẽ habens habitum opinionis, scilicet per syllogismum dialecticum. Deinde cum dicit, *Et autem qui operatur, &c.* exponit prædictam authoritatem quantum ad hoc quòd dicit, *Reputatum est illi ad iustitiam*, & tangitur in Glosia duplex horum verborum expositio. Prima est, secundum quòd referuntur ad finalem mercedem, de qua primo ostenditur qualiter se habeat ad opera, secundo qualiter ad fidem, ibi, *Ei uero qui non, &c.* Dicit ergo primo, quòd ei, qui operatur, scilicet opera iustitiæ, merces æternæ retributionis de qua dicitur Esa. 40 Ecce merces eius cum eo, non reputatur secundum gratiam tantum, sed secundum debitum. secundum illud Matth. 20. Nonne ex denario conueniſti mecum?

Sed contra est quòd dicitur infra. 6. Gratia Dei vita æterna. Et infra. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Sic igitur illa retributio non fit secundum debitum, sed secundum gratiam. Sed dicendum est, quòd opera humana possunt considerari dupliciter. Vno modo secundum substantiam operum, & sic non habent aliquid condignum, vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt considerari secundum suum principium, prout scilicet ex impulsu Dei agũtur, secundum propositum Dei prędestinantis, & secundum hoc eis debetur merces prędicta secundum debitum, quia ut infra. 8. dicitur, Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei: si autẽ filii, & hęredes. Deinde cum dicit, *Ei uero, &c.* ostendit qualiter se habeat merces ęterna ad fidem dicens, *Ei uero qui non operatur*, scilicet exteriora opera, puta quia non habet tempus operandi, sicut patet in baptizato statim mortuo, *Credenti in eum qui iustificat impium*, scilicet in Deum, de quo dicitur infra. 8. Deus qui iustificat, reputabitur fides eius, scilicet sola sine operibus exterioribus ad iustitiam, id est, vt per eam iustus dicatur & iustitiæ præmium accipiat, sicut si opera iustitiæ fecisset, secundum illud infra 10. Corde creditur ad iustitiam, & hoc secundum propositum gratiæ Dei, id est, secundum q̃ Deus proponit ex gratia sua homines saluare. infra. 8. His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ephe. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Alia expositio est, vt hoc referatur ad hominis iustificationem. Dicit ergo, *Ei autem qui operatur*, id est, si aliquis per opera iustificetur, ipsa iustitia imputaretur, quasi merces non secundum gratiam, sed secundum debitum. infra. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. *Ei uero qui non operatur*, Vt scilicet per sua opera iustificetur, *Credenti autem in eum qui iustificat impium*, computabitur hæc eius fides ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei, non quidem ita quòd per fidem iustitiam mereatur, sed quia ipsum credere est primus actus iustitiæ, quam Deus in eo operatur. Ex eo enim quòd credit in Deum iustificantem, iustificationi eius subiicit se, & sic recipit eius effectum. Et hæc expositio est literalis, & secundum intentionem Apostoli, qui facit vim in hoc, quod in Genes. 15. dictum est, Reputatum est illi ad iustitiam, quod consueuit dici: quando id, quod minus est ex parte alicuius reputatur ei gratis, ac si totum fecisset. Et ideo Apostolus, dicit, quòd hæc reputatio locum non haberet si iustitia esset ex operibus, sed solum habet locum secundum quòd est ex fide. Deinde cum dicit, *Sicut & Dauid, &c.* probat conditionalem præmissam ex authoritate Psalmi. Cuius primo præmittit sensum. Secundo ponit verba eius, ibi; *Beati quorum*. Tertio excludit falsum intellectum, ibi; *Beatitudo, &c.* Dicit ergo, Sicut & Dauid dicit, id est, asserit beatitudinem hominis esse illius, scilicet cui Deus fert, id est dat iustitiam. *Accepto*, id est gratis sine operibus præcedentibus. Ad Titum. 3. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos. Beatitudo autem hominis est a Deo, secundum illud Psalm. 39. Beatus vir cuius est dominus Deus spes eius. Sic igitur manifestum est illum habere gloriam apud Deum, qui non ex operibus legis iustificatur, vt dictum est. Deinde cum dicit, *Beati quorum, &c.* ponit verba Dauid prædictam sententiam continentia, & dicit eos esse beatos, quorum remittuntur peccata. Et sic patet, quòd non habuerunt prius bona opera ex quibus iustitiam seu beatitudinem consequerentur. Est autem triplex peccatum, scilicet originale, actuale mortale, & actuale veniale. Primo ergo quantum ad originale dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Vbi considerandum est, quod peccatum originale iniquitas dicitur, quia est carentia originalis iustitię, per quam secundum æquitatem ratio hominis subiiciebatur Deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, sed per peccatum originale hæc æquitas tollitur: quia postquam ratio desiit esse subiecta Deo, inferiores vires rationi rebellant, & corpus ab obedientia animæ subducitur per corruptionem & mortem. Vnde in Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Vtrobique autem peccatum originale pluraliter significatur. Vel propter plures homines, in quibus multiplicatur originale peccatum, vel potius, quia virtute continet in se quodammodo omnia peccata. Huiusmodi autem peccatum originale remitti dicitur, quia transit reatus superueniente gratia: sed remanet actu remanente fomite siue concupiscentia, quæ non tollitur totaliter in hac vita, sed remittitur siue mitigatur. Secundo quantum ad actuale mortale, dicit, *Et quorum tecta sunt peccata*. Dicuntur autem peccata tegi diuino conspectui, inquantum non inspicit ad ea punienda. Psalm. 84. Operuisti omnia peccata eorum. Tertio quantum ad veniale dicit. *Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum*. Vt scilicet per peccatum intelligantur peccata venialia: quæ licet leuia sint, tamen per multa homo separatur, & elongatur a Deo. 2. Paralipo. 3. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt illum, & non imputabitur illis, quòd minus sancti sunt. Possunt autem & hæc tria aliter distingui. Sunt enim in peccato tria. Quorum unum, est offensa Dei. Et quantum ad hoc dicit; *Beati quorũ remissæ sunt iniquitates*. secundum, quòd homo dicitur remittere offensam sibi factam Esa. 40. Dimissa est iniquitas illius. Aliud autem est ipse actus inordinatus culpæ, qui non potest non fuisse factus ex quo semel perpetratus est, sed tegitur manu misericordiæ diuinæ: vt quasi pro non facto habeatur. Tertium vero est reatus pœnæ, & quantum ad hoc dicit; *Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum*, scilicet ad pœnam. Deinde cum dicit; *Beatitudo ergo hominis, &c.* excludit falsum intellectum authoritatis prædictæ. Posset enim Iudęus, sic intelligere, quòd prædicta gratia remissionis peccatorum, non fieret nisi circuncisis.

Ad hoc ergo excludendum, primo Apostolus quæstionem mouet dicens, Beatitudo hæc qua scilicet Deus, dat iustitiam sine operibus, manet tantum in circuncisione, id est, habet locum solum in circuncisis. An etiam & in præputio, id est in Gentibus? Manifestum est, quòd in vtrisque secundum illud quod dicit infra. 10. Idem dominus diues in omnes, &c.

Secundo, ibi; *Dominus enim*. ad hoc ostendendum assumit authoritatem scripturæ, quasi dicat, hoc ideo quæro. *Dicimus enim, &c.* Quòd reputatur fides Abrahæ ad iustitiam. Gene. 15. Tertio ex hac authoritate concludit solutionem premissæ quæstionis sub interrogatione tamen, dicens, Quomodo ergo reputata est, scilicet fides Abrahæ ad iustitiam, in circuncisione, id est, quando erat circuncisus, an in pręputio, id est, quando erat incircuncisus? Et respondet; *Non in circuncisione, sed in præputio*. Et hoc manifestum est ex serie narrationis scripturę. Nam Genes. 15. legitur, quòd fides reputata est Abrahæ ad iustitiam: circuncisionem autem accepisse legitur Genes. 17. Si igitur Abraham adhuc incircuncisus existens, iustificatus est per fidem,

fidē, manifestū est, ꝙ iustitia fidei p quā gratis remittunt̄ peccata, non est solū in circumcisione, sed ēt in ꝓputio. i. in gentilitate

LECTIO SECVNDA.

OSTENSO, quod beatitudo remissionis peccatorum, non solum est in circumcisione, sed etiam in præputio, exemplo Abrahæ, qui tēpore præputii est iustificatus, hic respondet cuidam obiectioni. Posset enim aliquis dicere, si Abraham iustificatus est ante circūcisionem. ergo sine causa, & frustra circuncisus est. Ad hanc ergo obiectionem excludendam, primo proponit, quòd circuncisio non erat causa iustitiæ, sed signum. Secundo ostendit quid ex hoc signo consequatur, ibi; *Vt sit pater, &c.* Tertio ostendit modum quo hoc consequatur; *Non his tantum, &c.*

Circa primum duo facit. Primo proponit circuncisionem esse signum. Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos. Secundo, ostendit cuius rei sit signum dicens, quòd sit *Signaculum iustitiæ fidei*, idest quæ est per fidem, quæ quidem fides est in præputio, idest quam Abraham habuit adhuc in circuncisus existens. Dicitur autem signaculum dupliciter. Vno modo quasi expressum signum, habens similitudinem rei signatæ, secundum illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis, &c. Habet autem circuncisio expressam similitudinem cum fide Abrahæ. Primo quidem, quantum ad rem creditam. Credidit enim multiplicationem sui seminis, & ideo congruenter accepit signum in membro generationis. Secundo, quantum ad effectum huius fidei, qui est remotio culpæ, quæ signatur per remotionem superfluæ pelliculæ. Alio modo signaculum dicitur signum aliquid occultans, quod reuelandum est amicis sicut patet de sigillo: & secundum hoc dicitur Apo. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere librum & aperire signacula eius. Claudebatur ergo sub signaculo circuncisionis, secretum incarnationis Christi ex semine Abrahæ. Consequenter ostendit quid cōsequatur ex dictis. Consequitur enim ex hoc quòd Abraham in præputio iustificatus per fidem, postea circuncisionem accepit, vt sit pater non solum circuncisorum: sed etiam credentium in præputio: & hoc est quòd dicit, Vt sit pater, idest ex prædictis consequitur quòd Abraham sit pater omnium credentium per præputium, idest qui sunt in statu præputii. Vel Abraham sit pater per præputium, idest per id quod habuit in præputio, vt reputetur & illis ad iustitiam, hoc scilicet quòd credunt sicut reputatum est Abrahæ. Et de hac paternitate dicitur Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus istis, &c. Et sit pater circuncisionis, idest circuncisorum, qui ex eo originem ducunt. Vnde Io. 8. Pater noster Abraham est.

Deinde ostendit per quem modum sit pater etiam incircuncisorum, quia per imitationem. Et hoc est quod dicit, Vt *sit* inquam *pater non his tantum qui sunt in circuncisione*. idest qui sunt circuncisi; *Sed etiam his qui sectantur vestigia fidei patris nostri Abrahae, quae est in praeputio*, id est quam Abraham habuit adhuc incircuncisus. Ioan. 8. Si filii Abrahæ estis, opera eius facite.

Et quia hic de circuncisione fit mentio, oportet circa ipsam tria considerare, scilicet quare sit instituta, quam vim habuit, & quare sit mutata. Circa primum considerandum, quòd circuncisio sicut & aliæ legis cerimoniæ, est propter duo instituta. Primo quidem, propter cultum diuinum ad quem homines secundum huiusmodi cerimonialia disponebantur. Et secundum hoc, circuncisio habet triplicem institutionis causam, quarum prima est ad significandum fidem, & obedientiam quam Abraham, se Deo subiecit: vt scilicet illi qui circuncisionem acciperent Abrahæ, traditam fidem & obedientiam ipsius obseruarent. Dicitur enim Hæb. 11. Fide Abraham circuncisus est, & ideo facta est circuncisio in membro generationis, ad significandum fidem ipsius circa prolem futuram, vt dictum est. Secunda est ad exprimendum in signo corporali id, quod spiritualiter erat faciendum: vt scilicet sicut a membro generationis, qd̄ principaliter concupiscentiæ deseruit, abscindebatur superflua pellicula: ita etiam a corde hominis omnis superflua concupiscentia tolleretur, secundum illud Hierem. 4. Circuncidimini domino & auferte præputium cordium vestrorum, &c. Tertia est, vt per hoc signum, populus ille Deum colens ab omnibus aliis populis distingueretur. Et inde est, quòd Iosue. 5. Mandauit dominus circuncidi filios Israel, qui inter alias nationes erant habitaturi, qui prius in deserto solitarii manentes, circuncisi non erant. Alia autem ratio circuncisionis & omnium cerimonialium accipitur per comparationem ad Christum, ad quem comparatur, sicut figura ad veritatem, & membra ad corpus, secundum illud Col. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Sic igitur per circuncisionem corporalem significatur circuncisio spiritualis fienda per Christum. Primo quidem in animā, quantum per ipsum peccatorum reatus & concupiscentiæ præscinduntur. Colos. 2. In quo. s. Christo, circuncisi estis circuncisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione domini nostri Iesu Christi. Secundo vero, quantum ad corpus, quando scilicet etiam in resurrectione ab electorum corporibus omnis passibilitas & mortalitas auferetur: & ideo circuncisio fiebat octauo die, quia significat octauam ætatem resurgentium: nam septima est quiescentium in Christo. Sex autem ætates sunt quibus seculum currit. Vnde & circuncisio facta legitur cultellis petrinis. Iosue. 5. Et exod. 4. ad significandum, quòd spiritualis circuncisio, fienda erat per petram; *Qui est* Christus, vt dicitur. 1. Cor. 10. Non tamen hoc generaliter obseruabatur, ꝙ necesse esset circuncisionem fieri cum petra. Circa secundum vero est sciendum, quòd sicut hic Glossa dicit, & est Bedæ. Idem salutare curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus præbebat, quod baptismus agere tempore reuelatæ gratiæ consueuit. Ex quo patet, quòd virtus circuncisionis se extendebat ad deletionem originalis peccati. Quidam tamen dicunt, quòd gratia in circuncisione non conferebatur: non enim potest esse Dei gratia sine iustitia. Argumentatur autem Apost. Gal. 2. Si iustitia est per legem. ergo Christus gratis mortuus est, id est, sine causa. Et eodem modo argumentari possumus. Si ex circuncisione est gratia iustificans, Christus gratis mortuus est, sed hoc non potest esse: nam remissio peccati nunquam sit sine gratia, infra. 5. Iustificati igitur gratia ipsius, &c. Et ideo alii dicunt, quòd in circuncisione dabatur gratia quantum ad effectus priuatiuos, scilicet remotionis culpæ, non autem qnantum ad effectus positiuos, puta operationem iustitiæ. Sed hoc etiam conuenieus non videtur: effectus enim positiui alicuius formæ, ordine naturæ præcedunt effectus priuatiuos. Nō enim lumen pellit tenebras, nisi per hoc quòd illuminat. Et ita gratia per hoc culpam pellit, quòd iustificat. Remoto autem priori: remouetur posterius. Et ideo melius dicendum est quòd circuncisio ex ipso opere operato non habebat virtutem effectiuam, neque quantum ad remotionem culpæ, neque quantum ad operationem iustitiæ: sed erat solum iustitiæ signum, vt hic Apostolus dicit, sed per fidem Christi cuius circuncisio signum erat, auferebatur peccatum originale & conferebatur auxilium gratiæ ad recte agendum.

Circa tertium vero manifestum est iam ex dictis, quare oportuit circuncisionem mutari. Nam circuncisio erat signum futuri. Non autem idem signum conuenit præsenti, siue preterito & futuro, & ideo baptismus est signum præsentis gratię, qui copiosiorem & vtiliorem effectum habet gratię, quia quanto agēs est propinquius & præsentius, tanto efficacius operatur. Deinde cum dicit, *Non enim per legem, &c.* ostendit propositum scilicet quòd circuncisio siue quodcunque opus legis non iustificet ex diuina promissione. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi, *Si enim qui ex lege, &c.* Supponit ergo Apostolus primo ex authoritate Gene. promissionem factam Abrahæ & semini eius, vt hęres esset mundi, id est, vt omnes gentes mundi in ipso benedicerentur, secundum illud Gene. 12. In te benedicentur, &c. Dicit autē, *Ac semini eius*: quia huiusmodi promissio & si in ipso non est completa, complenda tamen erat in semine eius. Dicitur enim Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. hoc autem semen principaliter intelligitur Christus, secundum illud Gala. 3. Abrahæ dictę sunt promissiones & seminī eius. Non dicit, in seminibus quasi in multis: sed in semine, quasi in vno, &c. Quia scilicet in vno in quo completur, ostenditur vt sit hæres mundi, secundum illud Psal. 2. Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Secundario autem completur in illis, qui per gratiam Christi sunt spiritualiter semen Abrahæ. infra. 9. Qui filii sunt promissionis æstimantur in semine. Qui etiam per Christum sunt hæredes mundi, in quantum omnia

LECTIO II.

ET signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circuncisionis, non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes

nia in gloriam electorum cedunt. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sunt, &c. Circa hanc promissionem vnum negat & vnum asserit. Negat huiusmodi promissionem esse factam per legem. Quod quidem non dicitur propter ipsam promissionem, quia tempore promissionis lex data nō erat: sed propter promissionis impletionem, vt sit sensus, quòd talis promissio facta erat Abrahæ, non quasi implēda per legem, quia vt dicitur Heb. 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. Aliud autem astruit, quòd scilicet huiusmodi ꝓmissio sit implenda, per iustitiam fidei, Quia sancti per fidē vicerunt regna. Heb. 11. Deinde cum dicit; *Si enim, &c.* ostendit propositum. Et primo quantum ad hoc, quòd promissio non sit implenda per legem. Secundo quantum ad hoc, quòd sit implenda per iustitiam fidei ibi; *Ideo ex fide, &c.*

Circa primum ponit talem rationem. Si promissio facta Abrahæ esset implenda per legem, fides Abrahæ credentis promissioni: esset inanis, quia promissio ei facta aboleretur: sed hoc est inconueniens, ergo & primum. Circa hoc duo facit. Primo proponit conditionalem. Secundo probat eam, ibi, *Lex enim, &c.* Destructio autem consequentis est manifesta. Dicit ergo primo quòd promissio nō est facta per legem. Si enim qui ex lege sunt, hi sunt hæredes, id est, Si ad hoc quòd aliqui hæreditatem promissam participent, requiritur quòd ex legis obseruantia hoc consequantur, exinanita est fides, idest vacua facta est fides qua Abraham credidit Deo promittenti, vt dicitur Gen. 15. Et hoc est inconueniens, secundum quod dicitur primæ Corinthiorum 15. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, &c. Et quare sit inanis ostendit subdens; *Abolita*, id est cassata est promissio, quia non consequitur suum effectum. contra id quod dicitur Heb. 11. Fidelem credidit eum esse qui repromiserat. Et hic infra in præsenti cap. dicitur. Quæcunque promisit Deus potens est, &c. Deinde cum dicit, *Lex enim*. probat conditionalem præmissam per effectum siue euentum legis. Et primo proponit legis effectum siue euentum. Secundo probat, ibi, *Vbi enim non est lex, &c.* Probat autem conditionalem sic, Si aliqua promissio sit implenda per id quod impletionem promissionis impedit, talis promissio aboletur, & fides credentis exinanitur: sed lex impedit consecutionem hæreditatis. Lex enim iram operatur: ergo si per legem sit adimplenda promissio, Exinanita est fides, abolita est promissio. Dicitur autem lex operari iram, idest vindictam: quia per legem facti sunt homines digni Dei vindicta. 4. Reg. 22. Magna ira domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, scilicet legis, &c. Posset autem aliquis intelligere quod lex iram operatur quantum ad cerimonialia tempore gratiæ obseruata, secundum illud Gal. 5. Si circuncidamini Christus nihil vobis proderit. Sed qd̄ hic dicitur intelligendum est etiam quantum ad moralia, non quidem quod legis præcepta moralia præcipiant aliquid, quod qui obseruant dignos ira Dei efficiat, sed occasionaliter, quia præcipit & gratiam adimplendi non præbet, secundum illud. 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Quia scilicet interius adiuuat infirmitatem nostram, vt dicit infra. 8. Deinde cum dicit; *Vbi enim non est lex, &c.* ostendit qualiter irā operatur, dicens, Vbi non est lex, non est præuaricatio: quia & si aliquis lege non data peccare possit, contra id quod naturaliter iustum est faciendo, non tamen prēuaricator dicitur nisi legem transgrediens. Psal. 118. Vidi præuaricantes, & tabescebam, &c. Et tamen omnis peccator potest dici præuaricator inquantum legem naturalem transgreditur. Psal. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Grauius est tamen transgredi simul legem naturæ, & legem scriptam, quàm solam legem naturæ. Et ideo lege data sine gratia adiuuante, præuaricatio creuit, & maiorem iram promeruit.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO, quòd promissio facta Abrahæ, & semini eius non sit implenda per legem, hic ostendit, quòd sit implenda per fidem. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit per quid sit huiusmodi promissio adimplenda. Secundo ostendit in quibus sit adimplenda ibi; *Omni semini, &c.* Tertio a quo sit

sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.

LECTIO III.

IDEO ex fide, ut secundū gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei qui ex lege est solum: sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & arena maris. Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emor-

implenda, ibi; *Qui uiuificat mortuos &c.* Primo ergo concludit propositum, quasi ex diuisione. Videtur enim necessarium esse, quòd promissio adimpleatur vel per fidem, vel per legem: non autem per legem, quia promissio aboleretur. Vnde concludit, Ideo ex fide, scilicet consequimur promissionem, vt hęredes simus mundi. 1. Ioan. 5. Hęc est victoria, quæ vincit mundum &c. Et hoc confirmat p contrarium medium ei, quod suprā assumpserat. Dictum est. n. quòd si iustitia ex lege esset, promissio aboleretur: sed si sit ex fide, remanet firma ꝓmissio propter virtutem diuinę gratiæ iustificantis hominem per fidem. Et hoc est quod dicit; *Vt promissio Dei sit firma*, non quidem per operationes hominum, quæ possunt deficere, sed secundum gratiam, quæ infallibilis est. 2. Corinthiorum. 12. Sufficit tibi gratia mea, & 2. Corint. 1. Quotquot sunt promissiones in illo, scilicet Christo sunt, id est, veritatem habent. Deinde cum dicit; *Omni semini &c.* ostendit in quibus impleatur prædicta promissio. Et primo proponit quod intendit, & dicit, quòd prędicta promissio sic implenda per fidem, est firma per gratiam. Omni semini, id est, omni homini qui fuerit qualitercunque semen Abrahæ. Ecclesiast. 44. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum. Secundo ibi; *Non ei &c.* exponit quod dixerat, omni semini. Est enim quoddam semen carnale, secundum illud Io. 8. Semen Abrahæ sumus. Est aliud semen spirituale, secundum illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus his, id est de gentibus suscitare filios Abrahæ. Solum autem semen Abrahæ carnalem legem seruauit, sed fidem eius etiam imitatur semen spirituale. Et sic si per solam legem esset promissio, non impleretur in omni semine, sed solum in carnali. Quia vero impletur per fidem, quæ est omnibus communis, planum est, quòd impletur in omni semine. Tertio ibi; *Qui est pater, &c.* probat quod supposuerat, scilicet quòd semen Abrahæ sit non solum quod est ex lege, sed etiam quod est ex fide per authoritatem Scripturæ, cuius primo ponit sensum, dicens, Qui scilicet Abraham est pater omnium nostrum, id est, omnium credentium, siue Iudæorum, siue Gentilium. Supra eodem, vt sit pater omnium credentium. Esaię. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Secundo inducit authoritatem, dicens, Sicut scriptum est, Gen. 17. *Quia patrem multarum gentium posui te*. Littera alia habet; *Constitui te*. quod sensum non variat. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Tertio ibi. *Ante Deum, &c.* exponit quod dixerat: sic enim dictum est; *Posui te*, quasi iam esset impletum, quod longe postea erat implendum: sed quæ sunt futura in seipsis, in Dei prouidentia, sunt præsentia, secundum illud Eccles. 23. Domino Deo nostro, antequam crearentur omnia sunt agnita, sicut & post perfectum respicit omnia. Et ideo Apostolus dicit, quòd hoc quod dictum est; *Posui te*, intelligendum est; *Ante Deum*, id est, in eius præsentia cui credidisti. Credidetat enim Abraham Deo futura prænuntianti, ac si uideret præsentia. quia ut dicitur, Heb. 11. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Deinde cum dicit; *Qui uiuificat mortuos &c.* ostendit a quo sit implenda huiusmodi promissio, dicens, Qui scilicet Deus; *Viuificat mortuos*, id est, Iudæos, qui erant mortui in peccatis contra legem agentes, viuificat per fidem & gratiam, vt promissionem Abrahæ consequantur. Io. 5. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat &c. *Et uocat ea quae non sunt*, id est, gentiles vocat scilicet ad gratiam, *Tanquam ea quae sunt*, idest tanquam Iudæos, infra. 9. Vocabo non plebē meā, &c. Significat autem gentiles per ea quæ non sunt, quia erant omnino alienati a Deo. sicut. 1. Cor. 13. dicitur. Si charitatem non habuero nihil sum. Et sic per huiusmodi vocationem impleibitur promissio Abrahæ etiam in gentilibus. Vel quod dicit; *Et uocat ea quae non sunt*, non intelligitur de vocatione temporali, sed de vocatione prædestinationis eternæ, qua vocantur & eliguntur etiam qui non sunt ac si essent. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et de hac vocatione dicitur infra. 9. Non ex operibus: sed ex vocante dictum est. Quia maior seruiet minori. Vel vocationem hic dicit simplicem Dei notitiam vel cognitionem; qua cognoscit futura, quæ non

sunt

sunt in actu sicut præsentia. Et hoc modo vocatio in Psal. 146. accipitur, cum dicitur: Qui numerat multitudinem stellarum, &c. Et secundum hunc sensum, quòd hic dicitur, inducitur propter id quod supra dictum est; Ante Deum cui credidisti. Duo enim videbantur obstare ei quod dictum est, Patrem multarum gentium posui te, quorum vnum erat, quia ipse idem Abraham erat quasi emortuus præ senectute, vt infra dicetur. Et contra hoc dicit; *Qui uiuificat mortuos*. Aliud autem est, quia illæ multæ gentes nondum erant. Et contra hoc subdit, Et *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quae sunt*. Deinde cum dicit; *Qui contra spem*. commendat fidem Abrahæ. Et primo ostendit magnitudinem fidei eius. Secundo efficaciam, vel fructum eius ibi; *Ideo & reputatum est, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit magnitudinem fidei Abrahæ, quantum ad promissionem seminis multiplicandi. Secundo quantum ad repromissionem seminis exaltandi, ibi; *In repromissione, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit fidem eius fuisse magnam. Secundo ostendit eam fuisse firmam, ibi; *Et non infirmatus est in fide, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit magnitudinem fidei Abrahę, dicens, Qui scilicet Abraham in hanc spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, sed contra aliam spem. Circa quod considerandum est, quòd spes importat certam expectationem boni futuri: quæ quidem certitudo est quandoque ex causa humana siue naturali, secundum illud. 1. Corinth. 9. Debet in spe qui arat, arare. quandoque vero certitudo expectantis est ex causa diuina, secundum illud Psalm. 30. In te domine speraui, &c. Hoc ergo bonum, quòd Abraham fieret pater multarum gentium, certitudinem habebat ex parte Dei promittentis. Sed contrarium apparebat ex causa naturali, siue humana. Ideo dicit. Qui contra spem causæ naturalis vel humanæ, credidit in spem, scilicet diuinæ promissionis. Quā quidem secundo ponit dicens; *Secundum quod dictum est ei, scilicet* Genes. 22. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Vtrunque autem horum inducitur propter similitudinem innumerabilis multitudinis. Nam quantum ad stellas, dicitur Deute. 1. Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli. Quantum ad arenam, dicitur. 1. Reg. 4. Iudā & Israel innumerabiles sicut arena maris sunt. Potest tamen aliqua differentia inter vtrunque attendi, vt stellis comparentur iusti, qui fuerunt ex semine Abrahæ. Danie. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores, quia fluctibus mundi, quasi cuiusdam maris opprimuntur. Hierem. 5. Posui arenam terminum maris.

Deinde cum dicit; *Et non infirmatus est*. Ostendit firmitatem Abrahæ, quam primo proponit dicens; & non infirmatus est. Sicut enim temperantia ostenditur non esse infirma, quæ magnis concupiscibilibus non vincitur, ita fides ostenditur non esse infirma, sed fortis, quæ a magnis difficultatibus non superatur. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Secundo ibi; *Nec considerauit, &c.* Ponit difficultates, ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma. Et primo quidem ex parte ipsius Abrahæ, cum dicit; *Non considerauit*, scilicet ad discernendum promissionem; *Corpus suum emortuum*, scilicet, quia iam mortificata erat in eo vis generatiua propter senectutem. Vnde dicit; *Cum iam fere centum annorum esset*. Abrahæ enim centenario existenti natus est Isaac, vt habetur Gen. 21. Per annum autem ante fuerat sibi filius promissus, secundum illud Genes. 18. Reuertens veniam ad te tempore isto, & erit Sarę filius.

Sed videtur, quòd non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam, quia etiam post mortem Sarę duxit Cethuram vxorem, quæ genuit ei filios, vt dicitur Gen. 25.

Dicunt ergo quidam, quòd mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc, quòd ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc, quod generaret filium ex iuuencula. Solent enim senes ex iuuenculis mulieribus prolem gignere, non autem ex antiquis, quæ sunt minus aptæ ad concipiendum. Sed melius dicendum videtur, quòd Abrahę miraculose restituta erat vis generandi, & quantum ad Saram, & quantum ad omnes mulieres. Secundo ponit difficultatem ex parte vxoris, cum dicit; *Et emortuam vulnam Saræ*, scilicet non considerauit vt discrederet. Dicit autem emortuam quantum ad actum generandi, tum propter sterilitatem, tum propter senectutem. Iam enim desierant ei fieri muliebria, vt dicitur Genes. 8. Et ideo

tuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vulnā Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrū

F Esa. 51. vbi dicitur Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ vos peperit, vt ostenderet vtriusque mortificationem, & frigiditatem, præmisit dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.

Deinde cum dicit; *In repromissione etiam Dei, &c.* commendat fidem Abrahæ, quantum ad iteratā promissionem de seminis exaltatione. Et primo ponit fidei firmitatem. Secundo firmitatis causā, ibi; *Dans gloriam Deo*. Dicit ergo primo, In repromissione etiam Dei, id est,

G in iterata eius promissione, vel de seminis multitudine, quam promisit. Primo quidem Gene. 15. dicens. Suspice cœlum, & numera stellas si potes. & infra 17. Eris pater multatum gentium. & iterum infra. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Vel intelligendum est; in repromissione Dei, id est, in iterata promissione de exaltatione seminis eius: quia cum dixisset, Multiplicabo semen tuum, statim subdit, Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. In hac quidem Dei repromissione; *Non hesitauit*, id est, non dubitauit diffidentia, scilicet, quòd diffideret de veritate diuinæ promissionis. Iacob. 1. Qui hæsitat, similis est fluctui maris, &c. *Sed confortatus est fide*, id est, fortiter fidei adhæsit. 1. Pet. ult. Cui resistite fortes in fide. Consequenter cum dicit; *Dans gloriam Deo*. assignat rationem firmitatis fidei eius, dicens, Confortatus est inquam fide, dans gloriam Deo, inquantum. s. considerauit omnipotentiam eius. Psal. 146. Magna uirtus eius, &c. Vnde & hic subditur; *Plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere*. Sap. 12. Subest tibi enim cum uolueris, posse. Ex quo patet, quòd quicunque non est firmus in fide Dei, quantum est in se, diuinæ gloriæ derogat, uel quantum ad eius ueritatem, uel quantum ad eius potentiam.

Deinde cum dicit; *Et reputatum est ei*, commendat fidem Abrahæ, quantum ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipso habuit, dicens, Ideo scilicet, quia Abraham tam perfecte hoc ipsum credidit; *Reputatum est illi ad iustitiam*. 1. Mach. 2. Et reputatum est ei ad iustitiam. Secundo ostendit effectum, quem fides eius habet etiam in aliis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit similitudinem effectus, dicens; *Non autem scriptum est tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam*, ut. s. reputemus, quòd soli Abrahæ fides ad iustitiam reputata sit: sed scriptum est; *Propter nos*, quibus reputabitur, scilicet fides ad iustitiam. infra. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sic ergo scriptum est propter eum, ut sit nobis in exemplum: & propter nos, ut sit nobis in iustificationis spem. Secundo ibi; *Credentibus in eum*, ostendit similitudinem fidei. Reputata est enim ad iustitiam fides Abrahæ credenti, quòd corpus suum emortuum, & emortua vulua Saræ posset uiuificari ad filiorum procreationem. Reputabitur & nobis credentibns in eum, qui suscitauit dominum nostrum Iesum Christum a mortuis: & in Deum patrem qui ipse dicit in Psal. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Et quia eadem est uirtus patris, & filii, ipse etiam in propria uirtute surrexit. Quòd autem hæc fides iustificet, habetur infra 10. Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Tertio ibi; *Qui traditus est, &c.* assignat causam, quare fides resurrectionis Christi iustificet, dicens,

K *Qui* scilicet Christus, *traditus est*, scilicet in mortem a Deo patre. inf. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et a seipso Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et a Iuda. Io. 19. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et a Iudæis Matth. 20. Tradent eum gentibus ad illudēdum. Et *resurrexit propter iustificationem nostram*, id est, ut nos resurgendo iustificaret. inf. 6. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Et quòd propter delicta nostra sit traditus in mortem, manifestum uidetur ex hoc, quòd sua morte meruit nobis deletionem peccatorum, sed resurgendo non meruit, quia in statu resurrectionis non fuit uiator, sed comprehensor. Et ideo dicendum est, quòd mors Christi fuit nobis salutaris, non solum per modum meriti, sed etiam per modum cuiusdam efficientiæ. Cum enim humanitas Christi esset quodammodo instrumentum diuinitatis eius, ut Damasce. dicit, omnes passiones, & actiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutiferæ, utpote ex uirtute diuinitatis prouenientes. Sed quia effectus

De orth. fide lib. 3. ca.

Actus habet aliqualiter similitudinem causæ, mortem Christi, A qua extincta est in eo mortalis vita, dicit esse causam extinctionis peccatorum nostrorum: resurrectionem autem eius, qua rediit ad nouam vitam gloriæ, dicit esse causam iustificationis nostræ, per quam redimus ad nouitatem iustitiæ.

LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit necessitatem gratiæ Christi, quia sine ea, nec cognitio veritatis Gentibus, nec circūcisio, & lex Iudæis profuerunt ad salutem, hic incipit cōmendare virtutem gratiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quæ bona per gratiam consequamur. Secundo, a quibus malis per eā liberemur, ibi; *Propterea sicut per unum hominem, &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit modum peruenienti, seu viam qua venimus ad gratiam. Secundo ostendit bona quæ per gratiam consequimur, ibi; *Et gloriamur in spe gloriae, &c.* Circa primum duo facit. Primo exhortatur ad debitum gratię vsum. Secundo, ostendit nobis gratiæ aditum, ibi; *Per quem accessum, &c.* Dicit ergo primo, dictum est, quòd fides reputabitur omnibus ad iustitiam credentibus resurrectionem Christi, quæ est causa nostræ iustificationis; *Iustificati igitur ex fide*, in quantum scilicet per fidem resurrectionis effectum eius participamus; *Habeamus pacem ad Deum*, scilicet subiiciendo nos C & obediendo ei: Iob. 22. Acquiesce igitur ei & habeto pacem. Iob. 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Et hoc; *Per Iesum Christum dominum nostrum*, qui nos ad istam pacem perduxit, Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Vnde subdit; *Per quem Christum accessum habemus*, scilicet tanquam per mediatorem. 1. Thim. 2. Mediator Dei, & hominum, &c. Ephes. 2. Per ipsum accessum habemus ambo in vno spiritu ad patrem. Accessum inquam; *In gratiam istam*, id est, in statum gratiæ. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *In qua*, id est, per quam gratiam, non solum resurreximus a peccatis, sed etiam; *stamus* fixi & erecti per affectum in cœlestibus. Psal. 121. Stantes erant pedes nři. Et iterum. Ps. 19 Nos aūt surrexim⁹, & erecti sumus, & hoc per fidem, per quam. s. gratiam consequamur, nō quia fides p̄cedat gratiā, cū potius per gratiā sit fides. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidē. s. quia primus effectus gratiæ, in nobis est fides.

Deinde cum dicit; *Gloriamur in spe gloriae, &c.* ostendit, D quæ bona nobis per gratiam pro enerunt. Primo dicit, quòd per gratiam habemus gloriam spei. Secundo, quòd per gratiam habemus gloriam Dei, ibi; *Non solum autem, &c.* Circa primum tria facit. Primo ostendit magnitudinem spei, in qua gloriamur. Secundò eius vehementiam, ibi; *Non solum autem, &c.* Tertio eius firmitatem, ibi; *Spes autem non confundit, &c.* Magnitudo autem spei consideratur ex magnitudine rei speratæ, quam ponit, dicens; *Et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei*, id est, ex hoc quòd speramus nos adepturos gloriā filiorum Dei. Per gratiam enim Christi adepti sumus spiritum adoptionis filiorum Dei, vt dicitur infra 8. & Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Filius autem debetur hæreditas patris, infra. 8. Si autem filii & heredes. Hæc autem hereditas est gloria, quam Deus habet in seipso. Iob. 4. Si habes brachium vt Deus, &c. & huiusmodi spes indita est nobis per Christum. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam E per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, &c. Et hæc gloria, quæ in futuro in nobis complebitur, interim nunc in nobis inchoatur per spem, infra 8. Spe salui facti sumus. Psal. 8. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Deinde cum dicit: *Non solum autem, &c.* ostendit vehementiam huius spei. Qui enim vehementer aliquid sperat, libenter sustinet propter illud, etiam difficilia, & amara, sicut infirmus, si vehementer sperat sanitatem, libenter bibit potionem amaram, vt sanetur per ipsam. Signum ergo vehementis spei, quam habemus propter Christum est, quòd *Non solum gloriamur* ex spe futurę gloriæ, sed etiam de malis, quæ pro ipsa patimur, vnde dicit; *Non solum autem gloriamur*, scilicet in spe gloriæ, sed *Etiam gloriamur in tribulationibus*. per quas ad gloriam peruenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Et causam ostendit consequenter, dicens;

a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAP. V. LECT. I.

IVstificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum, per dominum nostrum Iesum Christum. per quem habemus accessum per fidem in gratiam

Scientes &c. Vbi quatuor per ordinem ponit, quorum primum est tribulatio, de qua dicitur, quòd *Tribulatio patientiam operatur*. Non quidem, sic quòd tribulatio sit eius causa effectiua, sed quia tribulatio est materia, & occasio exercendi patientiæ actum, infra 12. In tribulatione patientes. Secundo ponit patiētiæ effectum cum dicit; *Patientia probationem*. Eccles. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines uero receptibiles, in camino humiliationis. Manifestum est enim, quòd detrimentum alicuius rei de facili sustinemus, propter rem, quam magis amamus. Vnde si aliquis in rebus corporalibus, & tem-

istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibns, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa B est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

poralibus patienter sustinet propter bona consequenda æterna, sufficienter ex hoc probatur, quòd talis plus amet bona æterna, quàm temporalia. Sed contra id quod hic dicitur est illud Iac. 1. Probatio fidei vestræ patientiam operatur. Dicendum est autem quòd probatio dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum quòd est in probato, & sic probatio est ipsa tribulatio, per quam homo probatur. Vnde idem est dictu, quòd tribulatio patientiam operatur, & quòd tribulatio probat patientiam. Alio modo accipitur probatio pro probatum esse. Et ita accipitur hic quòd patientia probationem operatur, quia ex hoc, quòd homo patienter tribulationem sustinet, redditur iam C probatus. Tertio subdit tertium, dicens; *Probatio uero spem*, scilicet operatur; quia scilicet per hoc quòd aliquis iam probatus est, potest de eo spes haberi, & ab ipso, & ab aliis, quòd ad hæreditatem Dei admittatur. Sap. 3. Deus probauit illos, & inuenit illos dignos se. Sic igitur de primo ad vltimum patet, quòd tribulatio viam parat ad spem. Vnde si aliquis vehementer gloriatur de spe, consequens est, vt de ipsis tribulationibus glorietur.

Deinde cum dicit; *Spes autem non confundit*. ostendit huiusmodi spei firmitatem. Et primo ponit eam, dicens, Spes autem, scilicet hæc quia speramus gloriam filiorum Dei, non confundit, id est, non deficit, nisi homo ei deficiat. Ille enim dicitur a spe sua confundi, qui deficit ab eo quod sperat. Psal. 30. In te domine speraui, non confundar in æternum. Eccle. 2. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Secundo ibi; *Quia charitas Dei, &c.* Ponit certitudinis spei duplex argumentum, quorum primum est ex dono spiritus sancti, secundum ex morte Christi, ibi; *Vt quid enim Christus, &c.* Dicit ergo primo, ex hoc possumus scire, quòd spes non confundit; *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Charitas Dei dupliciter accipi potest. Vno modo charitate, qua diligit nos Deus. Hieremiæ 31. Charitate perpetua dilexi te. Alio modo potest dici charitas Dei, qua nos Deum diligimus, infra 8. Certus sum, quòd neque mors, neque vita separabit nos a charitate Dei. Vtraque autem charitas Dei cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Spiritum enim sanctum, qui est amor patris, & filii dari nobis, est nos adduci ad participationem amoris, qui est spiritus sanctus. A qua quidem participatione efficimur Dei amatores. Et hoc quòd ipsum amamus, signum est, quòd ipse nos amet. Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Nō quasi nos primo dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior E dilexit nos, vt dicitur. 1. Io. 4. Dicitur autem charitas, qua nos diligit in cordibus nostris diffusa esse, quia est in cordibus nostris patenter ostensa per donum sancti spiritus nobis impressum. 1. Io. 3. In hoc scimus, quoniam manet in nobis Deus, &c. Charitas autem, qua nos Deum diligimus dicitur in cordibus nostris diffusa, id est, quia ad omnes mores & actus animæ perficiendos se extendit. nam vt dicit. 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Ex vtroque autem intellectu horum verborum concluditur, quòd spes non confundit. Si enim accipiatur charitas Dei, qua nos diligit Deus, manifestum est quòd his quos diligit seipsum non negabit. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Similiter etiam si charitas Dei, accipiatur qua nos Deum diligimus, manifestum est, quòd se diligentibus bona ęterna præparauit. Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, &c.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit firmitatem spei per donum spiritus sancti, hîc ostendit idem per mortem Christi. Et primo proponit quæstionem. Secundo ostendit difficultatem, ibi; *Vix enim pro iusto &c.* Tertio determinat quæstionis veritatem, ibi; *Commendat autē suā charitatem &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd spes non confundit, qd quidem apparet hoc consideranti; *Vt quid enim Christus cũ adhuc infirmi essemus*, scilicet infirmitate peccati. Psal. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Nam sicut per corporalem infirmitatem dissoluitur humorum debita harmonia, ita etiam per peccatum debitus ordo affectionum excluditur; *Cum ergo adhuc infirmi essemus, Christus mortuus est*, pro impiis. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Et hoc; *Secundum tempus*, id est, vt certo tempore in morte moraretur, die scilicet tertia surrecturus. Matth. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Hoc ergo magnum est, si consideremus quis mortuus sit. Magnum etiam est si consideremus pro quibus est mortuus. Non potest autem esse tam magnum quid, nisi fiat propter aliquem certum fructum, secundum illud Psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Quasi dicat, Nulla, si non sequatur humani generis salus. Deinde cum dicit; *Vix enim pro iusto, &c.* ostendit prædictæ quæstionis difficultatem ex parte eorum, pro quibus Christus mortuus est scilicet pro impiis, dicens; *Vix enim quis*, id est, aliquis moritur pro homine iusto liberando: quinimmo, vt dicitur Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet in corde suo &c. ideo dico; *Vix moritur. Nam forsitan quis*, id est, aliquis rarus ex zelo virtutis; *Audeat mori pro bono*, homine, Rarum enim est propter hoc quod est maximum: vt enim dicitur Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Illud autem quòd Christus fecit vt quis moriatur pro impiis & iniustis, numquam inuenitur. Et ideo merito admirandum est, qua re Christus hoc fecerit. Potest autem & aliter legi, vt pro iusto intelligamus aliquem in virtute exercitatum, per bonum autem hominem innocentem. Et quamuis secundum hoc iustus sit præstantior bono, tamen pro iusto vix aliquis moritur. Cuius ratio est, quia innocens qui per bonum intelligitur, magis miserandus videtur propter defectum ætatis vel alicuius huiusmodi. Iustus autem quia perfectus est & absque defectu, non habet in se misericordiæ malitiam. Quod ergo aliquis moriatur pro innocente, potest ex compassione misericordiæ prouenire. Sed quòd aliquis moriatur pro iusto, prouenit ex zelo virtutis, qui in paucioribus inuenitur, quàm misericordiæ passio. Deinde cum dicit; *Commendat autem, &c.* respondet præmissæ quæstioni. Et primo ponit responsionem. Secundo ex hoc arguit ad propositum, ibi; *Multo ergo magis &c.* Tertio ostendit necessitatem consequentiæ, ibi; *Si enim cum inimici &c.* Dicit ergo primo. Quæritum est, quare Christus pro impiis mortuus est. Et ad hoc est responsio, quia per hoc Deus suam charitatem commendat in nobis, id est, per hoc ostendit se nos maxime diligere, quoniam si; *cum adhuc peccatores essemus, Christus mortuus est pro nobis*, & hoc secundum tempus, sicut supra expositum est. Ipsa autem mors Christi pro nobis charitatē ostendit Dei, quia dedit filium suum, vt pro nobis satisfaciens moreretur. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret &c. Et ita sicut charitas Dei patris ad nos, ostenditur per hoc, quòd spiritum suum dedit nobis, vt supra dictum est, ita & per hoc, quòd dedit filium suum, vt hîc dicitur. Sed in hoc quòd dicit; *Commendat*, immensitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostenditur tum ex ipso facto, quia scilicet dedit filium suum, vt moreretur pro nobis: tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc non fecit prouocatus nostris meritis cum adhuc peccatores essemus. Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo &c. Consequenter cum dixit; *Multo ergo magis, &c.* concludit propositum ex præmissis dicens, Si Christus pro nobis

LECTIO II.

VT quid enim Christus, cũ adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan, quis audeat mori? Commendat autem charitatem suā Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo ergo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem recepimus.

mortuus est, cum adhuc peccatores essemus, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, sicut supra tertio habitum est: quem proposuit Deus propitiatorem per fidem per sanguinem ipsius, *Salui erimus ab ira*, id est, a vindicta damnationis æternæ, quam propter peccata homines incurrunt. Matt. 3. Genimina viperarũ, quis demonstrauit &c.

Deinde cum dicit; *Si enim cum inimici &c.* ostendit necessitatem prædictæ consequentiæ, quæ procedit a minori ad maius, affirmando. Et est ibi obseruanda duplex cõparatio minoris ad maius. Vna quidem ex parte nra. Alia ex parte Christi. Ex parte quidem nostra comparat inimicos reconciliatis. Minus enim videtur: quòd aliquis benefaciat inimicis, quàm iam reconciliatis. Ex parte Christi comparat mortem vitæ. Potentior enim vita eius videtur, quàm mors, quia vt dicitur. 2. Corinth. ult. Mortuus est ex infirmitate, scilicet carnis nostræ, sed uiuit ex uirtute Dei. Et ideo dicit; Ratione conclusum est; *Quod multo magis*, uiuificati; *Salui erimus per ipsum*. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo, & hoc per mortem filii eius: multo magis iam nos reconciliati; *Salui erimus*, & hoc in uita ipsius. Est autem considerandum, quòd homo dicitur inimicus Deo dupliciter. Vno modo, quia contra Deum inimicitiam exercet dum eius mandatis renititur. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Alio modo per hoc, quòd Deus homines odio habet, non quidem secundum ipsum quod fecit, quia quantum ad hoc dicitur Sap. 11. Dilexisti omnia, & nihil odisti eorum quæ fecisti &c. sed quantum ad hoc, quod in homine inimicus homo, id est, diabolus fecit, id est, quantum ad peccatum. Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo impius &c. Et Eccle. 13. Altissimus odio habet peccatores. Subtracta inimicitiæ causa, scilicet peccato per Christum, sequitur reconciliatio per ipsum. 2. Cor. 5. Deus erat in ipso mundum reconcilians sibi. Peccatum autem nostrum sublatum est per mortem filii eius. Circa quod considerandum est, quòd mors Christi tripliciter considerari potest. Vno modo, secundum ipsam rationem mortis. Et sic dicitur Sap. 1. Deus mortem non fecit in humana natura, sed est per peccatum inducta. Et ideo mors Christi ex communi mortis ratione, non fuit sic Deo accepta, ut per ipsam reconciliaretur, quia Deus non lætatur in perditione viuorum, ut dicitur Sap. 1. Alio modo potest mors Christi considerari secundum, quod est in actione occidentium, quæ maxime Deo displicuit. Vnde contra eos Petrus dicit Act. 3. Vos sanctum, & iustum negastis, & petistis homicidam, &c. Vnde mors Christi sic considerata, non potuit esse reconciliationis causa, sed magis indignationis. Tertio modo potest considerari secundum quod processit ex voluntate Christi patientis, quæ quidem uoluntas informata fuit ad mortem sustinendam cum ex obedientia ad patrem. Phil. 2. Factus est obediens patri usque ad mortem. tum etiam ex charitate ad homines. Ephe. 5. Dilexit nos & tradidit se pro nobis. Et ex hoc mors Christi fuit meritoria & satisfactoria pro peccatis nostris, & in tantum Deo accepta, quòd sufficit ad reconciliationem omnium hominum, etiam occidentium Christum, ex quibus aliqui sunt saluati ipso orante quando dixit Lucę. 23. Ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.

Deinde cum dicit *Non solum autem, &c.* ostendit quæ bona iam in re consequimur per gratiam, dicens, *Non solum autem gloriamur* in spe gloriæ quam in futuro expectamus. *Sed in Deo*, id est in hoc quòd sumus etiam nunc Deo coniuncti per fidem & charitatem. 1. Corin. 1. & 2. Corinth. 10. Qui gloriatur in domino, &c. Et hoc quidem *Per dominum nostrum Iesum Christum*, *per quem* etiam nunc in præsenti tempore *Reconciliationem accepimus*, Vt de inimicis facti simus amici. Colossen. 1. Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Posset autem & continuari cum eo quod dictum est, salui erimus in uita ipsius a peccato & a pœna, & non solum salui erimus a malis, sed etiam gloriamur in Deo, id est per hoc quòd erimus idem in futuro cum ipso, Ioan. 17. Vt sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quæ bona per gratiam Christi consecuti sumus, hîc consequenter ostendit, a quibus malis per eam liberemur. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quòd p gratiam Christi liberati sumus a seruitute peccati. Secũdo ostẽdit, quòd per gratiã eius sumus liberati a seruitute legis. 7. ca. ibi; *An ignoratis fratres &c.* Tertio ostendit qp per gratiã Christi liberamur a dãnatione. 8. cap. ibi; *Nihil nunc damnationis &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd per gratiam Christi liberamur ab originali peccato præterito. Secundo ostendit, qp ea tuti, regimur cõtra peccata futura, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo agit de pcessu peccati. Secundo de processu gratiæ destruentis peccatum, ibi; *Sed non sicut delictum &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit processum peccati. Secundo manifestat, ibi; *Vsque ad legem &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit pcessum peccati. Secundo ostẽdit eius vniuersalitatem, ibi; *Et ita in omnes &c.* Circa primũ duo facit. Primo ostendit peccati originem. Secundo originem mortis, ibi; *Et per peccatum mors &c.* Dicit ergo primo, quòd p Christum reconciliationem accepimus. Ita enim a Christo reconciliatio procedit in mundum; *Sicut per vnum hominem.* s. per Adã; *Peccatum intrauit in hunc mundum.* 1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Est autem hîc considerandum, quòd hæretici Pelagiani, peccatum originale in paruulis esse negantes, hæc verba Apostoli dicebãt esse intelligenda de peccato actuali. Quod quidem secundum eos, in hunc mundum intrauit per Adam, inquantum omnes peccantes, peccatum Adæ imitantur, secundum illud Oseæ. 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum &c. Sed sicut dicit Aug. contra eos, si de introitu peccati actualis, qui est per imitationem, hîc Apostolus loqueretur, non diceret peccatum per hominem in hunc mundum intrasse, sed magis per diabolum, quem peccantes imitantur, secundum illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit &c. Est ergo intelligendum, qp per Adam peccatum in hunc mundum intrauit, non solum imitatione, sed etiam propagatione, id est per carnis originem vitiatam, secundum illud Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. & in Psalm. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Sed videtur hoc esse impossibile, quòd per originem carnis peccatum ab vno in alium traducatur. Peccatum enim est in anima rationali, quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non est alicuius corporis actus, & ita non potest per virtutem corporalis seminis causari, vt Philosophus dicit in libro de generatione animalium: tum etiam, quia cum anima rationalis sit quædam res subsistens, vt puta per se operationem habens, & corpore corrupto non corrumpatur, consequens est, quòd non generetur corpore generato sicut aliæ formæ, quæ non possunt per se subsistere, sed potius causatur a Deo. Consequens igitur videtur, quòd nec peccatum, quod est accidens animę, possit per carnis originem traduci. Ad hoc autem rationabiliter respondetur, quòd licet in semine non sit anima, est tamen in semine virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem, quæ cum corpori infunditur, etiam ei suo modo conformatur, eo qp omne receptum, est in recipiente per modum recipientis. Et exinde videmus quòd filii similantur parentibus, non solum in defectibus corporalibus, sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricum, sed etiam in defectibus animæ: sicut iracundus iracundum, & amentes ex amentibus nascuntur. Quãuis enim pes, qui est subiectum podagræ, non sit in semine nec anima quæ est subiectum iræ, vel amentiæ, est tamen in semine virtus formatiua corporalium membrorum & dispositiua ad animam. Sed adhuc remanet dubitatio, quia defectus qui ex vitiata origine trahuntur, non habent rationem culpæ. Non. n. merentur pœnam, sed magis misericordiam. sicut Philosophus dicit de eo qui nascitur cæcus, vel quocunque alio modo aliter orbatus. Et hoc ideo, quia de ratione culpæ est, quòd sit voluntaria & in potestate hominis, cui culpa imputatur. Sic igitur, si aliquis defectus in nos peruenit per originem primi parentis, non videtur in nobis habere rationem culpæ, sed pœnæ. Et ideo dicendum est, quòd sicut peccatum actuale est peccatum personę, quia per voluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ, quod per voluntatem principii humanæ naturæ commissum est. Est enim considerandum, quòd sicut diuersa corporis membra, partes sunt personæ vnius hominis: ita omnes homines sunt partes, & quasi quædam mẽbra humanæ naturæ. Vnde & Porphyrius dicit, quòd participa

De pec. mer. & Re. lib. 1. c. 9.

3. Ethi. c. 8.

Cap. de species.

LECTIO III.

PROPTEREA sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertrãsijt, ĩ quo omnes peccauerunt.

tione speciei, plures homines sunt vnus homo. Videmus autem quòd actus peccati exercitus per aliquod membrum, puta p manum vel pedem, non habet rationem culpæ ex voluntate manus vel pedis, sed ex voluntate totius hominis, a qua, sicut a quodam principio, deriuatur motus peccati ad singula membra. Et similiter a volũtate Adæ, qui fuit principium humanæ naturæ, tota inordinatio naturæ habet culpæ rationem in omnibus, ad quos puenit quãtum ad hoc, quòd susceptiui sunt culpæ. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ, trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ, qui est gnatio. Et ita, sicut per gnationem humana natura trahitur, ita et per gnationẽ traducitur defectus humanæ naturæ, qui est consecutus ex peccato primi parentis. Est autem hic defectus, carentia originalis iustitiæ, quæ erat primo homini diuinitus collata, non solum vt erat persona quædam singularis, sed etiam vt erat principium humanę naturę, vt. s. eam simul cum natura in posteros traduceret. Et ideo simili modo amissionem huius originalis iustitiæ p peccatum ad posteros transmittit, habentem in eis rõnem culpæ, ratione iam dicta. Et ideo dr, quòd in processu originalis peccati, p sona infecit naturam. s. Adam peccans, vitiauit humanam naturam: sed post modum in aliis natura vitiata inficit personam, dũ. s. genito imputatur ad culpam naturæ vitium pp voluntatem primi parentis, vt dictum est. Ex hoc autem patet, quòd licet primum peccatum primi parentis per originem traducatur in posteros, alia tñ eius peccata, vel etiam aliorum hominum, in filios nõ traducuntur: quia per solum primum peccatum sublatum est bonum naturæ, quod erat per originem naturæ traducendum. Per alia vero peccata subtrahitur bonum gratiæ personalis, quod non transit ad alios posteros: & inde etiam est, qp quamuis peccatum Adæ deletum fuerit per suam pęnitentiam, iuxta illud Sapien. 10. Eduxit illũ a delicto suo, non tñ eius pęnitentia delere potuit peccatum posterorum, quia eius pęnitentia fuit per actũ personalem, quia vltra eius personam non se extendebat. Et pp hoc, est vnum tm originale peccatum: quia solus defectus consequens primum peccatum, originaliter deriuatur ad posteros. Et ideo Apostolus singulariter dicit; *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*. non autem dixit pluraliter, peccata: quod fuisset dicendum, si de actualibus loqueretur. Dr autem qnque, pluraliter, peccata originalia, sicut in Psal. 50. In peccatis concepit me mater mea: quia cõtinet virtualiter multa peccata, inquãtum ex corruptione fomitis inclinamur ad multa peccata. Sed videt, quòd peccatum originale non intrauerit in hunc mundum per vnum hominem. s. Adam, sed magis per vnam mulierem. s. Euam, quæ primo peccauit, secundum illud Eccle. 25. A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. Ad hoc respondetur in Glos. dupliciter. Vno modo, quia consuetudo Scripturæ est, vt genealogiæ non per mulieres, sed per viros texant, sicut patet Matth. 1. & Luc. 3. Et ideo Apostolus hic volens quasi genealogiam quandam peccati ostendere, nõ fecit mẽtionem de muliere, sed solum de viro. Alio modo, quia etiã mulier de viro sumpta est: & ideo quod est mulieris, attribuitur viro. Potest etiam alio modo dici & melius, qp cum peccatum originale traducatur simul cum natura, sicut dictum est: sicut p virtutem actiuam viri, mulieri materiam ministrante natura traducitur, ita & peccatum originale. Vnde si Adã non peccasset Eua peccante, non per hoc fuisset peccatum traductum ad posteros. Illa enim est causa, quare Christus peccatum originale nõ traxit: quia ex sola femina sine virili semine carnem accepit. Per hoc verbum Apostoli August. respondet Iuliano hæretico in hunc modum quærenti. Non peccat iste qui nascitur, non peccat iste qui genuit, non peccat ille qui condidit: per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ peccatum fingis ingressum? Sed August. respondet. Quid quæris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam? Nam secundum Apostolum; *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*. Consequenter tangit ingressum mortis in mundum, cum dicit; *Et per peccatum mors*, scilicet in hunc mundum intrauit, secundum illud Sap. 1. Iniustitia, mortis est acquisitio. Videtur autem, quòd mors nõ sit ex peccato, sed magis ex natura, vtpote proueniens ex necessitate materiæ. Est enim corpus humanum ex contrariis compositum: vnde est naturaliter corruptibile. Dicendum est autem, qp natura humana dupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundũ principia intrinseca, & sic mors est ei naturalis. Vnde Seneca dicit in libro de remediis fortuitorum, quòd mors, natura est hominis, non pœna. Alio modo potest considerari natura hominis, secundum quòd per diuinã prouidentiã fuit ei p iusti

Con. Iul. li. 3. c. 24.

De Nupt. & conc. li. 2. cap. 28.

tiam originalem prouisum. Quæ quidem iustitia erat quædam rectitudo, vt mens hominis esset sub Deo: & inferiores vires essent sub mente, & corpus sub anima, & omnia exteriora sub homine, ita.s.quòd quandiu mens hominis Deo subderetur, vires inferiores subderentur rationi, & corpus animæ indeficienter ab ea vitam recipiens, & exteriora homini, vt.s.oĩa seruirẽt, & nullum ex eis no cumentum sentiret, Hoc aũt prouidẽtia diuina disposuit propter diuinitatem animæ rationalis, quæ cũ naturaliter sit incorruptibilis, debebatur sibi incorruptibile corpus: sed quia corpus, quod est ex contrariis compositum, oportebat esse organum sensus, & tale corpus secundum naturam suã incorruptibile esse non potest, suppleuit potentia diuina, quod deerat naturæ humanæ, dans animæ virtutem continendi corpus incorruptibiliter: sicut faber si posset, daret ferro ex quo cultellum fabricat, virtutem vt rubiginem nullam contraheret. Sic ergo postquam mens hominis per peccatum est a Deo auersa, amisit virtutem continendi inferiores vires, & etiam corpus & exteriora: & sic incurrit mortem naturalem a causis intrinsecis, & violentiam ab exterioribus nocumentis. Deinde cum dicit; *Et ita in omnes &c.* Ostendit vniuersalitatem huius processus, & quantum ad mortem & quantum ad peccatum, ordine tamen retrogrado. Nam supra prius egit de ingressu peccati, qui est causa ingressus mortis: nunc autem prius agit de vniuersalitate mortis, tanquam de manifestiori. & hoc est quòd dicit. Et ita; *Mors*.s.vel peccatum primi parentis; *Pertransiit in omnes*, quia.s.per originem vitiatam contrahunt homines necessitatem moriendi. 2. Reg. 14. Omnes morimur. Psal. 88. Quis est homo qui viuit &c. Deinde tangit vniuersalitatem processus peccati, cum dicit; *In quo omnes peccauerunt*, quod sicut August. dicit in Glos. potest dupliciter intelligi. Vno modo, in quo, scilicet primo homine, vel in quo.s.peccato, quia.s.eo peccante, quodammodo omnes peccauerunt, inquantum in eo erant sicut in prima sua origine. Sed cum Christus etiam originem ex Adã traxerit, vt patet Luc. 3. videtur quòd etiam ipse, eo peccante, peccauerit. Ad hoc respondet Aug. super Gen. ad literam, quòd Christus non omnimodo fuit in Adam, quòd nos fuimus: nos enim fuimus & secundum corpulẽtam substantiam, & secundum seminalem rationem. Christus autem fuit in eo solum secundum corpulẽtam substantiam. Quod quidam male intelligentes, putauerunt quòd tota substantia corporum humanorũ, quæ pertinet ad veritatem humanæ naturæ, fuerit actu in Adã, & per quandam multiplicationem diuina virtute factam, id est, quod sumptum est ab Adam, est in tanta corporum quantitate ampliatum. Sed hoc est inconueniens, opera naturæ miraculo attribuere, præsertim quia videmus quòd corpus humanum, quantuncunque sit de veritate humanæ naturæ, corrumpitur, & accipit aliam formam. Vnde quia omne generabile est corruptibile, & econuerso: oportet dicere quòd materia, quæ ante generationem hominis sub alia forma quàm humana fuit, formam humanæ carnis assumpserit: & sic non totum, quod est in corporibus nostris ad veritatem naturæ pertinens, fuit actu in eodem, sed solum secundum originem, prout.s.effectus est in principio actiuo. Secundum hoc ergo intelligendum est, quòd cum in nostra generatione sit & materia corporalis quam fœmina ministrat, & vis actiua quæ est in semine maris, vtrumque per originem ducitur ab Adam, sicut a primo principio. Et ideo dicitur in eo fuisse & secundum rationem seminalem, & secundum corpulentam substantiam: quia.s.vtrumque ab eo processit. In generatione autem Christi fuit corpulenta substantia quam traxit de virgine: loco autem rationis seminalis fuit virtus actiua spiritus sancti, quæ non deriuatur ab Adam: & ideo nõ fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed tantum secundũ substantiam corpulentam. Sic igitur nos accipimus peccatum ab Adam & trahimus: atque naturam humanam ab eo accipimus, sicut a principio actiuo, quod est esse in eo secundum seminalem rationem, quod quidem nõn competit Christo, vt dictum est. Videtur vlterius, quòd peccatum originale non transeat in omnes, quia baptizati, a peccato originali purgantur per baptismum: & ita videtur quòd non possint in posteros peccatum transmittere, quod non habent. Dicendum est autem, ꝙ per baptismum homo liberatur a peccato originali quantum ad mentem, sed remanet peccati infectio quãtum ad carnem, vnde infra. 7. dicit Apost. Ego ipse mẽte seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Homo aũt nõ gñat mẽte carnales filios, sed carne: & ideo non transmittit nouitatem Christi, sed vetustatem Adæ.

Cont. du. Epl. pel. li. 4. c. 4.

li. 10. c. 20.

LECTIO IIII.

SQVE ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, sed regnauit mors ab *forma futuri &c.* Dixerat autem quòd peccatum, & mors in omnes transierunt, & hoc, quidem secundum expositionem Aug. manifestare intendit per hoc quòd etiam sub lege peccatũ remansit, quasi lege illud excludere non valente. Circa quod duo facit. Primo manifestat propositum quantum ad peccatum. Secundo quantum ad mortem, ibi; *Sed regnauit &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit peccatum fuisse etiam sub lege. Secundo quid circa peccatum lex facit, ibi; *Peccatum autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est quòd omnes peccauerũt in Adam, quia nec etiam lex peccatum abstulit; *Vsque, ad legem*.i.etiã sub lege. vt ly; *Vsque*, teneatur inclusiue; *Peccatum erat in mundo*, quod quidem potest intelligi de lege naturæ, & de lege Moysi: similiter & de peccato actuali, & de peccato originali. Peccatum enim originale erat in paruulo vsque ad legem naturæ.i.vsq; ad vsum rationis, per quem homo huiusmodi leges aduertit. Psalm. 50. In peccatis concepit me mater mea. Nec tñ cessat hoc peccatũ lege naturali adueniẽte ĩ homine, sed magis excrescit per additionem peccati actualis: quia vt dicitur Eccle. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum &c. Sed si intelligamus de lege Moysi, tunc quod dicitur, peccatum fuisse in mundo vsque ad legem, potest intelligi non solum de originali, sed etiam de actuali: quia & ante legem, & sub lege peccatum vtrumque permansit. Prouerb. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum? Quamuis autem lex peccatum non aufert, peccati tamen cognitionem fecit, quod antea non cognoscebatur. Vnde subdit; *Peccatum autem non imputabatur*. Quod quidem planum est, si intelligatur de lege naturali. Quamuis enim peccatum originale sit in paruulo ante legem naturalẽ, & reputetur ei a Deo, non tamen imputatur ei apud homines. Si autem intelligatur de lege Moysi, planum est, quantum ad aliqua peccata actualia, ꝙ non imputabantur ante legem, sicut illa quæ specialiter sunt per legem prohibita, quę homines peccata non reputabant, sicut quod dicitur Exo. 20. Non concupisces &c. Imputabantur tamen quædam peccata, prout erant contra legem naturæ. Vnde & Genes. 39. Ioseph legitur in carcerem missus propter adulterium sibi impositum. Consequenter agit de morte, dicens. Quamuis peccata ante legem non imputarentur, tamẽ; *Mors*.s.spiritualis.i.peccatum vel æterna damnatio, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima; *Regnauit*, id est potestatem suam exercuit in homines, ducendo eos in damnationem; *Ab Adam*, per quem peccatum intrauit in mundum; *Vsque ad Moysem*, sub quo data est lex. Io. 1. Lex per Moysem data est, non solum in eos qui peccauerunt actualiter, sed; *Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ*, qui actualiter peccauit. Osęæ. 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, &c. vsq; ibi, Præuaricati sunt in me: quia etiam pueri damnationem incurrebant. Potest etiam & sub hoc sensu intelligi de morte corporali, per quam manifestatur peccatum fuisse etiã cũ non imputabatur, quasi dicat; *Peccatum autem non imputabatur*, ante legem, sed ex hoc deprehenditur fuisse: quia; *Regnauit mors*. s.corporalis. Primo quidem aliquas passiones inducendo, puta famem & sitim & ægritudinem, & tandem totaliter dissoluendo; *Etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ*.i.in pueros, qui non peccauerunt actualiter: quoniam etiam Christi mortem corporalem antea & postea patiuntur, ſm illud Psal. 88. Quis est homo qui &c. Ambrosius autem aliter ista verba exposuit.s.de peccato actuali tantum, & de lege Moysi. Et secundum eum inducuntur hæc verba ad manifestandum, quòd per primum parentem peccatum in hunc mundum intrauit, & in omnes transiuit; *Vsque enim, ad legem*.i.ante legem Moysi; *Peccatum erat in mundo*.s.peccatum actuale. Homines.n.multipliciter peccabant contra legem naturæ. Vnde dr Genes. 13. Homines sodomitę pessimi erant; *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*, quod est intelligendum, nõ quin imputaret quasi puniendum apud homines, cum quidem legantur ante legem puniti ab hominibus pro peccatis, vt patet Gen. 39. & 40. sed non imputabatur, quasi a Deo puniendum. Tunc.n. non credebant homines, ꝙ Deus humana facta vel puniret, vel præmiaret, secundum illud Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Sed postea lege diuinitus data innotuit, ꝙ peccata imputanr a Deo ad pœnam, & nõ solum ab hominibus.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus ostendit originem peccati, & mortis, siue ingressum vriusque in mundum, hîc manifestat quod dixerat. Et primo manifestat ipsum dictum. Secundo manifestat similitudinem quam innuebat, dicens, ibi; *Propterea sicut &c.* Tertio exponit similitudinem, ibi; *Qui est*

In expos. quor. prop. & de Nup. & conc. li. 2. cap. 27.

In expositiõe huiusmet loci.

minibus. Et ideo quia homines non credebant se puniendos a Deo pro peccatis, libere & absque freno peccabant, vbi humanũ iudicium non timebant. Et ideo subdit; *Sed mors*.i.peccatum; *Regnauit*.i.omnimodam suam potestatem exercuit; *Ab Adam vsque ad Moysem*, exclusiue. Nam per Moysem data est lex, quæ incœpit regnum peccati diminuere, incutiens timorem diuini iudicii, ſm illud Deuter. 5. Quis det eos talem habere mẽtem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? Regnauit inquam peccatum vsque ad Moysem, non tñ in omnes; *Sed in eos, qui peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae*. Dicit enim Ambrosius, in libris antiquis non inueniri hanc negationem. Non, vnde credit a corruptoribus appositam. Adam quippe magis credidit promissioni diaboli, quàm commonitioni diuinæ, vt patet Gen. 3. & ita quodammodo diabolũ prætulit Deo. Sic igitur in similitudinem præuaricationis Adæ præuaricantur idololatræ, qui relicto Dei cultu, diabolum colunt. In tales ergo mors.i. peccatum totaliter regnauit: quia eos omnino possedit. Fuerũt autem ante legem Moysi, veri Dei cultores, qui & si peccarent, non tñ peccatum in eis regnabat, quia non totaliter eos a Deo separabat: sed peccabant sub Deo.i.sub fide vnius Dei, etiam si peccarent mortaliter: vel sub charitate Dei, cum peccabant venialiter. Ex vtraque harum expositionum potest conflari tertia, quæ magis vſ ad intentionem Apostoli pertinere. Dixerat enim, quòd per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & quia peccatum est transgressio legis diuinæ, posset alicui videri, ꝙ hoc non esset verum quantum ad tempus ante legem: præsertim cum supra, quarto, dixerit: Vbi non est lex, nec præuaricatio. Et ideo posset aliquis credere, quòd non per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quòd vsque ad legem.i.tempus ante legem, peccatum erat in mundo, & originale & actuale, nõ tamẽ erat peccatum cognitum, præsertim quasi a Deo puniendum. Et hoc est quod subdit; *Peccatum autem non imputabatur*, scilicet quasi contra Deum existens, cum lex.s.diuinitus data non esset. Fuerunt enim aliqui, vt dicit Philosophus in 5. Ethic. qui credidérunt quòd nihil est iustum naturaliter, & per consequens nec iniustum, sed per solam positionem legis humanæ. Et secundum hoc, non imputabatur aliquod peccatum, quasi contra Deum existens, & præcipue peccatum originale.i.non cognoscebatur. Sed quòd ista reputatio hominum esset falsa, ostenditur per effectum: quia mors corporalis regnauit ab Adam, ꝑ quem intrauit originale peccatum in mundum; vsque ad Moysem, sub quo data fuit lex: & ita cum mors sit effectus peccati, præcipue originalis, manifestum est, quòd ante legem fuit peccatum originale in mundo. Et ne aliquis dicat, quòd moriebantur propter peccata actualia: ad hoc excludendum dicit, quòd regnauit etiam in eos qui non peccauerunt proprio actu.s.pueros, & ẽt in iustos qui non peccauerunt mortaliter, qui tñ peccauerũt in primo homine, vt supra dictum est. Et ideo subdit, In similitudine præuaricationis Adæ, inquantum similitudinem illius peccati traxerunt per originem simul cum similitudine naturæ, q.d. quod moriebantur absque proprio peccato, demonstrat quòd in eis erat diffusa similitudo peccati Adæ per originem. Et hoc est quod Apostolus manifestare intendit.s. quòd per Adam peccatum originale in mundum intrauit. Deinde cum dicit; *Qui est forma futuri &c.* Exponit similitudinem, quæ intelligebatur in aduerbio, *Sicut*. Vnde dicit, qui.s.Adam est forma.i.figura quędam futuri.i.Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adã peccatum & mors in mundum intrauit, ita per Christum intrauit iustitia & vita. 1. Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus hõ de cœlo cœlestis. Sunt autem & aliæ similitudines inter Christum & Adam, quòd scilicet sicut corpus Adæ formatum fuit sine coitu, ita & corpus Christi de virgine. Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce, fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Ioan. 19. quæ significant sacramenta, quibus est formata ecclesia.

Ethi. 5. c. 8.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus posuit ingressum peccati in hũc mundum, hîc agit de progressu gratiæ abolentis peccatum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo per Christi gratiam remotum est peccatum, quod per vnum hominem in mundum intrauit. Secundo ostendit, quomodo per gratiam Christi peccatum est remotum, quod lege adueniente superabundauerat, ibi; *Lex autem subintrauit &c.* Ostendit autem quòd per gratiam Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mundum, comparando gratiam Christi peccato Adæ, quia.s.plus potest gratia Christi in bono, quàm peccatum Adæ in malo. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipsas causas.s. gratiam Christi peccato Adæ. Secundo ponit comparationem earum quantum ad effectus, ibi; *Et non sicut per vnum &c.* Circa primum duo facit. Primo ꝓponit comparationẽ. Secundo manifestat eam, ibi; *Si enim vnius &c.* Dicit ergo primo, dictum est, ꝙ Adam est forma futuri: Sed non sicut delictum: &c. quasi dicat, non est æstimandum, quòd tantæ efficaciæ sit delictũ Adæ, quantæ est efficaciæ donum Christi. Cuius ratio est ista, quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humanæ: gratia autem procedit ex immensitate bonitatis diuinæ, quam manifestum est voluntati humanæ, præsertim infirmæ, præferri. Et ideo virtus gratiæ excedit omne peccatum. Et idcirco dicebat Dauid: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et propter hoc iuste reprobatur verbum Cain Gene. 4. dicentis, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear:

LECTIO V.

ED nõ sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius

Adã vsq; ad Moysem, ẽt in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

Psal. 50.

Deinde cum dicit; *Si enim vnius &c.* Manifestat quod dixerat, scilicet quòd donum gratiæ excedit delictum Adæ, dicens; *Si enim delicto vnius*, scilicet Adæ; *Multi mortui sunt*.i.si ex delicto Adæ, peccatum & mors transiuit in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt; *Multo magis gratia Dei & donum*. i.gratuitum Dei donum. vt ly, &, expositiue teneatur: vel gratia Dei refertur ad remissionem peccati. supra eodem: Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. Donum autem refertur ad bona superaddita vltra remissionem peccatorum, vt dicit Psal. 67. secundum aliam literam: Dedit dominus dona hominibus. multo (inquã) magis hmõi gratia & donum; *Abundauit in plures*.i.in multos. Quanto enim aliquid est potentius, tanto magis se potest ad multa extendere. Peccatum autem Adæ ad multos se extendit, quod probatur per mortem. Vnde signanter dicit, quòd vnius delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentum est peccati originalis, vt supra dictum est, Adæ dixit Deus: Quacunque die comederis &c. Gratia Dei quæ est fortior, multo amplius ad multos extenditur. Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxit. Notandum est autem quòd dicit; *Abundauit*, quia non solum gratia Dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda. 2. Corinth. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Sicut enim peccatum ex vno homine abundauit in multos ex prima suggestione diaboli, ita & gratia Dei per vnum hominem processit ad multos. Vnde signanter addit; *In gratia*, id est per gratiam vnius hominis Iesu Christi. Sic enim a Deo gratia in multos effunditur, vt eam per Christum accipiant, in quo omnis plenitudo gratiarum inuenitur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus: gratiam pro gratia. Sic autem legenda est litera secundum expositionem August. vt hoc quòd dicitur; *Plures*, non accipiatur cõparatiue, sed absolute: & ita vult, quòd attendatur comparatio quantum ad hoc, quòd si delictum vnius Adæ processit in multos, multo magis gratia vnius Christi in multos. Sed secundum Ambrosium ly; *Plures*, accipitur comparatiue, vt sit sensus, ꝙ *Delicto*. i.peccato actuali; *Vnius*.s.Adæ; *Multi*, non omnes; *Mortui sunt*.s.morte peccati, imitando.s.peccatum ipsius Adæ ꝑ idololatriam. vt supra expositum est, Sap. 13. dr de idololatris. Infęlices aũt sunt, & inter mortuos spes eorum. Et multo magis; *Gratia Dei abundauit in plures*.s.quàm in idololatris, qui peccauerunt in similitudinem Adæ: quia non solum eorum peccata tolluntur per gratiam Christi, sed etiam peccata eorum, qui in fide vnius Dei permanserunt. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet omnia peccata nostra. Deinde cum dicit; *Et non sicut &c.* Comparat Christi gratiam peccato Adæ, quantum ad effectum: quia non solum vtrumque in multos redundat, sed etiam maiorem effectum habet gratia Christi, quàm peccatum Adæ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo manifestat ꝓpositum, ibi; *Nam iudicium &c.* Tertio probat, ibi; *Si enim vnius &c.* Dicit ergo primo: non solum dictum est .s.ꝙ Christi gratia magis abundat in multos, q̃ peccatum Adæ: sed etiam in eis maiorem effectum facit. Et hoc est quod dicit; *Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum*, quasi dicat. Nõ tãtus effectus sequitur per vnum peccatum Adæ in multis, quantus consequitur in multis per donum gratiæ Christi. Potentioris enim causæ potentior est effectus. Vnde cum dictum sit, gratiam esse potentiorem q̃ peccatum Adæ, cõsequens est ꝙ maiorẽ effectum efficiat. Deinde cũ dicit; *Nam iudicium &c.* Manifestat

quod dixerat, dicens; *Nam iudicium*.i. diuina punitio procedit; *Quidem ex vno*.ſ.peccato primi parentis; *In condemnationem*.ſ. omnium hominum, quia in illo peccante, peccauerunt ſecundũ illud, quod ſupra dictum eſt, quòd mors in omnes pertranſiit, in quo omnes peccauerunt; *Gratia autem Dei*, quæ datur per Chriſtum procedit;

delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientis in vita, regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti cõſtituentur multi.

Ex multis delictis. i. non ſolũ ex illo vno originali, ſed etiã ex multis actualibus; *In iuſtificationem*.i.p fectam emundationem.1.Corint.6. Et hoc quidem fuiſtis aliqñ, ſed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.

Deinde cũ dicit; *Si enim vnius, &c.* Probat quod dixerat, ſ.q̃ gſa Chriſti pcedit ex multis delictis in iuſtificationẽ. Et primo quidem hoc ꝓbat ex poſteriori. Secundo ex priori, ibi; *Si enim, &c.* Circa primum conſiderandum eſt, q̃ Apoſtolus in præmiſſa comparatione, non ponit ſibi reſpondentia.ſ.res eiuſdem gñis. Nam ex parte peccati ponit condemnationem, quæ pertinet ad pœnam: ex parte autẽ gratiæ, ponit iuſtificationem, quæ non pertinet ad præmium, ſed magis ad ſtatum meriti. Sic igitur Apoſtolus intendit per hoc quod dicit, quòd peccatum inducit cõdemnationem, oſtẽdere, q̃ gratia inducat iuſtificationem. Et vtitur tali rõne: Sicut cõdẽnatio mortis procedit ex peccato primi parentis, ita regnum vitæ ꝓcedit ex gratia Chriſti. Hæc.n.duo vniformiter ſibi correſpondent, ſed ad regnum vitæ nullus poteſt peruenire, niſi per iuſtitiam, ergo per gratiam Chriſti homines iuſtificantur. Primo ergo ponit præmiſſas. Secundo infert concluſionem intentam, ibi; *Igitur ſicut per vnius, &c.* Primam autem propoſitionem proponit, dicens; *Si enim ex delicto vnius hominis, mors regnauit per vnum hominem*, quia ſicut ſupra eodem dictum eſt, per vnum hominẽ peccatum intrauit, & per peccatum mors; *Multo magis*, homines regnabũt; *In vita*, ſcilicet æterna; *Per vnum Ieſum Chriſtum*, qui dicit Ioan.10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, participando, ſcilicet æternitatem vitæ, quæ quidem abundantia hic per regnum deſignatur. Vnde dicitur. Apoc.20. Quòd regnabunt cum Chriſto annis mille, id eſt æterno tempore. Minorem autem deſignat interponendo abundantiam gratię Chriſti & donationis, & iuſtitiæ accipientes, quaſi diceret: ad regnum vitæ homines peruenire non poſſunt, niſi hoc accipiendo, ita quòd gratia Chriſti referatur ad dimiſſionem peccati, quam nulla merita præcedere poſſunt: & ideo omnino gratiæ deputatur: ſi enim ex operibus, iam non ex gratia, vt dicitur infra.11. Quòd autem dicitur; *Donationis*, referendum eſt ad dona gratiarum, quibus homines promouentur in bona. Heſter.2. Largitus eſt dona iuxta magnificentiam principalem, &c. Quòd autẽ dicitur *iuſtitiæ*, referendum eſt ad rectitudinem operum 1. Cor. 1. Qui factus eſt nobis a Deo iuſtitia. Deinde cum dicit; *Igitur ſicut, &c.* infert concluſionem intentam, quæ idem continet cum eo, quod ſupra præmiſſum eſt, videlicet quòd ſicut per vnius delictum Adæ, diuinum iudicium proceſſit in omnes homines qui carnaliter ex eo naſcunt in condẽnationẽ mortis; *Sic & per vnius*, ſcilicet iuſtitiam Chriſti, diuina gratia proceſſit in omnes homines; *In iuſtificationem vitæ*, id eſt, quæ ducit ad vitam. Sed videtur hoc eſſe falſum: non enim omnes homines iuſtificantur per Chriſtum, ſicut omnes homines moriuntur ꝑ Adã. Sed dicendum, quòd intelligendum eſt, quòd ſicut omnes homines qui naſcuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationem per eius peccatum, ita omnes qui renaſcuntur ſpiritualiter per Chriſtum: adipiſcuntur iuſtificationem vitæ, quia vt dicitur Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit denuo ex aqua & Spiritu Sãcto, non poteſt introire in regnum Dei, &c. quamuis poſſit dici, quòd iuſtificatio Chriſti tranſit in iuſtificationem omnium hominum, quantum ad ſufficientiam, licet quantum ad efficiẽtiam procedat in ſolos fideles. Vnde dicitur. 1.Tim.4. Qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime autem fidelium. Ex hoc autem quòd hic dicitur, accipere debemus, quod ſicut nullus moritur, niſi per peccatum Adæ, ita nullus iuſtificatur, niſi per iuſtitiam Chriſti, quæ quidem eſt per fidem ipſius, ſecundum illud quod ſupra 3. dictum eſt, Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, qui credunt in eum. In eum autem crediderunt homines, non ſolum qui ſunt poſt eius incarnationem, ſed etiã qui eius incarnationem præceſſerunt. Sicut enim nos credimus eum natum & paſſum, ita ipſi crediderunt naſciturum & paſſurum. Vnde eadem eſt fides noſtra & eorum 2.Cor. 4. Habentes eundem fidei ſpiritum, &c. Sic igitur probatum eſt, quòd gratia Chriſti procedit ad multorum iuſtificationem ex poſteriori, ſcilicet, ex regno vitæ. Conſequenter cum dicit; *Sicut enim &c.* Probat idẽ ex priori. Cauſæ enim ſimiles ſunt ſuis effectibus. Inobedientia autem primi parentis quæ habet rationem iniuſtitiæ, conſtituit peccatores & iniuſtos. Igitur obedientia Chriſti, quæ habet rationem iuſtitiæ, conſtituit iuſtos. Et hoc eſt quòd ſupra dictũ eſt; quòd gratia ꝓcedit in omnes homines; *In iuſtificationem*. Sed videtur eſſe dubium quod dicitur, quòd; *Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi*, i. omnes qui ab eo naſcuntur ſm rõnem ſeminalem. Primum.n.eius peccatũ videtur fuiſſe ſuperbia, magis quàm inobedientia, ſm illud Eccle.10. Initium omnis peccati ſuperbia. Sed dicendum eſt, q̃ ſicut ibidem dicitur, initium ſuperbiæ facit homines apoſtatare a Deo, quia ſcilicet prima pars ſuperbiæ conſiſtit in hoc, quòd homo non vult ſubiici præceptis diuinis, quod ad inobedientiam pertinet. Vnde primum hominis peccatum fuiſſe videtur inobedientia, non ſecundum actum exteriorem, ſed ſm interiorem motum ſuperbiæ, quo voluit diuino præcepto contraire. Vnde eius inobediẽtiam dominus arguit. Gen. 3. Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, &c. Obedientia autem Chriſti hic dicitur, ſm quam præcepto patris obediens, mortem ſuſtinuit pro ſalute noſtra, ſecundum illud Phili.2. Factus eſt obediens vſq; ad mortẽ, &c. Nec eſt contrarium quod alibi dicitur, Chriſtus ex charitate mortuus eſt, vt patet Ephe.5. Quia hoc ipſum q̃ obediuit, p̃ceſſit ex dilectione quam habuit ad patrẽ & ad nos. Et eſt attendẽdum, quòd per obedientiam & inobedientiam, probat nos ꝑ vnũ peccatores effici, & per vnum iuſtificari: quia iuſtitia legalis, quę eſt omnis virtus, attenditur in obſeruatione præceptorum legis, quod pertinet ad rationem obedientiæ. Iniuſtitia autem illegalis, quæ eſt omnis malitia, vt dicitur 5. Ethi. attenditur in tranſgreſſione mandatorum legis, quæ pertinet ad rationem inobedientiæ. Sic ergo conuenienter dr, quòd per obedientiam conſtituuntur homines iuſti, & per inobedientiam peccatores.

Ethi. 5. com. 4.

LECTIO SEXTA.

POST QVAM Apoſtolus oſtendit, quòd per donum gratię ſubtrahitur peccatum, quod per Adam in hunc mundum intrauerat, hic oſtendit q̃ per gratiam Chriſti tollitur peccatum, quod lege ſuperueniente abundauerat. Circa hoc duo facit. Primo ponit abundantiam peccati, quæ fuit per legem. Secundo abſolutionem peccati, quæ eſt per gratiam Chriſti, ibi; *Vbi abundauit, &c.* Dicit ergo primo, dictum eſt, quod per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituuntur multi, non autem lex hoc facere potuit, ſed potius; *Lex ſubintrauit, vt ſuperabundaret delictum.* Circa quod Apoſtoli dictum, duplex occurrit dubitatio. Primo quidem de hoc, quòd dicit legem ſubintraſſe, id eſt latenter intraſſe poſt culpam originalem & actualem, vel poſt naturalem legem, vt Glo. dicit. Non enim lex occulte intrauit, ſed manifeſte data fuit, ſecundum illud Ioã.8. Non in abſcondito locutus ſum. Dicendum eſt ergo, q̃ licet ipſa legiſlatio fuerit data in manifeſto, tñ myſteria legis erant in occulto, & præcipue quo ad intentionem Dei circa legem ferendam, quæ peccatum oſtenderet non ſanaret, ſm illud infra.11. Quis cognouit ſenſum domini, &c. Poteſt ẽt dici q̃ lex ſubintrauit. i. quaſi media intrauit inter peccatum hominis & donum gratiæ Chriſti, quorũ vtrumq; ſupra dixerat, per vnum ad plures tranſiſſe. Secunda autem dubitatio eſt de hoc, quòd dicit legem ſubintraſſe; *Vt abundaret delictum.* Sic enim videtur q̃ abundantia delicti ſit finis legis, & ita ſequitur q̃ lex ſit mala: quia cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt, & hoc eſt contra illud 1.Tim.1. Scimus quidẽ q̃ lex bona eſt, &c. Ad hoc aũt rñdẽt in Glo. tripliciter. Primo q̃dẽ vt dicamus q̃ ly, Vt, non ponitur cauſaliter, ſed conſecutiue.

Non

Non.n.ad hoc fuit data lex vt peccatũ abũdaret, quin potius lex quantum in ſe fuit, peccatum ꝓhibuit, ſm illud Pſal.118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed lege data conſecuta eſt abũdantia delictorum dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad peccatorum multitudinem. Lex.n. licet peccatũ demonſtraret, peccati tñ concupiſcentiã non auferebat. Cum aũt alicui ꝓhibetur id quod concupiſcit, vehementius in concupiſcentiam illius exardeſcit: & ſicut fluuius appoſito obice fortius fluit & obicem frangit. Cuius ratio põt eſſe triplex. Vna quidẽ, quia illud quod ſubiacet hominis poteſtati, non reputat aliquis pro magno: ſed illud quod eſt extra hominis poteſtatem, apprehenditur ab homine quaſi magnum. Prohibitio autem eius quod conçupiſcitur, ponit illãd quod ꝓhibetur, quaſi extra hominis poteſtatem: & ideo cõcupiſcentia magis exardeſcit in rem concupitam dum prohibetur. Secunda ratio eſt, quia interiores affectiones qñ interius retinentur, ita q̃ exterius non deriuentur, ex hoc ipſo magis interius incendũtur, ſicut patet in dolore & ira, quæ dum interius clauſa tenentur, magis augentur, ſi autem exterius quoquo modo ꝓcedant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem ꝑ timorem pœnæ, cogit hominem vt concupiſcentiam ſuam ad exteriora non ꝓducat, & ideo ipſa cõcupiſcentia interius retẽta, magis inflãmatur. Tertia ratio eſt, quia illud quod non eſt nobis prohibitum, apprehendimus quaſi poſſibile fieri, quandocunque nobis placuerit, & ideo multotiens opportunitate exiſtẽte illud vitamus: ſed qñ aliquid eſt prohibitum, apprehenditur a nobis, vt non ſemp a nobis haberi poſſit: & ideo qñ opportunitas datur ſine timore pœnæ illud conſequendi, ꝓmptiores ad hoc ſumus. Et inde eſt q̃ data lege, quæ concupiſcentiæ vſum prohibeat, & tñ ipſam concupiſcentiam non mitigabat, concupiſcentia ipſa magis ferventer homines ad peccata ducebat. Vnde dicitur Ezech. 5. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras, & contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia, quàm gẽtes. Sed ſecundum hoc, vt quòd omnis lex humana, quę gratiã nõ confert diminuentem concupiſcentiam, faciat abundare peccata, quod eſt contra intentiones legiſlatorum, quia ad hoc tendunt, vt ciues faciant bonos, vt patet per Philoſophum 2. Ethic. Sed dicendum eſt q̃ alia eſt intentio legis humanæ, & alia legis diuinæ. Lex enim humana refertur ad humanum iudiciũ, quod eſt de exterioribus actibus: ſed lex diuina refertur ad diuinum iudicium, quod eſt de interioribus motibus cordis, ſm illud 1. Reg.16. Homo videt ea quæ patent, ſed Deus intueor cor. Sic igitur lex humana ſuam intentionem conſequitur, dum per ꝓhibitionem & pœnæ comminationem impedit, ne multiplicentur exteriores actus peccati, licet concupiſcentia interior magis augeatur: ſed quantum ad legem diuinam etiam interiores concupiſcentiæ malæ imputantur ad peccatum, quæ abundant lege ꝓhibente, & non auferente concupiſcentiam. Sciendum tñ, q̃ ſicut Philoſophus dicit in 10. Ethic. Prohibitio legis, licet illos qui ſunt male diſpoſiti, cohibeat ab exterioribus peccatis ſolo pœnæ timore: quoſdam tñ bene diſpoſitos inducit per amorem virtutis: ſed iſta bona diſpoſitio quantum ad aliquid poteſt eſſe a natura, ſed eius perfectio non eſt niſi per gratiam, ex qua contingit, quòd etiam lege veteri data, non in omnibus peccatum abundat, ſed in pluribus. Quidam vero lege ꝓhibente, & gratia vlterius adiuuante, ad perfectionem virtutum tandem peruenerunt, ſm illud Eccle.44. Laudemus viros glorioſos &c. Et infra. Homines magnos virtute. Secundo ſuperabundauit delictum lege ſuperueniẽte, quantum ad grauitatem reatus. Grauis enim fuit peccatum, ubi acceſſit præuaricatio, non tantũ legis naturæ, ſed etiam legis ſcriptæ. Vnde ſupra 4. dictum eſt, q̃ vbi nõ eſt lex, nec præuaricatio. Secundo autem poteſt rñderi, vt dicit q̃ ly, Vt, teneat cauſaliter: ita tñ q̃ loquatur Apoſtolus de abũdantia delicti, ſm quod eſt in noſtra cognitione, vt ſit ſenſus; *Lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, i. vt abundantius delictum cognoſceret, ſm modum loquendi, quo dr aliquid fieri, cũ iam ſcitur. Vnde ſupra dictum eſt, q̃ per legem eſt cognitio peccati. Tertio mõ põt exponi ita, q̃ ly Vt, teneatur cauſaliter: ita tñ, q̃ abundantia delicti non intelligatur finis legis ſubintrantis, ſed id quod ex abundantia delicti ſequitur. ſ. humiliatio hominis. Lege.n. ſubintrante abundauit delictum, vt dictum eſt in prima expoſitione: ex qua quidem delicti abundantia confecutum eſt, quòd homo infirmitatem ſuam recognoſcens, humilietur. Dicebat enim homo ſuperbus, de viribus ſuis præſumens, Non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat, ſecundum illud Exod.24. Omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus, & ei obediemus. Sed qñ lege data, conſecuta eſt multitudo delictorum, homo ſuam infirmitatem cognouit ad obſeruatiam legis, ſecundum illud Sap. 9. Infirmus homo, & exigui temporis, &c. Intentio ergo Dei legem dantis non terminatur ad abundantiam peccatorum, ſed ad humilitatem hominis, propter quam permiſit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultum, ſignanter quantum ad hoc dicit, quòd; *Lex ſubintrauit*. Quia vero hic agitur de lege & fine legis, duo conſideranda occurrũt. Primo quidem quot modis lex dicatur. Secundo quis ſit finis legis. Circa primum ſciendum eſt, quòd lex vno modo dicitur tota ſcriptura veteris teſtamenti, ſm illud Ioan. 15. Vt impleatur ſermo eorum, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis, cum tamen hoc ſcriptum ſit in Pſal. Quãdoque vero dicitur lex, ſcriptura quinq; librorum Moyſis; ſecundum illud Deut.33. Legem præcepit nobis Moyſes. Tertio dicit Decalogus præceptorũ, ſm illud Exod.24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legẽ ac mãdata quæ ſcripſi, vt doceas. Quarto dicitur lex tota continentia cærimonialium, ſecundum illud Heb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Quinto dicitur lex, aliquod ſpeciale præceptum cærimoniale, ſecũdũ illud Leuit.7. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum. Sumitur autem hic lex communiter ab Apoſtolo, quantum ad totã doctrinam legis Moyſi, id eſt quantum ad moralia & cęrimonialia præcepta, q̃a ſcilicet per cęrimonias legis non dabatur gratia, per quam homo adiuuaretur ad implenda præcepta moralia, concupiſcentia diminuta. Circa finem autem legis ſciendum eſt, quòd in populo Iudæorum tria fuerunt hominum genera, ſicut & in quolibet alio populo, ſcilicet duri, ideſt peccatores & rebelles, proficientes, & perfecti. Quantum igitur ad duros, lex fuit data in flagellum, & quantum ad præcepta moralia, ad quorum obſeruantiam cogebantur per pœnæ comminationem, vt patet Leuit.2. & quantum ad cęrimonialia, quæ ideo ſunt multiplicata, ne liceret eis diis alienis alium cultũ ſuperaddere. Ezech.20. In manu valida & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Sed proficientibus, qui dicũtur mediocres, lex fuit in pędagogum, ſecundum illud Gala.3. Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto. Et hoc quantum ad cærimonialia, quibus cõtinebantur in diuino cultu: & quantum ad moralia, quibus ad iuſtitiã promouebantur. Perfectis autem, fuit quantum ad cęrimonialia quidem in ſignum, ſecũdum illud Ezec.20. Sabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me &c. Quantum ad moralia vero, in ſolatium, ſecundum illud infra.7. Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Deinde cum dicit; *Vbi abundauit &c.* Oſtendit quomodo per gratiam tollitur abundantia delictorũ. Et primo ponit gratiæ abundantiam. Secundo oſtendit abundãtis gratiæ effectum, ibi; *Vt ſicut regnauit, &c.* Dicit ergo primo, Dictum eſt quòd lege ſubintrante; *Abundauit delictum*: nec tamẽ propter hoc impeditur diuinum propoſitum de ſalute Iudęorũ, & totius humani generis: quia vbi *Abundauit delictum*, ſcilicet in humano genere, & ſpecialiter in Iudæis; *Super abundauit & gratia*, ſcilicet Chriſti condonantis peccata. 2.Corint.9. Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Eius autem quod hic dicitur, duplex ratio aſſignari poteſt. Vna quidem ex effectu gratiæ. Sicut enim magnitudinem morbi non ſanat, niſi fortis & efficax medicina: ita requirebatur abundans gratia ad hoc, vt ſanaret abundantiam delictorum. Luc.7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum &c. Alia ratio ſumi poteſt ex diſpoſitione peccantis, qui dum magnitudinem peccatorum ſuorum recognoſcit, quandoque quidem deſperat & contemnit, ſecundum illud Prouer.18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit &c. Quandoque vero per auxilium diuinum, ex conſideratione ſuorum peccatorum magis humiliatur, & maiorem conſequitur gratiam, ſecundum illud Pſalm.15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelauerunt. Deinde cum dicit; *Vt ſicut regnauit peccatum in mortem &c.* Oſtendit effectum gratiæ abundantis, qui quidem eſt per oppoſitum reſpondens effectui peccati: vt ſcilicet ſicut peccatum introductum per primum hominem, & abundans per legem, regnauit, ideſt, plenum dominium in homines obtinuit, & hoc quouſque duceret eos in mortem temporalem & æternam. infra.6. Stipendia peccati mors; *Ita & gratia Dei regnet*, id eſt, plene dominetur in nobis; *Per iuſtitiam*, quam ſcilicet in nobis facit. Supra eodem, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius: & hoc quouſque nos ducat; *In vitam æternam*, ſecundum illud infra.6. Gratia Dei vita æterna. Et hoc totum eſt; *Per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum*, qui eſt dator gratiæ, ſecundum illud Io.1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et etiam iuſtitia. 1.Corinth.1. Qui factus eſt nobis iuſtitia a Deo: & dator vitę æternę. Io. 10. Ego vitam æternam do eis.

regnet ꝑ iuſtitiã in vitã æternã ꝑ Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

Ethic. li.2. cap.1.

Ethi. li.10. cap.11.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, ꝙ per gratiã Christi liberamur a peccato præterito, tam introducto per primum hominem, quàm etiam abundanti per legem, hic ostendit quòd per gratiam Christi datur nobis facultas ad resistendum peccatis futuris. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quęstionem ex præmissis ortam. Secundo soluit eam, ibi; *Absit, Si enim etc.* Dixerat autem supra, ꝙ vbi abũdauit delictum, superabundauit & gratia, quod quidem aliquis posset male intelligere, quasi abũdantia delicti esset causa superabundantiæ gratiarum: & ideo inducit quæstionem dicens, *Quid ergo dicemus? Nunquid permanebimus in peccato, ut gratia abundet?* Quod quidem oporteret dicere, si abundantia delicti esset causa gratiæ abundantis, & non sola occasio, vt supra dictum est. Vnde & supra. 3. Apostolus dicit, Sicut blasphemamur: & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt eueniat bona. Hier. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt. Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit inductã quęstionem. Et primo assignat rationem, quare non est nobis permanendum sub peccato. Secundo concludit exhortationem intentam, ibi; *Non ergo regnet &c.* Circa primum duo facit. Primo assignat rationem, quare non sit in peccato permanendum. Secundo ostendit nobis inesse facultatem, ad hoc quòd non sub peccato maneamus, ibi; *Hoc scientes &c.* Circa primum ponit talem rationem. Si sumus mortui peccato, non debemus viuere in illo: sed mortui sumus peccato. ergo non debemus viuere in peccato. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat antecedens, ibi; *An ignoratis &c.* Tertio concludit consequens, ibi; *Vt quomodo Christus &c.* Quarto probat necessitatem consequentiæ, ibi; *Si enim complantati &c.* Dicit ergo primo; *Absit*, scilicet quòd hac intentione permanẽdum sit in peccato; *Vt gratia abundet*, quia vt dicitur Eccl. 15. Nemini mandauit Deus impie agere: & huius ratio est; *Si enim mortui sumus peccato*, per hoc. s. ꝙ peccatum est mortificatum in nobis; *Quomodo adhuc in illo viuemus?* Non enim naturalis ordo rerum habet, vt a morte redeatur ad vitam. Esa. 26. Morientes non viuant &c. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Deinde cum dicit; *An ignoratis &c.* Probat antecedens. s. ꝙ fideles sunt mortui peccato. Et primo proponit medium ad propositum ostendendum. Secundo manifestat medium inductum, ibi; *Consepulti enim sumus &c.* Dicit ergo primo; *An ignoratis*, quasi dicat, quod vobis ꝓponendum est, est adeo manifestum, ꝙ illud vobis ignorare non licet. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur, quia; *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu*: quod intelligitur tripliciter. Vno modo secundum institutionem Iesu Christi. Matth. vlti. Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Secundo per inuocationem Iesu Christi. Act. 8. In nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. Tertio in Christo Iesu, id est in quadam conformitate ad Christum Iesum. Galat. 3. Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis; *In morte ipsius baptizati sumus*, id est in similitudinem mortis eius, quasi ipsam mortem Christi in nobis repræsentantes. 2. Corinth. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes. Gal. vlti. Stigmata Iesu in corpore meo porto; *Vel in morte ipsius*, id est per virtutem mortis eius. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris. Vnde de latere Christi pendentis in cruce, post mortem fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Io. 19. Sicut igitur eius morti configuramur, inquantum peccato mortimur, sic ipse mortuus est vita mortali, in qua erat similitudo peccati, licet non esset ibi peccatum. Ergo omnes qui baptizati sumus, mortui sumus peccato.

Deinde cum dicit; *Consepulti enim &c.* Probat propositum medium, scilicet, quòd omnes baptizemur in cõformitate ad mortem Christi dicens; *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte*, quasi dicat, Sepultura non nisi mortuis debetur. Matt. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Per baptismum autem homines sepeliuntur Christo, o. 1. conformantur sepulturæ ipsius. Sicut n. ille qui sepelitur, ponitur sub terra; ita ille qui baptizatur, immergitur sub aqua. Vnde & in baptismo fit trina immersio, non solum ꝓ fidem Trinitatis, sed etiam ad repræsentãdum triduum sepulturæ Christi. Et sicut triduum sepulturæ non facit nisi vnam sepulturam, ita trina immersio non facit nisi vnum baptisma. Et inde etiam est, ꝙ in sabbatho sancto solẽnis baptismus in Ecclesia celebratur, qn̄ commemoratur sepultura Christi: sicut & in vigilia pẽtecostes, qn̄ solẽnizat̃ de Spiritu sancto, ex cui⁹ virtute aqua baptismi accipit vim purgandi, vt dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sãcto &c. Est tn̄ considerandũ, ꝙ corporaliter aliquis prius moritur, & postea sepelitur: sed spiritualit̃ sepultura baptismi causat mortem peccati: quia sacramentum nouæ legis efficit qd̄ signat. Vnde cum sepultura, quæ fit per baptismum, sit signum mortis peccati, mortem efficit in baptizato. Et hoc est qd̄ dicit, ꝙ sumus sepulti in mortem: vt per hoc ipsum ꝙ signũ sepulturæ Christi in nobis accipimus, cõsequimur mortem peccati. Deinde cum dicit; *Vt quomodo Christus*, infert consequens. s. ꝙ non debeamus viuere in peccato: ad hoc quidẽ inducit similitudinem ex resurrectione Christi, dicens; *Vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris*. i. per virtutem patris, ex qua ipse pater glorificatur, secundum illud Psalm. 56. Exurge gloria mea; *Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. i. ꝓ bona opera vitæ procedamus. Vita. n. peccati vetustatem habet, qa in corruptionem nos ducit. Heb. 8. Quod antiquatur & senescit, ꝓpe interitum est. Vnde & dr̃ Bar. 3. Quid est ꝙ in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena &c. Vnde & nouitas vitę dicitur, per quam aliquis redit ad integritatem: vt. s. sit sine peccato. Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Deinde cum dicit; *Si enim*, ꝓbat necessitatem consequentiæ. Christus. n. postquam fuit mortuus, resurrexit: vnde conueniens est, vt illi qui conformantur Christo quantum ad mortem in baptismo, conformentur etiam resurrectioni eius per innocentiam vitæ. Et hoc est qd̄ dicit; *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius*, id est, si in nobis assumamus similitudinem mortis eius, vt ei incorporemur, sicut ramus qui inseritur plãtæ: vt quasi nos in ipsa passione Christi inseramur; *Simul & resurrectionis erimus*. s. similitudini eius complantati, vt. s. in præsenti innocenter viuamus, & in futuro ad similem gloriam peruenianmus. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ. 2. Tim. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus. Sic igitur sicut Apostolus ꝓ similitudinem mortis Christi, ꝓbauit, quòd sumus mortui peccato, quod præmiserat quasi antecedens: sic per similitudinem resurrectionis eius probauit, ꝙ non debemus viuere in peccato: quod quasi consequens superius introduxit.

CAP. VI. LEC. I.

QVID ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Si. n. mortui sumus peccato, qũo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, ĩ morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini morti eius, simul & resurrectionis erimus.

LECTIO II.

HOc scientes, ꝙ uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat̃ corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui. n. mortuus est, iustificatus est a peccato. Si aũt mortui sumus cũ Christo, credimus qa simul ẽt viuemus cũ illo, scientes, ꝙ Christus resurgens ex mortuis iã nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur: ꝙ enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd aũt viuit, viuit Deo. Ita & vos, existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuẽte Christi sublata est. Vel quia totaliter est amota, sicut totaliter amouetur in baptismo reatus & macula peccati. Vel quia diminuitur virtus eius sicut virtus fomitis, vel etiam consuetudinis peccandi. Col. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde cum dicit; *Vt destruatur &c.* Ponit effectum prædicti beneficii duplicẽ, quorum primus est, remotio præcedẽtium delictorum. Et hoc est quod dicit; *Vt destruatur corpus peccati.* Dicitur enim corpus peccati ipsa congeries malorum operum, sicut ipsa congeries membrorum facit vnum corpus naturale. Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia, &c. Secundus autem effectus est, vt caueamus a peccatis in futurum: & hoc est quod subdit dicens, *Vt vltra non seruiamus peccato*. Tunc enim homo peccato seruit, quando concupiscentiæ peccati obedit, per consensum & corporis executionẽ. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Deinde cum dicit; *Qui enim mortuus est, &c.* Manifestat quod dixerat. Et primo quantum ad primum effectum. Secundo quantum ad secundum, ibi; *Si autem mortui, &c.* Circa primum considerandum est, quòd congeries peccatorum destruitur quando peccata homini remittuntur. Sic igitur destructionem corporis peccati manifestat dicens; *Qui enim mortuus est a peccato*, scilicet per baptismum, quo Christo commorimur; *Iustificatus est a peccato*, id est remissis peccatis translatus est in statum iustitiæ. 1. Corin. 6. Et hæc quidem fuistis aliquando, sed abluti estis, &c. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, consequens est, quòd a peccato iustificetur, & ita quòd corpus peccati destruatur. Deinde cum dicit; *Si autem mortui, &c.* Manifestat secundum effectum per conformitatem ad vitam Christi tali ratione. Ille qui Christo morienti commoritur, simul conuiuit & resurgenti: Christus autem sic resurrexit a mortuis tanquam nunquam de cætero moriturus: ergo ille qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti conuiuit: quòd habet facultatẽ nunquam de cætero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit conformitatem hominis fidelis ad vitam Christi resurgentis. Secundo ponit conditionem vitæ resurgentis, ibi; *Scientes quod Christus, &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Ita & vos, &c.* Dicit ergo primo, Si enim mortui sumus cum Christo, id est si virtute mortis Christi sumus mortui peccato; *Credimus*, quia; *Et iam simul, viuemus cum illo*, id est ad similitudinem vitæ eius. Viuemus inquam hic vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. Ephes. 2. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos, &c. Deinde cum dicit; *Scientes*, ponit conditionem vitæ Christi resurgentis. Et primo ponit eam. Secundo probat, ibi; *Quod enim mortuus est, &c.* Dicit ergo primo. Hoc inquam quod dictum est credimus, scientes quod; *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur*, sed viuit vita perpetua. Apoc. 1. Fui mortuus, & sum viuens in secula seculorum. Et quod plus est; *Mors illi vltra non dominabitur*, quæ scilicet in homine dominatur, non solum dum moritur per separationem animæ a corpore, sed etiam ante mortem, dum patitur ægritudinem, famem & sitim, & alia huiusmodi, per quæ peruenitur ad mortem: sed ab his libera est vita Christi resurgentis. Et ideo non subiicitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem. Apoc. 1. Habet clauem mortis & inferni. Deinde cum dicit; *Quod enim mortuus est, &c.* Probat propositum, scilicet ꝙ Christus resurgens vlterius nõ moriatur: & hoc dupliciter. Primo quidem ratione accepta ex parte mortis, quam sustinuit, dicens; *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel*. Non autem intelligitur quòd ipse mortuus est peccato quod ipse commisit vel contraxit, quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, &c. Sed dicitur mortuus esset peccato dupliciter. Vno modo, quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corint. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, id est hostiam pro peccato. Alio modo, quia mortuus est similitudini cãrnis peccati, id est vitæ passibili & mortali. Infra. 8. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Vtroque autem modo concludi potest quòd Christus mortuus sit semel, ex hoc quòd mortuus est peccato. Quantum enim ad primum manifestum est quòd per vnam mortem omnia peccata deleuit, secundum illud Hebr. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificationis. Ideo non restat vt adhuc pro peccato moreretur, 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Quantum ad ꝓm autem, idem potest concludi. Si enim Christus mortem sustinuit, vt deficeret in eo similitudo carnis peccati, debuit eius mors cõformari aliis gerentibus carnem peccati, qui semel moriũtur. Vnde dicitur Hebr. 9. Quemadmodum statũtum est hominibus semel mori, sic & Christus, semel oblatus est, &c. Secundo ostendit idem ex conditione vitæ, quã resurgendo adeptus est, dicẽs; *Quod autẽ viuit, viuit Deo*, id est ad conformitatem Dei. Dicitur. n. 2. Cor. vlt. Quòd si crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute Dei. Effectus autem cõformatur causæ. Vnde & vita quam Christus resurgens acquisiuit est deiformis: sicut ergo vita Dei est sempiterna & absq; corruptione, ꝓm illud 2. Tim. vlt. Qui solus habet immortalitatem, ita & vita Christi est immortalis. Deinde cum dicit; *Ita & vos, &c.* Infert conclusionem intentam vt conformemur vitæ Christi resurgentis, & quantum ad hoc quòd mortuus est peccato, id est mortali vitæ, quæ habet similitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus, & quantum ad hoc ꝙ viuit ad conformitatem Dei. Et quantũ ad primum dicit; *Ita & vos existimate vos quidem mortuos esse peccato*, scilicet tanquam ad peccatum nũquã sitis rediturí. Esa. 26. Morientes non viuant. Et quantum ad secũdum dicit; *Viuentes Deo*. i. ad honorem vel similitudinem Dei, vt scilicet nunquam per peccatum moriamur. Gal. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Et ideo subdit; *In Christo Iesu domino nostro*, idest per Iesum Chrm̃, per quem & peccatis morimur, & Deo viuimus: vel in Christo Iesu, id est tãquã incorporati Christo Iesu, vt per eius mortem moriamur peccato, & per eius resurrectionem viuamus Deo. Eph. 2. Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis per Christum.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus ostendit ꝙ non est nobis permanendum in peccato, & quòd huius rei facultatem habemus, hic concludit moralem exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit admonitionem. Secundo rõnem assignat, ibi; *Peccatum enim &c.* Tertio mouet quæstionẽ & soluit, ibi; *Quid ergo?* Peccabimus &c. Circa primum duo facit. Primo ꝓponit admonitionem. Secũdo exponit eã, ibi; *Vt obediatis &c.* Dicit ergo primo, Dictum est ꝙ vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, per quod datur intelligi, quòd virtus peccati intantũ diminuta est, vt nobis dn̄ari non possit. Ergo peccatum de cętero; *Non regnet in vestro mortali corpore.* Non autem dicit, Non sit peccatum in vestro mortali corpore, quia quãdiu corpus nostrum est mortale, id est necessitati mortis addictũ, non potest esse, quin in corpore nostro sit peccatum, id est fomes peccati. Sed ex quo a Deo liberati sumus a regno peccati, debemus conari, quòd peccatum in corpore nostro dn̄ium iam amissum in nobis non recuperet: & hoc est quòd dicit, Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et hoc quidem necessarium est cauere, dum corpus mortale gerimus, quia dicitur Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam &c. Deinde cum dicit; *Vt obediatis, &c.* Exponit admonitionem præmissam. Circa quod considerãdum est, quòd dupliciter peccatum regnat in homine. Vno modo per interiorem consensum mentis. Et hoc remouendo, dicit; *Vt obediatis concupiscentiis eius.* Obedire enim per cõsensum mentis concupiscentiis peccati, est peccatum regnare in nobis Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Secundo modo regnat in nobis peccatum per operis executionem. Et ad hoc excludendum, subdit; *Sed neque exhibeatis membra vestra peccato*, id est fomiti peccati; *Arma iniquitatis*, id est instrumenta ad iniquitatem exequendam. Homo enim, cum per membra sua peccatum exequitur, ad iniquitatem exequitur: & hoc ipso impugnare videtur ad restituendum dn̄ium peccati, quod per consuetudinem peccati in nobis conualescit. Ezech. 32. Cum armis suis ad inferos descenderunt. Deinde cum dicit; *Sed exhibete vos Deo, &c.* Exhortatur ad contrarium, vt scilicet exhibeamus nos Deo. Et primo quantum ad interiorem affectum, cum dicit, Sed exhibeatis vos Deo, vt scilicet mẽs vestra ei subdat̃ Deu. 10.

NON ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra, arma iustitiæ Deo.

Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis eius? Et hoc facere debetis tanquam ex mortuis viuentes, id est, tanquam reducti ad vitam gratiæ, de morte culpæ. Nam & ideo iustum est, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. 2. Cor. 5. Secũdo quantum ad exterio rem actum: vnde dicit; *Exhibete membra vestra Deo*, id est, ad eius obsequium arma iustitiæ, id est instrumenta quædam ad iustitiam exequẽdã, quibus. s. pugnetis contra inimicos Dei. Ephes. vlti. Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Deinde cum dicit; *Peccatũ. n. &c.* assignat rationem admonitionis prædictæ. Posset enim aliquis seipsum excusare, allegans peccati dominium per quod assereret se ab obseruatione admonitionis prædictæ impediri. Hoc ergo Aposto. primo excludit, dicens; *Peccatum enim vobis non dominabitur*, scilicet si ceperitis peccato resistere & vos deo exhibere, ſm illud Ia. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quasi dicat, Ideo potestis prædicta obseruare, quia non inuenitis peccatum in vos dominari, per quod retrahi possitis: sumus. n. liberati a Christo, ſm illud Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo manifestat qd dixerat, dicens; *Non enim estis sub lege, sed sub gratia*. Vbi considerandum est, quòd non loquitur hic de lege solum, quantum ad cerimonialia, sed etiam quantum ad moralia, sub qua quidẽ aliquis dicitur esse dupliciter. Vno modo quasi legis obseruãtiæ voluntarie subiectus. Et hoc modo etiam Christus fuit sub lege, ſm illud Gal. 4. Factum sub lege: quia scilicet legem obseruauit, non solum quantum ad moralia, sed etiam quantum ad cerimonialia. Fideles autem Christi sunt quidem hoc modo sub lege, quantum ad moralia, non autem quantum ad cerimonialia. Alio modo dicitur aliquis esse sub lege, quasi a lege coactus, & sic dicitur esse sub lege, qui non voluntarie ex amore, sed timore cogitur legem obseruare. Talis autem caret gratia, quæ si adesset, inclinaret voluntatem ad obseruantiam legis, vt ex amore moralia eius præcepta impleret. Sic igitur quandiu aliquis sic est sub lege, vt non implet voluntarie legem, peccatum in eo dominatur, ex quo voluntas hominis inclinatur, vt velit id quod est contrariũ legi, sed per gratiam tale dñium tollitur: vt. s. homo seruet legem, non quasi sub lege existẽs, sed sicut liber, Gala. 4. Nõ sumus ancillę filii, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. Hanc autem gratiam faciens homines libere legem implere, non conferebant legalia sacramenta, sed conferunt eam sacramenta Christi. Et ideo illi, qui se cerimoniis legis subiiciebant, quantum pertinet ad virtutem ipsorum sacramentorum legalium, non erant sub gratia, sed sub lege, nisi forte per fidem Christi gratiam adipiscerẽtur. Illi vero qui se sacramentis Christi subiiciunt, ex eorum virtute gratiam consequuntur, vt non sint sub lege, sed sub gratia, nisi forte per suam culpam se subiiciant seruituti peccati. Deinde cum dicit; *Quid ergo &c.* Mouet quęstionem contra id quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo soluit eam ducendo ad inconueniens, ibi; *Absit. An nescitis, &c.* Tertio ostendit esse inconueniens id, ad quod duxerat, ibi; *Gratias ago Deo &c.* Circa primum considerandum est, quòd verbum præmissum poterat male intelligi ab aliquibus, vt scilicet fideles Christi nõ sint sub lege, quantũ ad debitum obseruandi præcepta moralia, ex quo sequeretur quòd fidelibus Christi licitum esset peccare, scilicet contra præcepta moralia faciendo. Et ideo sub hoc sensu quæstionem mouet, dicens; *Quid ergo dicemus?* Nunquid peccabimus, scilicet contra præcepta moralia legis faciendo, quoniam dictum est quòd non sumus sub lege, sed sub gratia? Et hunc sensum Apostolus improbat ad Gal. 5. dicens. Vos in libertatẽ vocati estis fratres mei, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Et ideo hic etiam respondens, subdit; *Absit*, scilicet, vt peccemus, quia sumus a lege liberati: quia si peccaremus, se queretur hoc inconueniens, quòd iterum redigeremur in seruitutem peccati. Et hoc est, quod dicit; *An nescitis, quoniam cui vos exhibetis propria voluntate seruos ad obedendum*, spontaneæ serui estis, cui obedistis. Obedire enim debitum est, quod serui dominis debent. Ephes. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Vnde cum aliquis obedit alicui, se seruum profitetur eius, obediẽdo:

Peccatum. n. vobis non dominabitur. Nõ. n. sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniã non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediẽdum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, ꝙ fuistis serui peccati: obedistis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

Diuerso tamen stipendio, diuersis dominis obeditur. Qui. n. obedit peccato, per seruitutem peccati ducitur in mortem. Et hoc est quod dicit; *Siue peccati*, scilicet serui estis ei obediendo. Et hoc in mortem, id est æternam damnationem præcipitandi: de qua dicitur Apoc. 2. In his mors secunda non habet locũ. Qui vero obedit Deo, efficitur huius obedientiæ seruus: quia per assuetudinem obediendi, mẽs eius magis ac magis ad obediendum inclinatur, & ex hoc iustitiam perficit. Et hoc est quod dicit; *Siue obeditionis*, scilicet diuinorum præceptorũ, serui estis ad iustitiã implẽdam, ſm illud supra. 2. Factores legis iustificabuntur. Et satis conueniẽter obeditionem peccato opponit, eo quòd sicut Ambr. dicit, Peccatum est transgressio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum. Deinde cum dicit; *Gratias autem Deo*. ostendit hoc esse inconueniens, scilicet quòd obediendo peccato, iterum reducamur in seruitutem peccati. Primo quidem ratione accepta ex beneficio, quod consecuti sumus. Si enim aliquis per gratiam alicuius, a seruitute liberatur, inconueniens est quòd spontaneũ subiiciat seruituti: vnde cum nos per gratiam Dei simus liberati a peccato, inconueniens est, quòd iterum nos sponte retrudamus in seruitutem peccati. Secundo ex conditione in quam ducti sumus post libertatem peccati, vt scilicet simus serui institiæ. Non licet autem seruo alicuius, se contrarii domini seruituti subiicere: vnde nobis non licet ex quo sumus facti serui iustitiæ, iterum redire ad seruitutem peccati. Vtranque rationem Apostolus simul tangit, dicens; *Gratias ago Deo*: sic & vos gratias agere debetis, quòd *Cum essetis serui peccati*: quia Qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Obedistis scilicet credendo supra 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Et hoc non coacti, sed ex corde. infra. 10. Corde creditur ad iustitiam; *In eam formam doctrinae*, id est in doctrinam catholicæ fidei. 2. Tim. 1. Formam habens sanorum verborum quę a me audistis; *In quam traditi estis*, id est cui vos totaliter subdidistis. 2. Cor. 8. Semetipsos dederunt primum Deo; deinde nobis per voluntatem Dei. Et per hoc liberati estis a peccato, & ita non conuenit quòd in seruitutem peccati redeatis. Et serui facti estis iustitiæ, & ita nõ conuenit quòd iustitiam deseratis. 1. Corinthio. 7. Pretio empti estis, & non estis vestri.

LECTIO IIII.

Vmanvm dico ꝓpter infirmitatẽ carnis vestræ. Sicut em̃ exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum. n. serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ ergo fructum habuistis tũc in illis, in qbus nũc erubescitis?

Postqvam Apostolus ostendit ratione accepta ex beneficio diuino, quòd non est nobis in peccato permanendũ, sed Deo seruiendum, hic ostendit idem, ratione accepta ex prioris vitæ consuetudine. Et circa hoc tria facit. Primo proponit suppositi documenti conditionem, quod subdit. Secundo ponit documenti expressionem, ibi; *Sicut enim exibuistis &c.* Tertio documenti rationem assignat, ibi; *Cum enim serui, &c.* Dicit ergo primo, Monui, quòd exhibeatis vos Deo. Adhuc dico vobis quoddam humanum, *id est* congruens imbecillitati humanæ. Sic enim quandoque *homo* accipitur in scriptura, prout scilicet significat conditionem infirmitatis humanæ. Sap. 9. Homo infirmus & exigui temporis & minor ad intellectum iudicii & legũ. 1. Corin. 3. Cum sit inter vos zelus & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Causam autem assignat, subdens, Propter infirmitatem, Perfectis enim, sunt perfectiora præcepta tradenda. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Heb. 5. Perfectorũ est solidus cibus. Infirmioribus sunt danda leuiora præcepta. 1. Cor. 3. Tãquam paruulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Hebr. 5. Facti estis quibus lac opus est. Hæc autem infirmitas non ex spiritu, sed ex carne venit, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt dicitur Sapien. 9. Et ideo subditur *Carnis vestrae*. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Deinde cũ dicit; *Sicut enim exibuistis &c.* ponit documentum quod dicit esse humanum, in quo docet corpus, esse ęqualiter exibendum ad seruiendum iustitię, secundum quòd nos exhibuimus ipsum ad seruiendum peccato. Et hoc est quòd dicit, Sicut enim exibuistis membra vestra seruire, scilicet per executionem mali operis, immunditiæ & iniquitati corde conceptæ, vt immunditia referatur ad peccata carnalia. Ephes. 5. Omnis fornicatio aut immunditia

munditia nec nominetur in vobis, &c. Iniquitas autem refertur ad peccata spiritualia, & præcipue quibus læditur proximus. Psalm. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quibus in corde conceptis, membra seruiunt ad iniquitatem, scilicet opere exequendam. Et ponit iniquitatem hic pro immunditia & iniquitate, secundum, quòd omne peccatũ est iniquitas, infra. 13. Et hoc inquantũ discordat ab æquitate legis diuinæ; *Ita nunc*, scilicet liberati a peccato; *Exhibete membra vestra*, scilicet per executionem bonorum operum; *Seruire iustitiae*, in lege diuina nobis propositæ: & hoc; *In sanctificationem*, id est in executionẽ & augmentum sanctitatis. Apoc. vlti. Sanctus sanctificetur adhuc. Dicit autem hoc esse humanum, quia secundum rectum iudicium exigeretur: vt homo multo plus seruiret iustitiæ, quàm ante seruierit peccato. Bar. 4. Sicut fuit sensus vester, vt. erraretis a Deo decies tantum, iterum conuertentes requiretis eum. Huius documenti rationem consequenter assignat, dicens; *Cum enim serui &c.* Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationem prædictorum. Secundo probat quod supposuerat, ibi; *Stipendia peccati mors &c.* Ostendit autem rationem præmissorum, præferendo statum gratiæ statui culpæ. Si enim plura nobis bona ex iustitia proueniunt quàm ex culpa, magis debemus insistere ad seruiendum iustitiæ, quàm studuerimus ad seruiendum peccato. Primo ergo ponit conditionem status peccati. Secundo conditionem status iustitiæ, ibi; *Nunc vero liberati &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit conditionem peccati. Secundo effectum peccati, ibi; *Quem ergo fructum &c.* Tertio finem, ibi; *Nam finis illorum &c.* Circa primum considerandum est, quòd homo naturaliter est liberi arbitrii, propter rationem & voluntatem, quæ cogi non potest, inclinari tamen ab aliquibus potest. Semper ergo homo, quantum ad arbitrium rationis, remanet liber a coactione, non tamen est liber ab inclinatione. Quandoque enim liberum arbitrium inclinatur ad bonum per habitum gratiæ vel iustitiæ: & tunc habet seruitutem iustitiæ, & est liber a peccato. Quandoque autem arbitrium inclinatur ad malum per habitum peccati: & tunc habet seruitutem peccati, & libertatem iustitiæ. Seruitutem quidem peccati, qua trahitur ad consentiendum peccato, contra iudicium rationis. Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et quantum ad hoc, dicit; *Cum enim serui essetis peccati*. Libertatem vero a iustitia, quantum ad hoc, quòd homo absque freno iustitiæ præcipitat se in peccatum. Et quantum ad hoc, dicit; *Liberi fuistis iustitiae*. Quod præcipue contingit his qui ex certo proposito peccant. Nam illi qui ex infirmitate vel passione peccant, aliquo freno iustitiæ retinentur, vt non videantur a iustitia omnino liberi. Hie. 2. A seculo fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti non seruiam. Iob. 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagari, liberum se putat. Sciendum est tamen, ꝙ iste status habet veram seruitutem, libertatem autem non verã, sed apparentem. Cum enim homo sit, id quod est secundum rationem, tunc homo vere est seruus, quando ab aliquo extraneo abducitur ab eo quod est rationis. Sed quòd aliquis freno rationis non cohibeatur a sequela concupiscentiæ, est libertas quantum ad opinionem illius, qui summum bonum putat concupitasequi. Deinde cum dicit; *Quem ergo fructum, &c.* Ostendit effectum peccati. Et vnum quidem effectum excludit, scilicet effectum fructuosum, cũ dicit; *Quem ergo fructum*, scilicet cum peccabatis in illis, scilicet peccatis. Sunt enim infructuosa peccati opera, quia non adiuuant hominem ad beatitudinem consequendam. Esa. 59. Opera eorum, opera inutilia. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Astruit autem effectum confusibilem, dicens; *In quibus*, scilicet peccatis, id. est de quibus; *Nunc*, scilicet in statu pœnitentiæ; *Erubescitis*, propter eorum turpitudinem. Hie. 31. Post quam ostendisti mihi, percussi femur meum confusione, & erubui. Esa. 1. Erubescitis super hortis, scilicet voluptatis, quos elegeratis. Deinde cum dicit; *Nam finis &c.* Ponit finem peccati, dicens, Nam finis illorum, scilicet peccatorum, mors est. Quæ quidem & si non sit finis operantis peccatum, quia peccãdo non intendit mortem incurrere, est tamen finis ipsorum peccatorum, quia de se nata sunt, mortem nducere & temporalem: quia cum anima a se Deum separat, dignum est, vt ab ea corpus suum separetur: & æternam, quia cum aliquis ad tempus vult separari a Deo, propter concupiscentiam peccati, dignum est vt ab eo æternaliter separetur, quod est mors æterna: supra. 1. Qui

Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

talia agunt, digni sunt morte. Deinde cum dicit; *Nunc vero &c.* Ostendit qualitatem status iustitiæ. Et primo ponit cõditionem status iustitiæ. Secundo effectum, ibi; *Habetis fructum vestrum &c.* Tertio ponit finem, ibi; *Finem vero &c.* Circa primum considerandum est, quòd sicut quandiu aliquis a peccato inclinat ad malum, est liber a iustitia: ita cum aliquis ex habitu iustitiæ & gratiæ inclinatur ad bonum, est liber a peccato, vt scilicet ab eo non superetur vsque ad cõsensum. Vnde dicit, Nunc vero scilicet in statu iustitiæ, liberati a peccato. Io. 8. Si filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis. Similiter econtra, sicut in statu peccati est aliquis seruus peccati, cui obedit: ita in statu iustitiæ est aliquis seruus Dei voluntarie obediens, secundum illud Psal. 99. Seruite domino in lætitia. Et hoc est, quòd subdit; *Serui autem facti Deo*. Psal. 115. O domine, quia ego seruus tuus &c. Hæc autem vera est libertas & optima seruitus: quia per iustitiam homo inclinatur ad id, quod cõuenit ipsi, quod est proprium hominis: & auertitur ab eo, quod conuenit concupiscentiæ, quod est maxime bestiale. Deinde cum dicit; *Habetis fructum &c.* Ponit effectum iustitiæ, dicens, Habetis fructum vestrum in sanctificatione, id est ipsa sanctificatio, hoc est, executio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, inquantum scilicet hoc, spiritualiter & sanctæ vos delectat. Eccl. 9. Flores mei fructus honoris & honestatis, &c. Gala. 5. Fructus spiritus est gaudium, pax &c. Consequenter ponit finem, dicens; *Finem vero habetis, vitam aeternam*. Quæ quidem est finis ipsorum iustorum, qui propter vitam æternam habendam, omnia operantur. Matth. 6. Primum quærite regnũ Dei &c. Et etiam ipsorum operum quæ cum ex obedientia Dei fiant, & ad Dei imitationem, vitam æternam merentur. Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & vitam æternam do eis. Deinde cum dicit; *Stipendia enim peccati &c.* Manifestat quod dixerat de finibus malorum & bonorum. Et primo quantum ad mala, dicit, Dictum est quòd finis peccatorum est mors: Stipendia enim peccati, mors. Dicuntur autem stipendia, mercedes militum, a stipe pendenda, id est ponderanda: quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccatores peccato militant, membra sua exhibentes arma peccato, vt supra dictum est, mors dicitur esse stipendium peccati, id est retributio quam retribuit sibi seruientibus. Et ex hoc manifestum est, quòd mors sit finis peccatorum, non quem peccantes quærunt, sed qui eis retribuitur. Psal. 10. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quantum vero ad bona, dicit; *Gratia Dei vita aeterna*. Quia enim dixerat iustos homines habere vitam æternam, quam certum est non posse haberi, nisi per gratiam: ideo hoc ipsum quòd bona operamur, & quòd opus nostrum est dignum vita æterna, est a gratia Dei. Vnde & in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit dominus. Sic igitur opera nostra, si cõsiderentur in sui natura, & secundum quòd procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno vitam æternam, sed solum secundum, quòd procedunt ex gratia spiritussancti. Vnde dicitur Ioan. 4. Quòd fiet in eo fons aquę salientis, in vitã æternã. Et hoc fit in Christo Iesu dño nostro, id est per Christum, vel inquantum in ipso sumus per fidem & charitatem. Ioan. 6. Omnis qui videt filium, & credit in eum: habet vitam æternam.

CAP. VII. LEC. I.

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor quia lex in homine dominatur quãto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata

LECTIO PRIMA.

Postqvam Apostolus ostendit ꝙ per gratiã Christi liberamur a peccato, hic ostendit, quòd per eandem gratiam Christi liberamur a seruitute legis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit propositum. Secundo excludit obiectionem, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd per gratiam Christi liberamur a seruitute legis. Secundo ostendit vtilitatem huius liberationis, ibi; *Vt fructificemus Deo, &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit documentum, ex quo arguitur ad propositum ostendendum. Secundo manifestat ipsum, ibi; *Nam quae sub viro est &c.* Tertio concludit, ibi; *Itaque fratres mei &c.* Documentum autem ponit eis quasi notum. Vnde dicit, An ignoratis fratres, quasi diceret, Hoc ignorare non debetis. 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Et causam quare non debent ignorare, ostendit, subdens; *Scientibus enim legem loquor*. Sed cum Romani, Gentiles

Gentiles essent, & legem Moysi ignorarent, videtur eis non competere quod hic dicitur. Et ideo quidam exposuerunt hoc de lege naturali, quæ Gentibus non erat incognita, secundũ illud supra.2.Cum Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, &c. Vnde & subditur; *Quia lex in homine dominatur*, scilicet naturalis; *Quanto tempore*, scilicet viuit lex in homine. Quæ quidem viuit, quandiu ratio naturaliter efficaciter in homine viget. Moritur autem lex naturalis in homine, quandiu ratio naturalis passionibus succumbit. Esa. 24. Dissipauerunt fœdus sempiternum, scilicet legis naturalis. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem Apostoli, qui absolute & indeterminate de lege loquens, semper loquitur de lege Moysi. Et ideo dicendum est, quòd Romani fideles non erant solum Gentes, sed inter eos erant multi Iudæi. Vnde habetur. Act.18. Paulus Corinthi inuenit quendam Iudæum, nomine Aquilam, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma. Lex ergo hoc modo dominatur in homine, quanto tempore viuit. s. homo. Data est enim lex ad dirigendum homines in via huius vitæ, secundum Psal.24. Legem statuit ei in via quam elegit. Ideo legis obligatio morte soluitur. Deinde cum dicit; *Nam quæ sub viro &c.* Manifestat quod dixerat per exemplum in lege matrimonii. Et primo ponit exemplum. Secundo manifestat per signum, ibi; *Ergo viuente, &c.* Circa primum duo facit. Primo in exemplo ponit quomodo obligatio legis durat, vita durante, dicens; *Nam mulier, quæ sub viro*, id est sub viri potestate est, ex lege diuina, qua dictum est Gen. 3. Sub viri potestate eris; *Alligata est legi*, scilicet qua tenetur conuiuere viro, secundum illud Matth.19. Quos Deus coniunxit, homo nõ separet. Et hæc quidem inseparabilitas matrimonii, præcipue causatur, inquantum est sacramentum coniunctionis indissolubilis Christi & ecclesiæ, vel verbi & humanæ naturæ in persona Christi. Ephe.5. Sacramentum hoc magnum est, in Christo & Ecclesia &c. Secundo ibi; *Si autem mortuus &c.* Manifestat in exemplo, quomodo obligatio legis soluitur post mortem, dicẽs; *Si autem vir*, scilicet mulieris; *Fuerit mortuus*, mulier post mortem viri; *Soluta est a lege* mariti, id est a lege matrimonii, qua obligabatur viro. Cum enim vt Aug. †ait lib.de nuptiis & cõcupiscentia. nuptiæ sint bona mortalium, non se extendit obligatio nuptiarum post vitam mortalem. Et propter hoc in resurrectione, quando erit vita immortalis, neque nubent neque nubentur, vt dicit Matth.22. Ex quo patet, ꝙ si aliquis moriatur, & resurgat, sicut in Lazaro accidit, non erit vxor, quæ fuerat, nisi de nouo cum ipso contrahat. Sed contra hoc inducitur quod habetur. Heb.11. Acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos. Sed sciendum est, quòd mulieres non receperunt maritos suos; sed filios suos: sicut mulier quædam per Heliam, vt habetur. 3. Reg.17. Et alia per Helisæum, vt habetur.4.Reg.4. Aliter autẽ se habet in sacramẽtis quæ imprimunt characterem, qui est quædam consecratio animæ immortalis. Omnis autem consecratio manet, quandiu manet res consecrata: sicut patet in consecratione ecclesiæ vel altaris. Et ideo si baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus moriatur & resurgat, non debet iterum eadem sacramenta accipere. Deinde cum dicit; *Ergo viuente &c.* Manifestat quod dixerat, per signum. Et primo quantum ad obligationem matrimonii, quæ durat in muliere, viuente viro, cuius signum est, quòd vocatur adultera si fuerit cum alio viro, scilicet ei carnaliter commista, viuente viro. Hie.3. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid non polluta & contaminata est mulier illa? Secundo, ibi; *Si autem mortuus &c.* Inducit signum quantum ad hoc, quòd obligatio legis matrimonii soluitur per mortem, dicens, quòd si vir eius, scilicet mulieris mortuus fuerit, liberata est mulier a lege viri, qua obligatur viro, vt non sit adultera si fuerit cum alio carnaliter ei commista, præsertim si ei matrimonialiter coniungatur. 1.Corint.7. Si dormierit vir eius, scilicet mulieris liberata est: cui vult, nubat. Ex quo patet, quòd secundæ nuptiæ, vel tertiæ, vel quartæ, sunt secundum se licitæ, & non solum per dispensationem, vt videtur dicere Chrysost. qui super Matth. dicit, quòd sicut Moyses permisit libellum repudii, ita Apostolus

lib.1.c.18.

F permisit secundas nuptias. Nulla est enim ratio, si lex matrimonialis soluitur per mortem, quare non liceat coniugi remanenti ad secunda vota transire. Quod autem Apostolus dicit. 1. Tim.3. Quod oportet Episcopum esse vnius vxoris virum. non hoc dicitur, quia secundæ nuptiæ sint illlcitæ: sed propter defectũ sacramẽti, qa nõ esset vnus vni⁹, sicut Christ⁹ est spõsus vnius ecclesiæ.

Deinde cum dicit; *Itaq; fratres mei &c.* Concludit principale propositum, dicens; *Itaque &c.* id est per hoc, quòd estis facti membra corporis Christi, simul cum eo mortui & sepulti, vt supra est habitum, mortificati estis legi, id est quantum ad hoc ꝙ cessat in vobis obligatio legis, ita scilicet; *Vt iam sitis alterius*, scilicet Christi, eius legi subiecti; *Qui ex mortuis resurrexit*, in quo & vos resurgentes nouam vitam assumpsistis. Et ita non lege prioris vitæ, sed lege nouæ vitæ tenemini obligati. Videtur autem esse dissimilitudo, quantum ad hoc, quòd in præcedenti exemplo vir moriebatur, & remanebat mulier absque obligatione legis. Hic autem ille qui soluitur ab obligatione, dicitur mori, sed si recte consideremus vtrunque, est eiusdem rationis, quia cum matrimonium sit inter duos, sicut quædam relatio, nõ refert quicunque eorum moriatur ad hoc, quòd tollatur lex matrimonii: vtrumlibet enim contingat, manifestum est, quòd per mortem, qua commorimur Christo, cessat obligatio veteris legis. Deinde cum dicit; *Vt fructificemus*, ostendit vtilitatem prædictæ liberationis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit vtilitatem, dicens, Vt fructificemus Deo, Per hoc enim, quòd sumus facti membra Christi, in Christo manentes, possumus fructum boni operis facere ad honorem Dei. Ioã. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum &c. Secundo ibi; *Cum enim essemus*, ostendit quòd iste fructus impediebatur, quando eramus sub seruitute legis, dicens, Cum essemus in carne, id est subditi concupiscentiis carnis. infra.8. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Passiones autem & affectiones peccatorum, quæ quidem erant per legem vel notificatæ vel augmentatæ occasionaliter, vt supra patuit; *Operabantur in membris nostris*, id est mouebant membra nostra. Iaco.4. Vnde bella & lites, nonne ex concupiscentiis? Et hoc; *Vt fructificarent morti*, id est vt fructum facerent mortis. Iaco.1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Tertio ibi; *Nunc autem soluti*, ostendit, ꝙ prædicta vtilitas acquiritur ab his qui sunt liberati a seruitute legis, dicens, Nũc autem soluti sumus per gratiam Christi, a lege mortis, id est a seruitute legis Moysi, quæ dicitur lex mortis. Vel qa corporaliter occidebat absq; misericordia. Heb.10. Irritam quis faciens legis Moysi, &c. Vel potius dicitur lex mortis, quia spiritualiter occidebat per occasionem, secundum illud. 2. Cor.3. Litera occidit, &c. In qua lege nos tenebamur, quasi serui sub lege. Gal.3. Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur. Ita scilicet sumus soluti; *Vt seruiamus in nouitate spiritus*; in spiritu renouati per gratiam Christi. Eze.36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri; *Non in vetustate literæ*, id est, non secundum veterem legem. Vel non in vetustate peccati, quam litera legis auferre non potuit. Psal.6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.

erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

LECTIO II.

G VID ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatũ non cognoui, nisi

H

I

LECTIO SECVNDA.

K POSTQVAM Apostolus ostendit, ꝙ per gratiam Christi liberamur a seruitute legis, & ꝙ ista liberatio est vtilis, hic respondet cuidam obiectioni, quæ ex præmissis occasionem habet, per quam vr, ꝙ lex vetus non sit bona. Et circa hoc duo facit. Primo soluit obiectionem, per quam videtur legem nõ esse bonam. Secũdo ostendit legem esse bonam, ibi; *Scimus enim &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit obiectionem quantum ad ipsam legem. Secundo soluit, ibi; *Itaque lex quidem sancta, &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, ꝙ passiones peccatorum erant per legem, & ꝙ est lex mortis, quid ergo dicemus ex his sequi? Nũquid dicemus, ꝙ lex est peccatum? Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ lex peccatum doceat, sicut dicitur Hie.10. Leges populorum vanæ sunt: quia. s. vanitatem docent. Alio modo, vt lex dicatur peccatũ, quia ille qui legem dedit, peccauerit, talem legem ferendo: & hæc duo inuicem se consequuntur:

consequuntur: quia si lex peccatum docet, legislator legem ferendo peccat. Isa.10. Væ qui condunt leges iniquas. Videtur autem quòd lex peccatum doceat, si passiones peccatorũ sunt per legem, & si lex ducit ad mortem. Deinde cum dicit; *Absit.* Soluit prædictam obiectionem. Circa quod sciendum est, quòd si lex per se & directe causaret passiones peccatorum, vel mortem, sequeretur quòd lex esset peccatum altero modorũ dictorum, nõ autem si lex est occasio passionũ peccati & mortis. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostẽdit quid lex per se facit. Secundo ostẽdit quid ex ea occasionaliter sequatur, ibi; *Occasione autem accepta &c.* Circa primum tria facit. Primo respondet ad quæstionem, dicens; *Absit*, scilicet, quòd lex sit peccatum. Neque enim ipsa docet peccatum, secundum illud Psal. 18. Lex domini immaculata: neque legislator peccauit, quasi iniustam legem ferens, secundum illud Prou.8. Per me reges regnant &c. Secũdo, ibi; *Sed peccatum &c.* Ponit id quod per se pertinet ad legem, scilicet notificare peccatum, & non auferre. Et hoc est, qd dicit; *Sed peccatum non cognoui, nisi per legem*, supra 3. Per legem enim Dei cognitio peccati. Et si quidem hoc intelligitur de lege naturali, manifestum est quod dicitur, quia per legem naturalem homo diiudicat inter bonum & malum. Eccle.17. Sensu impleuit corda illorum, & bona & mala ostendit. Sed Apostol. hic vt loqui de lege veteri, quam significauit supra, dicens; *Non in vetustate literæ.* Dicendum est ergo, ꝙ sine lege poterat quidem peccatum cognosci, secundum ꝙ habet rationem inhonesti. i. cõtra rationem existens: non autem ꝓ ꝙ importat offensam diuinam, quia per legem diuinitus datam manifestatur homini, ꝙ Deo displicent peccata humana in hoc, quòd ea prohibet, & mãdat puniri. Tertio ibi; *Nam concupiscentiam &c.* Probat quod dixerat, dicens, Nam concupiscentiam nesciebam; *nisi lex diceret, Non concupisces.* Circa quod considerandum est, quòd hoc quod dixerat, Peccatum non cognosci, nisi per legem: posset aliquis referre ad ipsum actum peccati, quem lex in notitiam hominis ducit dum prohibet: & hoc quidem verum est quantũ ad aliqua peccata. Dicitur enim Leuit. 18. Mulier non succumbet iumento. Sed quòd hic non sit intellectus Apostoli, patet ex his quæ hic dicuntur. Nullus enim est qui ipsum actum concupiscentiæ ignoret, cum omnes ipsum experiantur. Est ergo intelligendum, sicut supra diximus, quòd peccatum non cognoscitur, nisi per legem, quantum ad reatum pœnæ, & offensam Dei. Ideo autem hoc probat per concupiscentiam: quia concupiscentia praua communiter se habet ad omnia peccata. Vnde glossa dicit, & Aug. Hic elegit Apostolo. quod est generale peccatũ. s. concupiscentiam. Bona est ergo lex, quæ dum concupiscentias prohibet, omnia mala prohibet. Potest autem intelligi, quòd concupiscentia sit generale peccatum, secundum quod sumitur ꝓ concupiscentia rei illicitæ, quæ est de essentia cuiuslibet peccati. Non autem sic appellauit Aug. concupiscentiam, generale peccatum: sed quia est radix & causa omnis peccati aliqua concupiscentia specialis. Vnde & glossa dicit, ꝙ concupiscentia est generale peccatum, vnde omnia mala veniunt. Inducit enim Apostolus præceptum legis, quod habetur Exod.20. Vbi specialiter prohibetur, Non concupisces rem proximi tui. quæ est concupiscentia auaritiæ: de qua loquitur. 1. Tim.6. Radix omnium malorum est cupiditas. Et hoc ideo, quia pecuniæ obediunt omnia: vt dicitur Eccl. 10. Et ideo concupiscentia, de qua hic loquitur, est generale malum, non communitate generis vel speciei, sed cõmunitate causalitatis. Nec est contrarium quod habetur Eccle. 10. Initium omnis peccati, superbia. Nam superbia est initium peccati ex parte auersionis. Cupiditas autem est principium peccatorum ex parte conuersionis ad bonum commutabile. Potest autem dici, quòd Apostol. specialiter assumit concupiscentiam ad propositi manifestationem: quia vult ostendere, quòd sine lege peccatum non cognoscebatur, inquantum scilicet pertinet ad offensam Dei: & hoc maxime patet in hoc, quòd lex Dei ꝓhibet concupiscentiam, quæ ab homine non prohibetur. Nam solus Deus hominem reum reputat propter cõcupiscentiam cordis, secundum illud. 1. Reg. 16. Homines vident quæ parent, Deus autem intuetur cor. Ideo autem lex Dei potius prohibuit concupiscentiam rei alienæ, quæ furto auertur, & vxoris alienæ, quæ per adulterium violatur, quàm concupiscentiam alio-

per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscẽtiam. Sine lege enim peccatũ mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat

A rum peccatorum: quia ista peccata etiam in ipsa concupiscentia habent quandam delectationem, quod non contingit de aliis peccatis. Deinde cum dicit; *Occasione autem &c.* Ostendit quid ex lege occasionaliter consequatur. Et primo ꝓponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; *Sine lege &c.* Dicit ergo primo, ꝙ peccatum occasione accepta per mandatum, scilicet legis prohibentis peccatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Per peccatum autem potest hic intelligi diabolus secundum emphaticam locutionem, quia ipse est peccati initium. Et secundum hoc in homine operatur omnem concupiscentiam peccati. 1. Ioan.3. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Sed quia Apost. hic de diabolo mentionem non fecerat, potest dici, quòd peccatum actuale quodcunque, prout est cogitatione apprehensum, operatur in homine sui concupiscentiam. secundum illud Ia. 1. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua: deinde concupiscentia parit peccatum. Sed melius est, quòd hoc referamus ad peccatum, quod supra dixerat cap. quinto, per vnum hominẽ in hunc mundum ingressum, scilicet ad peccatum originale, quod scilicet ante gratiam Christi est in homine secundum culpam & pœnam sed veniente gratia transit reatu, & remanet actu quantum ad fomitem peccati, vel concupiscentiam habitualem, quæ operatur in homine omnem concupiscentiã actualem. Siue hoc referatur ad concupiscentias diuersorum peccatorum: alia enim est concupiscentia furti, alia adulterii, & sic de aliis. Siue referatur ad diuersos concupiscentiæ gradus, put consistit in cogitatione, delectatione, consensu, & opere. Sed ad hũc effectum in homine operãdum, peccatum accipit occasionem ex lege. Et hoc est quod dicit. Occasione accepta. Vel quia aduenientẽ mandato additur ratio præuaricationis: quia vbi non est lex, nec præuaricatio, vt supra.4. dictum est: vel quia crescit desiderium peccati prohibiti, rationibus supra positis. Et est notandum, quòd non dicit, quòd lex dederit occasionem peccandi; sed quia ipsum peccatum occasionẽ acceperit ex lege. Ille enim qui dat occasionem, scandalizat, & per consequens peccat: quod quidem fit, quando aliquis facit aliquod opus minus rectum, vnde proximus offenditur, aut scandalizatur; puta si quis loca inhonesta frequentaret, licet non mala intentione. Vnde dicitur infra.14. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus, vel scandalum. Sed si quis rectum opus faciat, puta si det eleemosynam, & alius inde scandalizatur, ipse non dat occasionem scandalizandi, vnde nec scandalizat, nec peccat, sed alius accipit occasionẽ qui scandalizatur, & ille peccat. Sic igit lex rectũ aliq̃d fecit, qa peccatũ ꝓhibuit, vnde occasionẽ non dedit peccãdi: sed homo occasionẽ ex lege accipit, & ꝓ hoc sequitur, quòd lex non sit peccatum, sed magis ꝙ peccatum sit ex parte hominis. Sic igitur intelligendum est, quòd passiones peccatorum quæ pertinent ad concupiscentiam peccati, nõ sunt per legem, quasi lex illas operetur, sed peccatum illas operatur accepta occasione ex lege. Et eadem ratione dicitur lex mortis: non quia lex mortem operetur, sed quia peccatum mortem operatur occasione accepta ex lege. Potest autem eodem sensu litera aliter ordinari, vt dicatur quòd peccatum operatum est per mandatum legis omnem concupiscentiam, & hoc occasione accepta ab ipso mandato. sed prima expositio simplicior & melior est. Deinde cum dicit; *Sine lege enim*, manifestat quod dixerat, & hoc per experientiam effectus. Et primo proponit effectum. Secundo resumit causam, ibi; *Nam peccatum &c.* Circa primum tria facit. Primo describit statum ante legem. Secundo statum sub lege, ibi; *Sed cum venisset &c.* Tertio ex comparatione vtriusque status concludit euentum legis, ibi; *Et inuentum est mihi &c.* Dicit ergo primo quòd; *Peccatum occasione accepta per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam*, quòd ex hoc apparet. Sine lege enim peccatum erat mortuum, non quidem sic quòd peccatum non esset, quia per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit ante legem: vt supra 5. dictum est. Sed intelligitur quòd erat mortuum vel quantum ad cognitionem hominis, qui quædam lege prohibita nesciebat esse peccata, puta concupiscentiam: vel quia erat mortuum quantũ ad efficaciam moriendi, per comparationem ad id, quod postea fuit: non. n. habebat tantam virtutem inducendi hominem ad mortem,

ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatũ occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, mãdatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

B

De verb. Apost. ser. 4.

C

D

E

mortem, quantam postea habuit occasione accepta sub lege. Habetur enim quasi mortuum, quod est debilitatum virtute. Col. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Talis ergo erat status ante legem, quantum ad peccatum. Sed qualis esset quantum ad hominem ostendit, subdens; *Ego autem viuebam sine lege aliquãdo.* Quod etiam dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad id quod homini videbatur ex seipso, ꝙ viueret, dũ ignorabat peccatum esse id, per quod mortuus erat. Apoc. 3. Nomẽ habes quòd viuas, sed mortuus es. Vel hoc dr̃ per comparationẽ ad mortem, quæ consecuta est occasione legis. Dicuntur.n. minus peccantes viuere, in comparatione ad eos qui magis peccant.

Deinde cum dicit; *Sed cum venisset &c.* Describit statum sub lege. Et primo quantum ad peccatum, cũ dicit; *Sed cum venisset mandatum.* Data.s. lege; *Reuixit peccatum.* Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quantum ad cognitionem hominis, qui incepit cognoscere peccatum in se esse, quod prius non cognouerat. Hie. 31. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, cõfusus sum & erubui. Et signanter dixit; *Reuixit*, quia in paradiso plenam notitiam homo habuerat de peccato, licet non habuerit per experientiam. Vel; *Reuixit*, quantum ad virtutem, qa data lege, occasionaliter augmẽtata est virtus peccati. 1. Co. 15. Virtus peccati, lex. Secundo, quantum ad ipsum hominem, cum dicit; *Ego autem mortuus sum.* Quod etiam dupliciter põt intelligi. Vno modo s̃m cognitionem, vt sit sensus; *Mortuus sum.* i. cognoui me mortuum. Alio modo per comparationem ad statum priorem, vt sit sensus; *Mortuus sum.* i. magis morti obligatus sum, quàm ante. Vnde aliqualiter verum est, quod dictum est Moysi & Aaron. Nu. 16. Vos interfecestis populum dñi. Deinde cũ dicit; *Et inuentum &c.* Concludit ex comparatione vtriusque status euentum legis, dicens; *Et inuentum est*, s̃m prædicta; *Mandatum quod erat ad vitam.* Primo quidem, s̃m intentionem dantis legem. Secundo, quantum ad ipsam mandati honestatem, & deuotionẽ obediẽtis. Eze. 20. Dedi eis ꝑcepta nõ bona & iudicia, quæ faciẽs homo, viuet in eis; *Hoc est mihi ad mortem*, occasionaliter.s. per peccatum quod in homine erat. Iob 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus &c. Deinde cũ dicit; *Nam peccatum &c.* Resumit causam, quasi manifestans ꝑ euentum præmissum, dicens, hoc ideo contingit.s. ꝙ peccatum præmissum quod erat ad vitam, inueniretur ad mortem esse. Nã *peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me.* s. per concupiscentiam, quam in me operatum est, vt dictum est Daniel. 13. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: & per illud.s. mandatum, occasionaliter peccatum me occidit. 2. Cor. 3. Litera occidit. Deinde cum dicit; *Itaque lex &c.* Concludit conclusionem intentam.s. ꝙ lex non solum non sit peccatũ, sed vlterius quòd sit bona, tãquam faciens cognoscere peccatum, & prohibens ipsum. Et primo concludit quantum ad totam legem, dicens. Sicut ex præmissis patet; *Lex quidem est sancta.* Psal. 18. Lex dñi immaculata. 1. Tim. 1. Scimus quia bona est lex. Secundo, quantum ad particulare legis mandatum, dicens; *Et mandatum* legis est sanctum, quantum ad præcepta cærimonialia, qbus homines ordinantur ad Dei cultum. Leuit. 20. Sancti estote, qa ego sanctus sum; *Et iustum*, quantum ad præcepta iudicialia, qbus homo debito modo ordinatur ad ꝓximum. Psal. 18. Iudicia dñi vera, iustificata &c. *Et bonum*, i. honestum, quãtum ad præcepta moralia. Psal. 118. Bonum mihi lex oris tui super milia &c. Quia tñ oĩa ista præcepta ordinant nos in Deum, ideo totã legẽ sanctã nominauit. Deinde cum dicit; *Quod ergo bonum est &c.* Mouet quæstionem quantum ad legis effectum. Et primo q̃stionem, dicens; *Quod ergo bonum est.* s. in se; *Factum est mihi mors.* i. ꝑ se causa mortis. Quod quidem aliquis poterat falso intelligere ex eo, quod supra dictum est: Inuentum est mihi mandatũ quod erat ad vitam, hoc esse ad mortẽ. Secundo soluit per interemptionem, dicens; *Absit.* Non põt id, quod est s̃m se bonum & viuificum, esse causa mali & mortis, s̃m illud Matt. 7. Non põt arbor bona fructus malos facere. Tertio, ibi; *Sed peccatum &c.* Cõcordat id quod nunc dr̃, cum eo quod supra dictum est. Non.n. mãdatum sic inuenitur esse ad mortem, ꝙ ipsum mortem operetur, sed quia occasione accepta ab ipso peccato, mortem operatur. Et hoc est quod dicit; *Sed peccatum, vt appareat peccatum.* i. ex hoc apparet esse peccatum per legis bonum. i. per mandatũ legis: qa ex hoc ipso bonum est, quod facit cognitionem peccati. Et hoc occasionaliter, inquantum manifestat peccatum. Non autem sic intelligitur peccatum per legem operatum esse mortem, quasi sine lege mors non fuisset (dictum est.n. supra, ꝙ regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, s. cum lex non esset) sed intelligitur ꝙ peccatum per legem operatur mortem, quia dãnatio mortis est augmentata lege adueniente. Et hoc est q̃d subditur, Ita dico ꝙ peccatum operatum est mortem per bonum; *Vt peccatum fiat peccans.* i. peccare faciens per mandatum legis occasionaliter. Et hoc supra modum quo antea peccabat, vel quia accessit reatus præuaricationis: vel quia creuit concupiscentia peccati, vt supra dictum est, ueniente prohibitione legis. Peccatum aũt hic intelligitur, sicut supra diximus, vel diabolus, vel potius fomes peccati.

LECTIO III.

SCIMVS enim quòd lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi qm̃ bona est. Nũc autẽ iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonũ non inuenio. Non.n. quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malũ, hoc ago. Si aũt quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus exclusit illa, ex quibus lex videbatur esse mala & mali effectus, hîc ꝓbat legẽ esse bonam. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓbat bonitatem legis ex ipsa repugnantia, q̃ in homine inuenitur ad bonum, quã lex tollere nõ põt. Secũdo, ostendit per quod hmõi legis repugnãtia tolli põt, ibi; *Infaelix &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ꝓbat ꝓpositum, ibi; *Quod enim operor &c.* Tertio infert conclusionẽ intentam, ibi; *Inuenio igitur &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit legis bonitatem. Secundo hominis cõditionẽ, ibi; *Ego autem &c.* Dicit ergo primo. Dictũ est, ꝙ lex est sancta. Et hoc dixi; *Scimus enim* nos qui sumꝰ in diuinis sapientes; *Quod lex.* s. vetus; *Spiritualis est.* s. spiritu homines concordans. Psal. Lex dñi immaculata. Vel spiritualis est. i. a Spiritu sancto data, qui digitus Dei dr̃ in scripturis. Luce. 11. Si in digito Dei eiicio dęmonia. vnde dr̃ Exo. 31. Dedit dñs Moysi duas tabulas lapideas, scriptas digito Dei. Lex tñ noua, non solum dr̃ lex spiritualis, sed lex spiritus, vt patet infra 8. Quia nõ solum a spiritu sancto est, sed spiritus sanctus eam imprimit cordi quod inhabitabat. Deinde cum dicit; *Ego autem carnalis sum &c.* Ostendit conditionem hominis: & põt hoc verbũ dupliciter exponi. Vno quidem modo, vt Apost. loquatur in persona hominis in peccato existentis. Et ita hoc Aug. exponit in lib. 83. quæstionum. Postea vero in lib. contra Iulianũ exponit hoc, vt Apost. intelligatur loqui in persona sua. i. hominis sub gratia constituti. Prosequamur ergo declarando qualiter hæc verba, & sequentia, diuersimode possunt vtroque modo exponi, quamuis secũda expositio melior sit. Quod ergo dr̃ primo; *Ego autem &c.* Sic intelligẽdum est, vt ly Ego, pro ratione hominis intelligatur, quæ est principale in homine: vnde vr̃ vnusquisque homo esse sua ratio, vel suus intellectus, sicut ciuitas vr̃ esse rector ciuitatis, ita vt quod ille facit, ciuitas facere videatur. Dr̃ autẽ homo carnalis, quia eius ratio carnalis est, quæ dr̃ carnalis dupliciter. Vno modo ex eo ꝙ subditur carni, consentiens his, ad quæ caro instigat, s̃m illud 1. Cor. 3. Cum sit inter vos zelus & cõtentio, nonne carnales estis? &c. Et hoc modo intelligitur de homine nondum per gratiam reparato. Alio modo dr̃ ratio esse carnalis, ex eo quòd a carne impugnatur, s̃m illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et hoc modo intelligitur esse carnalis ratio, etiam hominis sub gratia constituti: vtraque enim carnalitas prouenit ex peccato. vnde subdit; *Venundatus sub peccato.*

Quæst. 66.
Li. 3. c. 16.

Sed tñ notãdum, quòd carnalitas, quæ importat rebellionem carnis ad spiritum, prouenit ex peccato primi parentis: quia hoc pertinet ad fomitem, cuius corruptio ex illo peccato deriuatur. Carnalitas autem quæ importat subiectionem ad carnem, ꝓuenit non solum ex peccato originali, sed etiam actuali, per quod homo obediendo concupiscentiis carnis, seruum se carnis constituit: vnde subdit. Venundatus sub peccato. s. vel primi parẽtis, vel proprio. Et dicit. Venundatus, quia peccator seipsum vendit in seruum peccati, pretio proprię voluntatis implendæ. Esa. 50. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Deinde cum dicit; *Quod enim operor &c.* Ostendit quod proposuerat. Et primo, ꝙ lex sit spiritualis. Secundo, quòd homo sit carnalis, venundatus sub peccato, ibi; *Nunc autem iam non ego &c.* Circa primũ duo facit. Primo proponit probationem. Secundo inducit conclusionem, ibi; *Si autem quod nolo &c.* Sumitur autem probatio ex hominis infirmitate, quam primo proponit. Secundo adducit ꝓbationem, ibi; *Non autem &c.* Infirmitas autem hominis est manifesta, & ex hoc quòd operatur id, quod intelligit non esse operandum: vnde dr̃; *Quod enim operor, non intelligo.* s. esse operãdum. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo de eo, qui est subiectus peccato, q quidẽ in vniuersali intelligit nõ esse operandum peccatum: tñ victus suggestione dæmonis, vel passione, vel inclinatione peruersi habitus, operatur illud. Et ideo dicitur operari quod intelligit non esse operandum, contra conscientiam faciens: sicut Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, digne plagis vapulabit multis. Alio modo potest intelligi de eo, qui est in gratia cõstitutus, qui quidem operatur malum, non quidem exequendo in opere, vel cõsentiente

sentiente mente, sed solum concupiscendo secundum passionem sensibilis appetitus, & illa concupiscentia est præter rationem & intellectum, quia præuenit eius iudicium, quo adueniente, talis operatio impeditur. Et ideo signanter non dicit. Intelligo non esse faciendum, sed non intelligo: quia. s. intellectu nõdum deliberato, aut præcipiente, talis operatio cõcupiscentiæ insurgit. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Deinde cum dicit; *Non.n. quod volo &c.* Probat quod dixerat, & per diuisionem, & per effectum. Per diuisionem quidẽ eius, quòd dixit; *Quod enim operor &c.* Sub quo duo continentur. s. non agere bonum & agere malum: quia etiam ille qui nõ agit bonum, dr̃ operari peccatum, peccato omissionis. Ex parte autẽ eius quòd dixit; *Non intelligo*, probat per effectum, quia enim intellectus mouet voluntatem, velle est effectus eius quod est intelligere. Dicit ergo primo quantum ad omissionem boni; *Non enim ago hoc bonum*, quod volo agere. Quod quidem vno modo potest intelligi de homine sub peccato constituto: & sic, hoc ꝙ dicit; *Ago*, est accipiendum s̃m actionem completam, quæ exterius opere exercetur per rationis consensum. Quòd autem dicit; *Volo*, est intelligendum, non quidem de voluntate completa, quæ est operis præceptiua, sed de voluntate quadam incõpleta, qua homines in vniuersali bonum volunt, sicut in vniuersali habent rectum iudicium de bono, tñ per habitũ vel passionem peruersam peruertitur hoc iudicium, & deprauatur talis voluntas in particulari, vt non agat quod in vniuersali intelligit agendum, & agere vellet. Secundum autem quòd intelligitur de homine per gratiam reparato, econuerso oportet intelligere per hoc quòd dicit; *Volo*, voluntate completa perdurante in electione particularis operationis, vt per hoc quòd dicit; *Ago*, intelligatur actio incompleta, quæ consistit tantum in appetitu sensitiuo, non perueniens vsq; ad rõnis consensum. Homo.n. sub gratia constitutus, vult quidem mentem suam a prauis concupiscentiis conseruare, sed hoc bonum non agit ꝑꝑ motus inordinatos concupiscentiæ, insurgentes in appetitu sensitiuo. Et simile est quod dicit Gal. 5. Vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Secundo quantum ad perpetrationem mali, subdit; *Sed quod odi malum, illud facio*: quod quidem si intelligatur de homine peccatore, per hoc ꝙ dicit, *Odi*, intelligatur quoddam odium imperfectum, s̃m ꝙ omnis homo naturaliter odit malũ. Per hoc aũt ꝙ dicit; *Facio*, intelligatur actio perfecta per operis executionem s̃m rõnis consensum. Nam illud odium mali in vniuersali, tollitur in particulari eligibili per inclinationem habitus, vel passionis. Si vero intelligitur de homine sub gratia constituto, per hoc quòd dicit; *Facio*, intelligitur econuerso actio imperfecta, quæ consistit in sola concupiscentia appetitus sensitiui. Per hoc quòd dicit, *Odio*, intelligitur odium perfectum quo quis perseuerat in detestationẽ mali, vsque ad finalem reprobationẽ ipsius, de quo dr̃ in Psal. 138. Perfecto odio oderam illos. s. malos inquantum sunt peccatores. 2. Mac. 3. Cum leges adhuc optimæ custodirentur ꝑꝑ Onię pontificis pietatem, & alios odio habenres malum.

Deinde cum dicit; *Si autem quod nolo &c.* Concludit ex præmissa dispositione hominis, ꝙ lex sit bona, dicens; *Si autem quod nolo, illud facio*: quocunq; dictorum modorum intelligatur hoc ipso, quòd nolo malum; *Consentio legi, quoniam bona est*, in hoc ꝙ ꝓhibet malum, quod ego naturaliter nolo. Manifestum est.n. ꝙ inclinatio hominis s̃m rõnem ad volendum bonum & fugiendum malum, est s̃m naturam vel grãm, & vtraque est bona. Vnde & lex, quæ huic inclinationi consentit pręcipiendo bonum & ꝓhibendo malum, eadem rõne est bona. Prou. 4. Donum bonũ tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis, &c. Deinde cũ dicit; *Nunc autem ego &c.* Probat quod dixerat de cõditione hominis. s. ꝙ sit carnalis venundatus sub peccato. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat ꝓpositum, ibi; *Scio enim &c.* Tertio concludit intentum, ibi; *Si autem quod nolo &c.* Quòd autem homo carnalis venundatus sub peccato, quasi aliqualiter sit seruus peccati, ex hoc apparet, quòd ipse nõ agit, sed agitur a peccato. Ille.n. qui est liber, ipse per seipsum agit, & non ab alio agitur. Et ideo dicit. Dictum est quòd per intellectum & voluntatem; *Consentio legi*: nunc autem dum contra legem facio; *Ego iam non operor*, illud quod facio contra legem, sed peccatum; *Quod in me habitat*, & sic patet me esse seruum peccati, inquantum peccatum in me, quasi dominium habens, operatur. Et hoc quidem recte ac faciliter potest intelligi de homine sub gratia constituto: quòd enim concupiscit malum s̃m appetitum sensitiuum ad carnem pertinentem, non ꝓcedit ex opere rationis, sed ex inclinatione fomitis. Illud autem homo dr̃ operari quod ratio operatur, quia homo est id, quod est s̃m rationem: vnde motus concupiscentiæ qui non sunt a ratione, sed a fomite, non operatur homo: sed fomes peccati, qui hîc peccatum nominatur. Iac. 4. Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex cõcupiscentiis vestris, quæ militãt in mebris vestris? Sed de homine sub peccato constituto, hoc proprię intelligi nõ potest, quia eius ratio peccato consentit. Et ideo, ipsemet operatur: vnde dicit Augu. & habetur in glos. Multum fallitur homo, qui consentiẽs est, concupiscentiæ carnis suæ: & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, nõ ego operor illud. Potest tamen, licet extorte, exponi etiam de homine peccatore. Actio enim maxime attribuitur principali agenti, quod secundum proprietatem suam mouet: non autem agenti quod mouet, vel agit secũdum proprietatem alterius a quo mouetur. Manifestum est autem, quòd ratio hominis, secundum illud quod est proprium sibi, non inclinatut ad malum, sed secundum quòd mouetur a concupiscentia. Et ideo operatio mali quam ratio facit, prout est a concupiscentia victa, non attribuitur principaliter rationi, quæ hîc per hominem intelligitur, sed potius ipsi concupiscentiæ, vel habitui, ex quo ratio inclinatur ad malum. Dicitur autem peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed designatur permanentia huiusmodi defectus in homine. Deinde cum dicit; *Scio enim*, probat quòd peccatum habitans in homine, operetur malum quod homo facit. Et primo ponit mediũ ad probandum propositum. Secundo illud medium manifestat, ibi; *Nam velle &c.* Probat ergo primo, quòd peccatum habitãs in homine, operetur malum quod homo facit, quæ quidem probatio manifesta est secundum quòd verba referuntur ad hominem sub gratia constitutum, qui est liberatus a peccato per gratiam Christi, vt supra 6. habitum est. Quantum ergo ad eum in quo Christi gratia non habitat, nondum est liberatus a peccato. In carne autem, gratia Christi non habitat, sed habitat in mente: vnde infra 8. dicitur, quòd si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum ęst propter peccatum, spiritus aũt viuit propter iustificationem. Igitur adhuc in carne dominatur peccatum, quod operatur concupiscentia carnis. Carnem.n. hîc accipit simul cum viribus sensitiuis. Sic enim caro distinguitur contra spiritum, & ei repugnat inquantum appetitus sensitiuus tendit in contrarium eius, quod ratio appetit, secundũ illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, Dicit ergo. Dictum est; *Quod in me*, etiam per gratiam reparato; *Peccatum operatur*: sed intelligendum est in me s̃m carnem simul cum appetitu sensitiuo. Scio enim per rationem & experimentum, quòd; *Bonum.* s. gratiæ, quo reformatus sum; *Non habitat in me.* Sed ne intelligatur s̃m rõnem, secundum modum superius positum exponit; *Hoc est in carne mea.* Nam in me. i. in corde meo, hoc bonum habitat, s̃m illud Eph. 3. Habitare Christum ꝑ fidem in cordibus vestris. Et per hoc patet quòd hoc vebum non patrocinatur Manicheis, qui volunt carnem non esse bonã s̃m naturam, & ita non esse creaturam Dei bonam, cum scriptum sit 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est. Non.n. hîc Apostol. agit de bono naturæ, sed de bono gratiæ, quo a peccato liberamur. Si vero hoc referatur ad hominem sub peccato existentem, superflue additur quod dicit; *Hoc est in carne mea*: quia in homine peccatore, bonum gratiæ non habitat, nec quantum ad carnem, nec quantum ad mentem, nisi forte quis extorte velit exponere hoc esse dictum, quia peccatum quod est priuatio gratiæ, quodammodo a carne deriuatur ad mentem. Deinde cum dicit; *Nam velle &c.* Manifestat quod dixerat. Et primo ex hominis facultate. Secundo ex hominis actione, quę facultatem demõstrat, ibi; *Non enim quod volo &c.* Facultas autem hominis primo describitur quantum ad voluntatem, quæ vr̃ in hominis esse potestate: vnde dicit. *Nam velle adiacet mihi.* i. propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil enim est tam in hominis voluntate constitutum, quàm hominis voluntas, vt Aug. dicit. Secundo ponit facultatem hominis, vel potius difficultatem, quantum ad consummationem effectus, cum subdit; *Perficere autem bonum non inuenio.* s. in mea potestate existens, s̃m illud Prouer. 16. Hominis est præparare animum. Et iterũ, Cor hominis disponit vitam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hoc autem verbum patrocinari videtur Pelagianis, qui dicebant, quòd initium boni operis, est ex nobis, inquantum bonum volumus. Et hoc est quòd videtur Apostolus dicere. Perficere autem

De lib. arb.
lib. 3. c. 3.

autem bonum non inuenio. Sed hunc ſenſum excludit Apoſtolus Phil. 2. dicens, De⁹ eſt qui operaſ̃ in nobis velle & perficere. Quod ergo dicit; *Velle adiacet mihi*, ſ. per gr̃am iam reparato, eſt ex operatione diuinæ gr̃æ, per quã quidem gr̃am non ſolum volo bonũ, ſed ét aliquid boni facio, quia repugno concupiſcentiæ, & cõtra eã ago du

LECTIO IIII.

ctus ſpũ: ſed nõ inuenio ĩ mea poteſtate qũo iſtud bonum perficiam, vt. ſ. totaliter concupiſcentiã excludã. Et per hoc manifeſtaſ̃, ꝙ bonũ gr̃æ non habitat in carne: qa ſi in carne habitaret, ſicut habeo facultatẽ volendi bonum ꝑ gr̃am habitantem in mente, ita haberem facultatẽ ꝑficiendi bonum per gr̃am habitãtem in carne. Si vero referatur ad hominẽ ſub peccato cõſtitutũ, ſic exponi poterit, vt Velle, accipiaſ̃ ꝑ voluntate incõpleta, quæ ex inſtinctu naturæ in q̃buſcunq; peccantibus eſt ad bonum, ſed illud velle adiacet homini .i. iuxta hominẽ iacet, quaſi infirmũ, niſi gr̃a volũtati tribuat efficaciã ad perficiendũ. Deinde cũ dicit; *Non enim quod volo &c.* Manifeſtat quod dixerat ex actione hominis, quæ eſt ſignum & effectus facultatis humanæ. Ex hoc.n. apparet, ꝙ homo nõ inuenit perficere bonũ, quia non agit bonum quod vult, ſed facit malum quod non vult, & hoc quidem ſupra expoſitum eſt. Dein de cũ dicit; *Si autem quod nolo &c.* Concludit illud quod ſupra ꝓpoſuerat, dicens, Si aũt quod nolo illud facio, non ego operor illud, ſed quod inhabitat ĩ me peccatũ. & hoc ét ſupra expoſitũ eſt. Sed notãdũ eſt, ꝙ ex vno & eodẽ medio. ſ. quod nolo illud facio, Apoſtolus duo concludit q̃ ſupra poſuerat. ſ. legis bonitatẽ cũ dicit; *Si autem quod nolo, illud facio, conſentio legi Dei, quoniam bona eſt.* Et iterum dñium peccati in homine cũ dicit hĩc; *Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ*, quarũ duarũ cõcluſionũ, prima ꝑ inde ad hoc ꝙ dixerat, Lex ſpũalis eſt: ſecũda ad hoc ꝙ dixerat. Ego aũt carnalis ſum, venũ datus ſub peccato. Sed primã cõcl'onẽ, quæ eſt de bonitate legis, elicit ex illo medio rõne eius qd̃ dicit, Nolo, qa eius ratio non vult illud quod lex ꝓhibet, & ex hoc patet legẽ eſſe bonã: ſed ex parte eius qd̃ dicit, Illud facio, cõcludit in homine dominari peccatum, quod contra voluntatem rationis operatur.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apoſtolus oñdit legem eſſe bonã ex eo, ꝙ rõni concordat, hĩc infert duas cõcluſiones ſm duo quæ poſuerat: ſecũda ponit, ibi; *Video autem aliam legem &c.* Circa primũ duo facit. Primo infert concluſionem ex dictis. Secundo ponit ſignum ad maiorẽ manifeſtationẽ, ibi; *Condelector &c.* Duo aũt ſupra poſuerat. Primũ quidem, ꝙ lex ſpũalis eſt, quo iam ꝑbato, cõcludit ſic; *Inuenio igitur.* ſ. per experimentũ, legem Moyſi conſonam eſſe; *Mihi volenti facere bonum.* i. rõni meę, per quam bonũ approbo, & malũ deteſtor, dum & ipſa lex bonum mãdat, & malum ꝓhibet. Deut. 30. Iuxta te eſt verbũ valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud. Et hoc mõ neceſſarium fuit, ꝙ. i. *quia malũ.* i. pctũ vel fomes pctĩ mihi adiacet. i. iuxta rõnẽ meã iacet, quaſi carnẽ meã inhabitans. Mich. 7. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. i. a carne. Deinde cum dicit; *Condelector enim &c.* Ponit ſignũ, per quod oſtendit, ꝙ lex rõni cõſentiat. Nullus.n. delectaſ̃, niſi in eo quod eſt ſibi cõueniens. Homo aũt ſm rõnem delectatur in lege Dei, ergo lex Dei eſt conueniẽs rõni & hoc eſt ꝙ dicit; *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem.* i. ſm rõnem & mentem, quæ interior homo dr̃, non ꝙ anima ſit effigiata ſm formam hominis, vt Tertullianus poſuit, vel quòd ipſa ſola ſit homo, vt Plato poſuit, quòd homo eſt anima vtens corpore: ſed quia id quod eſt principalius in homine, dr̃ homo, vt ſupra dictum eſt. Eſt autem in homine principalius ſm apparentiam quidem, id quod eſt exterius. ſ. corpus, ſic effigiatum, quod dr̃ homo exterior: ſm veritatem autem id, quod eſt intrinſecum. ſ. mens vel ratio, quæ hic dicitur homo interior, Pſal. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. 1. Mach. 12. Habentes ſolatio libros ſanctos, qui in manibus noſtris ſunt.

Deinde cum dicit; *Video autem &c.* Ponit aliam concluſionẽ quæ rñdet ei, quod ſupra ſecundo poſuerat, dicens; *Ego autem carnalis ſum &c.* Dicens; *Video aliam legem in membris meis*, quæ eſt fomes peccati, quæ quidem poteſt dici lex duplici rõne. Vno modo ꝑ ſimiles effectus, quia ſicut lex inducit ad bonum facẽdum, ita fomes inducit ad peccandum: alio modo per comparationem ad cauſam. Cum autem fomes ſit quædam pœna peccati, duplicem cauſam habet. Vnam quidem ipſum peccatum, quod in peccante dñium accepit, & ei legem impoſuit, quę eſt fomes, ſicut dñs ſeruo victo legem impoſuit. Alia cauſa fomitis eſt Deus, qui hanc pœnã homini peccanti indidit, vt rõni eius inferiores vires non obedirent. Et ſm hoc, ipſa inobedientia inferiorum virium, quæ dr̃ fomes, lex dr̃ inquantum eſt per legem diuinæ iuſtitiæ introducta, ſicut iuſti iudicis ſententia quæ legem habet, ſm illud. 1. Reg. 30. Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael vſque ad diẽ hanc. Hæc autẽ lex, originaliter quidem cõſiſtit in appetitu ſenſitiuo, ſed diffuſiue inuenitur in omnibus membris, quæ deſeruiunt concupiſcentiæ ad peccandum. ſupra 6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ &c. Et ideo dicit, In membris meis. Hæc aũt lex duos effectus in homine habet. Primo nanq; reſiſtit rõni, & quantum ad hoc dicit; *Repugnantem legi mentis meae.* i. legi Moyſi, quæ dr̃ lex mentis, inquãtum conſonat menti: vel legi naturali, quæ dr̃ lex mentis, quia naturaliter menti indita eſt. ſupra. 2. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Et de hac repugnantia dr̃ Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Secundus effectus eſt, quòd hominem in ſeruitutem redigit. Et quantum ad hoc ſubdit; *Et captiuantem me*, vel captiuum me ducentem, ſm aliam literam; *In lege peccati, quae eſt in membris meis.* i. in meipſo, more hebraicę locutionis, ſm quam ponũtur nomina loco pronominum. Lex autem peccati captiuat hominem dupliciter. Vno modo hominem peccatorem per conſenſum & operationem. Alio modo hominẽ ſub gratia conſtitutum, quantum ad concupiſcentiæ motum. De hac captiuate dr̃ in Pſal. 125. In conuertendo dñs captiuitatem Sion. Deinde cum dicit; *Infelix ego homo &c.* Agit de liberatione a lege peccati, & tria circa hoc facit. Primo quidem ponit quæſtionem. Secundo ponit rñſionem, ibi, Gratia Dei &c. Tertio infert concluſionem, ibi; *Igitur ego ipſe &c.* Circa primum duo facit. Vnum quidem confitetur. ſ. ſuam miſeriam, cum dicit; *Infelix ego homo*, quod quidem eſt per peccatum quod in homine habitat, ſiue quantum ad carnem tm̃, ſicut in iuſto: ſiue ét quantum ad mentẽ, ſicut in peccatore. Prou. 14. Miſeros facit populos peccatum. Pſal. 37. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Aliud aũt quærit dicens; *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Quæ quidem vr̃ quæſtio eſſe deſiderantis, ſm illud Pſal. 141. Educ de carcere animam meam. Sciendum eſt tm̃, ꝙ in corpore hominis conſiderari põt natura ipſa corporis, q̃ eſt conueniens animæ, vnde ab ea non vult ſeparari. 2. Cor. 5. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Et iterum corruptio corporis, quæ aggrauat animam, ſm illud Sap. 9. Corpus quod corrũpit, aggrauat animam &c. Et ideo ſignanter dicit; *De corpore mortis huius.* Deinde cum dicit; *Gratia Dei, &c.* Rñdet quæſtioni. Non.n. homo ꝓpriis viribus põt liberari a corporis corruptione, nec ét animæ, quãuis conſentiat rõni contra peccatum, ſed ſolũ per gr̃am Chriſti, ſm illud Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et ideo ſequit; *Gratia Dei.* ſ. me liberabit, quæ datur; *Per Ieſum Chriſtum.* Io. 1. Gr̃a & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hæc aũt liberat a corpore mortis huius dupliciter. Vno modo, vt corruptio corporis menti non dñetur, trahens eam ad peccandum. Alio modo, vt corruptio corporis totaliter tollatur. Quantum ergo ad primum, cõuenit dicere peccatori, Gratia liberauit me; *De corpore mortis huius.* i. liberauit me a peccato, in quo eſt anima inducta ex corporis corruptione: ſed ad hoc iam iuſtus liberatus eſt, vñ ei cõpetit dicere quantũ ad ſecundùm, Gratia dei liberauit me de corpore mortis huius, vt. ſ. in corpore meo non ſit corruptio peccati, aut mortis, quod erit in reſurrectione. Deinde cum dicit; *Igitur ego ipſe &c.* Infert concluſionẽ, quæ ſm duas præmiſſas expoſitiones, diuerſimode ex præmiſſis infertur: ſm enim quod præmiſſa verba exponuntur in perſona peccatoris, ſic inferenda eſt concluſio. Dictum eſt, quòd gratia Dei liberauit me a corpore mortis huius, vt. ſ. ab ea non deducar in peccatum: ergo quando ero iam liberatus; *Mente ſeruio legi Dei*: ſm carnem autem; *Legi peccati*, quæ quidem in carne remanet quantum ad fomitem, per quem caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Si autem præmiſſa verba intelligantur ex perſona iuſti, ſic eſt inferendum; *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum*, liberauit me; *De corpore mortis huius*: ita. ſ. vt in me non ſit corruptio peccati & mortis. Igitur; *Ego ipſe* vnus & idem antequam liberer; *Mente ſeruio legi Dei*, ei conſentiens; *Carne autem ſeruio legi peccati*, inquantum caro mea ſecundum legem carnis mouetur ad concupiſcendum.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtẽdit, quòd per gr̃am Chriſti liberamur a peccato & lege, hic oſtẽdit, quòd per eãdẽ gr̃am liberamur a damnatione. Et primo oſtendit, ꝙ per gr̃am Chriſti liberamur a damna

CAP. VIII. LEC. I.

tione culpæ. Secundo, ꝙ ꝑ eandẽ gr̃am liberamur a dãnatione pœnæ, ibi; *Si autem Chriſtus &c.* Circa primum duo facit. Primo ꝓponit quod intendit. Secũdo probat propoſitum, ibi; *Lex enim ſpũs uitae &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit beneficium, quod gratia confert, cõcludens ex præmiſſis, ita. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum liberauit me de corpore mortis huius, in qua exiſtit noſtra redẽptio. ergo nunc, ex quo ſumus per gratiam liberati, nihil damnationis eſt reſiduum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpã, & quãtum ad pœnam. Iob 34. Ipſo concedente pacem, quis eſt qui cõdemnet? Secundo oſtendit quibus hoc beneficium concedatur, & ponit duas conditiones, quæ ad hoc requiruntur: quarum primam ponit, dicens, *His qui ſunt in Chriſto Ieſu*, ideſt, qui ſunt ei incorporati per fidem & dilectionem, & fidei ſacramentum. Gal. 3. Omnes, quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Io. 15. Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. Illis vero qui nõ ſunt in Chriſto Ieſu, damnatio debetur. vnde ibidem ſubditur: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Secundã conditionem ponit, dicens; *Qui non ſecundum carnem ambulant.* i. concupiſcentiam carnis non ſequuntur. 2. Cor. 10. In carne ambulãtes, non ſm carnem militamus. Ex his aũt verbis aliqui volunt accipere, quòd in infidelibus, qui non ſunt in Chriſto Ieſu, etiã primi motus ſint peccata mortalia, quamuis eis non cõſentiant, quod eſt ſm carnem ambulare. Si.n. illi qui non ſm carnem ambulant, ex hoc non eis damnabile eſt, quòd carne ſeruiunt legi peccati ſm primos concupiſcentiæ motus, quia ſunt in Chro Ieſu: ſequitur a contrario ſenſu, ꝙ illis qui non ſunt in Chro Ieſu, hoc ſit damnabile. Ad hoc etiam rõnem inducũt. Dicunt.n. ꝙ neceſſe eſt actum damnabilem eſſe, qui procedit ex habitu dãnabilis peccati. Peccatum autem originale eſt damnabile, quia priuat hominem æterna vita, cuius habitus manet in infideli, cui non eſt originalis culpa dimiſſa. Quilibet ergo motus concupiſcentiæ ex originali peccato proueniens, eſt in eis peccatum damnabile. Primo autem oſtendẽdũ eſt hanc poſitionem eſſe falſam. Primus enim motus habet, quòd non ſit peccatum mortale, ex eo, quòd rõnẽ non attingit, in qua completur ratio peccati. Iſta autem cauſa etiam in infidelibus manet: vnde in infidelib⁹ primi motus non poſſunt eſſe peccata mortalia. Præterea in eadem ſpecie peccati, grauius peccat fidelis, q̃ infidelis, ſm illud Heb. 10. Quantomagis putatis deteriora mereri ſupplicia &c. Si ergo primi mot⁹ in infidelibus eſſent pctã mortalia, multomagis in fidelibus. Secundo, reſpondendum eſt ad eorum rationes. Nam primo quidem ex litera Apoſtoli hoc habere non poſſunt. Non enim dicit Apoſtolus, quòd hoc ſolum non ſit damnabile his qui ſunt in Chriſto Ieſu, quòd carne ſeruiunt legi peccati ſecundum concupiſcentiæ motus, ſed quòd omnino nihil eſt eis damnationis. Illis autem qui non ſunt in Chriſto Ieſu, eſt hoc ipſum damnabile. Præterea, ſi hoc ad primos motus referatur, his qui non ſunt in Chriſto Ieſu, ſunt damnabiles huiuſmodi motus, ſecũdum damnationem originalis peccati, quæ adhuc in eis manet, a qua ſunt liberati hi, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Nõ autem ſic, quòd per huiuſmodi motus noua addatur eis damnatio. Quod etiam ſecundo obiiciunt, non ex neceſſitate concludit quod intendunt. Non enim verum eſt, quòd actus quilibet ꝓcedens ex habitu peccati damnabilis, ſit etiam & ipſe damnabilis, ſed ſolum quando eſt actus perfectus per conſenſum rationis. Si enim in aliquo ſit habitus adulterii, motus concupiſcentiæ adulterii, qui eſt actus imperfectus, non eſt in eo peccatum mortale, ſed ſolum motus perfectus qui eſt per conſenſum rationis. Et præterea, actus ex tali habitu procedens, non habet aliã rationem damnationis ab ea, quæ eſt ſecundum rationem habitus. Et ſecundum hoc primi motus in infidelibus ex eo, quòd procedunt a peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, ſed ſolum originalis. Deinde cũ dicit; *Lex &c.* probat quod dixerat. Et primo quantum ad primam conditionem, qua dixerat, nihil eſſe damnationis his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Secundo quantum ad ſecundam conditionem, qua dixerat; Qui non ſecundum carnẽ ambulant, ibi; Qui non ſecundũ carnem ambulamus &c. Circa primum duo facit. Primo ponit ꝓ

A bationem. Secundo manifeſtat quod ſuppoſuerat per cauſam, ibi; *Nam quod impoſſibile erat legi &c.* Circa primum ponit talẽ rationem. Lex ſpiritus liberat hominem a peccato & morte: ſed lex ſpiritus eſt in Ieſu Chriſto. ergo per hoc ꝙ aliquis eſt in Chriſto Ieſu, liberatur a pecato & morte. quòd autem lex ſpiritus liberet a peccato & morte, ſic ꝓbat. Lex ſpiritus eſt cauſa vitæ, ſed per vitam excluditur peccatum, & mors, q̃ eſt effectus peccati. Nam & ipſum peccatum eſt

bulant. Lex.n. ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſunm mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati, &

ſpiritualis mors animæ. ergo lex ſpiritus liberat hominem a peccato & morte. Damnatio autem non eſt niſi per peccatũ & mor-
B tem: ergo his qui ſunt in Chriſto Ieſu, nihil damnationis exiſtit. hoc eſt ergo quod dicit; *Lex enim ſpiritus &c.* Quæ quidem lex põt dici vno modo ſpiritus ſanctus, vt ſit ſenſus. Lex ſpirit⁹, id eſt lex quæ eſt ſpiritus. lex.n. ad hoc datur, vt per eam homines inducantur ad bonum. vnde & Philoſophus in 2. Ethi. dicit, ꝙ intentio legiſlatoris eſt ciues facere bonos, quod quidem lex humana facit, ſolum notificando quid fieri debeat: ſed ſpiritus ſanctus mentem inhabitans, nõ ſolum docet quid oporteat fieri, intellectum illuminando de agendis, ſed etiam affectum inclinat ad recte agendum. Io. 14. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quantum ad primum: & ſuggerer vobis omnia, quantum ad ſm: quæcunq; dixero vobis. Alio modo lex ſpiritus põt dici ꝓprius effectus ſpiritus ſancti, ſcilicet fides per dilectionem operans, quę quidem & docet interius de agendis, ſm illud infra. 1. Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus: & inclinat affectum ad agendum, ſm illud. 2. Cor. 5. Charitas Chriſti vrget nos. Et hæc quidem lex ſpiritus, dr̃ lex noua, quæ vel eſt ipſe ſpiritus ſanctus, vel eã in cordibus noſtris ſpiritus ſanctus facit. Hier. 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eã. De lege autem veteri ſupra dixit ſolum, quòd erat ſpiritualis, id eſt, a ſpiritu ſancto data. Et ſic prædicta conſiderantes, inuenimus quatuor leges ab Apoſtolo eſſe inductas. Primo legem Moyſi, de qua dicit: Condelector legi Dei ſm interiorem hominem. Secundo legem fomitis, de qua dicit: Video aliam legem in membris meis. Tertio legem natutalem ſm vnum ſenſum, de qua ſubdit, Repugnantem legi mentis meæ. Quarto tradit legem nouam, cum dicit; *Lex ſpiritus*. & addit; *Vitae*: quia ſicut ſpiritus naturalis facit vitã naturæ, ſic ſpiritus diuinus facit vitam gratiæ. Io. 6. Spiritus eſt qui viuificat. Ezec. 1. Spiritus vitę erat in rotis. Addit autem; *In Chriſto Ieſu*, quia. ſ. iſte ſpiritus non datur, niſi his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Sicut enim
D ſpiritus naturalis non peruenit ad membrum, quod non habet connexionem ad caput, ita ſpiritus ſanctus non peruenit ad hominem, qui nõ eſt capiti Chriſto iunctus. 1. Io. 3. In hoc ſcimus, quòd ipſe manet in nobis, quia de ſpiritu ſuo ipſe dedit nobis. Act. 5. Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Hæc inquam lex, ex eo quod eſt in Chriſto Ieſu; *Liberauit me.* Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et hoc; *A lege peccati.* i. a lege fomitis, quæ inclinat ad peccatum, vel; *A lege peccati.* i. a conſenſu & operatione peccati, quod hominem tenet ligatum per modum legis. Per ſpiritum enim ſanctum remittitur peccatum. Io. 20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; *Et mortis*, non ſolum ſpiritualis, ſed etiam corporalis, vt infra probabitur. Et hoc ideo, quia eſt ſpiritus vitæ. Eze. 37. A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. Deinde cum dicit; *Nam quod impoſſibile &c.* Manifeſtat quod dixerat, ſcilicet
E quòd lex vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu, liberat a peccato. Nam quòd liberet a morte, infra probabit. Et hoc probat per cauſam, quæ ſumitur ex incarnatione Chriſti. Circa quam tria ponit. Primo neceſſitatem incarnationis. Secundo modum incarnationis, ibi; *Deus filium ſuum &c.* Tertio incarnationis fructum, ibi; *Et de peccato &c.* Et vt planior fiat expoſitio, accipiemus primo ſm, ſecundo tertium tertio primum, hoc modo. Recte dico quòd; *Lex ſpiritus vitae in Chriſto Ieſu liberat a peccato.* Nã Deus, pater; *Filium ſuum.* i. proprium conſubſtantialem ſibi & coæternũ. Pſal. 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu &c. *Mittens*, non de nouo creans vel faciens, ſed quaſi præexiſtentem miſit. Mat. 21. Nouiſſime miſit ad eos filium ſuum, non quidem vt eſſet vbi non erat, quia vt dicitur Io. 1. In mundo erat, ſed vt eſſet modo quo non erat in mundo. i. viſibiliter per carnem aſſumptã. vnde ibidem ſequitur, Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam eius. Bar. 3. Poſt hoc in terris viſus eſt. Et ideo hic ſubditur; *In ſimilitudinem carnis peccati*: quod non eſt ſic intelligendum, quaſi veram carnem non habuerit, ſed ſolum carnis ſimilitudinem

Ethi. lib. 2. cap. 1.

nem quasi phantasticam, sicut Manichęi dicunt, cum ipse dns dicat Luc.vlt.Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vnde non subdit solum; *In similitudinem carnis*, sed *In similitudinem carnis peccati*. Non enim habuit carnem peccati, id est, cum peccato conceptam, quia caro eius fuit concepta ꝑ spiritum sanctum, qui tollit peccatũ, Mat. 1. Quod.n.in ea natum est, de spiritu sancto est. Vñ Psal. 25. dicit. Ego in innocentia mea ingressus sum, sin mũdũ: habuit similitudinẽ carnis peccati.i.similem carni peccatrici in hoc, ꝙ erat passibilis. nam caro hominis ante peccatũ, passioni subiecta nõ erat. Hebre.2. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Subdit autem duplicem effectum incarnationis, quorum primus est remotio peccati, quam ponit, dicens, *De peccato damnauit peccatum in carne*. Quod quidem potest legi de peccato.i.pro peccato commisso in carne Christi, diabolo instigante ab occisoribus eius. *Damnauit*, id est, destruxit peccatum: quia cum diabolus innocentem, in quo nihil iuris habebat, attentauit morti tradere, iustum fuit vt potestatem amitteret. Et ideo per suam passionem & mortem dicitur peccatum destruxisse. Col. 2. Expolians, scilicet in cruce, principatus & potestates. Sed melius est vt dicatur, *Damnauit peccatum in carne*, id est debilitauit fomitem peccati in carne nostra, *De peccato*, id est ex virtute passionis suæ & mortis, quæ dicitur peccatum propter similitudinem peccati, vt dictum est: vel quia per hoc factus est hostia pro peccato, quæ in sacra Scriptura dicitur peccatum, Oseæ. 4. Peccata populi mei comedent. vnde dicit. 2. Cor. 6. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, id est, hostiã pro peccato. Et ita satisfaciendo pro nostro peccato, abstulit peccata mundi. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Secundum effectum ponit consequenter, dicens; *Vt iustificatio legis*, id est iustitia quam lex promittebat, & quam ex lege aliqui sperabant; *Impleretur*, id est perficeretur; *In nobis*, existentibus scilicet in Christo Iesu. infra. 9. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam quæ est ex fide. Et 2. Corinth. 5. cum dixisset, Eum qui non nouerat peccatum, Deus pro nobis fecit peccatum, subdit; *Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso*. Hoc aliter fieri non poterat, quàm per Christum, & ideo præmisit, quòd scilicet damnare potest peccatum in carne, & implere iustificationem. quod erat impossibile legi Moysi. Hebre. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et hoc quidem erat legi impossibile, non ꝑp defectum legis; *Sed in quo*, id est inquantum; *Infirmabatur per carnem*, id est propter infirmitatem carnis, quæ erat in homine ex corruptione fomitis, ex qua proueniebat, quòd etiam lege data, homo a concupiscentia vincebatur. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et supra. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Et ex hoc patet, quòd necesse fuit Christum incarnari, vnde & Gal. 2. dicitur, Si per legem est iustitia, Christus gratis mortuus est, id est sine causa. Ideo ergo necessarium fuit Christum incarnari, quia lex iustificare non poterat. Deinde cum dicit; *Qui non secundum carnem &c.* Probat propositum quantum ad secundam conditionem, ostendens quòd ad hoc, quòd aliqui damnationem euadant, requiritur, quòd non secundum carnem ambulent. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Qui enim secundum carnem &c.* Tertio manifestat quoddam, quod in probatione supposuerat, ibi; *Quoniam sapientia &c.* Dicit ergo primo: Dictum est, quòd iustificatio legis impletur in nobis, qui scilicet non solum sumus in Christo Iesu, sed etiam non ambulamus secundum carnem, sed secũdum spiritum, id est, qui nõ sequimur concupiscentias carnis, sed instinctum spiritus sancti. Gala. 5. Spiritu ambulate. Deinde cum dicit; *Qui enim secundum carnem &c.* Probat quod dixerat, & inducit duos syllogismos, vnum quidem ex parte carnis, qui est talis. Quicunque sequuntur prudentiam carnis, ducuntur ad mortem: sed quicũque sunt secundum carnem, sequuntur prudentiam carnis. ergo quicunque sunt secundum carnem, ducuntur ad mortem. Alium syllogismum ponit ex parte spiritus, qui est talis. Quicũque sequuntur prudentiam spiritus, consequuntur vitam & pacem: sed quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur prudentiam spiritus: ergo quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur vitam & pacem. Et sic patet, quòd illi qui non ambulant secundum carnem, sed secundum spiritum, liberantur a lege peccati & mortis. Primo ergo ponit minorem primi syllogismi, dicens; *Qui enim secundum carnem*, id est qui carni subdunt quasi ei subiecti. Rom. 16. Huiusmodi domino non seruiũt, sed suo ventri; *Sapiunt ea quæ sunt carnis*, ac si dicat, habent sapientiam carnis. Sapere enim quæ sunt carnis, est approbare & iudicare bona esse, quæ sunt ſm carnem. Matth. 16. Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominis. Hier. 4. Sapientes sunt vt faciant mala. Secundo, ponit minorem secundi syllogismi, dicẽs; *Qui vero sunt secundum spiritum*, id est q spiritũ sanctũ sequũtur, & ſm eum ducuntur, ſm illud Gala. 5. Si spiritu ducimini nõ estis sub lege; *Sentiunt ea quæ sunt spiritus*, id est qui habent rectum sensum in rebus spiritualibus, ſm illud Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Et horum ratio est, quia sicut Philosophus dicit in 3. Ethi. Qualis est vnusquisq;, talis finis videtur ei. Vnde ille cuius est animus informatus per habitum bonum vel malum, existimat de fide ſm exigentiam illi⁹ habitus. Tertio, ponit maiorem primi syllogismi, dicens; *Nam prudentia carnis &c.* Ad cuius intellectũ oportet scire, quòd prudentia est recta ratio agibilium, vt dicit Philosophus. 6. Ethi. Recta autem ratio agendorum, vnum præsupponit, & tria facit. Præsupponit enim finem, qui est sicut principium in agendis: sicut & ratio speculatiua præsupponit principia, ex quibus demonstrat. Facit autem recta ratio agibilium tria. Nã primo recte consiliat. Secundo, recte iudicat de consiliatis. Tertio, recte & constanter præcipit quod consiliatum est. Sic ergo ad prudentiam carnis requiritur, quòd aliquis presupponat pro fine delectabile carnis, & ꝙ consilietur, & iudicet, & præcipiat ea, quæ conueniunt ad hũc finẽ. vnde talis prudentia; *Est mors*, id est causa mortis æternæ. Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Quarto, ponit maiorem secundi syllogismi, dicens; *Prudentia autem spiritus vita & pax*. Dr autem ſm prædicta, prudentia spiritus, qn aliquis præsupposito fine spiritualis boni, consiliatur & iudicat, & præcipit, quæ ordinantur conuenienter ad hunc finẽ. Vnde talis prudentia est; *Vita*, id est causa vitę, gratiæ, & gloriæ. Gal. vlt. Qui seminat in spiritu, de spiritu & metet vitã eternam. & est; *Pax*. i. causa pacis. nam pax causatur a spiritu sancto. Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam dñe. Gal. 5. Fructus spiritus, charitas, gaudium, & pax.

Ethi. lib. 4. cap. 13.

Ethi. lib. 6. cap. 4.

LECTIO II.

VONIAM sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis aũt spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritũ eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus, non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, morie mini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

LECTIO SECVNDA.

SVPPOSVERAT Apostolus in præcedentibus, quòd prudentia carnis mors est: & hoc quidem nunc probare intendit. Et primo probat propositum. Secundo, ostendit fideles q̃bus scribit, a tali prudentia esse alienos, ibi; *Vos autem &c.* Circa primum duo facit. Primo propositum probat de prudentia carnis in abstracto. Secundo id quod de prudentia carnis dixerat, adaptat eis, qui prudentiã carnis sequuntur, ibi; *Qui autem in carne &c.* Circa primum ponit tria media, quorum posterius probat prius. Per primum autem probat id quod supra positum est, scilicet, quòd prudẽtia carnis sit mors, hoc modo: Qui inimicatur Deo, incurrit mortem. Luc. 19. Veruntamen inimicos illos, qui noluerunt me regnare supra se, adducite huc & interficite ante me. Et hoc quia Deus vita nostra est. Deut. 3. Ipse est enim vita tua. Et ideo ille qui inimicatur Deo, incurrit mortem, sed; *Prudentia carnis inimica est Deo*: ergo prudentia carnis est causa mortis. Vbi notandum est, quòd id quod supra dixerat prudentiam carnis, nunc nominat carnis sapientiam, non quòd idem sit sapientia simpliciter & prudentia, sed quia in rebus humanis est prudentia. Prouer. 10. Sapientia est viro prudentia. Ad cuius intellectum sciendum, ꝙ sapiens simpliciter dicitur, qui cognoscit causam altissimam, ex qua omnia dependent. Causa autem suprema simpliciter omnium, Deus est. Vnde sapientia simpliciter est cognitio diuinarum rerum, vt Aug. dicit in lib. de trinitate. 1. Cor. 3. Sapientiam loquimur inter perfectos. Dicitur autem sapiens in vnoquoque genere, qui cognoscit altissimam causam illius generis: sicut in arte ædificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna & lapides, &: sed ille qui concipit & disponit cõuenientem formam domus: ex hoc enim totum artificium depẽdet: vnde & Apostolus dicit. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Sic igitur sapiens in rebus humanis dicitur qui

Li. 14. c. 1.

qui bonam æstimationem habens de fine humanæ vitæ, secundum hoc ordinat totam humanam vitam, quod pertinet ad prudentiam. Et ita sapientia carnis est idem, quòd carnis prudentia. De hac sapientia dicitur Iac. 3. Non est de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Dicitur autem hæc sapientia Deo inimica, quia contra legem Dei hominem inclinat. Iob. 15. Currit aduersꝰ Deũ collo erecto, & pingui ceruice. Et ideo ad hoc probandum iducit aliud mediũ, subdens; *Legi enim Dei non est subiecta*. Non enim potest aliquis Deum odire, secundum quod in se est, cum Deus sit ipsa essentia bonitatis: sed secundum hoc aliquis peccator Deum odit, quod præceptum diuinæ legis est contrarium suæ voluntati. sicut adulter odit Deum, inquantum odit hoc præceptum, Non mœchaberis. Et sic omnes peccatores, in quantum nolunt subiici legi Dei, sunt inimici Dei. 2. Par. 19. His qui oderunt Deum, amicitia iungeris. Vnde conuenienter probat, quòd prudentia, vel sapientia carnis sit inimica Deo, quia non est subiecta legi Dei. Probat autem hoc per tertium medium, dicens; *Nec enim potest*. Prudentia enim carnis vitium est quoddam, vt ex prædictis patet: quanquam autem ille qui subiectus est vitio, possit liberari a vitio, & subiici Deo, secundum illud supra. 6. Liberati a peccato serui facti Deo: tamen ipsum vitium Deo subiici non potest, cum ipsum vitium sit auersio a Deo, vel a lege Dei: sicut ille qui est niger, potest fieri albus, sed ipsa nigredo nunquam potest fieri alba. Et secundum hoc dicitur Matt. 7. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Ex quo patet, quòd non recte Manichæi ad confirmationem sui erroris hæc verba assumunt, volentes per hæc verba ostendere naturam carnis non esse a Deo, cum sit inimica Deo, nec possit Deo subiici. Non enim agit Apostolus hic de carne ista, quæ est creatura Dei, sed de prudentia carnis, quæ est vitium hominis, vt dictum est.

Deinde cum dicit; *Qui autem in carne &c.* adaptat, quod dixerat de prudentia carnis, ad homines, quibus prudentia carnis dominatur, dicens; *Qui autem in carne sunt*, id est, qui concupiscentias carnis sequuntur per prudentiam carnis, quam diu tales sunt; *Deo placere non possunt*, quia vt in Psalm. 146. dicitur: Bene placitum est Deo super timentes eum. Vnde illi qui ei non subiiciuntur, non possunt ei placere, quandiu tales sunt. Possunt autem desinere esse in carne secundum modum prædictum, & tunc Deo placebunt.

Deinde cum dicit; *Vos autem &c.* ostendit eos, quibus loquitur, esse immunes a prudentia carnis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit fidelium statum, dicens; *Vos autem non estis in carne*, & sic patet, non esse intelligendum de carnis natura. Romani enim, quibus loquebatur, mortales erant carne induti. Sed carnem accipit pro vitiis carnis, secundum illud. 1. Cor. 6. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Vnde dicit; *Vos non estis in carne*, id est, non estis in vitiis carnis, quasi secundum carnem viuentes. 2. Cor. 10. In carne viuentes, non secundum carnem militamus; *Sed in spiritu*, id est, spiritum sequimini. Apoc. 1. Fui in spiritu dominica die. Secundo apponit conditionem, dicens; *Si tamen spiritus Dei habitat in uobis*, scilicet per charitatem. 1. Cor. 3. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Apponit autem hanc conditionem, quia quamuis in baptismo spiritum sanctum receperint, potuisset tamen contingere, quòd per peccatum superueniens spiritum sanctum amisissent. de quo dicitur Sap. 1. quòd corripitur a superueniente iniquitate. Tertio ostendit conditionẽ hanc oportere in eis extare, dicens; *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius*. sicut non est membrum corporis, quod per spiritum corporis non viuificatur: ita non est membrum Christi, qui spiritum Christi non habet. 1. Ioan. 4. In hoc scimus, quoniam manet in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Est autem notandum, quòd idem est spiritus Christi, & Dei patris, sed dicitur Dei patris inquantum a patre ꝓcedit: dicitur spiritus Christi, inquantum procedit a filio. Vnde etiam dominus vbique attribuit eum simul sibi & patri, sicut Io. 14. Paraclitus spiritus sanctus, quem pater mittet in nomine meo. Item cum venerit paraclitus quem ego mittã vobis a patre &c.

Deinde cnm dicit; *Si autem Christus &c.* ostendit, quòd per gratiam Christi, siue per spiritum sanctum, liberamur a pœna. Et primo ostendit, quòd liberamur per spiritum sanctum in futuro a morte corporali. Secundo, quòd interim in hac vita adiuuamur a spiritu sancto, contra infirmitates præsentis vitæ, ibi; *Similiter autem &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ex hoc infert quoddam correlarium, ibi; *Ergo fratres &c.* Tertio probat propositum, ibi; *Quæcunque enim &c.* Circa primum considerandum est, quòd supra mentionem fecerat de spiritu Dei, & de spiritu Christi, quamuis sit vnus & idem spiritus. Primo ergo ostendit quid consequamur ex spiritu ex hoc, quòd est Christi. Secundo, ostendit quid consequamur ex eo, inquantum est spiritus Dei patris, ibi; *Quod si spiritus eius &c.* Dicit ergo, Dictum est, quòd si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: vnde cum vos estis Christi, spiritum Christi habetis, & ipsum Christum in vobis habitantem per fidem, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Si autem Christus sic in vobis est, oportet vos Christo esse conformes. Christus autem sic venit in mundum, vt quantum ad spititum esset plenus gratia & veritate: & tamen quantum ad corpus, habet similitudinem carnis peccati, vt supra dictum est. Vnde & hoc oportet esse in vobis, quòd *Corpus quidem* uestrum; *Propter peccatum*, quod adhuc manet in carne vestra; *Mortuum est*, id est, necessitati mortis addictũ, sicut Gen. 2. dicitur, Quacumque die comederitis, morte moriemini, id est, necessitati mortis addicti eritis; *Spiritus uero uiuit*, qui iam reuocatus est a peccato, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu menris vestrę: viuit vita gratiæ; *Propter iustificationem*, per quam iustificatur a Deo. Gala. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. supra. 1. Iustus ex fide viuit.

Deinde cum dicit; *Quod si spiritus &c.* ostendit quid consequamur in spiritu sancto, inquantum est spiritus patris, dicens; *Quod si habitat in uobis spiritus eius*, scilicet Dei patris, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis. Psalmi Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Act. 3. Hunc Deus suscitauit &c. Et tamen ipse Christus propria virtute resurrexit, quia eadem est virtus patris & filii, consequens est, ꝙ id, quod Deus pater fecit in Christo, faciat etiam in nobis. Et hoc est quod subdit, *Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra*. Non dicit, mortua, sed mortalia: quia in resurrectione non solum a corporibus vestris auferetur, quòd sint mortua, id est, necessitatem mortis habentia, sed etiam quòd sint mortalia, id est potentia mori, quale fuit corpus Adam ante peccatum. Nam post resurrectionem, corpora nostra erunt penitus immortalia. Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent &c. Oseæ. 6. Viuificabit nos post duos dies. Et hoc *Propter inhabitantem spiritum eius in nobis*, id est, in virtute spiritus sancti in nobis habitantis. Ezech. 37. Hæc dicit dominus Deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vobis spiritum, & viuetis. Et hoc; *Propter Inhabitantem spiritum*, id est, propter dignitatem, quam corpora nostra habent, eo quòd fuerunt receptacula spiritus sancti. 1. Corin. 6. Nesciis, quòd membra vestra templum sunt spiritus sancti? Illi vero, quorum membra non fuerunt templum spiritus, resurgent, sed habebunt corpora passibilia.

Deinde cum dicit; *Ergo debitores &c.* concludit correlarium ex dictis. Et primo ponit conclusionem. Secundo rationem assignat, ibi; *Si enim &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd per spiritum sanctum multa bona nobis proueniunt, & quòd ex prudentia carnis sequitur mors. ergo debitores sumus spiritui sancto propter beneficia ab eo recepta, ut uiuamus secundum spiritum, & non secundum carnem. Gal. 5. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.

Deinde cum dicit; *Si enim secundum carnem*, assignat rationem conclusionis præmissæ. Et primo quantum ad carnem, dicens; *Si enim secundum carnem vixeritis*, scilicet sequendo concupiscentias carnis; *Moriemini*, scilicet morte culpæ in præsenti, & morte damnationis in futuro. 1. Tim. 5. Quę in deliciis uiuens, mortua est. Secundo assignat rationem quantum ad spiritum, dicens; *Si autem spiritu*, id est, per spiritum, scilicet *Mortificaueritis facta carnis*, id est, opera quæ ex concupiscentia carnis proueniunt; *Viuetis*, uita gratiæ in præsenti, & uita gloriæ in futuro. Colo. 3. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus proposuit, quòd per spiritum sanctum dabitur nobis vita gloriosa, quæ omnem mortalitatem a corporibus nostris excludet, hic probationem inducit. Et primo ostendit, quòd per spiritum sanctum huiusmodi gloriosa vita datur. Secundo, ostendit causam quare differtur, ibi; *Si tamen compatimur &c.* Circa primum ponit talem rationem. Quicumq; sunt filii Dei consequuntur æternitatem gloriosæ vitæ: sed quicumque regunt spiritu sancto, sunt filii Dei. ergo quicumque reguntur spiritu sancto: consequuntur hæreditatem gloriosæ vitæ. Primo ergo ponit minorem prædictæ rationis. Secundo maiorem, ibi; *Si autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Non enim accepistis &c.* Circa primum duo consideranda sunt. Primo quidem; quomodo aliqui aguntur a spiritu Dei, & potest sic intelligi; *Quicunque spiritu Dei aguntur*, id est, reguntur sicut a quodam ductore, & directore, quod quidem in nobis facit spiritus, scilicet inquantum illuminat nos interius, quid facere debeamus. Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me &c. Sed quia ille, qui ducitur ex seipso, non operatur. Homo autem spiritualis non tantum instruitur a spiritu sancto, quid agere debeat, sed etiam cor eius a spiritu sancto mouetur. Ideo plus intelligendum est in hoc, quòd dicitur; *Quicunque spiritu Dei aguntur*. Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu mouentur. Vnde de brutis dicimus, quòd non agunt, sed agunt: quia a natura mouentur, & non ex proprio motu ad suas actiones agendas. Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propriæ voluntatis principaliter, sed ex instinctu spiritus sancti, inclinatur ad aliquid agendum, secundum illud Esa. 56. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Dei cogit. Et Luc. 4. Quòd Christus agebatur a spiritu in deserto. Non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales, per voluntatem & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis & liberi arbitrii spiritus sanctus, in eis causat, secundum illud Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.

Secundo considerandum est, quomodo illi qui spiritu Dei aguntur sunt filii Dei. Et hoc est manifestum ex similitudine filiorum carnalium, qui per semen carnale a patre procedentes generantur. Semen autem spirituale a patre procedens, est spiritus sanctus. Et ideo per hoc semen, aliqui homines in filios Dei generantur 1. Io. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen Dei manet in eo. Deinde cum dicit; *Non enim accepistis &c.* probat propositum. s. quòd spiritum sanctum accipientes, sint homines filii Dei, & hoc tripliciter. Primo quidem ex distinctione donorum spiritus sancti. Secundo ex confessione nostra, ibi; *In quo clamamus &c.* Tertio, ex testimonio spiritus, ibi; *Ipse enim spiritus*. Circa primum considerandum est, quòd spiritus sanctus duos effectus facit in nobis: vnum quidem timoris. Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. Alium amoris supra. 5. Charitas Dei diffusa est per spiritum sanctum in cordibus nostris, qui datus est nobis. Timor autem facit seruos, non autem amor. Ad cuius euidentiam considerari oportet, quòd timor habet duo obiecta, scilicet malum, quod quis timendo refugit, & illud a quo sibi hoc malũ imminere videt. Dicitur enim homo timere, & occisionem, & regem, qui potest occidere. Contingit autem quandoque, ꝙ malum quod quis refugit, est contrarium bono corporali, vel temporali, quod quis interdum inordinate amat, & refugit pati ab aliquo homine temporali. Et hic est timor humanus, vel mundanus: & hic non est a spiritu sancto. Et hunc prohibet dominus. Matth. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Alius autem est timor, qui refugit malum, quod contrariatur naturæ creatæ, scilicet malum pœnæ, sed tamen refugit hoc pati a causa spirituali, scilicet a Deo, & hic timor est laudabilis quantum ad hoc saltem, quòd Deum timet, Deuter. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? Et secundum hoc a spiritu sancto est. Sed inquantum talis timor non refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum, sed solum pœnam, non est laudabilis. Et istum defectum non habet a spiritu sancto, sed ex culpa hominis, sicut & fides informis, quantum ad id, quod est fidei, est a spiritu sancto, non autem eius informitas. Vnde etsi per huiusmodi timorem, aliquis bonum faciat, non tamen benefacit, quia non facit sponte; sed

LECTIO III.

SVICVNQVE enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur, vt & glorificemur.

coactus metu pœnæ, quod proprie est seruorum. Et ideo timor iste, proprie dicitur seruilis, quia seruiliter facit hominem operari. Est autem tertius timor qui refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccata vel separationem a Deo, & hoc quidem timet incurrere ex iusta Dei vindicta. Et sic quantum ad vtrumque obiectum, respicit rẽ spiritualem, sed tamen cum hoc habet oculum ad pœnam. Et iste timor dicitur esse initialis, quia solet esse in hominib⁹, in initio suæ conuersionis. Timent enim pœnam propter peccata præterita, & timent separari a Deo per peccatum propter gratiam charitati infusam. Et de hoc dicitur in Psal. 110. Initiũ sapientiæ timor dñi. Est autem quartus timor, qui ex vtraq; parte oculum habet solum ad rem spiritualem: quia nihil timet nisi a Deo separari. Et iste timor est sanctus, qui permanet in seculũ seculi, vt in Psal. dicitur. Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta: ita hic timor causatur ex charitate perfecta. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Et ideo timor initialis, & timor castus, non distinguuntur contra amorem charitatis, qui est causa vtriusque, sed solum timor pœnæ: quia sicut hic timor facit seruitutem, ita amor charitatis facit libertatem filiorum. Facit enim hominem voluntarie ad honorem Dei operari, quod est proprie filiorum. Lex igitur vetus data est in timore, quod significabant tonitrua & alia huiusmodi, quæ facta sunt in datione veteris legis, vt dicitur Exod. 19. Et ideo dicitur Heb. 12. Et ita terribile erat, quod videbatur. Et ideo lex vetus per inflictionem pœnarum, inducens ad mandata Dei seruanda, data est in spiritu seruitutis. Vnde dicitur Gal. 4. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generãs. Et ideo hic dicit, recte dictum est, ꝙ *Qui spiritu Dei aguntur &c.* Nõ enim iterum in noua lege, sicut in veteri lege fuit; *Accepistis spiritum seruitutis in timore*, scilicet pœnarum, quem timorem spiritus sanctus faciebat; *Sed accepistis spiritum*, scilicet charitatis qui est; *Adoptionis filiorum*, id est per quem adoptamur in filios Dei. Gal. 4. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Non autẽ hoc dicitur, quasi sit alius, & alius spiritus, sed quia idem est spiritus. s. qui in quibusdam facit timorem seruilem quasi imperfectum, in aliis facit amorem, quasi quoddam perfectum.

Deinde cum dicit; *In quo clamamus &c.* manifestat idem per nostram confessionem. Profitemur enim nos patrem habere Deũ instructi a dño cum dicimus orantes: Pater noster qui es in cœlis, vt habetur Matt. 6. Hoc autem conuenit dicere non solum Iudæis; sed etiam Gentibus. Et ideo duo ponit idem significantia. s. *Abba*, quod est Hebræum, & *Pater*, quod est Latinum vel Græcum, vt ostendat hoc ad vtrumque populum pertinere. Vnde & dñs Mar. 14. Abba pater, omnia possibilia sunt tibi. Hier. 3. Patrem vocabis me. Hoc autem dicimus non tantum sono vocis, quantum intentione cordis, quæ quidem ꝓpter sui magnitudinẽ clamor dicitur, sicut & ad Moysem tacentem dicitur Exo. 14. Quid clamas ad me. s. intentione cordis? Sed ista magnitudo intentionis, ex affectu filialis amoris procedit quem in nobis. s. facit. Et ideo dicit, In quo. s. spiritu sancto clamamus abba pater. Vnde Esa. 6. dicitur, ꝙ Seraphim qui interpretantur ardentes: quasi igne spiritus sancti clamabant alter ad alterum.

Deinde cum dicit; *Ipse enim spiritus &c.* ostendit idem ex testimonio spiritus sancti, ne forte aliquis dicat, ꝙ in nra confessione decipimur, vnde dicit, Ideo dico, ꝙ in spiritu sancto; *Clamamus abba pater*. Ipse. n. spiritus testimonium reddit, ꝙ sum⁹ filii Dei, hic aũt testimoniũ reddit, nõ quidem exteriori voce ad aures hominum, sicut pater protestatus est de filio suo Matth. 3. sed reddit testimonium per effectum amoris filialis, quem in nobis facit. Et ideo dicit, ꝙ *testimonium reddit*, non auribus; *Sed spiritui nostro &c.* Act. 3. Nos testes sumus horum verborum.

Deinde cum dicit; *Si autem filii &c.* ponit maiorem & primo ostendit, ꝙ filiis debetur hæreditas, dicens. Si aũt aliqui filii per spiritum. s. sequitur ẽt ꝙ sint hæredes, quia non solum filio naturali, sed ẽt adoptiuo debetur hæreditas. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam in hæreditatem &c. Psal. 15. Hæreditas mea præclara est mihi. Secundo, ostendit q̃ sit ista hæreditas. Et primo describit eã quantum ad Deum patrem, dicens; *Hæredes quidem Dei*. Dicitur autem aliquis hæres alicuius existere, qui principalia eius bona percipit seu adipiscitur, non autẽ qui aliqua munuscula recipit, sicut legitur. Genes. 25. Quòd Abraham dedit cuncta, quæ possedit Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera. Bonum autem principale quo Deus dives est, est ipsemet. Est enim dives per seipsum, & non per aliquid

quid aliud, quia extrinsecorum bonorum non indiget, vt dicitur in Psalm. 15. Vnde ipsum Deum adipiscuntur filii Dei pro hæreditate, vnde Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ. Thre. 3. Pars mea dominus dicit auima mea. Sed cum filius hæreditatem non adipiscatur, nisi parte defuncto, videtur quòd homo non possit esse hæres Dei, qui nunquã decedit.

Dicendum est autem, quòd illud habet locum in bonis temporalibus, quæ simul a multis possideri non possunt, & ideo necesse est vnum decedere, ut alius succedat: sed bona spiritualia simul a multis haberi possunt, & ideo non oportet patrem decedere, vt filii sint hæredes. Potest tamen dici, quòd Deus decedit nobis, inquantum est in nobis per fidem: erit autem nostra hæreditas, inquantum videbimus eum per speciem. Secũdo describit hanc hæreditatem ex parte Christi, dicens; *Cohæredes autem Christi*, quia ipse cum sit principalis filius, a quo nos filiationem participamus, ita est principalis hæres, cui in hæreditate coniungimur Matth. 22. Hic est hæres &c. Mich. 1. Adhuc hæredem adducam tibi. Deinde cum dicit; *Si tamen compatimur &c.* ostendit causam dilationis huius vitę gloriosæ. Et primo ponit causam, ex parte passionum. Secundo ponit præeminentiam gloriæ ad passiones, ibi; *Existimo enim &c.*

Circa primum considerandum est, ꝙ Christus qui est principalis hæres ad hæreditatẽ gloriæ peruenit per passiones. Luc. vlti. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Non autem nos faciliori modo, debemus hæreditatem adipisci. Et ideo nos etiam oportet per passiones, ad illam hæreditatem peruenire. Act. 14. Per multas tribulationes, oportet nos introire in regnum Dei. Non enim statim immortale, & impassibile corpus accipimus, vt simul cum Christo pati possimus. Vnde dicit; *Si tamen compatimur*, id est, simul cum Christo, patienter sustinemus tribulationes huius mundi, vt & cum Christo *glorificemur*. 2. Timo. 2. Si commortui sumus, & conregnabimus.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus demonstrauit & dixit, quòd ꝑ gratiam Christi liberamur, nunc assignat causam dilationis immortalis vitæ, quę est hæreditas filiorum Dei, ex eo ꝙ oportet nos Christo compati, vt ad eius gloriæ societatem peruenimus. Et quia posset aliquis dicere, onerosam esse hęreditatem huiusmodi, ad quam non potest, nisi per tolerantiam passionũ peruenirí, ideo hic ostendit excellentiam futuræ gloriæ ad passiones pręsentis temporis. Et primo ponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Nam expectatio &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd oportet nos pati, vt & glorificemur, nec debemus refugere passiones, vt gloriam habeamus. Existimo enim ego, qui vtrumque expertus sum. Eccles. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa. Ipse abundanter passiones sustinuit; secundum illud. 2. Corinth. 11. In laboribus & carceribus abundantius. Ipse etiam futuræ glorię contemplator fuit, secnndum illud. 2. Cor. 12. Raptus in paradisum, & audiuit arcana verba &c. Hoc inquam existimo, quòd *Passiones huius temporis*, non sunt passiones; *Condignae ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis*. Vbi quatuor ponit ad ostendendum excellentiam illius gloriæ. Primo quidem designat eius æternitatem, cum dicit; *Ad futuram*, scilicet post hoc tempus, nihil autem est post hoc tempus, nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit passiones huius temporis, sicut æternum temporale. 2. Cor. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Secundo designat eius dignitatem, cum dicit; *Gloriam*, quę claritatem quandam dignitatis insinuat. Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Tertio designat manifestationem, cum dicit; *Quae reuelabitur*, Nunc enim gloriam quidem habent sancti, sed occultatam in conscientia. 2. Cotinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur, & bonorum & malorum, de quibus dicitur Sapient. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Quarto designat eius veritatem, cum dicit; *In nobis*. Gloria enim huius mundi vana est: quia est in his, quæ sunt extra hominem, puta in apparatu diuitiarum, & in opinione hominum. Ps. 48. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed illa gloria erit de eo, quod est intra hominem secundum illud Luc. 17. Regnũ Dei intra uos est. Sic igitur passiones huius temporis, si secundum se considerentur: multum deficiunt a quantitate huius gloriæ. Esa 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones, inquantũ eas, aliquis uoluntarie sustinet ꝓpter Deum ex charitate, quam in nobis spiritus facit, sic ex cõdigno per huiusmodi passiones homo meretur vitam æternã.

LECTIO IIII.

EXistimo enim, quòd non sunt condignæ passiones, huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui

Nam spiritus sanctus est fons, cuius aquæ, id est, effectus, saliunt in uitam æternam, vt dicitur Ioan. 4.

Deinde cum dicit; *Nam expectatio creaturae &c.* ostendit propositum, per excellentiam illius gloriæ. Et primo ex expectatione creaturæ. Secundo ex expectatione apostolorum, ibi; *Non solum autem &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit expectationem creaturæ. Secundo manifestat eam, ibi, *Vanitati enim &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd etiam futura gloria, excedit passiones præsentes. Et tamen hoc manifestum est. Nã expectatio creaturæ, id est, ipsa creatura, expectans; *Expectat reuelationem filiorum Dei*, quia vt dicitur. 1. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis, ꝓpter exteriores passiones, sed postmodum reuelabitur illas dignitas, quando immortalem & gloriosam vitam suscipient, ita quod ex persona impiorum dicitur Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Dicit autem expectatio expectat, vt talis geminatio intensionem expectationis designet, secundum illud Psal. 39. Expectans expectaui dominum. Sciendum est autem quòd creatura hic tripliciter accipi potest. Vno modo homines iusti, qui specialiter, creatura Dei dicuntur. Vel quia peemanent in bono, in quo creati sunt. Vel propter excellentiam, quia omnis creatura quodammodo eis deseruit. Iaco. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Hæc autem creatura, id est homo iustus, expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, tanquam præmium sibi repromissum. Tit. 2. Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. Secundo potest dici creatura, ipsa humana natura, quæ subiicitur bonis gratiæ, quæ quidem in hominibus iniustis, nondum iustificata est, sed est sicut informis. In hominibus autem iam iustificatis, est quidem partim formata per gratiam, sed tamen est adhuc informis respectu illius formæ, quam est acceptura per gloriam. Sic igitur ipsa creatura, id est, nosipsi, secundum quòd consideramur in bonis naturæ; *Expectat reuelationem gloriae filiorum Dei*, Quod etiam nobis competit per gratiam, sicut si dicamus quòd materia expectat formam, vel colores expectant completionem imaginis, sicut dicit glo. Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili, sicut sunt elementa huius mundi: secundum illud Sapien. 13. A magnitudine speciei & creaturæ, cognosciliter poterit eorũ creator videri. Huiusmodi autem creatura, dupliciter aliquid expectat: nã expectatio creaturę sensibilis, secundum quòd est a Deo, ordinatur ad aliquem finem, quod quidem contingit, dupliciter. Vno modo, secundum, quòd Deus imprimit aliquam formam, & virtutem naturalem huiusmodi creaturæ, ex qua inclinatur ad aliquem finem naturalem, puta si dicamus, quòd arbor expectat fructificationem, & ignis expectat locum sursum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur a Deo, ad aliquem finem, qui superexcedit formam naturalem ipsius. Sicut enim humanum corpus induetur, quadam forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis, in illa gloria filiorum Dei, quandam nouitatem gloriæ consequetur: secundum illud Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Et per hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei.

Deinde cum dicit; *Vanitati enim &c.* manifestat prædictam expectationem. Et primo, ponit necessitatem expectandi. Secundo, expectationis terminum, ibi; *Quia & ipsa creatura &c.* Tertio, expectationis signum, ibi; *Scimus enim, quod omnis creatura &c.* Necessitas autem expectandi est, ex defectu, cui subiacet creatura. Cui enim nihil deficit, non habet necesse aliquid expectare. Defectum autem creaturæ ostendit, dicens; *Vanitati enim creatura subiecta est*. Et siquidem per creaturam intelligatur, homo iustus, sic intelligitur subiici uanitati, id est, istis rebus corporalibus, quæ sunt mutabilia, & caduca. Vnde dicitur vana, secundum illud Ecclesiast. 1. Vanitas uanitatum &

omnia vanitas. Subiicitur autem eis propter necessitatem præsentis vitæ, circa ea occupationem habens, non tamen volens, quia huiusmodi temporalia non amat, sicut illi contra quos dicitur in Psalm. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sed tamen huiusmodi vanitati subiicitur talis creatura propter eũ, id est, propter ordinationem Dei, qui *subiecit eam*, id est, hominẽ iustum huiusmodi sensibilibus creaturis, & tamen *In spe*, vt. s. quandoque a tali occupatione homo liberetur; *In resurrectione*. s. quando neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo. Matth. 22. Si vero intelligatur creatura ipsa humana natura, sic; *Est subiecta uanitati*, id est, passibilitati, secundum illud Psalm. 38. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Non tamen; *Volens*, quia talis vanitas est humanę naturæ in pœnam inflicta. Pœna autem est inuoluntaria, sicut & culpa voluntaria, sed tamen huiusmodi passionibus humana natura subiicitur; *Propter eum*, id est, propter sententiam Dei; *Qui subiecit eam*, scilicet humanam naturam defectibus: sed tamen; *In spe*. quandoque euadendi huiusmodi passiones. Esa. 28. Non in perpetuum triturans triturabit. Si autem intelligatur de creatura sensibili, sic talis creatura; *Subiecta est uanitati*, id est, mutabilitati; *Non volens*. Huiusmodi enim defectus, qui consequuntur mutabilitatem, sicut corruptio, & senium, & alia huiusmodi, sunt contra naturam particularem huius vel illius rei, cuius appetitus est ad conseruationem, licet sint secundum naturam vniuersalem. Sed nihilominus huiusmodi vanitati creatura sensibilis subiicitur; *Propter eum*. i. propter ordinationem Dei; *Qui subiecit eam in spe*, id est, in expectatione gloriosæ nouitatis, vt supra dictum est. Deinde cum dicit; *Quia & ipsa creatura &c.* ostendit terminum prædictæ expectationis. Non enim est vana eius expectatio vel spes; *Quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, per seruitutem corruptionis intelligitur cura quærendi victum & vestitum, & alia, quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quædam seruitus, a qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum Dei. Qui, quamuis nunc habeant libertatem iustitiæ, q̃ est a seruitute peccati, nondum tamen habent libertatem gloriæ, quæ est a seruitute miseriæ. Iob 39. Quis dimisit onagrum liberum? Si vero per creaturam intelligatur humana natura, ipsa; *Liberabitur a seruitute corruptionis*, id est, (ad literam) a passibilitate & corruptione, & hoc tendens in libertatem gloriæ filiorum Dei, quæ est non solum a culpa, sed etiã a morte, secundum illud 1. Corint. 15. Absorpta est mors in victoria. Si vero intelligatur de creatura sensibili, sic ipsa creatura; *Liberabitur a seruitute corruptionis*, id est, mutabilitatis: Quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio, vt Aug. dicit, & etiam Philosophus in 8. physic. & hoc in libertatem gloriæ filiorum Dei, quia hoc etiam libertati gloriæ filiorum Dei congruit, vt sicut ipsi sunt innouati, ita etiam eorum habitatio innouetur. Esa. 65. Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, id est, prior mutabilitas creaturæ. Dicit autem, *quia & ipsa, &c.* secundum primum sensum, ac si dicat: Non solum nos Apostoli, sed etiam alii iusti. In sensu autem secundo, non solum iusti, sed etiam ipsa humana natura, quæ in quibusdam nondum est renouata per gratiam. In tertio autem sensu, intelligendum est, ac si dicatur. Non solum homines, sed alia creatura. Deinde cum dicit; *Scimus enim &c.* ponit signum expectationis, dicens, Scimus enim nos apostoli per spiritum sanctum instructi, & etiam per experimentum; *Quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc*. Quod quidem si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatem. Primo quidem quantum ad hoc, quòd dicit; *Ingemiscit & parturit*, hoc enim conuenire videtur non nisi creaturæ rationali, sed potest sic exponi vt hoc quòd dicit; *Ingemiscit*, idem sit ei, quòd dixit; *Non volens*. In illis enim ingemiscimus, quæ nostræ voluntati repugnant. Sic ergo inquantum defectus creaturæ sensibilis sunt contra naturalem appetitum particularis naturę, dicitur ipsa creatura sensibilis ingemiscere. Quòd autem dicit; *Parturit*, idem est ei, q̃ supra dixerat. *Expectat*. nam parturitio est via ad prolem producendam. Secundum autem dubium est in hoc, q̃ dicit; *Omnis creatura*. quia sic etiam includerentur corpora cœlestia. Vnde & glosa dicit, quòd sol & luna, non sine labore statuta sibi implent spacia, sed exponendum est, vt labor accipiatur pro motu, sicut & requies quandoque accipitur pro cessatione ab opere, sicut Deus die septima requieuisse dicitur Genes. 1. Et secundum hoc, per gemitum intelligitur corruptio, quæ ammiscetur motui locali, prout. s. definit esse in hoc, vbi & incipit esse in alio. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio cœlestium corporũ, ad eorum innouationẽ. Si uero exponatur de hominibus, sic dicitur humana natura; *Omnis creatura*, quia participat cum omni creatura: cum spirituali quidẽ quãtum ad intellectum, cum animali quantum ad corporis animationem, cum corporali quantum ad corpus. Hæc ergo creatura, id est, homo; *Ingemiscit*, partim propter mala, quæ patitur, partim propter bona sperata, quæ differuntur. Thren. 1. Multi gemitus mei; *Parturit* autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ expectatæ. Prou. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Io. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. Psalm. 41. Ibi dolores vt parturientis. Dicit autem; *Vsque adhuc*. quia iste gemitus non est ablatus per nostram iustificationem, sed manet; *Vsque adhuc*, id est, vsque ad mortem, vel; *Vsque adhuc*, quia & si aliqui iam sint liberati, qui sunt in gloria, adhuc tamen nos sumus residui. Vel *Vsque adhuc*, quia non solum antiqui patres, qui fuerunt ante Christum, sed etiam adhuc tempore gratiæ eadem patimur. 2. Pet. 3. dicitur ex persona impiorum. Vbi est nunc promissio aut aduentus eius? Ex quo patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Est autem sciendum, q̃ quia creatura Dei potest dici omne illud, quod sub Deo est: aliqui voluerunt prædicta verba exponere de qualibet creatura, etiam de angelis sanctis: sed valde inconueniens est, vt ipsi dicantur vanitati subiecti, aut ingemiscere, & parturire: cum ipsi iam habeant gloriam eius, cuius similitudinem expectamus, secundum illud Matth. 22. Erunt sicut angeli Dei in cœlis: & ideo conuenientius secundum prædicta exponitur.

subiecit eam in spe, quia, & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

LECTIO V.

NON solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem

LECTIO QVINTA.

SVPRA ostendit Apostolus excellentiam futuræ gloriæ, ex expectatione creaturæ, nunc ostendit idem ex expectatione apostolorum. Non aũt põt esse paruum, quod a magnis viris expectatur tam anxie, Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Spe enim &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit dignitatem expectãtium, cum dicit; *Non solum autem illa*, scilicet creatura, expectat gloriam filiorum Dei; *Sed & nosipsi*, scilicet apostoli; *Habentes, primitias spiritus sancti*, quia. s. spiritum sanctum & tpe prius, & cæteris abundantius apostoli habuerunt, sicut & in fructibus terræ, illud quod primo ad maturitatem peruenit, est pinguius, & magis acceptum. Hier. 2. Sanctus Israel dño primitiæ frugum eius. Heb. 12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlestibus. Ex quo patet q̃ apostoli sunt oibus aliis sanctis, quacunq; prærogatiua præfulgeant, siue virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrii pferendi, tanquam abundantius spiritum sanctum habentes. Sed põt aliquis dicere, q̃ quidam alii sancti maiora tormenta sustinuerunt, & maiores austeritates propter Christum, quàm Apostoli. Sed sciendum est, q̃ magnitudo meriti principaliter, & respectu essentialis præmii, attenditur secundum charitatem. Consistit enim præmium essentiale, in gaudio quod habetur de Deo. Manifestum est autem, q̃ de Deo plus gaudebunt, qui plus amant. Vnde & illam visionem beatam, dominus suo dilecto promittit, dicens Io. 4. Si quis diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Sed secundum quantitatem operum, meretur homo præmium accidentale, quod est gaudium de talibus operibus. Apostoli ergo, illa opera, quæ fecerunt, ex maiori charitate fecerunt, ex qua habebant cor ad multa maiora facienda si fuisset oportunum. Si autem dicat aliquis, potest tantum quis conari, quòd habebit æqualem charitatem cum apostolis. Dicendum, quòd charitas hominis, non est a seipso, sed ex gratia Dei, quæ datur vnicuiq; secundum mensuram donationis Christi, vt dicitur Ephes. 4. Vnicuique autem dat gratiam proportionatam ei ad quod eligitur, sicut homini Christo data est excellentissima gratia, quia ad hoc est electus, vt eius natura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur, & post eum habuit maximam plenitudinem gratiæ beata Maria, quæ ad hoc est electa vt esset mater Christi. Inter cæteros autem ad maiorem dignitatem, sunt

sunt electi Apostoli, vt scilicet immediate ab ipso Christo accipientes, aliis traderent ea, quæ pertinent ad salutem: & sic in eis ecclesia quodammodo fundaretur, secundum illud Apocal. 21. Murus habebat fundamenta duodecim, & nomina apostolorum erant in eis scripta: & ideo dicitur. 1. Corinth. 12. Deus posuit in ecclesia, primum quidem apostolos. Et ideo, Deus eis abundãtiorem gratiam præ cæteris tribuit. Secundo, ponit anxietatem expectationis, cum dicit; *Et ipsi intra nos gemimus*. Qui quidem gemitus designat afflictionem ex dilatione rei, cum magno desiderio expectatæ, secundum illud Prouerbio. 12. Spes quæ differtur, affligit animam. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo. Iste autem gemitus, non est tam exterius, quàm interius, tum quia ex interiori cordis affectu procedit, tum quia est propter interiora bona: vnde signanter dicit; *Intra nos*. Thre. 1. Multi gemitus mei. Tertio ponit rem expectatam, dicens; *Adoptionem filiorum Dei expectantes*, id est, completionem huius adoptionis. Inchoata enim est huiusmodi adoptio per spiritum sanctum iustificantem animam. Supra eodem, Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Consummabitur autem per ipsius corporis glorificationem: vnde supra 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Et hoc est quòd subdit; *Redemptionem corporis nostri*, vt scilicet, sicut spiritus noster redemptus est a peccato, ita corpus nostrum redimatur a corruptione & morte. Oseæ 13. De morte redimam eos, Philip. 3. Reformabit corp' humilitatis nostræ. Deinde cũ dicit; *Spe enim, &c.* probat quod dixerat tali ratione: Spes est de his quæ non præsentialiter videntur, sed in futuro expectantur. Sed nos sumus salui facti per spem, ergo expectamus in futurum complementum salutis. Primo ergo ponit minorem dicens; *Nos enim Apostoli & caeteri fideles, spe salui facti sumus*, quia scilicet spem nostræ salutis habemus. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam. Psal. 61 Sperate in eum omnis congregatio populi. Secundo ponit maiorem, dicens; *Spes autem*, 1. res sperata, quæ videtur quasi præsentialiter habita, non est spes, id est, non est res sperata, sed habita. Spes enim est expectatio futuri. Soph. 8. Expecta me in die resurrectionis meæ in futurum. Tertio, ponit probationem maioris, dicens; *Nam quod videt quis, quid*, id est, cur sperat: quasi dicat? Spes importat motum animæ in aliquid non habitum tendentem. cum autem aliquid iam habetur, non est necessarium vt in id aliquis moueatur. Et est notandum, quòd quia spes ex fide quodammodo oritur, attribuit spei opus illud quod est fidei, scilicet esse de non visis, secundum illud Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium. Quarto, ponit conclusionem, dicens; *Si autem quod non videmus speramus*, sequitur quòd *per patientiam expectamus*. Vnde notandum est, quòd proprie patientia importat tolerantiam tribulationum cum quadam æquanimitate. Infra 12. In tribulatione patientes, quia vero dilatio boni habet quandam rationẽ mali, inde est, quòd etiam diutina expectatio bonorum absentium, cum tranquillitate animi attribuitur patientiæ, sed hæc maxime ad longanimitatem pertinent, secundum illud Iac. 5. Patientes estote fratres vsque ad aduentum domini. Vtroque autem modo patientia hic accipitur: quia apostoli expectabant æquanimiter gloriam, & cum dilatione & tribulatione. Deinde cum dicit; *Similiter autem &c.* ostendit quomodo per spiritum sanctum adiuuamur in defectibus vitæ præsentis. Et primo quantum ad completionem desideriorum. Secundo quantum ad directionem exteriorum euẽtuum ibi; *Scimus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi; *Nam quid oremus &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd per spiritum sanctum uiuificabuntur nostra mortalia corpora, quando auferetur a nobis nostra infirmitas. Similiter autem & in statu huius vitæ, in quo adhuc infirmitati subiicimur; *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram*, & si non totaliter eam tollat. Eze. 3. Spiritus quoq; eleuauit me, & assumpsit me: & abii amarus in indignatione spiritus mei, quasi infirmitate nondum totaliter cessante. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et in hoc spiritus me assumpsit. Matth. 26. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Deinde cum dicit; *Nam quid oremus &c.* manifestat quod dixerat. Et primo ostendit necessitatem auxilii spiritus, quod pertinet ad infirmitatem præsentis vitæ. Secundo ostendit modum auxilii, ibi; *Sed ipse spiritus &c.* Tertio, ostendit efficaciam auxilii, ibi; *Qui autem scrutatur &c.* Dicit ergo primo. Recte dico q̃, *spiritus adiuuat infirmitatem nostram*. Nam in hoc patimur infirmitatem, quòd nescimus quid oremus, sicut oportet. Iob. 3. Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris. Et est considerandum, quòd duo dicit nos Apostolus nescire, scilicet quid orando petamus, & modum quo petere oporteat: sed vtrumque videtur esse falsum. Nã primũ scimus quid oremus; quia hoc nos dominꝰ docuit Matth. 6. Sanctificet nomen tuũ, &c. Sed dicendum, q̃ in generali quidẽ possumus scire, quid conuenienter oremus, sed in speciali hoc non possumus scire. Primo quidem, quia si desideramus aliquod opus virtutis facere, quod est implere voluntatem Dei, sicut in cœlo & in terra, potest contingere, q̃ illud opus virtutis, non est huic vel illi congruum: sicut alicui qui vtiliter posset in actione proficere, non expedit contemplationis quies, & econuerso, vt Gregorius dicit in moralibus, super illud Iob. 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum: vnde dicitur Prou. 14. Est uia quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Secundo, aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ, quod est petere panem quotidianum, quod tamen sibi vertitur in periculum mortis. Multi enim propter diuitias perierunt. Ecclesiast. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Tertio, aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis, quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis: sicut Paulus petit amoueri a se stimulum, qui tamen erat ei datus, ne eum magnitudo reuelationum extolleret, vt dicitur 2. Corinth. 12. Similiter etiam videtur, quòd sciamus sicut nos oportet orare: secundum illud Iacob. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Et ad hoc dicendum, quòd in generali hoc scire possumus, sed speciali motu cordis nostri vsque quaque discernere non possumus, vt puta, vtrum petamus aliquid ex ira, vel ex zelo iustitiæ. Vnde & Matth. 10. Reprobata est petitio filiorum Zebedei, quia licet viderentur participationem diuinæ glorię postulare, tamen ex quadam uanagloria, seu elatione procedebat eorum petitio.

filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem, & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.

Lib. 6. mor. cap. 28.

Deinde cum dicit; *Sed ipse &c.* Ponit modum auxilii spiritus sancti dicens, quòd *ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Quod quidem videtur suffragari errori Arrii, & Macedonii, qui posuerunt spiritum sanctum esse creaturam, & minorem patre & filio: postulare enim est minoris: sed si ex eo, quòd dicit eum postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam, & patre minorem, consequens est etiam, quòd ex eo, q̃ dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam beatitudine carentem, quod nullus vnquam hereticus dixit. Nam gemitus ex dolore est, qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendum est; *Postulat*, id est postulantes nos facit, sicut & Gen. 22. Nunc cognoui, q̃ timeas dominum, id est, cognoscere feci. Facit autem spiritus sanctus nos postulare, inquantum in nobis, recta desideria causat. Nam postulatio, est quædam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis proueniunt, quam in nobis. s. facit. Supra 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Spiritu autem sancto dirigente, & instigante cor nostrum, & nostra desideria non possunt esse nisi nobis vtilia. Esaiæ. 48. Ego dominus docens te vtilia. & ideo subdit; *Pro nobis*. Eius autem quod multum desideramus, & desideranter petimus, dilationem cum dolore, & gemitibus patimur. & ideo subdit; *Gemitibus*, quos. s. in corde nostro causat, inquantum. s. nos facit cœlestia desiderare, quæ differuntur animæ. Iste est gemitus columbæ, quem spiritus sanctus in nobis facit. Nahum. 2. Minabantur gementes vt columbæ. Dicit autem; *Inenarrabilibus*: aut quia sunt propter rem inenarrabilem, scilicet cœlestem gloriam. 2. Corint. 12. Audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. Aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari non possunt, secundum q̃ a spiritu sancto procedunt. Iob. 38. Quis enarrabit cœlorum rationem? Deinde cum dicit: *Qui autem scrutatur &c.* ostendit efficaciam auxilij, quo spiritus sanctus nos adiuuat dicens. Qui autem scrutatur corda, id est, Deus cui proprium est corda scrutari. Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus. Dicitur autem Deus scrutari corda, non q̃ inquirendo occulta cordis cognoscat, sed quia manifeste scit ea, quæ in corde latent. Sophon. 1. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Deus inquam scrutans corda, scit, id est, approbat, ſm illud 2. Timo. 2. Nouit dominus, qui sunt eius

tex. c. 13.

eius; *Quid desideret spiritus*, id est, quid desiderare nos faciat, Psal.37. Domine ante te omne desiderium meum. Ideo autem desideria spiritus, quæ in sanctis facit spiritus sanctus, sunt Deo accepta: quia *Postulat pro sanctis*, id est postulare eos facit; *Secundum Deum*, id est; quod conuenit diuino beneplacito. Prou. 10. Desiderium iustorum omne bonũ: in cuius exemplum dominus patri dicebat. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Matth.26.

LECT. VI.

OSTENDIT supra Apostolus, quòd spiritus sanctus adiuuat nos in infirmitatibus pręsentis vitæ, quantum ad impletionem nostrorum desideriorum: hic ostendit, qualiter nos iuuat quantum ad exteriores euentus, dirigendo in bonum nostrum. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum ibi; *Nam quos praesciuit, &c.* Tertio, infert quãdã conclusionẽ ex dictis, ibi; *Quis ergo separabit nos, &c.* Circa primum duo consideranda occurrunt. Primo quidem magnitudo beneficii, quæ nobis a spiritu sancto confertur, ut. s. omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quicquid fit in mundo, etiam si malum sit, cedit in bonum vniuersi: quia vt Augustinus dicit in Enchi. Deus est adeo bonus, quòd nihil mali esse permitteret,
cap.11. nisi esset adeo potens, quòd ex quolibet malo, posset elicere aliquod bonum. Non autem semper cedit malum in bonum eius in quo est, quòd sicut corruptio unius animalis, cedit quidem in bonum vniuersi, inquantum per corruptionem unius generatur aliud, non tamen in bonum eius, quod corrumpitur: quia bonum vniuersi est a Deo volitum secundum se, & ad ipsum ordinantur omnes partes vniuersi. Et eadem ratio esse videtur circa ordinem nobilissimarum partium ad alias partes, quia malum aliarum partium, ordinatur in bonum nobilissimarum. Sed quicquid fit circa nobilissimas partes, non ordinatur nisi in bonum ipsarum: quia de eis propter se cura habetur, de aliis autem propter ipsas: sicut medicus infirmitatem pedis sustinet, vt curet caput. Inter omnes autem partes vniuersi excellunt sancti Dei, ad quorum quemlibet, pertinet quod dicitur Matt. 25. Super omnia bona sua constituet eum. Et ideo quicquid accidit, vel circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit: ita quòd verificatur quod dicitur Prou. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti: quia scilicet etiam mala peccatorum, in bonum iustorum credunt: vnde & Deus specialem curam de iustis habere dicitur, secundum illud Psalm.33. Oculi domini super iustos, inquantum. s. fic de eis curat, quòd nihil mali circa eos esse permittit, quod non in eorum bonum conuertat. Et hoc quidem manifestum est quantum ad mala pœnalia, quæ patiuntur: vnde in glosa dicitur, quòd ipsorum infirmitate exercetur humilitas afflictione, patientia, contradictione, sapientia, odio, beneuolentia: vnde 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiã, beati. Sed numquid etiam eis peccata cooperantur in bonum? Quidam dicunt, quòd peccata non continentur sub hoc, quòd dicit omnia: quia secundum Augustinum, peccatum nihil est,
In Ps. 68. & in lib. 7. conf.c.16. & nihil fiunt homines, cum peccant. Sed contra hoc est, quod in glosa sequitur. Vsque adeo talibus Deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui horum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, vnde & in Psal.36, dicitur, Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sed secundum hoc videtur, quòd semper tales in maiori charitate resurgant, quia bonum hominis in charitate consistit, quam si non habeat, Apostolus se nihil esse recognoscit. primæ. Corinth. 13. Sed dicendum est, quòd bonum hominis non solum consistit in quantitate charitatis, sed præcipue in ipsius perseuerantia vsque ad mortem, secundum illud Matthæi. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ex hoc autem, quòd iustus cadit, resurgit cautior & humilior. vnde in glo. subditur: postquam dixerat, quòd hoc ipsum faciat eis in bonum proficere: quia sibi humiliores redeunt, atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere: non quasi arrogando sibi, tanquam de sua uirtute fiduciam permanendi.

Secundo, oportet considerare, quibus hoc beneficium competat. Circa quod, primo atenditur aliquid ex parte hominis, cum dicit; *Diligentibus Deum*, Dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, vt habitum est supra secundo. Ipse autem spiritus sanctus est, qui nos dirigit in uiam rectam, vt dicitur in Psal.26. Vnde dicitur. 1. Petri. 3. Quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Et Psalm. 18. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et hoc rationabiliter: quia ut dicitur Prouerbio. 8. Ego diligentes me diligo. Diligere est bonum uelle dilecto: Dei autem velle est operari. Omnia enim quæcumq; uoluit, fecit, vt i ps.134 dicitur. Et ideo Deꝰ omnia conuertit in bonum his, qui eum diligunt. Secundo attenditur id quod est ex parte Dei, qui primo fideles ab æterno prędestinauit. Secundo ex tempore uocat. Tertio sanctificat, & hæc tria tangit, cum dicit; *His qui secundum propositum uocati sunt sancti.* 1. prædestinatis, uocatis & sanctificatis: vt propositum referatur ad prædestinationem, quæ secundum † Augustinum, est propositum miserendi. Ephe. 1. Prædestinati secundum propositum eius. Quòd dicit; *Vocati*, ad uocationem pertinet. Esa. 41. Vocauit eum ut sequeretur se. Quòd dicit; *Sancti*, ad sanctificationem: secundum illud Leuit. 21. Ego dominus, qui sanctifico. Hoc autem Apostolus se scire dicit ex persona sanctorum, dicens; *Scimus*, Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Procedit autem hæc scientia, tum ex experimento, tum etiam ex consideratione efficaciæ charitatis. Cantico. 8. Fortis est ut mors dilectio. Et etiam prædestinationis æternæ. Esa. 46. Omnis uoluntas mea implebitur, & omne consilium meum fiet. Deinde cum dicit; *Nam quos praesciuit? &c.* probat quod dixerat tali ratione. Nullus potest nocere his, quos Deus promouet, sed prædestinatos diligentes Deum Deus promouet. ergo nihil potest eis nocere. sed omnia cedunt eis in bonum. Primo ergo probat minorem, scilicet quòd eos Deus promoueat. Secundo maiorem, scilicet ꝙ promotis a Deo nihil potest esse nociuum, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit ea, quæ sunt ad promotionem sanctorum ab æterno. Secundo ea, quæ sunt ex tempore, ibi; *Quos autem praedestinauit, &c.* Ponit autem duo, circa primum, scilicet præscientiam & prædestinationem, cum dicit; *Nam quos praesciuit & praedestinauit.* Dicunt autem quidam, quòd prædestinatio hic accipitur pro præparatione, quæ est in tempore, qua scilicet Deus præparat sanctos ad gratiam. & hoc dicunt ad distinguendum præscientiam a prædestinatione. Sed si recte consideretur, vtrum que est æternum, & differunt ratione. Nam sicut dictum est supra primo super illud. Qui prædestinatus est, prædestinatio importat pręordinationem quandam in animo eorum, quæ quis est facturus. Ab æterno autem Deus prædestinauit beneficia, quæ sanctis suis erat daturus. Vnde prædestinatio est æterna. Differt autem a præscientia secundum rationem, quia præscientia importat solam notitiam futurorum: sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. Et ideo Deus habet præscientiam etiam de peccatis: sed prædestinatio est de bonis salutaribus. Vnde Apostolus ad Ephe. 1. dicit, Prædestinati ꝛm ꝓpositum eius, ut simus in laudem &c. Circa ordinẽ aũt ꝓscientię, & prædestinationis dicunt quidam, ꝙ præscientia meritorum bonorum, & malorum, est rõ ꝓdestinationis, & repbationis, ut. s. intelligatur, ꝙ Deus ꝓdestinet aliquos, quia præscit eos bene operaturos, & in Xpm crediturros. Et ꝛm hoc, litera sic legitur; *Quos praesciuit conformes fieri imaginis filii eius, hos praedestinauit.* Et hoc quidem rationabiliter diceretur, si prædestinatio respiceret tantum vitam æternam, quæ datur meritis: sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno diuinitus ꝓparatum: vnde eadem rõne oia beneficia, quæ nobis confert ex tpe, pręparauit nobis ab æterno. Vnde ponere, quòd aliquod meritum ex parte nostra pręsupponatur, cuius pręscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud quàm gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quod principiũ bonorum operum est ex nobis, & consumatio est ex Deo. vnde conuenientius sic ordinatur litera. Quos præsciuit, hos & prædestinauit fieri conformes imaginis filii sui. Vt ista conformitas non sit ratio prædestinationis, sed terminus uel effectus. Dicit enim Apostolus Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei. Nihil enim aliud est adoptio filiorum, quàm illa conformitas. Ille enim, qui adoptatur in filium Dei, conformatur uerofilio eius. Primo quidem in iure participandæ hęreditatis, sicut supra eodem dictum est, Si filii, & hæredes,

LECTIO VI.

CIMVS autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædedinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum, Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit?

hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Secundo in participatione splendoris ipsius. Ipse enim est genitus a patre tanquam splendor gloriæ eius. Heb. 1. Vnde per hoc, quòd sanctos illuminat de lumine sapientiæ, & gratiæ, facit eos fieri conformes sibi. vnde in Psalm. 119. dicitur, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te, id est, Profundentem omnem splendorem sanctorum. Quòd autem dicit; *Imaginis filii eius*: potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt sit constructio appositiua, vt sit sensus, conformes imaginis filii eius, qui est imago. Col. 1. Est imago inuisibilis Dei. Alio modo potest intelligi, vt sit constructio transitiua, ut sit sensus, Prædestinauit nos fieri conformes filio suo in hoc, quòd portemus eius imaginem. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis. Dicit autem; *Quos praesciuit, & praedestinauit*: non quia omnes præscitos prædestinet, sed quia eos prædestinare non poterat, nisi pręsciret. Hierem. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te. Quid autem ex hac prædestinatione sequatur, subtungit; *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus*. Sicut enim Deus suam naturalem bonitatem voluit aliis communicare, participando eis similitudinem suæ bonitatis, vt non solum sit bonus, sed etiam auctor bonorum: ita filius Dei voluit conformitatem suæ filiationis aliis communicare, vt non solum sit ipse filius, sed etiam primogenitus filiorum. Et sic, qui per generationem æternam est vnigenitus, secundum illud Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, secundum collationem gratiæ; *Sit primogenitus in multis fratribus*: Apoc. 1. Qui est primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Habet igitur Christus nos fratres, tum quia nobis similitudinem filiationis communicauit, sicut hic dicitur: tum quia similitudinem nostræ naturæ assumpsit, secundum illud Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari.

Deinde cum dicit; *Quos autem praedestinauit &c.* ponit ea quę ex parte sancti diuinitus consequuntur. Et primo ponit vocationem cum dicit; *Quos praedestinauit, hos & vocauit*. Prædestinatio, utem eius irrita esse non potest, secundum illud Esa. 14. Iurauit dominus exercituum, dicens. Si non vt putaui ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet. Primum autem in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quę quidem est duplex, vna exterior, quæ fit ore prædicatoris. Prouer. 9. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo Deus vocauit Petrum & Andream, vt dicitur Matthæi quarto. Alia vero vocatio est interior, quæ nihil aliud est, quàm quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur a Deo ad assentiendũ his, quæ sunt fidei vel virtutis. Esaiæ 41. Quis suscitauit ab oriente iustum & vocauit eum vt sequeretur se? Et hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad Deum conuerteret, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Ioannis 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ? Threnorum quinto. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et etiam hęc vocatio est efficax in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. Ioannis 6. Omnis qui audiuit a patre meo & didicit, venit ad me. Vnde secundo ponit iustificationem, cum dicit; *Quos vocauit, hos & iustificauit*, scilicet gratiam infundendo. supra tertio. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hæc autem iustificatio, & si in aliquibus frustretur, quia non perseuerant vsque ad finem, in prędestinatis tamen nunquam frustratur, vnde tertio ponit magnificationem cum subdit; *Hos & magnificauit*, Et hoc dupliciter scilicet vno quidem modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Sapient. vlt. In omnibus domine magnificasti populum tuum & honorasti. Ponit autem præteritum pro futuro si intelligatur de magnificatione gloriæ, vel propter certitudinem futuri: vel quia quod in quibusdam est futurum, in aliis est completũ. Deinde cum dicit; *Quid ergo dicemus &c.* manifestat maiorem, scilicet quòd promotis a Deo nullus potest nocere. Et primo ostendit quòd non possint pati detrimentum per malum pœnæ, secundo quòd nec per malum culpæ, ibi; *Quis accusabit &c.* Malum pœnæ est duplex. Vnum quidem consistit in illatione malorum, aliud in subtractione bonorum. Primo ostendit ꝙ illi, qui promouentur a Deo, non patiuntur detrimentum per conatum alicuius persequentis, dicens; *Quid ergo dicemus?* quasi dicat. Cum tot bona Deus suis electis pręstet, quid potest dici contra hæc, vt scilicet prædicta Dei beneficia annullentur? quasi diceret, nihil. Prouerb. 21. Non est sapientia, & non est prudentia, & non est consilium contra dominum. Vel quid dicemus ad hæc? scilicet aspicientes: oportet nos obstupescere. Abac. 3. secundum aliam literam. Consideraui opera tua, & expaui; *Vel quid dicemus ad haec?* id est, quid poterimus Deo retribuere tot beneficiis dignum? Psalm. 115. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et subiungit; *Si Deus pro nobis est*, scilicet prædestinando, vocando, iustificando, & magnificando; *Quis contra nos?* scilicet, esse poterit efficaciter? Esa. 5. Stemus simul, quis est aduersarius meus? Iob 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Secundo ostendit, quòd sancti Dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum, dicens; *Qui etiam proprio filio non pepercit*. Cum autem supra de multis filiis mentionem fecisset, dicens, Accepistis spiritum adoptionis filiorum, ab omnibus illis hunc filium separat, dicens; *Proprio filio suo*, idest non adoptato, ut hæretici mentiuntur, sed naturali & coæterno 1. Io. vlti. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo, de quo pater dicit Matthæi 3. Hic est filius meus dilectus. Quòd autem dicit, *Non pepercit*, intelligendum est, quòd eum a pœna non eximit. Nam culpa in eo non fuit, cui parci potuisset. Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum. Non tamen Deus pater filio suo non pepercit, ut ei aliquid accresceret, qui est per omnia Deus perfectus, sed propter nostram utilitatem eum passioni subiecit. Et hoc est quod subdit; *Sed pro nobis omnibus tradidit illum*, idest exposuit eum passioni pro expiatione peccatorum nostrorum. supra. 4. Traditus est propter delicta nostra. Esaiæ. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Tradidit eum Deus pater in mortem, eum incarnati, & pati statuendo, & humanæ eius voluntati inspirando charitatis affectum, qua passionem spontaneus subiret. Vnde ipse seipsum tradidisse dicitur. Eph. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Tradidit etiam eum Iudas, & Iudæi exterius aliquid operando, ut supra. 5. habitum est.

Est autem notandum quod dicit; *Qui etiam proprio &c.* Quasi dicat. Non solum alios sanctos pro salute hominum tribulationi exposuit, secundum illud Osææ 6. Propter hoc dolaui in prophetis. 2. Corint. 1. Cum tribulamur pro vestra exhortatione & salute; sed etiam proprium filium suum. In ipso autem filio Dei omnia existunt, sicut in primordiali & pręoperatiua causa. Colloss. 1. Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis, omnia sunt data nobis, vnde subdit; *Quomodo non etiam cum illo*, scilicet dato nobis, *Omnia donauit* nobis: ut scilicet omnia cedant in bonum nostrum, superiora quidem scilicet diuinæ personæ ad fruendum, rationales spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solum prospera, sed etiam aduersa. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei: vnde patet quòd sicut in Psalm. dicitur, Nihil deest timentibus eum.

LECTIO VII.

QVIS accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum,

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM Apostolus ostẽdit, quòd sancti, quos Deus promouet, nullum detrimentum pati possunt, quasi a malo pœnæ: hic ostẽdit, quòd nullum detrimẽtum pati possunt, quasi a malo culpæ. Et primo ostendit propositum. Secundo excludit quandam obuiationem, ibi; *Christus Iesus &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliquis propter culpam læditur a duobus. Primo quidem ab accusatione: secundo a iudice condemnante. Primo ergo ostendit, quòd nulla accusatio possit esse sanctis Dei nociua: & hoc ratione diuinæ electionis Qui enim aliquem eligit ex hoc ipso eum approbare uidetur. Sancti autem sunt electi a Deo. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Qui autem accusat, improbat eum quem accusat. Non autem ualet alicuius accusatio contra Dei approbationem. Et ideo dicit; *Quis accusabit*, scilicet efficaciter; *aduersus electos*, id est, aduersus quos Deus elegit, ut sint sancti. vnde dicitur Apoca. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundo ostendit, quòd nullius accusatio potest esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio Dei beneficio, quo scilicet Deus nos iustificat: quod quidem beneficium præmittit, dicens; *Deus*, scilicet *est qui iustificat*, secundum illud quod supra dictum est, Quos uocauit hos & iustificauit. 1. Corinth. 6. Sed iustificati estis. Condemnatio autem contra iniustos locum habet; *Quis est ergo qui condemnet?* iustificatos a Deo? Iob. 34. Ipso concedente pacem, quis est qui

condemnet? Deinde cum dicit; *Christus Iesus*, excludit obuiationem. Posset aliquis timere, ne a Christo Iesu aliquis accusaretur, & condemnaretur tanquam transgressor mandati ipsius Christi, sicut & de Moyse dominus dicit Ioan. 5. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Et quòd etiam ab ipso condemnaretur, eo quòd ipse est constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum: vt dicitur Act. 10. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. Corinth. 2. Qui peccatum non fecit, & ideo idoneus videtur ad accusandũ & condemnandum, secundum illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et ideo dicit; *Christus Iesus*, quasi diceret. Numquid Christus Iesus accusabit aduersus electos Dei, vel etiam eos condemnabit? Et ostendit quòd non: quia etiam ipse secundum humanitatem suam magna beneficia sanctis confert: sicut & secundum suam diuinitatem. Et ponit quatuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidem mortem, cum dicit; *Qui mortuus est*, scilicet pro nostra salute. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo, resurrectionem per quam scilicet nos viuificat, & nunc vita spirituali, & tandem vita corporali. Vnde subdit, *Qui & resurrexit*. vt supra. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Addit autem; *Immo*, quia potius est nunc commemorandus ex virtute resurrectionis, quàm ex infirmitate passionis. 2. Corint. vlti. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit ex virtute Dei. Tertio, ipsam patris confessionem cũ dicit; *Qui est a dextris Dei*, id est, in æqualitate Dei patris secũdum naturam diuinam, & in potioribus boni, eius secundum naturam humanam. Et hoc etiam est ad gloriam nostram, quia vt dicitur Ephe. 2. Consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Inquantum enim nos membra eius sumus, nos in ipso Deo patri consedemus. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Quarto, interpellationẽ eius cum dicit, *Qui etiam interpellat pro nobis*, quasi aduocatus noster existens. 1. Ioannis. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Ad officium aduocati pertinet, non quòd accuset vel condemnet, sed magis accusatorem repellat, & condemnationem impediat. Dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter. Vno modo pro nobis orando, secundum illud Ioannis. 17. Non pro his rogo tantum scilicet apostolis, sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me. Nunc autem eius interpellatio pro nobis est voluntas ipsius de nostra salute. Ioannis. 17. Volo vt vbi sum ego & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis, humanitatem pro nobis assumptam: & mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando. Hebr. 6. Introiuit in ipsum cœlũ, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eũ. qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Deinde cum dicit; *Quis ergo nos separabit, &c.* infert conclusionem ex dictis. Et quia hæc conclusio quasi incredibilis videtur inexpertis, proponit eam per modum quæstionis, vnde tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo, ostendit necessitatem quæstionis propositæ, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Tertio ponit solutionem, ibi; *In his omnibus &c.* Potest autem hæc quæstio ex præmissis duplici ratione concludi. Primo quidem sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata, & tam efficacia, vt nullus contra ea possit. Omnia autem prædicta beneficia ad hoc tendunt: vt nos simus in charitate radicati & fundati. vt dicitur Ephe. 3. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? qua scilicet Christum diligimus & proximum, secundum quod ipse præcepit. Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis &c. Alio modo sic. Dictum est, quòd magna beneficia Deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione adeo charitas Christi in cordibus nostris feruet, quod nihil eam extinguere potest. Cantico. vlti. Aquæ multæ, non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autem mala, per quorum passionem aliquis cogi posset, vt charitatem Christi desereret. Et primo ponit ea quæ pertinent ad vitam. Secundo, id quod pertinet ad mortem. Circa vero ea, quæ in uita imminent sustinenda; primo ponit mala præsentia, secundo futura, Circa præsentia uero primo, ponit ea, quæ pertinent ad tolerantiam malorum. Secundo ea quæ pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa, considerari possunt dupliciter. Vno modo, secundum quòd sunt in patiente, qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundum corpus. Et ad hoc pertinet tribulatio. Dicitur enim a tribulis, quæ sunt herbæ pungitiuæ, Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur, cum F exterius pungitur. Nec tamen propter hoc iusti vincuntur. Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos dominus. Affligitur etiam homo ab eis per interiorem anxietatem cordis; dum scilicet aliquis non uidet quò diuertat, vel quomodo euadat. Et quantum ad hoc subdit; *An angustia*: Danie. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Alio mõ huiusmodi mala considerari possunt, secundum ꝙ sunt in agente. Et quãtum ad hoc subdit; *An persecutio*? Quamuis enim persecutio ad hoc proprie pertinere videatur, quòd aliquis alium G persequitur effugando, secundum illud Matthæi. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, tamen communiter persecutio accipi potest pro inflictione cuiuslibet nocumenti. Psalm. 118. Multi qui persequuntur me tribulant me. Deinde ponit mala, quæ pertinent ad subtractionem bonorum, quæ sunt necessaria vitæ, scilicet cibus & uestimenta, secundum illud. 1. Timot. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ad subtractionem autem cibi pertinet fames. vnde subdit; *An fames*? Ad subtractionem autem vestitus pertinet nuditas. Vnde subdit; *An nuditas*? 1. Cor. 4. Vsq; in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, Quantũ ad mala futura subdit; *An periculum*? scilicet imminens in futurum. 2. Corin. 12. Periculis fluminum, periculis latronum. Quantum autem ad mortem, subdit; *An gladius*? Hebræorum undecimo, In occisione gladii mortui sunt. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est, &c.* ostendit huius quæstionis ne- H cessitatem per hoc, quòd dicit, quòd sanctis omnia ista imminebant patienda, propter Christi charitatem. Et inducit uerba Psalmistæ, quasi in persona martyrum proposita. In quibus, primo ponit causam passionis. Martyrem enim non facit pœna, sed causa, ut dicit Aug. † Vnde dicit *propter te* Mat. 10. Qui perdiderit animam suam, id est, uitam propter me, inueniet eam. Epĩa. 61. 161. 1. Pet. 4. Nemo uestrum patiatur ut fur, aut homicida. Si autem ut Christianus, non erubescat. Patitur etiam propter Christum, non solum, qui patitur propter fidem Christi, sed etiam qui patitur pro quocunque iustitiæ opere pro amore Christi. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secundo, ponit grauitatem passionis, cum dicit; *Mortificamur*, id est, morti tradimur. Hester. 7. Traditi sumus ego, & populus meus ut conteramur, & iugulemur, & pereamus. Tertio, continuitatem persecutionis, cum dicit; *Tota die*, id est, per totum tempus uitæ. 2. Corin. 4. Semper I nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum. Quarto promptitudinem persequentium ad occidendum cum dicit; *Æstimati sumus ut oues occisionis*, id est, deputatæ ut occidantur in macello, quæ cum studio occiduntur. Ita & sancti ex proposito & cum studio occidebantur. Io. 16. Venit hora ut omnis, qui interficit uos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Zach. 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant, occidebant. Deinde cum dicit; *Sed in his omnibus*, soluit quæstionem. Et primo proponit solutionem, dicens; *Sed in his omnibus*, scilicet malis, quæ supra posui; *Superamus*, dum scilicet circa omnia illibatam charitatem seruamus. Sapien. 10. Certamen forte dedit illi ut uinceret. Et hoc non nostra uirtute, sed per auxilium Christi: unde subdit; *Propter eum qui dilexit nos*, id est, propter eius auxilium, uel propter affectum, quem ad eum habemus, non quasi nos primo dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ut dicitur. 1. Io. 4. & 1. Corin. K 15. Gratias Deo, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. Secundo ibi; *Certus sum*. manifestat solutionem, ostẽdens inseparabilem esse sanctorum charitatem. Et primo, ostendit, quòd non potest separari a creaturis, quę sunt. Secundo, quòd nec etiam a creaturis, quæ non sunt, sed esse possent, ibi; *Neque creatura alia*. Circa primum duo facit. Primo ponit ea, quæ sunt in homine, dicens; *Certus sum enim, quia neque mors*, quæ est præcipuum inter terribilia; *Neque uita*, quæ est præcipuum inter appetibilia, scilicet *Poterit nos separare a charitate Dei*. Infra. 14. Siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. In his autem duobus includuntur omnia, quæ supra posuit. Nam sex præcedentia pertinent ad uitam. Vnum autem, scilicet gladius, pertinet ad mortem, ut supra dictum est. Deinde ponit ea quæ sunt exterius, inter quæ primo ponit spirituales creaturas, dicens; *Neque angeli*, qui scilicet sunt minores deputati ad custodiam hominum singulorum. Psalm. 90. Angelis suis mandauit de te; *Neque principatus*, scilicet qui sunt deputati ad custodiam; *Gentium*. Danie. 10. Nunc reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum. Cum enim egrederer apparuit princeps Græcorum veniens, & nemo est adiutor meus, nisi Michael noster princeps. Addit autem; *Neque virtutes*, qui est supremus ordo ministrãtium. Luc. 21. Virtutes cœlorum mouebuntur. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis, qui contra sanctos decertant. Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et secundum hoc, vt Chrysostomus dicit in lib. de compunctione cordis, De cóp. li. i. hoc dicebat: non ꝙ angeli affectare possent aliquando eum a Christo separare, sed etiam ea quæ sunt impossibilia: verbi grãtia, fieri posse dixit magis quàm se ab amore Christi seiungi: vt per hoc quanta in eo vis esset diuinæ charitatis ostenderet, atque omnibus ante oculos poneret. hic enim amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere nequeant: sed necessariis suis & charis afferunt, & ꝓdunt & flãmas suas infra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi, amoris sui solatium capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic eximius amator Christi, omnia quę sunt & quę erũt; quæq; accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul vno sermone complectitur. Et simile est quod dicitur Galat. 1. Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizaui vobis, anathema sit. Deinde posuit etiam creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatem ponit. Primo quidem secundum tempus, quo diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit; *Neque instantia*. i. præsentia siue dolorem, siue delectationem inferant. 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis ea quæ videntur. Addit autem; *Neque futura*: quorum nec timor, nec desiderium potest nos separare a Christo. Vnde dicebat Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu. Deinde ponit diuersitatem sensibilium creaturarum ex parte magnitudinis: & primo tangit magnitudinem virtutis cum dicit; *Neque fortitudo*, id est neque quæcunque creatura fortis, potest me separare a Christo, puta fortis ignis, aut fortis aqua, quia vt Canti. 8. dicitur, Fortis est vt mors dilectio. Deinde ponit magnitudinem dilectionis describens eam secundum ea, quæ proprie conueniunt corporibus. s. altum & profundum. Vnde dicit; *Neque altitudo*, ex qua. s. aliquis mihi minaretur præcipitium: sicut dicitur Luc. 4. Quòd duxerunt Iesum vsque ad supercilium montis vt præcipitarent eum; *Neque profundum*, in quo aliquis submersionem minaretur. Psal. 68. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hæc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim aliquis homo posset a Deo aliquem auertere. Vno quidem modo cogendo per fortitudinem. Sed sicut dicitur. 1. Regum. 2. Non est fortis sicut Deus noster, Secundo, stupefaciendo per altitudinem authoritatis: sed de eo dicitur in Psal. 62. Tu solus altissimus super omnem terram. Tertio seducendo per profundum sapientiæ, sed de eo dicitur Iob 11. Profundior inferno: & vnde cognosces? Possunt etiam hæc duo, altitudo, & profundum, ad prospera & aduersa referri, secundum illud. 2. Corint. 6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, vel secundum Chryso. in libro de compunctione cordis, qui ait. De comp. lib. 1. Altitudo & profundum non mihi aliud indicare videntur, quàm regnum cœlorum & gehennam. Quasi dicat. Nec si a regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trahi pro Christo, nec hoc mihi quidem metuendum est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, sed possunt esse, subdit; *Neque creatura alia*: quod vtique secundum ibidem. Chrysos. de his dicitur, quæ non sunt, quasi illi non sufficiant omnia quæ sunt, sed illa quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certamen, Nihil, inquit, istorum; *Poterit nos separare a charitate Dei*. 1. Corith. 13. Charitas nunquam excidit; *Quae quidem charitas Dei; est in Christo Iesu domino nostro*, quia. s. per eum data est nobis inquantum spiritum sanctum nobis dedit. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Sed cum scriptum sit Eccle. 9. Nescit homo vtrum amore uel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: quid est hoc, quòd dicit se esse certum, quòd nihil possit eum a charitate separare? Ad quod dici potest, quòd Apostolus non loquitur singulariter de seipso: sed loquitur in persona omnium prædestinatorum, de quibus propter certitudinem prædestinationis annuntiat, quòd nihil eos a charitate pos- A sit separaee. Potest etiam ista certitudo causari ex uirtute charitatis, quæ quantum in se est, ab aliquibus non potest separari, cum Deum super omnia diligant. Quod autem aliquis interdum a charitate recedat, non est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbitrii. Si autem Paulus hoc dicit de seipso, de hoc certus esse nõ poterat, nisi forte per reuelationem: quia dictũ est ei. Sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12. Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrii, ipse alibi dicit primæ ad Corinthios. 9. Ne B forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAP. IX. LEC. I.

VEritatem dico in Christo, non mentior: testimonium perhibente cõscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legisla-

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS supra necessitatem, & uirtutem gratiæ demonstrauit, hic incipit agere de origine gratiæ, vtrum ex sola Dei electione detur, aut detur ex meritis præcedentiũ operum, occasione accepta ex eo, quòd Iudæi, qui videbantur diuinis obsequiis mancipati, exciderant a gratia. Gentiles autem ad eam erant admissi, qui prius fuerant a Deo alieni. Primo igitur agit de electione Gentium. Secundo de casu Iudæorum, cap. 10. *Fratres uoluntas quidem cordis mei, &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorat dignitatem Iudæorum. Secundo, ostendit, quomodo Gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti, ibi; *Non autem, quod exciderit*. Circa primum duo facit. Primo Apostolus ostendit affectum suum ad gentem Iudæorum, ne ea, quę contra eos dixit vel dicturus est, ex odio C dicere videatur. Secundo, eorum dignitatem ostendit, ibi; *Qui sunt Israelitae &c.* Circa primum duo facit. Primo confirmat ea, quæ dicturus est, secundo demonstrat suum affectum, ibi; *Quoniam mihi tristitia*. Circa primum duo facit. Primo confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens; *Veritatem dico*, quod maxime conuenit prædicatori, qui est testis veritatis. Prou. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. Zach. 8. Pacem & veritatem diligite. Et quia quandoque aliquis ueritati, quam loquitur aliquod mendacium interserit, ad hoc excludendum subdit; *Non mentior*. Ephe. 4. Deponentes mendacium loquimini ueritatem. Secundo, confirmat quæ dicenda sunt per iuramentum, quę est quædam confirmatio per testimonium infallibilis ueritatis. Tales autem sunt testes sanctorum. Primo quidem Deus, secundum Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus. Et ideo dicit; *In Christo Iesu*, id est, per Christum Iesum, qui est ueritas absque mendacio. 2. Corint. 1. Dei enim filius, qui prædicatus est in uobis, non fuit in illo, est, & D non. Secundo testis infallibilis sanctorum est eorum conscientia; unde subdit; *Testimonium perhibente mihi conscientia mea*, 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et quia interdum conscientia errat, nisi per spiritum sanctum rectificetur, subdit; *In spiritu sancto*, supra octauo. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro. Deinde cum dicit; *Quoniam tristitia, &c.* ostendit suum affectum ad Iudæos per dolorem, quem de eorum casu patiebatur, quem quidem primo exponit. Secundo eius signum ponit, cum dicit; *Optabam, &c.* Exaggerat autem suum dolorem tripliciter. Primo quidem ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristitia est magna, quia scilicet est de magno malo. i. de excidio tantæ gentis. Treno. 2. Magna est uelut mare contritio tua.

Sed contra hoc uidetur esse, quod dicitur Eccl. 30. Tristitiam non des animæ tuæ, quod uidetur sententię Stoicorum consonare, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebant. E Cum enim tristitia sit de malo præsenti: non potest sapienti competere, cui nullum malum est pręsens. Non enim æstimabant aliquid esse bonum nisi honestum, & malum nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur, dupliciter. Primo quidem quia corporales defectus, licet non sint simpliciter mala, quibus scilicet homines fiant mali, sunt tamen quædam mala, quæ natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus legitur; Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundo, cum ex charitate homo debet suum diligere proximum, sicut seipsum, imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi, sicut de peccato sui ipsius, unde Apostolus dicit. 2. Corin. 12. Et lugeam multos ex eis, qui peccauerunt. Sic igitur reprobatur sæculi tristitia, quæ mortem operatur, procedens ex amore sæculi: sed tristitia, quæ est secundum Deum, vtpote ex diuina charitate procedens, salutem operatur, ut dicitur. 2. Cor. 7. Et talis fuit ista tristitia. Secundo, exaggerat eam

eam ex continuitate, vnde subdit; *Et continuus dolor*. Non quòd continuo actu doleret, sed secundum habitum. Hier. 9. vt plorem die, ac nocte interfectos populi mei. Tertio exaggerat eam ex sui veritate, & dicit; *Cordi meo*. non enim erat superficialis, sed in corde radicata. Thren. 1. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Deinde cum dicit; *Optabam enim &c.* ponit signum doloris, dicens; *Optabam enim ego ipse*, qui tam feruens sum in charitate Christi, vt supra ostensum est; *Anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Vbi primo sciendum est, quod anathema est Græcum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis quod est positio, vt dicatur anathema quasi sursum positum: quia scilicet cum capiebatur aliquid in præda, quod nolebant esse in usu hominum suspendebant illud in templo. Et inoleuit usque adhuc, vt ea quæ sunt separata ab hominum communi usu, anathemata vocarentur. vnde Iosue 6. dicitur, Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt, domino. Dicit ergo, Optabam ego ipse anathema esse a Christo, id est, separatus ab eo. quod quidem fit dupliciter. Vno modo per culpam, per quam aliquis a charitate Christi separatur, eius præceptum non seruans. Io. 14. Si diligitis me, mandata mea seruare. Sic autem Apostolus non poterat optare esse anathema a Christo p o quacunq; causa, vt ex supradictis in 8. cap. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis, quo quis tenetur Deum super omnia diligere, & salutem suam plusquam salutem aliorum. Et ideo non dicit; *Opto*, sed *optabam*, scilicet, tempore infidelitatis, sed secundum hoc, nihil magnum dicit Apostolus: quia tũc etiam propter se uolebat esse separatus a Christo. Vnde & quædam glossa exponit, quod dicit; Tristitia magna est mihi: de tristitia qua dolebat de præterito statu peccati, in quo a Christo voluerat esse separatus. Alio modo potest aliquis esse separatus a Christo, id est a fruitione Christi, quæ habetur in gloria. Sic autem separari a Christo uolebat Apostolus pro salute gentilium, nedum pro conuersione Iudæorum, secundum illud Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse multo melius: permanere in carne necessarium propter vos. Et hoc modo dicebat; *Optabam*, scilicet si fieri posset; *Anathema esse*, id est, separatus a gloria, nei simpliciter, vel ad tempus propter honorem Christi, qui est ex conuersione Iudæorum, secundum illud Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chrysosto. in libro de compunctione cordis, Ita totam eius mentem deuicit amor, ut etiam eo, quod præ cæteris omnibus amabilius erat esse cum Christo rursum idipsum, quia ita placeret Christo, contemneret, sed & cœlorum regna, quod videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur. Et cautam tanti effectus ostendit, subdens; Pro *fratribus meis*. Vnde Eccle. 25. dicitur, quòd tria sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrũ &c. Et ne hoc intelligeretur de his, qui erant spiritualiter in Christo fratres, secundum illud Matth. 23. Omnes vos fratres estis, subiungit; *Qui sunt cognati mei secundum carnem*. 2. Cor. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Deinde cum dicit; *Qui sunt Israelitæ*. ostendit dignitatem Iudæorum, ut eius tristitia uideretur esse rationabilis propter pristinam dignitatem populi peremtis. Propensius enim est malum, dignitatem perdidisse, quàm numquam habuisse, vt dicit glosa, & non solum ex affectu carnali procedens. Ostendit autem eorum dignitatem tripliciter. Primo quidem quantum ad suam gentem, cum dicit; *Qui sunt Israelitae*, id est, a genere Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32. & 2. Corinth. 11. Israelitæ sunt & ego. Et hoc ad dignitatam pertinet. Dicitur emm Deut. 4. Non est alia natio tam grandis &c. Secundo ostendit dignitatem illius gentis ex Dei beneficiis, inter quę primo ponit spiritualia beneficia, quorum vnum respicit præsens. Et quantum ad hoc dicit; *Quorum est adoptio filiorum Dei*. vnde dicitur Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Et hoc quidem dicitur quantum ad spirituales uiros, qui fuerunt in illo populo. Quantum ad carnales uero supra. 8. innuit, quòd acceperuut spiritum seruitutis in timore. Aliud uero beneficium ponit, quod respicit futurum, cum dicit; Et *gloria* scilicet filiorum Dei eis repromissa. In cuius signum legitur Exod. ulti. Quòd gloria domini implcuit tabernaculum.

De. comp. cor. lib. 1.

Deinde ponit alia beneficia figuralia, quorum tria sunt figura præsentis spiritualis beneficii. Et horum primum est testamentum, id est pactum circumcisionis Abrahæ datum, vt dicitur Gene. 17. Quamuis hoc possit referri ad testamentum

tio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

F nouum, quod primo Iudæis est prædicatum. Vnde & dominus dicebat Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israeal. Et Hierem. 31. dicitur, Feriam domui Israel fœdus nouum. Secundum est lex data Moysi. Vnde & subdit; Legislatio. Eccle. 24. Legem mandauit nobis Moyses. Tertium est cultus diuinus, cum dicit; *Et obsequium*, quo scilicet Deo seruiebant, omnibus aliis gentibus seruientibus idolis. Esa. 44. Et nunc audi serue me' Iacob,

Lectio II.

NON autem quòd exciderit uerbum Dei. Non enim omnes, qui ex circ-

& Israel, quem elegi. Deinde ponit id, quod pertinet ad futuram gloriam, cum dicit; *Et promissa*. Promissiones enim G factæ in veteri testamento impletæ per Christum, Iudæis præcipue factæ uidentur. Vnde dicitur infra 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum &c. Fuerunt autem eis multæ promissiones factę de bonis terrenis, vt patet Leui. 26. & Deut. 18. Sed per illa temporalia bona, spiritualia figurabantur. Tertio autem describit dignitatem Iudæorum ex origine, cum dicit; *Quorum patres*. quia scilicet secundum carnem sunt progeniti ab illis patribus, qui fuerunt maxime Deo accepti. Deut. 4. Dilexi patres tuos, & elegi semen eorum. Oseæ. 9. Quasi prima poma ficulneæ eius vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatem eorum ex prole, cum dicit; Ex *quibus est Christus secundum carnem*. sicut ipse dicit Ioan. 4. Salus ex Iudeis est. Et ne hoc parum videatur, ostendit Christi dignitatem, dicens; *Qui est super omnia Deus benedictus in saecula, Amen*. 1. Ioan. ulti. Hic est uerus Deus, & uita æterna. In H quibus uerbis quatuor hereses destruuntur. Primo quidem Manichęi, qui dicebat Christum habuisse corpus phantasticum, & non verum, quod remouet per hoc: quòd dicit, secundum carnem. Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. ult. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Secundo hæresis Valentini, qui dicit Christum non de massa humani generis, sed de cœlo corpus attulisse. Quo quidem excludit in hoc, quòd dicit Christum ex Iudæis secundum carnem esse, secundum illud Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filii Dauid. Tertio hæresis Nestorii, qui posuit alium esse filium hominis, alium Dei: contra quem Apostolus hic dicit, quòd ille est ex patribus secundũ carnem, qui est Deus super omnia. Quarto excluditur hæresis Arrii, qui dicebat Christum esse minorem patre, & quòd est creatus ex nihilo. Contra quorum primum dicit, quòd est super omnia. Contra secundum, quod est benedictus per omnia sęcula. Hoc enim de I solo Deo dicendum est, quòd eius bonitas duret in sæcula.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus posuit dignitatem Iudæorum, nunc ostendit, quòd ista dignitas non pertineat ad eos, qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus, sed ad spirituale semen, quod est a Deo electum. Et primo ostendit, quòd huiusmodi dignitas proueniat ex electione diuina. Secundo ostendit, quòd hæc electio communiter pertinet ad Iudæos, & ad gentiles, ibi; *Quos etiam uocauit non solum &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualem dignitatem consequuntur. Secundo mouet quęstionem de iustitia diuinæ electionis, ibi; *Quid ergo dicemus?* Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ostendit propositum, ibi; *Sed in Isaac, &c.* K Circa primum duo facit. Primo ponit firmitatem diuinæ electionis. Secundo ostendit in quibus impleatur, ibi; *Non enim omnes &c.* Dicit ergo primo: Ita dictum est, quòd eorum sunt promissa, & adoptio filiorum, & gloria, pro quorum casu est mihi magna tristitia, & continuus dolor. Non autem est hoc sic intelligendum, quõd *Verbum Dei exciderit*, id est, frustratum sit, quia & si non habet locum in quibusdam, qui exciderunt, habet locum in aliis. Esa. 55. Verbum quod egreditur ex ore meo, non reuertetur ad me uacuum &c. Psalm. 118. In æte num domine permanet uerbum tuum. Deinde cum dicit; *Non enim &c.* ostendit quomodo, & in quibus uerbum Dei exciderit. Circa quòd considerandum est, quòd Iudæi de duobus præcipue gloriabantur, uidelicet de Abraham, qui primo accepit pactum circuncisionis a domino, ut dicitur Gene. 17. Et de Iacob, siue Israel, cuius tota posteritas in populo Dei commemerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. nam posteritas filii eius Esau, ad populum Dei non pertinebat: unde Apostolus ostendit propositum. Primo quidem

pes

per comparationem ad Iacob dicens, *Non enim omnes qui sunt ex Israel*. i. ex Iacob secundum carnem progeniti, *Hi sunt ueri Israelitae*. ad quos pertinent Dei promissa, sed illi qui sunt recti & videntes Deum per fidem. Esa. 44. Rectissime quem elegi. Vnde & dominus dicit Nathanaeli. Io. 1. Ecce verus Israelita, in quo dolus non est. Hoc autem nomen Israel impositum fuit Iacob ab angelo. vt patet Gene. 32. Secundo, ostendit idem, propter cõparationem ad Abraam dicens, *Neque omnes qui sunt carnale semen Abraae*, sunt spirituales Abrahæ filii, quib us Deus benedictionem repromisit, sed solum illi qui B eius fidẽ & opera imitant. Io. 8. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Deinde cum dicit, *Sed in Isaac, &c.* manifestat propositum. Et primo quantum ad Abraham. Secundo quantum ad Iacob, ibi, *Non solum autem illa, &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit authoritatem scripturæ, dicens, *Sed in Isaac uocabitur tibi semen*. Hoc dominus dixit Abrahæ, vt habetur Gene. 21. Vbi agebatur de expulsione Hysmaelis. Quasi dicat. Nõ omnes qui nati sunt carnaliter ad Abraam, pertinent ad illud semẽ, cui facta est repromissio, secundum illud Gala. 3. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius, sed illi qui similes sunt Isaac. Deinde cum dicit, *Idest, non qui filii, &c.* exponit authoritatem inductam secundum quòd facit ad propositum. Ad cuius euidentiam accipiendum est, quod Apostolus dicit Galat. 4. Abraam duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed qui de ancilla. s. Hysmael, secundum carnem natus est, quia. s. secundum legem & consuetudinem carnis ex iuuencula natus est: qui autem ex libera. s. Isaac per repromissionem & non secundum C carnẽ. i. non ẽm carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, vt habetur Gene. 18. Quamuis sit natus secũdum carnem, id est, secundum substantiam carnis, quam accepit a parentibus, Ex quo Apostolus hic accipit, quòd illi non adoptantur in filios Dei; *Qui sunt filii carnis*. i. ex hoc ipso, quòd secũdum carnem progeniti sunt ab Abraam, *Sed illi aestimantur in semine*, quibus facta est repromissio, qui sunt filii promissionis. i. illi qui ex gatia promissionis diuinæ facti sunt filii Abrahæ secundum imitationem fidei, secundũ illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus his, suscitare filios Abrahæ. Sicut etiam Hysmael secundum carnem natus non est, cõputatus in semine, sed Isaac per repromissionem natus. Tertio ibi, *Promissionis enim &c.* probat conuenientem fuisse suam expositionem, qua per Isaac significari dixit eos, qui sunt filii repromissionis, quia. s. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, *Promissionis enim*, Hoc verbum est, quod angelus immo dominus in angelo dixit ad Abraã, Gene. 18. Secundum hoc tempus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum; *Et erit Sarae filius*. s. per gratiam repromissionis. Vnde & Gala. 4. dicitur. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Deinde cum dicit, *Non solum autem illa &c.* manifestat propositum quantum ad Iacob. Et primo ponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi, *Cum enim nondum nati, &c.* Dicit ergo primo. Non solum illa. s. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed & Rebecca habens in vtero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem solum, & hoc ex vno cõcubitu Isaac patris nostri. Dicitur enim Gene. 25. Quod Isaac rogauit p vxore sua, eo quòd sterilis esset, & dedit dominus cõceptum Rebeccæ & collidebantur in ventre eius paruuli. Et est notandum, quòd hoc Apostolus inducit contra Iudæos, qui reputabant se dei iustitiam adepturos, propter merita patrum, contra quos dicit de viris iustis, Ezechielis. 14. Quòd filium & filiam nõ liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabuntur. Vnde & Ioã E nes Iudæis dicebat Matthæi. 3. Ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraam, &c. Contra horum opinionem ergo, Primo, induxerat quod de filiis Abrahæ vnus erat electus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere vel diuersitati matrum, quia Hysmael natus est de ancilla, & Isaac de libera, vel diuersitati meritorum patris, quia Hysmaelem genuit incircuncisus, Isaac autem circuncisus. Vt igitur omne subterfugium excludatur, in ducit exempla, vbi vnus eligitur & alius reprobatur eorum, qui non solum ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu. Deinde cum dicit, *Cum nondum, &c.* ostendit propositum & primo per authoritatem Gene. 25. scdo. Per authoritatẽ pphetę, ibi, *Sicut scriptum est &c.* Circa primum tria facit. Primo, designat tempus promissionis & dicit, quòd per repromissionem est vnus filiorum Rebeccæ alii prę latus, cum, *Nondum nati fuissent*, Et sicut per superiora exclusit

cuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraæ, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, idest non qui filij carnis hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine: promissionis enim verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut ali quid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum

opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita etiam per hoc excludit errorem Manicheorum, qui diuersitatem eorũ quæ hominibus accidunt, natiuitati ascribunt, vt scilicet vniuscuiusque vita & mors disponatur secundum constellationẽ sub qua natus est, contra quod dicitur Hiere. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timẽt. Subdit autem. *Aut aliquid egissent boni, aut mali*. Vbi excluditur error Pelagianorum, qui dicunt secundũ merita præcedentia gratiam dari, cum tamen scriptum sit Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Vtrumq; autem horum ostenditur falsum, per hoc, quòd ante natiuitatem, & ante opera, vnus filiorum Rebeccæ alteri est prælatus. Excluditur per hoc etiam error Origenis, qui posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas, & quòd pro meritis eorum, quæ ibi egerunt bene vel male, diuersitatem vitæ sortiuntur: secundum quem, non posset esse verum quod hic dicitur. *Cum nondum aliquid mali uel boni egissent*. Contra hoc autem est quod dicitur Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei? Posset enim secundum Origenis errorem responderi. Eram inter ipsos Dei filios iubilantes. Secundo, ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in vtero existentium alteri est prælatus, dicens; *Vt propositum Dei*. s. volentis vnum præ alio magnificare, *Maneret*. i. firmum esset: & hoc nõ secũdum merita, sed secundum electionem. id est inquantum ipse Deus spontanea voluntate vnum alteri prælegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti. Hoc autem est propositum prędestinationis, de quo ibidem dicitur. Prædestinati secundum propositum volũtatis eius. Tertio, ponit promissionem, dicens, *Non ex operibus*. quæ nulla præcesserunt, vt dictum est. *Sed ex uocante*. i. ex ipsa gratia vocantis, de quo supra dictum est. Quos prædestinauit hos & vocauit, *Dictum est ei*. s. Rebeccæ, *Quia maior*. s. Esau *Seruiet minori*. s. Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum personas, & sic intelligitur Esau seruisse Iacob, non directe, sed occasionaliter, inquantum persecutio quam ei intulit, in eius bonum cessit. secundum illud Prouer. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. Secundo potest referri ad populos ex vtroque progenitos: quia Idumæi aliquando fuerũt subiecti Israelitis, secundũ illud Psal. 59. In Idumæam extẽdam calciamentum meum. Et hoc videtur competere his, quę præmittuntur in Gene. 25. Præmittuntur enim, Duo populi ex ventre tuo diuidentur: populus populum superabit, & maior minori seruiet. Tertio, potest intelligi figuraliter dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primo adoptionem fi D liationis accepit, secundum illud Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Per minorem autem figuratur populus gentilium, qui posterius est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Luc. 15. Maior ergo populus seruiet minori, inquantum Iudæi sunt nostri capsarii, custodientes libros ex quibus nostræ fidei testimonium perhibetur. Io. 5. Scrutamini scripturas. Deinde cum dicit. *Sicut scriptum est, &c.* probat propositum ex authoritate Prophetæ, dicens, *Sicut scriptum est*. s. 1. Malach. prophetæ ex persona Dei, dicentis, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Dicit autem hic quædam glo. Quòd id quod supra dictum est, maior seruiet minori, dictum est secundum præscientiam. Quod autẽ hic dicit est intelligendum secũdum iudicium, quia. s. Deus propter bona opera dilexit Iacob, sicut & omnes sanctos diligit. Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Esau vero odio habui, propter pecca ta. sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed quia dilectio hominis præuenitur a dilectione Dei, secundũ illud primæ Io. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere quòd ante Iacob dilectus sit a Deo, quàm ipse Deum dilexerit. Nec potest dici quòd Deus ex tempore eum diligere inceperit, alioquin eius affectus esset mutabilis, & ideo oportet dicere, quòd Deus ab æterno Iacob dilexit, vt dicitur Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Est autem in his verbis Apostoli considerandum, quòd tria ponit in Deo pertinentia ad sanctos, videlicet electionem, per quã intelligitur prædestinatio & electio Dei, quæ quidem realiter sunt idem in Deo, sed differunt ratione. Nam ipsa Dei dilectio dicitur secundum quòd vult bonum alicui absolute. Electio autem dicitur secundum quòd per bonum quod alicui vult eum alteri præfert. Prædestinatio autem est secundum quòd hominem dirigit in id bonum, quod ei vult, diligendo & eligendo: & ideo

secundum

secundum rationem prædestinatio sequitur dilectionem, sicut & voluntas de fine, naturaliter præcedit directionem aliquorum in finem. Electio autem & dilectio, aliter ordinantur in Deo, & in homine. In homine enim, electio præcedit dilectionem. voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono, quod in re amata considerat, ratione cuius, ipsam p̃elegit alteri, & prælectæ suum amorem impendit. Sed uoluntas Dei est causa omnis boni, quod est in creatura, & ideo bonum, per qd vna creatura præfertur alteri per modum electionis, consequitur voluntatem Dei, quæ est de bono illius: quæ pertinet ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonum, quod in homine eligat Deus eum diligit, sed potius eo quòd ipsum diligit, pręfert eum aliis eligendo. Sicut autem dilectio de qua hîc loquitur, pertinet ad æternam Dei prædestinationem, ita etiam odium de quo hîc loquitur, pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores. Nec est dicendum, quòd ista reprobatio sit temporalis. quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed est ab æterno, quæ quidem quantum ad aliquid conuenit cum dilectione uel prædestinatione, quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidem quantum ad hoc, quòd sicut prædestinatio est pręparatio gloriæ, ita reprobatio est præparatio pœnæ. Esa. 30. Pręparata est ab heri Thophet a rege præparata. Differt autem quantum ad hoc, quòd prędestinatio importat præparationem meritorum, quibus peruenitur ad gloriam, sed reprobatio importat præparationem peccatorum, quibus peruenitur ad pœnam. Et ideo præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio prædestinationis, quia merita pręscita, cadunt sub prædestinatione: sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quę pręparatur reprobatis: inquantum scilicet, Deus proponit se punituru malos propter peccata, quæ a seipsis habent, non a Deo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ a seipsis non habent, Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum.

Dei maneret,) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM premisit Apostolus, quòd secundum Dei electionem unus alteri præfertur, non ex operibus, sed ex gratia vocantis: hîc inquirit de iustitia huius electionis. Et primo proponit dubitationem. Secundo soluit, ibi; *Absit. Moyse, &c.* Tertio obiicit contra solutionem, ibi; *Dicis itaque mihi, quid adhuc, &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd Deus sine merito præcedente vnum eligit, & alterum reprobat. Quid ergo dicemus? *Nunquid*, per hoc probari potest, quòd sit; *Iniquitas apud Deum?* videtur quòd sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibus, vt æqualiter æqualibus distribuatur. homines autem remota disterentia meritorum, sunt æquales. Si ergo absque consideratione meritorum Deus inæqualiter distribuit vnum eligens, & alium reprobans, videtur quòd sit in eo iniquitas: quod est contra illud, quod dicitur Deute. 32. Deus fidelis, & absque ulla iniquitate. Psalm. 118. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Est autem sciendum; quòd Origenes hanc obiectionem soluere volens, incidit in errorem. Ponit enim in suo Periarchon, Deum ab initio solum creaturas spirituales fecisse, & omnes æquales, ne ex eorum inæqualitate posset secundum rationem prædictam, iniquitas Deo ascribi: sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium, quædam per amorem conuersæ sunt ad Deum plus vel minus, & secundum hoc distincti sunt diuersi ordines angelorum: quædam vero aduersæ sunt a Deo plus vel minus, & secundum hoc, alligatæ sunt corporibus vel nobilibus, vel ignobilibus: quædam quidem cœlestibus corporibus, quædam autem corporibus dæmonum, quędam autem corporibus hominum: & secundum hoc, ratio condendi & distinguendi creaturas corporeas, est peccatum spiritualis creaturæ: quod est contra id quod Gene. 1. dicitur. Vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant ualde bona. per quod datur intelligi, quòd causa producendi creaturas corporales, est bonitas, ut dicit Aug. 11. de ciuitate Dei: Et ideo hac opinione reiecta, videndum est, qualiter Apostolus dubitationem soluat, cum dicit; *Absit. Moysi enim dicit &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, soluit obiectionem prædictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundo, quantum ad odium seu reprobationem malorum, ibi; *Dicit enim scripturæ, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit authoritatem scripturæ, ex qua procedit solutio. Secundo, ex ea conclusionem inducit ibi; *Igitur non uolentis &c.* Inducit autem authoritatem, quæ habetur Exod. 33. ubi dixit dominus Moysi, secundũ literam nostram. Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quę mihi placuero. sed Apostolus inducit eam secundum literam. 70. dicẽs; *Moysi enim dicit*, dominus; *Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cui miserebor.* Vbi secundum superficiem literæ, omnia bona nostra Dei misericordiæ ascribuntur, secundum illud Esa. 63. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus, quæ reddidit nobis. Et Thren. 3. Misericordiæ domini, quòd non sumus consumpti: multæ enim sunt miserationes eius. Exponitur autem hæc authoritas in glo. dupliciter. & secundum hoc, ex authoritate hac dupliciter soluitur quæstio, & obiectio. Vno modo sic; *Miserebor cui misereor*, id est, illi qui est dignus misericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicens; *Misericordiam præstabo cui misereor*, id est, cui dignum iudico misereri: sicut & in Psal. 102. dicitur: Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc, licet misericorditer sua impendat, tamen ab iniustitia excusatur, quia dat quibus dandum est, & quia non dat cui dandum non est, secundum rectitudinem sui iudicii. Sed misereri cui dignum est, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur aliquis dignus misericordia, propter opera præexistentia in hac uita, licet non in alia, vt posuit Origenes: quod pertinet ad hæresim Pelagianorum, qui posuerunt gratiam Dei hominibus, secundum merita dari. Sed hoc stare non potest, quia sicut dictum est: ipsa etiam bona merita sunt homini a Deo, & sunt prædestinationis effectus. Alio modo potest intelligi, vt aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita præcedentia gratiam, sed propter merita subsequentia, puta vt dicamus, quòd Deus dat alicui gratiam, & proposuit eam ab æterno illi se daturum, quem præsciuit ea bene fore vsurum: & secundum hoc intelligit glo. quòd miseretur cui miserendum est. Vnde dicit, Miserebor cui misertus ero. i. illi miserebor, vocando, & gratiam apponendo, cui præscius ero quòd misericordiam daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permansurum. Sed videtur, quòd nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est. n. quòd nihil potest poni vt ratio prædestinationis, quod est prædestinationis effectus, etiam si accipiatur prout est in Dei præscientia, quia ratio prædestinationis pręintelligitur prædestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem, quòd omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est diuinæ prædestinationis effectus. Diuinum autem beneficium nõ solum extendit se ad infusionem gratiæ qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ vsum: sicut etiam in rebus naturalibus non solum Deus causat ipsas formas in rebus, sed etiã ipsos motus & operationes formarum, eo quòd Deus est principium omnis motus, cuius operatione cessante a mouendo, ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiæ vel virtutis in anima ad vsum ipsius, sic se habet forma naturalis ad suam operationem. Et ideo dicitur Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc specialiter ratione Aristoteles de operibus voluntatis humanæ. Cũ enim homo habeat potentiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per consilium, ex quo vnum oppositorum præelegit alteri. Sed cum iterum homo habet potentiam consiliandi vel non consiliandi, oportebit esse aliquid, per quod reducatur in actum consilii. Et cum in hoc nõ sit procedere in infinitum, oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine, quod ipsum moueat ad consiliandum: & hoc non est aliud quàm Deus. Sic igitur ipse vsus gratiæ est a Deo. nec propter hoc superfluit habitus gratiæ, sicut nec superfluunt formæ naturales, quamuis Deus in omnibus operetur: quia sicut dicitur Sapien. 8. Ipse disponit omnia suauiter, quia scilicet persuas formas omnia inclinantur quasi sponte in id, ad quod ordinantur a Deo. Sic igitur non potest esse q̃ merita consequentia gratiam, sint ratio miserendi, aut prædestinandi, sed sola Dei voluntas, secundum quam misericorditer aliquos liberat. Manifestum est enim, quòd iustitia distributiua locum habet in his, quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem ut plus laborantibus maior merces donetur, non autem habet locum in his, quæ sponte, & misericorditer aliquis dat, puta si aliquis duos pauperes in uia inueniens, det uni quod potest, vel disponit in eleemosinam dare, non est iniquus

LECTIO III.

QVID ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deũ? Absit. Moysi enim dicit,

iniquus, sed misericors. Similiter si aliquis duobus æque ipsum offendentibus vni dimittat offensam & non alteri, est misericors vni, & iustus ad alterum, neutri vero iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii, quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat: & sic quibusdam est misericors, quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat: neutris autẽ iniqu'. Et ideo Apostolus, quæstionem soluit per authoritatem, quæ omnia diuinæ misericordiæ ascribit. Sciendum est tñ, q̃ Dei misericordia ſm tria attenditur. Primo quidem ſm prædestinationem, qua ab æterno proposuit aliquos liberare. Psal. 102. Misericordia eius ab æterno & vsque in æternum. Secundo ſm vocationem & iustificationem, quibus homines saluat ex tempore. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio magnificando per gloriam, quando liberat ab omni miseria. Psal. 102. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo dicit; *Miserebor*, scilicet vocando & iustificando, cui misereor prædestinando & misericordiam præstando, finaliter glorificando eum cui misereor, vocando & iustificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra lr̃a q̃ dicit. Miserebor cui voluero, & clemens ero cui mihi placet. Vbi manifeste non meritis, sed soli diuinæ voluntati ascribitur diuina misericordia. Deinde cum dicit; *Igitur non volentis, &c.* concludit propositum ex præmissa authoritate. Et potest hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic. Igitur ipsa salus hominis; *Non est uolentis neque currentis*, id est, non debetur alicui per aliquam eius voluntatem, vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, secundum illud. 1. Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis. *Sed est miserentis Dei*, id est, procedit ex sola Dei misericordia, & maxime sequitur ex authoritate inducta Deut. 9. Nec dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem. Potest autem & aliter intelligi, vt sit sensus. Omnia procedunt ex Dei misericordia, igitur. *Non est uolentis*. scilicet velle; *Neque currentis*, scilicet currere, sed vtrumque; *Est miserentis Dei*, secundum illud 1. Corinth. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset Apostolus, cum etiam gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat, potuisset econuerso dicere, non est miserentis Dei, sed volentis & currentis, quod aures pie non ferunt. Vnde plus aliquid est ex his verbis intelligendum, vt scilicet principalitas gratiæ Dei attribuatur. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti, quam secundario, puta, si dicamus q̃ securis non facit arcam, sed artifex per securim: voluntas autẽ hominis mouetur a Deo ad bonum. Vnde supra 8. dictum est. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Et ideo hominis operatio interior non est homini principaliter, sed Deo attribuenda. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Sed si non est volentis velle, neque currentis currere, sed Dei mouentis ad hoc hominem, videtur quòd homo non sit dominus sui actus, quod pertinet ad libertatem arbitrii. Et ideo dicendum est, quòd Deus omnia mouet, sed diuersimode, inquantum scilicet vnumquodque mouetur ab eo secũdum modum naturæ suæ. Et sic homo mouetur a Deo ad volendum & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic ergo velle, & currere est hominis, vt libere agentis: non autem est hominis, vt principaliter mouentis, sed Dei.

Miserebor cui misertus sum, & misericordiã præstabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Deinde cum dicit; *Dicit enim Scripturæ &c.* soluit quæstionem præmissam, quantum ad reprobationem malorum. Et primo inducit authoritatem. Secundo infert conclusionem, ibi; *Ergo cui vult miseretur &c.* Dicit ergo. Ita ostensum est, quòd non est iniquitas apud Deum, quantum ad hoc, q̃ ab æterno diligit iustos. Sed etiam nec quantum ad hoc, quòd ab æterno reprobat malos. Dicit enim Scriptura ex ore Dei. Exod. 9. *Quia in hoc ipsum excitaui te*, vel seruaui te, secundum aliam literam; *Vt ostendam in te uirtutem meam*, vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Nostra autem litera sic habet. Et idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, vt enarretur nomen meum in omni terra. Vbi primo considerandum est, quid Deus circa reprobos faciat, quod ostendit, dicens, In hoc ipsum seruaui te, id est, dignus eras mori propter mala, q̃ fecerat, supra primo. Qui talia agunt, digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortem induxi, sed seruaui te in vita eo fine quo sequitur, vt scilicet ostendam &c. Et in hoc etiam sensu potest legi, quod dicitur; *Excitaui te*, id est, cum apud me per tuis meritis mortuus esses, concessi tibi vitam quasi te excitarem. In quo apparet, quòd Deus iniquitatem reprobis non facit, cum ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi, sed hoc ipsum, quod eos seruat in vita, procedit ex nimia sua bonitate. Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi; *Excitaui te*, in peccatum, vt deterior fias. Quod quidem non est intelligendũ hoc modo, q̃ Deus in hoc causet malitiam, sed est intelligendum permissiue, quia scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates, sicut supra primo dictũ est. Tradidit eos Deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum: quia videlicet instinctu quodam interiori mouentur homines a Deo ad bonum, & ad malum. Vnde Aug. †dicit in lib. de gratia & libero arbitrio, quòd Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates, quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Vnde & Deus dicitur sæpius suscitare aliquos ad bonum, secundum illud Danie. 13. Suscitauit Deus spiritum pueri iunioris. Dicitur etiã suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum illud Esa. 13. Suscitabo Medos, qui sagittis paruulos interficiant: aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominũ voluntates directe, & per se. tanquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare, vel suscitare homines occasionaliter, inquantum scilicet Deus homini aliquid proponit vel interius, vel exterius: quod quantum est de se, est inductiuum ad bonum: sed homo propter suam malitiam peruerse vtitur ad malum. supra secundo, Ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit secundum autem duritiam tuam? & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ. Et Iob. 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia. Et similiter Deus quantum est de se, interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendendum iura regni sui, vel ad puniendum rebelles. Sed hoc instinctu bono, malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui. Et hoc patet Esa. 10. Vbi dicitur de Assur, Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia &c. Et post. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum a Deo excitaretur ad regni sui tutelam, abusus est hac excitatione in crudelitatem. Secundo oportet considerare, quo fine Deus ista partim faciat & partim permittat. Est enim considerandum, quòd Deus operatur in creaturis ad suam manifestationem, secundum illud supra. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. Vnde & huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur, & quantum ad præsentes; *Vt ostendam in te uirtutem meam*. Exod. 14. Viderunt filii Israel manum magnam, quam exercuerat dominus contra Aegyptios. Et quantum ad absentes; *Vt annuntietur nomen meum in uniuersa terra*. Psalm. 95. Annuntiatę inter gentes gloriam eius. Sic igitur patet, quod quantum ad hoc, non est iniquitas apud Deum, quia vtitur creatura sua secundũ eius merita ad gloriam suam. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur; *Posui te*, id est, ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam, Deus enim malitiam ordinat, sed non causat.

Deinde cum dicit; *Ergo cui vult miseretur &c.* infert conclusionem quandam, ex vtraque authoritate supra inducta. Nã ex eo quòd dictum est, *miserebor cui misereor*, concludit; *Ergo cui vult miseretur*, Psalm. 102. Misertus est dominus timẽtibus se. Ex eo vero, quòd dictum est. *In hoc ipsum excitaui te*, concludit; *Et quem vult indurat*. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit. Et quidem quod dicitur de Dei misericordia, dubitationem non habet, suppositis his, quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem videtur esse duplex dubitatio. Primo quidem, quia duritia cordis ad culpam pertinere videtur, secundum illud Eccle. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Si ergo Deus indurat, sequitur, quòd sit actor culpæ. Contra quod dicitur Iaco. 1. Deus intentator malorum est. Ad quod dicendum, quòd Deus non dicitur indurare aliquos directe, quasi in eis causet malitiam, sed indirecte, inquantum scilicet ex his, quæ facit in homine intus vel extra, homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse Deus permittit. Vnde non dicitur indurare, quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam. Secunda dubitatio est, quia ipsa obduratio, non videtur diuinæ voluntati posse

se ascribi, cum scriptum sit. 1. Tessa. 2. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Et 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Ad quod dicendum est, quòd tam misericordia, quàm iustitia dispositionem voluntatis important. Vnde sicut miseratio attribuitur diuinæ voluntati, ita & id quod est iustitiæ. Sic ergo intelligendum est; *Cui vult miseretur*, scilicet per suam misericordiã: *Et quem uult indurat*, per suam iustitiam: quia illi quos indurat, hoc merentur, vt indurentur ab ipso, vt supra. 1. ca. dictum est.

LECTIO IIII.

Dicis itaque mihi. Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius, quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliã? Quòd si Deus volens ostendere irã, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, vt ostende-

LECTIO QVARTA.

POSITA solutione præmissæ quæstionis, hîc Apostolus contra ipsam solutionem obiicit, & præcipue contra vltimã conclusionem, quã dictum est. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Primo ergo ponit obiectionem. Secundo solutionem, ibi; *O homo, tu quis es &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat; *Dicis itaque mihi. Quid adhuc quaeritur*, id est, quid oportet vlterius quærere de causa bonorum, & malorum quæ hic aguntur, cum omnia voluntati diuinæ attribuantur, quæ est causa sufficiens, eo quòd nullus potest ei resistere? Vnde sequitur; *Voluntati eius quis resistit*? Eccles. 1. Proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Vel aliter; *Quid adhuc quaeritur*? id est, conqueritur Deus de hominibus, quando peccant, sicut Esa. 1. Filios enutriui; & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me &c. Ideo autem videtur iustam querimoniam non habere, quia ex voluntate eius totum procedit, cui nullus potest resistere. Vnde subdit; *Voluntati eius quis resistit*? Vel aliter; *Quid adhuc quaeritur*, scilicet ab homine vt faciat bonum, vel vitet malum. Mic. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid Deus requirat à te &c. Frustra autem requiritur ab aliquo, quod non est in eius potestate. Nihil autem in hominis potestate esse videtur secundum prædicta, quibus omnia diuinæ voluntati videntur ascribi, cui resisti non potest. Sequitur; *Voluntati enim eius quis restitit*? Quasi diceret. Nullus. Hester. 13. Non est qui tuæ possit resistere voluntati. Et hæc videtur esse intentio Apostoli. Delnde cum dicit; *O homo, tu quis es &c.* respondet præmissæ quæstioni. Ad cuius responsionis intellectum considerandum est, quòd circa electionem bonorum, & reprobationem malorum, duplex quæstio potest moueri. Vna quidem in generali, quare Deus velit quosdam indurare, & quorundam misereri. Alia vero in speciali, quare velit huius misereri, & hunc, vel illum indurare. Et potest quidem ratio huius quæstionis assignari: secundæ autem quęstionis non potest assignari ratio, nisi simplex Dei voluntas, cuius exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis ædificare volens, haberet multos lapides similes, & æquales congregatos, posset ratio assignari quare quosdam ponat in summo, & quosdam in imo ex parte finis, quia ad perfectionem domus, quam facere intendit, requiritur & fundamentum, quod habet lapides in imo, & cacumen parietis, quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo; & hos in imo, non habet aliquam rationem, nisi quia artifex voluit. Primo igitur Apostolus respondet dubitationi, quantum ad quęstionem secundam, quare scilicet huius hominis misereatur, & illum induret. Secundo quantum ad quæstionem primam, quare scilicet quibusdam misereatur, & quosdam induret, ibi; *Quod si uolens Deus &c.*

Circa primum tria facit. Primo arguit præsumptionem quęrentis. Secundo inducit authoritatem, quæ quæstionem soluit, ibi; *Nunquid dicit figmentum &c.* Tertio exponit authoritatem, ibi; *An non habet potestatem &c.* Dicit ergo primo; *O homo*, qui es fragilis, & ignorans; *Tu quis es, qui respondes Deo*? vnde sufficis ad respondendum ei, si voluerit tecum iudicio contendere? Iob. 9. Si voluerit contendere iudicio cum illo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Et sicut dicitur Iob. 39. Qui arguit Deum, debet ei respondere. In quo datur intelligi, quòd homo non debet scrutari rationem diuinorũ iudiciorum cum intentione comprehendendi, eo quòd excedãt rationem humanam. Eccle. 3. Altiora te ne quęsieris. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Deinde cum dicit; *Nunquid dicit figmentum &c.* inducit authoritatem, quæ habetur Esa. 45. Nunquid dicit lutum figulo suo, Quid facis? & opus tuum sine manibus est? Vbi considerandum est, quòd si F aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum, & nobilibus actibus accommodatum, totum ascribitur bonitati artificis: puta, si ex luto faciat scutellas, & vrceos ad nobilem mensam decentes. Si vero ex vili materia: puta ex luto faciat vas accommodatum vilibus vsibus, puta coquinæ, vel huiusmodi officiis; non posset vas conqueri, si rationem haberet. Posset enim conqueri, si ex materia pretiosa, quæ præiacet artificis operationi, puta ex auro, & lapidibus pretiosis, faceret vas ad vilia officia deputatũ. Humana autem natura vtilitatem habet G ex sua materia, quia vt dicitur Gene. 2. Fecit Deus hominem de limo terræ: sed maiorem vtilitatem habet ex corruptione peccati, quæ per vnum hominem in hunc mundum intrauit. Et ideo homo luto merito comparatur. Iob. 30. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinę, quasi principali agenti ascribere. Esa. 64. Nunc domine, pater es tu: nos vero lutum, & fictor noster tu, & opus manuum tuarum omnes nos. Si vero Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in suã infirmitate eum dimittens, deputat eum ad infimum vsum, nullam ei facit iniuriam, vt possit iuste de Deo conqueri.

Deinde cum dicit; *An non habet potestatem &c.* exponit Apostolus verba Prophetæ, quasi dicat. Hoc est dictum; *Figmentum*, id est, vas fictile non posset dicere fictori; *Quid me fecisti sic*? quia figulus liberam potestatem habet ex materia luti H opus facere, quodcumque sibi placuerit. Vnde dicit; *An non habet potestatem*, scilicet liberam; *Figulus luti*, qui. s. operatur in vili materia; *Ex eadem massa*, scilicet vilis materiæ; *Facere*, absque alcuius iniuria; *Aliud quidem uas in honorem*, id est, in honorabiles vsus; *Aliud uero in contumeliam*, id est, in vsus viliores. 2. Tim. 2. In magna enim domo nõ solum sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Et similiter Deus liberam potestatem, habet facere ex eadem corrupta materia humani generis: sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam, quosdam homines pręparatos in gloriam, quosdã autem in miseria derelictos. Hiere. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos, domus Israel. Deinde cum dicit; *Quod si uolens Deus &c.* soluit primam quæstionem. s. quare Deus velit quibusdam misereri, & quosdam in miseria derelinquere: siue quosdam eligere, & quosdam reprobare. Circa I quod considerandum est, quòd finis omnium diuinorum operum, est manifestatio diuinæ bonitatis. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Vnde supra 1. dictũ est, quòd inuisibilia Dei, per ea quę facta sunt intellecta, conspiciuntur. Tanta est autem diuinæ bonitatis excellentia, quòd nõ potest vno modo, nec in vna creatura sufficiẽter manifestari. Et ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur. Præcipue autem in creaturis rationalibus, in quibus eius iustitia manifestatur, quantum ad illos, quos pro eorum meritis punit: misericordia uero in illis, quos ex sua gratia liberat. Et ideo vt utrumque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer liberauit, sed non omnes. Primo ergo ponit rationẽ reprobationis malorum. Secundo ponit rationem electionis bonorum, ibi; *Vt ostenderet diuitias &c.* Est autem in utrisq; triplex differentia attendenda, Prima quidem, secundum finem. Secunda, secundum usum. Tertia, secundum diuinum actum. K Finis autem reprobationis, uel obdurationis malorum, est manifestatio diuinæ iustitiæ & uirtutis. Et quantum ad hoc dicit, *Quod*, id est, sed, *si Deus uolens ostendere iram suam*, id est, iustitiam uindicatiuam. Non enim dicitur ira in Deo, secundum affectus commotionem, sed secundum effectus uindictæ. supra. 1. Reuelatur ira Dei &c. Addit autem; *Et notam facere potentiam suam*, quia Deus contra malos non solum utitur ira, id est, uindicta puniendo eos sibi subiectos, sed etiam sua potentia subiiciendo sibi. Phil. 3. Secundum operationem, qua potest etiam sibi subiicere omnia. Exod. 14. Viderant Aegyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exercuerat dominus contra eos. Vsus autem malorum, ad quẽ utitur eis Deus, est ira, id est, pœna. Et ideo uocat eos uasa iræ, id est, iustitiæ instrumenta, quibus Deus utitur ad ostendendam iram, id est, iustitiam uindicatiuam. Ephes. 2. Eramus natura filii iræ. Actus uero quem Deus erga eos exercet, non est quod disponat eos ad malum, quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione primi peccati. Vnde dicit; *Vasa apta*

apta in interitum, id est, in se habentia aptitudinem ad æternã damnationem, Gen. 6. Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solum Deus circa eos agit, quòd eos permittit agere, quæ concupiscunt. Vnde signanter dicit; *Sustinuit*. Et hoc eius patientiam demonstrat, quòd non statim vindictam infert. Vnde addit; *In multa patientia*. Eccles. 5. Altissimus est patiens redditor. Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo quidem finem, cum dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*. Finis enim electionis, & miserationis bonorum est, vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ, reuocando eos a malo, & ad iustitiam eos trahendo, & finaliter eos perducendo in gloriam. Et hoc est, quòd dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*, de quibus diuitiis supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia. Signanter autem dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*, quia ipsa condemnatio, & reprobatio malorum, quæ est secundum Dei iustitiam: manifestat & commendat sanctorum gloriam, qui ab ipsa tali miseria liberantur. Secundo describit vsum eorum, cum dicit; *In uasa misericordiae.* Nominat autem bonos vasa misericordiæ, quia vtitur eis Deus quasi instrumentis, ad suam misericordiam manifestandam. Eccles. 44. Isti sunt viri misericordiæ. Tertio ponit actum, quem circa eos Deus exercet. Non enim Deus eos solum sustinet, quasi de se aptos existentes ad bonum, sed eos præparat & dispo nit vocando ad gloriam. Vnde dicit; *Quae praeparauit in gloriam*. Psalm. 64. Præparans montes in virtute tua. Est autem constructio defectiua, & suspensiua vsque huc, vt sit sensus. Si Deus volens hoc facere, quibusdam miseretur & quosdam indurat, quid contra hoc iuste poterit dici? Quasi dicat. Nihil. Non enim sic quos vult indurat, vt eos peccare compellat, sed sustinet eos, vt secundum suam inclinationem tendant in malũ.

ret diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

LECTIO V.

Vos & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Oseæ dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco vbi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viui. Esaias autem clamat, pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate, B quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut So-

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd Dei gratia datur hominibus, ex diuina electione, per quam homines ad gratiam vocantur, hîc ostendit, quòd prædicta electio siue vocatio non solum pertinet ad Iudæos (vt ipsi poterant gloriari, propter hoc quod dicitur Deut. 4. Dilexi patres tuos) sed etiam ad Gentes. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositum ibi; *Sicut in Oseae dicit &c.* Tertio ex dictis infert conclusionem, ibi; *Quid ergo dicemus &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd sanctos præparauit in gloriam, quos & vocauit. s. per gratiam suam, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. supra. 3. An Iudæorum Deus tm̃? Nonne & gentiũ? Soph. 2. Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentiũ.

Deinde cum dicit; *Sicut in Oseae dicit &c.* probat propositum. Et primo quantum ad gentiles. Secundo quantum ad Iudæos, ibi; *Esaias autem clamat &c.* Circa primum ponit duas authoritates Oseæ loquentis pro gentibus, quarum prima promittit eis dona Dei. Secunda ipsam diuinam filiationem, ibi; *Et erit in loco ubi dictum &c.* Dicit ergo primo. Sicut dominus dicit in Oseæ, quia ipse erat, qui loquebatur in prophetis. 3. Regum. 23. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Vnde & Oseæ. 1. dicitur. Principium loquendi domino in Oseæ. Est autem considerandum, quòd a tribus bonis, quæ in Iudæis eminebant, gentiles erant alieni, quorum primum erat diuinus cultus, ratione cuius dicebantur populus Dei, quasi ei seruientes, & eius præceptis obedientes. Vnde in Psalm. 94. dicitur. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Sed ab huius populi societate, gentiles erant alieni secundum illud Ephe. 2. Alienati a conuersatione Israel & hospites testamentorum. Sed per Christum facti sunt populus Dei. Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, vt emundaret sibi populum acceptabilem. Et hoc est quod dicit; *Vocabo non plebem meam*, id est, gentilitatem, quæ non erat plebs mea; *Plebem meam*, id est, ad hoc vt sit plebs mea. Secundum est priuilegium dilectionis. Oseæ. 3. Diligit dominus filios Israel in eo, scilicet quòd eis multa beneficia inducentia ad specialem A gratiam præstabat, a qua quidem dilectione gentiles olim erant exclusi. Ephes. 4. Alienati a veritate Dei propter ignorantiam, quæ est in illis. Et ideo dicit; *Et non dilectam* meam, scilicet gentilitatem, vocabo; *Dilectam* meam. Ephes. 2. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi; supra. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo ꝑ mortem filii eius. Tertium est libertas a peccato originali, quæ Iudæis in circuncisione, conferebatur. Esa. 14. Miserebitur domin⁹ Iacob. Sed huius miserationis gentiles, nõ erãt participes. Eze. 16. Quando nata es, in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus. Et infra, Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui. Sed postea per Christum sunt misericordiam consecuti. Ideo sequitur; *Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam*. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit &c. Hæc autem authoritas habetur, Oseæ. 2. secundum. 70. loco, cuius litera nostra habet. Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu.

Deinde cum dicit; *Et erit in loco, &c.* inducit aliam authoritatem quæ habetur Oseæ 1. In qua eis repromittitur dignitas filiorum Dei, de qua Iudæi gloriabantur propter id quod dicitur C Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et Deut. 33. Nonne ipse est pater tuus? Gentiles etiam non solum non dicebantur filii, quod pertinet ad eos, qui ex amore Deo seruiunt & spiritu Dei aguntur vt supra 8. dictum est, sed nec etiam digni erant vt populi Dei dicerentur, quod pertinere poterat etiam ad eos, qui spiritum seruitutis acceperant in timore. Vnde dicit; *Et erit in loco*, id est, in Iudæa; *Vbi dictum est eis*, scilicet, Gentilibus a Iudæis quasi ex persona Dei loquentibus; *Non plebs mea vos*, quia non reputabant eos populum Dei, *Ibi*, id est, etiam apud Iudæos credentes vocabuntur filii Dei; *Vel in loco*, id est, toto mundo in quo conuertentur ad fidem, vt detur intelligi, quòd non hoc modo conuertentur, sicut proseliti, quos Iudæi faciebant, qui suis locis derelictis in Iudæam pergebant: hoc autem non ita futurum esse in his qui ad Christum conuertendi erant ostenditur Sopho. 2. Adorabunt eum viri de loco suo. Vnicuique ergo in loco suo habitanti; *Vbi dictum est eis*, olim ex diuina sententia; *Non plebs mea vos*, ibi vocabuntur filii Dei per diuinam adoptionem. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Deinde D cum dicit; *Esa. autem clamat, &c.* probat propositum quantum ad Iudæos per authoritatem Esa. Et ponit duas authoritates, quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudæis: secunda specialiter ad Apostolos, ibi, *Et sicut praedixit, &c.* Dicit ergo primo, dictum est per Osee pro Gentibus; *Esaias autem clamat*, id est, aperte loquitur pro conuersione Israel 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. In hac autem prima authoritate primo ponit paucitatem conuersorum Israel dicens; *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris*, id est, innumerabiles præ multitudine Gentium. Gene. 22. Multiplicabo semen tuum velut arenam maris. &c. 3. Regum. 4. Iuda & Israel innumerabiles quasi arena maris; *Reliquiae saluae fient*, id est, non omnes nec maior pars, sed aliqui pauci qui relinquentur ex excidio aliorum. Mich. 7. Factus sum sicut qui colligit E in autumno racemos vindemiæ. Infra 11. Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. secundo, ibi; *Verbum enim consummans, &c.* Assignat causam salutis, & primo ponit efficaciam euangelici verbi, dicens; *Verbum enim consummans & abbreuians in aequitate.* Vbi notatur duplex efficacia euangelici verbi, prima est, quia *Consummans*, id est, perficiens, vt enim dicitur Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Dominus autem dicit Matt. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere: tum quia figuris legis veritatem adhibuit, tum quia præcepta legis moralia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & etiam eis consilia perfectionis adiunxit. Vnde & iuueni diuiti Matthe. 19. quia omnia mandata legis seruauerat, dixit. Vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. Et propter hoc discipulis suis dicebat, Matt. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Secunda, efficacia est abbreuiandi, & hæc conuenienter primæ adiungitur;

diungitur, quia quanto aliquod verbum est magis perfectum, tanto est altius, & per consequens magis simplex & breue. Est autem verbum Euangelii abbreuians verba legis, quia omnia sacrificia figuralia legis in vno vero sacrificio comprehendit, quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam, vt dicitur Ephes. 5. Omnia vero præcepta legis moralia, in duobus præceptis charitatis cōcludit. Matth. 22. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Vnde dicit; *Abbreuians in æquitate*. Vel quia nihil est prætermissum de multitudine figurarum, & præceptorū legis; quin sub breuitate Euangelii comprehenderetur. Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum, quod est ęquum secundum dictamen rationis naturalis. Psal. 118. Omnia mandata tua æquitas. subaudiendum est autem, Erit, vt sit sensus. Verbum euangelii erit abbreuiās, & consumans in ęquitate. Secundo cum dicit; *Quod uerbum &c.* assignat rationem prędictæ efficaciæ, dicens; *Quia dominus super terram*, existens, id est, in terris tanquam homo inhabitans, secundum illud Bar. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Faciet verbum breuiatum*, Perfectius enim deber esse verbum & maioris virtutis, quod ipse dominus Deus carnem indutus, locutus est per semetipsum, quàm verba quæ locutus est per prophetas. secundum illud Heb. 1. Multipharie multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis &c. *Vel aliter, quia dominus* scilicet, Deus pater; *Faciet super terram uerbum breuiatum*, id est, incarnatum, quia filius Dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Dicitur autem exinanitum, vel breuiatum, non quia aliquid substractum sit plenitudini, vel magnitudini diuinitatis ipsius: sed quia nostram exilitatem & paruitatem suscepit. Habetur autem hęc authoritas Esa. 10. vbi secundum literam nostram sic dicitur. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Deinde cum dicit; *Et sicut praedixit Esa. &c.* inducit authoritatem pertinentem specialiter ad Apostolos, dicens; *Et sicut praedixit Esa. 1. Nisi dominus sabaoth*, id est, exercituum, vel virtutum; *Reliquisset nobis*, scilicet ex sua misericordia. *Semen*, id est, verbum euangelii. Matt. 12. Semen est verbum Dei, Vel *Semen*, id est, Christum. Gala. 3. Et semini tuo, qui est Christus, vel *Semen*, id est, Apostolos. Esa. 6. Semen sanctum erit id, quod steterit in ea. *Sicuti Sodoma facti essemus: & sicut Gomorra similes fuissemus*. Grauius enim fuit peccatum Iudæorum, quàm Sodomorum. Tren. 4. Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Et Eze. 16. Non fecit Sodoma ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Et ideo quòd Iudæi non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitæ, est diuinæ misericordiæ imputandum. Tren. 3. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti. Deinde cum dicit; *Quid ergo dicemus?* infert conclusionem ex dictis. Et primo quantum ad Gentes. Secundo, quantum ad Iudæos, ibi, *Israel vero &c.* Circa primum duo facit. Primo concludit quod intendit: dicens; *Quid ergo dicemus*, ex consideratione prædictorum? Hoc inquam, quòd *Gentes apprehenderunt*, id est, consecutæ sunt, iustitiam scilicet, qua vocantur filii. 1. Cor. 6. Et hoc quidem fuistis, sed iustificati estis. Et hoc quidem ex vocatione diuinæ electionis, non ex meritis: quod patet per hoc quòd dicit; *Quae non sectabantur iustitiam*, secundum illud Ephes. 2. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. Secundo exponit quod dixerat; *Iustitiam autem quae ex fide est*, non eam quæ in operibus consistit. Non enim ad hoc Gentes conuersæ sunt, vt iustitiam legalem obseruent, sed vt iustificentur per Christi fidem. supra. 2. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Deinde cum dicit; *Israel vero &c.* inducit conclusionem quantum ad Iudæos. Et primo concludit quod intendit, dicens; *Israel vero*, id est, populus Iudæorum; *Sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit*. Dicitur lex iustitiæ lex spiritus vitæ, per quam homines iustificantur, ad quam Iudæorum populus non peruenit: quam tamen sectabatur obseruando vmbram huius spiritualis legis, quæ consistit in obseruationibus legalibus, Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. *Vel, sectando legem iustitiae*, id est, legem Moysi, quæ est lex iustitiæ, si sit bene intellecta: quia docet iustitiam. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos non vere, sed exterius, dum peccata vitantur non ex amore, sed timore pœnę, quam lex infligebat. Esa. 51. Audite me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Et in eodem. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in cordibus eorum. Secūdo assignat causam, dicens; *Quare*, scilicet dum sectarentur legem, ad legem iustitiæ, non peruenerunt; quia. s. non prędebitam viam sectabantur. Et hoc est, quòd subdit; *Quia non ex fide*, scilicet Christi, quærebant iustificari, sed quasi ex operibus legis. Sequebantur enim figuram, & repudiauerunt veritatem. supra 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Tertio manifestat causam propositam, & primo proponit manifestationem, dicens; *Offenderunt enim in lapidem offensionis*, id est, ad Christum, qui assimilatur lapidi offensionis in hoc, quòd sicut lapis in quem homo offendit, non cauetur propter suam paruitatem: ita Iudæi videntes Christum infirmitate nostra contentum, non cauerunt in eum offendere. Esa. 53. Quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde non reputauimus eum. Hiere. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, id est, ad Christum, & eius apostolos, qui dicuntur montes caliginosi propter hoc, quòd eorum dignitas, & magnitudo latebat. Secundo ad hoc inducit authoritatem, dicens; *Sicut scriptum est*. In Esa. scilicet, Componit autē Apostolus verba Esa. in diuersis locis scripturæ, Nam Esa. 28. dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet. Et hinc sumitur principium authoritatis; *Ecce ponam in Sion, lapidem*. s. quasi fundamentum, in quo designatur, quòd Christus diuina ordinatione constitutus erat Ecclesiæ fundamentum. 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa. 8. In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel. Et hinc sumitur medium authoritatis, quo dicit; *Lapidem offensionis, & petram scandali*, vt offensio referatur ad ignorantiam, quia vt dicitur. 1. Corinth. 2. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Scandalum autem referendum est ad impactionem, & casum, quo per infidelitatem ceciderunt, Christum & eius apostolos persequentes. 1. Corint. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam &c. Finis autem authoritatis sumitur. Exod. 28. Qui crediderit, non festinet, loco cuius hic dicitur. Omnis qui credit in eum, non confundetur, quia. s. consequitur mercedem ab eo. Eccle. 2. Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Ponit autem Apostolus hæc verba secundum literam 70. Et ad hunc sensum pertinet, quod in litera nostra dicitur. Qui crediderit, non festinet. Ille enim festinare videtur, qui delusum se reputat, quia cito non adipiscitur, quod sperabat.

domo facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quòd Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

CAP. X. LECT. I.

F RATRES; voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem

LECTIO PRIMA.

K POSTQVAM Apostolus ostendit, quomodo per electionem gratiæ Dei, Gentiles sunt ad fidem vocati, & etiam aliqui ex Iudæis de maiori parte populi Iudaici offendentibus, & scandalizatis; hic agit specialiter de casu Iudæorum. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat causam casus eorum, quem supra tetigerat: ex qua ostenditur casus eorum esse miserandus. Secundo, ostendit casum eorum non esse vniuersalem. 11. cap. ibi; *Dico ergo, Nunquid &c.* Tertio, ostendit casum eorum non esse inutilem, neque irreparabilem, ibi; *Dico ergo, nunquid &c.*

Circa primum duo facit. Primo, ostendit casum eorum esse miserandum ex sua causa. Secundo, ostendit quòd non est totaliter excusabilis, ibi; *Sed dico, nunquid non audierunt? &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit se ad Iudæos habere miserationis affectum. Secundo, ostendit causam miserationis, ibi; *Testimonium enim illis perhibeo &c.* Dicit ergo primo, Dictū est, ꝙ Iudæi in legem iustitiæ non, peruenerunt, propter hoc quòd offenderunt in lapidem offensionis: nec tamen contra eos indignor, sed eorum misereor. Et ideo dico vobis; *O Fratres*, qui

qui conuersi estis tam ex Gentibus, quàm ex Iudæis. Matt. 23. Omnes vos fratres estis; *Voluntas quidem cordis mei*, id est, ex intimo cordis affectu procedens, est ad salutem eorum, vt scilicet ipsi saluentur, sicut & ego saluatus sum. 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, Act. 26. Opto apud Deum omnes qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum. Et in hoc Deo conformabatur, qui ut dicitur. 1. Tim. 2. vult omnes homines saluos fieri, Nec sola voluntas est in salutē eorum, sed etiam voluntatis effectus, vnde subdit; *Et obsecratio*, scilicet mea *Fit ad Deum pro illis in salutem*. 1. Reg. 12. Absit a me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Iaco. vlti. Orate pro inuicem vt saluemini. Et ex hoc patet, ꝙ orandum est pro infidelibus vt saluentur, quia & ipsa fides est donum Dei. Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum est. Deinde cum dicit; *Testimonium enim &c.* assignat causam suæ miserationis, quia. s. non ex certa malitia, sed ex ignorantia peccabant, Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit eorum ignorantiam. Secundo, ostendit quid ignorabant, ibi; *Ignorantes enim Dei &c.* Tertio, ostendit veritatem eorum, quæ ignorabant, ibi; *Moyses enim dicit &c.* Dicit ergo primo. Ideo salutem eorum volo, & propter hoc oro, misertus eorum, quia testimonium perhibeo de illis, quòd *Aemulationem quidem Dei habent*, scilicet quia zelo Dei, Christum, & eius membra persequuntur. Ioan. 16. Venit hora, in qua, omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Et huius rei testis esse poterat, quia & ipse aliquando fuerat in simili causa. Phil. 3. Secundum æmulationem persecutus sum ecclesiam Dei; *Sed non secundum scientiam*: quia scilicet eorum zelus, per rectam scientiam non ordinatur dum ignorant veritatem. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. 1. Cor. 14. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Deinde cum dicit; *Ignorantes enim &c.* ostendit cuius rei scientiam non haberent. Et primo proponit, quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi; *Finis enim legis Christus &c.* Dicit ergo primo. Recte dico, quòd non secundum scientiam; *Ignorantes enim Dei iustitiam*, scilicet qua Deus per fidem iustificat. supra 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi; *Et quærentes statuere*, id est, firmare *suam*, scilicet iustitiam, quæ consistit in operibus legis, quæ secundum eorum opinionem non expectabat aliquid a Deo, sed solum ex arbitrio operantium erat: Et ideo dicit eorum esse iustitiam, quasi humanam, & non diuinam, secundum illud supra 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, scilicet apud homines, sed non apud Deum; *Iustitiae enim Dei non sunt subiecti*, id est, nolunt subiici Christo, per cuius fidem iustificantur homines a Deo. Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? supra 3. Vt subditus fiat omnis mundus Deo. Exo. 10. Vsquequo non uis subiici mihi? Deinde cum dicit; *Finis legis Christus &c.* manifestat, quod dixerat, scilicet eos Dei iustitiam ignorare, & quòd ei subiici nolunt, cum tamen iusticiā legalem statuere velint. Circa quod considerandum est, quòd sicut etiam Philosophi dicunt, intentio cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos: vnde multo magis lex vetus hominibus diuinitus data, ordinabatur ad faciendum homines iustos. Hanc tamen iustitiam, lex per semetipsam facere non poterat, quia neminem ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Heb. 7. Sed ordinat homines in Christum, quem promittebat, & præfigurabat. Gal. 4. Lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, & hoc est quòd dicit: Christus enim est finis legis, ad quem, scilicet tota lex ordinatur. Psalm. 118. Omnis consummationis vidi finem; *Finis inquam, ad iustitiam ut*, scilicet homines per Christum iustitiam consequantur, quam lex intendebat. supra. 8. Quod impossibile erat legi, mittens Deus filium suum, damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc dico omni credenti, quia per fidem suos iustificat. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Deinde cum dicit; *Moyses enim &c.* probat veritatem eorum, quæ Iudæi ignorabant, scilicet, quòd iustitia Dei sit perfectior, quàm iustitia legalis. Et hoc authoritate ipsius Moysi veteris legislatoris. Primo ergo, per eius verba ostendit conditionem iustitiæ legalis. Secundo, condi-

quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide est B iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? idest, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbum in ore tuo, Hoc est uerbū fidei, quod prædicamus: quia si cō fitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris, ꝙ Deus illū suscitauit a mortuis, salu⁹ eris.

Eth. 2. c. 1.

A tionem iustitiæ fidei, ibi; *Quae autem ex fide est &c.* Dicit ergo primo, Recte distinxi iustitiam humanam a iustitia Dei; *Moyses enim scripsit*, Leuit. 18. *Quoniam homo qui fecerit iustitiam; quae ex lege est*, uiuet in ea. ubi sic litera nostra habet: Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, uiuet in eis. Et Ezech. 20. Iudicia mea proiecerunt, q̄ faciens homo, uiuet in eis, quia scilicet hoc commoditatis consequebatur homo per legis obseruantiam, ne occideretur tanquam legis transgressor. Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, absque vlla misericordia moritur. Leuit. 20. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur, & hic de aliis. Possumus ulterius dicere, ꝙ per legis obseruationem homo ordinatur in vita præsenti: promittebat enim lex temporalia bona, & quædam mandabat, quæ ad ordinationem carnalis vitæ pertinebant. Heb. 9. Iustitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Sed contra uidetur esse quod dominus dicit Mat. 19. quærenti quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Respondit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vnde & supra 5. super illud. Lex autem subintrauit. dicit quædam glo. Iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona temporalia; sed, & uitam conferebat æternam: sed hęc intelligenda sunt ſm spiritualem sensum legis, qui pertinet ad fidem Christi. Sed C quod hic dicitur, refertur ad interiorem legis sensum, ſm quem lex de uita æterna mentionem non faciebat. Deinde cum dicit; *Quae autem ex fide est iustitia &c.* inducit authoritatem Moysi de iustitia fidei. Et primo Moyses ostendit certitudinem fidei, quæ debet esse in corde hominis. Secundo fidei effectum, ibi; *Sed quid dicit scriptura &c.* Dicit ergo primo: non solum loquitur Moyses de iustitia legis, sed etiam ipse sic dicit de iustitia quæ est ex fide; *Quae autem est ex fide iustitia*, sic dicit, id est, sic loquitur in corde hominis; *Ne dixeris in corde tuo*, scilicet dubitando; *Quis ascendit in cœlum?* quasi hoc impossibile reputans, sicut & Prouerbio. 30. quęritur. Quis ascendit in cœlum atque descendit, quia scilicet hoc tenere quasi impossibile, est deducere Christum a cœlo, id est, afferere quòd Christus nō sit in cœlo, contra id quod dicitur. Io. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Aut etiam ne dixeris; *Quis descendit in abyssum*, id est in infernum, quasi reputans hoc esse impossibile. hoc enim negare; *Est reuocare Christum ex mortuis*, scilicet negare eum non esse mortuum. Ipse enim moriens in abyssum descendit. Eccles. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. Et secundum hoc prohibet dubitari de duobus articulis fidei Christi, scilicet de eius ascensione, & de eius morte, & descensu ad inferos, quorum primum pertinet ad maximam Christi exaltationem: secundum ad maximam eius humiliationem. Potest autem & aliter exponi, ut dicatur nobis certitudo duorum articulorum. Primo quidem incarnationis, qua de cœlis ad terram descendit: ut sit sensus; *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum*, & exponitur supplendo, id est, *Christum deducere*, quasi dicat: Quis ascendit in cœlum ad deducendum Christum ad nos? quod quidem non fuit necessarium, quia ipse propria uirtute descendit. Secundo autem resurrectionis, cum subdit; *Aut etiam* ne dixeris; *quis descendit in abyssum*, & supplendo addit. Hoc est; *Christum ex mortuis reuocare*: quasi dicat. Illuc descendit, ut inde posset Christum reuocare, sicut ex persona insipientium dicitur. Sapien. 2. Non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et hic sensus congruit uerbis Moysi. dicitur enim Deuter. 30. secundum literam nostram. Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum; neque in cœlo situm, ut possitis dicere. Quis nostrum ualet ad cœlum conscendere, ut deferat illud ad nos? Nec est inconueniens, si quod Moyses dixit de mandato legis, hoc Apostolus attribuit Christo: quia Christus est uerbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata. Sic ergo intelligendum est quod dixit. *Quis ascendit in cœlum*. i. Christum deducere. ac si dicat. Quis potest in cœlum conscendere, ut uerbum Dei inde deferat ad nos? Et idem est dicendum in alio, quod sequitur. Deinde cum dicit; *Sed quid dicit scriptura? &c.* ondit fructū fidei p eiusdem authoritatem. Et primo proponit authoritatē. Secundo expo-

dit eam, ibi; *Hoc est uerbum fidei &c.* Tertio probat expositionem esse conuenientem, ibi; *Corde enim creditur &c.* Dicit ergo primo; *Sed quid dicit scriptura?* Hoc, inquam; *Prope est verbũ in ore tuo & in corde tuo.* Sic enim post præmissa verba Deu. sequitur, Iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo. Quasi dicat: non solliciteris, quòd tibi desit verbũ fidei iustificãtis, ꝓpter hoc quòd Christus est in cœlo secundũ naturam diuinam, aut quòd descendit in infernũ propter mortem humanitatis, quia ipse descendens de cœlo, & resurgens ab inferis, impressit verbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vnde quod dicit; *Prope est*: potest referri ad hoc, quòd verbum Dei sumus adepti per Christum incarnatum, & resurgentem. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum. Hie. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Vel secundum glo. quod dicit; *Prope*, referendum est ad vtilitatem secundum quòd dicimus, prope apud nos esse, quod nobis est commodum & vtile. Verbo enim Dei, cor nostrum mundatur. Io. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Vel potest referri ad hoc, ꝓ verba fidei, & si sint supra rationem. Eccles. 3. Plurima supra sensum hominis monstrata sunt tibi, non tamen sunt contra rationem, quia veritas non potest esse veritati contraria. Psal. 118. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit; *Hoc est verbum &c.* exponit authoritatem prædictam. Et primo, ostendit quod sit illud verbum, de quo Moyses, loquitur, dicens; *Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus.* 2. Tim. 4. Prædica verbum. Hier. 23. Qui habet sermonem meum loquatur sermonem vere. Secundo, exponit quomodo hoc verbum est in ore per confessionem, & in corde per fidem. Et hoc est quod subdit, *Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christum*, scilicet recognoscens eum dominum subiiciendo sibi tuũ affectum, secundum quod dicitur. 1. Cor. 12. Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et iterum; *Si credederis in corde tuo*, scilicet fide formata, quæ per dilectionem operatur, vt dicitur Galat. 5. *Quod Deus illum suscitauit a mortuis.* Psalm. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me (quia vt dicitur. 2. Cor. vlt. Resurrexit ex virtute Dei, quæ est communis sibi & patri; *Saluus eris*, scilicet salute æterna: de qua dicitur Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute æterna. Quod autem dicit; *Dominum Iesum*; ad mysterium incarnationis refertur. Quod autem sequitur; *Christum*, manifeste ad resurrectionem refertur. De quibus duobus articulis supra fecerat mentionem.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM præmiserat Apostolus exponendo verbum Moysi, quòd confessio oris, & fides cordis operantur salutẽ, proponens hoc causa exempli in duobus articulis, de quibus videbatur Moyses fecisse mentionem: hic probat quod dixerat in vniuersali. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝓ per fidem, & confessionem homo consequitur salutem. Secundo, ponit salutis ordinem, ibi; *Quomodo ergo inuocabunt &c.* Tertio infert quandam conclusionem ex dictis, ibi; *Ergo fides ex auditu &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit quod intendit, dicens. Recte dico, quòd si confitearis ore, & credas corde, saluus eris; *Corde enim creditur*, ab homine; *Ad iustitiam*, id est, ad hoc, vt iustitiam per fidem consequatur. supra. 5. Iustificati igitur ex fide. Signanter autem dicit; *Corde creditur*, id est, voluntate. Nam cætera, quæ ad exteriorem Dei cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens. Intellectus enim credentis non determinatur ad assentiendum veritati ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex voluntate: & ideo scire non pertinet ad iustitiam hominis, quæ est in voluntate, sed credere. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Postquam autem homo est iustificatus per fidem, oportet, ꝓ eius fides per dilectionem operetur ad consequendam salutem. Vnde subdit, *Ore autem confessio fit ad salutem*, scilicet æternam consequendam. Esa. 53 Salus autem mea in sempiternum erit. Est autem triplex confessio necessaria ad salutem. Primo quidem confessio propriæ iniquitatis, secundum illud Psalm. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, quæ est confessio pœnitentis. Secunda confessio est, per quam homo confitetur Dei bonitatem misericorditer beneficia præstantis. Psalm. 117. Confitemini domino quoniam bonus, & hæc est confessio gratias agentis. Tertia est confessio diuinæ veritatis. Matth. 10. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, & hæc cõfessio est credentis, de qua nunc Apostolus loquitur: hæc autem est necessaria ad salutem pro loco, & tempore, quando scilicet exposcit fides alicuius, scilicet a persecutore fidei, vt quando periclitatur fides aliena: sicut præcipue prælati debent prædicare fidem subditis suis. Et ideo baptizati liniuntur chrismate, in fronte signo crucis, vt ipsum crucifixum confiteri non erubescant. supra. 1. Non enim erubesco euangelium. Ita est autem, & de omnibus virtutum actibus, qui pro loco, & tempore sunt necessarii ad salutem. Nam præcepta affirmatiua, quæ de his dantur, obligant semper, sed non ad semper. Secundo, ibi; *Dicit enim scriptura &c.* probat per authoritatem, dicens. Dicit enim scriptura, scilicet Esa. 18. *Omnis qui credit in illum*, fide, scilicet formata; *Non confundetur*, scilicet quasi deficiens a salute. Eccle. 2. Qui timetis dominum, credite illi. & non euacuabitur merces vestra. Litera vero nostra habet. Qui crediderit non festinet. vt supra dictũ est. Tertio, ibi; *Non enim est distinctio &c.* probat hoc esse vniuersaliter intelligendum, cum Esaias indefinite hoc proponat. Et primo, proponit quod intendit, dicens, Ideo dictum est; *Omnis qui credit &c. Non enim est distinctio*, quantum ad hoc; *Iudæi & Græci*. Coll. 3. Vbi non est Gentilis, & Iudæus, circuncisio, & præputium &c. Secundo, probat per rationem quæ duplici modo innititur, quorum primum tangit, dicens; *Nam idem dominus omnium*, supra. 3. An Iudeorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Psal. Rex omnis terræ Deus. Et ideo ad ipsum pertinet prouidere omnium saluti. Secundum medium tangit, dicens; *Diues est in omnes qui inuocant illum*. Si enim non esset tantæ bonitatis, quòd sufficeret ad satisfactionem utriusque, posset putari, quòd non omnibus credentibus prouideret: sed diuitiæ bonitatis eius, & misericordiæ indeficientes sunt. supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia &c. Tertio, probat idem per authoritatem, quæ habetur Ioel. 2. *Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit*. Est autem inuocare, in se vocare per affectum & deuotum cultum. Psalm. 90. Inuocabit me & ego exaudiam eum. Deinde cum dicit; *Quomodo ergo inuocabunt &c.* Ponit ordinem, quo quis vocatur in salutem, quæ est ex fide. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd ea quæ sunt posteriora in hoc ordine, sine prioribus esse non possunt. Secundo ostendit, quòd positis prioribus, non est necessarium posteriora poni, ibi; *Sed non omnes obediunt euangelio*. Circa primum duo facit. Primo ponit ordinem eorum, quę requiruntur ad salutem. Secundo, confirmat quod supposuerat per authoritatem, ibi; *Sicut scriptum est*. Ponit autem primo quinque per ordinem, incipiens ab inuocatione ad quam secundum authoritatem prophetæ, sequitur salus. Dicit ergo; *Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt?* quasi dicat. Sine dubio inuocatio salutem facere, non potest, nisi fide præcedente. Pertinet autem inuocatio ad confessionem oris, quæ ex fide cordis procedit. Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum: 2. Corinth. 4. Nos credimus propter quod & loquimur. Secundo, a fide ascendit vel procedit ad auditum, dicens; *Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Ille enim homo credere dicitur, quę sibi ab aliis dicuntur, quæ ipse non videt. Ioan. 4. Iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere saluator mundi &c. Est autem duplex auditus. Vnus quidem interior, quo quis audit a Deo reuelante. Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exterius loquente. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Primus autem auditus non communiter pertinet ad omnes, sed proprie pertinet ad gratiam prophetiæ, quæ est gratia gratis data distincte aliquibus, sed non omnibus, secundum illud. 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Sed quia nunc loquitur de eo, quod indistincte ad omnes pertinere potest, secundum illud quod supra dixit. Non enim est distinctio, ideo relinquitur, ꝓ hoc sit intelligendum de secundo auditu. Et iõ subdit; *Quomodo ergo audient sine prædicante?*

LECTIO II.

CORDE enim creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit.n. scriptura. Omnis qui credit in illũ, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit, Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderũt? aut quomodo credent ei quem nõ audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes euãgelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

LECTIO III.

SED dico. Nunquid non audierunt? Et quidem, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed dico, Nunquid venit ad me: & sic quòd homines creduut, non est attribuendum prædicatoris industriæ. Per hoc etiam ostenditur, quòd omnes increduli non excusantur a peccato, sed illi qui non audiunt, & non credunt. Ioan. 10. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem nõ habẽt de peccato suo. Et hoc etiam magis cõsonat his, quæ Apostolus posterius dicet. Secundo, ad hoc inducit authoritatem, cum subdit; *Esaias enim dicit, Domine quis credidit auditui nostro?* quasi diceret, Rarus. Ezech. 1. Increduli & subuersores sunt tecum. Michæ. 7. Factus sum sicut, qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Quod quidem Esaias dixit præuidens Iudæorum infidelitatem futuram. Eccles. 48. Spiritu magno vidit vltima &c. Dicit autem, Auditui nostro, vel propter id quod a Deo audierunt, sicut dicitur in Abdia: Auditum audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Vel propter id, quod homines ab apostolis audiebant. Ezech. 33. Audiunt verba tua, & non faciunt ea. Deinde cum dicit; *Ergo fides ex auditu &c.* infert conclusionem ex dictis, dicens. Ergo ex quo aliqui non credunt, nisi audierint, fides est ex auditu. Psalm. 17. In auditu auris obediuit mihi. Sed contra videtur esse, quòd fides est virtus infusa diuinitus. Phil. 1. Vobis datum est vt in ipsum credatis. Dicendum est ergo, ꝓ ad fidem duo requiruntur: quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum & hoc non est ex auditu, sed ex dono gratiæ: Aliud autem est determinatio de credibili. & istud est ex auditu. Et ideo Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret quid esset credendum. Ex eo vero quod dixerat; *Quomodo audient sine prædicante? & quomodo prædicabunt nisi mittantur?* concludit; *Auditus autem*, scilicet credentium, est per uerbum prædicatorum, quod est; *Verbum Christi*, vel quia est de Christo. 1. Corin. 1. Nos prædicamus Christum Iesum: uel quia a Christo habent, quòd mittantur. 1. Cor. 11. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. Act. 10.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit casum Iudæorum esse miserandum, quia ex ignorantia peccauerunt, hic ostendit, ꝓ eorum talis casus non est excusabilis ex toto: quia eorum ignorantia non fuit inuincibilis, vel ex necessitate existens, sed quodammodo voluntaria. Et hoc quidem ostendit dupliciter. Primo quidem per hoc, quòd audierunt ex doctrina apostolorũ. Secundo per hoc, quòd cognouerunt ex doctrina legis & prophetarum, ibi; *Sed dico, Nunquid Israel non cognouit?* Circa primum duo facit. Primo, proponit quæstionem, dicens. Dictum est, quòd fides est ex auditu, & non possunt homines credere ei, quem non audierunt. Dico ergo; *Nunquid non audierunt?* ut.s. per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate, sm illud Io. 15. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum nõ haberent. Secundo, ad quæstionem respondet interueniendo per authoritatem Psal. dicentis; *In omnem terram exiuit sonus eorum*, scilicet apostolorum. i. Fama eorum exiuit in omnem terram, non solum Iudæorum, sed etiam omnium Gentium. Iob. 28. Perditio, & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius, scilicet sapientiam per apostolos prædicatam. Et dominus eis præceperat Matth. vlt. Euntes in uniuersum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ; *Et uerba eorum*, scilicet distincta eorum doctrina, exierunt; *In fines orbis terræ.* Ad literã, vsque ad fines mundi. Esa. 24 A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et 49. Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Et est notandum, quòd secundũ Augu. †hæc uerba nondum erant completa, quando Apostolus talia loquebatur, sed præuidebat ea esse complenda. Et ideo utitur præterito pro futuro, propter certitudinem diuinæ præordinationis: sicut etiam Dauid, cuius uerba assumit Apostolus, manifeste utebatur præterito pro futuro. Et ideo hoc dicit † Aug. quia adhuc tempore suo dicit fuisse quasdam gentes in Aphricæ partibus, quibus non erat fides Christi prædicata. Chrys. †aũt super Matth. econtrario dicit, hoc quod hic dicitur, completum fuisse tpe apostolorum, exponens sic quod habetur Matth. 24. Et

Epsa. 80.

ibidem. Hom. 76.

oportet hoc euangelium prædicari in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, id est, destructio Hierusalem, vtrumque autem est aliqualiter verum. Tempore enim apostolorum, ad omnes gentes, etiam vsque ad fines mundi, peruenit aliqua fama de prædicatione apostolorum per ipsos apostolos, vel discipulos eorum, Matthæus in Aethyopia, Thomas in India, Petrus & Paulus in Occidente. Et hoc est quod Chrysostomus dicere intendit. Non tamen sic fuit impletum tẽpore apostolorum, quòd in omnibus gẽtibus Ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendum ante finem mundi, vt dicit Augustinus in epistola ad Hesitium. Magis tamen præsenti intentioni Apostoli congruit expositio Chrysostomi, quàm Augustini. Nulla enim ratio esset auferendi excusationem infidelibus per hoc, quòd in futurum erant audituri. per hoc tamen non habetur, quòd ad singulos homines fama prædicationis apostolicæ peruenerit, licet peruenerit ad omnes gentes. Nunquid ergo illi ad quos non peruenit, vtpote si fuerunt nutriti in sylvis, excusationem habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicendum est, quòd secundum sententiam domini, quæ habetur, Ioan. 17. Illi qui loquentem dominum per se, vel per eius discipulos non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei consequentur, vt scilicet iustificentur ab aliis peccatis, vel quæ nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt: & pro his merito damnantur. Si qui tamen eorum fecissent quod in se est, dominus eis secundum suam misericordiam prouidisset, mittendo eis prædicatorem fidei, sicut Petrum Cornelio. Act. 10. Et Paulum Macedonibus, vt habetur Act. 16. Sed tamen hoc ipsum, quòd aliqui faciunt quod in se est, conuertendo se scilicet ad Deum, ex deo est mouente corda ipsorum ad bonum. Threno. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Deinde cum dicit; *Sed dico, Nunquid Israel &c.* ostendit eos esse inexcusabiles propter notitiam, quam habuerunt ex lege, & prophetis. Et primo mouet quæstionem, dicens. Sed dico adhuc inquirendo; *Nunquid Israel*, id est, populus Iudæorum, *non cognouit* ea, quæ pertinent ad mysterium Christi, & ad vocationem Gentium, & casum Iudæorum? Plane cognouit. infra. 2. Instructus per legem. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Bar. 4. Beati sumus, o Israel, quoniam quæ placita sunt Deo, manifesta sunt nobis. Secundo, cum dicit ibi; *Primus Moyses*, soluit quæstionem, & ostendit eos cognouisse, primo quidem per doctrinam legis, dicens; *Primum Moyses*, qui est legislator, quòd non est sic intelligendum per hoc, quòd inducit; Primus; quasi fuerint duo Moyses, quorum primus hoc dixit: sed quia Moyses fuit primus, id est, præcipuus inter doctores Iudæorum. Deuter. vltim. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses. Vel primus fuit in ordine talia dicendi, quia ipse primus inter alios hoc dixit. Deuter. 32. *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam*. Vbi litera nostra sic habet. Ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos. Vbi duplex est distinctio attendenda. Prima quidem ex parte gentilitatis, quam vocat non gentem, quasi non dignam vocari gentem, eo quòd non erat adunata in cultu vnius Dei. Ecclesiast. 50. Secunda non est gens, quam oderim. Eandem autem gentem, vocat gentem insipientem: & si aliqualiter gens dici posset, secundum quòd adunatur, & gubernatur lege humana, dicitur tamen insipiens, quasi priuata uera sapientia, quæ in cognitione, & cultu Dei consistit, Ephes. 4. Sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via Dei. Et sic refertur ad gentilitatem secundum statum ante conuersionem. Possunt hæc etiam duo attribui gentilitati post conuersionem, quæ dicitur non Gens, id est, non gentiliter viuens, sicut Apostolus dicit ibidem. Iam non amplius ambuletis sicut & Gentes. Dicitur etiam gentilitas conuersa, Gens insipiens, secundum opinionem infidelium. 1. Corinth. 3. Si quis inter vos sapiens videtur esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens. Secunda differentia attenditur, quantum ad hoc, quòd primo ponit æmulationem, scilicet inuidiæ, qua Iudæi inuidebant Gentilibus conuersis, Galat. 4. Æmulantur vos non bene. Secundo, ponit iram, qua contra eos irascuntur. Psalm. 36. Obseruabit pecator iustum, & stridebit &c. Et hęc duo congrue coniunguntur, quia ex inuidia causatur ira. Vnde Iob. 5. dicitur. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Dicitur autem Deus in æmulationem inducere, & in iram mittere, non quidem in eis causando malitiam, sed subtrahendo gratiam: vel potius faciendo conuersionem gentium: unde Iudæi occasionem iræ & inuidiæ sumunt. Secundo, ostendit eos cognouisse per doctrinam prophetarum, & inducit Esaiam, primo quidẽ prænuntiantem conuersionem Gentium, dicens; *Esaias autem audet, & dicit*, id est, audacter Iudæis annuntiat veritatem, quàmuis ei periculum mortis immineret. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. & dicit. Esa. 64. *Inuentus sum a Gentibus non quærentibus me*; *Palam apparui his qui me non interrogabant*. vbi litera nostra sic habet. Quæsierunt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt, qui non inquisierunt me. In his autem verbis primo designat conuersionem gentium, dicens; *Inuentus sum a gentibus non quærentibus me*. Et ideo præter merita, & intentionem gentilium ostenditur fuisse eorum conuersio. infra. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum. De hac autem inuentione dicitur Matth. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscõdito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit &c. Secundo, ostendit causam, & modum conuersionis eorum. Causam quidem, quia non casu factum est vt inuenirent quod non quærebant, sed ex gratia eius qui eis voluit apparere: quod designatur in hoc, quòd dicit. *Apparui*. Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus. Modum autem, quia non apparuit Christus gentilibus in ænigmatibus, & figuris legis, sed in manifesta ueritate. Vnde dicit; *Palam*. Ioan. 16. Ecce palam loqueris, & prouerbium nullum dicis; *Palam*, inquit; *Apparui eis*, scilicet gentilibus; *Qui me non interrogabant*, id est, qui meam doctrinam non quærebant. Esaiæ. 45. Rogant Deum non saluantem. Secundo, ostendit quòd Esaias prænuntiauit incredulitatem Iudæorum, dicens; *Ad Israel autem*, id est, contra Israel dicit Esa. 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*, sed contradicentem mihi. Vbi nostra litera sic habet: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum; qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me. Quòd autem dicit; *Expandi manus meas*, potest uno modo intelligi de expansione manuum Christi in cruce, quæ quidem dicitur fuisse in cruce tota die, id est, principali parte totius diei, scilicet ab hora sexta usque ad uesperas. Matth. 27. Et quàmuis eo expandente manus in cruce, Sol sit obscuratus, petræ scissæ, monumenta aperta: Iudæi tamen in sua incredulitate permanserunt, eum blasphemantes, ut dicitur. Matth. 27. Vnde subdit; *Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi*. Hebr. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Alio modo, potest referri ad extensionem manus Dei in miraculis faciendis. Act. 4. In eo, quòd manum tuam extendis ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sanctum filii tui Iesu. ut sit sensus; *Tota die*, id est, toto tempore prædicationis meæ; *Expandi manus meas*, miracula faciendo; *Ad populum non credentem*, etiam miraculis uisis. Ioan. 15. Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; *Sed contradicentem mihi*, id est, meis miraculis detrahentem. secundum illud Matth. 12. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Oseæ. 4. Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. Tertio, potest intelligi de extensione manus Dei ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud Prouerbio. 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. ut sit sensus; *Tota die*, id est, toto tempore legis, & prophetarum; *Expandi manus meas*, ad dandum beneficia; *Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi*. Deut. 31.

Semper contentiose egistis contra dominum.

Israel non cognouit? Primus Moyses dicit. Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram uos mittam. Esaias autem audet, & dicit. Inuentus sum a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

Ibidem

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit Iudæorum casum esse miserandum, non tamen totaliter excusabilem, hic ostendit casum Iudæorum non esse vniuersalem. Et primo mouet quæstionem. Secundo soluit, ibi; *Absit &c.* Tertio infert conclusionem, ibi; *Quid ergo &c.* Dicit ergo primo, Dico ad hæc inquirendo; *Nunquid Deus repulit*, totaliter; *Populum suum*? scilicet Iudæorum, quia vocat, eum nõ credenrem, sed contra dicentẽ. Et hoc Psalmista etiam inquirit, dicẽs, Vt quid Deus repulisti in finem? Thren. 2. Repulit dominus altare suum. Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit quæstionem, ostendens ꝙ Deus non totaliter repulit populum Iudẽorum. Et hoc est quod dicit; *Absit*, vt. s. populus Iudæorum sit totaliter repulsus. Et hoc quidem primo probat quantum ad personam suam, dicens; *Nam & ego*, scilicet in fide Christi existens; *Israelita sum*, scilicet. 2. Cor. 11. Israelitæ sunt, & ego. Et quia in populo Israel erant aliqui proselyti, qui non descenderunt ſm carnem ex patriarchis, secundo hoc de se excludit, subdens; *Ex semine Abrahæ*. 2. Cor. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Erant autem in populo Iudæorum Tribus distinctæ ſm filios Iacob, quorum quidem fuerunt filii ancillarum, quidã vxorũ. Ioseph aũt & Beniamin filii Rachel prædilectæ vxoris. Vnde tertio suam excellentiam in populo Iudẽorum ostendens dicit; *Ex tribu Beniamin*. Philip. 3. Ex genere Israel de tribu Beniamin. Vnde & de eo exponitur à quibusdam, quod legitur Gen. penult. Beniamin lupus rapax, mane comedet pdam, & vespere diuidet spolia. Secundo, ibi; *Non repulit &c.* ostendit populum illum non esse repulsum a Deo, etiam quantum ad multos electos suos. Et primo proponit quod intendit. Secundo, inducit similitudinem, dicens. An nescitis: Tertio adaptat eam, ibi; *Sic ergo & in hoc tempore &c.* Dicit ergo primo, Nõ solum ego non sum repulsus, sed Deus; *Non repulit plebem suam*, totam, *quam præsciuit*. i. prædestinauit. Supra 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Ps. 94. Non repellet dominus plebem suam. Quod Apostolus hic exponit, quantum ad prædestinatos. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* inducit similitudinem de his, quæ contigerunt tempore Eliæ, quando etiam totus populus videbatur a cultu vnius Dei aberrasse. Vbi primo ponit interpellationem Eliæ. Secundo, responsionem domini, ibi; *Sed quid dicit scriptura diuina &c.* Dicit ergo primo; *An nescitis quid scriptura*, sacra; *Dicat in Helia*, id est, de Helia. 3. Reg. 19. Vel in Helia, id est, in libro de Elia scripto. Totus enim liber Regum est principaliter scriptus ad notificandum dicta, & facta prophetarum. Vnde & inter libros propheticos computatur, vt Hiero. dicit in prolo. libri Regum, quemadmodum, scilicet ipse Elias interpellat Deum aduersus Israel. Contra quòd videtur esse verbum Samuelis dicentis. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Multo ergo minus est contra populum interpellandum. Sed intelligendum est, ꝙ prophetæ contra populum aliquem interpellant tripliciter. Vno modo, conformando voluntatem suam voluntati diuinæ eis reuelatæ, sicut & in Psal. 57. dicitur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Alio modo interpellando contra regnum peccati, vt scilicet non homines, sed peccata hominum destruantur. Tertio modo vt interpellatio, vel oratio est interpretanda per modum denuntiationis, secundum illud Hier. 17. Confundantur, qui me persequuntur. i. confundentur. Duo autem in hac sua interpellatione contra eos allegat. Primo quidem impietatem, quam commiserant contra cultum Dei. Vno quidem modo persequendo ministros eius, quod tangit dicens; *Domine prophetas tuos occiderunt*. 3. Reg. 18. Nunquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini? Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Alio modo, quantum ad loca Deo sanctificata, secundum illud Psalm. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum. Et quantum ad hoc dicit; *Altaria tua suffoderunt*. Vnde notandum est, quod Deut. 12. Dominus mandauit, dicens. Ad locum quem elegerit dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in illo loco holocausta & victimas vestras. Tamen ante ædificationem templi permittebatur populo, vt in diuersis locis altaria construeret ad cultum diuinum: quod quia erat contra legem, ædificato iam templo, Ezechias rex piissimus omnia huiusmodi altaria destrui fecit, Et hoc est quod dicitur 4. Regum. 18. Nonne iste ẽ Ezechias, qui abstulit excelsa, & altaria, & præcepit Iudæ, & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalẽ. Qđ ergo Ezechias fecit ex pietate, hoc fecit Achab, & Iezabel ex impietate, volentes cultum Dei totaliter extirpare. Tertio allegat contra eos impietatem, quam facere intendebat, dicens; *Et relictus sum ego solus*, scilicet in cultu vnius Dei. Quod quidem dixit Elias, eo quòd alii non ita aperte manifestabant se esse Dei cultores. Dicitur enim de eo Eccles. 48. Surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. *Et quærunt animam meam*, scilicet, vt auferant eam. Miserat enim Iezabel ad Heliam. 3. Regum. 19. dicens. Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis, scilicet prophetis Baal, quos occiderat Elias. Deinde cum dicit; *Sed quid dicit &c.* ponit diuinum responsum, dicens; *Sed quid dicit scriptura*, ibidem. s. dixisse illi, scilicet Eliæ, *responsum diuinum*. Hoc, inquam, quod sequitur; *Reliqui mihi*, id est, in cultu meo, non permittendo eos cadere in peccatum; *Septem millia virorum*. Ponitur certum pro incerto, propter perfectionem septenarii, & milliarii; *Qui non curuauerunt genua ante Baal*. id est, qui cultum Dei non deseruerunt. Esa. 43. Omnem qui inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui &c. Deinde cum dicit; *Sic ergo &c.* adaptat quod dixerat, ad propositum. Et primo ponit adaptationem, dicens; *Sic ergo & in hoc tempore*, in quo videtur multitudo populi deuiasse; *Reliquiæ*, id est, multi qui sunt relicti ab illo excidio; *Saluæ fient*, vel saluæ factæ sunt, *secundum electionem gratiæ Dei*, id est, secundum gratuitam electionem Dei. Ioan. 14. Non me elegistis, sed ego elegi vos. Secundo ex hoc infert conclusionem, dicens; *Si autem gratia*, salui facti sunt; *Iam non ex operibus*, eorum. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. Tertio ostendit sequi conclusionem ex præmissis, dicens; *Alioquin*. s. si gratia est ex operibus, *iam non est gratia*, quæ dicitur ex eo, quod gratis datur. Supra. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Deinde cum dicit; *Quid ergo &c.* infert conclusionem intentam. Et primo ponit eam, dicens; *Quid ergo* secundum præmissa dicemus? Hoc. s. ꝙ Israel quantum ad maiorem multitudinem populi non est consecutus, *quod quærebat*. s. iustitiam. Et hoc modo intelligendũ est, quod supra. 9. dictum est, Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Io. 7. Quæretis me, & non inuenietis. ita tñ, ꝙ *electio*. i. electi ex Iudæis; *Consecuta est*, iustitiam. Ephes. 1. Elegit nos in ipso, vt essemus sancti, *Cæteri vero*, id est, alia pars populi; *Excæcati sunt*, ꝓ suam malitiã. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorũ. Tecundo, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Manifestat conclusionem quantum ad vltimam partẽ. Et primo ꝓ authoritatẽ Esa. sc̃do per authoritatẽ Dauid, ibi; *Et Dauid dicit*. Circa primum notandum, quòd Apostolus componit authoritatem ex duabus. Legitur. n. Esa. 29. Miscui vobis spiritum soporis. Et quantum ad hoc dicit; *Dedit Deus illis spiritum compunctionis*, quod pertinet ad peruersitatem affectus. Compunctio. n. importat quandam cordis punctionem, siue dolorem. Est ergo quædam bona compunctio, qua quis dolet de propriis peccatis. ſm illud Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis. Est aũt & mala compunctio. s. inuidiæ, qua quis dolet de bonis aliorum.

CAP. XI. LEC. I.

DICO ergo, Nunquid repulit dominus Deus populum suum? Absit. Nã & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ, secundum electionem gratiæ Dei, saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam nõ est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

Psal. 73.

Hunc ergo compunctionis, id est, inuidiæ spiritum eis dedit Deus, non quidem immittendo malitiam, sed subtrahendo gratiam, sicut supra dictum est. 12. Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem. Item legitur Esaiæ. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat. Et quantũ ad hoc, designãs defectum cognitiuæ virtutis subdit; *Oculos ut non videant*, scilicet per seipsos quãtum ad miracula, quę Christus eis videntibus fecit; *Et aures ut non audiant*, scilicet fructuose doctrinam Christi, & Apostolorum. Esa. 42. Qui vides multa, nonne custodies? Qui apertas aures habes, nonne audies? Addit autem Apostolus de suo; *Vsque in hodiernum diem*, quia in fine mundi videbunt, & audient, quando conuertentur corda filiorum ad patres eorum, vt dicitur Malach. ult. Deinde cum dicit; *Et Dauid dicit &c.* ponit ad idem authoritatem Dauid. In qua primo tangit occasionem defectus Iudæorum, dicens; *Fiat mensa eorum*, id est, malitia, qua peccatores reficiuntur. Iob. 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum, absconde illud sub lingua sua. Quæ quidem mensa est coram ipsis, quando ex certa malitia peccant. Hoc quidem fit in laqueum, quando ex ea paratur tentatio ad peccandum. Esa. 24. Qui explicauerit se de fouea, tenebitur laqueo; *Et in captionem*, quando delectationi succumbit per cõsensum. Esa. 8. Capientur & irretientur; *Et in scandalum*, id est, in pactionem casus, quando ruunt de peccato in peccatum. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum; *Et in retributionem illis*, quando scilicet punientur pro suis peccatis. Vel quia hoc ipsum est retributio delictorum, quia Deus eos permittit sic cadere. Psal. 93. Redde retributionem superbis. Vel mensa, est sacra scriptura Iudæis apposita. Prouerb. 9. Proposuit mensam suam. Quæ quidem fit in laqueum, quando occurrit aliquod ambiguum. In captionem, quando male intelligitur. In scandalum, quando ruit in pertinaciam erroris. Et retributionem, vt supra. Secundo ponit ipsum defectum, quantum ad cognitiuam virtutem, cum dicit; *Obscurentur oculi eorum ne videant*, quod magis prænuntiando, quàm optando dicitur. Ephes. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum, cum dicit; *Et dorsum eorum*, id est, liberum arbitrium, quod portat ad bona, & ad mala; *Semper incuruã*, id est, incuruari permitte ab æternis ad temporalia, a rectitudine iustitiæ ad iniquitatem. Esaiæ. 51. Incuruare vt transeamus.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd casus Iudæorum non est vniuersalis, hic incipit ostendere, quòd casus eorum non est inutilis, neque irreparabilis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit casum Iudæorum esse vtilem, & reparabilem. Secundo excludit gloriam Gentilium Iudæis insultantium, ibi; *Quod si aliqui ex ramis &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem. Secundo soluit, ibi; *Absit &c.* Dicit ergo primo. Dictum est & probatum, quòd cæteri Iudæi præter electos sunt excæcati. Dicit ergo quæstionem mouens; *Nunquid sic offenderunt ut caderent?* Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo sic: Nunquid Deus permisit eos offendere solum; *Vt caderent*, id est, propter nullam aliam vtilitatem inde consequentem, sed solum volens eos cadere? Quod quidem esset contra bonitatem diuinam, quæ tanta est, vt Augu-
cap. 11. stinus† dicit in Enchi. quòd nunquam permitteret aliquid mali fieri, nisi propter bonum, quod ex malo elicit. Vnde & Iob. 34. dicitur. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et Apoc. 3. dicitur. Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam: quia. s. Deus aliquos sic permittit cadere, vt quorundam casus sit aliorum salutis occasio. Alio modo potest intelligi sic; *Nunquid sic offenderunt ut caderent?* id est, perpetuo in casu remanerent? Psalm. 40. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit quæstionem. Et primo, ſm primũ intellectum ostendens casum Iudæorum fuisse vtilem. Secundo, soluit quæstionem quantum ad ſm intellectum, ostendens casum Iudæorum esse reparabilẽ, ibi; *Quod si delictum illorum &c.* Dicit ergo primo; *Absit*. vt. s. inutiliter caderent; *Sed magis illorum*. s. Iudæorum; *Delicto*, salus Gentibus facta est occasionaliter. Vnde & dominus dicit Io. 4. Salus ex Iudæis est. Quod quidem potest intelligi tripliciter. Primo modo, quia p delictũ, quod in occisione Christi commiserunt, est subsecuta salus Gentium per redemptionem sanguinis Christi. 1. Petr. 1. Non enim corruptibilibus, auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Secundo modo, potest intelligi de delicto quò doctrinam apostolorũ repulerunt, ex quo consecutum est, vt Apostoli gentibus prædicarent, ſm illud Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repu-

F

uitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico Gentibus quandiu quidem ego sum Gentiũ Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem

listis illud, ecce conuertimur ad Gentes &c. Tertio modo, potest intelligi de hoc, quòd propter suam impænitentiam sunt in omnes Gentes dispersi. et sic Christus & Ecclesia vbique a libris Iudæorum testimonium habuit fidei Christianæ, ad conuertendos Gentiles, qui suspicari potuissent prophetias de Christo, quas prædicatores fidei inducebant, esse confictas, nisi probarentur testimonio Iudæorum, vnde in Psal. 58. dicitur, Ostendit mihi super inimicos meos. s. Iudæos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. disperge illos in virtute tua. Sequitur; *Vt illos æmulentur*, Et quia non dicit qui vel quos, cũ etiam sit duplex æmulatio. s. indignationis, & imitationis, potest hoc quatuor modis exponi. Primo modo vt intelligatur sic; ut gẽtiles illos. s. Iudæos; *Æmulentur*. i. imitentur in cultu vnius Dei. Ephe. 2. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. & postea subdit. Nunc autem vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. 1. Tim. 2. Vos imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in
H Iudæa; uel ut gentiles æmulentur Iudæos, id est, indignentur contra eos propter incredulitatem eorum. Psal. 118. Vidi prænauicantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Tertio modo potest intelligi sic, ut Iudæi æmulentur, id est, imitentur Gentiles, quando vbique, & nunc aliqui eorum particulariter conuertuntur ad fidem, imitantes fidem Gentiũ. & finaliter omnis Israel saluus fiet, cum plenitudo Gentium intrauerit, & sic impleatur, quod dicitur Deut. 28. Ille erit in caput, & tu eris in caudam. Quarto modo potest exponi sic, Vt Iudæi æmulentur Gentiles. i. contra eos ex inuidia turbentur, dum vident ad eos eorum gloriam translatam. Deut. 32. Ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Deinde cum dicit; *Quod si delictum eorum &c.* soluit quæstionem quantum ad secundũ intellectum, ostendens casum Iudæorum esse reparabilem. quod quidem ostendit tripliciter. Primo ex vtilitate. Secundo ex Apostoli intentione, ibi; *Vobis enim dico &c.* Tertio,
I ex conditione illius populi, ibi; *Quod si delibatio sancta &c.* Circa primum ponit talem rationem. Bonum est potentius ad vtilitatem inferendam, quàm malum: sed malum Iudæorum magnam vtilitatem gentibus contulit. ergo multo maiorem conferet mundo eorum bonum: hoc est ergo ꝓ dicit. Dictum est, ꝓ eorum delicto salus gentibus facta est; *quod*, pro, *Sed*, illorum. s. Iudæorum; *Delictum diuitiæ sunt mundi*, id est, Gentilium, quia s. delictum Iudæorum redundauit in spirituales diuitias Gentilium, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, quod quidem refert ad eorum culpam; *Et diminutio eorum*, qua. s. decreuerunt ab illa celsitudine gloriæ, quã habebãt, quod pertinet ad pœnam. Dan. 3. Imminuti sumus plusquam omnes Gentes, sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Sunt autem diuitiæ Gentium per occasionem, vt dictum est, vel *Diminutio eorum*. i aliqui minimi, & abiecti ex Iudæis, Gentes spiritualiter ditauerunt. s. apostoli de quibus di
K citur 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. *Quanto magis plenitudo eorum?* id est, abundantia eorum spiritualis, vel multitudo eorum ad Deum conuersa, in diuitias Gentiũ redundabit. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Et sic, si Deus propter vtilitatem totius mundi permisit Iudæos delinquere & diminui, multo magis implebit ruinas eorum propter totius mundi vtilitatem. Deinde cum dicit; *Vobis enim dico Gentibus &c.* ostendit idem ex sua intentione, quam primo proponit. Secundo eius rõnem assignat, ibi; *Si enim amissio &c.* Circa primum considerandum est, quòd cum in superioribus huius epistolæ partibus locutus fuerit omnibus fidelibus existentibus Romæ, siue fuerint ex Gentibus, siue ex Iudæis, nunc specialiter sermonem suum dirigit ad Gentiles conuersos. Dicit ergo. Dixi ꝓ plenitudo eorum diuitiæ mundi essent. In huius enim signum dico; *Vobis Gentibus*. i. Gentibus ad fidem conuersis, Esa. 65. Dixi, ecce ego ad Gẽtes et cet. Hoc inquã vobis dico; *Quandiu ego sum Gentium apostolus*, quarũ cura spãs mihi incũbit

bit ex iniuncto officio. Galat. 2. Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem. 1. Tim. 2. In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem enim dico in Christo Iesu, non mentior doctor Gentium
A in fide & veritate; *Ministerium meum honorificabo*, non quidem his, quæ ad secularem honorem pertinẽt, sed primo quidem ornãdo ipsum bonis moribꝰ. 2. Corint. 6. In omnibus exhibeamꝰ nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. Secundo, per supererogationem operum, ad quæ non tenebatur. 1. Corin. 9. Quæ est ergo merces mea vt euangelium Christi prædicans
B sine sumptu &c. Tertio ampliando solicitudinem ad omnium salutem. 2. Corint. 11. Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Vnde & hic subdit; *Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam*, id est, Iudæos, qui sunt mihi cognati secundum carnem, vt supra 9. dictum est. Esa. 58. Carnem tuam ne despexeris. & hoc ad æmulandum bona æmulatione, secundum illud 1. Corinth. 12. Aemulamini charismata meliora. & per hunc modum; *Vt saluos faciam aliquos ex illis*, scilicet ex Iudæis. 1. Corin. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Sed contra est, quod ipse dicit. 2. Corint. 10. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non autem acceperat mensuram sui ministerii, nisi super Gentes. non ergo debebat se intromittere de Iudæis. Dicunt autem quidam, quòd Iudęi in Iudęa habitantes non pertinebant ad eius apostolatum, sed Petri, Iacobi, &
C Ioannis, vt dicitur Gal. 2. sed Iudæi inter Gentes habitantes, ad eius apostolatum pertinebant, & eorum saluti insistebat. Sed hoc videtur contra intentionem literæ, si enim illi Iudæi, ad eius apostolatum pertinebant in hoc, quòd eorum conuersioni intendebat, non honorificasset suum ministerium. Et ideo dicendum est, ꝓ sic erat sibi commissa prędicatio Gentiliũ, vt ad eam ex necessitate teneretur, sicut ipse dicit 1. Cor. 9. Si nõ euangelizauero, væ mihi. Necessitas. n. mihi, incumbit. nec tamen erat ei prohibitum Iudæis prædicare, quàmuis ad hoc nõ teneretur. & secundum hoc eorum saluti insistendo: ministeriũ suum honorificabat. quod quidem non faceret, si casum eorum irreparabilem reputaret. unde ipsum Apostoli studium quod adhibebat ad conuersionem Iudæorum, inducit pro signo quòd casus Iudæorum sit reparabilis. Deinde cum dicit, *Si enim, &c.* assignat rationem suæ intentionis, quia scilicet videbat, quòd conuersio Iudęorum proueniebat in salutem Gentium, vnde dicit, *Si enim amissio eorum*, id est, incredulitas & inobedientia eo
D rum, sicut dicitur seruus amissus, quando sub cura & obediẽtia domini refugit esse. Hier. 50. Grex perditus factus est populus meus. Si (inquam) ista Iudæorum amissio est occasionaliter; *Reconciliatio mundi*, in quantum per mortem Christi sumus reconciliati Deo; *Quæ assumptio nisi vita ex mortuis*, id est, quòd Iudæi reassumantur a Deo, secundum illud Zachar. 11. Sumpsi mihi duas virgas. quid (inquam) faciet talis assumptio, nisi quòd Gentiles resurgere faciat ad vitam? Gentiles enim sunt fideles qui tepescent. Matt. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. uel etiam qui totaliter cadent decepti ab antichristo, Iudæis conuersis in pristinum seruorem, restituentur. & etiam sicut Iudeis cadentibus Gentiles post inimicitias sunt reconciliati, ita post conuersionem Iudæorum, imminente iam fine mundi erit resurrectio generalis, per quam homines ex mortuis ad vitam immortalem redibunt. Deinde cum dicit, *Quod si delibatio, &c.* ostendit idem ex conditione ipsius gentis Iudæorum. & hoc quidem dupliciter, Primo ex parte apostolorum, cum dicit; *Quod si delibatio sancta est & massa*. Dicitur autem delibatio, id quod ex massa pastæ sumitur, quasi ad probandum. sunt autem apostoli ex gente Iudæorum assumpti a Deo, sicut delibatio ex massa. & ideo si apostoli sunt sancti, consequens est quod gens Iudæorum sit sancta. 1. Petr. 2. Gens sancta, populus acquisitionis, &c. Secundo probat idem ex parte patriarcharum, qui comparantur ad Iudæos, sicut radix ad ramos, vnde & Esa. 11. dicitur, Egredietur virga de radice Iesse. si ergo patriarchæ, qui sunt radix sunt sancti, & Iudæi qui ex eis processerunt sicut rami, sunt sancti. Oseæ quarto decimo. Erumpet radix eius, vt libani ibunt rami, &c. Sed contra est quòd dicitur Ezechielis decimo octauo. Vir si fuerit iustus, vita viuet. Sic ergo non sequitur quòd si radix est sancta, & rami. Ibidem etiam subditur, quòd si filius videns peccata patris sui timuerit & non fecerit simile, non morietur, sed vita viuet: vnde etiam videtur non sequi, quòd si delibatio sancta est, & massa. Sed dicendum, quòd Apostolus hic non loquitur de actuali sanctitate. Non enim intendit ostendere Iudæos incredulos esse sanctos, sed de sanctitate potentiali. Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate, quorum patres, & quorũ filii sunt sancti. Vel potest dici, quòd illi sunt specialiter rami patriarcharũ, qui eos imitantur, secundum illud Ioannis octauo. Si filii estis Abrahæ, opera Abrahæ facite.

carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami.

LECTIO III.

VÒD si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pin-

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit casum Iudæorum fuisse vtilem & reparabilem, hic excludit gloriationem gentilium contra Iudæos. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit Gentibus conuersis, non esse gloriandum contra Iudęos. Secundo respondet obiectioni Gentilium, ibi; *Dicis ergo, fracti sunt &c.* Circa primum duo facit. Primo prohibet Gentiles contra Iudæos gloriari. Secundo rationem prohibitionis assignat, ibi; *Quod si gloriaris &c.* Videbatur autem ex duabus partibus imminere Gentilibus gloriandi occasio contra Iudæos. Primo quidem ex defectu Iudæorum, dicens, Dictum est ꝓ si radix est sancta, & rami; *Sed si aliqui ex ramis*. i. ex Iudæis, non omnes tamen; *Sunt fracti*, id est, diuisi a fide patrum, qui comparantur radici, noli. s. gloriari. Iob. 15. Ramos eius arefacit flamma. Sap. 4. Consringentur rami inconsumpti. Secundo videtur eis imminere materia gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tanto magis consueuit eum extollere in vanam gloriam, quanto ex viliori statu eleuatur, ſm illud Prou. 30. Propter tria mouetur terra, & quartum non poterit sustinere. Per seruum cum regnauerit &c. Et ideo præmittit abiectum statum, de quo assumpti erant, dicens; *Tu autem gentilis*, cum in statu gentilitatis oleaster esses, id est, arbor infructuosa. Hier. 17. Erunt quasi miricæ in deserto. Mat. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum excidetur &c.

Deinde ponit eorum promotionem. Et primo quidem quantum ad hoc, quòd sunt assumpti in dignitatem illius gentis, vnde dicit; *Insertus es in illis*, id est, loco illorum. Iob. 4. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Secundo per hoc ꝓ sunt consociati patriarchis, quos supra radici comparauerat, vnde dicit; *Et socius radicis factus es*. i. consociatus es patriarchis & prophetis. Mat. 8. Multi vebient ab Oriente, & Occidente, & recũbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. Tertio per comparationem ad gloriam apostolorum,
D cum dicit; *Et socius pinguedinis oliuæ factus es*. Oliua quidem dicitur ipsa gens Iudæorum propter vberes fructus spirituales, quos attulit. Hie. 11. Oliuam vberem, pulchrã, fructiferã, speciosam vocauit Deus nomen tuum. Psal. 52. Ego aũt sicut oliua fructifera in domo Dei. sicut aũt huius oliuæ radix sunt patriarchæ, & prophetæ, ita et pinguedo huius oliuæ, est abundantia gratiæ spiritus sancti, quam præ oibus apostoli habuerunt, vt glo. dicit. Vnde iudi. 9. Oliua dixisse inducitur, Nunquid possum deserere pinguedinẽ meã? Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sic ergo promoti sunt Gentiles ad societatem illius populi. s. patriarcharum & apostolorum & prophetarum. Ephes. 2. Estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, & licet has occasiones gloriandi habere videaris Gentilis, noli tamen gloriari aduersus ramos. i. aduersus Iudæos. 1. Corinth. 5. Non est bona gloriatio vestra. Deinde cum dicit. *Quod si*
E *gloriaris &c.* assignat rationem suæ admonitionis, dicens, quòd si non obstante hac admonitione, gloriaris insultando Iudæis stantibus, vel excisis, hoc consideres ad repressionem gloriæ tuæ, quòd tu; *Radicem non portas, sed radix te*, id est, Iudæa non accepit a Gentilitate salutem, sed potius econuerso. Ioan. 4. Salus ex Iudæis est. unde & Abrahæ promissum est Gene. 22. ꝓ in ipso benedicerentur omnes cognationes terrę. Deinde cum dicit; *Dicis ergo &c.* excludit obiectionem Gentilium. Et primo proponit obiectionem. Secundo excludit eam ex consideratione diuini iudicii, ibi; *Bene &c.* Tertio inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum, ibi; *Vide ergo bonitatem &c.* Dicit ergo primo, Ergo tu Gentilis, qui gloriaris contra Iudæos forte dicis; *Fracti sunt rami, ut ego inseraꝰ*, id est, ad hoc Deus permisit Iudæos a fide excidere, vt ego ad fidem intrarem. Nullus aũt sustinet detrimentum vnius

ni, nisi propter rem pretiosiorem, & magis dilectam, sicut medicus permittit infirmitatem esse in pede, vt sanet oculum. Sic igitur ex hoc ipso videtur Gentilitas esse pretiosior, & magis Deo accepta, quàm Iudæa. Vnde Mala. 1. dicitur, Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus Deus, & munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu autē solis vsque ad occasum, magnum est nomen meū in Gentibus. Et Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob. Dedi te in lucem Gentium. Deinde cum dicit; *Bene &c.* excludit obiectionē. Et primo assignat causam defectus Iudæorum, & promotionis Gentilium, dicens; *Bene* in hoc dicis, ꝙ Deus permisit frangi ramos, vt tu inseraris, sed cōsidera causam fractionis ramorum, propter incredulitatem, inquam, fracti sunt, quia scilicet in Christum credere noluerunt. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? *Tu autem.* s. Gentilis; *Stas in fide*, id est, credendo in Christum, in quo gratiam consecutus es. 2. Cor. 1. Nam fide statis. 1. Cor. 15. Notum facio vobis euangelium, in quo statis, per quod & saluamini. Secundo inducit admonitionem, dicens; *Noli altum sapere*, id est, noli de te vltra te ipsum præsumere. Infra. 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Psal. 129. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; *Sed time*, ne.s. etiam tu frangaris per incredulitatem, quod pertinet ad timorem castum. Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ, corruet in malum. Ecclesi. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundo assignat rationem suæ admonitionis, dicens; *Si enim naturalibus ramis*, id est, Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt; *Non pepercit Deus*, quin eos frangi permitteret: *Time ne forte, nec tibi parcat*, quin scilicet te permittat per incredulitatem excidere. Prouer. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ. Hie. 13. Non parcam, neque miserebor, vt non dispergam eos. In hoc ergo consistit solutio Apostoli, quòd cum aliquis videt se gratiam adeptum, alio cadente, non debet extolli contra cadentem, sed magis timere sibiipsi, quia ipsa superbia est causa præcipitii, & timor est causa custodiæ, & cautelæ. Deinde cum dicit: *Vide ergo bonitatem, & seueritatem &c.* inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum. Et primo inducit eos ad considerandum. Secundo instruit eos quasi per se considerare non valentes, ibi; *Nolo enim uos ignorare fratres &c.* Tertio, quasi nec ipse perfecte sufficeret ad istorum inuestigationem, exclamat admirando diuinam sapientiam, ibi; *O altitudo diuitiarum &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid considerari oporteat, dicens; *Vide ergo*, id est, diligenter considera; *Bonitatem Dei*, miserentis. Psalm. 92. Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis, & seueritatem ipsius punientis? Psalm. 93. Deus vltionum dominus. Naum. 1. Deus æmulator, & vlciscens dominus. Prima enim consideratio tribuit spem. Secunda timorem, vt vitetur desperatio, & præsumptio. Secundo, ostendit in quibus vtrumque dictorum sit considerandum quantum ad prædicta, dicens; *In eos quidem*, scilicet Iudæos, qui ceciderunt, *Seueritatem* Thren. 2. Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit; *In te autem*, scilicet Gentilem qui insertus es; *Bonitatem*. Psal. 118. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Tertio, ostendit, quo tenore possint in prædictis hæc considerari, quia non immobiliter, sicut quod potest mutari in futurum. Et primo ostendit, quantum ad Gentiles, dicens; *In te* dico, vide *Bonitatem Dei*, operantem, eo tamen tenore si permanseris in bonitate. Ioan. 15. Manete in dilectione mea; *Alioquin*, si tu non dederis operam ad permanendum per timorem, & humilitatem; *Et tu excideris*. Matth. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Secundo, ostendit idem quantum ad Iudæos, & primo proponit quod intendit, dicens; *Sed & illi*, scilicet Iudæi, *Si non permanserint in incredulitate*;

guedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: fracti sunt rami vt & ego inserar, Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem, bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in incredulitate, inseren-

F *Inserentur*, id est, in suum statum restituentur. Hier. 3. Fornicata es, cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Secundo probat, quod dixerat. & primo ex diuina potentia, dicens; *Potens est enim dominus Deus iterum inserere illos*, & ideo non est de eorum salute desperandum. Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini, vt saluare non possit. Secundo probat idem per locum a minori, dicens; *Nam si tu Gentilis excisus es ex naturali oleastro*, id est, ex gentilitate, quæ naturaliter erat infructuosa, non quidem prout dominus fecit naturam, sed secundum, quòd corrupta est per peccatū. Sap. 12. Iniqua est natio eorum, & naturalis malitia ipsorū. Eph. 2. Eramus natura filii iræ, Et *insertus in bonam oliuam*, id est, in fide Iudæorum; *Contra naturam*, id est, contra communem cursum naturæ. Non enim confuenit, ramus arboris malæ inseri in bonam arborem, sed potius econuerso. Id autē quod Deus facit non est contra naturam, sed simpliciter est naturale. Dicimus enim esse naturale, quod fit ab agente cui naturaliter subditur patiens, quàmuis etiam non sit secundum propriam naturam patientis, sicut enim fluxus, & refluxus maris est naturalis, propter hoc, quod causatur ex motu lunæ, cui naturaliter subditur aqua, quàmuis non sit naturalis, secundum formam aquæ: ita etiam cum omnis creatura sit naturaliter Deo subiecta: quicquid Deus facit in creatura, est simpliciter naturale, licet forte, non sit naturale secundum propriam, & particularem naturam rei in qua fit, puta, cum cæcus illuminatur, & mortuus resuscitatur, si inquam hoc factum est contra naturam; *Quanto magis hi qui sunt secundum naturam*, id est, qui naturali origine pertinent ad gentem Iudæorum; *Inserentur suæ oliuæ*, id est, reducentur ad dignitatem gentis suæ. Malach. vlti. Conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

LECTIO QVARTA.

I POSTQVAM Apostolus induxit Gentiles in cognitionem diuinorum iudiciorum, in quibus diuina bonitas, & seueritas manifestatur, hic quasi eis adhuc non sufficientibus considerare prædicta, exponit quid sibi circa hæc videatur. Et primo proponit factum. Secundo probat, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Tertio rationem assignat, ibi; *Si enim &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit suam intentionem, dicens, Ideo induxi vos ad considerandum bonitatem, & seueritatem Dei; *Nolo enim o fratres ignorare uos mysterium hoc*, non enim omnia mysteria capere potestis. hoc est enim perfectorum, quibus dominus dicit Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Sapien. 6. Non abscondam a vobis sacramenta Dei. Sed ignorantia huius mysterii esset nobis damnosa. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Secundo assignat suæ intentionis rationem; *Vt non sitis uobismetipsis sapientes*, id est, non de sensu vestro præsumatis, & ex vestro sensu alios condemnantes, vos eis præferatis. Infra 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Tertio, proponit quod intendit. Primo quidem quantum ad casum particularium Iudæorum, cum dicit; *Quia cæcitas contingit in Israel*, non vniuersaliter, sed ex aliqua parte, vt supra ostensum est. Esa. 6. Excæca cor populi huius. Secundo ponit terminum huius cæcitatis, dicens; *Donec intraret*, ad fidem; *Plenitudo gentium*, id est, non solum aliqui particulariter ex Gentibus, sicut tunc conuertebantur, sed vel pro toto vel pro maiori parte in omnibus Gentibus ecclesia fundaretur. Psalm. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Dicuntur autem Gentiles ad fidem conuersi intrare, quasi ex exterioribus, & visibilibus rebus, quæ venerabantur in spirituali, & voluntate diuina. Psal. 99. Introite in conspectu eius in exultatione. Et est notandum, ꝙ hoc saluerbium; *Donec*, potest designare causam excæcationis Iudæorum. Propter hoc enim permisit Deus eos excæcari, vt

rur. Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi, qui secundum naturam inserētur suæ oliuæ?

LECTIO IIII.

G NOLO enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudō Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex

Sion, qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidē, inimici propter vos, secūdū electionem autem, charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. Sicut

plenitudo Gentium intraret, sicut patet ex supradictis. Potest A etiam designare terminum, quia videlicet vsque tunc cæcitas Iudæorum durabit, quousque plenitudo Gentium ad fidem intrabit. Et huic concordat, quòd infra subdit de futuro remedio Iudæorum, cum dicit; *Et tunc*, scilicet cum plenitudo Gentium intrauerit; *Omnis Israel saluus fiet*, non particulariter sicut modo, sed vniuersaliter omnes. Osee. 1. Saluabo eos in domino Deo suo. Mich. vlti. Reuertetur, & miserebitur nostri. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat, quod dixerat de futura salute Iudæorum. Et primo, probat hoc per authoritatem. Secundo per rationem, ibi; *Secundum euangelium meum &c.* Dicit ergo primo, Dico, ꝙ omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est Esa. 56. vbi nostra litera sic habet, Veniet ex Sion redemptor, & eis qui redeunt ad Iacob, hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Sed Apostolus hoc inducit, secundum literam. 70. & tangit tria verba hic posita. Primo saluatoris aduentum, cum dicit; *Veniet Deus*. s. humanatus ad saluandum nos, *Ex Sion*, id est, ex populo Iudæorum, qui significatur per Sion, quæ erat arx Ierusalem, quæ est metropolis Iudææ. Vnde dicitur Zac. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi &c. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Vel dicit; *Ex Sion* eum venire, non quia sit ibi natus, sed quia inde doctrina eius exiuit in vniuersum mundū, ꝙ hoc, ꝙ apostoli in cœnaculo Sion spiritum sanctum receperunt. Esa. 2. De Sion exibit lex. Secundo ponit salutem per Christum Iudæis oblatam, dicens; C *Qui eripiat & auertat impietatem a Iacob*, Et potest ereptio referri ad liberationem a pœna. Psal. 14. Eripiet animam meam de morte. Quod vero dicit; *Auertet impietatem a Iacob*, potest referri ad liberationē a culpa. Psal. 52. Auertet dominus captiuitatem plebi suæ. Vel vtrunque refertur ad liberationem a culpa, sed dicit; *Qui eripiat*, propter paucos, qui nunc difficulter quasi cum quadam violentia conuertuntur. Amos, 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruē tur filii Israel. Dicit autem, *Auertet impietatem a Iacob*, ad ostē dendum facilitatem conuersionis Iudæorum in fine mundi. Mich. vlt. Quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Tertio ostendit modum salutis cum dicit. Et hoc testamentum scilicet nouum erit illis a me cum abstulero peccata eorum. Vetus enim testamentum peccata non auferebat, quia vt dicitur Hebr. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Et ideo propter imperfectionem veteris testamenti promittitur eis nouum testamentum. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. Quod quidem habebit efficaciam ad remissionem peccati per sanguinem Christi. Matt. 26. Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Deinde cum dicit; *Secundum euangelium meum, &c.* probat propositum per rationem. & primo inducit probationem. Secundo remouet obiectionem, ibi; *Sine pœnitentia enim*. Dicit ergo primo, quòd eorum peccata auferantur, & quòd postquam peccata habent, manifestum est quòd sunt inimici Christi. *Secundum euangelium* quidem; *Inimici*, idest quantum ad doctrinam euangelii pertinet, quam impugnant *propter vos*, idest ad vtilitatem vestri cedit, vt supra dictum est. Vnde dicitur Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Ioan. 15. Nunc autem & viderunt E & oderunt me, & patrem meum. Vel secundum euangelium dicit, quòd eorum inimicitia ad vtilitatem euangelii pertinet, cuius prædicatio occasione talis inimicitiæ vbique diffunditur. Col. 1. In verbo veritatis euangelii, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, fructificat & crescit. Sed sunt charissimi Deo propter patres, & hoc secundum electionem, quia scilicet ob gratiam patrum; eorum semen elegit. Deut. 4. Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Quod non est sic intelligendum, quasi merita præstita patribus fuerint causa æternæ electionis filiorum, sed quia Deus, ab æterno elegit gratis & patres & filios, hoc tamen ordine, vt filii propter patres consequerentur salutem, non quasi merita patrum sufficerent ad filiorum salutem, sed per quandam abundantiam diuinæ gratiæ, & misericordiæ hoc dicit, quæ in tantum patribus est exhibita, vt propter promissiones eis factas: etiam filii sal-

uarentur. Vel intelligendum est secundum electionem, id est, quantum ad electos ex illo populo, sicut supra dictum est, electio consecuta est. Si autem sunt domino charissimi rationabile est, quòd a Deo saluentur, secundum illud Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te quæ præparasti &c. Deinde cum dicit; *Sine pœnitentia enim sunt &c.* excludit, obuiationem. Posset enim aliquis obuiando dicere, quòd Iudæi, & si olim fuerint charissimi propter patres, tamen inimicitia, quam cōtra euā gelium exercēt, ꝙ prohibet ne in futurum

enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autē misericordiam consecuti estis, ꝙ incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in vestrā misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur Conclusit. n. Deus oīa in incredulitate, vt omnium misereatur.

B saluentur, sed hoc Apostolus falsum esse asserit, dicens; *Sine pœnitentia enim sunt*, scilicet *dona & uocatio Dei*, quasi dicat, quòd Deus aliquid aliquibus donet, vel aliquos vocet, hoc est; *Sine poenitentia*, quia de hoc Deum non pœnitet, secundum illud. 1. Reg. 15. Triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. Psal. 109. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Sed videtur falsum. Dicit enim dominus Gene. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Et Hier. 18. Loquar de gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiam agam super bonum, quod locutus sum vt facerem ei. Sed dicendum est, quòd sicut dominus irasci dicitur, non propter hoc, quòd in eo sit commotio iræ, sed quia admodum irati se habet quantum ad punitionis effectum, ita quandoque pœnitere dicitur, non quasi in eo sit pœnitentiæ commutatio, sed quia ad modum pœnitentis se habet dum mutat, quod fecerat. Sed adhuc videtur secundum hoc, quòd dona & vocatio non sint sine pœnitentia, quia dona diuinitus concessa, frequenter amittuntur, secundum illud Matth. 25. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta Vocatio enim Dei, etiam quandoque mutari uidetur, cum scriptum sit Matt. 22. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Sed dicendum est, quòd donum hic accipitur pro promissione, quæ fit secundum Dei præscientiam vel prædestinationem. Vocatio autem hic accipitur pro electione, quia propter certitudinem vtriusque, quod Deus promittit iam quodammodo dat: & quos elegit iam quodammodo vocat. Et tamen ipsum temporale Dei donum, & temporalis vocatio nō irritatur per mutationem Dei, quasi pœnitentis, sed per mutationem hominis, qui gratiam Dei abiicit, secundum illud Heb. 12. Contemplantes nequis desit gratiæ Dei. Potest etiam quod hic dicitur aliter intelligi, vt dicamus quòd dona Dei, quæ dantur in baptismo, & vocatio qua baptizatus vocatur ad gratiam, sunt sine pœnitentia hominis baptizati, quod quidem hic inducitur, ne D aliquis desperet de futura Iudæorum salute, propter hoc quod non videntur de peccato suo pœnitere. Sed contra hoc, quod dicitur, est quod Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Sed dicendum est, quòd duplex est pœnitentia, interior & exterior. Interior quidem consistit in contritione cordis, qua quis dolet de peccatis præteritis, & talis pœnitentia requiritur a baptizato, quia vt† Aug. in lib. de cap. 2. Pœnitentia, Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouam vitam inchoare, nisi pœniteat eum veteris vitæ, alioquin fictus ad baptismum accedit. Exterior vero pœnitentia consistit in exteriori satisfactione, quæ a baptizato non requiritur, quia per gratiam baptismalem liberatur homo, non solum a culpa, sed etiam a tota pœna per virtutem passionis Christi, qui pro peccatis omnium satisfecit, sicut supra 6. dictum est; Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vnde dicitur Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde. Sed cum claues ecclesiæ, & omnia alia sacramenta in virtute passionis Christi operentur, videtur quòd pari ratione omnia alia sacramenta liberent hominem a culpa & a tota pœna. Sed dicendum est, quòd passio Christi operatur in baptismo per modum cuiusdam generationis, quæ requirit vt homo totaliter priori vitę moriatur, ad hoc vt nouam uitam accipiat. Et ideo tollitur in baptismo totus reatus pœnæ, qui pertinet ad vetustatem prioris vitæ. Sed in aliis sacramentis operatur uirtus passionis Christi per modum sanationis ut in pœnitentia. Sanatio autem non requirit ut statim omnis infirmitatis reliquiæ auferantur. Et eadem ratio est in aliis sacramentis. Sed cum confessio peccatorum pertineat ad exteriorem pœnitentiam, quæri potest, utrum a baptizato confessio peccatorum requiratur, & uidetur, ꝙ sic. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur homines a Ioanne, confitentes peccata sua. Sed dicendum est ꝙ baptis-

baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, quia ſ. accipiendo illum baptiſmum quodammodo ſe profitebantur pœnitentiam accepturos de peccato ſuo: & ideo conueniens erat vt confiterentur, vt ſecundum modum peccati, eis pœnitentia ſtatueretur: ſed baptiſmus Chriſti, eſt baptiſmus remiſſionis omnium peccatorum, ita ꝙ nõ reſtat baptizato aliqua ſatisfactio ꝓ peccatis præteritis, propter quod nulla eſt confeſſionis vocalis neceſſitas. Ad hoc enim neceſſaria eſt confeſſio in ſacramento pœnitentiæ, vt ſacerdos per poteſtatem clauium conuenienter pœnitentem ſoluat vel liget. Deinde cum dicit; *Sicut enim aliquando &c.* aſſignat rationem futuræ ſalutis Iudæorum poſt eorum incredulitatem. Et primo ponit ſimilitudinem inter vtriuſque populi ſalutem. Secundo, huius ſimilitudinis cauſam oſtendit, ibi; *Concluſit enim Deus &c.* Dicit ergo primo, Ita dico ꝙ omnis Iſrael ſaluus fiet, quamuis nunc ſint inimici. Sicut enim & vos Gentiles, aliquando non credidiſtis Deo. Epheſ. 2. Eratis illo tempore ſine Deo in hoc mundo: nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis. Infra. 15. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum. Oſeæ. 2. Miſerebor eius, quæ fuit abſque miſericordia. Et hoc propter eorum incredulitatem, quæ ſcilicet fuit occaſio veſtræ ſalutis, vt ſupra dictum eſt. Ita & iſti ſcilicet Iudei. nunc ſcilicet tempore gratiæ; *Non crediderunt*, ſcilicet Chriſto. Ioan. 8. Quare non creditis mihi? Et hoc eſt, ꝙ ſubdit; *In ueſtram miſericordiam*, id eſt, in gratiam Chriſti, per quam miſericordiam conſecuti eſtis. Tit. 3. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Vel *Non crediderunt*, vt per hoc peruenirent in veſtram miſericordiam. Vel non crediderunt, quod in veſtram miſericordiam occaſionaliter ceſſit, vt & ipſi quandoque miſericordiam conſequerentur. Eſa. 14. Miſerebitur dominus Iacob. Deinde cum dicit; *Concluſit enim &c.* aſſignat rationem huius ſimilitudinis: qui. ſ. Deus voluit vt ſua miſericordia in omnibus locum haberet. Et hoc eſt quod ſubdit; *Concluſit enim Deus*, id eſt, concludi permiſit; *Omnia*, id eſt, omne hominum genus, tam Iudæos, quam Gentiles; *In incredulitate*, ſicut in quadam catena erroris. Sap. 17. Vna catena tenebrarum omnes erant colligati; *Vt omnium miſereatur*, id eſt, vt in omni genere hominum ſua miſericordia locum habeat. Sap. 11. Miſereris omnium domine, quod quidem, non eſt extendendum ad Dæmones, ſecundum errorem Origenis, nec etiam quãtum ad omnes homines ſingillatim, ſed ad omnia genera hominum. Fit enim hic diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum. Ideo autem Deus vult omnes per ſuam miſericordiam ſaluari, vt ex hoc humilientur, & ſuam ſalutem non ſibi, ſed Deo aſcribant. Oſeæ. 13. Perditio tua in te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum. Supra 3. Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo.

LECTIO QVINTA.

SVPRA Apoſtolus conatus fuit aſſignare rationem diuinorum iudiciorum, quibus tam Gentes, quàm Iudæi poſt incredulitatem miſericordiam conſequuntur, nunc quaſi ad hæc inueſtiganda ſe inſufficientem recognoſcens, exclamando, diuinam excellentiam admiratur. Et primo admiratur diuinam excellentiam. Secundo probat, quod dixerat, ibi; *Quis enim cognouit &c.* Circa primum duo facit. Primo admiratur excellentiam diuinæ ſapientiæ, ſecundum ſe conſiderate. Secundo per comparationem ad nos, ibi; *Quam incomprehenſibilia &c.* Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur. Primo quantum ad altitudinem, dicens; *O altitudo*. Eccleſ. 7. Alta profunditas, quis inueniet eam? Hier. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio. Hæc autem altitudo attenditur quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad rem cognitam, in quantum. ſ. Deus ſeipſum perfecte cognoſcit. Eccleſ. 24. Ego in altiſſimis habito. Alio modo quantum ad modum cognoſcendi, inquantum. ſ. per ſeipſum omnia cognoſcit. Pſal. 193. Proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit. Tertio quantum ad certitudinem cognitionis. Eccleſ. 23. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem. Secundo admiratur excellentiam diuinæ cognitionis, quantum ad eius plenitudinem, cum dicit; *Diuitiarum*. Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorum, quia ſ. omnia no-

F uit. Io. vlti. Domine tu omnia ſcis. Col. 2. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ Dei abſconditi. Alio modo quantum ad facilitatem cognoſcendi, quia ſtatim omnia intuetur ſine inquiſitione & difficultate. Heb. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Tertio quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus communicat affluenter. Iaco. 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnib⁹ affluenter. Tertio admiratur diuinam excellentiam, quantum ad perfectionem, cũ dicit; *Sapientiæ &*

G *ſcientiæ Dei*. Habet enim ſapientiam de diuinis. Iob. 12. Apud ipſum eſt fortitudo, & ſapientia. & ſcientiam de rebus creatis. Baruch. 4. Qui ſcit vniuerſa, nouit eam. Deinde cum dicit; *Quam incomprehenſibilia &c.* oſtendit excellentiam diuinæ ſapientiæ per comparationem ad noſtrum intellectum. Et primo quantum ad ſapienciam, ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit; *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius*, quia ſcilicet homo, non poteſt comprehendere rationem diuinorum iudiciorum, quia in ſapientia Dei latent. Pſalm. 25. Iudicia tua abyſſus multa. Iob. 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & omnipotentem vſque ad perfectum reperies? Secundo quantum ad ſcientiam, per quam in rebus operatur. Vnde ſubdit; *Et inueſtigabiles*, id eſt, non perfecte ab homine veſtigabiles; *Viæ eius*, id eſt, proceſſus eius, quibus in creaturis operatur. & ſi ipſæ creaturæ ſint homini notæ, tamen modi

H quibus Deus in creaturis operatur, ab homine comprehendi nõ poſſunt. Pſalm. 76. In mari via tua, & ſemitę tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. Iob. 38. Per quam viam ſpargitur lux &c. Deinde cum dicit; *Quis enim &c.* probat quod dixerat, ad quod inducit duas authoritates, quarum vna habetur Eſa. 40. vbi ſecundum literam noſtram ſic legitur. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Loco cuius hic dicitur, *Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Alia authoritas habetur Iob. 41. Quis ante dedit mihi vt reddam ei? ex loco cuius hic dicitur, *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* In his autem verbis & ſequentibus Apoſtolus tria facit. Primo oſtendit excellentiam diuinæ ſapientiæ per comparationem ad intellectum noſtrum, dicens; Dictum eſt, quòd incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Quis enim cognouit ſenſum domini*, per quem ſcilicet iudicat & operando procedit? quaſi dicat, nullus, niſi eo reuelante. Sap. 9. Senſum tuum quis ſcire poterit, niſi tu

I dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis? Et 1. Cor. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit, niſi ſpiritus Dei, nobis autem reuelauit Deus ꝓ ſpiritũ ſuum. Secundo oſtẽdit excellentiam diuinæ ſapientiæ ſecundum quòd in ſe haber altitudinem, quæ quidem eſt altitudo quæ eſt ſupremi principii, ad quod duo pertinent. Primo quòd non ſit ab alio. Secundo quòd alia ſint ab eo. Et hæc oſtendit ibi, *Quoniam ex ipſo*. Quòd autem ſapientia Dei non dependeat ab altiori principio, oſtendit dupliciter, Primo quidem per hoc, quòd non eſt inſtructa alieno conſilio. unde dicit, *Aut quis conſiliarius eius fuit?* quaſi diceret, nullus. Ille enim conſilio indiget, qui non plene cognoſcit q ualiter ſit agendum quod Deo non comperit. Iob. 26. Cui dediſti conſilium? Forſitan illi qui non habet ſapientiam? Hierem. 23. Quis aſſuit in conſilio domini? Secundo per hoc quòd non eſt adiuta alieno dono. Vnde ſubdit, *Aut quis prior dedit illi*, & per hoc retribuetur ei quaſi prius danti?

K Quaſi dicat, nullus. non enim poteſt homo dare Deo, niſi quæ a Deo accepit. 1. Paral. vlt. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Iob. 35. Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua, accipiet? Deinde cum dicit, *Quoniam ex ipſo, &c.* oſtendit altitudinem Dei, quantum ad hoc quòd in ipſo ſunt omnia. Et primo oſtendit eius cauſalitatem. Secundo eius dignitatem, ibi, *Ipſi honor & gloria*. Tertio eius perpetuitatem, ibi; *In ſecula ſeculorum, amen*. Dicit ergo primo, Recte dixi quòd nullus prior dedit illi, *Quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, et ita nihil poteſt eſſe niſi a Deo acceptum. Ad deſignandum autem Dei cauſalitatem, vtitur tribus præpoſitionibus, quæ ſunt, ex, per, & in. Hæc autem præpoſitio, *Ex*, denotat principium motus. & hoc tripliciter. Primo quidem ipſum principium agens vel mouens. alio modo ipſam materiam. tertio modo ipſum contrarium oppoſitorum, quod eſt terminus a quo incipit motus. dicimus enim cultellum fieri ex fabro, & ferro & ex infigurato. Vniuerſitas autem creaturarum non eſt facta ex præexiſtenti materia, quia & ipſa

& ipſa materia eſt effectus Dei. Et ſecundum hoc omnia creata A non dicuntur ex aliquo eſſe, ſed ſicut ex oppoſito dicuntur eſſe ex nullo, quia nihil erant antequàm crearentur vt eſſent. Sap. 2. Ex nihilo nati ſumus. Ex Deo autem ſunt omnia, ſicut ex primo agente. 1. Cor. 11. Omnia autem ex Deo. Notandum tamen, ꝙ hæc præpoſitio, *De* eaſdem habitudines deſignare videtur: hoc tamẽ ſuperaddit, quia ſem per deſignat cãm cõſubſtantialẽ. Dicimus enim cultellum eſſe de ferro, nõ autem de artifice. quia igitur filius ꝓcedit a patre, vt ei cõſubſtãtialis, dicim⁹ filiũ eſſe de patre. Creaturæ vero nõ ꝓcedũt a Deo tãquã ei cõſubſtãtiales: unũ nõ dicũ- B tur eſſe de ipſo, ſed ſolũ ex ipſo. Hæc aũt ꝓpoſitio, *Per*, deſignat cãm operationis: ſed quia operatio eſt medium inter faciens & factum, dupliciter hæc præpoſitio, *Per*, poteſt operationis cauſam deſignare. Vno modo ſecundum quod operatio exit ab operante: ſicut aliquid dicitur per ſe operari, quod eſt ſibi cauſa vt operetur. Hoc autem eſt vno quidem modo forma, ſicut dicimus, quòd ignis calefacit per calorem. Alio modo aliquid ſuperius agens, puta ſi dicamus quòd homo generat per virtutem ſolis, vel potius Dei: ſic igitur omnia dicuntur dupliciter eſſe per ipſum. Vno modo, ſicut per primum agens, cuius virtute omnia alia agunt. Prou. 8. Per me reges regnant. Alio modo, inquantum eius ſapientia, quæ eſt eius eſſentia, eſt forma per quã Deus omnia fecit, ſecundum illud Prouerb. 3. Dominus ſapiẽtia fundauit terram. Alio vero modo hæc præpoſitio, *Per*, deſignat cauſam operationis, non quidem ſecundum quod exit ab operante, ſed ſecundum quòd terminatur ad opera: ſicut dicimus quòd faber facit cultellum per martellum, quod non eſt C ſic intelligendum, quòd martellus ſic cum fabro operetur, ſicut in prioribus intelligebatur, ſed quia cultellus fit ex operatione fabri per martellum. Et ideo dicitur quòd hæc propoſitio, *Per*, quandoque deſignat authoritatem in recto, ſicut cum dicimus, Rex operatur per baliuum, quod pertinet ad hoc quod nunc dicitur. Quandoque autem in cauſali, ſicut cum dicitur, Baliuus per regem operatur, quod pertinet ad præcedentem modum. Hoc autem modo, de quo nunc loquimur, dicuntur omnia eſſe facta a patre per filium, ſecundum illud Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt: non ita quòd pater habeat a filio hoc, quod facit res, ſed potius, quia virtutem faciendi filius accipit a patre. nõ tamen inſtrumentalem, aut diminutam, aut aliam, ſed principalem, & æqualem, & eandem. Ioan. 5. Quæcumque pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Vnde licet omnia ſint facta a patre per filium, non tamen filius eſt inſtrumentum, vel miniſter patris. Hæc autem præpoſitio, *In*, deſignat etiam triplicem habi- D tudinem cauſæ. Vno quidem modo deſignat materiam, ſicut dicimus animam eſſe in corpore, & formam in materia. hoc autem modo non dicitur quòd omnia ſint in Deo, quia ipſe non eſt cauſa materialis rerum. Alio modo deſignat habitudinẽ cauſæ efficientis, in cuius poteſtate eſt effectus ſuos diſponere, & ſecundum hoc dicuntur omnia eſſe in ipſo, ſecundum quòd omnia in eius poteſtate & diſpoſitione conſiſtunt, ſecundum illud Pſal. In manu eius ſunt omnes fines terræ. Et Act. 17. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Tertio modo deſignat habitudinem cauſæ finalis, ſecundum quòd totum bonum rei & conſeruatio ipſius conſiſtit in ſuo optimo, & ſecundum hoc dicuntur omnia eſſe in Deo, ſicut in bonitate conſeruante. Col. 1. Et omnia in ipſo conſtant. Quod autem dicit; *Omnia*, eſt abſolute accipiendum pro omnibus, quæ habent verum eſſe: peccata autem non habent verum eſſe, ſed inquantum ſunt peccata, dicuntur per defectum alicuius entis, eo ꝙ malum nihil eſt, niſi E priuatio boni. Et ideo cum dicitur, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, non eſt intelligendum de peccatis, quia ſecundum Aug. † peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines, cum peccant. Quicquid tamen entitatis eſt in peccato, totum eſt a Deo. Sic igitur ſecundum præmiſſa, omnia ſunt ex ipſo. ſ. Deo, ſicut ex prima operatrice potentia. Omnia autem ſunt per ipſum, inquantum omnia facit per ſuam ſapientiam. Omnia ſunt in ipſo, ſicut in bonitate conſeruante. Hæc autem tria. ſ. potentia, ſapientia, & bonitas, communia ſunt tribus perſonis. Vnde hoc, quòd dicitur, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, poteſt attribui cuilibet trium perſonarum: ſed tamen potentia, q̃ habet rationem principii, appropriatur patri, qui eſt principium totius diuinitatis. Sapientia filio, qui procedit vt verbũ, quod nihil aliud eſt, quàm ſapientia genita. Bonitas appropriatur ſpiritui ſancto, qui procedit vt amor, cuius obiectum

In Pſ. 68. & conf. lib. 1. cap. 16.

eſt bonitas. Et ideo appropriando dicere poſſumus ex ipſo. ſ. patre, per ipſum. ſ. per filium, in ipſo. ſ. in ſpiritu ſancto omnia ſunt. Deinde cum dicit; *Ipſi honor & gloria*, oſtendit Dei dignitatem, quæ conſiſtit in duobus, quæ præmiſſa ſunt. Nam ex eo quòd ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, debetur ei honor, & reuerentia, & ſubiectio a tota creatura. Mala. 1. Si ego pater, vbi eſt honor meus? Ex eo vero quòd ab alio non accepit nec conſilii nec donum, debetur ei gloria: ſicut econtrario dicitur homini. 1. Cor. 4. Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et quia hoc eſt proprium Dei, dicitur Eſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Vltimo ponit eius æternitatem, cum dicit; *In ſæcula ſæculorum*, quia eius gloria non eſt tranſitoria, ſicut gloria hominis de qua dicitur Eſa. 40. Omnis gloria eius quaſi flos agri: ſed durat; *In ſæcula ſæculorum*, id eſt, per omnia ſæcula ſuccedentia ſæculis, prout ſęculum dicitur duratio vniuſcuiuſque rei. Vel ſæcula ſæculorum dicuntur ſæcula, id eſt, durationes rerum incorruptibilium, quæ continent ſæcula corruptibilium rerum, & pręcipue ipſa Dei æternitas, quæ tamen pluraliter dici poteſt, licet in ſe ſit vna & ſimplex, propter multitudinem & diuerſitatem contentorum, vt ſit ſenſus, In ſæcula contentiua ſæculorum. Pſalm. 144. Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum. Addit autem ad confirmationem; *Amen*, Quaſi dicat, vere ita eſt. Et ſic accipitur in euangeliis, vbi dicitur, Amen dico vobis. Quandoque tamen accipitur pro, Fiat. Vnde in Pſalterio Hieronymi dicitur, Dicet omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtendit neceſſitatem virtutum, & originem gratiæ, hic docet gratiæ vſum, quod pertinet ad inſtructionem moralem. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit doctrinam moralem in generali. Secundo, ſpecialiter deſcendit ad quædam particularia pertinentia ad eos, quibus ſcribit, circa medium. 15. cap. ibi; *Certus ſum autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, docet vſum gratiæ, quantum ad hoc quòd ſit homo perfectus. Secundo, quantum ad hoc, quòd perfectus imperfectum ſuſtineat. 14. cap. ibi; *Infirmum autem &c.* Circa primum tria facit. Primo inducit ad perfectionem vitæ, quantum ad ſanctitatem, quàm homo ſeruat Deo. Secundo, quantum ad iuſtitiam, quam quis exhibet proximo. 13. cap. ibi; *Omnis anima &c.* Tertio, quantum ad puritatem quam homo conſeruat in ſeipſo, circa finem. 13. cap. ibi; *Et hoc ſcientes &c.* Circa primum duo facit. Primo, monet vt homo ſe exhibeat Deo ſanctum. Secundo, docet qualiter aliquis vti debeat donis gratiæ Dei, quibus ſanctificatur, ibi; *Dico enim per gratiam &c.* Circa primum duo facit. Primo, docet qualiter aliquis ſe debeat exhibere Deo, quantum ad corpus. Secundo, quantum ad animam ibi; *Et nolite conformari &c.* Circa primum duo facit. Primo inducit obſeruantiam eorum, quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidem modo ex parte ſui ipſius, cum dicit; *Obſecro itaque vos fratres*. Quaſi dicat, dictum eſt incomprehenſibilia eſſe iudicia Dei, & inueſtigabiles vias eius. Itaque; *Obſecro vos fratres*, vt. ſ. obſeruetis ea quæ dicentur. Vtitur autem obſecratione propter tria. Primo quidem ad demonſtrandum ſuam humilitatem. Prou. 18. Cum obſecrationibus loquitur pauper, qui. ſ. de ſua abundantia non confidit: & ideo non ex eo quod ſuum eſt, ſed ex eo quod Dei E eſt, homines conatur inducere ad bonum. Nam obſecrari, eſt ob ſacra conteſtari. Secundo, vt magis ex amore moueat rogando, quàm ex timore authoritatiue imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro. Gal. vlti. Vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Tertio, propter reuerentiam Romanorum, quibus ſcribebat. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Alio modo inducit eos ex parte Dei, cum dicit; *Per miſericordiam Dei*, per quam. ſ. ſaluati eſtis. Tit. 2. Secundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Et ideo ex conſideratione diuinæ miſericordiæ debemus facere quod monemur. Matt. 18. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Vel poteſt dici; *Per miſericordiam Dei*, id eſt, authoritate Apoſtolatus mihi miſericorditer commiſſi. 1. Corin. 7. Miſericordiam conſecutus ſum a domino, vt ſim fidelis. Secundo,

LECTIO VI.

ALTITVDO diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

CAP. XII. LEC. I.

BSECRO itaq; uos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi: omnibus, qui ſunt inter uos,

cundo, ponit ammonitionem cum dicit, *Vt exhibeatis corpora vestra &c.* Circa quod sciendum est, quòd sicut † Augu. dicit
cap.5. 10. de Ciuit. Dei, Visibile sacrificium, quod exterius Deo offertur, signum est inuisibilis, sacrificii, quo quis se & sua in Dei obsequium exhibet. Habet autem homo triplex bonum. Primo quidem, bonum animæ, quod exhibet Deo per deuotionis, & contritionis humilitatem, secũdum illud Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secundo, habet homo exteriora bona, quæ exhibet Deo per eleemosynarum largitionem. Vnde dicitur Heb. vlt. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Tertio, habet homo bonum proprii corporis: & quantum ad hoc dicit ibi; *Vt exhibeatis*, scilicet Deo *corpora vestra*, sicut quandam spiritualem hostiam. Dicebatur autem animal Deo immolatum hostia, vel quia pro victoria hostium offerebatur, seu pro securitate ab hostibus: uel quia ad hostium tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo Deo corpus suum vt hostiam, tripliciter. Vno quidem modo, quando aliquis corpus suum exponit passioni, & morti propter Deũ, sicut dicitur de Christo Ephes. 5. Tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo. Et Apostolus dicit de se Phil. 2. Si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo. Secundo, per hoc quòd homo corpus suum iciuniis & vigiliis macerat ad seruiendum Deo, ꝓm illud. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Tertio, per hoc ꝙ homo corpus suum exhibet ad opera iustitiæ, & diuini cultus exequenda. Supra. 6. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificaṅé. Est aũt considerandũ, ꝙ hostia, q̃ Deo immolabatur, quatuor habebat. Primo nãq;, ipsa oblatio debebat esse integra, & incorrupta. Vnde dicitur Malac. 1. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile domino. Et propter hoc dicit, *Viuentem*. vt scilicet hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit viuens per fidem formatam charitate. Gal. 2. Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Est autem attendendum, quòd naturalis hostia, quæ prius viua erat, occidebatur vt immolaretur, ad ostendendum quòd adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, vt supra. 5. dictũ est. Sed hæc hostia spiritualis semper viuit & in vita proficit, secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, quia iam peccatum ablatum est per Christum: nisi dicamus, quòd hostia corporis nostri viuit quidem Deo per iustitiam fidei, sed mortificatur concupiscentiis carnis. Col. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Secundo vero, hostia Deo oblata, in ipsa immolatione sanctificabatur. Vnde dicitur Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quę obtulerunt filii Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Et ideo subdit, *Sanctam*, scilicet per deuotionem, qua corpus nostrum Dei seruitio mancipatur. Leuit. 20. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus dominus Deus vester. Proprie autem sanctitas dicitur per respectum ad Deum, inquantum scilicet homo seruat ea, quæ sunt iusta quo ad Deum. Tertio, quantum ad ipsam sacrificii consumptionem dicebatur sacrificium suaue & acceptum domino, secundum illud Leuit. 5. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & in odorem suauissimum domino. Vnde hic dicit, *Deo placentem*, scilicet per rectitudinem intentionis. Psal. Vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Quarto, in ipsa sacrificii præparatione apponebatur sal. Vnde Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies. Et Mar. 9. dicitur, Omnis victima sale salietur. Sal autem discretionem sapientiæ significat. Vnde dicitur Col. vlt. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt. Sermo uester semper in gratia sit sale conditus. Vnde & hic sequitur: *Rationabile obsequium vestrum*, scilicet cum discretione corpora vestra Deo exhibeatis hostiam, vel per martyrium, vel per abstinentiam, vel per quodcunque opus iustitiæ. 1. Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Et in Psalm. Honor regis iudicium diligit. Aliter se habet homo iustus ad interiores actus, quibus Deo obsequitur, & ad exteriores. Nam bonum hominis & iustitia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus scilicet homo credit, sperat, & diligit. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infra. 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Vnde interiores actus se habent per modum finis, qui secundum se quæritur: exteriores vero actus, ad quos Deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quæ sunt ad finem, in eo autem quòd quæritur tanquam finis, nulla mensura adhibetur, sed quanto maius fuerit, tanto melius se habet. In eo autem quod quęritur propter finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem: sicut medicus sanitatem facit tantum, quantum potest: medicinam autem non tantum dat, quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam. Et similiter homo in fide, & spe, & in charitate nullam mensuram debet adhibere, sed quanto plus credit, sperat & diligit, tanto melius est, ꝓp quod dicitur Deut. 6. Diliges dominũ Deũ tuum &c. Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretionis mensura per comparationem ad charitatem. Vnde dicit † Hieron. Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui iciunium vel vigilias præfert sensus integritati, vt propter Psalmorum, atque officiorum decantationẽ amentiæ vel tristitiæ quis notam incurrat? Deinde cum dicit; *Et nolite conformari &c.* ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo quantum ad animam. Et primo prohibet sæculi conformitatem, cum dicit; *Et nolite conformari huic sæculo*, id est, rebus quæ temporaliter transeunt. Nam sæculum præsens, est quædam mensura eorum, quæ temporaliter labuntur. Rebus autem temporalibus homo conformatur per affectum, eis amore inhærendo. Oseæ. 19. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Cõformatur etiam huic sęculo, qui vitam secularitẽr viuentium imitatur. Ephes. 4. Testificor in domino, vt iam non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant. Secundo, mandat interiorem mentis reformationem, cum dicit; *Sed reformamini in nouitate sensus uestri*. Sensus autem hominis hic dicitur ratio, secundum quòd per eam homo iudicat de agendis. Hunc autem sensum homo in sua creatione habuit integrum, & vigentem. Vnde dicitur Eccl. 17. Sensu impleuit corda illorum: & bona, & mala ostendit illis. Sed per peccatum hic sensus est corruptus, & quasi inueteratus. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena. Et per consequens pulchritudinem, & decorem suum amisit. Thre. 1. Egressus est a filia Sion omnis decor eius. Monet ergo Apostolus, vt reformemur, id est, iterato formam & decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit: quod quidem fit per gratiam spiritus sancti, ad quam participando homo studium habere debet, ita. s. vt qui eam nondum perceperunt, eam percipiant: & qui illam perceperunt, in ea proficiant. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Psalm. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Vel aliter; Renouamini. s. in exterioribus actibus; In nouitate sensus vestri, id est, secundum nouitatem gratiæ, quam mente percepistis. Tertio assignat rationem ammonitionis prædictæ, cum dicit; *Vt probetis quæ sit uoluntas*. Circa quod considerandum est, quòd sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium de saporibus, sed ea quæ sunt suauia, interdum abominatur, ea vero quæ sunt abominabilia appetit: qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium de saporibus habet: ita homo qui habet corruptum affectum, quasi conformatum rebus sęcularibus, non habet rectum iudicium de bono. sed ille qui habet rectum & sanum affectum sensu eius innouato per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo ergo dixit, Nolite conformari huic sęculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri, *vt probetis*, id est, experimento cognoscatis. Psalm. 33. Gustate & videte quoniam suauis est dominus; *Quæ sit voluntas Dei*, qua. s. vult vos esse saluos. 1. Thess. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra; *Bona*, id est, vult bonum honestum nos velle, & ad hoc suis præceptis nos inducit. Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te; *Et beneplacens*, inquantum scilicet bene disposito est delectabile, id quod Deus vult nos velle. Psalm. 18. Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda. Et non tantum vtilis ad finem consequendum, sed etiam *Perfecta*, quasi coniungens nos fini. Matt. 5. Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Talem ergo experiuntur Dei voluntatem illi, qui non conformantur huic sæculo, sed reformantur in nouitate sensus sui. Illi autem qui in vetustate permanent sæculo conformati, iudicant Dei voluntatem non esse bonam, sed grauem & inutilem. Eccle. 6. Quàm aspera est sapientia indoctis hominibus. Deinde cum dicit; *Dico enim per gratiam &c.* docet qualiter donis Dei homo debeat vti. Et primo docet hoc quantum ad dona, quę non sunt omnibus communia, sicut sunt gratiæ gratis datæ. Secundo, quantum ad donum charitatis, quod est omnibus commune, ibi; *Dilectio sine simulatione &c.* Circa primum duo facit. Primo docet in generali quomodo debeat homo vti gratiis gratis datis. Secundo exequitur hoc per partes, ibi; *Habentes autem donationes*. Circa primum duo facit. Primo proponit documentum, secundo rationem assignat, ibi; *Sicut enim in vno corpore &c.* Circa primum tria facit. Primo ex-

non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut Deus, diuisit mensuram fidei.

Epsa ad Rulli. ad Roman.

mo excludit superfluum, dicens. Monui quòd reformemini in nouitate sensus vestri, quod quidem moderate facere debetis. *Dico enim*, id est, mando *per gratiam* apostolatus & authoritate apostolica, quæ data est mihi. Gal. 2. Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi inter Gentes. Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc &c. *Omnibus qui sunt inter vos*, quia omnibus est hoc vtile. 1. Corin. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum. Hoc, inquam, mando; *Non plus sapere, quã oportet sapere*, id est, nullus præsumat de sensu, aut sapientia sua confidens supra suam mensuram. Eccle. 7. Non plus sapias quàm necesse est. Psal. 130. Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Secundo, hortatur ad id quod est medium dicens; *Sed sapere ad sobrietatem*, scilicet mando vobis, vt mensurate sapiatis, secundum gratiam vobis datam. Sobrietas enim mensuram importat. Et quamuis proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi circa quamlibet materiam, in qua homo debitam mensuram obseruat. Titum. 2. Sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc sęculo. Tertio, docet secundum quid accipienda sit mensura medii, dicens; *Et hoc*, inquam; *Sicut Deus vnicuique diuisit*, id est, distribuit; *Mensuram fidei*, id est, mensuram donorum suorum, quæ ordinatur ad fidei ædificationem. 1. Corinthio. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Dat enim Deus huiusmodi dona, non eadem omnibus, sed diuersa diuersis distribuit, secundum illud 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Nec omnibus æqualiter dat, sed vnicuique secundum certam mensuram. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ideo Apostolus sobrie sapiens, secundum hanc mensuram dicebat. 2. Cor. 12. Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus. Soli autem Christo datus est spiritus non ad mensuram, vt dicitur Ioan. 3. Non solum autem alias gratias gratis datas dat Deus mensurate, sed etiam ipsam fidem, quæ per dilectionem operatur. Vnde Luc. 17. discipuli Christo dixerunt: Domine adauge nobis fidem.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSA admonitione, hic Apostolus rationem assignat sumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidem corporis vnitatem, cum dicit; *Sicut enim in vno corpore*. Secundo membrorum pluralitatem, cum dicit; *Multa membra habemus*. Est enim corpus humanum organicum ex diuersitate membrorum constitutum. Tertio officiorum diuersitatem, cum dicit; *Omnia autem membra non eundem actum habent*. Frustra enim esset membrorum diuersitas, nisi ad diuersos actus ordinarentur. Deinde aptat hęc tria ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia. Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius. Circa quod etiam tria tangit. Primo quidem, fidelium quasi membrorum multitudinem, cum dicit; *Ita multi*. Luc. 14. Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos. Esa. 54. Multi filii desertæ. Quàmuis enim sint pauci per comparationem ad infructuosam multitudinem damnatorum, secundum illud Matth. 7. Arcta est via, quę ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam, tamen absolute loquendo sunt multi. Apoc. 7. Post hæc vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat. Secundo tangit corporis mystici vnitatem, cum dicit; *Vnum corpus sumus*. Ephes. 2. Vt reconciliet ambos in vno corpore &c. Huius autem corporis mystici est vnitas spiritualis, per quam fide, & affectu charitatis inuicem vnimur Deo, secundum illud Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus. Et quia spiritus vnitatis a Christo in nos deriuatur, supra 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: ideo subdit, *In Christo*, qui spiritum suum, quem dat nobis, nos inuicem vnit & Deo. Ioan. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Tertio, tangit officiorum diuersitatem ad vtilitatem communem reductam, dicens; *Singuli autem alter alterius membra*. Membrum enim quodlibet, proprium actum habet, & virtutem, inquantum ergo vnum membrum sua virtute, & actu alteri prodest, dicitur membrum alterius: sicut pes dicitur membrum oculi, inquantum oculum defert, & oculus dicitur membrum pedis, inquantum dirigit pedem. 1. Cor. 12. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico, ille qui accepit gratiam prophetiæ, indiget illo qui accepit gratiam sanitatum: & ita est in omnibus aliis. Vnde dum vnusquisque fidelis, secundum gratiam sibi datam alteri seruit, efficitur alterius membrum. Galat. vltri. Alter alterius onera portate. 1. Petri. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Deinde cum dicit, *Habentes autem donationes*, exequitur ꝓ partes monitionem, quam supra posuerat de sobrio, & moderato gratiæ vsu. Et primo ponit gratiarum diuersitatẽ, dicens, *Sumus*, inquam, *Alter alterius membra*, non secundum eandem gratiã, sed habentes diuersas donationes differentes non ex diuersitate meritorum, sed secundum gratiam quę data est nobis. 1. Corin. 7. Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius vero sic. Matth. 25. Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vtrum: Secundo, docet diuersarum gratiarum vsum: & primo in rebus diuinis quantum ad cognitionem quidem, dicens; *Siue prophetia*, quam habentes, vtamur ea secundum rationem fidei. Dicitur autem prophetia, quędam apparitio ex reuelatione diuina eorum, quæ sunt procul. Vnde 1. Reg. 9. dicitur: Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns. Sunt autem procul a cognitione nostra, secundum se quidem, futura cõtingentia, quæ propter defectum sui esse, cognoscibilia non sunt: sed res diuinæ sunt procul a nostra cognitione, non secundum se, cum sint maxime cognoscibiles, quia vt dicitur 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ: sed propter defectum intellectus nostri, qui se habet ad ea quæ sunt in seipsis manifestissima, sicut oculus noctuæ ad lucem Solis. Et quia vnumquodque magis proprie dicitur tale, quod est secundum se tale, quam quòd est tale secundum aliud: inde est quòd magis proptie dicuntur esse procul a cognitione nostra futura cõtingentia. Et propter hoc horum proprie est prophetia. Amos. 4. Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum: Dicitur tamen prophetia communiter etiam reuelatio quorumcunque occultorum. Hoc autem donum prophetiæ nõ solum fuit in veteri testamento, sed etiam in nouo. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri. Dicuntur etiam prophetæ in nouo testamento, qui prophetica dicta exponunt: quia sacra scriptura eodem spiritu interpretatur, quo est condita. Eccle. 24. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Ordinatur autem prophetiæ donum, sicut & aliæ gratiæ gratis datæ, ad fidei ædificationem. 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Heb. 2. Confirmata est, scilicet doctrina fidei, cõtestante Deo signis, & prodigiis, & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus. Et ideo prophetia est vtendum; *Secundum rationem fidei*, id est, non in vanum, sed vt per hoc fides confirmetur, non autẽ contra fidem. Vnde dicitur Deuter. 12. Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur Deos alienos: non audies verba prophetæ illius, quia scilicet prophetizat contra rationem fidei. Quantum ad sacramenta ministranda subdit; *Siue ministerium in ministrando*, id est, si quis accepit gratiam, vel officium ministerii, puta ut sit Episcopus, uel sacerdos, qui dicuntur ministri Dei. Esa. 61. Vos sacerdotes domini uocabimini, ministri Dei nostri dicetur uobis. exequatur illud, diligenter exequendo in ministrando. 2. Tim. 4. Ministerium tuum imple. Secundo, tangit ea quæ pertinent ad res humanas, in quibus potest aliquis alteri subuenire. Primo quidem, quantum ad cognitionem uel speculatiuam, uel practicam. Quantum ergo ad speculatiuam primo dicit; *Siue qui docet*, id est, qui habet officium, uel gratiam docendi, utatur doctrina, id est, ut studiose, & fideliter doceat. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Matth. ult. Euntes docete omnes gentes. Quantum autem ad cognitionem practicam, subdit; *Qui exhortatur*, id est, qui habet officium, uel gratiam exhortandi homines ad bonum, utatur illo; *In exhortando*. 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Tit. 2. Hæc loquere & exhortare. Deinde ponit ea, quæ pertinent ad exteriora opera, in quibus quandoque aliquis subuenit alicui aliquod donum dando: & quantum ad hoc dicit; *Qui tribuit*, id est, qui habet facultatem tribuendi & gratiam, exequatur hoc; *In simplicitate*, ut scilicet nihil mali ex illo intendat, quasi donis homines ad malum alliciens. Vel etiam cum aliquis ex modico dato intendit multo maiora acquirere.

guli autem alter alterius membra, habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Siue prophetiam, secundum rationem fidei. Siue ministerium, in ministrando. Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, in exhor-

Eccle.

Eccle. 20. Datus insipientis non erit tibi vtilis: oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit. Et Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos. Quandoq; autem aliquis subuenit alteri eius curam habendo: & quantum ad hoc dicit; *Qui præest*, id est, qui est in prælationis officio constitutus, vtatur illo officio; *In solicitudine*. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. 2. Corin. 11. Solicitudo omnium ecclesiarum. Quandoque autem subuenit alicui releuando eius miseriam, & quantum ad hoc dicit; *Qui miseretur*, id est, qui habet facultatem & affectum miserendi, exequatur hoc; *In hilaritate*, quasi libenter hoc faciens. 2. Corinth. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Ecclesia. 7. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Deinde cum dicit; *Dilectio sine simulatione &c.* Docet vsum doni gratuiti, quod est omnibus commune, scilicet charitatis. Et primo ponit ea, quæ pertinent ad charitatem in generali. Secundo, ponit quædam specialiter pertinentia ad dilectionem quorundam, ibi; *Necessitatibus sanctorum &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit qualis debeat esse dilectio charitatis ex parte diligentis. Secundo, qualiter se debeat habere ad proximum, ibi; *Charitatem fraternitatis &c.* Tertio, qualiter se debeat habere ad Deum, ibi; *Solicitudine non pigri*. Circa qualitatem autem charitatis tria docet. Primo quidem, quòd dilectio debet esse vera. Vnde dicit; *Dilectio sine simulatione*, vt scilicet non tantum in verbo, aut in exteriori apparentia, sed sit in vero cordis affectu, & efficacia operis. 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua: sed opere, & veritate. Eccles. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Secundo, docet quòd dilectio debet esse pura, cum dicit; *Odientes malum*. Tunc enim est pura dilectio, quando homo non consentit amico suo in malum, sed ita diligit hominem, vt eius vitium odiat. Vnde dicitur. 1. Corinth. 13. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Psalm. 118. Iniquos odio habui. Tertio docet, quòd dilectio debet esse honesta, cum dicit; *Adhærentes bono*, vt scilicet aliquis adhæreat alteri propter bonum virtutis. Galat. 4. Bonum autem æmulamini in bono semper. Hæc est pulchra dilectio, de qua dicitur Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis. Deinde cum dicit; *Charitatem fraternitatis*, ostendit qualiter charitas se debet habere ad proximum. Et primo, quantum ad interiorem affectum, cum dicit; *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes*. Vt scilicet non solum fratres diligamus per charitatem, sed etiam diligamus ipsam charitatem, qua eos diligimus, & ab eis diligimur. Sic enim si charam habemus charitatem, non de facili eam dissolui faciemus. Hebr. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cantic. vlti. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, tanquàm nihil despicient illam. Secundo, quantum ad exteriorem effectum, cum dicit; *Honore inuicem præuenientes*. In quo tria designantur. Primo quidem, quòd homo proximum in reuerentia debet habere, quod pertinet ad rationem honoris. Nullus enim potest vere diligere eum, quem despicit. Phil. 2. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. Quod quidem fit, dum aliquis suum defectum considerat, & bonum proximi. In honore autem non solum reuerentia intelligitur, sed etiam necessariorum subuentio, sicut cum dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, præcipitur necessariorum subuentio: sicut patet per hoc, quòd dominus Matth. 5. arguit Pharisæos contra hoc præceptum impedientes filios a subuentione parentum. Secundo, designatur quòd effectus dilectionis debet mutuo exhiberi, vt scilicet homo non solum velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. Eccles. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Et 14. In diuisione sortis da, & accipe. Et hoc designat cum dicit; *Inuitem*. Tertio, designatur quòd effectus dilectionis debet esse promptus, & velox: quod designatur, cum dicit; *Præuenientes*, vt scilicet aliquis præueniat amicum in beneficiis. Eccl. 37. Omnis amicus dicit, Et ego amicitiam copulaui. Deinde cum dicit; *Solicitudine &c.* ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad Deum. Et primo incipit ab ipsa rationis attentione, cum dicit; *Solicitudine* sitis; *Non pigri*, scilicet

tando. Qui tribuit, in simplicitate. Qui præest, in solicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitem sectantes.

LECTIO III.

BENEDICITE persequentibus uos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc

F ad seruiendum Deo. Mich. 6. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te. Postea subdit; Solicite ambulare cum Deo tuo. 2. Timo. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Secundo, quantum ad effectum, cum dicit; *Spiritu*, sitis; *feruentes*, scilicet in Dei dilectione. Procedit autem feruor ex abundantia caloris. Vnde feruor spiritus dicitur, quia propter abundantiã diuinæ dilectiõis totus homo feruet in Deum. Act. 18. dicitur, quòd Apollo feruens spiritu loquebatur. 1. Thess. vlti. Spiritum nolite extinguere. Tertio, quantum ad exterius obsequium, cum dicit; *Domino seruientes*, scilicet seruitute latriæ, quæ soli Deo debetur. Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Psalm. 2. Seruite dpmino in timore. Vel secundum aliam literam; Tempori seruientes, vt scilicet Dei seruitium congruo tempore faciamus. Eccles. 8. Omni negocio tempus est, & opportunitas. Quarto, quantum ad mercedem seruitutis, cum dicit; *Spe gaudentes*, scilicet mercedis, quæ est Dei fruitio. Gene. 15. Ego dominus merces tua magna nimis. supra. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Facit autem spes hominem gaudentem ratione certitudinis, sed tamen affligit ratione dilationis. Prouerb. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Quinto, quantum ad difficultatem, quam homo patitur in Dei seruitio. Vnde subdit; *In tribulatione*, scilicet quam propter Deum sustinetis, sitis; *Patientes*, supra 5. Tribulatio patientiam operatur. Sexto, quantum ad omnia prædicta dicit; *Orationi instantes*, in quo orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Oportet semper orare, & numquàm deficere. 2. Timo. 5. Sine intermissione orate. Per orationem enim in nobis solicitudo excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitamur, gaudium spei in nobis augetur, & auxilium in tribulatione promeremur. Psalm. 119. Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Deinde cum dicit; *Necessitatibus sanctorum &c.* determinat de charitate, quantum ad speciales quasdam personas. Et primo quidem quantum ad indigentes. Secundo, quantum ad inimicos, ibi; *Benedicite persequentibus vos*. Circa primum duo facit. Primo, inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in vniuersali, cum dicit; *Necessitatibus sanctorum communicantes*. I Vbi tria sunt notanda. Primo quidem, quòd eleemosynæ ex charitate sunt impendendæ indigentibus, siue necessitatem patientibus. Ephes. 4. Laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Secundo, quòd potius est subueniendum iustis & sanctis, quàm aliis. Vnde dicit; *Necessitatibus sanctorum*. Eccles. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem. Quod quidem non sic est intelligendum, quin etiam in necessitatibus sit peccatoribus subueniendum, sed quia non est eis subueniendum ad fomentum peccati: utilius tamen est subuenire iustis, quia talis eleemosyna fructuosa est, non solum ex parte dantis, sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, scilicet suis suffragiis. Secundo, in speciali admonet ad hospitalitatem, dicens; *Hospitalitatem sectantes*, quia scilicet in hoc misericordię opere alia misericordiæ opera includuntur. Nam K hospes non solum domum exhibet ad manendum, sed etiam alia necessaria subministrat. Hebre. vlt. Hospitalitatem nolite obliuisci. 1. Petri. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit, qualiter charitas sit exhibenda indigentibus nunc ostendit qualiter sit exhibenda: etiam inimicis. Et primo ponit admonitionem. Secundo, probat quod dixit, ibi: *Scriptum est enim &c.* Circa primum considerandũ est, quòd ad charitatem tria pertinent. Primo quidem, beneuolentia, quæ consistit in hoc, quòd aliquis uelit bonum alteri, & malum eius nolit. Secundo, concordia, quæ consistit in hoc, quòd amicorum sit idem nolle, & uelle. Tertio, beneficientia, quę consistit in hoc, quòd aliquis benefaciat ei quem amat, & eum non lædat. Primo ergo ponit ea quę pertinent ad beneuolentiam. Secundo, ea quæ pertinent ad concordiam, ibi; *Gaudere*

Gaudere cum gaudentibus. Tertio, ea quæ pertinent ad beneficentiam, ibi; *Nulli malum &c.* Circa primum duo facit. Primo monet vt beneuolentia sit ampla, quæ se extendat etiam ad inimicos, cum dicit; *Benedicite persequentibus vos*. Circa quod notandum est, quòd Benedicere, est bonum dicere. Contingit autem bonum, dicere tripliter. Vno modo enuntiando, puta cum quis bonum alterius laudat. Eccles. 31. Splẽdidum in panibus benedicẽt labia multorum, & testimoniũ veritatis illius fidele. Alio modo imperando, & sic benedicere per authoritatem, est proprium Dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur: ministerium autem pertinet ad ministros Dei, qui nomen domini super populum inuocant. Nume. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis. Benedicat tibi dominus, & custodiat te, Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Et post, Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Tertio, benedicit aliquis optando. Psalm. 128. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle, & quasi bonum pro aliquo precari. Et hoc modo accipitur hic. Vnde in hoc quod dicitur; *Benedicite persequentibus uos*. Datur intelligi, quòd etiam ad inimicos, & persecutores debemus esse beneuoli eis bona optando, & pro eis orando. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Quod autem hic dicitur, quodam quidem modo est in præcepto, quodam autem modo est in consilio: quòd enim aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos a communi dilectione proximorum, & a communi oratione, quam quis pro fidelibus facit, pertinet ad necessitatem præcepti. Similiter ẽt q̃ aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat, pertinet ad necessitatem præcepti. Vnde dicitur Exod. 21. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reducas eum. Sed quòd aliquis in speciali dilectionis affectum, & orationis suffragium, aut qualecumque subuentionis beneficium exhibeat inimico, interdum etiam extra articulum manifeste necessitatis, pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur tam perfecta charitas hominis ad Deum, quòd omne humanum odium superet. Ille autem qui pœnitet & misericordiam petit, iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Vnde ei absque omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda. Eccles. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc depræcanti tibi peccata soluentur. D Secundo, docet, quòd beneuolentia siue benedictio sit pura, id est, absque permistione contrarii. Vnde dicit; *Benedicite & nolite maledicere*, id est, ita benedicatis, quòd nullo modo maledicatis. Quod est contra quosdam, qui ore benedicunt, & corde maledicunt, secundum illud Psalm. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et etiam contra illos, qui quandoque benedicunt, quandoq; maledicunt, vel quibusdam benedicunt, quibusdam maledicunt. Iac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictũ pro maledicto. Sed contra hoc videtur esse, quòd in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim Deut. 27. Maledictus, qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Ad quod dicendum est, quòd maledicere est malum dicere, quod quidem tripliciter contingit, sicut & benedicere, scilicet enuntiando, imperando, & optando, & secundum quodlibet horum modorum potest bene, & male fieri. Si enim id quod est materialiter malum, dicatur malum, quolibet prædictorum modorum, sub ratione boni, non est illicitum, quia hoc est magis benedicere, quàm maledicere: vnumquodque enim magis iudicatur, secundum suam formam, quàm secundum suam materiam. Si vero aliquis dicat malum sub ratione mali, formaliter maledicit: vnde est omnino illicitum. Vtrumque autem horum contingit in hoc, quòd aliquis enuntiando malum profert. Quandoque enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandum necessariam veritatem, & sic dicit malum sub ratione veri necessarii, quod est bonum, vnde est licitum. Et hoc modo Iob tertio dicitur, quòd Iob maledixit diei suæ, enuntians malitiam præsentis vitæ, sicut Apostolus dicit Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Quandoque autem aliquis enuntiat malum alterius sub ratione mali, scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. A Dicitur enim. 1. Cor. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Similiter etiam in eo, quod quis dicit malum imperando, contingit autem quandoque, quòd aliquis dicit id quod est materialiter malum sub ratione boni, puta cum ex imperio alicui, prouenit alicui malum pœnæ propter iustitiam, quod quidem est licitum. Et hoc modo transgressores legis maledicuntur. 1. pœnæ secundum iustitiã deputantur. Quandoque vero aliquis imperando dicit malum alterius iniuste, puta propter odium & vindictam. B Et talis maledictio est illicita. Exod. 21. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Et id est etiam circa id, quod aliquis dicit, malum optando. Si enim hoc optet sub ratione boni, puta vt per aduersitatem alicuius perueniat ad spiritualem profectũ, hoc licitum est. Iob. 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Si vero hoc homo faciat propter odium vel vindictam, est omnino illicitum. 1. Reg. 17. Maledixit Phylisteus Dauid in diis suis. Deinde cum dicit; *Gaudere cum gaudentibus &c.* Ponit ea quæ pertinent ad concordiam. Et primo, ponit concordiæ documenta. Secundo, remouet impedimenta ibi; *Non alta sapientes &c.* Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantum ad effectum in bonis, & in malis. In bonis quidem, vt aliquis, bonis aliorum congaudeat. Vnde dicit; *Gaudere*, scilicet debetis; *Cum gaudentibus*. ad Philippenses. 2. Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligendum: quando quis gaudet C de bono. Sunt autem quidam qui gaudent de malo, secundum illud Prou. 2. Lętantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Et in istis non est congaudendum, 1. Cor. 13. dicitur de charitate, quòd non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, In malis autem vt aliquis tristetur de malis alterius. Vnde subdit; *Flere*, scilicet debetis; *Cum flentibus*. Iob. 30. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Eccles. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Ipsa enim compassio amici condolentis consolationẽ in tristitiis affert dupliciter. Primo quidem, quia ex hoc colligitur efficax amicitiæ argumentum. Eccl. 12. In malitia illius, id est, in infortunio amicus cognitus est, Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum. Alio modo, quia ex hoc ipso, quòd amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam causat. Et quidem leuius portatur, quod portatur a pluribus, quàm ab vno solo. Secundo, concordia consistit in vnitate sententiæ, & D quantum ad hoc dicit; *Idipsum*, id est, idem sitis; *Inuicem sentientes*, vt scilicet in eadem sententia conueniatis. 1. Cor. 1. Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Phil. 2. Eandem charitatem habentes vnanimes, idipsum sentientes. Sciendum est tamen, quòd duplex est sententia. Vna quidem quæ pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, puta circa considerationes geometricas vel naturales, dissentire autem in talibus, non repugnat amicitiæ vel charitati, quia charitas in voluntate est. Huiusmodi autem iudicia, non prouenient ex voluntate, sed ex necessitate rationis. Alia vero sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda, & in talibus dissensio amicitiæ contrariatur: quia talis dissensio habet contrarietatem voluntatis, & quia fides non solum est speculatiua, sed etiam practica, inquantum per dilectionem operatur, vt dicitur Gal. 5. Ideo etiam dissentire a recta fide, est contrarium charitati. E Deinde cum dicit; *Non alta sapientes &c.* excludit impedimenta concordiæ, quæ quidem sunt duo. Primum est superbia ex qua contingit, quòd dum aliquis inordinate suam excellentiam quærit & subiectionem refugit, vult alium subiici. Et eius excellentiam impedire. Et ex hoc sequitur discordia. Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit; *Non* sitis; *Alta sapientes*, vt scilicet inordinate vestram excellentiam appetatis, supra. 11. Noli altum sapere, sed time. Eccle. 3. Altiora te ne quæsieris; *Sed* sitis; *Consentientes humilibus*, id est, his quæ sunt humilia, id est, quæ abiecta videntur non recusetis cum oportuerit. Psalm. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. 1. Pet. vlt. Humiliamini sub potenti manu Dei &c. Secundum impedimentum concordiæ est præsumptio sapientiæ, vel etiam prudentiæ, ex qua contingit, quòd aliquis aliorum sententiæ non credit. Ad quod remouendum dicit; *Nolite esse prudentes apud uosmetipsos*. vt scilicet iudicetis

iudicetis solum id esse prudentię quod vobis videtur. Esa.5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes, supra 11. Vt non sitis vobismetipsis sapientes. Deinde cum dicit, *Nulli malum pro malo &c.* Docet illa quæ pertinent ad beneficientiam excludẽdo contrarium. Et primo docet, quòd non sit alicui malefaciendum ratione vindictæ. Secundo docet, quòd non sit alicui malefaciendum ratione defensionis, ibi *Non vosmetipsos defendentes.* Circa primum tria facit. Primo prohibet vindictam dicẽs, *Nulli malum pro malo reddentes.* s. sitis. Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala. 1. Pet.3. Non reddentes malum pro malo. Sed hoc est intelligendum formaliter, sicut supra dictum est de maledicto: prohibemur enim affectu odii vel inuidiæ reddere malum pro malo ita quòd in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpę quod quis facit, reddat iudex malum pœnæ secundum iustitiam ad compensandam malitiam, materialiter quidem infert malum, sed formaliter & per se infert bonum. Vnde cum iudex suspendit latronem pro homicidio, non reddit malum pro malo, sed magis bonum pro malo. Et hoc modo Apostolus quẽdam pro peccato incestus tradidit sathanæ in interitũ carnis, vt spũs saluus fieret, ut habetur 1. Cor. 5. Secundo docet, quòd etiam bona sint proximis exhibenda, dicens, *Prouidentes*, scilicet sitis, *Bona non tantum coram Deo*, Vt scilicet curetis satisfacere conscientiæ vestræ coram Deo, *Sed etiam coram omnibus hominibus*, Vt scilicet ea faciatis, quæ hominibus placeant. 1. Cor. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei, sicut & ego p omnia omnibus placeo 1. Cor. 13. Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Hoc tamen contingit & bene, & male fieri: si enim hoc fiat propter fauorem humanum, nõ bene agitur. Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Si autem hoc fiat ad gloriam Dei, bene agitur, secundum illud Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Tertio assignat rationem vtriusque dictorum. Ad hoc enim debemus abstinere a retributione malorum, & coram hominibus bona prouidere, vt cũ hominibus pacem habeamus. & ideo subdit, *Cum omnibus hominibus pacem habentes.* Heb. vlti. Pacem sequimini cum omnibus. Sed hic addit duo, quorum primum est quòd dicit, *Si fieri potest.* Quãdoque enim malitia aliorum impedit, ne cũ eis pacẽ habere possimus, quia scilicet cum eis pax haberi non potest, nisi eorum malitiæ consentiatur, quã quidem pacem constat esse illicitam. Vnde dominus dicit Mat. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium. Aliud autem addit, dicens, *Quod ex vobis est*, scilicet & si ipsi contra pacem agant, tamen quod in nobis est, facere nos debemus, vt eorũ pacem quæramus. Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Et alibi. Inquirere pacem, & persequere eam. Deinde cum dicit, *Non vosmetipsos defendentes &c.* ostẽdit quòd non sunt mala proximis inferenda per modum defensionis. Et primo ponit documentum, dicens, Non sitis vosmetipsos defendentes o charissimi, sicut de Christo dicitur Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus, & genas meas vellentibus. Et Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutuit &c. Vnde & ipse dominus mandauit Matt. 5. Si quis te percusserit in vna maxilla, prębe ei etiã alteram. Sed sicut August. † dicit in lib. contra mendacium. Ea quæ in nouo testamento a sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligendarum scripturarum, quæ in præceptis data sunt. Ipse autem dominus cum alapa percussus esset, non ait, Ecce altera maxilla: Sed si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Vbi ostendit præparationem alterius maxillæ in corde esse faciendam. Paratus enim fuit dominus non solum in altera tædi pro salute hominis, sed in toto corpore crucifigi. Et sicut August. † dicit ad Marcellinum, Tunc quidem hoc mandatum recte fit, cum ei creditur profuturũ esse, propter quem fit ad ad operandam in eo correctionem atque concordiam, etiam si alius exitus consequatur. Sunt igitur ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinẽda: & ipsa beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in volũtate complenda est. Agenda sunt autem & multa etiam cum inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Secundo assignat rationem, cũ dicit, *Sed date locum iræ*, idest, diuino iudicio.

cap.15.

Epist. 5.

enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

CAP. XIII. LEC. I.

OMNIS Anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes, non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in

Quasi diceret, committatis vos Deo, qui suo iudicio potest vos defendere & vindicare, secundum illud. 1. Pet. vlt. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Sed hæc intelligenda sunt in casu, in quo nobis non adest facultas aliter faciendi, secundum iustitiam. Sed quia, ut dicitur Deutero. 1. Domini est iudiciũ, cum aliquis authoritate iudicis, vel vindictã quærit ad comprimendam malitiam, & non propter odium: vel etiã cum anthoritate alicuius superioris suã defensionem procurat, intelligitur locũ dare iræ, id est, diuino iudicio, cuius ministri sunt principes, vt dicitur infra. 13. Vnde etiam Paulus procurauit se per armatos defendi contra insidias Iudæorum, ut patet Act. 23. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat quod dixerat. Et primo per autuoritatem. Secundo per rationem, ibi; *Noli uinci a malo &c.* Circa primum duo facit. Primo probat quod dictum est de prohibitione vindictæ, dicens, Dictum est; *Date locum iræ*, id est, diuino iudicio; *Scriptum est enim.* Deut. 32. *Mihi uindictam*, scilicet seruate; *Et ego retribuam, dicit dominus.* Nostra litera sic habet, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Psalm. 93. Deus vltionum dominus. Naum. 1. Deus æmulator & vlciscens dominus. Secundo, probat per authoritatem quod dictum est de beneuolentia exhibenda inimicis. In qua quidem authoritate primo ponit documentum, ut subueniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate præcepti, vt supra dictum est. Et hoc est quod dicit; *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.* Matth. 5. Benefacite his, qui oderunt uos. Secundo, rationem assignat, dicens; *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Quod quidem vno modo potest intelligi in malum, ut sit sensus, Si tu ei benefaciaś, bonum tuum vertetur ei in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitudinem. Sed iste sensus repugnat charitati, contra quam ageret, qui alicui subueniret, vt ei proueniret in malum. Et ideo est exponendum in bonum, ut sit sensus; *Hoc enim faciens*, id est, in necessitate ei subueniens; *Carbones ignis*, id est, amorem charitatis, de qua dicitur Cant. 8. Lampades eius, ut lampades ignis, atque flammarum; *Congeres*, id est, congregabis; *Super caput*, id est, super mentem eius: quia vt August. † dicit in lib. de cathechizandis rudibus, Nulla est maior prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando. Nimis enim durus animus qui dilectionem & si nolebat impendere, nolit rependere. Deinde cum dicit; *Noli uinci a malo &c.* probat quod dixit per rationem. Naturale est enim homini, vt uelit aduersarium uincere, & non uinci ab eo. Illud autem ab aliquo uincitur, quod ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo propter malum, quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc quòd ei malefaciat, bonus a malo uincitur. Si autem econtrario propter beneficium, quod bonus persecutori exhibet, eum ad suum amorem trahat, bonus malum uincit. Dicit ergo; *Noli uinci a malo*, scilicet eius qui te persequitur, ut tu eum persequaris; *Sed in bono tuo uince malum* illius, ut scilicet ei benefaciendo, eum a malo trahas. 1. Ioan. vlti. Hæc est uictoria quę uincit mundum, fides nostra. Hie. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

cap.4.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo, utendo donis gratiæ eius: hic ostẽdit quo modo debeat se exhibere proximo, & primo quantum ad superiores. Secundo, quantum ad omnes, ibi; *Nemini quicquam debeatis &c.* Circa primum duo facit. Primo inducit homines ad subiectionem, quam debent superioribus. Secundo, ad exhibendum subiectionis signum, ibi; *Ideo & tributa præstatis &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit documentum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Non enim est potestas &c.* Tertio, infert conclusionem intentam, ibi; *Ideoque &c.* Circa primum considerandum est, quòd quidam fideles in primitiua ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subiici non debere propter libertatem quam consecuti erant a Christo, secũdum illud

Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Sed libertas per Christum concessa, & libertas spiritus qua liberamur a peccato & morte, sicut supra 8. dictum est, Lex spiritus in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia, sicut supra 7. dictum est. Et ideo tũc nulli subiectioni homo per Christum liberatus, erit obnoxius, nec spirituali, scilicet nec carnali. Vnde dicit 1. Cor. 15. Cum tradiderit Christus regnum Deo patri, & euacuerit omnem principatum & potestatem. Interim autem dum corruptibilem carnẽ gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere. Vnde dicitur Ephe. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Et hoc est etiam quod hic Apost. dicit. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Potestates autem sublimiores hic dicuntur, homines in potestatibus constituti, quibus secundum iustitiæ ordinem subiici debemus. 1. Pet. 2. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis &c. Dicit autem indefinite, *Potestatibus sublimioribus*, vt ratione sublimitatis officii eis subiiciamur, etiam si sint mali. Vnde 1. Pet. 2. subditur, Subiecti estote, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quod autem dicitur; *Omnis anima*, per sidenochen intelligitur, omnis homo, sicut & Gene. 17. Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquendi, quia subiectionem superioribus debemus ex animo, idest ex pura voluntate, secundum illud Ephẽ. 6. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ex animo cum bona voluntate. Deinde cum dicit; *Non est enim potestas &c.* ponit rationem admonitionis præmissæ. Primo quidem ex parte honesti. Secundo ex parte necessarii, ibi; *Qui autem resistunt &c.* Circa primum duo facit. Primo præmittit duo principia. Secundo ex eis concludit, ibi; *Itaque qui resistit &c.* Primo enim præmittit originẽ potestatis, dicens. *Non est enim potestas nisi a Deo.* Quicquid n. cõiter de Deo & creaturis dicitur, a Deo in creaturas deriuatur, sicut patet de sapiẽtia. Eccl. 1. Omnis sapiẽtia a domino Deo est. Potestas autem de Deo & de hominibus dicitur Iob. 36. Deus potestates non abiicit, cum ipse sit potens. Vnde consequens est quòd omnis humana potestas sit a Deo. Dan. 4. Dominabitur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud Ioan. 19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Sed contra hoc esse videtur, quod dicitur Oseæ. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Ad hoc dicendum est, quòd regia potestas vel cuiuscũque alterius dignitatis, potest considerari quantum ad tria Vno quidem modo quantum ad ipsam potestatem & sic est a Deo, per quem reges regnant, vt dicitur Prouerb. 8. Alio modo potest considerari quantum ad modum adipiscendi potestatem, & sic quandoque potestas est a Deo: quando scilicet aliquis ordinate potestatem adipiscitur, secundum illud Heb. 5. Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Quandoque uero non est a Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionem, vel quocunque alio illicito modo potestatem adipiscitur. Amos 6. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Tertio modo potest considerari quantum ad vsum ipsius, & sic quandoque est a Deo, puta cum aliquis secundum præcepta diuinæ iustitiæ vtitur concessa sibi potestate, secundum illud Prouerb. 8. Per me reges regnant, &c. Quandoque autem non est a Deo, puta cum aliqui potestate sibi data vtuntur contra diuinam iustitiam, secundum illud Psal. 2. Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum &c. Dubitatur etiam de potestate peccandi, vtrum sit a Deo. Ad quod dicendum est, quòd ipsa potentia qua peccatur, a Deo est. Eadem enim potentia est qua peccatur & qua recte agitur: sed quòd in bonum ordinetur a Deo est, quòd autem ordinetur ad peccandum, est ex defectu creaturæ, inquantum est ex nihilo. Secundo ponit, quòd; Ea quæ sunt a Deo ordinata sunt. cuius ratio est, quia Deus omnia per suam sapientiam fecit, secundum illud Psal. 102. Omnia in sapientia fecisti. Est autem proprium sapientiæ, ordinate omnia disponere. Sap. 8. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse. Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Duplicem autem ordinem Deus in suis effectibus instituit. Vnum quidem quo omnia ordinantur in ipsum. Proueb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Alium vero quo effectus diuini ordinantur adinuicem, sicut dicitur Deut. 4. de sole & luna & stellis, quòd fecit ea in ministerium cunctis Gentibus. Deinde cum dicit; *Itaque qui resistit &c.* ex duabus præmissis concludit propositum. Si enim potestas principum inquantum talis est, a Deo est, & nihil est a Deo sine ordine, consequens est, q̃ etiam ordo, quo inferiores potestatibus superioribus subiiciuntur, sit a Deo. Itaque, qui contra hunc ordinem; *Resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Resistere autem diuinæ ordinationi contrariatur honestati virtutis. Vnde contra virtutem agit, quicumque potestati resistit in eo qd̃ pertinet ad ordinem suæ potestatis. Deinde cum dicit; *Qui autem resistunt &c.* ostendit huiusmodi subiectionem non solum esse honestam, sed necessariam. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum, ibi; *Nam principes &c.* Dicit ergo primo, Dictum est quòd; *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, quod quidem secundum se est vitandum, tanquam contrarium virtuti. Multi tamen sunt, qui amorem virtutis non habentes, ea quæ sunt contraria virtuti non detestantur. Vnde tales cogendi sunt ad vitationem malorum per pœnas, & quantum ad hoc, subdit; *Qui autem resistunt*, scilicet diuinæ ordinationi; *Sibi damnationem acquirunt*, contra potestatis ordinem agendo. Quod quidem potest intelligi vno modo de damnatione æterna, quam mœrentur, qui potestatibus subiici nolunt in eo, quod debent. In cuius exemplum Dathan & Abyron, qui Moysi, & Aaron restiterunt, sunt a terra absorpti, vt habetur Nume. 16. Alio modo potest intelligi de damnatione pœnæ, quæ per ipsos principes infertur, Prouerb. 20. Sicut rugitus leonis, ira & terror regis: qui prouocant eum, peccant in animam suam. Sed contra hoc videtur esse, quòd apostoli, & martyres, principibus & potestatibus restiterunt: & ex hoc non damnationem a Deo, sed præmium acquisierunt: Sed dicendum est, quòd Apostolus hic loquitur de eo, qui resistit potestati inferiori, secundum quòd est a Deo ordinata. Habet autem hoc diuina ordinatio, vt potestati inferiori non obediatur contra superiorem, sicut etiam in rebus humanis; vt Proconsuli, non obediatur contra Imperatorem, nec Balliuo contra Regem. Et omnis potestas humana sub potestate Dei ordinatur, & nulli potestati humanæ est contra Deum obediendum, secundum illud Act. 4. Oportet obedire magis Deo, quàm hominibus. Deinde cum dicit; *Nam principes &c.* assignat rationem eius, quòd dixerat. Et primo ponit rationem. Secundo, ex ratione posita quoddam vtile documentum trahit, ibi; *Vis autem non timere potestatem &c.* Tertio huius documenti necessitatem assignat ibi; *Si autem malefeceris &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd, *Qui resistunt potestati, sibi damnationem acquirunt. Nam principes*, qui hic potestates dicuntur; *Non sunt timori*, idest, in timorem; *Boni operis*, idest, propter bonum opus; *Sed mali*, idest, propter malum. Quod quidem videtur esse intelligendum, secũdum causam instituendi principes. Ad hoc enim sunt instituendi principes, vt illi qui amore virtutis non prouocantur ad vitandum malum, & faciendum bonum, cogantur ad hoc timore pœnæ. Prouerbio. 2. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Et secundum hoc dicitur, q̃ principes non sunt timori boni operis, sed mali, quantum ad id quod principi ex officio competit; sicut & Esa. 32. dicitur, Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit. Potest autem hoc referri etiam ad malos principes, qui non sunt timori boni operis, sed mali: quia & si interdum iniuste persequuntur bene operantes, non tamen illi, qui bene operantur, causam habent timendi, quia hoc ipsum, si patienter sustinent, in eorum bonum cædit, ſm illud. 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati: timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Ex hoc autem q̃ hic dicitur, assignari potest ratio, quare qui potestati resistunt, sibi damnationem acquirant: siue intelligatur de damnatione punitionis, qua principes rebelles puniunt, siue de damnatione qua homines puniuntur a Deo. Si n. principes sunt timori mali operis, cõsequẽs est, q̃ si aliquis potestati resistat, male operetur: & ita ipse homo male agendo, est sibi cã punitionis temporalis & ęternæ. Deinde cum dicit; *Vis autem non timere &c.* ex eo quòd dixerat quoddam vtile documentũ tradit. s. vitandi timorem principũ. Et primo insinuat sua interrogatione, hoc esse desiderabile, dicẽs; *Vis non timere potestatem.* Quasi dicat, hoc debet homini esse placitum. Prou. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. Secundo docet mediũ ad hoc peruenienda, dicens; *Bonum fac*: quia vt dicitur Prou. 16. Voluntas regũ, labia iusta. Et in Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Tertio ostendit huius effectũ dicens, & si benefeceris nõ solum timorem vitabis, sed etiam; *Habebis laudem ex illa.* s. potestate, quod planum est, si accipiatur ſm finem, ad quem institutæ sunt potestates. Ad hoc

enim institutæ sunt, vt non solum a malis timore pœnarum retrahant, sed etiam vt ad bonum per præmia alliciant, secundum illud 1. Pet. 2. Siue ducibus, tanquàm ab eo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Verificatur hoc etiam de malis principibus, quorum iniustam persecutionem dum boni patienter sustinét, laudantur. Iac. 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Quarto, rationé assignat dicés; *Dei enim minister est tibi in bonum*. Quod quidem manifeste patet, quantum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine Dei, quasi supremi principis, tanquàm ministri ordinati. Sap. 6. Cum essetis ministri regis illius &c. Ad idé autem tendit minister & dominus. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et ideo sicut Deus operatur in bonum his, qui bonum agunt: ita & principes, si recte ministerium suum impleant. Sed & mali principes, ministri Dei sunt secundum ordinationem Dei ad inferendas pœnas, licet hoc sit præter intentum eorum: secundum illud Esa. 10. Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu mea est. Ipse autem non sic arbitrabitur. Et Hie. 25. Assumam vniuersam cognationem Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius &c. Et quia tales mali principes interdum Deo permittente, bonos affligũt, quod in bonum eorum cædit: secundum illud supra. 8. Diligentibus Deum &c. Deinde cum dicit. *Si autem male &c.* ostendit necessitatem præmissi documenti. Dictum est enim, quòd benefaciendo non timebis potestatem, *Si autem malefeceris, time*: quia causam timoris habes. Prouerb. 10. Pauor his qui operantur malum. Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Secundo assignat rationem, dicens; *Non enim sine causa gladium portat*. Loquitur autem secundum consuetudinem principum, qui quasi insignia suæ potestatis, deferebant instrumenta puniendi, puta fasces virgarum ad verberandum, & secures, vel gladios ad occidendum. Iob. 19. Fugite a facie gladii, quoniam vltor iniquitatum est gladius. Tertio, rationem exponit, dicens; *portat*, inquam, *gladium, Quia est minister Dei vindex*, idest, vindictam exercens, *In iram*, idest, ad exequendam iram Dei, idest, iustum iudicium eius; *Ei qui malum agit*, idest, contra malefactorem. Eze. 16. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, & iudicabo te in iudiciis adulterorum, & dabo te in manus eorum &c. Prouerb. 16. Abominabiles regi qui impie agunt, quoniam iustitia firmatur solium. Ex quo patet, quòd nõ solum est licitum, sed etiam meritorium principibus, qui zelo iustitiæ vindictam exercent in malos. Vnde dicitur Eze. 29. Erit mẽrces exercitui illius, & operi quo seruiuit mihi aduersus eam. Deinde cum dicit; *Ideoque necessitate &c.* Infert conclusionem principaliter intentam, dicens; *Ideoque*, propter prædictas rationes, *Subditi estote*, Principibus, *Ex necessitate*, quia scilicet hoc est ex necessitate salutis: vel, Subditi estote voluntarie necessitati, quæ vobis imminet potentia principum, vt faciatis de necessitate virtutem, non solum; *Propter iram*, idest, vindictam vitandam, quod pertinet ad secundam rationem; *Sed etiam propter conscientiam*, bonam considerandam, quod pertinet ad primam rationem: quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Tit. 3. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse. Deinde cum dicit; *Ideo enim & tributa præstatis &c.* Inducit homines ad exhibẽdum suis superioribus signum subiectionis. Et primo ponit signum subiectionis. Secundo inducit ad eius exhibitionem, ibi; *Reddite ergo &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit subiectionis signum, dicens, *Ideo enim*, scilicet quia debetis esse subiecti; *Et tributa præstatis*, idest, præstare debetis, in signum scilicet subiectionis. Et ideo conquerendo dicitur Thre. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Dicuntur autem tributa, eo quòd subditi dominis ea tribuunt. Secundo assignat rationem, dicens; *Ministri enim Dei sunt: In hoc ipsum*, idest, pro ipso scilicet tributa recipiendo; *Seruientes*, scilicet Deo, & populo. Quasi dicat, Vnusquisque de suo ministerio viuere debet, secundum illud 1. Cor. 9. Quis pascit gregem, & de lacte eius non edit? Et ideo cum principes nostri suo regimine Deo ministrent, a populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerii, non autem ita, quòd hoc debeant sibi cõputare pro premio. Proprium enim præmium principis, est laus & honor, vt Philosophus dicit in 5. Ethic. Et cum hoc non sufficit, tyrannus fit. Sed hoc non est intelligendum de laude humana solum, vel honore, quia tale præmium esset vanum: sed de laude & honore diuino, qui principibus bene gubernantibus exhibetur. Sap. 6. O reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Huiusmodi autem tributa recipiunt ad

cap. 11.

F sustentationem: laborant autem principes ad omnium pacem. Vnde dicitur. 2. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam ac tranquillam vitam agamus. Baruc. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, vt viuamus sub vmbra eius. Ab hoc tamen debito liberi sunt clerici ex priuilegio principũ, qd quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erant a tributis illi, qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gen. 47. ꝙ Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Aegypti, præter terram sacerdotum, quę a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et infra dicitur, quòd in vniuersa terra Aegypti quinta pars soluitur, absque terra sacerdotali, quæ libera erat ab hac conditione. Hoc autem ideo æquum est, quia sicut reges solicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus, ita ministri Dei in spiritualibus: & sic per hoc, quòd Deo in spiritualibus ministrant, recompensant regi, quod pro eorum pace laborat. Sed attendendum est, cum tributa dicat regibus esse debita, quasi laboris stipendium, dupliciter peccare possunt principes accipiendo tributa. Primo quidem, si vtilitatem populi non procurent, sed solum ad diripiendum eorum bona intendant. Vnde dicitur Ezech. 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Alio modo ex eo, quòd violenter diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter regem, & populum, & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel.

G

H

Et postea subdit, Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum. Deinde cum dicit; *Reddite ergo &c.* monet ad reddendum prædictum subiectionis signum. Et primo quidem in generali, dicens, Ex quo tributum debetur principibus, tanquàm Dei ministris; *Reddite ergo omnibus debita*. Ex quo patet, quòd ex necessitate iustitiæ tenentur subditi sua iura principibus exhibere. Matt. 18. Oblatus est regi vnus, qui debebat decem millia talenta. & Matt. 23. Reddite quæ sunt Cęsaris, Cæsari &c. Secundo, specificat: & primo ea quæ sunt exteriora, dicens; *Cui tributum*, scilicet debetis, reddite; *Tributum*, quia. s. principi tribuitur pro generali regimine, quo patriam in pace, & quiete gubernat. Genes. 49. Vidit requiem, quòd esset bona, factusque est tributis seruiens; *Cui vectigal*, scilicet debetis, reddite; *Vectigal*, quod scilicet redditur principi in aliquibus certis locis de mercimoniis, quæ defetuntur pro reparatione viarum, & custodia. Vel vectigal dicitur, quod datur principi, quando per patriam deuehitur, sicut sunt procurationes, & alia huiusmodi. Secundo, ponit ea, quæ sunt interius exhibenda. Est autem considerandum, quòd principi debetur & timor, & honor: timor quidẽ, inquantum est dominus sua potestate malos coercens a malis. Malac. 1. Si ego dominus, vbi est timor meus? Et ideo dicit; *Cui timorem*, scilicet debetis, reddite; *Timorem*. Prouerb. 24. Deum time fili mi. Inquantum autem quasi pater prouidet bonis, quæ sunt in laudem eorum, debetur illi honor. Malac. 1. Si ego pater, vbi honor meus? Et ideo subdit; *Cui honorem*, debetis, reddite; *Honorem*. 1. Pet. 2. Regem honorificate. Sed contra est, quod dicitur Leu. 19. Non honores vultum potentis. Sed hoc est intelligendum, quantum ad hoc, vt pro eo a iustitia non declines. Vnde subditur, Iuste iudica proximo tuo.

I

K

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus ostendit, qualiter debeant fideles ad superiores iustitiam obseruare: hic ostendit, quid debeant omnibus communiter exhibere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, reddit rationem, ibi; *Qui enim diligit &c.* Dicit ergo primo, Dictum est: Reddite omnibus debita, non quidem particulariter, sed integraliter. Et hoc est quod subdit; *Nemini quicquam debeatis*. Quasi dicat, Ita plene omnibus omnia debita persoluatis, vt nihil remaneat, quod soluere debeatis. Et hoc quidem propter duo. Primo, quia in ipsa mora reddendi, peccatum committitur, dum homo iniuste detinet rem alienam. Vnde dicitur Leuit. 10. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. Et eadem est ratio de aliis debitis. Secundo, quia quamdiu aliquis debet, est quodammodo seruus: & cui debet, obligatur. Prouerb. 22. Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Sunt tamen quædam debita, a quibus homo numquàm potest se absol-

absoluere. Et hoc contingit dupliciter. Vno quidem modo propter excellentiam beneficii, cui æquiualẽs recompensari non potest: sicut Philosophus dicit de honore qui exhibetur Deo, vel parentibus secundũ illud Psal. 115. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Alio modo propter causam debendi, quæ semper manet: uel etiam propter hoc, quòd illud quod redditur, nunquàm exhauritur, sed semper in reddendo crescit. Et propter has causas debitum dilectionis fraternæ ita soluitur, qd semper debetur. Primo quidem, quia dilectionem proximo debemus propter Deum, cui sufficienter recompensare non possumus. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Secundo, quia causa dilectionis semper manet, quæ est similitudo naturę & gratię. Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximum sibi. Tertio quia charitas in diligendo non deficit, sed proficit. Phili. 1. Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet. Ideo dicit; *Nisi vt inuicem diligatis*, quia scilicet dilectionis debitum ita semel redditur, vt tamen semper maneat sub debito præcepti. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Deinde cũ dicit; *Qui enim diligit &c.* assignat causam eius quod dixerat, debito dilectionis nos nunquàm absolui, quia scilicet in dilectione, tota legis impletio cõsistit. unde circa hoc, tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; *Nam non adulterabis &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Plenitudo ergo legis &c.* Dicit ergo primo. Ideo dictum est, quòd non intendamus nos expedire a debito dilectionis, sicut ab aliis debitis. *Qui enim diligit proximũ, legem impleuit*, idest, tota impletio legis ex proximi dilectione dependet. Sed hoc non videtur verum. Dicitur enim. 1. Timo. 1. quòd finis præcepti charitas est. Vnumquodque enim perficitur, cum ad finem peruenit: & ideo tota legis perfectio in charitate consistit. Sed charitas duos habet actus, scilicet dilectionẽ Dei, & dilectionẽ proximi. unde & dominus dixit Matth. 22. quòd tota lex & prophetæ, pendet in duobus mandatis charitatis: quorum vnum est de dilectione Dei, aliud de dilectione proximi. Non ergo videtur quòd qui proximum diligit, impleat totam legem. Sed dicendum est, quòd illa dilectio proximi ad charitatem pertinet, & legem implet, qua proximus diligitur propter Deum, & ita in dilectione proximi includitur dilectio Dei, sicut causa includitur in effectu. Dicitur enim. 1. Ioan. Et hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Et econuerso, dilectio proximi includitur in dilectione Dei, sicut effectus in causa: vnde ibidem dicitur. Si quis dixerit; quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Et inde est, quòd in sacra sciptura quandoque fit mentio solum de dilectione Dei, quasi sufficiat ad salutem, secũdum illud Deu. 10. Et nunc Israel audi, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deũ tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum? Quandoque autẽ fit mentio solum de dilectionẽ proximi. Ioan. 15. Hæc vobis mando, vt diligatis inuicem. Deinde cum dicit; *Nam non adulterabis &c.* probat propositum. Primo quidem per inductionem. Secundo vero per medium syllogismi, ibi; *Dilectio proximi &c.* Circa primum, more inducentium enumerat quædam præcepta, quæ dilectionem proximi implẽt. Et quia præcepta tria primæ tabulæ immediatius ordinantur ad dilectionem Dei, non facit mentionem hic de eis: quàmuis & ipsa impleãtur in dilectione proximi, prout dilectio Dei includitur in dilectione proximi. Enumerat autem mandata secundæ tabulæ, prætermittit tamen præceptũ affirmatiuum tantum; quod est de honore parentum, in quo etiam intelligitur, vt omnibus reddamus quæ debemus. Enumerat autem præcepta negatiua, per quæ aliquis prohibetur malum proximis inferre: et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia præcepta negatiua sunt magis vniuersalia, & quantum ad tempora & quantum ad personas. Quantum ad tempora quidem, quia præcepta negatiua obligant semper, & ad semper. Nullo enim tempore est furandum, & adulterandum. Præcepta autem affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tẽpore. Non enim tenetur homo, vt omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quantum ad personas autem, quia nulli hominum est nocendum: non autem sufficientes sumus, vt vnus homo possit omnibus hominibus seruire. Secundo, quia magis manifestum est, quòd per dilectionem proximi implentur præcepta negatiua, quàm affirmatiua. Qui enim diligit aliquẽ, magis abstinet a nocumento illius, quàm ei beneficia impendat, a quo quandoque homo impeditur per impotentiam. Tripliciter autem aliquis nocumentum proximo inferre potest. Vno modo facto. Alio modo, verbo. Tertio, desiderio. Facto quidem tripliciter. Vno modo, quantum ad personam ipsius proximi. et hoc prohibetur, cum dicitur; *Non occides*. In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniuria in personam proximi illata. 1. Ioan. 3. Omnis homicida, non habet vitam æternam in se ipso. Secundo, quantum ad personam coniunctam, scilicet vxorem: & hoc prohibetur, cum dicitur; *Non adulterabis*. In quo etiam intelligitur prohiberi fornicatio, & omnis illicitus vsus genitaliũ membrorum. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Tertio, quantum ad res exteriores: quod prohibetur, cum dicitur; *Non furaberis*. In quo etiam prohibetur omnis iniusta subtractio rei alienę, siue per vim, siue per dolum. Zach. 5. Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Nocumentum autem quod quis proximo infert, verbo prohibetur, cum dicitur; *Non falsum testimonium dices*. Quod non solum prohibetur in iudicio, sed etiam extra iudicium, siue per modum detractionis, siue per modum contumeliæ. Prouerb. 19. Testis falsus non erit impunitus; & qui mendacia loquitur, non effugiet. Nocumentum autem quod quis infert proximo, solo desiderio prohibetur, cum dicitur, Non concupisces rem proximi tui. Vbi etiam intelligitur prohiberi concupiscentia vxoris. supra 7. Nam concupiscentiam nesciebam, scilicet esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Ponuntur autem hæc mandata. Exod. 20. Enumeratis autem pluribus præceptis, colligit omnia alia in communi, dicens; *Et si quod est aliud mandatum*, affirmatiuum vel negatiuum, vel ad Deum, vel ad proximum pertinens, per modum supra dictum; *Instauratur*, idest, perficitur & impletur *In hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Quod quidem ponitur Leui. 19. vbi nos habemus: Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Quod autem dicit, proximum tuum, referẽdum est ad omnem hominem; & etiam ad sanctos angelos, vt Aug. † probat in 1. de doctrina Christiana. Nomine enim proximi, intelligitur quicunque facit alicui misericordiam, secundum illud Luc. 10. Quis tibi videtur illi proximus fuisse, qui incidit in latrones? Et ille dixit, Qui fecit misericordiam &c. Et quia proximus est proximo proximus, consequens est, quòd etiam ille, qui ab aliquo misericordiam recipit, proximus ei dicatur. Sancti autem angeli nobis misericordiam impendunt, & nos omnibus hominibus misericordiam debemus impendere, & ab eis, cum necesse fuerit, recipere. Vnde patet, quòd & sancti angeli, & omnes homines proximi nobis dicuntur, quia beatitudinem ad quam nos tendimus, vel iam habent, vel ad eam nobiscum tendunt. Ex quo patet, quòd dæmones nõ sunt secundum hanc rationem proximi nobis, nec sub hoc præcepto, eorum dilectio nobis iniungitur, quia sunt totaliter a dilectione Dei exclusi, & non sunt computandi in numero proximorum, sed in numero hostium. Quod autem dicit; *Sicut teipsum*, non est referendum ad æqualitatem dilectionis, vt scilicet aliquis teneatur diligere proximum æqualiter sibi: hoc enim esset contra ordinem charitatis, quo quilibet plus tenetur suam, quàm aliorum salutem curare. Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem: sed est referendum ad similitudinem dilectionis, vt scilicet similiter diligamus proximum, sicut nosipsos. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quantum ad fidem dilectionis, vt scilicet nos & proximum diligamus propter Deum. Secundo, quantum ad formam dilectionis, vt scilicet sicut aliquis seipsum diligit, quasi sibi volens bonum, ita aliquis proximum diligat, quasi ei bona volens. Qui autem diligit proximum ad hoc solum, vt eius vtilitate, vel delectatione potiatur, non vult bonum proximo, sed ex proximo vult sibi bonum. Quo quidem modo, homo amare dicitur res irrationales, puta vinum, vel aquam, vt scilicet eis vtatur. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, vt scilicet aliquis necessitati proximi subueniat, sicut sibi: & quòd nihil illicitum propter amorem proximi committat, sicut nec propter suum amorem. Deinde cum dicit; *Dilectio proximi &c.* manifestat propositum medio syllogismi per hunc modum: Qui diligit proximum, nullum malum operatur ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis præceptum, vt abstineatur a malo. qui ergo diligit proximum, legem impleuit. Quòd autem dilectio proximi malum non operetur, habetur 1. Corinthiorum 13. Charitas non agit perperam &c. Quocunque autem modo accipiatur hic malum, vel pro malo transgressionis, vel etiam omissionis, poterit hoc referri non solum ad præcepta negatiua, sed etiam ad affirmatiua. Inquantum vero dilectio proximi includit dilectionem Dei, intelligitur, quòd dilectio proximi excludit malum, non solum quod est contra proximum, sed etiam quod est contra Deum.

A

B

C

D

E

Qui enim diligit proximum, legẽ impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non cõcupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum nõ

† cap. 30.

Et sic includentur etiam præcepta tabulæ primæ. Vltimo autem infert conclusionem principaliter intentam, dicens; *Plenitudo ergo legis est dilectio*, idest, per dilectionem lex impletur, & perficitur. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Col. 3. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

LECT. III.

operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus, ostẽdit, quomodo homo debet se Deo exhibere pium, conueniẽter eius donis vtendo, & pximo iuste ei debita reddendo, hic ostendit quomodo in seipso debeat honestatem conseruare. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit temporis congruitatem. Secundo, exhortatur ad honestatem operum, ibi; *Abiiciamus ergo &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit temporis congruitatem. Secundo, assignat rationem, ibi; *Nunc enim propior &c.* Tertio adhibet similitudinem, ibi; *Nox præcessit &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quæ debetis obseruare, & hoc non solum pp ea, quæ dicta sunt, sed etiam *scientes hoc tempus*, idest, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem, quia ut dicitur Eccl. 8. Omni negotio tẽpus est & opportunitas. Hier. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus &c. Ad quid autem congruum sit hoc tempus ostendit, subdens; *Quia hora est iam nos de somno surgere*. Quod quidem intelligendum est, non de somno naturæ, qui quandoque dicitur mors, ſm illud. 1. Thessa. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quandoque autem est quies animalium virtutum, ſm illud Io. 11. Si dormit saluus erit. Nec etiam intelligendum est de somno gratiæ, qui quandoq; dicitur quies æternæ gloriæ, secundũ illud Psal. 4. In pace in idipsum &c. Qnq; autem est quies contemplationis etiam in hac vita. Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. sed intelligitur de somno culpæ, secundum illud Ephe. 5. Exurge, qui dormis, & exurge a mortuis &c. Vel etiam negligentiæ, secundum illud Prouerbio. 6. Vsquequo piger dormies? Tempus ergo est surgendi a somno culpæ per pœnitentiam. Psalm. 126. Surgite postquàm sederitis &c. A somno vero negligentiæ per solicitudinem bene operandi. Esa. 21. Surgite principes, accipite clipeum. Eccles. 32. Hora surgendi non te tristet. Deinde cum dicit; *Nunc enim &c.* assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; *Nunc enim propior est salus nostra, quam cum credidimus*. Quod quidem secundum intentionem Apostoli intelligitur de salute vitæ æternæ, de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Ad hanc autem salutem homo ordinatur. Primo, quidem per fidem. Mar. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed semper magis, ac magis homo accedit ad eam, per bona opera, & charitatis augmentum. Vnde dicitur Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Hoc est ergo, quod Apostolus dicit, Ideo; *Hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim*, quando, scilicet per opera bona, & per charitatis augmentum profecimus; *Propior*, idest, propinquior est, scilicet nobis; *Nostra salus*, scilicet vitæ æternæ: de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit; *Quam cum credidimus*, id est, quàm cum a principio fidem accepimus. Et potest hic intelligi duplex propinquitas. Vna quidem secundũ tempus, quia viri sancti in operibus iustitiæ proficientes, magis appropinquant ad terminum vitæ huius, in quo mercedem accipiunt. Alia vero est propinquitas dispositionis vel præparationis, quia per augmentum charitatis, & operationem iustitiæ, homo præparatur ad illam salutem. Matth. 25. Quę paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed secundum quòd ecclesia hæc verba aduentus tempore legit, videntur hæc verba esse referenda ad salutem, quam Christus fecit in suo primo aduentu, vt intelligamus Apostolum loquentem, quasi ex persona omnium fidelium, qui fuerunt ab initio mundi. Appropinquante. n. iam tpe incarnationis Christi, quo vaticinia prophetarum crebrescebant, quod tempus repræsentat ecclesia, poterit dici, *Nunc propior est nostra salus*, scilicet Christus, *quam cum credidimus*. i. cum homines a principio credere ceperunt Christi aduentum futurum. Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat; & iustitia mea, vt reueletur. Posset etiam assumi ad tempus misericordiæ, quo quis incipit velle a præteritis peccatis discedere. Tunc. n. magis appropinquat suæ saluti, q̃ a principio, dum haberet fidem informem. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis, appropinquate Deo, & appropinquabit vobis &c. Deinde, cum dicit; *Nox præcessit, dies autem appropinquauit &c.* ponit ad propositum similitudinem. Quod quidem ſm intentionem Apostoli sic videtur esse intelligendum, vt totum tẽpus vitæ præsentis, nocti comparetur pp ignorantiæ tenebras, quibus præsens vita grauatur Iob. 36. Oẽs quippe inuoluimur tenebris &c. Et de hac nocte dicitur. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Diei aũt cõparatur status futuræ beatitudinis pp charitatem Dei, qua sancti illustrãtur. Esa. 62. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Ad quem diem refertur, quod dicitur in Psalm. 117. Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Alio modo põt intelligi, q̃ status culpæ nocti cõparetur pp tenebras culpæ, de quibus dicitur in Psal. 81. Nesciẽrũt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Et de hac nocte dicitur Sap. 17. Solis aũt illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarũ, q̃ superuentura erant illis. Dies autem dicitur status gratiæ pp lumen spiritualis intelligẽtię, quod iusti habẽt, sed impius deest. Psal. 96. Lux orta est iusto. Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Tertio modo põt intelligi, q̃ comparetur nocti tempus præcedens Christi incarnationem, quia nondum erat manifestata, sed sub quadam caligine. 2. Pet. 1. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Et de hac nocte dicitur Esa. 21. Custos qui de nocte. Vnde sicut in nocte apparent vmbræ, ita etiam illo tempore eminebant legalia, q̃ sunt vmbra futurorum: ut dicitur Colos. 2. Tempus autem ab incarnatione Christi comparatur diei pp pñtiam spiritualis solis in mundo: de quo dicitur Malac. vlt. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Vnde & ipse dominus dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera, eius qui misit me, donec dies est. Et postea subdit, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Quod ergo dicitur; *Nox præcessit*, indifferenter, accipi potest, pro qualibet prædictarum trium noctium. Iam enim præcesserat eos, quibus scribebat, & magna pars temporis huius vitæ, & quod verius est, præcesserat nox culpæ: præcesserat etiam tempus legis, quod fuit ante Christum. Quod autem subdit; *Dies autem appropinquauit*, videtur secundum intentionem Apostoli referendum esse ad diem futuræ gloriæ, qui licet nondum aduenisset fidelibus Christi, quibus scribebat, tamen in propinquo erat eis. Secundum prædicta, posset etiam intelligi tempus gratię Christi, quod & si iam aduenerit, secundum temporum cursum, appropinquare tamen nobis dicitur per fidem, & deuotionem, sicut & Philip. 4. dicitur, Dominus prope est. Et in Psalm. 144. Prope est dominus oibus inuocantibus eum. Potest etiam hoc congruere, his qui de peccatis pœnitere incipiunt, quibus dies gratiæ appropinquat. Deinde cum dicit; *Abiiciamus &c.* concludit exhortationem de honestate vitæ. Et primo ponit exhortationem. Secundo, exponit eam, ibi; *Non in comessationibus &c.* Circa honestatem vitæ tria tangit. Primo, quidem remotionem vitiorum concludens ex præmissis, si nox præcessit, vt dictum est; *Abiiciamus opera tenebrarum*, quia vt dicitur Eccle. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Vnde recedente nocte, cessare debent opera noctis. Dicuntur autem opera tenebrarum, opera peccatorum. Primo quidem, quia in seipsis priuata sunt lumine rationis, quo illustrari debent humana opera. Eccles. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Secundo in tenebris aguntur. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Tertio, quia per ea homo ad tenebras ducitur, secundum illud Matth. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Secundo, inducit ad assumendas virtutes. Quasi dicat, Ex quo dies appropinquauit, assumentes ea, quæ congruunt diei; *Induamur arma lucis*, idest, virtutes, quæ & arma dicuntur, inquantũ nos muniunt, Ephes. vlti. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et dicuntur lucis arma, tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur. Vnde dicitur Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, tum quia lucis examen requirunt. Ioan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem, tum quia per opera virtutum alii illuminantur. Matt. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus &c. Tertio exhortatur ad usum virtutum & profectum, cum dicit; *Sicut in die honeste ambulemus*. Hæc enim duo videntur diei congruere. Primo quidem honestas. Nam in die vnusquisque se ipsum studet componere, vt coram aliis honestus appareat. In nocte autem non sic, Vnde

Vnde dicitur. 1. Thessa. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus. Vnde. 1. Cor. 14. dicitur. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Secundo, homo in die ambulat, non in nocte. Vnde dicitur Ioan. 11. Qui ambulat in nocte, offendit. Et ideo quia dies est, oportet q̃ ambulemus, idest, de bono ĩ melius procedamus. Vnde dicitur Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. Deinde cum dicit. *Non in comessationibus &c.* exponit quod dixerat. Et primo exponit quomodo sunt abiicienda opera tenebrarum, quæ sunt opera peccatorum, de quibus quædam enumerat. Primo ponens ea quæ pertinent ad corruptionem cõcupiscibilis, cuius corruptio est intemperãtia, quæ est circa delectationes tactus, & circa cibos. Vnde primo excludit intemperantiam ciborũ, cũ dicit, *Non in comessationibus*. Dicuntur comessationes, superfluæ & nimis accuratæ comestiones. Prouer. 23. Noli esse in conuiuiis peccatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendũ conferunt. Quod quidem potest esse peccatum mortale ex hoc, q̃ secundum legem pro hac culpa aliquis damnatur ad mortem. Dicitur enim de filio proteruo. Deu. 21. Comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus eum obruet populus &c. Dicitur autem aliquis vacare comessationibus atque conuiuiis, non quidem si comedat magnifice secundum statum suæ dignitatis, sicut dicit Hester. 2. Quod Assuerus iussit præparari cõuiuiũ magnificum propter coniunctionem Hester, iuxta magnificentiam principalem: sed quando aliquis hoc facit præter decentiã sui status, & præcipue si ad hoc principalis eius cura existat: sicut illi de quibus dicitur infra vlti. Huiusmodi Christo domino non seruiunt, sed suo ventri. Et Phil. 3. Quorum Deus vẽter est. Secundo excludit intemperantiam circa potum, cum subdit, *Et ebrietatibus*, quæ pertinent ad superfluitatem potus extra mensuram rationis hominem ponentis. Eccl. 31. Vinum in iocunditate creatum, & non in ebrietate. Et est considerandum, q̃ ebrietas ex suo genere est peccatum mortale, cum. s. homo ex proposito inebriatur, quia videtur præferre delectationem vini, integritati rationis. Vnde dicitur Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, Si vero aliquis inebrietur præter intentionem, non ex proposito, puta quia ignorat virtutem vini, vel quia non æstimat se tanto potu inebriandum, non est peccatum mortale, quia non per se inebriatur, sed per accidens. i. præter intentionem: quod quidem non potest contingere in his, qui frequenter inebriantur. Et ideo dicit † Augu. in sermone de Purgatorio, quòd ebrietas est peccatum mortale, si assidua fuerit. Vnde signanter hic Apostolus in plurali numero, dicit, *Non in comessationibus & ebrietatibus*. Tertio excludit intemperantiam circa corporalem quietem, cum dicit, *Non in cubilibus*. idest, non in superflua dormitione, quam conuenienter post comessationem & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis: & potest esse in hoc peccatum mortale, quando propter quietem corporalem & somnum, omittit quæ facere debet, & inclinatur ad aliqua mala facicienda. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Potest etiã quod dicit, Non in cubilibus vestris, referri ad apparatum luxuriæ. Vnde dicitur in persona meretricis Prouerb. 7. Aspersi cubile meum myrrha &c. Gene. 49. Ascendisti cubile patris tui. Et ideo conuenienter quarto excludit intemperantiam circa venerea, cum subdit, *Et impudicitiis*, idest, quibuscunque venereis actibus, qui dicuntur impudici, quia non cauent id, quod est maxime pudore vel confusione dignum, tum quia omnes delectationes tactus, gulæ, & luxuriæ sunt communes nobis & brutis. unde qui eis inordinate insistit, brutalis efficitur. Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus &c. Tum etiã quia specialiter in actibus venereis ratio hominis totaliter absorbetur a delectatione, vt non possit homo tunc aliquid intelligere, sicut Aristoteles dicit in lib. Ethicorum. Vnde & Oseæ. 4. dicitur. Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferũt cor. Apoc. 9. Non egerunt pœnitentiam super immũditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Deinde excludit ea quæ pertinẽt ad corruptionem irascibilis, cum dicit, *Non in contentione*. Quæ quidẽ vt Ambrosius † dicit, est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Potest autem intelligi, q̃ per hoc prohibetur omnis rixa non solum verborum, sed & factorum, quæ vt plurimum a verbis incipit. Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Solet autem contentio ex inuidia generari. Et ideo subdit, *Et emulatione*. Vnde Iac. 3. dicitur, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo exponit quomodo debeam induere arma lucis, dicens, *Sed induimini dominum Iesum Christum*. In quo scilicet abundantissime fuerũt omnes virtutes, secundum illud Esa. 4. Apprehendent septem mulieres virũ vnum: Induimus autem Iesum Christũ, primo quidem per sacramẽti susceptionem. Gal. 3. Quicũque in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Secundo per imitationem. Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum &c. Et Ephe. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia &c. Dicitur autem induere Christum, qui Christum imitatur: quia sicut homo continetur vestimento, & sub eius colore videtur, ita in eo qui Christum imitatur, opera Christi apparent. Per hoc ergo induimur arma lucis, quando induimur Christum. Tertio exponit quod dixerat, *Sicut in die honeste ambulemus*. per hoc quod subdit. *Et carnis curam ne feceritis in desideriis*. In hoc enim pulchritudo honestatis consistit, vt homo non carnem spiritui, sed spiritum præferat carni, supra. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Sed notandum quòd non dicit simpliciter, *Carnis curam ne feceritis*. quia quilibet tenetur, vt carnis curam gerat ad sustentandam naturam, secundum illud Ephe. 2. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet &c. Sed addit, *In desideriis*, vt. s. inordinata carnis desideria, idest concupiscentias non sequamur. Vnde dicitur Gal. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christũ, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIIII. LEC. I.

INFIRMVM autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autẽ infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantẽ non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illũ assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat, aut cadit. Stabit autẽ: potens est enim Deus statuere illũ. Nã alius iudicat diẽ iter diẽ, alius autẽ iudicat omnẽ diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diẽ, dño sapit: & qui mãducat, dño mãducat. Gratias enim

†Tom. 10. in ser. de sanc. ser. 41

5. cap. 22.

† In Epist. secundã ad Thim. c. 2.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quomodo aliquis debeat perfectus fieri, hic ostendit quomodo perfecti debeant se habere ad imperfectos. Et primo ostendit quòd non debẽt eos scandalizare, vel iudicare. Secundo ostendit quõ debent eos sustentare. 15. cap. ibi *Debemus autem nos firmiores &c.* Circa primũ duo facit. Primo prohibet inordinata iudicia. Secundo prohibet infirmorum scandala, ibi *Sed hoc iudicate magis &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit admonitionem. Secundo exponit eam, ibi *Alius enim &c.* Tertio rationem assignat, ibi *Deus enim illum &c.* Circa primum considerandum est, quòd in primitiua ecclesia aliqui ex Iudæis conuersi ad Christum, credebant legalia cum euangelio esse seruanda, vt patet Actu. 15. Et hos Apostolus vocat infirmos in fide Christi, quasi nondum perfecte credentes, quòd fides Christi sufficiat ad salutem: perfectos autem vel firmos in fide vocat eos, qui fidem Christi sine legalibus credebant esse seruandam. De vtrisque tamen erant aliqui Romæ inter fideles Christi. Alloquitur ergo Apostolus perfectos in fide, dicens, Dictum est quòd sic debetis induere dominum Iesum Christum. *Assumite autem*, idest, affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum, *Infirmum in fide*, sicut expositum est, de quo potest intelligi illud Sap. 9. Infirmus homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Infra. 15. Suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos. Eccle. 29. Propter mandatum assume pauperem. Et hoc *non in disceptationibus cogitationum*, idest, non disceptando propter hoc quòd vnus contra alium cogitat, dum scilicet illi qui legalia seruabant, iudicabant tanquam transgressores eos qui non seruabant. Et illi qui non seruabant, contemnebant tanquam errantes & ignorantes qui seruabant, supra. 2. Cogitationum inuicem accusantium, aut defendentium &c. Deinde cum dicit, *Alius enim &c.* Exponit quod dixerat. Et primo ostendit qui sunt infirmi in fide, Secundo ostendit qualiter sint disceptationes cogitationum vitandæ, ibi, *Is qui manducat &c.* Circa primum considerandum est, quòd inter cæteras legales obseruantias, vna erat discretio ciborum, propter aliquos cibos in lege prohibitos, vt patet Leui. 11. & hac quidem obseruantia quotidie erat vtendum, vel non vtendum. Et ideo de hoc mentionem fecit specialiter Apostolus, dicens;

Alius enim inter vos qui scilicet est perfectus in fide *Credit se* posse licite manducare omnia, eo quòd non reputat se astrictum ad legales obseruantias. Matt. 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem. 1. Tim. 4. Oīs creatura Dei bona est & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur &c. In veteri tũt lege prohibebantur aliqui cibi, non quia naturaliter essent immundi. Sicut enim in verbis hoc nomen stultus significat aliquod malũ, quamuis hoc nomẽ sit bonum, ita in rebus quoddam animal bonum est secũdum naturam, sed significatione est malum, sicut porcus qui significat immunditiam. Et ideo prohibitus est antiquis esus illarum carnium, vt significaretur in eorum vitatione, vitatio immũditię. Tota enim illius ueteris populi vita figularis erat, vt † Aug. dicit in libro contra Faustum. Veniẽte autem Christo qui est veritas cessauerunt figuræ. Subdit autem quantum ad infirmum; *Qui autem infirmus est, olus manducet*, quasi dicat, Illis cibis vtatur quibus non occurrit aliquod immũdum in lege prohibitum. In singulis enim generibus animalium, puta terrestribus, volatilibus, & aquaticis, quædam genera erant concessa, & quædã prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitum, vt patet Leui. 11. Et huius potest esse ratio duplex. Vna est, quia terræ nascentia fuerunt a principio concessa homini ad edendum, secũdum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam. Sed post diluuium primo legitur homini concessus carniũ esus. Vnde dicitur Gen. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, scilicet animalium genera. Alia ratio est, quia primam prohibitionem de abstinendo a quibusdam terræ nascentibus homo in paradiso transgressus fuerat, vt patet Gen. 3. & propter hoc non erat ei similis prohibitio iteranda. Sed cum legalia cessauerunt in Christi passione, videtur quòd inconuenienter Apostolus infirmis in fide permittat, quòd a cibis prohibitis in lege abstineant, quod nunc in Christianis non sustinetur ab ecclesia. Sed distinguendum est triplex tempus, secundum † August. quantum ad legalia. Quorum primum est tempus ante passionem Christi, in quo legalia suum robur obtinebant quasi adhuc viuentia. Secundum autem tempus est, post passionem Christi ante diuulgationem euãgelii: in quo quidem tempore legalia mortua erant: quia nullus ad ea tenebatur, nec obseruata aliquid conferebant alicui, nondum tamen erãt mortifera, quia sine peccato poterãt Iudæi ad Christũ conuersi legalia obseruare, & pro illo tempore loquitur hic Apostolus. Tertium autem tempus est post diuulgationem euangelii, in quo legalia non solum sunt mortua, sed mortifera, vt quisquis ea obseruet, peccet mortaliter. Exponitur autem & aliter in glosa, vt dicatur; *Infirmus*, qui est ad lapsum vitiorum carnalium pronus, & huic consulendũ est quòd comedat; *Olus*, idest tenues & aridos cibos, qui nõ sunt fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus excitat̃ libido. Sed alius qui est fortior credit se absque periculo posse omnia manducare, & hæc differentia apparet. Matt. 9. Inter discipulos Christi qui non ieiunabant tanquam confortati præsentia Christi, & discipulos Ioannis Baptistæ, qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiam agentes a quibusdam cibis abstinent, non propter eorum immunditiam, sed ad libidinem refrenandam. Deinde cum dicit, *Is qui manducat &c.* exponit quomodo sunt vitandæ disceptationes cogitationum. Et primo quantum ad perfectos, dicens, *Is qui manducat*, scilicet cum secura conscientia omnia, vel etiam sine periculo libidinis, *Non spernat non manducantem*, scilicet indifferenter omnia tanquã infirmum in fide, vel quasi pronum ad vitia. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Lucæ 10. Qui vos spernit me spernit. Secundo loquitur quantum ad infirmos, dicens, *Et qui non manducat*, scilicet indifferenter omnia, vel quia est infirmus in fide, de quo loquitur Apostolus, vel etiam quia pronus est ad libidinẽ, *Non iudicet manducantem*, scilicet indifferenter omnia, quasi transgressorem legis, vel quasi in libidinem præcipitem, Matt. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. supra 2. Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. Deinde cum dicit, *Deus enim illum assumpsit &c.* assignat tres rationes propter quas debemus a falso iudicio abstinere. Secunda ponitur, ibi, *Suo domino &c.* Tertia ibi, *Tu autem qui iudicas &c.* Prima ratio sumitur ex authoritate iudicantis. Vnde primo ostendit hanc authoritatem Deo competere. Secundo cõcludit quòd iudicium ad homines non pertinet, ibi, *Tu quis es &c.* Dicit ergo primo, Recte dictum est, quòd qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim assumpsit illum, scilicet in seruum a se iudicandum. Zac. 11. Assumpsi mihi duas virgas, idest duos populos. Psal. 17. Assumpsit me de aquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari. & ideo concludit, *Tu quis es*, idest cuius authoritatis vel virtutis es, *Qui iudicas alienum seruum*? id est, proximum tuum, qui est seruus Dei? Requiritur enim in iudicante authoritas, secundũ illud Exo. 2. Quis constituit te principem, & iudicem super nos? Et Luc. 12. Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Sed ex hac ratione sequi videtur hominis iudicium de alio homine esse illicitum. Sed dicendum est, quòd in tantum hominis iudicium licitum est, in quantum agitur authoritate concessa diuinitus. Vnde dicitur Deute. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et postea sequitur. Quia Dei est iudicium, id est, authoritate diuina agitur. Si quis uero velit sibi vsurpare iudicium super ea, quæ non sunt ei diuinitus concessa ad iudicandum, est iudicium temerarium, sicut si quis iudex delegatus a Papa, vellet in iudicando transgredi mandati fines. Deus autem soli sibi reseruauit iudicare occulta, quæ præcipue sunt cogitationes cordium, & futura. Et ideo si quis de his iudicare præsumpserit, est temerarium iudicium. Vnde Aug. † dicit in lib. de sermone domini in monte. In his duobus temerarium est iudicium, cum uidelicet incertum sit quo animo quid factum sit: vel incertum qualis futurus sit, qui nunc uel bonus vel malus apparet. Deinde cum dicit; *Suo domino stat, aut cadit &c.* ponit secundam rationem, quæ quidem sumitur ex fine meriti vel demeriti. Posset aliquis dicere, quòd licet homo non habeat iudiciariam authoritatem, tamen intromittere se debet iudicio alterius propter damnum vel fructum, qui inde prouenit, sed Apostolus ostendit hoc ad Deum magis, quam ad homines pertinere. Et sic etiam propter hoc debemus Deo proximorum iudicia relinquere, nisi inquantum uice ipsius fungimur in iudicando, per authoritatem nobis commissam. Circa hoc tria facit, Primo proponit quod intendit. Secundo, exemplificat, ibi; *Nam alius iudicat &c.* Tertio probat propositum, ibi; *Qui sapit diem &c.* Circa primum duo proponit. Primo quòd quicquid circa hominem accidit ad Deum pertinet, cum dicit; *Suo domino stat*. scilicet recte agendo. Psalm. 147. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalẽ; *Aut cadit*, scilicet peccando. Amos. 5. Domus Israel cecidit & non adiiciet vt resurgat. Ponit autem sub disiunctione, stat aut cadit, propter incertitudinem, quia multi videtur cadere qui stant, & econuerso, ꝓm illud Eccle. 8. Vidi impios sepultos, qui cum adhuc viuerent in loco sancto erant & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Loquitur autem hic Apostolus ꝓm similitudinem hominis serui, ad cuius dominum pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligendum est quòd Deo aliquid proficiat, vel noceat si homo stet aut cadat. Dicitur enim Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? porro si iuste egeris, quid ei donabis? Sed quantum ad homines, id quod iuste agimus ad gloriam Dei spectat. Matth. 5. Vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quod autem cadimus peccando, est hominibus occasio blasphemandi Deum, supra 2. Nomen Dei propter vos blasphematur inter gentes. Vel quod dicit, *Suo domino stat, aut cadit*, exponendum est in iudicio domini sui. 1. Corinth. 4. Qui iudicat me, dominus est. Secundo ostendit quod hominis statum iudicare ad Deum pertinet, dicens; *Stabit autem*, quasi dicat, Et si aliquis nunc cadat per peccatum, tamen potest esse quòd iterum stabit. Et hoc omnino implebitur, si est prædestinatus. Psalm. 40. Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Mich. 7. Ne lęteris inimica mea quia cecidi, resurgam. Et propter hoc si videmus aliquem manifeste cadentem, non debemus eum despicere temerarie iudicando de eo, quòd numquam resurget, sed magis debemus præsumere quòd iterum stabit, non ex consideratione conditionis humanæ, sed considerando virtutem diuinam. Vnde cum dicit; *Potens est Deus statuere illum*, propter eius bonitatem præsumere debemus, quòd iterum statuet eũ. Ezec. 3. Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos, sicut & supra dictum est. Si non permanserint in incredulitate, inserentur, potens enim est Deus iterum inserere illos. Deinde cum dicit; *Nam alius iudicat &c.* Exemplificat quod dictum est. Et primo proponit diuersitatem humanæ sententię, dicens, Ideo dico quòd; *Suo domino stat, aut cadit. Nam alius iudicat inter diem & diem*, i. iudicat inter vnũ diẽ & aliũ, vt. s. vno die abstineat, & non alio. Quod quidem videtur pertinere ad infirmum in fide, qui reputat adhuc legalia esse obseruanda. Dicitur enim Leui. 23 Decimo diẽ mẽsis septimi, dies expiationum erit, affligetisque animas vestras in eo. Et Iudith. 8. dicitur ꝙ Iudith ieiunabat oībus diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. Alius autem iudicat omnem diẽ indifferẽter esse obseruandum, quantũ ad ceremonialia legis, quæ iam cessauerunt. Vnde hoc videtur pertinere ad eum qui est perfectus in fide, Psalm. 144. Per singulos dies benedicam tibi. Potest hoc etiam referri ad abstinentias quæ fiunt causa cohibendæ libidinis, quibus omni die aliqui vacant, puta qui perpetuo a carnibus vel vino abstinent vel ieiunant. quidam autem interpositis diebus abstinent, & ab abstinentia cessant secundum, illud Eccl. 3. Omnia tempus habent. Secundo ostendit hæc omnia, posse ad Dei gloriam pertinere, dicens, *Vnusquisque in sensu suo abundet*, idest suo sensui dimittatur. Abundare enim in sensu suo, est sensum suum sequi, Eccl. 15. Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Vel *In sensu suo*, idest secundum sensum suum studeat abundare ad gloriam Dei, secundum illud 1. Cor. 14. Ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Sed hoc videtur locum habere in his quæ non sunt secundum se mala. In his autem quæ sunt secundum se mala, non est homo suo sensui relinquendus. Quòd autem aliquis iudicet diem inter diem, videtur esse secũdum se malum, secũdum primam expositionem. Dicitur enim Gal. 4. Dies obseruatis & menses & tempora & annos, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Et loquitur ibi ad literam de his, qui dixerunt dies obseruandos secundum ceremonias legis. Sed dicendũ, quòd Apostolus hic loquitur secundum tempus illud in quo Iudæis ad fidem cõuersis, licitum erat legalia obseruare, vt dictum est: sed quantum ad secundam expositionem videtur esse illicitũ quod dicit, *Alius iudicat omnem diem*. Sunt enim quidam dies in quibus non est licitum ieiunare. Dicit enim August. in Epistola ad Casulanum, † Quisquis diem dominicum ieiunio decernẽdũ esse putarit, non paruo scandalo esset ecclesiæ: Nec immerito. Illis enim diebus, quibus nihil certi statuit ecclesia vel scriptura diuina, mos populi Dei & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt. Et in Decretis dicitur di. 30. Si quis p̃sbiter p̃p̃ publicã pænitentiam a sacerdote acceptam, absque alia necessitate die dominica pro quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, Anathema sit. Sed intelligendum est quòd hic Apostolus loquitur quantũ ad illas abstinentias, quæ quolibet die licite fieri possunt absque dissonantia communis cõsuetudinis, vel eorum quæ sunt a maioribus instituta. Deinde cũ dicit, *Qui sapit diem &c.* Probat propositum, quòd scilicet vnusquisque suo domino stet, aut cadat: & hoc tripliciter. Primo per actum fidelium. Secundo p intentionem eorum, ibi. *Nemo enim vestrum &c.* Tertio per eorũ conditionem, ibi *Siue ergo viuimus, siue morimur &c.* Probat ergo primo, quomodo vnusquisque fidelium suo domino stat, aut cadit, per hoc quòd de omnibus quæ fecit secundum suam cõscientiam, gratias agit Deo. Vnde dicit. *Qui sapit diem*, vt scilicet vno die abstineat & alio die ab abstinentia cesset, *Domino sapit*, idest ad reuerentiam Dei cibos discernit, sicut etiam nos discernimus vigilias festorum in quibus ieiunamus, a diebus festis quibus ieiunium solumus propter reuerentiã Dei. Eccle. 33. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicant omnem diem, quorum quidam omni die a ieiunio cessabant, sicut dicitur Matt. 9. quòd discipuli Christi non ieiunabant. Vnde dicit. *Et qui manducat* scilicet omni die, *Domino manducat*. idest ad gloriam domini, quod per hoc patet, *Gratias enim agit Deo*. scilicet de cibo assumpto. 1. Timo. 4. Abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus. Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur, &c. Vlterius quantum ad eum qui sic iudicat omnem diem, vt scilicet omni die abstineat subdit. Et qui non manducat idest abstinet omni die, domino, idest ad honorem domini non manducat. Et hoc patet per hoc quòd gratias agit Deo, qui sibi dedit voluntatem & virtutem abstinendi, 1. Thess. vltimo. In oībus gratias agite. Sed quod hic dicit Apost. de his qui oī die, vel abstinebãt vel ab abstinẽtia cessabant, debet intelligi quãtũ ad illud tempus, in quo hoc non erat contrarium statutis maiorum, nec communi consuetudini populi Dei. Deinde cum dicit, *Nemo enim vestrum sibi viuit &c.* probat idem ex intentione fidelium. Et primo excludit inordinatam intentionem, dicens, Recte dico quòd vnusquisque domino suo stat aut cadit. Nemo nostrum sibi viuit vel naturali vita, vel spirituali, de qua dicitur Abac. 2. Iustus autem meus ex fide uiuit, *sibi*, idest propter seipsum, quia hoc esset sui seipso. 1. Corin. 10. Non quærens quod mihi utile est, Psalm. 113. Non nobis domine, non nobis &c. Vel sibi, idest secundum suam regulam, sicut qui dicunt Sapien. 2. Sit fortitudo nostra lex i iustitiæ, uel sibi. i. suo iudicio. 1. Cor. 4. Sed neque meipsum iudico; *Et nemo moritur*, scilicet morte corporali, uel morte spirituali peccando, vel etiam morte spirituali, qua quis moritur vitiis, puta in baptismo, secũdum illud supra. 6. Qui mortuus est, iustificatus est a peccato. Vel sibi, id est, suo iudicio, uel propter seipsum aut suo exemplo, sed exemplo Christi moritur aliquis a uitiis. Rom. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, & infra, Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato. Secundo, ostendit qualis sit recta intentio fidelium, dicens; *Siue enim uiuimus*, vita corporali; *Domino uiuimus*, id est ad gloriam domini; *Siue morimur* morte corporali; *Domino morimur*, id est, ad honorem domini. Phil. 1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem siue per uitam. Vel sic exponatur, quòd dicit uiuimus & morimur de uita, & morte spirituali exponendum est, quòd dicit domino, i. iudicio domini. qui constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum, ut dicitur Act. 10. Deinde cum dicit; *Siue ergo uiuimus &c.* ostendit propositum ex conditione fidelium. Et primo concludit ex premissis, conditionem fidelium. s. quòd non sunt sui, sed alterius. Illi enim qui sui sunt, sicut liberi homines sibi uiuunt, & sibi moriuntur. Quia ergo dictum est, ꝙ fideles non sibi uiuunt aut moriuntur sed domino, concludit sic; *Siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus*, quasi serui eius qui habet potestatem uitæ, & mortis. 1. Corint. 7. Præcio empti estis, nolite fieri serui. Empti enim estis præcio magno. 1. Para. 12. Tui sumus o Dauid, & tecum fili Ysai. Secundo, assignat causam huius conditionis, dicens; *In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit*, id est, hoc adeptus est sua morte, & resurrectione, ut uiuorum dominaretur, quia resurrexit, uitam nouam & perpetuam inchoando. Et mortuorum, quia mortem nostram moriendo destruxit. 2. Cor. 5. Pro quibus mortuus est Christus, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Sic igitur per omnia prædicta Apostolus probauit, quòd unusquisque domino suo stat, aut cadit, per hoc, scilicet, quòd fideles gratias agũt Deo, & quòd domino uiuunt, & moriuntur, & quòd domini sunt, & in morte, & in uita. Deinde cum dicit; *Tu autem quid iudicas? &c.* ponit tertiam rationem, quæ sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primo proponit superfluitatem præsentis iudicii, dicens; *Tu autem quid iudicas?* id est, qua utilitate uel necessitate iudicas; *Fratrem tuum* temere de occultis, quæ tuo iudicio non sunt commissa? Aut tu alius, qui iudicaris, quare spernis fratrem tuum pro nullo reputans, ab eo iudicari? Malac. 2. Quare despicit unusquisque fratrem suum. Secundo, prænuntiat futurum Christi iudicium, quasi dicat. Recte dico cur iudicas, quia non debes timere, quòd absque iudicio remaneat; *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*. Dicitur enim tribunal Christi eius iudiciaria potestas, sicut & Matth. 25. dicitur, Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Dicit autem; *Omnes stabimus*, quasi iudicandi, tam boni, quam mali, quantũ ad remunerationem, uel punitionem. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed quantum ad discussionem, non omnes stabunt, ut iudicandi, sed quidam consedebunt, ut iudices. Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Tertio ibi; *Scriptum est enim &c.* probat quod dixerat. Et primo inducit authoritatem. Secundo infert conclusionem, ibi; *Itaque unusquisque &c.* Dicit ergo primo, dictum est quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, & hoc patet per authoritatem sacræ scripturæ, Scriptum est enim, Esa. 45. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Litera nostra sic habet. In memetipso iurauí, quia mihi curuabitur oē genu & iurabit omnis lingua. Tria autem in his uerbis ponuntur. Primo quidem iuramentum, quod interdum in uerbis Dei ponitur ad ostendendum id, quod dicitur firmum, esse immutabilitatem diuini consilii, non autem esse mutabile sicut ea, quæ prænunciantur secundum causas inferiores, ut prophetia comminationis. Vnde dicitur in Psal. 109. Iurauit dns & non pœnitebit eum. Homines autem ut Apostolus dicit Hebr. 6. ꝙ maiorem sui iurant. Quia uero Deus non habet maiorem, in quo maior firmitas consistat ueritatis, per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa uita & fons uitæ: secundum illud Deut. 30. Ipsa est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum &c. Psalm. 35. Apud te est fons uitæ &c. & ideo forma iuramenti domini est.

sumus. In hoc n. Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus.

agit Deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrũ sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini

† Lib. 6. ca. 2. & 7.

Epist. 19.

Epist. 86.

Viuo ego, quasi dicat. Iuro per vitam, qua ego singulariter viuo. Secundo, prænuntiatur subiectio communis creaturæ ad Christum, cum dicitur; *Quoniam mihi*. s. Christo; *Flectetur omne genu*. In quo designatur perfecta subiectio rationalis creaturæ ad Xpm. Solent.n. homines in signum subiectionis, maioribus flectere genua. Vnde Phil. 2. dicitur. In nomine Iesu oē genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Tertio, prænunciat fidei confessionē, qua oēs gloriam Christi confitebuntur. Vnde sequitur: *Et omnis lingua confitebitur Deo*. i. confitebitur Christum esse dominum, £m illud Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dñs noster Iesus Xps in gloria est Dei patris. Omnis enim lingua intelligi potest expressio cognitionis siue hominum, siue angelorum: £m illud. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. hoc autem impletur nunc in hac vita, non quantum ad singulos homines, sed quantum ad genera singulorum. De quolibet.n. genere hominum, nunc aliqui Xpo subiiciuntur, & ei confitentur per fidem, sed in futuro iudicio omnes, & singuli ei subiicientur, boni quidem voluntarie, mali autem inuiti. Vnde dicitur Heb. 2. in eo, ꝙ ei oīa subiecit, nihil dimisit, nō subiectū ei: nunc aūt, nec dū videmus oīa subiecta ei. Deinde cū dicit; *Itaque unusquisque &c.* infert conclusionem ex dictis. Et primo conclusionem intentam ex eo, quòd immediate dixerat, dicens; *Itaque* ex quo Christo; *Flectitur omne genu*, vnusquisq; nostrum per se reddet rationem Deo. s. ante tribunal Christi. Matth. 12. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddenti Deo rationem in die iudicii. Et 18. Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Sed videtur quòd non quilibet per se rationem reddet, sed vnus pro alio. Heb. vlti. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed dicendum, quòd in hoc ipso, quòd prælati pro aliis rationem reddent, reddent rationem pro suis actibus, quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerunt, quod competebat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur aūt eis si negligerent facere, quod eorum officium requirebat. Vnde dicitur Ezech. 3. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Secundo, infert conclusionem principaliter intentam in tota præcedenti parte, dicens, *Non ergo amplius inuicem iudicemus* scilicet temerario iudicio, quod includitur rōnibus supradictis. 1. Cor. 4. Nolite ante tps iudicare &c.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus prohibuit humana iudicia, hic prohibet scandalum proximorum, & circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositū, ibi; *Si enim propter cibum &c.* Circa primum proponit tria. Primo enim docet scandala esse vitanda, dicens, Dixi, ꝙ non iudicetis inuicem, sed vnusquisque de suis actibus iudicare debet, ne sint in scandalum aliorum, & hoc est quod dicit; *Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculum, uel scandalum*
Lib.2.c.15. Scandalum aūt sicut dicit Hier. super Matt. notat ostendiculū, vel ruinam, quam impactionem pedis possumus dicere. Vnde scandalum est factum, vel dictum minus rectum, præbens alicui, occasionem ruinæ, ad similitudinem lapidis, ad quem in via positum homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid videtur esse scandalum, q̄ offendiculum. Nam offendiculum potest esse quicquid retinet, seu retardat motum procedentis: scandalum aūt. i. impactio vr esse, cum aliquis disponit ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculum, vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximus a via iustitiæ. Esa. 57. Auferte offendiculū de via populi mei. Neq; ēt debemus fratri ponere scandalum aliquid faciendo, vnde ipse inclinetur ad peccatum. Matth. 18. Væ homini illi, per quē scandalum venit. Secundo, docet id ex quo scandalum putabatur esse, £m suam naturam, siue £m se licitū. Circa quod sciēdū est, ꝙ sicut supra dictum est, apud Romanos erant quidam ex Iudeis ad fidem Christi conuersi, qui cibos, £m legem discernebant: alii vero habentes fidem perfectā, indifferenter omnibus cibis vtebantur, quod quidem £m se licitum erat. Vnde dicit; *Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est commune per ipsum*. Circa quod notandum est, ꝙ sicut dicit Hier. super Mat. ꝙ populus Iudæorum partē Dei se esse iactans cōes cibos vocat quibus oēs vtuntur homines, verbi grā suillam carnē, lepores & huiusmodi: & cæteræ gentes, quæ talibus vtebantur cibis non erant de parte Dei, iō talis cibus immundus appellatur. Qd ergo dicit; *Nihil commune est*, idē ac si diceret nihil immundū est. Et hoc quidē Apostolus primū dicit se scire, quia ita est £m rerū naturam, £m illud. 1. Timo. 4. Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciēdum, quod cū gratiarum actione percipitur. Secundo dicit se cō

SED hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei, qui existimat, quid cōe esse, illi cōmune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere ꝓ quo Xps mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Nō est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

fidere in Xpo Iesu, quia p seipsum nihil est cōe, quia. s. cibi £m suam naturā numquam fuerunt immundi, vitabantur tñ aliquo tpe vt immundi £m legis pceptum pp figuram, sed hoc Xps remouit implēdo oēs figuras. Et iō Apostolus p fiduciam, quā habet in dño Iesu asserit *nihil esse cōe* vel immundum *per ipsum*. i. ipso hoc faciente. Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne cōe dixeris. Tertio ostendit, qūo hoc posset esse per accidens illicitū, in quantum. s. est cōtra conscietiā manducātis. Vnde dicit. Dictū est, quod *nihil est cōe*. Sed hoc intelligēdū est, nisi ei qui erronea conscientia estimat quid. i. aliquid ciborum cōe esse. i. immundū, illi cōe est. i. ita est illicitum sibi, ac si esset, £m se immundū. Tit. 1. Oīa munda mundis, coinquinatis aūt, & infidelibus nihil mū dū est, sed inquinata est eorū mens, & conscientia, & sic apparet, ꝙ aliquid, quod est £m se licitum, efficitur illicitū ei, qui id contra suā conscientiā agit, licet cōscientia sua sit erronea, quod rōnabiliter accidit. Nā actus iudicātur, £m voluntatē agentium. voluntas aūt movetur a re apprehensa. Vnde in id voluntas tendit, ꝙ ei vis apprehēsiua representat, & £m hoc qualificat, vel specificatur actio. Si igit rō alicuius iudicet aliquid esse peccatū, & voluntas ferat, in id faciendū, manifestū est, ꝙ hō habet voluntatem faciendi peccatum, & ita actio eius exterior, q̄ informatur ex voluntate, est peccatū. Et eadē rōne si aliquis estimet, id quod est veniale peccatū, esse mortale peccatū, si hac conscientia durante illud faciat, manifestū est, ꝙ elegit peccare mortaliter, & ita actio eius pp suā electionē est peccatū mortale. Si tñ aliquis post factū habeat cōsciētiā erroneā p quā credat, id quod est licitū a se factū fuisse peccatū, vel quod est veniale fuisse mortale, nō pp hoc efficitur id quod est prius, vel peccatū, vel mortale, quia voluntas, & actio nō informantur ex apprehensione sequenti, sed ex pcedenti. Hæc aūt, q̄ dicta sunt dubitationē non habent, sed dubiū pōt esse, vtrū si aliquis habeat erroneā conscientiā vt credat esse necessariū, ad salutē, ꝙ est peccatū mortale, puta si aliquis æstimet se peccare mortaliter nisi furet vel fornicet, vtrū talis
I cōscientia eū liget, ita. s. ꝙ si cōtra cōsciētiā agat mortaliter peccet. Et vr ꝙ non. Primo quidē quia lex Dei, q̄ prohibet fornicationem & furtū fortius ligat, q̄ cōsciētia. Secundo quia hoc posito esset perplexus: peccaret.n. & fornicando, & nō fornicando. Sed dicendum est, ꝙ ēt in per se malis conscientia erronea ligat. In tm.n. conscientia ligat, vt dictum est inquātū ex hoc ꝙ aliquis contra cōscientiā agit, sequitur ꝙ habeat voluntatē peccandi, & ita si aliquis credat nō fornicari esse peccatū mortale, dum eligit non fornicari, eligit peccare mortaliter, & ita mortaliter peccat. Et ad hoc ēt facit, quod hic dicit Apostolus: Manifestum est enim ꝙ discernere cibos, quasi necessariū ad salutē erat illicitū, quia nec Iudæis conuersis ēt ante diuulgatonem euangelii licebat seruare legalia spē ponendo in eis, quasi essent necessaria ad salutē, Epist.
vt Augu. dicit. Et tamen Apostolus hic dicit, quòd si quis habens conscientiam cogentem discernere cibos, quod est æstimare, aliquid esse commune, &; *Non discernit eos*, scilicet
K abstinendo ab eis, peccat ac si manducaret immundum. Et ita etiam in per se illicitis, conscientia erronea ligat. Nec obstat, quod primo obiicitur de lege Dei, quia idem est ligamen conscientiæ etiam erroneæ, & legi Dei. Non enim conscientia dictat, aliquid esse faciendum vel vitandum, nisi quia credit, hoc esse contra vel secundum legem Dei. Non enim lex nostris actibus applicatur, nisi mediante conscientia nostra. Similiter etiam nec obstat, quod secundo obiicitur. Nihil enim prohibet aliquem esse perplexum, aliquo supposito, licet nullus sit perplexus simpliciter: sicut sacerdos fornicarius, siue celebret missam, siue non celebret, quando debet ex officio, peccat mortaliter, non tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatum dimittere, & celebrare. Et similiter potest, aliquis conscientiam erroneam dimittere, & a peccato abstinere. Est autem, adhuc alia dubitatio. Non enim dicitur scandalizare, qui facit opus rectum, licet etiam ex eo aliquis sumat materiam scandali. Legitur enim Matth. 15. quòd pharisei audito verbo Christi, scandalizati sunt, sed non discernere

discernere cibos est opus rectum: ergo non est dimittendum propter scandalum eius qui peruersam conscientiam habet errans in fide. Nam secundum hoc, catholici deberent abstinere a carnibus & matrimonio, ne inde hæretici scandalizarentur secundum erroneam conscientiam. Sed dicendum est, ꝙ aliquis scandalizare aliū potest non solum faciendo aliquod malum, sed etiam aliquid faciendo quod habet speciem mali, secūdum illud 1. Thess. vlti. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autem aliquid habere speciem mali dupliciter. Primo videlicet secūdum opinionem eorum, qui sunt ab ecclesia pręcisi. Secundo secundum opinionem eorum, qui adhuc ab ecclesia tolerantur. Infirmi autē in fide existimantes legalia esse obseruanda, adhuc tolerabant ab ecclesia ante euangelii diuulgationem. Et ideo non erat comedendum cum eorum scandalo, de cibis in lege prohibitis. Hæretici autem non tolerantur ab ecclesia: & ideo de eis non est similis ratio. Deinde cum dicit. *Si enim propter cibum &c.* manifestat quod dixerat. Et primo primum, scilicet quòd non sit ponendum scandalum fratribus. Secundo secundum & tertium, quomodo scilicet sit aliquid commune, ibi; *Omnia quidem munda sunt &c.* Circa primum ponit quatuor rationes, quarum prima sumitur ex parte charitatis, dicens, *Si enim frater tuus contristatur* de hoc quòd reputat te peccare propter cibum quem tu comedis, quem ipse reputat immundum, *iam non secundum charitatem ambulas*, secundum quam aliquis proximum suum diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius cōtristationē, & non præfert cibū quieti fratris, quia ut dicitur 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Secundam rationem ponit, ibi; *Noli cibo tuo &c.* Quæ sumitur ex parte mortis Christi. videtur enim parum appreciare mortem Christi qui pro cibo fructū eius euacuare non recusat. Vnde dicit; *Noli cibo tuo*, quem tu scilicet indifferenter comedis non discernendo cibos; *Illum perdere*, idest scandalizare *pro quo*, idest, pro cuius salute *Christus mortuus est* 1. Pe. 3. Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, iustus pro iniustis. Dicit autē illum perdi qui scandalizatur, quia scandalum passiuum sine peccato scandalizati esse non potest. Ille enim scandalizatur, qui occasione sumit ruinæ. 1. Cor. 8. Peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiam rationem ponit, ibi; *Non ergo blasphemetur &c.* quæ sumitur ex donis spiritualis gratiæ. Et primo ostendit inconueniens quod sequitur contra huiusmodi dona ex eo, quòd alios scandalizamus. Secundo manifestat quod dixerat, ibi; *Non enim &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Itaque quæ pacis sunt sectemur &c.* Circa primum considerandum est, quòd ex hoc quòd aliqui indifferenter cibis vtebātur in primitiua ec-
D clesia cum scandalo infirmorum, hoc inconueniens sequebatur, quòd infirmi fidem Christi blasphemabant, dicētes eam voraci tatem ciborum inducere contra legis mandatum. Et ideo Apostolus dicit, Ex quo per dominum Iesum factum est, quòd nihil est commune, *non ergo bonum nostrum*, idest fides vel gratia Christi, per quam libertatem a cęremoniis consecuti estis, *blasphemetur* ab infirmis dicentibus eam gulæ hominum indulgere. Iaco. 2. Ipsi blasphemant nomen bonum, quod inuocatum est super vos. De hoc bono dicitur in Psal. 72. Mihi adhęrere Deo, bonū est. Deinde cum dicit; *Non enim &c.* manifestat quod dixerat, scilicet in quo bonum nostrum consistat. Et primo ostendit in quo non consistat, dicens; *Non enim est regnum Dei esca & potus*. Regnum autem Dei dicitur hic id, per quod Deus regnat in nobis, & per quod ad regnum ipsius peruenimus: de quo dicitur Matt. 6. Adueniat regnum tuum. & Mich. 4. Regnabit dominus super omnes in monte Sion. Deo autē coniungimur, & subdimur per interiorem intellectum, & affectum, vt dicitur Ioan. 4 Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Et inde est quòd regnum Dei ptincipaliter consideratur secundum interiora hominis, non secundum exteriora. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Ea vero quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia, in tantum ad regnum Dei pertinēt, inquantum per ea ordinatur, vel deordinatur interior affectus, secundum ea in quibus principaliter consistit regnum Dei. Et ideo cum esca, & potus ad corpus pertineāt, ipsa secundum se non pertinent ad regnum Dei, nisi secundum quod eis vtimur, vel ab eis abstinemus. Vnde dicitur 1. Cor. 8. Esca autem nos non cōmendat Deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus: neque si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen vsus, vel abstinētia escæ, & potus ad regnum Dei, inquantum affectus hominis circa hoc ordinatur, vel deordinatur. Vnde August. dicit in lib. de quęstionibus euangelii, & habetur hic in Glo. Iustificatur sapientia a filiis suis, qui intelligunt non in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia non se corrumpendi per abundantiam, atque importunitatem sumendi. Non enim interest quomodo (vt in Glo. dicitur) quid alimentorum, vel quā tum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quib. viuit, & pśonæ suę, & pro valetudinis suæ necessitate, sed quanta facultate, & seueritate animi careat his vel cum oportet, vel cum necesse est his carere. Secundo, ostendit in quo consistat bonum nostrum
B quod regnum Dei vocat, dicens; *Sed regnum Dei est iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto*. Vt iustitia referatur ad exteriora opera, quibus homo vnicuique reddit quod suum est ad voluntatem huiusmodi opera faciendi, vt dicitur Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Pax autem referatur ad effectum iustitiæ. Per hoc enim pax maxime perturbatur, quòd vnus homo non exhibet alteri, quod ei debet. Vnde dicitur Esa. 32. Opus iustitiæ pax. Gaudium autem referendum est ad modum, quo sunt iustitiæ opera pficienda, vt em dicit Philosophus in 1. Ethic. Non est iustus, qui non gaudet iusta operatione. Vnde & in Psal. 99. dicitur, Seruite domino in lætitia. Causam autem huius gaudii exprimit dicens, In spiritu sancto. Est enim spiritus sanctus, quo charitas Dei diffunditur in nobis, vt dicitur supra. 5. Illud enim est; *Gaudium in spiritu sancto*, quod charitas parit, puta cum aliquis gaudet de bonis Dei, & proximorum. Vnde 1. Corint. 13. dicitur, quòd
C charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Et Gal. 5. dicitur, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax. Hæc autem tria, quæ hic tanguntur, imperfecte quidem in hac vita habentur: perfecte autem quando sancti possidebunt regnum Dei sibi paratum, vt dicitur Matth. 2. ibi erit perfecta iustitia absque omni peccato. Esa. 6. Populus tuus omnes iusti. Ibi erit pax absq; omni perturbatione timoris. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ. Ibi erit gaudium. Esa. 35. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Tertio probat quod dixerat, scilicet, quòd in his regnum Dei consistit. Ille enim homo videtur ad regnum Dei pertinere, qui placet Deo, & a sanctis hominibus approbatur: sed hoc illi contingit, in quo inuenitur iustitia, pax & gaudium. ergo in his est regnum Dei. Dicit ergo, dictum est, quòd; *Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto*. *Qui ergo in hoc seruit Christo*, qui est rex huius regni, secundum illud Colos. 1. transtulit nos in regnum
D filii dilectionis suæ, vt scilicet viuat in iustitia, pace, & spirituali gaudio, *placet Deo*, qui est huius regni actor. Sap. 4. Placens Deo factus dilectus. *Et probatus est hominibus*, id est, ab eis approbatur, qui sunt huius regni participes. Ecclesiast, 31. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Deinde cum dicit; *Itaque &c.* infert admonitionem intentam, dicens, Ex quo regnum Dei consistit in iustitia, pace, & spirituali gaudio, itaque vt ad regnum Dei peruenire possimus, *sectemur ea quæ pacis sunt*, idest, ea studeamus adimplere, per quæ Christianorum pacem conseruemus. Heb. 12. Pacem sequimini & sanctimoniam &c. *Custodiamus inuicem ea, quæ sunt ædificationis*, idest ea, per quæ inuicem nos ædificemus, idest, bonum conseruemus, & in melius; prouocemur. 1. Cor. 4. Ad ædificationem ecclesiæ quærite, vt abundetis. Quod quidem fiet, si in iustitia, & spirituali gaudio vixerimus. Quartam rationem ponit ibi; *Noli propter escam &c.* Quæ sumitur ex reue-
E rentia diuinorum operum, quibus hoc reuerentiæ debemus, vt ea quæ Deus operatur, non debeamus destruere propter aliquod commodum corporale. Et hoc est quod dicit; *Noli propter escam*, quæ ad corporis vtilitatem pertinet *destruere opus Dei*. Quod quidem non intelligitur de quocumque Dei opere. Nam omnia, quæ in cibum hominis veniunt, Dei opera sunt, sicut terræ nascentia, & animalium carnes, quæ sunt hominibus in cibum a Deo concessa, vt patet Gene. 1. & 9. Sed intelligitur de opere gratiæ, quod in nobis ipsis specialiter operatur. Philip. 2. Deus enim est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Hoc igitur opus Dei, non debemus in proximo destruere propter escam nostram, sicut facere videbantur illi, qui turbatione & scandalo proximorum, indifferentibus vtebantur.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus posuit rationem ad ostendendū, q non debemus cum scandalo proximorum indifferenter sumere omnia, hìc ostendit qualiter aliqui sibi possunt esse mundi, & immundi.

LECTIO III.

OMNIA quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram Deo. Beatus qui nō iudicat semetipsum in eo, quod probat, qui autē discernit, si māducauerit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quæ sunt munda ex sua natura, dicens; *Omnia quidem*, quæ scilicet ad escam hominis pertinere possunt; *Munda sunt*, scilicet ex sui natura, quia ex sui natura non habent, quòd animam hominis inquinent, secundum illud G Matth. 15. Non enim omne quod intrat in os, inquinat hominem. 1. Timot. 4. Omnis creatura Dei bona. Dicebantur autem in lege quædam immunda non natura, sed significatione, vt patet Leuit. 11. Sed & hanc immunditiam Christus remouit implendo veteris legis figuras. Vnde dictum est Petro Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris, idest, immundum. Secundo ibi; *Sed malum est homini &c.* ostendit qualiter aliquis cibus homini possit fieri immundus, ut scilicet ex eius esu, secundum animam inquinetur, quod quidem ostendit fieri dupliciter. Primo ex eo, quòd aliquis cibum quemcumque cum scandalo proximorum manducat. Secundo ex eo, q contra conscientiam manducat, ibi; *Beatus qui non iudicat &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid circa esum ciborum sit malum, dicens, Licet omnia ex sui natura sint munda, sed tamen; *Malum est homini, qui* manducat quemcumque cibum; H *Per offendiculum*, idest, cum confusione, & scandalo proximorum. Matth. 19. Væ homini illi, per quem scandalum venit. Secundo, ostendit quid circa huiusmodi vsum ciborum sit bonum, dicens; *Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum*: quorum primum præcipuum esse uidetur inter cibos, scd̄m inter potus. Et ab his quidem abstinere ponit bonum esse, uel propter carnis concupiscentiam edomandam, secundum illud Ephes. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vel etiam vt homo reddatur habilior ad spiritualia contemplanda, secundum illud Eccle. 2. Cogitaui a uino abstrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. Sed hoc non intendit hìc Apostolus dicere, sed quòd bonum est his non uti cum scandalo proximorum, quod quidem apparet ex hoc, qđ subditur; *Neque in quo frater tuus offenditur &c.* quasi dicat. Non solum dico de uino, & carnibus, quòd bonum est eis non uti, sed quocumque alio cibo; *Frater tuus offenditur*, id est, turbatur contra te, quasi illicite agentem, per quod pax eius I perturbatur; *Aut scandalizatur*, idest, ad casum peccati prouocatur, propter quod læditur eius iustitia; *Aut infirmatur*, idest, saltem in dubitationem uenit; utrum hoc quod agitur sit licitum per quod eius spirituale gaudium diminuitur. Vnde & ipse Apostolus dicit. 1. Corin. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Sed cum licitum sit his cibis uti, si est ab his abstinendum propter hoc, quòd uitetur scandalum proximorum, uidetur pari ratione, quòd ab omnibus licitis, quæ non sunt necessaria ad salutem, sicut sunt necessaria iustitia, pax, & spirituale gaudium, sit propter proximorum scandalum abstinendum. Et ita uidetur, quòd homini non liceat sua repetere cum scandalo proximi. Sed dicendum est, quòd si scandalum ex infirmitate vel ex ignorantia proueniat eorum, qui propter hoc scandalizantur, ad uitandum hoc scandalum, debet homo a licitis abstinere, si non sunt necessaria ad salutem. Hoc enim K est scandalum pusillorum, quod dominus uitari iubet. Matth. 18. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Si uero huiusmodi scandalum ex malitia proueniat eorum, qui scandalizantur, tale scandalum est quasi pharisæorum, quod dominus Matth. 15. docuit esse contemnendum. Vnde ad uitandum huiusmodi scandalum, non oportet a licitis abstinere. Sed tamen circa scandalum pusillorum attendendum est, quòd propter illud uitandum tenetur homo usum licitorum differre, quousque reddita ratione, hoc scandalum amoueri possit. Si uero ratione reddita adhuc scandalum maneat, iam non uidetur ex ignorantia vel ex infirmitate procedere, sed ex malitia, & sic iam pertinebit ad scandalum pharisæorum. Tertio, excludit quandam excusationem. Posset enim aliquis dicere, Licet proximus scandalizetur de hoc, quòd indifferenter ego cibis vtor, tamen ad ostensionem meæ fidei, per quam certum est hoc mihi licere volo indifferenter cibis uti. Sed hanc rationem ex-

F cludens Apostolus dicit; *Tu*, qui scilicet indifferenter cibis uteris; *Fidem habes*, rectam apud temetipsum, per quam constat licitum esse his cibis uti. Bona quidem & laudabilis est fides ista, sed habe eam in occulto; *Coram Deo*, cui talis fides placet. Eccle. 1. Beneplacitum est Deo, fides & mansuetudo, quasi dicat, Non oportet, quòd fidem istā manifestes per operis executionē, vbi hoc fit cum scandalo proximorum.

Sed contra uidetur esse, quod dicitur supra. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. G Non ergo videtur, quòd sufficiat corde solum coram Deo fidem habere, sed oportet huiusmodi fidem proximo manifestare, confitendo. Dicendum est autem, quòd eorum quæ sunt fidei, quędam sunt, quæ non sunt perfecte per Ecclesiam manifestata, sicut in primitiua Ecclesia, nondum erat perfecte declaratum apud homines, quòd illi qui erant ex Iudæis conuersi, non tenerentur legalia obseruare, & sicut tempore† August. nondum erat per Ecclesiam declaratum, quòd anima non esset ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini, quòd fidem habeat coram Deo, nec oportet, q fidem suam propalet cum scandalo proximorum, nisi forte apud eos, qui habent de fide determinare. Quædam uero sunt ad fidem pertinentia iam per Ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram Deo, sed oportet, quòd coram proximo fidem quis confiteatur, quantumcumque ex hoc aliquis scandalizetur, quia ueritas doctrinæ, non est dimittenda propter scandalum, sicut H nec Christus veritatem suæ doctrinæ propter scandalum pharisæorum dimisit, ut habetur Matth. 15. Sciendum etiam q licet circa talia oporteat, quòd homo fidem suam manifestet confessione uerborum, non tamen oportet, quòd eam manifestet executione operis, sicut si aliquis tenet fide uti matrimonio esse licitum, non requiritur ab eo, quòd matrimonio utatur ad fidei suæ manifestationem. Et sic etiam non requirebatur ab eis, qui rectam fidem habebant, quòd fidem suam usu ciborum manifestarent. Poterant enim manifestare uerbotenus confitendo. Deinde cum dicit; *Beatus qui non iudicat &c.* ostendit quomodo ciborum usus, efficitur aliquibus immundus, ex eo quòd est contra conscientiam. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quid circa hoc sit bonum, ut scilicet de eo quòd homo nō facit non habeat conscientiam remordentem. Vnde dicit; *Beatus qui non iudicat semetipsum*, id est, cuius conscientia eum non reprehendit uel condemnat; *In eo quod* I *probat*, idest, approbat esse faciendum. Sed hoc est intelligendum, si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, puta si arbitratur obsequium se præstare Deo, de eo quòd discipulos Christi interficit, ut dicitur Ioan. 16. non excusatur ex eo, quòd circa hoc non iudicat semetipsum, imo beatior esset, si circa hoc eum conscientia reprehenderet, inquantum per hoc a peccato magis prohiberetur. Sed in his quæ sunt licita, est intelligendum, quòd hìc Apostolus dicit, Hoc enim ad gloriam hominis pertinet, quòd eum sua conscientia non reprehendat. 2. Corint. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Iob. 27. Neque enim reprehendit me cor meum, in omni uita mea. Secundo, ostendit quid circa hoc sit malum, ut scilicet contra conscientiam agat. Vnde dicit; *Qui autem discernit*, idest, qui habet opinionem falsam, quòd oportuit cibos discernere; *Si manducauerit*, scilicet, cibos quos reputat esse illicitos; K *Damnatus est*, ex hoc, quòd quantum in ipso est, habet uoluntatem faciendi, quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio condemnatus, ut dicitur Tit. 3. Tertio, assignat causam eius, quod dixerat, dicens; *Quia non ex fide*. Ideo scilicet condemnatus est. Potest autem hìc fides dupliciter accipi. Vno modo de fide, quæ est uirtus. Alio modo, secundum quòd fides dicitur conscientia. Et hæ duæ acceptiones, non differunt, nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis: Id enim quod uniuersaliter fide tenemus, puta usum ciborum esse licitum uel illicitum, conscientia applicat ad opus quod est factum uel faciendum. Dicitur ergo, ideo eum qui manducat & discernit esse condemnatum, quia hoc non est ex fide, imo est contra fidem, idest contra ueritatem fidei, & contra conscientiam facientis. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et quòd hæc sit sufficiens causa condemnationis, ostendit subdens; *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*. Ex quo uidetur, quòd sicut dicitur in Glo. omnis uita infideliū peccatum

Epist. & De li. arb. lib. cap.

sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, inquantum ad Dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sed dicendum est, quòd aliter se habet fidelis ad bonum, & infidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatam nihil est damnationis, vt supra 8. dictum est. Sed in homine infideli, cum infidelitate est bonum naturæ. Et ideo cū aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. Non tamē op⁹ eius est meritoriū, quia nō est gratia informatum. Et hoc est quod in glo. dicitur, Nihil bonum est sine summo bono, idest, nullum bonum meritorium est, sine gratia Dei: & vbi deest agnitio vitæ æternæ, & incommutabilis veritatis, quæ scilicet est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantum, scilicet non refertur ad finem beatitudinis æternæ. Cum vero homo infidelis aliquid agit ex eo, quòd infidelis est, manifestum est, quòd peccat. Vnde in glo. dicitur, Opus omne, quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum, Omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est, & si ex genere suo bonum esse videatur, puta, si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, vel eleemosynam C det, hoc ipso peccat. Tit. 1. Coinquinatis & infidelibus nihil mundum est, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

CAP. XV. LEC. I.

DEBEMVS autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut B scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus docuit, quòd maiores debent scandala infirmorum vitare: hìc docet quòd maiores debent etiam infirmitates minorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit admonitionem. Secundo, manifestat eam, ibi; *Vnusquisque vestrum &c.* Ista admonitio duo continet, quorum primum pertinet ad exteriorem exhibitionem. Vnde dicit, Non solum debemus scandala infirmorum vitare, sed etiam nos, qui sumus; *Firmiores*, in fide: debemus sustinere; *Imbecillitates infirmorum*. Sicut enim in materiali ędificio eliguntur aliqua firmiora ad sustinendum totum ædificii pondus, quod ex D fragiliori materia superponitur, sicut sunt fundamenta, & columnæ: ita etiam in spirituali ecclesiæ ędificio non solum eliguntur, sed efficiuntur aliqui firmiores, vt sustineant pondus aliorum. Vnde in Psalm. 74. dicitur: Ego confirmaui columnas eius. Et Galat. 6. Alter alterius onera portate. Sustinent autem firmiores imbecillitates infirmorum, dum eorum defectus patienter ferunt, & pro posse subleuare nituntur. Secundum autem pertinet ad interiorem intentionem. Vnde dicitur. *Et non* debemus; *Nobis placere*, ita scilicet vt semper illud velimus impleri, quod nobis placet: sed debemus condescendere voluntatibus aliorum, vt faciamus ea, quæ aliis placent, & quæ eis sunt vtilia. 1. Cor. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Deinde cum dicit; *Vnusquisque uestrum &c.* manifestat propositam admonitionem, & primo quantum ad secundam partem. Secundo, quantum ad primam, ibi; *Propter quod suscipite inuicem &c.* Circa primum duo facit. Primo, E exponit, quod dixerat. Secundo, rationem inducit, ibi; *Etenim Christus non sibi &c.* Dicit ergo primo, Ita dictum est, quòd nos non debemus nobis placere: & hoc quidem est, quia vnusquisque nostrum, qui sumus firmiores, debet placere proximo suo infirmo, idest, condescendere ei in his quæ ei placent, non tamen in his quæ mala sunt, sicut Esa. 2. quidam requirunt, Loquimini nobis placentia &c. Et ideo subdit; *In bonum*. Similiter etiam non debemus intendere vt hominibus placeamus propter humanum fauorem, vel gloriam, cum in Psalm. 52. dicatur: Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: sed ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum. Vnde subdit; *Ad ædificationem*, idest, propter hoc, quòd aliorum voluntati condescendentes, ipsi ædificentur in fide, & dilectione Christi. Supra 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.

Deinde cum dicit; *Etenim Christus &c.* assignat rationem eius, quod dixerat exemplo Christi. Et primo, proponit exemplum Christi. Secundo, ostendit eius exemplum esse a A nobis imitandum, ibi; *Quæcumque scripta sunt &c.* Tertio subiungit rationem, vt id implere possimus, ibi; *Deus autem pacis &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit exemplū, dicens: Dictum est, quòd non debemus nobis placere, scilicet secundum nostram priuatam voluntatem; *Etenim Christus*, qui est caput nostrum; *Non sibi placuit*, dum elegit pati pro nostra salute, & ea quę suæ propriæ voluntati erant contraria, scilicet naturali voluntati humanæ, vt impleret diuinam, quæ sibi, & patri erat communis, secundum illud Matt. 26 Non mea voluntas, sed tua fiat. Secundo, ad hoc authoritatē inducit, dicens; *Sed sicut scriptum est* in Psalm. ex persona Christi, dicentis ad patrem. O pater; *Improperia* Iudęorum; *Improperantium tibi*, idest, te blasphemantium per sua mala opera, & per hoc quòd veritati tuæ doctrinæ contradicunt; *Ceciderunt super me*, quia videlicet opprimere me voluerunt, quia voluntatem tuam eis proponebam, & eorum mala opera redarguebam. Ioan. 15. Sed oderunt me, & patrem meum. Potest & hoc referri ad peccata totius humani generis, quia omnia peccata quodammodo sunt improperia Dei, inquantum per ea lex Dei contemnitur. Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum C Israel. Sic ergo improperia improperantium Deo, ceciderunt super Christum, inquantum ipse pro peccatis omnium mortuus est. Esa. 53. Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrū. 1. Pet. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Deinde cum dicit; *Quæcumque enim scripta sunt &c.* ostendit, quòd hoc exemplum Christi sit nobis imitandum, dicens; *Quæcumque enim scripta sunt*, in sacra Scriptura, vel de Christo, vel de membris eius; *Scripta sunt ad nostram doctrinam*. Nulla enim necessitas fuit hæc scribere, nisi propter nos, vt ex his instruamur. 2. Tim. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, & erudiendum &c. Quid autem in scripturis ad nostram doctrinam contineatur, ostendit subdens; *Vt per patientiam, & consolationem scripturarum*, idest, quas scripturæ continent. Continetur enim in sacra Scriptura patientia sanctorum in malis sustinendis. Iaco. vlti. Patientiam Iob audistis. Continetur etiam in eis consolatio, quam Deus D eis exhibuit, secundum illud Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Vnde &. 1. Pet. 1. dicitur, Prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, quod pertinet ad patientiam: & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationem. Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostendit subdens; *Spem habeamus*. Per hoc enim quòd ex sacra scriptura instruimur, eos qui patienter propter Deum tribulationes sustinuerunt diuinitus consolatos fuisse, spem accepimus, vt & ipsi consolemur, si in ipsis fuerimus patientes. Iob. 13. Et si occiderit me, in ipso sperabo. Deinde cum dicit; *Deus autem patientiæ &c.* Quia videbatur nimis arduum, vt purus homo possit exemplum Christi imitari, secundum illud Eccle. 2. Quid est homo, vt sequi possit regem factorem suum? ideo adhibet orationis suffragium, dicens; *Deus autem patientiæ &c.* scilicet dator. Psalm. 70. Tu es patientia mea; *Et solatii*, idest, qui E spiritualem consolationem largitur. 2. Cor. 1. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; *Det vobis*, a quo est omne datum optimum, vt dicitur Iac. 1. *Idipsum sapere in alterutrum*, idest, vt inuicem idem sapiatis &c. 2. Cor. vlt. Idem sapite, pacem habete. Non quidem secundum consensum in peccatum, sed; *Secundum Iesum Christum*, de quo dicitur Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Vt per hoc, quod idem sapitis vnanimes existentes per fidei, & charitatis consensum, secundum illud Psalm. secundum aliam literam, Qui habitare facit vnanimes in domo. *Vno ore* idest, vna oris confessione, quæ ex vnitate fidei procedit. 1. Corint. 1. Idipsum dicatis omnes, vt pro conformitate cordis & oris honorificetis Deum omnium creatorem, idipsum etiam existentem patrem domini nostri Iesu Christi, per quem nos sibi in filios adoptauit. 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, honorificabo eum. Malach. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Deinde cum dicit; *Propter quod suscipite inuicem*, manifestat primam partem admonitionis, in qua dixerat, quòd firmiores debent imbecillitatem infirmorum

firmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, resumit admonitionem. Secundo, inducit rationem exemplo Christi, ibi; *Sicut & Christus &c.* Tertio subiungit orationem ibi; *Deus autem spei &c.* Dicit ergo primo; *Propter quod*, idest, quia ea quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam ordinantur; scilicet exempla Christi, & aliorũ sanctorum. Consequenter; *Suscipite inuicem*, secundum charitatis affectum, vt scilicet vnus sustineat ea, quæ sunt alterius, sicut & vult se sustineri quantũ charitas permittit, & vnus alium etiam suscipiat ad adiuuãdum & promouendum. Supra. 14. Infirmum in fide suscipite. Deinde cum dicit; *Sicut & Christus suscepit vos &c.* assignat rationem exemplo Christi.

Et primo, ponit eius exemplum, dicens; *Sicut & Christus suscepit vos*, scilicet in sua protectione, & cura. Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. Luc. 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et hoc; *In honorem Dei*, in quem omnia referebat. Ioan. 8. Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi, quòd nos inuicem debemus suscipere in his, quæ pertinent ad honorem Dei. Secundo, ibi; *Dico enim Christum &c.* manifestat quod dixerat. Et primo, quidem quantum ad Iudæos. Secundo, quantum ad Gentiles, ibi; *Gentes autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd Christus vos suscepit, qui estis congregati in vnitate fidei ex Iudæis, & Gentibus. Et hoc patet, quantum ad vtrosque. Dico ergo; *Christum ministrum fuisse circumcisionis.* Est enim ipse author fidei, quantum ad omnes, secundum illud Hebr. 12. Aspicientes in authorem fidei &c. Sed in propria persona non exhibuit seipsum, nisi Iudæis, secundum illud Matth. 15. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Esa. 65. Non audietur vox eius foris. Et hoc quidem *propter ueritatem Dei*, vt scilicet veritas Dei promittentis comprobaretur. Supra. 3. Est autem Deus verax. Vnde subdit; *Ad confirmandas promissiones patrum*, idest, vt per hoc implerentur promissiones patribus factæ. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. 2. Corinth. 1. Quotquot sunt promissiones Dei in illo est. Deinde cum dicit; *Gentes autem &c.* ostendit etiam Gentes susceptas a Christo, Et primo, proponit quod intendit. Secundo confirmat per authoritatem, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Dicit ergo, ita dictum est, quòd Christus suscepit Iudæos propter veritatem Dei, vt promissiones patrum implerentur, Gentibus autem non erant promissiones factæ. Vnde hoc non habet locũ quantum ad Gentiles, sed sunt propter misericordiam suscepti. Et hoc est quod dicit; *Gentes autem* debent; *Honorare Deum*, super misericordia eis exhibita per Christum, quia licet eis personaliter non prædicauerit, ad eos tamen discipulos suos misit, qui in Gentibus ministerium exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudæis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes Gentes. Et de hac misericordia dicitur in Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1. Misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum &c. Sic ergo Apostolus conuersionem Iudæorum attribuit veritati diuinæ, conuersionem Gentilium diuinæ misericordiæ. Contra quod, videtur esse quod dicitur in Psal. 24. Vniuersæ viẽ dñi misericordia & veritas. Sed dicendum est, q̃ per hoc quòd ascribit vocationem Iudæorum diuinæ veritati, non excludit misericordiam, quia & Apostolus ex Iudæis natus, dicit. 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum. Et hoc ipsum misericordiæ fuit, quòd Deus patribus promissiones fecit de posterorum salute. Similiter ẽt per hoc q̃ vocationem Gentium ascribit diuinæ misericordiæ, non excludit totaliter diuinã veritatẽ, quia hoc ipsum ad diuinam veritatem pertinebat, q̃ p̃ positum suum de saluatione Gentium impleuit, quod ad Ephe. 3. dicit Apostolus, esse sacramentum absconditum a seculis in Deo. Sed aliquis modus veritatis. s. p̃ impletione p̃ misforum, consideratur in vocatione Iudæorum, qui non consideratur in vocatione Gentium, quibus p̃ missiones non sunt factæ. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* confirmat quod dixerat de conuersione Gentium, per authoritatem. Licet n. Gentibus non fuerit repromissa vocatio ad fidem Xpi, non tñ ex improuiso accidit, sed fuit prænuntiata vaticiniis p̃phetarum. Inducit autem quatuor authoritates, quarum prima continet gratiarum actiones Christi ad patrem, pro conuersione Gentium per ipsum facta. Vnde dicit; *Sicut scriptum est*; in Psal. 17. ex persona Christi. Cõstitues me in caput Gentiũ, & ab insurgẽtibus in me, Iudæis, exaltabis me. O Deus pater, ego Xps; *Confitebor tibi*, cõfessione grãrũ actionis; *In Gentibus.* i. pro Gentium conuersione per me facta, & *Cantabo* noua quadam mentis exultatiõe; *Nomini tuo*, quod eis manifestũ est, ẽm illud Io. 17. Manifestaui nomẽ tuum hominib̃ quos dedisti mihi. Vel aliter; *Confitebor tibi in Gentibus.* i. faciã, q̃ tibi Gentes confiteantur confessione fidei. Psal. 66. Cõfiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi oẽs; *Et nomini tuo cantabo.* i. faciam q̃ Gentes cantent tibi canticũ, quod cõsistit in exultatione spũs renouati. Psal. 95. Cãtate dño canticũ nouũ, cantate dño oĩs terra. Secunda authoritas continet adunationem Gentium, & Iudæorum. Vnde subdit; *Et iterum dicit*, Scriptura. Isa. vlt. O Gentes, q̃ eratis alienæ, a conuersatione Israel, vt dicitur Eph. 2. *Lætamini Gentes cum plebe eius.* i. simul cõem exultationem assumatis cum Iudæis, qui olim erant plebs eius. Esa. 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. Io. 10. Fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Nostra aũt Ifa habet. Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea oẽs qui diligitis eam. Tertia aũt authoritas cõtinet deuotionem Gentiũ ad Deum. Vnde subdit, Et iterum scriptum est in Psal. *Laudate omnes Gentes dominum.* s. eius bonitatem confitentes. Psal. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen dñi; *Et omnes populi*, non solum populus Iudæorum *magnificate eum.* i. credite esse magnũ. i. q̃ sua magnitudine oẽm laudem excedat. Eccle. 43. Benedicentes dñm, exaltate illum quantum potestis: maior. n. est oi laude. Mala. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. Quarta authoritas continet reuerentiam Gentium ad Christũ. Vnde subditur; *Et rursus Esaias ait* 11. *Erit radix Iesse*. In quo prænuntiat Xpi originem ex Dauid semine nasciturũ. Iesse nãq; fuit pr̃ Dauid. Dicit ergo; *Erit radix Iesse*, ex cuius semine Xps nascetur. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos &c. Vel Xps erit radix Iesse, quia licet ex Iesse processerit ẽm carnis originem, tñ sua virtute Iesse sustentauit, & grãm ei influxit. Supra. 11. Non tu radicẽ portas, sed radix te. Deinde tangit Xpi officium, subdens; *Et qui exurget*, in tantam grãe excellentiam, vt possit; *Regere Gentes*, eos diuino cultui subiugando, quod nullus ante eum facere potuit. Psal. 2. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuã. Reges eos in virga ferrea. Vltimo ponit deuotionem Gentium ad Xp̃m, dicens; *In eum Gentes sperabunt*, vt. s. per eum hæreditatem cœlestis gloriæ consequantur. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Deinde cum dicit; *Deus autem spei &c.* subiungit orationẽ, dicẽs, Dictum est q̃ in Xp̃m Gentes sperabunt. *Deus autem spei.* i. qui nobis hãc spẽ infundit, ẽm illud Psal. 70. Spes mea dñe. Vel De⁹ spei. i. in quo sperandum est; *Repleat vos omni gaudio.* s. spirituali, quod est de Deo. Nehem. 8. Gaudiũ. n. dñi est fortitudo vr̃a, per quam homo in seipso, & ad Deũ, & ad p̃ximũ est pacatus. Psal. 118. Pax multa diligentibus legẽ tuã dñe; *In credendo.* q.d. Vt cũ hoc q̃ credetis, ẽt pacẽ & gaudiũ habeatis, q̃ quidẽ sunt charitatis effect⁹, ẽm illud Gal. 5. Fruct⁹ aũt spũs sunt, charitas, gaudiũ, pax. Vnde patet, q̃ a Deo, qui est dator spei, optat eis vt cum fide habeãt charitatem, per quam fides operãt, ut hr̃ Gal. 5. Ne fides eorũ sit informis & mortua, quia fides sine operibus mortua est, vt dicitur Iac. 2. Et vt sic per plenitudinẽ harum virtutum; *Abundetis*, p̃ficiendo de bono in melius, non solũ; *In spe*, sed ẽt in *Virtute spiritus sancti.* i. in charitate, q̃ in cordibus nr̃is diffunditur p̃ spũm sanctũ, vt ẽ. 5. dictũ est. 2. Cor. 9. Potens est aũt Deus oẽm grãm abũdare facere in vobis.

ministrum fuisse circumcisionis p̃ pter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super omnia honorare Deũ, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes Gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis in spe, & virtute spiritus sancti.

LECTIO II.

SERTVS sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducẽs, propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, vt sim minister Christi Iesu, in Gentibus sanctificans euangelium Dei, vt fiat oblatio Gẽtium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam Gentium in verbo & factis in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illiricum repleuerim euangelium Christi. Sic autem prædicaui euangelium hoc, non vbi nominntus est Christus, ne super alienum fundamentum

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus generalibus admonitionibus Romanos instruxerat, hîc incipit eis quædam familiaria scribere. Et

re. Et primo quædam pertinentia ad seipsum. Secundo quædam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi; *Commendo autem vobis Phœben &c.* Circa primum tria facit. Primo excusat præsumptionem de hoc quòd eos instruxerat & reprehenderat. Secundo excusat suam tarditatem circa visitationem eorum, ibi *Propter quod plurimum impediar*. Tertio petit suffragia orationum ipsorũ ibi; *Obsecro autem vos fratres &c.* Et circa primum duo facit. Primo excludit oppositam causam instruẽdi & arguendi eos. Secnndo assignat veram causam ibi; *Audacius enim scripsi vobis fratres ex parte &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliquis posset credere Apostolum ideo scripsisse Romanis, quia æstimaret illum esse apud Romanos qui posset instruere & corrigere. Sed hoc ipse excludit, dicens; *Certus sum enim fratres mei* per ea quæ de vobis audiui, quoniam idonei estis ad admonendum eos, qui inter vos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis recte admoneat, duo requiruntur, quorum primum est, vt non ex odio vel ira, sed ex dilectione moneat, secundum illud Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia. Et Gal. 6. Vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit; *Quoniam & ipse pleni estis dilectione.* Ezech. 10. Imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubin, qui est ignis charitatis. Secundo requiritur scientia veritatis, eo q̃ quidam habent zelum Dei in corrigendo, sed non secundũ scientiam, vt supra 10. dictum est. Et ideo subdit; *Repleti omni scientia*, scilicet humana & diuina, & veteris & nouæ legis 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia. Et ex hoc concludit sic; *Ita vt possitis* cõuenienter propter dilectionem & scientiam; *Alterutrum monere.* Quia enim in multis offendimus omnes, vt dicitur Iaco. 3. Oportet vt inuicẽ moneamus. quia vt dicitur Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Deinde cum dicit; *Audacius &c.* assignat verã causam quare eos admonuerat & correxerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd hoc pertinebat ad authoritatem apostolatus sibi commissam. Secundo ostendit qualiter hac potestate vsus fuerit ibi; *Habeo igitur gloriam &c.* Dicit ergo; *Audacius autem*, idest securius; *Scripsi vobis* errores & defectus vestros arguendo, quod quidem ad audaciæ p̃sumptionem posset ascribi propter hoc, quòd offensionem vestram non timui. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. Sed hæc p̃sumptio excusatur ex tribus. Primo quidem ex conditione eorum quibus scribebat, quia & si inter Romanos essent aliqui respectu quorum talis reprehensio audax & p̃sumptuosa videretur, erant tñ aliqui, qui indigebant dura reprehensione propter contentionum insolentiam. Tit. 1. Increpa illos dure. Et hoc est quòd dicit; *Ex parte*, quasi dicat, Non videtur mea scriptura esse audax quantum ad omnes vos, sed quantum ad partem aliquam vestrum. Vel potest intelligi; *Ex parte* epistolæ in qua eos reprehendit: Potest intelligi etiam ex parte ecclesiæ, quæ scilicet mecum est. Secundo excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli. Non enim scripsit eis tanquam reputans eos ignorantes, sed in memoriam eos reducens cognitorum. Et hoc est quòd subdit; *Tanquã in memoriam vos reducens*, quasi oblitos eorum quæ sciebatis, sicut & Philip. 4. dicitur, Occupati autem eratis. Heb. 10. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati, magnum certamẽ sustinuistis passionum. Tertio excusatur ex authoriate Apostoli quæ hoc requirebat. Vnde subdit; *Per gratiam*, scilicet Apostolatus mihi commissi 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum. Huius autem gratiæ, primo describit authoritatem, cum dicit; *Quæ data est mihi a Deo*, quasi diceret, Non ab hominibus. ad Galatas primo, Paulus Apostolus non ab hominibus, neq; per hominem. Secundo specificat istam gratiam, cum dicit; *Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus*, idest vt seruiam Christo in Gentiũ cõuersione 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Supra 1. Quandiu sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Tertio ostendit huius gratiæ actum, cum dicit; *Sanctificans euangelium Dei*, idest sanctum esse ostendens, & verbo veritatis & opere bonæ conuersationis & miraculorum Col. 1. In verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit. Prouerb. 8. Recti sunt sermones mei. Quarto ponit finem huius gratiæ, cũ dicit; *Vt fiat oblatio gentium*, idest Gentes per meum ministeriũ cõuersæ. In quo quasi quoddam sacrificium & oblationem Deo obtuli, secundum illud Philip. 2. Et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & cõgratulor omnibus vobis. *Fiat accepta*, scilicet Deo per rectitudinem intentionis. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. *Et sanctificata in spiritu sancto*, id est, per charitatem, & alia spiritus sancti dona. 1. Cor. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Deinde cum dicit; *Habeo igitur gloriam &c.* ostendit, quomodo authoritate apostolica fuerat vsus. Et primo ponit fructũ, quem fecit. Secundo, ostendit huius fructus magnitudinem, ibi; *Ita vt &c.* Tertio, ostendit difficultatem, ibi; *Sic autem prædicaui &c.* Circa primum tria facit. Primo, dat gloriã Deo de fructu, quem fecit, dicens, Igitur quia talem gratiam accepi, & diligenter executus sum id, ad quod mihi hæc gratia data est; *Habeo gloriam*, idest, meritum dignum gloriæ, sicut fidelis minister. 1. Cor. 9. Melius est mihi mori, quàm vt gloriam meam, quis euacuet. Sed hanc gloriam non mihi principaliter attribuo, sed eam habeo; *In Christo Iesu*, idest, per Iesum Christum, cuius virtute fructificare potui. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et quia ipsi omnia tradita sunt a patre, vt dicitur Matt. 11. Et pater in eo manens, ipse facit opera. Ioan. 14. Ideo vlterius hanc gloriam refert ad patrem, dicens; *Ad Deum*, scilicet patrem. Psalm. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Assignat autem rationem eius, quod dixerat subdens; *Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus*, quasi dicat, Nihil referam de fructu per me facto, quòd per me factum non sit. Alioquin gloriam non haberem apud Deum, & si apud homines. Quæ quidem refero, non tanquam per me principaliter facta, sed sicut, quæ per me Christus fecit, Et ideo hanc gloriam dixi me habere in Christo Iesu Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Secundo, ponit ipsum fructum, dicens; *In obedientiam Gentium*, quasi dicat, Gloria mea hæc est, pro eo quod feci Gentes fidei obedire. Supra. 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, ostendit quomodo Gentes, ad hanc obedientiam adduxerit. Quia autem supra 10. dictum est, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, Ideo dicit; *In verbo*, idest, per verbum prædicationis fidei. Argumenta autem fidei prædicatæ, sunt bona conuersatio prædicantis, & quantum ad hoc subdit; *Et factis*, quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi. Matth. 5. Videant opera vestra &c. Et opera miraculorum, quibus Deus dat testimoniũ doctrinæ prædicatæ, secundum illud Marci vlti. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Vnde subdit, *In virtute signorum*, idest, miraculorum minorum, puta sanationes egritudinum; *Et prodigiorum*, idest, maiorum miraculorum, quæ ex sua magnitudine aliquid magni portendunt, id est, ostendunt. Sed hoc totum non sufficeret, nisi spiritus sanctus, intus corda audientium ad fidem commoueret. Vnde dr̃ Act. 10. Quòd loquente Petro verba fidei. cecidit spiritus sanctus, super omnes, qui audiebant verbum. Et ideo subdit; *In virtute spiritus sancti*. Hebr. 2. Contestante Deo signis, & prodigiis, & variis spiritus sancti distributionibus. Deinde cum dicit; *Ita vt ab Ierusalem*, ostendit magnitudinẽ fructus ex multitudine locorum, in quibus prẽdicauit, dicens; *Ita vt incipiens ab Ierusalem*, vbi in principio suæ conuersionis prædicauit in synagogis Iudæorum, vt dicitur Act. 9. Vt sic impleret, quod dicitur Esa. 2. De Sion exibit lex & verbum domini de Ierusalem; *Vsque ad Illiricum*, quod est mare Adriaticum ex parte opposita Italiæ. *Repleuerim euangelium Christi*, idest, omnia illa loca repleui prædicatione euangelii. Et ne aliquis intelligat, q̃ solum vadens per rectam viam a Ierusalem in Illiricum prædicauerit euangelium, addit; *Per circuitum*, quia scilicet Gentibus circumquaque prædicauit, & eas ad fidem conuertit. Vnde sibi potest competere, quod dicitur Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Deinde cum dicit; *Sic autem prædicaui &c.* ostendit difficultatem hunc fructum faciendi. Difficile enim est omnino ignaros ad fidem conuertere. Primo, igitur difficultatem se passum ostendit, dicens; *Sic autem prædicaui euangelium*, non quidem; *Vbi nominatus est Christus*, idest, non apud illos, qui nomen Christi audierant. Psalm. 17. Populus, quem non cognoui seruiuit mihi. Esa. 55. Ecce gentes, quas nesciebas vocabis, & gentes, quæ te non cognouerunt ad te current. Subdit autem rationem, dicens; *Ne super alienum fundamentum ædificarem*. Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina hæretica,

hæretica, quæ est aliena a veræ fidei fundamento. Et sic hoc, quod dicit; *Ne*, ponitur causaliter. Ea enim intentione Apostolus voluit prædicare illis, qui nomen Christi non audierant, ne si præuenti essent a doctrina pseudo apostolorum, difficilius esset eos ad veritatem reducere. Vnde Matth.7.dicitur, Stultus est, qui ædificat domum suam super arenam, cui cõparatur falsa doctrina. Alio modo, per alienum fundamentum, potest intelligi doctrina veræ fidei ab aliis prædicata: & sic potest sumi ly; *Ne*, consecutiue. Non enim vitauit Apostolus prædicare illis, quibus ante fuerat ab aliis prædicatum, sicut ipsis Romanis specialiter prædicauit, quos prius Petrus iſtruxerat. Sed eo prædicante illis, qui nihil de Christo audierant, consecutum est, vt non ædificaret super alienum fundamentum sed ipse iaceret prima fidei fundamenta, secundum illud. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Secundo, ad hoc quod dixerat, authoritatem inducit, dicens; *Sicut scriptum est*. Esa. 2. *Quoniam quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplati sunt*. In quibus verbis propheta videtur prædicere, quoniam Gentiles excellentiori modo ad cognitionẽ Dei essent peruenturi, quàm Iudæi, qui ante cognouerant. Ostendit ergo primo excellentiam, quantum ad causam cognitionis, quæ scilicet duplex est, scilicet verba audita, & res visæ. Hi enim duo sensus sunt disciplinabiles. Iudæi ergo in notitiam mysteriorum Christi peruenerunt per verba annuntiata eis a prophetis. 1. Pet. 1. Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias. Sed Gentiles huiusmodi Christi mysteria iam realiter impleta vident. ideo dicitur; *Quoniam* Gentes, *quibus non est annunciatum*, per prophetas; *De eo*, idest, de Christo, sicut fuit annuntiatum Iudæis; *Videbunt*, res iam impletas. Luc. 10. Multi reges, & prophetæ, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Secundo, ostendit excellentiam quantum ad modum cognoscendi, quia Iudæi ex annuntiatione prophetarum solum auditum habebant. Abdiæ. 1. Auditum audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Sed Gentiles ex visione intellectum perceperunt. Vnde dicitur; *Et Gentiles*, scilicet, qui ante non audierunt prænuntiari Christum per pphetas, intelligent, scilicet fidei veritatem. Psalm. 2. Et nunc reges intelligite &c.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus se excusauit de præsumptione, quæ ei potuisset ascribi ex hoc, q̃ Romanos instruxerat, & correxerat: hîc se excusat de eo, q̃ eos visitare distulerat. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit impedimentum visitationis præteritum. Secundo, ponit visitandi propositum, ibi; *Nunc vero vlterius &c.* Tertio, promittit visitationis fructum, ibi; *Scio autem &c.* Dicit ergo primo, dictum est, Prædicaui euangelium per multa loca, in quibus Christus non fuerat nominatus, *Propter quod* hactenus; *Impediebar plurimum*, ex huiusmodi occupatione; *Venire ad vos*. Et istud impedimentum vsque nunc duraui. Vnde subdit; *Et prohibitus sum vsque adhuc*. Quod quidem potest referri ad multitudinem occupationum, quas in aliis locis habuerat: uel etiam ad diuinam prouidentiam, per quam apostoli impediebantur, ne peruenirent ad quosdam, & dirigebantur in salutem aliorum, secundum illud Act. 16. Transeuntes Frigiam, & Galatiæ regionem, vetati sumus a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vnde & supra. 1. dictum est: Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Et hoc est, q̃iod dicitur Iob. 37. de nubibus, per quas p̃dicatores intelliguntur, Lustrant cuncta per circuitum, quocumque eos voluntas gubernantis duxerit. Deinde cum dicit; *Nunc vero vlterius &c.* manifestat propositum suum de eorum visitatione. Et primo promittit eis suam visitationem. Secundo, assignat causam, quare oporteat eam differre; ibi; *Nunc igitur proficiscar &c.* Tertio, assignat eis visitationis terminum, ibi; *Hoc igitur cum consummauero &c.* Dicit ergo primo ita, Vsque modo sum prohibitus; *Nunc uero*, iam peragratis omnibus his locis; *Vlterius non habens locum*, idest, necessitatem permanendi; *In his regionibus*, in quibus iam per me fundata est fides; *Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis*, secundum illud supra. 1. Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratię spiritalis; *Cum in Hispaniam proficisci cepero*, quo scilicet ire intendebat, vt etiam extremis terræ fundamẽta fidei collocaret, secundũ illud. 49. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ; *Spero quod præteriens videbo vos*. Per quod dat intelligere, quòd non intendebat ad eos principaliter ire, quia reputabat eis sufficere doctrinam Petri, qui primus inter apostolos Romanis fidem prædicauit. Et quia tunc Romani dominabantur in toto Occidente, eorum auxilio & ducatu sperabat in Hispaniam proficisci. unde subdit; *Et a vobis deducar illuc*. Intendebat tamen aliquam moram apud eos contrahere. Vnde subdit; *Si uobis fruitus fuero*, idest, consolatus, secundum illud quod supra. 1. dictum est, Simul consolari in vobis: & hoc; *Ex parte*, scilicet temporis, quia per aliquod tempus intendebat, cum eis consolari. Sed contra est quod Aug.†dicit in lib.de doctrina Christiana, Quòd illis solis rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt, scilicet patre, filio & spiritu sancto. Inconuenienter ergo dicit se fruiturum esse Romanis. Sed dicendum est, quòd sicut August.dicit ibidem, homine in se non esse fruendum, sed in Deo, secundum illud ad Phil. Ita frater, ego te fruar in domino, quod est delectari in homine propter Deum. Et sic intelligendum est quod dicit: Si fuero fruitus vobis, scilicet in Deo. Vel quòd dicit, ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in Deo. Nam alia parte, scilicet malis, non poterat frui, sed magis de eis dolere, sicut dicitur. 2. Cor. 8. Ne cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt. Deinde cum dicit; *Nunc igitur proficiscar*, assignat rationem quare differebat visitationem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam, dicens; *Nunc igitur proficiscar*, idest, ideo non statim uenio ad uos, quia proficiscor; *Ierusalem ministrare sanctis*. Circa quod sciendum est, quòd legitur Act. 4. Illi qui ex Iudæis a principio conuertebantur ad fidem, uenditis possessionibus suis, de pretio communiter uiuebant, quod cum defecisset, maxime quadam magna fame imminente, ut legitur. Act. 11. discipuli, scilicet Christiani, ex diuersis partibus mundi prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli. Ministerium igitur sanctorum hîc dicit eleemosynam, quam fidelibus Christi attulit in Ierusalem, secundum illud. 1. Cor.ulti. Quos probaueritis, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem: q̃ si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt. Secundo, exponit quod dixerat de ministerio sanctorum, dicens; *Probauerunt enim*, idest, approbauerunt; *Macedonia & Achaia*, idest, fideles vtriusq; regionis per eum conuersi; *Collectionem aliquam facere*, idest, aliquam collectam; *In pauperes* Christi, idest, ad usum pauperum, qui sunt de numero sanctorum, secundum illud Eccles. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem; *Qui sunt in Ierusaleu*, in paupertate uiuentes. 2. Cor. 9. De ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptum animum uestrum, pro quo de uobis glorior apud Macedones. Tertio, assignat rationes dictorum, quorum prima est beneplacitum. unde dicit; *Placuit enim illis*. 2. Corin. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate. Secunda causa est debitum. unde subdit; *Et debitores sunt eorum*. Supra 13, Reddite omnibus debita. Rationem autem debiti assignat, dicens; *Nam si Gentiles facti sunt participes bonorum spiritualium*, quæ erant specialiter; *Eorum*, idest, Iudæorum, scilicet notitiæ diuinæ, & promissionum, & gratiæ, secundum illud supra. 9. Quorum adoptio est filiorum, & gloria &c. Et supra 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Sunt etiam facti participes spiritualium eorum per hoc, quòd illi prædicatores eis miserunt; *Debent & in carnalibus ministrare illis*, secũdum illud Eccles. 14. In diuisione sortis da, & accipe. Et Psalm. Sumite psalmũ, id est, spiritualia: & date tympanum, id est, temporalia. Et ex hoc sumitur argumentũ, quòd debentur sumptus nõ solum illis, qui prædicant, sed etiam qui p̃dicatores mittunt. Deinde cum dicit; *Hoc igitur cum &c.* præfigit terminum, quo ad eos sit venturus, dicens; *Hoc igitur cum consummauero*, scilicet ministerium sanctorum; *Et assignauero eis fructum hunc*, idest, eleemosynam Gentilium, quæ est quidam fructus conuersionis eorum. Osee. 10. Vitis frondosa Israel, fructus est ei adæquatus; *Proficiscar per vos in Hispaniam*. Sed videtur hîc Apostolus falsum dicere: nunquam enim in Hispania fuisse legitur. In Ierusalem enim captus fuit, & exinde Romam perlatus est in vinculis, vt habetur Act. vlt. ubi est occisus simul cum Petro. Dicunt ergo quidam, quòd sicut dicitur Act. vlt. Cum venisset Romam Paulus, permissum est ei manere sibimet cum custodiente se milite: & postea dicitur, quòd mansit biennio toto in suo conducto, & in illo spacio dicunt eum in Hispaniã iuisse. Sed quia hoc certum non est, potest melius dici, q̃ Apostolus falsum non dixit, quia proponebat se facturum, quod dicebat: & sic verba eius erant intelligenda, quasi insinuantia eius propositum, non autem futurum euentum, qui ei erat incertus. vnde non poterat hoc prædicere, nisi forte sub conditione, quam Iacobus dicit apponendam, Iac. 4. Pro eo vt dicatis, Si dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. Et sic etiam Apostolus se excusat. 2. Cor. 1. de hoc, quòd ad eos non iuerat, sicut promiserat, dicens: Cum ergo volui, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me Est, &, Non? Et sic ex hoc, quòd ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat, se immunem dicit a leuitate, carnalitate, & falsitate. Et sic etiam soluit hoc Gelasius Papa, & habetur in decretis. 22.q. 2. Beatus, inquit, Paulus Apostolus non ideo, quod abſit, fefelliſſe credendum eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius, quoniam cum ad Hiſpaniam ſe pro miſiſſet iturum, diſpoſitione diuina maioribus occupatus cauſis, implere non potuit quod promiſit. Quantum enim ipſius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod re vera voluiſſet efficere. Quantum vero ad diuini ſecreta conſilii, quæ vt homo non potuit, licet ſpiritu Dei plenus, agnoſcere, ſuperna prætermiſit diſpoſitione præuentus. Licet enim propheticum ſpiritum habuerit, tamen prophetis non omnia reuelantur, vt patet 4. Reg. 4. vbi Eliſeus dixit: Anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Deinde cum dicit; *Scio autem &c.* prænuntiat eis fructum ſuæ viſitationis, dicens; *Scio autem*, ſcilicet ex fiducia diuinæ gratiæ; *Quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti ueniam*, idest, Chriſtus abundantius ſuam benedictionem dabit vobis in meo aduentu, de qua dicitur in Pſalm. 83. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem. Et ſic Laban dixit ad Iacob, Gene. 3. Experimento didici, quòd benedixerit mihi Deus propter te. Deinde cum dicit; *Obſecro ergo &c.* petit ab eis orationis ſuffragia, & primo petit eorum orationes. Secundo, ipſe pro eis rogat, ibi; *Deus pacis &c.* Circa primum tria facit. Primo, inducit eos ad orandum pro ſe ex tribus. Primo quidem, ex ſuperna charitate, cum dicit; *Obſecro vos ergo fratres*. Ad Philem. Propter charitatem autem magis obſecro. Secundo, ex reuerentia Chriſti, cuius ipſe erat miniſter, dicens; *Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. In quo omnes vnum ſumus, vt ſupra. 12. dictum eſt. Tertio, ex dono ſpiritus ſancti, quod eius miniſterio tradebatur. Vnde ſubdit; *Per charitatem ſpiritus ſancti*, quam ſpiritus ſanctus in cordibus noſtris diffundit, vt ſupra. 5. dictum eſt. Secundo, petit auxilium orationis eorum, dicens; *Vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum*, ſ. pro me fuſis. Prouerb. 18. Frater, qui iuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. Hoc autem vt glo. dicit, non ideo dicit Apoſtolus, quia ipſe minus mereatur, quàm alii minores, ſed ordinem ſequitur. Primo, quidem vt ab eccleſia pro rectore ſuo fiat oratio, ſecundum illud. 1. Timo. 2. Obſecro igitur primũ omnium, fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui ſunt in ſublimitate conſtituti &c. Secundo, quia multi minimi dum cõgregantur vnanimes magis merentur. Et ideo impoſſibile eſt vt multorum preces non impetrent. Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a pre meo qui eſt in cœlis. Tertio, vt dum multi orant, multi etiam gratias agant exauditi, ſecundum illud. 2. Corinth. 1. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt per multos gratias agantur Deo. Tertio, ponit ea quæ vult ſibi impetrari, quorum primum pertinet ad hoſtes, quos habebat in Iudæa. Vnde dicit; *Vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa*, qui præcipue Paulum impugnabant, & odiebant: quia fiducialiter prædicabat ceſſationem legalium. Act. 21. Audierunt de te, quòd diſceſſionem doces a Moyſe &c. Secundum pertinebat ad eos, in quorum miniſterium ibat. Et hoc eſt quod ſubdit; *Et oblatio obſequii mei*, idest, eccleſia in qua eis miniſtro; *Fiat accepta ſanctis, qui ſunt in Ieruſalem*, ſcilicet vt ex hac prouocentur ad gratias agendum Deo, & ad orandum pro ipſis gentibus, a quibus recipiunt. Eccleſi. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Tertium pertinet ad ipſos, quibus ſcribebat: unde ſubdit; *Vt veniam ad vos in gaudio*, & hoc; *Per voluntatem Dei*, contra quam nihil agere volebat. Supra. 1. Obſecrans ſi quomodo proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos; *Et refrigerer vobiſcum*, idest, vt ex veſtra præſentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. Deinde cum dicit; *Deus autem pacis &c.* oſtendit quòd pro eis orat, dicens; *Deus autem*, dator; *Pacis, ſit cum omnibus vobis*, per hoc ſcilicet, quòd vos ad inuicem pacem habeatis. 2. Cor. vlt. Idipſum ſapite, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. Subdit; *Amen*, idest, fiat. Pſalmiſta, Et dicet omnis populus, Fiat, fiat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus propoſuit fidelibus Romanis, quibus ſcribebat, quædam familiaria pertinentia ad ſuam perſonam, hîc ponit quædam familiaria pertinentia ad alios. Et circa hoc tria facit. Primo, monet quid ad alios debeant facere. Secundo, oſtendit quid alii ad eos agant, ibi; *Salutat vos &c.* Tertio, epiſtolam finit in gratiarum actione, ibi; *Et autem qui potens &c.* Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quos debeant ſalutare. Secundo, oſtendit quos debeant vitare, ibi; *Rogo autem vos fratres*. Circa primum, mandat quaſdam perſonas ſalutari in ſpeciali. Secundo, ponit in generali modum ſalutationis, ibi; *Salutate inuicem &c.* Tertio, ſalutat eos in communi ex parte fidelium, ibi; *Salutant vos &c.* Circa primum loquitur de quadam muliere Corinthia, quæ Romam ibat, quam eis recommendat, deſcribens eam primo ex nomine, dicens; *Commendo autem vobis Phœben*, quæ licet eſſet Deo deuota, non tamen erat tantæ authoritatis, vt commendatitiis literis non egert, ſicut ipſe de ſe dicit. 2. Corint. 3. Aut nunquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis literis? Secundo, deſcribit eam ex fidei religione, dicens; *Sororem noſtram*. Omnes enim mulieres fideles, ſorores vocantur, ſicut & omnes viri fratres. Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis. Tertio ex officio pietatis, cum dicit; *Quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris*, portu Corinthiorum, vbi aliqui Chriſtiani erant congregati, quibus dicta mulier ſeruiebat: ſicut & de ipſo Chriſto Luc. 8. dicitur, quòd quædam mulieres miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Et de uidua eligenda dicitur. 1. Timo. 5. Si hoſpitio recepit, ſi pedes ſanctorum lauit. Deinde dicit duo, in quibus vult eam commendatam haberi, quorum primum eſt, vt honeſte recipiatur. Et hoc eſt quod dicit; *Vt ſuſcipiatis eam in domino*, idest, propter amorem Dei; *Digne ſanctis*, idest, ſecundum quòd dignum eſt recipi ſanctos, ſecundum illud Matth. 10. Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti recipiet. Quidam libri habẽt, Digne ſatis, idest, conuenienter: tamen litera non concordat cum Græco. Secundum,

ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt: Quoniam quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.

LECTIO III.

PROPTER quod, & impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniẽdi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiſcar in Ieruſalem miniſtrare ſanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Ieruſalem. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Chriſti veniam. Obſecro ergo vos fratres, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & charitatẽ ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Ieruſalem ſanctis, vt veniam ad vos in gaudio per volũtatem Dei, vt refrigerer vobiſcum. Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis, Amen.

CAP. XVI. LEC. I.

COMMENDO autem vobis Phœben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris, vt eam ſuſcipiatis in domino digne

dum est, vt eam solicite adiuuent. Vnde subdit; *Vt assistatis ei*, scilicet consilium, & auxilium ferendo in quocumque negotio vestri indiguerit. Habebat enim forte aliquid expedire in curia Cæsaris. Sed contra hoc videtur esse, quod dicitur. 1. Thessal. 4. Vestrum negotium agatis, quasi dicat, Non intromittatis vos de negotiis alienis.

Sed dicendum est, quòd assistere negotiis alienis contingit dupliciter. Vno modo seculariter, id est, propter fauorem hominum, vel lucra, & hoc non cõuenit seruis Dei. 2. Timo. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Alio modo, assistit aliquis negotiis alienis ex pietate, puta in auxilium indigentium, & miserorum, & hoc est religiosum, secundum illud Iaco. 1. Religio munda, & immaculata, apud Deum, & patrem hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ.

Et hoc modo Apostolus hic loquitur. Vltimo autem ostendit Apostolus meritum eius, quare hoc sibi debeatur, dicens; *Etenim ipsa, quoque multis astitit, & mihiipsi*. Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene. Retributio enim manuum eius fiet ei. Matth. 5. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Deinde mandat salutari quasdam alias personas sibi coniunctas, dicens; *Salutate Priscam, & Aquilam*, qui erat vir Priscæ, sed mulierem præponit, forte propter, maiorem fidei euotionem; *Adiutores meos in Christo Iesu*, idest, in fide Christi prædicanda. Apud enim eos Corinthi hospitabatur, vt habetur Act. 18. *Qui pro anima mea suas ceruices suppoſuerunt*, id est, seipsos mortis periculo exposuerunt, pro vita mea conseruanda, quod est indicium maximæ charitatis. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat, quis pro amicis suis: Hoc autem videtur factum fuisse Corinthi, vbi Paulus persecutionem est passus, sicut habetur. Act. 18. Vel forte melius dicendum est, quòd alii se periculo pro Apostolo exposuerunt. Nam illud, quod legitur Act. 18. Factum fuit, quando Prisca, & Aquila de Roma recedentes Corinthum venerunt, vt ibidem dicitur. Sed hoc scribebat Apostolus, quando adhuc æstimabat eos esse Romæ: vita autem Apostoli non tam sibi, quàm aliis necessaria erat, secundum illud Phil. 1. Permanere autem in carne necessarium propter vos. Et ideo subdit, *Quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium*: quarum sum Apostolus, & doctor. 1. Timo. 2. Doctor Gentium in fide, & veritate. Et etiam salutate *Domesticam ecclesiam eorum*. Habebant enim in domo sua multos fideles congregatos. Deinde vult alium salutari, sibi dilectione coniunctum, dicens; *Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo*. Primus enim in tota Asia fuit ad fidem Christi conuersus, quod erat ei ad magnam dignitatem. Heb. 12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis. Tunc autem erat Romæ. Deinde dicit; *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis*, ad hoc vt eos ad concordiam reuocaret, quæ cum hoc facere non posset, significauit Apostolo. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Deinde dicit; *Salutate Andronicum, & Iuliam*, quos primo describit ex genere, cum dicit; *Cognatos meos*. In quo ostendit eos fuisse Iudæos, de quibus supra. 9. Qui sunt cognati mei, secundum carnem. Secundo ex passione pro Christo suscepta, dicens; *Et concaptiuos meos*. Fuerant enim aliquando, cum Apostolo Christi incarcerati. 2. Corint. 11. In carceribus abundantius: tertio ex authoritate, cum dicit; *Qui sunt nobiles in apostolis*, idest, nobiles inter prædicatores, secundum illud Prouerb. vlt. Nobiles in portis vir eius. Quarto ex tempore, cum dicit; *Et ante me fuerunt in Christo Iesu*. Prius enim fuerunt conuersi, quàm ipse Apostolus: & ex hoc eis maior reuerentia debebatur. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, sed

F obsecra, vt patrem Deinde dicit; *Salutate Ampliatum dilectum meum in domino*, scilicet dilectione charitatis, quæ est in Christo. Phil. 1. Testis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Christi. Deinde dicit; *Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo*, scilicet in prædicatione fidei. Prouerb. 18. Frater, qui adiuuatur a fratre &c. *Et Stachin dilectũ meũ*, quos cõiungit: quia forte simul habitabant vel aliqua alia necessitudine erant coniuncti. Deinde dicit; *Salutate Appellen probam in Christo*, idest, approbatum in Christo, forte per aliquas tribulationes. Iob. 23. Probauit me quasi aurum, quòd per ignem transit. Deinde cum dicit; *Salutate omnes, qui sunt ex domo*, id est, ex familia Aristoboli, in cuius domo multi fideles erant congregati, quem non salutat: quia forte ex aliqua causa erat absens. Deinde dicit; *Salutate Herodionem cognatum meum*, qui ex hoc ipso dicitur fuisse Iudæus. Deinde dicit; *Salutate omnes, qui sunt ex domo Narcisci*, qui dicitur fuisse presbyter, & peregrinabatur per deserta loca, vt fideles Christi confortaret. Vnde quia tunc eum absentem nouerat esse Apostolus, non mandat eum salutari, sed familiam eius. Erant tamen in eius familia, aliqui infideles, & ideo ad discretionem subdit. Qui sunt in domino, quia solos fideles salutari mandat. 2. Io. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue dixeritis ei. Deinde dicit; *Salutate Thriphenam, & Triphosam, quæ laborauerunt in domino*, id est, in ministerio sanctorum, quod dominus sibi reputat fieri, secundum illud Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde dicit; *Salutate Persidam charissimam meam*, quam scilicet Apostolus propter eius deuotionem specialiter diligebat. Vnde subdit; *Quæ multum laborauit in domino*, scilicet exhortando alios, & ministrando sanctis, & etiam in paupertate, & aliis spiritualibus laboribus. 2. Corint. 11. In laboribus, in ieiuniis, in vigiliis &c. Deinde dicit; *Salutate Rufum electum in domino*, idest, in gratia Christi. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et matrem eius, scilicet carne, & meam, quia fuit eius mater beneficio. Aliquando enim seruierat Apostolo, licet tunc Romæ non esset. 1. Timoth. 5 Anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Deinde dicit; *Salutate Asineretum, Hermen, Patrobam, Herman, & qui cum eis sunt fratres*, quos simul salutat: quia simul concorditer habitabant. Psal. 67. Qui habitare facit vnius moris in domo. Deinde dicit; *Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius Olimpiadem, & omnes, qui cum eis sunt sanctos*, idest; In fide Christi sanctificatos. 1. Corinth. 1. Abluti estis, & sanctificati estis. Deinde ostendit modum, quo se generaliter salutent, dicens; *Salutate inuicem in osculo sancto*, quod dicitur ad differentiam osculi libidinosi, de quo dicitur Prouerbio. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem. Et etiam dolosi, de quo dicitur Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula inimici. Osculum autem sanctum est, quod in signum sanctæ trinitatis datur. Cantic. 1. Osculetur me osculo oris sui. Ex inde autem mos in ecclesia inoleuit, vt fideles inter missarum solemnia, inuicem dent oscula pacis.

Deinde salutat eos ex parte aliarum ecclesiarum, dicens; *Salutant uos omnes ecclesiæ Christi*, idest, in nomine, & fide Christi congregatæ, quia omnes vestrã salutem optant, & pro vobis orant. Iacobi vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini.

LECTIO

sto Iesu, & Stachin dilectum meũ. Salutate Appellen probũ in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcisci domo, qui sunt in domino. Salutate Triphenam, & Triphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meam. Salutate Asineretum, & Phlegontem. Hermen, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olimpiadem, & oẽs, qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos oẽs ecclesiæ Christi.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus mandauit, quos salutarent, hîc ostendit eis, quos debeant vitare. Et circa hoc tria facit. Primo, docet quos debeant vitare. Secundo, rationem assignat, ibi; *Huiusmodi.n. etc.* Tertio, promittit eis diuinum auxilium, ad hoc implendum, ibi; *Deus autem pacis &c.* Et quia illi, quos vitari volebat fraudulenter incedebãt decipientes sub specie pietatis, secũdum illud Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ideo primo, inducit eos ad cautelam habendam, dicens; *Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt*.

Vbi primo considerandum est, quòd obseruare, nihil aliud est, quàm diligenter considerare, quod quidem, quandoque in bono sumitur, quandoque in malo. In malo quidem sumitur, quando aliquis diligenter considerat conditionem, & processum alicuius ad nocendum, secundum illud Psal. 34. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Et Luc. 14. dicitur, Et ipsi obseruabant eum. In bono autem accipitur. uno modo, quando quis considerat præcepta Dei ad faciendum. Exod. 23. Obserua igitur, & audi vocem eius. Alio modo, quando diligenter considerat bonos ad imitandum, secundum illud Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Tertio, obseruantur mali ad cauendum, & ita accipitur hîc. Erant enim quidam ad fidem conuersi ex Iudæis, qui prædicabant legalia esse obseruanda, & ex hoc, primo quidem in ecclesia sequebantur dissensiones, & sectæ, dum quidam eorũ errori adhærerent, alii vero, in vera fide persisterent. Gala. 5. Dissensiones, sectæ &c. Secundo, sequebantur offendicula, & scandala, de quibus supra. 4. actum est, dum quidam alios iudicarent, & alii alios spernerent qui dissensiones, & offendicula faciunt. Esa. 57. Auferte offendicula de medio populi mei. Dicit autem præter doctrinam quam vos didicistis a veris Christi apostolis, vt ostendat, quòd huiusmodi dissensiones, & scandala, ex falsitate doctrinæ proueniebant. Galat. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Secundo, monet vt cogniti vitentur, dicens; *Et declinate ab illis*, idest, eorum doctrinam, & consortia fugiatis. Psalm. 118. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Deinde cum dicit; *Huiusmodi enim &c.* assignat eius quod dixerat, duas rationes, quarum prima sumitur ex parte eorum, quos vult vitari. Et primo, describit eorum intentionem, dicens; *Huiusmodi* enim homines; *Non seruiunt Christo domino*, sed suo ventri. Non enim prædicabant propter gloriam Christi, sed propter quæstum, vt suum ventrem implerent. Phil. 3. Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. Secundo, describit eorum deceptionem, dicens; *Et per dulces sermones seducunt corda innocentium*, idest, simplicium, & imperitorum. Prou. 14. Innocens credit omni verbo. Per dulces sermones, in quibus sanctitatem prætendũt, secũdum illud Psal. 27. Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum; *Et benedictiones*, quibus scilicet benedicunt, & adulantur illis, qui eos sequuntur. Esa. 3. Populi meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Malac. 2. Maledicam benedictionibus vestris. Secundam rationem assignat ex conditione Romanorum, qui faciles se exhibebant ad sequendum bonum & malum. Vnde primo, commendat eos de facilitate ad bonum, dicens; *Vestra enim obedientia*, qua de facili fidei obedistis; *In omni loco diuulgata est*, propter dominium, quod tunc Romani obtinebant super alias nationes. Vnde quod a Romanis fiebat, de facili diuulgabatur ad alios. supra. 1. Fides vestra in vniuerso mundo annuntiatur; *Gaudeo igitur in uobis*, quia scilicet fidei obedistis, & hoc in charitate, de qua dicitur. 1. Cor. 13. Quòd non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Secundo, reddit eos cautos contra malum, dicens; *Sed volo vos esse sapientes in bono*, vt scilicet ei, quod bonum est inhæreatis. 1. Thess. vlti. Quod bonum est tenete; *Et simplices in malo*, ne, scilicet per aliquam simplicitatem declinetis ad malum. Vt talis sit vobis simplicitas, q̃ nullum decipiatis in malum. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Ecõuerso, de quibusdã dicitur Hier. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nesciũt. Deinde cum dicit; *Deus autẽ pacis &c.* promittit eis diuinum auxilium contra huiusmodi deceptores. Et primo, ponitur promissio, cum dicit; *Deus autem pacis*, scilicet

LECTIO II.

ROGO autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis, conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timothæus, adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis, Amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum, & prædicationẽ Iesu Christi, ſm reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est, p scripturas ꝓphetarũ ſm p̃ceptũ æterni Dei, ad obeditionẽ fidei, in

author, qui dissensiones odit, quas isti faciunt; *Conteret Sathanam*, idest, diabolum, qui per istos pseudo apostolos vos decipere conatur; *Sub pedibus vestris*, quia scilicet per vestram sapientiam eum vincetis. Et hoc fiet; *Velociter*, scilicet in aduentu meo. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Mala. vlti. Calcabitis impios, cum fuerint sicut cinis sub planta pedum vestrorum. Secundo, ponitur oratio ad hoc obtinendum cum dicit; *Gratia domini nostri Iesu Christi, sit vobiscum*, quæ scilicet sufficit ad vos tuendos. 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Deinde cum dicit; *Salutat vos &c.* Salutat eos ex parte aliorum, dicens; *Salutat vos Timothæus, adiutor meus*, scilicet in prædicatione euangelii. 1. Cor. 4. Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis &c. Addit autem; *Et Lucius, Iason, & Sosipater, & cognati mei*, qui Iudæi erant, scilicet vos salutant. Erat autem quidam notarius Pauli nomine Tertius, cui Paulus concessit vt ex sua persona Romanos salutaret. Vnde subditur; *Ego Tertius, qui scripsi hanc epistolam, saluto vos in domino*. Deinde dicit; *Salutat vos Caius hospes*, cui scribitur Ioannis tertia canonica, in qua commendatur de charitate, quam exhibebat sanctis; *Et vniuersa ecclesia*, scilicet, quæ erat in domo eius congregata, vel quæ erat in illa prouincia. Deinde dicit; *Salutat vos Erastus, Archarius ciuitatis*, qui scilicet custodiebat arcam communem. i. communes redditus ciuitatis, & quidam frater. i. fidelis, nomine; *Quartus*. Deinde salutat eos ex parte sua, dicens; *Gratia domini nostri Iesu Christi, sit cum omnibus vobis, Amen*. Et finit epistolam, cum gratiarum actione, dicens; *Ei autem*, scilicet Deo qui est trinitas; *Qui potens est vos confirmare*. 1. Petr. vltim. Modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Et hoc in fide, quæ est; *Iuxta euangelium*, idest, secundum euangelium, quod ego prædico. 1. Corinth. 15. Siue ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis. Et etiam secundum; *Prædicationem Iesu Christi* qui primo euangelium prædicauit, secundum illud Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum. Vnde Matth. 4. dicitur, q̃ circuibat Iesus prædicans euangelium regni, Subditur autem; *In reuelatione mysterii*, idest, secreti, quod quidem potest referri ad id, quod dixerat, iuxta euangelium meum. Vel quia in ipso euangelio reuelatur secretum incarnationis diuinæ, ſm illud supra 1. Iustitia Dei reuelatur in eo. Vel quia ipsi Apostolo est euangelium reuelatum. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. De hoc autem secreto dicitur Esa. 24. Secretum meum mihi. Vel potest melius hoc referri ad hoc quod dixerat. *Confirmare*, quasi dicat, Deus potest vos confirmare in euangelio meo, & prædicatione, & hoc *Secundum reuelationem mysterii*, idest, secreti, scilicet de conuersione Gentium, sicut habetur Ephes. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti &c. Vnde & ipse subdit; *Temporibus æternis*, quia videlicet occultum erat apud homines, quòd Gentes essent conuertendæ ad fidem. Vocat autem hæc tempora

æterna, quasi diu durantia, quia a principio mundi hoc fuit occultum, sicut & in Psalm. 75. dicitur: Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Et potest dici, quòd tempora æterna dicuntur ipsa æternitas, de qua dicitur Esa. 77. Excelsus & sublimis, habitans æternitatem: vt sicut simplex Dei essentia, per quandam similitudinem dimensionibus corporalibus describitur, secundum illud Iob. 11. Longior terra mensura eius, & latior mari: ita & simplex eius æternitas per tēpora æterna designatur, inquantū omnia tēpora continet. Subdit autem, quòd scilicet mysterium nunc; *Patefactum est*, de conuersione Gentium; *Per scripturas prophetarum*, idest, secundum quod prophetę prædixerunt, vt patuit supra. 15. Vnde ad Ephes. 3. dicitur, Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc manifestum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes &c. Est autem patefactum per operis impletionem ex præcepto Dei. Vnde; *Secundum præceptum æterni Dei*, qui scilicet æterno proposito ea quæ vult, temporaliter facit, quod quidem præceptum Dei; *Ad obeditionem fidei est in cunctis gentibus*, idest, vt omnes gentes obediant fidei. supra. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Si autem loquamur de mysterio incarnationis, sic construenda est litera. Mysterii, inquam, temporibus æternis taciti, quia antea non erat ita manifestum. Quod, inquam, mysterium, nunc patefactum est per scripturas prophetarum, qui hoc prædixerunt, secundum præceptum æterni Dei, qui voluit mysterium incarnationis patefieri, & hoc ad obedientiam fidei in cunctis gentibus. Mysterii, inquam,

cūctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

F licet taciti apud homines, tamen cogniti; *Soli Deo sapienti*, quia ipse solus hoc cognouit, & quibus hoc voluit reuelare, quia vt dicitur. 1. Corinth. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. Vel potest intelligi de eo, qui solus est sapiens, scilicet per essentiam, sicut dicitur Matth. 19. & Mar. 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Nec excluditur per hoc Filius, quia eadem est perfectio totius Trinitatis, sicut econuerso dicitur, Nemo nouit patrem, nisi filius. Matth. 11. Non excluditur pater a notitia suiipsius. Subdit autem; *Per Iesum Christum*. Quod non sic est intelligendum, quòd Deus pater sit sapiens per Iesum Christum: quia cum Deo G sit idem sapere, quod esse, sequeretur quòd pater esset per filium, quod est inconueniens: sed hoc referendum est ad hoc, quod supra dixerat, Nunc patefactum est, scilicet per Iesum Christum, cui Iesu Christo; *Est honor & gloria*, per reuerentiā totius creaturæ, secundum illud Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Et gloria, scilicet quantum ad plenam diuinitatem, sicut ibi subditur. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et hoc non ad tempus, sed in sæcula sæculorum. Heb. vlt. Iesus Christus heri, & hodie, ipse in sæcula. Addit autem ad confirmationem veritatis; *Amen*. Vel potest sic construi. Cogniti soli sapienti Deo, cui per Iesum Christum est gloria, qui Deum glorificauit, secundum illud. Io. 17. Ego clarificaui te super terram. Est autem aduertendum, quòd hæc constructio est defectiua, & est sic supplenda. Ei qui po. &c. Sit honor & gloria per Iesum Christum, cui est honor & gloria. Si autem non sit ibi; ly; cui, erit constructio plana.

Explicit epistola ad Romanos secundum expositionem Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum.

DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER PRIMAM EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

PROLOGVS S. THO.

NON abscondam a vobis sacramenta Dei &c. Sap. 6. A Sacramenti nomen dupl'r accipi consueuit. Nam q̃nq; Sacr̃m dicitur quodcumq; secretū, & p̃cipue de rebus sacris. Q̃nq; Sacr̃m dicit̃ sacræ rei signū, ita ꝙ & eius imaginē gerat, & cā existat: sm̃ quod nos dicimus septē Sacr̃a ecclesiæ. s. Baptismus, Cōfirmatio, Eucharistia, Pęnitētia, Extremavnctio, Ordo, & Matrimoniū. In qua quidē significatione, Sacramēti ē prima significatio cōtinet̃. Nam in his eccl'ię Sacr̃is, diuina virtus secretius operat̃ salutē. vt† Aug. dicit, Hæc igitur Sacramenta Dei, p̃latus, seu doctor ecclesiæ fidelibus Xp̄i non debet abscondere, sed manifestare pp tria. Primo q̃dem quia hoc pertinet ad honorē Dei, sm̃ illud Thob. 12. Sacr̃m regis abscōdere bonū est: opera aūt Dei reuelare, & cōfiteri, honorificū est. Secundo, quia hoc pertinet ad salutē hominū, qui per horū ignorantiā in desperationē labi possent: sicut de quibusdā dicitur Sap. 2. ꝙ nescierūt Sacr̃a Dei, nec sperauerunt mercedē iustitiæ, quia p̱ sacr̃a hoīes purificantur, vt sint p̃parati ad recipiendum mercedem iustitiæ. Tertio, quia hoc pertinet ad debitū offm̃ p̃lati, vel doctoris, sm̃ illud Eph. 3. Mihi oīum sanctorū minimo data est gr̃a hæc, illuminare oēs q̃ sit dispensatio Sacr̃i abscōditi a sæculis in Deo. Sic C ergo p̃dicta verba demonstrant nobis materiā huius ep̃læ, in qua Ap̃lus agit de Sacr̃is eccl'iæ. Cum. n. in ep̃la ad Romanos gratiā Dei commēdasset, q̃ in Sacr̃is eccl'iæ operatur: hîc. s. in 1. epist. ad Corinthios, de ipsis ecclesiæ Sacramentis agit. In secunda vero de ministris Sacramentorum. Videamus ergo primo textum.

De bapt. con. Don. lib. 3. c. 10.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Xp̄i p̱ voluntatē Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei q̃ est Corinthi, sanctificatis in Xp̄o Iesu, vocatis sanctis, cum oībus qui inuocāt nomen dn̄i nr̄i Iesu Xp̄i, in oī loco ipsorū, & nr̄o: Gratia uobis & pax a Deo p̄re nr̄o, & dn̄o Iesu Xp̄o. Gratias ago Deo meo semper p̱ vobis ī gr̄a B Dei, q̃ data est vobis in Xp̄o Iesu: quia in oībus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in oī sciētia, sicut testimonium Xp̄i confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in ulla gr̄a, expectantibus reuelationē dn̄i nostri Iesu Xp̄i, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die aduētus domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatē filij eius dn̄i nostri Iesu Christi.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR ergo hęc ep̄la in partes duas. In prima parte ponit ep̄larem salutationē. In secunda p̱sequitur suā intentionē, ibi; *Gratias ago Deo meo*. Circa primū tria facit. Primo, ponit personas salutantes. Secundo personas salutatas; *Ecclesiae Dei &c.* Tertio, bona salutifera optat, ibi; *Gratia uobis & pax*. Circa primum duo facit. Primo ponit personam principalem, quam D describit ex nomine, dicens, *Paulus*, de quo quidem nomine satis dictum est in ep̄la ad Rom. Hic aūt sufficiat dicere, ꝙ hoc nomē p̃mittit in signū humilitatis. Nā Paulus, idē est ꝙ modicus, ꝙ ad humilitatē p̱tinet. 1. Reg. 13. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput ī tribubus Israel factus es. Matth. 11. Abscōdisti hæc a sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Cōsequēter describit eā a dignitate. Et primo ponit modū adipiscēdæ dignitatis, cū dicit; *Vocatus*, sm̃ illud Heb. 5. Nemo sumit sibi honorē, sed qui vocatur a Deo tanq̃ Aaron. Scd̃o ponit ipsam dignitatē, dicens; *Apostolus Iesu Christi*, q̃ quidē est prima dignitas in eccl'ia, & interpretatur Missus: quia fuerūt missi a Deo, vt vice eius fungerētur in terris. Vñ dicit Mat. 12. Quòd elegit duodecim, quos & ap̄los nominauit. & j. 12. Deus posuit in eccl'ia quosdā, primū quidem ap̄los &c. Tertio, ponit originē, siue cām huius dignitatis, cū di- E cit; *Per voluntatem Dei*. Quod est intelligendū de voluntate beneplaciti, ex qua p̃ficiunt̃ illi, qui multipl'r p̱sunt ecclesiis. Eccl. 10. In manibus Dei p̄tās terræ, & vtilē rectorē in t̄pe suscitabit super illā. Et de p̃dicta volūtate sub figura nobis dicitur Iob. 37. Quòd lustrāt cuncta p̱ circuitum, quocumq; voluntas gubernātis p̱duxerit. Dimittit aūt Deus aliquos præfici pp subditorum peccata, sm̃ illud Iob. 34. Regnare facit hominē hypocritam pp peccata populi. Talis aūt rector non dicitur esse sm̃ voluntatem Dei, sed sm̃ eius indignationē, sm̃ illud Oseę. 13. Dabo tibi regē in furore meo, & auferā in indignatione mea. Scd̃o ponit p̱sonā adiunctā, cū dicit; *Et Sosthenes frater*. Quē sibi salutādo adiūgit, quia ad Ap̄lum detulerat contentiones, & alios Corinthiorum

A defectus, ne hoc videretur ex odio fecisse: & iō noīat eum fratrē, vt oñdat ꝙ ex zelo charitatis hoc fecerat. Prou. 9. Argue sapiētē, & diliget te. Deinde ponit p̱sonas salutatas, cū dicit; *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi*. Et primo, ponit principales p̱sonas, quas d'scribit tripl'r. Primo quidē ex loco, cū dicit, *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi*. i. fidelibus Xp̄i Corinthi congregatis. Psal. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. Scd̃o, ex munere gratiæ, cum dicit; *Sanctificatis in Christo Iesu*. i. in fide, passione, & sacr̃o Xp̄i Iesu. j. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Heb. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinē populum, extra portā passus est. Tertio, ponit originē gratiæ, cū dicit; *Vocatis sanctis*. Quia. s. ad sanctitatē p̱ gr̃am vocationis peruenerunt. Ro. 8. Quos p̃destinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Scd̃o ponit personas secundarias, fideles. s. ꝙ nō erāt in ipsa ciuitate, sed habitabāt in diœcesi ciuitatis, vel districtu. Vnde subdit; *Vobis*, inquam, qui estis Corinthi scribo; *Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi*. s. per veram fidei confessionē. Ioel. 2. Oīs qui inuocauerit nomen dn̄i, saluus erit. Et hoc; *In omni loco ipsorum*. i. eorū iurisdictioni subiecto; *Et nostro*, quia per hoc, ꝙ subiiciebantur C ep̄o ciuitatis, non eximebantur a p̄tāte Apostoli, quinimmo magis erāt ipsi Ap̄lo subiecti q̃ his, quibus ipse eos subiecerat. Psal. 102. In oī loco dominationis eius, benedic aīa mea dn̄o. Vltimo aūt, in salutatione ponit bona salutifera, q̃ eis optat, quorum primum est; *Gratia*, p̱ quā iustificamur a peccatis. Ro. 3. Iustificati gratis p̱ gr̃am ipsius. Vltimū aūt est; *Pax*, q̃ perficitur in felicitate æterna. Psal. 141. Qui posuit fines tuos pacē. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Per hæc aūt duo, oīa alia includit. Vnde dicit; *Gratia & pax*. Cām eorum ostendit, subdens; *A Deo patre nostro*, sm̃ illud Iac. 1. Oē datum optimū, & oē donū perfectū desursum est, descendens a p̄re luminum. Addit autem, *Et domino Iesu Christo*, p̱ quē, vt dicitur. 2. Pet. 1. Maxima & p̃tiosa p̃missa donauit nobis Deus. Io. 1. Gr̃a & veritas p̱ Iesum Xp̄m facta est. Quod aūt dicit; *A Deo patre nostro*, p̄t intelligi de tota Trinitate, a qua creati sumus, & in filios adoptati. Additur autē; *Et domino Iesu Christo*, non quia sit persona alia, vel hypostasis p̄ter tres personas, sed pp aliā naturā. Vel qd̄ dicitur. *Deo patre nostro*, p̱ quandā appropriationē accipit̃ p̱ p̱sona p̄ris, sicut Io. 20. Ascēdo ad patrē meum, Deum meum, & Deum vestrum. In hoc aūt qd̄ subdit; *Et domino Iesu Christo*, manifestat̃ p̱sona filii, tacet̃ autē de spiritu sancto, quia est nexus p̄ris & filii, & intellectus ex ambobus: vel quia est donū vtriusque, intelligitur in donis, de quibus dicit. Gr̃a, & pax, q̃ per spiritum sanctum dantur. j. 12. Hæc oīa operatur vnus, atq; idē spiritus. Deinde cum dicit; *Gratias ago Deo meo*. Incipit ep̄larem tractatum. Et primo, gr̃as agit de bonis eorum, vt correctionem suorum defectuum tolerabilius ferant. Scd̃o, ponit eorum instructionē, ibi; *Obsecro vos autem fratres*. Circa primū duo facit. Primo, gr̃as agit de bonis, q̃ iā acceperant. Secundo, de bonis, q̃ in futurum expectabāt, ibi; *Expectantibus reuelationem*. Circa primum duo facit. Primo, ponit gr̃arum actionem, cum dicit; *Gratias ago Deo meo*, qui. s. & si sit Deus oīum p̱ creationē, & gubernationē, tn̄ est eius, & cuiuslibet iusti per fidem, & deuotionē. ps. 117. Deus meus es tu, & cōfitebor tibi. Oñdit etiā qn̄ gr̃as agit, cum dicit; *Semper*, quia hæc gr̃arum actio ex charitatis affectu p̱cedit, qui in eius corde assiduus erat. Prou. 17. Oī t̄pe diligit, qui amicus est. Et quamuis oī t̄pe eos diligeret, & pro eorū bonis gr̃as ageret actual'r: tn̄ et̄ p̱ eis gr̃as agebat oībus horis, quas habebat orōni deputatas. Ostēdit et̄ p̱ quibus gr̃as agit, cum dicit; *Pro vobis*, de quorum. s. bonis pp charitatis vnionem gaudebat, sicut de suis. 1. Io. 3. Maiorē horum non habeo gr̃am, q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Scd̃o, ostendit ma-

teriā grarum actionis, & primo in generali, cum dicit; *In gratia* F *Dei*. i. per gratiā Dei; *Quæ data est vobis in Christo Iesu*. i. per Xp̄m Iesum. Io. 1. De plenitudine eius oēs nos accepim⁹ grām ꝓ grā. Scđo, in spāli, vbi primo ostendit gratiæ abundantiā, cum dicit; *Quia in omnibus*. s. q̄ pertinent ad salutem; *Diuites*. i. abundantes; *Facti estis in illo*. i. ꝑ Xp̄m, ſm illud. 1. Cor. 8. Propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis. Et exponit, in quibus sint diuites facti, cum dicit, *In omni verbo*, vel quia oībus generib⁹ linguarum loquebātur, Vel quia in verbo doctrinę abundabant, Verbum autē non proferretur ordinate nisi ex scientia ꝓcederet, & iō subdit; *In omni scientia*. i. intelligentia oīum scripturarum, & vīr oīum, q̄ pertinent ad salutem, Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctorum. Hoc aūt quod dicit Apl̄us, referendum est ad eos, qui erant in eccl̄ia perfectiores, in quibus ēt alii minores has diuitias possidebant, sicut Aug. dicit sup Io. Si amas vnitatē cui hæres habes quicquid in illa alter habet: tolle inuidiā, & tuum est qđ alius habet: quos. n. cupiditas & inuidia separat, charitas iungit. (Tract. 32.) Secūdo, ostendit rectitudinē, dicens; *Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis*, non esset rectum verbum doctrinæ, neq; recta scientia, si a testimonio Xp̄i discordaret, vel si ēt Xp̄i testimonium nō firmiter per fidem cordibus inhæreret, quia vt dicitur Iac. 1. Qui H hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur. Testimonium aūt Xp̄i dicit, vel quia de ipso ꝓphetæ p̄nunciauerunt, ſm illud Act. 10. Huic oēs ꝓphetæ testimonium perhibent, vel quia ipse Xp̄s testimonium perhibuit, ſm illud Io. 8. Si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimonium meum. Vel ēt quia Apl̄us in sua p̄dicatione Xp̄o testimonium dedit. Act. 22. Non recipient testimonium tuum de me. Tertio, tāgit gratiæ perfectionem, cum dicit; *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia*, quia. s. in diuersis personis oēs gratias gratis datas, habebant. Ad diuinā. n. ꝓuidentiā pertinet, vt absq; defectu necessaria largiatur. Psal. 33. Nihil deest timentibus eum, & iterū, Inquirentes aūt dn̄m non minuent oī bono. Deinde ponit bona in futurum expectāda. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit futuri boni expectationē, dicens; Vobis (inquā) nō solum habentib⁹ grām in p̄nti, sed ēt; *Expectantibus* in futurum; *Reuelationem domini nostri* I *Iesu Christi*, qua. s. sanctis suis reuelabit, nō solum per gloriā humanitatis, ſm illud Esa. 33. Regem in decore suo videbunt, sed ēt per gloriā diuinitatis, ſm illud Esa. 4. Reuelabit glīa dn̄i, q̄ quidem reuelatio hoīes beatos facit. 1. Io. 3. Cum aūt apparuerit, similes ei erimus: & videbim⁹ eum sicuti est. Et in hoc vita æterna consistit, ſm illud Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sicut aūt illi quibus Xp̄s reuelatur sunt beati in re, ita illi qui hoc expectāt, sunt beati in spe. Esa. 3. Beati oēs, qui expectāt eum. Et iō de ipsa expectatione gratias agit. Scđo, ostendit ꝙ hęc expectatio, non est vana ex auxilio diuinæ gratiæ. Vnde subdit. Qui. s. Xp̄s, qui spē dedit vobis hmōi reuelationis, ēt; *Confirmabit vos*, in grā accepta. 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet, cōfirmabit, solidabitq;, & hoc; *Vsque in finem*. s. vitæ vr̄æ. Mat. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Non aūt vt sitis sine peccato, quia si dixerimus, qm̄ peccatum non habemus, ipsi nosmetipsos K seducimus & veritas in nobis non est, vt dicitur. 1. Io. 1. Sed vt sitis; *Sine crimine*. i. sine peccato mortali. 1. Tim. 3. Ministrent nullum crimen habentes, & hoc, inquā, erit; *In die aduentus domini nostri Iesu Christi*, quia. s. qui sine crimine inuenitur in die mortis, sine crimine perueniet ad diē iudicii, ſm illud Eccl. 11. Si ceciderit lignū ad austrū, siue ad aquilonē, in quocumq; loco ceciderit, ibi erit. nisi aūt sine crimine nunc inueniatur, frustra illā reuelationem expectaret. Tertio, rōnē suæ ꝓmissionis assignat, dicēs, ꝙ Deus vos confirmabit, quod debetis sperare, quia Deus est fidelis. Deut. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Per quem vocati estis in societatē filii eius Iesu Xp̄i dn̄i nr̄i, vt. s. habeatis societatē ad Xp̄m, & in p̄nti per similitudinem grǣ, ſm illud. 1. Io. 1. Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatem habemus cūm eo ad inuicem. & in futuro per participationem glīæ. Ro. 8. Si cōpatimur vt & simul glorificemur. Nō aūt videretur esse fidelis Deus, si nos vocaret ad societatem filii, & nobis denegaret quantum in ipso est, ea per q̄ peruenire ad eum possemus. Vnde Iosue. 1. dicit, Non te deseram, neque derelinquam,

LECTIO II.

OBsecro autē vos fratres per nomen dn̄i nostri Iesu Xp̄i: vt idipsum dicatis oēs, & nō sint in vobis schismata. Sitis autē p̄fecti in eodē sensu, & in eadē scientia. Signatū est. n. mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia G contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico, ꝙ unusquisq; uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, Ego autē Xp̄i. Diuisus est Xp̄s? Nunquid Paulus crucifixus est ꝓ vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium, nequis dicat, ꝙ in nomine meo baptizati estis: Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Non enim misit me Xp̄s baptizare, sed euangelizare.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSA salutatione, & grarum actione, hic incipit eos instruere. Et primo, ponitur instructio de his, q̄ ad oēs cōiter pertinent. s. de his q̄ pertinent ad ecclesiastica sacra. Scđo instruit eos de his, q̄ ad quosdā pertinebant. 16. ca. *De collectis autem quæ fiunt in sanctos &c.* In sacris autem tria sunt cōsiderāda. Primo quidem ipsum sacr̄m, sicut baptismus, Secundo id quod est res significata, & cōtenta. s. grā. Tertio, id quod est res significata, & nō cōtenta. s. gloria resurrectionis. Primo ergo agit de ipsis sacris. Scđo, de ipsis gratiis. 11. cap. *De spiritualibus autem nolo vos &c.* Tertio, de gloria resurrectionis. j. 15. Notum aūt vobis facio. Circa primū tria facit. Primo, determinat ea, q̄ pertinent ad sacr̄m baptismi. Secundo, ea q̄ pertinent ad sacr̄m mr̄imonii. 5. cap. ibi; *Omnino auditur inter vos &c.* Tertio, ea q̄ pertinent ad sacr̄m eucharistiæ. 8. cap. ibi; *De his autem quæ idolis sacrificantur*. Dn̄s aūt Mat. vlt. discipulis præceptum dedit de doctrina simul & baptismo, dicens, Euntes docete oēs gentes, baptizantes &c. Et iō Apl̄us in prima parte simul cum baptismo agit de doctrina. Est aūt sciendum, ꝙ inter Corinthios fideles erat q̄dā dissensio ꝑꝑ baptistas, & doctores. Illi. n. qui erāt instructi, cōtemnebant alios quasi qui meliorem doctrinam acceperint, & meliorem baptismum. Vnde circa primum duo facit. Primo, remouet cōtentionem. Scđo cōtentionis cām, q̄ erat in hoc, ꝙ gloriabantur de quibusdā & alios Xp̄i ministros cōtemnebāt. j. 3. cap. *Et ego fratres non potui vobis loqui.* Circa primum tria facit. Primo, ꝓponit admonitionem. Secundo admonitionis necessitatem oñdit, ibi; *Significatū est enim mihi &c.* Tertio, rōnem admonitionis assignat, ibi; *Diuisus est Christus &c.* Circa primum duo cōsiderāda sunt. Primum quidē ꝙ eos inducit ad admonitionem seruādā. Vno modo per ꝓpriā humilitatem, cum dicit; *Obsecro autem vos &c.* Prou. 18. Cum obsecrationib⁹ loquit pauper. Alio mō per fraternā charitatem, cum dicit; *Fratres*, quia. s. ex affectu fraternę charitatis hoc dicebat. Eccl. 12. Frater qui iuuatur a fr̄e, quasi ciuitas firma. Tertio, per reuerentiā Xp̄i, cum dicit; *Per nomen domini nostri Iesu Christi*, quod est ab oībus honorandum, & cui oportet oēs esse subiectos. Phil. 2. In noīe Iesu oē genu flectat. Scđo cōsiderādum est, ꝙ inducit eos ad tria. Primo quidem ad cōcordiā, cum dicit; *Vt idipsum dicatis omnes*. i. oēs eādem fidem cōfiteamini, & eādem sn̄iam ꝓferatis, de his, q̄ sunt cōiter agendā. Ro. 15. Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum. Secundo, ꝓhibet vitium contrarium virtuti, cum dicit; *Et non sint in vobis schismata*, quia vnitas ecclesiastica diuidi non debet, in cuius signum milites de tunica inconsutili. Io. 19. dixerunt, Non scindamus eā, sed sortiamur de ea cuius sit. Sunt aūt ꝓprie schismata, qñ vel ꝑꝑ diuersam fidei confessionem, vel ꝑꝑ diuersas sn̄ias de agendis, hoīes vnius collegii in diuersas separātur partes. Esa. 22. Scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. Tertio, inducit eos ad id ꝑ quod p̄nt schisma vitare. s. ad perfectionem. Est. n. diuisionis cā dum vnusquisque partiale bonum q̄rit, p̄termisso perfecto bono, quod est bonum totius. Et iō dicit; *Sitis autem perfecti in eodem sensu*. s. quo iudicat de agendis; *Et in eadem scientia*, quia iudicat de cognoscendis. q.d. per hęc perfecti esse poteritis, si in vnitate persistatis. Col. 3. Super oīa charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Matt. 5. Estote perfecti sicut pr̄ vester cœlestis perfect⁹ est. Deinde cum dicit; *Significatum est mihi*. oñdit necessitatem p̄dictæ admonitionis, quia. s. contentionis vitio laborabāt. q.d. iō necesse est vos ad hoc inducere, quia significatum est mihi fr̄es mei; *Ab his qui sunt Cloes*. i. in quadā villa Corinthiorum iurisdictioni subiecta: vel Cloes p̄t esse nomen matronæ in cuius domo erant multi fideles congregati; *Quia contentiones sunt inter vos*, contra id quod dicit Prou. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus: & modum cōtentionis exponit, subdens; *Hoc autem dico*. i. contentionem nomino; *Quod vnusquisque vestrum* noīat se ab eo, a quo ē baptizat⁹ & instruct⁹, & dicit; *Ego quidem sum Pauli*, quia erat a Paulo baptizat⁹ & instruct⁹. Alius; *Ego autem Apollo*, qui. s. Corinthiis p̄dicauerat, vt habet Act. 19. Ali⁹; *Ego vero Cephe*. i. Petri cui dictum est Io. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Quod quidem iō dicebāt, ꝙ putabāt a meliori baptista, meliorem baptismum dari, quasi virt⁹ baptistæ in baptizatis operaretur.

retur. Et de hoc pseudo apl̄i gloriabantur, ſm illud Psal. 48. Vocauerūt noīa sua in terris suis. Alius aūt dicit; *Ego autem sum Christi*, q. solus bn̄dixit, quia solius Xp̄i virt⁹ operat in baptismo Xp̄i. Io. 1. Super quē videris spūm descendere & manere, ipse est q. baptizat. Et iō baptizati, a solo Xp̄o denominantur Xp̄iani, nō aūt a Paulo Paulini. Esa. 4. Tantūmodo inuocet nomen tuū super nos. Ad huius āt erroris vitationē, dicuntur Græci hac forma in baptizādo vti, baptizetur seru⁹ Xp̄i Nicolaus in noīe pr̄is, & filii, & spiritussancti, vt deī intelligi, ꝙ homo nō baptizat interius, sed baptizatur a Xp̄o. Quia tn̄ ēt hō baptizat ministerio, vt mēbrū & minister Xp̄i, iō eccl̄ia vtit hac forma in baptizādo. Ego te baptizo, B in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti, qđ q dē est exp̄ssius ſm formā a Xp̄o traditā, q. dixit discipulis, Docete oēs gētes baptizātes eos. In noīe pr̄is, & filii & spiritus sancti &c. Vbi ipsos apl̄os dicit baptizātes, ſm quē modū, sacri minister dicit, ego te baptizo. Deinde cū dicit; *Diuisus est Christus &c.* ponit rōnē p̄dictæ admonitionis, quare inter eos scissuræ, & cōtentiones esse nō debebāt. & primo, ex parte baptismi. Scđo, ex parte doctrinæ, ibi; *Non in sapientia verbi &c.* Circa primū tria facit. Primo, ponit inconueniens, quod ex p̄dicta cōtentione sequit. Secūdo manifestat, quare illud incōueniēs sequat, ibi; *Nunquid Paulus crucifixus est &c.* Tertio, excludit, quandā falsam suspitionem, ibi; *Gratias ago Deo meo &c.* Dicit ergo primo. Dixi ꝙ vnusquisq; vestrū dicit, ego sū Pauli, ego Apollo. Et ex hoc seqt, ꝙ Xp̄s est diuisus. Nec refert vtrū interrogatiue, vel remissiue legat. Hoc aūt p̄t intelligi vno mō, quasi diceret, ꝑ hoc ꝙ inter vos cōtēditur, Xp̄s est diuisus a vobis, qui nō nisi in pace habitat, ſm illud Psal. 75. In pace fact⁹ est locus eius. Esa. 59. Iniquitates vr̄æ diuiserūt inter vos, & Deū C vr̄um. Sed melius al̄r hoc p̄t intelligi, vt sit sensus: ꝑ hoc, ꝙ creditis baptismum esse meliorem, qui a meliori baptista datur, sequit, ꝙ Xp̄s, qui principal̄r, & interius baptizat, sit diuisus. i. differens in sua virtute & effectu, ſm differētiā ministrorū: qđ patet esse falsum, ꝑ id qđ dr̄ Eph. 4. Vn⁹ dn̄s, vna fides, vnū baptisma. Sed adhuc melius hoc intelligit, ꝙ Apl̄us dicit ex hoc, ꝙ ea, q̄ sunt ꝓpria Xp̄i, aliis attribuitis, quodāmodo Xp̄m diuiditis plures Xp̄os faciētes, cōtra id qđ dr̄ Mat. 23. Magr̄ vester vn⁹ ē Xp̄s. Esa. 45. Cōuertimini ad me, & salui eritis oēs fines terræ, quia ego dn̄s & nō est alius. Est aūt sciēdū, ꝙ Xp̄s in sacro baptismi, duplicē hēt virtutē sibi ꝓpriā. Vnā quidē diuinā, qua simul cū pr̄e, & spiritu sancto, interius mūdat a peccato, & hoc nulli creaturæ potuit cōicari. Alia aūt est ꝓpria virt⁹ ſm humanā naturā, q̄ est p̄tās excellētiæ in sacris, & cōsistit in quatuor. Quorū vnū est, ꝙ ipse sacra instituit. Secūdū est, ꝙ potuit effectū sacrorum sine sacro cōferre. Tertiū est, ꝙ meritū passionis eius operatur in baptismo, & aliis sacris. Quartū est, ꝙ ad inuocationē nominis D eius sacra cōferunt. Hāc aūt p̄tātem excellētiæ, & maxime q̄tū ad vltimū, cōferre potuit ministris baptismi, vt. s. eorū nominib⁹ cōsecraret baptismus, sed noluit, ne schisma, ex hoc in eccl̄ia fieret, dū tot reputarentur baptismi, quot essent baptistæ. Et hoc est ꝙ ſm expositionē† Aug. Io. Bap. de Xp̄o nescisse fatet. Io. 3. Vtrū s. hāc potestatē sibi retineret. (Super. Io. tr. 13.) Deinde cum dicit; *Nunquid Paulus &c.* Oñdit p̄dictū incōueniēs sequi ex eorū errore, ꝙ diuersum baptisma esse æstimabāt, ſm differētiā baptistarū, hoc. n. esset, si a baptistis baptismus efficaciā haberet, qđ quidē solius est Xp̄i. Hoc aūt oñdit dupl̄r. Primo, quidē ex parte passionis Xp̄i, in cuius virtute baptism⁹ operat, ſm illud Ro. 6. Quicūq; baptizati sumus in Xp̄o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et iō dicit; *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?* q.d. Nunquid passio Pauli cā est nr̄æ salutis, vt ſm ipsum baptismus habeat virtutē saluādi? q.d. non. Hoc. n. ꝓpriū est Xp̄o, vt sua passione & morte, nr̄am salutē operatus fuerit. Io. 11. Expedit vt vnus hō E moriatur ꝓ populo, & nō tota gēs pereat. 2. Cor. 5. Vn⁹ ꝓ oīb⁹ mortuus est. Sed cōtra vr̄ esse, qđ Apl̄us dicit. Col. 1. Gaudeo in passionibus meis ꝓ vobis, & adimpleo ea, q̄ desunt passionū Xp̄i in carne mea, ꝓ corpore eius, qđ est eccl̄ia. Sed dicendū, ꝙ passio Xp̄i fuit nobis salutifera, nō solū ꝑ modū exēpli, ſm illud. 1. Pet. 2. Xp̄s passus est, ꝓ nobis, vobis relinquēs exēplū, vt sequamini vestigia eius, sed ēt ꝑ modū meriti, & ꝑ modū efficaciæ, inquātū eius sanguine redēpti, & iustificati sumus, ſm illud Heb. vlti. Vt sanctificaret per suū sanguinē populū extra portā passus est, sed passio aliorū nobis est salutifera, solū ꝑ modū exēpli, ſm illud. 2. Cor. 1. Siue tribulamur ꝓ vr̄a exhortatione & salute. Scđo, oñdit idē ex virtute nominis Christi, qui in baptismo inuocat. Vn̄ subdit; *Aut in nomine Pauli baptizati estis?* q.d. non. Vt. n. dr̄ Act. 4. Nō est aliud nomē datū hominib⁹, ꝑ qđ oporteat nos saluos fieri. Vn̄ & Esa. 26. dr̄, Nomē tuū & memoriale tuū in desiderio aīæ. Sed vr̄, ꝙ in noīe Xp̄i hoīes nō baptizētur. Dicit enī A Mat. vlt. Docete oēs gentes, baptizātes eos in noīe pr̄is & filii, & spiritus sancti. Dicēdū, est aūt ꝙ in primitiua eccl̄ia, quia nomē Xp̄i multū erat odiosum, vt venerabile redderet: apl̄i in noīe Xp̄i baptizabāt ex spāli ordinatione spiritus sancti. Vnde dr̄ Act. 8. ꝙ in noīe Xp̄i baptizati sunt viri & mulieres. Et tn̄ vt† Ambros. dicit. (De spū sancto lib. 1. ca. 14.) In noīe Xp̄i tota trinitas intelligitur. Xp̄s. n. interpretat vnct⁹, in quo intelligit, nō solum ille, qui vngit, qui ē filius Dei, sed ēt ipa vnctio, q̄ est spiritus sanctus, & ipse vngēs qui est pr̄, ſm Psal. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitiæ, p̄ cōsortib⁹ tuis. Nūc aūt quia nomē Xp̄i iā est magnū in gētibus ab ortu solis vsq; ad occasum, vt dr̄ Mala 1. eccl̄ia vtit forma prius instituta a Xp̄o baptizans in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti. Et tn̄ quicumq; in hac forma baptizātur, in noīe eius, qui est uere filius Dei baptizātur, ſm illud. 1. Io. ult. Vt simus in uero filio eius Iesu Chr̄o. Baptizātur ēt oēs fideles in noīe Xp̄i. 1. fide & cōfessione nominis Xp̄i, ſm illud Iohe. 2. Oīs quicūq; inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit. Vnde baptizati a Xp̄o Xp̄iani nominantur, quia ut dr̄ Gal. 1. Quotquot in Xp̄o baptizati estis, Xp̄m induistis. Sic ergo, si solius Xp̄i passio, si solius Xp̄i nomē uirtutē confert baptismo ad saluādū, uerū est propriū esse Xp̄o, ut ex eo baptismus habeat sanctificādi uirtutē. Vnde qui hoc aliis attribuit, diuidit Xp̄m in plures. Deinde cū dicit; *Gratias ago Deo meo.* excludit quandam suspitionē. Quia ibi dixerat, nūquid. n. Paulus crucifixus est pro uobis: posset aliquis credere, ꝙ & si nō authoritate, ministerio tn̄ plures baptizauerit, Et circa hoc tria facit. Primo, grās agit de hoc, ꝙ paucos baptizauit. Scđo quibusdā paucis noīatis, quosdā alios addit, ibi; *Baptizaui autem.* Tertio, assignat rōnē, quare non multos baptizauerit, ibi; *Non enim misit me Deus.* Dicit ergo primo; *Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum.* De quo Act. 18. Crispus Archisynanogus credidit dn̄o, cū oī domo sua; *Et Caium*, ad quē scribit tertia Canonica Ioannis. Et quia grarū actio locū nō hēt, nisi in bn̄ficiis ꝑceptis: cōsequēter Apl̄s ostēdit qual̄r de hoc grās agat, cum subdit. Nequis dicat, ꝙ in noīe meo baptizati estis. Est. n. optabile sanctis uiris, ne ex bonis, q̄ ipsi faciūt, alii sumāt occasionē erroris sui, siue peccati. Et quia Corinthii in eū errorē deuenerāt, ut se a suis baptistis nominarēt, dicētes. Ego sum Pauli & Appollo, ac si in eorū nominibus essent baptizati, iō grās agit de hoc, ꝙ de suo ministerio talis error cōsequut⁹ nō fuerit. Et iō signāter dicit se baptizasse illos, qui ab hoc errore immunes erāt. Deinde cum dicit; *Baptizaui autem &c.* Ponit quosdā alios a se baptizatos, ne in eius uerbis aliquid ueritatis minus appareret. Vnde dicit; *Baptizaui &c. domum*. i. familiam; *Stephanæ*. s. cuiusdā matronæ. Et quia circa particularia facta, memoria hoīum labilis est, subdit, Cæterum; *Nescio*. i. in memoria non habeo; *Si quem alium baptizauerim*, in propria persona. Deinde cum dicit; *Non enim misit &c.* Assignat rōnē, quare paucos baptizauerit, dicens; *Non enim misit me Deus baptizare, sed euangelizare.* Contra qđ vr̄ esse quod dr̄ Matt. ult. Euntes docete oēs gētes, baptizātes eos in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti. Sed dicendū est, ꝙ Xp̄s apl̄os misit ad utrumque, ita tn̄ ꝙ ipsi ꝑ seipsos p̄dicarent, ſm qđ ipsi dicebāt Act. 6. Non est æquum relinquere nos uerbum Dei, & ministrare mensis. Baptizarēt aūt ꝑ inferiores ministros, & hoc iō, quia in baptismo nihil operatur industria vel uirtus baptizātis: nā indifferēs est, utrū ꝑ maiorē uel minorē ministrum deī baptismus, sed in p̄dicatione euāgelii, multum operatur sapiētia & uirtus p̄dicātis, & iō prædicationis offm̄ per seipsos apl̄i tanquā maiores ministri exercebant, sicut & de ipso Christo dr̄ Io. 4. ꝙ ipse non baptizabat, sed discipuli eius, qui tamen de seipso dicit Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum Dei, quia ideo missus sum Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me.

LECTIO III.

NON in sapientia verbi, ut nō euacuet crux Xp̄i. Verbū. n. crucis, pereuntib⁹ quidē stultitia est, his aūt qui salui fiūt. i. nobis, Dei uirtus est. Scriptū est. n. Perdā sapientiā sapientiū, & prudentiam

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apl̄s improbauit Corinthiorum contētionē, rōne sumpta ex parte baptismi, hic excludit eorum cōtentionē rōne sumpta, ex parte doctrinæ. Quidā. n. eorum gloriabant de doctrina Pseudo apl̄orum, qui ornatis uerbis & humanæ sapiētiæ rōnib⁹, ueritatē fidei corrumpebāt. Et ideo Apl̄s primo, ostendit hunc modum, conuenientē non esse doctrinæ fidei. Secundo, ostēdit hoc modo docendi, se usum apud eos non fuisse. 2. cap. ibi; *Et ego cum uenissem ad &c.* Circa primum duo facit, primo, proponit quod intendit: secundo manifestat propositum, ibi; *Vt non euacuetur.* Dicit ergo primo. dixi ꝙ misit me Christus euangelizare, nō tn̄ ita ꝙ ego; *In sapientia uerbi*, euangelizem. i. in sapiētia mūdana, q̄ uerbosos facit, inquātum per eā multis uanis rōnibus hoīes utūtur Eccl. 6. Vbi uerba sunt plurima, multā

in disputando habentia vanitatẽ. Prou. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequẽter egestas. Vel sapiẽtiã verbi noĩat rhetoricã, q̃ docet ornate loqui, ex quo alliciunt̃ interdũ hoĩes ad assentiendum erroribꝰ, & falsitatibꝰ. Vñ Ro. 16. Per dulces sermones seducũt corda innocentiũ. Et de meretrice dr̃ Prou. 2. In figura hæreticæ doctrinæ. Vt eruaris a muliere aliena, & extranea, q̃ mollit sermones suos. Sed cõtra dr̃ Esa. 33. Populũ imprudẽtẽ non videbis. s. in catholica ecclia, & populũ alti sermonis, ita vt nõ possis intelligere disertitudinẽ linguæ eius, in quo nulla est sapiẽtia, sed quia in Gręco ponitur logos, qđ rõnem & sermonẽ significat, posset cõuenientius intelligi sapiẽtia verbi. i. humanæ rõnis, q̃a illa q̃ sunt fidei humanã rõnẽ excedunt, ẜm illud Eccle. 3. Plurima supra sensum hoĩs ostẽsa sunt tibi. Sed cõtra hoc vr̃ esse, ꝙ multi doctores eccliæ in doctrina fidei sapiẽtia, & rõnibꝰ humanis, & ornatu verborũ sunt vsi. Dicit. n. Hier.
Tom. 2.
in epist. ad Magnũ oratorẽ vrbis Romæ, ꝙ omnes doctores fidei in ornatu philosophiæ doctrinis, atq; scientiis suos refarxerunt libros, vt nescias, quid in illis primũ admirari debeas, eruditionẽ sæculi, an scientiã scripturarũ. Et August. dicit in 4. de doctrina
cap. 5.
Xp̃iana. Sunt viri eccliastici, q̃ diuina eloquia, nõ solũ sapienter, sed ẽt suauiter tractauerunt. Dicendũ est ergo, ꝙ aliud est docere in sapientia verbi quocumq; mõ intelligatur, & aliud vti sapiẽtia verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet, q̃ sapientiam verbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ, ita. s. ꝙ ea solũ approbet, q̃ verbi sapientiã continent: reprobet aũt ea q̃ sapiẽtiã verbi nõ habẽt, & hoc fidei est corruptiuũ. Vtit̃ aũt sapientia verbi, q̃ suppositis vere fidei fundamentis, si qua vera in doctrinis philosophorũ inueniat, in obsequiũ fidei assumit. Vnde Aug. dicit in 2. de doctrina Xp̃iana, ꝙ si qua philosophi dixerũt
cap. 40.
fidei nr̃æ accõmoda, non solũ formidãda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribꝰ in vsum nostrum vendicanda. Et in quarto de doctrina Xp̃iana dicit, Cũ posita sit in medio facultas eloquii, quæ ad ꝑsuadẽdũ seu praua, seu recta valẽt pluribꝰ, cur nõ bonorũ studio cõparet̃ vt militet veritati, si eã mali in vsum iniquitatis, & erroris vsurpãt? Deinde cũ dicet; *Vt non euacuetur crux Christi.* Probat, qđ dixerat, & primo q̃dẽ ex parte materiæ, secundo ex parte ipsorũ docentiũ, ibi; *Videte enim vocationem vestram &c.* Circa primũ tria facit. Primo oñdit modũ docẽdi, q̃ est in sapiẽtia verbi, nõ esse cõgruum fidei Xp̃ianę. Scđo ꝓbat quod supposuerat, ibi; *Verbum enim crucis.* Tertio ꝓbationem manifestat, ibi; *Quoniam Iudæi signa petunt.* Circa primũ cõsiderãdũ est, ꝙ ẽt in philosophicis doctrinis, nõ est idẽ modꝰ cõueniẽs cuilibet doctrinæ. Vñ sermones, ẜm materiã sunt accipiẽdi, vt dr̃ in
Lect. 3.
1. Ethic. Tũc aũt maxime modꝰ aliq̃s docẽdi est materiæ incongruꝰ: q̃ñ ꝑ talem modũ destruit̃, id qđ est principale in materia illa, puta si q̃s in rebus intellectualibꝰ velit metaphoricis demõstrationibꝰ vti, q̃ nõ trãscẽdunt res imaginatas, ad quas nõ oportet intelligẽtẽ adduci, vt Boetiꝰ oñdit in libro de Trinitate. Principale aũt in doctrina fidei Xp̃ianæ est salꝰ ꝑ crucẽ Xp̃i facta. Vñ in scđo dicit; *Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* Qui aũt principalr̃ innitit̃ in docẽdo sapiẽtiã verbi, quãtũ in se est, euacuat crucẽ Xp̃i. Ergo docere in sapiẽtia verbi, nõ est modꝰ cõueniẽs fidei Xp̃ianæ, hoc est, ergo qđ dicit; *Vt non euacuetur crux Christi.* i. ne si in sapiẽtia verbi p̃dicare voluero: tollatur fides de virtute crucis Xp̃i. Gal. 5. Ergo euacuatũ est scãdalũ crucis, Psal. 136. Qui dicũt exinanite vsq; fundamẽtũ in ea. Deinde, cũ dicit; *Verbum crucis &c.* ꝓbat, ꝙ per doctrinã, q̃ est in sapiẽtia verbi, crux Xp̃i euacuetur. Et circa hoc duo facit, primo inducit ꝓbationẽ, secundo, assignat causam dictorũ, ibi; *Scriptum est enim &c.* Dicit ergo primo, Ideo dixi, ꝙ si per sapiẽtiã verbi doctrina fidei ꝓponeret̃, euacuaret̃ crux Xp̃i; *Verbum* enim; *Crucis.* i. annũtiatio crucis Xp̃i; *Stultitia est.* i. stultũ aliq̃d vr̃; *Pereuntibus quidem.* i. infidelibꝰ, qui se ẜm mundum existimãt sapiẽtes, eo ꝙ p̃dicatio crucis Xp̃i, aliq̃d cõtinet, quod ẜm humanã sapientiã impossibile vr̃, puta ꝙ Deus moriatur, ꝙ oĩpotẽs violẽtorũ manibꝰ subiiciat̃. Cõtinet ẽt q̃dã, q̃ prudẽtiæ huius mũdi cõtraria vident̃, puta ꝙ aliq̃s nõ refugiat cõfusiones cũ possit, & aliqua hmõi. Et iõ Paulo hmõi annũtianti dixit Festus, vt legit̃ Act. 26. Insanis Paule, multæ lr̃æ ad insaniã te adducũt. Et ipse Paul. dicit 1. 4. Nos stulti ꝑꝑ Xp̃m, & ne credat̃ re vera verbũ crucis stultitiã cõtinere, subdit; *His autem qui salui fiunt, idest, nobis.* s. Xp̃i fidelibꝰ, q̃ ab eo saluamur, ẜm illud Mat. 1. Ipse n. saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ; *Virtus Dei est,* q̃a ipsi in cruce Xp̃i mortẽ Dei cognoscũt, qua diabolũ vicit, &

prudentiũ reprobabo? Vbi sapiens. Vbi scriba? Vbi inq̃sitor huiꝰ seculi? Nõne stultã fecit Deus sapiẽtiã huiꝰ mundi? Nã quia in Dei sapientia nõ cognouit mundus ꝑ sapiẽtiã Deum, placuit Deo per stultitiã p̃dicationis saluos facere credentes. Quoniã & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam q̃runt. Nos aũt p̃dicamus Xp̃m crucifixum. Iudæis quidẽ scandalũ, Gentibus autem stultitiam, ipsis aũt vocatis Iudæis, atq; Græcis Christũ Dei virtutem & Dei sapientiã, quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est
G Dei, fortius est hominibus.

F mundum. Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Item virtutem quã in seipsis experiuntur, dũ simul cũ Xp̃o vitiis, & cõcupiscẽtiis moriunt̃, ẜm illud Gal. 5. Qui Xp̃i sunt, carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis, & concupiscentiis. Vnde in Psal. 109. dr̃. Virgã virtutis tuæ emittet dñs ex Sion. Lu. 6. Virtꝰ de illo exibat & sanabat oẽs. Deinde cum dicit; *Scriptum est enim,* oñdit p̃dictorũ cãm, & ponit primo, quare verbũ crucis sit hoĩbꝰ stultitia. Scđo, ostẽdit, quare ista stultitia sit virtus Dei his, q̃ saluantur, ibi; *Nam quia in Dei sapientia &c.* Circa primũ duo facit. Primo, inducit authoritatẽ p̃nuntiãtẽ qđ q̃rit̃. Scđo, oñdit, hoc esse impletũ, ibi; *Vbi sapiens.* Circa primũ cõsiderãdũ, ꝙ id quod est in se bonũ, nõ põt alicui stultũ videri, nisi ꝑꝑ defectũ sapientiæ. Hæc est ergo cã, quare verbũ crucis, qđ est salutiferũ credẽtibꝰ, q̃busdã vr̃ stultitia, quia sunt ipsi sapiẽtia priuati, & hoc est qđ dicit; *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Potest aũt hoc sumi ex duobꝰ locis. Nã in Abdia dr̃. Perdã sapientiã de Idumea, & prudẽtiã de mõte Esau. Expressius aũt habet̃ Esa. 29. Peribit sapientia a sapientibꝰ, & intellectꝰ prudẽtiũ eius abscondet̃. Differunt aũt sapiẽtia, & prudẽtia. Nã sapientia est cognitio diuinarũ rerũ. Vñ ꝑtinet ad cõtẽplationẽ Iob. 28. Timor Dei ipsa est sapiẽtia. Prudentia vero ꝓprie est cognitio rerũ humanarũ. Vñ dr̃ Prou. 10. Sapiẽtia est viro prudẽtia, quia. s. sciẽtia humanarũ rerũ prudẽtia dr̃. Vñ & Philosophꝰ. 6. Ethic. dicit, ꝙ prudẽtia est recta rõ
H agibiliũ, & sic prudẽtia ad rõnẽ ꝑtinet. Est aũt cõsiderãdũ, quòd hoĩes quãtumcumq; mali, nõ totalr̃ donis Dei priuantur, nec in eis dona Dei reprobãtur, sed in eis reprobat̃, & ꝑditur, quod ex eorũ malitia ꝓcedit. Et iõ nõ dicit simplr̃; *Perdam sapientiam:* q̃a, Oĩs sapiẽtia a dño Deo est, vt dr̃ Esa. 29. Sed; *Perdam sapientiam sapientium.* i. quã sapiẽtes huius mundi adinuenerunt sibi, contra verã sapiẽtiã Dei, q̃a vt dr̃ Iob. 3. Nõ est ista sapiẽtia desursum descendens, sed terrena, aĩalis, diabolica. Similr̃ nõ dicit reprobabo prudẽtiã. Nã verã prudẽtiã, sapiẽtia Dei docet, sed dicit; *Prudentiam prudentium.* i. quã illi, q̃ se prudentes æstimãt in rebꝰ mũdanis prudẽtiã reputãt, vt. s. bonis huius mũdi inhæreãt. Vel q̃a vt dr̃ Ro. 8. Prudẽtia carnis mors est. Et sic ꝑꝑ defectũ sapientiæ reputãt impossibile Deum hominem fieri, mortẽ pati ẜm humanã naturã: ꝑꝑ defectũ aũt prudẽtiæ, reputãt incõueniẽs fuisse, ꝙ hõ sustineret crucẽ cõfusione cõtẽpta, vt dr̃ Heb. 12. Deinde cũ dicit; *Vbi sapiens &c.* oñdit esse impletũ, qđ de reprobatione humanæ sapiẽtiæ, & prudẽtiæ fuerat ꝓbatũ. Et primo ponit
I mediũ, sub interrogatione. Scđo cõclusionẽ infert, ibi; *Nonne stultam Deus fecit sapientiam huius mundi &c.* Dicit ergo primo; *Vbi sapiens.* q. d. nõ inuenit̃ in cõgregatione fideliũ, q̃ saluat̃. Per sapientẽ intelligit illũ, q̃ secretas naturæ causas scrutat̃. Esa. 19. Quõ dicetis Pharaoni filius sapiẽtiũ ego? Et hoc refert̃ ad Gentiles, q̃ huius mũdi sapiẽtiæ studebãt; *Vbi scriba?* i. peritus in lege, & hoc refertur ad Iudæos, quasi diceret, nõ est in cœtu fideliũ. Io. 7. Nunq̃d ex principibus aliquis credidit in eum; *Vbi inquisitor huius seculi?* q. s. ꝑ prudentiã exquirit, q̃ sit conuenientia vitæ humanæ, in rebus huius sæculi. q. d. nõ inuenit̃ inter fideles, & hoc refertur ad vtrosq;. s. Iudæos, & Gentiles. Baruch. 3. Filii Agar, q̃ exquisierunt prudentiã, q̃ de terra est. Vr̃ aũt Apost. hãc interrogationẽ sumere ab eo, qđ dr̃ Esa. 33. Vbi est lr̃atus, ꝓ quo ponit sapientẽ. Vbi est verba legis põderãs, ꝓ quo ponit, Scribã. Vbi est doctor paruulorũ, ꝓ quo ponit, inquisitorẽ huius sæculi, quia paruuli maxime solẽt instrui de his, q̃ pertinẽt ad discipli-
K nã moralis vitæ. Deinde cum dicit; *Nonne stultam fecit &c.* infert cõclusionẽ sub interrogatione, q. d. cũ illi qui sapientes mundi reputantur a via salutis defecerint; *Nonne Deus sapientiam huius mundi fecit stultam?* idest, demõstrauit esse stultã, dũ illi, q̃ in hac sapientia pollebãt tã stulti inuenti sunt, vt viã salutis nõ acciperent? Hier. 10. & 51. Stultꝰ factꝰ est oĩs hõ a scientia sua. Esa. 47. Sapientia tua & sciẽtia tua hæc, decepit te. Põt aũt, & alr̃ intelligi quod dictũ est, ac si diceret. Perdã sapientiã sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. i. eligã eã in primis meis p̃dicatoribus, ẜm illud Prou. 30. Visio quã locutꝰ est vir, cum quo est Deus, & infra, Stultissimus sum virorũ, & sapiẽtia hoĩum nõ est mecum; *Vbi sapiens.* q. d. inter p̃dicatores fidei non inuenitur. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibꝰ, & reuelasti ea paruulis; *Nonne Deus stultam fecit.* i. demõstrauit sapientiã huius mundi, faciẽdo quod ipsis impossibile reputabatur. s. dictũ esse hominẽ mortuum resurgere, & alia hmõi. Deinde cum dicit; *Nam quia in Dei sapientia &c.* Assignat rõnẽ, quare ꝑ p̃dicationis stulti-

stultitiã saluentur fideles, & hoc est quod dictum est, ꝙ verbum crucis pereuntibꝰ q̃dẽ, stultitia est, virtus vero saluationis, credentibꝰ; *Nam placuit Deo per stultitiam prædicationis.* i. ꝑ p̃dicationem, quã humana sapientia stultã reputat; *Saluos facere credentes.* & hoc iõ, quia mundus. i. mundani nõ cognouerũt Deũ per sapientiã ex rebus mundi acceptã, & hoc in Dei sapientia. Diuina. n. sapiẽtia faciẽs mundum sua iudicia in rebus mundi instruit, ẜm illud Eccle. 1. Effudit illam super oĩa opera sua, ita ꝙ ipsæ creaturæ ꝑ sapiẽtiam Dei factę, se habent ad Dei sapientiam, cuius iudicia gerunt, sicut verba hoĩs ad sapientiam eius quam significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum magistri sapientiam per verba, q̃ ab ipso audit, ita homo poterat ad cognoscendum Dei sapientiam, per creaturas ab ipso factas inspiciendo peruenire, ẜm illud Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea, q̃ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed homo, ꝑꝑ sui cordis vanitatem a rectitudine diuinæ cognitionis deuiauit. Vnde dr̃ Io. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum nõ cognouit. Et ideo Deus, per q̃dã alia ad sui cognitionẽ salutiferã fideles adduxit, q̃ in ipsis rõnibus creaturarum non inueniuntur, ꝑꝑ quod a mundanis hoĩbus, qui solas humanarum rerum considerant rõnes, reputantur stulta. Et huiusmodi sunt fidei documenta. Et est simile, sicut si aliquis magister considerans sensum suum, ab auditoribus non accipi, ꝑ verba, q̃ protulit, studet aliis verbis vti, ꝑ q̃ possit manifestare, q̃ habet in corde. Deinde cum dicit; *Quoniam & Iudæi &c.* Manifestat probationem præmissorum, & primo quantum ad id, quod dixerat, Verbum crucis pereuntibus stultitia est. Secundo, quantum ad id, quod dixerat; *His qui salui fiunt, uirtus Dei est. Ipsis autem uocatis &c.* Circa primum duo facit, primo ponit pereuntium differens studium, & intentionem. Secundo, ex hoc rationem assignat eius, quod dixerat, ibi; *Nos autem prædicamus Christum.* Pereuntium autem, idest, infidelium, quidam erant Iudæi, quidam Gentiles. Dicit ergo, dictum est, quòd; *Verbum crucis pereuntibus est stultitia,* & hoc ideo, quoniam; *Iudæi signa petunt.* Erant enim Iudæi consueti diuinitus instrui, ẜm illud Deut. 32. Erudiuit eum & docuit. Quæ quidem doctrina cum esset a Deo, per multa mirabilia manifestata, ẜm illud Psalm. 77. Fecit mirabilia in terra Aegypti. Et ideo ab afferentibus quamcumq; doctrinam, signa q̃rebant, ẜm illud Matt. 12. Magister, volumus a te signum aliquod videre. Et in Psal. 73. dicitur, Signa nostra non vidimꝰ. Sed *Græci sapientiam quærunt,* vtpote in studio sapiẽtiæ exercitati, sapientiã dico, q̃ per rõnes rerũ mundanarũ accipitur, de qua dr̃ Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia. Per Græcos aũt, oẽs Gentiles dat intelligere, qui a Græcis mundanam sapientiã acceperunt. Quærebant igitur sapientiam, volentes omnem doctrinam eis ꝓpositam, ẜm regulam humanæ sapientiæ iudicare. Deinde concludit, quare verbum crucis sit eis stultitia, dicens; *Nos autem prædicamus Christum Crucifixum,* ẜm illud infra. ca. 11. Mortem dñi annũtiabitis donec veniat; *Iudæis scandalum,* quia. s. desiderabant virtutem miracula facientem, & videbant infirmitatem crucem patientem: nam ut dicitur. 2. Cor. vlt. Crucifixus est ex infirmitate; *Gentibus autem stultitiam,* quia contra rõnẽ humanæ sapientiæ vr̃, ꝙ Deus moriatur, & ꝙ homo iustus, & sapiens se voluntarie turpissimæ morti exponat. Deinde cum dicit; *Ipsis autem uocatis,* manifestat quod dixerat, His autem qui salui fiunt, virtus Dei est. Et primo, manifestat hoc. Secundo, rõnem assignat, ibi; *Quia quod stultum &c.* Dicit ergo primo dictum est, quòd; *Prædicamus Christum Crucifixum, Iudæis scandalum & Gentibus stultitiam,* sed prædicamus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam ipsis vocatis Iudæis & Græcis, idest, his qui ex Iudæis, & Gentibus ad fidem Christi vocati sunt, qui in cruce Christi recognoscunt Dei virtutem per quam, & dæmones superantur, & peccata remittuntur, & homines saluantur. Psal. 56. Exaltare domine in virtute tua. Et hoc dicit contra scandalum Iudæorum, qui de infirmitate Christi scandalizabantur, & recognoscunt in cruce Dei sapientiam, inquantum per crucem conuenientissimo modo humanum genus liberat. Sap. 9. Per sapientiam sanati sunt, quicumq; placuerunt tibi a principio. Dicitur autem Dei virtus, & Dei sapientia per quandam appropriationem. Virtus quidem inquantum per eum pater omnia operatur. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sapientia vero inquantum ipsum verbum quod est filius, nihil est aliud, q̃ sapientia genita vel concepta. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Non autem sic est intelligendum,

LECTIO IIII.

Videte enim vocationẽ uestrã fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mũdi elegit Deus, vt cõfundat sapiẽtes, & infirma mũdi, ut cõfundat fortia, & ignobilia mundi, & cõtẽptibilia elegit Deus, & ea q̃ non sunt, ut ea q̃ sunt destrueret, ut nõ gloriet̃ oĩs caro in cõspectu eius. Ex ipso aũt uos estis in Xp̃o Iesu, qui factꝰ est nobis sapiẽtia, à Deo & iustitia & sãctificatio, & redẽptio, ut queãdmodũ scriptũ est, Qui gloriat̃, in dño gloriet̃.

A ꝙ Deus pater sit fortis & sapiens virtute, aut sapientia genita, quia vt Aug. probat. 6. de Trin. sequeretur, ꝙ pater haberet esse a filio, quia hoc est Deo esse, ꝙ fortem & sapientem esse. Deinde cap. 1.
cum dicit; *Quia quod stultum est Dei.* assignat rõnem eius, quod dixerat, dicens, quomodo id, quod est infirmum & stultum possit esse virtus, vel sapiẽtia Dei, quia; *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* q. d. Iam aliquod diuinum vr̃ esse stultũ, non quia deficiat a sapientia, sed quia superexcedit sapientiam humanam. Homines. n. quidam cõsueuerunt stultũ re-
B putare, quod eorum sensum excedit. Eccle. 3. Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. *Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus,* quia s. non ddicitur aliquid infirmum in Deo per defectum virtutis, sed per excessum humanæ virtutis, sicut etiam dñ inuisibilis, inquantum excedit sensum humanum Sap. 12. Virtutem ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatꝰ, quamuis hoc possit referri ad incarnationis mysterium: quia id quod reputatur stultum & infirmum in Deo ex parte naturæ assumptæ, transcendit omnem sapientiam & virtutem. Exod. 15. Quis similis tui in fortibus domine;

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit Apostolus, ꝙ modus docendi, qui est in sapientia verbi, non conuenit doctrinæ Christianæ, ratione materię, quæ est ipsa crux Christi, hic ostendit, ꝙ prędictus docen-
C di modus non cõuenit doctrinæ Christianæ, rõne doctorum, ẜm illud Prou. 26. In derisum est in ore stulti parabola. Et Eccle. 21. Ex ore fatui reprobabitur parabola. Quia igitur primi doctores fidei non fuerunt sapientes sapientia carnali, non erat eis conueniens, vt in sapientia verbi docerent. Circa hoc ergo duo facit. Primo, ostendit quomodo primi doctores fidei non fuerunt sapientes sapientia carnali, & in rebus humanis defectum patiebãtur. Secundo, ostẽdit quomodo talis defectus est in eis per Xp̃m suppletus, ibi; *Ex ipso autem uos estis.* Circa primum tria facit. Primo, excludit a fidei primis doctoribus excellentiam secularem. Secundo, astruit eorum subiectionem quantum ad seculũ, ibi; *Sed quæ stulta sunt mundi.* Tertio, rationem assignat, ibi; *Vt non glorietur.* Dicit ergo primo, dictũ est, ꝙ stultũ est Dei, sapientius est hominibus, & hoc considerare potestis in ipsa vestra conuersione, *Videte enim.* i. diligenter considerare; *Vocationem uestram,* qũo. s. vocati estis: non. n. per vosipsos accessistis, sed ab eo
D vocati estis. Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Inducit aũt eos vt considerent modum suæ vocationis, quantum ad eos, per quos vocati sunt, sicut Esa. 51. dicitur, Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ genuit vos, a quibus vocationis ministris, primo, excludit sapientiam, cum dicit; *Quia non multi eorum,* per quos vocati estis; *Sapientes secundum carnem.* i. in carnali sapientia & terrena. Iac. 3. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Baruch. 3. Filii Agar, exquisierunt sapientiam, quę de terra est, Dicit *Non multi,* quia aliqui pauci erant etiam in sapientia mundana instructi, sicut ipse & ut Barnabas, vel Moyses, in veteri testamento, de quo dicitur Act. 7. ꝙ eruditus erat Moyses in omni sapientia Aegyptiorum. Secundo, excludit secularem potentiam, cum dicit; *Non multi potentes.* s. ẜm seculum. Vnde & Io. 7. dicitur, Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Et Baruch. 3.
E dicitur, Vbi sunt principes gentium? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Tertio, excludit excellentiam generis, cum dicit; *Non multi nobiles.* Et aliqui inter eos nobiles fuerunt, sicut ipse Paulus, qui in ciuitate Romana se natum dicit. Act. 22. & Rom. vlt. de quibusdam dicit. Qui sunt nobiles in apostolis. Deinde cum dicit; *Sed quæ stulta sunt &c.* Ponit econuerso eorũ abiectionem quantum ad mundum, & primo defectum contrarium sapientiæ, cum dicit; *Quæ stulta sunt mundi.* i. eos qui ẜm mundum stulti videbantur; *Elegit Deus* ad prædicationis offm̃. s. piscatores illiteratos, secundum illud Act. 4. Comperto, ꝙ homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur. Esa. 33. Vbi est literatus, ubi uerba legis ponderans. Et hoc ut confundat sapientes. i. eos qui de sapientia mundi confidunt, dum ipsi non cognouerunt quæ sunt simplicibus reuelata. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus; & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Vbi sunt nunc sapientes tui? annuntient tibi. Secundo, ponit defectum contrarium potentiæ, dicens; *Et infirma mundi,* idest,

homines impotentes, ſm mundum, puta ruſticos & plebeios; *Elegit Deus*, ad prædicationis offm. In cuius figura dr 3. Reg. 20. Ego tradens eos in manu tua, p pediſſequos principũ prouinciarũ. Et Prou. 9. dr, q ſapiẽtia miſit ancillas vt vocarẽt ad arcem. In vtriſq; aũt primorũ pdicatorũ infirmitas deſignat. Et hoc iõ *vt confundat fortia*. i. potẽtes huius mundi. Eſa. 2. Incuruabitur oĩs ſublimitas hominum, & humiliabit altitudo virorũ. Tertio, ponit defectũ cõtrariũ nobilitati, in quo poſſunt tria cõſiderari. Primo qdẽ, claritas generis, quã ipſum nomen nobilitatis deſignat. Et contra hoc dicit; *Et ignobilia mundi*. i. q ſm mũdũ ſunt ignobiles. J. 4. Vos nobiles, nos aũt ignobiles. Secundo, circa nobilitatẽ conſiderantur honor & reuerentia, q̃ talib⁹ exhibentur, & cõtra hoc dicit; *Et contemptibilia*. i. hoies contemptibiles in hoc mundo elegit Deus, ad pdicationis offm, ſm illud Pſal. 78. Facti ſum⁹ opprobrium vicinis nrĩs, & his, q in circuitu nro ſunt. Tertio, in nobilitate conſiderat magna opinio, quã hoies de eis habent. Et cõtra hoc dicit; *Et ea quæ non ſunt*. i. q nõ videntur eſſe in ſeculo, elegit Deus ad pdicationis officium. Iob. 30. Quorum virtus manuum erat mihi, p nihilo, & vita ipſa putabantur indigni. Et hoc iõ; *Vt deſtrueret ea quæ ſunt*. i. eos q in hoc mundo, aliquid eſſe videntur. Eſa. 23. Domin⁹ exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ. Deinde aſſignat cauſam dictorum, dicens; Ideo nõ elegit in ſeculo excellẽtes, ſed abiectos ut nõ glorietur oĩs caro &c. i. vt null⁹ p quacumq; carnis excellentia glorieẽ p cõparationem ad dñm. Hiere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorietur diues in diuitiis ſuis. Ex hoc. n. q Deus mundum ſuæ fidei ſubiecit, non per ſublimes in mundo ſiue in ſeculo, ſed p abiectos, nõ põt gloriari hõ, q p aliquã carnalẽ excellentiã ſaluatus ſit mundus. Videreẽ aũt nõ eſſe a Deo excellẽtia mũdana, ſi Deus ea nõ vtereẽ ad ſuũ obſequiũ. Et iõ in principio qdem paucos, poſtremo vero plures ſeculariter excellẽtes Deus elegit ad pdicationis offm. Vnde in Gloſa dr q niſi fideẽr pcederet piſcator, non humiẽr ſequereẽ orator, & ẽt ad gloriam Dei ptinet, dum per abiectos ſublimes in ſeculo ad ſe trahit. Deinde cum dicit; *Ex ipſo autem uos eſtis*, ne prædicatores fidei tanquam non excellẽtes, ſed abiecti in ſeculo cõtemnerent, oſtdit quõ Deus pdictum defectum in eis ſupplet. Et circa hoc tria facit. Primo, oſtendit cui ſit attribuenda ſalus mundi, quæ pdicatorum miniſterio facta eſt, dicens, Dictum eſt, q vocati eſtis non per excellentes, ſed per abiectos in ſeculo. Ex quo patet, q vra conuerſio non eſt homini attribuenda, ſed Deo. Et hoc eſt, qd dicit; *Ex ipſo autem*. i. ex virtute Dei; *Vocati eſtis in Chriſto Ieſu*. i. ei iuncti, & incorporati per gram. Ephe. 2. Ipſius. n. factura ſum⁹ creati in Xpo Ieſu in operib⁹ bonis. Deinde oſtdit, quõ Deus pdictos defectus in pdicatoribus ſuis ſupplet per Xpm. Et primo, quantum ad defectum ſapientiæ, cũ dicit; *Qui*. ſ. Xps; *Factus eſt nobis*, pdicantibus fidem, & per nos omnibus fidelibus *Sapientia* quia ei inhærendo, q eſt Dei ſapientia, & participando ipſum p gratiam, ſapientes facti ſumus, & hoc a Deo, qui nobis Chriſtum dedit, & nos ad ipſum traxit, ſm illud Io. 6. Nemo põt venire ad me, niſi pr, qui me miſit, traxerit eum. Deut. 4. Hæc eſt vra ſapientia, & intellect⁹ corã populis. Secũdo, quãtũ ad defectũ potentiæ dicit; *Et iuſtitia*, q̃ pp ſui fortitudinem thoraci comparat. Sap. 5. Induet pro thorace iuſtitiã. Dicitur aũt Xps nobis factus iuſtitia, inquantum per eius fidem iuſtificamur, ſcdm illud Ro. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Chriſti Ieſu. Tertio, quantum ad defectum nobilitatis ſubdit; *Et ſanctificatio & redemptio*. Sanctificamur enim per Chriſtum, inquantum per eum Deo coniungimur, in quo conſiſtit vera nobilitas, ſecũdum illud. 1. Reg. 2. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles. Vnde dicitur Hebr. vlt. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Factus eſt autem nobis redemptio, inquantum per ipſum redempti ſumus de ſeruitute peccati, in quo vere, ignobilitas conſiſtit. Vnde in Pſalm. 30. dicitur, Redemiſti me Deus veritatis. Tertio, aſſignat dictorum cauſam, cum dicit; *Vt quemadmodum ſcriptum eſt*. Hiere. 9. *Qui autem gloriatur, in domino glorietur*, vbi nra lra habet, In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me. Dicit. n. ſi ſalus hominis non prouenit ex aliqua excellentia humana, ſed ex ſola virtute diuina, non debetur homini gloria, ſed Deo, ſecundum illud Pſalm. 113. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Eccle. vlt. Danti mihi ſapientiam, dabo gloriam.

F

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtendit, quis ſit conueniens modus doctrinæ Chriſtianæ, hic oſtendit ſe illum modum obſeruaſſe. Et circa hoc tria facit: primo, oſtẽdit ſe non fuiſſe vſum apud eos aliqua excellentia ſeculari; ſecundo, oſtendit apud quos excellentia ſpirituali vtaẽ, ibi; *Sapientiam autem loquimur inter perfectos &c.* Tertio, rationem aſſignat, ibi; *Quæ etiã loquimur &c.* Circa primum tria facit. Primo dicit, quòd non oſtendit apud eos excellentiam ſecularis ſapientiæ. Secundo, quòd non prætendit excellentiam potentiæ ſecularis, ibi; *Et ego in infirmitate*. Tertio, non prætendit excellentiam eloquentiæ, ibi; *Et ſermo meus*. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, rationem aſſignat, ibi; *Non enim iudicaui*, Dicit ergo primo, qa dictum eſt, q Chriſtus miſit me euangelizare, non in ſapientia verbi, & quòd non ſunt multi ſapientes; *Et ego fratres*, quàmuis ſapientiam ſecularem habeam, ſm illud. 2. Cor. 11. Et ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia; *Cum ueniſſem ad uos* conuertẽdos ad Chriſtum, vt habetur Act. 18. Veni annuntians uobis teſtimonium Chriſti, ſm illud Act. 4. Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, & hoc; *Non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ*. Attenditur autem ſublimitas ſapientiæ in conſideratione aliquorum ſublimiũ, & eleuatorum ſupra rationem, & ſenſum hominum. Eccleſ. 24. Ego in altiſſimis habitaui. Sublimitas autem ſermonis poteſt referri, vel ad verba ſignificantia ſapientiæ conceptiones, ſm illud Eccleſ. vlti. Verba ſapientum, quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Vel ad modum ratiocinandi per aliquas ſubtiles vias. Nam in Græco habetur logos, quod eſt verbum, & rationem ſignificat, vt Hiero. dicit, Hoc autem dicit Apoſtolus, quia fidem Chriſti per huiuſmodi ſublimitates ſermonis, aut ſapientiæ confirmare nolebat. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare ſublimia. Deinde huius rationem aſſignat, dicens; *Non enim iudicaui me ſcire aliquid niſi Chriſtum Ieſum*: non. n. ad hoc opus erat vt ſapientiam oſtentaret, ſed vt demonſtraret virtutem, ſecundũ illud. 2. Cor. 4. Non enim prædicamus noſmetipſos, ſed Ieſum Chriſtum. Et ideo ſolum vtebatur his, quæ ad demonſtrandam virtutem Chriſti pertinebant, exiſtimans ſe, ac ſi nihil ſciret, q̃ Ieſum Chriſtum. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me. In Chriſto autem Ieſu, vt dicitur Coloſ. 2. Sunt oes thesauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Et quantum ad plenitudinem deitatis, & quantum ad plenitudinem ſapientiæ & gratiæ, & etiam quantum ad profundas incarnationis rationes, quæ tamen Apoſtolus eis non annuntiauit, ſed ſolum ea, quæ erant manifeſtiora & inferiora in Chriſto Ieſu. Et ideo ſubdit; *Et hunc crucifixum*. q. d. ſic vobis me exhibui, ac ſi nihil aliud ſcirem, q̃ crucem Chriſti. Vnde Gal. vlt. dicit, Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia igitur per ſapientiam uerbi euacuatur crux Chriſti, vt dictum eſt, ideo ipſe Apoſtolus non venerat in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ. Deinde cum dicit; *Et ego in infirmitate &c.* Oſtendit, q non pretenderit apud eos potentiam, ſed potius contrarium, & foris, & intus. Vnde quantum ad id, quod foris eſt, dicit; *Et ego fui apud uos in infirmitate*. i. tribulationes apud vos patiens. Gal. 4. Scitis quia per infirmitatem carnis, euangelizaui vobis iampridem. Pſal. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorũ. Quantum vero, ad id quod intus eſt, dicit; *Et timore*. ſ. de malis imminentibus; *Et tremore*, inquantum. ſ. timor interior redundat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores. Deinde cum dicit; *Et ſermo meus*. Oſtendit, q non prætenderit apud eos excellentiam eloquentiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, excludit indebitum modum prædicandi, dicens; *Et ſermo meus*, quo ſcilicet priuatim & ſingulariter aliquos inſtruebam. Ephe. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ fidei; *Et prædicatio mea*, qua ſcilicet publice docebam; *Non fuit in uerbis perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ*. i. per rhetoricam, quæ componit ad perſuadendum, vt ſcilicet ſupra dixi, q non fuit intentionis, quòd ſua prędicatio niteretur philoſophicis rationibus, ita nunc dicit non fuiſſe ſuæ intentionis niti rhetoricis perſuaſionibus. Eſa. 33. Populum imprudentem, non videbis populum alti ſermonis, ita vt non poſſit intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapientia. Secundo, oſtendit debitum modum, quo uſus fuit in prædicando, dicens; Sermo meus fuit; *In oſtenſione ſpiritus & uirtutis*, quod quidem poteſt intelligi

re aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & ſermo meus & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula, in gloriam noſtram.

G

H

I

K

intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad hoc, q credentib⁹ prædicationi eius, dabatur ſpiritus ſanctus, ſecundum illud Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum. Similiter etiam ſuam prædicationem confirmabat, faciendo virtutes, ideſt, miracula, ſecundum illud Mar. vlt. Sermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vnde Gal. 3. Qui tribuit vobis ſpiritum, & operatur in vobis. Alio modo, poteſt intelligi, quantum ad hoc, quòd ipſe p ſpiritum loquebatur, qd ſublimitas, & affluentia doctrinæ oſtendit. 2. Reg. 23. Spiritus domini locutus eſt per me. Et 2. Cor. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei credimus, propter quod & loquimur. Confirmat etiam ſuam prædicationem oſtendendo in ſua conuerſatione multa opera virtuoſa. 1. Theſſ. 2. Vos enim teſtes eſtis, & Deus, quàm ſancte & iuſte ſine querela vobis qui credidiſtis, aſſuimus. Tertio, aſſignat rationem dictorum, dicens; *Vt fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum*, ideſt, non innitatur ſapientiæ humanæ, quæ plerunque decipit homines, ſecundum illud Eſa. 47. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc, decepit te; *Sed in uirtute Dei*, vt ſcilicet virtuti diuinæ fides innitatur, & ſic non poſſit deficere. Rom. 1. Non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. Deinde cum dicit; *Sapientiam loquimur &c.* Oſtendit apud quos excellentia ſpiritualis ſapientiæ vtatur. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, manifeſtat propoſitum, ibi; *Sapientiam uero*. Dicit ergo apud vos ſolum Chriſtum crucifixum prædicaui. Sapientiam autem, ideſt, profundam doctrinam; *Loquimur inter perfectos*, Dicuntur autem aliqui perfecti dupliciter. Vno modo, ſecundum intellectum. Alio modo, ſecundum voluntatem, hæc enim inter potentias animæ ſunt proprie hominis, & ideo ſecundum eas oportet hominis perfectionem conſiderari. Dicuntur autem perfecti intellectu illi, quorum mens eleuata eſt, ſuper omnia carnalia, & ſenſibilia, qui ſpiritualia, & intelligibilia capere poſſunt, de quibus dicitur Heb. 5. Perfectorum eſt ſolidus cibus, eorum qui per conſuetudinem exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem mali, & boni. Perfecti autem ſecundum voluntatem ſunt, quorum voluntas ſuper omnia temporalia eleuata, ſoli Deo inhæret, & eius præceptis. Vnde Mat. 5. præpoſitis dilectionis mandatis ſubditur, Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, quia igitur doctrina fidei ad hoc ordinatur, vt fides per dilectionem operetur, vt habetur Gal. 7. Neceſſe eſt eum, qui in doctrina fidei inſtruitur, non ſolum ſecundum intellectum bene diſponi ad capiendum, & credendum, ſed etiam ſecundum voluntatem & affectum bene diſponi ad diligendum, & operandum. Deinde cum dicit; *Sapientiam uero &c.* exponit qualis ſit ſapientia de qua mentionem fecit. Et primo, ponit expoſitionem. Secundo, rationẽ expoſitionis confirmat, ibi; *Quam nemo principum &c.* Circa primum duo facit. Primo, exponit qualis ſit iſta ſapientia per comparationem ad infideles. Secundo, per comparationem ad fideles, ibi; *Sed loquimur Dei ſapientiam &c.* Dicit ergo primo. dictum eſt, quòd ſapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero dico; *Non huius ſeculi*, ideſt, de rebus ſecularibus, vel quæ eſt per rationes humanas. *Neque* etiam *Principum huius ſeculi*, & ſic ſeparat eam a ſapientia mundana, & quantum ad modum & materiam inquirendi, & quantũ ad authores, qui ſunt principes huius ſeculi, quod poteſt intelligi de triplici genere principum, ſecundum triplicem ſapientiam humanam. Primo, poſſunt dici principes huius ſeculi reges, & potentes ſeculares, ſecundum illud Pſalm. 2. Principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtũ eius. A quibus principibus venit ſapientia humanarum legum, per quas res huius mundi in vita humana diſpenſantur. Secundo, poſſunt dici principes, dæmones. Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam &c. Et ab his principibus venit ſapientia culturæ dæmonum, ſcilicet negromantia, & magicæ artes & huiuſmodi. Tertio poſſunt intelligi principes huius ſeculi, philoſophi, qui quaſi principes ſe exhibuerunt hominibus in docendo, de quibus dicitur Eſa. 19. Stulti principes thaneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis. Et ab his principibus proceſſit tota humana philoſophia. Horum autem principum homines *Deſtruuntur* per mortem, & per amiſſionem poteſtatis, & authoritatis: dæmones vero non per mortem, ſed per amiſſionem poteſtatis, & authoritatis, ſecundum illud Io. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras: de hominibus, autem dicitur Bar. 3. Vbi ſunt principes gentium? Et poſtea ſubdit. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, ſicut ipſi non ſunt ſtabiles, ita & eorum ſapientia non poteſt eſſe firma, & ideo non ei innitendum eſt. Deinde cum dicit; *Sed loquimur &c.* Exponit qualis ſit ſapiẽtia per comparationem ad fideles. Et primo, deſcribit eã quantum ad materiam vel authoritatem, cum dicit; *Sed loquimur Dei ſapientiam*, ideſt, quæ eſt Deus, & a Deo ſi quàmuis enim omnis ſapientia a Deo ſit, vt dicitur Eccle. 1. Tamen ſpeciali quodam modo hęc ſapientia, quæ eſt de Deo, eſt etiam a Deo per reuelationem, ſecundum illud Sap. 9. Enſum autem tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum tuum de altiſſimis? Secundo, oſtendit qualitatem eius dicens; *In miniſterio quæ abſcondita eſt*. hæc enim ſapientia abſcondita eſt ab hominibus, inquantum hominis intellectum excedit, ſecundum illud Eccle. 3. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Vnde dicitur Iob. 28. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Et quia modus docendi, & doctrinæ debet eſſe conueniẽs, ideo dicitur, quòd loquitur eam in *Miſterio*, ideſt, in aliquo occulto, vel verbo vel ſigno, infra. 17. Spiritus loquitur myſteria. Tertio, oſtendit fructum huius ſapientiæ, dicens; *Quam Deus prædeſtinauit*, ideſt, præparauit; *In gloriam noſtram*, ideſt, prædicatorum fidei, quibus ex prædicatione tam altæ ſapientiæ gloria magna debetur, & apud Deum, & apud homines. Prou. 3. Gloriam ſapientes poſſidebunt, & quod dicit; *In gloriam noſtram*, exponendum eſt, omnium fidelium, quorum gloria hæc eſt, vt in plena luce cognoſcant ea, quæ nunc in myſterio prædicantur, ſm illud Io. 17. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

A

B

C

D

E

LECTIO II.

QVAM nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sicut ſcriptum eſt, quòd oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Nobis autẽ

LECTIO SECVNDA.

POSITA expoſitione de ſapientia, quam Apoſtolus loquitur inter perfectos, hic rationem aſſignat expoſitionis prædictæ, & primo quantum ad hoc, quòd eam deſcripſerat, per comparationem ad infideles. Secundo, quantum ad hoc, quòd eam deſcripſerat, per comparationem ad fideles, ibi; *Nobis autem reuelauit Deus*. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propoſitum, ibi; *Si enim cognouiſſent*. Dicit ergo primo, dictum eſt, quòd ſapientia quam loquimur non eſt; *Principum huius ſeculi*, hæc enim ſapientia eſt; *Quam nemo principum huius ſeculi cognouit*, quod verum eſt, de quibuſcumque principibus intelligatur: ſeculares enim principes hanc ſapientiam non cognouerunt, quia excedit rationem humani regiminis. Iob. 12. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuiũ. Philoſophi etiam eam non cognouerunt, quia excedit rationem humanam. Vnde dicitur Bar. 3. Exquiſitores prudentiæ, & ſcientiæ, viam ſapientiæ neſcierunt. Dæmones etiam eam non cognoſcunt, quia excedit omnem creatam ſapientiam. Vnde dicitur Iob. 28. Volucres cœli quoque latent. Perditio, & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famam eius. Deinde cum dicit; *Si enim cognouiſſent &c.* Probat quod dixerat, & primo quidem probat per ſignum, quòd non cognouerunt principes Dei ſapientiam, ſecundum quòd eſt in ſe abſcondita. Secundo, probat per authoritatem, quòd non cognouerunt eam, ſecundum quòd præparata eſt in gloriam noſtram, ibi; *Sicut ſcriptum eſt*. Dicit ergo primo, recte dico, quòd principes huius ſeculi Dei ſapientiam, non cognouerunt; *Si enim cognouiſſent*, Dei ſapientiam, cognouiſſent vtique Chriſtum eſſe Deum, qui in hac ſapientia continetur, quo cognito; *Nunquam crucifixiſſent Deum gloriæ*, ideſt, ipſum Chriſtum dominum dantem gloriam ſuis, ſecundum illud Pſal. 23. Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Et Heb. 12. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Cum enim creaturæ rationali ſit naturaliter appetibilis gloria, non poteſt in voluntatem humanam cadere, quòd authorẽ gloriæ interimat. Quòd autem principes crucifixerunt Ieſum Chriſtum, certum eſt ſi intelligatur de principibus, qui poteſtatem habent inter homines. Dicitur enim in Pſalm. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum

vnū aduersus dn̄m, & aduersus Xp̄m eius, qđ Act.4. exponit̃ de Herode, & Pilato, & principibus Iudæorū, q cōsenserūt in mortē Xp̄i. Sed ēt dæmones operati sunt in mortē Xp̄i ꝑsuadēdo ſm illud Io. 13. Cū diabol⁹ iā misisset in cor vt eū traderet &c. Sed & pharisæi, & scribæ in lege periti, q studiū sapientiæ dabāt, operati sunt ad mortē Xp̄i instigādo, & approbando. Sed circa hoc duplex oritur dubitatio, quarum prima est, de hoc, qđ dicit Deū gl̃iæ crucifixū. Nō.n. diuinitas Xp̄i, aliqd pati potuit, ſm quam dr̃ Xp̄s dn̄s gl̃iæ. Sed dicēdū, ꝙ Xp̄s est vna ꝑsona, & hypostasis in vtraq; natura cōsistēs, diuina.s. & humana. Vn̄ pōt vtriusq; naturæ noīe designari, & quocūque noīe significet̃, pōt p̄dicari de eo id, qđ est vtriusq; naturæ, qa vtriq; nō supponit̃ nisi vna hypostasis. Et ꝑ hūc modū possum⁹ dicere, ꝙ hō creauit stellas, & ꝙ dn̄s gl̃iæ est crucifixus, & tn̄ non creauit stellas ſm ꝙ hō, sed ſm ꝙ Deus, nec est crucifix⁹, ſm ꝙ est De⁹, sed inquātū hō. Vnde ex hoc verbo destruit̃ error Nestorii, qui dixerat vnā naturā esse in Xp̄o Dei, & hoīs, quia ſm hoc, nullo mō posset verificari, ꝙ dn̄s gloriæ sit crucifixus. Secūda dubitatio est, de hoc, ꝙ vr̃ supponere, ꝙ principes Iudæorū vel dæmones, nō cognouerunt Xp̄m esse Deū. Et qdē quātū ad principes Iudæorū, vr̃ hoc astrui, per hoc, qđ dicit Petrus Act.3. Scio quia ꝑ ignorātiā hoc feceritis sicut, & principes vr̃i: vr̃ aūt esse contrariū qđ dr̃ Mat. 21. Agricolæ vidētes filiū dixerūt intra se, hic est hæres, venite occidam⁹ eū, qđ exponēs Chrys. dicit, Manifeste dn̄s ꝓbat his verbis Iudæorū principes nō ꝑ ignorantiā, sed per inuidiā Dei filiū crucifixisse. Soluit̃ in Glo. ꝙ sciebāt principes Iudæorum eū esse, q ꝓmissus erat in lege, nō tn̄ mysterium eius, ꝙ filius Dei erat, neque sciebāt sacr̃m incarnationis & redēptionis. Sed cōtra hoc esse vr̃, qđ Chrys. dicit, Quòd cognouerūt eū esse filiū Dei. Dicendū est ergo, ꝙ principes Iudæorum ꝓ certo sciebāt eū esse Xp̄m ꝓmissum in lege, qđ populus ignorabat: Ipsum aūt esse verū filiū Dei, nō ꝓ certo sciebāt, sed aliqualr̃ coniecturabāt, sed hæc cōiecturalis cognitio obscurabat̃ in eis ex inuidia, & ex cupiditate ꝓpriæ gl̃iæ, quā ꝑ excellētiā Xp̄i minui videbāt. Similr̃ ēt vr̃ esse de dæmonib⁹ dubitatio. Dicit̃.n. Mar. 1. & Lu.4. Quòd dæmonium clamauit, dicēs, Scio ꝙ sis sanctus Dei. Et ne hoc p̄sumptioni dæmonū ascribat̃, q se iactabāt scire, qđ nesciebāt, eorū notitia, quā habebāt de Xp̄o, ꝑ ipsos euāgelistas asserit̃. In Mat. qdē sic scribit̃, Non sinebat ea loq. s. dæmonia, qm̄ sciebāt eū Xp̄m esse. Et Luc. dicit, Increpans nō sinebat ea loqui, quia sciebant eū esse Xp̄m. Et ad hoc r̄ndet̃ in libro de q̄ōnib⁹ noui & veteris testamēti, ꝙ dæmonia sciebāt ipsum esse, q ꝑ legē fuit repromissus, qa oīa signa videbāt in eo, q̄ dixerunt ꝓphetæ, mysteriū aūt diuinitatis eius ignorabāt. Sed cōtra hoc vr̃ esse, qđ Athanasius dicit, ꝙ dæmonia dicebāt Xp̄m esse sanctū Dei, quasi singulariter sanctū: ipse.n. naturalr̃ est sanct⁹, cui⁹ participatione oēs alii sancti vocantur. Dicēdum est aūt, ꝙ sicut Chrys. dicit, nō habebāt aduētus Dei firmā, & certā notitiā, sed quasdā cōiecturas. Vn̄ Augu. dicit in 9. de ciuitate Dei, ꝙ innotuit dæmonib⁹, nō per id quod est vita æterna, sed ꝑ q̄dā tēporalia sua virtute effecta. Deinde cū dicit; *Sed sicut scriptum est.* Probat ꝑ authoritatē, ꝙ principes huius seculi Dei sapientiam non cognouerūt, q̄tū ad hoc, ꝙ p̄destinata est in gloriā fideliū, dicēs; *Sed sicut scriptum est.* Esa.64. Vbi lr̄a nr̄a habet. Ocul⁹ nō vidit, Deus, absq; te, q̄ p̄parasti his, q diligūt te. Oñdit̃ aūt illa gloria visionis aperte ab hoīb⁹ ignorari duplr̃. Primo qdē, ꝙ nō subiacet humanis sensib⁹ a qb⁹ oīs humana cognitio, initium sumit. Et ponit duos sensus, Primo, visionis, q̄ deseruit inuētioni, cum dicit; *Quod oculus non uidit.* Iob. 28. Semitā eius ignorauit auis, nec intuit⁹ est eā ocul⁹ vulturis. Et hoc iō, qa nō est aliquid coloratū & visibile. Scđo, ponit sensum audit⁹, q deseruit disciplinæ dicēs; *Nec auris audiuit.* s. ipsam gloriā, qa nō est son⁹ aut vox sensibilis. Io.5. Neq; sp̄em eius vidistis, neq; vocē eius audistis. Deinde excludit notitiā eius intellectualē, cū dicit; *Neque in cor hominis ascendit.* Quod qdē pōt itelligi, Vno mō, vt ascēdere in cor hoīs, dicat̃ qcqd quocumq; mō cognoscit̃ ab hoīe, ſm illud Hiere.51. Ierusalē ascendat sup cor vr̃um: & sic oporteat, ꝙ cor hoīs accipiat̃ ꝓ corde hoīs carnalis, ſm illud, qđ dr̃. J.3. Cū sint inter vos zel⁹, & cōtētio nōne carnales estis, & ſm hoīem ambulatis? Est ergo sensus, ꝙ illa gloria nō solū sensu, nō ꝑcipit̃, sed nec corde hoīs carnalis, ſm illud Io.14. Quē mundus nō pōt accipere, qa nō videt eū, nec scit eū. Alio mō, pōt exponi, ſm qđ ꝓprie dr̃ in cor hoīs ascēdere, id qđ ab inferiori ꝑuenit ad hoīs intelr̃m, puta a sensibilib⁹ de qb⁹ prius fecerat mentionē. Res.n. sunt in intellectu, ſm modū eius, res igit̃ inferiores sunt in intellectu altiori modo, q̄ in seipsis. Et iō, qn̄ ab intellectu capiuntur, quo-

In 2.expos. q̄ attribuit̃ Chrysost. hom.40. ibidem.

cap.21.

reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus.n. omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.

F dammodo in cor ascēdunt. Vnde dr̃ Esa. 5. Nō erūt in memoria priora, nec ascēdēt super cor. Illa vero, q̄ sunt in intellectu superiora, altiori modo sunt in seipsis, q̄ in intellectu. Et iō, qn̄ ab intellectu capiuntur, quodammodo descendunt. Iaco.1. Oē donū ꝑfectū desursum est descēdēs a patre luminū: qa igitur illius gloriæ notitia, non accipit̃ a sensibilib⁹; sed ex reuelatione diuina, iō signanter dicit; *Nec in cor hominis ascendit*, sed descendit, id.s. *Quod præparauit Deus.* i. p̄destinauit; *Diligentibus se*, qa essentiale p̄miū æternæ gl̃iæ charitati debet̃, ſm illud
G Ioā.14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, in quo perfectio æternæ gloriæ consistit. Et Iob. 36. Annuntiat de ea. i. de luce gloriæ amico suo, ꝙ possessio eius sit. Cæteræ autem virtutes accipiunt efficaciam merendi vitam æternā, inquantum informantur charitate. Deinde cū dicit; *Nobis autem &c.* Probat p̄dictā expositionē de sapientia diuina, per comparationem ad fideles. Et primo, proponit, quod intendit. Secūdo, probat propositum, ibi; *Spiritus enim.* Dicit ergo primo, dictū est, ꝙ sapientiam Dei, nemo principium huius seculi cognouit; *Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum*, quem. s. nobis misit, ſm illud Io.14. Paracletus autē spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Iob. 31. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. Quia enim spiritus sanctus est spiritus veritatis, vtpote a filio procedens, qui est veritas patris, his quibus mittitur inspirat veritatē, sicut & filius a patre missus notificat patrem, ſm illud Matt.11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.
H Deinde cum dicit; *Spiritus enim,* probat quod dixerat. s. ꝙ ꝑ spiritum sanctum sit sapientia fidelibus reuelata. Et primo, oñdit, ꝙ spiritus sanctus ad hoc sit efficax. Secundo probat, ꝙ hoc in discipulis Xp̄i fecerat, ibi; *Nos autem.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Scđo, manifestat ꝓpositum, ibi; *Quis enim scit hominum &c.* Dicit ergo primo, dictū est ꝙ ꝑ sp̄m sanctū reuelauit nobis Deus, suam sapientiā, & hoc fieri potuit. *Spiritus enim sanctus omnia scrutatur*: quod non est sic intelligendum, quasi inquirendo quomodo fiant, sed quia perfecte, & etiam intima quarumlibet rerum nouit, sicut homo, quod aliqn̄ diligenter scrutatur. Vnde dicitur Sap.7. Quòd spiritus intelligentiæ sanctus est omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles mundos subtiles, & non solum res creatas, sed etiam profunda Dei, perfecte cognoscit. Dicuntur autem profunda ea, quæ in ipso latent, & non ea, quæ de ipso per creaturas cognoscuntur, quæ quasi superficietenus videntur esse, secundum illud Sap.13. A magnitudine speciei, & creaturæ co-
I gnoscibiliter poterit creator eorum videri. Deinde cum dicit; *Quis enim scit hominum.* probat quod dixerat de spiritu Dei per similitudinem humani spiritus, dicens; *Quis enim scit hominum ea quæ sunt hominis*, idest, ea quæ latent in corde; *Nisi spiritus hominis qui in eo est*, idest, intellectus. Et ideo, quæ interius latent, videri non possunt. Signanter autem dicit; *Quis hominum* ne ab horum cognitione etiam Deus videatur excludi, dicitur enim Hier. 17. Prauum est cor hominis, & quis cognoscet illud? Ego Deus probans corda, & scrutans renes, quia scilicet secretorum cordis solus Deus est cognitor. Manifesta autem est ratio quare homo ea, quæ in corde alterius latent scire non potest, quia cognitio hominis a sensu accipitur, & ideo ea quę sunt in corde alterius, homo cognoscere non potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundum illud. 1. Reg. 16. Homo videt, quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. Sed nec angelus bonus, nec malus ea, quę in corde hominis latent
K scire potest, nisi inquantum per aliquos effectus manifestantur, cuius ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit ea ratione spiritum hominis cognoscere, quæ in corde hominis latent, quia in ipso homine est: Angelus autem neque bonus, neque malus illabitur menti humanæ vt in ipso corde hominis sit & intrinsecus operetur, sed hoc solius Dei proprium est. Vnde solus Deus est cōscius secretorum cordis hominis, ſm illud Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus, & in excelsis conscius meus. Secundo similitudinem adaptat ad spiritum Dei, dicens; *Ita & quæ Dei sunt.* i. quæ in ipso Deo latent; *Nemo cognoscit nisi spiritus Dei*, ſm illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiā nostram. Sed sicut ea, quæ sunt in corde vnius hominis alteri manifestantur per sensibilia signa, ita ea quæ sunt Dei possunt esse nota homini per sensibiles effectus, secundum illud Sap.13. A magnitudine speciei & creaturæ &c. Sed spiritus sanctus, qui est in ipso Deo, vtpote patri, & filio consubstantialis secreta diuinitatis per seipsum videt, secundum illud Sap.7. Est.n. in illa, scilicet Dei

Dei sapiētia, & sp̄us intelligētiæ sanct⁹ oēm habens virtutē, oīa prospiciens. Deinde cū dicit; *Nos autem &c.* Oñdit qūo cognitio sp̄us sancti ꝑcipiat̃ dicēs. Licet null⁹ hoīum ꝑ se possit scire, quæ sunt Dei; *Nos autem spiritu sancto.* s. repleti; *Non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui a Deo est.* Noie aūt sp̄us, vis q̄dā vitalis & cognitiua & motiua intelligitur. Sp̄us ergo hui⁹ mūdi p̄t dici sapientia huius mundi, & amor mūdi, quo impellit̃ hō ad agendū ea, quę mundi sunt, hunc aūt sp̄m, sancti ap̄li non receperūt mundū abiicientes & cōtemnentes, sed receperunt sp̄m sanctū, quo corda eorū illuminata sunt & inflāmata ad amorē Dei, ſm illud Io.14. Paraclitus aūt sp̄us sanct⁹, quē mittet pr̄ in noīe meo &c. Et Nu.14. Seruū meū Caleph, q plenus est alio sp̄ū, & secut⁹ est me, introducā in terrā hāc. Sp̄us aūt hui⁹ mūdi errare facit, ſm illud Esa. 19. Dirūpet̃ sp̄us Aegypti in visceribus eius, & cōsiliū eius p̄cipitabo. Ex diuino aūt sp̄ū eius cōsequuti sumus; *Vt sciamus quæ a Deo data sunt nobis*, vt sciam⁹ de reb⁹ diuinis quantū vnicuique Deus donauit, quia sicut dr̃ Eph.4. Vnicuiq; data est gr̄a ſm mēsurā donationis Xp̄i. Vel p̄t intelligi sp̄m Dei donatū sanctis, vt dona sp̄ualia cognoscāt, q̄ nō habētes eundē sp̄m ignorāt ſm illud Apoc.2. Vincēti dabo māna abscōditū, qđ nemo scit, nisi q accipit. Ex hoc aūt accipi pōt, ꝙ sicut nemo nouit p̄rem nisi fili⁹, & cui voluerit filius reuelare, vt dr̃ Matt. 11. Ita nemo nouit, q̄ sunt Dei p̄ris, & filii, nisi sp̄us sanctus, & q ipsum acceperunt: & hoc iō, qa sicut filius cōsubstātialis est p̄ri, ita sp̄us sanctus p̄ri & filio.

LECTIO III.

QVAE & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed ī doctrina sp̄us, sp̄ualib⁹ sp̄ualia cōparātes. Animalis aūt homo non percipit ea q̄ sunt sp̄us Dei. Stultitia.n. est illi, & nō p̄t intelligere, quia spiritualiter examinatur. Sp̄ualis aūt iudicat oīa, & ipse a nemine iudicat̃, sicut scriptum est. Quis.n. cognouit sensum dn̄i? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

LECTIO TERTIA.

Dixerat supra Ap̄ls, sapiētiā loqmur inter ꝑfectos. Postq̄ ergo manifestauit, qualis sit hæc sapientia, qa mūdanis hoīb⁹ incognita, cognita aūt sanctis, hīc manifestat qua rōne hāc sapiētiā sancti inter ꝑfectos loquunt̃. Et primo, ꝓponit, qđ intendit. Scđo, assignat rōnē, ibi; *Animalis autem homo &c.* Circa primū, Primo, ꝓponit reuelatorū manifestationē, dicēs, Dictū est ꝙ spiritū Dei, accepimus vt sciam⁹, q̄ a Deo donata sunt nobis; *Quæ* s. nobis ꝑ sp̄m reuelata sunt; *Loquimur.* Sunt.n. eis reuelata ad vtilitatē. Vn̄ & Act.2. Repleti sunt oēs sp̄ū sancto & cœperunt loqui. Scđo tangit modū enarrādi, excludēs modū incōuenientē, dicens; *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis.* Idest, nō nitimur ad ꝓbādā nr̄am doctrinā ꝑ verba cōposita ex humana sapientia, siue quātū ad ornatū verborū, siue quātū ad subtilitatē rōnum. Esa.33. Populum alti sermonis non videbis. Astruit.n. modū cōuenientem, cum dicit; *Sed in doctrina spiritus.* Idest ꝑut sp̄us sanctus nos loquētes interius docet, & auditorū corda ad capiendū illustrat. Io.16. Cū venerit ille sp̄us veritatis docebit vos omnem veritatē. Tertio, determinat auditores, dicēs; *Spiritualibus spiritualia comparantes.* q.d. recta cōparatione sp̄ualia documenta tradimus sp̄ualibus viris, qbus sunt cōuenientia. 2.Tim.2. Hæc commenda fidelibus viris, q idonei erunt, & alios docere. Eosdē aūt hic noiat sp̄uales quos supra ꝑfectos, qa ꝑ sp̄m sanctū hoīes perficiunt̃ in virtute, ſm illud Psal. 32. Spiritu oris eius oīs virtus eorū. Deinde cū dicit; *Animalis &c.* Assignat rōnē dictorum, & primo, oñdit, quare sp̄ualia nō sunt tradēda aīalibus hoībus. Secūdo, quare sunt tradēda sp̄ualibus, ibi; *Spiritualis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rōnē. Secundo manifestat eam, ibi; *Stultitia enim &c.* Rō ergo talis est. Nulli sunt tradēda documēta, q̄ capere, nō pōt, sed hoīes aīales, nō p̄nt capere, sp̄ualia documenta, ergo nō sunt eis tradenda. hoc est ergo quod dicit; *Animalis homo &c.* Et iō recta rōne nō p̄nt tradi eis. Vbi primo cōsiderādū est, qs hō dicat̃ aīalis. Est ergo cōsiderādum, ꝙ aīa est forma corporis. Vn̄ ꝓpriæ aīæ intelligunt̃ illæ vires, q̄ sunt actus corporaliū organorū. s. vires sensitiuæ. Dicunt̃ ergo hoīes aīales q huiusmodi vires sequunt̃, inter quas est vis apprehensiua, & appetitiua, & iō p̄t dici hō duplr̃ aīalis. Vno mō, q̄tū ad vim apphensiuā, & hic dr̃ aīalis sensu, q sicut dr̃ in glosa, de Deo iuxta corporū phātasiā vel legis lr̄am, vel rōne philosophicā iudicat, q̄ ſm vires sensitiuas accipiunt̃. Alio mō dr̃, qs aīalis q̄tū ad vim appetitiuā, q. s. afficit̃ solū ad ea, q̄ sunt ſm appetitū sensitiuū: & talis dr̃ aīalis vita, qui sicut dr̃ in glosa, seq̃t dissolutā lasciuiam aīæ suę, quā inter naturalis ordinis metas, spiritus rector nō cōtinet. Vn̄ dr̃ in canonica Iudæ, Hi sunt, qui segregāt semetipsos, aīales spiritum nō habētes. Scđo aūt vidēdū, quare tales; *Non possunt percipere ea quæ sunt spiritus Dei,* quod quidē manifestū est, & q̄tū ad aīalē sensum, & q̄tū ad aīalē vitā. Ea.n. de qb⁹ spiritus sanct⁹ illustrat mentem, sunt supra sensum, & rōnē humanā, ſm illud

A Eccl.3. Plura supra sensum hoīs ostensa sunt tibi, & iō ab eo capi nō p̄nt, q soli cognitioni sensitiuæ innitit̃. Sp̄us ēt sanct⁹ accendit affectum ad diligendum spiritualia bona, sensibilib⁹ bonis cōtēptis, & iō ille, q est aīalis vitæ, nō pōt capere hmō sp̄ualia bona, qa Philosoph⁹ dicit in 4.Ethic. ꝙ qualis vnusquisq; est, talis finis vr̃ ei. Prou.18. Non recipit stultus verba prudētiæ, nisi ei dixeris, q̄ versant̃ in corde eius. Eccle. 22. Cum dormiēte loq̃t, q narrat sapiētiam stulto. Deinde cum dicit; *Stultitia enim &c.* Manifestat quod dixerat per signum, cum.n. aliqs aliqua sapienter dicta reprobat, quasi stulta, Lect.15.
B signū est, ꝙ ea nō capiat. Quia igr̃ aīalis hō, ea q̄ sunt sp̄us Dei reputat stulta, ex hoc manifestatur, ꝙ ea nō capit. Et hoc est, qđ dicit; *Stultitia enim est illi.* s. aīali. Iudicat.n. esse stulta, q̄ ſm sp̄m Dei agunt̃. Eccl. 10. In via stultus ambulās cum ipse sit insipiēs, oēs stultos æstimat. Quòd aūt homini aīali, q̄ ſm spiritum sunt videantur stulta, nō ꝓcedit ex rectitudine sensus: sicut sapientes aliqua iudicāt esse stulta, q̄ stultis videntur sapientia ꝓp defectū intellectus, quia hō sensui deditus, non p̄t intelligere ea q̄ supra sensum sunt, & homo carnalib⁹ affect⁹, non intelligit esse bonū, nisi quod est delectabile, ſm carnē. Et hoc est quod seq̃t; *Et non potest intelligere.* Psal. 81. Nescierūt neq; intellexerunt, in tenebris ambulāt. Quare aūt non possit intelligere, oñdit subdens; *Quia spiritualiter examinatur.* i. spiritualium examinatio fit spiritualr̃, nūquā.n. inferior pōt examinare & iudicare ea, q̄ sunt superioris, sicut sensus nō p̄t examinare ea, q̄ sunt intellect⁹: & similr̃ neq; sensus, neq; rō humana pōt iudicare ea, q̄ sunt spirit⁹
C Dei, & ita relinq̃tur, ꝙ hmōi solo spiritu sancto examinātur, ſm illud Psa.17. Eloquia dn̄i igne examinata, ꝓbata. s. a spiritu sctō. Quia ergo aīalis hō caret spiritu sancto, nō pōt sp̄ualia examinare, & per consequens nec ea intelligere. Deinde cum dicit; *Spiritualis autem iudicat omnia &c.* assignat rōnem quare spiritualibus spiritualia tradantur, & primo ponit rōnem. Secundo, manifestat causam, ibi; *Quis enim nouit.* Assignat autē talē rōnem. Illi tradenda sunt spiritualia, qui potest iudicare, ſm illud Iob. 12. Auris verba diiudicat, sed spiritualis est huiusmodi. ergo ei spiritualia sunt tradenda, & hoc est, ꝙ dicit, Spiritualis.n. diiudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur. Vbi primo videndum est, quis hō dicat̃ spiritualis. Est autem notandum, ꝙ spiritus nominare consueuimus substantias incorporeas: quia igitur aliqua pars aīæ est, q̄ non est alicuius organi corporei actus. s. pars intellectiua comprehendens intellectum & voluntatem, huiusmodi pars aīæ spiritus hominis dicitur, quæ tamen a spiritu Dei, &
D illuminatur secundum intellectum, & inflammatur secundum affectum & voluntatem. Dupliciter ergo dicitur homo spiritualis. Vno modo ex parte intellectus, spiritu Dei illustrante. Et secundum hoc in glosa dicitur, ꝙ homo spiritualis est, qui spiritu Dei subiectus certissime ac fideliter spiritualia cognoscit. Alio modo ex parte voluntatis, spiritu Dei inflammante. & hoc modo dicitur in Glo. quòd spiritualis vita est, qua spiritum Dei habens rectorem animam regit, idest, animales vires. Gal. vltim. Vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi &c. Secundo, considerandum est, quare spiritualis diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vbi notandum est, quòd in omnibus ille, qui recte se habet, rectum iudicium habet circa singula. Ille autem, qui in se rectitudinis defectum patitur, deficit etiam in iudicando: uigilans enim recte iudicat, & se uigilare, & alium dormire, sed dormiens non habet rectum iudicium de se nec de uigilante. Vnde non sunt res tales, quales uidentur dormienti,
E sed quales videntur uigilanti. Et eadem ratio est de sano & infirmo circa iudicium saporum, & de debili, & forti, circa iudicium ponderum: & uirtuoso, & uitioso, circa agibilia. Vnde & Philosophus dicit in 5. Ethic. Quòd uirtuosus est regula, & mensura omnium humanorum, quia scilicet in rebus humanis talia sunt singularia, qualia uirtuosus iudicat ea esse, & secundum hunc modum Apostolus hic dicit, quòd; *Spiritualis iudicat omnia*, Lect.3. quia scilicet homo habens, intellectum illustratum, & affectum ordinatum per spiritum sanctum de singulis, quæ pertinent ad salutem, rectum iudicium habet. Ille autem, qui non est spiritualis, habet etiam intellectum obscuratum, & affectum inordinatum circa spiritualia bona, & ideo ab hoīe nō spirituali, spiritualis homo iudicari non p̄t, sicut nec uigilās a dormiente. Quantū ergo ad primum horum dr̃ Sap. 3. Quòd iudicabūt iusti natiōes. Quātū ad scđm dr̃ J.4. Mihi ꝓ minimo est, vt a uobis iudicer, aut ab humano die. Deinde cū dicit; *Quis.n. nouit &c.* manifestat rōnē inductā. Et primo iducit authoritatem.

ritatem. Secundo adaptat ad propoſitum,ibi; *Vos autem &c.* Eſt autem conſiderandum quòd ad hoc ꝙ aliquis poſſit de aliquo homine iudicare ,duo requiruntur.Primo ut iudicans cognoſcat ea quæ ſunt iudicati , quia vt dicitur 1. Ethi. Vnuſquiſq; bene iudicat quæ cognoſcit & horum eſt optimus iudex. Ex quo patet quòd ſenſum, id eſt ſapientiam Dei omnia iudicantem nullus poſſit diiudicare,ideo dicit;*Quis enim nouit ſenſum domini?* q.d.nullus,q̃a ſapientia Dei excedit omnem cupiditatem hominis . Eccl. 1. Sapientiam Dei præcedentē oĩa,quis īueſtigauit? Sap.14. Senſum autem tuū q̃s ſcire poterit , niſi tu dederis ſapientiam? Secundo requiritur ꝙ iudicans ſit ſuperior iudicato. Vnde dominus habet iudicium de ſeruo, magiſter de diſcipulo. Ex quo etiam patet,ꝙ nullus poteſt ſenſum Dei iudicare,ꝑpter qđ ſequitur ; *Aut quis inſtruxit eum?* q.d. nullus. Non enim habet ſcientiam ab aliquo acceptam,ſed potius fontem omnis ſcientiæ Iob. 26. Cui dediſti conſilium? forſitan ei qui nō habet ſapientiam? Vidētur aūt verba hæc aſſumpta ex eo qđ dr̄ Eſa.4. Quis adiuuit ſpiritum dn̄i, aut quis conſiliarius eius fuit? & oſtendit illi cum quo iniit conſilium & inſtruxit eum . Deinde adaptat quod dixerat ad propoſitum , dicēs; *Nos autem*.ſ. ſpirituales viri; *Senſum Chriſti habemus* , ideſt recipimus in nobis ſapientiam Xp̄i ad iudicandum . Eccle. 17. Creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu adimpleuit corda illorum. Luc. vlt. dr̄, quòd aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas,& ita quia ſicut ſenſus Chriſti diiudicari non poteſt,conueniens eſt quòd ſpiritualis qui ſenſum Chriſti habet, a nemine iudicetur .

Ethic.lib.1. cap.3.

CAP. III. LEC. I.

ET ego fratres, non potui uobis loqui quaſi ſpiritualib⁹, ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Xp̄o lac uobis potum dedi, nō eſcam . Nondū enim poteratis,ſed nec nunc quidē poteſtis. Adhuc enī carnales eſtis . Cum enim ſit inter uos zelus & cōtentio, nonne carnales eſtis, & ſm hoīem ambulatis ? Cū.n. quis dicat, Ego quidem ſum Pauli,alius aūt,ego Apollo,nōne hoīes eſtis?Quid igitur eſt Apollo? Quid vero Paulus?Miniſtri eius,cui credidiſtis.Et vnicuique ſicut dn̄s dedit . Ego plātaui , Apollo rigauit,ſed Deus nunc incremētū dedit. Itaque, neque qui plantat eſt aliquid, G neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus . Qui autem plantat & qui rigat , vnum ſunt .

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apoſtolus oſtenderat contentionem , & diuiſionem Corint. qui ꝑꝑ miniſtros Chriſti,a quibus baptizati & docti erant,adinuicem diſceptabant : hic incipit eorū iudicium quod habebat de miniſtris improbare, ex quo iudicio,contentiones in eis procedebant. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eorum iudicium, quantū ad hoc, ꝙ quibuſdam miniſtrorū de quib⁹ gloriabantur,plus attribuebant q̃ deberent. Secundo, quantum ad hoc,quòd alios Chriſti miniſtros contēnebant 4.ca. ibi; *Sic nos exiſtimet homo.* Circa primum duo facit. Primo oſtēdit detrimentum quod patiebantur ꝑpter contentiones ex peruerſo iudicio prouenientes. Secundo improbat eorum peruerſum iudiciū, ibi; *Quid igitur eſt Apollo?* Circa primū duo facit. Primo ponit detrimentum, quod hactenus paſſi erant propter eorum defectum. Secundo oſtendit ꝙ adhuc idem patiuntur,ibi; *Sed nec nunc quidem.* Circa primum tria facit . Primo ponit detrimentum quod hactenus paſſi erant propter eorum defectum. Dixerat enim ſupra, ꝙ apoſtoli quidem ſpiritualia documenta ſpiritualibus tradebant,quæ animales homines percipere non poterant,quod eis adaptat dicēs; *Et ego fratres* , qui.ſ. inter alios apoſtolos ſpiritualibus ſpiritualia loquor; *Non potui* .ſ. conuenienter ; *Vobis loqui quaſi ſpiritualibus*,vt.ſ. traderem vobis ſpiritualia documēta;*Sed quaſi carnalibus*.ſ. locutus ſum vobis:eoſdem enim carnales dicit quos ſupra animales, quibus oportet tradi ea quæ ſunt infirmitati eorum accommoda. Eſa. 28. Quem docebit ſcientiā,& quē intelligere faciet auditū? Ablactatos a lacte,auulſos ab vberib⁹, i. carnali conuerſatione & ſenſu. Secundo adhibet ſimilitudinē, dicēs; *Tanquam paruulis in Chriſto* .i.parum adhuc introductis in perfectam doctrinā fidei,quæ ſpiritualibus debetur.Heb.5.Omnis qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermonū iuſtitiæ,paruulus .n.eſt,perfectorum aūt eſt ſolidus cibus . Tertio rōnem aſſignat ne credatur ex inuidia eis ſpiritualem doctrinam ſubtraxiſſe,cōtra quod dicitur Sap. 7. Quam ſine fictione didici & ſine inuidia communico. Vnde ſubditur;*Nondum enim poteratis*, q.d. Nō ſubtraxi vobis eſcam propter meā inuidiam , ſed propter veſtrā impotentiam,quia verba ſpiritualia ; *Nondum bene poteratis* capere,ſm illud Ioan.16. Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo . Deinde cum dicit ; *Sed nec nunc quidem poteſtis* . oſtendit quòd adhuc idem detrimentum patiuntur . Et primo quidem ponit in potentiam cui adhuc ſubiacebant,dicēs; *Sed nec nunc quidem poteſtis.* q.d. quòd a principio perfectam doctrinam capere non poteratis,non mirum fuit : quia hoc neſcire veſtræ nouitati competebat,ſm illud 1.Pet. 2. Sicut modo ge-

F niti infantes lac concupiſcite . Sed hoc vr̄ eſſe culpabile, ꝙ poſt tm̄ tp̄s in quo ꝑficere debuiſtis, eādē impotētiā retinetis,ſm illud Heb.5.Cū deberetis magr̄i eſſe ꝑꝑ tp̄s:rurſus indigetis doceri,q̃ ſunt elemēta ſermonū Dei. Scđo aſſignat p̄dictæ impotētiæ rōnē, dicēs ; *Adhuc.n. carnales eſtis.* ſ. vita & ſenſu. Et iō ea quæ ſunt ſpūs capere nō poteſtis, ſed ſapitis ea, q̃ ſunt carnis, ſm illud Rom.8. Qui ſm carnē ſunt, q̃ carnis ſunt ſapiunt. Tertio, ponit rōnē ꝓbationis inductæ,dicens;*Cū .n. inter vos ſit zelus , & contentio , nonne carnales eſtis , & ſecundum hominē ambulatis?* Vbi cōſiderandū eſt,ꝙ recte cōiungit zelū,& cōtētionē:q̃a zelus.i.inuidia eſt cōtētionis materia. Inuidus.n. triſtat̄ de bono alterius , qđ ille nitit̄ ꝓmouere,& ex hoc ſequitur cōtētio. Vnde Iac.3.Vbi zelus & cōtētio , ibi incōſtātia, & oē opus prauū . Et ſimilr̄ ecōuerſo, charitas,ꝑ quā q̃s diligit bonū alterius,eſt materia pacis. Scđo, cōſiderādū eſt, ꝙ zelus,& cōtētio nō hēt locū,niſi in carnalibus hoībus,q̃a ipſi circa bona corporalia afficiunt̄, q̃ ſimul a plurib⁹ integre poſſideri nō pn̄t : & iō ꝑꝑ hoc , ꝙ aliquis aliquod bonū corporale poſſidet , alius impedit a plena poſſeſſione illius,& ex hoc ſeq̄t̄ inuidia,& ꝑ cōſequēs cōtētio:ſed ſpūalia bona quibus ſpūales afficiunt̄,ſimul a plurib⁹ poſſideri pn̄t, & iō bonū vnius H nō eſt alterius impedimētū, & ꝑꝑ hoc in talib⁹, nec inuidia,nec cōtētio locū hēt. Vnde Sap.7. Sine inuidia cōicq . Tertio,conſiderādū eſt , quare hoīes carnales dicit, ſm hoīem ambulare , cū tn̄ hō ex ſpū, & carne cōponat̄, quia naturæ humanæ cōſonum eſt, vt ſpūs cognitionē a ſenſib⁹ carnis accipiat . Vn̄ cōſequenter affectus rōnis humanæ,ſm ea,q̃ ſunt carnis mouet̄,niſi ſpūs hominis ꝑ ſpūm Dei ſupra hominē eleuet̄. Vn̄ dr̄ Eccleſ.34. Sicut parturiētis cor tuū phātaſias patit̄, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio. Eſt ergo ſenſus; *Secundum hominem*.i.ſm naturā humanā ſibi a Dei ſpū derelictā,ſicut & in Pſal.4.dr̄, Filii hoīum vſq; quo graui corde,vt q̃d diligitis vanitatem , & q̃ritis mēdacium? Quarto,manifeſtat ꝓbationē inductā,dicēs;*Cum.n.quis.* i. aliq̃s vrum dicit;*Ego quidē ſum Pauli*,q̃a a Paulo baptizatus & doct⁹; *Alius autem,ego Apollo* (genitiui caſus,) ꝑ qđ denotat̄ in vobis eſſe zelus & cōtētio; *Nonne homines eſtis.* ſ.carnales,& non ſpūales,vtpote zelū & cōtētionē habētes ꝑ reb⁹ humanis?Qualis.n. I hō eſt, talib⁹ reb⁹ afficit̄, & ꝑ affectū inhæret,ſm illud Oſeæ.9. Facti ſunt abominabiles ſicut ea, q̃ dilexerunt. Deinde cū dicit; *Quid igitur eſt Apollo?* improbat eorū iudiciū,q̃tū ad hoc,ꝙ plus miniſtris attribuebāt,q̃ deberēt. Et primo,oſtēdit veritatē.Scđo excludit errorē,ibi; *Nemo vos ſeducat.* Tertio,infert cōcluſionem intētā, ibi; *Itaque nemo glorietur in hominibus.* Circa primum duo facit. Primo, oñdit cōditionē miniſtrorum. Scđo,agit de eorum mercede, ibi; *Vnuſquiſque propriam mercedem.* Circa primum tria facit. Primo,ponit miniſtrorū cōditionē. Scđo,ponit ſimilitudinē,ibi; *Ego plātaui,Apollo rigauit.*Tertio,oñdit intētū,ibi;*Itaque, neque qui plantat* . Circa conditionē aūt miniſtrorū duo tangit . Primo,ꝙ nō ſunt dn̄i,ſed miniſtri,dicēs,Vos de Paulo,& Apollo glīamini.Igr̄ q̃ro a uobis; *Quid eſt Apollo,& quid Paulus?*i.cuius dignitatis,vel ꝑtātis, vt digne de eis glīari poſſitis? & rn̄det; *Miniſtri eius.* ſ.Dei ſunt.q.d.qđ agūt ī baptiſmo,& ī doctrina nō principalr̄ agūt ſicut dn̄i,ſed ſicut miniſtri eius,ſm illud Eſa.61. K Miniſtri Dei dicet̄ vobis.Poſſet aūt alicui videri magnū eſſe,miniſtrū Dei eſſe,& glīandū eſſe ī hoīb⁹ de miniſteriis Dei. Et vere eſſet ſi ſine hoīb⁹ nō pateret acceſſus ad Deum, ſicut illi q̃ ſolēt glīari de miniſtris regis,ſine q̃b⁹ nō patet adit⁹ ad regē. Sed hoc hīc locū nō hēt,q̃a fideles Xp̄i ꝑ fidē habēt acceſſum ad Deum, ſm illud Ro.5.Per quē acceſſum habem⁹ad Deū ꝑ fidē & grām iſtā in qua ſtam⁹,& glīamur in ſpe glīæ filiorū Dei:iō ſignanter addit;*Cui credidiſtis*.q.d.ꝑ fidē,iā eſtis cōiūcti Deo,nō hoīb⁹. Vn̄ ſupra.2.dictū eſt, Vt fides vr̄a nō ſit in ſapiētia hominum, ſed in virtute Dei: & iō primo de Deo eſt vobis gaudēdū,q̃ de hoībus. Cōtingit aūt, ꝙ miniſtri hominū vel dn̄orū,vel artificum primo habeāt a ſeipſis aliquā dignitatē, vel virtutem,ex qua idonei ad miniſteriū fiūt,ſed hoc nō ē de miniſtris Dei, & iō ſcđo oñdit, ꝙ tota dignitas,& virt⁹ miniſtrorū ē a Deo,dicēs;*Et unicuique ſicut Deus diuiſit*.q.d.in tm̄ aliq̃s, & vnuſquiſq; nr̄um hēt de virtute miniſtrādi,inquātū ei De⁹ dedit, vn̄ nec ſic nobis eſt glīandū.2. Cor.3. Sufficiētia nr̄a a Deo, q̃ idoneos nos fecit miniſtros noui teſti. Deinde cū dicit;*Ego plantaui*,ponit ſimilitudinē miniſtrorū ex ſi-

ex ſimilitudine agricolarum, vbi duplex differētia operationum intelligitur. Vna,operationis vnius miniſtri ad operationem alterius. Et quantum ad hoc dicit; *Ego plantaui* .i.in prædicatione, ad modum plantantis me habui, quia .ſ. primo vobis prædicaui fidem.Eſa.51.Poſui verba mea in ore tuo,vt plātes cœlos. *Apollo rigauit* .i.ad modū rigātis ſe habuit,qui aquam plantis exhibet ad hoc,vt nutriātur & creſcāt . Et ſimiliter legitur Act. 18. Quòd cum Paulus multos Corinthiorum cōuertiſſet, ſuperuenit Apollo,qui multum cōtulit his qui crediderunt,publice oſtendēs ꝑ ſcripturam eſſe Ieſum Xp̄m. Eccl.24. dr̄,Rigabo ortum meū plantationum. Secunda differentia eſt operationis miniſtrorū,qui exterius operant̄ plantādo & rigando,ad operationem Dei,qui interius operātur . Vnde ſubdit; *Sed Deus incrementum dedit*,interius .ſ. operando 2. Cor. 9. Augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ . Sic ēt in rebus corporalib⁹ plantantes & rigantes exterius operantur , ſed Deus operatur interius per operationē naturæ ad incrementa plantarum . Deinde cum dicit ; *Itaque neque qui plantat neque qui rigat &c.* infert ex præmiſſis duas cōcluſiones , quarum prima infertur ſm cōparationem miniſtrorū ad Deum,dicens, Ex quo Paulus plātauit,& Apollo rigauit,non ſunt niſi miniſtri Dei , & nō habent aliquid niſi a Deo,& non operant̄ niſi exterius , Deo interius operante ; *Itaque neque qui plantat eſt aliquid* .ſ. principaliter & magnū de quo ſit gloriandū ; *Neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Ipſe .n. per ſe eſt aliquid principale & magnum,de quo eſt gloriandum. Actio .n. nō attribuitur inſtrumento cui comparatur miniſter,ſed principali agenti. Vnde Eſa.40. dr̄, Omnes gentes quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo. Secundam concluſionem infert ꝑtinentem ad cōparationem miniſtrorum adinuicē,dicens; *Qui plātat autem & qui rigat*, cū ſint miniſtri Dei,& nihil niſi a Deo habentes, & ſolum exterius operantes; *Vnum ſunt*,ex conditione naturæ & miniſterii rōne:quare .ſ. non pōt vnus alteri p̄ferri niſi ſm donum Dei , & ita quantum in ſe ipſis eſt , vnū ſunt. Et quia cōſequenter in intentione miniſtrandi Deo, vnum ſunt per concordiam voluntatis,iō ſtultum eſt de his qui vnum ſunt, diſſentire. Pſal.132.Ecce quàm iocundum habitare fratres in vnū. Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto .

LECTIO II.

VNVSQVISQVE Propriam mercedē accipiet ſm ſuū laborē. Dei enim ſumus adiutores.Dei agricultura eſtis.Dei ædificatio eſtis . Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi , vt ſapiens architectus fundamentum poſui , alius autem ſuperædificat .

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apoſtolus oſtendit: qualis ſit cōditio miniſtrorum, hic agit de remuneratione eorum.Et primo ponit de mercede bonorū miniſtrorum . Secundo agit de punitione malorum,ibi; *Neſcitis quia templum Dei eſtis &c.* Circa primum tria facit. Primo promittit miniſtris mercedē ꝓpriam . Secundo aſſignat rōnem, ibi;*Dei enim ſumus.* Tertio agit de diuerſitate mercedis,ibi; *Secundum gratiam Dei.* Dicit ergo primo,Dictum eſt,ꝙ neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat,non tamen inutiliter plantat vel rigat, ſed; *Vnuſquiſque ſuam propriam mercedem accipiet,ſecundum ſuum laborem.* Quāuis .n. qui incrementum dat,ſit Deus,& ipſe ſolum interius operet̄ , exterius tamen laborantibus mercedem tribuit, ſm illud Hier. 31. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis : quia merces eſt operi tuo . Quæ quidem eſt ipſe Deus, ſm illud Gen. 15.Ego protector tuus ſum, & merces tua multa nimis.Pro qua mercede laborātes mercenarii laudantur,ſm illud Luc. 15. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus ? Alioquin, ſi pro alia mercede in opere Dei aliquis laboret,laudandus non eſt , ſecundum illud Io. 10. Mercenarius autem, cuius non ſunt oues ꝓpriæ,videt lupum venientē & fugit. Hæc autem merces & cōmunis eſt omnibus , & ꝓpria ſingulorum:cōmunis quidem, quia idem eſt qđ oēs videbunt,& quo oēs fruent̄ .ſ. Deus,ſm illud Iob. 22. Super omnipotentem deliciis afflues & leuabis ad Deum faciem tuam Eſa. 28.In illa die,erit dominus exercituum corona gloriæ & ſertum exultationis populo ſuo. Et iō Matt. 20. Omnibus laborantib⁹ in vinea datur vnus denarius, ꝓpria vero merces erit ſingulorū quia vnus alio clarius videbit, & plenius fruet̄ , ſm determinatam ſibi menſurā. Vnde & Danie. 12. Illi qui docti ſunt,cōparantur ſplendori firmamenti, qui ad iuſtitiā erudiunt plurimos quaſi ſtellæ. Hinc eſt,quòd Io.14. dr̄, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. ꝑꝑ quod ēt hic dicitur, Vnuſquiſq; ꝓpriam mercedem accipiet. Oſtendit autem ſm quid attendat̄ menſura propriæ mercedis, cum ſubdit; *Secundum ſuum laborem.* Vn̄ & in Pſal.127. dr̄, Labores manuū tuarū quia manducabis,beatus es & bene tibi erit . Non tamen ꝑpter hoc deſignat̄ æqualitas ſm quantitatem laboris ad mercedem, quia vt dr̄ 2. Cor. 4. Quod

A in p̄nti eſt momentaneum & leue tribulationis nr̄æ,ſupra modū in ſublimitate æternū glīæ pōdus operabit̄ in nobis.Sed æqualitatem deſignat ꝓportionis, vt.ſ.vbi eſt potior labor,ibi ſit potior merces. Pōt autem intelligi labor eſſe potior tripl'r . Primo quidem ſm formā charitatis,cui rn̄det merces eſſentialis p̄mii.ſ.fruitionis, & viſionis diuinæ. Vn̄ dr̄ Io.14. Qui diligit me, diligetur a p̄re meo, & ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.Vnde qui ex maiori charitate laborat , licet minorē laborem patiat̄, plus de p̄mio eſſentiali accipiet.Secundo,ex ſpecie operis:ſicut.n.in rebus humanis ille magis p̄miatur, qui in digniori opere laborat , ſicut architector , q̃ artifex manualis, licet B min⁹ laboret corporal'r: ita ēt in reb⁹ diuinis,ille qui in nobiliori opere occupat̄,maius p̄mium accipiet,q̃tum ad aliquā p̄rogatiuā p̄mii accidentalis, licet forte minus corporal'r laboret. Vnde aureola datur doctoribus, virginibus,& martiribus. Tertio,ex q̃titate laboris,quod quidem contingit dupl'r. Nā q̄nq; maior labor maiorem mercedem meretur, p̄cipue q̃tum ad remiſſionē pœnæ, puta quòd diutius ieiunat,vel lōgius peregrinat̄,& ēt q̃tū ad gaudium quod percipiet de maiori labore. Vnde Sap.10.dr̄,Reddidit Deus.ſ.iuſtis,mercedem laborum ſuorum.Q̄nq; vero eſt maior labor ex defectu voluntatis . In his.n. q̃ ꝓpria voluntate facimus, minorem laborem ſentim⁹ . Et talis magnitudo laboris, nō augebit, ſed minuet mercedem. Vn̄ dicitur Eſa.40. Aſſumēt pennas vt aquilæ, current & nō laborabunt,volabunt & nō deficient: & ibi p̄mittit̄, deficient pueri & laborabunt. Deinde cum dicit; *Dei enim ſumus*, aſſignat rōnem eius,quod dixerat. Et primo ponit rōnem. Secundo,adhibet ſimilitudinē,ibi;*Dei agricultura eſtis.* C Dicit ergo primo, Recte quilibet nr̄um mercedem accipiet; *Dei enim ſumus adiutores.* ſ. ſm nr̄os labores . Cōtra quod videtur eſſe,quod dicitur Iob.26.Cuius adiutor es?nunquid imbecillis?& Eſa.40. Quis adiuuit ſpūm dn̄i? Dicendum eſt autē, ꝙ dupl'r aliquis alium adiuuat. Vno mō augendo eius virtutē, & ſic nullus pōt eſſe Dei adiutor. Vnde & poſt præmiſſa verba Iob,ſubdit̄,Et ſuſtentas brachium eius qui nō eſt fortis?Alio mō obſequendo operationi alterius , ſicut ſi miniſter dicat̄ dn̄i adiutor, inquātum exequitur opus eius,aut miniſterium artificis, & hoc mō miniſtri Dei ſunt eius adiutores,ſm illud.2.Cor.6. Adiuuātes aūt exhortamur : ſicut ergo miniſtri hoīum exequentes eorum opera, mercedem ab eis accipiunt ſm ſuum laborem, ita & miniſter Dei.Secundo adhibet ſimilitudinē ſimplicis operis.ſ. agriculturæ, & ædificationis. Populus quidem fidelis ager eſt,a Deo cult⁹, inquātum per operationem diuinā fructum boni operis Deo acceptum ꝓducit , ſm illud Ro.7. Sitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit,vt fructificetis Deo.Et Ioan. 5. dicitur , D Pater meus agricola eſt : & hoc eſt quod primo dicitur ; *Dei agricultura eſtis* , ideſt , quaſi ager a Deo cultus , & fructum ferens eius opere , & populus fidelis eſt quaſi domus a Deo ædificata , inquantum ſcilicet Deus in eis habitat , ſecundum illud Epheſ. 2. Et vos coædificamini in habitaculum Dei. Et ideo ſecundo dicitur; *Dei ædificatio eſtis*.i. ædificium a Deo conſtructū, ſm illud Pſal. 126.Niſi dn̄s ædificauerit domum &c. Sic igit̄ miniſtri Dei ſunt adiutores, inquātum laborāt in agricultura , & ædificatione fidelis populi. Deinde cum dicit; *Secundum gratiam Dei &c.* agit de diuerſitate mercedis , & quia merces diſtinguit̄ ſm diſtinctionem laboris, vt dictum eſt, iō primo agit de diuerſitate laboris. Secundo de diuerſitate mercedis,ibi;*Si quis ſuperædificat.* Circa primum duo facit. Primo ponit diſtinctionem laborum. Secundo,ſubiungit admonitionē,ibi; *Vnuſquiſque autem videat &c.* Circa primū duo facit.Primo,relicta ſimilitudine agriculturæ,quā ſupra ꝓſecutus fuerat , ſub ſimilitudine ædificationis, E ſuum ꝓprium laborem deſcribit,dicens;Secundū grām Dei, quæ data eſt mihi , vt ſapiens architectus fundamentum poſui. Vbi conſiderandum eſt,ꝙ architectus dicitur principalis artifex, & maxime ædificii , ad quem pertinet comprehendere ſummam diſpoſitionem totius operis,quæ perficitur per operationem manualium artificum. Et ideo dicitur ſapiens in ædificio : qui ſimpliciter ſapiens eſt , quia ſummam cauſam cognoſcit , ſcilicet Deum,& alios ſm Deum ordinat,Ita ſapiens in ædificio dicitur, qui principalem cauſam ædificii, ſcilicet finem conſiderat, & ordinat inferioribus artificibus quid ſit propter finem agendum . Manifeſtum eſt autem , ꝙ tota ſtructura ædificii ex fundamento dependet , & ideo ad ſapientem architectum pertinet idoneum fundamentum collocare . Ipſe autem Paulus fundamentum ſpiritualis ædificii collocauit Corinthiis. Vnde ſupra dixit, Ego plantaui:ſicut enim ſe habet fundamentum in ædificio,ſic plantatio in plantis . Per vtrumq;.n. ſignificatur ſpiritual'r prima p̄dicatio

Vnusquisq; aūt videat qūo superædificet. Fundamentū.n. aliud nemo pōt ponere pter id, qd̃ positū est, qd̃ est Xps Iesus. Siquis aūt superędificat supra fūdamētū hoc, aurū, argētū, lapides ptiosos, ligna, fœnum, stipulā, vniuscuiusq; op' manifestū erit. Dies.n. dñi declarabit:

dicatio fidei. Vnde & ipse dicit Rom. 15. Sic aūt pdicaui euangeliū, nō vbi nominatus est Xps, ne super alienū fundamentum ædificarē: & ideo se cōparat sapiēti architecto. Hoc aūt non suæ virtuti attribuit, sed gratiæ Dei. Et hoc est quod dicit; *Secundum gratiam Dei quæ data est mihi*, qui.s. me aptū & idoneū ad hoc ministeriū fecit, j 15. Abundantius oībus laboraui, nō āt ego, sed grã Dei mecum. Secūdo, describit laborē, aliorū, dicens; *Alius autem* .i. quicunque inter vos laborat; *Superædificat*, fundamēto a me posito: quod quidē pōt ad duo referri. Vno quidem mō, inquantū aliquis superædificat fidei in seipso fundatæ profectū charitatis & bonorum operū 1. Pet. 2. Et ipsi tanquā lapides viui superædificamini. Alio mō, ad doctrinā, quā quis fundatam fidē in aliis pfectius manifestat. Vnde Hier. 1. dr̃, Vt ædifices, & plātes. Et ꝟm hoc idē significat hæc superædificatio, quod supra, rigatio. Deinde cū dicit; *Vnusquisque autem &c.* subiūgit monitionē dicens, Dictū ē, ꝙ ad alios pertinet superædificare; *Vnusquisque autem videat*.i. diligenter attendat; *Quomodo superædificet*.i. qualem doctrinam fidei fundatam in aliis superaddat, vel qualia opera fidei in se fundatæ hēat. Prou. 4. Oculi tui videāt recta, & palpebræ tuæ præcedāt gressus tuos. Secūdo rñdet tacite qōni, Quare .s. admoneat alios de superædificatione, & nō de fundatione: vel potius assignat rationem quare dixerit, ꝙ ad alios pertinet superædificare, dicēs; *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est*.s. a me: *Quod est Iesus Christus*, qui habitat in cordibus vr̃is per fidem, vt dicitur Eph. 3. Et de fundamēto dr̃ Esa. 28. Ecce ego mittā in fundamentis Sion lapidem angularē, pbatum, pretiosum.i. in fundamento fundatū. Sed contra vr̃ esse qd̃ dr̃ Apoc. 21. Murus ciuitatis hñs fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorum. Nō ergo solus Xps est fundamentum. Dicendū est aūt, ꝙ duplex est fundamentum. Vnum quidem, quod per se habet soliditatem, sicut rupes aliqua, supra quā ædificium cōstruitur, & huic fundamēto Xps comparatur. Ipse.n. est petra, de qua dr̃ Matt. 7. Fundata.n. erat supra firmā petrā. Aliud est fundamentum, quod hēt soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides q primo supponūtur petræ solidæ. Et hoc mō dñr apl̃i esse fundamētū Ecclesiæ quia ipsi primo superædificati sunt Xp̃o per fidem & charitatem. Vñ dr̃ Eph. 2. Superædificati supra fundamentum apostolorum. Deinde cum dicit; *Siquis superædificat &c.* agit de mercedis differentia quātum ad hoc, ꝙ qdam eā accipiunt sine detrimento, quidā cum detrimento. Et circa hoc tria facit. Primo docet, ꝙ diuersitas operationum manifestatur ex retributione. Secundo, ostendit qñ manifestatur ibi; *Dies enim domini*. Tertio, ostēdit qūo manifestatur, ibi; *Si cuius opus &c.* Circa primum considerandū est, ꝙ Apl̃us intēdēs ostēdere diuersitatē superędificationis, sex ponit, videlicet tria contra tria. Ex vna quidē parte, aurū, argentum, & lapides pretiosos. Et ex alia parte, lignum, fœnū, & stipulā: quorum tria.s. aurum, argentum, & lapides pretiosi habent quādam inclytā claritatē, simul & incōsuptibilitatē, & ptiositatem. Alia vero tria obscura sunt, & facile ab igne cōsumūtur, & vilia sunt. Vnde per aurum, argentum, & lapides pretiosos, intelligitur aliquid præclarum & stabile: per lignum vero, fœnum, & stipulam aliquid materiale & transitorium. Dictum est autem supra, ꝙ superædificatio potest intelligi & quantum ad opera, quæ vnusquisq; superædificat fidei fundamento: & quātum ad doctrinā, quā aliquis doctor, vel prædicator superædificat in fundamento fidei ab Apostolo fundatæ. Vnde ista diuersitas, quā hic Apostolus tangit, ad vtramq; superædificationem referri pōt. Quidam ergo referentes hæc ad superædificationem operum, dixerunt, ꝙ per aurum, & argentum, & lapides pretiosos, intelligūtur bona, quæ quis fidei superaddit. Sed per lignum, fœnum, & stipulam, debent intelligi peccata mortalia, quæ quis facit post fidem susceptā. Sed ista expositio penitus stare nō pōt. Primo qdem, quia peccata mortalia sunt opera mortua, ꝟm illud Heb. 9. Mundabit conscientias nostras ab operib' mortuis. In hoc aūt ædificio nihil ædificatur nisi viuum, ꝟm illud 1. Pet. 2. Et ipsi tanquā lapides viui superædificamini. Vnde qui cum fide hēt peccata mortalia, nō superædificat, sed magis destruit, vel violat, cōtra quē dicitur infra eodem, Siquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Secundo, quia peccata mortalia magis comparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tum propter grauitatem, tum quia etiam non renouātur per ignem, sed semper in eo manent, in quo sunt. Peccata vero venialia cōparantur ligno, fœno, & stipulæ, tum propter leuitatem: tum etiam qa ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Tertio, quia ꝟm hāc expositionem videtur sequi, ꝙ ille, qui moritur in peccato mortali, dummō fidem retineat, finaliter salutē cōsequatur, licet primo aliquas pœnas

F sustineat. Sic.n. sequit; *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem*. Quod quidem contrariatur manifeste sniæ Apl̃i, qua dicit. j. 6. Neq; fornicarii, neq; idolis seruientes &c. Regnum Dei possidebunt. Et Gal. 5. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Nō est aūt alicui salus, nisi ī regno Dei. Nā qui ab eo excluduntur, mittunē in ignē æternum, vt dicitur Matth. 25. Quarto, quia fides non pōt dici fundamentum, nisi quia per eā Xps habitat in nobis, cum supra dictū sit, ꝙ fundamentum est ipse Xps Iesus. Non.n. habitat Xps in nobis per fidē informem: Alioquin habitaret in dæmonib', de quibus scriptum est Iac. 2. Et dæmones credunt, & contremiscunt. Vnde qd̃ dicitur Eph. 3. habitare Xp̃m per fidē in cordibus nr̃is, oportet in- **G** telligi de fide per charitatem formata, cum scriptum sit. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc est fides, q̃ per dilectionē operatur, vt dicitur. j. 13. Charitas non agit perperam. Vnde manifestū est, ꝙ illi qui operantur peccata mortalia, non habent fidem formatā, & ita non habent fundamentū. Oportet ergo intelligere, ꝙ tā ille qui superædificat fundamēto aurum, argentum, lapides ptiosos, q̃; ēt ille, qui superædificat lignum, fœnum, stipulam, vitet peccata mortalia. Ad horum ergo distinctionem intelligendum est, ꝙ actus humani ex obiectis speciem habent. Duplex est aūt obiectū humani actus.s. res spiritualis, & res corporalis: q̃ quidē obiecta differunt tripl̃r. Primo, quidē quantum ad hoc, ꝙ res spirituales sunt perpetuæ, res aūt corporales sunt transitoriæ. Vnde. 2. Cor. 4. Quæ videntur, tēporalia sunt: q̃ aūt nō vidētur, æterna. Scd̃o, quātū ad hoc, ꝙ res spirituales in seipsis claritatē habent, ꝟm illud Sap. 6. Clara est, & q̃ nunquām marcescit sapientia. Res corporales obscuritatē habent ex **H** materia. Vnde dicitur Sap. 2. Vmbræ transitus est tp̃s nostrum. Tertio, quantū ad hoc, ꝙ res spirituales sunt pretiosiores, & nobiliores rebus corporalibus. vnde Prou. 3. dicitur de sapientia, Pretiosior est cunctis opibus. Et Sap. 7. Oē aurum in comparatione illius, arena est exigua: & tanquā lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Et ideo opera, quibus homo innitit rebus spiritualibus & diuinis, comparantur auro argento, & lapidi ptioso, q̃ sunt solida, clara, & ptiosa: ita tñ ꝙ per aurum designentur ea, quibus homo tendit in ipsum Deum per cōtemplationē, & amorem. vnde dicitur Cant. 5. Caput eius aurū optimū. Caput.n. Xp̃i est Deus, vt dicitur Esa. 11. de quo auro dicit Apoc. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum.i. sapientiā cum charitate. Per argentum significantur actus, quibus homo adhæret spiritualibus credendis, & amandis, & cōtemplandis. vnde in Glo. refertur argentū ad dilectionem pximi: pp quod & in Psal. 67. pennæ columbæ describuntur deargentatæ, cuius superior pars.i. **I** posteriora, describuntur esse in pallore auri. Sed per lapides pretiosos designātur opera diuersarum virtutum, quib' aīa humana ornatur. vnde dicitur Eccl. 50. Quasi vas auri solidum, ornatū oī lapide ptioso. Vel ēt mādata legis Dei, ꝟm illud Psal. 118. Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Opera vero humana, quibus homo intendit rebus corporalibus pcurandis, cōparātur stipulæ, q̃ vilia sunt, namq; fulgent & facile comburuntur: habent tñ quosdā gradus prout q̃dā sunt aliis stabiliora, q̃dā vero facilius consumptibilia. Nā ipsi hoīes inter creaturas carnales & digniores sunt, & per successionem conseruantur Vnde cōparantur lignis, ꝟm illud Iudic. 9. Ierunt ligna siluarū vt eligerent super se regem. Caro aūt hominis facilius corrumpitur per infirmitatē & mortem. unde comparatur fœno, ꝟm illud Esa. 40. Omnis caro fœnum. Ea vero quæ pertinent ad gloriam huius mundi facillime transeunt, vnde stipulæ comparantur. vnde in Psal. 82. sequitur, Pone illos vt rotā, & ut stipulam ante faciem venti. Sic **K** ergo superædificare; *Aurum, & argentum, & lapides pretiosos*, est superædificare fidei fundamento ea, quæ pertinent ad contemplationem sapientiæ diuinorum, & amorem Dei, & deuotionem sanctorum, & obsequium proximorum, & ad exercitium virtutum. Superædificare vero; *Lignum, fœnum, & stipulam*, est superaddere fidei fundamento ea, quæ pertinent ad dispositionem humanarum rerum, & ad curam carnis, & ad exteriorem gloriam. Sciendum tamen, quòd contingit aliquem hominem id intendere tripliciter. Vno modo ita, quòd in his finem constituat, & cum hoc sit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat, sed econuerso, fundamento aliud fundamentum collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibilibus, quæ quæruntur propter finem. Alio modo, aliquis intendit vti prædictis rebus, totaliter ordinans eas in Dei gloriam: & quia opera specificantur ex fine intento, hoc iam non erit ædificare lignum, fœnum, & stipulam: sed aurum, argentum, & lapides pretiosos. Tertio, modo aliquis licet in his finem non constituat,

quia igne reuelabitur: & uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

stituat, nec vellet propter ista contra Deum facere: afficitur tamen istis magis quàm deberet, ita quòd per hæc retardatur ab his quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter. Et hoc proprie est superædificare lignum, fœnum, stipulam, non quia ipsa superædificētur proprie loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia, habent venialia adiuncta propter vehemētiorem affectum ad ipsa, quæ quidem affectio secundum ꝙ magis & minus inhæret, ligno, fœno, & stipulæ comparatur. Et dupliciter potest distingui. Vno modo secundum permanentiam rerum spiritualium, vt prius dictum est: Alio modo secundum vehementiam adhæsionis. Sciendum tamen, quòd & illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolui a cura rerum temporalium, nec etiam qui in charitate rerum temporalium intendunt, sunt omnino a rebus spiritualibus vacui, sed studio diuersificantur. Nam quidam studium vitæ suæ ordinant ad spiritualia: temporalibus vero non intendunt, nisi inquantum requirit necessitas corporalis vitæ. Quidam vero studium vitæ suæ applicant ad temporalia procuranda: vtuntur tamen spiritualibus rebus ad directionem vitæ suæ. Primi igitur superædificant; *Aurum, argentum, & lapides pretiosos*. Secundi vero superædificant *Fœnum, lignum & stipulam*. Ex quo patet, quòd illi qui superædificant aurum, argentum, & lapides pretiosos, habent aliquid de peccatis venialibus, sed non in quantitate notabili, propter hoc, quòd modicum attingunt de cura tēporalium rerum. Illi etiam qui superædificant lignum, fœnum, stipulam, habent aliquid stabile pretiosum & præclarum, sed in minori quantitate, scilicet inquantum diriguntur per bona spiritualia. Potest autem & hæc diuersitas referri ad superædificationem doctrinæ. Nam illi qui fidei ab Apostolis fundatæ, per suam doctrinam superædificāt solidam veritatem & claram, siue manifestā, & ad ornamentum ecclesiæ pertinentem, superædificant aurum argentum, lapides pretiosos. Vnde Prouerb. 10. Argentum electum labia iusti. Illi vero qui fidei ab Apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliquā vtilia, & quæ non sunt manifesta, nec veritatis ratione firmantur, sed sunt vana & inania, superædificant lignum, fœnum, stipulam. Vnde dicitur Hier. 23. Qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meū, loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum? Qui vero falsitatem doceret, non superædificaret, sed magis subuerteret fundamentum. Dicit ergo; *Si quis superædificat*, vel operando, vel docendo; *Super fundamentum hoc*, idest, super fidem formatam in corde, vel super fidem fundatam ab Apostolis & prædicatam; *Aurum, argentum, aut lapides pretiosos*, idest, spiritualia opera, vel præclaram doctrinam; *Vel lignum, fœnum, stipulam*, idest, corporalia opera, vel friuolam doctrinam; *Vniuscuisque opus manifestum erit*, scilicet in diuino iudicio; *Quale sit*. Non enim latet per humanam ignorantiam. Nam quidam videntur superædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum: qui tamen superædificant lignum, fœnum, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditantes, puta lucrum, vel fauorem humanum. Quidam vero videntur superædificare lignum, fœnum, stipulam, qui tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem pretiosum, quia in administratione temporalium, nihil nisi spiritualia cogitant. Vnde & Sophon. 1. dicitur, Scrutabor Ierusalem in lucernis. & Luc. 12. Nihil opertum, quod non reueletur.

Deinde cum dicit; *Dies enim domini*, ostendit quando hæc manifestantur. Et primo ponit tempus manifestationis, cum dicit; *Dies enim domini declarabit*, Circa quod sciendum est, quòd tunc dicitur esse tempus, & dies alicuius rei, quando est in optimo statu & maximo sui posse. Vnde Eccle. 3. dicitur, Omnia tempus habēt. Quando ergo homo suam voluntatem implet, etiam contra Deum, tunc est dies hominis: Vnde dicitur Hier. 17. Diem hominis non desideraui tu scis. Dies vero domini dicitur, quando voluntas domini completur de hominibus, qui per eius iustitiam vel præmiabuntur, vel damnabuntur, secundum illud Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vnde secundum triplex Dei iudicium tripliciter potest intelligi dies domini. Erit enim quoddam iudicium generale omnium, secundum illud Matt. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Et secundū hoc, dies domini dicitur nouissimus dies iudicii de quo 2. Thessa. 2. Non terreamini quasi instet dies domini. Et secundum hoc intelligitur; *Dies domini declarabit*, quia in die iudicii manifestabitur differentia humanorum meritorum, Rom. 2. In die, quando iudicabit dominus occulta hominum. Aliud autem est particulare iudicium, quod fit de vnoquoque in morte ipsius, de quo habetur Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: mortuus est autem mendicus, & portatus est ab

A angelis in sinum Abrahæ. Et secundum hoc, dies domini potest intelligi dies mortis, secundum illud. 1. Thess. 5. Dies domini sicut fur in nocte veniet. Sic ergo dies domini declarabit, quia in morte vniuscuiusque, eius merita patent. Vnde dicitur Prouer. 11. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes: & eiusdem. 14. Sperat autē iustus in morte sua. Tertium autem est iudicium in hac vita, inquantum Deus p tribulationes huius vitæ interdum homines probat. Vnde dicitur infra. 11. Cum iudicamur, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Et ꝟm hoc, dicitur dies domini, dies temporalis tribulationis. de quo dicitur Sophon. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi for- **B** tis. Dies ergo domini declarabit, quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur. Eccles. 17. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Secundo, ostendit per quod fiet ista declaratio, quia per ignem, vnde sequitur; *Quia in igne reuelabitur*, scilicet dies domini. Nam dies iudicii reuelabitur in igne, qui præcedet faciem iudicis, exurens faciem mundi, & inuoluens reprobos, & iustos purgans: de quo dicitur in Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Dies autem domini, qui est dies mortis, reuelabitur in igne purgatorii, per quem purgabitur, si quid in elementis inuenietur purgandum: de quo potest intelligi, quod dicitur Iob. 23. Probabit me, quasi aurum quod per ignem transit. Dies vero, qui est dies tribulationis diuino iudicio permissæ, reuelabitur in igne tribulationis: de quo dicitur Eccl. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines vero acceptabiles, in camino tribulationis. Tertio, ponit effectum manife- **C** stationis, cum subdit; *Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit*, quia scilicet, per quemlibet ignium prædictorum probantur merita hominis, vel demerita: vnde in Psalm. 16. dicitur, Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. In his tribus, quæ hîc Apostolus ponit, primum est conclusio duorum sequentium. Si enim dies domini reuelatur in igne, & ignis probat quale sit vniuscuiusque opus, consequens est, quòd dies domini declaret differentiam operum humanorum. Deinde cum dicit; *Si cuius opus*, ostendit modum prædictæ manifestationis. Et primo, quantum ad bona opera, cum dicit; *Si cuius*, idest, alicuius; *Opus*, quod ipse superædificauit; *Manserit*, scilicet in igne; *Ille*, scilicet, qui superædificauit; *Mercedem accipiet*. Hiere. 31. Est merces operi tuo. Et Esa. 40. Ecce merces eius cum eo. Dicitur autem aliquod opus in igne permanere illæsum dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius operantis: quia scilicet ille, qui hoc facit opus, scilicet bonæ doctri- **D** næ, vel quodcumque bonorum operum, propter huiusmodi opus non punitur, inquantum scilicet, nec torquebitur igne purgatorii, nec igne, qui præcedet faciem iudicis, nec etiam æstuat igne tribulationis. Qui enim non immoderate temporalia dilexit, consequens est, quòd non nimis doleat de eorum amissione. Dolor enim causatur ex amore rei, quæ amittitur. Vnde superfluus amor, superfluum generat dolorem. Alio modo, potest intelligi ex parte ipsius operis: quolibet enim prædictorum iudiciorum superueniente homini, permanet & opus bonæ doctrinæ, vel quodcumque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superuenienre, non cessat homo neque a vera doctrina, neque a bono opere virtutis: vtrumque autem horum permanet homini, quantum ad meritum, & in igne purgatorii, & in igne qui præcedit faciem iudicis. Secundo, ostendit diem quantum ad mala opera, dicens; *Si cuius*, idest, alicuius; *Opus arserit*, scilicet, per aliquem ignium prædictorum; *Detri-* **E** *mentum patietur*, scilicet, qui hoc operatus est, non tamen vsq; ad damnationem. Vnde subdit; *Ipse autem saluus erit*, scilicet salute æterna, secundum illud Esa. 45. Saluatus est Israel, in domino salute æterna; *Sic tamen quasi per ignem*, quem.s. prius sustinuit, vel in hac vita, vel in fine huius vitæ, vel in fine mundi. Vnde dicitur in Psal. 65. Transiuimus per ignem, & aquam; & eduxisti nos in refrigerium. Et Esa. 43. Cum transieris per ignem, non combureris, & flamma non comburet te: quia ego dominus Deus saluator tuus. Dicitur autem opus alicuius ardere dupliciter. Vno modo, ex parte operantis, inquantum scilicet aliquis affligitur igne tribulationis propter immoderatum affectum, quo superflue terrena diligit, & punitur igne purgatorii, vel igne qui præcedet faciem iudicis propter peccata venialia, quæ circa curam temporalium commisit, siue etiam per friuola, & vana quæ docuit. Alio modo, ardet opus in igne ex parte ipsius operis, quia.s. tribulatione superueniente, homo non potest vacare nec doctrinæ vanę, nec terrenis operibus, ꝟm illud Psal. 145. In illa die peribunt oēs cogitationes eorum. Nec etiā

igne

igne purgatorii, vel præcedente faciem iudicis, remanebit ei aliquid prædictorum vel ad remedium, vel ad meritum. Et similiter dupliciter patitur detrimentum, vel inquantum ipse punitur. inquantum perdit id quod fecit, & quantum ad hoc dicitur Eccle. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo: & omne opus electũ in fine iustificabitur, & qui operatur illud honorificabitur in illo. Quorum primum pertinet ad eum qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quod est opus in igne ardens. Secundum autem pertinet ad eum qui superædificat aurum, argentum, & lapides pretiosos, quod est opus manens in igne absque detrimento.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium: hic agit de pœna male laborantium, siue destruentium. Et circa hoc duo facit. Primo, demonstrat pœnam: Secundo, excludit errorem contrarium, ibi; *Nemo vos seducat*. Ostendit autem pœnam operantium ad destructionem, prosequens similitudinem ædificii spiritualis. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit dignitatem spiritualis ædificii: Secundo, determinat pœnam destruentium, ibi; *Siquis*. Tertio, assignat rationem pœnæ, ibi; *Templum enim Dei &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, q̃ ille qui superædificat, mercedem salutis accipiet, vel sine detrimento, vel cum detrimento. Sed vt possitis agnoscere, quæ sit pœna male in vobis laborantium, oportet vos vestram dignitatem agnoscere, quam primo ponit, dicens, An vos; *Nescitis, quia vos fideles Christi; Estis templum Dei.* Ephes. 2. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei. Secundo, probat quòd fideles sint templum Dei. Est enim de ratione templi, q̃ sit habitaculum Dei, secundum illud Psal. 10. Deus in templo sancto suo. Vnde omne illud, in quo Deus habitat, potest dici templum. Habitat autem Deus principaliter in seipso, quia ipse solus se comprehendit. Vnde & ipse Deus, templum Dei dicitur, Apoc. 21. Dominus Deus omnipotens templum illius est. Habitat etiam Deus in domo sacrata per spiritualem cultum, qui in ea sibi exhibetur: & ideo domus sacrata dicitur templum, secũdum illud Psal. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum &c. Habitat etiam Deus in hominibus per fidem, quæ per dilectionem operatur, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Vnde & ad probandum, quòd fideles sint templum Dei, subiungit quòd inhabitantur a Deo, cum dicit; *Et spiritus Dei habitat in vobis.* Et Rom. 8. dictum est: Spiritus qui suscitauit Iesum Christum habitabit in vobis. Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio vestri. Ex quo patet, quòd spiritus sanctus est Deus, per cuius inhabitationẽ fideles dicuntur templum Dei. Sola enim inhabitatio Dei, templum Dei facit, vt dictum est. Est autem considerandum, quòd Deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, potentiam, & præsentiam, implens omnia bonitatibus suis, secundum illud Hier. 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed spiritualiter dicitur Deus inhabitare, tãquàm in familiari domo, in sanctis, quorum mens capax est Dei per cognitionem & amorem, etiã si ipsi in actu non cognoscant & diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei & charitatis, sicut patet de pueris baptizatis & cognitio sine dilectione non sufficit ad inhabitationem Dei, secundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Inde est, quòd multi cognoscunt Deum vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem, quos tamen non inhabitat spiritus Dei. Deinde cum dicit; *Siquis autem templum &c.* Subiungit pœnam male operantium secundum conuenientiam prædicatorum, dicẽs, *Siquis autem &c.* Violatur autem templum Dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamẽto, sed magis subruit fundamentum, & destruit ædificium. Vnde dicitur Ezec. 13. de falsis prophetis: Violabant me, ac populum meum propter pugillum ordei, & fragmentum panis. Alio modo violat aliquis templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis vel seipsum corrumpit, vel alium opere, vel exemplo. Vnde dicitur Malac. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit. Sic autem dignum est, vt disperdatur ille a Deo per dãnationẽ ęternam, qui violat spirituale templum Dei, vel qualitercunque polluit. Vnde dicitur Malac. 2. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum. Et in Psal. 11. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa &c. Deinde cum dicit; *Templum Dei &c.* assignat rationem eius, quod dixerat de sanctitate templi. Qui enim aliquam rem sacram violat, sacrilegium committit: vnde dignum est, vt disperdatur; *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos*, sicut supra dictum est. & in Psal. 64. dicitur, Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate: & alibi, Domum tuam domine decet sanctitudo. Et quidem in materiali tẽplo est quædam sacramentalis sanctitas, prout templum diuino cultui dedicatur: sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ, quam cõsecuti sunt per baptismum, secundum illud infra. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Deinde cum dicit; *Nemo uos seducat*, excludit errorem contrarium. Et primo, monet fideles, vt sibi caueant a seductione errorum. Secundo, docet modum cauendi, ibi; *Siquis inter uos*. Tertio, rationem assignat, ibi; *Sapientia enim huius mundi &c.* Circa primum sciendum, quòd quidam dixerunt, quòd Deus neq; punit, neque remunerat hominum facta: ex quorum persona dicitur Sophon. 1. Qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et Thren. 3. Quis est iste qui dixit, vt fieret domino non iubente? Ex ore altissimi non egredietur bonum, neque malum. Ad hunc ergo errorem excludendum dicit; *Nemo uos seducat*, afferens scilicet, quòd ille qui templum Dei violat non disperdatur a Deo, sicut Ephes. 5. dicitur: Nemo vos seducat inanibus uerbis, propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Deinde cum dicit; *Si quis inter uos &c.* docet modum cauendi huiusmodi seductionem. Vbi sciendum est, quòd quidam dixerũt Deum nõ punire peccata hominum, innitentes rationibus humanæ sapientiæ, puta, quòd Deus non cognoscat singularia quæ fiunt hic, ex quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Ad hoc ergo vitandum dicit; *Si quis inter uos uidetur esse sapiens in hoc sæculo*, id est, sapientia sæculari, quæ in eo quod contrariatur veritati fidei, non est sapientia, licet videatur esse; *Stultus fiat*, abiiciendo istam sapientiam apparentem, *ut sit sapiens* scilicet, secundum sapientiam diuinam, quæ est vera sapientia. Et hoc etiam obseruandum est non solum in his, in quibus sęcularis sapientia contrariatur veritati fidei, sed etiam in omnibus, in quibus contrariatur honestati morum. Vnde Prouerb. 3. dicitur: Deo secum morante confortatus est &c. Deinde cum dicit; *Sapientia huius mundi &c.* assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo ponit rationem: videbatur enim ineptam monitionem fecisse, vt aliquis fieret stultus: & vere inepta esset, si stultitia illa, de qua loquebatur, esset per abnegationem verę sapientiæ. sed non est ita; *Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum*. Dicitur autem sapientia huius mundi, quæ principaliter mundo innititur. Nam illa, quæ per res huius mundi ad Deum attingit, non est sapientia mundi, sed sapientia Dei, secundum illud Rom. 1. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sapientia ergo mundi, quæ sic rebus intendit, vt ad diuinam veritatem non pertingat; *Stultitia est apud Deum*, id est, stultitia reputatur secundum diuinum iudicium. Esa. 19. Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Secũdo, probat quod dixerat per duas authoritates, quarum prima scribitur Iob 5. Vnde dicit, Scriptum est; *Comprehendam sapientes in astutia eorum*. Comprehendit autem sapientes dominus in astutia eorum, quia per hoc ipsum, quod astute cogitãt cõtra Deũ, impedit Deus eorũ conatũ, & implet suum propositum: sicut per malitiam fratrum Iosęphũ volentium impedire eius principatum, impletum est per diuinam ordinationem, quòd Ioseph in Aegypto venditus principaretur. Vnde & ante præmissa verba dicit Iob. Qui dissipat cogitationes eorum, scilicet malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant: quia vt dicitur Prouerb. 21. Nõ est sapientia, nõ est scientia, non est consilium contra dominum. Secunda authoritas sumitur ex Psal. vnde dicit; *Et iterum scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientium*, id est, secundum sapientiam mundi; *Quoniam uanæ sunt*: quia. s. non pertingunt ad finem cognitionis humanę, quæ est cognitio veritatis diuinę. Vnde dicitur Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus nõ subest sapientia Dei. Deinde cum dicit; *Itaque nemo glorietur in hominibus*, infert conclusionem principaliter intentam, scilicet, q̃ non debeant gloriari de ministris Dei. Et primo, concludit propositum ex prædictis, dicens; *Itaque*, ex quo ministri nihil sunt, sed laborant pro mercede; *Nemo glorietur in hominibus*, sicut & in Psal. 145. dicitur, Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Et Hiere. 17. Maledictus vir, qui confidit in homine &c. Secundo, rationem assignat ex dignitate fidelium Christi, assignans ordinem fidelium in rebus. & primo ponit ordinem rerum ad fideles Christi, dicens; *Omnia uestra sunt*, quasi dicat. Sicut homo non gloriatur de rebus sibi subiectis, ita & vos gloriari non debetis de rebus huius mũdi, quæ omnia sunt vobis data a Deo, ꝓm illud Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Exponit autem, q̃ omnia, inter quæ primo ponit ministros Christi, qui sunt diuinitus ordinati ad ministerium fidelium, secundum illud. 2. Corin. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum: & hoc est, quod dicit, *Siue Paulus*, qui plantauit, *Siue Apollo*, qui rigauit, *Siue Cephas*, id est, Petrus, qui est vniuersalis pastor ouium Christi, vt dicitur Ioan. vlt. Post hæc ponit res exteriores, cum dicit; *Siue mundus*, qui est continentia omnium creaturarum, qui quidem est fidelium Christi, eo quòd homo per res huius mundi iuuatur, vel quantum ad necessitatem corporalem, vel quantum ad cognitionem Dei, secundum illud Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ &c. Consequenter ponit ea, quæ pertinent ad ipsam hominis dispositionem, dicens; *Siue uita, siue mors*, quia scilicet fidelibus Christi, & vita est vtilis, in qua merentur, & mors quam ad præmia peruenimus, secundum illud Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur &c. Et Philip. 1. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Ad hæc autem duo reducuntur omnia bona vel mala huius mundi, quia per bona conseruatur vita, per mala peruenitur ad mortem. Vltimo ponit, quæ pertinent, ad statum hominis præsentem vel futurum, dicens; *Siue præsentia*, id est, res huius vitæ, quibus iuuamur ad merendum; *Siue futura*, quæ nobis reseruantur ad præmium. Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus: vt dicitur Heb. vlt. *Omnia*, inquit; *Vestra sunt*, id est, vestræ vtilitati deseruientia, ꝓm illud Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum. Sic ergo primus ordo est rerum Christi ad fideles, secundus vero fidelium Christi, ad Christum, quos ponit subdẽs; *Vos aũt Christi* estis, quia scilicet sua morte vos redemit. Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur domini sumus. Tertius ordo est Christi, secundum quòd homo ad Deum, ideo addit; *Christus autem*, secundum quod homo; *Dei est*. Vnde eum Deũ, & dominum in Psalm. 7. nominat, dicens, Domine Deus meus in te speraui, vt nomine Dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo, quod infra ipsum est, sed de eo, quod est supra ipsum, ideo non debent fideles Christi gloriari de ministris, sed magis ministri de ipsis. 2. Cor. 7. Multa mihi fiducia est, apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Sed fideles Christi debent gloriari de Christo, secundum illud Gal. vlt. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, sicut Christus de patre, secundum illud Sap. 2. Gloriatur se parrem habere Deum.

LECTIO III.

NESCITIS, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, Comprehendã sapientes in astutia eorum. Et iterũ, Dominus nouit cogitationes sapiẽtium quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus, Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS redarguit Apostolus Corinthios de hoc, quòd de quibusdam ministris gloriabantur, hic autem arguit eos, q̃ alios ministros contemnebant. Et circa hoc duo facit, primo arguit eorum culpam. Secundo, instat ad eorum correctionem, ibi; *Non ut confundam uos*. Circa primum duo facit. Primo, arguit eorum temeritatem, qua male de ministris iudicabant. Secundo, arguit eorum elationem, qua Christi ministros contemnebant, ibi; *Hoc autem fratres*. Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quid sit de ministris Christi firmiter sentiendum. Secundo, quòd non sit de eis temere iudicandum, ibi; *Hic iam quæritur inter dispensatores*. Dicit ergo primo, Dixi quòd nullus vestrum debet gloriari de hominibus, tamen quilibet vestrum debet cognoscere auctoritatem officii nostri, ad quod pertinet, q̃ sumus mediatores inter Christum cui seruimus, ad quos pertinet, quod dicit; *Sic nos existimet homo vt ministros Christi*. Esa. 61. Sacerdotes Dei vocabimini ministri Dei nostri dicetur vobis, & inter membra eius, quæ sunt fideles ecclesiæ, quibus dona Christi dispensant, ad quos pertinet, quod subditur; *Et dispensatores*

ministeriorum Dei, id est, secretorum eius, quæ quidem sunt spiritualia eius documenta, secundum illud infra. 14. Spiritus est, q̃ loquitur mysteria. Vel etiam ecclesiastica sacramenta, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Vnde & in forma consecrationis eucharistiæ dicitur, Mysterium fidei. Pertinet ergo ad officium prælatorũ ecclesiæ, quòd in gubernatione subditorũ soli Christo seruire desiderent, cuius amore oues eius pascunt, secundum illud Io. vlt. Si diligis me, pasce oues meas. Pertinet etiã ad eos, vt diuina populo dispensent, ꝓm illud infra. 6. Dispẽsatio mihi credita est, & secũdum hoc sunt mediatores inter Christum, & populum, secundum illud Deut. 5. Ego sequester fui, & medius illo tempore inter Deum & vos. Hęc autem æstimatio de prælatis ecclesiæ necessaria est ad salutem fidelium: nisi enim eos recognoscerent ministros Christi, non eis obedirent, tanquam Christo, secundum illud Gal. 4. Sicut angelum Dei excepistis me sicut Iesum Christum. Rursum, si eos non cognoscerent dispensatores, recusarent ab eis dona recipere, contra illud quod idem Apostolus dicit. 2. Corin. 2. Quod donaui (siquid donaui), ꝓpter vos in persona Christi donaui. Deinde cũ dicit; *Hic iam quæritur inter dispensatores*, ostendit circa ministros Christi temere, iudicari nõ debere. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit quoddam per quod iudicare satagunt de fidelitate ministrorum. Secundo, ostendit de hoc iudicio se non curare, sed Deo reseruare, ibi; *Mihi autem pro minimo est*. Tertio, concludit prohibitionem temerarii iudicii, ibi; *Itaque nolite*. Circa primum considerandum est, quòd ministrorum & dispensatorum Christi, quidam sunt fideles, quidam infideles. Infideles dispensatores sunt, qui in dispensandis diuinis ministeriis non intendunt vtilitatem populi, & honorem Christi, & vtilitatem membrorum eius, secundum illud Luc. 16. In iniquo mammona fideles non fuistis. Fideles autem, qui in omnibus intendunt honorem Dei, & vtilitatem membrorum eius, secundum illud Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Qui autem sunt fideles diuino iudicio manifestabuntur in futuro. Sed Corinthii temere volebant discutere, qui dispensatores essent fideles, vel infideles: & hoc est, quod dicit; *Hic*, hoc est inter vos; *Iam*, id est, præsenti tempore; *Quæritur*, id est, discutitur; *Vt quis*, id est, aliquis; *Inter dispensatores fidelis inueniatur*. Iudicabant enim plures esse infideles, vix aliquem virum putantes esse fidelem, secundum illud Prou. 20. Multi viri misericordes vocantur, virum autem fidelem, quis inueniet? Deinde cum dicit; *Mihi autem pro minimo est*. Ostendit se hoc iudicium reputare nihil: & circa hoc tria facit, primo ponit, quòd non curat circa hoc ab aliis iudicari, dicens; *Mihi autem*, qui sum minimus inter dispensatores; *Pro minimo est*, id est, minima bona reputo; *Vt a uobis iudicer*, scilicet esse fidelis, vel infidelis. Et ne putarent ab Apostolo hæc dici in eorum contemptum, ac si eorum iudicium despiceret, quasi vilium personarum subiungit; *Aut ab humano* intellectu, qui est dies hominis, ꝓm illud Io 11. Qui ambulat in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Vel ad literam, *Aut ab humano die*, id est, ab intellectu in hoc tempore iudicantibus. q. d. vestrum, vel quorumcumque hominum iudicium parũ curo Hier. 17. Diem hominis non desideraui tu scis. Est autem sciendum, q̃ de iudicio hominum dupliciter debet curari. Vno modo, quantum ad alios, qui ex eorum bono, vel ædificantur, vel scandalizantur: & sic sancti non pro minimo, sed pro magno habent ab hominibus iudicari, cum dominus dicat Matth. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Alio modo, quantum ad seipsos & sic non curant multum, quia nec gloriam humanam cõcupiscunt, ꝓm illud. 1. Thes. 2. Neque gloriam ab hominibus quærentes, neque aliquid a uobis, neque ab aliis. Neque opprobrium hominis timent, ꝓm illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Vnde Apostolus signanter dicit; *Mihi autem &c.* id est, quantum ad me pertinet, non autem id pro nullo est, sed pro minimo, quia bona temporalia inter quę bona fama computatur, non sunt nulla bona, sed minima, vt Aug. †dicit in lib. de libero arbitrio. Vnde & Sap. 7. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Secundo ostendit, q̃ neque seipsum iudicare præsumit, dicens; *Sed neque meipsum iudico*. Videtur autem hoc

Lib. 1. c. 15. & 16.

hoc esse contra, id quod infra. 11, dicitur, Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Debet ergo quilibet iudicare seipsum. Sed sciendum est, quòd iudicio discussionis de quo Apostolus hic loquitur, quilibet debet iudicare seipsum, secundum illud Psalm. 76. Exercitabar, & scopebam spiritum meum. Et similiter iudicio condemnationis, & reprehensionis in manifestis malis, secundum illud Iob. 13. Arguã coram eo vias meas: sed iudicio absolutionis non debet aliquis præsumere se iudicare, vt innocentem: vnde dicitur Iob. 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem considero prauum me comprobabit, cuius rationem assignat, dicens; *Nihil mihi conscius sum*, idest, non habeo alicuius peccati mortalis conscientiam, secundum illud Iob, 27. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea; *Sed non in hoc iustificatus sum*, idest, non sufficit ad hoc, quòd me iustum pronunciem, quia possunt aliqua peccata in me latere, quæ ignoro, secundum illud Psalm. Delicta quis intelligit? Et Iob. 9. dicitur, Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Tertio, concludit cui hoc iudicium reseruetur, dicens; *Qui autem iudicat me dominus est*, idest, Ad solum Deum pertinet iudicare vtrum sim fidelis minister an non, hoc enim pertinet ad intentionem cordis, quam solus Deus ponderare potest: secundum illud Prou. 16. Spirituum ponderator est dominus. Et Hier. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus probans renes & scrutans corda. Deinde cum dicit; *Itaque nolite &c.* Concludit prohibitionem temerarii iudicii. Et circa hoc tria facit, primo, prohibet præuenire diuinum iudicium, dicens, Itaque exemplo meo, qui neq; meipsum iudico, neque ab aliis iudicari curo, sed iudicium meum Deo reseruo; *Nolite ante tempus iudicare*, quia, vt dicitur Eccle. 8. Omni negocio tempus est, & oportunitas; *Quoad usque ueniat dominus*, scilicet, ad iudicandum, secundum illud Esa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui, Vnde & dominus dixit Matt. 7. Nolite iudicare. Sed hoc intelligendum est de occultis: de manifestis autem iudicare commissum est a Deo hominibus, secundum illud Deut. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Sunt enim aliqua manifesta non solum, per euidentiam facti sicut notoria, sed etiam propter confessionem, aut testium probationem. Occulta uero Deus suo reseruat iudicio. Sunt autem occulta nobis, quæ latent in corde, vel etiam in abscondito fiunt, & de his dicitur in Psalm. 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Vnde homo quidem de his est temerarius iudex, sicut iudex delegatus, qui excedit formam mandati iudicii, de causa non sibi commissa. Est ergo temerarium iudicium, quando aliquis de dubiis iudicat. Peruersum autem, quando falsum iudicium profert, & quàmuis non sit iudicandum circa personas, puta vt aliquis iudicet malum hominem, qui bonus est, tamen multo grauius est, vt iudicium peruertatur de rebus ipsis, puta si quis diceret virginitatem esse malam, & fornicationem bonam. Contra quod dicitur Esa. 5. Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum. Secundo, describit perfectionem futuri diuini iudicii, dicens, *Qui* scilicet *dominus* ad iudicandum veniens; *Illuminabit abscondita tenebrarum*, idest, faciet esse lucida & manifesta ea, quæ occulte in tenebris facta sunt; *Et manifestabit consilia cordium*, idest, omnia cordis occulta, sm illud Iob. 12. Qui reuelat occulta de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. Et Sophon. 1. Scrutabor Hierusalem in lucernis. Quod quidem est intelligendũ tam de bonis, quàm de malis, quæ non sunt per pœnitentiam tecta, secundum illud Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tertio, ponit fructum, quem boni reportabunt de diuino iudicio, dicens; *Et tunc laus erit vnicuique*, scilicet bonorum *a Deo*. Quæ quidem laus vera erit, quia Deus nec decipi, nec decipere potest. Rom. 2. Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. 2. Corin. 10. Non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.

autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit in Corinthiis temeritatem, qua ministros Christi iudicabant, hic arguit eorum elationem, qua ministros Christi contemnebant. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, rationem assignat, ibi; *Quis enim te discernit?* Tertio eorum contemptum ironice loquens irridet, ibi; *Iam saturati estis*. Circa primum considerandum est, quòd Apostolus supra volens reprimere contentiones Corinthiorum, quas habebant ratione ministrorum, vsus fuerat nominibus bonorum ministrorũ Christi; sicut supra. 1. dixit, Vnusquisque vestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ. & supra. 3. vbi dixit, Siue Paulo, siue Apollo, siue Cephas, & tamen non gloriabantur de bonis ministris Christi, nec propter eos disidebant, sed propter pseudo Apostolos, quos nominare noluit, ne videretur ex odio, vel inuidia contra eos loqui, sed loco eorum posuerat nomen suum, & aliorum bonorum prædicatorum, & hoc est, quod dicit; *Hæc autem fratres*, scilicet, quæ dixi de ministris de quibus gloriamini, & pro quibus contenditis, *transfiguraui*, idest, figuraliter loquens; Transtuli, *in me & Apollo*. Dicit enim Prouer. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationem verba sapientum & enigmata eorum; *Et hoc propter uos*, idest, vestram vtilitatem. 2. Cor. 4. Omnia propter vos; *Vt in uobis discatis, ne unus uestrum infletur*, idest, superbia aduersus alium proximum suum; *Pro alio*, scilicet, pro quocumque ministro Christi; *Ne supra quam scriptum est*, idest, vltra formam vobis in præmissis descriptam. Dicitur enim Sapien. 4. Dirumpens illos inflatos sine voce. Deinde cum dicit; *Quis enim te discernit?* Assignat rationem quare vnus non debeat contra alium inflari. Et primo, ponit rationem, dicens; *Quis enim te discernit?* Quod potest intelligi dupliciter, vno modo sic. Quis enim te discernit a massa perditorum? tu teipsum discernere non potes: vnde non habes in te vnde contra alium superbias. Et de hac discretione dicitur in Psalm. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Alio modo potest intelligi; *Quis te discernit?* scilicet, superiorem faciens proximo tuo? hoc quod tu facere non potes. Vnde contra eum superbire non debes. Et de hac discretione dicitur Eccles. 33. In multitudine disciplinæ domini separauit eos. & immutauit vias illorum. Sed inter homines in quantum sunt fideles Christi, non est discretio, quia vt dicitur Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et Act. 15. dicit Petrus, Nihil discernit inter nos, & illos fide purificãs corda eorum. Secundo, excludit quandam rationem. Posset enim aliquis discerni a bonis vel a malis melior eis existens propter bona, quæ habet, puta fidem, sapientiam & huiusmodi. Sed hoc excludit Apostolus, dicens; *Quid autem habes, quod non accepisti?* quasi dicat, nihil. Omnia enim bona sunt a Deo, secundum illud Psalm. 103. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Et secundæ Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: & ex hoc concludit propositum, dicens; *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Ille igitur gloriatur, quasi non accipiens quę de seipso gloriatur, & non de Deo, sicut de quibusdam dicitur in Psal. 48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et ad hoc pertinet prima species superbiæ, qua, scilicet, aliquis superbiendo, quod habet, dicit a seipso habere, iuxta illud Psal. 76. Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Ille autem gloriatur, quasi accipiens, qui omnia Deo ascribens gloriatur de ipso, sicut supra dictum est. Qui gloriatur, in domino glorietur. Sic autem gloriari non est superbire, sed humiliari sub Deo, cui homo dat gloriam, secundum illud Eccl. vlt. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Deinde cum dicit; *Iam saturati estis*. Irridet eorum superbiam, qui Apostolos Christi contemnebant. Et primo in generali, secundo in speciali, ibi; *Nos stulti sumus &c.* Circa primum duo facit. Primo, irridet in eis, quòd de se nimis præsumebant, secundo, deridet in eis, ꝙ Apostolos contemnebant, ibi; *Puto enim, quod Deus &c.* Circa primum duo facit. Primo, irridet eos de præsumptione, qua sibi attribuebant, quod non habebant. Secundo, irridet eos de hoc, ꝙ sibi singulariter attribuebant, quod singulariter non habebant, ibi; *Sine nobis regnatis*. Attribuebant autem sibi abundantiam bonorum, quorum quædam sunt interiora: & quantum ad hoc dicit; *Iam saturati estis*, idest, vobis videtur, ꝙ saturati estis, idest, abundanter refecti spirituali dulcedine, de qua dicitur in Psalm. 16. Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Poterat autem eis sm veritatem dici, ꝙ iam saturati estis, non plenitudine, sed fastidio, secundum illud Prouerb. 27. Anima satiata calcabit fauum. Quædam uero sunt bona exteriora, & quantum ad hoc dicit; *Iam diuites facti estis*, sicut vobis videtur, scilicet, diuitiis spiritualibus, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Simile est, quod dicitur Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & locuples valde, & nullius egeo. Sed contra hoc videtur illud, quod supra dixi in principio, dicens, Quia in oibus diuites facti estis in illo in omni uerbo, & in oi sciẽtia &c. Sed dicendum est, ꝙ supra dixit, quantum ab bonos, qui inter eos erant, hic autem dicit, quantum ad p̃sumptuosos, qui superbiebant de eo, quod non habebãt. Potest, & aliter distingui satietas, & diuitiæ, vt saturitas referatur ad vsum gratiæ, quo quis spiritualibus fruitur. Diuitiæ autem ad ipsos habitus gratiarum. Secundo, cum dicit; *Sine nobis regnatis*, irridet eos, quòd sibi singulariter attribuebant, quod non habebant. Vnde dicit, *Sine nobis regnatis*, idest, ita uobis uidetur, quòd regnum ad uos pertineat, non ad nos. Sic enim erant decepti a pseudo Apostolis, ut crederent se solos habere fidei veritatem, quæ in regno Dei consistit, Apostolum autem, & sequaces eius errare. Contra quos, dicitur Esa. 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et ne videatur Apostolus ex inuidia hoc dicere, subiungit; *Vtinam regnetis*. Optat enim vt veram fidem habeant, secundum illud Act. 26. Opto omnes, qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et vt eis exempla humilitatis prębeat, subiungit; *Vt & nos regnemus uobiscum*. q. d. Si aliquam excellentiam habetis, non dedignamur vos sequi, sicut vos dedignamini sequi nos, contra illud, quod dicitur Gal. 4. Quod bonum est æmulamini in bono semper. Et est aduertendum, quòd Apostolus hic quatuor species superbiæ tangit, quarum prima est, quando aliquis reputat se non habere a Deo, quod habet, quam tangit, dicens; *Quid gloriaris quasi non acceperis?* Et hoc etiam potest reduci ad secundam speciem, qua aliquis existimat propriis meritis accepisse. Tertia species est, qua quis iactat se habere, quod non habet, & quantum ad hoc dicit; *Iam saturati estis, iam diuites facti estis*. Quarta species, quando aliquis despectis cęteris, singulariter vult videri, & quãtũ ad hoc ptinet, qd dicit; *Sine nobis regnatis*. Deinde cũ dicit; *Puto quod Deus &c.* Irridet eos de hoc, quòd Apostolos Christi contemnebant, & primo irrisorie ponit contemptum, secundo causam contemptus, ibi; *Quia spectaculum facti sumus*. Dicit ergo primo, Prius dixi, ꝙ sine nobis regnatis, *Puto enim*, idest, vos putare videmini, *Quod Deus nos Apostolos ostendit nouissimos*, cum tamen infra. 12. dicatur, quòd Deus in ecclesia posuit primum Apostolos. Sic enim impletur, quod dicitur Matth. 20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et ponit exemplum; *Tanquam morti destinatos*. Illi enim, qui sunt condemnati ad mortem, nouissimi habentur inter homines, vtpote, quos indignum sit viuere, & tales, Apostoli reputantur a mundanis hominibus, secundum illud Psalm. 43. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Deinde cum dicit; *Quia spectaculum*, assignat causam contemptus. Circa quod considerandum est, ꝙ quando aliqui sunt condemnati ad mortem, conuocantur homines ad eorum occisionẽ, quasi ad spectaculum, & hoc maxime fiebat circa eos, qui damnabantur ad bestias, quia Apostoli erant, quasi morti destinati, subiungit; *Quia spectaculum facti sumus mundo*, quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem, secundũ illud Psal. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: Exponit autem, quid nomine mundi intelligat, cum subdit; *Et angelis & hominibus*, scilicet bonis, & malis. Concurrebant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum: mali autem ad impugnandum: boni homines ad compatiendum, & exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendum, & irridendum. Deinde cum dicit; *Nos stulti &c.* Irridet eos in speciali, quòd Apostolos contemnebant. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit contemptum, secundo causam contemptus, ibi; *Vsque in hanc horam &c.* Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc, ꝙ sibi excellentiam, apostolis defectum attribuebant: & primo, quantum ad perfectionem intellectus, & quantum ad hoc dicit; *Nos stulti sumus propter Christum*, idest, stulti reputamur, quia crucem Christi prædicamus, supra. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, & etiam, quia propter Christum opprobria, & contentiones sustinemus, secundum illud Sap. 5.

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Item vt legitur Act. 26. Festus dixit Paulo. Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam adducunt. *Vos*, secundum vestram reputationem estis; *Prudentes in Christo*, Quia scilicet, nec crucem eius publice confiteri audetis, nec persecutionem pro eo sustinetis, Prouer. 26. Sapientior sibi uidetur piger, septem viris loquentibus sententias. Secundo, quantum ad potestatem actionis, cum dicit; *Nos infirmi* reputamur, scilicet in exterioribus, propter afflictiones quas sustinemus. 2. Corin. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis; *Vos autem*, scilicet, secundum vestram reputationem estis; *Fortes*, scilicet in rebus corporalibus, quia secure viuitis sine tribulatione. Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem; *Vos nobiles*, scilicet estis, secundum vestram æstimationem, idest, honore digni, qui exterius contumelias non patimini. Esa. 19. Filius sapientium, ego filius regum antiquorum; *Nos autem ignobiles*, sumus, secundum vestram, & aliorum reputationem, quia contemptibiles habemur, supra. 1. Quæ contemptibilia sunt mundi, & ignobilia elegit Deus. Et tamen secundum rei veritatem est econuerso. Soli enim contemptibiles illi sunt, qui Deum contemnunt, secundum illud. 1. Reg. 2. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Deinde cum dicit; *Vsque in hanc horam &c.* Assignat causam contemptus. Et primo, ponit pro causa defectum bonorum temporalium. Secundo, mala quæ in eis intelligebantur, ibi; *Maledicimur & benedicimur*. Tertio, concludit intentum ibi *Tanquam purgamenta*. Circa primum duo facit. Primo, ponit defectum, quẽ patiebantur in rebus necessariis. Vnde quãtũ ad ea, q̃ pertinent ad victum, dicit; *Vsque in hanc horam*, idest, continue a conuersione nostra vsque in præsens tempus *Esurimus & sitimus*. 2. Cor. 11. In fame & siti. Quantum vero ad vestitum subdit; *Et nudi sumus*, idest, propter vestimentorum inopiam, quia etiam interdum expoliabantur Iob. 24. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Sed contra est, quod dicitur in Psal. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Sed dicendum est, quòd ita patiebantur Apostoli, quod non derelinquebantur, quia diuina prouidentia moderabatur in eis, & abundantiam & inopiam quantum eis expediebat ad virtutis exercitium. Vnde & Apostolus Philipp. 4. Vbique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat. Secundo, ponit defectum eorum, quæ pertinent ad bene esse humanæ vitæ, quorum, primum est reuerentia ab hominibus exhibita, contra quòd dicit, *Et colaphis cedimur*, quod quidem fit magis ad opprobrium, quàm ad pœnam. Vnde de Christo legimus Matt. 26. Quòd expuerunt in faciem suam, & colaphis eum ceciderunt. Secundo, requiritur quies in loco, contra quod dicitur; *Et instabiles sumus*. Tum, quia expellebantur a persecutoribus de loco in locum, secundum illud Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tum etiam, quia pro executione sui officii discurrebant vbique, secundum illud Io. 15. Posui vos vt eatis. Tertio, requiritur ministrantium auxilium, contra quod dicitur; *Et laboramus operantes manibus nostris*. Tum quia, aliquando nullus dabat eis, vnde possent sustentari, Tum etiam, quia labore manuum suarum victum acquirebant, vel ad vitandum fidelium grauamen, vel ad repellendum pseudo Apostolos, qui propter quæstum prædicabant, vt habetur. 2. Cor. 12. Tum etiam, vt darent ociosis laborandi exemplum, vt habetur. 2. Thes. 3. Vnde dicit Paulus Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Deinde cum dicit; *Maledicimur &c.* Ponit mala, quæ Apostoli patiebantur. Et primo, in uerbis, cum dicit; *Maledicimur*, idest, mala de nobis dicunt homines, uel ad detrahendum vel ad contumelias inferendum, vel etiam mala imprecando Hier. 15. Omnes maledicunt mihi. *Et benedicimus*, idest, reddimus bonum pro malo, secundum illud. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictum pro maledicto, sed econtra benedicentes. Secũdo, in factis, & quantũ ad hoc dicit; *Persecutionem patimur*. Non solũ q̃tũ ad hoc, ꝙ fugamur de loco ad locũ,

fletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinam regnetis, ut & nos vobiscũ regnemus. Puto enim, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostẽdit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus, Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.

quod proprie persecutio dicitur, sed quantum ad hoc, quòd multipliciter tribulamur, secundum illud Psalm. 118. Multi, qui persequuntur me, & tribulant me; *Et sustinemus in Christo*, scilicet, omnia patienter Eccle. 1. Vsque ad tempus sustinebit patiens. Tertio, tangit causam vtriusque, cum dicit; *Blasphemamur*, idest, blasphemiæ, imponuntur nobis, dum dicimur Magi, vel malefici, & reputamur Dei inimici, secundum illud Io. 16. Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. Et Rom. 3. Sicut blasphemamur, vt aiũt quidã nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona: tamen; *Obsecramus*, Deum pro his, qui nos persequuntur, & blasphemant, secundum illud Matth. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Deinde cum dicit; *Tanquam purgamenta &c.* Concludit ex omnibus præmissis eorum contemptum, dicens, Et propter omnia prædicta facti sumus; *Tanquam purgamenta huius mundi*, idest, reputati sumus & a Iudæis, & a Gentilibus, vt per nos mundus inquinetur: & propter nostram occisionem mundus purgetur, & tanquam simus *peripsema* omnium. Dicitur peripsema, quodcumque purgamentum, puta vel pomi vel ferri, vel cuiuscumq; alterius rei. Et hoc; *Vsque adhuc*, quia. s. continue hoc patimur. Sed quandoq; deficiet ſm illud Sap. 5. Vbi ex ore impiorum dicitur, Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Et postea subditur, Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, ꝙ Apostolos temere iudicabant, & præsumptuose contemnebant, hic instat ad eorum correctionem, & primo admonitionis verbo. Secundo, exemplo, ibi; *Rogo ergo vos fratres &c.* Tertio, correctionis flagello, ibi; *Tanquam non uenturus sim &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit admonitionis modum, dicens; *Hæc*, scilicet, quæ in serie epistolæ hucusque vobis dixi; *Scribo, non ut confundam uos*, scilicet, mala confusione, quæ in desperationem mittit, quamuis velim vos confundi confusione, quæ peccatum vitat, secundum illud Eccle. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam; *Sed*, prędicta moneo vos; *Vt filios*. Eccle. 7. Filii tibi sunt, erudi illos, & cura illos a pueritia eorum. Secundo, ostendit debitum admonendi modum, dicens; *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres*. Vbi considerandum est, quòd pater est, qui primo generat: pædagogus autem est, qui iam natum nutrit, & erudit; Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo. Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primo euangelium prædicauit. Vnde assignans rationem eius, quod dixerat, subdit; *Nam in Christo Iesu per euangelium uos genui*. Est autem generatio processus ad vitam, homo autem viuit in Christo per fidem: Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Fides autem, vt dicitur Ro. 1. est ex auditu, auditus autem per verbum. Vnde verbum Dei est semen, quo Apostolus eos genuit in Christo. Vnde Iaco. 1. Voluntarie nos genuit verbo veritatis. Alios autem dicit pædagogos, quia postquam fidem receperant, eos adiuuarunt: vt intelligatur esse eadem comparatio, quantum ad prædicationem euangelii, pædagogi ad patrem, quæ supra. 3. posita est, rigatoris ad plantatorem, & superædificatoris ad fundatorem. Deinde cum dicit; *Rogo ergo uos fratres*, instat ad corrigendum eos suo exemplo. Et primo, hortatur eos ad imitandum suum exemplum, dicens, Ergo ex quo estis filii, cum bonorum filiorum sit imitari patres; *Rogo uos imitatores mei estote*, scilicet, vt non temere iudicetis, sicut nec ego, quia neque meipsum iudicare præsumo, & de uobis humilia sentiatis, & de aliis maiora. Vnde non sine causa tali modo loquendi vsus est. Nos infirmi. Vos fortes. 2. Thes. 3. Vt formam nosmetipsos daremus vobis ad imitandum. Aduertendum est autem, quòd eosdem, quos supra filios nominauit, nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in Christo, quia eos non sibi, sed Christo genuerat, & quia ipse genitus erat a Christo, ex consequenti eos habebat vt fratres & filios. Intantum ergo debebant eum imitari, vt patrem, inquantum, & ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur subditis occasio, de adhærendo malis exemplis prælatorum. Vnde in hoc subditi solum prælatos imitari debent, in quo ipsi Christum imitantur: qui est infallibilis regula veritatis. Vnde seipsum Apostolis in exemplum posuit Ioã. 13. Exemplum dedi vobis, vt quem admodum ego feci &c. Quod quidẽ exemplum Paulus sequebatur, secundum illud Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus: viã eius custodiui, & nõ declinaui ab ea. Secundo, remouet excusationem ignorãtiæ, dicens; *Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino*, ſm illud Phil. 2. de Timotheo loquens, Neminem habeo, ita vnanimem, qui sincera affectione pro uobis solicitus sit; *Qui uos commonefaciat uias meas*, idest, qui uos doceat meos processus, idest, omnia opera, & moneat vos ad ea sequendum, secundum illud Hier. 6. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in ea; *Quæ*, quidem viæ; *Sunt in Christo*, & ideo non debetis dedignari eas sequi, secundum illud Psal. 24. Vias tuas domine demonstra mihi. Et non videatur vobis hoc onerosum, quia hoc communiter omnibus impono. Vnde subdit; *Sicut vbique in ecclesia doceo*. Coll. 1. Audistis veritatis euangelium, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo. Vel hoc, quod dicit; *Vias meas*, referendum est ad opera. Quòd vero dicit, Sicut & vbique, ad documenta. Ad hoc enim missus erat Timotheus, vt induceret eos ad imitanda opera, & tenenda Apostoli documenta. Deinde cum dicit; *Tanquam non uenturus sim ad uos*, comminatur eis correctionis flagellum. Et primo, ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens; *Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam*, scilicet vestrum, qua non timentes per me de sua superbia conuinci, & tamen digni sunt flagellis: nam humiles soli uerbis corriguntur, superbi flagellis indigent, secundum illud Iob. 40. Respice cunctos superbos & confunde eos. Secundo, prænuntiat eis suum aduentum, quo veniet ad iudicandum, vbi primo prænuntiat aduentum, dicens; *Veniam autem cito ad uos*. Et quia dicitur Prou. 16. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Ideo subdit; *Si dominus voluerit*, Iaco. 4. Si dominus voluerit, & si vixerimᵒ, faciemus hoc aut illud. Secundo, prænuntiat eis suam iudiciariam cognitionem, cum dicit; *Et cognoscam*, scilicet ordine iudiciario, secundum illud Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam; *Non sermonem eorum qui inflati sunt*, sed virtutem, quasi dicat, Non propter hæc ex mea examinatione approbabuntur, qui abundant in verbis, sed si abundarent in virtute: quia ut dicitur Prou. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Tertio, rationem assignat, dicens; *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute*, idest, non ideo aliqui pertinent ad regnum Dei, qui abundant in sermone, secundum illud Matt. 7. Non omnis, qui dicit mihi, domine dne, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Vltimo comminatur eis correctionem, reseruans tamen correctionem arbitrio eorum, dicens; *Quid uultis? in uirga*, scilicet, disciplinę; *Veniam ad uos*, scilicet castigandos; *An in charitate*, idest, ostensione amoris? *Et in spiritu mansuetudinis*, ut scilicet nihil durius uobiscum agam, hoc enim pendet ex uobis. Nam si uos in uia stultitiæ permanetis, oportet me ad uos cum uirga uenire, secundum illud Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Si uero uos correxeritis, ostendam uobis charitatem & mansuetudinem Gal. vlt. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: hoc autem non dicit, quin si in uirga ueniens, non cum charitate veniret, cum scriptum sit, Prou. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit: sed quia ille, qui castigatur virga, non sentit interdum dulcedinem charitatis, sicut illi quos blande consolatur.

LECTIO III.

NON ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium, ego uos genui. Rogo ergo uos: imitatores mei estote sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam. Veniam ad uos cito, si dominus uoluerit, & cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis?

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus prosequutus est ea, quæ pertinent ad baptismi sacramentum, hic incipit prosequi ea, quæ pertinent ad matrimonium. Et primo, arguit peccatum contrarium matrimonio, scilicet fornicationem. Secundo, agit de ipso matrimonio, cap. 8. ibi; *De quibus autem scripsistis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit culpam. Secundo, redarguit eam, ibi; *Non est bona glo. &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit culpã cuiusdam fornicarii. Secundo, culpam aliorum, qui peccatum fornicarii tolerabant, ibi; *Et vos inflati estis &c.* Circa primum, primo ponit tria, quæ pertinent ad culpæ grauitatem. Primo namque, ostendit peccatum esse notorium, dicens, Non sine causa quæsui, an velitis, quòd in virga veniam ad vos. Est enim in vobis aliquid dignum virga disciplinæ; *Quia fornicatio audiitur inter vos omnino*, secundum publicam formam, contra quod dicitur Eph. 5. Fornicatio autem nec nominetur in vobis Esa. 3. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Secundo, aggrauat peccatum ex comparatione, cum dicit; *Et talis fornicatio qualis nec inter gentes* licita reputatur uel inuenitur. Apud gentiles enim simplex fornicatio, non reputabatur peccatum. Vnde Apostoli Act. 15. Ad hunc errorem excludendum gentilibus ad fidem conuersis imposuerant, quòd abstineant se a fornicatione. Erat tamen quædam fornicationis species, quæ & apud gentiles illicita habebatur. Et ideo dicit; *Ita vt vxorem patris aliquis habeat*, sicut dicitur Gen. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Hoc autem erat horribile, etiam apud gentiles, vtpote contrarium naturali rationi existens. Per naturalem enim reuerentiam filii ad parentes, secundum omnem statum, & legem, pater & mater a matrimonio excluditur, vt sic etiam possit intelligi, quod habetur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, scilicet in contractu matrimonii, & adhærebit vxori suę. Sicut autem ibi subditur, Vir & mulier erunt duo in carne vna. Et ideo vxor patris repellitur a matrimonio: sicut persona patris vel matris, secundum illud Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui ne discooperias, turpitudo enim patris tui est. Deinde cum dicit; *Vos inflati estis*. Ponit culpam eorum, qui hoc peccatum tolerabant. Et primo, reprehendit eorum tolerantiam. Secundo, supplet, quod illi negligebant, ibi; *Ego quidem &c.* Circa primum notat in eis tria vitia. Primo, superbiam cum dicit; *Et vos inflati estis*, scilicet vento superbiæ, reputantes vos innocentes ex comparatione peccatoris, sicut Luc. 18. Pharisæus dicebat. Non sum sicut cæteri hominum, velut etiam hic publicanus Sap. 4. Dirumpam illos inflatos sine voce. Secundo, tangit eorum iniustitiam, cum dicit; *Et non magis luctum habuistis*, scilicet patiendo causam peccatoris, sicut Hier. 9. dicitur, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Vera enim iustitia, vt dicit Greg. † compassionem habet non dedignationem. Tertio, tangit eorum iudicii negligentiam; *Vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit*. Talis enim compassio viri iusti ad peccatorem vulnerat & liberat, secundum illud Prouerb. 23. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Per hoc etiam alii corriguntur, secundum illud Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Vnde Eccle. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filii homioum perpetrant mala. Debet autem ad correctionem aliorum interdum peccator separari, vbi de contagione timetur: secundum illud Prou. 22. Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causæ, & contumeliæ. Deinde cum dicit; *Ego quidem absens corpore &c.* Supplet eorum negligentiam, sententiam proferens contra peccatorem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit authoritatem iudicantis. Secundo, modum iudicandi, ibi; *Congregatis vobis &c.* Tertio, sententiam iudicis, ibi; *Tradere huiusmodi &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit authoritatem ministri, scilicet suipsius: videbatur autem contra iudiciarium ordinem, vt condemnaret absentem, secundum illud Act. 25. Non est consuetudo Romanis cõdemnare aliquem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, sed hoc Apostolus excusat, dicens; *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu*, idest, affectu & solicitudine mentis, secundum illud Col. 2. Et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum. Vel; *Præsens spiritu*, quia per spiritum cognoscebat ea, quæ apud ipsos agebantur, ac si præsens esset, sicut & Elisæus dixit. 4. Reg. 5. Nonne cor meũ in præsenti erat, cũ reuersus est homo de curru suo? Et qa sum spiritu plens, iam iudicaui, idest, sententiam condemnationis ordinaui in eum, qui sic operatus est. Secundo, ponit authoritatẽ principalis domini dicens; *In nomine domini nostri Iesu Christi*, idest, vice & authoritate seu cum virtute, & inuocatione nominis eius, ſm illud Col. 3. Omne quodcũq; facitis in verbo, aut opere, in nomine domini nostri Iesu Christi, facite. Deinde cum dicit; *Congregatis vobis in vnum*. Ostendit modum iudicandi, vbi tria tangit, primo fidelium congregationem, cum dicit *Congregatis uobis*. Ea enim, quæ grauia sunt, multorum concordi deliberatione punienda sunt. Vnde & antiquitus iudices sedebant in portis, vbi populus congregabatur, secundum illud Deut. 16. Iudices constitues in omnibus portis tuis. Vnde dicitur in Psalm. 110. In consilio iustorum & congregatione magna opera domini. & Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio. Secundo, adhibet suum assensum, eum dicit; *Et meo spiritu*, idest, mea voluntate, & authoritate, secundum illud, quod dixerat, præsens autem spiritu. Tertio, adhibet authoritatem principalis domini, scilicet Christi, dicens; *Cum virtute domini nostri Iesu Christi*. Ex qua iudicium ecclesiæ, habet robur firmitatis, ſm illud Matt. 18. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Deinde cum dicit; *Tradere huiusmodi &c.* ponit condemnationis sententiam, circa quam tria ponit. Primo, pœnam, cum dicit; *Tradere huiusmodi Sathanæ*, supple iudicaui. Quod potest dupliciter intelligi. Primo, ꝙ sicut dicitur Matth. 10. Dominus dedit Apostolis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & per eandem potestatem poterant imperare spiritibus immundis, vt vexarent corporaliter, quos hac pœna iudicabant dignos. Mandauit ergo Apostolus Corinthiis in eius authoritate, tradere prędictum fornicarium Sathanæ corporaliter vexandum. Vnde ponit secundo, huius sententiæ effectum cum dicit; *In interitum carnis*, idest, ad vexationem carnis, & afflictionem, in qua peccauit, ſm illud Sap. 11. Per quæ peccat quis, per hęc & torquetur. Tertio, ponit fructum cum dicit; *Vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi*, idest, vt salutem consequatur in die mortis, vel in die iudicii, sicut supra tertio, expositum est, & sic impletur, quod ibi subditur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, pœnæ, scilicet temporalis. Non enim Apostolus Sathanæ tradidit peccatorem, vt eius potestati perpetuo subiaceret, sed vt carnis vexatione ad pœnitentiam conuertatur, secundum illud Esa. 28. Sola vexatio, intellectum dat auditui. Est autem hæc sententia Apostoli, quam dominus seruauit Iob. 2. vbi Sathanæ dixit, Ecce in manu tua est, scilicet caro eius. Veruntamen animam illius serua, scilicet illæsam. Alio modo intelligi potest, quod dicitur *Tradere huiusmodi Sathanæ*, scilicet per excommunicationis sententiam, per quam aliquis separatur a communione fidelium, & a participatione sacramentorum, & priuatur ecclesiæ suffragiis, quibus homo munitur contra impugnationem Sathanę, propter quod de ecclesia dicitur Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata, scilicet dæmonibus. Quod autem subditur; *In interitum carnis*, intelligitur; vt scilicet ab ecclesia separatus, & tentationibus Sathanæ expositus, libertius ruat in peccatum, ſm illud Apoc. vlt. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vocat autem peccata mortalia carnis interitum, quia vt dicitur Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Subdit autem; *Vt spiritus saluus sit*, vt scilicet peccatorum turpitudinem cognoscens, confundatur & pœniteat, & sic sanetur, secundum illud Hier. 31. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescẽtiæ meæ. Potest etiam intelligi, vt spiritus eius, scilicet ecclesiæ, idest, spiritus sanctus ecclesiæ saluus sit fidelibus, in diem iudicii, ne s. perdant eum per contagium peccatoris: quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum &c.

CAP. V. LEC. I.

OMNINO auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Chtisti congregatis uobis, & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Sathanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit, in die domini nostri Iesu Christi.

Hom. 34. sup Euan.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus memorauit duplicem culpam, scilicet Corinthii fornicatoris, & aliorum qui eius peccatum tolerabant, hîc vtramque culpam redarguit, Primo, culpam tolerantium eius peccatū.

LECTIO II.

NON est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totā massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Itaq; epulemur, nō ī fermēto ueteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis, & ueritatis.

Secundo, culpā fornicatoris, ibi; *Corpus autem non fornicationi &c.* Circa primū duo facit. Primo, redarguit in Corinthiis negligentiam iudicii, Secundo, redarguit, in eis quædam alia vitia circa iudicium. 6. ca. *Audet aliquis &c.* Circa primum duo facit, Primo, redarguit eos, qui fornicatorem a se non separauerunt, Secundo, reprobat falsum intellectum, quem ex verbis sui conceperant, ibi; *Scripsi vobis in epistola &c.* Circa primum duo facit, Primo, reprehendit, quod fecerant. Secundo, ostendit, quid faciendū sit, ibi; *Expurgate vetus fermentum &c.* Circa primū duo facit. Primo, reprehendit culpam præteritam quantum ad suam radicem: dixerat enim supra, quòd ex inflatione sequitur in eis incompassio & ex incompassione correctionis negligentia. Arguit ergo primo Corinthiorum elationem, dicens; *Non est bona gloriatio vestra*, qua scilicet defectibus aliorum gloriamini quasi vos sitis innocentes. Debet eñ vnusquisq; in domino gloriari de bonis sibi diuinitus datis, non de aliis, secundum illud Gal. 6. Opus autem suum vnusquisque probet, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in alio. Præcipue autem malum est de malis aliorum gloriari. Dicitur enim in Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; *An nescitis, quod modicum fermentum totam massam corrumpit?* quasi dicat, hoc ignorare non potestis. Est autem sciendum, quòd in fermento duo possunt considerari. Primo, sapor quem tribuit pani, & secundum hoc per fermentum significatur sapientia Dei, per quam omnia, quæ sunt hominis sapida redduntur, & secundum hoc dicitur Matt. 13. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentatum est totum. Secundo, in fermento, potest considerari corruptio, & secundum hoc per fermentum potest intelligi vno modo peccatum, quia scilicet per vnum hominis peccatum omnia opera eius corrupta redduntur, puta per peccatum simulationis, quod comparatur fermento Luc. 12. Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Alio modo, per fermentum potest intelligi homo peccator, & ad hoc inducitur hæc similitudo. Sicut enim per modicum fermentum tota massa pastæ corrumpitur, ita per vnum peccatorem tota societas inquinatur. Vnde, Eccle. 11. Ab vna scintilla augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Et hoc quidem contingit, dum per peccatum vnius, alii prouocantur aliqualiter ad peccandum. Vel etiam dum peccanti consentiunt, saltem non corrigendo dum possunt corrigere, secundum illud Rom. 1. Digni sunt morte non solum, qui faciunt ea, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Et ideo Corinthiis, non erat gloriandum de peccato vnius, sed magis cauendum ne peccato vnius omnes inquinarentur ex eius consortio, secundum illud Cantic. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, vbi dicit Glosa, Non fuit bonus, qui malos tolerare non potuit. Deinde cum dicit; *Expurgate vetus fermentum.* Ostendit, quid de cætero sit faciendum. Et primo, ponit documentum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Pascha nostrum &c.* Dicit ergo primo, quia; *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, ideo; *Expurgate vetus fermentum*, idest, expurgate vos, abiiciendo a vobis vetus fermentum, idest, fornicarium, qui peccando rediit in vetustatem corruptionis antiquæ, secūdum illud Baruc. 3. Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Quod quidem dicit, quia per separationem vnius peccatoris tota societas expurgatur. Vnde, & egresso Iuda Dominus dixit Ioan. 13. Nunc clarificatus est filius hominis. Potest etiam per vetus fermentum intelligi antiquus error, secundum illud Esa. 26. Vetus error abiit. Vel etiam corruptio originalis peccati, secundum illud Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, Vel etiam quodcumque peccatum actuale, secundum illud Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis; horum enim admonitione homo expurgatur. Ponit autem consequenter purgationis effectum, dicens; *Vt sitis noua conspersio.* Dicitur autem conspersio commixtio aquæ, & farinæ nouæ, antequam admisceatur fermentum, Remoto ergo fermento a fidelibus, idest, peccatore vel peccato, remanent sicut noua conspersio, idest, in puritate suæ nouitatis, secundum illud Psalm. 102, Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ,

F Deinde ponit modum debitum expurgationis, cum dicit; *Sicut estis azimi*, idest, sine fermento peccati. Dicitur enim ab a, quod est sine, & zima, quod est fermentum. Vnde, dominus Matth. 16. dixit discipulis. Cauete a fermento Pharisæorum, & Saduceorum. Deinde cum dicit; *Etenim pascha nostrum.* Assignat rationem eius, quod dixerat, scilicet, quare fideles debent esse azimi, quæ quidem ratio sumitur ex mysterio passionis Christi. Vnde primo, proponit ipsum mysterium, secundo, concludit propositum, ibi; *Itaque epulemur &c.* G Circa primum considerandum est, qp inter cętera sacramenta legalia celeberrimum erat agnus paschalis, qui vt præcipitur Exod. 12. Immolabatur ab vniuersa multitudine filiorum Israel, in memoriam illius beneficii, quo angelus percutiens primogenita Aegypti pertransiuit domos Iudæorum, quorum fores linitæ essent sanguine agni. Vnde nomen paschæ, sumitur secundum quod ibi dicitur. Est enim phase, idest, transitus domini, & vltimo virtute huius beneficii transiuit populus mare rubrum, vt dicitur Exod. 24. Ille enim agnus figura fuit Christi innocentis, de quo dicitur Ioan. 1. Ecce agnus Dei. Sicut ergo ille agnus figuralis immolabatur a filiis Israel, vt populus Dei liberaretur ab angelo percutiente, & vt transirent mare rubrum liberati de seruitute Aegypti: ita Christus est occisus a filiis Israel, per cuius sanguinem populus Dei liberatur a diaboli impugnatione, & seruitute peccati per baptismum, quasi per mare rubrum. Ille autem agnus figuralis H pascha Iudæorum dicebatur, quia in signum transitus immolabatur. Vnde dicitur Matth. Vbi vis paremus tibi comedere pascha, idest, agnum paschalem. Dicit ergo Apostolus. Ideo debetis esse azimi, *Etenim*, idest, quia, sicut figurale pascha veteris populi est agnus immolatus, ita *Pascha nostrum*, idest, noui populi, est *Christus immolatus*, cuius etiam immolationi conuenit nomen paschæ, tum significatione linguæ Hebreæ, quod significat transitum. Exod. 12. Est enim phase, idest, transitus, tum significatione linguæ Grææ prout nomen paschæ significat passionem. Christus enim per passionem, quā fuit immolatus transiuit ex hoc mundo ad patrem, vt dicitur Ioan. 13. Deinde cum dicit; *Itaque epulemur.* Concludit propositum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut legitur Exod. 12. Agnus paschalis post immolationem manducabatur cum azimis panibus. Sicut ergo agnus figuralis fuit figura nostri paschæ immolati, ita figuralis obser- I uantia paschalis debet conformari obseruantiæ noui paschæ, ergo quia Christus immolatus est pascha nostrum. *Itaque epulemur*, scilicet manducantes Christum, non solum sacramentaliter, secundum illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed spiritualiter fruendo sapientia eius, secundum illud Eccle. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & sic cum gaudio spirituali, secundum illud Psalm. 41. In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Deinde determinat modum epulandi, secundum conformitatem veritatis ad figuram, dicens; *Non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ*, mandabatur enim Exod. 12. Quòd omne fermentum, non inueniretur in domibus manducantium agnum paschalem. Fermentum autem habet, & vetustatem, & corruptionem. Vnde per remotionem fermenti, primo quidem, potest intelligi amotio K obseruantiæ præceptorum veteris legis, quæ per passionem Christi est mortificata, secundum illud Leuit. 26. Vetera, nouis superuenientibus, proiicietis. Secundo, per remotionem fermenti, potest intelligi remotio corruptionis peccati, sicut supra dictum est, quòd modicum fermentum totam corrumpit massam, & quantum ad hoc subdit. *Neque in fermento malitiæ & nequitiæ*, vt malitia referatur ad peruersitatem operis, secundum illud Iaco. 1. Abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ. Per nequitiam vero intelligitur fraudulenta machinatio. Prouerb. 26. Quando sumpserit vocem suam, non credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde eius. Vel secundum Glosam, cum dicit; *Non in fermento veteri*, remouet vetustatem peccati in communi. Quod autem subdit; *Neque in fermento malitiæ & nequitiæ* explicat peccatum per partes; vt malitia dicatur peccatum, quod committitur in seipsum, nequitia peccatum, quod committitur in alium, Excluso ergo modo indebito epulandi, determinat modum cōuenientem, subdens; *Sed in azimis sinceritatis, & veritatis*, idest,

Id est sinceritate & veritate, quæ significantur per azima. Ponitur autem sinceritas, contra corruptionem peccati, quod significauit cum dixit. Non in fermento malitię & nequitiæ. Nam sincerū dicitur, quod est sine corruptione. Vnde 2. Cor. 2. dicitur, Nō sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate in Christo loquimur, Veritas vero ponitur cōtra figuras veteris legis, sicut Ioann. 1. dicitur, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est, quia scilicet, verū pascha cum veritate & non cum figuris celebrare debemus. Vnde secundum Glosam, per sinceritatem intelligitur innocentia a vitiis, seu nouitas vitæ: per veritatem aūt iustitia bonorum operum vel rectitudo, quæ fraudem excludit.

LECTIO III.

SCRIPSI vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs: Non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiētibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi: nec cibum

LECTIO TERTIA.

INDVXERAT supra Apostolus Corinthios ad hoc, quòd a seipsis peccatorē separarent, quod quidē prætermiserat propter falsum intellectum cuiusdam verbi, quod continebatur in epistola quadam, quam eis prius miserat. Et ideo prauum sensum, quem ex verbis conceperant, nunc excludit. Vnde circa hoc tria facit. Primo resumit verbum prioris epistolæ. Secundo excludit falsum intellectum, ibi; *Non vtique fornicariis.* Tertio exponit verum intellectum, ibi; *Nunc autem scripsi uobis.* Dicit ergo primo, dixi; *Vobis in epistola* quadam alia, quæ in canone non habetur; *Ne commisceamini fornicariis*, id est, non habeatis cum eis societatem, vel communionem, secundum illud Pro. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Eccl. 9. Non des fornicariis animam tuam in vllo. Deinde cum dicit; *Non vtique fornicariis.* Excludit falsum intellectū prædicti verbi. Et primo proponit, quod intendit. Secundo concludit propositū, ibi; *Alioquin debueratis &c.* Circa primum considerandum est, quòd in prædicto verbo Apostoli, dupliciter falsum intellectum conceperāt Corinthii. Primo quantum ad hoc, quòd intelligebant illud esse dictum de fornicariis infidelibus, sed illud excludit Apostolus, dicens; *Non vtique* intendo dicere, quòd non commisceamini; *Fornicariis huius mundi*, vocat autem infideles nomine mundi, secundum quod dicitur Ioan. 1. Mundus eum non cognouit, supra 1. Non cognouit mundus per sapientiam Deum. Secundo conceperāt falsum intellectum quantum ad hoc, quòd putabāt prohibuisse Apostolum solum de fornicariis, non autem de aliis peccatoribus. Et ideo ad hoc excludendum subdit; *Aut auaris*, qui scilicet iniuste detinent aliena. Ephes. 5. Auaritia, quæ est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei; *Aut rapacibus*, qui scilicet violenter diripiūt aliena, infra eodem. Neque rapaces regnum Dei possidebunt; *Aut idolis seruientibus*, cōtra quos dicitur Sap. 14. Nefandorum enim idolorum cultura omnis malitiæ causa est, initium & finis. Et est sensus, non solum uobis prohibui societatem fornicatorum, sed etiam omnium aliorum peccatorum. Et est aduertendum, quòd per fornicationem quis peccat contra seipsum: per auaritiam autem & rapacitatem contra proximum: per idolorum autem culturam contra Deum: & in his, quæ ponit, omne peccati genus intelligitur. Deinde cum dicit; *Alioquin &c.* Assignat rationem propositi, dicens; *Alioquin* si scilicet sit intelligendum uerbum prædictum de fornicariis huius mundi; *Debueratis de hoc mundo exisse*, quia scilicet totus mundus talibus plenus est. Vnde non possetis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exeundo. Dicitur enim 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Vel aliter; *Debueratis de hoc mundo exisse*, q.d. a tempore conuersionis vestrę, debueratis ab infidelibus mundi separari. Vnde non oportet vos super hoc moneri, dicitur enim Ioan. 15. Ego elegi vos de mundo. Vel aliter, debueratis de hoc mundo exisse, scilicet per mortem. Melius est enim hominibus mori quàm peccatoribus in peccatis consentire. Vnde dicitur infra 9. Melius est enim mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Deinde cum dicit; *Nunc autem scripsi uobis.* Exponit eis verum intellectum. Et primo ꝑponit, quod intendit. Secundo rationem assignat, ibi; *Quid enim mihi est.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Auferte malum &c.* Dicit ergo primo. nunc autem sic expono, quod olim scripsi vobis; *Non commisceamini*, scilicet fornicariis & aliis peccatoribus; *Si is qui inter uos frater nominatur* eo modo quo dominus dicit Matt. 23. Omnes vos fratres estis: Non tamen dicit, si is, qui frater est: sed si is qui frater nominatur, quia per peccatum mortale aliquis a charitate recedit, quæ est spiritualis fraternitatis causa; Vnde

A Heb. vlt. dicitur, Charitas fraternitatis maneat in vobis. Nominatur ergo frater propter fidei veritatem, non autem est vere frater, propter charitatis defectum, qui est ex peccato. Vnde subditur; *Aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum sumere*, scilicet debetis, secundum illud Ioā. 2. Cano, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo vestra, nec aue dixeritis ei, quasi dicat, Per hoc, quod dixi, non debere vos mi- B sceri peccatoribus, intellexi de fidelibus, qui nominantur fratres, & sunt inter vos: non autem per hoc intelligendum est; sicut dicit Aug. in lib. contra Parmenianum, & habetur in Glo. hic, quòd aliquis extraordinario iudicio debeat a communione aliorum separari: quia frequenter posset errare, sed potius hoc debet fieri, secundum ordinem ecclesiæ, quando aliquis a communione repellitur, vt conuictus, vel sponte confessus, & ideo signanter dicit; *Si is, qui nominatur*, vt eam nominationem intelligamus, quæ fit per sententiam ecclesiæ ordine iudiciario contra aliquem prolatam, Illi autem, qui sic a communione pelluntur, sunt vitandi, quantum ad mensam, sicut hîc dicitur, & quantum ad salutationem, vt dicitur in prædicta authoritate Io. & vlterius, quantum ad sacram communionem. Vnde in versu dicitur, Os, orare, vale, communio, mensa negatur, scilicet, excommunicato. Sed notandum, quòd Apostolus suprà non numerauit, nisi peccata mortalia, in signum, quòd pro solo peccato mortali debet aliquis excōmunicari, & de aliis quidem, quæ C ponit manifestum est, Sed de ebrietate potest esse dubium, quia non semper videtur esse peccatum mortale. Dicit enim Augustinus in sermone de purgatorio, quòd ebrietas nisi sit frequens, non est peccatum mortale. Quod credo ideo esse, quia ebrietas ex suo genere est peccatum mortale. Quòd enim aliquis ꝑpter delectationem vini velit perdere vsum rationis exponens se periculo, multa alia peccata perpetrandi, videtur esse contrarius charitati, Contingit tamen per accidens ebrietatem, non esse peccatum mortale propter ignorantiam vini fortitudinis, vel debilitatis proprii capitis, quæ tamen excusatio tollitur per frequentem experientiam: & ideo Apostolus signanter; non dicit ebrius, sed; *Ebriosus.* Addit autem duo peccata his, quæ supra posuerat, scilicet, ebriosum, & maledicum, Refertur autem ebrietas ad genus peccati, quod committitur contra seipsum, sub quo continetur, non solum luxuria, sed etiam gula: maledicus autem refertur ad genus peccati, quod committit contra D proximum, cui nocet aliquis, non solum facto, sed etiam verbo mala imprecando, vel male diffamando, quod pertinet ad detractionem. Vel mala in faciem dicendo, quod pertinet ad contumeliam, & hoc totum pertinet ad rationem maledici, vt supra dictum est. Deinde cum dicit; *Quid enim mihi est &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat; Et circa hoc tria facit, Primo, assignat rationem, dicens, Dixi hoc esse intelligendum de fratribus, & non de infidelibus; *Quid enim mihi est*; idest, quid ad me pertinet; *Iudicare*, idest, sententiam condemnationis ferre; *De his qui foris sunt*, idest, de infidelibus, qui sunt omnino extra ecclesiam. Prælati enim ecclesiarum accipiunt spiritualem potestatem super eos tantum, qui se fidei subdiderunt, secundum illud. 2. Cor. 10. In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Indirecte tamen prælati ecclesiarum habent potestatem super eos, qui foris sunt, inquantum ꝑpter eorum culpam, prohibent fideles, ne illis communicent. Secundo, adhibet simili- E tudinem, dicens; *Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis?* quasi dicat, eadem authoritate vos iudicatis, qua & ego. Vnde nec vos non iudicatis nisi de vestris, ita & ego, Dicitur Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Tertio, respondet tacite dubitationi, Posset enim videri, quòd infideles essent meliores, qui propter peccata prædicta non condemnantur, sed hoc excludit, dicens; *Ideo nihil mihi de his, qui foris sunt iudicare.* Nam eos, qui foris sunt, idest, infideles iudicabit Deus, scilicet iudicio condemnationis non examinationis, quia vt Gregorius dicit in moralibus. Infideles damnabuntur sine iudicio discussionis, & examinationis, & quantum ad hoc dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, idest, manifestam in se habet causam condemnationis, & hoc grauius referatur Dei iudicio, secundum illud Heb. 10. Horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Deinde cū dicit; *Auferte malum &c.* Infert conclusionem principaliter intentam, dicēs, Ex quo hoc,

Lib. 3. c.

In ser. de sanc. ser. 41. tom. 10.

quod dixi, Non commisceamini forniçariis, intelligendum est de fidelibus, non de his qui foris sunt; *Ergo auferte malum*, scilicet hominem; *Ex vobisipsis*, idest, de vestra societate eiicite, secundum illud Deut. 13. Auferes malum de medio tui. Est ergo considerandum ex præmissis Apostoli verbis, q̃ non prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fide receperunt propter eorum pœnã, Est tamen hoc cauendum aliquibus, scilicet infirmis, propter eorum cautelam, ne seducantur. Illi vero, qui sunt firmi i fide possunt, eis licite communicare, & dare operã conuersioni eorum, vt dicitur infra, 10. Si quis infidelium vocat vos ad cenã, & vultis ire, omne quod appositũ fuerit manducate. Infidelibus autem, qui aliquando fideles fuerunt, vel sacramentum fidei receperunt, sicut hæreticis & apostatantibus a fide, subtrahitur omnino communio fidelium, & hoc in eorum pœnam, sicut & cæteris peccatoribus, qui adhuc subduntur potestati ecclesiæ.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus reprehenderat Corinthios de negligentia iudicii: hic reprehendit in eis quædam alia peccata circa iudicia. Et primo, quantum ad iudices eorum, coram quibus litigabant. Secundo, quantum ad ipsa iudicia, ibi; *Iam quidem omnino*. Circa primum tria facit. Primo, arguit eos de inordinatione. Secundo, rationem reprehensionis assignat, ibi; *An nescitis*. Tertio, remedium adhibet, ibi; *Sæcularia igitur iudicia*. Dicit ergo primo, ita negligitis in iudicando vestros, sed tamen præsumptuosi estis subire infidelium iudicia: & hoc est, quod dicit; *Audet*, idest, præsumit; *Aliquis vestrum habens negocium*, scilicet, sæculare aduersus alium; *Iudicari apud iniquos*, idest, subire iudicium infidelium; *Et non apud sanctos*, idest, apud fideles, qui sunt sacramentis fidei sanctificati. Hoc enim est inordinatum multipliciter. Primo quidem, quia per hoc derogatur authoritati fidelium. Secundo, quia derogatur dignitati fidelium quantum ad hoc, quòd infidelium iudicia subeunt. Tertio, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus contemnendi fideles, quos dissentire vident. Quarto, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus calumniandi, & opprimendi fideles, quos odio habent proprer fidem, & ritus diuersitatem. Et ideo dicitur Deuter. 1. Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, præcepique eis, dicens, Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et eod. 17. Non poteris alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. Sed videtur esse contra id quod dicitur. 1. Pet. 1. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquàm præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis; pertinet enim ad authoritatem principis iudicare de subditis. Est ergo contra ius diuinum prohibere, quòd eius iudicio non stetur, si sit infidelis. Sed dicendum, q̃ Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus principibus, constituti, eorum iudicio compareant si vocentur, hoc enim esset contra subiectionem, quæ debetur principibus: sed prohibet, quòd fideles non eligant voluntarie infidelium iudicium. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Assignat rationem contra id, quod illi faciebant, sumptam ex hoc, quòd derogabant authoritati sanctorum. Et primo, quantum ad authoritatem, quam habent super res mundanas. Secundo, quantum ad authoritatem, quam habent ad res supermundanas, id est, super angelos, ibi; *An nescitis, quoniam angelos iudicabimus?* Dicit ergo primo. Inordinatum est iudicium apud infideles, qui fideles habent authoritatem iudicandi; *An nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt?* idest, de hominibus mundanis huius mundi. Quod quidem impletur triplicirer. Primo quidem, secundum comparationem, scilicet secundum quòd non solum boni iudicabunt malos, & sancti mundanos i sed etiam secundum quòd boni iudicabuntur a melioribus, & mali iudicabunt peiores, secundum illud Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Secundo, iudicabunt approbando sententiam iudicis, scilicet Christi; & hoc erit proprie iustorum, secundum illud Psalm. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Vnde Sap. 3. dicitur; Iudicabunt sancti nationes. Tertio modo, per sententiæ prolationem. Et hoc erit apostolorum, & similium, qui contemptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt. Spiritualis enim iudicat omnia, ut dictum est supra. 2. unde & Matth. 19. dicitur: Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicãtes duo decim tribus Israel. Et in Psal. 16. dicitur: Gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus. Intelligitur autem ista prolatio sententiæ non vocalis, sed spiritualis, inquantum per superiores sanctos, inferiores, vel etiam peccatores spirituali quadam illuminatione illuminabuntur, quales pœnæ, & qualia præmia eis debeantur: sicut etiam nunc homines illuminantur ab angelis, vel etiam inferiores angeli a superioribus. Secundo ex hoc, qd̃ dictum est, argumentatur ad propositum, dicens; *Et si in vobis*, idest, per vos; *Iudicabitur mundus*, idest, mundani homines; *Nunquid indigni estis, qui iudicetis de minimis?* scilicet de negociis sæcularibus. Luc. 16. Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus erit. Deinde cum dicit; *Nescitis &c.* Argumentatur ad idem ex authoritate sanctorum super angelos. Et primo, ponit eam, dicens; *An nescitis*, quoniam nos, scilicet fideles Christi; *Iudicabimus angelos*. Quod quidem potest intelligi de malis angelis, qui condemnabuntur a sanctis, quorum virtute sunt victi. Vnde Luc. 10. Dominus dicit: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutem inimici. Et in Psal. 9. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Potest et hoc intelligi de bonis angelis, quorum pluimi in comparatione quadam inuenientur Paulo, & similibus sibi, inferiores. Vnde signanter non dicit, iudicabitis, sed, iudicabimus. Quàmuis enim dici possit, quòd ex consequenti, si sancti iudicabunt homines bonos, & malos, erit iudicium de bonis angelis, quorum accidentale præmium augetur ex præmio sanctorum per angelos illuminatorum, & etiam de malis angelis, quorum pœna augetur ex pœna hominum per eos seductorum Secundo, argumentatur ad propositum, dicens; *Quanto magis sæcularia?* scilicet iudicia, idonei erimus iudicare? Qui enim est idoneus ad maiora, multo magis est idoneus ad minora. Vnde & dominus, cui commiserat quinque talenta, postmodum commisit vnum, vt habetur Matth. 25. Deinde cum dicit; *Sæcularia igitur iudicia*, Adhibet remedium contra culpam eorum. Et primo, ponit remedium. Secundo, exponit, ibi; *Ad verecundiam uestram dico*. Dixit ergo primo. Ergo ex quo sancti de hoc mundo iudicabunt, si habueritis inter vos sæcularia iudicia, quæ tamen habere non debetis, illos qui sunt contemptibiles in ecclesia, constituite ad iudicandum potius, scilicet, quàm iudicemini apud infideles. Vnde & in Psalm. 140. dicitur: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et Eccle. 9. dicitur. Melius est canis viuus, leone mortuo. Deinde cum dicit; *Ad uerecundiam uestram dico*. Exponit, quo sensu prædicta dixit. Posset enim aliquis credere, q̃ ad literam essent eligendi contemptibiliores ad iudicandum, sed hoc excludit, dicens; *Ad verecundiam vestram dico*, quasi dicat, non hoc dixi, vt ita fiat, sed vt vos faciam verecundari, illa scilicet confusione, quæ adducit gratiam & gloriam, vt dicitur Eccle. 4. Contemptibiles enim in ecclesia essent eligendi ad iudicandum, si non inuenirentur inter vos sapientes, quod esset vobis verecundum. Vnde subdit; *Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem? sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles?* Potius autem, quàm hoc faceretis, deberetis constituere contemptibiles, qui sunt in ecclesia, ad iudicandum, & supplendum defectum sapientum, qui tamen non est apud vos, secundum illud quod supra primo dixerat, Diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Vel aliter ab illo loco; *Sæcularia &c.* Dixerat enim, q̃ sancti idonei sunt ad iudicandum sæcularia: & ideo vult ostendere, per quos iudicia sæcularia debeant exerceri, scilicet per contemptibiles, qui sunt in ecclesia. Vocat autem contemptibiles illos, qui sunt sapientes in rebus mundanis, per comparationem ad illos, qui sunt sapientes in rebus diuinis, quibus est reuerentia exhibenda, qui in rebus temporalibus non occupantur vt solis spiritualibus vacent, & hoc est quod subditur; *Ad verecundiam vestram dico*, secundum aliam literam ad reuerentiam vestram. Vnde & Apostoli dixerunt. Act.

sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis.

CAP. VI. LEC. I.



AVDET aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniã sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui posit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?

6. Non est æquum relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis. Postmodum autem reddit ad id, quod supra reprehenderat, scilicet quòd Corinthii sub infidelibus iudicibus litigabãt, dicens; *Sic non est inter uos sapiens quisquam*, scilicet in rebus temporalibus, quem supra contemptibilem dixit. Vnde alia non mutantur a prima expositione, quæ tamen videtur esse magis literalis.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, quòd coram infidelibus iudicibus litigabant, hic reprehendit eos quantum ad ipsa iudicia. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit in quo peccabant circa iudicia. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi; *An nescitis &c.* Circa primum duo facit. Primo, reprehendit in eis circa iudicia, id quod est licitum, sed non expediens. Secundo id, quod est penitus illicitum, ibi; *Sed & uos &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit reprehensionem. Secundo remouet excusationem, ibi; *Quare non magis &c.* Dicit ergo primo. Dictum est quòd frater cum fratre in iudicio contendit; quod non solum malum est, quòd apud infideles contenditis, sed iam quidem post conuersionem vestrã; *Omnino delictum est in uobis*, idest ad delictum uobis reputatur, quòd; *Iudicia habetis inter uos*, inter quos, scilicet debet esse pax quia vt dicitur 2. Timo. 2. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Apparet autem ex hoc, vt dicit hic Glo. August. † quòd peccatum est, iudicium habere contra aliquem, sed hoc videtur esse falsum: quia si peccatum est iudicium habere, videtur sequi quòd etiam peccatum sit iudices cõstituere, cum hoc sit occasionem dare iudicium habentibus cum tamen dicatur Deut. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et postea subditur, quia Dei iudicium est. Soluitur enim in Glosa, quòd infirmis permittitur in iudicio sua repetere, non autem perfectis: quibus licet sua repetere, sed non in iudicio. Est autem sciendum hic, quòd aliquid est perfectis illicitum, aliquid autem omnibus. Perfecti quidem proprium non habent, secundum illud Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & veni sequere me, & ideo non licet eis in iudicio repetere quasi propria, cum eis non liceat habere proprium, licet tamen eis in iudicio repetere ea, quæ sunt communia. Non enim hoc faciendo peccant, sed magis merentur. Est enim opus charitatis, defendere vel recuperare res pauperũ secundum illud Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Sed iudicium aduersus aliquem est illicitum omnibus, quantum ad tria. Primo quidem quantum ad causam ex qua aliquis iudicium habet, puta ex cupiditate & auaritia. Vnde Luc. 12. Cum quidam de turba domino dixisset, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem: dominus dixit, Quis me constituit iudicem ad diuidendum inter vos? Postea subdit, Videte & cauete ab omni auaritia. Secundo quantum ad modũ iudicii, quia scilicet cum contentione & detrimento pacis, iudicium prosequuntur, vt enim dicitur Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Et hoc videtur Apostolus in eis reprehendere, vt patet ex hoc quod supra dixit Frater cum fratre in iudicio contendit. Tertio ex peruersitate iudicii, puta cum aliquis iniuste & fraudulenter in iudicio procedit, secundum illud Esa. 10. Vt opprimerẽt pauperem, & vim facerent causæ humilium populi mei, Et hoc etiam Apostolus in eis reprehendit, vt patet per id quod subdit. *Sed uos iniuriam facitis*. Quarto propter scandalum quod sequitur. Vnde & dominus mandat, Matt. 5. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Ex charitate vero, sua in iudicio repetere licitum est. Vnde Grego. dicit in moralibus. Cum curam rerum nobis necessitas imponit, quidam dum ea repetunt solummodo sunt tollerandi: quidam vero seruata charitate sunt prohibendi, scilicet ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Deinde cum dicit; *Quare non magis &c.* Tollit excusationem. Possent enim dicere, necessitas nos inducit ad iudicia habenda, vt scilicet resistamus iniuriis & fraudibus aliorum, sed hoc excludit subdens quantum ad primum; *Quare non magis iniuriam*, scilicet manifestam; *Accipitis*, scilicet patiẽter substinendo, secundum illud quod dominus dicit Matt. 5. Si quis te percusserit in maxillam præbe ei & alteram. Quantum vero ad secundum subdit; *Quare non magis fraudem patimini*, idest dolosam seductionem, secundum illud Matt. 5. Si quis te angariauerit mille passus, vade cũ illo & alia duo. Sed sicut August. dicit in lib. de Sermone domini in monte. Hæc præcepta domini, non sunt semper obseruanda in executione operis, sed semper sunt habenda in præparatione animi, vt scilicet simus parati hoc facere vel sustinere potius, quàm aliquid agere contra charitatem fraternam. Deinde cum dicit; *Sed vos &c.* Reprehendit in eis id, quod est omnino illicitum. Et primo, arguit in eis manifestam iniustitiam cum dicit; *Sed vos iniuriam facitis*, scilicet manifeste loquendo contra iustitiam aliorum, vel in iudicio vel extra iudicium. Eccles. 9. Non placeat tibi iniuria iniustorum. Secundo, dolosam deceptionem, cum subdit; *Et fraudatis*. Prouerb. 12. Consilia impiorum fraudulenta. Tertio, aggrauat vtrumque, cum subdit; *Et hoc fratribus*, idest, fidelibus, ad quos debemus bonum maxime operari, secundum illud Gal. vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Et ideo contra quosdam dicitur Hier. 9. Omnis frater supplantans, supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Manifestat, quod dixerat. Et primo, quantum ad id, quod est omnino illicitum. Secundo, quantum ad id quod est licitum, sed non expediens, ibi; *Omnia mihi licent*. Circa primum duo facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, determinat eam, ibi; *Nolite errare &c.* Dicit ergo primo. dixi quòd vos iniuriam facitis, & defraudatis, quod est iniquitatem committere; *Sed an nescitis, quòd iniqui regnum Dei, non possidebunt?* quasi dicat, videmini hæc nescire, dum ab iniquitate, non receditis, cum tamen in Psalm. 6. & Matth. 7. dicatur, Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Deinde cum dicit; *Nolite errare &c.* Determinat veritatem. Et primo, ostendit periculum quod imminet iniquis. Secundo, ostendit quomodo ipsi hoc periculum euaserunt, vt timeant iterum in ipsum incidere, ibi; *Et hoc, quidem aliquando fuistis, &c.* Dicit ergo primo; *Nolite errare*, quod signanter dicit, quia circa impunitatem peccatorum aliqui multipliciter errabant, secundum illud Sap. 2. Et cogitauerunt & errauerunt. Quidam enim Philosophi errauerunt credentes Deum, non habere curam rerum humanarum, secundum illud Soph. 1. Non faciet dominus bene, & non faciet dominus male. Quidam vero credentes solam fidem sufficientem esse ad salutem, secundum illud Ioan. 11. Qui credit in me, non morietur in æternum. Quidam vero credentes per sola Christi sacramenta saluari, propter id quod dicitur Matt. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Quidam vero propter sola opera misericordiæ, se impune peccare arbitrantur, propter illud quod dicitur Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Nec intelligunt, q̃ hæc omnia, sine charitate non profunt, secundum illud quod dicitur infra. 13. Si habuero omnem fidem, & distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero nihil mihi proest: & ideo subdit, quòd peccata contraria charitati a regno Dei excludunt, in quod sola charitas introducit, dicens; *Neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri*, de quibus dicitur Heb. vlti. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus; *Neque molles*, idest, mares muliebria patientes; *Neque masculorum concubitores*, quantum ad agentes in illo vitio, de quibus dicitur Genes. 13. Homines Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. *Neque auari, neque fures*, de quibus dicitur Iac. 5. Omnis fur, sicut scriptum est, iudicabitur; *Neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*, dicitur enim Esa. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et Apoc. 21. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum, faciens abominationem. Et est aduertendum, quòd hic enumerat eadem vitia, quæ in præcedenti capitulo posuerat. Addit autem quædam in genere luxuriæ, scilicet adulterium, & vitium contra naturam. In genere autem iniustitiæ furtum. Deinde cum dicit; *Et hæc quidem &c.* Ostendit, quomodo prædictum periculum

† De serm. dñi i mon. lib 2. ca. 13. & in Ench. cap. 78.

culum euaserunt. Et primo, commemorat statum præteritum, dicens; *Et quidem aliquando fuistis*, scilicet fornicarii, & idolis seruientes &c. & ideo specialiter hęc vitia commemorat, quia in eis abundauerunt, secundum illud Ephe. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Secundo, osten-

dici, neque rapaces regnum Dei, possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca vẽtri & venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet.

dit, quomodo ab his intus fuerunt liberati, dicens; *Sed abluti estis*, s. virtute sanguinis Christi in baptismo, secundũ illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo; *Sed sanctificati estis*, virtute sãguinis xpi per gratiam consecrati, secundũ illud Hebr. vlti. Iesus vt sanctificaret p suũ sanguinẽ populum extra portam passus est. Sed iustificati estis ad statum iustitiæ & virtutis, scđm illud Ro. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit. Subditur autem horum beneficiorum causa. Et primo, ex parte humanitatis Christi, cum dicit; *In nomine domini nostri Iesu Christi*, idest, in fide, & inuocatione nominis Christi, ẽm illud Act. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Secundo, ex parte diuinitatis, cum subdit; *Et in spiritu Dei nostri*, secundum illud Ezech. 37. Ecce ego mittam in vos spiritum & viuetis. quia igitur tam potenti virtute liberati estis, ad eadem redire non debetis. Deinde cum dicit; *Omnia mihi licent &c.* Manifestat id quod dixerat de prohibitione iudicii, ostendens quo sensu, id reprehenderit: quia. s. non reprehendit illud, quasi omnino illicitum, sed quasi non expediens, & nociuum. Et circa hoc duo facit. Primò, proponit, quod intendit. Secundo, rationem assignat, ibi; *Esca ventri &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quod reprehenderat esse licitum, sed non expediens, dicens; *Omnia mihi licent*. Dicuntur autem illa licita, quę homo facere non prohibetur: est autem duplex prohibitio, Vna coactionis, alia præcepti, & secundum hoc quidem intellexerunt illa licere, a quibus non prohibetur aliqua necessitate cogente: & ideo quia arbitrium hominis naturaliter liberũ est a coactione, intellexerũt Apostolum eo sensu dicere, *Omnia mihi licent*, quia. s. libero arbitrio hominis subiacent, siue sint bona, siue sint mala, secundũ illud Eccle. 15. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quodcumque voluerit dabitur ei. Sed hic modus loquendi alienus est a scriptura sacra, in qua dicitur, non licere ea, quæ diuina lege prohibentur, secundum illud Matt. 14. Non licet tibi habere vxorem fratris tui, & ideo, quod hic Apostolus dicit; *Omnia mihi licent*, non potest absolute intelligi, sed vt sit accommoda distributio, sub hoc sensu omnia mihi licent, quę scilicet diuina lege non prohibentur. Et potest hoc ad tria referri, primo quidẽ ad id, quod dixerat de iudiciis, quia scilicet vnicuique licet omnia sua iudicio repetere, cum non sit lege diuina prohibitum. Alio modo potest referri ad id, quod infra. 8. dicturus est de indifferenti vsu ciborum, vt sit sensus, licitum est mihi omnes cibos comedere, secundum illud Tit. 1. Omnia munda mundis. Tertio, potest referri ad id, quod dicturus est infra. 14. de sumptibus accipiendis, vt sit sensus; *Omnia mihi licent*, scilicet accipere ad necessitatem vitæ, sicut coapostolis meis. Subdit autem; *Sed non omnia expediunt*. Dicitur autem illud expedire, quod est sine impedimento finem consequendi. Contingit autem, quòd aliquid non totaliter excludit finem, sed impedimentum aliquod affert, sicut matrimonium non excludit hominem a regno Dei: impedimentum tamen affert, quia scilicet vt infra 7. dicit, Quę sub viro est mulier, cogitat quomodo placeat viro. Vnde Matth. 19. discipuli dicunt, Si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit nubere. Sic ergo fornicari nec licet, nec expedit, quia totaliter excludit finem, qui est vita æterna: matrimonium autem est licitum, sed non expediens. Secundum igitur hunc modum, sua in iudicio repetere, indifferenter omnibus cibis vti, sumptus accipere ab his quibus prædicatur, est quidem licitum, quia non est contra iustitiam, nec aliqua prohibetur lege: non tamen est expediens, vel quia impeditur pax ad proximum, vel infirmis scandalum aliquod generatur, vel aliqua maledicendi occasio præbetur: vnde Eccles. 37. Non omnia omnibus expediunt. Alio modo potest intelligi, non absolute, sed sub conditione, vt sit sensus. Dixi, quòd neque fornicarii &c. regnum Dei possidebunt, & ideo non licent, quia finem excludunt: sed si omnia licerent mihi; *Non omnia expediunt*, quia per ea præstatur impedimentum vitæ humanæ, Vnde in persona impiorum dicitur Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Secundo, ostendit esse nociuum, id quod supra reprehendit, dicens, *Omnia mihi licent*, vt supra expositum est, sed tamen ego sub nullius redigar potestate, scilicet hominis. Ille enim, qui vtitur eo, quod non expedit, siue licitum siue illicitum, quodammodo redigitur sub potestate rei alicuius, vel hominis. Rei quidem, quia qui nimis, rem aliquam amat, quodammodo seruus illius rei efficitur, secundum illud Ro. vlt. Huiusmodi nõ Christo domino seruiunt, sed suo ventri. Hominis autem, quia dum aliquis facit, quod non expedit, quodammodo subiicitur iudicio aliorum, & specialiter ille, qui sua in iudicio repetit, subiicitur potestati iudicis infra. 10. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Deinde cum dicit; *Esca ventri &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo, quare omnia licent, dicens; *Esca ventri*, scilicet debetur, vt scilicet in ventre decocta in nutrimentum totius corporis cedat. *Et uenter escis*, scilicet recipiendis, & decoquendis deseruit. Quia igitur ex Dei ordinatione venter est solicitus, ad escas recipiendas, & escæ ad hoc deputatæ sunt, quòd in ventre ponantur, secundum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem escam ex cunctis animantibus, vt habeant ad vescendum: non est illicitum, quòd homo res suas repetat, vel prædicator stipendia accipiat propter necessitatem escarum, vel vt etiam homo omnibus escis vtatur. Secundo, ibi; *Deus autem &c.* Assignat rationem, quare omnia non expediunt. Non enim expedit, quòd homo patiatur aliquod detrimentum, in eo, quod nunquam corrumpitur, scilicet in regno cœlesti, propter id quod corrumpitur, & hoc accidit de esca & de ventre. Cessabit enim post hanc vitam escarum vsus, & ventris, quia corpora resurgentium conseruabuntur absque cibo, Deo id faciente, & hoc est, quod dicit; *Deus autem destruet*, idest, cessare faciet; *Hunc*, scilicet ventrem, non quidem quãtum ad essentiam, sed quantum ad effectum, quem nunc habet: & *Has*, scilicet escas, quantum pertinent ad vsum hominis: quia in resurrectione, homines erunt sicut angeli in cœlo, vt dicitur Matth. 22.

LECTIO III.

CORPVS autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollẽs ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim; (inquit) duo in carnę vna. Qui autẽ adhæret domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui aũt fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis prætio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus tripliciter reprehendit Corinthios circa iudicia, nunc autem redit ad reprehendendum peccatum fornicarii cuius supra. 5. mentionem fecerat, & in cuius iudicio Corinthii negligentes erant: improbat autem fornicationem, quatuor rationibus, quarum prima sumitur ex diuina ordinatione: secunda ex vnione ad Christum, ibi; *An nescitis quoniam corpora &c.* Tertia ex corporis inquinatione, ibi; *Fugite fornicationem*. Quarta ex gratiæ dignitate, ibi; *An nescitis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit diuinam ordinationem. Secundo, ordinationis finem, ibi; *Deus enim &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliqui argumentum suæ lasciuiæ sumunt ex ordinatione Dei. Qui enim fornicantur, vtuntur suo corpore ad vsum a Deo institutum. Sed hoc excludit, dicens, quòd esca est ordinata ad ventrem, & venter ad escas; *Corpus autem* hominis; *Non fornicationi*, idest, non est ordinatum ad fornicandum; *Sed domino*, idest, ad hoc est ordinatum, vt sit domini nostri Iesu Christi; *Et dominus corpori*, id est dominus Iesus Christus, ad hoc datus est hominibus, vt humana corpora suæ gloriæ conformet, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed contra hoc videtur esse, quòd sicut venter ordinatus est a Deo, ad vsum ciborum: ita quædam membra humani corporis sunt ordinata a Deo, ad vsum generationis quibus fornicatio exercetur. Sed attendenda est differentia, quantum ad duo. Primo, quidem quòd Apostolus supra locutus est de vno corporis membro, scilicet de ventre, hîc autem loquitur de toto corpore, quod sicut non est ordinatum ad fornicandum: ita nec ad escas sumendum, sed potius vsus escarum est propter corpus: corpus autem propter animam a qua percipit vitam, secundum eius conditionem: & quia omnia ordinantur in Deũ sicut in finem, ideo corpus debet esse subiectum domino, & ei dedicatum. Et quia supra locutus est de vsu escarum in communi absque inordinatione, fornicatio autem est vsus inordinatus ex membro fornicatoris. Vnde, nec ipsa membra sunt propter fornicationem, sed propter vsum generationis ordinata rationę: cui omnia membra corporis deseruire debent, sicut etiam venter non propter crapulam & ebrietatem, sed propter conuenientem vsum ciborum. Deinde cum dicit; *Deus uero &c.* Ponit finem ordinationis prædictæ. Et primo, ponit q d Deꝰ circa dominum fecerit, dicens; *Deus uero & dominum*, scilicet dñm Iesum Christũ suscitauit a mortuis a quo ipse Christus petit in Psal. 40. Tu autem domine miserere mei & resuscita me. Deus autem est, & pater, & filius, & spiritussanctus. Vnde, & ipse Christus, qui est filius Dei se suscitauit, & sua uirtute resurrexit, secũdum illud Psal. 3. Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi quia dominus suscepit me & 2. Cor. vlt. Si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Secundo, ponit quid circa nos facturus sit, dicens, quòd; *Nos suscitabit* Deus; *Per uirtutem suam* per quam, scilicet Christum suscitauit, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Et est aduertẽdum, q supra de escis & ventre loquens, quæ pertinent ad vsum animalis vitæ, dixit eas a Deo destruendas, nunc autem loquens de corpore & domino, facit mentionem de resurrectione, quia scilicet animali vita cessante, natura corporis in melius reformabitur. Vnde patet, quòd non est vtendum corpore ad fornicationem, quæ impedit futuram incorruptionem: secundũ illud Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionẽ. Deinde cum dicit; *Nescitis &c.* Ponit secundam rationem quæ sumitur ex affinitate humani corporis ad Christum, quę talis est. Mẽbra hominis fornicantis sunt mẽbra meretricis, sed membra hominis sunt membra Christi, ergo per fornicationem, fiunt membra Christi, membra meretricis, quod est inconueniens. Circa quod quatuor facit. Primo, ponit maiorem, dicens; *An nescitis quoniam corpora uestra sunt membra Christi*, q.d. hoc non debetis nescire, quia quicũque estis regenerati in Christo, membra Christi estis effecti, secundum illud infra 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et hoc, non solum quantum ad animas, quę ab eo iustificantur, sed etiam quantum ad corpora, quæ ab eo resuscitabuntur, vt dictum est. Secundo, ponit conclusionẽ dicens; *Tollens ergo membra Christi*, idest iuste subtrahens seruitio Christi cui debẽt deputari, secundum illud Ro. 6. Exhibeatis membra vestra arma iustitiæ Deo; *Faciam*, scilicet eadem; *Membra meretricis* esse fornicando? *Absit*, hoc enim est horrendũ sacrilegium. Vnde, dicitur Malach. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Tertio, ponit minorẽ, dicẽs; *An nescitis quia qui adhæret meretrici*, scilicet fornicando; *Vnum corpus efficitur*, scilicet per immundam commistionem. Et ad hoc probandum, inducit authoritatem Gen. dicens; *Inquit enim scriptura*, scilicet Gen. 2. *Erunt duo*, scilicet vir & mulier; *In carne una*; idest per mistionem carnalẽ vna caro efficiũtur, & sic mẽbra unius fiunt mẽbra alterius. Sunt. n. hæc verba Adæ de viro & vxore loquentis, quæ Apostolus hîc etiam ad fornicationem refert, quia secundum speciem naturæ non differunt vtriusque actus. Est autem intelligendum, quòd sicut dicit Philosophus in lib. de Generatione animalium, In masculo est principium actiuum generationis, in fœmina est passiuum. Et sicut planta, cuius vita principaliter ordinatur ad generationem, semper est vnum corpus, in quo vtrunque principium vnitur: ita in animalibus quæ ordinãtur ad altiores actus vitæ, non semper est vnum corpus habens hæc duo principia, sed ex duobus fit vnum in actu generationis. Quod quidem non est tantum viri, quia sicut infra cap. 7. dicitur, Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Secundo, probat minorem, dicens; *Qui autem adhæret domino &c.* s. per fidem & charitatem; *Est unus spiritus cum illo*, quia scilicet vnitur ei vnitate spirituali nõ corporali. Vnde, & Rom. 8 dicitur, Si quis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius, & Ioann. 17, Vt sint vnum in nobis, sicut nos vnum sumus scilicet per connexionem spiritus: & quia corpus deseruit spiritui, consequens est vt etiam corpora nostra membra eius sint cui per spiritum vnimur; non quidem carnali coniunctione, sed spirituali. Potest autem ex præmissis duabus rationibus vna ratio conflari, vt scilicet quia corpus nostrum nõ est deputatum fornicationi, sed domino, hoc scilicet modo, quòd membra nostra sunt membra Christi, vt postmodum exponit non faciamus ea, membra meretricis fornicando. Deinde cum dicit; *Fugite fornicationem &c.* Ponit tertiam rationẽ, quæ sumitur ex corporis inquinatione. Primo ponit conclusionem intentam, dicens; *Fugite fornicationem*. Vbi notandum, quòd cætera vitia vincuntur resistendo, quia quanto magis homo particularia considerat & tractat; tanto minus in eis inuenit vnde delectetur, sed magis anxietur; sed vitium fornicationis non vincitur resistendo, quia quantò magis ibi homo cogitat particulare, magis incendit, sed vincitur fugiendo, idest totaliter vitando cogitationes immũdas, & quaslibet occasiones, vt dicit Zach. 2. Fugite de terra Aquilonis dicit dominus. Secundo assignat rationem, dicens; *Omne peccatum aliud quodcunque fecerit homo &c.* Ad cuius euidẽtiam sciendum, q quædã peccata nõ cõsumantur in carnali delectatione, sed in sola spirituali; ideo spiritualia vitia dicunt, sicut superbia, auaritia, accidia: fornicatio aũt completur maxime in carnali delectatione, & secundum hoc posset intelligi quod hic dicitur, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, q a scilicet completur præter sui corporis delectationem. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, quia scilicet eius peccatum in carne consumatur. Sed huic expositioni contrarium videtur esse, quòd etiam peccatum gulæ cõsumatur in delectatione corporis. Ad quod posset dici, quòd peccatum gulæ sub luxuria continetur inquantum ad ipsam ordinatur, secundum illud Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sed melius potest dici, quòd Apostolus non dicit; *Qui fornicatur*, corpore suo peccat, quod cõgrueret primæ expositioni: sed; *Peccat in corpus suum*, idest contra corpus suum corrumpendo, & inquinando illud præter vsum rationis. Vnde & Apoc. 3. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, idest corpus, & Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Vel aliter secundum August. hic in Glo. Qui fornicatur, in corpus suum peccat, quia anima eius totaliter carni in illo actu subiicitur, ita quòd nõ possit aliud ibi cogitare. Vnde, in Psal. 31. dicitur. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Vel aliter; *In corpus suum peccat*, idest contra vxorem suam, quæ dicitur corpus viri, contra quam non ita directe sunt alia peccata, sicut viri fornicatio. Vnde, & 1. Thess. 4. dicitur, Vt sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in sanctificatione, idest vxorem suam. Vel secundum Aug. † potest intelligi de fornicatione spirituali, per quam anima adhæret per amorem mundo, & recedit a Deo, secundum illud Psal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Est ergo sensus, *Qui fornicatur* recedens a Deo propter amorem mundi; *In corpus suum peccat*, idest per corporalem concupiscentiam. Omne autem aliud peccatum, puta, quod homo cõmittit ex obliuione, vel ex ignorantia, seu negligentia, *Est extra corpus*, idest corporalem concupiscentiam. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Ponit quartam rationem quæ sumitur ex dignitate gratiæ, quæ quidem ex duobus consurgit scilicet ex gratia spiritussancti & ex redẽptione sanguinis Christi. Circa hoc igitur tria facit. Primo, proponit dignitatem corporis nostri quam habet ex gratia spiritussancti, dicens; *An nescitis* quasi dicat: ignorare non debetis; *Quoniam membra uestra*, scilicet corporalia; *Templum sunt spiritussancti*, sicut supra 3. dictum est, Nescitis quia templum Dei estis. Et huius rationem assignat, subdens; *Qui in uobis est*: dicitur autem templum, domus Dei: quia igitur spiritussanctus Deus est, conueniens est, quòd in quocunque est spiritussanctus templum Dei dicatur. Est autem spiritussanctus principaliter quidem in cordibus hominum in quibus charitas Dei diffunditur per spiritum sanctum, vt dicitur Roma. 5. Sed secundario etiam in membris corporalibus, inquantum exequuntur opera charitatis. Vnde, in Psal. 83. dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: ne hanc dignitatem sibi ascriberent, subdit; *Quem habetis a Deo non ex uobis*. Vnde, Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et Act. 5. Spiritum suum dedit obedientibus sibi. Secundo, ponit dignitatem quam habent corpora nostra ex redemptione sanguinis Christi, dicens; *Et non estis uestri* sed Iesu Christi, secundum illud Ro. 14. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus 2. Cor. 5. Qui viuit, iam non sibi viuat: rationem huius assignat, dicens; *Empti estis pretio magno* & ideo serui estis eius qui vos redemit de seruitute peccati. Vnde, infra 7. dicitur, Qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio enim empti estis, & in Psal. 30. Redemisti me domine Deus veritatis. Dicitur autem pretium redemptionis magnum, quia non est corruptibile, sed æternam habens virtutem, cum sit sanguis ipsius, Dei æterni. Vnde, 1. Petr. 1.

† lib. retra. 1. cap. 19.

Redempti estis de vana vestra conuersatione, non corruptibilibus auro vel argento, sed sanguine agni immaculati, & incontaminati, Iesu Christi. Tertio, infert conclusionem intentam, dicens; *Glorificate ergo & portate Deum, in corpore uestro*. Quia enim membra vestra sunt templum Dei, in corpore vestro nihil debet apparere, nisi quod ad gloriam Dei pertinet, & hoc est glorificare Deũ, in corpore vestro, quia in Psalm. 28. dicitur, In templo eius omnes dicent gloriam. Exod. vlt. dicitur, Operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria domini impleuit illud: quia vero nõ estis vestri, sed estis serui Dei, debet corpus vestrum portare Deum, sicut æquus, vel aliud animal portat dominum suum. Vnde in Psalm. 12. dicitur, Vt iumentum factus sum apud te. Portat autem corpus nostrum dominum, inquantum diuino ministerio deputatur: sic ergo homo debet vitare, ne in corpus suum peccet, fornicando, quod est contra gloriam Dei, & contra ministerium, quod corpus nostrum debet Deo.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit fornicarium, & sustinentes eum. Hic accedit ad tractandum de matrimonio. Et circa hoc tria facit. Primo, determinat de coniugatis, & matrimonio iunctis. Secundo, de virginibus, ibi; *De uirginibus autem &c.* Tertio, de viduis, ibi; *Mulier alligata est &c.* Circa primum duo facit. Primo, instruit eos, qui non sunt matrimonio iuncti, vtrum. s. debeant matrimonium contrahere. Secundo, manifestat, quod dixerat, ibi; *Hoc autem dico &c.* Circa primum duo facit. Primo, manifestat quid circa hoc sit per se bonum. Secundo, quid necessarium, ibi; *Propter fornicationem autem &c.* Circa primum, considerandum, quòd in detestationem fornicationis, contra quam locutus iam fuerat, aliqui non habentes zelum Dei, secundum scientiam, intantum procedebant, quòd etiam matrimonium condemnabant, secundum illud. 1. Tim. 4. In hipocrisi loquentium mendacium prohibentium nubere. Et quia hoc durum Corinthiis videbatur fidelibus, super hoc Apostolo scripserunt, eius sententiam requirentes, & ideo Apostolus eis respondet, Ita reprehendi ea, quæ facitis; *De quibus autem scripsistis mihi*, respondeo, quantum ad matrimonium, bonum est homini mulierem non rangere. Circa quod notandum, quòd mulier data est viro ad adiutorium generationis: & in hoc differt vis generatiua a nutritiua, quia vis nutritiua deseruit homini ad conseruationem indiuidui. Vnde bonum est homini nutrimento vti, quia per hoc eius vita conseruatur: generatiua autem non deseruit homini ad conseruationem indiuidui, sed ad conseruationem speciei. Vnde non potest dici, quòd; *Bonum est homini*, ad suum indiuiduum; *Mulierem tangere*. Primo quidem, quantum ad animam, quia vt August. † dicit in Soliloquiis, Nihil sic deiicit animam ab arce virtutis suæ, sicut contactus ille corporum, sine quo vxor haberi non potest, & ideo. Exod. 19. dicitur populo accepturo legem Dei, Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. 1. Reg. 21. dixit Abimelech id Dauid, Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, manducent panem sanctum. Secundo, quantum ad corpus, quod vir subiicit per matrimonium potestati vxoris, se ex libero seruum constituens. Seruitus autem hæc, præ omnibus aliis est amara. Vnde & Eccles. 7. dicitur, Inueni amariorem morte mulierem. Tertio, quantum ad res exteriores, quarum occupatione necesse est hominem implicari, qui habet vxorem, & filios nutriendos, cum tamen dicatur. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus vt ei placeat, cui se probauit. Deinde cum dicit; *Propter fornicationem &c.* Ostendit, quid circa hoc sit necessarium. Primo, quantum ad contractum matrimonii. Secundo, quantum ad actum matrimonii iam contracti, ibi; *Vxori uir debitum &c.* Circa primum considerandum est, quòd actus generatiuæ virtutis, ordinatur ad conseruationem speciei per generationem filiorum, & quia mulier data est viro in adiuorium generationis. Prima necessitas tangendi mulierem, est propter procreationem filiorum. Vnde Gene. 1. dicitur, Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis Deus & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, sed hæc necessitas fuit circa institutionem humani generis, quandiu oportuit multiplicari populum Dei per successionem carnis. Sed Apostolus considerans humanum genus iam multiplicatum, & populum Dei, iam esse augmentatum, non propagatione carnis, sed generatione, quæ est ex aqua, & spiritu sancto, vt dicitur Ioann. 3. prætermisit hanc necessitatem, qua scilicet primitus institutum fuerat matrimonium, in officiũ naturæ, & proponit secundam necessitatem, secundum quã institutum est in remediũ culpæ. Quia enim carnalis concupiscentia, adhuc post baptismum in fidelibus remanet, licet non dominetur, instigat homines maxime ad actus venereos, propter vehementiam delectationis. Et quia maioris virtutis est, totaliter hanc concupiscentiam superare, quàm possit hominibus conuenire, secundum illud Matt. 19. Non omnes capiunt verbum hoc. necessarium est, quòd in parte concupiscentiæ cedatur, & in parte superetur, quod quidem fit, dum actus generationis ratione ordinatur, & non totaliter homo concupiscentia ducitur, sed magis concupiscentia subditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis, quòd homo vtatur generationis actu, secundum quod conuenit generationi, & educationi filiorum: hoc autem in brutis animalibus inuenitur, quòd in quibuscumque speciebus animalium, sola fœmina non sufficit ad educationem prolis, masculus simul nutrit prolem cum fœmina, & ad hoc exigitur, quòd masculus cognoscat propriam prolem: & ideo in omnibus talibus animalibus, vt patet in columbis, turturibus & huiusmodi, naturaliter indita est solicitudo de educatione prolis, & propter hoc, in huiusmodi non sunt vagi, & indifferentes concubitus, ex quibus sequeretur incertitudo prolis, sed masculus determinatus, determinatæ fœminæ coniungitur, non indifferenter quælibet cuilibet: sicut accidit in canibus, & aliis huiusmodi animalibus, in quibus sola fœmina nutrit prolem. Maxime autem in specie humana masculus requiritur ad prolis educationem, quæ non solum attenditur, secundum corporis nutrimentum, sed magis, secundum nutrimentum animæ, secundum illud Heb. 12. Patres, quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, & ideo ratio naturalis dictat, quòd in specie humana non sint vagi, & incerti concubitus, quales sunt concubitus fornicarii, sed sint determinati viri ad determinatam fœminam, quæ quidem determinatio fit per legem matrimonii. Sic igitur triplex bunum habet matrimonium, primum quidem quod est in officium naturæ, prout scilicet ordinatur ad generationem, & educationem prolis, & hoc bonum, est bonum prolis. Secundum bonum habet, prout est in remedium concupiscentiæ, quæ scilicet coarctatur ad determinatam personam, & hoc bonum dicitur fides, quam scilicet vir seruat vxori suæ non accedens ad aliam, & similiter vxor viro. Tertium bonum habet, prout in fide contrahitur Christi, quod quidem bonum dicitur sacramentum, inquantum significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, secundum illud Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & ecclesia: hoc est ergo, quod dicit, Dictum est, quod; *Bonum est homini mulierem non tangere*, sed quia ad hoc bonum, non sunt omnes homines idonei, vnusquisque vx; *Propter fornicationem*, scilicet vitandam; *Suam uxorem habeat*, idest, sibi determinatam, vt tollantur vagi, & incerti concubitus, quod pertinet ad fornicationem. Vnde & Prouerb. 5. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Et postea subditur, Quare seduceris fili mi ab aliena? Deinde cum dicit; *Vxori vir debitum reddat &c.* Agit de vsu matrimonii contracti. Et primo agit de debito reddendo. Secundo, de debiti intermissione, ibi; *Nolite fraudare &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit, dicens; Dictum est quòd; *Vir habeat uxorem*, & vxor virum, habendi autem hæc est ratio, vt vir; *Reddat debitum uxori*, scilicet de suo corpore per carnalem commistionem, similiter autem; *Et uxor uiro*, quia quantum ad hoc ad paria iudicantur. Vnde mulier non est formata de pedibus viri tanquam ancilla, nec de capite tanquam domina, sed de latere tanquam socia, ut legitur Gen. 2. Vnde & mutuo, debent sibi debitum reddere, secundum illud Rom. 14. Reddite omnibus debita. Secundo, assignat debiti rationem, dicens; *Mulier non habet potestatem sui corporis*, scilicet ad actum generationis, vt scilicet possit proprio arbitrio vel continere. s. vel alteri se tradere; *Sed uir*, scilicet hẽt potestatem sui corporis, quantũ. s. ad vsum carnalis copulæ: & ideo vxor debet viro proprii corporis officium offerre; *Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier &c.* Vnde & ipse debet sui corporis officium offerre vxori, legitimo impedimento cessante. Vnde & Gene. 2. dicitur, Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Deinde cum dicit; *Nolite fraudare inuicem &c.* Agit de intermissione debiti reddendi.

Et primo, ostendit qualiter intermitti debeat actus coniugalis. Circa quod, docet vnum esse cauendum, ne. s. hoc per fraudem fiat, dicens; *Nolite fraudare inuicem*, vt scilicet velit vir continere inuita vxore, aut etiam econuerso. Quòd Apostolus fraudem nominat, quia vnus subtrahit alteri, quod ei debetur, quod ad fraudem pertinet, non minus in actu matrimonii, q̃ in aliis rebus. Vnde & Prouerb. 12. dicitur, Non inueniet fraudulentus lucrum: quia scilicet ille, qui tali fraude continentiã Deo offert, non lucratur meritum vitę æternæ. Sicut enim dicit Aug. † non vult Deus tale lucrum tali damno compensari, vt dum vnus coniugum continet altero inuito, ille incidat in damnabiles corruptelas. Tria autem docet obseruanda in tali intermissione: quorum primum est, vt fiat ex communi consensu. Vnde dicit; *Nisi forte ex consensu*. Vnde dicitur Eccle. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata corã Deo & hominibus. Concordia fratrũ: & amor proximorum: vir & mulier bene sibi consentientes. Secundum est vt sit ad certũ tempus. Vnde subdit; *Nisi forte ad tempus*, secundum illud Eccle. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tertium est, vt hoc fiat propter debitum finem. s. causa spiritualium actuum, ad quos continentia reddit magis aptos. Vnde subdit; *Vt uacetis orationi*, secundum illud Ioel. 2. Sacrificium & libamen domino Deo nostro. Et postea subdit. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Secundo, agit de reiteratione coniugalis actus: & primo ponit documentum, dicens; *Iterum reuertimini in idipsum*, vt. s. vobis inuicem debitum reddatis, finito tempore orationis. Vnde & 3. Reg. 8. dicitur, Quòd celebratis dedicationis solemniis, profecti sunt in tabernacula sua lætantes. Secundo, assignat rationem documenti: Non enim hoc dicit, quasi sit necessarium ad salutem, sed ad periculum vitandum. Vnde subdit; *Ne tentet uos Sathanas*, idest, ne sua tentatione vos prosternat, sicut etiam dicitur. 1. Thes. 3. Ne forte vos tentauerit is, qui tentat, & inanis sit labor noster. Tentatio autem Sathanæ, non est fortibus timenda, de quibus dicitur, 1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Est autem timenda debilibus. Vnde subdit; *Propter incontinentiam vestram*, idest, propter pronitatem ad incontinentiam, ex quo contingit, quòd diabolus hominem tentando prosternit & prouocatur ad tentandum, secundum illud. 1. Pet. vlt. Circuit, quærens, quem deuoret. Deinde cum dicit; *Hoc autem dico &c.* Manifestat, quo sensu prædicta sunt accipienda. Et primo facit, quod dictum est. Secundo, rationem assignat, ibi; *Volo autem &c.* Tertio, exponit quod dixerat, ibi; *Dico autem &c.* dicit ergo primo, Dixi, quòd vnusquisque suam vxorem habeat & vna quæque mulier virum suum, & iterum quòd post continentiam determinati temporis, iterum reuertamini in idipsum; *Hoc autem dico secundum indulgentiam*, idest, parcens infirmitati vestræ; *Non secundum imperium*, quasi s. vobis necessarium ad salutem. Subditis enim sunt quædam eorum infirmitati indulgenda, & non ad bona imperio cogendi. Vnde contra quosdam prælatos dicitur Ezech. 34. Cum austeritate imperebatis eis, & cum potentia, & dispersi sunt greges mei. Sed videtur Apostolus inconuenienter loqui. Indulgentia enim non est nisi de peccato. Per hoc ergo quòd Apostolus, secundum indulgentiam se dicit matrimonium concessisse, videtur exprimere, quòd matrimonium sit peccatum. Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo vt indulgentia sumatur hic pro permissione. Est autem duplex permissio. Vna quidem de minus malo, sicut dicitur Matth. 19. Quòd Moyses permisit Iudæis dare libellum repudii, propter duritiam cordis eorum. s. ad vitandum vxoricidium, ad quod erant proni. Talis enim permissio non fit in nouo testamento propter sui perfectionem, secundum illud Heb. 6. Ad perfectum feramur. Alia autem est permissio de minus bono, cum, scilicet, homo præcepto non cogitur ad maius bonum, & hoc modo Apostolus hic indulget, idest, permittit matrimonium, quod est minus bonum, quàm virginitas, quæ non præcipitur, quæ est maius bonum. Alio modo potest accipi indulgentia prout respicit culpam, secundum illud Esa. 26. Indulsisti domine, indulsisti genti. Et secundum hoc, indulgentia refertur ad actum coniugalem, secundum quòd habet annexam culpam venialem, tamen propter bona matrimonii, sine quibus esset mortalis. Vnde considerandum est, quòd actus coniugalis, quãdoq; quidem est meritorius, & absq; omni culpa mortali, vel veniali, puta cum ordinatur ad bonũ prolis procreandæ, & educandæ ad cultum Dei. Sic enim est actus religionis. Vel cum fit causa reddendi debitum, sic enim est actus iustitiæ. Omnis autem actus virtutis est meritorius, si fit cum charitate. Quandoque vero est cum culpa veniali. s. cum quis ad actum matrimonialem ex concupiscentia excitatur, quæ tamen infra limites matrimonii sistit, vt scilicet cum sola vxore sit contentus. Quandoque vero est culpa mortalis, puta cum concupiscentia fertur extra limites matrimonii, scilicet cum aliquis accedit ad vxorem æquæ libenter, vel libentius ad aliam accessurus. Primo ergo modo, actus matrimonii, non requirit indulgentiam. Secundo modo, habet indulgentiam inquantum aliquis consentiens concupiscentiæ in vxorem, non fit reus peccati mortalis. Tertio modo, omnino indulgentiam non habet. Deinde cum dicit; *Volo autem &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat, & primo quare non loquatur secundum imperium. Secundo, quare loquatur secundum indulgentiam, ibi; *Sed unusquisque &c.* Circa primum considerandum est, quòd nullus sapiens præcipit illud, cuius contrarium magis vult fieri. Ideo Apostolus non præcipit, q̃ homines matrimonium contrahant, vel matrimonio contracto vtantur, quia magis vult, q̃ homines contineant, & hoc est, quod dicit, *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*. vt scilicet contineant, sicut ego contineo. Et similiter dicit Act. 26. Opto apud Deum omnes, qui audiunt fieri tales, qualis ego sum. Sed contra hoc videtur esse, quia si omnes homines continerent, sicut Apostolus continebat, cessasset generatio, & sic non fuisset impletus numerus electorum, quod erat contra dispositionem diuinam. Dicunt quidam, quòd Apostolo reuelatum erat, quòd si omnes homines saluarentur in continentia viuentes, sicut ipse viuebat, sufficiebat ad implendum numerum electorum. Sed hoc nulla authoritate fulcitur, & ideo potest dici, quòd Apostolus volebat omnes homines esse continentes, quia scilicet, volebat hoc de singulis, non tamen volebat, quòd omnes simul continerent. Vel potest dici, & melius, q̃ volebat omnes homines esse continentes, voluntate antecedente, sicut ipse dicit. 1. Timo. 2. Quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, non autem voluntate consequente, qua Deus vult quosdam saluare, scilicet prædestinatos, & quosdam damnare, scilicet reprobatos, secundum illud Malac. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Est autem voluntas antecedens de eo, quod absolute consideratum, est melius: sicut omnes homines esse saluos, vel continentes: voluntas autem consequens est de eo, quod est melius, consideratis circunstantiis personarum, & negociorum, & secundum hoc Deus vult quosdam damnari, & Apostolus, quosdam matrimonio iungi. Deinde cum dicit; *Sed unusquisque*. Assignat rationem, quare secundum indulgentiam matrimonium permiserit, quia scilicet, non quilibet tantæ virtutis donum accepit a Deo, vt scilicet, possit totaliter continere, sicut & dominus dixit Mat. 19. Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui capere potest, capiat: & hoc est quod dicit, vellem quidem omnes esse continentes; *Sed unusquisque proprium*, idest, secundum certam mensuram; *Habet donum ex Deo: alius quidem sic*, puta vt in virginitate Deo seruiat; *Alius uero sic*, idest, ut Deo seruiat in matrimonio, secundum illud Matt. 25. Vni dedit quinque talenta, alii vero duo, alii vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. Et Sap. 8. Sciui quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientię, scire cuius esset hoc donum. Deinde cum dicit; *Dico autem &c.* Exponit, quod obscure dixerat, & primo, quantum ad hoc, quod dixerat; *Volo omnes homines esse sicut meipsum*, quia scilicet, hoc est absolute melius. Vnde dicit; *Dico autem*, scilicet, exponendo; *Non nuptis*, idest, virginibus; *Et uiduis, bonum est illis si sic permanserint*, scilicet, continentes; *Sicut ego*, secundum illud Sap. 4. Quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Secundo, quantum ad hoc quod dixerat; *Sed unusquisque &c.* quasi dicat: quia non quilibet hoc donum accepit a Deo ut contineat. Vnde dicit; *Quod si non continent*, idest, si donum continendi non acceperunt; *Nubant*, idest, matrimonio iungantur, secundum illud. 1. Tim. 5.

Cap. vii. Lec. i.

DE quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque uirum suum habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor uiro. Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter autem & uir, sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico, secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem omnes uos homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego: quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.

Epist. 199.

Lib. 1. c. 1.

Volo iuuenes nubere: & assignat rationem subdens; *Melius est enim nubere quam uri*, idest concupiscentia superari. Concupiscentia enim est calor quidam noxius qui ergo concupiscentia impugnatur, calescit quidem, sed non vritur, nisi humorem gratiæ perdat a concupiscentia superatus. Vnde Iob. 31. dicitur, Ignis est vsque ad cõsumationẽ deuorans & vniuersa eradicãs germina. Est autem hic attendendum, ꝙ Apostolus vtit abusiua comparatione. Nam nubere bonum est, licet minus, vri autem est malum. Melius est ergo, idest magis tolerandum, quòd homo minus bonum habeat, quàm quòd incurrat incontinentiæ malum, & hoc est quod supra dixit, Propter fornicationem scilicet vitandam vnusquisque suam vxorem habeat, &c. Et postmodũ, Ne tentet vos Sathanas ꝑ incontinentiã vestrã.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus posuit documenta de contractu matrimonii: hic instruit eos qui iam matrimonium contraxerunt de matrimonio non dissoluendo: & primo, docet eos qui sunt in matrimonio iuncti, vt in matrimonio maneant: secundo, ponit vtilem doctrinam quantũ ad omnes status, vel conditiones hominum. ibi; *Vnumquemque sicut uocauit Deus &c.* Circa primum duo facit, primo, agit de indissolubilitate matrimonii quãtũ ad eos, qui sunt vnius cultus, secundo quantum ad eos qui sunt in dispari cultu, ibi; *Nam cæteris ego dico &c.* Circa primum duo facit, primo, ponit præceptum de indissolubilitate matrimonii: secundo, docet quid sit seruandum, quando matrimonium quodammodo separatur, ibi; *Quod si discesserit &c.* Dicit ergo primo, Dixi non nuptis, idest virginibus & viduis, quòd melius est eis, si sic permãserint; *His autem qui matrimonio sunt coniuncti* non patet eadem conditio: his enim; *Præcipio non ego*, scilicet indicta mihi authoritate; *Sed dominus* hoc præcepit, dicens, Matt. 19. Quos Deus coniunxit, homo nõ separet, præcipio inquam; *Vxorem a uiro non discedere*, & sub intelligendum est, excepta causa fornicationis, quam Christus excepit: & hic tacetur, quia notissima est. Hanc solam excepit dominus, cæteras omnes molestias iubet pro fide coniugii fortiter sustineri. Matt. 19. Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mechatur. Hoc autem quod dicitur hic secundum Glo. Aug. †intelligitur de coniunctis matrimonialiter, quorum vterque fidelis est; *Quod si discesserit*, scilicet propter causam fornicationis; *Præcipio* inquam; *Manere innuptam* viuente marito, quia si soluitur matrimonium quo ad thorum, non tamen quo ad vinculum; *Aut uiro suo reconciliari*, scilicet si vir, non cõtinet, & similiter; *Vir uxorem non dimittat*, nisi ob causam fornicationis. Similis forma in viro & in muliere seruatur. Vnde supplendum est quod de vxore præmisit, scilicet quòd si omninò dimiserit, non ducat aliã, vel reconcilietur vxori. Sed cõtrariũ vt dicere. Ambro. sup hũc locũ, vnde dicit, Ideo non subdit de viro, sicut de muliere. quia licet viro aliam ducere, quia inferior non omnino hac lege vtitur, qua & superior. Sed magister dicit a falsariis esse appositum, & ideo nullatenus est tenendum. Notãdum est hic, quòd septem sunt casus in quibus vir non potest ob causam fornicationis vxorem dimittere. Primus casus, quando ipsemet eam prostituit. Secundus, quando ipse cum alia fornicatus fuerit. Tertius, quando ipse ei occasionem fornicandi dedit, vt quia non vult reddere debitum. Quartus, quando ipsa credẽs probabiliter virum mortuum, alteri nupsit. Quintus, quando violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextus, quando sub specie viri sui ab altero cognita fuit. Septimus, quãdo fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum, nihilominus retenta. Deinde cum dicit; *Nam cæteris dico &c.* Agit de inseparabilitate matrimonii personarum disparis cultus, cum alter est fidelis, alter non. Vbi primo dicit quòd fidelis non dimittat infidelem, volentem sine contumelia creatoris cohabitare, secundo, quòd si non vult fidelis non tenetur eum sequi, sed potest alteri nubere, ibi *Quod si infidelis discedit &c.* Tertio, quòd nisi infidelis prior recedat, fidelis debet patienter commanere, ibi; *Vnde enim mulier &c.* In prima, primo ponit admonitionem. Secundo, admonitionis rationem, ibi; *Sanctificatus est enim &c.* In prima, primo loquitur generaliter tam viris quàm fœminis. secũdo, specialiter viris, ibi; *Siquis frater &c.* tertio specialiter fœminis ibi; *Et si qua mulier etc.* Dicit ergo, *Nam cæteris*, idest vbi non vterque fidelis est, sed alter fidelis, alter infidelis, *Dico ego* consulendo non præcipiendo

De adult. coniug. ad poll. lib. 2. cap. 8.

IS autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nõ ego, sed dominus, vxorem a uiro non discedere. Quòd si discesserit manere innuptam: aut uiro suo reconciliari: & uir uxorẽ non dimittat. Nam cæteris dico ego nõ dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, Et siqua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cũ illa, nòn dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir ingressor secundum Glo. Deinde cum dicit; *Et siqua mulier* hic loquitur specialiter fœminis, vbi primo supponit fidem in aliquo, cum dixit; *Et siqua mulier*. Secundo infidelitatem in altero, cum addit; *Virum infidelem*. Tertio infidelis voluntatem cohabitandi, ibi; *Et hic consentit*. Quarto consulit fideli commanere illi, ibi; *Non dimittat*. Dicit ergo, *Et similiter siqua mulier fidelis habet uirum infidelem, & consentit habitare cum illa*, sine contumelia creatoris: nam si nollet cohabitare sine cõtumelia nominis Christi, debet fidelis eum dimittere, quia contumelia creatoris soluit matrimonium secundum Glo. & potest fidelis contrahere, si inq̃ ita est, *Non dimittat uirum*: consilium est, non præceptum: licet enim infidelem fideli dimittere, sed tunc non expediebat. Deinde cum dicit; *Sanctificatus est uir.* posita admonitione, hic ponit admonitionis rationem, vbi allegat exemplum. Secundo periculum, ibi; *Alioquin &c.* Tertio fructum ibi; *Nunc autem sancti &c.* In prima, primo exemplificat de viro infideli, secundo de muliere, ibi; *Et sanctificata est mulier &c.* Dicit ergo *Sanctificatus est* quasi dicat, fidelis infidelem volentem cohabitare, non dimittat, hoc ideo dico; *Sanctificatus est enim &c.* Hoc dupliciter legitur. Primo modo sic, *Sanctificatus est enim uir infidelis*, aliquando *Per mulierem fidelem*, idest aliquando contingit quòd vnus per alium conuertitur ad fidem, & sic sanctificatur, & hoc iam forte contingerat, sicut Sisinnius per Theodorã Romæ, tempore Clementis conuersus est, & similiter *Sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem*, scilicet per ipsius admonitionem & doctrinã. Alio modo legitur sic, Ita fidelis infidelẽ non dimittat; *Sanctificatus est enim uir &c.* idest nullam immunditiam contrahit fidelis ex cohabitatione vel ex commixtione cum infideli, sed seruat veram pudicitiam secundum August. Deinde cum dicit, *Alioquin filii &c.* Hoc legitur dupliciter: vno modo, de filiis nascituris. Vlio modo de iam natis. Primo modo sic, *Alioquin*, scilicet si discediti, & vos aliis copulatis: *Filii uestri*, qui de hac copula nascerentur *Immundi essent*, scilicet spurii, quia non de legitimo matrimonio. Nunc autem si permanetis, *Sancti sunt*, idest mundi, quia legitimis coniugiis nati. Secundo modo legitur sic; *Alioquin* scilicet si discediti; *Filii uestri* iam nati *Immundi essent* idest in infidelitate remanerent, sequentes scilicet maiorem partẽ quę tunc erat infidelium; *Nunc autem si permanetis sancti sunt* idest Christiani fiunt. Deinde cum dicit; *Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem*, Thema in festo beatæ Cęciliæ, quæ conuertit virum suum ad fidem. Inter omnia quæ regunt hominem in via salutis, præcipium est sequi societatem sanctorum. Hoc ostẽdit Psalmista verbo, cum dicit, Cum sancto sanctus erit &c. Hoc ostendit Cecilia facto, secundum quod hic dicitur; *Sanctificatus est uir &c.* In quibus verbis tria commendant ipsam, scilicet natura, gratia, & doctrina. Natura humana, quæ notatur in muliere: Gratia, quæ notatur in viri sanctificatione, vt sibi sit nobilis per naturam, Deo humilis per fidem, proximo vtilis per doctrinam: doctrina enim redditur commendabilior consideranti actũ obiectum, & oppositum. Actus est sanctificare, obiectum est viri oppositum est infidelitas. Infidelitas est culpa tenacior: virilitas sexus robustior: sanctificare actus difficilior. Et tamen cum esset mulier per doctrinam suam conuertit incredulum, emolliuit robustũ, maudauit immundũ, & sic sanctificauit infidelem virũ. Multæ vero sunt proprietates mulieris cõmendabiles, quæ huic cõueniũt, vt sint tres ꝓprietates quo ad actũ eordis tres quo ad actũ oris, & tres quo ad actũ opis. Tres primę sunt sapiẽtia ex parte rationalis, Prouer, 9. Sapiens mulier ædificat sibi domum. Mũditia ex parte cõcupiscibilis. Eccl. 40. Ædificatio ciuitatis cõfirmabit nomen, & super eam mulier immaculata cõputabitur. Constantia ex parte irascibilis. Ruth, 3. Scit omnis populus te esse mulierem virtutis &c. Tres secundæ sunt modestia contra multiloquium. Eccl. 26. Mulier sensata & tacita, non est immutatio animæ eruditæ. Veritas cõtra mẽdacium. Iudith 8. Omnia quæ locuta es, vera sunt. Discretio contra Stultiloquium.

1. Reg. 25.

1. Reg. 25. Erat mulier prudentissima, & speciosissima. Iudith. 11. Non est talis mulier super terram in aspectu, & in pulchritudine, & in sensu verborum. Tres vltimæ sunt sanctimonia in facto. Iudith. 8. Ora pro populo, quia mulier sancta es. Verecundia in signo. Eccle. 26. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Gratia in conuersando. Prouerb. 11. Mulier gratiosa inueniet gloriam. Propter eminentiam horum dicitur de beata virgine Maria, Benedicta tu in mulieribus.

LECT. LII.

SVPERIVS ostendit, quòd fidelis non debet dimittere infidelem cohabitare volentem, hîc autem dicit, quòd si non vult cohabitare, non tenetur fidelis eum sequi: sed potest alteri nubere: vbi primo, ponitur ipsa concessio, secundo concessionis ratio duplex, prima est libertas, ibi; *Non est enim seruituti &c.* Secunda est pacis tranquillitas, ibi; *In pace autem &c.* Dicit ergo; *Quod si infidelis*, vel mulier; *Discedit*, a fideli, odio fidei; *Discedat*: & potest fidelis, qui dimittitur contrahere. primum enim matrimonium dissolubile erat, quia nunquam fuit ratum; *Non enim seruituti*, scilicet coniugali; *Subiectus est frater aut soror*, fidelis, idest, non cogitur sequi infidelem odio fidei discedentem, sicut dicit Glo. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis; *In pace autem*, quasi dicat. Ideo discedat fidelis, quia; *In pace uocauit nos Deus*, i. ideo non debemus litigare, cum eo qui odio fidei discedit. Vel sic, Quàmuis ita sit, quòd fidelis non est subiectus seruituti, nihilominus tamen non debet occasionem discordiæ, & dissidii præbere, sed pacem seruare; *In pace autem uocauit nos Deus*. Non est enim Deus dissensionis, sed pacis, infra. 11. Deinde cum dicit; *Vnde enim scis mulier &c.* hîc dicit, quòd si infidelis non discedat, fidelis debet patienter commanere. Ad quod allegat, primo spem alienæ conuersionis. Secundo, permanentiam in statu propriæ vocationis, ibi; *Vnumquemque sicut uocauit Deus &c.* Tertio, exemplum in ritu conuersationis, ibi; *Circuncisus aliquis &c.* Quarto, exemplum in statu conditionis, ibi; *Seruus uocatus es &c.* In prima, primo innuit, quòd mulier fidelis commanendo, virum ad fidem potest conuertere. Secundo, quòd similiter vir fidelis mulierem infidelem potest saluare, ibi; *Aut unde scis hoc uir, &c.* Tertio, quòd ideo debent patienter commanere, ibi; *Nisi vnicuique &c.* Dicit ergo; *Vnde enim scis*, quasi dicat, vere debet manere fidelis cum infideli, quia vnde scis, idest, scire potes, o tu *mulier* fidelis; *Si virum* infidelem *saluum facies*, eum scilicet commonendo, & conuertendo ad fidem, quasi dicat, hoc potest contingere. Ambros. †hoc ideo dicit, quia forsan potest credere, qui horret nomen Christi; *Aut vnde scis*, idest, scire potes ò tu *vir* fidelis; *Si mulierem* infidelem *saluam facies*, eam ad fidem conuertendo, quia hoc sperare debes. *Nisi unicuique*, hoc dupliciter legitur. vno modo sic, Vnde scis hoc, *nisi* ita habeas te, supple ad tuum comparem, *sicut dominus diuisit unicuique*, scilicet viro præesse, & mulieri subesse. Secundo, modo sic, Vnde scis hoc nisi, supple, patienter expectes fieri, *sicut diuisit dominus unicuique*, id est, ordinauit de vnoquoque quando credat, & quando saluetur. Ergo tu debes expectare, & commanere. Rom. 12. Vnicuique sicut diuisit dominus. Deinde cum dicit; *Vnumquemque sicut uocauit &c.* hîc ostendit, quòd fidelis debet manere, cum infideli coniuge, allegans permanentiam in statu propriæ vocationis. Primo ergo allegat diuinam vocationem. Secundo, suam authoritatem, ibi; *Sicut in omnibus ecclesiis &c.* Dicit ergo; *Vnumquemque*, quasi dicat, & quomodo scis hoc, ò vir & mulier, nisi quilibet *ambulet* perseueranter: *ita sicut Deus uocauit unumquemque*, idest, in eo statu in quo Deus vocauit vnumquemque, non autem quomodo sint, quasi dicat, & hoc ita prædico in ecclesia vestra, sicut in omnibus ecclesiis, Turpis enim est pars, quæ suo toto non conuenit. Est ergo sua ratio talis, Vnusquisque debet manere, in eo statu in quem Deus vocauit, ergo si vocauit aliquos in coniugium, debent manere in ipso. Haymo, Si habeas vxorem maneas cum ea, & si non habeas, ducere non concupiscas. Deinde cum dicit; *Circuncisus aliquis &c.* hîc ponit exemplum: vbi primo ponit ipsum exemplum. Secundo, exempli rationem, ibi; *Circuncisio enim nihil est*. Tertio, regulam generalem, ibi; *Vnusquisque in qua vocatione*. Ponit autem exemplum in ritu viuendi: primo Iudæorum: secundo Gentilium, ibi; *In præputio aliquis uocatus est &c.* Dicit ergo; *Circuncisus es &c.* quasi dicat, vnusquisque ambulet in eo statu in quo vocatus est; verbi gratia; *Circuncisus quis uocatus est*, idest, in ritu Iudaico; *Non adducat*, idest, non cogatur adducere; *præputium*, idest, ritum Gẽtilium; *In præputio*, idest, in ritu Gentili; *Quis uocatus est, non circuncidatur*, idest, non cogatur ad ritus Iudaicos. Augu. †Seruat vbique Apostolus, construere ecclesias, siue Iudæorum, siue Gentilium: nunquã enim aufert consuetudinem, quæ seruata, non impedit salutem, ergo si coniugium non impediat, debent vocati in coniugio, commanere. Deinde cum dicit; *Circuncisio enim nihil est*, hîc subdit rationem exempli, quæ talis est. Ritus non impediens salutem, non debet mutari propter vocationem ad fidem, sed ritus tam Iudaicus, quàm Gentilis est huiusmodi, ergo &c. A simili ergo arguit in matrimonio. Primo ergo tangit, quod est ad salutem indifferens: secundo, quod est necessarium, & expediens, ibi; *Sed obseruatio mandatorum &c.* Dicit igitur; *Circuncisio nihil est*, idest, nihil prodest; *Et præputium nihil est*, idest, nihil prodest vel obest: quasi dicat talis, vel talis ritus viuendi, nihil proficit ad salutem. Gal. vlt. In Christo Iesu, nec circuncisio, aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. Ambro. †Ad salutem nec prodest, nec obest Iudaicus, aut Gentilis ritus; *Sed obseruatio mandatorum Dei*, aliquid prodest. Sapien. 6. Custoditio legum, consummatio est incorruptionis. Deinde cum dicit; *Vnusquisque in qua vocatione &c.* hîc concludit regulam generalem, dicens; *Vnusquisque &c.* quasi dicat, Ita Gentilis, non inducatur ad circuncisionem, nec econuerso: sed potius vnusquisque in qua conditione vocatus est in ea, scilicet conditione vocationi, non repugnante; *In ea permaneat*, & in qua, non a qua in Glo. Aug. †hoc enim ad eas consuetudines, vitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisq; moribus: sicut enim coniunx, sic & latro ad fidem vocatur. Sed ille in coniugio manet, non a coniugio reuocatur. Iste vero a latrocinio reuocatur, & in latrocinio non manet. Non enim necesse est vt coniuges desinant esse coniuges propter Christi fidem, sicut necesse est, vt latrones desinant esse latrones. Hîc quæritur super illud, Vxorem a viro non discedere, quare solam causam fornicationis dominus excipit, cæteras vero omnes molestias iubet fortiter sustineri. Contra, Leui. 13. Præcipit lex leprosum extra castra eiicere, ergo proꝓlepra debet vxor a viro discedere. Respondeo, licet possit ob lepram discedere a cohabitatione, non tamen a Thoro, quin aliquando teneatur reddere debitum, prope eam manendo. Item. Aut viro suo reconciliari. Contra, Deu. 24. dicitur, Quòd semel repudiata, non potest amplius reconciliari. Respondeo, Illud habebat locum in repudio legali, istud vero in diuortio euangelico. Lex enim erat sæueritatis, sed euangelium pietatis. Item super illud, Vir vxorem non dimittat. Glo. notabilis, non subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere. Contra Augu. †dicit ꝙ similis forma debet seruari in viro & muliere. Respondeo, Illud primum in libris Ambrosii, a falsariis creditur additum. Vel dicendum, quòd illud Ambrosii intelligitur in repudio, hoc autem in diuortio. Nam in repudio legali, licebat viro contrahere, non vxori, quia licebat antiquitus vni viro habere plures vxores, non econuerso, quia per repudium illud soluebatur matrimonium, non autem per diuortium. Item. Nam cæteris ego dico, non dominus. Contra, Matth. 9. Qui vos audit, me audit. Respondeo, non dominus dicit ore proprio, sed inspirando. Item super illud. Siquis frater habet vxorem. Glo. coniunx fidelis licite potest dimittere infidelem. Contra, catholica, non potest dimittere hæreticum. Glo. loquitur de infideli, qui caret sacramento fidei, non solum habitu. Item ibidem Glo. Non est reputandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est. Contra, ergo matrimonium contractum causa voluptatis, non est matrimonium. Respondeo, Extra decretum Dei, matrimonium contrahi dicitur, quando contrahitur inter personas lege prohibitas. Item, Si qua mulier habet virum infidelem &c. Contra, ergo Iudæa conuersa, non debet dimittere virum Iudæum, cohabitare volentem. Respondeo, secus est hodie, quàm tempore primitiuæ ecclesiæ, quia tunc

A

VÒD si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater uel fidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

LECTIO III.

Super hunc locum.

De adult. coniug. ad poll. c. 21.

Super hunc locum.

Epist. 119.

De adult. coniug. ad poll. lib. 2. cap. 8.

tunc erat spes conuersionis, nunc autem potius est spes subuersionis propter obstinationem infidelium. Item super illud, Quód si infidelis discedat. Glo. Rectè dimittitur mulier si dicat viro; non ero mulier tua, nisi de latrocinio diuitias mihi augeas. Contra. Matth. 19. Excipitur sola causa fornicationis. Respondeo, Tūc debet dimitti, ne scandalum ad tēpus exortum, sit in perpetuum. Item super illud. Non est enim seruituti subiectus. Glo. Contumelia creatoris, soluit ius matrimonii, in eo qui relinquitur. Cōtra, Matrimoniū semp est inter duos, ergo in vtroque soluitur vel in nullo. Respondeo, matrimonium soluitur in vtroque, sed impedimentum ex matrimonio resultās, manet in discedente solū. Itē. Circuncisio nihil est. Contra, Circuncisio qdem prodest si legem obserues. Respondeo, ante Christum proderat, sed post non prodest. Item super illud, Vnusquisque in qua vocatione. Glo. Ad salutem nihil prodest, vel obest Iudaicus, vel Gentilis ritus. Contra, Gal. 5. Si circuncidimini, Christus uobis nihil prodest. Responsio, Glo. loquitur de ritu conuersandi inter homines, non de ritu Deum colendi.

circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

LECTIO IIII.

SEruus uocatus es, non sit tibi curæ. Sed, & si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter, qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.

LECTIO QVARTA.

SVperius ostendit, quòd si infidelis coniunx non discedat, fidelis debet patienter commanere. Primo, ad hoc allegando spem conuersionis infidelis. Secundo, permanentiam in statu propriæ vocationis. Tertio, exemplum in ritu conuersationis, hic. Quarto, allegat exemplum in statu conditionis. Vbi primo, ipsum exemplum ponit. Secundo, rationem exempli subdit, ibi; *Qui enim in domino &c.* Tertio, ex hoc regulam generalem concludit, ibi; *Vnusquisque ergo &c.* In prima, primo proponit in aliquo statum seruilem. Secundo, supponit libertatis possibilitatem, ibi; *Sed & si potes &c.* Tertio, horum preeminentiam ad salutem, ibi; *Magis vtere*. Dicit ergo; *Seruus &c.* quasi dicat, Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Verbi gratia; *Seruus uocatus es*, ad fidem, scilicet Christi; *Non sit tibi curæ*, vt scilicet velis seruitutem effugere. Vnde Onesymum seruum Phylemonis, qui ad cum confugerat, cum precibus remittit ad dominum, vt patet in Epistola ad Phylemonem: *sed potius si potes fieri liber*, maneas in seruitute, quia causa est humilitatis. Et sicut ait Ambrosius (In Ps. 118. Ser. 14.) Quanto quis despectior est in hoc seculo propter dominum, tanto magis exaltabitur in futuro. Gregorius, Quanto quis Deo pretiosior est: tanto propter eum vtilior. Boetius, Cum omnis fortuna timenda sit, magis tamen prospera, quàm aduersa.

Deinde cum dicit; *Qui enim in domino uocatus est &c.* hic subdit rationem exempli. Et primo, ponit rationem exempli ex parte seruorum. Secundo, ex parte liberorum, ibi; *Similiter qui liber est &c.* Et est ratio talis in generali. Seruitus & libertas sunt in domino ad salutem, sed solum debemus esse solliciti de pertinentibus ad salutem, ergo pro indifferenti debet esse nobis seruitus & libertas. Dicit ergo; *Qui enim in domino*, quasi dicat, & vere non debes curare, etenim, pro quia; *Qui in domino*, idest, in fide domini; *Vocatus est seruus*, seruitute corporali; *Libertus est domini*; quia scilicet a domino manumissus; liber est libertate spirituali. Est autem libertus a seruitute liberatus, & talis a seruitute peccati a domino est liberatus: ideo domini libertus. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Deinde cum dicit; *Similiter qui liber uocatus est &c.* hic ponit rationem ex parte liberorum. Vbi primo, tangit in liberis cum seruis pro Christo debitam seruitutem. Secundo, seruitutis rationem, ibi; *Pretio empti*. Tertio, seruitutis obligationem, ibi; *Nolite &c.* Dicit ergo, *similiter &*; *Qui liber uocatus est*, libertate corporali; *Seruus est Christi*, seruitute spirituali. Rom. 1. Paulus seruus Christi Iesu &c. quia siue seruus, siue liber, omnes tamen serui, & hoc iustum est, quia *pretio emptio estis*. Hoc dicitur, quia pretio inæstimabili sanguine Christi. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vestra vana conuersatione &c. Et quia tanto; *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum*, postponendo seruitium Dei, & vos humanis superstitionibus occupando, hoc enim faciebant isti, Supra. 1. Ego sum Pauli, ego autem Apollo; *Vnusquisque ergo*, & circuncisus & præputiatus, seruus & liber; *In quo* statu; *Vocatus est frater*, idest, fidelis; *In hoc permaneat apud Deum*, scilicet obseruando diuina mandata. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matth. 24. Ergo si coniugatus vocatus est ad fidem, maneat coniugatus seruando fidem.

LECTIO V.

DE virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecut⁹ a Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quęrere uxorem. Si autem acceperis uxorem, nō peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.

LECT. V.

APrincipio huius cap. egit de matrimonio, hic incipit pars secunda, in qua agit de virginitate. Vbi primo, agit de virginibus. Secundo, de virginum custodib⁹, ibi; *Siquis autem turpem se uideri existimat, &c.* In prima, primo ponit virginibus permanendi in virginitate consilium. Secundo, nubentibus dat bene uiuendi modum, ibi; *Hoc itaque dico fratres &c.* Tertio, ostendit, quòd magis expedit seruare continentiæ propositum, ibi; *Volo autem vos sine solicitudine esse &c.* In prima parte virginitatem consulit & laudat. Secundo, matrimonium iam contractum concedit & approbat, ibi; *Alligatus es uxori &c.* Tertio, matrimonium contrahendum defendit, & a peccato excusat, ibi; *Si autem acceperis vxorem &c.* In prima dicit duo de virginitate. Primo, quòd non est seruanda ex præcepto. Secundo, quòd est seruanda ex consilio, ibi; *Consilium autem do.* Vbi ponit duplicem rationem, quare illud consilium est seruandum. Prima est consiliarii authoritas. Secunda rei consultæ dignitas, ibi; *Existimo enim hoc bonum.* Dicit ergo; *De uirginibus &c.* quasi dicat, de coniugatis, non separandis præceptum Dei est; *De virginibus autem præceptum Domini non habeo*, ut scilicet cōtineant, vel vt nubant. Quod enim de hoc dixit dominus Matth. 19. dixit consulendo, Qui potest, inquit, capere capiat. Virginitas autem, secundum Aug. res est non præcepta: suaderi potest, imperari non potest. *Consilium autem do*, scilicet de continendo, consilium mihi a spiritu sancto inspiratum. Thob. 4. Consilium semper a sapiente perquire. *Consilium*, inquam, *do*, & hoc; *Tanquam consecutus a domino misericordiam*, idest, apostolatum mihi misericorditer concessum. *Consecutus* inquam, ad hoc; *Vt sim fidelis* in dispensatione mihi credita. Vnde credendum est mihi in consiliis. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus. Haymo, Quia ei mandatum fuit ut esset fidelis consiliator, non debuit consilium indigentib⁹ abscondere, & est argumentum quòd est acquiescendum consilio prælati. Deinde cum dicit; *Aexistimo ergo &c.* hic tangitur dignitas eius, quod consulitur: & hæc duplex. Vna quia expediens bonum, secunda quia honestum, ibi; *Quoniam bonum est &c.* Dicit ergo; *Aexistimo &c.* quasi dicat, quia fidelis consiliarius sum; *Aexistimo ergo hoc bonum esse*, scilicet manere in uirginitate, & hoc; *Propter instantem necessitatem* coniugum, scilicet uitandam, quia multæ necessitates instant, Vnde dicuntur esse in mola. Luc. 17. Vnde uulgariter dicitur, quòd matrimonium habet magnum os; *Aexistimo*, inquam, & uere, *Quia; bonum est homini sic esse*, scilicet in uirginitate. Bonum scilicet honestum propter puritatem, delectabile propter libertatem, vtile propter mercedem, quia ei debetur aureola, & fructus centesimus. Luc. 8. (Epist. 1) Aug in Glo. Super egreditur virginitas cōditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen victoria virginum, quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, Virgines autem in carne triumphant. Deinde cum dicit; *Alligatus es uxori &c.* hic matrimonium contractum concedit, & approbat. Vbi primo dicit, quòd coniugatus, non debet quærere diuortium. Secundo, consulit, quòd solutus, non quærat coniugium, ibi; *Solutus es ab vxore &c.* Dicit ergo; *Alligatus &c.* quasi dicat licet continere sit bonum, tamen; *Alligatus es vxori, noli quærere solutionem*, maxime si bona est. Eccles. 7. Noli discedere a muliere sensata. Et dicit alligatus, quasi duplici uinculo ligatus, scilicet consensu per matrimonium initiatum, & copula carnali per matrimonium consummatum. Si enim tantum vno vinculo, scilicet solo consensu ligatus esset, posset quærere solutionem, scilicet, intrando religionem; *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem*, si potes continere, quia sicut

sicut dicunt apostoli Matth. 19. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Deinde cum dicit; *Si autem acceperis &c.* hic excusat matrimonium contrahendum, a peccato. Vbi primo ostendit, quòd matrimonium potest contrahi sine peccato. Secūdo ꝙ leuius est esse sine coniugio, ibi; *Tribulationem tamen &c.* In prima primo proponit veritatem de non virgine. Secundo de virgine, ibi; *Et si nupserit &c.* Dicit ergo, si autem solutus es; *Noli quærere uxorem. Si autē acceperis uxorem*, scilicet bono fine, non ad expletionem libidinis; *Non peccasti*: hîc autem est argumentum euidens contra hæreticos, qui contemnunt matrimonium, de quibus. 1. Timo. 4. Prohibentes nubere; *& similiter*; *Si nupserit uirgo*, non virgo Deo dicata: quia secundum Hiero. vouentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere peccatum est; *Non peccauit*, scilicet nubendo: alioquin peccasset beata virgo, cum desponsata esset Ioseph; *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi*, scilicet coniugati, idest afflictionem pro rebus necessariis procurandis & sibi & filiis suis & aliis. Vnde leuius est esse sine coniugio; *Ego autem uobis parco* q.d. consulo euitare coniugium, quod tamen concedo parcendo infirmitati vestræ. Vel sic; *Ego autem uobis parco* in hoc, quòd consulo cauere tribulationes carnis. Notandum est hîc, quòd sancta virginitas magnum bonum est propter multa, primo quia carnis munditiam conseruat. Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt &c. Sicut bonum est sal, quia conseruat carnem a corruptione. Secundo quia animam decorat & ornat. Vnde frequenter in scriptura iungitur virgo pulchra. Sap. 4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Cant. 4. Tota pulcra es amica mea. Tertio quia angelis cœli assimilatur, sicut dicit hîc Glo. Et Matth. 22. In resurrectione, neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Hiero. In carne præter carnem viuere &c. Quarto, quia Christo despōsat. 2. Cori. 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Quinto, quia iungit & approximat Deo. Psal. 44. Adducentur regi virgines post eam. Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Hiere. 3. Dux virginitatis meæ tu es. Sexto, quia cæteris statibus præponderat. Eccle. 26. Non est digna ponderatio animæ continentis. Infra eodem. Qui matrimonio iungit virginem, benefacit, & qui non iungit, melius facit. Septimo, quia odorem bonæ famæ spirat. Luc. 1. dicitur, Et nomen virginis Maria. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Ierusalem. Octauo, quia ad nuptias æternas inuitat. Matth. 25. Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: sed heu, quia ad conseruandum difficiles. Ideo Eccles. 42. Filia patris abscondita est &c. Et hoc, quia diabolus suggerit contrarium. Corruptio inclinat ad actum, pulchritudo allicit ad consensum.

LECTIO SEXTA.

HÆc est secunda pars, vbi nubentibus siue nuptis, ostendit bene viuendi modum, docens primo, qualiter vtantur vxoribus. Secundo, qualiter fortunæ casibus siue euentibus, ibi; *Et qui flent &c.* Tertio qualiter mundi rebus siue possessionibus ibi; *Et qui emunt &c.* Quarto subdit rationem in his ammonitionibus, ibi; *Præterit enim figura.* Imprima implicat tria scilicet authoritatem consiliarii; *Hoc itaque dico &c.* Necessitatem consulendi; *Tempus breue est &c.* Formam consilii; *Reliquum est &c.* Dicit ergo; *Hoc itaque.* q.d. quia non est peccatum nubere; *Hoc itaq; dico fratres* si coniugii; *Tempus breue est*, quo, scilicet non generatione carnali propagandus est populus Dei, sed regeneratione spirituali colligendus, secundū Glo. & quia tempus breue est; *Reliquum est*, idest, hoc solum restat agendum; *Vt qui habent uxores, sint tanquam non habentes*, studendo seruitio Dei, non autem operi carnali, debitum, scilicet exigendo. Vnde dicitur; *Sint tanquam non habentes*, non dicit, tanquam non habenti, sicut erant antiqui patres, propter quod dicit Aug. (De bono cō iug. cap. 21.) † ꝙ celibatus Ioannis, non præfertur coniugio Abrahæ: sed hodie faciunt econuerso, quia qui non habent sunt tanquam habentes. Est autem notandum quòd tanquam non habens vxorem, est qui vel vxori debitum reddit nec exigit, vel propter infirmitatē vxorem ducit, dolens quòd sine ea esse nequit. Vel pari affectu continentiam custodit. Vel causa generandæ prolis ad cultum Dei vxorem propriam cognoscit; *Et qui flent* pro casibus coniugii, vel pro aliqua tristitia seculi; *Sint non flentes*, Consolati, scilicet spe appropinquantis boni futuri. Prouerb. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit; *Et qui gaudent* pro aliqua prosperitate seculi; *Tanquam non gaudentes*, sed tanquam in timore existentes imminentis mali periculi. Eccles. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Deinde cum dicit; *Et qui emunt*, hîc ostendit qualiter vtantur mundi rebus siue possessionibus. Et primo, qualiter vti debeant acquirendis. Secūdo, qualiter acquisitis, ibi; *Et qui utuntur &c.* Dicit ergo; *Qui emūt tanquam non possidentes*, idest, post hæc terrena non sedentes, scilicet supple nō apponendo cor rebus perituris. Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ezech. 7. Qui emit non lætetur & qui vendit, non lugeat. Et vt vniuersaliter colligam; *Qui utuntur hoc mundo*, idest rebus mundanis, non dico fruuntur, vt mali qui de eis malum faciunt finem, qui dicunt Sap. 2. Fruamur bonis quæ sunt, idest præsentibus. Sed qui vtuntur eis ad finem debitum referendo, sint; *Tanquam non utantur*, idest, non adhæreant eis nimia delectatione. 1. Timo. 6. Habentes alimēta & quibus tegamur, his contenti simus. Præter actum ergo coniugalem ponit quatuor differentias actuum circa solicitudinem mundanorum, scilicet flere, gaudere, emere, vti. Duo primi, pertinēt ad affectum, duo alii ad effectum. Ex humana vero solicitudine generatur duplex effectus, scilicet emendi respectu habendorum, & vtendi respectu habitorum, & secundum hoc ponit Apostolus consilium temperantiæ in his quatuor actibus. Deinde cum dicit; *Præterit enim figura &c.* hic subdit rationem prædictarum ammonitionum, quæ talis est, Transitoria sunt reputanda quasi non sint, sed talia sunt mundana peritura. ergo quasi non sint, sunt reputanda: & hoc est, quod dicit, quòd ideo mundana quasi non sint extimanda sunt, quia; *Præterit figura*, idest exterior pulchritudo, vel quod est ibi fragile conueniens statui fragilitatis. Transibunt enim qualitates mortales, & remanebunt immortales. Ideo transibit mundus & concupiscentia eius. Omnia notanta, quia figura non substantia, mundi, non paradisi: præterit non sistit. Hic quæritur super illo, si potest fieri liber. Glos. Quanto quis propter Deum dispectior est in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Contra: ergo magis exaltabitur bonus subditus, quàm bonus prælatus. Respondeo, Glos. intelligenda est cæteris paribus. Item super illud, Vnusquisque, in quo vocatus est. Glo. statu. Contra: ergo qui vocatus est in statu seculari, non debet intrare religionem. Respondeo, Apostolus loquitur de statibus promouentibus ad salutem, non de impedientibus. Itē super illud, Aexistimo hoc bonum esse. Glos. Maior est victoria virginum, quàm angelorum. Contra: ergo maior corona. ergo homines erunt maiores angelis, non solum æquales. Respondeo: maior extensiue, idest multiplicatiue, quia habent aureolam non solum auream. Item super illud, Bonum est homini sic esse. Glo. in virginitate. Contra, Gen. 1. Crescite & multiplicamini: virginitas autem contraria est huic præcepto. Respondeo. Illud præceptum non est perpetuum, sed datum vsque ad tempus sufficientis multiplicationis humani generis. Itē super illud. Qui habent vxores, Glosa: beatiora coniugia iudicanda sunt, quæ prole concepta, pari consensu continentiam seruare potuerunt. Contra. vnumquodque tanto beatius est, quanto magis conuenit fini suo: finis autem coniugii est generatio prolis. Respondeo. expone coniugia idest coniuges. Vel dicendum est, quòd ille non est vltimus finis coniugii, sed adimpletio numeri electorum, qui citius impleretur, si omnes continerent. Item super illud, Præterit figura huius mundi. Glo. In iudicio mundanorum ignium flagratione huius mundi peribit, nō substantia, sed figura. Contra 2. Pet. 3. Per quem cœli magno impetu transiēt. Respōdeo: ille transitus & illa solutio accidentalis est, nō substātialis, idest secundum qualitatem, non secundum substantiam.

LECTIO VI.

HOc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habēt uxores, tanquam non habentes

LECTIO VII.

SVPERIVS dedit primò virginibus consilium continendi. Secundò nubentibus documentum bene viuendi. Hic tertio ostendit, quòd magis expedit tempus cõtinendi. Et hoc ostendit, primò ratione maioris tranquillitatis. Secũdo ratione maioris sanctitatis, ibi; *Et mulier innupta &c.* Tertio ratione maioris vtilitatis, ibi; *Porro hoc ad vtilitatem vestram &c.* Prima ratio talis est, Tranquillitas in amore solius Dei preferenda est solicitudini mundanorum: sed continentes habent tranquillitatẽ, coniugati solicitudinem mundi. ergo status continentiũ præferendus est statui coniugatorum. Primo ergo dehortatur solicitudinem mundi. Secundò subdit, qp continentes non sunt soliciti nisi in his, quæ sunt Dei, ibi; *Quoniam qui sine vxore &c.* Tertio ostendit, quòd coniugatos oportet esse solicitos in his, quæ sunt mundi, ibi; *Qui autem cum vxore &c.* Dicit ergo, *Volo autem*, q. d. Si nubitis, prædicta facere consulo: sed magis; *Volo vos esse sine solicitudine* rei vxoriæ. Phil. 4. Nihil soliciti sitis. Nota, quòd dehortatur nos scriptura a solicitudine triplici, scilicet circa mulierem, vt hic; *Volo vos sine solicitudine esse*, circa ventrem. Matth. 6. Ne soliciti sitis animæ vestræ &c. Circa bursam, Prouerb. 11. Expectatio solicitorum peribit. Et recte hoc volo, quia; *Qui sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt*, vt complaceat ei. Non enim habet excusationem illorum, qui dicunt Luc. 14. Vxorem duxi, & non possum venire; *Solicitudo*, inquam, scilicet; *Quomodo placeat Deo*, interiori scilicet pulchritudine sua. Felix cuius votum est vxorem fugere, cuius solicitudo est domino seruire, cuius intentio est Deo placere. Deinde cùm dicit; *Qui autem cum uxore est &c.* hic ostendit, quomodo coniugatos oportet esse solicitos in his quæ sunt mundi, vbi implicantur quatuor grauia. Primo vinculum coniugale, ibi; *Qui cum vxore est.* Studium mundiale, ibi; *Solicitus est.* Subiectio vxoris, ibi; *Quomodo placeat.* Operis diuisio. ibi; *Et diuisus est.* Dicit ergo; *Qui autem cum vxore est*, scilicet in matrimonio; *Solicitus est quæ sunt mundi*, idest, de regimine familiæ, & huiusmodi. Vnde Iacob acceptis vxoribus ait, Gen. 30. Iustum est vt aliquando prouideam domui meæ, idest, solicitus sim, quomodo placeam vxori. Et hoc fine potest se licite ornare. Nam secundum Glo. Magna amaritudo in domo est vxor tristis: & talis diuisus est non natura, sed actu, scilicet diuisione officii, non intentionis principalis. vnde Glo. Partim seruit Deo, partim mundo. Deinde cùm dicit; *Et mulier innupta &c.* hic ponitur secunda ratio probans, quòd magis expedit seruare propositum continentiæ, quàm nubere, ratione maioris sanctitatis: & est ratio sua talis. Continens studet sanctitati, & diuinitati, & amori Dei: nupta vero mundo. ergo illa præferenda est isti. Primo ergo tangit studium innuptæ, quia cogitat totaliter placere Deo. Secundò studium nuptæ, quia cogitat partim placere mundo, ibi; *Quæ autem nupta est.* In prima implicat tria, scilicet continentium statum, cogitatum, & fructum. Statum honestum, quia innupta: & virgo, cogitatum rectum, quia; *Cogitat quæ domini sunt*: multiplicatum fructum, quia; *Vt sit sancta* &c. Dicit ergo, Et similiter; *Mulier innupta*, idest vidua; *Et virgo cogitat*, idest maiorem habet facultatem cogitandi; *Quæ domini sunt*, idest spiritualia & æterna. *Cogitat*, inquam, *Vt sit sancta*, magis quàm nupta. Multæ enim nuptæ sunt sanctæ. Augustin. de bono coniug. Ampliorem non nuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi voluit, non tamen nuptas omnino sanctificatione priuauit. *Sancta*, inquam, *Corpore*, idest corporalibus actionibus; *Et Spiritu*, idest spiritualibus actionibus. Vel; *Sancta corpore*, contra vitia carnalia; *Et spiritu*, contra spiritualia. Deinde cũ dicit, *Quæ autem nupta est*, hic tangit solicitudinẽ nuptarũ, vbi implicant tria. Primo, coniugiũ: secundo solicitudinẽ, ibi; *Cogitat quæ etc.* tertio coniugii studiũ, ibi; *Quomodo placeat etc.*

cap. 11.

Dicit ergo; *Quæ autem nupta est, cogitat quæ mundi sunt*, scilicet, de cura filiorũ, de regimine domus, & huiusmodi. Vnde parentes monuerunt Saram honorare socrum, diligere maritum, gubernare domũ &c. Tob. 10. *Cogitat inquam, quomodo placeat viro*: vnde hoc fine ornantes se non peccant: veruntamen magis debent studere ei placere ornatu morũ, quàm vestimentorum. 1. Tim. 2. Mulieres in habitu ornato ornantes se, nõ in tortis crinibus, auro &c. Deinde cum dicit; *Porro hoc ad utilitatem &c.* hic allegat tertiam rationẽ, scilicet maiorem vtilitatẽ. & est ratio talis. Illud quod est vtilius magis expedit: sed continere est vtilius q̃ nubere. ergo magis expedit eligere continentiam quàm nuptias. Primò ergo ostendit, quòd vtile est continere. Secundo, quòd honestum est, ibi; *Sed id quod est honestum &c.* Tertio, quòd facile, ibi; *Et quod facultatem &c.* Dicit ergo; *Porro &c.* q. d. consulo non nubere; *Porro hoc ad utilitatem vestram*, maiorem scilicet; *Dico*, vt expeditius Deo seruiatis: quia sic mortificatur caro quæ est inimica spiritus. Aug. de verb. domini. Sicut inimicus occisus non facit tibi iniuriam; sic caro mortificata non turbat animam. *Dico*, inquam; *Non vt laqueum*, fornicationis scilicet incontinentibus; *Vobis iniiciam*, aliquid difficile super hoc faciendo, imo potius laqueus poneretur si consuleret nubere: quia de muliere dicitur Eccles. 7. qp laqueus venatorum est, sed potius intendens inducere omnes ad; *Id quod honestum est*, scilicet ad sanctitatem corporis & animæ, non quia coniugalis status non sit honestus, sed quia minus honestus. Aug. de bono vid. Non matrimonium turpe esse monstrauit, sed qp honestius erat generalis honesti nomine cõmendauit; *Et* monens ad illud; *Quod facultatem præbeat*, alicui obseruandi se in domino, idest, ad seruitũ domini, & hoc; *Sine impedimento*, quod est in coniugio. 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vere eligendus est status continentiæ, vbi maius commodum: quia hoc ad vtilitatem, vbi minus periculum: quia non vt laqueum, maior honestas: quia id quod honestũ, liberior facultas seruiendi Deo, quia facultatẽ præbet &c. Notandum est hic, qp multiplex solicitudo est bona. Prima, prælationis, sicut nauta solicit° est de regimine nauis, pater de filiis. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Secunda, prædicationis, sicut pedagogus solicit°ẽ de puero, doctor de discipulis. 1. The. 2. Fiduciam habuimus loqui ad vos verbum Dei in multa solicitudine. Tertia, dilectionis, sicut amicus verus solicitus est de cõseruatione amoris, Eph. 4. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis &c. Quarta, cõpassionis, sicut vir misericors solicitus est de egenis & afflictis. 2. Tim. 1. Cũ venisset Romam, solicite me quæsuit, & inuenit. Quinta, deuotionis, sicut seruus solicitus est de placẽdo domino, religiosus Deo. Mich. 6. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, Et post: solicite ambulare cũ Deo tuo. Sexta, circunspectionis, sicut speculator est de castro custodiendo. Deu. 4. Custodite animas vestras solicite. Corpus enim cũ organis, anima cũ potentiis, quoddã castrũ est. Septima, actionis, sicut agricola solicitus est opere perficiẽdo. Luc. 10. Martha Martha solicita es. 2. Tim. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Octaua, prouisionis, sicut dispẽsator de domo, mercator de cõputo, pauper de pane quærendo. Rom. 12. Solicitudine non pigri.

LECTIO VIII.

SVPERIVS egit de virginib°, hic agit de virginũ custodibus, ostendens primo qp licet eis virgines suas cõiugio copulare. Secundo, qp non similiter nuptis licet, nisi post mortẽ viri contrahere, ibi; *Mulier alligata est &c.* In prima, primo ostendit qp custos potest dare virginem suam in coniugio. Secundo, qp non peccat hoc faciendo, ibi; *Nec peccat, si nubat &c.* Tertio, qp etiã bene facit seruando, ibi; *Nam qui statuit, &c.* Quarto, qp licet vtrumque sit bonum, tamen hoc est melius illo, ibi; *Igitur & qui matrimonio &c.* In prima, primo supponit in virgine ætatem nubilẽ.

Secundo

Secundo uoluntatem nubendi, ibi; *Et ita oportet fieri, &c.* Tertio dat nubendi licentiam, ibi; *Quod uult faciat, &c.* Dicit ergo; *Si quis autem, &c.* q. d. esse sine coniugio, honestius est & expeditius. Sed tamen; *Siquis turpem se uideri æxistimat* apud iudicium hominum; *Super uirgine sua*, timens ne corrumpatur, eo; *Quod sit superadulta*, idest, ultra pubertatem & iam in nubilibus annis; *Et ita oportet fieri* ut nubat, quia non uult continere, *Quod uult* virgo; *Faciat* custos. Ecc. 7. Trade filiam tuam, & grande opus fecisti, & homini sensato da illam. Nec *Peccat* custos; *Si nubat* virgo: hoc ideo dicit secundũ Glo. ne etsi uirgo nõ peccet, custos uideatur peccare. Aug. de bono uiduit. Quæ si nõ continet, nubat.

cap. 8.

non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit: quòd si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui autem uult nubat, tantùm in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam.

Quæ non cœpit, deliberet: Quæ egressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, sed falsa retrahatur oblatio. Deinde cum dicit; *Nam qui statuit, &c.* hic ostendit quòd custos uirginis benefacit eam in statu uirginali seruando: ubi implicatur quadruplex conditio ad hoc expediens. Prima, quòd custos; *firmus* sit in proposito eam uirginem custodiendi. Secunda, quòd non timeat de casu uirginali, ibi; *Non habens necessitatem, &c.* Tertia, quòd cognoscat in uirgine propositum continendi, ibi; *Potestatem autem habens, &c.* Quarta quòd hoc faciat ex deliberatione, ibi; *Et hoc iudicauit.* Dicit ergo; *Nam qui statuit, &c.* q. d. ideo autem dico quòd non peccat qui tradit uirginem: nam de alio qui seruat eam, patet quòd bene faciat. *Nam qui statuit in corde seruare uirginem suam, firmus* in proposito suo, non curans sobolem, uel aliud huiusmodi; *Non habens necessitatem* tradendi eam, cum uirgo uelit continere; *Potestatem autem habens*, secundum alumnæ continentiam; *Voluntatis suæ* perficiendæ; *Et hoc iudicauit in corde suo*, idest ex iudicio rationis, non ex leuitate mentis discernit esse bonum. 1. Timo. 5. Sine præiudicio nihil facias, iudicauit inquam; *Seruare uirginẽ suã*. Amb. sup hũc locũ. Nõ ingerẽs ei fomitẽ nuptiarum. Eccle. 7. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum. Qui facit inquam sic; *Bene facit.* Deinde cum dicit; *Igitur & qui matrimonio, &c.* hic ostendit, quòd licet utrunq; sit bonum, tamen uirginitas est melior matrimonio. Vbi primo approbat statum coniugalem. Secundo, præponit statum uirginalem, ibi; *Qui non iungit, &c.* Dicit ergo; *Igitur & qui, &c.* q. d. quia oportet fieri ut diximus: igitur; *Et qui matrimonio iungit uirginem, bene facit*, quia licitum est quod facit; *Et qui non iungit*, cum uirgo acquiescat continere; *Melius facit.* Glo. melius facit qui apud Deum meritum suum collocat & a solicitudine liberat eã. Melius enim est quod licet & expedit, quàm quod licet & non expedit. Hic enim bene utitur malo, ibi uero bene utitur bono. Bene utitur quis bono, continentiam dedicans Deo. Male utitur quis bono, continentiam dedicans idolo. Male utitur quis malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bene utitur malo, concupiscentiam restringens connubio. Bonum est pudicitia coniugalis, sed melius est continentia uirginalis uel uidualis, secundum Glo. Deinde cum dicit; *Mulier alligata est legi, &c.* hic ostendit, quòd non similiter coniugata, nisi uiro mortuo potest contrahere. Vbi primo ostendit, quòd coniugata non potest nubere uiro uiuente. Secundo, quòd uiro mortuo, potest alii nubere, ibi; *Quod si dormierit, &c.* Tertio, quòd melius est illi continere, ibi; *Beatior autem erit, &c.* Quarto, quòd debet consilio eius credere, ibi; *Puto autem quod & ego, &c.* Dicit ergo; *Mulier alligata est, &c.* q. d. Qui non iungit uirginem suam, melius facit. Et uere melius, quia; *Mulier alligata est, &c.* Vel sic, uirgo quæcunq; tempore potest nubere, sed uxorata non, quia; *Mulier alligata est legi*, ita ut non possit nubere alteri; *quanto tempore uir eius uiuit.* Rom. 7. Quæ autem sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi uiri. Deinde cum dicit; *Quod si dormierit* somno mortis. De qua dormitione. Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit; *Vir eius &c.* Aug. non dicit primus, secundus, uel tertius, uel quartus, uel quousque licet. Nec nobis diffiniendum est quod diffinit Apostolus. Vnde nec ullas nuptias debeo damnare, nec eis uerecundiam numerositatis afferre; *Si dormierit*, inquam; *Liberata est a lege uiri*, unde permittit ei nubere. Hic patet, quòd resurgenti non tenetur copulari; *Sed cui vult nubat.* Inuitæ enim nuptiæ solent habere malos prouentus, ideo dicitur Gen. 24. Vocemus puellam, & quæramus uoluntatem eius; *Nubat* inquam; *tantum in domino*, idest, uiro suæ religionis: nam in dispari cultu prohibitum est in lege mãdatũ. Deut. 7. Per hanc licentiam Apostoli, reuocatæ sunt omnes pœnæ & infamiæ, quæ secundum leges infligebantur olim mulieri secundo nubenti, infra tempus luctus scilicet, ultra annũ. Ergo in nuptiis exigitur personarum legitimitas, unde dicitur *libertas est* consensus libertas: unde addit, *Cui uult nubat*, Cultus paritas, unde subdit; *tantum in domino.*

A. De bono uiduit. ca. 4. & 12.

CAP. VIII. LEC. 1.

DE HIS autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiã habemus. Scientia inflat, charitas uero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quẽ admodum oporteat eum scire. Siquis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autẽ quæ idolis ĩmolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus Deus nisi unus. Nam & si sunt qui dicantur Dij, siue in cælo, siue in

Deinde cum dicit; *Beatior autem erit, &c.* hic ostendit quòd melius est illi continere quàm nubere, dicens, quàmuis liceat ei nubere; *Tamen Beatior erit si sic permanserit*, scilicet innupta. Et hoc; *est consilium meum* supra eodem datum: habebit enim fructum sexagesimum, qui debetur uiduis. Mat. 13. Aug. satis ostendit beatam esse post mortem uiri, & secundo nubentem, sed beatior est non nubens. Deinde cum dicit; *Puto autem quod & ego, &c.* hic ultimo ostendit, quòd debent consilio eius credere, quia inspirante spiritu sancto hoc consulit. Et hoc est quod dicit; *Puto autem, &c.* q. d. faciendum est; *secundum consilium meum*, quia; *Puto quod & ego* sicut cæteri apostoli; *Spiritum Dei habeam.* Ro. 8. Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, &c. Hoc ergo consilium debet impleri & propter fructum sequentem: *quia beatior erit*, & propter consulentis authoritatem: *quia secundum consilium meum* & propter spiritum Dei inspirantem, *quia puto*, &c. Hic quæritur super illo uerbo, Volo uos sine solicitudine esse. Contra, Rom. 12. Solicitudine non pigri. Responsio, Ibi loquitur de solicitudine spirituali, hic de temporali. Item super illo, Diuisus est. Contra, Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Responsio, Ibi loquitur de diuisione intentionis principalis, hic de diuisione actionis. Item Glo. ibidem, partim seruit Deo, partim mundo. Contra. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Responsio, Verum est ita quòd æqualiter seruiat utriq; in eo quòd duo, idest contrarii sunt. Item super illud, Mulier innupta cogitat quæ domini sunt, Glo. non cogitat, ne damnetur a Deo. Contra, damnari potest, ut patet in parabola de fatuis uirginibus. Responsio, non cogitat hoc solum, sed cum hoc etiam ne offendat sponsum. Item super illud, Vt sit sancta corpore & spiritu. Glo. non potest fieri, ut noũ sit sanctum corpus, quo utitur sanctificator spiritus. Contra, Spiritus sanctus usus est lingua Cayphæ non sancta Ioan. 11. Responsio. utebatur ea ut spiritus, non ut sanctificator. Item. Sed ad id quod honestum est. Contra, ergo matrimonium turpe. Responsio, secundum Glo. Positiuum posuit pro comparatiuo. Item super illud, Qui non iungit melius facit. Glo hic scilicet in coniugio bene utitur homo malo. Contra, cuius usus bonus est, ipsum quoq; bonum est. Responsio, illud intelligitur de usu rei per se, scilicet ad quem ordinata est, non per accidens scilicet ad quem ex prudentia utentis ordinatur. Item Glo. ibidem, Melius est bene uti bono, quàm bene uti malo. Contra, hoc difficilius illo. Responsio: loquitur hic de malo uitii, non supplicii. Item super illo uerbo in Glo. duæ permissæ. Contra, ergo duæ nuptiæ non sunt a Deo. Responsio, Non ex eo quòd duæ, nisi ex consequenti. Item. Si dormierit uir, quid dicendum est si resuscitatur? Responsio, requiritur consensus nouus ad hoc, quòd sit matrimonium. Item super illud, Puto quòd spiritum Dei habeam. Contra, Rom. 8. Certus sum, quòd neq; mors, neq; uita, &c. Responsio, secundum Glo. non dicit hoc dubitando, sed quasi increpando.

A. De bono uiduit. cap. 4.

LECTIO PRIMA.

EXCLVSO errore circa correctionem criminum, cap. 5. & 6. Item circa uirginitatem, & matrimonium. c. 7. hic excludit errorem circa esum, & abstinentiam ciborum. ca. sisto & 9. & 10. loquens de his quæ idolis immolabantur, a quibus

quamuis in se licitis, abstinere monet. Primo allegando eis scandalum infirmorum. ca. isto. Secundo, exemplum sui, qui propter alios abstinet a receptione sumptuum licitorum. c. 9. Tertio, exemplum pœnæ Iudæorum post tanta beneficia Dei in deserto prostratorum, cap. 10. Ergo propter scandalum proximi exẽplo Apostoli nõ pp timore supplicii debemus abstinere a cibis aliquando licitis. In primo, ostendit, quòd in se licita est comestio idolotorum. Secundo, monet nihilominus abstinere propter scandalum fratrum infirmorum, ibi; *Videte ne forte &c.* In prima, primo proponit, quòd maiores eorum habent scientiam de idolotitis. Secundo, ostendit qualem scientiam habent de eis, ibi; *De escis autem quæ idolis immolantur &c.* Tertio, quòd quidam infirmi hac scientia carent, ibi; *Sed non in omnibus est scientia &c.* Quarto, quòd alii coram eis idolotita edere non debent, ibi; *Esca autem nos non commendat Deo.* In prima, primo dicit, quòd de idolotitis scientiam habent. Secundo, quòd eam sine charitate inutiliter habent, ibi; *Scientia autem inflat &c.* Tertio, ostendit a quibus habeatur hæc scientia insufficienter, ibi; *Siquis autem existimat.* Quarto, a quibus sufficienter, ibi; *Siquis autem diligit &c.* Dicit ergo; *De his autem &c.* quasi dicat: de prædictis quæsuistis a me, scilicet de pertinentibus ad matrimonium: de aliis autem vt de immolatis idolo non fuit necesse quærere: quia omnes scitis super hoc veritatem: & hoc est, quod dicit; *De his autem quæ idolis sacrificantur*, an liceat edere vel non; *Scimus*, ego & vos, quòd liceat ea comedere, secundum illud ad Titũ. 1. Omnia munda mundis; *Scimus quia omnes scientiam habemus*, ego, scilicet, & vos perfecti inter alios, scilicet scientiam de creatore, & creaturis: & ideo minus excusabiles si male facimus. Deinde cum dicit; *Scientia autem inflat &c.* hic ostendit, quomodo sine charitate, scientiam inutiliter habent, quasi dicat. Habetis quidem scientiam, sed non valet vobis, quia inde superbitis contra ignaros; *Scientia*, autem si sola est; *inflat*. Eccle. 1. In multa sapientia, multa est indignatio. Act. 26. Multæ literæ te faciunt insanire. Hæc enim fuit plaga Aegyptiorum, idest, sapientium huius mundi, vesicæ turgentes. Exod. 9. *Charitas vero ædificat*, infirmos, quæ quod eis obesse potest, dimittit, quia non quærit quæ sua sunt. Vnde addenda est scientiæ charitas. Aug. † Addite ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia. Per se quidem est inutilis, ex charitate uero vtilis. Philosophus, Scire aut nihil, aut parum prodest ad virtutẽ. Deinde cum dicit; *Siquis autem existimat &c.* hic ostendit, a quibus hęc scientia habetur insufficienter, quia ab illis, qui ea vtuntur in nocumentum proximi: & est sua ratio talis. Quicumque habet scientiam, & non modum vtendi ea, habet scientiam insufficienter: sed qui habet scientiam sine charitate, est huiusmodi. ergo, qui habet scientiam sine charitate, habet insufficienter scientiam. Primo ergo supponit scientiam sine charitate. Secundo, ostendit insufficientiam talis scientiæ, ibi; *Nondum cognouit &c.* Tertio, rationem insufficientiæ, ibi; *Quemadmodum oporteat &c.* Dicit ergo; *Siquis autem &c.* quasi dicat. Habetis scientiam, sed non sufficientẽm: quia siquis vestrum; *Existimat se scire*, habens scientiam sine charitate, aliquid scit, scilicet, quòd liceat comedere idolotita; *Nondum tamen cognouit*, quia non se cognoscere facto ostendit; *Quomodo oporteat eum scire*, idest, qualiter debeat vti scientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter, scilicet habere scientiam & vti scientia: sicut videre, habere visum, & vti visu: Glo. Bernardi. Hic non approbat Apostolus multa scientem, si modum sciendi nescierit. Modus enim sciendi, est vt scias, quo ordine, quo studio, quo fine scire, quæque oporteat: quo ordine, vt id prius, quod maturius ad salutem: quo studio, vt id ardentius quod efficacius est ad amorem: quo fine, vt non ad inanem gloriam vel curiositatem velle aliquid, sed ad ædificationem tui, & proximi. Sunt namq; qui scire volunt eo fine tm̃ vt sciãt, & curiositas est: quidam vt sciantur, & vanitas est: quidam vt scientiam vendant, & turpis quęstus est: quidã vt ædificentur, & prudentia est: quidam vt ædificent, & charitas est. Deinde cum dicit; *Si quis autem diligit &c.* hic ostendit, a quibus hæc scientia habetur sufficienter, quia ab illis qui vtuntur ea ex charitate. Primo ergo, supponit scientiam cum charitate. Secundo, ostendit sufficientiam talis scientiæ, ibi; *Hic cognitus est.* Dicit ergo; *Siquis &c.* quasi dicat. Ille perfecte non scit, qui nescit quemadmodum oporteat eum scire; *Siquis autem diligit Deum*, & ita

terra, (siquidem sunt dii multi, & domini multi:) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: & nos per ipsum. Sed non in omnibus est sciẽtia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolotitum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem, nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus.

cum scientia habet charitatem; *Hic cognitus*, idest, approbatus est a *Ab eo*, Nouit enim dominus, qui sunt eius. 2. Timoth. 2. Vnde talis vere scit Deo approbante, quia bene vtitur scientia propter charitatem annexam. Notandum est hic, quòd ad hoc quòd aliquis sciat, quemadmodum oporteat scire, nouem sunt necessaria. Primo, humiliter sine instatione, Philippen. 4. Scio hũiliari. Psal. 130. Si non humiliter sentiebam. Secũdo, sobrie sine præsumptione. Supra primo. Nõ iudicaui me scire. Roma. 12. Non plus sapere, q̃ oportet. Tertio, certitudinaliter sine hæsitatione. 2. Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum. Quarto, veraciter; & sine errore. 2. Timo. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quinto simpliciter sine deceptione. 1. Timoth. 6. Oppositiones falsi nominis scientiæ. Sexto, salubriter cum charitate, & dilectione. Infra. 13. Si habuero omnem scientiam, charitatem autem non habuero. Septimo, vtiliter cum proximorum ædificatione. Infra. 12. Alii datur sermo scientiæ in eodem spiritu. Octauo, liberaliter cum gratuita communicatione. Sapien. 6. Ponam in lucem sapientiam eius. Nono, efficaciter cum bona operatione. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatum est illi. Iacob. 4. Primum, scilicet humilitas scientiæ arguit sapientes superbos: sobrietas curiosos: certitudo dubiosos: veritas hæreticos: simplicitas aduocatos: salubritas magnos: vtilitas iniquos: liberalitas auaros: efficacia otiosos. Deinde cum dicit; *De escis autem quae idolis &c.* hic ostendit qualem scientiam habent de idolotitis, ostendens primo, quòd sciunt idolum nihil esse. Secundo, quod sciunt omnia a Deo esse, ibi; *Nam etsi sunt qui dicantur dii*. In prima, primo dicit idolum nihil esse. Secundo, iuxta hoc ad declarationem, ostendit Deum, non nisi vnum esse, ibi; *Et quod nullus Deus &c.* Dicit ergo; *De escis autem &c.* quasi dicat, prædictis modis non valet scientia, sed tamen; *De escis quae immolantur idolis*, scimus scientia vera, scilicet quòd in se sunt licitæ, nec propter idolum sunt immundæ: & hoc quia; *Idolum nihil est in mundo*. Hoc tripliciter exponitur. Primo modo sic; *Idolum nihil est in mundo*, idest, inter creaturas mundi, quantum ad formam idoli: licet enim materia idoli sit aliquid, scilicet aurum vel argentum vel huiusmodi, tamen nil est forma, scilicet, quæ creditur ibi esse ab idolatris, qui credunt idolum esse Deum. Esa. 41. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est. Secundo modo sic; *Idolum nihil est*, scilicet persona subsistens ex simulachro & spiritu præsidente. Ex istis enim duobus nihil fit, sicut ab idolatris putatur. Hier. 10. Confusus est omnis artifex in sculptili: quia falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eo. Tertio modo sic; *Idolum nihil est in mundo*, idest, nullius rei, quæ sit in mundo habens similitudinem. Est enim differentia inter idolum, & simulachrum, quia simulachrum dicitur, quod fit ad similitudinem rei alicuius naturalis: idolum ad nullius rei est similitudinem, vt si corpori humano addatur caput equinum. Esa. 40. Cui similem fecistis Deum &c. *Et* scimus etiam; *Quod nullus Deus nisi vnus* Deute. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus, deus vnus est. Deinde cum dicit; *Nam etsi sunt qui &c.* hic ostendit, quòd sciunt omnia a Deo esse, non a diis nuncupatiuis vel adoptiuis, vt sunt idola vel sancti, sed ab vno summo. Primo ergo dicit, quomodo potest intelligi Deorum pluralitas, scilicet per adoptionem vel nuncupationem. Secundo, quomodo est diuinitatis vnitas, scilicet, per essentiam, ibi; *Nobis tantum unus Deus &c.* Vbi primo, tangit vnitatem in patre. Secundo, in filio, ibi; *Et vnus dominus &c.* In prima tangit tria, scilicet, essentiam, quia vnus Deus: personam, quia pater: potentiam, ex quo omnia: clementiam, quia & nos in illo: similiter ista tangit in filio. Dicit ergo; *Nam etsi sunt &c.* quasi dicat, & vere non est nisi vnus Deus; *Nam etsi sunt qui dicantur dii*, vere participatione diuinitatis vt sancti. Psal. 81. Ego dixi dii estis, *Siue in cœlo*, vt sancti comprehensores, *Siue in terra*, vt sancti viatores. *Siquidem sunt dii multi* vere participatione diuinitatis vt sancti, & iusti domini, apostoli, & prælati; *Nobis tamen &c.* Alio modo legitur sic; *Nam & si sunt qui dicuntur dii* a gentibus, scilicet falsa nuncupatione; *Siue in cœlo*, vt sol & luna; *Siue in terra*, vt Mercurius & Diana; *Siquidem sunt dii multi*, sola scilicet nuncupatione, secundum gentiles, Psal. 95. Dii gentium dæmonia; *Et domini multi*, qui aliis præsunt; *Nobis tamen tantum vnus est Deus* essentialiter, scilicet; *Pater ex quo omnia*, secundum naturam & per paternam authoritatem. Ro. 11. *Ex quo omnia & nos in illo*, per gratiã, Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumꝰ; *Et vnus cũ pre Deꝰ*; *Dominus Iesus Christus*. Io. 10.

Ego

Epist. 119.

Ethi. 2. c. 4.

Ego & pater vnum sumus; *Per quem omnia*, scilicet facta sunt secundum naturam. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt; *Et nos per illum*, scilicet sumus in Deo per gratiam. Roma. 1. Per quem accepi gratiam &c. ergo vnus est altissimus creator omnium omnipotens. Ex his elicitur talis ratio: Non est nisi vnus Deus, qui fecit omnia: sed multa sunt idola, ergo non sunt Deus, qui fecit omnia, nec creduntur aliquid. ergo nihil; *Sed non in omnibus est scientia*. Habito, quòd maiores illorum habẽt scientiam de idolotitis, hic ostendit, quòd minores hac scientia carent. Vbi primo ostendit, quòd in quibusdam defuit prædicta de idolotitis scientia. Secundo, quòd propter hoc, esu scilicet idolotitorum polluitur eorum conscientia. Vbi primo, tangit pollutæ conscientiæ rationem. Secundo, ipsam pollutionem, ibi; *Et conscientia ipsorum &c.* Dicit ergo; *Sed non in omnibus &c.* quasi dicat: hoc scimus nos, scilicet quòd; *Idolum nihil est, sed non in omnibus*, vt in infirmis; *Est scientia* hæc, & vere; *Non est in omnibus*: quidam tamen &c. Vel sic; *Nos scimus, quod Idolum nihil est in mundo. quidam enim cum conscientia idoli*, quia, scilicet putant idolum aliquid diuinum esse; *Vsque nunc*, idest, post conuersionem sicut ante; *Manducant idolotitum*, idest, de sanctificatis idolis, & hoc non quasi cibum simpliciter, sed; *Quasi idolotitum*, scilicet ad reuerentiam idoli; *Et conscientia illorum cum sit infirma, polluitur per illos*, scilicet qui habent rectam scientiam, sed non cum charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducuntur. Deut. 27. Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Hic innuit, quòd non cibus, sed conscientia polluitur per peccatum, comedendo ad exemplum malorum. Deinde cum dicit; *Esca autem non commendat &c.* hic quarto, ostendit, quòd coram eis idolotita comedere, non debent. Vbi primo, ostendit, quòd huiusmodi comestio nihil prodest apud Deum. Secundo, probat quòd non prestat aliquod bonum augmentum, ibi; *Neque enim si non manducaueritis*. Dicit ergo; *Esca autem &c.* quasi dicat. Illis nocet vestra comestio, vobis autem non prodest; *Esca enim nos non commendat Deo*, sed recta fides in edendo. Nam nec Esau esu lenticulæ iustificatus est, nec Helias esu carnium pollutus est. Rom. 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Heb. vlt. Bonum est gratia stabilire cor, non escis. Deinde cum dicit; *Neque enim si non manducauerimus &c.* hic probat, quod proposuit, & est sua ratio talis. Non comedere idolotitum non diminuit bonum: comedere non auget. ergo talis esca sumpta, vel non sumpta nihil prodest apud Deum: & hoc est quod dicit; *Neque enim si non manducauerimus, deficiemus*, id est, minus ab eo habebimus; *Neque si manducauerimus abundabimus in* virtutibus, quia esca ventri, non menti proficit, & ita cum non sit de veritate vitæ iustitię, & doctrinæ, dimittenda est propter scandalum.

LECTIO II.

Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Siquis enim viderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, non-

esse numen in cuius reuerentia hoc fiat. Deinde cum dicit; *Et peribit infirmus*. Hic ostendit malum, quod inde potest accidere. & hoc duplex. Primo, scandalum proximi. Secundo, offensam proximi, ibi; *Sic autem peccantes &c.* In prima implicantur tria. Peccantis conditio, quia infirmus. Peccandi occasio, quia in tua conscientia. Peccati exaggeratio, quia pptet quem Christus mortuus est. Dicit ergo, & ita; *Peribit infirmus in fide*, idest, in tua scientia; *Frater*, idest, occasione accepta a tua sciẽtia: quia te sapientem videt comedere, putans, quòd sub idoli veneratione comedas; *Propter quem* saluandum; *Christus mortuus est*; & ita graui ter peccas. Rom. 14. Noli cibo perdere illum, pro quo mortuus est Christus; *Sic autem peccantes in fratres*, peccato scandali; & *Percutientes conscientiam eorum infirmam* gladio mali exempli. Amos. 9. Percute cardinem, idest, conscientiam & cõmouebuntur superliminaria, idest, intellectus, & affectus; *In Christo peccatis*, cuius membra sunt. non ait in Christum secundum Glo. quia in Christum peccare, est Christum negare, idest, peccare in fide. In Christo peccare est in his, quæ Christi sunt peccare, scilicet in moribus: sicut ille qui in lege est, dicitur in lege peccare: qui autem in lege non est, dicitur peccare in legem. Deinde cum dicit; *Quapropter si esca &c.* Hic vltimo, proponit se in exemplum abstinentiæ, vbi primo implicat scandalum. Secundo, ex hoc explicat abstinentiæ propositum, ibi; *Non manducabo &c.* Tertio, præuenit dubium, ibi; *Ne fratrem meum &c.* Dicit ergo; *Quapropter* ne scilicet peccem in Christum; *Si esca scandalizat fratrem meum*, *non manducabo carnem* aliquam, non solum idolotita. *In æternum*: si ergo propter scandalum fratrum abstinendum est, quasi a necessariis vitæ, multo magis a superfluis: & hoc non ideo, quòd esca in se mala sit, sed; *Ne scandalizem fratrem meum*. Nam qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt suspendatur in collo eius mola asinaria &c. Mat. 18. Ro. 14. Omnia munda mundis, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Hic quæritur super illud. Scientia inflat. Glo. scientia per se inutilis est. Contra, scientia per se bona est, ergo & vtilis. Responsio, Inutilis est ad salutem, vtilis tamen ad multa alia. Item charitas ędificat. Contra, sicut scientia inflat, non per causam, sed per occasionem, sic & charitas. Responsio, Non est simile, quia scientia habenti se manifestat, sed non sic charitas: quia nemo certus est de charitate. Item super illud; Idolum nihil est, Glo. Naturam Deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Contra, Omne esse est a Deo, ergo omnis forma. Responsio, Glo. loquitur de forma putatiua *in* natura, non de vera. Item ibidem Glo. Forma hominis in idolo non est facta per verbum. Contra, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Responsio, quàmuis forma hominis in illo sit facta per verbum, non tamen in idolo, idest, ad colendum. Item ibidem Glo. idolum nihil est, quia nullius rei, quæ sit in mundo similitudinem habet. Contra, non potest artifex cogitare, vel formare nisi qualia vidit. Responsio, Non habet similitudinem in toto, sed in partibus. Item super illud, Nullus Deus nisi vnus, Glo. hoc dicit ne putetur esse Deus in idolo. Contra, Deus, licet sit vnus, tamen est vbique. Responsio, in idolo est per potentiam, non per præsidentiam vel vnionem, vt putabant Gentiles. Item ibidem, Glo. pars trinitatis, non potest esse quicumque vnus in tribus. Contra, cuiuslibet numeri pars est vnitas. Responsio, Trinitas non est numerus simpliciter, sed numerum personarũ. Item super illud, Et si sunt qui dicuntur Dii. Glo. participatione diuinitatis. Contra, diuinitas est imparticipabilis. Responsio, Participatio hæc per causam est, non per essentiam. Item ibidem Glo. quæritur vtrum angeli vocandi sint Dii. Responsio, quàmuis participent diuinitatem, tamen secũdum Glo. non sunt dicendi Dii propter periculum adorationis. Item super illud, Nobis tamen vnus pater, Glo. trinitas est nobis vnus pater, non tamen ille qui tertia in trinitate persona alius. Contra, Idem & diuersum diuidunt ens. Respondeo, quòd quàmuis idẽ & diuersum diuidant ens creatum, non tamen increatum, quia ibi est identitas in essentia cum diuersitate in personis. Item non in omnibus est scientia. Contra, supra eodem, omnes scientiam habemus. Responsio, Illud non intelligitur vniuersaliter, sed de maioribus. Item super illud, Esca non commendat nos Deo, dicit Glo. sumpta vel non sumpta. Contra, ergo abstinentia nihil meretur. Responsio, non virtus escæ, sed virtus abstinentiæ prodest. Item: si esca scandalizat &c. Contra, ergo pro scandalo

LECTIO SECVNDA.

Hæc est secunda pars huius capituli: superius enim ostendit, quòd in se licita est comestio idolotitorum, hic monet abstinere ab ea propter scandalum infirmorum. Vbi primo, monet ne offendant fratres sua comestione. Secundo, quòd potest offendere, ibi; *Si enim quis viderit &c.* Tertio, ostendit malum quod inde potest accidere, ibi; *Et peribit infirmus &c.* Quarto, præbet se in exemplum abstinentium, ibi; *Quapropter si esca scandalizat &c.* Dicit ergo: videte, quia quantum ad nos nihil prodest, vel obest esca ipsa, sed tamen; *Videte ne forte hæc licentia vestra*, qua scitis licere vobis comedere de idolotitis; *Offendiculum fiat infirmis*, in fide, qui nondum sciunt idolum nihil esse. Leui. 19. Coram cæco non pones offendiculum. Deinde cum dicit; *Si quis viderit &c.* hic ostendit quomodo possunt offendere, quia comedendo idolotitum coram infirmis: vbi implicantur quatuor concurrentia ad scandalum. Primo, maiorum scientia. Secundo, comestio idolotiti publica, ibi; *In idolio recumbentem*. Tertio, occasio scandali accepti, ibi; *Nonne conscientia eius*. Dicit ergo; *Si enim quis &c.* quasi dicat. Et vere potest esse offendiculum; *Si enim quis infirmus viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolio*, idest, in præsentia idoli; *Nonne conscientia eius cum sit infirma*, per te; *Aedificabitur*, id est, per factum tuum; *Ad manducandum idolotita*, idest, sacrificata in reuerentiam idoli, quasi dicat, sic. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata comedere, incipit ipse edere non illa conscientia qua ille, scilicet peritiæ causa, sed id putat.

fratris a pane, & vino abstinendum est in perpetuum. Responsio, Non est simile de necessariis, & superfluis, vel loquitur hic de scandalo actiuo non passiuo. Vel perfectionis est hoc, non necessitatis. Notandum est hic super illud, Vnus Deus, quòd Deus pót accipi multipliciter, scilicet falsa nuncupatione: & sic idola dicuntur Dii.

Psalm. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Hiere. 10. Dii qui cœlum, & terrá non fecerunt, pereãt de terra. Vera adoptione: & sic sancti dicunt Dii. Psal. 81. Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes, vos autem sicut &c. Mundana prælatione: & sic plati dicuntur dii. Exod. 22. Diis non detrahes. Io. 10. Si illos dixit deos, ad quos &c. Essentiæ proprietate: & sic trinitas dicit Deus. Deuter. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est. Item notandum, quòd Christus vnus sine pari multipliciter dicitur. Primo, vnus Deus propter naturam diuinitatis. Vnde sic nullus est Deus nisi vnus. Secundo, vnus creator, propter infinitatem potestatis. Eccl. 1. Vnus est altissimus creator omnium. Tertio, vnus homo propter singularem eminentiam sanctitatis. Psal. 13. Non est qui faciat bonum &c. Io. 11. Expedit vt vnus moriatur homo. Quarto, vnus dominus, propter gubernationem prælationis. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides &c. & hoc modo vnus dominus Iesus Christus. Quinto, vnus magister propter infusionem cognitionis. Matth. 23. Non vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Sexto, vnus pater propter productionem vniuersitatis. Matth. 23. Vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Septimo, vnus pastor propter generalem refectionem populi fidelis. Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Octauo, vna ostia propter singulare pretium nostræ redemptionis. Heb. 10. Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS monuit cauere ab edendo idolotita coram infirmis propter scandalum fratrum infirmorum, hic proponit se in exemplum, quia propter alios abstinet se a sibi licitis, scilicet ab acceptione sumptuum: vbi primo proponit multipliciter, quia licitum est sumptus accipere. Secundo, quòd nihilominus, non vult accipere, ibi; *Ego autem nullo horum usus sum &c.* In prima parte, quòd licitum sit sumptus accipere, probat tripliciter. Primo, per authoritatem. Secundo, per rationem, ibi. Si nos vobis spiritualia seminauimus &c. Tertio, per exemplorum similitudinem, ibi; *Nescitis quod hi qui &c.* In prima, primo, probat per authoritatem apostolicæ dignitatis. Secundo, per authoritatem humanæ consuetudinis, ibi; *Quis militat suis stipendiis &c.* Tertio, per authoritatem diuinæ legis, ibi; *Nunquid secundum hominem &c.* In prima, primo probat, quòd sit apostolus generaliter. Secundo, quòd sit apostolus eorum specialiter, ibi; *Et si aliis non sum apostolus.* Tertio, quòd potest accipere sumptus licite, ibi; *Nunquid non habemus &c.* In prima, primo quærit an habeat libertatem accipiendi sumptus. Secundo, an sit apostolus, ibi; *Non sum apostolus &c.* Tertio, probat duplici ratione, quòd sit liber, & apostolus, ibi; *Nonne dominum Iesum Christum &c.* Dicit ergo; *Non sum liber &c.* quasi dicat. Abstinete ab hoc licito, scilicet ab esu idolotitorum, quia ego etiam abstineo a stipendiis, cum tamen habeam libertatem accipiendi. Nunquid enim; *Non sum apostolus*, immo vere sum apostolus. Gal. 2. Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Est ergo ratio sua talis. Omnis apostolus ratione sui apostolatus habet libertatem accipiendi sumptus, sed ego sum apostolus: vtrumque probat postea, ergo &c. Deinde cum dicit; *Nonne dominum Iesum Christum &c.* Hic probat duplici ratione, quòd sit apostolus, primo, per causam. Secundo, per effectum, ibi; *Nonne opus meum &c.* Prima ratio sumitur ex parte Christi mittentis. Secunda ex parte Corinthiorum, quibus mittitur. Prima ratio talis est. Ego vidi dominum, qui me misit ad prædicandum, ergo sum apostolus. Et hoc est quod dicit; *Nonne &c.* quasi dicat. Vere sum apostolus; *Nonne dominum Iesum Christum vidi?* hoc dicit propter pseudo apostolos, qui dicebant ipsum non esse apostolum, quia non fuerat in societate domini sicut ce-

F teri apostoli. Ipse autem vidit eum iam immortalem, secundum Glo. Vel in via. Act. 9. Vel in templo. Act. 22. Vnde Act. 9. Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit quomodo in via vidisset dominum, infra. 15. Nouissime omnium tanquam abortiuo visus est & mihi; *Nonne opus meum &c.* Ecce secunda ratio talis. Vos estis conuersi ad fidẽ per me missum ad hoc. ergo sum apostolus; *Nonne opus meũ uos estis?* o Corinthii, sicut tẽplum architecti, supra. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Item vt filius opus genitoris, supra. 4. In Christo Iesu, per euangelium vos genui, op' inquam meum; *Et hoc in domino*, idest, domino cooperante. Vel in domino, idest ad gloriam domini, quasi dicat, sic estis. Deinde cum dicit; *Et si aliis apostolus &c.* Hic probat, quòd est apostolus eorum specialiter. Vbi primo, proponit, quòd est apostolus eorum specialiter. Secundo, probat hoc per effectum, ibi; *Nam sigillum apostolatus &c.* Tertio, ostendit, quòd per effectum illum defendit se esse apostolum, ibi; *Mea defensio ad eos &c.* Dicit ergo; *Et si &c.* q.d. Vere opus meum estis, quia; *Et si aliis*, scilicet Iudeis quorum legem euacuo; *Non sum*, idest, non videor esse; *Apostolus: sed tamen vobis sum*, qui per me conuersi estis specialiter. Ro. 11. Quandiu Gentium sum apostolus, ministerium meum honorificabo. Et vere vobis sum apostolus, nam; *Vos estis sigillum apostolatus mei*, idest, forma & sigillum, quia apostolatus meus impressus est in vobis, sicut forma sigilli in cera. Glos. in vobis apparet, quòd sum apostolus dum habetis per me, quod etiam per alios apostolos. 1. Cor. 9. Signa apostolatus mei facta sunt super vos. Vos estis, inquam; *In domino*, idest, domino principali authore, & vere ita est, quia mea defensio ad eos, qui me interrogant, vtrum. s. sim apostol°. s. hoc estis vos, per vos enim ostendo, me esse apostolum. Deinde cum dicit; *Nunquid non habemus &c.* Hic ostendit, quòd potest accipere sumptus licenter. Vbi primo, quærit an habeat hanc potestatem generaliter. Secundo, quantum ad personas determinatas specialiter, ibi; *Nunquid non habemus potestatem &c.* Tertio, an ipse, & Barnabas sint hac potestate priuati singulariter, ibi; *An ego solus &c.* Dicit ergo, nunquid &c. q. d. nam cum sim apostolus; *Nunquid non habemus*, ego & mei potestatem manducandi, & bibendi nostra, idest, viuendi stipendiis nostris? August.

I Permisit dominus, non iussit apostolis accipere necessaria a subditis. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem. s. fide; *Circunducendi nobiscum* propter sumptus ministrandos? Ambrosius in Glo. Mulieres desiderio doctrinæ dominicæ, & virtutum cupidæ, apostolos sequebantur, & ministrabant eis sumpt', & seruitia. Et similiter Christum secutæ sunt. Luc. 8. & 23. Sicut cæteri apostoli, vt habetur Act. 6. Et sicut fratres, idest, cognati domini, qui maiores sunt. Gal. 2. Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse &c. & Cephas, qui maximus est inter apostolos, vnde Cephas interpretatur caput. Ambrosius, Non hos reprehendit Apostolus, sed eorum more sibi probat licere, idcirco autem (vt ait Augustinus) dominus mulieres ministratras sequi voluit, ostendens, quid debetur a plebibus euangelistis. Vel ideo etiam, ne viderentur alienæ a salute. Aut; *Nunquid ego solus & Barnabas?* Isti enim fuerunt coniuncti ad prædicandum Gentibus. Act. 13. Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos; *Non habemus*, secundum opinionem vestram; *Potestatem*, hoc operandi, scilicet; *Mulieres circunducendi*, & sumptus accipiendi. q.d. immo habemus sicut alii, sed omnes alii licite accipiunt, ergo & nobis licet. Deinde cum dicit; *Quis militat suis stipendiis &c.* Hic secundo, probat, quòd licet accipere sumptus, per authoritatem humanæ consuetudinis: & primo in statu militis, sedo agricolæ, ibi; *Quis plantat vineam &c.* Tertio, pastoris, ibi; *Quis pascit gregem &c.* Militi comparatur platus pp subsidium, agricolæ propter verbum, pastori pp exemplum. Debet. n. subditos defendere suffragio, plantare verbo, pascere exemplo. Primum respicit extra ecclesiam existentes, ẽm ecclesiam intrantes, tertium in ecclesia commorantes. Dicit ergo; *Quis militat.* q.d. vtique habemus potestatem accipiendi sumptus, & merito; *Quis militat suis stipendiis.* q.d. vnquam nullus. Dabantur. n. militibus stipendia de republica. Vnde Ioan. dicit Lu. 3. Contenti estote stipendiis vestris. Sic prædicatores, & prælati accipere possunt sumptus a subditis. 1. Timot. 1. Vt milites in illis

in illis militiam bonam; *Quis enim plantat vineam, & de fructu* A *eius non edit?* Vinea domini est ecclesia. Esa. 5. Vinea domini sabaoth, domus Israel est. Apostoli enim fuerunt plantatores huius vineæ, supra. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit; *Quis etiam pascit gregem & de lacte eius non manducat?* Quasi dicat, nullus. Grex domini sunt fideles ecclesiæ. Ezec. 34. Vos greges pascuę meæ. Huius gregis pastores sunt prælati, & prædicatores. Vnde primo prelato dictũ ẽ. Pasce oues meas. Ioan. 21. Tales possunt pasci de lacte gregis, quia possunt accipere sumptus a subditis. Si ergo defendimus, plantamus, & pascim' more boni militis, boni agricolæ, boni pastoris, licet nobis sumptus accipere. Sed quia hodie multi sunt, qui stipendia accipiunt & non militant, edunt fructum vineæ, & non plantant, lac comedunt, & gregem non pascunt. Ezech. 34. Lac comedebatis, gregem autem meum non pascebatis. Notandum super illud, Nonne dominum Iesum vidi; quòd multiplicem domini legimus visionem. Vnam corporalem, quæ præteriit, de qua Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Secundam spiritualem, quæ præsens est. Psal. 45. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus &c. Tertiam æternalem, quæ futura est, de qua Io. 17. Volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum vt videant claritatem meam. Iob. 19. In carne mea videbo Deum. Quartam momentaneam, quæ etiam futura est, de qua Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna. Prima fuit in mundo, secunda in animo, tertia in cœlo erit, quarta erit in iudicio: Prima visio dat exemplum viuendi: secunda adiutorium proficiendi: tertia desiderium peruenendi: quarta odium peccandi. Prima dat exemplum viuendi tripliciter, quia visus est pauper & pannosus, vt refrenetur cupiditas diuitiarum. Psalm. Ego sum pauper & dolens &c. Et Psal. 68. Videant pauperes & lætentur. Sic viderunt pastores. Luc. 2. Vilis & abiectus. vt refrenetur ambitio honorum. Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideruimus eum virum despectum. Ideo dicitur Matth. 11. Discite a me, quia mitis, & humilis sum. Afflictus & passus, vt refrenetur concupiscentia voluptatum. Trenorum. 1. O vos omnes, qui transitis per viam, videte &c. Secunda visio dat adiutorium proficiendi tripliciter, quia dat robur pœnitentibus culpas, & D pœnas ostendendo sicut sol atomos. Dan. 5. Vidit Balthasar manum scribentis, Iob. 42. Nunc oculus meus videt te &c. Spem certantibus mercedem manifestando, sicut dominus operanti. Act. 7. Ecce video cœlos &c. Lætitiam contemplantibus prægustationes offerendo, sicut tabernarius modicum vini. Psalm. 33. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem, sicut Paulus hic. Tertia visio æternalis dat desiderium peruenendi propter tria, videlicet propter veram iocunditatem Esa. vlt. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, quia dulce lumen, & delectabile &c. Hoc significatum est Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino, propter iocunditatis multiplicitatem siue pluralitatem Esa. 60. Tũc videbis & afflues &c. quippe, Quia videbimus eum sicuti est, & ipse erit omnia in omnibus. Erit enim rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis, Propter puritatis æternitatem Apoca. vlt. Serui eius seruient illi, & videbunt faciem eius, & regnabunt in secula secu- E lorum. Psalm. Adimplebis me lætitia &c. Quarta visio dat odium, siue terrorem peccandi, propter tria, videlicet propter furtum propalandum coram iudice vidente. Malach. 3. Ecce veniet, & quis stabit ad videndum eum. Ipse enim quasi ignis conflans &c. Propter malefactorum sæueram vltionem. Latro enim videns socium suum suspendi, plus timet furari Hiere. 7. Ite ad locum meum in Sylo, & videte, quid fecerim ibi. Sylo interpretatur aululs. Apoca. 1. Vidi similem filio hominis. Et infra, Ex ore eius, quasi gladius ex vtraque parte acutus exibat &c. Propter visam bonorum præmiationem, videns enim clericus alium præbendari, quia bonus cauet a malo. Psalm. 106. Videbunt iusti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Deinde cum dicit; *Nunquid secundum hominem &c.* Hic probat tertio, quòd licet sumptus accipere per authoritatem diuinæ legis. Vbi primo, proponit, quòd lex hæc dicit.

Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hęc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique scripta sunt: qm̃ debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. B

Secundo, verbum legis ponit, ibi; *Scriptum est enim &c.* Tertio, qualiter intelligendum sit, ostendit, ibi; *Nunquid de bobus cura est &c.* Dicit ergo; *Nunquid &c.* quasi dicat, probaui ratione humanæ consuetudinis, quòd licet nobis sumptus accipere. Sed; *Nunquid secundum hominem*, idest, secundum humanam consuetudinem vel similitudinem tantum dico hoc? *an nõ lex* Moysi diuinitus promulgata hoc dicit? quasi dicat, immo dicit; *Scriptum est enim in lege Moysi* Deut. 25. Et habetur idem primæ Timo. 5; *Non alligabis os boui trituranti*, vt possit viuere de labore suo; idest, non prohibebis prædicatorem viuere de euangelio.

LECTIO II.

SI nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Si alii potestatis uestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi, Nescitis quoniam qui in sactario operantur, q̃ de sacrario

Triturare enim est separare granum a paleis, quod facit prædicator abstrahendo animas a terrenis, discernendo virtutes a vitiis, separando vtilia a vanis. Hier. 15. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Deinde cum dicit; *Nunquid de bobus &c.* Hic ostendit, qualiter dicta authoritas intelligenda sit. Et primo, quòd intelligenda sit literaliter de bobus. Secundo, quòd non tantum literaliter de bobus, sed spiritualiter de prædicatoribus, ibi; *An propter nos &c.* Tertio, replicat, quòd licet accipere sumptus, ibi; *Nam propter nos vtique scripta &c.* Dicit ergo; *Nunquid &c.* quasi dicat. Hæc authoritas de bobus spiritualibus, idest, prædicatoribus intelligitur; *Nunquid enim de bobus*, materialibus; *Cura est Deo.* vt de eis lege præcipiat? *An propter nos hoc utique dicit*, quasi dicat. Hoc vtique propter nos dicit: *Nam propter nos scripta sunt hæc* & similis Rom. 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; *Propter nos*, inquam, idcirco, quoniam prædicator, qui corda aperit ad fidem; *Debet arare in spe*, stipendiorum temporalium, non tamen propter spem hanc. Debet enim primum quærere regnum Dei; *Et qui triturat*, idest, bonos a malis, quasi grana a paleis discernit prædicando, scilicet, ad mores debet hoc facere. *In spe fructus percipiendi.* 2. Timoth. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, Eccle. 6. Is qui arat, & qui seminat accedit ad illam, & sustinet bonos fructus illius.

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS probauit per authoritatem, quòd licet accipere sumptus, hic probat idem per rationem. Et primo, probat hoc ex eorum obligatione. Secundo, ex pseudo Apostolorum accipientium ab eis comparatione, ibi; *Si alii potestatis vestræ &c.* Tertio, dicit, quòd nihilominus noluit vti hac potestate, ibi; *Sed non usi sumus &c.* Prima ratio talis est. Maius est dare spiritualia, quàm accipere temporalia. ergo si Apostolus dat spiritualia, licet ei accipere temporalia. Primo ergo, explicat beneficium impensum. Secundo, explicat stipendium exhibendum, ibi; *Magnum est si nos &c.* Dicit ergo; *Si nos &c.* quasi dicat, vere habemus potestatem accipiendi sumptus a vobis; *Si enim nos seminauimus vobis spiritualia*, fidem, scilicet, & sacramenta spiritum alentia a spiritu sancto ministrata; *Magnum est si nos metamus*, ad sustentationem nostram; *Carnalia*, idest, ad carnis sustentationem concessa. Quasi dicat, Non est magnum Rom. 15. Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent in carnalibus ministrare. Deinde cum dicit; *Si autem alii &c.* Ecce secunda ratio ad idem talis. Veri Apostoli licentius participant bona subditorum, quàm pseudo, sed pseudo Apostoli participant. ergo multo plus veri Apostoli participare debent. Primo ergo ponit antecedens. Secundo, consequens; ibi; *Quare non potius nos &c.* Dicit ergo; *Si autem alii*, scilicet, pseudo, quos non exprimit ex nomine, ne confundantur vocat eos alios, quasi a consortio alienos ecclesiæ. Omnes enim catholici vnum sunt Io. 17. Vt sint vnum &c. Si inquam; *Alii potestatis vestræ participes sunt*, idest, tam potenter vtuntur bonis vestris; *Quare non potius nos*; Apostoli, qui causa salutis vestræ laboramus? Eccle. 18. Da bono, & ne receperis peccatorem. Deinde cum dicit; *Sed non usi sumus.* Hic ostendit, quòd noluit vti hac potestate. Vbi dicit primo se sumptus, non accepisse. Secundo dicit, se nihil omnino indigisse,

ibi; *Sed omnia sustinemus &c.* Tertio, rationem vtriusque assi-
gnat, ibi; *Ne quod offendiculum &c.* Dicit ergo; *Sed non &c.* Quasi
dicat, Ecce patet, quòd licet nobis sumptus accipere; *Sed,* tamen
Vsi non sumus hac potestate, supra. 6. Omnia mihi licent, sed non
omnia expediunt; *Non sumus,* inquam; *Vsi,* non quia non indi-
geamus, sed omnia
sustinemus, qa &
penuria patiamur,
tamen patienter su-
stinemus. 2. Corin.
13. Cum essem apud
vos & egerem, nulli
onerosus fui. Et hoc
feci ideo; *Ne quod*
offendiculum demus
euangelio Christi. Hoc
autem posset accide
re, vel quia pseudo
apostolis daret exé-
plum accipiédi. Vel
quia Corinthii aua-
ri erant, & scandali-

sunt edunt? Et qui altario deser-
uiunt, cum altario participant?
Ita & dominus ordinauit his, qui
euangelium annuntiant, de euan-
gelio viuere.

LECTIO III.

EGo autem nullo horum
vsus sum. Non autem scri-
psi hæc, vt ita fiant in me.
Bonum est enim mihi magis mo-
ri, quàm vt gloriam meam, quis
euacuet. Nam & si euangelizaue-
ro, non est mihi gloria, necessitas
enim mihi incumbit. Væ enim mi-
hi est, si non euangelizauero. Si
enim volens hoc ago, mercedem
habeo, si autem inuitus, dispensa-
tio mihi credita est. Quæ est ergo
merces mea? vt euangelium præ-
G dicans sine sumptu, ponam euan-
gelium, vt non abutar potestate
mea in euangelio?

zarentur, si ab eis acciperent. Vel forte putarent se emisse licen-
tiam peccandi, & diminueretur in Apostolo authoritas arguen-
di, & his modis daret offendiculum euangelio Christi Prou. 15.
Via iustorum absque offendiculo. Deinde cum dicit; *Nescitis*
quoniam qui in sacrario &c. probauit, quòd licet sumptus acci-
pere, primo per authoritatem, secundo per rationem: tertio idé
probat hic per exemplorum multitudinem. Vbi primo, indu-
cit similitudinem eorum, qui templa reparant. Secundo eorum,
qui templo ministrant, ibi; *Et qui altari deseruiunt &c.* Tertio,
adaptat similitudinem his, qui prædicant, ibi; *Et dominus ordi-*
nauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere, quasi
dicat. Et vere licet mihi sumptus accipere; *Nescitis, quoniam*
qui in sacrario, idest, in templo Iudæorum vel Gentilium ope-
rantur, vt artifices, *quæ de sacrario sunt, edunt.* Sustentabantur
enim artifices de denariis, qui in gazophilacio templi offe-
rebanrur, vt patet tempore Ioas. 4. Reg. 12. *Et qui altario*
templi Hierosolymitani, vel etiam ipsi templo, vt sacerdotes;
Deseruiunt; idest, deuote seruiunt, vna enim de duodecim abu-
sionibus est, irreuerentia coram altari; *Cum altari participant,* quia
partem habent de his, quæ offeruntur in altari, vt patet per
totum Leuiticum, & maxime. 6. & 7. cap. Et sicut fit hic, ita &
dominus ordinauit, idest, rationabiliter disposuit his; *Qui euan-*
gelium annuntiant, de euangelio uiuere. Hoc ordinauit, dicens
Matth. 10. & Luc. 10. Dignus est enim operarius mercede sua.
Notandum est hic, quòd Apostolus nominibus multorum offi-
ciorum prædicatorem hic designat, quia vocat eum primo mi-
litem propter officium, ecclesiam contra aduersarios defenden-
do. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ &c. 2. Timo. 2. Labora si-
cut bonus miles Christi. Secundo, vinitorem, propter officium,
palmites superfluos, idest malos resecandi Oseę. 2. Dabo ei vi-
nitores eius ex eodem loco, Sed heu Can. 1. dicitur. Vineam
meam non custodiui. Tertio, pastorem propter officium, sub-
ditos bono exemplo pascendi. 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est
gregem. Sed heu, quia hodie impletur illud Zach. 11. O pa-
stor & idolum derelinquens gregem &c. Quarto bouem, pro-
pter officium maturitatis in omnibus procedendi. Prouerb. 14.
Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, Iob. 1. Boues arabant,
& asinæ pascebantur iuxta eos &c. Quinto, aratorem propter
officium corda ad fidem, & pœnitentiam aperiendi. Oseæ. 10.
Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob &c. Sexto, tritura-
torem, propter officium malos a bonis discernendi Esa. 41. Ego
posui te, quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ser-
rantia, & triturabis montes &c. Septimo, seminatorem, propter
officium frequenter, & vtiliter prædicandi Luc. 8. Exiit, qui
seminat seminare semen suum Psal. 125. Euntes ibãt &c. Octa-
uo, templi architectum, propter officium ecclesiam construendi,
& reparandi, supra. 3. Vt sapiens architectus fundamentum po-
sui &c. Nono, altaris ministrum, propter officium Deo deuotum
impendendi, supra. 4. Sic nos existimet homo &c. Quæritur
hic super illud; *Non sum liber,* Glo. Ipse enim apostolica di-
gnitate potestatem habens, non operari manibus, sed de euan-
gelio viuere. Contra, ergo qui prædicant, non habentes apo-
stolicam dignitatem, non possunt sine opere manuum de euan-
gelio viuere. Responsio, Glo. loquitur de potestate, qua po-
test inuitos ad hoc cogere, non de spontanea, qua potest a vo-
luntarie dantibus petere, & accipere. Item ex dicta Glo. vi-
detur, ꝙ prælati non teneantur manibus operari. Contra,
Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ipsi non sunt
exempti ab hac maledictione, ergo &c. Responsio, Tenentur
ad laborem spiritualem, non corporalem, tamen benefacerent

F si occuparent se in honestis, antequam vacarent. Item super
illud; *Nonne opus meum,* Glo. perfectum. Contra, Ipsi erant
imperfecti. Responsio, Opus perfectum dicebantur, quia eis
Apostolus prædicauerat, vel quia eos perfecte docuerat quan-
tum in se erat. Item super illud, Nunquid non habemus po-
testatem manducan
di. Contra, Mat.
10. Gratis accepi-
stis, gratis date.
Responsio, Gratis,
idest, sine pretio, sed
non sine stipendio.
Item super illud,
Quis pascit gregé,
glo. Ex euangelio
viuentes panem gra
tuitum manduca-
bant. Contra, sub-
diti tenebantur da-
re. Responsio, Gra
tuitus erat ex parte
recipientium, quia
humiliter, non potestatiue recipiebant, licet debitus ex parte
dantium. Item nunquid de bobus cura est Deo? Quasi dicat,
non. Contra, Sap. 6. Cura est illi de omnibus. Respon-
deo, Ibi loquitur de cura generali, scilicet prouidentiæ, hic de
speciali, scilicet disciplinæ. Item debet in spe, qui arat ara-
re. Contra, spes non est de visibilibus, sed æternis, Re-
sponsio, spes accipitur æquiuoce. Item in spe fructus perci-
piendi. Contra, non debet poni lucerna prædicationis, sub
modio rei temporalis. Respondeo. Prædicare in spe rei tem-
poralis, non est ponere lucernam sub modio, sed prædicare pro-
H pter spem. Item: si nos vobis seminauerimus spiritualia &c.
Contra, Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. ergo
qui seminat spiritualia, debet metere spiritualia nõ carnalia &c.
Respondeo, ibi loquitur de messione mercedis, hic de messione
stipendii.

LECTIO TERTIA.

SVPERIVS multipliciter probauit, ꝙ sibi licet accipere
sumptus, hîc ostendit, ꝙ nihilominus non vult accipere, sed
abstinere tribus rationibus. Primo, propter intentionem prę-
mii. Secundo, propter dilectionem euangelii, ibi; *Nam cum*
liber essem ex omnibus &c. Tertio, propter expeditionem cursus
sui, ibi; *Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt.* In prima, primo
dicit, quare non vult accipere, scilicet, ne gloria sua euacuetur.
Secundo, ostendit quòd accipiendo euacuaretur, ibi; *Nam si*
euangelizauero, non est mihi gloria &c. Tertio, quòd non accipien-
I do conseruabitur, ibi; *Quæ est ergo merces mea &c.* In prima,
primo ostendit, quòd potestate accipiendi vti noluit. Secundo,
quòd vti non intendit, ibi; *Non autem scripsi hoc, vt &c.* Dicit
ergo; *Ego autem &c.* quasi dicat, tot modis constat, quòd licet
mihi sumptus accipere, sed tamen ego nulla horum authoritate,
ratione, exemplo, ad accipiendum; *Vsus sum.* Ipse enim vel ab
aliis ecclesiis accipiebat vt. 2. Cor. 11. Alias ecclesias spoliaui &c.
vel manibus operabatur Act. 20. *Non autem &c.* Quasi dicat;
Non sum usus, sed nec vti volo. *Non enim scripsi hæc,* scili-
cet, ꝙ licet mihi accipere, *Vt ita fiant in me* sicut scripsi, idest,
vt ego accipiam, quia non quero datum, sed fructum. Dein-
de cum dicit; *Bonum est enim mihi &c* Hic ostendit, quare hoc
fecit, scilicet, ne gloria sua euacuetur. Vbi primo, multipli-
cat afflictionem corporalem. Secundo, supponit ei gloriæ di-
minutionem, ibi; *Quam vt gloriam &c.* Dicit ergo; *Bonum*
K *est &c.* quasi diceret non accipiam, nam si acciperem, gloriam
meam euacuarem, quod nullatenus facerem. Bonum est enim
mihi mori, non solum sumptuum egestate affligi, magis quàm
vt gloriam meam, quam habeo de gratuita sinceritate prædica-
tionis de præmio supererogationis, abstinendo a licitis, *quis*
euacuet ab aliquo importune accipiendo, vel propter sumptus
euangelicos. Multi tamen moderni doctores gloriam istam
euacuant, vel propter intentionem sumptuum, vel propter fa-
uorem humanum, dicente Iob. 12. Ducit sacerdotes inglorios,
& optimates supplantat. Notandum est hic, quòd gloria
amittitur septempliciter propter septem vitia. Nam gloria gu-
losorum euacuatur. Vnde hic dicitur, Bonum est enim mihi
magis &c. Gloria luxuriosorum maculatur Eccle. 7. Inclina-
sti fœmora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua. Glo-
ria superborum captiuatur. 1. Mach. 2. Vasa gloriæ eius capti-
ua ducta sunt. Gloria iracundorum intermittitur, Psal. 7. Si red
didi retribuentibus mihi mala &c. Et post, Persequatur inimi-
cus animam meam &c. Et post, Et gloriam meam in pulue-
rem

rem deducat. Gloria inuidorum excluditur Rom. 3. Vbi est glo-
riatio tua? Gloria auarorum annihilatur Psal. Ne timueris dum
diues factus erit homo &c. Gloria accidiosorum culpatur. 1.
Mac. 9. Moriamur in virtute propter fratres nostros, & non in-
feramus crimen gloriæ nostræ, Eccle. 13. Præcellens esto operi-
bus tuis, & ne de-
deris maculã in glo
ria tua. Ergo per
gulam, euacuatur
gloria sobrietatis,
per luxuriam: ma-
culatar gloria casti-
tatis: per superbiam,
captiuat gloria hu-
militatis: per iracun
diam, intermittitur
gloria mansuetudi-
nis: per inuidiam,
excludit gloria cha
ritatis: per auaritiã,
annihilatur gloria liberalitatis: per accidiam, culpatur gloria stre
nuitatis. De istis dicitur Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignomi-
niam commutabo. De primo exemplum in Esau. Gen. 25. In
Holoferne. Iudith. 13. De secundo in Salomone. 3. Reg. 11. De
tertio in Lucifero Esa. 14. De quarto in Achitofel. 2. Reg. 16.
De quinto in Cain Gene. 4. De sexto in Giezi. 4. Reg. 5. De
septimo in exploratoribus Num. 13. & 14. *Nam & si euan-*
gelizauero &c. Hic ostendit, quòd accipiendo sumptus eua-
cuaretur gloria eius, quia non supererogaret. Et est sua ratio
talis, Gloria, quæ est præminm supererogationis, non debetur
operibus necessitatis. ad quæ tenemur ex pręcepto, sed euan-
gelizare tenebatur ex præcepto. ergo ex hoc non habebat glo-
riam supererogationis, sed potius ex hoc, quòd non accipiebat
sumptus. Primo ergo, tangit gloriæ euacuationem. Secundo,
euacuationis rationem, ibi; *Necessitas enim mihi est &c.* Tertio,
rationis declarationem, ibi; *Vae enim mihi est &c.* Quarto, re-
cte euangelizantium mercedem ibi; *Si uolens hoc ago &c.* Dicit
ergo; *Nam si euangelizauero &c.* quasi diceret, vere euacuare-
tur gloria mea; *Nam si euangelizauero,* ita quòd sumptus ac-
cipiam; *Non est mihi gloria,* idest, supererogationis præmium;
Necessitas enim mihi incumbit. Act. 13. Vade, quoniam ad na-
tiones longe mittam te. Et vere necessitas. Væ enim mihi est,
idest, pœna transgressionis in me manet, si non euangelizauero
Esa. 6. Væ mihi, quia tacui. Aliter legitur secundum Glo. Et
hoc dupliciter. Primo modo sic; *Nam si &c.* quasi dicat, vtiq;
euacuaretur gloria mea cœlestis, scilicet, si ideo prædicarem, vt
sumptus acciperem; *Nam si euangelizauero* tantum, ita quòd non
ex dilectione Dei, & proximi hoc faciam, nec libera voluntate;
Non est mihi gloria apud Deum. Necessitas enim præcepti, quod
non audeo omittere; *Mihi incumbit,* vnde si solo timore seruili
prædico, væ enim, idest, æterna damnatio mihi est, si non euan-
gelizauero, sicut mihi iniunctum est; *Si autem uolens &c.* Quasi
dicat, si necessitate hoc facio, non est mihi gloria: si autem volẽs
hoc ago, idest, si voluntatem adiungo necessitati, mercedem ęter
nam habeo, ideo Psalm. 53. dicit, Voluntarie sacrificabo tibi, &
confitebor &c. *Si autem inuitus,* idest, solo præcepto coactus
euangelizo, *dispensatio mihi credita est,* sicut seruo, vt scilicet
dispensem ad aliorum vtilitatem, non meam, quasi dicat. aliis
proficio, non mihi. Intelligit enim hoc de dispensatione ser-
Ad frẽs in her. ser. 34. uili, non filiali, secundum Glo. Aug.† Nemo inuitus bene facit
& si bonum est, quod facit infra. 13. Si charitatem non habue-
ro, factus sum velut æs sonans &c. Secundo modo, legitur sic;
Nam si euangelizauero pro sumptibus accipiendis; *Non est mihi*
gloria, de supererogatione in prædicando. Peto enim contra
me Matt. 10. Gratis accepistis, gratis date: necessitas enim vitæ
sustentandæ, mihi incumbit, quia pro necessitate vitę prædico.
Ve enim mihi est, idest, famis cruciatio, si non euangelizauero.
Si autem volens, idest, si non pro victus necessitate, sed pro
charitate hoc ago, mercedem æternam habeo: si autem inuitus,
idest, pro necessitate coactus, dispensatio mihi credita est sicut
seruo &c. Deinde cum dicit; *Quae est ergo merces mea &c.* Hic
ostendit, quòd non capiendo sumptus gloria eius conseruatur.
Vbi primo, quærit, secundo soluit, ibi; *Vt euangelium praedi-*
cans &c. Dicit ergo; *Quae est merces mea,* idest, quid facien-
do mercedem accipiam, quia hoc est meritum mercedis, *Vt* scili
cet, ego prædicans euangelium sine sumptu, ponam, idest, stabi-
liam *Euangelium* Esa. 28. Ponet triticum per ordinem &c. Hoc
autem faciebat, secundum Glo. ne euangelium venale putare-
tur sine sumptu, inquam, & hoc vt non abutar potestate mea, id
est, mihi commissa in euangelio prædicando, quod esset si acci-
perem indistincte, quia perderem authoritatem libere arguendi;
quia Eccle. 20. exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi

LECTIO IIII.

NAm cum liber essem ex
omnibus, omnium me ser-
uum feci, ut plures lucri-
facerem. Et factus sum Iudæis, tan-
quam Iudæus, ut Iudæos lucrarer.
His qui sub lege sunt, quasi sub
lege essem, cum ipse non essem sub
lege, ut eos qui sub lege erant, lu-
crifacerem. His qui sine lege erãt,
tanquam sine lege essem, cum sine
lege Dei, non essem, sed in lege es-
sem Christi, ut lucrifacerem eos,
qui sine lege erant. Factus sum in-
firmis infirmus, ut infirmos lucri-
facerem. Omnibus omnia factus
sum, ut omnes facerem saluos.
Omnia autem facio propter euan-
B gelium, ut particeps eius efficiar.

A mutus in ore auertet correptionem. Ecclesiastica ergo vtilitas
implicatur in hac solutione, scilicet, confirmatio boni, quia vt
Euangelium prædicans: & declinatio mali, quia *ne abutar pote-*
state. Et notandum, quòd quatuor tetigit differentias eorum,
qui tenentur prædicare. Quidam enim tenentur, sed non euan-
gelizant; hi meren-
tur pœnam. Quidã
tenentur, & euange
lizant, sed coacti, hi
non merentur mer-
cedem, sed vitãt pœ
nam. Quidam te-
nentur & euangeli-
zant voluntarie, sed
accipiunt sumptus,
& hi merentur mer-
cedem, & vitant pœ
nam, sed nõ habent
supererogatiõis glo
riam. Quidam te-
nentur & euangelizant voluntarie, nec accipiunt sumptus, & hi
mercedem merentur, & vitant pœnam, & habent superoga-
tionis gloriam. Primum statum tangit, ibi; *Vae mihi est &c.*
secundum, ibi; *Nam si inuitus &c.* tertium, ibi; *Si autem uo-*
lens &c. quartum, ibi; *Quæ est ergo merces &c.*

LECTIO QVARTA.

SVPERIVS ostendit, quòd non vult sumptus accipere, &
hoc propter intentionem præmii, hic ostendit, quòd idem fe-
cit propter amorem euangelii. Vbi primo dicit, ꝙ omnium se
seruum fecit. Secundo, quòd omnibus se contemperare studuit,
ibi; *Et factus sum Iudæis &c.* Tertio, subdit causam quare hoc
C fecit, ibi; *Omnia autem facio propter euangelium &c.* In prima
implicat triplicem cõditionem commendabilem in seruitio: quæ
sunt generalitas, liberalitas, vtilitas. Seruit ergo gratis siue li-
beraliter, ibi; *Cum essem liber &c.* Generaliter, ibi; *Omnium*
me &c. Vtiliter, ibi; *Vt plures lucrifacerem &c.* Dicit ergo;
Nam cum essem &c. Quasi dicat, sine sumptu ponam euange-
lium, nam & maius feci, scilicet, quòd; *Cum liber essem ex omni-*
bus &c. idest, nullius meritis obnoxius; *Omnium me seruum feci,*
omnibus me contemperando, per vtilitatem, & quasi debitorem
constituendo. 2. Cor. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum, &
hoc *vt plures lucrifacerem,* idest, lucrum meæ prædicationis, &
seruitutis facerem. Quærebat enim non res, sed animas, 2. Cor.
12. Non quæro vestra, sed vos. Si enim commendabile est ser-
uire in temporalibus propter lucrum temporale, quanto plus in
spiritualibus propter lucrum spirituale? Deinde cum dicit;
Et factus sum Iudæis &c. Hic ostendit, quòd omnibus se con-
D temperare studuit. Et primo dicit, ꝙ contemperauit se nondum
conuersis, secundo, quòd etiam iam conuersis, ibi; *Factus sum*
infirmis &c. Tertio, quòd generaliter vniuersis, ibi; *Omnibus*
omnia factus sum &c. In prima, primo dicit, quòd contempe-
rauit se Iudæis. Secundo, quòd Samaritanis, ibi; *Et his, qui*
sub lege &c. Tertio, ꝙ Gentilibus, ibi; *His qui sine lege erant &c.*
In prima, primo tangit contemperationem. Secundo, contem-
perationis rationem, ibi; *Vt Iudæos &c.* Dicit ergo; *Et factus*
sum Iudæis, tanquam Iudæus, scilicet aliqua legalia seruando, si-
cut in discretione ciborum, in circuncisione Timothæi Act. 15. in
purificatione legali Act. 21. Potest autem hoc intelligi duplici-
ter. Vno modo secundum † Hieronymum; *Factus sum Iudæis* Ad Aug. in 2. to. Epist. 11.
tanquam Iudæus, per simulationis dispensationem. Simulabat
enim se seruare legalia aliqua, quæ tamen non seruabat. Alio
modo, secundum † Aug. *Factus sum Iudæis &c.* Vere enim con-
descendebat eis in obseruatione aliquorum legalium propter piã Aug. Epist. 19.
E compassionem, & hoc fecit, vt Iudæos lucraretur Christo, idest,
eos ad fidem Christi conuerteret. Deinde cum dicit; *Et his qui*
sub lege sunt &c. Hic dicit, quòd contemperabat se Samarita-
nis. Vbi notantur tria de ipso. Primo, eius sagacitas in hoc,
quòd se contemperabat, secundo eius libertas in hoc, quòd sub
lege non erat. Tertio, eius vtilitas in hoc, quòd lucrifaciebat.
Dicit ergo. Sum ẽt his, qui sub lege Moysi sunt, idest, Samarita-
nis, qui non sunt Iudæi, sed Assyrii, qui fuerunt adducti ad
inhabitandum terram Israel. 4. Reg. 17. Isti etiam erant sub le-
ge Moysi, quia tantum quinque libros Moysi recipiebant, his
ergo; *Factus sum quasi sub lege essem,* approbando, scilicet le-
gem, & ex ea docendo Christum; *Cum tamen ipse sub lege non*
essem, secundum literalem obseruantiam, vel seruiliter, quia
iusto non est lex posita. 1. Timo. 1. Et hoc ideo feci; *Vt eos, qui*
sub lege erant, scilicet ipsos Samaritanos; *Lucrifacerem,* eos ad
fidem Christi conuertendo. Deinde cum dicit; *His qui sine*
lege erant &c. Hic dicit, quòd contemperauit se Gentilibus. Vbi
primo

primo, tangit suam conformitatem. Secundo, suæ fidei veritatem, ibi; *Cum tamen sine lege &c.* Tertio, suæ intentionis rectitudinem ibi; *Vt lucrifacerem &c.* Et hoc est, *Et factus sum his, qui sine lege erant*, idest, Gentibus Rom. 2. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, tanquam sine lege essem, idest, assentiendo rationibus eorum, & bonis positionibus philosophorum vt patet Act. 17. Cum tamen *sine lege non essem* Rom. 7. Mente seruio legi Dei; *Sed in lege essem*, non Iudæa, sed *Christi*, qui est Deus, nõ aute Moyses. De qua Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis &c. Et hoc ideo feci; *Vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant*, Gentiles ad fidem conuertendo. O fœlix zelator. Gregorius, Nullum tale sacrificium, quale zelus animarum. Deinde cum dicit; *Factus sum infirmis &c.* Hic ostendit, quòd se contemperauit iam conuersis. Vbi primo, ponit modum bonum. Secundo, finem debitum, ibi; *Vt infirmos*. Dicit ergo; *Factus sum* etiam *infirmis*, in fide *infirmus*, a licitis abstinendo. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. Sic facit bonus medicus, qui comedit cibum infirmi, vt eum prouocet ad comedendum, & sic sanet. Et hoc feci; *Vt infirmos lucrifacerem* eos in fide roborando. Et breuiter; *Omnibus omnia factus sum*, quasi essem omnium sectarum. Ideo dicitur infra. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et hoc; *Vt omnes facerem saluos* Sapien. 18. In vestimento Poderis, quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat descriptus. Et. 2. Regum. 4. Elisæus contraxit se ad modum pueri, & sic suscitauit illum. Et quia secundum Boetium, omnis alteritas discors, similitudo vero appetenda est: ideo viri spirituales salua vitæ, & religionis suæ obseruantia, omnibus se debent conformare: Deinde cum dicit; *Omnia facio propter euangelium*. Superius ostendit, quòd omnibus se contemperare studuit, hic subdit rationem quare hoc facit, & hanc duplicem; Vnam ex parte euangelii, scilicet, vt cursum liberum habeat. Aliam ex parte sui, scilicet, vt promissum præmium obtineat, ibi; *Vt particeps &c.* Et hoc est, quod dicit; *Omnia autem facio propter euangelium* sine impedimento prædicandum; *Vt particeps eius*, idest, promissionum, quæ in eo continentur; *Efficiar* Matth. 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

LECTIO QVINTA.

SVperius ostendit, quòd proposuit a sumptibus abstinere. Primo, propter intentionem præmii. Secundo, propter amorem euangelii. Hic tertio, propter expeditionem cursus & agonis sui. Primo, quidem ostendit, quòd oportet in stadio expedite currere. Secundo, quòd similiter oportet in agone expedite certare, ibi; *Omnis enim, qui in agone &c.* Tertio, quòd ipse facit vtrumque, ibi; *Ego igitur sic curro &c.* In prima, primo ponit exemplum expedite currentium. Secundo, monet eos ad similiter currendum, ibi; *Sic currite &c.* In prima, primo tangit currendi exercitium. Secundo, conuenientiam currentium, ibi; *Omnes quidem currunt &c.* Tertio, differentiam peruenientium, ibi; *Sed vnus accipit brauium &c.* In primo, notatur conditio viatorum. In secundo, multitudo vocatorum. In tertio paucitas electorum. Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Conditionem vero viatorum describit a tribus. A certitudine, cum quærit; *Nescitis.* A breuitate cum addit; *In stadio.* A labore cum subdit; *Currunt.* Dicit ergo; *Nescitis*. Quod tripliciter continuatur. Primo modo, sic. Quasi dicat. Recte abstineo a sumptibus sumendis, vt particeps efficiar. Nam si non abstinerem a contrariis euangelio, non essem eius particeps; *Nescitis*, enim; *Quod hi &c.* Vel sic, Nescitis quòd hoc facio vt particeps euangelii efficiar, & vtique possum esse particeps. Nam non sic est de euangelii præmio, vel de cursus brauio, quia hic vnus accipit brauium, ibi vero omnes accipere possunt. Tertio modo sic; *Nescitis.* Quasi diceret, Ideo autem sic curro, quia licet multi currentes sint, pauci tamen sunt peruenientes. *Nescitis enim*; *Quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt*: In labore pares sunt; *Sed vnus* tantum *accipit brauium*, idest, præmium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autem stadium, 125. passus. Et dicitur stadium a stando, quia Hercules tot passus currebat, & postea stabat, & respirabat, in fine huius spacii ponebatur aliquid quod erat præmium cursus, vt

LECTIO V.

NEscitis quoniam hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnib⁹ se abstinet. & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitute redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

aequus & pannus purpureus, & hoc dicitur brauium. Et licet in hoc stadio omnes currerent, vnus tamen solus accipiebat brauium scilicet, qui citius perueniebat. Sic in cursu spirituali vnus tantum, scilicet perseuerans accipit brauium. Quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Deinde cum dicit; *Sic currite &c.* Monet eos ad currendum, Vbi implicat tria. Actum strenuum; *Currite.* Modum debitum, *Sic*. Finem optimum; *Vt comprehendatis.* Dicit ergo; *Sic &c.* quasi diceret, quia vn⁹ accipit brauium; *Sic currite* per viam veritatis perseuerantes; *Vt comprehendatis* brauium vitæ æternæ Heb. 12. Per patientiam curramus, ad propositum nobis certamen. Deinde cum dicit; *Omnis autem, qui in agone &c.* Ostendit, quòd in agone oportet expedite certare. Vbi primo, tangit agonizantium pugnam: secundo, pugnandi formam firmam, ibi; *Ab omnibus se abstinet &c.* Tertio, sic pugnantium mercedem debitã, ibi, *Et illi quidem ut corruptibilem &c.* Primum est necessitatis, scilicet, pugnare: secundum virtutis, scilicet, abstinere. Tertium fœlicitatis, scilicet, coronam accipere. Dicit ergo; *Omnis qui in agone &c.* quasi diceret, vere sic agendum est, quod patet exemplo: quia; *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus*, impedientibus, *Se abstinet*. Vnde & nudi agonizabant in palestra. Attende, vt Augustinus ait, quòd de rebus non laudandis multæ trahuntur similitudines. Deinde cum dicit; *Et illi quidem ut corruptibilem &c.* tangit pugnantium mercedem. Et primo, pugnantium materialiter. Secundo, pugnantium spiritualiter, ibi; *Nos autem incorruptam &c.* Dicit ergo; *Et illi quidem* abstinent; *Vt corruptibilem coronam accipiant*, quod modicum est; *Nos autem*, abstinere debemus, vt accipiamus; *Incorruptam*, scilicet coronam vitæ, de qua Iaco. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit &c. Deinde cum dicit; *Ego igitur sic curro &c.* ponit exemplum vtriusque, scilicet currendi, & pugnandi. Vbi primo, tangit cursum suum in profectu boni. Secundo, pugnam suam in victoria mali, ibi; *Sic pugno &c.* Tertio, rationem vtriusque facti, ibi; *Sed castigo &c.* Dicit ergo; *Ego igitur &c.* quasi dicat, quia talis corona seruatur: igitur; *Ego sic curro.* bonum operando; *Non quasi in incertum*, idest, vt sim incertus de præmio. In incertum enim currit, qui talia facit, vt de quibusdam sperare, ex aliis uero possit desperare. Omnia instruunt ad bonum, & persona apostolica, quæ notatur, ibi; *Ego*. Et forma implicita, quæ notatur, ibi; *Sic*. Et actio strenua, quæ notatur, ibi; *Curro*. Et merces sperata, quæ notatur, ibi; *Non quasi in incertum*. Phil. 2. Non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui; *Sic pugno* contra hostes, decertando contra malum; *Non quasi aerem verberans*, idest, non verbis tantum, sed factis. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute: supra cap. 4. Vel *non quasi aerem uerberans*, idest, non inaniter me fatigando, aduersarium non lædendo. Sic erit perfectus homo, si sic se habeat, vt sit intentus in confessione. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Deuotus in oratione. Matth. 6. Sic ergo orabitis. Pater noster qui es in cœlis &c. Efficax in prædicatione. Iac. 2. Sic loquimini, & sic facite. Hęc tria pertinent ad actum oris recti, ita tamen quòd confessio dirigitur Deo, & proximo, oratio soli Deo, prædicatio soli proximo. Fortis in pugnando. Vnde *sic pugno &c.* Apocal. Qui vicerit sic, vestietur veste alba. Patiens in sustinendo. Iudith. 8. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Cautus in seruando. Ios. 2. Ad montana conscendite, ne forte occurrant vobis reuertentes &c. Et sic ibitis viam vestram. Primum propter malum culpæ, scilicet, pugna. Secundum contra malum pœnæ, scilicet, patientia. Tertium contra malum tentationis, scilicet, cautela. Benignus in condonando. Matth. 18. Sic, non est voluntas ante patrẽ uestrũ &c. Inutilẽ se reputando. Luc. 17. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta &c. Solicitus, se discutiendo 1. 11. Probet autem se homo, & sic de pane illo edat &c. Primũ reprobat malitiam proximi. Secundum probat bonitatem Dei. Tertium dubietatem status proprii. Humilis, in obsequendo. Matth. 4. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Agilis, in proficiendo. Vnde hic, *Sic currite*, idest, proficite in bono, vt comprehendatis. Constans, in perseuerando. Vnde hic, Sic currite Phil. 4. Sic state in domino charissimi. Famosus, in conuersando supra. 4. Sic nos existimet homo &c. Primum respicit incipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes.

merantes. Quartum perfectos. Deinde cum dicit; *Sed castigo corpus meum &c.* tangit rationem prædictorum vtriusque. Vbi primo, tangit austeritatem vitæ. Secundo, commendationem doctrinæ, ibi; *Ne forte &c.* Tertio, rationem concordiæ vtriusq;, ibi; *Ipse reprobus &c.* Ergo implet facto, quod docet verbo, ne se damnet ore ꝓprio.

Et hoc est, quod dicit; *Sed castigo corpus meum*, per declinationem mali, motus carnis illicitos repri mendo. Castigo ergo, non occido, corpus meum, non tan tũ alienũ Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrũ; *Et in seruitutem redigo*, per operationem boni, corpus, scilicet, spiritui seruire cogendo, & sensualitatem rationi subiiciendo. sicut de beato Martino legitur. Carnem spiritui seruire cogebat, & & hoc facio; *Ne forte cum aliis prædicauerim &c.* Aug. † suo timore nos terruit Apostolus: quid enim faciet agnus vbi aries timet & tremit? *Ipse reprobus*, idest, a Deo reprobatus efficiar, quod turpe esset Rom. 2. Qui prædicas non furandum, furaris. De huiusmodi posset vere dici illud Iob. 4. Ecce docuisti plurimos &c. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti. Hic quæritur, ibi; *Melius est mihi mori &c.* Contra, gloria non euacuatur nisi per peccatum. ergo accipere esset ei peccatum, non ergo licitum. Respondeo, gloria essentialis, per hoc non euacuaretur, sed gloria accidentalis est de hoc opere supererogationis. Item: si euangelizauero, non est mihi gloria. Contra, euangelizanti, & sumpt⁹ accipienti debetur & aurea, & aureola. Sed Glo. exponit, quando euangelizatur ex necessitate timoris, vel ex cupiditate mercedis temporalis. Item super illud, Dispensatio mihi credita est Glo. Non debemus euangelizare, vt manducemus. Contra, Ergo prædicatores, quæstuarii peccant mortaliter, quia faciunt, quod non debent. Respondeo, si propter quæstum principaliter faciunt, peccant: sed si propter fructum spiritualem inde prouenientem, bene faciunt. Item ibidem Glo. propter regnum Dei debemus operari omnia, non solum sed cum regno Dei, mercedem temporalem meditari. Contra, ergo qui vadunt ad ecclesiam pro distributionibus, peccant? Respondeo, Verum est si solum vel principaliter propter hoc vadant. Item super hoc. Vt non abutar potestate. Glo. quod esset si acciperet, quod probauit supra eodem, quòd ei licet accipere. Respondeo: intelligendum est, si acciperetur indiscrete, & inordinate, & immoderate. Item omnium seruum me feci. Contra, supra. 6. Nolite serui efficri hominum. Respondeo: hic loquitur de seruitute charitatis, scilicet in bono, ibi de seruitute iniquitatis, scilicet, in malo. Item, factus sum Iudæis Iudæus Glo. in cibis accipiendis, vel non accipiendis. Contra, Glo. Iniuste ergo reprehendit Petrum de discretione ciborum Gal. 2. Immo bene, quia Petrus discernebat cum scandalo Gentium, scilicet, in locis Gentilium, Paulus autem non. Item ibidem Glo. propter scandalum Iudæorum circuncidit Timothæum Act. 16. Contra: veritas doctrinæ vitæ, & iustitiæ non debet dimitti propter scandalum. Respondeo, vsque ad diuulgationem euangelii non erat de veritate doctrinæ siue vitæ, ne homines circuncideretur, sed ne spem ponerent in circuncisione. Item vt omnes facerem saluos. Contra, sciebat non omnes saluandos. Respondeo: volebat omnes in particulari, idest, quemlibet per se, non omnes simul. Item super illud: omnes quidem currunt Glo. in spirituali agone: quotquot quidem currunt, si spiritualiter currunt, accipiunt: & qui prior venerit expectat, vt coronetur cum posteriori. Contra: vnusquisq; in morte coronatur. Respondeo. Hoc intelligitur, de gloria corporis non animæ. Item super illud, Ne forte cum prædicauerim Glo. Suo timore nos terret Apostolus. Contra. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Verum est timorem pœnæ, sed non timorem separationis siue offensæ.

De ver. apostoli ser. 21.

LECTIO PRIMA.

SVperius monuit abstinere ab idolotitis. Primo, propter vitandum scandalum fratrum infirmorum: cap. 8. Secundo, propter exemplum suum, qui abstinet propter alios ab acceptione sumptuum cap. 9. Hic tertio, monet ad idem ex consideratione pœnæ Iudæorum, in deserto idola venerantium, vbi exemplo pœnæ istorum. Primo, monet abstinere a perpetratione peccatorum similium. Secundo, specialiter a comestione idolis immolatorum, ibi; *Propter quod charissimi, fugite ab idolorum cultura &c.* In prima, primo ostendit, q̃ antiquitus Iudæis contigit. Secundo, propter quod, quia non propter se tantum, sed propter nos corrigendos ita euenit. Hæc autem in figura facta sunt nostri &c. Tertio, vt exemplo eorum caueant, concludit, ibi, Itaque qui se existimat stare &c. Ergo pœna timenda, causa memoranda, cautela adhibenda. In prima, primo ponit beneficia gratiæ eis impensa existentibus; in Aegypto. Secundo, præstita in deserto, ibi; *Et omnes eandem escam &c.* Tertio flagella, propter ingratitudinem inflictam, ibi; *Sed non in pluribus &c.* In prima tangit tria beneficia. Primum, in protectione nubis. Secundum, in transitu maris rubri, ibi; *Et omnes mare transierunt &c.* Tertium, in purgatione baptismatis, ibi; *Et omnes in Moyse &c.* Dicit ergo; *Nolo nos &c.* quasi dicat, sic agendum est sicut monui. Non enim sufficiunt sacramenta ecclesiæ suscepta, vobis postea peccantibus, sicut nec Iudæis Dei beneficia, quin postea punirentur; *Nolo enim uos ignorare &c.* Hoc dupliciter legitur. Vno modo de bonis, & malis communiter. Alio modo de malis specialiter. Primo modo sic: *Nolo uos ignorare, fratres, quoniam patres nostri*, institutores fidei nostræ, omnes tam boni, quàm mali; *Sub nube*, protegente: *Fuerunt*. Exod. 13. Dominus præcedebat eos ad ostendendum viam, per diem in columna nubis &c. Vel, *Sub nube*, idest, sub figura & vmbra Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum &c. Et omnes mare rubrum submersis hostibus transierunt, non de vna ripa, ad ripam oppositam, sed ad eandem vnde transierunt, quendam sinum maris; *Et omnes in Moyse*, id est, in ducatu Moysi; *Baptizati sunt in nube, & in mari*, idest, per visa signa illa purgati ab ignorantia. Vel a vitiis per fidem, scilicet, submersis Aegyptiis Exod. 14. Timuit populus dominum, & crediderunt domino & seruo suo Moysi. Vel; *Baptizati sunt*, idest, signum baptismi receperunt. Nam baptismus constat ex aqua, & spiritu Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. Nubes autem symbolum erat spiritus, mare vero aquæ, vt dicit Damascenus. Deinde cum dicit; *Et omnes eandem escam spiritualem &c.* post beneficia exhibita Israel de Aegypto exeunti: hic tangit beneficia exhibita in deserto. Et primo, beneficium mannæ. Secundo, beneficium aquæ, ibi; *Et omnes eundem potum &c.* Tertio, potus originem mirabilem, ibi; *Bibebant autem &c.* Quarto, originis significationem, ibi; *Petra autem &c.* Dicit ergo, *Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt* manna scilicet, de cœlo. Vocat autem eã spiritualem cum esset corporalis, quia miraculose fuit data: de hoc habetur Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis. Et omnes eundem potum spiritualem, idest, aquam de petra Num. 20. Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquam, Percussit petram, & fluxerunt aquæ, *Bibebant autem de petra spirituali*, quæ dicitur spiritualis propter effectum miraculosum, propter futuri signũ. Petra consequente eos. Dupliciter intelligitur; *Consequente*, idest, satisfaciente voluntati eorum Psal. 77. Desiderium eorum attulit eis. Aquæ enim vbique sequebantur eos Esa. 48. Aquam de petra produxit eis &c. Vel; *Consequente eos*, idest, veritatem sequentem significante; *Petra autem erat Christus*, non per substantiam, sed per significationem. Hic est lapis, quem reprobauerunt &c. Alio modo legitur de bonis breuiter sic; *Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri*, institutores fidei nostræ omnes boni spiritualiter. Vnde dicit patres nostri non illorum; *Sub nube fuerunt*, sicut prius; *Et omnes eandem escam manducauerunt*, spiritalem, idest, corpus Christi, in signo spiritualiter intellecto. Vnde eandem escam spiritalem manducauerunt, idem, scilicet, quod nos: sed aliam escam corporalem, quàm nos: & hoc quantum ad maiores in Christum credentes. Manducabant Christum spiritualiter, secundum illud. † Crede & manducasti; *Et omnes eundem potum biberunt*, scilicet Christi sanguinem in signo. Sic loquitur de signo, & potu spirituali per fidem, non de corporali; *Bibebant autem de spiritali &c.* sicut prius. Appetendus cibus, & potus, quia sufficiens. Vnde dicit; *Omnes manducauerunt.* Indeficiens, quia eundem. Vtilis, quia potus & cibus spiritualis: quod notatur in ipso nomine spiritualis &c. Deinde cum dicit; *Sed non in pluribus &c.* Post beneficia tangit flagella. Et primo, offensam. Secundo, pœnam, ibi; *Nam prostrati sunt.* Dicit ergo; *Sed non in pluribus &c.* q.d. his omnibus beneficiis vsi sunt Iudæi; *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*: in illis, scilicet, quĩ Deum offenderunt, sed tantum in duobus, scilicet, Caleph, & Iosue, quibus solis concessum est terram promissionis obtinere Num. 14. Mala. 1. Non est mihi voluntas in vobis.

CAP. X. LEC. I.

NOlo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes, sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto.

In Psal. 77.

Aug. super 10. tract. 25

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS ostendit, quid antiquis Iudæis contingit. hic ostendit, quòd non propter se tantum, sed propter nos corrigendos, ita euenit. Vbi primo ostendit, quòd propter nos corrigendos a peccato, prædicta facta sunt. Secundo, quòd propter hoc etiam scripta sunt, ibi; *Hæc autem omnia in figura &c.* In prima, ostendit, quòd ideo facta sunt, vt cohibeamur a peccato: & primo a peccato cordis. Secundo, a peccato operis, ibi, *neque idolatræ efficiamini &c.* Tertio a peccato oris, ibi; *Neque murmurauerit is sicut quidam &c.* In prima, primo, deterret per pœnã. Secundo, ex hoc dehortatur culpã, ibi; *Vt non simus concupiscentes &c.* Tertio, malos reducit ad memoriam, ibi; *Sicut & illi concupierunt &c.* Dicit ergo; *Hæc autem in figura facta sunt nostri*, non ficta, sed vere facta; *In figura*, inquam, ideo scilicet, vt nos considerantes illorum supplicia; *Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt*, de quibus Psal. 105. Concupierunt concupiscentiã in deserto Num. 11. dicitur, quòd vulgus promiscuum flagrauit desiderio carnium. Et notandum, quòd sicut in bonis longe melius est, quod figuratur, quàm ipsa figura, vt regnum cœlorum, quàm terra promissionis: ita in malis longe peius est, quod figuratur, quàm figura significans, secundum autem August. †illa supplicia, quæ sustinuerunt, figura gehennæ fuerunt, quæ omni pœna maior est. Hæc autem pertinent ad sapientes inter Corinthios, qui desiderio carnes comedebant in idolio, & scandalizabant infirmos. Vnde similes erant Iudæis, carnes desiderantibus in deserto, vnde digni erant etiam simili pœna. Deinde cum dicit; *Neque idolatræ &c.* Dehortatur peccatum operis, vbi tangit tria peccata. Primo idolatriæ, Secundo, fornicationis, ibi; *Neque fornicemur &c.* Tertio, diuinæ tentationis, ibi; *Neque tentemus &c.* In prima, primo dissuadet idolatriæ vitium. Secundo, deterret per exemplum, ibi; *Sicut quidam ex ipsis &c.* Tertio; explicat exemplum implicitum, ibi; *Quemadmodum scriptum est &c.* Dicit ergo; *Neque idolatrae efficiamini*, idolotitis vescendo in venerationem idoli, vel scandalum infirmorum; *Sicut quidam illorum*, supple idolatræ fuerunt Exod. 32. & Psalm. 105. Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile; *Quemadmodum scriptum est*, Exod. 32. *Sedit populus*, idest, quidam de populo; *Manducare, & bibere*, coram idolo, quibus similes sunt, qui comedunt idolotita, idola venerando; *Et surrexerunt ludere*, idest, ludos facere, sicut choreas, & huiusmodi in venerationem idoli. Vel; *Surrexerunt ludere*; idest, idolum adorare, quod est simile ludo puerorum, qui faciunt imagines luteas. Deinde cum dicit; *Neque fornicemur &c.* tangit peccatum fornicationis, vbi primo dissuadet tale peccatum, secundo deterret per exemplum culpæ, ibi; *Sicut quidam &c.* Tertio, pœnæ, ibi; *Et ceciderunt vna die*. Dicit ergo; *Neque fornicemur*, vt quidam ex vobis supra. 5. Omnino auditur fornicatio inter vos; *Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt*, cum Madianitis. s. Nume 25. Et ideo; *Ceciderunt una die.* 23. immo. 24. *Milia*. sed maior numerus, non excludit minorem, vnde non dicitur hic cum præcisione, vel forte vitium scriptorum est. Deinde cum dicit; *Neque tentemus Christum &c.* tangit peccatum diuinæ tentationis, quod dissuadet primo, verbo: secundo, exemplo, ibi; *Sicut quidam &c.* Tertio, supplicio, ibi; *Et a serpentibus &c.* Dicit ergo; *Neque tentemus Christum*. diffidendo de eius potentia, sicut illi qui in uobis desperant de resurrectione; *Sicut quidam eorum tentauerunt* Deum vel Christum in Moyse dicentes, Nunquid poterit parare mensam in deserto? *Et* ideo; *A serpentibus perierunt*, donec, scilicet serpens æneus erectus est, ad cuius aspectum sanabantur. De hoc habetur Num. 21. & Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum. Deinde cum dicit; *Neque murmurauerit is &c.* Post peccatum cordis, & operis, dehortatur peccatum oris. Vbi primo, dissuadet murmurationis vitium. Secundo, adducit quosdam in exemplum; & primo, culpæ, ibi; *Sicut quidam &c.* Secundo, pœnæ, ibi; *Et perierunt a serpentibus*. Dicit ergo; *Neque murmurauerit is*, contra me, vel minores contra maiores Sap. 1. Custodite vos a murmuratione; *Sicut quidam eorum murmurauerunt*, contra Moysen Num. 16. Murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, *Et* ideo; *Perierunt ab exterminatore*, ab angelo, scilicet, qui extra terminos terræ eos percussit Baruch. 3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Notandum super illud; *In Moyse baptizati sunt*, q̃ Dam. lib. 4. cap. de baptismo distinguit nouem genera baptismatũ, accipiẽdo baptismata large. Primũ, est aqua diluuii, de quo habetur Gen. 6. Secundum, mare rubrũ, de quo Exod. 14. Tertium, aqua expiationis, de qua Nume. 19. Quartũ, baptismus Ioannis, de quo Matt. 3. Quintum, baptismus, de quo Christus baptizatus fuit Luc. 3. Sextum, baptismus spiritusancti, super discipulos Act. 1. Vos autem baptizabimini spiritusancto. Septimum, baptismus pœnitentiæ, & contritionis, de quo Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo &c. Octauum, baptismus sanguinis, de quo Luc. 12. Baptisma habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur. Nonum, baptismus aquæ, & spiritus, de quo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritusancti. Deinde cum dicit; *Hæc autem omnia in figura &c.* Habito, quòd propter nos prædicta facta sunt, hic ostendit, quòd propter nos etiam scripta sunt. Et primo, quòd in significatione. Secundo, quòd in correctione, ibi; *Scripta sunt autem &c.* Dicit ergo; *Hæc autem &c.* quasi dicat, Ista contigerunt illis, & hoc non tantum propter sua peccata, non autem pro se, sed; *Omnia in figura* nostri, scilicet; *Contingebant illis*: erat enim tunc tempus figurarum. Deinde cum dicit; *Scripta sunt autem ad correctionem*. Tangit, quòd scripta sunt ad correctionem nostram. Vbi implicantur tria incertantia ad correctionem nostram. Primo, antiquorum exempla, quæ notantur in scripturis. Secundo, exemplorum causa, quæ est correctio nostra. Tertio, ætas nouissima, quæ est finis seculorum. Dicit ergo; *Scripta sunt autem ad correctionem nostram*, quia quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt Roma. 15. Nos dico; *In quos fines seculorum deuenerunt*, idest, sexta ætas, quæ est vltima ætas laborantium. 1. Ioan. 2. Filioli mei, nouissima hora est. Quia ergo in vltima seculi ætate sumus, tot exemplis priorum corrigi debemus. Vel; *In quos fines seculorum deuenerunt*, idest, in quibus per fidem, & amorem Christi finita est secularitas: quia Phil. 3. dicitur, Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde temporalia non promittuntur tempore gratiæ, sicut tempore legis. Vnde nec in pactum deducuntur, sed adiiciuntur, Matth. 6. Primum quærite regnum Dei &c. Sed antiquitus erant in pactum Esa. 1. Si volueritis, & audieritis &c. Ecce ergo exempla certa, quia scripta sunt: vtilia, quia ad correctionem nostram: durabilia, quia in quos fines &c.

LECTIO II.

HAec autem, in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentib° perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autẽ ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

LECTIO III.

ITaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis aũt De° est, qui nõ patietur vos tentari, supra id q̃d potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouẽtũ, vt possitis sustinere.

LECTIO TERTIA.

HABITA primo Iudæorum punitione. Secundo, punitionis ratione. Hic tertio concludit, quòd exemplo eorum debent a malo cauere, vbi primo monet, vt caueant casum. Secundo, cauendi docet modum, ibi; *Vos non apprehendat &c.* Tertio, promittit firmum adiutorium, ibi; *Fidelis autem Deus est &c.* In primo, implicat quatuor solicitantia sapientem, scilicet, multitudinem cadentium, cum dicit; *Itaque*. Incertitudinem stantium, cum subdit; *Qui se existimat stare &c.* Necessitatem cautelæ, cum addit; *Videat*. Facilitatem ruinæ, cum dicit; *Ne cadat*. Dicit ergo; *Itaque &c.* Quasi dicat, Illi & si beneficiis Dei vsi sunt, nihilominus propter peccata perierunt. *Itaque* ex eorum consideratione; *Qui existimat*, aliqua coniecturatione; *Se stare*, idest, quòd sit in gratia, & charitate; *Videat*, diligenti attentione; *Ne cadat* peccando, vel alios faciendo peccare Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer Psal. 90. Cadent a latere tuo mille &c. Ideo Ephe. 5. Videte, quomodo caute ambuletis. Deinde cum dicit; *Tentatio uos non apprehendat &c.* Docet modum cauendi causam, scilicet, cauendo tentationem. Vbi primo, docet aliquam tentationem fugiendam. Secundo, aliquam sustinendam, ibi; *Nisi humana*. Primo, notificat, quia pulsat vt introeat. Vnde dicitur; *Tentatio*. Secundo, quia impugnat, vt præualeat. Vnde subditur; *Non uos apprehendat*. Dicit ergo; *Tentatio &c.* Quasi diceret, ne cadatis; *Tentatio*, scilicet, peccati; *Non uos apprehendat* trahendo in consensum peccati; *Nisi humana*. hoc dupliciter exponitur. Vno modo, de tentatione interiori mala, & tunc est permissio, quasi dicat, nulla peccati dilectio vos apprehendat, nisi forte de malis, sine qua vita humana non ducitur. Non enim est homo, qui semper faciat bonum, & non peccet. 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Alio modo exponitur de tentatione exterioris boni. Et tunc est exhortatio, sic, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, scilicet tribulationum præsentium propter Christum tolerantia. Aug. †Propter Christũ pati humana tentatio est. Thob. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Deinde cum dicit; *Fidelis Deus*. Ostendit paratum adiutorium in tentatione. Vbi commendat Deum adiutorem, qui dat nobis resistendi potentiam. quod notatur ibi; *Sed faciet cum tentatione &c.* Perseuerantiam, quod notatur, ibi; *Vt possitis sustinere*, Vere fidelis Deus, qui dat potentiam, ne vincamur, gratiam vt mereamur, constantiam vt vincamus. Dicit ergo; *Fidelis &c.* Quasi diceret, vos ad hoc hortor & moneo, quod potestis. Fidelis dominus in omnibus verbis suis; *Qui non patietur uos tentari supra id, quod potestis*: quod vtique posset diabolus, si permitteretur, quia non est potestas super terrã, quæ ei cõparetur. Iob. 41. & Esa. 40. Dat lasso virtutem. Ideo Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis. Aug. † Qui dat diabolo tentandi licentiam, ipse dat tentatis misericordiam; *Prouentum*, inquam; *Ita vt possitis sustinere*, ne deficiatis in lucta, sed vincatis: quod fit per humilitatem, vt dicit Aug. Illi enim non crepant in fornace, qui non habent ventum superbiæ. Notandum est super illud, Qui se existimat stare &c. quod ad casum impellunt nos, primo, debilitas virium, sicut cadunt pueri, decrepiti, infirmi Esa. 40. In infirmitate cadent, quod contingit per tepiditatem bene operandi, & instabilitatem. Secundo, onus peccatorũ, sicut cadunt asini sub onere nimio Psal. 35. Ceciderũt qui operantur iniquitatem, quod contingit per negligentiam pœnitendi: quia peccatum, quod per pœnitentiam &c. Tertio, multitudo trahentium, sicut arbor vel domus multis trahentibus deorsum cadit. supra eodem, Neque fornicemur &c. quod contingit per impulsum hostium. Quarto, lubricitas viarum sicut incauti cadunt in lubrico Eccles. 28. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas, & in conspectu &c. Quod contingit per incautam custodiam sensuum. Quinto, varietas offendiculorum, sicut auis capta, in medio laqueorũ Psal. 19. Hi in curribus &c. Prou. 24. Septies in die cadit iustus. quod contingit per corruptionem creaturarum. Sexto, ignorantia agendorum, sicut cæci cadunt de facili Matth. 15. Si cæcus cæco ducatum præstet &c. quod contingit per negligentiam addiscendi necessaria. Septimo, exempla cadentium, sicut angeli ad exemplum Luciferi Psal. 90. Cadent a latere tuo mille &c. Prou. 25. Fons turbatus pede & vena corrupta, iustus cadens coram impio, quia contingit per imitationem malorum. Octauo, ponderositas corporum, corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam, sicut lapis in collo natantis Iob. 14. Mons cadens defluit, quod contingit per carnis fomentum superfluum.

In q̃onibus vet. & nou. test. q. 99.

In Ps. 61. circa fin.

LECTIO IIII.

PRopter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, vosipsi iudicate, quod dico, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus.

CAPVT X.

cum dicit; *Propter quod*. Secundo, allicit blandiendo, cum subdit; *Charissimi mei*. Tertio, instruit exhortando, cum addit; *Fugite &c.* Dicit ergo; *Propter quod &c.* Quasi diceret, quia sacramenta sola non saluant, & qui cadit punitur, & auxilium Dei non deest, propter quod charissimi mei; *Fugite ab idolorum cultura*, idest, ab omni idoli veneratione Glos. Ideo hos Aposto. hortatur fugere ab idolatriæ superstitione, vel ne sapientes comedãt idolotita, cũ offendiculo infirmorum, quibus idolatrare videretur. Vel ne ipsi infirmi idolatræ sint, edendo in idoli veneratione. Fugite ergo ab idolorum cultura. Vel putatiua, quo ad esum sapientium: vel vera quo ad esum infirmorum. Deinde cum dicit; *Vt prudentibus loquor &c.* Monet cauere ab idolotitorum comestione ex communione sacramenti altaris. Vbi primo, quod dicturus est supponit eorum iudicio. Secundo, ostendit, quid est illud, scilicet, quòd per communionem eucharistiæ efficimur vnum cum Christo, ibi; *Calix benedictionis &c.* Tertio, probat, quòd ita est, quòd omnes sumus vnum in corpore eius mystico, ibi; *Quoniam unus panis &c.* Dicit ergo; *Vt prudentibus &c.* quasi dicat. Vt fugiatis; *Loquor*, vobis; *Vt prudentibus*. Vel sic; *Loquor*, vobis altum quid, scilicet, quod sequitur; *Vt prudentibus*. Vel sic loquor infirmis, scilicet, qui sunt inter vos, vt supra locutus sum prudentibus. Et ideo; *Vos ipsi*, maiores; *Iudicate quod dico*, Iob. 21. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo; *Iudicate*, inquam, hoc quod sequitur; *Calix benedictionis*, idest, potus calicis, per quem participantes benedicuntur Luc. 22. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic calix &c. *Cui benedicimus*, idest, quod nos fideles exaltamus credendo, & gratias agendo. Vel; *Cui benedicimus*, idest, quem nos sacerdotes consecramus; *Nonne communicatio sanguinis Christi est?* faciens nos vnum cum ipso, secundum illud Augu. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Est ergo sua ratio talis. Sicut participans calicem domini fit vnum cum eo, sic participans calicem dæmoniorum fit vnum cum eis, sed dæmonum vnitas est maxime fugienda, ergo & participatio idolotitorum in eorum veneratione. Et ideo fugite ab idolorum cultura; *Et panis quem frangimus*, idest, sumptio panis fracti in altari; *Nonne participatio corporis domini est?* faciens nos vnum cum Christo: quia sub specie panis sumitur corpus Christi. Deinde cum dicit; *Quoniam unus panis &c.* Ostendit, quòd omnes sumus vnum in corpore eius mystico. Vbi proponit, primo vnitatem. Secundo, subdit vnitatis rationem, ibi; *Omnes qui de uno &c.* In prima, tangit duplicem vnitatem. Primam incorporationis, qua in Christum transformamur, cum dicit; *Vnus panis &c.* Aliam vitæ, & sensus, quam a Christo capite accipimus, cum addit; *Et unum corpus &c.* Dicit ergo; *Quoniam unus &c.* quasi dicat, per hoc patet, quòd vnum sumus cum Christo, quoniam; *Vnus panis*, vnione fidei, spei & charitatis; *Et unum corpus multi sumus*, per subministrationem operum charitatis. Corpus, scilicet, illius capitis, qui est Christus; *Multi*, dico, scilicet, omnes; *Qui de vno pane*, idest, corporis Christi; *Et de vno calice*, idest, sanguine; *Participamus* digna participatione, scilicet spirituali, non tantum sacramentali Aug. † Accipite, quia vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo, quòd sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulatis, connectitur. De ista vnitate infra. 12. dicitur. Hic quæritur super illo, Omnes in Moyse baptizati Glo. per visa illa legalia purgati. Contra, legalia non iustificabant. Respondeo, iustificabant dispositiue a remotis, non causatiue, quia per modum signi, non causæ. Item super illud. Petra autem erat Christus Glo. Non petra dedit aquas, sed Christus. Contra Num. 20. Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquas. Respondeo, Petra dabat originaliter, non effectiue. Item super illud, Omnes eandem escam: Glo. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in æternum, scilicet, qui manducat corde, non qui præmit ore. Contra, ergo non oportet sacramentaliter manducare. Respondeo, non qui præmit ore solum, scilicet. Item super illud, Eundem potum spiritalem Glo. Idem est effectus in illis sacramentis, sed non tantum quantum in nostris. Contra, sacramenta vetera non efficiebant, quod figurabant. Respondeo, idem est effectus, sed aliter: nam illorum per modum signi: nostrorum per modum causæ. Item super illud, Hæc autem in figura facta sunt: Glo. Omnes pœnæ minores

Super. 10. tract. 25.

LECTIO QVARTA.

SVPERIVS ex consideratione Iudæorum pœnæ, monuit abstinere a porpetratione peccatorum similium: hic spetialiter monet cauere a comestione idolis immolatorum. Vbi primo, ponit commonitionem cauendi ab idolotitis. Secundo, subdit causam commonitionis, ibi; *Quod ergo dico &c.* Tertio, docet modum cauendi a dictis, ibi; *Omne quod in macello venit, manducate &c.* In prima, cauere ab idolotitorum comestione monet. Primo ex timore pœnæ consimilis. Secundo, ex communione sancti altaris, ibi; *Vt prudentibus loquor &c.* Tertio, ex similitudine sacrificii legalis, ibi; *Videte Israel secundum carnem &c.* In prima, vt eius obediant dictis. Primo, arguit inferendo,

minores ſunt gehenna. Contra, Carentia uiſionis Dei maior eſt, quam gehenna, ſecundum Chryſoſt. Reſpondeo, loquitur de pœnis temporalibus. Item ſuper illud, Qui ſtat, uideat ne cadat Glo. Non quòd ſit aliquis ſine caſu. Contra, multi ſunt ſine mortali. Reſpondeo, duplex eſt caſus, unus a domino per mortale, alter in domino per ueniale. Item ſuper illud, Fidelis Deus. Glo. Qui dat tentandi diabolo licentiam, dat tentatis miſericordiam. Contra, quòd ſit de licentia, licet ſit. Ergo licet diabolo tentare. Reſpondeo, licentia accipitur hic p̃ permiſſione, non pro conceſſione. Item uoſipſi iudicate. Contra, non eſt inferiorum iudicare de factis ſuperiorum. Reſpondeo, non debent iudicare iudicio ſuperordinationis, ſed licet iudicio diſcretionis. Item ſuper illud, Benedicimus Glo. Nos ſacerdotes. Contra, Quod minus eſt a maiori benedicitur. Reſpondeo, in ſacramento altaris, benedictio ſacerdotis fertur ſuper terminum a quo, id eſt, ſuper panem, non ſuper terminum, ad quem, id eſt, corpus Chriſti. Item. Panis, quem frangimus, &c. Contra, iam tunc non eſt ibi panis. Reſpondeo, ponitur ſignificatum pro ſigno, id eſt panis, pro ſpecie panis. Item ſuper illud. Nonne participatio, &c. Glo. per partes manducatur in ſacramento, & manet integer in cælo. Contra, Chriſtus ſub ſacramento eſt impartibilis. Reſpondeo, manducatur per partes ſacramenti, non ſui. Item ibidem Glo. in illo ſacramento corpus ſuum & ſanguinem commendauit, quod eſt, fecit nos ipſos. Contra, fecit nos corpus Chriſti uerum. Reſpondeo, quod id eſt cuius ſignificatum: unde relatio eſt ſimplex.

LECTIO QVINTA.

SVPERIVS monuit abſtinere a comeſtione idolotitorum. Primo ex timore pœnæ conſimilis. Secundo ex communione altaris: hic tertio monet ad idem ex ſimilitudine ſacrificii legalis. Vbi primo excitat attentionem. Secundo oſtendit propoſitum, ibi; *Nonne qui edunt hoſtias.* Dicit ergo; *uidete.* Hoc dupliciter legitur. Vno modo de ſacrificiis Iudæorum. Alio modo de ritu gentilium. Primo modo hoc, quòd dico, Iſrael eſt accuſatiui caſus. Alio modo uocatiui. Primo modo ſic, Quaſi dicat; Multi unum corpus ſumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Et hoc patet per hanc ſimilitudinem; *Videte Iſrael ſecundum carnem,* ſupple ambulantem, id eſt carnalibus ſacrificiis deſeruientem. Hoc dicit ad differentiam Iſrael ſecundum ſpiritum. De utroq; Rom. 2. Non enim, qui in manifeſto Iudæus, &c. *Nonne qui edunt hoſtias* legales; *Participes ſunt altaris* legalis? Sicut qui edunt carnem Chriſti & ſanguinẽ, participes ſunt corporis ei⁹. Secundo modo legitur ſic; *Videte, o Iſrael,* o uos qui eſtis Iſrael, ſpiritualis uidentis ſcilicet Deum; *uidete* inquam, ea quæ ſunt; *Secundum carnem,* id eſt in idololatriæ ritu carnali; *Nonne qui edunt hoſtias* idolis, ſcilicet, immolatas; *Participes ſunt altaris* dæmonum & idolorum? Quaſi dicat ſic. Eſt ergo ſua ratio talis, *Qui edunt hoſtias* oblatas altari; *participes ſunt altaris.* A ſimili, qui edunt hoſtias immolatas idolis, participes ſunt idolorum ſiue dæmoniorum. Deinde cum dicit; *Quid ergo dico, &c.* Superius poſuit monitionem cauendi ab idolotitorum comeſtione, hic ponit K cauſam admonitionis. Ponit autem quatuor cauſas quare debent ab idolotitis abſtinere. Primo, propter uitandã dæmonis ſocietatem. Secundo, propter uitandam ſacrę communionis excluſionem, ibi; *Quia non poteſtis calicem domini bibere, &c.* Tertio, propter uitandam Dei indignationem, ibi; *An æmulamur dominum, &c.* Quarto, propter fratrum læſionem, ibi; *Omnia mihi licent, &c.* In prima, primo oſtendit per hoc, quòd non dicit hoc, eo quòd alicuius uirtutis reputet idolum, uel idolotitum. Secundo, quòd potius ideo, quia dæmonibus eſt immolatum, ibi; *Sed quæ immolant, &c.* Tertio, quòd non uult eos eſſe ſocios dæmonum, ibi; *Nolo autem uos ſocios, &c.* Dicit ergo; *Quid ergo?* Quaſi dicat, Moneo cauere ab idolotitis; *Quid ergo dico,* id eſt, quid dicere uideor hoc monendo? Nunquid hoc, ſupple quòd illud; *quod idolis eſt immolatum ſit aliquid* uel alicuius uirtutis, ut noceat; *aut quod idolum ſit aliquid* ueneratione dignũ? Quaſi dicat, Non. Pſal. 134. Neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum; *Sed* hoc potius dico; *quòd quæ immolant gentes* idolo; *dæmoni immolant, & non Deo.* Pſal. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Deut. 32. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo. Deinde cum dicit; *Nolo autem uos fieri, &c.* Oſtendit, quòd non uult eos fieri ſocios dæmonum, quod fieret ſi communicarent menſæ idolorum. Et hoc eſt, quod dicit. *Nolo autem uos* qui fideles eſtis *Socios fieri dæmonum,* edendo, ſcilicet, de his, quæ idolis immolãtur, ſecũdæ Corinthiorum ſexto. Quę ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? Deinde cum dicit; *Non poteſtis calicem, &c.* Ecce ſecũda ratio, quare abſtinẽdum eſt ab idolotitis, quæ eſt talis. Omne quod excludit a communione corporis & ſanguinis Chriſti, uitandum eſt: Comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi, ergo uitanda eſt. Primo ergo oſtendit, quòd huiuſmodi comeſtio excludit a communione ſanguinis Chriſti. Secundo, quòd & a communione corporis Chriſti, ibi; *Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, &c.* Dicit ergo; *Non poteſtis, &c.* Quaſi dicat; *Nolo uos fieri ſocios dæmoniorum.* Hoc autem ideo dicit, quia; *Non poteſtis calicem domini bibere* potu ſpirituali, non ſacramentali tantum. Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam; *Et calicem dæmoniorum* ſimul, & hoc quoad ſacramentum ſanguinis; *Non poteſtis menſæ domini participes eſſe* quoad ſacramentum corporis; *Et menſæ dæmoniorum.*

Fieri dæmoniorum. Non poteſtis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ demoniorum. An emulamur dominũ? Nunqd fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.

H Mat. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ecce ergo calix fructuoſus, quia ad bibendum ſpiritualiter pretioſus, quia domini ſpecialiter purus & mundus: quia non datur immundis utiliter. Similiter poteſt dici demenſa. Deinde cum dicit; *An æmulamur dominum, &c.* Ecce tertia ratio talis. Omne illud quod prouocat iram Dei, uitandum eſt: Comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi, ergo uitanda eſt. Primo ergo oſtendit, quòd Deus prouocatur ex tali comeſtione. Secundo, quòd ſtultum eſt eum prouocare, ibi; *Nunquid fortiores illo, &c.* Dicit ergo; *An æmulamur,* id eſt, ad iram prouocare uolumus; *Dominum* comedendo idolotita? Vel ſic; *An æmulamur dominum,* id eſt, inuidemus ei, ut quaſi in contemptum eius hoc faciamus? Deut. 32. Prouocauerunt eum in diis. *Nunquid,* quaſi dicat, Non debemus eum prouocare; *Nunquid illo fortiores ſumus?* quaſi dicat, Non. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, rob uſtiſſimus eſt. Fatuum eſt enim prouocare fortiorem ſe. Notandum ſuper illud, Nolo autem uos ſocios fieri, quod eſt ſocietas bona & I mala, & utraque quadruplex. Eſt ergo ſocietas bona. prima perſonarum diuinarum, de qua primæ Ioannis primo, Vt ſocietatem habeamus cum Deo, & ſocietas noſtra ſit cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. Et hoc exigit ſumma iucunditas, quia nullius rei ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. Secunda angelorum ſanctorum, de qua Thobiæ 5. Credo enim, quòd angelus Dei bonus comitetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Hieronymus, Magna eſt dignitas animarum, &c. Tertia, uirorum iuſtorum, de qua Galat. 2. Iacobus, & Ioannes dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Et hoc exigit noſtra utilitas Eccleſ. 4. Melius eſt duos, &c. Quarta beatorum, de qua Apocalypſis primo, Ego Ioannes ſocius ueſter & frater in tribulatione & regno, & hoc exigit communis fœlicitas, quia ſi ſocii ſumus paſſionis, erimus & conſolationis, ſupra primo. Societas mala ſimiliter quadruplex. Prima, a parte malorum, de qua Eſa. primo, Principes tui infideles ſocii furum. Hæc eſt ſocietas Herodis & Pilati in cruciſixione Chriſti. Secunda hypocritarum, de qua Iob. 30. Frater fui draconum & ſocius ſtrutionum, quæ alas habere uidetur & uolare non poteſt. Hæc eſt ſocietas uulpis & lupi. Tertia dæmonum, de qua Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius ſocii eius, qui non eſt: hæc ſocietas catti & muris, carnificis & bouis. Quarta damnatorum, de qua ſecundæ Corinthiorum ſexto. Quæ ſocietas lucis ad tenebras, hæc eſt ſocietas incarceratorum in igne. Deinde cum dicit; *Omnia mihi licent, &c.* Ponitur quarta ratio talis. Omne illud, quod lædit proximorum ſalutem uitandum eſt: ſed comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi; ergo uitanda eſt. Primo oſtendit, quòd talis comeſtio comedenti non proficit. Secundo, quòd alterum lædit, ibi; *Omnia mihi licent, &c.* Dicit ergo; *Omnia mihi, &c.* quaſi dicat. Si illos peccare dicam, qui comedunt idolotita. Non tamen dico cibos in ſe illicitos, quia omnia quę ad eſcam pertinent, mihi licent. Vel & ſi omnia mihi licent, *ſed non omnia expediunt,* id eſt, adiuuant me in curſu meo. Simile

mile ſupra ſexto, *Omnia mihi licent,* id eſt, & ſi omnia mihi licent, *Sed non omnia ædificant,* proximos, ſed ea quæ charitatis ſunt: ſupra 8. Scientia inflat, charitas ædificat: & quia non omnia ædificant, *Nemo quod ſuum eſt quærat* tantum. Charitas enim non quæ ſua ſunt quærit, infra 13. *Sed quod alterius,* id eſt, quod alteri proficit. Sed, *heu,* Philip. 2. dicitur, Omnes q̃ ſunt ſua quærunt. Audiendus eſt ergo Apoſtolus, qui & docet verum, & monet bonum. Docet verum duplex, ſcilicet expediẽtiæ ſibi, quia; *Omnia licent, ſed non expediunt*: & ædificationis aliis, quia; *Omnia licent, ſed non omnia ædificant.* Monet bonum duplex, ſcilicet expedientiæ ſibi. *Nemo quod ſuũ eſt quærat,* & ædificationis aliis, *Sed quod alterius.*

LECTIO VI.

OMNE quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter cõſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Siquis uocat uos infidelium ad cenam, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſciẽ B tiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam: conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo, quòd gratias ago?

LECTIO SEXTA.

SVPERIVS monuit cauere ab idolothytis, & poſuit rõnẽ quadruplicem ſuæ monitionis: hic tertio docet modum cauendi a prædictis, oſtendendo quomodo liceat edere, & quomodo non. Primo ergo oſtendit, an liceat edere. Secundo, quando non licet; *Siquis autem dixerit &c.* Tertio quid in vtriſque debent attendere, ibi; *Siue ergo manducatis &c.* In prima, primo ponit duos caſus, in quibus licet idolothyta comedere. Primus, quando comedit per ſe, ſecundus, quando cum aliis, ibi; *Siquis autem infidelium &c.* Vel primus, quando neſcit idolis immolatum: ſecundus quando non in proximi ſcandalum. In primo caſu primo tangit comedendi licentiam: ſecundo comedendi præſtat cautelam, ibi; *Nihil interrogantes &c.* Dicit ergo; *Omne quod in macello uenit,* id eſt, venditur &c. quaſi dicat, quia licet edere, ſed non expedit aliquando, ideo ſic edite; *Omne quod in macello venit,* id eſt, venditur; *Manducate ſi* vultis. Omnis enim creatura Dei bona, & nihil reiiciendum &c. 1. Timo. 4. Vos dico; *Nihil interrogantes,* ſcilicet, an ſit idolis immolatum, vel non, & hoc; *Propter conſcientiam,* aſtantis infirmi; *Domini eſt terra &c.* quaſi dicat, Hoc ſecure poteſtis facere, quia; *Domini eſt terra, et plenitudo eius,* id eſt omnia quibus terra impletur pſal. 49. Quoniam meæ ſunt omnes feræ &c. Ambro. hoc in loco, Non poteſt eſſe immundum, quod domini eſt: ſed omnes carnes ſunt domini. ergo de ſe mundæ ſunt & licitæ. Deinde cũm dicit; *Si quis autem vocat &c.* Oſtendit quando licet comedere idolothyta cum aliis, quando, ſcilicet, dantur in conuiuio, & ignoratur ab infirmis, quòd ſint idolis immolata. Vbi implicantur quatuor expedientia cuilibet conuiuæ, ſcilicet, ne ſit impudens ſe ingerendo, quod notatur ibi; *Si quis vocat vos,* quòd non ſit offendens in reſpuendo, quod notatur ibi; *Et vultis ire.* quòd non ſit oneroſus in petendo, quod notatur ibi; *Omne quod vobis apponitur:* quòd non ſit indiſcretus in loquendo, ibi; *Nihil interrogantes.* Dicit ergo; *Siquis infidelium,* id eſt, gentilium. Nam cum Iudæis comedere, prohibitum eſt. 28. q. 1. c. omnes. vbi ſic dicitur, Omnes deinceps ſiue clerici, ſiue laici, Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quiſquam recipiat: quia cum Iudæi apud Chriſtianos cibis communibus nõ vtantur, indignum atque ſacrilegum eſt, eorum cibos a Chriſtianis ſumi. *Siquis ergo infidelium,* id eſt gentilium; *Vocat vos ad cœnam & vultis ire.* id eſt, placet vobis iuuitatio, *Omne* comeſtibile; *Quod vobis apponitur, manducate.* Conceſſio eſt, nõ iuſſio Luc. 10. Manducate, quę vobis apponuntur. Vos dico; *Nihil interrogantes* an ſit immolatum idolis, vel non. Et hoc; *Propter conſcientiam* infirmorum. Deinde cum dicit; *Si quis autem dixerit &c.* Oſtendit quando non licet comedere. Vbi aſſignat triplicem cauſam, quare non licet comedere. Primo, propter alterius conſcientiam. Secundo, propter damnationem propriam, ibi; *Vt quid enim libertas mea &c.* Tertio, propter imperitorum blaſphemiam, ibi; *Si cum gratia participo &c.* Prima ratio talis eſt. Nihil faciendum eſt ſcienter, quod lædat conſcientiã eius qui facit: ſed comeſtio idolothyti eſt huiuſmodi. ergo nihil tale eſt faciendũ. Primo ergo proponit idolothyti cognitionem. Secundo, diſſuadet eius comeſtionem, ibi; *Nolite manducare &c.* Tertio, ſubdit huius rationem, ibi; *Propter illum qui*

Cũ Iudæis comedere non licet.

A *indicauit.* Dicit ergo; *Si quis autem dixerit,* etiam non interrogatus; *Hoc eſt immolatum idolis, nolite manducare*: & hoc; *Propter illum, qui indicauit* hoc eſſe immolatum idolis, ſcilicet; credatte manducare ſub veneratione idoli, non quòd cibus de ſe ſit immundus. Roma. 14. Scio & confido in domino, quòd nihil commune eſt per ipſum, niſi illi qui exiſtimat aliq̃d cõmune eſſe, ſed etiã; *Propter conſcientiam* aliorum infirmorũ. *Conſcientiam autẽ non tuam,* quæ firma eſt, *Sed alterius,* ſcilicet infirmi. 2. Cor. 6. Nemini dantes vllã offenſionem. Deinde cũ dicit, *Vt quid enim libertas mea &c.* Ecce iam ſecunda ratio, quæ eſt talis. Quod facit ad iudicium damnationis propriæ vitandũ eſt: ſed comeſtio idolothyti cum ſcandalo proximi eſt huiuſmodi. ergo talis comeſtio vitanda eſt: & hoc eſt, quod dicit; *Vt quid &c.* quaſi dicat, Nolite manducare propter conſcientiam infirmi. *Vt quid enim libertas mea,* id eſt, quod liberum mihi eſt; *Iudicatur ab aliena conſcientia,* id eſt, mihi fit damnabile propter conſcientiam alienã ratione ſcandali, quaſi dicat, ſi comedo cum alterius ſcandalo, ſic ago vt reddam me damnabilem Matt. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei. vt ſuſpendatur mola aſinaria &c. Vt quid ergo ſic ago. q. d. male ago. Deinde cum C dicit, *Si ego cum gratia participo &c.* Ecce ratio tertia talis, Carnendus eſt caſus in blaſphemiam, & vituperium aliorum: ſed comedendo idolothytũ, cum ſcandalo comedo ſic. ergo &c. Vbi primo tangit modum edendi debitum. Secundo nihilominus blaſphemiam inſipientium, ibi; *Quid blaſphemor.* Dicit ergo. *Si ego cum gratia,* id eſt, cum gratiarum actione; *Participo,* id eſt, comedo: ſic enim ſemper ſumendus eſt cibus Ioan. 6. Gratias agens benedixit & fregit; *Quid blaſphemor* ab imperitis dicentibus idolatrare. Blaſphemor, inquam, *Pro eo quod gratias ago,* id eſt, quòd gratias agendo participo Roma. 14. Non ergo blaſphemetur bonum nomen veſtrum,

LECTIO VII.

SIVE ergo manducatis, ſiue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam B Dei facite. Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus, & eccleſiæ Dei, ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalui fiant.

LECTIO SEPTIMA.

HABITO quando licet de idolothytis comedere, & quando non: hic oſtendit, quid in vtroque debent intendere. Primo reſpectu Dei, quia debent quærere eius gloriam. Secundo quid reſpectu proximi: quia debent cauere eius offenſam, ibi; *Sine offenſione eſtote &c.* In prima, primo inducit actum multiplicem: ſecundo perſuadet actuum intentionem debitam, ibi; *Omnia in gloriam Dei &c.* dicit ergo; *Siue ergo &c.* q. d. Quia hæc mala contingunt; *Ergo ſiue manducatis ſiue bibitis,* quæ ſunt opera neceſſitatis; *Vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite,* & cum inuocatione creatoris ea intentione, vt Deus laudetur & glorificetur. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. Coloſſenſ. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut opere, oĩa in gloriam Dei facite. Aug. in Pſ. 34. cõcione 2. in fine. Hæc ſi recte fiunt, laudes Dei ſunt. Non ergo ſolũ vox tua ſonet laudes Dei, ſed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cum enim Deus laudatur de bono opere, Deum laudas: & cum blaſphematur Deus de malo opere tuo, Deum blaſphemas. Deinde cum dicit; *Sine offenſione eſtote &c.* Monet E vt caueant ab offenſa aliorum, & perſuadet hoc primo, verbo: ſecundo, exemplo, ibi; *Sicut & ego per omnia &c.* vbi poniſſe in exemplum, primo pacificæ conuerſationis: ſecundo fructuoſæ operationis, ibi; *Non quærens, quod mihi vtile &c.* Tertio rectæ intentionis, ibi; *Vt ſalui fiant.* Felix cuius conuerſatio amabilis, operatio vtilis, intentio ſalubris. dicit ergo; *Sine offenſione &c.* q. d. Vt omnia in gloriam Dei fiant; *Sine offenſione eſtote Iudæis,* qui non adorant idola, & ideo in tali comeſtione ſcandalizantur; *Et Gentibus,* qui adorant idola, & ideo per huiuſmodi comeſtionem in errore confirmantur; *Et eccleſiæ Dei* quantum ad infirmos in fide, qui inde offenduntur. Iudæi ſunt ſub lege, ſed non ſunt ſub fide: Gentes nec ſub lege, nec in fide? Eccleſia Dei & ſub lege, & in fide Roman. 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt; cum omnibus hominibus pacem habentes; *Sicut & ego per omnia omnibus placeo,* tanquam conuerſus ſine ſcandalo; *Ego,* inquam, *Non quærens quod mihi vtile eſt* tantũ,

Sed

Sed quod multis. Ecce optimus modus placendi omnibus, si omnium vtilitas, non priuatum commodum procuretur. Charitas, inquam, non quærit quæ sua sunt; *Quod est vtile*, inquam, multis, & non hoc ad aliquod commodum temporale; *Sed ad hoc; Vt salui fiant* Phil. vlti. Non quæro datum, sed fructum.

CAP. XI. LEC. I.

IMITATORES mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autē vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Volo autem uos scire, quòd omis uiri caput Christus est: caput aūt mulieris, uir, caput uero Xpi Deus.

Notandum, quòd multa sunt, quæ merito placere faciunt hominibus. Primum prudentia in consiliis, sicut ad vocatus, clienti. Dispensator principi placet. Gen. 41. Placuit Pharaoni consilium, & omnibus seruis eius. Eccle. 20. Vir prudens placebit magnatis. Secundum, munditia in factis, sicut coniunx coniugi, instrumentum vtenti placet. 1. Reg. 2. Puer autem Samuel crescebat & proficiebat, placens tam Deo, quàm hominibus. Non sic filii Heli. Tertium, pietas in suffragiis, sicut medicus infirmanti, baculus seni placet. Vnde de sepultura Abner dicitur. 2. Regum 3. Placuerunt eis omnia, quæ fecit Dauid &c. Quartum, sapientia in verbis, sicut lumen viatori, viror visui placet. Iosuæ. 22. Placuit sermo cunctis audientibus. Ecclesia. 20. Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Quintum, clementia in responsis: sicut sapor gustui, melodia auri, placet. 2. Paralipome. 10. Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. Sextum, fortitudo in bellis: sicut pugil conductori, miles principi, placet. 1. Reg. 18. Dixerunt serui Saul ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Septimum, largitas in beneficiis, sicut pluuia terræ arenti, sicut fons sitienti, placet. 1. Mach. 14. de Simone. Quæsiuit bona gentis suæ, & placuit illis potestas eius. Hic quæritur super illud, Nolo vos esse socios dæmoniorum Glo. ad hoc genus pertinent, quæ fiunt in quibusdam rebus suspendendis, vel alligandis. Contra, ergo suspensio herbarum ad collum, vel cartularum, quæ fieri solet, ad idolatriam pertinet. Responsio, Aut herbæ habent a natura vim naturalem ad effectum illum, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. Item super illud, Omnia mihi licent Glo. potestate liberi arbitrii, & doctrina legis naturalis. Contra. Secundum legem naturalem multa sunt illicita. Respondeo, hic loquitur de cibis specialiter. Item ibidem Glo. Præcepto domini illa prohibentur. Respondeo: illa præcepta ad tempus fuerunt: & reuocata sunt. Item. Nihil interrogantes. Contra, Tho. 2. Videte ne forte furtiuus sit. Respondeo: non est simile, quia cibum furtiuum non est licitum in se comedere, sed idolo immolatum licet edere, nisi propter scandalum alterius. Item, Omnia in gloriam Dei facite. Contra. ergo nullus actus est indifferens. Respondeo: Relatio hæc in gloriam Dei intelligitur, vel in actu, vel in aptitudine referendi, quæ non est solum in bonis, sed etiam in indifferentibus. Item, Domini est terra & plenitudo. Contra: eadem ratio fuit sub lege: Ergo si omnia sunt modo munda, quia domini sunt, & tunc fuerunt. Respondeo, Reputatione legis immunda dicta sunt, sed non sui natura. Item: Sicut ego per omnia omnibus placeo. Contra. Galat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Item quomodo placebat persecutoribus suis. Respondeo: ad primum, Placere volebat hominibus propter Deum, non propter se. Ad argumentum secundum, intelligitur hoc, non de omnibus generaliter, sed de ecclesiasticis viris secundum glosam.

CAP. XI. LECTIO PRIMA.

SVPRA Apost. remouit a fidelibus id, quod est contrarium Eucharistiæ sacramento, scilicet participationem mensæ idolorum. Nunc autem instruit fideles de ipso Eucharistiæ sacramento. Et primo præmittit quandam ammonitionem generalem: Secundo accedit ad propositū, ibi; *Volo autem vos scire &c.* Circa primum, duo facit. Primo proponit ammonitionem. Secundo significat quomodo Corinthii ad prædictam ammonitionem se habebant, ibi; *Laudo autem vos fratres &c.* Circa primū considerandum est, quòd ita se habet naturalis ordo rerum, q̄ ea, quæ sunt inferiora in entibus imitantur ea, quæ sunt superiora secundum suum posse. Vnde etiam naturale agens tanquam superius, assimilat sibi patiens. Primordiale autem principium totius processionis rerum est filius Dei, secundum illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et ipse ideo est primordiale exemplar, quod omnes creaturæ imitantur tanquam veram & perfectam imaginem patris. Vnde dicitur Colossens. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quia in ipso condita sunt vniuersa. Speciali tamen quodam modo, exemplar est spiritualium gratiarum, quibus spirituales creaturæ illustrantur, secundum illud quod in Psal. 109. dicitur ad filium, In splendoribus sanctorum, ex vtero ante lucifer tum genui te, quia scilicet genitus est ante omnem creaturam per gratiam lucentem, habens exemplariter in se splēdores omnium sanctorum: hoc autem exemplar Dei, prius erat a nobis valde remotum, secundū illud Eccle. 2. Quid est homo, vt sequi possit regem factorem suum? Et ideo homo fieri voluit, vt hominibus humanum exemplar præberet. Vnde Augustinus dicit in libro de agone Christiano. Qua peruersitate non careat, qui dicta & facta illius hominis intueri diligit & sectatur, in quo se nobis, ad exemplum vitæ, præbuit filius Dei? Et sicut diuinitatis eius exemplar, primo quidem imitantur angeli, secundario vero reliquę creaturæ, vt Dionysius dicit. 10. cap. angelicę Hierarchiæ, ita humanitatis exemplar principaliter quidem imitandū proponitur, prælatis ecclesiæ tanquam superioribus. Vnde & dominus Apostolis dicit Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quēadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Secundario vero ipsi prælati informati exemplo Christi: proponuntur exemplar vitæ subditis, secundum illud 1. Pet. vlt. Forma facti gregis ex animo. Et 2. Thes. 3. Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Et ideo Apostolus signanter dicit, Dixi vt sine offensione omnibus sitis, & hoc quidem facere poteritis, si hoc quod dico seruetis. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi* scilicet sum imitator. Imitabatur enim eum primo quidem in mētis deuotione Galat. 2. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Secundo in subditorum solicitudine. Vnde dicebat Phil. 2. Si immolor supra sacrificiū & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sicut & Christus obtulit semetipsum pro nobis, vt dicitur Ephes. 5. Tertio quantum ad passionis tolerantiam 2. Cor. 4. Semper mortificationē Iesu in corpore circunferentes. Et Galat. vlt. Ego stigmata domini Iesu, in corpore meo porto. Est autem notandum, quòd non simpliciter dicit, imitatores mei estote, sed addit, sicut & ego Christi, quia, scilicet, subditi prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficiens sanctitatis exemplar. Deinde cum dicit, *Laudo autem uos fratres.* Ostendit qualiter Corinthii se habebant ad ammonitionem prædictam. Circa quod considerandum est, q̄ subditi suos prælatos sequuntur dupliciter scilicet, quantum ad facta, & dicta. Quantum quidem ad facta, dum subditi prælatorum exempla imitantur. Vnde dicitur Iacob. 5. Exemplum accipite, fratres mei, prophetarum, qui loquuti sunt in nomine domini. Quantum vero ad dicta, dum eorum præceptis obediunt Prouer. 3. Custodi præcepta mea, & viues. In his autem Corinthii deficiebant, & maxime, quantum ad maiorem multitudinem, & ideo Apostolus alloquens eos, dicit; *Laudo autem uos fratres*, quasi dicat, Super hoc laudandos uos præbere debetis, sed non facitis; *Quod per omnia memores estis*, quasi ad imitandum mea exempla. Non enim possumus illorum exempla imitari, quorum memoriam non habemus. Vnde dicitur Hebr. 13. Mementote præpositorum vestrorum, quorum intuētes exitum conuersationis, imitamini fidem. Quantum vero ad dicta, subdit; *Et sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis*, quasi dicat eodem tenore obseruatis, quo ego tradidi, hoc enim dicit, quia ab obseruantia præceptorum eius recesserant. Ioan. 15. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed videtur hic modus loquendi non esse conueniēs veritati sacræ scripturæ, quæ nihil paritur falsitatis, secundum illud Prouer. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Sed dicendum, quòd ironica loquutio est vna de locutionibus figuratiuis, in quibus veritas non attenditur, secundum sensum, quem verba faciunt, sed secundum id, quòd loquens exprimere intendit, per simile, vel contrarium: vel quocunque alio modo. Et ideo in ironica locutione veritas attenditur secundum contrarium eius, quod verba sonant, sicut in metaphorica secundum simile. Deinde cum dicit; *Volo autem uos scire fratres &c.* Accedit ad propositum, instruens fideles de Eucharistiæ sacramento. Et circa hoc tria facit. Primo redarguit eorum errores circa ritum huius sacramenti. Secundo, ostendit huius sacramenti dignitatem, ibi; *Ego enim accepi a domino &c.* Tertio docet conuenientem ritum, ibi; *Itaque fratres mei.* Circa primum tria facit. Primo redarguit eorum errorem, quo scilicet errabant in habitu, quia scilicet mulieres ad

ad sacra mysteria conueniebant capite non uelato. Secundo arguit errorem in conuentu, quia scilicet, dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant, ibi; *Hæc autem præcipio non laudans &c.* Tertio, quantum ad certum cibum, quia scilicet pransi ad sacra mysteria sumenda accedebant, ibi; *Conuenientibus autem uobis &c.* Circa primū, duo facit. Primo, præmittit quoddam documētum, ex quo sumitur ratio subsequētis monitionis. Secūdo, ponit monitionem, ibi; *Omnis āt uir orās etc.* Circa primum ponit triplicem comparationem, quarum prima est Dei ad hominem, dicens, Dixi, q̄ præcepta mea tenetis per cōtrarium. Sed vt appareat vos irrationabiliter agere; *Volo uos scire* tanquam rem necessariam, secundum illud Esa. 5. Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam; *Quod omnis uiri caput, Christus est.* quod quidem dicitur, secundum similitudinem capitis naturalis, in quo quatuor considerantur. Primo quidem perfectio, quia cætera membra vnum solum sensum habeant scilicet tactum: in capite vigent omnes sensus, & similiter in aliis viris inueniuntur singulæ gratiæ, secundum illud quod dicitur infra. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientię, alii sermo scientiæ &c. Sed in homine Christo, est plenitudo omnium gratiarum. Non enim ad mensuram dat ei Deus spiritum, vt dicitur Ioann. 3. Secundo in capite inuenitur sublimitas, quia vt scilicet, in homine, est superius omnibus membris, ita etiam Christus supereminet, non solum omnibus hominibus, sed etiam omnibus angelis, secundum illud Ephes. 1. Constituens illum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem. Et infra, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Tertio, in capite inuenitur influentia, quia scilicet quodam modo influit cœteris membris sensum & motum, ita a capite Christo in cœtera membra ecclesiæ, motus & sensus spiritualis deriuatur, secundum illud Col. 2. Non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum, & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Quarto in capite inuenitur conformitas naturæ ad cætera membra, & similiter in Christo ad alios homines, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Secundam comparationem ponit hominis ad hominem, cum dicit; *Caput autem mulieris uir.* Quod etiam, secundum prædicta quatuor verificatur: nam primo quidem vir, est perfectior muliere, non solum quantum ad corpus, quia vt Philosophus dicit in libr. de Generatione animalium, Fœmina est masculus occasionatus: sed etiam quantum ad animæ vigorem, secundum illud Eccles. 7. Virum ex mille reperi vnum, mulierem ex omnibus non inueni. Secundo, quia vir naturaliter superminet fœminæ, secundum illud Ephes. 5. Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris. Tertio, quia vir influit gubernando mulierem, secundum illud Genes. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quarto, vir & fœmina conformes sunt in natura, secundum illud Genes. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertiam comparationem ponit Dei ad dominum, cum dicit; *Caput uero Christi Deus.* Est autem considerandum, quòd hoc nomen, Christus, significat personam prædicatam ratione humanę naturæ: & sic hoc nomen, Deus, non supponit solum personam patris, sed totam trinitatem, a qua in humanitate Christi, sicut a perfectiori, omnia bona deriuantur, & cui humanitas Christi subiicitur. Alio modo, potest intelligi, secundum quod hoc nomen Christus, supponit dictam personam ratione diuinæ naturæ, & sic hoc nomen, Deus, supponit solum personam patris: quæ dicitur caput filii, non quidem secundum maiorem perfectionem, vel secundum aliquam suppositionem, sed solum originem & secundum conformitatem naturæ, sicut in Psal. 2. dicitur, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Possunt tamen hæc mystice accipi, prout in anima est quoddā spirituale cōiugium. Nam sensualitas fœminæ comparatur, ratio vero viro, per quem sensualitas regi debet. Vnde & caput eius dicitur. Vel potius ratio inferior, quæ inhæret temporalibus disponendis, mulieri comparatur: viro autem ratio superior, quæ vacat contemplationi æternorum, quæ caput inferioris dicitur: quia secundum rationes æternas sunt temporalia disponenda, secundum illud Exod. 25. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Dicit autem caput viri Christus: quia sola ratio secundum superiorem sui partem Deo inhærens.

LECTIO II.

OMNIS autē uir orās, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suū. Omnis aūt mulier orans, aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suū. Vnum est.n. ac si decaluetur. Nā etsi non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tōderi aūt decaluari, uelet caput suū. Vir quidē non debet uelare caput suū, quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria uiri est.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSO documento subiungit ammonitionem, cuius ratio sumitur ex documento prædicto. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ammonitionem ex parte viri. Secundo ex parte mulieris, ibi; *Omnis aūt mulier &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd caput mulieris est vir; *Omnis autem uir orās aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum.* Circa quod cōsiderādum est, quòd quilibet homo iudici assistens, suam conditionem, vel dignitatem debet profiteri, & præcipue assistens Deo, qui est omnium iudex: & ideo, qui Deo assistunt, ordinatissime & conuenientissime se gerere debēt secundum illud Eccle. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Dupliciter autem homo Deo assistit. Vno modo, humana in Deum referens, quod quidem fit orando, secundum illud Eccle. 39. In conspectu altissimi deprecabitur, aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Alio modo diuina ad homines deferens, quod quidē fit prophetando, secundum illud Ioel. 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri. Vnde signanter Apostolus dicit; *Vir orans & prophetans.* His enim duobus modis vir Deo tanquam iudici, vel domino assistit. Dicitur autem prophetans dupliciter. Vno modo inquantum homo aliis annuntiat, quæ ei diuinitus reuelantur, secundum illud Luc. 1. Zacharias pater eius, impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens, Benedictus dominus Deus Israel &c. Alio modo, dicitur homo prophetans, inquantum profert ea, quæ sunt aliis reuelata: vnde illi, qui in ecclesia dicunt prophetias, vel alias sacras scripturas legunt, dicuntur prophetantes. Et sic accipitur infra 14. Qui prophetat & ecclesiam ædificat: & ita etiam hic accipitur. Pertinet autem ad dignitatem viri (vt infra patebit) carere velamine capitis, & ideo dicit, quòd; *Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum*, idest, rem conuenientem sibi agit. Sicut enim in corpore pulchritudo dicitur ex debita proportione membrorū in cōueniēti clatitate, vel colore: ita in actibus humanis dicit pulchritudo ex debita proportione verborū vel factorum, in quibus lumen rationis resplendet. Vnde & per oppositum, turpitudo intelligitur, quando contra rationem aliquid agitur & non obseruatur debita proportio in verbis & factis. Vnde supra septimo dictum est, Si quis turpem se videri existimat super virgine sua, q̄ sit superadulta. Sed contra hoc obiicitur, Nam multi velato capite, in ecclesia orant absque omni turpitudine secretius orare volentes. Dicendum est autem, quòd duplex est oratio. Vna priuata, quam scilicet, quis Deo offert in propria persona: alia publica, quam quis offert Deo in persona totius ecclesiæ, vt patet in orationibus, quæ in ecclesia per sacerdotes dicuntur: & de talibus orationibus Apostolus hic intelligit. Item obiicicitur de hoc, quod dicit Glos. quòd prophetans dicitur, scripturas referans, & secundum hoc, ille, qui prædicat, prophetat. Episcopi autem prædicant capite tecto mitra. Sed dicendum est, quod ille, qui prædicat, vel docet in schola is ex propria persona loquitur. Vnde & Apostolus Rom. 2. nominat euangelium suum, scilicet propter industriam qua vtebatur in prædicatione euangelii: sed ille, qui sacram scripturam in ecclesia recitat, puta legendo lectionem, vel epistolam, vel euangelium, ex persona totius ecclesiæ loquitur. Et de tali prophetāte intelligitur, q̄d hic Apostolus dicit. Sed tunc remanet obiectio de his, qui cantāt psalmos in choro capite tecto. Sed dicendum, quòd psalmi non cantantur, quasi ab vno singulariter se Deo præsentante, sed quasi a tota multitudine. Deinde cum dicit; *Omnis autem mulier &c.* ponit ammonitionem quantum ad mulieres, dicens; *Omnis autem mulier orans, aut prophetans*, vt supra; *Non uelato capite*, quod repugnat propter conditionē eius; *Deturpat caput suum*, idest rem inconuenientem facit circa sui capitis detectionem. Sed contra hoc obiicitur, quia Apostolus dicit 1. Timo. 2. Docere in ecclesia mulieri non permitto. Quomodo ergo competit mulieri, vt oret, aut prophetet publica oratione, aut doctrina? Sed dicendum est, hoc intelligendum esse de orationibus ac lectionibus, quas mulieres in suis collegiis proferunt. Deinde cū dicit; *Vnum est enim &c.* probat ammonitionem prædictā. Et primo inducit probationem. Secundo, probationis iudiciū auditoribus cōmittit, ibi; *Vos ipsi iudicate &c.* Circa primū duo facit. Primo, inducit probationē. Secundo, excludit obiectionē, ibi; *Veruntamen neque uir &c.* Circa primū ponit triplicem probationem, quarum prima sumitur per comparationem,

al. li. 1. phy. tex. cō. 81.

ad humanam naturam. Secunda, per comparationem ad Deum ibi; *Vir quidem non debet &c.* Tertia, per comparationem ad angelos, cum dicit; *Et propter angelos*, Circa primum considerandum est, quòd natura, quæ cæteris animalibus prouidit auxilia sufficientia vitæ, hoibus præbuit ea imperfecta, vt per rationē, arte, vsu, manu, sibi ea perficerent, sicut tauris dedit cornua ad defensionem: homines autem arma defensionis sibi præparant, manuali arti ficio rationis, & inde est, quòd ars imitatur naturam, & perficit ea, q̄ natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura homini dedit capillos: sed quia hoc tegumentū sufficiens nō est, ꝑ artem præparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur ratio est de velamine naturali capillorum, & de velamine artificiali. Naturale autem est mulieri, quòd comam nutriat: habet enim ad hoc dispositionem naturalem, & vlterius inclinatio quædam inest mulieribus ad comam nutriēdam. In pluribus enim hoc accidit, quòd mulieres magis student ad nutriendam comam, quàm viri. Videtur ergo conditioni mulierum conueniēs esse, quòd magis vtantur artificiali velamine capitis, q̄ viri. Circa hoc ergo tria facit. Primo, ponit conuenientiam velaminis naturalis, & artificialis, dicens, Dictum est; *Mulier non uelans caput, deturpat caput suum, unum est enim*; scilicet vnius rationis priuari, scilicet velamine artificiali; *Acsi decaluetur*, idest, acsi priuetur naturali velamine capillorum, quod in pœnam quibusdam prædicitur Esa. 3. Decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit. Secundo, ducit ad inconueniens, dicens; *Nam & si non uelatur mulier, tondeatur* quasi dicat, si abiicit velamen artificiale, abiiciat pari ratione etiam naturale, quod est inconueniens. Sed contra hoc videtur esse, quòd sanctimoniales tondentur. Ad quod dupliciter potest responderi: primo quidem, quia ex hoc ipso, quòd votum viduitatis, vel virginitatis assumunt Christo desponsante, promouentur in dignitatem virilem, vtpote liberatæ a subiectione virorum, & immediate Christo coniunctæ. Secundo, quia assumunt pœnitentiæ lamentum religionem intrantes. Est autem consuetudo viris, quòd tempore luctus comam nutriant, quasi hoc sit suæ conditioni conuenies: mulieres autē e contrario tempore luctus comam deponunt. Vnde dicitur Here 7. Capillum tuum tonde & proiice, & sume in directū planctum. Tertio, concludit propositum, dicens; *Si uero turpe*, id est indecens; *Est mulieri tonderi aut decaluari*, id est priuari naturali velamine, arte, vel natura; *Velet caput suum*, vtens scilicet velamine artificiali. Deinde cum dicit; *Vir quidem &c.* ponit secundam probationem, quæ accipitur per comparationem ad Deum. Et primo, inducit probationem. Secundo probat, quod supposuerat, ibi; *Non enim est uir &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rōnem eius, quod est ex parte viri. Secundo, illud quod est ex parte mulieris, ibi; *Mulier autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd; *Turpe est mulieri tonderi* sicut & non velari: viro autem non est turpe, cuius ratio est hæc; *Vir quidem non debet uelare caput suum, quia est imago & gloria Dei*. Per hoc autem, quod dicit; *Est imago Dei* excluditur quorundam error, dicentium quòd homo solum est ad imaginem Dei, non autem est imago, cuius contrarium hic Apostolus dicit. Dicebant autem, quòd solus filius est imago, secundum illud Colos. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Est ergo dicendum, quòd homo imago Dei dicitur & ad imaginem. Est enim imago imperfecta: filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd de ratione imaginis in communi duo sunt. Primo quidem similitudo, non in quibuscunque, sed vel ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo. Vel in aliquo, quod sit signum speciei, sicut figura in rebus corporalibus. Vnde qui figuram equi describunt, dicuntur imaginem eius depingere. Et hoc est, quòd dicit Hilarius in lib. de synodis † quòd imago est species indifferens. Secundo, requiritur origo. Non enim duorum hominum, qui sunt similes specie, vnus imago alterius dicitur, nisi ex eo oriatur, sicut filius a patre. Nam imago dicitur ab exemplari. Tertio, ad rationem perfectæ imaginis requiritur æqualitas. Quia igitur homo similatur Deo secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem mentis, quod pertinet ad speciem intellectualis naturæ, & hoc habet a Deo, dicitur esse Dei imago: quia tamen deest æqualitas, est Dei imago imperfecta. Et ideo dicitur ad imaginem, secundum illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sed filius, qui est æqualis patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. Considerandum est etiam, quòd gloria Dei dupliciter dicitur. Vno modo, qua Deus in se gloriosus est, & sic homo non est gloria Dei, sed potius Deus est gloria hominis, secundum illud Psal. 3. Tu domine susceptor meus & gl'ia mea. Alio modo, dicitur gloria Dei, claritas eius ab eo deriuata, secūdum illud Exod. vlt. Gloria domini impleuit illud. Et hoc modo, hic dicitur, quòd vir est gloria Dei, inquantum claritas Dei immediate super virum refulget. secundum illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Deinde cum dicit; *Mulier autem &c.* ponit id quod est ex parte mulieris, dicens; *Mulier autem est gloria uiri &c.* quia claritas mulieris deriuatur a viro: secundum illud Gen. 2. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Sed contra hoc obiicitur, quia imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia maris & fœminæ, vt dicitur Colos. 3. non ergo magis debet dici, quòd vir dicitur imago Dei, quàm mulier. Dicendum est autem, ꝑ uir dicitur hic specialiter imago Dei, secundum quædam exteriora, scilicet, quia vir est principium totius sui generis, sicut Deus est principium totius vniuersi, & quia de latere Christi dormientis in cruce, fluxerunt sacramenta sanguinis & aquæ, a quibus fabricata est ecclesia. Potest etiam quantum ad interiora dici, quòd vir specialius dicitur imago Dei secundum mentem, inquantum in eo ratio magis viget. Sed melius dicendum est, ꝑ Apostolus signanter loquitur. Nam de viro dixit, quòd vir imago & gloria Dei est: de muliere autem non dixit, quòd esset imago & gloria viri, sed solum, quòd est gloria viri, vt detur intelligi, quòd esse imaginem Dei, commune est viro & mulieri: esse autem gloria Dei, immediate proprium est viri. Restat autem considerandum, propter quid vir non debeat velare caput, sed mulier. Quod quidem dupliciter accipi potest. Primo quidem, quia velamen, quod capiti superponitur, designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ: & ideo vir sub Deo existens, non debet velamen habere super caput, vt ostendat se immediate Deo subesse, mulier autem debet velamen habere, vt ostendat se præter Deum alteri naturaliter subesse. Vnde cessat obiectio de seruo & subdito: quia hæc subiectio non est naturalis. Secundo ad ostendendum, quòd gloria Dei non est occultanda, sed reuelanda: gloria autem hominis est occultanda: vnde in Psal. 113. dicitur, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

†In prima Synodorū anathemate.

LECTIO III.

NON enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Et enim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum, & propter angelos. Veruntamen neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro in domino. Nā sicut muliere de uiro, ita & uir per mulierē: omnia āt ex Deo. Vosipsi iudicate. Decet mulierem nō uelatam orare Deum? nec ipsa natura docet uos, ꝑ uir quidem si comā nutriat, ignominia est illi: mulier uero si comā nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Siquis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nō habemus, neque ecclesia Dei.

LECTIO TERTIA.

PRAEMISERAT Apostolus, quòd mulier est gloria viri, quod hic probare intendit. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit probationem. Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, ibi; *Etenim non est creatus &c.* Tertio, infert conclusionem intentam, ibi; *Ideo debet &c.* Circa primum considerandum est, ꝑ sicut supra dictum est, mulier dicitur gloria viri per quandam deriuationem: & ideo ad hoc probandum, subdit; *Non enim* prima scilicet rerum conditione; *Vir est ex muliere*, scilicet formatus; *Sed mulier ex uiro.* Dicitur enim Gen. 2. Quod ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. De viro autem dicitur, Formauit dominus Deus hominē de limo terræ. Deinde cum dicit; *Etenim &c.* assignat rationem eius, quod dixerat. Ad cuius euidentiam, considerandus est talis ordo perfecti & imperfecti, quòd imperfectum in vno & eodem subiecto prius est tempore quàm perfectum. Prius enim aliquis homo est puer, quàm vir, simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto, tempore & natura. Nam puer producitur ex viro. Hæc igitur est ratio, quare mulier producta est ex viro, quia perfectior est muliere, quod ex hoc probat Apostolus, quia finis est perfectior eo, quod est ad finem: vir autem est finis mulieris. Et hoc est, quod dicit; *Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum* in adiutorium, scilicet generationis: sicut patiēs est propter agens, & materia propter formam. Vnde dicitur Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Deinde cum dicit; *Ideo debet &c.* infert conclusionem intentam dicēs; *Ideo*, scilicet, quia uir est imago & gloria Dei: mulier autē est gloria viri; *Mulier debet habere uelamen super caput suum*, quando scilicet Deo assistit orādo, vel prophetando, vt per hoc ostendatur quòd non immediate subest Deo, sed subiicitur etiam viro sub Deo: hoc enim significat velamen, quod capiti superponitur. Vnde alia litera habet, quòd mulier debet habere potestatem super caput suum, & idem est sensus: nam velamen est signum potestatis, secundum quod in Psal. 65. dicitur, Imposuisti homines super capita nostra. Deinde cum dicit; *Et propter angelos &c.* assignat tertiam rationem, quæ sumitur ex parte angelorum, dicēs. Et etiā mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos. Quod quidē dupliciter intelligi potest, Vno modo, de ipsis angelis cœlestibus, qui conuentus fidelium visitare creduntur, præcipue quando sacra mysteria celebrantur. Et ideo tunc tam mulieres, quàm viri ad reuerentiam eorū honeste & ordinate se debent habere, secundū illud Psal. 137. In cōspectu angelorum psallam tibi. Alio modo, potest intelligi, ꝑm quod angeli dicuntur sacerdotes, inquantum diuina populo annuntiant, secundum illud Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Debet ergo mulier velamē habere semper in ecclesia propter angelos, idest propter sacerdotes duplici ratione. Primo quidem propter eorum reuerentiam, ad quam pertinet quòd mulieres coram eis honeste se habeant. Vnde dicitur Eccle. 7. Honora Deū ex tota anima tua, & sacerdotes illius. Secundo propter eorum cautelam, ne scilicet ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. Vnde dicitur Eccle. 9. Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. August. † autem aliter exponit prædicta. Ostendit enim quòd tam mulier, quàm vir est ad imaginem Dei per hoc, quod dicitur Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominē, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eū, vbi non est masculus & fœmina. Et sic patet, ꝑ imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia masculi & fœminæ: & ideo mulier est imago Dei sicut & vir. Expresse enim dicitur Gen. 1. quòd creauit Deus hominem ad imaginem suam, masculum & fœminam creauit eos: & ideo August. dicit hoc esse intelligendum in spirituali coniugio, quod est in anima nostra, in qua (sicut supra dictum est) sensualitas, vel etiam inferior ratio se habet per modum mulieris: ratio autem superior per modum viri, in qua attenditur imago Dei: & secundum hoc mulier est ex viro, & propter virum: quia administratio rerum temporalium, vel sensibilium, cui tendit inferior ratio, vel etiam sensualitas, debet deduci ex contemplatione æternorum, quæ pertinent ad superiorem rationem, & ad eam ordinari. & ideo mulier dicitur habere velamen, vel potestatem super caput suum, ad significandum, quòd circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem quandam & refrænationem habere, ne vltra modum homo progrediatur in eis diligendis: quæ quidem cohibitio circa amorem Dei adhiberi non debet, cum præceptum sit Deut 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nam circa desideriū finis non apponitur mensura, quam necesse est apponi circa ea, quæ sunt ad finem. Medicus enim sanitatem inducit quanto perfectiorem potest, non tamen dat medicinam quanto maiorem potest, sed secundum determinatam mensuram: sic vir non debet habere velamen super caput. Et hoc debet propter angelos sanctos: quia sicut in Glosa dicitur, gratuita est sanctis angelis sacrata & pia significatio. Vnde & Augu. dicit † de Ciuita te Dei, quòd dæmones alliciuntur quibusdam sensibilibus rebus non sicut animalia cibis, sed sicut spiritus signis. Deinde cum dicit; *Veruntamen neque uir &c.* excludit dubitionem, quæ posset ex dictis oriri. Quia einm dixerat, quòd vir est gloria Dei mulier autem est gloria viri. Posset aliquis credere vel quòd mulier non esset ex Deo, vel quòd non haberet potestatem in gratia. Vnde primo hoc excludit, dicens, Licet mulier sit gloria viri, qui est gloria Dei; *Veruntamen neque uir est in domino*, idest a domino productus; *Sine muliere, neque mulier sine uiro*, vtrunque enim Deus fecit, secundum illud Gen. 1. Masculum & fœminam creauit eos. Vel aliter; *Neque uir est sine muliere in domino*, scilicet, in gratia domini nostri Iesu Christi; *Neque mulier sine uiro*, quia vterque per gratiam Dei saluatur, secundum illud Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et postea subdit, Non est masculus neque fœmina, scilicet differēs in gratia Christi. Secundo, assignat rationem dicens, Nam sicut in prima rerum institutione, mulier est de viro formata, ita & in subsequētibus generationibus vir per mulierem productus est, secūdum illud Iob. 14. Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit sine viro & muliere, qn̄ Deus formauit hominem de limo terræ, vt dicitur Genes. Secunda autem fuit de viro sine muliere, quando formauit Euam de costa viri, vt ibidem legitur. Tertia autem est ex viro & muliere, sicut Abel natus est ex Adam & Eua, vt legitur Gen. 4. Quarta autem est ex muliere sine viro, vt Christus ex virgine, secundum illud Gala. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Tertio, ostendit rationem esse conuenientem, dicens; *Omnia autem ex Deo*, quia scilicet & hoc ipsum, quòd mulier primo fuit ex viro, & hoc quòd postmodum vir est ex muliere, est ex operatione diuina. Vnde ad Deum pertinēt tam vir, quàm mulier. Vnde dicitur. Rom. 11. Ex ipso, & ꝑ ipsum, & in ipso sunt omnia. Deinde cum dicit; *Vosipsi iudicate &c.* committit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primo, committit iudicium rationalibus auditoribus. Secundo, cōprimit proteruos auditores, ibi; *Siquis autem uidetur &c.* Circa primum quatuor facit. Primo, committit auditoribus iudicium eius quod dixerat, more eius, qui confidit se sufficienter probasse, dicens; *Vosipsi iudicate &c.* Pertinet enim ad bonum auditorem iudicare de auditis. Vnde dicitur Iob, 6. Loquentes, id quod iustum est iudicate. Et 12. Nonne auris verba diiudicat? Secundo, proponit sub quæstione id de quo debet esse iudicium, dicens; *Decet mulierem non uelatam orare Deum?* Hoc prohibetur. 1. Petr. 3. vbi dicitur, Quarum sit non exterius capillatura. Tertio, ostendit vnde debeant sumere suum iudicium, quia ab ipsa natura, & hoc est quod dicit; *Nec ipsa natura docet uos*. Et vocat hic naturam, ipsam inclinationem naturalem, quæ inest mulieribus ad nutriendum comam, quæ est naturale velamen, non autem viris. Quæ quidem inclinatio naturalis esse ostenditur, quia in pluribus inuenitur. Oportet autem ab ipsa natura doceri, quia est Dei opus: sicut in pictura instruitur aliquis artificio pictoris. & ideo contra quosdam dicitur Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, idest ius naturale. Quarto autem a natura sumit rationem, & primo ponit id quod est ex parte viri, dicens; *Quod uir quidem si comam nutriat*, more mulieris; *Ignominia est illi*, idest ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur muliebris esse. Et Ezech. 44. dicitur. Sacerdotes comam non nutriant. Nec est instantia de quibusdam, qui in veteri lege comam nutriebant, quia hoc erat signum, quod tunc erat positum in lectione veteris testamenti, vt dicitur 2. Cor. 3. Secundo, ponit id quod est ex parte mulieris, dicens; *Mulier & si comam nutriat gloria est illi*, quia videtur ad ornatum eius pertinere. Vnde dicitur Cant. 7. Comæ capitis eius sicut purpura regis. Et assignat consequenter rationem, cum dicit; *Quoniam capilli dati sunt ei*, scilicet mulieri; *Pro uelamine*: & ideo eadem ratio est de capillis nutriendis, & de velamine artificiali apponendo Cantic. 3. Capilli tui, sicut grex caprarum &c. Deinde cum dicit; *Siquis autem uidetur &c.* Cōprimit proteruos auditores, dicens; *Siquis autem uidetur contentiosus esse*, vt scilicet rationibus prædictis non acquiescat, sed confidentia clamoris veritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem, vt Ambr. dicit, contra id quod dicitur Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione. Et Proue. 20. Honor est ei, qui separat se a contentionibus. Hoc sufficiat ad comprimendum talem; *Quod nos* Iudæi in Christum credentes; *Talem consuetudinem non habemus*, scilicet, quòd mulieres orant non velato capite; *Neque* etiam tota; *Ecclesia Dei* per gentes diffusa. Vnde si nulla esset ratio hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communē ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim in Ps. 67. Qui habitare facit vnius moris in domo. Vnde Aug. dicit in epistola ad Casulanum, quòd omnibus in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi Dei, atque instituta maiorum pro lege habenda sunt.

De Trinit. lib. 12. c. 7.

Lib. 21. ca. 6.

LECTIO IIII.

HOC autem præcipio, nō laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem, conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nā oportet & hęreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non est

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthios de eorum errore in habitu, quia scilicet mulieres ad sacra mysteria

conueniebant capite non uelato, consequenter arguit eorum errorem de scissuris in conuentu, quia scilicet dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant. Et primo tangit eorum defectum in generali. Secundo in speciali, ibi; *Primum quidem &c.* Dicit ergo primo; *Hoc autem*, quòd dictum est supra, quòd mulieres velatæ sint in ecclesiis; *Præcipio*, vt sic tripliciter eos induceret ad huiusmodi obseruantiam. Primo quidem ratione, Secundo consuetudine. Tertio præcepto, quod solum sine aliis necessitatem induceret Prouer. 3. Custodi præcepta mea, & uiues. Et Eccl. 4. dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur; *Non laudans*, sed magis vituperans, quòd conuenitis in ecclesiam; *Non in melius*, sicut deberet esse; *Sed in deterius* ex culpa uestra. Omnia n. animalia gregalia, puta, columbæ, grues, oues, naturali instinctu in vnum conueniunt, vt sit eis corporaliter melius. Vnde & homo cum sit animal gregale, uel sociale, vt Philosophus probat, pri. lib. polit. secũdum rationem agere debet, vt multi in vnum conueniant propter aliquod melius: sicut in rebus sæcularibus multi in unitatẽ ciuitatis conueniunt, vt sit eis melius sęculariter scilicet, propter securitatem & sufficientiam uitæ. Et ideo fideles in unum conuenire debent propter aliquod melius spirituale, secundũ illud Psal. 101. In conueniendo populos in unum, & reges vt seruiant domino. Et alibi, In consilio iustorum & congregatione, magna opera domini. Sed isti in deterius conueniebant propter culpas, quas cõmittebant dum conuenirent Esa. 1, Iniqui sunt cœtus vestri Ecclesiast. 21. Stupa collecta synagoga peccantium. Deinde cum dicit; *Primum quidem &c.* ponit in speciali, quomodo in deterius conuenirent. Et primo ponit iudiciũ culpæ, dicens; *Primum quidem* inter cætera, scilicet ꝙ in deterius conuenitis; *Conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse inter uos*, scilicet per contentiones quas exercebant: quod quidẽ ecclesiæ non conuenit, quæ in unitate constituitur, secundũ illud Ephes. 4. Vnũ corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Hoc tamen prædicitur Esa. 22. Scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. Dicit autem Glosa, ꝙ dicendo; *Primum*, ostendit ꝙ primum malum est dissensio, vnde cætera oriuntur: vbi enim est dissensio, nihil rectũ est. Sed contra videtur esse, quod dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et 1. Timo. vlti. Radix omnium malorum cupiditas. Dicendum est autem, ꝙ hæ authoritates loquuntur quantum ad peccata personalia singularium hominum, quorũ primum est superbia ex parte auersionis, & cupiditas ex parte conuersionis. Sed Glo. hic loquitur de peccatis multitudinis, inter quæ primum est dissensio, per quàm soluitur rigor disciplinæ. Vnde dicitur Iaco. 3. Vbi est zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo ponit credulitatem auditorum, cum dicit; *Et ex parte credo*, idest quantum ad aliquos vestrum, qui erant ad contentionem proni, secundum illud quod dixerat supra. 1. cap. Contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ. Alii uero non erant contentiosi, ex quorum persona ibi subditur, Ego autem Christi, Vnde & Cant. 2. dicitur, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, idest boni inter malos. Tertio assignat rationem suæ credulitatis, dicens; *Nam oportet* non solum quascunque scissuras, sed etiam; *hæreses esse*. Vbi duo consideranda sunt. Primo quid sit hæresis. Secundo quomodo oportet hæreses esse. Circa primum sciendum, quòd sicut Hieronymus dicit super epistolam ad Galatas Hæresis græce ab electione dicitur, quia scilicet eam sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quàm putat esse meliorem. ex quo duo accipi possunt. Primo quidem quòd de ratione hæresis est, quòd aliquis priuatam disciplinam sequatur, quasi per electionem propriam, non autem disciplinam publicam, quæ diuinitus traditur. Secundo quòd huic disciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmam importat inhæsionem: & ideo hæreticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter. Vno modo directe, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur: unde error circa hos secundum se facit hæreticum, si pertinacia adsit. Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipue quantum ad ea, de quibus ecclesia solennizat, & quæ communiter uersantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, natiuitatis Christi, & alia huiusmodi. Quædam uero indirecte pertinent ad fidei disciplinam; inquantum scilicet ipsa non proponuntur, ut propter se credenda, sed ex nega-

dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam prę sumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? An ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.

Psal. 110.

tione eorum sequitur aliquid contrarium fidei: sicut si negetur Isaac fuisse filius Abrahæ, sequitur aliquid contrarium fidei, scilicet sacram scripturam continere aliquid falsi. Ex talibus autem non iudicatur aliquis hæreticus, nisi adeo pertinaciter perseueret, quòd ab errore non recedat, etiam viso quid ex hoc sequatur. Sic igitur pertinacia, qua aliquis cõtemnit in his, quæ sunt fidei directe, vel indirecte subire iudicium ecclesiæ, facit hominẽ hæreticum; talis autem pertinacia procedit ex radice superbiæ, qua aliquis præfert sensum suum toti ecclesiæ. Vnde Apostolus dicit 1. ad Timo. 6. Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quę ꝩm pietatem est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum. Secundo considerandũ est, quomodo oporteat hæreses esse. Si enim oportunum est hæreticos esse, videtur ꝙ sint commendabiles, & non sint extirpandi. Sed dicendum est, ꝙ dupliciter de aliquo dicitur, ꝙ oportet illud esse. Vno modo, ex intentione illius qui hoc agit, puta si dicamus, ꝙ oportet iudicia esse, quia. s. iudices iudicia exercentes intendunt iustitiam & pacem in rebus humanis constituere. Alio modo, ex intentione Dei, qui etiã mala ordinat in bonum, sicut persecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum. Vnde Aug. dicit in Enchyridion † quòd Deus est adeo bonus, quòd nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi esset adeo potens, quòd de quolibet malo posse elicere bonum: & secundum hoc dicitur Mat. 18. Necesse est vt veniant scandala; veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Et secundum hoc, hic dicit Apostolus; *Quod oportet hæreses esse*, ex eo, quòd Deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum fidelium. Et hoc dicit, primo quidem ad maiorem declarationem veritatis. Vnde dicit Augu. de Ciui. Dei li. 16. in Glo. Ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorũ callida inquietudine excogitãtur, vt aduersus eos defendi possint, & considerãtur diligentius, & intelligũtur clarius, & prædicantur instantius. Vnde & Prou. 27. Ferrum ferro acuitur, & hõ exacuit faciem amici sui. Secũdo ad manifestandam infirmitatem fidei in his, qui recte credunt. Et hoc est quod hic subdit Apostolus. *Vt & qui probati*, idest, approbati sunt a Deo; *Manifesti fiant in vobis* idest, inter vos Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Deinde cum dicit; *Conuenientibus ergo vobis &c.* redarguit eos de tertio delicto, quia. s. peccabant in modo & ordine sumendi corpus Christi. Et potest totum qd̃ sequitur, dupliciter exponi. Secundum aũt primam expositionem redarguuntur de hoc, quòd corpus Christi pransi accipiebant. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo, ponit detrimentum, qd̃ incurrebant. Secundo, ponit culpam, ibi; *Vnusquisque enim &c.* Tertio, inquirit de causa culpæ, ibi; *Nunquid domos &c.* Quarto cõcludit eorum vituperationẽ, ibi; *Quid dicam vobis &c.* Dicit ergo primo, ita; *Conuenientibus vobis*, scissuræ sunt inter vos. Ergo; *Conuenientibus vobis in vnum*, corpore, non animo; *Iam* ad hoc aduenistis, qd̃; *Non est*. i. non licet, vel non cõpetit vobis; *Dominicam cœnam manducare*. i. sumere eucharistiæ sacramentum, quod dñs in cœna discipulis dedit. Hoc. n. sacramentum, vt Aug. super Io. † est sacramẽtũ vnitatis & charitatis: & ideo non cõpetit dissentientibus. Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Vel melius potest referri ad ea, quæ sequuntur, vt sit sensus, Non solum; *Conuenientibus vobis*, scissuræ sunt inter vos, sed conuenit vobis conuenientibus; *Iam*, idest, in præsenti, hoc determinatum habetis, quod; *Non est*. i. non licet vobis; *Dominicam cœnam manducare*, ad quam pransi acceditis. Quia enim dñs discipulis suis post cœnam hoc sacramẽtum tradidit, vt legitur Mat. 26. volebant etiam Corinthii post communem cœnam sumere corpus Christi. Sed dominus hoc rationabiliter fecit propter tria. Primo quidem, quia ordine congruo figura præcedit veritatem. Agnus autem paschalis erat figura, siue vmbra huius sacramenti: & ideo post cœnam agni paschalis, Christus hoc sacramẽtum dedit. Dicitur enim Colos. 2. de omnibus legalibus, quòd sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Secundo vt ex hoc sacramento statim ad passionem transiret, cuius hoc sacramentum est memoriale: & ideo dixit discipulis, Surgite, eamus hinc, scilicet, ad passionem. Tertio, vt arctius imprimeretur hoc sacramentum cordibus discipulorum, quibus ipsum tradidit in vltimo suo recessu. Sed in reuerentiam tanti sacramenti postmodum ecclesia instituit, quòd non nisi a ieiunis sumatur, a quo excipiũtur infirmi, qui in necessitate, quæ legem non habet, possunt non ieiuni sumere corpus Christi. Quia vero aqua non soluit ieiunium, exstimauerunt quidam, ꝙ post potũ aquæ

Capa.

Tract.

aquæ, posset aliquis sumere hoc sacramentum, præsertim quia ut dicunt, aqua non nutrit, sicut nec aliquod aliud simplex elementum. Quamuis autem aqua secundum se non nutriat & ob hoc non soluat ieiunium ecclesiæ, secundum quòd dicuntur aliqui ieiunantes, nutrit tamen aliis admista, & ideo soluit ieiunium naturæ: & secundum hoc dicũtur aliqui ieiuni, qui scilicet eadem die nihil sumpserunt, nec cibi, nec potus. Et quia reliquiæ cibi, quæ in ore remanẽt, sumũtur per modum saliuæ, hoc non impedit aliquos esse ieiunos: similiter & nõ impedit aliquos esse ieiunos, si tota nocte nihil dormierint, uel si etiam non sint plene digesti, dummodo eadem die omnino cibi, uel potus nihil sumpserint. Vnde, quia principium diei est sumendum secundum vsum ecclesiæ a media nocte, ideo quicunq; post mediam noctem aliquid sumpserit, quantumcunq; modicum cibi, uel potus, non potest eadem die sumere hoc sacramentum. Deinde cum dicit; *Vnusquisque enim, &c.* ponit culpam: & primo secundum quod peccabant in Deum: secundo prout peccabant in proximum, ibi; *Et alius quidem, &c.* Dicit ergo primo, Ideo dico, quòd non licet uobis dominicam cœnam manducare, quia; *Vnusquisque* vestrum; *Præsumit*, idest ante sumit; *Suam cœnam* scilicet ciborum communium; *Ad manducandum*. Quilibet enim eorum portabat ad ecclesiam fercula præparata, & comedebat quilibet seorsum, antequam sumeret sacra mysteria. Osea. 4. Separatum est conuiuium eorum, nunc interibunt. Eccle. 11. dicitur in persona parci, Iaueni requiem mihi, & comedebam de bonis meis solus. Deinde cum dicit; *Et alius quidem, &c.* arguit culpam eorum inquantum erat contra proximum. Diuites enim laute comedebant in ecclesia, & bibebant usq; ad ebrietatem, pauperibus autem nihil dabant, ita quòd remanebant esurientes. Et hoc est, quod dicitur; *Et alius quidem esurit*, scilicet pauper, qui non habebat, vnde sibi præpararet; *Alter autem ebrius est*, scilicet diues, qui superflue comedebat & bibebat, cõtra id qd̃ dicit Neem. 8. Comedite pinguia & bibite mulsum & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi: Iob. 31. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Deinde cum dicit; *Nunquid domos, &c.* inquirit de causa huius culpæ. Et primo excludit causam per quam poterant excusari. non enim est licitum, domum Dei quæ est deputata sacris vsibus, communibus vsibus applicare. Vnde & dominus Ioan. 2. eiiciens ementes & uendentes de templo, dixit, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam domum negotiationis. Et Augustinus dicit in Regula, In oratorio nemo aliquid faciat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit: tamen propter necessitatem, quando. s. aliquis aliam domum non inueniret, licite posset ecclesia uti ad manducandum, uel ad alios huiusmodi licitos vsus. Hãc ergo excusationẽ excludit Apostolus, dicẽs; *Nunquid non habetis domos*, scilicet pprias; *Ad manducandum & bibendum?* vt propter hoc excusemini si in ecclesia conuiuia celebretis, quæ debetis in propriis domib⁹ facere? Vnde & Luc. 5. dicitur, quòd Leui fecit Christo conuiuium magnum in domo sua. Secundo, cum dicit; *Aut ecclesiam Dei, &c.* asserit causam, quæ eos inexcusabiles reddit, quarũ prima est, contẽptus ecclesiæ Dei. Et hãc ponit dicẽs; *Aut ecclesiam Dei contemnetis?* Et ideo in ecclesia prę sumitis cœnam vestram ad manducandum. Et potest hic sumi ecclesia, tam pro congregatione fidelium, quàm pro domo sacra, quæ non est contẽnenda, ꝩm illud Psal. 92. Domũ tuã decet sanctitudo. Et Hier. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Isti autem verunq; contemnebãt, dum præsente conuentu fidelium in loco sacro conuiuia celebrabant. Secundo ponit contemptũ proximorum in hoc quod subditur; *Et confunditis eos qui non habent?* In hoc enim pauperes erubescebant, quòd ipsi esuriebant in conspectu totius multitudinis, aliis laute comedentibus & bibentibus. Dicitur autem Prouer. 17. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius. Et Eccl. 4. Animam esurientem ne despexeris. Deinde cum dicit; *Quid dicam, &c.* Concludit eorum uituperationem, dicens; *Quid dicam uobis?* ex consideratione prædictorum. Nunquid; *Laudo vos?* Et respondet, Et si in aliis factis laudo uos; *In hoc* tamen facto; *Non laudo*. Et est aduertendũ quòd supra dum de habitu mulierũ loqueretur, saltẽ ironice laudauit eos, dicens; *Laudo vos, quod per omnia mei, &c.* Hic uero, nec ironice vult eos laudare, quia in grauioribus delictis nullo modo sunt peccatores palpandi. Vnde & in Psal. 9. dicitur, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominũ peccator. Et Esa. 3. Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Secundũ aliam uero expositionem, arguuntur de alia culpa. In primitiua enim ecclesia fideles panem & uinum offerebant, quæ consecrabantur in san-

LECTIO V.

Go enim accepi a domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus, in qua nocte

guinem & corpus Christi, quibus iam consecratis, diuites qui multa obtulerant, eadem sibi repetebant, & sic ipsi abundanter sumebant, pauperibus nihil sumentibus, qui nihil obtulerant: De hac ergo culpa, Apostolus eos hic reprehendit, dicens; *Conuenientibus enim uobis in unum, iam non est*, idest non contingit inter vos; *Dominicam cœnam manducare*: Cœna enim domini est communis toti familiæ, vnusquisq; autem vestrum sumit eam, non quasi communem, sed quasi propriam, dum sibi vult vendicare quod Deo obtulit: & hoc est qd̃ subdit; *Vnusquisque præsumit*, idest præsumptuose attentat; *Ad manducandum cœnam*. s. domini, idest panem & vinum consecratũ quasi suam, idest quasi propriam vendicans, scilicet ea quæ consecrata sunt domino in suos vsus; *Et* ita sequitur quòd; *Alius* scilicet pauper, qui nihil obtulit; *Esurit*, nihil scilicet sumens de consecratis: *Alius autem*, scilicet diues, qui multa obtulit; *Ebrius est*, ad literam: propter hoc ꝙ nimium sumpsit de vino consecrato, quòd scilicet quasi proprium repoposcit. Sed videtur hoc esse impossibile, quòd de vino consecrato aliquis inebrietur, vel etiam nutriatur de pane, quoniam post consecrationem sub speciebus panis & vini, nihil remanet nisi substantia corporis Christi & sanguinis, quæ non possunt conuerti in corpus hominis, ad hoc ꝙ ex eis nutriatur, aut inebrietur. Dicunt ergo quidam, quòd hoc non fit per aliquam conuersionem, sed per solam immutationem sensuũ hominis ab accidentibus panis & vini, quæ remanent post consecrationem. Consueuerunt enim homines ex solo ciborum odore confortari, & ex multo odore vini stupefieri, & quasi inebriari. Sed confortatio vel stupefactio, quæ proueniet ex sola immtuatione sensum paruo tempore durat, cum tamen post consecrationem panis aut vini, si vinum in magna quãtitate sumeretur aut panis, diu sustentaretur homo propter panem, aut stupefieret propter vinum. Et præterea manifestum est, quòd panis consecratus, in aliam substantiam conuerti potest, ex hoc quòd per putrefactionem resoluitur in puluere, aut per combustionem in cineres. Vnde nulla ratio est, quare negetur posse nutrire, cum ad nutriendum nihil aliud requiratur, quàm quòd cibus conuertatur in substantiam nutriti. Quidam ergo posuerunt quòd panis aut vinum consecratum, possunt conuerti in aliud, & sic nutrire, quia remanet ibi substantia panis aut vini cum substantia corporis Christi & sanguinis. Sed hoc repugnat verbis scripturæ. Non enim verum esset qd̃ dominus dicit Mat. 26. Hoc est enim corpus meum: quia hoc demonstratum, est panis, sed potius esset dicendum, hic. i. in hoc loco, est corpus meũ. Et præterea: corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem: quia iam defineret esse in cœlo. Vnde relinquitur, quòd ibi incipiat esse per conuersionem alterius. s. panis in ipsum: vnde non potest esse ꝙ remaneat substãtia panis. Et ideo alii dixerunt, quòd remanet ibi forma substantialis panis, ad quam pertinet operatio rei: & ideo nutrit sicut & panis nutriret. Sed hoc non potest esse, quia nutrire est conuerti in substantiã nutriti, quod non cõpetit nutrimento rõne formæ, cuius est agere, sed magis ratione materiæ, cuius est pati. Vnde si esset ibi forma substantialis, panis nurtire non posset. Alii vero dixerunt, quod aer circunstans, conuertitur, vel in substantiã nutriti, vel in quodcunq; aliud huiusmodi: sed hoc nõ posset fieri absq; multa cõdensatione aeris, quæ sensui latere non posset. Et ideo alii dixerunt, ꝙ diuina virtute adhoc ꝙ sacramentum non deprehendatur in huiusmodi conuersionibus, redit substantia panis & vini: sed hoc videtur esse impossibile, quia cũ substantia panis cõuersa sit in corpus Christi, non videtur ꝙ possit substantia panis redire, nisi ecõuerso corpus Christi conuerteretur in panem. Et præterea: si substantia panis redit, aut hoc est manentibus accidentibus panis: & sic simul erit ibi substantia panis & substantia corporis Christi, quod supra improbatum est. Nam tandiu est ibi substantia corporis Christi, quandiu species remanent. Aut redit speciebus non manentibus, quòd etiam est impossibile, quia sic esset substantia panis absque propriis accidentibus: nisi forte intelligatur, quòd Deus in termino conuersionis causaret ibi quandam materiam, quæ sit subiectum huius conuersionis: sed melius est vt dicatur, ꝙ sicut virtute cõsecrationis miraculose, cõfertur speciebus panis & vini, vt subsistãt sine subiecto ad modum substantiæ, ita etiam eis miraculose confertur ex consequenti, ꝙ agant & patiãtur quicquid agere aut pati posset substãtia panis aut vini, si adesset. Et hac rõne species illæ panis & vini possunt nutrire & inebriare, sicut si esset ibi substãtia panis & vini. Cætera non mutantur a prima expositione.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthiorum in ordinationes, quas cõmittebant conueniendo ad eucharistiæ

sacramentum sumendnm: hic agit de ipso sacramento. Et primo agit de dignitate huius sacramenti. Secundo inducit fideles ad reuerenter sumendum, ibi; *Itaq; quicunque mãducauerit &c.* Circa primum duo facit. Primo commendat authoritatem doctrinæ quam daturus est. Secundo, ponit doctrinam de dignitate huius sacramenti, ibi; *Quoniam dominus noster &c.* Circa primum duo facit. Primo, cõmẽdat authoritatẽ doctrinæ ex parte

tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meũ quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.

authoris, qui est Christus, dicens, Dixi ꝙ iã non est vobis dominicam cœnam manducare, sacramentnm eucharistiæ dominicã cœnam vocans; *Ego enim accepi a domino.* s. Christo, qui est author huius doctrinæ, non ab aliquo puro homine, Gala. 1. Paulus apostolus nõ ab hominibus neq; per hominẽ, sed ꝑ Iesum Christum. Heb. 2. Quę cum initium accepisset enarrari per dñm &c. Secundo, commendat authoritatem doctrinæ ex parte ministri, qui est ipse Paulus. cum subdit; *Quod & tradidi vobis.* Esa. 21. Quæ audiui a dño exercituum Deo Israel, annuntiaui vobis. Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia cõmunico. Deinde cum dicit; *Quoniam dominus Iesus* commendat dignitatem huius sacramenti, tradens institutionem ipsius. Et primo ponit institutionem. Secundo tempus institutionis, cum dicit; *In qua nocte tradebatur &c.* Tertio, modũ instituendi, ibi; *Accepit panem &c.* Institutor autem sacramenti est ipse Christus. Vñ dicit; *Quoniam dominus noster Iesus Christus &c.* Dictum est.n. supra cũ de baptismo ageretur, ꝙ Christus in sacramentis habet excellentiæ potestatem, ad quam quatuor pertinent: Primo quidem, ꝙ virtus & meritum eius operetur in sacramentis. Secundo, ꝙ in nomine eius sanctificetur sacramentum. Tertio, ꝙ effectum sacramenti sine sacramẽto præbere potest. Quarto, institutio noui sacramenti. Specialiter tamen congruebat, vt hoc sacramentum ipse in sua persona institueret, in quo corpus & sanguis eius cõmunicatur. Vnde & ipse dicit Ioan. 6. Panis quẽ ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita. Deinde cum dicit; *Qua nocte tradebatur*, describit tempus institutionis huius sacramenti, quod quidem congruum fuit. Primo quidem, quantum ad qualitatẽ temporis. Fuit enim in nocte. Per virtutem enim huius sacramenti anima illuminatur. Vnde 1. Reg. 14. dicitur, ꝙ Ionathas intinxit virgam in fauum mellis, & conuertit manum suã ad os suum, & illuminati sunt oculi eius, propter quod & in Psal. 138. dicitur, Nox illuminatio mea in deliciis meis. Secũdo quantum ad negocium quod in illo tempore gerebatur, quia, scilicet qñ tradebatur ad passionem, per quam transiuit ad patrem, hoc sacramentum, quod est memoriale passionis instituit. Vnde dicitur Eccl. 29. Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba cæteros. Deinde cũ dicit; *Accepit panem &c.* ostendit modum institutionis. Et primo ponit ea, quæ fecit & dixit Christus instituendo hoc sacramentum. Secundo exponit ibi; *Quotiescunque enim &c.* Circa primum duo facit. Primo agit de institutione sacramenti huius, quantum ad corpus Christi. Secundo quantum ad eius sanguinem, ibi; *Similiter & calicem &c.* Circa primum ante expositionem literæ, oportet primo considerare necessitatem institutionis huius sacramenti. Est autem sciendum, ꝙ sacramenta instituta sunt propter necessitatem vitæ spiritualis. Et quia corporalia sunt quædam similitudines spiritualium, oportet sacramenta proportionari eis, quæ sunt necessaria ad vitam corporalem. In qua, primo inuenitur generatio cui proportionatur baptismus, per quem regeneratur aliquis in vitam spiritualem. Secundo, ad vitam corporalem requiritur augmentum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam: & huic proportionatur sacramentum confirmationis, in quo spiritussanctus datur ad robur. Tertio ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis sustentatur. Et similiter vita spiritualis per sacramentum eucharistiæ reficitur, scđm illud, Ps. 22. In loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Est autem notandum, quòd generans non coniungitur genito secundũ substantiam, sed solum secundum virtutem, sed cibus coniungitur nutrito secundum substantiam. Vnde in sacramento baptismi, quo Christus regenerat ad salutẽ, non est ipse Christus sm suã substantiam, sed solum sm suam virtutẽ. Sed in sacramento eucharistiæ, quod est spirirituale alimentum, Christus est sm suã substantiam. Continetur autem sub alia specie, propter tria. Primo quidem, ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc sacramentum, si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. Secundo, ne hoc ipsum esset derisibile infidelibus. Tertio, vt cresceret meritum fidei, quæ consistit in hoc, quòd creduntur ea quæ non videntur. Traditur autem hoc sacramentum sub duplici specie propter tria. Primo quidem, propter eius perfectionẽ, quia cum sit spiritualis refectio, debet habere spiritualem cibum, & spiritualem potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo: Vnde & supra 10. dictum est, quòd omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberũt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu. Secundo, propter eius significationẽ. Est enim memoriale dominicæ passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus a corpore, & iõ in hoc sacramẽto, seorsum offertur sanguis a corpore. Tertio, ꝑpter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis, & ideo offertur corpus: & valet ad salutẽ animæ, & ideo offertur sanguis. Nam anima in sanguine est, ut dicitur Geñ. 9. Offertur autem specialiter hoc sacramentum sub specie panis & vini. Primo quidem, quia pane & uino cõmunius vtuntur homines ad suam refectionem. Et ideo assumuntur in sacramento hæc, sicut aqua ad ablutionem in baptismo, & oleum ad vnctionem. Secundo, propter virtutẽ huius sacramenti. Nam panis confirmat cor hominis, vinum vero lætificat. Tertio, quia panis qui ex multis granis fit, & vinum ex multis vuis, significant ecclesiæ vnitatem, quæ constituitur ex multis fidelibus. Est autẽ hæc eucharistia specialiter sacramentum vnitatis & charitatis, vt dicit Aug. super Ioann. † His autem visis circa literæ expositionem. Tract. 26. Primo considerandum est, quid Christus fecerit. Secundo quid dixerit ibi; *Et dixit &c.* Tria autem facit. Primum quidem designatur, cum dicit; *Accepit panem*: Per quod, duo significari possunt. Primo quidem, quòd ipse voluntarie passionem accepit, cuius hoc sacramentum est memoriale, secundum illud Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secũdo, potest significari ꝙ ipse accepit a patre potestatem perficiendi hoc sacramentum, secundũ illud Mat. 11. Omnia tradita sunt mihi a patre meo. Secundum tangit, cum dicit; *Et gratias agens*. In quo datur nobis exemplũ gratias agendi de omnibus, quæ nobis diuinitus dantur, secundũ illud 1. Thess. vlt. In omnibus gratias agite. Tertium tangit cũ dicit; *Fregit*. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. Sed videtur hoc esse contrarium vsui ecclesiæ, secundum quam prius consecratur corpus Christi, & postea frangitur: hîc autem dicitur ꝙ prius fregit, postea protulit verba consecrationis. Et ideo quidã dixerunt ꝙ Christus consecrauit prius verbis aliis, & postea protulit verba, quibus nos consecramus: sed hoc non potest esse, qa sacerdos dum consecrat, non profert ista verba quasi ex persona sua, sed quasi ex ꝑsona Christi cõsecrãtis. Vnde manifestũ est, ꝙ eisdẽ verbis quibus nos cõsecramus & Christus cõsecrauit. Et iõ dicẽdũ est, ꝙ hoc qđ hic dicitur; *Et dixit*, nõ est sumẽdũ consequẽter, quasi Christus acceperit panem & gratias agens fregerit, & postea dixerit verba quæ sequuntur, sed concomitanter, quòd dum accepit per se panem, gratias agens fregit & dixit. Et ideo cum Mat. 26. dicatur, quòd Iesus accepit panem & benedixit ac fregit, Apostolus non curauit hîc de benedictione facere mentionem, intelligens nihil aliud esse illam benedictionẽ, quàm hoc quod dominus dixit, Hoc est corpus meum. Deinde cum dicit; *Et dixit*. Ostendit quid Christus dixerit instituendo hoc sacramentum. In verbis autem, primo quidem iniunxit sacramenti vsum. Secundo expressit sacramenti veritatem. Tertio docuit mysterium. Vsum quidem sacramenti iniunxit, dicens; *Accipite*. Quasi diceret, Non ex potestate vel merito humano cõpetit vobis vsus huius sacramenti, sed ex eminenti Dei beneficio. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum domine. Supra. 14. Quid habes, quod non accepisti? Et determinat speciem vsus cum dicit; *Et manducate*. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis. Iob. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Sciendum est tamen, quòd hęc verba non sunt de forma consecrationis. Est enim hæc differentia inter hęc & alia sacramenta, quia alia sacramenta perficiuntur, non quidem in consecratione materiæ, sed in vsu materiæ cõsecratæ, sicut in ablutione aquæ, aut in vnctione olei seu chrismatis: & hoc ideo, quia in materiis aliorum sacramentorum non est aliqua natura rationalis, quæ sit gratiæ sanctificantis susceptiua: & ideo in forma aliorum sacramentorum fit mentio de vsu sacramenti, sicut cum dicitur, Ego te baptizo, vel confirmo te chrismate salutis &c. Sed hoc sacramentum perficitur in ipsa cõsecratione materiæ, in qua cõtinetur ipse Christus qui est finis totius gratiæ sanctificantis. Et ideo verba quæ pertinent ad vsum sacramenti, non sunt de substantia formæ, sed solum illa quæ continent veritatem & continentiam sacramenti; quæ consequenter ponit; subdens; *Hoc est corpus meum*. Circa quæ verba, tria oportet considerare. Primo quidem, de re significata per hæc verba, quòd scilicet sit ibi corpus Christi. Secũdo, de veritate huius locutionis. Tertio, vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Circa primum considerãdum est, quòd quidam

quidam dixerunt, corpus Christi non esse in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, sic exponentes quod hîc dicitur, *Hoc est corpus meum*, idest, hoc est signum & figura corporis mei: sicut & supra 10. dictum est, Petra autẽ erat Christus, idest figura Christi. Sed hoc est hæreticum, cum expresse dominus dicat Ioann. 6. Caro mea vere est cib⁹ & sanguis meus vere est potus. Vnde alii dixerunt, ꝙ est ibi vere corpus Christi, sed simul cum substantia panis, quòd est impossibile, vt supra ostensum est. Vnde alii dixerunt, quòd est ibi solum corpus Christi, substantia panis non remanente, quæ annihilatur vel in præiacentem materiam resoluitur. Sed hoc nõ potest esse, quia sicut Aug. † dicit in lib. 83. quæst. Cap. 21. Deus non est author tendendi in non esse. Secundo, quia etiam per hanc positionẽ tollitur hoc, quòd substantia panis conuertatur in corpus Christi, & sic cum corpus Christi non incipiat esse in hoc sacramento per conuersionem alterius in ipsum, relinquitur quòd incipiat ibi esse per motum localem, quod est impossibile, vt supra dictum est. Oportet igitur dicere, quòd corpus Christi vere sit in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum. Considerandum tamen, quòd hæc conuersio differt ab omnibus conuersionibus quæ sunt in natura. Actio enim naturæ præsupponit materiam, & ideo eius actio non se extendit nisi ad immutandum aliquid, secundum formam vel substantialem vel accidentalem. Vnde omnis conuersio naturalis dicitur esse formalis. Sed Deus qui facit hanc conuersionem, est author materiæ & formæ, & ideo tota substantia panis, materia non remanente, potest conuerti in totam substantiam corporis Christi. Et quia materia est indiuiduationis principium, totum hoc indiuiduum signatum, quod est substantia particularis, conuertitur in aliam substantiam particularem, propter quod dicitur ista conuersio, substantialis, seu transubstantiatio. Contingit igitur in hac conuersione contrarium eius, quod accidit in conuersionibus naturalibus, in quibus manente subiecto fit transmutatio interdum circa accidentia: hîc autem transmutata substantia, manent accidentia sine subiecto virtute diuina, quæ sicut causa prima sustentat ea sine causa materiali, quæ est substantia causata ad hoc, quòd corpus Christi, & sanguis sumatur in specie aliena rationibus supradictis: & qa ordine quodam accidentia referuntur ad substantiam, ideo dimensiones sine subiecto remanent, & alia accidentia remanent in ipsis dimensionibus, sicut in subiecto. Si autem sub illis dimensionibus nulla substantia remaneat nisi corpus Christi, dubium potest esse de fractionibus hostiæ cõsecratæ, cũ corpus Christi glorificatum sit, & per consequens infrangibile. Vnde non potest huic fractioni substare, sed nec etiam aliud potest fingi quòd subsistat, quia sacramentum veritatis non decet aliqua fictio. Vnde, nihil sensu percipitur in hoc sacramento, quod non sit ibi secundum veritatem. Sensibilia enim per se sunt qualitates, quæ quidem remanent sicut prius fuerant in hoc sacramento, vt dictum est. Et ideo alii dixerunt, quòd est quædam ibi vere fractio sine subiecto, vnde nihil ibi frangitur. Sed nec hoc dici potest, quia cum fractio sit in genere passionis, quæ habet debilius esse quàm qualitas, non potest esse in hoc sacramento sine subiecto, sicut nec qualitas. Vnde restat dicendum, quòd fractio illa fundatur sicut in subiecto in dimensionibus panis & vini remanentibus: corpus autem Christi non attingitur ab huiusmodi fractione, quia totum remanet sub qualibet parte dimensionum diuisarum. Quod quidem hoc modo considerari potest. Nam corpus Christi est in hoc sacramento ex conuersione substantiæ panis in ipsum. Non autem fit conuersio ratione dimensionum, nam dimensiones panis remanent, sed solũ rõne substantiæ. Vnde & corpus Christi est ibi rõne suæ substantiæ, non autem ratione suarum dimensionum, licet dimensiones eius sint ibi ex consequenti, inquantum non separantur a substantia ipsius. Quantum autem ad naturam substantiæ pertinet, tota est sub qualibet parte dimensionum. Vnde sicut ante consecrationem tota veritas substantiæ & natura panis erat sub qualibet parte dimensionum, ita post consecrationem, totum corpus Christi est sub qualibet parte panis diuisi. Significat autem hostiæ consecratæ diuisio: primo quidem passionem Christi, per quam corpus eius fuit vulneribus fractum, secundũ illud Psal. 21. Foderũt manus meas & pedes meos. Secundo, distributionem donorũ Christi ex ipso progredientium, sm illud infra 12. Diuisiones gratiarum sunt. Tertio, diuersas partes ecclesiæ. Nam eorum qui sunt membra Christi, quidam adhuc in hoc mundo peregrinantur, quidam viuunt in gloria cum Christo, & quantum ad animam & quantum ad corpus, quidam autem expectant finalem resurrectionem in fine mundi, & hoc significat diuisio hostiæ in tres partes. Secundo, considerandum est de veritate huius locutionis, videtur enim hæc locutio esse falsa; *Hoc est corpus meum*. Conuersio enim panis in corpus Christi, fit in termino prolationis horum verborũ: tunc.n. completur significatio huius locutionis. Formæ enim sacramentorum significando efficiunt, & ideo sequitur, ꝙ in principio locutionis qñ dicitur, quòd nõ sit ibi corpus Christi, sed sola substãtia panis quæ demonstrat per hoc pronomen; *Hoc*, quando est demonstratiuum substantiæ. Idem est ergo, hoc cum dicitur; *Hoc est corpus meum*, ac si diceret, substantia panis est corpus meum, quòd manifeste falsum est. Dixerunt ergo quidam, quòd sacerdos hæc verba materialiter & recitatiue profert ex persona Christi, & ideo demonstratio huius pronominis, nõ refertur ad præsentem materiam, vt ex hoc locutio falsa reddatur, secundum quod obiectio procedebat. Sed hoc non potest stare. Primo quidem, quia si hæc locutio non applicetur ad præsentem materiam, nihil faciet circa eam, quod est falsum. Dicit .n. Aug. super Io. † Accedit verbum ad elementum, & fit sacramẽtum. Tract. 80. Vnde necesse est dicere, quòd verba ista formaliter accipiantur, referendo ea ad præsentem materiam. Profert autem ea sacerdos ex persona Christi, a quo uirtutem sumpserunt ad ostẽdendum, quòd eandem efficaciam nunc habent, sicut quando Christus ea protulit. Non enim virtus his verbis collata euanescit, neque temporis diuersitate, neque ministrorum varietate. Secundo, quia eadem difficultas remanet de prima prolatione qua Christus ea protulit. Ideo alii dicunt, quòd sensus huius est; *Hoc est corpus meum*, idest: hic panis designat corpus meum, vt ly; *Hoc*, designet id, quod est in principio locutionis. Sed hoc etiam esse non potest, quia cum sacramenta efficiant quod figurant, hæc verba nihil efficiunt, nisi quod significant. Secundo, quia ex hoc sequeretur, quòd per hæc verba nihil efficeretur quàm quòd corpus Christi esset ibi sicut sub signo, quod supra improbatum est. Et ideo alii dicunt, quòd ly hoc, facit demonstrationem ad intellectum, & demonstrat id, quod erit in fine locutionis, scilicet corpus Christi. Sed nec hoc videtur conuenienter dici, quia secundum hoc, sensus esset, Corpus meum, est corpus meum, qđ non fit per hæc verba, cum hoc ante verba consecrationis fuerit verum. Et ideo aliter dicendum est, quòd formæ sacramentorum non solum sunt significatiuæ, sed etiam factiuæ, significando .n. efficiunt. In omni autem factione, oportet subiici aliquid commune tanquam principium. Commune autem in hac conuersione non est aliqua substantia, sed accidentia, quæ & prius fuerũt & postea manent, & ideo ex parte subiecti in hac locutione non ponitur nomen, quod significat certam speciem substantiæ, sed ponitur pronomen, quod significat substantiam sine determinata specie. Est ergo sensus; *Hoc*, idest contentum sub his accidentibus; *Est corpus meum*, & hoc est quod fit per verba consecrationis. Nam ante consecrationem, id quod erat contentum sub his accidentibus, non erat corpus Christi, quod tamen fit corpus Christi per consecrationem. Tertio autem oportet considerare quomodo est hæc conueniens forma huius sacramenti. Nam hoc sacramentum, vt dictum est, non consistit in vsu materiæ, sed in consecratione ipsius. Consecratio autem nõ fit per hoc, quòd materia consecrata solum suscipiat aliquam virtutem spiritualem, sed per hoc, quòd transubstantiatur secundum esse in corpus Christi, & ideo nullo alio verbo vtendum fuit, nisi verbo substantiuo, vt dicatur; *Hoc est corpus meum*. Per hoc enim significatur id, quod est finis, quod significando efficitur. Deinde cũ dicit; *Quod pro uobis tradetur* tangit mysterium huius sacramenti. Est enim sacramentum repræsentatiuum diuinæ passionis, per quam corpus suum tradidit in mortem pro nobis: secundum illud Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus. et Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et vt ostendat rationem frequẽtandi hoc mysterium, subiungitur; *Hoc facite in meam commemorationem*, hoc recolendo, scilicet tam magnum beneficium, quo pro vobis me tradidi in mortem. Vnde & Treno. 3. dicitur, Recordare paupertatis meæ, absinthii, & fellis. Et in Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.

LECTIO VI.

SIMILITER & calicem postquã cœnauit, dicẽs, Hic calix nouum testamẽtũ est ĩ meo sanguine.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM Apostolus posuit institutionẽ huius sacri quantũ ad consecrationẽ corporis, hic ponit institutionẽ eius q̃tum ad sanguinis consecrationẽ. Et primo, ponit ordinẽ institutionis. Secundo verba, cum dicit; *Hic calix &c.* Ordo aũt attẽditur q̃tum ad duo. Primo, ad concomitantiã vtriusq; speciei cum dicit; *Similiter & calicem*. Vtrunque.n. est de ꝑfectione huius sacramenti, tum ꝑꝑ perfectionem refectionis, tum propter repræsenta-

dentationem passionis, tum propter efficientiam salutis animæ & corporis, vt supra dictum est: sed si prius consecratur in hoc sacramento corpus Christi, & postea sanguis, videtur sequi, q̃ ante consecrationem sanguinis, corpus Christi in hoc sacramento sit exangue: quod quidam inconueniens reputantes, dixerũt, quòd duæ formæ se expectant in efficiendo, ita scilicet quòd prima forma consecratiõis corporis, nõ consequitur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis sanguinis, sicut etiam dictum est, quòd verba quæ proferuntur in consecratione corporis, non consequuntur suum effectum vsque ad finem prolationis verborum. Sed hoc non est simile. Nam significatio verborum quibus consecratur corpus Christi, non completur nisi in termino prolationis eorum. Et quia verba sacramentalia significando efficiunt, ideo non possunt habere effectum ante terminum prolationis. Tunc autem habent plenam significationem, etiam antequam proferantur verba consecrationis sanguinis, & ideo necesse est, quòd etiam tunc habeant suũ effectum: alioquin sacerdos peccaret statim post verba consecrationis, proponens hostiam non consecratam populo adorandam, nisi iam esset corpus Christi: quia inducret populum ad idololatriam. Est ergo dicendum, quòd ante consecrationem sanguinis est in hoc sacramento corpus Christi, non sine sanguine. Sciendum est enim, quòd in hoc sacramento dupliciter aliquid est. Vno modo ex vi consecrationis, illud. scil. in quod terminatur conuersio panis & vini, sicut per formam consecrationis significatur, & sic sub specie panis, est corpus Christi. Alio modo est aliquid in hoc sacramento ex reali cõcomitantia, sicut diuinitas verbi est in hoc sacramento q̃ in dissolubilem vnionem ipsius ad corpus Christi, licet nullo modo substantia panis in diuinitatem conuertatur. Et similiter est ibi anima, quæ cõiuncta est realiter ipsi corpori. Si vero in triduo mortis Christi, fuisset corpus Christi ab aliquo apostolorum consecratũ, non fuisset ibi aia q̃ tũc realiter erat a corpore separata. Et idẽ dicẽdũ ẽ de sãguine. Nam sub speciebus panis ex vi consecrationis est corpus Christi, in quod substantia panis conuertitur. Sanguis autem est ibi, ex reali concomitantia, quia tunc, realiter sanguis Christi non est ab eius corpore separatus: & eadem ratione sub specie vini est sanguis Christi ex vi consecrationis: corpus autem ex reali concomitantia, ita quòd sub vtraque specie est totus Christus. Si vero tempore passionis quando sanguis Christi erat ex corpore effusus, fuisset hoc sacramentum ab aliquo apostolorum perfectum, sub panis specie fuisset solum corpus Christi exangue, sub speciebus autem vini fuisset solus sanguis Christi. Secundo attendirur ordo per comparationem ad cibos materiales, qui præcesserant, vbi subdit; *Postquam cænauit*, quod videtur signanter addidisse. Nam Christus corpus suum tradidit inter cœnam. Vnde Mat. 26. dicitur, quòd cœnantibus illis, accepit Iesus panem &c. Sed sanguinem dedit expresse post cœnam. Vnde & Luc. 22. dicitur: Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens. &c. Cuius ratio est, quia corpus Christi repræsentat mysterium incarnationis, quæ facta est adhuc legalibus obseruãtiis statum habẽtibus, inter quas præcipua erat cœna agni paschalis. Sed sanguis Christi in sacramento, directe repræsentat passionem per quam est effusus, & per quam sunt terminata omnia legalia. Vnde Heb. 9. dicitur, quòd per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Deinde ponit verba, dicens; *Hic calix &c.* Et primo demonstrat veritatẽ huius sacramenti. Secundo iniungit vsum, ibi; *Hoc facite &c.* Quantum ergo ad primum, dicit; *Hic calix &c.* Quod quidem dupliciter sumi pót. Vno mõ methonymice, vt scilicet ponatur continens pro contento. quasi dicat. Cõtentũ in hoc calice quod conuenientius ponitur in consecratione vini quod ratione suæ humiditatis indiget aliis terminis contineri, quàm in consecratione panis, qui ratione suæ siccitatis propriis terminis cõtinet. Alio modo potest accipi metaphorice, vt sit sensus: Sicut calix inebriat & perturbat, ita & passio. Vnde Mat. 22. dicit, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et Mat. 26. Transeat a me calix iste. Est ergo sensus; *Hic calix*, idest contentum in hoc calice, vel hæc mea passio; *Est nouum testamentum in meo sanguine*. Vñ considerandum est, q̃ testamentum dupliciter sumitur in scripturis. Vno modo cõiter pro quolibet pacto, quod quidem testibus confirmatur, & sic considerandũ est, q̃ Deus dupliciter pactum iniit cum humano genere. Vno modo promittẽdo bona temporalia, & a malis temporalibus liberando, & hoc vocatur vetus testamentum, vel pactum. Alio modo promittendo bona spiritualia & a malis oppositis liberando, & hoc vocitur testamentum nouum. Vnde dicitur Hie. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ, non secundum pactũ quod pepigi cum patribus vestris, vt educerem eos de terra Aegypti, sed hoc erit pactum. Dabo legem meam in visceribus eorum & ero eis in Deum. Est autem considerandum, quòd apud antiquos erat consuetudo, vt alicuius victimæ sanguinem funderent ad confirmationem pacti. Vnde Gene. 31. legitur, quòd postquam inierunt fœdus Laban & Iacob, immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos. Vnde & Exo. 24. legitur, quòd Moyses sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum. Sicut ergo vetus testamentum seu pactum confirmatum est sanguine figurali taurorum, ita nouum testamentum seu pactum confirmatum est in sanguine Christi, qui per passionem est effusus. Et in hoc calice sacramentum taliter continetur. Alio modo testamentum accipitur magis stricte, pro dispositione hæreditatis percipiendæ, quam necesse est secundum leges certo numero testium confirmare. Non autem testamentum sic acceptum confirmatur nisi per mortem, quia vt Apostolus dicit Heb. 9. Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Deus autem primo quidem dispositionem fecerat de æterna hæreditate percipienda, sed sub figura temporalium bonorum, quod pertinet ad vetus testamentum: sed postmodum fecit nouum testamentum, expresse promittens hæreditatem æternam, quod quidem confirmatum est per sanguinem mortis Christi. Et ideo dominus de hoc dicit, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine q.d. Per id quod in hoc calice continetur, commemoratur nouum testamentum per Christi sanguinem confirmatum. Est autem aduertendum, quòd eadem verba quæ hic Apostolus ponit, habentur Luc. 22. nisi quòd ibi additur, qui pro vobis effundetur. Lucas enim discipulus fuit Pauli, & eum in cõscriptione euangelii est secutus. Sed Matth. 26. dicitur, Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Eadẽ verba ponuntur in Mar. 14. Dicũt ergo quidam, q̃ quæcũque formæ horum verborum proferantur, quæ sunt scripta in canone sufficere ad consecrationem. Probabilius autem dici videtur, quòd illis solis verbis perficitur consecratio, quibus ecclesia vtitur ex traditione apostolorum structa. Euangelistæ enim verba domini recitare intenderunt quantum pertinet ad rationem historiæ, non autem secundum quod ordinantur ad consecrationem sacramentorum, quas in occulto habebant in primitiua ecclesia propter infideles. Vnde Diony. dicit in vlt. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. Perfectiuas inuocationes non est fas in scripturis exponere, neque mysticum ipsarum ante factas in ipsis ex Deo virtutes, ex occulto in communi adducere. Sed circa ista verba quibus ecclesia vtitur in consecratione sanguinis, quidam opinantur, quòd non omnia sint de necessitate formæ, sed solum q̃ dicitur, Hic est calix sanguinis mei, non autem residuum quod sequitur, noui & æterni testamẽti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Nam totum illud quod sequitur est quædam determinatio prædicati. Vnde & ad eiusdem locutionis sententiam seu significationem pertinet. Et quia, vt sæpe dictum est, formæ sacramentorum significando efficiunt, totum pertinet ad vim effectiuam formæ. Nec obstat ratio quam inducunt, quia in consecratione corporis, sufficit quod dicitur, Hoc est corpus meum, quia sanguis seorsum consecratus, specialiter repræsentat passionem Christi, per quam eius sanguis separatus est a corpore, & ideo in consecratione sanguinis, oportuit exprimere Christi passionis virtutem, quæ attenditur. Primo quidẽ respectu nostræ culpæ quam Christi passio abolet, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et quantum ad hoc dicit, Qui pro vobis & pro multis effunderur in remissionem peccatorum. Effusus est siquidem sanguis in remissionem peccatorum, nõ solum pro multis, sed etiam pro omnibus, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Sed quia quidam se reddunt indignos ad recipiendum talem effectum, quantum ad efficaciam dicitur esse effusus pro multis, in quibus habet effectum passio Christi. Dicit autem signanter pro vobis & pro multis, quia hoc sacramentum valet in remissionem peccatorum sumentibus per modum sacramenti: quod notatur signanter, cum dicitur, pro vobis, quibus dixerat accipite. Valet etiam per modum sacrificii multis non sumentibus, pro quibus offertur: quod significatur, cum dicitur, Et pro multis. Secundo virtus eius consideratur per comparationem ad vitam iustitiæ, quam facit per fidem, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redẽptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiationem per fidem in sanguinem

Hoc facite quotiescunque bibetis in meam cõmemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat.

guinem ipsius. Et quãtum ad hoc, dicit, Mysterium, idest occultum fidei, quia scilicet fides passionis Christi erat occulta in omnibus sacrificiis veteris testamenti, sicut veritas in signo. Hoc autem ecclesia habet ex traditione apostolorum, cum in canone scripturæ non inueniatur. Tertio virtus eius attenditur quantũ ad vitam gloriæ, in quam per passionem Christi introducit, secundũ illud Heb. 10. Habentes fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi. Et quantũ ad hoc dicit Noui & æterni testamẽti. Aeterni siquidem, quia est dispositio de hæreditate æterna. Noui autem, ad differentiam veteris, quia temporalia promittebat. Vnde Heb. 9. dicitur, ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, repromissionem accipiãt qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Deinde cum dicit; *Hoc facite &c.* iniungit vsum huius sacramenti, dicens; *Hoc facite quotiescunque sumitis, in meam commemorationem*, scilicet in memoria meæ passionis. Vnde & Treno. 3. dicit Propheta, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et Esa. 43. Miserationum domini recordabor. Est autem notandum, quòd in calice principaliter quidem debet poni vinum rationibus supradictis. Debet autem apponi & aqua. Probabile enim est, quòd Christus in cœna vinum mistum discipulis dederit propter consuetudinem terræ illius, in qua, vt temperetur fortitudo vini, ab omnibus vinũ bibitur aqua mistum. Vnde & Prouer. 9. Sapientia, dicit, Bibite vinum quod miscui vobis. Nihilominus tamen aqua vino mista significat populum Christianum Christo per passionem coniunctum, secundum illud Apoc. 17. Aquæ, populi sunt & gentes. Et participatio sanguinis Christi a fidelibus pertinet ad usum sacramenti, qui non est de necessitate huius sacramenti. Sed potest vinum consecrari absque aqua, licet peccet qui sic consecrat, non seruans ritum ecclesiæ. Et ideo, si sacerdos ante consecrationem vini aduertat quòd aqua non fuerit apposita calici, debet apponere. Si vero post consecrationem aduertat, non debet apponere, sed debet perficere sacramẽtum. Nihil enim post consecrationem est sanguini Christi miscendum, quia talis permistio non posset esse sine qualicunque corruptione vini consecrati, quod pertinet ad crimen sacrilegii. Dicunt autem quidam, quòd cum delatere Christi pendentis in cruce fluxerit sanguis, & aqua, vt legitur Ioann. 19. Sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua in aquam. Sed hoc non competit, quia in illa aqua figuratur ablutio quæ est per baptismum. Et ideo alii dicunt, quòd facta conuersione vini in sanguinem, aqua remanet in sua substantia, & circuntegitur accidentibus vini. Sed hoc non competit, quia aqua admiscetur vino ante consecrationem, quando non differt ab alio vino. Vnde non seorsum manet, sed permiscetur. Et ideo dicendum est, quòd aqua conuertitur in vinũ & sic totum conuertitur in sanguinem Christi. Propter quod mos est modicum de aqua apponere, & præcipue si sit vinum debile, quod nõ potest nisi modicum aquæ in seipsum conuertere. Deinde cum dicit; *Quotiescunque &c.* Exponit verba domini, quæ dixerat, Hoc facite in meam commemorationem, dicens; *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc &c.* Et dicit; *Panem*, propter species remanentes. Dicit autem; *Hunc*, propter idem numero corpus significatum & contentum; *Et calicem*, scilicet hunc bibetis; *Mortem domini annuntiabitis*, repræsentando, scilicet eam per hoc sacramentum. Et hoc; *Donec ueniat*, idest vsque ad vltimum eius aduentum, in quo datur intelligi, quòd hic ritus ecclesiæ non cessabit vsque ad finem mundi, secundum illud Matth. vlt. Ecce ego vobiscũ sum, vsque ad consummationem seculi. Et Luc. 21. Non præteribit generatio hæc, scilicet ecclesiæ, donec omnia fiant.

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit dignitatem huius sacramenti, hic excitat fideles ad sumendum illud reuerẽter: & primo ponit periculum, quod imminet indigne sumentibus: secundo adhibet salutare remedium, ibi; *Probet autem &c.* Dicit ergo primo; *Itaque*, ex quo hoc quod sacramentaliter manducatur, est corpus Christi, & quod bibitur, est sanguis Christi; *Quicunque manducauerit hunc panem, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.* In quibus verbis primo considerandum est, qualiter aliquis indigne manducat & bibit: quod quidem secundum Glo. contingit tripliciter. Primo quidẽ quãtum ad celebrationẽ huius sacramenti, quia, scilicet aliquis aliter celebrat sacramentum eucharistiæ, quàm a Christo traditum est, puta si offerat in hoc sacramento alium panẽ, quàm triticeum, vel aliũ liquorem, q̃ uinũ de vite. Vnde Leui. 10. dicitur quòd Nadab & Abiu, filii Aaron, obtulerũt coram domino ignẽ alienum, quod eis præceptum non erat, egressusque ignis a dño, deuorauit eos. Secundo ex hoc, quòd aliquis non deuota mente accedit ad eucharistiam: quæ quidem indeuotio quandoque est veniale: puta cum aliquis distracta mente ad secularia negocia, accedit ad hoc sacramentum, habitualiter retinens debitã reuerẽtiã ad ipsum: & talis indeuotio licet impediat fructũ huius sacramenti, q̃ est spiritualis refectio: nõ tamen facit reũ corporis & sanguinis domini, sicut hic Apostolus loquitur. Quædam vero indeuotio est peccatum mortale, quæ scilicet est cum contemptu huius sacramenti, put dicitur Malac. 1. Vos polluistis nomen meum in eo quòd dicitis, Mensa dñi contaminata est, & quod supponitur contemptibile. Et de tali indeuotione loquitur Glo.

Tertio modo dicitur aliquis indignus, ex eo quòd cum voluntate peccandi mortaliter, accedit ad eucharistiam. Dicitur enim Leui. 21. Non accedat ad altare, qui maculam habet. Intelligitur aliquis maculam peccati habere, quandiu est in volũtate peccandi, quæ tamen tollitur per pænitentiam. Per contritionem quidem, quæ tollit voluntatem peccandi cum proposito confitendi & satisfaciendi, quantum ad remissionem culpæ & penæ æternæ: per confessionem autem & satisfactionem quantũ ad totalem remissionem pœnæ & reconciliationem ad membra ecclesiæ. Et ideo in necessitate quidem, puta quando aliquis copiam confessiionis habere non potest, sufficit contritio ad sumptionem huius sacramenti. Regulariter autem debet confessio precedere cum aliqua satisfactione. Vnde in lib. de eccles. † dogmatibus dicitur. Communicaturus, satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de domino, mundus accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia peccata & mortalia non grauãt. Nãque, quem mortalia crimina post baptismum commissa præmunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si non vult ad condemnationem eucharistiam percipere. Sed videtur quòd peccatores non indigne accedant ad hoc sacramentum. Nam in hoc sacramento sumitur Christus, qui est spiritualis medicus, qui de se dicit Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Sed dicendum, quòd hoc sacramentum est spirituale nutrimẽtum, sicut baptismus est spiritualis natiuitas. Nascitur autem aliquis ad hoc vt viuat, sed non nutritur nisi iam viuus, & ideo hoc sacramentum non competit peccatoribus, qui nondum viuunt per gratiam: competit eis tamen baptismus. Et præterea, eucharistia est sacramentum charitatis & ecclesiasticæ vnitatis, vt dicit Aug. super Io. † Cum igitur peccator careat charitate, & sit separatus merito ab ecclesiæ vnitate, si accedat ad hoc sacramentum, falsitatem committit, dum significat se habere charitatem, quam non habet. Quia tamen peccator quandoque habet fidem huius sacramenti, licitum est ei hoc sacramentum inspicere, quod omnino infidelibus denegatur, vt Dionys. dicit 3. cap. ecclesiastice hierarchiæ. Secundo considerandum est, quomodo ille qui indigne sumit hoc sacramentum, sit reus corporis & sanguinis domini. Quod quidem in Glos. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter. Incurrit enim reatum ex peccato commisso circa corpus & sanguinem domini, prout in hoc sacramento continetur, quod indigne sumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur. Tanto est enim eius culpa grauior, quanto maior est contra quem peccatur. Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia eum qui filium Dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Secundo exponitur per similitudinem, vt sit sensus; *Reus erit corporis & sanguinis domini*, & mortis domini pœnas dabit, hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, secundũ illud Heb. 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Sed secundum hoc videtur grauissimum esse peccatum eorum qui indigne sumunt corpus Christi. Sed dicendum q̃ peccatum aliquod, habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipsa specie peccati, quæ sumitur ex obiecto, & secundum hoc grauius est peccatum quod contra diuinitatem cõmittitur, puta infidelitas, blasphemia, vel aliquid huiusmodi, quàm quod cõmittitur contra humanitatem Christi. Vnde & ipse dominus, Mat. 12. dicit, Quòd qui dixerit verbũ contra filium hominis remittetur ei; qui autem dixerit contra spiritũ sanctum, non remittetur ei. Et iterum, grauius est peccatum quod committitur contra humanitatem in propria specie, q̃ sub specie sacramenti. Alio modo grauitas peccati attenditur ex parte peccantis. Magis autem peccat qui ex odio, aut inuidia, vel ex quacũq; malitia peccat,

Cap. 53.

Tract. 26.

cat, sicut peccauerunt illi, qui Christum crucifixerunt, q̃ qui peccat ex infirmitate, sicut interdũ peccant illi qui indigne sumunt hoc sacramentum. Non ergo per hoc intelligitur, ꝙ peccatum indigne sumentium hoc sacramentum, comparetur peccato occidentium Christum ꝓ æqualitatem, sed ꝓ similitudinem speciei, quia vtrunq; est circa eundem Christum. Tertio modo exponitur; *Reus erit corporis & sanguinis Domini*, idest corpus & sanguis dñi facient eũ reum, Ita.n. bonum male sumptũ nocet, sicut prodest malũ quo quis bñ vtitur, sicut stimulus sathanæ Paulo. Per hæc autem verba, excluditur error quorundam dicẽtium, ꝙ q̃ statim hoc sacramentum tangitur a labiis peccatoris, definit sub eo esse corpus Christi. Contra quod, est quod Apostolus dicit; *Quicunque ẽ manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indigne*. Secundũ .n. prædictam opinionem, nullus indignus manducaret vel biberet. Cõtrariatur autem prædicta opinio veritati hmõi sacramenti, ꝓ quã, tandiu corpus & sanguis Christi manẽt in sacramento, quãdiu remanẽt species in quocunq; loco existant. Deinde cũ dicit; *Probet autem &c.* Adhibet remedium cõtra prædictũ periculum. Et primo ponit remediũ. Secundo assignat rationem, ibi; *Qui enim manducat &c.* Tertio ratione manifestat ꝑ signũ, ibi; *Ideo inter uos &c.* Dicit ergo primo. Quia tm̃ reatum incurrit q̃ indigne sumit hoc sacramentũ, ideo necesse est, vt primo hõ seip sum probet. i. diligenter examinet suam conscientiã, ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritũ, de quo non sufficienter pœnituerit; *Et sic*, post diligentem examinationem securus; *De pane illo edat & de calice bibat*, quia digne sumentibus non est venenum, sed medicina. Gal. vlt. Opus autem suum probet vnusquisque. 2. Cor. 13. Si estis in fide Christi, vos probate. Deinde cum dicit; *Qui enim manducauerit* &c. Assignat rationem prædicti remedii, dicens, Ideo probatio præexigitur; *Qui enim indigne manducat & bibit, iudicium*. i. condemnationem, *Sibi manducat & bibit*, sicut dicitur Ioan. 5. Resurgent qui male egerunt in resurrectionem iudicii. *Non diiudicans corpus domini*, idest, ex eo quòd non discernit corpus Domini ab alis, indifferenter ipsum assumẽs, sicut alios cibos. Leu. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram domino. Sed contra videtur esse, quod dicit Ioan. 6. Qui manducat me, viuit propter me. Sed dicendum est, quòd duplex est modus manducandi hoc sacramentum, scilicet spiritualis & sacramentalis. Quidam ergo manducant sacramentaliter & spirituali ter, qui scilicet, ita sumunt hoc sacramentum, quòd etiam rem sacramenti participant, scilicet charitatem per quam est ecclesiastica vnitas. Et de talibus intelligitur verbum domini inductum, Qui manducat me, viuit propter me. Quidam vero manducant sacramentaliter tantum, qui, scilicet, ita hoc sacramentum percipiunt quòd rem sacramenti, idest, charitatem non habent, & de talibus intelligitur, quod hic dicitur. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Est autem præter duos modos quibus sumitur sacramentum hoc, tertius modus sumendi, quo manducatur per accidens; dum scilicet, sumitur non vt sacramentum: quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, sicut quando aliquis fidelis sumit hostiam consecratam, quam non credit esse consecratam. Talis enim habet habitum vtendi hoc sacramento, sed non vtitur eo actu, vt sacramento. Alio modo, sicut quando hostiam consecratam sumit aliquis infidelis, qui nullam fidem habet huius sacramenti. Talis enim non habet habitum vtendi hoc sacramento, sed solum potentiam. Tertio modo, sicut quando hostiam sacratam comedit mus, vel quodlibet animal brutum, quod etiam non habet potentiam vtendi hoc sacramento. Ex hoc igitur, quòd spiritual ter sumentes hoc sacramentum acquirunt vitam, alliciuntur quidam ad hoc, quòd frequenter hoc sacramentum assumant. Ex hoc autem, quòd indigne sumentes acquirunt sibi iudicium, plures deterrentur, vt rarius sumant, & vtrunque commendandum videtur. Legimus enim Luc. 19. Quòd Zacheus recepit Christum gaudens in domum suam, in quo eius charitas commendatur. Legitur etiam eodem. 7. quòd Centurio dixit Christo, Non sum dignus vt intres sub tectum meum: in quo commendatur honor, & reuerentia eius ad Christum. Quia tamen amor prefertur timori per se loquendo, commendabilius esse videtur, quòd aliquis frequentius sumat, quàm quòd rarius. Quia tamen quod est in se eligibilius, potest esse minus eligibile quantum ad hunc vel illum: considerare quilibet in seipso debet, quem effectum in se habeat frequens susceptio huius sacramenti: Nam si aliquis sentiat se proficere in feruore dilectionis ad Christum, & infortitudine resistendi peccatis, quæ plurimum cõsequuntur homines, debet frequenter sumere. Si vero ex frequenti sumptione sentiat aliquis in se minus reuerentiam huius sacramenti, monendus est, vt rarius sumat. Vnde & in lib. de Ecclesiasticis dogmatib⁹ dicitur. Quotidie eucharistiã sumere, nec laudo, nec vitupero. Deinde cum dicit; *Ideo inter uos &c.* Manifestat prędictam rationem per signũ. Et primo ponit signum. Secundo assignat causam illius signi ibi; *Quod si nosmetipsos &c.* Circa primum cõsiderandum est, quòd sicut Aug. dicit in Primo de Ciui. dei cap. 8. Si omne peccatum nunc manifeste Deus plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus, si nullum peccatum nunc puniret, nulla esse diuina prouidentia crederetur. In signum ergo futuri iudicii, Deus etiam in hoc mũdo pro peccato quosdam temporaliter punit, quod maxime obseruatum videtur in principio legislationis, tam nouæ quàm veteris. Legimus enim Exo. 32. Propter peccatũ vituli aurei adorati, multa millia hominũ perempta. Rursum legitur Act. 5. Propter peccatum mendacii, & furti, Ananiam & Saphiram interiisse. Vnde & ꝑ peccatum huius sacramenti indigne sumpti, aliqui in primitiua ecclesia puniebantur a Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit, Ideo scilicet in signum futuri iudicii, Inter vos multi indigne sumentes corpus Christi, sunt infirmi corporaliter. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates; *Et imbecilles*, idest longa inualetudine laborantes; *Et dormiunt multi* scilicet morte corporali, secundum quod sumitur dormitio. 1. ad Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus. Deinde cum dicit; *Quod si nosmetipsos &c.* Assignat duplicem rationem prædicti signi, quarum prima sumitur ex parte nostri. Secunda ex parte Dei, ibi; *Cum iudicamur autem &c.* Ex parte autem nostra, causa diuinæ punitionis est a negligentia, quia in nobisipsis peccata cõmissa punire negligimus. Vnde dicit; *Quod si nosmetipsos diiudicaremus*, redarguendo & puniendo peccata nostra; *Non utique iudicaremur*, idest non puniremur a domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. Sed contra est, quod supra. 4. dictum est. Sed neque meipsum iudico. Et Rom. 14. dicitur, Beatus qui non iudicat semetipsum. Sed dicendum est, quòd aliquis potest seipsum iudicare tripliciter. Vno modo, discutiendo, & sic aliquis debet iudicare seipsum, & quantum ad opera præterita, & quantum ad futura, secundum illud Gal. vlt. Opus suum probet vnusquisque. Alio modo, sinialiter seipsum absoluendo, quasi iudicando se innocentem quantum ad preteri ta, & secundum hoc, nullus debet iudicare seipsum, vt. s. se innocentem iudicet, secundum illud Iob 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendero, pra uum me cõprobabit. Tertio modo, repræhẽdẽdo, vt scilicet faciat aliquid, quod ipse iudicat esse malum. Et hoc modo intelligitur quod inductũ est, Beatus est qui nõ iudicat semetipsum, in eo qd̃ probat. Sed quantũ ad ea quæ iã fecit, debet quilibet seipsum iudicare, repræhẽdẽdo & puniẽdo ꝑ maleficiis. Vnde dicitur Iob. 13. Vias meas in conspectu eius arguam & 23. Ponam coram eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus: et de hoc iudicio Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, & inducit hic in Glo. Versetur ante oculos nostros imago futuri iudicii, & ascẽdat homo aduersum se ante faciem suã: atq; constituto in corde iudicio, adsit accusans cogitatio, & testis conscientia, & carnifex cor. Inde quidẽ sanguis animi confitentis per lachrymas profluat, postremo ab ipsa mẽte talis sentẽtia proferatur, vt se indignum homo iudicet participem corporis & sanguinis domini. Deinde cum dicit; *Cum iudicamur autem &c.* Ponit causam quæ est ex parte Dei, dicens; *Cum iudicamur autem a domino*, idest in hoc mundo punimur; *Corripimur*, idest, hoc fit ad correctionem nostram, ut scilicet quilibet propter pœnam quã sustinuit, a peccato recedat. Vnde & Iob 5. dicitur, Beatus vir qui corripitur a domino. Et Prouer. 3. Quem diligit dominus, corripit. Vel etiam dũ per pœnam vnius, alius peccare desistit Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit, & hoc ideo; *Vt non damnemur*, æterna damnatione in futuro; *Cum hoc mundo*, idest cum hominibus mundanis. Deinde cũ dicit; *Itaque fratres mei &c.* reducit eos ad debitã obseruantiam: & primo ponitur id, qd̃ nunc ordinat. Secundo, ponitur promissio de ordinatione futura, ibi; *Cætera autem*. Circa primum tria facit. Primo, ponit ordinationem suam, dicens; *Itaque fratres mei &c.* Ne vnusquisque cœnam suam præsumat ad manducandũ; *Cum conuenitis*. s. in ecclesia; *Ad manducandum*, scilicet corpus Christi; *Inuicem expectate*, vt. s. simul omnes sumatis. Vnde Exo. 12. dicitur, Immolabit hedum multitudo filiorum Israel. Secundo, excludit excusationem dicens; *Siquis autem esurit &c.* Et non potest tantum expectare; *Domi manducet*, scilicet communes cibos, postmodum eucharistiam non sumpturus. Eccl. 36. Omnem escam manducabit venter. Tertio, rationem assignat, dicens; *Vt non conueniatis*, scilicet ad sumendum corpus Christi; *In iudicium*, idest, in vestram condemnationem. Deinde ponitur promissio, cũ dicit; *Cætera*, scilicet quæ non sunt tanti periculi; *Cum uenero* præsentialiter; *Disponam* qualiter scilicet ea conseruare debeatis. Ex quo patet ꝓ ecclesia multa habet ex dispositione apostolorum, quæ in Sacra scriptura nõ continẽtur. Eccl. 10. Ciuitates inhabitabũtur, idest ecclesiæ disponentur per sensum prudentium. s. apostolorũ.

tres mei, cũ conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Siquis esurit, domi mãducet, vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem cum venero, disponam.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus prosecutus est de tribus sacramentis, scilicet baptismo, matrimonio, & eucharistia: hic incipit determinare de his quæ pertinent ad rem sacramentorum. Est autem duplex res sacramẽti. Vna significata & contenta, scilicet gratia, quæ statim cum sacramento confertur, Alia significata, & non contenta scilicet gloria resurrectionis, quę in fine expectatur. Primo ergo agit de donis gratiarum. Secũdo de gloria resurrectionis. 15. cap. ibi; *Notum autem uobis facio &c.* Circa primum agit de gratiis gratis datis. Secundo præfert omnibus his charitatem, quæ pertinet ad gratiam gratum facientem. 13. ca. ibi; *Si linguis hominum &c.* Tertio comparat gratias datas adinuicem. 14. cap. ibi; *Sectamini charitatem &c.* Circa primum duo facit. Primo principaliter exponit quid intendat, dicens, Dixi quòd cætera quæ pertinent ad vsum sacramentorum, cum venero disponam. Sed quædam statim vobis tradere oportet, & hoc est quod dicit; *De spiritualibus autem*; idest de donis gratiarum, quæ sunt a spiritu sancto, o fratres; *Nolo uos ignorare*. Est enim maximũ genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta; vt Seneca dicit in lib. de beneficiis: & ideo vt homo non sit Deo ingratus, non debet spirituales gratias ignorare. Supra. 2. Spiritum accepimus qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus; quia non habuit scientiam, scilicet spiritualium. Secundo, ibi *Scitis quoniam cum gentes &c.* Prosequitur suam intentionem: & primo ostendit spiritualium gratiarum necessitatem. Secundo ponit gratiarum distributionem, ibi; *Diuisiones uero &c.* Necessitas autẽ alicuius rei, maxime cognoscitur ex defectu ipsius. Vnde circa primum duo facit. Primo, ponit defectum quem patiebantur ante susceptam gratiam. Secundo, concludit gratiæ necessitatem, ibi; *Ideo notum uobis &c.* Dicit ergo primo; *Scitis*. quasi experti; *Quoniam cum gentes essetis*, idest; gentiliter viuentes, nondum suscepta gratia per baptismum. Gal. 2. Nos enim natura Iudæi, non ex gentibus peccatores. Ephes. 4. Gentes ambulant in vanitate sensus sui. Eratis euntes, quasi prompta mente & assidua, secundum illud Hiere. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Prouerb. 1. Pedes eorum ad malum currunt; *Ad simulachra muta*, scilicet, adoranda & colenda, secundum illud Psal. 113. Os habent & nõ loquentur. Et ponit specialiter in eis defectum locutionis, quia locutio est proprius effectus cognitionis: vnde ostenditur non intelligere simulachra, & per consequens nihil diuinitatis habere si sunt muta. Et hoc; *Prout ducebamini*, idest sine aliqua resistentia. Ducebantur autem vel allecti ex pulchritudine simulachrorum. Vnde dicitur in epistola Hiero. Videbitis in Babylonia deos aureos & argẽteos, videte ne metus vos capiat in ipsis. Aut etiam ex imperio alicuius principis, sicut legitur Dan. 3. Quòd Nabuchodonosor cogebat homines adorare statuam auream: & secundi Macha. 6. dicitur de quibusdam. quòd ducebantur cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Vel etiam instinctu dæmonum qui ad hoc præcipue anhelant, vt diuinus cultus eis exhibeatur, secũdum illud Mat. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ibant ergo ad idola colenda prout ducebantur, idest, sine aliqua resistentia, sicut de iuuene etiam vecorde dicitur Prouerb. 7. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimã. Per hoc ergo apparet, quòd homo ante susceptã gratiam, prompte currit in peccatum sine resistentia. Specialiter autem facit mentionem de peccato idolatriæ propter tria. Primo quidem, quia hoc est peccatum grauissimum, introducere alium Deum, sicut grauissime peccaret contra regem, qui alium regem in regnum eius introduceret. Vnde dicitur Iob. 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunã incedẽtem clare, & osculatus sum mãnum meam, scilicet quasi cultor solis, & lunæ, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Secundo quia a peccato idolatriæ omnia alia peccata oriebantur; secũdum illud Sap. 14. Nephandorum idolorum cultura, omnis mali causa est. Tertio, quia hoc peccatum apud gentiles commune erat, & nõ reputabatur. Vnde in Psal. 95. dicitur, Omnes dii gentium dæmonia. Est autem considerandum, quòd quidã dixerunt hominem in peccato mortali existentem, sine gratia quadam non posse a peccato cui subiacet, liberari: quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiam, secundum illud Ro. 3. Iustificati per gratiam eius: posse autem se præseruare a peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hæc positio non videtur vera. Primo quidem, quia nõ potest aliquis se a peccato mortali præseruare, nisi omnia legis præcepta seruando: cum nullus mortaliter peccet, nisi transgrediendo aliquod legis præceptum: & ita posset aliquis obseruare omnia legis præcepta sine gratia, quod est hæresis Pelagiana. Secundo, quia charitatem per quam Deus diligitur super omnia, nullus potest habere sine gratia, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non potest autem esse quòd homo omnia peccata declinet, nisi Deum super omnia diligat: sicut illud magis contemnitur, quod minus diligit. Poterit ergo esse per aliquod tempus, quòd ille qui caret gratia, a peccato abstinebit quousque occurrat illud propter qd̃ Dei præceptum contemnet, a quo ducitur ad peccandum: signanter autem Apostolus dicit, *prout ducebamini*. Deinde cum dicit; *Ideo notum uobis facio &c.* Concludit duos effectus gratiæ, quorũ primus est, quòd facit abstinere a peccato. Secundus est quòd facit operari bonum & hoc ponit, ibi; *Et nemo potest &c.* Dicit ergo primo, ex quo quando sine gratia eratis prompte ad peccandum currebatis; *Ideo notum uobis facio*, quòd si gratiã habuissetis, hoc vobis non contigisset; *Nemo enim in spiritu Dei &c.* idest per spiritum Dei; *Loquens dicit, Anathema Iesu &c.* idest blasphemiã contra Iesum, secũdum illud Ioann. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo nõ est. Notandum ꝓ supra posuit grauissimũ peccatum quod est blasphemia, quod per gratiam declinatur, vt de aliis minoribus peccatis intelligatur. Potest autem per hoc quod dicitur; *Anathema Iesu* intelligi quodlibet peccatum mortale. Anathema enim separationem significat. Dicitur ab Ana, quod est sursum, & thesis, quod est positio, quasi sur sum positũ, quia olim res quæ ab vsu hominum separabantur, suspendebantur in templis, vel in locis publicis. Omne autem peccatum mortale separat a Iesu, secundum illud Esa. 59 Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Quicunque ergo mortaliter peccat, dicit corde vel ore, Anathema, idest separationem a Iesu; *Nemo ergo in spiritu Dei loquens dicit Anathema Iesu*, quia nullus per spiritum Dei peccat mortaliter, quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, sed secundum hoc videtur quòd quicunque habet spiritum sanctum, non possit peccare mortaliter: quia etiam dicitur 1. Ioann. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Sed dicendum est, quòd quantum est ex spiritu Dei, homo non facit peccatum, sed magis a peccato retrahitur, potest tamen peccatum facere ex defectu voluntatis humanæ, quæ spiritui sancto resistit, secundum illud Act. 7. Vos autem semper spiritui sancto restitistis. Non enim per spiritum sanctum inhabitantem, tollitur facultas peccandi a libero arbitrio totaliter in vita præsenti, & ideo signanter Apostolus non dixit, Nemo spũm Dei habẽs, sed, Nemo in spiritu Dei loquens. Deinde cum dicit; *Et nemo potest &c.* Ponit secundum effectum gratiæ; scilicet quòd sine ea homo non potest bonum operari. Dicit ergo; *Et nemo potest dicere* quòd Iesus est dominus; *Nisi in spiritu sancto*. Contra quod videtur esse, quia per spiritum sanctum homo introducitur in regnum cœlorum: secundum illud Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Dominus autem dicit Mat. 7. Non omnis qui dicit, domine, domine, intrabit in regnũ cœlorum. Non omnis ergo qui dicit, dominum Iesum, dicit hoc in spiritu sancto. Dicendum est autem, quòd dicere aliquid in spiritu sancto potest intelligi dupliciter. Vno modo in spiritu sancto mouente, sed non habito. Mouet enim spiritus sanctus corda aliquorũ ad loquendum quos non inhabitat, sicut legitur Ioann. 11. Quod Caiphas hoc quod de vtilitate mortis Christi prædixerat, a semetipso non dixit, sed per spiritum prophetiæ.

CAPIT. XII. LEC. I.

DE Spiritualibus autẽ nolo uos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cũ gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum uobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens dicit: Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarũ sunt, idẽ aũt spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem aũt dñs. Et diuisiones operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur oĩa ĩ omnibus.

Balaam

Balaam etiam multa vera prędixit, motus a ſpiritu ſancto, vt legitur Nume. 23. & 24. licet eum non haberet. Secundum hoc ergo intelligendum eſt, quòd nullus poteſt dicere quodcunque verum, niſi a ſpiritu ſancto motus, qui eſt ſpiritus veritatis, de quo dicitur Ioan. 16. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Vnde & in Glo. Ambr. hoc in loco dicit, Omne verum a quocunque dicatur, a ſpiritu ſancto eſt. Et ſpecialiter in illis quę sũt fidei, quæ per ſpecialem reuelationem ſpiritus ſancti ſunt habita, inter quæ eſt, quòd Ieſus ſit omnium dominus: vnde Act. 4. dicitur. Certiſſime ſciat omnis domus Iſrael, quia Deus fecit hũc dominum Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Alio modo, loquitur aliquis in ſpiritu ſancto mouente & habito. Et ſecundũ hoc, etiam poteſt verificari quod hic dicitur, ita tamen, q̃ dicere, acciptur non ſolum ore, ſed etiam corde & opere. Dicit enim aliquid corde, ſ̃m illud Pſal. 13. Dixit insipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Dicitur etiam aliquid opere, inquantum exteriori opere aliquis ſuum conceptum manifeſtat. *Nemo* ergo niſi habendo ſpiritum ſanctum *poteſt dicere, Ieſum dominum* ita, ſcilicet quòd non ſolum hoc ore cõfiteatur, ſed etiam corde reuereatur ipſum vt dominum, & opere obediat ipſi, quaſi domino. Sic igitur ex verbis præmiſſis, tria circa gratiam cõſiderare poſſumus. Primo, quòd ſine ea peccatum homo vitare non poteſt, ſecundum illud Pſal. 93. Niſi quia dominus adiuuit me, paulominus in inferno habitaſſet anima mea. Secundo, quòd per eam vitatur peccatum ſecundum illud 1. Ioan. 3. Qui natus eſt ex Deo, non peccat. Tertio, quòd ſine ea non poteſt homo bonum facere, ſecundum illũd Ioann. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Deinde cum dicit; *Diuiſiones uero &c.* Incipit diſtinguere gratias gratis datas, & primo diſtinguit eas in generali. Secundo manifeſtat in ſpeciali, ibi; *Vnicuique autem datur &c.* In his autem quæ per gratiam ſpirituſſancti conferuntur, tria oportet conſiderare. Primo quidem, facultatem hominum ad operandum, ſecundo authoritatẽ, tertio, executionem vtriuſque. Facultas quidem habetur per donum gratiæ, puta per prophetiam, vel poteſtatem faciendi miracula, aut per aliquid huiuſmodi. Authoritas autẽ habetur per aliquod miniſterium, puta, per apoſtolatum vel aliquid huiuſmodi. Executio autem pertinet ad operationem. Primo, ergo diſtinguit gratias. Secundo, miniſteria. Tertio, operationes. Quantum ergo ad primum, oſtendit neceſſitatem gratiæ, quæ tamen non totaliter aduenit omnibus niſi Chriſto, cui datus eſt ſpiritus non ad menſuram, vt dicitur Ioan. 3. ſed quantum ad alios ſunt diuiſiones gratiarum, quia quidam abundant in vna, quidam in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes ſenſus, non autem alia mẽbra, ita in eccleſia ſolus Chriſtus habet omnes gratias, quæ in aliis membris diuiduntur, quod ſignificatur Gen. 12. Vbi dicitur quòd fluuius, ſcilicet gratiarum, egredie batur ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Et Mat. 25. dicitur. Et quòd vni dẽdit quinque talenta, alii duo, alii vnum. Et quamuis dona gratiarum ſint diuerſa, quæ a diuerſis habentur, non tamen procedunt a diuerſis authoribus, ſicut ponebant gentiles, qui ſapientiam attribuebant Mineruæ, locutionem Mercurio, & ſic de aliis. Ad quod excludendũ ſubdit, *Idem autem ſpiritus*: ſcilicet ſanctus qui eſt author omniũ gratiarum. Eph. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Et Sap. 7. Eſt ſpiritus vnus & multiplex. Vnus in ſubſtantia, multiplex in gratiis. Deinde ponit diſtinctiones miniſtrationum, dicens; *Et diuiſiones miniſtrationum ſunt*, ideſt diuerſa miniſteria & officia requiruntur ad gubernationem eccleſiæ. Prælati enim eccleſiæ miniſtri dicuntur. Sup. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: pertinet autem ad decorem & perfectionem eccleſiæ, vt in ea diuerſa miniſteria ſint quæ ſignificantur per ordines miniſtrantium, quod mirabatur regina Sabba in domo Solomonis, vt legitur 3. Regum 10. Omnes tamen vni domino ſeruiunt. Vnde ſubditur; *Idem autem dominus* ſupra 8. Nobis vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Deinde ponit diſtinctionem operationum, dicens; *Et diuiſiones operationum ſunt*, quibus aliquis in ſe ipſo bonum operatur, ſicut per miniſtrationem ad proximũ. Pſal. 103. Exibit homo ad opus ſuum, ſcilicet ſibi proprium. Eccleſ. 33. Immutauit, ideſt diſtinxit vias, ideſt operationes eorũ quæ tamen omnes procedunt ab vno principio. Vnde ſubdit; *Idem uero Deus, qui operatur omnia*, ſicut prima cauſa creans omnes operationes. Ne tamen aliæ cauſæ videantur eſſe ſuperfluę ſubdit; *In omnibus*, quia in cauſis ſecundariis prima cauſa operatur. Eſa. 26. Oia opera noſtra operatus es in nobis. Et notandum, quòd Apoſtolus valde congrue gratias attribuit ſpiritui qui eſt amor: quia ex amore procedit quòd aliquid gratis detur miniſterii a domino, cui miniſtratur, operationes Deo ſicut primæ cauſæ mouenti. Et quod dicit; *Spiritus*, poteſt referri ad perſonam ſpirituſſancti. Quod dicit; *Dominus*, ad perſonam filii: quod dicit; *Deus*, ad perſonã patris. Vel hæc tria poſſunt attribui ſpirituſancto, q̃ eſt dominꝰ Deus.

LECTIO II.

POSITA in generali diſtinctione gratiarum & miniſtrationum, & operationum: hic manifeſtat ea quæ dixerat in ſpeciali, & primo quantum ad diuiſionem gratiarum. Secundo quantum ad diuiſionem miniſtrationum, ibi; *Et quoſdam quidem poſuit Deus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit diſtinctionem gratiarum in ſpeciali. Secundo, adhibet ſimilitudinem, ibi; *Sicut enim corpus &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit conditionem gratiarum gratis datarum. Secundo, ponit earum diſtinctionem, ibi; *Alii quidem datur &c* Tertio deſcribit earum actionem, ibi; *Hæc autem omnia &c.* Dicit ergo primo: dictum eſt quòd ſunt diuiſiones gratiarum; *Vnicuique autem datur*, in quo deſignatur earum ſubiectum. Sicut enim nullum membrum eſt in corpore, quod nõ participet aliquo modo ſenſum vel motum a capite: ita nullus eſt in eccleſia qui non aliquid de gratiis ſpirituſancti participet, ſecundum illud Mat. 25. Dedit vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. Et Epheſ. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia; *Manifeſtatio ſpiritus*, in quo deſignatur officium gratiæ gratis datæ. Pertinet autem ad gratiam gratum faciẽtem, quòd per eam ſpiritus factus inhabitet, quod quidem non pertinet ad gratiam gratis datam, ſed ſolum vt per eam ſpirituſanctus manifeſtetur: ſicut interior motus cordis per vocem. Vnde Ioan. 3. dicitur, Vocem eius audis. Et in Pſal. 97. dicitur, Notum fecit dominus ſalutare ſuum. Manifeſtatur autem per huiuſmodi gratias ſpirituſſanctꝰ dupliciter. Vno modo, vt inhabitans eccleſiam & docens & ſanctificans eam, puta, cum aliquis peccator quem nõ inhabitat ſpirituſanctus, faciat miracula ad oſtendendum quòd fides eccleſiæ quam ipſe prædicat, ſit vera. Vnde dicitur Heb. 2. Conteſtante Deo ſignis, & prodigiis, & variis ſpirituſanctꝰ diſtributionibus. Alio modo, manifeſtatur per huiuſmodi gratia ſpirituſanctꝰ, vt inhabitans eum, cui tales gratiæ cõceduntur. Vnde dicitur Act 6. quòd Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & ſigna multa, quem ſpiritu ſancto plenum elegerunt, ſic autem non conceduntur huiuſmodi gratiæ niſi ſanctis. Et ne huiuſmodi manifeſtatio vana videatur, ſubdit; *Ad utilitatem*, ſcilicet communem. In quo deſignatur finis harum, & hoc, vel dum probatur vera doctrina eccleſiæ, & ſic fideles cõfirmantur & infidcles conuertuntur: uel dum ſanctitas alicuius proponitur aliis in exemplũ. Vnde & infra 14. Ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis. Et ſupra 10. Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant. Deinde cum dicit; *Alii quidem &c.* Ponit diſtinctionem gratiarum, quæ quidem, vt dictum eſt, dantur ad vtilitatẽ communem. Et ideo oportet earum diſtinctionem accipere, ſecundum quod per vnum, poteſt aliorum ſalus procurari. Quod quidem homo non poteſt facere interius operando, hoc enim ſolius Dei eſt, ſed ſolum exterius perſuadendo. Ad quod quidem tria requiruntur. Primo quidẽ, facultas perſuadendi: ſecundo, facultas perſuaſionem confirmandi: tertio, perſuaſionem intelligibiliter proponendi. Ad facultatem autem perſuadendi, requiritur quòd homo habeat peritiam concluſionum & certitudinem principiorum, circa ea in quibus debemus perſuadere. Concluſiones autem in his quæ pertinent ad ſalutem, quædam ſunt principales, ſcilicet res diuinæ & ad hoc pertinet ſapientia, quæ eſt cognitio diuinarum rerum, vt Aug. dici li. 13. † de Trin. & quantũ ad hoc dicitur; *Alii quidem per ſpiritum datur*, ſcilicet ſanctum; *Sermo ſapientiæ*, vt poſſit perſuadere ea, quæ ad cognitionem diuinorum pertinent. Luc. 21. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui nõ poterunt reſiſtere & cõtradicere omnes aduerſarii veſtri. ſupra 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Secundariæ concluſiones ſunt, quæ pertinent ad notitiam creaturarum. quarum cognitio dicitur ſcientia, ſecundum Aug. ibidem. Et quantum ad hoc ſubdit; *Alii autem*, ſcilicet; *Datur ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum*, vt ſcilicet p̃ creaturas ea quæ ſunt Dei, manifeſtare poſſit. Huic enim ſcientiæ attribuitur illud, quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curioſitatis in humanis ſcientiis inuenitur, vt Auguſt. ibidem dicit Sap. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorum Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Eſt tamen notandum, quòd ſapientia & ſcientia inter ſeptem dona ſpiritusſancti computantur, ſicut habetur Eſa. 11. Vnde Apoſtolus ſignanter inter gratias gratis datas, non ponit ſapientiam & ſcientiam, ſed ſermonem ſapientiæ & ſcientiæ, quæ pertinent ad hoc, vt homo aliis perſuadere valeat per ſermonem ea, quæ ſunt ſapientiæ & ſcientiæ. Principia autem doctrinæ ſalutis, ſunt articuli fidei: & ideo quantũ ad hoc ſubditur; *Alteri*, ſcilicet datur; *Fides in eodem ſpiritu*: non autem hic accipitur pro fidei virtute, quia hoc commune eſt omnibus membris Chriſti, ſecundum illud Heb. 11. Sine fide, impoſſibile eſt placere Deo: ſed accipitur pro ſermone fidei, prout ſcilicet homo poteſt recte proponere ea quæ fidei ſunt: vel pro certitudine fidei, quam aliquis habet excellenter, ſecundum illud Mat. 15. Mulier, magna eſt fides tua. Ea vero quæ pertinent ad ſalutarem doctrinam non poſſunt confirmari ſeu probari ratione, quia rationem humanã excedunt, ſecundum illud Eccle. 3. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt ibi. Confirmantur ſeu probantur ſigno diuino, vnde & Moyſes mittendus ad populum Iſrael, ſignum accepit a Deo, per quod confirmaret ea, quæ ex parte Dei dicẽbat, vt patet Exod. 4. Sicut & ſigno regio confirmatur, quòd aliquid ſit de mandato regis. Signum autem Dei ſumitur, vno quidem modo ab eo, quod ſolus Deus facere poteſt: ſicut ſunt miracula quæ Apoſtolus hic in duo diſtinguit. Nam primo dicit; *Alii*. i. datur; *Gratia ſanitatum*, ideſt per quam alicuius poſſit ſanare infirmitatem; *In uno*, ſcilicet & eodem; *Spiritu*. Hiere. 17. Sana me domine & ſanabor. Ex his enim perſuadetur aliquis, non ſolum propter magnitudinem facti, ſed etiam propter beneficium. Secundo, autem dicit; *Alii datur operatio uirtutum*, ex quibus, aliquis perſuadetur ſolum propter magnitudinem facti, puta cum mare diuiditur, vt legitur Exod. 14. Vel quòd ſol & luna ſtetit in cœlo, ſicut legitur Ioſue 10. Gal. 3. Qui tribuit nobis ſpiritum & operatur virtutes in nobis? Alio autem modo, accipitur ſignum diuinum ab eo, quod ſolus Deus cognoſcere poteſt. Hoc autem eſt vel futurum contingens, ſecundum illud Eſa. 41. Annunciate quæ vẽtura ſunt, & ſciemus quia Dii eſtis vos. Et quantum ad hoc dicit; *Alii*. i. *Datur prophetia*, quæ eſt diuina reuelatio inter euentus immobili veritate denuntians, Ioel. 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabũt filii veſtri. Aliud autẽ eſt cognitio humani cordis, ſecundum illud Hiere. 17 Prauũ eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda & probans renes. Et quantum ad hoc ſubdit; *Alii diſcretio ſpirituum*, vt ſcilicet homo diſcernere poſſit, quo ſpiritu aliquis moueatur ad loquendum vel operandum, puta: vtrum ſpiritu charitatis vel ſpiritu inuidiæ. 1. Ioan. 4. Noli credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Facultas autem perſuaſionem pronuntiandi conſiſtit in hoc, quòd homo poſſit loqui intelligibiliter aliis. Quod quidem impeditur dupliciter. Vno modo, per diuerſitatem idiomatum. Contra quod remedium adhibetur per hoc, quod dicit; *Alii*, ſcilicet; *Datur genera linguarum*, vt ſcilicet poſſit loqui diuerſis linguis vt intelligatur ab omnibus: ſicut de apoſtolis legitur Act. 2. q̃ loquebãtur variis linguis. Alio modo, per oſcuritatem ſcripturæ inducendæ. Contra quod remedium datur per id, quod ſubditur; *Alii interpretatio ſermonum*, ideſt difficilium ſcripturarum. Dan. 5. Audiui de te quòd poſſis obſcura interpretari. Gen. 40. Nunquid non Dei eſt interpretatio? Deinde cum dicit; *Hæc autem omnia &c.* Determinat authorem prędictarum gratiarum. Circa quod tres errores excludit. Primo, quidem gentilium attribuentium diuerſa dona diuerſis diis. Contra quod dicit; *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus*. Eph 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Secundo, errorem eorum qui Deo attribuebant ſolum vniuerſalem prouidentiam rerum, ponentes q̃ diſtinctiones particularium fiunt ſolum per cauſas ſecundas. Cõtra quod ſubditur; *Diuidens ſingulis prout vult*. Eccle. 33. in multitudine diſciplinæ domini ſeparauit eos. Tertio excludit errorẽ eorum, qui diuerſitatẽ gratiarum attribuebant vel fato vel humano merito, & non ſolum voluntati diuinæ, ſicut Macedonii q̃ dicebant ſpiritũ ſanctũ eſſe miniſteriũ patris & filii & hoc excludit p̃ hoc quod ſubdit. *Prout vult*. Io. 3. Spiritus, vbi vult ſpira.

LECTIO TERTIA.

POSITA diſtinctione gratiarum, hic manifeſtat eam per ſimilitudinẽ corporis naturalis. Et primo, ponit ſimilitudinẽ in generali. Secũdo, explicat eam in ſpeciali, ibi; *Nã & corpus etc.* Circa primum duo facit. Primo, ponitur ſimilitudo. Secundo, ſimilitudinis adaptatio, ibi; *Ita & Chriſtus etc.* Circa primũ conſiderandum eſt, quòd ſicut in 5. Metaphy. tripliciter dicitur aliquid vnum per ſe. Vno modo, indiuiſibilitate, vt vnitas punctum, ſecundum quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem, nõ ſolum actualem, ſed etiam potentialem. Alio modo, dicitur vnũ, continuitate, vt linea & ſuperficies, quæ quidẽ vnitas excludit multitudinem actualẽ, ſed non potentialem. Tertio modo, integritate, quæ non excludit multitudinem neque potentialem, neque actualem: ſicut domus eſt vna, quæ conſtituitur ex diuerſis lapidibus & lignis. Et eodem modo, corpus hominis aut cuiuſlibet animalis eſt vnum, quia eius perfectio integratur ex diuerſis membris, ſicut ex diuerſis animæ inſtrumentis. Vnde, & anima dicitur eſſe actus corporis organici ideſt ex diuerſis organis conſtituti. Proponit ergo primo Apoſtolus, quòd vnitas corporis membrorum, multitudinem non excludit, dicens quòd; *Sicut corpus unum eſt, & multa membra habet*. Vnde & Ro. 12. dicitur, In vno corpore, multa membra habemus. Item proponit quod multitudo membrorum non tollit corporis vnitatem. Vnde ſubdit; *Omnia autem membra corporis, cum ſint multa*, nihilominus; *Vnum corpus ſunt*, quod ex omnibus perficitur. Vnde & Iob 10. dicitur, Pelle & carne veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. Deinde cũ dicit; *Ita & Chriſtus &c.* Ponitur adaptatio ſimilitudinis. Et primo adaptat ſimilitudinem, dicens, *Ita & Chriſtus*, ſcilicet eſt vnus, ſecundum illud, ſupra 8. Vnus dominus noſter Ieſus, per quem omnia. Et tamen multa & diuerſa habet membra ſcilicet omnes fideles, ſecundum illud Rom. 12. Multi unum corpus ſumus in Chriſto. Secundo, ponitur ratio adaptationis. Vbi ponitur duplex ratio diſtinctionis. Vna quidem ratio vnitatis eſt ſpirituſanctus, ſecundum illud Eph. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Sed per virtutem ſpirituſancti duplex beneficium conſequimur. Primo quidem, quia per ipſum regeneramur, ſecundum illud Ioann. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. Vnde dicit; *Et enim in vno ſpiritu*, ſcilicet. Per virtutem vnius ſpirituſancti; *Omnes nos*, qui ſumus membra Chriſti; *Sumus baptizati in vnum corpus*, ideſt in vnitatẽ eccleſię, quæ eſt corpus Chriſti, ſecundum illud Eph. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus eius. Et Gal. 3. Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Secundo, per ſpiritum ſanctum reficimur ad ſalutem. Vnde ſubdit; *Et omnes potati ſumus in vno ſpiritu*, ideſt per virtutem vnius ſpirituſancti. Poteſt autem hic potus intelligi dupliciter. Vno modo, de interno refrigerio, quod ſpirituſanctus cordi humano præbet, extinguendo ſitim carnalium deſideriorum, & concupiſcentiarum. Vnde Eccle. 15. Aqua ſalutaris ſapientię potauit eum. Et Io. 7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Alio modo, poteſt intelligi de potu ſacramentali, qui per ſpiritũ ſacratur, ſupra 10. Omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Interponitur autem duplex ratio diuerſitatis. Vna ex parte ritus cum dicit; *Siue Iudæi, ſiue Gentiles &c.* Alia ex parte conditionis cum dicit; *Siue ſerui, ſiue liberi*. Nulla enim huiuſmodi diuerſitas impedit vnitatem corporis Chriſti. Vnde Gal. 3. dicitur, Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus, neque liber: vnum enim eſtis in Chriſto Ieſu. Deinde cum dicit; *Nam & corpus*: explicat ſimilitudinem in ſpeciali. Et primo, deſcribit conditionem corporis naturalis, & membrorum ipſius. Secundo, adaptat ad corpus myſticum Chriſti, ibi; *Vos autem eſtis &c.* Circa primum duo facit. Primo, deſcribit integritatem corporis naturalis. Secundo habitudinem membrorum adinuicem, ibi; *Non poteſt autem oculus dicere &c.* Circa primum tria facit, Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifeſtat exẽplificando, ibi, *Si dixerit pes &c.* Tertio, probat ducendo ad inconueniens, ibi; *Si totum corpus oculus &c.* Dicit ergo primo. Dictum eſt, quòd omnes nos in vnum corpus myſticum baptizati ſumus, quod repreſentat ſimilitudo corporis naturalis; *Nam corpus* naturale hominis; *Non eſt vnum membrum, ſed multa*: quia ſcilicet eius perfectio non ſaluatur in vno membro, ſed integratur ex multis quæ neceſſe habent deſeruire diuerſis potentiis, & actibus animæ. Vnde & Rom. 12. dicitur, Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra corporis non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Deinde cum dicit; *Si dixerit pes &c.* Manifeſtat quod dixerat exemplificando in membris quibuſdã,

LECTIO III.

SICVT enim vnũ corpus eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Et enim in vno ſpiritu, omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gẽtiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Si dixerit pes, quoniam nõ ſum manus, non ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore? Et ſi dixe-

Et primo in membris deseruientibus motui: & ponit duo membra, pedem tanquam ignobilius membrorum, eo quòd calcat terram, & portat totius corporis pondus: manum autem tanquã membrum nobilius, eo quòd ipsa est organum organorum. Et hoc est quod dicit; *Si dixerit pes non sum de corpore*, quoniam nõ sum manus, *non ideo non est de corpore?* q.d. perfectio corporis nõ tota consistit in vno mẽbro, quàmuis nobiliori, sed ad eius perfectionem requiruntur etiam ignobiliora. Per membra autem deseruientia motui, designãtur in ecclesia homines dediti vitæ actiuæ, ita ꝙ pedes sũt subditi, de quibus dicitur. Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autem figurant prælati, ꝑ quos alii disponũtur. Vnde & Canti. 5. dicitur, Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis. Sunt aũt in ecclesia necessariæ nõ solum manus. i. prælati: sed etiã pedes, idest subditi. Vnde Prou. 14. dr̃. In multitudine populi dignitas regis. Secundo, exemplificat de membris seruientibus virtuti apprehẽsiuæ: & ponit oculum qui deseruit visui, & aurem quæ deseruit auditui. Nam isti duo sensus præcipue deseruiunt humanæ sapientiæ: visus quidem quantum ad inuentionem, eo ꝙ plures rerum differentias ostendit: auditus aũt quantum ad disciplinam quæ fit per sermonem. Horũ tamen sensuũ dignior est visus, q̃ auditus, quia & spiritualior est & plura demonstrat, ac per hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo; *Et si dixerit auris* quę est ignobilius membrum; *Non sum de corpore, quia non sum oculus* qui est membrum nobilius; *Non ideo non est de corpore? &c.* Per membra ergo deseruientia virtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi, qui studẽt vitæ cõtemplatiuæ inter quos sunt sicut oculi, doctores, qui per seipsos veritatem inspiciunt. Vnde dicit Can. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ resident iuxta fluenta plenissima. Per aures aũt significant discipuli qui a magistris veritatẽ audiendo recipiunt. Vnde & Mat. 13. dicit, Qui habet aures audiendi, audiat. Sunt. n. in ecclesia necessarii nõ solum doctores, sed etiam discipuli. Vnde & Iob. 29. dr̃, Auris audiens beatificauit me. Deinde cũ dicit; *Si totũ corpus &c.* Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorum primum est subtractio necessariorum a corpore: secundum est remotio integritatis corporis, ibi; *Quod si essent omnia &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit inconueniens qd̃ sequitur, dicẽs; *Si totum corpus esset oculus*, quod est mẽbrum nobilius; *Vbi esset auditus*. i. instrumentũ audiendi, q.d. si in ecclesia essent omnes magistri. Vnde dicit Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et iterũ; *Si totum corpus esset auditus*. i. instrumentum audiẽdi; *Vbi esset odoratus? &c.* Per quem possunt in ecclesia intelligi illi, qui & si non sint capaces verborũ sapientiæ, percipiunt tã quædam eius iudicia a remotis quasi odorẽ. Vnde & Can. 1. dr̃. In odorẽ vnguentorũ tuorũ currimus. Secũdo, asserit contrariã veritatem. s. quòd nec visus, nec auditus corpori debet deesse, dicens; *Nunc autem Deus posuit*. i. ordinate disposuit; *Membra diuersa*. Nã & si mẽbrorum distinctio sit opus naturæ, hoc tã agit natura ut instrumẽtũ diuinæ prudentiæ. Et ideo primã causam dispositionis mẽbrorũ assignans, subdit; *Vnumquodque eorum in corpore*, q.d. Non sic posuit membra diuersa, vt vnũquodq; eorum ꝑ se separatim existeret, sed vt omnia conuenirent in vno corpore; *Et sicut voluit*. Nam prima causa institutionis rerum est voluntas diuina, secundum illud Psal. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Sic autem & in ecclesia disposuit diuersa officia, diuersos status secundum suam voluntatem. Vnde & Ephe. 1. dicitur, Prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Deinde cum dicit; *Quod si esset &c.* Ducit ad aliud incõueniens, quod est defectus integritatis corporis. Vnde primo ponit hoc inconueniens, dicens; *Quod si essent omnia unum membrum, ubi esset corpus?* idest, vbi esset integritas corporalis? quasi dicat, nõ esset. Ita si omnes in ecclesia vnius conditionis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesię, quę in Psa. 44 describitur. Circumamicta varietate. Secundo asserit veritatem contrariam, dicens; *Nunc autem multa quidem sunt membra*, sed; *Vnum corpus* quod ex omnibus integratur. Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cant. 6. describitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit; *Non potest autem oculus &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem. Et primo, quantum ad necessitatem. Secundo, quantũ ad cultum membris adhibitum, ibi; *Et quæ putamus &c.* Tertio, quantum ad mutuam solicitudinem, ibi, *Sed in ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit omnia membra corporis esse necessaria, quàmuis quædã sint ignobilia. Secundo, ponit necessitatis cõparationem, ibi; *Sed multomagis &c.* Ostẽdit autem primo rationem necessitatis membrorum, secundum duplicem differẽtiam. Primo, quidem secundum differentiam membrorũ deseruientium motui. Vnde dicit; *Non potest autẽ oculus* qui deseruit cognitioni, & significat cõtemplatinos; *Dicere manui*, quæ deseruit motui, & significat actiuos; *Opera tua non indigeo*. Indigẽt enim contemplatiui per operaactiuorum sustentari. Vnde & Luc. 10. dicitur, Quod cum Maria secus pedes domini sederet audiens verba eius, Martha satagebat circa frequens ministerium. Secundo, ostendit idem secundum differentiam prælatorum, qui significãtur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est ꝙ subdit; *Aut*, iterũ; *Caput*, idest prælatus; secundum illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es; *Non potest dicere pedibus*, idest subditis; *Non estis mihi necessarii*, quia vt dr̃ Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cũ dicit; *Sed multo magis &c.* Comparat diuersa membra adinuicem, quo ad necessitatem eorũ, dicẽs; *Quod membra corporis, quæ uidentur esse infirmiora sunt magis necessaria*, sicut intestina: ita etiã in ecclesia sine officio aliquarum abiectarũ personarum, puta, agricultorum & aliorum huiusmodi, præsens vita transiri nõ posset: quæ tamen posset duci sine aliquibus excellentioribus personis contemplationi & sapientiæ deputatis, quę ecclesię deseruiunt, ad hoc ꝙ sit ornatior & melius se habẽs. Ex hoc. n. aliquid dicitur necessarium, quod est vtile ad finem. Illa vero quæ sunt nobilissima non se habẽt in ratione vtilium, sed sunt per se ipsa appetenda vt fines. Et ideo dr̃ Iob 21. Si fructus terræ comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Deinde cum dicit; *Et quæ putamus &c.* Cõparat mẽbra quantum ad exteriorem cultum. Et primo, ponit diuersitatem quæ diuersis membris adhibẽtur. Secundo causam diuersitatis assignat, ibi; *Deus temperauit &c.* Cultus autem exterior mẽbris adhibitus ad duo pertinet, scilicet ad honorem, sicut ea quæ apponuntur ad ornatum, vt monilia, & inaures: & ad honestatem, sicut quæ apponuntur ad tegumentum, vt brachæ & alia huiusmodi. Quantum ergo ad primum cultum dicit primo; *Et quæ putamus esse ignobiliora membra corporis, his circundamus abundantiorem honorem*, idest maiorem ornatum: sicut auribus alicubi suspenduntur inaures, oculis autem nihil apponitur, & pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata: secundũ illud Can. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Manus autem nudæ habentur. Et similiter in ecclesia imperfectioribus sunt magis consolationes adhibendę, quibus perfectiores non egent. Vnde dicitur Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipsa portabit. Et 1. Petr. 3. dicitur, Viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ. Secũdo prosequitur quãtũ ad cultũ honestatis, dicẽs; *Et quæ inhonesta sunt, abundantiorem honestatem habent*, scilicet per studiũ humanum. Dicuntur autem membra aliqua inhonesta in sanctis non propter aliquam peccati turpitudinẽ, sed ꝑ ꝑ inobedientiam membrorum genitalium subsecutam ex peccato originali. Vel etiam qa sunt ignobili vsui deputata, sicut omnia membra quæ deseruiunt emissioni superfluitatum, quibus abundãtior honestas adhibetur dum studiosius teguntur, quo non indigent membra nobilibus vsibus deputata. Vnde subdit; *Honesta autem nostra nullius egent*, scilicet exterioris honestatis: vnde nec faciei velamen apponitur. Et similiter in ecclesia illi qui sunt in aliquo capabiles, sunt admonendi & custodiendi, secundum illud Eccle. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Et Gal. 6. dicitur, Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. illi aũt qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandum ꝙ triplicem defectum

rit auris, quoniam non sum oculus non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit: quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnũ autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua nõ indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis; his honorem abundantiorem circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundãtiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed Deus temperauit corpus ei cui deerat, abundantiorẽ tribuendo honorẽ, ut non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicẽ solicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, cõpatiuntur omnia mẽbra. Siue gloriatur unum mẽbrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de mẽbro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primo, apostolos, secundo, prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nũquid oẽs doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunqd omnes gratiam habent curationũ? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autem charismata meliora: Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

non est de corpore? q.d. perfectio corporis nõ tota consistit in vno mẽbro, quàmuis nobiliori, sed ad eius perfectionem requiruntur etiam ignobiliora. Per membra autem deseruientia motui, designãtur in ecclesia homines dediti vitæ actiuæ, ita ꝙ pedes sũt subditi, de quibus dicitur. Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autem figurant prælati, ꝑ quos alii disponũtur. Vnde & Canti. 5. dicitur, Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis. Sunt aũt in ecclesia necessariæ nõ solum manus. i. prælati: sed etiã pedes, idest subditi. Vnde Prou. 14. dr̃. In multitudine populi dignitas regis. Secundo, exemplificat de membris seruientibus virtuti apprehẽsiuæ: & ponit oculum qui deseruit visui, & aurem quæ deseruit auditui. Nam isti duo sensus præcipue deseruiunt humanæ sapientiæ: visus quidem quantum ad inuentionem, eo ꝙ plures rerum differentias ostendit: auditus aũt quantum ad disciplinam quæ fit per sermonem. Horũ tamen sensuũ dignior est visus, q̃ auditus, quia & spiritualior est & plura demonstrat, ac per hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo; *Et si dixerit auris* quę est ignobilius membrum; *Non sum de corpore, quia non sum oculus* qui est membrum nobilius; *Non ideo non est de corpore? &c.* Per membra ergo deseruientia virtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi, qui studẽt vitæ cõtemplatiuæ inter quos sunt sicut oculi, doctores, qui per seipsos veritatem inspiciunt. Vnde dicit Can. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ resident iuxta fluenta plenissima. Per aures aũt significant discipuli qui a magistris veritatẽ audiendo recipiunt. Vnde & Mat. 13. dicit, Qui habet aures audiendi, audiat. Sunt. n. in ecclesia necessarii nõ solum doctores, sed etiam discipuli. Vnde & Iob. 29. dr̃, Auris audiens beatificauit me. Deinde cũ dicit; *Si totũ corpus &c.* Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorum primum est subtractio necessariorum a corpore: secundum est remotio integritatis corporis, ibi; *Quod si essent omnia &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit inconueniens qd̃ sequitur, dicẽs; *Si totum corpus esset oculus*, quod est mẽbrum nobilius; *Vbi esset auditus*. i. instrumentũ audiendi, q.d. si in ecclesia essent omnes magistri. Vnde dicit Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et iterũ; *Si totum corpus esset auditus*. i. instrumentum audiẽdi; *Vbi esset odoratus? &c.* Per quem possunt in ecclesia intelligi illi, qui & si non sint capaces verborũ sapientiæ, percipiunt tã quædam eius iudicia a remotis quasi odorẽ. Vnde & Can. 1. dr̃. In odorẽ vnguentorũ tuorũ currimus. Secũdo, asserit contrariã veritatem. s. quòd nec visus, nec auditus corpori debet deesse, dicens; *Nunc autem Deus posuit*. i. ordinate disposuit; *Membra diuersa*. Nã & si mẽbrorum distinctio sit opus naturæ, hoc tã agit natura ut instrumẽtũ diuinæ prudentiæ. Et ideo primã causam dispositionis mẽbrorũ assignans, subdit; *Vnumquodque eorum in corpore*, q.d. Non sic posuit membra diuersa, vt vnũquodq; eorum ꝑ se separatim existeret, sed vt omnia conuenirent in vno corpore; *Et sicut voluit*. Nam prima causa institutionis rerum est voluntas diuina, secundum illud Psal. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Sic autem & in ecclesia disposuit diuersa officia, diuersos status secundum suam voluntatem. Vnde & Ephe. 1. dicitur, Prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Deinde cum dicit; *Quod si esset &c.* Ducit ad aliud incõueniens, quod est defectus integritatis corporis. Vnde primo ponit hoc inconueniens, dicens; *Quod si essent omnia unum membrum, ubi esset corpus?* idest, vbi esset integritas corporalis? quasi dicat, nõ esset. Ita si omnes in ecclesia vnius conditionis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesię, quę in Psa. 44 describitur. Circumamicta varietate. Secundo asserit veritatem contrariam, dicens; *Nunc autem multa quidem sunt membra*, sed; *Vnum corpus* quod ex omnibus integratur. Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cant. 6. describitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit; *Non potest autem oculus &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem. Et primo, quantum ad necessitatem. Secundo, quantũ ad cultum membris adhibitum, ibi; *Et quæ putamus &c.* Tertio, quantum ad mutuam solicitudinem, ibi, *Sed in ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit omnia membra corporis esse necessaria, quàmuis quædã sint ignobilia. Secundo, ponit necessitatis cõparationem, ibi; *Sed multomagis &c.* Ostẽdit autem primo rationem necessitatis membrorum, secundum duplicem differẽtiam. Primo, quidem secundum differentiam membrorũ deseruientium motui. Vnde dicit; *Non potest autẽ oculus* qui deseruit cognitioni, & significat cõtemplatinos; *Dicere manui*, quæ deseruit motui, & significat actiuos; *Opera tua non indigeo*. Indigẽt enim contemplatiui per operaactiuorum sustentari. Vnde & Luc. 10. dicitur, Quod cum Maria secus pedes domini sederet audiens verba eius, Martha satagebat circa frequens ministerium. Secundo, ostendit idem secundum differentiam prælatorum, qui significãtur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est ꝙ subdit; *Aut*, iterũ; *Caput*, idest prælatus; secundum illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es; *Non potest dicere pedibus*, idest subditis; *Non estis mihi necessarii*, quia vt dr̃ Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cũ dicit; *Sed multo magis &c.* Comparat diuersa membra adinuicem, quo ad necessitatem eorũ, dicẽs; *Quod membra corporis, quæ uidentur esse infirmiora sunt magis necessaria*, sicut intestina: ita etiã in ecclesia sine officio aliquarum abiectarũ personarum, puta, agricultorum & aliorum huiusmodi, præsens vita transiri nõ posset: quæ tamen posset duci sine aliquibus excellentioribus personis contemplationi & sapientiæ deputatis, quę ecclesię deseruiunt, ad hoc ꝙ sit ornatior & melius se habẽs. Ex hoc. n. aliquid dicitur necessarium, quod est vtile ad finem. Illa vero quæ sunt nobilissima non se habẽt in ratione vtilium, sed sunt per se ipsa appetenda vt fines. Et ideo dr̃ Iob 21. Si fructus terræ comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Deinde cum dicit; *Et quæ putamus &c.* Cõparat mẽbra quantum ad exteriorem cultum. Et primo, ponit diuersitatem quæ diuersis membris adhibẽtur. Secundo causam diuersitatis assignat, ibi; *Deus temperauit &c.* Cultus autem exterior mẽbris adhibitus ad duo pertinet, scilicet ad honorem, sicut ea quæ apponuntur ad ornatum, vt monilia, & inaures: & ad honestatem, sicut quæ apponuntur ad tegumentum, vt brachæ & alia huiusmodi. Quantum ergo ad primum cultum dicit primo; *Et quæ putamus esse ignobiliora membra corporis, his circundamus abundantiorem honorem*, idest maiorem ornatum: sicut auribus alicubi suspenduntur inaures, oculis autem nihil apponitur, & pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata: secundũ illud Can. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Manus autem nudæ habentur. Et similiter in ecclesia imperfectioribus sunt magis consolationes adhibendę, quibus perfectiores non egent. Vnde dicitur Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipsa portabit. Et 1. Petr. 3. dicitur, Viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ. Secũdo prosequitur quãtũ ad cultũ honestatis, dicẽs; *Et quæ inhonesta sunt, abundantiorem honestatem habent*, scilicet per studiũ humanum. Dicuntur autem membra aliqua inhonesta in sanctis non propter aliquam peccati turpitudinẽ, sed ꝑ ꝑ inobedientiam membrorum genitalium subsecutam ex peccato originali. Vel etiam qa sunt ignobili vsui deputata, sicut omnia membra quæ deseruiunt emissioni superfluitatum, quibus abundãtior honestas adhibetur dum studiosius teguntur, quo non indigent membra nobilibus vsibus deputata. Vnde subdit; *Honesta autem nostra nullius egent*, scilicet exterioris honestatis: vnde nec faciei velamen apponitur. Et similiter in ecclesia illi qui sunt in aliquo capabiles, sunt admonendi & custodiendi, secundum illud Eccle. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Et Gal. 6. dicitur, Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. illi aũt qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandum ꝙ triplicem defectum circa membra notauit, scilicet, inhonestatis, ignobilitatis, & infirmitatis. Quorum primum, in membris ecclesiæ pertinet ad culpam. Secundum, ad conditionem seruilem. Tertium, ad statũ imperfectionis. Deinde cum dicit; *Et Deus temperauit &c.* Ponit causam prædicti cultus, & primo assignat causam efficiẽtem primam: licet. n. homines taliter se habeãt ad cultum mẽbrorum, hoc tamen procedit ex ordinatione diuina. Vnde dicit; *Sed Deus temperauit corpus, abundantiorẽ honorem tribuendo ei mẽbro cui deerat.* Nam homines hoc faciunt ex quodam diuino istinctu, secũdum illud Iob. 33. Aperit aures virorum & erudiens eos, instruit disciplina. Secũdo ponit causam finalem, dicens; *Vt non sit schisma in corpore.* Quod quidem sequeretur, si defectui membrorum non subueniretur. hoc autem schisma quantum ad membra corporis mystici manifeste vitatur, dum pax ecclesiæ custoditur per hoc, quòd singulis ea quæ sunt necessaria attribuuntur. Vnde & supra dictum est cap. 1. Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Sed quantum ad membra corporis naturalis, schisma esset in corpore, si debita proportio membrorum tollerẽtur. Deinde cum dicit; *Sed in idipsum &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem, quantum ad mutuam solicitudinem. Et primo proponit eam, dicens, Non solum prædicta membra operantur adinuicem; *Sed etiam per se inuicem sunt solicita in idipsum*, idest, in vnitatem corporis conseruandi. Et hoc quidem manifeste in corpore naturali apparet. Nam quodlibet membrum, naturalem quandam inclinationem habet ad iuuamentum aliorum membrorum. Vnde & naturaliter homo opponit manum ad protegendum alia membra ab ictibus. Et similiter alii fideles qui sunt membra corporis mystici, pro se inuicem solicitudinem gerunt, secundum illud Eccle. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate. Secundo specificat hanc solicitudinem: & primo in malis, in quibus magis est manifestum. Vnde dicit; *Et si quid*, scilicet; *Mali, patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Quod quidem manifestum est in corpore naturali. Nam vno membro languente, totum corpus quasi languescit, & ad locũ languoris confluũt spiritus & humores quasi ad subueniendum. Et similiter debet esse in fidelibus Christi, vt vnus, malo alterius compatiatur, secundum illud Iob. 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur. Secũdo in bonis, Vnde subdit; *Siue gloriatur*, idest quocunque modo vigoratur; *Vnum membrum, congaudent omnia membra.* Quod etiam manifestum est in corpore naturali, in quo vigor vnius membri, in iuuamentum cedit aliis membris. Sic debet etiam esse in membris ecclesiæ, vt vnusquisque bonis alterius congaudeat. Phi. 2 Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Deinde cum dicit; *Vos autem estis.* Adaptat similitudinem ad propositum. Et primo, quantum ad corporis vnitatem, dicens; *Vos autem*, scilicet, qui estis in vnitate fidei congregati; *Estis corpus Christi*, secundum illud Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quæ est corpus eius. Secundo, quantum ad membrorum distinctionem, cum subdit; *Et estis membra de membro.* Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo, sic, Estis membra dependentia de Christo membro, quod quidem dicitur membrum secundum humanitatem, secundum quam præcipue dicitur ecclesiæ caput, nam secundum diuinitatem non habet rationem membri aut partis, cum sit commune bonum totius vniuersi. Alio modo, sic; *Vos estis membra dependentia de membro*, inquantum per me, Christo acquisiti estis: secundum illud supra. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Tertio modo, posset exponi vt designaretur distinctio, & series membrorum, vt sit sensus; *Vos estis membra de membro*, idest ita distinguimini & ordinamini adinuicem, sicut vnum membrum ad aliud. Deinde cum dicit; *Et quosdam quidem &c.* prosequitur de distinctione ministrationum. Circa qd̃ tria facit. Primo, assignat ordinem ministrationum: Secundo, manifestat earum distinctionem, ibi; *Nunquid apostoli omnes &c.* Tertio, ordinat eorum affectionẽ circa diuersas administrationes & gratias, ibi; *Æmulamini autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit maiores, seu principales administrationes. Secundo, ministrationes secundarias, ibi; *Opitulationes &c.* Maiores autem ministri in ecclesia sunt apostoli, ad quorum officium tria pertinẽt, quorum primum est, authoritas gubernandi fidelem populum, quæ proprie pertinent ad officium apostolatus: secundo facultas docendi: tertio, potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrinæ: & de his tribus habetur Luc. 9. vbi dicitur, Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super oia dæmonia, & vt lãguores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei. In omnibus autem potestatibus, seu virtutibus ordinatis, illud quod est principale, reseruatur supremæ potestati. Alia vero, etiam inferioribus communicantur. Potestas autem faciendi miracula, ordinatur ad doctrinam sicut ad fidem: secundum illud Mar. vlt. Sermonẽ confirmante sequẽtibus signis. Doctrina autem ordinatur ad gubernationem populi sicut ad finem, secundum illud Hiere. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos in scientia & doctrina. Et ideo primus gradus inter ecclesiastica ministeria est apostolorum, quibus specialiter competit ecclesię regimen. Et propter hoc dicit; *Et Deus posuit*, idest ordinate collocauit in ecclesia; *Quosdam*, scilicet in determinatis ministeriis, secundum illud Ioann. 15. Posuit vos vt eatis. Primum; *Quidem apostolos*, quorum regimini cõ misit ecclesiã, secũdũ illud Lucæ. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Vnde & Apoc. 21. Super duodecim fundamenta ciuitatis, describuntur. 12. apostolorum nomina. Propter quod & ipsi inter cæteros fideles, primatum in spiritualibus gratiis obtinuerunt, secundum illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes. Et quàmuis ad apostolos præcipue pertineat doctrinæ officium, quibus dictum est Mar. vlt. Euntes docete omnes gentes, tamen alii in communionem huius officii assumuntur, quorum quidam per seipsos reuelationes a Deo accipiunt, qui dicuntur prophetæ: quidam vero de his, quæ sunt aliis reuelata populum instruunt, qui dicuntur doctores. Vnde subdit secundo; *Prophetas*, qui etiam in nouo testamento fuerunt. Quod enim dicitur Mat. 11. Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem: intelligitur de prophetis, qui futurum Christi aduentum prænuntiauerunt. Tertio; *Doctores*. vnde & Act. 13. dicitur, Erant in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores. Similiter etiam & gratia miraculorũ fuit aliis communicata, quæ primitus a Christo data fuit apostolis. Vnde subdit; *Deinde virtutes*, qui scilicet miracula faciunt circa ipsa elementa mundi. Gal. 3. Operatur virtutes in nobis. Quantum autem ad miracula, quę fiunt in corporibus humanis, subdit; *Exinde gratias curationum*, secundum illud Lucæ 9. Vt languores curarent. Deinde cum dicit; *Opitulationes &c.* Ponit minores siue secundarias administrationes, quarum quædam ordinant ad regimen ecclesiæ, quod, ad apostolatus dignitatem pertinere diximus. Quædam vero ad doctrinam. Ad regimen ecclesiæ pertinent in generali quædam opitulationes, idest illi qui opem fuerunt maioribus prælatis in vniuersali regimine, sicut archidiaconi episcopis, secundum illud Philip. 4. Adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. In speciali autem ponit; *Gubernationes*, sicut sunt parochiales sacerdotes, quibus committitur gubernatio aliquarum particularium plebium. Prouerb. 11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Ad doctrinam autem pertinet secundario, quod subdit; *Linguarum genera*, quantum ad illos qui variis linguis loquuntur magnalia, vt dicit Act. 2. Ne scilicet propter varietatem idiomatum euangelica doctrina impediretur. Quantum vero ad ammouendum impedimentum doctrinæ, quod posset prouenire ex oscuritate sermonum, subdit; *Interpretationes sermonum*, infra 14. Qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Deinde cum dicit; *Nunquid omnes apostoli? &c.* Manifestat distinctionem prædictarum ministrationũ, dicens, *Nunquid omnes in ecclesia sunt apostoli?* quasi dicat, Non; *Nunquid omnes prophetæ &c.* Ex quo patet diuersitas harum administrationum. Eccle. 33. In multitudine disciplinæ domini separauit eos & 37. Non omnia omnibus expediunt. Deinde cum dicit; *Æmulamini autem &c.* Ordinat eorum affectum, circa prædicta spiritualia dona, dicens, Cum multa sint dona spiritussancti, vt dictum est; *Æmulamini*, idest desiderate; *Charismata meliora*, idest gratias potiores, vt scilicet magis desideretis ea, quæ sunt meliora, puta, prophetiam quàm donum linguarum, vt infra. 13. dicetur. 2. ad Thess. vlt. Omnia probate, quod bonum est tenete. Et ne in præmissis donis eorum affectus quiesceret, subdit; *Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro*, scilicet charitatem, qua directius in Deum itur. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea.

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS gratiarum gratis datarum distinctionem assignauit, & ministrationum in quibus membra ecclesiæ distinguntur: hîc agit de charitate quæ inseparabiliter concomitatur gratiâ gratum facientem. Et quia promiserat eis se demonstraturum viam excellentiorẽ, ostendit præeminentiã charitatis ad cætera gratuita dona. Et primo quantum ad necessitatẽ, quia scilicet sine charitate alia dona gratuita non sufficiunt. Secundo, quantum ad vtilitatem, quia scilicet per charitatem omnia mala vitantur & omnia bona agũtur, ibi; *Charitas patiens est &c.* Tertio, quantum ad permanentiam, ibi; *Charitas nun quam excidit &c.* Omnia aũt dona gratuita reducere videt Apostolus ad tria. Nam primo ostendit ꝙ donum linguarum quod pertinet ad locutionem, sine charitate non valet. Secundo, ꝙ etiam non valent ea quæ ptinent ad cognitionem, ibi; *Et si habuero prophetiam &c.* Tertio ostendit idem de his, quæ ptinent ad operationẽ, ibi; *Et si distribuero in cibos pauperum &c.* Erat aũt apud Corin. multum desiderabile donũ linguãrum, vt infra 14. patebit: & iõ ab eo incipiens, dicit. Promisi me demõstraturum excellentiorem viã: & hoc primo patet in dono linguarum, quia; *Si linguis hominum.* s. omnium; *Loquar*, idest si habuero donum gratiæ, per quod loqui possim linguis omnium hominum, & ad maiorem abundantiã, subdit; *Et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cimbalum tinniens*, re sta cõparatione vtitur. Anima. n. per charitatem viuit, quæ viuit Deo, qui est animæ vita ℓm illud Deut. 30. Ipse est vita tua. Vnde & 1. Io. 3. dr, Translati sumus de morte ad vitam, qm diligimus fratres: qui nõ diligit manet in morte. Recte ergo cõparat loquelã charitate carentem, sono rei mortuæ s. æris aut cimbali, qui licet clarum sonũ reddat & nõ tñ est viuus sed mortuus, ita et locutio hominis charitate carẽtis, quantũcunq; sit disserta, tñ habetur pro mortua, qa non pficit ad meritum vitæ æternæ. Est aũt differentia inter ęs sonans & cimbalum tinniens, quia æs cũ sit planum, ex percussione simplicem sonum emittit. Cimbalum autem cum sit concauum ex tua percussione sonum multiplicat, quod pertinet ad tinnitum. Aeri ergo comparantur qui veritatem simpliciter pronuntiãt, cimbalo vero qui veritatem multiplicant & pronuntiant multas rõnes & similitudines apponendo, & conclusiones plurimas eliciendo, quæ tñ omnia sine charitate habentur, vt mortua. Considerandum est aũt, quæ linguæ angelorum dicantur. Nam cũ lingua sit membrum corporeũ & ad eius vsum pertineat donum linguarũ, quod interdum lingua dicitur, vt patebit infra 14. neutrum videtur angelis competere qui membra non habent. Potest ergo dici, ꝙ per angelos intelliguntur homines angelorum officium habentes, qui s. aliis hominibus diuina annuntiant, secundũ illud Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt ex ore eius, quia angelus dñi exercituum est. Sub hoc ergo sensu dicitur. *Si linguis hominum loquar & angelorum.* i. non solum minorum, sed etiam maiorum qui alios docent. Potest etiam intelligi de ipsis incorporeis angelis, prout in Psal. 103. dicitur, Qui facit angelos suos spiritus. Et quãmuis non habeant linguã corpoream, per similtudinem tñ lingua in eis dici potest vis, qua manifestãt aliis quod habent in mente. Est aũt sciẽdum, ꝙ in cognitione mentis angelicæ aliquid est, de quo superiores angeli nõ loquuntur inferioribus, neq; econuerso. s. ipsa diuina essentia, quã omnes immediate videt, Deo se omnib⁹ mõstrante ℓm illud Hiere. 31. Nõ docebit vltra vir proximum suum & vir fratrẽ suum, dicẽs: Cognosce dñm. Omnes enim cognoscent me a minimo vsq; ad maximum eorum. Aliquid autem est in cognitione mentis angelicæ, de quo superiores loquũtur inferioribus, sed nõ econuerso. Et huiusmodi sunt diuinæ puidentiæ mysteria, quorũ plura cognoscũt in ipso Deo superiores, qui clarius eum vident quãm inferiores. Vnde superiores de huiusmodi inferiores instruũt vel illuminãt quod locutio potest dici. Aliquid vero est in cognitione mentis angelicæ, de quo superiores loquuntur inferioribus, & econuerso: & huiusmodi sunt occulta cordium: quæ ex libero arbitrio dependent, quæ soli Deo patent: & his quorum sunt: secundum illud supra 2. Quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quæ in notiam alterius deueniunt, eo cuius sunt manifestante, siue sit inferior, siue superior. Fit autem huiusmodi manifestatio dũ inferior angelus superiori loquitur, non per illuminationem, sed per quẽdam significationis modum. Est enim in quolibet angelo aliquid quod naturaliter ab altero angelo cognoscitur. Dum ergo id quod est naturaliter notum, ponitur vt signum eius quod est ignotum, manifestatur occultũ: & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestant aliis per voces sensibiles, aut per quodcũq; aliud corporale exterius apparens. Vnde & ea quæ sunt in angelis naturaliter nota, inquãtum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa vel nutus. Potestas autem manifestandi conceptum suum hoc mõdo methaphorice lingua nominatnr. Deinde cum dicit; *Et si habuero &c.* ostendit idem de his quæ pertinẽt ad cognitionem. Est autem attendendum quòd supra proposuit quatuor dona gratuita ad cognitionem pertinentia scilicet, sapientiam, scientiam, fidem & prophetiam. Incipit ergo hic a prophetia, dicens; *Et si habuero prophetiam* per quam diuinitus occulta reuelantur: secundum illud 2. Petri. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Secundo quantum ad sapientiam, subdit; *Et nouerim omnia mysteria*, idest occulta diuinitatis, quod pertinet ad sapientiam: secundum illud supra 2. Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Tertio, quantum ad scientiam, dicit; *Et omnem scientiam*, siue humanitus acquisitam, sicut habuerunt philosophi: siue diuinitus infusam, sicut habuerunt eam apostoli. Sap. 7. Dedit mihi eorum quæ sunt veram scientiam. Quarto, quantum ad fidem, subdit; *Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam.* Potest autem exponi id quod dicit; *Omnem fidem*, idest omnium articulorum: sed melius est vt exponatur; *Omnem*, idest perfectam fidem, propter illud quod subditur; *Ita ut montes transferam.* Dicitur enim Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit. Et quamuis granum sinapis sit minimum quantitate, non tamen itelligitur parua, sed perfecta fides grano sinapis comparari. Dicitur enim Matth. 21. Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed etiam si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mari, fiet. Fides ergo quæ non hæsitat, grano sinapis comparatur, quod quanto magis atteritur, tanto magis eius fortitudo sentitur. Obiiciunt autem aliqui, quòd cum multi sancti perfectam fidem habuerunt, nullus legitur montes transtulisse, quod quidem soluitur per id, quod supra 12. dictum est, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Illo enim modo, loco & tempore miracula per gratiam spiritussancti fiunt, quo ecclesiæ requiritur vtilitas. Fecerunt autem sancti multa maiora, quãm transtationem montium, prout erat fidelibus vtile, puta suscitando mortuos, diuidendo mare & alia huiusmodi opera faciendo. Et hoc etiam fecissent, si necessitas affuisset. Potest etiam hoc transferri ad expulsionem dæmonum de humanis corporibus, qui montes dicuntur propter superbiam: Hier. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram. Attribuitur autem operatio miraculorum fidei non hæsitanti, quia fides innititur omnipotentiæ, per quam miracula fiunt; *Si*, inquam; *Habuero* omnia prædicta ad perfectionem intellectus pertinentia; *Charitatem autem non habuero*, per quam perficitur voluntas; *Nihil sum*, scilicet secundum esse gratiæ, de quo dicitur Ephe. 2. Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde & contra quendam dicitur Eze. 28. Nihil factus es & non eris in perpetuum. Quod quidem fit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto. Sine charitate autem eius vsus bonus nõ est. Vnde & supra 8. dicitur, ꝙ scientia inflat, charitas ædificat. Est autem notandum ꝙ Apostolos hîc loquitur de sapientia & scientia, secundum ꝙ pertinent ad dona gratiæ gratis dataę, quæ sine charitate esse possunt. Nam secundum quòd computantur inter septem dona spiritussancti, nunquam sine charitate habentur. Vnde & Sap. 1. dicitur, In maliuolam animam non intrabit sapientia. Et Sap. 10. dicitur, Dedit illi scientiam sanctorum. De prophetia autem & fide, manifestum est, ꝙ sine charitate haberi possunt. Sed notandũ est hîc ꝙ fides firma, etiã sine charitate miracula facit, Vnde Mat. 7. dicẽtibus, Nõne in nomine tuo prophetauimus & multas virtutes fecimus? dicitur. Nunquã nouos Spiritus enim sanctus operatur virtutes etiã per malos, sicut & per eos loquitur veritatem. Deinde cum dicit; *Et si distribuero &c.* ostendit idem in his quæ pertinent ad opera que consistunt in hoc, quòd homo faciat bona, secundum illud Gal. 6. Bonum facientes, non deficiamus & in hoc ꝙ patienter sustineant mala, secundum illud Psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Inter cætera vero bona opera, magis commendantur opera pietatis, secundum illud ad Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis est. Circa quod opus quatuor cõditiones designat. Quarum prima est, ꝙ opus pietatis nõ totum congregetur in vnum, sed diuidatur in plures, secundum illud Psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus. Et hoc designatur, cum dicitur; *Si distribuero.* Secundo, vt opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruiendum superfluitati: secundum illud Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & hoc designatur, cum dicitur; *In cibos pauperum.* Tertio, vt opus pietatis exhibeatur indigentibus, ℓm illud Luc. 14. Cum facis cõuiuium, voca pauperes: & hoc designatur, cum dicitur; *Pauperum.* Quarto, ad perfectionem pertinet, vt homo omnia bona sua in opera pietatis expendat, ℓm illud Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & hoc designatur, cum dicitur; *Omnes facultates meas.* Inter mala vero quæ quis sustinet patienter, potissimum est martyrium. Vnde dicitur Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quod etiam quadrupliciter commendat. Primo quidem, quia laudabilius est, quòd necessitate imminente, puta propter defensionem fidei, seipsum offerat passioni, quàm si deprehensus patiatur. Et ideo dicit; *Si tradidero.* Sicut & de Christo dicitur Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Secundo, quia grauior est corporis humani iactura, quàm rerum, de quo tamen quidam commendãtur. Heb. 4. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinuistis. Et ideo dicit; *Corpus.* Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus. Tertio, laudabilius est quod aliquis exponat corpus suum supplicio, q̃ corpus filii vel cuiuscunque propinqui, de quo tamen commendatur quædam mulier 2. Mach. 7. Supra modum videtur mirabilis & bonorum memoria dignaquæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore cõspiciens, bono animo ferebat. Et ideo dicit; *Meum.* Iudith. 5. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini pro domino. Quarto, redditur martyrium laudabilius ex acerbitate pœnæ, de quo subditur; *Ita ut ardeam*, sicut Laurentius. Eccle. 48. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. *Si*, inquam, prædicta opera tam excellentia fecero; *Charitatem autem non habuero*, vel quia simul cum prædictis operibus adest voluntas peccandi mortaliter: vel quia fiunt propter inanem gloriam; *Nihil mihi prodest.* s. quantum ad meritum vitæ æternæ, quæ solis diligentibus Deum repromittitur: secundum illud Iob. 37. Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit. Et notandum ꝙ locutionem, quæ est vox animalis, si sit sine charitate, comparat non existenti, opera autem quæ fiunt propter fidem, si sint sine charitate, dicit esse in fructuosa. Sap. 3. Vacua est spes eorum & labores sine fructu.

CAPIT XIII. LEC. I.

SI linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidẽ ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest.

LECTIO II.

CHARITAS patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit charitatem esse adeo necessariam ꝙ sine ea nullum spirituale donum sufficiat ad salutem: hic ostendit eam adeo esse vtilem & efficacis virtutis, ꝙ per eam cuncta opera virtutis implentur. Et primo, prænittit duo quasi generalia. Secundo, subiungit in speciali virtutũ opera quæ per charitatẽ cõplentur, ibi; *Charitas non æmulatur &c.* Circa primũ duo facit. Nam omnis virtus cõsistit in hoc, ꝙ aliquis in operãdo, bene se habeãt in sustinendo mala, vel in operãdo bona. Quantum ergo ad tolerantiam malorum, dicit; *Charitas patiens est*, idest facit patienter tolerari mala. Cum enim homo diligit aliquem propter eius amorem, de facili tolerat quæcunque difficilia. Et similiter qui diligit Deũ, pp eius amorem patienter tolerat quæcunq; aduersa. Vnde & Cant. 8. dr. Aquæ multæ nõ poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Quantum autem ad operationem bonorum, subdit; *Benigna est*, Benignitas autem dicitur quasi bona igneitas, vt. s. sicut ignis liquefaciendo effluere facit, ita charitas hoc efficit, vt bona quæ homo habet, non sibi soli retineat, sed ad alios deriuet, secundum illud Prou. 5. Deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quod quidem charitas facit. Vnde 1. Io. 3. dicitur, Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, qũo charitas Dei manet in eo? Vnde & Eph. 4. dicitur, estote inuicẽ benigni & misericordes. Et Sap. 1. dicitur, Benignus est spiritus sapientiæ. Deinde eũ dicit; *Charitas non æmulatur &c.* Proponit in speciali virtutum opera, quæ charitas efficit, & quia ad virtutem duo pertinent, scilicet abstinere a malo & facere bonũ, secundũ illud Psal. 33. Declina a malo & fac bonum, & Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Primo ostendit quomodo charitas facit omnia mala vitare. Secundo, quomodo facit omnia bona efficere, ibi; *Congaudet autem veritati &c.* Malum autem efficaciter nõ potest homo Deo facere, sed tolum sibi & proximo, secundum illud Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et postea subditur, Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua. Primo ergo ostendit, quomodo per charitatem vitantur mala, quæ sunt contra proximũ. Secundo, quomodo vitãtur mala, quibus aliquis deordinaẽ in seipso, ibi; *Non inflatur &c.* Malũ aũt qd est cõtra proximũ põt esse in affectu & in effectu. In affectu aũt præcipue est, cũ per inuidiã quis dolet de bonis ꝓximi, qd directe contrariatur charitati, ad quàm pertinet ꝙ homo diligat proximũ sicut seipsum, vt habetur Leui. 19. Et ideo ad charitatẽ pertinet, vt sicut hõ gaudet de bonis ꝓpriis, ita gaudeat de bonis ꝓximi. Ex quo sequitur, ꝙ charitas excludat inuidiam. Et hoc est qd dicit; *Charitas non æmulatur*, idest nõ inuidet, qa. s. facit cauere inuidiã. Vnde & in Psal. 36. dicit. Noli æmulari i malignãtibus. Et Prouerb. 25. Non æmuletur cor tuũ peccatores. Quantũ ad effectũ, subdit; *Non agit perperam*, idest peruerse cõtra aliquẽ. Nullus. n. iniuste agit contra illũ, quẽ diligit sicut seipsum. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Deinde cũ dicit; *Non inflatur &c.* Ostẽdit quomodo charitas facit vitare mala quibus aliquis deordinatur in seipso. Et primo quantũ ad passiones. Secũdo quantũ ad electionẽ, ibi; *Non cogitat malum.* Ostendit ergo primo ꝙ charitas repellit inordinatã passionẽ quantũ ad tria. Primo quidẽ quantũ ad superbiã, q̃ est inordinatus appetitus ꝓpriæ excellẽtiæ. Tunc aũt inordinate suã excellentiã quis appetit, qñ non sufficit ei cõtineri in eo gradu, qui sibi est a Deo præstitus. Et ideo dicitur Eccle. 10. Initiũ superbię hoĩs, apostatare a Deo. Quod quidẽ fit, dum homo nõ vult cõtineri sub regula ordinationis diuinæ. & hoc repugnat charitati, qua quis super oĩa Deum diligit. Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenẽs caput &c. Recte aũt superbia inflationi cõparatur. Nã id qd inflatur, nõ habet solidã magnitudinẽ, sed apparentẽ: ita superbi videntur quidẽ esse sibi magni, cum tñ vera magnitudine careãt, quæ non põt esse absq; ordine diuino. Sap. 4. Dirumpet illos inflatos siue voce. Est aũt prĩcipalis superbiæ filia, ambitio, per quàm aliquis quærit præesse: quàm etiam charitas excludit, quæ potius proximis eligit ministrare: secundũm illud Gal. 5. Per charitatẽ spiritus seruite inuicẽ. Et ideo subdit; *Non est ambitiosa*, idest facit hominẽ ambitionẽ vitare. Eccle. 7. Noli quærere ab homine ducatum, neq; a rege cathedram honoris. Secundo, ostendit quomodo charitas excludit inordinationẽ cupiditatis, cum dicit; *Non quærit quæ sua sunt*, vt intelligatur cum præcisione. i. neglectis bonis aliorũ: nam qui diligit alios sicut seipsum, bona aliorum quærit, sicut & suipsius. Vnde & supra. 10. Apostolus dixit, Non qnerẽs quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Contra qd de quibusdam dicitur Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Potest & aliter intelligi, nõ quærit quæ sua sunt. i. non repetit ea quæ sunt sibi ablata. s. in iudicio cũ scandalo: quia magis amat salutẽ proximi, quàm pecuniam: ℓm illud Phil. vlt. Non quæro datum, sed requiro fructũ abundantẽ in iustitia vestra. Quod tñ qualiter intelligendum sit, supra. 6. dictũ est. Tertio ostendit quomodo charitas excludat inordinationem irę, dicens; *Non irritatur*, idest non prouocatur ad iram. Est enim ira inordinatus appetitus vindictæ. Ad charitatem autem pertinet magis remittere offensas, quàm supra modũ aut inordinate vindicari: secundũ illud Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam. Iaco. 1. Ira viri iustitiã Dei nõ operatur. Deinde cum dicit; *Non cogitat &c.* ostendit quomodo per charitatem excluditur inordinatio electionis. Est autem electio, vt dicitur in tertio Ethic. appetitus præconsiliati. Tunc ergo homo peccat ex electione, & nõ ex passione, quãdo ex consilio rationis affectus eius prouocatur ad malum. Charitas ergo primo quidem excludit peruersitatem consilii. Et ideo dicit; *Non cogitat malum*, idest non permittit excogitare quomodo aliquis perficiat malum. Mic. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel; *charitas non cogitat malum*, quia non permittit hominem per varias suspitiones & temeraria iudicia cogitare malum de proximo,

Cap. 5.

Matt. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Secundo, charitas excludit inordinatum affectum malorum, cum dicit; *Non gaudet super iniquitate*. Ille enim qui ex passione peccat, cum quodam remorsu & dolore peccatum committit, sed ille qui peccat ex electione, gaudet ex hoc ipso quòd peccatum cõmittit, secundum illud Prouer. 2. Qui lætantur cum male fecerint & exultãt i rebus pessimis. Hoc autem charitas impedit inquãtum est amor summi boni, cui repugnat omne peccatum. Vel dicit; Quod charitas *non gaudet super iniquitate*, scilicet a proximo commissa, quinimo de ea luget, inquantum contrariatur proximorum saluti quam cupit 2. Cor. 12. Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt. Deinde cum dicit; *Congaudet autem &c.* Ostendit quomodo charitas facit operari bonum. Et primo, quantum ad proximum. Secundo, quãtum ad Deum, ibi; *Omnia credit &c.* Quantum ad proximum autem, homo operatur bonum dupliciter. Primo, quidem gaudendo de bonis eius. Et quantum ad hoc dicit; *Congaudet autem ueritati*, scilicet proximi, vel vitæ, vel doctrinæ, vel iustitiæ, ex eo ꝙ proximum diligit sicut seipsum: in secunda Ioan. Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut in charitate ambulas. Secundo, in hoc ꝙ homo mala proximi sustinet prout decet. Et quantum ad hoc dicit; *Omnia suffert*, idest absque turbatione sustinet omnes defectus proximorum, vel quæcunq; aduersa. Rom. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere Gala. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, scilicet charitatem. Deinde cum dicit; *Omnia credit*. Ostendit quomodo charitas faciat operari bonum in cõparatione ad Deũ. quod qnidem fit præcipue per virtutes theologicas, quæ habent Deum pro obiecto. Sunt autem præter charitatem duæ virtutes theologicæ, vt infra dicetur. s. fides & spes. Quantum ergo ad fidem dicit; *Omnia credit*. s. quæ diuinitus tradũtur. Gen. 15. Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Credere vero omnia quæ ab homine dicuntur, est leuitatis, secundum illud Eccl. 11. Qui cito credit, leuis est corde. Quantum aũt ad spem dicit; *Omnia sperat*, quæ scilicet promittuntur a Deo. Eccle. 12. Qui timetis Deum sperate in eum. Et ne spes frangat per dilationẽ, subdit; *Omnia sustinet*. i. patienter expectat quæ ꝑmittuntur a Deo q̃uis dilata, ꝓm illud Abac. 2. Si morã fecerit expecta eum. Psal. 26. Confortetur cor tuũ & sustine dominũ.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd charitas excellit alia dona spiritussancti necessitate & fructuositate: hîc ostendit excellentiam charitatis ad alia dona, quantum ad permanentiam. Et circa hoc tria facit. Primo proponit differentiam charitatis ad alia dona spiritussancti, quantum ad permanentiam. Secundo, probat quod dixerat, ibi; *Ex parte enim cognoscimus &c.* Tertio, infert cõclusionem intentam, ibi; *Nunc autem manent &c.* Circa primũ duo facit. Primo, proponit permanentiam charitatis. Secundo cessationem aliorũ donorum, ibi; *Siue prophetiæ &c.* Dicit ergo primo; *Charitas nunquam excidit*. Quod quidã male intelligentes, in erroré exciderunt, dicentes, ꝙ charitas semel habita, nunquã potest amitti, cui videtur consonare quod dicitur. 1 Io. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniã semen ipsius in eo manet: sed huius dicti primo quidem sentẽtia falsa est: potest enim aliquis charitatem habens, a charitate excidere per peccatum ꝓm illud Apoc. 2. Charitatem tuã primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam. Et hoc ideo est, quia charitas recipitur in anima hominis ꝓm modum ipsius, vt scilicet possit ea vti, vel non vti. Dũ vero ea vtitur homo peccare nõ potest: quia vsus charitatis est dilectio Dei super omnia: & ideo nihil restat, propter quod homo Deum offendat: & per hunc modum intelligitur verbum. Io. inductum. Secundo, prædicta sententia non est secundũ intentionem Apostoli, quia non loquitur hic de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale, sed potius de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hanc vitam per gloriã superuenientẽ. Vnde sensus Apostoli est; *Charitas nunquam excidit*, quia. s. sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patrię, & cum augmẽto, secundum illud Esa. 31. Dixit dominus cuius ignis est in Sion. s. in ecclesia militãte, & caminus eius in Ierusalem. i. in pace cælestis patriæ. Deinde cũ dicit; *Siue prophetiæ &c.* proponit cessationem aliorum donorum spiritualium, & specialiter eorum quæ præcipua videntur. Primo quantum ad prophetiam, dicit; *Siue prophetiæ euacuabuntur*, idest cessabunt, quia scilicet in futura gloria, prophetia locum non habebit propter duo. Primo quidem, quia prophetia respicit futurum: status autem ille non expectabit aliquid in futurum, sed erit finale complementũ omniũ eorum quæ ante fuerant prophetata. Vnde ĩ Psal. 47 dicitur, Sicut audiuimus, scilicet per prophetas, ita & vidimus præsentialiter in ciuitate domini virtutum. Secundo quia prophetia est cum cognitione figurali & enigmatica, quæ cessabit in patria. Vnde dicitur Nume. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini per somniũ, aut in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illũ. Et Osee. 12. In manibus prophetarũ assimilatus sum. Secundo, quantum ad donum lingnarum, dicit; *Siue linguæ cessabunt*. Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa membra corporea, quæ linguæ dicuntur, vt dicitur infra. 15. Mortui resurgent incorrupti. i. absq; diminutione membrorum. Neq; autem intelligendum est quantum ad vsum linguæ corporeæ. Est enim futura in patria laus vocalis, secundum illud Psal. 49. Exultationes Dei in gutture eorũ, vt glosa ibidem exponit. Est ergo intelligendum quantum ad donum linguarum, quo scilicet aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur, vt dicitur Act. 2. In futura enim gloria, quilibet, quamlibet linguam intelliget. Vnde non erit necessarium variis linguis loqui. nam etiam a primordio generis humani, vt dicitur Gen. 11. Vnus erat sermo, & vnum labium omnibus, quod multo magis erit in vltimo statu, in quo erit vnitas consummata. Tertio, quantum ad scientiam, subdit; *Siue scientia destruetur*. Ex quo quidam accipere voluerunt, quòd scientia acquisita, totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet, quòd duplex est vis cognitiua, scilicet vis sensitiua, & vis intellectiua. Inter quas est differentia, quia uis sensitiua est actus organi corporalis: & ideo necesse est ꝙ desinat corpore corrupto: vis autem intellectiua nõ est actus alicuius organi corporei, vt probat in tertio de anima, & ideo necesse est, ꝙ maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid scientiæ acquisitæ conseruetur in parte animæ intellectiuæ, necesse est, ꝙ id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt quòd species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili, nisi quandiu intelligit. Conseruantur aũt species phantasmatum in potẽtiis animæ sensitiuæ, puta in memoratiua & imaginatiua, ita scilicet, ꝙ semper intellectus possibilis qñ de nouo vult intelligere, etiã quæ prius intellexit, indiget abstrahere a phantasmatibus ꝑ lumẽ intellectus agẽtis, & ꝓm hoc consequẽs est ꝙ scientia hic acquisita non remaneat post mortẽ. Sed hæc positio, est primo quidem contra rationem. Manifestum est. n. quòd species intelligibiles in intellectu possibili, recipiũtur ad minus dum actu intelligit. Quod aũt recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Cum ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis & fixa, consequens est, quòd species intelligibiles remaneant in eo immobiliter. Secundo est cõtra authoritatẽ Aristotelis in tertio de Anima, qui dicit ꝙ cum intellectus possibilis est sciens vnũquodq; tunc etiam est intelligens in potẽtia. Et sic patet, quòd habet species intelligibiles ꝑ quas dicitur sciens, & tamen adhuc est in potentia ad intelligendum in actu, & ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etiam quando non intelligit actu. Vnde etiam ibidem Philosophus dicit, quòd anima intellectiua est locus specierũ, quia scilicet in ea conseruantur species intelligibiles. Indiget tamẽ in hac vita cõuertere se ad phantasmata, ad hoc quòd actu intelligat, non solũ vt abstrahat species a phãtasmatibus, sed etiã vt species habitas fant asmatibus applicet: cuius signum est, quòd læso organo virtutis imaginatiuæ, vel etiam memoratiuæ, non solum impeditur homo ab acquisitione nouæ scientiæ, sed etiã ab vsu scientiæ prius habitæ. Sic ergo remanet scientia in anima post corporis mortẽ, quantũ ad species intelligibiles, non autem quantum ad inspectionẽ phantasmatũ, quibus anima separata nõ indigebit, habens esse & operationem absq; corporis communione. Et ꝓm hoc Apostolus hic dicit, ꝙ scientia destruetur. s. secundum conuersionẽ ad phãtasmata. Vnde & Esa. 29. dicitur, Peribit sapiẽtia a sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur. Deinde cũ dicit; *Ex parte enim cognoscimus* probat, quod dixerat. Et primo inducit probationem. Secundo manifestat ea, quæ in probatione continẽtur, ibi; *Cum essem paruulus &c.* Inducit ergo primo ad probandum propositum, talem rationem. Adueniente perfecto cessat imperfectum, sed dona alia præter charitatem habent imperfectionem. ergo cessabunt superueniente perfectione gloriæ. Primo ergo proponit minorem propositionem quo ad imperfectionem scientiæ, cum dicit; *Ex parte enim cognoscimus*, idest imperfecte. Nam pars habet rationem imperfecti. Et hoc præcipue verificatur quantum ad cognitionem Dei, secundum illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincẽs scientiam nostram. Et 26. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Proponit etiam imperfectionem prophetiæ, cum subdit; *Et ex parte*, idest imperfecte; *Prophetamus*. Est enim prophetia cognitio cum imperfectione, vt dictum est. Tacet autem de dono linguarum, quod est imperfectius his duobus, vt infra 14. patebit. Secundo, ponit maiorem, dicens; *Cum autem uenerit quod perfectum est*, idest perfectio gloriæ; *Euacuabitur quod ex parte est*, idest omnis imperfectio tolletur. De qua perfectione dicitur 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet. Sed secundũ hoc videtur, quòd etiam charitas euacuetur per futuram gloriã, quia ipsa est imperfecta in statu viæ per comparationem ad statum patriæ. Dicendum ergo, quòd imperfectio dupliciter se habet ad id, quod dicitur imperfectum. Quandoque enim est de rõne eius, quãdoq; vero nõ, sed accidit ei: sicut imperfectio est de ratione pueri, non autem de ratione hominis. Et ideo aduenientẽ perfecta ætate, cessat quidem pueritia, sed humanitas fit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hic de Deo habetur, inquantum scilicet cognoscitur ex sensibilibus: & similiter ratione prophetiæ, inquantum est cognitio figuralis, & infuturum tendens: non est autem de ratione charitatis ad quã cognitum bonum diligere pertinet: & ideo superueniente perfectione gloriæ cessat prophetia & scientia. charitas autem non cessat, sed magis perficitur: quia quanto perfectius cognoscetur Deus, tanto etiam perfectius amabitur. Deinde cum dicit; *Cum essem paruulus &c.* manifestat ea, quæ præmissa sunt. Et primo manifestat maiorem, scilicet, quòd veniente perfecto, cessat imperfectum. Secundo manifestat minorem, scilicet, quòd scientia & prophetia sint imperfecta, ibi; *Videmus nunc &c.* ostendit autem primum per similitudinem perfecti & imperfecti, quod inuenitur in ætate corporali. Vnde & primo describit imperfectum ætatis corporalis, dicens; *Cum essem paruulus*, scilicet ætate; *Loquebar ut paruulus*. i. prout congruit paruulo scilicet balbutiendo. Vnde propter naturalem defectum locutionis qui est in paruulis, cõmendatur sapientia. Sap. 10. Quòd linguas infantium facit disertas, & vt paruulus loquitur, qui vana loquitur. Psal. 11. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximũ suum. Quantum vero ad iudicium subdit, *Sapiebam ut paruulus*, idest approbabam, vel reprobabam aliqua stulte, vt faciunt paruuli, qui quandoq; pretiosa cõtemnunt, & vilia appetunt, vt dicitur Prouer. 1 Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient? Sapiunt ergo vt paruuli, qui spiritualibus contẽptis, terrenis inhærent: de quibus dicitur Phil. 3. Gloria in cõfusione eorum, qui terrena sapiunt. Quantum autem ad rationis discursum dicit; *Cogitabam ut paruulus*, idest aliqua vana. unde & in Psal. 93. dicitur, Dñs scit cogitationes hominũ, quoniã vanæ sunt. Et videtur Apostolus ordine præpostero hæc tria ponere. Nam locutio præexigit iudiciũ sapientiæ: iudiciũ vero præsupponit cogitationes rõnis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine iudicio: & iudicium sine deliberatione. Potest autem referri quod dicit; *Loquebar ut paruulus*, ad donum linguarum, cum dicit; *Sapiebam ut paruulus* ad donum prophætiæ: quod autem subdit; *Cogitabam ut paruulus*, ad donum scientiæ. Secundo, ponit id quod pertinet ad perfectionem ætatis, dicẽs; *Quando autem factus sum uir*, idest quando peruenio ad perfectam & virilem ætatem; *Euacuaui*, idest abieci ea; *Quæ erant paruuli*: quia vt dicitur. Esa. 65. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et est attendendum, quòd Apostolus hic comparat statum præsentem pueritiæ propter imperfectionem: statum autem futuræ gloriæ propter perfectionem virili ætati.

LECTIO QVARTA.

HIC loquitur de visione quæ est cognitio Dei. Vnde omnia præcedentia dona euacuanda, sunt intelligenda secundum quòd ordinantur ad cognitionem Dei. Circa hoc duo facit. Primo enim probat id quod intendit in generali. Secundo, in speciali de seipso, ibi; *Nunc cognosco &c.* Dicit ergo, dixi quòd ex parte cognoscimus, quia; *Nunc uidemus per speculum in ænigmate*, sed; *Tunc*, scilicet in patria videbimus; *Facie ad faciem*. Vbi primo considerandum est, quid sit videre per speculum in ænigmate. Secundo quid sit videre facie ad faciem. Sciendum est ergo, quòd sensibile aliquid potest tripliciter videri, scilicet aut per sui præsentiam in re videntę, sicut ipsa lux quæ præsens est oculo: aut per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediate deriuatam ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete videtur, non existẽte ipsa albedine præsentialiter in oculo, sed eius similitudine, licet ipsa similitudo non videatur ab eo: aut per præsentiam similitudinis non immediate deriuatæ ab ipsa re, sed deriuatæ a similitudine rei in aliquid aliud: sicut cum videtur aliquis homo per speculum. Non enim similitudo hominis immediate est in oculo, sed similitudo hominis resultantis in speculo. Per hunc ergo modum loquendo de visione Dei, dico quòd naturali cognitione solus Deus videt seipsum: quia in Deo idem est sua essentia & suus intellectus. Et ideo sua essentia est præsens suo intellectui. Sed secundo modo forte angeli naturali cognitione Deum vident, inquantum similitudo diuinæ essentiæ relucet immediate in eos. Tertio vero modo cognoscimus nos Deum in vita ista, inquantum inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, vt dicitur Roma. 1. Et ita tota creatura est nobis sicut speculum quoddam: quia ex ordine, & bonitate, & magnitudine, quæ in rebus a Deo causata sunt, venimus in cognitionem sapientiæ, bonitatis, & eminentiæ diuinæ: et hæc cognitio dicitur visio in speculo. Vlterius autem sciendum est, quòd huiusmodi similitudo, quæ est similitudinis in alio relucentis, est duplex: quia aliquando est clara & aperta, sicut illa quæ est in speculo: aliquando obscura & occulta, & tunc illa visio dicitur ænigmatica: sicut cum dico, me mater genuit, & eadem gignitur ex me. Istud est per simile occultum: et dicitur de glaciæ, quæ gignitur ex aqua congelata, & aqua gignitur ex glaciæ resoluta. Sic ergo patet, quòd visio per similitudinem similitudinis est in speculo per simile occultum in ænigmate: sed per simile clarum & apertum facit aliam speciem allegoricæ visionis. Inquantum ergo inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, dicimur videre per speculum. Inquantum vero illa inuisibilia sunt nobis occulta, videmus in ænigmate. uel aliter; *videmus nunc per speculum*, idest per rationem nostram, & tunc ly; *Per*, designat virtutem tantum. Quasi dicat; *videmus per speculum*, idest, virtute animæ nostræ. Circa secundum vero sciendum est, quòd Deus, secundum quòd Deus, non habet faciem: & ideo hoc, quod dicit; *Facie ad faciem*, metaphorice dicitur. Cum enim videmus aliquid in speculo, non videmus ipsam rem, sed similitudinem eius: sed quando videmus aliquid secundum faciem, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cum dicit; *videbimus* in patria; *Facie ad faciem*, quàm quòd videbimus ipsam Dei essentiam 1. Ioã. 3. Videbimus eum sicuti est &c. Sed contra est, quia Gen. 32. dicitur Vidi Dominũ facie ad faciem &c. Sed constat, quòd tunc non vidit essentiam Dei. ergo videre facie ad faciem, non est videre essentiam Dei. Responsio, dicendũ est, quòd illa visio fuit imaginaria: visio autem imaginaria est quidam gradus altior, scilicet, videre illud quod apparet in ipsa imagine, in qua apparet: et alius gradus infimus, scilicet, audire tantum verba. Vnde Iacob vt insinuaret excellentiam visionis imaginariæ sibi ostensæ, dicit, Vidi Dominum facie ad faciem, idest, vidi Dominum imaginarie apparentem in sua imagine, & non per essentiam suam. Sic enim non fuisset visio imaginaria. Sed tamen quidam dicũt, quòd in patria, ipsa diuina essentia videbitur per similitudinem creatam: sed hoc est omnino falsum & impossibile, quia nunquàm potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem, quæ non conueniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secundum illud quod est, nisi per speciem lapidis, quæ est in anima. Nulla n. similitudo ducit in cognitionem essentiæ alicuius rei, si differat a re illa secundũ speciem, & multo minus si differt secundũ genus. Non enim per speciem equi, vel albedinis potest cognosci essentia hominis, & multo minus essentia angeli. Multo ergo minus per aliquam speciem creatã, quæcunq; sit illa, potest videri diuina essentia, cũ ab essentia diuina plus distet quæcũq; species creata in anima, quàm species equi, vel albedinis ab essentia angeli. Vnde ponere, ꝙ Deus videatur, solum per similitudinem, seu per quandam resulgentiam claritatis suæ, est ponere diuinam essentiam non videri. Et præterea, cum anima sit quædam similitudo Dei, visio illa non magis esset specularis & enigmatica, quæ est in via, quàm visio clara & aperta, quæ repromittitur sanctis in gloria, & in qua erit beatitudo nostra. Vnde Augu. † dicit hic in Glo. ꝙ visio Dei, quæ est per similitu-

De Trin. li 15. cap. 9.

similitudinem pertinet ad visionem speculi & enigmatis. Sequeretur etiam, quòd beatitudo hominis vltima, esset in alio quàm in ipso Deo, quod est alienum a fide. Naturale etiam hominis desiderium, quod est peruenienda ad primam rerum causam, & cognoscendi ipsam per seipsam, esset inane. Sequitur; *Nunc cognosco ex &c.* Hic illud quod probauit in generali, probat in speciali de cognitione suiipsius, dicens; *Nunc*, idest in presenti vita, ego Paulus; *Cognosco ex parte*, idest obscure & imperfecte; *Tunc autem*, scilicet in patria; *Cognoscam sicut & cognitus sum*, idest sicut Deus cognouit essentiam meam, ita Deum cognoscam per essentiam: ita quòd, ly sicut, non importat hic qualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum. Consequenter infert principalem conclusionem, cum dicit; *Nunc autem manet &c.* Causa autem quare non facit mentionem de omnibus donis, sed de istis tribus tantum est, quia hæc tria coniungunt Deo: alia autem non coniungunt Deo, nisi mediantibus istis. Alia etiam dona sunt quædam disponentia ad gignendum ista tria in cordibus hominũ. Vnde & solum ista tria scilicet fides, spes, & charitas, dicuntur virtutes theologicæ, quia habent immediate Deum pro obiecto. Sed cum dona sint ad perficiendum, vel affectum, vel intellectum: & charitas perficiat affectum, fides intellectum, non videtur, quòd spes sit necessaria, sed superflua. Ad hoc sciendum est ꝙ amor est quædam vis vnitiua, & omnis amor in vnione quadam consistit. Vnde & secundum diuersas vniones, diuersæ species amicitiæ a Philosopho distinguuntur. Nos autem habemus duplicem coniunctionem cum Deo. Vna est quantum ad bona naturæ, quæ hic participamus ab ipso: alia quantum ad beatitudinem, inquantum nos hic sumus participes per gratiam supernæ fœlicitatis, secundum ꝙ hic est possibile: speramus etiam ad perfectam consecutionem illius æternæ beatitudinis peruenire, & fieri ciues cœlestis Hierusalem. Et ꝛm primã communicationẽ ad Deum, est amicitia naturalis, secundum quam vnumquodque, secundum quòd est, Deum vt causam primam & summũ bonum appetit & desiderat, vt finẽ suum. Secundum vero cõmunicationem, secũdam est amor charitatis, qua solum creatura intellectualis Deum diligit. Quia vero nihil potest amari nisi sit cognitum, ideo ad amorem charitatis exigitur primo cognitio Dei. Et quia hoc est supra naturam, primo exigitur fides, quæ est non apparentium. Secundo, ne homo deficiat, vel aberret, exigitur spes, per quam tendat in illũ finem, sicut ad se pertinentẽ: & de his tribus dicit Eccl. 2. Qui timetis Deũ, credite in illum, q̃tum ad fidẽ: qui timetis Deũ, sperate in illũ quantum ad spẽ: qui timetis Deũ, diligite eum, quantũ ad charitatem. Ista ergo tria manẽt nũc, sed charitas maior est omnibus, propter ea, quæ dicta sunt supra.

LECTIO PRIMA.

POSITA excellentia charitatis ad alia dona, hic consequenter Apostolus comparat alia dona adinuicem, ostendens excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Secundo, quomodo sit vtendum dono linguarum, & prophetiæ, ibi; *Quid ergo est fratres &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quòd donum prophetiæ est excellentius quàm donum linguarum, rationibus sumptis ex parte infidelium. Secundo, ex parte fidelium, ibi; *Fratres mei &c.* Prima pars diuiditur in duas. Primo, ostendit, quòd donum prophetiæ est excellentius dono linguarum quantum ad vsum eorum in exortationibus, seu prædicationibus. Secundo, quantum ad vsum linguarum, qui est in orando. Ad hæc enim duo, est vsus linguæ, ibi; *Et ideo loquitur &c.* Circa primũ duo facit. Primo, enim præmittit vnum, per quod continuat se ad sequentia: & hoc est quod dicit, Dictum est, quòd charitas omnia dona excellit: si ergo ita est; *Sectamini*, scilicet viribus; *Charitatem*, quæ est dulce & salubre vinculum mentium 1. Pet. 4. Ante omnia charitatem &c. Col. 5. Super omnia autem charitatem habete &c. Secundo, subdit illud per quod continuat se ad sequentia. Et hoc est quod dicit; *Aemulamini &c.* Quasi dicat. Licet charitas sit maior omnibus donis, tamen alia non sunt contemnenda. Sed; *Aemulamini*, idest feruenter ameris; *Spiritualia* dona spiritus sancti 1. Pet. 3. Quid est, quod vobis noceat? &c. Licet aũt æmulatio quandoque sumatur pro ferenti dilectione: quandoq; pro inuidia, tamen nõ est æquiuocatio: immo vnũ procedit ab alio: zelari enim & æmulari designat feruentẽ amorem alicuius rei. Con

CAPIT. XIIII. LEC. I.

SECTAMINI charitatẽ, æmulamini spiritalia, magis autẽ, ut prophetetis. Qui. n. loquitur lingua non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo. n. audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationẽ, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ẹdificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat.

tingit autem, quòd res amata, ita diligatur feruenter ab aliquo; quòd non patitur ibi consortem, sed ipse vult eam solus & singulariter: et iste est zelus, qui secundum quosdam est amor intensus, non patiens consortium in amato. Hoc tamen non contingit in spiritualibus, quæ possunt perfectissime a multis participari: sed solum in illis, quæ non possunt a multis participari. Vnde in charitate non est huiusmodi zelus, non patiens consortium in amato, sed tantum in corporalibus, in quibus prouenit, ꝙ si aliquis habet illud quod ipse zelat, deeat: & ex hoc consurgit æmulatio, quæ est inuidia: sicut si ego amo dignitatem, seu diuitias, doleo quòd aliquis habet eas; vnde & ei inuideo. Et sic patet, quòd ex zelo surgit inuidia. Cum ergo dicitur, æmulamini spiritualia, non intelligitur de inuidia, quia spiritualia possunt a multis haberi, sed dicit, æmulamini, vt inducat ad feruenter amandum Deum. Et quia inter spiritualia est gradus quidã, quia prophetia excedit donum linguarum, ideo dicit; *Magis autem, vt prophetetis*, quasi dicat, Inter spiritualia magis æmulamini donum prophetiæ. 1. Thes. 5. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Ad explanationẽ autem totius cap. prænotanda sunt tria, scilicet: quid sit prophetia, quot modis dicatur in Scriptura Sancta prophetia, & quid sit loqui linguis. Circa primũ sciendũ est, quòd propheta dicitur, quasi procul videns, & ꝛm quosdam dicitur a for faris, sed melius dicitur a pharos, quod est videre. Vnde. 1. Reg. 9. dicitur, ꝙ qui nunc dicitur propheta, olim videns dicebatur. Vnde visio eorum, quæ sunt procul, siue sint futura contingentia, siue supra rationem nostrã, dicitur prophetia. Est igitur prophetia visio, seu manifestatio futurorum cõtingentiũ, seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi autem visionem quatuor requiruntur. Cum. n. cognitio nostra sit per corporalia & per fantasmata a sensibilibus accepta, primo exigitur, ꝙ in imaginatione formẽtur similitudines corporales eorũ, quæ ostenduntur: vt Dionysius dicit, ꝙ impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Secũdum qd̃ exigitur, est lumen intellectuale, illuminans intellectum ad ea, quæ supra naturalem cognitionẽ nostrã ostenduntur cognoscenda. Nisi enim ad similitudines sensibiles in imaginatione formatas intelligendas ad sit lumen intellectuale, ille cui similitudines huiusmodi ostenduntur, nõ dicitur propheta, sed potius somniator, sicut Pharao, qui licet viderit spicas & vaccas, quæ erant indicatiua futurorum quorundam: quia tamen non intellexit, quod vidit, non dicitur propheta, sed potius ille, scilicet Ioseph, qui interpretatus est: et similiter est de Nabũchodonosor, qui vidit statuam, & non intellexit. Vnde nec propheta dicitur, sed Daniel. Et propter hoc dicitur Dan. 10. Intelligentia opus est in visione. Tertium quod exigitur, est audacia ad annunciandum ea, quæ reuelantur, ad hoc enim Deus reuelat, vt aliis denuntientur. Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore. Quartum est operatio miraculorum, quæ sunt ad certitudinem prophetiæ. nisi enim facerent aliqua, quæ excedunt operationem naturæ, non crederetur eis in his, quæ naturalem cognitionem transcendunt. Secundum ergo hos modos prophetiæ, dicuntur aliqui diuersis modis prophetæ. Aliquando enim aliquis dicitur propheta, qui habet omnia ista quatuor scilicet, quòd videt imaginarias visiones, & habet intelligentiam de eis, & audacter annuntiat aliis, & operatur miracula: & de hoc dicitur Num. 12. Siquis fuerit inter vos propheta &c. Aliquando autem dicitur propheta ille, qui habet solas imaginarias visiones, sed tamen improprie, & valde remote. Aliquando enim dicitur propheta, qui habet intellectuale lumen ad explanandum etiam visiones imaginarias, siue sibi, siue alteri factas: uel ad exponendum dicta prophetarum, vel scripturas Apostolorum. Et sic dicitur propheta omnis, qui discernit doctorum scripturas, quia eodem spiritu interpretatæ sunt, quo æditæ sunt. Et sic Solomon & Dauid possunt dici prophetæ, inquantum habuerunt lumen intellectuale, ad clare & subtiliter intuendum. Nam visio Dauid intellectualis tantum fuit. Dicitur etiam propheta aliquis solum ex hoc, quòd prophetarum dicta denuntiat, seu exponit, seu cantat in ecclesia: & hoc modo dicitur. 1. Reg. 19. quòd Saul erat inter prophetas, idest inter canentes dicta prophetarum. Dicitur etiam aliquis propheta ex miraculorum operatione, secundum illud Eccl. 48. quòd corpus Helisei mortuũ, prophetauit, idest miraculum fecit. Quòd ergo dicit hic Apostolus per totum cap. de prophetis, intelligendum est de secundo

secundo modo scilicet, quòd dicitur prophetare, qui per lumen intellectuale diuinum visiones sibi, & aliis factas, exponit. Et secundum hoc planum erit, quod hic dicitur de prophetis.

Circa secundum sciendum est, quòd quia in ecclesia primitiua pauci erant, quibus imminebat fidem Christi prædicare per mundum, ideo Dominus, vt commodius & pluribus verbum Dei annuntiarent, dedit eis donũ linguarum, quibus omnibꝰ prædicarẽt, non quòd vna lingua loquẽtes ab omnibus intelligerentur, vt quidã dicũt, sed ad literã, quòd linguis diuersarum gentium, immo omnium loquerentur. Vnde dicit Apostolus. Grãs ago Deo, ꝙ omnium vestrum lingua loquor. Et Act. 1. dicitur, Loquebantur variis linguis &c. Et hoc donum multi adepti sunt a Deo in ecclesia primitiua. Corinthii autem, quia curiosi erant, ideo libentius volebant illud donum quàm donum prophetiæ. Quod ergo dicitur hic loqui lingua, vult Apostolus intelligi lingua ignota, & non explanata: sicut si lingua Theutonica loquatur quis alicui Gallico, & non exponat, hic loquitur lingua. Vel etiam si loquatur visiones tantum & non exponat, loquitur lingua. Vnde omnis locutio non intellecta nec explanata, quęcunque sit illa, est proprie loqui lingua. His ergo visis ad expositionem literæ accedamus, quæ plana est. Circa hoc ergo duo facit. Primo probat, quòd donum prophetiæ excellentius est dono linguarum. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi; *Volo autem uos &c.* Quod autem donum prophetiæ excedat donum linguarum, probat duabus rationibus, quarum prima sumitur ex comparatione Dei ad ecclesiam. Secunda ratio sumitur ex comparatione hominum ad ecclesiam. Prima autem ratio talis est. Illud per quod facit homo ea non solum quæ sunt ad honorem Dei, sed etiam ad vtilitatem proximorũ est melius, quàm illud quod fit tantum ad honorem Dei: sed prophetia est non tantum ad honorem Dei, sed etiam ad proximi vtilitatem: per donũ vero linguarum solum illud fit quod est ad honorem Dei. ergo &c. Huius autem rationis ponit medium, & primo quantum ad hoc quod dicit, quòd; *Qui loquitur lingua*, honorat tantum Deum. Et hoc est quod dicit; *Qui loquitur lingua*. s. ignota; *Non loquitur hominibus*, idest ad intellectum hominum; *Sed Deo*. i. ad honorem Dei tantum. Vel; *Deo*, quia ipse Deus solus intelligit. Sap. 5. Auris zeli Dei audit omnia &c. Et ꝙ non loquatur homini, subdit; *Nemo enim audit*, idest intelligit. Sic enim frequenter accipitur non audire, pro non intelligere. Matt. 13. Qui habet aures audiendi audiat. Quare autem soli Deo loquatur, subdit quòd ipse Deus loquit. Vnde dicit; *Spiritus autem Dei loquitur mysteria*. i. occulta. Mat. 10 Non enim vos estis qui loquimini &c. Supra. 2. Nemo nouit, quæ sunt spiritus Dei &c. Secundo, probat id quod dicit, quòd prophetia est ad honorem Dei & vtilitatem proximorum. Vnde dicit; *Nam qui prophetat &c.* idest explanat visiones seu scripturas; *Loquitur hominibus*, idest ad intellectum hominum, & hoc; *Ad ædificationem* incipientium; *Et ad exhortationem* proficientium 1. Thess. 5. Consolamini pusillanimes. Titum 2. Loquere & exortare; *Ad consolationem* desolatorum. Vel ædificatio pertinet ad spiritualem affectionem, quia ibi primo incipit ædificium spirituale. Ephe. 2. In quo & vos coædificamini &c. Exhortatio vero ad inductionem ad bonos actus, quia si affectus est bonus, tunc actus est bonus Tit. 2. Hæc loquere & exortare. Consolatio vero inducit ad tolerantiam malorum. Roma. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad hæc enim tria inducunt prædicantes diuinam scripturã. Secunda ratio talis est. Illud quod est vtile soli facienti, est minus quàm illud quod prodest etiam aliis: loqui autem linguis est vtile soli ei qui loquitur, prophetare vero aliis prodest. Igit &c. Huius autem rationis ponit medium, & primo quantum ad primam partem medii, & hoc est quod dicit; *Qui loquitur lingua, semetipsum &c.* Psal. 38. Concaluit cor meũ intra me &c. Secundo quantum ad secundam partẽ, & hoc est qd̃ dicit; *Qui autem prophetat, ecclesiam*. i. fideles; *Aedificat* instruendo Ephs. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

LECTIO II.

VOLO autem uos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt uocẽdantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mũdo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis.

LECTIO SECVNDA.

HIC Apostolus excludit obiectionem, seu falsum intellectũ qui posset esse circa præmissa: possent enim aliqui credere, quòd ex quo Apostolus præfert prophetiam dono linguarum, quòd donũ linguarum esset contenendum. Vnde vt hoc excludat, dicit; *Volo autem uos &c.* Vbi primo ostendit quid intenderit insinuare. Secundo, rationem horum assignat, ibi; *Nam maior &c.* Dicit ergo. Licet hæc quę dicta sunt, supra dixerim, non tamen volo vos donum linguarum spernere, sed; *Volo uos omnes loqui linguis*, tamen; *Magis uolo ut prophetetis*. Num. 11. Quis tribuat, vt omnis populus &c. Cuius rationem assignat, cũ dicit; *Nam maior &c.* Quasi dicat, Ideo volo vt magis prophetetis, quia; *Maior est &c.* Et huius ratio est, quia aliquando aliqui mouentur a Spiritu sancto loqui aliquid mysticum, quod ipsi non intelligunt: unde isti habent donum linguarum. Aliquando aũt non solum loquũtur linguis, sed etiam ea quæ dicunt, interpretãtur. Et ideo dicit; *Nisi forte interpretetur.* Nam donũ linguarum cum interpretatione est melius, quàm prophetia: quia sicut dictum est, interpretatio cuiuscũq; ardui pertinet ad prophetiam. Vnde qui loquitur & qui interpretatur, propheta est, & donũ linguarũ habet, & interpretatur vt ecclesiã Dei ædificet, iõ dicit; *Vt ecclesia &c.* idest non solũ intelligat se, sed etiam vt ecclesia ædificetur. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt, inuicẽ custodiamus, & Rom. 15. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum ad ædificationem; *Nunc autem fratres &c.* Hic probat donum prophetiæ esse excellentius, q̃ donum linguarum per exẽpla, & hoc tripliciter. Primo per exemplum a seipso sumptum. Secundo, per exemplum sumptũ a rebus inanimatis, ibi; *Tamen quæ sine anima &c.* Tertio, per exemplum sumptũ ab hominibus diuersimode loquentibus, ibi; *Tam multa &c.* Ex seipso aũt argumentatur sic. Cõstat ergo, quòd ego non minus habeo donũ linguarũ, quàm vos: sed si loquerer vobis solum linguis, & nõ interpretarer, nihil vobis prodessem. ergo nec vos ab inuicem. Et hoc est qd̃ dicit; *Nunc autem fratres si uenero ad uos linguis loquẽs.* Hoc dupliciter põt intelligi. s. vel linguis ignotis, vel ad literam quibuscũq; signis nõ intellectis; *Quid uobis prodero, nisi loquar uobis aut in reuelatione &c.* Vbi notandum, ꝙ ista quatuor scilicet; *Aut in reuelatione &c.* possunt dupliciter distingui. Vno modo penes ea de quibus sunt. Et sic sciendum est, quòd illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, quia vel est de diuinis, & hæc illustratio pertinet ad donum sapientiæ. Diuinorum. n. vt supra dictum est 2. est reuelatio, quia quæ sunt Dei, nemo nouit &c. Et ideo dicit; *In reuelatione* qua. s. illuminatur mens ad cognoscendum diuina: Vel est de terrenis, & non de quibuscunq; sed de illis tantum, quæ sunt ad ædificationem fidei: & hoc pertinet ad donum scientiæ, & ideo dicit; *In scientia* non geometriæ nec astrologiæ, quia hæc non pertinent ad ædificationem fidei, sed in scientia, quæ est sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum &c. Vel est de euentibus futurorum, & hoc pertinet ad donum prophetiæ. Et ideo dicit; *Aut in prophetia* Sap. 8. Signa & monstra scit antequàm fiant, & euentus temporũ & seculorum. Notandum autem, quòd prophetia non accipitur hic cõmuniter, scilicet, secundum ꝙ supra dictum est: sed accipitur hic particulariter, prout est manifestatio futurorum tantum. Et ꝛm hoc diffinitur a Cassiodoro, Prophetia est diuina inspiratio rerum futura immobili veritate denuntians. Ecclesia. 24. Adhuc doctrinam, quasi prophetiam effundam &c. Vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Et ideo dicit; *Aut in doctrina.* Rom. 12. Qui docet, in doctrina. Prouerb. 13. Doctrina bona dabit gratiam. Alio modo possunt hæc distingui penes diuersos modos acquirendi cognitionem. Et sic sciendum est, ꝙ omnis cognitio, aut est a supernaturali principio, scilicet Deo, aut naturali, scilicet lumine naturali intellectus nostri. Si autem a supernaturali principio, scilicet lumine diuino infuso, hoc potest esse dupliciter: quia aut infunditur subito cognitio, & sic est reuelatio: aut infunditur successiue, & sic est prophetia,

tia, quàm non subito habuerunt prophetæ, sed successiue & per partes, vt eorum prophetiæ ostendunt. Si vero cognitio acquiratur a naturali principio, hoc est aut per studium propriũ, & sic pertinet ad scientiam: aut traditur ab alio, & sic pertinet ad doctrinam; *Tamen quæ sine anima &c.* Hic ostendit idem per exempla, sumpta ex rebus inanimatis, scilicet per instrumenta, quæ videntur vocem habere. Et primo per instrumenta gaudii: secundo per instrumenta pugnę, ibi; *Etenim si incertam &c.* Dicit ergo Hoc non solum patet per ea, quæ supra dicta sunt, sed etiam quantum ad ea, quæ sine anima vocem dant, quòd loqui linguis non solum non prodest aliis; *Et quæ sine anima sunt vocem dantia.* Contra, Vox est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus. Non ergo ea, quæ sunt sine anima, dant vocem. Dicendum est, quòd licet vox non sit nisi animalium, tamen potest dici per quandam similitudinem, scilicet secundum quòd quædam, sicuti instrumenta, habent quandam consonantiam & melodiam: & ideo de illis facit mentionem scilicet; *de cithara*, quæ dat vocem tactu; *& tibia*, quæ flatu. Si ergo hæc dant vocem sine distinctione; *quomodo scietur &c.* Cum enim homo per instrumenta aliquid intendat exprimere, scilicet aliquos cantus, qui ordinantur vel ad fletum, vel ad gaudium. Esa. 30. Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solẽnitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini. Vel etiam ad lasciuiam, non poterit diiudicari ad quid canitur tibia, aut ad quid cithara, si sonus sit confusus & indistinctus. Ita si homo loquitur linguis, & non interpretatur, non poterit sciri quid velit dicere; *Etenim si incertam vocem dederit &c.* Hic ostendit idẽ per exempla inanimatorum, scilicet per instrumenta ad pugnam ordinata. Et sumitur hæc similitudo ex libro Nume. 10. Ibi enim legitur, quòd dominus præcepit Moysi, vt faceret duas tubas argenteas, quæ essent ad conueniendum populum ad mouendum castra, & ad pugnandum. Et pro quolibet istorum habebant certum modum tubandi: quia aliter dabant vocem quando debebant conuenire ad concilium, aliter quando mouebant castra, & aliter quando pugnabant: & ideo arguit Apostolus, quòd sicut; *Si tuba det incertam vocem*, idest indistinctam, nescitur vtrum se debeant parare ad bellum, & ita vos si loquimini tantum linguis, nisi distinctum sermonem dicatis interpretando, vel exponendo, non poterit quis scire quid loquamini. Per tubam potest intelligi prædicator. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. Ratio autem quare nõ potest sciri quid loquamini, est quia; *eritis in aera loquentes*, idest inutiliter. Supra. 9. Sic pugno non quasi aera verberans &c. *Tam multa &c.* Hic sumit exemplum a diuersis linguis loquentium. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersitatem linguarum. Secundo inutilitatem loquentium sibi ad inuicẽ in linguis extraneis, ibi; *Si ergo nesciero &c.* Tertio concludit quod intendit, ibi; *Sic & vos quoniam æmulatores &c.* Dicit ergo primo, Multæ & diuersæ linguæ in mundo sunt, & quilibet potest loqui quacunq; vult, si tamen non loquatur determinate, non intelligitur. Et hoc est quod dicit; *Tam multa &c.* hoc potest dupliciter exponi, quia potest continuari cum præcedentibus, vt dicatur; *Eritis in aera loquentes*, &; *tam multa vt puta &c.* quasi dicat, Ideo; *in aera*, idest, inutiliter loquemini omnibus linguis, quia loquimini sine intellectu, quæ tamen proprias significationes vocum ad hoc habent, vt intelligantur. Nihil enim sine voce est. Vel potest sic punctuari; *Eritis in aera loquentes*, Tam multa; *vt puta sunt genera linguarũ*, idest singulis linguis; *Si ergo nesciero etc.* Hic ostendit horum inutilitatem. Et hoc est quod dicit; *Si loquar omnibus linguis, sed si nesciero virtutem vocis*, idest significationem vocis; *Ero cui loquar barbarus.* Hier. 5. Adducam super te gentem de longinquo, gentem cuius ignoras linguam. Nota quòd Barbari secundum quosdam dicuntur illi, quorum idioma discordat omnino a Latino. Alii vero dicunt, quòd quilibet extraneus est barbarus omni alii extraneo, quando scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia secundum Isidorum, Barbaria est specialis natio. Col. 3. In Christo Iesu non est Barbarus & Scitha &c. Sed secundum quod verius dicitur, Barbari proprie dicuntur illi, qui in virtute corporis vigent, in virtute rationis deficiunt, & sunt quasi extra leges, & sine regimine iuris. Et huic videtur consonare Aristoteles in politicis suis. Consequenter cum dicit; *Sicut &c.* concludit quod intendit: & hoc potest dupliciter construi. Primo vt punctetur hoc modo, quasi dicat; *sic ego ero barbarus vobis, si loquar*, sine significatione & interpretatione, sicut & vos eritis barbari adinuicem: & ideo quærite; *Vt abundetis &c.* & hoc, quoniam estis æmulatores &c. Vel alio modo, vt totũ ponatur sub distinctione, quasi diceret, Ne ergo sitis barbari, sic scilicet sicut ego facio, quoniam; *Estis æmulatores spirituum*, idest donorum spiritus sancti; *Quærite a Deo; Vt abundetis.* Prouerb. 15. In abundanti iustitia, virtus maxima est, quæ quidem iustitia ẽ ædificare alios. Mat. 7. Petite, & dabit vobis: quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

F

LECTIO III.

ET IDEO qui loquit' lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mẽte, psallam spiritu, psallam & mẽte. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locũ idiotæ, qũo dicet, Amen, super tuã benedictionẽ? qm̃ quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ędificatur.

LECTIO TERTIA.

G

SVPRA Ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis; hic vero ostendit idem rationibus sumptis ex parte orationis. hæc enim duo per linguam exercemus, orationem scilicet, & exhortationem. Et circa hoc duo facit. Primo enim probat excellentiam prophetiæ ad donum linguarum rationibus. Secundo, exemplis, ibi; *Gratias ago Deo meo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit necessitatem orationis. Secundo, ostendit quomodo in oratione plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum; *Nam si orem lingua &c.* Dicit ergo primo, Dixi quòd donum linguarum sine dono prophetiæ non valet: & ideo quia interpretari est actus prophetiæ, quæ est excellentior illi; *Qui loquitur lingua* ignota, vel extranea, vel aliqua mysteria occulta; *Oret*, scilicet Deum; *Vt interpretetur*, idest, vt interpretandi gratia detur sibi. Colos. 4. Orantes vt Deus aperiat ostium. Glosa aliter exponit; *Oret*, Orare enim dicitur dupliciter, scilicet, vel deprecari Deum, vel persuadere: quasi dicat; *Qui loquitur lingua oret*, idest ita persuadeat; *Vt interpretetur*, & sic accipit orare hic Glosa per totum capitulum. Sed non est hæc intentio Apostoli, sed pro deprecatione ad Deum; *Nam si oret &c.* Hic ostendit, quòd in orando plus valet prophetia, quàm donum linguarum, & hoc dupliciter. Primo, ratione sumpta ex parte ipsius orantis. Secundo, ratione sumpta ex parte audientis, ibi; *Cæterum si benedixeris &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rationem ad propositum ostendendum. Secundo remouet obiectionem, ibi; *Quid ergo &c.* Circa primum sciendum est, quòd duplex est oratio. Vna est priuata, quando scilicet quis orat in seipso, & pro se. Alia publica, quando quis orat coram populo, & pro aliis: & in vtraque contingit vti & dono linguarum, & dono prophetiæ. Et ideo vult ostendere, quòd in vtraque plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum. Et primo, in oratione priuata, dicens, quòd si sit aliquis idiota, qui faciat orationem suam, dicens Psalmum, vel Pater noster, & non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, & non refert vtrum oret verbis sibi a spiritu sancto concessis, siue verbis aliorum. Et si sit alius, qui orat, & intelligit quæ dicit, hic quidem orat, & prophetat: constat quòd plus lucratur qui orat & intelligit, quàm qui tantum lingua orat, qui scilicet non intelligit quæ dicit. Nam ille, qui intelligit, reficitur & quantũ ad intellectum, & quantum ad affectum: sed mens eius, qui nõ intelligit, est sine fructu refectionis. Vnde & cum melius sit refici quantum ad affectum & intellectum, quàm quantum ad affectum solum, constat quòd in oratione plus valet prophetiæ donum, quàm solum donum linguarum. Et hoc est quod dicit, Dico quòd; *Oret ut interpretetur, Nam si orem lingua*, idest orando vtor dono linguarum, ita quòd proferã aliqua quæ non intelligo: Tunc; *Spiritus meus*. i. spiritus sanctus mihi datus; *Orat*, qui inclinat & mouet me ad orãdum. Et nihilominus mereor in ipsa oratione, quia hoc ipsum, ꝙ moueor a spiritu sancto, est mihi meritum. Rom. 8. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus sanctꝰ postulare nos facit. Vel, *Spiritus meus*, idest ratio mea; *Orat*, idest dictat mihi, ꝙ ego loquar ea, quæ ad bonũ sunt, siue verbis ꝓpriis, siue aliorum sanctorum. Vel; *Spiritus meus*, idest virtus imaginatiua; *Orat*, inquantum voces seu similitudines corporalium sunt tantũ in imaginatione absq; hoc ꝙ intelligãtur ab intellectu: & iõ subdit; *Mens autem mea*. i. intellectus meus; *Sine fructu est*: quia non intelligit. Et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio, q̃ donum linguarũ. Sed nunquid quandocunq; quis orat, & nõ intelligit quæ dicit, & sine fructu orationis? Dicẽdũ, quòd duplex est fructus orationis. Vnus fructus est meritum, quod homini prouenit. Alius fructus est spiritualis consolatio & deuotio concepta ex oratione. Et quantum ad fructum deuotionis spiritualis priuatur, qui non attendit ad ea quæ orat, seu

seu, non intelligit, sed quantum ad fructum meriti, non est dicendum, quòd priuetur: quia sic multæ orationes essent sine merito, cum vix vnum Pater noster, potest homo dicere quin mens ad alia feratur. Et ideo dicendum est, quòd quando orans aliquando diuertit ab his, quæ dicit, seu quando quis in vno opere meritorio non cõtinue cogitat in quolibet actu, quòd facit hoc ꝓpter Deũ, nõ perdit rationem meriti. Cuius ratio est, quia in omnibus actibus meritoriis, qui ordinantur ad finem rectũ, nõ requiritur, quòd intentio agentis cõiungatur fini secundum quemlibet actum: sed vis prima, quæ mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat: & hic prima vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ diuertat a fine prædicto ad finem contrarium. Sed sciendum est, quòd triplex est attentio. Vna est ad verba, quæ homo dicit, & hæc aliquando nocet, inquantum impedit deuotionem. Alia est ad sensum verborum, & hæc nocet, non tamen est multum nociua. Tertia est ad finem, & hæc est melior & quasi necessaria. Tamen id quod dicit Apostolus, *Mens est sine fructu*, intelligitur de fructu refectionis; *Quid ergo est &c.* quia posset aliquis dicere, ex quo orare lingua est sine fructu mentis, sed tamen spiritus orat, nunquid ergo non est orandum spiritu? ideo Apostolus hoc remouet dicens, quòd vtroq; modo orandũ est, & spiritu & mente: quia homo debet seruire Deo de omnibus, quæ habet a Deo: sed a Deo habet spiritum & mentem, & ideo debet de vtroq; orare. Eccles. 47. De omni corde suo laudabit Dominum &c. Et ideo dicit; *Orabo spiritu, orabo & mente: Psallam spiritu &c.* Et sic dicit orabo, & psallam: quia oratio, vel est ad deprecandum Deum, & sic dicit orabo: vel ad laudandum, & sic dicit, psallam. De istis duobus, Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo & psallat. Psal. 91. Psallite domino &c. *Orabo ergo spiritu*, idest imaginatione; *& mente*, idest voluntate; *Cæterum si benedixeris &c.* Hic secundo ostendit, quòd donum prophetiæ plus valet, quàm donum linguarum, etiam in oratione publica, quæ est quando sacerdos publice orat, vbi aliquando dicit quædam, quæ non intelligit, aliquando aliqua quæ intelligit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo exponit eam, ibi; *Quomodo dicet &c.* Tertio probat, quod supposuerat, ibi; *Quoniam quid &c.* Dicit ergo, Dixi ꝙ donũ ꝓphetiæ in oꝛone priuata plus valet; *cæterũ*, ꝓ sed: & in publica, q̃a; *Si benedixeris*, idest si benedictionẽ dederis; *Spiritu*, i. in lingua, q̃ nõ intelligãt, seu imaginatiõe & motꝰ a spũ sancto; *quis supplet locum idiotæ?* Idiota ꝓprie dicit, q̃ scit tãtũ linguã ĩ qua natꝰ est: quasi diceret. Quis dicet illud qd̃ dẽt dicere ibi idiota? qd̃ est dicere; *Amen.* Et ideo dicit; *Quomodo dicet super tuam benedictionem*: vbi Glo. exponit idest quomodo consentiet benedictioni a te factæ in ꝑsona ecclesię? Esa. 65. Qui benedictus est sup terrã benedicet ꝓ in Deo, amẽ; *Amen* idẽ est, qd̃ fiat, vel verũ est. q.d. si nõ intelligit, quę dicis, quomodo cõformabit se dictis tuis? põt quidẽ se cõformare etiã si non intelligat, sed in generali tantũ, non inspeciali, quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi ꝙ benedicas tantũ. Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, vt intelligãtur a populo, & cõformẽt se magis eis? Dicendũ est, ꝙ hoc forte fuit in ecclesia primitiua, sed postquã fideles instructi sunt, & sciunt, q̃ audiunt in cõmuni officio, fiunt benedictiones in Latino. Consequenter probat, quare non potest dicere; *Amen*, cum dicit; *Nam tu quidem*, idest licet; *tu gratias agas bene* Deo inquantum intelligis; *Sed alter* qui audit, & non intelligit; *Non ædificatur*, inquantum non intelligit in speciali, & si in generali intelligat & ędificetur. Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed siquis bonus est ad ædificationem fidei. Et ideo melius est, vt non solum lingua benedicat, sed etiam, vt interpretetur & exponat, licet tu qui gratias agis, bene agas.

A

B

C

D

LECTIO QVARTA.

HIC ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, per rationes sumptas ex parte suiipsius. Et circa hoc duo facit. Primo, agit gratias de dono linguarum, sibi a Deo dato. Secundo, se eis in exemplum proponit, ibi *Sed in ecclesia volo &c.* Dicit ergo; *Gratias ago &c.* Quasi dicat. Non ideo vilipendo donũ linguarũ, quia ego dico, quòd donum prophetiæ sit excellentius, sed debet earum haberi. Vnde & ego; *Gratias ago &c.* Est ergo de omnibus gratias agẽdum 1. Thes. 5. in omnibus gratias agite &c. Vel; *Gratias ago*, quasi dicat. Non ideo vilipendo donum linguarum, quasi eo carens, immo etiã ego habeo: & ideo dicit; *Gratias ago &c.* Et sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec exaudiẽt me dicit Dominus. Itaque linguæ in signũ sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus.

LECTIO IIII.

GRATIAS ago Deo meo, quòd omnium vestrũ linguas loquor. Sed in ecclesia volo quinq; verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibꝰ, ne intelligatur, ꝙ omnes loquerẽt vna lingua dicit; *Quod omnium uestrum lingua loquor.* Act. 2. Loquebantur variis linguis Apostoli &c *Sed in ecclesia.* Hic ponit se in exemplum, quasi dicat. Si ego habeo donũ linguarum sicut & vos, debetis facere illud qd̃ facio. Sed ego volo idest magis volo loqui; *In ecclesia quinque*, idest pauca verba; *Sensu meo* idest intellectu, vt scilicet ego intelligam, & intelligar, & ex hoc instruam alios; *Quam decem milia*, idest quamcunque multitudinem; *Verborum in lingua*, quod est loqui non ad intellectum quocunque modo fiat, vt supra expositum est. Dicunt quidam quòd ideo dicit; *Quinque*, quia Apostolus videtur velle, quòd magis velit dicere solum vnam orationem ad intellectum, quàm multas sine intellectu. Oratio autem secundum grammaticos ad hoc, quòd debeat facere perfectum sensum, debet habere quinque scilicet, Subiectum, Prædicatum, Copulam verbalem, Determinationem subiecti, & Determinationem prædicati. Aliis videtur melius, ꝙ quia ad hoc loquendum est cum intellectu, vt alii doceantur: ideo ponit quinque, quia doctor debet quinq; docere scilicet Credenda. Titum 3. Hæc loquere & exhortare &c. Agenda Mat. vlt. Euntes in mũdum &c. Vitanda. s. peccata. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge &c. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera &c. Speranda. s. mercedẽ æternam. 1. Pet. 1. De qua salute exquisierũt &c. Timenda. s. pœnas æternas. Mat. 25. Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. *Fratres* mei; *Nolite &c.* Hic ostendit excellentiam doni prophætiæ ad donũ linguarũ, rationibus sumptis ex parte infidelium. Et circa hoc duo facit. Primo, excitat attentionẽ & reddit attentos. Secũdo, arguit ad propositũ, ibi; *In lege quid scriptum est?* Circa primum vt Apostolus excludere pallium excusationis aliquorũ, qui ideo docent quædã rudia & superficialia, quasi ostẽdant se volentes viuere in simplicitate, & ideo non curantes de subtilitatibus ad quas ꝛm rei veritatem non attingunt, habẽtes verbum dominii ad hoc Mat. 18. Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli &c. sed hoc Apostolus exeludit, cum dicit; *Nolite pueri effici sensu*, idest nolite puerilia & inutilia & stulta loqui & docere. Supra 3. Cum essem paruulus &c. Sed quomodo debetis effici pueri? affectu, non intellectu. Et ideo dicit; *Sed malitia*. Vbi sciendum est, quòd paruuli deficiunt in cogitando mala, & sic debemus effici paruuli: & ideo dicit; *Sed malitia paruuli estote*: & deficiunt in cogitando bona, & sic non debemus esse paruuli, ĩmo viri perfecti. Et ideo dicit; *Sensibus autem perfecti &c.* idest ad discretionem boni & mali, ꝓ perfecti sitis. Vnde Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus &c. Non ergo laudatur in vobis simplicitas, quæ opponitur prudentię, sed simplicitas, quæ astutiæ. Et ideo Dominus dicit. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Rom. 16. Volo vos sapientes esse in bono, simplices in malo. Consequenter cum dicit; *In lege quid scriptum est?* arguit ad propositum. ubi sciendum est, quòd hoc argumentum, sicut patet per Glo. distinguitur per multa: sed secundum intentionem Apostoli, non videtur quòd attẽdatur in loco hoc, nisi vna ratio. Et ratio sua ad probandum, quòd donum prophetiæ est excellentius, quàm donum linguarum, est talis; Omne quod plus valet ad illud, ad quod alterum principaliter ordinatur, est melius illo altero ordinato ad hoc: sed tam donum prophetiæ, q̃ donum linguarum, ordinatur ad conuersionem infidelium. sed prophetiæ plus valent ad hoc, quàm donum linguarũ. ergo prophetia est melior. Circa hanc ergo rationem duo facit. Primo, ostendit ad quid ordinatur donum linguarum, & ad quid ordinatur donum prophetiæ. Secundo, quòd plus valet donum prophetiæ, ibi; *Si ergo conueniat uniuersa &c.* Circa primum duo facit. Primo, inducit authoritatem. Secundo, ex authoritate arguit ad propositum, ibi; *Itaque linguæ &c.* Circa primũ sciendũ est, ꝙ hoc qd̃ dicit; *In lege quid scriptum est?* potest legi vel interrogatiue, quasi dicat, nõ debetis effici pueri sensibus, sed perfecti, & hoc est videre & scire legem. Vnde si estis perfecti sensibus, sciatis scilicet legem: & in lege quid scriptum est? de linguis, quæ sunt inutiles aliquando ad id ad quod ordinatæ sunt, quia licet in diuersis linguis loquar, scilicet populo Iudæorum, tamen homo non exaudit &c. Potest etiam legi remissiue

A

B

C

D

E

In lege quid scriptum est. Quasi dicat, Nolite moueri sicut pueri ad aliquid appetendum non discernentes, vtrum bonum, vel minus bonum sit: quod affectatis, & præponatis meliori bono sed estote perfecti sensibus, idest discernatis inter bona & magis bona, & sic affectetis. Et hoc fit si cogitatis quid scriptum est in lege; *Quoniam in aliis &c.* Sap. 6. Cogitare ergo de illa, sensus ē consummatus. Et dicit; *In lege*, non accipiendo legē stricte p quinque libris Moysi tātum, sicut accipitur. Luc. vlt. Necesse est impleri omnia, quę scripta sunt de me in lege &c. sed pro toto veteri testamento, sicut accipitur. Ioann. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quod tamen in Psal. 119. scriptum est. Accipitur tamen hæc authoritas ex Esa. 28. vbi litera nostra habet, In loquela labii, & lingua altera loquetur ad populum istum. Hoc igitur scriptum est; *Quoniam in aliis linguis*, idest in diuersis generibus linguarum; *Et labiis*, idest in diuersis idiomatibus & modis pronuntiandi; *Loquar populo huic*, scilicet Iudaico: quia hoc signum specialiter fuit datum ad conuersionem populi Iudęorum; *Nec si exaudiet*, quia scilicet signis visis non crediderunt. Esa. 6. Excæca cor populi huius &c. Sed quare Deus dedit eis signa, si non debebant conuerti? Ad hoc sunt duo rationes. Vna ratio est, quia licet non omnes conuersi fuerint, tamen aliqui sunt conuersi, eo quòd non repellit Dominus plebem suam &c. Alia ratio est, vt iustior appareat eorum damnatio, dum manifestius apparet eorum nequitia. Ioann. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem &c. Consequenter cum dicit; *Itaque linguæ &c.* Ex inducta authoritate argumentatur ad propositum, quasi dicat. Ex hoc manifeste apparet, quòd donum linguarum datum est; *Non fidelibus* ad credendum, quia iam credunt. Ioann. 4. Non propter tuam loquelam &c. *Sed infidelibus*, vt conuertantur. In Glosa autem ponuntur duæ expositiones Ambrosii hoc in loco, quæ non sunt literales, quarum vna est, vt dicatur, Sicut in veteri testamento locutus sum populo Iudæorum per linguas, idest per figuras & per labia, idest promittendo bona temporalia: sic adhuc in nouo testamento loquar huic populo in aliis linguis, idest apertę & clare, & aliis labiis, idest spiritualibus, nec tamen sic exaudient me, scilicet quantum ad eorum multitudinem; *Itaque linguæ datæ sunt non infidelibus, sed fidelibus*, ad manifestandum, scilicet eorum infidelitatem. Alia est; *In aliis linguis*, idest obscure & parabolice loquar, vt quia sunt indigni; *Non exaudient*, idest non intelligent. Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia, scilicet ad instructionem fidelium, qui iam credunt. Et ideo quòd; *Prophetiæ datæ sunt non infidelibus*, qui non credunt. Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? *Sed fidelibus*, vt credant & instruantur. Ezech. 3. Fili hominis speculatorem dedi te &c. Prouer. 29. cū defecerit prophetia &c. dissipabitur populus.

LECTIO QVINTA.

GLOSA vult, quòd hic incipiat alia ratio ad propositum ostendendum. Sed secundum quod dictum est, non est nisi vnum posita ratione, & est quasi manifestatio mediæ ipsius rationis, scilicet quòd prophetia plus valet ad illud, ad quod specialiter ordinatur donum linguarum. Vnde circa hoc duo facit. Primo ostendit inconueniens, quod sequitur quantum ad infideles ex dono linguarum, ibi; *Si autem omnes linguis*. Secundo ostendit bonum, quod sequitur ex dono prophetiæ, etiam ad infideles, ibi; *Si autem omnes*. Inconueniens, quod sequitur ex dono linguarum, sine prophetia, etiam quantum ad infideles est, quia reputantur insani, qui sic loquuntur solis linguis, cum tamen donun linguarum ordinetur ad conuersionem infidelium, vt iam patet, & hoc est quod dicit; *Si autem omnes &c.* quasi dicat. Ex hoc patet, quòd linguæ non sunt præferendæ prophetiis: quia; *Si conueniant*, scilicet omnes fideles; *In unum*, non solum corpore, sed etiam mente. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor &c. *Et omnes*, qui iam conuenerunt; *Loquantur linguis* ad literam extraneis, vel loquantur ignota & obscura: & dum sic confuse loquūtur; *Intret aliquis idiota.* i. qui nō intelligit nisi linguam suam; *Vel infidelis*, propter quem datæ sunt linguæ; *Nonne dicent* his, qui sic loquuntur; *Quid insanitis?* Quod enim non intelligitur, reputatur insanitio: quòd si intelligatur, nihilominus quæ loquuntur sunt occulta, tamen malū est si non exponatur, quia poterunt credere de vobis si occulta loquimini, quæ creduntur de Gentilibus, qui occultabant ea, quæ faciebant in ritu eorum, propter eorum turpitudinem. Et hæc etiam insanitio quædam est. Contra, Idem est loqui linguis, & loqui literaliter quantū ad idiotas: cum ergo omnes loquantur literaliter in ecclesia, qa omnia dicunt in latino, videtur quòd similiter sit insania. Dicendū est ad hoc, quòd ideo erat insania in primitiua ecclesia, quia erant rudes in ritu ecclesiastico. Vnde nesciebant, quæ fiebant ibi, nisi exponeretur eis. Modo vero omnes sunt instructi: vnde licet in latino omnia dicantur, sciunt tamen illud quod fit in ecclesia. Consequenter autem cum dicit; *Si autem omnes prophetent &c.* ostendit quòd bonū sequitur ex dono prophetiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit quid per bonum prophetiæ sequatur quantum ad infideles. Secundo ostendit, quomodo hoc sequatur, ibi; *Occulta enim &c.* Tertio, subinfert quis effectus inde proueniat, ibi; *Et ita cadens in faciem &c.* Dicit ergo, cōstat quòd ex dono linguarum non conuincuntur infideles; *Autem*, pro sed, si hi, qui conueniunt; *Prophetent*, idest omnes ad intellectum loquantur, vel exponant scripturas, vel etiam reuelationes eis factas interpretentur. Omnes dico non simul, sed vnus post alium sic prophetent; *Intret autem*, scilicet ecclesiam; *Idiota aliquis*, scilicet non habens nisi linguam maternam, hoc est bonū, quod inde sequitur, quia conuincitur de aliquo errore, qui ostenditur sibi. Hær. 31. Postquam ostendisti mihi, confusus sum; *Ab omnibus*, qui prophetant; *Diiudicatur*, quasi dicat, damnabilis ostenditur de malis moribus & vitiis suis 1. Cor. 2. Spiritualis, idest doctor, omnia diiudicat &c. Ad hæc enim duo valet prophetia scilicet ad confirmationē fidei, & instructionem morum. Quomodo autem hoc bonum sequatur ex prophetiæ dono, subdit cū dicit; *Occulta enim cordis*. Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo ex hoc ad literam, quòd aliqui in primitiua ecclesia gratiam habuerunt, vt secreta cordium & peccata hominum scirēt. Vnde legitur de Petro Act. 5. p damnauit Ananiam de fraudato pretio agri. Et secuudum hoc legitur; *Occulta enim &c.* quasi dicat, ideo conuincitur, quia; *Occultæ*, idest secreta peccata sua; *Manifesta fiunt ab illis*, qui ea reuelant. Alio modo, ex hoc quòd aliquando quis in prædicatione tangit multa, quæ homines gerunt in corde, sicut patet in libris beati Gregorii, vbi quilibet inuenire potest fere omnes motus cordis sui. Et secundum hoc legitur; *Occulta cordis*, quasi dicat. Ideo conuincūtur, quia; *Occulta cordis sui*, idest ea quæ gerunt in corde. Prouer. 17. Quomodo in aquis resplendet vultus aspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus; *Manifestantur*, idest tangūtur ab eis. Alio modo, quia aliquando occultum cordis dicitur illud, quod est alicui dubium, & non potest per se certificari. Et secundum hoc legitur; *Occulta cordis sui*, idest ea de quibus in corde suo dubitabat, & quæ non credebat manifestantur, dum scilicet vadens ad ecclesiam frequenter fiunt sibi manifesta, sicut de seipso dicit August. † quòd ipse ibat ad ecclesiam solum pro cantu, & tamen ibi multa de quibus dubitabat, & propter quæ non iuerat, manifestabantur sibi. Ex hoc enim sequebatur reuerentia quia conuictus reuerebatur Deum. Et hoc est, quod dicit; *Et ita cadens*, idest ex quo ita conuincebatur & manifestabantur occulta cordis sui; *Cadens in faciem adorabit Deum*. Matth. 2. Procidentes adorauerunt eum: quod signum est reuerentiæ. De reprobis autem legitur, quòd cadunt retrorsum. Prouer. 14. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruent. Electus vero in faciem cadit, quia videt vbi prosternitur: quod signum est reuerentiæ. Matth. 2. Et Leuit. 9. Laudauerunt Deum ruentes in facies suas. Psal. 71. Coram illo procident Aethiopes. Et non solum exibebit reuerentiam Deo, sed etiam ecclesiæ, quia; *Pronuntians dicet, quod uere Deus est in uobis*, qui prophetatis in ecclesia. Zachar. 8. Ibimus vobiscum: audiuimus enim, quòd Deus est vobiscum. Apparet igitur quòd donum prophetiæ est vtilius, quantum ad infideles; *Quid ergo est fratres?* Hic ordinat eos ad vsum donorum dictorum. Et circa hoc duo facit: Primo, ostendit qualiter se debeāt habere ad vsum horum donorū. Secundo, concludit principale intētum ibi; *Itaque fratres æmulamini prophetare &c.* Circa primū duo facit. Primo, ostendit quomodo ordinate se debeant habere in vsu dictorum donorum. Secūdo, exprimit eorum præsumptionem, ibi; *An a uobis sermo &c.*

Circa

Circa primum tria facit. Primo ostendit in generali, quomodo se debēt habere in omnibus donis. Secundo, quomodo se habeāt quantum ad donū linguarum, ibi; *Sine lingua quis loquatur &c.* Tertio ostendit quomodo se habeant quantum ad donum prophetiæ, ibi; *Prophetent duo aut tres &c.* Dicit ergo, prophetare est melius, quàm loqui linguis; *Quid ergo fratres* agendū est? hoc scilicet agēdum est. Nam; *cum conuenitis*, cōstat p vnus non habet omnia dona: & ideo nō debet vti aliquis vestrum omnibus donis, sed eo dono, qd specialius accepit a Deo, & quod melius sit ad ædificationē; *Nam vnusquisq; vestrum habet* aliquod donum speciale; *Alius habet psalmum*, idest, ad canticum laudandum nomen Dei, vel psalmos exponit. Abac. 3. Super excelsa mea deducet me &c. *Alius* vero; *Doctrinam*, idest habet prędicationem ad instructionem morum, vel expositionem & spiritualem sensum. Prouer. 12. Doctrina sua cognoscitur vir; *Alius Apocalypsim habet*, idest reuelationem, vel in somniis, vel in visione aliqua. Daniel. 2. Est Deus in cælo reuelans mysteria. &c. *Alius linguam habet*. idest donum linguarum, vel legendi prophetias. Act. 2. Et cœperunt loqui variis linguis &c. *Alius interpretationem*. Supra. 12. Alii interpretatio sermonū &c. Hæc autem sic ordinantur, quia vel sunt ex ingenio naturali, vel ex solo Deo. Si sunt ex solo ingenio naturali, vel sunt ad laudem Dei, & sic dicit; *psalmum habet*. vel ad instructionem proximi, & sic dicit; *doctrinam habet*. Si sunt a solo Deo, sic dupliciter: vel sunt aliqua occulta interius, & sic dicit; *Apocalypsim habet*: vel occulta exterius, & sic dicit; *linguam habet*. Et ad horum manifestationem est tertium, scilicet; *interpretatio*. Et debet fieri; *Vt omnia ad ædificationem fiant*. Roma. 15. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationē.

LECTIO SEXTA.

HIc Apostolus ordinat eos quomodo se habeant ad vsum donī linguarum: & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter debent vti dono linguarum. Secundo, quando debent cessare ab vsu, ibi; *Si autem non fuerit &c.* Dicit ergo primo, p modus vtendi dono linguarum talis sit inter vos, vt; *Siue quis*, idest, si aliquis; *Loquatur lingua*, idest, dicat visiones, vel somnia, huiusmodi locutio non fiat a multis propter occupationem temporis in linguis, & non restet locus prophetiis, & confusionem generet. Sed; *Secundum duos*, idest, duobus, & si necesse fuerit secundum; *Multum tres*, vt sit satis a tribus. Deut. 17. In ore duorum, vel trium &c. Sed notandum, quòd hæc consuetudo adhuc partim seruatur in ecclesia. Nam lectiones & epistolas, & euangelia habemus loco linguarū &: ideo in Missa; *Secundum duos* seruatur, quia solum duo dicuntur, quæ pertinent ad donum linguarum, scilicet epistola & euangelium. In matutinis secundum multa fit, scilicet, tribus lectionibus dictis in vno nocturno. Antiquitus enim dicebantur nocturna diuisim secundum tres vigilias noctis, nunc vero dicuntur simul. Nō solum autem debet seruari ordo quantū ad numerū loquentium, sed etiam quantū ad modū: & hoc est, quod dicit; *Et per partes*, idest, vt illi qui loquuntur, succedant sibi ad inuicem scilicet, p vnus post aliū loquatur. Vel; *Per partes*, idest, intercise, vt i. loquatur vnam partē visionis, seu instructionis, & eam exponat, & post aliam & ipsam exponat, & sic deinceps, quem modum cō sueuerunt seruare prædicatores, quando prædicant per interpretationem hominibus ignotæ linguæ, & ideo dicit; *Et vnus interpretetur*. Consequenter cum dicit; *Si autem non fuerit &c.* Ostēdit quando non est vtendum linguis, dicens, p loquendum est per partes, & vnus debet interpretari; *Sed si non fuerit* aliquis *Interpres*, idest, qui interpretetur, ille qui donum habet linguarum; *Taceat in ecclesia*, idest, non loquatur, seu prædicet multitudini in lingua ignota, quia non intelligitur ab eis, sed; *sibi loquatur*, quia ipse se intelligit, & hoc tacite orando, vel meditando. Iob. 10. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, &c. *Prophetæ autem duo &c.* Hic Apost. ordinat eos, quomodo se habeāt ad vsum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter vtendum est dono prophetiæ; & quantum ad numerum & ad ordinem. Secundo ostendit, quibus vsus prophetiæ interdicitur, ibi; *Mulieres in ecclesia &c.* Circa primum tria facit. Primo docet ordinem vtendi dono prophetiæ. Secundo huius rationē assignat, ibi; *Potestis enim omnes &c.* Tertio obiectionem excludit, ibi; *Spiritus prophetarum &c.* Circa primum duo facit. Primo determinat ad numerum vtentium dono dicto. Secundo, docet modum seu ordinem vtendi, ibi; *Quod si alii &c.* Circa primum sciendum est, quòd vsus prophetiæ secundum quod hic videtur accipere Apostolus, est proponere verbum exhortationis ad plebē exponendo scripturas sacras & qa erāt in primitiua ecclesia plures, qui a Deo hoc donū habebant, & fideles non erant adhuc multiplicati, ideo ne esset confusio & tædium, vult Apostolus, quòd nō omnes qui sciunt exponere ꝓphetias, & sacram scripturam, prophetent, sed aliqui & determinati: & hoc est quod dicit; *Prophetæ &c.* Quasi dicat, Nolo quòd omnes, qui conueniunt, sed; *Duo* tantum; *Aut* ad plus, *Tres*, prout hoc loquendi necessitas exigit; *Dicant*, idest, exhortentur. Et hoc etiam consonat scripturæ. Deut. 17. & Matth. 18. In ore duorum, vel trium &c. *Cæteri uero*, scilicet, illi qui non debent; *Diiudicent* ea quæ ab his proponuntur, vtrum scilicet bene, vel male dicta sint, bene dicta approbando, & male dicta retractari faciendo, supra 2. Spiritualis homo, omnia diiudicat. Est etiam seruandus ordo in vtendo dicto dono, vt si alteri illorum, qui sedebant, & tacebant, & diiudicabant, fuit aliquid melius reuelatum, quàm illi qui exhortatur & stat prior, tunc iste qui stat, debet sedere, & ille cui melius reuelatum est, debet surgere & exhortari. Et hoc est, quod dicit; *Quod si alii sedenti*; *Reuelatum fuerit*, scilicet per spiritum sanctum; *Prior stans*; *Taceat* & cædat ei. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Et ratio huius est, quia secundum hunc modum; *Potestis* successiue prophetare; *Per singulos*, idest, omnes scilicet; *Vt sic omnes*, idest maiores; *Discant, & omnes*, idest minores; *Exhortentur*. Prouerb. 1. Audiens sapiens &c. Et si aliquis dicat, o Apostole, ego non possum tacere dum alius prophetat, vel cedere sedenti ex quo incepi, quia non possum retinere spiritum, qui in me loquitur, secundum illud Iob. 4. Conceptum sermonem tenere quis potest? Ideo Apostolus hoc remouet cum dicit; *Et spiritus prophetarum &c.* Quasi dicat, immo bene potest tacere, vel sedere quia; *Spiritus prophetarum*, idest, spiritus qui dat prophetias, & ponitur in plurali numero propter multas reuelationes eis instinctas; *Prophetis subiecti sunt*, quidem quantum ad cognitionem, quia sicut dicit Grego. † quòd non semper spiritus prophetiæ adest prophetis. Vnde non est habitus, sicut scientia. Sic enim sequeretur, quòd etiam quantum ad cognitionem eis subiectus esset, & possent vti eo quando vellent, & non vti: sed est quædam vis aut impressio a Deo, illuminans & tangens corda prophetarum, tunc solum quando tanguntur, cognoscunt. Vnde non est sic eis subiectus, nec secundum hoc intelligitur verbum Apostoli, sed spiritus prophetarum sunt subiecti prophetis quantum ad pronuntiationem, quia scilicet, in eorum potestate est pronuntiare ea, quæ reuelantur eis, quando volunt, & non pronuntiare. Et sic nihil valet excusatio, quia non cogit te spiritus quin tacere possis. Et quòd hoc sit verū, probat cum dicit; *Non enim est dissensionis &c.* Et facit talem rationem. Deus nunquam cogit ad id, vnde oriatur rixa, vel dissensio: quia Deus non est dissensionis, sed pacis: sed si cogeret homines spiritus prophetiæ ad loquendum, tunc esset causa dissensionis: quia sic vellet semper loqui, vel non docere, vel tacere alio loquente, de quo alii turbarentur. Ergo spiritus sanctus non cogit homines ad loquendum. 2. Cor. vlt. Deus pacis & dilectionis erit vobiscum &c. Veruntamen, quia adhuc posset obiicere, quòd hoc non faceret, quia solum eis ista mandabat, & non aliis ecclesiis vnde & in grauamē posset videri, ideo Apostolus subdit, hoc non solum in eis, sed etiam in omnibus ecclesiis docere: & hoc est, quod dicit; *Sicut in omnibus ecclesiis* sanctorum doceo. I. de vsu linguarum & ꝓphetiæ, supra primo: Idipsum dicatis omnes.

Mor. lib. 2. cap. 41.

LECTIO

LECTIO SEPTIMA.

HIc Apostolus ponit personas quibus interdicit vsum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quibus prophetiæ vsus interdicitur. Secundo, remouet obiectionem, ibi; *Si quid aũt uolũt &c.*

Circa primum duo facit, Primo, ponit mandatum de interdicto. Secundo, huius rationem assignat, ibi; *Non enim permittitur &c.* Dicit ergo. Volo vt viri hoc modo vtantur dono prophetię, sed; *Mulieres in ecclesia* nolo loq., sed; *Taceant in ecclesiis.* 1. Timo. 2. Mulierẽ docere in ecclesia nõ permitto. Et rationẽ huiꝰ assignat Chrysostomus, † dicens, quòd semel est locuta mulier, & totũ mundum subuertit. Sed contra hoc videtur, quia de multis mulieribus legitur, quòd prophetauerunt, sicut de Samaritana. Ioan. 4. Et de Anna vxore Phanuel. Luc. 2. Et de Delbora. Iudi. 4. Et de Oldam propheta vxore Sellum. 4. Regum 22. Et de filiabus Philippi. Act. 12. Supra. 10. etiam dicitur, Omnis mulier orans; vel prophetans &c. Responsio, dicendum quòd in prophetia sunt duo, scilicet, reuelatio, & manifestatiò reuelationis, sed a reuelatione non excluduntur mulieres, sed multa reuelantur eis sicut & viris. Sed annuntiatio est duplex. Vna publica, & ab hac excluduntur. Alia est priuata, & hæc permittitur eis, quia non est prædicatio, sed annuntiatio: huius autem rationem assignat, dicens; *Non enim permittitur eis loqui* scilicet ab ecclesiæ authoritate, sed hoc est officium earum, vt sint subditæ viris. Vnde cum docere dicat plationem & præsidentiã, non decet eas, quæ subditæ sunt. Ratio autem quare subditæ sunt, & non præsunt, est, quia deficiunt ratione, quæ est maxime necessaria præsidenti. Et ideo dicit Philosophus in Politica sua, quòd corruptio regiminis est, quando regimen peruenit ad mulieres. Consequenter cum dicit; *Si quid uolunt &c.* Quia possent aliqui dicere, quòd ad minus de dubiis possunt quærere in ecclesia: ideo Apostolus hoc excludit. et circa hoc duo facit. Primo enim remouet obiectionem. Secundo, rationem assignat, ibi; *Turpe est &c.* Dicit ergo, Dico qnòd mulieres taceant in ecclesia, sed si aliquæ de quibus dubitant; *Addiscere uolunt, interrogent uiros suos domi.* 1. Timo. 2. Mulier in silentio discat cum omni &c. Huius autẽ ratio est, quia turpe est non solum indecens: in mulieribus enim commendatur verecundia. Ecclesia 26. Gratia super gratiam &c. Si ergo in publico quæreret, & disputaret, signum esset inuerecundiæ: & hoc est ei turpe, & inde est etiã, quòd in iure interdicitur mulieribus officium aduocandi. Consequenter cum dicit; *An a uobis sermo Dei &c.* Confutat contradicentes, & quia possent omnes simul contradicere, vel ad minus sapientes inter eos: ideo circa hoc duo facit. Primo enim confutat eos quantum ad totam eorum ecclesiam. Secundo, quantum ad sapientes tantum, ibi; *Si quis autem uidetur &c.* Circa primum sciendum est, quòd causa quare populus consueuit contradicere Domino, vel rectori, est singularitas. Singularitas enim potest causari, vel ex prioritate in aliquo bono, vel excellentia. Et ideo Apostolus volens contradicentes Corinthios confutare, excludit primo ab eis prioritatem, cum dicit; *An a uobis sermo Dei processit.* q.d. non, sed a Iudęis. Esa. 2. De Sion exibit lex &c. q. d. si in ecclesia Iudæorũ facerem aliquas ordinationes cõtra ordinationes suas, possent cõtradicere, quia ipsi prius habuerunt verbũ Dei, sed vos non, quia nõ pcessit; a vobis sermo Dei. Secundo, excludit ab eis excellentiã; *An in uos solos &c.* q. dicat, non solum vos credistis, sed etiam alii. Vnde vos non excellitis eos. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. et ideo debetis facere, vt alii faciunt. Consequenter cum dicit; *Si quis autem uidetur &c.* In speciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit. Primo, confutat eos. Secundo, respondet cuidam tacitæ obiectioni, ibi; *Si quis autem ignorat &c.* Dicit ergo: esto quòd tota ecclesia non contradicat, sed *aliquis qui uidetur esse propheta &c.* Et dicit, videtur, quia si contradicit, non vere est propheta, vel sapiens seu spiritualis, quia non contradiceret. Dicit etiam, propheta & spiritualis, quia multi sunt spirituales, qui non sunt prophetæ, licet omnes prophetæ sint spirituales. Ille inquam, qui sic videtur propheta & spiritualis non contradicat, sed cognoscat, idest scilat, quia ea, quæ scribo vobis, sunt mandata Dei, & non tantum mea. Quasi dicat, ex quo nullus aliis est mandatis Domini contradicere, & ea, quę scribo sunt mandata Dei, non audeat aliquis contradicere. 2. Corinthiorum vltimo. An experimentum quæritis &c. Et ex hoc possumꝰ colligere, quòd verba Apostolorum sunt ex familiari reuelatione spiritusſancti & Christi, & ideo seruanda sunt sicut præcepta Christi. Vnde & signanter apostolus distinguit illa, quæ ex se mandat, cum dicit, De virginibus aũt mandatum Domini non habeo. Sed posses dicere, O Apostole, quomodo ego cognoscam, quòd hæc sint mandata Dei

Ad Tim. 1. ca. 2. Homilia 9.

Polit. lib. 4. ca. 2.

LECTIO VII.

MVLIERES in ecclesijs taceant. Nõ enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogẽt. Turpe est. n. mulieri loqui in ecclesia. An a vobis verbũ Dei processit, aut in vos solos peruenit? Si quis vĩ propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. Si quis aũt ignorat, ignorabit. Itaq; fratres, æmulamini pphetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia aũt honeste & secundum ordinem fiant in uobis.

CAPIT XV. LEC I.

NOTVM uobis facio fratres, euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, ĩ quo & statis, per qd & saluamini: qua rõne prædicauerim non possum hoc scire. hoc Apostolus excludit, dicens, Non valet tibi hoc, quia non debes ignorare. Quare? *Quia omnis ignorans &c.* Matth. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Ex quo patet, quòd omnes tenentur scire ea, quæ sunt de necessitate salutis, quæ ipse prius mandat, & Apostoli, & prophetæ. Vel aliter, Si quis videtur &c. Vt sit confirmatio præcedentium, quasi dicat, Ita scribo, sed vos non potestis ea agnoscere propter eorum difficultatẽ, & quia simplices estis, sed vt sciatis, quòd ea, quæ scribo, iuxta sunt & honesta. Volo adducere testimonium prophetarum & spiritualium virorum, qui sunt inter vos, & ideo dicit; *Si quis autem &c.* supra secundo, Spiritualis iudicat omnia. Et ne aliquis dicat, non curamus scire ista, subdit quòd tenentur scire; *Quia omnis ignorans &c.* Esai. 5. Propterea captiuus ductus &c. Psal, 81. Nescierunt neque intellexerunt &c. *Itaque fratres mei &c.* Apostolus hic concludit generalem ammonitionem. Et circa hoc tria facit. Primo, monet eos ad appetitum omnium donorum, dicens, Itaque & loqui linguis & prophetare est bonum; *Aemulamini*, idest, desideretis; *Prophetare*, cuius causa est, quia sicut dicitur Prouerb. 29. Deficiente Prophetia dissipabitur populus. Et accipitur prophetare hic, secundum quod totum capitulum expositum est, & tamen licet desideretis prophetare, nolite prohibere loqui linguis, ne fiat dissensio. Secundo inducit ad modum debitum, cum dicit; *Omnia autem honeste*, vt scilicet vno loquente alii taceant, & mulieres in ecclesia non loquantur, & similia. Roman. 13. Sicut in die honeste ambulemus &c. Tertio, inducit eos ad congruum ordinem, cum dicit; *Et secundum ordinem*, vt scilicet primo vnus, & postea alius loquatur, & per partes, & similia quæ dicta sunt. Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sysaram pugnauerunt.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus instruxit Corinthios de ipsis sacramentis, & de re contenta, & significata in sacramentis, scilicet de gratia & eius effectibus: hic consequenter instruit eos de re non contenta, sed significata in sacramentis, scilicet de gloria resurrectionis, quæ non est contenta in sacramento, cum non statim habeat eam, qui suscipit sacramenta, sed significatur gloria resurrectionis in ipsis, inquantum confertur in eis gratia, per quam ad beatitudinem peruenitur. Circa hoc autem duo facit. Primo, præmittit tractatum de resurrectione. Secundo, per hoc probat resurrectionem communem omnium hominum, ibi; *Si autem Christus prædicatur &c.* Circa primum duo facit. Primo commendat euangelicam doctrinam. Secundo annuntiat, quæ oportet scire circa resurrectionem Christi, ibi; *Tradidi enim uobis &c.* Commendat enim eminentiam euangelicæ doctrinæ quantum ad quatuor. Primo, quantum ad predicantium authoritatem; quia ipsi Apostoli. Et hoc est quod dicit, O fratres; continuando se ad præcedentia; *Facio uobis notum euangelium*; quod idem est, quòd bona annuntiatio, quæ incipit a Christo. Vnde quicquid pertinet ad Christum, vel est de ipso Christo, dicitur euagelium; *Quod prædico uobis*, quasi dicat; Illud quod prædicaui vobis de Christo, notum facio vobis

vobis, idest, reduco vobis ad memoriam, quasi non sint noua ea quæ scribo. Philip. 3. Eadem scribere vobis &c. Prædicaui, ego scilicet, vobis: & alii Apostoli, aliis. Et in hoc apparet authoritas huius doctrinæ, quia a Christo, a Paulo, & ab aliis Apostolis. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrandi. Secundo, quãtum ad communem fidem omnium populorum, & ideo dicit; *Quod & accepistis* omnes: sed hoc August. dicit pertinere ad eminentiam huius fidei, faciens tale argumentum. † Ad credenda ea quæ sunt fidei, aut sunt miracula facta, aut non. Si sunt facta miracula, habeo propositum, quòd dignissima & certissima est. Si non sunt facta, hoc est maximum omnium miraculorum, quòd per quosdã paucos conuersi sunt ad fidem infinita multitudo hominum: per pauperes prædicantes paupertatem, diuites: per idiotas prædicantes ea, quæ rationem excedunt, conuersi sunt sapientes & philosophi. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Sed si obiiciatur, quòd etiam lex Machometi recepta est a multis. Dicendũ est quòd non est simile, quia ille opprimendo & vi armorum subiugauit eos, sed isti Apostoli moriendo ipsi alios ad fidem duxerunt, & faciendo signa & prodigia. Ille enim præponebat quædã, quæ ad delicias & lasciuias pertinent: sed Christus & Apostoli terrenorum contemptum 1. Thes. 2. Cum accepissetis a nobis verbũ Dei &c. Tertio, quantum ad virtutem: quia confirmat & eleuat ad cœlestia. Ideo dicit; *In quo statis*, scilicet, eleuati ad cœlestia. Ille enim dicitur stare qui rectus est, & hoc sola lex Christi facit. Ro. 5. Iustificati ergo per fidẽ &c. Lex enim vetus faciebat stare, sed curuabat ad terrena. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Quarto, quãtum ad vtilitatem, quia sola noua lex perducit ad finem salutis: vetus autem non. Heb. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Et ideo dicit; *Per quod & saluamini*. Hic iam ex certitudine spei per inchoationem, quæ est per fidem, saluamini, & in futuro in veritate rei & spei. Iacob 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum &c. Ioan. 20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, & vt credentes &c. Et apponit hic duas conditiones. Prima cum dicit; *Si tenetis &c.* Glo. sic exponit; *Si tenetis qua ratione prædicaui uobis* illud euangelium, idest, resurrectionem mortuorum ea ratione, qua confirmaui vobis, idest, per resurrectionẽ Christi. Vel aliter, Saluamini ita tamen si tenetis, idest, si seruatis ea ratione qua prædicaui vobis euangelium Christi. Secundam conditionem ponit, cum dicit, nisi frustra credidistis. Quasi dicat, Saluamini per fidem; *Si non frustra credidistis*, idest, si fidei adduntur bona opera, quia fides sine operibus mortua est. Iacob. 2. Illud enim dicitur esse frustra, quod est ad finem quem non consequitur. Finis autem fidei est visio Dei. Vnde si non saluamini, frustra credidistis, non simplicitet, sed inquantum non peruenit ad finem: vel aliter, si tenetis, quasi dicat, teneatis, nisi frustra &c. *Tradidi enim*. Hic ostendit propositum &c. Circa hoc tria facit. Primo, ostendit originem doctrinæ de resurrectione Christi. Secundo, ostendit ea, quæ in doctrina huiusmodi continentur, ibi; *Quoniam Christus mortuus*. Tertio, consonantiam, seu conuenientiam prædicantium ad hanc doctrinam, ibi; *Siue enim ego &c.* Dicit ergo primo, Istud debetis tenere, idest, memoria habere; *Quod tradidi uobis in primis*, & adhuc trado. Et dicit; *In primis*, idest, inter prima credenda. Credenda enim vel pertinent ad Trinitatem, vel fidem incarnationis. Et primo debet homo credere ea, quæ ad fidem incarnationis pertinẽt, & postea quæ ad Trinitatem pertinent. Vnde quod tradidi vobis in primis, scilicet, de incarnatione, & non a me, vel ex mea authoritate tradidi, sed; *Quod accepi* a Christo, vel a Spiritu sancto. Gal. 1 Paulus Apostolꝰ &c. supra 11. Ego accepi a Domino &c. Esa. 21. Quæ audiui a Domino exercituum &c. Ea autem quæ accepit & tradidit, sunt quatuor; scilicet mors, sepultura, resurrectio, apparitio Christi. Dicit ergo primo, tradidi vobis primo mortẽ Christi, & ideo dicit. Quoniam Christus mortuus est. In quo remouet duplicem suspicionem, quæ suboriri posset circa mortem Christi. Prima est, quòd mortuus esset pro peccatis suis actualibus, vel originali. Et hoc excludit, cum dicit, Pro peccatis nostris, non suis. Esa. 33. Propter scelus populi mei percussi eum 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris &c. Alia suspitio est, quòd mors Christi esset casualis, vel violentia Iudæorum: & hoc excludit cum dicit; *Secundum scripturas*, scilicet veteris & noui testamenti. Et ideo signanter specialiter dicit secundum scripturas. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est Hie. 11. Ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimã &c. Mat. 20. Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Tradidi enim vobis. secundo, sepulturã Christi: & ideo dicit; *Et quia sepultus est* Sed nunquid sepultura est articulus fidei specialiter, quia facit hic mentionẽ specialiter de ea? Dicẽdum, quòd secundum illos, qui numerant articulos secũdum credenda, non est specialis articulus fidei, sed includitur cum articulo passionis & mortis Christi. cuius ratio est, quia fides est eorum, quæ sunt supra rationem. Vnde ibi incipit articulus fidei, vbi deficit ratio. Hoc autem primum est, quòd Dominus sit conceptus, & ideo conceptio est articulus fidei. Secundum, quòd Deus est natus de virgine, & ideo hic est alius. Tertium, quòd impassibilis Deus patiatur & moriatur, & hic est alius, & cum hoc intelligitur etiam de sepultura: unde non est specialis articulus. Facit autem Apostolus hic mentionem de sepultura propter tria. Primo, vt ostendat veritatem mortis Christi. Euidens enim mortis signum alicuius est, quòd sepeliatur. Secundo, ad ostendendum veritatem resurrectionis: quia si non fuisset sepultus, nec custodes fuissent iuxta sepulchrum illis diebus, possent dicere, quòd discipuli fuissent eum furati. Tertio, quia Apostolus vult eos inducere ad fidem resurectionis, & hoc videtur magis difficile, ꝙ sepultus resurgat. Et de hoc dicitur Esa. 11 Et erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 53. Dabit impios &c. Tradidi etiam vobis resurrectionem, quia resurrexit tertia die. Oseæ 6, Viuificabit nos post &c. Et etiam dicit; *Tertia die*, non quod fuerint tres dies integri, sed duæ noctes, & vna dies per synedochen. Et huius causa fuit, sicut dicit Aug. † quia Deus per suum simplum, idest, per malum pœnæ, quod significatur per vnum diem, destruxit nostrum duplum, idest pœnam & culpã, quod significatur per duas noctes. Tradidi etiam vobis quarto Christi apparitiones, quia visus est Cephæ. Et ponit primo apparitiones factas aliis. Secundo, apparitiones factas sibi soli; ibi; *Nouissime*. Sciendum est autem circa primum, quòd apparitiones Christi non sunt factæ omnibus communiter, sed aliquibus specialibus personis. Act. 10. Dedit eum manifestum fieri &c. Et huius ratio fuit, vt seruaret ordo in ecclesia, vt per quosdam speciales, fides resurrectionis deueniret ad alios. Notandum autem est, quòd apparitiones Christi non ponuntur hic omnes, nec ille quæ factæ sunt mulieribus. Ponuntur autem hic quædam, quæ non leguntur in euangeliis. Et horum ratio fuit: quia Apostolus vult ex ratione confutare infideles, & ideo noluit ponere testimonia nisi authentica, & ideo tacuit apparitiones mulieribus factas: & posuit quasdam quæ non inueniuntur, vt ostendat, quòd etiam aliis pluribus apparuit: sed facit mentionem specialem de Petro & Iacobo, quia erant quasi columnæ, vt dicitur Gal. 2. Dicit ergo; *Tradidi uobis, quia uisus est Cephæ* idest Petro. Luc. vlt. Surrexit Dominus vere &c. Et creditur, quòd inter viros primo apparuit Petro, quia erat in maxima tristitia. Vnde & Angelus dixit Marc. vlt. Ite, dicite discipulis eius & Petro &c. *Postea*, idest, in alia vice; *Visus est undecim Apostolis*. Semel quidem visus est decem tantũ, quando Thomas erat absens, & post octo dies vndecim, quando Thomas erat cum eis, Aug. † dicit, quòd debet dicere duodecim, sed corruptum est vitio scriptorum, & dicit quòd non refert, quòd Iudas iam obierat, & Matthias nondum erat electus: quia consuetum est, quòd quando maior pars collegii facit aliquid, dicitur quòd totum collegium hoc facit. Vnde quia Dominus elegerat duodecim, ideo potest dici, ꝙ visus est duodecim, idest toti collegio Apostolorum: sed nõ est vitium, siue dicatur duodecim, siue vndecim; *Deinde* iterum; *Visus est plusquam quingentis fratribus*. Sed de hoc nihil legimus in sacra scriptura, nisi hoc quod hic dicitur. Potest tamen dici, ꝙ hæc apparitio fuit de qua loquitur Dionysius in tertio de diuinis nominibus, quando omnes discipuli conuenerunt ad videndum corpus, quod ferebat principem vitæ. Sed contra hoc videtur esse, quia hoc fuit ante ascen

De Ciuita. Dei lib. 22. cap. 5.

De Trin. li. 4. cap. 3.

De cõsens. euang. lib. 13. cap. 25.

ascensionem, qñ scilicet Christus apparuit Iacobo. Sed cõgregatio discipulorum ad videndum beatã Virginem, de qua vt lo qui Dionysius, fuit multum post. Et ideo melius videtur dicendum, quòd apparuit quingentis fratribus simul ante ascensionem suam, & non refert, quòd dicitur discipuli erant centũ viginti: quia licet illi qui erant in Hierusalem essent centum viginti, tamen ĩ Galilæa erãt multi discipuli, & forte oẽs congregati sunt simul cũ apparuit. Et vt huius testimonium sit magis certum, dicit quòd ex eis adhuc multi manent, idest viuunt, quidam autem ex eis dormierunt, idest mortui sunt in spe resurrectionis. Et vocat sanctorum mortem, dormitionem: quia moriuntur carne corruptibili, vt resurgant incorruptibiles. Ro. 6. Christus resurgẽs &c. *Deinde*, idest post; *Visus est Iacobo* scilicet Alphæi. Et ratio huius potest assignari, quia vt legitur, Iacobus vouit se non sumpturum cibum, nisi prius videret Christum: sed secundũ hoc nõ seruaretur ordo apparitionis, quia si post omnes numeratas apparitiones apparuisset Iacobo, nimis fuisset sine cibo, & hoc est difficile. Et ideo dicendum est, ꝙ ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialem deuotionem Iacobus ad Christũ habuit. Et de ista etiam apparitione nihil habetur in euangelio. Deinde post hoc scilicet, visus est omnibus Apostolis in ascensione, vt legitur Mat. vlt. & Act. 1. *Nouissime autem omnium &c.* Hic Apostolus commemorat apparitionem factam sibi soli. Et circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit ordinem apparitionis. Secundo, rõnem eius assignat, ibi; *Ego enim sum &c.* Dicit ergo ita, Dixi ꝙ omnibus manifestatus est Christus; *Nouissime*, idest vltimo: & post ascensionem; *Visus est & mihi tanquam abortiuo*, & ideo nouissime. Dicit autem tanquàm abortiuo propter tria. Abortiuus dicitur aliquis fœtus, vel quia nascitur extra tempus debitum, uel cum violentia educitur, uel quia non perducitur ad debitã quantitatẽ. & quia hæc tria videbat in se Apost. ideo dicit tanquàm abortiuo. Primo enim ipse extra tempus aliorum Apostolorum renatus est Christo. Nam alii Apostoli renati sunt Christo ante aduentum spiritussancti, Paulus vero post. Secundo, quia alii Apostoli spontanee conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Act. 9. Postrauit eum ad terram &c. Et hoc multum valet contra hæreticos, qui dicunt, ꝙ nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et sicut dicit Aug. † Plus profecit in fide Paulus cum coacte conuersus est, quàm multi qui spontanee venerunt. Tertio, quia reputat se aliis minorem, & non peruenisse ad virtutem aliorũ Apostolorum. Et ideo quasi rationẽ assignans, dicit; *Ego enim sum minimus &c.* Circa hoc duo facit. Primo enim ostendit suam paruitatem. Secundo, rationem huius exponit, ibi; *Quoniam persecutus sum &c.* Paruitatem aũt suam manifestat primo in comparatione ad Apostolos cum dicit. Ego enim sum minimus. Esa. 60. Minimus erit in mille, & Paruulus in gentem fortissimam. Ecclesia. 3. Quanto, maior es &c. Et licet sit minimus in comparatione ad Apostolos, possent tamen dici, quòd est magnus in comparatione ad alios, quia est Apostolus: & ideo secundo ostendit suam paruitatẽ in comparatione ad alios, cum dicit; *Qui non sum dignus*, non solum esse, sed; *Vocari Apostolus*, licet vocer. 2. Corinth. 3. Non quòd sufficientes &c. *Sed* posses dicere, O Apostole propter humilitatem nullus debet dicere fallum: cum ergo tu sis magnus, quare vocas te minimum? & ideo cum dicit; *Quoniam persecutus &c.* ostendit quomodo sit minimus, & quomodo non minimus: minimum autem dicit se, considerando præterita facta sua & dicit, Non sum dignus &c. Quare? *Quia persecutus sum ecclesiã Dei*, quod alii Apostoli non fecerunt. Galat. 1. Supra modum persequebar &c. 1. Tim. 1. Qui fui blaphemus, & persecutor &c. Et licet ex me sim minimus, tamen ex Deo non sum minimus: & ideo dicit; *Gratia Dei sum id quod sum*. Et circa hoc duo facit. Primo, commendat condicionem suam quantum ad statum. Secundo, quantum ad executionem status, ibi; *Et gratia eius &c.* Dicit ergo primo, ex me nihil sum, sed id quod sum, gratia Dei sum, i. ex Deo, non ex me. Ephe. 3. Cuius factus sum minister &c. Et dicit, id quod sum, quia homo sine gratia nihil est. supra 13. Si habuero omnem prophetiam &c. Sed qualiter vsus sit & executus statum suum ostendit dicens; *Et gratia eius &c.* Vbi primo ostendit quomodo vsus sit gratia ista, quia ad bonum, & ideo dicit, In me vacua non fuit idest, otiosa, quia ea vsus est ad id ad quod data est sibi. Gal. 2. Non in vacuum cucurri &c. Secundo, manifestat quomodo alios excessit: & ideo subdit; *Sed abundantius illis omnibus*, idest

Epist. 50. post med.

LECTIO II.

SI autem Christus prædicatur, quòd resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autẽ & falsi testes Dei, quoniam testimoniũ diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, uana est fides uestra, Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

LECTIO III.

NVNC autem: Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. quoniã quidem per hominem mors, & ꝑ hominem resurrectio mortuorũ.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus astruxit fidem per resurrexionem Christi, hic vero probat per resurrectionem Christi, resurrectionem mortuorum futuram. Et primo probat futurã resurrectionem. Secundo ostendit qualitatem resurgentium, ibi; *Sed dices aliquis &c.* Tertio vero describit ordinem resurrectionis, ibi; *Ecce mysterium vobis dico &c.* Circa primum duo facit. Primo probat resurrectionem mortuorum futuram ratione sumpta ex resurrectione Christi. Secundo ratione sumpta ex vita sanctorum, ibi; *Alioquin quid facient &c.* Probat autem mortuorum resurrectionẽ ex resurrectione Christi tali ratione. Si Christus resurrexit: ergo & mortui resurgent. Circa ergo hanc rationem tria facit. Primo ponit conditionalem, scilicet, si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Secundo vero probat antecedens ipsius conditionalis, ibi; *Si autem resurrectio mortuorum &c.* Tertio probat conditionalem esse ueram, ibi; *Nunc autem Christus resurrexit &c.* Dicit ergo primo, Dixi quòd siue ego ꝑdicauerim, siue illi. i. alii Apostoli, sic credidistis: sed si prædicatur a nobis, ꝙ Christus resurrexit a mortuis, quomodo *quidam in uobis*, idest, inter vos dicunt &c. q.d. Si Christus resurrexit a mortuis ꝗm ꝙ nos prædicamus. 1. Thes. 4. Si credimus, ꝙ Christus &c. nullus debet dubitare resurrectionem mortuorũ futuram. Vnde Rom. 8. Qui suscitauit Iesum &c. Sed videtur, quòd hæc argumentatio non valeat, cum sit locus a maiori affirmando: qa licet Christus resurrexerit specialiter ex virtute diuinitatis suæ, nõ sequitur ꝙ alii homines resurgant. Sed ad hoc dicũt aliqui, quòd nõ est locus a maiori, sed a simili. Mori enim & resurgere competit Christo ꝗm humanã naturã, & dicunt quòd est simile argumentũ, sicut si dicerẽ, Anima sortis est immortalis: ergo omnes, scilicet animæ hominum sunt immortales. Videtur autem quòd sit melius dicendũ, ꝙ sit locus a causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Et ideo ꝗm. Glo. dicendum est; *Si Christus*, qui est causa efficiens nostræ resurrectionis; *Resurrexit, quomodo dicunt &c.* Sed tũ non est dicendum, ꝙ sit causa efficiẽs tantũ per modũ meriti, quia resurgendo non meruit eam, cũ iam esset cõprehensor, & viueret vita gloriosa, nisi forte meritum resurrectionis mortuorũ referatur ad passionẽ Christi. Nec est causa exemplaris tantũ, vt quidam dicunt: sed est causa efficiẽs & exemplaris. Vnde August. dicit super Ioan. ꝙ verbũ caro factũ viuificat animas, & resuscitat mortuos. Sic ergo patet, ꝙ si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Sed contra, Resurgere a mortuis est supra naturam

tract. 19

turam: hoc autem non est nisi virtutis infinitæ, quæ Deus est. non ergo resurrectio corporis Christi est causa efficiens resurrectionis mortuorum, cum humanitas Christi, seu corpus sit creatura: licet de Christo, vel de homine non possit dici, ꝙ est creatura. Responsio. dicendum, quòd inquantum Deus, siue inquantum diuinitas est in Christo, Christus est & exemplar, & causa efficiens resurrectionis mortuorũ per humanitatẽ suã sicut per instrumentum diuinitatis suæ. Ad illud quod obiicitur, dicendum, ꝙ caro Christi seu humanitas, nõ dicitur facere effectum virtutis infinitæ inquãtum caro, vel humanitas, sed inquantum caro Christi, vel humanitas Christi. Sed quæritur adhuc. Nam posita causa sufficienti, statim ponitur effectus: si ergo resurrectio Christi est sufficiens causa resurrectionis mortuorum, statim deberent mortui resurgere, & non tantum differre. Responsio dicendum, quòd effectus sequitur ex causis iustrumentalibus secundum conditionem causæ principalis. Et ideo, cum Deus sit principalis causa nostræ resurrectionis: resurrectio vero Christi sit instrumentalis, resurrectio nostra sequitur resurrectionem Christi secundum dispositionem diuinam, quæ ordinauit vt tali tempore fieret. Sed nunquid si Deus non fuisset incarnatus, homines resurrexissent? Dicendum videtur quòd non, quia Christus non fuisset passus, nec resurrexisset. Dicendum est autem ad hoc, quòd hæc obiectio nulla est: quia quando aliquid ordinatur ab aliqua causa, debet argumentari ad illud, seruato ordine illius causæ. Et ideo dicendum est, quòd Deus ordinauit resurrectionem mortuorum fore per istum modum: potuisset tamen & alius modus adhuc inueniri a Deo, si voluisset. Deinde cum dicit; *Si autem resurrectio mortuorum non est &c.* Probat antecedens scilicet, quòd Christus resurrexit: & hoc ducendo ad inconuenientia. Et circa hoc duo facit. Primo, ducit ad inconuenientia. Secundo, ostendit illa esse inconuenientia, ibi; *Inuenimur autem & falsi testes &c.* Circa primum facit deductionem suam supponendo, quòd si Christus non resurrexit, neque mortui resurgent: quod si ita est, sequuntur duo inconuenientia. Vnum est, quòd inanis est prædicatio Apostoli & inutilis. Aliud est, quòd inanis est fides Corinthiorum. Vnde dicit; *Si autem Christus non resurrexit, inanis est &c.* Et hoc est quod dicit, Ex hoc quòd siue ego, siue illi, si sic prædicant &c. Dicit ergo, Si autem Christus non resurrexit, inanis est, idest falsa prædicatio nostra, quia si credidistis: & hoc magnum est inconueniens, quòd prædicationem eorum non suffulserit veritas, cum Apostolus dicat Philiph. 2. Non in vacuum cucurri, neque laborauì; *Inuenitur autem &c.* Hic ostẽdit illa duo esse inconuenientia. Et primo ostendit, ꝙ sit inconueniens, si prædicatio Apostolorũ esset inanis, seu falsa. Secũdo ostendit, ꝙ sit inconueniens, si fides illorum esset inanis, ibi; *Quod si Christus non resurrexit &c.* Ostenditur autem primum esse inconueniens, quia essent falsi testes non solum dicendo aliqua vana, vel aliqua contra aliquem hominem false, quod est mortale peccatum: sed falsi testes aduersus Deum, quod est sacrilegium. Quia si Deus non suscitauit Christum a mortuis secũdum quod nos prædicamus; *Inuenimur falsi testes: & si mortui non resurgunt, Deus non resuscitauit Christum a mortuis.* Iob. 13. Nunquid Deus indiget vestro mẽdacio? &c. Et hoc est pessimum, scilicet, ꝙ aliquid attribuatur Deo, quod non facit, & laudare in eo, quod non est. Vnde dicit August. † Non minori, sed maiori fortasse scelere in Deo laudatur falsitas, quàm vituperetur veritas. Cuius ratio est, quia intellectus noster nunquàm potest tantum laudare Deum, quin deficiat a perfectione eius: & ideo si non totaliter intellectus omnẽ veritatẽ possit de Deo intelligere, hoc est ad excellentiã Dei. sed si attribuitur aliquid Deo, quod nõ habet, vel non facit, videtur ꝙ intellectus noster est maior Deo, & intelligat aliquid maius eo, quod sibi false attribuit. Et hoc contra illud primæ Ioan. 3. Deus maior est corde nostro; *Quod si Christus* Hic ostendit, quòd incõueniens sit, si fides illorũ esset inanis. Et hoc ostendit per tria incouenientia, quæ sequuntur inde. Primum est, quia cõstat, ꝙ falsitas non habet virtutẽ purgandi, sed constat ꝙ fides purgat peccata Act. 15. Fide purificans &c. Si ergo fides nostra sit inanis, quod esset si Christus non resurrexerit, quia sic credidistis, scilicet quòd resurrexit, peccata vestra non sunt vobis dimissa. Et hoc est, ꝙ dicit; *Adhuc estis in peccatis uestris*. Sed quia posset aliquis dicere, licet fides non purget peccata, possunt tamen purgari ab eis per bona opera: ideo addit secundum inconueniens, scilicet quòd mortui, qui non possunt purgari in alia vita, perierunt absque spe salutis, & ideo quasi concludens, dicit; *Ergo qui in Christo*, idest, in fide Christi; *Dormierunt*, idest, mortui sunt in spe salutis; *Perierunt*: quia in alia vita nulla sunt opera meritoria. Sed quia posset adhuc dicere, Nõ curo de peccatis, nõ curo de mortuis, dũmodo habeam in vita ista quietẽ & tranquillitatem: ideo addit tertium inconueniens cum dicit; *Si in hac tantũ uita &c.* Et inuitur tali argumento. Si resurrectio mortuorum non est, sequitur quòd nihil boni habeatur ab hominibus, nisi solum in vita ista: & si hoc est, tunc illi sunt miserabiliores, qui in vita ista multa mala & tribulationes patiuntur. Cum ergo plures tribulationes Apostoli & Christiani patiantur, sequitur quòd sint miserabiliores cæteris hominibus, qui ad minus perfruuntur huius mundi bonis. Sed circa hanc rationem, videntur duo dubitanda. Vnum, quia non videtur, quòd sit verum vniuersaliter quòd Apostolus dicit scilicet, ꝙ Christiani sunt confidentes in hac vita tantum, quia possent dicere illi, quòd licet corpora non habeant bona nisi in vita ista, quæ est mortalis, tamen secundum animam habent multa bona in alia vita. Ad hoc obuiatur dupliciter. Vno modo, quia si negetur resurrectio corporis, non de facili, immo difficile est sustinere immortalitatem animæ. Constat enim, ꝙ anima naturaliter vnitur corpori, separatur autem ab eo contra suam naturam, & per accidens. Vnde anima exuta a corpore, quandiu est sine corpore, est impefecta. Impossibile autem est, quòd illud quod est naturale & per se, sit finitum, & quasi nihil: & illud quod est contra naturam, & per accidens sit infinitum, si anima semper duret sine corpore. Et ideo Platonici ponentes immortalitatem, posuerunt reincorporationem, licet hoc sit hæreticum: & ideo si mortui non resurgunt, solum in hac vita confidentes erimus. Alio modo, quia constat quòd homo naturaliter desiderat salutẽ suiipsius, anima autem cum sit pars corporis hominis, non est totus homo: & anima mea non est ego. vnde licet anima consequatur salutem in alia vita, non tamen ego, vel quilibet homo. Et præterea cum homo naturaliter desideret salutem etiam corporis, frustraretur naturale desiderium. Secundum dubium est, quia videtur, quòd dato quòd corpora non resurgant, non essemus nos Christiani miserabiliores cæteris hominibus, quia illi qui sunt in peccatis, sustinent maximos labores. Hier. 9. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Et Sap. 5. Dicunt impii, Ambulauimus vias difficiles. At vero de bonis & iustis dicitur Galat. 5. Fructus antem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Ad hoc dicendũ, ꝙ mala quæ sunt in hoc mundo, nõ sunt ꝗm se appetenda, sed ꝗm quod ordinantur ad aliquod bonum. Apostoli aũt & Crhistiani multa mala passi sunt in hoc mundo. Nisi ergo ordinarentur ad aliquod bonum, essent miserabiliores cæteris hominibus. Aut ergo ordinantur ad bonum futurum, aut ad bonum præsens: sed ad bonum futurum non ordinantur, si non est resurrectio mortuorum. Si autem ordinantur ad bonum præsens, hoc vel est bonum intellectus, sicut philosophi naturales paupertates, & alia multa mala passi sunt, vt peruenirent ad veram veritatem. Sed ad hoc non possunt ordinari, si non est resurrectio mortuorum: quia sic fides eorum esset falsa, quia ipsi prædicauerunt resurrectionem futuram: falsitas autem non est bonum intellectus. uel est bonum moris, sicut morales philosophi multa mala passi sunt, vt peruenirent ad virtutes & famam. Sed nec ad hoc ordinari possunt: quia si resurrectio mortuorum non sit, non reputatur virtus & gloria, velle omnia delectabilia dimittere, & sustinere pœnas mortis & contemptus, sed potius reputatur stultitia. Et sic patet, quòd miserabiliores essent cæteris hominibus

Epist. 8.

LECTIO TERTIA.

HIC probat positam superius conditionalem esse veram, scilicet si Christus resurrexit, mortui resurgunt. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo se habeat resurrectio Christi ad resurrectionem aliorum. Secundo ostendit ordinem resurrectionis, ibi; *Vnusquisque autem in suo ordine &c.* Tertio, ostendit finem resurrectionis, ibi; *Deinde finis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit habitudinem resurrectionis Christi

Christi ad resurrectionem aliorum, per conditionalem prædictam probans hoc. Secundo, probat ipsam habitudinem, ibi; *Quoniam quidem &c.* Dicit ergo; *Nunc*, idest, ex quo dicta inconuenientia sequuntur; *Si Christus non resurrexit*, ideo ad ipsa vitanda dicamus, quòd; *Christus resurrexit*. Hoc autem verum est secundum quod Matth. vlt. dicitur, & aliis locis euangeliorum. Sed resurrectionis Christi habitudo ita se habet ad resurrectionem aliorum, sicut primitiæ fructuum ad sequentes fructus, quæ excedunt alios fructus tempore & melioritate, seu dignitate: & ideo dicit, quòd resurrexit, non sicut alii, sed; *Primitiæ*, idest, primo tempore & dignitate. Apoc. 1. Primogenitus mortuorum. Primitiæ dico dormientium, idest, mortuorum, qui in spe resurrectionis quiescunt. Ex hoc potest inferri conditionalis posita, quia sicut dicimus, & verum est, Si Christus, qui est primitiæ dormientium resurrexit, ergo & alii dormientes. Sed contrarium videtur, scilicet ꝙ Christus nõ resurrexit primitiæ dormientium, quia Lazarus fuit resuscitatus a Christo nõdum passo, & aliqui prophetæ suscitauerunt alios a mortuis, vt habetur in veteri testamento. Ad hoc dicendum, ꝙ duplex est resurrectio. Vna est ad vitam mortalem, & ad istam Lazarus, & alii qui suscitati fuerunt, resurrexerunt ante Christum. Alia ad vitam immortalem, & de hac loquitur hic Apostolus. Sed contra Mat. 27. dicitur, quòd multa corpora sanctorum surrexerunt. Cũ ergo hoc legatur ante Christi resurrectionem, & cõstet, ꝙ nõ resurrexerunt ad vitã immortalem, videtur ꝙ adhuc restet quæstio prima. Responsio, Dicendum, ꝙ hoc qã Mat. dicit de resurrectione illorum, dicit per anticipationem, qa licet dicatur in tractatu de passione, nõ tunc resurrexerunt, sed postquàm Christus resurrexit; *Quoniam quidem &c.* Hic probat habitudinem positam, scilicet, ꝙ Christus sit primitiæ dormientium. Et primo, probat in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Et sicut in Adam &c.* Probat in generali tali ratione. Deus voluit reintegrare humanã naturã: sed humana natura corrupta est ꝑ hominẽ, qa mors intrauit per hoiem. pertinebat ergo ad dignitẽ humanę naturæ, vt reintegraretur per hominẽ: hoc aũt est, vt reducatur ad vitã. conueniens ergo fuit, sicut mors intrauit per hominẽ, scilicet per Adam, ita; *Resurrectio mortuorum* fieret; *Per hominem*, scilicet per Christũ. Rom 5. Si enim vnius delicto &c. *Et sicut in Adam.* Hic probat idem in speciali dicens, ꝙ sicut in Adam omnes morimur morte corporali, ita & omnes viuificamur in Christo. Rom. 5. Per vnum hominem &c. Et non dicit per Euam, quod videtur contra illud Eccle. 25. Per illam omnes morimur. Dicendum, quòd hoc est per illam Euam. s. suggerentem, sed per Adam sicut causantem. Nam si solũ Eua peccasset, peccatum originale non fuisset traductum in posteros; *Viuificabuntur* inquàm, in Christo scilicet, boni, & mali vita naturæ: sed vita gratiæ nõ nisi boni: sed tamen Apostolus loquitur hic de resurrectione ad vitam naturæ, ad quã omnes viuificabuntur. Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere, idest, viuificãdi virtutem. Io. 5. Omnes, qui in monumentis sunt &c. *Vnusquisque autem in suo ordine &c.* Hic ostendit ordinem resurrectionis. Et primo: insinuat ipsum ordinem: Secundo, manifestat id quod dixerat, ibi; *Primitiæ Christus &c.* Dicit ergo quòd verum est, quòd omnes in Christo viuificabuntur, sed tamen differenter, quia differentia erit inter caput, & membra: & differentia quantum ad bonos, & malos. Et ideo dicit quòd; *Vnusquique* resurget; *In suo ordine*, scilicet dignitatis. Rom. 13. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Sed hunc ordinem consequenter manifestat, quia; *Primitiæ Christus*, quia ipse est prior tempore, & dignitate, quia plus de gloria. Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum &c. Deinde resurgent omnes; *Qui sunt Christi* posteriores tempore, & dignitate: isti sunt qui carnem suã crucifixerunt cũ vitiis &c. Gal. 4. At vbi venit plenitudo 1. Tim. 6. Serues mandatum sine macula, inreprehensibile vsque in aduentum domini nostri. Qui autem Christi, exponit, dicens; *Qui crediderunt* per fidem, per dilectionem operantem. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. *In aduentum eius*, primo & secundo. Sed sciendum, quòd inter alios sanctos nõ erit ordo temporis, quia omnes resurgent in ictu oculi, sed bene secundum dignitates, quia Martyr resurget, vt Martyr: Apostolus vt Apostolus, & sic de aliis; *Deinde finis*. Hic ostendit finem resurrectionis, & hunc duplicem, Vnum quantum ad adeptionem boni; Alium quantum ad remotionem mali, ibi; *Oportet illum regnare &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd adeptio ipsius boni consistit in inhærentia ad Deũ. Secundo ostendit, quòd in immediata inhærentia, ibi; *Cum euacuerit &c.* Dicit ergo quòd deinde, idest, post hoc, erit finis resurrectionis: & finis huiusmodi non erit, vt viuant vita corporis & voluptatibus, vt Iudæi & Saraceni fingunt, sed quòd inhæreant Deo per immediatam visionẽ & beatam fruitionẽ, & hoc est tradere regnum Deo & patri. Et ideo dicit; *Cum tradiderit*, idest, perduxerit; *Regnum*. i. fideles suos, quos proprio sanguine acquisiuit. Apoca. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo; *Deo & patri*, idest, ante conspectum Dei, idest, creatoris sui inquantum est homo, & patris inquantum est Deus. Et hoc est quod petebat Philippus Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem &c. Sed sic tradet, vt sibi non adimat, immo ipse vnus Deus cum patre & sancto spiritu regnabit. Vel; *Cum tradiderit regnum Deo & patri*, idest, cum ostendet Deum patrem regnare. In scriptura enim tunc dicuntur aliqua fieri, quando primo innotescunt, & huiusmodi innotescentia fit per Christũ. Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui &c. *Cum euacuerit* Hic ostendit immediationem dictæ inhærentiæ. Sicut enim dicitur Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, est sub tutoribus &c. Sed quando iam est magnus & perfectus, tunc immediate absque pædagogo & tutore sub patre est in domo. Status autem huius vitæ præsentis assimilatur pueritiæ, & ideo in vita ista sumus sub angelis, sicut sub tutoribus, inquantum præsunt nobis & dirigunt nos: sed quando tradetur regnum Deo, & patri, tunc immediate erimus sub Deo, & cessabunt omnia alia dominia: & hoc est quod dicit; *Et cum euacuerit omne principatum, & potestatem, & uirtutem*, idest, cum cessauerit omne dominum tã humanum, quàm angelicum, tunc immediate erimus sub Deo. Esa. 2. Exaltabitur dominus solus in die illa. Hier. 31. Nõ docebit vltra. vir proximũ suũ &c. Sed nũqd nõ remanebunt ordines angelorum distincti? Dicendum quòd sic, quantum ad eminentiam gloriæ, qua vnus alteri præeminet, sed non, quantum ad efficaciã executionis ad nos: & ideo illos dicit euacuari, quorũ nomina pertinẽt ad executionẽ, scilicet principatus, potestas, & virtutes. Illos autem qui sunt de superiori hierarchia non nominat, quia non sunt exequentes: nec angelos, quia est nomen cõmune. Dominationes autem non dicit euacuari, quia licet sint de exequentibus, nõ tamen ipsi exequuntur, sed dirigũt & imperãt. Dominorum enim est dirigere & imperare, non exequi. Archãgeli vero intelliguntur cum principatibus: archos enim idem est quòd princeps. Hi tres ordines secundum Grego. † Homil. 34. super euã. leguntur de descendendo, quia secundum ipsum, principatus sunt super potestates, & potestates super virtutes: sed ꝑm Dio. ascendendo, quia vult quòd virtutes sint super potestates, & potestates super principatus. Vel aliter, *cum euacuauerit &c.* idest, tunc erit notũ ꝙ principatus & potestates, & dominationes nihil potestatis habuerũt ex seipsis, sed a Deo, ex quo sunt omnia. Deinde cũ dicit; *Oportet autem illum &c.* Ostẽdit Apostolus finem resurrectionis, quo ad remotionem mali: quod quidem ostendit per destructionem omnium inimicorum ad Christum. Et primo, ponit ipsorum destructionem. Secundo. subiectionis perfectionem, ibi; *Nouissime autem &c.* Tertio, subiectionis finem, ibi; *Cum autem subiecta fuerint.* Dicit ergo primo, Dixi quòd finis erit, cum tradiderit regnum Deo, & patri. Sed nunquid Christus habet regnum, ita ꝙ oportet illum regnare? sic enim dicitur Mat. vltimo; Data est mihi &c. Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob; *Oportet*, inquam; *Donec ponat inimicos suos sub* pedibus eius. Sed nunquid modo nõ sunt inimici eius sub pedibus eius, idest sub potestate Christi? Dicendũ, quòd modo inimici Christi sunt sub potestate eius, sed dupliciter. Vel inquantũ per ipsum conuertũtur, sicut Paulus, quem prostrauit Act. 9. Vel inquantũ Christus facit voluntatem suam, etiam de his, qui faciunt hic contra voluntatem Christi. Sic ponit inimicos suos sub pedibus suis, puniẽdo eos: sed infuturo ponet sub pedibus. i. sub humanitate Christi. Sicut. n. per caput deitas Christi intelligit, quia caput Christi, Deus 1. Cor. 11. ita per pedẽ, humanitas. Psal. 131. Adorabimus in loco vbi stererũt pedes eius &c. Sic ergo inimici erũt nõ solũ sub deitate, sed etiã sub humanitate Christi. Ph. 2. In nomine Iesu omne genu &c. Sed quid est quod dicit? Donec ponat &c.

Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. primitiæ, Christus: deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cũ tradiderit regnum Deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatum, & potestatẽ, & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia. n. subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eũ, qui subiecit ei omnia. Cũ aũt subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectꝰ erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.

nat &c. Nunquid nõ regnabit priusquam posuerit inimicos sub pedibus? Dicendum, quòd hoc potest intelligi dupliciter, nam ly Donec, quãdoque determinat tempus, & ponitur pro finito: sicut si dicerem: non videbo Deum donec moriar, quia vsque tũc non videbo, sed postea videbo. Quandoque ponitur pro infinito sicut cum dicitur, Non cognouit eam donec peperit filium suum. Non quòd velit dicere, quòd non cognouit eam solum vsque ad partum filii, sed nec etiam postea vnquam cognouit: sicut dicit Hier. Iste modus seruatur quando aliqui intendunt excludere illa solum de quibus est dubium. Vnde euangelium exclusit illud solum, quod videtur esse dubium, scilicet, ꝙ Ioseph cognouisset beatam virginem ante partum. Hoc vero, quòd post partum non cognouit eam, nulli erit dubium, cum tot mysteria pueri viderit, & toties ab angelis monitus sit, & adoratus etiã a Magis Iesus fuisset: vnde poterat eã iam Dei matrem cognoscere, & ideo nõ curauit hoc excludere: sic etiam loquitur hic Apostolus. Quòd enim aliquis regnet adhuc inimicis non subiugatis, videtur esse dubium: sed ꝙ regnet postquam inimici subiugati sunt, nulli est dubium: & ideo illud excludit principaliter, dicens; *Donec ponat &c.* Quasi dicat, verum est, ꝙ Christus habet regnum, & licet sint aliqui inimici, dum non faciunt voluntatem suam, tamen regnat donec ponat &c. Potest etiã alio modo intelligi, donec ponat &c. vt ly; *Donec*, determinet tempus, & ponatur pro futuro: vt dicatur sic; *Oportet illum regnare*. Sed quando? *Donec ponat &c.* Quasi dicat, vsque tunc regnabit, quousque ponat inimicos sub pedibus, postea vero nõ regnabit. Sed secundum hanc expositionem, regnare non importat regnũ habere, sed in regnando proficere, & regnum augeri: & hoc quãtum ad manifestationem perfectam regni Christi q.d. Regnum Christi paulatim proficit, inquãtum scilicet manifestatur & innotescit, *donec ponat inimicos sub pedibus*, idest quousque omnes inimici regnare eum fateantur. Boni quidẽ cum gaudio beatitudinis: mali vero cũ confusione & postea non regnat, idest regnum suum non proficit, & non amplius manifestatur, quia iam plene manifestum erit. Sic ergo patet omnium aduersantium subiectio: quæ quidẽ subiectio perfectissima erit, quia etiam illud quod maxime inimicatur, subiicietur sibi: hoc autem est mors, quæ maxime contrariatur vitæ: & ideo dicit, Nouissime aũt &c. vbi tria facit. Primo, ponit subiectionem mortis. Secundo probat hoc per authoritatem, ibi; *Omnia enim subiecit &c.* Tertio, ex ipsa authoritate arguit, ibi; *Cum autem dicat &c.* Dicit ergo, dixi, quòd omnes inimicos subiecit sub pedibus eius. Sed qualiter? perfectissime, inquam, quia; *Nouissime inimica mors destruetur*, scilicet in fine, quia non poterit esse cum vita, vbi omnes per resurrectionem viuent. Oseæ 13. Ero mors tua, o mors. Esa. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum. Sciendum est autem quòd Origenes ex hoc verbo sumpsit occasionẽ erroris sui, quẽ ponit in Periarchon. Ipse enim voluit, ꝙ pœnæ damnatorum essent purgatoriæ & non æternæ, & voluit, quòd omnes, qui sunt in inferno, quandoque conuerterentur ad Christum & saluarentur, & etiam diabolus. Et hoc confirmat per ista verba; *Donec ponam inimicos &c.* Et intelligit, ꝙ hoc, quod dicitur inimicos sub pedibus: solum intelligitur de subiectione, quæ fit per cõuersionem peccatorum ad Deum, non de subiectione qua sunt subiecti Christo etiam illi, qui nunquam conuertuntur ad Christũ inquantum punit eos in inferno. Et ideo dicit; *Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus*, quia tunc omnes damnati & qui sunt in inferno saluabuntur, inquantum, scilicet conuertentur ad ipsum, & seruient ei, & non solum ipsi homines damnati; *Autem* pro, sed; *Nouissime ipsa mors*, idest diabolus; *Destruetur*, non quòd non sit omnino, sed ꝙ non sit mors, quia etiam ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est hæreticum & damnatum in concilio. Iterum sciendum est, ꝙ Apostolus signanter posuit hoc quod dicitur; *Nouissime autem &c.* Ad remouendum duas quæstionem, quæ possent fieri circa prædicta de resurrectione, scilicet: vtrũ Christus posset viuificare mortuos? Et hoc soluitur, quia omnes inimicos posuit sub pedibus eius, & etiam ipsam mortẽ. Et quare nõ statim oẽs resuscitauit? Ad quod respondetur, ꝙ oportet, quòd primo subiiciat inimicos sub pedibus, & nouissime cum destruetur ipsa mors, tunc resurgent omnes ad vitam. Non ergo differt, quia non potest, sed vt seruet ordinem, quia quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Quòd aũt ipsa mors subiiciatur Christo, probat per authoritatem Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus, idest sub humanitate eius, scilicet Christi. Phi. 2. Omnis lingua &c. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. Ex hac autem authoritate argumentatur, dicens; *Cum autem dicat &c.* Et est ratio sua talis. Propheta dicit omnia subiecisti &c. Sed dicendo omnia, constat, quòd nihil exclusit nisi illum, qui subiecit. ergo subiecta sunt Christo omnia & ipsa mors. Dicit ergo; *Cum autem dicat* psalmista, scilicet; *Omnia subiecta sunt ei*. Christo, inquantum homini præter eum, scilicet patrem, qui subiecit sibi omnia. Heb. 2. In eo, qui omnia sibi subiecit &c. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Sed cõtra, si pater subiecit omnia filio. ergo filius est minor patre. Responsio, Dicendum est, quòd pater subiecit omnia filio inquantum est homo, vt dictum est, & sic pater est maior filio. Est enim minor patre secundum humanitatem, æqualis vero secundum diuinitatem. Vel dicendum, quòd etiam ipse filius inquantum Deus subiecit sibi omnia, quia sic potest cũa, quæ pater põt. Phil. 3. Saluatorem expectamus &c. secundum operationem qua potens est subiicere omnia. Consequenter cum dicit; *Cum autem subiecta fuerint illi omnia &c.* Ostendit finem huius resurrectionis non esse in humanitate Christi, sed vlterius perducetur rationalis creatura ad contemplationem diuinitatis & in ea est beatitudo nostra, & finis noster ipse Deus est, & ideo dicit; *Cum autem subiecta &c.* Quasi dicat. Nondum Deus subiecit omnia Christo, sed cum omnia fuerint ei subiecta, scilicet Christo, tunc ipse filius secundum humanitatem subiectus erit illi, scilicet patri. Ioa. n 14. Pater maior me est: & subiectus est, nunc etiã Christus secundum quòd homo patri: sed hoc tunc manifestatus erit. Et ratio huius subiectionis est; *Vt sit Deus omnia in omnibus*, idest vt anima hominis totalitet requiescat in Deo, & solus Deus sit beatitudo. Modo enim in vno est vita, & virtus in alio, & gloria in alio, sed tunc Deus erit vita, & salus, & virtus, & gloria, & omnia. Vel aliter ita; *Vt sit Deus omnia in omnibus*, quia tunc manifestabitur, quòd quicquid boni habemus, est a Deo.

LECTIO IIII.

ALIOQVIN quid faciẽt, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui nõ resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habẽt. Ad reuerentiam vobis loquor.

LECTIO QVARTA.

OSTENSA resurrectione mortuorum, ex resurrectione Christi, hic consequenter ostendit resurrectionem mortuorum ex vita sanctorum. Et circa hoc duo facit. Primo, probat propositum. Secundo, subiungit ammonitionem, ibi; *Nolite seduci &c.* Probat autem propositum ducendo ad tria inconueniẽtia. Primũ inconueniens est, quòd frustraretur deuotio hominũ ad baptismum. Secundum est, quòd frustraretur labor sanctorũ & hoc ponit, ibi; *Vt quid & nos periclitamur &c.* Tertium est, ꝙ daretur ocasio fruendi voluptatibus. Et hoc ponit, ibi; *Manducemus & bibamus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit primum inconueniens. Secundo, explicat illud, ibi; *Si omnino mortui &c.* Dicit ergo primo. Dixi quòd mortui resurgunt; *Alioquin* scilicet si non est resurrectio mortuorum futura, vt nos prædicamus; *Quid facient, qui &c.* hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt per hoc, quòd dicit mortui, intelligantur opera peccati, quæ sunt mortua, quia carent vita gratiæ & ducunt ad mortem Heb. 9. Sanguis Christi emundabit &c. Et secundum hoc plana est litera; *Quid* scilicet *Facient illi qui baptizantur pro mortuis*, idest pro peccatis abluendis, si non sint vitam gratiæ habituri? Alio modo, quia quidam tunc temporis volebant, quòd homines possent prmo baptizari, vt sibiipsis remissionem peccatorum consequerentur, & iterũ baptizabantur pro aliquo consanguineo suo defuncto, vt etiam post mortem dimitterentur ei peccata. Et secundum hoc sit litera; *Quid facient; qui baptizantur pro mortuis*, scilicet consanguineis, pro quorum salute baptizantur, si non sit resurrectio mortuorum? sed isti in aliquo commendari possunt, scilicet in hoc, quòd fidem resurrectionis videbantur habere, sed in aliquo possunt reprehendi, in hoc. s. quòd vnum credebant posse pro alio baptizari. Sed tunc est quæstio. Si oratio vnius prodest alteri, quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio: vna est, quòd opera, quæ faciunt viui, prosunt mortuis propter vnionem charitatis & fidei. Et ideo non prosunt nisi illis, qui decedunt cum charitate & fide. Vnde infidelibus, nec oratio, nec baptismus viuorum prosunt, tamen oratio prodest illis, qui sunt in purgatorio. Alia

responsio, & melior, quia bona opera valent mortuis, non solũ ex vi charitatis: sed etiam ex intentione facientis. Sicut si ego dicerem psalterium pro aliquo, qui est in purgatorio, qui tenebatur dicere, vt satisfaciam pro eo, valet quidem quantum ad satisfactionem solum illi, pro quo dico. Dicendum est ergo secun-

LECTIO. V.

SED dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur: & quid seminas? Non corpus, quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus.

dum hoc, quòd baptismus non habet virtutem ex intentione nostra, sed ex intentione Christi. Intentio autẽ Christi est, vt baptismus illis proficiat, qui in Christi fide baptizantur. Consequenter istud incõueniẽs explicat, dicens; *Si omnino &c.* Et ista explicatio videtur magis conuenire secundæ expositioni supra positæ quasi dicat. Vt quid baptizantur pro illis, idest pro mortuis, si non resurgunt? sed si secundum primam expositionem exponatur, tunc sic potest dici; *Si omnino mortui non resurgunt* vt quid etiam baptizantur pro illis, idest pro peccatis cum ipsa non dimittantur? *Vt quid periclitamur &c.* Hic ponit secundum incoueniens, & circa hoc duo facit. Primo, ponit inconueniens in communi. Secundo, in speciali, ibi; *Quotidie &c.* Dicit ergo non solum frustra baptizantur aliqui pro remissione peccatorum, sed nos etiam frustra affligimur, si resurrectio mortuorum non est: & hoc est quod dicit; *Vt quid.* & nos sancti Apostoli; *Periclitamur*, idest pericula patimur omni hora 2. Corint. 11. Periculis fluminum, periculis &c. Constat enim, quòd sancti exponunt se tribulationibus & affligunt seipsos propter spem vitæ æternæ, secundum illud Roma. 5. Non solum autem, sed & gloriamur &c. *Spes autem non confundit &c.* Si ergo resurrectio mortuorum non sit, totaliter spes perit. Frustra ergo affligerent se, si mortui non resurgunt. Nec obstat si dicatur, quòd anima separata præmiatur, quia vt probatum est supra, non posset probari, quòd anima esset mortalis. Consequenter cum dicit; *Quotidie &c.* Enumerat pericula in speciali, & primo quantum ad personam. Secundo, quantum ad locum, ibi; *Si secundum hominem ad bestias &c.* Manifestat ergo in speciali pericula, quantum ad personam suam. vnde dicit; *Quotidie morior &c.* Quasi dicat. Non quæcunque pericula patimur, sed etiam mortis, quia; *Quotidie morior*, idest sum in periculis mortis. Psal. 43. Propter te mortificamur tota die. Et hoc ostendit Apostolus Roma. 8. in persona Apostolorum esse dictum. 2. Corinth. 4. Semper mortificationem &c. *Propter gloriam uestram*, idest, vt ego acquiram gloriam, quam expecto ex vestra conuersione ad fidem 1. Thes. 2. Vos estis gloria nostra, & gaudium habeo, idest spero me habiturum in Christo Iesu domino nostro, idest per charitatem Christi. Alia litera habet per gloriam &c. Et tunc ly; *Per glroiam* est verbum iurantis. Quasi dicat; *Per gloriam uestram*, quam scilicet expectatis, quæ est Deus. ac si diceret. Iuro per Deum, quem habeo in spe in Christo Iesu, idest per passionem &c. Ex quo apparet, quòd etiam Apostolus iurauit, & quòd in viris perfectis iurare non est peccatum; *Si secundum hominem &c.* Hic specificat pericula quantum ad locum. Vbi sciendum est, quòd hoc legitur. Act. 19. vbi dicitur, quòd cum Paulus apud Ephesum multos conuertisset ad fidem, quidã concitauerunt cõtra eum populum, intantum, quòd non esset ausus exire in theatrum, & quòd multa pericula sit ibi passus. Ergo forte facit hic de hoc mentionem, quia e vicino passus hoc fuerat. Dicit ergo; *Si secundum hominem*, idest secundum rationem, ex qua homo est, hoc disputando de resurrectione concludens, quòd homo non moritur sicut bestia; *Pugnaui ad bestias*, idest ad homines bestialiter viuentes apud Ephesum. Vel; *Si pugnaui ad bestias Ephesi*, & hoc dico non ex reuelatione diuina, sed *Secundum hominem*, idest ex instinctu humano si tot pericula passus sum &c. Deinde cum dicit; *Manducemus &c.* Ponit tertium inconueniens, quod est: si resurrectio mortuorum non esset, daretur occasio fruendi voluptatibus. Quasi dicat. si non est alia vita, stulti sumus si affligimus nos, sed; *Manducemus & bibamus*, idest vtamur deliciis & fruamur voluptatibus. Sap. 2. Non est qui sit agnitus &c. Venite fruamur &c. *Cras enim*, idest in proximo; *Moriemur*, totaliter enim deficiemus in anima & corpore, si mortui non resurgunt. Deinde cum dicit; *Nolite seduci*. Ex prædictis concludit ammonitionem, & primo, quantum ad infirmos. Secundo vero quantum ad perfectos & iustos, ibi; *Vigilate iusti &c.* Circa primum duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens; *Nolite seduci*. Quasi dicat. dictum est, quòd si resurrectio mortuorum non fit, stultum esset non vti lasciuiis & voluptatibus: Ne ergo ad lasciuias inducamini, nolite seduci ab his, qui negant re-

F surrectionem. Colos. 2. Videte ne quis vos seducat &c. Secundo, rationem attentionis assignat, dicens; *Corrumpunt &c.* quasi dicat. Ideo nolite seduci, quia; *Colloquia mala* illorum scilicet, qui negant resurrectionem; *Corrumpunt bonos mores.* 2. Timo. 2. Sermo eorum serpit, vt cancer. Hiero. dicit, quòd hoc est sumptum ex dictis gentilium, & est versus cuiusdã Menandri. Et ex hoc, vt ipse dicit, argumentum habemus, quòd licet nobis q̃doque in sacra scriptura vti authoritatibus gentiliũ. Deinde cum dicit; *Vigilate &c.* Ponit ammonitionem quantum ad perfectos. Posset
G enim dicere, quòd a colloquiis illorum debent cauere infirmi, qui de facili seducuntur: perfecti autem non sic seduci possunt Apostolus antem vult, quòd etiam perfecti sint cauti. Vnde circa hoc duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens; *Vigilate iusti*, idest, vos qui reputamini iusti, vigilate, idest soliciti sitis Matth. 24. vigilate, quia nescitis &c. Apoc. 16. Beatus qui vigilat &c. Secundo, rationem assignat, dicens; *Nolite &c.* Et hanc duplicem, quarum vnam propter seipsos. Nullus enim est adeo perfectus quin debeat sibi cauere a peccatis. Inertia autem & torpor frequenter inducit ad peccatum, vnde ne peccent inducit eos ad vigiliam, & ideo dicit; *Et noli te peccare*, idest ne peccetis. Tob. 4. In mentem habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias. Aliam rationem inducit propter alios: quia non solum propter seipsos sint soliciti, sed propter alios ne illi seducantur, & hoc est, quod dicit; *Quidam enim*
H *habent ignorantiam Dei*, idest non rectam fidem. Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam &c. *Et hoc loquor uobis ad reuerentiam uestram*, vt sitis cauti. uel ad verecundiam vestram, quia verecundum est vobis, qui reputamini sapientes, & instructi in fide, quòd sint aliqui inter vos ignorantiam Dei habentes, idest non rectam fidem.

LECTIO QVINTA.

SVPERIVS Apostolus probauit resurrectionem mortuorum. hic ostendit qualitatem & modum resurgentium. Et circa hoc duo facit. Primo, mouet quæstionem circa qualitatem resurgentium. Secundo, soluit, ibi; *Insipiens tu &c.* Circa resurrectionem fuerunt duo errores. Quidam enim totaliter negabant resurrectionem mortuorum futurã. Cum enim non considerarent nisi principia naturæ & posse, & viderent, quòd secundũ principia naturæ & posse, nullus de morte potest
I redire ad vitam, nec cæcus potest recuperare visum: ideo totaliter negauerunt resurrectionem, ex quorum persoua dicitur. Sap. 2. Vmbræ transitus est tempus nostrum &c. Et ibidem, de nihilo nati sumus &c. Iob. 14. Putasne mortuus homo rursum viuat? &c. Alii autem dixerunt resurrectionem mortuorum futuram esse, sed dicebãt quòd resurgebantad eundem modum viuendi, & ad eosdem actus. Et hoc etiam posuerunt quidam Philosophi, qui dicunt post multa annorum curricula, Plato adhuc resurget, & habebit eosdem scolares Athenis, quos aliquando habuit. Hoc etiam asserunt Pharisæi. Matth. 22. de muliere septem virorum, vnde dicebant. In resurrectione cuius erit? Saraceni etiam fingunt, quòd habebunt post resurrectionem vxores, & voluptates, & delicias corporales. Iob. 20. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Contra quos dicitur Matth. 22. Quod erunt sicut angeli Dei in cœlo. Has ergo duas quæstiones mouet hic Apostolus, Pri-
K mam cum dicit; *Quomodo resurgunt mortui?* quomodo est possibile quòd mortui qui sunt cinis possint resurgere? Secundam cum dicit; *Qnali autem corpore uenient?* quasi dicat. Nunquid cum tali corpore resurgent cum quali sumus modo? Has duas quæstiones soluit cum dicit; *Insipiens &c.* Primo, soluit secundam. Secundo, vero soluit primam, ibi; *Ecce mysterium uobis dico &c.* Ad intellectum autem eorũ quæ Apostolus ponit in prima parte, oportet inuestigare quid Apostolus intendat. Intendit autẽ in ista parte Apostolus ostendere ꝙ mortui resurgũt & quòd erit eadem substantia. Vbi primo, ponit similitudines. Secundo, adaptat, ibi; *Sic etiam resurrectio mortuorum &c.* Tertio, probat, ibi; *Si est corpus animale &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ꝓponit similitudines in vna specie. Secundo, in diuersis speciebus, ibi; *Non omnis caro, eadem caro &c.* Circa primũ sciendũ est, ꝙ videmus in vna & eadẽ specie, ꝙ vna res ĩ via generationis habet diuersas qualitates & formas. sicut granum aliã formam & qualitatẽ habet quando seminatur, aliã quãdo pullulat, aliam

quando

A quando iam est in herba. Et ideo, ex hac similitudine Apostolus intendit ostendere qualitatem resurgentium. Vnde circa hoc tria facit. Primo, comparat ordinem seminationis ad pullulationem. Secundo, differentiam qualitatis in semine, & in pullulatione, ibi; *Tu quod seminas &c.* Tertio, causam qualitatis in pullulatione, ibi; *Deus autem &c.* Dicit ergo; *Insipiens &c.* Sed contra Mat. 5. Qui dixerit fatri suo Racha &c. Dicendum, quòd dominus prohibet dici fratri, Racha, seu fatue, ex ira, non ex correctione. Causa autem quare dicit insipiẽs, est q̃a hæc obiectio contra resurrectionem, procedit ex principiis humanæ sapientiæ, quæ tandiu est sapientia, quandiu est subiecta sapientiæ diuinæ, sed quando recedit a Deo, tunc vertitur in insipientiam, vnde cum contradicat sapientiæ diuinæ, vocat eum insipientem. Quasi dicat; *Insipiens*, nonne quotidie experiris; *Tu*, quia; *Quod seminas in terra; Non uiuificatur*, idest vegetatur, *Nisi prius moriatur*, idest putrescat? Io. 12. Nisi granũ frumenti &c. Ex hoc videtur apostolus facere comparationem, quòd quando corpus hominis ponitur in sepulchro in terra, tunc est quædam seminatio: qñ vero resurgit, tunc est quædam viuificatio. Vnde ex hoc opinantur aliqui, resurrectionem mortuorum esse naturalem, propter hoc quòd apostolus hic resurrectionem comparat pullulationi seminis, quæ est naturalis. Opinantur enim in pulueribus resolutis in quos resoluuntur humana corpora, esse quasdam virtutes seminales actiuas ad corporum resurrectionem. Sed istud non videtur esse verum. Fit enim resolutio corporis humani in elementa, sicut & aliorum mistorum corporum: vnde pulueres in quos humana corpora resoluuntur, nullam aliam habent virtutẽ actiuam quàm alii pulueres, in quibus constat non esse aliam virtutem actiuam ad corporis humani constitutionem, sed solum in semine hominis: differunt autem pulueres in quos humana corpora resoluuntur ab aliis pulueribus, solum secũdum ordinationem diuinam, prout huiusmodi pulueres sunt ex diuina sapientia ordinati, vt iterum ex eis humana corpora reintegrentur. Vnde resurrectionis actiua causa, solus Deus erit, & si ad hoc vtatur ministerio angelorum, quantum ad puluerum collectionem. Propter quod Apostolus infra, modum resurrectionis exponens, attribuit sono tubæ, & supra attribuit Christo resurgenti, non autem alicui virtuti actiuæ in pulueribus. Non ergo intendit hic probare Apostolus, quòd resurrectio sit naturalis, per hoc, quòd semen naturaliter pullulat, sed intendit hic manifestare per exempla quædam, quòd non sit eadem qualitas corporum resurgentium, & corporum morientium: & primo per hoc, quòd non est eadem qualitas seminis & pullulationis, vt ex sequentibus manifeste ostendetur. Nam consequenter cum dicit; *Et quod seminas &c.* Ostendit qualitatem seminis, differentem esse a qualitate pullulationis, cum dicit; *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*; idest non quale futurum est seminas. Quod exponens subdit; *Sed nudum granum, puta, tritici uel alicuius caeterorum*, scilicet seminum, quia seminatur nudum semen, pullulat autem ornatum herba, & aristis & huiusmodi. Et similiter corpus humanũ aliam qualitatẽ habebit in resurrectione, q̃ nunc habet, vt infra exponetur. Est tamen differentia inter resurrectionem humani corporis, & pullulationem seminis: nam surget idem corpus numero, sed habebit aliam qualitatem, sicut infra dicit Apostolus, quòd oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Et Iob. 19. dicitur, Quem visurus sum ego ipse, & non alius. Sed in pullulatione, nec est eadẽ qualitas, nec idem corpus numero, sed solũ idem specie. Et ideo signãter Apostolus de pullulatione loquens dixit; *Non corpus quod futurum est, seminas*, dans intelligere ꝙ nõ sit idem numero. Et in hoc opus naturæ deficit ab opere Dei. Nam virtus naturæ reparat idem specie, sed non idem numero: virtus aũt Dei reparare potest etiam idem numero. Et sic etiã ex hoc q̃d hic dicitur, potest sumi probatio ad hoc ꝙ resurrectionem futurã fieri nõ est impossibile, sicut insipiens obiiciebat: quia si natura ex eo ꝙ mortuum est potest reparare idem specie, multo magis Deus potest reparare idem numero: quia & hoc ipsum ꝙ natura facit, opus Dei est. Habet. n. hoc natura a Deo, ꝙ hoc facere possit. Et ideo consequenter describens qualitatem pullulationis, attribuit eam primum quidem Deo, secundo proportioni naturæ. Dicit autem primo; *Deus autem dat illi corpus sicut vult*, quia scilicet ex ordinatione diuinæ volũtatis procedit, ꝙ ex tali semine talis planta ꝓducatur, quæ quidem planta est quasi corpus seminis. Vltimus enim fru-

ctus plantæ, est semen. Et hoc, ideo attribuit operationi diuinæ, quia omnis operatio naturæ est operatio Dei. secundum illud supra. 12. Idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et hoc sic post considerari. Manifestum est enim, quòd res naturales absq; cognitione, operantur ad finem determinatum, alioquin nõ semper vel in maiori parte eundẽ finem consequerentur. Manifestum est etiam, quòd nulla res cognitione carens in certum finẽ tẽdit, nisi directa ab aliquo cognoscẽte, sicut sagitta tendit ad certum signũ ex directione sagittantis. Sicut ergo si aliquis videret sagittam directe tendere ad certum signum, quàmuis sagittantẽ non videret, cognosceret statim quòd dirigeretur a sagittante. ita cum videamus res naturales absq; cognitione tẽdere ad certos fines, possumus ꝓ certo cognoscere, ꝙ operatur ex volunte alicuius dirigentis, quem dicimus Deum. Et sic dicit Apostolus quòd Deus dat semini corpus, idest ex semine producit plantam sicut vult. Sed rursus, ne aliquis crederet huiusmodi naturales effectus ex sola Dei voluntate prouenire absq; operatione & proportione naturæ, subiungit; *Et vnicuique seminum proprium corpus*, puta, ex semine oliuæ, generatur oliua, & ex semine tritici, generatur triticum. Vnde & Gen. 1. Germinet terra herbam virentem & facientem semen, iuxta genus suum. Sic ergo & in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgen-
C tis, quæ tamen proportionabitur meritis morientis.

LECTIO VI.

NON omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarũ. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, surget ĩ incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: Seminatur in infirmitate, surget ĩ virtute. Seminatur cor-
B pus animale, surget corpꝰ spiritale.

LECTIO SEXTA.

HIC Apostolus ponit exemplũ de diuersitate qualitatis corporis resurgentis, in diuersis speciebus. Et primo, comparando cælestia ad terrestria. Secundo, terrestria ad cælestia, ibi; *Sunt corpora cælestia &c.* Tertio corpora cælestia ad inuicem, ibi; *Alia claritas solis &c.* Quia posset aliquis dicere, qũo est possibile, ꝙ mortui resumant corpus & carnem, si non sint habituri eandem corporis qualitatem: ideo ad hoc excludendum, introducit diuersas qualitates corporis & carnis, vt sic manifestum sit, quòd non oportet si nõn erit eadem qualitas, ꝙ non resumatur idem corpus, vel eadem caro. Dicit ergo primo, ꝙ; *Non omnis caro est eadem caro*, ſm formam; Sed *alia* est caro; *Hominum, alia piscium, alia pecorum, alia volucrum &c.* Et similiter est alia morientis, & alia resurgentis: sicut autem exemplũ superius inductũ de semi-
D ne & pullulatione deficiebat in hoc, ꝙ in seminatione, & pullulatione non est idem numero, nec eadẽ qualitates, ita hæc exempla deficiunt, quia in his exemplis, nec est eadẽ species, nec eadẽ qualitas: sed caro hominis resurgentis est eadẽ ſm speciẽ cũ carne morientis, sed tñ erit alia ſm qualitatẽ. Erit. n. eiusdem naturæ, † sed alterius gloriæ: vt Greg. de corpore Christi dicit. Hom. 26. super. Eu. si quis aũt hæc quę dicta sunt ad diuersum statũ resurgẽtiũ referre vellet, posset dici, ꝙ per homines intelliguntur boni secundum rationem viuentes: secundum illud Ezec. 34. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Per pecora vero intelliguntur luxuriosi, secundum illud. 2. Pe. 2. Hi vero velut irrationabilia pecora & cætera. Per volucres, superbi, per pisces cupidi: secundum illud Psal. 8. Volucres cæli, & pisces maris &c. Ad idem autem introducit diuersitatem cælestium, & terrestriũ coporum, cũ subdit; *Sunt corpora cælestia*, vt sol, & luna, & huiusmodi; *Et sunt corpora terrestria*, vt ignis, aqua, &c. *Sed alia quidem*
E *est gloria*, idest pulchritudo & decor; *Cælestium* corporum; *Alia autem terrestrium*, Eccl. 43. Species cæli, gloria stellarũ. Et possunt per cælestia corpora intelligi contemplatiui. Phil. 3. Nostra cõuersatio in cælis est. Per terestria actiui, qui circa terrena occupãtur. vnde Marthæ dictũ est, Turbaris erga plurima. Lu. 10. Et ad idẽ vlterius introducit diuersam qualitatẽ cælestiũ corporũ, cũ dicit; *Alia claritas solis &c.* Similiter inter stellas est differentia; *Stella enim differt &c.* Et potest intelligi per solem Christus, Malach. vlt. Orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ &c. Per lunam beata virgo, de qua Cantic. 6. Pulchra vt luna. Per stellas, adinuicem ordinatas, cæteri sancti. Iudith. 5. Stellæ manentes in ordine suo &c. Consequenter cum dicit; *Sic erit resurrectio mortuorum.* Adaptat prædicta exempla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est quantum ad literalem expositionem, quòd Apostolus hoc dicat ad designandum in resurgentibus generis diuersitatem, propter id quod præmiserat, Stella differt &c. Sed hoc refert ad omnia præcedentia, vt ostendatur ex omnibus præmissis, quòd sicut in rebus inueniũtur diuer-

ſæ qualitatis corporum: ita erit diuerſa qualitas reſurgentium a qualitate morientium. Vnde ſequitur, Seminatur corpus &c. Vbi Apoſtolus maxime oſtendit aliam eſſe qualitatem corporis morientis, & corporis reſurgentis. Et agit hic de corpore reſurgente glorioſo, cuius propriæ qualitates, dotes corporis glorioſi dicuntur. Quæ quidem ſunt quatuor, quas hic Apoſtolus tangit. Primo enim tangit dotem impaſſibilitatis, cũ dicit; *Seminatur ĩ corruptione &c.* Et quàmuis ſeminatio accipi poſſet pro prima corporis origine, ſecundũ quod generatur ex ſemine, tamen conuenientius eſt, ſecundum intellectum Apoſtoli, vt ſeminatio referatur ad mortem & ſepulturam, vt reſpondeat ei, quod ſupra dictum eſt. Quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Dicitur autem mors & reſolutio, ſeminatio, non quòd in corpore mortuo, vel in cineribus ex eo reſolutis ſit aliqua virtus ad reſurrectionem, ſicut eſt virtus actiua in ſemine ad generationem, ſed quia a Deo talis ordinatio eſt deputata, vt ex eo iterato reformetur corpus humanum. Sicut igitur corpus humanum quando ſeminatur, ideſt, quando moritur, eſt in corruptione, ideſt, ſecundum ſuam proprietatem eſt corruptioni ſubiectum, ſecundum illud Rom. 8. Corpus quidẽ mortuum eſt propter peccatum; *Sed reſurget in incorruptione.* Dicitur autem hic incorruptio, non ſolum ad excludendum ſeparationem animæ a corpore: quia hanc incorruptionem & corpora dãnatorum habebunt, ſed ad excludendum tam mortẽ quàm quãlibet noxiàm paſſionem, ſiue ab interiori ſiue ab exteriori. Et quantum ad hoc intelligitur impaſſibilitas corporis glorioſi: ſecundum illud Apoc. 7. Non eſurient, neque ſitient amplius &c. Secundo, tangit dotem claritatis, cum dicit; *Seminatur in ignobilitate*, ideſt, corpus quod ante mortem, & in morte eſt deformitatibus, & miſeriis multis ſubiectum: ſecundum illud Iob. 14. Homo natus de muliere &c. Sed; *Reſurget in gloria*, quæ claritatem ſignificat, vt Auguſt.† dicit ſuper Io. Erunt enim corpora ſanctorum clara & fulgentia, ſecundum illud Matt. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol &c. Tertio, tangit dotem agilitatis, cum dicit; *Seminatur in infirmitate*, ideſt, corpus animale, quod ante mortem eſt infirmum & tardum, & ab anima non facile mobile, ſecundũ illud Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Sed; *Surget in uirtute*, qua ſcilicet fiet, vt ex tãta virtute, ab anima moueri poſſit, vt in nullo difficultatem ad motum exhibeat, quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas, quanta fœlicitas, vt Aug. dicit. Vnde dicitur Sap. 3. de iuſtis, Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. & Eſ. 40. Qui ſperant in domino habebunt fortitudinem, aſſument pennas &c. Quarto, tangit dotem ſubtilitatis, cum dicit; *Seminatur corpus animale &c.* quam quidam ad hoc referre volunt, quòd corpori glorioſo, ſecundum hanc dotem competat, vt poſſit ſimul eſſe cum corpore non glorioſo in eodẽ loco. Quod quidem ſuſtineri poſſet, ſi corpori ſecundum ſtatum præſentem cõpeteret, quòd non poſſet ſimul cum alio corpore eſſe in eodem loco ſecundum aliquid, quod a corpore remoueri poſſet. Nunc autem, ſi diligenter conſideretur, quòd ſecundum hoc nihil aliud corpori competit, niſi ſecundum quod habet dimenſiones corporales. Vnde videmus corpora quantuncunque ſubtilia, non compati ſecum alia corpora, vt patet in aere & in igne: & vlterius, ſi eſſent corpora ſeparata omnino abſque materia, ſicut quidam poſuerunt, non poſſent ſimul cum corporibus naturalibus eſſe in eiſdem locis, vt Philoſophus dicit. Remanentibus igitur dimenſionibus in quocunque corpore, eſt contra ſuam naturam, quòd ſit cum alio corpore in eodem loco. Vnde ſi hoc aliquando contigit, erit ex miraculo. Propter quod Greg. † & Auguſt. miraculo aſcribunt, quòd corpus Chriſti, ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit. Nulla enim virtus terminata poteſt facere miraculum: hoc enim ſolius Dei eſt. Relinquitur ergo, quòd eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco, non poſſit eſſe ex dote ſeu ex qualitate corporis glorioſi: non tamen negandum eſt, quin corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Chriſti poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, cui corpus noſtrum in reſurrectione cõformandum ſperamus: ſed ſicut corpus Chriſti hoc habuit non ex proprietate corporis, ſed ex virtute diuinitatis vnitæ, ita corpus cuiuſlibet alterius ſancti hoc habebit, non ex dote, ſed ex virtute diuinitatis exiſtentis in eo. Per quem modum corpus Petri habuit, quòd ad vmbram eius ſanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipſius. Eſt ergo dicendum, quòd ad dotem

Tract. 109.

Homil. 26. ſuper æua.

F ſubtilitatis pertinet; quod hic Apoſtolus tangit, dicens; *Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.* Quod quidam male intelligentes dixerunt, quòd corpus in reſurrectione vertetur in ſpiritum, & erit ſimile aeri aut vento, qui ſpiritus dicitur. Quod maxime excluditur per illud, quod ad apoſtolos dicitur Luc. vlt. Palpate & videte, qa ſpũs &c. Vnde & hic Apoſtolus nõ dicit, quòd reſurgat ſpiritus, ſed ſpirituale corpus. Ergo in reſurrectione ſpirituale erit, nõ ſpiritus, ſicut nũc eſt animale, nõ anima. Ad horum autẽ differentiã cognoſcendam conſiderandũ eſt, quòd vnum & idem in nobis eſt, quod dicitur & anima & ſpiritus: ſed anima dicitur ſecundum qd̃ perficit corpus, ſpiritus aũt proprie ſ̃m mentẽ, ſ̃m quam ſpiritualibus ſubſtantiis aſſimilamur: ſecundum illud Ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Item conſiderandũ eſt, q̃ triplex eſt differentia potentiarũ in anima: quædam.n. potentiæ ſunt, quarum operationes ad bonũ corporis ordinantur, ſicut generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Quædam vero ſunt, quæ quidem corporeis organis vtuntur; vt omnes potentiæ ſenſitiuæ partis: ſed earum actus ad corpus non ordinantur directe, ſed magis ad perfectionẽ animæ. Quædam vero ſunt potentiæ, quæ neq; vtũtur corporeis organis, neq; directe ad bonum corporis ordinantur, ſed magis ad bonũ animæ: ſicut quæ pertinent ad intellectiuam partem. Primæ ergo potentiæ pertinent ad animã, inquantum animat corpus: ſecundæ vero maxime pertinent ad animã, inquantum eſt ſpiritus: tertię vero medio modo ſe habent inter vtraſq; H quia tamen iudicium de potentia aliqua magis debet ſumi ex obiecto & fine, quàm ex inſtrumento, ideo ſecundæ potentiæ magis ſe tenent cum tertiis, quàm cum primis. Item conſiderandum eſt, q̃ cum vnaquæq; res ſit propter ſuam operationẽ, corpus ad hoc perficitur ab anima, vt ſit ſubiectum operationibus animæ. Nũc autem in ſtatu iſto, corpus noſtrum eſt ſubiectum operationibus, quæ pertinent ad animam, inquantum eſt anima, prout generatur & generat, nutritur, creſcit, & decreſcit. Quantum autem ad ſpirituales animæ operationes, corpus, licet aliquo modo ſubſeruiat, tamen multum impedimentum affert: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt dicitur Sap. 9. Sed in ſtatu reſurrectionis ceſſabunt operationes animales a corpore, quia non erit generatio, nec augmentũ, aut nutrimentũ, ſed corpus abſq; aliquo impedimẽto & fatigatione, in ceſſanter ſeruiet animæ ad ſpirituales operationes eius, ſecundũ illud Pſal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine &c. Sicut ergo nunc eſt corpus noſtrum animale, tunc vero erit ſpirituale. Cauſam autem harum proprietatum, quidam attribuunt luci, quam dicunt eſſe de natura quintæ eſſentiæ, & venire in compoſitionem humani corporis, quod quia friuolũ eſt & fabuloſum, ſequentes Auguſtinũ, dicimus, q̃ procedunt ex virtute animæ glorificatæ. Dicit enim Auguſtinus in epiſtola ad Dioſcorum† Epiſt. 56
Tam potenti natura Deus fecit animam, vt eius pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporũ promittitur ſanctis, redundet etiã in inferiorem naturam, quæ eſt corpus non beatitudo, quę fruentis eſt ꝓpria, ſed plenitudo ſanitatis, ideſt, incorruptionis vigor. Videmus autem ex anima quatuor corpori prouenire, & tanto perfectius, quanto anima fuerit virtuoſior. Primo quidem dat eſſe. unde quando erit in ſummo perfectionis, dabit eſſe ſpirituale. Secundo conſeruat a corruptione. unde videmus homines, quanto ſunt fortioris naturæ, minus a calore & frigore pati. K Cum ergo anima fuerit perfectiſſima, conſeruabit corpus omnino impaſſibile. Tertio, dat pulchritudinem & claritatem: infirmi enim & mortui propter debilitatem operationis animæ in corpus, efficiuntur diſcolorati: & quando erit in ſumma perfectione, faciet corpus clarum & fulgidum. Quarto, dat motum, & tanto facilius, quanto virtus animæ fuerit fortior ſupra corpus. Et ideo, quando erit in vltimo ſuæ perfectionis, dabit corpori agilitatem.

LECTIO SEPTIMA.

HIC Apoſtolus differentiam qualitatis corporum morientium, ad corpora reſurgentium ſupra exemplis oſtenſam, oſtendit ratione. Circa autem hoc, duo facit. Primo enim præmittit quod probare intendit. Secundo, præmiſſum probat, ibi; *Sicut ſcriptum eſt &c.* Dicit ergo primo. Dixi, quòd id quod ſeminatur animale, ſurget ſpirituale: & quòd hoc ſit verum, ſcilicet, quòd ſit aliquod corpus ſpirituale, oſtendo: quia ſi eſt corpus animale, eſt & ſpirituale: & non intendit Apoſtolus ex hoc arguere ad propoſitum, ſed hoc ſupponit, intendens probare ipſum quod dicit; *Si eſt corpus &c.* Eccl. 23. Intuere in omnia opera altiſſimi, duo contra duo, & vnum contra vnum; *Sicut ſcriptum eſt &c.* Hic probat propoſitum. Eſt autem ſua probatio talis. Duo ſunt principia humani generis. Vnum, ſecundũ vitam naturæ, ſcilicet Adam: aliud, ſecundum vitam gratiæ. ſ. Chriſtus: ſed animalitas eſt deriuatiua in omnes homines a primo principio, ſcilicet Adam, ergo conſtat quòd multo amplius a ſecundo principio, ſcilicet Chriſto, ſpiritualitas deriuabitur in omnes homines. Huius rõnis, primo probat primã diuerſitatem principiorum. Secundo, mediam. ſ. determinationem ſimilitudinis ex vtroq; principiorum ibi; *Qualis terrenus &c.* Circa primum tria facit. Primo, oſtendit principiorum differentiam. Secundo, principiorum ordinẽ ad inuicem, ibi; *Sed non prius quod ſpirituale &c.* Tertio, rõnis ordinẽ aſſignat, ibi; *Primus &c.* ponit ergo primo, conditionem primi principii, ſ̃m vitam naturæ, ſumens authoritatem. Gen. 2. Vnde dicit, Sicut ſcriptũ eſt; *Factus eſt* a Deo; *Primus homo Adam in animam uiuentem*, vita. ſ. animali, qualẽ anima pot dare, cum. ſ. ſpirauit dñs in faciem eius ſpiraculum vitæ, Gen. 2. Forma.n. humana, & anima dicitur & ſpiritus. Inquantum.n. intendit curæ corporis. ſ. vegetando, nutriendo, & generando, ſic dr̃ anima: inquantũ aũt intendit cognitioni. ſ. intelligẽdo, volendo, & huiuſmodi, ſic dr̃ ſpiritus. Vnde cum dicit; *Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem.* intendit hic Apoſtolus de vita, qua anima deſeruit circa corpus, non de ſpiritu ſancto, ſicut quidã fingunt; p̃ hoc quod præcedit, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, dicẽtes hoc eſſe ſpiritum ſanctũ. Secundo, ponit conditionẽ ſecundi principii dicens; *Nouiſſimus uero Adam* i. Chriſtus, & dicitur nouiſſimus, quia Adam induxit vnũ ſtatũ, ſcilicet culpæ, Chriſtus vero gloriæ & vitæ. Vnde cum poſt ſtatũ iſtum, nullus alius ſequat̃ in vita iſta, ideo dr̃ nouiſſimus Eſa. 53. Deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimũ virorũ. Et alibi. ſ. Apoc. 1. Ego primus & nouiſſimus. Et alibi, Ego ſum alpha & o &c. Dicit aũt Adam, quia de natura Adæ factus, in ſpiritum viuentem. Et ex hoc, conditionibus principiorum viſis, apparet eorum diuerſitas, quia primus homo factus eſt in animã, nouiſſimus in ſpiritum. Ille aũt in animam viuentem ſolum, iſte vero in ſpiritũ viuentem & viuificantẽ. Cuius rõ eſt: quia ſicut Adã conſecutus eſt perfectionem ſui eſſe per animam, ita & Chriſtus perfectionem ſui eſſe inquantum homo per ſpiritũ ſanctum. Et ideo, cum anima non poſſit niſi proprium corpus viuificare, ideo Adam factus eſt in animam, non viuificantem, ſed viuentẽ tantum: ſed Chriſtus factus eſt in ſpiritum viuẽtem, & viuificantẽ: & ideo Chriſtus habuit poteſtatem viuificandi Ioan. 1. De plenitudine eius &c. & Ioan. 10. Veni vt vitam habeant, & abũdantius habeãt. Et in ſimbolo. Et in ſpiritũ ſanctum viuificantẽ. Sed ne aliquis diceret, ſi Chriſtus factus eſt in ſpiritum viuificãtem, quare dr̃ nouiſſimus? Ideo conſequenter cũ dicit; *Sed non prius &c.* Oſtendit ordinem principiorum. Videmus.n. in natura, q̃ in vno & eodem prius eſt imperfectum quàm perfectũ. Vnde, cũ ſpiritualitas ſe habeat ad animalitatem, ſicut perfectũ ad imperfectum, ideo in humana natura non prius debet eſſe ſpirituale, quod eſt perfectum, ſed vt ſeruetur ordo, prius debet eſſe imperfectum, ſcilicet quod animale eſt: deinde perfectum, ſcilicet quod ſpirituale eſt: ſupra 13. Cum venerit quod perfectum eſt &c. Sicut dicit Augu.† Huius ſignum eſt, quòd primogeniti antiquitus conſueuerunt eſſe animales, ſicut Cayn ante Abel natus: Iſmael ante Iſaac: & Eſau ante Iacob. Rationem autem dictæ diuerſitatis aſſignat, dicens; *Primus homo &c.* quaſi dicat. vere primus homo factus eſt in animam viuentem, quia de terra. Gen. 2. Formauit Dominus hominem de limo terræ: & ideo dicitur eſſe terrenus, ideſt animalis: ſecundus homo, ſcilicet Chriſtus, factus eſt; *In ſpiritum uiuificantem*, quia de cœlo: quia diuina natura quæ fuit huic naturæ vnita, de cœlo eſt. Et ideo debet eſſe cæleſtis, ideſt, talem perfectionem debet habere, qualem decet de cœlo venire, ſcilicet perfectionem ſpiritualem. Ioan. 3. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Dicit autem primum hominem de terra, ſecundum modum loquendi, quo res de illo eſſe dicuntur: qu ia prima pars eſt in eorum fieri: ſicut cultellus dicitur de ferro, quia prima pars vnde eſt cultellus, eſt ferrum. Et quia prima pars vnde Adam factus eſt, terra eſt: ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de cœlo: non q̃ attulerit corpus de cœlo, cum de terra aſſumpſerit, ſcilicet de corpore beatæ virginis; ſed quia diuinitas (quæ naturæ humanæ

A vnita eſt, de cœlo venit, quæ fuit prior quàm corpus Chriſti. Sic ergo patet principiorum diuerſitas, quòd erat maior propoſitio rationis principalis. Conſequenter cũ dicit; *Qualis terrenus &c.* Oſtendit deriuationem ſimilitudinis horum principiorum ex vtroq; & primo in communi. Secundo, diuidit eam per partes, ibi; *Igitur ſicut portauimus &c.* Dicit ergo; *Qualis terrenus &c.* q.d. Primus homo, quia terren?, fuit & mortalis, iõ deriuatũ eſt, vt omnes eſſent & terreni & mortales: ſupra eodem. Et ſicut in Adam omnes moriuntur. Zach. 13. Adam exemplum meũ &c. B Quia vero fuit ſecundus homo cæleſtis, ideſt ſpiritualis & immortalis: ideo omnes, & immortales & ſpirituales erimus. Rom. 6. Sed complantati facti ſumus ſimilitudini &c. *Igitur ſicut portauimus &c.* Hic concludit, qualiter in ſpeciali debeamus conformari homini, ſcilicet cæleſti. Poſſumus autem dupliciter conformari cæleſti in vita, ſcilicet gratiæ & gloriæ, & vna eſt via ad aliam: quia ſine vita gratiæ, non peruenitur ad vitam gloriæ, & ideo dicit; *Sicut portauimus &c.* ideſt quandiu peccatores fuimus, in nobis fuit ſimilitudo Adæ. 2. Re. 7. Iſta eſt lex Adam domine Deus &c. Vt ergo poſſimus eſſe cæleſtes, ideſt peruenire ad vitam gloriæ; *Portemus imaginem cæleſtis*, per vitam gratiæ. Col. 3. Exuentes veterem hominem, induite nouum hominem, ſcilicet Chriſtum. Rom. 8. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes &c. Sic ergo debemus conformari cæleſti in vita gratiæ, quia alias non peruenietur ad vitam gloriæ. Et hoc eſt quod dicit; *Hoc autem dico fratres.* q.d. Niſi viuatis, ſcilicet uita gratiæ, non poteritis peruenire ad regnum Dei, ſcilicet ad C vitam gloriæ: Quia caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebũt. Quod quidem non eſt intelligendum, ſicut quidam Hæretici dicunt, quòd non reſurget caro & ſanguis ſecundum ſubſtantiam, ſed quòd totum corpus, uel uertetur in ſpiritum, uel in aerẽ, quod eſt hęreticũ & falſum: nam Apoſtolus dicit, quòd conformabit corpus noſtrum corpori claritatis ſuæ. Vnde cum Chriſtus poſt reſurrectionẽ habuerit carnẽ & ſanguinẽ, ſicut dicitur Lucę ultimo, Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet &c. conſtat quòd & nos in reſurrectione carnem, & ſanguinem habebimus. Non eſt intelligendum caro & ſanguis; ideſt ſubſtantia carnis & ſanguinis, regnum Dei non poſſidebunt, ſed caro & ſanguis, ideſt carni & ſanguini operam dantes, ſcilicet homines dediti uitiis & uoluptatibus, regnum Dei non poſſidebunt. Et ſic accipitur caro, ideſt homo carnaliter uiuens. Rom. 8. Vos autem non in carne &c. Vel caro & ſanguis, ideſt opera carnis & ſanguinis, regnum Dei non poſſidebunt, quod eſt contra Iudæos & Saracenos, qui fingunt ſe habituros poſt reſurrectionem uxores, fluuios mellis & lactis. Vel; *Caro & ſanguis*, ideſt corruptio carnis & ſanguinis; *Regnum Dei non poſſidebunt*, ideſt, poſt reſurrectionem, corpus non ſubiacietur corruptioni carnis & ſanguinis, ſecũdum quam uiuit homo. Vnde, & ſecundum hoc ſubdit; *Neq; corruptio incorruptionem poſſidebit*, ideſt neq; corruptio mortalitatis quæ nomine carnis hic exprimitur, poſſidebit incorruptionem, ideſt, incorruptibile regnum Dei, quia reſurgemus in gloria. Rom. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis &c.

omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.

LECTIO OCTAVA.

HIC Apoſtolus poſtquã reſpondit quæſtioni de qualitate reſurgentium: reſpondet cõſequenter quæſtioni, qua quærebatur de modo & ordine reſurgẽdi. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtẽdit modũ & ordinẽ reſurrectionis. Secundo, cõfirmat per authoritatẽ, ibi; *Cum autem mortale hoc &c.* Circa primũ duo facit. Primo enim proponit intentum. Secundo, oſtendit quo ordine fiat, ibi; *In momento, in ictu oculi &c.* Primo igitur reddit eos attentos, oſtendens id quod proponit eſſe arduum & occultum, dicens; *Ecce myſterium*, ideſt, occultum quoddam *Dico vobis*, ideſt, aperio uobis fratres, quod debet uobis aperiri, & omnibus credentibus. Lucę. 8. Vobis datum eſt noſſe &c. ſupra ſecundo. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et poſt, Sed loquimur Dei ſapientiam, quę abſcondita eſt &c. Quid autem ſit iſtud myſterium, ſubdit. Omnes quidem, &c. Circa primum ſciendum eſt, quòd ſicut Hieronymus dicit in quadam epiſtola ad Mineruium & Alexandrum monachos. † Hoc To. 3.
quod hic dicitur, Omnes quidem reſurgemus &c. In nullo libro Græcorum habetur, ſed in quibuſdam habetur, Omnes quidem dormiemus, ideſt omnes moriemur. Et dicitur mors ſomnus, propter ſpem reſurrectionis. Vnde idẽ eſt, ac ſi diceret;

De ciuitate dei lib. 15. cap. 1.

E

Secundo, ostẽdit quid alii faciãt ipsis, ibi; *Salutat uos ecclesia &c.* Circa primum duo facit. Primo, instruit eos de his quæ debẽt facere ad absentes. Secundo vero de his, quæ debent facere ad præsentes, ibi; *Vigilate, & state in fide &c.* Circa primum tria facit, Primo, instruit eos de his quæ pertinent ad absentes pauperes sanctos, q̃ sunt in Ierusalem. Secundo, de his quæ pertient ad Apostolum ibi; *Veniam ad uos cum &c.* Tertio, de his quæ pertinẽt ad discipulos, ibi; *Si autem ueneris &c.* Circa ea quæ debẽt fieri sanctis qui erant in Ierusalem, de tribus instruit eos Apostolus. Primo, qualiter eleemosyna sanctis facienda, sit colligenda. Secundo, qualiter sit conseruanda, ibi; *Vnusquisque autem uestrum &c.* Tertio, qualiter sit in Ierusalem transmittenda, ibi; *Cum autem præsens fuero &c.* Circa primum sciendum est, quòd sicut legitur. Act. 4. mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidem, venderent possessiones & omnia quæ habebant, & pretium ponerent ad pedes apostolorum, & de eis vnicuique (prout erat opus) prouideretur, vt sic nullus haberet propriũ, sed essent illa oia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum, omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contigit autem vt fame per valida exorta, pauperes sancti qui erãt in Ierusalem, inopia maxima laborarẽt: unde factum est, vt Apostoli ordinarent ad ipsorum subuentionem q̃ per alias ecclesias Christi collectæ fierent, & hæc cõmissio facta est Paulo & Barnabæ. Gal. 2. Dederũt mihi & Barnabæ &c. Et quia Aposto. super hoc solicitus erat, monebat illos, quos cõuerterat vt eis subuenirent, quia sicut ipse ad Ro. dicit, Iustum est vt a quibus spiritualia receperãt, tẽporalia ministrent. Et hoc est qd̃ dicit; *De collectis autem quæ fiunt* per ecclesias; *In sanctos.* i. in vsum sanctorũ & non quorũlibet. Eccl. 12. Da iusto & ne recipias peccatorẽ: non q̃ peccatoribus non sit aliquid dandũ, sed quia magis debet quis dare eleemosynam iusto indigenti q̃ peccatori; *Sicut ordinaui in ecclesia Galatiæ, ita & uos facite.* i. colligite; *Per unam*, scilicet, *Diem sabbati.* i. septimanæ. Et hoc ideo ordinatũ est, vt paulatim qualibet hebdomada aliquid paruũ soluerẽt, ne si simul totum soluissent, grauarentur. Et licet eis paululum videretur & quasi insensibile paulatim dare, tamẽ cõpleto anno, eleemosynæ in simul collectæ, magnæ erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum. s. dies Dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit Apostolus, quia iã inoleuerat cõsuetudo, vt populus in dominicis diebus ad Ecclesiã cõueniret. Leu. 23. Dies primus celeberrimus erit atq; sanctissimus &c. Et post. Est. n, cœtus atq; collectæ &c, De huiusmodi eleemosyna dicit, Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Et Eccl. 29. Eleemosyna viri quasi sacculus &c, Quia vero nõ solum debet apponi modus in colligendo, sed etiam in conseruando, ideo consequenter instruit qualiter collectæ conseruentur, cum dicit; *Vnusquisque autem uestrum &c.* In quo ostenditur maxima industria Apostoli ne aliqui crederent, q̃ Apostolus faceret collectas istas magis causa quæstus proprii, q̃ propter necessitatem sanctorum, ideo suspitionem hanc vitans, & quantum ad se, & quantum ad suos ministros, noluit dictam pecuniam a se, seu a suis ministris custodiri, sed ordinauit q̃ quilibet illud quod sibi placebat elargiri, reportaret domi, & cõseruaret seorsum, faciens sic per totum annũ. Et huius rẽ erat; q̃a Apostolus nolebat q̃ qñ veniret Corinthũ, vacarẽt collectis sed doctrinę & rebꝰ spiritualibus. Et ideo dicit; *Vt nõ cũ uenero &c.* Act. 6. Nõ est æquũ nos relinquere &c.

{ Notandum est ergo, quòd quilibet debet cauere sibi, ne videatur aliquid spirituale facere propter quæstum. & inde est quòd Dominus Matth. 10. voluit prædicatores nihil habere. Romanis etiam mos erat, vt nullus assumeretur ad Senatus officium, nisi prius probatus fuisset in officio Quæstoris, q̃a virtutis est magnæ, res tẽporales custodire.] qualiter autem debeant mitti in Ierusalem, subdit, dicens; *Cum autem præsens fuero &c.* q.d. Nec in hoc volo aliquos specialiter onerare; *Cum præsens fuero*, s. ad portãdum pecuniam, sed mittã illos quos probaueritis. i. approbaueritis mittendos, mittã, inquã; *Per epistolas*, idest cũ epistolis missis a vobis & a nobis, laudatoriis & commẽdatoriis, s. in quibus contineatur quantitas pecuniæ, cõmendatũ studium nostrum, & charitas. Mittã, inquã; *Perferre gratiam uestram.* i. quod gratis dabitis sanctis pauperibus in Ierusalem. 2. Cor. 8. Notam facimus vobis gratiam Dei &c. In Ierusalem. i. sanctis qui sunt in Ierusalem, & non solum mittam illos quos probaueritis; *Sed si dignum fuerit &c.* idest si magna quantitas fuerit; *Mecum ibunt*, in quo inducit eos ad bene & liberaliter soluendum. Rom. 15. Nunc igitur proficiscar Ierusalem ministrare sanctis &c. Consequenter Apostolus instruit eos de his quæ pertinent ad seipsum. Et circa hoc tria facit. Primo premittit eis suam præsentiam, dicens; *Veniam ad vos cum Macedoniam pertransiero &c.* Secundo dicit se facturum apud eos diutinam morã. Tertio, excusat suæ præsentię dilationẽ. Circa primum sciendum est, quòd sicut dicitur Acto. 16. Vir Macedo apparuit Apostolo cum esset in Troade, deprecans eum, & dicens ei. Transiens in Macedoniam libera nos. Vt ergo Apostolus iussa impleret, disposuit se Macedoniã iturum. Et quia Macedonia erat media inter Asiam & Achaiam, in qua est Corinthus: ideo dicit; *Cum per transiero in Macedoniam, veniam ad vos*, immo veniam ad vos inde, scilicet quia tunc ero vobis propior. Secundo, promittit se facturum apud eos diutinam moram, dicens, Apud vos forsitam manebo, idest moram contraham; *Vel etiam hyemabo*, idest per totam hyemen permanebo vobiscum, quia multa corrigenda sunt in vobis. Vel causam quare ad eos vadit, subdit, cum dicit; *Vt vos me deducatis quocunque iero*, Et dicit quocunq;, quia nesciebat determinate quo iret, nisi secundnm quòd spiritus sanctus inspirabat sibi. Deducatis, inquam, non defendatis me, sed vt doceatis vias. Tertio cum dicit; *Nolo enim vos &c.* Excusat dilationem suæ præsentiæ dupliciter. Vno modo, quia Corinthii possent dicere: non est necesse quòd tantum differas venire, & quòd primo vadas in Macedoniam, quia tu potes venire in Achaiam & permanere, ita quòd nõ transeas per Macedoniam. Et ad hoc dicit licet sic possem venire ad vos: tamen non diu possem manere vobiscum, quia statim oportet me esse in Macedoniam, vel redire in Asiam. Vnde quia nolo vos modo in transitu videre, ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquam moram contrahere vobiscũ; *Si dominus permiserit.* Dicit si dns pmiserit, quia forte vel antequam esset ibi, vel postquam iam esset ibi, dominus inspiraret ei quòd iret ad alium locum, vbi faceret maius bonum. Alio modo excusat se, & hoc videtur magis literale, quia oportebat eum diu manere apud Ephesum, quæ est in Asia, & ideo dicit; *Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecostem &c.* Forte hæc epistola missa fuit in hyeme, seu in vere, & tunc post Pentecostem debebat ire in Macedoniam & morari ibi vsq; ad hyemem, & tunc ire Corinthum & hyemare. Rationẽ autem quare volebat morari Ephesi vsq; ad Pentecostem, subdit cum dicit *Ostium autem &c.* idest magnum fructum facio in Epheso. Et dicit ostium esse apertum magnum, idest multa corda hominum ad credendum parata, *Et euidens*, quia sine cõtradictione. Col. 4 Orantes simul & pro nobis vt Deus aperiat nobis ostium &c. Sed quia sunt; *Multi aduersarii*, qui conantur impedire vel subintrare: si ergo absentarem me, tantus fructus posset: de facili impediri, ideo nolo recedere quousq; sitis bene firmati, Apoc. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum.

LECTIO II.

SI autem uenerit Timothæus, videte vt sine timore sit apud uos: opus .n. domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace ut ueniat ad me, Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo aũt fratre, uobis notum facio, quoniam multum rogaui eũ ut ueniret ad uos cũ fratribus: & utiq; non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret, Veniet autẽ cum ei uacuum fuerit. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & confortamini: omnia enim uestra in charitate fiant, Obsecro aũt uos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniã sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: & ut uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti, & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim, & meum spiritum, & vestrum Cognoscite ergo, qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multũ Aquila, & Prisca, cum domestica sua ecclesia, apud quos, & hospitor. Salutãt vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dñm nostrũ Iesum Christũ, sit anathema maranata. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea, cũ omnibus vobis, in Christo Iesu Amen.

LECTIO SECVNDA.

HIc instruit eos de his quæ pertinent ad discipulos suos, Et primo de his quæ pertinent ad Timo. Secundo de his quæ pertinent ad Apollo, ibi; *De Apollo &c.* De Timothæo tria mandat. Primo vt secure custodiatur. Vnde dicit. *Si autem uenerit ad uos Timot.* videte, studeatis ut sine timore sit apud vos. Forte aliqua commotio fuerat ibi propter pseudoapostolos. 2. Corin. 7. Foris pugnæ, intus timores &c. Et hoc debetis facere quia opus domini operatur, sicut & ego, prædicando. 2. Timo. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora. Secundo, vt in honore habeatur, & ideo dicit, Ne quis ergo illum spernat. Et ratio huius est forte, quia iuuenis erat. 2. Timo. 4. Nemo adolescentiam tuam spernat. Lucæ. 10. Qui uos spernit me spernit. Tertio, ut pacifice deducatur, & hoc est quod dicit; *Deducite autem illum &c.* Et ratio huius est, quia expecto illum cum fratribus qui sunt cũ eo; *De Apollo &c.* Iste est ille Apollo, de quo habetur Act. 18. quòd Iudæus quidam &c. & iste fuit in Achaiam, & fuit quasi specialis doctor eorum post Apostolum. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. & ut Glo. dicit, Episcopus erat. Et quia Cor. male se habuerãt, recesserat ab eis, & iuerat ad Apostolum.

Postmodum

Postmodum vero Cor. rogauerunt Apostolum, vt remitteret illuc ipsum, ad quod respondet eis, dicens De Apollo autem fratre, quem rogastis remitti ad vos, notum vobis facio tria. Primo præces in ea sibi factas, quoniam multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. Et dicit, rogaui eum, licet possit præcipere, quia magnis viris non de facili debet fieri præceptum 1. Tim. 5. Seniorem obsecra &c. Eccles. 32. Rectorem te posuerunt &c. Sed nũquid licuit sibi relinquere populũ suũ? Ad hoc dicendũ, q̃ sicut Gregorius dicit, quando omnes subditi male se habent, & nolunt corrigi, licet episcopo recedere ab eis. Vnde, qa isti erant tales, licuit ei. Vel dicendũ est, quòd forte non erat episcopus eorum, sed specialiter prædicauerat eis. Secundo, responsum Apollinis, quia renuit venire ad eos, ibi; *Et utique non fuit uoluntas eius ut nunc &c.* Et ratio huius est, quia forte nondũ erant bene correcti. Vel quia ipse erat in aliis arduis occupatus. Tertio, promittit eum aliquando ad eos iturum. Vnde dicit; *Veniet autem cum ei uacuum*, idest opportunum fuerit, scilicet, quando vos eritis correcti. Consequenter postquam instruxit eos, quid debeant facere absentibus, hic instruit eos qualiter se habeant ad præsentes. Circa hoc duo facit. Primo, ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes in communi. Secundo, quantum ad quosdam in speciali, ibi; *Obsecro autem uos fratres.* Instruit autem eos Apostolus in communi de tribus, scilicet, de fide de bona operatione, & de modo bene operandi. Sed tamen istis tribus præmittit vnum, quod est omnibus necessarium, idest solicitudo. Vnde dicit, Vigilate, & orate. Luc. 12. Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes &c. & Matt. 26. Vigilate, & orate &c. De fide ergo instruit, cum dicit; *State*, scilicet; *In fide*, Ephe. 6. State succincti &c. De bona operatione, cum dicit; *Viriliter*, idest fortiter agite, quia fides sine operibus mortua est, Iac. 2. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis, sed Deo: ideo subdit; *Et confortamini in domino.* Psal, 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum &c. De modo agendi, cum dicit; *Omnia uestra in charitate fiant*, idest omnia debent referri ad finem charitatis, scilicet, vt fiãt propter Deum, & proximum. Col. 3. Super omnia charitatem &c. Consequenter cum dicit; *Obsecro autem &c.* Instruit eos qũo se habeant ad quosdam in speciali. Et primo, quantum ad illos, qui videntur habere aliquam prærogatiuam in spiritualibus. Secundo, quantum ad illos qui in corporalibus operibus, ibi; *Gaudeo autem &c.* Dicit ergo; *Obsecro autem uos fratres nostis*, idest approbastis; *Domum Stephanæ, & Fortunati & Achaici:* Approbastis inquam, propter duo, & quia sunt primitiæ idest primo conuersi, quia ab ipso Apostolo in primis baptizati, supra 1. Baptizaui autem &c. Et quia magis deuoti, & prompti ad ministeria sanctorum. Vnde dicit; *Et in ministerio sanctorum ordinauerunt seipsos.* Rom. 12. Necessitatibus sanctorum &c. Et ideo obsecro vt & vos subditi &c. Heb. 12. Obedite præpositis &c. Et omni cooperanti. Phil. 4. Adiua eos, q̃ mecũ laborauerũt. Sap. 3. Bonorũ laborũ gloriosus &c. Hic instruit eos quãtum ad illos qui præeminent in ministeriis, & potest dupliciter exponi, Vno modo, vt dicatur, Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, Fortunati, & Achaici, qui sunt præsentes vobis, quorum præsentia, est vobis proficua. Quoniam ipsi id quod vobis deerat, suppleuerunt, docendo vos. Et in hoc quidem, refecerunt spiritum meum, inquantum gaudeo de bono vestro: & spiritum vestrum, inquantum instructi estis. Phil. 4. Gauisus sum valde, quia inueni &c. Et ideo, quia sic se habuerunt, ergo agnoscite, idest honorate eos &c. Alio modo, vt dicatur, Gaudeo ĩ pręsentia Stephanę, Fortunati, & Achaici, quia scilicet personaliter mecũ sunt, & seruiunt mihi, in quo supplent, quod deerat vobis, idest, quod vos non poteratis mihi corporaliter exibere. In quo quidem refecerunt spiritum meum, inquantum mihi seruierunt, & pauerunt me: & vestrum, inquantum de bono meo gaudetis, & ideo cognoscite &c. Salutat vos &c. Hic Apostolus insinuat, quid alii faciant Corinthiis. Et circa hoc duo facit. Primo, insinuat quomodo salutentur ab aliis. Secundo, subdit suam salutationem, ibi; *Salutatio mea &c.* Circa primum tria facit. Primo, insinuat quomodo salutat eos tota ecclesia Asiæ in communi. Vnde dicit; *Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ* Rom. vlt. Salutant vos oẽs ecclesiæ Christi. Secundo, qũo salutant eos specialiter hospites Pauli. Vnde dicit; *Salutant uos in domino multum Aquila &c.* Isti erãt hospites Apostoli, & de his habetur Ro. 16. Act. 18. Tertio qũo salutant eos apostoli, & familiares sui, Vnde dicit; *Salutant uos omnes fratres* qui scilicet mecum sunt. Phil. vlt. Salutant vos, qui mecũ sunt fratres. Ex quo ergo omnes salutant vos, & vos etiam salutate inuicem in osculo sancto, non libidinoso, quo mulier apprehensum deosculatur iuuenem. Proue. 7. Non fraudulento, quo Iudas osculatus est Christũ, Mat. 26. & Mar. 14. Salutatio &c. Hic suam salutationem subdit, & circa hoc duo facit. Primo, ponit titulum salutationis, dicens; *Salutatio mea*, scilicet scripta est manu mea Pauli. Et hoc faciebat in epistolis suis, propter quosdam, qui sub specie Apostoli, scribebant falsas literas, Vnde vt non deciperentur, postquam scripta erat epistola per aliquem, in fine consequenter scribebat Apostolus manu sua. Secundo, ponit ipsam salutationem, in qua primo, maledicit malis, dicens; *Siquis non amat &c. Anathema sit*, idest separatus vel excommunicatus, maranatha, idest dominus veniet, quasi dicat. Qui non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema in aduentu dñi. Sed nunquid sunt excõmunicandi, omnes qui nõ sunt in charitate? Respõdeo. Dicendũ, q̃ hoc intelligitur, siquis non amat dominum Iesum Christum, idest fidem Christi: & isti sunt hæretici, & sunt excommunicati. Vel siquis vsque ad finẽ mortis, non perseuerat in amore domini Iesu Christi. in aduentu erit separatus a bonis. Secundo benedicit bonis, bene optans eis, scilicet, gratiam Christi. cum dicit; *Gratia Domini nostri Iesu Christi.* Et hoc optans, optat eis omne bonum: quiæ in gratia domini nostri Iesu Christi, continetur omne bonum. Optat etiam eis charitatem suam, dicens; *Charitas mea &c.* Vt vos inuicem, & Deum diligatis ea charitate, qua ego vos diligo, & non propter aliquod aliud, nisi in Christo Iesu. i. propter amorem Christi; *Amen.* Idest fiat.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER SECVNDAM EPISTOLAM
S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

PROLOGVS S. THO.

MINISTRI Dei nostri dicetur vobis. Esai. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius secundæ epistolæ ad Corinthios. Nam in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramentorum, tam bonis, quàm malis. Ratio autem hanc epistolam scribendi fuit, quòd Corinthii post prædicationem eius admiserant pleudo apostolos, quos Apostolo preferebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolam, in qua cõmẽdat Apostolos & ostendit verorum apostolorum dignitatem: ostendit etiam & vituperat falsorum apostolorum falsitatem: commendat autem verorum apostolorum dignitatem, ex hoc quòd sunt ministri Dei. Ministri (inquit) Dei dicetur vobis, scilicet apostolis, qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria. Primo, quantum ad dispensationem sacramentorum 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt mini. &c. Christus enim institutor est sacramentorum, sed Apostoli & eorum successores ea dispensant, & ideo subditur in prædicta authoritate, & dispensatores mysteriorum Dei. Secundo, quantum ad gubernationem, scilicet inquantum gubernant populum Dei. Sap. 6. Cum essetis ministri, non recte iudicastis &c. Deus enim gubernat omnia per prudentiam. Vnde quicunque aliquid gubernat, dicitur minister Dei. Tertio, quantum ad humanæ salutis operationem, inquantum, scilicet eorum ministerio & prædicatione, homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis solus Deus est author, quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat: Apostoli vero ministri 1. Cor. 3. Quid ergo est Apollo? quid Paulus? ministri eius, cui credidistis &c.

CAPIT. 1. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi p uoluntatẽ Dei: & Timotheus frater: ecclesię Dei quæ est Corinthi cũ omnibus sanctis, qui sunt in uniuersa G Achaia: gratia uobis & pax a Deo patre nostro & dño Iesu Christo.

LECTIO II.

BENEDICTVS Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni præsura sunt per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo: quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christnm abundat consolatio nostra.

LECTIO III.

SIVE autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas B tæderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quẽ speramus, quoniã & adhuc eripiet adiuuantibus uobis in oratione pro nobis: ut ex multarũ psonis facierũ, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

CAPVT I. 93

eundo, cap. ibi; *Statui autem &c.* Circa primum duo facit. Primo enim reddit eos beneuolos. Secundo, excusationem ponit, ibi; *Et hæc confidentia &c.* Circa primum duo facit. Primo, captat eorum beneuolentiam recitando quædam in generali. Secundo quędam in speciali, ibi; *Non enim &c.* Beneuolentiam autem eorum captat Apostolus ostendendo, ꝙ quicquid facit, totum facit ad eorum vtilitatem. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit vtilitatem quæ ex ipso aliis prouenit, Secundo, rationem eorum assignat, ibi; *Quoniam sicut abundant &c.* Circa primum tria facit. Primo enim ponitur gratiarum actio. Secundo, actionis gratiarum modus, ibi; *Qui consolatur &c.* Tertio, causa, ibi; *Vt possimus & ipsi consolari.* Agit ergo gratias toti trinitati a qua prouenit omne bonum, Et ideo dicit; *Benedictus Deus* idest tota trinitas. Item personæ patris, cum dicit; *Et pater domini nostri Iesu Christi*, per quẽ. s. Christum, pater nobis omnia donauit. Sed sciendum, quòd nos benedicimus Deum, & Deus benedicit nobis, sed aliter, & aliter. nam dicere Dei, est facere. Psal. 150. Dixit & facta sunt. Vnde benedicere Dei est bonum facere, & bonum infundere: & sic habet rationem causalitatis, & Gen. 1. & 22. Benedicens benedicam tibi &c. Dicere autem nostrum non est causale, sed recognoscitiuum, seu expressiuum. unde benedicere nostrum, idem est quòd bonum recognoscere. Cum ergo gratias agimus Deo, benedicimus sibi, idest recognoscimus eum bonũ & datorẽ omniũ bonorũ. Tob. 12. Benedicite Deum cœli &c. Dan. 3. Benedicite omnia opera &c. Recte ergo gratias agit patri, quia misericors est. Vnde dicit; *Pater misericordiarum.* Et quia consolator. unde dicit; *Et Deus totius consolationis.* Et agit gratias de duobus, quibus homines maxime indigent. Primo enim indigent vt auferantur ab eis mala: & hoc facit misericordia, quæ aufert miseriam: & misereri est proprium patri. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum &c. Secundo, indigent vt sustententur in malis quæ adueniunt. et illud est proprie consolari, quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quando superueniunt mala, non subsisteret. Tunc ergo aliquis consolatur aliquem, quando affert ei aliquod refrigerium, in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis homo possit in aliquo consolari & quiescere & sustentari, tamen solus Deus est, qui nos consolatur in omnibus malis. & ideo dicit; *Deus totius consolationis*: quia si peccas, consolatur te Deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, consolatur te, vel eruendo ab afflictione per potentiam suam, vel iudicando per iustitiam. Si laboras, consolatur te remunerando. Gen. 15. Ego merces tua &c. Et ideo dicitur Matth. 5. Beati qui lugent &c. Materiam autem gratiarum actionis subdit, dicens; *Qui consolatur &c.* quasi dicat. Ideo benedictus, quia; *Consolatur nos in omni tribulatione*, infra 7. Qui consolatur &c. Causam autem huius ponit cum dicit; *Vt possimus & ipsi consolari.* Vbi notandum est, quòd in donis diuinis est ordo. Ad hoc. n. Deus dat aliquibus specialia dona, vt ipsi effundãt illa in vtilitatem aliorum. non enim dat lumen Soli vt sibi soli luceat, sed vt toti mundo. Vnde vult quòd de omnibus bonis nostris, siue sint diuitiæ, siue potentia, siue scientia, siue sapientia, accrescat aliqua vtilitas aliis. 1. Pet. 4. Vnusquique gratiam quam accepit &c. Hoc est ergo quod Apostolus dicit; *Consolatur nos in omni tribulatione* Sed quare? nõ vt solũ nobis hoc sit ad bonũ, sed vt ẽt aliis ꝓsit. Vnde dicit; *Vt possimus & ipsi consolari eos &c.* possumus. n. cõsolari alios per exẽplũ. cõsolationis nostræ. qui enim non est consolatus, nescit consolari. Eccle. 34. Qui non est tentatus, qualia scit quæ sunt in omni, idest in qualibet præsura. Esa. 61. Spiritus domini mi sit me &c. vt consolarer omnes lugentes &c. Eccle. 48. Consolatus est lugentes &c. Possumus, dico consolari per exhortationem ad tolerantiam passionum, promittendo præmia æterna, qua scilicet exhortamur vos ꝑ scripturas & internas inspirationes, vt patienter sustineamus, & alios exhortemur exemplo nostro & per ipsas scripturas. 1. Corint. 11. Ego enim accepi a domino &c. Esa. 21. Quæ audiui a domino &c. Posita vtilitate quæ ex Apostolis aliis prouenit, dictorum consequenter rationem asignat, dicens; *Quoniam sicut abundant &c.* Et quia duo dixerat, scilicet quòd Deus consolatur nos in omni tribulatione quòd possimus & ipsi &c. Hic rationem horũ duorum exponit, & primo ostendit quomodo Deus consolatur nos in omni tribulatione. Secundo, quomodo consolatio nostra conuertitur in consolationem aliorum, ibi; *Siue autem tribulamur &c.* Dicit ergo: recte dico quòd consolatur nos in omni tribulatione nostra; *Quia secundum quod abundant passiones Christi in nobis &c.* dicit Christi, idest inchoatæ a Christo. Ezechi. 9. A sanctuario meo icipite. In Christo enim inceperunt passiones pro peccatis nostris, quia ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum 1. Pe. 2. Deinde per Apostolos, qui dicebant, Mortificamur tota die, Psal. 43. &c. Deinde per martyres qui secti sunt, tentati sunt &c. Hebræo. 11. Vltimo ipsi peccatores pro suis peccatis patienter iram domini portabunt, quia peccauerunt ei. Vel passiones Christi, idest quas sustinemus propter Christum. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. & Psal. 43. Propter te mortificamur &c. Sicut, inquam huiusmodi; *Passiones abundant*, sic; *Abundat per Christum consolatio nostra*, Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum &c.

LECTIO PRIMA.

DE istis ergo ministris tractat hîc Apostolus, ostendens in hac epistola eorum dignitatem etiam scribens Corinthiis. In qua quædam præmittit. Primo, salutationem. Secundo, prosequitur epistolam, ibi; *Benedictus Deus &c.* In salutatione autem tria ponit. Primo enim describit personas salutantes. Secundo, personas salutatas, ibi; *Ecclesiæ quæ est &c.* Tertio, bona optata, ibi; *Gratia uobis &c.* Circa primum, primo describitur persona salutans principalis, quia Paulus. Secundo, persona adiuncta, quia; *Thimotheus.* Persona salutans describitur ab humilitate, quia Paulus (qui latine dicitur modicus) Iste est ille modicus de quo Esa. 60. Minimus erit in mille &c. Vel a doctrina, quia Paulus dicitur os tubæ. Ista est illa tuba de qua Zach. 9. Dominus in tuba canet &c. Et competit quod dicitur. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. A dignitatis authoritate, quia *Apostolus &c.* Vbi tria ponuntur. Primo, quòd sit legatus. Vnde dicitur Apostolus, idest principaliter missus. Soli enim duodecim Apostoli electi missi sunt a Christo. Lucæ 9 Elegit duodecim quos & Apostolos &c. Alii autẽ discipuli non missi sunt principaliter sed secunduario. Et inde est, quòd apostolis succedunt episcopi, qui habent specialem curam gregis domini. Alii autem sacerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis qui gerunt vices cõmissas sibi ab episcopis. Est ergo eius dignitas, quia; *Apostolus* 1. Cor. 9. Si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro &c. Sed quare vocat se hic Apostolum dicens, Paulus apostolus, cum in epistola ad Romanos scribit se seruum? Ratio huius est, quia Romanos reprehendit de dissensione & superbia quæ est mater dissensionis, quia inter superbos semper iurgia sunt. Vnde vt eos reuocet a dissensione, inducit eos ad humilitatem vocando se seruum. Corinthii vero erant pertinaces & rebelles, & ideo vt reprimat eorum proteruiam, vsus est hic nomine dignitatis, dicens se Apostolum. Secundo, ponitur cuius sit legatus, quia; *Iesu Christi*, infra 5. Pro Christo legatione fungimur. Tertio, ponitur modus quo adeptus est legationem, quia non iniecit se vt pseudo. Hiere. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant. Non est datus populo ex diuino furore, iuxta illud Iob. 34. Qui facit regnare hypochritã &c. Oseæ 12. Dabo tibi regem, sed in furore meo. Est adeptus apostolatum ex voluntate Dei & beneplacito. Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Et ideo dicit; *Per uoluntatem Dei.* Persona autem adiuncta est Timotheus. Vnde dicit; *Et Timotheus frater.* Frater, inquam, propter fidem Matth. 23. Omnes vos fratres estis &c. Et propter dignitatem, quia Episcopus: & inde est, quòd Papa vocat omnes episcopos fratres. Connumerat autem sibi Timotheum, quia cum ipse transisset per eos, sicut dixit in prima Epistola vltimo cap. possent credere, quòd malitiose retulisset Apostolo ea de quibus ipse scribit ad eos. Consequenter ponuntur personæ salutatæ; & primo, principales: secundo, adiunctæ principalibus, in hoc quod dicit; *Ecclesiæ Dei*, quæ est totus populus fidelis tam clerici, quàm laici 1. Timo. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari; *Quæ est Corinthi*, quia Corinthus erat metropolis Achaiæ. Sed adiunctæ personæ sunt omnes sancti, qui sunt vnius spiritus sancti gratia renati 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati &c. *Qui sunt in Achaia*, cuius metropolis est Corinthus. Istis autem personis salutatis optat Apostolus bona. unde dicit, *Gratia uobis &c.* & circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsa bona. Secundo ipsorum authorem ibi; *A Deo patre &c.* Ponit autem ista duo extrema bona, vt in eis intelligantur media. Primũ enim bonum est gratia, quæ est principium omnium bonorum. nam ante gratiam nihil est nisi diminutum in nobis. Vltimum autem omnium bonorum est pax, quia pax est generalis finis mentis. nam qualitercunque pax accipiatur, habet rationẽ finis & in gloria æterna, & in regimine, & in conuersatione finis est pax. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Quis autem sit author horũ bonorum ostendit, subdens; *A Deo patre &c.* Et hæc duo possunt dupliciter distingui, quia cum dicit a Deo patre, potest intelligi pro tota trinitate. nam licet persona patris dicatur pater Christi per naturam, tamen tota trinitas est pater noster per creationem & gubernationem. Esa. 63. Et nunc Domine pater noster es tu. Hie. 3. Patrem vocabis me. A Deo ergo patre nostro, idest a tota trinitate proueniunt bona. Matth. 7. Si vos cum sitis mali &c. Sed si Deus pater noster accipiatur pro tota trinitate, quare additur persona filii, cum dicit; *Et domino Iesu Christo*, nunquid est alia persona a trinitate? Dicendum, quòd additur non propter aliam personam, sed propter alia naturam, scilicet humanitatis assumptæ a filio in personam diuinam: quam quidem trinitati connumerat, quia omnia bona proueniunt nobis a trinitate per incarnationem Christi. Et primo, gratia. Io. 1. Gratia & veritas &c. Secundo, pax. Ephesio. 2. Ipse est pax nostra &c. Item cum dicit; *A Deo patre nostro.* Potest intelligi persona patris solum, & licet tota trinitas sit pater noster vt dictum est, tamen persona patris est pater noster per appropriationem, & sic hoc, quod dicit; *Et domino Iesu Christo*, intelligitur de persona filii. De persona autem spiritussancti non fit hic mentio, quia sicut dicit; *Augustinus*, cum sit nexus patris & filii vbicunque ponitur persona patris & persona filii, intelligitur persona spiritussancti.

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistola, in qua Apostolus duo facit. Primo enim excusat se De eo quòd non iuerat ad eos, sicut promiserat. Secundo, prosequitur intentionem suam cap. 3. ibi; *Incipimus iterum &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit excusationem de mora. Secundo, moræ assignat causam, secundo

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quòd Deus consolatur seruos suos in tribulationibus, scilicet ministros fidei & prędicatores: hic consequenter manifestat, quòd eorum consolatio cedit ad bonum aliorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eorum consolatio sit ad aliorum vtilitatem & salutem. Secundo ordinem huius consolationis & salutis insinuat ibi; *Quæ operantur tolerantiam &c.* Circa primum aduertendũ est, quòd tria dicit Apostolus se recepisse. Tribulationem, cum dicit, In omni tribulatione nostra. Consolationem cum dicit, Qui consolatur nos. Exhortationem, cum subdit; *Vt possimus & ipsi &c.* Accipiendo ergo hæc tria passiue dicimus, quòd Apostoli consolantur, tribulantur, & exhortantur. Vnde & tria ostendit Apostolus cedere ad cõsolationem aliorum: & hoc in quodam ordine. Et primo eorum tribulationem, cum dicit; *Siue*, inquit, *tribulamur &c.* Quasi dicat, vere quicquid recipimus est in bonum vestrum: quia siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, quia scilicet nostro exemplo monet vos Deus ad passionum tolerantiam, vnde prouenit vobis salus æterna. Vnde. 1. Mach. 6. legitur, quod ostenderunt Elephantis sanguinem vuæ, & mororum, vt acuerent eos ad bellum. quod fit, quando tepidis & pigris adhibentur passiones sanctorum in exemplum. Secundo, ostendit, quòd eorum consolatio in aliorum vtilitatem cedit, cum dicit; *Siue consolamur.* quasi dicat: ipsa nostra consolatio, qua nos, spe præmii consolamur, est ad consolationem vestram, inquantum exemplo nostro vos etiam eandem spem præmii habentes, gaudetis. Tertio, ostendit quòd eorum exhortatio passiua est ad bonum aliorum, dicens; *Siue exhortamur* per internam inspirationem, vel per flagella, hoc est pro vestra exhortatione, scilicet vt vos ad maiora animemini, & salutem speretis. unde dicitur. 2. Mach. vltimo, quòd exhortati sermonibus Iudæ &c. *Adiuuantibus autem nobis &c.* Huius autem consolationis & salutis ordinem insinuat, cum subdit; *Quæ operantur tolerantiam &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo, manifestat fructum qui ex patientia prouenit, ibi; *Vt spes firma &c.* Dicit ergo. Dico, quòd hæc ad vestram salutem cedunt, quæ salus est vobis in hoc, inquantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantiã passionum, & vt patienter sustineatis passiones quas

& nos

& nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 5. Exemplum accipite fratres mei &c. Ex qua quidem patientia prouenit vobis fructus: quia ex hoc spes nostra firma est pro vobis, q̃ vos efficiamini hæredes vitæ æternæ. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia vero spem. Greg. Tãto spes in Deum solidior surgit, quãto quis grauiora pro nomine eius pertulerit. Nam ex passionibus quas sustinent sancti Dei pro Christo, consurgit eis spes vitæ æternæ: & causa spei huius est, quia sumus sciẽtes, quia sicut estis socii nostri in passionibus, eritis socii & consolationis, idest vitæ æternæ 2. Tim. 2. Fidelis sermo. nam si cõmortui sumus, & conuiuemus &c. 1. Pet. 4. Cõmunicantes Christi passionibus, gaudete &c. Cõsequenter cũ dicit; *Non enim uolumus uos* Captat eorũ beniuolentiã, recitando quædã in speciali. Et circa hoc tria facit. Primo, n. describit persecutionem quã passus est in Asia. Secundo speciale ei consolationem collatã, ibi; *Qui de tantis*. Tertio subdit consolationis causam, ibi; *Nam gloria &c.* Dicit ergo primum. Non solũ ea quæ dicta sunt de tribulationibus in generali, bonum est vos scire, sed; *Non uolumus uos ignorare*, quia scire est vtile vobis inq̃tũ exemplo nostri patientiores estis; *Nolumus*, inquam; *Vos ignorare de tribulatione nostra &c.* Tren. 3. Recordare paupertatis meæ &c. Hæc est illa persecutio de qua legit. Act. 19. quæ facta est Apostolo ab Asiano quodam argentario, concitante plebem contra eũ, quam quidẽ Apostolus exaggerat a tribus. Ex loco, quia in Asia, & hoc est qd̃ dicit; *Quæ*. s. tribulatio; *Facta est in Asia*. i. apud Ephesum, quæ est in Asia, vbi debuisset magis honorari & cõsolari. Ex acerbitate, quia supra consuetudinẽ humanarum passionũ, & ideo dicit; *Quoniam supra modum sumus &c.* Item; *Supra posse*, & ideo dicit *Supra uirtutem*. Sed cõtra. 1 Cor. 10. Fidelis Deus qui nõ patietur vos tẽtari supra &c.

Respondeo. Dicẽdũ q̃ pati supra virtutem potest intelligi dupliciter: uel supra virtutem naturalẽ, & de hac loquitur hic, supra quã Deus aliquando permittit sanctos tentari: uel supra virtutem gratiæ, & de hac intelligitur illud 1. Corint. 10. Fidelis Deus &c. supra quã non permittit aliquem Deus tentari. Et q̃ Apostolus loquatur hic de virtute naturali, ostẽdit consequenter cum dicit; *Ita ut tæderet nos uiuere*. Constat. n. quòd inter alia, viuere magis desideratur. quãdo ergo est tanta persecutio, vt & ipsa vita reddatur tædiosa, manifestum est, q̃ est supra virtutem naturæ. & hoc est qd̃ dicit. *Ita ut &c.* q.d. Sic erat grauis persecutio, vt vita esset nobis tædiosa. Iob. 10. Tædet animam meã vitæ meæ. Contra, Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei &c. Respondeo. Dicendum q̃ tribulatio potest considerari dupliciter. uel ẽm se, & sic est tædiosa: vel in comparatione ad finem, & sic est iucunda, inquantũ p̃p Deum & spem vitæ æternæ sustinetur. Et non solum erat nobis tædiosa vita, sed eramus certi de morte. unde dicit; *Sed ipsi in nobis responsum mortis*. i. certitudinem mortis; *Habuimus*. q.d. Opinio mea dictabat mihi hoc, q̃ deberem mori. Vel aliter, responsum mortis. i. ipsa ratio diceret & eligeret mori propter tædium vitæ Exaggerat etiã tribulationem ex causa. unde dicit; *Vt non simus in nobis &c.* s. vt reprimatur humana superbia Hier. 16. Domine fortitudo mea & robur &c. Sed in omnibus confidamus de Deo. Hie. 17. Bene dictus qui confidit in domino &c. Et ideo dicit; *Sed in Deo qui suscitat &c.* 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat. Sed q̃a dñs non relinquit sperantes in se, ideo subdit Apostolus consolationem ei factam a domino, dicens; *Qui de tantis periculis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, describit cõsolationem præsentem, contra mala præterita. Secundo, consolationem futuram. Tertio causam spei dicit. Dicit ergo. Cõsolati sumus a Deo qui eripuit nos in præterito de tantis periculis & eruit in præsenti quia non cessat liberare. Esa. 43. Cũ trasieris per aquas &c. In quẽ speramus q̃m eripiet, & adiecit in futuro. Eccl. 2. Qui timetis dñm sperate in illum. Huius aũt spei causam, nobis præbẽt orationes vestræ. Vnde dicit; *Adiuuantibus uobis nos in orationibus* quas pro nobis facitis. Prou. 18. Frater qui iuuat a fratre &c. Ro. 15. Obsecro vos fratres per dñm Iesum Christũ, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris &c. Quæ quidẽ orationes necessariæ sunt, quia Deus multa bona confert vni ad præces multorum: cuius ratio est, quia Deus de bonis quæ confert vult exhiberi sibi gratias, & quòd multi ex hoc teneantur ad gratiarum actiones. hoc aũt fit quando ex eo quod dat vni ad præces multorum, obligat sibi omnes ad quorum præces confert bonum aliquod, vt sic non solum ille cui confert, sed etiam ipsi rogantes gratias referant Deo. Et hoc est quod dicit; *Vt ex multarum personis*. Et dicit; *Ex multarum facierum*, vel quantum ad ætatẽ, vel quantũ ad conditionem, vel quantum ad diuersitatem gentium vel morum. ; *Eius quæ in nobis est donationis*, idest pro illa donatione, scilicet fidei quæ in nobis est. *Per multos agantur gratiæ Deo pro nobis*. Ephe. 5. Gratias agentes Deo & patri. Vel aliter. Vt ex multarum personis facierum, idest conditionum personis. *Dico eius donationis quæ est in nobis*, idest quę habent idẽ donum, scilicet fidei vel charitatis. i. ex multis psonis illorũ, qui sunt in fide Christi; *Agantur &c.* Et sic secundũ hanc expositionẽ p diuersas facies, intelliguntur diuersæ uirtutes, vt facies vnius dicatur illa virtus in qua præeminet: sicut facies Iob, patientia: facies Dauid, humilitas, & sic de aliis.

LECTIO IIII.

NAM gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & in sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autẽ ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.

LECTIO QVARTA.

POSITA consolatione Apostolo a Deo facta post persecutionem, hic consequenter consolationis causam assignat, quę est de spe diuini auxilii. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit causam spei. Secundo, adducit ad hoc testimonium eorum, quibus scribit, ibi; *Non enim alia &c.* Dicit ergo, Dico quòd speramus adhuc eripi a domino & consolari; *Nam gloria &c.* q.d. causa huius est bona conscientia nostra. Spes enim est expectatio futurorum ex gratia & meritis prouenientes. Vnde & circa hoc tria facit. Primo, ostendit gloriam quàm habet de testimonio puræ conscientiæ. Secundo, causam huius gloriæ insinuat, ibi; *Quod in simplicitate*. Tertio, manifestat vnde prouenit hæc causa, ibi; *Et non in sapientia carnali*. Dicit ergo. Ideo spero & confido de Deo; *Quia gloria nostra*, idest glorior ex testimonio & puritate; *Conscientiæ nostræ*: ex quibus secure potest considere de Deo. 1. Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit &c. Rom. 8. Ipse spiritus testimonium &c. Notandum autem, quòd conscientiæ testimonium verum est, quia non decipit. Multi enim exterius videntur boni, qui in conscientia sua non sunt boni, & semper durat. Sed non dicit conscientiæ aliorum, sed nostræ, quia semper homo plus debet stare testimonio cõscientiæ suæ de se, quàm testimonio aliorum, quod non faciunt illi, qui reputant se bonos ex hoc, quòd alii sunt mali, non ex hoc, quòd ipsi in veritate boni sint. & illi qui gloriantur de bonitate alicuius boni viri, qui eis aliqua affinitate coniungitur. Causam autem huius gloriæ insinuat, dicens, quòd *In simplicitate &c.* quę cõsistit in duobus. In duobus enim consistit puritas conscientiæ, vt scilicet ea quæ facit sint bona, & quòd intentio facientis sit recta: & ista dicit Apostolus de se. Primo, quòd habet intentionẽ rectam ad Deum in operibus suis, & ideo dicit; *Quod in simplicitate*, idest in rectitudine intentionis. Sapien. 1. In simplicitate cordis &c. Prouerb. 11. Simplicitas iustorum &c. Secundo, q̃ ea quæ facit sunt bona, & ideo dicit; *Et sinceritate operationis*. Phil. 1. Vt sitis sinceres & sine offensa, Vnde autem proueniat huius gloriæ causa, manifestat subdens. Sed non in sapientia carnis. Hoc potest dupliciter legi. Primo, vt referatur ad hoc, quòd immediate præcedit, scilicet Dei. Et tunc est insinuatiuum, vnde veniat ei sinceritas & simplicitas, quasi dicat. Multi antiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena, sicut Philosophi, & multi Iudæi pure vixerũt confidentes in iustitia legis, sed nos non in sapientia carnali, quę secundũ naturas rerum, vel desideria carnis est, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, Rom. 8. Prudentia carnis mors est &c. 1. Corint. 2. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis &c. 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Vel etiã secundum hunc modum; *Non in sapientia &c.* idest quasi innixus humanæ sapientiæ, sed gratiæ Dei. Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Alio modo potest exponi, vt hoc quod dicit; *In simplicitate &c.* referatur ad puritatem vitæ: hoc vero quod dicit; *Non in sapientia &c.* referatur ad veritatem doctrinæ, quasi dicat. sicut vita nostra est in simplicitate & sinceritate Dei, sic doctrina nõ est in sapiẽtia carnali, sed in gratia Dei. Sed tamen duæ primæ magis valent. Et licet sic bene conuersati simus in mundo isto, tñ abundantius quantum ad vos, quia scilicet ab aliis ecclesiis receperat sumptus, ab eis non, infra. 11. Alias ecclesias expoliaui. Et ratio huius potest esse, quia auari erant: unde ne contristaret eos, noluit ab eis recipere sumptus. Consequenter huius sanctæ suæ conuersationis, testimonium eorum inuocat, dicens; *Non enim alia &c.* quasi dicat. hæc quæ scribimus vobis, non sunt vobis incognita, quia

iam legistis ea in prima epistola & cognouistis per experientiam operum. 2. Ioan. 2. Non mandatum nouum. Et licet non perfecte cognoueritis, quia comparastis vobis pseudo apostolos: spero tamen, quòd vsque in finem, scilicet vitæ cognoscetis, scilicet p̃fecte, sicut vsque modo cognouistis nos ex parte. Cuius ratio est, quia cum quis videt aliquem aliquid bene incipere, debet sperare quòd semper bene proficiat. Et quare? quia qui cœpit in vobis opus bonum &c. vt dicitur. Phil. 1. Et cognoscetis quia nos sumus gloria vestra, idest p̃ nos debetis consequi gloriam æternam, ad quam homo peruenit per fidem Christi, quã prædicamus vobis. Pro. 17. Gloria filiorum sunt patres eorum. Ita dicosumus gloria vestra, sicut &; *Vos gloria nostra estis*, quia per vos a nobis instructos habere speramus præmium æternæ gloriæ 1. The. 2. Quæ est spes nostra, aut corona gloriæ nostræ, nonne vos? Et hæc gloria erit nobis ex vobis; *In die domini nostri Iesu Christi*, idest in die iudicii, qui dicitur Christi, quia tunc faciet voluntatem suam cum peccatoribus, puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt voluntatem suam, contra Christi Domini uoluntatem peccando Psal. 74. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo &c. Apoc. 20. Libri aperti sunt &c.

LECTIO V.

ET hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis: & per uos transire in Macedoniam, & iterum a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudęam. Cum ergo hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo, est & non, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in illo est & non, sed est in illo, fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est, ideo & per ipsum amen Deo ad gloriã uestram. Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, & qui unxit nos, Deus: qui & signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens uobis non veni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri: nam fide statis.

LECTIO QVINTA.

APOSTOLVS captata beniuolentia Corinthiorum, consequenter exscusationem suam addit, & circa hoc tria facit. Primo, enim ponit intentum. Secundo, sub quæstione accusationem contra eum ab eis factam exponit ibi; *Cum ergo hoc &c.* Tertio, exscusat se, ibi; *Fidelis autem Deus*. Circa primum scien dum est, quòd Apostolus in prima epistola (quam nos non habemus) missa ab eo Corinthiis, vel per nuncium promiserat eis q̃ primo iret ad eos antequam iret in Macedoniam, & per eos iret in Macedoniam, & iterum inde rediret in Achaiam in qua est Corinthus, & de Achaia in Iudæam, postmodum in secunda epistola, quam nos habemus primam, scribit eis quòd primo iret in Macedoniam, & postmodum iret in Corinthũ. Quia ergo videtur secundum hoc contrarium primæ promissioni, Apostolus exscusat se modo de hoc: ponens primo, ipsam promissionem primo factam, & ideo dicit; *Et hac confidentia*, quasi dicat, vos scitis puritatem & sinceritatem meam, & estis testes mei & gloria mea, ideo in hac confidentia, idest in hoc confisus, quia per alterutrum glorificari speramus; *Volui primo uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis*: quia secunda visitatio & confirmatio in fide, dicitur secunda gratia respectu conuersionis, quam primo habuerunt ministerio & prædicatione ipsius; *Et per uos transire in Macedoniam, & iterum a Mãcedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudæam*. Iste est ordo primæ promissionis, sed in præcedenti epistola est ordo contrarius, sicut dictum est. Consequenter huius mutationis accusationem qua accusabant eum Corinthii ponit sub quæstione, dicẽs; *Cum ergo hoc uoluissem &c.* Duo imponebant ei ex hoc, leuitatem, quia mutauerat propositum. Eccles. 27. Stultus vt luna mutatur. Et carnalitatem, q̃a visum erat eis quòd ex aliquo carnali & humano affectu hoc fecisset. Vnde hæc duo tangit & primo leuitatem, vnde dicit; *Nunquid leuitate usus sum*? si non feci quod aliquando volui? Absit. Hester. 16. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi leuitate venire. Psal. 34. In populo grani &c. Secundo, tangit carnalitatem, cum dicit; *Aut nunquid ea quæ cogito* facienda vel dimmittenda; *Secundum carnem cogito*, idest secundum aliquem carnalem affectum; *Vt sit apud me est & non*, idest affirmatio & negatio, infra 10. Arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. Iac. 1. Vir duplex animo &c. Exposita eorum accusatione, consequenter exscusat se, dicens; *Fidelis autem Deus &c.* & circa hoc duo facit. Primo, insinuat se non fuisse mentitum. Secundo, ostendit modum quomodo non fuit mentitus, ibi; *Qui autem confirmat &c.* Quòd autem non fuerit mentitus, exscusat se dupliciter scilicet ex consuetudine, & ex causa. Ex consuetudine quidem, quia non debet credi quòd aliquis de facili mentiatur, qui nunquam inuentus est mendax secundum hanc expositionem; *Fidelis Deus &c.* accipitur in viiuramenti, quasi testis sit mihi Deus; *Quod sermo meus*, scilicet prædicationis, *Qui fuit apud vos, non est in illo, est & non*? idest non est in illo falsitas. Deu. 32. Deus fidelis & absque vlla &c. Si autem sumatur fidelis Deus &c. pro veritate diuinæ promissionis, tunc est sensus; *Fidelis est Deus*, idest seruat promissa sua. Promiserat autẽ mittere ad uos prædicatores veritatis. Hie. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor &c. Et ideo cum sim missus ab eo, sermo noster q̃ fuit &c. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit, *Dei enim filius*. & hoc duplicitet, scilicet motiua & efficiente, ibi; *Qui autem confirmat &c.* Causa autem motiua ad non mentiendum est, quia qui assumit aliquod officium, naturaliter mouetur ad ea, quæ congruunt illi officio, & non ad contraria. Sed constat quòd officium apostolicum est prædicare veritatem: non ergo mouetur ad contrarium veritatis, quod est mentiri. Et circa hoc tria facit. Primo, probat veritatem dicti sui per dictum Christi. Secundo, veritatem Christi per dictum Dei, ibi; *Quotquot autem &c.* Tertio, concludit suum propositum, ibi; *Ideo & per ipsum &c.* Dicit ergo primo, dico quòd dicta nostra debent reputari vera, & vera sunt, quia prædicauimus Christum in quo non fuit aliqua falsitas. & hoc est quod dicit, *Dei enim filius Christus*, qui est prædicatus per nos in vobis; *Per me*, scilicet principaliter; *Et Syluanum* secundario. Iste est Sylas de quo habetur. Act. 18. &; *Timotheum* de quo supra: isti enim duo fuerunt cum Apostolo, quando primo conuertit eos; *In illo*, scilicet filio Dei; *Non fuit, est & non*, idest falsitas, vel non fecit quod non conuenit; *Sed fuit in illo est*, idest veritas, nam verum & ens conuertuntur. Ioann. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Sed quia posset videri dubium hoc qd̃ dicit, quòd in Christo non fuit falsitas, ideo statim hoc probat, subdens; *Quotquot autem &c.* & probat hoc modo. Constat quòd in illo quod est manifestatiuũ diuinæ veritatis, non potest esse falsitas: filius Dei venit ad manifestandum diuinam veritatem in promissionibus a Deo factis complendis per ipsum. ergo in ipso non est falsitas. Et hoc est quod dicit; *Non est in filio Dei est & non*. sed, *est*, quia *quotquot promissiones Dei*, scilicet sunt factæ hominibus; *In illo*, idest in Christo est, idest in Christo verificantur & complentur, Ro. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse &c. Ad confirmandas &c. Ex his ergo concludit, quòd postquam dicta sua vera sunt, quia prædicat filium Dei in quo est veritas: ideo & per ipsum scilicet Christum dicimus; *Amen Deo*, idest verum. Apoc. 1. Hæc dicit amen testis fidelis &c. Esa. 65. Qui benedictus est in terra, benedicetur in Deo amen &c. Et istam veritatem dicimus Deo, idest ad honorem Dei, scilicet manifestantes eius veritatem & gloriam nostrã quia gloria nostra est conuersio vestra, vel gloria nostra, quia gloria nostra est ostendere & prædicare verbum Dei. Consequenter cum dicit; *Qui autem confirmat nos &c.* Probat Apostolus quòd non est mentitus per causam efficiẽtem sic. Licet enim homo ex libero arbitrio possit vti lingua sua ad verum vel ad falsum loquendum: nihilominus tamẽ, Deus potest confirmare hominem sic in vero, vt non nisi vera loquatur. Si ergo Deus aliquem confirmaret in vero, manifestum est quòd non diceret falsum, sed Deus confirmat nos in veritate, ergo &c. Et ideo dicit, quòd Deus est qui confirmat vos nobiscum in Christo, idest in vera prædicatiõe Christi, quasi dicat: si Christus esset extra nos, possemus mentiri, sed ex quo est nobiscũ & nos sumus in Christo, non mentimur. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Sumus ergo in Christo dupliciter scilicet per gratiam & per gloriam. Per gratiam quidem sumus, inquantum vncti sumus spiritu sancti gratia, & effecti sumus membra Christi & iuncti sibi, qua ẽt gratia Christus vnctus est secundum quod homo Ps. 44. Vnxit te Deus &c. Et ex plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos, sicut vnguentum in capite scilicet Christo, quod descendit &c. Et idẽo dicit quòd; *Vnxit nos Deus*, Vnxit inquam, in reges & sacerdotes. Apoc. 5. Fecisti nos Deo &c. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum &c. Vnionem autem quæ est

est per gloriam non habemus in re, sed in spe certa, inquantum habemus firmam spem vitæ æternæ. Et habemus duplicem certitudinem spei huius vnionis consequendæ. Vna est per signum, alia per pignus. Per signum euidens, quia fidei. Vnde dicit *Si signauit nos signo fidei Christi.* Item signum Crucis. Ezech. 9. Signa thau, idest signum crucis. Apoc. 7. Quoadusque signemus seruos Dei nostri &c. Et hoc p spiritum sanctũ Ro. 8. Siquis spiritum Chri non habet &c. Et ideo speciale, & certum signum est vitæ æternæ consequendæ configurari Cristo. Can. 8. Pone me vt signaculum &c. Vel signauit signo vitæ per pignus, vero maximũ, quia spiritus sancti. & ideo dicit; *Dedit pignus spiritus in cordibus nostris*. De quo certum est, quòd nullus potest eum accipere a nobis. Sed nota, in pignore duo sunt considerandã, scilicet quòd faciat spem habendæ rei, & quòd valeat tantum quantum valet res vel plus. & hæc duo sunt in spiritusancto, quia si considerẽmus substantiam spiritussancti, sic valet tantum spiritussanctus, quantum vita æterna quæ est ipse Deus, quia scilicet valet quantum omnes tres personæ. Si vero consideretur modus habendi, sic facit spem, & non possessionem vitæ æternæ, quia nondum perfecte habemus ipsum in vita ista. Et ideo non perfecte beati sumus, nisi quãdo perfecte habebimꝰ in patria. Ephe. 1. Signasti estis spiritu. Consequenter cum dicit; *Ego autem testem &c.* Excusat se de eo quòd non venit: & hoc per iuramentum quod maius est. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit suam excusationem. Secundo, respondet tacite quæstioni, ibi; *Non quia dominamur*. Tertio, exponit quod dicit, ibi; *Nam fide statis.* Excusat se autem per iuramentum duplex. Vnum attestationis, cum dicit; *Ego autem testem Deum inuoco*. Aliud execrationis cum dicit; *In animam meam*, idest contra animam meam. Rom. 1. Testis est mihi Deus &c. Testem, inquam, inuoco Deũ quia; *Non ueni ultra*, idest post primam vicem, vel postquam discessi a vobis, & hoc feci parcens vobis, scilicet quia ipse sciebat eos incorrigibiles. Vnde si iuisset tunc, aut puniuisset, & sic forte recessissent totaliter a fide: aut non puniuisset, & sic dedisset occasionem magis peccandi. Sed quia aliquis posset dicere, quare dicis; *Parcens uobis*. Nunquid dominus noster es? Ideo consequenter hoc remouet, dicens; *Non dico quia dominamur fidei uestra, sed adiutor &c.* quasi dicat non dico hoc, vt dominus, sed vt coadiutor 1. Pet. 5. Non enim dominantes in cleris &c. Adiutor, inquã; *Gaudii uestri*, vel emendationis vestræ. Quare autem dicat, fidei vestræ, exponit consequenter, dicens; *Nam fide statis*, idest statis in gratia ista Christi per fidem.

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS supra posuit excusationem in generali de mora eundi ad Corinthios, hîc vero insinuat causam tantæ moræ, & quomodo eis pepercit. Circa hoc autem duo facit. Primo enim insinuat vnam causam dilationis fuisse, ne in aduentu suo tristitiam inferret eis. Secundo, ostendit aliã causam fuisse, ne fructus quem apud alios sperabat, & inceperat facere, impedieretur, ibi; *Cum uenissem autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit causam dilationis esse in communi, ne tristitiam inferret. Secundo, loquitur in speciali de quodam, qui eum contristauerat, ibi; *Siquis autem contristauit me.* Circa primum tria facit. Primo assignat rationem, quare uenire distulit. Secundo, causam dicti assignat; *Si enim ego contristatus &c.* Tertio, manifestat quæ dixit, ibi; *Nam ex multa tribulatione.* Dicit ergo, dixi ꝙ non veni ad vos parcens vobis, in hoc, scilicet, quia nolui vos contristari, & ideo; *Statui*, idest firmiter disposui; *Hoc ipsum apud me*, quod proposui, cum aliam epistolam misi. Eccles. 37. Ante omnia verbum verum &c. *Ne iterum*, idest alia vice; *In tristitia uenirem ad uos*, idest vos contristem. Et ratio quare noluit eos contristare, est illa qua dominus noluit ieiunare discipulos suos, scilicet ad hoc, vt amore & non timore afficerentur ad Christum, & iungerentur sibi. Voluit enim eos dominus firmare & nutrire in fide in omni dulcedine & desiderio cordis, & sic firmati ex amore, non de facili auellerentur propter tribulationes, quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Cant. 8. Similiter Aposto. non vult eos propter hoc

CAPIT. II. LEC. I.

TATVI autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirẽ ad uos. Si enim ego contristo uos, & quis est q̃ me lętificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uobis nt non cum uenero tristitiã super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia gaudium meum omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis.

LECTIO II.

Siquis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi, qui contristare. Rationem huius dicti, scilicet quòd non vult eos contristare, assignat cum dicit; *Si enim ego contristo &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, assignat causam quare noluit eos contristare. Secundo, manifestat quare hoc significet eis, ibi; *Et hoc ipsum scripsi.* Dicit ergo, Ratio quare nolui in tristitia venire, est, quia tristitia vestra redundat in tristitiam meam, & de consolatione vestra gaudeo, & solũ vos consolamini me cum sum apud vos: vnde si venirem, & contristarẽ vos, ego ex tristitia vestra tristarer, & sic nullus esset q̃ lætificaret me inter vos, qui contristamini ex me, quia contristatus non de facili alium consolatur Prou. 10. Filius sapiens &c. Prou. 29. Vir qui amat sapientiam &c. Vel aliter, est duplex tristitia. Vna secundum mundum: alia secundum Deum, quæ pœnitentiam in salutem operatur. Aposto. non loquitur de prima, sed de secunda. Et dicit ex hoc ipso ego consolabor *Si contristo uos*, idest, si increpando reduco ad pœnitentiam: sed si venirem, & viderem vos non pœnitere de peccatis: tunc nullam consolationem haberem, quia nullus contristatur, & pœnitet ex me idest mea correctione, & increpatione. Causa autem quare hoc scribo vobis est, vt ita disponatis uos, quòd quando uenero non habeam tristitiam, de eo quòd viderim uos incorrectos. super tristitiam quam habui, quando audiui uos peccasse. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, spem de impletione admonitionis ostendit, ibi; *Confidens in omnibus uobis &c*, Ammonitio est ista. Ideo; *Scripsi uobis hoc*, scilicet ꝙ tristor de peccato uestro commisso 2. Pet. 2. Iniquis operibus animam iusti cruciabant &c. Vt paretis & disponatis uos corrigendo: ut cum uenero ad uos nõ habeam tristitiam de peccatis, de quibus scilicet uobis oportuerat me gaudere, idest debebam lætari, & congratulari scilicet de præsentia uestra. Lucæ. 15. Gaudium est angelis Dei &c. Qualem autem spẽ habeat de impletione suæ ammonitionis, subdit dicens; *Confidens de omnibus uobis &c.* quasi dicat, hanc fiduciam habeo de uobis, taliter disponi uos, ut cum uenero, omnes detis mihi materiam gaudii, & hoc debetis libenter facere; *Quia gaudium meum &c.* idest cædit ad gaudium uestrum, uel est propter gaudium uestrũ, quod habetis de recuperatione gratiæ 1. Tim. 2. Quod est gaudium meum &c. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus &c. Sed quia posset aliquis dubitare de hoc quod dicit; *Ne cum uenero tristitiam super tristitiam habeam*, & quærere quam tristitiam habuit de eis, ideo consequenter hoc exponit dicens, *Nam ex multa tribulatione &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, manifestat tristitiam iamdudum habitam. Secundo, respondet cuidam taciturnæ quæstioni, ibi; *Non ut contristemini &c.* Dicit ergo primo, quia haberem tristitiam si non inuenirem uos correctos super tristitiam quam habui, quando peccastis, & oportuit me contristare uos redarguendo dure; *Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi* primam epistolam; *Per multas lachrymas*, quas fudi pro uobis iam mortuis, per peccatum Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquas &c. Eccl. 22. Confusio est patri de filio indisciplinato Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet &c. Sciendum est autem quòd duo ponit ad exaggerationem tristitiæ, tribulationem scilicet, & angustiam: quia unum additum alteri, aggrauat tristitiam. Nam aliquando quis tribulatur, sed sine angustia, tunc scilicet quando aliqua aduersitate quasi acutissimo tribulo pungitur, & tamen uidet sibi patere uias euadendi, quia si non pateat, tribulationi angustia iungitur. Dicit ergo, Ex multa tribulatione, qua pugnebar de facto, & malo uestri, & angustia cordis, quia non uidebam unde de facili posset poni remedium; *Scripsi &c.* Psal. 118. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Sed quia possent dicere. O Apostole, etiam hæc scribis nobis ut tristemur, & iõ hoc remouet dicẽs; *Non ut cõtristemini.* s. scribo vobis illa, sed ut sciatis quã charitatem habeã in uobis. Duo. n. sunt signa dilectionis, s. ꝙ gaudeat quis de bono alteriꝰ, & tristetur de malo eius: & hæc ego habeo ad uos: infra. 5. Charitas Christi urget nos; *Abundantius* quàm credatis, uel abundantius q̃ ad alios.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus insinuauit causam dilationis, ne scilicet tristitiam inferret, & de eius contristatione tractauit, hic

hic consequenter tractat de contristante. Et circa hoc tria facit. Primo enim, exaggerat culpam contristantis. Secundo, pœnam eius pro culpa inflicta, ibi; *Sufficit illi &c.* Tertio, hortatur eos habere misericordiam ad cõtristantẽ, ibi; *Ita & econtrario &c.* Dicit ergo primo, Scripsi vobis per multas lachrymas quas fudi propter tristitiam conceptam, & propter pœnam infligendam peccanti. Sed; *Siquis contristauit me*, ille scilicet fornicarius, enormis, de quo dicit 1. Cor. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio &c. Iste inquam & si contristauit; *Non contristauit me, sed ex parte*, idest nõ contristauit me scilicet solum, sed vos & nos. non omnes; *Sed ex parte.* Et hoc dico; *Non ut onerem uos omnes*, idest vt vobis hoc onus omnibus non imponam derisorie loquendo, quasi dicat, non ita estis boni & diligitis me, ꝙ pro tristitia mea & pro peccato fratris omnes doleatis. Vel vt nõ onerẽ omnes vos, non tantum illos qui non doluerunt de peccato. Vel aliter dicendum & melius; *Non me contristauit, sed ex parte &c.* Sciendum est enim, quòd aliquis aliquando tristatur totaliter, & aliquando non totaliter. Totaliter quidem tristatur quis, quando præ tristitia absorbetur a dolore: & hæc tristitia est quæ mortem operatur, vt dicitur infra 7. Quæ quidem secundum Philosophum, non cadit in sapientem. Non totaliter autem tristatur quis, quando licet ex aliquo modo quod patitur seu videt fieri, tristatur, tamen ex aliis causis bonis gaudet, & ista tristitia est secundum Deum, & cadit in sapientem. Quia ergo Apost. dicit se contristatum, ne credatur totaliter a tristitia absorptus, quod non est sapientis, dicit se contristatum ex parte, quasi non totaliter. Et secundum hoc legitur sic; *Contristauit me*, scilicet fornicarius propter peccatum suum: sed non me contristauit totaliter, quia licet in ipso propter peccatum habuerim tristitiam, tamen in vobis propter multa bona quæ facitis, & in ipso propter pœnitẽtiam quam fecit, habeo gaudium, Et dico ex parte; *Vt non onerem omnes uos*, idest vt non imponam vobis hoc onus, quòd scilicet contristaueritis me. Sed ne isti propter tristitiam Apostoli adhuc vellent eũ magis punire, subdit eis pœnam sufficientem fuisse dicens; *Sufficit illi qui eiusmodi est*, quòd scilicet contristauit me, tam grauiter peccando: obiurgatio quæ fit a pluribus, idest tam manifesta & publica correctio, quæ fuit, quòd separatus fuit ab omni communione, idest excommunicatus ab ecclesia & traditus sathanæ, vt habetur 1. Cor. 5. Est ergo sufficiens hæc pœna propter dictas causas. Vel potest dici sufficiens, non quantum ad Dei iudicium, sed quantum expediebat tempori & pærsonæ. Melius enim est sic seruare lenitatis spiritum in corrigendo, vt per pœnitentiam correctionis fructus sequatur, quàm si durius corrigatur, ut desperet peccare, & maioribus peccatis immergatur. Et ideo dicitur Ecc. 21. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam. Quia ergo pœna sufficiens fuit, & pœnitentiam egit: ideo consequenter inducit eos ad miserendum, dicens, *Ita ut econtrario magis &c.* Vbi tria facit. Primo, mandat, vt ei scilicet peccanti parcant. Secundo, huius rationem assignat, ibi; *Ne forte &c.* Tertio, inducit eos ad obseruãtiam huius monitionis, ibi; *Propter quod &c.* Dicit ergo primo, Dico, quòd sufficiens pœna est illi, & intantum, vt velim vt econtrario magis donetis, idest remittatis Luc. 6. Dimittite & dimittetur vobis. Ephe. 4. Donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Et non solum donetis, sed quod plus est, consolemini: & hoc proponendo sibi exempla peccantium, qui restituti sunt ad statum gratiæ, sicut dicitur de Dauid, Petro, Paulo, & Magdalena, & per verba Dei. Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris &c. 1. Thess. vlt. Corripite inquiete os, consolamini pusillanimes &c. Rationem autem huius ammonitionis subdit; *Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est.* Aliquis enim propter peccatum & pœnam peccati, aliquando sic mergitur tristitia, quòd absorbetur, dum nullum habet consolatorem: & hoc est malum, quia non sequitur ex hoc pœnitentiæ fructus, qui speratur, scilicet correctio, sed potius desperans tradit se omnibus peccatis, sicut Cayn, cum dixit, Maior est iniquitas &c. Genes. 4. & Ephes. 4. Qui desperantes, tradiderunt se &c. Et propter hoc dicitur 2. Regum 2. quòd periculosa res est desperatio. Et ideo dicebat Dauid in Psal. 61. Neque absorbeat me profundum &c. Et ideo ne hoc contingat, dicit; *Consolamini*, vt scilicet cesset a peccato. Esa. 27. Hic est omnis

eiusmodi est obiurgatio hæc, quæ fit a pluribus: ita ut econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim, & scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis: cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui (siquid donaui) propter vos in persona Christi, vt non circunueniamur a Sathana. nõ enim ignoramus cogitationes eius.

LECTIO III.

VM uenissem aũt Troadẽ propter euãgelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui fructus vt auferatur peccatum. Contra Apost. non solum per rationem, sed ex aliis causis inducit eos ad hoc, cum dicit, *Propter quod obsecro &c.* Et inducit eos a tribus modis. Primo, precibus, dicens; *Propter quod*, scilicet ne absorbeatur; *Obsecro*, qui possum præcipere. Phylem. Multam fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi &c. Cõtrarium faciunt mali prælati Ezec. 34. Cum austeritate imperabatis eis &c. *Vt confirmetis in illum charitatẽ*, quod fit si ostenditis charitatem vestrã ad eum, & nõ abhominamini eum propter peccata, nec contemnitis: sed propter cõsolationem vestrã facitis eum habere odio peccatum suũ, & diligere iustitiam Luc. 22. Et tu conuersus confirma fratres tuos &c. Secundo, inducit eos præcepto, dicens; *Ideo enim scripsi hoc*, scilicet; *Vt cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis.* Et dicit, in omnibus, scilicet siue in his quæ placent vobis: siue in his quæ displicent. Primo enim mandauerat eis, ꝙ excommunicarent eũm, & sic fecerunt mandatum Apostoli: nunc vero secundo mandat eis ꝙ parcant. & ideo dicit; *An in omnibus obedientes sitis*. Tertio, ex commemoratione beneficii, cum dicit; *Cui autem aliquid donastis &c.* quasi dicat, Vos debetis hoc facere, quia etiam ego feci. Sic enim vos remisistis alicui & rogastis me, ꝙ ego remitterem, & ego remisi. Et hoc est quòd dicit; *Cui autem aliquid donastis uos, & ego*, scilicet donaui. Et hoc patet; *Nam & ego quod donaui &c.* Vbi quatuor tanguntur ad huiusmodi donationem seu remissionem necessaria. Primum est discretio, vt scilicet non passim & temere remittatur. Et ideo dicit, Si quid, scilicet in debito modo. Prouer. 4. Palpebræ tuæ præcedant &c. Secundũ est finis, quia non pp amorem vel odium debet fieri, sed propter vtilitatem aliquam ecclesiæ vel aliquorum. Et ideo dicit; *Propter uos.* Tertium, est authoritas; quia non debet fieri authoritate propria, sed Christi, qui remittit peccata authoritatiue: alii vero quibus cõmissum ẽ, ministerio, & sicut membra Christi. & ideo dicit; *In persona Christi*, scilicet non mea authoritate. Et tamen quodcunque remittitur, Christus remittit. Io. 20. Quorũ remiseritis peccata &c. Quartum est necessitas: Vnde dicie; *Vt non circumueniamur a Sathana.* Diabolus. n. multos decepit, quosdam, scilicet trahẽdo ad peccatorum perpetrationem, quosdam vero ad nimiam rigiditatem contra peccantes, vt si non poteſt eos habere per perpetrationem facinorum, saltem perdat quos iam habet per prælatorum austeritatem, qui eos non misericorditer corrigentes in desperationẽ inducunt, & sic hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. Eccle. 7. Noli esse nimis iustus 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Et hoc continget nobis, si non remittamus peccantibus. Et ideo vt nõ circũueniamur a sathana, ego donaui si quid donaui; *Non enim ignoramus cogitationes eius.* s. sathanæ: verũ est ĩ generali, sed in speciali, nullus põt scire eius cogitationes nisi solus Deus. Iob. 41. Quis reuelauit faciẽ induméti eius? &c.

LECTIO TERTIA.

POSITA prima causa suæ dilationis ne. s. cum tristitia ĩret ad eos, hic ponit causam secundam, quæ est ex fructu quem alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit sui itineris processum. Secundo, ipsius processus effectum, ibi; *Deo autem gratias &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit impedimẽtum fructificandi, quod habuit in Troade. Secundo, subiungit ꝙ cessum suum in Macedoniam, ibi; *Sed uale faciens &c.* Dicit ergo; *Cum uenissem Troadem propter euangelium.* i. ad prædicandum Christum Io. 15. Posui vos vt eatis &c. *Et ostium mihi apertum esset*, idest mentes hominum paratæ, & dispositæ essent ad recipiendum prædicationis verba & Christum 1. Cor. 16. Ostium mihi apertum est &c. Apoc. 3. Ecce sto ad ostium &c. Sed non in quocunq;, immo in domino: quia ipsa præparatio mentis humanæ est ex virtute diuina. Nam licet facilitas qua mentes præparantur, sit causa conuersionis, tamen ipsius facilitatis & præparationis causa est Deus. Tren. vlt. Conuerte nos domine ad te & conuertemur, Cum inquam, ita esset apertum mihi ostium in domino; *Non habui requiem spiritui meo.* i. non potui facere qd̃ spiritus meus volebat. i. dictabat. Tunc enim dr̃ habere spiritus requiem, quando efficit quod vult: sicut tunc dicitur caro requiescere, quando habet qd̃ concupiscit Luc. 12. Anima mea habes multa

multa bona &c. Apostolus non dicit, Non habui requiem carni meæ vel corpori, sed spiritui meo, idest voluntati meæ spiritualiquæ est, vt Christum firmem in cordibus hominum. Et impediebar, quia videbam corda parata & disposita, & non poteram prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit; *Eo quod non inueni Titum fratrem meum*, idest, propter absentiam Titi, & hoc duplici de causa. Vna causa est, quòd licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebræa, quàm in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eũ habere præsentem, vt prædicaret in Troade. Et quia erat absens, nã Corinthii detinuerant eum, dicit; *Non habui requiem spiritui meo*: sed quia dona Dei non sunt imperfecta & donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad prædicandum per totum mundum. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Apostolo imminebant in Troade multa facienda. Nam ex vna parte imminebat ei prædicare his, qui parati erant recipere Christum per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersariis qui impediebant: & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui institisset prædicationi & conuersioni bonorum, & Apostolus restitisset aduersariis. Et specialiter etiã hoc scribit eis, vt innuat, quòd non solum prima causa dilationis suæ fuit ex eis, sed etiam secunda. nam ipse propter duritiam & dissensionem eorũ, detinerat tanto tẽpore Titum, & ideo dicit; *Eo quod non inueni Titum fratrem* vel in Christo, vel coadiutorem. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remansi ibi; *Sed malefaciens eis* qui erant conuersi, & in quibus ostiũ apertum erat; *Profectus sum in Macedoniam*, vbi credebam eum inuenire. Causa autem essendi in Macedonia, legitur Act. 26. vbi dicitur, ℣ vir Macedo &c. Consequenter cũ dicit; *Gratias autem Deo &c.* Ponit profectum sui processus: & circa hoc duo facit. Primo, describit ordinem sui processus. Secundo, excludit ab isto processu pseudo apostolos, ibi; *Ad hoc quis tam idoneus &c.* Circa primum duo facit. Primo, insinuat profectũ quem faciebat. Secundo, exponit quoddam quod dixerat, ibi; *Christi bonus odor &c.* Circa primum sciendum, quòd Apostolus profectũ & fructum quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ virtuti, sed Deo 1. Cor. 15. Abundantius omnibus laboraui non ego, sed gratia &c. & ideo dicit, Gratias aũt Deo. scilicet 1. Thes. 5. In omnibus gratias agite. Eph. 5. Gratias agentes &c. *Qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* 1. triumphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciendũ est, ℣ prædicatores veritatis duo debẽt facere. scilicet exhortari in doctrina sacra, & contradicentem deuincere: & hoc dupliciter: disputatione hæreticos: patientia vero persecutores. Vnde per ordinem ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit; *Qui triumphat nos*, Quantum ad contradicentes Ro. 8. In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 3. Non in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo &c. *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*; quantum ad exhortationem sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit *Glo.* idest filium suum: sed melius est vt hoc dicatur ad differentiam notitiæ de Deo, quam faciunt aliæ scientiæ, & quam facit fides. Nam notitia de Deo quæ habetur per alias scientias, illuminat intellectum solum, ostendens ℣ Deus est causa prima, ℣ est vnus & sapiens &c. Sed notitia de Deo quæ habetur per fidẽ, & illuminat intellectum, & delectat affectum: quia non solum dicit quòd Deus est prima causa, sed quòd est saluator noster, quod est redẽptor, & quòd diligit nos quòd est incarnatus pro nobis, quæ omnia affectum inflammant. Et ideo dicendum, quòd odorem notitiæ suæ, idest notitiam suæ suauitatis, credenti per nos in omni loco manifestat: quia iste odor longe lateque diffundit. Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui &c. Gen. 27. Ecce odor filii &c. Quia vero aliqui possent dicere quid est odor Dei in omni loco? nam multa loca sunt in quibus non recipitur prædicatio nostra: ideo Apostolus exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiãt prædicationem: siue non: tamen notitia Dei manifestatur vbique per nos; *Quia sumus bonus odor Christi Deo*. i. ad honorem Dei: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quòd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum Deo,

requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrẽ meũ, sed ualefaciens eis: profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs aũt odor vitæ in vitam. Et ad hęc, quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPIT. III. LEC. I.

INcipimus iterũ nosmetipsos cõmendare? Aut nunqd egemꝰ sicut qdã, cõmendatijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus manifestati ℣ epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

quasi dicat, Nos sumus holocaustum, quod offertur Deo in odorem suauitatis. Et tam; *In his qui salui fiunt*, vt scilicet non pereãt, quod est eis a Deo, quàm; *In his qui pereunt*, quod est eis ex seipsis: Vnde Oseæ 13: Perditio tua Israel ex te &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodẽ modo? Non, sed; *Alijs quidem est odor mortis in mortem*. i. inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortẽ eternam, illis, scilicet q̃ inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi, & conuersionem fidelium Luc. 2. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ &c. *Alijs autem odor uitæ* dilectionis & bonæ opinionis, ducentis eos; *In uitam* æternam, scilicet illis qui gaudẽt & cõuertuntur ad prædicationẽ Apostoli 1. Cor. 1. Verbũ crucis pereuntibus &c. His autem qui salui &c. Sic ergo, ex odore Apostoli, boni viuũt, mali moriuntur: sicut legitur quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. Consequenter cũ dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus &c.* excludit ab isto profectu pseudo apostolos, dicens, Quis illorum pseudo apostolorum, est tam idoneus ad ista scilicet, quæ nos apostoli veri facimus? quasi dicat: nullus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Sed contra Prou. 27. Laudet te alienus &c. Ad hoc respondet Greg. super Ezech. ℣ sancti duplici ex causa seipsos laudant: & non propter gloriã suam & vanitatem. Prima causa est, vt non desperent in tribulationibus, sicut Iob, quando amici nitebantur eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam sua bona quæ fecerat, vt confortatus non desperaret; *Vnde dicebat*, Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Legitur etiam de quodam sancto patre, quòd quando tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriam bona quæ fecerat, vt confortaretur: quando tentabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, vt humiliaretur. Secunda causa est, propter vtilitatẽ, vt scilicet haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ suæ. Et propter hanc causam hic Apostolus laudat se. Nam Corinthii præferebant sibi pseudo apostolos & condemnabant eum, & ideo non sic obediebant sibi. Vt ergo non vilipenderent eum, sed obedirent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus*, sicut nos? non pseudo apl̃i: quia licet ipsi prædicent, tñ adulterãt verbum Dei quod nos non facimus. Vnde dicit; *Non sumus, sicut plurimi*, scilicet pseudo apl̃i; *Adulterantes uerbum Dei*, admiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet confiteantur Christum, tamen non dicunt eum esse verũ Deum: sic faciunt pseudo apl̃i qui dicũt cũ euangelio debere obseuari legalia. Itẽ; *Nõ adulterantes uerbum Dei*. i. prẽdicantes, vel ꝓp quæstum, vel propter fauorẽ laudis. Sic. n. mulieres adulteræ dicuntur, q̃ recipiunt semen ex alio viro, ad propagationem prolis. In prædicatione autem, semẽ nihil aliud est, quàm finis seu intentio tua, vel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus: si intentio tua est fauor gloriæ propriæ: adulteras verbum Dei. Hoc faciebant pseudo apl̃i, qui ꝓp quæstũ prædicabant. infra 4. Neque adulterantes verbum Dei &c. Apostoli autem prædicabãt, neque propter quæstum, neque gloriam propriam, sed propter laudem Dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit; *Sed ex sinceritate*, idest sincera intentione: non propter quæstum, & sine admistione corruptionis. supra 1. Ex sinceritate &c. Ponit aũt triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Nuntium enim veritatis decet vera loqui: Et ideo dicit; *Ex Deo*, idest illa sinceritate, quæ est digna nuntio Dei 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Secunda sumit ex authoritate præsidẽtis cui astat. Ideo dicit; *Coram Deo*, corã quo ex sinceritate loqui debemus 3. Reg. 17. Viuit dominus in cuius conspectu sto &c. Tertio, sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nam prædicatio apostolorum est de Christo: & ideo debet esse sincera: sicut & ipse Deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solum, non de legalibus, vt pseudo apl̃i faciunt 1. Corint. 2. Neque existimaui me scire aliquid inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus suã excusationẽ posuit, in qua beneuolentiã captauit auditorum, hic consequẽter prosequi suam intentionem, scilicet tractans de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat dignitatem bonorum

bonorum ministrorum. Secundo vero, exaggerat malitiam malorum ministrorum: & hoc a 10. cap. & deinceps. Circa primum duo facit. Primo enim commendat ministerium noui testamenti. Secundo, commendat vsum huius ministerii in aliis, exhortando eos ad hoc, ibi 6. cap. *Adiuuantes autem &c.* Circa primum cõmendat hmõi ministeriũ noui testamenti ex tribus Primo, ex dignitate in isto ca. Secũdo, Ex vsu, ca. 4. ibi; *Ideo habentes &c.* Tertio, ex præmio 5. ca. ibi; *Scimus autem quoniam si &c.* Circa primum duo facit. Primo, remouet quandam obiectionem. Secundo, commendat ministros noui testamenti, ibi; *Qui & idoneos nos fecit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus intendit commendare ministros noui testamenti, quorum ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthii obiicerent sibi, quòd in hoc vellet commendare seipsum, statim excludit, dicens; *Incipimus iterum nosmetipsos &c.* ubi duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo, respondet, ibi, scilicet, *Aut nunquid egemus &c.* Quæstio sua talis est, Dico, quòd non sumus adulterantes verbum Dei, sicut pseudo, sed ex sinceritate, sicut ex Deo. Sed nunquid hoc dicendo; *Incipimus iterum nos commendare*, idest, dicimus ista, vt velimus nostram gloriam quærere, & non Dei? Et dicit iterum, quia in epistola prima commendauerat se satis, cum dixit, Vt sapiens architectus &c. Non ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriã nostram, sed Dei. Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Huic autem quæstioni respondet, cum dicit; *Aut nunquid egemus &c.* & ostendit quòd non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quòd non indiget commendatione hominum. Secundo quòd neque etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi; *Fiduciam autem talem &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd non indiget commendatione eorum ad gloriam propriam. Secundo, huius causam assignat, ibi; *Epistola nostra uos estis &c.* Dicit ergo, Dico quòd non incipimus cõmendare nosmetipsos, quia non indigemus commendatione. Et hoc est q̃d dicit; *Aut nunquid egemus nos* veri ministri; *Sicut quidam* scilicet pseudo; *Commendatitiis epistolis*, idest laudibus missis; *Ad nos* ab aliis; *Aut ex nobis* aliis missis? Sed contra Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mãdatũ &c. Etiam legati Papæ semper portant literas commendatitias. nõ est ergo malum. Respondo. Dicendum, quòd accipere literas huiusmodi a personis famosis, vt solum per illas commendentur & honorentur, quousque ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiam: hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. Apostolus vero, ita iam erat notus, & commendatus apud istos per opera sua, quòd non indigebat literis commendatitiis. Et ideo statim causam huius assignans, subdit; *Epistola nostra uos estis*. quasi dicat. Ego habeo bonas literas, non indigeo aliis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo enim ostendit, quæ sit ista litera quam habet. Secundo, exponit hoc idem, ibi; *Manifestati &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quæ sit illa litera. Secundo, ostendit eam esse sufficientem ad commendationem propriam, ibi; *Scripta &c.* Dicit ergo sic, epistola nostra vos estis, idest epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos commendamur, ita vt epistolis aliis non indigeamus: supra 2. Gloria nostra vos estis. Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia; *Scripta &c.* ubi duo tangit, sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est, quòd intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, aliàs adhuc quæreret, nisi sciret se eam habere. Et quantum ad hoc, dicit; *Scripta in cordibus nostris*: quia semper vos habemus in memoria, habentes de vobis specialem curam. Phil. 1. Eo quòd habeam vos &c. Secundum est, quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam: aliàs non curaret, de commendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit; *Quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur inquam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem, quia exemplo nostri etiam alii imitantur vos. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas vt percurrat, qui legerit eum. Quomodo autem scitur hæc epistola, exponit, dicens; *Manifestati &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, exponit cuius sit hæc litera. Secundo, quomodo sit scripta: & tertio in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit; *Manifestati quoniam estis Christi*, idest a Christo informati & inducti, scilicet principaliter & authoritatiue. Matth. 23. Vnus est magister vester. Sed a nobis secundario, & instrumentaliter. Et ideo dicit; *Ministrata a nobis* 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo &c. 1. Cor. 3. Quid igitur Cephas &c.

Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia; *Non atramento*, i. non ad mixta erroribus, sicut pseudo apostolorũ, non mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex; quæ neminẽ ad perfectũ adduxit. Heb. 7. Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error: & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Non inquam atramento est scripta; *Sed spiritu Dei uiui*, idest spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instructi estis Ephe. 1. In quo signati estis &c. Vbi autem sit scripta insinuat, subdẽs; *Nõ in tabulis lapideis* sicut lex vet?, vt excludat duritiem: quasi dicat, Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi Act. 7. Dura ceruice &c. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, idest, in cordibus latis ex charitate: & carnalibus, idest mollibus ex affectu implẽdi & intelligendi. Ezech. 36. Auferam a vobis cor lapideũ, &c. *Fiduciam autem talem &c.* Apostolus supra excusauit se, quòd non quærebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hic vero probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immo omnia bona quæ facit, non attribuit sibi, sed Deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona, quæ habet, & facit, Deo. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Non quod sufficientes &c.* Dicit ergo primo: Dico quòd non egemus epistolis commendatitiis, & quòd vos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostram, sed Christi: & 3. *Fiduciam talem*, idest, dicendi talia; *Habemus ad Deum*, idest, referimus in Deum. Vel fiduciam tendentem in Deum, ex cuius viribus hoc dico: quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciam habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem, vt dicitur Rom. 5. Qui vniuit nos Deo. Hiere. 17. Benedictus vir &c. Et quia vnitus Deo per Christum, habeo hanc fiduciam. Psal. 11. Fiducialiter agam &c. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, etiam ipsum principium operis Deo attribuo. Et ideo dicit; *Non quod sumus sufficientes cogitare*, saltem non dicere, vel implere. Nam in quolibet processu operis, primo est assensus qui fit cogitando, deinde collatio per verbum, & postmodum impletio per opus: vnde fit, vt sic nec cogitare quis a se habeat, sed a Deo: non est. n. dubium, quòd non solum perfectio operis boni est a Deo, sed etiam inchoatio. Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum &c. & hoc est contra Pelagianos dicentes, quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est a Deo Esaia. 26. Omnia opera nostra &c. Sed ex hoc ne videatur tollere libertatem arbitrii, dicit; *A nobis, quasi ex nobis*, quasi dicat, Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc q̃d facio non est ex me, sed a Deo, qui hoc ipsum posse confert, vt sic, & libertatem hominis defendat, cum dicit, A nobis, idest, a nostra parte, & diuinam gratiam commendat, dum dicit; *Quasi ex nobis*, scilicet, procedat, sed a Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere, sine adiutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, ꝓp quod facimus. Non est autem procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliquid primum, puta ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est a Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt ad actiones suas, sed aliter & aliter. Cum enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet quòd hoc fiat secundum modum suæ naturæ, idest, rei motæ. & ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet libere ad operationes suas, sicut creaturas rationales & intellectuales. Alia autem non libere, sed secundum modum suæ naturæ: licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis: tamen habemus aliquam sufficientiam, qua scilicet bonum possumus velle & credere incipiamus, & hoc a Deo est 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti?

Eth. 6. c. 10

LECTIO

multa bona &c. Apostolus non dicit, Non habui requiem carni meæ vel corpori, sed spiritui meo, idest voluntati meæ spiritali, quæ est, vt Christum firmem in cordibus hominum. Et impediebar, quia videbam corda parata & disposita, & non poteram prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit; *Eo quod non inueni Titum fratrem meum*, idest, propter absentiam Titi, & hoc duplici de causa. Vna causa est, quòd licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebræa, quàm in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eũ habere præsentem, vt prædicaret in Troade. Et quia erat absens, nã Corinthii detinuerant eum, dicit; *Non habui requiem spiritui meo*: sed quia dona Dei non sunt imperfecta & donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad prædicandum per totum mundum. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Apostolo imminebant in Troade multa facienda. Nam ex vna parte imminebat ei prædicare his, qui parati erant recipere Christum per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersariis qui impediebant: & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui institisset prædicationi & conuersioni bonorum, & Apostolus restitisset aduersariis. Et specialiter etiã hoc scribit eis, vt innuat, quòd non solum prima causa dilationis suæ fuit ex eis, sed etiam secunda. nam ipse propter duritiam & dissensionem eorũ, detinerat tanto tẽpore Titum, & ideo dicit; *Eo quod non inueni Titum fratrem* vel in Christo, vel coadiutorem. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remansi ibi; *Sed uale faciens eis* qui erant conuersi, & in quibus ostiũ apertum erat; *Profectus sum in Macedoniam*, vbi credebam eum inuenire. Causa autem essendi in Macedonia, legitur Act. 26. vbi dicitur, ꝙ vir Macedo &c. Consequenter cũ dicit; *Gratias autem Deo &c.* Ponit profectum sui processus: & circa hoc duo facit. Primo, describit ordinem sui processus. Secundo, excludit ab isto processu pseudo apostolos, ibi; *Ad hoc quis tam idoneus &c.* Circa primum duo facit. Primo, insinuat profectũ quem faciebat. Secundo, exponit quoddam quod dixerat, ibi; *Christi bonus odor &c.* Circa primum sciendum, quòd Apostolus profectũ & fructum quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ virtuti, sed Deo 1. Cor. 15. Abundantius omnibus laborani non ego, sed gratia &c. & ideo dicit, Gratias aũt Deo. I. ago 1. The. 5. In omnibus gratias agite. Eph. 5. Gratias agentes &c. *Qui semper triumphat nos in Christo Iesu*. i. triumphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciendũ est, ꝙ prædicatores veritatis duo debẽt facere. s. exhortari in doctrina sacra, & contradicentem deuincere: & hoc dupliciter: disputatione hæreticos: patientia vero persecutores. Vnde per ordinem ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit; *Qui triumphat nos*, Quantum ad contradicentes Ro. 8. In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 3. Non in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo &c. *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*; quantum ad exhortationem sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit *Glo.* idest filium suum: sed melius est vt hoc dicatur ad differentiam notitiæ de Deo, quam faciunt aliæ scientiæ, & quam facit fides. Nam notitia de Deo quæ habetur per alias scientias, illuminat intellectum solum, ostendens ꝙ Deus est causa prima, ꝙ est vnus & sapiens &c. Sed notitia de Deo quæ habetur per fidẽ, & illuminat intellectum, & delectat affectum: quia non solum dicit quòd Deus est prima causa, sed quòd est saluator noster, quod est redẽptor, & quòd diligit nos quòd est incarnatus pro nobis, quæ omnia affectum inflammant. Et ideo dicendum, quòd odorem notitiæ suæ, idest notitiam suæ suauitatis, credenti per nos in omni loco manifestat: quia iste odor longe lateque diffunditur Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui &c. Gen. 27. Ecce odor filii &c. Quia vero aliqui possent dicere: quid est odor Dei in omni loco? nam multa loca sunt in quibus non recipitur prædicatio nostra: ideo Apostolus exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiãt prædicationem: siue non: tamen notitia Dei manifestatur vbique per nos; *Quia sumus bonus odor Christi Deo*. i. ad honorem Dei: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quòd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum Deo,

F quasi dicat, Nos sumus holocaustum, quod offertur Deo in odorem suauitatis. Et tam; *In his qui salui fiunt*, vt scilicet non pereãt, quod est eis a Deo, quàm; *In his qui pereunt*, quod est eis ex seipsis. Vnde Oseæ 13: Perditio tua Israel ex te &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodẽ modo? Non, sed; *Aliis quidem est odor mortis in mortem*, ii. inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortẽ æternam, illis, scilicet q̃ inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi, & conuersionem fidelium Luc. 2. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ &c. *Aliis autem odor uitæ* dilectionis & bonæ opinionis, ducentis eos; *In uitam* æternam, scilicet illis qui gaudẽt & cõuertuntur ad prædicationẽ Apostoli 1. Cor. 1. Verbũ crucis pereuntibus &c. His autem qui salui &c. Sic ergo, ex odore Apostoli, boni viuũt, mali moriuntur: sicut legitur quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. Consequenter cũ dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus &c.* excludit ab isto profectu pseudo apostolos, dicens, Quis illorum pseudo apostolorum, est tam idoneus ad ista scilicet, quæ nos apostoli veri facimus? quasi dicat: nullus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Sed contra Prou. 27. Laudet te alienus &c. Ad hoc respondet Greg. super Ezech. ꝙ sancti duplici ex causa seipsos laudant: & non propter gloriã tuam & vanitatem. Prima causa est, vt non desperent in tribulationibus, sicut Iob, quando amici nitebantur eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam sua bona quæ fecerat, vt confortatus non desperaret; *Vnde dicebat*, Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Legitur etiam de quodam sancto patre, quòd quando tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriam bona quæ fecerat, vt confortaretur: quando tentabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, vt humiliaretur. Secunda causa est, propter vtilitatẽ, vt scilicet haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ suæ. Et propter hanc causam hic Apostolus laudat se. Nam Corinthii præferebant sibi pseudo apostolos & condemnabant eum, & ideo non sic obediebant sibi. Vt ergo non vilipenderent eum, sed obedirent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus*, sicut nos? non pseudo apli: quia licet ipsi prædicent, tñ adulterãt verbum Dei quod nos non facimus. Vnde dicit; *Non sumus, sicut plurimi*, sc. pseudo apli; *Adulterantes uerbum Dei*, admiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet confiteantur Christum, tamen non dicunt eum esse verũ Deum: sic faciunt pseudo apli qui dicũt cũ euangelio debere obseuari legalia. Itẽ; *Nõ adulterantes uerbum Dei*. i. prædicantes, vel pp quæstum, vel propter fauorẽ laudis. Sic. n. mulieres adulteræ dicuntur, qñ recipiunt semen ex alio viro, ad propagationem prolis. In prædicatione autem, semẽ nihil aliud est, quàm finis seu intentio tua, vel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus: si intentio tua est fauor gloriæ propriæ: adulteras verbum Dei. Hoc faciebant pseudo apli, qui pp quæstũ prædicabant. infra 4. Neque adulterantes verbum Dei &c. Apostoli autem prædicabãt, neque propter quæstum, neque gloriam propriam, sed propter laudem Dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit; *Sed ex sinceritate*, idest sincera intentione: non propter quæstum, & sine admistione corruptionis. supra 1. Ex sinceritate &c. Ponit aũt triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Nuntium enim veritatis decet vera loqui. Et ideo dicit; *Ex Deo*, idest illa sinceritate, quæ est digna nuntio Dei 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Secunda sumit ex authoritate præsidẽtis cui astat. Ideo dicit; *Coram Deo*, corã quo ex sinceritate loqui debemus 3. Reg. 17. Viuit dominus in cuius conspectu sto &c. Tertio, sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nam prædicatio apostolorum est de Christo: & ideo debet esse sincera: sicut & ipse Deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solum, non de legalibus, vt pseudo apli faciunt 1. Corint. 2. Neque existimaui me scire aliquid inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum.

odor vitæ in vitam. Et ad hęc, quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPIT. III. LEC. I.

G INcipimus iterũ nosmetipsos cõmendare? Aut nunqd egemꝰ sicut qdã, cõmen

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus suã excusationẽ posuit, in qua beneuolentiã captauit auditorum, hic consequẽter prosequit suam intentionem, scilicet tractans de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat dignitatem bonorum

bonorum ministrorum. Secundo vero, exaggerat malitiam malorum ministrorum: & hoc a 10. cap. & deinceps. Circa primum duo facit. Primo enim commendat ministerium noui testamenti. Secundo, commendat vsum huius ministerii in aliis, exhortando eos ad hoc, ibi 6. cap. *Adiuuantes autem &c.* Circa primum cõmendat hmõi ministeriũ noui testamenti ex tribus Primo, ex dignitate in isto ca. Secũdo, Ex vsu, ca. 4. ibi; *Ideo habentes &c.* Tertio, ex præmio 5. ca. ibi; *Scimus autem quoniam si &c.* Circa primum duo facit. Primo, remouet quandam obiectionem. Secundo, commendat ministros noui testamenti, ibi; *Qui & idoneos nos fecit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus intendit commendare ministros noui testamenti, quorum ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthii obiicerent sibi, quòd in hoc vellet commendare seipsum, statim excludit, dicens; *Incipimus iterum nosmetipsos &c.* vbi duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo, respondet, ibi, scilicet, *Aut nunquid egemus &c.* Quæstio sua talis est, Dico, quòd non sumus adulterantes verbum Dei, sicut pseudo, sed ex sinceritate, sicut ex Deo. Sed nunquid hoc dicendo; *Incipimus iterum nos commendare*, idest, dicimus ista, vt velimus nostram gloriam quærere, & non Dei? Et dicit iterum, quia in epistola prima commendauerat se satis, cum dixit, Vt sapiens architectus &c. Non ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriã nostram, sed Dei. Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Huic autem quæstioni respondet, cum dicit; *Aut nunquid egemus &c.* & ostendit quòd non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quòd non indiget commendatione hominum. Secundo quòd neque etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi; *Fiduciam autem talem &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd non indiget commendatione eorum ad gloriam propriam. Secundo, huius causam assignat, ibi; *Epistola nostra uos estis &c.* Dicit ergo, Dico quòd non incipimus cõmendare nosmetipsos, quia non indigemus commendatione. Et hoc est qd̃ dicit; *Aut nunquid egemus nos* veri ministri; *Sicut quidam*' scilicet pseudo; *Commendatitiis epistolis*, idest laudibus missis; *Ad nos* ab aliis; *Aut ex nobis* aliis missis? Sed contra Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mãdatũ &c. Etiam legati Papæ semper portant literas commendatitias. nõ est ergo malum. Respondo. Dicendum, quòd accipere literas huiusmodi a personis famosis, vt solum per illas commendentur & honorentur, quousque ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiam: hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. Apostolus vero, ita iam erat notus, & commendatus apud istos per opera sua, quòd non indigebat literis commendatitiis. Et ideo statim causam huius assignans, subdit; *Epistola nostra uos estis.* quasi dicat. Ego habeo bonas literas, non indigeo aliis. Et ideo citra hoc duo facit. Primo enim ostendit, quæ sit ista litera quam habet. Secundo, exponit hoc idem, ibi; *Manifestati &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quæ sit illa litera. Secundo, ostendit eam esse sufficientem ad commendationem propriam, ibi; *Scripta &c.* Dicit ergo sic, epistola nostra vos estis, idest epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos commendamur, ita vt epistolis aliis non indigeamus: supra 2. Gloria nostra vos estis. Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia; *Scripta &c.* vbi duo tangit, sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est, quòd intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, aliàs adhuc quæreret, nisi sciret se eam habere. Et quantum ad hoc, dicit; *Scripta in cordibus nostris*: quia semper vos habemus in memoria, habentes de vobis specialem curam. Phil. 1. Eo quòd habeam vos &c. Secundum est, quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam: aliàs non curaret, de commendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit; *Quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur inquam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem, quia exemplo nostri etiam alii imitantur vos. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas vt percurrat, qui legerit eum. Quomodo autem scitur hæc epistola, exponit, dicens; *Manifestati &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, exponit cuius sit hæc litera. Secundo, quomodo sit scripta: & tertio in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit; *Manifestati quoniam estis Christi*, idest a Christo informati & inducti, scilicet principaliter & authoritatiue. Matth. 23. Vnus est magister vester. Sed a nobis secundario, & instrumentaliter. Et ideo dicit; *Ministrata a nobis* 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo &c. 1. Cor. 3. Quid igitur Cephas &c.

datijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus manifestati ꝙ epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

A Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia; *Non atramento*, i. non ad mixta erroribus, sicut pseudo apostolorũ, non mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex: quæ neminẽ ad perfectũ adduxit. Heb. 7. Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error: & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Non inquam atramento est scripta; *Sed spiritu Dei uiui*, idest spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instructi estis Ephe. 1. In quo signati estis &c. Vbi autem sit scripta insinuat, subdẽs; *Nõ in tabulis lapideis* sicut lex vetꝰ, vt excludat duritiem: quasi dicat, Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi Act. 7. Dura ceruice &c. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, idest, in cordibus latis ex charitate: & carnalibus, idest mollibus ex affectu implẽdi & intelligendi Ezech. 36. Auferam a vobis cor lapideũ, &c. *Fiduciam autem talem &c.* Apostolus supra excusauit se, quòd non quærebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hic vero probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immo omnia bona quæ facit, non attribuit sibi, sed Deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona, quæ habet, & facit, Deo. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Non quod sufficientes &c.* Dicit ergo primo: Dico quòd non egemus epistolis commendatitiis, & quòd vos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostram, sed Christi: & ; *Fiduciam talem*, idest, dicendi talia; *Habemus ad Deum*, idest, referimus in Deum. Vel fiduciam tendentem in Deum, ex cuius viribus hoc dico: C quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciam habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem, vt dicitur Rom. 5. Qui vniuit nos Deo. Hiere. 17. Benedictus vir &c. Et quia vnitus Deo per Christum, habeo hanc fiduciam. Psal. 11. Fiducialiter agam &c. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, etiam ipsum principium operis Deo attribuo. Et ideo dicit; *Non quod simus sufficientes cogitare*, saltem non dicere, vel implere. Nam in quolibet processu operis, primo est assensus qui fit cogitando, deinde collatio per verbum, & postmodum impletio per opus: vnde fit, vt sic nec cogitare quis a se habeat, sed a Deo: non est. n. dubium, quòd non solum perfectio operis boni est a Deo, sed etiam inchoatio. Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum &c. & hoc est contra Pelagianos dicentes, quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est a Deo Esaia. 26. Omnia opera nostra &c. Sed ex hoc ne videatur tollere libertatem arbitrii, dicit; *A nobis, quasi ex nobis*, quasi dicat, Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc qd̃ facio non est ex me, sed a Deo, qui hoc ipsum posse confert, vt sic, & libertatem hominis defendat, cum dicit, A nobis, idest, a nostra parte, & diuinam gratiam commendat, dum dicit; *Quasi ex nobis*, scilicet, procedat, sed a Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere, sine adiutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, pp quod facimus. Non est autem procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliquid primum, puta ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est a Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt ad actiones suas, sed aliter & aliter. Cum enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet quòd hoc fiat secundum modum suæ naturæ, idest, rei motæ. & ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet libere ad operationes suas, sicut creaturas rationales & intellectuales. Alia autem non libere, sed secundum modum suæ naturæ: licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis; tamen habemus aliquam sufficientiam, qua scilicet bonum possumus velle & credere incipiamus, & hoc a Deo est 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti?

Eth. 6. c. 10

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

COMMENDATO ministerio noui testamenti, hic consequenter commendat ministros eius. Et primo, ponit duo, quæ respondent verbis præmissis. Præmiserat enim donum a Deo acceptum, cum dixit; *Sufficientia nostra &c.* Et fiduciam ex dono cõceptam, cum dixit; *Fiduciam talem &c.* Primo ergo, determinat ea, q̃ pertinent ad donum perceptum. Secundo ea, quæ ad fiduciam conceptam, ibi; *Habentes igitur talẽ &c.* Circa primum, tria facit. Primo, ostendit donum a Deo suscepturn, scilicet ministerium noui testamenti. Secundo, describit nouum testamentum, ibi; *Non litera sed spiritu.* Tertio, ex dignitate noui testamenti, ostendit dignitatem ministrorum eius, ibi; *Si ministratio &c.* Dicit ergo, Dico q̃ sufficientia nostra ex Deo est; *Qui & fecit nos idoneos ministros noui testamenti.* Esa. 61. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus locum angelorum. Psal. 103. Qui facit angelos &c. Sed non solum fecit nos ministros, sed idoneos. Deus enim cuilibet rei dat ea, per quę possit consequi perfectionem suæ naturæ. Vnde, quia Deus constituit ministros noui testamẽti, dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exercendum, nisi sit impedimentum ex parte recipientium: supra 2. Et ad hæc quis tam idoneus, scilicet, sicut Apostoli a Deo institũti? Hoc autem nouum testamentum quid sit describit, subdens; *Non litera &c.* Et describit ipsum quantum ad duo, scilicet quantum ad illud in quo consistit, & quantum ad causam propter quam datum est, ibi; *Litera enim occidit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus loquitur profunde: dicitur enim Hier. 31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris. Et post. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorũ superscribam eam &c. Vetus ergo testamentũ scribitur in libro post modum sanguine aspergendo, vt dicitur Heb. 9 Accepit sanguine & aspersit librum &c. dicens, Hic est sanguis &c. Et sic patet, quòd vetus lex est testamentum literæ, sed nouum testamentum, est testamentum spiritus sancti, quo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, vt dicitur Ro. 5. Et sic dum spiritussanctus facit in nobis charitatem, quæ est plenitudo legis, est testameneum nouum; *Non litera*, idest per literã scribendum; *Sed spiritu*, idest, per spiritum, qui viuificat Rom. 8. Lex spiritus vitæ, idest, viuificantis. Causa autem, quare datum sit nouum testamentum, per spiritum, subditur, Quia; *Litera occidit* occasionaliter. Nam litera legis dat solam cognitionem peccati. Ro. 3. Per legem autem cognitio peccati. Ex hoc autem, quòd cognosco peccatum, solum duo sequuntur. Nam lex dum per eam cognoscitur, non reprimit concupiscentiam, sed magis occasionaliter auget, inquantum concupiscentia feruentius fertur in rem prohibitam. Vnde huiusmodi cognitio, nondum destructa causa concupiscentiæ, occidit. hinc vero addit præuaricationẽ. Nam grauius est peccare contra legem scriptam & naturalem simul, q̃ contra legem naturalem solum Rom. 7. Occasione accepta, non data, peccatum &c. Licet autem occasionaliter occidat, inquantum scilicet auget concupiscentiã: & addit præuaricationem, nõ tamen est mala lex vetus, quia ad minus prohibet mala. Est tamen imperfecta, inquantũ non remouet causam. Est ergo lex sine spiritu interius imprimens legem in corde, occasio mortis. Et ideo necessarium fuit dare legem spiritus, qui charitatem in corde faciens viuificet: Ioan. 6. Spiritus est, qui viuificat. Consequenter ex his ostendit dignitatem sui ministerii. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit, quòd ministerium noui testamenti, præfertur ministerio veteris testamenti. Secundo, quòd non solum præfertur, sed quòd ministerium veteris testamenti, quasi nihil habet de gloria in cõparatione ad nouum, ibi; *Nam nec glorificatum &c.* Circa primum, duo facit. Primo, ostendit quòd ministerium noui testamenti præfertur veteri. Secundo, rõnem huius assignat, ibi; *Nam si ministratio &c.* Circa primũ sciẽdum est, q̃ Apostolus argumentatur ex hoc, quod habetur. Exo. 24. Vbi litera nostra habet, q̃ Moyses habebat faciem cornutã, ita quòd non possent &c. Alia litera habet faciem splendidam, quod melius dicitur. Non enim intelligendum est, eum habuisse cornua ad literam, sicut quidam eum pingunt: sed dicitur cornuta propter radios qui videbantur esse quasi quædam cornua. Arguitur autem ex hoc, sic & primo per vnũ simile, & est locus a minori.

LECTIO. II.

GVI & idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu, Litera enim occidit, spiritus autẽ uiuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi propter gloriã uultus eius, quę euacuatur: quõ non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio dãnationis ĩ gloria est, multomagis abuudat ministeriũ iustitię in gloria. Nam nec glorificatũ est, quod claruit in hac parte pp excellentem gloriam. Si enim, quod euacuatur per gloriam est, multo magis, quod manet, in gloria est.

Constat enim, quòd si aliquid quod minus est, habet aliquid de gloria, quòd multo magis illud quod est maius. Sed vetus testamẽtum est minus quàm nouum. cum ergo illud fuerit in gloria, ita vt non possent &c. Videtur q̃ multo magis nouum est in gloria. Quod aũt vetus testamentum minus sit nouo, probat tripliciter. Primo, quantum ad effectũ: quia illud est testamentũ mortis, istud vitæ, vt dictum est. Et quantũ ad hoc, dicit, q̃ si ministratio mortis, idest vetus, quæ est occasio mortis: & hoc respõdet ei quo dicitur; *Litera occidit &c.* Secũdo quantum ad modum tradẽdi, quia vetus fuit tradita literis in tabulis lapideis: noua vero, fuit impressa spiritu, in cordibus carnalibus: & hoc innuit, cum dicit; *Literis deformata*, idest perfecte formata; *In lapidibus*, idest in tabulis lapideis. Et hoc ei respondet, quo dicitur; *Non litera sed spiritu &c.* Tertio, quantum ad perfectionem, quia gloria veteris testamenti sine fiducia est, quia neminem ad perfectum adduxit lex. In nouo uero, est gloria cũ spe melioris gloriæ, scilicet sempiternæ. Esa. 51. Salus mea in sempiternum erit. Et hoc innuit cum dicit, *Quae euacuatur.* Gal. 5. Quod si circuncidimini, Christus nihil &c. Conclusio ponitur, cum dicit; *Quomodo non magis* quod planum est. Horum autem rationem assignat consequenter, cum dicit; *Nam si ministratio &c.* Et est ratio sua talis, Gloria magis debetur iustitiæ, quàm damnationi: sed ministerium noui testamenti est ministerium iustitiæ, quia iustificat interius viuificando. Ministerium autem veteris testamenti, est ministerium damnationis occasionaliter: supra eodem; *Litera occidit spiritus autem uiuificat.* Cum ergo ministratio damnationis, idest ministratio veteris testamenti, quæ occasionaliter est causa damnationis, vt dictum est, est in gloria, quæ apparuit in facie Moysi, constat, quòd multo magis abundat in gloria, idest dat abundantem gloriam ministris eius; *Ministerium iustitiae*, idest noui testamenti, per qd datur spiritus per quẽ est iustitia & consummatio virtutũ. Pro. 3. Sapientes gloriam possidebunt. Consueuerunt hoc in loco, fieri quæstiones de comparatione Moysi & Pauli: sed si recte considerentur verba Apostoli, non sunt necessariæ: quia hic non fit comparatio personæ ad personam, sed ministerii ad ministerium. Sed quia possent pseudo apsi dicere, q̃ licet maius ministerium sit noui testamenti, quàm ministerium veteris testamenti: non tamen est multum maius, & ideo bonum est, quòd illi ministerio & isti intendamus, quod & faciebant, quia simul seruabant legalia cum euangelio. Ideo hic consequenter Apostolus hoc improbat, cum dicit; *Nam nec glorificatum &c.* Et circa hoc, duo facit. Primo enim ostendit, quòd ministerium noui testamenti absq; aliqua comparatione excedit ministerium veteris. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Si enim quod euacuatur &c.* Dicit ergo, Dixi quòd ministerium iustitiæ abundat in gloria, & intantum quòd gloria veteris ministerii, non est dicenda gloria: quia nec glorificatum &c. quod dupliciter exponitur. Primo modo, sic; *Quia nec &c.* idest illa gloria nihil est in comparatione ad istam noui testamenti, quia illa gloria non est omnibus ministris collata, sed solum Moysi & non claruit in toto Moyse, sed in parte, idest in facie solum particuliariter. Et ideo; *Nec glorificatum est*, idest nec glorificari debet; *Propter excellentem gloriam*, idest comparatione excellentis gloriæ noui testamenti, quæ abundat gratia, vt per eam purificati homines possent videre non gloriam hominis, sed Dei. Secundo modo, vt punctetur sic, nec glorificatum est quod claruit: quasi dicat, Nam in hac parte, idest in respectu huius naturæ particularis, qui sumus serui, non est glorificatum idest non gloriosum illud, quod claruit in veteri testamento: & hoc propter excellentem gloriam, quæ est in nouo, quia illa est gloria Dei patris. Huius autem causam, assignat consequenter, cum dicit; *Si enim quod euacuatur &c.* Et est ratio sua talis. Illud quod datur, vt transeat, nihil est in respectu ad illud quod datur, vt semper maneat. Si ergo testamentum vetus, qd euacuatur, tollitur 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est &c. Per gloriam enim Moysi ministratum saltem per particularem gloriam, constat q̃ testamentum nouum manet: quia hic inchoatur & perficitur in patria. Luc. 21. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea nõ transibunt; *Erit multo magis in gloria* æterna, in qua perficietur. Erit, inquam, nobis qui sumus eius ministri.

LECTIO

LECTIO TERTIA.

POSITIS his, quæ pertinent ad commendationem doni percepti a Deo: hic consequenter ponit ea, quæ pertinent ad commendationem fiduciæ de ipso dono conceptæ. Circa hoc autem duo facit. Primo, ponit fiduciam ex dono conceptam. Secundo vero, comparat fiduciam veteris, & noui testamẽti, ibi; *Et non sicut Moyses.* Dicit ergo primo; *Habentes igitur talẽ spem* ex hoc scilicet, quod nobis dictum est, scilicet videndi gloriã Dei. Rom. 8. Spe. n. salui facti sumus; *Multa fiducia utimur*, idest, cõfidẽter operamur ea, q̃ ptinẽt ad vsum huius ministerii, ex quo cresci nobis spes. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens absq; terrore erit. Hier. 17. Benedictus vir qui confidit in Domino. Consequenter, sicut prætulit donum dono, ita præfert fiduciam noui testamenti fiducię veteris testamenti, cum dicit; *Et non sicut Moyses &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, proponit factum in veteri testamento. Secundo exponit, ibi; *Quod euacuatur &c.* Factum autem, quod proponit legitur. Exod. 24. vbi dicitur, quòd Moyses quando loquebatur ad populum, velabat faciem suam, quia propter claritatem vultus eius, non poterant respicere in eum filii Israel. Et ideo dicit; *Et non sicut Moyses &c.* Quasi dicat. Dico quòd vtimur multa fiducia, & tanta, quòd non accidit nobis, sicut Moyses faciebat eis, scilicet non reuelando faciem suam populo, quia nondum venerat tempus reuelandi claritatem veritatis. Habemus ergo nos fiduciam absque velamine. Consequenter exponit hoc quod dixerat de velamine, dicens; *Quod euacuatur &c.* velamen enim illud erat obscuritas figurarum, quæ per Christum euacuata est. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit euacuationem huius velaminis. Secundo, quomodo hæc euacuatio habet locum in Iudæis, ibi; *Sed obtusi &c.* Tertio, quomodo non habet locum in ministris noui testamenti, ibi; *Nos uero reuelata &c.* Dicit ergo, quòd *Moyses ponebat velamen*, scilicet figuræ; *Super faciem suam*, *quod* scilicet velamen; *Euacuatur*, idest tollitur per Christum, scilicet implendo in veritate, quod Moyses tradidit in figura: quia omnia in figura contingebant illis: sic enim Christus per mortem suam remouit velamen de occisione agni paschalis. Et ideo statim cum emisit spiritum, velum templi scissum est. Item, in mittendo spiritũ sanctum in corda credentium, vt intelligerent spiritualiter, quod Iudæi carnaliter intelligunt. Et hoc velamen remouit, cum aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Qualem autẽ effectum habeat in Iudæis hæc euacuatio, ostendit dicens; *Sed obtusi &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd remotum ab illis nõ fuit in statu infidelitatis. Secũdo, ostendit q̃ remouebitur in eorum conuersione ibi; *Cum autem conuersus fuerit &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit rationem, quare hæc euacuatio non habet locum in Iudæis. Secundo, ex hoc ostendit eos adhuc habere velamẽ, ibi; *Sed usq; in hodiernũ diẽ &c.* Dicit ergo, q̃ euacuatur in his qui credunt, sed non quantum ad Iudæos infideles, & ratio huius est, quia obtusi sunt sensus eorum, idest ratio eorum hebes est, & sensus eorum imbecilles & obtusi sunt, nec possunt videre claritatem diuini luminis, idest diuinæ veritatis absque velamine figurarum. Et huius ratio est, quia claudunt oculos, vt non videant, quia velum templi scissum est. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis, non ex defectu veritatis, quia remoto velamine oĩbus aperiẽtibus oculos mentis, per fidẽ clarissime ueritas manifestatur. Roma. 11. Cæcitas ex parte cõtingit in Israel. Ioan. 9. In iudicium veni in hunc mundũ &c. Sic. n. prophetauerat. Esa. 6. ca. Excæca cor populi huius &c. Et vere intantum obtusi sunt sensus eorum, vt veritatem nobis manifestatam; *Vsque in hodiernum diem* non intelligant. Sed idipsum velamen, quod erat in veteri testamento, antequam velum templi scissum esset in lectione veteris testamenti, quia non aliter intelligunt illud, quàm ante, qui adhuc inniuntur figuris, vt veritatem non reuelent, idest non intelligant; sic velamen Dei, non figuram, sed veritatem credunt, quod scilicet euacuatur quantum ad fideles, & quãtum in se est omnibus per Christum, idest in fide Christi, sed in eis non manet, quia non credunt venisse Christũ. Consequẽter cũ dicit; *Sed usq; in hodiernum diẽ &c.* Ostendit quomodo adhuc apud Iudeos est velamen quantum ad infideles, licet remotum sit per Christum. Circa quod sciendum est, quòd velamen dicitur apponi alicui dupliciter. Aut, quia apponitur rei visæ, ne possit videri. Aut, quia apponitur videnti ne videat, sed Iudæis in veteri lege vtroq; modo appositum erat velamen. Nam & corda eorum excæcata erant, ne cognoscerent veritatẽ propter eorum duritiem, & vetus testamentum nondũ cõpletũ erat, quia nondum veritas venerat. Vnde in signum huius, velamen erat in facie Moysi, & non in faciebus eorum: sed veniente Christo, velamen remotum est a facie Moysi, idest a veteri testamento: quia iam impletum est, sed tamen non est remotũ a cordibus eorum. Et hoc est, quod dicit; *Sed usque in hodiernum diem.* Quasi dicat amotum est a fidelibus veteris testamenti velamen. Sed adhuc; *cum legitur Moyses*, idest, cum exponitur eis vetus testamentum. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis &c. Velamen. i. cæcitas est positum super cor eorum. Ro. 11. Cæcitas ex parte contigit &c. Quando autem, & quomodo remouetur ab eis illud velamen, ostendit consequenter, cum dicit; *Cum autem conuersus &c.* Et primo, describit modum remouendi hoc velamen. Secundo, rationem huius reddit, ibi; *Dominus aũt spiritus &c.* Dicit ergo, q̃ illud velamẽ adhuc est i eis, sed non q̃ vetus testamentum sit velatum, sed quia corda eorum velata sunt. Et ideo ad hoc, vt remoueatur, nihil restat, nisi q̃ conuertantur, & hoc est, qd̃ dicit; *Cum autem conuersus fuerit*, scilicet aliquis eorum ad Deum per fidem in Christum, ex ipsa conuersione; *Auferetur velamen.* Esa. 10. Reliquiæ conuertentur &c. Et hoc idem habetur. Ro. 11. Et nota, q̃ cum ageret de cæcitate, loquitur in plurali. Vnde dicit, Super corda eorum: cum vero loquitur de conuersione, loquitur in singulari, dicens; *Cum autem conuersus*, vt ostendat eorum facilitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, quasi pauci conuertantur. Ratio autem quare cõuertantur, & velamẽ remoueatur, hoc modo est, quia Deus vult. Posset enim dicere, q̃ velamen illud appositum est ex precepto Domini, & ideo non potest remoueri. Sed Apostolus ostendit, q̃ non solum potest remoueri, immo, quia remouetur per eũ, qui est Dominus: & hoc est, quod dicit; *Dominus enim &c.* Quod põt dupliciter legi. Vno modo, vt spiritus teneatur ex parte subiecti, vt dicatur spiritus, idest spiritussanctus scilicet, qui est author legis, est Dominus, idest operatur ex proprio libertatis arbitrio. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. 1. Cor. 12. Diuidens singulis prout vult; *Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.* Quasi dicat, Quia spiritus est Dominus, potest dare libertatem, vt possimus libere vti scriptura veteris testamẽti absq; velamine. Et iõ, qui non habent Spiritum sanctũ, nõ possunt libere vti. Galat. 5. Vos in libertatem vocati estis. 1. Pet. 2. Quasi liberi, & nõ quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Alio modo, ut per Dominum intelligatur Christus, & tunc legitur sic; *Dominus*, idest Christus; *Est spiritualis*, idest spiritus potestatis, & ideo; *Vbi est spiritus Domini*, idest lex Christi spiritualiter intellecta, non scripta literis, sed per fidem cordibus impressa; *Ibi est*; *Libertas* ab omni impedimento uelaminis. Sciendum est autem, quòd occasione istorum uerborum scilicet, Vbi spiritus Domini, ibi libertas: & illorum scilicet. Iusto lex non est posita: aliqui erroneę dixerunt, q̃ uiri spirituales non obligantur præceptis legis diuinæ: sed hoc est falsum: nam præcepta Dei sunt regula uoluntatis humanæ. Nullus autem homo est, nec etiam angelus, cuius uoluntatem non oporteat regulari & dirigi lege diuina. Vndẽ impossibile est aliquem hominem præceptis Dei nõ subdi. Hoc autem, quod dicitur, Iusto lex non est posita, exponitur, idest propter iustos, qui interiori habitu mouentur ad ea, quæ lex Dei præcipit, lex non est posita: sed propter iniustos, non quin etiam iusti ad eam teneantur. Et similiter, Vbi spiritus Domini ibi libertas, intelligitur: quia liber est, qui est causa sui; seruus autem est causa Domini: quicunq; ergo agit ex seipso, libere agit: qui uero ex alio motus, non agit libere. Ille ergo, qui uitat mala, non quia mala, sed propter mandatum Domini, non est liber: sed qui uitat mala, quia mala, est liber. Hoc autem facit spiritussanctus, qui mentem interius perficit per bonum habitum, ut sic ex amore caueat, ac si præciperet lex diuina, & ideo dicitur liber, non quin subdatur legi diuinæ, sed quia

LECTIO III.

HABENTES igitur talẽ spem, multa fiducia vtimur: Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciẽ suã, vt non intenderent filij Israel in faciẽ eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quod in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses velamẽ positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem, spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu.

quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum, quod lex diuina ordinat. Deinde cum dicit; *Nos uero omnes &c.* Ostendit, quomodo Christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico quòd ab illis aufertur velamen hoc, cum aliquis conuersus fuerit sicut nos: non aliquis, sed omnes qui sumus Christi fideles.

Luc. 8. Vobis datũ est &c. *Reuelata facie* non habentes velamen supra cor, sicut illi: & intelligitur per faciem, cor, seu mens, quia sicut per faciẽ videt quis corporaliter, ita per mentem spiritualiter. Psal. 118. Reuela oculos meos &c. *Gloriam Domini* non Moysi: gloria enim significat claritatem, vt dicit August. Iudæi autem videbant quandã gloriam in facie Moysi ex hoc, q̃ locutus est cũ Deo: sed hæc gloria est imperfecta, quia non est claritas ex qua ipse Deus est gloriosus: & hoc est cognoscere ipsum Deum: vel gloriam Domini, idest filiũ Dei Prouer. 10. Gloria patris, filius sapiens &c. Speculantes nõ sumitur hic a specula, sed a speculo, idest ipsum Deum gloriosum cognoscentes per speculum rationis, in qua est quædam imago ipius: hunc speculamur quando homo ex consideratione suiipsius assurgit in cognitionem aliquam de Deo, & transformatur. Cum enim omnis cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, oportet quòd qui vident, aliquo modo trasformentur in Deum. Et siquidem perfecte vident, perfecte transformantur: sicut beati in patria per fruitionis vnionem 1. Ioan. 3. Cum autem apparuerit &c. Si vero imperfecte, imperfecte, sicut hic per fidem 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. & ideo dicit; *In eandem imaginem*, idest sicut videmus. Transformamur, inquam; *A claritate in claritatem*, in quo distinguit triplicem gradum cognitionis in discipulis Christi. Primus est, a claritate cognitionis naturalis, in claritatẽ cognitionis fidei. Secundus est, a claritate cognitionis veteris testamenti, in claritatem cognitionis gratiæ noui testamenti. Tertius est, a claritatẽ cognitionis naturalis & veteris & noui testamenti, in claritatem visionis æternæ. infra 4. Licet is, qui foris est &c. Sed vnde est hoc? Non ex litera legis, sed; *Tanquam a spiritu Domini.* Roma. 8. Quicunque spiritũ Dei aguntur. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet &c.

LECTIO PRIMA.

OSTENSA dignitate ministerii noui testamenti, hic consequenter Apostolus determinat de vsu ministerii. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit vsum huius ministerii, qui debet esse in agendis bonis. Secundo illum, qui debet esse in malis patienter tolerandis, ibi; *Habemus autem thesaurum &c.* Circa primum, duo facit. Primo, ponit huius ministerii vsum. Secundo, obiectionem excludit, ibi *Quod si &c.* Dicit ergo. quia igitur huiusmodi ministerium est tantæ dignitatis in se & in ministris; *Ideo habentes hanc administrationem*, idest hanc dignitatẽ administrandi spiritualia 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros &c. Rom. 11. Quandiu sum Gentium Apostolus ministerium &c. Habentes inquam, non ex nobis, seu ex meritis nostris, sed; *Iuxta quod misericoriam consecuti sumus a Deo*, idest, ex misericordia Dei, quam in hoc consecuti sumus a Deo. 1. Timo. 1. Misericordiam consecutus sum &c. Consequenter cum dicit; *Non deficimus &c.* describit vsum huius ministerii, qui debet esse circa bona agenda: & hoc quantum ad duo. Primo, quantum ad vitationem malorũ. Secundo, quantũ ad operationem bonorum; *In manifestatione &c.* Docet autem vitari mala in vsu huius ministerii, & quantum ad vitam & quantum ad doctrinam. Sed quantum ad vitam dupliciter, scilicet quantum ad operationem & quantum ad intentionẽ. Nam siquis vitat mala operari & bona intentione, perfecte vitat mala. In operatione autem vitatur malum, in aduersitate patienter mala sustinendo: & ideo dicit; *Non deficimus* per impatientiam. Gal. 6. Bonum autem facientes nõ deficiamus 2. Cor. 1. Cum infirmor, tunc fortior sum & potens. Vitatur etiam in prosperitate temperatẽ vtendo eis, quæ prospere succedunt: & ideo dicit; *Sed abdicamus occulta dedecoris*, i. amouemus a nobis, quæ hominem turpẽ & dedecorosum faciũt, scilicet immunda & turpia, & etiam occulta, non solum manifesta Iaco. 1. Abiiciamus omnem immunditiam. Ephe. 5. Quæ in occulto ab eis fiunt turpe &c. in intentione autem vitatur malum vitæ, si est intentio recta, & quantum ad hoc dicit; *Non ambulantes in astutia* idest in astutia & simulatione & hypocrisi, quod faciunt pseudo, qui aliud prætendunt exterius, & aliud gerunt interius in corde. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. In doctrina autem vitatur malum, quando verbum Domini debito modo proponitur, & quantum ad hoc, dicit; *Non adulterantes verbum.* Quod dupliciter exponitur, vt patet supra. 2. Et primo, non permiscentes doctrinæ Christi, falsam doctrinã, quod faciebant pseudo, dicentes legalia debere seruari cum euangelio. Secundo, non prædicãtes: propter lucrum, vel gloriam propriam. Et istorum primus, est lupus. Secũdus, mercenarius. Sed qui vera prædicat, & propter gloriam Dei, est pastor. Vñ Aug. Pastor est amandus, lupus vitandus, sed mercenarius ad tẽpus tolerãdus. Sed quia nõ sufficit ad perfectã iustitiã solũ vitare mala, sed requiritur operatio bona, ideo cõsequenter subiungit de operatione bonorũ, in ipso vsu huius ministerii. Et ponit triplex bonũ, q̃d facit cõtra triplex malũ. Primũ bonũ contra malũ doctrinæ. Secundũ, cõtra malũ operationis. Tertiũ, contra malũ intentionis. Cõtra malũ doctrinæ, q̃d debet vitari, facit bonũ manifestæ veritatis. Et quantũ ad hoc dicit; *In manifestatione veritatis.* Quasi dicat. non deficimus, sed vitantes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis. i. veritatẽ purã manifestam. Ioã. 19. Ad hoc natus sum, vt testimoniũ perhibeã veritati. Eccl. 24. Qui elucidãt me, vitã æternã habebũt. Contra malũ operationis, faciũt bona opera: & quantũ ad hoc dicit; *Commendantes nos &c.* Et hoc non facimus, dicendo de nobis bona: quia non de facili creditur ei, qui seipsum commendat, sed operãdo bona: quia talia opera facimus, vt ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos commendabiles; *Ad omnem conscientiam hominum.* 1. Pet. 2. Conuersationẽ vestram inter Gentes &c. Contra malum intentionis, facimus bonũ, reddendo nos cõmendabiles, non solum ad omnem conscientiã hominum, sed etiã coram Deo, qui intuetur corda. infra. 10. Non. n. qui seipsum commendat, ille probatus est &c. Roma. 12. Prouidentes bona, non solum coram &c. Et secundum Aug. in Glo. Apostolus implet in hoc mandatum Domini. Mat. 5. Sic luceat &c. Item. 6. Attendite ne iustitiã &c. Primũ in hoc, quod dicit; *Commendantes nos &c.* Secundum vero in hoc, quod dicit; *Coram Deo.* Rom. 2. Non enim, qui in manifesto &c. Vel potest totum hoc, magis secundum continuationem literæ legi, sic, vt dicatur: ideo habentes hanc administrationem, iuxta quod &c. Non deficimus, supple a bene operando, sed abdicamus &c. Et iterum, non deficimus in manifestatione veritatis, seruato tamen eodem modo exponendi, sicut in prima lectura.

CAP. IIII. LEC. I.

DEo habẽtes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei: sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

LECTIO II.

VÒd si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum: in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominũ nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.

LECTIO III.

HABEMVS autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Et loquitur ad similitudinem

seculariter viuentium non creatione, sed imitatione, qua seculares eum imitantur. Sapien. 2. Imitantur eum, qui sunt &c. Et hic excæcat suggerendo, trahendo, & inclinãdo ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis, operiuntur in tenebris peccatorum ne videant. Ephe. 4. Tenebris obscuratum habẽtes intellectum &c. Tertio modo sic, Deus habet rationem vltimi finis, & complementum desideriorũ totius creaturæ. Vnde quicquid aliquis sibi pro fine vltimo constituit, ĩ quo eius desiderium quiescit, potest dici Deus illius. Vnde cum habes pro fine delitias, tunc delitiæ dicuntur Deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis, vel honores. Et tunc exponitur sic, Deus huius seculi, idest illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine constituunt, vtputa, voluptates, vel diuitiæ & huiusmodi. Et hic Deus excæcat mentes inquantum impedit, ne homines lumen gratiæ hic, & gloriæ in futuro videre possint. Psal. 57. Supercecidit ignis, scilicet concupiscentiæ, & non viderunt solem. Sic ergo excæcatio infidelium non est ex parte euangeli, sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit; *Vt non fulgeat &c.* Vbi sciendum est, quòd Deus pater est fons totius luminis. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt &c. Ex hoc autem fontanoso lumine, deriuatur imago huius luminis, scilicet filius verbum Dei. Hebr. 1. Qui cum sit splendor &c. Hic ergo splendor gloriæ, imago fontanosæ lucis, carnem nostram accepit, & multa gloriosa & diuina in hoc mundo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium: vnde, & euangelium dicitur notitia claritatis Christi, quæ quidem notitia virtutem habet illuminatiuam. Sap. 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia &c. Et quidem quantum est de se, in omnibus refulget & omnes illuminat, sed ili q̃ præbent impedimentum, non illuminantur, & hoc est quod dicit, Ideo; *Excæcauit mentes infidelium* vt scilicet non; *Effulgeat* in eis scilicet, in mentibus infidelium, licet in se effulgens sit *Illuminatio euangelii* illuminantis quod quidem est illuminans, quia est gloria Christi, idest claritas Io. 1. Vidimus gloriam &c. Quæ quidem gloria prouenit Christo ex eo, quòd; *Est imago Dei* Colo. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Nota secundum Glo. quòd Christus perfectissima imago Dei est. Nã ad hoc quòd aliquid perfecte sit imago alicuius, tria requiruntur, & hæc tria perfecte sunt in Christo. Primum, est similitudo. Secundum, est origo: Tertium, est perfecta æqualitas. Si enim inter imaginem, & eum cuius est imago esset dissimilitudo, & vnum non oriretur ex alio, similiter etiam, si non sit æqualitas perfecta, quæ est secundum eandem naturam, non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis, quia deest ibi æqualitas ſm eandem naturam, sed similitudo regis in filio dicitur perfecta imago regis, quia sunt ibi illa tria, quæ dicta sunt. Cum ergo ista tria sint in Christo filio Dei, quia scilicet est similis patri, oritur a patre & æqualis est patri, maxime, & perfecte dicitur imago Dei. Cõsequenter cum dicit; *Non enim nosmetipsos &c.* Remouet Apostolus quoddam dubium. Posset enim aliquis contra prædicta dicere Apostolo. Supra dixisti, euangelium vestrum esse opertũ, modo dicis, euangelium Christi illuminare: si ergo detur, quòd euangelium Christi sit illuminans, non potest hinc sequi, quòd opertum sit euangelium vestrum. Et ideo ad hoc remouendum, duo facit. Primo ostendit, quòd idem est euangelium suum & Christi. Secundo ostendit vnde sit, q̃ euagelium suum sit illuminatiuum, ibi; *Quoniam Deus, qui dixit &c.* Dicit ergo primo, Dico, q̃ manifestatio claritatis Christi, est euangelium Christi & nostrum. Nostrũ quidem, tanquam per nos prædicatum: Christi vero, tanquam in ipso euangelio prædicati. Et hoc est quòd; *Non prædicamus nosmetipsos*, idest non commendamus nos, nec ad nos, idest, ad laudem, vel lucrum nostrum conuertimus prædicationem nostram, sed ad Christum totum referimus, & laudem eius 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum &c. Psal. 72. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, non meas, in portis &c. Sed Iesum Dñm nostrũ, nos aũt seruos vestros per Iesum q.d. *Iesum prædicamus*, vt Dominũ; *Nos autem seruos*, Et huius ratio est: quia principaliter quærimus laudẽ Christi, & non nostram. Nam seruus est, qui est propter vtilitatem Dñi. Et inde est, quòd minister ecclesiæ, qui non quærit honorẽ Dei & vtilitatẽ subditorum, non dicitur verus rector, sed tyrannus. Nam quicunque bene regit, debet esse sicut seruus quærens honorem, & vtilitatem subditorum Gen. 25. Maior seruiet minori 1. Cor. 9. Cum essem liber, omnium vestrum me seruum feci. Consequenter cum dicit; *Quoniam Deus, qui dixit &c.* Ostendit, vnde euangeliũ suum habet virtutem illuminatiuam. Vbi nota ordinem procedendi seruatum ab Apostolo, qui talis est. Nos aliquando, scilicet antequam conuersi essemus ad Christum, eramus tenebrosi sicut & vos, & alii ĩ quibus nõ fulget claritas gloriæ Christi. Nunc vero, postquã Christus vocauit nos per gratiam suam ad se, tenebræ istæ remotæ sũt a nobis, & iam fulget in nobis virtus gloriæ claritatis Christi, & in tantum refulget in nobis, quòd non solum illuminamur ad hoc, quòd videre possimus, sed etiam, quòd alios illuminemus. Ex spirituali ergo gratia & abundanti refulgentia claritatis gloriæ Christi in nos, habet euangelium nostrum virtutem illuminatiuam: & hoc est quod dicit, Dico quòd ideo illuminat euangelium nostrum, quoniam; *Deus, qui dixit*, idest præcepto solo fecit; *Lucem splendescere*, quod fuit in separatione elementorum, quando chaos tenebrosum illuminauit per lucem quam fecit. Gen. 1. Dixit, Fiat lux. Eccle. 24. Ego feci, vt in cælis oriretur lux &c. Iste inquam Deus illuxit in cordibus, idest in mentibus nostris prius tenebrosis per absentiam luminis gratiæ, & obscuritatem peccati. Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris &c. *Illuxit*, inquam non solum, vt nos illuminaremur, sed; *Ad illuminationem*, idest vt & alios illuminemus. Ephe. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est &c. Mat. 5. Vos estis lux &c. Ad illuminationem dico; *Scientiæ*, idest vt faciamus alios scire. Dico; *Claritatis Dei*, idest claræ diuinæ visionis; *In facie Iesu Christi.* Glo. idest, per Iesum Christum, qui est facies patris, quia sine ipso non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic, Ad illuminationem sanctæ claritatis Dei, quæ quidẽ claritas fulget in facie Christi Iesu, idest, vt per ipsam gloriam & claritatem cognoscatur Christus Iesus q.d. in summa, ad hoc Deus illuxit nobis ad illuminationem, vt ex hoc Iesus Christus cognoscatur, & prædicetur in gentibus.

LECTIO TERTIA.

SVPRA tractauit de vsu ministerii noui testamenti quantũ ad bona agenda: hic consequenter tractat de vsu eius, quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit tolerantiam malorum, quæ patiebantur. Secundo vero, hoc manifestat, ibi; *Semper enim nos qui uiuimus &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit causam quare tribulationibus exponantur a Deo. Secundo ostendit, quòd in istis tribulationibus patienter se habeant, ibi; *In omnibus tribulationem patimur &c.* Tertio vero, rationem huius patientiæ assignat, ibi; *Semper mortificationem Iesu &c.* Dicit ergo, Deus illuxit mẽtibus nostris ad illuminationem aliorum, quæ quidem lux est maximus thesaurus. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus &c. Esai. 33. Diuitiæ salutis sapientia &c. Istum autem maximum thesaurum non habemus in prætioso loco, sed in re vili & fictili: & ratio huius est, vt scilicet Deo efficacia eius tribuatur. Et hoc est, quod dicit; *Habemus thesaurum istum*, idest, lucem illam qua alios illuminamus; *In uasis fictilibus*, idest in corpore fragili & vili. Psal. 102. Ipse cognouit figmentum nostrum Hier. 18. Sicut lutũ in manu figuli, sic & uos in manu &c. Esa. 64. Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum. Ideo; *Habemus in uasis fictilibus, ut sublimitas* istius lucis; *Sit uirtutis Dei*, idest Deo attribuatur; *Et non ex nobis* credatur esse. Nam si essemus diuites, si potentes, si nobiles ſm carnem, quicquid magnum faceremus, non Deo, sed nobisipsis attribueretur. Nunc vero, quia pauperes & contẽptibiles sumus, huiusmodi sublimitas Deo, & non nobis attribuitur. Et ideo vult nos Deus contemptui haberi, & tribulationibus exponi. Deut. 32. Ne diceret manus nostra excelsa &c. Et. 1. Cor. 1. Vt nõ glorietur omnis caro &c. Sap. 12. Misisti antecessores tuos, ne dicerent &c. Consequenter cum dicit: *In omnibus tribulationem patimur &c.* Ostẽdit eorum patientiã in his, quæ patiuntur. Et circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit mala, quæ patiuntur in generali. Secundo, enumerat ea in speciali, ibi; *Aporiamur sed non destituimur &c.* Dicit ergo. Vere habemus hũc thesaurũ in vasis fictilibus: quia; *In omnibus tribulationem patimur* quasi dicat, Nullus modus tribulandi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Nec mirum, quia vt dicitur Lucæ vltimo, Oportuit Christum pati, & sic intrare &c. Et licet sic tribulemur, nõ tamen angustiamur. Et loquitur ad similitudinem

dinem viatoris, qui quando non patet ei via, quæ exeat de aliquo arcto loco, anguſtiatur. quaſi dicat. Homines, qui ſolum in mundo confidunt, anguſtiantur, ſi vndique a mundo tribulantur: quia non patet eis via remedii, cum non ſperent niſi de mundo. Sed nos, licet tribulemur in mundo, quia tamen confidimus de Deo, & ſperamus in Chriſto, patet nobis via euaſionis & auxilii a Deo, & ideo nõ anguſtiamur. Conſequenter cum dicit; *Aporiamur &c.* Enumerat tribulationes in ſpeciali. Sunt autẽ quatuor, in quibus homines conſueuerunt tribulari, & in iſtis tribulati ſunt Apoſtoli, ſcilicet ĩ rebus exterioribus, in quietudine ſtatus, in læſionæ famæ, & in afflictione ꝓprii corporis.

ſed non anguſtiamur. Aporiamur, ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. Humiliamur, ſed non confundimur. Deijcimur, ſed non perimus. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circũferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

LECTIO IIII.

SEMPER enim nos, qui viuimus in mortem tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi ꝓpter quod locutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur, ſcientes, quoniam G qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcũ. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

Quantum ergo ad primũ dicit; *Aporiamur*. i. depauperamur. Aporos. n. Græce, Latine dicitur pauper q.d. Adeo pauperes ſumus, vt neceſſaria deſint 1. Cor. 4. Vſq; in hanc horam eſurimus &c. *Sed non deſtituimur* a Deo, qui eſt theſaurus noſter. Diuitiæ. n. non quæruntur propter ſe, ſed ꝑꝑ ſufficientiam vitæ. Vnde homines, qui ſine Dei auxilio & ſpe ſunt, ſi careãt diuitiis, deſtituuntur: ſed qui ſolum de Deo confidunt, & ſperant, quantũcunq; aporiãtur, non deſtituuntur infra 6. Tãquam nihil habentes & omnia poſſidentes. Sed nec ſufficit, immo cum hoc inquietamur; *Perſecutionem patimur* .ſ. de loco ad locum Matt. 14. Perſequentur vos; *Sed non derelinquimur* a Deo, quin præbeat auxiliũ. Heb. vlt. Nõ te deſeram &c. Pſal. 9. Sperent in te, qui nouerunt te &c. Sed & cum hoc lædimur in fama, quia; *Humiliamur*. i. contemnimur, & pro nihilo reputamur. Io. 16. Venit hora, vt omnis qui interficit vos &c. Mat. 5. Beati eritis cum vos oderint &c. Sed quia quando quis contemnitur, & cauſa contemptus ſubeſt, ille qui contemnitur, conſueuit confundi, qñ vero cauſa non ſubeſt, non confunditur, & iſtis non ſuberat cauſa contemptus: ideo dicit; *Non confundimur*. Quaſi dicat. Quia non ſubeſt cauſa, non curamus. Pſal. 30. In te Domine ſperaui nõ confundar &c. Sed quaſi hæc pauca ſint, addit ad tribulationis exaggerationem, dicens; *Deiicimur* ad mortis pericula; *Sed non perimus* ideſt a bono non ceſſamus, vel non perimus: quia Deus ſubſtẽtat nos Iob. 11. Cũ te conſumptũ putaueris &c. 1. Cor. 4. Tanquã purgamenta huius mundi &c. Pſal. 43. Aeſtimati ſumus ſicut oues &c. Conſequenter cum dicit; *Semper mortificationem &c.* Subdit rationem huius patientiæ. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ in Chriſto talis fuit proceſſus. Nam a principio ſuæ conceptionis carnẽ habens paſſibilẽ, & paſſus mortuus fuit, ſed tñ interius viuebat ſpirituali vita. Poſt reſurrectionem vero, illa ſpititualis & glorioſa vita vſq; ad corpus deriuata eſt, & factum eſt ipſum corpus glorioſum & immortale: quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur &c. Vnde ex hoc accipitur duplex ſtatus in corpore Chriſti, ſcilicet mortis & gloriæ. Et ideò dicit, Quòd ideo pericula mortis & paſſiones patienter ſuſtinemus, vt perueniamus ad glorioſam vitã. Et hoc eſt, qđ dicit, Ita ſuſtinemus; *Semper*, i. in omnibus, & vbique; *Mortificationem*, i. propter Ieſum, vel ad ſimilitudinem mortis Ieſu. Gal. vlt. Stigmata Dñi Ieſu &c. Quia ꝑꝑ veritatem paſſi ſumus, ſicut & Ieſus *In corpore noſtro* non ſolum in mente. Pſal. 43. Propter te mortificamur tota die; *Vt uita Ieſu*, i. vita gratiæ quam Ieſus dat: Vel vita gloriæ ad quã Ieſus ꝑ paſſiones peruenit. Luc. 24. Nonne oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriã, i. manifeſte appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura, ſ. reſurrectione, vel etiã nũc vita gloriæ; *In corporibus noſtris*, non ſolũ in animabus. Iudi. 7. Fractis lagunculis, apparuerũt lucernæ, Et idcirco dicit Amb. Non timebat mori ꝑꝑ reſurrectionẽ promiſſam. *Circunferentes*, i. vbique portantes & ſuſtinentes, quia quocunq; eamus, patimur, & non cedimus. Et hoc ideo, *Vt vita Ieſu*, quæ latet nunc in corde noſtro, in corporibus noſtris; *Manifeſtetur*, quando ſcilicet reformabit corpus humilitatis noſtræ &c. Phil. 3. Col. 3. Mortui eſtis & vita veſtra &c. 2. Tim. 2. Si commortui ſumus, & conuiuemus.

LECTIO QVARTA.

POSITA patientia Apoſtolorum in malis, & cauſa patientiæ oſtenſa; hic Apoſtolus conſequenter manifeſtat ea, & F primo manifeſtat id, quod dixit de ſpe gloriæ. Secundo vero id, quod dixit de ſua patientia, ibi; *Propter quod non deficimus &c.* Circa primum duo facit. Primo, manifeſtat ſpem gloriæ quam habet. Secundo, oſtendit vnde hæc ſpes ſibi proueniat, ibi; *Habentes autem eundem &c.* Circa primum, tria facit. Primo oſtendit, quomodo mortificationem Ieſu in corpore ſuo portet; Secundo vero, manifeſtat quomodo portet vitam Ieſu, ibi; *Vt & vita &c.* Tertio, manifeſtat quid ex hoc ſibi & aliis proueniat, ibi; *Ergo mors &c.* Dicit ergo primo. Dico, ꝙ portamus mortificationem in corporibus noſtris, non ꝙ moriamur, ſed quia nos; *Qui viuimus* corporali vita, vel virtutibus, ſemper; *Tradimur in mortem*, vel in pericula mortis. Et hoc quidem; *Propter Ieſum*. Pſal. 43. Aeſtimati ſumus ſicut oues &c. Qualiter autẽ vitam Ieſu portemus in corpore, exponit ſubdens, ita. ſ. *vt vita Ieſu* immortalis & impaſſibilis; *manifeſtetur in carne noſtra*, nunc; *mortali*, ita vt caro noſtra mortalis, recipiat immortalitatem in reſurrectione. 1. Cor. 14. Oportet autem mortale hoc induere &c. Sed ex hoc quid proueniat, ſubdit, dicens; *Ergo mors operatur*, ideſt H exercet dominium ſuum; *in nos. Vita autem*. ſ. præſens operatur; *In vobis*, quia eſtis in ꝓſperitate, iuxta illud. 1. Cor. 4. Nos ſtulti &c. Vt mors operetur in nobis magnũ bonũ. ſ. conſecutionẽ vitæ ſpiritualis. Pſal. 115. Præcioſa eſt in cõſpectu Dñi mors ſanctorũ eius &c. Sed vita terrena quam amatis, operatur in vobis magnũ malũ. ſ. mortem ęternã. Prouer. 10. Opus iuſti ad vitam &c. Ioan. 12. Qui amat animã ſuã in hoc mundo &c. Vel aliter. Duo fuerunt in Chriſto, mors corporalis, & vita ſpiritualis. Dicit itaq;; *Ergo mors &c.* Quaſi dicat. *In nobis* nõ ſolũ vita ſpiritualis operatur, inquantũ imitamur ſpiritualiter, ſed ẽt mors *Operatur*. i. propter ſpem reſurrectionis, & propter amorẽ Chriſti, veſtigia mortis Chriſti in nobis apparent, inquantũ paſſionibus mortis exponimur. Pſal. 43. Propter te mortificamur tota die, ſed in vobis operatur ſolum vita Chriſti, per quam vitã fides plantatur in vobis & vita ſpiritualis. Vnde autẽ proueniat Apoſtolo hæc ſpes certitudinis, ſubdit, dicẽs, *Habentes autem &c.* I Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit cauſam certitudinis. Secundo, cõcludit ipſam certitudinẽ, ibi; *Scientes quoniã qui &c.* Cauſa aũt huius certitudinis eſt, ſpiritus infundẽs fidẽ in cordibus eorũ. Vnde, primo ponit cauſam hanc. Secundo vero, manifeſtat eã per exemplũ, ibi; *Sicut ſcriptum eſt &c.* Dicit ergo, ex hoc ſperamus, & nõ deficimus, quia ſumus; *Habentes eundem ſpiritum fidei*, quem antiqui habuerunt: quia licet tempora mutata ſint, ſpiritus tamen & fides non eſt mutata, niſi quòd illi credebant Chriſtum venturum & paſſurum, nos autem credimus ipſum veniſſe & paſſum fuiſſe. Et hic ſpiritus, eſt ſpiritusſanctus, qui eſt ſpiritus fidei. 1. Cor. 12. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus &c. Et ibidem, Alteri fides in eodem ſpiritu. Hũc ergo ſpiritum habentes, quem antiqui habuerunt, facimus eadẽ, quæ illi, & credimus. Illi autem quid fecerint, dicit Pſal. 115. Credidi ſcilicet Deo, & perfecte. Et hoc omnes antiqui fecerunt. Hebræ. 11. Hi omnes teſtimonio fidei &c. *Propter quod*, ſcilicet; K *credidi*, *locutus ſum*, id eſt confeſſus ſum fidem. Roma. 10 Corde creditur ad iuſtitiam &c. Quod etiam; *nos* facimus, quia; *propter* hoc, quod; *credimus*, *loquimur*, & confitemur fidem, & prædicamus. Act. 4. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Spiritus ergo ſanctus, eſt cauſa huius certitudinis. Vltimo ergo concludit concluſionem intentam, ſcilicet ipſam certitudinem. Et primo de ſalute propria. Secundo de ſalute aliorum, ibi; *Et conſtituet vobiſcum &c.* Dicit ergo; *Scientes*, ideſt certam ſcientiam habentes; *Quoniam qui ſuſcitauit Ieſum*, ideſt Deus pater, vel tota trinitas; *Et nos cum Ieſu ſuſcitabit*, vt ſcilicet ſumamus eandem gloriam cum Ieſu: quia cum ſimus membra eius, debemus eſſe cum capite. Ioan. 12. Volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus &c. Ro. 8. Qui ſuſcitauit Dominum Ieſum a mortuis ſuſcitabit &c. Et non ſolum ſum certus de ſalute noſtra, ſed etiam de veſtra: quia; *conſtituet* nos; *vobiſcum*, ideſt ſimul erimus: quia ſicut nos ſumus membra Chriſti, ita & vos per nos. 1. Theſſ. 4. Et ſic ſemper cum Domino erimus. Matt. 24. Vbicunq; fuerit corpus &c. Et ideo dicit vobiſcum, vt animet eos ad bonum, in- A quantum oſtendit eos non eſſe inferiores, ſed pares. Et bene hoc poſſum certe dicere, quia omnia ſunt propter vtilitatem veſtram. Nam omnia, quæ ſuſtinemus, omnes gratiæ quas recipimus a Deo, ſunt; *Propter uos*, ſcilicet inſtruendos noſtro exemplo. Et hoc ideo; *Vt gratia abundans a nobis, in uos, abundet per multos in gloriam Dei*, ideſt multi agãt gratias Deo ſuper beneficio tãto. Eph. 5. Gratias agentes Deo & patri &c.

LECTIO V.

PRopter quod non deficimus: Sed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momẽtaneũ, B & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis, nõ contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quę. n. videntur, temporalia ſunt: quæ autẽ nõ vidẽtur, æterna ſunt.

CAP. V. LEC. I.

SCIMVS autem, quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non ma-

LECTIO V.

POSITA patientia, quã Apoſtoli habebant in tribulationibus, & præmio, quod expectabant manifeſtato: hic conſequenter agit de patientiæ cauſa, & patientiæ modo, ſeu ratione. Et circa hoc tria facit. Primo. n. inſinuat ſanctorum patientiam. Secundo, patientiæ cauſam, ibi; *Non contemplantibus nobis &c.* Tertio, patientiæ remunerationem, ibi; *Id enim &c.* Circa primum intendit oſtendere, quòd ſanctorum patientia eſt inuincibilis. Et hoc eſt, quod dicit; *Propter quod*, ſcilicet, quia ſumus ſcientes, quòd qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, ſuſcitabit nos, & conſtituet uobiſcum, ideo; *Non deficimus*, ſcilicet in tribulationibus, ideſt non deducimur ad hoc, quòd non poſſimus propter Chriſtum amplius ferre & ſuſtinere. Nam deficere, idem eſt qđ ferre non poſſe. Hier. 20. Defeci, ferre non ſuſtinui. Cauſa autem quare non deficimus C eſt, quia licet quantũ ad aliquid deficiamus, ſcilicet quantum ad exteriorem hominem, tamen quantum ad aliquid ſemper renouamur. ſ. quantum ad interiorem hominem: Et hoc eſt quod dicit; *Sed licet is, qui foris eſt &c.* Vbi ſciendum eſt, quòd occaſione iſtorũ verborum hæreticus, Tertulianus nomine, dixit ꝙ anima rationalis, quæ eſt in hominis corpore, habet corpoream figurã, & membra corporea, ſicut & corpus habet: & hoc dicitur homo interior: corpus vero cũ ſenſibus ſuis dicitᷣ homo exterior. Quod quidem falſum eſt. Vnde ad intellectum huius verbi, ſciẽdũ eſt, ꝙ etiam ſm Philoſophum; In Ethi. & ſm cõſuetudinem loquẽdi. Vnumquodque dicitur eſſe illud, quod eſt principalius in ipſo, puta, quia in ciuitate principalius eſt poteſtas & concilium, id quod facit poteſtas & concilium, dicitur tota ciuitas facere. Principalius autem in homine poteſt aliquid iudicari, & ſecundum veritatem, & ſecundum apparentiam, ſecundum veritatem quidem, principalius in homine eſt ipſa mens. Vnde ſecundum D iudicium ſpiritualium virorum, mens dicitur homo interior: ſecundum apparẽtiam vero, principalius in homine eſt corpus exterius cum ſenſibus ſuis: vnde ſecundum iudicium illorum, qui tantum corporalia & ſenſibilia conſiderant, & terrena ſapiunt, quorum Deus venter eſt: corpus cum ſenſibus dicitur homo exterior: Et ideo ſecundum hunc modum loquitur hic Apoſtolus, dicẽs; *Licet homo noſter*. ſ. corpus cũ natura ſenſitiua; *Corrumpatur* in tribulationibus, ieiuniis, & abſtinentiis, & vigiliis. Rom. 6. Vetus homo noſter ſimul &c. Aba. 3. Ingrediatur putredo &c. Tamen is homo; *Qui intus eſt*, ſcilicet mens, ſeu ratio munita ſpe futuri præmii, & firmata munimine fidei; *Renouatur* Quod ſic intelligendum eſt. Vetuſtas enim eſt via ad corruptionem. Hebr. 8. Quod antiquatur & ſeneſcit &c. Natura autem humana fuit in integritate cõdita, et ſi in illa integritate ꝑmãſiſſet, ſemper eſſet noua: ſed per peccatum incepit corrumpi: quo fit, quòd quicquid conſecutum eſt, ſicut ignorantia, difficultas ad bonum, E & pronitas ad malum, pœnalitas & alia huiuſmodi, totum pertinet ad vetuſtatem. Cum ergo natura humana huiuſmodi peccatum ſequentia deponit, tunc dicitur renouari. Quæ quidem depoſitio hic incipit in ſanctis, ſed perfecte comſumabitur in patria. Hic enim deponitur vetuſtas culpæ, nam ſpiritus deponit vetuſtatem peccati, & ſubiicitur nouitati iuſtitiæ. Hic, intellectus deponit errores & aſſumit nouitatem veritatis: & ſecundum hoc, is, qui intus eſt homo, ſcilicet anima, renouatur. Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Sed in patria tolletur etiam vetuſtas pœnæ, Vnde ibi erit conſumata renouatio. Pſal. 102. Renouabitur, vt aquilæ &c. Sed quia ſancti quotidie proficiunt in puritate conſcientiæ, & in cognitione diuinorum, ideo dicit; *De die in diem*. Pſal. 84. Aſcenſiones in corde ſuo. Sic ergo patientia eſt inuincibilis, quia renouatur de die in diem. Tertium principale, ſcilicet huius patientiæ cauſa, eſt recogitatio præmii, quæ eſt efficaciſſima, quia ſecundum Gre. Recogitatio præmii diminuit vim flagelli. Et hoc eſt qđ dicit; *Id enim quod &c.* Quaſi dicat nihil ſunt tribulationes quas hic patimur, ſi reſpiciatur ad gloriam, quam ex eis conſequimur. Vnde comparat ſtatum ſanctorum, qui ſunt in vita iſtã, ad ſtatũ eorum, qui ſunt in patria, & ponit quinq; in vtroq; ſtatu, correſpondentia ſibiinuicem. Nam primo, ſtatus iſtius vitæ in ſanctis, eſt ſtatus quantũ in ſe eſt, paruus, & quaſi imperceptibilis. Vñ dicit, Id. i. minimum. Eſa. 54. Ad punctum, in modico dereliqui te. Item tranſitorium. Vñde dicit; *In præſenti*, ideſt ĩ vita iſta, quæ eſt in afflictionibus & erũnis. Iob. 7. Militia eſt vita hominis &c. Item temporis breuitas. Vnde dicit; *Momentaneum*. Eſa. 54. In momento indignationis abſcondi faciẽ meam parumper a te &c. Nã totũ tẽpus huius vitæ cõparatũ ad æternitatẽ, nõ eſt niſi momentaneũ. Itẽ eſt leuis: vnde dicit; *Leuę*. Nam licet ſupra. 1. dicatur, Grauati ſumus ſupra modũ, quia. ſ. graue eſt corpori, tñ ſpiritui charitate feruẽti leuiſſimũ eſt. Aug. Omnia grauia & immania, facilia & prope nulla facit amor. Itẽ eſt pœnoſus, & ideo dicit; *Tribulationis*. Mich. 7. Iram Dñi portabo &c. Sed quantũ ad ſtatũ beatitudinis ponit quinq;: quia cõtra hoc, quod dicit, Id, ponit ſupra modũ. i. ſupra menſuram. Roma. 8. Exiſtimo, ꝙ nõ ſunt cõdigne paſſiones &c. Sed contra, Mat. 16. Reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Nõ ergo ſupra mẽſurã. Reſpondeo, dicendũ eſt, ꝙ ly ſed, nõ deſignat æqualitatem quantitatis, vt. ſ. quantũ quis meruit, tantũ præmietur, ſed deſignat æqualitatẽ proportionis, vt. ſ. qui plus meruit, plus præmii accipiat. Itẽ cõtra id, quod dicit; *In præſenti* ponit; *In ſublimitate*, i. in ſtatu ſublimi abſq; perturbatione. Eſa. 58. Suſtollã te ſuper altitudinẽ nubiũ &c. Contra id, quod dicit, momentaneum, ponit æternũ. Eſa. 35. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ &c. Contra id, quod dicit, leue, ponit pondus. Et dicit; *Pondus*, propter duo. Pondus enim inclinat, & trahit ad motum ſuum, quæ ſubſunt ſibi. Sic gloria æterna erit tanta, ꝙ totum hominẽ faciet glorioſum, & in anima, & in corpore, nihil erit in homine, quod non ſequatur impetum gloriæ. Vel dicitur; *Pondus*, propter prætioſitatem. Nam prætioſa ſolum ponderari conſueuerunt. Contra hoc, quod dicit, tribulationis, ponit *Gloriæ*, vel hoc, quod dicit, gloriæ, poteſt eſſe commune ad alia quatuor, quæ de ſtatu patriæ dicuntur. Hoc vero, quod dicit; *Tribulationis*, ad quatuor, quæ de ſtatu præſentis vitæ dicta ſunt; *Operatur ſupra id*, ſcilicet, quòd tribulationes patimur: nam hæc ſunt cauſa & meritum, quare Deus iſtam gloriam nobis conferat. Eſt ergo ſanctorum patientia inuincibilis, eorũ remuneratio ineffabilis: ſed remunerationis eorum recompenſatio, recta & delectabilis. Vnde dicit; *Non contemplantibus nobis &c.* Quaſi dicat. Licet hæc, quæ ſperamus ſint futura, & interim corpus noſtrum corrumpatur, nihilominus tamen renouamur, quia non attendimus ad iſta temporalia, ſed ad cæleſtia. Et hoc eſt, quod dicit; *Operatur in nobis pondus gloriæ*, nobis, dico; *Non contemplantibus*, ideſt non attendentibus ad; *Ea quæ videntur*, ideſt ad terrena: ſed ad ea, quæ non videntur ſcilicet cœleſtia. Philipen. 3. Quę retro ſunt obliuiſcens &c. 1. Cor. 2. Oculus non vidit &c. Et quare cæleſtia contẽplamur? quia; *Ea quæ videntur*. i. terrena; *Sunt temporalia*, & trãſitoria; *Ea autem, quæ non videntur*, ſ. cœleſtia; *Sunt æterna*. Eſa. 49. Salus autem mea in ſempiternum erit.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus commendauit miniſterium noui teſtamenti, & quantum ad dignitatem, & quantum ad vſum: conſequenter hic commendat illud quantum ad præmiũ, licet de præmio quantum ad aliquid, aliqualiter & incomplete ſupra tractauit: hic tamen de hoc complete tractat. Circa quod tria facit. Primo enim agit de præmio. Secundo vero, de præparatione & præmii ſuſceptione, ibi; *Et ideo contendimus ſiue &c.* Tertio vero, de cauſa vtriuſq; ſcilicet, pręparationis & pręmii, quod expectatur, ibi; *Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit præmium, quod expectatur. Secundo, exprimit deſiderium præmii expectati, ibi; *Nam in hoc ingemiſcimus &c.* Sed quia præmium, quod expectatur eſt inæſtimabile, ſcilicet gloria cæleſtis, & ideo dicit; *Scimus quoniã &c.* Quaſi dicat, ſecũdum Glo. Vere operatur in nobis pondus gloriæ, quia in corporibus erit hæc gloria, non tan-

tum in animabus. Enim idest quia; *Scimus*, idest certi sumus quia iam habemus in spe; *Quoniam si terrestris domus nostra*, idest corpus. Homo enim, vt dictum est, dicitur mens, cum sit principalius in homine: quæ quidem mens se habet ad corpus, sicut homo ad domum. Sicut enim destructa domo non destruitur homo eam inhabitans, sed manet, sic destructo corpore, non destruitur mens seu anima rationalis, sed manet. Corpus ergo terrestre dicitur domus; *habitationis*, idest in qua habitam⁹ Iob. 4. Qui habitant domos luteas &c. *Dissoluatur*, idest destruatur; *Scimus*, inquam; *Quod habemus ædificationem*, idest ædificium; Ex *Deo*, idest paratum a Deo. Aedificium, dico, domum; *Non manufactam*, idest non opere hominis, : nec opere naturæ: sed corpus incorruptibile, quod assumemus: quod quidem non est manufactum, quia incorruptibilitas in corporibus nostris prouenit solum ex operatione diuina. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. *Domum æternam*, idest domum ab æterno præparatam. Esai. 33. Tabernaculum quod nequaquam destruetur in cœlis. Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Hanc aũt commutationem, vt s. pro terrestri domo, habeant cælestẽ, desiderabat Iob dicens 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expositio est secundum Glo. Sed tamen non est ſm intellectum Apostolicum, nec præcedentibus, nec sequentibus concordat. Nam ipse cum habeat vnam materiam continuã de qua loquitur, non in exponit aliã. Et ideo videamus quid intendat Apostolus dicere. Sciendum est aũt, quòd Apostolus vult hic ostendere ꝙ sancti rationabiliter sustinent tribulationes, ex quibus vita p æsens corrumpitur: quia ex hoc statim perueniunt ad gloriam, non ad gloriosum corpus, vt dicitur in Glo. Et ideo dicit, Ideo sustinuimus enim idest quia scimus .i. pro certo habemus; *Quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis*, idest corpus dissoluatur, idest corrumpatur per mortem; *Habemus*, sta:im non in spe, sed in re meliorẽ domum. s. ædificationem; *Domum non manufactam*. i. gloriam cœlestẽ, non corpus gloriosum. De hac aũt domo dicitur Io. 14 In domo patris mei, mãsiones multæ &c. Quæ quidem est ex Deo nõ manufacta, quia gloria æterna est ipse Deus. Psal 30. Esto mihi in Deũ protectorem & in domum &c. *Et æternam*. ad literam, quia ipse Deus est æternus; *In calis* i. in excelsis, quia statim corrupto corpore, anima sancta cõsequitur hãc gloriam non in spe, sed in re. Nam & antequam corpus dissoluatur, habemus hanc domum in spe. Sic ergo præmium sanctorum est admirabile & desiderabile, quia gloria cœlestis est: ideo cõsequenter subiungit desiderium sanctorum ad ipsum præmiũ, dicẽs; *Nam in hoc ingemiscimus &c.* Vbi tria facit. Primo, exprimit desideriũ gratiæ ad præmium ipsum. Secũdo, ostendit ꝙ desiderium gratiæ retardat a desiderio naturæ, ibi; *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo &c.* Tertio, ostendit quomodo desiderii gratiæ vincit desiderium naturæ, ibi; *Audentes igitur &c.* Sed desiderium gratiæ est cum feruore: *Nam in hoc ingemiscimus &c.* q.d. hæc est vera probatio, ꝙ habemus domum non manufactã. quia si desiderium naturæ nõ est frustra, multo minus desiderium gratiæ frustra est. Cũ igitur nos habeam⁹ feruentissimũ desideriũ grẽ de gloria cęlesti, impossibile est, ꝙ sit frustra: & hoc est q̃d dicit; *Ingemiscimus*, idest ingemendo desideramus; *In hoc*, scilicet animæ desiderio retardati. Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus &c. In hoc. n. quòd; *Cupientes sumus*, idest cupimus; *Superindui habitationẽ nostram*, idest fruitionẽ gloriæ; *Quæ de cælo est*, idest cœlestis, quæ dicitur habitatio, quia in ipsa gloria, sancti habitant sicut in suo cõsolatorio. Mat. 25. Intra in gaudium Dñi tui. Per hoc aũt quod dicit; *Superindui*, dat intelligere, ꝙ illa domus cœlestis de qua supra dixerat, nõ est aliquid ab homine separatũ, sed aliquid homini inhærens. Non. n. dicitur homo induere domũ, sed vestimẽtum: domũ aũt dicitur aliquis inhabitare. Hæc ergo duo coniungit, dicens; *Superindui habitationem*, per quod ostendit, ꝙ illud desiderium est aliquid inhærens, quia induitur: & aliquid continens & excedens, quia inhabitatur. Sed quia nõ simpliciter dixit, indui sed superindui, rõnem sui dicti subdit, dicens; *Si tamen uestiti & non nudi inueniamur*. q.d. si anima indueretur habitatione cœlesti, ꝙ non exueretur habitatione terrena. i. non corrumperetur corpus nostrum per mortem, sed cœlestis adeptio illius habitationis esset superinduitio. Sed quia oportet, ꝙ euacuetur habitatione terrena, ad hoc, ꝙ induatur cœlesti, nõ potest dici superinduitio, sed induitio simplex, Et ideo dicit; *Si tamen uestiti & non nudi inueniamur*. q.d. superindueremur quidem, si inueniremur induti, & non nudi. Nudus enim non dicitur superindui, sed indui tantum. Glo. vero aliter exponit de vestimento spirituali, dicens, Cupimus superindui, quod vtiq; fiet, tamen hac conditione, si nos inueniamur; *vestiti*, scilicet virtutibus; *& non nudi*, scilicet virtutibus. De istis vestibus dicitur Col. 3. Induite vos sicut electi Dei &c. q.d. Nullus ad illam gloriã pueniet nisi habeat virtutes, quæ quidẽ expositio non videtur cõcordare intentioni Apostoli. Sic ergo, desiderium gratiæ feruet ad præmium, sed tamen retardatur a desiderio naturæ, quod ostendit, cum dicit; *Nam dum sumus in tabernaculo isto &c.* Vbi primo, ponit conditionem desiderii naturalis. Secundo ostendit, quòd etiam hic status desiderii naturalis est a Deo, ibi; *Qui autem efficit nos &c.* Conditio autem desiderii est naturalis, retardans desiderium gratiæ, quia vellemus inueniri vestiti & non nudi, idest ita vellemus, quòd anima peruenireat ad gloriam, quòd corpus non corrumperetur per mortem. Cuius ratio est, quia naturale desiderium inest animæ, esse vnitam corpori, alias mors non esset pænalis, & hoc est, quod dicit; *Nam nos qui sumus in hoc tabernaculo*, idest, qui habitamus in isto mortali corpore. 2. Pet. 1. Scio quòd velox sit depositio tabernaculi mei; *Ingemiscimus*, idest intus in corde, non solum extra in voce gemimus. Esa. 59. Vt columbæ meditantes gememus, quia durum est cogitare mortem, & tamen grauati, quasi aliquo existente contra desiderium nostrum, eo quòd non possumus peruenire ad gloriam, nisi deponamus corpus, quod est ita contra naturale desiderium: vt dicit Augustinus, quòd nec ipsa senectus a Petro timorem mortis auferre potuit. Et ideo dicit; *Eo quod nolumus spoliari*, scilicet tabernaculo terreno; *Sed superuestiri* gloria super cœlesti. Vel secundum Glo. corpore glorioso. Sed quia posset videri indecens, quòd corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura, si non fuisset ante dissolutum: & ex parte gloriæ esset gloriosum, subdit modum quomodo fieri vellet, dicens, *Vt absorbeatur, quod mortale est &c.* Quasi dicat. Non sic superuestiri volumus, quòd corpus remaneat mortale, sed ita quòd gloria auferat ex toto corruptionẽ corporis absq; corporali dissolutione. Et ideo dicit; *Absorbeatur, quod mortale est*, idest ipsa corruptio corporis; *A vita*, scilicet gloriæ. 1. Cor. 15. Absorpta est mors in victoria &c.

sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est, a vita.

LECTIO II.

VT autẽ efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, & scientes,

LECTIO SECVNDA.

HIc ostendit authorem supernaturalis desiderii de habitatione cœlesti. Causa enim naturalis desiderii, quòd nolumus expoliari est, quia scilicet anima naturaliter vnitur corpori, & econuerso. Sed hoc, quòd cœlestem inhabitationem superindui cupiamus, non est ex natura: sed ex Deo. Et ideo dicit; *Qui autem efficit nos in hoc &c.* q.d Volumus superinduere cœlestem habitationem, ita tamen, quòd non spoliemur terrena, & tamen hoc ipsum, quòd volumus sic superuestiri, efficit in nobis Deus. Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis &c. Cuius ratio est, quia quamlibet naturam consequitur appetitus conueniens fini suæ naturæ, sicut graue naturaliter tendit deorsum, & appetit ibi quiescere. Si autem sit appetitus alicuius rei supra naturam suam, illa res non mouetur ad illum finem naturaliter, sed ab alio quod est supra naturam suam. Constat autem, quòd perfrui cœlesti gloria & videre Deum per essentiam, licet sit rationalis creaturæ, est tamen supra naturam ipsius. non ergo mouetur rationalis creatura ad hoc desiderandum a natura, sed ab ipso Deo, qui in hoc ipsum efficit nos &c. Sed quomodo hoc efficit subdit, dicens; *Qui dedit pignus &c.* Circa quod sciendum est, quòd Deus efficit in nobis naturalia desideria & supernaturalia. Naturalia quidem, quando dat nobis spiritum naturalem conuenientem naturæ humanæ. Genesi. 1. Inspirauit in faciem eius &c. Supernaturalia uero dat, quando infundit in nobis supernaturalem spiritum, scilicet spiritum sanctum. Et ideo dicit; *Dedit nobis pignus spiritus*, idest spiritum sanctum causantem in nobis certitudinem huius rei, qua desideramus impleri. Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto &c. Dicit autem pignus, quia pignus debet tantum ualere, quantum ualet res pro qua ponitur: sed in hoc differt a re pro qua ponitur, quia pleniori iure possidetur res, quando iam habetur quàm pignus: quia res possidetur, ut quid suum, pignus uero seruatur & te-

& tenetur, quasi pro certitudine rei habendæ. Ita est de spiritu sancto, quia spiritus sanctus tantum valet, quantum gloria cœlestis, sed differt in modo habendi: quia nunc habemus eum quasi ad certitudinem consequendi illam gloriam. In patria vero habebimus, vt rem iam nostram, & a nobis possessam. Tunc enim habebimus perfecte, mõ imperfecte, Sic ergo retardatur desiderium gratiæ, a desiderio naturæ. Sed nunquid impeditur? Non, sed desiderium gratiæ vincit. Et hoc est, quod dicit; *Audentes igitur &c.* q.d. Duo desideria sunt in sanctis. Vnum, quo desiderant cœlestem habitationem, aliud, quo nolunt expoliari. Et si hæc duo essent compossibilia, non essent contraria, & vnum non retardaretur ab alio. Sed Apostolus ostendit ea esse incompossibilia, & quòd oportet, ꝙ vnũ vincat alterum. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim ostendit incompossibilitatem dictorum desideriorum. Secundo, interponit quandam probationem, ibi; *Per fidem enim &c.* Tertio, ostendit quod horum vincat, ibi; *Audemus autem &c.* Incompossibilitatem ostendit cum dicit; *Audentes igitur &c.* Audere, proprie est immiscere se in pericula mortis, & non cedere propter timorem. Licet autem sancti naturaliter timeant mortẽ, tamen audent ad pericula mortis, & non cedunt timore mortis. Prouerb. 28. Iustus quasi leo confidens. Eccl. 48. In diebus suis non pertimuit principem; *Et scientes*, scilicet sumus hoc, quod cõfirmat in nobis audaciam, vt pro Christo mori non timeamus, quoniam; *Dum sumus in hoc corpore mortali peregrinamur*, idest elongamur a Deo Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus &c. Peregrinamur, inquam, quia sumus extra patriam nostram, qui Deus est, alias non diceremur peregrinari ab eo. Et hoc, non est ex natura nostra, sed ex eius gratia. Quòd autem peregrinamur a Domino, probat cum dicit; *Per fidem enim ambulamus*, idest procedimus in vita ista per fidem; *Et non per speciem*, idest, non per perfectam visionem. Fides enim verbum, est sicut lucerna a qua illuminamur ad ambulandum in vita ista. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum &c. In patria aũt, non erit huiusmodi lucerna, quia ipsa claritas Dei, idest ipse Deus illuminabit illam. Et ideo tunc per speciem, idest per essentiam videbimus eum. Dicit autem; *Per fidem ambulamus*, quia fides est de non visis. Est enim fides substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Heb. 11. Quandiu autem anima corpori mortali vnitur, non videt Deum per essentiam. Exo. 33. Non videbit me homo &c. Vnde inquantum assentimus, credendo his, quæ non videmus, dicimur ambulare per fidem; *Et non per speciem*. Sic ergo patet, duorum desideriorum incompossibilitas: quia non possumus cum hoc corpore superindui cœlestem habitationem: & probatio huius, quia per fidem ambulamus. Sequitur consequenter victoria vnius desiderii de duobus, scilicet desiderium gratiæ, cum dicit; *Audemus &c.* Et debet resumi, scientes supra positum, quia litera suspensiua est, vt dicatur sic. Hoc, inquam, scientes, quia dum sumus in hoc corpore &c. *Audemus & bonam uoluntatem habemus* Duo dicit, quorum vnum importat repugnatiam, quam habet in volendo, quæ fit per timorem mortis. Vbi enim non est timor, non est audacia. Nam ex appetitu naturæ, surgit timor mortis, ex appetitu gratiæ, surgit audacia. Ideo dicit; *Audemus*. Aliud importat imperfectionem animi in desiderando, quia nisi bene desideraretur, non vinceretur timor mortis, cum sit valde naturalis. Et ideo, non solum oportet audere, sed bonam voluntatem habere. i. cum gaudio uelle. Licet. n. ſm Philosophũ, in actu fortitudinis non requiratur gaudiũ ad perfectionẽ uirtutis, sicut in aliis uirtutibus, sed solũ non tristaritũ quia fortitudo sanctorum perfectior est, nõ solũ non tristantur in periculis mortis, sed etiã gaudent Phil. 1. Habens desideriũ dissolui &c. Sed quid audemus? *Magis peregrinari a corpore*. i. remoueri a corpore ꝑ corporis dissolutionem, quod est contra desiderium naturæ; *Et præsentes esse ad Dominum*. i ambulare per specie, quod est desideriũ gratiæ. Hoc desiderabat. Psal. 41. qui dicebat, Sitiuit anima mea ad Deum &c. Et nota, quòd hic concludit eadem duo, quæ proposuit in principio supra secũdo scilicet, ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod idem est, quod hic dicit peregrinari a corpore, & quòd habemus habitationem in cęlis non manufactam, & hoc quod idem est, præsentes esse ad Deum. Confutatur per hæc verba, error dicentium, animas sanctorum decedentium non statim post mortem deduci, ad visionẽ Dei & eius præsentiam, sed morari in quibusdã mansionibus vsq; ad diẽ iudicii. Nã f ustra sancti anderẽt, & desiderarẽt peregrinari a corpore, si separati a corpore nõ essent ꝑsentes ad Deũ. Et ideo dicendum est, quòd sancti statim post mortem vident Deum per essentiam, & sunt in cœlesti mansione. Sic ergo patet, quòd præmium, quod sancti expectãt, est inestimabile. Sequitur de præparatione ad præmium, quæ fit per pugnam contra tentationes, & per exercitium bonorum operum, & hoc est, quod dicit; *Ideo contendimus &c.* Præparantur autem sancti ad hoc præmium tripliciter, scilicet placendo Deo. Secundo, proficiendo proximo. ibi; *Scientes autem timorem Dei*. Tertio, abdicando a se carnales affectus ibi; *Itaque nos &c.* Deo autem placent, resistendo malis, & ideo dicit; *Ideo*, quia scilicet totum desiderium nostrum est, quòd simus præsentes Deo; *Contendimus*; idest cum conatu nitimur seu studemus cum pugna & lucta, contra tentationes diaboli, carnis, & mundi Luc. 13. Contendite intrare per angustam portam &c. *Placere illi*, scilicet Deo ad quẽ desideramus esse ꝑsentes, & hoc; *Siue absentes, siue præsentes* illi sumus: quia nisi studeamus ei placere in vita ista dum sumus absentes, non poterimus ei placere, nec esse ei ꝑsentes in alia vita. Sapien. 4. Placens Deo factus dilectus &c. Consequenter cum dicit; *Omnes enim nos manifestari &c.* Subdit causam, quare sancti contendunt placere Deo, quæ quidem causa sumitur ex consideratione futuri iudicii, vbi nos omnes manifestari oportet. Ponit autem Apostolus quinque conditiones futuri iudicii. Primo enim, ponit ipsius vniuersalitatem: quia nullus excipietur ab illo iudicio. Et ideo dicit; *Omnes nos* idest omnes homines, bonos & malos, magnos & paruos. Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Apocaly. 20. Vidi mortuos pusillos & magnos, stantes in conspectu agni &c. Sed contra hoc, obiicitur dupliciter. Primo, quia videtur, quòd infideles non venient ad iudicium: nam Qui non credit iam iudicatus est, vt dicitur Ioan. 3. Secundo, quia quidam erunt, ibi vt iudices. Matth. 19. Sedebitis super sedes &c. Non ergo omnes erunt ante tribunal, vt iudicentur Responsio. Dicendum, quòd in iudicio duo erunt, scilicet prolatio sentẽtiæ, & discussio meritorum, & quantum ad hoc, non omnes iudicabuntur. quia illi qui totaliter abrenunciauerũt sathanæ & pompis eius, & per omnia adhæserunt Christo, non discutientur, quia iam dii sunt. Illi vero, qui in nullo adhæserunt Christo, nec per fidem nec per opera, similiter non indigent discussione, quia nihil habent cum Christo: sed illi qui cum Christo aliquid habent, scilicet fidem, & in aliquo recesserunt a Christo, scilicet per mala opera & praua desideria, discutientur de his, quæ contra Christum commiserunt. Vnde quantum ad hoc, soli Christiani peccatores manifestabuntur ante tribunal Christi. Item, erit in iuditio prolatio sententiæ, & quantum ad hoc omnes manifestabuntur. Sed de pueris non videtur, quia dicitur, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit: sed pueri nihil gesserunt in corpore. ergo &c. Sed hoc soluit Glo. quia non iudicabuntur pro his, quæ ipsi gesserunt per se, sed de his quæ gesserunt per alios, dum per eos crediderunt, vel non crediderunt, baptizati, vel non baptizati fuerunt. Vel damnabuntur, pro peccato primi parentis. Secundo vero, ponit iudicii certitudinem. In iudicio hominum multi decipi possunt, dum quidam iudicantur mali, qui tamen sunt boni, & econuerso. Et huius ratio est, quia non manifestantur corda, sed in illo iudicio perfectissima certitudo erit, quia erit ibi manifestatio cordium. Vnde dicit; *Manifestari*. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare &c. Tertio, ponit iudicii necessitatem; quia nec per interpositam personam, nec per contumaciam poterit quis effugere iudicium illud. Vnde dicit; *Oportet*, idest necessarium est, Iob. 19. Scitote esse iudicium Eccl. vlt. Cuncta quæ fiunt adducet Deus &c. Quarto, ponit iudicis authoritatem. Vnde dicit; *Ante tribunal Christi*, vt scilicet veniat ad iudicandum homines in eadẽ forma, in qua iudicatus est ab hominibus, vt existens in forma humana videatur a bonis & malis. Mali. n. non possunt videre gloriam Dei. Io. 5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere &c. Tribunal autem dicit iudiciariam potestatẽ, & sumptũ est ab antiqua consuetudine Romanorũ, qui elegerunt tres tribunos plebis, ad quorũ officium pertinebat diiudicare excessus Consulum & Senatorũ, & loca istorum vocabantur tribunalia. Quinto, ponit iudicis æquitatẽ, quia secundum merita propria, erunt præmia, vel pœnæ. Vnde dicit; *Vt referat unusquisque &c.* Rom. 2. Reddet vnicuique ſm opera sua. Et dicit; *Corporis* nõ solum pro his quæ fecit motu corporis, sed pro his quæ mente gessit, alias infideles non punirentur. Et ideo cum dicit; *Corporis*, intelligendum est, idest pro his, quæ gessit dum vixit in corpore.

quoniam dum sumus, in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidẽ enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dñm. Et iõ contẽdimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; ꝓpria corporis ꝓ ut gessit, siue bonum, siue malum.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO qualiter sancti se præparant ad præmiũ eternæ gloriæ placendo deo: hic ostendit consequenter quomodo præparant se ad duo facit. Primo, ostendit solicitudinem suam quam habet de salute proximorum. Secundo, vero huius solicitudinis causam assignat, ibi; *Charitas Christi &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit curã quã habet de salute proximorum persuadẽdo eis. Secundo, excludit quãdam falsam suspitionem, ibi; *Non iterum nos &c.* Tertio, ostendit quòd etiam in modo docendi, proximorum vtilitatem inrendat, ibi; *Siue enim mente &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit studium suum de vtilitate proximorum. Secundo, manifestat hoc, ibi; *Deo autem &c.* Dicit ergo, dico quòd oportet nos manifestari ante tribunal &c. Et hæc consideratio inducit homines ad timendum iudicium. Et ideo dicit; *Scientes ergo timorem Domini*, idest quàm pure & caste timendus sit Dñs Iesus Christus; *Suademus hominibus*, vt timeãt & credant Iob. 23. Considerans eum timore solicitor. Hier. 10. Quis non timebit te o rex gentium? Esa. 8. Dñm exercituũ ipsum sanctificate &c. Sed quia aliquis posset dicere, ꝙ non ex conscientia bona, sed ex commodo suo suadebat hominibus. Et ideo manifestat hoc esse falsum duplici testimonio, scilicet, Dei, Vnde dicit; *Deo autem manifesti sumus* qd. s. ex timore Dei loquimur Deus. n. videt intentionem cordis nostri Hier. 17. Prauũ est cor hominis & inscrutabile & quis cognoscet illud? Ego Dominus &c. Io. 2. Ipse sciebat &c. Item testimonio conscientiarũ ipsorum. Vnde dicit; *Spero autem in conscientiis uestris &c.* Et vere spero, quia sic me exibui, vt vos scire possitis nos esse probatos: & firmiter hoc tenere, & si non consiteamini ore: supra 4. Cõmendantes nosmetipsos ad omnẽ conscientiam &c. Consequenter, quia possent credere ꝙ hoc dixerit Apost. ad cõmendationem propriam, remouet hanc suspitionem falsam, dicens, *Non iterum nos commendamus uobis*, idest non dicimus hoc ad cõmendationem nostram, vt quasi iterum velimus nos cõmendare: supra. n. 3. & etiam 1. Cor. 3. aliqua dixerat ad commendationem suam. Et ideo dicit, iterum infra 10. Non. n. qui seipsum cõmendat &c. Sed hoc dicimus pp vtilitatem vestram q. d. *Damus uobis occasionem gloriandi*, idest materiã gloriãdi. Pseudo apsi. n. per elationem gloriabãtur, dicẽtes se fuisse doctos ab Apostolis qui fuerũt a Domino, s. a Petro & Iacobo, qui erant columnæ fidei detrahẽtes in hoc Apostolo, quasi non fuerit cum Dño Iesu, & volentes eius doctrinã destruere. Vt ergo & Corinthii haberẽt in quo gloriarenẽ cõtra ipsos pseudo apsos. s. de gratia Apostolo data, vt eos & refellant, & nõ seducãtur ab eis: ideo dicit hoc. Vnde subdit; *Vt habeatis ad eos*, idest contra eos, vel ad eos reprimẽdos quid possitis dicere. Ad eos dico; *Qui in facie gloriantur, & non in corde*. Quod tripliciter exponitur sic; *In facie gloriantur*, idest, exterioribus obseruantiis legalibus, quia ad literam docebant seruare legalia. Et in corde. i. in virtute Christi, q̃ est in corde, quia in spiritualibus, sicut Apost. q in virtute crucis Christi dicebat, Mihi aũt absit gloriari &c. Item; *In facie gloriabantur*, idest in conspectu hominum, sicut hypochritæ faciũt, &; *Non in corde*, idest in testimonio conscientiæ, sicut Apostolus Vnde dicit, Gloria nostra hæc est &c. Vel *In facie gloriantur*, qa aliqua prætendebant exterius, quæ tamen non ita sentiebant interius in corde. s. quòd dicebant se doctos ab Apostolis, & sequerẽtur eorũ doctrinã, quã tñ nitebãtur destruere. Patet ergo, qualiter Apostolus in docendo, proximorũ salutem procurabat. Sequitur videre qũo ipsorum salutem procurabat, etiam in modo docendi. Vnde dicit; *Siue enim mente &c.* Quod exponitur dupliciter: vno modo sic, vt Apost. dicat se excedere qñ loquitur eis cõmendando se sobrium esse, qñ loquitur de commendatione propria ꝛm hoc dicit, Quocunq; modo doceamus, vel est honor Dei, vel vtilitas proximi, quia si excedimus mente. i. cõmẽdamus nos Deo. s. est, idest ad honorem Dei, vel de seruãdo iudicio Dei; *Siue sobrii sumus*, id est non alta dicamus de nobis. Hoc est vobis, idest ad vtilitatem vestram. Sed aliter, & est magis literalis sensus. Dico quòd, *Damus uobis occasionem gloriandi pro nobis*, quia nos in omnibus quæ facimus, & etiam in modo faciendi, intendimus bonum vestrum. Vnde sciendum, ꝙ Apostoli sunt medii inter Deũ & populum. Deut. 5. Ego sequester medius fui. &c. Oportebat ergo, quòd haurirent a Deo, quod effunderent populo. Et ideo necessarium erat, quòd quandoq; eleuarent se per contemplationem in Deum ad percipiendũ cælestia, quandoq; conformarent se populo ad tradendum, quæ à Deo perceperant, & hoc totum in eorum vtilitatẽ cedebat. Et ideo dicit, *Siue enim excedimus mente*, id ẽ eleuamur ad hoc, ꝙ percipiamus dona gratiarũ, & hoc *vt deo*, scilicet vniamur, quod fit per cessum rerũ temporaliũ. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo. Diony. Est enim extasim faciens diuinꝰ amor, &c. *Siue sobrii sumus*, id est commẽsuremus nos vobis tradẽdo diuina præcepta. Hoc est *Vobis*, idest ad vtilitatem vestram. Sobrietas enim idem est, ꝙ commensuratio. Bria enim in Græco, idem ꝙ mensura. Hæc sobrietas nõ opponitur ebrietati, quæ est de vino, quæ ad bella trahit in terra, sed opponitur ebrietati, quæ est à spiritu sancto, quæ rapit hominem ad diuina, de qua dicitur Can. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. Nam illa. s. sobrietas est ꝑpter vtilitatẽ proximi: sed hæc ebrietas, est: propter amorẽ Dei. Huiusmodi autem discensus, signatus est per discensum angelorum per scalam quam vidit Iacob. Gen. 28. Io. 1. Videbitis cœlum apertum, &c. Consequenter cum dicit, *Charitas autem Christi &c.* Subiungit Apostolus causam præmissæ solicitudinis, quæ quidem est charitas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primò ostendit se vrgeri à charitate Christi, ad procurandam salutem proximorum. Secundò ostendit, vnde prouocetur charitas Christi in ipso, ibi *Æstimantes hoc &c.* Dicit ergo. Dico ꝙ siue excedimus Deo, siue sobrii simus vobis, est ad vtilitatem vestram. Et huius causa est, quia *Charitas Christi vrget nos* ad hoc. Et dicit, *Vrget*, quia vrgere idem est, quòd stimulare. q. d. Charitas Christi quasi stimulus, stimulat nos ad faciendum ea quæ charitas imperat, vt scilicet procuremus salutem proximorum. Hic est effectꝰ charitatis. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, idest agitantur, &c. Can. 8. Lampades eius, vt lampades ignis, &c. Vnde autem proueniat iste stimulus charitatis, ostendit consequenter subdens, *Æstimantes hoc, quoniam si vnus &c.* Et primò assignat rationem huius. Secundò exponit, ibi, *Et pro omnibus mortuus est &c.* Dicit ergo, Dico quòd omnia pro vobis facimus, quia *Vrget nos charitas Christi*, quia *æstimamus, quod si vnus*, scilicet Christus, pro omnibus mortuus est, quòd etiam nos ita viuamus, id est ad vtilitatem vestram, quòd etiam nobis mortui simus, id est nihil curemus de nobis, sed de Christo, & de his, quæ Christi sunt. Et hoc est, quod dicit, *Si vnus*, Roma. 5. Commendat deus suam charitatem in nobis, &c. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, &c. Quod ergo infertur, *Ergo omnes mortui sunt*, exponitur tribus modis. Primò vt dicatur *Omnes mortui sunt*, morte peccati in Adam. Non enim esset necessarium, quòd Christus pro omnibus moreretur, nisi omnes mortui fuissent morte peccati in Adam. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes, &c. Secundò vt dicatur, *Omnes mortui sunt*, scilicet veteri vitæ. Christus enim mortuus est ad delenda peccata, ergo omnes debent mori veteri vitæ, scilicet peccati, & viuere vita iustitiæ. Ro. 6. Quòd enim mortuus est peccato, &c. ita & vos æstimate vos mortuos esse, &c. Tertiò, & magis literaliter. *Ergo mortui sunt omnes*, id est ita debet se quilibet reputare, ac si esset mortuus sibiipsi. Col. 3. Mortui estis, &c. Et hũc modum exponit consequenter cum dicit. *Et pro omnibus mortuus est Christus.* 1. Io. 2. Mortuus est, vt viuamus Christo. Vnde subdit, *Vt & qui uiuit*, scilicet vita naturali, *Iam non sibi viuat*, id est non propter seipsum, & propter bonum suum tantum, *Sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit*. s. Christo; id est totam vitam suam ordinet ad seruitium, & honorem Christi. Gal. 2. Viuo ego iam non ego, &c. Ecclesias. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, &c. Et horum ratio est, quia vnusquisq; operans, sumit regulam operis sui à fine. Vnde si Christus est finis vitæ nostræ: vitã nostram debemus regulare, non ꝛm voluntatem nostram, sed secundum volũtatem Christi. Sic enim & Christus dicebat. Io. 6. Descendi de cœlo, non vt facerem voluntatem meam, &c. Nota autem, quòd duo dicit, scilicet, quòd mortuus est Christus, & ꝙ resurrexit pro nobis; vbi duo exiguntur à nobis. Quia. n. mortuus est pro nobis, & nos debemus mori nobisipsis. i. pro ipso abnegare nosipsos. Vnde dicebat. Luc. 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum, &c. Quod idem est ac si diceret, moriantur sibiipsi. Quia vero Christus resurrexit pro nobis, & nos debemus ita mori peccato, & veteri vitæ, & nobisipsis, quòd tamen resurgamus ad nouam vitam Christi. Rom. 6. Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate &c. Et propter hoc Dominus non dixit solum, abneget semetipsum & tollat crucem suam, sed addit, & sequatur me, scilicet, in nouitate vitæ, proficiẽdo in virtutibus. Psal. 83. Ibũt de virtute in virtutem &c.

LECTIO III.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, deo aũt manifesti sumus. Spero aũt & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non. n. iterũ cõmendamus nos uobis, sed occasionẽ damus uobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos æstimantes hoc: quoniam si vnus pro oĩbus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui uiuunt: tam nõ sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuꝰ est, & resurrexit.

CAPVT V.

LECTIO IIII.

POSITO quomodo sancti præparant se ad susceptionem gloriæ cœlestis, placendo Deo & proficiendo proximo. hic consequenter ostendit quomodo præparant se ad hoc idem, abdicando a se carnalem affectum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit abdicationem carnalis affectus. Secundo, excludit instantiam, ibi; *Et si cognouimus &c.* Tertio, concludit intentum, ibi; *Si qua ergo in Christo &c.* Dicit ergo primo, Ex quo ergo adeo certi sumus de gloria æterna, ita quòd; *Nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus.* Vbi nota, quòd secundum carnem, est quædam determinatio, & potest dupliciter exponi, secundum quod dupliciter constructio fieri potest. Vno modo, vt ly; *Secundum carnem*, construatur cum hoc accusatiuo, neminem, & sic exponit Glo. *Neminem secundum carnem*, idest carnaliter viuentem approbamus. Ex quo. n. quilibet debet mori, non approbamus eum, qui carnaliter viuit. Et hoc modo accipitur caro Rom. 8. Vos autem in carne non estis &c. Alio modo; *Neminem secundum carnem*, idest secundum carnales legis obseruantias, viuentem; *Nouimus*. i. approbamus. Et hoc modo, accipitur caro. Phil. 3. Qui confidunt in carne, idest in carnalibus legis obseruantiis &c. Tertio; *Neminem secundum carnem*, idest secundum carnis corruptionem; *Nouimus*, idest reputamus. Licet enim fideles, adhuc carnem corruptibilem gerant, tamen in spe iam habent corpus incorruptibile. Vnde non reputant se secundum quod, modo carnem corruptibilem habent, sed secundum quod habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipitur caro. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Alio modo, potest cõstrui vt ly; *Secundum carnem*, construãt cum hoc verbo; *Nouimus*. Et sic est sensus. Dico, quòd ex quo non debemus nobis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est: itaque nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus. i. non sequimur in aliquo carnalem affectũ, nec aliquẽ hoc modo reputamus. Et hoc modo accipiẽ illud Deut. 33. Qui dixerit patri suo & matri, nescio vos &c. Et sic ly *Secundum carnem*, refertur ad cognoscentem, sed in prima expositione referebatur ad cognitum. Quia vero aliquis posset dare instantiam de Christo, quòd saltem cognouisset eum secundum carnẽ: ideo consequenter hoc remouet, dicens; *Quod si cognouimus &c.* Circa hoc sciendum est, ꝙ Manicheus adducebat verba ista pro se in fulcimentum sui erroris. Ipse enim dicebat, Christum non habuisse verum corpus, nec fuisse ex semine Dauid natum. Et sic Aug. dicit in lib. cõtra Faustũ, Siquis contra eum allegaret verbum Apostoli ad Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. & illud 1. Timo. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatũ est in carne &c. & 2. Timo. 2. Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid &c. Respondebat, quòd Apostolus aliquando fuerat huius opinionis. s. quòd fuisset ex semine Dauid, & ꝙ verum corpus habuisset: sed postea hanc opinionem mutauit & correxit se hic. Vnde dicebat; *Et si cognouimus secundum carnem Christum*, idest si fuerimus aliquando huius opinionis, ꝙ Christus habuisset veram carnem; *Sed nunc iam non nouimus*, idest modo mutauimus illam opinionem & non credimus ita. Quod quidem dupliciter improbat; Aug. Primo quia de eo, quod falso putamus nullus dicit, nouimus, sed opinamur. Cum ergo Apostolus vtatur hic hoc verbo, cognouimus, videtur ꝙ non aliquando falso putauerit. Secundo, quia supra Apostolus dicit, Neminem nouimus secundum carnem. Si ergo verum esset, quod dicit Manicheus, Apostolus nullum cognosceret habere verum corpus, quod est falsum. est ergo falsum, qd Manicheus dicit. Et ideo aliter exponendum secundum veritatẽ & dupliciter. Vno modo, vt sumatur hic, caro, pro corruptione carnis 1. Cor. 15. Caro & sanguis &c. et tunc est sensus; *Et si cognouimus aliquando Christum secundum carnem*, idest habere eum carnem corruptibilem ante passionem; *Sed nunc iam non nouimus* scilicet eum habere carnem incorruptibilem, quia Rom. 6. dicitur, Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur &c. Alio modo secundum Glo. vt ly; *Si aliquando secundum carnem Christum cognouimus*, referatur ad statum Pauli ante conuersionem ad Christum. Quod vero sequitur; *Sed nunc iam non nouimus* referatur ad statum eius post conuersionem. Et sic est sensus. Et ego & alii Iudæi infideles aliquando, idest ante conuersionẽ meam, cognouimus Christum secundum carnem, idest secundum quod carnaliter opinati sumus de Christo; scilicet eum esse tantũ hominẽ, & quòd venit tantũ ad carnales obseruãtias legis; *Sed iam*, idest postquam conuersus sum; *Non nouimus*. i. hæc opinio cessauit, immò credo, ꝙ sit verus Deus, & quòd non sit colẽdus per carnales obseruantias. Vnde dicebat Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Potest & aliter exponi, vt hoc, quod dicit; *Et si cognouimus &c.* Dicat Apostolus in persona omnium Apostolorum Christi, & sic videtur respondere vltimæ expositioni huius, quod dicitur; *Neminem cognouimus.* Vnde sciendum est, quòd; August. exponens illud Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadã. vbi ratio Domini ad hoc subditur. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos, dicit, quòd hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amãtes Christum, afficiebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalem amicum: & sic non poterant eleuari ad spiritualem dilectionem, quæ etiam pro absente, multa facit pati. Vt ergo radicarerur in eis affectus spiritualis, qui est à spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis Dominus, Pax vobis &c. Hoc ergo Apostolus in persona omnium discipulorum commemorans dixit; *Et si cognouimus*, idest si adhæsimus Christo aliquando, scilicet, quando nobiscum erat presentia corporali; *Secundum carnem*, idest secundum carnalem affectum; *Sed iam non nouimus*, idest, iam iste affectus cessauit a nobis per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Consequenter cum dicit; *Si qua igitur in Christo &c.* Ex præmissis conludit quendam effectum esse consecutum, scilicet nouitatis in mundo, & ideo dicit; *Si qua igitur*, idest si aliqua; *In Christo*, idest in fide Christi, vel per Christum; *Noua creatura est facta.* Gal. 5. In Christo Iesu, neq; præputium neq; circuncisio &c. Vbi notandum, ꝙ innouatio per gratiam dicitur creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad eẽ. Est aũt duplex esse, s. esse naturæ, & esse gratiæ. Prima creatio facta fuit, qñ creaturæ ex nihilo productæ sunt a Deo in esse naturæ, & tunc creatura erat noua, sed tamen per peccatum inueterata est. Tren. 3. Vetustam fecit pellem meam &c. Oportuit ergo esse nouam creationem, per quam producerentur in esse gratiæ, quæ quidem creatio est ex nihilo, quia qui gratia carent, nihil sunt 1. Cor. 13. Si nouerim mysteria omnia &c. charitatem autem non habeam &c. Iob. 18. Habitent in tabernaculo illius socii eius, qui nõ est, idest peccati; Aug. dicit. Peccatum enim nihil est & nihil fiunt homines cum peccant. et sic patet, quòd infusio gratiæ, est quædam creatio; *Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum, uetera transierunt ei.* Hoc quidem sumptum est, Leui. 26. vbi dicitur, Nouis superuenientibus, vetera proiicietis. ex quo sic argumentatur. Si omnia noua facta sunt & secundum legem nouis superuenientibus vetera sunt proiicienda, ergo si qua creatura est; *Vetera transierunt ei*, idest transire debent ab eo, vetera autem, quæ transire debent, sunt legalia. Rom. 7. Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Item errores gentilium. Esa. 26. Vetus error abiit. Item corruptiones peccati. Ro. 6. Vetus homo noster &c. Quibus quidem in nobis transeuntibus, virtutes contrariæ his vitiis debẽt in nobis innouari Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

LECTIO V.

Taque nos ex hoc neminẽ nouimus ꝛm carnem. Et si cognouimus secundũ carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium recõciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & po-

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus in superioribus tractauit de præmio sanctorum & de præparatione ad susceptionem eius. Hic consequenter agit de causa vtriusque. Et circa hoc tria facit: quia primo, ostendit authorem omnium prædictorum esse Deum. Secundo, commemorat beneficium a Christo collatum, ibi; *Qui reconciliauit &c.* Tertio, beneficii vsum, ibi; *Pro Christo ergo legatione*. Dicit ergo, Dixi quòd intendimus salutem proximorum, & vetera transierunt, sed hæc omnia sunt nobis ex Deo patre, uel ex Deo authore. Rom. 11. Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Iac. 1. Omne datum optimum &c. Sequitur beneficium susceptum a Deo, ibi; *Qui reconciliauit &c.* Vbi primo, ponit ipsum beneficium collatum. Secundo, exponit, ibi; *Quoniam quidem Deus &c.* Commemorat

morat autem, duplex beneficium per Christum collatum. Vnũ commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo, scilicet reconciliationis ad Deum, & hoc est, quod dicit; *Qui* scilicet Deus pater; *Reconciliauit*, idest pacificauit; *Nos sibi*, & hoc; *Per Christum*, idest per incarnatum verbum. Homines enim erant inimici Dei ꝓpter peccatum, Christus autem hanc inimicitiã abstulit de medio, satisfaciẽs ꝓ peccato. Et fecit cõcordiam. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis &c. Et ideo dicit; *Per Christum* Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem &c. Speciale autem beneficium est Apostolis collatum, scilicet quòd ipsi sint ministri huius reconciliationis. Vnde dicit; *Et dedit nobis* Apostolis vicariis Christi; *Ministerium* huius; *Reconciliationis*, supra 3. Ministros nos elegit &c. Psal. 71. Suscipiant montes, idest Apostoli, pacem populo, scilicet a Domino. Consequenter cum dicit; *Quoniam &c.* Exponit quæ dixit. Primo, primum. Secundo, secundum, ibi; *Posuit in nobis &c.* Dicit ergo. Dico quòd Deus reconciliauit nos sibi, hoc modo. Inimicitiæ enim inter Deum & hominem erant propter peccatum, vt dictum est, secundum illud Esai. 59. Peccata vestra diuiserunt &c. Destructo ergo peccato per mortem Christi, inimicitię iam solutæ sunt. Et hoc est, quod dicit; *Quoniam quidem Deus erat in Christo* per vnitatem essentiæ. Ioan. 14. Ego in patre & pater in me est. Vel; *Deus erat in Christo*, per Christum; *Mundum sibi reconcilians*. Roma. 5. Reconciliati sumus Deo &c. Et hoc; *Non reputans illis delicta ipsorum*, idest non habens in memoria illorum delicta tam actualia, quàm originalia ad puniendum, pro quibus Christus plene satisfecit: Et secundum hoc dicitur nos reconciliasse sibi, inquantum non imputat delicta nostra nobis. Psal. 31. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Consequenter cum dicit; *Et posuit in nobis &c.* Exponit secundum, scilicet de beneficio Apostolis collato, quasi dicat. Hoc modo dedit nobis ministerium reconciliationis; *Quia posuit in nobis uerbum reconciliationis*, idest, dedit virtutem & inspirauit in cordibus nostris: vt annuntiemus mundo, hanc reconciliationem esse factam per Christum. Et hoc faciendo inducimus homines, vt conforment se Christo per baptismum. Hier. 1. Ecce dedi verba mea. Consequenter cum dicit; *Pro Christo ergo legatione &c.* Ostendit vsum beneficii. Et primo, quantum ad secundum beneficium collatum Apostolis. Secundo, quantum ad primum collatum omnibus, ibi; *Obsecramus pro Christo &c.* Dicit ergo. Ex quo Deus posuit verbum reconciliationis, debemus eo vti. Et hoc est ergo quod; *Fungimur legatione pro Christo*, idest sumus legati Christi. Eph. 6. Pro quo legatione fungimur in cathena ista &c. Et idoneitas ad hanc legationem est nobis ex virtute Dei, quæ est in me. Et ideo dicit; *Tanquam Deo exhortante per nos*, quia Deus, qui in nobis loquitur, dat nobis idoneitatem ad hac legationem. Mat. 10. Non uos estis qui loquimini &c. infra 13. An experimentũ quæritis eius, qui in me &c. Consequenter cum dicit; *Obsecramus &c.* Subdit quantum ad vsum primi beneficii. Et primo, inducit ad vsum. Secundo ostendit, vnde adsit nobis facilitas ad ipsum vsum, ibi; *Eum qui non &c.* Dicit ergo. Ex quo Deus fecit reconciliationem, & nos sumus legati Dei in hoc *Obsecramus &c.* Blande alloquitur cum posset imperare 2 Tim. vlt. Argue, obsecra, increpa &c. Ad Phile. 1. Potestatam habens imperandi &c. *Obsecramus*, inquam; *Pro Christo*, idest propter amorem Christi; *Reconciliamini Deo*. Videtur autem hoc esse contrarium ei quod dicit, quòd Deus reconciliauit nos sibi, Si ergo ipse reconciliauit, quid necesse est, vt nos recõciliemur? Iam enim reconciliati sumus. Ad hoc dicendum, quòd Deus reconciliauit nos sibi: vt causa efficiens, scilicet ex parte sua: sed vt sit nobis meritoria, oportet etiam ꝙ fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidem in baptismo & in pœnitentia, & tunc cessamus a peccatis: Vnde autem adsit nobis huiusmodi facultas reconciliandi Deo, ostendit ex hoc, scilicet quòd dedit nobis potestatem iuste uiuendi qua possumus abstinere a peccatis, & hoc faciendo, reconciliamur Deo. Et ideo dicit; *Eum qui non &c.* quasi dicat. Bene potestis reconciliari, quia Deus scilicet pater; *Eum* scilicet Christum; *Qui non nouerat peccatum*. 1. Pet. Qui peccatum non fecit &c. Io. 8. Quis ex vobis arguet me &c. *Pro nobis fecit peccatum*. Quod tripliciter exponitur. Vno modo, quia consuetudo veteris legis est, vt sacrificium pro peccato, peccatum nominet. Osee 4. Peccata populi mei comedent, idest oblata pro peccato. Tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest hostiã, vel sacrificium pro peccato. Alio modo, quia peccatũ aliquando sumitur

F pro similitudine peccati, vel pro pœna peccati. Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem peccati &c. idest de similitudine peccati, damnauit peccatum. Et tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest fecit eum assumere carnem mortalem & passibilem. Tertio modo, quia aliquando dicitur hoc esse hoc, vel illud, non quia sit: sed quia opinãtur hoies ita esse. Et tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest fecit eũ reputari peccatorem. Esa. 53. Cũ iniquis reputat⁹ est. Et hoc quidẽ fecit; *Vt nos efficeremur iustitia*, idest, vt nos qui peccatores sumus, efficeremur nõ solum iusti, immo ipsa iustitia, idest iustificaremur a Deo; *vel iustitia*, G quia non solum nos iustificauit, sed etiam voluit, quòd per nos alii iustificarentur; *Iustitia*, dico; *Dei*, non nostra. Et *In Christo*, idest per Christum, Vel aliter, vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tunc est sensus; *vt nos efficeremur iustitia*, idest vt inhęreremus Christo per amorem & fidem, quia Christus est ipsa iustitia. Dicit autem; *Dei*, vt excludat iustitiam hominis, quæ est, qua homo confidit de propriis meritis. Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam &c. *In ipso*, scilicet Christo, idest per Christum, quia ipse factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1.

suit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanq̃ Deo exortãte per nos. Obsecram⁹ pro Christo, reconciliamini Deo. Eũ q nõ nouerat peccatũ, ꝓ nobis peccatũ fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Cap. VI. Lec. I.

ADIVVANTES aũt exhortamur, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tẽpore accepto exaudiui te:

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus commendauit ministerium apostolatus: hic consequenter ipsum ministerium sibi commissum ad vtilitatẽ subditorũ exequitur. Et circa hoc, duo facit. Primo, hortatur eos in generali ad omnia, quæ cõmuniter sunt necessaria ad bonã vitã. H Secundo, hortatur eos de quodam speciali suffragio, fiendo sanctis in hierusalem, & hoc. 8. ca. ibi; *Notum autem vobis facimus fratres &c.* Circa primum autẽ, duo facit. Primo, hortatur eos ad bona præsentia. Secundo, cõmendat eos de bonis in præterito factis, & hoc. 7. ca. ibi; *Has igitur habentes promissiones &c.* Circa primũ, tria facit. Primo, hortatur in generali, ꝙ gratia Dei nõ vtantur in vanũ. Secundo, ostendit gratiã Dei eis esse collatã, ibi; *Ait enim tempore accepto &c.* Tertio, docet eos in speciali, modũ vtendi dicta gratia, ibi; *Nemini dantes vllam offensionem &c.* Dicit ergo primo. Ex quo facultas adest nobis ad bene operandũ, & hæc est gratia Dei, nos autẽ ad hoc pro Christo legatione fungimur. Ideo; *Adiuuantes*, nos. s. prædicationibus, exemplis & exhortationibus. Prouer. 18. Frater qui adiuuatur a fratre &c. Vel; *Adiuuantes*, scilicet Deum. 1. Cor. 3. Adiutores Dei sumus. Sed contra. Esa. 40. Quis adiuuit spiritũ Domini &c. Nõ ergo bene dicitur, Adiuuãtes Deũ. Responsio, ꝙ iuuare Deũ potest intelligi vel ei I vires ministrare ad aliquid agendum, & sic nullus iuuat Deum, nec iuuare põt. Vel eius mandatũ exequi, & sic sancti homines Deum iuuare dicuntur, exequendo eius mandata. Nos inquam, sic iuuãtes; *Hortamur vos*. Ro. 12. Qui exhortatur &c. Hoc. s. exhortamur; *Ne in vacuum gratiã Dei recipiatis* q. d Ne receptio gratiæ sit vobis inutilis & vacua. quod tunc cõtingit. qñ ex perceptione gratiæ, quis non sentit fructũ. Qui quidẽ duplex est. s. remissio peccatorũ Esa. 27. Hic est omnis fructus &c. Et vt homo iuste viuẽdo ꝑueniat ad gloriã cœlestẽ. Ro. 6 Habetis fructũ vestrum. Quicunq; ergo gratia percepta nõ vtitur ad vitandũ peccata, & consequendũ vitam æternam, hic gratiam Dei in vanum recipit. Phil. 2. Non in vacuũ cucurri &c. Et ne aliquis dubitaret de ꝑceptione huius gratiæ a Deo, ideo cõsequẽter Apostolus probat eos iam recepisse gratiã hanc, vel paratam habere ad recipiendũ, dicens; *Ait enim, Tempore &c.* Et circa hoc, duo facit. Primo, inducit authoritatẽ prophetę. Secundo, inductã adaptat K ad propositũ, ibi; *Ecce nunc tempus &c.* Dicit ergo primo. Dico quòd paretis uos ad fructuose percipiendũ gratiã, quæ uobis est collata, uel parata. Ait. n. Dñs per Esa. 49. *Tempore accepto &c.* Circa quod sciendũ est, ꝙ Dñs dicitur facere nobis gratiam, uel exaudiendo nos in petitionibus nostris, uel iuuãdo in operationibus nostris, sed exaudit, ut percipiamus qđ petimus. Ia. 1. Si quis indiget sapientia postulet &c. Adiuuat, ut perficiamus, quod operamur. Psal. 93. Nisi quia Dñs adiuuit me &c. Et hæc duplex est gratia, præueniens, scilicet & cooperans, uel subsequens, quæ quidem necessaria est nobis ad obtinendum. Et primo gratiam præuenientem, quam optare debemus, ut simus accepti Deo. Psal. 31. Pro hac orabit ad te oĩs sanctus. Et quantum ad hoc dicit; *In tempore accepto*, idest acceptionis & gratificationis, hoc enim tempore accepto fit, quod gratis fit. Roma. 4. Beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam &c. *Exaudiui te*, idest acceptaui te. Vel; *Tempore accepto*, idest in tempore gratiæ. Et hoc modo, gratia præueniens dicitur illa per quam liberamur a peccatis. Gratia uero subsequens

quens dicitur, per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono conferuntur. Secundo, necessaria est nobis gratia cooperans, & hanc petebat. Psal. 22. Et misericordia eius subsequatur me &c. Et quantum ad hoc dicit; *In die salutis adiuui te*. Tempus enim ante Christum non fuit dies, sed nox. Rom. 13. Nox præcessit &c. Sed tempus Christi dicitur dies, & non solũ dies, sed dies salutis. Ante. n. non erat salus, quia nullus ad finem salutis perueniebat, scilicet ad visionem Dei. sed modo quando iã nata est salus in mundo, homines salutem sequuntur. Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum &c. 1. Pet. 4. Operamini vestram salutem. Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis, qua per nostra opera peruenimus ad vitam æternam. Phil. 2. Deus est qui operatur &c. Consequenter, authoritatem inductam adaptat ad propositum, dicens; *Ecce nunc &c.* Quasi dicat. Hæc quæ dixit Dominus de tempore gratiæ per prophetam, implẽtur modo, quia; *Ecce nunc tempus acceptabile*, idest gratificationis per quam exaudimur a Deo, quia iam venit plenitudo temporis, scilicet incarnationis Christi. Gal. 4. Et hoc quantum ad primam partem authoritatis. Psal. 68. Tempus beneplaciti Deus; *Ecce nunc dies salutis*. in quo scilicet adiuti gratia cooperante possumus operari ad consequendum salutem æternam. Ioan. 9. Me oportet operari &c. Gal. 6. Dum tẽpus habemus &c. Consequẽter cũ dicit; *Nemini dantes &c.* Docet modum vtendi gratia eis collata. Et primo in generali, qualiter scilicet in vacuum nõ recipiatur. Secundo, in speciali, ibi; *In multa patientia &c.* Dicit ergo, Sic vtendum est gratia, vt; *Dantes nemini ullam offensionem*. Nam gratia ad duo datur. s. ad vitandum mala, & ad operandũ bona. Et ideo duo docet, vt. s. vitemus mala, & quantũ ad hoc dicit; *Nemini dantes &c.* Quod potest dupliciter exponi. Vno mõ, vt referatur ad Apostolos q. d. Nos adiuuãtes vos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem, quia si per malam vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium nostrũ, & cõtemneretur prædicatio nostra. Ro. 2. Nomen dei per vos blasphematur; Grego. Cuius vita despicitur restat, vt eius prædicatio cõtemnatur. Vnde publicus & famosus peccator, cauere debet sibi ne prædicet, alias peccat. Psal. 49. Peccatori aũt dixit Deus &c. Alio modo, ut referatur ad subditos q. d. Hortamur vos, ne in uacuum &c. Vos dico; *Nemini dantes ullam &c.* idest non facientes aliquid, vnde alii scandalizentur. 1. Cor. 10. Sine offensione estote &c. Rom. 14. Non ponatis offendiculum &c. Et ratio huius est; *Vt non uituperetur &c.* idest, ita irreprehensibiliter vos habeatis, vt; *Ministerium nostrum*, idest apostolatus noster, non vituperetur. Quando enim subditi male se habent, vituperium est prælatis 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes &c. Vel; *Vt non uituperetur* commune; *Ministerium*, quo ad vos, & nos, qui sumus ministri Dei. Nos dico sumus ministri Dei ad exequendum voluntatem eius in nobis & in aliis. Sed vos ad exequendum volũtatem eius in vobis tantum Esai. 61. Vos sacerdotes Domini Vocabimini &c. Consequenter cũ dicit; *Sed in omnibus exhibeamus &c.* Docet eos modum vtendi percepta gratia, quantum ad bona operanda. Dicit ergo. nemini demus vllam offensionem; *Sed exhibeamus nos* & vos opere, & sermone in omnibus, quæ ad virtutes pertinẽt tales, quales debent esse ministri Dei, vt scilicet conformemur nos Deo faciendo eius voluntatem. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros &c. Cõsequenter cum dicit; *In multa patientia &c.* Ostendit in speciali, quomodo nos debemus exibere sicut Dei ministros in vsu gratię collatæ. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad exteriorẽ operationem. Secundo, quantum ad maiorem deuotionem, ibi; *Os nostrum patet &c.* Tertio, quantum ad infidelium vitationem ibi; *Nolite iugum ducere &c.* Circa primum tria facit, secundum tria in quibus consistit operatio exterior. Primo. n. consistit in sufferentia malorum. Et quantum ad hoc dicit; *In multa patientia &c.* Secũdo, ĩ operatione bonorũ: & q̃tum ad hoc dicit; *In castitate &c.* Tertio, in mutua cooperatione bonorũ ad mala, & quantum ad hoc dicit; *Per arma iustitiae &c.* Est ergo necessaria in malis sustinendis virtus patiẽtiæ. Vnde dicit; *In multa patientia &c.* Vbi tria facit. Primo, inducit ad patientiam. Et hoc, quia in Ps. 91. legitur, Bene patientes erunt, vt annuntiẽt. Et quantum ad hoc dicit; *In multa patientia* Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Dicit; *In multa*, idest ꝓp multas tribulationes, quæ

A occurrunt. Secundo, ostendit materiam patientiæ in generali: & hoc dupliciter, scilicet in superuentione malorum. Vnde dicit; *In tribulationibus*. Rom. 12. In tribulatione patientes Act. 14. Per multas tribulationes &c. Et in defectu necessatiorum. Vnde dicit; *In necessitatibus*, scilicet eorum, quæ sunt necessaria ad vitam. Psal. 24. De necessitatibus &c. Tertio, ostendit materiã patientiæ in speciali. Et primo in his, quæ pertinent ad tribulationes, quę sunt uoluntariæ, & hoc quantum ad tribulationes, quæ pertinẽt ad animam, & sic dicit, *In angustiis*, s. cordis, quando. s. sic arctatur aduersis, ut non pateat uia euadendi. Heb. 11. Angustiati, afflicti &c. Item inquantum ad tribulationes, quæ sunt in corpore, & sic dicit; *In plagis*, s. illatis ab aliis; *Et carceribus*. Act. 16. Cũ multas plagas ei intulissent &c. infra 11. In carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. *In seditionibus*, s. totius populi commoti. Act. 19. Periclitamur argui seditionis hodiernæ &c. Secundo in his, quæ pertinent ad necessitates. Necessitas autem aliquando est uoluntaria. Et sic dicit; *In laboribus*, propria manu operando apud Corinthios, quia auari erãt, ne eos grauaret sumptibus. Et apud Thessal. quia erant ociosi, ut daret exemplũ exercitii. Act. 11. Ad ea quæ mihi opus erant &c. *In uigiliis* ꝓp prædicationes: infra. 11. In uigiliis, in ieiuniis aliquando voluntariis, aliquando inuoluntariis propter penuriam. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra est, quod dicitur Matt. 11. Iugum C meum suaue est. Hic vero dicitur in tribulationibus multis &c. Non ergo suaue sed grauissimum. Respondeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorem & interiorem feruorem spiritus dulcorantur. Vnde Augu. Omnia grauia & immania, facilia & prope nulla facit amor.

& in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis. Nemini dãtes ullã offensionẽ, ut non uituperetur ministeriũ nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs.

LECTIO II.

IN castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in B charitate non ficta, in uerbo ueri-

LECTIO SECVNDA.

POSITIS his, quæ pertinent ad tolerantiam malorum, ponit consequenter ea, quæ pertinent ad obseruantiam bonoruu. Bonitas autem operis, consistit in tribus. In perfectione virtutum, & hoc pertinet ad cor. In veritate locutionis: & hoc pertinet ad os. In vitute operis: & hoc pertinet ad opus. Primo ergo, ostendit Apostolus qualiter se habeant in his, quæ pertinent ad perfectionem virtutum, quæ consistunt in corde. Secundo, in his, quæ ad virtutem oris, ibi; *In uerbo ueritatis*. Ter D tio, in his quæ pertinent ad perfectionem operis, ibi; *In uirtute Dei*. Circa primũ, ponit quatuor virtutes. Et primo, virtutem castitatis, quæ maximum locum tenet. in virtute temperantiæ, & quantum ad hoc dicit; *In castitate*, scilicet mentis & corporis. Vbi notandum est, ꝙ immediate post multos labores, vigilias & ieiunia, subdit de castitate, qa qui vult habere virtutem castitatis, necesse habet laboribus dari, vigiliis insistere, & macerari ieiuniis 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo &c. Heb. 12. Pacem sequimini &c. Si autem quæratur, quare non facit mentionem de aliis virtutibus, nisi solum de temperantia. Dicendum est, quòd sic facit, sed implicite, quia hoc, quod dicit; *In multa patientia, in tribulationibus, &c.* pertinet ad virtutem fortitudinis. hoc vero quod dicit, *Per arma iustitiæ*, pertinet ad virtutem iustitiæ. Secundo, ponit virtutem scientiæ. Vnde dicit; *In scientia*. Et si quidem scientia referatur ad scientiam qua aliquis scit bene conuersari in medio nationis prauę & peruersæ, sic E refertur ad virtutem prudentiæ. Si vero scientia referatur ad certitudinem, qua fideles certi sunt de his, quæ pertinent ad cognitionem Dei, sic pertinet ad virtutem fidei. Et vtraque necessaria est Christianis: quia sine scientia primo modo, siue secundo modo accepta, homines de facili ruunt in peccatis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum. Tertio, ponit virtutem spei. Vnde dicit; *In longanimitate*, quæ pertinet ad perfectionẽ spei. Nihil aũt aliud est longanimis, quàm qui arduũ aliquod ex spe semper, ac diu dilatum patienter expectat, & hoc a spiritu sancto. Gal. 5. Fructus aũt spiritus, charitas &c. Lõganimitas &c. Colos. 1. In omni patientia & lõganimitate. Quarto, ponit virtutem charitatis. Charitas aũt duo habet. s. effectum exteriorem & interiorẽ. Sed in effectu exteriori, habet suauitatẽ ad proximum. Non. n. conuenit, ꝙ aliquis non sit suauis ad eos quos diligit. Et ideo dicit; *In suauitate*, idest dulci cõuersatione ad proximos, vt scilicet blandi simus. Prouer. 12. Qui suauis est, viuit in moderationibus &c. Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat

tiplicat amicos &c. Sed non in suauitate mundi, sed in ea, quæ causatur ex amore Dei, scilicet, ex spũ sancto, & ideo dicit; *In spiritu sancto*, idest, quam spiritus sanctus causat in nobis. Sap. 12. O quam bonus & suauis &c. In effectu autem interiori habet veritatem absque fictione, vt scilicet non prætendat exterius contrarium eius, qd habet interius. Et ideo dicit; *In charitate non ficta* 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua sed &c. Col. 3. Super omnia charitatẽ habentes. Et huius ratio est, quia vt dicitur. Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Consequenter ostendit quomodo se habeant in his quæ pertinent ad veritatem oris, vt scilicet, sint veraces. Et ideo dicit; *In uerbo ueritatis*, scilicet vera loquendo & prædicando. Quomodo autẽ se habeant in perfectione operis, subdit dicens; *In uirtute Dei*, idest non in operibus nostris confidamus, sed solum in virtute Dei, & non in propria. 1. Cor. 4. Regnũ Dei non est in sermone &c. Consequenter cum dicit; *Per arma iustitiæ &c.* Ostendit qualiter se habeant in operatione bonorũ & malorum, inter bona & mala, prospera & aduersa, & non p tinet ad virtutem iustitiæ. Et primo, ostendit hoc in generali. Secundo, exponit in speciali. Dicit ergo primo, ꝙ exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia. Et qd plus est; *Per arma iustitiæ.* Vbi sciendum est, ꝙ iustitia ordinat & facit hominem tenere locum suum; *A dextris*, idest in prosperis, vt. s. non eleuetur; *Et a sinistris*. i. in aduersis, vt. s. non deiiciatur. Phil. 4. Vbique et in omnibus &c. scio abundare &c. Consequeter hoc exponit per partes prosperorum, & aduersorum, dicens; *Per gloriam &c.* Vbi sciendum est, quòd in rebus temporalibus prospe ritas, vel aduersitas in tribus consistit. In superbia vitæ, in concupiscentia carnis, in concupiscentia oculorum. Iuxta illud. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis &c. Et hæc prosequitur ordine suo, quia primo dicit quomodo se habeãt in aduersis & prosperis, quæ pertinẽt ad superbiam vitæ dicens; *Per gloriam &c.* Secundo, quomodo se habeant in his, quæ pertinent ad cõcupiscentiam carnis, ibi; *Quasi morientes &c.* Tertio, quomodo se habeant in his, quæ pertinẽt ad concupiscentiam oculorum, ibi; *Sicut egentes &c.* Sunt autẽ duo, quæ ad superbiam pertinent, scilicet sublimitas status, & operum. Et ideo dicit; *Per gloriam*. i. per statum excellentiæ q.d. Exibeamus nos Dei ministros. s. per Dei gloriam, idest in prospe ritate Esa. 23. Dominus exercituum cogitauit &c. Et ꝙ Apostoli gloriosi appareant, patet Act. 14. Quòd Paulus & Barnabas credebantur esse dii; *Et ignobilitatem*, quæ est in sinistris q.d. nec in gloria eleuemur, nec si contemptibiles sumus, deiiciamur 1. Cor. 1. Ignobilia huius mundi elegit Deus &c. quantum ad famam operum dicit; *Per infamiam & bonam famam.* Vbi sciendum est, ꝙ sicut Gre. dicit, Homo non debet ex se dare causam infamiæ suæ, sed potius debet procurare bonam famã, iuxta illud Eccl. 41. Curam habe de bono nomine, & hoc propter alios: quia oportet nos bonum testimoniũ habere ad eos, qui foris sunt 1. Tim. 3. Si vero contingat aliquem incurrere in infamiam iniuste, non debet esse ita pusillanimis, vt propter hoc derelinquat iustitiam. Si vero sit in bona fama apud infideles, non debet tamen superbire, sed debet inter vtrunque, medio modo incedere. Consequenter exponit ista duo quæ posuit. Et primo quam infamiam habuerunt, & ostendit quòd magnam, quia; *Vt seductores &c.* Quasi dicat. A quibusdam habemur, vt seductores, a quibusdam vero habemur; ut ueraces. Nec mirum, quia etiam de Christo, alii dixerunt, quia bonus est, alii vero quòd non, sed seducit turbas, vt dicit Ioan. 7. Secundo, ostendit quomodo fuerunt gloriosi & ignobiles, quia; *Sicut ignoti & cogniti*, idest approbati a bonis, & incogniti, idest despecti a malis 1. Cor. 4. Tanquam purgamenta &c. Consequenter prosequitur ea, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Et ponit tria, quæ concupiscit caro. Primo, enim concupiscit longam vitam, & quantum ad hoc dicit; *Quasi morientes*, idest, licet exponamur periculis mortis, infra 11. In mortibus frequenter &c. tamen; *Ecce uiuimus*, virtute & fide. Et ideo Abacuc. 2. Iustus ex fide viuit. Ps. 117. Non moriar, sed viuam &c. Secundo, concupiscit incolumitatem & quietem. Et quantum ad hoc dicit; *Vt castigati & non mortificati*, quasi dicat, licet diuersis flagellis castigemur a Domino, non tamen tradit nos morti Psal. 11. Castigans castigauit me Dominus &c. 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt &c. Tertio, concupiscit gaudium & iocunditatem, & quantum ad hoc dicit; *Quasi tristes semper autem gaudentes*: quia licet in exterioribus, & quæ ad carnem sunt patiamur tristitiam: & amaritudinem: interius tamen continuum gaudium habemus, quod crescit in nobis ex consolationibus spiritus sancti, & spe remunerationis æternæ. Iac. 1. Omne gaudium existimate &c. Ioan. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium &c. Consequenter prosequitur de his, quæ pertinẽt ad concupiscentiã oculorum. Et circa hoc ponit duo, quorum vnum est, in comparatione ad alios: & secundum hoc prosperum in diuitiis, est quòd homo abũdet, ita quòd possit aliis ministrare de diuitiis suis. Sinistrum autem in hoc est, quòd homo sit ita pauper, quòd oporteat eum ab aliis mendicare. Et ideo dicit, quòd in his temporalibus sumus; *Sicut egentes*, idest ab aliis accipientes, sed tamen quantũ ad spiritualia, sumus; *Multos locupletantes*, & non dicit omnes; *Quia non sunt* omnes locupletari parati. Prouer. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Secundum est, in comparatione ad seipsos, & ꝙ in hoc prosperum in diuitiis est multa possidere, sinistrum autem, vt nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ in exterioribus sunt; *Tanquam nihil habentes*. s. in tẽporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christum. Matth. 16. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus; *Omnia possidentes*, scilicet p interiorem magnitudinẽ cordis. Et hoc ideo est, quia ipsi viuebant, non sibi, sed Christo. Et ideo omnia, quæ sunt Christi, reputabant vt sua. Vnde cum Christo omnia sint subiecta, omnia possidebant, & omnia tendebant in eorum gloriam. Iosue 1. Et omnem locum quem calcauerit pes vester, uester erit. Nota autem circa præmissa, quòd Apostolus vtitur in præmissis miro modo loquendi. Nam ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & tẽporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam conditionem, pura, vt, sicut, quasi, tanquam, sed in opposito, spirituali nihil addit. Cuius ratio est: quia temporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparentia habent tñ similitudinem, vel boni vel mali. Et ideo dicit; *Vt seductores, & quasi ignoti* quia non erant in rei veritate sic, sed in opinione hominum, & si erant transitoria, erant bona, aut mala, Bona autem spiritualia, existentia sunt & vera, & ideo non addit eis conditionem aliquam.

locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

LECTIO III.

OS nostrum patet ad uos, o Corinthi, cor nostrũ dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus uestris, Eandem autem in hoc est, quòd homo sit ita pauper, quòd oporteat eum ab aliis mendicare. Et ideo dicit, quòd in his temporalibus sumus; *Sicut egentes*, idest ab aliis accipientes, sed tamen quantũ ad spiritualia, sumus; *Multos locupletantes*, & non dicit omnes; *Quia non sunt* omnes locupletari parati. Prouer. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Secundum est, in comparatione ad seipsos, & ꝙ in hoc prosperum in diuitiis est multa possidere, sinistrum autem, vt nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ in exterioribus sunt; *Tanquam nihil habentes*. s. in tẽporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christum. Matth. 16. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus; *Omnia possidentes*, scilicet p interiorem magnitudinẽ cordis. Et hoc ideo est, quia ipsi viuebant, non sibi, sed Christo. Et ideo omnia, quæ sunt Christi, reputabant vt sua. Vnde cum Christo omnia sint subiecta, omnia possidebant, & omnia tendebant in eorum gloriam. Iosue 1. Et omnem locum quem calcauerit pes vester, uester erit. Nota autem circa præmissa, quòd Apostolus vtitur in præmissis miro modo loquendi. Nam ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & tẽporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam conditionem, pura, vt, sicut, quasi, tanquam, sed in opposito, spirituali nihil addit. Cuius ratio est: quia temporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparentia habent tñ similitudinem, vel boni vel mali. Et ideo dicit; *Vt seductores, & quasi ignoti* quia non erant in rei veritate sic, sed in opinione hominum, & si erant transitoria, erant bona, aut mala, Bona autem spiritualia, existentia sunt & vera, & ideo non addit eis conditionem aliquam.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus docuerat vsum gratiæ collatæ quantum ad bonas operationes exteriores, Hic cõsequenter instruit eos circa vsum prædictum quantum ad interiorem deuotionem, quæ consistit in letitia cordis, quæ latitudinem cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primo. enim exibet se eis in exemplum latitudinis. Secundo, ostendit quòd ab ipso non habent contrarium exemplum, nec possunt accipere, ibi; *Non angustiamini in nobis &c.* Tertio, exhortatur eos ad cordis latitudinem ibi; *Eandem aũt habentes &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit signum latitudinis cordis. Secundo, ponit ipsam latitudinem cordis quam habebat Apostolus, ibi; *Cor nostrum dilatatum est &c.* Signum autẽ latitudinis est os latum, quia os immediate adhæret cordi. Vnde, quæ per os exprimimus, sunt expressa signa cõceptionum cordis Mat. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et hoc est qd dicit; *Os nostrum patet ad uos.* Os. n. clausum est aliquando, tunc. s. quando ea quæ sunt in corde non patẽt exterius, sed apertum & patens est, quãdo ea quę in corde sunt, manifestãtur Iob. 3. Post hæc aperuit &c. Mat. 5. Aperiens os suũ &c. Et ne hoc videatur pertinere ad vitium vanitatis, quia manifestat se, subdit rationem dicens; *Ad uos*, idest propter vtilitatem vestram, manifestamus vobis secreta cordis nostri. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile sit &c. Causa aũt huius dilatationis pcedit ex dilatatione & latitudine cordis. Et ideo dicit; *Cor nostrum dilatatum est &c.* Pro. 21. Exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Cor aũt aliquando est strictum, tunc scilicet, quando cõprimitur & cõcluditur in modico, sicut cum quis nõ curat nisi de terrenis, & contẽnit cœlestia, non valens ea intellectu capere. Aliquando autem est latum, tunc. s. quando quis magna appetit & desiderat. & talis erat Apostolus, qui non reputans ea quæ videntur, desiderabat cœlestia. Et ideo dicit; *Cor nostrum dilatatum est*, idest ampliatũ ad magna appetenda. Consequenter ostendit quòd non habent ab Apostolo contrarium exemplum. dicẽs; *Non angustiamini &c.* quasi dicat. Ex quo ostẽdimus vobis latitudinem cordis nostri, non habetis a nobis exemplum nec

nec causam vnde angustiamini. Sed si hoc facitis, tunc quidem angustiamini, sed non in nobis, immo ex visceribus vestris, idest ex vobis. Vbi sciendum est, quòd angustiari, idem est ꝙ includi in aliquo, vnde non patet alius aditus euadendi. isti autem erãt seducti adeo a pseudo, quòd non credebant posse salutem consequi, nisi in obseruantiis legalibus. Et iõ efficiebantur serui, cum essent liberi secundum fidẽ Christi. Vnde angustiatio huius seruituris, non proueniebat eis ab Apostolo, sed ex visceribus eorum, i. ex duritia cordium ipsorum. Lucæ. 23. Nolite flere sup &c. Consequenter hortatur eos ad latitudinem cordis, dicens; *Eandem autem habentes &c.* quasi dicat, si aliquando decepti a pseudo angustiati estis, non omnino remaneatis in angustiatione, immo studeatis habere latum cor, sicut nos habemus, quia eandem habebitis remunerationem quam nos habemus. Et ideo dicit; *Eandem remunerationem habentes*, scilicet sicut & nos. supra. 1. Sicut estis socii passionum &c. Tãquam filiis, non inimicis, dico vobis: vel tanquam filiis Dei, quasi dicat; *Eandem remunerationem habentes* quam filii Dei, scilicet hæredes vitæ æternæ. Roma. 8. Si filii & hæredes, eandem inquam; *Habentes remunerationem dilatamini & uos*, idest habeatis cor magnum & liberum libertate spiritus, quæ est in fide Christi & non coangustiamini in seruitute obseruantiæ legalis. Consequenter cum dicit; *Nolite iugum ducere &c.* docet eos vsum collatæ gratiæ quantum ad infidelium vitationem. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur Apostoli exhortatio. Secundo, exhortationis ratio, ibi; *Quæ enim participatio &c.* Tertio, rationem huius authoritate confirmat, ibi; *Vos enim estis templum Dei &c.* Dicit ergo; *Nolite iugum ducere &c.* Vbi est sciendum, quòd iugum dicitur omne illud quod ligat plures ad aliquid faciendum. Vnde quia aliquando aliqui conueniunt ad faciendũ aliquid boni, quod est ex Deo, & aliqui ad faciendũ aliquid mali quod est ex diabolo, ideo dicitur iugum Dei & iugum diaboli. Iugum quidem Dei est ipsa charitas, quæ ligat hominem ad seruiendum Deo. Mat. 10. Tollite iugum meum &c. Iugum vero diaboli est ipsa iniquitas, quæ ligat ad malum & ad male faciendum. Esa. 9. Iugum oneris eius. Hoc ergo dicit; *Nolite iugum ducere*, idest nolite communicare in operibus infidelitatis, cum infidelibus. Et hoc propter duo. Primo, quia aliqui erãt inter eos, qui reputabantur sapientiores, non abstinentes ab idolotitis: & ex hoc scandalizabant inferiores. Alii autem erant qui communicabant cum Iudæis in traditionibus seniorum. Vnde Apostolus hortatur eos cum dicit; *Nolite &c.* vt non communicent cum Iudæis in traditionibus legis, neque cum Gentibus in cultu idolorum: utrique enim infideles sunt. Rationem autem huius assignat dicens; *Quae enim participatio &c.* Quæ sumitur ex distinctione duplici. Vna distinctio est, quantum ad causam, sed alia est quantum ad statum. Distinctio quantum ad causam, duplex est. s. quantũ ad causam habitualem, & quantum ad causam efficientẽ. Causa aũt habitualis est duplex. Vna quantum ad effectum, & hoc est quod dicit; *Quae enim participatio iustitiae &c.* q.d. Non debetis iugum ducere cum infidelibus, quia alius habitus est in vobis, alius in illis: in vobis quidem est habitus iustitiæ, in illis vero est habitus iniquitatis. Maxima autem iustitia est reddere Deo quod suum est, & hoc est colere ipsum. Vnde cum vos colatis Deum, est in vobis habitus iustitiæ: Summa autem iniquitas est auferre a Deo quod suum est, & dare diabolo. Esai. 1. Iniqui sunt cœtus vestri. Hier. 23. Quid paleis ad triticum? Alia causa habitualis est quantum ad intellectum, & hæc distinctio est, quia fideles sunt illuminati lumine fidei, sed infideles sunt in tenebris errorum. Et quantum ad hoc dicit; *Aut quae societas luci ad tenebras.* q.d. nõ est conueniẽs quòd eis communicetis, quia non est aliqua societas cõueniens, quia vos estis lux per scientiam fidei. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino &c. Illi vero tenebræ sunt per ignorantiam. Prou. 4. Via impiorum tenebrosa &c. Vnde dominus a principio diuisit lucem a tenebris, vt dicitur. Gen. 1. Quantum vero ad causam efficientem, dicit; *Quae autem conuentio Christi ad Belial?* q.d. Vos estis serui Christi & mẽbra eius 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, illi autem sunt mẽbra diaboli. Et dicitur diabolus Belial absq; iugo, quia noluit subiici iugo Dei Hier. 2. A seculo fregisti &c. Quòd aũt non possit esse cõuentio Christi ad Belial, patet ex verbis Christi Io. 14.

tem habentes remunerationem (tãquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templũ Dei viui: sicut dicit Deus, quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deum, & ipsi erũt mihi populus. Propter quod, exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

A Venit princeps mundi huius &c. Et etiam ex verbis diaboli? Matth. 8. Quid nobis & tibi Iesu &c. Alia distinctio est quantum ad statum fidei, & hoc quantum ad duo: scilicet quantum ad statum fidei, & secundũ hoc dicit; *Aut quae pars est fidelis &c.* quasi dicat, non eadem est pars vtriusque, quia pars fidelis est ipse Deus quem habet præmium, & vt finem suæ beatitudinis. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ &c. Sed pars infidelis sunt bona terrena Sap. 2. Hęc est sors nostra &c. Matth. 24. Diuidit eum & partem &c. Item, quantum ad statum gratiæ, & secundum hoc dicit; quis autem consensus &c. quasi dicat. Non est aliqua conuenientia templo Dei, & idolis. Vnde vos estis templum Dei per gratiam 1. Cor. 3. Templum Dei &c & 6. Nescitis quoniã membra vestra tẽplum sunt &c. Non debetis ergo communicare cũ infidelibus; qui sunt templa idolorum. Sed notandũ quòd Dñs prohibet p Ezechielem, ꝙ in templo Dei non colantur idola. Ezech. 26. Multo ergo magis prohibẽtur homines, quorum animæ sunt templũ Dei, ne violent illa per participationem idolorum 1. Cor. 3. Siquis templum Dei violauerit &c. Consequenter cum dicit; *Vos enim estis &c.* Confirmat rationem propositam per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim confirmat quod induxit rationem ammonitionis. Secundo vero, confirmat ipsam ammonitionem, ibi; *Propter quod exite &c.* Circa primum duo facit. Primo, resumit quod probare intendit. Secundo vero, inducit authoritatem ad propositum, ibi; *Sicut dicit dominus quoniam &c.* Dicit ergo. Recte dico ꝙ non est consensus templo Dei cum idolis, idest non debetis cũ eis participare quia vos estis templum Dei viui, & non mortui sicut idolatræ. ad hoc probandum adducit authoritatẽ probans hoc ipsum per vsum tẽpli vsus, n. templi est, vt Deus habitet in eo: nam templũ est locus Dei ad inhabitandum sibi consecratus. Psal. 10. Dñs in tẽplo sancto suo &c. Quæ quidẽ authoritas sumitur ex Leui. 26. quæ talis est. Ponã tabernaculũ meum in medio vestri &c. In qua authoritate quatuor tangit, quantum ad hunc vsum pertinet. Primum pertinet ad gratiam operationum: quod est Deum esse in aliquo per gratiam. Et hoc est quòd dicit; *Inhabitabo in eis*, s. in sanctis per gratiam excolẽs eos: licet aũt Deus in omnibus rebus dicatur esse p præsentiam, potentiam & essentiam, non tamen dicitur in eis inhabitare, sed in solis sanctis per gratiam. Cuius ratio est, quia Deus est in omnibus rebus per suã actionẽ, inquantum cõiungit se eis vt dans esse, & conseruans in esse. In sanctis autem est per ipsorum sanctorum operationẽ, qua attingunt ad Deum, & quodam modo comprehendunt ipsum, quæ est diligere & cognoscere: nam diligens & cognoscens dicitur in se habere cognita & dilecta. Secundum pertinet ad gratiam cooperantẽ, quo scilicet proficiunt sancti auxilio Dei, & quantum ad hoc dicit; *Inambulabo in eis*, idest promouebo eos de virtute in virtutem: nam hic profectus sine gratia Dei esse non potest 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum: nã sicut gratia operans facit nos esse aliquid inesse iustitiæ, ita & gratia cooperans facit nos in ipso esse proficere. Tertium pertinet ad Dei beneficium, & hoc vel protectionis per prouidentiam, & hoc tangit dicens; *Ego ero illorum Deus*, idest prouidentia mea protegam eos. Psal. 143. Beatus populus cuius dominus &c. Vel beneficium remunerationis, vt sic dicatur, *Ero illorũ Deus*. i. dabo eis meipsum in mercedem. Gen. 15. Ego ero merces tua &c. Et Heb. 11. Non cõfunditur Deus eorum vocari Deus. Quartum pertinet ad debitum cultum & seruitium sanctorum, & quantum ad hoc dicit; *Et ipsi erunt mihi in populum*, idest me colent & mihi obedient vt mei, & non alterius. Psal. 94. 99. Nos autem populus eius & oues &c. Vel possunt ad præsentiam corporalem referri, & tunc exponitur sic; *Quoniam inhabitabo in illis* per carnis assumptionem Io. 1. Verbũ caro factum est &c. *Et ambulabo inter illos*, corporaliter cum eis conuersando Bar. 3. Post hæc in terris visus est &c. *Et ero illorum Deus*, per gloriam Deut. 4. Non est alia natio tam grandis &c. *Et ipsi erunt mihi populus*, idest per fidẽm me colent. Consequenter cum dicit; *Propter quod exite &c.* Confirmat ipsam ammonitionem per aliam authoritatẽ. Et circa hoc duo facit. Primo, confirmat ammonitionem per authoritatem. Secundo, ostendit præmium promissum seruantibus monitionem, ibi. Ego recipiã vos &c. Dicit ergo; *Propter quod*, idest quia estis templum Dei; *Exite de medio eorum*. & sumit de Esa. 52. Recedite, recedite inde, & pol-

& pollutum nolite tangere. Vbi tria dicit, Exite, separamini, & immundum nolite tangere: quia tripliciter debemus nos habere ad infideles. Primo, vt exeamus ab eis relinquendo peccata. Zacch. 2 O, o, o fugite de terra Aquilonis &c. Sed Donatistæ dicunt quòd debemus corporaliter deserere malam societatem, quod non est verũ.

Vnde quod Apostolus dicit, intelligendum est de separatione spirituali. Et ideo sic exponit, Exite spiritualiter, non sequendo vitam eorum. Can. 2. Sicut liliũ inter spinas &c. Et hoc ideo, vt vitemus ipsas peccatorũ occasiones ab eis datas. Et ideo dicit; *Separamini*, idest, longe ab eorum consensu sitis. Mat. 10. Veni enim separare &c. Numé. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum &c. Tertio, vt arguamus eos, cum male agunt. Et ideo dicit; *Immundum ne tetigeritis*, scilicet consentientes eis in malis. Ro. 1. Non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt &c. Eph. 5. Nolite communicare operibus infructuosis. Et hoc quia qui tangit picem &c. Eccl. 13. Præmium autem repromissum seruantibus monitionem est duplex, scilicet, diuina familiaritas, & diuina adoptio. Diuina familiaritas, quia ego recipiam vos, quasi dicat. Secure exeatis, quia ego recipiam vos in meos. Psal. 26. Quoniam pater meus, & mater mea &c. Psal. 64. Beatus quem elegisti &c. Esa. 42. Ecce seruus meus &c, Sed diuina adoptio, quia adoptat nos in filios, quia dicit; *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios*. Rom. 8. Non accepistis &c. Et dicit; *Filios* quantum ad perfectos, & *Filias*, quantum ad imperfectos, & hoc sumitur ex 2. Reg. 7. vbi dicitur de Salomone, Ego ero ei in patrem &c.

LECTIO PRIMA.

MONVIT Apostolus Corinthios qualiter se in futuro debeant habere. Hic commendat eos de bonis præteritis. Sed vt hæc quædam cont inuatio præteritorum ad futura, Primo, concludit ammonitionem. Secundo vero, commendat eos, ibi; *Multa mihi fiducia &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit ammonitionem. Secundo, inducit exemplũ suiipsius ad ammonitionem seruandã, ibi; *Capite nos &c.* Tertio, ponit ammonentis intentionẽ, ibi; *Non ad condemnationem uestram &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit motiuũ ad obseruantiã ammonitionis, & hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit; *Has igitur habentes promissiones charissimi*, s. quòd Deus habitet in nobis, & recipiat nos &c. Secũdo, ponit ammonitionẽ cum dicit; *Mundemus &c.* Et hoc ideo, quia promissiones istæ nõ danẽ nisi mundis, & ideo; *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, i. carnalium & spiritualium vitiorũ Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini &c. Vbi sciendum est, quòd omne peccatũ quod consumatur in delectatione carnis, est carnale, illud vero qd̃ cõsumatur in delectatione spiritus, est spirituale. Et inde est ꝙ peccata carnalia, si considerentur quantum ad sui consumationem, sunt duo tantum, s. gula & luxuria: cætera vero peccata sunt spiritualia. Si vero considerentur quantum ad sui originem, sic omnia peccata possunt dici carnalia, quia omnia ex conceptione carnis originẽ habent, & hoc modo loquitur ad Gal. 5. Manifesta sunt autem opera carnis &c. Tertio, ponit modum implendi ammonitionẽ, ibi; *Perficientes &c.* Posset. n. aliquis dicere. Nunquid non sumus mundati in baptismo? Et ideo addit; *Perficientes sanctificationem*. i. perficimus emundationem inchoatam in baptismo. Sanctus enim idem est quod mundus. Leui. 11. & 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum &c. Perficiamus inquam, quia philosophi conati sunt perficere, & nõ potuerunt, quia nõ potuerunt omnia peccata vitare: quantumcunque. n. aliqua peccata vitarẽt & exercerẽt actus virtutũ, adhuc tamen remanebat in eis peccatũ infidelitatis. Et ideo in vero cultu Dei solum perficitur emũdatio, & hoc est qd̃ dicit; *In timore*, i. in cultu *Dei*. Eccl. 25. Timor domini &c. Sed contra Col. 3. Super omnia charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis. Non igitur perficitur sanctificatio in timore Dei, sed in charitate Dei. Respondeo. Dicẽdũ est, quòd hic loquitur de timore filiali qui est charitatis effectus, & non de seruili, qui contrariatur charitati. Dicit autem in timore, vt doceat nos habere affectum ad Deum, cũ quadam reuerentia & solicitudine. Amor. n. causat securitatẽ, quæ qnq; negligentiã parit, sed qui timet, semper est solicitus. Consequenter cum dicit; *Capite nos &c.* In exemplũ se præbet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplum. 1. Cor. 11. Imitatores mei estote &c. Ego. n. mihi caui ab immũditia per sanctificationem, quia neminem læsi. Vbi notãdum, quòd tripliciter potest aliquis lædere proximum, & nullo istorum modorum læsit aliquem. Primo, in persona, & quantũ ad hoc dicit; *Neminem læsimus*, s. in persona sicut faciũt mali dñi. Mich. 3. Violenter tollitis pellẽ eorum &c. Secũdo, quãtum ad famam, inducendo eos, vel exemplo, vel persuasionib̃ ad malũ, & quantum ad hoc dicit; *Neminem corrupimus*. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores. Tertio, quantum ad subtractionem bonorum, & quantum ad hoc dicit; *Neminem circunuenimus*, idest in bonis fraudauimus. 1. Thessal. 4. Ne quis circumueniat &c. Consequenter cum dicit; *Non ad condemnationem vestram &c.* Aperit suam intentionem, q. d. non dico hoc condemnando vos, sed vt emendemini. Mala enim præterita propter duo consueuerunt commemorari. Aliquando ad condemnationem, & hoc quando non est vltra spes correctionis. Aliquando autem ad emendationem, vt scilicet corrigatur, & hoc modo loquitur hic; *Non ad condemnationem vestram &c.* 1. Cor 4. Hæc ad vtilitatem vestram dico &c, Et ratio huius est, quia gaudeo de bono vestro, prædixi enim quòd vos estis &c. supra. 3. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris Phil. 1. eo quòd habeam vos &c. *Estis*, inquam; *In cordibus nostris*, scilicet; *Ad commoriendum & ad conuiuendum*. Quod potest intelligi de morte culpæ, & de morte naturali. De morte culpæ, vt nõ intelligatur ꝙ nos simus parati ad commoriendum vobiscum. i. quando vos peccatis, nos volumus peccare, sed quòd mortem culpæ vestram, eo dolore accipimus, quo nostram. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? 1. Corin, 15. Quotidie morior &c. *Et ad conuiuendum*, qa ita gaudeo de bona vita vestra in grã, sicut & de nostra. De morte vero naturali, vt intelligatur; *Ad commoriendum*, i. paratus sum mori pro vobis, infra. 12. Libẽtius impẽdar, & sup impẽdar &c. Et ad conuiuendum, idest vt desiderem vos esse socios in vita æterna. 2. Timo. 2. Si cõmortui sumus, & conuiuemus.

LECTIO SECVNDA.

APOSTOLVS posuit supra ammonitionem ex præmissis conclusam. Hic subdit suam commendationem Et circa hoc duo facit, Primo, ponit eorum commendationem. Secundo, ipsam exponit, ibi; *Nam & cum venissem &c.* Commendationẽ autem ipsorum ponit ostendendo affectum suum, qui consurgit ex bonis operibus, quæ Corinthii faciebant. Consueuit. n. quadruplex affectus in cordibus diligentium consurgere ex bonis quæ dilecti operantur, & hos quatuor se Apostolus concepisse de eis ostendit. Et primo affectum fiduciæ. Vnde dicit; *Multa mihi fiducia est apud vos*, Inquantum, scilicet confido ꝙ qui bene cæpistis, semper proficietis in melius, Vnde ex bonis auditis, de vobis, spero maiora in futurũ. Phil. 1. Cõfido de vobis ꝙ qui cœpit in uobis opus bonũ &c. Heb. 6. Confidimus de vobis charissimi &c. Et hæc fiducia bona est, & salubris. Heb. 10. Nolite amittere fiduciam &c. Secundo, ex hoc concipit affectũ gloriationis. Ex quo enim quis bona amici, sicut sua diligit: consequens est vt de bonis amici, sicut de propriis glorietur. Et hoc specialiter, quoniam ipse est causa illorum bonorũ, sicut magister est causa doctrinæ discipuli. Et ideo dicit; *Multa mihi gloriatio pro vobis est &c.* Prouer. 10. Gloria patris filius sapiens. Tertio, ex prædictis concipit affectum consolationis, quando is qui lætatur, & gloriatur de bonis suis vel amici, habet remediũ contra tristitias. Consolatio enim est remedium contra tristitias. Naturale autem est, quòd semper delectatio, & gaudium, tristitiæ opponitur. Et secundũ Philosophũ. Omnis delectatio debilitat, vel totaliter tollit tristitiã. Si delectatio sit contraria tristitiæ, totaliter absorbet tristitiã: si autẽ nõ sit cõtraria, debilitat & diminuit eam. Et inde est, quòd qñ quis est in tristitia, quãdocũq; nuntiãtur sibi aliqua læta, diminuitur tristitia. Et ideo

ideo quia audit læta de Corinthiis, dicit; *Repletus sum consolatione*, audita scilicet, correctione vestra. supra 1. Sicut abundant Christi passiones &c. Phil. 2. Si qua consolatio &c. Implete gaudium meum &c. Quarto, consurgit ex prædictis affectus exuperantis gaudii: licet enim ex aliquibus delectationibus diminuatur tristitia, non tamen totaliter tollitur, nisi gaudium sit magnũ. Quãmuis autem Apostolus multas tribulationes sustineret, qa tamen multum gaudebat de bonis Corinthiorum, ideo nõ solum non abtorbebatur tristitia totaliter, sed etiam superabũdabat gaudio. Et ideo dicit; *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*, idest gaudium meum superat omnem tribulationem, quę erat in animo meo. 1. Thess. 2. Quæ est enim spes nostra, aut gaudium &c. Rom. 12. In tribulatione patientes. Consequenter cum dicit; *Nam cum uenissem &c.* exponit suam commendationem. Duo autem dixerat, scilicet se accepisse gaudium & habuisse tribulationem. Primo ergo, manifestat suam tribulationem. Secundo vero, suam consolationem ibi; *Sed qui consolatur &c.* Tribulationem autem aggrauat ex duobus, scilicet ex subtractione remedii, & ex tribulationis multiplicitate. Ex subtractione remedii, cũ dicit; *Nam & cum uenissem &c.* q. d. Vere tribulationem habeo, quia in nullo consolor: Nam cũ venissem Macedoniam; *Nullam requiem habuit caro nostra*, hic facit mẽtionem de persecutione quã passus est in Macedonia; qñ liberauit ancillã Phytonissam, vt legiẽ Act. 16. Dicit aũt; *Nullam requiem habuit caro nostra*, & non dicit, spiritus noster: quia sancti semper habent pacem spiritus, cũ etiam in aduersis, anima quæ in corpore patitur, spe futuri præmii quiescat, quanquã multa sustineat affectui carnis cõtraria. Ex multiplicitate vero tribulationũ aggrauat, cum dicit; *Omnem tribulationem passi sumus*. i. omne genus tribulationis secundum corpus, & secundum animam. supra 4. In omnibus tribulationẽ patimur &c. Ioa. 16. In mundo pressuram &c. Et quòd omnem tribulationem passus fuerit, exponio consequenter cum dicit; *Foris pugnæ, intus timores*. *Foris*, i. extra meipsum; *Pugnæ* persecutionum, sed tamen; *Intus*, i. in corde, est timor de malo, timens persecutionem in futuro. Deut. 32. Foris vastabit eos gladius &c. Sed contra Prou. 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Respondeo. Est sine timore quantum ad spiritum, non tamen quantum ad carnem. Vel; *Foris*. i. extra ecclesiam; *Pugnæ* illatæ ab infidelibus, sed; *Intus timores*, ne. s. illi qui intra ecclesiam sunt, excidãt a fide ꝑ persecutores. Vel foris. i. in manifesto pugnæ, quibus impugnant a manifestis inimicis. Intus timores, qui iniiciuntur nobis ab illis, qui dicunt se amicos, & non sunt: quia vt dicit Boetius de conso. Nulla pestis efficacior ad nocendũ, quàm familiaris inimicus Mat. 10 Inimici hominis domestici eius. Consequenter cum dicit; *Sed qui consolatur &c.* Ponit materiam suæ consolationis, quam extollit ex duobus, scilicet ex grata præsentia Titi, & ex consolatione Titi, ibi; *Non solum autem &c.* Dicit ergo. licet hic grauiter afflicti fuerimus; *Sed qui*. s. Deus; *Consolatur humiles, consolatus est &c.* Cuius præsentia, vtpote mihi gratissima est, & in adiutorium. supra. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Dicit aũt qui cõsolatur humiles, quia superbos nõ consolat, sed eis resistit: vt dr̃ Iac. 4. & 1. Pet. 5 Consolatur aũt humiles dãdo eis gratiam, quæ est consolatio spiritus sancti. Esa. 61. Vt cõsolarer omnes lugentes &c. *Non solum autem &c.* Hic ponitur alia materia consolationis Apostoli, scilicet consolatio Titi. Et materia huius cõsolationis est duplex. Prima, emendatio Corinthiorum, quam habuerunt in præsentia Titi. Secunda est deuotio Corinthiorum, quam ostendit ad Titum, ibi; *In consolatione autem uestra &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit consolationem de pœnitentia Corinthiorum. Secundo, exponit quædam quæ dixit ibi; *Contristati enim estis &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit consolationem Titi. Secundo, materiam consolationis, ibi; *Referens nobis &c.* Tertio, effectum consolationis in mente Apostoli, ibi; *Ita ut magis gauderem &c.* Dicit ergo. Non solum cõsolatur nos Deus in aduentu Titi, sed etiam in consolatione; qua ipse Titus consolatus est de vobis, & in vobis. Et huius consolationis materia est, quia ipse Titus; *Consolatus est, referens nobis uestrum desiderium &c.* Vbi tria ponit laudabilia propter tria reprehensibilia, quæ fuerunt in eis. Fuerunt enim pigri ad bonum, & contra hoc dicit; *Referens nobis uestrum desiderium*, de proficiendo in melius. Item, erant proni ad malum, & contra hoc dicit; *Vestrum fletum*, scilicet de peccatis commissis. Hier. 6. Luctum vniigeniti fac &c. Item, erãt faciles deceptioni pseudorum, & contra hoc dicit; *Vestram æmulationem* cõtra pseudos habitam, pro amore mei. Nã ante æmulabamini contra me pro eis. Cõsequenter cũ dicit; *Ita ut magis &c.* Ponit affectum, conceptum ex consolatione Titi, qui quidẽ affectus est gaudiũ. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ponit conceptum gaudium. Secundo, ostẽdit suæ æstimationis imitationẽ. Tertio, subdit rationem gaudii. Dicit ergo, intantum gauisus sum de his quæ Titus retulit mihi, ita; *Vt magis gauderem* de hoc, quàm de tribulatione mea doluerim, Nam spiritualia præferenda sunt temporalibus. Vel, vt magis gauderem de hoc, ꝙ contristaui vos quàm doluerim olim. Peccauerũt enim faciendo fornicationem, & Apostolus increpauerat eos, vt patet in prima Epistola 5. & 6. Tunc autem incertus erat Apostolus, quem euentum deberet habere illa tristitia; bonum scilicet, an malum. Et ideo dubitans pœnituit: sed videns postmodum quòd bonum inde prouenerat, gaudebat: ideo dicit; *Quoniam etsi contristaui*. vos increpando in prima epistola, non me pœnitet modo, quia correcti estis: & si olim pœniteret, quando. l. eram incertus, vtrum tristitia induceret vos ad correctionem vel desperationem, videns ꝙ epistola illa, etsi ad horam vos cõtristauit, nũc gaudeo, quia estis cõuersi. Et rõnem gaudii assignat: quia nõ gaudeo de hoc, quia; *Contristati estis*: sed de effectu. s. de correctione, quia, s. *Contristati estis* nõ ad desperationẽ, sed; *Ad pœnitentiam*, sicut medicus nõ gaudet de amaritudine medicinæ, sed de effectu, s. de sanitate: supra 6. Quasi tristes: semper aũt gaudentes.

LECTIO III.

CONtristati enim estis secũdum Deum, vt in nullo detrimẽtum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deũ tristitia est, pœnitentiam in salutẽ stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos quantam in vobis operatur solicitudinẽ, sed defensionẽ, sed etiam in consolatione eius, sed etiam in consolatione in qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam, etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet, Etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (& si ad horam) vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

LECTIO TERTIA.

POSITA consolatione Apostoli & Titi de tristitia Corinthiorum, eo quòd fuerit ad pœnitentiam, & non ad desperationem: hic consequenter huius consolationis ratio assignatur, eorum tristitiam commendando. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat eorum tristitiam. Secundo, ex hoc concludit propositum, ibi; *Et si scripsi uobis &c.* Commendat autem Corinthiorum tristitiam ex duobus. Primo, ex causa: secundo ex effectu, ibi; *Quæ enim tristitia est &c.* Causa autem ex qua commendatur eorum tristitia hæc est, quia est secundum Deum, & ideo dicit, Licet ad horam contristauerim vos per epistolam, tamen gaudeo. i. quia; *Contristati estis secundum Deum.* Vbi sciendum est, ꝙ tristitia & gaudium, & communiter omnis affectio ex amore causatur. Tristatur. n. quis, quia caret eo quod amat. Qualis autẽ est amor, talis est tristitia ex amore causata. Est aũt duplex amor. Vnus, quo diligitur Deus, & ex hoc causatur tristitia, quæ est ẽm Deum. Alius amor, quo amatur seculum, & ex hoc causatur tristitia seculi. Amor quo diligimus Deũ, facit nos libenter seruire Deo, solicite quærere honorem Dei, & vacare Deo dulciter. Et quia peccando impedimur a seruitio Dei, & ideo ei non vacamus, nec eius honorem quærimus, ideo amor Dei causat tristitiam de peccato, & hæc est tristitia secundum Deum, quæ quidem tristitia non fuit nobis ad malum, nec detrimentum, sed potius ad fructum & meritum. Et ideo dicit; *Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis*, quia non solum bona, & grata quæ vobis impendimus, vobis prosunt: sed etiam hoc ipsum quòd vos corrigimus & contristamus. Hebr. 12. Omnis disciplina in præsenti &c. Consequenter cum dicit; *Quæ enim tristitia &c.* Commendat eorum tristitiam ex effectu, qui quidem est præmium vitæ æternæ. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit effectum in generali. Secundo, experimentum specialiter in eis consecutũ, ibi; *Ecce enim hoc ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo. n. ponit effectũ tristitiæ, quæ est ẽm Deum. Secundo ponit effectum tristitiæ, quæ est ẽm mundum, ibi; *Seculi autem &c.* Dicit ergo primo. Dico, ꝙ tristitia nostra non fuit vobis detrimentum; *Enim*, idest quia; *Tristitia quæ est secundum Deum, operatur pœnitentiam*, pœnitentiã aũt dico; *In salutem stabilem*, i. sempiternam, quæ est salus stabils, & est beatorum: de qua Esai. 49. Salus autem mea in sempiternũ erit. Et hanc operat pœnitentia. Mat. 3. Agite pœnitentiã, appropinquabit enim regnum

cœlorum

cœlorum. Et dicit ſtabilem, vt excludat ſalutem temporalem, quæ eſt tranſitoria, & cõmunis ipſis hominibus & iumentis, de qua in Pſal. 35. Homines & iumenta ſaluabis domine &c. Sed contra hoc quod dicit, quòd triſtitia quæ eſt ſecundum Deum pœnitentiam operatur, videtur eſſe, quia ipſa triſtitia ſecundum Deum, eſt pœnitentia. Pœnitere enim eſt triſtari de malo, & ſecũdum Deum. Non ergo operatur pœnitentiam. Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd pœnitentia hẽt tres partes, quarum pars prima eſt triſtitia, ſcilicet dolor & cõpunctio de peccatis. Aliæ duæ ſunt confeſſio & ſatisfactio. Cum ergo dicit, quòd triſtitia operatur pœnitentiam, intelligẽdum eſt, ꝙ compunctio, ſeu dolor de peccato operet in nobis pœnitentiam. i. alias partes pœnitentiæ. ſ. confeſſionẽ & ſatisfactionẽ. Vel dicendum eſt, ꝙ triſtitia ſm Deum, eſt cõmunior quàm pœnitẽtia: quia pænitentia eſt de proprio peccato, ſed triſtat quis ſm Deum, & de peccatis propriis & de alienis. Sic ergo effectus triſtitiæ, quæ eſt ſecundum Deum, eſt ſalus æterna, effectus vero triſtitiæ, quæ eſt ſm mundũ, eſt mors. Quia. n. qui diligit ſeculum, inimicus Dei cõſtituitur, vt dr. Iac. 4. Ideo ex amore ſeculi mors cauſatur. Triſtatur. n. ſm ſeculum quis, nõ quia peccãs Deum offendit, ſed deprehẽſus in peccato, punitur de eo & detegitur. Et hæc triſtitia eſt vitãda in peccatis. Eccl. 30 Triſtitiam longe fac a te &c. Conſequẽter manifeſtat effectũ prædictũ per experimentum ſumptũ in ipſis, cum dicit; *Ecce enim hoc ipſum &c.* q.d. Vere ſalutem ſtabilem, quia experimento patet, ꝙ in nobis multa quæ ad ſalutẽ ducunt, operatur. Ponit aũt ſex ad hoc pertinẽtia, quorũ vnum eſt generale. ſ. ſolicitudo, qñ enim homo eſt in lætitia, de facili cõmittit aliquas negligentias: ſed quando eſt triſtis & in timore ſolicitatur, & ideò dicit; *Ecce enim* ſcilicet in vobis experti eſtis; *Hoc ipſum* ſcilicet; *Secundum Deum contriſtari uos, quantam in uobis operatur ſolcitudinem* ad vitandum mala, & ad faciendum bona. Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, qd ſit bonum &c. Et infra ſolicitum &c. Alia vero ſunt ſpecialia, quorum quædam pertinent ad effectum interiorem; quædam ad actum exteriorẽ. Eorum vero quæ pertinent ad effectum exteriorẽ, quædam ſunt ad peccati remotionẽ, quædã vero ad boni adeptionem. Nam verus pœnitens debet recedere a malo, & facere bonum. Quantũ autem ad remotionem mali, ponit tria. Primum eſt, vt deſiſtat facere malum. Et quantum ad hoc dicit; *Sed defenſionem,* cõtra illos qui nos ad malũ inducunt. 1. Pet. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Vel ſm. Glo. vt contra pſeudo me defendatis. Ephe. vlt. Accipite armaturam Dei &c. Secundum eſt, ꝙ homo indignetur contra ſe, pro peccatis quæ fecit: & quantũ ad hoc dicit; *Sed indignationem,* Indignatio autem ſui operatur triſtitiam ſecundum Deum. Eſa. 63. Indignatio mea auxiliata eſt mihi. Tertium eſt, ꝙ ſit in continuo timore de futuro, vt caueat, & quantum ad hoc dicit; *Sed timorem,* de recidiuo, ne. ſ. in futuro ſimiliter cõtingat. Ecc. 25. Timor dñi oĩa &c. Quãtũ aũt ad hãc boni adeptionẽ, duo ponit. Primo deſiderium, quo ad bonum aſſicitur, & quantum ad hoc dicit; *Sed deſiderium* quo bonum facere affectetis. Prou. 11. Deſideriũ iuſtorũ omne bonum. Secundo, æmulationem bonã, qua bonos imitari conatur, & quantum ad hoc dicit; *Sed æmulationem,* vt. ſ. me & alios bonos imitemini. 1. Cor. 14. Sectamini charitatẽ, æmulamini chariſmata meliora. Eorũ vero quæ pertinent ad exteriorẽ actũ, duo ponit. Primũ eſt, vt vindicent in ſeipſis quod peccauerunt, & hoc vtile eſt. Cum enim omne malum neceſſarium ſit puniri, vel ab homine, vel a Deo, ſi hoc nõ punit, melius eſt ꝙ homo malũ in ſe puniat, quod fecit, quàm ꝙ Deus: quia vt dr Heb. 10. Horrendũ eſt incidere in manus Dei &c. Et quantũ ad hoc dicit; *Sed uindictam.* i. quia peccãtes punitis, & etiã voſipſos 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meũ &c. Eſa. 26. Iuſtitiã non fecimus &c. Secundũ eſt, ꝙ totaliter abſtineat a malo. Et ideo dicit; *In omnibus exibuiſtis* duce, ſcilicet fide; *Incontaminatos eſſe negocio*, ſcilicet Chriſtiano, ſupra 5. In omnibus exhibeamus. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi cõſtitutionem, vt eſſemus ſancti. Pſal. 100. Ambulans in via immaculata &c. Vel negocio de quo, ſcilicet correcti eſtis, puta de fauore quem dediſtis fornicatori, ſed poſtmodum puniendo & condemnando ipſum, oſtendiſtis vos in hoc incontaminatos eſſe.

F

G

H

I

K

LECTIO QVARTA.

HIc aſſignata ratione, quare gaudet Apoſtolus de ipſorum triſtitia, conſequenter inducit concluſionem ſuam, in qua duo facit. Primo enim, oſtendit intentionem ſuam quam habuit in ſcribẽdo. Secundo, manifeſtat gaudium quod habuit de ipſorum correctione, ibi; *Ideo conſolati &c.* Dicit ergo primo, ex quo incontaminati eſtis, igitur apparet quòd; *Et ſi ſcripſi uobis* per epiſtolam increpando, non ſcripſi; *Propter eum tantum, qui fecit iniuriam* inceſtu maculando cubile patris ſui, vt dicitur 1. Cor. 5. *Nec propter eum tantum, qui paſſus eſt*, ſcilicet propter patrem, quaſi non propter zelum vindictæ ſolum, ſed hoc feci; *Ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtram, quam pro uobis habemus*, ideſt vt ſcireris, q̃ ſoliciti ſimus pro vobis, & hoc dico; *Coram Deo*, vt ſit iuramentum. i. Deo teſte. Vel ad manifeſtandã corã vobis, Deo. ſ. de omnibus ſolicitudinẽ noſtrã. Col. 2. Volo vos ſcire quam ſolicitudinem &c. Vel aliter. Non ſcripſi tantũ pp eum, qui fecit iniuriã, vt. ſ. corrigeretur. Vel pp eum, qui paſſus eſt, vt placaretur, ſed ad manifeſtandã &c. vt. ſ. vos qui indignati fuiſtis pro contumelia, & pœna inflicta fornicatori, reconciliaremini Deo. Conſequẽter concludit gaudiũ, quod habuit de eorum correctione, cum dicit; *Ideo & conſolati ſumus &c.* q.d. Quia hoc cõſecutus ſum ex eo, qd. ſcripſi. ſ. quòd eſtis correcti, ideo cõſolati ſumus. i. conſolationem acceepimus. Gaudium. n. hominis eſt, cum conſequitur, quod cum deſiderio intẽdit. ſupra 1. Abundantius aũt &c. Conſequenter cum dicit; *In conſolatione autem &c.* Ponit ſecundã cauſam ſuæ cõſolationis, quę ſumitur ex deuotione quã oſtẽderunt ad Titum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit gaudiũ ſuum de gaudio Titi conceptũ. Secundo, gaudii rõnem aſſignat, ibi; *Et ſi quid apud illum &c.* Tertio, materiã gaudii Titi aſſignat, ibi; *Reminiſcentis omnium ueſtrum &c.* Dicit ergo primo; *Gauiſi ſumus*, de correctione veſtra aũt, i. ſed in conſolatione noſtra, abundãtius magis gauiſi ſumus, q̃ turbati fuerimus de tribulatione; *Super gaudio Titi.* Vel magis gauiſi ſumus. i. magis gaudiũ attulit conſolationi noſtræ gaudiũ Titi, & hoc; *Quia refectus eſt ſpiritus eius* Tunc. n. reficitur animus prælati, quãdo ſubditi eius ſunt obediẽtes ei, & eum reuerentur. Ad Phile. Refice viſcera &c. Refectus, inquã; *Ab omnibus uobis*, quia omnes, vel correcti eſtis, vel eſt ſpes correctionis. Rationẽ aũt huius gaudii aſſignat, quantũ ad duo. Vnum eſt, ex parte Apoſtoli, quia, ſ. ipſe inuentus eſt verax. Nã Apoſtolus cõmẽdauerat Corinthios Tito, antequã iret ad eos. Quia vero nũc ita inuenit Titus, ſicut Apoſtolus dixit, gaudet Apſtus, verba ſua vera fuiſſe, & hoc eſt qd dicit *Et ſi quid apud illum de uobis gloriatus ſum* cõmendãdo vos. Dicit aũt gloriatus ſum, qa gloria Apoſtoli erat bonũ illorũ; *Non ſum confuſus.* i. nõ erubeſco me falſa diſſiſſe. Quando. n. aliquis inuenitur mendax, confunditur. Eccl: 37. Ante omnia ſermo verax &c. *Sed ſicut omnia in ueritate uobis locutus ſum.* i. ſicut prædicaui vobis veritatem; Ita *gloriatio noſtra, quæ fuit ad Titum de uobis, ueritas facta eſt.* i. inuẽta eſt vera. Alia ratio eſt ex parte Corinthiorũ. Nã amici deſiderant, vt illi quos diligunt ab omnibus diligantur. Quia ergo Titus diligebat Corinthios pp eorum deuotionẽ, ideo de hoc Apoſtolus gaudebat. Et ideo dicit Apoſt. *Et uiſcera eius &c.* q.d. Non ſolũ gaudeo, qa inuentus ſum verax, ſed etiã quia viſcera eius. i. viſcerоſa charitas eius, & nimius amor abundantius, q̃ antea in vobis eſſet, ex quo vidit profectũ veſtrũ. Vel abundantius q̃ in aliis. Epheſ. 6. Induite vos ſicut electi Dei &c. Materiã aũt gaudii manifeſtat ex duobus. ſ. ex obediẽtia & reuerẽtia. Ex obedientia quidẽ, cum dicit; *Reminiſcentis omnium ueſtram obedientiam*, qua obediẽter ſibi obtẽperaſtis. In quo etiã & laudauit vos 1. Reg. 15. Melior eſt obediẽtia &c. Eccl. 3. Filii ſapientiæ eccleſia iuſtorũ. Ex reuerẽtia aũt, cũ dicit; *Quomodo cum timore*, ſ. filiali, non ſeruili cũ timore animi; *Et tremore* corporis; *Excepiſtis eum.* Gal. 4. Teſtimonium enim vobis &c. Et quia ita habuiſtis vos ad eum, gauiſus ſum, quia verax inuentus ſum, & ipſe diligit vos. Vnde; *Gaudeo quod in omnibus confido de uobis*. Non ſolum in bona voluntate, ſed etiam in bonis operibus in futuro, quòd bene vos habeatis. Heb. 6. Confidimus de vobis meliora, & viciniora ſaluti.

LEC-

LECTIO PRIMA.

POSITA iam exhortatione ad bonum in generali: hic conſequenter exhortatur eos ad quoddam bonum particulare, ſcilicet ad largitionem collectarum pro ſanctis, qui erant in Hierusalem. Nam ſicut Act. 15. dicitur, & Apoſtolus tangit ad Gal. 2. Apoſtoli impoſuerunt Paulo, & Barnabæ, vt proponerent verbum ſalutis Gentibus, exhortando eos ad ſubueniẽdum ſanctis, qui erãt in Hieruſalem, qui venditis omnibus, & poſitis ad pedes apoſtolorum in maxima erant paupertate: & ad hoc inducit eos ad preſens. Vbi duo facit. Primo, inducit eos ad dandum. Secundo, monet ad modũ dandi, vt, ſ. cito & abundanter dent. & hoc 9. ca. ibi; *Nam de miniſterio &c.* Circa primũ duo facit. Primo, tractat de collectis dãdis. Secundo, de miniſtris per quos huiuſmodi collectę fiãt, ibi; *Gratias autem Deo qui dedit &c.* Circa primũ duo facit. Primo, inducit eos ad dandum. Secundo, excludit excuſationẽ, ibi; *Si enim uoluntas prompta eſt &c.* Inducit autem eos ad dandũ tripliciter. Primo, exemplo aliorum qui dederunt. Secundo, exẽplo Chriſti, ibi; *Scitis enim gratiam domini noſtri &c.* Tertio, ex ipſorum propria vtilitate, ibi; *Hoc enim uobis utile &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit exemplum. Secundo, oſtendit ſe per motum ab hoc exemplo, ibi; *Ita ut rogaremus Titum &c.* Tertio, monet, vt ipſi hoc exemplũ ſequãtur, ibi; *Sed ſicut in omnibus abundatis &c.* Circa primum ſciendum eſt, ꝙ Apoſtolus ad hoc vt Corinthii liberaliter tribuãt, proponit eis Macedones in exẽplum. Et cõmendat eos quantũ ad duo, ſ. quantum ad patientiam in aduerſis. Secundo, quantũ ad liberalitatem in donis, ibi; *Et altiſſima paupertas &c.* Circa primũ ſciendũ eſt, ꝙ Apoſtolus inducit eos ad eleemoſinas, vt merita ipſorũ creſcant, & ideo in illo tẽpore hoc fecit, quando poſſunt mereri, ſ. tẽpore gratiæ: tunc enim eleemoſinæ meritoriæ ſunt. Et hoc eſt quod dicit; *Notam uobis facimus gratiam*, ideſt gratuitum donum Dei, ſ. elemoſinarũ largitionem, & dicit hoc eſſe gratiam, quia quicquid boni facimus eſt ex gra Dei; *Quæ* quidem gratia non eſt data iſtis, ſed; *Mihi*, inquantum, ſ. ex mea procuratione & ſolicitudine, & monitione Macedones ad hoc moti ſunt. Ephe. 3. Mihi aũt omniũ ſanctorum minimo &c. *Data eſt*, inquã; *Mihi in eccleſiis Macedoniæ*, i. apud fideles Macedoniæ, quæ quidẽ gratia eſt quantum ad duo, ſ. quantum ad patientiam, quia in multo experimento &c. Vbi ponit conditiones patientiæ perfectæ. Vna eſt, ꝙ homo ſit conſtans, ita ꝙ nec timore tribulationis deiiciatur, ſed nec etiam in ipſo tribulationis experimento. Et ideo dicit ꝙ; *In multo experimento tribulationis*, ſ. conſtantes fuerunt. Alia eſt, ꝙ in ipſis tribulationibus gaudeãt: ſicut legitur de beato Laurentio: Et quãtũ ad hoc dicit; *Abundantia gaudii ipſorum*, ſ. Macedonum fuit. Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate &c. Ro 13. In tribulatione gaudentes &c. Vel in multo experimento tribulationis, non quam ipſi paſſi fuerunt, ſed quam viderunt pati in Macedonia, abundantia gaudii ipſorum fuit. Item ſecundo, gratia eſt quantum ad liberalitatem in eleemoſinis. Et quantum ad hoc dicit; *Et altiſſima &c.* Vbi duo facit. Primo, ponit eorum liberalitatẽ. Secundo, exponit quod dixerat, ibi; *Quia ſecundum uirtutem &c.* Dicit ergo primo. Non ſolum fuerunt patientes in tribulationibus, ſcilicet Macedones: ſed etiam fuerunt liberales, quia; *Altiſſima*, ideſt maxima; *Paupertas eorum*, vel nobiliſſima. Secundum Glo. facit paupertatem altã eleuatio ſpiritus, ſupra res temporales, & contemptus earum. Et ſic iſtorum paupertas altiſſima erat, quia non habebãt diuitias, & contemnebant eas. Iac. 5. Nonne Deus elegit pauperes in mundo &c. *Hæc*, inquã; *Paupertas abundauit*, ideſt excreuit in diuitiis copioſe dando. Sed hæc expoſitio Gloſæ non videtur eſſe ſm intẽtionem Apoſtoli: & ideo aliter dicendũ eſt. Altiſſima paupertas &c. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ homo ex duabus cauſis habet promptum animum ad dandum ſatis, ſcilicet ex abundantia diuitiarum, ſicut diuites, vel ex cõtemptu diuitiarum: & ſic idem facit in paupere contemptus, quod facit in diuite abundantia, & ideo dicit altiſſima paupertas ſic ſupra abundauit, ideſt effectum abundantiæ fecit in diuitias ſimplicitatis eorum, quia cor eorum erat ſolum ad Deum, & ex hoc prouenit contemptus diuitiarum. Prouer. 10. Simplicitas iuſtorum &c. Conſequenter cũ dicit; *Quia ſecundum uirtutem &c.* Exponit quod dixit, commẽdando ipſorum liberalitatem quantum ad tria. ſ. quantum ad quantitatem dati, quantum ad voluntatem dandi, & quantum ad ordinem dationis. Quantum ad quantitatem dati, quia dederũt ſupra virtutem, & ideo dicit; *Vere abundauit in diuitias*, quia ego reddo illis teſtimonium, ꝙ fuerunt voluntarii ad dandum ſm virtutem rerum ſuarum, & ſupra virtutem: quia in tantũ dederunt, quòd poſſe egerunt. Vel dicendũ eſt & meliũs, ꝙ eſt virtus interior animi, & virtus exterior. ſ. facultas rerũ temporaliũ. Virtus interior, eſt promptitudo animi ad dandum, & ideo dicit; *Teſtimonium illis reddo, quod fuerunt voluntarii*, ad dandũ ſm virtutẽ animi interiorẽ, & ſupra virtutẽ exteriorẽ ſ. diuitiarũ Thob. 4. Si multũ tibi fuerit &c. Contra. Quicunq; dat ſupra virtutẽ, dat immoderate. nõ ergo ex hoc eſt dignus laude. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ virtus in dando põt conſiderari dupliciter. ſ. ſimpliciter, ſeu abſolute, & ſm proportionẽ aliorum. Quando ergo dat plus quàm alii ſuæ proportionis, nõ peccat: ſed ſi ſimpliciter dat ſupra virtutẽ, tũc immoderate dat. Sic ergo cõmendat eorum liberalitatẽ, quantũ ad quantitatẽ dati. Cõmendat aũt eam quantũ ad voluntatẽ dandi, cum dicit; *Quia voluntarii fuerunt.* Exo. 25. Ab omni qui vltroneus offert. In hoc aũt fuerũt voluntarii, quia; *Rogauerunt nos cum multa exhortatione, obſecrantes*, i. rogantes. q.d. Non ſolum rogauerũt, ſed etiam per rationes nos induxerunt; *Vt habeant gratiam & communicationem miniſterii &c.* i. vt liceret eis dare ſua pauperibus ſanctis qui ſunt in Hieruſalẽ, non reputãtes ſe facere gratiã nobis, ſed ꝙ eis gra fiat. Heb. vlt. Beneficentiæ aũt & cõmunionis &c. Cõmendat etiã eorũ liberalitatẽ quantũ ad ordinẽ dandi, quia non ſolum ſua dederunt, ſed primo ſeipſos, quia talis debet eſſe ordo in dando, vt primo homo ſit acceptus Deo, [quia niſi homo ſit Deo gratus, non ſunt accepta munera eius.] Geneſi. 4. Reſpexit dominus ad Abel, ſcilicet primo, & ad munera eius conſequenter. Eccle. 30. Miſerere animæ tuæ &c. & ideo dicit; *Non ſicut ſperauimus.* q.d. Vere voluntarii fuerunt, quia non ſicut ſperauimus, ideſt non ea intentione qua putabamus, vt ſcilicet darent pro culpis redimendis: ſed ſemetipſos dederunt primum domino, emendando vitam ſuam, & deinde nobis obediendo per omnia, per voluntatem Dei, quæ eſt, vt ſubdantur homines vicariis ſuis. Heb. vltimo. Obedite præpoſitis veſtris &c. Gloſa dicit, quòd non aliter erat ab eis recipiendum, niſi ſcilicet prius ſeipſos dediſſent Deo. ergo videtur quòd non ſint recipiendæ eleemoſinæ a peccatoribus. Sed dicendum eſt, quòd non eſt ab eis recipiendum, quando dant ea intentione, vt foueantur in peccatis. Sic ergo poſito exemplo Macedonum, oſtendit ſe conſequenter permotum eſſe hoc exemplo, cum dicit; *Ita vt rogaremus Titum.* quaſi diceret, Intantum nos permoti fuimus hoc exemplo de liberalitate Macedonum, ut ſcilicet; *Rogaremus Titum, vt etiam vos ſitis participes ipſius gratiæ*; ut ſcilicet Titus quemadmodum cœpit uos monere ad beneficiẽdum, poſtquam uidit uos correctos, & inducere uos ad cõmunionem, ita perficiat in uobis, & ſpiritualiter gratiam iſtã de largitione eleemoſinarum, ut non deſit uobis. Philip. 2. Qui cœpit in uobis &c. Conſequẽter admonet eos, ut hoc exẽplo ipſi indu cantur, cum dicit; *Sed ſicut in omnibus &c.* Vbi duo dicit. Primo monet, ut ipſi exemplo Macedonũ ſint prompti ad eleemoſinas faciendum. Secundo, quandã ſuſpitionem aufert, ibi; *Et non quaſi imperans dico &c.* dicit ergo; *Sed ſicut in omnibus &c.* q.d. Sicut uos ſuperatis Macedones in omnibus aliis gratiis, ita debetis eos ſuperare etiam in iſta, ſcilicet eleemoſinis faciendis. Et hoc eſt quod dicit; *Sicut in omnibus aliis abundatis.* Et primo in his quę pertinent ad intellectum, & quantum ad hoc dicit; *In fide*, qua creditur; *Et ſermone*, quo confitemur. Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, quantum ad fidem: ore autem confeſſio fit ad ſalutem, quantum ad ſermonem &; *In ſcientia* ſcripturarum. 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti eſtis &c. Secundo, in his, quæ pertinent ad opus: & quantum ad hoc dicit; *Et in omni ſolicitudine*, ſcilicet bene operandi. Rom. 12. Solicitudine non pigri. Ter-

A

B

C

D

E

CAPIT. VIII. LEC. I.

NOtam autem vobis facimus fratres gratiam Dei, quæ data in eccleſijs Macedoniæ, & quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorũ fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorũ. Quia ſecundum virtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerũt, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & cõ-

tio in his quæ pertinent ad affectum, & quantum ad hoc dicit; *In charitate nestra* spirituali habita in nos superabundatis. Colo. 4. Super omnia charitatem habentes &c. Sicut inquam, in omnibus istis abundatis, ita scilicet rogaui Titum, vt in hac gratia, scilicet eleemosynarum abundetis. Et quia posset haberi suspitio ꝙ quasi ex imperio mandaret, vt darent eleemosynas. Contra quod, est qd dicitur Eze. 34. Vos autem cum austeritate &c. Et ideo contra remouet dicens; *Non quasi imperans dico*. hoc est quod rogaui Titũ, vel quòd ego ipse hoc dico vobis, idest nõ feci quasi imperant 1. Pet. vl. Non vt dominantes in cleris. Sed dico hoc comprobans, i. volens comprobare per aliorum solicitudinem, scilicet Macedonum; *Vestræ charitatis ingenium*. Vbi sciendum est, quòd ingenium bonum sumitur, non solum pro aptitudine ad sciendum faciliter, sed etiam ad bene operandum. Cuius ratio est, quia ad hoc quòd aliquis bene operetur, exigitur scientia dirigens. Et ideo sicut in addiscendo dr̃ boni ignenii esse, qui cito capit verba magistri, ita in operando boni ingenii dicit̃, qui exẽplo aliorũ cito mouet̃ ad bene operandum: & ideo dicit Apostolus; *Comprobans*, i. probare volens; *Bonum ingenium uestrum*, idest, quàm promptam voluntatem habeatis ad dandum moti exemplo Macedonum. 1. Corinth. 4. Non vt confundam vos, hæc scribo.

LECTIO SECVNDA.

HIc inducit Corinthios ad dandum eleemosynas exemplo Christi, dicens, Volo comprobare ingenium vestrum bonum ad dandum scilicet pauperibus, & hoc facere debetis exemplo Christi, *enim* idest; *Quia scitis gratiam domini nostri Iesu Christi*, quam quidem humano generi contulit. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum &c. Et hæc dicitur gratia, quia quicqd filius Dei pœnalitatũ nostrarum assumpsit, totum gratiæ est imputandum: quia nec preuẽtus alicuius bonitate, nec alicuius virtute coactus, nec inductus sua necessitate. Est autem gratia ista; *Quoniam propter nos egenus factus est*. Et dicit; *Egenus*, quod plus est, quàm pauper. Nam egenus dr̃ ille, qui nõ solum parum habet, sed qui indiget seu eget. Pauper vero ille, qui parum habet. Ad significandum ergo maiorem paupertatem dicitur egenus factus est, s. in temporalibus. Luc. 9. Filius hominis nõ habet &c. Tre. 3. Recordare paupertatis &c. Est autem factus egenus, non ex necessitate, sed ex voluntate, quia gratia ista iam nõ esset gratia: & ideo dicit; *Cum diues esset*, scilicet in bonis spiritualibus. Ro. 10. Idem Deus diues in omnes &c. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ &c. Dicit autem esset, non fuisset, ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales, cum assumpsit paupertatem. Sic. n. assumpsit hanc paupertatem quòd illas inestimabiles diuitias nõ amisit Psal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Diues in spiritualibus, pauper in temporalibus. Causam autem quare voluit fieri egenus, subdit, cum dicit; *Vt illius inopia diuites essemus*, i. vt illius paupertate in temporalibus; *Vos essetis diuites* in spiritualibus. Et hoc est propter duo, s. propter exemplum, & propter sacramentum. Propter exemplum quidem, quia si Christus dilexit paupertatem, & nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autẽ paupertatem in temporalibus, efficimur diuites in spiritualib⁹. Iac. 2. Nonne Deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide &c. & ideo dicit; *Vt illius inopia &c.* Propter sacramentum aũt, quia omnia quæ Christus egit vel sustinuit, fuit pp nos. Vnde sicut per hoc quod sustinuit mortem, liberati sum⁹ a morte ẹterna & restituti vitæ, ita p hoc ꝙ sustinuit inopiã in temporalibus, liberati sumus ab inopia in spiritualibus, & facti diuites in spiritualibus 1. Cor. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia &c. Consequẽter cum dicit; *Consilium in hoc do &c.* Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsorum vtilitatem, quæ ex hoc prouenit. Secundo, ostendit quòd hoc etiam ab ipsis volitum est, scilicet vt darẽt eleemosynas, ibi; *Qui non solum &c.* Dicit ergo, considerans hoc beneficium, consilium vobis do, idest hortor vos ad hoc, scilicet ad dandum eleemosynas, scilicet non solum propter vtilitatem sanctorum, qui sunt in Hierusalem, sed & ꝑpter vtilitatẽ vestrã. Prou. 27. Boni amici cõsiliis anima dulcorat̃ &c. Et hoc, *quia usi le est vobis*, Bonum enim pietatis, plus est vtile facienti, quàm illi cui fit: quia faciens reportat inde commodum spirituale, recipiens vero temporale, & sicut spirituale præferri debet temporali, sic in operibus pietatis, vtilitas dantis, præfertur vtilitati accipientis. 1. Timo. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis vtile, sed etiã ipsi hoc voluerunt: & ideo dicit; *Qui non solum &c.* Vbi tria facit. Primo, cõmemorat bonum principium in eis. Secundo, hortatur eos ad debitum finem, ibi; *Nunc vero & facto &c.* Tertio, exponit qd̃dam quod dixerat, ibi; *Si enim voluntas &c.* Dicit ergo, Vere debetis libenter dare eleemosynas, quia non solum est vobis vtile, sed etiam hoc ipsum velle sponte cæpistis, scilicet dare eleemosinas a priori anno quo, s. veni ad vos. Vel a *Priori anno*, i. præcedẽti. q.d. plus est velle, q̃ facere iuxta illud Eccl. 18. Verbum melius est quàm datum &c. Et ideo debetis esse prompti ad dandum. Et quia estis prompti ad dandũ, ideo nunc qd̃ habuistis in animo, perficite facto, alioquin, illa voluntas esset frustra. 1. Ioan. 4. Non diligamus verbo, neq; lingua &c. Phil. 1. Qui cæpit in vobis &c. Et hui⁹ ratio est, vt quẽadmodũ promptus est animus voluntatis. i. discretio volũtatis ſm Glo. prompta est, ita sit prompta discretio perficiendi. Vel aliter, vt animus sumatur pro volũtate. Et tũc dicitur. Quẽadmodũ prompti fuistis ad volendũ, ita prõpti ad perficiendũ, & hoc ex eo quod habetis. i. ſm facultatẽ vestrã. Consequenter exponit hoc quod dicit, Ex eo quod habetis, dicens; *Si enim &c.* q.d. Dico ꝙ debetis esse prompti ad dandũ, & in hoc non intẽdo vos grauare, vt. s. detis supra facultates vestras, quia forte voluntas prompta ad hoc inducit vos, sed in hoc, opus non potest imitari uoluntatem, & ideo dicit; *Ex eo quod habetis*. Enim, pro quia, si uoluntas prompta est ſm id quod habet, accepta est. Et huius ratio est, quia uolũtas acceptatur in perfectione operationis, opus autem non perficitur, nisi ex eo quod habetur, & ideo dicit; *Secundum quod habet, accepta est*. Thob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue &c. Consequenter cum dicit; *Non enim vt aliis &c.* Remouet suspitionem quandam. Possent enim dicere isti: Si damus eleemosynas pauperibus sanctis, qui sunt in Ierusalem ipsi ociosi uiuent, & nos damna patiemur, & sic efficiemur miseri. Ideo Apostolus primo hanc suspitionem excludit. Secundo, suam intentionem manifestat. Tertio uero, confirmat per authoritatem, & remouet suspitionem cum dicit; *Non enim vt aliis &c.* q.d. Non enim ita moneo uos eleemosynas dare, ut aliis sit refrigerium, dum otiose uiuerent de eleemosynis uestris: uobis autem sit tribulatio, idest paupertas, quia vos affligeremini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia aliis, & ipsi postea paupertate affliguntur? Et uidetur quòd sic per hęc uerba Apostoli. Respondeo, dicendum est ſm Glo. ꝙ melius esset totum dare pauperibus: & affligi pro Christo. Illud autem quod dicit hic, cõdescendẽdo fecit, quia infirmi erãt, & forte deficerẽt, si egestate præmerentur. Intentionem suam manifestãt, cum dicit; *Sed ex aequalitate &c.* q.d. Non intendo tribulationem uestram, sed quandam æqualitatem, ut. s. uestra abundantia &c. Quod potest exponi tripliciter. Primo, de æqualitate quantitatis. Secundo, de æqualitate proportionis. Tertio, de æqualitate uoluntatis. De æqualitate quantitatis, quia isti, scilicet Corinthii, abundabãt in tẽporalibus, & deficiebãt in spiritualibus. sancti uero qui erãt in Hierusalem, abundabant in spiritualibus & deficiebant in temporalibus. Vult ergo ut fiat inter eos æqualitas quantitatis, ut. s. illi qui abundant in temporalibus, dent medietatem omnium illis, qui deficiũt in eis, & isti dent medietatem spiritualium eis, ut sic sint æqualiter diuites. Et ideo hoc potius dicit, ut. s. *Ex aequalitate quantitatis*, idest dimidia parte bonorum uestrorum in presenti tempore, quod breue est, uestra abundantia terrenorum; *Suppleat illorum inopiam*, qui deseruerunt omnia mundi; *Et vt illorum abundantiam*, scilicet in spiritualibus; *Sit supplementum vestræ inopiæ* in spiritualibus, idest ut sitis participes uitæ æternæ. Luc. 16. Facite uobis amicos &c. Eccl. 14. In diuisione sortis da, & accipe, da temporalia, & accipe spiritualia. De æqualitate autem proportionis exponitur sic, & melius. Vos Corinthii habetis abundantiam temporalium, sancti qui sunt in Hierusalem abundantiam spiritualium

tualium. Volo ergo ex quadam æqualitate, non quæ sit secundum quantitatem, sed secundum proportionem: vt scilicet sicut illi sustentantur eleemosynis vestris, ita vos ditemini præcibus illorum apud Deum. Sicut enim illi non ita ditantur de bonis vestris temporalibus, sicut vos estis diuites, ita nec vos bonis illorum spiritualibus ditemini sicut illi. Et ideo dicit. *Sed ex aequalitate &c.* prædicta vestra abundantia terrenorum; *Illorum*, scilicet sanctorum; *Inopiam* in temporalibus; *Suppleat*, vt & illorum abundantia in spiritualibus &c. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus &c. De æqualitate autẽ voluntatis exponitur sic; *Sed ex aequalitate &c.* idest volo quòd sit in vobis æqualitas volũtatis, *vt* scilicet sicut illi habẽt voluntatem communicãdi vobis ea in quibus abundant, ita vos habeatis voluntatem communicandi illis ea, in quibus abundatis. Consequenter confirmat hoc ꝑ authoritatem. Vnde dicit; *Sicut scriptum est*, s. Exo. 16 *Qui multum*, s. collegerat de manna, i. qui amplius habuit quàm Gomor; *Non abundauit*, i. non habuit vltra sufficientiam suam; *Et qui modicum non minorauit*, i. non defecit ei, quia omnes æqualiter abundabant vt dicitur Exod. 16. Et sic, nec qui plus collegerat plus habuit, nec qui minus parauerat, repperit minus.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM tractauit de collectis dandis, hic consequenter tractat de ministris per quos collectæ fiant. Et circa hoc duo facit. Primo, nominat eos. Secundo, recommendat eos Corinthiis, ibi; *Ostensionem ergo quæ est &c.* Circa primum tria facit. Primo. n. nominat Titũ: secundo, Barnabam, ibi; *Misimus etiam cũ illo fratrem &c.* Tertio, Apollo, ibi; *Misimus autem cum illis &c.* Circa Titum duo commendat, s. eius solicitudinem, & solicitudinis signum, ibi; *Quoniam exhortationem &c.* Dicit ergo primo. Dixi supra, ꝙ rogaui Titũ vt perficeret gratiam istam de eleemosinis colligendis, quod imminet solicitudini meæ ex ordinatione Apostolorum, de quo inueni etiam ipsum solicitũ. Et ideo; *Ago gratias Deo, qui dedit eandem solicitudinem* quam ego habeo; *Pro uobis* exhortandis & promouendis ad opera misericordiæ; *In corde Titi*: quia ipse etiam solicitus est, sicut & ego vt pficiat in vobis hãc gram. Heb. 6. Cupimus vnumquẽq; vestrum, eandem ostentare solicitudinem &c. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Signũ aũt huius solicitudinis est: quia quando rogaui eum, ipse consensit exhortationi meæ. Et ideo dicit; *Quoniam exhortationem quidem suscepit*. Et quia prosecutus est qd̃ petii. Vnde dicit, *Sed cũ solicitior esset* sua volũtate q̃ mea exhortatiõe, profectus est ad vos: qui tn̄ primo recusabat venire propter peccata vestra Ro. 12. Solicitudine non pigri. Consequẽter cũ dicit; *Misimus autem &c.* Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primo, cõmendat ipsum. Secundo, subdit rationem quare mittit tam solennes nuntios, ibi; *Deuitantes &c.* Frater iste secundum quosdam est Lucas, vel secundum alios Barnabas: quem quidem commendat ex tribus, s. ex fama; *Quia laus eius* scilicet Lucæ; *Est in euangelio* ab eo scripto; *Per omnes ecclesias*, quia est approbatum per Apostolos. Vel cuius laus s. Barnabæ est in euangelio prædicato abipso ꝑ omnes ecclesias: quia Iudæis & Gentibus. Vnde dr̃ de Barnaba Act. 10. ꝙ erat vir bonus plenus fide, & spiritu sancto. Item, cõmendat ipsum ex societate sua, quia; *Non solũ est famosus; Sed & ordinatus est ab ecclesiis* Iudeæ; *Comes peregrinationis meæ*, i. prædicationis meæ, qua vt peregrini mundum circuimus, supra. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a Deo &c. Et hoc est uerum de Luca, quia ipse fuit unus de 72. discipulis & socius Pauli. De Barnaba similiter, quia per spiritum sanctum dr̃ Act. 13. Segregate mihi Barnabã & Paulum in opus &c. *Et factus est comes in hanc gratiam*, s. collectionis eleemosynarum. Vel in hanc gratiam s. prædicationis de qua dr̃ Ephe. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo &c. Item, cõmend at eum ex officio, quia est minister gratiæ; *Quæ ministratur a nobis* 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, supra 3. Qui & idoneos nos &c. Ministratur autem gratia ista; *Ad domini gloriam*: vt scilicet dominus noster glorificetur, s. de eleemosynis factis de cõuersione plurimorũ populorũ prædicationis nostræ: quia vt dicitur. Prouẽ. 14. In multitudine populi &c. Item ministratur, vt voluntas nostra impleatur, quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit; *Et uoluntatem nostram destinatam*, idest prædestinatam a Deo, qui ꝑdestinauit ab æterno nos talem voluntatem habere. Consequenter cum dicit; *Deuitantes &c.* Assignat causam, quare mittat tam solennes nuntios. Et primo, huius rationem assignat. Secundo, probat, ibi; *Prouidemus ergo &c.* Dicit ergo. Causa quare tam solennes nuntios mittimus, est ista, vt sciatis nego ium huiusmodi, inesse cordi nostro. Et ideo dicit; *Deuitantes hoc*, scilicet; *Nequis &c.* quasi dicat. vt vitemus vituperium quod posset mihi impingi ab aliquibus: vel negligentiæ, si non mitterem strenuos: vel fraudis, si non mitterem securos. Et isti strenui erant & prompti & securi, quia dati ab ecclesiis, & electi per spiritum sanctũ: supra 6. Nemini dantes vllam offensionem. &c. Dicit autem *In hac plenitudine*, s. eleemosynarum vel conuersionis gentium 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum &c. Et hoc probat dicens; *Prouidemus enim &c.* q.d. Bene dico deuitantes, quia prouidemus, i. prouidere debemus bona, i. vt opera nostra bona sint; *Non solum coram Deo*: vt ei placeamus; *Sed etiam coram hominibus*, vt, s. eis bona videantur. Et hoc facit solicite ꝑcurando & bonos imitando. Rom. 12. Adhærentes bono &c. Consequẽter cũ dicit; *Misimus autem cum illis & fratrem nostrum &c.* Tractat de tertio nuntio, s. de Apollo. Vbi duo facit. Primo, commendat eum de solicitudine, cũ dicit; *Quem*, s. Apollo; *Probauimus sæpe solicitum esse* de salute vestra; *Nunc autem multo solicitiorem*. Nam sicut supra apparet, Apollo fuit primus, qui post apostolum prædicauit apud Corinthum. 1. Corin. 3. Ego plantaui Apollo rigauit. Hic aũt turbatus de peccato ipsorũ recessit, & solicitudinẽ quam ante pro ipsis habebat, postposuit. Nunc vero, audita conuersione eorũ, factus est de salute ipsorum solicitior, q̃ antea esset. Eph. 4. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus &c. Ro. 12. Qui præest in solicitudine &c. Secũdo, subdit causam solicitudinis quã assumpsit: qa Apollo cõfidit de vobis ex his quæ Titus dixit de vobis cõmendans vos. Vnde dicit; *Multa confidentia in uobis siue pro Tito qui est socius meus* & quia libenter venit in societatẽ Titi, & Lucæ seu Barnabæ: & quia ad hoc inductus fuit ab Apostolis ecclesiarũ, quæ sunt in Iudæa. Et ideo dicit; *Siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum* Iudææ, s. induxerunt eum ad solicitudinem habendam pro vobis, quæ quidem ecclesiæ; *Sunt gloriæ Christi*, idest ad gloriam Christi. Consequenter cum dicit; *Ostensionẽ ergo quæ est &c.* Recommendat istos nuntios Corinthiis, dicens. Quia tales misim⁹ ad vos, ergo; *Ostensionem &c.* idest ostẽdatis opere, ꝙ charitatem habetis ad eos, & ꝙ vere commendaui vos, & quòd ego vere gloriatus sim de vobis; *In faciẽ ecclesiarum* ad quas peruenì, & quibus prædicaui. Vel; *In faciem omnium ecclesiarum*, quia quod facitis eis, innotescet omnibus ecclesiis.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus induxit Corinthios ad dandum eleemosynas sanctis, qui sunt in Hierusalẽ: hic vero inducit eos quantum ad modum dandi, vt scilicet hilariter & abundanter dent. Vnde ad hoc quòd bene darent, misit tam solennes nuntios. Circa hoc autem, duo facit. Primo, excludit opinatam causam de missione nuntiorum. Secundo vero, assoluit veram, ibi; *Misimus autem fratres &c.* Circa primum tria facit. Primo, excludit suspitionem. Secundo, ad hoc causam assignat, ibi; *Scio enim promptum &c.* Tertio, causam probat, ibi; *Ora quæ de uobis &c.* Quantum ad primũ, quia posset aliquis dicere Apostolo,

stolo, tu mones nos quòd bene recipiamus nuntios quos mittis. Sed quare nõ potius mones, quòd bene largiamur eleemosynas? Et ideo hoc remouens dicit, Non est necessarium quòd hoc moneam; *Nam*, idest quia; *De ministerio quod sit in sanctos ex abundanti est*, idest superfluum est; *Mihi scribere uobis*, & huius causa est, quia; *Scio promptum animum uestrum* ad subueniẽdum eis. Psal. 107. Paratum cor meum Deus &c. Quòd autẽ sit promptus animus uester, probo ex duob⁹. Primo, ex gloriatione nostra de uobis. Nã nisi scirem vos esse promptos ad hoc nõ fuissem gloriatus de vobis apud alios. Et ideo dicit; *Pro quo*, scilicet promptitudine animi vestri, supra 1. Gloria nostra &c. Et supra 7. Multa mihi fiducia &c. *Glorior apud Macedones*, de hoc scilicet; *Quoniam & Achaia* in qua Corinthus metropolis est; *Parata est ab anno praeterito* ad largiendum. Secundo ex effectu, quia vos prouocastis exemplo vestro multos ad hoc. Et iõ dicit; *Et uestra aemulatio*, idest amor & studium imitandi vos prouocauit plurimos, quia enim audierunt vos bene correctos proficere: prouocantur plurimi, scilicet ad proficiendum. Prouerb. 27. Ferrum ferro acuitur &c. Gal. 4. Bonum autem æmulamini &c. 1. Cor. 12. Æmulamini charismata &c. Consequenter cum dicit; *Misimus autem fratres &c.* Ponit veram causam, quare miserit tam solennes nuntios. Et primo, ponit in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Vt quemadmodum dixi &c.* Circa primum duo facit. Primo, assignat veram causam, dicens, Causa autem quare istos misi, est non quòd credam vos nolle subuenire pauperibus, sed; *Vt ne quod gloriamur de uobis*, id est ne gloria nostra quam habemus de vobis; *Euacuetur* si scilicet, deficeretis 1. Cor. 9. Bonum est mihi mori &c. *Euacuetur* inquam; *In hac parte* quia bene constat mihi quòd in aliis virtutibus, & bonis non euacuabitis gloriam meam. Secundo, cum dicit; *Vt quemadmodum &c.* hortatur eos ad debitum modũ dandi. Et primo hortatur, vt dent prompte. Secundo, vt dent abundãter; ibi; *Necessarium ergo &c.* Tertio, vt dent hylariter ibi; *Vnusquisque prout destinauit &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit modũ dandi. Secundo, rõnem assignat ibi; *Ne cum uenero &c.* Modus dandi est, vt, s. prompte detur. Et ideo dicit, ideo misi ministros, vt sitis parati ad dandum quemadmodum dixi, scilicet exemplo Macedonum. Mat. 25. Quæ paratæ erant &c. Prou. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi &c. Ratio aũt huius est; *Ne cum uenerint mecum*, scilicet ad vos; *Macedones & inuenerint uos imparatos erubescamus nos*, quasi dicat. Vobis erit confusio, si promisistis, & non soluistis. Sed esto quòd sustineatis, & non curetis de confusione vestra, ad minus caueatis erubescentiæ nostræ, qui dicimus vos esse paratos. Consequenter cũ dicit; *Necessarium ergo &c.* Hortatur eos, quòd dent abundanter. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secũdo, admonitionis rationem assignat, ibi; *Hoc autem dico &c.* Dicit ergo. Ne ergo euacuetur gloria nostra, & vos non erubescatis; *Necessarium existimaui rogare fratres*, scilicet Lucam, Titum & Apollo; *Vt perueniant ad uos & praeparent repromissam benedictionem hanc*, scilicet eleemosynã quæ dicitur benedictio, quia est causa æternæ benedictionis. Nam per actionem dandi, homo benedicitur a Deo. Psal. 23. Hic accipiet benedictionem a Domino &c. Et ab hominibus. Ecclesi. 13. Splendidum in panibus &c. Proue. 22. Qui pronus est ad misericordiam &c. Et dicit hanc benedictionem; *Paratam esse quasi benedictionem*, idest abundanter, & ; *Non quasi auaritiam*, idest parce. Ratio autem quare debeant abundanter dare, est, quia; *Ego dico* quod; *Qui parce seminat*, idest qui parum dat in mundo isto; *Parce & metet* idest parum recipiet in alio seculo. Et dicit seminat, quia semina nostra sunt quicquid boni fecerimus. Et iterum, quia parum seminatur, non multum colligetur. Gal. 5. Quæ seminaverit homo, hæc & metet, sed multiplicata; *Et qui seminat in benedictionibus*, idest abundanter; *Metet & de benedictionibus*, scilicet Dei largam retributionem. Sed nunquid nõ metent omnes abũdanter? Dicendum est sic, quantum ad quantitatem præmii, quia omnes affluent, & nullus ibi parce metet. Sed dicit abundanter, quasi ad proportionem & bene seminantium 1. Cor. 15.

F Stella a stella differt. Abundanter omnes, quantum ad præmiũ substantiale, sed parce in comparatione ad præmium accidẽtale, in quo est sanctorum differentia. supra 8. Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit. Exod. 16. Quia aliquando aliquis parce dat, & cum magna charitate & abundanter metet. Consequenter cum dicit; *Vnusquisque enim &c.* Hortatur eos, vt dent hylariter & gaudẽter. Et circa hoc duo facit. Primo enim, monet eos ad gaudẽter dandum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Hilarẽ .n. datorẽ &c.* Dicit ergo, Dico ꝙ paretis illud, qd vultis dare; *Quasi benedictionem*, idest, abundanter, & dignum benedictione; *Non quasi auaritiam*, idest non parce. Et hoc dicit, quia illud quod sponte fit, non potest auare fieri. Et ideo subdit; *Vnusquisque enim &c.* quasi non auare, quia vnusquisque scilicet vestrum, det eleemosynas; *Prout destinauit*, idest prædeliberauit; *In corde suo*, scilicet secum conferens; *Non ex tristitia &c.* quasi dicat. Vnusquisque voluntarie det, non coacte. Ponit autem duo oppolita voluntario, scilicet tristitiam & necessitatem. Voluntarium enim, tollitur per violentum. Est autem duplex violentum, scilicet simplex & mistum. Simplex, quando absolute quis cogitur ad aliquid contra voluntatem suam faciendum. Ad remouendum ergo illud violentum, dicit; *Non ex necessitate*, quod fieret, si darent coacti mandato Apostoli, quasi dicat. Non cogat vos ad dandum mandatũ nostrũ, sed moueat uos ad hoc prompta voluntas vestra. Exod. 35. Omnis voluntarius &c. Violentum mistum est, quando quis non absolute cogitur ad faciendum aliquid contra voluntatem suam, sed secundum quid, scilicet quòd nisi faciat incurrit maius damnum, sicut si non proiiciantur merces in mari, nauis submergitur. Et ideo aliquo modo fit sponte, & aliquo modo violenter, inquantum scilicet, cogiuntur timore maioris damni. Vt ergo hoc remoueat dixit; *Non ex tristitia*, idest, non ita quòd sit violentum mistum, quasi dicat. Non ex timore confusionis, ne scilicet erubescatis, sed ex gaudio quod concepistis propter amorem quem habetis ad sanctos. Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi &c. Consequenter cum dicit; *Hilarem enim datorem &c.* rationem assignat, & est talis. Omnis remunerator remunerat ea quæ sunt remuneratione digna: hæc aũt sunt solum actus virtutum: in actibus autem virtutum duo sunt, scilicet species actus & modus agendi, qui est ex parte agẽtis. Vnde, nisi in actu virtutis vtrunque istorum concurrat, non dicitur actus ille simpliciter virtuosus, sicut non dicitur perfecte iustus secundum virtutem qui operatur opera iustitiæ, nisi delectabiliter & cum gaudio operetur. Et licet apud homines qui non vident nisi ea quæ patent, sufficiat ꝙ quis operetur actum virtututis secundum ipsam speciem actus, puta, actum iustitiæ, tamen apud Deum, qui intuetur cor, nõ sufficit ꝙ solum operetur actum virtutis secundum speciem, nisi etiam secundum debitum modum operetur, scilicet delectabiliter & cum gaudio. Et ideo non datorem tantum, sed; *Hilarem datorem diligit Deus*, idest approbat & remunerat, & non tristem & remurmurantem. Psal. 99. Seruite domino in lætitia. Ecclesi. 35. In omni dato hylarem &c. Roma. 12. Qui miseretur in hylaritate &c.

LECTIO SECVNDA.

HIc rationem trium modorũ assignat. Et circa hoc duo facit. Primo, assignat rationem sumptam ex parte ipsorum. Secundo, rõnem sumptam ex parte Dei, ibi; *Et in omnibus locupletati &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ponit rationẽ. Secundo, ipsam cõfirmat, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Ratio est talis. Quicunque dat aliquid quod multiplicatur sibi, debet prõpte, abundãter, & hilariter dare; sicut videmus, ꝙ homines abundanter & prompte, & cum gaudio seminant semen, quia multiplicatum illud recolligunt. Cum ergo eleemosynæ multiplicentur dantibus, debetis illas prompte, gaudenter & abundanter facere. Et quòd multiplicentur, patet, quia; *Deus potens est omnem gratiam &c.* quasi dicat. Nõ timeatis dare, ne indigentia grauati, pœniteat aliquã vos dedisse, quia; *Potens est Deus facere abundare omnem*

omnem gratiam spiritus sancti, qua scilicet semper gaudeatis de bono opere qd fecistis. Et ideo dicit; *Abundetis in omne opus bonum*, idest abundantem affectum habeatis ad dandum eleemosynam, sicut habetis ad alia opera virtutum, & tamen habeatis plenam sufficientiam bonorum exteriorum. Et ideo dicit; *Semper omnem sufficientiam habentes*, idest vos reputantes habere. Iaco. 1. Qui dat omnibus affluenter. & 1. Timo. 6. Habentes alimenta &c. De ista sufficientia dicitur infra 12. Sufficit tibi gratia mea &c. De multiplicatione vero dicitur. Esa. 30. Dabitur pluuia semini tuo. Matt. 19. Omnis qui reliquerit &c. centuplum accipiet &c. Consequenter cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat positam rationem dupliciter, scilicet authoritate, & experimento. ibi; authoritate, dicens. Recte debet vos mouere prædicta ratio. Quia; *Sicut scriptum est &c.* Sed Glo. in alio sensu adducit hanc authoritatem, quàm sit intentio Apostoli. Nam Glo. sic adducit, Dico quòd abundetis; *In omne opus bonum*, scilicet largitione eleemosynarum: quia scriptum est; *Dispersit dedit pauperibus*. Sed Apostolus videtur hoc velle referre ad illud, quod dicit abundare facere omnem gratiam. Et hoc, quia ille qui dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Ecclesia. 12. Bene fac iusto, & inuenies retributionem &c. In authoritate autem proposita notatur quibus sit dandum, quia pauperibus, idest indigentibus &c. Lucæ. 14. Cum facis prandium &c. Quomodo dandum, quia dispersit: quia non totum vni, sed diuisim multis 1. Corinthio. 12. Si distribuero &c. Esai. 58. Frange esurienti panem &c. *Iustitia eius*, idest virtus iustitiæ; *Manet in æternum*: quia ex quo dat, augetur voluntas ad dandum: vel iustitia eius, idest merces iustitiæ eius manet in æternum. Prouerbiorum. 11. Seminanti iustitiam merces fidelis &c. Experimento autem confirmat rationem prædictam, dicens; *Qui autem administrat &c.* Quasi dicat Experti estis, quia hoc ipsum quod datis in eleemosynas, habetis a Deo. Et ideo debetis libenter dare amore Dei 1. Paral. vltimo, Tua sunt omnia quæ de manu &c. Et insinuat tria circa hoc. Primum est, quòd aliquis posset dicere, Si nos damus modo, quod habemus, deficient nobis necessaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet, quia non solum; *Semen ministrat seminati, sed panem*, idest necessaria vitæ; *Præstabit ad manducandum*. Psal. 135. Qui dat esam omni carni. Secundum est: quia posses dicere quòd si multum daremus, deficient nobis quæ habemus ad dandum iterum. Et hoc Apostolus remouet dicens, quòd non deficiet, sed; *Multiplicabit semen uestrum*, vnde, scilicet plures eleemosynas facitis. Tertium est, quia posset aliquis dicere, quòd si modo damus deficiet nobis voluntas ad dandum, & pœnitebit nos dedisse, & sic totum amittemus. Et hoc remouet dicens; *Et augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ*, idest in tantum augebit facultatem, & voluntatem dandi eleemosynas ex quibus procedit iustitia vestra, quòd semper parati & prompti eritis ad dandum eleemosynas, & quòd fruges maxime erunt in comparatione ad paruum semen. Prouerbior. 3. De primitiis frugum tuarum da pauperibus. Leui. 25. Dabo benedictionem &c. 1. Timo. 4. Pietas ad omnia valet: Dein de cum dicit; *Vt in omnibus locupletati &c.* Assignat rationem, quare prompte, abundanter & hylariter dare debeat ex parte ipsorum dantium. hic assignat rationem ex parte ipsius Dei, pro quo dare debent. Et primo, assignat rationem. Secundo, manifestat eam, ibi; *Quoniam ministerium huius officii &c.* In ratione autem assignanda, tria considerantur: quorum primum est ipsorum locupletatio, quod respondet præmissis. Dixerat enim supra, Multiplicabit semen vestrum & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. & hoc primo resumit, dicens; *Et ut in omnibus locupletati*, idest tam in corporalibus, quàm in spiritualibus bonis. Primæ Corinthior. 1. Diuites facti estis &c. Sed ne aliquis crederet, quòd finis ponendus sit in abundantia diuitiarum temporalium: aut quòd diuitias spirituales aliquis otiosẽ absque vsu possidere deberet, refert hoc primum ad aliud secundum, dicens; *Abundetis in omnem*, idest perfectam; *Simplicitatem*, idest largitatem simplici animo factam, vt largitio procedat ex diuitiis temporalibus, simplicitas autem ex spiritualibus. Prouerbiorũ. 10. Simplicitas iustorum &c. Sed & hoc ipsum ad alium finem referendum est, scilicet ad Deum. Et ideo tertio subdit *Quæ* scilicet largitio simplex; *Operatur per nos*, idest mediantibus nobis; *Gratiarum actionem Deo*. Primæ Thessa. 5. In omnib⁹ gratias agite &c. Deinde cum dicit; *Quoniam ministerium &c.* manifestat rationem supra positam, scilicet quomodo eorum largitio operetur gratiarum actionẽ Deo. Et primo hoc ostendit. Secundo, ponit gratiarum actionis materiam, ibi; *Glorificãtes Deũ &c.* Tertio, ipse prorumpit in gratiarum actionem, ibi; *Gratias Deo &c.* Dicit ergo. Dico quod largitio vestra operatur gratiarum actiones Deo; *Quia ministerium huius officii uestri* quo subuenitis sanctis, multa bona habet, quia; *Non solum supplet ea quæ desunt sanctis*, quantum ad temporalia. supra 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat &c. Non solum ergo hoc bonum sequitur inde, sed etiam quòd ipsi orant pro vobis, & agunt gratias Deo, probantes & approbantes ministrationem vestram. Et hoc est quod dicit; *Sed etiam abundat*, idest excrescit; *In actione gratiarum*, quæ fit per multos, non solum perfectos, sed per alios fideles pauperes, qui inde agunt gratias Deo in Domino, qui eos ad hoc mouet, videntes & probantes ministerium vestrum. supra primo. Vt ex multarum personis facierum, &, cætera. Huius quidem gratiarum actionis materia, est propter tria. Primo, porpter eorum fidem quam acceperunt, & ideo dicit; *Dico quod abundat in gratiarum actione*. *Glorificantes*, scilicet fideles; *Deum in obedientia confessionis uestræ*, idest de confessione fidei vestræ, quam confitemini & creditis in Christum. Matth. 5. Sic luceat lux vestra &c. Prouerbiorum. 21. Vir obediens loquetur victorias. Secundo, propter eorum largitionem. Et ideo dicit; *Glorificantes & in simplicitate communicationis uestræ*, i. pro largitione vestra; *In illos*, scilicet sanctos pauperes; *Et in omnes*, scilicet fideles qui indigent simplici, & puro animo facta. Galat. 6. Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat &c. Et iterum operemur bonum ad omnes &c. Tertio, propter hoc quod ipsi viri sancti habent a Deo, vt pro eis agant gratias Deo, Et ideo dicit; *Glorificantes etiam Deum in ipsorum obsecratione pro uobis*, idest glorificant Deum de hoc quòd ipsi viri sancti obsecrant pro nobis: ipsorum dico; *Desiderantium uos uidere* in æterna beatitudine, & hoc; *Propter eminentem gratiam Dei in uobis*. Ex his ergo Apostolus prorumpit in gratiarum actionem Deo, dicens, *Gratias &c.* idest quia tot bona inde pueniũt de ministerio vestro, ego; *Ago gratias Deo &c.* scilicet charitatis, quæ maxime videtur vigere in vobis qui subuenitis etiam illis, qui sic agunt gratias Deo, & orant pro vobis. Et hoc donum est inenarrabile: quia non potest dici, quantum vtile sit, quia oculus non vidit, nec auris audiuit &c.

CAP. X. LEC. I.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinẽ & modestiã Christi, qui in facie quidẽ humilis sum mino per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in euãgelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes: & ĩ ipsorum obsecratione pro vobis desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis, gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

LECTIO PRIMA.

POstquam tractauit de bonis ministris Christi, & fidei, consequenter Apostolus inuehit contra falsos ministros, & Pseudo prophetas. Et primo inuehit contra eos. Secundo, vero contra illos, qui decepti ab eis adhærebant eis, in Decimo tertio cap. ibi; *Ecce Tertio &c.* Circa primum duo facit. Primo, excusat se de eis quæ imponuntur sibi, per rationem. Secundo vero, per facti euidentiam, ibi; *Quæ autem secundum faciem sunt &c.* Circa primum duo facit. Primo, recusat se excusare per experimentum, cum tamen posset. Secundo, vero excusat per rationem; ibi; *Qui arbitrantur &c.* Circa primum tria facit; Primo, præmittit obsecrationem. Secundo, interponit illud quod imponitur sibi a Pseudo, ibi; *Qui in faciem quidem &c.* Tertio, recusat experimentũ, ibi; *Rogo aũt.* Dicit ergo

Ipse ego autem Paulus qui vos & alios ad eleemosynas exhortor, ego, inquam, ipse; *Obsecro uos per mansuetudinem & modestiam Christi*. De mansuetudine Christi habetur Matt. 11. Discite a me quia mitis sum &c. De modestia. Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti &c. Modestia enim nihil aliud est quàm modum seruare in agendis. Facit autem specialiter hic mentionem de mansuetudine & modestia Christi, q̃ a pseudo & Corinthii specialiter imponebant Paulo, quòd cum esset præsens apud eos conuersaretur humiliter, & cũ esset absens scriberet eis valde dure. Et ideo posuit illa duo, q̃ Christus habuit, vt sciãt quòd Apostolus hęc etiam ostendit & seruauit exemplo Christi. Et ideo consequenter interponit vitium sibi impositum, dicens; *Ego ipse Paulus*, idest vere humilis: quia Paulus humilis & quietus interpretatur. 1. Cor. 15. Ego sum minimus &c. Vnde ego ipse, idest vere Paulus. Psal. 101. Tu quidem ipse es. Eccle. 19. Est qui nequiter humiliat se &c. Et Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. *Ego*, inquam; *Obsecro qui in facie*, idest extetius vt dicitis; *Humilis sum inter uos*, idest humiliter conuersatus, cum sum vobis præsens; *Absens autem*, idest cum sum absens a vobis, quando scilicet non timeo lædi ab aliquo vestrum; *Confido in uobis*, idest confidenter ago, aspere vobis per epistolam scribens. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens &c. Consequẽter cum dicit; *Rogo autem &c.* Recusat sumere experimentum: isti enim credebant, quòd Apostolus ex timore ductus conuersaretur humiliter inter eos, & ideo dicit, Vos ita creditis, sed ego; *Rogo uos*, qui & ipse obsecro vt velitis experiri, vtrum ego si necesse sit, faciam in præsentia, quomodo facio in absentia. Et ideo dicit; *Ne præsens*, idest cum fuero apud vos; *Audeam* facere in vobis si necesse sit; *Per eam confidentiam*, idest ita confidenter sicut; *Existimor* a vobis; *Audere*. idest audacter & confidenter agere; *In quosdam* incorrectos dure reprehendendo, per literas etiã corrigendo. Iob. 31. Exaltat audacter &c. Deinde excusat se per rationem, dicens; *Qui arbitrantur &c.* quasi dicat, Et licet nolim experimento me excusare propter vos: tamen ratio in promptu est ad excusandum me sufficienter. Circa hoc ergo, tria facit. Primo, ponit causam, quare imponunt ei, quod dictum est. Secundo, destruit causam illam. Tertio, confirmat per rationem. Causa autem quare hoc sibi imponitur, scilicet quòd præsens sit humilis, absens autem sæuerus & austerus, est quia isti arbitrabantur Apostolum; Secundum carnem ambulare. Et quia vnusquisque secundum regulam operis operarur, finis autem habet rationem regulæ, ideo quilibet dirigit opus suum ad finem quem intendit. Qui ergo ponunt finem suum in bonis carnalibus, dicuntur ambulare secundum carnem. Et inde est, quòd ita regulant opera sua, vt consequantur ea, quæ sunt carnis: quæ quidem, quia possunt subtrahi ab hominibus, ideo homines qui in carnalia tendunt, blande se habent ad homines & humiliter. Et ideo, quia credebant Apostolum ambulare secundum carnem: ideo credebant quòd propter hoc humiliter conuersatus sit inter eos. Sed hæc ratio nulla est & vana, Et ideo destruit eam, dicens; *In carne enim &c.* Quasi dicat quòd nos simus in carne non possumus negare, quia Roma. 8. dicitur, Debitores sumus non carni &c. sed quòd nos regulemur secundum carnem, ponendo in bonis carnalibus finem, siue intentionem nostram, hoc est falsum: quia; *Non secundum carnem militamus*, idest vitam nostram quæ est quædam militia, vt dicitur Iob. 7. non regulamus secundum carnem. Et quòd non militemus secundum carnem, probat cum dicit; *Nam arma nostra &c.* Et primo, ex militaribus armis, sicut vnusquisque pugnator habet arma accõmoda militiæ & pugnæ suæ. Sed constat quòd arma eorum, qui pugnant secundum carnem seu militant, sunt diuitię, voluptates, honores, & potentiæ mundanæ, & temporales. cum ergo arma nostra non sint huiusmodi; *Quia arma militiæ nostræ non sunt carnaliæ, sed potentia Deo*, idest secundum Deum vel ad honorem Dei. ergo nos non militamus secundum carnem. Secundo vero cum dicit; *Ad destructionem &c.* Ponit virtutem amorum spiritualium. quorum quidem virtus patet ex triplici effectu eorum. Primus effectus est, quòd per ipsa arma confunduntur rebelles. Et quantum ad hoc dicit; *Ad destructionem munitionum*, Quasi dicat. Bene sunt potentia Deo, vt destruant rebelles, infra Titum. 1. Vt sit potens exhortari &c. Hier. 1. Vt euellas & destruas &c. Muniunt autem se aliqui contra Deum dupliciter. Aliqui astutis consiliis, sicut sunt tyranni, qui machinantur prauis consiliis suis, destruere quæ Dei sunt, vt ipsi tyrannizent. Et quantum ad hoc dicit; *Consilia destruentes*, scilicet, tyrannorum Iob. 5. Qui apprehendit sapiẽtes &c. Aliqui vero per superbiam, vel altitudinem ingenii proprii. Et quantum ad hoc dicit; *Et omnem altitudinem*, scilicet suæ superbiæ. Ro. 11 Nõ alta sapiẽtes &c. idest superba. Siue profunditatem intellectus, tam legisperitorũ, quàm philosophorum. Rom. 8. Nec altitudo, neq; profundum. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Altitudinem, dico, extollentẽ se; *Aduersus scientiam Dei*, scilicet fidem quæ est scientia Dei: quia quæ de Deo dicuntur, impugnant, scilicet partum virginis, & alia Dei mirabilia. Esa. 11. Repleta est terra scientia Dei. Apoc. 2. Quam dicunt altitudinem sathanæ. Apoc. 2. Qui non cognouerunt altitudinem sathanæ. Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Secundus effectus est, conuersio infidelium ad fidem. Et quantum ad hoc dicit; *Et in captiuitatem redigentes &c.* quod quidem fit, quando id quod homo scit, totum supponit ministerio Christi & fidei Psal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus &c. Eccl. 6. Iniice pedem tuum in compedes illius, idest in documenta fidei &c. Tertius effectus est, correctio peccantium. Et quantum ad hoc dicit; *Et in promptu habentes*, idest promptum & liberum animũ habentes ad puniendũ oẽm inobedientiã. Psal. 149. Gladii ancipites in manibus &c. Et hoc erit; *Cum impleta fuerit uestra obedientia*, idest cum vos perfecte obedientes eritis; quia si vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorum & vestram. Vel tunc vlciscemur vos de inobedientia, quando impleta fuerit obedientia vestra: idest quando destruetur inobedientia vestra. contraria enim contrariis curantur.

inter vos absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne præsens audeã per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, cõsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiũ Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cũ impleta fuerit vestra obedientia.

LECTIO II.

G VAE secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterũ apud se: q̃a sicut & ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam, Vt autem non existimer tanquã terrere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis,) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Nõ enim audemus inserere aut comparare nos quibusdã, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.

LECTIO III.

B NOs autem non in immensum gloriabimur, sed f̃m mẽsuram regulæ, qua mẽsus est nobis Deus mensurã pertingendi vsq; ad vos. Non.n. quasi nõ pertingentes ad vos, superextẽdimus nos. Vsq; ad vos.n. puenimus vltimo. Vnusquisque opus suum probet &c. Sed contra 4. dicitur, Commendantes nosmetipsos ad omnem cõscientiam. &c. Ergo non bene dixit. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est commendare seipsum ad conscientiam, & aliud ad aures. Nã ad conscientias hominum commendamus nosipsos, cum bene agimus, & hoc est bonum. Ad aures autem commendamus nosmetipsos verbis tantum, & hoc est malum. Primo modo, commendant se iusti & Apostolus. Secundo modo, Pseudo & Hypocritæ.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit rationem eorum quæ dixerat: hic consequenter ipsam rationem manifestat. Dixerat enim, quòd commensurabat se sibi, & non excedebat mensurã suã. Potest autem aliquis in gloriãdo & cõmendando se excedere dupliciter. primo, quantum ad id, de quo gloriatur, puta siquis gloriatur de eo q̃d non habet. Secundo, quantum ad id, in quo gloriatur, puta, siquis habẽs aliquid ex alio, gloriatur in ipso tanquam a se haberet. Et ideo apostolus ostendit q̃ neutro istorum modorum excedit mensuram, gloriando vel laudando se. Et primo, quantum ad primũ. Secundo, quantum ad secundum, ibi; *Qui autem gloriatur &c.* Circa primum duo facit. Primo, probat quòd non excedit mensuram suam, quantum ad gloriam de præteritis. Secundo, quantum ad gloriam de futuris, ibi; *Spem autem habentes &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, propositum probat, ibi; *Non enim quasi non &c.* Tertio, concludit, ibi; *Nec in immensum gloriantes &c.* Dicit ergo primo, Dico quòd metimur, & comparamus nosmetipsos nobis, facientes, s. secundum q̃d officium nostrum exigit. Hoc aũt nos agẽtes; *Non in immensum gloriamur*, i. non excedimus mensuram nostrã exercendo potestatem nostram, & commendando nos. Leui. 19. Nolite facere iniquũ &c. *Sed gloriamur secũdũ mẽsurã regulæ, quæ mensus est nobis Deus.* Glo. hic exponit de mensura prælationis Apostoli, & dicit, secundum mensuram, idest secundum mensuratum mihi a Deo populũ, cuius ego sum prælatus & regula ad dirigendum. Sed hoc idem potest vniuersalius accipi, vt mẽsura regulæ dicatur quantitas gratiæ. & tunc est sensus. Sed gloriamur; *Secundum mensuram, quæ mensus est nobis Deus*, idest secundum quantitatem gratiæ quam dedit nobis Deus. Ephe. 4. Vnuicuique data est gratia &c. Quæ quidẽ gratia est nobis regula, ne extollamur & deuiemus a Deo. Qua mensus est nobis Deus, quia quicquid boni facimus in euangelizando, & in cõuersatione vestra & aliorum, totum est ex Deo, mihi in vobis & aliis concessum. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. *Mensuram* dico; *Pertingendi usque ad uos*: quia vos estis sub mẽsura gratiæ mihi datæ, per quam conuersi estis ad Christum, & obeditis euangelio. Hoc est ergo quod proponit, s. quòd non excedit mensurã suam gloriando se, quòd sit eorum prælatus & q̃ per eum conuersi sunt. Et q̃ ita sit, scilicet, quòd pertingat vsque ad eos, probat consequenter cum dicit; *Non enim quasi non pertingentes &c.* quasi dicat. Vere gloriamur. non enim superextendimus nos in gratia vel gloria, vel in potestate nostra, quasi non simus pertingentes vsque ad vos potestate nostra, & ministerio. *Nam usque ad uos peruenimus in euangelio Christi*, idest in prædicatione euangelii Christi 1. Corinth. 4. in Christo Iesu per euangelium ego vos genui &c. & supra 9. Nonne opus

I SVPRA excusauit se Apostolus per rationem: hic excusat se per facti euidentiam. Et circa hoc duo facit. Primo enim, committit auditoribus iudicium suæ excusationis. Secundo, prosequitur suam causam, ibi; *Si quis confidit &c.* Dicit ergo primo. Licet appareat per rationem, falsum esse quod imponunt mihi pseudo, tamen si aliqui sint inter vos, qui ratione non vincantur & noluerint rationi acquiescere, saltem; *Videte*, idest considerate ea; *Quæ sunt secundum faciem*, idest in manifesto apparent de me euidenter. Committit autem eis iudicium causæ suæ, ad ostendendam securitatem cordis sui. Iob. 6. Respondete obsecro, absq; contradictione. Sed contra Ioan. 7. Nolite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicitur hic; *Quæ secundum faciem sunt videte*. Respondeo. Dicendum est, quòd ibi accipitur secundum faciem pro his, quæ exterius apparent in homine, scilicet, pro sola veritatis apparentia, secundum quæ non debet homo iudicare, quia aliquando conrrarium latet in corde. Vnde dicitur Mat. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, inrrinsecus &c. Hic vero accipitur secundum faciem pro ipsa veritate euãgelica & facti euidentia, secundum quam potest fieri iudicium. Glo. aliter exponit, scilicet secundum faciem, idest, pseudo. *videte* idest, attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum, quia impossibile est, quin inter multa bona, quæ prætendunt, non faciant aliqua ex quibus poteritis cognoscere intentionem ipsorum prauam. Matt. 7. Ex fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit; *Si quis autem confidit &c.* prosequitur causam suam. Contingit autem, quòd aliquis mouetur contra aliquem, deceptus authoritate alicuius, qui se magnum facit. Et sic Corinthii commoti erant contra Apostolum, decepti a Pseudo, qui se dicebant maioris authoritatis, quàm Paulus, quia venerant a Iudæa, & quia erant primo conuersi. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, euacuat authoritatem illorum Pseudorum. Secundo prosequitur causam suam, ibi; *Vt autem non existimer &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, q̃ pseudo non sint sibi præferendi. Secundo, quòd ipse est præferendus eis, ibi; *Nam & si amplius &c.* Dicit ergo. Hoc inquam, secundum faciem videte, quòd siquis de Pseudo confidit; *Se Christi esse* propter aliquod magnum quod fecerit, vel propter aliquod donum spirituale quod a Christo receperit; *Hoc cogitet apud se*, idest, consideret diligenter in corde suo: q̃a sicut; *Ipse Chri est, ita et nos.* quasi dicat. Quicquid inuenie in eis, totum inuenitur in nobis, vnde debeamus dici & eẽ Christi. 1. Cor. 7. Puto, quòd & ego spiritũ Christi habeam. Rom. 8. Siquis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Non solum autem nos sumus Christi sicut & ipsi, sed multo plus possum' gloriari q̃ sumus Christi quàm ipsi. Et hoc est quod dicit; *Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam*, scilicet potestatem; *Dedit nobis dominus*. Act. 9. Vas electionis est mihi iste Gala. 2. Qui operatus est Petro &c. dedit, inquam, mihi potestatem hanc specialem ad conuertendum Gentes; *In ædificationem*, scilicet ecclesiæ; *Et non in destructionem* sicut faciunt Pseudo, abutentes potestate eis data in contrarium, ad quod data est. Nam licet potestas detur in ædificationem ecclesiæ in fide & charitate, isti tamen quærunt gloriam suam & non Christi, & ideo destruunt. Et hoc faciebant prædicando obseruari legalia & faciendo quæstum. Si ergo amplius glorior de hac potestate quam habeo, & in qua gloriam Christi quæro, & non meam; *Non erubescam*, scilicet de huiusmodi commendatione mea, quia non facio ad ostendendum me, sed causa necessitatis, scilicet vt ostendens authoritatem meam esse magnam, & Pseudo nullam, non decipiamini ab eis de cætero. Vbi nota, quòd secundũ Gregoriũ, duabus de causis potest se aliquis commendare absque peccato, scilicet quando aliquis prouocatur opprobriis & conculcatur: & hoc vt non desperet videns se conculcari; & vt confutet aduersarios. Sic Iob. commendauit se multum, sicut patet vigesimoseptimo cap. vnde dicit. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea &c. Item, quando aliquis prædicans veritatem, & alius aduersarius veritatis cõtradicit sibi, & impedit manifestationem ueritatis, tunc huiusmodi prædicator debet se commendare & ostendere authoritatem suam, vt confutet illum, & vt trahat auditores ad veritatem. Et hoc facit Apostolus in multis locis & hic etiam. Consequenter cum dicit; *Vt autem non existimer &c.* prosequitur causam suam ex facti euidentia. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit falsum esse, quod sibi imponitur. Secundo, rationem dicti assignat, ibi; *Non enim audemus &c.* Tertio, exponit rationem ipsam, ibi; *Nos autem non &c.* Circa primum sciendum est, quòd sicut dictum est, imponebatur Apostolo, quòd in præsentia esset humilis propter timorem, vel propter gratiam & fauorem captandum, & in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit Apostolus, quòd non est ita, sed si bene volunt considerare quæ apparent, ita inuenient eum facto, qualem habuerunt scripto, & hoc possunt experiri si volunt. Et hoc est quod dicit; *Vt autem non existimer* a Pseudo seu a vobis; *Tanquam terrere uos*, vel timorem vobis incuterem; *Per epistolas nostras*, quas vobis mittimus, quem quidem timorem non incutiebam vobis in præsentia. Et hoc ideo est; *Quoniam* ipsi, scilicet Pseudo; *Inquiunt epistolæ*, scilicet Pauli; *Graues sunt*, idest dure & grauiter punientes; *Et fortes*, idest absque timore; *Sed præsentia non talis*, immo; *Infirma*, idest debilis & humilis: quod respondet ei quod dicit, fortes; *Et sermo*, scilicet prædicatio sua & collocutio, & exhortatio; *Contemptibilis*, quod respondet ei quod dicitur, graues; *Sed qui est huiusmodi*, idest qui talia dicit; *De nobis cogitet*, idest sciat certe quia; *Quales sumus &c.* idest tales erimus præsentes cum venimus ad vos; *Quales sumus per epistolas absentes* si necesse fuerit. Causam autem quare Apostolus se habuit humiliter ad eos, manifestat Apostolus 1. Cor. 2. Et ego fratres cum timore multo & tremore &c. quod faciebat, quia non erant firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinem suæ conuersationis firmare. Quare autem locutus fuerit sibi plana & prædicauerit eis non subtilia, insinuat 1. Corinth. 3. dicens, Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis &c. Nondum enim erant capaces altioris doctrinæ. Consequenter cum dicit; *Non enim audemus &c.* Ostendit rationem dicti sui, dicens, Dico quòd non sumus similes Pseudo, nec etiam est verum quod imponitur nobis: quia ego non dico alia, quàm facere est necesse. Et ideo dicit; *Non enim audemus nos inserere*, idest dicere nos esse vnum ex eis; *Aut comparare*, idest similem facere; *Quibusdam*, scilicet Pseudo; *Qui seipsos* vobis tantum; *Commendant* & tamen ab aliis, & a factis suis non commẽdãtur, contra illud. Prouerb. 27. Laudet te alienus, & nõ os tuum &c. *Sed ipsi in nobis &c.* idest secundum ea, quæ sunt in nobis commensuramus facta nostra & dicta, quasi dicat. Illa dicimus de nobis, quæ sunt apportionata nobis, idest commensurata factis nostris. Gala.

meum vos estis &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum &c. Et ideo concludit dicens. Igitur cum glorior de vobis, non glorior in immensum. Vnde dicit; *Non in immensum gloriantes &c.* Vbi alius fundamentum fidei posuisset. Consequenter cum dicit; *Spem autem habentes &c.* Ostendit, quòd non excedit mensuram suã quãtum ad gloriam de futuro. Sciendum est autem, quòd prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione sua. Vnum est, vt cõuersi ad prędicationem suam ꝓficiãt ĩ meli'. Aliud, vt per ipsos conuersos, alii cõuertantur: quia vt dicit. Exod. 36. Cortina cortinã trahit &c. Et Apoc. vltimo. Qui audit, dicat veni. Nam quando quis videt alios conuerti, facilius conuertitur. Et quantum ad ista duo, Apostolus sperat augeri gloriam suam de Corinthiis: primo scilicet, de profectu eorum in melius. Et ideo dicit, Dico quòd nec in immensum gloriamur de conuersione vestra per nos causata olim. Sed adhuc habentes, scilicet sumus *Spem*, magnificari in futuro, idest augeri gloriam nostram; *Crescentis fidei uestræ in uobis*, idest de fide vestra crescente & proficiente in melius per bona opera 1. Petri. 2. Lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem &c. Et iterum secundo, Speramus magnificari in conuersione aliorum per vos. Et ideo dicit; *In abundantia &c.* idest, in abundantia prædicationis, non solum in vobis, sed etiam in illa loca quæ vltra vos sunt: & hoc secundum *Regulam nostram*, idest secundũ quod iniunctum est nobis a Christo, non solum euangelizare vobis, sed omnibus gentibus. Mar. vltimo. Euntes in mundum vniuersum &c. Nec tamen sumus habentes spem in aliena regula, idest, non speramus gloriari nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quasi dicat; *Non in illis quæ præparata sunt ad aliis*, idest, quos alii duxerunt ad fiden., sed faciam fructum in illis, in quibus ab aliis non est prædicatum. Roma. 15. Prædicaui euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus. Contra est, quòd Petrus prædicauit Romæ antequam prædicaret ibi Paulus. Respondeo. Dicendum est, quòd non dicit hoc, recusans prædicare, vbi alius prædicasset, sed dicit quòd intendit prædicare etiam, vbi non prædicasset aliquis. Consequenter cum, dicit; *Qui autem gloriatur &c.* Ostendit quòd non excedit mensuram suam, quantum ad id in quo gloriatur, dicens, Quia si ego glorior in eo in quo gloriandum est, non excedo. Cum autem gloriandum sit in Deo; *Qui gloriatur in domino glorietur*. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur &c. Potest autem hoc exponi tripliciter. Vno modo, in domino glorietur vt ly, domino, denotet obiectum gloriandi, quasi dicat: ex hoc glorietur, quòd habet dominum amando & cognoscendo. Hier. 9. In hoc glorietur &c. Alio modo, glorietur in domino, idest secundum Deum: & hoc modo gloriatur, qui gloriatur de his, quæ Dei sunt, & non de malis, sicut ille de quo dicitur in Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Alio modo, in domino glorietur, idest, vt gloriam suam reputet se habere a Deo, totum quod cedit ad gloriã suã referens in Deum 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti &c. Et sic accipitur hic cum dicitur; *Qui gloriatur in domino glorietur*. Quasi dicat, glorior de prædictis, sed non quasi hoc a me habeam, sed a Deo. Et hoc etiam est mensura vestra: quia totum bonum vestrum habet ortum a nobis. Et vere in domino debemus gloriari, non nobis imputare gloriam nostram, sed Deo. Nam non; *Est probatus*, idest comprobatus a Deo vel hominibus ille; *Qui seipsum commendat*, Prou. 27. Laudet te &c. Sed ille; *Quem Deus commendat*, idest, commendabilem facit, bonis operibus & miraculis. Nam Deus est causa totius boni operis per homines facti.

in euangelio Christi: nõ in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari, secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa, quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quæ p̃parata sunt gloriari. Qui autẽ gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, ille ꝓbatus est, sed quẽ Deus cõmẽdat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus excusauit se de his quæ falso imponebantur sibi a Pseudo: hic consequenter vt confutet eos, scilicet Pseudo, & reddat authoritatem suam honorabilem, commendat se Corinthiis. Circa hoc autem duo facit. Primo, rationem suæ commendationis assignat. Secundo, ponit suam commendationem, ibi; *In quo quis audet &c.* Circa primum tria facit. Primo, petit vt eius insipientia supportetur. Secundo, subdit necessitatem suæ commendationis, vt non insipiens videatur, ibi; *Æmulor enim vos &c.* Tertio innuit quòd dato ꝓ sit insipiens, supportare debẽt, ibi: *Iterum dico ne quis &c.* Circa primum duo facit. Primo, præmittit suum desiderium, vt petitio sua facilius exaudiatur. Secundo, ponit suam petitionem, ibi; *Sed & supportate me.* Desiderium autem Apostoli est, vt Corinthii sustineãt Apostolum commendantem se. Et ideo per aduerbiũ optandi incipit, dicens; *Vtinã sustineretis &c.* Circa quod sciendũ est, quòd præcepta moralia sunt de agẽdis, quæ cũ sint particularia & variabilia, non possunt determinari vna communi ratione & regula indefinite, sed oportet qñq; præter regulam communẽ aliquid facere, in aliquo casu emergente. Quando autem hoc modo fit aliquid præter communem regulam, sapientes qui causam huius considerant non turbantur, nec reputant insipienter factũ esse. Indiscreti vero & minus sapientes, non considerãtes ex qua causa hoc ita fiat, turbantur, & reputant stulte factum fore, sicut patet: quia præceptum morale est, Non occides. aliquando tã necesse est malos occidere. Et quando hoc fit, sapientes commendant, vel nõ reputant male factum. Stulti autem & hæretici damnant, dicentes hoc esse male factum. Quia ergo communis lex moralis est, ꝓ homo non commendet seipsum, secundum quod dicitur Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Potest fieri in aliquo casu præter hanc communem regulam, vt homo commendet se, & laudabiliter hoc facit, & tamen indiscreti hoc reputant insipientiam. Vnde cum immineret casus, quo Apostolus deberet se cõmendare, hortatur eos ad hoc, quòd istud non reputent ei ad insipientiam, dicens; *Vtinam sustineretis*, scilicet patienter; *Modicum insipientiæ meæ* supportando me. Et dicit modicum, quia si commendaret se sine causa, esset maxima insipientia. Et iterum, si commendaret se ex causa omnino vrgente, tunc nihil esset ibi insipientiæ. Sed quia commendat se, licet ex causa, non tamen omnino vrgente, cum alio modo posset confutare Pseudo: & quia commendat se multum, videtur ibi esse aliquid insipientiæ, & hoc est quod dicit; *Modicum insipientiæ meæ*, infra. 12. Factus sum insipiens &c. Et licet sic sim insipiens; *Tamen supportate me.* Et hoc debent facere, quia subditi debent supportare prælatos, & econuerso Gal. 6. Alter alterius onera &c. Ephe. 4. Supportantes inuicem in charitate. Necessitatem autem commendationis ostendit, dicens; *Æmulor &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit huiusmodi commendationem prouenire ex zelo, vt excludat insipientiam. Secundo, dicit hunc zelum non esse inordinatum, vt vitet indiscretionem, ibi; *Timeo autem &c.* Tertio, excludit eorum excusationem, ibi; *Nam si is qui venit, &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit zelum quem habet ad eos sanctum, quia Dei. Secundo, ostẽdit causam huius zeli, quia incumbebat sibi ex officio, ibi; *Despondi vos &c.* Est ergo zelus sanctus, quia; *Æmulor vos*, idest diligo vos feruenter; *Dei æmulatione*, idest, ad honorem Dei, non meum. Circa quod nota, quòd æmulatio, prout est idem ꝓ zelus, non aliud est quàm quidam motus animi bonus vel malus, tendentis in statum proximi, & importat feruorem amoris. Et ideo consueuit sic definiri. Zelus est amor intensus, non patiens consortium in amato. Et siquidem non patiatur consortium in aliquo bono, puta, vitii vel alicuius imperfectionis, sed singulariter illud, solus vult habere, tunc zelus est bonus & æmulatio bona, de qua dicitur. 1. Corinth. 12. Æmulamini charismata &c. Galatarũ. 4. Æmulamini bonum in bono &c. 3. Regum. 17. Zelo zelatus &c. Psalm. 68. Zelus domus tuæ &c. Si vero non patiatur consortium in aliqua excellentia, vel in aliqua prosperitate mundi, quia aliquis singulariter vult eam sibi, tunc zelus est malus & æmulatio mala. Hoc autem bono zelo, seu æmulatione, aliquando quis æmulatur alios pro se, sicut vir zelatur pro vxore sua, quam sibi soli vult seruari. Aliquando vero zelatur aliquis pro alio, sicut eunuchus zelatur vxorẽ domini sui, vt custodiat eam sibi. Sic Apostolus populum suum, quem videbat paratum ad præcipitium, & cum sponso Christo velle prostitui diabolo, æmulabatur, ne Christus sponsus verus, in eis aliquod diaboli consortium pateretur. Et ideo dicit; *Dei æmulatione*, quasi dicat. non pro me, sed Christo, qui est sponsus. Ioan. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino &c. Vnde autẽ Apostolo incumbebat huiusmodi

CAP. XI. LEC. I.

VTINAM sustineretis modicũ quid insipiẽtiæ meę, sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei ęmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginẽ castam exhibere Christo. Timeo autẽ, ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua: ita corrũpãtur sensus vestri, & excidant a simplicate, quæ est in Christo Iesu.

huiusmodi æmulatio, ostendit dicens; *Despondi enim uos &c.* Quasi diceret: merito vos æmulor Dei æmulatione, quia ego sum paranymphus huius matrimonii, quod est inter vos & Christum, quia ego despondi vos, idest feci sponsalia, quæ sunt per fidem & charitatem. Oseæ 2. Sponsabo te mihi &c. Et ideo pertinet ad me custodire vos. Quicunque ergo conuertit populum ad fidem, & ad iustitiam, despondet eos Christo. Despondi, inquam, non multis, q̃a quę multis adhæret, polluitur. Hier. 3. Tu autem polluta es &c. Sed vni Christo, scilicet viro ꝑfecto virtutis plenitudine. Zachariæ 6. Oriens nomen eius. Hiere. 31. Nouum faciet dominus super terram &c. Et dicitur Christus vir vnus, quia singularis & quantum ad modum cõceptionis, & quãtum ad modum nascendi, & quantum ad gratiæ plenitudinem. Eccles. 7. Vnum de mille &c. Isti, inquam, viro despondi vos exhibere virginem. Nota quòd a plurali ad singulare descendit, dicens; *Desponsaui uos* in plurali; *Et exhibere Virginem*, in singulari, volens ostendere quòd ex omnibus fidelibus fit vnum corpus & vna ecclesia, quæ debet esse virgo in omnibus membris suis. Et ideo dicit; *Virginem castam.* In omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis, castitas pro integritate mentis: nam aliquando aliqua est virgo corpore, quæ non est casta mente. Sic ecclesia exhibet se Christo virginem, quando perseuerat in fide, & infra sacramenta absque corruptione alicuius idolatriæ, & infidelitatis. Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum &c. Castam exhibet se, quando existens infra sacramenta & in fide Christi, exhibet puritatem corporis & operis. Ephes. 5. Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rugam &c. Sed quia Corinthii possent dicere, non necesse est quòd custodias nos, & zelus tuus non est rationabilis, quia nos bene seruabimus nosmetipsos: ideo consequenter causam huius zeli ostendit, dicens; *Timeo autem &c.* Vbi sciendum est, quòd in paradiso fuit coniugium Adam & Euæ. Sed Eua corrupta fuit per serpentem non violenter, sed astute, inquãtum promisit falsum & suasit iniquũ. Falsum quidem, cum dixit, Eritis sicut dii, & nequaq̃ moriemini: cum tamen ex hoc ipsi incurrerint necessitatem mortis. Iniquum vero, vt transgederetur & præteriret mandatum Dei. Et secundum hanc similitudinem Apostolus loquens, dicit ecclesiam esse sicut Euam, quam diabolus aliquando persecutus est, manifeste per tyrãnos & potestates, & tunc sicut leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, vt dicitur 1. Pet. 5. Aliquando molestat ecclesiam latenter per Hæreticos, qui promittunt veritatem & simulant se bonos, & tunc sicut serpens seducit astutia sua promittendo falsa. Et ideo dicit; *Timeo ne sicut serpens Euam seduxit* a paradiso eam eiiciens; *Astutia sua* promittendo falsa 1. Tim. 2. Adam non est seductus, sed mulier; *Ita.* idest, per similes deceptiones Hæreticorum; *Corrumpantur sensus uestri*. Et dicit sensus vestri, quia sicut in matrimonio carnali cauet sponsus, ne coniux corrumpatur carnaliter, ita Apostolus in hoc matrimonio spirituali, timet ne corrũpatur spiritualiter sensus cordis 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores &c. Vel sensus spirituales de quibus. Sapien. 1. Sentite de domino &c. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus; *Et excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu.* Simplex enim est illud, quod compositione caret. Pseudo ergo componebant vnam sectam ex Iudaismo & euangelio, mandantes simul cum euangelio seruari legalia. Illi ergo excidunt a simplicitate Christi, qui seducti a Pseudo, simul cum Euangelio seruant legalia: & hoc timebat Apostolus de Corint. Eccles. 2. Væ peccatori ingredienti terram duabus viis: & econtra. Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos.

LECTIO SECVNDA.

POSITO zelo quem ad Corinthios habebat Apostolus, & ostenso zelum esse rationabilem: hic consequenter remouet eorum excusationem. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit eorum excusationem. Secundo vero, remouet eam, ibi; *Existimo enim me &c.* Circa primum sciendum est, quòd Corinthii possent suspicari quòd ideo zelũ haberet de eis, quia timeat ne dimittant doctrinam suam propter doctrinam Pseudo: vnde possent dicere: constat quòd minus bona sunt dimittenda propter magis bona. ergo si Pseudo meliora doceant, non debes turbari, si acquiescimus eis. Et ideo hanc excusationem ponit ostendendo, quòd nihil maius quàm Apostolus, docent & prædicant. Nam Apostolus tria prædicauit eis, & docuit eos. Primo, quòd essent Christi: supra 4. Non enim prædicauimus nosmetipsos, sed Christum Iesum. Secundo, quòd haberent spiritum Christi. Roma. 8. Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Tertio, vt reciperent euangelium Christi Rom. 1. Non enim erubesco euãg. &c. Si ergo Pseudo meliora vobis prædicarent & vos docerẽt, recte faceretis, et excusabiles essetis: sed hoc non faciunt. Et hoc est quod dicit; *Nam & si is qui &c.* quasi dicat. Timeo ne Pseudo qui venit ad vos non missus, sed ex se, sicut fur & latro. Ioan. 10. Quotquot venerunt, fures sunt & latrones. Hier. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant Roma. 10. Quomodo prædicabunt nisi &c. Si, inquam, talis prædicator prædicat vobis; *Alium Christum*, scilicet excellentiorem quàm illum quem nos prædicauimus, quod non potest esse, quia vt dicitur Corinth. 8. Vnus dominus noster Iesus Christus per quem omnia &c. Et hoc quantum ad primum; *Aut alium spiritum*, scilicet meliorem; *Accepistis*, scilicet per talem, quàm accepistis, scilicet per nos, idest ministerio nostro, quod non potest esse, quia vt dicitur. 1. Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus &c. Et hoc quantum ad secundum. Aut prædicat vobis; *Aliud euangelium*, idest aliam prædicationem vel doctrinam, quam per nos; *Non recepistis*. Gal. 1. Miror quòd sic tã cito transferimini &c. Si inquã, alia & meliora facerent vobis, recte; *Pateremini*, idest faceretis excusando vos. Et quia non potest eis aliud euangelium, idest melius tradi: ideo Apostolus excommunicat Galatas, si aliud euangelium recipiãt. Galata. primo, Siquis aliud vobis euangelizauerit &c. Consequenter cum dicit; *Existimo &c.* Remouet hanc excusationem. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd ipse non minus fecit eis quàm alii. Secundo, quòd plus, ibi; *Aut nunquid &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quòd nihil minus fecit facto, quàm alii Apostoli. Secundo, innuit quòd non defuit ei facultas ad hoc faciendum, ibi; *Nam & si imperitus sermone &c.* Tertio, ostendit euidentiam vtriusque, ibi; *In omnibus autem &c.* Dicit ergo, Recte pateremini vos seduci ab eis, si melius prædicarent vobis: sed hoc non est verum; *Enim*, idest, quia; *Existimo me nihil minus fecisse in his a magnis Apostolis*, idest, quàm Petrus & Ioannes, quos isti habebant magnos. Et comparat se magnis Apostolis, tum, quia Paulus videbatur & reputabatur ab eis minor quàm illi, eo quòd illi fuerant cum Iesu, & Paulus non: tum etiam, quia Pseudo dicebãt se missos ab eis, & ideo ostendendo se parem magnis Apostolis, istorum errorem remouet & Pseudo confutat. Et non solum nihil minus fecit, sed plus. primæ Corinthiorum 15. Plus omnibus laborui. Et ne forte dicerent ei: Vnde tibi est facultas ad hoc faciendum cum sis imperitæ linguæ? Ostendit, quòd ei facultas affuit ex magnitudine scientiæ, dicens; *Licet sim imperitus sermone, tamen non sum imperitus scientia*. secundæ Petri vltimo, Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum sapientiam. Sed hoc sciendum est, quòd Pseudo quærentes gloriam propriam & lucra sectantes, nitebantur attrahere populum per ornata & subtilia & exquisita verba, non attendentes nisi solum aures permulcere. Apostolus vero, quia non quærebat vtilitatem propriam, sed solum dilatationem fidei Christi & profectum eius, ita proponebat verbum fidei, vt omnes possent capere, conformans se conditioni audientium & capacitati. Vnde, quia isti in principio non erant capaces altæ doctrinæ, proposuit eis fidem, non in subtilitate sermonis, sed eo modo quo capere possent, scilicet plane & aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitũ sermone. 1. Cor. 1. Non in sapientia verbi &c. Et propter hoc dicit Apostolus, licet sim imperitus sermone, vt vobis videtur, hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter vos ex quadam dispensatione: quia tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis &c. Vel dicendum ad literam, quòd Apostolus fuit balbus, & ex hoc Pseudo deridebãt eum. Et ideo dicit; *Et si imperitus sermone*, idest impeditæ linguæ, non tamen sum; *Imperitus scientia*. Exod. 4. Impeditioris & tardioris linguæ sum. Quòd autem nihil minus fecerim a magnis Apostolis, euidenter apparet per ea, quæ feci vobis. Et ideo dicit; *In omnibus prædictis manifestatus sum in uobis*, qui experti estis quæ per me fiunt 1. Cor. 9. Signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Et infra 12. Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos &c.

se a magnis apostolis. Nã & si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autẽ manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatũ feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis euangelium Dei euãgelizaui vobis, alias ecclesias expoliaui, accipiens stipẽdia ad ministerium vestrum.

NAm si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, quem nõ accepistis: aut aliud euangeliũ qd̃ non recepistis, recte pateremini. Existimo. n. nihil me minus feci-

Conse

Consequenter cum dicit; *Aut nunquid peccatum &c.* Ostendit ꝙ plus fecit q̃ omnes aliis, & hoc, quia prædicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primo, ponit factum. Secundo causam facti assignat, ibi; *Quare? quia non diligo uos? &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit factum quantum ad præteritum. Secundo, quantum ad futurum ibi; *Et in omnibus &c.* Factum aũt præteritum ostẽdit dupliciter. Primo, in generali. Secũdo, in speciali, ibi; *Quoniam gratis &c.* Dicit ergo. Recte dico quòd nihil minus feci ab illis, nisi forte hoc reputetis male & minus factum, quia diminui de authoritate mea nõ accipiẽs sumptus a vobis: sed si hoc esset malum, minus fecissem. Et ideo ostendit quòd non est malum. Et hoc est quod dicit; *Aut nunquid peccatum feci*, idest, nunquid peccaui; *Humilians meipsum* & diminuens de authoritate mea? Quasi dicat, non. Ecclesi. 3. Quanto maior es &c. 1. Cor. 9. Cũ essem liber &c. Mat. 18. Qui humiliauerit se &c. Ratio autem humiliationis meæ est, non propter lucrum proprium, sed propter promotionem vestrã. Vnde dicit; *Vt uos exaltemini*. idest in fide confirmemini. Corinthii autem auari erant, & ideo si a principio accepisset sumptus, forte destitissent a fide. Item, Pseudo prædicabant propter quæstum. Vt ergo Corinthii reciperent apostolum, & Pseudo auferret occasionem quæstus, gratis prædicauit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali, manifestat in speciali, ibi; *Quoniam gratis &c.* Et facit duo. Primo, ostendit quomodo sine sumptibus prædicauit eis in primo aduẽtu ad eos. Secũdo, ostendit quòd idem fecit in mora, quam apud eos contraxit, ibi; *Et cum essem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intẽdit. s. humiliationem dicẽs; *In hoc humilians meipsum quoniam euangelizaui uobis gratis*, idest sine sumptu, non autem sine mercede: quia hoc non est laudis. licet enim omnes possent capere sumptus personæ ab eis, quibus proponunt verbum Dei, nullus tamen prædicare debet pro mercede & quæstu. Secundo, quia possent dicere isti. vnde ergo accepisti sumptus? Respondet, quòd ab aliis ecclesiis, dicens; *Ecclesias alias expoliaui accipiens ab eis stipendium administerium uestrum.* Ex hoc conuincit eos, ꝙ non possint dicere Apostolo, quòd non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab aliis ad seruitium eorum, multo magis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet, quòd legatus papæ visitãs vnã partem legationis, potest accipere stipendia. Et ꝙ dominus Papa pro necessitate vnius patriæ, potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. Ratio est, qa ecclesia est sicut vnum corpus. Videmus autem in corpore naturali, quòd natura quando deficit virtus in vno membro, subministrat humores & virtutem, accipiens ab aliis membris.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO quòd quãdo primo eis prædicauit in ipso aduentu, euagelizauit eis gratis: hic ostẽdit ꝙ nec etiam contrahendo morã apud eos, accepit ab eis sumptus. Et primo hoc ostẽdit. Secũdo vero, respondet cuidã taciturnæ quæstioni, ibi; *Nam quod mihi &c.* Dicit ergo. Non solum qñ primo veni ad vos, nõ accepi a vobis sumptus: sed etiã; *Cum essem apud uos* diu; Et etiã; *Egerem*, vt ostendat ꝙ non dimisit eis sumptus pp diuitias; *Nulli onerosus fui* aliquid ab aliquo accipiẽdo. In quo apparet causa, quare dimisit: quia Corinth. pp auaritiam eis innatam, reputabant sibi onus ministrare sumptus 1. Cor. 9. Non sumus vsi hac potestate: sed omna sustinemus &c. Sed possent isti dicere. vnde ergo habuisti necessaria? Et ideo respondet dicens, ꝙ ab aliis ecclesiis. Ideo. s. nihil accepi; *Quia* illud; *Quod mihi deerat*, s. a pretio quod lucrabatur nocte laborando manibus suis, apud Aquilã & Priscam. erat. n. scænofactoriæ artis per quã lucrabatur sibi necessaria. Act. 2. Ad ea quæ mihi opus erant &c. Illud ergo quod deerat non dedistis vos, sed; *Suppleuerunt fratres qui uenerunt a Macedonia* scilicet Philippenses qui erant valde liberales. Vnde, de hoc in epistola ad Pphilippenses commendat eos. Phil. 4. Nulla ecclesia communicauit mihi in ratione dati & accepti, nisi vos. Sed Corinthii erant auari. Consequenter cum dicit; *Et in omnibus sine onere &c.* Ostendit, quomodo se habebit in hoc ad eos in futurum dicens, quòd etiam sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit suam rõnem communem. Secũdo confert eam, ibi; *Est veritas Christi &c.* Dicit ergo. non solum feci hoc. s. quòd gratis vobis euãgelizaui & nulli onerosus fui, sed etiam in omnibus seruabo me vobis sine onere, sicut usq; modo seruaui, nõ dure reprehendẽdo, nõ seuere corrigendo, nec vestra accipiendo. Act. 3. Argentum, & aurum, & vestem nullius cõcupiui. Num. 16. Tu scis, quòd nec asellum quidem acceperim ab eis, dicit, Moyses ad dominum. Samuel dicit. 1. Reg. 12. Loquimini de me si oppressi &c. Et ꝙ ita factus sit, confirmat ex duobus. Primo ex eo, qui loquitur in ipso. s. Christo qui est veritas, a qua nõ potest esse falsum. Et ideo dicit; *Est veritas Christi in me &c.* Quasi dicat: Hoc quod dixi verum est, quia veritas Christi loquitur in me &c. Hoc infra vltimo, An experimentum quæritis eius qui in me &c. Vel hoc potest accipi per modum iurantis, Quasi dicat. Deus qui est veritas & est in me scrutans corda, sit mihi testis, quòd ita seruabo me. Rom. 1. Testis est mihi Deus &c. Secundo ex eo, quòd non intendit minuere gloriam suam, sed augere. Apostolus enim attribuebat sibi apud Christum ad magnam gloriam, quòd ipse solus inter Aposto. sine sumptu prædicabat Corinth. Et ideo dicit; *Ideo seruabo me sine onere. Quoniam non infringetur.* idest non minuetur *In me hæc gloria*, quòd, scilicet gratis prædico vobis, & quòd a licitis abstineo, propter salutem vestram, quæ quidem est gloria Christi: quia ipse glorificatur per hoc in me, vel quia ego hanc gloriam habeo specialiter apud Christum: quæ quidem refringeretur; *In regionibus Achaiæ*, vbi Corin. erat metropolis, si recipisset ab eis, quia auari erant: habitabant enim in maritimis, & erant intenti mercationibus, & tales consueuerunt esse auari, 1. Corin. 9. Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Consequenter cum dicit; *Quare? quia non &c.* Ponit causam, quare non accepit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit falsam causam. Secundo astruit veram, ibi; *Quod autem facio &c.* Circa primũ sciendum est, quòd Pseudo imponebant Apostolo, quòd ideo non recipiebat a Corinth. sumptus, quia non diligebat eos, & quia non intendebat eis benefacere & seruire. Dicit ergo; *Quare?* scilicet hoc facio; *Quia non diligo vos?* idest pro odio quod habeo ad vos, sicut dicunt Pseudo? *Deus scit* quòd diligo vos, & quòd nõ pro odio hoc facio. Ioan. vlt. Domine tu scis, quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa, sequitur vera, ibi; *Quod autem facio &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ponit veram causam. Secundo rationem huius assignat, ibi; *Nam eiusmodi pseudo &c.* Circa primum sciendum est, quòd Pseudo, vt dictum est, quærebant lucra & gloriam propriam. Et ideo, vt in reuerentia haberentur, nitebantur exterius sequi vestigia Apostoli, vel etiam si potuissent, excellere ipsum. Dicit ergo Apostolus; *Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur*; vt nihil accipiant. Et quia sciebat, quòd Pseudo prædicabant, vt acciperẽt, & per consequens, quòd non prædicarent si deficeret eis lucrum, dicit, *Quod facio*, ideo facio; *Et faciam hoc*, non propter odium, sed; *vt amputem occasionem eorum*, scilicet Pseudo, accipiendi vestra, eorum scilicet Pseudo; *Qui volunt*, supple meo exemplo, habere; *Occasionem* accipiendi vestra. Sciebat enim secundum Ambro. quòd si non acciperent, non diu prædicarent. E contrario dicitur. Prouer. 9. Da occasionem sapienti &c. Et hoc; *Vt tales inueniantur*, scilicet Pseudo; *Sicut & nos*, scilicet non accipientes pecunias, sicut & nos non accipimus. In quo quidem ipsi gloriantur. s. quòd imitantur nos, & ego nolo si perfecte volunt nos imitari, quòd accipiãt. 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut & me, scilicet non accipientes; *Vt in quo &c.* Hoc legitur tripliciter. Vno modo sic, vt inueniantur tales, supple sicut & nos, non accipiendo sicut nec nos accipimus, & per consequens a prædicatione cessando; *In quo*, scilicet esse tales, sicut & nos gloriantur: contendebant enim esse similes veris Apost. Secundo modo sic, vt in eo in quo gloriantur scilicet accipiendo, quia hoc solum quærebant, inueniantur sicut & nos, idest similes nobis, cessando scilicet, & desistendo ab acceptione, vt nobis assimilentur. Tertio modo sic; *Vt in eo in quo gloriantur*, scilicet in non acccipiendo, dicunt enim se nihil accipere, inueniantur sicut & nos, idest non meliores nobis, ne scilicet possint se in hoc nobis præferre. *Nam eiusmodi*, hoc continuatur tripliciter. Primo modo sic,

LECTIO III.

ET cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerũt fratres qui venerant a Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Christi in me, quoniã hæc gloriatio non infringet in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio & faciam, vt amputem occasionem eorum, qui volũt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi Pseudo apostoli, sunt oparii subdoli, trãsfigurãtes se in apostolos Chri. Et nõ mirũ, ipse. n. Sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius trãsfigurẽtur velut ministri iustitiæ, quorũ finis erit secundũ opera ipsorum.

LECTIO IIII.

ITerum dico (ne quis me putet insipientẽ esse: alioquin velut insipiẽtem accipite me, vt & ego modicũ quid glorier) quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipiẽtia, in hac substantia gloriæ. Quoniã multi gloriantur ſm carnẽ, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipiẽtes, cũ sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis. n. siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollit, siquis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

sic, ita gloriantur & contendunt, non sicut nos. Nam eiusmodi &c. Secundo modo sic. & vere desistunt accipere, Vt nobis assimilentur. Nam eiusmodi &c. Tertio modo sic, Ita in non accipiendo gloriantur, vt nobis similes videantur. Posita autem vera causa, probat eam consequenter, dicens: *Nam eiusmodi &c.* Ostendens quomodo student assimilari Apostolo. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit causam. Secundo, probat eam, ibi; *Sed non mirum*. Tertio, consequenter ostẽdit differentiã Pseudo, ad veros Apostolos, ibi; *Quorum finis &c.* Dicit ergo: Recte dico, quod hoc facio, vt amputem eis occasionem accipiendi. Nam eiusmodi Pseudo Apostoli sunt operarii, scilicet falsi. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. *Subdoli*, idest callidi & vulpini sub specie religionis decipientes. Ezeh. 13. Quasi vulpes in desertis &c. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas &c. Cant. 2. Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium &c. Et hoc est quod dicit; *Transfigurantes se in Apostolos Christi*, idest exterius portantes signa bonorum Aposto. 2. Tim. 3. Habentes quidem speciem pietatis &c. Et hoc probat: quia sicut veri Apost. mittuntur a Deo & informantur ab ipso, sic; *Sathanas transformat se in angelum lucis*, qui est dux & incentor eorum. ostendens se esse, vel angelum Dei, vel aliquando Christum; Non est ergo mirũ neq; magnũ si ministri eius. s. Pseudo; *Transformant se* in ministros iustitiæ, idest simulant se esse iustos. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & minister eius &c. Notandum autem est, quòd Sathanas transfigurat se aliquando visibiliter, sicut beato Martino, vt deciperet eũ, & hoc mõdo multos decepit. Sed ad hoc valet & necessaria est discretio spirituũ, quam specialiter Deus contulit beato Antonio. In hoc tamen potest cognosci, quòd Sathanas sit, quia bonus angelus in principio hortatur ad bona, & perseuerat in eis: sed malus in principio quidem prætendit bona, sed postmodum volens explere desiderium suum, & quod intendit, scilicet decipere, inducit & instigat ad mala 1. Ioa. 4. Omni spiritui nolite credere &c. Et ideo, Iosue cum videret angelum in campo suo dixit. Iudicum 5. Noster es, an aduersaiorum? Aliud etiam signum est, quòd bonus angelus & si terreat in principio, tamen statim consolatur, & confortat sicut Zachariam. Luc. 1. Ne timeas Zacharia. Et ad Beatam virginem dixit, Ne timeas Maria &c. Malus autem angelus stupefacit & desolatum dimittit. Et hoc ideo, vt stupefactum facilius decipiat & persuadeat sibi. Aliquando autem trãsfigurat se inuisibiliter: & hoc quando ea, quæ in se mala sunt, facit apparere bona, peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiam. Prouer. 14. Est via quæ videtur homini recta &c. Sic decepit monachum quendam: qui cum proposuisset in animo suo nunquam exire cellam, suggessit ei diabolus, quòd bonum esset, quòd exiret ad ecclesiam & reciperet corpus Christi. Cui suggestioni consentiens, propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse diabolum gloriatus est monachus, quòd non deceperat eum, quia ad bonum iuerat, & tamen iam remouit eum a proposito continue standi in cella. Postmodum vero, iterum suggessit ei, quòd pater suus esset mortuus, & dimiserat sibi multas diuitias distribuendas inter pauperes, quòd iret ad ciuitatem, ad quam cum iret, nunquam rediit ad cellam, & mortuus est in peccato. Vnde, valde difficile est, quòd homo caueat sibi, & ideo recurrendum est ad adiutorium diuinum. Iob. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius &c. Quasi dicat, Nullus nisi Deus. Consequenter ponit ministrorum, & malorum, & bonorum differentiam, quæ consistit in hoc quòd; *Finis illorum*, scilicet ministrorum Christi, & Sathanæ erunt; *Secundum opera eorum*. Nã finis bonorum erit bonus, & malorum erit malus, & boni inducuntur ad bonum, & mali ad malum. Phil. 3. Quorum finis interitus &c. Item boni recipient bona, & mali mala. supra 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

LECTIO QVARTA.

SVPRA Apostolus induxit Corinthios, vt patienter sustinerent suam commendationem, ostendens, quòd hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos, & quia zelus ille erat rationabilis & ordinatus: hic autem consequenter ponit aliam rationem, per quam ostendit, quòd dato, quòd insipienter ageret, nihilominus tamen deberent eum supportare. Vnde in ista ratione procedit, ex suppositione stultitiæ, In hac autem parte duo facit. Primo enim, proponit suam petitionem. Secundo, rationem dictorum assignat, ibi; *Quod loquor &c.* In petitione autem sua duo facit. Primo enim petit, quòd non reputent eum insipiẽtem, quod pertinet ad præmissam rationem. Et ideo dicit; *Iterum dico*, ꝙ ex quo zelus meus est rationabilis & ego rationabiliter commendo me; *Ne quis*, scilicet vestrum; *Me reputet insipientem*. Secundo, petit, quòd dato, ꝙ insipienter agat, tamen supportẽt eum, & hoc pertinet ad rationem hãc. Et ideo dicit; *Alioquin*, idest si non rationabiliter commendo me, & penitus velitis me ex hoc insipientem reputare, tamen; *Accipite*, idest, supportate me; *Velut insipientem*. Et dicit; *Velut*. Quia licet ipsi reputent eum insipientem, in hoc tamen in rei veritate non est insipiens. Accipite me, inquam, velut insipientem; *Vt & ego modicum quid glorier*. Et dicit modicum, quia infra commendauit se de gloria, quæ est secundum carnem, quæ valde modica est. Iob. 25. Homo putredo & filius hominis vermis. Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? Rationem aũt dictorũ assignat; dicens; *Quod loquor &c.* Dixerat autem tria. Primo, quia supponit insipienter commendasse seipsum. Secundo, ꝙ vult gloriari. Tertio, ꝙ sustineant eũ. Et horum trium rationem assignat. Et primo de hoc, quòd supposuit insipienter commendare se. Secundo, quare vult gloriari, ibi; *Quoniam multi gloriantur &c.* Tertio, ꝙ debeant eum supportare, ibi; *Libenter enim suffertis &c.* Dicit ergo primo, Ratio quare debetis insipientem accipere me, est: quia illud quod loquor. in hac substantia gloriæ, idest cõmendatione carnis, quæ a quibusdam appetitur, ac si per eam debeant subsistere; *Non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia*. Et dicit ex hypostasi, sicut illud quod supra dixit, velut insipientem. Vnde ibi posuit, velut, hic ponit, quasi. Ad si diceret. si non rationabiliter commendarem me, tunc illud; *Quod loquor* in commendatione mea; *Non est secundum Deum*, idest secundum rationem diuinæ sapientiæ. Et tunc merito acciperetis me, non secũdum Deum loqui, sed insipienter. supra 10. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est &c. Prou. 27. Laudet te alienus &c. Rationem autem suæ commendationis & gloriæ ostendit, subdens; *Quoniam multi gloriantur &c.* Vbi sciendum est, quòd Pseudo, quia ex Iudæis erãt, gloriabantur secundum carnem, dicẽtes se esse filios Abrahæ, & ex hoc volebant haberi in reuerentia a Corinthiis & authoritate. Dicit ergo Apostolus. dato quòd sit insipientia, ꝙ glorier ſm carnem, tamen quoniam multi, s. Pseudo; *Gloriantur secundum carnem*, & ego etiam gloriabor ſm carnem. Prou. 26. Responde stulto scdm stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Sed contra est, quia Seneca dicit, Summa malorum est, quòd ad exemplum viuitur malorum. Et Exod. 23. Non sequaris turbã, ad faciendum malum. Non ergo apostolus debet gloriari secundum carnem, eo quòd Pseudo gloriantur. Respondeo. Dicendũ est, quòd licet sit eadem materia gloriationis non tamen est eadem intentio & idem finis: quia Pseudo commendabant se propter gloriam propriam, & vt ipsi haberentur in authoritate, & possent lucrari, Apostolus autem gloriabatur, vt verbum Dei per eum prædicatum esset maioris authoritatis, & ponderis, & fructum faceret Christo. Rationem autem, quare debeant eum supportare, subdit dicẽs; *Libenter. n. suffertis &c.* Et primo ponit rationem hanc, quòd scilicet debeant eum supportare. Possent enim dicere: Quare debemus te supportare si es insipiens? Et dicit Apostolus, quòd ideo, quia cum vos ipsi sitis sapientes in oculis vestris & in vestra reputatione; *Libenter suffertis*, i. estis cõsueti supportare; *Insipientes*, Pseudo scilicet. Secundo, ostendit in quo supportent insipiẽtes. Et ponit quinq; grauia, quæ sustinebant a Pseudo. Primũ est iugum seruitutis. Et quantũ ad hoc dicit; *Sustinetis enim si quis*, i. aliquis Pseudo; *Redigit uos in seruitutem*. q. d. per Christũ liberati fuistis a seruitute legis, quæ est in timore, & reducti estis in libertatem filiorũ Dei, quæ est in charitate. Gal. 4. Nõ sumus ancillæ filii, sed liberæ. Et tamen vos sustinetis Pseudo, qui ex huiusmodi libertate redigunt vos in seruitutem legis: quia cogunt vos seruare legalia. Gal. 5. Nolite iugo seruitutis &c. Multo ergo magis debetis sustinere me, qui volo vos præseruare in libertatẽ Christi, q̃ Pseudo, qui volũt vos reducere in seruitutẽ legis. Secundũ est graue valde, s. quòd Pseudo viuunt de bonis vestris laute, nos vero nõ, supra 8. Non vt aliis sit remissio &c. Et ideo dicit; *Siquis deuorat*. Mat. 23. Væ qui comeditis domos viduarum, &c. Tertiũ graue est, depræda-

liatio:quia isti ad literam blandis verbis & prætextu pietatis accipiebant eis omnia: & quantum ad hoc dicit; *Siquis accipit*, idest blande decipit subtrahendo vestra. Rom. 16. Per blandos sermones seducunt corda insipientium. Quartum graue est, nimia iactantia super eos cum Corinthiorũ contemptu. Ideo dicit; *Siquis extollitur* iactando se importune. Eccl. 6. Non te extollas ĩ cogitatione &c Quintũ graue est, illatio opprobriorũ. Nam Pseudo non solum tam grauia eis inserebant, sed super hoc addebãt improperia dicẽtes eis iniurias, & maxime de ignobilitate. Nã quia ipsi erant Iudei, & cultores vni Dei, dicebant se nobiles esse, & Corinthios ignobiles, quia nõ erãt de semine Abrahæ, nec circuncisi, & quòd de idolatris. Et quantum ad hoc dicit; *Siquis in faciem nos caedit*, idest coram vobis infert contumelias & dicit iniurias. Et hmõi iniuriæ sunt ꝓm ignobilitatẽ, quã vobis obiiciunt, uel ignominiã quam inferunt. & tñ illos sustinetis, & nos nõ; *Quasi nos fuerimus infirmi in hac parte* gloriæ, quam attribuistis eis, præferendo eos nobis, præsertim cũ Pseudo dicãt quòd ideo nos non dicimus, nec facimus vobis ista, quia nos sumus infirmi in hac parte, idest, quia sumus ignobiles 1. Corin. 4. Nos infirmi, vos fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.

LECTIO QVINTA.

POSITIS rationibus suæ commendationis & causis quare supportandus est: hic consequenter incipit se commendare. Et circa hoc duo facit. Primo enim adæquat se Pseudo, & aliis, qui commendabant se. Secundo, præfert se eis, ibi; *Vt minus sapiens &c.* Adæquat autem se Apostolus eis in gloria. Est autem gloria duplex. Vna secundum carnem, quæ modica est, & contemnenda. Vnde ipse dicit Phil. 3. Sed quæ mihi fuerũt lucra arbitratus &c. Alia est secundum Christum: quia magna gloria est sequi Dominum. Eccl. 23. Et hæc est quærenda. Gal. vlt. Mihi absit gloriari nisi in cruce &c. Et ideo Apostolus adæquat se eis quantum ad vtranque gloriam. Et primo, quantum ad primam. Secundo, quantum ad secundam, ibi; *Ministri Christi &c.* Et primo adæquat se eis in generali, dicens, Recipiatis me insipientem, si tamen insipientia est. Ex hypothesi enim loquor, quia siquis ausus est præsumere de se, & commendare se & ego possum bene audere & commendare me in eodem, in quo ipse commendat se: quia non subest eis maior causa suæ commẽdationis, quàm mihi. Et hoc; *Dico in insipientia*, idest dico, ꝓ insipienter agam, cum tamen ipse sapienter ageret, cum hoc non faceret pro sui iactantia, sed vt pseudo humiliaret, supra eodem, Existimo me non minus fecisse a magnis Apostolis &c. Secũdo, cum dicit; *Hebræi sunt &c.* Adæquat se eis in speciali, ostendens per singula se parem eis esse, in quibus pseudo gloriabantur. Commendatio autem istorum & gloria erat de tribus. Primo, de natione & lingua, quia dicebant se Hebræos. Secundo, de genere, quia dicebant se esse de genere Israel. Tertio, de promissione, quia dicebant se esse participes promissionis Abrahæ, cum essent de semine eius. Et quantum ad hæc tria adequat se eis. Primo, quantum ad nationem & linguam, dicens; *Hebraei sunt & ego*, scilicet lingua & natione, quasi dicat, ita sicut & illi. Et notandum est ꝙ secundum quod quidam dicunt. Hebræi dicuntur ab Abraham, quia ante eum de facili non inuenitur illud nomen. Potest tamen dici & forte melius, quòd dicuntur a quodam Heber, de quo habetur Gen. 11. Vixit Sale triginta annis & genuit Heber, Et sequitur, Vixit Heber triginta tribus annis & genuit Phalech. Et tempore eius fuerunt diuisæ linguæ, & lingua Hebræorum remansit in familia sua. Secundo adæquat se eis quantum ad genus, dicens; *Israelitae sunt & ego*, scilicet secundum ritus. Tertio, quantum ad tertium, dicens; *Semen Abrahae sunt & ego.* Et de istis tribus simul dicitur. Phil. 3. Siquis alius sibi confidere videtur, ego magis, circuncisus octauo die. Quantum ad tertium, ex genere Israel de tribu Beniamin, quantum ad secundum, Hebræus ex Hebræis, quantum ad primum. Rom. 11. Nam ego Israelita sum ex semine Abrahæ &c. Sic ergo patet, quòd non sum minor eis quantum ad gloriam: quæ est secundum carnem. Sed nec etiam quantum ad gloriam, quæ est secundum Christum, quia; *Ministri Christi sunt*, idest, dicunt se sic, vt decipiant vos, & ego sum minister Christi 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. supra 3. Qui & nos idoneos fecit &c. Consequenter cum dicit; *Vt minus sapiens &c.* Præfert se omnibus Apostolis & pseudo. Et primo quantum ad mala perpessa. Secundo, quantum ad beneficia recepta & hoc. 12. cap. ibi; *Si gloriari oportet &c.* Circa primum duo facit. Primo præfert se quantũ ad mala, quæ pertulit. Secundo, quantum ad modum quo mala vitauit, ibi; *Damasci praepositus.* Circa primum tria facit. Primo, proponit se aliis præferendum. Secundo, ostendit in quo sit præferendus, ibi; *Quia ĩ laboribus &c.* Tertio, cõfirmat quedam dictorum, ibi; *Si gloriari oportet &c.* Dicit ergo, Si videor insipiens vobis, quia commendo me, & adæquo me aliis, quanto magis videbor vobis minus sapiens, si præferam me eis? Et ideo dicit, Non solum sum minister Christi sicut & illi, sed vt minus sapiens, secundũ vestrũ iudiciũ, dico, quòd ego sum plus minister Christi, quàm illi, & quantum ad hoc dicit se præferendum esse. Rom. 11. Ministerium meum honorificabo, præponendo scilicet, illud ministerio aliorum. In quo autem sit præferendus, ostendit, dicens; *Quia in laboribus &c.* Quasi dicat, in hoc plus ego, quia sum magis ostensus minister Christi. In hoc primo, quantum ad mala illata. Secundo, quantum ad mala sponte assumpta, ibi; *In itineribus sæpe.* Mala autem illata primo ponit in generali dicens; *Plus ego*, sum scilicet ostensus minister in laboribus pluribus, quàm illi, & si aliquos labores pertulerint. 1. Cor. 15. Abundantius omnibus illis laboraui. Secundo, enumerat ista mala in speciali, & hoc primo quantum ad carceris squalores. Quia *In carceribus abundantius*, scilicet, quàm illi. Act. 16. Cum multas plagas illis intulissent, scilicet Paulo & sociis, miserunt in carcerem. Secundo, quantum ad flagellorum dolores, quia; *In plagis*, scilicet ostensus sum; *supra modum*, aliorum. i. modum humanæ virtutis, vel supra modum humanæ consuetudinis, supra. 11. In plagis, in carceribus &c. Sed contra. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari supra id &c. Non ergo supra modum humanæ virtutis. Respondeo, Dicendum est, quòd Deus non permittit nos tentari sine adiutorio gratiæ diuinæ. Et ideo dicebat Apostolus. 1. Cor. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et quantum ad mortis terrorem. Vnde dicit; *In mortibus frequenter*, idest in periculis & terroribus mortis. Vnde dicebat ipse. Rom. 8. Mortificamur tota die. 1. Cor. 15. Quotidie morior propter gloriam vestram. Sed consequenter cum dicit; *A Iudaeis quinquies &c.* Manifestat duo vltima pericula quæ perpessus est. Et primo, periculum plagarum. Secundo, periculum mortis. Plagarum autem periculum manifestat per ipsa perpessa a suis scilicet, Iudæis. Et ideo dicit; *A Iudaeis quinquies &c.* Notandum est autem sicut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit plagarum modus. Ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedat &c. Ex quo habetur, quòd homines pro minoribus peccatis debent flagellari. Ita tamen, quòd flagellatus non reciperet vltra quadraginta plagas. Iudæi autem, vt viderentur misericordes semper faciebant citra mandatum legis, dantes pauciores, quàm quadraginta secundum, quòd eis videbatur. Quia ergo odio habebant Paulum, quando flagellabant eum, dimittebant sibi de numero prædicto quantum poterant, scilicet vnam tantum minus, dantes sibi trigintanouem. Et hoc est, quòd quinq; vicibus accepit, idest recipit quadraginta plagas; *Minus vna* plaga, idest trigintanouem. Secundo, manifestat pericula perpessa ab extraneis, scilicet a gentibus, dicens; *Ter virgis cæsus sum.* Act. 16. Magistratus scissis eorum tunicis, iussit eos virgis cædi. Item, 22. Iussit eũ tribunus duci in castra & flagellis cędi & torqueri eum &c. Pericula vero mortis illata, & primo pericula mortis illata ab hominibus ostendit, dicens; *Semel lapidatus sum*, hoc fuit in ciuitate Licaonia, vbi obrutus lapidibus, fuit quasi mortuus. Act. 14. Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credentes eum mortuum. Secundo, pericula mortis illata a periculis naturæ, & hæc sunt specialiter maris, & aggrauat ea. Primo, ex numero; *Quia ter naufragium feci*, idest pertuli. Secundo, ex continuitate, quia; *Nocte & die in profundo maris fui*, quod est grauius, quia ad literam dicit, quòd cum pluries passus sit naufragium, tamen semel stetit sub aqua per diem & noctem, diuina eum virtute protegente. Vnde poterat dicere illud Iob

tibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

næ 2. Et proiicite me in profundum &c. Enumeratis autem malis illatis, enumerat consequenter etiam mala assumpta, cum dicit; *In itineribus.* Et primo, exteriora. Secundo, interiora, ibi; *Praeter illa quae extrinsecus &c.* Mala exteriora exprimit, & quantum ad mala, quæ contingunt in itineribus. Secundo, quantum ad ea, quæ euenjunt in domibus. Quantum ad primum, Primo, ponit multiplicitatem itinerum, dicens; *In itineribus sæpe*, scilicet ostensus sũ minister Christi, sustinendo multa dura & grauia patiẽter. Roma. 15. Ab Hierusalem vsque ĩ Illiricum &c. Et cũ hoc multas alias vias fecit & Romam & Hyspaniam vadens. Psal. 16. Propter verba labiorum tuorum &c. Secundo, enumerat periculum itinerum. Et primo, prę mittit minora. Secundo, subdit grauius periculum, quod in falsis fratribus. Præmittit autem tria, secundum quæ multa pericula passus est. Primo, pericula secundum causas. Et hoc vel ex causa naturali: & ideo dicit; *Periculis fluminum.* Naturaliter. n. flumina hyeme excrescũt & sunt rapida & valde periculosa &c. Vel ex malitia violenta, & quantum ad hoc dicit; *Periculis latronum* quos excitabat ei diabolus, vt vel vestes ei auferrent. Iob. 9. Simul venerunt latrones &c. Secũdo, enumerat pericula metum inferentia, & hoc vel ex suis. Vnde dicit; *Periculis ex genere* idest a Iudæis procuratis. Vel ab extraneis, & ideo dicit; *Periculis ex gentibus* propter vnius Dei prædicationem, qui eum capere volebant, & sic in suis & in aliis non habebat requiem. Hier. 15. Vt quid me genuisti mater mea, virum doloris?. &c. Tertio, enumerat pericula quantum ad loca, & hoc vel quãtum ad ciuitates. Vnde dicit; *Periculis in ciuitate*, idest in commotionibus ciuitatum contra me. Sicut fuit Ephesi & apud Corinthum, vt patet Act. 18. & 19. vel quantum ad solitudines: & quantum ad hoc dicit; *Periculis in solitudine.* Quæ erant; vel a bestiis malis, sicut quando vipera momordit manum suam. Act. vlt. quando congregauit sarmenta. Vel ex penuria ciborum. vel quantum ad maria, & ideo dicit; *Periculis in mari* non ex mari, sicut supra. Sed in mari, vt pericula quæ prouenjunt ex prædonibus, & pyratis. Eccl. 43. Qui nauigant mare &c. Sed grauius periculum subdit dicens; *Periculis in falsis fratribus*, idest in falsis Christianis & hæreticis & in pseudo. Hier. 9. Vnusquisque a fratre suo se custodiat.

LECTIO SEXTA.

HIC consequenter enumerat mala sponte assumpta, quæ sustinentur in domibus. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis, quæ sunt necessaria ad vitam domesticam. Primum bonum est, requies somni. Secundum est, sustentatio cibi. Tertiũ est, fomentum vestis. Requiei ergo somni opponit laborem & vigilias. Quantum ad laborem, dicit; *In labore*, scilicet manuum. Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant &c. Et ideo dicit supra 6. In laboribus, quia ad literam, vt dictum est supra, manu sua victum quærebat. Et 2. Thess. 3. Nocte & die laborantes &c. Quantum ad laboris defectum, dicit; *Erumna* Quæ est defectus & languor consequens ex labore, vel ex morbo naturali. Psal. 31. Conuersus sum in erumna &c. Quantum vero ad vigilias, dicit; *In vigiliis multis.* Vel in vacando prædicationibus de nocte. Vel operi manuali. Act. 20. dicitur, quòd protraxit sermonem vsque ad mediam noctem. Sustentationi vero cibi, opponit duplicem subtractionem cibi, vnam quæ est ex necessitate. Vnde dicit; *In fame & siti*, Quia scilicet ad literam deficiebat sibi aliquando cibus & potus 1. Cor. 4. vsque in hanc horam &c. Aliam quæ est ex voluntate. vnde dicit; *In ieiuniis multis*, scilicet voluntarie assumptis, & propter exemplum bonum, & propter macerationem carnis 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra Matth. 6. Hæc omnia adiicientur vobis, scilicet temporalia. Quare ergo in fame & siti? Respondeo, Dicendum est, quòd quando expedit, adiiciuntur nobis, scilicet temporalia, & propter vtilitatem nostram, sed aliquando expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit duo, vnum ex parte naturæ. Vnde dicit; *In frigore* Aliud ex parte inopiæ. Vnde dicit; *Et nuditate*, scilicet ostensus sum, scilicet minister Christi 1. Cor. 4. Nudi & instabiles &c. supra 6. In necessitatibus &c. Consequenter cum dicit; *Praeter illa &c.* Enumerat mala assumpta interiora, quæ causatur ex solicitudine cordis pro pseudo. Bonus autem prælatus, dupliciter affligitur pro subditis. Et primo, solicitudine conseruationis subditorum. Secundo, pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionem passus est Apostolus. Primam cum dicit; *Praeter illa, quae extrinsecus &c.* Quasi dicat. Præter omnia, quæ exterius patior & passus sum, angit me grauius interior afflictio, scilicet solicitudo subditorum. Et ideo dicit; *Instantia.* Omnium ecclesiarum magna est & multũ grauat, quia multum solicitat. Luc. 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima &c. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Secundam afflictionem, passus est pro defectu subditorum: & hoc dupliciter, scilicet pro defectu spiritualium. Vnde dicit; *Quis infirmatur*, scilicet, in fide & bono; *Et ego non infirmor*? in corde dolens deo eo, sicut de me. 1. Corinthi. 9. Factus sum infirmis infirmus &c. Hierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam &c. Item, pro defectu corporaliũ. Vnde dicit; *Quis scandalizatur*, malo pænæ, idest quis patitur tribulationes; *Et ego non vror*? igne compassionis. Iste est ignis, quem Dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende, quòd congrue vtitur hoc verbo; *Vror*: quia compassio procedit ex amore Dei & proximi, qui est ignis consumens, dum mouet ad subleuandas miserias proximorum, & purgat ex affectu compassionis, & per quem nobis peccata relaxantur: charitas autem illius compassionis, operit multitudinem peccatorum. Vel aliter, Aliquando enim labitur homo in peccatum ex seipso, & tunc infirmatur. Aliquando autẽ, ex malo exemplo aliorum, & tunc scandalizatur. Luc. 17. & Matth. 18. Væ homini illi per quem scandalum venit &c. Deinde cum dicit; *Si gloriari oportet &c.* Confirmat quædam dictorum superius. Vel dic quòd supra loquitur quantum ad mala, quæ pertulit commendabiliter: hic autem quantum ad mala, quæ vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula, quæ surgunt propter fidem, videtur pertinere ad infirmitatem, ideo primo præmittit, quòd in illis, quæ infirmitatis sunt, vult gloriari. Secundo, proponit iuramentum ad confirmationem dicendorum, ibi; *Deus & pater &c.* Tertio, ostendit modum vitandi, ibi; *Damasci &c.* Proponit ergo primo de quibus gloriatur, si debet gloriari, dicens; *Si* pro quia; *Oportet gloriari: quae sunt infirmitatis meae gloriabor*, q.d. Alii gloriantur in genere, & in aliis mundanis rebus. Phil. 3. Gloria in confusione &c. Et ego etiam coactus, gloriatus sum in eis. Tamen si gloriari oportet, gloriabor in infirmitatibus meis: infra. 12. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Secundo subdit, quòd non mentitur inuocans testimonium diuinum per modum iuramenti, vt credatur sibi, dicens; *Deus & pater &c.* Vbi tria ponit. Vnum, per quod inducit ad amorem. Vnde dicit; *Deus.* Hier. 9. Quis non timebit te &c. Aliud, per quod excitauit ad amorem. Vnde dicit; *Pater.* Iac. 1. Omne datum optimum &c. Mal. 1. Si ego pater, vbi est amor meus. Vel secundum aliam literam, honor meus. Tertium, per quod mouet ad reuerentiam & laudem. Vnde dicit; *Qui est benedictus Deus in secula.* supra primo, Benedictus Deus & pater &c. Iste ergo tam reuerendus, tam diligendus, tam timendus; *Scit, quod non mentior*, scilicet in his, quæ dixi & dicturus sum, supra primo. Non enim est apud nos est, & nõ &c. Consequenter cum dicit; *Damasci praepositus &c.* Ostendit quanta mala vitauit, & hoc in quodam particulari periculo. Vbi sciendum est, quòd Apostolus primo cœpit prædicare Christum in Damasco, vbi dum pergeret Christianos capere, prostratus est & ad fidem conuersus. Et ideo Iudæi ad præpositum illius ciuitatis, qui erat ibi pro Aretha rege confugerunt, vt Paulum caperent & occiderent. Et ideo, ille faciebat custoditi nocte & die portas ciuitatis, vt dicitur Act. 9. Christiani autem, qui erant ibi volentes seruare Paulum, eum submiserunt in sporta per murum, & sic euasit. Hunc ergo modum euadendi, tangit Apostolus, dicens, Vere non mentior de hoc, quod dico etiam modo; *Nam Damasci &c.* idest; *Praepositus*, qui sub Aretha rege, genti Damascenorum præerat, custodiri faciebat, inductus a Iudæis; *Ciuitatem Damascenorum*, ad hoc solicet; *Vt me comprehenderet*, & comprehensum assignaret Iudæis, ne amplius prædicarem: sed ego; *Per fenestram submissus sum per murum, & sic effugi manus eius*, scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato Domini dicentis. Matt. 10. Si vos persecuti fuerint &c. Sic Michol Dauid deposuit per fenestrã, ne caperetur a Saule. 1. Reg. 1.

& ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior. Damasci, Præpositus gentis Arethæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorum, vt me cõprehẽderet, & p fenestrã in sporta dimissus sũ per murũ, & sic effugi manus eius.

1. Reg. 19. Sic Rahab exploratores dimisit cum fune per fenestram Iosuæ 2. Sed hic obiicitur contra Apostolum, primo, quia videtur quòd non fuerit sufficienter confisus in Domino, sed fugit. Respondeo. Dicendum est, quòd quandiu adest humanum auxilium, homo nõ debet cõfugere ad auxilium diuinum, quia hoc esset tentare Deũ, sed debet illo vti auxilio quãtũ potest. Apostolo autem, nõdum deerat humanum auxiliũ.

CAPIT. XII. LEC. I.



I gloriari oportet (non expedit quidẽ) veniã autẽ ad visiones: & reuelatiões Dñi. Scio hominẽ in Christo ante annos quatuor-

Secundo obiicitur, quia Ioan. 10. dicitur, Mercenarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit. Vnde videtur, quòd non fuerit bonus pastor. Respondeo. Dicendum est, quòd aliquando quæritur persona prælati tantum, aliquando cum prælato totus populus. Quando ergo queritur prælatus solus, tunc debet committere curam alteri & absentare se. Et sic fecit hic Paulus. Et ideo dicit Glo. quòd licet fugeret, G tamen fuit ei cura de ouibus, bono pastori in cœlo sedenti eas commendando, & vilitati eorum se, per fugam, præseruando. Quando vero quæritur totus grex, tunc debet preponere vtilitatem & salutem gregis, saluti corporis sui. Nota autem, quòd est quædam fuga humilitatis, quando quis fugit honores, sicut Christus fugit. Ioann. 6. Cum vidisset, quòd vellent eum eligere in regem, fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domi 1. Regum 10. Quædam vero fuga est cautelæ, quando scilicet, fugit pericula, vt præseruetur ad maiora. Sic Helias fugit propter Iezabel 3. Regum 16. Et sic Apostolus hic fugit manus præpositi.

LECTIO PRIMA.

POSITA sua commendatione quantum ad mala perpessa, hic consequenter Apostolus commendans se, ostendit præeminentiam suæ dignitatis, quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio, fuit de infirmitatibus, ista vero est de bonis eius. Vnde circa hoc duo facit. Primo, commendat se de bonis susceptis diuinitus. Secundo, excusat se de hac commendatione, ꝙ hoc fecerit quasi coactus, ibi; *Factus sum insipiens &c.* Circa primum duo facit. Primo, extollit magnitudinem eorũ, quæ sunt sibi collata a Deo. Secundo, manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum, contra periculum superbiæ, ibi; *Et ne magnitudo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit bonum sibi diuinitus collatũ. Secundo, ostendit quomodo se habuit in gloriãdo de huiusmodi bono, ibi; *Pro huiusmodi &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit ꝙ hoc sit sibi collatũ diuinitus in generali. Secundo vero, in speciali, ibi; *Scio hominem &c.* Bonum autem Apostolo collatum diuinitus, sunt reuelationes sibi diuinitus factæ, & de istis vult hic gloriari. Vnde dicit; *Si gloriari oportet*, I idest, quia gloriari oportet propter vos, tamen secundum se non expedit: quia qui gloriatur de bono recepto, incidit in periculum amittendi, quod habet Eccle. 43. Aperti sunt thesauri, s. vîrtutum per gloriationem inanem, & euanuerunt nebulæ sicut aues. Et hoc significatur in Ezechia. Esa. 39. quando ostendit thesauros domus Domini nuntiis regis Babylonis. Et licet simpliciter non expediat gloriari, tamen aliquando propter aliquã specialem causam potest homo gloriari, sicut expremissis manifestum est. Et ideo dicit, Quia gloriari oportet: ideo dimissis commendationibus de infirmitatibus; *Veniam* commendando me; *Ad visiones & reuelationes Domini*. Vbi notandum est, quòd differentia est inter visionem & reuelationem. Nam reuelatio includit visionem, & non econuerso. Nam aliquando videntur aliqua, quorum intellectus & significatio est occulta videnti, & tunc è visio solũ. Sicut fuit visio Pharaonis & Nabuchodonosor Daniel. 2. & Gen. 41. Sed quando cum visione habetur significatio intellectus eorum, quæ videntur, tunc est reuelatio. K Vnde quantum ad Pharaonem & Nabuchodonosor, visio de Spicis & de Statua, fuit solum visio: sed quãtum ad Ioseph & Danielẽ, qui significationem visorum habuerunt, fuit reuelatio & prophetia. Vtrunque tamen, s. visio & reuelatio quandoq; quidem fit a Deo. Danie. 2. Est Deus in cælo reuelans mysteria. Oseæ 12. Ego visiones multiplicaui eis. Psa. 118. Reuela oculos meos &c. Quandoq; vero a malo spiritu. Hie. 23. Prophetæ prophetabant in Baal. Apostolo aũt, facta est & visio & reuelatio, quia secreta quæ vidit plene intellexit a Dño, nõ a malo spiritu. Vnde dicit. Veniam autem ad visiones, & reuelationes Dñi. Est autem reuelatio, amotio velaminis. Potest autem esse duplex velamen. Vnũ, ex parte videntis, & hoc est infidelitas, vel peccatum, vel duritia cordis, & de hoc supra tertio. Vsque in hodiernum diem velamen &c. Aliud, ex parte rei visæ quando, scilicet res spirituales proponitur alicui sub figuris rerum sensibiliũ, & de hoc dicitur Numer. 4. Quod sacerdotes tradebant Leuitis vasa sanctuarii, velata, quia scilicet debiliores, non possunt spiritualia capere, secũdum ꝙ in seipsis sunt. Et ideo Dominus loquebatur turbis in parabolis. Matt. 13. Consequenter visiones & reuelationes huiusmodi, manifestat Apostolus in speciali, loquens de se tãquam de alio. Vnde dicit; *Scio hominem in Christo &c.* Et ponit duas visiones. Prima, incipit hic. Secunda vero, incipit, ibi; *Et scio huiusmodi hominem in Christo &c.*

Circa primam autẽ visionem, vtitur Apostolus quadam distinctione. Dicit enim, se circa huiusmodi reuelationem scire quædam, & quædam nescire. Dicit autem se scire certe, scilicet videntis cõditionem. Vnde; *Scio hominem in Christo.* Visionis tempus, quia; *Ante annos quatuordecim*, & visionis fastigium, quia; *Raptus vsque ad tertium cælum.* Dicit autem se nescire videntis dispositionem, quia; *Siue in corpore, siue extra corpus, nescio.* Videamus ergo ea, quæ sciuit, vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus. Et primo, videntis conditionem, quæ est laudabilis, quia in Christo, idest conformẽ Christo. Sed contra. In Christo nullus est, nisi qui habet charitatem, quia. 1. Ioan. 4. dicit. Qui manet in charitate, in Deo manet. Ergo sciuit se habere charitatem, quod est contra illud, Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit &c. Respondeo, quòd esse in Christo potest intelligi dupliciter. Vno modo, per fidem & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli Galat. 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis, scilicet per fidem & fidei sacramentum. Et hoc modo, sciuit se Apostolus in Christo esse. Alio modo, dicitur aliquis esse in Christo per charitatem, & hoc modo nullus scit se esse in Christo certitudinaliter, nisi per quædam experimenta & signa, inquantum sentit se dispositum & coniunctum in Christo: ita quòd nullo modo etiã propter mortem permitteret se separari ab eo. Et hoc de se experH tus erat Apostolus, cum dicebat. Rom. 8. Certus enim sum, quòd neq; mors, neq; vita &c. separabit nos a charitate. Vnde potuit habere hũiusmodi signa, quod esset in charitate Christi. Secundo, visionis tempus, quod fuit conueniens, quia; *Ante annos quatuordecim*, quia quatuordecim anni transacti erant ab eo tempore quo viderat visionem, vsque ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit, nondum Apostolus erat positus in carcerẽ. Et sic videtur, quòd fuit circa principium imperii Neronis, a quo post multum tẽpus occisus fuit. Vnde si cõputemus annos descendentes a principio imperii Neronis, vsq; ad quatuordecim annos, manifeste apparet, quòd Apostolus habuit has visiones in principio suæ cõuersionis. Ipse enim conuersus fuit ad Christum, anno quo Christus passus est. Christus autem passus est, circa finem Tyberii Cæsaris, quo mortuo successit ei Gaius imperator, qui vixit quatuor annis, post quem, Nero factus est imperator. Et sic inter Tyberium, & Neronem, fluxerunt quatuor anni. Et sic additis duobus annis de tempore Tyberii, quia nondum mortuus erat quando Paulus fuit conuersus, & octo de tempore Neronis, quod fluxerat vsq; ad tempus quando scripsit hanc epistolam, relinquitur quòd a tempore suæ conuersionis, vsq; ad tempus quo hanc epistolam scripsit, fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt, satis probabiliter, quòd Apostolus has visiones habuit in illo triduo, quo post prostrationem suam a Domino stetit, neq; videns, neq; manducans, neq; bibens. Actuum. 9. Commemorat autem tempus suæ cõuersionis Apostolus, ut ostendat, quòd si a tempore suæ conuersionis tãtum erat gratus Christo, ut talia sibi ostenderet; quanto magis post quatuordecim annos, cum profecerit, & in authoritate apud Deum, & in virtutibus & gratia? Tertio, videamus fastigium visionis, quod quidem est excellens, quia raptus vsq; ad tertium cælum. Sed sciendum, quòd aliud est furari, & aliud rapi. Furari quidem proprie est, cũ res alicui latenter aufertur. Vnde Gen. 41. dicebat Ioseph. Furtim sublatus sum. Sed rapi proprie dicitur, quod subito & per violentiam aufertur. Iob. 6. Sicut torrens raptim, idest subito, & rapide transit in conualibus. Inde est, quòd prædones, qui violenter expoliant, dicuntur raptores. Sed attẽde, quòd aliquis homo dicitur rapi ab hominibus, sicut Enoch. Sapien. 4. Raptus est ne malitia &c. Aliquãdo rapit anima a corpore. Luc. 12. Stulte hac nocte animam tuam &c. Aliquando aliquis dicitur rapi a se ipso, quando propter aliquid homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem, quod extasis. Sed & extra seipsum efficitur homo, & per appetitiuam virtutem & cognitiuam. Per appetitiuam enim virtutem, homo est solum in seipso, quando curat quæ sunt sua tantum. Efficitur vero extra seipsum, quando non curat, quæ sunt sua, sed quæ peruenium ad bona aliorum, & hoc facit charitas. 1. Corinthi 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Et de hac extasi dicit Diony. 4. cap. de diuinis nominibus. Est autem extasim faciens diuinus amor non

nõ sinens amatorẽ suiipsius esse, sed amatorũ. s. rerũ amatarũ. Secũdum cognitiuam vero, aliquis efficitur extra se, quando aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum, & de isto raptu loquitur hic Apostolus. Sed sciendum, quòd modus naturalis humanæ cognitionis est, vt cognoscat simul per vim mentalem, quæ est intellectus, & corporalem, quæ est sensus. Et inde est, quòd homo non habet in cognoscendo liberum iudicium intellectus, nisi quando sensus fuerint in suo vigore bene dispositi, absque aliquo ligationis impedimento, alias cum impediuntur, etiam iudicium intellectus impeditur, sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se secundum cognitiuam, quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis, quæ est, vt intellectus ab vsu sensuũ & sensibilium rerum abstractus ad aliqua videnda moueatur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per defectum virtutis, vndecunque talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis & aliis mente captis, & hæc quidem abstractio a sensibus, non est eleuatio hominis, sed potius depressio, quia virtus eorum debilitatur. Alio vero modo, per virtutem diuinam, & tunc proprie dicitur eleuatio: quia cum agens assimilet sibi patiens, abstractio quæ fit virtute diuina, & est supra hominem, est aliquid altius, quàm sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus, diffinitur sic. Raptus est ab eo, quod est secundum naturam in id, quod est supra naturam, in vi superioris naturæ eleuatio. In qua quidem definitione tangitur eius genus, dum dicitur, eleuatio. Causa efficiens, quia vi superioris naturæ. Et duo termini motus, scilicet a quo, & in quem, cum dicitur ab eo, quòd est secundum naturam in id, quod est supra natuarm. Sic, ergo patet de raptu. Sequitur de termino raptus, scilicet ad quem, cum dicitur; *Vsque in tertium* C *cælum*. Notandum est autem, quòd tertium cœlum tripliciter accipitur. Vno modo secundum ea, quæ sunt infra animam. Alio modo, secundum ea quæ sunt in anima. Tertio modo, secundum ea, quæ sunt supra animam. Infra animam sunt omnia corpora, vt dicit August. in lib. de vera religione. Et sic possumus accipere triplex cœlum corporeum, scilicet aereum, sydereum & empyreum. Et hoc modo dicitur, quòd Apostolus erat raptus vsque ad tertium cœlum, idest vsque ad videndum ea, quæ sunt in cęlo empyreo, non vt existeret ibi, quia sic, sciret si fuisset siue in corpore, siue extra corpus. Vel secundum Damascenum, qui non ponit cœlum Empyreum, possumus dicere, quòd tertium cœlum ad quod raptus est Apostolus, est supra octauam spheram: vt scilicet euidenter videret ea, quæ sunt supra totam naturam corporalem. Si autem accipiamus cœlum secundum ea, quæ sunt in ipsa anima, sic cœlum debemus dicere aliquam altitudinem cognitionis, quæ excedit naturalem D cognitionem humanam. Est autem triplex visio, scilicet corporalis per quam videmus & cognoscimus corpora spiritualia: siue imaginaria, qua videmus similitudines corporum: & intellectualis, qua cognoscimus naturas rerum in seipsis. Nam proprie obiectum intellectus est, quod quid est. Huiusmodi autem visiones si fiant secundum naturalem modum, puta, si video aliquid sensibile, si imaginor aliquid prius visum, si intelligo per phantasmata nõ possunt dici cœlum. Sed tunc quælibet istorum dicitur cœlum, quando est supra naturalem facultatem humanæ cognitionis. puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem naturæ, sic es raptus ad primum cœlum. Sicut Balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete, vt dicitur Daniel 5. Si vero eleueris per imaginationem, vel per spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendũ, sic es raptus ad secundum cœlum. Sic raptus fuit Petrus quando vidit lintheum immissum de cœlo, vt dicitur Act. 10. Sed si aliquis videret ipsa E intelligibilia & naturas ipsorũ non per sensibilia, nec per phantasmata, sic esset raptus vsque ad tertium cœlum. Sed sciendum est, quòd rapi ad primum cœlum est alienari a sensibus corporalibus. Vnde cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis, manifestum est quòd nullus potest dici simpliciter raptus in primum cœlum, sed secundum quid, inquantum contingit aliquando aliquem sic esse intentum ad vnum sensum, ꝙ abstrahitur ab actu aliorum. Rapi ad secundum cœlũ est, quando aliquis alienatur a sensu ad videndum quædam imaginabilia, vnde tales semper consueuerunt fieri in extasi. Et ideo Act. 10. quando Petrus vidit lintheum, dicitur quòd factus fuit in extasi. Paulus vero dicitur raptus ad tertium cœlum, quia sic fuit alienatus a sensibus, & sublimatus ab omnibus corporalibus, vt videret intelligibilia nuda & pura eo modo, quo vident angeli & anima separata: & quod plus est, etiã ipsum Deum per essentiam, vt Augu. expresse dicit 12. super Gen. ad literam, & in Glo. & ad Paulinam in lib. de videndo Deum. Nec etiam

A est ꝓbabile, vt Moyses minister veteris testaméti ad Iudæos viderit Deum, & minister noui testamenti ad Gentes & doctor Gentium, hoc dono fuerit priuatus. Vnde dicit ipse supra 3. Si ministratio damnationis fuit in gloria &c. De Moyse autem quòd viderit Deum per essentiam, patet. Nam ipse a Domino petiuit. Exod. 33. Ostẽde mihi faciem tuam. Et licet tunc negatum fuerit sibi, non tamen dicitur,

ptũ huiusmodi vsque ad tertium cœlum.

quòd Dominus finaliter negauerit ei. Vnde dicit Augu. quòd concessum fuit ei, per hoc quod dicitur Numeri 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini &c. At verò non tãlis seruus meus Moyses &c. palam enim & non per enigmata vidit Deũ. Sed numquid fieri potuisset Paulo ut non raptus videret Deũ? Dicendum, quòd non. Nam impossibile est, quòd Deus videãtur in vita ista ab homine nõ alienato a sensibus, quia nulla imago nullum phantasma est sufficiens medium ad Dei essentiam ostendendam, ideo oportet, quòd abstrahatur, & alienetur a sensibus. Tertio modo, accipiendo cœlum secundum ea, quæ sunt supra animã, & sic triplex cœlum est triplex hierarchia angelorum. & secundum hoc Apostolus; *Raptus fuit usque ad tertium cælum*, idest ad hoc, vt videret essentiam Dei, ita clare sicut videnteum angeli superioris & primæ hierarchiæ, qui sic videnr Deum, quòd immediate in ipso Deo recipiunt illuminationes, & cognoscunt diuina mysteria. Et sic vidit Paulus. Si ergo, sic vidit Dei essentiam, sicut angeli superioris hierarchiæ, ergo bene videtur, quòd Apostolus fuerit beatus & per consequens fuerit immortalis. Respondeo, quòd licet viderit Deum per essentiam, non tamen fuit beatus simpliciter, sed solum secundum quid. Sciendum est autem, ꝙ visio Dei per essentiam fit per lumen aliquod, scilicet per lumen gloriæ de quo dicitur in Ps. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed aliquod lumen communicatur alicui per modum passionis, alicui vero per modum formæ inhærentis, sicut lumen solis inuenitur in carbunculo & in stellis, vt forma inhærens, idest connaturalis effecta, sed in aere inuenitur vt forma transiens, & non permanens, quia transit ab eunte sole. Similiter & lumen gloriæ dupliciter menti infunditur. Vno modo per modum formæ connaturalis factæ & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam. Et hoc modo, infunditur beatis in patria, & ideo dicuntur comprehensores, & vt ita dicam, visores. Alio modo contingit lumen gloriæ in mentem humanam, sicut quædam passio transiens, & sic mens Pauli fuit in raptu, lumine gloriæ illustrata, vnde etiam ipsum nomen, raptus ostendit, transeundo hoc esse factum: & ideo nõ fuit simpliciter glorificatus, nec habuit dotem gloriæ, cum illa claritas non fuerit effecta proprietas. Et propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus, nec in hoc statu perpetuo permansit. Vnde, solum actum beati habuit in ipso raptu, sed non fuit beatus. Sic per hoc patet quid Apostolus sciuit in suo raptu, scilicet videntis conditionem, visionis tempus, & visionis fastigium. Sequitur quid nesciuit, scilicet, vtrum esset in corpore, vel extra corpus, quòd tamen dicit Deum scire. Vnde dicit; *Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit*: quod quidam intelligere voluerunt, vt raptus, referatur ad corpus dicentes Apostolum dixisse se nescire, non quidem an anima esset coniuncta corpori, in illo raptu an non, sed esset raptus secundum animam & corpus simul, vt simul corporaliter portaretur in cœlum, sicut Abachuc portatus fuit. Dan. vltimo. An secundum animam tantum esset in visionibus Dei, vt dicitur Ezec. 8. In visione adduxit me in terram Israel. Et iste fuit intellectus cuiusdam Iudæi, quem exprimit Hieronymus in prologo super Danielem, vbi dicit. Denique & Apostolum nostrum, dicit non fuisse ausum affirmare se raptũ in corpore, sed dixisse siue in corpore &c. Sed hũc intellectũ Aug. maxime improbat secundo super Gene. ad literã, quia nõ cõueniunt cum aliis verbis Apostoli. Apostolus. n. dicit se raptum vsq; in tertiũ cœlum. Vnde sciuit pro certo illud fuisse verum cœlum. Sciuit ergo an illud cœlum esset corporeum an incorporeum, idest res incorporea. Sed si fuit incorporeum sciuit quòd corporaliter ibi rapi non potuit, quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat, sciuit ꝙ non fuit ibi anima sine corpore: quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco vbi nõ est corpus, nisi cœlum incorporeũ dicatur similitudo cœli corporei. Sed si sic, Apostolus non dixisset se scire, quòd esset; *Raptus in tertium cœlum*, idest in similitudinem cœli, quia pari ratione dicere potuisset, quòd fuisset raptus in corpore, idest in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum August. quòd diuinam essentiam nullus in hac vita positus, & in hac mortali vita viuens, videre pot. Vnde dicit Dominus Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet, idest non videbit me homo, nisi totaliter separetur a corpore, ita scilicet, ꝙ anima eius non insit corpori, vt forma, vel si inest ut forma,

ma, tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et ideo dicendum est, quòd hoc, quòd apostolus dicit se nescire, vtrum scilicet, in illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore. Vnde dicit; *Siue extra corpus* vel vtrum anima eius extiterit in corpore, vt forma, tamen mēs eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Vnde dicit; *Siue in corpore*. Et hoc etiam alii concedūt.

LECTIO II.

POsito primo raptu, ponit consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo, ponitur raptus. Secundo, raptus excellentia, ibi; *Audiuit arcana &c.* Sed notandum; quòd Glo. dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur, bis legitur aliquid de Apostolo, ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legitur de eo, quòd stetit tribus diebus non videns, & nihil manducans neque bibens, & ad hoc potest referri primus raptus, vt scilicet tunc fuerit raptus vsque ad tertium cœlum. Sed Act. 22. legitur, quòd factus est in templo in stupore mentis, & ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile: quia quando in stupore mentis factus fuit, missus iam fuerat in carcerem Apostolus, sed hanc epistolam scripsit Apostolus diu ante, vnde prius scripta fuit hæc epistola, quàm Apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est, quòd differt iste raptus a primo quantum ad id, quòd raptus est. Nam in primo, raptus est in tertium cęlum. In secundo vero, in paradisum Dei. Si vero aliquis tertiū cœlum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem cęlorum superius positam, vel si fuerit visio imaginaria, posset similiter dicere paradisum corporalem, vt diceretur, quòd fuerit raptus in paradisum terrestrem: sed hoc est contra intentionem Augustini, secundum quem dicimus, quòd fuit raptus in tertium cęlum, idest visionem intelligibilium, secundum quod in seipsis & in propriis naturis videntur vt supra dictum est. Vnde secundum hoc, oportet non aliud intelligere per cœlum, & aliud per paradisum, sed vnum & idem per vtrunque, scilicet gloriam sanctorum, sed secundum aliud & aliud. Cœlum enim dicit altitudinem quandam cum claritate, paradisus vero quandam iucundam suauitatem. In sanctis autem beatis & Angelis Deum videntibus, sunt excellenter hæc duo, quia est in eis excellentissima claritas, qua Deum videnr: & summa suauitas, qua Deo fruuntur. Et ideo dicuntur esse in cœlo quantum ad claritatem, & in paradiso quantum ad suauitatem. Esa. 66. Videbitis & gaudebitis &c. Fuit ergo vtrunq; collatum Apostolo, vt scilicet sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis, & hoc significat, cum dicit. Ad tertium cœlum, & vt sentiret suauitatem diuinæ dulcedinis, vnde dicit in paradisum. Psal. 30. Magna multitudo dulcedinis tuæ &c. Apoc. 2. Vincēti dabo manna absconditum &c. Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione, de qua Matt. 25. dr, Intra in gaudium Dñi tui. Sic ergo patet terminus, raptus: quia; *In paradisum*, i. in eam dulcedinem, qua indeficienter reficiūtur illi, qui sunt in cœlesti Hierusalem. Sequitur consequenter, ipsius raptus excellentia, quia; *Audiuit arcana, quæ non licet homini loqui*. Et hoc potest dupliciter exponi. Vno modo, vt ly homini, construatur, cum licet, & loqui, & sensus est; *Audiuit arcana verba*, idest percepit intima cognitione de secreta Dei essentia quasi per verba, quæ scilicet verba non est licitum, vt homini dicantur. Alio modo, vt ly; *Homini*, construatur solum, cum; non licet, & tunc est sensus; *Audiuit verba &c.* quæ verba; *Non licet homini loqui*; homini scilicet imperfecto. Sciendum autem, quòd secundum Augustinum Paulus est raptus ad videndum diuinam essentiam, quæ quidē non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Vnde manifestū est, quòd illud quod Paulus vidit de essentia diuina, nulla lingua humana potest dici: alias Deus non esset incomprehensibilis. Et ideo secundum primam expositionem dicendum est, audiuit, idest consideraut arcana verba, idest magnificentiam diuinitatis, quam nullus homo potest loqui: dicit autem, audiuit pro vidit, quia illa consideratio, fuit secundum interiorem actum animæ, in quo idem est auditus & visus, secundum quod dicitur Nume. 12. Ore ad os loquitur ei & palam &c. dr autem illa cōsideratio visio; inquātum Deus videtur in hoc, & locutio, inquantum homo in ipsa instruitur de diuinis. Et quia huiusmodi spiritualia non sunt pandenda simplicibus & imperfectis, sed perfectis, secundum quod dicitur 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: ideo secundo modo, exponit, cp secreta, quæ ibi audiuit, non licet mihi loqui homini, idest imperfectis, sed

F spiritualibus inter quos loquimur sapientiam. Prouer. 25. Gloria Dei est celare verbum, idest hoc ipsum, quod necesse est celare magnalia Dei, pertinet ad Gloriam Dei. Psalmus secundum translationem Hierony. Tibi silet laus Deus, idest, quòd in cōprehensibilis est verbis nostris. Deinde cum dicit; *Pro huiusmodi gloriabor &c.* Ostendit, quomodo se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit se non gloriari de huiusmodi reuelationibus. Secundo, insinuat se habere aliquid prēter illud vnde gloriari possit, ibi

non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me aūt nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nā & si voluero gloriari nō ero insipiēs. veritatē. n. dicam. Parco aūt ne qs me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

G *Nam & si uoluero &c.* Tertio, assignat causam, quare non gloriatur de omnibus, ibi, *Parco autem ne quis &c.* Circa primum sciendum est, quòd hoc quod dicit, Pro huiusmodi autem gloriabor &c. potest dupliciter legi. Vno modo, vt Apostolus ostendat se esse ipsum pro quo gloriatur, vt scilicet ipse sit, qui vidit has visiones. Alio modo, vt ostendat, quòd alius sit, qui vidit has visiones. Sciendum est enim, quòd in homine duo possunt considerari, scilicet donum Dei, & humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono Dei, vt a Deo accepto illa est bona gloria: quia sic in Domino gloriatur, vt dictum est supra 10. Sed si gloriatur de illo dono sicut a se habito, tunc mala est gloriatio huiusmodi 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dicit ergo Apostolus, secundum hoc; *Pro huiusmodi*, scilicet visionibus & donis Dei mihi collatis; *Gloriabor* Pro me autem non, idest nō gloriabor inde quasi a me acceperim, quia a Deo habui.

H Sed si pro me oportet gloriari, nihil gloriabor; *Nisi in infirmitatibus meis*, idest non habeo vnde possim gloriari, nisi de infirma conditione mea. Si autem exponatur, vt ostendat alium esse, qui vidit, & si ipse sit, tunc est sensus, vt quasi loquatur de quodam alio, dicens; *Pro huiusmodi gloriabor*, idest pro illo homine, qui hoc vidit, & qui hæc dona recepit, gloriabor; *Sed pro me*, quasi velim manifestare me esse talem; *Nihil* gloriabor; *Nisi in infirmitatibus meis*, idest de tribulationibus, quas patior. Sed quia isti possent sibi dicere, O Apostole non est mirum si nō gloriaris, quia non habes vnde glorieris: ideo Apostolus ostendit, quòd etiā prēter illas visiones habet aliquid, vnde possit gloriari, dicens, Licet pro huiusmodi homine glorier, & non pro me, tamen etiam bene pro me possum gloriari, nam si voluero gloriari &c. vel pro huiusmodi tribulationibus, vel pro alis mihi a Deo collatis, vel etiam pro infirmitatibus, non ero insipiens, idest non insipienter agam. Et quare? veritatem enim dicam de aliis, de quibus prēter dictas visiones gloriari possum. Dicit autem; *Non ero insipiens*. quia gloriabatur de his, quæ habebat. Quando enim gloriatur quis de his, quæ non habet, stulte gloriatur. Apoc. 3. Dicis quia diues sum, & nullius egeo & nescis &c. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti, vt ex prædictis est manifestum. Consequenter autem cum dicit; *Parco autem &c.* Ostendit rationem, quare non gloriatur de omnibus si potest gloriari: quæ quidem ratio est, vt eis parcat. Vnde dicit; *Parco autem &c.* Quasi dicat. Possem de pluribus aliis gloriari, sed parco, idest parce glorior, vel parco vobis commendando me, nolens esse onerosus vobis. Nam talia mihi Deus concessit, quæ si sciretis, reputaretis me multo maiorem, & hæc sunt dona gratuita multa, quæ habebat Apostolus. Ex quibus homines huius mundi consueuerunt plus cōmendare homines & maiores eos reputare quàm ex gratum facientibus. Et ideo dicit, Nolo ex gratuitis commendari. Et ideo; *Parco*, idest non glorior. Et quare? *Nequis existimet me* commendare, vel gloriari; *Supra id quod uidet &c.* Vel aliter. homo dupliciter cognoscitur, per conuersationem, & doctrinam suam. Apostolus autem nolebat aliqua de se dicere, licet posset, quæ excedebant, & vitam, & doctrinam suam. Et ideo parco autem ne quis existimet me esse supra id, quod videt de conuersatione mea exteriori; *Aut audit aliquid ex me*, idest ex doctrina prædicationis & exhortationis & instructionis meæ: quia forte crederent eum esse, vel immortalem, vel angelum. Prouerb. 11. Vir prudens tacebit. Prouerb. 29. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt &c. Vel dicit; *Parco autem &c.* Pro detractoribus scilicet Pseudo, qui dicebant eum gloriari ex elatione, & non ex causa, neque de his, quæ in ipso erant. Et ideo dicit, parco autem, idest parce glorior, ne quis Pseudo existimet me excedere elationis spiritu, supra id, idest in aliquid quod videt in me, vel audit ex me, idest supra posse meritorium. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meum &c. Eccle. 3. Quanto magnus es &c.

LEC-

LECTIO TERTIA.

HIC agit de remedio adhibito contra superbiam. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit remedium adhibitum. Secundo, manifestat suam orationem de remedio remouendo, ibi; *Propter quod ter Dominum &c.* Tertio, insinuat Domini responsionem assignātis rationē de adhibito remedio, ibi; *Et dixit mihi Dominus &c.* Circa primum sciēdum est, quòd plerunque sapiens medicus procurat, & permittit superuenire infirmo minorem morbum, vt maiorem curet, vel vitet, sicut vt curet spasmum, procurat febrem: hoc euidenter in se beatus Apostolus a medico animarum Domino nostro Iesu Christo factum ostendit. Christus enim, velut medicus animarum summus, ad curandum graues animæ morbos permittit plurimos electos suos, & magnos, in morbis corporum grauiter affligi, & quod plus est, ad curandum maiora crimina, permittit incidere in minora, etiam mortalia. Inter omnia vero peccata, grauius peccatū est superbia. Nam sicut charitas est radix & initium virtutum, sic superbia est radix & initium omnium vitiorum. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. quod sic patet: Charitas enim ideo dicitur radix omnium virtutum, quia coniungit Deo, qui est vltimus finis. Vnde, sicut finis est principium omnium operabilium, ita charitas est principium oīum virtutū. Superbia autem auertit a Deo. Superbia enim est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. Si enim aliquis appetit aliquam excellētiam sub Deo, si moderate quidem appetit, & propter bonum, sustineri potest. Si vero non debito ordine, potest quidem alia vitia incurrere, scilicet ambitionis, auaritiæ, seu inanis gloriæ, & huiusmodi: tamen non est proprie superbia, nisi quando quis appetit excellentiam non ordinando illam ad Deum. Et ideo superbia proprie dicta, separat a Deo, & est radix omnium vitiorum: & pessimum omnium, propter quod Deus resistit superbis: vt dicitur. Iac. 4. Quia ergo in bonis est maxime materia huius vitii, scilicet superbiæ, quia eius materia est bonum, permittit aliquando electos suos impediri ex aliqua sui parte, vt per infirmitatem, vel per aliquēm defectū, & aliquādo etiā per peccatū mortale ab huiusmodi bono, vt sic ex hac parte humilienē, cp ex illa non superbiant, & homo sic humiliatus recognoscat se suis viribus stare non posse. Vnde dicitur Roma. 8. Diligentibus Deū oīa &c. nō quidē ex eorū peccato, sed ex ordinatione Dei. Quia igitur Apostolus magnā habebat superbiendi materiā, & quantum ad specialē electionē, qua a Domino electus est. Act. 9. Vas electionis est &c. Et quantū ad secretorum Dei cognitionem, quia hic dicit se raptū in tertiū cœlū, & in paradisum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, & quantū ad malorū perpessionē, quia supra. 11. In carceribus plurimis, in infirmitatibus, ter virgis cæsus sum &c. Et quantum ad virginalem integritatem: quia volo omnes esse sicut & ego. 1. Cor. 7. Et quantum ad bonorum operationem, quia supra, plus omnibus laboraui. Et specialiter quantum ad maximam scientiam qua emicuit, quæ specialiter inflat: ideo Dominus adhibuit ei remedium, ne in superbia extolleretur. Et hoc est, quod dicit; *Et ne magnitudo* reuelationis mihi factæ; *Extollat me* in superbiam. Ecclesi. 6. Non te extollas in cogitatione aīæ tuæ velut taurus &c. Psal. 87. Exaltatus autē humiliatus &c. Et dicit, vt ostendat sibi factas fore reuelationes prædictas; *Datus est mihi*, idest ad meam vtilitatē & humiliationem. Iob. 30. Eleuasti me, & quasi super ventum pones &c. Datus est, inquam, mihi; *Stimulus*, crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima sanetur, quia ad literam dicitur, quòd fuit vehementer afflictus dolore yliaco. Vel; *Stimulus carnis meæ*, idest concupiscentiæ surgentis ex carne mea, a qua multum infestabatur. Rom. 7. Non enim, quod volo &c. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei &c. Vnde. August. dicit, quòd inerant ei motus concupiscentiæ: quos tamen diuina gratia refrenabat. Iste, inquam, stimulus est; *Angelus sathanæ*, idest angelus malignus. Est autem angelus a Deo missus seu permissus, sed sathanæ: quia sathanæ intentio est, vt subuertat: Dei vero, vt humiliet & probatum reddat. Timeat peccator si Apostolus & vas electionis securus non erat. De remotione autem huius stimuli remouendi, solicitus erat Apostolus. unde propter hoc orabat. Et hoc est, quod subdit; *Propter quod, ter &c.* Vbi sciendum est, cp infirmus nesciens processum medici apponētis mordax emplastrū, rogat medicū, vt remoueat, quod tamen sciens medicus causam quare faciat, scilicet propter sanitatem, non exaudit eum, quantum ad voluntatem petentis, magis curans de eius vtilitate. Sic Apostolus sentiens stimulum sibi grauem esse, ad singularis medici confugit auxilium, vt eum remoueat. Ter enim expresse & deuote rogauit, vt Deus tolleret ab eo, scilicet stimulum. 2. Para. 20. Cū ignoremus quid agere debeam? &c. Forte pluries hoc petiit, sed expresse & instanter ter eum petiit, vel ter, idest multoties. Ternarius enim est numerus perfectus. Et vere ipse rogandus est, quia ipse vulnerat;

A

B

C

D

E

mea. Nam virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus in angustijs pro Christo. Cū enim infirmor, tunc potens sum.

LECTIO III.

ET ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dominum rogaui, vt discederet a me & dixit mihi, Sufficit tibi gratia

& medet. Iob. 5. & Luc. 22. Orate ne intretis in tentationē &c. Sequitur responsio Domini; *Et dixit mihi Dominus &c.* Vbi duo facit. Primo, ponit Domini responsionem. Secundo, responsionis rationem assignat, ibi; *Nam virtus &c.* Dicit ergo, Ego rogaui, sed Dominus dixit mihi; *Sufficit tibi &c.* Quasi dicat. Non est tibi necessarium, quòd infirmitas corporis recedat a te, quia non est periculosa: quia non duceris ad impatientiam, cum gratia mea confortet te: nec infirmitas concupiscentiæ, quia non protrahet te ad peccatum, quia gratia mea proteget te. Rom. 3. Iustificati gratis &c. Et vere sufficit gratia Dei ad mala vitanda, ad bona facienda, & ad vitam consequendā æternam. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum &c. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed contra. Ioā. 15. Quicquid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis &c. Aut ergo Paulus discrete petiuit, & tunc debuit exaudiri: aut indiscrete, & tunc peccauit. Respondeo Dicendum est, cp de vna & eadē re potest homo dupliciter loqui. Vno modo, secūdū se & natura illius rei. Alio modo, secundū ordinē ad aliud. Et sic contingit, cp illud quod est malum secundum se, est vitandum: secundum ordinem ad aliud est appetendum: sicut potio inquantum secundum se est amara, est vitanda: tamen qui cōsiderat eam secundum ordinem ad sanitatem, appetit eam. Ergo & stimulus carnis secundū se est vitandus vt affligens: inquantum vero est via ad virtutem & exercitium virtutis, est appetendus. Apost. autē quia nondum reuelatum ei erat illud secretum diuinæ prouidentiæ, vt ad vtilitatem suam cederet: considerabat sibi malum quantum in se est, & ideo petierat suam amotionem, nec in eo peccauit: sed Deus, qui ordinauerat hoc ad bonum humilitatis suæ, non exaudiuit eum quantum ad eius volūtatē: quod tamen sciens postmodum Apost. gloriabatur cum diceret, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Et licet non exaudierit eum quantum ad voluntatem, exaudiuit tamē eum, & exaudit sanctos suos quantum ad eius vtilitatem. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, Bonus Dominus, qui sæpe non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Rationem autem suæ responsionis, subdit consequenter, cum dicit; *Nam virtus &c.* Mirus modus loquendi; *Virtus in infirmitate perficitur.* Ignis in aqua crescit. Intelligi vero potest hoc, quod dicitur, Virtus perficitur in infirmitate dupliciter, scilicet, materialiter, & occasionaliter. Si accipiatur materialiter, tunc est sensus, Virtus in infirmitate perficitur, idest infirmitas est materia exercendæ virtutis. Et primo humilitatis, vt supra dictum est. Secundo, patientiæ. Iac. 1. Tribulatio patientiam operatur. Tertio temperantiæ: quia ex infirmitate debilitatur fomes, & temperatus efficitur quis. Si vero accipiatur occasionaliter, tunc virtus in infirmitate perficitur, idest occasio peruenienti ad perfectam virtutem: quia homo sciens se infirmum, magis solicitatur ad resistendum, & ex hoc, quòd magis resistit & pugnat, efficitur exercitatior, & per consequens fortior. Et ideo Leu. legitur & Iudic. 3. Quòd Dominus noluit destruere omnes habitatores terræ: sed aliquos reseruauit, ut scilicet, filii Israel exercitarentur pugnando cum eis. Sic etiam Scipio nolebat destructionem ciuitatis Carthaginensis, ut scilicet, dum Romani haberent hostes exterius, non sentirent hostes interiores, contra quos durius bellum est, quàm contra exteriores, ut ipse dicebat. Consequenter, ponit Apostolus effectum huius responsionis Dominicæ, dicens; *Libenter gloriabor &c.* Ponit autem duplicem effectum. Vnus est gloriationis. Vnde dicit, Quia uirtus mea perficitur in infirmitatibus, igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis, idest mihi ad utilitatem meam datis. Et hoc, quia magis coniungitur Christo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce &c. Galat. ultimo Ecclesi. 10. Qui in paupertate gloriatur &c. Et ratio, quòd libenter gloriabor; *Vt habitet in me uirtus Christi*, ut scilicet, per infirmitates inhabitet & consumetur in me gratia Chri

sti Esai. 40. Qui dat lapso virtutem &c. Alius effectus est gaudii. Vnde dicit, Propter quod compláceo &c. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit huiusmodi effectum. Secundo huius effectus rationem assignat, ibi; *Cum enim infirmor &c.* Ponit autem effectum gaudii & materiam gaudii. Dicit ergo, proprer quod, quia virtus Christi habitat in me in infirmitatibus & in tribulationibus omnibus, & ideo complaceo mihi, idest multum delector & gaudeo dictis infirmitatibus meis. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres &c.

LECTIO IIII.

Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim a uobis debui cõmendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamẽ Apostolatus mei facta sunt sup vos, in omni patiẽtia, in signis & prodigijs & virtutibus. Quid est enim, quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quòd ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.

Defectus autem, in quibus propter gratiam Christi abundanter delectatur, enumerat. Et primo illos: qui sunt a causa interiori & huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit; *In infirmitatibus.* Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, scilicet, ad gratiam. Secundo illos, qui sunt a causa exteriori. Et hos quidem quantum ad verbum, cũ dicit; *In contumeliis* scilicet, mihi illatis. Act. 5. Ibant Apostoli gaudẽtes &c. Et quantum ad factum, & hoc, vel quantum ad defectum bonorum, cum dicit; *In necessitatibus*, idest in penuriis necessariorum, & in paupertate qua præmebatur. Et hoc modo accipitur necessitas, cum dicitur. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vel quantum ad experimentum malorum illatorum: & hoc quantum ad exteriora. Matt. 5. Beati qui persecutionem &c. cum dicit; *In persecutionibus* scilicet corporis, quas de loco ad locum, & vbiq; experimur. Et quantum ad interiora, dicens; *In angustiis*, idest in anxietatibus animi. Dan. 13. Angustiæ sunt mihi vndiq; &c. Sed materia omnium horum, quæ faciunt ad gaudium est, quia pro Christo, quasi dicat, Ideo complaceo, quia propter Christum, patior. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, vel fur. Et huius gaudii rationem assignat, dicens; *Cum enim infirmor &c.* Quasi dicat. Merito compláceo mihi in illis: quia quando infirmor &c. Idest, quãdo ex his, quæ in me sunt, vel ex persecutione aliorum incido in aliquod prædictorum, adhibetur mihi auxilium diuinum, per quod confirmor. Psal. 93. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Ioel. 3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. supra. 4. Licet is qui foris est, noster homo cortumpatur &c. Exodi. 1. legitur: quòd quanto plus premebantur filii Israel: tanto plus multiplicabantur.

LECTIO QVARTA.

Posita commendatione sua, consequenter Apostolus excusat se de his, quæ dixit: ostendens se coactum hoc dixisse, quæ ad gloriam suam pertinent. Et circa hoc duo facit. Primo, imponit Corinthiis causam eiusmodi gloriationis. Secũdo, exponit & manifestat hanc causam, ibi; *Ego enim debui &c.* Dicit ergo, Confiteor quòd in his omnibus commendationibus meis; *Factus sum insipiens*, idest videtur vobis, quòd opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me, nec sponte, immo coactus feci, & uestra culpa fuit, quia; *Vos me coegistis*, idest, dedistis mihi occasionem. Frequenter enim, subditi cogunt prælatos aliqua facere, quæ insipienter facta esse iudicari possunt: sed tamen pro loco & tempore sapienter facta sunt. Hoc autem, quod dixerat in communi, scilicet quòd ipsi fuerunt causa suæ commendationis, exponit consequenter, cum dicit; *Ego enim debui &c.* Vbi dicit, quòd ipsi fuerunt causa suæ commendationis. Primo omittendo bona, quæ facere debuissent. in quo exaggerat eorum ingratitudinem. Secundo committendo mala, in quo detestatur eorum malitiam, ibi; *Timeo enim ne forte &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorat quid facere debuissent, ostendens causam, ibi; *Nihil enim minus &c.* Tertio, remouet ipsorum excusationem, ibi; *Quid est enim quod minus &c.* Dicit ergo, vere vos me coegistis: quia vos debuistis facere illud quod ego feci. Vnde dicit; *Ego debui commendari a uobis*, quod non fecistis quando necesse erat, scilicet quando pseudo vilipendendo me & præferendo se, reddebant vilem doctrinam & euangelium Christi a me prædicatum. Vnde, quia vos non commendastis me, ne deperiret fides Christi in vobis, prorupi in commendationem propriam. Sed contra. supra. 3. dicit, Nunquid egemus commendatitiis epistolis &c. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo, Dicendum est, quòd Apostolus propter se non egebat commendationibus, sed propter alios: vt scilicet, dum commendaretur, doctrina sua esset in maiori authoritate, & pseudo confutarentur. Sed quia possent isti dicere, ideo non commendauimus te, quia non est in te aliquid commendatione dignum, propter hoc Apostolus probat eis; quòd bene poterant eum commendare, cum dicit; *Nihil enim &c.* Ostendens esse in se, multa commendatione digna. Et primo, quantum ad præterita bona, quæ fecit. Secundo, quantum ad futura, quæ facere intendit, ibi; *Ecce tertio hoc paratus &c.* Ostendit autem præterita commendabilia quę fecit: Primo in generali, quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali, quantum ad ea, quæ egit apud eos, ibi; *Tametsi nihil &c.* Tertio excludit obiectionem, ibi; *Quid est enim &c.* Dicit ergo, Merito debui commendari a uobis, quia multa sunt in me commendatione digna. Nam; *Nihil minus feci ab eis* scilicet, Petro, & Iacobo, & Ioanne; *Qui sunt supra modum Apostoli*, idest, qui videntur a quibusdam digniores Apostoli, quàm ego sum. Pseudo enim dicebant, quòd erant docti a Petro & Ioanne, qui fuerunt docti a Christo. & quòd Petrus & Ioannes seruabant legalia: vnde & ipsi debebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis, nec quantum ad prædicationem, nec quantum ad conuersionem fidelium, ostensiones miraculorum, & perpessionem laborum, immo plus: quia (vt supra) plus omnibus laboraui. 1. Corinth. 15. Abundantius omnibus &c. Ideo magis sum commendandus. Vel dicuntur supra modum Apostoli scilicet, Petrus, Ioannes & Iacobus, quia fuerunt primo conuersi ad Christum. 1. Corint. 15. Nouissime autem visus est, & mihi &c. Si secundum hoc acccipiatur, nihil tamen minus fecit eis, quia in modico tempore: & postquam conuersus fuit, plus laborauit. Sed esto quòd nihil fecerim quantum ad ecclesias, per quod possem commendari, multa tamen specialia egi apud vos, de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit; *Tametsi nihil*, idest dato quòd nihil fecerim in comparatione ad eos, tamen effectus meæ virtutis manifeste apparent in vobis: & primo quantum ad prædicationem nostram, qua conuersi estis ad fidem. Et sum Apostolus vester. Et ideo dicit; *Signa Apostolatus mei*, idest meæ prædicationis; *Facta sunt supra uos* a Deo, inquantum credentes, conuersi estis. 1. Corinth. 9. Signaculum Apostolatus mei vos estis. 1. Corint. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Secundo, per conuersationem per quam confirmatur fides: quia quando vita concordat doctrinæ, maioris authoritatis est doctrina. & virtus prædicatoris magis apparet per patientiam. Prouer. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et ideo dicit; *In omni patientia*. Tertio, quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit; *In signis &c.* Marci. vlti. Illi autem profecti &c. Et hæc tria distinguuntur, quia virtus est commune ad omnia miracula. nam virtus est vltimum de potentia. & ideo aliquid dicitur virtuosum, quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute scilicet diuina, ideo dicuntur virtutes. Signum vero, refertur, ad minus miraculum. Prodigium autem, ad maximum. Vel dicit signa, quantum ad miracula facta de præsenti, prodigia quantum ad miracula de futuris. Vel signa & prodigia dicit miracula, quæ fiunt contra naturam, sicut illuminatio cæci, suscitatio mortui &c. Virtutes vero dicit, quæ sunt secundum naturam, sed non eo modo quo natura facit: sicut quòd ad impositionem manus statim sanentur infirmi, quod etiam natura facit, sed successiue. Vel virtutes, dicit virtutes mentis, sicut est castitas & huiusmodi. Consequenter, excludit obiectionem cum dicit; *Quid enim est, quod minus &c.* Possent enim Corinthii respondere ad prædicta & dicere, verum est, quòd multa bona fecisti & magna, & tamen alii fecerunt plura & maiora quàm tu, & ideo apud eos & in eorum comparatione nolumus te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens quòd nihil minus fecit quàm illi, sed plus. Et ideo dicit; *Quid est enim, quod minus habuistis a me præ cæteris eccles.* idest, quàm aliæ ecclesiæ Christi, habuerunt per illos, quãtum ad spiritualia? quasi dicat. Nihil, quia ipsi prædicauerunt fidem & Apostolus prædicauit. Illi ostenderunt signa & virtutes, & Apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis, sed plus, quia alii Apostoli viuebant de sumptibus illorum, quibus prædicabant: sed Apostolus non, quia nihil accepit a Corinthiis. Et ideo dicit; *Nisi quod ego ipse non grauaui uos?* accipiendo vestra: quasi dicat, nihil habuistis minus, nisi hoc forte reputetis minus: quia nihil accepi a vobis, quod tamen plus est. Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erãt, & his, qui mecum sunt, necessaria ministrauerunt &c. 2. Thess. 3. Nocte ac die laborantes &c. Esa. 23. Qui excutit manus suas &c. Quòd si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet, quòd nolui vestra recipere, quòd feci: quia non dilexi vos, & videtur vobis, quòd male fecerim, parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo; *Donate*; idest, parcite; *Mihi hanc iniuriam.* Hoc modo accipitur donare, Ephes. 4. Donantes inuicem, sicut & Christus vobis donauit.

LECTIO V.

Hic ostẽdit se esse commendabilem, quantum ad bona futura, quæ facere intendit. et tria facit. Primo, ostendit suum propositũ de futuro bono; quod intẽdit. Secundo, propositi huius rationem assignat, ibi; *Non enim quæro quæ uestra sunt &c.* Tertio, ad rationem similitudinem adhibet, ibi; *Nec enim debẽt &c.* Sciendum est circa primum, q̃ aliquando contingit, quòd ideo aliqui non accipiunt vno tempore, vt reseruent se ad aliud tempus, in quo possint & plus recipere & audacius. Ne ergo isti simile crederent de Apostolo, vt ideo noluisset prima vice recipere ab eis, vt postmodum reciperet plus, dicit, q̃ non solum hoc fecit olim, sed etiam paratus est facere in futurum. Vnde dicit; *Ecce iam tertio*, idest tertia vice, *Paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis*, quasi dicat, nec etiam tunc grauabo vos, accipiendo vestra. supra. 11. In omnibus sine onere me seruaui & seruabo. Iob. 27. Iustificationem quam cœpi tenere &c. Dicit autem; *Tertio paratus sum venire*. Et non dicit, tertio venio, quia bene ter paratus fuit ire ad eos, sed tamen non iuit nisi bis. Paratus enim fuit ire prima vice, & tunc iuit, & conuersi sunt. Secunda vice fuit paratus, & fuit impeditus propter peccatum eorum, & tunc non iuit, de quo excusat se in principio huius epistolæ. Modo est paratus ire tertio, & iuit: vnde bis iuit, & ter fuit paratus ire. Rationem autẽ huius boni propositi subdit, dicens; *Non enim quæro &c.* Quæ talis est, Constat q̃ artifex disponit opus suum secundum finem quem intendit: prædicatores autem in prædicando, aliqui intendunt quæstum & bona temporalia, & ideo totam prædicationem ad hoc ordinant & disponunt: aliqui vero intendunt salutem animarum, & ideo hoc modo disponunt prędicationem suam, secũdum quod vident expedire saluti illorum, quibus prædicant. Quia ergo Apostolus intendebat in prædicatione sua salutem Corinthiorum, & videbat, q̃ non expediebat, q̃ reciperet ab eis sumptus: tum vt confutaret pseudo: tum etiam quia auari erant, ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assignat, dicens, Ideo non grauabo vos, sumptus accipiendo: quia non quæro quæ vestra sunt in prædicatione mea; *Sed vos* & vestram salutẽ procurare intendo. Philip. 4. Non quæro datum, sed fructum. Et ideo Dominus dixit Apostolis, Faciam vos fieri piscatores hominum, non pecuniæ. Hoc etiam figuratur Gen. 47. ubi legitur, q̃ Ioseph emit Aegyptios in seruitutem regis, quia bonus prædicator debet ad hoc studere, vt infideles conuertat ad seruitium Christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinem, cum dicit, Nec enim debent &c. Et primo, ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam, ibi; *Ego autem libentissime &c.* Tertio, arguit eorum ingratitudinem, ibi; *Licet plus uos &c.* Dicit ergo, quòd autem non quærã vestra, patet per simile. Videmus enim, quòd parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus: quia; *Filii non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.* Cum ergo ego sim pater vester spiritualis, & vos sitis filii mei, nolo quòd vos thesaurizetis mihi, sed ego vobis. Sed hic est quæstio de patribus carnalibus. nam Exod. 20. dicitur, Honora patrẽ tuum &c. In quo etiam præcipitur nobis, quòd ministremus eis necessaria. ergo filii tenentur thesaurizare parentibus. Respondeo, dicendum est, quòd ex præcepto tenentur filii ministrare & subuenire parentibus in necessariis, non autem cõgregare & thesaurizare eis. nam thesaurizatio & cõgregatio fit in posterum. Sed nos videmus, quòd secundum naturam filii succedunt parentibus, & non econuerso, nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parentum est ad hoc, vt congregent filiis. Et hoc modo loquitur Apost. Exod. autem. 20. loquitur Dominus de subuentione in necessariis. Item quæstio oritur de hoc, quòd dicit, Parentes filiis &c. ergo cum prælati sint parentes nostri spirituales, videtur quòd male fecerint principes & alii, dando diuitias prælatis. Responsio, Dicendum est, quòd non dederunt prælatis propter se, sed propter pauperes. Et ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Et hoc Dominus moner Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlis &c. Prælatis autem dantur tanquam pauperum dispensatoribus. Consequenter posita similitudinem adaptat. In similitudine autem, duo proposuit. Vnum est, q̃ filii non debent thesaurizare parẽtibus, & hoc iam patet. Et aliud est, quòd parentes debent thesaurizare filiis & dare. Et quantum ad hoc dicit; Quia ergo ego sum pater uester, ideo parat sum dare uobis. Et hoc est, quod dicit; *Ego libentissime impẽdam* vobis bona, non solum bona spiritualia prædicando & exempla monstrando, sed etiam temporalia, quod & faciebat, inquantum prædicabat, & seruiebat eis cum sumptibus aliarum ecclesiarum. Hæc tria ministrare debet quilibet prælatus suis subditis. Vnde Dominus dixit ter Petro Ioa. 21. Pasce oues meas, idest pasce verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio. et non solum ista impendam vobis, sed paratus sum mori pro salute animarum vestrarum. unde dicit; *Et superimpendar pro animabus uestris.* Ioan. 15. Maiorẽ charitatem nemo habet &c. 1. Ioan. 3. Si Christus animam suam pro nobis posuit, & uos debetis &c. Ioan. 10. Bonus pastor animã suam &c. Ingratitudinem istorum increpat consequenter, dicẽs; *Licet plus uos diligens &c.* Quasi dicat. Libenter impendar pro vobis, licet sitis ingrati, quia licet plus vos diligens &c. Et hæc comparatio potest exponi dupliciter. Vno modo sic, licet plus diligam vos quàm pseudo, tamen; *Minus diligor*, scilicet, a vobis, quàm diligantur pseudo: quos plus diligitis, quàm me. Et sic patet, quòd ego plus vos diligo, quàm illi, quia ego quæro salutem vestram tantum, illi vero bona vestra solum. Alio modo, si licet plus diligam, scilicet vos quàm alias ecclesias, tamen minus diligor a uobis, quàm ab aliis ecclesiis. Philip. 1. Testis est mihi Deus quomodo cupiam &c. Et quòd plus dilexerit Corinthienses, quàm alias ecclesias patet, quia plus pro eis laborauit. Illud autem in quo plus laboramus, magis consueuimus diligere. Consequenter cum dicit; *Esto ego vos &c.* Remouet suspicionem. Et primo, ponit suspitionem ipsam. Secũdo, excludit eam; ibi; *Nunquid per aliquem &c.* Tertio, rationem exclusionis assignat, ibi; *Olim putatis, quod excusemus &c.* Posset autẽ esse istorũ suspicio talis, quòd ideo ipse ab eis per seipsum non acceperit, vt per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit, hoc ponẽs; *Esto*, idest dato & concesso, quòd ego in persona mea & eorum, qui mecum sunt aliquid accipiendo non grauaui vos; *Sed sicut credidistis; Cum essem astutus, dolo &c.* Idest per alios detraxi vobis bona vestra plurima: sed hoc est falsum, quia nihil ex dolo feci. 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Nam ipse erat vere Israelita in quo dolus non fuit. Ioan. 1. Hanc ergo suspicionem excludit consequenter, cum dicit; *Nunquid per aliquem &c.* Et primo, in generali. Secundo, in speciali. In generali sic, Si per alios voluissem surripere vestra, misissem aliquos, qui hoc procurarent apud vos, *Sed nunquid per aliquem eorum quem misi ad vos circumueni vos?* extorquendo pro eos vestra? quasi dicat, non. supra. 7. Neminem circumuenimus &c. 1. Thess. 4. Ne quis circumueniat in negotio fratrem suum. In speciali vero, excludit suspitionem prædictam, cum dicit; *Rogaui Titum &c.* quasi dicat, Nullus eorum in speciali quem misi ad vos, circumuenit vos. Titum enim cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit; *Rogaui Titum &c.* De isto habetur supra. 8. *Misi etiam cum illo fratrem*, scilicet Barnabam, vel Lucam. supra. 8. Misimus cum illo scilicet Tito, fratrem, (scilicet alterum dictorum) cuius laus est in euangelio: *Sed nunquid Titus circumuenit vos? &c.* quasi dicat, Non. supra. 8. Gratias ago Deo meo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi &c. Et quòd Titus non circumuenerit eos, probat per conformitatem Titi ad se ipsum Apostolum, & ponit duplicem conformitatem, scilicet cordis. Et ideo dicit; *Nonne eodem spiritu ambulauimus?* idest eandem voluntatem habemus? Vel eodem spiritu instigamur ad bene & recte agendum? supra. 4. Habentes autem eundem spiritum &c. Item conformitatem operis. Et ideo dicit; *Nonne eisdem vestigiis?* idest operibus intendimus, scilicet vestigiis

stigiis Christi. nam ego sequor vestigia Christi. Iob. 23. Vestigia eius. s. Christi, secutus est pes meus &c. 1. Pet. 2. Christus passus est &c. ut sequamini vestigia eius. Et Titus sequitur vestigia mea 1. Corin. 11. Imitatores mei estote &c. et sic patet, quòd si conformis est mihi in voluntate & opere, & ego non circũueni vos, nec intendo circũuenire: quòd autẽ nec ipse circũuenerit vos patet per illud Mat. 7. A fructibus eorũ cognoscetis &c. Rõnẽ aũt exclusionis, subdit, dicẽs; *Olim* (seu rursus) *putatis &c.* Et primo, ponit eorum opinionem. Secundo, excludit eam. Opinio autem istorum erat, quòd Apostolus quasi reus & culpabilis, omnia verba ista epistolæ diceret ad excusationem suam, & quòd non essent vera, sed ad excusandum tantum inuenta: & ideo ponens hanc opinionem ipsorum, dicit; *Vos putatis olim*, idest a principio huius epistolæ; *Quod excusemus nos apud nos*, idest, quòd hæc verba non sint vera, sed sint ad excusandum conficta. Hanc autem excludit sic, qui enim sic excusat se, duo habet. Vnum est, quòd nõ vtitur verbis veris, sed confictis: aliud est, quia non vult pati detrimentum famæ suæ & gloriæ. Vnde specialiter propter dispendium famæ, aliqui excusant se: sed neutrum istorum est in nobis. non ergo vera est opinio vestra. Quod autem neutrum istorum sit in nobis, patet. non enim dicimus verba falsa, quod probo. Primo, per testimonium Dei, quia; *Coram Deo loquimur*. quasi dicat, Teste Deo, hoc in veritate dico. Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus &c. Secundo, per testimonium Christi, quia *In Christo loquimur*, idest per Christum, in quo nulla est falsitas. supra 2. Ex sinceritate sicut ex Deo in Christo loquimur. Item, non quærimus gloriam nostram, nec timemus infamiam; *Quia omnia*, quæ dixi & de reuelationibus & de tribulationibus, facio, seu dico; *Propter uestram ædificationem*, vt scilicet, permaneatis in virtute, & expellatis Pseudo. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem &c. 1. Corint. 14. Omnia ad ædificationem fiant. Ioann. 12. Non propter me hæc vox venit, sed propter vos &c.

LECTIO SEXTA.

POSITA vna causa commendationis, quæ prouenit ex omissione Corinthiorum, quantum ad ea bona, quæ facere debuissent, in qua detestatur eorum ingratitudinem: hic consequenter ponit aliam causam, quæ prouenit ex eorum cõmissione quantum ad mala, quæ debuissent vitare, in qua exaggerat eorũ malitiã. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit eorum culpam in generali. Secundo, explanat eam in speciali, ibi; *Ne forte &c.* Dicit ergo. nõ solum laudaui me p̃ hoc, quòd vos omisistis me laudare, sed etiam propter periculum vestrũ, quod est in hoc, quòd vos ad hæretis pseudo, quia dũ fouent vos in peccatis, exponunt vos in magno periculo: & ideo dicit; *Timeo*, scilicet; *Ne forte cum uenero ad uos* personaliter; *Non inueniam uos quales uos uolo*, scilicet iustos, sed peccatores & incorrectos, & displiceatis mihi & ego vobis; quia iusto non placent peccatores, inquantum peccatores; *Et inueniar talis a uobis*, scilicet contristatus & puniens; *Qualem me non uultis habere*. Mali. n. odiunt correctionem, & veritatem: ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis &c. Galat. 4. Sic patet eorum malitia in generali, scilicet, quòd timebat ne nondum plene pœnituerint. In speciali etiam, manifestat eorum malitiam, cum dicit; *Ne forte contentiones &c.* Et circa hoc duo facit. Primo enim, enumerat eorum mala præsentia. Secundo, commemorat præterita mala, de quibus nondum pœnituerunt, ibi; *Ne iterum cum uenero &c.* Sciendum est autem circa primum, quòd Corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatum carnale, vt patet de illo, qui vxorem patris habuit, & de hoc in hac parte correcti sunt per primam epistolã, non tamen plene, sed adhuc aliquid in eis remansit, & supra hoc remanserunt in eis multa peccata spiritualia, quæ proprie opponuntur charitati. Charitas vero, duo facit. Primo. n. facit corda hominum adinuicem consentientia. Secundo, inducit homines ad mutuum profectum. Et ideo peccata spiritualia econtrario. Primo faciũt homines adinuicem dissentientes. Secundo, faciunt eos inuicem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata spiritualia, quæ pertinent ad dissensionem. Secundo ea, quæ faciunt ad offensionem, ibi; *Detractiones &c.* In dissensionibus autem, procedit ordine retrogrado. Nam secundum rectum ordinem, homines primo dissentiunt, inquantũ vnus vult vnum, alius vult contrarium. Secundo, ex hoc procedunt ad inserendum documenta, inquantũ quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio, quando non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit, accenditur zelo inuidiæ. Quarto, ex hoc prorumpit ad contentiones verborum, & ab isto vltimo incipit Apostolus, dicẽs; *Ne forte contentiones &c.* quasi dicat, Nno solum timeo mala vestra in generali, sed in speciali, ne forte sint in vobis contentiones de meritis prælatorum, & de baptismis &c. Prouer. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus &c. Ambrosius, Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Et hæc cõtentio venit ab æmulatione, & ideo dicit; *Et æmulationes*, idest inuidiæ, in his, qui minores sunt & minus habent. Iacob. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. Iob. 5. Parvulũ occidit inuidia &c. Sapien. 2. Inuidia diaboli &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit; *Animositates*, in vltione & illatione nocumenti. Ecclesiast. 8. Cum audace ne eas &c. Et animositas venit ex dissensionibus. et ideo dicit; *Dissensiones*, id est, odia, & contrarietas animorũ. Romano. vlt. Obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, & cætera: 1. Corinth. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Consequenter enumerat eorum mala præsentia, quantum ad offensionem. et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verborum, & non factorum: ideo dimissis nocumentis factorum, enumerat nocumenta verborum, in quibus etiã procedit ordine retrogrado, incipiens a posteriore. et hoc est, cum quis expresse malum dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit; *Detractiones*. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles &c. Si vero in occulto, tunc est susurro. et ideo dicit; *Susurrationes*. Sunt. n. susurrones, qui latenter seminant discordias. Ecclesiast. 28. Susurro & bilinguis, maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorumpere facit in mala verba. et ideo dicit; *Inflationes*. 1. Corinth. 4. Tanquã non sim venturus ad uos sic inflati &c. Et hæ inflationes ueniunt ex seditionibus, quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prouer. 13. Et ideo dicit; *Seditiones*, idest, tumultus ad pugnam. Prouerbio. 17. Semper iurgia quærit malus. Sic ergo patet eorum malitia, quantum ad mala præsentia, quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam, quantum ad mala præterita, de quibus non pœnituerunt, cum dicit; *Ne iterum cum uenero humiliet me Deus*, id est, affligat apud vos: ita quòd; *Et lugeam multos uestrum, ex his qui ante peccauerunt*. i. ante primam epistolam; *Et non egerunt pœnitentiam*, plene post primam epistolam. et merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio patris est confusio filiorum. sic Samuel lugebat Saul. 1. Regũ. 15. Vsque quo lugens Saul &c. 1. Reg. 16. et hoc, quia; *Non pœnituerunt, nec egerunt pœnitentiam* de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam. et ideo dicit; *Super immunditia*, idest, luxuria contra naturam. Quædam sunt, quæ committuntur cum mulieribus corruptis; scilicet, uiduis seu coniugatis. et ideo dicit; *Et fornicatione*. Quædam sunt, quæ fiunt in corruptione uirginum. et ideo dicit; *Et impudicitia quam gesserunt assidue*. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immnnditia, impudicitia &c.

Imeo enim, ne forte cum venero, non quales volo inueniã vos: & ego inueniar a vobis, qualem non vultis: ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint iter vos: ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quã gesserunt.

CAPIT. XIII. LEC. I.

Ecce tertio hoc uenio ad vos: In ore duorum, vel triũ testiũ, stabit oẽ verbũ. Honor est homini, qui separat se a contentionibus &c. Ambrosius, Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Et hæc cõtentio venit ab æmulatione, & ideo dicit; *Et æmulationes*, idest inuidiæ, in his, qui minores sunt & minus habent. Iacob. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. Iob. 5. Parvulũ occidit inuidia &c. Sapien. 2. Inuidia diaboli &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit; *Animositates*, in vltione & illatione nocumenti. Ecclesiast. 8. Cum audace ne eas &c. Et animositas venit ex dissensionibus. et ideo dicit; *Dissensiones*, id est, odia, & contrarietas animorũ. Romano. vlt. Obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, & cætera: 1. Corinth. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Consequenter enumerat eorum mala præsentia, quantum ad offensionem. et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verborum, & non factorum: ideo dimissis nocumentis factorum, enumerat nocumenta verborum, in quibus etiã procedit ordine retrogrado, incipiens a posteriore. et hoc est, cum quis expresse malum dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit; *Detractiones*. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles &c. Si vero in occulto, tunc est susurro. et ideo dicit; *Susurrationes*. Sunt. n. susurrones, qui latenter seminant discordias. Ecclesiast. 28. Susurro & bilinguis, maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorumpere facit in mala verba. et ideo dicit; *Inflationes*. 1. Corinth. 4. Tanquã non sim venturus ad uos sic inflati &c. Et hæ inflationes ueniunt ex seditionibus, quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prouer. 13. Et ideo dicit; *Seditiones*, idest, tumultus ad pugnam. Prouerbio. 17. Semper iurgia quærit malus. Sic ergo patet eorum malitia, quantum ad mala præsentia, quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam, quantum ad mala præterita, de quibus non pœnituerunt, cum dicit; *Ne iterum cum uenero humiliet me Deus*, id est, affligat apud vos: ita quòd; *Et lugeam multos uestrum, ex his qui ante peccauerunt*. i. ante primam epistolam; *Et non egerunt pœnitentiam*, plene post primam epistolam. et merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio patris est confusio filiorum. sic Samuel lugebat Saul. 1. Regũ. 15. Vsque quo lugens Saul &c. 1. Reg. 16. et hoc, quia; *Non pœnituerunt, nec egerunt pœnitentiam* de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam. et ideo dicit; *Super immunditia*, idest, luxuria contra naturam. Quædam sunt, quæ committuntur cum mulieribus corruptis; scilicet, uiduis seu coniugatis. et ideo dicit; *Et fornicatione*. Quædam sunt, quæ fiunt in corruptione uirginum. et ideo dicit; *Et impudicitia quam gesserunt assidue*. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immnnditia, impudicitia &c.

LECTIO PRIMA.

IN præcedentibus, Apostolus multa locutus est ad detestationem pseudo, hic consequenter loquitur contra illos, qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. Primo, increpat seductos. Secundo, consolatur persistentes, ibi *De cætero fratres gaudete &c.* Circa primum, primo comminatur sententiæ seueritatem. Secundo. ostendit suam iudiciariam potestatem, ibi; *An experimentum quæritis &c.* Tertio, monet ad correctionem, ibi; *Vosmetipsos tentate &c.* Circa primum, primo promittit suam præsentiam. Secundo, prædeterminat sui iudicii formam, ibi; *In ore duorum, vel trium &c.*

Tertio, comminatur seueram sententiam, ibi; *Prædixi enim & prædico &c.* Promittit ergo primo suum aduentum, dicens; *Ecce ego uenio*; quasi dicat. Certum sit vobis, quòd venio ad vos. Et ideo cauete vobis ne inueniam vos imparatos: & dicit, tertio, non quòd tertio iuerit, sed quia tertio iam parauerat ire, & si nõ iuerat nisi semel, in secundo apparatu impeditus 1. Cor. 4 Veniam ad vos cito &c. Veniam, inquã, & iudicabo malos secundum ordinem tamen, ita scilicet, quòd; *In ore duorum, uel trium testium* accusantium, seu testantium contra aliquem; *Sit omne uerbum* accusatorum: quod quidem dicitur Deuterono. 17. Nemo occidetur vno teste dicente testimonium: & eiusdem 19. Non stabit testis vnus contra aliquem. Vel aliter, In ore duorum &c. Quasi dicat. Hoc quod dico de aduentu meo ad vos, ita est certum, sicut testimonium duorum, vel trium. Sic ergo ordo iudicii erit. Sed seueritatem sententiæ comminatur, dicens; *Prædixi enim &c.* Vbi primo, insinuat ordinem iudiciarium quo est procedendum, in quo exigitur, vt præcedat trina ammonitio. Et quantum ad hoc, dicit, Prædixi vobis, vt præsens, bis, quando scilicet eram vobiscum; *Et* nunc absens; *Præedico* vt sic ter admoneat: prædico, inquam, his; *Qui ante peccauerunt & omnibus aliis*, quasi dicat, omnes moneo. Secundo, præmissa monitione, comminatur sententiam. Vnde dicit; *Quoniam si uenero, non parcam iterum*. quasi dicat. Illis qui peccauerunt peperci prima vice, sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pœnitentiam, non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit: quia ille cui semel remittitur & iterum peccat, si remitteretur sibi, crescceret in malitia & efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens. Prouerbior. 13. Qui parcit virgæ, odit filium &c. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia, vt præcedat trina monitio, antequam quis sententiam excommunicationis fulminet: quia contingit, quòd aliqui, licet sint in peccatis & offendunt, tamen ex solo verbo admonitionis corriguntur & satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semper incipiendum est, quòd si admonitione non ducitur, ne magis insolescat, adhibenda est seueritas sententiæ. Eccles. 8. Ex eo, quòd non profertur cito contra malos sententia &c. Consequenter, ne possent calumniari de potestate Apostoli, ostendit Apostolus suam iudiciariam potestatem, dicens; *An experimentum &c.* Vbi tria facit. Primo, ostendit se habere legationem & potestatem iudicandi a Christo. Secundo, ostendit virtutem Christi, ibi; *Qui in uobis non infirmatur &c.* Tertio, ostendit quòd virtus Christi etiam ad alios deriuatur, ibi; *Nam & nos infirmi sumus in illo*. Dicit ergo, Si venero non parcam, immo seuerissime iudicabo: & hoc bene possum, quia habeo authoritatem Christi in puniendo & remittendo. supra 2. Nam siquid donaui vobis &c. supra 5. Pro Christo legatione fungimur &c. Et ideo dicit; *An experimentum &c.* Quasi dicat. Non est dubitandum de potestate mea, quia quicquid ego loquor, vel proferendo sententias, vel remittendo, vel prædicando, loquor a Christo, Exod. 4. Perge ergo, ego ero in ore tuo. Lucæ 21. Ego dabo vobis os & sapientiam &c. Quæ ergo homo facit ex instinctu spiritussancti, dicitur quòd spiritussanctus facit: ideo Apostolus quia a Christo motus hoc loquebatur, attribuit Christo tanquam principali, dicens; *Qui in me loquitur Christus &c.* Sed ne dubitetur de potestate & virtute Christi, ideo consequenter Apostolus ostendit virtutem Christi, cum dicit; *Qui in uobis &c.* Vbi primo, ostendit virtutem Christi, quantum ad ea, quæ in eis apparuerunt. Secundo, quantum ad eam, quæ in Christo sunt, ibi; *Nam etsi &c.* Dicit ergo, Habeo potestatem iudiciariam a Christo; *Qui* in me loquitur, qui magnæ virtutis est; *In uobis*, dando dona gratiarum, distributionem spiritus, & alia multa, quæ experti estis, & non solum; *Non infirmatur, sed potens est in uobis*, quia potenter vos liberauit a peccato, potenter vos conuertit ad bonum. Psalm. 23. Dominus fortis & potens &c. Sapien. 12. Subest tibi cum volueris posse. & paulo ante, Virtutem enim ostendis tu &c. Et non solum potentia Christi apparuit in vobis, sed etiam in seipso, scilicet, in quantum a morte crucis, quam sustinuit ex infirmitate humana, quam assumpsit infirmatam in paupertate, surrexit, & viuit ex virtute Dei, quæ est ipse Deus. Talis enim erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum 1. Corinthiorum 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus &c. Vel; *Ex uirtute Dei*, scilicet patris, qui est etiam virtus Christi, quia eadem est virtus patris & filii. Apoc. 1. Fui mortuus &c. Hæc etiam virtus Christi deriuatur ad nos; *Nam & nos infirmi &c.* Quasi dicat. Ad nos etiam pertinet illa virtus, quia & nos infirmi sumus in illo, idest ad intentionem illius, inquantum propter ipsum multa patimur, & mortificamus nosmetipsos & humiliamus nos. 1. Cor. 4. Nos infirmi propter Christũ &c. supra. 10. Præsentia corporis infirma. Supra. 4. Semper mortificationem &c. Et ideo; *Viuemus*, idest viuificabimur ex virtute Dei, in vobis in dicandis. Galat. 1. Qui suscitauit Iesum Christum &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuit, resuscitamur, & illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc *Ex virtute Dei*, quæ quidem virtus Dei est; *In vobis*, idest in conscientiis vestris.

Prædixi enim & prædico: vt præsens vobis, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nã & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nã & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

LECTIO II.

VOSMETIPSOS tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesum Christum &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuit, resuscitamur, & illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc *Ex virtute Dei*, quæ quidem virtus Dei est; *In vobis*, idest in conscientiis vestris.

LECTIO SECVNDA.

POST comminationem seueri Dei iudicii, subdit Apostolus admonitionem ad præparationem, vt iudiciũ seuerum non pariantur: & primo ponit ipsam admonitionem. Secundo, rationem admonitionis assignat, ibi; *Ideo hæc absens scribo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, excludit falsam suspitionem, ibi; *Oramus autem ad Deum &c.* Circa primum duo facit. Primo, monet vt se examinent. Secundo, innuit quid per huiusmodi examinationẽ inuenire possint, ibi; *An non cognoscitis &c.* Circa primum sciendum est, quòd ille qui secure vult comparere in iudicio, debet se primo examinare de factis suis, & sic poterit scire vtrum tute cõpareat. & ideo Apostolus monet, vt antequam veniãt ad iudicium, quod erit in aduentu suo ad eos, examinent se, dicens; *Vosmetipsos tentate*, idest examinate & considerate actus vestros. 1. Thess. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete &c. Monet autem, vt de duobus se examinent, scilicet, de fide. unde dicit; *Si estis in fide*, scilicet, quam prædicaui vobis, & a me accepistis de Domino Iesu Christo, an excideritis ab ea & sitis prolapsi in aliam. & hoc necessarium est, quia. 1. Corin. 11. dicitur, Si nosmetipsos iudicaremus &c. Hier. 2. Vide vias tuas &c. Item, de operibus, unde dicit; *Ipsi vos probate*, scilicet, an sitis in operibus bonis, & vtrum conscientia remordeat vos aliquid mali fecisse. Et hoc vtile est, quia. 1. Cor. 11. dicitur, Probet autem seipsum homo &c. Gal. 6. Opus suum probet vnusquisq;. Consequenter cum dicit; *An non cognoscitis &c.* Ostẽdit, quid per huiusmodi examinationem inuenire poterunt. Et primo, quid inueniant in seipsis. Secundo, quid inueniant in Apostolo, ibi; *Spero autem &c.* In seipsis autem duo inuenire poterunt per examinationem, quia aut scient se tenere fidem, & sic inuenire poterunt, & cognoscere, quòd Christus sit in eis, & hoc est, quod dicit; *An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est?* idest nunquid si examinaretis vos, sciretis vos habere fidem, & cognosceretis, quòd Christus est in vobis? quasi dicat, sic, quia vbi est fides Christi, ibi est Christus. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem &c. 1. Cor. 6. Nescitis quia corpora vestra templum &c. aut scient se non tenere fidem, & sic inuenient, quòd sint reprobi. & ideo dicit; *Nisi forte reprobi estis*, idest vere inuenietis vos habere Christum, nisi forte dimiseritis fidem & reprobi sitis ab eo, quod prius habuistis per fidem. Hiere. 15. Reliquisti me, retrorsum abiisti. Hiere. 6. Malitiæ eorum non sunt cõsumptæ, argentum reprobum &c. Sed hic quæstio est literalis de hoc, quòd dicit; *An cognoscitis &c.* nam Christus in eis solum manet, qui habent charitatem, vt dicitur. 1. Ioan. 4. Deus charitas est &c. Si ergo cognoscimus, quòd Christus per fidem sit in nobis, oportet quòd hoc sit per fidem formatam. Cognoscentes ergo hoc modo Christum esse in nobis, sciemus nos habere charitatem qua informatur fides, quod est contra illud Eccles. 9. Nemo scit, vtrum odio &c. Respondeo. Dicendum est, quòd habitare Christum in nobis, potest accipi dupliciter. Vel quantum ad intellectum: vel quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum, sic ipse habitat in nobis per fidem informem. & hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire, quòd Christus habitet in nobis, scilicet, cum scimus nos tenere fidem, quam ecclesia catholica docet & tenet. Si vero quantum ad affectum, sic habitat Christus in nobis per fidem formatam, & hoc modo nullus potest scire, quòd Christus

stus habitet in nobis, vel quòd habeamus charitatem nisi per re-
uelationē & speciale gratiam alicui concedatur ꝑ certitudinē,
per quandam tamen coniecturam nihil prohibet nos scire posse,
quòd in charitate sumus: quando scilicet, quis inuenit se tali-
ter paratum & dispositum, vt nullo modo propter aliquod tem-
porale vellet aliquid
facere contra Christum 1. Io. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos &c. Patet ergo, quòd Apostolus loquitur quantum ad primum modum. Vel etiam loquitur de cognitiōe, quæ est per coniecturam quandam, vt dictum est, Argumentum autem procedit quantum ad secundum modum, & de cognitione, quæ est per certitudinem. Quid autē in Apostolo possint inuenire, subdit, dicens; *Spero autem &c.* Nam quia isti Corinthii possent dicere, Nos non sumus reprobi, sed ideo non tenemus documenta tua, quia non sunt recta, sed reprobanda. Et ideo dicit, Quicquid sit de vobis, tamen spero, quòd ex vita & doctrina nostra quam ostendi vobis; *Cognoscetis quia non sumus reprobi*, & non docuimus mala, nec exclusi sumus a potestate quam dicimus nos habere. Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir. Matth. 7. A fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit; *Oramus &c.* Excludit suspitionem. Comminatus enim fuerat eis iudicium seuerum, cum ostenderat potestatem suam in iudicando, & indixerat examinationem, credens Christum in eis esse, nisi ipsi essent reprobi. Sed tamē hoc dimittit sub dubio, vtrum sit Christus in eis. Et quia ipsi possent credere & suspicari, quòd Apostolus gauderet de hoc quòd essent reprobi, vt ipse in comparatione ad eos maior appareat: & vt in eis posset exercere seuerius iudicium: ideo Apostolus hanc suspitionem remouet hic. Primo, per orationem, quā pro eis ad Deum dirigit. Secundo, per gaudium, quod de eis concepit, ibi; *Gaudemus enim &c.* Orat autem, vt ipsi inueniantur innocentes, quia examinantur ex seueritate iudicii. Et ideo dicit; *Oramus autem*, scilicet; *Deum, ut uos nihil mali faciatis.* q.d. nō credatis quòd velimus, ꝙ sitis reprobi, sed oramus vt nihil &c. Item orat, quòd ipse appareat infirmus, per quod excluditur appetitus excellentiæ Apostoli in comparatione ad eos. Et ideo dicit; *Non*, scilicet; *Oramus, ut probati appareamus*, idest, nō vt nos commendemur probati in comparatione ad vos; *Sed* magis; *Vt uos quod bonum est faciatis.* Galat. 6. Bonum autem facientes &c. Psal. 26. Viriliter agite & confortetur cor vestrum. Nos autem vt reprobi simus, ammitendo potestatem puniendi & iudicandi, quia vbi non est culpa, omnes sumus pares, & vnus non habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo vult Apostolus, vt sint boni, quàm vt subiaceant potestati iudicii sui. Et quòd careat potestate iudicandi si boni sint, ostendit cū dicit; *Non enim possumus &c.* q. d. nos nō laboramus nisi pro veritate & pro ipsa stamus. Constat autem ꝙ si puniremus innocentes, faceremus contra veritatem, & contra iustitiam. Vnde cum Apostolus nō possit facere contra veritatem, sed pro veritate, idest pro iustitia manifestum est, quòd non puniet innocentes. Notandum est (secundum August. in Glosa) quòd ad vitandum peccata, necessaria sunt duo, scilicet liberum arbitrium, & gratia Dei. Si enim liberum arbitrium non esset necessarium, nunquam darentur homini præcepta, nec prohibitiones, nec exhortationes. Frustra etiam darentur pœnæ. Gratia etiā est necessaria, quia nisi Deus omnes regeret per grām suam, non posset homo stare. Frustra etiam oraremus, quòd non inducat nos in tentationem. et ideo Apostolus ostendens vtrumque esse necessarium, & orat Deum pro gratia obtinenda, & monet, vt per liberum arbitrium recedant a malo & faciant bonum. Vnde dicit; *Oramus*, quantum ad primum; *Vt nihil mali faciatis*. quantum ad secundum. Consequenter cum dicit; *Gaudemus &c.* Remouet falsam suspitionem, propter gaudium de bono ipsorum conceptum. Et primo, ponit gaudium, quod de ipsorum innocentia concepit. Secundo, orationem quam pro ipsorum perfectione emittit, ibi; *Hoc autem oramus uestram &c.* Dicit ergo, Oramus quòd vos probati appareatis, sed nos infirmi: & hoc apparet ex affectu nostro, qa gaudemus, quòd, s. aliqui sint inter vos boni & innocentes, ex quo subtrahatur nobis potestas iudicandi & videamur infirmi. Et hoc est, quod dicit *Gaudemus, quoniam nos infirmi sumus*, idest non exercentes potestatē nostram; *Vos autem potentes*, idest sic bene agentes & vitia vincentes, quòd subtrahitis vos a potestate

sus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem, quòd cognoscetis, quia non sumus reprobi. Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos, quod bonum est, faciatis. Nos autem vt reprobi simus. Non possumus. n. aliquid aduersus veritatē, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus

F nostra iudicandi. Cum enim aliquis male agit, subdit se potestati iudicis, sed bene faciendo repellit illam a se. Roma. 13. Vis non timere potestatem? Benefac &c. 1. Cor. 4. Nos infirmi, vos fortes. De isto gaudio dicitur. Phil. 2. Gaudeo & cōgratulor vobis &c. Et non solum de his gaudemus, sed etiam super

vestram consumationem. Ideo. n. hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatē, quam Dominus, dedit mihi in ædificationē & nō in destructionē.

LECTIO III.

G DE cætero fratres, gaudete, perfecti estote, & exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & Deus pacis &

hoc; *Oramus uestram cōsummationem*, idest perfectionem. In rebus enim naturalibus videmus, quòd quelibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem, ad quam habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei datur virtus naturalis, vt ad suam perfectionem naturalem possit peuenire. Gratia aūt datur homini a Deo

per quam homo perueniat ad suam vltimam & perfectam consumationem, idest beatitudinem, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quando aliquis non tendit ad suam perfectionem, signum est, quòd non habet satis de gratia Dei. Et ideo Apostolus, vt isti possint in gratia crescere, orat vt perficiantur. Et Phil. 1. Oro vt charitas &c. Ephe. 6. Vt possitis resistere in die malo &c. Consequenter posita admonitione, causam admonitionis assignat dicens; *Ideo hæc absens scribo &c.* idest, ideo absens scribo vobis hæc monendo vos, ne scilicet cogar aliquid facere contra voluntatem meam, quæ est, vt nihil dure agam contra

H vos, nisi quatenus per vos compellar. Et ideo dicit; *Vt non præsens uobis, durius agam* contra vos, quàm velim, vel quàm velitis Sap. 11. Hos quidē tanquā pater monens probasti &c. supra. 10, Absens confido in vobis. Rogo aūt vos, ne præsens audeā &c. Sed quia Corinthii possent dicere, nunquid etiam si bene fecerimus non poteris contra nos o Apostole, dure agere? Ideo respōdet, dicens, Non: quia non propono nec possum agere, nisi secundum quod recepi a Deo potestatem. Deus autem dedit mihi hāc potestatē, scilicet ligandi, atque soluendi; *In ædificationem, non in destructionem*, idest, vt vos ædificemini, & non vt destruamini. Et si dure vos corrigerem, nō ædificarem, sed destruerem: supra 10. De potestate nostra, quam dedit nobis Dominus ad ædificationem &c. Hanc autem potestatem dedit Dominus Paulo Act. 9. & 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus &c.

LECTIO TERTIA.

I IN præcendentibus Apostolus increpauit seductos a Pseudo: hic vero consolatur persistentes in fide & doctrina sua. Et primo, ponit monitionem. Secundo, subdit salutationem, ibi; *Salutate in osculo &c.* Circa primum, primo ponit monitionem. Secundo, præmium impletæ monitionis, ibi, *Et Deus pacis &c.* Monet aūt ad tria. Primo, qualiter se habeāt in seipsis. Secūdo, qualiter se habeāt ad ꝓximos. Tertio, qualiter debēt esse oēs adinuicē. In seipsis aūt dēnt bona duo habere. Primo, gaudiū de bono habito, & q̄tum ad hoc dicit; *De cætero fratres* q̄ cōstantes fuistis; *Gaudete* in his, quæ ad seruitiū Dei facitis. Et hoc est necessariū ad hoc, ꝙ sitis iusti & virtuosi, quia nullus est virtuosus, seu iustus, qui non gauder iusta & virtuosa operatione. Et ideo dicitur in Psal. 99. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lętitia. Phil. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete &c. Et vere semper est gaudēdum: quia gaudium cōseruat hominem in bono habitu: quia nullus potest esse diu in eo, quod

K cōtristat. Secundo, debent habere boni in seipsis æmulationē pfectionis, & quantum ad hoc dicit; *Perfecti estote*, idest, semper tendatis ad profectū. Heb. 6. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem &c. Non est autem hoc, quod hic dicitur præceptum scilicet, quòd homo sit perfectus, sed hoc quòd semper tendat ad perfectionem, & hoc est necessarium, quia qui non studet ad proficiendum, est in periculo deficiendi. Videmus enim, quòd nisi remiges conentur ascendere, nauis semper descendit. Et ideo dicebat Dominus. Marci. 6. Estote perfecti &c. Proximis autem est impendenda exhortatio ad bona et quātū ad hoc dicit; *Exhortamini &c.* Ec. 17 Vnicuiq; mandauit Deus de proximo &c. Ro. 12. Qui exhortat, in exhortando. Apoc. vltimo. Qui audit, dicat, veni. Communia autē omnibus debent esse duo, scilicet, vt idem sapiant. Et ideo dicit; *Idem sapite*, & vt pacem habeant, & ideo dicit; *Pacem habete*. Et hæc duo ita se habent, quòd vnum est exterius, aliud interius. Constat. n. quòd corpora non possunt seruari & ordinari, nisi membra

membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec ecclesia, nec ec-
A clesiæ membra, nisi ordinentur & vniantur ad inuicem. Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesiæ vniendā. Vna est interior, vt scilicet, idem sapiant per fidem, quantum ad intellectum, idem credendo, & per amorem quantum ad affectum, idem diligendo. Et
ideo dicit; *Idem sapite*, idest idem sentiatis de fide, & idem diligatis affectu charitatis: quia tunc est

dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini

vera sapientia, quando operatio intellectus perficitur & consumatur per quietationem & delectationem affectus. Vnde sapientia dicitur, quasi sapida scientia. Ro. 15. Vt sic unanimes, vno ore honorificetis Deū &c. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis &c. Phil. 2. Idem sapiatis &c. Alia est exterior, scilicet pax. Et ideo dicit; B *Pacem habete* inter vos. Heb. 12. Pacem sequimini &c. Psal. 33. Inquire pacem 2. Thess. 3. Ipse Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Consequenter cum dicit; *Et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum.* Ponit præmium, quod redditur impletibus monitionem prædictam, quasi dicat. Si seruabitis pacem inter vos, Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Circa quod notandum est, quòd apud Gentiles consuetum erat, quòd aliqui ex donis denominabāt Deos, quia licet esset vnus Deus tantum, tamen singula dona sua denominabant Deos ex illis donis, sicut ex dono pacis denominabant Deū pacis: & ex dono salutis, Deum salutis. Huic vocabulo alludens Apostolus dicit; *Deus pacis &c.* Non quòd pax sit vnus Deus, sicut illi dicebant: sed ideo Christus dicitur Deus pacis, quia est dator pacis & amator. Io. 14. Pacem meam do vobis &c. 1. Cor. 14. Non est Deus dissensionis, sed pacis. Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Ipse etiam est author pacis. Ioan. 16. In me pacem C habebitis &c. Ipse in pace habitat. Psal. 75. In pace factus est locus eius &c. Item non solum est Deus pacis, sed etiam dilectionis. Et ideo dicit; *Deus pacis & dilectionis erit uobiscum* & hoc ideo est, quia qui est in vera pace cordis & corporis, est in charitate: & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, vt dr 1. Io. 4. Et quia homo non meretur nisi ꝑ pacem & dilectionē. Ioan. 14. Si quis diligit me &c. Consequenter cum dicit; *Salutate inuicem in osculo &c.* Ponit salutationem, & circa hoc primo, indicit eis mutuam salutationem. Secundo, salutat eos ex parte aliorum, ibi *Salutāt uos &c.* Tertio, salutat eos ex parte sua, ibi; *Gratia Dei &c.* Mutuam salutationem indicit faciendam per osculum. Vnde dicit; *Salutate inuicem uosipsos in osculo sancto.* Vbi notandum est, quòd osculum est signum pacis. Nam per os, in quo datur osculum, homo respirat. Et ideo, quando homines dant sibi mutua oscula, signum est, ꝙ vniunt spiritum suum ad pacem. Est autem pax simulata, & hæc est eorum, qui loquūtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū &c. vt dicitur in Psal. 27. Quæ quidem fit per osculi fraudulentiam,

A Prou. 27. Meliora sunt verbera diligentis &c. Est & pax mala & turpis, quando scilicet, conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magno viuentes inscientiæ bello &c. Et hæc fit per osculum libidinosum. Proue. 7. dicitur de mala muliere, quòd apprehensum deosculatur iuuenem &c. Est & pax sancta quam

nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sanctispiritus, sit semp cum omnibus vobis. Amen.

facit Deus. Philip. vltimo. Et pax Dei quæ exuperat &c. Et hæc fit per osculum sanctum, quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic, In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo, quòd fideles & sancti viri in signum charitatis, & vnionis seinuicem osculantur. Et datur pax in ecclesiis in osculo sancto. Ex parte autem aliorum salutat eos, dicens; *Salutant uos sancti omnes*: quia omnes sancti & fideles sperant & desiderāt, ac orationibus procurant salutē nostram: vnde omnes fideles Christi, adinuicem sperant & desiderant sibi salutem. Psal. 118. Participem me fac Deus &c. Ex parte autē sua salutat eos Apostolus, dicens; *Gratia Domini nostri &c.* Vbi sciendum ē, ꝙ duplex est modus appropriandi aliquid diuinis ꝑsonis. Vnus est essentialiter, alius causaliter: essentialiter autem appropriatur diuinis personis, sicut patri potentia: quia ipse est potentia essentialiter, inquantum est principium. Filio sapientia, inquantum est verbum. Spiritui sancto amor, inquantum est bonitas. Hic vero Apostolus nō appropriat ista hoc modo, scilicet ꝑ essentiam, quia sic omnia appropriarentur spiritui sancto, sed appropriat per causam. Et ideo cum gratia sit donum, quo dimittuntur nobis peccata. Rom. 3. Iustificati gratis &c. Et remissio peccatorum fit nobis facta per filium, qui carnem nostram accipiens, pro peccatis nostris satisfecit. Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est &c. propter hoc Apostol. attribuit gratiam Christo: vnde dicit; *Gratia Domini nostri &c.* Charitas autem est nobis necessaria, quia oportet nos vniri Deo 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet &c. Et quia hoc est a Deo patre inquantum ipse sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. vt dicitur Ioan. 3. Ro. 5. Commendat autem Deus suam charitatem. Ideo sibi, vt principio istius charitatis, attribuit charitatem, cum dicit; *Et charitas Dei*, s. patris. Communicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum: quia est distributor donorum spiritualium. 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit cōmunicationem, cum dicit; *Et communicatio sancti spiritus.* Vel attribuit sibi hoc, qa ipse est cōis aliis duabus ꝑsonis. Sic ergo Apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria cū dicit; *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio spiritus sancti, sit semper cū omnibus uobis, Amen.* Gratia Christi, qua iustificamur & saluamur, charitas Dei patris, qua sibi vnimur, & cōmunicatio spiritussancti, diuina nobis dona destribuētis. Amē.



EXPOSITIO EIVSDEM DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

PROLOGVS S. THO.

VEtera nouis superuenientibus proiicietis. Leui. 26. Hæc verba competunt præsenti epistolæ. In qua Apostolus redarguit Galatas, qui intantum seducti fuerant a Pseudo, vt simul seruarent legalia & euangelium, quod Apostolus improperat eis in verbis præmissis, dicens, Vetera nouis superuēientibus proiicietis. In quibus verbis innuit dominus quadruplicē vetustatem. Prima vetustas est erroris, de qua Esai. 26. Vetus error abiit, & hęc remota est per nouitatē doctrinæ Christi Mar. 1. Quæ est hæc noua doctrina. Secunda vetustas est figuræ, de qua Heb. 8. Consummabo super domū Dauit, & super Iuda testamentū nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum. Vbi primo, ostendit primum testamentum esse vetustum, & hoc renouari per nouitatem gratiæ, seu, veritatis præsentiæ Christi. Hiere. 31. Nouum faciet Dominus super terram &c. Tertia est vetustas culpæ: de qua Psal. 31. Quoniam tacui (confitendo, scilicet peccata mea) inueterauerumt &c. Et hæc renouatur per nouitatem iustitiæ. Rom. 6. In nouitate vitæ ambulemus &c. Quarta est vetustas penæ. Tren. 3. Vetustam feci pellem meam, & hæc renouabit per nouitatem gloriæ, de qua nouitate. Esaiæ. vltimo. Ecce ego creo cœlum nouum &c. Apocaly. 21. Dixit, qui sedebat in trono, Ecce noua facio omnia.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres ecclesijs Galatiæ, gratia vobis, & pax a Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

LECTIO PRIMA.

SCribit ergo Apostolus Galatis hanc epistolam, in qua ostendit, ꝙ veniente gratia noui testamenti, debet proiici vetus testamentum; & impleta veritate deseratur figura, quibus duabus scilicet, gratia & veritate adeptis, perueniatur ad veritatem iustitiæ & gloriæ. Acquiruntur autē illa duo, si obseruantia legalium dimissa, obseruantiæ euangelii Christi feruenter insistamus. Ordo autem huius epistolæ congruus est, vt post duas epistolas ad Corinthios, in quarum prima agitur de sacramentis ecclesiæ: in secunda de ministris horum sacramentorum, necessariæ sequatur epistola ad Galatas, in qua agitur de cessatione sacramentorum veteris testamenti. Diuiditur autem hæc epistola, in duas partes, in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi; *Miror quod &c.* In salutatione autem primo ponitur persona salutantis. Secundo, ponuntur personæ salutatæ, ibi; *Ecclesiis Galatiae &c.* Tertio, bonum optatum, ibi; *Gratia uobis &c.* Circa primum, primo ponitur persona salutans principaliter, quæ describitur ex nomine, & ex authoritate. Ex nomine quidem, cum dicit *Paulus*, quod congruit humilitati suæ, quia interpretatur humilis. Vnde dicitur 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorum &c. Item congruit officio suo, quia secundum alium modum interpretatur os tubæ, in quo specialiter est officium prædicationis significatum. Esai. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. Ex authoritate autem describitur, cum dicit; *Apostolus*. Vbi duo ponuntur, scilicet eius authoritas, & authoritatis origo. Authoritas, quia Apostolus, qui missus. Sciendum est autem quòd Apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruum, ostendens nomen humilitatis, vt in epistola ad Romanos. In quibusdam vero, scribit se Apostolū ostendens authoritatem suam, cuius ratio est: quia Romani superbi erant, & ideo Apostolus, vt inducat eos ad humilitatem scribit se seruum, in exemplum humilitatis. Galatis vero, quia stulti erant & superbi, vt frangat eos, nominat se Apostolum: & ideo hic ponit authoritatem suam. Originem autem authoritatis suæ describit, cum dicit; *Non ab hominibus &c.* Et primo remouet originem æstimatam. Secundo, assignat veram, ibi; *Sed per Iesum Christum &c.* Origo autem æstimata erat, quia intantum Galatæ seducti erant a Pseudo, ꝙ crederent Apostolum non esse eiusdem authoritatis, qua alii apostoli erant, quia non fuit doctus a Christo, vel conuersatus cum eo, sed esset missus ad eis, quasi minister eorum. Opinionem ergo istam remouet, cum dicit; *Non ab hominibus &c.* Quidam enim mittebātur a toto collegio Apostolorum & discipulorum. Et ideo ostendens se non esse ab eis missum, dicit, Non ab hominibus. Quidam enim mittebantur ab aliquo Apostolorum speciali, sicut Paulus aliquando mittebat Lucam & Titum. Et ideo ostendens, quòd nec sic missus sit, dicit; *Neque per hominem*, idest per aliquem Apostolorum in speciali, sed per spiritum sanctum, qui dicit Act. 13. Segregate mihi &c. Causa autem originis huius authoritatis vera, est Christus Iesus. Et ideo dicit; *Sed per Iesum Christum & Deum patrem.* Hæc autem distinctio, cum dicit, per Iesum Christum & Deum patrem; potest accipi, vel quantum ad personam patris, & personam filii, & tunc alius est in persona Deus pater, & alius Iesus Christus: ab vtroque autem missus est beatus Paulus ad prædicandum, & a tota trinitate, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non fit autem mentio de persona spiritus sancti; quia cum sit vnio & nexus duorum, positis personis duabus, scilicet patris & filii, intelligitur etiam spiritussanctus. Vel potest sumi distinctio prædicta quantum ad naturam assumptā, scilicet humanam, quia secundum naturam diuinam non est distinctio inter Deum patrem & Iesum Christum. Et tunc missus est Paulus per Deum patrem, sicut per authorem. Et per Iesum Christum, sicut per ministrum. Roma. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse &c. Quia vero Galatæ derogabant Apostolo, quòd non fuisset conuersatus cum Christo sicut alii, nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter magnificat se, quia illi fuerunt missi per Christum adhuc viuentem in carne mortali. Ipse vero a Christo iam glorificato missus est. Ideo dicit; *Qui* scilicet Deus pater; *Suscitauit eum*, scilicet Iesum Christum (inquantum hominem) *A mortuis*. Quasi dicat, Apostolus sum non ab hominibus, scilicet collegio Apostolorum nec per hominem, scilicet Christum in mortali carne viuentem: sed sum Apostolus per Christum iam suscitatum & glorificatum. Roma. 6. Christus resurgens a mortuis &c. Et quia præsens vita significatur per sinistram: futura vero per dexterā, inquantum ista est cœlestis & spiritualis: illa vero temporalis: ideo Petrus, qui vocatus fuit a Christo adhuc in carne mortali posito, ponitur in bulla Papæ in sinistra parte. Paulus vero, qui vocatus fuit a Christo iam glorificato, ponitur in parte dextera. Consequenter cum dicit; *Et qui mecum sunt &c.* Ponuntur personæ adiunctæ salutantes, quas describit a dulci familiaritate, quia mecum sunt, scilicet ad solatium & adiutorium. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Psal. 132. Ecce q̄ bonum &c. Item ab inseparabili charitate, cum dicit; *Fratres* Io. 13. In hoc cognoscent omnes &c. Item ab vniuersalitate, cū dicit; *Omnes* quod ideo addit, quia isti forte erant intantum seducti, ꝙ dictum Pauli non reputarent. Et ideo dicit, Omnes qui mecū sunt, vt ostēdat eos testes esse veritatis suæ. Et facile intelligant se errare, dum ab omnibus reprehenduntur. 2. Cor. 2. Sufficit illi qui eiusmodi ē obiurgatio hæc quæ fit a pluribus &c. Personas aūt salutatas ponit, cū dicit; *Ecclesiis Galatiæ &c.* Vbi sciendum, ꝙ sicut in Glo. tangitur, Brennus dux Senonū olim congregato exercitu intrauit Italiam, qua pertransita venit in Græciam ante tempus Alexandri Magni, vbi cū essent aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Græciæ miscuerunt se Græcis; vnde illa prouincia Gallogræcia dicta est. Deinde illi, Galatæ sunt appellati, quasi albi. Et licet Græci sint acuti ingenii, tamen illi Galatæ stulti erant, & instabiles & ad intelligendum tardiores, sicut & indociles Galli, vnde originē traxerūt. Et ideo infra dicit eis. O insensati Galatæ &c. Istis ergo scribit epistolam hanc, & isti sunt personæ salutatæ. Consequenter cum dicit; *Gratia uobis &c.* ponit bona quæ eis optat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo, ipsorum bonorum authorem, ibi; *A Deo patre &c.* Bona autem quæ eis optat sunt duo, in quibus omnia spiritualia includuntur. Primum est gratia, quæ est principiū vitæ spiritualis, cui i Glosa ascribitur remissio peccatorum, quæ est primū ī vita spirituali. Nullus enim potest esse in vera vita spirituali, nisi prius moriatur peccato. Secūdum est pax, quæ est quietatio mentis in fine, quæ in Glo. dicitur esse reconciliatio ad Deum: & sic dum optat principium & finem omnium bonorum spiritualium, includit Apostolus tanquam inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendum Psalm. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus 2. Cor. vlt. Gratia domini nostri &c. Bonorū aūt ipsorum author est Deus pater, & ideo dicit: *A Deo patre &c.* Vbi primo, ponitur bonorū causa. Secūdo, causandi modus, ibi; *Qui dedit*. Tertio, gratiarum actio pro ipsis bonis, ibi; *Cui est honor &c.* Causa aūt & authoritas bonorum, est Deus pater tanquā author, inquantū Deus, & tota Trinitas, quæ dr̄ Deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu aūt pater gubernas &c. Et ideo dicit; *A Deo patre &c.* Item author est dn̄s Iesus Christus, sicut minister. & hoc inquantū homo. Ro. 15. Dico Iesum Christū ministrū &c. Et ꝙ per Christū sit nobis gr̄a, patet Io. 1. Gratia & veritas ꝑ Iesum Christū facta est. & Ro. 5. Iustificati gratis &c. Pax etiā est nobis ꝑ ipsum. Io. 14. Pacem meā do vobis &c. Modus aūt causandi huiusmodi bona ponitur, cū dicit, Qui tradidit &c. Vbi primo ponit causa efficiens, quæ est mors Xpi. et quantum ad hoc dicit, *Qui dedit semetipsum &c.* q.d. Ideo Christus ē author gratiæ & pacis, q̄a ipse morti dedit se, & sustinuit crucē. unde ipsa mors Christi ē causa efficiēs gratiæ Ro. 5. Iustificati gratis &c. Et Col. 1. Pacificans quæ in cęlis &c. Et dicit primo; *Qui dedit &c.* i. sponte se obtulit Ephe. 5. Dilexit nos Chr̄s & tradidit &c. Heb. 2. Vt pro omnib⁹ nobis gustaret mortem: Titū 2. Qui dedit semetipsum &c. Ex quo manifeste Ap̄lus arguit cōtra eos, ꝙ si mors Christi est sufficiēs causa salutis nostræ, & in sacramētis noui testamēti, quæ efficaciā habent ex passione Christi cōfertur gr̄a, ꝙ sit superfluū simul cū nouo testamēto seruari legalia in quibus gratia nō confert, nec salus acquiritur, quia neminē ad perfectum adduxit lex: vt habet Heb. 7 Secūdo ponitur finis & vtilitas ipsorum bonorū, quæ est causa finalis. & est duplex. Vnus est, vt liberemur a peccatis p̄teritis. Et quantū ad hoc dicit; *Pro peccatis nostris*, s. præteritis delendis & expiandis, qđ est initiū nostræ saluationis. Apoc. Dilexit nos &c. Alius finis est, vt liberaret nos a potestate mortis, & quantū ad hoc dicit; *Vt eriperet nos de præsenti &c.* Col. 1. Eripuit nos a potestate &c. Et ponit tria. l. *Vt eriperet* (inquit) *De praesenti* & seculo & nequam. Vt eriperet de præsenti trahendo nos ad æterna, ꝑ desiderium & spē; *De seculo*, i. de cōformitate huius mundi qui nos allicit, vt non ei conformemur Ro. 12. Nolite conformari huic seculo &c *Nequam*, reducens nos ad veritatē iustitiæ. Et dr̄ seculum nequam, non ꝑꝑ sui naturam, cum bonū sit creatum a Deo, sed propter mala quæ in eo fiunt: sicut illud. Ephe. 5. Dies mali sunt &c. Gen. 47. Dixit Iacob, Dies peregrinationis vitæ meæ 130. annorum sunt parui & mali &c. Et licet hæc sint nobis per Christum, nō tamen excluditur Deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuinæ voluntatis. Vnde dicit; *Secundum uoluntatem Dei & patris*. Patris, inquam, Christi per naturam, qua ab æterno procedit, vt verbum. Psal. 2. Ego hodie genui te Ioan. 1. In principio erat verbum &c. Item patris nostri per adoptionem. Ioann. 1. Dedit eis potestatem &c. Primo modo, ly Deus pater, accipitur pro sola persona patris. Secundo modo, pro tota trinitate. Et quia a Deo patre nostro (scilicet a tota trinitate) hæc omnia proueniunt nobis per Christum, ideo ipsi, scilicet toti trinitati; *Gloria* in se, honor aliis sit, vel est; *In secula seculorum*, idest semper; *Amen*, est nota confirmationis. Habes ergo in summa in salutatione prædicta authoritatem Apostoli, qua eorum superbiam frangit: uirtutem gratiæ, qua eos ad obseruantiam euangelii prouocat, & insufficientiam legalium, vt ab eis eos reuocet.

LECTIO II.

MIror quòd sic tā cito transferimini ab eo q̄ vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euāgelium, qđ non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant & volūt cōuertere euangeliū Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit. sicut prædiximus, & nūc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit p̄ter id qđ accepistis, anathema sit. Modo.n. hominib⁹ suadeo, an Deo? an quęro hominib⁹ placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

LECTIO SECVNDA.

IN superioribus præcessit salutatio, sequitur in sequentibus epistolaris narratio: in qua arguit Apostolus eorum errorem. Secundo, eos monet ad correctionē. 5. cap. ibi. State ergo &c. Errorem autem eorum arguit dupliciter, & per authoritatē euāgelici documenti, & per rationē ueteris testamēti. 3. cap. ibi; *O insensati &c.* Arguit autem errorem ipsorum, ostendendo authoritatem euangelicæ doctrinæ. Primo ostendendo ipsorum leuitatē quantum ad leuem dimissionem euangelicæ doctrinæ. Secundo, commendando authoritatem ipsius doctrinæ euangelicæ: ut sic quanto dignius est quod dimittunt, tanto corū error appareat maior, ibi; *Notum enim vobis facio &c.* Circa primum duo facit. Primo enim exaggerat culpam. Secundo infligit pœnam, ibi; *Sed licet nos &c.* Culpam autem exaggerat & seductorum & seducentium ibi; *Nisi sunt &c.* Circa primum tria facit. Primo, enim aggrauat culpam seductorū ex animi leuitate: unde dicit; *Miror*, q.d. cum sciatis tot bona, quæ dicta sunt prouenire vobis per Christum, & quòd cum fueritis ita bene instructi per me, tamen; *Sic*, idest intantum, & tam vehementer; vt videamini iam obliti, tam; *Cito*, idest in tam breui tempore; *Transferimini*, vt alludat nomini: Galatia enim, translatio dicitur. q.d. Vos estis Galatæ, quia tam cito transferimini. Eccle. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Secundo, aggrauat eorum culpam ex eo quod dimiserunt. Si enim ratio recedit & transfertur a malo, commendabilis est & benefacit: sed quando recedit a bono, tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erant. Et ideo dicit eis, Et si mirandum sit, quòd tam cito, & sic transferimini, addit tamen materiam admirationis, quòd scilicet transferimini; *Ab eo*, scilicet a Deo, & fide eius; *Qui vos vocauit in gratiam Christi*, idest in participationem æterni boni, quàm habemus per Christum. 1. Pet. 2. Gratias agentes Deo, qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Item. 2. Pet. 2. Melius erat eis viam veritatis nō agnoscere, quàm &c. Secūdo, aggrauat eorum culpam ex eo, ad quod conuersi sunt, quia non sunt conuersi ad bonum, sed ad malum. Vnde dicit; *In aliud euangelium*, idest veteris legis, quæ annunciatio bona est, inquantum annunciat quædam bona, scilicet tēporalia & carnalia. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me &c. Sed tamen non est perfecta & simpliciter, sicut euangelium: quia non annunciat perfecta & maxima bona, sed parua & minima. Sed lex noua est perfecte & simpliciter euangelium, idest bona annunciatio, quia annunciat maxima bona, scilicet cælestia, spiritualia, & æterna. Et licet sit aliud euangelium secundum traditionem Pseudo, tamen secundum meam prædicationem, non. Est enim aliud in promissis, sed non est aliud in figura, quia idē continetur in veteri testamento, & in nouo: in veteri quidem, vt in figura, in nouo vero, vt in re & expresse. Et sic est aliud euangelium, quantum ad ea quæ exterius apparent, sed quantū ad ea quæ interius sunt & continentur, non est aliud: licet autē non sit aliud in se, tamen potest esse aliud ex culpa aliorum, scilicet seducentium. Et ideo eorum culpam exaggerans, dicit; *Nisi sunt aliqui*, scilicet seductores; *Qui vos conturbant*, idest puritatem sensus vestri, qua imbuti fuistis per fidei veritatem, obfuscant: quia licet idem contineatur quantum ad interiorem intellectum per vetus & nouum testamentum, vt dictum est, tamē si post susceptionem noui testamenti reiteratur vetus, videtur ostendi quòd nouum non sit perfectum, & quòd illud sit aliud ab isto. Et ideo dicit; *Quod non est aliud, nisi sunt &c.* quia isti Pseudo post fidei euangelicæ susceptionem cogebant eos circūcidi, ostendēdo per hoc, quòd circumcisio est aliquid aliud quàm baptismus, & efficit aliquid quod baptismus non potest efficere: & ideo isti conturbant vos. infra. 5. Vtinam abscindantur qui vos conturbant &c. Et vere conturbant: quia; *Volunt conuertere euangelium Christi*, idest ueritatem euangelicæ doctrinæ in figuram legis, quod est absurdum & turbatio maxima. In illud enim debet aliquid conuerti ad quod ordinatur: nouum autem testamentum & euangelium Christi non ordinatur ad uetus: sed potius econuerso, lex uetus ordinatur ad legem nouam, sicut figura ad ueritatem: & ideo figura conuerti debet ad ueritatem, & lex uetus in euangelium Christi, non autem ueritas in figuram, neq; euangelium Christi in legem ueterem: quod patet ex ipso usu loquendi. Non enim dicimus, quòd homo sit similis imagini hominis, sed potius econuerso, imago est similis homini. Hiere. 15. Ipsi conuertentur ad te &c. & Leui. 26. Nouis superuenientibus &c. Consequenter post exaggerationem culpæ, ponitur inflictio pænæ, cum dicit; *Sed licet &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, promulgat sententiam. Secundo, rationem

tionem sententiæ assignat, ibi; *Modo enim hominibus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit authoritatem suæ sententiæ. Secundo, profert eam, ibi; *Sicut prædixi &c.* Ostendit autem authoritatem suæ sententiæ multam esse: eo quòd non solum in peruersores & in seductores subditos, sed etiam in pares, sicut sunt alii Apostoli: & etiã in superiores, sicut sunt angeli, si huius criminis, scilicet conuersionis euãgelii in veterẽ legẽ rei essent, efficaciam haberet. Et ideo dicit, Quia nostræ sententiæ authoritas quam ego promulgo (quæ est excommunicatio) non solum in illos qui talia intendunt, efficaciam habet; *Sed licet nos*, scilicet Apostoli; *Aut angelus*, bonus vel malus; *De cœlo* veniens; *Euangelizet præterquam quod euangelizauimus est a nobis, Anathema sit*, idest, reus erit huius sententiæ quam promulgamus. Ad euidentiam autem dictorum tria inquirere oportet. Primo, quid significat hoc nomen, anathema. Circa quod sciendum est, ꝙ anathema est nomen Græcum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis positio, quasi sursum positio. Et est ortum ex quadam antiqua consuetudine. Antiqui enim quando pugnabant, capiebant aliquando aliquam prædam ab hostibus quã nolebãt cõuertere in vsum proprium, sed suspendebant illam in templis, vel in aliquo loco publico ciuitatis, quasi separatam a communi vsu hominum, & omne tale sic suspensum nominabant Græci, Anathema: & ex hoc inoleuit consuetudo, quòd omne illud quod excludebatur ab vsu communi, diceretur anathematizatum. Vnde dicitur Iosue 6. de Hierico & omnibus quæ in ea sunt, quòd Iosue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia inoleuit, vt illi qui excluduntur a communi societate ecclesiæ, & a participatione sacramentorum ecclesiæ, dicantur anathematizati. Secundo, inquirenda est ratio eorũ quæ dicit; *Licet nos, aut angelus &c.* Vbi sciendum est, quòd est triplex doctrina. Prima est Philosophorum, qui ex ductu rationis propriæ, in cognitionem suæ doctrinæ deuenerunt. Quædam alia doctrina est, quæ est tradita per angelos, sicut lex vetus. Lex enim non est allata voluntate humana (sicut dicitur ad Galat. 3.) sed per angelos in manu mediatoris, vt dicitur infra. 3. Quedam vero doctrina tradita est a Deo immediate, sicut doctrina Euangelii. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam &c. Hebreorum. 1. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Et post, Quæ cum initium accepisset &c. Doctrina ergo quæ traditur per hominem, potest mutari & reuocari per alium hominem, qui melius nouit, sicut vnus philosophus reprobat dicta alterius. Item, per angelum qui perspicacius videt veritatem. Doctrina etiam quæ traditur per angelum, posset forte remoueri per alium angelum superiorem, seu per Deum. Sed econtra, doctrina quæ immediate a Deo traditur, non potest neque per hominem neque per angelum irritari. Et ideo, si contingat quòd homo vel angelus diceret contrarium illi, quæ per Deum tradita est, dictum suum non est contra doctrinam, vt per hoc irritetur & repellatur: sed potius doctrina est contra eum: quia ipse qui dicit, debet excludi & repelli a communione illius doctrinæ. Et ideo dicit Apostolus, quòd dignitas doctrinæ euangelicæ, quæ est immediate a Deo tradita, est tantæ dignitatis, quòd siue homo, siue angelus euangelizet aliud præter id, quod in ea euangelizatum est, est anathema: idest abiiciendus & repellendus est. Tertio, soluere oportet obiectiones quæ circa hoc occurrunt. Quarum vna est. cum par in parem non habeat imperium, & multo magis non habeat in superiorem, videtur quòd Apostolus non potuit excommunicare apostolos, qui erant sibi pares, & minus angelos qui sunt superiores. Matth. 11. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendũ est, quòd Apostolus hãc ꝓtulit sententiã, non propria authoritate, sed authoritate euangelicæ doctrinæ, cuius minister erat, cuius doctrinæ authoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi & repellendi sunt. Ioann. 10. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die &c. Alia quæstio est, quia ipse dicit, præterquam quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neque prædicare, nisi quod scribitur in epistolis, & in euangelio. Sed hoc est falsum. quia 1. Thess. 3. dicitur, Vt compleamus ea, quæ desunt fidei nostræ &c. Respondeo, Dicendum, quòd nihil aliud euangelizandum est, quàm illud quod continetur in euangeliis & in epistolis, & in sacra scriptura implicite vel explicite. Nam sacra scriptura & euangelium, euangelizat esse credendum Christo explicite. Vnde quicquid continetur in eis implicite, quod facit ad doctrinam eius, & ad fidem Christi, euangelizari & doceri potest. Et ideo cum dicit; *Præter id &c.* idest omnino alienum addendo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, aut addiderit, scilicet omnino alienũ, apponat Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et Deu. 4. Non addetis quicquam &c. scilicet cõtrarium, seu alienũ, nec minuetis &c. Consequenter cum dicit; *Sicut prædixi &c.* Sententiam suã profert in malo, dicens, Sicut prædixi de angelis, & apostolis, idẽ dico de seductoribus, siquis seductor; *Euangelizauerit præter id quod accepistis a me, anathema sit*, idest excõicatus. Et hæc est sententia quã profert. Sed nunquid ex hoc sunt excommunicati omnes hæretici? videtur quòd nõ, quia dicitur Tit. 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita &c. Respõdeo, Dicẽdum est, quòd hæreticus potest dici aliquis: vel quia simpliciter errat ex ignorantia, & ex hoc nõ est excommunicatus. Vel quia errat ex pertinacia, & alios nititur peruertere, & tunc incurrit in canonem latæ sententiæ. Vtrum autem ex tunc his verbis sententiam in hæreticos protulerit, dubium est. cum tamen sententia iam lata sit contra hæreticos in conciliis. Potest tamen dici quòd forte hic ostenduntur excommunicatione digni. Consequenter cum dicit; *Modo enim hominibus &c.* ostendit rationem sententiæ. Vbi primo ponit rationem ipsius sententiæ. Secundo manifestat hic propositum, ibi; *An quæro &c.* Posset enim aliquis dicere. Quare sic excommunicas? Forte aliqui sunt amici vel alicuius authoritatis. non ergo sic faciendum est. Ideo respondens Apostolus, dicit, Immo sic faciendum est, quia ea quæ modo dico, non sunt ad fauorẽ hominum, sed vt placeam Deo, & hoc est quod dicit; *Modo enim*, idest post conuersionem, vel in ista epistola; *Suadeo hominibus*, idest tendit ad hoc appetitus meus, vt placeam hominibus; *An Deo?* q.d. Hæc quæ facio, ideo facio, vt complaceã soli Deo. 1. The. 2. Loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo &c. Nec etiam loquimur authoritate hominum, sed diuina. Quòd autem non intendam placere hominibus, patet ex intentione & ex proposito meo. Nam ego; *Non quæro hominibus placere*, idest non est intentionis meæ homines conuertere, vt placeam hominibus tantum, sed propter honorem Dei. Et hoc patet, quia; *Si adhuc* intenderem; *Placere hominibus*, vt olim placui; *Non essem seruus Christi*. Cuius ratio est, quia hæc sunt contraria. Ita duntaxat, vt scilicet velim placere hominibus propter homines, non referendo illud in Deum. Si enim ideo intendam aliquando placere hominibus, vt eos traham ad Deum, non pecco. Sed si primo modo, non sum seruus Christi. Esa. 28. Coangustatum est stratum; ita vt alter decidat &c. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire &c. Psal. 52. Confusi sunt, qui hominibus placent.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus redarguit Gal. de leuitate animi, eo ꝙ sic cito dimiserant doctrinam euangelii: hic vero ipsius euangelicæ doctrinæ dignitatem ostẽdit. Et circa hoc duo facit. Quia primo commendat authoritatem doctrinæ euangelicæ secundũ seipsam. Secundo ex parte aliorum apostolorum, & sua simul. 2. ca. ibi; *Deinde post annos quatuordecim &c.* Iterum prima pars diuiditur in duas: quia primo proponit intentum. Secundo manifestat propositum, ibi; *Audistis enim &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat quod proponit, ibi; *Neque enim &c.* Intendens ergo commendare veritatem euangelicæ doctrinæ, dicit; *Notum vobis &c.* q.d. Ita sum certus de authoritate euangelii, quòd non solum hominibus, immo etiam angelis contrarium non crederem, sed eos, si contrarii essent, anathematizarem. Quam quidem certitudinem ex hoc habeo, quia magis credendum est Deo quàm hominibus, seu angelis. Et ideo, cum ego habuerim illud euangeliũ a Deo, maximam certitudinem habere debeo, & habeo. Et ideo dicit; *Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est a me*, vobis & aliis ecclesiis; *Quia non est secundum hominem*, idest secundum humanam naturam discordantem a regula, seu reuelatione diuina. Et sic ly; *Secundum hominem*, sonat in vitium. 1. Cor. 3. Cum enim sit inter vos zelus & contentio &c. Et sic accipit hic Apostolus. Et ideo dicit; *Non secundum hominem* docentem me vel mittentem. q.d. Nullo modo potest hoc euangeliũ haberi ab homine, sed a Deo. Et ideo subdit;

Neque enim ego ab homine &c. Vbi duplicem modum acceptionis excludit. Primo, quòd non habuit ab homine authoritatem euangelizandi: & quantum ad hoc dicit; *Neque ab homine*, scilicet puro; *Accepi illud*, idest authoritatem euangelizandi euangelium, sed a Christo. Roma. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Esa. 42. Dedi te in lucẽ gentium &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Scẽdo, ꝙ non accepit scientiam euangelizandi ab homine. Et ideo dicit; *Neque didici*, scilicet euangelium per hominem purum; *Sed per reuelationem Iesu Christi*, idest per Iesum Christum, omnia clare ostendentem 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus &c. Esai. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem &c. & ibidem. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam &c. Hæc autem reuelatio facta fuit Apostolo, cum raptus fuit in paradisum, vbi audiuit arcana verba quæ nõ licet homini loqui 2. Corinth. 12. Consequenter cum dicit; *Audistis enim &c.* Probat propositum, scilicet quòd non accepit ab homine euangeliũ, neq; ante conuersionem, neq; post conuersionẽ ad Christum, ibi; *Cum enim placuit &c.* Quòd aũt non acceperit ab homine ante conuersionẽ suam, ostẽdit, & per odium quod habebat ad fidem Christi, & ad Christianos, & per feruorem quẽ habebat ad Iudaismum, ibi; *Et proficiebam &c.* Dicit ergo, Dico, ꝙ non accepi ab homine & hoc ante cõuersionem meã, quod patet ex factis illius tẽporis, & ex odio qd habebam ad fidem. Nam vosipsi; *Audistis*, infra eodem, Tantũ aũt auditũ habebãt &c. *Conuersationem meam aliquando* (dũ infidelis erã) *In Iudaismo*, quo iudaice viuebã. Et dicit, *meam*, quia hoc quod male facimus ex nobis est, ex Deo autem quicquid boni facimus. Osee 13. Ex te perditio tua Israel, tantũmodo in me auxilium tuum. Istud. s. audistis; *Quoniam supra modum*, s. aliorum, quia non solũ per se, sed prouocabat principes ad hoc. Alii. n. forte a principibus inducti persequebanẽ, sed iste eos inducebat. Act. 9. Saulus adhuc spirãs minarũ &c. accessit &c. Et quia non solũ in Hierusalem, sed etiam ꝑ totam regionẽ. unde accepit literas in Damascũ &c. Vnde de eo potest intelligi illud quod dr̃ Gen. 49 Beniamin lupus rapax &c. *Persecutus sum ecclesiam Dei*, s. inquirendo Christianos & fugãdo 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus &c. *Et expugnabam illam*, non quidem spiritualiter, quia corda fidelium non poteram a fide auertere, sed corporaliter affligẽdo eos pœnis corporalibus, & ponendo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui &c. Psal. 128. Sæpe expugnauerũt me &c. Sic ergo patet per odiũ quod habebat ad fidem Christi ante conuersationem, s. quòd non accepit euãgeliũ ab homine. Patet hoc etiam per amorẽ & feruorem zeli, quem habuit ad Iudaismum, & hoc, quantum ad profectum exteriorem. Vnde dicit; *Et proficiebam &c.* Vbi tria ponit, quæ exprimunt profectus magnitudinẽ, quia; *Supra multos* nõ supra paucos proficiebat, nõ supra senes ineptos ad profectũ sciẽtiæ, sed; *Coætaneos*, s. adolescẽtes acutos, & aptos ad profectum. Tren. 3. Bonũ est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Item, non supra coætaneos extraneos, quasi ignotæ linguæ, sed illos qui sunt; *In genere meo*, scilicet Iudæorũ Act. 22. Ego sum vir Iudæus, secus pedes Gamalielis eruditus &c. Item, quantum ad zelũ interiorẽ quem habebat ad legem. Et ideo dicit; *Abundantius præ aliis æmulator existens*, nõ solum legis, sed; *Paternarum mearum traditionum*, s. quas habent Iudæi licitas, quas boni patres addiderunt: vt dr̃ in Glo. quas quidẽ traditiones vocat suas, q̃a ita reputabat eas, ac si suæ fuissent. Phi. 3. Secundũ legem pharisęus, ꝑm æmulationẽ persequẽs &c. Sed quæstio est super hoc, qd̃ dicit Glo. Boni patres addiderunt. Videtur, ꝙ non fuerint boni: quia Deut. 4. dr̃, Non addetis ad verbũ quod ego loquor vobis &c. Ergo fecerunt cõtra mandatum dñi, addẽtes traditiones, & sic non fuerũt boni. Dicẽdum est, ꝙ verbũ illud dñi intelligendum est sic, Nõ addetis aliquid contrariũ seu extraneũ verbis, quæ ego loquor &c. Addere aũt aliqua q̃ nõ sunt contraria, licuit eis. s. aliquos dies solẽnes, & alia similia: sicut factũ est tempore Mardochei, & tẽpore Iudith, in memoriã beneficiorũ quæ a Deo recipiebant. Contra Mat. 15 Dñs reprehendit eos, dicẽs, Irritum fecistis mandatum domini ꝑ traditiones hominũ. non ergo sunt licitæ traditiones. Respõdeo, Dicẽdũ est ꝙ nõ arguũtur, ꝙ tenẽt traditionẽs hominũ, sed quia propter traditiones hominum, dimittunt mandata Dei.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM autem Apostolus ostendit, quòd ipse non accepit ab homine euangelium ante suam conuersionẽ: nunc hic probat, quòd non accepit ipsum ab homine post conuersionem suam. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd non recepit euangelium ab homine tempore conuersionis suæ. Secũdo, quòd nec etiam post conuersionem suam, ibi; *Deinde post annos tres &c.* Circa primum duo facit. Quia primo ostendit, quòd non accepit euangelium ab Apostolis, neq; didicit. Secundo, quòd nõ ab aliis fidelib⁹, ibi; *Sed abii in Arabiam &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit causam efficientem suæ conuersionis. Secundo, finem, ibi; *Vt reuelaret &c.* Tertio, modũ, ibi; *Continuo non acquieui &c.* Circa primum notat causam suę conuersionis, quæ duplex est, scilicet beneplacitum Dei, quod est diuina electio, & conuertentis vocatio. Quantum ad primum, dicit; *Cum autem placuit*, scilicet Deo, non quando volui ego, sed quandò placitum fuit sibi: quia non est volentis, neq; currentis &c. vt dicitur Roma. 9. Psal. 146. Beneplacitum est domino &c. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis &c. *Qui*, scilicet Deus; *me*, scilicet rebellem. 1. Corin. 15. Ego sum minimus apostolorum &c. quoniam persecutus sum &c. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum &c. Persecutorem, Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Blasphemum. 1. Thi. 1. Qui fui blasphemus &c. Me talem, inquam; *Segregauit ex vtero matris meæ.* uel ad literam. qui fecit me nasci ex ventre matris meæ. Et vere dicitur Deus segregare ex vtero, licet sit opus naturæ, quæ est quasi instrumentum Dei, quia opera etiam nostra attribuuntur Deo, sicut principali authori. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis &c. Sicut & effectus principali agenti attribuuntur. Ideo dicitur Iob. 10. Pelle & carnibus vestisti me &c. Et ab hoc vtero segregatus est ad iustificationem, quia eiusdem est iustificare, cuius est condere. Psal. 21. De ventre matris meę &c. Vel; *Ex vtero matris meæ*, scilicet Sinagogæ, cuius vterus est collegium Pharisęorum, qui nutriebant alios in Iudaismo. Mat. 23. Circuitis mare & aridam, vt faciatis &c. Sic ergo mater sua fuit Sinagoga. Can. 1. Filii matris meæ pugnauerunt contra me &c. Vterus eius sunt Pharisęi. Ex hoc ergo vtero est segregatus per spiritum sanctum ad fidem euangelii. Ro. 1. Segregatus in euangelium Dei. uel mater sua est ecclesia Christi. Vterus eius, collegium apostolorum. Segregauit ergo Deus ipsum ab vtero Ecclesiæ, idest a collegio apostolorum in officium apostolatus, & prædicationis ad Gentes, quando dixit apostolis Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum &c. Vocat autem synagogam matrem suam, quia pharisęus erat, quasi magnus in ea, dum dicitur pharisęus & ex pharisęis, quia zelator legis erat. supra, Abundantius autem æmulator &c. Quantum autem ad aliam causam, dicit; *Et vocauit &c.* Est autem duplex vocatio. Vna est exterior, & sic dicit, vocauit me cælesti voce. Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Vade in ciuitatem &c. sic etiam alios apostolos vocauit. Alia est interior, & sic vocauit per quendam instinctum interiorem, quo Deus per gratiam tangit cor, vt conuertatur ad ipsum, & sic vocauit a mala via in bonam, & hoc; *Per gratiam suam*, non nostris meritis. Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit &c. Esa. 45. Suscitauit eum ad iustitiam &c. Amos. 5. Qui vocat aquas maris &c. Finis autem conuersionis ponitur, cum dicit; *Vt reuelaret filium &c.* Qui quidem finis est Christus. Ordinatur autem conuersio sua ad Christum dupliciter, scilicet facto, & sic dicit; *Vt reuelaret filium suum*, idest in eo quod circa me fecit, conuertendo me, & dimittendo peccata mihi, reuelaret quanta sit mihi facta misericordia. 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Sed ideo misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans &c. Sic ergo reuelauit in eius conuersione filium suum, & hoc inquantum filius dicitur gratia Dei. Item, reuelauit eum in eius operatione. Vnde dicebat ipse Rom. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, in verbo, in factis, & virtute &c. Et hoc inquantum filius virtus est Dei. Item, reuelauit eum in eius prædicatione. Vnde ipse. 1. Corinth. 1. dicebat, Nos prædicamus &c. vsq; & Dei sapientiam. Et hoc inquantum filius eius dicitur Dei sapientia. Item, ordinatur ad Christum sua conuersio, verbo. Et sic dicit; *Vt euangelizarem illum in Gentibus*, quia aliis apostolis euangelizantibus Christum Iudæis: Paulus de mandato domini iuit ad Gentes cõuertendas. Esa. 49. Parum. n. est mihi, vt sis mihi seruus &c. Dedi te in lucẽ &c. Act. 13. Sic enim præcepit &c. infra. Esa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducẽ ac præceptorem gentibus. Modus autem suę conuersionis est perfectus, & quantum ad effectum

fectum. Vnde dicit; *Continuo non acquieui carni & sanguini*, idest statim ita perfecte fui conuersus, quòd omnis carnalis affectus recessit a me Eccles. 11. Facile est enim in oculis domini, subito honestare pauperem. Et accipitur hic caro & sanguis, pro vitiis carnalibus 1. Corin. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt &c. infra. 5. Caro cõcupiscit &c. Vel pro affectu & amore ad carnaliter sibi coniũctos. Mat. 16. Caro & sanguis ñ reuelauit tibi &c. Sic Apostolus & vitia sua superauit, & suos Iudæos contempsit. Item, quantũm ad intellectum, quia ita fuit instructus a Christo, quòd non fuit ei necesse instrui ab apostolis. Et ideo dicit; *Nec ueni Hierosolymam*, vt scilicet ab eis instruerer. Item, non fuit necesse instiui ab aliis fidelibus. Et ideo dicit; *Sed abii in Arabiam &c.* Quasi dicat, non iui ad loca vbi erant alii fideles, vt me instruerent, sed iui in Arabiam, vbi non erant edocti in fide, sed infideles; *Et iterum reuersus sum Damascum*, scilicet ad parentes. Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum &c. Sed contra dicitur Act. 9. Quòd demiserunt eum de muro per sportam &c. Cum autem venisset Hierusalem, tentabat se iungere discipulis. Venit ergo Hierusalem. Dicendum est, quòd venit, sed non vt instrueretur. Vel melius dicendum est, quòd non statim venit, sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur; *Deinde post annos &c.*

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM superius Apostolus ostendit se non accepisse euangelium ab homine, ante conuersionem suam, nec tempore suæ conuersionis, hic probat quòd nec etiam post conuersionem accepit ipsum ab homine, sed potius hic ostendit, quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata, Et circa hoc duo facit. Primo enim manifestat, quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo, ostendit qualiter fuit approbata ab aliis fidelibus, ibi; *Deinde ueni in partes &c.* Et primo narrat factum. Secundo, confirmat veritatem dicti, ibi; *Ecce coram Deo &c.* Dicit ergo; licet non iuerim ad apostolos vt instruerer ab eis circa principiũ meæ conuersionis, quia iam eram instructus a Christo, tamen ex affectu charitatis compulsus; *Post annos tres*, scilicet conuersionis meæ; *Veni Hierosolymam*, quoniam iandiu desideraui; *Videre Petrum*, non vt discerem ab eo, sed vt visitarem eum. Iob. 5. Visitans speciem tuam &c. *Et mansi apud eum diebus quindecim*, repertus ab eo, vt verax Apostolus. Et dicit; *Diebus quindecim*, quia numerus iste componitur ex octo & septẽ. Octonarius autem, est numerus noui testamenti, in quo expectatur octaua resurgentium. Septenarium autem, numerus veteris testamenti, quia celebrat septimam diem. Mansit autem apud Petrum diebus quindecim, conferens cum eo de mysteriis veteris testamenti & noui. Et ne credatur quòd licet non sit instructus a Petro, esset tamen etiam instructus ab aliis, subdit, quòd nec ab aliis fuit iustructus. Vnde dicit; *Alium autem Apostolorum*, a quo instruerer; *Vidi neminem*, idest nullum; *Nisi Iacobum fratrem domini*. Illum enim vidit in Hierusalem. Circa istum Iacobum sciendum est, quòd iste fuit episcopus Hierosolymorum, & fuit vocatus Iacobus minor, eo quòd vocatus fuerat post Iacobum alium. Dicuntur autem multa de isto Act. 19. Ipse etiam fecit epistolam canonicam. Quare autem dicatur frater domini, a diuersis, diuersimode dicitur. Eluidius enim dicit, quòd ideo dicitur frater domini: quia fuit filius beatæ virginis. Dicit enim, quòd beata virgo Christum concepit & peperit, & post partum Christi, cõcepit de Ioseph, & peperit alios filios: sed hic error est damnatus & reprobatus. Item, patet esse falsum, quia Iacobus non fuit filius Ioseph, sed Alphæi. Alii vero dicunt quòd Ioseph ante beatam virginem habuit aliam vxorem, de qua habuit filium Iacobum & alios, qua mortua, accepit in vxorem beatam virginem, de qua natus est Christus, non tamẽ cognita a Ioseph, sed per spiritum sanctum, vt in euangelio dicitur. Quia ergo ex patre nominantur cognationes, & Ioseph putabatur pater Christi, ideo iste Iacobus, licet non fuit filius virginis, tamen vocabatur frater domini. Sed hoc est falsum: quia si dñs matrem virginem noluit nisi virgini commendare custodiendam, quõ sustinuisset sponsum eius, virginem non fuisse, & sic perstitisse? Ideo alii dicunt & in Glo. tangitur, quòd Iacobus iste fuit filius Mariæ Cleophæ, quæ fuit soror virginis. Dicũt enim, quòd Anna mater beatæ virginis nupsit primo Ioachin, ex quo peperit Mariam matrem domini, quo mortuo, nupsit Cleophæ fatri Ioachin, ex quo peperit Mariam Cleophæ, & ex hac natus est Iacobus minor, Iudas & Simon, quo mortuo dicitur quòd nupsit adhuc cuidam tertio, qũi vocatus est Salome, ex quo concepit & peperit aliam Mariam, quæ dicta est Salome: & de hac natus est Iacobus maior, & Ioannes frater eius. Sed huic opinioni, dupliciter contradicit Hieron. Primo, quia Salome non est nomen viri, vt etiam in Græco apparet, sed est nomen mulieris, quæ fuit soror beatæ virginis, & ex Zebedeo genuit Iacobum maiorem & Ioannem: sicut Maria Cleophæ, ex Alphæo genuit Iacobum minorem, Iudam & Simonem. Dicitur autem frater domini iste Iacobus, specialiter inter alios suos consobrinos, & hoc propter duo. Primo, propter similitudinem effigiei, quia similis erat Christo in facie. Et propter similitudinem vitæ, quia imitabatur Christum in moribus. Vel quia Alpheus pater eius fuit de cognatione Ioseph. Et ideo quia Iudæi cognationis lineam texere solent a maribus, & Crhistus putabatur filius Ioseph, vt dicitur Luc. 3. ideo specialiter dictus est frater domini, & non alii, qui solum ex matre coniuncti erant ei. Accipitur autem hic frater, cognatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura Mat. 1. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Cognatione, sicut omnes consanguinei sunt fratres. Genes. 13. Ne quæso sit iurgium inter te & me, fratres enim sumus. Gente, & sic omnes vnius linguæ, dicuntur fratres. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Affectione, & sic omnes amici, & qui habent eundem affectum, dicuntur fratres 2. Co. 2. Eo q̃ non inuenerim Titum fratrem meum &c. Religione, & sic omnes Christiani qui habent vnam regulã vitæ, dicũtur fratres. Mat. 23. Fratres estis &c. Psal. 132. Ecce q̃ bonũ & q̃ iucundum habitare fratres in vnum &c. Communiter autem omnes homines dicuntur fratres, quia ab vno Deo gubernati & educati. Mal. 2. Nunquid non vnus est pater omnium nostrum &c. Consequenter cum dicit; *Quæ autem dico uobis &c.* Confirmat per iuramentum quod dixerat, quasi dicat. Ea quæ nunc scribo vobis de me; *Ecce* in manifesto sunt, ita q̃ satis constat; *Quia non mentior*. Et hoc dico; *Coram Deo* idest teste Deo Iurat autem hic Apostolus non ex leuitate, sed ex necessitate istorum, quibus necessariũ erat, vt crederent. Nisi, n. hoc faceret, nõ crederẽt ei 2. Cor. 2. Corã Deo in Christo loquimur. Ro. 1. Testis est mihi Deus &c. Quid ergo dicit dñs, Sit sermo vester, est est, nõ non, qd̃ amplius est, a malo ẽ? Dicẽdũ est, q̃ est a malo eius qui nõ credit, vel a malo pœnæ, quo cogitur q̃s iurare. Consequenter cũ dicit; *Deinde ueni &c.* ostẽdit, quomodo fuit approbatus ab aliis ecclesiis Iudææ. Vbi tria facit. Primo, ostendit vbi fuit conuersatus, quia in Cilicia. Vnde dicit; *Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ* scilicet patriæ. vnde etiam fuit raptus quia dicitur Act. 22. Erat autem Paulus a Tharso Ciliciæ &c. Secundo, quomodo fuit cognitus ab eis, quia non facie, sed auditu tantum & fama. Vnde dicit; *Eram enim ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ erant in Christo*, idest in fide Christi 2. Cor. 6. Sicut q̃ ignoti & cogniti. Vnde patet, quòd ecclesiæ Iudææ non docuerunt me; *Tantum enim auditum habebant*, scilicet de me per famam; *Quoniam qui persequebatur &c.* Tertio, quomodo approbatus est ab eis, quia; *In me glorificabant Deum*, idest in mea conuersione magnificum probabant, qui gratia sua me conuertit. Esa 43. Glorificabit me bestia &c.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus in præcedenti cap. commendauit authoritatem euangelicæ doctrinæ secundum seipsam: nunc in isto cap. commendat ipsam ex parte aliorum apostolorum & sua simul. Et circa hoc duo facit. Primo, commendat authoritatem suæ doctrinæ ex approbatione aliorum apostolorũ. Secundo, ex exemplo sui & aliorum apostolorum, ibi; *Nos natura Iudæi, non ex Gentibus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quòd alii apostoli approbauerunt suam doctrinam. Secundo ostẽdit, quòd libere reprehẽdit alios apostolos in his quę contrarium suæ doctrinæ dicebant, ibi; *Cum uenisset Petrus &c.* Circa primum duo facit. Primo, agit de collatione quam habuit

cum apostolis. Secundo, insinuat quid inde secutum sit, ibi; *Sed neque Titus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit circunstantias ipsius collationis. Secundo, ponit ipsam collationem ibi; *Et contuli cum illis &c.* Quantum ad primum tangit quatuor circunstantias, scilicet tempus, locum, testes, & motiuum ipsius. Describit autem tẽpus, cum dicit; *Deinde post annos quatuordecim*. Sed contra est: quia Apostolus fuit conuersus primo anno post pasionẽ Christi, & post tres iuit in Hierusalem, & sic sunt quatuor, & hic dicit, post annos quatuordecim, iterum iuit in Hierusalem, & sic fiunt decẽ & octo: & tunc inuenit Petrũ in Hierusalẽ. Et hoc nõ põt esse, quia Petrus sedit in Anthiochia septẽ annis: in Roma vero 25. annis. et sic essent duodeuiginti, & septẽ (qui sunt 25. anni) anteq̃ iret Romã, & Romæ moratus est 25. annis, ergo vixisset Petrus post passionem Christi 50. annis: quod est falsum, quia quadragesimo anno a passione Christi, passus est Petrus Romæ, vt in historia habet: quod fuit tempore Neronis. Respondeo: dicendũ quòd cum dicitur, *Deinde &c.* non est intelligendum quòd post tres annos, iterum elapsi sint quatuordecim anni antequam iret in Hierusalem: sed q̃ anno quartodecimo suæ conuersionis, iterum ascendit: nec sunt addendi supra istos quatuordecim, septem anni, quibus Petrus rexit ecclesiam Antiochenam, quia ante istos annos incepit regere: & cum Antiochia sit prope Hierusalem, potuit esse vt aliquando Petrus iuisset in Hierusalem, & tunc Paulus inuenerit eum ibi. Et sic colligitur ex historia, quòd post annos quatuordecim, Petrus venit Romam tempore Claudii imperatoris, & existens ibi 25. annis, compleuit numerum 39. annorũ, & mortuus est 40. anno post passionem domini. Dicit autem signanter quatuordecim, vt ostendat quòd non indigebat Apostolorũ instructione, si quatuordecim annis fuit sine eis. Locum vero describit, cum dicit; *Hierosolymam*. Et dicit; *Ascendi*, quia in alto posita est. Ascendit autem Hierosolymam, vt ostenderet se cõcordare cũ prophetia, quæ dicit Esai. 2. De Sion exibit lex &c. Testes describit, cum dicit; *Cum Barnaba, assumpto & Tito*, Barnabas Iudæus erat, Titus vero Gentilis. Cum eis ergo ascendit, vt haberet testes suæ doctrinæ, & vt in nullam partem, siue Iudeorum, siue Gentilium ostendat declinare. Deut. 17. In ore duorum vel trium stat omne verbum. Motiuum autem describit cum dicit; *Secundum reuelationem Dei*, idest Deo reuelante, & præcipiente sibi quòd ascenderet in Hierusalem. Ex quo colligi potest, quòd omnes actus apostolorum & motus, fuerũt secundum instinctum spiritusancti. Iob 37. Nubes spargunt lumen suum &c. Consequenter cum dicit; *Et contuli &c.* agit de ipsa collatione, vbi tria facit. Primo, manifestat materiam super quã contulit. Secundo, personas cum quibus contulit. Et tertio, causam propter quam contulit. Materia de qua contulit, fuit euangelium. et ideo dicit; *Contuli cum illis euangelium Dei &c.* Personæ cum quibus contulit, sunt maiores & excellẽtiores inter Apostolos; *Seorsum autem cum his &c.* Sed causa vtilis & necessaria, ne scilicet; *In uacuum &c.* quantum ad primum, dicit, Ascendi Hierosolymam, vbi contuli cum illis, tanquam cum amicis & paribus, euangelium quod prædicaui in Gentibus, non vt addiscerem, quia iam doctus eram a Christo, non vt certificarer, quia sic certus sum, quòd si angelus diceret contrarium, non crederem, vt patet supra 1. cap. Sed contuli propter duo, scilicet ad insinuandam vnitatẽ doctrinæ meę cum doctrina aliorum apostolorum 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes &c. Contulit ergo cum eis quasi idem verbum cum eis, sed non pares habuit. Item ad vitandum calumniam aliorum. Apostolus enim, quia non fuerat conuersatus cum Christo, nec edoctus ab apostolis: sed statim post conuersionem suam incepit prædicare quæ erant odiosa Iudæis: & specialiter de vocatione Gentium, & quòd non debebant seruari legalia. Sic ergo contulit euangelium: sed cum quibus hoc fecerit, ostendit subdens; *Seorsum autem his &c.* Quasi dicat, non cum omnibus, sed cum his qui erant inter alios alicuius authoritatis & momenti, scilicet cum Petro, Iacobo, & Ioanne, & aliis magnis. Eccle. 9. Cum sapientibus & prudentibus tracta &c. Sed; *Seorsum &c.* non quòd turpia vel falsa cum eis tractaret ac conferret, sicut hæretici faciũt, sed quia sciebat ibi esse Iudæos calumniantes, propterea quia de legalibus docuerat. et ideo ne veritas pateret calumniæ, cum illis seorsum contulit, qui nõ calumniarentur. Prou. 25. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretũ extraneo ne reueles &c. Eccle. 8. Coram extraneo ne facias consilium &c. Sic ergo patet & materia collationis, & personæ. Sequitur causa, quæ fuit scilicet; *Ne in uacuum currerem, aut cucurrissem*, idest ne reputaret prædicasse inutiliter. Vocat autem prædicationem suam, cursum, propter velocitatem suæ doctrinæ, quia in modico tempore a Hierusalem vsque in illiricum, & vsque in Hispaniam, prędicauit euãgeliũ. Vnde posset dici de eo illud Psalm. 147. Velociter currit sermo eius & 2. Thess. 3. Fratres orate pro nobis, vt sermo domini currat &c. Sed nunquid dubitabat, quòd in vacuum cureret? Dicendum est, quòd sibi non dubitabat, sed illis quibus prædicauerat, quia nisi ab illis firmiter teneretur sua doctrina, quantum ad illos in vacuum cucurrisset, & ideo voluit conferre cum eis, vt dum scirent auditores, quòd doctrina sua concordaret cum doctrina aliorum apostolorum, & approbaretur ab eis, firmius eius doctrinam tenerent, & sic quantum ad eos non in vanum cureret 1. Corinth. 9. Ego sic curro, non quasi in incertum. Consequenter cum dicit; *Sed neque Titus &c.* ostendit quid secutum sit ex collatione cum apostolis habita. Et ponit tria, quæ inde secuta sunt, scilicet quòd a sua sententia non recessit, & quòd sua doctrinæ nihil superadditum fuit, ibi; *Ab his autem qui uidebantur &c.* Tertio, quòd sua doctrina approbata est, ibi; *Sed contra cum uidissent &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd non recessit a sua sententia in quodam particulari. Secundo, ostendit quod etiam in nullo alio recessit ab ea, ibi; *Sed propter introductos &c.* Dicit ergo, Dico quòd ita contuli cum eis de doctrina euangelii quod ex hoc secutũ est, quòd doctrina mea & sententia firma permansit, scilicet de legalibus non obseruandis: sic quòd Gentiles non cogerentur ad seruandum legalia, in tantum; *Quod neque Titus, qui mecum erat, cum esset etiam Gentilis, compulsus est* rationibus eorum; *Circuncidi*, sed susceptus est ab apostolis in societatem incircuncisus. Vnde, tunc data est sententia ab apostolis de legalibus non obseruandis, sicut habetur Act. 15. Ratio autẽ, quare post passionem Christi non debent seruari legalia, assignatur a Chrisostomo talis, Manifestum est enim, quòd instrumentum quod fit de aliqua promissione seu fœdere tenet tantum, quousque cõpleatur fœdus & promissio, quibus completis, instrumentum prædictum in hoc non tenet. Circuncisio autem est quoddam instrumentum promissionis & fœderis, inter Deum & fideles homines: Vnde & Abraham accepit circuncisionem insignum promissionis: vt dicitur Gene. 17. Et quia Christi peracta passione, soluta fuit promissio & completum fœdus, ideo post passionem non tenet, nec valet circuncisio. Sic ergo patet, quòd non recessit a sententia sua in hoc, quòd non permitteret circuncidi Titũ. Consequenter ostendit quòd in nullo alio etiam recessit ab ea, cum dicit; *Sed propter sub introductos &c.* Litera autem ista est diuersa in diuersis & obscura, & legitur sic, Tu dicis quòd non permisisti circuncidi Titum, sed quare non permisisti? Nonne alibi permisisti Timotheum, sicut legitur Act. 16. Ad hoc potest sic respondere Apostolus: quia tunc temporis quãdo Timotheus fuit circuncisus, indifferens erat circuncisio, vtrum, scilicet seruaretur vel non: sed modo cum ageretur de Tito, erat specialis quæstio de circuncisione quam ego dicebam non debere seruari. Vnde si permisissem eum circuncidi, cum egomet diffiniuissem quæstionem, fuisset factum in contrarium, nec licebat vltra de hoc mouere quæstionem, vel facere difficultatem, vtpote iam determinatam. Et ideo dicit, Dico quòd non solum non permisi ipsum circuncidi ab illis; *Quibus neque ad horam cessimus subiectione*, scilicet vt Gentes subderentur legi. Et hoc propter subintroductos a diabolo, vel a pharisæis; *Falsos fratres*, qui se fingunt amicos 2. Corint. 12. Periculum in falsis fratribus; *Qui*, scilicet fratres falsi; *Subintroierunt*, in locum, vbi erant Apostoli; *Latenter explorare*, idest ad explorandam; *Libertatem nostram* a peccato & lege 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ro. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. infra 4. Vt eos, qui sub lege erant redimeret; *Quam*, scilicet libertatem; *Habemus in Christo Iesu*, idest per fidem Christi. infra 4. Non estis ancillæ filii, sed Liberæ. Et ad hoc subintroierunt; *Vt in seruitutem* legis & carnalium obseruantiarum; *Redigerent* sicut ante passionem Christi, quod non est faciendum, quia Fundamẽtum aliud nemo potest ponere &c. 1. Corin. 3. Et hoc vt veritas euangelii permaneat apud vos quasi dicat. In nullo cessimus eis propter hoc, ne scilicet; *Occasionem daremus eis* qui sine circuncisione dicebant vos non posse saluari, qd̃ est contra veritatem euangelii; quod prædicaui vobis. Ambro. autem aliter legit, secundũ præmissa

naba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium quod prædico in Gentibus, Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subĩtroierũt explorare libertatẽ nostrã, quã habemus in Xpo Iesu, vt nos in serui tutẽ redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectione: vt veritas euãgelij pmaneat apud vos.

missa enim habetur, quòd ideo ad horam non cessit propter subintroductos. Ex quo sequitur, quòd nisi fuissent subintroducti falsi fratres, cessisset eis de legaliũ obseruatione. Et ideo propter hoc nõ fuit: quia propter hoc non cessisset eis, sed propter ipsam veritatem, Ideo dicit Ambr. quòd litera est falsa, & superfluit ibi, NEQVE. Vnde vult, quòd nõ sit ibi, NEQVE. Et tunc est sensus. Non permisi circuncidi Titum, sed Timotheũ permisi circuncidi; *Propter subintroductos falsos fratres*, in loco vbi eram cum Timotheo & aliis qui subintroierunt &c. Quod cũ facere nequiuissent, populum in seditionem cõtra nos incitare moliebantur. Quibus, scilicet falsis fratribus propter hoc; *Cessimus ad horam subiectionis*, in facto circuncisionis, circuncidendo Timotheum, ibi; *Vt veritas euangelii permaneat &c.* Quæ habet, quòd nec circuncisio aliquid confert, neque præputium, sed fides. Fuit autem specialis causa, quare Timotheus circuncisus fuit & non Titus, quia Timothæus fuit ex patre Gentili, & matre Iudæa, Titus vero, ex vtroque parente Gentili. Et sententia Apostoli erat, quòd qui ex aliquo parente Iudæo nati fuerant, circunciderentur, qui vero totaliter ex Gentilibus parentibus nati essent, nullo modo debeant circuncidi.

LECTIO II.

AB his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi .n. qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed ecõtra, cum vidissent quòd creditum est mihi euangeliũ præputij, sicut & Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatũ circuncisionis, operatus est & mihi inter gẽtes.) & cũ cognouissent gratiã q̃ data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioãnes, q̃ videbãtur columnę esse, dextras dederũt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in cir G cuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus. Qũod et solicitus fui hoc ipsum facere.

LECTIO SECVNDA.

OSTENSO quòd Apostolus in nullo recessit a sententia sua in collatione prædicta: hic cõsequenter ostẽdit, quòd nihil suæ doctrinæ per alios Apostolos superadditum fuit. Et circa hoc, duo facit. Primo enim, describit conditionem Apostolorum, nihil ei addere valentium. Secundo, prosequitur propositum, ibi; *Mihi enim qui &c.* Conditionem autem illorum describit ex tribus. Primo, ex authoritate quam habebant in ecclesia quæ est magna, et quantum ad hoc dicit; *Ab his autem &c.* Litera defectiua est. unde debet suppleri sic. Ab his autem, scilicet Petro & Ioanne. q. d. Licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinæ. Et si ab his nihil accepi, multo minus ab aliis. Sed notandum est, quòd hoc quod dicit; *Qui videbantur aliquid esse*, si hoc intelligatur secundum gratiam Dei quæ in ipsis erat, sic verum est, quòd secundũ hanc magni erãt, quia quos iustificauit, hos & magnificauit, vt dicitur. Rom. 8. Si vero intelligãtur aliquid esse secundum seipsos, sic falsum est, quia secundum hoc, nihil erant. Nam si secundum se aliquid esse viderentur, semper fuissent magni, quia quod per se inest, semper inest. Vnde, cum non fuerint semper magni, non secundum se videbantur aliquid esse. Secundo, describit eorum conditionẽ ex statu eorum ante conuersionem, quam habuerunt in Synagoga. Et hunc statum caute ostendit fuisse abiectum & vilem. Vnde dicit; *Quales aliquando fuerint*, quia rustici, pauperes, idiotæ & sine literis erant. 1. Cor. 1. Non multi sapientes secũdum carnẽ &c. Sed quales fuerint; *Nihil*, idest non; *Mea interest*, scilicet referre. Et hoc forte introducit, vt considerantes statum quẽ illi habuerunt in Synagoga (qui nullus fuit,) & statum Pauli (qui magnus fuit) manifeste cognoscant, quòd Paulus in sententia quantum ad legalia sit eis præferendus, & præsertim cum Paulus in statu ecclesiæ Christi eis æquaretur, ita quòd Paulus eos in statu Synagogæ ante conuersionem præcedebat, in statu post cõuersionem, eis æqualis erat. Vnde cum agebatur de Synagoga, magis erat standum sententiæ Pauli, quàm aliorũ: sed cum de euangelio ageretur, standum erat sententiæ suæ: sicut sententiæ aliorum. Et sicut alii non erant magni per legalia, sed per Christum, sic & Apostolus per Christum magnus erat in fide; & nõ per legalia. Tertio, describit eorũ cõditionem ex diuina electione, & quãtum ad hoc dicit; *Deus enim personam &c.* q. d. Ideo magni sunt, quia Deus eos magnificauit, non attendens ad merita vel demerita eorum, sed ad ipsum quod facere intendit. Et ideo dicit; *Deus personam hominis non accipit*, idest nõ considerat magnã vel paruã. Sap. 6. Pusillum & magnũ ipse fecit &c. Sed sine personarũ acceptione ad salutẽ oẽs vocat, nõ imputans illis delicta eorũ, & hoc quia transierũt. 2. Cor. 5. Vetera trãsierũt &c. Ps. 15. Nec memor ero nominũ eorũ &c. Et ideo dicit Petr⁹. Act. 10. In veritate cõperi, ꝙ nõ est personarũ acceptio &c. Circa hoc sciẽdũ est, ꝙ accipere personã proprie est in aliquo negotio attẽdere, quasi regulã ipsius negotii, cõditionẽ personæ nihil facientẽ

F ad negotiũ, puta, cũ ideo do bñficiũ alicui, quia est nobilis; sic pulcher. Nobilitas .n. seu pulchritudo nil facit ad hoc, ꝙ habeat bñficiũ. Si vero cõditio personæ facit ad negotiũ, sic cõsiderando illã conditionẽ in facto illo, non accipio personã: sicut si ideo do beneficium alicui, quia bonus est & bene deseruiet ecclesiæ, quia bñ literatus & honestus, nõ sũ acceptor personę. Nil ergo est proprie accipere psonam, q̃ considerare conditionẽ personæ, nil facientẽ ad negotium. Cũ ergo Deus in operibus suis, & beneficiis, nihil præexistẽs ex parte creaturæ respiciat, quia ipsum, qđ est creaturæ ẽ effectus suæ electionis, sed respiciat solũ quasi pro regula beneplacitũ voluntatis suæ, s͂m quã oĩa operatur, & nõ s͂m aliquã conditionẽ personæ, vt dr̃ Eph. 4. manifestũ est, ꝙ nõ accipit personã hoĩs. Consequenter descripta conditione eorũ, ostendit propositũ. s. ꝙ nil ei addere potuerũt. Et ideo dicit; *Mihi enim qui videbãtur aliquid esse, nihil contulerunt*, q. d. Licet essent magnæ authoritatis, tñ nil addiderunt doctrinæ meæ, nec potestati: quia sicut supra dictũ est, neq; ab hoĩe accepi euãgeliũ, neq; per hoĩem didici. Glo. aũt aliter legit, quales aliqñ fuerunt &c. q. d. Non pertinet ad me referre statum eorum ante conuersionẽ, quales .s. fuerunt, quia & hoc nihil refert, cũ & ego fuerim ipsius ecclesiæ et persecutor, & tñ Deus suæ beneplacito voluntatis, elegit me H & magnificauit, & hoc quia dñs personam hoĩs non acceptat. Consequenter cum dicit; *Sed contra cum vidissent. &c.* Ostendit quo eius sententia sit approbata ab Apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam approbationis. Secundo, insinuat ipsam approbationem, ibi; *Iacobus & Cephas &c.* Tertio, addit quandam conditionem approbationi interpositã, ibi; *Tantum vt pauperes &c.* Causam autẽ approbationis (quæ mouit apostolos approbare sententiam Apostoli) ponit duplicem, scilicet prædicationis officium Apostolo iniunctum a Christo, & effectum iniuncti officii, ibi; *Et cum cognouissent &c.* Circa primum, primo ponit officium iniunctum, quod mouit eos ad approbãdum. Secundo, officii manifestationem, ibi; *Qui enim operatus est &c.* Dicit ergo, Dico ꝙ illi: *Qui videbantur aliquid esse, nihil mihi contulerunt*, sed potius contra opinionem aduersariorum, qui ascenderant contra me in Hierusalem ad apostolos pro ipsa quæstione, me ipsi apostoli approbauerunt, & hoc; *Cum vidissent quod creditum est mihi euangelium*, idest officium prædicationis; *Præpu- I tii*, idest iniunctum prædicare incircuncisis, scilicet Gentibus. Hier. 9. Omnes Gentes habent præputiũ, oĩs autem domus &c. Sicut Petro commissa est authoritas, vt prædicaret Iudæis tantũ, & Paulus Gentibus, sed postmodum & Petrus prædicauit Gentibus, & Paulus Iudæis. Sed quia aliquis posset dicere, vnde constat nobis, quòd tibi sit commissum euangelium in Gẽtibus, ideo interponens dicit? quòd per operationes Christi. Sicut enim patet quòd Petrus accepit euangelium a Christo propter mirabilia quæ Christus fecit per eum, ita patet, quòd ego ab ipso accepi propter miracula quæ Christus operatus est, & operatur in me. Et ideo dicit: *Qui operatus est Petro &c.* idest, qui Petrum fecit Apostolum in Iudæa. s. Christus, ipse me fecit Apostolum in Gẽtibus. Et hæc est causa, quæ mouet eos. Sed quia nõ sufficit iniunctio & authoritas prædicandi, nisi homo per bonam scientiam & discretam eloquentiam ipsam exequatur, & per bonam vitam commendet, ideo addit usum suæ authoritatis, seu K officii effectum dicẽs; *Et cum cognouissent gratiam Dei. &c.* Et est litera suspensiua. i. cum vidissent ꝙ gratiosa & fructuosa esset prædicatio mea; *Tunc Iacobus, & Cephas, & Ioannes &c.* In quo notatur approbatio, seu societas facta cum eis & Paulo. Et primo, ponuntur personæ inter quas facta est societas, quæ sunt; *Iacobus, & Cephas*, idest Petrus & Ioannes. Et præmittitur Iacobus, quia erat eps Hierosolymorum, vbi hæc facta sunt. Ioãnes autẽ iste, fuit Ioannes euangelista, qui non deseruit Iudæam usque ad tempus Vespasiani; *Qui videbantur columnæ esse* Metaphorice dicitur hoc. i. sustentatio totius ecclesiæ. Sicut enim totum ædificium sustentatur per columnas, ita per istos tota ecclesia Iudæorum sustentabatur & regebatur. Et de istis columnis dicitur in Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius, i. Apostolos ecclesiæ. Can. 5. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Isti. s. ex una parte, *Dederunt dexteras societatis*. i. consenserunt in societatem; *Mihi & Barnabæ* in quo designãtur personæ ex alia parte. Per hoc autem, ꝙ dederunt sibi dexteras,

teras, significatur quòd per manus se acceperunt, in signum coniunctionis & vnitatem opinionis. Secundo, ostenditur societatis tenor, seu conditio, cum dicit; *Vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem*, scilicet prædicarent. q. d. Facta fuit inter nos coniunctio & vnio, ita tamen quòd sicut omnes fideles obediunt Petro in circuncisione, idest in ecclesia Iudęorum fidelium, ita omnes Gentiles qui conuersi fuerunt ad Christum, obedirẽt Barnabæ & Paulo: hoc tamen apposito; *Vt nos essemus memores pauperũ Christi*, qui scilicet vendiderant omnia bona sua, & pretium eorum ad pedes Apostolorum posuerant, propter Christum pauperes effecti; *Quod quidem solicitus fui hoc idem facere*, non minus affectus, quàm ipsi qui ordinauerunt, sicut apparet. Ro. 15. & 1. Cor. 6. & 2. Cor. 8. & 9. Ratio autem, quare consuetudo primitiuæ ecclesiæ de venditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circuncisione, & non in ecclesia ex Gentibus, hæc est, quia fideles Iudæi congregati erant in Hierusalem, & in Iudæa quæ destruenda in breui a Romanis erat, vt postmodum rei probauit euentus: & ideo voluit Dominus vt ibi possessiones non reseruarentur, vbi permansuri non erant. Ecclesia vero Gentilium firmanda erat & augenda: & ideo cõsilio spiritussancti factum est, vt in ea possessiones non venderentur.

LECTIO III.

CVm autem uenisset Petrus Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehẽsibilis erat. Prius enim quám uenirent q̃dam a Iacobo cum Gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos B qui ex circuncisione erãt. Et simulationi eius, cõsenserunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceret ab eis ĩ illã simulationẽ. Sed cũ uidissem, ꝙ nõ recte ambularent ad ueritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis & nõ Iudaice, quomodo Gẽtes cogis Iudaizare?

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit, quòd ipse nil vtilitatis accepit ex collatione habita cum dictis Apostolis, hic uero ostendit quòd ipse aliis profuit. Et primo ostendit, quomodo profuit Petro in corrigendo eum. Secundo manifestat ea, quæ dixit, ibi; *Prius enim quam uenirent &c.* Dicit ergo, Vere ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego potius contuli eis, & specialiter Petro: quia; *Cum uenisset Petrus Antiochiam* vbi erat ecclesia Gentium ego; *Restiti ei in faciem*, idest manifeste. Eccle. 4. Ne reuerearis proximum in casu suo, ne retineas verbum &c. Vel; *In faciem*, idest non in occulto, tanquam detrahens & timens, sed publice & vt par ei. Leui. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum &c. Et hoc ideo; *Quia reprehensibilis erat.*

Sed contra: quia hoc fuit post acceptam gratiã spiritussancti: sed post gratiam spiritussancti nullo modo peccauerunt apostoli. Respondeo: Dicendum, quòd post gratiam spiritus sancti nullo modo peccauerunt mortaliter apostoli, & hoc donum habuerunt per potentiam diuinam, quæ eos confirmauerat. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Peccauerunt tamen venialiter, & hoc fuit eis ex fragilitate humana. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus scilicet veniale, ipsi nos seducimus &c. Quod vero dicitur in Glo. Restiti ei tamquam par, Dicendum est, quòd Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis. Ex prædictis ergo habemus exemplum, prælati quidem humilitatis, vt non dedignentur a minoribus & subditis corrigi: subditi vero, exemplũ zeli & libertatis, vt non vereantur prælatos corrigere, præsertim si crimen est publicum & in periculum multitudinis uergat. Consequenter cum dicit *Priusquam uenirent &c.* Manifestat ea quæ dixit. Et primo hoc, quòd dixit eum reprehensibilem esse, Secundo vero hoc, quòd dixit Petrum reprehendisse, ibi; *Sed cum uidissem &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid Petrus sentiebat. Secundo, quid faciebat, ibi; *Cum autem uenisset &c.* Tertio, quid inde sequebatur, ibi; *Et simulationi eius &c.* Dicit ergo circa primum, quòd Petrus sentiebat legalia non esse seruanda. Et hoc, facto ostendebat, quia; *Priusquam uenirent quidam Iudaei*, scilicet zelantes pro legalibus a Iacobo Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopo; *Edebat*, scilicet Petrus; *Cum gentibus*, idest indifferenter vtebatur cibis gentilium. Et hoc faciebat ex instinctu spiritussancti, qui dixerat ei, Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris, vt habetur Act. 10. vt ipse ibidem sequenti cap. dixit Iudæis, qui contra eum insurrexerunt: quia cum incircuncisis comedisset, quasi rationem reddens. Quid autem faciebat, ostendit hic Paulus dicens, quòd cum erat cum Iudæis; *Subtrahebat se* a consortio fidelium, qui fuerant ex Gentibus, adhærens Iudæis tantum, & congregans se cum eis. Et ideo dicit; *Cum autem uenisset*, scilicet a Iudæa; *Subtrahebat se* Petrus a Gentibus conuersis; *Et segregabat se ab eis*. Et hoc ideo, quia erat; *Timens eos, qui ex circuncisione erant*, idest Iudæos, non quidem timore humano siue mundano, sed

A timore charitatis, ne scilicet scandalizarentur, sicut dicitur in Glo. Et ideo factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans se cum infirmis idem sentire, sed tamen inordinate timebat, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandali. Quid autem ex hac simulatione sequebatur, subdit dicens; *Quod simulationi eius* scilicet Petri; *Consenserunt cæteri Iudaei* qui erant Antiochiæ discernentes cibos & segregãtes se a Gentibus, cum tamen ante simulationẽ huiusmodi, hoc non fecissent. Et non solum illi consenserunt Petro, sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium; *Vt etiam Barnabas*, qui mecum erat doctor Gentium & contrarium fecerat & docuerat; *Duceretur ab eis in illam simulationem*, subtrahens se ab eis, scilicet Gentibus. Et hoc ideo, quia secundum quod dicitur. Eccle. 10. Qualis est rector ciuitatis &c. Et ibidem, Secundum iudicem populi &c. Consequenter cum dicit; *Sed cum uidissem &c.* Manifestat ea, quæ dixerat de reprehensione sua, qua Petrum reprehendit. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam reprehensionis. Secundo, reprehendendi modum. Tertio, reprehensionis verba. Occasio autem reprehensionis est non leuis, sed iusta & vtilis, scilicet periculum euangelicæ veritatis. Et ideo dicit, Sic Petrus reprehensibilis erat, sed ego solus cum vidissem quòd, *Non recte ambularent* illi qui sic faciebãt; *Ad ueritatem euangelii*, quia per hoc peribat veritas, si cogerentur Gentes seruare lega- C lia, ut in fra patebit. Quòd autem recte non ambularent, ideo est, quia veritas, maxime vbi periculum imminet, debet publice prædicari, nec fieri contrarium propter scandalum aliquorum. Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Modus autem reprehendendi fuit conueniens, quia publicus & manifestus. Vnde dicit; *Dixi Cephæ*, idest Petro; *Coram omnibus*, quia simulatio illa in periculum omnium erat, 1. Thi. 5. Peccantem coram omnibus argue. Quod intelligendum est de peccatis manifestis, & non de occultis, in quibus debet seruari ordo fraternæ correctionis. Cuiusmodi autem verba Apostolus dixerit Petro, cum eum reprehenderet, subdit, dicens; *Si tu Iudæus cum sis &c.* quasi dicat, O Petre; *Si tu cum Iudæus sis* natione & genere; *Gentiliter & non Iudaice uiuis*, idest Gentium & non Iudæorum ritum seruas, cum scias, & sentias discretionem ciborum nihil conferre; *Quomodo cogis Gentes* non D quidem imperio, sed tuæ conuersationis exemplo; *Iudaizare?* Et dicit cogis, quia secundum quod Leo Papa dicit, Validiora sunt exempla quàm verba. In hoc ergo Paulus reprehendit Petrum, quòd cum ipse esset instructus a Deo, cum Iudaice prius viueret, ne postea amplius cibos discerneret. Act. 10. Quod De⁹. sanctificauit, tu ne commune dixeris, ipse cõtrarium simulabat.

Sciendum est autem, quòd occasione istorum verborum, non parua controuersia est orta inter Hieronymum & Augu. Et secundum quod ex eorum verbis aperte colligitur, in quatuor discordare uidentur. Et primo in tempore legalium, quando scilicet seruari debuerunt. Nam Hieronymus duo tempora distinguit, vnum, ante passionem Christi, aliud, post passionem. Vult ergo Hieronymus quòd legalia ante passionem Christi, viua essent, idest habentia virtutem suam, inquantum scilicet, per circuncisionem tollebatur peccatũ originale, & per sacrificia & hostias placabatur Deus. Sed post passionem non solum dicit ea non fuisse viua uel mortua, sed quod plus est, ea fuisse morti- E fera, & quòd quicunque post passionem Christi ea seruauit, peccauit mortaliter. August. vero distinguit tria tempora. Vnum tempus ante passionem Christi, & concordans cum Hieronymo dicit isto tempore legalia viua fuisse. Aliud tempus est post passionem Christi immediate, ante gratiam diuulgatam (sicut tẽpus Apostolorum in principio) in quo tempore dicit Aug. legalia mortua fuisse, sed tamen non mortifera Iudæis conuersis, dummodo ipsa seruantes, spem in eis non ponerent; ita quòd etiam ipsi Iudæi ea seruantes tunc non peccarent. Si vero in eis spem posuissent, quicunque conuersi ea seruantes, peccassent mortaliter: quia si posuissent in eis spem, quasi essent necessaria ad salutem, quantum in eis erat, euacuassent gratiam Christi. Aliud tempus dicit esse, post veritatem, & gratiam Christi diuulgatam, & in isto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea seruantibus. Ratio autem dictorum est, quia si Iudæi statim post conuersionem fuissent prohibiti ab obseruantiis legalium, visum fuisset eos pari passu ambulare cum idolatris, qui

qui ſtatim ab idolorum cultura prohibebantur, & legalia non fuiſſe bona, ſicut nec idolatriam. Et ideo inſtinctu ſpiritus ſancti permiſſum eſt, vt legalia modico tempore ſeruarentur, ea intentione, quæ dicta eſt, vt per hoc oſtenderetur legalia tunc bona fuiſſe. Vnde dicit Auguſtinus, quod per hoc oſtendebatur, quòd mater Synagoga cum honore deducēda ad tumulum erat, dum non ſtatim poſt paſſionē Chriſti, legalia prohibita ſunt. Quicunque verò non eo modo ipſa ſeruaret, non honoraret matrē Synagogam, ſed eam extumularet.

LECTIO IIII.

NOs natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem, quòd nō iuſtificatur homò ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod, ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

Secundo, diſcordant prædicti Hieronymus & Auguſtinus de obſeruatione legalium, quantum ad ipſos Apoſtolos. Hieronymus enim dicit quòd Apoſtoli nunquam ſecundum veritatem ſeruabant legalia, ſed ſimulauerunt ſe ſeruare, vt vitarent ſcandalum fidelium, qui fuerant ex circunciſione. Et hoc quidem modo dicit ſimulaſſe Paulum, quando perſoluit votum in templo Hieroſolimytano, vt habetur Act. 21. & quando circuncidit Timotheum, vt habetur Act. 16. & quando a Iacobo monitus quædam legalia ſuſcepit, vt habetur Act. 15. Et hoc quidem facientes, non deludebant alios, quia faciebant hoc non intendentes legalia ſeruare, ſed propter aliquas cauſas, ſicut quòd quieſcebant in ſabbato, non propter obſeruantiam legis, ſed propter quietem. Item, abſtinebant ab immundis ſecundum legem, non propter obſeruantiam legis, ſed propter alias cauſas, vtpote propter abhominationem & aliquid huiuſmodi. Auguſtinus vero dicit, quòd Apoſtoli ſeruabant ipſa legalia, & hoc intendentes, ſed tamen non ponentes in eis ſpem, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerunt ex Iudæis, Ita tamen, quòd hæc ſeruarent ante gratiam diuulgatam: vnde ſicut eo tempore alii Iudæi conuerſi ſine periculo ſeruare poterant, abſque eo quòd eis in ſpem ponerent, ita & ipſi. Tertio, diſcordant de peccato Petri. Nam Hieronymus dicit in ſimulatione prædicta Petrum non peccaſſe, quia hoc ex charitate fecit, & non ex aliquo timore mundano, vt dictum eſt. Auguſtinus vero, dicit eum peccaſſe, venialiter tamē, & hoc propter indiſcretionem quam habuit nimis inhærendo huic parti, (ſcilicet Iudæorum) ad vitandum eorum ſcandalum. Et validius argumentum Auguſtini contra Hieronymum eſt, quia Hieronymus adducit pro ſe ſeptem doctores, quorum quatuor, ſcilicet Laudicenſem, Alexandrum, Origenem, & Didimum, excludit Auguſtinus, vtpote de hæreſi infames. Aliis vero tribus opponit tres quos pro ſe & pro ſua opinione habet, ſcilicet Ambroſium, Cyprianum & ipſum Paulum, qui manifeſte dicit, quòd reprehenſibilis erat Petrus. Si ergo nephas eſt dicere in ſcriptura ſacra aliquod falſum contineri, non erit fas dicere Petrum reprehenſibilē non fuiſſe. Et propter hoc, verior eſt opinio & ſententia Auguſtini, quia cum dictis Apoſtoli magis concordat. Quarto, diſcordant in reprehenſione Pauli. Nam Hieronymus dicit, quòd Paulus vere non reprehendit Petrum, ſed ſimulatorie, ſicut & Petrus ſimulatorie legalia ſeruabat, vt ſcilicet ſicut Petrus nolens ſcandalizare Iudæos ſimulabat ſe legalia ſeruare, ita Paulus vt non ſcandalizaret Gentes, oſtendit ſibi diſplicere, quod Petrus faciebat, & ſimulatorie reprehendit, facientes, hoc quaſi ex condicto, vt veriſq; fidelibus ſibi ſubditis prouiderent. Aug. vero dicit, ſicut Petrū vere ſeruaſſe legalia, ita dicit Paulum eum vere reprehendiſſe & non ſimulatorie. Sed & Petrus quidem ſeruando peccauit, quia inde erat ſcandalum apud Gentiles, a quibus ſe ſubtrahebat. Paulus vero non peccauit reprehendendo, quia ex eius reprehenſione nullum ſcandalum ſequebatur.

LECTIO QVARTA.

SVPRA oſtendit veritatem doctrinæ Apoſtolicæ prædicatæ per eum ex authoritate aliorum Apoſtolorum, hic oſtendit idem ex eorum conuerſatione & exemplo. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit propoſitum per Apoſtolorum conuerſationem. Secundo, aduerſantium obiectionem; *Quod ſi quærentes iuſtificare &c.* Circa primum tria facit. Primo, præmittit Apoſtolorum conditionem. Secundo, inſinuat eorum conuerſationem, ibi; *Scientes autem quòd non iuſtificatur &c.* Tertio, intentam conditionem, ibi; *Propter quod ex operibus legis &c.* Conditio autem Apoſtolorum & etiam ipſius Pauli hæc eſt, quòd ſecundum naturalem originem ex Iudæis proceſſerunt. Et hoc eſt quod dicit; *Nos*, ſcilicet ego & apoſtoli alii ſumus; *Natura*, ideſt naturali origine; *Iudæi* non proſeliti. 2. Corinth. 11. Hebræi ſunt & ego &c. Et hæc eſt magna laus, quia vt dicitur. Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt; *Et non Ex Gentibus peccatores*, ideſt non ſumus peccatores, vt Gentes ydolatræ & immundæ. Sed contra eſt quod dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus &c. ergo Iudæi ſunt peccatores Reſpondeo, Dicendum eſt quòd aliud eſt peccantem eſſe, aliud peccatorem. Nam primum denominat actum: ſecundum vero promptitudinem ſiue habitum ad peccandum. Vnde ſcriptura, iniquos & grauibus peccatorum ſarcinis oneratos, peccatores appellare cōſueuit. Iudæi ergo propter legem ſuperbiētes, quaſi per eā coerciti a peccatis, Gentes quæ ſine freno legis erāt, & ad peccandū pronæ, peccatores vocabāt. Eph. 4. Non circunferamur omni vento doctrinæ &c. Cū ergo dicat Apoſtolus, nō ex Gētibus peccatores, exponitur. i. non ſumus de numero peccatorū, qui ſunt inter Gētiles &c. Cōſequenter cū dicit; *Scientes autem quod non iuſtificatur homo etc.* Ponit Apoſtolorū cōuerſationē, quæ quidē non eſt in legalibus, ſed in fide Chriſti. Et circa hoc duo facit. Primo, exprimit rōnem Apoſtolicæ cōuerſationis. Secūdo, ponit ipſam Apoſtolicam cōuerſationem, ibi; *Et nos in Chriſto &c.* Erat ergo Apoſtolica cōuerſatio in fide, & nō in legalib⁹. Cuius ratio eſt, quia licet fuerimus Iudæi natura & in legalibus nutriti, tñ ſcientes pro certo; *Quod non iuſtificatur homo ex operibus legis*, ideſt per opera legalia; *Niſi per fidem Ieſu Chriſti*, ideo deſerentes illā, conuerſamur in præceptis fidei, Rom. 3. Arbitramur enim hominē iuſtificari per fidē ſine operibus legis. Act. 4. Non eſt aliud nomen &c. Sed contra. Rom. n. 2. dicitur, Non. n. auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabūtur &c. Videtur ergo, ꝙ ex operibus legis iuſtificetur homo. Reſpondeo. Dicendum eſt, ꝙ iuſtificari poteſt dupliciter accipi, ſiu ſtitiam exequi, & iuſtum fieri. Primo autē modo, homo iuſtificatur, qui opera iuſtitiæ facit. nō autē iuſtus fit aliquis niſi a Deo, per gratiam. Sciendum eſt ergo, quòd opera legis quædam erant moralia, quædam vero ceremonialia. Moralia autem, licet continerentur in lege, non tamen poterant proprie dici opera legis; cum ex naturali inſtinctu, & ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed ceræmonialia dicuntur proprie opera legis. Quantūcunq; ergo homo, quo ad executionem iuſtitiæ ex moralibus iuſtificetur, & etiam ex ceræmonialibus, inquantum ſeruare eā eſt opus obedientiæ, vt ad ſacramenta pertineant, & ſic accipitur ſecundum dictum Apoſtoli ad Roma. 2. Quantum tamen ad iuſtum fieri, ex operibus legis non iuſtificari homo per hæc videtur, quia ſacramenta veteris legis non conferebant gratiam, infra. 4. Conuerſi eſtis ad egena elementa, ideſt gratiam non conferentia, neq; gratiam in ſe continentia. Sacramenta vero nouæ legis, licet ſint elementa materialia: nōn tamen ſunt elementa ægena, quia in ſe gratiam continent, vnde & iuſtificare poſſunt. Si qui autem in veteri lege iuſti erant, nō erant iuſti ex operibus legis, ſed ſolum ex fide Chriſti, quem Deus propoſuit propitiatorem per fidem, vt dicitur Roma. 3. Vnde & ipſa ſacramenta veteris legis, non fuerunt niſi quēdam proteſtationes fidei Chriſti, ſicut & noſtra ſacramenta, ſed differenter: quia illa ſacramenta gratiam Chriſti configurabant, quaſi futuram: noſtra autem ſacramenta proteſtantur, quaſi continentia gratiam preſentem. Et ideo ſignanter dicit quòd; *Ex operibus legis non iuſtificatur homo niſi per fidem Ieſu Chriſti*: quia, & ſi olim aliqui ſeruantes opera legis iuſtificarentur, non tamen hoc erat niſi per fidem Ieſu Chriſti. Ex hac autem ſcientia apoſtolorum, quam habebant, quòd iuſtificatio non eſt per operationem legis, ſed per fidem Chriſti, concludit conuerſationem apoſtolorum eſt gentium fidem Chriſti & dimittentium opera legis. Vnde ſequitur; *Et nos in Chriſto Ieſu credimus*: quia vt dicitur Actuum. 4. Non eſt aliud nomen datum &c. Vnde ſequitur; *Vt iuſtificemur ex fide Chriſti.* Rom. 5. Iuſtificati ergo ex fide &c. Et ne aliquis credat, quòd ſimul cum lege Chriſti opera legis iuſtificent, ſubiungit; *Et non ex operibus legis.* Rom. 3. Arbitramur. n. iuſtificari hominem per fidem &c. Ex hoc concludit principale intentum, dicens quòd ſi apoſtoli qui ſunt naturaliter Iudei non quærunt iuſtificari per opera legis, ſed per fidem, quòd; *Non iuſtificatur omnis caro ex operibus legis*; nec homo quicunq; poteſt iuſtificari per opera legis. Sumitur enim hic caro, pro homine, ſcilicet pars pro toto. ſicut Eſa. 40. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Dicens autem; *Propter quod &c.* Concludit quaſi a maiori. Magis enim videtur naturale vel rationabile de Iudeis, quòd per opera legis non per fidem iuſtificarentur quām alii, ſed hoc non eſt. Quare &c.

LEC-

LECTIO QVINTA.

POSTEQVAM Apoſtolus oſtendit per conuerſationem apoſtolorum legalia non eſſe obſeruanda, quod ipſe dicebat, hic mouet quæſtionem in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quæſtionem. Secundo, ſoluit eam, ibi; *Abſit &c.* Tertio, ſolutionem eius manifeſtat, ibi; *Ego enim per legem &c.* Primum dupliciter poteſt exponi, ſecundum Gloſam. Primo, ſic. Poſſet enim aliquis dicere, quòd Apoſtoli deſerentes legem, veniēdo ad fidem Chriſti, peccaſſent. Sed ex hoc Apoſtolus introducit quaſi quoddam inconueniens, ſcilicet Chriſtum eſſe authorem peccati, eo quòd homines ad ſuam fidem vocat. Et hoc eſt quod dicit; *Quod*, ideſt, ſed; *Si* nos Apoſtoli; *Quærentes iuſtificari in ipſo*, ideſt per ipſum, ſcilicet Chriſtum; *Inuenti ſumus*, ideſt manifeſte comprobamur; *Et ipſi* Apoſtoli; *Peccatores* propter legis dimiſſionem; *Nunquid Chriſtus eſt miniſter peccati?* ideſt inducens nos ad peccandum, qui nos a ſtatu legis ad ſuam fidem vocauit? infra. 4. Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, ſcilicet ab onere legis. Reſpondet Apoſtolus; *Abſit*. Quia magis eſt miniſter iuſtitiæ. Roman. 5. Per vnius obedientiam, iuſti conſtituuntur multi 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit &c. Et quòd Chriſtus non ſit miniſter peccati, abſtraheus a lege veteri, patet, quia ſi ego ipſe; *Quæ deſtruxi*, ſcilicet, ſuperbiam gloriantem de lege; *Iterum reædifico* volens redire ad gloriandum de lege; *Præuaricatorē meipſum cōſtituo*, reſumens quæ deſtruxi 2. Petri 2. Canis reuerſus ad vomitum &c. Ioſue 2. Maledictus homo, qui reædificauerit Hierico. Dicit autem, Quæ deſtruxi, non ipſam legem, vt Manichei volunt, quia lex ſancta eſt. Romanorum, 7. ſed ſuperbiam de lege, de qua dicitur. Romanorū. 10. Quærentes ſuam iuſtitiam ſtatuere &c. Si quis aūt obiiciat, quòd cū ipſe olim deſtruxerit fidē Chriſti, præuaricatorem ſe faciebat, eam ædificans, patet reſponſio, quia fidem Chriſti conatus fuit quidem deſtruere, ſed non præualuit propter veritatem. Act. 9. Quid me perſequeris? durum eſt tibi &c. Sed ſuperbia legis vana erat, & ideo deſtrui poterat, & reædificanda non erat. Secundo modo, poteſt exponi, vt quod dicit, Inuenti ſimus & ipſi peccatores, vt referatur, non ad dimiſſionem legis, ſicut nunc expoſitum eſt, ſed magis ad ipſam legis obſeruantiam. Manifectum enim eſt, quòd quicunque quærit iuſtificari, profitetur ſe nō eſſe iuſtum, ſed peccatorem. Eſt ergo ſenſus. Si nos quærentes iuſtificari in Chriſto, ex hoc ipſo quòd quærimus nos iuſtificari, inuenti ſumus, ideſt ratione comprobamur & ipſi peccatores fuiſſe, propter hoc quòd legem obſeruabamus, nunquid Ieſus Chriſtus miniſter peccati eſt? vt ſcilicet mandauerit homines poſt ſuam paſſionem legalia obſeruare, quod ſine peccato fieri non poteſt? Et attendendum eſt, quòd hæc expoſitio procedit ſecundum opinionem Hieronymi, qui ponebat ſtatim poſt paſſionem Chriſti legalia fuiſſe mortifera. Tertio modo, poteſt exponi, vt quod dicit, Inuenti ſumus & ipſi peccatores, pertineat quidem ad ſtatum, quo lex obſeruabatur: non tamen quòd ipſi offenderent propter legis obſeruantiam, ſed propter legis defectum, quæ peccatum auferre non poterat, vt ſit ſenſus. Si quærentes iuſtificari in ipſo, inuenti ſumus & ipſi peccatores, ideſt peccatum habentes, lege peccatum non auferente, ſecundum illud. Romanorum 3. Cauſati ſumus Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe, nunquid Ieſus Chriſtus peccati miniſter eſt? vt reducat nos ad obſeruantiam legis in qua ſub peccato eramus? Et hæc expoſitio procedit ſecundum expoſitionem Auguſtini. Et reſpondet, ſecundum vtranque expoſitionem; *Abſit*, quia ego deſtruxi legem carnaliter intellectam, ſpiritualiter iudicando & docendo. Vnde, ſi iterum vellem ædificare carnalis legis obſeruantias, eſſem præuaricator legis ſpiritualis. Poteſt & quarto modo, ſic exponi. Dixeram, hominem non iuſtificari ex operibus legis. Poſſet aliquis dicere, quòd nec etiam per fidem Chriſti, quia multi poſt fidem Chriſti acceptam, peccant. Et hoc eſt quod dicit, Si quærentes iuſtificari in Chriſto, ideſt per fidem Chriſti, inuenti ſumus poſt fidem Chriſti ſuſceptam etiam ipſi nos fideles peccatores, ideſt in peccatis viuentes, nunquid Ieſus Chriſtus miniſter peccati eſt & damnationis: ſicut miniſter veteris legis, eſt miniſter peccati & damnationis? non quòd lex induceret ad peccatum, ſed occaſionaliter: quia prohibebat peccatum & non conferebat gratiam adiuuantem ad reſiſtendum peccato. Vnde dicitit. Romanorum ſeptimo. Occaſione accepta, peccatum per mandatum &c. Sed Chriſtus dat gratiam adiuuantem. Ioannis primo. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Vnde nullo modo, eſt miniſter peccati, nec directe, nec occaſionaliter.

LECTIO V.

QVòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nūquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim q̄ deſtruxi iterum reædifico, præuaricatorem me conſtituo.

LECTIO VI.

EGo enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuā: Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

LECTIO VI.

HIc Apoſtolus ſolutionem ſuperius aſſignatam manifeſtat. Et primo, ponit ſolutionis manifeſtationem. Secundo, concludit principale intentum, ibi; *Non abijcio gratiam Dei &c.* Sed attendendum eſt, quòd Apoſtolus inquirendo procedens, nullum dubium indiſcuſſum relinquit. Et ideo verba eius, licet videantur intricata, tamen ſi diligenter aduertantur, nihil ſine cauſa dicit, & hoc apparet in verbis propoſitis. Vbi tria facit. Primo, manifeſtat ſolutionem. Secundo, explicat ſolutionis manifeſtationem, ibi; *Chriſto confixus ſum cruci &c.* Tertio, remouet dubitationem, ibi; *Quod autem viuo &c.* Quia ergo Apoſtolus dixerat. Si enim quæ deſtruxi &c. quod intelligitur de veteri lege, poſſent enim ab aliquo reputari legis deſtructor, & per conſequens iniquus ſecundum illud. Pſal. 158. Diſſipauerunt iniqui legem tuam. ideo Apoſtolus vult oſtendere quomodo legem deſtruat, & tamen non eſt iniquus, dicens; *Ego enim per legem &c.* Vbi ſciendum eſt, quòd quando aliquis diſſipat legem per ipſam legem, talis eſt præuaricator legis, non iniquus. Diſſipatur autem lex per legem, quando in lege datur aliquod præceptum locale ſeu temporale, vt ſcilicet lex illa tali tempore, ſeu tali loco ſeruetur, & non alio, & hoc ipſum exprimatur in lege. Si quis tunc in illo tempore, ſeu in illo loco lege nō vtitur, deſtruit legem, per ipſam legem, & hoc modo Apoſtolus deſtruxit legem. Vnde deſtruxi, inquit, quodammodo legem, tamen per legem: quia ego; *Mortuus ſum legi per legem*, ideſt per authoritatem legis ipſam dimiſi, quaſi legi mortuus. Authoritas enim legis, per quam mortuus eſt legi, in multis ſacræ ſcripturæ locis habetur. Hierem. 31. tamen ſub aliis verbis, Confirmabo teſtamentum nouum ſuper domum Iſrael &c. Deuteronom. 18. Prophetam ſuſcitabit dominus de fratribus veſtris &c. Et multis aliis locis, non eſt ergo tranſgreſſor Apoſtolus, legem deſtruendo. Vel aliter. Ego per legem, ſcilicet ſpiritualem, mortuus ſum legi carnali. Tunc enim moritur legi, quando abiicit legem ſolutus a lege, iuxta illud Roma. 7. Mortuo viro, ſoluta eſt mulier a lege viri. Inquantum vero Apoſtolus ſubiectus erat legi ſpirituali, dicit ſe mortuum legi, ideſt ſolutum a legis obſeruatione. Roman. 8. Lex ſpiritus vitæ &c. Alius modus dimittendi legem, ſine præuaricatione eſſe poteſt: quia videlicet lex aliqua quando eſt ſcripta in carta, tūc dicitur lex mortua, & quando eſt in mente legiſlatoris, tunc dicitur lex viua. Conſtat autem, quòd ſi aliquis ſecundum verbum legiſlatoris operaretur contra legē ſcriptam & ſolueret legem, & ſolueretur a lege mortua, & ſeruaret legem viuam, ſecundum imperium legiſlatoris. Dicit ergo, ſecundum hoc; *Mortuus ſum legi* ſcriptæ & mortuæ, ideſt ſolutus ſum ab ea; *Vt Deo viuam*, ideſt motus meos ſecundum dicta ipſius dirigam, & ad honorem eius ordiner. Lex enim ſtatuta in ſcriptis aliquid tradit propter extraneos, & eos qui ab eo verbotenus audire non poſſunt, ſed his qui coram eo ſunt, non dicit eam ſcriptis, ſed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant, ad Deum accedere non valentes. Et ideo neceſſe fuit eis præcepta legis in ſcriptis dare, vt per legem quaſi per pædagogum manuducerentur ad hoc, quòd ab eo præcepta eius audirent, ſecundum quod dicitur infra 3. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto &c. Sed poſtquam habemus acceſſum ad patrem per Chriſtum, vt dicitur. Romanorum 5. non inſtruimur per legem de mandatis Dei, ſed ab ipſo Deo. Et ideo dicit, Per legem manuducentem, mortuus ſum legi ſcriptæ, vt viuam Deo, ſcilicet ipſi factori legis, ideſt, vt ab ipſo inſtruar & diriga r. Conſequenter cum dicit; *Chriſto confixus ſum &c.* Explicat quæ dixit. Dixerat autem, ꝙ eſt mortuus legi, & quòd viuit Deo, et iſta duo manifeſtat. & primo, quòd ſit mortuus

legi, per hoc quod dicit; *Christo confixus sum cruci*. Secundo, quòd viuit Deo, cum dicit; *Viuo ego iam non ego &c.* Et primum quidem potest exponi dupliciter. Vno modo sicut in Glosa, sic. Quilibet homo secundum carnalem originem nascitur filius iræ. Ephes. 2. Eramus enim natura filii iræ &c. Nascitur etiam in vetustate peccati. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena &c. Quæ quidem vetustas peccati tollitur per crucem Christi, & confertur nouitas vitæ spiritualis: dicit ergo Apostolus; *Christo confixus sum cruci*, idest concupiscentia, seu fomes peccati & omne huiusmodi, mortuum est in me per crucem Christi. Roma. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. Item, ex quo cum Christo confixus sum cruci & mortuus sum peccato, & Christus resurrexit, cum resurgente etiam resurrexi. Romanorum 4. Traditus est &c. Sic ergo Christus in nobis renouat vitam nouam, destructa vetustate peccati. Et ideo dicit; *Viuo autem*, idest, quia Christo confixus sum cruci, vigorem bene operandi habeo, iam non ego secundum carnem, quia iam non habeo vetustatem quam prius habui, sed; *Viuit in me Christus*, idest nouitas, quæ per Christum nobis data est. Vel aliter. Homo quantum ad illud dicitur viuere, in quo principaliter firmat suum affectum, & in quo maxime delectatur. Vnde & homines, qui in studio seu in venationibus maxime delectantur, dicunt hoc eorum vitam esse: quilibet autem homo habet quendam priuatum affectum, quo quærit quod suum est: dum ergo aliquis viuit, quærens tantum quod suum est, soli sibi uiuit: cum vero quærit bona aliorum, dicitur etiam illis viuere. Quia ergo Apostolus proprium affectum deposuerat per crucem Christi, dicebat se mortuum proprio affectu, dicens, Christo confixus sum cruci, idest per crucem Christi remotus est a me proprius affectus siue priuatus. Vnde dicebat infra vltimo. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri &c. 2. Corinthiorum 5. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei &c. Viuo autem, idest iam non viuo ego quasi in affectu habens propriũ bonum, Sed viuit in me Christus, idest tantum Christum habeo in affectu, & ipse Christus est vita mea. Philip. 1. Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Consequenter autem cum dicit; *Quod autem nunc viuo &c.* Respondet dubitationi quæ poterat esse duplex ex præmisso verbo. Vna est, quomodo ipse viuit & non est ille, scilicet qui viuit. Secunda, quomodo confixus est cruci. & ideo hæc duo aperit. Et primo primum, quomodo, scilicet viuit & non ipse viuit, dicens; *Quod autem nunc viuo in carne &c.* Vbi notandum est, quòd illa proprie dicuntur viuere, quæ mouentur a principio intrinseco. Anima autem Pauli constituta erat inter Deum & corpus, & corpus quidem viuificabatur & mouebat ab anima Pauli, sed anima eius a Christo. Quantum ergo ad vitam carnis, viuebat ipse Paulus. Et hoc est quod dicit; *Quod autem nunc viuo in carne*, idest vita carnis, sed quantum ad relationem ad Deum, Christus viuebat in Paulo. Et ideo dicit; *In fide viuo filij Dei*, per quam habitat in me, & mouet me. Abachuc. 2. Iustus autem meus ex fide viuit. Et nota quòd dicit, In carne, non ex carne, quia hoc malum est. Secundo, ostendit quòd confixus est cruci, dicens, Quia amor Christi quem ostendit mihi in cruce moriens pro me, facit vt semper ei configar. Et hoc est quod dicit; *Qui dilexit me* 1. Ioann. 4. Ipse prior dilexit nos. Et in tantum dilexit me, quòd; *Tradidit semetipsum pro me*, & non aliud sacrificium. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Eph. 5. Sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea &c. Sed attendendum est, quòd ipse filius tradidit se, & pater tradidit filium. Romanorum 8. Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & Iudas tradidit eum, vt dicitur Matt. 26. Et totum vna res est, sed non vna intentio, quia pater ex charitate, filius ex obedientia, simul cum charitate, Iudas vero ex cupiditate, & proditorie. Consequenter cum dicit; *Non abijcio gratiam Dei*, Infert conclusionem principalem. Et primo, inducit conclusionem. Secundo, manifestat modum. Dicit ergo. Ex quo tantam gratiam recepi a Deo quòd tradidit se, & ego viuo in fide filii Dei, non abiicio gratiam filii Dei, idest non repudio nec ingratum me exhibeo 1. Corinthiorum 15. Gratia Dei in me vacua non fuit &c. Vnde & alia litera habet, Non sum ingratus gratiæ Dei. Hebr. 12. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, s. per ingratitudinem se indignum fatendo. Modus autem abiiciendi & ingratitudinis est, si dicerem, quòd lex esset necessaria ad iustificandum. Et ideo dicit; *Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis est mortuus*, idest, si sufficiens

CAPIT. III LEC. I.

Insensati Galatæ, qs vos fascinauit non obedire veritati, ante, quorum oculos Iesus Xps ꝓscriptus est, & in vobis crucifixus?

sit lex, idest opera legis sufficiunt ad iustificandum hominem, Christus sine causa mortuus est & frustra, quia ad hoc mortuus est, vt nos iustificaret 1. Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. Quòd si hoc per legem fieri posset, superflua fuisset Christi mors. Sed nõ gratis mortuus, nec in vacuum laborauit, vt dicitur. Esai. 49. Quia per ipsum solum gratia iustificãs, & veritas facta est: vt dicitur Ioan. 1. Si qui ante passionem Christi iusti fuerunt, hoc etiam fuit per fidem Christi venturi in quem credebant, & in cuius fide saluabantur.

LECTIO PRIMA.

SVPRA confutauit Apostolus vanitatem & mutabilitatem Galatarum per authoritatem euangelicæ doctrinæ, ostendens suam doctrinam authenticam fuisse ab aliis Apostolis: hic vero per rationem & authoritatem ostendit hoc idem, scilicet quòd legalia non sunt seruanda. & hoc dupliciter. Primo, ex insufficientia legis. Secundo, ex dignitate eorum, qui ad Christum conuersi sunt, & hoc quarto capitulo, ibi; *Dico autem quanto tempore &c.* Circa primum duo facit. Primo, præmittit obiurgationem. Secundo, prosequitur suam probationem, ibi; *Hoc solum a vobis volo &c.* Circa primum duo facit. Primo, obiurgat eos ostendens eorum fatuitatem. Secundo, rationem obiurgationis assignat, ibi; *Ante quorum oculos &c.* Primo ergo eos de fatuitate obiurgat, vocans eos insensatos. Vnde dicit; *O insensati &c.* Insensatus autem proprie dicitur, qui sensu caret. Sensus autem spiritualis est cognitio veritatis, qui ergo veritate caret, proprie insensatus dicitur Mat. 5. Et vos sine intellectu estis. Sap. 5. Nos insensati vitam illorum &c. Sed contra Matth. 5. dicitur, Qui dixerit fratri suo fatue &c. sed fatuus idem est quod insensatus, ergo Apostolus reus est gehennæ ignis. Sed dicendum est, vt Aug. dicit, quòd intelligẽdum est, si dixerit sine causa, & animo vituperandi, sed Apostolus ex causa dixit & animo corrigendi. Vnde dicitur in Glo. Hoc dolendo dicit. Secũdo cũ dicit; *Quis vos fascinauit &c.* Ostendit modum quo insensati erant effecti. Vbi primo, notandum est, ꝙ insensatus fit aliquis multis modis. uel quia nõ proponitur sibi aliqua veritas quam cognoscere possit, vel quia, & si proponatur sibi, tamen nunquam eam acceptat, uel quia veritatem propositam, & acceptam deserit a via veritatis recedens, & tales erant isti Galatæ: qui veritatem fidei quam acceperant deserentes, veritatem propositam renuerunt. Supra 1. Miror ꝙ sic tam cito &c. Et ideo istum gradum insensationis in eis reprehendit, dicens; *Quis vos fascinauit &c.* Ad sciendum autem quid sit fascinatio, sciendum est, quòd secundum Glo. Fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus, quæ per artes magicas fieri consueuit, puta, cum hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutum, & huiusmodi. Et hoc etiam per dæmones potest fieri, qui habent potestatem mouendi fantasmata & reducendi ad principia sensuum, ipsos sensus immutando. Et secundum hanc acceptionem satis proprie dicit Apostolus; *Quis vos fascinauit*, q. d. Vos estis sicut homo ludificatus, qui res manifestas aliter accipit, quàm sint in rei veritate: quia, scilicet vos estis ludificati per deceptiones & sophismata; *Veritati non obedire*, i. veritatem manifestam, & a vobis receptam non videtis, nec obediendo recipitis. Sap. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esai. 5. Væ qui dicunt bonum malum &c. Alio modo accipitur fascinatio secundum quod aliquis ex aspectu maliuolo læditur, & hoc maxime in vetulis quæ visu vrenti, & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur & vomunt cibum. Huius causam volens assignare Auicenna in libro suo de Anima, dicit, quòd materia corporalis obedit substantiæ intellectuali, magis quàm qualitatibus actiuis & passiuis in natura. Et ideo ponit quòd ad apprehensionem substantiarum intellectualium (quas vocat animas seu motores orbium) multa fiunt præter ordinem motus cœli & omnium corporalium agentium. Eodem modo dicit, quòd quando anima sancta depurata est ab affectibus terrenorum & a carnalibus vitiis, accedit ad similitudinem substantiarum dictarum & obedit ei natura. Et hinc est, quòd aliqui sancti viri operantur quædam mira præter naturę cursum, & similiter, quia anima alicuius, fœdata passionibus carnalibus, habet fortem apprehensionem in malitia, obedit ei natura ad transmutationem materiæ, in illis maxime, in quibus materia habilis est: sicut in pueris teneris contingit. Et sic contingit secundum eum, quòd ex forti apprehensione vetularum in malitiam immutatur puer, & fascinatur. Hæc autem positio satis videtur vera, secundum opinionem Auicennæ. Nam ipse posuit formas omnes corporales

porales in istis inferioribus influi a substantiis incorporalibus separatis, & quòd agentia naturalia non habent se ad hoc, nisi vt disponentia tantum. Sed hoc quidem improbatur a Philosopho. agens enim, oportet esse simile subiecto. Non fit autem forma tantum, nec materia, sed compositum ex materia & forma. Id ergo quod agit ad esse corporalium oportet, quòd habeat materiam, & formam. Vnde dicit quòd transmutare materiam & formam non potest, nisi id, quod habet materiam & formam, & hoc quidem vel virtute sicut Deus: qui actor est formæ & materiæ: vel actu, sicut agens corporeum. Et ideo materia corporalis quantum ad huiusmodi formas, nec angelis nec alicui puræ creaturæ obedit ad nutum sed soli Deo, vt Augustinus dicit. Vnde non est verum, quod Auicenna dicit de huiusmodi fascinatione. Et ideo dicendum, quòd ad immaginationem seu apprehensionem hominis quando fortis est, immutatur sensus, seu appetitus sensitiuus: quæ quidem immutatio non est sine alteratione corporis & spirituum corporis: sicut nos videmus, quòd ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam, & exinde corpus calefit. Similiter ex apprehensione timendi, frigescit. Immutatio autem spirituum maxime inficit oculos, qui infecti rem per aspectum inficiunt, sicut patet in speculo mundo, quod ex aspectu menstruatæ inficitur. Sic ergo, quia vetulæ obstinatæ in malitia & duræ sunt, ex forti apprehensione immutatur appetitus sensitiuus, & ex hoc sicut dictum est, infectio maxime fit a venis ad oculos, & ex oculis ad rem perspectam. Vade quia caro pueri mollis est, ad earum inuidum aspectum inficitur & fascinatur. Et quandoque quidem ad hunc effectum, dæmones operantur. Dicit ergo, Quis vos fascinauit veritati non obedire? quasi dicat. Vos aliquando obedistis veritati fidei: sed modo non: ergo estis sicut pueri, qui ex aliquo inuido aspectu infecti, cibũ receptũ vomitis. Rationem autem obiurgationis assignat dicens; *Ante quorum oculos &c.* Quod potest tripliciter legi. Vno modo secundum Hieronymum vt respondeat primæ acceptioni fascinationis, quasi dicat. Dico vos fascinatos. quia ante quorum oculos &c. idest proscriptio Christi, qui damnatus est in mortem adeo vobis manifesta fuit, ac si ante oculos vestros fuisset; *Et in vobis crucifixus*, idest in intellectibus vestris erat crucifixio Iesu Christi, ita vt sciretis, qualiter facta esset: vnde si eam non videtis modo, nec obeditis, hoc contingit, quia estis ludificati & fascinati. Contra quod dicitur Can. vlti. Pone me vt signaculum super cor tuum &c. Alio modo secundum Augustinum. q.d. Recte fascinati estis, quia veritatem quam recepistis, scilicet Christum per fidem in cordibus vestris, euomitis sicut pueri. Et hoc, quia ante oculos vestros, idest in vestra præsentia *Iesus Christus proscriptus est*, idest expellitur & eiicitur de hæreditate sua, quod molestum deberet esse vobis, quia quem non deberetis pati, quòd ab aliis proscriberetur, & expelleretur, in vobis proscriptus est, idest hæreditatem suam amisit in vobis, idest vosipsos. Et tunc hoc, quod sequitur, scilicet Crucifixus, legi debet cum pondere & ostensione doloris, quia hoc addit vt considerent quo pretio Christus emerit possessionem, quam in eis amittebat, & ex hoc mouerentur magis, quasi dicat. Christus proscriptus est in vobis, scilicet qui crucifixus, idest qui cruce sua & sanguine proprio, acquisiuit hanc hæreditatem 2. Cor. 6. Empti enim estis prætio magno &c. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento &c. Tertio modo secundum Ambrosium, quasi dicat. Verre fascinati estis Ante quorum oculos, idest in quorum reputatione, scilicet secundum iudicium vestrum Iesu Christus proscriptus est, idest damnatus non alios saluans. Et in vobis, idest secundum quod vos intelligitis Crucifixus est, idest mortuus tantum, non autem alios iustificans, cum tamen de eo dicatur. 2. Cor. vltimo. Quod si mortuus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei. Potest & quarto modo exponi secundum Glosam, vt per hoc designet Apostolus grauitatem culpæ eorum: quia in hoc, quòd Christum deserunt legem obseruantes, æqualiter quodam modo peccabant Pilato, qui Christum proscripsit, idest damnauit: ut dum insufficiẽtem Christum credunt ad saluandũ, similes in peccando crucifixoribus Christi sint, qui ipsum in ligno suspenderunt, morte turpissima condemnantes & afficientes. Aequalitas tamen est accipienda ex parte eius, in quem peccatur, quia in Christum Galatæ peccabant, sicut Pilatus & crucifixores Christi.

LECTIO II.

HOc solum a vobis uolo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nũc carne cõsummamini? Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

LECTIO SECVNDA.

POSITA obiurgatione, consequenter Apostolus procedit ad insufficientiam legis, & virtutem fidei ostendendam. Et primo, ostendit insufficientiam legis. Secundo, mouet quæstionẽ & soluit, ibi; *Quid igitur lex &c.* Et circa primum duo facit. Primo, probat defectũ legis & insufficientiam per ea, quę ipsi experti sunt. Secundo per authoritates & rationes, ibi *Sicut Scriptum est.*

Circa primum duo facit: quia primo probat propositum experimento sumpto ex parte ipsorum. Secundo, probat idem experimento sumpto ex parte ipsius Apostoli, ibi; *Qui ergo tribuit vobis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit donum quod receperunt. Secundo, defectum in quem inciderunt, ibi; *Sic stulti estis &c.* Donum autem quod receperunt ostendit, quærendo ab eis vnde illud receperunt. Vnde susceptum donum supponens, interrogans, quærit ab eis, dicens, Quamuis fascinati & stulti sitis, tamen non tãtum estis ludificati, quin vnum quod valde manifestum est, me docere possitis, Et ideo *Solum hoc volo a vobis discere*, quia hoc solum sufficit ad probandum quod intendo: hoc, inquam est, quia constat ꝙ spiritum sanctum accepistis: quæro ergo an accepistis illum; *Ex operibus legis an ex auditu fidei?* Ad quod sciendum est: ꝙ in primitiua ecclesia ex diuina dispositione, vt fides Christi promoueretur & crescceret, statim post prædicationem fidei ab Apostolis, manifesta signa spiritusſancti fiebãt super audientes. Vnde de Petro dicitur Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritusſanctus &c. Ipsi etiam Galatæ ad prædicationem Pauli, manifeste spiritum sanctum acceperãt. Quærit ergo Apostolus ab eis, vnde habuerint spiritum sanctum. Constat autem ꝙ non per opera legis, quia tum essent gentiles, ante receptionem spiritusſancti legem non habebant. ergo habuerunt spiritum sanctum, idest dona spiritusſancti, ex auditu fidei. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, qui scilicet dabatur in lege (vnde & cũ tremore lex data est) sed accepistis spiritum filiorum, qui datur per fidem, quæ est ex auditu, vt dicitur Roma. 10. Si ergo hoc potuit fidei virtus, frustra quæritur aliud per quod saluemur: quia multo difficilius est de iniusto facere iustum, quàm iustum in iustitia conseruare. Si ergo fides de iniustis Galatis, sine lege iustos fecerat, non est dubium, quòd sine lege poterat eos in iustitia conseruare. Magnum ergo erat donum, quod per fidem acceperant. Consequenter cum dicit; *Sic stulti estis &c.* Ostendit defectum in quem prolapsi sunt, et exaggerat duplicem defectum in eis Apostolus, scilicet quantum ad dona, quæ a Christo acceperant, & quantum ad mala, quæ pro ipso pertulerunt, ibi; *Tanta passi estis &c.* Circa primum sciendum est, quòd isti Galatæ deserentes quod magnum erat, scilicet spiritum sanctum, adhæserunt minori, scilicet carnali obseruantiæ legis, & hoc stultum est. Et ideo dicit; *Sic stulti estis*, adeo *Vt cũm cœperitis* instinctum sancti spiritus, idest initium perfectionis vestræ habueritis a spiritu sancto; *Nunc* dum perfectiores estis; *Consummamini carne*, idest quæratis conseruari per carnales obseruantias legis, a qua nec initium iustitiæ potest haberi? Ioan. 6. Caro non prodest quicquam &c. Et sic ordinem peruertitis: quia via perfectionis est ab imperfecto tendere ad perfectum. Vos autem quia eeconuerso facitis, stulti estis. Eccles. 27. Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol, stultus vt luna mutatur. Similes isti sunt his, qui incipiunt seruire Deo cũ feruore spiritus, postmodũ deficiũt. in carne: qui ẽt assimilantur statuæ Nabuchodonosor, cuius caput aureum, & pedes lutei. Dan. 2. Et ideo dicitur Roma. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et infra. 6. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Consequenter cum dicit; *Tanta passi estis &c.* Exaggerat eorum defectum quantum ad mala, quæ pro Christo pertulerunt: qui enim aliquid sine labore recipiunt, illa minus chare custodiunt: sed illud quod cum labore acquiritur vilipendere & non custodire, stultum est. Isti autem cum labore & tribulatione magna quam passi sunt a contribulibus suis, propter fidem, receperunt spiritum sanctum. Et ideo dicit; *Tanta passi estis sine causa*, quasi dicat. Non contemnatis tantum donum, quod cum labore accepistis, alias illa sine causa, idest sine vtilitate passi estis, quia hæc sustinuistis vt peruenireris ad vitam æternam. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem &c. vnde si præcluditis vobis aditum vitæ æternæ, deserentes fidem, quærentes conseruari carnalibus obseruantiis; *Sine causa*,

idest inutiliter passi estis. Et hoc dico; *Si tamen sine causa.* Quod ideo dicit, quia in eorum potestate erat pœnitere si vellent, q̃diu viuerent. Ex hoc autem habetur, quòd opera mortificata reuiuiscunt. Sapien. 3. Labores eorum sine fructu &c. Galat. 4. Timeo autem ne sine causa laborauerim &c.

LECTIO III.

SIcut scriptum est. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Cognoscite ergo quia q ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura (quia ex fide iustificat Gētes Deus) ꝓnuntiauit Abrahę, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Si vero accipiatur de malis qui non pœnitent, potest dici quòd patiūtur sine causa conferente, scilicet vitam æternam. Consequenter cum dicit; *Qui ergo tribuit vobis &c.* probat ꝓpositū experimēto. sumpto ex parte Apostoli: possent enim dicere, quòd verum est nos recepisse spiritum sanctum ex auditu fidei, tamen propter deuotionem quam ad legem habuimus, accepimus fidem quam prædicabas. Et ideo dicit, Non curo quicquid sit ex parte vestra, tamen illud quod ego feci tribuens vobis ministerio meo spiritum sanctum; *Qui operatur in vobis virtutes,* i. inter vos miracula, Sed nunquid facio hoc sic; *Ex operibus legis an ex operibus fidei?* Non vtique ex operibus legis, sed ex fide. Sed nunquid aliquis potest dare spiritumsanctum? Augustinus enim 15. de Trinit. dicit, quòd nullus homo purus spiritum sanctum dare potest, nec ipsi Apostoli dabāt, sed imponebant manus super homines, & accipiebant spiritum sanctum. Quid ergo est, quod hic dicit Apostolus de se loquens, Qui tribuit vobis spiritum sanctum? Respondeo. Dicendum est, quòd in datione spiritussancti tria per ordinem se habentia occurrunt, scilicet spiritussanctus inhabitans, donum gratiæ & charitatis cum cæteris habitibus, & sacramentum nouæ legis, cuius ministerio datur. Et sic potest ab aliquibus tripliciter dari. Ab aliquo enim datur sicut authoritatem habente quantum ad tria prædicta, scilicet respectu spiritussancti inhabitantis, respectu doni, & respectu sacramenti: & hoc modo spiritussanctus datur a solo patre & filio, secundum quod eius authoritatem habent, non quidem dominii, sed originis, quia ab vtroque procedit. Sed quantum ad gratiam seu donum, & quantum ad sacramenta spiritussancti, dat etiam se, secundum quod datio importat causalitatem spiritussancti respectu donorum ipsius, quia vt dicit Apostolus 1. Corinthio. 12. ipse diuidit singulis prout vult. Secundum autem quod in datione importatur authoritas, non potest proprie dici spiritumsanctum seipsum dare. Quantum vero ad sacramentum quod ministerio ministrorum ecclesiæ datur, potest dici quòd sancti per ministeriū sacramentorum dant spiritum sanctum. Et hoc modo hic loquitur Apostolus, secundum quod tangiuur in Glosa. tamen huiusmodi modus non est consuetus neque extendēdus. Dicit etiam Glo. quòd facere miracula attribuitur fidei, quia ex hoc quòd credit quæ supra naturam sunt, supra naturam operatur. & quia Apostoli prædicabant fidem, quæ quædam rationem excedentia continebat, ideo oportebat ad eorum credulitatem aliqua testimonia adducere, quòd missi essent a Deo: quod rationem excedit. Vnde Christus dedit eis signum suum ad hoc ostendendum. Est autem duplex signum Christi. Vnum est, quòd est Dominus omnium. Vnde dicitur in Psal. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum &c. Aliud est, quòd est iustificator & saluator, secundum illud Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus &c. Dedit ergo eis duo signa. Vnum est, quòd facerent miracula, per quod ostenderent quòd missi sunt a Deo domino creaturæ omnis. Lucæ 10. Dedit eis potestatem & virtutem super omnia dæmonia &c. Aliud, quòd darent spiritum sanctum ministerio, per quod ostenderent, quòd missi sunt ab omnium saluatore. Act. 8. Tunc imponebant manus super eos &c: Et tunc cum imposuisset illis manus Paulus, spiritussanctus venit super illos &c. Et de his duobus modis dicitur Hebreor. 2. Contestante Deo signis, & portentis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus, secundum suam voluntatem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA probauit Apost. experimento, virtutē fidei & insufficientiā legis: hic vero probat idē per authoritates & rōnes. Et primo, probat virtutē fidei in iustificando. Secundo, in hoc ostēdit legis defectū, ibi; *Quicunque enim ex operibus legis &c.* Primum autem probat vtēs quodā syllogismo. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ostēdit minorem. Secundo, maiorē, ibi; *Prouidēs autem scriptura &c.* Tertio, infert conclusionē, ibi; *Igitur qui ex fi-*

F *de &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quandam authoritatem ex qua elicit minorem. Secundo, concludit eam, ibi; *Cognoscit ergo &c.* Dicit ergo. Vere iustitia & spiritussanctus est ex fide, sicut scriptū est Genesis. 15. Et introducitur Rom. 4. Quòd; *Credidit Abraham Deo &c.* Vbi notandum est, quòd iustitia consistit in redditione debiti: homo autem debet aliquid Deo, & aliquid sibi, & aliquid proximo. Sed quòd aliquid debeat sibi & proximo, hoc est propter Deum. Ergo summa iustitia est reddere Deo, qđ suum est. Nam si reddas tibi, vel proximo, quod debes, & hoc non facis propter Deum, magis es peruersus quàm iustus, cum ponas finem in homine.

LECTIO IIII.

G QVICVNQVE enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptū est enim. Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.

Dei autem est quicquid est in homine: & intellectus & voluntas & ipsum corpus: sed tamen quodam ordine, quia inferiora ordinantur ad superiora, & exteriora ad interiora, scilicet ad bonum animæ: supremum autem in homine est mens. et ideo primum in iustitia hominis est, quòd mens hominis Deo subdatur, & hoc fit per fidem. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Sic ergo dicendum est in omnibus, quòd Deus est primum principium in iustitia: & qui Deo dat, scilicet summum, quod in se est, mentem ei subdendo perfecte est iustus. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Et ideo dicit; *Credidit Abraham Deo,* idest mentem suam Deo per fidem subdidit. Eccle. 2. Crede Deo
H & recuperabit te &c. Et infra. Qui timetis dominum credite illi &c. *Et reputatum est ei ad iustitiam,* idest ipsum credere & ipsa fides fuit ei, & est omnibus aliis sufficiens causa iustitiæ, & quòd ad iustitiam reputetur ei exterius ab hominibus: sed interius datur a Deo, qui eos qui habent fidem, per charitatem operantem iustificat, eis peccata remittendo. Ex hac autem authoritate, concludit minorem propositionem, dicens; *Cognoscite ergo &c.* quasi dicat. ex hoc aliquis dicitur filius alicuius, quòd imitatur opera eius: si ergo vos filii estis Abrahæ, opera Abrahæ facite. Ioan. 8. Abraham autem nō quæsiuit iustificari per circuncisionem: sed per fidem. ergo & illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filii Abrahæ. Et hoc est, quòd dicit. Quia Abraham iustus est ex fide, per hoc, quòd Deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam; *Ergo cognoscite* quòd illi; *Qui ex fide sunt,* idest qui ex fide credunt se iustificari & saluari; *Hi filij sunt Abrahæ,* scilicet imitatione & instructione, Roma. 9. Qui filii sunt pro-
I missionis æstimantur in semine &c. Luc. 19. dicitur Zacheo, Hodie huic domui salus a Deo facta est, eo quòd & ipse sit filius Abrahæ &c. Et Matt. 3. Potens est Deus de lapidibus istis, idest de Gentibus, suscitare filios Abrahæ, inquantum scilicet, facit eos credentes. Consequenter cum dicit; *Prouidens autem scriptura &c.* Ponit maiorem, quæ scilicet est, quòd Abrahæ prænuntiatū est, quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes. Et hoc est quod dicit; *Prouidens autem scriptura.* Inducens Deum loquentem Abrahæ dicit Gen. 12. *Quod Deus prænuntiauit Abrahæ quod in te,* idest in his qui ad similitudinem tuam filii tui erunt, imitatione fidei; *Benedicentur omnes gentes,* Mat. 8. Multi venient ab oriente & occidente &c. Consequenter cum dicit; *Ergo qui ex fide &c.* Infert conclusionem ex præmissis. Vnde sic potest formari argumentum. Deus pater nuntiauit Abrahæ, quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes: sed illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filii Abrahæ; *Ergo qui ex fide sunt,* idest qui quærunt iustificari per fidem; *Benedicentur*
K *cum fideli,* idest credente *Abraham.*

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit Apostolus virtutem fidei: hic consequenter ostendit defectum legis. Et primo, per authoritatem legis. Secundo, per humanam consuetudinem, ibi; *Fratres secundum hominem dico &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit damnum occasionaliter ex lege consequutū. Secundo, legis insufficientiam ad ipsum damnum remouendum, ibi; *Quoniam autem in lege &c.* Tertio, Christi sufficientiam qua ipsum damnum est remotum, ibi; *Christus autem nos redemit &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit intentum. Secundo, probat propositum, ibi, Scriptum est enim; *Maledictus &c.* Dicit ergo; *Quicunque enim &c.* Nam quia dixerat, quòd qui ex fide sunt, benedicentur, cum sint filii Abrahæ, posset quis dicere, quòd propter opera legis & propter fidem benedicuntur, & ideo

& ideo hoc excludens, dicit; *Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* Sed contra. Antiqui patres fuerunt in operibus legis, ergo sunt maledicti, & per consequens damnati, quod est error Manichæi. Ideoque hoc est sane intelligendum. Et attendendum est, quòd Apostolus non dicit, quicunque seruant opera legis sub maledicto sunt, quia hoc est falsum pro tempore legis, sed dicit, quicunque ex operibus legis &c. idest, quicūq; in operibus legis confidunt & putant se iustificari per ea, sub maledicto sunt. Aliud enim est esse in operibus legis, & aliud est seruare legem, nam hoc est legem implere, & qui eam implet, nō est sub maledicto. Esse vero in operibus legis, est in eis confidere & spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt; *Sub maledicto sunt,* scilicet transgressionis: quod quidem non facit lex, quia concupiscentia non venit ex lege, sed cognitio peccati, ad quod proni sumus per concupiscentiam per legem prohibitam. Inquantum ergo lex cognitionem peccati facit & non præbet auxilium contra peccatum, dicūtur esse sub maledicto, cum nequeant illud per ipsa opera euadere. Sunt autem quædam opera legis cæremonialia, quæ in obseruationibus fiebant. Aliæ sunt opera quæ pertinent ad mores, de quibus sunt mandata moralia. Vnde secundum Glo. hoc quod hic dicitur, Quicunque ex operibus legis sunt &c. Intelligendum est de operibus cæremonialibus, & non de moralibus. Vel dicendum quòd loquitur hic Apostolus de omnibus operibus tam cæremonialibus quàm moralibus. Opera enim non sunt causa quòd aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executiones & manifestationes iustitiæ: nam nullus per opera iustificatur apud Deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitum, sed infusum. Et ideo quicunque ex operibus iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata non remouentur, nec aliquis quo ad Deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum. Hebreorū. 11. Hi omnes testimonio fidei &c.

Consequenter cum dicit; *Scriptum est enim &c.* Probat propositum, & hoc primo quidem secundum Glosam ostenditur per hoc, quòd nullus potest legem seruare hoc modo, quo lex præcipit. Deut. 28. Quòd omnis qui non permaserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea, idest, qui non impleuerit totam legem, sit maledictus. Sed implere totā legem est rimpossibile, vt dicitur Act. 15 Vt quid tentatis imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo nullus est ex operibus legis, quin sit maledictus. Potest etiam accipi hoc quod dicitur, Scriptum est enim &c. Non vt probatio propositi, sed vt ostendatur eius expositio. Quasi dicat. Dico quòd sunt sub maledicto, sub illo, scilicet de quo dicit lex; *Scriptum est enim. Maledictus est omnis &c.* Vt intelligatur de peccato, idest de maledicto. nam lex imperat bona facienda, seu mala vitanda, & imperando obligat, sed non dat virtutem obediendi. Et ideo dicit, Maledictus, quasi malo adiectus, omnis, nullum excipiēdo, quia vt dicitur Act. 10. Non est personarum acceptio apud Deum; *Qui non permanserit* vsque in finem. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem; *In omnibus,* non inquibusdam tantum, quia vt dicitur Iaco. 2. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus; *Quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea,* non solum vt credat, seu velit tantū, sed vt opere impleat. Psal. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sancti autem patres, & si in operibus legis erant, saluabantur tamen in fide venturi, cōfidentes in eius gratia, & saltem spiritualiter legē implentes. Moyses. n. vt in Glo. dicitur, multa quidem præcepit, quæ nullus implere potuit ad domandā Iudæorum superbiam: dicentium, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Sed hic est quæstio de hoc quod dicitur, Maledictus omnis &c. Dicitur enim Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Respondeo. Dicendum est, quòd maledicere nihil aliud est, quàm malum dicere, possum ergo dicere bonum esse malum, & malum esse bonum: & rursum bonum esse bonum, & malum esse malum. Et primum quidem prohibet Apostolus dicens, Nolite maledicere, idest nolite dicere bonum esse malum, & econtra, sed secundum licet, & ideo cum vituperamus peccatū, maledicimus quidem, sed non dicendo bonum malum, sed dicimus malum esse malum. Et ideo licet peccatorem maledicere, idest dicere eum esse malo addictum, vel esse malum. Consequenter cum dicit; *Quoniam autem in lege &c.* Ostendit insufficientiam legis, non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc, quòd iustificare non poterat. Ad quod ostendendum vtitur quodam syllogismo in secunda figura, & est talis. Iustitia est ex fide: sed lex ex fide non est, ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo pri-

A mo ponit conclusionem cum dicit; *Quoniam autem in lege nemo iustificatur.* Secundo autem maiorem cum dicit; *Quia iustus ex fide uiuit.* Tertio, minorem cum dicit; *Lex autem non est ex fide.* Dicit ergo. Dico quòd per legem maledictio inducta est, nec tamē ab illa maledictione lex eripit, quia manifestum est quòd nemo in lege iustificatur apud Deum, idest per opera legis. Circa quod intelligēdum, quòd illi qui negauerunt uetus testamentum, ex hoc uerbo occasionem sumpserunt. Et ideo dicendum est, quòd nemo iustificatur in lege, i. per legem. Nam per eam cognitio quidem peccati habebatur, ut dicitur Roma. 5. Sed non habebatur per eam iustificatio. Roma. 3. Ex operibus legis nullus iustificabitur. Sed
B contra. Iac. 2. dicitur, Nōne Abrahā ex operibus iustificatus est? Respondeo. Dicendum est, ꝙ iustificare potest accipi dupliciter, uel quantum ad executionem iustitiæ & manifestationē, & hoc modo iustificatur homo, idest, iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitum iustitiæ infusum, & hoc modo nō iustificatur quis ex operibus, cum habitus iustitiæ qua homo iustificatur apud Deum, non sit acquisitus: sed per gratiam fidei infusus. Et ideo signanter Apostolus dicit; *Apud Deum,* quia iustitia, quæ est apud Deum, in interiori corde est: iustitia aūt quæ est ex operibus, idest quæ manifestat iustum, est apud homines; & hoc modo Apostolus accipit apud Deum. Roma. 2. Non enim auditores, sed factores &c. Roma. 4. Si ex operibus Abraham iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum &c. Sic ergo patet conclusio, ratione, scilicet, quòd lex iustificare non pōt. Consequenter cum dicit; *Quia iustus &c.* Ponit maiorem, quæ est ex authoritate scripturæ. Abacuch. 2. Et introducitur etiā Rom. 1.
C & ad Heb. 10. Circa quod notandum est, quòd in homine est duplex vita, scilicet vita naturæ & vita iustitiæ. Vita quidem naturæ est per animam. Vnde anima a corpore recedente, corpus remanet mortuum. vita vero iustitiæ est per Deum, habitantem in nobis per fidem. et ideo primum, quo Deus est in anima hominis, est fides: ad Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem &c. Et sic dicimus quòd in anima, prima indicia vitæ apparent in operibus animæ vegetabilis; quia anima vegetabilis, est quæ primo aduenit animali generato, vt Philosophus dicit: ita quia primum principium quo Deus est in nobis, est fides, ideo fides dicitur principium viuendi. et hoc est, quod hic dicitur, Iustus meus ex fide viuit. Et intelligendum est de fide per dilectionem operante. Minor autem ponitur, ibi; *Lex autem non est &c.* Et primo ponitur ipsa minor. Secundo probatur, ibi; *Sed qui fecerit &c.* Dicit ergo; *Lex non est ex fide.* Sed contra: lex mandat
D credere quòd sit vnus Deus, & hoc pertinet ad fidem, ergo lex habebat fidem. quòd autem sit vnus Deus, mandatur Deūt. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus &c. Respondeo. Dicendum est, quòd hic loquitur de obseruationibus mandatorum legis, secundum quod lex consistit in mandatis & præceptis cæremonialibus, & dicit, quòd talis lex non est ex fide. Fides enim vt dicitur Heb. 11. est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et ideo proprie implet mandatum de fide qui non sperat ex hoc aliqua præsentia & visibilia consequi: sed bona inuisibilia & æterna. Lex ergo quia promittebat terrena & præsentia, vt dicitur Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ideo non est ex fide: sed ex cupiditate potius, vel ex timore, secundum illos præcipue, qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamen spiritualiter viuebant in lege: sed hoc non erat ex ea, sed ex fide mediatoris. Et quòd lex non sit ex fide, probat cum dicit; *Sed qui fece-*
E *rit ea,* idest opera legis; *Viuet in illis,* scilicet vita præsenti, idest immunis erit a morte temporali & conseruabitur in vita præsenti. Vel aliter. Dico, quòd; *Lex non est ex fide,* & hoc patet; quia; *Qui fecerit &c.* q. d. Præcepta legis non sunt de credendis, sed de faciendis, licet aliquid credendum annuntiet. Et ideo virtus eius non est ex fide: sed ex operibus: & hoc probat, quia Dominus quando voluit eam confirmare, non dixit, qui crediderit, sed, qui fecerit ea; *Viuet in illis.* Sed noua lex ex fide est. Mar. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Lex tamen est quoddam effigiatum & effectum ex fide, & ideo comparatur lex vetus ad legem nouam, sicut opera naturæ ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus naturæ apparent quædam opera intellectus, non quòd res naturales intelligant, sed quia aguntur & ordinantur ab intellectu, vt finem consequantur. Sic & in veteri lege aliqua continentur, quæ fidei sunt: non quòd Iudæi ea prout erant fidei haberent: sed habebant ea in figura tantum fidei Christi, & protestatione, ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

LECTIO QVINTA.

Posito damno a lege illato, & defectu legis ab illo eripere non valentis, hic consequenter ostendit virtutem Christi ab ipso damno liberantis. Et primo ostendit quomodo per Christum ab ipso damno liberamur. Secundo, quomodo etiam super hoc auxiliũ a Christo acquirimus, ibi; *Vt in gentibus &c.* Circa primum tria facit. Primo enim ponit liberationis authoritatem. Secũdo, liberationis modum, ibi; *Factus pro nobis &c.* Tertio, testimonium propheticum, ibi; *Quia scriptum est &c.*

LECTIO V.

CHristvs autem nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollici G tationẽ spiritus accipiamus p̄ fidẽ.

Dicit ergo primo, Quicunque seruabant opera legis erant sub maledicto (sicut dictum est) nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere, qui nos liberaret, & iste fuit Christus. Et ideo dicit; *Christus redemit nos de maledicto legis &c.* Ro. 8. Quod ĩpossibile erat legi &c. Deus mittens filium suum, scilicet Christum &c. Redemit, inquam, nos scilicet, Iudeos, pretioso sanguine suo. Apoc. 5. Redemisti nos ĩ sanguine &c. Esa. 43. Noli timere, q̃a redemi te &c. De maledicto legis, idest, de culpa & pœna infra. 4. Vt eos qui sub lege erant redimiret. Oseæ. 13. De morte redimam eos. Modum liberationis ponit cũ dicit; *Factus pro nobis maledictum.* Vbi notandum est, ꝙ maledictum est, quod dicitur malum. Et secundum duplex malum potest dici duplex maledictum, scilicet maledictum culpæ, & maledictum pœnæ. Et vtroque modo potest H hoc legi dupliciter; *Factus est pro nobis maledictum,* Et primo quidem de malo culpæ. Nam Christus redemit nos de malo culpæ. Vnde sicut redemit nos de morte mortuus, ita redemit nos de maledicto culpæ, factus maledictum, scilicet culpæ, non quidem quòd in eo peccatum esset aliquod, qui peccatum non fecit nec dolus &c. vt dicitur 1. Pet. 2. sed secundum opinionem hominum, & præcipue Iudæorum, qui reputabant eum peccatorem. Ioan. 18. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Et ideo de hoc dicitur 2. Corin. 5. Eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum. Dicit autem maledictum, non maledictus, vt ostendat, quòd Iudæi eum sceleratissimum reputabant. Vnde dicitur Ioan. 9. Non est hic homo a Deo &c. Et Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te: sed de peccato & de blasphemia. Et ideo dicit; *Factus est pro nobis maledictum* in abstracto. q.d. Factus est ipsa maledictio. Secundo, exponitur de malo pœnæ. Nam Christus liberauit nos a pœna, sustinẽdo pœnam & I mortem nostram, quæ quidem in nos prouenit ex ipsa maledictione peccati. Inquantum ergo hanc maledictionem peccati suscepit, pro nobis moriendo, dicitur esse factus pro nobis maledictum. Et est simile ei, quod dicitur Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. i. mortalis. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum. s. Christum, qui peccatum non fecit Deus scilicet pater, pro nobis fecit peccatum. i. fecit pati peccati pœnam, quando. s. oblatus est propter peccata nostra. Consequẽter ponit scripturę testimonium cũ dicit; *Quia scriptum est, Maledictus omnis &c.* Et hoc Deut. 27. Vbi sciendum secundum. Glo. quòd in Deut. vnde accipitur hoc verbum tam in nostris, quàm in Hebræis codicibus habeť, Maledictus a Deo omnis &c. Quod quidem, scilicet a Deo in antiquis Hebræorum voluminibus nõ habetur, vnde creditur, quòd a Iudęis post passionem domini appositum sit ad infamiam Christi. Potest autem exponi authoritas de malo pœnæ & de malo culpæ. De malo quidem culpæ K sic, *Maledictus omnis qui pendet in ligno,* non propter hoc, quòd pẽdet in ligno: sed pro culpa pro qua pendet. Et hoc modo Chr̃s æstimatus maledictus in cruce pendens, propter hoc, quòd maxime tali pœna punitus fuit, Et secundum hoc continuatur ad præcedentia. Dñs enim præcepit in Deut. vt qui suspẽsus fuerit, in vespera deponatur. & ratio huius est, quia hæc pœna erat cæteris abiectior & ignominiosior. Dicit ergo vere factus est pro nobis maledictum: quia ipsa mors crucis quam sustinuit, sufficit ad maledictionem, hoc modo exponendo de malo culpæ: sed solum æstimatione Iudæorum, quia scriptum est; *Maledictus omnis &c.* De malo vero pœnæ, sic exponitur. Maledictus omnis qui &c. quia ipsa pœna est maledictio, scilicet, quòd sic mortuus est. Et est hoc modo exponendo vere maledictus a Deo, quia Deus ordinauit quòd hanc pœnam sustineret vt nos liberaret. Consequenter cum dicit; *Vt in gentibus benedictio &c.* Ponit spem quam per Christum super hoc, quòd per eum liberamur de maledicto acquirimus, vt dicitur Roma. 5. Non si-

F cut delictum, ita & donum, immo multo maius, scilicet, quia liberat a peccato, & confert gratiam. Primo ergo ponit fructum, & quibus datur, dicens; *Vt in gentibus benedictio Abrahæ &c.* quasi dicat. Factus est pro nobis maledictum, non solum vt maledictionem remoueret, sed vt in Gentibus, quæ non sub maledictione legis erãt, fieret bñdictio Abrahæ promissa. Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes &c. Et hæc quidem benedictio facta est nobis, idest impleta est per Christũ, qui est de semine Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones & semini tuo, qui est Christus, vt dicitur infra eodem cap. Quæ quidem benedictio & fructus est; *Vt pollicitationem spiritus accipiamus*, idest, promissiones quas spiritus sanctus facit in nobis, scilicet de beatitudine æterna, qui quasi arra & pignus nobis traditus, ipsam nobis promittit, vt habetur Ephe. 1. & 2. Corinthiorum. 6. Et quidem in pignore datur ad certitudinem. Nam pignus est quædam certa promissio de re accipienda. Roma. 5. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. & infra, Si filii & hæredes. Vel; *Pollicitationem spiritus accipimus*, idest spiritum sanctum, quasi dicat. Accipiamus pollicitationẽ de spiritusancto factã semini Abrahæ. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo &c. Quia per spiritum sanctũ coniungimur Christo, & efficimur semen Abrahæ, & digni benedictione. Secundo, ostendit per quid proueniat nobis iste fructus, dicens; *Per fidem*, per quam quidem & hæreditatem æternam acquirimus. Ad Hebr, 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Per fidẽ etiam acquirimus spiritum sanctum, quia vt dicitur Actuum. 5. Dominus dat spiritum sanctum obedientibus sibi. s. per fidem.

LECTIO VI.

FRatres (secundũ hominem dico) tamen hominis cõfirmatũ testamentũ nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt p̄missiones: & semini eius. Non dicit, & seminib⁹, quasi in multis, sed quasi vno, & semini tuo q̃ est Christus Hoc autẽ dico testamentũ confirmatũ a Deo: quæ post quadringẽtos & triginta annos facta est lex, non irritũ facit ad euacuãdã promissionẽ. Nã si ex lege hęreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per B repromissionem donauit Deus.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM Apostolus probauit per authoritates, quòd lex nõ iustificat, nec ad iustificationẽ, quæ est per fidẽ est necessaria: hic consequenter ostendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primo, humanam consuetudinem ponit. Secundo, assumpsit promissionem diuinam, ibi; *Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.* Tertio infert conclusionem, ibi; *Hoc autem dico &c.* Quarto, ostendit conclusionem sequi ex præmissis, ibi; *Nam si ex lege &c.* Dicit ergo, Aperte quidem prius I locutus sum secundum authoritatem scripturæ, non allatæ voluntate humana, sed spiritu sancto, vt dicitur. 2. Pet. 1. Sed nunc; *Secundum hominem dico*, & secundum ea, quæ humana ratio & consuetudo habet. Ex quo quidem habemus argumentũ, ꝙ ad conferendum de his, quæ sunt fidei, possumus vti quacunq; veritate cuiuscunq; scientiæ. Deut. 21. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eam, volueris; habere in vxorem, introduces eam in domum tuam, idest, si sapientia & scientia secularis placuerit tibi, introduces eam infra terminos tuos, quæ radet cæsariem &c. Idest, resecabis omnes sensus erroneos. Et inde est, quòd Apostolus in multis locis in epistolis suis vtitur authoritatibus Gentilium, sicut illud. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores &c. Et illud Tit. 1. Cretenses malæ bestiæ &c. Vel quàmuis huiusmodi rationes vanæ sint & infirmæ, quia vt dicitur in Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt; *Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat*, quia nihil humanum tantam firmi- K tatem habet, sicut vltima voluntas hominis: sperneret aũt illud aliquis si diceret, ꝙ testamentũ hominis confirmatũ in morte testatoris, & testibus non valeret. Si ergo testamentum huiusmodi nemo spernit, dicens non esse seruandum, aut spernit aliquid mutando, multo magis testamentum Dei nullus spernere debet, aut superordinare, infringendo illud, vel addẽdo, vel diminuẽdo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus sup il lũ plagas scriptas in isto libro & si quis diminuerit de verbis prophetię huius, auferet Deus partẽ eius &c. Deu. 4. Nõ addetis ad verbũ, quod vobis loquor, neq; auferetis ex eo &c. Consequenter cum dicit; *Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.* Assumit promissionem diuinam Abrahæ factã, quæ est quasi quoddam testamentum Dei. Et primo, exponit hanc promissionẽ, seu testamentum. Secundo vero aperit veritatem testamenti, ibi; *Non dicit in seminibus &c.* Dicit ergo primo; *Abrahæ dictæ sunt promissiones*. Quasi dicat. Sicut testamentũ hominis est firmũ: ita promissiones diuinæ firmæ sunt. Sed nunquid Deus aliquas promissio-

nes fecit ante legem? Vtiq;, quia Abrahæ, qui fuit ante legem, A scilicet, quòd non falleret Deus, dictæ, idest factæ sunt promissiones; *Et semini eius* a Deo. Sed Abrahæ factæ sunt, vt cui erant implendæ: semini vero, vt per quod impleretur. Dicit autem promissiones pluraliter, quia promissio de benedicendo semine multa cõtinebat. Vel quia frequenter idem, i. æterna beatitudo sibi promissa est, sicut Genes. 12. In te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ. Item. 15. Suspice cœlum & numera stellas &c. Item, eodem, Semini tuo dabo terrã hanc &c. Item. 22. Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Iste ergo promissiones, sunt quasi testamentum Dei, quia est quædam ordinatio de hæreditate danda Abrahę & semini suo. Veritatem autem testamenti aperit cum dicit; *Non dicit & seminibus &c.* Quam quidem aperit eodem spiritu, quo testamentum conditum est. Et hoc patet ex verbis testamenti; *Non*, inquit; *Dicit & seminibus quasi in multis*, idest sicut faceret, si de multis illud valeret; *Sed quasi in vno quod est Christus*, quia ipse solus est per quem & in quo omnes poterunt benedici. Nam ipse solus & singularis est, qui non subiacet maledictioni culpæ, & si maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Vnde dicitur in Psalmis. 140. Singulariter sum ego &c. Item non est, qui faciat bonum &c. Eccle. 7. Virum de mille vnum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato: mulierem autem ex omnibus nõ inueni, quæ omnino a peccato immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Conclusionem autem infert consequenter, cum dicit; *Hoc autem dico testamentum &c.* Vbi videamus per ordinem, quid sit quod dicit. Dicit ergo, quòd hoc promisit Deus Abrahæ: sed hoc est testamentum scilicet, ista promissio de hæreditate adipiscenda. Hiere. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum &c. *Confirmatum*. Quod ideo ponit, vt concordet cum præmissis. Nam supra dixerat, Testamentum hominis confirmatum &c. *A Deo*, scilicet, qui promisit. Et confirmatum dico iureiurando, Gen. 21. Per memetipsum iuraui &c. Heb. 6. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum &c. Hoc, inquam, testamentum, lex non facit irritum; *Quæ* quidem lex facta est, & data a Deo per Moysen. Ioan. 1. Lex per Moysen data est &c. *Post quadringentos & triginta &c.* Et quasi exponens, quod dixerat, subiungit, non irritum facit ad euacuandam promissio- D nem. Sic enim irritum fieret prædictum testamentum, si promissio facta Abrahæ euacueretur, idest in vacuum facta esset, quasi non sufficeret semen Abrahæ repromissum ad gentium benedictionem. Per Christum autem non sunt euacuatæ promissiones patribus factæ, sed confirmatæ. Roma. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Et. 2. Cor. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est &c. Hoc autem, quod dicitur; *Post quadringentos & triginta annos*, concordat ei, quod habetur Exod. 12. Habitatio filiorũ israel qua manserũt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Et Act. 7. Locutus est Dominus scilicet Abrahæ, quia erit semẽ eius accola in terra aliena & seruituti eos subiicient annis quadringentis triginta. Sed contra est, quod dicitur Gen. 15. Scito prænoscens, quòd peregrinũ futurum sit semen tuum, & seruitute eos subiicient, & affligent eos annis quadringentis. Respõdeo. Dicendum, quòd si fiat computatio annorũ a prima promissione facta Abrahæ, quæ legitur. E Gen. 12. vsq; ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex, sic sunt anni quadringenti triginta, sicut hic scribitur, & Exod. 12. & Act. 7. vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex. Si autem incipiat computatio a natiuitate Isaac (de qua legitur Gen. 21.) sic sunt tantum quadringenti & quinq; anni. Nam viginti quinq; anni fuerunt a promissione facta Abrahæ vsq; ad natiuitatem Isaac. Abraham. n. erat septuaginta quinq; annorum, quando exiuit de terra sua & facta est ei prima promissio, vt habetur Gen. 12. Centenarius autem fuit, quando natus est Isaac, vt habetur ibidem. 21. Quòd autem a natiuitate Isaac vsq; ad exitum filiorum Israel de Aegypto, fuerint quadringẽti quinq; anni, probatur per hoc, quòd Isaac fuit sexaginta annorum, quando genuit Iacob, vt habetur Gen. 25. Iacob autem erat. 130. annorum quando intrauit Aegyptum, vt habetur Gen. 47. Et sic a natiuitate Isaac vsq; ad introitum Iacob in Aegyptum, fuerunt. 190. anni. Ioseph autem fuit triginta annorum, quando stetit coram Pharaone, vt

A habetur Gen. 41. Et postea transierunt septem anni fertilitatis & duo sterilitatis, vsq; ad ingressum Iacob in Aegyptum, vt habetur. 45. Vixit autem Ioseph. 110. annis, vt habetur Gen. vltimo. A quibus, si subtrahantur triginta & nouem anni, remanent septuaginta & vnus annus. Fuerunt ergo a natiuitate Isaac vsque ad mortem Ioseph ducenti & sexaginta vnus annus. Fuerunt autem in Aegypto filii Israel post mortem Ioseph. 144. annis, vt Rabanus dicit in Glo. Act. 7. Fuerunt ergo a natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorũ Israel de Aegypto & legẽ datam. 405. anni, Scriptura autem Gen. 17. non curauit de minutis. Vel potest dici, quòd quinto anno Isaac expulsus fuit Ismael, & remansit solus Isaac hæres Abrahæ, a quo tempore fuerunt quadringenti anni. Deinde cum dicit; *Nam si ex lege &c.* Ostendit quomodo sequatur ex præmissis, quòd lex euacuaret promissiones, si lex necessaria esset ad iustificationem siue benedictionem gentium. Dicit ergo, vere promissio euacuaretur si lex necessaria esset; *Nam si hæreditas*, scilicet benedictionis Abrahæ esset; *Ex lege, iam non esset ex repromissione*, idest ex semine repromisso Abrahæ. Si enim semen promissum esset sufficiens ad hæreditatem benedictionis consequendã, non fieret iustificatio per legem. Destruit autem consequens, cum dicit; *Abrahæ autem donauit Deus &c.* Idest promisit se daturum, quod ita certum erat acsi statim daret; *Per repromissio-* C *nem*, idest per semen repromissum; *Non ergo est ex lege hæreditas*, idest benedictio, de qua dicitur. 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.

LECTIO VII.

QVid igitur lex? Propter trãsgressionẽ posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius non est, Deus autẽ vnus est.

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM ostendit Apostolus, & authoritate scripturæ, & consuetudine humana, quòd lex iustificare non potuit, hic mouet duas dubitationes & soluit. Secunda dubitatio incipit, ibi; *Lex ergo aduersus promissa Dei &c.* Circa primum tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi; *Propter transgressiones &c.* Tertio, quoddam in solutione positum manifestat, ibi; *Mediator autem &c.* Potest autem esse dubium ex præmissis tale, Si lex iustificare non poterat, an esset omnino inutilis. Et hanc dubitationem mouet, dicens; *Quid igitur lex &c.* sit, idest, ad quid lex vtilis fuit? Et hanc D punctuationem magis approbat Augustinus, vt habetur in Glo. quàm aliam quæ sibi primitus melior videbatur, vt distinguatur. Quid igitur? & postea dicatur. Lex propter transgressiones &c. Similis dubitatio proponitur. Rom. 3. vbi sic dicitur, Quid igitur amplius Iudæo &c. Deinde cum dicit; *Propter transgressiones.* Soluit dubitationem motam, vbi quatuor facit. Primo, proponit legis vtilitatem. Secundo, legis fructum, ibi; *Donec veniret semen &c.* Tertio, legis ministros, ibi; *Ordinata per angelos.* Quarto, legis dominium, ibi; *In manu mediatoris.* Circa primum notandum est, quòd lex vetus data est propter quatuor, secundum quatuor ex peccato consecuta, quæ enumerat Beda scilicet, propter malitiam, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam. Est ergo lex primo data ad reprimendam malitiam, dum scilicet, prohibendo peccatum & puniendo, retrahebãtur homines a peccato, & hoc tangit, dicẽs; *Propter transgressiones posita est lex*, idest ad transgressiones cohi- E bendas: & de hoc habetur. 1. Tim. 1. Iusto lex non est posita, sed iniustis. Cuius ratio potest sumi a Philosopho in. 4. Ethic. Homines enim bene dispositi ex seipsis mouentur ad bene agendum; & sufficiunt eis paterna monita, vnde non indigent lege: sed sicut Roma. 2. dicitur, Ipsi sibi sunt lex, habentes opus legis scriptum in cordibus suis. Sed homines male dispositi, indigent retrahi a peccatis per pœnas. Et ideo quantum ad istos fuit necessaria legis positio, quæ habet coartatiuam virtutẽ. Secundo, lex data est ad infirmitatem manifestandã. Homines enim de duobus præsumebant. Primo quidem, de scientia, secundo, de potentia. Et ideo Deus reliquit homines absq; doctrina legis, tempore legis naturæ. In quo dum in errores inciderũt, conuicta est eorum superbia de defectu scientiæ. Sed adhuc restabat præsumptio de potentia. Dicebant enim: non deest qui impleat, sed deest qui iubeat, vt dicitur in Glo. super illud Exod. 24. Quicquid præceperit Dominus, faciemus & erimus obedientes. Et ideo data est lex, quæ cognitionem peccati faceret. Per legem enim cognitio peccati. Roma. 3. quę tamen auxilium gratiæ nõ

dabat ad vitandum peccata, vt sic homo sub lege constitutus, & F vires suas experiretur, & infirmitatem suam recognosceret, inueniens se sine gratia peccatum vitare nõ posse, & sic auidius quereret gratiam: Et hæc etiã causa potest ex his verbis accipi, vt dicatur, quòd lex posita est propter transgressiones adimplendas, quasi illo modo loquendo, quo Apostolus dicit. Roma. 5. Lex subintrauit, vt abũdaret delictum: quod non est intelligendum causaliter, sed cõsecutiue: quia lege subintrante, abundauit delictum, & trãsgressiones sút multiplicatæ, dum concupiscentia nondum per gratiam sanata, in id, quod prohibebatur, magis exarsit, & factum est peccatum grauius, addita præuaricatione legis scriptæ. Et hoc Deus permittebat, vt homines imperfectionem suam cognoscentes, quærerent mediatoris gratiam. Vnde signanter dicit, Posita est, quasi debito ordine collocata inter legem naturæ & legem gratiæ. Tertio, data est lex ad domandam concupiscentiam populi lasciuientis, vt diuersis ceremoniis fatigati, neq; ad idolatriam, neq; ad lasciuias declinarent. Vnde dicit Petrus. Act. 15. Hoc est onus, quod neque nos &c. Quarto, ad instruendum ignorantiam data est lex in figuram futuræ gratiæ, secundum, illud Heb. 10. Vmbram habens lex &c. Deinde cum dicit; *Donec veniret semen &c.* Idest Christus de quo promiserat Deus, per eum benedicendas omnes gentes. Matt. 11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem &c. Gen. 12. In semine tuo &c. Ministri autem legis ponuntur, cum dicit; *Ordinata*, idest ordinanter data; *Per* H *angelos*, idest per nuntios Dei, scilicet, Moysen & Aaron. Malach. 2. Legem requirent ex ore eius &c. Angelus enim Domini &c. Vel per angelos, idest ministerio angelorum. Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum &c. Et est data per angelos, quia lex non debebat dari per filium, qui maior est. Heb. 2. Si enim, qui per angelos factus est sermo &c. Dicit autem; *Ordinata*, quia ordinabiliter data est, scilicet inter tempus legis naturalis, qua homines conuicti sunt, quòd se iuuare non poterant, & tempus gratiæ: nam antequam gratiam acciperent, conuicendi erant de lege. Dominus autem legis dicitur Christus. Et ideo dicit; *In manu mediatoris*, idest in potestate Christi. Deut. 33. In dextera eius ignea lex. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominum &c. Iste mediator significatus est per Moysen, in cuius manu est lex data. Deut. 5. Ego sequester & medius fui inter Deum & vos &c. Deinde cum dicit; *Mediator autem &c.* Exponit quod dixit, In manu mediatoris, quod potest tripliciter exponi. Vno modo, quia mediator non est vnius tantum, sed duorum. Vnde cum iste sit mediator Dei & hominis, oportet quòd sit Deus & homo. Si enim esset purus homo, vel Deus tantum, non esset verus mediator. Si ergo est verus Deus, & nullus est mediator suiipsius, potest videri alicui, quòd præter ipsum sunt alii dii, quorum est mediator: & hoc remouet dicens, quòd; *Mediator* iste & si; *Non est vnius* tantum, non propter hoc sunt alii dii, sed; *Deus vnus est*, quia licet ipse alius sit in persona a Deo patre, non est tamen aliud in natura. Deute. 6. Audi Israel. Dominus Deus tuus &c. Ephes. 4. Vnus Deus &c. Secundo modo, quia posset credi, quòd iste esset mediator Iudæorum tantum: ideo dicit, Dico quòd Christus est mediator, sed non vnius, scilicet Iudæorum, sed vnus est omnium, idest sufficiens ad omnes reconciliandos Deo, quia ipse Deus est. Roma. 3. Vnus Deus, qui iustificauit circumcisionem ex fide & præputium per fidem &c. 2. Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi &c. Tertio modo, quia non est mediator vnius populi tantum scilicet, Iudæorum, sed etiam Gentilium. K Ephesiorũ. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Et hoc ex parte Gentium auferendo idololatriam, & ex parte Iudæorum obseruantiam legis. Specialiter autem mediator est filius non pater, non spiritus sanctus, nihilominus tamen vnus est Deus.

LECTIO OCTAVA.

HIc mouet Apostolus aliam dubitationem, vtrum scilicet lex, noceat gratiæ. Et primo mouet dubitationem, dicens; *Lex ergo &c.* Quasi dicat, si lex posita est propter transgressiones, nunquid lex facit aduersus promissa Dei scilicet, vt id quod Deus promisit se facturum per semen repromissum, per alium faciat? *Absit*, Quasi dicat, Non. Nam supra eodem, Lex non irritum facit testamentum ad euacuandas promissiones &c. Roma. 7. Lex sancta & mandatum sanctum. Secundo, cum dicit; *Si enim lex esset data &c.* Soluit dubitationem. Et primo ostendit, quòd lex non est contra promissa Dei. Secundo, quòd est in obsequium promissorum, ibi; *Sed conclusit &c.* Dicit ergo, quòd licet lex sit posita propter transgressiones, non tamen contrariatur promissioni Dei, quia transgressiones ipsas remouere nõ potest. Si enim eas remoueret, tunc manifeste esset contra promissa Dei, quia iustitia esset per aliũ modum, quam Deũ promisit, quia esset per legem & nõ per fidem, cum tamẽ dicat Abac. 2. Iustus G meus ex fide viuit. Rom. 3. Iustitia Dei est per fidẽ Iesu Christi. Et ideo dicit; *Quod si lex esset data* talis; *Quæ posset uiuificare*, idest tantæ virtutis esset, quòd posset vitam gratiæ, & æternam beatitudinem conferre, tunc; *Vere*, & non apparenter; *Iustitia esset ex lege*, si lex faceret, quod fides facere dicitur, & sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat, quia litera, scilicet legis, occidit, vt dicitur. 2. Cor. 3. & Rom. 8. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu &c. Deinde cum dicit; *Sed scriptura conclusit &c.* Ostendit, quòd lex non solum non contrariatur gratiæ, sed est ei etiam in obsequium. Et primo ostendit, quòd lex obsequitur promissis Dei. Secundo, quomodo hoc obsequium manifestatũ est in Iudæis, ibi; *Prius autem quam veniret fides &c.* Tertio, quomodo Gentiles etiam sine lege consecuti sunt promissa Dei, ibi; *Omnes enim filii Dei estis &c.* Circa primum sciendum est, quòd lex obsequitur promissis Dei in generali, quantũ ad duo. Primo, quia manifestat peccata. Roma. 3. Per legem cognitio peccati. Deinde, quia manifestat infirmitatem humanã, inquantum homo non potest vitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem non dabatur. Et sicut ista duo, scilicet cognitio morbi & impotentia infirmi, multum inducunt ad quærendum medicum: ita cognitio peccati & propriæ impotentiæ, inducunt ad quærendum Christũ. Sic ergo lex obsequuta est gratiæ, inquantum præbuit cognitionem peccati & experiẽtiam propriæ impotentiæ. Et ideo dicit; *Scriptura*, idest lex scripta; *Conclusit*, idest tenuit inclusos Iudæos; *Sub peccato*, idest ostendit eis peccata, quæ faciebant. Roma. 7. Concupiscentiam nesciebam &c. Item conclusit, quia veniente lege sumpserunt occasionẽ peccati. Ro. 11. Cõclusit Deus omnia in incredulitate &c. Et hoc ideo, vt homo quæreret gratiam. Et ideo dicit; *Vt promissio*, idest gratia, repromissa; *Daretur non* solum Iudæis, sed omnibus; *Credentibus*, quia illa gratia poterat liberare a peccatis, & hæc gratia est; *Ex fide Iesu Christi.* Deinde cum dicit; *Prius* I *autem quam veniret &c.* Ponit experimentum huius obsequii, manifestatum in Iudæis. Et primo, ponit obsequium Iudæorum. Secundo, concludit quoddam corollarium, ibi; *Itaque lex pedagogus &c.* Dicit ergo, si scriptura, idest lex scripta, detinuit omnia sub peccato, quas vtilitates habebãt Iudæi ex lege, antequàm veniret fides ex gratia? Respõdet & dicit; *Nos Iudæi* ante aduentũ fidei; *Custodiebamur sub lege*, inquantum faciebat nos vitare idolatriã & multa alia mala, custodiebamur inquam, nõ sicut liberi, sed quasi serui sub timore, & hoc sub lege. i. sub onere legis & dominio. Roma. 7. Lex in homine dominatur, quanto tempore viuit, &c. Et custodiebamur; *Conclusi*, idest seruati ne defluere mus a vita, sed præpararemur; *In eam*, idest iam bonam; *Fidem, quæ reuelanda erat.* Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat, & & iustitia mea, vt reueletur. Et dicit reuelanda, quia cum fides excedat omne humanum ingenium, non potest per propriũ sensum haberi, sed ex reuelatione & dono Dei. Esa. 40. Reuelabitur gloria Domini &c. Vel in eam fidem, quæ reuelanda erat tempore gratiæ, in antiquis temporibus multis signis latens. Vnde & tempore Christi velum templi scissum est. Matth. 27. Consequenter cum dicit; *Lex pedagogus &c.* Concludit quoddam corollarium. Et primo, ostẽdit legis officium. Secundo, officii testationem, ibi; *At vbi venit plenitudo temporis &c.* Officium autem legis, fuit officiũ pedagogi. Et ideo dicit; *Lex pedagogus noster &c.* Quamdiu enim hæres non potest consequi beneficium hæreditatis, vel propter defectum ætatis, seu alicuius debitæ perfectionis, conseruatur & custoditur ab aliquo instructore, qui quidem instructor pedagogus dicitur, a pedos quod est puer, & goge quod est ductio. Per legẽ enim Iudæi tanq̃ imbecilles pueri, p timorẽ penæ retrahebant a malo, & promouebant amore & promissione tẽporariorũ, ad bonũ. Iudæis autem promissa erat benedictio futuri seminis de hæreditate obtinẽda, sed nondum aduenerat tempus ipsius hæreditatis consequendæ. Et ideo necessarium erat, quòd conseruarentur vsq; ad tempus futuri seminis

Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur cõclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaq; lex, pedagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.

minis & cohiberentur ab illicitis, quod factum est per legem. Et iõ dicit; *Itaque &c.* Quasi dicat. Ex quo sub lege custodiebamur; *Lex fuit noster pedagogus*, idest dirigens & conseruans; *In Christo*, idest in via Christi. Et hoc ideo; *Vt ex fide Christi iustificaremur.* Oseæ. 11. Puer Israel & dilexi eum. Hier. 31. Castigasti me Domine: & eruditus sum &c. Roma. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem &c. Et quis lex pedagogus noster esset, non tamen ad perfectam hæreditatem ducebat, quia vt dicitur Hebr. 7. Neminem ad perfectũ adduxit lex &c. Sed hoc officium cessauit, postquam venit fides. Et hoc est, quod dicit; *At vbi venit fides*, scilicet Christi; *iam non sumus sub pedagogo*, idest sub coactione: quæ non est necessaria liberis. 1. Cor. 15. Cum essem paruulus &c. Cum autem factus sum vir &c. 2. Cor. 5. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt &c.

LECTIO NONA.

HIc ostendit Apostolus, q̃ ad fructum gratiæ Gentiles sine obsequio legis peruenerunt, ad quem tamen Iudæi perducti sunt per legis custodiam & obsequium. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, manifestat propositum, C ibi; *Quicunque enim in Christo &c.* Tertio, ex hoc argumentatur, ibi; *Si autem vos Christi &c.* Dicit ergo. vere non sumus sub lege, idest sub pẽdagogo & coactione, quia sumus filii Dei. Similiter & vos neque sub lege, neque sub pædagogo estis, quia, scilicet ad gratiam peruenistis. Ideo; *Omnes estis filii Dei per fidem*, non per legem. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, scilicet timoris, qui dabatur in lege veteri: sed accepistis spiritum filiorũ, scilicet charitatis & amoris, qui datur in nouo lege per fidem. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Si ergo filii Dei estis per fidem, quare vultis esse serui per legis obseruantias? nam sola fides homines facit filios Dei adoptiuos. Nullus siquidẽ est filius adoptiuus, nisi vniatur & adhæreat filio naturali. Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius &c. Fides enim facit nos in Christo Iesu filios. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et hoc; *In Christo Iesu*, idest filii Dei estis per Iesum Christum. Consequenter cum dicit; *Quicunque enim in Christo &c.* Manifestat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit propositi manifestationem. Secundo, manifestationis expositionem, ibi; *Non est Iudæus &c.* Tertio, assignat manifestationis rationem, ibi; *Omnes enim uos unum estis &c.* Manifestat autem circa primum, quomodo sumus in Christo Iesu filii Dei. Et hoc est, quod dicit; *Quicunque enim in Cristo Iesu &c.* Quod potest quadrupliciter exponi, vno modo vt dicatur, Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, idest institutione Christi ad baptismum instructi estis. Marci vlt. Euntes in mũdum vniuersum, prædicate euangeliũ omni creaturæ &c. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Alio modo; *Quicunque in Christo Iesu baptizati estis*, scilicet per similitudinem, & per configurationem mortis Christi. Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vel in Christo Iesu, idest in fide Iesu Christi. Nam baptismus non fit, nisi in fide, sine qua, effectum baptismi nullum cõsequimur. Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit &c. Vel in E Christo Iesu, idest in virtute & operatione eius. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem, hic est, qui baptizat. Quicũque ergo istis quatuor modis baptizati estis; *Christum induistis.* Vbi sciendum est, quòd qui induitur aliqua veste, protegitur ac cõtegitur ea, & apparet sub colore vestis, colore proprio occultato. Eodem modo, & qui induit Christum, protegitur & contegitur a Christo Iesu, contra impugnationes & æstus, & in eo nihil aliud apparet nisi quæ Christi sunt. Roma. 13. Induite Dominum Iesum Christum. Et sicut lignum accensum induitur igne, & participat eius virtutẽ, ita & qui Christi virtutes accipit induitur Christo. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute &c. Quod in illis locum habet, qui interius Christi virtute informãtur. Ephes. 4. Induite nouum hominem, qui secundum &c. Et nota, quòd Christum aliqui induunt exterius per bonam conuersationem, & interius per spiritus renouationem, & secundum vtrunquẽ, per sanctitatis configurationem, vt tangitur in Glosa. Expositionem autem manifestationis ponit, cum

A dicit; *Non est Iudæus &c.* Quasi dicat. uere dixi, quòd quicunq; in Christo Iesu &c. Quia nihil potest esse in hominibus, quod faciat exceptionẽ a sacramento fidei Christi & baptismi. Et ponit tres differentias hominum, ostendens quòd per eas nullus excipitur a fide Christi. Prima differentia est quantum ad ritum, cum dicit; *Non est Iudæus, neque Græcus.* Quasi dicat. Ex quo ĩ Christo Iesu baptizatus est, non est differentia, quòd ꝓpter hoc sit indignior in fide, ex quocunq; ritu ad eam uenerit, siue ex ritu Iudaico, siue Græco. Rom. 3. An Iudæorum Deus tãtum? Nonne & Gentium? Immo & Gentium: quoniam quidẽ vnus est Deus, qui iustificauit circũcisionẽ ex fide, & præputiũ per fidẽ. Et Rom. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci &c. Sed contra est, quod dicitur Roma. 3. Quid ergo amplius est Iudæo? Multum quidem per omnem modum. Respõdeo. Dicendũ est, quòd Iudæi & Græci possunt considerari dupliciter. Vno modo, secundum statum in quo erant ante fidem, & sic amplius fuit Iudęo, propter beneficium legis. Alio modo, quantum ad statum gratiæ, & sic non est amplius Iudæo: & de hoc intelligitur hic. Secunda differẽtia est, quãtum ad statum & conditionẽ, cum dicit; *Non est seruus, neque liber*, idest neq; seruitus, neq; libertas, neq; nobilitas, neq; ignobilitas differentiam facit ad recipiẽdum effectum baptismi Iob. 3. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a Domino suo. Roma. 2. Non est personarum acceptio apud Deum. Tertia differentia est, quantum ad naturam, cum dicit; *Non est masculus, neque fœmina*, quia sexus nullam differentiam facit, quantum ad participandum baptismi effectũ. Gal. 3. Non est masculus aut fœmina, &c. Expositionis vero rationem ponit, cum dicit; *Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* Quasi dicat. vere nihil horum est per quod differentia fiat in Christo, quia uos oẽs, scilicet fideles vnum estis in Christo Iesu, qui in baptismo omnes estis effecti membra Christi, & vnum corpus, & si inter vos sitis diuersi. Roma. 12. Omnes vnum corpus sumus in Christo &c. Ephes. 4. Vnum corpus, vnus spiritus &c. Vbi autem est vnitas, differentia non habet locum. Pro hac vnitate orat Christus. Ioan. 17. Volo pater, vt sint vnũ, &c. Consequenter cum dicit; *Si autem vos estis &c.* Arguit ad principale propositum hoc modo. Dixi, quòd Abrahæ dictæ sunt D promissiones & semini eius: sed vos estis Abrahæ. ergo ad vos pertinet promissio Abrahæ de hæreditate consequenda. Minorẽ sic probat, Vos estis filii Dei adoptiui, quia estis vniti per fidem Christo, qui est filius Dei naturalis: sed Christus est filius Abrahæ, vt supra eodem, Quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. ergo si vos estis Christi, idest, in Christo; *Estis semen Abrahæ*, idest filii, cum Christus filius eius sit. Et si filii *Estis & hæredes*, idest ad vos pertinet hæreditas; *Secundum promissionem* Abrahæ factam. Roma. 9. Non qui filii sunt carnis, hi filii Dei, sed qui sunt filii promissionis, æstimantur in semine.

LECTIO IX.

MNes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicũq; enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. Nõ est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neque fœmina, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo

CAP. IIII. LEC. I.

DIcõ autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum B sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre: Ita & semen Abrahæ estis, secundum promissionem hęredes.

LECTIO PRIMA.

POstqvam ostendit Apostolus legis defectum: hic consequenter ostendit gratiæ dignitatem. Et primo, per exemplum humanum. Secundo, per exemplum scripturæ, ibi; *Dicite mihi qui sub lege vultis esse &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit dignitatem gratiæ supra primitiuum statũ veteris legis, per similitudinem a lege humana sumptam. Secundo ostendit, quòd ipsi facti sunt participes huius dignitatis per fidem, ibi; *Quoniam autem estis filii dei &c.* Tertio arguit ipsos, eo quòd hanc dignitatem contemnebant, ibi; *Sed tunc quidem ignorantes Deum &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam ad propositum, ibi; *Ita & nos cum essemus &c.* Notandum est, quòd in proposita similitudine quatuor tangit Apostolus. Primo quidem dignitatem, quia non est seruus, sed hæres. Vnde dicit; *Quanto tempore hæres &c.* Quod aptatur & refertur ad populum Iudæorum, qui fuit hæres promissionis Abrahæ. Psal. 134. & 46. Elegit nos in hæreditatem sibi, & ad Christum, qui est hæres omnium. Heb. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum. Secundo, eius paruitatem. Vnde dicit; *Paruulus est*, quia & Iudæi paruuli erant, secundum statum legis. Amos. 7. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Similiter & Christus paruulus factus est per incarna-

nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi eramus seruientes.

LECTIO II.

At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

incarnationem. Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Sed nota, quòd Apostolus aliquando assimilat paruulo statum legis, sicut hic. Aliquādo statum praesentis vitae. 1. Cor. 13. Cum essem paruulus &c. Cuius ratio est, quia status veteris legis est sicut paruulus, propter imperfectionem cognitionis in ipsa comparatione ad statum gratiae & veritatis: quae per Christum facta est. Sic & status praesentis vitae in qua videmus per speculum in aenigmate, est sicut paruulus, comparatus statui futurae vitae, in qua est perfecta Dei cognitio, quia videtur sicuti est. Tertio, eius subiectionem: cum dicit; *Nihil differt a seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus &c.* Proprium enim serui est, quòd sit subiectus alicui Domino. Puer autem quandiu paruulus est, quia non habet cognitionem perfectam, & vsum liberae voluntatis, propter defectum aetatis; committitur custodiae aliorum, qui & bona sua defendant, & hi dicuntur tutores, & negotia agant, & hi actores nominantur. Et ideo licet sit Dominus omnium rerum suarum, tamen inquantum subiicitur aliis, nihil differt a seruo quia, nec voluntatem liberam habet, immo cogitur: & haec adaptantur ad populum Iudaicum. Esa. 44. Et nunc seruus meus Iacob &c. Sed notandum est, quòd in populo Iudaico aliqui erant simpliciter serui, illi scilicet, qui propter timorem poenae & cupiditatem temporalium, quae lex promittebat, legem seruabant. Aliqui vero erant, qui non erant serui simpliciter, sed quasi serui existentes, erant vere filii & haeredes: qui licet attēderent exterius ad temporalia & vitarent poenas, nihilominus tamen in eis finem non ponebant: sed accipiebant ea, vt figuram spiritualium bonorum. Vnde licet viderentur nihil exterius differre a seruis, inquantum caeremonias & alia legis mandata seruabant, tamen erant Domini, quia non ea intentione eis vtebantur, vt serui, quia illis vtebantur amore spiritualium bonorum, quae praefigurabant: serui vero principaliter timore poenae & cupiditate terrenae commoditatis. Christus erat etiam quasi seruus, quia licet sit Dominus omnium, secundum illud Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo &c. tamen nihil videbatur differre a seruo in exterioribus, inquantum homo. Phi. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & habitu inuentus, vt homo. Sub tutoribus autem & actoribus erat, quia sub lege factus erat: vt dicitur infra eodem, Factū sub lege. Et hominibus subditus, vt dicitur Luc. 2. Erat subditus illis. Quarto ponit temporis congruitatem, cum dicit; *Vsque ad praefinitum tempus à patre*, quia sicut haeres secundum determinationem patris praefinito tēpore sub tutoribus est, ita & lex determinatū tempus habuit a Deo, quandiu deberet durare: & quandiu haeres, scilicet populus Iudaeorum esset sub ea. Similiter & praefinitum tempus fuit a patre, quo Christus non erat facturus miracula & ostensurus dominium potestatis diuinae. Ioan. 2. Nondum venit hora mea. Hanc similitudinem adaptat, cum dicit consequenter; *Ita & nos &c.* Et Primo adaptat eam, quantum ad Iudaeos. Secundo, quantum ad Christum, ibi; *At ubi uenit plenitudo temporis.* Dicit ergo, Dico, ꝙ; *Quanto tempore haeres paruulus &c.* Et ita nos Iudaei cum essemus paruuli in statu legis veteris; *Sub elementis mundi eramus seruientes*, idest sub lege, quae temporalia promittebat. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terrae comedetis, & comminabatur poenas temporales. Vel lex vetus dicitur elementum, quia sicut pueris, qui sunt instituendi ad scientiam, primo proponuntur elementa illius scientiae, per quae manuducuntur ad illam scientiam: ita lex vetus proposita est Iudaeis, per quam manuducerentur ad fidem & iustitiam. supra. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. Vel sub elementis, idest corporalibus rerum ritibus quos seruabant, sicut lunares dies, neomenias, & sabbatum. Nec tamen instandum est, quòd propter hoc non differrent a Paganis, qui elementis seruiebant huius mundi, cum eis non seruirent Iudei seu cultum impenderēt, sed sub eis Deo seruiebant, & eum colebant, Gentiles vero elementis seruientes, eis diuinum cultum impēdebāt. Roma. 1 Seruierunt creaturae potius, quàm creatori &c. Fuit autem necessarium, quòd Iudei sub elementis huius mundi deseruirent Deo, quia iste ordo est congruus naturae humanae, vt a sensibilibus ad intellectualia perducantur.

LECTIO SECVNDA.

HIC adaptat Apostolus similitudinē propositam ad Christum. Et primo, ponitur adaptatio. Secundo finis rei, in qua similitudo adaptatur, ibi; *Vt eos qui sub lege erant &c.* Sciendum est autem, quòd supra in similitudine proposita quatuor ostendit per ordinem, sicut dictum est. Hic autem illa quatuor adaptans ad Christum, incipit ab vltimo, scilicet a determinatione temporis: cuius ratio est: quia idem tempus fuit in quo Christus fuit humiliatus, & in quo fideles fuerunt exaltati. Et ideo dicit; *At vbi venit plenitudo temporis*, idest postquam tempus, quod fuerat praefinitum a Deo patre de mittendo filio suo, erat completum, & hoc modo accipitur Luc. 2. Impleti sunt dies &c. Dicitur autem plenum tēpus illud, propter plenitudinem gratiarum, quae in eo dantur, secundum Psalm. 64. Flumen Dei repletum est aquis &c. Item, propter impletionem figurarum veteris legis. Matt. 5. Non veni soluere legem &c. Item, propter impletionem promissorum. Dan. 9. Confirmabit autem pactum multis, hebdomada vna. Hoc autem, quod dicit; *At vbi venit plenitudo temporis &c.* Similiter, & in aliis scripturae locis, vbi tempus circa Christum impleri dicitur, non est referendum ad fatalem necessitatem, sed ad diuinam ordinationem, de qua dicitur in Psal. 118. Ordinatione tua perseuerat dies &c. Assignatur autem duplex ratio, quare illud tempus praeordinatum est ad aduentum Christi. Vna sumitur ex magnitudine. Quia enim magnus est, qui venturus erat, oportebat & multis indiciis & multis praeparationibus homines ad aduentum eius disponi. Heb. 1. Multifarie multisq; modis &c. Alia ex conditione venientis. Quia enim medicus erat venturus, oportebat quòd ante aduentum suum conuincerentur homines de morbo, & quantum ad defectum scientiae in legae naturae, & quantum ad defectum virtutis in lege scripta. Et ideo oportuit vtrunq;, scilicet, & legem naturae, & legem scripturae aduentum Christi praecedere. Secundo, adaptat quantum ad haereditariam dignitatem, cum dicit; *Misit Deus filium suum*, scilicet, proprium & naturalem. Et si filius, ergo & haeres. Dicit autem filium suum, idest, proprium naturalem & vnigenitum, non adoptiuum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt &c. *Misit*, inquam, eum non a se separatum, quia missus est per hoc, quòd assumpsit humanam naturam, & tamen erat in sinu patris. Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris aeternaliter. Ioan. 3. Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis, qui est in coelo, qui licet descenderit per assumptionem carnis, tamen est in coelo. Item, misit eum, nō vt esset vbi prius non erat: quia licet in propria venerit per praesentiam carnis, in mundo tamen erat per praesentiam deitatis, vt dicitur in euang. Ioan. 1. similiter non misit eum quasi ministrum, quia sua missio fuit assumptio carnis, non depositio maiestatis. Misit ergo Deus filium suum ad sanandum, inquam; deuiationem concupiscibilis, & ad illuminandum ignorantiam rōnalis creaturae. Psa. 106. Misit verbum suū &c. Misit etiam ad liberandum a potestate daemonis, cōtra infirmitatem irascibilis. Esa. 19. Mittet eis saluatorem, qui liberet eos. Item, ad remedium ab obligatione aeternę mortis. Oseę. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Item, ad saluandum ab eorum peccatis. Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum &c. Tertio, adaptat similitudinem quantum ad paruitatem, cum dicit; *Factum ex muliere.* Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum &c. Paruum se fecit, non dimittendo magnitudinem, sed assumendo paruitatem. In hoc autem quod dicit; *Factum ex muliere*, cauendi sunt duo errores, scilicet Fotini, qui dixit Christum purum hominem esse, & ex virgine principium essendi sumpsisse, & ideo ita dicit ipsum factum ex muliere, quasi totaliter initium ex ea sumpserit. Sed hoc est falsum, quia est contra illud quod dicitur Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, non dicit secundum personam, quae est ab aeterno, scilicet ipsa hypostasis filii Dei. Vnde, sicut cum scutum fit album de nouo, non oportet dicere, quòd ipsa substantia scuti de nouo fiat, sed quòd ei de nouo albedo accesserit, ita ex hoc, quòd filius Dei de nouo carnem assumpsit non oportet dici, quòd persona Christi de nouo sit facta: sed quòd natura humana ei de nouo aduenit, sicut corpori cum absq; sui mutatione quaedam accidunt. Aliqua enim adueniunt alicui & immutant ipsum, sicut formae & qualitates absolutae: quaedam vero absq; mutatione adueniunt, & huiusmodi est assumptio carnis, secundum quod dicit relationem. Vnde per hoc, persona verbi in nullo mutatur. Et inde est, quòd in diuinis vtimur his, quae relationem significant etiam ex tempore. Vnde dicimus illud Psal. 89. Domine refugium factus es nobis: & quòd Deus factus est homo. Non autem vtimur formis & qualitatibus absolutis, vt Deus factus est bonus, sapiens, & huiusmodi. Item vitandus est error, Hebionis, qui dicit, Christum ex Ioseph semine esse natum, motus ad hoc ponendum, per hoc quod dicitur, Ex muliere. Nam secundum eum, mulier tantum importat corruptionem. Sed hoc est falsum, quia hoc nomen mulier, in sacra scriptura designat etiā sexum naturalem, secundum illud Genes. 3. Mulier quam dedisti mihi &c. Vocat enim eā mulierem, quae tamen adhuc erat virgo. Per hoc etiam quod dicitur, ex muliere factus, destruuntur duo errores, scilicet Valentini, dicentis Christum non sumpsisse corpus de virgine, sed attulisse illud de coelo, & per beatam virginem sicut per fistulam, seu canale transiuisse. Sed hoc est falsum, quia si verum esset quod dicit, non fuisset factus ex muliere, vt Apostolus dicit. Haec enim praepositio; *Ex*, causam materialem designat. Item error Nestorii dicentis, beatam virginem non esse matrem filii Dei, sed filii hominis, quòd falsum esse ostenditur, per hoc quod dicit Apostolis hic. Quòd; *Misit Deus filium suum factum ex muliere.* Qui enim fit ex muliere, est filius eius. Si ergo filius Dei est factus ex muliere, scilicet ex beata virgine, manifestum est quòd beata virgo est mater filii Dei. Licet autem posset dici, natus ex muliere, signanter tamen dicit, factum, & non natum. Nasci enim aliquid, est ipsum produci non solum ex principio coniuncto, sed fieri etiam ex principio separato. Arca enim fit ab artifice, sed fructus nascitur ex arbore. Principium autem humanae generationis est duplex, scilicet materiale, & quantum ad hoc Christus processit ex principio coniuncto, quia materiam sui corporis sumpsit ex virgine. Vnde secundum hoc dicitur nasci de ea. Matt. 1. De qua natus est Iesus &c. Aliud est principium actiuum, quod quidem in Christo quantum ad id quod principium habuit, idest quantum ad formationem corporis, non fuit coniunctum, sed separatum, quia virtus spiritus sancti formauit illud. Et quātum ad hoc, nō dicitur natus ex muliere, sed factus, quasi ex principio exteriori. Ex quo patet, quòd hoc quod dixit ex muliere, non dicit corruptionem, quia dixisset natum, & non factum. Quarto, adaptat similitudinem quantum ad subiectionem, cum dicit; *Factum sub lege.* Sed contra est quod dicitur infra. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Si ergo Christus non solum est spiritualis, sed etiam dator spiritus, inconuenienter videtur dici, quòd sit factus sub lege. Respondeo. Dicendum est, quòd esse sub lege dicitur dupliciter. Vno modo, vt ly; *Sub*, denotet solam obseruantiam legis, & sic Christus fuit factus sub lege, quia circumcisus fuit, & in templo praesentatus. Matt. 5. Non veni legem soluere &c. Alio modo, vt ly; *Sub*, denotet oppressionem. Et hoc modo ille dicitur esse sub lege, qui timore legis opprimitur & hoc modo, nec Christus, nec viri spirituales dicūtur esse sub lege. Consequenter cum dicit; *Vt eos, qui sub lege &c.* Ponit fructum rei in qua similitudo adaptatur, scilicet quòd ideo voluit isto tempore fieri subiectus, vt haeredes fierent magni & liberi. Et haec duo ponit, & primo fructum liberationis contra subiectionem. Et ideo dicit; *Vt eos, qui sub lege erant*, idest sub maledicto & onere legis liberaret. supra. 3. Christus nos redemit de maledicto legis &c. Secundo, fructum exaltationis, inquantum adoptamur in filios Dei per hoc, quòd accipimus spiritum Christi, & conformamur ei. Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet &c. Et haec adoptio specialiter competit Christo, quia non possumus fieri filii adoptiui, nisi conformemur filio naturali. Roma. 8. Quos praesciuit conformes fieri imaginis filii eius &c. Et quantum ad hoc dicit; *Vt adoptionem filiorum reciperemus*, idest, vt per filium Dei naturalem efficeremur filii adoptiui secundum gratiam per Christum.

LECTIO III.

QVONIAM autem estis filii Dei: misit Deus spiritum filii sui in corda vestra, clamantem, abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: quòd si filius, & haeres per Deum.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit beneficium Iudaeis exhibitum: hic ostendit hoc beneficium etiam ad Gentiles pertinere. Et primo, proponit ipsum beneficium. Secundo, modum adipiscendi, ibi; *Misit Deus spiritum &c.* Tertio, manifestat eius fructum, ibi; *Itaque iam non est &c.* Dicit ergo. Quòd beneficium adoptionis filiorum Dei, non solum pertinet ad eos, qui sub lege erant, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicit; *Quoniam estis filii Dei*, idest, quòd sitis filii Dei, ista de causa factum est, quia non solum Iudaei, sed etiam omnes alii, qui in filium Dei credunt, adoptantur in filios &c. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Modus autem adipiscendi illud donum, est per missionem spiritus filii Dei in corda vestra. Augustinus autem dicit, quòd Christus in carne existens praedicauit Iudaeis principaliter: Gentibus autem perfunctorie. Roman. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis &c. Et ideo quicquid pertinet ad statum Iudaeorum conuenienter attribuitur Christo. Et quia possent dicere isti, Galatas non esse adoptatos in filios Dei, cum Christus ex eis carnem non sumpserit, nec eis praedicauerit, vnde non videbantur in aliquo, Christo coniungi, Ideo Apostolus modum huius adoptionis demonstrans, dicit, ꝙ & si non fuerunt cōiuncti Christo secundum carnem, scilicet, quantum ad Gentem, neq; secundum praedicationem: tamen fuerunt coniuncti per spiritum, & ex hoc adoptati sunt in filios Dei. Vnde conuersio Gentilium specialiter attribuitur spiritui sancto. Et ideo Petrus quando fuit reprehēsus a Iudęis, quòd iuisset praedicare Gentibus, excusauit se per spiritū sanctū, dicens. Act. 11. Non posse resistere spiritui sancto, cuius instinctu, hoc fecerat. Et ideo quia; *Misit Deus pater Spiritum filii sui in corda nostra* (Iudaeorum, s. & Gentiū) cōiungimur Christo, & ꝑ hoc adoptamur in filios Dei. Sed sciendū est, ꝙ si alicubi in scriptura inuenitur spiritus sanctus mitti a patre. Ioan. 14. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater &c. Aliquando vero a filio. Ioā. 15. Cum venerit paracletus, quē ego mittam vobis &c. Nihilominus tamē spiritus sanctus cōmunis est patri & filio, & ab vtroq; procedit, & ab vtroq; datur. Et ideo est, ꝙ vbicunq; inuenitur, ꝙ pater mittat spiritū sanctū, fit mentio de filio: sicut in p̄missa authoritate dicitur, Quē mittet pater in nomine meo. Et similiter vbi dicitur, mitti a filio, fit mentio de patre. Vnde dicit, Quem mittam vobis a patre. Et etiam hic cū dicit, Misit Deus pater spiritum sanctum, statim fit mentio de filio, cum dicit; *Filii sui.* Nec refert, si alicubi dicatur spiritus sanctus solum a patre procedere, quia ex quo filius mittit eum, manifestum est, quòd ab ipso procedit, vnde spiritus sanctus dicitur spiritus filii, sicut mittentis, & sicut a quo procedit, & sicut a quo habet spiritus sanctus quicquid habet sicut & a patre. Ioan. 15. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet &c. Dicit autem in corda, quia duplex est generatio. Vna carnalis, quae fit per semen carnale missum in loco generationis: quod quidē semen licet sit quantitate paruum, tamen virtute continet totū. Alia est spiritualis, quae fit per semen spirituale transmissum in locum spiritualis generationis: qui quidem locus est mens, seu cor hominis, quia in filios Dei generamur per mentis renouationem. Semen autem spirituale, est gratia spiritus sancti. 1. Ioā. vlt. Qui natus est ex Deo, non peccat: quoniam generatio Dei conseruat eum &c. Et hoc semen est virtute continens totā perfectionē beatitudinis. Vnde dicitur pignus & arra beatitudinis. Ephe. 1. Ezec. 39. Dabo spiritū nouū &c. *Clamantem*, idest clamare facientem; *Abba pater*, non magnitudine vocis, sed magnitudine, & feruore affectus. Tunc. n. clamamus; *Abba pater*, quando per affectum accendimur calore spiritus sancti ad desideriū Dei. Rom. 8. Non accepistis spiritū seruitutis &c. *Abba pater &c.* Idē aūt est in significatiōe, Abba, quod est Hebraeū, & pater, quod est Latinū, & patir, quod est Graecū. Et vtrūq; ponit, vt ostēdat, ꝙ gratia spiritus sancti cōmuniter se habet, quantū ad vtrunq; populū, quantū est ex se. Consequēter cū dicit; *Itaque iam non est seruus &c.* Ponit fructū huius beneficii. Et primo quantū ad remotionē omnis mali, a quo liberamur per adoptionē spiritus sancti & haec est liberatio a seruitute. Et quantum ad hoc dicit; *Itaque*, scilicet, quia spiritus clamat in nobis pater; *Iam* a tempore gratiae; *Non est* aliquis nostrum, qui in Christum credimus; *Seruus* in timore. s. seruiens. Ioan. 15. Iam non dicā vos seruos, sed amicos &c. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. *Sed est filius.* Ro. 8. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei. Licet. n. cōditione serui simus, quia dicit Luc. 17 Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus: tamen non sumus serui maliuoli, ex timore, scilicet seruientes, quia tali seruo debentur tortura & compedes: sed sumus serui boni & fideles, & amore seruientes, & ideo libertatem per filium consequimur. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo, ponit fructum quantum ad consecutionem omnis boni, & quantum ad hoc dicit; *Quod si filius, & haeres per Deum.* Ro. 8. Si filii & haeredes, haeredes quidē Dei &c. Haec autem haereditas est plenitudo omnis boni, cum nihil aliud sit quàm ipse Deus, secundum illud Psalmus. 15. Dominus pars haereditatis meae &c. Gen. 15. Dixit ad Abraham. Ego ero merces tua magna nimis &c. Dicit aūt; *Per Deum*, quia sicut Iudaei haereditatem adepti sunt per Dei repromissionem & iustitiam, ita & Gentiles per Deum, idest per Dei misericordiam. Romanorū. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum &c. Vel per Deum, idest per Dei operationem. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

LECTIO QVARTA.

POSITA dignitate beneficii gratiæ, & ostensa per exemplum humanum: hic Apostolus arguit Galatas, qui hanc gratiam contemnebant, vtpote ingrati tanto beneficio. Et primo, arguit eos de ingratitudine. Secundo, excusat se quòd hoc non facit ex odio & liuore, ibi; *Fratres, obsecro vos, non me læsistis &c.* Circa primum tria facit. Primo, cõmemorat statum pristinum. Secundo, extollit & commendat beneficium susceptum, ibi; *Nunc autem cum cognoueritis &c.* Tertio, exaggerat peccatũ commissum, ibi; *Quomodo conuertimini &c.* Dicit ergo; *Sed tunc &c.* Quasi dicat, Nunc estis filii & hæredes per Deum: sed tunc quidem, cum Gentes essetis. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ &c. *Ignorantes Deum*, per infidelitatem; *Seruiebatis* cultu latriæ; *His qui non sunt natura dij*, sed opinione hominum 1. Corinthiorum 12. Cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eunt̃es &c. Roman. 1. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori &c. Hoc autem quod dicit, Qui natura non sunt dii, est ad confutationem Arrianorum, dicẽtium, Christum Dei filium, nõ esse Deum per naturam. quod si verum esset, non esset ei exhibendus cultus latriæ, & quicunq; exhiberet ei, esset idolatra. Sed potest obiici, quia nos adoramus carnem & humanitatem Christi, ergo sumus idolatræ. Sed dicendum est, quòd licet adoremus carnem seu humanitatem Christi, adoramus tamen eam, vt vnitam personæ diuini verbi, quod quidem verbum, est suppositum diuinum. Vnde cum adoratio debeatur supposito diuinæ naturæ, quicquid in Christo adoratur absque errore fit. Consequenter cum dicit; *Nunc autem cum cognoueritis &c.* Cõmemorat acceptum beneficium: quasi dicat. Si ignorantes eratis & peccabatis, tolerari poterat: nam cæteris paribus grauius est peccatum in Christiano, quàm in Gentili. Sed nunc cum cognoueritis Deum, idest sitis conducti ad Dei cognitionem, grauius peccatis, quàm olim, seruiendo & ponendo spem in his, in quibus non debetis. Hier. 31. Omnes cognoscent me &c. Sed hoc quod dicit; *Immo cogniti sitis a Deo*, videtur contrarietatem habere, cum deus ab æterno omnia cognouerit. Eccl. 23. Domino enim deo antequam crearentur oia sunt agnita &c. Sed dicendum, hoc causaliter esse dictum, vt sit sensus; *Immo cogniti sitis a Deo*, idest Deus fecit, q̃ vos cognosceretis eum. sic. n. Deus dicitur cognoscere, inquantum est causa cognitionis nostrę. et iõ quia supra dixit, Cum cognoueritis Deũ, quæ fuit vera locutio, statim corrigit & explicat eam præfiguratam, innuendo, quòd non possumus Deum cognoscere ex nobis, nisi per ipsum. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus qui est in sinu patris &c. Consequenter exprobat peccatum commissum, dicens; *Quomodo conuertimini &c.* Et primo, exaggerat eorum peccatum. Secundo, ostendit imminens periculum, ibi; *Timeo vos ne forte &c.* Tertio, reducit eos ad salutis statũ, ibi; *Estote sicut ego &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit peccatum commissum. Secundo, de peccato commisso eos conuincit, ibi; *Dies obseruatis &c.* Sciendum est autem, quòd hæc litera dupliciter legitur. Vno modo, quia isti Galatæ a fide conuertebantur ad idolatriam, & ideo dicit; *Quomodo conuertimini* a fide; *Iterum*, idest denuo 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post &c. Esai. 42. Conuersi sunt retrorsum &c. *Ad elementa*, s. mundi, quæ sunt; *Infirma*, per se subsistere nõ valentia, quia in nihilum deciderent, nisi ea manus cuncta regentis teneret: s̃m illud Heb. 1. Portãs omnia verbo virtutis suæ &c. *Et egena*, quia egent Deo, & seipsis ad inuicem, ad complementũ vniuersi; *Quibus*, scilicet elementis; *Denuo*, idest iterum; *Seruire vultis*, seruitute scilicet latrię. Probatio huius manifeste apparet, quia; *Obseruatis dies*, scilicet faustos & infaustos; *Et menses, & tempora, & annos*, idest constellationes & cursum corporũ cœlestium, quæ omnia ortum habent ab idolatria. Contra quod dicit. Hier. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ gentes &c. Et quòd obseruationes huiusmodi malæ sint, & contra cultũ Christianæ religionis, patet: quia distinctio dierũ, mensium, annorũ, & temporum, attenditur s̃m cursum solis & lunæ. Et ideo tales temporum distinctiones obseruantes, venerantur corpora cœlestia, & disponunt actus suos s̃m iudicium astrorum, quæ nullã directam impressionem habent in voluntate hominis, & in his quæ dependẽt a libero arbitrio. Et ex hoc imminet graue periculum. Vnde dicit: *Timeo ne forte sine causa*, idest inutiliter; *Laborauerim in vobis.* Et ideo cauendum est fidelibus talia obseruare, sed nulla debet esse eis suspitio harum rerum, quia prospere potest cedere quicquid sub Dei deuotione simpliciter agitur. Sed nunquid licet in aliquo cursum stellarum seruare? Dicendum est, quòd corpora cęlestia quorundam quidem esse causũ causa sunt, scilicet corporalium, & in istis licet ipsorum cursum attendere: quorundam aũt non sunt causa, scilicet eorum, quæ dependent a libero arbitrio, seu a fortuna, vel infortunio, & in istis seruare cursum astrorum pertinet ad idolatriã. Sed licet hæc lectura sustineri possit, nõ tamen est secundum intentionem apostoli. Cum enim ipse in tota præcedenti serie huius epistolæ, & in sequenti arguat Galatas de hoc, quòd a fide transtulerunt se ad obseruantiam legis, ideo magis ad propositum exponitur de hoc, quod ad legales obseruantias conuertuntur. Vnde dicit, Cum cognoueritis Deum per fidem, quomodo conuertimini a fide ad elementa, i. ad literalem legis obseruantiã? quæ dicitur elementa, quia lex fuit prima institutio diuini cultus, elementa dico infirma, quia non perficit iustificando. Heb. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex, *Egena*, quia non confert virtutes & gratiam adiuuando per se. Sed quid est quod dicit, Conuertimini? Et videtur hoc inconuenienter dictum. Similiter & hoc quod dicit, denuo. nam isti nec Iudæi fuerant, nec aliàs legalia seruauerãt, Ad quod dicendum est, quòd cultus Iudæorum medius est inter cultum Christianorum & Gentilium. nam Gentiles colebant elementa ipsa tanquam viua quædam: Iudæi vero elementis quidem non seruiebant, sed Deo sub ipsis elementis, inquantum obseruationibus corporalium elementorum Deo cultum exibebant. supra eodem, Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Christiani vero seruiunt Deo sub Christo, idest in fide Christi. Quando autẽ aliquis peruenit ad terminũ transacto medio, si iterum redire velit ad medium, idem videtur ac si velit redire ad principium. Et ideo Apostolus, quia isti iam peruenerant ad terminum, scilicet ad fidem Christi, & tunc redierunt ad medium, scilicet ad cultum Iudæorum, inde est, q̃ propter quandam conformitatẽ medii ad principiũ, dicit eos conuerti ad elementa, & denuo eis seruire. Et q̃d ita sit probat, cum dicit, dies obseruatis, Iudaico ritu, s. sabbata, & decimũ primi mensis, & huiusmodi, quæ dicũtur in Glo. Menses, i. neomenias, vt primum & septimum mensem, vt habetur Leui. 23. Tempora, scilicet egressionis de Aegypto, & quòd Hyerosolimam tribus vicibus veniebant per singulos annos. Item annos Iubilei & septimum annũ remissionis. Et ex hoc sequitur periculũ, quia ex hoc nihil prodest fides Christi. Vnde dicit, Timeo vos ne forte sine causa, idest inutiliter in vobis laborauerim. infra 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Consequenter cum dicit; *Estote sicut ego &c.* Reducit eos ad statum salutis. quasi dicat. Ita timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis, sed ne ita sit, estote sicut ego. Hoc in Glo. tripliciter legit. Primo modo, sic; *Estote sicut ega*, s. legem deserentes, sicut ego dimisi. Secundo modo sic. Estote sicut ego, errorem, scilicet pristinum corrigentes, sicut ego errorem meũ correxi. Et hoc potestis; *Quia ego* supple; *Sum sicut vos*, & tamen de errore meo correctus sum. Tertio modo sic, Estote sicut ego, scilicet sine lege viuentes, quia ego, supple, qui legem habui, & in lege natus sum, modo sum sicut vos, supple fuistis, scilicet sine lege.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM reprehendit Apost. Galatas, hic ostendit se hoc non ex odio fecisse. Et primo, ostendit se non habere verã causam odii ad eos vllam. Secundo, q̃ nec habet causam æstimatã, ibi; *Ergo inimicus factus sum vobis &c.* Tertio, assignat causam p̃missæ reprehensionis, ibi; *Filioli mei &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit q̃ nõ habet causam odii ad eos. Secũdo, q̃ magis habet causam amoris, ibi; *Scitis aũt, quod p̃ infirmitatẽ &c.* Circa primum notandum est, q̃ consuetudo est boni pastoris in correctione subditorum asperis dulcia miscere: ne, s. ex nimia seueritate frangantur. Luc. 10. legitur de Samaritano, q̃ in curatione sauciati, infudit vinũ & oleum. Econtra de malis pastoribus dicitur. Ezec. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Et iõ Apostolus sicut bonus prælatus ostendit, q̃ nõ ex odio increpat eos, blande loquendo eis quantum ad tria, primo quantum ad charitatis nomen. Vnde dicit; *Fratres.* Psal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Secundo, quantum ad modestiæ verbum. Vnde dicit; *Obsecro vos.* Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Tertio, quantum ad excusationẽ. Vnde dicit; *Nihil me læsistis* & ego non sum talis, quòd habeam odio illos, qui me nõ offendunt. Secundo, ostendit se ad eos habere causam amoris cum dicit; *Scitis autem, quod per infirmitatem &c.* Vbi tria ponit, ex quibus homines se diligere cõsueuerunt: primum est mutuum societatis auxilium, & ex hoc etiam amor in hominibus confirmatur: secundum illud Luc. 22. Vos estis, qui permansistis mecum &c. Et quantum ad hoc dicit; *Scitis autem &c.* Vbi primo, commemorat tribulationem quam passus est apud eos. Secundo, ostendit quomodo ei astiterunt, ibi; *Et tentationem nostram &c.* Dicit ergo quantum ad primum, Dico, quòd nihil me læsistis, immo seruiuistis mihi. Scitis enim, idest recordari poteritis; *Quòd euangelizaui vobis iampridem*, idest transacto tempore, per infirmitatem carnis, idest cum infirmitate & afflictione carnis meæ, vel cum multis tribulationibus quas patiebar a Iudæis (qui sunt de carne mea) me persequentibus 1. Cor. 2. Cum timore & tremore multo fui apud vos 2. Corin. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et licet hæc infirmitas fuerit causa spernendi me, & tentationis vestræ, secundum illud Zacha. 13. Percute pastorem & dispergentur oues &c. Vos tamen; *Tentationem vestram*, quæ erat; *In carne mea*, idest tribulationem meam, quæ erat vobis causa tentationis; *Non spreuistis.* Eccle. 11. Non spernas hominem in visu suo. Quia vt dicit Dñs. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit &c. *Neque respuistis* doctrinam meã & me, quin velletis esse socii tribulationum. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? &c. Secundũ autem, quod confirmat inter homines dilectionem, est mutuus amor & mutua dilectio adinuicem: s̃m illud Prou. 8. Ego diligentes me diligo &c. Et quantum ad hoc dicit; *Sed sicut angelum Dei excepistis me*, i. ita honorifice sicut nuntiũ verba Dei nuntiantẽ. 1. Thess. 2. Cum accepistetis a nobis verbum auditus Dei &c. Et inde est, quòd prædicatores dicuntur angeli, Mala. 2. Legem requirent ex ore eius &c. Et nõ solum sicut angelum recepistis; *Sed sicut Iesum Christum*, idest, ac si Christus ipse venisset, Qui Christus profecto in ipso ad eos venerat, & in eo loquebatur secundum illud 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquit̃ Christus? Mat. 10. Qui vos recipit, me recipit &c. Deinde increpat eos, quòd sic deteriorati erant. Vnde dicit; *Vbi est ergo beatitudo vestra?* Quasi dicat, Nonne ex hoc homines beatificabant vos, quòd me honorastis, & prædicationem meam recepistis? Iob. 4. Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Tertium quod amorem confirmat, est mutua beneficentia. Et quantum ad hoc dicit; *Testimonium perhibeo, quod si fieri posset*, idest iuste fieri potuisset. Illud enim fieri potest, quòd iuste fit, vel ad vtilitatẽ ecclesiæ fuisset; *Oculos eruuisetis & dedissetis mihi.* Quasi dicat, Ita me diligebatis, q̃ non solum mihi vestra exteriora, sed etiã oculos vestros dedissetis mihi. Consequenter cũ dicit; *Ergo inimicus factus sum vobis &c.* Ponit causam æstimati odii: & primo vnã ex parte apostoli. Secundo, aliam ex parte pseudo, ibi; *Aemulantur vos &c.* Dicit ergo, Ex quo mihi tot bona fecistis, est ne credendum, q̃ factus sim inimicus vobis, verũ dicens vobis? Verbum aũt hoc, quod dicit inimicus, dupliciter potest intelligi. Vno, s. modo, q̃ ipse habeat eos odio, & isto modo legitur sic tũc, Factus sum inimicus, idest habeo vos odio. Et sic, hoc quod sequitur; *Verum dicens vobis* potest æstimari, vt signum odii, quod tamen est signum dilectionis, scilicet dicere verum, suo tamen loco & tempore. Alio modo, potest intelligi inimicus passiue. s. quòd ipse habeatur odio ab eis. Et tũc sic legitur. Ego factus sum inimicus vobis. i. habetis me odio, & hoc ideo: quia dico vobis verum, vt sic dicens verũ vobis, ponatur vt sit causa odii. Nam homines veritatem dicentes, a malis odio habentur. Veritas. n. odium parit. Amos 5. Odio habuerunt in porta corripientem &c. Sed contra est, quod dicitur. Prou. 28. Qui corripit hominem, gratiã postea inueniet apud eum, magis q̃ qui per linguæ blandimẽta decipit. Sed dicendum est, quòd solutio hæc potest haberi ex hoc quod dicitur Prouerbio. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te, argue sapientem & diliget te. Bonitatis enim signum est, si iste qui corripitur, corripientem diligit. Et econuerso si eum oderit, signum est malitiæ. Cum enim homo naturaliter odiat illud quod contrariatur ei quod diligit, si tu odis eum qui corrigit te de malo, manifestum est quòd malum diligis. Si vero diligis eum, ostendis te odire peccata. Quia enim homines a principio cum corripiuntur, per amorem ad peccata afficiuntur: inde est, q̃ in principio peccator corripientem odit: sed postquam iam correctus est & affectũ peccati deposuit, corripiẽtem diligit. Et ideo signanter in proposita authoritate dicitur: quòd postea inueniet gratiam apud eum. Consequenter cũ dicit; *Aemulantur vos &c.* Ponit aliam causam æstimatam ex parte, scilicet pseudo. Et primo, ponit eam. Secundo, excludit eam, ibi; *Bonum autem æmulamini &c.* Quantum autem ad primum, sciendum est, quòd sicut dictum est supra, quidam Pseudo ex Iudæis conuersi, circumeuntes ecclesias Gentium prædicabant seruari legalia. Et quia Paulus contrarium dicebat, ideo isti detrahebant ei. Et hoc magis faciebant, vt excluderent Paulum, quàm pro salute eorum. Et ideo dicit; *Æmulantur vos*, idest non patiuntur in vobis (quos diligunt potius amore concupiscentiæ, quàm amicitiæ) *Consortium nostrum.* Aemulatio enim est zelus ex amore quocunque proueniens, non patiens consortium in amato. Sed quia amor eorum ad istos non erat bonus, tum quia non amabant eos propter vtilitatem ipsorum, sed propter commodum proprium: & hoc patet, quia volebant excludere Apostolum ab eis, vtpote propriæ vtilitati contrarium: tum quia hoc cedebat in damnum Galatarum, quia quærebant in eis lucrum, per q̃d ipsi damnificabantur: ideo dicit, Aemulantur vos, sed non bene, quia non amant bonum vestrum. Et hoc apparet; *Quia volunt vos excludere, vt æmulemini illos*, idest, vt nullum recipiatis nisi eos. Prouerb. 3. Ne æmuleris hominem iniustum &c. Et Prouer. 31. Non æmuletur cor tuum peccatores. Hoc autem excludit consequeter cum dicit; *Bonum autem æmulamini &c.* Quasi dicat, Non debetis eos æmulari in doctrina eorum: sed æmulamini bonum doctorem, me scilicet, & huiusmodi 1. Pet. 3. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed quia aliquis potest esse bonus doctor, in quo potest esse aliquid mali, ideo addit, Aemulamini bonum doctorem; *Sed* dico, tamen; *In bono*, idest in eo, quod bonum est 1. Cor. 14. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia. Licet autem Apostolus de se loquatur, secundum Glo. cum dicit; *Æmulamini bonum*, addit tamen in bono, quia sicut ipse dicit 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sed quia aliqui æmulantur doctorem bonum in sua præsentia solum, ideo addit semper, & non tantum cum præsens sum apud vos: quia æmulatio in bonum, est signum q̃ ex amore & timore Dei qui omnia videt, procedat; si etiam in absentia doctoris perseuerat. Colos. 3. Serui obedite per omnia dominis vestris &c.

LECTIO SEXTA.

SVPRA Apostolus remouit falsam causam correctionis Galatarum: hic consequenter Apost. dictæ correctionis assignat causam veram, quæ est dolor de eorũ imperfectione. Et ideo primo dolorẽ cordis ex quo loquebatur, exprimit. Secundo, ponit desideriũ de manifestatione huius doloris, ibi; *Vellem autem &c.* Tertio, ponit causam doloris, ibi; *Quoniam confundor &c.* Dolor aũt iste ex charitate procedebat, quia dolebat de peccatis eorũ. Psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescebam &c. Et iõ verbum charitatis proponit, dicẽs; *Filioli mei.* Signanter aũt non eos filios vocat, sed filiolos, vt designet eorũ imperfectionẽ, quasi minuti sunt 1. Cor. 3. Tanquã paruulis in Christo &c. Sed notandum est, q̃ puer dum est in parturitione dicitur filiolus. Et isti tales erãt, quia indigebant iterata parturitione, cũ tamen parẽtes carnales semel tantũ parturiãt filios. Et ideo dicit eis; *Quos iterum parturio.* Nã semel eos parturierat in prima cõuersione, sed q̃a iam auersi erãt ab eo, qui eos vocauit in aliũd euangeliũ, indigebãt, q̃ iterato parturirer eos. Ideo dicit; *Parturio*, i. cũ labore & dolore ad lucẽ fidei reduco. In quo apparet dolor Apostoli. Vnde conuersio hominis, partus dr. Iob. 39. Incuruãtur ad fœtum & pariũt. Apoc. 12. Clamabat parturiẽs, & cruciatur, vt pariat. Et inde

Et inde est, ꝙ Apostolus ex dolore dure eos corrigit, sicut mulier ex dolore part⁹ dure clamat. Esa. 42. Quasi parturiẽs loquar &c. Et ratio iteratæ parturitionis est, quia non estis perfecte formati: Vnde dicit; *Donec Christus formetur in vobis*, idest recipiatis similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis. Et non dicit, formemini in Christo, sed formetur Christus in vobis, vt hoc terribilius insonet auribus eorum. Nam Christus per fidem formatam formatur in corde. Eph. 3. Habitare Christum per fidem &c. Sed quando quis non habet fidem formatam, iam in eo moritur Christus. 2. Pet 1. Donec dies illucescat &c. Et sic secundum hominis profectum in fide, Christus in homine proficit, & econuerso, secũdum defectum, deficit. Quando ergo fides in homine efficitur in formis per peccatum, Christus non est in eo formatus. & ideo quia in istis non erat fides formata, indigebant iterum parturiri, donec Christus in eis formaretur per fidem formatam, scilicet, quæ per dilectionẽ operatur. Vel donec Christus formetur ĩ vobis, idest, formosus aliis per vos appareat. Posset autem aliquis dicere, Absens tu dicis talia, sed si esses apud nos, hæc non diceres, secundum illud. 2. Corin. 10. Præsentia quidem corporis infirma, & sermo contemptibilis &c. Et ideo ponit desiderium manifestandi dolorem suum asperius, dicens; *Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam.* quasi dicat. Modo blandis verbis vtor, vocans vos fratres & filios in absentia: sed si essem presens asperius corriperem. Nã si quæ per literas scribo, nunc præsens & ore proferrem, durior esset correctio, vtpote, quia magis possem vocem obiurgãtis expri mere, & irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris, magis quàm per literas explicare, & magis cor vestrum viua vox ad confusionem de errore vestro & mea turbatione moueret. Et causa huius doloris est; *Quia confundor in vobis*, idest, erubesco apud alios pro vobis. nam sicut Eccle. 22. dicitur, Confusio est patris de filio indisciplinato. nam cum filius sit res patris, & discipulus, inquãtum huiusmodi, res magistri, magister gaudet de bono quod videt in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur, & econuerso de malo dolet & confunditur. Vnde quia isti mutati erant de bono in malum, Apostolus confundebatur inde.

LECTIO SEPTIMA.

e Supra Apostolus probauit dignitatem gratiæ per consuetudinem humanam: hic autem probat eam authoritate scripturæ. Et primo proponit factum. Secundo exponit mysterium, ibi; *Quæ sunt per allegoriam dicta &c.* Tertio, concludit propositum, ibi; *Itaque fratres mei non sumus &c.* Circa primum duo facit. Primo, excitat ad attentionem. Secundo proponit suam intentionem, ibi; *Scriptum est enim &c.* Dicit ergo; *Dicite mihi &c.* quasi dicat. Si vos estis sapientes, attendite ad ea quæ obiicio, & si nõ potestis contradicere: cedatis. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione &c. Facio uobis autem hanc obiectionem, Aut legistis legem: aut non legistis. Sed si legistis, scire debetis ea quæ in ea scripta sunt: sed ipsa probat se dimittendam, si autem non legistis, non debetis recipere, quod nescitis. Prouerb. 4. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dicit autem; *Sub lege*, idest sub onere legis. Nam subire aliquod leue non est vis, sed subire graue onus sicut est onus legis, magnæ stultitiæ signum esse videtur. Actuum 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus &c. quod est intelligendum de illis, qui volunt carnaliter esse sub lege. Consequenter cum dicit; *Scriptum est enim &c.* Proponit suam intentionem dicens, Ideo quæro an legistis legẽ, quia in ipsa continentur quædam, quæ manifeste dicunt legem non esse tenendam. & specialiter Apostolus facit mentionem de duobus filiis Abrahæ. Et primo ponit vnum in quo cõueniunt. Secundo duo in quibus differunt. Cõueniunt quidem in vno patre. Vnde dicit; *Scriptum est, quoniam Abraam duos filios habuit.* Habuit etiam alios, quàm istos duos filios, quia post mortem Saræ alios genuit de Cæthura, vt dicitur Gene. 25. de quibus mentionem non fecit Apostolus, quia non pertinent ad hanc significationem. Possunt tamen per istos duos scilicet, filium ancillæ & filium liberæ duo populi scilicet, Iudæorum & Gentium designari: per alios vero filios Cæthuræ, scismatici & hæretici. qui quidem duo populi conueniunt in vno patre, quia Iudæi sunt filii Abraham secundum carnem: Gentiles vero secundum imitationem fidei. uel sunt filii Abrahæ, idest Dei, qui est pater omnium. Malac. 2. Nonne Deus pater omnium &c. Roma. 3. An Iudæorum tantum? Differunt autem in duobus scilicet, in conditione matris, quia vnus est de ancilla, vt dicitur Gene. 21. Nec tamẽ

F peccauit Abraham ad eam accedens, quia accessit ad eam coniugis affectu & ordinatione diuina. Alius autem est de libera, scilicet Isaac quem genuit ei Sara vxor sua. Gene. 18. Veniam ad tempore isto vita comite & Sara vxor tua &c. Item differunt in mõ generationis, quia *qui de ancilla*, scilicet Ismael, *Secũdum carnem natus est, qui autem de libera*, scilicet Isaac; *Per repromissionem*. Sed vitandus est hic duplex falsus intellectus. Vnus, ne intelligatur per hoc quod dicit, secundũ carnẽ natus ẽ, vt accipiatur hic caro, pro actu peccati, secundum illud Roma. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini &c. 2. Cor. 10. In carne ambulantes non secundum carnem militamus, quasi Abraham peccãte natus sit Ismael. Alius intellectus, vt per hoc quod dicitur, Per repromissionem, credatur Isaac non secundum carnem natus, idest secundum carnalẽ commistionem: sed per spiritum sanctum. Est ergo dicendum, ꝙ secundum carnem, idest secundũ naturã carnis natus est Ismael. Nã naturale est in hoĩbus, ꝙ ex muliere iuuencula fęcunda, sicut erat Agar, & sene, nascatur filius. Et quòd ꝑ repromissionẽ, idest supra naturam carnis natus est Isaac. Non enim ad hoc se extendit natura carnis, vt ex viro sene & vetula sterili, sicut fuit Sara, filius nascatur. Per Ismael significatur populus Iudæorũ, qui secundum carnem natus est. Per Isaac vero, intelligitur populus Gentium, qui natus secundum repromissionem, qua promissum est Abrahæ, quòd esset futurus pater multarum gentiũ. Gene. 22. In semine tuo benedicentur &c. Mysterium autem exponit, cum dicit; *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Et primo ponit modum mysterii. Secundo exemplificat, ibi; *Hæc enim duo sunt testamenta &c.* Dicit ergo. Hæc quæ sunt scripta de duobus filiis &c. Sunt per allegoriam dicta, idest, per alium intellectum. Allegoria enim est tropus, seu modus loquẽdi, quo aliquid dicitur & aliud intelligitur. Vnde allegoria dicitur ab alos, quod est alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendum est, ꝙ allegoria sumitur aliquando pro quolibet mystico intellectu, aliquando pro vno tantum ex quatuor qui sunt, hystoricus, allegoricus, mysticus, & anagogicus, qui sunt quatuor sensus sacræ scripturæ, & tamen differunt quãtum ad significationẽ. Est enim duplex significatio. Vna est per voces: alia est per res, quas voces significant. Et hoc specialiter est in sacra scriptura & non in aliis. Cũ enim eius actor sit Deus in cuius potestate est, quòd non solum voces ad designandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo in aliis scientiis ab hominibus traditis, quæ non possunt accommodari ad significandum nisi tantum verba, voces solum significant. Sed hoc est proprium in ista scientia, vt voces & ipsæ res significatæ per eas aliquid significent. & ideo hæc scientia potest habere plures sensus. Nam illa significatio qua voces significant aliquid, pertinet ad sensum literalem, seu hystoricum. Illa vero significatio qua res significatæ per voces, iterum res alias significãt, pertinet ad sensum mysticum. Per literalem autem sensum potest aliquid significari dupliciter, scilicet, secundum proprietatem locutionis: sicut cum dico, homo ridet: vel secundum similitudinem seu metaphoram, sicut cum dico, pratum ridet. Et vtroque modo vtimur in sacra scriptura, sicut cum dicimus quãtum ad primum, quòd Iesus ascendit, & cum dicimus, quòd sedet a dextris Dei, quantum ad secundum. Et ideo sub sensu literali includitur parabolicus, seu metaphoricus. Mysticus autem sensus, seu spiritualis diuiditur in tres. Primo nanque sicut dicit Apostolus, lex vetus est figura nouæ legis. Et ideo secundum ea q̃ sunt veteris legis, significant ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. Item secundum Dionysium in libro de cœlesti Hierarchia, Noua lex est figura futuræ gloriæ. Et ideo ſm quòd ea quę sunt in noua lege & in Christo, significãt ea, quę sunt in patria, est sensus anagogicus. Item in noua lege, ea quæ in capite sunt gesta, sunt exempla eorum, quæ nos facere debemus, quia Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: & ideo secundum ea quæ in noua lege facta sunt in Christo, & in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos facere debemus, est sensus moralis. Et omnium horum patet exemplum. Per hoc enim, quod dico, fiat lux, ad literam de luce corporali pertinet ad sensum literalem. Si intelligatur, fiat lux, idest nascatur Christus in ecclesia, pertinet ad sensum allegoricum. Si vero dicatur, fiat lux, idest, vt per Christum introducamur ad gloriam, pertinet ad sensum anagogicum. Si autẽ dicatur, fiat lux, idest per Christum illuminemur in intellectu & inflammemus in affectu, pertinet ad sensum moralem.

legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionẽ. quæ sunt per allegoriam dicta.

esse apud vos mõ, & mutare vocẽ meam, quoniã cõfundor in vobis.

LECTIO VII.

Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non

LBC-

LECTIO OCTAVA.

Superius posuit Apostolus intellectum mysticum: hic aperit mysterium. Et primo, quantum ad matres. Secundo, quantum ad filios, ibi; *Nos autem fratres &c.* Per duas autem matres, intelligit duo testamenta. Et ideo primo ponit significatum. Secundo, exponit, ibi; *Vnũ quidem in monte &c.* Dicit ergo, Hæ scilicet, duę vxores, ancilla, & libera; *Sunt duo testamenta*, vetus & nouum. Hier. 31. Feriam domui Israel fœdus nouum. Ecce nouum testamentum, non secundum pactum &c. Ecce testamentum vetus. Libera enim significat testamentum nouum, ancilla vero vetus. Ad sciẽdum autem quid sit testamentum, attendi debet, quòd testamentum idem est, ꝙ pactum seu fœdus eorum, quæ testibus confirmantur. Vnde in scriptura multoties loco testamenti ponitur fœdus vel pactum. Vbicunque autem interuenit fœdus, vel pactum, fit aliqua promissio. Et ideo secundum diuersitatem promissionum, est diuersitas testamentorum. Duo antem sunt nobis promissa, scilicet temporalia in veteri lege: & æterna in noua. Mat. 5, Gaudete & exultate &c. Hæ ergo duæ promissiones sunt duo testamenta. Vnde Apostolus consequenter cum dicit; *Vnum quidem &c.* Exponit ipsa. Et primo, quantum ad vetus. Secundo, quantum ad nouum, ibi; *Illa autem, quæ sursum &c.* Ad euidentiam autem literæ sciendum est circa primum, quòd quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicitur esse filius illius, & ipsa ciuitas est sicut mater eius. Luc, 23. Filiæ Hierusalem nolite flere &c. Tren. vlt. Filii Syon incliti &c. Per hoc igitur, quòd aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues, efficiuntur filii eius. Duplex autem est ciuitas Dei. Vna terrena, scilicet Hierusalem terrestris. Alia spiritualis, scilicet Hierusalem cœlestis. Per vetus autem testamentum homines efficiebantur ciues ciuitatis terrestris, per nouum autem, cœlestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo, proponit mysterium expositum. Secundo, expositionis mysticæ rationem assignat, ibi; *Syna enim &c.* Dicit ergo primo, dico quòd significat duo testamenta, scilicet vetus & nouum. Et quantum ad hoc dicit; *Primum quidem in monte Syna &c.* Vbi primo ponitur locus in quo datum fuit, quia ad literam in monte Syna, vt dicitur. Exod. 20. Cuius secundum Glo. mystica ratio est, quia Syna interpretatur mandatum. Vnde & ab Apostolo vetus lex, vocatur lex mandatorum. Ephes. 2. Mons autem significat superbiam. Hier. 31. Antequã offendant pedes vestri ad montes caliginosos &c. Vnde per montem istum in quo data est lex, significatur superbia Iudæorum duplex, Vna, qua superbiebant contra Deum. Deut. 31. Ego scio contentionem tuam &c. Alia, qua superbiebant contra alias nationes abutentes eo, quod dicitur in Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi &c. Secundo vero proponit, ad quid sit datum, quia non ad faciendum liberos, sed filios matris ancillæ; *Generans in seruitutem, quæ est Agar*, idest significatur per Agar, quæ quidem in seruitutem generat, scilicet vetus testamentum. Et hoc tripliciter, scilicet quantum ad affectum, quantum ad intellectum, & fructum. Quantum ad intellectum quidem secundum cognitionem, quia in homine est duplex cognitio. Vna libera, quando scilicet, rerum veritatem secundum seipsam cognoscit. Alia vero ancilla, idest subiecta velaminibus figurarũ. Et talis fuit cognitio veteris testamenti. Quantum ad affectum vero, quia noua lex generat affectum amoris, qui pertinet ad libertatem. Nam qui amat ex se mouetur. Vetus autem generat affectum timoris, in quo est seruitus. Qui enim timet, non ex se, sed ex alio mouetur. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Sed quantum ad fructum, quia lex noua generat filios quibus debetur hæreditas, sed illis quos vetus generat, debentur munuscula, sicut seruis. Ioan. 8. Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in domo in æternum. Rationem mysterii assignat cũ dicit; *Syna enim mons est in Arabia &c.* Vbi primo oritur dubitatio, quia cum Syna distet a Hierusalem per 20. fere dietas, videtur falsum, quòd Syna iunctus sit Hierusalem, vt hic Apostolus dicit. Sed ad hoc mystice respondetur in Glo. sic, vt Syna sit in Arabia. Arabia enim humilitas, vel afflictio interpretatur, in qua datum est vetus testamentum, quia homines quasi serui & alieni sub ea affligebantur carnalibus obseruantiis. Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri neque nos &c. Qui mons coniunctus est non per spatii continuitatem, sed per similitudinẽ; *Ei quæ nunc est Hierusalem,*

A idest Iudaico populo: quia sicut ipsi terrena diligunt, & pro temporalibus seruiunt sub peccato, ita & mons ille in seruitutem generabat. Sed hæc nõ videtur intentio Apostoli. Nam ipse vult quòd vetus testamentum, quod in monte Syna datum est, ex ipso loco seruitutis in seruitutem generet: quia illud dabatur in Syna, non tamen ibi remanẽtibus filiis Israel, sed proficiscentibus ad terram promissionis. Hierusalem enim etiam generat filios seruitutis, & ideo quantum ad hoc coniungitur mons Syna cũ illa. Et hoc est quod dicit; *Qui coniunctus est ei*, scilicet per continuationem itineris euntium in Hierusalem. *Quæ nunc est Hierusalẽ & seruit cum filijs suis*, seruitute scilicet legalium obseruantiarum (a qua redemit nos Christus) & seruitute diuersorũ peccatorum. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati & (ad literam) a seruitute Romanorum, qui eis dominabantur. Deinde cum dicit; *Illa autem, quæ sursum est Hierusalem &c.* Hic consequenter aperit mysterium de libera. Et primo exponit mysterium. Secundo, inducit prophetiam, ibi; *Scriptum est enim &c.* Primum quidem potest dupliciter intelligi, secundum quod hanc matrem possumus intelligere. Vel illam per quam generamur, quæ est ecclesia militans. Vel illam matrem in cuius filios generamur, quæ est ecclesia triumphans. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam &c. Sic ergo generamur in præsenti ecclesia militante, vt perueniamus ad triumphãtem. Hoc ergo modo illud exponentes a quatuor describitur mater nostra, scilicet a sublimitate cum dicit; *Sursum.* Secundo a nomine cum dicit; *Hierusalem.* Tertio a libertate cum dicit; *Libera est.* Quarto, a fœcunditate cum dicit; *Mater nostra.* Est ergo sublimis per apertam Dei visionem, & per perfectam Dei fruitionem: & hoc quãtum ad ecclesiam triunphantem. Esa. 60, Vide bis & afflues &c. Col. 3. Quæ sursum sunt sapite &c. Item sublimis per fidem & spem quantum ad ecclesiam militãtem. Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis &c. Cant. 3. &. 8. Quæ est ista, quæ ascendit &c. Sed est etiam pacifica, quia Hierusalem, idest visio pacis. Quod quidem competit ecclesiæ triumphanti, vt habenti pacẽ perfectam. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ &c. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item competit ecclesiæ militanti, quæ in Christo pacem habens quiescit. Ioan. 6. In me pacem habebitis. Est etiam libera. Roma. 8. Ipsa creatura liberabitur &c. Et hoc quantum ad triumphantem, & etiam quantum ad militantem, vt Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Sed fœcunda est, quia mater nostra. Militans quidem vt generans: triumphans, vt in cuius filios generamur. Psal. 86. Nunquid Syon dicet homo &c. Esa. 60. Filii tui de longe venient &c. Scriptum est enim, scilicet Esa. 54. Secundum enim septuaginta hic ponitur prophetia, per quam primo probatur libertas matris prædictæ. Secundo eius fęcunditas, ibi; *Quia multi filij &c.* Sciendum est autem circa primum, quòd in muliere fœcunda, Primo quidem est tristitia in pariendo. Secundo, subsequitur gaudium in susceptа prole, secundũ illud Io. 16. Mulier cum parit &c, Sed mulier sterilis, nec patitur in partu, nec gaudet in prole. Differunt autem parere & parturire: quia parturire dicit conatum ad partum, parere vero dicit eductionẽ fœtus iam facti. In parturitione ergo dolorem experitur fœcunda, & in partu gaudium: sterilis autem dolore parturitionis & gaudio partus priuatur. Sed hæc duo propheta indicit sterili dicens; *Lætare sterilis &c.* Vbi loquitur de Hierusalem, quam dicit liberam, significatam per Saram sterilem. Nam ecclesia sterilis erat, scilicet ecclesia militãs gentium ante conuersionem, quæ non offerebat filium Deo, sed diabolo. Vnde ad Babilonem dicitur Esa. 47. Sterilitas & viduitas venerunt tibi &c. Et ecclesia triumphans ante passionem Christi sterilis erat: quia non generabantur aliqui in filios eius per introitum gloriæ, nisi in spe. Posita enim erat romphea ante ianuam paradisi, vt nullus intrare posset. Huic ergo sterili dicitur; *Lætare quæ non paris &c.* Quasi dicat. Steriles vt dictum est, non dolent de partu, sed de eo quòd non pariunt. 1. Reg. 1. Cũ esset Anna amaro animo &c. Sed tu lætaberis in multitudine filiorum. Esa. 60. Tunc dilatabitur & mirabitur cor tuum, scilicet lætitiam mentis extra ostendens. Duo enim sunt in partu, scilicet dolor ex eruptione reticulorum quibus continentur fœtus in matrice, & clamor ex ipso dolore. Et ideo dicit; *Tu quæ non parturis*, scilicet, ecclesia militans, quæ non conaris ad partum per desiderium: & triumphans quæ non parturis dolendo, uel quia nondum uenit tempus recipiendi filios; *Erumpe*, idest lætitiam quam interius habes manifesta

LECTIO VIII.

Hæc enim sunt duo testamenta, Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans: quæ est Agar (Syna enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nũc est Hierusa-

B

C

D

E

nifesta exterius; *Et clama* voce laudis. Esai 57. Clama necesse &c. Et hæc duo ad libertatem pertinent, scilicet clamare & erūpere: sic ergo apparet libertas matris. Sequitur fœcunditas *Quia multi filij &c.* Sed cum supra dictum sit ecclesiam liberam significari per Saram, videtur esse dubium, an Sara fuerit deserta. Ad quod sciendū est, quòd deserta fuit ab Abraham, vt hic dicitur, non per diuortium, sed quantū ad opus carnale. Nam Abraam vacabat quidē operi carnali, non propter cō cupiscentiam, sed ꝓpter prolē suscipiendam. Cū ergo innotuit ei Sarram sterilē esse, deseruit eam, nō frangēs coniugalem thorum: sed quia nō vtebatur ea ab illo præcise tempore, quo Sara introduxit ei ancillam. Per quod datur intelligi, ꝙ ecclesia Gentium deserta erat a Christo, quia nōdum venerat Christus: & ꝙ ecclesia triumphans deserta erat ab hominibus, quibus ad eam nondum patebat accessus. Huius ergo desertæ, s. ecclesiæ Gētium sunt multi filii, i. plures; *Magis quàm eius*, s. Synagogæ; *Quæ habet virum*, s. Moysen 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos filios habebat &c. Et hoc veniēte sponso. s. Christo, a quo deserta erat non dilectione, sed partu postposito.

LECTIO IX.

NOs autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum: spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius. Non. n. hæres erit filius ancillæ cum filio libere. Itaque fratres, non sumus ancille filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

LECTIO NONA.

EXPOSITO mysterio quantum ad matres: hic exponit illud quantum ad filios. Et primo ponit filiorum distinctionem. Secundo, principalem conclusionem, ibi; *Itaque fratres mei &c.* Distinctionem autem filiorum ponit, quantum ad tria. Primo, quantum ad modum originis. Secundo, quantum ad affectum dilectionis, ibi; *Sed quomodo tunc &c.* Tertio, quantū ad ius hæreditatis, ibi; *Sed quid dicit scriptura &c.* Modus autem originis quo aliqui nascuntur filii Abrahæ est duplex: quidā origine carnali, sicut Ismael de ancilla: quidam autem non carnali origine, sicut Isaac de libera: non quòd naturali opere natus nō fuerit, sed quia (sicut dictum est) supra naturalem virtutem carnis fuit, vt de vetula sterili, filius nasceretur. Per hos autem filios intelligitur duplex populus. Nam per Ismaelem intellitur populus Iudæorum, qui carnali propagatione est ab Abraham deriuatus. Per Isaac autem, populus Gentium, qui per imitationem fidei ab Abraham descendit. Et ideo dicit; *Nos autem fratres*, scilicet, fideles, tam Iudæi quàm Gentiles; *Secundum Isaac*, idest in similitudine Isaac; *Promissionis filij sumus* facti Abrahæ. Genes. 12. Roma. 9. Qui sunt filii promissionis, æstimantur in semine. Sed nota, quòd filii carnis Abrahæ ad literam sunt Iudæi, mystice autem, qui propter carnalia & temporalia bona ad fidem veniunt. Secundum affectum aūt distinguntur, quia; *Qui natus erat, secundum carnem persequebatur illum, qui natus erat secundum spiritum.* Sed hic est quæstio. Primo, qa non legitur, quòd Ismael persequutionem aliquam fecerit contra Isaac, sed quòd tantum luserit cum eo. Gen. 21. Cum vidisset Sara filium ancillæ Agar ludentem &c. Responsio. Dicendū est, ꝙ Apostolus illum ludum dicit persecutionem, quia ludus magni ad paruum est quædam illusio, cum maior cum paruo ludens intendit eum decipere. Vel etiam vt dicunt quidam, Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas faciebat. Per hoc autem docebat eum auerti a cultu vnius Dei, quod est magna persecutio, cum maius malum sit inferre mortem spiritualem, quàm corporalem. Quod tamen ideo in Genes. appellatur ludus, quia sub specie ludi hoc faciebat. Est etiā quæstio, quomodo filii secundum carnem persecuti fuerint & persequantur filios, secundum spiritum. Sed ad hoc est responsio, quia a principio primitiuæ ecclesiæ Iudæi persecuti sunt Christianos, vt patet in Actibus Apostolorum, & facerent etiam nunc si possent. Nunc etiam carnales persequuntur in ecclesia spirituales viros etiam corporaliter, illi scilicet, qui quærunt gloriam & temporalia lucra in ecclesia. Vnde dicitur in Glo. Omnes, qui in ecclesia terrenam facultatem quærunt a Dño, ad hunc Ismaelē pertinent. Ipsi sunt, qui contradicunt spiritualibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua & linguas dolosas, & subdolosas. Spiritualiter autem persequuntur spirituales filios, superbi & hypocritæ. Nam aliquando aliqui manifeste carnales & mali culpam suam recognoscentes, bonis se humiliant, fatui vero bonitatem quam ipsi non habent, persequuntur in aliis. Est etiam quæstio, quia Hæretici quos nos persequimur, dicunt se natos secundum spirtum, nos vero secundum carnem. Sed dicendum est, quòd duplex est persecutio. Vna bona, qua aliquis persequitur alium, vt reducat eum ad bonum, & hanc viri iusti faciunt malis, & spirituales carnalibus, vel vt eos corrigant, si conuerti volunt, vel si obstinati sunt in malo destruant, ne gregem Domini inficiant. Alia persecutio est mala, qua quis ꝑsequitur aliū, vt peruertat ad malum, & hanc qui secundum carnem nati sunt, faciunt his, qui nati sunt secūdū spiritum. Quantum vero ad ius hæreditatis, distinguuntur per authoritatē scripturæ. Genes. 21; *Eijce ancillam & filium eius.* In quo datur intelligi, quòd Iudæi & persecutores fidei Christianæ, & etiam carnales & mali Christiani, eiicientur a regno celesti. Matt. 8. Multi venient ab oriente &c. Apoc. 22. Foris canes & venefici &c. Ancilla etiam, idest malitia, & ipsum peccatum eiicietur. Eccl. 18. Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subditur, quia; *Non erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ.* In mundo enim isto boni sunt malis permisti, & mali bonis. Can. 2. Sicut lilium inter spinas &c. Sed in æterna patria nō erunt nisi boni. Iudic. 11. Dicitur ad Iepthe. Hæres in domo patris nostri esse nō poteris, quia de adultera natus es. Quam quidem libertatem habemus a Christo. Vnde dicit; *Qua libertate &c.* Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

CAPIT. V. LEC. I.

STATE ergo: & nolite iterū iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.

LECTIO PRIMA.

SVpra ostendit Apostolus, quòd per legem non est iustitia: hic vero reducit eos ab errore ad statum rectitudinis. Et primo, quantum ad diuina. Secundo, quantum ad humana. 6. ca. ibi; *Et si præoccupatus fuerit homo &c.* Circa primum duo facit Primo, proponit admonitionem. Secundo, eius rationem assignat, ibi; *Ecce ego Paulus &c.* Et in admonitione etiam duo ponit. Quorum vnum, est inductiuum ad bonum. Secundum, est prohibitiuum a malo. Inducit quidem ad bonum, cū dicit; *State ergo.* Quasi dicat. Ex quo per Christum liberati estis a seruitute legis, state firma fide, & fixo pede permanentes in libertate. Sic ergo, cum dicit state, inducit ad rectitudinem. Qui enim stat, rectus est. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare &c. Inducit etiam ad firmitatem. 1. Cor. 15. Stabiles estote & immobiles &c. Ephe. vlt. State succincti lumbos vestros &c. Prohibet vero & retrahit a malo, cum subdit; *Et nolite iterum iugo seruitutis contineri*, idest non subiiciamini legi, quæ in seruitutem generat. De quo iugo dicitur Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos &c. a quo tamen per Christum liberati estis. Esa. 9. Virgam humeri eius &c. Ideo autem addit, iterum, non quia prius sub lege fuerint: sed quia vt Hierony. dicit post euangeliū seruare legalia, adeo peccatum est, ut sit sicut seruire idolatriæ. Vnde, (Inter Epistolas Aug. Epl'a 11.) quia isti idolatræ fuerant, si subiiciant se iugo circuncisionis & aliarum legalium obseruationum, quasi ad eadem reuertuntur, quibus antea in idolatria seruierant: secundum. August. vero, vt (Epl'a 19.) supra dictum est, circa legalium obseruantias triplex tēpus distinguit. s. tēpus ante passionē, ante gratiā diuulgatā, & post gratiam diuulgatā. Post ergo gratiam diuulgatā seruare legalia, est peccatum mortale, etiam ipsis Iudæis. Sed in tempore medio, scilicet, ante gratiam diuulgatam, poterant quidem absque peccato etiā illi, qui ex Iudæis conuersi fuerant, legalia seruare, dum tamen in eis spem non ponerent, conuersis vero ex gentibus, non licebat ea seruare. Quia ergo Galatæ ex Iudæis non erāt, & tamen legalia seruare volebant & ponebant in eis spem: ideo reuertebantur in iugum seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio, erat eis sicut idolatria, inquantum non recte sentiebant de Christo, credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. Deinde cum dicit; *Ecce ego &c.* Exponit prædicta duo. Et primo secundum, secundo primum, ibi; *Nos autem spiritu &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quid sit iugum seruitutis, quod non debent subire. Secundo, probat, ibi; *Euacuati estis &c.* Circa primum duo. facit. Primo, ostendit iugum illud esse valde nociuum. Secundo, valde onerosum, ibi; *Testificor autem &c.* Nociuum est quidem iugum legis, quia aufert dominicæ passionis effectū. Et ideo dicit; *Nolite contineri iugo seruitutis*, quia *Ecce ego Paulus* q. supple, vocæ authoritatis dico & bene; *Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit:* idest fides Christi. Sed contra Act. 16. dicitur, quòd Paulus circuncidit Timotheum, ergo fecit, quòd

quòd Christus ei nihil prodesset, ergo decepit eum. Respondeo; Dicendum est secundum Hieronymum, quòd Paulus non (Epistola 11 vt supra.) circumcidit Timotheum quasi legem seruare intenderit, sed simulauit se circuncidere, faciendo opus circumcisionis. Nam secundum ipsum, Apostoli simulatoriè seruabant legalia ad vitandum scandalum fidelium ex Iudæis, Faciebant autem actus legalium, non tamen cum intentione seruandi legalia, & sic non exibant a fide. Vnde non decepit Timotheum. Secundum vero August. dicendum est, (Epist. 19.) quòd Apostoli secundum veritatem seruabant legalia & cum intentione ea seruandi, quia secundum Apostolorum sententiam, licebat fidelibus ex Iudæis illo tempore, scilicet, ante gratiam diuulgatam ipsa seruare. Et ideo quia Timotheus fuit ex matre Iudæa, circumcidit eum Apostolus, cum intentione seruandi legalia. Quia uero Galathæ ponebant spem in legalibus post gratiam diuulgatam, quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutem, & ideo ea seruare volebant, ideo dicit eis Apostolus, *Si circumcidimini &c.* Sequebatur enim ex hoc, quòd non reputarent Christum, in cuius signum data fuit circuncisio. Gen. 17. Vt sit in signum fœderis inter me & vos &c. Qui ergo circuncidebantur, credebant adhuc signum durare, & tūc signatum nondum venisse, & sic excidebant a Christo. Sic ergo patet onus legis esse nociuum. Est etiam valde onerosum, quia obligat ad impossibile, & hoc est, quod dicit, *Testificor autem &c.* quasi dicat. Dico quòd *si circuncidimini Christus vobis nihil proderit.* Sed adhuc *Testificor enim omni homini* scilicet, Iudæo & Gentili, &c. Nam quicunque profitetur in aliqua religione, facit se debitorem omnium, quæ ad obseruantiam illius religionis pertinent. Et sicut dicit August. Nunquam fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo, ad quod obligarentur, qui in ipsa Religione viuunt, sicut in religione Christiani, signum visibile est Baptisma, ad quod omnes Christiani tenentur quo ad cultum. Obligantur etiam ad omnia, quæ ad cultum Christianæ religionis pertinent. Signum autem legis Mosaycæ, fuit circuncisio. Quicunque ergo circumcidebat se, obligabatur ad omnia legalia seruanda ac implenda, & hoc est, quod dicit. *Quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Iac. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus; Quam tamen nullus seruare poterat secundum illud Act. 15. Hoc est onus, quod neq; partes nostri, neque nos portare potuimus &c. Sed dato, quòd aliquis circuncideretur, ergo secundum prædicta obligat se ad seruandum legalia: sed hoc est peccatum mortale, ergo tenetur peccare mortaliter & sic videtur esse perplexus. Respondeo, Dicendum est, quòd eadem conscientia durante, tenetur seruare legalia, puta si aliquis haberet conscientiam, quòd nisi circumcideretur peccaret mortaliter, & circuncisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter, si non obseruaret legalia: cuius ratio est, quia habere conscientiam de re aliqua facienda, nihil aliud est, quàm æstimare, quòd faciat contra Deum, nisi illud faciat. Facere autem contra Deum est peccatum. Sic ergo dico, quòd nisi faceret hoc ad quod inducit conscientia, peccaret mortaliter, non quidem ex genere operis, sed ex intentione operantis. Et similiter si facit, peccat: quia huiusmodi ignorantia non excusat, cum sit ignorantia iuris. Nec tamen est perplexus simpliciter, sed secundum quid, quia potest deponere erroneam conscientiam. Et hoc modo hic Apostolus testificatur omni circuncidenti se, quòd tenetur ad seruandum legem. Consequenter cum dicit *Euacuati estis &c.* Probat quæ dixit, scilicet quòd non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam præsentis, quod est duplex. Vnum est amissio Christi. Secundum est, amissio gratiæ Christi. Primum, est causa secundi, ibi, *Qui in lege &c.* Dicit ergo, *Euacuati &c.* quasi dicat. Verè Christus vobis nihil proderit, quia euacuati estis à Christo: idest habitatione Christi. Secundum damnum est, amissio gratiæ, ideò dicit, *A gratia excidistis*, qui scilicet: prius eratis pleni gratia Christi, quia de plenitudine eius accepimus omnes. Ioan. 1. De plenitudine Christi nos omnes accepimus, &c. Et Ecclesi. 21. Cor fatui, quasi vas confractum & omnem sapientiam non tenebit. Vos dico, *Qui in lege iustificamini*, idest creditis iustificari *A gratia* scilicet habenda futuræ beatitudinis: vel etiam a iam habita, *Excidistis.* Apocalip. 2. Memor esto vnde excideris & age pœnitentiam.

LECTIO SECVNDA.

EXplicanit Apostolus secundum documentum, scilicet, quòd non esset subeundum iugum seruitutis legis, hic autem redit ad primum, ostendens, quòd stare debent. Et primò, proponit standi exemplū. Secūdo, remouet stationis impedimentum, ibi *Currebatis &c.* Tertiò, assignat standi causam ibi *Vos autem in libertatem &c.* Circa primum duo facit. Primò, proponit stādi exemplum. Secūdò, causam eius assignat, ibi *Nam in Christo Iesu &c.*

LECTIO II.

NOs aūt spū ex fide, spē iustitiæ expectamus. Nā in xpo Iesu, neque circūcisio aliquid valet: neq; ꝑputiū, sed fides, quę ꝑ charitatē operat. currebatis bene: qs vos impediuit veritati nō obedire? Nemini cōsēseritis. Persuasio hęc nō ē ex eo, q vocat vos. Modicū fermen-

Dicit ergo, Qui in lege volunt iustificari, Christus eis nihil prodest, quia excidunt à gratia, Sed *Nos* scilicet, Apostoli stamus per spem, quia scilicet, *Expectamus spem iustitiæ*, idest iustitiam & spem, scilicet æternam beatitudinem. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Vel *Spem iustitiæ*, idest Christum, per quem est nobis spes iustitiæ, quia per eum iustificamur. Philip. 3. Saluatorem expectamus, &c. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, &c. Vel spem iustitiæ, idest spem, quæ est de iustitia: vt iustificentur non per legem, sed per fidem. Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem, sine operibus legis. Vel *Spem iustitiæ*, idest rem speratam in quam tendit iustitia, scilicet vitam æternam 2. Tit. vlt. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Et hoc ex fide, quia iustitia Dei est per fidem Iesu Christi, vt dicitur Roma. 3. Quæ quidem fides non est ab homine, sed a spiritu sancto, qui eam inspirat. Rom. 8. Accepistis spiritum filiorum, in quo clamamus; Abba pater, &c Sicut ergo fides est ex spiritu, ita ex fide est spes, ex spe iustitia, per quam peruenimus ad vitā æternam. Hæc autem spes, non venit ex circuncisione; neque ex gētilitate, quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit *Nam in Christo Iesu*, idest in his, qui sunt in fide Christi: *Neque circuncisio, neque præputium &c.* Id est, indifferentia sunt, *Sed fides* non informis, sed ea *Quæ per dilectionem operatur*, Iac. 2. Fides sine operibus mortua est &c. Nam fides est cognitio verbi Dei. Eph. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Et hoc verbum nec perfecte habetur, nec perfecte cognoscitur, nisi etiam habeatur amor quem sperat. Hic sunt duo dubia, circa Glosam. Primum est, quòd dicit præputium & circuncisionem esse indifferentia, cum supra dixerit, Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit, Sed dicendum est: quòd ex genere operis sunt indifferentia: scilicet illis, qui non ponunt spem in eis, sed ex intentione operātis non sunt indifferentia. Nam ponentibus in eis spem, mortifera sunt. Secundum dubium est de hoc: quod dicit, quòd illi, qui non credunt, peiores sunt, quàm dæmones: cum dæmones credant & contremescant. Respondeo, Dicendum est, quòd peiores quidem sunt ex specie operis, sed non quantum ad affectum. Nam dæmonibus displicet hoc, ꝙ credunt, nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit, quanta in dæmone, qui odit: quod credit. Consequenter cum dicit *Currebatis bene &c.* Agitur de impedimento stationis. Et primò ponit impedimentum. Secundò docet eius remotionem, ibi *Nemini consenseritis &c.* Impedimentum stationis eorum magnum erat & nociuum, nam tantò aliquid est magis nociuum, quanto maius bonum priuat. Quando ergo aliquis multis bonis spiritualibus priuatur: signum est habuisse magnum impedimentum. Et ideò, vt ostendat eos Apostolus magnum impedimentum habuisse, commemorat eis bona spiritualia, quæ amiserunt cùm dicit *Currebatis bene &c.* s. per opera fidei formatæ per charitatē, quæ instigat ad currendum. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum. Et hoc quidem fuit olim in vobis, sed dum sic currebatis, estis impediti: & ideo subdit, Quis vos fascinauit? de quo dictum est supra 3. ca. & ideo supersedeo ad præsens. Quis ergo vos fascinauit: idest impediuit veritati: scilicet euangelicæ, *Non obedire.* Et hoc congruè dicit. Nam obedire est voluntatis applicandę ad consensum præcipientis Et ideò fides est voluntatis & intellectus scientia. Oportet ergo voluntati fidei obedire, hoc autem est volendo credere: ꝙ gratia fidei Christi sufficiat ad salutem sine legalibus obseruantiis. Excludit autem impedimentum, cum dicit *Nemini &c.* Et hoc, ex triplici parte. Primo, ex parte eorum. Secundo, ex parte Dei, ibi *Ego confido &c.* Tertiò, ex parte Apostoli, ibi *Ego autem fratres si &c.* Ex parte eorum, cum dicit *Nemini &c.* Vbi primò ostendit, quid requiratur ex parte eorum, vt vitent hoc nocumentum

mentũ, scilicet, ꝙ nemini Pseudo deinceps consentiant 1. Thes. 5. Non sumus noctis neq; tenebrarum, &c. Ephes. 5. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, &c. Et. 2. Timot. 2. Et sermo eorum, vt cancer serpit, &c. Ex quo datur intelligi, ꝙ nondum erant corrupti, sed solicitabantur de hoc. Secundò assignat rationẽ huius cùm dicit. *Persuasio enim, &c.* Et hæc est duplex. Prima, quia homo cum dat se alicui, nihil debet facere nisi quod vtile duxerit sibi: sed vos traditi estis Christo, ergo non debetis audire, vel consentire, nisi his, quæ sunt ab ipso, ergo hæc persuasio qua vos volunt mittere sub iugo legis, quia non est ex eo, scilicet ex Deo, *Qui vos vocauit*. ad vitam, sed ex diabolo, inquantum scilicet deficiens est. Et ideo non consenseritis eis. Vel non ex eo, idest contra ipsũ. Secunda ratio est, quia posset dici, ꝙ non est magnum si paucis consentiatur, cum ex hoc non sit periculum, & ideo dicit, ꝙ non est eis consentiendum, nec eorum insidiæ sunt cõtemnendæ, sed debent principijs obstare, quia. *Modicum fermentum, &c.* Idest illi pauci, qui vobis persuadent. Vel hæc persuasio parua in principio. *Totam massam corrumpit*, idest cõgregationem fidelium. Leuit. 2. Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Dñi. Consequenter cũ dicit. *Ego confido in vobis, &c.* Remouet impedimentũ ex parte Dei, qui auxilium ad hoc præbet, & ponit duplex auxiliũ. Vnũ, quantum ad seducentes. Aliud, quantum ad conturbantes, ibi. *Qui autem conturbant, &c.* Dicit ergo, *Ego confido*, *&c.* quasi dicat: Dixi quòd non consentiretis pseudo, *Et confido in vobis.* 1. Cor. 7. Gaudeo, ꝙ in omnibus confido in vobis. Heb. 6. Confidimus aũt de vobis dilectissimi meliora & vicintora saluti. Confido, inquam, in hoc scilicet, *Quod nihil aliud sapietis, quam quod vos docui*, supra. 1. Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus, Anathema sit. Philip. 1. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, &c. Et hoc ex auxilio diuino. Et ideo dicit. *In domino Deo*, scilicet operante. 2. Cor. 3. Fiduciam talẽ habemus per Christum ad Deum, &c. Quia Dominus dabit vobis sapere secundum sobrietatem catholicæ veritatis. Psal. 91. Bonum est confidere in Dño, &c. Quãtum autem ad conturbantes dicit, *Qui autem conturbat, &c.* Idest, qui remouet vos à debito ordine, vt. I. à spiritualibus cõuertamini ad corporalia, cum debeat esse contrarium. 1. Cor 15. Non prius, quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod, &c. Et cũ talis ordo sit peruersus, vt dicitur suprà. 3. Sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis, &c. Ideo. *Portabit iudicium*, idest condemnationem sustinebit. Sicut enim qui inducit aliquem ad bonum, remuneratur, Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, &c. ita qui inducit aliquem ad malum, condemnatur, Iosuæ. 7. Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in hac die. Deute. 27. Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Et hoc. *Quicunque est ille*, idest quantæcunq; sit authoritatis, nõ parcetur ei. Sed Porphyrius & Iulianus in hoc reprehendunt Paulum de præsumptione dicentes, ꝙ hoc dicit lacerãs Petrum (cum supra in faciem se restitisse scripserit) vt sit sensus, quicunq; sit ille, idest etiam si Petrus esset, puniretur. Sed vt August. dicit, non est credendum, ꝙ Paulus cum maledicto de ecclesiæ principe loqueretur, cum scriptum sit. Exod. 22. Principẽ populi tui non maledices: nec etiam ꝙ Petrus sic offenderit, quòd esset dignus condemnatione. Dicit ergo Apostolus de quodam alio, qui de Iudæa veniens, dicebat se fuisse discipulum magnorum Apostolorum, & sub ista authoritate corrumpebat Galatas ipse cum a iis falsis prædicatoribus, suprà. 2. Propter subintroductos falsos fratres, &c. Consequenter cùm dicit *Ego autem fratres, &c.* Remouet impedimentum ex parte sua. Et primò ponit excusationem. Secundò eorum, qui eum infamabant obiurgationem, ibi *Vtinam abscindantur, &c.* Excludit autẽ falsum quod ei imponebatur. Et primò aliquid pertinens ad ipsum tantum. Secundò aliquid pertinens ad omnes, ibi *Ergo euacuatum est, &c.* Sciendum est circa primum, ꝙ Pseudo, Galatis excusantibus se de eo, ꝙ non seruabant legalia, quia ita edocti erant ab Apostolo; & dicebant, ꝙ Apostolus deceperat eos, & quòd in seruitutem eorum, hæc persuaserat eis, & confirmabant, dicentes Paulũ prædicasse in Iudæa, & docuisse legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc Apostolus, dicens *Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico*, sicut imponũt mihi Pseudo, *Quid adhuc persecutionem patior?* scilicet à Iudæis. 1. Cor. 4. Persecutionem patimur, &c. Nam Iudæi specialiter propter hoc persequebantur Paulũ, ꝙ prædicabat legalia non debere seruari. Act. 21. dicit Iacobus Paulo, Audierunt de te quia discessionem doceas à Moyse eorũ, qui per Gentes sunt Iudæorum, dicens eos non debere circuncidere filios, &c. Patet ergo, quòd nõ est verum, quod mihi imponunt, alioquin persecutiones adhuc non paterer: Falsum est etiam id, quod mihi imponunt per id qd cõmuniter est apud alios, quia si circuncisionẽ prędico euacuatum est scandalum crucis. Nam nõ solum ego, sed etiam omnes Apostoli prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, & cætera, ut dicitur 1. Corinthio. primo. Et de hoc maximè scandalizantur, quia prædicamus, ꝙ per crucem Christi legalia euacuantur. Si *Ergo* prædico circuncisionem, *Euacuatum est scandalum*, idest, non erit scãdalum apud Iudæos vltra de cruce. Nam patienter sustinerent, immo libenter vellent, ꝙ prædicaremus crucem & legalia simul debere seruari. Vel secũdum August. Euacuatum est scandalum crucis, idest euacuata est crux, quæ est scandalum, quasi dicat. Crux perdidit effectum suum & virtutem. supra. 2. *Si* enim ex lege esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Dicit autem Apostolus specialiter euacuatũ est, &c. ut det intelligere, quòd propter hoc Iudæi occiderunt Christum, quia legalia non seruabat, & ea non esse seruanda docebat. Ioan. 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Consequẽter obiurgat Pseudo, qui eum infamauerant dicens. *Vtinam abscindantur, &c.* quasi dicat. Ipsi conturbant vos in hoc, ꝙ volunt vos circuncidi, sed vtinam non solum circuncidantur, sed totaliter castrentur. Sed contra. Ro. 12. Benedicite & nolite maledicere, &c. Ad hoc est duplex responsio Prima est, quòd non maledixit Apostolus eis, sed potius benedixit, quia optauit eis, vt spiritualiter castrentur, vt seruarent spiritualem castitatem cassando cęremonialia, secundũ illud Matth. 19 Sunt quidam eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Secundo, quòd optat eis sterilitatem prolis quam habeat Eunuchi, vt scilicet non generent. Vnde ait, *Vtinam & abscindantur &c.* Idest vim generandi perdant in vobis, vel aliis. Et hoc merito, quia generant filios in errorem, & redigunt eos in seruitutem legis. Oseæ. 9. Dabo eis vuluã sine liberis, & vbera arentia.

LECTIO TERTIA.

PROPOSITO exemplo standi, & rem eius impedimento: hic innuit modum ipsius. Et primò ponit modum standi. Secundo exponit, ibi; *Omnis enim lex, &c.* Circa primum tria facit. Primò, ponit conditionem status. Secundò, remouet abusum standi. Tertiò, innuit standi modum. Conditio quidem standi est libertas. Omnis status conditio pertinet ad seruitutem, vel ad libertatem: sed status fidei Christi ad quem inducit Apostolus ad libertatem pertinet, & est ipsa libertas. Et ideo dicit, *Vos enim, &c.* quasi dicat. Rectè conturbant vos, quia abducunt à meliore in peius, quia vos *vocati estis*, scilicet à Deo *in libertatem* gratiæ. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, &c. suprà. 4. Nõ sumus ancillæ filii, sed liberę, &c. Vos, inquam, qui liberi estis per Christum, volunt ducere in seruitutem. Abusus autem status est, si in deterius prolabatur, & libertas spiritus peuertatur in seruitutem carnis. Galatæ autem iam liberi erant à lege. Sed ne credant eis licere peccata committere, quæ lex prohibebat, ideo Apostolus subdit abusum libertatis, dicens, *Tantum ne, &c.* q.d. Liberi estis, ita tamen, quòd non abutamini libertate vestra, impunè vobis peccandum esse arbitrantes. 1. Cor. 8. Videte ne fortè hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis, Modus autem standi est per charitatem. Vnde dicit, *Sed per charitatem spiritus, &c.* Status autem totus est in charitate, sine qua homo nihil est. 1. Cor. 13. Et secundum diuersos gradus charitatis, distinguuntur diuersi status. Sic ergo status gratiæ est non per affectum carnis, *Sed per charitatem spiritus*, idest, quæ procedit à spiritu sancto, per quem debemus inuicem esse subiecti & seruire infrà. 6. Alter alterius onera portate, &cęt. Romano 12. Honore inuicem præuenientes, &c. Sed cum superius dicat quòd sint vocati in libertatem, quid est quod modo dicit, *Seruite inuicem?* Ad quod dicendum est, ꝙ hoc exigit charitas, vt inuicem seruiamus, & tamen libera est. Sciendum est tamen, quòd sicut Philosophus dicit, Liber est, qui est causa sui: seruus autem est causa alterius, vel vt mouentis, vel vt finis;

nis: quia seruus nec a se mouetur ad opus, sed a Domino, & propter vtilitatem domini sui. Charitas ergo quantum ad causam mouentem, libertatem habet, quia a se operatur 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos, spontanee, scilicet ad operandum: seruus autem est, cum postpositis ꝓpris vtilitatibus, accommodat se vtilitatibus ꝓximorum. Consequẽter cum dicit; *Omnis lex &c.* Exponit quæ dicit, & primo de dilectione. Secundo, de libertate non danda in occasionẽ carnis, ibi; *Spiritu ambulate etc.* Circa primũ monet ad charitatem sectandam. Primo, propter vtiliratem quã consequimur in impletione. Secundo, propter damnum charitatis neglectæ, quod incurrimus, ibi; *Quod si inuicem &c.* Vtilitas autem, quam consequimur ex impletione charitatis maxima est, quia in ea implemus totam legem. Et ideo dicit; *Omnis enim &c.* quasi dicat, Ideo charitas est habenda, quia; *Omnis lex in vno sermone impletur*, scilicet in vno præcepto charitatis. Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et in eodem cap. dicitur, Plenitudo legis est dilectio. Et ideo dicit 1. Tim. 1. Finis præcepti est charitas. Sed contra, quia dicitur Mat. 12. In his duobus mandatis scilicet, de dilectione Dei & proximi, tota lex pendet & prophetæ, non ergo in vno præcepto tantum impletur. Respondeo. Dicendum est, quòd in dilectione Dei includitur dilectio proximi 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suũ. Et econuerso ꝓximum diligimus propter Deum, impletur ergo tota lex in vno præcepto charitatis. Præcepta enim legis reducuntur ad illud præceptum. Nam omnia præcepta, vel sunt moralia, vel sunt cerimonialia, vel iudicialia. Moralia quidem sunt præcepta decalogi, quorum tria pertinent ad dilectionem Dei, alia septem ad dilectionem proximi. Iudicialia autem sunt, vt quicunque furatur aliquid, reddat quadruplum, & his similia, quæ similiter ad dilectionem proximi pertinent. Ceremonialia vero sunt sacrificia & huiusmodi, quæ reducuntur ad dilectionẽ Dei. Et sic patet, quòd omnia in vno præcepto charitatis implentur; *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, & est scriptum. Leuit 19. Dicit autem, Sicut teipsum non quantum teipsum, quia homo, secundũ ordinem charitatis, magis debet se diligere quàm aliũ. Exponitur autẽ tripliciter. Vno modo vt referatur ad veritatem dilectionis. Amare enim, est velle bonum alicui. Et ideo dicimur amare aliquem cui volumus bonum, & etiam bonum illud amamus, quod ei volumus, sed diuersimode, quia cum volo bonum mihi, me diligo simpliciter propter me: bonum autem illud quod mihi volo, diligo non propter se, sed propter me. Tunc ergo diligo proximum sicut meipsum, idest eodem modo quo meipsum, quando volo ei bonum propter se, non quia est mihi utilis, vel delectabilis. Secundo modo, vt referatur ad iustitiam dilectionis. Vnaqueque enim res est inclinata velle sibi illud, quod potissimum est in ea, potissimum autem in homine est intellectus & ratio, ille ergo diligit se, qui vult sibi bonum intellectus & rationis. Tunc ergo diligis proximum sicut teipsum, quando vis ei bonum intellectus & rationis. Tertio modo, vt referatur ad ordinem, scilicet vt sicut te diligis ꝓpter Deum, ita & proximum propter ipsum diligas, scilicet vt ad Deum peruenias. Cõsequẽter cum dicit; *Quod si inuicem &c.* Inducit ad charitatem sectandam, ex damno quod incurrimus si eam negligamus. Vbi loquitur Galatis adhuc quasi spiritualibus, abstinens a commemoratione maiorum vitiorum & eorum, quæ minora videntur mentionem facit, scilicet de vitiis linguæ. Et ideo dicit; *Quod si inuicem &c.* quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur, quod; *Si vos inuicem mordetis.* i. in parte famam proximo detrahendo, aufertis: qui enim mordet, non totum accipit, sed partem; *Et comeditis*, idest totam famam aufertis, & totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit, totum absorbet Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum fratres mei &c. Si ita, inquam, charitatem negligitis; *Videte dãnum*, quod imminet vobis, scilicet quòd; *Abinuicem consumamini.* Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. Esa 49. Et vane fortitudinem meam consumpsi &c. Nam sicut Aug. dicit, Vitio contemptionis & inuidiæ, perniciosa iurgia inter homines nutriuntur, quibus consumitur societas & vita.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus manifestauit in quo consistit status spiritualis, quia scilicet in charitate: consequenter hic agit de causa status scilicet, de spiritu sancto, quem dicit esse sequendum. Vbi ponit triplex beneficium spiritus sancti Quorum primum est, liberatio a seruitute carnis. Secundum est, libertas a seruitute legis. Et tertium est collatio vitæ, seu securitas a damnatione mortis. Secundum, ibi; *Quod si ducimini &c.* Tertium, ibi; *Si spiritu uiuimus &c.* Circa primũ duo facit. Primo ponit primũ beneficium spiritus. Secũdo beneficii necessitatem ostendit ibi; *Caro enim &c.* Dicit ergo, *Dico* ꝙ debetis per charitatem spiritus inuicem seruire, quia nihil Prodest sine charitate. Sed hoc dico; *In Christo*, idest per fidem Christi; *Spiritu ambulate*, idest mẽte & ratione. Quandoq; n. mẽs nostra spiritus dicitur, ꝓm illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ & 1. Corint 4 Psallam spiritu, psallam & mente. Vel Spiritu ambulate, idest spiritu sancto proficite bene operando. Nã spiritus sanctus mouet & instigat corda ad bene operandũ. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Ambulandum est ergo spiritu, idest, mente, vt ipsa ratio siue mens legi Dei concordet, vt dicitur Roma. 7. Nã spiritus humanꝰ per se vanus est & nisi regatur aliunde, fluctuat hac atq; illac, vt dicitur: Eccle. 34. Et sicut parturientis cor tuũ fantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio &c. Vnde de quibusdã dr̃ Ephes. 4. Ambulãt in vanitate sensus sui &c. Non ergo perfecte stare potest ratio humana, nisi ꝓm ꝙ est recta a spiritu diuino. Et ideo dicit Apostolus, Spiritu ambulate, idest per spiritũ sanctum regentem & ducentem, quem sequi debemus sicut demonstrantem viã. Nam cognitio supernaturalis finis non est nobis nisi a spiritu sancto. 1. Cor. 2. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Et sequitur, Nobis autẽ reuelauit Deus per spiritum suum. Itẽ, sicut inclinantẽ. Nam spiritus sanctus instigat, & inclinat affectũ ad bene volendũ. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo aũt spiritu ambulandũ est, quia liberat a corruptione carnis. Vnde sequitur; *Et desideria carnis non perficietis*, idest delectationes carnis quas caro suggerit. Hoc desiderabat Apostolus dicens. Romano. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei &c. Et postea conclusit in octauo capite. Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Huius rationem ibidem subiungit dicens Quia lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege &c. Et hoc est speciale desiderium sanctorum, vt non perficiant desideria ad quæ caro instigat, ita tamen, quòd in hoc non includantur desideria, quæ sunt ad necessitatem carnis, sed quæ sunt ad superfluitatem. Consequenter cum dicit; *Caro enim concupiscit &c.* Ponit necessitatem huius beneficii, quæ est ex impugnatione carnis & spiritus. Et primo ponit ipsam impugnationem. Secundo manifestat eam per euidens signum, ibi; *Hæc enim inuicem aduersantur &c.* Dicit ergo, Necessarium est, quòd per spiritum, carnis desideria superetis. Nam; *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Sed hic videtur esse dubium, quia cum concupiscere sit actus animæ tantum, nõ videtur, quòd competat carni. Ad hoc dicendum est secundũ August. quòd caro dicitur concupiscere inquantum anima secũdum ipsam carnem concupiscit, sicut oculus dicitur videre, cum potius anima per oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit, quando ea quæ delectabilia sunt, secundum carnem appetit. Per se vero anima concupiscit, quando delectatur in his, quæ sunt secundum spiritum, sicut sunt opera virtutum, & contemplatio diuinorum, & meditatio sapientiæ. Sapien. 6. Concupiscẽtia itaq; sapientiæ deducet ad regnum perpetuum &c. Sed si caro concupiscit per spiritum, quomodo concupiscit aduersus eum? In hoc scilicet, quòd concupiscentia carnis impedit concupiscentiam spiritus. Cum enim delectabilia carnis sint bona quæ sunt infra nos: delectabilia vero spiritus bona quæ sunt supra nos, contingit quòd cum anima circa inferiora quæ sunt carnis occupatur, retrahitur a superioribus, quæ sunt spiritus. Sed videtur etiam dubium de hoc, quod dicit scilicet, quòd; *Spiritus concupiscit aduersus carnem.* Si enim accipiamus hic spiritum pro spiritu sancto: concupiscentia autem spiritus sancti sit contra mala, consequens videtur, quòd caro aduersus quã concupiscit spiritus sit mala, & sic sequitur error Manichei. Respondeo: dicendum est, ꝙ spiritus non concupiscit aduersus naturam carnis, sed aduersus eius desideria, quæ scilicet sunt ad superfluitatem. Vnde & supra dictũ est, Desideria carnis scilicet superflua non perficietis. In necessariis enim spiritus non contradicit carni, quia vt dicitur.

Ephe. 5. Nemo carnem ſuam odio habuit. Conſequenter cum dicit; *Hæc enim &c.* Ponit ſignum compugnationis, quaſi dicat, Experimento patet, quòd contra ſeinuicem pugnant &; *Aduerſantur*, intantum; *Vt non quæcunque vultis* bona, ſcilicet, vel mala; *Illa faciatis*, ideſt facere permittamini. Rom. 7. Nõ quod volo bonum, hoc ago, ſed qd &c. Non tamen tollitur libertas arbitrii. Cũ enim liberum arbitriũ ſit ex hoc, quòd habet electionem: in illis eſt libertas arbitrii quæ electioni ſubſunt. Non autem omnia quæ in nobis ſunt, ſimpliciter ſubſunt noſtræ electioni, ſed ſecundum quid. In ſpeciali enim poſſum vitare hunc, vel illum motum concupiſcentiæ ſeu iræ, ſed in generali omnes motus iræ, vel concupiſcentiæ vitare non poſſumus, & hoc propter corruptionem fomitis, ex primo peccato introductam. Sed notandumm eſt, quòd quatuor ſunt genera hominum circa cõcupiſcentias, quorum nullus facit quæcunque uult. Nam intemperati, qui ex propoſito ſequuntur carnales paſſiones, ſecundum illud Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, faciunt quidem quod volunt, inquantum ipſas paſſiones ſequuntur, ſed inquantum ipſa eorum ratio remurmurat & ei diſplicet, faciunt qnæ non volunt. Incontinentes autem, qui habent propoſitum abſtinendi & tamen a paſſionibus vinculntur, faciunt quidem quod non volunt, inquantum ipſas paſſiones contra eorum propoſitum ſequuntur, & ſic intemperati faciunt plus de eo, quod volunt. Continentes autem, qui vellent omnino non concupiſcere, faciunt quod volunt dum non concupiſcunt, ſed quia omnino non concupiſcere non poſſunt, faciunt quod nolunt. Temperati vero, quod volunt quidem faciunt, inquantum in carne domata non concupiſcunt, ſed quia non ex toto domari poteſt, quin in aliquo repugnet ſpiritui, ſicut nec malitia intantum creſcere poteſt, quin ratio remurmuret, ideo cum aliquando concupiſcunt, faciunt quod nolunt, plus tamen de eo, quod volunt.

F ſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aũt aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM oſtendit Apoſtolus, quòd per ſpiritum liberamur a deſideriis carnis: hic conſequenter oſtendit, quòd ꝑ ipſum liberamur a ſeruitute legis. Et primo proponit beneficiũ ſpiritus. Secundo, manifeſtat per effectum, ibi; *Manifeſta ſunt opera carnis &c.* Dicit ergo, Dico quòd ſi ſpiritu ambuletis, nõ ſolum deſideria carnis non perficietis, ſed quod plus eſt; *Si ſpiritu ducimini* (quod fit quando facitis quod ſpiritus ſuggerit, vt director & gubernator, non autem id ad quod ſenſus & affectus proprius inſtigat) *Non eſtis ſub lege*. Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. non quidem vt coactor, ſed vt gubernator. Ex his autem verbis vult Hierony. ꝙ poſt aduentum Chriſti nullus habens ſpiritum ſanctum tenetur ſeruare legem. Sed ſciendum eſt, ꝙ hoc quod dicit, ſi ſpiritu ducimini, iam nõ eſtis ſub lege, poteſt referri ad præcepta legis, vel ceremonialia, vel moralia. Siquidem referatur ad ceremonialia, ſciendum eſt, ꝙ aliud eſt ſeruare legem, aliud eſt eſſe ſub lege. Seruare legẽ, eſt facere opera legis non habẽdo ſpem in eis: ſed eſſe ſub lege, eſt ponere ſpem in operibus legis. In primitiua autẽ eccleſia erant aliqui iuſti ſeruantes legem, ſed non ſub lege, inquantum ſeruabant opera legis, ſed non erant ſub lege, quaſi in eis ſpem ponentes. Sic etiam Chriſtus ſub lege fuit. ſupra 4. Factum ſub lege &c. & ſic excluditur opinio Hieronymi. Si autẽ referatur ad moralia, ſic eſſe ſub lege poteſt intelligi dupliciter, vel quantum ad obligationem, & ſic omnes fideles ſunt ſub lege, quia omnibus data eſt. Vnde dicitur Matt. 5. Non veni ſoluere legem &c. Vel quantum ad coactionem, & ſic iuſti non ſunt ſub lege, quia motus & inſtinctus ſpiritus ſancti, qui eſt in eis, eſt proprius eorum inſtinctus. nam charitas inclinat ad illud idem quod lex præcipit. Quia ergo iuſti habent legem interiorem, ſponte faciunt, quod lex mandat ab ipſa non coacti. Qui vero voluntatem maleſaciendi habent, comprimuntur tamen pudore, vel timore legis, iſti cogunt. & ſic iuſti ſunt ſub lege obligante tantum, non cogente, ſub qua ſunt ſolum iniuſti 2. Corin. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. 1. Tit. 1. Iuſto non eſt lex poſita, ſcilicet, cogens. Conſequenter cum dicit; *Manifeſta ſunt autem opera &c.* Probat quæ dixit per effectum. Et primo, ponit opera carnis, quæ contrariantur ſpiritui ſancto. Secundo, oſtendit quomodo opera ſpiritus non prohibẽtur a lege, ibi; *Aduerſus huiuſmodi &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit opera carnis, quæ prohibentur a lege. Secundo, ponit opera ſpiritus, quæ ab ea non prohibẽtur, ibi; *Fructus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit opera carnis. Secundo, ſubdit nocumentum quod ex his ſequitur, ibi; *Quæ prædico &c.* Dubitatur autem circa primum. Primo quidem de hoc, quòd Apoſtolus hic quædam ponit, quæ non pertinẽt ad carnem, quæ tamen dicit eſſe opera carnis, ſicut idolorum ſeruitus, ſectæ, æmulationes, & huiuſmodi. Reſpondeo. Dicẽdum eſt ſecundum Aug. lib. 4. de ciuitate Dei, cap. 2. quòd ſecundum carnem viuit, quicunque viuit ſecũdum ſeipſum. Vnde caro hic accipitur pro toto homine. Quicquid ergo prouenit ex inordinato amore ſui, dicitur opus carnis. Vel dicendum eſt, quòd aliquod peccatum poteſt dici carnale dupliciter, ſcilicet quantum ad conſummationem, & ſic dicuntur carnalia illa tantum, quæ conſummantur in delectatione carnis ſcilicet luxuria, & gula: & quantum ad radicem, & ſic omnia peccata dicuntur carnalia, inquantum ex corruptione carnis anima aggrauatur, vt dicitur Sap. 9. Ex quo intellectus debilitatus, facilius decipi poteſt, & impeditur a ſua perfecta operatione. Vnde & ex hoc ſequuntur vitia, ſcilicet hæreſes, ſectæ, & alia huiuſmodi. & hoc modo dicitur quòd fomes eſt principium omnium peccatorum. Secundo, dubitatur, quia cum Apoſtolus dicat, qui talia agunt regnum Dei non conſequentur, & nullus excludatur a regno Dei, niſi pro peccato mortali, ſequitur ergo, quòd omnia quæ enumerat, ſint peccata mortalia. Cuius contrarium videtur, quia inter iſta enumerat multa quæ non ſunt peccata mortalia, ſicut eſt contentio, æmulatio, & huiuſmodi. Reſpondeo. Dicendum eſt quòd omnia hæc enumerata ſunt aliquo modo mortalia: ſed quædam quidem ſecundum genus ſuum, ſicut homicidium, fornicatio, Idolorum ſeruitutus, & huiuſmodi: quædam vero ſecundum ſuam conſummationem, ſicut ira, cuius conſummatio eſt in nocumentum proximi. Vnde ſi accedit conſenſus de ipſo nocumento, eſt peccatum mortale. Et ſimiliter comeſtio ordinatur ad delectationem cibi: ſed ſi in huiuſmodi delectationibus ponat quis finem ſuum, peccat mortaliter, & ideo non dicit comeſtiones, ſed comeſtationes: & ſimiliter intelligendum eſt de aliis ſimilibus. Tertio dubitatur de ordine & numeratione eorum. Circa quod dicendum eſt, quòd cum Apoſtolus in diuerſis locis, diuerſa vitia, & diuerſimode enumerat, non intendit enumerare omnia vitia ordinate & ſecundum artem: ſed illa tantũ, in quibus abundãt & in quibus excedunt illi ad quos ſcribit. Et ideo in eis non eſt quærenda ſufficientia, ſed cauſa diuerſitatis. His ergo habitis, ſciendum eſt, quòd Apoſtolus enumerat quædam vitia carnis, quæ contingunt circa ea quæ non ſunt neceſſaria vitæ: quædam vero circa ea quę ſunt neceſſaria vitæ. Circa primum ponit quædam vitia quæ ſunt hominis ad ſeipſum, quędam contra Deum, quædam contra proximum. Cõtra ſeipſum ſunt quattuor, quæ ideo primo ponit, quia manifeſte ex carne procedunt, quorum duo pertinent ad actum carnalem luxuriæ, ſcilicet; *Fornicatio*, quæ eſt quando ſcilicet accedit ſolutus ad ſolutam, vel quantum ad naturalem vſum luxuriæ. Aliud eſt; *Immunditia* quantum ad vſum contra naturam. Eph. 5. Omnis fornicator aut immundus &c. 2. Corin. 13. Qui non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia &c. Alia duo ordinantur ad ipſos actus. Vnum, ſcilicet exterius ſicut tactus, aſpectus, oſcula, & huiuſmodi. Et quantum ad hoc dicit; *Impudicitia*. Eph. 4. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ &c. Aliud interius, ſcilicet in cogitationibus immundis. Et quantum ad hoc dicit; *Luxuria*. 1. Tim. 5. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt &c. Contra Deum ponit duo: quorum vnum eſt per quod impeditur ab hoſtibus Dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit; *Idolorum ſeruitus*. 1. Corin. 10. Neque Idolatræ efficiamini &c. Sapiẽ. 14. Infandorum enim Idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis. Aliud eſt per quod initur pactum cum dæmonibus. Et quantum ad hoc dicit; *Veneficia*, quæ fiunt per magicas artes: & dicuntur veneficia a veneno, quia fiunt in nocumentum hominum. 1. Corin. 10. Nolo vos fieri ſocios dæmoniorum. Apoc. vlt. Foris canes & venefici &c. Contra proximum autem ponit nouem, quorum primum eſt inimicitia, vltimum vero homicidium, quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo eſt inimicitia in corde, quæ eſt odiũ erga proximum. Matt. 10. Inimici hominis domeſtici eius. Et ideo dicit; *Inimicitiæ*, Ex hac autem oritur diſſenſio in verbis. Et ideo dicit; *Contentiones*, quæ eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Prouer. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a contentionibus. Secundum eſt æmulatio quæ conſiſtit in hoc, quod ad idem obtinendum cum alio contendit. Vnde dicit; *Æmulationes*, quæ ex contentione oriuntur. Tertium eſt cum vnus impeditur per aliũ ad rem eandem tendentem, & ex hoc irascitur contra eum: & ideo

LECTIO V.

VÒd ſi ſpiritu ducimini, nõ eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt aũt opera carnis, quę ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulatiões, iræ, rixę, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

LECTIO VI.

RVCTVS autem ſpiritus

ideo dicit; *Iræ*, Iaco. 1. Ira enim viri &c. Ephe. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, Quartum, cum ex ira animi perueniatur ad percuſſiones. Et quantum ad hoc dicit; *Rixæ*. Prou. 4 Odium ſuſcitat rixas. Quintum ex his. ſ. *Diſſenſiones*, & ſiquidem in rebus humanis ſint, dicuntur diſſenſiones, quando. ſ. partialitates fiunt in eccleſia Rom. 16. Obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula prꝙter doctrinã quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Si in rebus diuinis, ſic dicuntur *ſectæ*, i. hæreſes. 2. Pet. 2. Introducent ſectas perditionis &c. Et ibidem, Sectas non metuunt introducere, blaſphemantes. Ex his autem ſequitur; *inuidia*, quando illi quos æmulantur, proſperantur. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia &c. Ex his autem ſequuntur; *homicidia* cordis & operis. 1. Io. 4. Qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Quantũ vero ad vitia quæ pertinent ad ordinationem circa vitæ neceſſaria, ponit duo, vnum, quantũ ad potũ. Vnde dicit; *Ebrietates*, ſ. aſſiduæ. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate &c. Aliud vero quantum ad cibum, & quantum ad hoc dicit; *Comeſſationes*. Rom. 13. Non in comeſſationibus & ebrietatibus.

F Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Patet ergo ex dictis? quòd fructus ſpiritus dicuntur opera virtutum, & quia habent in ſe ſuauitatem, & dulcedinem, & quia ſunt quoddam vltimum productum, ſecundum conuenientiam donorum. Accipitur autem differentia donorum, beatitudinum, virtutum, & fructuum ad inuicem, hoc modo. In virtute enim eſt conſiderare habitum & actum. Habitus autem virtutis perficit ad bene agendum. Et ſiquidẽ perficiat ad bene operandum humano modo, dicitur virtus. Si vero perficiat ad bene operandum ſupra modum humanum, dicitur donum. Vnde Philoſophus ſupra commu nes virtutes, ponit virtutes quaſdam hæroicas: puta, cognoſcere inuiſibilia Dei ſub enigmate, eſt per modum humanum. Et hæc cognitio pertinet ad virtutem fidei. Sed cognoſcere ea perſpicue & ſupra humanum modum, pertinet ad donum intellectus. Actus autem virtutis, vel eſt perficiens, & ſic eſt beatitudo, vel eſt delectans, & ſic eſt fructus. Et de iſtis fructibus dicitur Apoc. 22. Ex vtraque parte lignum vitæ afferens fructus duodecim &c. Dicit ergo; *Fructus ſpiritus*: qui. ſ. conſurgit in anima ex ſeminatiõe ſpiritualis gratiæ; *Eſt charitas &c.* qui quidem ſic diſtinguuntur, quia fructus aut perficiunt interius, aut exterius. Primo ergo ponit illos, qui perficiunt interius. Secundo illos, qui perficiunt exterius, ibi; *Bonitas &c.* Interius autem homo perficitur & dirigitur, & circa bona, & circa mala 2. Cor. 6. Per arma iuſtitiæ a dexttis & a ſiniſtris.

G

H Circa bona autem perficiunt, primo quidem in corde per amorem. Nam ſicut inter motus naturales primus eſt inclinatio appetitus naturæ ad finem ſuum, ita primus motuum interiorum eſt inclinatio ad bonum, qui dicitur amor, & ideo primus fructus eſt charitas. Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c. Et ex charitate perficiuntur aliæ, & ideo dicit Apoſtolus. Col. 3. Super omnia charitatem habentes &c. Vltimus autem finis quo homo perficitur interius, eſt; *Gaudium*, quod procedit ex præſentia rei amatæ. Qui autem habet charitatẽ, iam habet quod amat. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo maner, & Deus in eo. Et ex hoc conſurgit *Gaudium*. Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper &c. Gaudium autem iſtud debet eſſe perfectum. Et ad hoc duo requiruntur. Primo, ut res amata ſufficiens ſit amanti, propter ſuam perfectionẽ. Et quantum ad hoc dicit; *Pax*. Tunc enim amans pacem habet, quando rem amatam ſufficienter poſſidet. Cant. vlt. Ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens &c. Secundo vero, vt adſit perfecta fruitio rei amatæ, quod ſimiliter per pacem habetur, quia quicquid ſuperueniat, ſi perfecte aliquis fruatur re amata, puta Deo, non poteſt impediri ab eius fruitione. Pſal. 119. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalũ. Sic ergo, gaudium dicit charitatis fruitionem, ſed pax, charitatis perfectionem. Et per hæc homo interius perficitur quantum ad bona. Circa mala etiam perficit ſpirituſſanctus & ordinat, & primo contra malum quod perturbat pacem, quæ perturbatur per aduerſa, ſed ad hoc perficit ſpirituſſanctus per patientiam, quæ facit aduerſa patienter tolerare. & ideo dicit; *Patientia* Luc. 21. In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras: Iac. 1. Patientia opus perfectum habeat. Secundo, contra malum impediens gaudium, eſt dilatio rei amatæ, ad quod ſpiritus opponit longanimitatem, quæ expectatione non frangitur. Et quantum ad hoc dicit; *Longanimitas*. Abach. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia &c. 2. Corin. 6. In longanimitate &c. Et ideo dicit Dominus Mat. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem &c. Cõſequenter cum dicit, *Bonitas &c.* Ponit fructus ſpiritus, qui perficiunt quantum ad exteriora. Hominis autem exteriora ſunt, vel id quod eſt iuxta ipſum, vel id quod eſt ſupra ipſum, vel id quod eſt infra ipſum. Iuxta ipſum eſt proximus, ſupra ipſum Deus, infra ipſum natura ſenſitiua & corpus. Sic ergo quantum ad proximum perficit primo quidem in corde per rectam & bonam voluntatem. Et quantum ad hoc dicit; *Bonitas*, ideſt rectitudo & dulcedo animi. Si enim homo omnes alias potentias bonas habeat, non poteſt dici bonus homo, niſi habeat bonam voluntatem, ſm quam omnibus aliis bene vtitur. Cuius ratio eſt, quia bonum dicit aliquod perfectum. Eſt autem duplex perfectio. Prima ſcilicet, quæ eſt ipſum eſſe rei. Secunda vero eſt eius operatio, & hæc eſt maior quàmprima. Illud ergo dicitur ſimpliciter perfectum, quod pertingit ad perfectam ſui operationem, quæ eſt ſecunda eius perfectio. Cum ergo homo per voluntatem exeat in actum cu-

LECTIO SEXTA.

POSITIS operibus carnis: hic conſequenter Apoſtolus manifeſtat opera ſpiritus. Et primo, manifeſtat ea. Secundo, oſtendit quomodo lex ſe habet ad opera ſpiritus, & ad opera carnis ibi; *Aduerſus huiuſmodi &c.* Circa primũ enumerat bona ſpiritualia quæ nominat; *Fructus*. Ex quo incidit quæſtio, Quia illud dicitur fructus, quo fruimur: ſed actibus noſtris non debemus frui, ſed Deo ſolo. ergo huiuſmodi actus quos enumerat hic Apoſtolus, non debent dici fructus. Item Glo. dicit quòd huiuſmodi opera ſpiritus ſunt propter ſe appetenda: quod autem propter ſe appetitur, non refertur ad aliud. ergo virtutes & earum opera non ſunt referenda ad beatitudinem. Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd fructus dicitur dupliciter. ſ. vt acquiſitus, puta ex labore vel ſtudio. Sap. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Et vt productus, ſicut fructus producitur ex arbore. Mat. 7. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Opera autem ſpiritus dicuntur fructus, non ut adepti ſiue acquiſiti, ſed vt producti, fructus autem qui eſt adeptus, habet rationem vltimi finis, non autem fructus productus: Nihilominus tamen fructus ſic acceptus, duo importat. ſ. quòd ſit vltimum producentis, ſicut vltimum quod producitur ab arbore eſt fructus eius, & quòd ſit ſuaue ſiue delectabile. Can. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutum, & ſpiritus ſunt quid vltimum in nobis. Nam ſpiritus ſanctus eſt in nobis per gratiam, per quã acquirimus habitum virtutum, & ex hoc potentes ſumus opera ri ſecundum virtutem. Sunt etiam delectabilia, & ſunt etiam fructuoſa. Rom. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, ideſt in operibus ſanctificatis, & ideo dicuntur fructus. Dicuntur etiam flores, reſpectu futuræ beatitudinis, quia ſicut ex floribus accipitur ſpes fructus, ita ex operibus virtutũ habetur ſpes vitæ æternæ & beatitudinis. Et ſicut in flore eſt quædam inchoatio fructus, ita in operibus virtutum eſt quædam inchoatio beatitudinis, quæ tunc erit, quando cognitio, & charitas perficientur. Et per hoc patet reſponſio ad illud, quod ſecundo obiicitur. Nam aliquid poteſt dici propter ſe appetendum, dupliciter, quia ly, propter, poteſt deſignare cauſam formalem, vel finalem. Opera virtutum propter ſe ſunt appetenda formaliter, ſed non finaliter, quia habent in ſeipſis delectationem. Nam medicina dulcis appetitur propter ſe formaliter, quia habet in ſe vnde ſit appetibilis. ſ. dulcedinem, quæ tamen appetitur propter finem. ſ. propter ſanitatem. Sed medicina amara non eſt appetenda propter ſe formaliter, quia non delectat ratione ſuæ formæ, ſed tamen propter aliud appetitur finaliter. ſ. propter ſanitatem quæ eſt finis eius. Ex his apparet ratio, quare Apoſtolus effectus carnis vocat opera, Fructus autem ſpiritus, vocat fructus. Dictum eſt enim, quòd fructus dicitur aliquod finale, & ſuaue ex re productum. Quod autem producitur ex aliquo præter naturam eius, non habet rationem fructus, ſed quaſi alterius germinis. Opera autem carnis & peccata ſunt præter naturam eorum, quæ Deus naturæ noſtræ inſeruit. Deus enim humanæ naturæ quædam ſemina inſeruit. ſ. naturalem appetitum boni & cognitionem: & addidit etiam dona gratiæ. Et ideo, quia opera virtutum ex his naturaliter producuntur, fructus dicuntur non autem opera carnis. Et propter hoc Apoſtolus dicit, Rom. 6.

iuslibet potentiæ,voluntas recta facit bonum vsum omnium potentiarum,& per consequens ipsum hominem bonũ . Et de hoc fructu dicitur. Ephes. 5. Fructus enim lucis est in omni bonitate &c. Secundo vero, in opere,vt scilicet sua communicet proximo , & quantũ ad hoc dicit ; *Benignitas*, idest largitas rerum .

est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mãsuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Lectio VII.

ADuersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs,& concupiscentijs. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

2. Cor. 9. Hylarem enim datorem &c. Benignitas enim dicĩ quasi bona igneitas, quæ facit hominem fluere ad subueniẽdum necessitatibus aliorum Sap. 1. Benignus est enim spiritus sapiẽtiæ &c. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti,& dilecti, viscera misericordiæ, benignitatẽ &c. Itẽ, perficiunt etiam quantum ad mala ab aliis illata, vt mansuete ferat,ac sustineat proximi molestias,& quãtum ad hoc dicit; *Mansuetudo.* Mat. 11. Discite a me,quia &c. Prou. 3. Mansuetis dabit gratiam . Ad id vero,quod est supra nos, scilicet Deus,ordinat spiritus per fidem, vnde dicit , *Fides* , quæ est cognitio quædam inuisibilium cum certitudine.Gen.15. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. Et ideo Eccl. 1. Beneplacitũ est deo fides & mansuetudo &c.Ad id quod est infra nos.s.corpus dirigit spiritus, & primo quantum ad actus exteriores corporis:qđ fit per modestiam, quæ ipsis actibus,seu dictis modum imponit. Et quantum ad hoc dicit; *Modestia.* Phil. 4. Modestia vestra &c. Secundo vero, quantum ad appetitum sensitiuum interiorem,& quantum ad hoc dicit ; *Continentia*, quæ etiam a licitis abstinet; *Et castitas* , quæ licitis recte vtitur,secundum Glo. Vel aliter,cõtinentia dicitur ex eo,quòd licet homo impugnetur a prauis cõcupiscentiis , tamen per rationis vigorem se tenet, ne abducatur & ideo continentiæ nomen sumptum est ab eo, quòd aliquis in impugnatione tenet se . Castitas vero dicitur ex eo, quòd quis nec impugnatur, nec abducitur , & dicitur a castigando . Nam illud dicimus bene castigatum , qui in omnibus ordinate se habet . Circa hoc duo dubitantur . Primo, quia cum fructus spiritus aduersentur operibus carnis, videtur quòd Apostolus debuerit ponere tot fructus spiritus,quot posuit opera carnis,quod non fecit . Ad quod dicendum est, quòd ideo non fecit,quia plura sunt vitia,quàm virtutes . Secundo dubitatur , quia fructus spiritus hic positi,non respondent operibus carnis. Ad hoc dicendum est,quòd Apostolus non intendit hic tradere artem virtutũ & vitiorum,& ideo non ponit vnum cõtra aliud, sed aliqua enumerat de istis, & aliqua de illis , secundum quod expediens videtur præsenti intentioni: nihilominus tamen , si diligenter cõsideretur , aliqualiter sibi contra respondent. Nam fornicationi,quæ est amor illicitus, contra respondet charitas : immunditiæ vero,impudicitiæ & luxuriæ, quæ sunt carnales illecebræ,& ex fornicatione proueniunt, contra ponitur gaudium , quod est spiritualis delectatio, consequens ex charitate, vt dictum est . Ei vero,quod est idolorum seruitus,contra ponitur pax.Ei vero,qđ dicit veneficia &c. Vsque ad dissensiones,patientia, longanimitas,& bonitas. Ei vero,quod dicitur sectæ, contra ponitur fides. Ei vero,qđ dicĩ inuidiæ,benignitas.Ei aũt,quod dicitur homicidia,mãsuetudo. Ei quod dicitur ebrietas,comessationes,& his similia, contra ponitur modestia, continentia,& castitas .

LECTIO SEPTIMA.

ENVMERATIS operibus carnis,& spiritus , hic consequenter ex vtrisque concludit,quòd qui spiritum sequuntur , non sunt sub lege . Et vtitur tali probatione . Ille est sub lege,qui est obnoxius legi,idest qui facit cõtraria legi,Sed illi, q aguntur spiritu,non faciunt opera contraria legi, Ergo non sunt sub lege . Primo ergo ostendit propositum ex parte operum spiritus . Secundo , ex parte operum carnis ibi; *Qui autem sunt &c.* Dicit ergo . Dico,quòd qui aguntur spiritu , non faciunt opera contraria legi , quia aut faciunt opera spiritus , *Et aduersus huiusmodi non est lex* , idest contra opera spiritus , sed spiritus docet ea . Nam sicut lex exterius docet opera virtutum, ita & spiritus interius mouet ad illa . Rom. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem &c. aut faciunt opera carnis , & hæc in his,qui spiritu Dei aguntur , non sunt contraria legi. Vnde dicit ; *Qui autem sunt Christi* , idest qui spiritum Dei habent, Ro. 8. Qui spiritum Dei non habet,hic nõ est eius. Illi ergo spiritu Dei aguntur, qui sunt Christi. Isti. inquam ; *Carnem*

F *suam crucifixerunt &c.* Non autem dicit vitia,& concupiscentias vitant : quia bonus medicus tunc bene curat , quando adhibet remedia contra causam morbi . Caro autem est radix vitiorum . Si ergo volumus vitare vitia , oportet domare carnem. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum &c. quia vero caro domatur per vigilias,ieiunia, & labores. Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura,& cõpedes &c. Ad hæc autem opera mouentur ex deuotione,quã habent ad Christum crucifixum: ideo signãter dicit ; *Crucifixerunt*, idest Christo crucifixo,se conformauerunt,affligendo carnem suam &c. Ro. 7. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. supra 2. Vt Deo viuam,Christo cõfixus sum cruci &c.

Capit. VI. Lec. I.

G FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque,& sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit.

Quia vero non crucifigunt carnem,destruendo naturam:quia Nemo carnem suam odio habuit , vt dicitur. Ephe. 5 . sed quantum ad ea,quæ contrariantur legi , ideo dicit ; *Cum vitijs* , idest cum peccatis ; *Et concupiscentijs* , idest passionibus, quibus anima inclinatur ad peccandum : non.n. bene crucifigit carnem, qui etiam passionibus locum non aufert . Aliter cum ratio non semper inuigilet ad peccata vitandũ, vt oporteret,posset quandoq; cadere . Eccl. 18. Post cõcupiscentias tuas non eas &c. Rom, 13. Carnis curã ne feceritis in desideriis &c. Consequenter cum dicit; *Si spiritu viuimus &c.* Ponit tertiũ beneficiũ spiritussancti,quod confert vitã. Et primo,ponit beneficium spiritus Dei . Secundo, excludit vitia spiritus mundi,ibi; *Non efficiamur &c.*Dicit ergo,cõnumerans se eis,quibus scribit. Dico,quòd debemus ambulare per spiritum , quia & per ipsum viuimus,& non per carnem . Rom. 8. Debitores sumus,non carni &c. Si ergo spiritu viuimus,debemus in omnibus ab ipso agi. Sicut.n.in vita corporali corpus non mouetur nisi per animam, per quam viuit, ita in vita spirituali,omnis motus noster debet esse a spiritu sancto. Io. 6. Spiritus est,qui viuificat. Act. 17. In ipso viuimus,mouemur & sumus. Et ne ea,quæ dicta sunt de spiritu,intelligantur de spiritu mundi,de quo dicĩ 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mũdi accepimus . ideo hoc consequẽter remouet Apost. dicẽs; *Non efficiamur &c.* Vbi tria excludit propria spiritus mundi,s.inanem gloriã, iracundiam,& inuidiã, quibus tribus conuenienter aptari potest nomen spiritus : significat enim spiritus quandam inflationem,Vnde secundum hoc, illi dicuntur magni spiritus, qui sunt inflati per inanẽ gloriam. I Esa. 25. Spiritus robustorum,quasi turbo impellens parietẽ &c. Et quantum ad hoc dicit ; *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, idest gloriæ secularis, Cum enim vanum sit,quod nec solide firmatur,nec veritate fulcitur, nec vtilitate amatur . Ideo gloria huius mundi vana est, quia caduca,& non solida . Esa. 40. Omnis caro fœnum &c. Et quia falsa 1. Mach. 2. Gloria hominis peccatoris , stercus & vermis &c, Sed vera gloria est in propriis bonis hominis,quæ sunt bona spiritualia, & hanc habent sancti. 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ &c. Et quia inutilis & infructuosa : nam quantuncunque gloriam habeat quis ex testimonio secularium,nõ potest propter hoc consequi finem suum, quem consequitur testimonio Dei 1. Cor. 2. Qui gloriatur,in Domino glorietur . Non autem dicit, Non habeatis inanem gloriam,sed non efficiamini cupidi , quia gloria sequitur aliquando fugientes eam, & si eam oportet recipi, non tamen ametur . Item, significat quandam impetuositatẽ Prou. 27. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?Et significat iracundiam.Et quantum ad hoc,dicit; *Inuicem prouocantes*, scilicet ad contentionem, vel litem , vel alia illicita. Rom. 13. Non in contentione & æmulatione &c. Item,est spiritus tristitiæ, de quo dicitur. Proue. 17 . Spiritus tristis exiccat ossa . Et quantum ad hoc,dicit; *Inuicem inuidentes.* Pro. 14. Putredo ossium,inuidia &c. Cuius ratio est,quia ipsa sola crescit ex bono.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus reduxit Galatas ad statum veritatis, quantum ad res diuinas: hic consequenter reducit eos,quantum ad res humanas,instruens eos qualiter se habeant ad homines . Et primo , qualiter se habeant ad rectos. Secundo, quomodo ad peruersos, ibi; *Videte qualibus literis &c.* Circa primum tria facit . Primo, docet qualiter superiores se habeant ad inferiores. Secundo, qualiter æquales ad coæquales, ibi; *Alter alteri⁹ &c.*Tertio,qualiter inferiores ad superiores,ibi; *Communicet autem is &c.* Circa primum duo facit . Primo, ponit admonitionem . Secundo, assignat admonitionis rationem,ibi ; *Considerans teipsum &c.* Quia ergo de peccatis multa dixerat , ne aliquis a peccato immunis in peccatores deseuiret , ideo admonitionem de mansuetudine, & misericordia eis proponit , dicens ; *Fratres,& si præoccupatus fuerit homo &c.* Vbi tria ponit,quæ faciunt admonitionem . Primum est surreptio . Nam qñ aliq ex malitia peccant , minus digni sunt venia. Iob. 34. Qui quasi de industria recesserunt &c. Sed quando aliquis præoccupatur tentationibus , & inducitur ad peccandum , facilius debet ei venia concedi , & ideo dicit. Et si præoccupatus fuerit &c. idest imprudenter & ex surreptione lapsus, vt nequeat vitare. Secundum est peccatorum paucitas . Nam aliqui ex consuetudine peccant. Oseæ 4. Maledictum,& mendacium, & homicidiũ,& furtũ,& adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit &c. Et contra tales seuerius est agendum. Et hoc excluditur , cum dicit; *In aliquo*, quasi non viu quotidiano peccans. Tertium est peccatorum qualitas. Nam quædam peccata consistũt in trãsgressione, quædam vero in omissione . Grauiora autem sunt prima secundis: quia illa opponuntur præceptis negatiuis,quæ obligant semper & ad semper:hæc vero opponuntur præceptis affirmatiuis, quæ cum non obligent ad semper,non potest sciri determinate quando obligant. Vnde dicitur in Psal. 18. Delicta quis intelligit &c. Et quantũ ad hoc dicit ; *Delicto.* Vel ẜm glo. Delictum est peccatum ex ignorantia . His ergo præmissis, ad misericordiam eos qui corrigunt , monet , & hi sunt spirituales , ad quos pertinet correctio . Vnde dicit; *Vos qui spirituales estis , huiusmodi instruite* 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia,& ipse a nemine iudicatur &c.Et huius ratio est,quia rectum iudicium habet,de omnibus,qui circa vnumquodq; recte dispositus est,sicut qui sanum gustum habet,recte iudicat de sapore:solus aũt spiritualis bene dispositus est circa agenda:& iõ ipse solus de eis bene iudicat. Sed quia nomen spiritus rigorem quendam,& impulsum designat,ẜm illud Esai. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem &c.Non tamẽ est credendum quòd viri spirituales sint nimis rigidi in corrigẽdo. Nã hoc spiritus huius mundi facit , sed spiritussanctus suauitatem quandam,& dulcorem efficit in homine . Sap. 12. O quam bonus & suauis est spiritus tuus Domine &c. Et ideo dicit ; *In spiritu lenitatis.* Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia &c. Contra quod dicitur de quibusdam Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis &c. Dicit autem instruite,& non corrigite, quia loquitur de præoccupatis delinquentibus , qui indigent instructione. Vel quia omnis peccans , & ignorans . Prou. 14. Errant qui operantur malum.Rationem autem ammonitionis subdit , dicens ; *Considerans teipsum &c.* quasi dicat . Ita fiat vt dixi , quia tu fragilis es . Nã quandiu in hac vita mortali sumus,proni sumus ad peccandum . Nihil autẽ ita frangit hominis seueritatẽ in corrigendo , quàm timor proprii casus . Eccle. 31. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Qualiter autem se habeant ad æquales ostendit,dicens ; *Alter alterius &c.* Et primo,proponit admonitionem. Secundo,assignat eius rationem,ibi; *Et sic adimplebitis &c.* Tertio , excludit admonitionis implendæ impedimentum, ibi ; *Nam si quis existimat &c.* Admonet autem ad mutuã supportationem,dicens. Alter alterius onera portate. Et hoc tripliciter . Vno modo, defectum alterius corporalem , seu spiritualem patienter tolerando . Ro. 15. Debemus autem nos firmiores &c.Alio modo,necessitati mutuæ subueniẽdo &c.Ro. 12.Necessitatibus sanctorum communicantes &c.Tertio modo, pro pœna sibi debita satisfaciẽdo orationib⁹ & bonis operibus . Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Ratio autem admonitionis est adimpletio legis Christi, quæ similiter est charitas . Ro. 13. Plenitudo legis , est dilectio . Vnde dicit ; *Et sic adimplebitis legem Christi* , idest charitatem . Dicitur autem charitas specialiter lex Christi,triplici ratione. Primo , quia per hoc distinguitur lex noua a lege veteri. Nam illa est timoris,hæc vero amoris . Vnde Aug. dicit , Parua differentia est veteris legis,& nouæ,timor,& amor.Secũdo,quia per charitatẽ specialiter Christus legẽ suã promulgauit.Io. 13. In hoc cognoscẽt omnes quia mei estis discipuli, si dilectionẽ &c. Et iterũ, Mandatum nouum do vobis , vt diligatis inuicem &c. Tertio, quia ipsam impleuit Christus,& exemplum eam implendi nobis reliquit : nam ipse ex charitate peccata nostra tulit.Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum &c. Esa. 40.Fætas ipse portabit . Sic ergo debemus alter alterius onera portare ex charitate, vt sic impleamus legem Christi : Impedimentum autem implendæ admonitionis prædictæ,est superbia.Ideo hoc excludens . dicit; *Nam si quis existimat &c.* Et primo vituperat ipsam superbiam. Secundo , ostendit modum vitandi eã,ibi; *Opus autem suum &c.* Tertio,vitandi rationem assignat , ibi ; *Vnusquisq; enim &c.* Dicit ergo . Facite vt dixi . Sed contingit aliquem onus alterius non portare ,

Lectio II.

COMMVNICET autem is, qui catechizat verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare:

quia præfert se aliis. Vnde dicebat ille Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum &c. Et ideo dicit ; *Nam si quis existimat se aliquid esse*, idest,in mente sua superbe iudicat se magnum esse in comparatione peccantis; *Cum nihil sit* ex se,quia quicquid sumus , hoc est ex gratia Dei, secundum illud Apost. 1. Corin. 15. Gratia Dei sum id , quod sum.Qui,inquam , tale aliquid facit: *Ipse se seducit*, idest a veritate se diuidit. Esa. 40 Omnes gentes quasi non sint &c. Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite:serui inutiles sumus &c. Remedium autem vitandi,est propriorum defectuum consideratio: nam ex hoc quòd aliquis alienos & non suos defectus considerat , videtur sibi aliquid esse in comparatione ad alios.in quibus defectus intuetur, & suos non considerans,superbit.Et ideo dicit ; *Opus autem*, scilicet interius & exterius; *Suum*, idest proprium; *Probet*, idest diligenter examinet ; *Vnusquisque* 1. Cor. 11. Probet seipsum homo &c. *Et sic in seipso*, idest in propria conscientia ; *Gloriam habebit*, idest gloriabitur & gaudebit. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est , testimonium conscientiæ nostræ ; *Et non in altero*, idest non in laude alterius , vel sic: in semetipso,idest per ea quæ suiipsius sunt,gloriam habebit , idest gloriabitur in consideratione sui,& non in altero, idest non consideratione alterius. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Vel in semetipso,idest in Deo qui in eo habitat,gloriabitur,idest eius erit gloria,& nõ in altero quam in Deo. 2. Cor. 10. Qui gloriatur in Domino glorietur . Ratio vitandi superbiam est præmium vel pœna vnicuique pro merito vel demerito reddenda. Vnde dicit ; *Vnusquisque enim onus suum portabit.* Quod videtur contrarium ei,quod dixerat: alter alterius onera portate.Sed sciendum est,quòd ibi loquitur de onore sustinendæ infirmitatis,quod debemus mutuo portare;hic loquitur de onere reddendæ rationis, quod quilibet pro se portabit,siue sit onus præmii,siue pœnæ.Nam onus aliquando quidem pondus pœnæ, aliquando præmii significat, 2. Cor. 4. Aeternum gloriæ pondus operatur &c. Esa. 3. Dicite iusto,quoniã bene,quoniam fructum adinuentionum suarum comedet,væ impio in malum &c. Si autem dicantur aliqui rationem reddere pro aliis,puta prælati pro subditis,secundum illud Ezec. 3. Sanguinem eius de manu tua requiram &c. Et Heb. vlt. Obedite præpositis vestris,ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: Non est contrarium dicto Apostoli: quia nõ puniuntur pro peccatis subditorũ, sed pro propriis quæ in custodia subditorum commiserunt . Est ergo vitanda superbia & peccatum, quia vnusquisque onus suum,idest mensuram gratiæ suæ offert Deo in diæ iudicii,tanquam manipulos bonorum operum. Psal. 125. Venientes aũt venient cum exultatione:Et hoc quãtũ ad bonos. vel; *Onus suum portabit*, i. pœnã pro ꝓprio pctõ.

LECTIO SECVNDA.

POstquam Apost. ostẽdit qualiter superiores se habeant ad inferiores,& æquales æqualibus;hic cõsequenter ostendit,qualiter inferiores se habeant ad superiores,dicens,inferiores debere superioribus ministrare & obsequi. Et circa hoc tria facit.Primo monet,vt ministrent prompte.Secundo,vt ministrent perseuerãter,ibi; *Bonum autem facientes,non deficiamus &c.* Tertio,vt ministrent communiter, ibi; *Ergo dum tempus habemus &c.* Circa primum duo facit.Primo , ponit monitionem ministerii . Secundo, excusationem excludit, ibi; *Nolite errare &c.* Dicit ergo. Dictũ est supra,quomodo superiores se debeant habere ad inferiores.s. leniter corripiendo & instruendo: nunc autem restat videre,qualiter inferior superiori obsequatur. & ideo dicit; *Communicet autem is,qui catechizatur*, idest docetur verbo Dei; *Et qui se cathechizat*,idest,qui eum docet,communicet, inquã, in omnibus bonis. Sed notãdũ est,ꝙ discipulus potest dupliciter cõmunicare se docenti. Primo, vt accipiat bona doctoris, & sic dicitur ; *Communi*

tet is qui catechizatur, idest commune sibi faciat quod est docentis, eum imitando 1. Cor. 11. Imitatores mei estote &c. Sed quia contingit doctores aliquando minus bona facere, ideo non sunt in hoc imitandi. Et ideo subdit; *In omnibus bonis*, Matth. 23. Quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite facere. Secundo, vt communicet bona sua docenti. Hoc.n.a Domino præcipitur 1. Cor. 9. Vbi dicitur, Qui euangelio seruiunt, de euangelio viuant. Vnde Matt. 10. Dignus est operarius cibo suo. Et Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua, & Apost. dicit 1. Cor. 9. Si vobis spiritualia seminamus &c. Et ideo hic dicit; *Communicet autẽ is &c.* idest, doctus doctori in omnibus bonis quæ habet: nam etiam tẽporalia bona quædam dicuntur. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ commedetis. Mat. 7. Si vos cũ sitis mali, nostis bona data &c. Dicit autem, In omnibus, quia non solum communicare debet indigenti, sed & sentẽtiã, & consilium, potentiã & quicquid habet, generaliter debet proximo communicare 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. De ista communicatione dicitur. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Eccle. 14 In diuisione, sortis da, & accipe. Consequenter cum dicit; *Nolite errare &c.* Excusationem excludit: & primo, excludit eam. Secundo, rationem exclusionis assignat, ibi; *Quæ enim seminauerit homo &c.* Dicit ergo; *Nolite errare, Deus non irridetur.* quod quidem dupliciter intelligi potest, secundum duas præmissas expositiones: Secundum primam quidem sic, Tu dicis, quòd debemus imitari doctores etiam in bonis, sed non possum eos imitari, nisi in his, quæ faciunt: nihil autem video in ipsis, nisi malum: ergo debeo eos imitari in malo. Sed hoc excludit, dicens, Nolite errare, Deus non irridetur. Error est hoc dicere: nam mala prælatorum non excusant nos. non enim sunt subditis in exemplum, nisi in his quibus imitantur Christum, qui est pastor absque peccato; vnde & signanter dicit. Io. 10. Ego sum pastor bonus &c. Et Apost. 1. Corin. 4. & 11. dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi q.d. In his me imitamini, in quibus ego imitor Christum. Et si per mala prælatorum excusatis vos apud homines, tñ Deus nõ irridetur. i non potest falli. Iob. 13. Aut decipiet vt homo fraudulentiis vestris? Vnde dicitur Pro. 3 Delusores ipse deludet. Secundum autem secundam expositionẽ, sic introducitur, Possent enim dicere, Pauperes sumus, nihil habemus qđ communicare possimus. Sed hoc excludit dicẽs; *Nolite errare*, idest nemo excusatum vane se existimet, paupertatem prætendendo; *Deus non irridetur*, idest non potest falli. Scit enim corda nostra. & non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominem potest fallere & placare, Deum non potest fallere. Rationem autem huius assignat, dicens; *Quæ enim seminauerit homo &c.* Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Quoniam qui seminat &c.* Dicit ergo secundum primam expositionẽ. Vere erratis, hoc credentes, quia Deus reddet singulis pro meritis propriis. nam; *Quæ seminauerit homo, hæc & metet*, idest secundum opera sua bona vel mala, parua vel magna, præmiabitur vel punietur. Secundum autem secundam expositionẽ, Quæ seminauerit homo, i. secundum beneficia sua parua, vel magna, & quantum ad qualitatem operum, & quantum ad quantitatem beneficiorum præmiabitur 2. Corin. 9. Qui parce seminat, parce & metet &c. Rationem aũt specialiter assignat, dicens; *Quoniam qui seminat in carne sua &c.* Quæ quidem ratio habet duas partes: secundum duas seminationes carnis & spiritus. Primo ergo agit de seminatione carnis. Vbi dicendum est, quid sit seminare in carne. Secundo, quid est de carne metere corruptionem. Seminare quidem in carne, est operari pro corpore vel pro carne: sicut si dicam, Ego multum expendi in isto homine, idest multa feci pro eo. Ille ergo in carne seminat, qui ea quæ facit, etiam si quæ bona videantur, facit in fomentum & vtilitatem carnis. De carne autem metere corruptionem, dicit & infert, quia semen fructificat vt plurimum secundum conditionem terræ. Vnde videmus, ꝙ in aliquibus terris semen frumenti degenerat in siliginẽ, vel in aliquod aliud. Conditio aũt carnis est, vt sit corruptibilis, & ideo; *Qui in carne seminat*, idest studiũ suum ponit & opera, oportet quòd ipsa opera corrumpãtur & pereant. Eccl. 14. Omne opus corruptibile, in fine perdetur. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Secundo, agit de seminatione spiritus dicẽs; *Qui autem seminat in spiritu*, i. ordinat studium suum ad seruitutem spiritus, ex fide & charita

Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Qm̃ qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam ęternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tẽpore enim suo metemus non de

te seruiendo iustitiæ; *Metet* quidem de spiritu secundum conditionem eius. Conditio autem spiritus est, quòd sit actor vitæ, Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat. Non autem cuiuscunque vitę sed vitæ æternæ, cum spiritus sit immortalis, & ideo; *Metet de spiritu vitam æternam*. Prou. 11. Seminanti iustitiam merces fidelis, quia nunquam deficcatur. Sed nota, quòd cum agit de seminatione carnis, dicit, In carne sua, q̃a caro est nobis de natura nostra: sed cum loquitur de semine spiritus, non dicit, suo, quia spiritus nõ est nobis a nobis, sed a Deo. Deinde cum dicit; *Bonum autem facientes &c.* monet ad ministerii perseuerantiam, quia non ad horam tantum, sed semper debemus bene facere: quod quidem potest referri ad ea quæ dicta sunt, s. ad superiores, & ad æquales, & ad inferiores, quasi dicat. Quicunq; sumus, siue prælati erga subditos, siue æquales erga æquales, siue subditi erga prælatos; *Bonum facientes non deficiamus*, scilicet in bene operando, quia; *Nõ deficiemus* in metẽdo. Eccle. 9. Quodcunque facere potest manus tua instanter operare 1. Corin. 15. Stabiles estote & immobiles. Et merito non est deficiendũ, q̃a expectamus remunerationem æternam & indeficientem. Vnde subdit; *Tempore enim suo metemus non deficientes*, Vnde dicit Aug. Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi. Mat. 25. Ibunt hi in vitam æternam. Sed nota ꝙ dicit, Tempore suo: quia sicut agricola non statim de illo quod seminat, fructum colligit: sed tẽpore congruo. Iac. vlt. Agricola expectat gloriosum fructũ terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneũ & serotinum &c. De ista messione dicitur 2. Cor. 9. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Deinde cum dicit; *Ergo dum tempus habemus &c.* monet ad ministrandum cõmuniter, dicens, Quia metemus non deficientes; *Ergo dum tempus habemus*, idest in hac vita, quæ est tempus seminandi. Ioannis. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox &c. Eccl. 9. Quodcunque potest facere manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Dum, inquam, illud habemus; *Operemur bonum*, & hoc; *Ad omnes*, scilicet homines qui iuncti sunt nobis in diuina similitudine, inquantum omnes ad imaginem Dei facti sumus. Sed contra Eccl. 12. dr, Da iusto, & ne recipias peccatorẽ. Non ergo debemus operari bonum ad omnes. Respondeo, Dicendum est, ꝙ in peccatore duo sunt, natura, s. & culpa. Natura quidem est in eo amanda, & sustentanda, etiam inimici Mat. 5. Diligite inimicos vestros &c. Culpa vero in eo est expellenda. Sic ergo dictum est, Da iusto & non recipias peccatorem, vt, s. peccatori nõ ideo benefacias, quia peccator est, sed quia homo. Vnde Aug. Non sis ad iudicandum remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Persequamur ergo in malis propriam iniquitatem, miseremur in eisdem communem conditionem. Sed quia non possumus omnibus benefacere, ordinem benefaciendi subdit; *Maxime autem ad domesticos fidei*, qui scilicet non solum natura nobis sunt similes, sed etiam sunt vniti fide & gratia. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei &c. Ergo omnibs impendenda est misei icordia, sed præponendi sunt iusti, qui sunt ex fide: quia 1. Tim. 5. dicitur, Qui suorũ & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Sed dubitatur hic: vtrum liceat plus vnum diligere, quàm alium. Ad quod sciendum, quòd amor potest dici maior vel minor dupliciter. Vno modo, ex obiecto. Alio modo, ex intentione actus. Amare enim aliquem, est velle ei bonum. Potest ergo aliquis alium magis alio diligere, aut quia vult ei maius bonum, quod est obiectum dilectionis, aut quia magis vult ei bonum, i. ex intensiori dilectione. Quantum ergo ad primum, omnes æqualiter debemus diligere, quia omnibus debemus velle bonum vitæ æternæ. Sed quantum ad secundum, non oportet, quòd omnes æqualiter diligamus: quia cum intensio actus sequatur principium actionis, dilectionis autem principium sit vnio & similitudo, illos intensius & magis debemus diligere, qui sunt nobis magis similes & vniti.

ficientes. Ergo dum tempus habem⁹, operemur bonũ ad omnes, maxime autẽ ad domesticos fidei.

LECTIO III.

IDETE qualibus literis scripsi vobis mea manu.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus monuit Galatas qualiter se habeant ad homines rectos & iustos: hic docet quomodo se habeant ad hæreticos, & peruersos: Et primo insinuat modum scribendi monitionem. Secundo, ipsam monitionem subiungit, ibi

ibi; *Quicunque enim &c.* Circa primum sciendum, quòd cõsuetudo erat apud hæreticos deprauandi & falsificandi scripturas canonicas, nec non & permiscendi aliqua eorum quæ hæresim sapiant, propter hoc consuetudo fuit ab Apostolo seruata, quòd quando aliqua contra eos scribebat, in fine literæ aliqua scriberet, vt deprauari nõ posset, & ita innotesceret eis de eius conscientia processisse: sicut 1. Cor. vlt. dicit, Salutatio mea manu Pauli. Totam enim epistolam per aliũ eo dictante scribi faciebat, & postea in fine aliquid propria manu addebat. Et secundum hunc modum ea, quæ sequuntur, ab isto loco scripsit Paulus manu propria. Vnde dicit; *Videte qualibus literis scripsi vobis manu propria*, vt. s. prædicta firmius teneatis, vt scientes a me hanc epistolam missam, magis obediatis. Sic ergo prælati debent propria manu scribere, vt quod docent verbo & scripto, ostendant exemplo. Ideo dicitur Esai. 49. In manibus 1. in operibus meis descripsi te &c. Exo. 32. dicitur de Moyse, quòd descendit portans duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Monitionem autem subiungit, dicens; *Quicunque enim placere volunt &c.* Et primo, aperit seducentium intentionẽ. Secundo, ostendit suam intentionem eis esse contrariam, ibi; *Mihi autem absit gloriari &c.* Tertio, subdit suam admonitionẽ ad subditos, ibi; *Quicunque hanc regulam &c.* Circa primum duo facit. Primo, aperit seducentium malam intentionem. Secundo, probat quod dicit, ibi; *Neque enim circuncisionem &c.* Circa primum ponit vnum factum, & duas intẽtiones ad inuicem ordinatas. Factum autem, erat istorum qui circuncisionem inducebant, & ex hoc duo intendebant. Vnum propter aliud, scilicet vt placerent inde Iudæis, ex hoc quòd carnales obseruantias legis introducebant in Ecclesia Gentium, & hoc est quod dicit; *Quicunque volunt placere*, scilicet Iudæis infidelibus; *In carne*, idest carnalibus obseruantiis; *Hi cogunt vos circuncidi*, non coactione absoluta, sed quasi ex conditione dicentes, Quia nisi circuncidamini, non poteritis salui fieri, vt habetur Act. 15. Intendebant autem ex hoc vlterius quãdam securitatem habere. Iudæi enim persequebantur discipulos Christi propter prædicationẽ crucis 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum &c. Et hoc quia per prædicationem crucis euacuabantur legalia. Nam si Apostoli simul cum cruce Christi prædicassent debere seruari legalia, nullam persecutionem Iudæi Apostolis intulissent. Vnde dicebat supra 5. Ego autem fratres, si adhuc circuncisionẽ prædico, quid adhuc persecutionem patior &c. Vt ergo non haberẽt persecutionem a Iudæis, inducebant circuncisionem. Et ideo dicit. Et etiam hoc propter hoc; *Tantum* faciunt; *Vt crucis Christi persecutionem non patiantur*, quæ scilicet pro cruce Christi infertur. Vel hoc etiam faciebant ad vitandam persecutionem, non solum Iudæorum, sed etiam Gẽtilium infidelium. Nam Romani Imperatores, Gaius Cæsar, & Octauius Augustus promulgauerunt leges, vt Iudæi vbicunque essent, proprio ritu, propriis cæremoniis seruirent. Et ideo quicunque in Christum credebat, & circuncisus non erat, persecutionibus tam Gentilium quàm Iudæorum fiebat obnoxius. vt ergo non inquietarentur de fide Christi, & in quiete viuerent, cogebant eos circuncidi secundum quod habetur in Glo. Sed quia possent dicere pseudo, quòd non propter hoc circuncisionem inducunt, sed zelo legis solum, ideo hoc excludens, probat quod dixit, cum dicit sic; *Neque enim qui circuncidunturẽ &c.* Cõstat enim, quòd si propter legis zelum aliquos ad legis obseruantias inducerent, mãdarent etiam legẽ in aliis impleri. Sed neque illi qui circuncidunt, neque pseudo in aliis, scilicet in moralibus quæ potiora sunt in lege & in aliis obseruantiis, custodiunt. Ioan. 7. Nemo ex vobis facit legem. non ergo ex zelo legis circuncisionem inducunt. Rom. 2. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues; *Sed* ideo; *Volunt vos circuncidi, vt in carne vestra*, idest in carnali vestra circuncisione; *Glorientur* apud Iudæos, eo quòd tam multos proselytos faciant Matth. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum &c.

Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circuncidunt, legem custodiunt, sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus exposuit prauã seducentium intentionem: hic insinuat suam. Et primo ponit suam intentionem. Secundo, ostendit intẽtionis huius signũ, ibi; *Per quem mihi mundus &c.* Tertio, rationem intentionis assignat, ibi; *In Christo Iesu &c.* Dicit ergo, Intentio seducentium apparet, quia illi gloriantur in carne, sed ego aliam gloriam quæro, scilicet in cruce. Et hoc est quod dicit; *Mihi absit gloriari &c.* Vide, ꝙ ubi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit. Quod illi uisum est stultitia, Apostolo factum est sapientia, & gloria, ut dicit August. Vnusquisque enim in ea re gloriatur, per quam reputatur magnus. Sic qui reputat se magnum in diuitiis, gloriatur in eis, et sic de aliis. Qui.n. in nullo alio se magnum reputat, nisi in Christo, gloriatur in solo Christo. Talis autem erat Apostolus. Vnde dicebat supra 2. Viuo ego, iã, nõ ego, viuit vero in me Christus. Et ideo non gloriatur nisi in Christo, præcipue autem in cruce Christi: & hoc, quia in ipsa inueniuntur omnia de quibus homines gloriari solent. Nam gloriantur aliqui de magnorum (puta regum aut principum) amicitia: & hoc maxime Apostolus inuenit in cruce, quia ibi ostẽditur euidens signum diuinæ amicitiæ. Rom. 5. Commendat autem suam charitatem Deus in nobis &c. Nihil enim sic charitatem suam ad nos ostendit, sicut mors Christi. Vnde Gre. O inæstimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres, filium tradidisti. Item, gloriantur aliqui de scientia. Et hanc Aposto. excellentiorem inuenit in cruce. 1. Cor. 2. Nõ enim æstimaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Chistum &c. Nam in cruce est perfectio totius legis & tota ars bene viuendi. Item, gloriantur aliqui de potentia, & hanc Apost. maximam habuit per crucem. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereũtibus stultitia est, his autem qui salui fiũt, idest nobis, virtus Dei est. Item, gloriantur aliqui de libertate adepta, & hanc Aposto. consecutus est per crucem. Roma. 6. Vetus noster homo crucifixus est, vt vltra non seruiamus peccato. Item, aliqui gloriantur in assumptione ad aliquod magnum collegium. Sed per crucem Christi assumũtur ad collegium cœleste. Col. 1. Pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Item, quidam gloriantur in triumphali signo victoriæ. Sed crux triumphale signum est victoriæ Christi contra dæmones. Col. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos &c. Sap. 14. Benedictum lignum, per quod fit iustitia. Signũ autem suæ intentionis subdit, dicens; *Per quem mihi mundus &c.* Quia autem hoc, quod dicit; *Mihi absit gloriari, nisi in cruce &c.* est propositio exceptiua includens vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam: ideo duplex signum ponit, probans vtranque propositionem. Et primo quidem probat negatiuam, scilicet, quòd non gloriatur nisi in cruce: & hoc, cum dicit; *Per quem mihi mundus crucifixus &c.* Illud enim in quo quis gloriatur: non est mortuũ in corde eius: sed magis illud, quod contemnit. Psal. 30. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Manifestum est autem, quòd mundus & omnia quæ in mundo sunt, mortua erant in corde Pauli. Phil. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Ergo non gloriatur in mundo, neque in his quæ in mundo sunt. & hoc est quod dicit, Vere in nullo alio glorior, nisi in cruce Christi, per quẽ, scilicet Christum crucixfium, mihi mundus crucifixus est, idest mortuus est in corde meo, vt nihil in eo cupiam. Secundo, probat affirmatiuam, scilicet, quòd in cruce Christi gloriatur, dicens se crucifixum mũdo. Qui enim gloriatur in aliquo, illud in se prætendit, & manifestare desiderat: sed Apost. nihil in se prætendit, nec manifestare desiderat, nisi quod pertinet ad crucem Christi, & ideo tantum in ea gloriatur: & hoc est quod dicit; *Et ego mundo*, scilicet sum crucifixus, quasi dicat. Porto insignia crucis, & sum reputatus vt mortuus. Et ideo sicut mũdus horret crucem Christi, ita horret me. Col. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo &c. Rationem autem, quare non in alio gloriatur, ostendit subdens; *In Christo enim Iesu &c.* In illo siquidem maxime gloriatur, quod valet, & adiuuat ad coniungendum Christo, hoc enim Apostolus desiderat, scilicet cum Christo esse. Et quia non valet ad hoc ritus Iudaicus, nec Gentilium obseruantia, sed crux Christi solum, ideo solum in ea gloriatur, & hoc est quod dicit; *In Christo, neque circuncisio aliquid valet*. idest ritus Iudaicus; *Neque præputium*. idest gentilitatis obseruantia, idest ad iustificãdum, & adiungẽdum Christo: sed ad hoc valet; *Noua creatura*. Quod quidem patet ex his quæ dicta sunt supra 5. (quasi eisdem verbis,) In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata, est noua creatura. Creati nanque & producti sumus in esse naturæ per Adam: sed illa quidem creatura vetusta iam erat, & inueterata, & ideo Dominus producens nos, & constituens in esse gratiæ, fecit quandam nouam creaturam. Iac. 1. Vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et dicitur

LECTIO IIII.

MIHI autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu ne-

dicitur noua: quia per eam renouamur in vitam nouam, & per spiritum sanctum. Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et per crucem Christi 2. Cor. 5 Si qua est in Christo, noua creatura &c. Sic ergo per nouã creaturam, scilicet per fidem Christi & charitatem Dei, quæ diffusa est in cordib⁹ nostris, renouamur, & Christo coniungimur.

que circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.

LECTIO V.

APERTA intentione seducẽtiũ, & insinuata sua, hic cõsequenter apostolus monet eos: & primo ad sui imitationem. Secundo, vt desistant ab eius molestatione, ibi; *De cætero nemo &c.* Tertio, implorat eis gratiæ auxilium ad prædictorum impletionem. Dicit ergo primo, Intentio mea est, vt non nisi in cruce Christi glorier, quod & vos debetis facere, quia; *Quicunque hanc regulam*. quam ego scilicet teneo; *Secuti fuerint*, scilicet hanc rectitudinem gloriandi 2. Cor. 10. Non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ &c. *Pax super illos*. scilicet gloriantes: quia non nisi in Christo gloriantur: pax, inquam, qua quietentur, & perficiantur in bono. Pax enim est tranquilitas mentis. Cant. 8. Ex quo facta sum coram illo, quasi pacem reperiens. Col. 3. Pax Christi exultet in cordib⁹ vestris, in qua &c. *Et misericordia*. per quam liberentur a peccatis. Tren. 3. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. Sap. 4. Gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Qui scilicet, sunt Israel. Rom. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est. Ille ergo est; *Israel Dei*, qui est spiritualiter Israel coram Deo. Ioann. 1. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Roman. 9. Nõ enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ &c. sed qui filii sunt promissionis, existimantur in semine. Vnde & ipsi Gentiles facti sunt Israel Dei, per mentis rectitudinen. Israel rectissimus interpretatur. Gen. 32. Israel erit nomẽ tuũ &c. Consequenter cum dicit; *De cætero nemo &c.* monet, vt desistant a sui molestatione. Et primo, ponit admonitionem. Secundo, rationem eius assignat, ibi; *Ego enim stigmata*. Dicit ergo; *De cætero &c.* quod potest dupliciter exponi. Vno modo, vt de cætero, accipiatur in vi vnius dictionis, vt sit sensus, De cætero, idest ammodo. Alio modo, vt accipiatur in vi duarum dictionum, vt sit sensus. De residuo, nemo &c. quasi dicat. Ego gloriabor tantum in cruce, de omnibus aliis; *Nemo mihi molestus sit*, quia ego de nullo curo. Sed prima melior est. Quod autem dicit; *Nemo mihi molestus sit*. potest referri ad pseudo qui molesti erãt apostolo, mouendo quæstiones, & murmurando de obseruantiis legalibus. Psal. 34. Ego aũt dũ mihi molesti essent, indue bar cilicio &c. Vel potest referri ad auditores, non recte sentientes, vt dicat, Nemo mihi molestus sit, i. nullus auditor exhibeat se talem, vt rursum in eo necessitatẽ habeam laborandi, scilicet aliter sentiendo quàm doceam. Rationem autẽ horum, assignat dicens; *Ego enim stigmata &c.* Stigmata enim proprie sunt, quædam notæ impressæ alicui cum ferro candenti, sicut cum seruus ab aliquo domino signatur in facie, vt nullus cũ sibi vendicet, sed quiete dimittat domino suo, cuius stigmata portat. Hoc etiam modo Apost. dicit se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit vt seruus Xpi. Et hoc, quia portabat insignia passiõis Christi, patiens pro eo multas tribulationes in corpore suo, secundum illud 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplũ &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationem domini Iesu in corpore nostro circunferentes &c. Et secundum hoc, dupliciter potest continuari ad præmissa. Vno modo, vt dictum est, Nemo mihi molestus sit. Nã ego porto insignia Domini nostri Iesu Christi in corpore meo, & sic nullus super me ius habet nisi Christus. Alio mõ, Nemo mihi molestus sit, quia ego habeo multos alios cõflictus & stigmata, quæ in persecutionibus quas patior me molestant, & graue est addere afflictionem afflicto. Vnde conqueritur Iob. 16. Conscidit me vulnere super uulnus. Sed prima melior est. Implorat autem auxilium gratiæ Dei, dicens; *Gratia domini nostri Iesu Christi &c.* per quã prædicta implere possitis; *Sit cum spiritu vestro*, i. cum ratione vestra, vt veritatem intelligatis. Vel cum spiritu vestro, quo scilicet debetis legem obseruare, & non carnaliter. Romanorum, 8. Non enim accepistis &c.

LECTIO V.

ET quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super Israel Dei. De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego. n. stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Finis expositionis. D. Tho. Aquinatis in Epistolam ad Galatas.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

PROLOGVS S. THOMAE.

IGo confirmaui columnas eius. Psal. 74. Sicut dicit Sapiens, Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri. Ideo non immerito commendatur Apostolus, quia & si Ephesios in fide non fundauit, tamen fundatos in fide confirmauit, vt ipse loquens de Ecclesia Ephesiorum, vere possit dicere. Ego cõfirmaui colũnas eius: ego videlicet, Israelita natiõe, Christianus religione, Apostolo. dignitate. Israelita dico natione. nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ de tribu Beniamin. 2. Co. 11. Item Christianus religione Galat. 2. Ego enim per legem mortuus sum legi, vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci: viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chrs: quod autem nũc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Item, Apostolus dignitate. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum. De his tribus. 2. Cor. 11. Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. Talis debet esse prædicator sapiẽtiæ salutaris, scilicet Israelita quo ad contemplationem Dei. Christianus quo ad religionem fidei, Apostolus quo ad authoritatem officii. Ego ergo Iudæus per originem, quærens Deum per fidem, Apostolus Dei per imitationẽ, confirmaui &c. Confirmaui ne a fide vacillarent, sicut artifex confirmat ædificium ne cadat. Vnde dictum est Petro, Lucæ, 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. quod fecit Paulus. unde ei competit illud. Iob. 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui: Confirmauit item ne pseudo timerẽt, sicut Episcopus confirmat puerum ad robur contra pusillanimitatem. unde dictum est de Dauid in Psal. 88. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, nihil proficiet inimicus in eo &c. Psal. 32. Verbo domini per Paulum scripto, cœli 1. Ephesii firmati sunt &c. s. ne præmium gloriæ amitterent sicut ꝑlatus vel priceps cõfirmat donũ ne postea auferatur. Psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. has confirmationes petebat Psal. 32. dicens, Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis &c. has promittebat Apost. 2. Thess. vlt. fidelis autem Deus qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Ego ergo confirmaui columnas eius, scilicet fideles Eccles. Ephes. Fideles enim Ecclesiæ dicuntur columnæ, quia debent esse recti, erecti, & fortes. Recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem. Recti dico per fidem, fides enim ostendit rectam viam veniendi ad patriam. unde significatur per columnam nubis, de qua Exod. 13. Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis. Fides enim ad modum nubis habet obscuritatem, quia cum enigmate: dissolutionem, quia euacuatur: humiditatem, quia excitat ad deuotionem. Erecti per ꝑem, spes. n. dirigit ad superna. unde significatur per columnam fumi, de qua dicitur Iudic. 20. Viderunt quasi columnam fumi de ciuitate ascendentem. Spes enim ad modum fumi ex igne, i. ex charitate prouenit, in altum ascendit, in fine deficit, idest in gloria. Fortes per charitatem, fortis enim est vt mors dilectio: vt dicitur Cant. 8. unde significatur per columnam ignis qui omnia consumit: de quo. Sap. 18. Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Sicut enim ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic charitas illuminat opera, examinat intentionem, & omnia vitia exterminat. Iam apparet quæ sit causa huius epistolæ efficiens, quia Paulus: quod notatur ibi, Ego. Finalis, quia confirmatio, quod notatur, ibi, Confirmaui. Materialis, quia Ephesii, quod notatur, ibi, Columnas eius. Formalis patet in diuisione epistolæ, & modo agendi. Huic epistolæ præmittit glosator prologum siue argumentum, vbi principaliter duo facit. Primo, describit eos. Secundo, rationem & modum scribendi subdit, ibi. Hos collaudat Apostolus &c. Ephesinos vero quibus scribit, describit a tribus. Primo, a regione, quia Ephesii sunt Asiani ab Asia minore. Secundo, a religione, quia hi accepe runt verbum veritatis Christianæ. Tertio a stabilitate, quia perstiterunt in fide. Primum, respicit patriam. Secundum, gratiam. Tertium, perseuerantiam, Hos collaudat Apostolus &c. Hic subdit etiam rationem & modum scribendi, vbi implicat quatuor. Primo, scripturæ rationem. Secundo, actorem, qui est Apostolus scribens. Tertio, locum a quo scribit; quia a Roma de carcere. Quarto, nuntium ꝑ quẽ scribit, quia ꝑ Tichicum diaconũ, litera satis patet.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et

LECTIO PRIMA.

HANC epistolam scribit Apost. Ad Ephesios. Ephesii sunt Asiani, ab Asia minore, quæ est pars Græciæ: hi non fuerunt per Apostolum Paulum in fide fundati: sed cõfirmati. Iam enim antequam veniret ad eos, erant conuersi, vt haberi potest Act. 19. Factum est cum Apollo esset Corint. &c. Post conuersionem vero suam & Apostoli confirmationem, in fide perstiterunt, nec pseudo receperunt. Non ergo reprehensione, sed consolatione digni erant. Ideo Paulus eis non increpatoriam, sed consolatoriam scribit epistolam. Scribit autem eis ab vrbe Roma per Tichicum diaconum. Intentio vero eius est, eos in bonis habitis confirmare, & ad altiora prouocare. Modus autem agendi patet in diuisione epistolæ. Primo ergo ponit salutationem, in qua suum affectum ad eos demonstrat. Secundo, narrationem, in qua eos in bonis habitis confirmat, ibi; *Benedictus Deus &c.* vsq; ad 4. cap. Tertio, exhortationem, in qua eos ad vlteriora bona prouocat, a cap. 4. vsque ad locum illum cap. 6. *De cætero fratres confortamini in Domino &c.* Quarto, epistolæ conclusionem, in qua eos ad certamen spirituale confortat a loco isto, De cætero, vsque in finem. In salutatione primo ponitur persona salutans. Secundo personæ salutatæ, ibi; *Sanctis omnibus &c.* Tertio, forma salutationis, ibi; *Gratia vobis &c.* In prima, primo nominat personam, ibi; *Paulus*, Secundo, personæ authoritatem, ibi; *Apostolus Christi*, Tertio authoritatis datorem, ibi; *Per uoluntatem Dei*, Dicit ergo, *Paulus Apostolus*. Paulus nomen est humilitatis, Apostolus vero nomen est dignitatis, quia qui se humiliat, exaltabitur, Luc. 14. & 18. Apostolus, inquam; *Iesu*, non sathanæ, sicut pseudo. 2. Cor. 11. Non est ergo magnum si ministri eius, scilicet sathanæ, transfigurentur velut ministri iustitiæ &c. Apostolus, inquam, & hoc non meis meritis, sed per voluntatem Dei. Econtra est in multis. Osee. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me &c. *Sanctis omnibus*, scilicet qui sunt *Ephes*, & fidelibus supple scribit. Vel ego Paulus scribo sanctis exercitio virtutum quo ad mores; *Fidelibus*, rectitudine cognitionis quo ad finem: vel sanctis, idest maioribus & ꝑfectis: fidelibus, idest minoribus, & imperfectis; *Et fidelibus*, inquam; *In Christo*, non in factis suis; *Gratia vobis & pax &c.* Hic subditur salutationis forma, in qua implicantur tria, donum quodlibet gratificantia, doni sufficientia, ibi; *Gratia vobis & pax*. Datoris potentia, ibi; *A Deo patre*. Mediatoris excellentia, ibi, *Et domino Iesu Christo*. Tunc enim gratum est donum quando sufficiens est quod datur, quando a potente datur: vt quãdo a rege, vel principe datur, quando per solẽnem nuntium datur, vt per filium. Dicit ergo; *Gratia*, scilicet, iustificationis a culpa; *Et pax*, idest tranquillitas mẽtis, vel reconciliatio ad Deum, quo ad liberationem a debita pœna pro offensa; *Vobis*, supple sit, ex hoc scilicet; *A Deo patre nostro*, a quo bona cuncta procedunt. Iac. 1. Omne datum optimum &c. *Et Domino Iesu Christo*, sine quo nulla bona dantur. Ideo fere omnes orationes finiuntur Per Dominum nostrum Iesum Christum. Spiritum sanctum non nominat, quia cum sit nexus patris & filii, intelligitur in extremis, vel intelligitur in donis sibi appropriatis, quæ sunt gratia & pax. Deinde cum dicit

dicit; *Benedictus Deus &c.* Hic gratias agendo, eos in bono confirmat, & hoc tribus modis. Primo, ratione sumpta ex parte Christi, a quo multa bona adepti sunt, capite isto. Secundo, ratione sumpta ex parte ipsorum, qui de præterito statu malo, ad bonum præsens translati sunt, capit. 2. ibi; *Et vos cum essetis mortui &c.*

Tertio, ratione sumpta ex parte Apostoli, cuius ministerio & diligentia in bono statu positi, confirmati sunt cap. 3. ibi; *Huius rei gratia &c.* Iterum prima in tres diuiditur: quia primo gratias agendo, tangit beneficia generaliter. Secundo, beneficia exhibita ipsis Apostolis specialiter ibi; *Quæ superabundauit in vobis &c.* Tertio, beneficia exhibita ipsis Ephesiis specialiter, ibi; *In quo & vos cum audissetis &c.* Beneficia vero exhibita generaliter humano generi tangit sex. Primum benedictionis, in certitudine futuræ beatitudinis, ibi; *Benedictus &c.* Secundum electionis, in præordinata separatione a massa perditionis, ibi; *Sicut elegit nos in ipso &c.* Tertium prædestinationis, in præordinata associatione cum bonis. s. cum filiis adoptionis, ibi; *Qui prædestinauit nos &c.* Quartum gratificationis, in collatione gratiæ, ibi; *In quo gratificauit nos &c.* Quintum redemptionis, in liberatione a pœna. i. a diaboli seruitute, ibi; *In quo habemus redemptionem &c.* Sextum remissionis, in deletione culpæ, ibi; *Remissionem peccatorum &c.* Circa beneficium benedictionis, tangit duo. Primo, præconium, quod debet impendi, ibi; *Benedictus Deus &c.* Secundo, beneficium, propter quod debet impendi, ibi; *Qui benedixit nos &c.* Dicit ergo; *Benedictus*, scilicet a me, a uobis, & ab aliis. s. corde, & ore, & opere. i. laudatus; *Deus & pater*, idest ille, qui est Deus per essentiam diuinitatis, & pater propter proprietatem generationis. Incidit autem copulatio, non ratione suppositionis, quia idem est suppositum, sed ratione significationis essentialiter & relatiue. Pater, inquam; *Domini nostri Iesu Christi*, idest filii, qui est Dominus noster secundum diuinitatem: Iesus Christus secundum humanitatem. Qui. s. Deus; *Benedixit nos in* ipe in præsenti, sed in futuro benedicet in re. Ponit autem præteritum pro futuro propter certitudinem. Benedixit, inquam, nos, licet nostris meritis maledictos; *In omni benedictione spirituali*, scilicet quantum ad animam, & quantum ad corpus. Tunc. n. erit corpus spirituale. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Benedictione, inquã, habita; *In cœlestibus*, i. in cęlo. Et hoc; *In Christo*, 1. per Christum, vel in Christo operante, Ipse. n. est, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Phil. 3. Valde appetenda est benedictio hæc. Et ratione efficientis: quia Deus est benedictio hæc. Et ratione materiæ, quia nos benedicit. Et rõne formę, quia in omni benedictione spirituali benedicit. Et ratione finis, quia in cœlestibus benedicit. Psal. 127. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dñm. Deinde cum dicit; *Sicut elegit nos &c.* Tangitur beneficium electionis, vbi cõmendatur electio ista, quia libera, ibi; *Sicut elegit nos in ipso*, quia æterna, ibi; *Ante mundi constitutionem*, quia fructuosa, ibi; *Vt essemus &c.* Quia gratuita, ibi; *In charitate*. Dicit ergo, Ita benedicet nos, non nostris meritis, sed ex gratia Christi, sicut elegit nos, & gratis a massa perditionis separando, præordinauit nos in ipso. i. per Christũ. Ioã. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Et hoc; *Ante mundi constitutionem*, i. ab æterno, antequam fieremus. Roma. 9. Cum nondum nati fuissent &c. *Elegit*, inquam, nõ quia sancti essemus (quia nec eramus) sed ad hoc elegit nos; *Vt essemus sancti* virtutib⁹; *Et immaculati* a vitiis. Vtrũq;. n. facit electio ꝗm duas partes iustitiæ Psal. 33. Declina a malo, & fac bonũ. Sancti, inquã; *In conspectu eius*, i. interius in corde, vbi ipse solus conspicit. 1. Reg. 16. Deus autẽ intuetur cor. Vel; *In conspectu eius*, i. vt eum inipiciamus, quia visio est tota merces, ꝗm August. Et hoc fecit, non nostris meritis, sed in charitate sua, vel nostra, qua nos formaliter sanctificat. Deinde cũ dicit; *Qui prædestinauit &c.* Subdit tertium beneficium. s. prædestinationis, in præordinata associatione cũ bonis. Vbi circa prædestinationẽ implicat sex. Primo, actum æternũ, ibi; *Prædestinauit*. Secundo, temporale obiectum, ibi; *Nos*. Tertio, præsens cõmodum, ibi; *In adoptionem &c.* Quarto, fructũ futurũ, ibi; *In idipsum*. Quinto, modum gratuitum, ibi; *Secundum propositum*. Sexto, effectũ debitũ, ibi; *In laudem gloriæ &c.* Dicit ergo, Qui. s. Deus; *Prædestinauit nos*, idest sola gratia præelegit in adoptionem filiorum, idest, vt associaremur cum aliis filiis adoptionis in bonis, quæ habituri sunt: ideo dicit; *In adoptionem filiorum*. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Et infra, Adoptionem filiorum expectantes. Quia vero illud quod fit ignitum, per ignem hoc oportet fieri, quia nihil consequitur participationem alicuius, nisi per id quod est per naturam suam tale: ideo adoptionem filiorum oportet fieri per filium naturalem. Et ideo addit Apost. *Per Iesum Cristum*. Et hoc est tertium, quod tangitur in isto beneficio, scilicet mediator alliciens. Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. vt adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc; *In ipsum*; idest, inquantum ei conformamur, & in spiritu seruimus. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filii Dei nominemur, & simus. Et sequitur ibidem, Et scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Vbi notandum est, quòd duplex est similitudo prædestinatorum ad filium Dei, quædam imperfecta, quæ est per gratiam, & dicitur imperfecta. Primo quidem, quia solum est secundum reformationem animæ, de qua Col. 3. Reformamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem &c. Secundo, quia etiam secundum animam habet quandam imperfectionem. Ex parte enim cognoscimus, vt dicitur. 1. Cor. 13. Alia vero similitudo erit perfecta, quæ erit in gloria, & quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum &c. & secundum animam, quia Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 1. Cor. 13. Quod ergo dicit Apostolus, quòd prædestinauit nos in adoptionem filiorum, potest referri ad imperfectã assimilationem filii Dei, quæ habetur in hac vita per gratiam: sed melius est, quòd referatur ad perfectam filii Dei assimilationem, quæ erit in patria, de qua adoptione dicitur Roma. 8. Ingemiscimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Causa prædestinationis diuinæ non est necessitas ex parte Dei, nec debitum ex parte prædestinatorum: sed magis est secundum propositum voluntatis suæ. In quo quarto commendatur beneficium, quia ex amore puro prouenienS, quia prædestinatio secundum rationem præsupponit electionem, & electio dilectionem. Duplex tamen hic causa huius beneficii immensi assignatur. Vna est efficiens, quæ est simplex Dei voluntas, ibi; *Secundum propositum voluntatis suæ* Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Iac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis suæ. Alia vero causa est finalis, quæ est, vt laudemus & cognoscamns bonitatem Dei, quæ notatur, ibi; *In laudem gloriæ gratiæ suæ*. Et hoc iterum est, a quo commendatur istud excellens beneficium, scilicet, seruitium sibi conuenicns. Causa enim diuinæ prædestinationis, est voluntas mera Dei, finis vero, cognitio eius bonitatis. Vnde notandum est, quòd Dei voluntas nullo modo habet causam, sed est prima causa omnium. Nihilominus tamen potest ei aliqua ratio assignari dupliciter, scilicet, vel ex parte volentis, & sic quædam ratio diuinæ voluntatis, est eius bonitas, quæ est obiectum voluntatis diuinæ, & mouet eam. Vnde ratio omnium eorum quæ Deus vult, est diuina bonitas. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Ex parte autem voliti, ratio diuinæ voluntatis potest esse aliquod esse creatum, sicut dum vult coronare Petrum, quia legitime certauit: sed hoc non est causa volendi, sed est causa, quòd ita fiat. Sciendum tamen est, quòd effectus sunt ratio voluntatis diuinæ ex parte voliti, ita scilicet, quòd effectus prior sit ratio vlterioris, sed tamen cum venitur ad primum effectum, non potest vltra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina, puta, Deus vult hominem habere manum, vt seruiat rationi, & hominem habere rationem, quia voluit eum esse hominẽ, & hominem esse voluit propter perfectionem vniuersi. Et quia hic est primus effectus in creatura, non potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creaturæ, sed ex parte creatoris, quæ est diuina voluntas. Ergo secundum hunc modum, nec prædestinationis potest ex parte creaturæ ratio aliqua assignari, sed solum ex parte Dei. Nam effectus prædestinationis sunt duo, scilicet gratia, & gloria. Effectuũ autem qui ad gloriam ordinantur, potest quidem ex parte voliti assignari ratio, scilicet gatia, puta, Petrum coronauit, quia legitime certauit, & hoc quia fuit firmatus in gratia: sed gratiæ quæ est primus effectus, non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis, quòd sit ratio prædestinationis, quia hoc esset ponere, quòd principium boni operis sit in homine ex seipso & non per gratiam, quod est hæresis Pelagiana, quæ dicit principium boni operis esse ex parte nostra. Sic ergo patet, quòd ratio prædestinationis est simplex Dei voluntas: propter quod dicit Apostolus, secundum propositum voluntatis suæ. Qualiter autem intelligatur, quòd Deus omnia facit & vult propter suam bonitatem, sciendum est, quòd aliqua operari propter finem, potest intelligi dupliciter. Vel propter finẽ adipiscẽdum, sicut infirmus accipit medicinã ,ppter sanitatẽ, vel pp amorẽ finis diffundẽdi, sicut medic⁹ operat pp sanitatẽ alteri cõmunicãdã. De⁹ aũt nullo exteriori a se bono ĩdiget, ꝗm illud Psal. 15. bonorũ meorũ nõ

Christum, in ipsum: secũdum propositum voluntatis suæ, in laudẽ gloriæ gratiæ suæ.

immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum

eges. Et ideo cum dicitur, quòd Deus vult & facit omnia propter bonitatem suam, non intelligitur, quòd faciat aliquid propter bonitatem sibi communicandam, sed propter bonitatem in alios diffundendam. Communicatur autem diuina bonitas creaturæ rationali proprie, vt ipsa rationalis creatura eã cognoscat. Et sic omnia, quæ deus in creaturis rationalib⁹ facit, creat ad laudem & gloriã suam, secundum illud Esa. 43. Omnẽ qui inuocat nomen meũ in gloriã meam creaui eum, vt scilicet cognoscat bonitatem, & cognoscendo laudet eam. Et ideo subdit Apostolus. In laudem gloriæ gratiæ suæ, idest, vt cognoscat quantum Deus sit laudandus & glorificandus. Non dicit autem, In laudem iustitiæ. Nam iustitia ibi locum habet, vbi inuenitur debitum, vel etiam redditur: quod autem prædestinatur ad vitam æternam non est debitum, vt dictum est, sed gratia pure gratis data. Nec solum dicit gloriæ, sed addit gratiæ, quasi gloriosæ gratiæ, quæ est gratia, in qua ostenditur magnitudo gratiæ, quæ consistit etiam in magnitudine gloriæ, & modo dandi: quia nullis meritis præcedentibus: sed adhuc immeritis existentibus eam dat. Vnde Rom. 5. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est &c. et parum post, Cũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Patet ergo, quòd prædestinationis diuinæ nulla alia causa est, nec esse potest, quàm simplex Dei voluntas. Vnde patet etiã quòd diuinæ voluntatis prædestinantis non est alia ratio, quàm diuina bonitas filiis communicanda.

LECTIO SECVNDA.

HIc ponit Apostolus quartum beneficiũ, scilicet gratificationis in collatione gratiæ. Circa quod duo facit. Primo, tangit huius beneficii collationem. Secundo, ostendit conferendi modũ & conditionem, ibi; *In quo habemus redemptionem &c.* Dicit ergo primo, Ego dico, quòd prædestinati sumus in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ, & dico gratiam in qua; *Gratificauit nos &c.* Circa quod sciendum est, quòd idẽ est aliquid esse gratum alicui, & esse dilectum ei. Ille enim est mihi gratus, quem diligo. Cum ergo Deus dilexerit nos ab æterno: nam elegit nos ante mundi cõstitutionem in charitate, sicut dictum est, quomodo ergo in tempore gratificauit? Et dicendũ est, quòd illos quos ab æterno in seipso dilexit, in tempore prout sunt in naturis propriis gratificat: & illud quidem quod ab æterno est, factum non est, quod vero in tempore est, fieri dicitur. Vnde hic Apostolus dicit; *Gratificauit*, idest gratos fecit, quòd sumus digni dilectione sua. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatem dedit nobis Deus pater, vt filii Dei nominemur, & simus. Consueuit autem distingui duplex gratia, scilicet, gratis data, quæ sine meritis datur. Roma. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia: & gratia gratum faciens, quæ nos facit Deo gratos & acceptos, de qua dicitur hic. Notandum est autem, quòd aliqui diliguntur propter aliũ, & aliqui propter seipsos. Cum enim aliquem multum diligo, diligo illum, & quicquid ad illum pertinet: nos autem a Deo diligimur, sed non propter nosipsos, sed in eo, qui per seipsum dilectus est patri. Et ideo Apostolus addit; *In dilecto filio*, pro quo scilicet, nos diligit, inquantum sumus ei similes: dilectio enim fundatur super similitudine. Vnde dicitur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Filius autem est per naturam suam similis patri: & ideo principaliter & per se dilectus est: & ideo naturaliter & excellentissimo modo est patri dilectus. Nos autem sumus filii per adoptionem, inquantum scilicet, sumus conformes filio eius, & ideo quandam participationem diuini amoris habemus. Ioan. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius: qui credit in filium habet vitam æternam. Col. 1. Transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ. Deinde cum dicit; *In quo habemus redemptionem &c.* Ponit modum ipsius. Circa hoc autem duo facit. Quia primo, proponit modum ex parte Christi. Secundo, ex parte Dei, ibi; *Secundum diuitias gratiæ eius &c.* Ex parte Christi, ponit duplicem modum: nam Christus per duo nos gratificauit. Sunt enim duo in nobis, quæ repugnant gratificationi diuinæ, scilicet peccati macula & pœnæ noxa. Et sicut mors repugnat vitæ, ita peccatum repugnat iustitiæ: ita vt per hoc elongati a Dei similitudine, Deo grati non essemus. Sed per Christum nos gratificauit. Primo quidem,

LECTIO II.

EN qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius,

ablata pœna: & quantum ad hoc dicit, quòd in Christo habemus redemptionem, scilicet a seruitute peccati 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine &c. Apoc. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Secundo, dicimur redempti, quia a seruitute qua propter peccatum detinebamur, nec p nos plene satisfacere poteramus, per Christũ liberati sumus, quia moriendo pro nobis satisfecit Deo patri, & sic abolita est noxa culpæ. Vnde dicit; *In remissionem peccatorum*. Ioan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Luc. vlt. Oportebat Christũ pati & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum. Modus autem ex parte Dei ponitur, cum dicit; *Secundum diuitias &c.* quasi dicat, quòd Deus gratificans nos, non solum culpam remisit nobis, sed filium suum dedit, qui pro nobis satisfecit: & hoc fuit ex superabundanti gratia, qua voluit per hoc honorẽ humanæ naturæ conseruare, dum quasi per iustitiam homines a seruitute peccati & mortis voluit liberare per mortem filii sui. Et ideo dicit; *Secundum diuitias gratiæ eius*. Quasi dicat. Hoc quòd redempti sumus & gratificati sumus per satisfactionem filii eius, fuit ex abundanti gratia & misericordia, prout immeritis tribuitur misericordia, & miseratio. Hæc autem quæ dicta sunt, prosecuti sumus secundum expositionem Glosæ: quæ quidem expositio videtur extorta, quia idem continetur in vno, quod in alio. Nam idem est dictu, elegit nos & prædestinauit nos. Et idem dicitur per hoc, quod dicit, vt essemus sancti & immaculati, & per hoc, quòd dicit, in adoptionem filiorum. Propter quod sciendũ est, quòd est consuetudo Apostoli, vt cum loquitur in aliqua difficili materia, quæ immediate sequũtur, sunt præmissorũ expositio, nec est ibi inculcatio verborum, sed expositio, & hunc modum seruat hic Apost. Vnde seruato eodem verborum pondere, aliter a principio, diuidam⁹, & dicam⁹, ꝙ pars ista; *Benedictus Deus &c.* diuiditur primo in tres partes: quia Apostolus primo reddit gratiarum actionem, ibi; *Benedictus Deus &c.* Secundo, recitat omnium beneficiorum simul largitionem, ibi; *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali &c.* Tertio, ponit diuinorum beneficiorum in speciali apertam expressionẽ, ibi; *Sicut elegit &c.* Et hæc diuiditur in duas partes: quia primo, beneficia distincte exprimit: secundo, ea exponit, ibi; *Qui prædestinauit nos &c.* Explicat autem beneficia. Primo, quantum ad electionem. Secundo, quantum ad ea, quæ sequuntur, ibi; *Vt essemus sancti &c.* Exponit autem primo, de electione. Est enim duplex electio, s. præsentis iustitiæ, & prædestinationis æternæ: de prima. Ioan. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Et de hac Apostolus non intendit hic, quia ista non fuit ante mundi constitutionem: & ideo statim manifestat de qua intelligit: quia de secũda, scilicet de æterna prædestinatione propter quod dicit; *Prædestinauit nos &c.* Et quia dicit; *In Christo*, scilicet, vt Christo essemus similes & conformes, secundum quod adoptamur in filios: ideo subdit; *In adoptionem filiorum per Iesum Christum*. Hoc vero quod dixit; *In charitate*, exponit, cum dicit; *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius*. quasi dicat. Nos habemus &c. Quod vero dicit; *Et immaculati*, exponit cũ dicit; *In remissionem peccatorum*. Hoc vero quod dicit; *In conspectu eius*, exponit dicens; *In laudem gloriæ gratiæ suæ*.

LECTIO III

VE superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia: vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in di-

LECTIO TERTIA.

POSITIS beneficiis communiter omnibus collatis: hic Apostolus ponit beneficia specialiter Apostolis collata. Diuiditur autem hæc pars in duas, quia primo proponit beneficia singulariter Apostolis collata. Secundo, ostendit causam eorum ibi; *In quo & nos sorte vocati &c.* Circa primum tria facit: quia primo, proponit singularia Apostolorum beneficia quantum ad excellentiam sapientiæ. Secundo, quantum ad specialem reuelationem sacramenti absconditi, ibi; *Vt notum faceret &c.* Tertio, exponit quod sit illud sacramentum, ibi; *Secundum beneplacitum &c.* Dicit ergo primo, Dico quòd secundũ diuitias gratiæ eius omnes fideles communiter tam vos quàm nos, habemus redemptionem & remissionem peccatorum per sanguinem Christi, quæ quidem gratia; *Superabundauit in nobis*, idest abundantius fuit, quàm in aliis. Ex quo apparet temeritas illorum (vt non dicam error) qui aliquos sanctos præsumunt comparare Apo-

Apostolis, in gratia & gloria. Manifeste enim patet ex verbis istis, quòd Apostoli habent gratiam maiorem quàm aliqui alii sancti, post Christum & virginem matrem. Si vero dicatur alios sanctos tantum mereri posse, quantum & Apostoli meruerũt & per consequens tantam gratiam habere, Dicendum est, quòd bene argueret, si gratia pro meritis daretur: quod si ita esset, iam non esset gratia: vt dicitur Roma. 11 Et ideo, sicut Deus prœordinauit aliquos sanctos ad maiorem dignitatem, ita & abundantiorem gratiam eis infudit, sicut Christo homini, quem ad vnitatem personæ assumpsit, contulit gratiam singularem. Et gloriosam virginẽ Mariam, quam in matrem elegit, & quantum ad animam & quantum ad corpus gratia impleuit: & sic Apostolos, sicut ad singularem dignitatem vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit: propter quod dicit Apost. Ro. 8. Nosipsi primitias spiritus habentes. Glo. tempore prius, & cæteris abundantius. Temerarium est ergo, aliquem sanctum Apostolis comparare. Superabundauit ergo gratia Dei in Apostolis in omni sapientia. Nam Apostoli præpositi sunt ecclesiæ sicut pastores. Hier. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Duo autem spectant ad pastores, scilicet vt sint sublimes in cognitione diuinorum, & industrii in actione religionis. Nam subditi instruendi sunt in fide, & ad hoc necessaria est sapientia, quæ est cognitio diuinorum, & quantum ad hoc dicit; *In omni sapientia* Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiã, cui non poterunt resistere, nec cõtradicere omnes aduersarii vestri. Item gubernandi sunt subditi in exterioribus, & ad hoc necessaria est prudẽtia. Dirigit enim in temporalibus, & quantum ad hoc dicit; *Prudentia* Matt. 10. Estote ergo prudentes &c. Sic ergo apparet beneficium Apostolorum, quantum ad excellentiã sapientiæ. Sequitur eorum beneficium quantum ad excellentiã reuelationis, ibi; *Vt notum faceret sacramentum &c.* quasi dicat Sapientia nostra non est, vt sciamus naturas rerum, & syderum cursus, & huiusmodi, sed in solo Christo 1. Cor. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum &c. Vnde hic dicit; *Vt notum faceret sacramentum*, idest sacrum secretum, scilicet mysterium incarnationis, quod fuit ab initio absconditum. Causam autem huius sacramenti absconditi subdit, dicens; *Voluntatis*. Nam effectus futuri non cognoscunt nisi cognitis causis, sicut eclipsim futuram non cognoscimus, nisi cognoscendo causam eius. Cum ergo causa mysterii incarnationis sit voluntas Dei: quia propter nimiam charitatem quam Deus habuit ad homines, voluit incarnari: Ioann. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Voluntas autem Dei occultissima est 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Causa ergo incarnationis occulta fuit, nisi quibus Deus reuelauit p spiritũ scm: sicut Apost. dicit 1. Cor. 2. Dicit ergo *Vt notum faceret sacramentum* idest sacrũ secretũ, quod ideo est secretũ, quia voluntatis suæ. Mat. 11. Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Item Col. 1. Mysteriũ quod absconditum fuit a seculis & generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. Quid autem sit hoc sacramẽtum exponit dicens; *Secundum beneplacitum &c.* Quæ quidem sententia intricata est, & debet sic construi; *Vt notum faceret &c.* Quod quidem sacramentũ est instaurare omnia in Christo, idest per Christum, Omnia dico; *Quæ in cœlis & in terris sunt.* Instaurare, inquam in eo, scilicet Christo, cum; *Dispensatione plenitudinis temporum*, & hoc secundum beneplacitum eius. Vbi tria tangit, scilicet sacramenti causam, temporis congruitatem, & sacramenti vtilitatem. Causam quodammodo tangit, cum dicit, Secundum beneplacitum. Licet autem quicquid Deo placet, bonum sit: hoc tantum beneplacitum Dei, anthonomastice bonum dicitur, quia per ipsum ad perfectam fruitionem bonitatis perducimur. Ps. 146. Beneplacitũ est Domino super timentes eum &c. Rom. 12. Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Congruitas temporis fuit in dispensatione plenitudinis, de qua dicitur Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Vnde Apost. hic excludit quæstionem friuolam, quam Gentiles quærere consueuerunt: vt enim dicitur Iob. 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Vnde sicut omnia ordinat & dispensat; ita & tempora, dispensando & accommodando ea effectibus quos producit secundum congruentiam eorum. Sicut autem aliis effectibus ab eo productis tempora ordinata sunt, ita & certum tempus præordinauit ab æterno mysterio incarnationis; quod quidem tempus secundum Glo. existens fuit postquã

spensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, & quæ in cœlis & quę in terra sunt, in ipso.

F homo conuictus fuit de sua insipientia ante legem scriptam, dũ scilicet creaturas colebat, vt creatorem: vt dicitur Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: & de impotentia per legem scriptam, quam implere non poterat: vt sic homines aduentum Christi de sua sapientia & virtute non præsumentes, nõ contemnerent: sed quasi infirmi & quodammodo ignari, Christum audius affectarent. Et effectus huius sacramẽti est; *Instaurare omnia* Nã inquantum facta sunt propter hominem, omnia instaurari dicũtur. Amos 9. Suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & ræedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo; *Omnia* inquam; *Quæ in cœlis*, idest angelos: non q̃ G pro angelis mortuus sit Christus, sed quia redimendo hominem reintegratur ruina angelorum. Psal. 109. Implebit ruinas &c. vbi cauendus est error Origenis, ne per hoc credamus angelos damnatos, redimendos esse per Christum, vt ipse finxit; *Et quæ in terris*, inquantum cœlestia terrenis pacificat. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt: quod est intelligendum quantum ad sufficientiam, & si omnia non restaurentur quantum ad efficaciam.

LECTIO II II.

IN quo etiã nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium volũtatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo.

LECTIO QVARTA.

SVPRA posuit Apost. abundantiam gratiæ, quam ipse & alii Apostoli a Christo receperunt: ne autem crederet aliquis eos propriis meritis eam recepisse: ideo consequenter ostendit, quòd gratis eam receperunt, vocati a Deo non propriis meritis. Diuiditur autem pars ista in tres, quia primo proponit gratuitam vocationem. Secundo, voluntariam Dei prædestinationem, ibi; *Prædestinati secundum propositum eius* &c. Tertio, vtriusque finem, ibi; *Vt simus in laudem gloriæ eius &c.* Dicit ergo, Dixi quòd huiusmodi gratia superabundauit in nobis, & quòd in Christo omnia restaurata sunt; *In quo etiam*. i. per quẽ Christum; *Nos sorte sumus vocati*, idest non nostris meritis, sed diuina electione. Colo. 1. Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine &c. Psal. 30. In manib⁹ tuis sortes meæ. Ad huius autẽ intellectũ sciendũ est, q̃ multa fiunt inter homines, quæ fortuita videntur & contingentia: quæ tamen sunt secundum diuinam prouidentiam ordinata. Sors nihil aliud est, quàm exquisitio prouidentiæ diuinæ de aliquo contingenti & humano. Vnde Aug. super illud Psal. 30. In manibus tuis sortes meæ dicit, quòd sors non est aliquod malum, sed in rebus dubiis diuinam exquirens voluntatem. Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum. Primo quidem I superstitionis: nam omnis vana & illicita religio superstitio est. Tũc ergo in sortibus incurritur peccatum illicitę superstitionis, quando in eis initur aliquod pactum cum dæmonibus. Vnde dicitur Ezech. 21. Stetit res Babylonis in biuio, in capite duarũ viarum diuiationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit. Commiscere enim sagittas ad sortilegium pertinet: & interrogare idola, ad superstitionem. Et ibi sortilegium damnatur inter peccata ad superstitionem pertinentia. Secundo vitandum est peccatum tentationis Dei, nam quãdiu per se homo aliquid potest facere & scire quid debeat facere, si tunc a Deo sorte, vel aliquo alio loco tali exploret quid facere debeat, Deum tentat. Quando autem necessitas imminet, neque ipse per seipsum iuuari potest, tunc licite a Deo inquirit quid facere debeat 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertio, vitandum est peccatum vanitatis: q̃d K fit si de inutilibus & impertinentibus ad nos inquiramus, vtputa, de futuris contingentibus. Vnde dicitur Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate. Potest ergo secundum hoc triplex sors accipi, scilicet quædam diuisoria, quædam consultoria, & quædam diuinatoria. Diuisoria est, cũ aliqui diuidentes hæreditatem & concordare non valentes mittunt sortes, puta, anulum, vel cartam: vel aliquid tale ostendendo dicentes: ille cuicunque euenerit, habebit partem istam in hæreditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licite. Prou. 18. Contradictiones comprimit sors: & inter potentes quoque diiudicat, idest inter volentes diuidere. Consultoria aut fit, quando quis dubitans quid facere debeat consulit Deum mittens sortes: Ionæ 1. dicitur, quòd quando superuenit tempestas illa in mari, cõsuluerunt Deum, sortem mittentes, vt scirent cuius peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est, maxime in necessitatibus & in electionibus potestatum secularium. Vnde faciunt rotulos de cera, inquorũ quibusdam ponũt aliquas cartas & in quibusdam non, quos bussulos

los vocãt, vt illi quibus veniunt bussuli cũ cartis, habeant voces A in electione. Sed hoc ante aduentum spiritus sancti, Apostoli fecerunt etiam in electione spirituali. Acto. 1. quando sors cecidit super Mathiam: sed hoc post aduentum spiritus sancti, amplius non licet in prędictis electionibus, quia hoc faciendo, iniuriaretur spiritui sancto.

Credendũ est enim, quòd spiritus sanctus prouidet ecclesiæ suæ de bonis pastoribus. Vnde post aduentũ spiritus sancti, quãdo Apostoli elegerunt septem dyaconos, non miserunt sortes, & ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria autem sors, B est inquisitio de futuris soli diuinæ cognitioni reseruatis. Et hæc semper habet vanitatem admistam, nec potest sine vitio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est, quàm inquisitio rerum, quæ ex diuina voluntate fiunt: gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet, inde est, quòd gratia diuinæ electionis dicitur sors, quia Deus per modum sortis secundum occultam prouidentiam, non ex alicuius meritis, per gratiam internam vocat. Deinde cum dicit, *Prædestinati, &c.* Ponit voluntariam Dei prædestinationẽ de qua dicitur Rom. 8. Quos prædestinauit hos & vocauit. Cuius quidem prædestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas, propter quod subdit, *Secundum propositum eius.* Roma. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quòd autem secundũ propositũ prędestinauerit, probat: quia non solum hoc, sed etiam omnia alia, quę Deus facit, operatur secundum consilium voluntatis suæ. Psal. 134. Om- C nia quæcunque voluit Dominus fecit. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Non autem dicit secũdum voluntatem, ne credas quòd sit irrationabilis, sed *Secundum consiliũ voluntatis suæ*, idest secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione, non secundum quòd ratio importat discursum, sed secundum quòd designat certam & deliberatam voluntatem. Vltimo autem tangit finem vtriusque scilicet prædestinationis & vocationis, scilicet laudem Dei. Vnde dicit, *Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo*, & per nos, qui credimus in Christo laudetur gloria Dei Esa. 55. Montes & colles cantabunt corã Deo laudem. Laus autem gloriæ Dei (vt dicit Ambrosius) est, cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est cum multos acquirit & curat. Eccle. 2. Qui timetis Dominum sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM enarrauit apostolus beneficia collata cõmuniter omnibus fidelibus, exhibita specialiter Apostolis: hic D consequenter enumerat beneficia ipsis Ephesiis collata. Diuiditur autem pars ista in duas, quia primò proponit beneficia eis exhibita. Secundò insinuat affectum suum ex ipsis beneficiis excitatum, ibi; *Propterea & ego audiens, &c.* Prima iterum in tres diuiditur, secundum tria beneficia eis exhibita: quia primò proponit beneficium prædicationis. Secundo, beneficium conuersionis ad fidem, ibi; *In quo & credentes signati estis.* Tertiò beneficium iustificationis, ibi *Signati estis, &c.* Dicit ergo quantum ad primũ, *In quo*, scilicet, Christo *& nos cum audiuissetis*, id est, cuius beneficio & virtute audiuistis *Verbum veritatis*, idest verbum prædicationis, inquantum ipse Christus ad vos prædicatores misit. Rom. 10. Quomodo audient sine prædicante? quomodo vero prędicabunt, nisi mittantur? Item eodem infra, Ergo fides ex auditu, E auditus autem per verbum Dei. Eius ergo beneficio audiũt, qui prædicatores eis mittit. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Hoc verbum prædicationis tripliciter commendat Apost. Primo à veritate, cum dicit, Verbum veritatis, Quippe quia accipit originem à Christo: de quo dicitur Ioann. 17. Sermo tuus veritas est. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suę. Secundo, quia est annuntiatio bona. Vnde dicit, *Euangelium*, quod quidem annuntiat summum bonum & vitam æternam: & anthonomatice verbum fidei, Euangelium dicitur, quasi annuntiatio summi boni. Esa. 52. Quam pulchri pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. Eodem. 41. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon. Et hoc est quantum ad futura bona. Tertio de scribitur & commendatur quantum ad bona præsentia, quia saluat. Vnde dicit, *Salutis vestræ*, idest, quod creditum dat salutem. Roma. 1. Non enim erubesco euanglium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 1. Cor. 15. Notum autem vobis facio fratres euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. Quantum autem ad beneficium conuersionis ad fidem, dicit, *In quo* scilicet, Christo, idest, in cuius operatione vos credentes *Signati estis.* Quod quidem beneficium ideo apponitur fidei, quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbum veritatis, si non crederet, & ipsum credere est per Christum: infra. 2. Gratia enim estis saluati per fidem. Et hoc non ex vobis, donũ enim Dei est. Quantum vero ad beneficium iustificationis, dicit *Signati estis.* Et hoc *Per spiritum sanctum, qui*

LECTIO V.

IN quo & vos, cùm audiuissetis verbum veritatis (euãgeliũ salutis vestræ) in quo *datus est vobis*, de quo dicit tria, scilicet, quòd est signum, & quòd est spiritus promissionis, & quòd est pignus hæreditatis. Signum quidem est, inquantum per eum infunditur charitas in cordibus nostris, qua distinguimur ab his, qui non sunt filii Dei, & quantum ad hoc dicit, Signati estis, id est, diuisi à grege diaboli. Infra cap. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, &cæt. Sicut enim homines gregibus suis apponunt signa, vt ab aliis distinguantur, ita Dominus gregem suum, idest, populum suum spirituali signo voluit signari: Dominus autem populum peculiarem habuit, in veteri quidem testamento Iudæos. Ezech. 34. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Vnde Psal. 94. Nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius. Sed quia hic grex in pascuis corporalibus pascebatur, scilicet in doctrina corporali & in bonis temporalibus. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: ideo eum Dominus corporali signo, scilicet circuncisionis, ab aliis separauit & distinxit. Gene. 17. Eritque pactum meum in carne vestra. Prius autem dicitur, Circũcidetis carnem C præputii vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. In nouo autem testamento gregem habuit populum Christianum. 1. Pe. 2. Conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Ioan 10. Oues meæ, vocem meam audient, &c. Sed grex iste pascitur in pascuis doctrinæ spiritualis & spiritualibus bonis: ideo cum signo spirituali ab aliis Dominus distinxit: hoc autem est spiritus sanctus, per quem illi, qui Christi sunt, distingunturab aliis, qui non sunt eius: quia autem spiritus sanctus amor est, ergo tunc spiritus sanctus datur alicui, quando efficitur amator Dei & proximi. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Signum ergo distinctionis est charitas, quæ est à spiritu sancto. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. Spiritus verò promissionis dicitur triplici ratione. Primò, quia promissus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritum nouum ponam in medio vestri. Et Ezec. 37. Dabo vobis spiritum nouum. Secundò, quia datur cum quadam promissione, ex hoc enim ipso, quod datur nobis, efficimur filii Dei. Nam per spiritum sanctum efficimur vnum cum Christo. Rom. 8. Si quis autem spiritum Dei non habet, hic non est eius, & per consequens efficimur filii Dei adoptiui, ex quo habemus promissionem hæreditatis æternæ: quia si filii, & hæredes. Rom. 8. Tertiò dicitur pignus, inquantum facit certitudinem de promissa hæreditate Nam spiritus sanctus inquantum adoptat in filios Dei, est spiritus promissionis, & ipsemet est signum promissionis adipiscendæ. Sed vt dicitur in Glo. alia litera habet, Qui est arra hæreditatis: & fortè melius, quia pignus est aliud à re p qua datur, & redditur postquam ille qui pignus recipit, rem sibi debitam recipit. Arra autem non est aliud a re pro qua datur, nec redditur: quia datur de ipso pretio, quod non est auferendum, sed complendum. Deus autem dedit nobis charitatem tanquàm pignus, per spiritum sanctum, qui est spiritus veritatis & dilectionis. Et ideo huiusmodi non est aliud, quàm quædam particularis & imperfecta participatio diuinæ charitatis & dilectionis, q̃ quidẽ non ẽ auferẽda, sed perficienda, ideo magis proprie dicitur arra quàm pignus. Tamen potest nihilominus & pignus dici. Nã per spiritum sanctum Deus nobis diuersa dona largitur, quorum quædam manent in patria, vt charitas, quę nunquam excidit. 1. Cor. 13. quædam vero propter sui imperfectionem non manent, sicut fides & spes, quæ euacuabuntur, vt ibidem dicitur. Sic ergo spiritus sanctus dicitur arra per respectum ad ea, quæ manent: pignus vero per respectum ad ea, quæ euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit, dicens, *In redemptionem.* Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret, & adderet gregi suo, imponeret eis signa acquisitionis illius. Christus autem acquisiuit populum ex Gentibus. Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c. Et ideo impressit eis signum acquisitionis. 1. Pet. 2. Gens sancta, populus acquisitionis. Act. 20. Quam acquisiuit sanguine suo. Sed quia Christus acquisiuit populum istum, non sic quòd nunquam fuerit suus, sed quia aliquando fuerat suus, sed opprimebatur a seruitute diaboli,

diaboli inquã peccando se redegit, ideo non dicit simpliciter, acquisiuit: sed addit; *In redemptionem*. quasi dicat. Non simpliciter de nouo acquisiti, sed quasi a seruitute diaboli per sanguinẽ eius redempti. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis &c. Acquisiuit ergo Christus nos redimendo, non quòd accrescat inde aliquid Deo: quia bonorũ nostrorum non indiget. Iob. 35. Si iuste egeris, quid donabis ei? aut q̃d de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuerit nos Christus, subdit; *In laudem gloriæ ipsius*. i. vt ipse Deus laudeẽ. Esaie. 43. Qui inuocat nomẽ meum, in gloriam meam creaui eum.

& credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignº hæreditatis nostræ in redẽptionẽ acquisitionis, ĩ laudẽ glorię ipsius.

LECTIO VI.

PROPTEREA & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cessо gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Dñi nostri Iesu Chri pater glorię, det vobis spũm sapientiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM enumerauit Apostolus beneficia Ephesiis collata per Christum: hic ostendit quomodo affectus suus creuit ad eos. Diuiditur autem hæc pars in tres partes: quia primo præmittitur bonorum, quæ audiuit de eis commemoratio. Secundo, de perceptis beneficiis gratiarum debita actio, ibi; *Non cessо gratias agens &c.* Tertio subditur pro futuris beneficiis eius oratio, ibi; *Memoriam vestri faciens &c.* Bona autem quæ de eis audiuit, sunt duo, vnum, quo ordinantur ad Deum, & hoc est fides. Et quantum ad hoc dicit; *Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu*, quæ quidem facit habitare Deum in homine. infra. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Item, corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Item, sine lege iustificat. Rom 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundum, quo ordinantur ad proximum, & hoc est dilectio, & quantum ad hoc dicit; *Et dilectionem*, idest opera charitatis, quæ quidem dilectio est spirituale signum, quòd homo sit discipulus Christi. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem &c. Et ibidem, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem &c. Dilectionem, dico; *In omnes sanctos*. Nam omnes quos ex charitate diligimus, debemus eos diligere, vel ideo quia sancti sunt, vel vt sancti sint. Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei &c. Deinde cum dicit; *Non cessо &c.* Agit Apostolus gratias de bonis & beneficiis huiusmodi auditis, dicens; *Non cessо gratias agens &c.* Contra, quia non semper poterat continue pro eis gratias agere. Respondeo, Apost. dicit; *Non cessо* idest horis debitis, vel non cessо, quia affectus gratias agendi pro vobis sine cessatione habitualiter est in me. Colo. 1. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes &c. Rom. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Consequenter orat Apostolus pro beneficiis eis in futurum concedendis, & quantum ad hoc dicit; *Memoriam vestri &c.* Et hæc diuiditur in tres, quia primo proponit quædam, quæ eis petit. Secundo exponit ea, ibi; *In agnitionem eius &c.* Tertio ostendit exemplar & formam illorum: ibi; *Secundum operationem potentiæ &c.* Dicit ergo quantum ad primum, Non solum gratias ago, quantum ad beneficia præterita quæ recepistis & quantum ad bona audita de vobis: sed etiam oro, vt omnino in futurum accrescant; *Memoriam uestri faciens in orationibus meis* pro his scilicet; *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ &c.* Vbi sciendum, quòd Dominus noster Iesus Christus & Deus & homo est. Et inquantum homo est, Deum habet, cum sit compositus ex anima & corpore, quorum vtrique, cum sint creaturæ, competit Deum habere: secundum autem quod Deus est, patrem habet. Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: Deum meum & Deum vestrum. Similiter etiam secundum quod est Deus: est gloria patris. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. Est etiam gloria nostra: quia ipse est vita æterna. 1. Ioan. vlti. Simus in vero filio eius, hic est verus Deus: & vita æterna. Sic ergo dicit; *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi*, secundum quod est homo: & pater eiusdem secundum quod est Deus, pater inquam gloriæ scilicet Christi, qui est gloria eius. Prouer. 23. Gloria patris filius sapiens &c. Et gloriæ nostræ, inquantum dat omnibus gloriam. Deinde cum dicit; *Det uobis &c.* Ponit ea quæ petit, quæ sunt duo. Vbi sciendum est, quòd quædam sunt dona communia omnibus sanctis, scilicet illa quæ sunt necessaria ad salutem: vt fides, spes, charitas, & hæc habebant, vt iam patet. Alia autem sunt dona specialia, & quantum ad hoc pro eis orat, primo quidem pro dono sapientiæ, & quantum ad hoc dicit *Vt det uobis spiritum sapientiæ*, quem nullus potest dare nisi Deus. Sapien. 9. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Secũdo, orat pro dono intellectus, & hoc consistit in reuelatione spiritualiũ secretorum, propter quod dicit. *Et reuelationis*, quæ etiam a solo Deo est. Dan. 2. Est Deus in cœlis reuelans mysteria. Exponit autem quę sint ista quæ petit, Et primo quod pertinet ad donum sapientiæ: secundò quod pertinet ad donum intellectus, ibi *Vt sciatis, quæ sit spes &c.* Ad donum autem sapientiæ pertinet cognitio diuinorum. Vnde petere donũ sapientiæ est petere quòd habeant cognitionem Dei. Et hoc petit, ibi *In agnitionem Dei &c.* quasi dicat. Hoc peto, vt per spiritum sapientiæ habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitionem, scilicet clariorem eius, scilicet Dei. Psal. 12. Illumina oculos meos, &c. Hoc est contra eos, qui habent oculos illuminatos tantum ad temporalia cognoscenda, cum magis tamen sit necessarium & etiam gloriosum cognoscere Deum. Hier. 9. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Ad donum autem intellectus, tria pertinentia ponit. Vnum, quantũ ad statum præsentem, & duo quantum ad futurum. Ad statum vero præsentem pertinet spes, quæ est necessaria ad salutem. Ro. 8. Spe enim salui facti sumus &c. Et quantum ad hoc dicit, *Vt sciatis, quæ*, idest, quanta sit, *Spes uocationis eius*, idest virtus spei, & de quanta re sit. Quæ quidem & maxima est, quia de maximis 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis &c. Et fortissima virtutum. Heb. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancorã habemus animæ, &c. Sed quia ea quæ speramus sunt de futura vita: ideo alia duo pertinent ad vitam futuram, vnum quidem pertinet ad omnes iustos communiter, quod est præmium essentiale. Et quantum ad hoc dicit, *Et quæ diuitiæ gloriæ &c.* Vbi ponit quatuor ad illa dona pertinẽtia. Primum est; quòd sunt copiosissima, & quantum ad hoc dicit *Diuitiæ*. Prou. 1. Abundantia perfruetur, terrore malorum sublato. Psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria, &c. Secundò quòd sunt clarissima. Et quantum ad hoc, dicit *Gloriæ*. Roma. 2. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, &c. Tertiò, quòd sunt stabilissima, & quantum ad hoc: dicit *Hæreditatis*. Ea enim quæ hæreditaria sunt, stabiliter possidentur. Eccle. 31. Stabilita sunt bona illius in Domino. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis: &c. Quartò, quòd erunt intima. Et quantum ad hoc, dicit *In sanctis*. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. 2. Cor. 4. Supra modum in sublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. Aliud quod ponit pertinens ad futuram gloriam, est quod specialiter pertinet ad Apostolos. Vnde dicit, *Et quæ sit* (supple sciatis) *Supereminens magnitudo virtutis eius in nos*. scilicet Apostolos: quasi dicat. Licet omnibus sanctis abundanter diuitias gloriæ tribuat, supereminentius tamen tribuet Apostolis. Magnitudo enim virtutis ostenditur in effectu. Vnde quanto magis effectus virtutis diuinæ in aliquo inuenitur, tanto ibi virtus diuina maior ostenditur, licet in seipsa sit vna & indiuisa. Et ideo, quia maior effectus virtutis diuinæ est in Apostolis, ideo magnitudo virtutis erit in eis. Et quòd maior sit in eis effectus, ostendit dicens, *Qui credimus*, idest, qui sumus primitiæ credentium 2. Cor. 4. Nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quòd ille qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Proprer quod dicebat 2. Timo. 1. Scio cui credidi, &c. Ideo illi inter vos per quos alii instructi sunt & vocati ad fidem: sicut doctores præeminentius præmiabuntur, quia vt dicitur in Glo. quoddam incrementum gloriæ habebunt summi doctores vltra illud, quod communiter omnes habebunt: propter quod Dan. 12. docti assimilantur splendori firmamenti, sed doctores assimilantur stellis. Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

LEC-

LECTIO SEPTIMA.

ENVMERATIS beneficiis, quæ Apostolus conferenda optat Ephesiis in futurum: hic consequenter ponit formam, & exemplar illorum beneficiorum. Sicut autem vita Christi est forma, & exemplar iustitiæ nostræ, ita & gloriæ, & exaltatio Christi est forma & exemplar gloriæ & exaltationis nostræ. Ideo hic Apostolº duo facit: quia primo proponit formam exaltationis beneficiorum & donorum in generali. Secundo, manifestat eam in speciali, ibi; *Suscitans illum a mortuis &c.* Forma autem & exemplar operationis diuinæ in nos, est operatio diuina in Christo. Et quantum ad hoc dicit; *Secundum operationem*, idest ad similitudinem operationis; *Potentiæ virtutis eius*, idest virtuosæ potentiæ Dei; *Quam operatus est in Christo*, exaltans caput illud, supple, ita virtuosæ operabitur in nobis. Phil. 3. Saluatorẽ expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. nos autem exaltari ad similitudinem exaltationis Christi frequenter legimus in scriptura. Rom. 8. Si compatimur, vt & glorificemur. Item, Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Consequenter explicat formã & exemplar in speciali, manifestans ea, quæ pertinent ad exaltationem Christi, loquendo de Christo, inquantum est homo, dicens; *Suscitans illum &c.* Circa quod tria beneficia ponit exaltationis Christi. Primum est, transitus de morte ad viram. Et quantum ad hoc dicit; *Suscitans illum a mortuis*. Secundum est, exaltatio ad gloriam altissimam, & quantum ad hoc dicit; *Constituens illum ad dexteram suam*. Tertium est, sublimatio ad potentiam maximam, & quantum ad hoc dicit; *Et omnia subiecit sub pedibus eius*. Dicit ergo quantum ad primum, dico quòd hoc erit secundum operationem, quã operatus est in Christo, scilicet Deus pater eadem virtute, quam habet cum Christo. Vnde & ipse Christus seipsum resuscitauit, & Deus pater eum resuscitauit. Roma. 8. Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Quãtum vero ad secundum dicit; *Constituens illum &c.* Quæ quidẽ celsitudo gloriæ potest tripliciter considerari, scilicet per comparationem ad Deum, per cõparationem ad corporales creaturas, & per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo considerẽtur per comparationem ad Deum, sic constitutus est ad dexterã suam, quæ quidem dextera, non est intelligenda pars corporalis quia vt dicitur. Ioan. 4. Spiritus est Deus: sed metaphorice dicitur, vt sicut per dexterã intelligitur nobilior & virtuosior pars hominis, ita cum dicimus Christum Iesum constitutum ad dexteram Dei, intelligatur secundum humanitatem constitutus in potioribus bonis patris, & secundũ diuinitatẽ intelligatur æqualis patri. Vnde Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sed ea de xtris meis &c. Itẽ Mar. vlt. Et Dominus quidem Iesus, postquã locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet ad dexterã Dei. In comparatione vero ad corporales creaturas dicit; *In cælestibus* Nam corpora cælestia tenẽt supremum locum in comparatione ad alia corpora. infra. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. In comparatione vero ad spirituales creaturas. Primo dicit, Christum exaltatum super aliquas specialiter. Secũdo, super omnes generaliter, ibi; *Et super omne nomen &c.* Ad horum autem intelligentiam sciendum est, quòd nouem sunt ordines angelorum: quorũ quatuor Apostolus tangit hic, qui quidẽ sunt medii. Nam supra eos sunt tres superiores, scilicet throni, Cherubin, & Seraphin. Sub eis autem sunt duo inferiores, scilicet archangeli, & angeli. Qui quidem nouem ordines distinguũt in tres hierarchias, idest sacros principatus. In quarum qualibet assignantur tres ordines: sed in assignatione ordinum hierarchiæ prinę cõueniunt omnes doctores in hoc, scilicet quòd supremus ordo ipsius sit Seraphin, secundus Cherubin, tertius throni. In assignatione vero ordinum aliarum duarum hierarchiarum, scilicet mediæ & infimæ, discordãt Dionisius & Gregori. Nam Dionysius in supremo ordine medię hierarchiæ ponit dominatiões, in secundo virtutes, in tertio potestates, descendendo. In supremo vero ordine infimæ hierarchiæ posuit principatus, in secundo archangelos, in tertio angelos. Et hæc assignatio ordinum concordat literæ præsenti. Nam Apostolus ascendendo, incipit a supremo infimæ hierarchiæ, qui est septimus. Gregorius autem aliter ordinat: quia ponit principatus in medio dominationum, & potestatum, quod pertinet ad secũdũ ordinem mediæ hierarchiæ, virtutes vero ponit in medio potestatum, & archangelorum, quod pertinet ad supremum ordinem infimæ hierarchiæ. Et hæc assignatio, etiam fulcimentum habet ex verbis Apostoli. Colos. 3. Vbi dicit, Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, vbi illos ordines enumerat, descendendo. Sed, reseruata ordinatione Gregorii (vsque quo legamus epistolam ad Col.) ad præsens via Dionysii magis cõpetẽtem præsenti literæ, prosequemur. Ad cuius intellectũ sciendum est, quòd, potest cõsiderari tripliciter, ordo rerum. Primo quidem, secundum quod sunt in prima omnium causa, scilicet, in Deo. Secundo vero, secundum quod sunt in causis vniuersalibus. Tertio, secundum determinationem ad speciales effectus. Et quia omnia, quæ fiunt in creaturis ministrantur per angelos, ideo secundum triplicem acceptionem ordinis rerum, distinguuntur tres angelicę hierarchiæ, ad quarum vnam pertinet accipere rationes rerum, in ipso rerum uertice, scilicet Deo: ad aliam vero, pertinet accipere rationes rerum in causis vniuersalibus: ad aliam vero, in propriis effectibus. Nam quanto mentes angelicæ sunt superiores, tanto diuinam illuminationem in maiori vniuersalitate recipiunt. Et ideo ad supremam hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad Deum. Propter quod, ordines hierarchiæ istius denominãtur per cõparationẽ ad Deum: quia Seraphin dicuntur ardentes & vniti Deo per amorem. Cherubin vero quasi lucentes, inquantum supereminenter diuina secreta cognoscunt. Throni vero dicuntur sic, inquantũ in eis Deus tua iudicia exercet. Et de istis tribus ordinibus nullam facit hic Apostolus mentionem. Ad mediam hierarchiam pertinet rerum administratio per comparationem ad causas vniuersales. Vnde dominantur ordines hierarchiæ illius nominibus ad potestatem pertinentibus, cum causæ vniuersales sint virtute, & potestate in inferioribus & particularibus. Ad potestates autem, quæ habent vniuersale regimen, tria pertinent. Primo, quòd sit aliquis per imperium dirigens. Secundo, quòd sint aliqui, qui impedimenta executionis repellant. Tertio, quòd sint aliqui, qui ordinent, qualiter alii imperium exequantur. Horum autem primum, pertinet ad dominationes, quæ vt dicit Dionysius, sunt liberæ ab omni subiectione, nec ad exteriora mittuntur: sed eis, qui mittuntur imperant. Secundum vero, pertinet ad virtutes, quæ præbent facilitatem ad imperium implendum. Tertium vero, pertinet ad potestates imperium exequentes. Ad infimam autem hierarchiam, pertinet administratio rerum in comparatione ad speciales effectus, vnde nominibus ad eos pertinentibus nuncupantur. Vnde angeli dicuntur illi, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem singulorum. Archangeli vero, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem & vtilitatem magnorum. Principatus vero, dicuntur illi, qui præsunt singulis prouinciis. His ergo expositis, Christus super omnes est. De his vero quatuor Apostolus specialem mentionem facit. Cuius ratio est. quia horum quatuor ordinum nomina a dignitate imponuntur: & quia agit de dignitate Christi, ideo hic specialiter eos nominat, vt ostendat Christum omnem dignitatem creatam excedere. Consequenter cum dicit; *Et omne nomen, quod nominatur &c.* Ostendit Christum exaltatum esse communiter supra omnem creaturam spiritualem: dixerat enim supra, Christum esse exaltatum, super omnes creaturas spirituales, quæ a potestate dominantur. Sed quia præter illos angelorum ordines, in sacra scriptura, quidam alii ordines cælestium spirituum inueniũtur, scilicet Seraphin. Esa. 6. Et Cherubin. Ezech. 10. &. 11. &. 41. Et throni, in Psal. Et de istis non facerat mentionem: ideo ostendit Christum, secundum quod homo supra omnes huiusmodi ordines esse exaltatum: propter quod subiungit, dicens; *Et super omne nomen &c.* Idest, non solum super principatus: sed super omne nominabile. Sciendum est enim, quòd nomen imponitur ad cognoscendum rem, vnde significat rei substãtiam, cum significatum nominis sit diffinitiua ratio rei. Cum ergo dicit; *Et omne nomen, quod nominatur*, dat intelligere, quòd exaltatus est supra omnem substantiam, de qua potest haberi notitia, & quæ posit nomine comprehendi. Quod dico, vt excludatur substantia diuinitatis, quæ incomprehensibilis est. Vnde Glo. dicit; *Supra omne nomen*, idest nominabile. Et ne intelligatur, quòd sit supra nomen Dei, ideo subdit; *Quod nominatur*. Nam maiestas diuina nullo nomine concludi, vel nominari potest. Addit autem; *Non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro:* quia multa fiunt in hoc seculo, quæ notitia comprehendimus & nominamus: quædam tamen sunt in futu-

ro seculo, qui hic comprehendi nõ possunt, nec etiam nominari: quia vt dicitur. 1. Corinthio. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nominantur tamen hæc a beatis, qui sunt in futuro seculo. Huiusmodi autem sunt, de quibus dicit Apostolus. 2. Cor. 12 quòd audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et tamen super hæc omnia exaltatus est Christus. Philip. 2 Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

LECT. VIII.

SVPRA egit Apostolus de exaltatione Christi, & quãtum ad eius transitum de morte ad vitam, ĩ illa particula; *Suscitans illum &c.* Et de eius exaltatione ad gloriam altissimam, in illa particula; *Et constituens ad dexteram &c.* Hic agit de eius exaltatione, quãtum ad potestatem maximam. Circa quod duo facit, quia primo agit de Christi potestate respectu totius creaturæ. Secundo, de eius potestate respectu ecclesiæ. ibi; *Et ipsum dedit &c.* Dicit ergo, quòd respectu totius creaturæ habet vniuersalem potestatem, quia *omnia subiecit*, scilicet Deus pater *sub pedibus eius*. Vbi sciendum est, quòd hoc, quod dicit; *Sub pedibus*, potest accipi dupliciter. Vno modo, vt sit locutio figuratiua & similitudinaria, vt, scilicet per hoc detur intelligi, quòd omnis creatuta totaliter est subiecta potestati Christi. Illud enim est a nobis omnino subiectum, quod pedibus conculcamus. Et de ista potestate, dicitur Matt. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Heb. 2. In eo enim, quòd ei omnia subiiciuntur, nihil dimisit non subiectum ei. Alio modo, vt sit locutio metaphorica. Nam per pedes intelligitur infima pars corporis, per caput vero suprema. licet autem in Christo diuinitas & humanitas non habeant rationem partis, tamen diuinitas, quæ est supremũ in Christo intelligitur per caput 1. Cor. 11. Caput vero Christi Deus, humanitas vero, quæ infima est, intelligitur per pedes. Psal. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Est ergo sensus, quòd omnia creata non solum subiecit pater Christo, inquantum est Deus, cui ab æterno omnia sunt subiecta: sed etiam humanitati eius. Aduertendum est autem hic, quòd Christo subiiciuntur aliqua dupliciter, quia quædam voluntarie, & quædam inuoluntarie. Hoc autem Origenes non intelligens, sumpsit ex hoc verbo Apostoli occasionem erroris, dicens. quòd omnia, quæ subiiciuntur Christo participant salutem, quia ipse est vera salus. Et ideo dixit, quòd omnes dæmones & damnati aliquando saluabuntur, cum subiiciantur sub pedibus Christi, hoc autem est cõtra sententiam Domini. Matt. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: & concludit in fine capituli, Ibunt hi in supplicium æternum. Dicendum est ergo, quòd omnia subiecit sub pedibus eius: sed quædam voluntarie tanquam saluatori, puta, iustos qui in vita præsenti implent voluntatem Dei, & isti subiiciuntur ei, vt impleat eorum desiderium & voluntatem, expectantes illud, quod dicitur de bonis. Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Quædam vero subiiciuntur ei inuite, tanquam Iudici, vt Christus de his suam voluntatem faciat. Et isti sunt mali, de quibus potest intelligi illud Luc. 19 Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se: adducite huc & interficite coram me. Deinde cum dicit; *Et ipsum dedit caput &c.* Agit de potestate Christi respectu ecclesiæ. Circa quod tria facit, quia primo ponit habitudinem Christi ad ecclesiam. Secundo, habitudinem ecclesiæ ad Christum. Tertio, exponit illam habitudinem. Quantum ad primum dicit; *Et ipsum dedit* Deus pater; *Caput super omnem ecclesiam*, scilicet, tam militantem, quæ est hominum in præsenti viuentiũ, quàm triũphantẽ, quæ est ex hominibus & angelis in patria. Christus enim secundum quasdam communes rationes caput est etiã angelorum. Col. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis: sed secundum speciales rationes est Christus caput hominum spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinem habet ad membra. Primo quidem, quo ad præeminẽtiam in situ. Secũdo, quo ad diffusionem virtutum, quia ab eo omnes sensus deriuantur in membra. Item, quo ad conformitatem in natura. Sic ergo quantum ad præeminẽtiam, & quantum ad diffusionem, Christus est caput angelorum. Nam Christus præest angelis, etiam secundũ humanitatem. Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto, præ illis differentius nomen hæreditauit. Item, Christus etiam

LECTIO VIII.

ET omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAPIT. II. LEC. I.

ET vos cum essetis mortui delictis, & peccatis vo-

secũdum quod homo, angelos illuminat & in eis influit, vt Dionys. probat ex verbis Esa. 63. scilicet, Quis est iste, qui venit de Edon &c. Dicens hæc verba esse supremorum angelorum. Quod autem sequitur, Ego qui loquor iustitiam, dicit esse verba Christi, eis immediate respondentis. Ex quo datur intelligi, quòd non solum inferiores, sed etiam superiores angelos Christus illuminat. Quãtum autem ad naturæ conformitatem, Christus non est caput angelorũ, quia non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, vt dicitur Heb. 1. Sed est caput hominum tantum. Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea. s. per naturam, & sponsa per gratiam. Quantum ad habitudinem ecclesiæ ad Christum, dicit *Quæ est corpus eius*, scilicet inquantum est ei subiecta, & recipit ab eo influentiam, & habet naturam cõformem cum Christo. 1. Cor. 12. Sicut enim corpus vnum est, & habet multa membra, omnia autem membra corporis cũ sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus, vt enim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Exponit autem: quod dixit, *Quæ est corpus ipsius*, subdens *Et plenitudo eius* &c. Quærenti enim, cur in corpore naturali sint tot mẽbra, .s. manus, pedes, os, & huiusmodi, respondetur hoc esse ideo, vt deseruiant diuersis operibus animæ, quarum ipsa potest esse causa, principium, & quæ sunt virtute in ipsa. Nam corpus est factum propter animam, & non econuerso. Vnde secundum hoc, corpus naturale est quædam plenitudo animæ. Nisi enim esset membra cum corpore completa, non posset anima suas operationes plenè exercere. Similiter itaque est hoc de Christo, & de ecclesia, & qa ecclesia est institura propter Christum, dicitur φ ecclesia est plenitudo eius. s. Christi. i. vt omnia, quæ virtute sunt in Chro, quasi quodãmodo in mẽbris ipsius ecclesiæ impleãtur, dum. s. omnes sensus spirituales, & dona, & quicquid potest esse in ecclesia, quæ omnia superabundanter sunt in Christo, ab ipso deriuentur in mẽbra ecclesiæ & perficiantur in eis. Vnde subdit *Qui omnia in omnibus adimpletur*, scilicet dum hunc quidem, qui est membrum ecclesiæ facit sapientem, secundum perfectam sapientiam; quæ est in ipso: illum vero iustum, secundum perfectam iustitiam, & sic de aliis.

istis, in quibusaliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri.

LECTIO PRIMA.

SVpra enumerauit Apostolus beneficia humano generi per Christum communiter exhibita; hic Apostolus commemorat eadem per comparationem ad eorum statum præteritum. Status antem eorum præteritus dupliciter considerari potest. Primo quidem, quantum ad statum culpæ. Secundo, quantum ad statum Gentilitatis eorum. Apost. ergo duo facit, quia primo cõmemorat beneficia quantũ ad primũ statũ eis exhibita, Secundo, commemorat ea per comparationem ad statum secũdum, ibi *Propter quod memores estote &c.* Prima iterum in duas, quia primo recitat Apostolus statum culpæ ipsorum. Secundo, beneficiũ gratiæ iustificationis, ibi. *Deus autẽ qui diues est &c.* Prima iterum in duas, quia primo commemorat statum culpæ quantum ad Gentiles. Secundo, quantũ ad Iudæos ibi, *In quibus & nos &c.* Prima iterum in duas, quia primo premittit beneficii generalitatem. Secundo, subdit huius necessitatem ibi, *Cum essemus mortui &c.* Dicit ergo, Dico, quòd Deus magnifice operatur in fidelibus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, & hoc, quia suscitauit illum a mortuis, secundum hanc ergo operationem ad huius operationis exemplum conuiuificauit nos, vita. s. gratiæ de morte peccati. Osea 6. Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos &c. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite &c. Necessitatem verò huius beneficii ostendit, cum dicit *Cum essetis mortui &c.* Vbi optime describit eorum culpam. Primo, quantum ad multitudinem, quia *cum essetis mortui*. s. morte spirituali, quæ pessima est. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Peccatum enim mors dicitur, quia per ipsum homo a Domino, qui est vita, separatur. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. *Mortui*, inquam, *In delictis, & peccatis vestris*, ecce multitudo. *In delictis* quidem, quantum ad omissa. Psal. 18. Delicta quis intelligit, &c. *& peccatis* quantum ad commissa, *In quibus aliquando ambulastis*. Quod ideo dicit, ut multitudinem peccatorum

rum exaggeret. Nam aliqui, si ad horam mortui sunt in peccatis & in delictis, cessant tamen aliquando, & peccare desinunt, sed isti de malo in peius procedẽtes & ambulantes, proficiebant. Simile habetur Phil. 3. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis, nunc autem & flens dico &c. Hier. 2. Ambulauerunt post vanitatem suã, & vani facti sunt. Secũdo, describit eorum culpam quantũ ad causam, quæ ponit duplex. Vna, ex parte huius mundi, quia allicieb tur à rebus mundi, & quantum ad hoc, dicit *Secundum seculum mundi huius*, idest secundum secularem vitam rerum mundanarum, quæ vos alliciunt. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo Propter quod præmittit, Nolite diligere mundum. Alia causa est ex parte demonum, quibus seruiebant, de quibus dicitur. Sapien. 14. Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est & initium. Et quantum ad hoc, dicit *Et secundum principem potestatis*, Quam quidem causam describit tripliciter Primo quidem, quantum ad potestatem, dicens *Secundum principem potestatis*, idest potestatem exercentem, non quòd habeat eam naturaliter, cum nec dominus, nec creator sit ex natura, sed inquantum dominatur hominibus, qui se ei peccando subiiciunt. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et 14. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Secundo, quantum ad habitationem, quia *Aeris huius*, idest qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. Vbi sciẽdum est, quòd de istis dæmonibus duplex est opinio apud doctores. Quidam enim dixerunt, dæmones qui cæciderunt, non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferioribus, qui præsunt corporibus inferioribus. Constat autem totam creaturam corporalem administrari a Deo, ministerio angelorum. Et hæc est opinio Ioannis Damasceni, scilicet quòd primus eorũ qui ceciderunt, præerat ordini terrestrium, quod forte sumptũ est ex dicto Platonis, qui ponebat quaidam substantias cælestes, seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hoc quod dicit *Aeris huius*, idest ad hoc creati, vt præsiderent aeri huic. Alii vero volunt & melius, quòd fuerint de supremis ordinibus, ita φ, hoc quod dicit, aeris huius, sit ad ostendendum ipsum aerem esse habitationem ipsorum in pœnam eorum. Vnde Iudas in sua canonica dicit. Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium Dei magni, vinculis æternis, sub caligine reseruauit. Ratio autem, quare non statim post eorum casum retrusi sunt in infernum, sed dimittuntur in aere, est, quia Deus noluit quòd ipsis peccantibus eorum ratio totaliter frustraretur, & ideo dedit eos hominibus in exercitium, quo bonis præpararent coronam, malis autem æternam mortẽ, & quia vsque ad diem iudicii est nobis tẽpus belli & merendi, ideo vsq; tunc in aere permanebunt, post diem vero iudicii retrudentur in infernum. Aduertendum etiam quòd vna litera habet, spiritus, & sic est genitui casus, & ponitur singulare pro plurari q. d. spirituum. Alia litera habet spiritum, & tunc est accusatiui casus, vt dicatur, Secundum principem spiritum, idest qui princeps est spiritus. Tertio, quantum ad operationem, ibi cum dicit. *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ*, idest in illos qui a se repellunt fructum passionis Christi. qui erant filii diffidentiæ. Vel quia de æternis non habent fidem, nec spem salutis per Christum, Et in talibus princeps potestatis aeris huius, libere operatur ducens eos quo vult, de quibus infra 4. dicitur, Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immunditiæ. Vel *Diffidentiæ*, idest de quibus eis est diffidendum, idest qui ex malitia peccant, in quibus princeps huius mundi etiam operatur ad nutum. De his enim qui ex ignorantia, & infirmitate peccant, non est diffidendum, nec in eis princeps iste operatur ad nutum. Sed contra, de nemine est desperandum quandiu viuit. Respondeo, Dicendum est, quòd de aliquo potest esse duplex spes. Vna ex parte hominis, alia ex parte diuinæ gratiæ, & sic de aliquo potest desperari ex parte sua, de quo tamen desperandum non est ex parte Dei: sicut desperandum erat de Lazaro iacente in sepulchro, quòd resurgeret ex parte sua, de quo tamen desperandum non erat ex parte Dei, a quo resuscitatus est. De illis ergo, qui ex malitia, sunt multum in peccatis demersi, si attendatur eorũ virtus, desperari potest, Psal. 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia: non tamen si attendatur virtus diuina. De istis autem filiis diffidentiæ, dicitur infra 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Deinde cum dicit *In quibus & nos omnes &c.* comme

morat Apostolus statum culpæ quantum ad Iudæos, ostendens eos omnes in peccato fuisse, secundum illud Rom. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Attendenda est tamen differentia circa hoc, quia Apostolus agens de culpa gentilium, assignauit duas causas culpæ fuisse. Vnam scilicet, ex parte mundi, aliam ex parte dæmonũ, quos colebant. Quia ergo Iudæi erant similes gentilibus in statu culpæ quantũ ad primam causam, nõ autem quantum ad secundam, ideo Apostolus non facit mentionem de culpa eorum. nisi quantum ad causam, quæ est ex parte mundi. Circa quod tria facit. Primo, commemorat eorum culpam, quantum ad peccatum cordis. Secundo, quantum ad peccatũ operis. Tertio, quantum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis, & quantum ad hoc dicit, *In quibus*, scilicet peccatis & delictis nos omnes, scilicet Iudæi aliquando conuersati sumus, agentes vitam nostram *In desideriis carnis nostræ*, idest carnalibus. Tit. 3. Eramus enim aliquando & nos insipientes & increduli, errantes & seruientes desideriis & voluptatibus variis &c. Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Peccatũ uero operis nihil aliud est quàm expressio interioris cõcupiscentiæ. Est autem quædam concupiscentia carnis, sicut sunt concupiscentiæ naturales, puta cibi, per quam conseruatur individuum, & venereorum, per quam conseruatur species, & quantum ad hoc dicit. *Facientes voluntatem, &c.* idest ea in quibus caro delectatur Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, Quædam vero est concupiscentia cognitionis eorum .s. quæ non veniunt ex desideriis carnis; sed ex ipso appetitu animæ, vt honoris ambitio & propriæ excellẽtiæ & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit, *Et cogitationum*, idest exequentes illas concupiscentias, quæ causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatum vero originis insinuat, dicens. *Et eramus natura filii iræ*. Quod quidem peccatum ex primo parente, non solum in Gentiles, sed etiam in Iudæos transfunditur. Roma. 5. Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit. & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt, Et sicut homines per baptismum mundantur a peccato originali solum quantum ad personas proprias, vnde generant filios baptizandos, ita circuncisio mundabat ab originali personas solum, sed generabant adhuc circuncidendos. Et hoc est quod dicit *Eramus natura*, idest per originem naturæ, non quidem naturæ, vt natura est, quia sic bona est, & a Deo, sed naturæ, vt vitiata est. *Filii iræ*, idest vindictæ, pœnæ, & gehennæ, & hoc *Sicut & cæteri*, idest Gentiles.

Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos, in Christo Iesu.

LECTIO SECVNDA.

POstquam exaggerauit Apostolus statum culpæ inficientis, hic commendat beneficium gratiæ iustificantis. Circa quã duo facit. Primo ipsum beneficium ponit. Secundo, seipsum exponit, ibi *Gratia enim estis &c.* Beneficium autem illud describit, quantũ ad tres causas. Primo, quantum ad causam efficientem. Secundo, quantum ad causam formalem seu exemplarem. Tertio, quantum ad causam finalem. Efficiens autem causa beneficii diuini iustificantis, est charitas Dei. Et quantum ad hoc dicit. *Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem.* Dicit autem propter nimiam Charitatem, quia dilectionis diuinæ possumus considerare quadruplicem bonitatem, & efficientiã. Primo, quia nos in esse produxit. Sap. 11. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, &c. Secũdo, quia ad imaginem suam nos fecit & capaces beatitudinis suæ. Deu. 33. Cum eo sanctorum millia in dextera illius ignea lex, dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Tertio, quia homines per peccatum corruptos reparauit. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo &c. Quarto, quia pro salute nostra filium propriũ dedit. Io. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium suũ vnigenitũ daret. Vnde Gre. O, inestimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres filiũ tradidisti. Dicit aũt. Qui diues est in misericordia, quia cum amor hominis causetur ex bonitate eius qui diligitur, tunc homo ille qui diligit, diligit ex iustitia, inquantum iustum est, φ talem amet. Quando veto amor causat bonitatem in dilecto, tunc est amor procedens ex misericordia. Amor autem, quo Deus amat nos, causat in nobis bonitatem.

& ideo misericordia ponitur hic quasi radix amoris diuini. Esa. 63. Largitus est in eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Ibidem, Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me. Dicitur autem Deus diues in misericordia, quia habet eam infinitam & indeficientẽ, quod non habet homo. In tribus enim homo miseretur cũ termino & limitatione. Primo quidem largiendo beneficia temporalia, & hæc misericordia est finita, non excedens limites propriæ facultatis. Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors, sed Deus diues est etiam in omnes qui inuocant illum, vt dicitur Ro. 10. Secundo, est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriam, & in hoc etiam modus esse debet, vt scilicet non sic passim remittat, vt ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilior ad iterum offendendum. Eccle. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filii hominũ perpetrant mala. Deo autem nihil nocere potest, & ideo potest omnem offensam remittere. Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et parum post, Porro si iuste egeris, quid donabis ei? Tertio, homo miseretur pœnam remittendo, & in hoc etiam est modus seruandus, scilicet vt non facias contra legis superioris iustitiam, Deus autem pœnam omnium remittere potest, cum non obstringatur aliqua superioris lege. Iob. 34. Quem constituit alium super terram, & quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita, quia non coarctatur angustiis diuitiarum, neque timore nocumenti restringitur, & neque lege superioris. Causa vero exemplaris beneficii est, quia in Christo collata. Et quantum ad hoc dicit. *Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo &c.* Vbi tangit triplex beneficium, idest iustificationis, resurrectionis a mortuis & Ascensionis in cælum, per quæ tria Christo assimilamur. Dicit ergo quantum ad primum, vt legatur litera suspensiue, Deus aũt qui diues est, &c. *Cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Christo*, idest simul viuere fecit cum Christo. Osee. 6. Viuificauit nos post duos dies, &c. Conuiuificauit inquam, hic scilicet per viam iustitiæ. Psal. 65. Qui posuit animam meam ad vitã, & hoc in Christo, idest per gratiam Christi *Cuius*, scilicet Christi, *Gratia estis saluati*. Ro. 8. Spe enim salui sumus. Quantũ vero ad secundum, dicit. *Et conresuscitauit* nos cum Christo: quantum ad animam in re, & spe, quantum ad corpus. Romanorum 8. Qui suscitauit ipsum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Quantum vero ad tertium dicit. *Et consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu*. scilicet nunc per spem, & tandem in futuro in re, quia vt dicitur Io. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, &c. Item, Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vtitur autem in his Apostolus præterito pro futuro, enuntians tanquam iam factum quod futurum est, pro certitudine spei. Sic ergo conuiuificauit quantum ad animam, tandem resuscitabit quantum ad corpus, consedere fecit quantum ad vtrunque. Consequenter cum dicit. *Vt ostenderet &c.* Ostendit causam finalem collati beneficii. Quod quidem potest dupliciter legi, quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista, vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista, tunc seculum est quædam mensura temporis, & periodus vnius generationis, vt dicatur sic, Dico quòd nos qui sumus primitiæ dormientium *Conuiuificauit in Christo*, & hoc *ut ostẽderet in sæculis superuenientibus*. i. in his qui futuri sunt post nos, *abundantes diuitias gratiæ suæ*, & hoc non meritis nostris, sed bonitate sua, quæ est, scilicet *Super nos in Christo Iesu*, idest per Christum Iesum, 1. Ti. 1. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus omnem patientiam ad informationem illorum, qui credituri sunt illi vitam æternam. Sic ergo Deus largitus est sanctis primitiuis abundantia dona gratiẽ, vt posteri facilius conuertantur ad Christum. Vel potest aliter accipi seculum, scilicet in alia vita, de quibus dicitur Eccle. 24. Et vsque ad futurum seculum nõ desinam. Sed licet ibi sit vnum seculum, quia ibi est æternitas, dicit tamen in seculis superuenientibus, propter multitudinem sanctorum participantium æternitatem, vt dicantur ibi tot secula, quot sunt æternitates participatæ. De his seculis dicitur in Psa. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum. Dicit ergo secundum hunc sensum, Dico quòd viuificauit nos in spe, scilicet per Christum, vel in gratia, vt ostenderet in seculis superuenientibus, idest in alia vita compleret *abundantes diuitias gra-*
F *tiæ suæ*, idest abundantem gratiam, quam etiam in hoc mundo dum multa dimittit peccata, & maxima dona concedit, dicit, quæ quidem superabundat in vita alia, quia ibi deficienter habetur Io. 10. Ego veni vt vitam. s. gratiæ habeãt, in hoc mundo, & abundantius habeant, scilicet gloriæ in patria. Et hoc *In bonitate sua*. Psal. 72. Quàm bonus Israel Deus. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. *Et hoc supra nos*, idest, supra nostrum desiderium, supra nostrum intellectum, & supra capacitatem nostram, Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectanti-
G bus te, *Et hoc in Christo Iesu*, idest per Christum Iesum, quia sicut gratia nobis confertur per Christum, ita & gloria consumata. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Per ipsum enim beatificamur per quem iustificamur. Dicit autem, *Vt ostenderet*, quia thesaurus gratiæ in nobis est occultus, quia habemus ipsum in vasis fictilibus, vt dicitur 2. Cor. 4. & 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur & simus. Et parum post, Nunc filii dei sumus, & nondum apparuit, &c. Sed ille thesaurus occultus, quia nondum apparuit in seculis superuenientibus ostenditur, quia in patria omnia erunt nobis aperta quæ ad manifestam sanctorum gloriam pertinent. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

LECTIO III.

GRATIA enim estis saluati per fidem, (& hoc nõ ex vobis, Dei enim donũ est) nõ ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

LECTIO TERTIA.

H
SVpra commemorans Apostolus beneficium Dei, quo liberati sumus a peccato, interposuerat quòd gratia Christi eramus saluati, nunc autem illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo enim, proponit intentionem suam. Secundo, manifestat propositum, ibi. *Et hoc non ex vobis &c.* Dicit ergo primo, bene dixi, *Cuius gratia estis saluati*, Et certe adhuc dico secure. *Enim*, pro quia, *Estis saluati gratia*. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Idem enim est saluari, & iustificari. Salus enim importat liberationem a periculis. Vnde perfecta salus hominis erit in vita æterna, quando ab omnibus periculis immunis erit, sicut nauis dicitur esse saluata, quando venit ad portum. Esa. 60. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Huius autem salutis spem suscipiunt homines, dum in præsenti iustificã tur a peccato, & secundum hoc dicuntur saluati esse, secundum illud Ro. 8. Spe enim saluati sumus. Hæc autem saluatio gra-
I tiæ est per fidem Christi. Concurrit enim ad iustificationem impii simul cum infusione gratiæ motus fidei in Deum, in adultis. Luc. 8. Vade in pace, fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Iustificati enim ex fide pacem habeamus. Deinde cum dicit. *Et hoc non ex vobis &c.* Manifestat quod dixerat, & primo quantum ad fidem, quæ est fundamentum totius spiritualis ædificii. Secundo quantum ad gratiam ibi. *Ipsius enim sumus factura &c.* Circa primum excludit duos errores, quorum primus est: quia dixerat quòd per fidẽ sumus saluati, posset quis credere, quòd ipsa fides esset a nobis, & quòd credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit: *Et hoc non ex vobis*. Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium, eo quòd ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem. Eccle. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi 1. Co. 2. Quæ dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei, &c. Et ideo quòd homo credat, hoc non potest ex se habere nisi Deus det, secundum illud Sapientiæ 9. Sensum
K autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Propter quod subdit: *Dei enim donum est*, scilicet ipsa fides, Phil. 1. Vobis autem donatum est pro Chisto, non solum vt in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini & 1. Cor. 12. Alii enim datur fides in eodem spiritu. Secundo, excludit alium errorem. Posset enim aliquis credere quòd fides daretur nobis à Deo, merito operum præcedentium, & ad hoc excludendum, subdit, *Non ex operibus*, scilicet præcedentibus, hoc donum meruimus aliquando, quòd saluati sumus, quoniam hoc ex gratia, vt supra dictum est, secundum illud Ro. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Subdit autem rationem, quare Deus saluat homines per fidem absque meritis præcedentibus. *Vt ne quis glorietur*. in seipso, sed tota gloria in Deum referatur. Psal. 113. Non nobis domine non nobis, &c. 1. Corinthior. 1. Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius: ex ipso aũt vos estis in Christo Iesu. Deinde cum dicit. *Ipsius enim factura sumus &c.* Manifestat quod dixerat quantum ad gratiam. Circa quod duo facit. Primo, manifestat gratiæ infusionem. Secundo, declarat gratiæ prædestinationem, ibi. *Quæ præparauit Deus &c.* Duo autem ad rationem gratiæ pertinẽt, quæ etiam iam dicta sunt, quorum primum est, vt id quod est per gratiam, non insit homini per seipsum, vel à seipso, sed ex dono Dei. Et quantum ad hoc dicit. *Ipsius enim factura sumus*, quia scilicet qcquid boni nos habemus non est ex nobisipsis, sed ex Deo faciente. Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus qui possedit, fecit, & creauit te? & continuatur immediatè cum præcedenti, vt dicatur, Ne quis glorietur, quia, scilicet ipsius factura sumus. Vel potest continuari cum eo quod supra dixerat. Gratia enim saluati sumus. Secundo, pertinet ad rationem gratiæ, vt non sit ex operibus præcedentibus, & hoc exprimitur in hoc quod subdit. *Creati*. Est enim creare, aliquid ex nihilo facere. Vnde quando aliquis iustificatur sine meritis præcedentibus, dici potest creatus, quasi ex nihilo factus. Hæc autem actio, scilicet creatio iustitiæ, fit virtute Christi, spiritum sanctum dantis. Propter quod subdit. *In Christo Iesu*. idest per Christum Iesum. Gal. vlt. in Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Vlterius non solum datur nobis habitus virtutis, & gratiæ, sed interius per spiritum renouamur ad bene operandum. Vnde subdit. *In operibus bonis*, quia scilicet ipsa bona opera sunt nobis a Deo. Esa. 36. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et quia quos prædestinauit, hos & vocauit, scilicet per gratiam, vt dicitur Ro. 8. Ideo subdit de prædestinatione, dicens, *Quæ*, scilicet bona opera *Præparauit Deus*. Nihil enim aliud est prædestinatio, quàm præparatio beneficiorum dei, inter quæ beneficia computantur & ipsa bona opera nostra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare, inquantum disposuit se nobis daturum. Psa. 64. Parasti cibum illorum &c. Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis præparata à Deo, vt nihil ad illa per liberum arbitrium cooperaremur, ideo subdit. *Vt in illis ambulemus*. quasi dicat, Sic nobis ea præparauit, vt ea nosipsi nobis per liberum arbitrium impleremus. Dei enim adiutores sumus, vt dicitur 1. Cor. 3. Propter quod dicebat de seipso Apostolus 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Signanter autem dicit. *Ambulemus*, vt designet boni operis profectum, secundum illud Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. infra 5. Vt filii lucis ambulate.

LECTIO IIII.

PROPTER quod memores estote, quòd aliquando, vos qui Gentes eratis in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamẽtorũ, promissionis spẽ non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi.

LECTIO QVARTA.

PRosecuto beneficio dei Gentilibus exhibito quantum ad liberationem a peccato: hic recitat Apostolus beneficium eis exhibitum a liberatione a statu Gentilitatis. Circa quod duo facit. Primo commemorat conditionem status præteriti. Secundo, recitat beneficia eis exhibita in statu præsenti, ibi. *Nunc autem in Christo Iesu &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorationis status præteriti ponit exhortationem. Secundò, ipsemet status præteriti declarat conditionẽ ibi *Qui aliquando &c.* Dicit ergo. *Propter quod*, vt scilicet aduertere possitis quòd omnia sint nobis data ex dei gratia, *Memores estote* Deuter. 9. Memento & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum &c. Deuter. 16. Memineris diei egressionis tuæ de Aegipto, omnibus diebus vitæ tuæ. Secundo cum dicit. *Qui aliquando* Commemorat præteriti status conditionẽ & primo quantum ad mala quæ habebant. Secundo, quantum ad bona quibus priuabantur, ibi. *Qui eratis in illo tempore &c.* Circa primum ponit tria mala. Primo gentilitatis crimen, quo idolis seruiebant, cum dicit. *Quia aliquando vos gentes eratis* 1. Cor. 12. Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Quidam vero libri habent, *Vos qui gentes eratis*, & tunc pendet constructio vsque ibi, *Nunc autem in Christo Iesu &c.* Secundo, recitat eorum carnalem conuersationem cum dicit. *In carne*, idest carnaliter viuentes. Ro. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Tertio, recitat contemptus eorum vilipensionem, qua a Iudeis vilipendebantur. Vnde dicit. *Qui dicebamini præputium*, idest, in circun-
A cisio, *Ab ea*. s. circuncisione, *Quæ dicitur circuncisio manufacta in carne*. i. a Iudæis tali circuncisione circuncisis. Et dicit manufacta, ad differentiam circuncisionis spiritualis, de qua dicitur Col. 2. In quo circuncisi estis circuncisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi consepulti ei in baptismo. Et sequitur parum post, Vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, cõdonans vobis omnia, &c. Deinde cũ dicit. *Qui eratis in illo tẽpore &c.* Cõmemorat bona, quibus priuabantur, & primo, participatione sacramentorum. Secundo, Dei cognitione,
B ibi. *Et sine Deo in hoc mundo*. Circa primum ponit tria sacramenta, quorum participatione priuabantur. Primo Christi dignitate. Vnde dicit. *Qui eratis illo tempore sine Christo*, idest sine promissione Christi, quæ facta est Iudæis. Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustum &c. Zach. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit ibi iustus & saluator. Secundo, tãgit societatem sanctorum, qua priuabantur, quandiu in gentilitate permanebant, cum dicit, *Alienati à conuersatione Israel*, quia. s. Iudæis cum Gentibus non erat licitum conuersari. Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, non misereberis eorum, neque sociaberis cum eis coniugia, &c. Io. 4. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Et quantũ ad illos qui in Iudaismo recipiebantur contemptibiliter, cum fiebant proseliti. Vnde subditur, *Et hospites testamentorum*. q. d. Huiusmodi proseliti, quando conuertebantur ad Iudæos, & fiebant proseliti, non sicut ciues, sed sicut hospites recipiebantur ad percipiendum testamen-
C ta Dei. Dicit autem *Testamentorum* in plurali, quia Iudæis vetus testamẽtum erat exhibitum, & nouum erat promissum, quia vt dicitur Eccle. 44. Testamentum suum confirmauit super caput Iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Promiserat enim Deus dare aliud testamentum. Baruch. 2. Statuam illis testamentum alterum sempiternum. Hoc autem reddidit illis, quorum adoptio est filiorum dei, & gloria & testamentum, vt dicitur Ro. 9. Ponit etiam aliud beneficium quo priuabantur. s. spem futurorum bonorum, cum dicit. *Promissionis spem non habentes*. Quia vt dicitur Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. & semini eius. Vlterius ponit summam damnificationem qua damnificabantur. s. ob Dei ignorantiam, ibi *Et sine Deo in hoc mundo*. i. sine cognitione dei Psal. 75. Notus in iudea Deus: non autem gentibus vt dicitur 1. Thes. 4. Non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum, quod tamen intelligitur de cognitione quæ est per fidem. Nam de cognitione naturali dici-
D tur Ro. 1. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, &c. Consequenter cũ dicit. *Nunc autem in Christo &c.* Commemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per Christum. Circa quod duo facit, quia primo ostendit quomodo facti sunt participes bonorum, quibus ante priuabantur. Secundo, ostendit quòd ad illa bona non sicut hospites, sed sicut ciues recipiuntur, ibi, *Ergo non estis hospites &c.* Prima iterum in duas, quia primo commemorat huiusmodi beneficia in generali, Secundo, in speciali, ibi, *Ipse enim est pax nostra &c.* Dicit ergo primo, dixi quòd in illo tempore eratis sine Christo, alienati a cõuersatione Israel, *Nunc aũt* i. postquã cõuersi estis ad Christum, *Vos qui estis in Christo*. i qui ei adhæretis per fidẽ, & charitatem 1. Io. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Gal. vlt. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. *Vos*, inquam, *Qui aliquando eratis longe*, i. elongati a Deo, non loco, sed merito. Psal. 118.
E Lõge a peccatoribus salus, & a conuersatione sanctorum, & participatione testamentorum, vt dictum est, Iam *Facti estis prope*, Deo scilicet & sanctis eius, & testamentis. Esa. 6. Filii tui de longe venient, &c. Mar. 8. Quidam n. ex eis scilicet gentibus, de longe venerunt, scilicet de regione dissimilitudinis, & statu gentilitatis: vos autem modo facti estis prope, scilicet *In sanguine Christi*. i. per sanguinem eius, quo vos Christus attraxit. Ioa. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Et hoc propter nimiam charitatẽ, quæ potissime in morte crucis manifestatur. Hie. 31. In charitate perpetua dilexit te, ideo attraxi te miserans.

LECTIO QVINTA.

COmmemoratis beneficiis collatis ipsis Ephesiis in generali per Christum : hic ea commemorat in speciali . Circa quod duo facit . Primo ostendit qualiter appropinquauerunt populo Iudaico. Secundo qualiter propinquiores facti sunt Deo, ibi. *Vt reconciliet ambos &c.* Prima iterum in tres , quia primo ostendit causam appropiquationis. Secundo modum. Tertio finem. Secunda, ibi *Et mediũ parietẽ &c.* Tertia,ibi . *Vt duos &c.* Causa autem appropinquationis est Christus , propter quod dicit, *Ipse enim est pax nostra &c.* Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressionem . quasi dicat, Benedico quòd facti estis prope,sed hoc factũ est per Christum, quia *Ipse est pax nostra,* idest causa pacis nostræ . Vnde dicebat Ioan. 14. Pacem meam do vobis. Hic autem modus loquendi fieri consueuit, quando totum quod est in effectu,dependet ex causa, sicut cum dicimus de Deo,q̃ ipse est salus nostra, q̃a quicquid salutis est in nobis causatur à Deo . Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur a Christo , & per consequens quicquid appropinquationis , quia homo quando pacificatus est cum alio, secure potest ambulare,seu appropinquare ad ipsum , ideo dicit quòd est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annuntiauerunt pacem. Luc.2. Gloria in altissimis Deo,& in terra pax &c. Ipso etiam Christo in corpore existente, mundus maximam pacẽ habuit,qualem ante nõ habuerat. Psal.71. Orietur in diebus eius iustitia,&c.Ipse etiam resurgens pacem annunciauit . Luc. vlt.dixit eis , Pax vobis . Sequitur,*Qui fecit vtraque vnum,*quia scilicet Christus vtrunque populum,videlicet Iudæorum colentium Deum verum , & Gentilium ab huiusmodi Dei cultura alienatorum,coniunxit in vnum . Io.10 Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili &c. vsque ibi, Et fiet vnum ouile & vnus pastor . Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans , &c. Modus autem appropinquationis ostenditur,cum subdit.*Et medium parietem* &c.Hic autem modus est per remotionem eius,quod diuidebat . Debemus autem ad intellectum literæ imaginari vnũ magnum campum , & multos homines ibi congregatos, in quo quidem per medium protendatur & eleuetur vnus paries diuidens eos,ita quòd non videatur populus vnus,sed duo . Quicunque ergo remoueret parietem , coniungeret illorum hominum congregationem in turbam vnam , & efficeretur populus vnus . Sic intelligendum est quod hic dicitur , Mundus enim iste est sicut ager. Math. 13. Ager est mundus , hic autem ager , scilicet mundus,plenus est hominibus . Gen.2. Crescite & multiplicamini & replete terram . In isto autem agro est paries,quia quidã sunt ex vna parte , quidam ex alia , hic autem paries potest dici lex vetus,secundum carnales obseruantias , in qua Iudæi conclusi custodiebantur , vt dicitur Gal. 3. Sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem,quæ reuelanda erat. Can. 2. Ipse stat post parietem nostrum , quia videlicet Christus per veterem legem figurabatur. Christus autem hunc parietem remouit , & ita cum nullum remanet intersticium , factus est populus vnus Iudæorũ, & Gentium . Et hoc est quod dicit.*Dico quod fecit vtraque vnum.* hoc modo,scilicet *Soluens medium parietem* . Parietem dico,maceriæ non muri . Tunc enim est paries maceriæ , quando lapides in eo non conglutinantur cemento,nec ad hoc erigitur , vt duret in perpetuum , sed vsque ad tempus præfinitum . Vetus ergo lex est paries maceriæ propter duo . Primo,quia non conglutinabatur charitate ; quæ est quasi cementum conglutinans singulos subinuicem , & omnes simul Christo, infrà. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis . Vetus.n.lex , est lex timoris,inducens homines per pœnas , & comminationes ad obseruantias mandatorum . Et si qui illo tempore legis eam ex charitate obseruabant , iam pertinebant ad nouum testamentum,vt dicit Aug.quòd est lex amoris . Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Secundo vetus lex est paries maceriæ , quia non fuit data vt perpetuò duraret , sed vsque ad tempus præfinitum . Gal.4. Quanto tempore hæres parvulus est , nihil differt a seruo , cum sit dominus omnium , sed sub tutoribus & actoribus est,vsque ad præfinitum tempus a patre , ita & nos cum essemus , &c. Sed hic incidit quæstio , quia dicit , parietem maceriæ soluens , contrarium dicitur Mat. 5. Non veni soluere legem , sed adimplere . Respondeo, Dicendum est , quòd in veteri lege erant præcepta moralia & ceremonialia . Moralia quidem præcepta Christus non soluit , sed ad-

LECTIO V.

IPse .n. est pax nostra , qui fecit vtraq; vnum,& medium parietẽ maceriæ soluens,inimicitias in carne sua legẽ mandatorũ decretis euacuans , vt duos condat in semetipso in vno nouo homine faciẽs pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucẽ, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens, euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis,& pacem his qui prope,quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ.

impleuit , superaddendo consilia , & exponendo ea quæ Scribæ & Pharisei male intelligebant . Vnde dicebat Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum , & cætera. Et iterum , Dictum est antiquis , Diliges proximum tuum , & odio habebis inimicum tuum . Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros &c. Cerimonialia verò præcepta soluit quidem quãtum ad eorum substantiam,sed adimpleuit quantũ ad qd figurabãt, adhibens figuratum figuræ . Est ergo intelligendum , quòd hic dicit soluens , scilicet, quantum ad obseruantiam legis carnalis . Et soluere hoc , scilicet, parietem maceriæ , est soluere inimicitias quæ erant inter Iudæos & Gentiles , quia isti volebant legem seruare , illi verò minimè, ex quo oriebatur inter eos ira & inuidia . Sed certè has inimicitias Christus soluit in carne sua assumpta . Nam in eius natiuitate statim pax hominibus annuntiata est . Luc. 2. Vel in carne sua scilicet , immolata , quia vt dicitur infra 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo . In quo quidem sacrificio impleta sunt omnia illa sacrificia & cessauerunt. Hebr. 10. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos . Quid autem sit iste paries insinuat , dicens . *Quod est lex mandatorum* , quasi dicat , Soluens parietem , hoc est legem mandatorũ &c. Dicitur aũt lex uetus lex mandatorũ : non quia aliæ leges mandatis careant . noua enim lex, mandata habet. Io. 14. Mandatum nouum do vobis : sed propter duo. Primo quidem propter magnum numerum mandatorum legalium, intantum quòd ab hominibus seruari possunt , secundum illud Act.15. Hoc est onus quod neq; nos, neque patres nostri portare potuimus . Iob. 11. quòd multiplex sit lex eius , &c. Vel dicitur , Mandatorum,idest factorum . Ro. 3. Vbi est ergo gloriatio tua ? Exclusa est . Per quam legem ? Factorum ? Non,sed per legem fidei . Vnde sicut Baptismus Ioannis dicitur baptismus aquæ , quia tantum exterius mundabat , interius autem non sanctificabat , ita & lex vetus dicitur lex factorum , quia præcipiebat tantum quid facere deberent , sed non conferebat gratiam , per quam ad legem implendam iuuarentur . Lex vero noua dirigit in agendis præcipiendo,& iuuat ad implendum, gratiam conferendo . Euacuans dico sicut imperfectum euacuatur,per perfectum,& vmbra per veritatem 1.Corint.13.Cum autem venerit quod perfectum est , euacuabitur quod ex parte est, scilicet ĩperfectio & vmbra veteris legis,de qua.Heb.10. Vmbrã enim habens lex futurorum bonorum, &c. Et hoc decretis:idest præceptis noui testamenti,per quæ excluditur lex . Leui 26. Comedetis vetustissima veterum,idest præcepta legis naturæ simul cum noua lege , & præceptis eius susceptis , vetera proiicietis, idest cerimonialia præcepta veteris legis quantum ad eorum substantiam , vt dictum est . Finem vero appropinquationis ostendit dicens . *Vt duos condat in se &c.* Qui quidem finis est vt dicti duo populi efficiantur vnus populus . Quæ autem vniuntur oportet vniri in aliquo vno,& quia lex diuidebat non poterant in lege vniri , Christus autem in lege succedens & fides eius(sicut veritas figuræ) eos in semetipso condidit . Ioan. 17. Vt sint vnum,sicut & nos vnum sumus . Matth. 18. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo , ibi ego sum in medio eorum . Et hoc *In vno nouo homine faciens pacem* , idest in semetipso Christo , qui dicitur nouus homo propter nouum modum suæ conceptionis . Hier. 31. Creauit dominus nouum super terram , fœmina circundabit virum . Item,propter nouitatem gratiæ , quam contulit . Gal. vlt. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet , neque præputium , sed noua creatura. infra. 4.Renouamini spiritu mentis vestræ , & induite nouum hominem qui &cæt. Item propter noua mandata, quæ attulit . Io. 13 . Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem &c. Et licet ista videatur esse intentio Apostoli , tamen in glossa paries duplicatur , quia ex parte Iudæorum ponitur lex quasi obstaculum , ex parte vero Gentium est idolatria . Consequenter cum dicit , *Vt reconciliet ambos &c.* Ostendit qualiter Deo appropinquauerunt . Circa quod duo facit . Primo manifestat eorum reconciliationem ad Deum . Secundo,ponit manifestationem reconciliationis ibi *Et veniens euangelizauit* & cætera . Sciendum est,quòd dilectio proximi est via ad pacem Dei, quia vt dicitur .1. Io. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt , Deum quem non videt,quomodo potest diligere? & August. dicit quòd nullus putet habere pacem cum Christo, si discors fuerit cum Christiano . Primo ergo ponit pacem hominum

minum inuicem factam per Christum , & ex inde pacem hominum ad Deum: propter quod dicit; *Vt reconciliet ambos* iam vnitos in vno corpore ecclesiæ , scilicet in Christo . Ro. 12. Multi vnum corpus sumus in christo; *Reconciliet*, inquam, *Deo* per fidem & charitatem. 2. Corint.5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et hoc fecit ; *Per crucem,interficiens inimicitias in semetipso,* q̃a iudæorum , & Gentilium,quæ erant per legem inimicitias , interfecit , implens figuras veteris testamenti : sed inimicitias quæ erant inter Deum & homines per peccatum, interfecit in semetipso, quando per mortem crucis deleuit peccatum.Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris . Heb. 10. Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata . Dicit ergo ; *Interficiens inimicitias* idest peccata ; *In semetipso* in immolatione corporis sui . Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius , siue quæ in cælis , siue quæ in terris sunt . Roma. 5. Cum inimici essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filii eius . Item Col.1. In Christo complacuit omnem plenitudinem habitare , & per eum reconciliare omnia in ipso. Quia ergo Christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris , consequens fuit , vt soluto pretio fieret reconciliatio . Manifestationem vero huius reconciliationis ponit , dicens . *Et veniens euangelizauit &c.* Ponit autem primo pacis , seu reconciliationis annunciationem . Secundo pacis causam & rationem , ibi ; *Quoniam per ipsum habemus ,accessum &c.* Est ergo manifesta Dei reconciliatio ad hominem per Christum , quia ipse Christus non solum reconciliauit nos Deo , & interfecit inimicitias: sed etiam ; *Veniens,* scilicet in carne ; *Euangelizauit,* idest annunciauit ; *Pacem.* Vel veniens post resurrectionem , quando Stetit in medio discipulorum & dixit eis , Pax vobis . Luc. vlt. & Ioan. 20. Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me &c. Et. 52. Quàm pulchri pedes supra montes annuntiantis & prædicantis pacem , annuntiantis bonum , prædicantis salutem &c. *Euangelizauit,* inquam,non vni populo tantum , sed vobis gentibus ; *Qui longe fuistis,* quibus & si non in persona propria , tamen per apostolos suos annuntiauit pacem . Matth. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes &c. Esa. 33. Audite qui longe estis , quæ fecerim , & cognoscite &c. *Et pacem his qui prope* , supple annuntiauit Christus in persona propria . Roma. 15: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum . Esa. 54. Ecce, accola veniet qui non erat mecum , aduena quondam tuus adiungetur tibi . Causam autem pacis & formam ostendit , dicens ; *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo,* idest duo populi ; *In vno spiritu,* idest vniti vnione spiritus sancti . infra. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus &c. 1. Co. 12. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus . Sic autem habemus accessum ad patrem per Christum , quoniam Christus operatur per spiritum sanctum . Roma. 8. Si quis autem spiritum Christi non habet , hic non est eius , & ideo quicquid fit per spiritum sanctum , etiam fit per Christum . Per hoc etiam quod dicit ; *Ad patrem,* intelligendum est , quòd etiam pertinet ad totam trinitatem , quia propter essentiæ vnitatem in patre est filius & spiritussanctus, & in spiritu sancto pater & filius.Ideo cum dicit ad patrem specialiter ostendit , quòd quicquid filius habet, a patre habet,& ab eo etiam se habere recognoscit.

LECTIO VI.

ERgo iam non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorũ & domestici Dei, superedificati super fundamẽtum Apostolorum &Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu , in quo omnis ædificatio cõstructa,crescit in tẽplũ sctm̃ in dño.In quo & vos coædificamini,inhabitaculũ Dei,ĩ spiritu sctõ.

quòd collegium fidelium quandoque in scripturis vocatur domus , secundum illud 1. Timo. 3. Vt scias quomodo in domo Dei oporteat te conuersari , quæ est Dei ecclesia . Quandoque autem vocatur ciuitas , secundum illud Psal. 121. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas . Ciuitas enim habet collegium politicum , domus autem œconomicum , inter quæ quidem duplex differẽtia inuenitur. Nam qui sunt de collegio domus , communicant sibi in actibus priuatis , qui vero sunt de collegio ciuitatis,communicant sibi in actibus publicis,Item,qui sunt in collegio domus, reguntur ab vno,qui vocatur paterfamilias,sed qui sunt in collegio ciuitatis, regũtur à rege.Ita enim est paterfamilias in domo, sicut rex in regno.Sic igitur collegiũ fideliũ aliquid habet de ciuitate,& aliquid de domo.Sed si cõsideretur rector collegii , pater est.Mat.6.Pater noster qui es in cœlis,&c. Hic.3. Patrẽ vocabis me,& post me ingredi nõ cessabis,& sic collegiũ est domus: si vero ipsos subditos cõsideres,sic ciuitas est,quia cõmunicãt sibi in actibus præcipui.s.fidei,spei,& charitatis.Et hoc modo si fideles cõsiderẽtur in se,est collegiũ ciuitatis,si vero rector collegii attẽdatur,est collegiũ domus.Et ideò Apostolus duo verba ponit hic .s.*Hospites et aduenæ.*Hoc.n.sunt hospites ad domũ,quod aduenæ ad ciuitatem. Hospes enim dicitur,quasi extraneus a domo . Ecclesiast. 29. Vita nequam , hospitandi de domo in domum. Aduena vero est,qui extraneus venit ad ciuitatem . Ac si dicat Apostolus ; olim eratis extranei a collegio fidelium, sicut hospites a domo , & aduenæ ad ciuitatem , quemadmodum & proselyti ad legem veterem , sed nunc non est ita ; quia iam non estis hospites , & cætera Esa. 54. Ecce accola veniet, qui non erat mecum , aduena quondam tuus adiungetur tibi . Consequenter cũ dicit. *Sed estis ciues sanctorum &c.* Concludit quod conuenit statui præsenti , dicens . Sed estis ciues sanctorum , &c. q.d. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas in cõparatione ad subditos , & domus in comparatione ad rectorem , collegium ad quod vocati estis,est ciuitas sanctorum , & domus Dei Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te , ciuitas dei . Vnde August. Duas ciuitates,faciunt duo amores . Nam amor Dei vsque ad contemptũ sui , scilicet hominis amantis , facit ciuitatem Hierusalem cælestem , amor vero sui vsque ad contemptum Dei , facit ciuitatem Babylonis . Quilibet ergo vel est ciuis sanctorum,si diligit Deũ vsque ad contẽptum sui . Prouerb. vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus , si vero diligit se vsque ad contemptum Dei , est ciuis Babylonis . Consequenter cum dicit , *Superedificati &c.* manifestat propositum . Consuetum est in scripturis ; quòd in figura quæ methonimia dicitur , continens ponatur pro contento , sicut quandoque domus pro his qui sunt in domo : secundum hũc ergo modum loquitur Apostolus de his qui sunt in domo Dei , scilicet de fidelibus , sicut de vna domo , & comparat eos ædificio . Et circa hoc duo facit , quia primo proponit intentum . Secundo,ostendit quòd huius ædificii participes facti sunt ipsi Ephesii , ibi . *In quo & vos coedificamini , &c.* Circa primum duo facit . Primo proponit huius ædificii fundamentum . Secundo,ipsius constructionem seu complementum , ibi , *In quo omnis ædificatio constructa &c.* Fundamentum autem ponit duplex . Vnum secundarium , & aliud principale . Secundarium quidem fundamentum, sunt Apostoli & prophetæ . Et quantum ad hoc dicit,eos non esse hospites, sed ciues , quia iam pertinent ad ædificium spirituale , vtpote Superædificati supra fundamentum Apostolorum , & Prophetarum , id est,qui sunt Apostoli & prophetæ.i.super doctrinam eorum . Vel aliter *Supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum* , , idest supra Christum qui est fundamentum Apostolorum, & prophetarum: q.d.in eodem fundamento superædificati estis , in quo Apostoli & Prophetæ sunt ædificati , qui ex Iudæis fuerunt . Hæ autem expositiones duæ , tantum quo ad verba differunt : sed prima conuenientior est , quia si alia conuenientior esset , tunc pro nihilo adiungeret , *Ipso summo angulari lapide Christo Iesu* , cum ipse Iesus sit summum fundamentum . Secundum ergo primum modum,magis consonat,ita tamen quod præcipuus lapis & summum fundamentum sit Christus . Quantum vero ad sententiam nihil differunt,quia idem est dicere Christũ esse fundamẽtum , & Doctrinam Apostolorum , & prophetarum , cum Christum tantum , non seipsos prædicauerint , vnde accipere eorum doctrinam est accipere Christum Crucifixum . 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum Crucifixum , idest Pe. 1 Quibus reuelatum est , quia non sibiipsis , & cætera . Item 1. Corint. 2. Nos autem sensum Cristi habemus . Notandum.

eſt, quòd Apoſtoli dicuntur fundamenta. Pſal. 86. Fundamenta
eius in montibus ſanctis. Eſa. 54. Fundabo te in ſaphyris, ideſt
in cæleſtibus viris. Expreſſe autem dicuntur fundamenta. Apo.
21. Murus ciuitatis habens fundamenta. 12. & in ipſis nomina
12. Apoſtolorum. Qui in tantū dicuntur fundamenta, inquan-
tum eorum doctrina
Chriſtū annuntiant.
Mat. 16. Super hanc
petram ædificabo ec-
cleſiam meam. Dicit
autem apoſtolorum
& prophetarum, vt
deſignet quòd vtra-
que doctrina eſt ne-
ceſſaria ad ſalutem.
Math. 13. Scriba do-
ctus in regno cælorū
ſimilis eſt homini pa
trifamilias, qui pro-
fert de theſauro ſuo noua & vetera. Item, vt oſtendat concordiā
inter vtranque alterius ad alteram, dum idem eſt vtriuſque fun
damentum. Nam quod prophetæ prædixerunt futurum, Apo-
ſtoli prædicauerunt factum. Rom. 1. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti
vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante
promiſerat per prophetas ſuos. Principale vero fundamentum
tātum eſt Chriſtus Ieſus, & quantū ad hoc dicit, *Ipſo ſummo*, &c.
Vbi tria dicit de eo, ſcilicet ꝙ ſit lapis, quòd angularis, & quòd
ſummus. Lapis quidem eſt propter fundamenti firmitatem. Vn
de dicitur Math. 7. Quòd domus quæ fundata erat ſupra petrā
firmiter ædificata erat, intantum quod nec pluuia, nec flumina,
nec venti potuerunt eam deſtruere. Non ſic autem de domo ſun
data ſuper arenam. Dan. 2. Lapis abſciſſus de monte ſine mani
bus. Angularis autem dicitur propter vtriuſque coniunctio-
nem. nā ut in angulo duo parietes vniuntur: ſic in Chriſto, po
pulus Iudæorum & Gentium vniti ſunt. Pſal. lapidem quem
ræprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Act.
4. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt, à vobis ædificantibus, qui fa-
ctus eſt in caput anguli, & non eſt in aliquo alio ſalus. Et hoc
idem de ſe introducit. Matt. 21. nunquid legiſtis in ſcripturis,
Lapidem quem ræprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in ca-
put anguli? &c. Summus autem dicitur, propter dignitatis celſi-
tudinem Eſa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem
angularem, probatum, pretioſum, in fundamento fundatum: ſed
non eſt idem de fundamento in ædificio ſpirituali, & in ædificio
materiali. Materiale nāque ædificium fundamentum habet in
terra, & ideo oportet vt principalius fundamētum ſit magis in-
ſimum. Spirituale vero ædificium fundamentum habet in cælo,
& ideo oportet quòd fundamentum quanto eſt principalius, tan
to ſit ſublimius: vt ſic imaginemur ciuitatem quandam deſcen-
dentem de cælo, cuius fundamentum in cælo exiſtens, & ædifi-
cium demiſſum ad nos, videatur inferius: ſecundum illud Apo.
21. Vidi ciuitatem ſanctā Hieruſalem deſcendentē de cælo, &c.
Conſequēter cum dicit. *In quo omnis ædificatio, &c.* agit de con-
ſtructione ædificii. In qualibet autem ædificii cōſtructione qua-
tuor requiruntur. Primo ædificii fundatio. ſecundo conſtructio.
tertio augmentatio. quarto conſumatio. quæ quidem breui-
ter tangit. Primum cum dicit *In quo*. ſ. fundamento, qui Chri-
ſtus eſt principaliter, & doctrina Apoſtolorum, & prophetarū,
Secundario, quia vt dicitur. 1. Cor. 3. Fundamētum aliud nemo
poteſt ponere pter id, &c. Secūdo vero tangit ſcdm cū dicit. *Om-*
nis ædificatio conſtructa. Et quidem ſi intelligatur allegorice, deſi-
gnat ipſam eccleſiam, quæ tunc conſtruitur, quando homines ad
fidem conuertuntur. Si autem moraliter intelligatur, ſignificat
animam ſanctam, & tunc eiuſmodi ædificatio conſtruitur quan
do bona opera ſuperædificantur ſuper Chriſtum. Prouer. 14. Sa-
piens mulier ædificat domum ſuam. 1. Cor. 3. Vnuſquiſq; videat
quomodo ſuperædificet. In hoc ergo fundamento. ſ. Chriſto, om-
nis ædificatio ſpiritualis conſtruitur, Iudæorum, vel Gentilium,
à Deo per authoritatem. Pſal. 126. Niſi dominus ædificauerit do
mū, &c. Heb. 3. Omnis nāque domus fabricatur ab aliquo, qui
autem omnia creauit, Deus eſt:, ſed inſtrumentaliter conſtruitur
ædificium, vel ab homine qui ſeipſum ædificat, vel a prælatis.
Tertium tangit, cūm dicit. *Creſcit in templum &c.* quod quidem
ſit, quando multiplicantur qui ſalui fiunt. Act. 6. Verbum domi-
ni creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Hie-
ruſalem valde. Creſcit etiam quando homo creſcit in bonis ope
ribus, & in gratia creſcit quātum ad hoc, quòd ſit templum ſan
ctum. Templum enim à Deo inhabitatur, & ideo oportet quòd
ſit ſanctum. Pſal. 45. Sanctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus,
Et quia nos debemus inhabitari à Deo, vt Deus in nobis habi-
tet, ad hoc nos parare debemus, vt ſancti ſimus. 1. Cor. 3. Neſci-
tis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?
F Apoc. 12. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habita-
bit cum eis. Sed nunquid ſtatim à principio, cum charitatem
habemus templum Dei ſumus? Reſpondeo, dicendum eſt quòd
ſic. Et quanto magis proficimus, tanto magis Deus habitat in
nobis. Et ideo ad hoc ædificium quarto requiritur perfectio &
conſummatio, quod
oſtendit, cum dicit,
in domino. Conſe-
quenter cum dicit *In*
quo & uos &c. Oſten
dit quomodo Genti-
les facti ſunt partici-
pes huius ædificii di-
cens. *In quo*. ſ. ædifi-
cio, non ſolum ſu-
perædificantur Iu-
dæi, ſed etiam vos
Epheſii *Coædificamini*
.i. ad ſimilitudinem
aliorum ædificamini. 1. Pet. 2. Ad quem accedētes lapidem viuū,
ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum &
honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini
domos ſpirituales. Et ideo ſubdit. *In habitaculum Dei*, vt. ſ.
Deus in vobis inhabitet per fidem. infra. 3. Habitare Chriſtum
per fidem in cordibus veſtris. Hoc autem non poteſt fieri ſine
charitate, quia qui manet in charitate, in Deo manet, &c. 1. Io. 4.
Charitas autem datur nobis per ſpiritum ſanctum. Rom. 5. Cha
ritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui
datus eſt nobis, ideo ſubdit, *In ſpiritu ſancto*.

CAPIT. III. LECT. I.

Huius rei gratia ego Pau-
lus vinctus Chriſti Ieſu,
pro vobis Gētibꝰ, ſi tamē
audiſtis diſpenſationē gratiæ Dei
quæ data ē mihi in vobis, quoniā
ſm̄ reuelationē notum mihi factū
eſt ſacramentū, ſicut ſupra ſcripſi
in breui, prout poteſtis legētes in
telligere prudentiā meā in myſte-
rio Chriſti, quod aliis generationi
bus non eſt agnitū filiis hominū,
ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis a-
G poſtolis eius, & prophetis in ſpiri
tu, eſſe gentes cohæredes, & con-
corporales, & cōparticipes ꝓmiſ-
ſionis in Chriſto Ieſu per euāgeliū.

H

LECTIO PRIMA.

SVPRA commemorauit Apoſtolus multa Dei beneficia hu
mano generi, & ipſis Apoſtolis collata: hic commemorat
ſpecialia Dei beneficia ſibi tradita. Primo ergo proponit inten-
tionem ſuam in generali. Secundo exponit per partes in ſpeciali
ibi. *Quoniam ſecundum reuelationem &c.* Circa primum duo fa-
cit. Primo ponit ſuam conditionem quantum ad patientiam, &
tribulationes quas pertulit. Secundo quantum ad dona gratiæ
quæ Deus ſibi contulit, ibi. *Si tamen audiſtis &c.* Dicit ergo.
Dixi in quo & vos coædificamini &c. *Huius rei gratia*, ideſt vt
ædificemini & conuertamini ad Chriſtum, *Ego Paulus* qui tan-
tus ſum, quia Apoſtolus Ieſu Chriſti, & magiſter gentium in
fide & veritate, nunc *Vinctus* Romæ. Nam hanc epiſtolam de
vrbe ſcripſit vbi in vinculis tenebatur 2. Thimo. 2. Laboro vſque
I ad vincula quaſi male operans. infra 4. Obſecro vos itaque ego
Paulus vinctus in domino. Ex quo apparet eius tribulatio
& paſſio in ſqualore carceris. Sed quia pœna non facit marty-
rem, ſed cauſa, ideo addit ſuarum tribulationum cauſam. Du-
plex eſt aūt cauſa pro qua quis martyrii cauſam proſequitur.
Vna ſi patiatur pro fide Chriſti, vel pro quacunque alia virtute
1. Petr. 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut male-
dicus, aut alienorum appetitor, ſi autem vt Chriſtianus, non
erubeſcat. Et quantum ad hoc dicit, *Vinctus Chriſti Ieſu*. Alia, ſi
patiatur pro eccleſiæ vtilitate: et quantum ad hoc ait *Pro vobis*
Gentibus, ideſt tantum intendo conuerſionem veſtram, & ver-
bum ſalutis vobis prædico, quòd traditus ſum carceri. 2. Cori.
1. Tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. Col. 1. Nunc
gaudeo in paſſionibus pro vobis. Conſequenter cum dicit. *Si ta*
men audiſtis &c. ponit donum gratiæ ſibi commiſſum q.d. Dico
quòd ſum pro vobis Gentibus vinctus. *Si tamen audiſtis*, ideſt
ītellexiſtis *Diſpenſationē gratiæ, quæ data eſt mihi pro vobis*. Quod
K poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt diſpenſatio accipiatur
paſſiue, & ſit ſenſus: ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ &c.
ideſt ſi intellexiſtis, quod mihi hoc donum, ſcilicet Apoſtolatus
in Gentibus eſt diſpenſatum. Nam vt dicitur infra 4. Vnicui-
que data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Et
infra, Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem
Prophetas, &c. Vnde mihi diſpenſatum eſt a Domino Chriſto,
ideſt venit in ſortem gratia Dei hæc, vt in vobis fructum faciam.
Colo. 1. Factus ſum ego miniſter, &c. Dico *Diſpenſationem Dei*
quæ data eſt mihi in vobis, ideſt eorum diſpenſatio tradita eſt mi-
hi. Alio modo, vt diſpenſatio accipiatur actiuè, vt ſit ſenſus. Si
tamen audiſtis diſpenſationem, &c. i. ſi intellexiſtis quòd mihi da
tum ſit, vt dona gratiæ diſpenſem per communicationem ſacra-
mentorum, & hoc in vobis 1. Co. 4. *Sic* nos exiſtimet homo vt mi
niſtros Chriſti. Conſequenter dicit *Quoniam ſecundum reuelatio-*
nem &c. manifeſtat conditionem ſuam per partes & in ſpeciali.
Circa quod duo facit, quia primo ponit quod pertinet ad dignita
tē officii. ſ. diſpenſationem gratiæ. Secūdo, illud quod pertinet ad
experien-

experientiam patientiæ, ſcilicet tribulationis, ibi; *Quapropter*
petone deficiatis &c. Prima iterum in duas. Primo oſtendit
gratiæ diſpenſationem quantum ad diuerſorum myſteriorum
cognitionem. Secundo, quantum ad ipſorum executionem, ibi;
Cuius factus ſum miniſter &c. Prima iterum in duas. Primo po-
nit myſteriorū Chri
ſti ſibi datam cogni-
tionem. Secūdo, ex-
ponit quod ſit illud
myſterium, ibi; *Eſſe*
gentes cohæredes &c.
Circa cognitionem
ſuam tria facit. Pri-
mo, quòd ſit certa.
Secūdo, quòd ſit ple
na. Tertio, quòd ſit excellens. Certa quidem eſt, quia non eſt
per humanam induſtriam, nec per humanam intentionem, quæ
falli poteſt. Sapien. 9. Cogitationes enim mortalium timidæ &
incertæ prouidentiæ noſtræ: ſed per legem diuinam quæ certiſſi-
ma eſt. Et ideo dicit. Quoniam ſecundum reuelationem &c.
Gal. 1. Neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed
per reuelationem Ieſu Chriſti. 2. Corint. 3. Nos vero reuelata
facie gloriam domini ſpeculantes &c. Item plena eſt, quia
perfecte reuelatum eſt mihi, & committo veſtro iudicio, quia
ego in verbis paucis hoc expreſſi, in quibus cognoſcere poteſtis
quòd perfectam cognitionem habeam de myſteriis fidei. Et
quantum ad hoc dicit; *Sicut ſcripſi in breui*. ideſt in paucis ver
bis, ita aperte, quòd eo modo; *Hoc poteſtis legentes intelligere*.
Cant. 4. Fauus diſtillans labia tua &c. Labium quidem breue
quid eſt. Et ſic labia doctoris ſunt fauus diſtillans, quando bre-
uibus, & paucis verbis multa & magna inſinuat. Sed attende,
vt dicit Augu. quòd debet intendere hoc doctor, quòd ſcilicet
intelligatur. Et quandiu ad hoc laborat, verba ſua non ſunt
ſuperflua, ſed ſi poſtquam intelligitur eis immoratur, ſuperflua
ſunt eius verba. Dicit autem; *Prudentiam meam*, ſecundum
illud Prouer. 9. Scientia ſanctorum prudentia. Quæ quidem
non eſt mundana: ſed diuina & cæleſtis: propter quod dicit;
In myſterio Chriſti. Eſt etiam excellens, quia ſolis Apoſtolis eſt
reuelata, vnde ſubdit; *Quod aliis generationibus non eſt agnitum*.
Licet enim myſteria Chriſti, Prophetis & Patriarchis fuerint
reuelata, non tamen ita clare ſicut Apoſtolis. Nam prophetis
& patriarchis fuerunt reuelata in quadam generalitate: ſed apo-
ſtolis manifeſtata ſunt quantum ad ſingulares & determinatas
circunſtantias. Hoc autem quod dicit, quòd; *Aliis generatio-*
nibus &c. Poteſt dupliciter exponi. Vno modo vt per gene-
rationes tempora generationum accipiantur. iuxta illud Pſal.
144. Dominatio tua in omni generatione, & generatione.
Et tunc eſt ſenſus, quòd aliis generationibus ideſt temporibus;
Non eſt agnitum filiis hominū, ideſt rationalibus creaturis, ſcilicet
nec hominibus, nec angelis. Mat. 11. Abſcondiſti hæc a ſa-
pientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis; *Sicut nunc*
reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu, ipſis ſci-
licet in eo ſpiritu noui teſtamenti interpretantibus ſcripturas, &
explanantibus legem. Luc. 8. Vobis datum eſt noſſe myſterium
regni Dei, cæteris autem &c. Luc. 10. Beati oculi qui vident
quæ vos videtis. Et infra, Dico autem vobis, quòd multi re-
ges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non vi-
derunt &c. Alio modo poteſt exponi vt per generationes acci-
piantur homines generati, ſecundum illud Mat. 23. Venient
hæc omnia ſuper generationem iſtam &c. Et tunc eſt ſenſus,
quòd aliis generationibus, ideſt hominibus in præcedentibus ge
nerationibus generatis, non eſt cognitum &c. ſicut prius. Vn-
de Eſa. 53. Quis credidit auditui noſtro, & brachiū domini cui
reuelatum eſt? Sed hoc quidem ſacramentum fidei, reuelatum
eſt aliquibus patribus veteris teſtamenti. ſecundum illud Io. 8.
Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit,
& gauiſus eſt. Et etiam prophetis, ſecundum illud Ioel. 2. Poſt
hæc effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophe-
tabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ. Sed eis quidem reuelatū eſt in
quadam generalitate, Apoſtolis vero clare & perfecte. Et hoc
propter tria. Primo quia ipſi Apoſtoli habuerunt reuelationem
immediate a filio dei, ſecundum illud Ioan. 1. Vnigenitus filius
qui eſt in ſinu patris, ipſe enerrauit. Prophetæ vero, & patres ve-
teris teſtamenti ipſi edocti ſunt per angelos, vel per aliquas ſimi
litudines. Vnde dicitur Eſa. 6. Volauit ad me vnus de ſeraphim
& in manu eius calculus quem &c. Et ideo iſti apoſtoli clarius
acceperunt. Secundo, quia nō in figuris, & in ænigmatibus ſicut
Prophetæ viderunt: ſed reuelata facie gloriam domini ſpeculan
tes. Lu. 10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Tertio, quia
apoſtoli conſtituti fuerunt executores & diſpenſatores huius ſa
cramenti, & ideo oportebat, quòd melius ipſi eſſent inſtructi
quàm alii Io. 4. Alii laborauerunt, & vos in labores eorū introi-
A ſtis. Conſequenter cum dicit. *Eſſe gentes &c.* manifeſtat quid ſit
illud ſacramentum. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ Iudæi triplicem
prærogatiuam habebant reſpectu Gentilium. ſ. promiſſionis hæ
reditatis. Ro. 4. Non enim per legem promiſſio Abrahę, aut ſemi
ni eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Pſal. 15. Do
minus pars hæredita
tis meę &c. Item, per
ſpecialem a gentibus
aliis diſtinctionem,
& electionem. Deu.
7. Te elegit dominus
Deus tuus, vt ſis ei
populus peculiaris de
cunctis populis, qui
ſunt ſuper terrā. Vn-
de Pſal. 99. Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius. Cant.
B 6. Vna eſt columba mea, perfecta mea &c. Item per Chriſti pro
miſſionem Gen. 12 In te benedicentur vniuerſæ cognationes
terræ. Hæc autem tria, gentes non habebant ſupra 2. Qui era-
tis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, ſed
ad hæc tria recepti ſunt per fidem. Primò quidem, quantum ad
participationem hæreditatis, & quantum ad hoc dicit *Cohæredes*
ſcilicet ipſis Iudæis in hæreditate cæleſti. Math. 8. Multi ab
oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Iſaac
& Iacob in regno cælorum &c. Secundo ad ſpeciale collegium
fidelium. Et quantum ad hoc dicit *Et concorporales*, ideſt in vnū
corpus, Io. 10. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili. i. gē-
tes, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet
vnum ouile & vnus paſtor. Tertiò, ad participationem gratiæ
repromiſſæ. Et quantum ad hoc dicit, *Et comparticipes*. ſ. promiſ
ſionum quæ factæ ſunt Abrahæ. Ro. 15. Dico autem Chriſtum
fuiſſe miniſtrum circuncſionis propter veritatem Dei ad confir
C mandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia
honorare Deum. Et hæc omnia conſecutæ ſunt Gentes non per
Moyſem, ſed *In Chriſto* Io. 1. Lex per Moyſem data eſt, gratia &
veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt 2. Pet. 1. Per quem maxi-
ma & pretioſa nobis promiſſa donauit, &c. Item, nec per imple-
tionē legis, quia Hoc eſt iugum quod neque patres noſtri, neq;
nos portare potuimus, vt dicitur, Act. 15. ſed *Per Euangelium*
per quod omnes ſaluantur. Ro. 1. Non enim erubeſco euāgeliū,
virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. 1. Cor. 15. Notū
vobis facio euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepi-
ſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini.

LECTIO II.

Cuius factus ſum ego mi
niſter ſm̄ donū gratiæ Dei
quæ data eſt mihi ſm̄ ope
rationē virtutis eius. Mihi enim
omnium ſanctorum minimo, da-
ta eſt gratia hæc, in Gētibus euāge
lizare inueſtigabiles diuitias Chri
ſti, & illuminare omnes quæ ſit
diſpenſatio ſacramenti abſconditi
a ſeculis in Deo, qui oīa creauit.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM oſtendit Apoſtolus eſſe ſibi gratiam diſpēſa
tam quantum ad myſteriorum diuinorum cognitionem, hic
oſtendit hoc idem quantum ad ipſorum myſteriorum executio-
D nem. Et circa hoc duo facit. Primò commemorat auxilium gra
tiæ præſtitum ſibi ad exequendum. Secundo, oſtendit ſibi com-
miſſum officiū miniſterii, ibi. *Mihi omnium ſanctorum minimo &c.*
Prima in duas: Primo tangit miniſteriorum diuinorum execu-
tionem. Secundo oſtendit auxilium ſibi datum ad exequendum
ibi, *Secundum donum gratiæ &c.* Executio aūt diuinorū ſibi com-
miſſa eſt per modum miniſterii, & quantum ad hoc dicit, Dico ꝙ
hoc miniſteriū eſt mihi commiſſum. ſ. Gentes eſſe cohæredes per
euāgelium ꝑ qđ Gētes participes fiūt promiſſionis Dei in Chri
ſto Ieſu, *Cuiut ego* Paulus *Factus ſum miniſter &c.* q.d. Non ego
impleo vel exequor vt a me vel vt meum, ſed ſicut miniſterium
quod Dei eſt. Act. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, &c. Vnde Apo
ſtolus 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & di
ſpenſatores myſteriorum Dei. Deinde cum dicit. *Secundum do*
num gratiæ &c. tangit auxilium ſibi præſtitum ad miniſteriorū
executionem. Huiuſmodi autem auxilium duplex fuit. Vnum
E quidem ipſa facultas exequendi, aliud, ipſa operatio, ſiue actuali
tas. Facultatem autem dat Deus infundendo virtutem, & gratiā
per quas efficitur homo potens, & aptus ad operandum, ſed ip-
ſam operationem confert inquantum operatur in nobis inte-
rius mouendo, & inſtigando ad bonum. Et ideo hoc accipiens
Apoſtolus à Deo, dicit quantum ad primum, Dico quòd factus
ſum miniſter, ſed certe non meis meritis, nec virtute propria, ſed
Secundum donum gratiæ Dei quæ data eſt mihi, quia ſcilicet ido-
neus efficior ad executionem diuinorum miniſteriorum qui fui
prius perſecutor. 1. Cor. 15. Plus omnibus laboraui, non ego, ſed
gratia Dei mecum Quantum ad ſecundum dicit, *Secundum ope*
rationem, quam Deus efficit, inquantum virtus eius operatur in
nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Poteſt autem hoc
aliter exponi ſecundum Glo. vt quod dictum eſt modo, referatur
ad præcedentia, ſcilicet dicatur ꝙ eſſe gentes cohæredes, & con-
corporales, & comparticipes promiſſionis eius. ſ. Dei patris: hoc
quidem donum dedit Deus Gentibus in Chriſto, ideſt per Chri
ſtum

stum, & hoc secundum operationem virtutis eius, idest per hoc, quod potenter operatus est suscitando Christum a morte. Consequenter cum dicit. *Mihi enim sanctorum minimo &c.* ostendit officium commissum, cuius quidem commissionis gratia, commendatur ex tribus. Primo quidem ex personæ suæ conditio-

LECTIO III.

Vt innotescat principatibus, & potestatibus, in cęlestibus, ꝑ ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quã fecit in Christo Iesu dño nr̃o, in quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia, per fidem eius.

ne. Secundo, ex commissorum magnitudine, ibi, *Euangelizare inuestigabiles etc.* Tertio, ex fructus vtilitate, ibi *Vt innotescat &c.* Commendat igitur officium sibi cõmissũ, ex personæ conditione. Si.n. rex aliquis aliquod quidem magnum officium alicui magno principi, & excellenti committeret, non multum ei magnam gratiam faceret, quantum ad hũc magnum si poneret in magno officio, sed si magnum, & arduissimum officium alicui paruo committat, multum eum magnificat, & magnam gratiam facit ei, & tanto magis, quanto officii excellentia excedit ipsum. Secundum ergo hunc modum, Paulus gratiam sibi commissi officii commendat dicens, *Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc*. Et vocat se minimum, non ex potestate sibi commissa, sed ex consideratione status præteriti 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Esa. 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. Et hoc, *In gentibus* (idest inter gentes) Gal. 2. Qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est mihi inter Gentes. Et cum cognouissent gratiam dei, quæ data est mihi inter Gentes, &c. Secundo commendatur huiusmodi commissionis gratia ex officii magnitudine, quod est reuelare, & manifestare secreta Dei, quæ sunt magna, & occulta, puta, de magnitudine Christi, & de salute fidelium facta per eum. De his autem duobus est totum euangelium. Quantum ad primum dicit, *Euangelizare &c.* q. d. Hæc gratia data est mihi vt annuntiem bonũ 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et ibidem 9. Væ enim mihi, si non euangelizauero, & bonum hoc, scilicet *Inuestigabiles Christi diuitias* quæ sunt veræ diuitiæ. supra 2. Deus autem qui diues est in misericordia, &c. Ro. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? &c. Ro 10. Diues in omnes qui inuocant illum. q.d Diuitiæ istæ vere inuestigabiles sunt, quia tanta est misericordia eius. quòd intelligi vel inuestigari non posset. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor domini ipse thesaurus eius, scilicet Christi, quia in Christo abundantissime fuit timor domini. Esa. 11. Replebit eũ spiritus timoris dñi. In Christo enim sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Col. 2. & hęc sunt inuestigabiles, quia perfectè sapientia, & scientia Christi inuestigari non possunt. Iob. 11. Reperies forsan vestigia Dei, & vsque ad perfectè omnipotentem? q.d. non. Nam per creaturas in quibus relucet vestigium creatoris, perueniri non potest ad perfectam eius cognitionem. Huiusmodi autem diuitias stupens admiratur Apostolus dicens, Rom 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei quàm: &c. Eccle. 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Quantum ad secundum, idest ad manifestandum salutem fidelibus ex Christo prouenientem dicit, *Et illuminare omnes.* non solum Iudæos, sed etiam Gentiles per prædicationem, & miracula. Eccle. 24. Illuminabo omnes sperantes in domino. Act. 9. Vas electionis est, &c. Math. 5. Vos estis lux mundi. Illuminare inquam, quantum in me est omnes, scilicet credere volentes 2. Timo. 2. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ad hoc.s. vt intelligant (*Quæ sit dispensatio sacramenti,*) quia nihil valent ista, nisi dispensentur. q.d. de hoc illuminabo.s. quàm mirabilis & ex quanta dilectione sit facta adimpletio archanæ redẽptionis. Huiusmodi autem diuitiæ inuestigabiles, per Christum vobis dispensatæ sunt. Sed quia dici posset; istud quod dicis, & si sit magnum: omnes tamen hoc sciunt, ideo ad hoc rñdet Apostolus dicẽs, ꝙ non, quia abscõditi a seculis. Vbi sciendum est, ꝙ oĩa quæ sunt in effectu, latent virtute in suis causis, sicut in virtute solis continentur oĩa quæ sunt in generabilibus, & corruptibilibus. Sed tamẽ ibi quædam sunt abscondita, quædam manifesta. Nam calor est manifestè in igne, aliquorum vero ratio, quæ occulto modo producit, latet in eo. Deus autem est omnium rerum causa efficiens, sed producit quædam quorum ratio potest esse manifesta: illa.s. quæ mediantibus causis secundis producit. Aliqua vero sunt in eo abscondita, illa.s. quæ immediatè per seipsum producit. Et quia sacramentum humanæ redemptionis per seipsum operatus est Deus, ideo in eo solo, hoc sacramentum est absconditum. Et hoc est quod dicit, *Absconditi a sæculis in Deo*, idest in sola noti-

F tia Dei. Inuestigare autem secreta primæ causę, maximum est 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principium huius seculi, qui destruũtur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quã prædestinauit Deus ante secula, *Qui*, inquã, *Omnia creauit*

LEC. III.

Posita dignitate officii ex magnitudine commissorũ, hic commendat Apostolus officii dignitatem ex vtilitate effectus, quæ quidem est reuelatio magnarum rerum magnis personis. Sunt autem circa hoc, tria consideranda. Primo quidem, quibus si reuelatum, & quantum ad hoc G dicit. *Vt innotescat principibus &c.* Secundo, per quem reueletur, *Quia per ecclesiam*, Tertio, quid reueletur, *Quia multiformis sapientia Dei.* Ad cuius quidem sapientiæ descriptionem quatuor tangit Apostolus. Primo, eius multiplicitatem; ibi; *Multiformis sapientia Dei.* Secundo, modum multiplicitatis, ibi. *Præfinitionem seculorum*. Tertio, multiplicitatis authoritatem. Vnde subdit. *Quam fecit in Christo Iesu domino nostro*. Quarto authoritatis effectum ibi. *In quo habemus fiduciam, & accessum.* Est ergo sapientia, quæ reuelatur multiformis, & hæc quidem multiformitas tangitur Iob. 11. Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quàm multiplex sit lex eius &c. Sap. 7. Est enim in illa, scilicet sapientia diuina, spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, & multiplex &c. Multiplex, scilicet in effectibus, vnicus, scilicet in essentia. Modus autem multiplicitatis reuelatæ scientiæ est secundum præfinitionem seculorum, idest H distinctionem, & determinationem diuersorum temporum. Deus enim ordinat alia esse in vno tempore, alia in alio, & secundum hoc huiusmodi sapiẽtia multiformis dicitur, secundum præfinitionẽ seculorum, quia diuersa tempora diuersis ornat effectibus. Author aut huius multiplicitatis est Christus, Vnde dicit. *Quam fecit Deus in Christo Iesu domino nostro*, idest per Christum. Ipse enim mutat tempora; & statum eorum. Heb. 1. Multipharie multisque modis, &c. Per quem fecit, & secula. Potest autem hoc quod dicit, *Quam fecit &c.* referri, vel ad ęternam prædestinationem, nam ipsam fecit pater in filio suo, supra 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Ipse enim filius est sapientia patris, nihil autem diffinit vel pręordinat aliquid, nisi per sapientiam. Vel potest referri ad prædestinationis æternæ completionem, quam Deus pater per filium consumauit 1. Cor. 10. In quos fines seculorum deuenerunt, supple sumus. Effectus autem authoris est magnitudo fructus, qui nobis a Christo prouenit; quod ponitur cum dicit, *In quo habemus fiduciam &c.* Circa quod duo facit. Primo ponit bona, quæ I recipimus. Secundo, appropriatum, per quod recepimus, *Per fidem eius*. Bona autem quæ recipimus, sunt duo. Vnum, quod pertinet ad spem obtinendi, & quantum ad hoc, *In quo*, scilicet Chisto habemus fiduciã s. veniẽdi ad cælum, & æternam hæreditatem. Ioan. 16. Confidite, ego vici mundũ 2. Cor. 3. Fiduciam talẽ habemus per Christum ad Deum. Aliud bonum, pertinet ad obtinendi facultatem, & quantum ad hoc dicit. *Et accessum in confidentia*, scilicet habemus. Heb. 4. Adeamus cũ fiducia ad thronum gloriæ eius. Hier. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Ro. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratia ista, in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorum Dei. Per quid autem hæc dentur nobis, subdit, dicens, *Per fidem eius*, scilicet Christi. Rom. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum. Vt ergo breuiter comprehendamus, dico quòd reuelata est sapientia Dei moltiformis varietatis, secundum K distinctionem, & præfinitionem seculorum, quæ dedit nobis fiduciã, & accessum ad patrem per fidem eius. Quibus autem reuelata sit ista multiformis sapientia Dei ostendit, & tunc sumitur ista litera superius dimissa. *Vt innotescat principibus, & potestatibus*, ex qua apparet magnitudo. Et quia ẽt in terris sunt principes, & potestates addit, *In cælestibus*, idest ĩ cælo, vbi nos erimꝰ. Notandum est autem hic, quòd principatus, & potestates sunt duo ordines, qui ex ipsorum nomine præeminentiam in operando designant. Potestatis ordo ordinatur ad reprimendum impedimenta salutis: sed ordo principatuum præest, & iniungit ad bene exequendum. Quòd autem ad ordinem principatus pertineat regulare, patet per illud Psal. 67. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus &c. Item Principes Iuda duces eorũ &c. Quòd autem ad potestates pertineat reprimere, pater Roma. 13. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem

laudem ex illa, Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malefeceris, time. Non enim sine causa gladium portat &c. Magni ergo sunt quibus innotescit: quia sanctis angelis per quos diriguntur, & defenduntur sancti. Per quid autem eis innotescat multiformis sapientia Dei subdit dicens; *Per ecclesiam*, quod

LECTIO IIII.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suę, virtutem corroborari per spiritum eius in interior hoĩe, Christum habitare per fidẽ in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati.

quidem habet magnam difficultatem. Nã Glo. habet, idest per Apostolos in ecclesia prædicantes. Vnus quidem intellectus esse potest, ꝙ scilicet angeli didicerunt ab Apostolis, & hoc videtur quandam rationem habere. Videmus enim, quòd in cælo inter angelos superiores, qui immediate a Deo illuminantur: illuminant, & docent inferiores angelos, qui non immediate illuminantur a Deo. Non videtur ergo irrationabile dici, quòd doceant angelos Apostoli, qui immediate a Deo sunt edocti, secundum illud Io. 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu partis ipse enerauit. Sed hoc quidem satis sufficienter dici posset, nisi alius occurreret. Cum enim in Christo sint duæ naturæ, diuina scilicet & humana: edocti quidem sunt Apostoli a Christo immediate, quantum ad humanam naturam Angeli autem immediate naturam diuinam vident, etiam inferiores, alias non essent beati, cum in sola visione diuinæ essentiæ, rationalis creaturæ beatitudo consistat. Non est ergo conueniens, nec ratio aliqua, vt dicamus sanctos qui sunt in patria doceri a quantumcunque perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, tamen Qui minor est in regno cælorum, maior est illo, vt dicitur Luc. 7. Dicere autem, quòd dæmones doceantur ab hominibus hoc absque præiudicio credibile est. Sed, quòd beati immediate verbum conspiciunt, quòd est speculum sine macula, in quo relucent omnia, a viatoribus doceantur, dici non debet, nec conueniens videtur. Dicendum est ergo, quòd innotuit Angelis per ecclesiam. i. per Apostolos prædicantes, vt dicit Glo. Non quòd angeli hoc didicerint ab eis: sed in eis. Nam sicut dicit August. super Gen. ad literam, Deus antequam creaturas crearet, ante dico ordine naturæ, non ordine temporis: cum secundum tempus simul omnia creata sint, rationes rerum naturalium indidit mentibus angelorum, quo fit vt angeli dupliciter res naturales cognoscerent, quia cognouerunt eas in verbo, & hæc cognitio dicitur matutina. Item, cognouerunt eas in naturis propriis, & hæc dicitur cognitio vespertina. Vlterius notandum est, quòd sunt quædam rationes mysteriorum gratiæ, totam creaturam excedentes, & huiusmodi rationes non sunt inditæ mentibus angelorum: sed in solo Deo sunt occultę. Et ideo angeli non cognoscunt eas in seipsis, nec etiam in Deo: sed cognoscunt eas secundum quod in effectibus explicantur. Cum igitur rationes pertinentes ad multiformem sapientiam Dei sint huiusmodi, scilicet in solo Deo absconditæ, & postmodum in istis forinsecis effectibus explicatæ, manifestum est, quòd angeli eas, nec in seipsis, nec in ipso verbo, nec etiam ab apostolis, nec a viatoribus aliis cognouerunt: sed in ipsis apostolis explicatas, prius in mente diuina latentes, cognouerunt, sicut domus quæ est in mente artificis, vel conceptu de domo facienda, nullus scire potest quàmdiu latet in mente, nisi solum ille qui solus illabitur animabus, scilicet Deus: sed postquam conceptus est iam in effectu extrinseco ex plicatus: quia domus iam facta est, sic aliquis de domo iã facta quæ prius latebat in mente artificis edocetur, non autem edocetur per domum: sed in domo. Vnde iam restat vt aliter exponatur hoc, quod dicit; *Vt innotescat principatibus &c.* vt illa coniunctio; *Vt*, accipiatur non causaliter: sed quodammodo consecutiue, & legatur sic, Illuminare quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, qui omnia creauit, ita tamen absconditi, vt innotescat principatibus &c. idest istud sacramentum ita fuit absconditum in Deo, quòd inde innotuit principatibus, & potestatibus, non ab æterno: sed a seculo, quia omnis creatura principium habet. Et hoc non per ecclesiam terrenam, sed cælestem, quia ibi est vera ecclesia, quæ est mater nostra, & ad quam tendimus, & a qua nostra ecclesia militans est exemplata. Et sic ly; *Per*, designat ordinem naturæ tantum, vt dicatur per ecclesiam cælestem idest de vno in aliud: sicut dicitur illud factum est notum per totum regnum vel ciuitatem, quia noua currunt ab vno in alium, secundum quod verba currunt: sicut dicitur, Act. 9. de suscitatione Thabitæ beghinæ sancti Petri. Notum autem factũ est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi &c. Magister tamen aliter recitat lecturam Augustini hoc, modo. Illuminare quæ sit dispensatio &c. & hoc per ecclesiam, idest mo-

A nes; qui sunt in ecclesia terrena, sed hoc non est secundum intẽtionem August. Hic posset quæri, vtrũ Angeli a principio mũdi cognouerint mysteriũ incarnationis. Respõdet Magister dicẽs ꝙ Angelis maioribus notum fuit, sed non minoribus. Vnde ipsi .s. angeli minores interrogant, Esa. 63. Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Sed opinio hæc, est cõtra beatum Dyonisium Dyonisius .n. duas interrogationes angelorum de Christo factas ex sacra scriptura accipit. vnã ex Ps. 23. Quis est iste rex gloriæ? Item, accipit aliam ex Esa. 63. Quis est iste, qui venit de Edon &c. Prima B autem interrogatio secundum eum, est inferiorum angelorum, secũda supremorum: quod patet, quia primæ non Deus respondet, sed alius. Vnde dicit, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ: secundæ vero respondet ipse Deus immediatè. Vnde dicit, Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Vult ergo Dionysius ꝙ vtrique aliquid ignorauerunt, & aliquid sciuerunt, quia a principio omnes sciuerunt mysterium incarnationis in generali, sed rationes in speciali didicerunt, tempore procedente, seu processu temporis, secundum quod in effectibus extrinsecis explicabantur.

LECTIO QVARTA.

Postquam egit Apostolus de dignitate officii, quod pertinet ad suam conditionem, hic consequenter agit de his, quæ pertinent ad suam afflictionem. s. de passionibus suis. Circa quod duo facit. Primo, exhortatur eos ne pro suis tribulationibus C conturbentur, sed habeant patientiam. Secundo, quia ad hoc ꝙ nõ homo conturbentur, necessarium est diuinum auxilium, præmittit orationem, vt impleant hoc per diuinam gratiam ibi, *Huius rei gratia &c.* Dicit ergo primo, Ex magnitudine officii mei, & firmitate eius, quam habeo per fidem Christi, accidit quòd tribulationes patior, nec me conturbant, nec a Christo auellere possunt. Ro. 8. Quis nos separabit a Charitate Christi? Tribulatio, &c. q.d. Nihil. *Propter quod* induco vos & *Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis*, ne.s. occasione tribulationum mearum deficiatis omnino a fide, & ab operibus bonis. Heb. 12. Non fatigemini animis vestris deficientes: Dico autem, quòd vos non debetis deficere, quia sunt. *Pro uobis*.i. pro vtilitate vestra 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione, & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, & salute, quæ operarur tolerantiam passionem earumdem, quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit pro vobis, scientes quoniam sicut socii passionum estis D sic eritis & consolationum. Vel dicit *Pro uobis*.i. pro vestra probatione. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, &c. *Quæ est gloria uestra &c.* s. si nõ deficiatis, sed stetis fortes in tribulationibus. Nam qui perseuerauerit vsque in finẽ &c. Alio modo quæ est gloria vestra. i. tolerantia passionum nostrarũ est pro vobis ad gloriam, in hoc quòd Deus exposuit apostolos suos, & prophetas tribulationibus, & passionibus propter salutẽ vestram Osee. 6. Propterea dolaui in prophetis, & occidi eos &c. 2. Cor. 1. Gloria vestra sumus, sicut vos nostra, &c. Consequenter cum dicit. *Huius rei gratia &c.* implorat eis auxilium per orationem, ut per exhortationem suam proficiant. Et primo, orationem promittit. Secundo, quasi securus de exauditione gratias agit, ibi. *Et autem qui potens est &c.* Item, prima in tres, quia primo proponit orationis obiectum. Secundo, orationis intentum, ibi. *Vt det uobis secundum diuitias &c.* Tertio orationis fructum, ibi. *Vt possitis comprehendere &c.* Oratio autem redditur E exaudibilis per humilitatem. Psal. 101. Respexit in orationem humilium &c. Eccle. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit &c. Et ideo statim orationem suam ab humilitate incipit, dicens. *Huius rei gratia*, scilicet ne deficiatis a fide, *Flecto genua mea ad patrem &c.* Quod est signum humilitatis propter duo. Primo, quia qui genua flectit quodammodo paruificat se, & subiicit se ei, cui genua flectit. Vnde, per huiusmodi ostenditur recognitio propriæ fragilitatis, & paruitatis. Secundo, quia in genu est fortitudo corporis. Quando ergo quis genua flectit, protestatur debilitatem suæ virtutis. Et inde est, quòd exteriora signa corporalia exhibentur Deo ad conuersionem, & exercitium spirituale animæ interioris 2. Par. vlt. in oratione Manasses, Flecto genua cordis mei &c. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. Deinde describit orationis obiectum quod est Deus, & describit eum ex duobus. Primo, ex affinitate. Secundo, ex authoritate. Ex affinitate enim, erigimur ad orandum cum fiducia. Et quantum ad hoc

hoc dicit, *Ad patrem domini nostri Iesu Christi*.s.cuius nos filii sumus.Iac.1.Omne datum optimum &c. Esa.63. Tu enim domine pater noster &c. Ex authoritate autem confirmatur obtinendi,quod petimus fiducia,quia ipse est; *Ex quo omnis paternitas in cœlo,& in terra nominatur*. Hic posset quæri:vtrum in cœlo sit paternitas. Posset dici breuiter,ꝙ in cœlo, idest in Deo, vel in diuinis est paternitas, quæ est principium omnis paternitatis. Sed de hac nō quæritur ad pręsens, quia cuilibet fideli nota est: sed quæritur: vtrum in cœlis, idest vtrum in angelis sit aliqua paternitas. Ad hoc dico, quòd paternitas est tantum in viuentibus & cognoscentibus. Est autem duplex vita. Vna secundum actum:alia secundum potentiam. Vita quidem secundum potentiam,est habere opera vitæ in potentia. Vnde dormiens quantum ad actus exteriores,dicitur viuere in potentia. Viuere autem secundum actum est, quando excercet quis opera vitæ in actu. Sic autem non solum qui dat potentiam vitæ pater est eius cui dat, sed qui dat actum vitæ, ille etiā pater dici potest. Quicunque ergo inducit aliquem ad aliquem actum vitæ,puta,ad bene operandum,intelligendum, volēdum amandum, pater eius dici potest. 1. Cor.4. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres &c. Cum ergo inter angelos,vnus alterum illuminet, perficiat, & purget,& isti sint actus Hierarchici,manifestum est, quòd vnus angelus est pater alterius,sicut magister est pater discipuli. Vtrū autem paternitas quæ est in cœlis, & in terra deriuetur a paternitate,quæ est in diuinis, dubitatur: & videtur quòd non,quia nomina sic imponimus secundum,quod res nominatas cognoscimus, quicquid autem cognoscimus est per creaturas,ergo nomina imposita a nobis rebus ipsis,plus & prius conueniunt creaturis quàm ipsi Deo. Respondeo & dico, quòd nomen alicuius rei nominatæ a nobis dupliciter potest accipi, quia vel est expressiuum, aut significatiuum conceptus intellectus:quia voces sunt notæ, vel signa passionum,vel conceptuum qui sunt in anima, & sic nomen prius est in creaturis, quàm in Deo. Aut inquantum est manifestatiuum quidditatis rei nominatæ exterius,& sic est prius in Deo. Vnde hoc nomen paternitas,secundum quod significat conceptionem intellectus nominantis rem, sic per prius inuenitur in creaturis quàm in Deo, quia per prius creatura innotescit nobis quàm Deus: secundum autem, quod significat ipsam rem nominatam, sic per prius est in Deo quàm in nobis,quia certe omnis virtus generatiua in nobis, est a Deo. Et ideo dicit. *Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur* q.d. Paternitas quæ est in ipsis creaturis, est quasi nominalis seu vocalis:sed illa paternitas diuina, qua pater dat totam naturam filio absque omni imperfectione,est vera paternitas. Consequenter cum dicit. *Vt det vobis &c.* ostendit orationis intentum. Et primo facit hoc. Secundo, ostendit per quid posset impetrare suum propositum, ibi. *Per spiritum eius &c.* Dicit ergo,dico, quòd peto ne deficiatis, sed stetis viriliter. Scio tamen,ꝙ hoc ex vobis facere nō potestis sine dono Dei,ideo peto; *Vt det vobis* Iacob.1.Omne datum optimum &c. *Et hoc quidem secundum diuitias gloriæ suæ,* idest,secundum copiam maiestatis eius, & magnificentiæ. Psal. 111. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Prouerb.8.Mecum sunt diuitiæ, & glorie; *Diuitiæ,* inquam quæ faciunt; *Virtutem corroborari.* Esa. 40. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt,fortitudinem, & robur multiplicat. Et hoc in interiori homine, quia nisi in interioribus fortificetur homo, faciliter ab hoste superatur. Esa. 9. Confirmet illud & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, & vsque in sempiternum. Tūc resumatur illa particula interposita,scilicet; *Per spiritum.* in qua ostendit per quid obtinere potest,quod petit. Ipse enim spiritus qui roborat, est spiritus fortitudinis, & est causa non deficiendi in tribulationibus,quem obtinemus per fidem quæ est fortissima,quia Fides est substantia rerum sperandarum,idest facit in nobis subsistere res sperandas, Vnde.1. Pet.4.Cui resistite fortes in fide. Et ideo subiungit; *Habitare Christum per fidem.* Et hoc; *In cordibus vestris*.1.Pet.3. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Per, quod? Dico, quòd non solum per fidem quæ vt donum est fortissima; sed etiam per charitatem quæ est in sanctis. Et ideo subdit, *In charitate radicati & fundati,* 1. Cor. 13. Omnia suffert,omnia credit, omnia sperat, omnia substinet. Charitas nunquam excidit. Cant.vlt. Fortis est vt mors dilectio. Vnde sicut ardor sine radice, & dom⁹ sine fundamēto de facili ruit:ita spiritua-
F le ędificiū nisi sit in charitate fundatū & radicatū,durare nō pōt.

Lectio V.

VT possitis comprehendere cum oībus sanctis, quæ sit latitudo& lōgitudo,& sublimitas, et profundū.Scire etiā supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus,secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi
G seculorum. Amen.

LECTIO QVINTA.

SVPRA ostendit Apost olns petitionis suæ pro Ephesijs, & orationis intentum, scilicet corroborationem spiritus in fide, & charitate: hic consequenter ostendit eius quam petiit corroborationis per fidē & charitatem fructum, qui est quædam cognitio. Ideo primo proponit ipsam notitiam. Secundo, ipsius notitiæ & cognitionis efficaciam, ibi; *Vt impleamini in omnem plenitudinē Dei.* Dicit ergo. Ita sitis charissimi in charitate radicati & fundati,vt possitis comprehendere &c. Quod quidem dupliciter legi potest,primo modo,vt magis sequamur intentionem Apostoli. Sciendum est ergo, quòd tam in futuro quàm in præsenti cognitio Dei est nobis necessaria: nam in futuro gaudebimus, & de cognitione Dei, & de cognitione assumptæ humanitatis. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant, &cet. Ioan. 10. Ingredietur, scilicet in contemplatione diuinitatis, & egredietur, scilicet in contemplationem humanitatis, & pascua inueniet. Et quia fides est inchoatio illius futuræ cognitionis,quia est substantia rerum sperandarum &c. vt dicitur Heb.11. quasi iam in nobis res sperandas per modum cuiusdam inchoationis facit subsistere: inde est, quòd fides nostra in his duobus consistit, scilicet in diuinitate, & hu-
H manitate Christi.1. Cor.2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum &c. Secundū hoc ergo,primo præmittit eis cognitionem diuinitatis. Secundo, cognitionem mysteriorum humanitatis, ibi; *Scire etiam supereminentem scientiæ &c.* Cognitionem autem diuinitatis manifestat eis sub his verbis; *Vt possitis &c.* quasi dicat.Corroboramini per fidem, & charitatem, quia si sic estis, peruenietis ad vitam æternam, vbi habebitis Deum præsentem, & perfecte eum cognoscetis. Quòd autem Deus manifestetur amanti, patet. Ioan.14. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum:quòd vero manifestetur credenti,patet prout dicitur Esa.7 secundum aliam literam, Nisi credideritis,non intelligetis. Oportet enim vt secundum fidem,& charitatem corroboremini; *Vt possitis comprehendere.* Vbi sciendum est, quòd comprehendere quandoque ponitur pro includere: tunc oportet, quòd comprehendens contineat in se totaliter comprehen-
I sum. Quandoque autem ponitur pro apprehendere, & tunc dicit remotionē distantiæ,& insinuat propinquitatem. Primo autem modo a nullo intellectu creato Deus comprehendi potest. Iob.11. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? q.d. Non: quia sic posset eum perfecte cognoscere quantum cognoscibilis est. Et de hac cognitione non intelligitur, quod dicitur, Vt possitis comprehendere, sed secundo modo. Et est vna de tribus dotibus, & de hac loquitur Apost. cum dicit. Vt possitis comprehendere, idest Deum habere præsentem, & præsentialiter cognoscere. Phil. 3. Sequor autem si quomodo comprehendam, in quo &c. Et hæc comprehensio est communis omnibus sanctis eius. Ideo subdit; *Cum omnibus sanctis.* Psal. 149. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Talibus autem dicitur illud.1. Co.9.Sic currite vt comprehendatis &c. *Quæ sit latitudo &c.* Notandum,quòd verba ista vidētur ortū habere ex verbis Iob.11. Forsan(inquit)
K vistigia Dei comprehendes?q. d. incomprehensibilis est: huius autem incomprehensibilitatis causam assignat, dicens, Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior inferno est, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius,& latior mari. Ex quo videtur,quòd Iob. ostendat eum esse comprehensibilem, attribuens ei quadruplicem differentiam dimensionum. His enim verbis alludens Apost dicit;*Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo &c.* q.d. Habeatis tantan fidem, & charitatem, vt possitis tandem comprehendere,quod comprehensibile est. Et hoc modo exponit Dionys. Non est tamen aliquo modo intelligendum,has dimensiones corporaliter esse in Deo, quia spiritus est Deus: vt dicitur Ioh.4.Sunt tamen in Deo metaphorice. Vnde per latitudinem designatur dimensio,seu extensio virtutis, & sapientiæ diuinæ super omnia. Eccle.1. Effudit illam, scilicet sapientiam super omnia opera sua. Per longitudinem designatur æterna eius duratio. Psal. 101. Tu autem domine æternum permanes,& Psal.9.Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum.Per sublimitatem, vel celsitudinem vero,perfectio,& nobilitas naturæ eius, quæ in infinitum excedit creaturam Psal.112 Excelsus super omnes gentes Dñs; *Et profundum,* idest

.i.incomprehensibilitas sapientiæ eius. Eccle.7. Alta profunditas,scilicet sapientiæ diuinæ, quis inueniet eam? Sic ergo patet quòd finis fidei & charitatis nostræ est, vt perueniamus ad perfectā fidei cognitionē,qua cognoscamus infinitā suæ virtutis extensionē, æternā& infinitā eius durationē, suæ perfectissimæ naturæ celsitudinē, suæ sapientię profunditatē, & in cōprehēsibilitatē,eo modo sicut est attingendū. Cōsequenter,quia adhuc alia cognitio est necessaria .s. cognitio mysteriorū humanitatis,ideo subdit. *Scire etiam supereminentem scientiæ &c.* Vbi sciēdū est, ꝙ quicquid est in mysterio redēptionis humanæ, & incarnationis Christi,totum est opus charitatis. Nam quòd incarnatum est,ex charitate processit. supra 2. Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, &c.Quia vero mortuus fuit, ex charitate processit. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. infra. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo, propter hoc dicit Greg. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. Et ideo scire charitatem Christi, est scire omnia mysteria incarnationis Christi, & redemprionis nostræ,quæ ex immensa charitate Dei processerunt, quæ quidem charitas excedit omnem intellectum creatum, & omnium scientiam, cum sit incomprehensibilis cogitatu. Et ideo dicit. *Supereminentem scientiæ,* scilicet naturali, & omnem intellectum creatum excedentem. Phil. 4. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. *Charitatem Christi*, idest quàm Deus pater fecit per Christū.2.Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Alio modo potest legi, vt referatur ad perfectionem charitatis nostræ q.d. Corroboramini in charitate radicati,& fundati,& hoc vt possitis comprehendere, non solum cognoscere, cum omnibus sanctis,quia hoc donum, scilicet charitatis commune est omnibus, cum nullus possit esse sanctus sine charitate,vt dicitur Ephe. 3. Possitis,inquam, comprehendere.Quæ sit latitudo,scilicet charitatis quæ se extendit vsque ad inimicos Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis.Lata est enim charitas ad suam diffusionem. Psal. 17.Eduxit me in latitudinem dominus. Longitudo autem eius attenditur quantū ad sui perseuerantiam, quia nunquam deficit, sed hic incipit, & perficitur in gloria 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit. Cant. vlt. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Sublimitas autem eius attenditur,quantum ad intentionem cælestium; vt scilicet Deus non diligatur propter temporalia,quia huiusmodi charitas esset infirma,sed vt diligatur propter se tātum. Iob. 40. In sublime erigere,et esto gloriosus. Profundum vero attenditur, quantum ad originem ipsius charitatis. Nā hoc quòd Deum diligimus non est ex nobis, sed a spiritu sancto, quia vt dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,&c. Hoc ergo quòd vnus habet charitatem longam,latam,sublimē & profundam, & alius non, venit ex profundo diuinæ prædestinationis. Eccl. 1. Profundum abyssi quis dimensus est? Ergo vt possitis comprehendere, idest perfecte consequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsque ad inimicos, quæ sit longitudo, vt, scilicet nunquam deficiat, quæ sit sublimitas, vt scilicet propter seipsum Deus diligatur, & quid sit profundum, scilicet prædestinationis &c. Sciendum autem hic, quòd Christus in cuius potestate fuit eligere genus mortis, quod vellet, quia ex charitate mortem subiit, elegit mortem crucis, in qua prædicte quatuor dimensiones sunt. Ibi est latitudo, scilicet in ligno transuerso, cui affixæ sunt manus, quia opera nostra debent per charitatem dilatari vsque ad inimicos. Psal. 17. Eduxit me in latitudinem dominus. Ibi est longitudo in ligno erecto, cui innititur totum corpus,quia charitas debet esse perseueratiua, quæ sustinet & saluat hominem. Matt.10. Qui autem perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori, cui caput inhæret: quia spes nostra debet eleuari ad æterna, & diuina.1. Cor. 11. Caput viri Christus est. Ibi etiam est profundum in ligno, quod latet sub terra, & sustinet crucem, & tamen non videtur: quia profundum amoris diuini sustinet nos, nec tamen videtur, quia ratio prædestinationis(vt dictum est)excedit intellectum nostrum. Sic ergo debemus comprehendere virtutem charitatis nostræ, & Christi, & adhuc scire charitatem Christi supereminentem scientiæ,scilicet humanæ, quia nullus potest scire quantum Christus dilexit nos, vel scire etiam charitatem scientiæ Christi quæ habetur cum scientia Christi. Charitatem dico supereminentem, scilicet alii charitati, quæ est sine scientia. Sed nunquid est
A verum,quòd charitas quæ est cum scientia, supereminent charitati quæ est sine scientia? & videtur quòd non: quia sic malus theologus esset supereminētioris charitatis quàm sancta vetula. Respondeo.Dico,quòd hoc intelligitur de scientia afficiente.Nā ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendum, quia quanto Deus magis cognoscitur,tāto & magis diligit. Propter qđ petebat Augu. Nouerim te, nouerim me. Vel hoc dicitur propter quosdā qui habent zelum Dei: sed non secundum scientiam. Talium enim charitati supereminet charitas,cum habetur prædicta scien-
B tia Christi. Consequenter cum dicit; *Vt impleamini &c.* Ponit cognitionis diuinæ efficaciam, dicens; *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei*, idest vt habeatis perfectam participationē omnium donorum Dei, vt scilicet hic habeatis plenitudinem virtutum, & postea beatitudinis, quæ quidem efficit charitas. Eccl.24.Transite ad me omnes qui concupiscitis me &c. Consequenter sequitur illa pars; *Ei autem qui potens &c.* In qua Apostolus agit Deo gratias de suæ petitionis exauditione. Circa quod tria facit,quia primo ponit potestatem Dei, qua postulata concedit.Secundo,potestatis exemplum,ibi; *Secundum virtutem quæ operatur in nobis &c.* Tertio, materiam gratiarum actionis, ibi;*Ipsi gloria &c.* Potestatem autem Dei describit infinitam,dicens; *Ei autem*,scilicet Deo Christo & Deo patri; *Qui potens est omnia facere &c.* Exod.15.Omnipotens nomen eius.Roman.vlti.Ei autem qui potens est vos cōfirmare iuxta euangelium &c. Et hoc; *Superabundanter* facere in nobis omnia,quàm sciamus
C petere per affectum,aut intelligere per intellectū: & hoc est,qđ dicit; *Quam petimus aut intelligimus.* Exemplum autem huiusmodi abundantiæ in nobis exhibitæ ostendit dicens.*Secundum uirtutem quam operatur in nobis.* q. d. Apparet si attendamus ea quæ operatus est in nobis,scilicet hominibus, Nam nec affectus nec intellectus humanus potuissent considerare, vel intelligere, vel petere a Deo,quòd fieret homo, & homo efficeretur Deus & consors naturæ diuinæ, quæ tamen secūdum virtutem operatur in nobis,& hoc in incarnatione filii sui.1.Pet.1. Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Vnde de his dicitur Eccl. 18. Quis sufficiet enarrare opera illius?Quis enim inuestigabit magnalia illius?Virtutem autem magnitudinis,quis annuntiabit? Vel operatus est in nobis,scilicet apostolis,quibus dedit gratiam euangelizandi inuestigabiles diuitias Christi,& illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, vt supra eod.ca.& ibi dictum est. Materia autē gratiarum actionis dicitur esse duplex beneficium, quod nobis contulit Deus.
D Primum,est ecclesiæ institutio. Secundū, est filii incarnatio. Dicit ergo; *Ipsi*, scilicet Deo patri; *Gloria*, sit supple; *In Ecclesia*, idest pro his quæ fecit in ecclesia,quam instituit quoad primum; *In Christo*, idest per Christum vel pro Christo, quem nobis dedit.Ipsi,in quam, sit gloria, vt gloriosus appareat non solum in præsenti;*In omnes generationes seculi seculorum*,idest seculi omnia continentis.1.Timo.1.Regi autem seculorum immortali,inuisibili,soli Deo honor & gloria,in secula seculorum.Amen.

Cap. IIII. Lec. I.

OBSECRO itaq; vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cū omni humilitate,& mansuetudine,cum patientia supportantes īuicē in charitate,soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.Vnū corpus & vnus spiritus, sicut uocati estis in vna spe vocationis vestræ.

LECTIO PRIMA.

E SVPRA commemorauit Apostolus diuina beneficia, per quæ vnitas ecclesiæ constituitur, & conseruatur; hic monet eos Apost. ad permanēdum in ecclesiæ vnitate. Circa quod duo facit,quia primo monet eos vt in ipsa vnitate perseuerent. Secūdo,instruit eos quomodo in ea permaneant, ibi; *Hoc ergo dico,& testificor in domino &c.* Item,prima in duas,quia primo monet eos ad seruandam ecclesiasticam vnitatem. Secundo,proponit ipsius ecclesiasticæ vnitatis formā,ibi; *Vnus dominus, vna fides &c.* Prima iterum in tres.Primo,præmittit quædam inductiua ad seruandam ecclesiasticam vnitatem. Secundo,ponit monitionē,ibi; *Cum omni humilitate &c.* Tertio,ostendit monitionis finem, ibi; *Soliciti seruare &c.*Inducit autem ex tribus ad seruandam ecclesiasticam vnitatem.Primo ex charitatis affectu. Secundo,ex cōmemoratione suorum vinculorum.Tertio,ex consideratione diuinorum. Charitatis autem affectum insinuat per obsecrationē. Vnde dicit,itaq; ex quo tot beneficia a dño recepistis;*Obsecro uos* cum tamen imperare possem:sed propter humilitatem non impero,magis autem obsecro.Prou.18.dicitur,Cum obsecrationibus loquitur pauper.Item,propter charitatem,quæ magis mouet ad opus,quàm timor.Phil.1. Fiduciam multam habens in Christo imperandi tibi,quod ad rem pertinet,propter charitatem magis obsecro &c. Ex commemoratione vero suorum vinculorum,inducit

ducit eos dicens *Ego uinctus in domino* Ex quibus inducit eos ad seruandam sic unitatem, propter tria. Primo, quia amicus magis compatitur amico afflicto, & nititur in pluribus facere voluntatem suam, vt vel sic eum consoletur. Eccle. 12. Non agnoscetur in bonis amicus & non abscondetur a malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est. Secūdo, quia Apostolus ipse vincula patiebatur pro ipsorum vtilitate. & ideo inducit eis ad memoriam quasi volens eos obligare. 2. Cor. 1. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione, & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione, & salute; quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur. Tertio, quia vt supra dictum est cap. 3. in illa Parte. Quæ est gloria vestra huiusmodi erant eis ad magnam gloriam, dum Deus pro eis amicos, & electos suos exposuit tribulationibus pro ipsorum salute. Et ideo addit, In domino, idest propter dominum. Vel ideo dicit hoc, quia erat ad gloriam Apostoli, quod non vt fur, aut homicida: sed vt Christianus, & propter dominum nostrum Iesum Christum vinculatus erat, iuxta illud Ezech. 3. Ecce data sunt super te vincula & ligabunt te in eis &c. Ex consideratione vero diuinorum beneficiorum inducit eos, dicens; *Vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis*, idest attendentes dignitatem ad quā vocati estis, ambuletis secundum quod ei conuenit. Si enim quis vocatus esset ad nobile regnum, indignum esset, quòd faceret opera rusticana. Sic monet Ephe. Apostolus. q. d. Vocati estis vt sitis ciues sanctorum & domestici Dei, vt dictum est supra cap. 2. non est ergo dignum vt faciatis opera terrena, nec vt de mundanis curetis. Ideo dicit, Digne &c. Col. 1. Ambuletis digne, Deo per omnia placentes. Philip. 1. Digne euangelio Christi cōuersamini: & quare? quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumen suum. 1. Pet. 2. Consequenter cum dicit; *Cum omni humilitate &c.* Ponit modum suæ monitionis, docens quomodo digne poterunt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes, & excludit quatuor vitia eis opposita. Primum autem vitium, quod excludit est superbia: dum enim vnus superbiens vult alii præesse, & alius similiter superbus non vult subesse, causatur dissensio in societate, & tollitur pax. vnde Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ad quod excludendum, dicit; *Cum omni humilitate*, scilicet interiori, & exteriori. Eccl. 3 Quanto magnus es, humilia te in omnibus &c. Philipp. 2. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Secundum est ira Iracundi enim sunt propinqui ad iniuriam inferendam verbis, vel factis, ex quo turbationes oriuntur. Prouerb. 15. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Ad hoc excludendum dicit; *Et mansuetudine*, quæ mitigat rixas & pacem conseruat Prouerb. 3. Mansuetis dabit gratiam. Psal. 36. Mansueti autem hæreditabunt terram. Eccle. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris. Tertium est impatientia. Quandoque enim aliquis humilis est & mansuetus in se, abstinens a molestiis inferendis, non tamen patienter sustinet molestias sibi illatas vel attentatas. Ideo subdit; *Cum patientia*, scilicet aduersorum. Iac. 1. Patientia autem opus perfectum habet. Eccl. 2. In humilitate tua, patientiam habe. Heb. 10. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes &c. Quartum, inordinatus zelus. Cum enim inordinate zelantes, omnia quæ vident iudicant, nec tempus, nec locum seruantes concitatur turbatio in societate. Gal. 5. Si mordetis inuicem & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Et ideo dicit; *Supportantes inuicem in charitate*, scilicet mutuo sustinentes defectus aliorum, & hoc ex charitate: quia quando deficit aliquis, non debet statim corrigi nisi assit locus & tempus: sed misericorditer expectari, quia charitas omnia sustinet. 1. Cor. 13 Non autem debent huiusmodi deffectus supportari ex negligētia vel ex consensu & familiaritate, vel carnali amicitia: sed ex charitate. Gala. 6. Alter alterius onera portate &c. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Consequenter cum dicit; *Soliciti seruare &c.* Ostendit monitionis finem, qui quidem est vt seruetur vnitas inter fideles. Circa quod, tria facit. Primo ponit ipsam vnitatem, quæ est finis. Secundo, describit modum vnitatis ibi; *In vinculo pacis.* Tertio, ponit rationem seruande vnitatis ibi; *Sicut vocati estis &c.* Dicit ergo primo. Dico, quòd digne ambuletis &c. Et hoc faciatis; *Soliciti seruare vnitatem spiritus*, Et autē duplex vnitas. Vna ad male faciendum, quæ est mala, & potest dici vnitas carnis. Eccl. 11. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Alia est vnitas spiritus, quæ est bona ad faciendum bonum. Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum &c. Io. 17. Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, Modus autem seruandæ vnitatis est in vinculo pacis. Charitas enim est coniunctio animorum. Nulla autem rerum materialium coniunctio stare potest, nisi ligetur aliquo vinculo. Eodem modo, nec coniunctio animorum per charitatem stare potest, nisi ligetur, huiusmodi autem verum ligamen est pax, quæ est secundum August. tranquilitas modi, speciei, & ordinis, quando. s. vnusquisque habet quod suū est. Propter quod dicit,

LECTIO II.

VNus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

In vinculo pacis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, &c. quæ quidem pax seruatur per iustitiam. Esa. 32. Opus iustitiæ pax. Eccle 6. Ne acedieris vinculis eius. Et quare? quia certe vt dicitur ibidem, Vincula illius alligatura salutis. Nunc autem quia in homine est duplex vnitas, una scilicet, membrorū adinuicem simul ordinatorum, alia corporis & animæ, tertium constituentium. Apostolus autem loquitur hic de vnitate ecclesiæ ad modum vnitatis, quæ est in homine, ideo subiungit. *Vnum corpus*. q d. Ligemini vinculo pacis vt sitis vnum corpus quantum ad primam vnitatem, vt. s. omnes fideles sint ordinati adinuicem sicut membra vnum corpus constituentia. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo &c *Et vnus spiritus*. quantū ad scd̄m, vt videlicet vnū habeatis spūalē cōsensum p̄ vnitatē fidei & charitatis. Vel vnū corpus, quo ad proximū, & vnus spiritus, quo ad Deū, quia Qui adhæret Deo vnus spiritus est 1. Cor. 6. Deinde cū dicit. *Sicut vocati estis &c.* Subdit rationem huius vnitatis, quia sicut videmus quòd quando aliqui sunt vocati simul ad aliquid pariter habendum, & mutuo percipiendum, solent simul etiam manere, & simul ire, ita spiritualiter dicit, Quia vos estis vocati ad vnum, scilicet finale præmium, ideo debetis simul cum vnitate spiritus ambulare *In vna spe vocationis vestræ*, idest vnam spem speratam quæ est effectus vocationis. Hebr. 3. Fratres facti vocationis cælestis participes, 1. Cor. 1. Videte vocationem vestram, &c. Sed posset aliquis dicere. Quis vocabit nos, & ad quid? Respondetur. 1. Pet. 5. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternā gloriā suam, &c. vbi est beatitudo vestra. Apo. 19. Beati qui ad cœnā nuptiarū agni vocati sunt.

LECTIO SECVNDA.

POsita eorum exhortatione pro seruāda ecclesiastica vnitate, in hac parte apostolus formam dictæ vnitatis ipsis Ephesiis insinuat. Vbi sciendum est, quod cum ecclesia Dei sit sicut ciuitas, est aliquod vnum & distinctū, cum non sit vnum sicut simplex, sed sicut compositum ex diuersis partibus. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, ostendit id quod est commune ecclesiæ. Secundo, ostendit id quod est distinctū in ipsa ibi, *Vnicuique autē nostrum data est gratia &c.* In qualibet autē ciuitate ad hoc vt sit vna, quatuor debent esse communia. s. vnus gubernator, vna lex, eadem insignia, & idem finis: hæc autem quatuor dicit Apostolus esse in ecclesia. Dicit ergo, Dico q̄ debetis habere vnū corpus & vnum spiritum; quia estis in vnitate ecclesiæ quæ est vna. Primo quia habet ducem vnum. s. Christum. Et quantum ad hoc dicit. *Vnus dominus*, non plures, pro quorum diuersis voluntatibus oporteat vos discordare. Dicitur. n. Heb. 3. Christus est tanquam filius in domo sua. Act. 2. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia & dominum eum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. 1. Cor. 8. Vnus dominus noster Iesus Christus. Zach. 14. In illa die erit dominus vnus, & nomen eius vnū. Secundo, quia lex eius est vna. Lex. n. ecclesiæ est lex fidei Ro. 3. Vbi est ergo nunc gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Sed fides quandoque sumitur pro ipsa re credita, secundū illud, Hæc est fides catholica, &c. i. ista debent credi. Quādoque vero sumitur pro habitu fidei, quo creditur in corde. Et de vtroque hoc potest dici. De primo vt sit sensus, *Vna est fides*. i. idem iubemini credere, & eodem modo operari, quia vnum, & idem est quod creditur a cunctis fidelibus, unde vniuersalis seu catholica dicitur. vnde 1. Cor. 1. Idipsum dicatis. i. sentiatis oēs, &c. Alio modo vna est fides. i. vnus habitus fidei quo creditur: vna inquam, non numero, sed specie, quia idem debet esse in corde omnium, & hoc modo idem volentium dicitur vna voluntas. Tertio, eadem sunt insignia ecclesiæ. s. sacramenta Christi, inter quæ primum baptisma, quod est ianua omniū aliorum. Et ideo dicit. *Vnum baptisma* Dicitur autē vnum, triplici ratione. Primo, quia baptismata nō differunt secundum baptizantes, quia à quocunque conferātur, vniformem virtutem habet, quia qui baptizat interius, vnus est, scilicet Christus. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendētem, & manentē super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto, Secundo dicitur vnum, quia datur in nomine vnius, scilicet trinitatis. Matth. vlti. Baptizantes eos, In nomine patris, & filii

filii & spiritussancti. Tertio, quia iterari non potest. Pœnitentia autem, matrimonium, eucharistia, & extrema vnctio, iterari possunt, non autem baptismus. Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati (. s, per baptismum) gustauerunt autē donum cæleste & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerūt nihilominus bonum Dei verbū, virtutes que seculi venturi & prolapsi sunt (. s. p̄ peccatū) renouari rursus ad pœnitentiam. Non iteratur aūt vel propter caracterē, vel quia causa eius non iteratur. Roma. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem &c. Nunc autem Christus semel pro peccatis mortuus est, vt dicitur 1. Pet. 3. Quarto, in ecclesia est idem finis qui est Deus. Filius enim ducit nos ad patrem 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuerit omnem principatum, & potestatem & virtutem, oportet autem illum regnare, &c. Et quantum ad hoc subiungit dicens. *Vnus Deus &c.* Vbi primo ponit Apostolus eius vnitatē. Secundo, eius dignitatem, ibi. *Qui est super omnes &c.* Circa primum duo dicit. Primum pertinet ad naturam diuinam. Vnde dicit, *Vnus Deus*. Deuter. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus, vnus est. Aliud pertinet ad eius beniuolentiam ad nos, & ad pietatem. Vnde dicit, *Et pater omnium* Esa. 63. Tu domine pater noster, & redemptor noster. Mala. 2. Nunquid non pater omnium nostrum? nunquid non Deus creauit nos? Dignitatē autem eius commendat ex tribus, Ex altitudine diuinitatis, cum dicit. *Qui est super omnes*. Psal. 112. Super omnes gentes dominus &c. Ex amplitudine eius potestatis cum dicit, *Per omnia* Hiere. 23. Cælum & terram ego impleo, &c. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus &c. Luc. 10. & Mar. 11. Omnia mihi quippe tradita sunt. quippe quia oīa per ipsū facta sunt. Io. 1. Sed modo quo dicitur Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. Ex largitate gratiæ cum dicit, *Et in omnibus vobis*. s. per gratiam Hier. 14. Tu autem in nobis es domine &c. Sed primum appropriatur patri, qui est fontale principiū diuinitatis, & omnes creaturas excellit. Secundum, filio qui est sapientia attingens a fine vsque ad finem fortiter. Sap. 8. Tertiū vero, spirituisancto, qui replet orbem terrarum. Sap. 1.

LECTIO TERTIA.

VNicuique autē nostrum data est gratia secundum mēsurā donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hoībus. Quod autē ascendit quid est, nisi quia, & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.

LECTIO TERTIA.

SVpra ostendit Apostolus ecclesiasticam vnitatem quantum ad id, quod in ecclesia est commune, hic idem ostendit quantum ad hoc, quod singulis fidelibus membris ecclesiæ est propriū & speciale. Circa quod tria facit, primo proponit distinctionem. Secundo inducit ad hoc authoritatem, ibi. *Propter quod dicit, &c.* Tertio, ponit authoritatis, expositionē, ibi. *Quod aūt ascendit, &c.* Dicit ergo, habemus in ecclesia vnum Deum, vnam fidem &c. sed tamen diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus, quia *Vnicuique nostrum data est gratia*. q.d. Nullus nostrū est qui non sit particeps diuinæ gratiæ, & communionis, Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sed certe ista gratia, non est data omnibus vniformiter seu æqualiter sed, *Secundum mensuram donationis Christi*. i. secūdum quod Christus est dator, & eam singulis mensurauit. Rom. 12. Habentes donationes secundum gratiā quæ data est nobis differentes. Hæc differentia, non est ex fato, nec a casu, nec ex merito, sed ex donatione Christi. i. secundum quod Christus nobis commensurauit. Ipse. n. solus recepit spiritū non ad mensurā. Io. 1. Cæteri autem sancti ad mēsuram recipiunt. Ro. 21. Vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet &c. Math. 25. Vnicuique secundum propriam virtutem &c. Quia sicut in potestate Christi est dare, vel non dare, ita dare tantum vel minus. Sequitur. *Propter quod dicit, &c.* Hic ponit quandam authoritatem assumptā de Psal. 67. & refertur ad hoc quod dixit. Secundum mensuram donationis Christi, vbi tria facit. Primo commemorat Christi Ascensionem. Secundo humani generis liberationem. Tertio ponit donorū spiritualium collationem. Partes consequuntur se. Ostendit ergo primum, dicens sic, *Propter quod* scilicet significandum *Dicit*, scilicet Propheta Dauid in Ps. 67. *Ascendens Christus in altū &c.* Micheæ. 2. Ascēdit ante eos pādens iter &c. Iob. 39. In altū alas erigit &c. Ascēdēs inq̄, sed nō solus, quia *Captiuam ducit captiuitatem*, eos s. quos Diabolus captiuauerat, humanū. n. genus captiuatum erat, & sancti in charitate descēdētes qui meruerāt gloriā, in captiuitate diaboli detinebantur quasi captiui in lymbo. Esa. 5. Ductus est captiuus populus meus &c. Hāc ergo captiuitatē Christus liberauit, & secū duxit in cælum. Esa. 49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captum fuerit a robusto saluabitur ac saluum poterit esse? quia hæc dicit dominus, Equidem & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Sed certe hoc non verificatur solū quantum ad iā mortuos, sed etiā quantum ad viuētes, qui captiui tenebantur sub peccato, quos a peccato liberans seruos fecit iustitiæ, vt dicitur Ro. 6. & sic quodammodo eos in captiuitatem duxit, non ad perniciem, sed ad salutem. Lu. 5. Ex hoc iam homines eris capiens. Non solū aūt homines a diaboli captiuitate eripuit, & suæ seruituti subiecit, sed ēt eos spiritualibus bonis dotauit. Vnde subditur, *Dedit dona hominibus*. s. gratiæ, & gloriæ. Psal 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus 2. Pet. 1. Per quem & pretiosa nobis promissa donauit &c. Nec est contrarium quod in littera præcedenti dicitur. Accepit dona in hoībus, quia certe ipse dedit, vt Deus, & accepit vt homo in fidelibus, sicut in membris suis. Dedit in cælo sicut Deus, & accepit in terra secundum modum loquendi quo dicitur Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde cum dicit. *Quod aūt ascendit &c.* Exponit propositam authoritatem, & primo quantum ad Ascensionē. Secundo, quantum ad materiam donationis, ibi. *Et ipse dedit, &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quomodo descendit, ibi *Qui descendit*. Secundo, quomodo ascendit, ibi. *Qui ascendit &c.* Circa primum considerandū, q̄ cū Christus vere sit Deus, inconueniens videbatur q̄ sibi conueniret descendere, quia nihil est Deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationem excludendam subdit Apostolus, *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum* &c. Ac si diceret, Ideo postea dixi, q̄ ascendit, quia ipse primo descenderat, vt ascenderet, aliter. n. ascendere non potuisset. Quomodo aūt descendit subdit, dicens, *Quia in inferiores partes terræ*. Quod pōt intelligi dupliciter. Vno modo, vt per inferiores partes terræ intelligantur istæ partes terræ, in quibus nos habitamus, quæ dicuntur inferiores, eo q̄ sunt infra cælum & aerē. In has aūt partes terræ dicitur descendisse filius Dei, non motu locali, sed assumptione inferioris, & terrenæ naturæ, secūdū illud Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, &c. Alio modo, potest intelligi de inferno qui ēt infra nos est. Illuc. n. descendit oībus secundū animam, vt inde sanctos liberaret. Et sic videtur hoc eis cōuenire qd̄ dixerat, Captiuā duxit captiuitatē. Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamēti tui, eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo nō erat aqua, Apo. 10. Vidi aliū angelū fortem descendentē de cælo &c. Exo. 3. Vidi afflictionē populi mei qui est in Aegypto, &c. Et sequitur, Et descēdi liberare eū. Deinde cū dicit. *Qui descendit &c.* Manifestat eius ascēsionē quantū ad tria. Primo, quantū ad personā ascendentis cū dicit. *Qui descendit, ipse est qui ascendit &c.* In quo designatur vnitas personæ Dei & hominis, Descēdit. n. sicut dictū est filius Dei assumendo humanā naturā, ascēdit aūt filius hoīs secundū humanā naturā ad vitæ immortalis sublimitatē. Et sic est idem filius Dei, qui descendit, & filius hoīs, qui ascēdit Io. 3. Nemo ascēdit in cælum nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cælo, vbi notatur, q̄ humiles qui voluntarie descendunt, spiritualiter Deo sublimante ascēdunt, quia qui se humiliat exaltabitur, Lu. 14. & 18. Secundo, ostendit terminū ascēsionis cū dicit. *Super omnes cælos*, Psal. 57. Qui ascendit super oēs cælos ad orientē. Nec solū intelligendū est, q̄ ascēderit super omnes cælos corporales, sed ēt super omnem spiritualem creaturā. supra cap. 1. Constituens illum ad dextram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatē, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur &c. Tertio, ponit ascensionis fructum cum dicit, *Vt adimpleret omnia* i. omne genus hominū spiritualibus donis repleret. Psal. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Eccle 24. A generationibus meis adimplemini. Vel *Adimpleret*. i. vt ad effectum perduceret *Omnia*, quæ de ipso erant scripta. Luc. vlti. Oportet implere omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis, & Psalmis de me.

LECTIO QVARTA.

ET ipse dedit quosdā quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pa-

LECTIO QVARTA.

HIc exponit Apostolus quod supra dixerat de donatione donorum. Circa quod duo facit. Primo ostendit, quòd dominus

nus singulis fidelibus dedit donorum diuersitatem. Secundo, ostẽdit illorum donorum fructum, & vtilitatem ibi. Ad consumationem sanctorum &c. Et quia per dona Christi diuersi status & munera in ecclesia designantur, considerandum est, quòd inter dona Christi, primo ponit Apostolos. Vnde dicit. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos

stores, & doctores ad cõsummationẽ sanctorũ in op⁹ ministerii, in ędificationẽ corporis Chri: donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei, & agnitionis filii Dei, ĩ virũ pfectũ, in mẽsurã ætatis plenitudinis Christi.

Luc. 6. Elegit ex ipsis, quos & apostolos nominauit. 1. Cor. 12. Quosdam quidẽ posuit in ecclesia. Primũ, Apostolos. Secundo, prophetas Tertio, doctores. Quarto, virtutes. Apostoli primo loco ponuntur, quia ipsi priuilegiati fuerunt in omnibus donis Christi. Habuerunt enim plenitudinem gratiæ & sapientiæ, quidam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum. Luc. vlt. Aperuit eis sensum, vt intelligerent, &c. Marc. 4. & Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, &c. Ioan. 15. Omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Habuerunt etiam copiam eloquentiæ ad enuntiandum euangelium. Lucæ 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui non potuerunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c. Habuerunt etiam prærogatiuam authoritatis & potentiæ, quantum ad curam dominici gregis. Ioan. vlti. Pasce oues meas. 1. Cor. 10. De potestate nostra quã dedit nobis Deus in ædificationem, nõ in destructionem vestram &c. ideo Apostolus subiungit hic tres gradus ecclesiasticos, secũdum participationem singulorum præmissorum. Nam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum, subdit. *Quosdam autem prophetas*, qui prænuntiatores fuerunt incarnationis Christi, de quibus dicitur. 1. Pet. 1. Prophetæ, qui de futura in vobis gloria prophetauerunt. Matt. 11. Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Sed Apostoli prophetantes fuerunt post aduentum Christi gaudia vitæ futuræ. Apoc. 1. Beatus q legit, & q audit verba prophetiæ huius, &c. Item, fuerunt exponẽtes antiquorum prophetarum prophetias 1. Corint. 14. Aemulamini spiritualia, magis autem vt prophæteris, Mat. 25. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes &c. Quantum vero ad annuntiandum euangelium, subdit. *Alios vero Euangelistas*, qui scilicet, habent officium prædicandi euangelium, vel etiam conscribendi, quàmuis non essent de principalibus Apostolis. Ro. 10. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem &c. Esa. 41. Dabo Hierusalem euangelistam. Quantum vero ad curam ecclesiæ, subdit, *Alios autem pastores*, curam scilicet, dominici gregis habentes. Et sub eodem addit. *Et doctores*, ad ostendendum quòd proprium officium pastorum ecclesię, est docere ea, quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Dispensare autem temporalia, non pertinet ad episcopos qui sunt Apostolorum successores, sed magis ad Diaconos, Act. 6. Non est æquũ nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Tit. primo, Amplectentẽ eum, qui ₰m doctrinã est, fidelem sermonem. Dr̃ de episcopis, Hieremiæ tertio, Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. Deinde cũ dicit. *Ad cõsumationẽ sanctorũ &c.* Oñdit fructũ prædictorũ donorũ, seu officiorũ. Et circa hoc duo facit, quia primo assignat fructũ. Secũdo, oñdit qualiter fideles ad hũc fructũ possent aduenire, ibi. *Vt iam non simus paruuli &c.* Prima iterum in duas. Primo, proponit effectum proximum. Secundo, ostendit fructum vltimum, ibi. *Donec occuramus omnes &c.* Effectus proximus prædictorum donorum seu officiorum, potest attendi quantum ad tria. Vno modo, quantum ad ipsos, qui sunt in officiis constituti, quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia, vt ministrarent Deo & proximis. Et quantum ad hoc dicit, *In opus ministerii* per quod. s. procuratur honor Dei, & salus proximorum. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Esaiæ, 61. Ministri Dei dicetur vobis. Alio modo, quantum ad perfectionem iam credentium, cum dicit. Ad consumationem. i. perfectionem sanctorum. i. eorum, qui iam sunt sanctificati per fidem Christi. Etenim specialiter debent intendere prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducãt, vnde & ipsi perfectiores sunt, vt dicit Dionysius in ecclesiastica hierarchia. Heb. 6. Ad perfectionem feramur &c. Esa. 10. Consumatio abbreuiata innundabit iustitiam. Consummationem enim, & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet, &c. Tertio, quantum ad conuersionem infidelium, & quantum ad hoc, dicit, *In ædificationem corporis Christi*. i. vt couertantur infideles ex quibus ædificatur ecclesia Christi, quæ est corpus eius 1. Cor. 14. Ad ædificationem & exhortationem, & consolationem. Et sequitur ibidem, Nam maior est qui prophetat, quàm qui linguis loquitur; nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat, & ibidem, Omnia ad ædificationem fiant. Deinde cum dicit; *Donec occuramus &c.*

Assignat fructum vltimum. Et potest intelligi dupliciter. Vno modo de fructu simpliciter vltimo, qui erit in resurrectione sanctorum. Et secundum hoc, duo declarantur. Primo quidem congregatio resurgentium, & corporalis, & spiritualis. Corporalis quidem, erit cõgregatio in hoc, quòd omnes sancti congregabuntur ad Christũ. Matth. 24. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Et quantum ad hoc, dicit; *Donec occurram⁹ omnes &c.* Quasi dicat; vsque ad hoc extenditur prædictum ministerium, & consummatio sanctorum, & ædificatio ecclesiæ, donec in resurrectione occurramus Christo. Matth. 25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Amos. 4. Præparare in occursum Dei tui Israel &c. Et etiam occurramus nobis inuicem. 1. Thess. 4. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Philip. 3. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Spiritualis autem congregatio attenditur, quantum ad meritum, quod est secundum eandem fidem, & quantum ad hoc dicit; *In vnitatem fidei*. supra eodem, Vnus Dominus, vna fides. Item supra in eodem. Solliciti seruare vnitatem spiritus &c. Et quantum ad præmium, quod est secundum Dei perfectam visionem & cognitionem, de qua. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et quãtum ad hoc dicit; *Et agnitionis filii Dei*. Hier. 31. Omnes enim cognoscent me. Secundo, declaratur prædictum fructum quantum ad perfectionem resurgentium. Et primo ponit ipsam perfectionem, cum dicit; *In virum perfectum*. Vbi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt, quod scilicet feminæ mutentur in sexum virilem in resurrectione, quia vterque sexus permanebit, non quidem ad commistionem sexuum, quæ tunc de cætero non erit, secundum illud Matth. 22. In resurrectione enim non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli: sed ad perfectionem naturæ & gloriæ Dei, qui talem naturam condidit. Dicit ergo, Virum perfectum, ad designandum omnimodã perfectionem illius status. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et propter hoc vir magis sumitur secundum quod diuiditur contra puerum, quàm secundum quod diuiditur contra feminam. Secundo, ostendit exemplar huius perfectionis, cum dicit; *In mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Vbi considerandum est, quòd corpus Christi verum, est exemplar corporis mystici: vtrunque enim constat ex pluribus membris, in vnum collectis. Corpus autem Christi fuit perductum ad plenam ætatem virilem, scilicet triginta trium annorum, in qua mortuus fuit. Huiusmodi ergo ætatis plenitudini conformabitur ætas sanctorum resurgentium, in quibus nulla erit imperfectio, nec defectus senectutis. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ. Alio modo, potest intelligi de fructu vltimo præsentis vitæ, in qua quidem sibi occurrent omnes fideles ad vnam fidem, & agnitionem veritatis. Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili &c. In qua perficitur etiam corpus Christi mysticum spirituali perfectione, ad similitudinem corporis Christi veri. Et secundum hoc, totum corpus ecclesiæ dicitur corpus virile, secundum illam similitudinem, qua vtitur Apostolus. Gal. 4. Quãto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo &c.

LECTIO V.

Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniusc uiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

LECTIO QVINTA.

POSITA donorum spiritualium diuersitate, & fructu eorũ, hic ostendit Apostolus, quomodo ad fructum illum perueniamus. Circa quod, duo facit. Primo, duo impedimenta remouet. Secundo, modum veniendi docet, ibi; *Veritatem facientes &c.* Dicit ergo, Bene dictum est, quòd hic est fructus vltimus istorũ donorum, quòd, scilicet occurramus Domino in virum perfectum &c. Ergo oportet nos videre; *Vt iam non simus paruuli*, sed certe viri perfecti, quia quandiu aliquis est puer, non est perfectus vir. Oportet ergo, quòd deserat pueritiam, qui Domino debet occurrere. Sic faciebat Apost. 1. Cor. 13. Quando autẽ factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Conditio autem pueri est, quòd non est fixus, vel determinatus in aliquo, sed credit omni verbo. Si ergo volumus exhibere nos, vt viros perfectos, oportet quòd deseramus cogitationem fluctuantem, idest instabilem. Et hoc est quod dicit, *Fluctuantes*. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Dicuntur autem fluctuantes a fluctu, quia tales ad modum fluctus non sunt firmi in fide. Iac. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circunfertur. Nunc autem necesse est nos stabiles esse, & non fluctuare. Et quia ventus est praua doctrina,

doctrina, de qua merito dicitur Prouerb. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuias. Matt. 7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna: ideo dicit, *Et non circunferamur omni vento doctrinæ; &c.* quasi dicat. Nulla doctrina peruersa perflante ad commotionem cordis, & ruinam spiritualis edificii debemus moueri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus. Primo, ex eius principio, quod est. *In nequitia hominum*, ideo non est bona doctrina, sed falsa, & nequam, q̃ dogmatizat aliquis ad perditionem animarum, vt obtineat principatum; sicut doctrina Arrii nequissimi, qui crepuit medius, vt de ipso possit exponi illud Ecclesi. 31. Testimonium nequitiæ eius verũ est. Item, talis doctrina peruersa est, quod patet. Secundo, ex eius processu, qui est astutia, quia cum dolo. i. vnum intendit, & aliud simulat, propter quod Apostolus dicit. 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpẽs Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Tertio patet hoc idem ex effectu, quia effectus talis doctrinę est *circunuentionem erroris*, non ad denarios, vel alia temporalia acquirenda, sed ad seminandos errores seducunt, & circunueniunt tales doctores: de quibus dicitur. 2. Tim. 3. Mali hoĩes & seductores proficient in peius, errantes, & in errorẽ alios mittentes, Deinde cum dicit. *Veritatem autem facientes, &c.* Ostensis impedimentis per quæ a fructu donorum spiritualium impeditur quis: hic ostendit qualiter ad fructum debitum perueniatur. & arguit sic. Statim dictum est, quòd si volumus ad spiritualium donorum fructum peruenire, oportet vt iam non sim⁹ paruuli, &c. Sed tandiu sumus paruuli quandiu uirilem statũ non attingimus nec crescimus. ergo nobis necessarium est, vt crescamus. Et hoc est, quod dicit *Veritatem autem facientes, &c.* Duo ergo facit. Primo, ostendit in quo debemus crescere. Secundo, per quem, ibi *In illo per omnia, &c.* Dicit ergo quantum ad primum, *Veritatem facientes crescamus*, & hoc in duobus. s. in bono opere, & forma boni operis, quæ duo sunt veritas, & charitas. Veritas autem quandoque dicitur omne opus bonum, vt Thob. 1. In captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit. Faciamus ergo veritatem. s. omne opus bonum, uel ueritatem doctrinæ: q̃a nõ sufficere nobis debet audire, uel docere veritatẽ, sed oportet facere, propter hoc dicebat Apo 1. Timo. 4. Hoc enim faciens, & teipsum saluũ facies, & eos qui te audiũt. Estote ergo fact. &c. vt dicitur Iac. 1. quia Factores iustificabuntur, vt habetur Roma. 2. Et hoc si fiat in charitate, quæ est forma boni operis. 1. Cor. 16. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, & omnia opera vestra in charitate fiant: quia certe aliter nihil valerent. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, Sed quia in via Dei non progredi est regredi, ideo subdit Apostolus, *Vt crescamus in illo, &c.* Vbi tria facit. Primo, ostendit authorem nostri augmenti. Secundo, eius veriatem. Tertio, modũ augmenti. Secunda, ibi *Ex quo totum corpus*. Tertia, ibi *Secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri*. Dicit ergo, Crescamus in illo. s. in Christo, de quo. 1. Pet. 2. In eo crescatis in salutem. In illo, inquam, qui est caput nostrum Christus, & in ecclesia, quæ est corpus ipsius, vt dicitur Col. 1. Crescamus, inquã, non in possessionibus, sicut dicitur Iob. 1. Possessio eius creuit in terra, sed in spiritualibus. Nec in vno tantum, sed. *Per omnia*: idest in omni bono, fructificantes, & crescentes. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite, &c. Et ibi sequitur, sicut & ego per omnia omnibus placeo. De hoc commendat Corinthios Apostolus, dicens 1. Cor. 11. Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, omnia præcepta mea tenetis. Consequenter cum dicit *Ex quo totũ corpus, &c.* Ostẽdit veritatẽ Christi, per quem crescere debeamus. Vbi sciendum est, quòd corpus naturale tria habet. s. compactionem membrorum ad inuicem, ligationem per neruos, & mutuam subministrationem 1. Cor. 12. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, &c. Si totum corpus est odoratus, vbi auditus? Spiritualiter ergo, sicut vnum corpus efficitur ex multis his tribus modis, scilicet per cõpactionem seu adunationem, per ligationem, & per mutuam operationem, & subuẽtionem: ita & omnia quæ sunt a capite corporali, scilicet cõpactio, neruorũ ligatio, ad opus motio, fluunt a capite nostro Christo in corpore ecclesiæ. Et primo compactio per fidem. Vnde dicit; *Ex quo*, scilicet Christo qui est caput nostrũ (vt modo dictum est) *Totum corpus compactum est*, idest coadunatum. Psal. 146 Dispersiones Israel congregabit. Abac. 2. Cõgregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos. De hoc dicitur Col. 2. Caput ex quo totum corpus p nexus & coniunctiones subministratum & constructũ, crescit in augmentum Dei. Secũdo, fluit a Christo capite in corpus ecclesiæ suæ mysticum connexio & colligatio, quia oportet adunata aliquo nexu, vel vinculo necti, vel colligari. Et propter hoc dicit; *Et connexum per omnem iuncturam subministrationis*, idest, per fidem & charitatem, quæ connectunt, & coniungunt mẽbra corporis mystici, ad mutuam subministrationem. Eccle. 39. Omnia opera Dñi bona, & omne opus hora sua subministrabit. Vnde ipse Apostolus confidens de ista mutua subministratione, quæ est inter mẽbra ecclesiæ per diuinam coniunctionem, dicebat Philip. 1. Scio enim, quia hoc proueniet in salutẽ per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi. Tertio, a capite Christo in mẽbris, vt augmententur spiritualiter, influitur virtus actualiter operandi. Vnde dicit; *Secundum mensuram vniuscuiusque membri*, augmentum corporis facit, quasi dicat, Non solum a capite nostro Christo est membrorũ ecclesiæ compactio per fidẽ, nec sola connexio, vel colligatio per mutuã subministrationẽ charitatis, sed certe ab ipso est actualis membrorum operatio, siue ad opus motio ₰m mensurã & cõpetentiam cuiuslibet membri. Vnde dicit; *Quod facit augmentum corporis, secundum operationem & mensuram vniuscuiusque membri*, debite mẽsurati, quia non solum per fidẽ corpus mysticũ cõpaginatur, nec solũ per charitatis subministrationem connectentẽ augetur corpus, sed per actualem cõpositionem ab vno quoq; mẽbro egredientẽ, ₰m mensuram gratiæ sibi datæ, & actualẽ motionem ad operationẽ, quã Deus facit in nobis. Vnde Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Idẽ vero Deus, qui operatur oĩa in omnibus, vt dicitur. 1. Corin. 12. Et hæc expositio concordat glosatori. Sed ad quid augmentat Deus vnumquodq; mẽbrũ? vt corpus ædificet. supra. 2. In quo oĩs ædificatio cõstructa, crescit in tẽplũ sanctũ in Dño, in quo & vos coædificamini &c. Vnde. 1. Corin. 3. Dei ædificatio estis. Et hæc omnia fiunt in charitate, quia vt dicitur. 1. Corint. 8. Charitas ædificat. uel in charitate facit Deus hæc omnia, idest ex mera dilectione. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursusque, Aedificabo, & ædificaberis. Hoc est ergo quod dicit; *In ædificationem sui in charitate.*

LECTIO VI.

Hoc ergo dico & testificor in Domino: vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati a vita Dei p ignorantiã, quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum:

LECTIO SEXTA.

SVPRA monuit Apostolus Ephesios, vt manerent in ecclesiastica vnitate, describendo modum eius & formã: in hac parte docet eos viam, per quam possint manere in ecclesiastica vnitate. Et circa hoc duo facit. Primo proponit præcepta, p quæ possunt manere in ecclesiastica vnitate. Secundo, ostendit potestatem hãc ad implenda præcepta in fine epistolæ, ibi; *De cætero fratres, confortamini &c.* Prima in duas. Primo, proponit præcepta ad omnes. Secundo, pertinentia ad singulos gradus ecclesiæ, ibi; *Mulieres viris suis subditæ sint &c.* Prima in duas. Primo, ponit quædã præcepta generalia, ad quæ reducuntur omnia alia. Secundo ponit specialia, ibi; *Propter quod, deponentes mendacium &c.* Prima iterum in duas, quia cum intentio Apostoli sit eos reuocare a veteri consuetudine ad nouam Christi doctrinam, Primo, ostendit doctrinam Christi esse contrariam antiquæ peruersitati gentilitatis. Secundo, inducit eos, vt eam deponant, & eã quæ Christi est assumant, ibi; *Deponite vos secundum pristinam &c.* Prima in duas, quia primo describit conuersationem gentilium. Secundo, ostendit quòd ei contrariatur doctrina Christi, ibi; *Vos autem non ita &c.* Prima in tres. Primo, hortatur eos, vt declinent conuersationem gentiliũ. Secundo, describit eam quantum ad interiorẽ animũ, ibi; *Tenebris obscuratum &c.* Tertio, quantum ad exteriorẽ modum, ibi; *Qui desperantes &c.* Dicit ergo ad hoc, quòd possitis implere ea quæ dicta sunt; *Dico*, idest, non obsecro, vt prius, sed dico; *Et te-*

ſtificor hoc quod dixi Gal.5. Teſtificor autem omni homini, rur ſum circuncidenti ſe,quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdæ. 2.Timo. 4.Teſtificor corã Deo,& Chriſto Ieſu,&c.Et qd? *Vt iã*, ſcilicet, tempore fidei, & conuerſionis ad Chriſtum, quia iam vos mundi eſtis Ioan.15.*Non ambuletis*, ideſt,viuatis. Gal.5. Si ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus, &c. Et hoc, *Sicut & Gentes ambulant*. 1. Corint. 12. Scitis, quoniam cum gentes eſſetis,ad ſimulachra muta,proutducebamini eũtes, &c. Non ſic igitur ambuletis.Proue.1.Fili mi,ne ambules cũ eis, prohibe pedem tuum a ſemitis eorum,&c. Conſequenter cum dicit *In uanitate ſenſus ſui*. Reddit cauſam huius prohibitionis. Vbi notandum eſt, quòd cum ambulare ſpiritualiter,ſit proficere, ſecundum illud Eſa.26.Rectus callis iuſti ad ambulãdum,&c. Gen.17.Ambula coram me,& eſto perfectus,dicitur Abrahæ. Ad hoc ergo, vt homo iuſte ãbulet.1.ſpiritualiter proficiat,oportet tria, quæ in ipſo ſunt regulari,& ordinari.In homine enim eſt ratio, iudicans de particularibus agendis. Item,intellectus vniuerſalium principiorum,qui eſt ſindereſis. Tertio, lex diuina ſeu Deus. Quandocunque ergo aliquis ſecundum iſta tria ſibi inuicem ordinata dirigitur, ita quòd actio ordinetur ſecundum iudicium rationis, & hæc.ſ.ratio iudicet ſecundum intellectum rectum, vel ſindereſim : & hæc.ſ. ſindereſis ordinetur ſecundum legem diuinam,tunc actio eſt bona,& meritoria. Sed vita gentiliũ nõ eſt talis, immo deficit in prædictis tribus, quia primo deficit a ratione iudicante,quia ambulant in vanitate ſenſus ſui. Senſus autem eſt vis apprehenſiua;per quam iudicamus ſingularia.Vnde aliquis homo rectus dicitur,quando bene iudicat de agẽdis. Sed ſenſus iſte,quandoque eſt rectus,quandoque eſt vanus. Rectus dicitur,quando debita regula regitur,qua venit ad debitũ finem.Vanus autem,quando indebita regula ductus,non venit ad debitum finem. Sapien.13.Vani ſunt omnes homines,in quibus non ſubeſt ſcientia Dei,&c. Roma.1.Euanuerunt in cogitationibus ſuis,&c.Hiere.2. Ambulauerunt poſt vanitates ſuas, & vani facti ſunt. Quare ? quia certe ratio iſtorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, ſed erroneo, Et hoc eſt, quod ait, *Tenebris obſcuratum habentes intellectum*. Rom. 1. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Pſal.81 .Neſcierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulant.Et ratio eſt, quia tales non ſunt participes diuini luminis,ſeu legis diuinæ illuminantis,& regulantis: propter quod ſubdit,*Alienati a uita Dei*,ideſt a Deo, qui eſt vita animæ.Ioan.14.Ego ſum via,veritas, & vita. Vel *A uita Dei*, ideſt a charitate,& gratia ſpirituali,qua anima viuit formaliter.Rom.6.Gratia aũt Dei vita æterna.Iſti aũt erãt ſine ſpe vitæ æternæ,quia ponebant mortalitatem animæ,contra fidem,& ſpem.Sapien.2.Neſcierunt ſacramenta Dei, neque ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, neque iudicauerunt honorem animarum ſanctarum,&c.Vel *A uita Dei*, ideſt a vita ſancte viuendi, quæ eſt per fidem. Galat.2.Viuo ego,iam non ego, &c. Iuſtus autem ex fide viuit,vt dicitur Rom. 1. Vel quæ eſt per charitatem.1.Ioan.3.Nos ſcimus,quia translati ſumus de morte ad vitam,quoniam diligimus fratres,&c. Non ſic aũt iſti,ſed magis alienati. Modum autem huius alienationis tangit,*Scilicet per ignorantiam*, non ſtellarum,vel curſus ſyderum, ſed naturæ diuinæ.1.Cor.15.Ignorantiam quidem Dei quidam habent,quia certe tunc ſolum in Iudea notus erat Deus, ſed modo,ut dicitur Act.17.Tempora huius ignorantiæ deſpiciẽs Deus;nunc annuntiat hominibus, vt omnes ubique pœnitentiam agant,&c.Huius autem ignorantiæ Deus non erat cauſa,quantũ de ſe erat, vt dicitur Rom.1.Deus.n.illis reuelauit, ſed certe cauſa erat illis; *Propter cæcitatem cordis ipſorum*. Et uere dicit cæcitatem, eo quòd ex creaturis non poterant venire in notitiam creatoris : quia vt dicitur Sapien.2. Excæcauit eos malitia eorum, & ſequitur, Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Et hoc eſt, quod ſequitur, *Qui deſperantes &c.* Vbi oſtendit Apoſtolus quales erant in exteriori conuerſatione : quoniam ſine ſpe, & hoc, quia alienati a vita. Iob. 7. Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam,&c.Hier. 18. Deſperaulmus, poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque poſt prauitatem cordis ſui, malefaciemus. Et hoc eſt,quod ſequitur. *Tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ &c.* Et hoc legi poteſt dupliciter, vel ſeparatim, vt dicatur,in auaritia,quia auari erant.Rom.1.Repletos omni iniquitate, & malitia,fornicatione,auaritia,&c.Heb.13.Sint mores ſine auaritia,

qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt,impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

LECTIO VII.

OS autem non ita didiciſtis Chriſtum : ſi tamen illũ audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, deponite vos ſecundum priſtinã conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.

&c.Quia vt dicitur Eccle.10.Auaro nihil eſt ſceleſtius.Propter quod Abach.2.Veh qui congregat auaritiam malam domui ſuę &c.Poteſt etiam legi coniunctim cum præcedentibus, vt dicat, in auaritia,ideſt auare,ita ut ſit modificans præcedentia. Et ẽm hoc aggrauat eorum vitam tripliciter: quia primo peccauerunt, non ex paſſione, ſed potius ex electione. Vnde dicit : *Tradiderunt ſemet ipſos impudicitiæ*. Quaſi dicat. Non paſſionibus, vel infirmitate peccauerunt. ſed ſemetipſos tradiderunt &c. Iudith.7. Spõte tradamus nos omnes,populo Oloferni,&c. 2.Cor.12. Non egerunt pænitentiam ſuper immunditia,quam geſſerunt,&c. Secũdo,ex actuali effrenatione.1.Pet. 2.Poſt carnem in concupiſcentiam immunditiæ ambulant,&c. Et ideo dicit, *In operationem omnis immunditiæ*. Ezec.14.Iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis,&c. Tertio,aggrauatur eorum peccatum ex continuatione,quia inceſſanter peccabant.Oſeæ.4.Fornicati ſunt,& non ceſſauerunt, quoniam Dominum reliquerunt,vnde dicit, *In auaritiam*, ideſt,ardenter,& appetitu continuo,& inſatiabili.2.Pet.2.Oculos habentes plenos adulterii,& inceſſabilis delicti,pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatũ in auaritia habentes, maledictionis filii, &c.

LECTIO SEPTIMA.

OSTENSA peruerſitate gentilis conuerſationis: hic oſtendit Apoſtolus, quòd doctrina Chriſti totaliter contraria eſt iſti conuerſationi,& ſtatui. Et quia peruertentes quidam doctrinam Chriſti,dixerunt,non eſſe aliam vitam poſt iſtam, ſed animam mori cum corpore,vt animalia : ideo Apoſtolus oſtendit, Primo,doctrinam Chriſti cõtrariam eſſe vitæ,& ſtatui præcedenti.Secundo,oſtendit conditiones debitas doctrinæ Chriſti ibi *Deponite uos, &c.* Dicit ergo.Ita dictum eſt, quòd illi deſperantes,&c. *Vos autem non ita*, didiciſtis Chriſtum.ſ.eſſe imitandum.Quomodo ergo?Ipſi enim vos a Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.1.Theſſ.2.Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas credidiſtis.Et.2.Theſſ.2.Quomodo tenebim°?Et.1.Theſſ. 2.Quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei,accepiſtis illud non vt verbum hominum,ſed ſicut eſt vere verbum Dei,&c.Col.2.Radicati,& ſuperædificati in ipſo,& confirmati in fide, ſicut didiciſtis abundantes in illo in gratiarum actione. Et hoc certe. *Si tamen illum audiſtis*, quia auditus deſeruit diſciplinæ. Si, pro quia. Quia hæc eſt annuntiatio quam audiſtis, vt dicitur.1.Ioan.1.Et hoc,quantum ad prædicationem fidei.Eccle.24. Qui audit me,non cõfundetur. Prouer.15. Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio ſapientiũ commorabitur,&c. *Et in illo edocti eſtis*, ſcilicet, quomodo pertinentia ad fidem,ſunt cuſtodiẽda,& adimplenda.Mar. vlti. Fecerunt ſicut erant edocti,&c. Et hoc. *Sicut eſt veritas in Ieſu*. quaſi dicat. Si audiuiſtis fidem Chriſti prædicari, & quomodo prædicata debeat adimpleri,eſtis edocti,ſicut Ieſus, de quo prædicatur vobis,qui eſt veritas. Vos autem non ita,ſcilicet, oportet ambulare ſicut aliqui deſperantes.Sed quomodo?ſubdit, *Deponite uos &c.* Quæ quidem litera poteſt legi dupliciter. Vno modo,vt dicatur deponite, & tunc conſtruitur cum præcedentibus ſic,ita ẽ veritas,in qua edocti eſtis in Ieſu deponere vos,&c. Si autem dicatur deponite,quæ litera communis habetur, dicemus,quòd quia contraria eſt,& vita,& doctrina Gentilium, vitæ,& doctrinæ Ieſu,in qua edocti eſtis,reſtat vt deponatis,&c. Duo ergo facit,quia cum primo extirpanda ſint vitia, quàm inſerantur virtutes,Primo,docet eos ſtatum priſtinæ ac veteris cõuerſationis deponere.Secundo,nouum ſtatũ Ieſu aſſumere,ibi. *Renouamini autem ſpiritu &c.* Dicit ergo, *Deponite &c.*Vbi tria ſunt conſideranda, Primo quid intelligitur per veterem hominem.Dicunt aliqui,quòd hic homo vetus exterior, nouus vero dicitur interior. Sed dicendum eſt, quòd homo vetus dicitur tam interior quàm exterior, qui ſubiicitur vetuſtati quantum ad animam per peccatum,& quantũ adcorpus,quia mẽbra corporis ſunt arma peccati. Et ſic ſubiectus homo peccato ſecundum animam,& corpus,dicitur uetus homo, ſecundum quod illa vetuſta ſunt, quæ ſunt in via corruptionis; vel in ipſo corrumpi,quia quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitũ eſt : vt dicitur Hebr. 8.Et ſic homo ſubiectus peccato,dicitur vetus: quia eſt in via corruptionis; propter quod ſubdit : *Qui corrumpitur*

rumpitur ſecundum deſideria erroris. Nam vnumquodque corrumpitur, cum recedit ab origine naturæ ſuæ. Natura autem hominis eſt,vt deſiderium eius tendat ad id quod eſt ſecundum rationem. Perfectio autem,& bonum rationis eſt veritas.Quãdo ergo ratio tendit ad errorem, & deſiderium ex hoc errore corrumpitur, tunc vetus homo dicitur. Dicit autem ſecundum deſideria.ſ.mala.Rom.13. Carnis curã ne feceritis in deſideriis, 1. Tim. 6. Deſideria multa & nociua, & inutilia,quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem,&c. Quia autem hæc deſideria in quibuſdam tranſhuntur ex infirmitate, in quibuſdam vero ex malitia, ſicut in illis,qui dicunt Deum prouidentiam non habere,ideo dicit,*Erroris* : quia in talibus ſic errantibus corrumpitur intellectus, & affectus. Vel ſecũdum deſideria erroris,ideſt quæ homines faciunt errare,ſecundum illud Sapien.2.Hæc cogitauerunt, & errauerunt,&c.Proue.14. Imprudentia ſtultorum errans.Sed quomodo deponendus ſit, docet Apoſtolus dicens, Col.3.Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,&c. Non ergo ſubſtantialiter debet deponi,vel expoliari,ſed ſolum quo ad opera mala,vel conuerſationem. 1.Petr. 2. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam. 1. Timo. 4. Exemplum eſto fidelium in verbo,& conuerſatione. Deinde cum dicit,*Renouamini,&c.* Oſtendit,quòd debemus nouum ſtatum induere. Circa quod tria facit. Primo,oſtendit per quid conſequi poſſumus hanc nouitatem. Secundo,in quo hæc nouitas conſiſtat. Tertio, quæ ſit. Quantum ad primum dicit,*Renouamini ſpiritu, &c.* Vbi notandum eſt,quod licet ſpiritus multipliciter dicatur in homine,tamen triplex ſpiritus inuenitur.ſ. Spirituſanctus.1. Cor. 3. Neſcitis, quod templum Dei eſtis & ſpiritus Dei habitat in vobis? Item,ſpiritus rationalis. Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.Item, Spiritus fantaſticus. Oſeæ. 14. Scitote Iſrael,ſtultum prophetã,inſanum virum, ſpiritualem,ideſt fantaſticum.Hoc ergo,quod dicit,Spiritus mentis,ſumitur pro Spirituſancto. Dicit autem cauſam renouationis eſſe Spiritumſanctum,qui habitat in mente noſtra.Gal. 5. Miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda,&c. Pſal. 103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, &c. Vel poteſt accipi ſpiritus pro ſpiritu rationali, & tunc ſpiritus idem eſt, quod mẽs noſtra,& eſt ſimile huic,quod dicitur Coloſ.2. In expoliatione corporis carnis i.corporis,quæ eſt caro,ita hic ſpiritu mentis.i.ſpiritu,qui eſt mens: hoc autem dicit,quia in nobis eſt alius ſpiritus,qui non eſt mens,qui. ſ. eſt communis nobis,& brutis.Dicit autẽ, *Renouamini ſpiritu mẽtis* quia illud quod non eſt corruptum,eſt nouum; nec renouatione indiget. Nam ſi Adam corruptus non fuiſſet,renouatione nõ indiguiſſet,nec nos etiam. Sed quia corruptus fuit, renouatione indiguit,& eius poſteriores. Et ideo oportet renouari nos in præſenti ſecundũ animam,& in futuro, ſecundum corpus,quãdo Corruptibile hoc,induet incorruptionem,& mortale immortalitatem,vt dicitur.1.Cor.15. Dicit ergo, *Renouamini ſpiritu*, hic ſcilicet,quia niſi in præſenti ſpiritus renouetur, nunquam corpus eius innouabitur. Vel poteſt exponi ſpiritu mentis. i. mente veſtra ſpirituali facta,& in idem redit.In quo autem hęc renouatio conſiſtat quantum ad ſecundum ſubdit, cum dicit. *Et induite nouum hominem, &c.* Hic aduertendum eſt,quòd ſicut vniuſcuiuſque rei primum vetuſtatis principium fuit Adam ꝑ quem peccatum in omnes intrauit, ita principium primum nouitatis,& renouationis Chriſtus eſt : quia Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabantur. vnde Gal. vlt.In Chriſto Ieſu,neq; circuncifio,neque præputium aliquid valet,ſed noua creatura.Induimini ergo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Roma. 13. Quæ autem ſit renouatio oſtendit, cum dicit, *Qui ſecundum Deum creatus eſt, &c.* Hoc autem poteſt intelligi tripliciter.Vno mõ ſic,vt ly, *Qui*,referatur ad ſpiritum,ideſt ſpiritus : qui eſt mens noſtra,creatus eſt a Deo,ſcilicet in originali iuſtitia ſcilicet in ſui nouitate. Vel recreatus noua creatione,vt eſſet iuſtũs. ſupra. 2. Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.vel ly,*Qui*, poteſt referri ad nouum hominem, ſcilicet Chriſtum.Et tunc conſtruetur ſic *Qui creatus eſt*, ideſt, formatus in utero virginis ſecundum Deum,ideſt, non ſemine humano, ſed Spirituſancto. Vel creatus eſt ſecundum eſſe gratiæ,& plenitudinis,& hoc *In iuſtitia*, quo ad homines,*Et in ſanctitate*, quo ad Deum,& hoc *Veritatis*,non falſitatis. Luc. 2. In ſanctitate,& iuſtitia.Vel ut ſanctitas ſit in corde,veritas in ore, iuſtitia in opere.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA poſita generali monitione, vt nouitatem induerent : hic Apoſtolus ponit præcepta ſpecialia. Circa quod duo facit. Primo, inhibet eis peccata interiora corrumpentia ſpiritum Secundo, peccata exteriora, quæ corrumpũt carnem, ibi ; *Fornicatio autem &c.* Prima in duas Primo,prohibet peccata, quæ in deordinatione propria conſiſtunt. Secundo, peccata, quæ conſiſtunt in deordinatione alterius, ibi ; *Omni: ſermo malus &c.* Prima iterũ in tres, quia primo prohibet peccatum corrumpens rationalem. Secundo, peccatum deordinans iraſcibilem, ibi ; *Iraſcimini & nolite peccare &c.* Tertio,peccatum pertinens ad concupiſcibilem,ibi; *Qui furabatur &c.* Circa primum tria facit. Primo, quia vnũ iſtorum prohibet. Secundo, inducit ad aliud. Tertio, rationẽ aſſignat. Prohibet ergo illud primo, quod ad veterem hominẽ pertinet, ita vt iſta litera, ſit expoſitiua huius, quod prædixerat; *Induite nouum hominem*, ad quem induendũ primo, prohibet mendacium : quia per hoc peccatum oris, corrumpitur veritas rationis. Vnde dicit ; *Propter quod*, ſcilicet, nouum hominem induendum, ſitis ſupple ; *Deponentes mendacium*, quia vt dicitur in Pſal. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ, ſcilicet perniciouſum. Et poſtea inducit ad nouitatem, dicens Zachar. 4. *Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo*. Et quare ? *Quoniam ſumus inuicem* membra. Membra enim ſeinuicem diligunt,& ſe iuuant mutuo in veritate. Roman.12. Vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Sequitur ; *Iraſcimini &c.* Vbi prohibet peccatum, corrumpẽs iraſcibilem. Circa quod tria facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, eam exponit, ibi ; *Sol non occidat &c.* Tertio, rationem reddit, ibi ; *Nolite locum &c.*Monitionem auttem ponit, cum dicit : *Iraſcimini &c.* Quod poteſt exponi dupliciter,quia duplex eſt ſpecies iræ, quædam bona, quædam mala. Mala quidem,quando inordinate tendit in vindictam ſcilicet, contra iuſtitiam : bona vero quando in vindictam debitam, quando ſcilicet quis iraſcitur quando oportet, cum quibus, & quantũ oportet. Et de vtraque poteſt exponi. Si de mala, ſic eſt ſenſus. Non præcipit, ſed permittit, quaſi dicat. Si ſic eſt, quòd motus iræ inſurgat, quod humanum eſt, nolite peccare, ideſt nolite perducere ad effectum per conſenſum. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat niſi humana : quia certe, qui aliter iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, vt dicitur Matth. 5. De hac ira monebat Ioſeph fratres ſuos. Gen. 45. Ne iraſcimini in via. Si autem exponatur de bona, ſic tenetur non ſolũ permiſſiue, vt primo, ſed imperatiue, iraſcimini ſcilicet, contra peccata veſtra : quoniam duplex eſt vindicta, quam homo appetit. Vna de ſeipſo peccante & ſic pœnitentia eſt quædam vindicta,quam homo facit, & capit de ſeipſo. & hæc eſt bona ira, & de hac dicitur imperatiue, iraſcimini ſcilicet cõtra peccata veſtra, & nolite peccare ſcilicet de cætero, nec talia committere contra quæ iterum oporteat iraſci.Modo credunt aliqui, quòd homo ſecure poſſit ſibiipſi iraſci propter peccata ſua, ſed non proximo ſuo propter ſua,ſed non eſt ita:ſicut .n.contra ſeipſum quis iraſcitur propter peccara propria, ita proximo ſuo propter ſua,ergo iraſcimini contra vitia aliena, & hoc cũ zelo. Num. 25. Phinees auertit iram meã a filiis Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos.Sic Helyas. 3. Reg. 19. Zelo zelatus ſum pro Dño Deo exercituũ,quia dereliquerunt pactum Dñi filii Iſrael &c. Et nollte peccare præueniendo rationem, ſed potius ſequendo. Iac. 1. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram &c. Sequitur;*Sol non occidat &c.*Vbi exponit quod dixerat,& ſecundũ tres prædicetas expoſitiones põt tripliciter exponi,quia ſi de mala ira,tunc ſic,*Sol* &c. Ideſt non perſiſtatis in ira concepta, ſed ante ſolis occaſum deponatis,quia licet permittatur motus,propter fragilitatem,non permittitur mora. Si de bona, & hoc contra peccata propria,tunc ſic;*Sol*, ideſt Chriſtus.Malac.4.Orietur vobis timentibus nomẽ meũ ſol iuſtitiæ &c. *Non occidat ſuper iracundiam veſtram*, ideſt ſuper peccata veſtra,pro quibus iterum oportet vos iraſci & voſmetipſos punire. Si cõtra peccata aliena ſic accipitur ſol.ſ.rationis.Eccle.12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas,non mihi placent,antequam tenebreſcat ſol &c. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, ideſt non obtenebretur dictamen rationis. Iob: 5. Virum ſtultum interficit iracundia. Sequitur ; *Nolite locum dare diabolo*, vbi aſſignat rationem monitionis. Diabolus enim habet lo

cum in nobis per peccatum, vel per consensum. Ioan. 13. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, &c. Et sequitur ibidem, quòd Post buccellam introiuit in eum sathanas. Nunc autem huiusmodi passiones multum inclinant ad consensum, & maxime quando peruertunt iudicium rationis, & hoc specialiter facit ira, quæ consistit in accensione sanguinis, quæ quidem ratione velocitatis sui motus, precedit iudicii rationis. Et qa sic nobis perturbatis, diabolus incipit locum habere in nobis, ideo dicit, *Nolite locum dare diabolo:* Quasi dicat. Non persequeretis in ira, quia per hoc datis locum diabolo, quia totus diabolus iracundus est, Psal. 17. Liberator meus de inimicis meis iracundis. Intrat autē hominem cum furore, & ira, Apoc. 12. Descendit diabolus ad vos, habens iram magnā. Hoc autem non potest facere saltem in anima, quandiu homo iustus est. Hæc autem iustitia per irā amittitur, quia Ira viri iustitiam Dei non operatur, vt dicitur. Iac. 1. Si ergo non vultis locum dare diabolo, saltem in anima, sol non occidat super iracundiā vestram. Ecclesia. 11. Aufer iram a corde tuo.

LECTIO NONA.

EXCLVSA supra vetustate hominis, quantum ad vim rationalem, & irascibilem: hic prohibet eam quantum ad concupiscibilem prouenientem ex rerum inordinata concupiscentia. Circa quod duo facit. Primo prohibet concupiscibilis vetustatem. Secundo, hortatur ad eius nouitatem, ibi *Magis autem laboret &c.* Ad vetustatem autem concupiscibilis pertinet furtum, quod prouenit ex corrupto, & inordinato appetitu rei temporalis. Ideo dicit *Qui furabatur, iam non furetur &c.* Quasi dicat: Qui habebat concupiscibilem corruptam, & vetustam, ex corrupto appetitu rerum temporalium, iam non furetur. s. si vult concupiscibilem renouare, quia vt dicitur Eccle, 5. Super fu rem confusio: propter hoc dicitur Exod. 20. Non futurū facies. Et quia aliquis posset se excusare præ paupertate, ideo dicit *Magis autem laboret &c.* Sicut ipse fecit. Apostolus, vt dicitur Act. 20. Argentum, & aurum nullius concupiui aut vestem, vosipsi scitis, quoniam ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Item. 2. Thess. 3. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat vos imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte ac die laborantes, ne quem vestrum grauaremus, &c. Vnde notandū est, quod opus manuale ad tria inducitur. Primo, ad necessitatem victus acquirendam. Gen. 3. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Et ideo, qui non habet vnde licite viuat, tenetur manibus laborare. 2. Thes. 3, Si quis non vult operari, non manducet; quasi dicat. Sicut qui non comedit in necessitate peccat, ita & si non laborat. & sic ponitur hic ad excludendum furtum, Quandoq; vero, inducitur contra ocium, quia Multa mala docuit otiositas. Eccle. 33. Et ideo qui habēt vitam otiosam, tenentur manibus laborare. 2. Thes. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. His autem, qui huiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes suum panem manducent. Quandoq; enim inducitur ad carnis macerationem, & domationem: unde ponitur inter alia opera continentiæ. 2. Cor, 11. In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, &c. Triplex ergo est ratio iniungendi laborem corporalem, sed prima omnibus necessaria est, & hoc de necessitate præcepti, quia aliis modis potest excludi ocium, similiter, & lasciuia carnis potest alio modo domari, & refrenari, & sufficit quomodocunque fiat. Sequitur *Quod bonum est*, quod dupliciter potest intelligi. Vel in vi accusatiui, & sic construetur: Magis autem laboret operando manibus, & quidem non illicita, sed quod bonum est. Gal. vlti Bonum autem facientes nō deficiamus. Esa 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Vel potest intelligi in vi nominatiui, laboret, &c. Quod bonum est, quasi hæc sit ratio, quare laborandum est, quasi dicat. Non solum est necessarium laborare, immo etiam bonum est laborare, vt laborans possit viuere, & *Vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti*. Ecclesi 29 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, &c. Deinde cum dicit *Omnis sermo malus, &c.* Ponit

LECTIO IX.

Vi furabatur iam non furetur; magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus,

pertinentia ad veterem hoīem in deordinatione ad aliū, & facit duo: quia primo prohibet vetustatem, & inducit nouitatē. Secundo, inducit exēplū, in principio quinti capitis, ibi: *Estote ergo &c.* Ad proximū autē, potest quis male se habere duplr. Vno modo, ledendo eū verbis malis. Alio modo, malis exemplis. Primo, prohibet primum. Secūdo, secd̄ 3, ibi; *Et nolite cōtristare &c.* Primo, iterū in duas. Primo, prohibet vetustatē. Secundo, inducit ad nouitatem, ibi; *Sed si quis, &c.* Dicit ergo; *Omnis sermo malus &c.* Sermo oris prætēdit & annuntiat, quæ sunt in anima, quia Voces sūt earū, quæ sunt in anima passionū notæ. Ille est bonus sermo, qui indicat bonam dispositionem interiorē, malus vero, qui malā. Triplr aūt hō ordinatur interius. s. ad se, vt. s. oia sint rationi subiecta: ad Deū, vt ratio sit ei subdita: ad proximū, qn diligit eū, vt seipsum. Est ergo qnq; sermo malus, qn indicat hoīem inordinatum in se, & hic est sermo falsus eius, qui aliud loquitur, aliud intendit: & similiter sermo inutilis & vanus. Item, est sermo malus, qui indicat hoīem inordinatum cōtra Deū: sicut periuria, blasphemiæ, & hmōi. Item, etiam est sermo malus, qn est contra proximum suum: sicut iniuriæ, doli, & fallaciæ. Et ideo dicit; *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Ois nō vero, æquipollet huic signo, Nullus. Sapiē. 1. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguæ, quia sermo obscurus in vacuum non ibit: quia certe Deū non præterit omnis cogitatus & non abscondit se ab eo; vllus sermo, vt dr̄ Eccl. 42. Nunc aūt deponite & vos oia, iram, indignationē, malitiam, blasphemiā, turpem sermonē de ore vestro. Col. 3. Sequit; *Sed si quis bonus est &c.* Inducit ad nouitatem, quia sermo bonus benedicendus est pro loco & tpe. Prouer. 15. Sermo oportunus est optimus. Si quis ergo loquit, quasi sermones Dei. 1. Pe. 4. Et ad quid? subdit, *Ad ædificationem fidei*, i. vt corroboretur fides in cordibus infirmorū. 1. Cor. 14. Oia ad ædificationē fiant, & hoc, vt det gratiā audientibus. s. si talis bonus sermo sit probatus, vel talis sermo est cōferēs: quia frequenter hō ex bono sermone & per virtutem boni sermonis auditi, compūctus disponitur ad gratiam. Act 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Sic loquebatur Dominus de quo dicitur Luc. 4. Mirabantur ex verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Eccle. 10. Verba oris sapientis, gratia.

LECTIO DECIMA.

SVPRA monuit Apostolus abstinere a verbis malis & nociuis: hic monet abstinere a verbis & factis turbatiuis, seu contristatiuis proximorum. Circa quod duo facit. Primo, prohibet, quod pertinet ad vetustatem. Secundo, persuadet, quod pertinet ad nouitatem, ibi; *Estote autem inuicem benigni &c.* Prima iterum in duas: quia primo prohibet, quod ad vetustatem pertinet in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Omnis amaritudo &c.* Dicit ergo; *Nolite contristare spiritum &c.* Contra. Spiritussanctus est Deus, in quo non cadit passio aliqua nec tristitia. Respondeo. Spiritussanctus dicitur contristari, quando contristatur ille, in quo est Spiritussanctus. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Esa. 63. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & afflixerunt Spiritumsanctum eius: & conuersus est eis in inimicum. Vel dicendum est, quòd est metaphorica locutio, Sicut enim Deus dicitur irasci propter similitudinem effectus, ita etiam dicitur contristari: quia sicut quando aliquis contristatur, recedit a contristante, ita Spiritussanctus a peccante. Et sic est sensus. *Nolite contristare Spiritumsanctum Dei*, idest, nolite eum fugare, vel expellere per peccatum. Sapient. 1. Spiritussanctus enim disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Igitur non est contristandus Spiritussanctus, & hoc propter beneficium signi salutaris. Ideo subiungit; *In quo signati estis*, idest reformati estis, & ab aliis distincti. Qui autem habebit hoc signum secum, habebit vitam æternam, Ideo ergo est custodiendus, & nullo modo contristandus, quia sine eo non est vita æterna. 2. Cor. 1. Qui signauit nos Deus, & dedit nobis pignus spiritus. Et quando? *In die redemptionis*, idest baptismi. Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto,

LECTIO X.

Et nolite contristare spiritū sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cū oī malitia. Estote aūt inuicē benigni, misericordes, donātes inuicē sicut & Deus in Christo donauit vobis.

ro &c. Act. 1. Vos aūt baptizabimini spūsancto, non post multos hos dies. Dicit autem redemptionis, quia in baptismo fit homo particeps redemptionis factæ per Christum. Sequitur; *Omnis amaritudo &c.* Vbi ostendit in speciali, quæ pertinent ad vetustatem. Quandoque enim homo contristat amicum suum ex ira, aliquando ex industria. Sed in ira est triplex gradus, quia aliquando retinetur, & manet solū in corde, sicut qui tantum interius irascitur. Aliquando vero, exprimitur in voce, sine tamen cōtumeliæ prolatione: sicut qui dicit, Racha. Aliquando fit etiam, addita contumeliæ prolatione, sicut qui dicit, Fatue. Primo ergo ponit quod pertinet ad iram cordis. Secundo, qd pertinet ad inordinatam prolationem. Tertio, quod pertinet ad contumeliam. In ira autem cordis ista se consequuntur. Primo, quòd ira est effectus tristitiæ, & hæc in sacra scriptura dicitur amaritudo. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo, & oraret Deum flens &c. Et ideo dicit; *Omnis amaritudo &c.* Quæ est per memoriam iniuriæ præteritæ. Eccle. 21 Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Secundo, quòd statim appetit vindictā, ideo dicit; *Et ira*, quæ est appetitus vindictæ. Iac. 1. Ira enim viri, Dei iustitiam non operatur. Tertio, quòd iratus indignum reputat, quòd ei parcat, & indignum esse, qp sine punitione transeat, ideo sequitur. *Et indignatio*. Sed quantum ad inordinatam prolationem, sic est clamor. Esa. 5. Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas: & iustitia, & ecce clamor. Ideo dicit; *Et clamor*. Similiter & blasphemia est, vel contra Deum, vel contra sanctos. Leuit. 24. Quicunq; blasphemauerit nomen Dñi, morte moriatur. Ideo dicit; *Et blasphemia*. Et addit; *Tollatur a vobis cū omni malitia* s. operis. 1. Pet. 2. Deponentes oēm malitiam, & omnē dolum, & simulationem. Deinde cū dicit; *Estote autem &c.* Ponit pertinentia ad nouitatem contrariam passionibus præmissis, contra amaritudinē, & benignitatē. Vnde dicit; *Estote autem inuicem benigni*. Quia benignus est spiritus sapientiæ &c. Contra iram, misericordiam. Vnde dicit; *Misericordes*. Luc. 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Contra indignationē, cōdonationē. Vnde dicit; *Donantes inuicem &c.* Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam, sicut & Dominus donauit nobis, ita & vos. Roma. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit. Et paulo post, sequitur. Quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit?

LECTIO PRIMA.

POSITA exhortatione ad benignitatem & misericordiā, quæ sunt effectus charitatis: hic ostendit eis exemplum. Circa quod duo facit. Primo, inducit eos ad imitationem exemplaris. s. Dei. Secundo, ostendit in quo debent ipsum imitari, ibi; *Et ambulate &c.* Dicit ergo, Dixi, qp debetis donare inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis, ergo estote imitatores Dei, quia hoc necessarium est, licet difficile sit. Eccle. 2. Quid est, inquam, homo, vt possit sequi regem factorem suum? Nunquam tamen perficietur natura humana, nisi in coniunctione ad Deū. Vnde Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Ergo imitandus est taliter, quomodo habemus posibilitatem, quia ad filiū pertinet patrem imitari. Et ideo subdit; *Sicut filij patrem*, scilicet, per creationem. Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? Et addit: *Charissimi*. quos, scilicet elegit ad participationem suiipsius. Sequitur; *Et ambulate &c.* Vbi primo ponit imitandi modum, quia in charitate. Secundo, ostendit immensæ charitatis signum, ibi; *Et tradidit &c.* Quòd ergo simus filii charissimi, hoc facit charitas Dei. Roman. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum; in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei. Debemus ergo ipsum in dilectione imitari. Et dicit; *Ambulate*, idest semper proficite. Genes. 15. Ambula coram me, & esto perfectus. Et hoc; *In dilectione*, quia dilectio est tale bonum, in quo debet homo proficere, & tale debitum, quod debet homo semper soluere. Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Vel in dilectione, quæ est via sequendi Deum magis de propinquo. 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum &c. Col. 3. Super omnia hæc, charitatem habentes &c. Et hoc exemplo Christi. Vnde subdit,

CAPIT. V. LEC. 1.

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut, & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Sicut, & Christus dilexit nos. Ioan. 13. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et quia secundum Gregō. Probatio dilectionis, exhibitio est operis: ideo subdit, *Et tradidit semetipsum pro nobis*, Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris. Gal. 2. In fide viuo filii Dei, qdilexit me, & tradidit in mortem seipsum pro me. Esa. 55. Tradidit in mortem animam suā, &c. Hæc autem mors, fuit nobis vtilis, & necessaria, ideo subdit, *Oblationē, & hostiam, &c.* Loquitur autem hic Apostolus more veteris legis, in qua, vt dicit Leuit. 4. Quādo quis peccauerat, offerri debebat pro eo hostia, & oblatio, quæ dicitur ꝑ peccato. Itē, quando quis agebat gratias Deo, vel aliquid consequi vlebat, oportebat offerri hostiā pacificam, vt dicitur Leuit. 3. Quæ quidem erat in oblationē suauissimi odoris Domino, vt dicitur ibidē. Hæc aūt facta sunt per Christū, quia vt a peccatis mundaremur, & gloriā consequeremur, tradidit semetipsum pro nobis in oblationem, per ea, quæ in vita gessit. Esa. 53. Oblat' est, quia ipse voluit, &c. *Et hostiam Deo pro peccato.* Et hoc *In odorem suauitatis.* Alludit autem huic, quod dicitur Leuit. 3. Sed certe ille odor nō erat tunc Deo acceptus secundum se, sed secundū suam significationem, in quantum significabat oblationem odoriferam corporis Christi filii Dei. Gen. 2. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Sic autem debemus nos sacrificare Deo spiritualiter. Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus, &c.

Homil. 50. super Ioā.

LECTIO II.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quę ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA posita monitione Apost. docuit, vt deposita vetustate, Ephesii nouitatem assumerent, prohibendo vitia spiritualia: hic prohibet eisdem vitia etiam carnalia. Diuiditur aūt in duas. Primo. n. prohibet vetustatem vitiorum carnalium. Secundo, inducit ad nouitatem, ibi *Videte itaque fratres, &c.* Prima iterum diuiditur in tres. Primo, excludit vetustatem vitiorum. Secundo, proponit pœnam eorum, ibi *Hoc autem scitote, &c.* Tertio, excludit fallaciam, ibi, *Nemo uos seducat, &c.* Prima iterum in duas. Primo, excludit quædam vitia principalia. Secundo, excludit quædam adiuncta, ibi, *Aut turpitudo, &c.* Excludit autem tria vitia, scilicet luxuriam naturalem, quæ est, cum non sua. vnde dicit, *Fornicatio.* Oseæ. 4. Spiritus enim fornicationum decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Sic faciebat Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem de virgine. Dicitur autem fornicatio a fornice, idest arcu triumphali, iuxta quem erant lupanaria. Prouer. 20. Intrauit super eos fornicatio &c. *Et omnis immunditia*, idest omnis pollutio contra naturā. s. quæ non ordinatur ad generationē. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, &c. Tertio, excludit auaritiam, dicendo, *Aut auaritia.* Sed quare hoc? Nunquid est idem cum peccatis carnalibus? Respondeo. Dicendum est quòd non, nec totaliter est diuisa, sed mediū inter spiritualia & carnalia peccata: quod patet sic. In peccato sunt duo. s. obiectum peccati, & delectatio in obiecto. Quædam ergo sunt peccata, quorum obiectū, & delectatio est spiritualis, sicut ira. Nam vindicta, quæ est obiectum iræ, & delectatio eius, est quid spirituale, & similiter inanis gloria. Quædam vero sunt omnino carnalia, & obiectū, & delectatio: sicut gula, & luxuria, sed auaritia tenet mediū, quia eius obiectū est carnale. s. pecunia, sed delectatio ē spiritualis: quia animo quiescit quis in pecunia. Et ideo cōnumerarur auaritia cum peccatis carnalibus, ratione obiecti, cum spiritualibus vero, ratione delectationis. Hebr. vlti. Sint mores sine auaritia. Vel dicendum est, quòd auaritia opponitur iustitiæ, vnde ponitur pro specie luxuriæ, quæ est adulteriū, quod est iniustus vsus mulieris alterius: sicut auaritia iniustus vsus pecuniæ. Sed supra dixit, Qui furabatur. &c. Hic autem dicit, quòd nec nominetur, &c. Quia in pugna spirituali, vitia carnalia primo occurrunt vincenda: quia frustra pugnat quis contra intrinseca, nisi primo vincat extrinseca, scilicet carnalia, contra quæ semper remanet bellum. Et ideo dicit, *Nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos*, scilicet: abstinere a factis: a cogitationibus, & a dictis. Esa. 1. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem: & germen. Eccle 41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet sanctos. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, &c. Sequitur,

Aut turpitudo, &c. Vbi ponit quædam vitia adiuncta. Circa qđ duo facit. Primo, adiuncta vitia excludit. Secundo ad contraria eorum inducit, ibi; *Sed magis gratiarum actio, &c.* Tria ergo vitia excludit. s. turpitudinem, quæ est in tactibus turpibus, & amplexibus, & osculis libidinosis. Prouer. 6. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suã, & turpitudinem, & ignominiam cogregat sibi. Item; *Stultiloquium*, idest, verba prouocantia ad malum. Eccl. 9. Colloquium illius, quasi ignis exardescit, scilicet malę mulieris. *Et scurrilitatẽ.* idest verbũ ioculatoriũ, per quod aliqui volunt inde placere aliis. Matt. 12. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Et hæc omnia sunt mortalia, inquãtum ad mortalia peccata ordinantur, quia aliquid etiam si bonum sit ex genere, inquantum ad mortale ordinatur, est mortale. Deinde inducit ad contraria, scilicet gratiarum actiones. Vnde dicit, *Sed magis gratiarum actio.* Esa. 51. Gaudium, & lætitia inueninietur in ea, gratiarum actio, & uox laudis.

LECTIO III.

HOc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.

LECTIO TERTIA.

SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, hic comminatur pœnam damnationis, quę peccatoribus infligitur. Circa quod duo facit. Primo enim de hoc eos certificat. Secundo, singillatim peccata recitat, ibi *Quod omnis fornicator, &c.* Dicit ergo, *Hoc scitote intelligentes*, idest, actualiter, non solum habitualiter, pro certo habete. 1. Ioan. 3. Hæc scripsi vobis, vt sciatis, &c. Et quid? *Quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Nota, quòd vocat hic auaritiam idololatriam, quoniam idololatria est, quando honor soli Deo debitus, impenditur creaturæ. Nunc aũtem Deo dupliciter honor debetur, scilicet, vt in eo finem nostrum constituamus, & vt in eo fiduciam nostrã finaliter ponamus, ergo qui hoc in creaturis ponit, reus est idololatriæ. Hoc autem facit auarus, qui finem suum in re creata ponit, & etiam totam suam fiduciam. Oseæ. 8. Argentum suũ, & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. Et hoc: quia, vt dicitur Prouer. 11. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Sed cum in aliis peccatis ponat homo finem suum in creatura, cui amore inhæret, quare etiam in illis non dicitur peccator idolatra? Respondeo, idolatrare est aliquid exterius indebite colere. Nunc autem in aliis peccatis ponitur finis in interiorioribus, quasi in propria exaltatione. Sed qui ponit finem in diuitiis, ponit in eis finem, vt in re exteriori, sicut idololatra. Sed nunquid auari honorem Deo debitum exhibentes creaturæ, realiter sunt idololatræ, & per se? Dico quòd non: quia in moralibus, actus, seu opera iudicantur ex fine. Ille ergo per se est idololatra, qui intendit per se cultum exhibere creaturæ. Hoc autem non intendit auarus per se, sed per accidens hoc facit, inquantum superflue, & inordinate diligit. Et quid de tali? Non habebit hæreditatem, quippe: quia filii, & hæredes, vt dicitur Roma. 8. Nũc autem tales non sunt filii, qui sic carnales sunt. ergo hæreditatem non habent: quia vt dicitur. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei nõ possidebunt .i. Deum, qui dicit Ezec. 44. Ego hæreditas eorum. Sed posset quæri: si hæreditas ista est ipse Deus, cum sit indiuisibilis, & impartibilis, quare dicit, in regno Christi, & Dei diuisiue, ac si hæreditas ista sit diuisibilis? Respondeo. Hæreditas nostra cõsistit in fruitione Dei: nunc autẽ Deus aliter se fruitur, & nos eo: quia Deus seipso perfecte fruitur: quia seipsum perfecte cognoscit, & totaliter diligit quantum cognoscibilis, & diligibilis est: non autem sic nos, quia licet ipsum perfecte cognoscamus in patria, & per consequens diligamus: quia qui aliquid simplex attingit, ipsum totum cognoscit, & si non totaliter, sicut lux solis si esset punctalis, humanus oculus ipsam totam apprehenderet, nõ totaliter, oculus vero aquilæ ipsam totaliter comprehenderet. Sic, & si Deum perfecte cognoscimus in patria, & perfecte diligimus, sed ipsum totaliter nõ cõprehẽdimꝰ, ideo videtur ibi esse quædã impfectio & particularitas. Et ideo dicit: Xp̃i, & Dei cõiũctim, quasi partẽ cũ parte ponendo .i. quia ꝑ Christũ, & nõ per aliũ habetur hæreditas.

F Deinde cũ dicit. *Nemo vos seducat.* Hic excludit fallaciã seductorũ. Et circa hoc duo facit. Primo .n. ponit admonitionẽ. Secũdo, subiũgit ipsius rationẽ, ibi *Eratis enim aliquando tenebræ, &c.* Primo iterũ in duas: quia primo monet eos, vt nõ seducãtur verbis, eis credẽdo. Secundo vt nõ cõmunicẽt eis mala faciẽdo, ibi *Nolite cõmunicare, &c.* Prima adhuc ĩ duas: qa primo remouet seductiones, secũdo ostẽdit seductiõis signũ, ibi, *Propter hoc .n. venit ira, &c.* Notandũ est, ergo ꝙ in vitiis in carnalibus, solũ docuit cauere seductionem, quia a principio, vt hoĩes possẽt libere frui cõcupiscentiis, cogitauerunt inuenire rationes, ꝙ fornicationes, & hmõi venerea nõ essent peccata. Et ideo dicit. *Inanibus verbis*: qa sine ratione sunt talia verba, quæ dicunt, ꝙ hmõi nõ sint peccata, nec excludant a regno Dei, & Christi. Colos. 2. Videte ne qs vos seducat per propheciã, & inanẽ fallaciã. Et ꝙ tales sint seductores, & talia verba seducentia ostẽdit, quia nisi peccata carnalia essent peccata, nõ punirẽtur a Deo: qa cũ Deus sit iustus, nõ infligit pœnam sine culpa: nunc aũt talia puniuntur a Deo, ergo peccata sunt. Minorẽ probat, cũ dicit, *Propter hæc enim venit ira Dei*, scilicet, ꝑꝑ peccata carnalia, *In filios diffidentiæ*, vt patuit H in diluuio. Gen. 6. Item, in sodomitis. Gen. 19. Item, tribus Beniamin fere tota consumpta fuit ꝑꝑ hæc. Iudicũ. 20. Dicit aũt filios diffidentiæ, quia sic peccantes, diffidunt de vita æterna: quia si sic faciens speraret vitam æternam, magis esset præsumptio, quàm spes, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, &c. Vnde supra. 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Sapien. 7. Nullum pratũ sit, ꝙ non pertranseat luxuria nostra, &c. *Et sequitur in fine capitis.* Quia tales nõ sperauerũt mercedem iustitiæ, &c. Dicit ergo, ꝙ *In filios diffidentiæ*, idest, qui non confidunt de gaudiis æternis, venit ira Dei, scilicet ꝑꝑ peccata, vel diffidentiæ, id est, de qnibus non est confidendum, quãtum est ex parte meritorũ. Et ideo concludit; *Nolite ergo effici participes eorum*, communicando scilicet eis in talibus operibus I 2. Cor. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ cõmunicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli?

LECTIO IIII.

ERatis enim aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino, Vt filii lucis ambulate, fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & ve- G ritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

LECTIO QVARTA.

SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, comminando pœnam, & remouendo fallaciam: hic assignat rationẽ sumptam ex eorum conditione, & duo facit. Proponit .n. primo eorum conditionem. Secundo, ex eis duas conclusiones inducit, ibi *Vt filij lucis sitis, &c.* Ponit autem duas conditiones. Primo præteritam. Secundo, cõditionem præsentem ibi, *Nunc autem lux, &c.* Dicit ergo, *Eratis aliquando tenebræ*, idest excæcati ignorantia, & errore. supra. 4. Tenebris obscuratũ habentes intellectũ. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulãt. K Item, tenebrosi per peccatum. Prouer. 4. Via impiorũ tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Sed notandum est, ꝙ indeterminate non dicit tenebrosi, sed tenebræ: quia sicut quilibet videtur esse id quod principaliter est in eo, sicut tota ciuitas videtur esse rex, & quod rex facit, ciuitas dicitur facere, ita quando peccatum regnat in homine, tunc totus homo dicitur peccatum, & tenebræ.

Sequitur *Nunc autem lux, &c.* Vbi ponit conditionem præsentem, quasi dicat: Nunc aũt habetis lucem fidei. Phi. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Matt. 5. Vos estis lux mundi. Sed contra dicitur de Ioannem baptista, Non erat ille lux, quomodo ergo fideles alii, lux dicuntur? Respondeo. Non dicũtur lux per essentiã, sed per participationem. Deinde cũ dicit *Vt filij lucis ambulate, &c.* Concludit duas conclusiones. Dixerat .n ꝙ tenebræ fuerunt, & quod nunc sunt lux. Et ideo primo concludit, vt se cõforment ei, quod nunc sunt. Secũdo vt vitent ea, quæ prius fuerunt ibi *Et nolite communicare.* Prima in duas. Primo ponit admonitionem. Secundo eam exponit, ibi, *Fructus enim lucis, &c.* Dicit ergo: quia nunc lux estis, faciatis opera lucis: ergo vt filii lucis ãbulate. Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, &c. Hoc autem exponit, cum dicit, *Fructus enim, &c.* Ambulat autem quis vt filius lucis, dupliciter. Primo quãtum ad substãtiã, vel genus operis. Secundo, quãtum ad modũ, vel intentionem facientis. Primo ergo ponit opera, quæ oportet facere. Secundo, qua debent fieri intentione, ibi *Probantes, &c.* Dicit ergo, Dixi vt ambuletis vt filii lucis: fructus autem lucis, sunt opera fructifera, & clara. Eccle. 24. Flores mei fructꝰ honoris, &c. *Et hoc in omni bonitate, &c.* Vbi aduertendum est, quòd omnis actus virtutis ad tria reducitur. Nam oportet, quòd agens ordinetur in se, ad proximum, & ad Deũ. In se, vt sit bonus in seipso, & propter hoc dicit, ĩ oĩ bonitate. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiã doce me, &c. Itẽ, ad proximum per iustitiam. Ideo dicit, *In iustitia*. Psal. 118. Feci iudicium, & iustitiam, &c. Ad Deum per cognitionem, & confessionem veritatis. Et ideo dicit, *Et veritate.* Zacha. 8. Veritatem enim, & pacem diligite. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iustitia ad opus, veritas ad os. Supra. 4. & Zacha. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Deinde cũ dicit *Probantes, &c.* Ostendit, qua intentione debeant operari, quia non ex abrupto, sed probantes, idest, ratione discernentes. Opus suum probet vnusquisque. vt dicitur Gal. 6. Et hoc *Quid sit beneplacitum Deo*, idest, vt intendatis facere, quod placet Deo. Roma. 15. Probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Deinde cum dicit, *Et nolite communicare, &c.* Hortatur eos ne redeant ad statum quem reliquerunt, quia C vt dicitur Gal. 2. Si enim quæ destruxi, hæc iterum rædifico, prænaricatorem me constituo. 2. Pet. 2. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Diuidit autem ista pars in duas. Primo, ponit monitionem. Secundo, assignat rationem, ibi *Quæ autem in occulto, &c.* Prima iterum in duas. Primo, monet eos ne malefaciant. Secundo, vt mala reprehendant, ibi *Magis autem redarguite, &c.* Dicit ergo, *Probantes, quid sit beneplacitum Deo, Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum*, idest operibus carnalibus ducentibus ad tenebras perpetuas: quæ quidem sunt infructuosa: quia non habent nisi momentaneam delectationẽ citissime transeuntẽ. Roma. 6. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis? Iudæ. 1. Arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, &c. Item, tenebrosa loca quærunt propter turpitudinem: quia communicant in eis cũ brutis. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Nõ me videbit oculus, & operiet vultum suum, perfodit in tenebris domos, &c. Istis ergo nolite communicare, imitando, coadiuuando, consentiendo. Eccle. 13. Quæ communicatio homini sancto ad carnem? Sed certe hoc non sufficit nisi etiam eos reprehendatis, quia vt dicit August. aliquando Deus punit communicantes insontes; quia aliqui boni non reprehendunt malos. Ecclesi. 7. Mandauit autem vnicuique de proximo suo. Et ideo dicit, *Magis autem redarguite* 2. Timo. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. Sed nunquid semper peccamus, si non reprehendimus? Respondet August. Quòd enim non reprehendis ex timore charitatis, ne scilicet peior efficiatur, & scandalizatus affligat bonos, non peccas. Si autem ex timore cupiditatis, ne scilicet, indignetur; & perdas beneficia tua, sic peccas.

LECTIO V.

QVæ autem in occulto fiũt ab ipsis, turpe est, & dicere. Omnia autem, quæ arguuntur a lumine, manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumẽ est. Propter quod dicit, Surge q dormis, & exurge a mor- B tuis, & illuminabit te Christus.

LECTIO QVINTA.

SVPRA posuit Apostolus monitiones: Hic assignat rationes earum. Duas autem monitiones posuit. Prima, vt non communicarent operibus tenebrarum. Secunda, vt redarguerẽt peccatores. Secundum hoc ergo, duo facit. Primo ponit rationem primæ monitionis. Secundo rationem secundæ, ibi *Omnia enim, quæ arguuntur, &c.* Dicit ergo, Bene dixi, nolite communicare: immo debetis, & tales increpare, & redarguere. Quare? *Quia quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere*, hoc autem est de vitiis carnalibus in quibus est turpido magna: quia minimum est ibi de bonis rationis, cũ hmõi actus cõmunes sint nobis, & brutis.

Sequitur *Omnia quæ arguuntur, &c.* Hic ponit Apostolus rationem secundæ monitionis, & facit duo. Primo enim, ponit rationem; Secundo, assignat confirmationem, ibi *Propter quod dicit &c.* Quantum ergo ad primum, vult probare, quòd eos decet delinquentes arguere, & hoc probat sic. Quicquid ostenditur malum, esse redarguitur: omnis .n. redargũtio manifestatio quædam est: sed omnis manifestatio fit per lumen. vos aũt estis A lux: ergo decet vos arguere, & eos manifestare. Ponit autem huius rationis maiorem, ibi *Omnia autem quæ arguuntur, &c.* Minorem aũt ponit, ibi *Omne quod, &c.* q.d. Ideo decet eos arguere, quia vt dicitur. 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vnde Glo. sic exponit. *Omnia.* s. peccata *Quæ arguuntur a lumine*, id est a bonis, & sanctis hominibus, qui sunt filii lucis, *Manifestantur* .s. per confessionem. Prouer. 28. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Omne autem.* s. malũ *Quod manifestatur*, per confessionem. *Lumen est*, i. in lumine vertitur. Deinde confirmat hoc per authoritatem, dicens *Propter quod dicit. Surge. &c.* Glo. sic exponit. Propter hoc, quod sit lumen dicit. s. Spiritusanctus, O tu qui dormis surge, &c. Sed hæc non est cõsuetudo Pauli. Et ideo dicendum est, quòd Apostolus introducit figuram positã. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalẽ, &c. Dicens: Propter quod dicit .s. scriptura, Surge a neglĩgẽtia boni operis, tu scilicet, *Qui dormis.* Prouer. 6. Vsquequo piger dormies? Psal. 40. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? *Et exurge a mortuis*, idest ab operibus mortuis, seu mortificantibus. Heb. 9. Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. Esa. 26 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Exurge ergo, *Et illuminabit te Christus.* Psal. 26. Dominus illuminatio mea, &c. Idẽ 12. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Sed nunquid possumus per nos resurgere a peccato, quia dicit, Surge, & illuminabit te Christus? Respondeo. Dicendum est, quòd ad iustificationem impii duo requiruntur. s. liberum arbitrium cooperans ad resurgendum, & ipsa gratia, Et certe hoc ipsum habet liberum arbitrium a gratia præueniẽte, & postea meritorie operari a gratia subsequente. Vnde dicitur Tren. vlti. Conuerte nos Deus, & conuertemur.

LECTIO VI.

VIdete itaq; fratres quomodo caute ambulatis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei.

LECTIO SEXTA.

SVPRA prohibuit fallaciarum carnalium vetustatẽ, hic hortatur ad contrariam nouitatem. Et primo, hortatur ad nouitatem contrariam fallaciæ. Secundo, ad nouitatem contrariam, D luxuriæ, ibi *Et nolite inebriari, &c.* Prima in tres. Primo, inducit ad cautelam contrariam fallaciæ. Secundo, ostendit nouitatem cautelæ, ibi *Redimentes tempus, &c.* Tertio, docet modum cautelæ, ibi *Propterea nolite fieri, &c.* Dicit ergo. *Itaq;* s. ex præmissis, *Videte quomodo caute ambuletis.* Cautio est quædam conditio prudentiæ, per quam aliquis vitat impedimenta agendorum; & hãc cautelam debent omnes habere. Prouer. 4 Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Hoc autem pertinet ad sapientes, & ideo dicit *Non quasi insipientes*, qui. s. nesciũt vitare impedimenta. Psal. 75. Turbati sunt omnes insipientes corde. *Sed ut Sapientes*. Eccle. 2. Sapientis oculi, in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Quidam dicunt, Si non caste, tamẽ caute. Sed sic non accipit Apostolus, sed dicit caute, ac si diceret, cauete ab hominibus contrariis castitati. Necessitatem autem huius cautelæ ostendit, cum dicit *Redimentes tempus, &c.* Quod potest exponi dupliciter. Redimit enim aliquis quandoque rem E suam, dando enxenia vel aliquid pro ea, sicut dicitur aliquis redimere vexationem suam dando enxenia, vel pecuniam, vel quãdo dimittit de iure suo. Dicit ergo, Totũ tempus, hoc est tẽpus calumniæ, & ideo sitis redimẽtes tẽpus, *Quoniã dies mali sũt* Ex quo peccauit Adã, ex tũc semꝑ paratæ sunt insidiæ impellẽtes ad peccatũ. Nõ sic aũt in statu innocentiæ, in quo nõ oportebat hoĩem ab aliquo licito abstinere, qa in eius volũtate nõ erat impellẽs aliqd ad peccatũ. Modo aũt, oportet nos tẽpus redimere, *Quoniam dies mali sunt*, idest debemus malitiã dierũ vitare, diẽ malũ p̃cauere, vt dicit Eccl. 7. & ẽt a quibusdã licitis abstinere. 1. Cor. 10. Omnia mihi licẽt, sed non oĩa ædificãt. In hũc aũt modũ dicĩt aliqs vexationẽ suã redimere: quia dimittit aliquid de iure suo ꝑire. Vel aliter, Redimẽtes tẽpus, &c. Cõtingit quãdoque ꝙ aliquis per magnũ tẽpus vitæ viuit in peccato, & hoc est tẽpus perditum. Sed quomodo redimet, cũ homo nõ sufficiat ad debita persoluenda? Respondeo. Dicendum est, quòd tanto magis debet vacare operibus bonis, quanto prius institit malis. 1. Pet. 4. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consumendam his, qui ambulauerunt in luxuriis,

vinolentiis, desideriis &c. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit; *Propterea, nolite fieri &c.* Docet modum cautelæ, dicens, propterea, scilicet, vt possitis tempus redimere, nolite fieri imprudentes. Nota, quòd differentia est inter sapientiam & prudentiam. Prudentia enim est quædam sapientia, sed non vniuersalis sapientia. Prouer. 10. Sapientia autem est viro prudentia. Sapiens enim simpliciter dicitur, qui habet de omnibus ordinare: sapiens autem secundum quid dicitur, qui habet ordinare de his, de quib' est sapiens. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamãtum posui, quia sapientis est ordinare, vt dicitur. 1. Metaphi

LECTIO VII.

ET nolite inebriari vino, in quo ē luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & cãticis spiritalibus, cantantes & psallẽtes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro oĩbus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi.

ficæ, Omnis autem ordinator respicit finem: ille ergo simpliciter est sapiens, qui cognoscit finem, vel qui agit propter finem vniuersalem, scilicet, Deum. Deute. 4. Hæc est enim sapientia vestra &c. Sapientia enim est diuinarum rerum cognitio, vt dicit Aug. 4. de Trini. Prudentia vero, est particularis rei prouidẽtia, quando scilicet, quis ordinat facta sua. Et ideo sapientia est viro prudentia. Propter hoc ergo dicit, *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes &c.* Sicut ratio speculatiua ordinat de agendis, & iudicat: oportet autem conclusiones habere & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primum principiũ, per quod debemus iudicare oĩa & regulare, est voluntas Dei, & ideo intellectus in moralibus & diuinis, debet habere pro principio voluntatem Dei, quia, si hanc habeat pro principio, fit prudẽs intellectus. Deut. 32. Vtinã saperent, & intelligerent &c. Hoc autem docuit Dominus. Matt. 6. Fiat voluntas tua.

LECTIO SEPTIMA.

SVPRA induxit ad nouitatem contra vetustatem fallaciæ: hic hoc idem facit contra vetustatem vitiorum carnalium. Vel dicamus, quòd prius reprehenderit peccata carnalia, quantum ad luxuriam, hic autem, quantum ad gulam. Duo autem facit. Primo enim prohibet vetustatem. Secundo, inducit statũ ad nouitatem, ibi; *Sed impleamini &c* Dicit ergo: Dixi quòd fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis, sed ad hoc cauendum debetis a vino superfluo abstinere, quia cibus & potus superfluus, est causa luxuriæ, & præcipue vinum, quod calefacit & mouet. Prouerb. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Hester. 1. Cum esset rex hilarior, & post nimiã potationem incaluisset mero &c. Oseæ. 4. Fornicatio, & vinũ, & ebrietas auferunt cor. Vnde Hiero. Quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, Loth; *Nolite ergo &c. Sed impleamini spiritu sancto.* Inter omnia, quæ multos spiritus generant, est vinum, vnde generat animositatem, & facit homines, per talenta loqui, vt dicitur. 2. Esdræ. 3. Et ideo conuenienter docet eos contra hoc, repleri spiritu sancto, qui generat feruorem deuotionis. Roma. 12. Spiritu feruentes. Item, etiam generat gaudium & lætitiam spiritualem. Roma. 14. Iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Item, facit audacter loqui. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui &c. Et ideo, qui eos loquentes audiebant, credebant eos ebrios. Sed nunquid habemus spiritum sanctum in nostra potestate? Respondeo, & dico, quòd habere spiritum sanctum est dupliciter, vel receptiue, & sic non est in nostra potestate eum recipere, sed ex dono Dei eũ recipimus. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est ĩ cordibus nostris &c. Vel dispositiue, & sic adhuc non sumus sufficientes eum recipere, idest nos disponere sine gratia Dei. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vel aliquis dicitur recipere spiritum sanctũ, non tamen plenus esse spiritu sancto, quando scilicet, habet gratiam spiritus sancti, quantũ ad aliquam, & non quantum ad omnem hominis operationem. Tunc autem dicitur plenus spiritu sancto, quando eo vtitur generaliter. Modus autem repletionis est in dilectione Dei & proximi. Et ideo, cum dicit, Loquentes &c. Primo, tangit modum repletionis ex parte Dei. Secundo, ex parte proximi, ibi; *Subiecti inuicem &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponitur spiritualis meditatio. Secundo, spiritualis exultatio, ibi; *Cantantes &c.* Tertio, gratiarum actio, ibi; *Gratias agentes &c.* Prima in duas, quia primo ponit modum meditationis, secundo, materiam eius, ibi; *In psalmis &c.*

F Dicit ergo; *Loquentes vobis &c.* Est autem duplex locutio. Vna exterior, hominis ad homine: alia interior, hominis ad seipsum. Talis autem debet esse compunctiua. Iob. 10. Loquar in amaritudine animæ meæ. Item, debet fieri in secreto. Matt. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrẽ tuũ. Et Sapien. 8. Intrãs in domum meam, conquiescam cum illa. Materiam vero meditationis tãgit, cum dicit; *In psalmis &c.* Psallere, est vti psalterio. Et sic in psalmis, idest bonis operationibus. Psal. 80. Sumite psalmum & date tympanum, psalterium iucundum &c. *Et hymnis*, idest laudibus diuinis. Psal.

LECTIO VIII.

MVLIERES viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ, Ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit

148. Hymnus omnibus sanctis eius &c. Et canticis spiritalibus, scilicet de spe æternorum. Roma. 12. Spe gaudentes. Psal. 91. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Psal. 97. Cantate Domino canticum nouum &c. Meditemur ergo de recta operatione, quid faciendum, de diuina laudatione, quid imitandum, de cœlesti iucundatione, quid & quomodo seruiendũ. Sic ergo effectus spiritus sancti primo est sacra meditatio, secundo, spiritualis exultatio: quia ex frequenti meditatione ignis charitatis in corde accenditur. Psal. 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis &c. Et hinc generatur lætitia spiritualis in corde. Et ideo dicit; *Cantantes & psallentes*, idest, vt affectus vestri afficiantur gaudio spirituali ad operanda bona. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mẽte. Col. 3. In omni sapientia docentes & commonentes vosmet ipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritalibus, in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Ex hoc, error hæreticorum confunditur dicentium, quòd vanum est cantare Domino cantica vocalia, sed spiritualia tantum. Nam in laudibus ecclesiæ est aliquid per se considerandum, & hoc est, quod Apostolus dicit; *In cordibus*. Aliquid vero propter duo, scilicet propter nos, vt mens nostra incitetur ad deuotionem interiorem: sed si ex hoc aliquis commoueatur ad dissolutionem, vel in gloriam inanem, hoc est contra intentionem ecclesiæ. Item, propter alios, quia per hoc rudes efficiuntur deuotiores. 4. Reg. 3. Cunque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini. Tertius effectus, est gratiarum actio: quia ex hoc, quòd aliquis sic affectus est ad Deum, recognoscit se omnia habere a Deo. Quanto enim aliquis magis afficitur ad Deum, & ipsum cognoscit, tanto videt eum maiorem, & se minorem: immo prope nihil, in comparatione ad Deum. Iob. 42. Oculus meus videt te, idcirco me reprehendo &c. Et ideo dicit; *Gratias agentes semper pro omnibus*, scilicet donis, vel prosperis, vel aduersis. Psal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore &c. Quia hæc etiam sunt nobis dona in via. Ia. 1. Omne gaudium existimate &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Thes. 2. In omnibus gratias agite. Sed hoc *In nomine Domini nostri Iesu Christi*, quia omnia bona proueniunt per eum. Rom. 5. Pacem habemus ad Deũ p Dnm nostrũ Iesum Christum, per quem accessum &c. Sed addit *Deo*, inquantum actor noster est per creationem; *Et patri*, inquantum misit nobis Christũ, per quem regenerauit nos. Et sic gratias Deo, quantum ad bona naturæ: patri, quantum ad bona gratiæ. Sed quantum ad proximnm, ponit modum repletionis dicens; *Subiecti inuicem in timore Christi*, idest non propter timorem humanum, sed Christi.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA Apostolus posuit præcepta generalia ad omnes, hic ponit ea, quæ pertinent ad speciales quasdam personas & status. Et quia secundum Philosophum in politicis, Domus habet tres cõnexiones, sine quibus non est perfecta, scilicet, viri & mulieris, patris & filii, Domini & serui. Ideo hæc tria prosequens instruit. Primo, mulierem & virum. Secundo, patrem & filium cap. 6. ibi; *Filij obedite &c.* Tertio, seruos & Dominos, ibi; *Serui obedite &c.* Prima in duas. Primo enim, monet mulieres de subiectione. Secundo, viros de dilectione, ibi; *Viri diligite &c.* Prima in duas. Primo, ponit ammonitionem. Secundo, eius rationem, ibi; *Quoniam uir caput est &c.* Dicit ergo *Mulieres viris suis subditæ sint*, quia certe mulier, si primatũ habeat contraria est viro suo: vt dicitur Eccles. 25. Et ideo specialiter

cialiter monet eas de subiectione. Et hoc; *Sicut Domino*; quia proportio viri ad vxorẽ, quodãmodo est sicuti serui ad Dnm quãtum debet regi mandato Domini: sed differentia est in hoc, quòd Dominus vtitur seruis suis quo ad id, quod est sibi vtile: sed vir vtitur vxore, & liberis ad vtilitatem communem. Et ideo dicit; *Sicut Domino.* Non, quòd vere sit Dominus: sed sicut Dominus. 1. Pet. 3. Mulieres subditæ sint vires suis &c. Deinde subdit rationem suam. Circa quod tria facit. Primo, eam proponit. Secundo, exemplum inducit, ibi. Sicut Christus &c. Tertio, ex exemplo intentum concludit, ibi; *Sed sicut &c.* Ratio autem hæc est, quoniam vir est caput mulieris. in capite autem viget sensus visus. Eccle. 2. Sapientis oculi in capite eius: & ideo vir debet gubernare mulierem, vt caput eius. 1. Cor. 11. Caput quidem mulieris vir. Deinde ponit exemplum, cum dicit; *Sicut Christus caput est ecclesiæ.* Supra. 1. Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Et hoc non ad vtilitatem suam: sed ecclesiæ: quia; *Ipse est saluator corporis eius.* Act. 4. Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus &c. Ex hoc autem concludit intentionem cum dicit; *Sed sicut &c.* Quasi dicat. Non est conueniens, quòd membrum repugnet ipsi capiti in aliquo: nunc autem sicut Christus caput est ecclesiæ suo modo, ita vir est caput mulieris, non debet ergo mulier inobediens esse viro; *Sed sicut ecclesia subiecta est Christo.* Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea &c. *Ita & mulieres viris suis.* Gene. 3. Sub viri potestate eris, & hoc; *In omnibus*, scilicet, quæ non sunt contra Deum, quia dicitur Actuum 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, Deinde cum dicit; *Viri diligite vxores vestras &c.* Monet viros ad dilectionem vxorum. Et primo, facit hoc. Secundo, assignat rationem huius, ibi; *Sicut Christus &c.* Dicit ergo; *Viri diligite vxores vestras*, quia certe ex amore, quem habet vir ad vxorem, magis caste viuit, & pacifice vterque se habet. Si aũt vir aliam magis diligit, quàm suam: se & suam discrimini exponit. Colos. 3. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Tangit autem rationem huius triplicem. Primam sumit ex exemplo Christi, cum dicit; *Sicut & Christus &c.* Secundam, ex parte viri, ibi; *Qui suam vxorem diligit &c.* Tertiam, ex parte mandati diuini, ibi; *Propter hoc relinquet &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit exemplum dilectionis Christi. Secundo, signum ibi; *Et tradidit &c.* Tertio, concludit intentum; *Ita, & viri &c.* Dicit ergo; *Sicut & Christus dilexit ecclesiam.* Supra eodem, Estote imitatores Dei sicut filii carissimi &c. Signum autem dilectionis Christi ad ecclesiam, ostenditur; *Quia tradidit semetipsum pro ea.* Gala. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me &c. Esa. 53. Tradidit in mortem animam suam &c. Sed ad quid? *Vt illam sanctificaret* Hebr. vlrim. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum &c. Io. 17. Sanctifica eos in veritate. Iste est effectus mortis Christi. Effectus autem sanctificationis, est mundatio eius a maculis peccatorum. ideo subdit dicens, *Mundans eam lauacro aquæ.* Quod quidem lauacrum habet virtutem a passione Christi. Roma. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Ezech. 39. Effundam super vos aquam mundam &c. Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid &c. Et hoc; *In verbo vitæ*, quod adueniens aquæ, dat ei virtutem abluendi. Matthe. vlti. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Finis autem sanctificationis est puritas ecclesiæ. Ideo dicit; *Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam* q.d. Apostolus: indecens est, quòd immaculatus sponsus, sponsam duceret maculatam. Et ideo sibi exhibet eam immaculatam: hic per gratiam, sed in futuro per gloriam. Vnde dicit, Gloriosam. ſ. per claritatem animæ, & corporis. Philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Et ideo addit; *Non habentem maculam* Psalm. 100. Ambulans in via immaculata &c. Psal. 118. Beati immaculati in via &c. *Neque rugam*, idest, sine defectu passibilitatis, quia, vt dicitur Apoca. 7. Non esurient, neque sitient amplius; *Aut aliquid huiusmodi: sed, vt sit sancta.* Per confirmationem gratiæ; *Et immaculata* Ab omni immunditia. Et hæc omnia intelligi

A po sunt de exhibitione, quæ erit in futuro per gloriam. Si autem de exhibitione per fidem: tunc diceretur, Vt exhiberet sibi, scilicet per fidem, ecclesiam gloriosam: quia gloria magna est sequi dominum, vt dicitur Eccles. 23. *Non habentem maculam*; scilicet criminis mortalis. Maculata es in iniquitate tua. Hierem. 2. *Neque rugam*, idest duplicitatẽ intentionis, quã non habent, qui recte coniuncti sunt Christo, & ecclesiæ. Iob 16. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me &c. Sed magis sanctam per intentionem, & immaculatã per omnimodam puritatẽ. Ex hoc tertio, concludit intentum dicens; *Ita, & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua.*

pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita, & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. B

LECTIO IX.

QVI SVAM uxorem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquã carnẽ suam odio habuit, sed nutrit & fouet eã sicut & Christus ecclesiã: quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.

LECTIO NONA.

SVPRA induxit viros ad dilectionem vxorũ ex parte Christi, vel exemplo dilectionis, quam habet Christus ad ecclesiam: hic ostendit idem ex parte ipsiusmet viri. Et facit duo. Primo, ponit rationem. Secundo, confirmat eam per exemplũ, ibi; *Sicut, & Christus &c.* Ratio est talis. Vir & mulier sunt quodammodo vnum, vnde sicut caro subditur animæ, ita mulier viro, sed nullus vnquam habuit carnem suam odio: ergo, nec vxorem. Dicit ergo; *Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit.* Matth. 19. Itaque non sunt duo, sed vna caro. Et ideo, sicut peccaret contra naturam, qui seipsum odio haberet, ita qui vxorem. Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. Quòd autem sic debeant se diligere, probat dicens. Quia; *Nemo enim carnem suam vnquam odio habuit*, quod patet per effectũ, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis. Nam id, quod pro viribus conseruamus, diligimus; *Sed* quilibet; *Nutrit, & fouet carnem suam* propter conseruationem 1. Tim. vlt, Habentes autem alimenta, & quibus tegamur &c. Sed contra. Luc. 14. Qui non odit vxorem &c. non potest meus esse discipulus. Respondeo, Dicendum est, quòd (vt Apostolus dicit) sic homo vxorẽ debet diligere, sicut se. se autem debet homo diligere infra Deũ. sic ergo vxorem debet diligere, scilicet infra Deum. Dicit autem, Qui non odit vxorem: non quia præcipiat eam odire, quod esset peccatum mortale præcipere, sed præcipit eam ita vt se diligere, nunc autem minor dilectio est, quasi quoddam odium respectu eius, quod summe, & plus diligitur, scilicet respectu Dei, ita nemo carnem suam odit &c. Sed contra. Qui diligit aliquẽ, non vult, nec appetit ab eo separari: sed sancti uolunt a carne separari. Roman. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Philip. 1. Desiderium habens dissolui &c. Præterea, nullus affligit quod diligit: sed sancti affligunt carnẽ suam in hoc mundo. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Præterea, quidam occidunt se, sicut auditum est frequenter. Item, de Iuda. Respondeo. Caro potest considerari in se: & sic non habetur odio, sed naturaliter quilibet appetit eam esse, & fouet eam, vt sit. Vel potest considerari caro, inquantum est alicuius impeditiua, quod volumus, & sic odio quodammodo habetur per accidens. Nam omne quod volumus, aut est bonum, aut malum: si bonum, vel est, vt finis vltimus, scilicet vita æterna, a qua impedimur per carnem. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Et quia naturaliter appetimus finem nostrum, & bene esse, nec hoc possumus quandiu in hac carne sumus, ideo vellemus eam abiicere: non sicut malum odio habitum, sed sicut bonum minus dilectum impediens maius bonum. Et sic exponendæ sunt authoritates supra inductæ. Infœlix &c. Item, desiderium habens &c. vel consimiles. Vel illud quod volumus est bonum, non vt finis, sed disponens ad finem: sicut sunt habitus virtutum: hoc autem bonum impeditur per carnis lasciuiam. Et ideo sancti affligunt, & macerant carnem suam, vt subdatur spiritui ad repressionem concupiscentiarum: quia caro concupiscit impediens acquisitionem virtutum, nos disponentium ad bonum vltimum. Et ideo, qui sic affligit carnem suam, vt subdatur spiritui, non odit eam, sed procurat bonum eius, quia bonum eius est, quod subiiciatur spiritui, sicut bonum hominis est, quòd subiiciatur Deo. Psal. 72. Mihi autem adhærere Deo, bonum est. Et sic intelligitur. Castigo corpus meũ &c. & consimiles. Vnde, hoc non oportet

bat

bat fieri in ſtatu innocentiæ, quandiu homo ſubditus fuit Deo, & caro totaliter ſubdita fuit ſpiritui, in qua quidem mutua ſubiectione, conſiſtebat donũ originalis iuſtitiæ Sed aliquando illud quod volumus eſt malum, & ideo, ſicut boni carnẽ affligunt, vel deponere volunt, inquantum impeditiua eſt boni, quod appetunt, ita mali, inquãtum caro eſt impeditiua mali, quod appetũt, eam occidũt, & ſe ſuſpendunt ſicut Iudas. Deinde oſtẽdit, quòd virum oportet vxorem diligere & hoc per exẽplum. Vnde dicit; *Sicut & Chriſtus eccleſiam*; ſcilicet dilexit, ſicut aliqd ſui; *Quia membra ſumus corporis* ſupra 4. Sumus enim inuicem membra. Dicit autẽ *De carne eius*, propter eandem participationem naturæ. Luc. vlt. Spiritus autem carnem, & oſſa non habet &c. Vel dicit de carne, myſtice, quantum ad debiles qui, ſunt carnei; *Et de oſſibus eius*, quantum ad fortes, qui ſunt oſſei.

LECTIO DECIMA.

SVPRA exhortatus eſt Apoſtolus Epheſios ad amorem vxorum dupliciter. ſ. exemplo dilectionis Chriſti ad eccleſiã, itẽ, ex amore hominis ad ſeipſum: hic tertio hortatur eos per authoritatem ſcripturæ. Et circa hoc tria facit. Primo, authoritatem inducit. Secundo, eã myſtice exponit, ibi; *Sacramentum hoc &c.* Tertio, adaptat eam ſecundum literalem ſenſum ad propoſitum ſuum, ibi; *Veruntamen & vos &c.* Authoritas hæc Gen. 2. dicta eſt ab Adam vidente vxorẽ. ſ. de coſta ſua formatã. Sed contra, dicitur Matt. 19. ꝓ Deus hoc dixit. Rñdeo. Adam, vt a Deo inſpiratus hoc dixit, Deus autem, vt Adam inſpirans & docens. Nos autem hoc idem dicimus & multa alia, quæ dixit Dñs, ſpiritu Dei docente: vnde dr Matt. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini &c. Notandum hic eſt, ꝓ in prædicta authoritate, triplex coniunctio viri ad mulierem deſignatur. Prima, per affectum dilectionis, quia eſt tantus affectus vtriuſque, vt patres relinquant. 2. Eſdræ. 9. Diligit homo vxorem ſuam magis, quàm patrem, & multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas &c. Ibi multa. Hoc autem naturale eſt, quia appetitus naturalis eſt concors debitæ actioni. Conſtat autem, ꝓ omnibus gentibus ſuperioribus ineſt appetitus, vt propinent & communicent inferioribus, & ideo amor naturalis ineſt eis verſus inferiora. Et quia homo reſpectu patris & matris eſt inferior, non ſuperior, ideo ad vxorem, cuius eſt ſuperior, & ad filios, naturaliter plus afficitur, quàm ad parentes, & etiam quia vxor ſibi coniungitur ad actum generationis. Secunda coniunctio eſt, per conuerſationẽ. Vnde dicit; *Et adhærebit vxori ſuæ &c.* Eccle. 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo &c. Tertia eſt, per carnalem coniunctionem, ibi; *Et erunt duo in carne vna*, ideſt in carnali opere. In qualibet enim generatione eſt virtus actiua & paſſiua, ſed in plantis vtraque eſt in eodem, in perfectis autem animalibus diſtinguuntur. Et ideo in actu generationis, ita ſe habent maſculus & femina in animalibus, ſicut in plantis ſolo eodem vno corpore ſit. Conſequenter exponit eam myſtice & dicit; *Sacramentum hoc magnum eſt*, ideſt ſacræ rei ſignum, ſcilicet coniunctionis Chriſti & eccleſiæ. Sapien. 6. Non abſcondam a vobis ſacramentum Dei. Notandum eſt hic, quòd quatuor ſacramẽta dicuntur magna: ſ. Baptiſmus ratione effectus: quia delet culpam, & aperit ianuam paradiſi. Confirmatio, ratione miniſtri, quia ſolum a pontificibus & non ab aliis confertur. Euchariſtia, ratione continentiæ, quia totum Chriſtum continet. Item, matrimonium ratione ſignificationis, quia ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Et ideo, ſi myſtice exponatur, debet ſic exponi litera præcedens: *Propter hoc relinquet homo*, ſcilicet Chriſtus, patrem & matrem. Reliquit, inquam patrem, inquantum eſt miſſus in mundum & incarnatus. Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mundum &c. Et matrem, ſcilicet ſynagogam. Hiere. 12. Reliqui domum meam, & dimiſi hæreditatem meam &c. Et adhærebit vxori ſuæ, eccleſiæ. Matth. vlti. Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus &c. Conſequenter, argumentatur ſecundum ſenſum literalem, exponendo prædictum exemplum. Quædam enim ſunt in ſacra ſcriptura veteris teſtamenti, quæ tantum dicunt de Chriſto, ſicut illud Pſal. 21. Foderunt manus meas &c. Et illud Iſai. 7. Ecce virgo concipiet. &c. Quædam vero de

F Chriſto, & aliis exponi poſſunt, ſed de Chriſto principaliter: de aliis vero in figura Chriſti, ſicut prædictum exemplum. Et ideo primo exponendum eſt de Chriſto, & poſtea de aliis. Et ideo dicit. *Veruntamen, & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam diligat*, Quaſi dicat. De Chriſto dicitur principaliter, & ſi non ſingulariter, quia exponendum, & implendũ eſt in aliis, in figura Chriſti. Dicit autẽ. *Sicut Semetipſum*, qa ſicut vnuſquiſque ſe diligit in ordine ad Deũ, ita debet vxorem diligere, non in quantum trahit ad peccatũ. Luc. 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ, & matrem, & vxorem ſuã &c. Sequitur, non poteſt meus eſſe diſcipulis. Sed quid de vxore? *Vxor autem, ut uirum ſuum timeat*, ſcilicet timore, & reuerentiæ, & ſubiectionis, quia debet ei eſſe ſubiecta.

CAPIT. VI. LEC. I.

FILII obedite parentibus veſtris in Domino. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & G ſis longeuus ſuper terram. Et uos patres, nolite ad iracũdiã prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correctione Dñi.

LECTIO PRIMA.

SVPRA monuit virum, & vxorem, quæ eſt vna connexio familiæ: hic monet patrem, & filios, quæ eſt ſecunda connexio domus. Et primo, facit monitionẽ, quomodo filii ſe debeãt habere ad parentes. Secundo, quomodo econuerſo, patres ad filios, ibi *Nolite, &c.* Prima in duas. Primo, proponit monitionẽ. Secundo, oſtendit rationem, ibi *Hoc enim eſt iuſtum, &c.* Dicit ergo. *Filii obedite, &c.* Notandum eſt hic, quòd patres debent naH turaliter inſtruere filios moribus, filii autem inſtruentibus parentibus, naturaliter debent eis obedire, ſicut infirmi obediunt medicis. Vnde proprium filiorũ eſt obedientia. Col. 3. Filii obedite. ſ. patribus per omnia, hoc eſt enim beneplacitum Domino &c. Dicit autem. *In Domino* quia non eſt obediendum parentibus nec alicui in his. quæ ſunt contra Deum. Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Et per hoc ſoluitur authoritas modo allegata. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem, &c. Quia hoc intelligitur in quantum ſunt contra Deum. Rationem autem aſſignat ex duobus. ſ. ex iuſtitia, & vtilitate: quod autem ſit iuſtum, patet ac probatur: quia lex diuina nihil mandat, niſi iuſtum. Pſal. 18. Iuſtitię Domini, &c. Sed hoc mandat lex diuina. Exod. 20. & Deut. 5. Honora patrẽ tuum, & matrem tuam, &c. Eccle. 3. Qui timet Deum honorat patrem, &c. Honor autem importat exhibitionem reuerentiæ his, qui ſupra nos ſunt: ſed quia parẽtes habemus ſupra nos, I vtitur nomine honoris. Dicit ergo, *Hoc enim iuſtum eſt, Honora patrem tuum, & matrem, &c.* Eccle. 3. Qui honorat patrem ſuum vita viuet longiore, & qui obedit patri refrigerabit matrem. Et hoc intelligitur triipliciter, quòd filii debent parentes honorare, quia debent eis reuerentiam, ſicut maioribus, obedientiam, ſicut inſtructoribus, ſuſtentamenta, ſicut nutrientibus cum fortes erunt. Deinde aſſignat dignitatem huius præcepti, dicens *Quod eſt mandatum primum.* Contra, immo mandatum primum eſt, quòd eſt colendus vnus Deus. Reſpondeo, Mandata continentur in duabus tabulis. Prima, continent ea, quæ ordinantur ad Deum. Secunda, ea quæ ad proximum, & in hac ſecunda primum mandatum eſt de honore parentum. Et hoc duplici de cauſa. Primo, quia in illa ſecunda tabula nullum eſt præceptum affirmatiuum niſi iſtud, quia naturale eſt nobis, vt parentibus ſeruiamus, non autem ſic aliis proximis, ideo nullum eſt aliud affirmatiuum. Sed natura dictat, vt nõ inferat homo proximis nocumentum, & ideo prohibetur: quia ergo primum, plus, & prius habet de debito, ideo primum. Secundo: K qa Deus honorãd⁹ eſt ſicut principiũ nr̃i eſſe, & qa parẽtes ſũt et principiũ nr̃i eſſe, & qa vt dicit 6. Ethic. Tria habemus a parẽtibus. ſ. eſſe, viuere, & diſciplinã, ideo conueniẽs eſt, vt poſt mãdata ordinata ad Deũ, primũ eſſet ordinatũ ad parẽtes. Vel primũ quo ad ꝓmiſſionẽ, qa iſti ſoli addit promiſſio Et huius ẽ duplex ratio, Vna ẽ, quia hoies in aliis, q̃ agũt quærũt vtilitatẽ propriã, & quia a parẽtibus, iã ſenibus nullã expectãt vtilitatẽ, niſi a Deo prouenientẽ Secũda rõ eſt: ne aliquis credat, ꝓ honoratio parẽtũ nõ ſit meritoria, quia naturalis ẽ, ideo addit, Vt ſis lõgeuus ſup terrã. In veteri aũt teſtamẽto promittebãtur promiſſiones tẽporales. qa populus ille paruulus erat, & ideo gratioſe iſtruẽdus ſub pedagogo ſicut paruulus erat. Tamẽ in illis paruis munuſculis populum illum paruum decẽtibus, figurabãtur magna bona. ſ. ſpiritualia. Et ideo poteſt hoc referri ſm ſenſum literalem

teralem ad bona temporalia. Et ſic dicit; *In promiſſione, vt bene ſit tibi*, ideſt, vt bonis promiſſis abundes. Nam, qui gratus eſt in minoribus beneficiis, meretur maiora recipere, maxima autem beneficia habemus a parentibus, ſcilicet eſſe, nutrimentũ, & diſciplinam. Quando ergo quis gratus eſt his, fit dignus, vt maiora recipiat. Et ideo dicit; *Vt bene ſit tibi*, quia, vt dicitur. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Et ideo addit; *Vt ſis longeuus ſuper terram*, quaſi ſuper gradus & beneficium vitæ, quam habes a parentibus. Prouer. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Sed contra. Multi deuoti parentibus cito moriuntur. Et ideo ſciendũ, quòd hæc temporalia, non ſunt bona abſolute, niſi inquantum ordinata ad ſpiritualia, & ideo intantum homini bona, inquantum per ea iuuatur ad ſpiritualia. Vnde fortuna non eſt dicenda bona, ſi eſt impediens a virtute. Et ideo longitudo vitæ in tantum eſt bona, inquantũ ad ſeruitia Dei eſt ordinata. Et ideo quandoque ſubtrahitur, ne impediat. Sapient. 4. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. Vel poteſt referri ad ſenſum ſpiritualem: vt ſis longeuus in terra viuentium. Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine viuificabis me. Conſequenter inſtructis filiis, inſtruuntur parentes. Circa quod duo facit. Primo, ponit vnum prohibitiuum. Secũdo, aliud inductiuum, ibi; *Sed educate eos &c.* Dicit ergo; *Et uos patres nolite prouocare filios veſtros ad iracundiam*, non quòd in omnibus aſſentiatis voluntati eorum. Vbi notandum eſt, quòd alius eſt principatus patris ad filium, & Domini ad ſeruum, quia Dominus vtitur ſeruo ſuo ad vtilitatem propriam, ſed pater vtitur filio ad vtilitatem filii. Et ideo eſt neceſſe, quòd patres inſtruant filios propter vtilitatem ſuam, non tamẽ nimis arcendo, aut ſubiiciendo. Et ideo dicitur Col. 3 Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros: vt ſcilicet, non puſillo animo fiant, quia talis prouocatio nõ animat ad bonum. Quomodo ergo? ſubdit; *Sed educate illos in diſciplina*, ſcilicet, verD berum; *Et correctione*, ſcilicet verborum, ideſt corripite eos, & educate, vt ſeruiant Domino. Vel in diſciplina, eos ad bonum inducendo, & correctione, a malis retrahendo.

LECTIO SECVNDA.

INSTRVCTIS duabus cõnexionibus. ſ. viri & mulieris, patris & filii: hic inſtruit connexionẽ ſerui ad Dñm. Et circa hoc facit duo. Primo, inſtruit ſeruũ. Secũdo, Dominũ, ibi; *Et uos domini &c.* Iterum prima in tres. Primo. n. ponit monitionem. Secundo, exponit, ibi; *Non ad oculum ſeruientes &c* Tertio, oſtendit retributionem, ibi; *Scientes quoniam vnuſquiſque &c.* Iterũ prima in tres. Quia primo, monet ad obedientiã. Secundo, ad reuerentiã. Tertio, ad cordis ſimplicitatẽ, Secũda, ibi; *Cũ omni timore &c.* Tertia, ibi; *In ſimplicitate &c.* Monet. n. eos ad obedientiam ex imperio Dñi. Vnde dicit, *Serui obedite Dominis carnalibus.* Monet E eos ad reuerẽtiã, dicẽs; *Cum timore* interi⁹, Malac. 1. Si ego Dñs, vbi eſt timor meus? *Et tremore* exterius. Pſal. 2. Seruite Dño in timore &c. *Et in ſimplicitate cordis.* Sapien. 1. In ſimplicitate cordis quærite illum. Luc. 12. Fidelis ſeruus, &c. Iob. 1. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob &c. et paulo poſt. Vir ſimplex &c. Sic enim ſeruiendum eſt Chriſto. Vnde dicit; *Sicut Chriſto.* Sapien. 1. In ſimplicitate cordis quæritæ illum. 1. Paralip. 29. Dñe Deus, in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa. Dicit etiã, Sicut Chriſto, quia a Dño Chriſto eſt, quòd Dñs aliquid poſſit. Rom. 13. Qui poteſtaci reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et ideo ſeruiẽdum eſt eis, ſicut Chriſto, in his quæ non ſunt cõtra fidem, nec contra ipſum. Exponit autem, In ſimplicitate, & primo remouet, quod ſimplicitati contrariatur. Secundo, docet modum conuenientem, ibi; *Facientes voluntatem Dei &c.* Contrarium autem ſimplicitatis eſt, quòd ſeruus habeat reſpectum ad oculum, & non ad complacentiam Dñi. Talis enim ſeruus, non habet ſimplicitatem, & rectam intentionem.

A Et ideo hoc prohibet, dicens. *Non ad oculum ſeruientes*, ſcilicet Domino, propter lucrum temporale tantum. *Quaſi hominibus placentes*, ideſt complacere volentes. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem *Sed ut ſerui Chriſti.* Col. 3. Domino Chro ſeruite. Et quomodo? *Facientes voluntatem Dei*, ſcilicet implẽdo mãdata ei⁹ opere. Pſal. 102. Facientes verbũ illius: ſicut Chriſtus Ioã. 6. Deſcẽdi de cœlo, non vt facerem voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas eius, qui miſit me. ſ. vt obediam hominib⁹ ꝓ Deum. Et ideo dicit, *Sicut ſerui Chriſti*, & ſicut ſeruiẽtes Domino non hominibus. ſ. nõ propter ſe, ſed propter Dominũ. Quomodo? *Ex animo.* Col. 3. Quodcunque facitis ex animo, operamini ſicut Domino, & nõ hominibus. Itẽ, idem ſubiungit hic dicens. *Sicut Domino, & non hominibus. Cum bona voluntate*, ideſt recta intentione. Col. 4. Stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. Deinde ſubiungit remunerationem, dicẽs, *Scientes.* 1. Ioã. 5. Scripſi vobis, vt ſciatis, &c. *Quoniam vnuſquiſque ſiue ſeruus, ſiue liber*, Sine perſonarum acceptione. Non C enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Gal. 3. Non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque femina, omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Act. 10. In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiã, &c. Eccle. 9. Quodcunq; põt facere man⁹ tua, inſtãter operare, &c. *Recipiet a Domino* pro remuneratione. Col. 3. Sciẽtes, ꝓ a Domino accipiẽt retributionem hæreditatis. Deinde cum dicit, *Et vos Domini, &c.* Inſtruit Dominos, & facit duo. Primo, ponit monitionem. Secundo, ſubdit rationem, ibi *Scientes quia, & illorum, &c.* Dicit ergo, *Et vos Domini eadem faciatis*, eadem. ſ. identitate proportionis, vt ſicut illi ex animo, & bona volũtate, ita & vos faciatis. Eccle. 33. Si eſt tibi aliquis ſeruus fidelis, ſit tibi ſicut anima tua *Remittentes minas*, non ſolum verba, vel flagella. Et quare? Rationem ſubdit, dicens, *Scientes quia, & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis.* Nã idem Dominus omnium. Rom. 10. Quaſi dicat conſerui eſtis, & D ideo debetis vos bene habere ad eos. Matt. 18. Oportuit, & te miſereri conſerui tui *Et perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Roma. 2. Idem dicitur. Luc. 20. Non accipis perſonam hominum. Act. 10. idem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA poſuit Apoſtolus multa præcepta generalia, & ſpecialia ad deſtruendam vetuſtatem peccati, & inducendam nouitatem gratiæ: hic oſtendit, qua virtute debent vti ad præcepta hæc implenda, quia fiducia auxilii diuini. Circa quod duo facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, in ſpeciali explicat eam, ibi *Quoniam non eſt nobis colluctatio, &c.* Prima in duas, quia primo oſtendit, de quo debemus conſidere, ſicut de interio ri. Secundo, oſtendit de quo debemus conſidere, ſicut de exterio E ri, ibi *Induite vos, &c.* Illud autem interius, de quo debemus conſidere, eſt auxilium diuinũ. Et ideo dicit, *De cætero fratres, confortamini.* Hiere. 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, &c. Duplici autem ratione confidit quis de aliquo. Vna eſt, quia ad eum pertinet ſua defenſio. Alia eſt, quia potens eſt, & paratus eſt eũ defendere. Et hæc duo ſunt in Deo reſpectu creaturæ ſuæ, quia cura eſt Deo de vobis, vt dicitur. 1. Pet. vlti. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Item, ipſe potens eſt, & promptus auxiliari. Et ideo dicit, *De cætero fratres, &c.* quaſi dicat. Poſtquam vos inſtruxi ſupra de præceptis implendis. iam confortamini, non in vobis, ſed in Domino, qui curam habet de vobis. Pſal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, &c. Eſa. 35. Dicite, puſillanimes confortamini, &c. Hiere. 20. Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis, idcirco, qui me perſequuntur, cadent, &c. *Et in potentia, &c.* Luc. 1. Qui potens eſt. Et licet in Deo virtus, & potentia ſint idem; tamen, quia virtus

eſt

est vltimum de potentia, & quasi perfectio potentiæ, ideo dicit, *In potentia virtutis eius*, idest in potentia virtuosa. Philip. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Sed posset dici: si Deus potest, & vult, debemus esse securi. Ideo respondens dicit, quòd non, immo debet quilibet facere quod in se est, quia si inermis iret ad bellum, quãtuncunque rex protegeret eum, esset in periculo. Et ideo dicit, *Induite vos armaturam Dei*, idest dona, & virtutes. Roma. 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, &c. Quia per virtutes, homo protegitur contra vitia. Sed contra. Dominus est rex, ita potens, quòd nullus potest eum impugnare. Respondeo, verum est per violentiam, sed per insidias, & fallaciam impugnat eum diabolus in membris suis, non in se: quia, vt dicitur Eccle. 11. Multæ sunt insidiæ dolosi, &c. Et ideo subdit. *Vt possitis stare contra insidias diaboli*. 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate, &c. Psal. 9. Insidiatur in abscondito quasi leo, &c. Consequenter cum dicit. *Quia non est nobis colluctatio, &c.* Explicat in speciali monitionem. Et primo de insidiis inimicorum. Secundo, de armatura sumenda, ibi *Propterea accipite, &c.* Tertio, de fiducia Christi habenda, ibi *Per omnium orationem, &c.* Describit autem insidias, quia quando aliquis hostis imminet, si sit debilis, stultus, & huiusmodi, non est multum cauendum nec timendum de eo. Sed quando est potens, nequam, & callidus, tunc est timendus. Hæc tria sunt in diabolo. Primo, quia non est debilis. Et propter hoc dicit, quòd *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, &c.* Per carnem, & sanguinem intelliguntur vitia carnis. 1. Cor. 15. Caro & sanguis, regnũ Dei non possidebunt, & homines carnales. Gal. 1. Continuo non acquieui carni & sanguini, idest hominibus carnalibus. Dicit ergo, *Non est nobis colluctatio, &c.* Quod videtur esse falsum qualitercunque accipiatur: quia vt dicitur Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Psal. 118. Multi qui persequuntur me. Respondeo dupliciter. Primo vt dicamus, *Non est nobis colluctatio aduersus, &c.* Supple tantum, quin etiam aduersus diabolum. Vel aliter: quia actio quæ instrumento aut tributitur, est principaliter agentis, sicut accipitur illud Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, quasi dicat. Quòd vultis aliquid, vel facitis, a uobis non est, sed aliunde, scilicet a Deo: sic hic, *Non est nobis colluctatio, &c.* Exponatur, idest quòd nos impugnent scilicet caro, & sanguis, hoc non est eorum principaliter, sed a superiore mouente, scilicet a diabolo. Consequenter describitur a potentia: quia *Aduersus principes, & potestates tenebrarum harum*. Ioan. 14. Venit enim princeps huius mundi, &c. Dicitur autem princeps mundi, non creatione, sed imitatione mundanorum. Ioan. 1. Et mundus eum non cognouit, idest principes mundani. Vel dicit princeps, quasi primatũ capiẽs. Vnde principes, quasi primi duces ad aliquid. Psal. 67. Principes cõiũcti psallẽtibus. Gen. 23. Princeps Dei es apud nos. Ad potestatẽ autẽ pertinet iustitiam exercere. In quantum ergo aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur principes: inquantum vero habent potestatem puniendi illos, qui eis subiiciuntur, dicuntur potestates. Luc. 22. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ, &c. Sed cum ex ordinibus omnibus ceciderint aliqui, quare mẽtionem facit Apost. de illis duobus ordinibus, denominans dæmones? Respondeo, In nominibus ordinum sunt tria. In quibusdam enim importatur ordo ad Deum: in quibusdam vero potestas: in quibusdam vero Dei ministerium. In nominibus enim Cherubim, & Seraphim, & thronorum, importatur cõuersio ad Deum. Dæmones autem aduersi sunt Deo, & ideo eis nõ competunt hæc nomina. Item, quædam nomina important ordinem ad ministerium Dei, sicut angeli, & archangeli, & ista etiam nomina non competunt dæmonibus, nisi cum adiuncto, scilicet sathanæ. Tertio etiam: quia virtutes, & dominationes important ordinem ad seruitium Dei: ideo eis non conueniunt hæc nomina, sed tantum ista duo, quæ communia sunt bonis & malis, scilicet principatus, & potestates. Sũt ergo, & potentes, & magni, ideo habent magnum exercitum: contra quẽ habemus pugnare aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, scilicet peccatorum supra 5. Eratis enim aliquando tenebræ, &c. quia quicquid est tenebrosum, totum est de ordine istorũ, & subiectũ eis. Glo. Mali hoĩes sunt equi, diaboli equites, ergo occidamus equites, & equos possideamus. Ioã. 1. Et tenebræ eũ nõ cõprehẽderũt. Sũt ẽt astuti, quia *Contra spiritualia nequitiæ*, idest contra spirituales nequitias, emphatice loquendo, per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. Dicit autem spiritualia nequitiæ: quia quanto est altior secundum naturam, tãto, quãdo conuertitur ad malum, est peior, & nequior. Vnde Philosopus dicit, quòd homo malus, est pessimus omnium animaliũ. Et ideo dicit, *Spiritualia nequitiæ*, quia spirituales, & nequissimi sunt. Et dicit, *In cælestibus*, duplici de causa. Vel vt ostendat virtutem, & auantagium, ad superandum nos: quia nos in terra, ipsi autem in alto, scilicet in aere caliginoso, & ideo habent partem meliorem. Luc. 8. Volucres cœli comederunt illud. Vel dicit, *In cælestibus*: quia pro cœlestibus est ista pugna: & hoc debet animare nos ad pugnã.

LECTIO I IIII.

Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

LECTIO QVARTA.

SVPRA exposuit Apostolus, quod dictum est de insidiis diaboli: hic monet nos de armatura sumenda. Et circa hoc facit duo. Primo concludit ex præmissis armaturæ necessitatẽ. Secundo, armorum diuersitatem describit, ibi, *State ergo, &c.* Dicit ergo, habetis hostes malos, nequissimos, & potentes, & pro re ardua pugnantes: quia pro cœlestibus: *Propterea accipite armaturam Dei*, idest armamini spiritualibus armis. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostrę nõ sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c. Et hoc *Vt possitis resistere*. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide, &c. Ia. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quanto magis enim ei ceditur, tanto plus insequitur. *In die malo*. Et hoc propter mala, quæ in die fiunt. supra. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Eccl. 7 Diem malam præcaue, &c. Item, accipite non solum ad resistendum, sed etiam ad proficiendum. *Et in omnibus perfecti stare*, idest in aduersis, & prosperis immobiliter stare. Iac. 1. Sitis perfecti, in nullo deficientes. De hoc. 1. Pet. 1. Perfecti sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, &c. Sed nunquid omnes debent perfecti esse? Respondeo, Triplex est perfectio: vna sufficientiæ, quam habet homo, secundum quod sibi est necessarium ad salutem; sicut illud, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quasi dicat, vt nihil sit in corde tuo, quod sit contra Deum. Et hoc est de necessitate salutis. Iac. 1. Vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes, &c. Alia est perfectio totalis abundãtiæ, quæ est perfectio patriæ, quæ est consummata gloria, in hoc, quòd perfectus totaliter inhæreat Deo. Matt. 22. In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. Et de hac loquebatur Apostolus Phil. 3. Non quod iam acceperim, aut quòd iam perfectus sim. Et paulo post, Fratres, ego non arbitror me comprehendisse. Alia est media scilicet consilii, qua homo nititur se abstrahere ab his, & ire ad illas. Deinde cum dicit, *State ergo, &c.* Describit diuersitatem armorum. Est autẽ triplex genus spiritualium armorum, ad similitudinem corporalium, quorum quædam sunt similia indumento ad tegendum, quædam vero ad protegendum, & quædam ad impugnandum. Indumento autem tria sunt necessaria. Primo, quòd cingatur. Et quantum ad hoc dicit. *State ergo succincti lumbos vestros, &c.* Sed prius induit se homo quàm se cingat. Apost. autem accipit hæc secundum ordinem armaturæ spiritualis. In bello autem spirituali prius est necesse concupiscentias carnis restringere, sicut vicinus hostis est prius vincendus: hoc autem fit per restrictionem lumborum, in quibus viget luxuria, quod fit per temperantiam, quæ gulæ, & luxuriæ contrariatur. Luc. 12 Sint lumbi vestri præcincti, &c. Iob. 38. Accinge sicut vir lumbos, &c. Sed *In veritate*, idest in rectitudine intentionis, & nõ simulate. Alia litera habet, *In charitate*. 1. Cor. vlti. Omnia vestra in charitate fiant. Secundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex autem inuenitur armatura contra eas, scilicet iustitia, & abrenũtiatio rerum temporalium. Et ideo primo præcipit, vt eas non iniuste vsurpemus, quod facit iustitia. Et ideo dicit *Induti loricam iustitiæ* scilicet, propter quam homo abstinet a rebus alienis. Dicitur autem iustitia lorica, quia sicut lorica tegit membra, ita iustitia virtutes omnes. Sapien. 5. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Secundo, præcipit vt rerum temporalium curam superfluam deponamus, quia dum his nimis intendimus, non habemus pedes paratos ad diuina negocia, & mysteria annuntianda. Et propter hoc dicit, *Et calciati pedes*, idest affectus dispositisint supple *In præparatione euangelii pacis*. In signum huius misit Apostolos Dominus. Mar. 6. calciatos sandaliis, quæ habent subtus soleas: p quod significatur eleuatio mentis a terrenis: & aperti sunt superius, p qd significat promptitudo ad diuinam sapientiam. Dicit autem pacis, qa p euangelium, pax nobis annuntiatur. Matt. 10. In quamcunque domum intraueritis, dicite, pax huic domui. Itẽ secundo, sunt arma ad ptegendum. Duo autẽ in nobis sunt protegenda, q̃ sunt principia vitæ, s. pectus in quo est cor, & caput in quo ẽ cerebrũ. Pro pectore aut ẽ scutũ. Et iõ dicit, *In oĩbus sumentes scutũ fidei*, qa sicut scutũ supponit oĩbus armis, ita fides oĩb⁹ aliis virtutibus. Alia sunt enim arma virtutum moralium. s. temperantiæ, idest succinctio lumborum, & iustitiæ. i. induitio loricę, & hoc genus armorum. s. scutum, est virtutis theologicæ. s. fidei: quia sicut p scutum repelluntur tela, ita p fidem oĩa contraria, & habetur victoria. Heb. 11. Sancti p fidem vicerunt regna: sicut p virtutes morales vincimus potestates terrenas. Et ideo ait *In quo possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere*. s. diaboli, cuius tela sunt quædã immissiones p angelos malos. Ignea sunt, qa adurentia prauis concupiscentiis. Psal. 75. Supercecidit ignis, &c. Hæc aut p fidẽ extinguntur: quæ tentationes psentes, & transitorias extinguit p bona spũalia, & æterna, q̃ pmittit sacra scriptura. Vnde Dñs Matt. 4. diabolo tentanti pducebat, & opponebat authoritates sacræ scripturæ. Et sic debemus facere, si tentat de gula, ꝓm illud Deute. 8. Nõ in solo pane viuit hõ. Vel illud, Non est regnũ Dei, esca & potus. Roma. 14. Si de luxuria, Non mœchaberis. Si de furto. Nõ furtũ facies: & sic de aliis. Dr aut scutum fidei, qa sicut p tegit totũ pectus, ita fides debet esse in pectore. Spes autẽ dicit galea, qa sicut galea ẽ in capite, ita caput virtutũ moraliũ est finis: & de hoc est spes. s. de fine. Et ideo dicit, *Et galeam salutis assumite*. Itẽ tertio, sunt arma ad pugnandũ, qa nõ solũ sufficit se defendere, sed ẽt oportet aduersariũ impugnare. Hoc aut, sicut fit p gladiũ materialẽ corporaliter, ita p verbũ Dei, qd est Spũsancti gladius spũaliter. Et p hoc dicit, *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei*. s. assumite. Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, pertingẽs vsq; ad diuisionẽ animæ, & spũs. Et pdicatio dr gladius spiritus, qa nõ penetrat vsq; ad spũm, nisi ducat a Spũ sancto. Mat. 10. Non. n. vos estis q loquimini, sed spũs patrise vstri, q loqui tur in vobis. Sic ergo habemus arma, q bus defendamur a carnalib⁹ hostibus. s. a gula, & luxuria, qd̃ fit p tẽperãtiã, ibi *State ergo succincti lumbos vestros, &c.* Item, q bus vincamus cupiditates terrenas. s. arma iustitiæ, q̃ abstinere nos faciunt, ab illicitis, ibi, *Induti loricam iustitiæ*. Et puritatẽ affectus, seu pauptatẽ, q̃ nos retrahit ẽt a licitis, ibi, *Calciati pedes, &c* Itẽ, habemus arma q b⁹ protegamur ab erroribus. s. arma fidei, ibi, *In omnibus sumentes scutum fidei*. Et ẽt ab hostibus generis humani, ibi *Quo*. s. scuto fidei *Possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*. Itẽ, habemus arma q bus in bonis spũalib⁹ confirmamur. s. arma spei, ibi, *Et galeam salutis assumite*. Galea ponit in capite, sic spes in fine. Nũc aut caput virtutũ moraliũ est ipse finis, de quo est spes. Vnde nihil est aliud galeã salutis assumere, q̃ spẽ de vltimo fine habere. Item, habemus arma ad impugnandũ ipsos dæmones. s. *Gladium spiritus, quod est verbum Dei*: qd̃ fit frequẽter ĩ sermonib⁹, in q b⁹ verbũ Dei penetrãs corda peccatorũ expellit congeriẽ peccatorũ, & dæmonũ.

LECTIO QVINTA.

SVPRA posuit Apost. q̃ dixerat de insidiis, & armaturis: hic exponit illud, qd̃ ẽt dixerat de cõfirmatione, & cõfortatione in potentia Dei: & hoc fit p orationẽ ad Deũ sup auxilio diuino. Facit aut tria. Primo, monet eos ad orãdũ p seipsis. Secũdo, pro aliis. Tertio, p ipsomet Apostolo. Circa primũ ponit septem conditiones orationis. Primo, ꝓ debet esse perfecta. Vnde dicit: *Omnem orationem*, qd̃ fit cũ in omnibus recurrit qs ad orationẽ, vel orat pro omni bono. Secundo, quòd sit humilis, non præsumptuosa. Psal. 101. Respexit in orationem humilium, &c. Quod fit, quãdo homo non putat se exaudiri pp merita sua sed pp misericordiã diuinã. Et ideo dicit, *Obsecrationem*. i. p sacræ rei acceptionẽ. Phil. 4. In omni oratione, & obsecratione, cum gratiarũ actione, petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Tertio, ꝓ sit cõtinua, ibi *Omni tempore*. 1. Thes. 5. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Psal. 33. Benedicam Dñm in oĩ tẽpore. s. statuto. Quarto, ꝓ sit denota, *Quia in spiritu*. 1. Cor. 14. Psallã spũ, psallã & mẽte, i. nõ vt vag⁹. Quinto, ꝓ sit vigilãs, ibi *Vigilantes*. 1. Pet. 4. Estote prudẽtes, & vigilate ĩ orationib⁹. Sexto, ꝓ sit instans, ibi *In omni instantia*. Roma. 12. Orationi instantes, &c. Septimo, charitatiua, vt s fiat p omnibus aliis sanctis, ibi *Et obsecratiõe, pro omnibus sanctis*. 1. Timo 2. Obsecro. n primũ, omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c. Deide vltimo, p se petit orationes fieri, ibi *Et p me*. Vbi tria petit p se, q̃ cuilibet pdicatori sunt necessaria, scilicet quòd os aperiat, & ad prædicandũ se pparet, quãtum in se est, & detur sibi gratia. Et vt hæc tria sibi dentur, petit, vt oretur p se, dicens, *Vt detur mihi sermo in apertione oris mei*. Non. n. potero loqui, nisi qd̃ dederit mihi Dñs, d̃cebat ille Balaã Num. 22 Vnde Dñs Matt. 10 Non. n. vos estis qui loquimini, sed spiritus, &c. Vnde dicitur ibidem, Dabitur. n vobis in illa hora, qd loquamini Hoc aut dictum, primo ponit Apostolus, vt detur, inquit, mihi sermo in aperitione oris mei. Col. vlt. Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis. Et ad qd Paule? Respondet, vt. s. possim, *Cum fiducia notum facere euangelii mysterium*, p quo legatione fungor in catena Et hoc est scdm qd petit: qa non solum est necessarium prædicatori, vt detur ei sermo in aptione oris, seu scientia: sed vt sermonẽ sibi datũ pdicet audacter, & cũ fiducia. Et hoc ẽ, qd dicit *Cum fiducia, &c.* Et sic prædicabant apostoli: de q bus Act. 4. quòd loquebãtur cũ fiducia verbum Dei. Cõmendat aut Apostolus officium prædicationis ab excellentia, & altitudine. Vnde dicit, *Mysterium euangelii*. Secundo ostendit, quòd p ipso libenter sustinuit tribulationem, & ignominiam. Vnde dicit. *Pro quo legatione fungor in catena*, De his duob⁹ simul. Col. vlt. Vt De⁹ aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendũ mysterium Christi, pp quod, & vinctus sum, Et quia dr Eccle. 20. Ex ore fatui reprobãt parabola, non. n dicit eam tempore suo: ideo Apostolus non solum petit, quòd detur sibi sermo, seu pdicandi scientia, sed gratia loquendi cum fiducia, vt. s. non desisteret ab incæpto p catenis, q bus catenatus erat, ab incæpto, & commisso sibi officio fiducialiter, & fideliter psequendo. Tertio petit, vt detur sibi temporis, seu modi congruentia, qa tempus loquendi, & tempus tacendi, vt dr Eccle. 3. Et ideo dicit, *Vt in ipso audeam, prout oportet me loqui*. Et certe in oĩbus modus, & qualitas facit gratũ. Et hoc idẽ petebat Apostolus. Col. vlt. Vt manifestem illud, ita vt oportet me loq: quia vt dr Proue. 15. Sermo oportunus, optimus. In fine aut huius epistolæ, Apostolus statum suum Ephesiis manifestat, cum dicit, *Vt autem, & vos sciatis &c.* Vbi primo, facit, qd̃ dictum est. Secundo, eos more solito salutat, ibi *Pax fratribus, &c.* In prima parte tria facit Primo, ponit stat⁹ sui manifestatio, ibi *Vt autem, & vos sciatis &c.* Secũdo, discipuli nuntiãtis multiplex cõmẽdatio, ibi *Tychicus frater meus charissimus, & fidelis &c.* Tertio, ostẽdit finẽ, p quo eis manifestat statũ suũ, qa. s. est ipsorũ cõsolario, ibi *Et consoletur corda uestra*. Dicit ergo, *Vt aut uos sciatis: q̃ circa me sũt: quid agã: oĩa nota vobis faciet: &c.* Quasi dicat Apl̃us, p mysterio euãgelii, p quo catenat⁹ sũ, volo ꝓ sciatis, ꝓ catena, & oẽs tribulationes, & oĩa supplicia, q̃ in credito officio iferũtur, nõ me ãgũt, nec cor mutãt, nec puertũt ĩteri⁹, nec attingũt: sed certe sic ango de istis, ꝓ oĩa circa me sũt, nõ intra. Et qa nõ possũ ire ad ãnũtiãdũ vobis, vt pote catenatus. *Oĩa nota faciet vobis Tychicus frater me⁹ charissim⁹, & fidelis minister in Dño*. Et ideo secure credatis ei de oĩb⁹. Luc. 12. Quis putas est fidelis seru⁹, & prudẽs? &c. Et iste certe est talis. *Quẽ misi ad uos in hoc ipsũ, vt cognoscatis: q̃ circa nos sũt*. Et hęc ẽ discipuli cõmẽdatio. Et ad qd? *Vt cõsolentur corda uestra*. Deinde cũ dicit *Pax fratrib⁹ &c.* Ponit Apost. cõsuetã salutationẽ. Et aduertẽdũ ẽ, ꝓ licet gr̃a pcedat pacẽ, & charitatẽ mutuã hominũ ad se inuicẽ, & ad Deũ, quo ad collationẽ (qa nõ ẽ pax impiis, dicit Dñs;) tamẽ quo ad executionem gr̃æ, & veritatis, & charitatis cõseruationẽ, pax pcedit suo mõ. Et ideo primo optat eis pacẽ ad se inuicẽ, & charitatẽ ad Deũ, dicens, *Pax fratrib⁹, & charitas cũ fide*. Et quia licet pax, & charitas multum faciant ad gratiæ conseruationem, tamẽ, quia semper supponũt ipsam gratiam, sine qua haberi non possunt, ideo optat eis gratiam. Vnde dicit, *Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum*, in incorruptione. **Amen.**

LECTIO V.

Per omnem orationẽ, & obsecrationẽ orantes omni tẽpore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium euangelii, pro quo legatione fungor in catena ista, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis, quę circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in Domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis, quæ circa nos sũt, & consolentur corda vestra, Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominũ nostrum Iesum Christum in corruptionẽ Amen.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

HVSTORVM semita, quasi lux splendens, &c Prouerb. 4. In hac authoritate describitur vita sanctorum ex tribus. Ex eorum arctitudine, ibi *Semita*, quia Matt. 7. Arcta est via, &c. Iob. 28. Semitam ignorauit auis, &c. Ex claritate, ibi *Lux splendens*. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Iusti .n. sunt lucẽtes, & ideo eorũ via est lucida. Ex profectu: quia semp crescit. 1. Pet. 2. In eo crescatis, &c. Et hoc, vsque ad perfectum diem, scilicet gloriæ. 1. Cor. 13. Cum venerit qd̃ perfectum est, euacuabitur, & cætera. Econuerso malorũ via est lata, obscura, tenebrosa, & deficiens. Vnde Prouerb. 4 subditur, Via impiorum tenebrosa, &c. Et Matth. 7. Lata porta, & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, &c. Ex his verbis, trahi potest materia huius epistolæ. Erant enim Philippenses in Christi ꝛecta semita, tribulationes multas pro Christo sustinentes. Item, illuminati per fidem. infra. 2. Inter quos lucetis, &c. Item, proficiebant, vt patet per totam epistolam Item, conuenienter post epistolam ad Ephesios, in qua fit instructio qualiter seruanda sit ecclesiastica vnitas: hi proponuntur in exemplum seruandæ ecclesiasticæ vnitatis, qui optime eam seruauerunt.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationẽ, & epistolarem narrationem. Secunda, ibi *Gratias ago, &c.* Circa primum tria facit. Quia primo, describuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi *Omnibus sanctis, &c.* Tertio, bona optata, ibi *Gratia uobis, &c.* Circa primum, primo ponuntur personæ salutantes. Secundo, eorum conditio, ibi *Serui &c.* Circa primum primo ponitur persona principalis, cum dicit *Paulus*. Et interpretatur, Paulus, quasi modicus. In quo notatur eius humilitas. Esa. 60 Minimus erit in mille, & paruus in gentem fortissimam. Secundo, ibi & *Timotheus*. Ponitur persona adiuncta: quia fuerat eorum prædicator, infra. 2 Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Deinde cum dicit, *Serui &c.* Ponitur conditio eorũ 2. Corint 4. Nõ enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum, &c. Sed contra, Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo, duplex est seruitus ſm duplicem timorem. Timor. n. pœnæ causat malam seruitutem, & de hac intelligitur dictum præmissum, Ioan 15. Timor vero castus causat seruitutem reuerentiæ, & de hac loquitur Apostolus hic. Personæ salutatæ sunt omnes de ecclesia Philippensi. Et primo minores. Vnde dicit. *Omnibus sanctis, qui sunt Philippis*. quæ est ciuitas, quam Philipus condidit, & dicit sanctis: & hoc ꝑp baptismum. Roma. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo, morte in ipsius baptizati sumus. Maiores autem tangit, dicens, *Cum episcopis, &c.* Quæstio est, quare minores præponit maioribus? Quia prius est populus, quàm prælatus. Ezec. 34. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Greges .n. pascendi sunt a pastoribus, non econuerso. Item, cur inter mittit presbyteros? Respondeo. Dicendum est, ꝙ comprehendũtur cum episcopis, quia in vna ciuitate nõ sunt plures episcopi: vnde dicens in plurali, dat intelligere etiam presbyteros. Et tamen est alius ordo, quia ex ipso euãgelio hoc legitur, quòd post designationem duodecim Apostolorum (quorum personas gerunt episcopi) designauit septuaginta duos discipulos, quorum locum sacerdotes tenent. Dionysius etiam distinguit episcopos & sacerdotes. Sed in principio, licet ordines fuerint distincti, non tamen nomina ordinum, vnde hic comprehendit presbyteros cum episcopis. Deinde ponit bona optata, ibi *Gratia, &c.* Et sunt duo, quæ includunt omnia Primũ, est gratia Dei remittens peccata. Ephes. 2. Gratia saluati estis &c Vltimũ est pax hominis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, &c. Et per consequens optat bona media, & hoc a *Deo patre*. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Item, per meritum humilitatis Christi. Et ideo addit, Et *Domino Iesu Christo*. Ioa. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Ephes. 2. Ipse .n. est pax nostra, &c. Consequenter, ponit epistolarem narrationẽ. Et circa hoc duo facit. Quia primo, agit gratias de præteritis. Secundo, hortatur ad profectum in futurum, ibi *Scire autem uos uolo, &c.* Circa primum, primo præmittit gratiarum actionem pro eis. Secundo materiam eius, ibi *Super communicatione, &c.* Gratias aũt agit sup adiuncto gaudio, & deprecatione Et ideo hæc tria tangens, dicit *Gratias Deo nostro*. Gratias agere, est recognoscere gratiam sibi factam. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. *In omni memoria uestri*: quia in eis nihil occurrit Apostolo, quod non esset dignum gratiarum actione. Et hoc est valde magnum. Prouer 10. Memoria iusti cum laudibus, &c. *Pro omnib⁹*. Esa. 60. Populus autem tuus, omnes iusti in perpetuũ, &c. Agit ergo gratias pro eorum bono, orationem, & deprecationem pro custodia: totum tamen pro gaudio. 1. Reg. 12. Absit autem a me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis. Deinde cum dicit, *Super communicatione, &c.* Tangit de materia tũ prædictorum Et primo, ponit materiam gratiarum actionis. Secundo, gaudii de futuris, ibi *Confidens, &c.* Tertio deprcationis, ibi *Testis, &c.* Dicit ergo, Super cõmunicatione. s. qua communicastis doctrinæ euangelii, credẽdo, & ope implẽdo. Hæc est .n vera cõmunicatio. Heb vlt. Beneficiẽtiæ aũt, & cõmunionis nolite obliuisci, &c. *A prima die, &c.* Ecclesi. 27. Homo sanctus i sapiẽtia, manet sicut sol, &c. Et hoc ipsũ confidẽs de vobis gaudeo, *Quia qui cœpit, &c.* Hier. 17, Maledictus hõ, qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ suũ, Benedictus vir q̃ cõfidit in domino, & erit domin⁹ fiducia eius. Et hoc in virtute Dei. Et ideo dicit *Qui cœpit, &c.* Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Quod est contra Pelagianos, q̃ dicũt principiũ boni operis esse ex nobis, sed consummationẽ ex Deo. Sed hoc nõ est verũ: q̃a principiũ boni operis ĩ nobis est cogitare de bono, & hoc ipsũ est a Deo. 2. Cor. 3 Non ꝙ sufficiẽtes simus cogitare aliq̃d a nobis, quasi ex nobis &c. *In diem Christi Iesu*: quo remunerabit singulos. 2. Timo. vlti m. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã redder mihi dominus, &c. 1. Cor. 1. Confirmabit vos vsq; in finẽ sine crimine &c. Ratio gaudii ponit, cũ dicit *Sicut est mihi, &c.* quia. s. id iustũ est, q̃a cõgaudetis mihi de bonis meis *Eo ꝙ habeã uos, &c.* Quasi dicat, Habeo de vobis hanc conscientiam tales vos esse, ideo gaudeo, ut scilicet gaudeatis de his, de quibus & ego, quod est; *In uinculis meis*, quia tũc ꝙ Christo fuit ligatus, de quo gaudebat Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in varias tentationes incideritis, sciẽtes, &c. Act. 5. Ibãt apl̃i gaudẽtes a conspectu cõcilii, quoniã digni habiti sunt ꝙ nomine Iesu cõtumeliã pati, &c. *Et in defensione, & in cõfirmatione euangelii.* s. audacter ꝑdicando cõtra tyrannos, & hæreticos, & confirmando euangelium in cordibus fidelium. Act. 18. Perambulans ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

Vel

Vel aliter secundum Glo. *In corde*, idest, desiderio, vt socii sitis sempiterni gaudii. Ioan. 16. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et hoc non potest abstrahi a corde meo, quia etiam in vinculis existens, & intentus confirmationi, & defensioni euangelii, solicitudo de vobis non recedit de corde meo.

LECTIO II.

POSITA materia gaudii de spe futura: hic ostendit super quo deprecationem pro eis facit. Et primo, præmittit suum desiderium, quod ostendit omnino feruens. Secundo, materiam deprecationis, ibi; *Et hoc oro &c.* Et q̃a cordis desiderium soli Deo est manifestum, ideo inuocat Deum testem, quòd pro eis deprecetur cum desiderio. Iob. 12. Ecce in cælo; *Testis* meus; *Est* scilicet; *Deus &c. Quomodo cupiam vos*, scilicet ego, existens; *In visceribus Iesu Christi*. Vel quomodo cupiam vos esse in eis. quasi dicat, quomodo cupiam vestram salutem, & participationem visceroſæ charitatis Christi. Luc. 1. Per viscera misericordiæ Dei &c. quasi dicat q̃a ad profunda & intima cordis, virtus amoris pertingit. Vel cupiam, vt sitis in visceribus Iesu Christi, idest vt ipsum intime diligatis, vt & diligamini ab eo: in hoc enim vita hominis consistit. Deinde cum dicit; *Et hoc oro &c.* Ponit deprecationem, & tria bona optat. Primo quantum ad interioris charitatis augmentum. Affectus enim interior perficitur per charitatem: & ideo non habenti charitatem, optandum est vt habeat: habenti vero, vt perficiatur. Vnde dicit; *Vt charitas &c.* Pro augmẽto autem charitatis orandus est Deus, quia solus Deus hoc in nobis operatur. 2. Corint. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ &c. Et hoc necessarium est vt petamus, & nos, quia Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Secundo, quantum ad intellectum. Vnde dicit; *In omni scientia*. Sed nunquid ex charitate prouenit scientia? Sic, quia dicitur. 1. Io. 2. Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio ei⁹ docet vos de omnibus &c. Item charitas est spiritus de quo dicitur Ioan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem &c. Cuius ratio est, quia qui habet habitum, si rectus est habitus: sequitur inde rectum iudicium de his quæ pertinent ad illum habitum, si vero corruptus, falsum. Sicut circa venerea, temperatus habet bonum iudicium: intemperatus non, sed falsum. Omnia autem quæ a nobis fiunt, sunt informanda charitate, & ideo habens charitatem, habet rectum iudicium, & quantum ad cognoscibilia. Et sic dicit. *In omni scientia*, qua scilicet agnoscat veritatẽ, & inhæreat circa ea quæ sunt fidei. Hæc est scientia sanctorum, de qua dicitur Sapien. 10. & quantum ad operabilia, & sic dicit; *Et in omni sensu*. qui est vis cognoscitiua circa exteriora obiecta. Et proprium eius est, vt statim iudicet de proprio sensibili recte. Et ideo hoc nomen translatũ est ad interius iudicium rationis, vnde sensati dicuntur, qui habent rectum iudicium circa agibilia: Sapien. 1. Sentite de domino in bonitate &c. Sapien. 6. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus &c. Sed hic sensus, debet esse non tantum consideratiuus: sed etiam discretiuus inter bonum & malum, & inter bonum & melius. Vnde subdit; *Vt probetis &c.* Nota quòd charitas perficit sensum, vt probet bona, sed perfecta charitas vt probet meliora. 1. Cor. 12. Aemulamini meliora charismata, & infra cap. 14. Sectamini charitatem &c. Et ideo dicit; *potiora*. Tertio, quantum ad effectum. Et primo ponit immunitatem a malo. Secundo, perfectionem in bono. Primum in hoc quod dicit; *Vt sitis synceri*. Est enim duplex peccatum vitandum, scilicet interioris corruptionis, qua homo corrumpitur in se, & hoc excluditur per sinceritatem. 1. Cor. 5. In azimis sinceritatis &c. Aliud est in proximum, scilicet offensa. Et ideo dicit, *Et sine offensa*. 1. Cor. 4. Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego &c. Et 2. Corinth. 6. Nemini dantes vllam offensionem &c. *In diem Christi Iesu* idest, vsque in finem vitæ. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quantum ad gratiam, dicit; *Repleti fructu iustitiæ*, vt opera iustitiæ quædam fructus sint. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione &c. Vel fructu iustitiæ, idest præmio iustitiæ, scilicet corona. 2. Timoth. 4. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ &c. Sap. 4. Bonorũ enim laborũ, gloriosus est fructus &c. & hoc habetur per Christum, quia omnia, quę facimus, sunt bona per ipsum. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere &c. Et hæc faciẽda sunt, hoc fine, scilicet; *In gloriam & laudem Dei*: quia ex operibus sanctorum Deus clarificatur, cum inde alii prorumpunt in laudem Dei. Psal. 150 Laudate dominum in sanctis eius &c. Hier. 33. Erit mihi in nomen, & in gaudiũ, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona &c. Deinde cum dicit; *Scire autem &c.* Admonet ad futura. Et primo ponit exempla exequenda, & vitanda. Secundo, cõcludit moralẽ monitionẽ in 4. ca. ibi; *Itaq: fratres mei charissimi &c.* Circa primũ duo facit, q̃a primo ondit q̃ sunt imitanda: secundo, quæ sunt vitãda: 3. ca. ibi; *De cætero &c.* Item, prima diuiditur in duas, quia primo inducit se eis imitandum: secundo alios, secun. cap. *Si qua ergo &c.* Item, prima in tres, quia primo ponit exemplum profectum suum. Secundo, gaudium, quod haber ex profectu, ibi; *Quid enim &c.* Tertio, fructum ex profectu suo, ibi; *Scio enim &c.* Item, prima in duas. Primo, præmittit profectum: secundo modum, ibi: *Ita vt vincula mea &c.* Dicit ergo, Monui vos ad profectum, & vt formam habeatis profectum meum; *Scire vos volo, & quæ circa me sunt*. exterius, quia tribulationes: & si exterius essent, non immutabant interius, sed; *Magis ad profectum venerunt*, quia ex eis fides prædicata magis profecit 2. Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione &c. Et ostendit profectum. Primo quantum ad se, secundo quantum ad alios, ibi *Vt plures, &c.* Quantum ad se quidem manifestum fuerat, quòd talia pro Christo pateretur constanter. *Ita Vt uincula, &c.* Quod est gloriosum pro Christo. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, &c. In omni prætorio, sicut in curia Cæsaris, &c. Ex parte vero aliorum fides crescebat in cõmuni. Vnde dicit, *Vt plures, &c.* 1. Macha. 4. De eleꝑhãtibus. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, &c. Prouerb. 18. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit, &c. Ex parte tamen aliorum est diuersitas, quia quidam bene loquebantur, quidam male. Et qui bene, quidam ex generali charitate, & quidam ex speciali amore ad apostolum. Et qui male, quidam ex generali malitia, quidam ex speciali odio ad Apostolum. Sed vt mihi videtur, Apostolus duplicem ostendit causam, propter quam quidam prædicabant. Primo, propter inuidiam. Et ideo Apostolus eorum prauam intentionem ostendit, dicens. *Quidam quidem, propter inuidiam &c.* Iac. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. 1. Corinth. 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Secundo, propter amorem Christi, & Euangelii. Vnde dicit; *Quidam propter bonam &c.* Psal. 50. Benigne fac in bona voluntate &c. Sed Apostolus addit. dicens; *Quidam vero ex charitate*, scilicet quæ facit bonam voluntatem &c. quia vt supplerent defectum mei docentis, prædicauerunt. Deinde Apostol. exponit quod dixerat, dicens, quòd quidam non secundum sanam intentionem, sed ex contentione. Corrupta eorum contentio dupliciter patuit. Vno modo, vt publice prædicando, turbationem facerent in populo Gentili contra Apostolum, supra illam quam habuit. Alio modo, quia credebant, quòd Paulus audiens eos vsurpare officium sibi commissum, turbaretur, & ex hoc adderetur afflictio, afflicto.

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apost. descripsit profectum ex ipso subsecutum: hic agit de gaudio concepto ex hoc profectu. Et ponitur primo materia gaudii: secũdo ipsum gaudium, ibi. *Et in hoc gaudeo, &c.* Contingit autem quadoq; q̃ aliquod gaudium prouenit ex bona causa, & hoc directe, & p se. & quãdoque ex mala causa, & hoc indirecte, & per accidẽs. Quãdo.n. est ex bona cã, gandendum est de effectu, & de causa, sicut de eleemosyna facta propter Deũ. Sed quando est ex causa mala, tunc est gaudendum de effectu, sed de causa nõ, & sic de redẽptione per Christũ, licet fuerit ex scelere Iudæ, & Iudeorum. Ita cõtingit in ecclesia, vbi prouenit vtilitas quandoque per bonos p̃dicatores quo ad bonam intentionem, quandoque p̃ malos quo ad malam: & de vtraque gaudendum est, sicut dictum est. Et ideo dicit. *Quid enim, &c.* Per occasionem annũtiat Christum, q̃ non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, puta lucrum vel gloriam. Prouerb. 18. Occasiones quærit, qui recedere vult ab amico. Per veritatem autem, quando ex rectã intentione. Esa. 36 Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, &c. Sed hoc vtroq; modo fit ad vtilitatẽ ecclesiæ, ideo dicit, *Si Christus annuntietur, &c.* Quia si aliud annuntiaret quàm Christum, tunc multũ interesset: quod fit, quando falsa doctrina docetur. Aug. Pastor qui propter veritatem annuntiat, est amandus: mercenarius qui propter lucrum, est tolerandus: qui falsus expellendus. Deinde ponit gaudium consequens, dicens. *Et in hoc*, scilicet, quòd uincula mea manifesta sunt propter Christum, quòd Christus annuntiatur, *Gaudeo*, in præsenti. Ioan. 14. Si diligeritis me, gauderetis vtique &c. *& gaudebo*, in futurum. Esa. 51. Gaudium, & lætitiam obtinebunt, &c. Deinde cum dicit. *Scio enim, &c.* Ponit fructum ex profectu suo prouenientem. Et primo ponit ipsum fructum. Secundo, mouet quandam dubitationem ibi. *Quod si uiuere, &c.* Item primo, proponit fructum. Secundo, auxilium ipsum consequendi, ibi *Per uestram orationem &c.* Tertio, assignat materiã fructũ, ibi, *Sed non in omni, &c.* Dicit ergo, gaudeo de his, & hoc propter fructum prouenientem ex eis in salutem æternam. Esa. 45. Saluatus est Israel in Domino, salute æterna, &c. Et hoc ideo quia quando nos aliqua bona facimus cooperando saluti aliorum, redundat in salutem nostram. Si enim, vt dicitur Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, &c. quanta gloria dignus est qui salutem multorum procurat? Auxilium autem est triplex. s. ex parte aliorum mutua oratio. Vnde dicit. *Per uestras orationes*, scilicet ex q̃bus spero adiuuari a Deo. Iacob. vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini, &c. Ex parte Dei de quo habemus spem salutis. Esa. 26. A facie tua domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Et ideo dicit, *Et subministrationem spiritus Iesu Christi.* Ro. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. & loquitur similitudinarie. Quando.n. aliqs est debilis, indiget releuante vt sustentetur; & hoc est subministrare: & nos debiles sumus, ideo indigemus subministratione spiritus. Ioan. 14. Et suggeret vobis omnia, &c. s. quasi vobis subministrando. Ex parte nostra est spes in Deo: quia Prouerb. 11. Qui confidit in diuitiis, corruet. Oportet ergo quòd spes nostra sit in Deo, &c. Psal. 124. Qui confidunt in domino sicut mons Syon, &c. & ideo dicit. *Secundum expectationem, & spem meam.* Sed nonne spes est expectatio futuræ beatitudinis? Dicendũ est, quòd spes est motus appetitus in bonum arduum. Et hoc dupliciter, quia quando quis sperat adipisci per se, sic spes est sine expectatione, quando autem per alium, tunc est spes cum expectatione, & sic nos expectamus, spem habentes aliquid consequi per alium. Psal. 39. Expectans expectaui dominum, &c. Roma. 8. Spe salui facti sumus. Sed dicit, *Scio*, Et postea, *Spero, & expecto.* Nunquid certa est hæc spes? Respondet Apostolus. dicens, Ita, quia *In nullo confundar.* 1. Machab. 2. Omnes qui sperant in illo, non infirmantur. Roma. 5. Spes autem non confundit. Eccl. 2. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Huius primo rationem assignat: secundo exponit eã, ibi, *Mihi enim uiuere, &c.* Ratio hæc sumitur ex hoc, quòd ipse totaliter ordinatur ad seruitium Christi. quasi dicat; Ideo hęc mihi prouenient in salutem, quia totaliter sum ad seruitium Christi. Et primo ponit fiduciam: Secundo perseuerantiam: tertio certitudinem intentionis. Dicit ergo, *Sed in omni fiducia. &c.* quasi dicat, Multi persequuntur me, sed ego confido in Deum. Esa. 12. Fiducialiter agam, & non timebo. Psalm. 11 Fiducialiter agam in eo. *Sicut semper*, idest, a principio conuersionis. Act. 9. Quomodo in Damasco fiducialiter egerit, &c. *Ita, & nunc.* Iob. 27. Iustificationem meã quã cæpi tenere, non deseram. Tertio, ostendit quòd sit eius recta intẽtio, quia *Magnificabitur Christus* qui cum sit verus Deus, non potest in seipso magnificari, vel minorari, sed in nobis, idest, in cognitione aliorum: tunc ergo q̃s magnificat Christum, quando eius cognitionem dilatat. Ecclesiast. 43. Quis magnificabit eũ sicuti est a principio? Et hoc, & verbo, & facto, quando magnitudo diuini effectus ostendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iustificatio est hæc, quandiu est in corde hominis latens, non magnificabitur per eam Christus, nisi quantum ad cor illius, non quantũ ad alios, sed quãdocũq; prorumpit in exteriora per actus corporales apparentes, tunc vere, & proprie magnificatur. Et ideo ait, *In corpore meo*, in corpore nostro Christus duplicirer magnificatur. Vno modo inquantum corpus nostrum deputamus ad obsequium eius, ministeria eius corporaliter exequendo. 1. Corinthior. 6. Glorificate; & portate Deum in corpore vestro. Alio modo corpus nostrum exponendo pro Christo. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, &c. Sed primus modus fit per vitam: secundus vero per mortem. Ideo dicit, *Siue per vitam*: quia viuendo operatur, *Siue per mortem.* Roman. 14. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus, &c. Quod etiam intelligi potest de morte spirituali. Col. 3. Mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram, &c. Deinde exponit quomodo mortificabitur per vitam, & per mortem, dicens *Mihi. n. uiuere, &c.* Vita enim importat motionem quandam. Illa enim viuere dicuntur, quæ ex se mouentur. Et inde est, quòd illud videtur esse radicaliter vita hominis, quod est principium motus in eo: hoc autem est illud, cui affectus vnitur sicut fini: quia ex hoc mouetur homo ad omnia. Vnde aliqui dicunt illud ex quo mouentur ad operandum, vitam suam, vt venatores venationẽ, & amici amicum. Sic ergo Christus est vita nostra, quoniam totum principium vitæ nostræ, & operationis est Christus. Et ideo dicit Apostolus *Mihi.n.uiuere, &c* quia solus Christus mouebat eum: *Et mori lucrum.* hic Apostolus proprie loquitur. Quilibet .n. sibi ad lucrum reputat, quando vitam quam habet imperfectam, potest perficere. Sic infirmus ad lucrum reputat sanam vitam. Vita nostra Christus est. Cor. 3. Vita vestra absclõdita est cum Christo in Deo: sed hoc est imperfecta. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a domino, & ideo quando morimur corpore, perficitur nobis vita nostra. s. Christus, cui tunc præsentes sumus. Psal. 126. Cũ dederit dilectis suis somnũ, &c. 2. Timoth. 4. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, &c. Deinde cum dicit, *Quod si uiuere, &c.* Ponit dubitationem quandam circa ea quæ dicta sunt. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit dubitationem: secũdo soluit eam, ibi, *Et hoc confidens, &c,* Item prima in duas, q̃a primo ponit dubitationem, secundo proponit rationes ad vtranq; partem, ibi, *Coarctor autem, &c.* Dicit ergo. *Si uiuere in carne, hic mihi est fructus, &c.* verũ est quòd in corpore meo, dum viuo, magnificatur Christus. Ergo vt uere meum in carne. i. vita mea in carne, est huiusmodi fructus. *Vnde prædicat* effectum de causa. i. si uita affert mihi hunc fructum, vt Christus magnificetur, vita in carne est bona, & fructuosa. Roma. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, &c. Si ergo ita est, ignoro quid eligam, vtrum mori, vel viuere. Romo. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Sap. 9. Cogitationes n.mortalium sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sed quare dubitas? quia *Coarctor, &c.* Primo, ponit rationem ad partẽ vnam: secundo ad aliam. In homine.n.duplex est motus, naturæ. s. & gratiæ. Naturæ ad nõ moriẽdũ. 2 Cor. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. &c. Ioan. vlti. Et alius ducet te, quo tu non uis, &c. Et gratiæ, quam suggeret charitas, quæ mouet ad dilectionẽ Dei, & proximi. Hic affectus ad dilectionem Dei mouet, vt simus cum Christo. Et ideo dicit, *Desiderium habens dissolui*, non simpliciter, *Sed esse cum Christo*, 2. Cor. 5.

LECTIO II.

VID enim? Dum omni modo, siue p occasionẽ, siue per veritatem Christus annũtietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutẽ per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem, & spem meam: quia in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum: quòd si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: coarctor autẽ e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.

2. Cor. 5. Audemus autem, & bonam voluntatẽ habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad dominum &c. In quo notatur falsitas opinionis Græcorum, quòd animæ sanctorum post mortem, non statim sunt cum Christo. Et hoc ideo opto, quia. *Est multo melius esse cum Christo.* Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo, &c. Defecit caro mea, & cor meũ, scilicet ad habendum bonum. Psal. 83. Melior est dies vna in atriis tuis super millia, &c. Dilectio autem proximi mouet ad profectum proximi: & ideo dicit. *Permanere autem, &c.* i. necessaria ẽ vita mea p̃p̃ vtilitatem vestram. 2. Cor. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumꝰ vobis &c. Vel aliter, coarctor, &c. idest, ex duplici parte insurgit desiderium dissolui, &c. melius &c. Sententia non mutatur. Sed hoc non videtur dubitabile, quinimo videtur etiam Apost. in peiorem partem declinare. Primum. n. desiderium excitat in nobis dilectio dei, secundum dilectio proximi. Maius autem & melius est desiderium primum, igitur, &c. Respondeo, Dicendum est, quòd duplex est dilectio dei, s. dilectio concupiscentiæ, qua uult frui deo, & delectari in ipso, hoc est bonum hominis *Item*, est dilectio amicitiæ, qua homo præponit honorem Dei, etiam huic delectationi, qua fruit deo; & hæc est perfecta charitas. Vnde Rom. 8. Neque mors, neque vita, neque angeli &c. Et subdit. 9. cap. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis, &c. Et hoc dixit, vt ostendat se esse perfectioris charitatis, quasi sit paratus propter amorem Dei, & gloriam, carere delectatione visionis Dei, & ideo hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectum.

LECTIO QVARTA.

POsita dubitatione, & rationibus hinc inde, hic soluit dubitationem. Et primo quasi eligens vnam partem, prænuntiat post futurum aduentum suum ad eos quantum ad se, secũdo, ostendit quid requiratur ex parte eorum, ibi. *Tantum digne, &c.* Item prima in tres, quia primo præmittit futurum aduentum: secundo ostendit fructum: tertio illum fructum exponit. Dicit ergo. Postquam supradictum est, quòd permanere in carne necessarium est propter vos. Et hoc quòd mea vita est fructuosa vobis, *Scio*, ideo, scilicet. *Quia permanebo*, sed. *Hoc*, quasi. *Confidens de Deo.* Prou. 18. Iustus quasi leo confidens &c. *Manebo, & permanebo.* i. viuam, & diu viuam. Sed contra, statim occisus est a Nerone. Respondeo, Dicendum est, quòd epistola est facta vel scripta primo anno incarcerationis, quod fuit primo anno Neronis. Vnde postea vixit septem annis. *Omnibus uobis.* i. ad vtilitatem omnium vestrum. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant, Et hoc. *Ad profectum uestrum*, idest, vt per meam exhortationem proficiatis in fide, & gaudeatis de mea vita quam audistis, sed magis gauderetis si essem præsens, Rom. 1. Desidero autem videre vos &c. Deinde exponit quod dixerat, dicens. *Vt gratulatio uestra: &c.* 1. si deẽ ut iterum ueniam ad uos est, ut gaudium abundans sim uobis. Ephe. 3. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus &c. Et hoc *In Christo Iesu*, quia hoc ipsum quod gaudebant de eo, erat propter Christum: Philem. Fruar te in domino, &c. Deinde cũ dicit. *Tantum digne &c.* Ostẽdit quid requiratur ex parte eorum. Et circa hoc tria facit, quia primo facit hoc, secundo manifestat vtilitatem inde consequentem: tertio explicat. Dicit ergo: quòd tantum ex parte eorũ requiritur quòd in euangelio Christi digne conuersentur, scilicet secundum quod doctrinæ tali congruit. 1. Thessal. 2. Testificati sumus, vt ambuletis digne deo, qui uocauit uos in suum regnum, & gloriam &c. Col. 1. Ambuletis digne deo, &c. *Vt siue cum uenero ad uos, & uidero uos, siue absens audiam de uobis bona.* Et hoc gaudium est mihi, 1. Io. 3. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in ueritate ambulare &c. Et nunc in speciali expetit ab eis. Primo vnitatem: secundo constantiam, ibi. *Et in nullo &c.* Est autem sanctis necessaria vnitas triplex. s. amoris. unde dicit. *Audiam de uobis*, quod. s. *Statis in uno spiritu*, quod est per amorem. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et. 1. Cor. 6. Qui autem adhæret domino, unus spiritus est. Item, concordia: Vnde dicit. *Vnanimes*, idest, vnam voluntatem, & animum habentes. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna Psal. 67. Qui inhabitare facit unius moris in domo, &c. Item, cooperationis. Vnde dicit. *Collaborantes, &c.* vt scilicet, vnꝰ adiuuet aliũ. Ad hoc facit, quod dicitur. 1. Re. 25. Congregatus est Israel vniuersus, & planxerunt eum. s. Samuelem. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Secũdo expetit constantiam ibi. *Et in nullo, &c.* Et primo inducit ad fortitudinem: secundo ponit rationem. Dicit ergo, *Et in nullo, &c.* quia nihil possunt, nisi quantum Deus permittit Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit. Psal. 1. Folium eius non defluet, &c. Esa. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? Ratio aũt est triplex. Prima, sumitur a fructu tribulationis. Secunda, ex dono duplici Dei. Tertia, ab actore. Dicit ergo, *Non terreamini, quia est vobis fructus*, idest, ipsa persecutio. *Quæ.* In illis. s. persequentibus, *Est causa perditionis.* Sed, *Vobis est causa salutis.* Matth. 16. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, &c. Io. 12. Qui amat animã sua perdet eã. Osee. 12. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum &c. *Et hoc a Deo*, a quo pro munere *Donatum est uobis*, quòd sustineatis tribulationes patienter. Secunda ratio. *Vt in eum credatis.* Ephe. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, quod est magnum, & primum donum. *Et etiam, ut pro illo patiamini*, quod est maius donum, vt. s. curam Christi agatis, quasi athletæ eius. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, &c. Sic ergo vtile est, & honorificum.: ideo agatis fortiter. Tertia ratio sumitur ex exemplo: qa ita tractat eosdem, sicut nos qui sumus primitiæ fideliũ. Et ideo dicit, *Idem certamen habentes, quale & uidistis in me.* s. apud vos, quando nudus, fui verberatus Philippis, propter Phitonissam liberatam. Act. 16. *Et nunc audistis de me.* Qui sum in vinculis.

LECTIO IIII.

ET hoc confidẽs scio, quia manebo, & pmanebo omnibus uobis, ad profectũ uestrum, & gaudium fidei, ut gratulato uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum digne euãgelio Christi cõuersamini: ut siue cũ venero, & videro uos, siue absens, audiam de uobis quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euangelii. & in nullo terreamini ab aduersariis, quę est illis causa perditionis, uobis autẽ salutis. Et hoc a Deo: quia uobis donatum est pro Christo, non solũ ut in eum credatis, sed ut etiã pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

CAPIT. II. LEC. I.

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera

LECTIO PRIMA.

SVPRA præbuit se in exemplum patientiæ, & sanctitatis, hic ad idem adducit exempla aliorum. Et primo, ponit exẽplum Christi; secundo, exempla suorum discipulorum, quos ad eorum confirmationem mittere promittit, ibi *Spero autem in domino, &c.* Circa primum tria facit: quia primo præmittit exhortationem: secundo inducit exemplum; ibi. *Hoc enim sentite, &c.* Tertio, concludit propositum ex exemplo Christi, ibi. *Itaque charissimi mei, &c.* Circa primum, primo est considerandum medium quo eos inducit: secundo ad quod inducit, ibi. *Implete gaudium, &c.* Vtitur autem circa primum quadruplici medio. Primo, ex deuotione ad ipsum Christum, secundo, ex charitate proximi: Tertio, ex speciali societate: quarto, ex miseratione. Dicit ergo, *Si qua ergo consolatio, &c.* Hæc quatuor media quæ hic consequenter ponuntur, omnia referuntur ad hoc quod subdit. *Implete, &c.* Et est sensus, quasi dicat. Consolari volo in vobis. *Si qua ergo consolatio.* Idest, si quam consolationem mihi afferre vultis. *In Christo, implete meum gaudium.* Esa. 61. Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, &c. 2. Corinth. 1. Consolatur nos in omni tribulatione, vt & ipsi possimus consolari, &c. Ex parte vero charitatis fraternæ, dicit. *Si quod solatium charitatis*, scilicet est, implete gaudium meum. Galat. 3. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, &c. Psal. 132. *Ecce* quàm bonum, &c. Item ex speciali societate, & hæc est inter homines, qui communicant in rebus, sicut socii in bellicis armis: ita boni spirituales, quæ sibi communicant in spiritualibus bonis. Et ideo dicit, *Si qua societas spiritus*, scilicet est mihi ad vos, implete meum gaudium. Quasi dicat, Exhibui ego vobis multam consolationem vestram: si ergo socii mei estis, exhibete, idem, & uos mihi. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, &c. Prouerb. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater. Item ex mi-

ex miseratione, cum dicit. *Si quæ viscera miserationis.* Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ &c. Deinde ponit ea, ad quæ inducit. Et primo in generali, dicens. *Implete &c.* q.d. Gaudeo in vobis propter bona quæ vidi, & audiui de vobis: sed quando hæc perficientur, tunc gaudium meum crescet, & tandem perficietur. Vnde illud implete. ſ. proficiendo in bonum. Secundo in speciali monet ad mutuam charitatē, cuius vnitas in duobus consistit. ſ. interius in affectu, & exterius in effectu. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & veritate. Prima designatur in obiecto charitatis, cum dicit, *Idem sapite.* Sapientia enim est cognitio altissimarū causarum, quia eius est iudicare, quod nullus potest sine causa altissima. Et ideo sapientia est cognitio de diuinis. *Idem ergo sapite &c.* q.d. Idem sapiatis circa ea quæ sunt fidei. Rom. 15. De autem patientiæ & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum, secūdum Iesum Christum, vt vno ore glorificetis Deum. Sed hoc fit per charitatem eandem: ideo sequitur. *Eandem charitatem habentes.* Col. 3. Super omnia charitatem habentes, qd est vinculum perfectionis. Item quantum ad effectum sunt duo necessaria. ſ. consensus duorum in idem ex parte affectus, & iudicium rationis concors in eodem. Quantum ad primū, dicit. *Vnanimes*, scilicet in agendis. Psal. 67. Qui inhabitare facit vnimoris in domo. Roma. 15. Vno ore honorificetis Deum. Quantum ad secundum, dicit. *Idipsum sentientes.* Quod ita differt ab hoc quod dicit. *Idem sapite.* Sicut hoc quod dicit *Vnanimes.* ab eo quod dicit, *Eandem charitatem habentes.* Secundo monet ad humilitatē, circa quam primo excludit contraria humilitati: secundo monet ad eam. Contraria autem humilitati sunt, q̄ oriuntur ex superbia. Hæc autem sunt proprie exterior contentio, quia humiles sibi cedunt. Prouerb. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, &c. Iacob. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. ideo dicit. *Nihil per contentionem.* Aliud est inanis gloria. Superbus enim inordinate appetit suam excellentiam, etiam in opinione aliorum. Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, &c. Ioan. 8. Ego autem non quæro gloriam meam, etc. Ideo hic dicit. *Neque per inanem gloriam.* Et sequitur monitio, sed in humilitate, superiores inuicem arbitrantes. Sicut enim pertinet ad superbiam q̄ homo se extollat supra se, ita ad humilitatem, quòd homo se subiiciat secundum suam mēsuram. Sed quomodo superior poterit hoc implere? Aut enim non cognoscit se esse superiorem, & virtutem suam, & sic non est virtuosus, quia non est prudens. Aut scit, & sic non potest alium existimare superiorem se. Respōdeo Dicendum est, quòd nullus est sic bonus, quin in eo sit aliquis defectus, & nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde non oportet, quod eum præponat sibi simpliciter, sed quantum ad hoc dicat in mente sua, sic. Forte in me est aliquis defectus, qui non est in illo. Et hoc ostendit August. in libr. de virginitate, quomodo virgo præferat sibi coniugatam, quia forte seruentior. Sed detur quòd quantum ad omnia sit ille bonus, & ille malus, nihilominus tu, & ille geritis duplicem personam, scilicet tui, & Christi. Si ergo illum nō præponas ratione suæ personæ, præponas ratione imaginis diuinæ. Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Tertio, monet ad mutuam solicitudinem, dicens. *Non quæ sua &c.* Corinth. 12. Pro se inuicem solicita sunt membra &c. 1. Corinth. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt.

LECTIO SECVNDA.

POstquam Apost. posuit exhortationem suam: hic hortatur ad virtutem humilitatis, exemplo Christi. Et primo, inducit ad imitandum Christi exemplum. Secundo, ponit eius exemplum, ibi *Qui cum in forma, &c.* Dicit ergo, Sitis humiles, vt dixi, ideo. *Hoc sentite*, idest, experimento tenete quod fuit. *In Christo Iesu.* Notandum, quòd quinque modis debemus hoc sentire, scilicet quinque sensibus. Primo uidere eius claritatem, vt ei conformemur illuminati. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt &c. 2. Corinth. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes &c. Secundo, audire eius sapientiam, vt beatificemur. 3. Reg. 10. Beati uiri tui, & beati serui tui, hi qui stant coram te, & audiunt sapientiam tuam. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, odorare gratias suæ mansuetudinis, vt ad eum curramus. Can. 1. Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum. Quarto, gustare dulcedinem eius pietatis, vt in Deo semper dilecti simus. Psal. 33. Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Quinto, tangere eius uirtutem, ut saluemur Matt. 9. Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero. Et sic sentite quasi tangēdo per operis imitationem. Deinde cum dicit; *Qui cum informa Dei &c.* Ponit exemplū Christi. Et primo præmittit Christi maiestatem. Secundo, ponit eius humilitatē, ibi; *Semetipsum &c.* Tertio, exaltationem, ibi; *Propter quod &c.* Et primo maiestatem Christi præmittit, vt magis humilitas commendetur. Et duo proponit pertinentia ad Christi dignitatem, scilicet diuinæ naturæ veritatem. Secundo, æqualitatem, ibi; *Non rapinam.* Dicit ergo; *Qui*, scilicet Christus; *Cum informa &c.* Vnumquodq; enim dicitur in natura generis vel speciei per suā formā, unde forma dicitur natura rei. et sic esse in forma Dei, est esse in natura Dei, per quod intelligitur quòd sit verus Deus 1. Io. vltimo. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Sed non est intelligendum q̄ aliud sit forma Dei, & aliud ipse Deus: quia in simplicibus & materialibus idem est forma, & id cuius est, maxime in Deo: sed quare potius dicit in forma, quàm in natura? Quia hoc competit nominibus propriis filii, tripliciter. Dicitur enim & filius, & uerbum, & imago. Filius enim est qui generatur, & finis generationis est forma. Et ideo, vt ostendatur perfectus Dei filius, dicit, in forma, quasi habens perfecte formam patris. Similiter verbum non est perfectum, nisi quando ducit in cognitionem naturæ rei, & sic uerbum Dei in forma Dei dicitur, quia habet totam naturam patris. Similiter nec imago dicitur perfecta, nisi habeat formam cuius est imago. Hebreorum 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius &c. Sed nunquid habet eam perfecte? Sic. quia; *Non rapinam &c.* Quod posset dupliciter intelligi. Vno modo de humanitate, & ita non intelligebat Paulus, quia hoc esset hæreticum, quia hoc esset rapina, si referretur ad humanitatem. Ideo exponendum est alio modo, scilicet de diuinitate, secundum quam dicitur de Christo. Repugnat etiam rationi aliter dicere: quia natura Dei non est receptibilis in materia: quòd autem aliquis existens in natura aliqua, magis vel minus participet eam, est ex materia, sed ibi non est. ergo dicendum est, quòd; *Arbitratus est non esse rapinam, scilicet se esse æqualem Deo*, quia est in forma Dei, & cognoscit bene naturam suam. Et quia cognoscit hoc, ideo dicitur Ioann. 5. Aequalem se Deo facit, sed hoc non fuit rapina: sicut quando diabolus, & homo uolebant ei æquari. Esai. 14. Ero similis altissimo &c. Et Genes. 3. Eritis sicut dii. Hæc autem fuit rapina: ideo pro hac Christus venit satisfacere. Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebā.

Deinde cum dicit; *Sed semetipsum &c.* Humilitatem Christi commendat. Primo, quantum ad mysterium incarnationis, secundo, quantum ad mysterium passionis, ibi; *Humiliauit se &c.* Circa primum, ponit humilitatem: secundo, eius modum, & formam. Dicit ergo; *Sed semeipsum &c.* Sed quia erat plenus, diuinitate nunquid ergo euacuauit se diuinitate? Non: quia quod erat, permansit: & quod non erat, assumpsit, sed hoc est intelligendum, secundum assumptionem eius quod non habuit, sed non secundum assumptionem eius quod habuit. Sicut enim descendit de cælo, non quòd desineret esse in cælo, sed quia incæpit esse nouo modo in terris, sic etiam se exinaniuit, non deponendo diuinam naturam, sed assumendo naturam humanam. Pulchre autē dicit, exinaniuit. Inane enim opponitur pleno. Natura autem diuina satis plena est, quia ibi est omnis bonitatis perfectio. Exod. 33. Ostendam tibi omne bonum. Natura autem humana, & anima non est plena, sed in potentia ad plenitudinem: quia est facta quasi tabula rasa. Est ergo natura humana inanis. Dicit ergo; *Exinaniuit*, quia naturam humanam assumpsit. Tangit ergo primo naturæ humanæ assumptionem, dicens; *Formam serui accipiens.* Homo enim ex sua creatione est seruus Dei, & natura humana est forma serui. Psalm. 99. Scitote quoniam dominus ipse est Deus &c. Esa. 42. Ecce seruus meus &c. Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es &c. Cur dicitur conuenientius formam serui, quàm seruum? Quia seruus est nomen hipostasis, vel suppositi, quod non est assumptum, sed natura: quod enim suscipitur distinguitur a suscipiente. Non ergo filius Dei assumpsit hominem, quia daretur intelligi, quòd homo esset aliud a filio Dei, cum tamen filius Dei factus sit homo. Accepit ergo naturam in persona sua, vt esset idem in persona filius Dei, & filius hominis. Secundo, tangit naturæ conformitatem, dicens, *In similitudinē hominum factus*, scilicet secundum speciem. Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. Et si dicas, quòd in domino Iesu Christo non conuenit speciem accipere, verum est, qua resultet ex diuinitate, & humanitate, quasi diuinitas, & humanitas conuenissent in vnam naturam communem. Vnde sequeretur, quòd diuina natura (vt ita loquar) mutaretur. Tertio, naturæ humanæ conditiones ponit, dicens, *Et habitu inuentus vt homo.* Quia defectus omnes, & proprietates continentes speciem, præter peccatum suscepit. Et ideo habitu inuentus vt homo, scilicet in exteriori conuersatione, quia esuriit, vt homo: fatigatus fuit, & huiusmodi. Heb. 4. Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est. Et sic habitum possumus referre ad exteriores habitudines. Vel *Habitu*, quia ipsam humanitatem accepit quasi habitum. Est autem habitus quadruplex. Vnus mutat habentem, & ipse non mutatur, vt stultus per sapientiam. Alius mutatur, & mutat, vt cibus. Alius qui, nec mutat, nec mutatur, vt anulus adueniens digito. Alius qui mutatur, & non mutat, vt vestimentum. Et per hanc similitudinem natura humana in Christo dicitur habitus, quia sic aduenit diuinæ personæ, quòd non mutauit ipsam: sed mutata est in melius, quia impleta est gratia, & veritate. Ioa. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ, & veritatis. Dicit ergo, In similitudinem hominum factus, ita tamen quod non mutatur, quia habitu inuentus est vt homo. Sed aduertēdum est, quòd ex hoc verbo habitu, &c. aliqui errauerunt, Vnde tangitur triplex opinio 6. distinctio. 3. sententiarum. Prima est, q̄ humanitas Christi aduenit ei accidentaliter, quod est falsum: quia suppositum diuinæ naturæ factum est suppositum humanæ naturæ, & ideo accidentaliter non aduenit ei, sed substantialiter, non quòd diuinitas naturaliter non aduenit ei, sed substantialiter prædicetur de ipso. Et per hoc etiā excluditur error Fotini, qui dixit quòd Christus esset purus homo, non de Virgine: quia dicitur cum in forma Dei esset. Ergo prius in forma Dei erat, quàm acciperet formam serui, ex qua est minor patre, quia non rapinam, &c. Vincitur ergo, quòd per formam serui meruit. Item, excluditur error Arrii, qui dixit, quòd esset minor patre, quia non rapinam &c. Item Nestorii, qui dixit quòd vnio esset intelligenda secundum inhabitationem, inquantum scilicet Deus inhabitauit hominem, & quòd alius est filius hominis, & alius filius Dei. Sed Rabanus dicit, quòd Aposto. incarnationem nominat exinanitionem. Constat autem quòd pater inhabitat, & spiritus sanctus, ergo, & isti sunt exinaniti, quod est falsum. Item dicit, semetipsum exinaniuit, ergo idem est qui exinanitus est, & exinaniens. Sed huiusmodi est filius Dei, quia ipse semetipsum exinauit, ergo est vnio in persona. Item Euthicetis, qui dixit quòd ex duabus naturis resultat etiam vna natura. Ergo non accepit formam serui, sed quandam aliam, quod est contra hoc. Item Valentini, qui dixit quòd attulit corpus de cælo. Item Appollinaris, qui dixit, quòd non habuit animam. Sic enim non esset in similitudinem hominum factus. Deinde cum dicit. *Humiliauit semetipsum &c.* Commendat humilitatem Christi, quo ad mysterium passionis eius. Et primo, ostendit humilitatem Christi: secundo modum, ibi. *Factus obediens, &c.* Est ergo homo, sed valde magnus, quia idem est Deus, & homo, & tamen humiliauit se Eccle. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus. Matth. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Modus humiliationis, & signum humilitatis est obedientia: quia proprium superborum est sequi propriam voluntatem: quia superbus quærit altitudinem, ad rem autem altam pertinet: quòd non reguletur alio, sed ipsa alia regulet, & ideo obedientia contraria tur superbiæ. Vnde volens ostendere perfectionem humilitatis, & passionis Christi, dicit quòd factus est obediens, quia si fuisset passus non ex obedientia, non fuisset ita commendabilis: q̄a obedientia dat meritum passionibus nostris. Sed quomodo factus est obediens? Non voluntate diuina, quia ipsa est regula, sed voluntate humana, quæ regulata est in omnibus secundum voluntatem paternam. Matt. 26. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. & conueniēter introducit in passione obedientiam, quia prima præuaricatio est facta per inobedientiam. Roman. 5. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiam vnius hominis, iusti constituūtur multi. Prouerbiorum, 21. Vir obediens loquetur victorias. Sed quòd magna & commendabilis sit hæc obedientia. patet: quia tunc est obedientia magna, quando sequitur imperium alterius contra motum proprium: motus autem uoluntatis humanæ ad duo tendit, ad vitam & ad honorem, sed Christus non recusat mortem 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Item, non fugit ignominiā. Vnde dicit; *Mortem autem crucis*: quæ est ignominiosissima. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Sic ergo, nec refugit mortem, nec genus ignominiosæ mortis.

arbitrantes, nō quæ sua sunt, singuli considerantes, sed ea quæ aliorū.

LECTIO II.

HOc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs in similitudinē hoīum factus. & habitu inuentus, vt hō, Humiliauit semetipsū factus obediens vsq; ad mortē, mortē āt crucis.

LECTIO III.

PRopter qd, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium,

LECTIO TERTIA.

SVPRA commendauit Christi humilitatem: Hic commendat eius præmium: quod est exaltatio, & gloria. Luc. 14. & 18. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabit. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Nota triplicem exaltationem Christi, scilicet quantum ad gloriam resurgentis, ibi; *Propter quod &c.* Quantum ad notificationem suæ diuinitatis, ibi; *Et donauit &c.* Et quantum ad reuerentiam totius creaturæ, ibi; *Vt in nomine &c.* Dicit ergo; *Propter quod & Deus exaltauit illum*, scilicet, vt de morte resurgeret. Item de mortalitate ad immortalitatem. Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Psalm. 117. Dextera domini exaltauit me, non moriar, sed uiuam. Item, exaltauit eum in dexteris suis constituendo. Ephes. 1. Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen &c. Sed verum est, quòd alii exaltantur in gloria, & in immortalitate, sed ille plus; *Quia dedit ei nomen &c.* Nomen autem imponitur ad significandam rem aliquam, & tanto nomen est altius, quanto res significata per illud est altior, & ideo nomen diuinitatis est altius. Psalm. 8. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum &c. Ergo hoc nomen, vt Deus diceretur, & esset, dedit isti, scilicet Christo pater, tanquam vero Deo: sed Fotinus dicit, quòd hoc ponitur hic sicut præmium humilitatis Christi: & dicit, quòd non est verus Deus, sed quòd sit sibi data quædam eminentia creaturæ, & similitudo diuinitatis: quod non est verum, quia dictum est supra, Cum informa Dei esset &c. Dicendum ergo est, quòd in Christo est duplex natura, & vnum suppositum. Hęc enim persona Deus est, & homo: & ideo potest hoc dupliciter exponi. Vno modo, vt donauerit ei hoc nomen pater, inquantum est filius Dei, & hoc ab æterno per generationem æternam: quæ donatio nihil est aliud quàm æterna eius generatio. Ioann. 5. Sicut pater habet vitā in semeipso: sic dedit & filio vitam habere in semeipso &c. Alio modo de Christo homine, & sic pater dedit illi homini nomen, vt Deus esset, non per naturam, quia alia est natura Dei, & alia hominis: sed vt esset Deus per gratiam, non adoptionis, sed vnionis, qua simul esset Deus, & homo. Romanorum 1. Prædestinatus est filius Dei in uirtute, ille scilicet, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et hæc est expositio Augustini, secundum intentionem Apostoli. Similiter habetur Act. 2. Certissime sciat omnis domus &c. Prima autem est Ambrosii. Sed quæris quantum ad vtranque expositionem obiiciendo, cur postquam dixit, Humiliauit semetipsum &c. sequitur hic; *Porpter quod &c.* cum præmium non præcedat meritum? Non ergo æterna generatio nec in carnatio est præmium passionis Christi: quia præcedunt. Sed dicendum est, quòd in sacra scriptura dicitur aliquid fieri, quando innotescit. Donauit ergo, idest fecit manifestum mundo, quòd hoc nomen haberet. Hoc enim manifestatum est in resurrectione, quia ante non erat sic nota diuinitas Christi. Et huic concordat textus sequens, quasi non donauerit quod non haberet: sed ut hoc omnes uenerentur. Et ponitur duplex veneratio, scilicet in subiectione operis, & in confessione oris, ibi; *Et omnis lingua &c.* Dicit ergo; *Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen*, Etiam secundum quòd homo. Ideo subdit; *Vt in nomine Iesu*, Quod est nomen hominis; *Omne genu flectatur.* Philip. 2. & Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. sed hic errauit Origenes, quia est audiuit, q̄ omne genu flectatur, quod est reuerentiam exhibere, credidit futurum quandoque, q̄ omnis creatura rationalis, suæ angeli

angeli, ſiue homines, ſiue dæmones ſubiicerentur Chriſto ſubiectione charitatis. Sed contra hoc eſt illud Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Sed dicendum eſt, quòd eſt duplex ſubiectio: una uoluntaria, & alia inuoluntaria. Et eſt futurum, ꝙ omnes angeli ſancti Chriſto ſubiiciantur uoluntarie, & ideo dicit, *Omne genu flectatur*, Et ponitur ſignum pro ſignato. Pſal. 96. Adorate eũ omnes angeli eius. Itẽ, ꝙ homines beati, & ſancti ac iuſti hoc modo ſubiicientur. Pſalm. 85. Oẽs gentes quaſcunque feciſti, ueniẽt, & adorabunt coram te domine, & glorificabũt nomen tuum. Sed dæmones & damnati non ſic: ſed inuolũtarie ſubiiciuntur. Iac. 2. Dæmones credunt, & cõtremiſcũt &c. Deinde cũ dicit *Et omnis lingua confiteatur, &c.* Ponitur exhibitio reuerentiæ in confeſſione oris. Omnis lingua. ſ. cæleſtium, terreſtriũ, & infernorum. Non de confeſſione laudis dicitur hoc reſpectu infernorum, ſed de coacta, quæ fit per recognitionẽ Dei. Eſa. 40 Videbit omnis caro pariter, quòd os domini locutum eſt &c. Pſalm 98. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & ſanctum eſt, &c. Et hoc. *Quia dominus Ieſus Chriſtus &c.* Iſte ſcilicet homo. *In gloria &c.* Non dicit, in ſimili, quia in eadem, Ioan. 5. Omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Et notandum eſt, quòd in principio dicit. Qui cum in forma, &c. Hic dicit in gloria, quia futurum erat, quòd illud quod ab æterno habuit, omnibus innoteſceret, vt Ioan. 17. Clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui priuſquã mundus fieret apud te. Deinde cum dicit, *Itaque fratres, &c.* Concluditur exhortatio. Et circa hoc tria facit: quia primo hortatur ad bene agendum: ſecundo oſtendit, quomodo debent agere, ibi. *Omnia autem &c.* Tertio, quo fructu, ibi, *Vt ſitis &c.* Item, prima in tres. Quia primo commemorat præteritam obedientiam: ſecundo oſtendit, quid agere debeant, ibi. *Non in præſentia, &c.* Tertio, dat fiduciam adimplendi, ibi, *Deus enim, &c.* Dicit ergo, *Itaque.* Ex quo Chriſtꝰ ſic ſe humiliauit, & propter hoc eſt exaltatus, debetis ſcire quòd ſi humiliemini, exaltabimini, & hoc debetis facere, quia ſemper obediuiſtis. Et facit mentionem de obedientia, commendando bona eorum, & hoc ideo, quia per obedientiam intelligitur omnis virtus: quia ex hoc eſt homo iuſtus quòd mandata Dei cuſtodit. Rom. 6. Serui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiã &c. Itẽ, omne bonum quantuncunque bonum eſt per ſe, per obedientiã redditur melius. Pro. 21. Vir obediens loquetur victorias. Item, quia obedientia inter alias eſt maxima. Nam offerre de rebus exterioribus eſt magnum, ſed maius ſi de corpore, maximũ autẽ ſi de anima, & uoluntate tua, quod fit per obedientiam. 1. Regũ 15. Melior eſt obedientia, quàm victimę, & auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum, &c. Sed ſi ſic feciſtis, hortor vt adhuc ſic faciatis de cætero. Deinde cum dicit. *Non in præſenti, &c.* Oſtendit quid agere debeant. Et primo monet, vt agant fideliter: q̃a ſeruus infidelis non ſeruit, niſi quando dominus videt: quia non curat, niſi placere, ſed fidelis ſemper bene operatur: & ideo dicit *Non in præſentia mea tantum*, q̃a ſic videretur ꝙ nõ faceretis ex inſtinctu bonæ uoluntatis. Ephe. 6. Non ad oculum ſeruiẽtes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes domino, & non hominibus. Secundo, vt humiliter, ibi *Cum metu, & tremore, &c.* Superbus. n. non timet, ſed humilis. 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Prou. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Pſal. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Tertio, ſalubriter, ibi *Veſtram ſalutem operamini.* Matt. 10: & 24. Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Deinde cum dicit *Deus enim &c.* Confirmat fiduciam, & excludit quatuor falſas exiſtimationes. Vnam hominum credentium, quòd homo per liberum arbitrium poſſit ſaluari abſque diuino auxilio. Contra hoc dicit. *Deus &c.* Io. 14. Pater in me manens, ipſe facit opera, &. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Alii omnino negant liberum arbitrium: dicentes quòd homo neceſſitatur a fato vel a prouidentia diuina. Et hoc excludit, cum dicit; *In uobis,* Quia interius per inſtinctũ mouet uoluntatem ad bene operandum. Eſai. 26. Omnia. n. opera noſtra operatus es in nobis. Tertia Pelagianorũ, ſicut & primi dicentium electiones, eẽ in nobis ſed ꝓſecutiones operũ in Deo, quia velle eſt a nobis, ſed ꝑficere a Deo. Et hoc excludit, dicens; *Et uelle & perficere.* Ro. 9. Non eſt uolentis. ſ. uelle ſine auxilio Dei, neque currentis. ſ. currere, ſed miſerẽtis eſt Dei. Quarta, quòd Deus facit omne bonum in nobis, & hoc per merita noſtra. Hoc excludit, cum dicit; *Pro bona voluntate.* ſ. ſua, non pro meritis noſtris, quia ante grãm Dei, nihil boni meriti eſt in nobis. Pſal. 50. Benigne fac domine in bona voluntate tua &c.

terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Itaque chariſsimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non in præſentia mea tantum, ſed multo magis nunc in abſentia mea, cum metu, & tremore ueſtram ſalutẽ operamini. Deus eſt. n. qui operatur in uobis, & velle, & perficere pro bona voluntate.

LECTIO IIII.

OMnia autem facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, vt ſitis ſine quærela, & ſimplices filii dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ: inter quos luceatis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Chriſti: quia nõ in vacuum cucurri, neque in vacuũ laboraui: ſed & ſi immolor ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & cõgratulor omnibꝰ vobis: idipſum aũt & vos gaudete & congratulamini mihi. Spero autem in Domino Ieſu, Timotheum me cito mittere ad vos, vt ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt. Neminem. n habeo tam vnanimẽ, qui ſyncera affectione ꝓ vobis ſolicitus ſit. Omnes enim q̃ ſua ſunt, quærũt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Experimentum autem eius cognoſcite, quoniã ſicut patri filius,

LECTIO IIII.

SVPRA Apoſt. induxit ad faciendum opera ſalutis: hic docet eos modum faciẽdi. Et primo, docet ipſum modum. Secũdo, aſſignat rationem eius, ibi; *Vt ſitis &c.* Docet duplicem modum faciendi, ut. ſ ſine murmure & ſine dubitatione. Opera. n. uirtutum ſunt difficillima, & in his habet locum murmuratio. 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et ne dubitetis an fiant Iac. 1. Qui. n. hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a uento mouetur, & circunfertur &c. Ponit aũt huius rationem, & primo ex parte eorum, ſecundo ex parte Apoſtoli, ibi; *Ad gloriam &c.* Circa primum ponitur triplex rõ. Prima in comparatione ad fideles, cum dicit; *Vt ſitis ſine querela.* Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela &c. Sine peccato autem nullus eſſe poteſt, ſed bene ſine querela. Vnde ad hoc monet. Secundo, in cõparatione ad Deum, ibi; *Simplices &c.* Filius enim eſt ſimilis patri. Deus autem ſimplex eſt: vnde ſimplices ſimus ſicut filii Dei, quod eſt, quando intentio eſt ad unũ. Iac. 1. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ. Tertio, in comparatione ad infideles, ibi; *Sine reprehenſione &c.* ideſt, ut bene ſe habeant ad infideles, ut. ſ. ſint ſine offenſione; *In medio nationis prauæ*, quantum ad mala opera; *Et peruerſæ*, quantum ad infidelitatem: & hoc eſt, quando non poſſunt infamari ab eis 1. Timo. 5. Nullam occaſionem date aduerſario maledicti gratia. Et huius ratio ponitur, ibi; *Inter quos &c.* Quia qualitercunque mundus uarietur, luminaria cæli clara manent. Matth. 5. Vos eſtis lux mundi &c. Lucens non quantum ad eſſentiam, quia ſic tantum Deus lux eſt, Ioan. 1. Et uita erat lux hominum &c. At uero ſancti non ſic. Ioan. 1. Non erat ille lux &c. Sed ſunt lux, inquantum habent aliquid lucis illius qui erat lux hominũ ſ. uerbi Dei irradiantis nobis. Et iõ dicit; *Verbum uitæ continentes.* ſ. verbũ Chriſti. Io. 6. Dñe ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Pſal. 118. Lucerna pedibꝰ meis verbũ tuum &c. Deinde ponit rationem ex parte Apoſtoli, ibi; *Ad gloriam meam.* Secundo, manifeſtat rationem, quia ſubditi debent bene agere, etiam ut cedat in gloriam prælatorũ. Eorum enim eſt gloria, quando ſubditi ſunt bene inſtructi. Prou 10. Filius ſapiens lætificat patrem &c. 1. Theſſ. 2. Vos enim eſtis gloria noſtra &c. Et hoc; *In diem Chriſti,* quando. ſ. adducet ſecum fideles. Et hoc propter duo eſt ad gloriam. ſ. propter laborem in prędicatiõe, & propter paſſionẽ mortis quã ſuſtinuit. Et iõ dicit; *Quia non in uacuum cucurri, neque in uacuum laboraui.* Curſum dicit prædicationem, propter agilitatem, quia a Hieruſalem vſq; in Hiſpaniam. Item labores, propter conditiones & pœnas quas pertulit, & hoc non in vacuum, immo in multum fructum. 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit. Item, propter paſſionem, ibi; *Sed & ſi immolor* Conuertens enim aliquos, quaſi de illis quos conuertit, offert ſacrificium Deo. Sed quandoque offerentes a tyrannis occiſi ſunt ſupra ſacrificiũ, ſicut habetur. Luc. 13. Et ideo dicit; *Offero Deo ſacrificium de nobis*, ſed ſi cõtingat ꝙ & ego ſupra hoc immoler, ideſt occaſione ſacrificii conuerſionis veſtræ occidar *Gaudeo* propter me, Ia. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tẽtationes uarias incideritis &c. *Et congratulor uobis*, quòd habetis fidem, etiam cum periculo perſonæ meæ, cui & in hoc cõgratulamini. Et ideo dicit. *Idipſum gaudete, & congratulamini mihi.* Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus. Deinde cum dicit *Spero autem &c.* Proponit in exẽplũ diſcipulos ſuos: Et primo Tim. ſcdo Epaphroditũ, ibi, *Neceſſarium autem &c.* Circa primum, primo præmittit miſſionem Timothei: ſecundo, cõmendat eum, ibi, *Neminem &c.* Tertio, innuit tempus miſſionis, ibi, *Hunc igitur &c.* Dicit. ergo, *Spero &c.* Notandum eſt, quòd Apoſtolus ſic habuit fiduciam in Deo, ꝙ etiã minima attribuebat Deo. 2. Cor. 3. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Litera eſt plana. Deinde commendat eum, & primo ex charitate ad eos: ſecundo ex deuotione ad Apoſtolum, ibi, *Experimentum &c.* Et ſic facit bonus mediator, quia illos diligit, hunc veneratur. Item, primo ponit commendationem, ſecundo exponit, ibi, *Omnes enim quæ &c.* Dicit. ergo, *Mitto &c.* Quia neminem, &c. Scilicet in profectum veſtrũ. Pſal 67. Inhabitare facit unius moris in domo. *Qui ſolicitus ſit.* Ro. 12. Qui præeſt in ſolicitudine. *Syncera affectione,* quia ſolum propter Deum 2. Corin. 1 Ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. Ratio autem quare, Neminem &c. Quia omnes quæ &c. Ideſt, non quæ ad ſalutem proximorum ſunt, & ad honorem Dei, quærũt, ſed quæ ad lucrum & gloriam, & quæ ſua ſunt. Sed nunquid Lucas & Epaphroditus, & alii qui erant cum Apoſtolo quærebant quæ ſua ſunt? Reſpondeo, Dicendum eſt, ꝙ in ſocietate Apoſtoli plures erant, qui hoc quærebant, qui & deſeruerunt eũ 2. Ti. 4. Demas. n. me dereliquit, diligẽs ſeculũ, & abiit Theſſalonicã: Creſcens in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas eſt mecum ſolus. Sed conſuetudo eſt, ꝙ aliquando ſcriptura loquitur de nonnullis, ſicut de omnibus. Hier. 6. A minori quippe uſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent, & a propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum, &c. Et ideo eſt diſtributio accommoda. Et ſi vultis ſcire, quomodo ſe habet ad me? Reſpõdeo, Experimentum &c. Id eſt, quaſi eſſet ſpecialis filius. 1. Cor. 4. Ideo miſi ad uos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in Dño &c Hũc ergo, ſic ſolicitũ pro uobis, ſic mihi charum, ſpero &c. Sed quare nõ ſtatim? Et ſciẽdũ, ꝙ aliter eſt de Chriſto, & de aliis ſanctis. In Chriſto. n. eſt plenitudo gratiarũ, vnde habuit ſemper notitiã omniũ: nõ ſic alii ſancti. Vnde Apoſtolꝰ præuidebat aliqua de futuris circa ſe, aliqua ignorabat et ſic non reuelatum erat ſibi, an deberet liberari de vinculis. Et ideo dicit *Mox. &c.* Quia ſi detur facultas, perſonaliter ueniam. *Et ideo confido &c.* Sed tamen liberatus a vinculis non fuit. Pſal. 17. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Semper enim aliquid tenebroſum eſt in ſanctis. Deinde cum dicit *Neceſſarium &c.* Proponit in exemplũ, alium ſuum diſcipulum. ſ. Epaphroditum. Et primo deſcribit ipſum, ſecundo oſtendit, quomodo ſuſcipiatur, ibi, *Excipite &c.* Circa primum duo facit, quia primo commendat eum, ſecundo, oſtendit cauſam miſſionis, ibi, *Quoniam quidem &c.* Tertio, eã exponit, ibi, *Nam & infirmatus eſt &c.* Dicit ergo, *Neceſſarium &c.* Nominat autem eum fratrem, propter fidem. Matthe. 23. Omnes vos fratres eſtis &c. Cooperatorem, ſcilicet in labore prædicationis. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. *Et commilitonem &c.* Quia ſimul paſſi tribulationem. 2. Timo. 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu &c. *Apoſtolum*, ideſt, doctorem. Hic fuit epiſcopus Philippenſium, & miſſus ab eis, ut ſeruiret Apoſtolo, & ideo dicit, *Miniſtrum neceſſitatis meæ.* infra. 4. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quẽ miſiſtis in odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placẽtem Deo. Sed quare? ad ſatisfaciendũ deſiderio, quo deſiderio deſiderabat videre uos. Ro. 1. Deſidero enim uos &c. Item, ad ſubueniendũ ſuæ triſtitiæ, quia triſtis erat de veſtra triſtitia, quam conceperatis, quando audiſtis eum infirmari: & exponit cauſam, dicens, *Nam & infirmatus eſt uſque ad mortem,* ſcilicet ſecundum iudiciũ medicorum, non autem ſecundum prouidentiam diuinã, ſed ad honorem Dei. Ioan. 11. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei. Ideo ſequitur, *Sed Deus miſertus eſt eius.* Pſal. 6. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum &c. *Et non ſolum &c.* Quia triſtitiam temporalem & naturalem habuit de afflictionibus ſuis: ſicut & Chriſtus legitur aliquãdo habuiſſe. Conſequenter concludit miſſionẽ: & patet litera, & oſtẽdit quomodo recipiatur, & ſecundo huius cauſam. Recipiendus eſt honorifice in Domino, cuius ẽ miniſter. Gal. 4. Sicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. 1. Tim. 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina &c. Et hoc *Propter &c.* Ideſt, propter Deum, & ſalutem fidelium vſque ad mortem acceſſit. Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, &c. *Tradens.* Io. 10. Bonus paſtor animã ſuã ponit pro ouibus ſuis. Et hoc, *Vt impleret, &c.* Quod vos ꝑſonaliter non potuiſtis, circa meũ obſequiũ.

mecum ſeruiuit in euangelio. Hunc igitur ſpero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me ſunt. Confido autem in Domino, quoniam & ipſe veniam ad vos cito. Neceſſarium autẽ exiſtimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meũ, veſtrum autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos deſiderabat, & mæſtus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus eſt uſque ad mortem: ſed Deus miſertus eſt eius: non ſolum autem eius, verumetiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Feſtinantius ergo miſi illum, vt uiſo illo, iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim. Excipite itaq; illum, cum omni gaudio in Domino, & eiuſmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit, tradens aĩam ſuã, ut impleret id, quod ex uobis deerat erga meũ obſequiũ.

CAP. III. LEC. I.

DE cætero fratres mei, gaudete in Dño. Eadem uobis ſcribere: mihi quidẽ

LECTIO PRIMA.

PRopoſuit exempla, quæ ſequi deberent: hic oſtendit quorum exempla debent vitare. Et circa hoc tria facit: quia primo, præmittit quos vitare debent: ſecundo, exemplum vitandi per conuerſationem ſanctorum, ibi *Vos enim &c.* Tertio, inducit ad vitandum eos, quos illi reputabant imitabiles, ibi *Imitatores &c.* Iterum, prima pars diuiditur in tres particulas: quia primo præmittit finem huius doctrinæ: ſecundo, ſcribendi neceſſitatem, ibi *Eadem vobis &c.* Tertio, neceſſitatis rationem, ibi. *Videte, &c.* Intentio admonitionis eſt, remouere fideles gentes a legalibus, ad quæ quidam eos inducebant. Et ideo dicit, *O fratres*, ſcilicet per fidem, *De cætero*, ideſt, poſtquam vos monui, vt ſupra, *Gaudete in Domino*, tantum, non in legalibus obſeruantiis. Abac. 3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo &c. Et hoc: quia *Eadem*; quę dixi in præſentia. *Non eſt mihi pigrum uobis ſcribere*, in abſentia. Verba enim de facili tranſeunt, ſed ſcripta manent. Eccle. 38. Sapientiã ſcribe in tẽpore vacuitatis &c. Iudæ. 1. Omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis, de communi veſtra ſalute neceſſe habui ſcribere vobis &c. Ro. 15. Audacius ſcripſi vobis fratres, ex parte tanq̃ in memoriã vos reducens, &c. Et cauſa huius neceſſitatis eſt, q̃a inſtant ſeductores: & ideo oportet inſtãtius veritatẽ ſcribere: vnde dicit, *Videte*, ideſt obſeruate &c. Et tria de his dicit. ſ. ſæuitiã cordis irrationabilẽ, vnde dicit, *Canes* Glo. Natura canis eſt, vt ſtatim ex ira latret, non ex ratione, ſed ex conſuetudine. Sic, & illi. Eſa. 56. Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ, ipſi paſtores neſciuerunt intelligẽtiã &c. Apoc. vlt, Foris canes &c. Secundo, peruerſæ doctrinæ ſeminationẽ, ibi *Malos operarios*, q̃a non fideliter in vinea Domini laborant, nec bonũ ſemẽ in agro mittunt. Matt. 13. Inimicus homo hoc fecit, &c. 2. Tim. 2. Cura teipſum probabilem exhibere Deo, &c. Tertio diſſenſionis, ibi, *Conciſionem.* Et hoc verbo vtitur in eorum ſuggillationẽ. Prædicant. n. circunciſionem, quæ non poteſt ſtare cum gratia Chriſti Gal. 5. Si circuncidamini, Chriſtus nihil vobis proderit: vnde alludens vocabulo, dicit, Conciſionem. quaſi non circunciſionẽ ſed conciſionem habeant. Deinde cum dicit. *Nos autem &c.* Oſtendit, quomodo vitentur a ſanctis. Et primo, quomodo ab omnibus. Secundo, quomodo ab ipſo, ibi. *Quapropter, &c.* Dicit ergo, Ego dico, quòd illi ſunt conciſio, ſed nos vera circũciſio. Qui ſpiritu, &c. Eſt autem duplex circunciſio, ſcilicet corporalis, & ſpiritualis. Rom. 2. Non enim, qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quę in manifeſto in carne, eſt circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera & c. Circunciſio enim carnis eſt, quæ eſt de ſuperfluo carnis: ſed circunciſio ſpiritus, per quam Spiritusſanctus abſcindit ſuperfluas interiores concupiſcentias. Et ideo dicit, *Nos ſumus: &c.* Ideſt, qui interius circuncidit nos Deo: Ro. 2. Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio

gelio filii eius &c. 1.Cor. 14. Psallam spiritu, psallã, & mente: orabo spiritu, orabo, & mente &c. Data est autem circuncisio, vt ostenditur Roma.4. Vt signum fidei Abrahæ ostenderetur, vt s.eius fides ostenderetur vera, quæ fuit fides de futuro semine. Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, &c. Est ergo circuncisio signum fidei Abrahæ de Christo. Ille ergo circunciditur, qui interius per Spiritumsanctum renouatur in Christo, q est veritas circuncisionis Co. 2. Circuncisi estis circũcisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi &c. *Et non habentes fiduciam in carne,* idest, in carnali circuncisione: quia vt dicitur Io.6. Spiritus est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam.

non pigrum, vobis autem necessarium: videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio: qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & nõ in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeo confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circũcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiã Dei, ſm iustitiã, quę in lege est, cõuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus sum pp Christum detrimenta, veruntñ existimo oĩa detrimentũ esse pp eminentẽ scientiam Iesu Christi Dñi mei, pp quem oĩa detrimentũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, vt
G & inueniar in illo,

Sumitur autem caro aliquando in nobis, pro carnali concupiscentia, quãdoque pro carnis cura: & quandoque pro carnali obseruantia. Et vtrunque debemus circuncidere, nec in eis gloriari. Deinde cum dicit. *Quanquam ego, &c.* Ponit exemplum propriũ: & primo præmittit eminentiam suam, quam habebat in statu legali. Secundo, ostendit quomodo eam contempsit, ibi. *Sed quæ &c.* Primum proponit primo in generali. Secundo, explicat per partes, ibi *Circuncisus, &c.* Circa primum duo facit: quia primo ostendit fiduciam, quam habere potuit in legalibus, dicens, Nõ debemus habere fiduciam in legalibus. *Quanquam habeam,* idest possem habere, si vellem, quia, In quo quis audet, in insipientia dico, audeo, & ego, &c. Vt dicitur. 2.Cor.11. Et hoc etiam excellentius: quia, ego magis. 2.Cor.11. Vt minus sapiens dico, plus ego &c. Et hoc totum adducit, vt efficacius destruat obseruationes legales. Multi enim contemnunt, quæ nesciunt, vel non habent, & hoc non valet, sed tunc quando aliquis habet, & contemnit, & non gloriatur in eis. Sic, si Apostolus non habuisset locum in statu legalium, poterat dici, quòd ideo ad statum euangelii venit. Et ideo ostendit per hoc eminentiam suam in statu illo. Et primo quantum ad genus: secundo, quantum ad conuersationem: ibi *Secundum legem, &c.* Quantum ad primum tripliciter, quantum ad generis sacramentum, quia circũcisus octauo die. Gen. 17. Vt sit signum fœderis inter me, & vos &c. Et dicit, *Octaua die,* quia hæc erat differentia inter proselytos, & eos qui erant de genere Abrahæ, quia illi non octaua die, sed iã adulti quando conuertebantur: sed isti secundum legem octaua die. Gen.17. Infans octo dierum circuncidetur ex vobis. Sic ergo non vt proselytus, sed vt vere Israelita fuit. Secundo, quantum ad ipsum genus, & primo quantum ad gentem, cum dicit. *Ex genere Israel.* Ex Abraham enim, duæ gentes descenderunt. Vna per Isaac: & alia per Ismael. De primo, duæ. Vna per Esau & alia per Iacob. Sed duæ. s. quæ ex Esau, & Ismaelitæ nõ sunt consecutæ hæreditatem: sed solus Iacob, qui, & Israel. Ideo dicit, Ex genere Israel. 2.Cor.11. Israelitæ sunt, & ego. Item, quantum ad tribum: quia in tribu Israel erant quidam de ancillis s. de Bala, & Zelpha: quidam de liberis. s. Lia, & Rachel. Et inter istos, quidam semper erãt in cultu Dei. s. Leui, Iuda, & Beniamin. Aliæ tempore Hieroboam conuersæ sunt ad idola. Et ideo tribus Beniamin priuilegiata erat, quia in fide, & dilectione vxoris, & in ea templum Deut.33. Beniamin amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet, &c. Gen. 49. Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Quo figurabatur Paulus, qui fuit quandoque contra Ecclesiam. Tertio, quantum ad nomen, & linguam, cũ dicit, *Hebræus.* Aliqui dicunt, quòd Hebræus dicitur ab Abraham: & hoc dicit Augustinus, sed postea retractat. Sed dicitur ab Heber de quo Gen.11. Quod autem non Abraham, patet: quia etiam Abrahã dicitur Hebræus. Gen.14. Nuntiauit Abrahæ Hebræo. Dicit Glo. super Gen.11. Quòd tempore Heber, diuisum est labium gentium omnium, & illa lingua, quæ prius erat, remansit in familia Heber, & in cultu vnius Dei, & inter omnes Hebræos. Natus est etiam ex parentibus Hebreis, & ideo dicit, Ex Hebræis. Deinde ostendit suam eminentiam, quo ad conuersationem. Et primo quantum ad sectam, cum dicit. *Secundum legem pharisæus.* Apud Iudæos siquidem erant tres sectæ. s. Pharisæo-
F rum, Saducæorum & Hesseorũ. Sed pharisæi magis ad veritatẽ accedebant, quia saducæi negabant resurrectionẽ, neq; credebãt esse angelos, neq; spiritus. Pharisæi aũt vtrunque confitentur: vt dr̃ Act. 23. Et ideo in hoc cõmendabilior est secta pharisæorũ. Qũo autem pharisæus fuerit, dicitur Act. 26. Qm̃ ſm certissimam sectã nostræ religionis vixi pharisæus. Secundo, quantum ad æmulationẽ quam habuerunt Iudæi, licet non secundũ scientiã, in persequẽdo Christianos: iõ dicit; *Persequẽs ecclesiam Dei*: Gala. 1. Qui persequebatur nos aliquando, nunc aũt euangelizat fidẽ quam aliqñ expugnabat. Et Act. 26. Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni, debere multa contraria agere, qđ & feci Hierosolymis, & multos sanctorum, ego in carceribus inclusi &c. 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus, qm̃ persecutus sum ecclesiã Dei. Tertio, quantũ ad innocentiã conuersationis. Ideo dicit; *Secundum iustitiam &c* Hæc iustitia consistit in exterioribus, sed iustitia fidei est cordis. Act.15. Fide purificans corda eorũ. Nã quantũ ad iustitiã exteriorẽ, Apostolus innocẽter vixit. Et ideo dicit; *Sine querela.* Non aũt ait, sine peccato, quia querela est peccatũ scandali proximorũ in his, quæ sunt exteriora. Luc.1. Incedẽtes in oĩbus mandatis & iustificationibus Dñi, sine querela &c.
H Et ideo nõ est contrariũ, quod dr̃ Ephe. 2. In quibus & nos ambulauimus, quia veram iustitiã fidei, quæ facit hoiem purum, tunc non habuit, sed solũ legis. Deinde cum dicit; *Sed quæ mihi &c.* Oñdit contemptũ suæ eminentiæ in legalibus. Et primo, ostendit propter quid legalia contempsit in generali: secundo in speciali, ibi; *Veruntamen &c.* Dicit ergo; *Hæc quæ fuerunt &c.* Idest reputabã magna. s. q pharisæus &c. Hæc sum arbitratus propter Christũ mihi detrimenta. i. reputo q sunt mihi in detrimentum. Legales. n. obseruantiæ, quæ tempore legis erant efficaces, post Christũ factæ sunt noxiæ. Et ideo dicit; *Detrimenta.* Et finis huius est Christus. Et ideo dicit; *Propter Christum.* Et exponit, quia primo propter Christũ cognoscendũ: secundo pp Christum adipiscendũ. Quantũ ad primum, dicit; *Veruntamen existimo omnia detrimenta esse*: verum est, si eis inniteretur. Et hoc quod aliqñ feci, reputo mihi detrimentũ, & hoc propter desiderium rectæ scientiæ Christi Dñi mei. 1.Cor. 2. Nihil reputaui
I me scire nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Et hoc; *Propter eminentem scientiam &c.* Quia hæc superat oẽs alias scientias. Nihil. n. melius põt sciri, q̃ verbum Dei, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. Quantum ad secundum dicit; *Propter quem omnia &c.* Et primo, ostendit quòd propter Christum adipiscendum contempsit legalia. Secundo, ostendit quòd possit Christum adipisci, ibi; *Non habes &c.* Dicit ergo; *Omnia detrimentum facio,* habendo me ad ea sicut ad detrimentum, & vilia: & hoc; *Vt Christum lucrifaciam,* idest adipiscar ipsum & adiungar ei per charitatem.

LECTIO II.

NON habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illã quæ ex fide est Christi Iesu, q̃ exDeo est iustitia in fide, ad cognoscẽdũ illũ, & uirtutẽ resurrectionis eius, & societatẽ passiõis illius cõfiguratus morti eius, si qũo occurram ad resurrectionem, est ex mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autẽ, si quomodo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres. ego me non arbitror cõprehendisse. Vnũ autem (quæ quidẽ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quę sunt priora extendens meipsum) ad destinatũ persequor brauium superne vocationis Dei in Christo Iesu.

LECTIO SECVNDA.

OSTENDIT supra, præterita lucra contẽnere pp Christũ, & oñdit q intẽdebat Christum cognoscere, & Christũ lucrari, & hoc intendit hic specialiter exponere. Et primo, qũo desiderat Christum lucrari & inueniri in eo per iustitiã. Secundo, per
K passionis tolerantiã, ibi; *Configuratus &c.* Circa primum, primo oñdit, quæ sit iustitia, quã dereliquit. Secundo, quæ sit quã quærit; ibi; *Sed &c.* Sciendũ est aũt, q iustitia qñq; sumitur, vt est specialis virtus, per quã hõ ponit rectitudinẽ in his, quæ sunt ad cõmunẽ conuictum, & ſm quod est in his directiua: nã tẽperantia est circa interiores passiones. Iustitia autẽ est ad alterũ. Alio modo iustitia dicitur virtus generalis, ſm qđ hõ seruat legẽ propter bonũ cõmune: & hoc modo frequenter in scriptura sacra ponit pro obseruãtia diuinæ legis. Psal.118. Feci iudiciũ & iustitiã. i. legẽ, quã seruabat ex amore, quasi motus ex se: & sic est virtus. Non aũt si alio modo. i. ex aliqua exteriori causa. s. vel propter lucra, vel propter pœnas, & si obseruatio ei displiceat. Et secundum hoc est duplex modus iustitiæ: vnus est iustitiæ moralis: alius est iustitiæ legalis, per quam, legem non ex amo-

re,

re, sed timore seruat. Et ideo dicit; *Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est*: quia ut dicit Aug. Breuis differentia legis & euangelii est, amor & timor. Rom.8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis &c. Sed si tua est, quomodo est ex lege? Respõdet, immo est mea, quia humana uirtute absq; habitu gratiæ interioris iustificantis facio talia opera, sed ex lege est, sicut a docente. Vel mea est, quòd pręsumo p me eam seruare. Roma. 10. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quę ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. De hac iustitia, quã quærit tria dicit. s. modum adipiscendi, actorem, & fructũ. Modus est, quia non adipiscitur, nisi
B ex fide Christi. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dñm nostrum Iesum Christum. Ro. 3. Iustitia aũt Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt. Actor aũt est Deus, & non homo. Ro. 8. Deus q iustificat. Rom. 4. Credenti autem in eum, qui iustificat impiũ, reputatur fides eius ad iustitiã, ſm propositum gratiæ Dei. Et ideo dicit; *Quę ex Deo est &c.* Act. 5. Et Spiritussanctus quem dedit Deus omnibus &c. Fructus est cognitio eius, & virtus resurrectionis eius, & societas sanctorum eius. Et de huiusmodi, secundum duplicem cognitionem, potest dupliciter agi. Vno modo, exponendo de cognitione viæ, & sic oportet tria cognoscere de eo. Primo, eius personam s. q est verus Deus, & verus homo. Et ideo dicit, ad cognoscendum illum. Io. 14. Tanto tpe
C vobiscum sum, & non cognouistis me &c. Secundo, gloriam resurrectionis eius. Vnde dicit, *Et virtutem resurrectionis eius.* i. resurrectionem virtuosam factam propria virtute, Tertio, qualiter eum imitentur, ibi *Et societatem,* scilicet, vt ei sociemur in passione. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplum, vt sequamini vestigia eius. Secundo, de cognitione experimentali, & incipit a posteriori, quod est vltimum in executione, & primum in intentione. Primum est agnitio Dei per essentiam, ad quam ducit fides. Hier.31. Omnes cognoscent me, a minimo eorũ vsque ad maximum, dicit Dominus &c. Et ideo dicit ad cognoscendum illum. Secundo, quia non solum anima glorificatur, sed ex hoc etiam corpus erit gloriosum. Ideo dicit, *Et virtutem resurrectionis eius,* scilicet ex qua resurgemus. 1.Cor. 15. Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra &c. Tertio, societatem, quia per experientiam habebimus quantum valeat
D societas passionis eius. 1. Cor. 1. Fidelis autem Deus, per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domini nostri.

Deinde cum dicit *Configuratus &c.* Ostendit, quomodo velit lucrari & inueniri in eo per tolerantiam passionis. Et primo ponit tolerantiam: secundo fructum, ibi *Si quo modo &c.* Dicit ergo, Inueniar non solum habens iustitiam, sed configuratus morti eius, vt patiar propter iustitiam & veritatem, sicut Christus. Gal. vlti. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Fructus uero est, si quo modo &c. Ex passionibus enim hic toleratis, homo peruenit ad gloriam. Rom. 6. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. 2. Timo. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Ro. 8. Si tamen compatimur, vt & cõglorificemur. Et dicit *Si quo modo* propter difficultatem, arduitatem & laborem. Matt. 7. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam &c. Amos.4. Præpara te
E in occursum Dei tui Israel &c. Christus enim surrexit per potentiam propriam: homo autem non propria potestate, sed gratia Dei. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Vel potest intelligi de occursu sanctorum, quando occurrent Christo descendenti de cœlo ad iudicium.

Deinde cum dicit *Non quod iam &c.* Ostendit quomodo differtur suum desiderium. Et primo ostendit, quid de se sentit: secundo hortatur alios, vt idem de se sentiant, ibi *Quicunque enim perfecti &c.* Iterum prima in duas, quia primo ostendit, quomodo deficit a perfectione interna. Secundo hoc exponit, ibi *Fratres, ego me &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit se non peruenisse ad perfectionem. Secundo, quòd ad eam tendit; *Sequor autem &c.* Tendens in aliud, duo intendit, scilicet adipisci quæsitum, & frui illo. Frustra enim quæreret, si non eo frueretur & inhereret. Et ideo dicit; *Non quod iam acceperim,* scilicet gloriam quam quero. Sap. 5. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dei sui. Aut iam perfectus sim: 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur qđ
A ex parte est. Sed contra: Estote perfecti. Matth. 5. & Genes. 17. Esto perfectus. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est perfectio, scilicet patriæ & viæ. Perfectio namque hominis consistit in hoc, quòd adhæreat Deo per charitatem: quia vnũquodque est perfectum secundum modum, quo adhæret suæ perfectioni. Anima autem potest adhærere Deo dupliciter perfecte. Vno modo, vt totam actionem suã referat in Deũ actualiter: & cognoscat, vt cognoscibilis est: & hæc est patriæ. Sed inhæsio uiæ est duplex. Vna de necessitate salutis ad quã omnes tenentur, scilicet ut in nullo cor suum quis applicet ad
B id, quod est contra Deum, sed habitualiter referat totam vitam in eum. Et isto modo dicit Dominus. Matth. 22. Diliges Dominum deum tuum &c Deut.6. Alia est supererogationis, quando quis vltra communem statum inhæret Deo, quod fit remouendo cor a temporalibus, & sic magis appropinquat ad patriam, quia quanto deficit cupiditas, tanto plus crescit charitas. Quod ergo hic dicitur, intelligitur de perfectione patriæ.

Deinde cum dicit, *Sequor autem, &c.* Ostendit conatum ad eam, dicens, *Sequor,* scilicet Christum. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris &c. Io. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur. Et hoc. *Si quo modo comprehendam.* 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Sed contra, quia Deus est incomprehensibilis. quia Hier, 31, dicitur, Si mensurari potuerint cœli desursum, & inuestigari fundamanta terræ deorsum &c. Re-
C spondeo, Dicendum est, quòd comprehendere, vno modo est includere: sicut domus comprehendit nos. Alio modo idem est, q attingere, & tenere. Primo ergo modo est incomprehensibilis: quia non potest includi in intellectu creato, cum sit simplicissimus, quia non perfecte vides eum nec amas, sicut est visibilis, & amabilis: sicut qui nescit demonstrationem, nescit demonstratiue, sed opinatiue. Deus autem perfecte seipsum cognoscit, ut cognoscibilis est. Cuius ratio est, quia res cognoscitur secundũ modum sui esse, & veritatis: Deus autem lux est, & veritas infinita, sed nostrum lumen est finitũ. Et ideo dicit, *Sequor, si quo modo comprehendam:* hoc intelligendo, secundo modo scilicet attingendo. Cant. vlti. Tenui eum, nec dimittam &c. In quo, & comprehensus sum. Quod tripliciter intelligitur. Nam tota gloria est in dicta Dei comprehensione, vt scilicet Deus sit præsens animæ nostræ. Sed non omnes habent æqualem beatitudinem:
D quia quidam clarius vident, sicut etiam quidam ardentius amabunt, & plus gaudebunt. Vnde quilibet habebit certam mensuram, & hoc ex prædestinatione diuina. Et ideo dicit, *In quo, & comprehensus sum.* Quasi dicat, in tali mensura intendo comprehendere, secundum quod mihi dispositum est a Christo. Vel sequor vt comprehendam, sicut comprehensus sum. Quasi dicat, Vt videam eum sicut ipse me videt. 1. Ioan.3. Videbimus eum sicuti est i. non per similitudinem, sed per essentiam. Vel comprehendam videndo Christum gloriosum. In quo comprehensus sum. i in illa gloria, qua apparuit quando conuersus sum.

Deinde cum dicit. Fratres ego, &c. Exponit quæ dixerat: & primo de defectu perfectionis: secundo de sequela, ibi *Vnum autem &c.* Dicit ergo, *Ego, &c.* Quasi dicat, Non sum sic superbus, quòd attribuam mihi, quod non habeo, sed sequor, &c. Quod tripliciter legitur. Vno modo sic, *Vnum arbitror,* scilicet q *Quæ retro sunt, &c.* Vel nõ arbitror me comprehendisse, sed prosequor
E vnum s. ad destinatum, &c. Vel non arbitror me comprehendisse illud, supra. Psal. 26. Vnã petii &c. Et tunc ostẽdit quid deseruit, quia vel temporalia lucra, vel temporalia bona, vel merita præterita: quia non debet homo comparare Deo merita præterita. Secundo ostendit ad quid tendit scilicet, *Ad ea &c.* Idest, vel quæ pertinent ad fidem Christi, vel maiora merita, vel cœlestia. Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit &c. Et dicit, *Extendens.* Qui enim aliquid vult capere, extendit se quantum potest. Sed debet cor extendere se per desiderium. Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ ducit ad regnum perpetuum &c. Sed ad quid tendit? *Ad destinatum brauium,* quod est præmium solius currentis. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Dico autem ad hoc brauium destinatum mihi a Deo, *Quod est supernæ uocationis Dei.* Roma. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. Et hoc. *In Christo Iesu,* idest, per fidem Christi.

LECTIO TERTIA.

SVPRA ꝓposuit quomodo ab vltima perfectione deficiebãt: nunc horratur alios ad idem sentiendum. Et primo ponit exhortatio: secundo, quid ab eis necessario exigatur, ibi *Veruntamen ad quod peruenimus &c.* Dicit ergo, *Quicunq; &c.* scilicet, quod ego sentio. s. quòd non sum perfectus. Quomõ ergo si perfecti sumꝰ sentimus, quasi non perfecti? Respõdeo. Dicẽdum, quòd ꝑfecti ꝑfectione viæ, sed non perfecti perfectione comprehensionis, quando. s. tota intentio fertur actu in Deũ. In via vero habitualiter, ꝙ scilicet nihil contra Deum faciamus. Et dicit. *Quicunq;*: qa quanto quis est perfectior, tanto imperfectum se magis cognoscit. Iob. vlt. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere, &c. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni, & mali. *Et si quid aliter, &c.* In Glo. quatuor modis dicitur: & primo, ponuntur duo sensus magis literales. Vnus talis, dico quòd vos sentiatis quod ego. s. vos esse imperfectos. tamen si quid aliter, idest, melius de uobis sapiatis quàm ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationem diuinam donatum. Et quando altius est vobis reuelatum aliquid quod non mihi, non contradico, sed cedo vestræ reuelationi. *Veruntamen nolo*, quòd propter hanc reuelationem ab unitate ecclesiæ discedatis: sed teneamus, ex vnitate illud. *Ad quod peruenimus ut idem sapiamus, &c.* Quæ vnitas ecclesiæ, consistit in unitate veritatis fidei, & rectitudinis bonæ operationis. Et utraque seruanda est 2. Cor. vlti. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c. et eadem regula bonæ vitæ. & operationis. Gal. vlti Quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia &c. Vel aliter: dico etiam si uos propter ignorantiam, vel infirmitatem aliter sapitis, quàm ueritas habet, humiliter confiteamini nec proterue defendatis. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis &c. Vel aliter, dico, quòd idem sentiamus. s. nondum comprehendisse, sed si quid aliter nunc sapiatis, q̃ sapiendum sit in futuro, quia Nunc videmus in speculo, tunc autem facie ad faciem Deus reuelabit in futuro. Psal. 28. Reuelabit condensa &c. Vel aliter, siue sapiatis hic obscure, siue in futuro manifeste, Deꝰ reuelabit, quia fides ex Deo est, *Veruntamen &c.* Non mutatur. Deinde cum dicit *Imitatores, &c.* Inducit ad sui, & aliorum imitationem, vt caueãt malos. Et primo proponit intentionem; secundo rationem, ibi *Multi enim &c.* Dicit ergo, Quia hæc reputo, vt stercora &c. In hoc imitatores &c. Io. 10. Vocem eius audient &c. Ego sum pastor, vos oues meæ per imitationem. 1 Corint. 4. &. 11. *Imitatores mei estote*, sicut & ego Christi &c. Et *obseruate*. i. diligenter considerate, *Qui ita ambulant, sicut ego*. Et uos scire potestis ex regula, & doctrina mea. 1. Timo. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate 1. Pet. 5. Forma facti gregis ex animo. Deinde cum dicit. *Multi &c.* Ponitur ratio monitionis: & primo ex parte vitandorũ: secdo, ex parte imitandorum, ibi. *Nostra autem conuersatio etc.* Ne autem hæc videatur ex odio dicere, præmittit suam affectionem. Secundo ostẽdit, quales sunt vitandi, ibi. *Inimicos &c.* Dicit ergo, Dico quòd imitandi indigent obseruatione, quia quidam aliter incedunt. s. de malo in peius. Psal 81 In tenebris ambulant &c. *Quos &c.* Vobiscum præsens, *Nunc autem, & flens* præ cõpassione. Hier. 9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et huius rationem ostendit, dicens, *Inimicos &c.* Quod describit. Primo ex opere: secundo, ex intentione, ibi *Quorum Deus &c.* Item, circa primum, primo proponit opus: secundo euentum operis ostendit, ibi *Quorum finis &c.* Opus eorum, est exercitium inimicitiæ contra crucem Christi. s. dicentium, quòd nullus põt saluari sine legalibus, in quo euacuant virtutem *Crucis Christi*. Gal. 2. Si enim ex lege iustitia, ergo Christus gratis. i. sine vtilitate mortuus est. 1. Cor. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his aũt, qui salui fiũt. i. nobis virtus Dei est. Et qd euenit? Certe nobis vita per crucem Christi: illis autem cõtrariũ, quia incurrent mortem. Vnde dicit. *Quorum finis, interitus.* s. mortis æternæ. Iob. 28. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidit &c. Deinde describit eos, quantum ad intentionem. Et primo manifestat eorũ intentionem, secundo ostendit, intẽtionis euentum, ibi *Et gloria &c.* Dicit ergo, *Quorũ Deus: &c.* Quasi dicat, Ideo disseminant. s. legalia esse obseruanda ꝑ lucrũ, & gloriã propriam, vt satisfaciant ventri. Roma. vlti. Domino nõ seruiunt, sed suo vẽtri, & per dulces sermones, & bñdictiones seducũt corda innocentiũ. Eccle 6. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Et dicit Deus, quia

Vicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamꝰ; & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formã nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitꝰ, quorum Deus uenter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio, in cęlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationẽ virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

LECTIO III.

CAP. IIII�. LEC. I.

Taque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudiũ meũ, & corona proprium Dei est, vt sit principium primum, & finis vltimus. Vnde, qui pro fine habet aliquid, illud est Deus suus. Itẽ, quæ runt gloriam suam contra illud Ioan. 8. Ego gloriam meam nõ quæro, est qui quærat, & iudicet &c. Sed euentus eorum erit in confusione, Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et hoc eorum, qui terrena sapiunt. i. quibus terrena placent, & ea quærunt. Et hi confundentur, quia status eorum transit. Rom. 8. Si ꝓm carnem vixeritis moriemini, &c. Glo. Quorum Deus. &c. Dei proprium est iustificare: qui ergo in cibis iustificationem ponebant, dicebant, Deum ventrem. Item, est in confusione: quia in confusibilibus. s. in circuncisione pudendorum, & occisione brutorum. Consequenter ostendit, quales sunt imitandi; ibi *Nostra autem conuersatio, &c.* Et primo describit in eis cœlestem conuersationem. Secundo expectationem, ibi. *Vnde et saluatorem, &c.* Tertio, vtilitatem, ibi *Qui reformabit corpus humilitatis.* Dicit ergo, Illi terrena sapiunt, sed nõ est sic de nobis, quia Nostra conuersatio in cælis est, idest perficitur per contemplationem. 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis, quæ videtur, sed quæ non videntur, &c. Item, per affectionẽ, quia sola cælestia diligimus. Item, per operationem, in qua est cælestis repræsentatio. 1. Cor. 5, Sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis, sed quare est ibi conuersatio? quia inde expectamus optimum auxilium. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes &c. Mat. 6. Vbi est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Vnde dicit, *Vnde expectamus saluatorem nostrũ.* Esa. 30. Beati oẽs qui expectãt eũ. Lu. 12. Similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptiis &c. Tria autẽ facit, iste aduentus. Primo, cõmunem resurrectionem. Ideo dicit, *Reformabit corpus humilitatis.* i. abiectionis, quia est mortalitati subiectum. Iob 25. Homo putredo & filius hominis vermis. 1. Cor. 15. Seminat in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute: Hoc corpus sic abiectum reformabit i. ad propriã formam reducet. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Secũdo, sanctorũ imitationem. Ideo dicit, *Configuratum corpori claritatis suæ.* Corpus siquidem Christi, est glorificatum per gloriã diuinitatis suę & hoc meruit per suam passionem: quicunque ergo participat virtutem diuinitatis per gratiam, & passionem Christi imitatur, glorificabitur. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. 1. Ioan. 3. Similes ei erimus. Matth. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit, *Secundum operationem diuinitatis suæ*, id est, per uirtutem in ipso, *Per quam possit subiicere omnia*, Omnes enim Christo subiicientur, quidam quantum ad salutem, quidã quantum ad pœnam: in primis exercebit misericordiam, in secundis iustitiam. Psalmus. 8 Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. 1. Corinth. 15. Pater subiecit omnia filio. Ioannis 5. Quæcunque pater facit & filius similiter facit.

LECTIO PRIMA.

SVPRA proposuit eis exẽpla sequenda, hic ꝑ admonitionẽ moralem, ostendit qualiter se debeant habere. Et primo ostendit, qualiter se habeant in futurum. Secundo, commendat eos de preterito, ibi, *Gauisus sum autem &c.* Circa primũ duo facit. Primo, monet ad persistẽdum in iam habito. Secundo, ad proficiẽdum in melius, ibi, *Gaudete in Domino semper &c.* Ite rũ prima diuiditur in duas partes. Quia primo inducit ad perseuerandũ in generali. Secundo ponit speciales modos ad singula res personas, ibi, *Euchodiam rogo &c.* Circa primũ, primo cõmemorat ad eos suũ affectum. Secundo ponit monitionem, ibi, *Sic state &c.* Affectum autem suum commendat quintupliciter. Primo secũdum fidẽ, ostendens eos sibi dilectos. Vnde dicit, *Fratres*. s. per fidem. Matt. 23. Omnes uos fratres estis. Secundo, per charitatem. Vnde dicit, *Charissimi*. 1. Corin. 10. Charissimi mihi &c. Tertio, secũdum desiderium. Vnde dicit, *Desideratissimi*. supra. i. Testis est mihi Deus quomodo cupiã &c. Et dico desideratissimi, quia desidero vos, uel quia me desideratis. Quarto, per gaudium. Vnde dicit, *Gaudium meum.* Et hoc. s. quia estis boni Prouer. 10. Filius sapiens lætificat partem &c. Quinto per rationem gaudii. Vnde dicit *Corona mea* 1. Thes. 2. Quæ est enim spes nostra aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne uos? &c. Deinde cum dicit, *Sic state &c.* Ponit monitionem de perseuerantia, dicens, *Sic state &c.* i. sicut ego, perseuerate, vel sic, sicut statis. Matt. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit, *Euchodiam rogo &c.* Singulares monitiones ponit. Et primo de concordia. Secundo, de solicitudine aduitorii, ibi, *Etiam rogo te &c.* Hæ duæ mulieres sanctæ ministrabant sanctis in ciuitate Philippensi, & forte erat aliqua discordia inter eas, ideo eas ad concordiam reuocat. 2. Cor. vlt. Idem sapite. Deinde cum dicit, *Etiam rogo te &c.* Quendam rogat vt adiuuaret quasdam personas. Et dicit compar, quia socius erat prædicationis eius. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas fortis. *Adiuua illas &c.* Et ad hoc rogo omnes, quorum nomina &c. Quod ponit, ne si alios non nominaret, turbarẽtur. q. d. Non est magnum, si non scribo omnium nomina, quia sunt scripta in meliori loco. Matt. 5. Gaudete & exultate &c. Liber vitæ secundum Glos. est prædestinatio sanctorum, & hoc est uerum secundum rem: sed differt ratione. Sciendum est autem, quòd olim erat consuetudo, ꝙ qui ordinabantur ad aliquod officium, uel dignitatem, scribebantur in matricula, sicut milites & senatores, qui palatio cõscripti erant. Omnes autem sancti prædestinati eliguntur a Deo ad magnũ. s. ad uitã æternã. Et hæc ordinatio est prædestinatio. Conscriptio huius ordinationis dicitur liber vitæ: & hæc cõscriptio est in memoria diuina, quia inquantum ordinat, prædestinat. Inquantum uero immobiliter scit, dicitur esse præscriptio. firma ergo notitia de prædestinatis, dicitur liber uitæ. Sed nunquid aliqui inde delentur? Sciendum est, quòd aliqui sunt scripti simpliciter, aliqui inde delentur. Sciẽdũ est, quòd aliqui secũdũ quid. Sunt. n. aliqui prædestinati a Deo, vt habituri simpliciter vitam æternam, & isti sunt scripti indelebiliter. Aliqui, vt habeant vitam æternam non in se, sed in sua causa, inquantum ordinantur ad iustitiam præsentem, & tales dicuntur deleri de libro vitæ, quando excedunt a præsenti iustitia. Deinde cum dicit *Gaudete in Domino &c.* Hortatur eos ad proficiẽdum in melius, & primo ordinat eorum animum ad proficiendum in melius. Secundo actum eorum, ibi *De cætero &c.* Animum autem, ordinat tripliciter, & primo quantum ad spirituale gaudiũ, secdo quantum ad spiritualem quietem, ibi *Nihil soliciti &c.* Tertio, quantum ad pacem, ibi *Et pax &c.* Circa primum, primo describit quale debeat esse nostrum gaudium. Secundo, ostendit gaudii causam, ibi *Dominus prope &c.* Necessarium est enim cuilibet volẽti proficere, quòd habeat spirituale gaudiũ. Prouer. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, &c. Conditiones autẽ quatuor, veri gaudii tangit Apostolus, & primo quòd debet esse rectum, quod est, quando est de proprio bono hominis, quod nõ est quid creatum, sed Deus. Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonũ, est, &c. Tunc autem rectum est, quando in Domino. Ideo dicit, *In Domino*. Nęemiæ. 8. Gaudium Domini est fortitudo vestra. Item, continuum. Vnde dicit. *Semper*. 1. Thes. vlt. Semper gaudete, quod fit qñ non interrumpitur peccato: tunc enim est cõtinuum. Aliquando vero interrumpitur per tristitiam temporalem, quod significat imperfectionem gaudii. Cum. n. qs perfecte gaudet, non interrumpitur eius gaudium, quia parum curat de re, parum durante. Et dicit, *Semper*. Item, multiplicatum debet esse, si. n. gaudes de Deo, imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Luc. 1. Euangelizo vobis gaudium magnũ, quia natus est, &c Item, vt gaudeas de actione. Prouer. 21. Gaudiũ est iusto facere iudicium &c. Imminet etiam tibi gaudium de contemplatione. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuersatio illiꝰ. Itẽ, si gaudes de bono proprio imminet tibi gaudere similiter de bono aliorũ. Itẽ, si d̃ ꝑsenti imminet ẽt de futuro, & ideo dicit, iterum, &c. Item, debet esse moderatũ, ne s. effluat per voluptates, sicut facit gaudium mundi. Et ideo dicit *Modestia uestra, &c.* Quasi dicat, Ita sit moderatum gaudium vestrum, quòd non vertatur in dissolutionem. Iudith vlti. Populus erat iucundus ꝓm faciẽ sanctorum &c Proue. 12. Qui suauis est, viuit in moderationibus. Et dicit. *Nota sit omnibus hominibus*. q. d. Vita uestra sic moderata sit in exterioribus, vt nullius offendat aspectum: impediret. n. cõuersationem vestram. Deinde cum dicit. *Dominus enim prope est.* tangitur causa gaudii. Homo. n. gaudet de propinquitate amici. Dñs qdem prope est, præsentia maiestatis. Act. 17 Non lõge est ab vnoquoq;. Item, est prope ꝑ propinquitatem carnis. Ephe. 2. Qui eratis longe, facti estis prope. Item, est prope per inhabitantem gratiam. Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Item, per exauditionis clemẽtiam. Psal. 144. Prope est Dñs inuocantibus eum. Item, ad remunerandum. Esa. 14. Prope est, vt veniat tẽpus eius, & dies eius non elongabuntur, &c. Deinde cum dicit *Nihil soliciti. &c.* Ostendit, quòd mens nostra debet esse qeta: & primo oñdit superfluam solicitudinem. Secundo oñdit, quid loco eius in mente succedat, ibi *Sed in omni oratione &c.* Et satis conuenienter subdit. *Nihil soliciti &c.* Ad hoc quod dixerat. Dñs prope est. q. d. ipse oia tribuet, vnde non necesse est, quòd sitis solliciti. Matth. 6. Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, qd induamini &c. Sed contra, qa dicitur Rom. 12. Qui præest, in solicitudine. Respondeo. Dicẽdum est, quod solicitudo, qñq; importat diligẽtiã q̃rendi qd deest, & hoc est commendabile, & opponitur negligẽtiæ: qñque anxietatẽ animi cum defectu spei, & timore de obtinendo id circa qd̃ solicitatur, & hanc prohibet Dñs. Matt. 6. Et hic Apo. qa nõ debet desperare, quin Dñs det necessaria. Sed loco solicitudinis debemꝰ habere recursum ad Deũ. 1. Pet. vlt. Omnẽ solicitudinẽ proiiciẽtes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis, Et hoc fit orando. Et ideo dicit, *Sed in omni &c.* Et conueniẽter postq̃ dixit, Dñs prope est, subdit de petitione. Nouo. n. Dño veniẽti, porriguntur petitiones Et ponit quatuor, quæ necessaria sunt in qualibet oratione. Oratio. n. importat ascensũ intellectus in Deũ. Et ideo dicit, *In omni oratione* Eccle. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit &c. Item, debet esse cum fiducia impetrãdi, & hoc ex Dei misericordia. Dan. 9. Neq; s. n. in iustificationibus nostris prosterminus preces ante faciẽ tuã, sed in miserationibus tuis multis &c. Et ideo dicit, *Obsecratione*, quæ est contestatio per Dei gratiam, & eius sanctitatẽ, & ideo se humiliantis est, Prouer. 18. Cum obsecratione loquitur pauper. Et hoc fit cum dicimus, Per passionẽ, & crucẽ tuam &c. Quia vero ingratus de beneficiis accepris, indignꝰ est, vt alia accipiat, ideo subdit. *Cum gratiarum actione*. 1. Thes. vlti. In omnibus gratias agite. Et tunc ꝓponit petitionem. Et ideo dicit, *Petitiones uestræ.* Mat. 7. Petite, & accipietis. Et hæc quatuor si bene considerem⁹, habẽt oẽs orationes ecclesiæ. Primo. n. inuocatur Deus, secdo cõmemoratur diuinum beneficiũ. Tertio, petit beneficiũ. Quarto, ponitur obsecratio, Per Dñm nostrũ &c. Sed notandũ, quòd dicit, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Nunqd Dñs nescit hoc? Ideo hoc tripliciter exponit in Glo. Primo. *Innotescant*, .i. approbentur ante Deum, & appareant quasi dignæ, & sanctæ Psal. 140. Dirigatur domine oratio mea sicut incẽsum in cõspectu tuo &c. Vel innotescant nobis ipsis, quod semper sint apud Deum. q. d. Non oretis propter fauorem populi. Matt 6 Tu autẽ cum orauerís intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio, ora patrẽ tuum in abscondito &c. Vel innotescant his, qui sunt apud Deum

Deum .i. angelis per quorum ministerium deferuntur Deo, non F quasi ignoranti, sed quia intercedunt p nobis. Apoc. 8. Ascēdit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli corā Deo &c. Deinde cum dicit. *Et pax, &c* Ordinat animū quātum ad pacē p illa supradicta, dispositū. Et hanc per modū orantis optat. Pax sm Augustinū, est tranquillitas ordinis, pturbatio .n. ordinis est destructio pacis. Hæc ordinis tranquillitas tripliciter cōsideraē. Primo, put est in principio ordinis .s. in Deo. Ro. 13. Quæ a Deo sūt, ordinata sunt, &c. Ab isto profundo in quo est pax, deriuaē primo, & pfectius in beatos in quibus nulla est pturbatio, & nec culpæ, nec pœnæ, & cōsequēter deriuaē ad sanctos viros. Et quāto est magis sanctus, tāto minus patitur pturbationē mentis. Ps. 118. Pax multa diligentibus legē tuā, & nō est illis scandalum, sed pfecta ē in beatis. Esa. vlt. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuiū pacis, &c. Quia vero cor nostrū ab omni perturbatione nō potest esse alienū nisi per Deū, oportet q p ipsum fiat. Vnde dicit, *Dei.* Et hoc sm q cōsideraē in ipso pricipio, exuperat omnē sensū creatū, qa vt dr .1. Ti. vlt. Lucē habitat inaccessibilē. Iob. 36. Ecce Deus magnus vincēs sciētiā nostrā &c. *Et* sm q est in patria, superat omnē sensum angelorū, sed sm quod est in sanctis in via, exuperat omnē sensum humanū nō habentiū gratiā. Apoc. 2. Vincēti dabo manna absconditū, & dabo illi calculum &c. Hæc ergo pax *Custodiat corda uestra*. i. affectus vestros, vt i nullo declinetis a bono. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Item, *Intelligentias vestras*. s. vt in nullo deuietis a vero. Et hoc. *In Christo* Iesu. Per cuius .s. charitatē cōseruatur affectus a malo, & p cuius fidē intellectus pseuerat in vero. Deinde cum dicit. *De cætero &c.* Ordinat actum, & primo inducit eos ad bene agendum, vbi ponit actionis obiectū .s. bonū. quod agitur. Scdo, motiuum actus. Tertio, actum. Quarto, fructū act9. Hæc quatuor sunt hic. Obiectū aūt boni actus, vel est obiectū cognitionis, vel affectionis. Quantū ad intellectū est verū, quātū ad effectū est bonum. Et ideo dicit, *De cætero*. i. ex quo sic estis firmati, *Cogitate quæ sunt vera per fidem.* Zacha. 8. Pacē & veritatē diligite &c. Quantū aūt ad affectū, sciendū est, quòd q̄dam sūt de necessitate virtutis, q̄dam superaddita. De necessitate virtutis sunt tria. Primo, vt integer sit in se, & quantū ad hoc dicit, *Quæcunque pudica*. i. casta. Iacob. 3. Quæ de sursum est sapientia, primū q̄dem pudica est, &c. Item, quòd sit directus ad pximū. Vnde dicit, *Quæcumque iusta &c.* Matt. 5. Beati q esuriunt, & sitiunt iustitiam &c. Item, ordinatus ad Deū. Vnde dicit. *Sancta.* Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, oībus diebus nostris &c. Obiecta aūt necessitati superaddita sunt duo, primo, q sit inductiuū ad amicitiā; Secūdo, q sit cōseruatiuū bonæ famę. Quātū ad primū dicit. *Quæcunq; amabilia* i. q̄ inducūt ad mutuā amicitiā. Ecc. 7. Nō te pigeat visitare īfirmū. Ex his .n. i dilectione firmaberis. Prou. 18. Vir amicabilis ad societatē, magis amicus erit q̄ frater. Quātū ad scd'um dicit. *Quæcūq; bonæ famæ.* Multa .n. possent fieri cū bona cōsciētia, q̄ tn̄ pp famā sunt dimittenda. Eccle. 41. Curam habe de bono nomine. Hoc .n. magis permanebit, q̄ mille thesauri magni, & ptiosi. Motiuū ad opandum est duplex. Primo, inclinatio interioris habitus. Secundo, exterior disciplina, seu instructio. Quantū ad primum dicit. *Si qua virtus*. i. habitus virtutis est in vobis .s. inducat uos ad hoc. Eccle. 44. Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificātes in domibus suis. Quantū ad scd'um dicit, *Si qua laus* .i. laudabilis disciplina .s. est in vobis, facite bona. Psal. 118. Bonitatē, & disciplinā & scientiā doce me, &c. Et exponit qualis sit ista disciplina dicens. *Hæc cogitate*. s. quæ didicistis, me docente. Matt. 11. Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde &c. &. 1. Thess. 2. Cū accepissetis a nobis verbū auditus Dei, accepistis illud, non vt verbū hoīum, sed sicut est vere verbū Dei &c. Et vidistis per exempla. Sic .n. patet motiuū actus, & obiectum, quia disciplina habeē p doctrinā. Et oportet, q primo capiaē. vnde dicit. *Hæc cogitare.* Item, q ei assentiaē. Vnde dicit. *Et didicistis, & accepistis.* Itē habetur p auditū, & visū. Vnde dicit *Quæ audistis, & uidistis.* Bon9 act9 est duplex .s. vn9 interior q ponitur, ibi *Hæc cogitate.* 1. Ti. 4 Hæc meditare: exterior, ibi. *Agite.* Esa. 1. qescite agere puerse, discite bn̄facere &c. Fructus est Deus, ibi *Et Deus pacis &c.* quasi dicat: Si hoc feceritis, erit vobiscū De9. 2. Cor. vl. Pacē habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscū.

LECTIO II.

Gauisus sum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico: ego .n. didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat. Veruntamen benefecistis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem, & vos Philippenses, quòd in principio euāgelii, quādo profectus sū a Ma- G cedonia, nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, qa & Thessalonicam semel, & bis in usū mihi misistis. Non quia quęro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia, & abundo: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desideriū uestrum, secundum diuitias suas in gloria in Christo. Deo autem, & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. Salutate oēm sanctū in Christo Iesu, Salutant vos oēs qui mecū sunt fratres. Salutāt uos omnes sancti, maxime aūt q de Cæsaris domo sunt. Gratia Dn̄i nostri Iesu Christi cū spiritu uestro. Amē.

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS ostendit Apostolus qualiter fideles se debeant habere in futurum, hic commendat eos de præterito sibi impenso beneficio. Et primo ponit commendationem: scdo terminat epistolam in oratione, & salutatione ibi, *Deus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo commēdat eos de beneficio impenso: secūdo beneficiū diffusius exponit, ibi, *Non quasi &c.* Item, prima pars diuiditur ī tres particulas, quia primo ponit gaudiū cōceptum ex eorū bn̄ficio: Scdo commendat eorum beneficiū ibi *Quoniam tandem &c.* Tertio, excusat tarditatem, ibi *Occupati, &c.* Dicit ergo: moneo vt gaudeatis, sed ego gauisus sum propter ea quæ fecistis, non in rebus, sed in Domino. Abac. 3. Ego autem in Domino gaudebo &c. Gauisus sum inquam, vehementer, qa pp filios meos. Deinde ponitur materia gaudii, ibi *Quoniam tandem, &c.* Bona opera sunt opera misericordiæ, & dicuntur flores, quia sicut ex flore fructus prouenit, ita ex eis fruitio vitæ beatæ percipitur. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Quando ergo opus bonum intermittitur, & postea resumitur, dicitur reflorere. Isti autem aliquando prouiderāt Apostolo, & iterum nunc prouiderunt, ideo dicit eos refloruisse, & hoc exponit cū subdit. *Pro me sentire*, idest, mihi compati, supra. 1. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis &c. 1. Mach. 10. Quæ nostra sunt, sentias nobiscum, vt conserues amicitias ad nos &c. Sicut & olim H sentiebatis .s. quando mihi prouidistis. Et hoc tandem aliquando, quia licet tarde, tamen aliquando fecistis. Rom. 1. Si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam &c. Deinde cum dicit, *Occupati &c.* Excusat tarditatem q.d. Non imputo negligentiæ vel culpæ, sed necessitati, quia eratis occupati propter tribulationes quas passi estis. Eccl. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus &c. Deinde cum dicit *Non quasi propter.* Beneficium exponit, & primo causam gaudii. Secundo beneficium quo floruerunt, ibi *Scitis autem, & uos*. Tertio commemorat beneficium præsens, ibi, *Habeo autem omnia.* Item primo, excludit causam gaudiī æstimatam. Secundo, declarat propriam mentis constantiam, ibi. *Ego enim didici &c.* Tertio, approbat beneficentiam, ibi, *Veruntamen bene fecistis.* Dicit ergo, Non gaudeo propter penuriam a uobis propulsam, quæ grauis erat. Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. Sed tamen non deprimit animum, nisi eorum qui in diuitiis delectantur, aut qui gloriantur in sub- I stantia. Et ideo, Apostolus non tristatur de paupertate, cuius ratio est constantia mentis eius, quam primo ponit. Secundo causam eius, ibi *Omnia possum, &c.* Item primo, ponit constantiam in speciali casu. Secundo, generaliter in omnibus, ibi, *Vbique &c.* Dicit ergo, paupertatem non timeo, quia didici &c. Nihil demonstrat ita mētem sapientis perfecti, sicut q sciat vti quolibet statu. Sicut enim est bonus dux, qui in quolibet exercitu operatur sm exigētiā eius, & coriarius, q ex quolibet corio facit optimos sotulares, sic ille perfectus est, qui scit vti quolibet statu, vt si sit in magno non eleuetur, & si in minimo non deiiciatur. Et ideo dicit, *Didici &c.* Esa. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii, &c. Et hoc sufficit si parum habeo: si multum, scio me contemperare. Et ideo se exponit, dicens. *Scio humiliari.* Humilitas autem quandoque dicit uirtutem quandam. Luc. 14. & 18. Qui se humiliat exaltabitur. Quandoque de- K iectionem. Psal. 104. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Et sic loquitur hic, dicens, *Scio humiliari*, idest abiectionem sustinere moderate, sicut oportet. Et quia homines exaltantur per diuitias, & deprimuntur per paupertatem, ideo exaltationem vocat abundantiam. Et in vtroque est periculum, quia ex abundantia erigitur animus contra Deum, ex paupertate deiicitur. Et ideo dicitur Prouerb. 30. Paupertatem, & diuitias ne dederis mihi. Sed Apostolus loquitur melius, quia virtute in utroque scit uti, & hoc vbique, idest, in omni loco, negotiis, statibus, & conditionibus institutus sum. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, &c.

Deinde cum dicit. *Omnia possum &c.* Ponit causam suæ constantiæ, dicens. *Omnia possum.* quasi dicat, Non possem hos insultus sustinere, nisi manu Dei me confortante. Ezec. 3. Manus Domini erat mecum. Esa. 40. Qui sperant in Domino, habebunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ &c. Sed nunquid superfluit quod misimus, cū scias egere? Non, quia licet A sciam, *Penuriam pati*, quod est virtus, tamē non debet mihi subuentio subtrahi. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Heb. 10. Nā, & vinctis cōpassi estis: & sic patet causa gaudii. Secundo, commemorat præteritum beneficium, ibi, *Scitis autem.* A quibusdam enim nihil accipiebat .s. Corinthiis, & Thessalonicensibus, & qa Corinthii erāt auari, & cum turbatione ministrassent, & quia Thessalonicenses erant otio dediti, laborabat dans eis exemplum laborandi. Isti vero erāt boni in absentia, & præsentia. Vnde dicit. 2. Cor. 11. Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. In ratione dati spiritualis, & accepti temporalis. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauim9, nō magnū est si nos carnalia vestra metamus? Quia & Thessalonicam, &c. Et hoc est argumentum, quòd Papa pōt ab vna ecclesia accipere in subsidium aliarum, non autem sine quacunque causa. Sciendum est autem, quòd cum quis dat aliquid alicui, duo sunt consideranda .s. substantia muneris, & meritum dantis. Qui gaudet de temporalibus, gaudet de substantia muneris, nec quærit nisi dantem, & hic est mercenarius. Qui autem quærit dantis meritum, quęrit fructum virtutis, & iustitiæ, & talis est pastor. Fructum inquam, qui abundat in ratione vestra. Ratio dicitur dupliciter, vel secūdum quod est virtus animæ, & sic omnis virtus est rationis. Roma 12. Rationabile obsequium vestrum. Quandoque est ratiocinatio, & computatio. Matth. 18. Qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Ideo dicit abundantiam in ratione, quia plus dabant, quàm tenerentur quia quidam tantum in præsentia, sed isti etiam mittebant Romam. Habeo autem, quæ misistis. Repletus sum acceptis .s. his q̄ misistis. *In odorem, &c.* Leuit. 3. & 4. Offerte holocaustum in odorem suauitatis Domino. Est enim odor Deo suauis, deuotio offerentium, & inter omnes hostias multum valent eleemosinæ. Heb. 13. Beneficientiæ autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Deinde cū dicit, *Deus aūt &c.* Finit epistolam in oratione, & primo ponit orationē, *Deus autem meus.* Vnus Deus est omnium per creationem, & potentiam, sed meus, qa singulariter ei seruio. Rom. 1. Testis enim est mihi Deus cui seruio. Impleat, &c. Quia implestis meū. Et hoc potest Dominus, quia abūdat secundum diuitias. Rom. 10. Item, Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocāt illum, &c. B Et hoc verum, in gloria .s. sua, quia ibi implebitur totum desiderium. Psal. 16. Statiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et hoc in Christo, idest, per Christum. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis, & pretiosa donauit Et de omnibus his sit Deo trinitati, & patri nostro gloria. 1. Tim. 1. Soli Deo honor, & gloria in secula seculorum. Seculum est spacium, seu duratio generationis aut memoriæ hominum. Posita primo oratione, & secundo gratiarum actione, tertio ponit salutationem dicens. *Salutate omnem sanctum*, idest, fideles in Christo, quia per Christum sanctificati. Heb. 13. Vt sanctificaret per suum sanguinē populum, extra portam passus est. *Maxime, &c.* Et per hoc intelligitur, q multos de familia Cæsaris conuertit. supra primo, Vt vincula mea manifesta in Christo fierent in omni prætorio, & cæteris hominibus, &c. Quàmuis aūt Matt. 11. dicaē, Qui mollibus vestiuntur in domibus regū sunt, tamen ad pmouendum bonos, & impediendum malos, videtur licitum sanctis in curiis regum commorari, sed non pro- C pter delitias, & concupiscentiam voluptatum. Et dicit, q de Cæsaris domo sunt, vt eos animet ad gaudium, & ad fidē. Deinde ponit suam salutationem de manu sua dicens. *Gratia Domini, &c.*

Finis expositionis. D. Tho. Aquinatis in Epistolam ad Philippenses.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

ROTEGEBAT castra gladio suo &c. 1. Mach. 3 Hæc verba congruunt materiæ huius epistolæ ad Colossenses, quia totus status huius vitæ est in pugnatione militantium, quorum habitacula castra dicuntur. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram: ideo habitacula fidelium, nomine castrorũ figurantur. Vnde ecclesia similitudinẽ habet castrorũ Gen. 32. Castra Dei sunt hæc. Hæc castra tripliciter impugnantur. A quibusdã quasi obedientibus, qui manifeste se erigunt contra Ecclesiam. Apoc. 20. Ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierũt castra sanctorũ, & ciuitatẽ dilectã. Ab aliis latenter decipit sicut ab hæreticis. Ro. vlti. Per dulces sermones, & bñdictiones, seducũt corda hoium &c. 2. Ti. 3. Mali aũt hoies, & seductores proficient in peius, errãtes & in erroré mittẽtes, &c. A quibusdam, scilicet domesticis, per diuersas corruptelas peccatorũ, quæ sunt ex corruptione carnis. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes &c. Prælati ecclesiæ sunt duces. Psal. 67. Principes Iuda duces eorum. Ad quorum officium pertinet, contra omnia prædicta castra ecclesiæ munire. Contra peccata quidem, per exhortationes. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Cõtra hæreticos, per sanam doctrinam. 1. Tim. 1. Amplectentem eũ, qui secundũ doctrinã est fidelem sermonem &c. Contra persecutores, exemplo scilicet patienter tolerando. Sic Paulus protexit gladio spirituali, qa in suis epistolis corripiebat peccata, confutabat hæreses, animabat ad patientiam. De primo, Ephe. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. De secundo, Tim. 3. Hæreticum hominem, post primam, & secundam correptionem deuita &c. De tertio. 2. Cor. 11. per totum patet, quomodo animabat ad patientiam. Et sic tanguntur duo in verbis propositis, scilicet ecclesiæ status, cum dicitur Castra, & Apostoli studium; ibi, Protexit. In castris autem, debet esse solicitudo ad mala vitanda. Deut. 23. Vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis. Item, ordo ad ducem, & ad se. Can. 7. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Gene. 32. Castra Dei sunt hæc. Item, terror ad hostes. Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Sed Apostolus circa protectionem erat solicitus tanquam pastor: cuius est dirigere oues diligenter ne errent. Ioan. 10. Ante eas vadit &c. Et sic Apostolus faciebat. Philip. 3. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Item, pascere abundanter, ne deficiant: 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est Domini gregem, &c. Et sic Apostolus faciebat 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis lac dedi vobis. Item, defendere potenter, ne pereant. Eccle. 7. Noli velle fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, & vel vrsus &c. Et ideo dicit, quòd Apostolus Protegebat castra, idest ecclesiam Dei gladio, quod est verbum Dei, vt dicitur Ephes. 6. Hebr. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Sic ergo materia huius epistolæ est hæc. Quia in epistola ad Ephesios ostendit mo dum Ecclesiasticæ vnitatis. In epistola ad Philippenses ostendit, eius profectum & conseruationẽ. In hac autem, agit de eius conseruatione cõtra hæreticos, q̃ deprauauerãt eos se ducendo, &c.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: his qui sunt Colossis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

LECTIO PRIMA.

G DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationem, & tractatum, ibi. *Gratias, &c.* Item, primo ponuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi *His qui sunt*. Tertio, bona optata, ibi. *Gratia uobis*.. Circa primũ, primo ponitur principalis persona. Secundo adiũcta, ibi. *Et Timotheus*. Principalis primo tangitur ex nomine Paulus, idest humilis. Tales, n percipiunt sapientiam. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Et ideo docet eam. Secundo ab officio scilicet, Apostolus, idest missus scilicet, ad procurandum salutem fidelium. Act. 13. Segregate mihi Saulũ, & Barnabã in opus, ad quod assũpsi eos. Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et Apostolus, non cuiuslibet, sed Iesu Christi, cuius gloriã quærit, nõ suiipsius 2. Cor. 4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Sed quidam aliquando perueniunt ad officium ex ira Dei propter peccatum populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Osee. 13. Dabo tibi regẽ in furore meo. Et ideo dicit. *Per uoluntatem Dei* scilicet, eius beneplacitum. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Persona adiuncta est Timotheus, vt scilicet In ore duorum, vel trium, stet omne verbũ, vt dicitur Deute. 17 Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Personæ salutatæ ponuntur, ibi *His, &c.* Sancti dicuntur maiores. Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso. Fideles dicuntur minores, qui saltem veram fidem tenent, quia Sine fide impossibile est placere Deo, vt dicit Heb. 11. *Vel sanctis*, idest, in baptismo sanctificatis, *& fidelibus*, idest permanentibus in fide accepta. Prouer. 28. Vir fidelis multum laudabitur, &c. Deinde ponuntur bona optata, scilicet gratia, q̃ est principium omnis boni Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Pax quæ est finale bonum omniũ. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Et per consequens optat omnia bona media. Et hoc. *A Deo*. Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. *Patre Domini, nostri Iesu Christi*, scilicet per naturam, sed nostro per gratiam. *Et Domino Iesu Christo*, & sic patre nostro, scilicet Deo in trinitate, & Domino Iesu Christo, quantum ad naturam assumptam.

LECTIO II.

GRatias agimus Deo, & patri Domini nostri Iesu Christi, semp pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quã habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est uobis in cælis; quam audistis in verbo

LECTIO SECVNDA.

HIc accedens ad propositum, incipit epistolarem tractatũ. Et primo, commendat euangelii veritatem. Secundo, contra contrariantia protegit veritatem status huius in. 2. cap. ibi, *Volo enim scire uos*. Circa primum duo facit. Primo, commẽdat euangelicæ fidei veritatem. Secundo, actorem huius status, ibi *Qui est imago*. Item, prima in duas, quia primo agit gratias pro beneficiis specialiter exhibitis Colossensibus. Secundo, pro exhibitis generaliter ecclesiæ, ibi *Gratias agentes*. Circa primum duo facit, qa primo, commendat gratiarum actionem Deo pro istis. Secundo, ostendit orationis materiam, ibi *Audientes*. Iterum, prima in duas, quia primo præmittit gratiarum actionem. Secundo, orationem, ibi *Orantes* Dicit ergo, *Gratias agimus Deo*, actori gratiarum. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. Et hoc, *Semper*, pro præteritis, & futuris. Licet enim non continue in actu possimus orare, tamen semper ex habitu charitatis debemus orare, 1. Thes. vlt. Sine intermissione orate. Luc. 18. Oportet semper orare. Deinde ponitur materia: & primo gratiarum actionis.

Secundo

Secundo orationis, ibi, Ideo, & nos. Circa primum, primo commemorat bona eorum. Secundo, quomodo fuerunt ea adepti, *Quam audistis*. Bonum nostrum principaliter, est in fide, spe, & charitate, per fidem enim habemus notitiam Dei, per spem, eleuamur in ipsum, sed charitate vnimur ei. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc &c. Et ideo de istis tribus gratias agit: primo quòd fidem habent. Non enim ipse prædicauerat eis, sed quidã discipul⁹ Epaphras nomine: & postea Archippus. Et ideo dicit, *Audientes fidẽ*. quæ est principium spiritualis vitæ. Abac. 2. Iust⁹ me⁹ ex fide viuit. Heb. 11. Accedẽtẽ ad Deũ oportet credere &c. Sed hæc fides sine dilectione operãte, est mortua vt dicit Iac. 2. Et ideo oportet, q̃ adsit dilectio opans. Gal. vlt. in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet neque præputium, sed noua creatura. Et ideo dixit. *Et dilectionem quam habetis*, *&c.* Est aũt q̃dam dilectio charitatis, & q̃dã mũdana, sed mũdana nõ se extendit ad omnes, quia dilectio talis ad illos est, cum quibus est communio, quæ est causa dilectionis, & hæc causa in dilectione mundana, non se habet ad omnes, sed tantum est cum consanguineis, & mundanis, sed dilectio charitatis se extendit ad omnes. Et ideo dicit. *In omnes*. Nam, & si peccatores diligantur per charitatem, hoc est ut sint aliquando sancti. 1. Ioan. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Item, dilectio mundi habet fructum in hoc mundo, sed charitas habet in vita æterna. Et ideo tertio subdit, de spe, dicens. *Propter spem quæ reposita est*, idest, propter gloriam æternam, quæ ideo dicitur spes, quia pro certo custoditur. Iob. 19. Reposita est hæc spes mea in sinu meo Deinde cum dicit. *Quam ante audistis* Ostendit, quomodo adepti sunt ista. Et primo, commendat doctrinam euangelicam. Secundo, ministerium, ibi. Sicut didicistis. Item, primo commendat doctrinam a veritate. Secundo, ab eius dilatatione, ibi, *Quod peruenit*. Tertio, a profectu, ibi. *Et fructificat*. Dicit ergo. *Quam audistis*. Scilicet spem, vel rem sperãtam. Et hoc *In verbo ueritatis euangelii*. Hec enim excedit omnia. 1. Cor. 2. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Et ideo Deus eam reuelat. Matt. 3. Pænitentiam agite, approp inquabit enim regnum cælorum. Hæc autem est spes vera, non autem est uana (sicut quando promittens est mendax) quia in verbo veritatis. Ioan. 17. Sermo tuus veritas est. Deinde cum dicit. *Quod peruenit*. Commendatur doctrina Christi a dilatatione: quia non solum peruenit ad vos, sed in uniuerso mundo. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Matt. 24. Oportet hoc euãgelium regni prædicari in uniuerso orbe, & tunc erit consummatio. Sed quomodo nõdum est consummatio, cum sit prædicatum in vniuerso mundo? Respondeo: Aliqui dicunt, quod euangeliũ Christi non est euangelium regni. Sed hoc est falsum. quia Dominꝰ dicit, hoc euangelium regni. Sed dicendum est secundum Chrysostomum, quod adhuc uiuentibus apostolis, euangelium Christi est diuulgatum per totum mundum, saltem quantum ad famam, quod est valde miraculosum, quod in quadraginta annis sic creuerit doctrina Christi. Et sic dicit. *In uniuerso mundo*. Quantum ad famam, & tunc erit cõsummatio, idest, destructio Hierusalem. Secundum August. autem, hoc non est uerum, qa adhuc tempore suo erant aliquæ gentes, in quibus nondum erat ecclesia. Et ideo ipse dicit hoc esse intelligendum, quando prædicabitur: ita quòd, quando in omnibus Gentibus ecclesia erit fundata, licet aliqui sint credentes, aliqui non, tunc erit finis, & hoc non tempore Apostoli, sed circa finem mundi, & sic quando hic dicitur in vniuerso mundo, loquitur Apostolus de futuro sicut de præsenti propter certitudinem euentus. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Potest tamen dici, quòd secundum famam est diuulgatum per totum mundum, sed nõ secundum fundationem. Deinde commendat doctrinam Christi quantum ad fructum per bona opera, ibi. *Et fructificat*. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis &c. Matt. 13. Fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. *Et crescit*, scilicet in multitudine credentium. Actuum. 2. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Et hoc magnæ potestatis fuit, quia sicut in uobis, ita & in aliis. Audistis prædicationem, & cognouistis ap-

A probando. Cõsequẽter cõmẽdat ministeriũ triplicíter. Primo, p cõparationẽ ad se. Scdo, p cõparationẽ ad ipsos. Tertio, quantũ ad vtrosq;. Dicit ergo. *E docti estis*, p euangeliũ. *Sicut ab Epaphra didicistis cõseruo*. Apocalip. vltimo, Conseruus tuus sum, & frãtrum tuorum. *Qui est fidelis minister*. Scilicet non quærens quæ sua sunt. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Chri, & dispensatores mysteriorũ dei, & cætera. Qui est fidelis, scilicet mediator inter Apostolum, & istos. *Qui etiam manifestauit*, idest, significauit, &c.

LECTIO III.

SVPRA posuit materiam gratiarum actionis, ostendens pro quibus bonis gratias egit: hic ostendit orationem innuens quid pro eis petit. Et primo, præmittit conditiones orationis. Secundo, subdit bona petita, ibi *Vt impleamini*. Oratio tres habet conditiones. Primo, quod sit tempestiua. Vnde subdit. *Ex qua die, &c.* supple cepimus orare. Hiere. 31. Ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius &c. Secundo, quòd sit continua, ibi. *Non cessamus, &c.*. 1. Regum. 12 Absit autem a me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro uobis. Rom. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Tertio, multiplex & perfecta, ibi, *Orantes, & postulantes*. Oratio est ascensus mentis in deum. Postulatio est rerum petitio. Oratio debet præcedere vt deuote petens exaudiatur, sicut petentes præmittunt persuasionem ut inclinent, sed nos debemus præmittere deuotionem, & meditationem dei, & diuinorum, non vt eum flectamus, sed vt nos erigamus in eum. Tria autem petit, s. cognitionem veritatis, ibi. *Vt impleamini*. Operationem virtutis, ibi. *Vt ambuletis*. Tolerantiam malorum, ibi. *In omni patientia*. Triplicem vero cognitionem optat, scilicet agendorum. Vnde dicit. *Vt impleamini agnitione. &c.* idest, ut plene cognoscatis voluntatem dei. 1. Thessa. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis &c. Ille ergo cognoscit voluntatem dei, qui in sanctitate uiuit. Qui ergo peccat, non cognoscit volũtatem dei: quia omnis peccans est ignorans. Roma. 12. *Vt probetis* quæ sit uoluntas dei &c. Item, cognitionem diuinorum, ibi. *In omni sapientia*, quæ est cognitio diuinorum, secundum August. Sapien. 1. Sentite de domino in bonitate. Item, spiritualium donorum, ibi *Et intellectu spiritaliũ*, idest, non harum corporalium rerum. 1. Cor. 2, Nos aũt non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et apte coniunguntur hæc duo, sapientia, & intellectus, quia minor est sapientia si intellectu careat (vt dicit Gregorius.) Et inutilis est intellectus sine sapientia, quia sapientia iudicat, & intellectus capit: & non valet capere nisi iudicet, & econuerso. Glosa dicit, quòd primum sumitur generaliter. Secundum pertinet ad actiuam uitam. Tertiũ, ad contemplatiuam. Nec sufficit cognoscere, quia scienti bonũ & non operanti, peccatum est illi, ut dicitur Iaco. 4. Vnde oportet, quòd adsit virtuosa operatio, quam primo tangit, ibi. *Vt ambuletis digne deo*. Indigne enim ambulat, qui non viuit sicut decet filium dei. 2. Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia &c. 1. Thessa. 4. Sicut prædiximus, & testificati sumus Secundo tangit rectam intentionem, ibi *Per omnia placentes*. Sapien. 4. Placens deo factus est dilectus. Tertio, studium proficiendi, ibi. *In omni opere bono &c.* Semper enim homo debet niti ad vlterius bonum. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Roma. 6. Habetis fructũ vestrum in sanctificationem &c. Ad fructificationem sequitur augmentum scientiæ, ideo dicit. Et crescentes, &c. Ex hoc enim quòd aliquis studet implere mandata, disponitur ad cognitionem Psalmus. 118. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sapien. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis. Et dicit dei, non mundi. Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum, &c. Deinde tangit tolerantiam malorum: quia ad uirtutem non sufficit, scire vel velle, nisi immobiliter operetur: quòd non põt esse sine patientia, & malorum tolerantia. Et ideo dicit. *In omni uirtute confortati*. Ecclesiast. 47. Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Quæ virtus est a deo. Vnde dicit *Secundum potentiam claritatis eius*. Ephe. 6. Confortamini in domino, sed addit *Charitatis eius*, idest Christi, qui est claritas patris, quia pergere ad peccatum, est pergere ad tenebras. Sapien. 7. Vapor est enim virtutis dei, & emanatio quædã est claritatis

omnipotenti

omnipotentis dei sincera. Deinde cum dicit. *In omni patientia, &c.* Petit eis tolerantiã in aduersis. Quidam enim deficiũt vel pp difficultatẽ aduersorũ, & ideo oportet habere patiẽtiã. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel pp dilationem præmii. Et ideo dicit, *Et longanimitate*, quæ facit sustinere rem promissam Abac.2, Si moram fecerit, expecta eũ &c. Heb.6, Longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Sed aliqui hæc duo vitant, sed cum tristitia. Contra hoc dicit *Cum gaudio*. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tẽtationes inciderritis, &c. Deinde cum dicit. *Gratias agentes, &c.* Agit gratias pro beneficiis exhibitis omnibus fidelibus. Et hoc pro beneficio gratiæ, quod primo ponit. Secundo, pro fructu gratię, ibi *Qui eripuit*. Dicit ergo, *Oramus pro uobis agentes gratias Deo*, scilicet creanti: *Et patri*, scilicet adoptanti, *Qui dignos, &c.* Dixerunt aliqui quòd dona gratiarum dantur pro meritis, & quòd deus dat dignis gratiã, non autem indignis, ideo hoc excludit Apostolus, quia quicqd habes dignitatis & gratiæ, hoc deus fecit in te, ergo, & effectus gratiæ. Et ideo dicit. *Qui dignos nos fecit &c.* 2. Corinth. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis &c. In partem sortis sanctorum, &c. Omnes homines de mundo ẽm naturam sunt boni. Et ideo iustum est eos aliq̃ partẽ habere dei. Mali quidem, partem habent voluptates, & temporalia. Sapientiæ. 2. Hæc est pars nostra, & hæc sors nostra: Sancti uero habent ipsum deũ partẽ. Tren. 3, Pars mea dominus. Ps. 15. Dñs pars hereditatis meæ. Et ideo dicit. *Qui dignos &c.* Et addit, *Sortis*, quia dupliciter aliquid diuidunt. Quandoque p electionem, quando vnus hanc, alius illam partẽ elegit. Aliquando sorte. Pro. 18, Cõtradictiones comprimit sors. Hæc aũt pars cedit sanctis, non per electionẽ propriam. Ioan. quintodecimo, Non vos me elegistis, sed ego elegi uos, sed quia ipse deus elegit uos. Sors.n. nihil aliud est q̃ committere aliquid diuino iudicio. Sors aũt triplex est, s. consultoria, diuinatoria, & diuisoria, Prima autem in temporalibus non est mala. Scda vana est, & mala. Tertia in necessitatibus aliquando ꝑmittenda, sed hæc per se est possessio luminis. 1. Timot. vlt. Lucem habitat inaccessibilẽ. Iob. 36. In manibus abscondit lucem &c. Et ex hac parte seqtur effectus gratiæ, s. transtatio de tenebris ad lucem. Et ideo primo ponit translationem. Scdo, modum in quo homines ante gratiam sunt serui peccati. Nam cum peccatum sit tenebra, ideo sũt in potestate tenebrarum: siue dæmonum, siue peccatorum. Eph. vlt. Aduersus rectores mundi tenebrarum harum, &c. Esa. 49. Captiuitas a forti tollitur, &c. *Et transtulit &c.* idest vt essemus regnum dei. Io. 19. Regnum meum non est de hoc mundo &c. Et hoc fit quando liberamur a peccato. Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum &c. vel ad literam, vt vitam æternam, Mat. 3. &. 4. & 10 Appropinquabit regnum cælorum. Et hoc est quod dicit. *Regnum filii dilectionis suæ*. Dilectio, vt dicit Aug. in Glo. quandoq; dicitur Spiritusanctus qui est amor patris, & filii. Sed si dilectio sic semper teneretur personaliter, tunc filius esset filiꝰ Spiritussancti, sed quandoque dicitur essentialiter, vt dicitur in Glo. Filii ergo dilectionis suæ, dr. 1. filij sui dilecti, vel filii essentiæ suæ. Sed nunq̃d hæc est vera. Filius ẽ filius essentiæ patris? Dicendum est, quòd si genitiuus designat habitudinem causæ efficientis. est falsum: quia essentia non generat, nec generatur. Si autem designat formam, idest habens essentiam suam, quasi materialitet, sicut dicitur aliquid ægregiæ formę, idest habens ægregiam formã, sic est uera. Ioan. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Deinde cum dicit. *In quo habemus, &c.* Ostẽdit modum translationis. Homo enim existens in peccato, dupliciter tenebatur subditus, s. per seruitutem. Ioan. 8, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Item, erat reus pęnæ, & auersus a deo. Es. 59, Iniquitates vestrę diuiserũt inter vos, & deũ uestrũ, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. Hæc duo remouet Christus, quia inquantum homo, factus est pro nobis sacrificiũ, & redemit nos in sanguine suo. Et ideo dicit, In quo habemus redemptionem. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno. Sed inquantum est deus, habemus per eum peccatorum remissionem, quã reatus peccati solutus est per eum.

ni virtute confortati secũdum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, cum gaudio gratias agentes deo, & patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum filii dilectionis suę, in quo habemus redẽ-

LECTIO QVARTA.

POstquàm superius commemorauit gratiæ beneficia specialia, & vniuersalia: hic commendat authorem huius gratiæ, scilicet Christum. Et primo per comparationem ad deum, secdo generaliter, per comparationem ad totam creaturam, ibi. *Primogenitus*, tertio specialiter, per cõparationem ad ecclesiam ibi. *Et ipse est caput*. Circa primum notãdum est, quòd deus dicit inuisibilis, quia excedit capacitatem visionis cuiuscunq; intellectus creati, ita quòd nullus intellectus creatus naturali cognitione põt pertingere ad eius essentiam. Iob. 36, Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. 1. Timo. vlti. Lucem habitat inaccessibilẽ. Videtur ergo a beatis, ex gratia, non ex natura. Ratio huius assignatur a Dionysio, quia omnis cognitio terminatur ad existens, idest, ad aliquam naturam participantem esse. Deus autem est ipsum esse, nõ participans, sed participatum, ergo est incognitus. Huius ergo dei inuisibilis, filius est imago. Sed videndum est, quomodo dicatur imago dei: & quare dicatur inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria, scilicet, quòd sit ibi similitudo, q̃ deducta sit, vel expressa ex eo, cum quo est similitudo, & quòd deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vel signum speciei. Si enim sunt duo similia quorum unum non deriuetur ab alio, neutrum dicimus alterius imaginem, sicut ouum non dicitur imago oui. & ideo ab imitando dicitur imago. Itẽ, si sit simile, sed nõ quãtum ad speciem, vel signum speciei, tunc nec imago dicitur, sicut in homine multa sunt accidentia, vt color, quantitas, & huiusmodi, & secundum nullum horum dicitur imago, Sed si figurã eius accipiat, sic potest esse imago, quia figura est signũ speciei, filius autem est similis patri, & pater similis filio, sed filius habet hoc a patre, pater autem non a filio. Et ideo proprie loquendo, dicimus filium imaginem patris, & non econuerso, quia deducit & deriuatur hæc similitudo a patre. Item, hæc similitudo est secundum speciem, quia filius in diuinis representatur aliquo modo, sed deficienter per verbum mentis nostræ. Verbum autẽ mentis nostræ est, quando formamus actu formam rei cuius notitiã habemus, & hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptum, est quædam rei similitudo quam in mente tenemus, & simile secundum speciem. Et ideo verbum dei, imago dei dicitur. Quantum ad secundum sciendum est, quòd Arriani hoc verbum male intellexerunt, iudicantes de dei imagine secundũ imagines, quæ fiebant ab antiquis vt viderent in eis charos suos subtractos sibi, sicut, & nos facimus imagines sanctorum, vt quos non videmus in substantia, videamus in imagine. Et ideo dicunt, quòd inuisibile est proprium patri, filius autem est primum visibile in quo manifestatur bonitas patris, quasi pater sit vere inuisibilis: filius vero visibilis, & sic alterius essent naturæ. Hoc autem excludit Apostolus ad Hebræos. 1. dicens, Qui cum sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Et sic est imago, non solum dei inuisibilis, sed etiam ipse est inuisibilis, sicut pater. Colos. primo, Qui est imago inuisibilis dei. Deinde cum dicit. *Primogenitus, &c.* Commendat Christum per comparationem ad creaturam. Et primo facit hoc, secũdo exponit, ibi *Quia in ipso*. Circa primum sciẽdum est, q̃ Arriani sic intelligũt, quasi dicatur primogenitus, quia sit prima creatura, sed hic non est sensus, vt patebit. Et ideo duo sunt videnda, scilicet, quomodo hæc imago sit genita, & quomodo primogenita creaturæ. Quãtũ ergo ad primũ, sciẽdũ est, q̃ in vnaquaq; re generatio est ꝑm modũ sui esse, & suæ naturæ. Alius .n. modꝰ generationis est in hominibus, & alius in plantis, & sic de aliis. Natura aũt dei est, ipsũ esse intelligere, & sic oportet q̃ eiꝰ generatio, vel conceptio, intellectualis, sit generatio vel cõceptio naturæ eiꝰ. In nobis aũt conceptio intelligibilis non est conceptio naturæ nostræ, quia ĩ nobis aliud ẽ intelligere, & natura nostra. Et ideo, cũ hæc imago sit verbum, & cõceptio intellectꝰ, oportet dicere, q̃ sit germẽ naturæ, & sic de necessitate genitꝰ, q̃a accipit naturã ab alio. Secũdo vidẽdum ẽ, qũo dicat primogenitus. Deus.n. non alio se cognoscit, & creaturã, sed oĩa in sua essẽtia, sicut in prima causa effectiua. Filius aũt ẽ cõceptio intellectualis dei, ꝑm qd cognoscit se, & p cõsequẽs oẽm creaturã. Inquãtũ ergo gignit, videt quod dã verbũ representans totã creaturã, & ipsũ ẽ principium omnis creaturæ. Si enim non sic gigneretur, solum verbum patris esset primogenitus patris, sed non creaturæ. Ecclesiasti. 24, Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam

turam, &c. Deinde cum dicit, *Quia in ipso &c.* Exponit quod dixerat. s. quòd sit primogenitus, quia scilicet, est genitus vt principium creaturæ. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantũ ad rerum creationem. Secundo, quantum ad earum distinctionem ibi *In cælis*. Tertio, quantum ad conseruationem in esse, ibi, *Et omnia in ipso &c.* Dicit ergo, Est primogenitus creaturæ: quia est genitus vt principium omnis creaturæ. Et ideo, dicit. *Quia in ipso &c.* Circa quod sciendum est, quòd Platonici ponebant ideas dicentes: quòd quælibet res fiebat ex eo quòd participabat ideam, puta, hominis vel alicuius alterius speciei. Loco enim harum idearum, nos habemus vnum, scilicet filium, verbum dei. Artifex enim facit artificium ex hoc, quòd facit illud participare formam apud se conceptam quasi inuoluens eam exteriori materiæ: sicut si dicatur quòd artifex facit domum per formam rei, quam habet apud se conceptam. Et sic deus omnia in sua sapientia dicitur facere, quia sapientia dei se habet ad res creatas, sicut ars ædificatoris ad domum factam. Hæc autem forma, & sapientia est uerbum, & ideo omnia in ipso condita sunt, sicut in quodam exemplari. Gene 1. Dixit, & facta sunt, quia in verbo suo æterno creauit omnia vt fierent. Quantum autem ad rerum distinctionem sciendum est, quòd aliqui sicut Manichei errauerunt dicentes hæc corpora terrena, quia corruptibilia, facta esse a malo deo: cælestia vero, q̃a incorruptibilia a bono deo, scilicet patre Christi. Sed mentiuntur, quia in eodem sunt vtraque creata. Ideo dicit. *In cælis, &c.* Et hæc est distinctio, secundum partes naturæ corporeæ. Gen. 1. In principio, idest in filio, creauit deus, &c. Platonici etiam dicunt, quod deus per se creauit creaturas inuisibiles. s. angelos, & per angelos creauit naturas corporeas. Sed hoc excluditur hic, quia dicitur. *Visibilia, & inuisibilia*. De primo Heb. 11. Fide intelligimus esse aptata secula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. De secundo autem. Eccle. 43. Pauca vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit, &c. Hæc autem distinctio est secundum creaturarum naturam. Tertia distinctio est ordinis, & gradus in inuisibilibus, cum dicit. *Siue throni, &c.* Platonici etiam errant hic: dicebant enim in rebus diuersas esse perfectiones, & quamlibet attribuebant vni primo principio, & secundum ordines earum perfectionum, ponebãt ordines principiorum, sicut ponebant primum ens, a quo participant omnia esse, & illud principium ab isto, scilicet primum intellectum: a quo omnia participant intelligere, & aliud principium vitam, a quo omnia participant viuere. Sed nos non sic ponimus, sed ab, vno principio res habent quicquid in eis perfectionis est. Et ideo dicit. *Siue throni, &c.* Quasi dicat, Non dependent ab aliis principiis ordinatis, sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est qd̃ dicit Ephe. 1. Ipsum dedit caput, &c. Vbi quædam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic enim enumerat descendendo, quia ostendit progressum creaturæ a deo, ibi ascendendo, quia ostendit quòd filius dei secundum quod homo, super omnes creaturas est. Sed tamen ibi principatus ponũtur sub potestatibus: & uirtutes inter dominationes, & potestates: hic principatus super potestates, & principatus medium inter dominationes, & potestates. Et secundum hoc, diuersæ sunt sententiæ Gregorii, & Dionysii. Dionysius enim ordinat eos secundum quòd dicitur ad Ephesios: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, virtutes, & potestates, Gregorius vero ordinat eos sicut hic habetur: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, principatus, & potestates. in tertia vero virtutes, archangelos, & angelos. Sed sciendum est, quòd sicut Gregorius, & Dionysius dicunt, hæc dona spiritualia ex quibus nominantur hi ordines, communia sunt omnibus, tamen quidam nominantur a quibusdam, quidam ab aliis: cuius ratio accipitur ex dictis Platonicorum, quia omne quod conuenit alicui, conuenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participatiue, aut causaliter. Essentialiter quidem, quod conuenit rei secundum ꝑportionem suæ naturæ, sicut homini rationale. Participatiue autem, quod excedit suam naturam: sed tamen aliquid de illo participat, sed imperfecte, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale, & est essentiale angelorum, & idem aliquid participat homo. Causaliter vero, quod conuenit rei superuenienter, sicut homini artificialia, quia in eo non sunt sicut in materia, sed per modum artis. Vnumquodque autem denominatur solum ab eo, quod conuenit ei essentialiter. Vnde homo non dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autem donis in angelis: ea quę conueniunt superioribus essentialiter, inferioribus conueniunt participatiue: quæ vero inferioribus essentialiter conueniunt, superioribus causaliter conueniũt.

principatus, siue potestates, omnia per ipsũ, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Et ideo superiores denominantur a superioribus donis. Supremum autem in creatura spirituali est, quod attingit deũ, & quo dammodo participat eum. Et ideo denominantur superiores ex hoc, quòd attingunt deum. Seraphin, quasi ardentes deo vel incendentes Cherubin, quasi scientes deum. Throni, quasi habẽtes in seipsis sedentem deum. Tripliciter enim aliquid potest ab alio participare Vno modo accipiendo proprietatem naturæ eius. Alio modo, vt recipiat ipsũ per modum intentionis cognitiuæ. Alio modo, vt deseruiat aliqualiter eius virtuti, sicut aliquis medicinalem artem participat a medico, vel quia accipit in se medicinæ artem, vel accipit cognitionem artis medicinalis, vel quia deseruit arti medicinæ. Primum est maius secundo, & secundum tertio. In sacra autẽ scriptura significatur aliquid diuinum per ignem. Deute. 4. Dominus deus tuus ignis consumens est &c. Et ideo supremus ordo dicitur Seraphin, quasi ardentes deo, & continentes aliquã diuinam proprietatem. Secundus ordo est Cherubin, consequentes eum cognitiue. Et tertius Throni, eius virtuti deseruiẽtes. Alii autem ordines, non nominantur ex attingendo deum, sed per aliquam eius operationem. Et aliqui vt dirigentes, & sic sunt dominationes. Alii exequentes: Et horum quidem vt principaliores, vt principatus. Psal. 67. Præuenerunt principes, &c. Alii secundum executionem, & sic sunt exequentes supra spirituales creaturas, vt sunt potestates quæ arcent dæmones: si supra naturalia, sunt uirtutes quæ miracula faciunt: si supra homines, sunt archangeli ad magna: si angeli, ad minima. Et sic cõcludẽdo, dicit, *Omnia per ipsum*, sicut per causam effectiuam, *Et in ipso*, sicut per causam exemplarem. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, &c. Sed quia posset aliquis dicere Nunquid omnia sunt æterna? Ideo Apostolus quasi respondens ad hoc, dicit quod non, sed ipse est *Ante omnia*, scilicet tempora, & res alias Prou 8. Dominus possedit me in initio viarum suarũ, antequam quicquam faceret a principio &c. Vel ante dignitatem. Pal. 88. 82. Quis similis deo, &c. Quantum ad conseruationem dicit, *Et omnia in ipso constant*, idest, conseruantur. Sic enim se habet deus ad res, sicut sol ad Lunam, quo recedente deficit lumen lunę. Et sic si deus subtraheret suam virtutem a nobis, in momento deficerent omnia. Hębr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

LECTIO V.

ET ipse est caput corporis ecclesiæ, qui ẽ principium, primogenitus

LECTIO QVINTA.

POstquam Apostolus commendauit Christum per comparationem ad deum, & ad totam creaturam, hic commendat ipsum in comparatione ad ecclesiam. Et primo generaliter. secundo specialiter, quantum ad Colossenses, ibi. *Et vos cum essetis* Tertio, quantum ad suam personam singulariter, ibi *Cuius factus sum*. Circa primum duo facit, quia primo proponit habitudinem Christi ad totam Ecclesiam, secundo exponit, ibi. Qui est principium. Dicit ergo, Iste in quo habemus redemptionẽ, Christus est, & primogenitus creaturæ. Sed secundum quòd huiusmodi factus est caput ecclesiæ, duo occurrunt hic exponenda Et primo, quomodo corpus sit ecclesia, & secũdo quomodo Christus est caput. Ecclesia dicitur corpus ad similitudinem vnius hominis, & hoc dupliciter, scilicet, & quantum ad distinctionem membrorum. Ephe. 4, Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas &c. et quantum ad seruitia, q̃ licet sint distincta, tamen vnum seruit alteri. 1. Cor. 12. Pro inuicem solicita sint mẽbra. Gal. 6. Alter alterius onera portate &c. Item, sicut constituitur vnum corpus ex vnitate animæ, ita ecclesia ex vnitate spiritus. Ephe. 4, Vnum corpus, & unus spiritus. 1. Cor. 10, Vnus panis, & vnum corpus multi sumus &c. Item, est alia consideratio membrorum ad caput ecclesiæ, scilicet ad Christũ. Ipse enim Christus est caput ecclesiæ. Psal. 3. Tu exaltas caput meum &c. Et exponit quid est esse caput, dicẽs. *Qui est principiũ &c.* Caput enim respectu aliorum membrorum, habet tria priuilegia Primo, quia distinguitur ab aliis ordine dignitatis, quia est principium, & pręsidens. Secundo, in plenitudine sensuum, qui sunt omnes in capite. Tertio, in quodam influxu sensus, & motus ad membra. Et ideo primo ostendit, quomodo Christus est caput ratione dignitatis, secundo, ratione plenitudinis gratiarum, ibi *Quia in ipso complacuit*. Item tertio, ratione influentiæ, ibi *Et per eum*. Ecclesia quidem habet duplicẽ statũ, scilicet gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & est eadẽ Ecclesia, & Christus est caput secundum vtrunque statũ: quia primus in gratia, & primꝰ in gloria. Quãtũ ad primũ dicit, *Qui est principiũ* quia non solum est in gratia secundum quod homo, sed etiam omnes sunt iustificati per fidẽ Christi. Rom. 5, Per obedientiam vnius hominis, iusti constituuntur multi. Et ideo dicit.

Qui

Qui est principium, scilicet iustificationis & gratiæ in tota ecclesia, quia etiam in ueteri testamento sunt aliqui iustificati per fidem Christi. Ioan. 8. Ego principium qui & loquor &c. Psalm. 109. Tecum principium &c. Item, est principium quantum ad statum gloriæ. Ideo dicit; *Primogenitus ex mortuis*. Quia enim resurrectio mortuorum est quasi quædã secunda generatio, quia homo in ea ad vitam æternam reparatur. Matt. 19. In regeneratione, cum sederit filius hominis &c. & præ omnibus primus est Christus: ideo est primogenitus ex mortuis, idest eorum, qui sunt geniti p resurrectionem. Sed contra de Lazaro. Ioann. 11. Respõdeo, Dicitur, quòd iste & alii non resurrexerunt ad illam uitam immortalem, sed ad mortalem, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ut dicitur Roma. 6. Apo. 1. Primogenitus mortuorum &c. 1. Cor. 15. Nunc aũt Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Et hoc; *Vt in omnibus sit ipse principatum tenens*, quantũ ad dona gratiæ, quia ipse est principium: quãtum ad dona gloriæ, quia ipse est primogenitus. Eccl. 24. In omni gẽte & in omni populo primatum habui &c. Deinde cum dicit; *Quia in ipso &c.* Ostendit dignitatem capitis, quantum ad plenitudinem gratiarum omnium. Alii. n. sancti habuerunt diuisiones gratiarum, sed Christus habuit omnes. Ideo dicit; *Quia in ipso &c.* Singula verba pondus suum habẽt; *Complacuit*, designat quòd dona hominis Christi non erãt ex fato seu meritis, vt dicit Fotinus, sed ex diuinæ uoluntatis complacentia assumentis hunc hominem in unitatem personæ Matt. 3. Hic est filius meus &c. Item dicit; *Omnem*, quia alii habent hoc donum, alii aliud Ioan. 13. Omnia dedit in manus eius. Item dicit; *Plenitudinem*, quia aliquis aliquod habuit donum, sed non plenitudinem eius, seu virtutis, quia forte inuitus in aliquo defecit. Sed Ioan. 1. dicitur de Christo, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Eccle. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Item, dicit habitare. Alii enim acceperunt usum gratiæ ad tempus, q̃ spiritus prophetarum non semper adest prophetis: sed in Christo est habitualiter, quia semper ad uotum in Christo est dominium huius plenitudinis Io. 1. Super quem uideris spiritum descendentem, & in eo manentem &c. Deinde cum dicit; *Et per eum &c.* Ostẽdit Christum esse caput ecclesiæ ratione influxus. Et hæc est tertia ratio capitis. Et primo ostendit influxum gratiæ. secundo, exponit quod dixerat, ibi; *Pacificans*. Dicit ergo primo, Dico, quòd complacuit non solum quantum ad hoc q̃ haberet in se, sed etiam vt per eum ad nos deriuaret. Vnde dicit; *Et per eum reconciliare omnia in ipsum.* 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Exponit autem qualis sit ista reconciliatio: & quomodo oia reconciliata. In reconciliatione autem, sunt duo consideranda. Primo, in quo conueniunt qui reconciliantur. Discordes enim, diuersas habent uoluntates. Reconciliati autem cõsentiunt in aliquo uno. Et sic uoluntates prius discordes, cõcordãt in Christo. Et huiusmodi uoluntates sunt & hominum, & dei, & angelorum. Hominum, quia Christus homo est: dei, quia deus est. Item, discordia erat inter Iudæos, qui uolebant legem, & Gentiles qui nõ uolebant legem, sed vtrosque Christus cõcordat, quia ex Iudæis est, & quia absoluit obseruantias legis. Et hæc concordia est facta p sanguinem &c. Inter deum enim & hominem, causa discordiæ fuit peccatum; inter Iudæos & Gentiles lex. Christus per crucem destruxit peccatum, & impleuit legẽ. Et ita remouit causam discordiæ. Heb. 12. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatẽ dei uiuentis Hierusalem &c. Et sic reconciliati sumus. Et ista sunt pacata; *Siue quæ in cælis*, vt angeli & Deus; *Siue quæ in terris*, scilicet Iudæi & Gentiles. Ideo Christo nato dr̃ Luc. 2. Gloria in altissimis Deo. Et in terra pax hominib⁹ &c. Item, in resurrectione dixit, Pax uobis &c. Vt habeẽt Io. 20. Ephe. 2. Ipse. n. est pax nostra, q̃ fecit vtraq; unũ &c. Deinde cum dicit. Et uos &c. ponitur commendatio Christi per dona eis collata. Vbi primo commemorat statum præteritum, secundo, Christi beneficium, ibi; *Nunc autem &c.* Tertio, quid exigatur ab eis ibi; *Si tamen &c.* Status. n. præteritus habuit tria mala. Quantum enim ad intellectum erant ignorantes: quantum ad affectum, inimici iustitiæ: quantũ ad actum, in multis peccatis. Quantũ ad primum dicit. *Alienati, &c.* Quantum ad secundum. *Et inimici sensu*. Secundũ vnam literam, & ostendit defectum sapientiæ, quam prædicabant Iudæi de vno deo. Ioan. 3, Dilexerunt magis tenebras q̃ lucem. Sed nunquid tenebantur ad legem Moysi? Dicendum est quòd sic, quantũ ad cultũ vnius dei. Vel alienati sensu. i. ex electione contradicentes ei ex malitia, Iob. 34, Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantum ad tertium dicit. *In operibus malis* Ioan. 3. Erant enim eorum opera mala, &c. Deinde cum dicit *Nunc autem*, ponit beneficia Christi. Et primum est reconciliatio in corpore eius. Et dicit. *In corpore carnis*, nõ quòd aliud sit corp⁹ & aliud caro, sed ad ostendendum, quòd accepit corpus in esse naturę. Io. 1, Et verbũ caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8, Deus filium suum mittens in similitudinem peccati &c. Secundũ est sanctificatio. Vnde dicit. *Exhibere uos sanctos*. Heb. 13. Iesus vt sanctificaret populum suum &c. Tertium est, ablutio a peccatis, ibi *Et immaculatos*. Hebr. 9, Sanguis Christi per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emũ dabit conscientiam nostram, &c. Item, quantum ad futura, ibi *Et irreprehensibiles*. 2. Pet. 3. Satagite immaculati, & inuiolati, ei inueniri in pace &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16, Homo videt quę foris patent, dominus autem intuetur cor. Exigit a nobis firmitatem fidei, & spei. Ideo subiungit, dicens. *Si tamen permanetis in fide fundati*. Fides est sicut fundamentũ, ex cuius firmitate tota firmat̃ ecclesiæ structura. Item, *Et stabiles*. In spe non moti a seipsis. *Et immobiles*, quasi non excidentes a spe per alios *A spe*, inquam, *Euangelij*, idest, quam dat euangelium de bonis regni cælorum. Mat 4. Pænitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Nec est excusatio. *Quia est prædicatum*, videlicet per apostolos. Vt itur præterito pro futuro, propter certitudinem eius. *In vniuersa creatura quæ sub &c.* i. omni creaturæ nouæ, idest, fidelibus quibus paratum erat.

ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso cõplacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu ĩ operibus malis: nũc aũt reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, vt exiberet uos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe euãgelii quod audistis, quod prædicatum est in uniuersa creatura, quę sub cælo est.

LECTIO VI.

G Vius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego & aliud caro, sed ad ostendendum, quòd accepit corpus in esse naturę. Io. 1, Et verbũ caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8, Deus filium suum mittens in similitudinem peccati &c. Secundũ est sanctificatio. Vnde dicit. *Exhibere uos sanctos*. Heb. 13. Iesus vt sanctificaret populum suum &c. Tertium est, ablutio a peccatis, ibi *Et immaculatos*. Hebr. 9, Sanguis Christi per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emũ dabit conscientiam nostram, &c. Item, quantum ad futura, ibi *Et irreprehensibiles*. 2. Pet. 3. Satagite immaculati, & inuiolati, ei inueniri in pace &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16, Homo videt quę foris patent, dominus autem intuetur cor. Exigit a nobis firmitatem fidei, & spei. Ideo subiungit, dicens. *Si tamen permanetis in fide fundati*. Fides est sicut fundamentũ, ex cuius firmitate tota firmat̃ ecclesiæ structura. Item, *Et stabiles*. In spe non moti a seipsis. *Et immobiles*, quasi non excidentes a spe per alios *A spe*, inquam, *Euangelij*, idest, quam dat euangelium de bonis regni cælorum. Mat 4. Pænitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Nec est excusatio. *Quia est prædicatum*, videlicet per apostolos. Vt itur præterito pro futuro, propter certitudinem eius. *In vniuersa creatura quæ sub &c.* i. omni creaturæ nouæ, idest, fidelibus quibus paratum erat.

LECTIO SEXTA.

I POSTQVAM commendauit Christum in comparatione ad deum, & ad vniuersam creaturam, ad totam ecclesiam, & ad ipsos Col. hic cõmẽdat eũ in cõparatione ad seipsum, ostẽdẽs se eius ministrũ. Et primo ponit ministeriũ: secũdo, ostendit fidelitatẽ in ministrãdo, ibi *Qui nunc gaudeo*. Tertio, ministerii magnitudinem, ibi *Cuius factus sum*. Dicit ergo, Dico quòd prædicatum est in vniuersa creatura, *Cuius*, euangelii. *Factus sum minister*, prædicandi, non mea authoritate sed prædicationi ministerium exhibens. 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores, &c. Sed est minister fidelis, quod patet quia non refugit pati pericula, quin diligenter exequatur. Vnde primo ostendit, quo affectu sustinet passiones: secundo, quo fructu, ibi *Adimpleo &c.* Affectu quidem læto, quia. *Nunc gaudeo &c. pro uobis*. i. propter uestram vtilitatem. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione, & salute &c. Et propter gaudium vitæ æternæ, quod inde expecto, quod ẽ fructus ministerii eius. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes, &c. Philip. 2. Si immolor super sacrificium fidei uestræ, gaudeo, & congratulor &c. Et etiã hoc fructu. *Vt adimpleam ea, quæ desunt passionũ Christi &c.* Hæc verba secundum superficiem malum possent habere intellectum. s. quòd Christi passio non esset sufficiens ad redemptionem, sed additæ sunt ad complendum passiones sanctorum. Sed hoc est hæreticum, quia sanguis Christi est sufficiens ad redemptionẽ, etiam multorum mundorum. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. Sed intelligendum est, quòd Christus, & ecclesia est una persona mystica, cuius caput est Christus, corpus omnes iusti, quilibet autem iustus, est quasi membrum huius capitis. 1. Cor. 12. Et membra de membro. Deus autem ordinauit in sua prædestinatione quantum meritorium debet esse per totam ecclesiam, tam in capite quàm in membris, sicut & prædestinauit numerum electorũ. Et inter hæc merita præcipue sunt passiões sanctorũ sed Christi scilicet capitis merita sunt ĩfinita quilibet

quilibet vero sanctus exhibet aliqua merita secundum mensuram suam. Et ideo dicit, *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi*, idest totius ecclesiæ, cuius caput est Christus, *Adimpleo*, idest addo mensuram meam Et hoc *In carne*, idest ego ipse patiens. Vel, quæ passiones desunt in carne mea. Hoc enim derat, q̃ sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pateretur in Paulo mẽbro suo, & similiter in aliis. Et pro corpore, quod est ecclesia, quæ erat redimẽda per Christum. Ephe 5. Vt exhiberet ipse sibi ecclesiã gloriosam, nõ habẽtem maculam neq; rugam. Sic etiam omnes sancti patiuntur propter ecclesiã: quæ ex eorũ exẽplo roboratur. Glosa. Passiones adhuc desunt, eo quòd paritoria meritorum ecclesiæ non est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitum. Paritoria autem est vas, vel domus, vbi pariter multa inferuntur. Deinde cum dicit. *Cuius sum &c.* Ostendit dignitatem ministerii tripliciter. Primo ex materia adoptionis: secũdo ex fine, ad quem ducitur, ibi *Vt impleamus &c.* tertio ex vsu, ibi *Quoniam vos cum &c.* Sed diceret aliquis. Est magnum hoc misterium? Et respondet dicens, Ita est, quia *Trãditum est mihi, secundũm dispensationem.* Quod dupliciter potest exponi, scilicet actiue: & hic est sensus, idest vt dispensem vobis diuina, fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi. Vel passiue, & tunc est sensus, idem q̃ m q̃ mihi dispensatũ est a deo. Eph. 4. Dedit quosdã quidẽ apostolos: quosdã ꝓphetas &c. Act. 13. Segregate mihi Barnabã & Paulũ in opus, ad qd̃ assũpsi eos &c. Ecce q̃s ẽ finis, certe nõ pecunia, nec gloria propria, sed aliquod magnum ad quod accepi, quia vt impleam &c. Et primo ostendit dignitatem eius ad quod accepit: secundo ostendit quod est illud, quod est Christus. Item primo, cõmendat magnitudinem eius ex diffusa prædicatione: & occultatione: & manifestatione. Accipitur autem ad conuersionem Gentilium, Vnde *Vt adimpleam verbum*, nõ prædicationis, sed dispensationem æternã dei. i. vt mea. prædicatione impletum ostendã verbum dei, idest dei dispensationem, & præordinationem & promissionem de verbo dei incarnando, vel dispensationem dei æternã, qua disposuit, vt Gentes per Christũ conuerterentur ad fidem veri dei. Et hoc oportebat impleri. Nũ. 23. Dixit ergo, & nõ faciet, locutus est, & non implebit? Esa. 55. Verbum quod egredietur de oro meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq; volui, & prosperabitur &c. Sed hoc disposuit impleri per ministerium Pauli, vnde dicit: *Vt impleam hoc mysterium*, scilicet inquantum est res abscondita: quia mysterium quod est abscõditum est, hoc verbum. Esa. 24. Secretum meum mihi est &c. *Quod absconditum fuit a seculis*, idest a principio seculorũ, *Et omnibus generationibus*. hominũ qui hoc scire non potuerunt. Ephe. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo. Nam & si philosophi antiqui quædã de Christi deitate videãtur dixisse vel propria, vel appropriata, sicut Aug. inuenit in lib. Platonis, In principio erat verbũ &c. tamen quòd verbum caro factum est, nullus scire potuit. Sed dicis. Nonne fuit scitum per prophetas? Respondeo: dicendũ est q̃ sic, tamen inquantum pertinebat ad euangelium, vel non ita aperte sicut apostoli sciuerunt. Deinde cum dicit *Nunc autem &c.* Agit de manifestatione eius: & primo ostendit, quibus manifestatum est, secundo ostendit, quare manifestatum est eis, ibi *Quibus voluit*. Dicit ergo *Manifestatum est nunc*, scilicet tempore gratiæ. 2. Cor. 3. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc autem est scientia sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum &c. Iob. 36. Annuntiat de ea amico suo &c. Sed hoc non propter eorum merita, sed propter beneplacitũ suum. Vnde dicit: *Quibus voluit deus &c.* Io. 15. Quæ audiui a patre meo, nota feci vobis &c. Et subdit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Mat. 11. Ita placitum fuit ante te *Notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius*. quia per hoc, q̃ ista fuerunt occulta, deus apparet abundanter gloriosus. Nam olim notus in Iudæa deus, sed per hoc sacramentem conuersionis gentilium gloria dei notificatur per totum mundum. Io. 17. Ego te clarificaui &c. Et hoc *In gentibus*, scilicet quod completur in eis Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Et Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Hoc verbum est *Quod est Christus* idest, quod per Christũ adipiscimur, scilicet spẽ gloriæ, quæ olim videbatur promissa solum Iudæis. Act. 10. Mirabantur quòd, & in nationes diffusa est gratia &c. Ro. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus &c. Et post, Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei &c. Esa. 11 Radix Iesse qui stat in signum populorum &c. Sic ergo ostenditur origo ministerii, & finis. Sed subdit vsum eius, cum dicit. *Quem nos &c.* Et circa hoc tria facit; quia primo ostendit vsum eius. secundo fructum, ibi. *Vt exhibeamus &c.* Tertio, auxilium sibi impensum ad consequendũ vsum, ibi. *In quo & laboro.* Vsus eius, est nũtiare Christũ. Et ponit vsũ, & modum vtendi. Psal. 9. Annuntiate inter gẽtes studia eius, &c. Io. 1. Quod vidimus & audiuimus, annũtiamus uobis &c. Modus ponitur, ibi. *Corripientes &c.* Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini, non solum Iudæis. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Modus etiam eius est docere veritatẽ, & refellere falsitatem. Et ideo dicit. *Corripientes omnem hominẽ*, vt infideles ĩ vita. 2. Co. 10. Arma militiæ nostræ nõ sũt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes &c. *Et docentes oẽm hominẽ in omni sapientia*. s. quæ est cognitio dei. Sap. 15. Nosse. n. te, cõsummata iustitia ẽ, & scire iustitiam, & ueritatem tuam, radix est immortalitatis, &c. Et. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur &c. Fructus autem hic est, quòd homines ducuntur ad perfectum, Vnde dicit. *Vt exhibeamus omnem hominem*, scilicet cuiuscunque conditionis, *perfectum*, non in lege, sed *In Christo*. Mat. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti, scilicet ut in corde uihil admittat contrariũ deo. Matt. 22. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo &c. Alia de necessitate consilii, ut abstineat etiam a licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliũ a deo. Vnde dicit *In quo laboro certando*, contra infideles, & peccatores. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi &c. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui &c. Et hoc. *Secundum operationem eius.* 1. Cor. 15. Gratia dei mecum. *Quam operatur in me*, quia hoc facit deus in me. *In uirtute*, miraculorum, scilicet præbendo virtutem. Luc. vltimo. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

minister secundum dispensationem dei, quæ data est mihi in uobis, vt impleam verbis dei mysterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus: nunc autẽ manifestatũ est sanctis eius, quib⁹ voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gẽtibus, quod est Christus in uobis spes glorię, quẽ nos anũtiam⁹ corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominẽ perfectum in Christo Iesu: in quo, & laboro certando, secundum operationẽ eius, quam operatur in me in uirtute.

CAPIT. II. LEC. I.

VOlo enim uos scire, qualem solicitudinem habeã pro uobis, & pro his qui sũt Laodiceæ, & quicũq; & audiuimus, annũtiamus uobis &c. Modus ponitur, ibi. *Corripientes &c.* Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini, non solum Iudæis. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Modus etiam eius est docere veritatẽ, & refellere falsitatem. Et ideo dicit. *Corripientes omnem hominẽ*, vt infideles ĩ vita. 2. Co. 10. Arma militiæ nostræ nõ sũt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes &c. *Et docentes oẽm hominẽ in omni sapientia*. s. quæ est cognitio dei. Sap. 15. Nosse. n. te, cõsummata iustitia ẽ, & scire iustitiam, & ueritatem tuam, radix est immortalitatis, &c. Et. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur &c. Fructus autem hic est, quòd homines ducuntur ad perfectum, Vnde dicit. *Vt exhibeamus omnem hominem*, scilicet cuiuscunque conditionis, *perfectum*, non in lege, sed *In Christo*. Mat. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti, scilicet ut in corde uihil admittat contrariũ deo. Matt. 22. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo &c. Alia de necessitate consilii, ut abstineat etiam a licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliũ a deo. Vnde dicit *In quo laboro certando*, contra infideles, & peccatores. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi &c. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui &c. Et hoc. *Secundum operationem eius.* 1. Cor. 15. Gratia dei mecum. *Quam operatur in me*, quia hoc facit deus in me. *In uirtute*, miraculorum, scilicet præbendo virtutem. Luc. vltimo. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

LECTIO PRIMA.

SVPRA commendauit statum fidelium, qui est gratiæ, & actorem, scilicet Christum: hic protegit eos contra contrariantia huic statui: & primo contra doctrinam corrumpentem, secundo contra peruersos mores, 3. cap. ibi *Igitur si consurrexistis* Circa primum duo facit, quia primo ostendit solicitudinem de eorum statu: secundo tuetur eos contra malam doctrinam, ibi. *Hoc autem dico*. Iterum prima pars diuiditur in tres particulas. Quia primo ponit solicitudinem; secundo personas, de quibus solicitatur. ibi *Pro uobis*, tertio, de quo sit solicitus, ibi *Vt consolentur*. Dicit ergo, *Volo enim uos scire, qualem habeam solicitudinem*, scilicet magnam. Et hoc pertinet ad bonum prælatum. Rom. 12: Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erant in eadem regione vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ: *Et* non solum pro a se conuersis, & sibi præsentibus: sed etiam pro aliis: Vnde dicit, Pro uobis, scilicet, quos non vidi corpore, sed mente, & non solum pro istis, *Sed etiam pro illis, qui non uiderunt, &c.* Solicitus quippe erat pro toto mundo. Sap. 18. In uestẽ poderis Aaron, totus erat orbis terrarum &c. Sic in mente Apostoli. 2. Cor. 11. Præter ea, quæ extrinsecus sunt instantia mea, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum &c. Sed de quibus magis solicitatur? Respondeo, de non visis, quantum ad aliquid, quia nesciebat quid fieret circa eos: non autem simpliciter. Deinde cum dicit *Vt consolentur*, ostendit de quo solicitus sit, scilicet de eorum consolatione. Et primo, hoc ponit, secundo, quomodo posit hoc haberi, ibi *Instructi*; Dicit ergo, *Vt consolentur*, idest per me habeant consolationem spiritualẽ, cuius consolationis factiuum est bonum. Est enim factiuum gaudii, vt qui tristatur de aliquo, consoletur de alio, eque bono, Duo autem sunt quę consolantur nos, scilicet meditatio sapientiæ: Sap. 8. Erit alloquutio cogitationis, & tedii mei: Aliud est oratio. Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo, & psallat; Consequenter cum dicit, *Instructi &c.* ponit

ponit specialiter sapientiæ instructionem. Duplex est hic litera, scilicet quæ dicta est, & quæ habetur in glosa sic, Vt consolentur corda ipsorum instructorum &c. ad cognoscendū &c. Et est idem sensus, Instructio ergo sapientiæ consolatur contra mala temporalia. Debet autem hic esse instructus de via, & iō dicit, *In charitate*, quę.s.est via ad deū. 1.Corin.12. Adhuc excellentiorem viā vobis demonstro, Si linguis &c. Instructi ergo ī charitate, qua de⁹ nos diligit, & qua nos eum diligimus. Vtrumque enim nos cōsolatur. s. & quia dn̄s diligit nos. Gala.2.Viuo ego &c.Et post.Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me &c. Ephe.2. Diues in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos &c. Itē, qua nos deum diligimus, nos consolamur, quia consolatio est amici, si pro eo sustineat mala.Eccl.22. Et si euenerint mihi mala, propter illum sustinebo. Et subdit: *Et in omnes diuitias*, idest in omni capacitate. Intellectus enim noster est in potentia ad aliquid cognoscendum, sed intellectus angeli in sua creatione impletus est scientia intelligibiliū. Et ideo oportet, quòd nostro intellectui humano superueniat scientia, vel per disciplinam: sed hæc est insufficiens, quia numquam aliquid tantum potest sciri sic, quòd capacitatem eius impleat: vel per reuelationem diuinam & donum dei. Et hæc est sufficiens. Eccl.15. Impleuit eum dominus spiritu sapientiæ, & intellectus &c. Et ideo dicit. *Plenitudinis intellectus*, idest in copiam. Sap.8. Quid sapientia locupletius? Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Instructi ergo in copia diuinæ sapientiæ, quæ copia implet intellectum. Et hoc habebimus cognoscēdo deū. Et ideo dicit, *In agnitionē mysterij &c.* idest ad cognoscendum veritatem sacramenti huius occulti. s. quòd deus sit pater Iesu Christi. Vel *Mysterij dei patris*, quod est Christus. Ideo dicitur Mat. 11. de Apostolis, Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vel in agnitione æternæ generationis & incarnationis Christi. Sap.6. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus. Augu. Beatus qui te nouit, infœlix qui te nō nouit: p̄ cognitionē dei habet homo omnem plenitudinem. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum &c: Sed nunquid per cognitionem Christi impletur intellectus? Respondeo sic, *Quia in eo sunt omnes thesauri &c.* Deus habet omnium rerum notitiam, & hæc notitia comparatur thesauro. Sap.7. Infinitus enim thesaurus est hominibus &c. Thesaurus est diuitiæ congregatæ, sed effusæ nō dicuntur thesaurus, sed quæ in vno sunt. Deus.n. sapientiam suam sparsit super omnia opera sua. Eccl.1. Et secundum hoc non habet rationem thesauri, sed secundum quòd huiusmodi rationes vniuntur in vno, scilicet sapientia diuina: & omnes huiusmodi thesauri sunt in Christo. Sapientia enim est cognitio diuinorum: scientia vero est creaturarum cognitio. Quicquid autem de deo potest sciri pertinens ad sapientiam, totum deus abundanter in se cognoscit. Item, quicquid potest cognoscide creaturis, cognoscit in se supereminenter. Quicquid autem in sapientia dei est, est in verbo suo vno: quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, quia in eo non est scientia in potentia, nec in habitu. Et ideo in isto verbo sunt omnes thesauri &c. Sed addit, *Absconditi*, quia quòd mihi aliquid absconditur, contingit dupliciter, scilicet, vel propter debilitatem intellectus mei, vel propter velamen oppositum, sicut quis non videt candelam, vel quia cæcus est, vel velata est. Ita in verbo dei, sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, sed absconditi nobis, qui non habemus limpidos oculos, sed lippos. Ioan. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est: & quia est velatum duplici velamine, scilicet creaturæ, quia intellectus noster nunc ad illam cognitionem non potest, nisi per similitudinem creaturarum. Rom.1. Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur &c. Secundo est velatum in carne. Ioan. 1. Et verbum caro factum est. Et si aliquid videmus de deo, non tamen totum. Esai. 45. Vere, tu es absconditus. Nū.20. Aperi eis thesaurū tuū. Ponamus, q̄ aliquis habeat candelā velatā, non quæreret aliunde lumen: sed potius qđ habitū ab eo reueletur, & ideo non oportet sapientiā quærere nisi in Christo. 1. Cor. 1. Nō existimaui me aliquid scire, nisi Chr̄m Iesum &c. 1.Io.3. Cū apparuerit.i.reuelabitur, similes ei erimus.s.oīa sciēte, sicut qui haberet librū vbi esset tota scientia, nō quęreret, nisi vt sciret illū librū, sic & nos nō oportet amplius quærere, nisi Chr̄m. Deinde cū dicit, *Hoc autem dico &c.* Instruit, & monet eos contra doctrinā corrūpentē. Seducebantur autem a quibusdam philosophis contra fidē, & ab hæreticis, qui docebāt obseruantias legalium. Ideo primo, instruit eos contra philosophos: secundo contra iudaizantes, ibi. *In quo, & circuncisi*. In scientia uero mundana duo continentur, quia est quædam scientia loquendi, & quædam scientia rerum, & ideo dupliciter possunt decipere. Ideo primo munit eos contra philosophos decipientes eos per scientiam loquendi: Secundo, contra decipientes eos per scientiā rerū, ibi *Videte, ne quis*. Primo manifestat deceptionem: secundo assignat rationem, ibi. *Nam si corpore*. Dicit ergo, Dico, quòd in Christo est omnis scientia. Et hoc dico, ne quærentes alibi scientiā, decipiamini. Et dicit. *Vt nemo*.i. nec Demosthenes, nec Tullius uos decipiat. *In sublimitate sermonis*. Esa.33. Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis &c. Sed nunquid est peccatū vti sermonibus sublimibus? Respondeo. Non, quia etiā sancti viri elegantius loquuntur quàm etiam rethores mundi, sicut Ambrosius, Hieronymus, & Leo papa. Nam si licet vti ad persuadendum in malo ornata lectione: multo magis in bono.

non viderunt faciem meā in carne, vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem misterij dei patris, & Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

LECTIO II.

NAm & si corpore absens sum, sed spiritu uobiscū sum: gaudens, & uidēs ordinem uestrum, & firmamētum, eius quę in Christo est fidei uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati, & superædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarū actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanē fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, q est caput omnis principatus, & potestatis,

LECTIO SECVNDA.

SVpra monuit ne per aliquam fallaciam sermonis decidant a fide: hic ponit rationem monitionis, quæ sumitur ex bonis quæ in istis erant: quæ non debebant perdere, sed proficere in eis. Et primo cōmemorat bona habita: secundo ostendit quomodo in eis proficiant, ibi. *Sicut ergo*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit qualiter sunt sibi nota bona eorū. Secundo, quæ bona in eis sunt, ibi. *Gaudens*. Dicit ergo. *Nam, & si &c.* q. d. Licet non prædicauerim uobis, nec vestra facta oculis uideam, tn̄ spiritu vobis intersum per affectionem, gaudens de bonis uestris. 1.Co.5. Absens quidem corpore, præsens vero spiritu. Pro. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. Et hoc, quia reuelabatur sibi per spiritum sanctum, & ideo dicit. *Sed spiritu uobiscum sum*. 4.Reg.5. Nonne cor meū in præsēti erat, quādo reuersus est homo de curru in occursum tui &c. *Gaudens*. inquam, sum, quia. *Videns sum ordinem*, idest ordinatam vestram conuersationem. 1 Cor.14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Iudic.5, Stellæ manentes in ordine, & cursu suo &c. *Et firmamentum &c.* 1.Tim.2. Firmum fundamentum dei stat &c. Et hoc. *In Christo*. Eph.3. Habitare Christum per fidem in cordib⁹ uestris &c. Ecclesia.n.est spirituale ædificiū. Eph.2. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. Huius autem bonitas consistit in debito fundamento, quod est fides, & in debita superædificatione. Et ideo hæc duo posuit. Deinde cum dicit. *Sicut ergo &c.* Monet eos ad hæc seruanda. Et primo ad proficiendum: scđo ad persistendum: tertio ad gratias agēdū. Dicit ergo. *Sicut accepistis Christum dominum nostrum* nō peruertēdo *in ipso ambulate*. Ro.12, Adherentes bono. Ecclesia quando que comparatur spirituali ædificio. 1. Cor.3, Templum dei sanctum est, quod estis uos. Quandoque arbori, quia fert fructū. Et eadem est comparatio fundamenti ad domum, & radicis ad arborem: quia vtriusque firmitas est radix, & fundamentū Christus. Esa.11. Erit radix Iesse, quæ stat in signū populorū. 1.Cor.3 Fundamentum aliud nemo potest ponere, prȩter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Ideo dicit. *Radicati*, scilicet sicut boni rami. *Et superædificati in ipso, & confirmati*, scilicet, sicut boni lapides, hoc est, si perstiteritis. *In fide*, eius. 1.Petr.vlti. Aduersarius uester &c. Et post, Cui resistite fortes in fide &c. Et hoc. *Sicut, & didicistis*, scilicet in uera fide. Gal.1. Si quis uobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit &c. *Abundantes in illo in gratiarum actione*.i. gratias agētes abūdanter. 1, The. vlt. In omnibus gratias agite. 2. Machab, 1. De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi &c. Deinde cum dicit. *Videte*, monet, ne decipiantur per vanam sapientiam. Et primo ponit monitionem: secundo rationem, ibi. *In ipso*. Circa primum, primo, docet vitare quod potest decipere: secundo, ostēdit, quare illud decipiat, ibi. *Secundum traditiones*. Sed quòd aliquis decipiatur per sapientiam secularem, dupliciter contingit, scilicet quandoq; per principia realia philosophiæ, quandoque per sophisticas rationes. Et u trasque docet cauere. Vnde dicit. *Ne quis &c.*.i. per philosophica documenta, Esa.47. Sapientia tua, & scientia hęc, decepit te. Multi enim sunt propter philosophiam decepti, a fide deuiantes. Hiere. 10. Stultus est factus omnis homo a scientia sua. Quantum ad secundum dicit, *Et inanem fallaciam*. Quæ non fundatur nisi super apparenti inuolutione uerborum. Ephe 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quomodo seducens? Qui seducit, oportet habere aliqd apparens, & aliquid non existens. Ideo primo, ponit principium apparētiæ: Secūdo, defectum existentiæ. Principium apparentiæ est duplex .i. authoritas philosophorum, & quantum ad hoc dicit. *Secundum traditionem hominum* .i. secundū ea, quę aliqui tradiderunt pro pria ratione. Psalm. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Aliud est adinuentio rationis, quando, scilicet aliquis uult metiri ea quæ sunt fidei, secundum principia rerum, & non secundum sapientiam diuinam. Ex hoc enim multi decipiuntur. Et ideo dicit. *Secundum elementa mundi &c.* Sap. 13. Neque operibus attendentes, cognouerunt quis esset artifex &c. Quanto enim causa est altior, tanto habet superiorem effectum. Vnde, qui uoluerit considerare effectus superiores secūdum causas inferiores, decipitur, vt si quis considerer motum aquæ secundum virtutem aquæ, non potest scire causam refluxus maris, sed sic, si consideraт eum, secundum virtutem lunæ. Vnde multo magis decipitur q cōsiderat proprios dei effectus, secundum elementa mundi. Et hęc est causa apparentiæ. Sed nunquid sunt semper respuendæ traditiones hominum, & rationes? Respondeo: Non, sed tunc quando procedit physica ratio secundum illas, & non secundum Christum. Infra eodem, Non tenentes caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum, & cōstructum, crescit in augmentum dei. Vel potest exponi secundum elementa mundi, mē surando.s. veritatem fidei secundum veritatem creaturarum. Vel hoc dicit, propter idolatras colentes idola: & dicentes, Iouem cælum. Vel secundum Iudæos, vt sit sensus: *Per philosophiam* .i. per rationem volentium trahere ad legalia, secundum elementa mundi, idest secundum obseruationes corporales. Gala.4. Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit. *Quia in ipso &c.* Ponit rationem prædictorum dicens, Quicquid non est secundum Christum, respuendum est. Sed nunquid est Christus tantus, vt pro eo omnia respui debeant? Et respondet, quòd ita: quod ostendit tripliciter. Primo per comparationem ad diuinitatem: secūdo per comparationem ad fideles, ibi *Et estis*. Tertio, per comparationem ad angelos, ibi. *Qui est caput*. Dicit ergo, Ideo respuendum est quod est contra eum, quia ipse est deus: vnde plus est ei standum, quàm omnibus. *Quia in ipso habitat &c.* Deus enim est in omnibus, sed in quibusdam per participationem similitudinis suæ bonitatis, vt in lapide, & aliis huiusmodi. Et talia nō sunt deus, sed habēt in se aliquid dei, non eius substantiam, sed similitudinem eius bonitatis. Et ideo non habitat in eius plenitudo diuinitatis, quia non est ibi secundum substantiam. Itē, est in mentibus sanctis per operationem quę per amorem, & cognitionem attingunt deum. Et ideo deus est in eis secundum gratiam, sed non corporaliter, sed secundum effectum gratiæ: nec est plenitudo, sed secundum aliquos effectus terminatos. Sed in Christo est corporaliter, quod exponitur tripliciter. Corpus. n. diuiditur contra vmbram, infra eodem, Quæ sunt umbra futurorum, &c. Et sic deum contingit dupliciter inhabitare, vel secūdum vmbram, vel corporaliter i. realiter. Primo modo, inhabitabat in ueteri lege, sed ī Christo inhabitabat corporaliter, idest realiter, & secundum veritatem. Secundo modo exponitur, q a alii sancti inhabitantur solum secundum animam, non secundū corpus. Ro.7. Scio, quòd nō habitat in me i. in carne mea bonū, sed in Christo diuinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio dei, qua sanctos inhabitat, est per operationem, idest per amorē, & cognitionem, quod est opus solius mentis rationalis, sed in Christo inhabitat per assumptionem hominis, in vnitatem personæ. Vnde quicquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur a deo: & ideo caro, & mens inhabitatur, quia ambo sunt vnita verbo. Io. 1. Et uerbum caro factum est. Sed tertio modo, est sensus. Tribus enim modis est deus in rebus: Vnus est communis, per potentiam, præsentiam, & essentiam. Alius per gratiam, in sanctis: Tertius modus est singularis in Christo per unionē. Corpus autem tres dimensiones habet. Et plenitudo diuinitatis his modis in Christo superabundat, ideo corporaliter dicitur in eo esse. Et primus quidem modus est quasi longitudo, quia se extēdit ad omnia. Itē, latitudo est, per charitatem. Item, quantum ad profundum, inconprehensibilis. Sed ex hoc Nestorius errat, dicens vnionem factam per inhabitationem tm̄, dicens verbum inhabitasse carnem. Sed contra hoc est, quod Apostolus dicit Philip.2. Exinaniuit semetipsū &c. Habitare aūt hominem non est exinanire, sed hominē fieri, & subdit: in similitudinem hominum factus, & ideo habitabilis dicit Christus, non quasi alius sit q habitat, & qui inhabitatur, sed ipse est & homo, & deus, in quo habitat plenitudo diuinitatis. Deinde cum dicit. *Et estis in illo &c.* Ostendit idem, per comparationem ad alios. Quasi dicat, omnia accepistis. Ion. 1, De plenitudine eius &c. Sciendum est autem, quòd Platonici dicunt, quòd diuina dona perueniunt ad homines mediantibus substantiis separatis Et hoc est verum, etiam s̄m Dionys. sed hoc est quoddā speciale, quia ab eo immediate qui replet angelos. Io.1. Vnigenitus dei filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit &c. Heb.2. Cū initium accepisset enarrari per dominum ab his, qui audierunt &c. Et ideo dicit. *Qui est caput omnis principatus & potestatis*. Inquantum est rex eorū, & dominus: non per conformitatem naturæ, quia sic caput est hominum. Et tangit istos ordines, qui uidentur habere quandam præeminentiam.

LECTIO III.

IN QVO, & circuncisi estis, circūcisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circūcisio-

LECTIO TERTIA.

SVPRA muniuit fideles contra deceptiones secularis sapientiæ: hic instruit & munit eos contra hæreticos, volentes eos ad legalia trahere: quos primo docet vitare: secundo, excludit eorum falsam seductionem, ibi; *Nemo &c.* Iterum, prima in duas, quia primo ostendit legalia esse impleta in Christo; secundo, ea excludit ostēdens, quòd non tenentur ad ipsa, ibi, *Nemo uos*. Inter legalia autem, primum est circuncisio, in quā Iudæi profitebantur obseruantiam veteris legis: sicut nos in baptismo profitemur obseruantiam nouæ legis. Ga.5. Testificor omni circuncidenti se, qm̄ debitor est uniuersæ legis faciendæ. Vn̄ dicit, quòd fideles sunt circuncisi quadam spirituali circūcisione. Ex quo sequitur q̄ illa cessat. Vn̄ primo ostendit, quali circuncisione sunt circuncisi. Secundo, in quo accipitur hæc circuncisio, ibi. *Consepulti*. Tertio, assignat rationem huius circuncisionis, ibi. *Et uos cum mortui*. Circa primum sciendum est, quòd duplex est circuncisio.s. carnalis, & spiritualis. Per Christum uero sumus circuncisi, non circuncisione carnali, sed spirituali. Et ideo primo excludit carnalem: secundo astruit spiritualem. Dicit ergo, *In quo*, scilicet Christo. *Circuncisi estis circuncisione non manufacta*. Ro.2. Non.n. qui in manifesto Iudæus est: neq; quæ in manifesto in carne est circūcisio, sed qui in abscōdito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera &c. *In expoliatione corporis carnis*. Hoc dupliciter potest legi. Vno modo sic, Dico, *Circuncisi, non manufacta circuncisione*, vos dico manentes. *In expoliatione &c.*.i. carnalis corruptionis, secundū illud. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum dei non possidebunt &c. quasi dicat, Ideo circuncisi, quia non habetis iam uitia carnis, infra, 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, &c. Vel dico circuncisione non manufacta, quæ circuncisio manufacta consistit in expoliatione corporis carnis, quæ abscinditur ab alia: Vnde alia littera habet. Cutis carnis, scilicet corporis carnis, idest particulæ corporis, quæ est caro, non quòd aliud sit corpus, & aliud caro. Et dicit carnis, alludens legi, vbi fit mentio de carne. Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, &c. Et hoc, ut ostenderet, quòd est quædam carnalis obseruantia. Sed nos non tal sumus circuncisi, sed circuncisione Christi. Sicut enim Christus assumpsit similitudinem carnis peccati, idest carnem passibilem, ut a peccato liberaret, ita, & remedia legis, ut a legis obseruantia liberaret. Vel quam Christus facit in nobis, quæ est spiritualis circuncisio, ut dicitur. Rom.2. Non litera, sed spiritu. Secundo ostendit, quòd adepti sumus eam in baptismo, & sic baptismus est spiritualis circuncisio. Et primo ostendit, quòd in baptismo exhibetur figura mortis Christi Secundo, quòd in eo accipitur conformitas ad resurrectionem Christi, ibi. *In quo & resurrexistis*. Dicit ergo,

Consepulti &c. Quia in eo exprimitur similitudo mortis Christi, vt sicut Christus ponitur primo in cruce, & postea in sepulchro: ita qui baptizatur, ponitur sub aqua, & ter, sicut stetit Christus triduo in sepulchro; *Consepulti etiam* idest baptizati ad similitudinem mortis Christi, vt sicut in ea destruxit peccatum, ita & in baptismo. Et sicut resurrexit de sepulchro: ita & nos a peccatis in re, & a corruptione carnis spe. Et hoc; *Per fidem operationis dei*. quia virtute dei resuscitatus est. Psal. 40. Resuscita me, & retribuam eis &c. Et credens hanc resurrectionē fit particeps huiꝰ resurrectionis. Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Sed & Christus resuscitauit se. Eadem est enim operatio patris & filii. Psal. 107. Exurgam diluculo &c. Deinde cum dicit; *Et uos cum &c.* Ostendit rationē similitudinis: & primo ostendit similitudinem: secundo modum dictorum, ibi; *Delens &c.* Litera non est difficilis. Dixi vos circuncisos, quia consepulti estis Christo in baptismo. Et comparauit baptismum sepulturæ & morti. Sed potest dici, ꝙ ad propositum magis esset si dicatur, quòd primo ostenditur ꝙ baptismus sit circuncisio: secundo ostendit rationem quare: quia. s. peccatum est superfluitas, & caro præputii est superfluitas. Idem ergo est deponi peccatum, & præputium. Sed in baptismo deponitur peccatum, ergo est idem ꝙ circuncisio. Et ideo dicit; *Cum essetis mortui in delictis*, idest propter delicta vestra. Psal. 33. Mors peccatorum pessima; *Et præputio carnis uestræ* idest carnalis concupiscentiæ, quod pertinet ad originale, quasi astricti reatu malorum actuum & peccati mortalis, hoc faciens Christus conuiuificauit &c. Ephe. 2. Cum essetis mortui delictis & peccatis vestris &c. Et hoc remouens a vobis omne peccatum, condonans & remittens vobis omnia delicta. Idem est igitur circuncidi & conuiuificari, & hoc in baptismo per remedium mortis peccati, & cum circuncidimur per remotionem peccati originalis. Sed quomodo condonauit? Respondeo. Dicendū est, quòd homo peccando duo incurrit scilicet reatum culpæ, & seruitutem diaboli. Et ideo dicit quomodo sunt peccata condonata. Primo, quātum ad remotionem seruitutis diabolicæ: secundo, ponit ablationem reatus culpæ, ibi; *Expolians &c.* Dicit ergo; *Delens &c.* Quod decretum dupliciter potest intelligi. Vno modo lex vetus. Ephe. 2. Legem mandatorum decretis euacuans &c. Et sic loquitur hic ad Iudæos quasi dicat; *Et uos conuiuificauit* Chirographum est scriptura manualis, & proprie fit pro cautione contractuum. Quicunque frangit decretum dei, efficitur reus culpæ. Et hic reatus consistit & in memoria hominis inde perturbata & maculata, & in memoria dei iudicaturi, & dæmonum qui cruciaturi sunt. Hoc ergo remanens in memoria, vocatur chirographū: Christus ergo est qui condonauit omnia, & hoc: *Delens Chirographum*. i. memoriam transgressionis; *Quod* chirographum, vel decretum; *Erat aduersus nos*, quia vtrumque erat contra nos. Lex quidem, quia faciebat cognitionem peccati, non iuuabat. Chirographum autem, quia memoria transgressionis ad puniendum erat. Et dicit; *Decreti*, quia non mittit, sic vt faciat quòd non peccaueris, sed quia non est in memoria dei ad puniendū, nec in dæmonis memoria ad accusandum, nec in te ad contristandum. Psal. 31. Beati quorum remissæ &c. & quorum tecta sunt peccata &c. Vel communiter loquitur, non solum ad Iudæos, sed ad omnes. Vnum decretum factum est primo homini. Genes. 2. Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque die comederis, morte morieris. Sed huiusmodi decretum est homo transgressus, & propter hoc in memoria est chirographum contrarium nobis, quod Christus delevit. Et quomodo? *In cruce*, quādo tulit ipsum de medio &c. Consuetudo enim erat quòd solueus omnia ad quæ quis tenebatur, scindebatur chirographū. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis patiendo. Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et ideo simul cum morte Christi, hoc chirographum est destructum, & ideo dicit; *Tulit de medio*, idest sustulit de rerum natura, & hoc affigens illud cruci, per quam satisfaciens deo, tulit peccatum nostrum. Deinde cum dicit; *Expolians &c.* Ostendit quomodo liberauit a seruitute peccati. Detur enim, quòd vsuratius propter cautionem teneat hominem captum, nō sufficeret destructio cautionis nisi liberaretur: sic, & Christus. Et ideo dicit, *Expolians &c.* Hæc expoliatio refertur ad sanctos mortuos, ante passionem Christi, & sic Christus eos de inferno expoliando liberauit. Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Esa. 49. Equidē de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in seipso.

ne Christi, consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, cōuiuificauit cū illo: donans vobis omnia delicta, delēs quod aduersus nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit

LECTIO IIII.

NEmo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut īparte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit, a robusto saluabitur. Si autem intelligatur de viuis, sic expoliauit eos, scilicet a dæmonibus. Luc. 11 Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuet. Io 12. Princeps huius mūdi eiicietur foras. Dicit ergo. *Expolians principatus, & potestates*, idest ipsos dæmones. Ephes. vlti Aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum &c. *Traduxit*, ipsos sanctos, *confidenter*. tanquam authoritatem habens, in cœlum quantum ad mortuos: & quantum ad viuos, in regnum gloriæ vel gratiæ suæ. Vel traduxit. i. extra duxit, idest expulit principatus ex homine. Esa. 51. Induere fortitudinem brachium domini &c. *Palam*. i. euidenti iudicio, quo cognoscatur quòd traducti sunt. Olim. n. totus mundus seruiuit idolis, nunc nō. Vel Palam, i. corā multitudine angelorum, tum quia descendit ad infernum sanctorum, tum quia ascendit in cælum, Et hoc. *Triumphans in semetipso*. i. in sua virtute. Philip. 3. Secundū operationem, qua possit etiam subiicere sibi omnia. Alia litera sic habet. *Et exuens se carne, principatus, & potestates exemplauit fiducialiter triumphans*. Et exponitur sic: *Exuens se carne*. i. mortalitate. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum dei non possidebunt. i. mortalitas carnalis corruptionis. Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. 2. Co. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. *Exemplauit*, idest, in se exemplum præbuit, quomodo sunt vincendi. Reliqua non mutantur.

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit legalia esse impleta in Christo, propter circuncisionem in eo impletam, quæ est legalium professio; hic concludit eos nō obligari ad legalia præcepta cæremonialia. Cæremonialia uero erāt quatuor, scilicet sacrificia, sacra, sacramenta, & obseruantiæ. Sacrificia immolabantur deo, vt oues, vitulī & huiusmodi. Sacra erant, sicut vasa, & solemnia tempora. Sacramenta erant tria, scilicet circuncisio, agnus paschalis, & cōsecratio sacerdotum. Obseruantiæ autem erant ea, quæ pertinebant ad singulare in conuersationem populi Israel, vt cibi, vestes, & huiusmodi. Quædam vero prædictorum pertinebant ad quosdam, vt sacrificia, vasa, & alia huiusmodi: quædam ad omnes. De primis autem non facit mentionem, sed de tangentibus totū populum sicut nunc baptismus. Facit autem mentionem de obseruantiis, quia abstinebant a certis cibis. Leuit. 11. vt de quadrupedibus, ab his qui vngulam non diuidunt. In potu etiam, quia quod non haberet operculum immundum erat, & quicquid in eo erat. Et ideo quantum ad hoc dicit. *Nemo uos iudicet in cibo*. i. condemnabiles putet in hoc, quòd vtimini cibis vel potibus prohibitis in lege. Rom. 14. Qui non manducat, manducantē non iudicet &c. Item facit mentionem de sacris, ad temporum solemnitatem pertinentibus. In veteri autem lege erat solemnitas iugis, vt sacrificium vespertinum, & matutinum, quædam autem quę certis temporibus fiebant: & horum, quædam fiebāt pluries in anno, quædam semel tantum sicut Pascha, Scenophegia, & Pentecosten: sed sabbatum, & neomenia pluries: quia istud qualibet hebdomada, illud semel in mense. Et huius ratio erat, quia omnia festa tendunt ad honorem dei. Impendimus autem deo honorem, uel propter aliquod æternum, & sic est iugesacrificium, uel propter aliquod temporale, & hoc quantum ad totū hominum statum: & sic sunt duo, scilicet creationis beneficium, & sic est sabbatum. Exod. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices. Et ratio ponitur ibi, quia septimo die requieuit. Et ratio allegorica est, quia significat quietē Christi in sepulchro. Et anagogice, quietem animæ in deo. Aliud est beneficium propagationis, & conseruationis, quod etiam fit per tempus. Et quia Iudæi obseruabant tempora a luna, ideo dicit: Festum neomeniæ, idest nouę lunæ. Sūt etiam alię causæ, s. liberationis specialis, & sic superadditæ sunt aliæ solemnitates, & ideo dicit. *Aut in parte diei festi, aut neomeniæ*. Quæ fit quolibet mense. Leuit. 3. aut sabbatorum, pro qualibet septimana. Et dicit. *Sabbatorum*. quia sabbatum est requies, & isti habebant plura sabbata, quia septimum diem, & septem septimanas scilicet pentecosten, quæ in septima septimana est a pascha: quæ est principium anni, & septimum mensem, & septimum annū in quo fit remissio debitorum. Item, septima septimana annorum, idest in iubileo. Et ideo dicit, *Sabbatorum*, quasi dicat. Nullus vos condēnet, quia hæc non obseruatis. Et hoc, quia sunt vmbræ futurorum, scilicet Christi. Et ideo veniente veritate, debet cessare vmbra. *Corpus autem Christi*. i corpus pertinens ad Christum. Quando quis videt vmbram, sperat quod corpus sequatur. Legalia autem sunt vmbra præcedens Christum, & eū figurabant venturum. Et ideo dicit, *Corpus*, idest veritas rei pertinet ad Christum, sed vmbra ad legem. Deinde cum dicit. *Nemo uos seducat, &c.* Loquitur cōtra seductores, & deceptores. Et primo, monet vt non decipiantur: secundo arguit deceptos, ibi. *Si ergo mortui*. Item, primo reddit cautos a seductione: secundo, ostendit per quid seducantur, ibi, *Volens in humilitate*. Tertio, in quo deficiat, ibi. *Quæ non uidit*. Dicit ergo. *Nemo uos seducat*, scilicet a ueritate quam dixi. Ephes. 5 Nemo vos seducat inanibus verbis. Seducūt. n. in humilitate isti pseudo apli, introducentes legalia: quia utebantur simulata sanctitate. Sanctitas autem in duobus consistit, scilicet in humili conuersatione, & cultura dei. Isti autem ostendebant humilem conuersationem, cum apparebat eos non curare de rebus mundi. Et ideo dicit. *In humilitate*. Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo Item dicebāt se prædicare ad reuerentiam dei, Et ideo dicit. *Et religione angelorum*. Religio enim est secundum Tullium, quæ cuidam naturæ, quam diuinam vocant, cultum & cæræmoniam affert. 2. Timo. 3. Habentes quidē speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et secundum Glo. legitur sic *In religione* &c. Quia per hoc intendunt quod videantur esse angeli idest nuntii dei. Matt. 7. Attendite a falsis prophetis &c. Vel in religione angelorum ad literam: quia uetus lex est tradita per angelos in manu mediatoris, ut dicitur Gala. 3. Hebr. 2. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus &c. Et isti dicebant cultum legis obseruandum, quia tradita erat per angelos. Sed tamen triplex est eorum defectus, scilicet scientiæ, iustitiæ, & fidei Et quantum ad primum dicit. *Volens quæ non uidit*, idest, intellexit persuadere, & semper repetere, Nemo uos seducat. Isti enim nesciebant quo fine data esset lex 1. Timo. 1. Volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Quantū ad secūdum dicit. *Ambulans frustra inflatus*. Licet sic humilitatem prætendant. Et ponit duo, s. ꝙ religio eorum sit inutilis, quia ambulant frustra, s. operantes opera, quæ non prosunt ad uitam æternā. Sap. 3. Inutilia sunt opera eorum Iob. 39. Frustra laborauit, nullo timore cogente. Item, quòd prætendunt falsam humilitatem. Vñ dicit. *Inflatus &c.* Differentia est inter inflatum, & pinguem: quia pingues, veritatis sunt pleni: inflati vero vacui, sed uento extensi. Qui ergo vere sunt humiles sunt pleni, sed qui apparent tantum inflati, sunt vacui. Sap. 4. Dirumpe illos inflatos sine voce. Hoc sensu intelligitur illud, Scientia inflat. 1. Cor. 8. Hæc sapientia est grauis, scilicet, qa inflat, non quæ est ex deo. Matt. 16. Caro, & sanguis non reuelauit tibi &c. Quantum ad tertium dicit. *Non tenens caput*. scilicet Christum, per fidem. Et talis decipitur quia sine Christo est in tenebris. 1. Timo. 6. Si quis non acquiescit sanis verbis, &c. Sed quare est caput? Respondet, dicens, Quia ab eo dependet totum bonum corporis, scilicet ecclesiæ. In corpore enim naturali sunt duo bona, scilicet compactio membrorum, & augmentum corporis. Et hoc habet ecclesia a Christo. Ex eo enim dependet totum corpus. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et ideo dicit. *Coniunctiones*. In corpore. n. est duplex cōiunctio membrorū, s. fm contactū, qa manus est coniuncta vlnæ, hæc pectori, & sic de aliis. Alia est connexio seu coniunctio neruorum. Et ideo dicit, *Coniunctum, & connexum*. Sic in ecclesia est coniunctio per fidem, & scientiam. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Sed hoc non sufficit, nisi sit connexus charitatis, & connexio sacramentorum, & ideo dicit *Subministratum per nexus*, quia per charitatem, unus subministrat alteri. Augetur etiam per Christum, qui Crescit scilicet corpus *Constructum*, sic. *In augmentum dei*, idest qd deus facit in nobis. Psal. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit &c. Vel *Dei*, idest, Christi. qui deꝰ corpus auget: dum augetur ecclesia. Eph. 4 Ad consummationē sanctorum in opus ministerii in ædificationē corporis Christi &c. Deinde cum dicit. *Si ergo mortui &c.* Arguit etiā deceptos. Et primo, ponit rationem redargutionis ex cōditione deceptorum. Secō, ex conditione eorum in quibus decipiebantur, ibi. *Quæ omnia sunt*. Conditio eorum erat libertas, quia sicut erant mortui peccato, ita & legi. Vnde seruare eam non debebant. Dicit ergo. *Si ergo mortui estis cum Christo*. Mortui legi. *Ab elementis mundi*, idest a legalibus obseruantiis: quia Iudæi seruiebant deo vero, non tamen sub elementis: sed Gentiles sub ipsis elemētis. *Quid adhuc*, veritate cognita. *Tanquam uiuentes in mundo*, vt Iudæi. *Discernitis*, tangenda, & comedenda, scilicet dicentes. *Ne tetigeritis hoc*, quia peccatum est. *Neque gustaueritis*, de porco, & anguilla. Leuit. 11. Deinde cum dicit. *Quæ omnia &c.* Ostendit qualia sunt ex parte legalium, dicens, quòd sunt noxia, & vana, & grauia. Vnde dicit. *Quæ omnia sunt in interitu*, quia mortifera post passionem Christi, ponentibus spem in eis, sed post tempus gratiæ diuulgatæ, simpliciter omnibus sunt mortifera. Quod dico propter opinionem Hieronimi, & Augustini, quæ supra ad Gala. 2. cap. ponitur. Ad interitum ergo, & in mortem perducentia sunt. Et si dicatur quare ergo legimus vetus testamētum? dico, ꝙ legimus ad testimonium, non ad vsum. Et ideo dicit. *Sunt in interitu ipso usu*, idest, non assumuntur ad testimonium, sed ad vsum. Itē sunt vana, quæ non innituntur rationi nec authoritati, sed hæc non innituntur authoritati diuinæ, sed humanæ. Vnde dicit. *Secundum præcepta*: Sed nunquid nō sūt præcepta a deo? Respondeo, sic ad tempus, quousque veniret veritas. Matth. 15. Irritum fecistis mandatum dei, propter traditiones vestras. Item, non innituntur rationi, *Quia sunt habentia rationem sapientiæ in superstitione*. q. d. Non habent rationem, quæ inducat nisi ad superstitionem. i. ad religionem supra modum. & extra tempus ipsorum obseruatum. *Et in humilitate*. s. simulata tantum secundum deiectionem, quia qui liberatur ꝑ Christum a seruitute legis, non debet se iterum supponere seruituti. Galatha. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis contineri. Seruantur tamen aliqua, quæ, & si non authoritate diuina, tamen humana ratione sunt utilia, sed hoc deficit hic. Sunt enim grauia hæc, fm se considerata. Tria autem de sideramus s. quietem, honorem, & sufficiētiam, quæ hæc legalia non habent. Subtractio enim ciborum contraria est saturitati: Inducunt etiam laborem, propter obseruātias multiplices. Nec sunt ad honorem, sed ad confusionem multam, vt illa aspersio cineris, & huiusmodi. *Act.* 15: Hoc est onus, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus. *Non ad parcendum corpori*, idest ecclesiæ. *Non in honore aliquo*, idest, non ad honorem dei, sed, *Ad saturitatem carnis*, idest, ad implēdum carnalē affectum.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus monuit fideles contra seducentes: hic instruit eos contra peruersitatem morum. Et primo proponit generalem doctrinam. Secundo specialem, ibi. *Mulieres subditæ* Circa primum duo facit: quia primo instruit eos de habenda recta intentione finis, Secundo, de rectitudine humanæ actionis, ibi *Mortificate* Iterum, prima diuiditur in duas partes, quia primo ponit modū instructionis. Secundo assignat rationem, ibi. *Mortui enim*. Circa primum, primo ponit susceptū beneficiū. Secūdo, ex hoc concludit instructionis documentū, ibi. *Quæ sursum*. Beneficium est, ꝙ surreximus cum Christo resurgente, sed hoc dupliciter: Vno modo per spem corporalis resurrectionis. cor. 15. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis quomodo quidam dicunt in uobis, quoniā resurrectio mortuorum

sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione angelorum, q̄ nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & nō tenens caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & cōstructū crescit in augmētū dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemētis huius mundi, quid adhuc tanquā viuentes in mundo discernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secū dum ptæcepta, & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientię in superstitione & humilitate, & non ad parcē dum corpori, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis.

CAPIT. II. LEC. I.

IGITVR si consurrexistis cū Christo, q̄ sursum sunt quærite, ubi Chrīus est, in dextera dei sedēs: quæ sursū sunt

nit rationem redargutionis ex cōditione deceptorum. Secō, ex conditione eorum in quibus decipiebantur, ibi. *Quæ omnia sunt*. Conditio eorum erat libertas, quia sicut erant mortui peccato, ita & legi. Vnde seruare eam non debebant. Dicit ergo. *Si ergo mortui estis cum Christo*. Mortui legi. *Ab elementis mundi*, idest a legalibus obseruantiis: quia Iudæi seruiebant deo vero, non tamen sub elementis: sed Gentiles sub ipsis elemētis. *Quid adhuc*, veritate cognita. *Tanquam uiuentes in mundo*, vt Iudæi. *Discernitis*, tangenda, & comedenda, scilicet dicentes. *Ne tetigeritis hoc*, quia peccatum est. *Neque gustaueritis*, de porco, & anguilla. Leuit. 11. Deinde cum dicit. *Quæ omnia &c.* Ostendit qualia sunt ex parte legalium, dicens, quòd sunt noxia, & vana, & grauia. Vnde dicit. *Quæ omnia sunt in interitu*, quia mortifera post passionem Christi, ponentibus spem in eis, sed post tempus gratiæ diuulgatæ, simpliciter omnibus sunt mortifera. Quod dico propter opinionem Hieronimi, & Augustini, quæ supra ad Gala. 2. cap. ponitur. Ad interitum ergo, & in mortem perducentia sunt. Et si dicatur quare ergo legimus vetus testamētum? dico, ꝙ legimus ad testimonium, non ad vsum. Et ideo dicit. *Sunt in interitu ipso usu*, idest, non assumuntur ad testimonium, sed ad vsum. Itē sunt vana, quæ non innituntur rationi nec authoritati, sed hæc non innituntur authoritati diuinæ, sed humanæ. Vnde dicit. *Secundum præcepta*: Sed nunquid nō sūt præcepta a deo? Respondeo, sic ad tempus, quousque veniret veritas. Matth. 15. Irritum fecistis mandatum dei, propter traditiones vestras. Item, non innituntur rationi, *Quia sunt habentia rationem sapientiæ in superstitione*. q. d. Non habent rationem, quæ inducat nisi ad superstitionem. i. ad religionem supra modum. & extra tempus ipsorum obseruatum. *Et in humilitate*. s. simulata tantum secundum deiectionem, quia qui liberatur ꝑ Christum a seruitute legis, non debet se iterum supponere seruituti. Galatha. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis contineri. Seruantur tamen aliqua, quæ, & si non authoritate diuina, tamen humana ratione sunt utilia, sed hoc deficit hic. Sunt enim grauia hæc, fm se considerata. Tria autem desideramus s. quietem, honorem, & sufficiētiam, quæ hæc legalia non habent. Subtractio enim ciborum contraria est saturitati: Inducunt etiam laborem, propter obseruātias multiplices. Nec sunt ad honorem, sed ad confusionem multam, vt illa aspersio cineris, & huiusmodi. *Act.* 15: Hoc est onus, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus. *Non ad parcendum corpori*, idest ecclesiæ. *Non in honore aliquo*, idest, non ad honorem dei, sed, *Ad saturitatem carnis*, idest, ad implēdum carnalē affectum.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus monuit fideles contra seducentes: hic instruit eos contra peruersitatem morum. Et primo proponit generalem doctrinam. Secundo specialem, ibi. *Mulieres subditæ* Circa primum duo facit: quia primo instruit eos de habenda recta intentione finis, Secundo, de rectitudine humanæ actionis, ibi *Mortificate* Iterum, prima diuiditur in duas partes, quia primo ponit modū instructionis. Secundo assignat rationem, ibi. *Mortui enim*. Circa primum, primo ponit susceptū beneficiū. Secūdo, ex hoc concludit instructionis documentū, ibi. *Quæ sursum*. Beneficium est, ꝙ surreximus cum Christo resurgente, sed hoc dupliciter: Vno modo per spem corporalis resurrectionis. cor. 15. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis quomodo quidam dicunt in uobis, quoniā resurrectio mortuorum

rum non est? Item, cùm eo resurgente reparamur ad vitam iustitiæ. Rom. 4, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, quasi dicat. Si Christo resurgente, & vos resurrexistis. 2. Cor. 4. Qui suscitauit dominũ Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Deinde cum dicit. *Quæ sursum &c.* Cõcludit documentum debitũ fini. Et primo p comparationẽ ad finẽ, & ut finẽ principaliter aliquis intendat. secundo, vt secundum finem de aliis iudicet. Dicit ergo. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursũ sunt quærite.* Matt. 6. Primum quærite regnũ dei, & iustitiam eius &c. Hic enim est finis. Psal. 26. Vnã petii a domino &c. Et ideo hoc quærite. *Vbi Christus sedet in dextera.* Mar. vlti. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis assũptus est in cælum, & sedet a dextris dei. Psal. 109. Sede a dextris meis. Et intelligenda est dextra, non pars aliqua corporalis, sed similitudinaria. Dextera .n. est potior pars hominis. Christus ergo sedet ad dexteram, quia secundum quod homo in potioribus bonis patris est, sed secundum quòd deus, in æqualitate eius est. Et sic sit ordo in uobis, vt quia Christus est mortuꝰ & surrexit: & sic est assumptus a dextris dei, ita, & vos moriamini peccato, vt postea viuatis vita iustitiæ, & sic assumamini ad gloriam. Vel nos resurreximus per Christum, ipse autẽ ibi sedet: ergo desiderium nostrum debet esse ad ipsum. Mat. 24. Vbi fuerit corpus, illuc cõgregabuntur, & aquilæ &c. Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Item debemus, iudicare de aliis secundum ipsum. Et ideo dicit. *Quæ sursum sunt sapite &c.* Astruit vnum, & aliud negat. Sapit autem, quæ sursũ sunt, qui secundum supernas rationes ordinat vitam suam, & de omnibus iudicat secundum eam. Iac. 3. Hæc est sapientia de sursum descendens. Sapit autem, quæ sunt super terram, q̃ secundum terrena bona omnia ordinat, & iudicat, iudicans ea summa bona. Philipp. 3. Et gloria in confusione eorum, q̃ terrena sapiunt. Deinde cum dicit. *Mortui enim &c.* Ponit rationem monitionis. Et primo, commemorat quandam mortem, Secundo, innuit occultationem cuiusdam vitæ, ibi. *Et uita.* Tertio docet huius vitæ manifestationem, ibi. *Cum autem Christus.* Prius enim vnum prohibuit, & aliud astruxit: & nunc ad hæc duo redit. primo sic: Non sapite, quæ sunt terrena, q̃ a mortui estis terrenæ conuersationi. Mortuus enim huic uitæ, nõ sapit ea, quæ sunt huius mundi: ita, & vos si mortui estis cum Christo, ab elementis huius mundi. Rom. 6. Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo. Esa. 26. Morientes non viuant, gigantes non resurgant &c. Cum autem dixit, Existimate &c. Subdit, *Viuentes.* Et ideo alia vita est occulta. Vnde etiam hic dicit, *Et uita uestra, &c.* Et hanc vitam acquirimus nobis per Christum. 1. Pet. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis &c. Quia vero hæc vita est per Christum, Christus autem est occultus a nobis, quia est in gloria dei patris. Et similiter vita, quæ per eũ nobis datur, est in occulto, vbi scilicet, Christus est in gloria dei patris. Prouerb. 3. Longitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ, & gloria. Psal. 30 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te &c. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, &c. Ideo cum dicit. *Cum autem Christus &c.* Ostendit quomodo manifestatur. s. sicut & Christus, quia dicitur in Psalmis 49. Deus manifeste veniet. Et ideo dicit. *Cum autem apparuerit Christus uita uestra.* Quia ipse est actor vitæ vestrę, & quia in amore eius, & cognitione consistit vita vestra. Galath. 2. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. *Tunc & uos apparebitis.* 1. Io. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, scilicet in gloria. Abac. 3. Ab austro veniet, & sanctus de monte Pharam &c. Deinde cum dicit. *Mortificate ergo.* Ordinat humanam actionem. Primo per cohibitionem peccatorum. Secundo, per instructionem bonorum morum, ibi. *Induite uos.* Circa primum duo facit, quia primo præmittit monitionem: secundo eius rationem exponit, ibi. *Expoliantes uos.* Iterum prima in duas, quia primo prohibet vitia carnalia: secundo rationem assignat, ibi. *Propter quæ.* Circa primum duo facit, quia primo ponit generalẽ prohibitionem, secundo explicat in speciali, ibi. *Quæ sunt.* Dicit ergo, Non debetis sapere. *Quæ sunt super terram,* sed mortificate quicquid terrenum. & specialiter membra quæ sunt, &c. Quod potest exponi similitudinarie. quia conuersatio nostra est continens multos actus, sicut corpus multa membra, & in-

sapite: non quæ sunt super terrã. Mortui.n. estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra; tunc, & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-

conuersatione bona, prudentia est sicut oculus dirigens: fortitudo autem sicut pes portãs. In mala vero, astutia sicut oculus, pertinacia uero sicut pes. Hæc ergo membra sunt mortificanda. Vel aliter de membris corporis carnalibus dixit; *Mortui estis &c.* scilicet terrenæ conuersationi. Quomodo? Et respondens dicit; *Mortificate &c.* In tantum ergo morimur culpæ, inquantum viuificamur per gratiam. Vita enim gratiæ reparat nos quantum ad mentẽ, non totaliter quantum ad corpus propter fomitem. Ro. 7. Ego ipse mentem seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

scentiam malã, & auaritiã, quæ est simulacrorum seruitus: propter quę, uenit ira Dei in filios incredulitatis: in quibꝰ ambulastis aliquãdo. cum uiueretis in illis.

LECTIO II.

NVnc aũt deponite & uos omnia iram, indignationem, malitiã, blaspemiã,

Et paulo ante, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ &c. Qui ergo mortui estis quantum ad mentem, mortificate concupiscentiam in membris, quæ sunt super terrã, inquantũ sunt super terrã, & terrena corpora 1. Co. 6. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. i. non permittendo ei se pertrahi ad carnalia. Et iõ ponit peccata in specialis. Et primo pure carnalia. Secundo, media ibi; *Et auaritiam.* Inter carnalia maxime concupiscentia inclinat ad luxuriã, vbi est actus turpis. Et hoc, vel secundum naturam animalis, non dicam rationis, quia omne peccatum est contrarium rationi. Et iõ dicit; *Fornicationem.* Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione &c. vel contra naturam, & sic dicit; *Immunditiam.* Item delectatio est immunda, unde dicit; *Libidinem.* Item concupiscentia praua, vnde dicit; *Concupiscentiam malam.* Secundo, ponit peccata media. Et primo auaritiã, cuius obiectum est corporale, scilicet pecunia: & completur in delectatione spirituali, scilicet dominio talium. Et ideo cõmunicat cum carnalibus peccatis. Et subdit; *Quæ est idolorum seruitus.* Eph. 5. Aut auarus, q̃ est idolorum seruitus. Sed nũquid auaritia ex suo genere est species idolotriæ, & auarus peccat tanquam idolatra? Respondeo, dicendum est, Non ex speciem, sed secundum similitudinem: quia auarus ponit vitam suam in pecunia. Idolatra est quando quis exhibet alicui imagini honorem debitum deo. Auarus autem honorẽ debitum Deo, exhibet pecuniæ: quia tota sua vita circa hoc est. Quia vero auarus non intendit circa pecuniam se habere vt ad Deum, sicut idolatra, ideo est minus peccatum. Deinde cum dicit; *Propter quæ uenit ira Dei.* Ostendit rationem, quare uitanda sunt hæc peccata: & est duplex. Vna, quę mouet omnes, & alia, quæ specialiter istos. Prima est uindicta Dei, quia propter carnalia uenit ira, idest uindicta Dei; *In filios diffidentiæ* idest peccatores qui diffidunt de Deo, quia luxuria est filia desperationis: quia multi ex desperatione spiritualium dant se totaliter carnalibus. Vel diffidentiæ, quia quantum est de se, non est confidendum vt corrigantur, & ideo venit ira Dei, sicut in Gen. 6. & 7. in diluuio: & 18. & 19. de Sodomitis. Alia rõ est, quia illi aliqñ fuerunt tales. Vnde dicit; *In quibus & uos ambulastis aliquando.* s. de malo in peius. Et ponit hanc rationem pp duo. s. & propter id quod Petrus dicit. 1. Pet. 4. Sufficit præteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxuriis &c. & quia experti estis quòd in eis non est vtilitas, sed confusio Roman. 6. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apost. monuit fideles contra vitia carnalia: hic monet eos contra vitia spiritualia. Et primo ponit vniuersalem admonitionem. Secundo, per partes distinguit. Dicit ergo aliqñ ambulastis in illis, sed; *Nunc deponite & vos omnia,* nõ solum carnalia, sed omnia 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiã & oẽm dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones &c. Distinguit aũt uitia spiritualia in duo. Primo in peccatum cordis. Secũdo, oris, ibi; *Blasphemiam &c.* Et primo ponit irã. Ira.n. viri iustitiã Dei nõ operat Iac. 1. & hæc est deponẽda. Secũdo; *Indignationem,* quæ oritur ex ira, q̃ est quando quis reputat aliquẽ indignum eorum, quæ habet uel ut cõparetur alii Esa. 27. Indignatio non est mihi; *Malitiam,* quæ cõsequit ad hæc duo. s. quando quis molit malũ proximo inferre Iac. 1. Abiicientes oẽm immũditiã & abundantiam malitiæ in mansuetudine &c. Deinde ponit peccata pertinẽtia ad peccatũ oris. Et sunt tria genera peccatorum oris. Per hoc.n. peccatum designatur inordinatio mentis. Et primo in comparatione ad Deum, & hæc est blasphemia. Leuitic. 24. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuer-

vniuersus. Et sic quæcunque blasphemia, est peccatum mortale. Sed quid si sit subito? Respondeo Dicendum est, quòd si sit subito, ita quòd non percipit se blasphemare: non peccat mortaliter. Sed credo quòd quantuncumque subito, si tamen percipit quòd dicit verba blasphemiæ, peccat mortaliter. Secundo, designat inordinationẽ circa cõcupiscentiã, dicens; *Turpem sermonem de ore uestro,* Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat &c. Tertio, inordinationem contra proximum, & hoc est mẽdacium. Prou. 19. Qui loquitur mendacium, nõ effugiet. Deinde cum dicit; *Expoliantes &c.* Ostendit rationem, quare sunt vitanda prædicta vitia, quia, scilicet deposita vetustate, debet indui nouitas. Mat. 9. Nemo mittit commissuram panni rudis, in uestimentum vetus &c. Et primo ponit depositionem vetustatis Secundo, assumptionem nouitatis, ibi; *Et induentes.* Dicit ergo; *Deponite* hoc expoliantes &c. Nam hoc inueteratur per peccatum Heb. 8. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Hæc vetustas propinquat corruptioni, quia peccatum est uia ad corruptionẽ. Item, per peccatum perditur virtus & decor spiritualis, quæ quidem vetustas est introducta per peccatum primi parentis. Ro. 5. Sicut.n. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, ita & in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hunc ergo veterem hominem. idest vetustatem peccati. Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato &c. *Exuite cum actibus suis.* Ephe. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris &c. Nouus homo est animus interius renouatus: quia homo ante gratiam, habet mentem interiorem peccato subiectam, & quando reparatur per gratiam, habet nouitatem. Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Gal. vlti. In Christo Iesu neque circuncisio neque præputium aliquid valet, sed noua creatura. Noua creatura est gratia innouans, sed adhuc vetustas remanet in carne. Sed si sequaris iudicium noui hominis, tunc induis nouum hominem: si uero concupiscis secundum desideria carnis, induis vetustatem. Ephe. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Deinde cum dicit; *Et induentes &c.* Describit nouum hominem. Et primo, ostendit renouationis modum. Secundo, vbi renouetur. Tertio, secundum quid renouatur. Ostendit ergo, quòd interior homo vetus per ignorantiam dei, renouatur per fidem & agnitionem dei. 2. Cor. 3: In eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Sed vbi est hæc renouatio? Ibi scilicet, vbi est imago dei, quæ non est in potentiis sensitiuæ partis, sed in mẽte. Vnde dicit; *Secundum imaginem,* idest ipsa dei imago, quæ est in nobis renouata & hoc; *Secundum imaginem eius,* scilicet dei; *Qui creauit eum,* Dicitur autem nouus creatus, quia anima rationalis non est extraduce, sed a deo creata. Deinde cum dicit; *Vbi non est &c.* Ostendit hanc innouationem esse omnibus communem, alias non pertineret ad hominem inquantum homo. Et hoc, quia facta est secundum aliquid, quod conuenit omnibus. Quintuplex autem hic cadit distinctio inter homines. Vna, secundum sexum corporeum, & hanc excludit, dicens, Vbi non est masculus & fœmina: quia non differunt mente, sed secundum sexum corporeum. Secunda, per nationes, & hanc excludit, ibi; *Gentilis & Iudæus.* Isti enim ex fidelibus, illi ex infidelibus, & tamen vtrique mente rationales. Rom. 3. An Iudæorum deus tantum? Nonne & Gentium? Tertia, secundum ritum certum & proprium, quia quidam legis professionem, & quidam ritum eundem non habebant. Rom. 10 Idem dominus omnium &c. Alia secundum linguã, ibi; *Barbarus & scyta.* Scythia est versus septentrionem: barbarietas autem extraneitatem dicit. Vnde barbari, quasi extranei: Et simpliciter est barbarus, qui extraneus est ab homine inquantum homo, & hoc est inquantum rationalis. Et ideo illi barbari sunt, qui non reguntur ratione & legibus, & ideo barbari naturaliter sunt serui, & in Christo non differunt, quia & si ius ciuile non habent, tamen legem habent Christi. Alia secundum conditiones, quia quidam serui, quidam liberi: in Christo autem sunt omnes similes. Iob. 3. Paruus & magnus, ibi sunt &c. Ergo non sunt hæ differentiæ in Christo; *Sed est omnia & in omnibus Christus.* Non enim est circuncisio nisi per Christum & libertas per Christum: si non es liber, libertas tua est Christus. Si non es circuncisus, circuncisio tua est Christus, & sic de aliis. *Et in omnibus,* quia omnibus beneficia sua dat.

turpem sermonem de ore vestro, Nolite mentiri inuicem: expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induẽtes nouum, eum qui renouatur in agnitionẽ dei, secũdum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non est masculus & fœmina, Gentilis, & Iudæus, circuncisio & præputium,

LECTIO TERTIA.

barbarus, & scytha: seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.

SVPRA Apostolus induxit fideles ad vitandum mala: hic inducit eos ad operãdum bona: & primo ad opera particularium virtutum. Secũdo, ad opera virtutum principalium perficientũ animas, ibi. *Super omnia.* Et primo commemorat eorum cõditionem. Secundo subdit virtutum connumerationem, ibi *Viscera misericordiæ.* Dicit ergo, Si induistis nouum hominem, debetis induere noui hominis partes. Ro 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, quibus induimur, quando quicquid exterius apparet, est uirtutibus ornatum. Sed quibus uirtutibus? Aliter induuntur milites, aliter sacerdotes. *Ergo induite* vobis conuenientia vestimenta. *Sicut electi dei sancti* Et quod dicit electi, pertinet ad remotionem a malo, quod dicit sancti, ad donum gratię. 1. Cor. 6. Abluti estis, sed sanctificati estis. Leuit 11, & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Quod dicit. *Dilecti,* pertinet ad præparationẽ futuræ gloriæ. Io. 13. In finem dilexit eos, scilicet vitæ æternę. Et describit hic vestimenta quæ protegunt nos in aduersis, & prosperis. 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris. Et primo, quæ habẽda in prosperis. Secundo, quæ in aduersis, ibi *Patientiam.* In prosperis aliquid debemus, & primo proximo misericordiam. Et ideo dicit viscera misericordiæ. Luc. 1. Per viscera misericordiæ dei nostri, &c. Philip. 2. Si qua viscera miserationis, &c. idest misericordiam ex affectu procedentem. Ad omnes vero consequenter est habenda benignitas, quæ est quasi bonaigneitas. Ignis enim liquefacit, & effluere facit humida. Si in te est bonus ignis, liquefacit: quicquid humiditatis habes, & dissoluet. Hanc facit Spiritusanctus. Sap. 1. Benignus est spiritus sapientiæ. Ephe. 4. Estote autem inuicem benigni, misericordes, &c. In corde debes habere humilitatẽ. Eccle. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus &c. In exterioribus debes modestiã, quæ ponit modũ; ne in psperis excedas. Philip. 3. Gaudere in domino semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus. In aduersis tria sunt arma habenda, scilicet patientia, quæ facit quòd animus propter aduersa non amoueatur ab amore dei, & rectitudine iustitiæ. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas uestras. Sed quia quandoque contingit, quòd aliquis a iustitia nõ declinat quantum est de se, tamẽ aliorum mores sunt ei importabiles, ideo dicit. *Supportantes inuicem.* 2. Petr. 2 Habitans apud eos qui de die in diem, iustam animam iniquis operibus cruciabant. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecilitates infirmorum sustinere. Tertio, condonationem, ibi. *Et donantes &c* idest parcentes, 2. Cor. 2. Nam, & ego quid donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. Cõdonat autem quis iniuriam, quando non habet rancorem ad eũ, nec malum contra ipsum procurat. Sed quando necessitas punidi est, tunc puniendus est. Et addit rationẽ. *Sicut & dominus donauit uobis.* Eccle. 28. Homo homini seruat iram, & a deo quærit medelam &c. Matt. 18 Omne debitum dimisi tibi, &c. Et post, Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui sicut &c. Deinde cum dicit. *Super omnia &c.* Inducit ad principales virtutes p ficiẽtes alias. Et principalior est charitas inter virtutes, sapiẽtia vero inter dona. Charitas quidem, informat omnes uirtutes. sapientia uero, dirigit, primo igitur inducit ad primum. Secundo, ad secundũ ibi. *Verbum Christi.* primo inducit ad charitatem habendam. Secundo ad charitatis effectus, ibi. *Et pax.* Dicit ergo. Super omnia induatis charitatem, quę omnibus prædictis maior est, vt dicitur 1. Cor. 13. *Super omnia,* idest, magis quàm omnia, quia est finis omnium virtutum. 1. Timo. 1. Finis autem præcepti est charitas, &c. Vel super omnia debemus habere charitatem, quia est super omnia alia. 1. Cor. 11. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro &c. Et hoc, quia sine ipsa nihil valent alia, Et hæc charitas figuratur per tunicam inconsutilem Io. 19. Et ratio huius quare est habenda, subditur, scilicet, q̃ *Est uinculum.* Ex Glo. per omnes virtutes homo perficitur, sed charitas connectit eas adinuicem, & facit eas perseuerantes, & ideo dicitur vinculum. Vel ex natura sua est vinculum, quia est amor qui est vniens amatum amanti. Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis &c. Sed addit

Perfectionis, quia est vnumquodque perfectum, quando adhæret fini vltimo, scilicet deo, quod facit charitas. Deinde cum dicit. *Et pax &c.* Monet ad actus charitatis. Et ponit duos actº, scilicet pacem, & gratitudinem, & certium innuit, scilicet gaudium. Dicit ergo Et pax Christi &c. Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundum August. tranquilitas ordinis, sibi a deo instituti, quod facit charitas. Qui enim aliquem diligit, concordat cum eo in uoluntate. Psal. 118. Pax multa diligentibus legē tuam. *Exultet*, quia charitatis effectus est gaudium, quod sequitur ex pace, Pro. 12, Qui pacis ineunt cōsilia, sequitur eos gaudium. Sed nō dicit simpliciter pax, qa ē pax mūdi, quā deº nō uenit facere, sed Chri, quā fecit inter deum, & hoīem. Mar. 9. Pacē habete inter vos, quam annuntiauit. Luc. vltimo. Stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis; Pax uobis. Et debetis habere, quia *In ista uocati estis*. 1. Cor. 8. In pace uocauit nos deus. Et hoc est qd subdit. *In uno corpore*. i. vt sitis i uno corpore. Esse actus alius est, ut sitis grati. ideo sequitur. *Et grati estote*. Sapien. 16. Ingrati spes tanquam hibernalis glacies tabescet, & dispeniet tanquam aqua superuacua. Deinde cum dicit. *Verbum Christi*. monet ad sapientiā, & primo docet sapientiæ originem. Secundo sapientiæ vsum, ibi. *Docentes*. Ad hoc etiam quod quis habeat patientiam veram, oportet considerare unde oriatur. Ideo dicit. *Verbum Christi*. Eccl. 1. Fons sapientiæ, uerbū dei in excelsis, ergo ex uerbo Christi hauriatis eam. Deut. 4, Hæc est sapientia uestra, & intellectus coram populis &c. 1. Co. 1. Qui factus est nobis sapientia a deo &c. Sed aliqui non habent uerbum, ideo nec sapientiam. Et ideo dicit. *Habitet*. Pro. 3. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, &c. Aliquibus sufficit modicum quid de uerbo Christi: sed Apostolus uult, quòd habeamus multum. Et ideo dicit. *Abundanter*. 2. Cor. 9. Potens est deus omnem gratiam abundare facere in uobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Prou. 2. Sicut thesauros effoderis eam, &c. Et addit. *In omni sapientia*. i. in omnibus pertinentibus ad sapientiam Christi, debetis studere scire. Act. 20, Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Eccl. 21. Cor fatui, quasi uas confractum, & omniem sapientiā non tenebit &c. Triplex autem est vsus huius sapiētiæ, scilicet, instructionis, deuotionis, & directionis. Instructio duplex, scilicet ad cognoscendum vera. Vnde dicit. *Docentes*, quasi dicat. Habitet ita abundanter in uobis, ut de omnibus sitis instructi per ipsum. 2. Timo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum &c. Item, ad cognoscendum bona, ideo dicit. *Et commonentes uosmetipsos*, idest exhortantes vos ad bona opera. 2. Petri. 1. Suscitare vos in commonitione &c. Secundo ponit vsum deuotionis. Vnde dicit. *In psalmis, & hymnis*. In psalmis qui designant iucunditatem bonæ operationis. Psalm. 148. Laudate eum in uoce exultationis &c. Hymnus est laus cum cantico. Psalm. 148. Hymnus omnibus sanctis eius, &c. *Et canticis spiritualibus, &c.* quia quicquid nos facimus debemus referre ad bona spiritualia, ad ꝓmissa æterna, & ad reuerentiā dei. Et ideo dicit. *In cordibus*, & non in labiis tantum 1. Cor. 14, Psallam spiritu, psallam & mente. Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorū longe est a me. Et addit. *In gratia*, scilicet recognoscentes gratiam Christi, & beneficia dei. Sunt autem cantica ecclesiæ cordis principaliter, sed oris sunt, vt excitetur canticum cordis, & pro simplicibus, & rudibus. Tertio, ponit vsum directionis in opere, dicens. *Omne quodcunque facitis &c.* Quia etiam locutio opus quoddam est. 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite &c. Sed contra, Aut hoc est præceptum, aut consilium: si præceptum, peccat, quicunque hoc non facit: sed peccat venialiter quando qs hoc non facit: ergo quicunque peccat venialiter, peccat mortaliter. Respondeo: quidam dicunt quòd hoc est consilium, sed hoc non est uerum, Sed dicendum est, quòd non est necessarium quòd omnia in deum referantur actu, sed habitu: qui enim facit contra gloriam dei, & præcepta eius, facit contra hoc præceptum. Venialiter autem peccans, non facit contra hoc præceptum simpliciter: quia licet non actualiter, tamen habitualiter refert omnia in deum.

benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquē habet quærelam, sicut, & dominus donauit uobis, ita, & uos, Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est uinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris in qua, & uocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commonentes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus uestris deo. Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo, & patri per ipsum.

LECTIO IIII.

Vlieres subditæ estote uiris, sicut oportet in domino. Viri, diligite vxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia: hoc.n. placitū est in dño. Patres nolite ad indignationē pro

LECT. IIII.

POSITA generali instructione ad omnes: hic incipit ponere specialem. Primo, dat quædam specialia documenta, pertinentia ad singulos status in ecclesia. Secundo, quædam communia omnibus statibus respectu certarum cōditionum, in. 4. cap. ibi *Oratione instante*. Prima in tres, secundum tres connexiones ex quibus domº constituitur secundum Philosophum, quarum vna est viri, & vxoris: secunda patris, & filii: alia domini, & serui. Secunda, ibi. *Filij*. Tertia, ibi. *Serui*. Vna quæque earum diuiditur in duo, secundum quod monet subditos vt obediant, superiores vt moderate imperent. Dicit ergo *Mulieres &c.* & dicit, *Sicut oportet*, quia hæc subiectio ex lege diuina ordinata. Gen. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesis taceant. Non.n. permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut, & lex dicit. Et ratio huius est, quia regere est rationis: uiri autem magis uigēt ratione, & ideo præsidere debent. Item addit. *In domino*. Quia omnia ordinata ad aliquos fines, sunt referenda finaliter in deum. Deinde monet viros vt diligant eas, dicens. *Viri diligite uxores*. Hoc enim est naturale: quia uir, & uxor quodammodo sunt vnum. Ephe. 5. Viri, diligite vxores vestras, &c. Et prohibet ne eis sint amari. Mich. 1. Infirmata est in bonum, quę habitat in amaritudinibº. Ephe. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur a uobis, cum omni malitia. Deinde cum dicit *Filij &c.* Agit de secundo, & dicit. *Filij obedite per omnia*, scilicet quæ non sunt contra deum. Hebr. 12. Parentes quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, &c. Si vero præcipiant in his, quæ sunt cōtra deum, sic intelligitur illud, quod dicitur. Luc. 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. & hoc, quia hoc est placitum domino, idest in lege domini, quia lex charitatis non remouet legem naturæ, sed perficit. Est autem lex naturalis, quòd filius subdatur curæ patris. Exod. 10. Honora patrem tuum, & matrē tuam &c. Deinde cū dicit *Patres nolite, &c.* instruit parentes. Ephe. 6. Et uos patres, nolite ad iracundiā prouocare filios vros, &c. & hoc. *Vt non pusillo animo fiant*. Idest, vt non pusillanimes fiant, & huius ratio est, quia homines retinent impressionem quam a pueritia habuerunt. Naturale autem est quòd qui in seruitute nutriuntur, semper sint pusilanimes. Vnde ratio est cuiusdam, quare filii Israel non statim in terram promissionis sunt perducti: quia fuerant nutriti in seruitute, & non habuissent audaciam contra inimicos pugnandi. Esaie. 35. Dicite pusil. &c. Deinde dicit. *Serui obedite*. Agit de tertio, & primo de seruis ponit monitionem. Secundo, ostendit rationem, ibi. *Scientes*. Tertio, excludit dubitationem, ibi. *Qui enim*. Circa primum duo facit: quia primo monet eos ad obedientiam. Secundo determinat obediendi modum, ibi. *Non ad oculum*. Dicit ergo. *Serui*. Secundum carnalem conditionem. *Obedite per omnia*, quæ scilicet, non sunt contra deum. 1. Pet. 2. Non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, &cætera. 1. Timothei vltimo. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos, omni honore dignos arbitrentur. Deinde cū dicit. *Non ad oculum*. Docet modum obediendi. Et ostendit duos modos obediendi. Primo, quòd simpliciter, & sine dolo. Secundo, ostendit quòd voluntarie. Dicit ergo. *Non ad oculum*, scilicet quantū potest videri a domino. Eph. 6. simile. Et dicit, Quasi hominibus placentes, quia non seruiunt hoc modo, nisi vt placeant hominibus. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. Ideo addit; *Sed in simplicitate cordis &c.* i. absque dolo; *Timentes dominum* sicut Iob. 1.

Erat

Erat uir ille simplex, & rectus, ac timens Deum Prou. 11. Simplicitas iustorum diriget eos &c. Item volūtarie, unde dicit; *Quodcunque facitis ex animo*, idest promꝑte; *Operamini*. Et hoc; *Sicut domino* quia qui seruit alicui propter ordinem iustitiæ, facit hoc propter Deum a quo est hic ordo Rom. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Eph. 6. Facientes uoluntatē dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes, sicut &c. Deinde dicit; *Scientes*, ostendit duplicē rationem huius, & vna est, ex parte remunerationis, alia, ex parte deuotionis ad deum. Dicit ergo. Seruiatis prompte, quia; *A domino accipietis retributionē hæreditatis* æternæ Psa. 15. Funes ceciderūt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea pclara ē mihi. Ephe. 6 Scientes, quoniam vnusquisque quodcūque fecerit bonū, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Quorundam enim fuit opinio, ꝙ actus iustitiæ non est meritorius, quia hoc uidebatur esse debitū, & hoc nō est meritorium alicui dare quod suū est. Sed sciendū est, ꝙ ex hoc, ꝙ uolūtarie facis, ex hoc ponis aliquid de tuo, quia de potestate tua est uelle & nō uelle, & sic ē meritoriū. Serui aūt ex debito seruiūt dño, & ideo, vt habeāt mercedē, hoc faciunt volūtarie. Sed sic seruite eis, ꝙ a deo nō recedatis. Itē alia rō est, quia sic seruitis domino Christo Ro. 12. Spiritu seruētes, dño &c. Deinde dicit; *Qui enim* remouet dubitationē. Posset.n. dicere seruus. Qūo seruiam ei, qui facit mihi iniuriā. Et ideo dicit, Non est tuū ut uindices te, subtrahendo ei quod suū est, sed expecta ab eo, qui potest, quia; *Qui iniuriam facit &c.* 2. Cor. 5 Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Eph. 6. Et personarū acceptio non est apud deum. Act. 10. Nō est personarum acceptor deus. Deinde cū dicit; *Domini* ostēdit qualiter dñi se habeāt ad seruos. Et circa hoc duo facit, quia primo dat doctrinam Secundo, reddit rationem eorum ibi; *Scientes*. Dupliciter autem potest dominus grauare seruos, scilicet faciendo contra eos, quod iustitia legis prohibet, quia secundum leges, non licet domino seuire in seruum. Ideo dicit; *Quod iustum est*. Itē, si exigeret totū debitū, quod mānsuetudo christiana mitigat. Ideo dicit; *Et æquum*. Iob. 31. Si contempsi subire &c. Deinde cum dicit; *Scientes &c.* Ponitur ratio, quia sicut tu te habes ad eos, ita dominus ad te. Eph. 6. Scientes &c.

LECTIO PRIMA.

SVPRA posuit specialia documenta ad singulos status hominum, hic ponit pertinentia ad omnes, tamen respectu diuersorum. Et primo ostendit qualiter se habeant ad alios. Secundo qualiter ad ipsos alii se habeant, ibi; *Quæ circa me &c.* Iterum, prima in duas, quia primo ostendit qūo se habeant ad ipsummet Apostolū, eorum prælatum. Secundo, quomodo ad alios, maxime infideles, ibi; *In sapientia*. Circa primum duo facit, quia primo incitat eos uniuersaliter ad orandum. Secundo, ut orent ꝓ eo, ibi; *Orantes*. Debet autem oratio habere tria. s. quòd sit assidua, grata, & vigilās. Assidua. vnde dicit; *Orationi instantes* 1. cū perseuerantia orate 1. Thess. 5. Sine intermissiōe orate. Luc. 18 Oportet semper orare, & nunquā deficere. Item vigilās, vt animus non sit præssus. Ideo subditur; *Vigilantes* 1. Pet. 4. Vigilate in orationibus &c. Luc. 6. Erat pernoctans in oratione &c. Itē grata, idest in gratiarum actione, alias non meretur beneficia noua, si de acceptis esset ingratus. Vnde sequitur. *In gratiarum actione*. Phil. 4. Cum gratiarum actione. 1. Thes. 5. In omnibus gratias agite. Consequenter rogat, vt orent pro ipso, dicens. *Orantes &c.* Quia hoc est debitum, quòd subditi pro prælatis orent, quia prælati custodiunt eos, & eorum bonum est commune omnium. 2. Tes. 3. Orate pro nobis, vt sermo domini currat &c. Et hoc. *Vt deus aperiat ostium*. i. os, per quod sermo a corde exit, & quòd deus det gratiam digne proferendi verbum suum. In operatione ēt significatur aliqd magnum. Matt. 5. Aperiens os suum, docebat eos &c. Et ideo subdit. *Ad loquendū* 1. Cor. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria. Et his indigeo, quia propter verbum Christi &c: Et tribulationes patior. Ideo orandum est, ut libere possim. 2. Tim. 2. Laboro vsque ad uincula. Et hoc modo, vt aperiat idest. *Vt manifestet &c.* Tria possunt esse impedimēta verbi, scilicet uel propter timorem, ideo dicit. *Vinctus*. vel propter altitudinem, ita quòd subditi nequeant intelligere, ideo dicit. *Vt manifeste*. Vel propter incongruitatem temporis vel modi. ideo dicit. *Vt oportet*. 1. Cor. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus &c. Luc. 12. Fidelis dispensator, & prudens, quem cōstituit &c. Consequenter cū dicit. *In sapientia &c.* Ostendit qūo se habeāt ad extraneos, & primo in cōuersatione. Scdo, qūo in locutione, ibi. *Sermo uester*. Dicit ergo. *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt*. Idest infideles in sapiētia. i. sapienter. Sap. 7. Neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia inhabitat &c. Et huius causa est *Redimentes &c.* Redimit vexationem suam, qñ quis dimittit quod est de iure suo, vt vitet eam. Isti vexabantur ab eis, ideo vult quòd redimant eam per sapientiam. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonā &c. Item docet secundo, quomodo se habeant loquendo. Et primo, vt sermo sit gratus. Vñ dicit. *Sermo uester, semper in gratia*. Eccl. 6. Lingua eucharis in bono homine abundabit. Scdo, vt sit discretus. Vñ dicit. *Sale conditus*. ꝑ salem intelligitur discretio: qa ꝑ ipsum omnis cibus cōditus est sapidus, ita oīs actio indiscreta est insipida, & inordinata, Mat. 9. Habete in uobis sal, & pacē habete inter uos. Et hoc. *Vt sciatis &c.* Aliter.n. est respondendum sapientibus, aliter insipientibus. Prou. 26. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis &c 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem oī poscenti uos rationē &c. Deinde cum dicit. *Quæ circa me &c.* Ostēdit, quid alii agant ad ipsos, & & primo ostēdit, qd ad eos agāt illi, quos ad eos mittit. Scdo, qd cū Apostolo. remanētes, ibi. *Salutant*. Mittit aūt ad eos legatū, quē primo describit tripliciter, & primo a dilectione, dicēs. Charissimus frater. s. ꝑ charitatē, q̄ facit hoīem auro pretiosiorē. Esa. 13. Pretiosior erit uir auro, & hō mundo obrixo &c. Itē a fide. Vñ dicit *Fidelis in ministerio*. 1. Cor. 4. Hic iam q̄ritur inter dispēsatores, vt fidelis qs inueniat. Itē ab humilitate, Vñ dicit *Et cōseruus*. s. in esecutione ministerii, sed *In domino*: qa plātus q̄rere debet vtilitatē eorū, qbus ꝓfertur, & dei honorē. Sed ad qd mittitur? Vt cognoscat statū subditorū. Gen. 37. Vade, & uide si cūcta ꝓspera sūt erga fratres tuos & pecora & renūtia mihi qd agat &c. 1 Re. 17. Fratres tuos uisitabis, si recte agant, & cū qbus ordinati sūt disce. Itē vt cōsoleē. Ro. 1. Desidero.n. videre uos, ut aliqd impartiar uobis gr̄æ spūalis ad cōfirmādos uos. i. simul cōsolari in uobis &c. Et dñs missus a patre, ad hoc venit. Esa. 61. Vt cōsolarer oēs lugētes &c. Itē describit eiº societatē cū Onesimo. *Qui oīa q̄ hic agūt, &c.* Et vestra mihi, vt corrigā, & mea uobis, ut exēplū habeatis. Deinde cū dicit. *Salutat &c.* Ostēdit, qūo salutātur a rema-

uocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui, obedite ꝑ omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcūque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus: scientes quòd a domino accipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id qd inique gessit: Et non est personarum acceptio apud Deum. Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes, quoniam & vos dominum habetis in cælo.

CAPIT. IIII. LEC. I.

Rationi instate, vigilantes in ea in gratiarū actione: orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiū sermonis ad loquendū mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) vt manifestem illud, ita vt oporteat me loqui. In sapien-

tia ambulate ad eos q̄ foris sunt, tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat uos vnicuique respondere. Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tichicus frater, & fidelis minister & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa uos sunt, & cōsoletur corda uestra. Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex uobis est: qui omnia quæ hic agūtur nota facient uobis, Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, si venerit ad uos, suscipite illum) & Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerūt solatio. Salutat uos Epaphras, q̄ ex vobis est seruus Christi Iesu, semp solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis pfecti, & pleni in omni voluntate dei. Testimoniū.n. illi phibeo, ꝙ habet multū laborē ꝑ uobis, & ꝑ his q̄ sūt Laodiciæ, &

a remanentibus cum Apost. & litera satis patet. *De quo accepistis &c.* Act. 13. dicitur, quòd cum Paulus, & Barnab. simul irẽt quidam Io. Marcus sic se eis coniunxit quòd postea recessit, & iterum rediit. Et Paulus quidem noluit eum recipere, sed Barna. Et ideo Paulus recessit a Barna. Et propter hoc Apo. scripsit Collossensibus, de Marco, quòd non receperent eũ, sed nũc quia conuersus erat scribit, vt eum recipiant: & hoc est, *Accepistis &c.* Vel fratrem Barnab. de quo Barnaba accepistis, &c. *Et Iesus qui dicitur iustus.* qui quidem erat uir sanctæ conuersationis. Ed ideo dicitur iustus. *Qui sunt ex circuncisione*, missi ad prædicandum euangelium Christi. Philipp. 1. Quid enim, cũ omni modo siue per occasionem, siue per veritatẽ Christus annuntiẽt. Et sic primo Gẽtiles scẑo Iudęos ponit. *Epaphras qui ex uobis &c.* Quia Asianus erat. Et ad hoc salutant. *Vt stetis perfecti.* Iac. 1. Sitis perfecti &c. *Pleni &c.* Idest in omnibus, quæ pertinent ad volũtatem dei. Item, ponit Lucam, qui nõ fuit natus ex Iudæis, Vt videtur. quia fuit Antiochenus, medicus arte, quem specialiter nominat, q̃a fuit homo bonæ authoritatis in ecclesia propter euangelium quod scripsit, Apostolo adhuc viuente. Deinde dicit *Salutate &c.* ostendit quos salutent, & primo quomodo alios alienæ ecclesiæ. Secũdo, quomodo eos qui sunt de sua, ibi. *Et eam quæ est Laodicensium* Ex quo habetur, quòd scripsit alias epistolas: quia istam, de qua fit mentio hic .s. Laodicensium, & vnam aliam ad Cor. præter qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres, qui sunt Laodiceę & Nymphã, & quæ in domo eius est ecclesiã. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc: facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur, & ea quę Laodicensium est, vobis legatur, Et dicite Archippo. Vide ministerium, quod accepisti in domino, vt impleas illud. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorũ meorũ. Gratia domini nr̃i Iesu Chr̃i vobiscũ. Amẽ.

E primam, & secundam: quia in prima epist. cap. 5. dicit, Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicatiis &c. Sed ratio est duplex, quare non sunt in canone: quia non constabat de earum authoritate, quia forte eranr deprauatæ, & perierant in ecclesiis. Vel quia non continebant aliud quàm ista. *Et dicite Archippo* hic fuit prælatus eorum, & mandat vt moneãt ipsũ dicentes *Vide &c.* 2. Tim. 4. Ministerium tuum imple. Et quidem tunc ministeriũ implet, quando facit illud ad quod accepit. Sed videtur q̃ nõ pertineat ad subditum monere prælatũ. Exo. 19. Dicendum, quòd irreuerenter arguere, & vituperare est prohibitum, sed monere charitatiue potest, sicut Paulus Petrum. Gal. 2. Sed quare non scripsit G prælato? Quia prælatus est propter ecclesiam, & non econuerso. *Salutatio, &c.* Consuetudo Apostoli erat quòd totam epistolam faciebat aliquem scribere: sed in fine ponebat aliquid de manu sua. 2. Thes. vlt. vbi dicit, Salutatio mea manu Pauli, idẽ, & hic, ne falsarientur. Et dicit. *Memores &c.* quia Romæ vinctus erat: quia Iac. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt in nomine domini, &c. Heb. vl. Mementote præpositorũ vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuẽtes exitũ conuersationis, imitamini fidem. Tãdem concludens optat eis bonũm, dicens. *Gratia &c.* Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, cui sit laus, & gloria, nunc, & semper Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Colossenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

MVLTIPLICATAE sunt aquæ &c. Gen 7. Hæc verba competunt materiæ huius epistolæ. Ecclesia enim figuratur per arcam, sicut dicitur. 1. Pet. 3. q̃a sicut in arca cęteris pereũtibus, paucæ animæ salua tæ sunt, ita in ecclesia pauci. i. soli electi saluabuntur. Per aquas autem significantur tribulationes. Primo, quia aquæ impellũt irruẽdo sicut tribulationes. Matt. 7. Venerunt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerunt in domum illam. Sed impulsu fluminum ecclesia non mouetur. Vnde subdit, Et nõ cecidit. Secũdo aqua extinguit ignẽ. Ecc. 30. Ignem ardentẽ extinguit aqua, sic tribulationes extingunt impetus concupiscentiarum, ne homines ad libitũ eas sequantur, sed non extingunt verã charitatem ecclesiæ. Can. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Tertio aquæ submergunt per inundationem. Treñ. 3. Inundauerunt aquæ sup caput meum, sed ecclesia non per has submergitur. Io. 2. Circũdederunt me aquæ usque ad animam meam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum &c. Et post, Rursum videbo templum sanctum tuum &c. Non ergo deficit, sed subleuatur. Et primo per eleuationem mentis ad deum. Greg. Mala quæ nos hic præmunt, ad deum nos ire compellunt. Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Secundo per spiritualem consolationem. Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animã meã. 2. Cor. 1. Sicut abundant pasiones Christi in nobis, ita p̃ Christum abundat consolatio nostra. Tertio, per multiplicationem fidelium, quia tempore persecutionum, deus multiplicauit ecclesiam. Exod. 1. Quantoq; magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. Sic ergo conuenit huic epistolæ, quia isti multas tribulationes passi, steterunt fortes, Videamus ergo textum.

B pax quæ est finis, quia tunc est pax, quando appetitus totaliter pacatur. Deinde cum dicit. *Gratias agimus*: Incipit epistolaris narratio, & primo commendat eos de præterita perseuerantia. Secundo, monet eos ad bene agendum in futurum. 4. cap. ibi. *De cætero.* Item, primo agit gratias vniuersaliter de bonis eorum. Secundo, ea commemorat in speciali, ibi, *Scientes fratres, &c.* Circa primum duo facit, quia primo ponit gratiarum actionem. Secundo, eius materiam, ibi. *Memores*. Item primo, pro eis gratias agit: Scẑo, pro eis orat ibi, *Memoriam uestri.* Quantum ergo ad primum dicit tria, quæ debent esse in gratiarũ actione. Primo, quòd sit ordinata, scilicet ad Deum. Ideo dicit. *Gratias agamus Deo.* Psalm. 83. Gratiam & gloriã dabit Dominus. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminum. Item assidua, quia *Semper.* Item vniuersalis, ibi. *Pro omnibus uobis.* Infra. 5. In omnibus gratias agite. Deinde orat pro eis, dicens *Memoriam uestri faciens &c.* quasi dicat, *Q*uandocunque oro, habeo uos in memoria. Rom. 1. Sine intermissione memoriam uestri facio semp̃ in orationibus meis. Deinde cum dicit. *Memores operis*, Ponit bona de quibus agit gratias .s. fidem, spem, & charitatẽ. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, &c. Fidẽ præmittit: quia est substantia sperandarum rerum, &c. Accedẽ tem enim ad Deũ oportet credere &c. Hebr. 11. Hæc autem nõ est sufficiens nisi habeat operationem, & laborem. Et ideo dicit *Operis fidei uestræ, & laboris.* Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Item, quia qui in laborando propter Christum deficit, nihil valet. Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ideo dicit. *Operis & laboris.* quasi dicat, Memores fidei vestræ operantis, & laborantis. Item, *Charitatis*, in cuius operibus abundabãt. infra. 4. Charitatem fraternitatis &c. Itẽ spei quæ facit patienter sustinere aduersa. Rom. 12. *S*pe gaudentes, in tribulatione patientes. *Et sustinentiæ*, quam spes facit. Iac. 5. Patientiam Iob audistis, &c. *Spei*, inquam, *Domini nostri*, idest, quam habemus de Christo, vel quam Christus dedit nobis. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Hæc spes est. Ante deum, nõ ante oculos hominũ Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Heb. 6. Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, &c. Spes enim in ueteri testamento non induxit ad Deum. Deinde cum dicit. *Scientes fratres*. In speciali commemorat eorum bona, quos primo commẽdat, quod deuote, & prompte susceperunt prædicationem, non obstante tribulatione. Secundo, quòd propter tribulationem ab ea nõ recesserunt in 2. cap. ibi. *Nam ipsi scitis*. Iterũ prima pars diuidit in duas: quia primo, ostendit qualis fuit ista prædicatio. Scẑo, qualiter ab eis recepta, ibi. *Et uos imitatores.* Circa primũ tria facit: quia primo ostendit quid circa eos sciebat. Scẑo modum prædicationis suæ, ibi, *Quia euangelium*. Tertio, quid ipsi sciebãt de Apostolo, ibi *Sciẽtes*, Dicit ergo. *O fratres dilecti a Deo.* Non solum communiter in quantum dat esse naturæ, sed inquantum specialiter ad bona æterna estis uocati. Mala. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, &c. Deut. 33. Dilexit populos, &c. *Electionem uestram*. quasi dicat, Certitudinaliter cognosco vos esse electos: quia hanc electionem non meruistis,

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicẽsium in deo patre nostro, & domino Iesu Christo, gratia uobis, & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrę, & laboris, & charitatis, & sustinentię spei domini nostri Iesu Christi ante deum, & patrem nostrum. Scientes fratres dilecti a Deo electionem uestram: quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum: sed & in uirtute, & in Spiritusancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerim° in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini excipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritussancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia, A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia, & in Achaia, sed in omni loco, fides uestra, quæ est ad Deum, perfecta est, ita, ut non sit nobis necesse

C

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS vult munire hic Ecclesiam contra tribulationes, & primo contra tribulationes præsentes, et hoc in prima epistola. Secundo contra futuras tempore Antichristi, & hoc in secunda. Prima diuiditur in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi. Gratias agimus. Item, primo tangit p̃sonas salutantes. Secundo ecclesiam salutatam. Tertio bona optata. Notandum est autem, quòd quia vbi non delinquim° omnes pares sumus, ideo quia istis bonis scribit, non facit mentionem de officio suo, sed solum de nomine humilitatis, quod est, *Paulus.* Sap. 7. Et innumerabilis honestas per manus illius. Et adiungit duos, qui eis prædicauerunt cum eo, scilicet *Siluanum*, qui, est Sylas, *& Timotheum*, quem circuncidit, vt dicitur. Act. 16. Salutat autem ecclesiam, quæ est congregatio fidelium & hoc, *In Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo*, idest in fide trinitatis, & diuinitatis, & humanitatis Christi, quia in horum cognitione erit nostra beatitudo. Tangit autem personam patris, & filii incarnati, in quibus intelligitur Spiritusanctus, qui est nexus amborum. Bona optata sunt gratia, quæ est principium omnium bonorum. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et

E

stis, sed a Deo estis gratuite electi. Et hoc scio, quia Deus dedit mihi magnum argumentum in prædicatione, scilicet quòd illi, quibus loquor, sunt a Deo electi, scilicet quando Deus dat eis, gratiam fructuose audiendi uerbum eis prædicatum vel mihi gratiam copiose prædicandi eis. Contra videtur esse quod dicitur. Ezech. 3. Et linguã tuã adhærere faciam palato tuo &c. Ideo primo commemorat, quàm uirtuose eis prædicauit. Secundo, inducit eorũ testimonium, ibi; *Sicut scitis*. Virtuose quidẽ: quia non fuit in sublimitate sermonis; *Sed in uirtute* 1. Cor. 2. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed ostensiõe spiritus & uirtutis 1. Corin. 4. Nõ enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Vel potest referri ad confirmationem prædicationis, vel ad modum prædicandi. Si ad primum, sic confirmata fuit prædicatio mea vobis, non argumentis, sed virtute miraculorum. Vnde dicit Marc vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Item in datione spiritussancti, vnde dicit; *Et spiritui sancto* Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant verbum &c. Heb. 2. Contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus; *Et in plenitudine &c.* Et hoc addit, ne crederent se minus recepisse quàm Iudæi. quasi dicat Spiritussanctus non est personarum acceptor: sed in ea plenitudine fuit apud uos, sicut apud Iudæos. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto &c. Sed si ad secundum, sic; *In uirtute*, idest virtuosam vitam uobis ostendens Act. 1. Cœpit Dominus facere & docere. Et in spiritu sancto scilicet, suggerente. Matt. 10. Non estis uos qui loquimini &c. *Inplenitudine multa*, scilicet, quia instruxi vos de omnibus ad fidem necessariis. Inducit autẽ eorum testimonium ad hoc cũ dicit; *Sicut uos scitis &c.* Idest, qualia dona & uirtutes ostendimus in uobis 2. Cor. 5. Spero autem in conscientiis vestris manifestos nos esse. Deinde cum dicit; *Et uos imitatores &c.* Ostendit quomodo prędicationem suam uirtuose receperunt, nec propter tribulationes recesserunt. Et primo ostendit eorum virtutẽ in hoc, quòd alios imitati sunt. Secundo, quòd aliis se imitabiles præstiterunt, ibi; *Ita ut facti estis*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit quos sunt imitati. Secundo, in quibus sunt imitati, ibi; *Excipientes*. Circa primũ dicit, quòd imitati sunt eos quos debuerunt, scilicet prælatos. Et ideo dicit; *Imitatores nostri facti &c.* Philip. 3. Imitatores mei estote fratres. Sed imitati sunt non eo in quo delinquimus sicut homines, sed in quo imitamur Christum. Vnde & dicitur. 1. Corinth. 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi, idest in quo imitatus sum Christum, scilicet in patientia tribulationis Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, vt sequamini uestigia eius. Et ideo dicit; *In tribulatione multa cum gaudio*, idest quamuis multa tribulatio immineret propter verbum, tamen illud accepistis cum gaudio. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; *Cum gaudio* inquã; *Spiritußancti* nõ alio quocunque qui est amor Dei, qui facit gaudiũ patientibus propter Christum, quia amant eum. Can. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Et sic estis imitatores nostri; quòd, scilicet aliis estis imitabiles. Vnde dicit; *Ita ut facti estis &c.* Circa quod tria facit: quia primo ostendit eos esse imitabiles. Secundo, quomodo eorum fama diuulgata est, ibi; *A uobis enim diffamatus*. Tertio, quomodo ab omnibus laudantur populis; ibi; *Ipsi enim annuntiant*. Dicit ergo, Ita perfecte nos imitati estis, *Vt fitis facti forma*, idest, exemplum vitæ non solum in terra vestra, sed in aliis. Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera vestra &c. Sed credentibus forma facti estis quibus fides vestra innotuit. Ad quod bonitas vestra accessit. *A uobis enim diffamatus est sermo Domini*, idest prædicandi Dominum. i. vestra fama diffusa est nõ tãtum in Macedonia, & Achaia, quæ sunt vobis vicinæ, sed, *Fides uestra ad Deum perfecta*, idest, quam Deus acceptat, & q̃ coniungit vos Deo, quæ etiã est in oi loco diuulgata. Rom. 1. Fides vestra annũtiatur in uniuerso mundo &c. Et signũ huius est, *Quia non est necesse &c.* Boni enim prædicatoris est, bona aliorum in exemplum adducere. 2. Cor. 9. Vestra enim æmulatio prouocauit plurimos. Deinde cũ dicit. *Ipsi enim &c.* Ponit eorũ laudem qua ab aliis laudabantur. quia. *De uobis annuntiant &c.* Prouerb. vltim. Laudent illam in portis opera eius. Laudant autem in uobis meam prædicationem, & uestram conuersionem. Annuntiat ergo qualem introitum habuerimus ad vos, quia cum magna difficultate, & in tribulationibus. Laudant etiam vestram conuersionem. Et ostendit quomodo, a quo, & ad quid conuersi sunt. Quo ad primũ dicit. *Et quomodo conuersi estis ad Deum*, idest, quam faciliter, & perfecte. Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem Quo ad secundũ dicit. *A simulachris*. 1. Cor. 12. Scitis quoniam cũ gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebam ni euntes. Quo ad tertium dicit. *Seruire Deo*, scilicet seruitute latriæ: non creaturæ. *sed Deo.* Contra quod dicitur. Roman. 1. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori &c. Et dicit. *Viuo*, vt excludat idolatriæ cultum quia idolatræ colebant quosdã mortuos, quorũ aiãs dixerũt deificatas, sicut Romulũ, & Herculem. Et ideo dicit, *Viuo* Deut. 32. Viuo ego in æternum. Item quia Platonici putabant, quasdam substantias separatas Deos esse participatione: dicitur uero non participatione diuinæ naturæ, sed quia seruientes ei sunt remunerandi. Ideo quia sic estis, restat ut remunerationem expectetis. Vnde dicit. *Et expectare filium eius*, scilicet Dei, *De cælis*, descendentem. Luc. 12. Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum quãdo reuertatur a nuptiis. Esa. 30. Beati omnes, qui expectant. Illi autem sunt, qui sunt lũbis præcincti. Duo autem expectamus scilicet resurrectionem, ut scilicet ei conformemur. Vnde dicit. *Quem suscitauit ex mortuis Iesum.* Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra &c. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Item liberari a pœna futura, quæ imminet reis. A causa autem pœnæ scilicet, à peccato, liberamur per Christum. Vnde dicit. *Qui eripuit nos &c.* Apoc. 6. Abscondite uos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni &c. Ab hac ira nullus potest nos liberare nisi Christus. Matth. 3. Quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira?

quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad Deum a simulachris, seruire Deo uiuo & vero, & expectare filium eius de cælis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum qui eripuit nos ab ira uentura.

CAPIT. II. LEC I.

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrũ ad uos, quia non inanis fuit, sed ante passi multa & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad uos euangeliũ Dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nostra, non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis euangelium; ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab aliis. Cum possemus uobis oneri esse, ut Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio uestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes uos, cupide uolebamus tradere vobis non solum euangelium Dei, sed ẽt animas nostras. quoniam charissimi nobis facti estis. Memores .n. facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus prædicauimus in vobis euangeliũ Dei. Vos testes estis & Deꝰ, quàm sancte, & iuste, & sine quærela uobis, qui credidistis affuimus; sicut scitis qualiter vnumquemque uestrũ sicut pater filios suos deprecantes uos, & consolantes, testificati sumꝰ vt ambularetis digne Deo, qui uocauit vos in suum regnum, & gloriam.

LECTIO II.

GDeo, & nos gratias agimꝰ Deo sine intermissione, quoniã cũ accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbũ Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Vos.n. imitatores facti estis fratres ecclesiarũ Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & uos a contribulibus uestris: sicut & ipsi a Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum & ꝓphetas, & nos ꝑsecuti sũt, & Deo nõ placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibꝰ loqui vt salui fiant, vt impleãt peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos, vsque in finẽ. Nos haberemus vnde posse mus gloriari, & accipere, immo oneri esse, & quia debebant ei, unde dicit. *Cum possemus*, gloriam, & sustentationẽ. Et vocat onus, quia ꝑuerse eis prędicantes, ultra modum hæc ab eis quærebant. Esa. 3. Vos enim depasti estis vineam meam, &c. Deinde cum dicit. *Sed facti sumus* &c. Manifestat hæc duo; & primo quòd non quærit humanam gloriam, secũdo quòd nec occasionẽ auaritiæ, ibi. *Memores enim estis*. Circa primũ duo facit: quia primo ostendit suam humilitatem, secundo sub similitudine ostendit suam solicitudinẽ, ibi. *Tanquam si nutrix*. Ponit ergo primum dicens quòd, *Facti sumus paruuli &c.* Idest, humiles. Eccle 32 Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine, dicens. *Tanquam si nutrix*, quæ scilicet condescendit infanti balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiam condescendit. 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum. 1. Cor 3. Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã *Etiam animas*. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis &c. *Quoniam charissimi &c.* 2. Cor. 12. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse ꝓ animabus vestris &c. Deinde cum dicit. *Memores enim estis*. Ostendit secundum, qd̃ supra dixerat scilicet. *Item neque per occasionem auaritiæ*, quia nihil a vobis sumpsimus, sed de labore, q̃a laboris &c Et aliqui laborãt quidẽ, sed ex solatio, sed nos nõ, sed cũ labore. Ideo dicit. *Laboris nostri*, nõ propter exercitationẽ corporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit. *Et fatigationis*. Aliqui etiam laborãt de die, nos vero nocte, & die. Per hoc enim voluit arcere pseudo, qui nimis accipiebant, & propter ociosos inter eos. 1. Corint. 4. Laboramus operantes manibus nostris &c. Deinde cum dicit. *Vos enim estis*. Ponit puritatem suæ conuersationis, & primo quomodo sancta quo ad vitam, secundo, quomodo solicita quo ad doctrinam, ibi. *Qualiter unumquenque*. Dicit ergo: scitis, *Quam sancte*, idest pure Leuit. 11. & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, *Iuste*, quo ad proximum, Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sine q̃rela. *Vobis qui credidistis*, idest ex quo credidistis nihil agentes, vnde quis posset scandalizare vnumquenque vestrum singulariter. Nota quòd singularis prædicatio quandoque multum valet. Tanquã pater. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. *Deprecantes*. Philem. Multa fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro. Et *consolantes*. per verba lenia. Contra quod dicitur Ezech. 34. Cum austeritãte imperabatis eis cum potentia. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Et quid prædicasti? *Vt digni*, idest, vt vestra conuersatio esset talis, qualis decet ministros Christi. Colos. 1. Ambuletis digne Deo per omnia placentes. Deo qui uos &c. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.

LECTIO SECVNDA.

SVpra ostendit Apostolus, qualis fuit ad eos introitus suus; hic ostendit qualis fuit eorum conuersio. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, quòd perfecte conuersi sunt per fidem firmam: secundo, quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus, ibi. *Vos enim*. Ponit ergo primo bona eorum pro quibus gratias agit, & reddit rationem: Dicit ergo. *Ideo*. Quia solicite vobis prædicaui sicut pater filiis, ideo de bonis uestris. *Gratias ago*, sicut pater de bonis filiorum. Io. 2. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Phil. 4. Cum gratiarum actione. Sed de quo? *Quoniam cum accepisseris a nobis &c.* Gratias debet agere prædicator quando verbum eius in auditoribus proficit. Et dicit. *Verba auditus Dei a nobis*, idest, per nos. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus

suam constantiam, quam habuit antequam ad eos veniret. Secundo synceritatem doctrinæ per quam eos conuertit, ibi. *Exhortatio enim nostra*. Tertio, synceritatem suæ conuersationis cũ conuersis, ibi. *Vos enim*. Iterum prima in duas, quia primo præmittit tribulaitones, quas passus est antequam ad eos veniret. Secundo, quomodo fiduciam ex hoc non amisit, ibi. *Fiduciam habuimus*. Dicit ergo: Dico quòd annũtiat introitum nostrum, quem, & uos scitis, quoniam. *Non fuit inanis &c.* Idest, leuis sed difficilis, quia ꝑ multas tribulationes. Vel non inanis, idest uacuus, sed plenus. Gen. 1. Terra erat inanis, & vacua &c. Vel non inanis, idest, mobilis, sed stabilis. Philip. 2. Non in vanum cucurri, neque in uacuum laboraui. Sed ante sumus passi passiones corporales. Prouerb. 19 Doctrina viri per patientiam noscitur. Psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Item, spirituales, quia contumeliis ex hoc affecti in Phil. vbi propter curationem phitonissæ passus est tribulationes. Et hæc ciuitas est Macedoniç. Nec tamen propter hæc, fiducia prædicandi est extincta. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agã, & non timebo. Et hæc fiducia fuit prædicandi. *Ad uos euaagelium Dei in multa solicitudine*, de vestra conuertione. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. 2. Cor. 11. Præter ea quæ extrinsecus sunt instãtia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Deinde cum dicit. *Exhortatio*. Ostendit synceritatem suæ prædicationis. Et circa hoc duo facit, quia primo probat synceritatem suæ doctrinæ, secundo quædam quæ dixerat, exponit, ibi. *Non quasi hominibus*. Circa primum duo facit, quia primo excludit corruptionem doctrinæ, secundo ponit synceritatem, ibi. *Sed sicut probati*. Doctrina autem corrumpitur, vel propter rem quæ docetur, vel propter intentionem docentis. Propter primum dupliciter corrumpitur doctrina. s. vel per errorem, sicut docens salutem esse per Christum cum legalibus. 2. Timo. 3. Mali homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem alios mittentes. Ideo dicit. *Exhortatiõ enim nostra non est*, sicut aliquorum, *De errore*, vel propter immunditiam, sicut dicentium vãdum esse uoluptatibus, quæ doctrina est a quodam Nicolao, qui permisit promiscua matrimonia, cõmunicans aliis suã vxorem, ideo dicit. *Nec immunditia*. Apoc. 2. Permittis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit propheram, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolotitis &c. Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem. Itẽ, nec ẽ exhortatio in dolo sicut quorundam, qui licet verum dicant, habent tamen intentionẽ corruptam, quia non profectum auditorum neque Dei honorẽ, sed suum querunt honorem. Contra quod dicit. *Neque in dolo*. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est &c. Sua ergo prædicatio non est corupta, sed syncera. Syncerum autem aliquid est, quod seruat suam naturam. Tunc autem est prædicatio syncera, quãdo q̃s docet eo tenore, & fine quo Christus docuit. Et ideo dicit. *Sed sicut probati*, idest eo modo, & ea intentione qua Deus nos elegit, & approbauit ad prædicandum euangelium loquimur. Gal. 2. Creditum est mihi euangelium præputii, sicut Petro circuncisionis. Act. 9 Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Deinde cum dicit. *Non quasi hominibus &c.* Ostendit quòd sua prædicatio non est in dolo. Primo excludens illud per quod videretur esse dolosa: secundo manifestat per signum, ibi. *Neque aliquando*. Tertio, per causam, ibi. *Neque in occasione*. Propter primum dicit. Prædicatio mea non est quasi hominibus placens s. finaliter. Psal. 52. Dissipata sunt ossa eorum, qui hominibus placent. Gal. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Aliquando tamen debent velle placere hominibus propter gloriam Dei, vt prædicatio magis fructificet, sicut dicit. 1. Cor. 10. Ego per omnia omnibus placeo &c. *Sed Deo &c.* Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius. Huius autem signum est, quia non adulati sumus, loquentes eis placentia. Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, &c. Prouer. 24. Nõn lactes quenquam labiis tuis &c. Et idem ostendit per causam. Propter duo enim aliquis quẽrit hominibus placere, scilicet uel propter beneficia, vel propter gloriam. Hoc autem hic excludit & primo primum dicens. *Neque fuimus &c.* Quia nõ solum adulationem deuitamus, sed etiã omnem occasionẽ auaritiæ. 1. Timo. 6. Existimantium quæstum esse pietatem. Hier. 6. A minori quippe vsque ad maiorẽ, omnes auaritiæ student. Secundo secundum, ibi. *Neque quærentes a uobis, neque ab aliis gloriam*, de doctrina, cum

duo facit: quia primo ostendit suam humilitatem, secundo sub similitudine ostendit suam solicitudinẽ, ibi. *Tanquam si nutrix*. Ponit ergo primum dicens quòd, *Facti sumus paruuli &c.* Idest, humiles. Eccle 32 Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine, dicens. *Tanquam si nutrix*, quæ scilicet condescendit infanti balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiam condescendit. 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum. 1. Cor 3. Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã *Etiam animas*. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis &c. *Quoniam charissimi &c.* 2. Cor. 12. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse ꝓ animabus vestris &c. Deinde cum dicit. *Memores enim estis*. Ostendit secundum, qd̃ supra dixerat scilicet. *Item neque per occasionem auaritiæ*, quia nihil a vobis sumpsimus, sed de labore, q̃a laboris &c Et aliqui laborãt quidẽ, sed ex solatio, sed nos nõ, sed cũ labore. Ideo dicit. *Laboris nostri*, nõ propter exercitationẽ corporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit. *Et fatigationis*. Aliqui etiam laborãt de die, nos vero nocte, & die. Per hoc enim voluit arcere pseudo, qui nimis accipiebant, & propter ociosos inter eos. 1. Corint. 4. Laboramus operantes manibus nostris &c. Deinde cum dicit. *Vos enim estis*. Ponit puritatem suæ conuersationis, & primo quomodo sancta quo ad vitam, secundo, quomodo solicita quo ad doctrinam, ibi. *Qualiter unumquenque*. Dicit ergo: scitis, *Quam sancte*, idest pure Leuit. 11. & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, *Iuste*, quo ad proximum, Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sine q̃rela. *Vobis qui credidistis*, idest ex quo credidistis nihil agentes, vnde quis posset scandalizare vnumquenque vestrum singulariter. Nota quòd singularis prædicatio quandoque multum valet. Tanquã pater. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. *Deprecantes*. Philem. Multa fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro. Et *consolantes*. per verba lenia. Contra quod dicitur Ezech. 34. Cum austeritãte imperabatis eis cum potentia. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Et quid prædicasti? *Vt digni*, idest, vt vestra conuersatio esset talis, qualis decet ministros Christi. Colos. 1. Ambuletis digne Deo per omnia placentes. Deo qui uos &c. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.

nus Deus. Roma. 10. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi *Accepistis illud*, idest firmiter in corde tenuistis. *Non vt verbum hominum*, quia vana verba hominis. 2. Cor. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana, allata est aliquando prophetia: sed Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et quare gratias agitis, q̃a *Hoc ipsum quod credidistis, Deus in vobis operatus est*. Phil. 2. Deus est, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Dñe. Deinde cũ dicit. *Vos enim*. Ostendit, quomodo fortiter persti-

autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ: aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos, Ego quidem Paulus & semel & iterum: sed nos impediuit Sathanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius?

terunt in tribulationibus. Et circa hoc duo facit. [illegible] primo ponit tribulationes eorum in quibus steterunt, [illegible] quòd remedium proposuit adhibere, ibi *Nos autem* [illegible] diuiditur in duas, quia primo comendat eorum pa[illegible] in aduersis, secundo reprehendit eos, qui intulerunt ad[illegible] ibi *Qui Christum*. Dicit ergo. Accepistis verbum, non vt [illegible] hominum *Sed sicut est vere verbum Dei*, quia exposuistis vos pro illo vsque ad mortem. Per hoc enim, q̃ homo moritur propter Christum, testificatur, q̃ verba fidei, sunt verba Dei. Et ideo martyres, idẽ est, q̃ testes *In Iudæa* Ibi enim fides Christi, primo est annutiata. Esa. 2. De Sion exibit lex, & verbum Dñi de Hierusalẽ. Ibi etiam, primo persecutio fidei facta fuit. Act. 8. Facta est autẽ in illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, &c. Heb. 10. Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et isti similes passiones passi sunt. Et ideo dicit *Eadem passi a contribulibus vestris*, idest ab infidelibus Thessalonicensibus. Matt. 10. Inimici hominis &c. Deinde cum dicit. *Qui & dominum*. Vituperat Iudæos a quibus incœpit persecutio. Et primo commemorat eorum culpam, secundo rationem culpæ, ibi *Vt impleant*. Circa primum tria facit, primo eorum culpam ponit in comparatione ad Dei ministros, secundo ad ipsum, tertio ad totum genus humanum. Ministri Dei sunt prædicatores. Prædicatio autem principaliter est a Christo, figuraliter a prophetis, executiue ab Apostolis. Contra hos tres insurrexerunt Iudæi. Et primo dicit de Chro, ibi *Qui & dominũ*. Matt. 21. Hic ẽ heres, venite occidamus eũ. Nec obstat, si Gẽtiles occiderũt eũ, q̃a ipsi suis vocibus petierũt eũ occidi a Pilato. Hier. 12. Facta est hæreditas mea mihi, quasi leo in silua, dedit cõtra me vocẽ &c. Scd̃o dicit de prophetis, ibi *Et prophetas*. Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prenunciabant de aduentu iusti: cuius vos nunc proditores & homicidę fuistis. Tertio dicit de Apostolis *Et nos*, scilicet Apostolos. Matt. 10. Tradent vos in conciliis &c. Secundo, ponit culpam in comparatione ad Deum, ibi *Deo non placent*. licet crederent in hoc se obsequium præstare Deo. Io. 16. Sed quia zelum Dei habent, nõ secundum scientiam. ideo Deo non placent, quia non faciunt recta fide., et sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Esa. 5. Iratus est furor Domini in populo suo &c. Tertio ostendit eorum culpam in comparatione ad totum genus humanum, cum dicit *Omnibus hominibus aduersantur*. Gen. 16. Manus eius contra omnes &c. Aduersantur autem in hoc, quia prohibent & impediunt predicationem Gentilium & conuersionem. *Act.* 11 Reprehenditur Petrus, q̃ iuit ad Cornelium. Item Luc. 15. Filius maior, scilicet populus Iudæorũ turbatur: quia filius minor idest, populus Gentilium recipitur a patre. Esa. 45. Væ qui dicit patri, quid generas? Nume. 11. Quis det, vt omnis populus prophetet? Ratio autem huius culpæ est ex diuina permissione, qua vult vt impleãt peccata sua. Omnium enim, quæ fiunt siue bona, siue mala est quædam certa mensura, quia nihil est infinitum: et omnium istorum mensura est in præscientia. Bonorum quidem in eius præparatione. Ephe. 4. Quia vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Malorum vero in permissione, quia si aliqui sunt mali, non tamen quantum volunt, sed quantũ Deus permittit. Et ideo tamdiu viuunt, quandiu perueniant ad hoc, qđ Deus permittit. Matt. 23. Implete mensurã patrũ vestrorũ &c. Et ideo dicit, *Vt impleant &c.* Deus .n. dedit Iudæis post passionem Christi spatium pœnitentię per quadraginta annos, nec conuersi sunt, sed addebant peccata peccatis. Et ideo deus non

F plus permisit. Vnde dicit hic. *Peruenit ira Dei &c.* 4. Reg. 22. Ira Dei magna succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius &c. Luc. 21. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic &c. Et non credas, quòd hæc ira sit per centum annos, sed. *Vsque in finem*, mundi, quando plenitudo gentium intrauerit, &c. Luc. 19. & 21. & Matth. 24. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Deinde cũ dicit. *Nos autem*. Ostẽdit remedium, quod eis proposuit adhibere, scilicet q̃ personaliter iret ad eos. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit propositũ suę visitationis, secundo impedimentum,

Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

CAP. III. LEC. I.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit remanere Athenis, solis, & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in euangelio Christi, ad confirmandos uos, & exhortandos pro fi-
G de uestra: ut nemo moueatur

tum, ibi. *Sed impediuit*. Tertio, causam quare volebat ire, ibi. *Quæ autem est*, Dicit ergo. *Nos autem fratres desolati a uobis*. A quibus eramus separati, vel propter tribulationes vestras. *Horæ.* idest, carentes collocutione. *Et aspectu*, idest, carentes visione, propter hæc enim duo, necessaria est amici præsentia, quia est consolatiua, sed. *Non corde*, quia corde sumus præsentes. 1. Corinth. 5. Ego absens quidem corpore, presens autem spiritu. *Abundantius festinauimus faciem &c.* Vt sicut corde, sic & corpore præsens esset. Roman. 15. Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis
H iam præcedentibus annis, &c. *Festinauimus*. Dicit pluraliter, quia scribit ex persona trium, scilicet sui, Siluani, & Timothei. Ideo etiam. *Voluimus uenire ad uos*. Omnes, forte semel sed ego *Paulus semel, & iterum*, idest his proposui. *Sed impediuit nos Sathanas*; idest procurauit impedimenta. forte per aeris tempestates. Apoc. 7. Isti sunt angeli, qui tenent uentos [illegible] Deinde cum dicit; *Quæ est enim*, Ostendit causam propositi. Primo, quantum ad futurum. Secundo, quantum ad præsens, ibi; *Nos enim &c.* Dicit ergo, Desidero videre vos, & gratias ago de bonis vestris, quæ sunt spes nostra. Nam pro his speramus a Deo præmia, quando reddere venerit vnicuique secundũ opera sua. Maxima enim est retributio prædicatori, ex his quos conuertit; *Aut gaudium*: quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum eorum, est bonum Apostoli, bonum enim effectus reducitur in bonum causæ; *Aut*
I *corona gloriæ*, quia pro certaminibus eorum & iste, qui induxit ad certandum coronatur: Dux enim, qui induxit milites ad pugnam, coronabitur. Eccles. 30. Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur &c. *Hæc* inquam; *Spes*, quæ est? *Nonne uos?* Immo sic. In futuro *Ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius*, sed etiam in præsenti; *Vos enim estis* apud omnes fideles; *Gloria nostra*. 1. Corint. 9. Melius est mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet; *Et gaudium*, quo lætor de bonis vestris in præsenti.

LECTIO PRIMA.

COMMEMORAVIT tribulationes quas passi erant, & remedium, quod proposuit eis impendere: hic ostendit quo-
K modo eis subuenisset visitando per Timotheum. Et primo agit de missione nuntii: secundo de relatione, facta per eum, ibi; *Nunc autem*. Tertio, de effectu relationis in Apostolo, ibi; *Ideo consolati*. Item, prima in tres, quia primo promittit causam quare misit eum, secundo qualem misit, tertio; causam propter quam misit. Dicit ergo; *Propter quod*, idest, quia impediuit nos Sathanas, tamen Vos estis gloria nostra, ideo; *Non sustinentes*, pondus amoris indignantis ad vos. Esai. 1. Facta sunt mihi molesta, &c. Gene. 45. Non se poterat vltra cohibere. *Placuit nobis*, scilicet, Paulo, & Siluano. *Remanere Athenis solis, & misimus Timotheum*, qui erat Apostolo conuenientissimus. Philipp. 2. Neminem habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. 1. Corinth. 4. Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis Domino. *Fratrem*, per charitatem adiuuantem. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma; *Et ministrum*. Ecclesiæ dignitas est. 2. Cor. 11. Ministri Christi sunt & ego &c. Misit autem ad confirmandos eos, & referendum sibi. Deinde cum

cum dicit. *Ad confirmandos &c.* Ostendit, quòd mittitur ad cõfirmandum. Et primo facit hoc: secundo ponitur ratio confirmationis, ibi. *Ipse enim* Dicit ergo, *Ad confirmandos uos, & exhortandos*, quia per exhortationes animus huminis cõfirmatur. Iob. 4. Vacillantes confirmauerũt sermones tui. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et indigetis exhortari pro fide vestra, *Vt nemo moueatur in his tribulationibus*. Eccle. 10. Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locum tuũ ne dimiseris. Est aũt ratio duplex confirmans. Vna ex ordinatione diuina. *Ipsi .n. scitis &c.* Quasi dicat, Ita voluit Deus, vt per tribulationes in cœlum intraretis. Act. 14. Per multas tribulationes oportet uos intrare in regnum Dei &. 2. Ti. 3. Omnes qui pie volunt uiuere in Christo Iesu, persecutionẽ patientur Per hanc viam iuit Christus. Luc. vltimo. Oportebat Christum pati & resurgere, & sic intrare in gloriam suã. Alia ratio ẽ ex parte prænuntiationis, quia præuisa minus feriunt. Vnde dicit, *Nam, & cum apud &c.* Idest, quia ego prædixi uobis tribulationes quas estis passi in istis annis, *Misi ad cognoscendum &c.* Qualiter,

in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus. Nam, & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut, & factum est, & scitis. Propterea, & ego amplius nõ sustinens, misi ad cognoscendum fidem uestram, ne forte tentauerit uos is, qui tentat, & B inanis fiat labor noster. Nunc autem ueniente Timotheo ad nos a uobis, & annuntiante nobis fidẽ & charitatem vestram: & quia memoriam nostri habetis bonã, semper desiderantes nos uidere, sicut & nos quoque vos: ideo consolati sumus fratres in uobis, in omni necessitate, & tribulatione nostra per fidem uestram: quoniã nunc viuimus, si uos statis in Domino. Quam enim gratiarũ actionem possumus Deo retribuere p̃ C vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante Deum nostrum nocte ac die, abundantius orantes, vt uideamus faciem vestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei uestræ? Ipse autem Deus, & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat uiam nostrã ad uos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes, quemadmodũ, & nos in uobis, ad confirmanda corda uestra sine querela, & sanctitate, ante Deum, & patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAPIT. IIII. LEC. I.

DE cætero ergo fratres, rogamus uos, & obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodũ accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis .n. quæ præcepta dederim uobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio uestra, vt abstineatis uos a fornicatione, vt sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorãt Deum. Et ne quis supergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque, qui hæc sper

s. essetis fortes in fide. Pro. 27. Diligẽter agnosce uultũ pecoris tui, & greges tuos cõsidera. *Is qui tentat*. s. diabolus. Mat. 4. Accedens tentator. Glosa, Cuius officium est tẽtare. Sed cõtra. Tẽtat mundus, & caro. Iac. 1. Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua &c. Item Gene. 22 Tentauit Deus Abraham &c. Respondeo. Tentare est experimentum de aliquo sumere. In hoc considerandum est ad quid velit sumere, & quomodo. Nam hoc est dupliciter. Vel vt ipse cognoscat. uel vt alium cognoscere faciat. Primo modo Deus non tentat, ipse enim scit quid est in homine. Ioan. 2 Secundo modo sic, Deus enim tentauit Abraham scilicet vt alii scirent fidem eius. Sed primo modo tentare est dupliciter s. vt promoueat ad bonum, sicut Episcopus promouẽdos examinat, vel aliquis tentat ut decipiat, & hoc est diaboli, quia scilicet inquirit conditionem hominum, vt s̃m diuersas cõditiones ad diuersa vitia ad quæ proni sunt, inducat. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Officium ergo eius est tentare ad decipiẽdũ. Mũdus aũt, & caro dicunt tentare materialiter, quia per ea, ad quæ ipsa inclinant, sumitur experimentum de homine, utrum firmus sit ad mandata Dei, & dilectionem. Si enim viceris concupiscentia, non perfecte diligit Deum. Et similiter quando res mundi, vel terrent, vel afficiunt. *Et inanis*, quia si tentationi non resistitis, labor vester esset inanis. Gal. 4. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Ezec. 18. Omnes iustitiæ eius quas operatus est, non recordabuntur. Inanis autem dicitur, respectu mercedis æternæ, tamen bona ante peccatum cõmissa ad aliquid ualent, quia post pœnitentiam reuiuiscunt, & disponitur quis faciliter ad conuertendum. Deinde cum dicit. *Nunc autem &c.* Ostendit quomodo retulit Timotheus bona eorum, pertinentia ad Deum & Apostolum. Ad Deum, fidem & charitatem. Gal. 6. In Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Sed fidẽ, etiã ad Apostolum: vñ dicit, *Et quia memoriam*.. Eccle. 49. Memoria Iosiæ in compositione operis facta, opus pigmentarii &c. Pro. 10. Memoria iusti cũ laudibus &c. *Desiderantes uidere nos, sicut & nos quoq;*

A *uos*. Au. Durus est animus, qui dilectionẽ, & si nõ velit impẽdere, nolit rependere. Esa. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrũ &c. Deinde cum dicit. *Ideo consolati*. Ponit effectus relationis triplex. s. spũalis consolationis, gratiarum actionis, ibi. *Quã .n.* Et orationis multiplicatæ, ibi *Nocte*. Dicit ergo, Quia talia audiuimus de uobis, licet necessitates tẽporaliũ imineãt & tribulationes corporales: tñ cõsolati sumus Ps. 93. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ i corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerũt animam meã &c. 2. Co. 1. Bñdictus Deus, & pater Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, pater misericordiarũ, & Deus totius cõsolationis &c. Et hoc. *Per fidem uestrã* .i. audiẽs firmitatẽ fidei uestræ. *Quoniam uiuimus &c.* Quasi dicat, Tantũ diligo statũ uestrũ, q̃ reputo me p̃ ipsũ uiuere. Gen. 45. Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit. Deinde cũ dicit. *Quam .n. &c* Ponit scd̃us effectus relationis factæ s. gratiarũ actio, quasi dicat. Nõ sufficio, q̃ aliquam cõdignã grarũ actionẽ agam Deo p̃ vobis. Mich. 6. Quid dignũ offerã Dño? &c. Ps. 115. Quid retribuã Dño p̃ oĩbus? &c. Referẽdæ sunt tamen gratiarum actiones. *In omni gaudio*, q̃ omnino nõ ẽ exterius sed. *Quo gaudemus p̃p̃ uos*.

D In cõsciẽtia. *Ante Dominũ*, q̃ videt eã. Vel ãte Dñm: q̃a de p̃ximo placet Deo. 1. Cor. 13. Congaudet veritati &c. Deinde cum dicit. *Nocte &c* Ponitur tertius effectus relationis, & primo p̃ ponit multiplicitatẽ orationis: scd̃o ostẽdit, quid orando optet ibi. *Ipse autem &c.* Dicit ergo, Gratias agimus de præteritis, nec tñ deficimus quin oremus pro futuris, imo *Nocte ac die*, i. aduersis, & p̃speris. *Ps.* 54 Vespere, & mane ac meridie narrabo, &c. *Quæ desunt &c.* Nõ q̃dẽ q̃ erãt de necessitate fidei, sed aliqua secreta, q̃ nec dũ Ap̃lus eis p̃dicauit in sua nouitate. 1. Co. 3. Non potui loq̃ vobis quasi spũalibus: sed quasi carnalibus &c. Io. 16. Multa habeo vobis loq̃, q̃ nõ &c. Deinde cũ dicit. *Ipse autem Deus &c.* Demõstrat q̃d optet eis. Et circa hoc primo oñdit q̃d petat, ibi *Ad confirmanda*. Petit aũt duo Vnũ ex parte sua, vt posset ire ad eos. Vñ dicit. *Ipse Deus, & pater noster &c.* Io. 20. Ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ uestrũ &c. Pro. 16. Hominis est p̃parare animũ, & Dñi gubernare linguã. Aliud ex parte eorũ Vñ dicit *Vos autem multiplicet*. s. in fide. 2. Re. 24. Adaugeat Dñs populũ suũ cẽtuplũ, q̃ sunt &c. Et vt augeãt merita. Vñ dicit. *Et abundare faciat charitatem uestram*, q̃ semp̃ in via crescere põt. Col. 3.
E Sup̃ omnia charitatẽ habete, q̃đ ẽ vinculũ p̃fectionis. Et primo. *Inuicem*, scd̃o. *In omnes*. Gal. 6. Operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt ad domesticos fidei. Et ponit exẽplũ de seipso, dicẽs *Quemadmodum &c.* quasi dicat, Sicut, & ego diligo uos. 2. Cor. 7. In cordibus nostris estis ad cõmoriẽdũ, & ad cõuiuendum. Sed ad q̃d petit? *Ad confirmãda corda uestra sine quærela*, i. vt nullus possit conq̃ri de uobis Luc. 1. Incedẽtes in oĩbus mandatis, & iustificationibus sine q̃rela; *Et sanctitate ante Deum*, s. q̃ cor videt. Lu. 1 In sanctitate, & iustitia corã ipso &c. E hoc apparet. *In aduentu Domini nostri Iesu Chr̃i*, vt vos inueniat sãctos, q̃ aduẽtus erit, *Cũ oĩbus sanctis eius*. i. sitis ĩ cõspectu eius, sicut sũt oẽs sancti ante eũ.

LECTIO PRIMA.

SVpra commendauit Apost. fideles de constantia in tribulationibus, & aliis bonis: hic in futurũ monet ad bene agendum.

dum. Et primo proponit generalem ammonitionem, secundo specificat, ibi. *Vt abstineatis.* Circa primum duo facit, quia primo proponit intētum, secundo rationē monitionis assignat ibi *Vt abundetis.* Dicit ergo. Audiui bona vestra præterita, sed in futurum rogamus &c. Inducit autem eos primo ex parte sua. Et ideo dicit. *Rogamus.* Psal. 121. Rogate, quæ ad pacem sunt &c. Itē ex parte Christi, & sic dicit. *Obsecramus &c.* Obsecrat autem, qa erant perfecti. 1. Timo 5. Senioré te ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed quid rogat? *Vt quem admodum &c.* Docuerat eos Apostolus, quomodo oporteret eos ambulare in via communi iusticiæ, quæ est per mandata. Vnde dicit. *Accepistis, &c.* Psalm. 118. Viam mandatorum tuorū &c. Item, quomodo placerent Deo in uia consiliorum. Sap. 4 Placēs Deo, factus est dilectus. Vel quomodo ambuletis, scilicet per rectam operationem. Ioan 12. Ambulate dum lucem habetis. *Quomodo placeatis*, scilicet per rectam intentionem. *Sic, & ambuletis*, idest, vt seruetis primam doctrinam, non recedendo ab ea. Gal. 1. Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet uobis præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Ratio monitionis accipitur primo ex fructu seruatæ monitionis, secō ex ipsa monitione, ibi. *Scitis enim quæ, &c.* Dicit ergo. Licet sitis boni, tamen per exercitium mandatorum, & consiliorum abundabitis, & proficietis 2. Cor. 9. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in uobis. Est enim charitas tam magna, quod semper restat quo proficiēdum sit. Item, quæ ex monitione accepistis, honesta sunt, & utilia. Psal. 18. Lex Domini immaculata, &c. Prouer. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & uia vitæ. Ideo dicit. *Quæ præcepta*, idest qualia Et hoc. *Per Dominum Iesum*, accepta ab eo 1. Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis &c. Hebr. 2. Quę cum initium accepisset enarrari per Dominum ab his, qui audierunt &c Et hæc sunt ista. *Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra*, Quasi dicat, Omnia præcepta Dei sunt ad hoc, quòd sitis sancti Sāctitas enim dicit munditiā & firmitatem. Et omnia Dei pręcepta inducunt ad ilta, vt quis mundus sit à malo, & firmus in bono. Roman. 12. Probetis, quæ sit uoluntas Dei, scilicet explicata per præcepta. Deinde cum dicit. *Vt abstineatis*, Monet in speciali. Et primo corrigit eos de quibusdam inordinationibus inter eos: secundo promouet ad obseruantiam bonorum. 5. cap. ibi. *De temporibus.* Tres autem inordinationes erant inter eos, scilicet carnalium vitiorum, quantū ad quosdam. Item curiositatis. Item tristitiæ de mortuis, & ideo de istis agit. Secūda ibi. *De charitate autem.* Tertia ibi. *Nolumus uos.* Circa primum duo facit, quia primo monet abstinere ab immoderato appetitu carnalium. Secundo ponit rationem, ibi. *Quoniam vindex.* Iterum prima in duas, quia primo prohibet luxuriam: secundo auaritiam. Et coniungit hæc semper: quia utrunque est circa obiectum corporale, licet hoc compleatur in delectatione spirituali. Item primo docet cauere luxuriam quātum ad non suam, secundo quantum ad uxorem propriam, ibi. *Vt sciat.* Dicit ergo. *Vt abstineatis a fornicatione.* Voluntas. n. Dei est abstinere à fornicatione, ergo est peccatum mortale, quia est cōtra præceptū, & uoluntatē Dei. Tob. 4 Attende tibi ab omni fornicatione. Sed & respectu uxoris, abstineatis honeste. *Vt sciat unusquisque uas suum*, idest vxorem. *Possidere in sanctificatione*. cessando ad tempus. *Et in honore, non in passione*, vt scilicet passio præcedat. *Sicut, & Gentes*, quia hoc est Gentilium, quærere delectationes præsentes, nō aūt futuræ vitæ. *In sanctificatione, & honore*, quia hic est debitus vsus matrimonii, qa est ad bonū prolis, uel ad reddendū debitum, & sic potest esse sine peccato, sed aliquando est veniale peccatum, si non efferatur concupiscentia vltra limites matrimonii, scilicet quando licet, concupiscentiam habeat, non tamen vteretur ea nisi esset uxor sua. Sed quādo est extra limites matrimonii, sequitur mortale, & hoc quando si non esset sua vxor, adhuc vteretur ea, & libentius cum alia. Heb. ulti. Sit honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores autem, & adulteros iudicabit Deus. 1. Pet. 3. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ, & vitæ, vt non impediantur orationes vestræ. Deinde cū dicit. *Et ne quis.* Prohibet auaritiam. Vnde dicit. *Et ne quis supergrediatur*, idest, violentiam inferat auferendo aliena per potentiam. Iac. 2. Nonne diuites per potentiam vos opprimunt? *Neque circumuenias.* Per dolum. Hier. 5. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorū plenæ dolo. Deinde cū dicit. *Quoniā uindex, &c.* Ponitur ratio monitionis, quam primo assignat ex diuina ultione: secundo ostendit hanc ultionem esse iustā, ibi. *Non enim uocauit.* Dicit ergo, Abstineamus ab his, quia. *Dominus est uindex* Gal. 5. Prædico uobis sicut prędixi, quoniam qui talia agūt, regnum Dei non consequentur. Nam certe iuste vlciscitur, cuius una est ratio ex Deo vocante, secunda ex contrarietate doni. Si Dominus uocat te ad vnum, & tu agis contrarium, dignus es pœna. Et ideo dicit. *Non enim uocauit &c.* Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Rom. 8. Quos uocauit, hos & iust. &c. Ideo dicit. *Itaque &c.* Quasi dicat, Hæc est vna ratio specialis, quam dixi. Alia est ratio, quia contrariatur hæc uitia spiritui, qui datus est nobis. Vnde qui hæc agit, iniuriam faciet spiritui sancto. Ideo dicit. *Qui etiam &c.* Heb. 10. Irritam quis faciēs legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Deinde cum dicit. *De charitate autem &c.* Retrahit ab otiositate. Sciēdum est autem, quòd sicut dicit Hiero. in epi. ad Gal. Thes. erant liberales, & erat cōsuetudo apud eos diuites dare multū, & ideo pauperes otiose inhærebāt beneficio eorū, nō curātes labores: sed discurrere, per domos. Et ideo primo commendat liberalitatem dantium, secundo otium accipientium dissuadet, ibi. *Et operam detis.* Dicit ergo primo, quòd non indigent moneri ad charitatem: secundo monet, quòd in ea proficiant, ibi *Rogamus autem*. Dicit ergo. *De charitate autem fraternitatis*, idest, quòd diligatis fratres. *Non est necesse scribere uobis.* Roma. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Heb. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et ratio est, qa. *Ipsi didicistis a Deo*, scilicet præceptum in lege. Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Item, in euangelio Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem &c. Vel didicistis interiori disciplina. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me &c. Et hoc addiscit per spiritum sanctum. Deinde cum dicit. *Rogamus autem.* Hortatur eos ad proficiendum in charitate, dicens: Et quia habetis charitatem ad omnes: ideo rogamus, vt proficiatis. Et licet alii abutantur, uos tamen insistatis. Prou. 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est. Deinde cum dicit. *Et operam detis.* Arguit otiosos, & primo eorum ingetudinem: secundo ostendit quomodo eam reprimant, tertio, quare. Dicit ergo. *Operam detis, ut quieti sitis.* Prou. 7. Garrula, & uaga quietis impatiens, nec ualens pedibus suis in domo consistere &c. 2. Thes. 3. Non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes &c. Otium reprimentes, exercendo negotia. Vnde dicit. *Et ut uestrum negotium agatis.* Prouer. 24. Diligenter exerce agrum, vt postea ædifices domum tuam. Dicit autem uestrum. Sed nunquid non alienum negotium est agendū? Et videtur quòd sic. Rom. vlti. Assistatis ei in quocunque negotio. Respondeo. Dicendum est, quòd omnia possunt inordinate fieri, si fiant pręter ordinem rationis, tunc. s. quando aliquis se improbe ingerit, & ordinate. s. quando seruatur ordo rationis, & in necessitate, & hoc est commendabile. *Et operemini manibus uestris*, idest, operando manibus uestris. Eccle. 33. Multa mala docuit otiositas &c. Ezech. 16. Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum ægeno, & pauperi non porrigebāt &c. Et hoc est in præcepto omnibus illis, qui non habent alia vnde licite viuere possunt: quia de præcepto naturæ est, quòd homo sustentet. 2. Thess. 3. Qui non vult operari, nec manducet. Huius est duplex ratio. Prima propter exemplum aliorum. Vnde dicit, *Vt & honeste &c.* Infideles enim videntes conuersationem uestram, sic otiosam detestantur. 1. Timo. 3. Oportet autem illum testimonium habere bonū ab his, qui foris sunt &c. Secunda ratio, vt non desideretis ea, quæ sunt aliorum, unde dicitur. *Et nullius aliquid desideretis.* Prouerb. 21. Desideria occiduit pigrum. Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur, &c. Et ideo hæc inquietudo si reprimatur, est in bonum exemplum, & in repressionem desiderii.

donia. Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operādetis, vt quieti sitis, & ut uestrū negotiū agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

SVPRA induxit ad continentiam a cupiditatibus, & compescuit ab ociositate, hic compescit ab inordinata tristitia. Primo præmittens monitionem, secundo assignat rationem, ibi *Sicut & cæteri.* Prohibetur ergo ne. s. inordinate tristētur. Vnde dicit. *Sicut & cæteri.* Videtur autē Apostolus bene cōcedere tristari pro mortuis, aliquid tamē prohibere, ne. s. inordinate tristētur Vnde dicit *Sicut & cæteri*, quòd enim aliquis tristetur, scilicet de mortuis habet pietatem. Primo propter defectum corporis deficientis. Debemus enim eos diligere & corpus propter animam. Eccl. 41. O mors quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti &c. Secundo, propter discessum & separationem, quæ dolorosa est amicis. 1. Reg. 15. Siccine separat amara mors? Tertio, quia per mortem fit commemoratio peccati. Roma. 6. Stipendia peccati mors. Quarto, quia fit commemoratio mortis nostræ. Eccl. 7. In illa enim finis cunctorum ammonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit &c. Sic ergo tristandum, sed moderate. Vnde Eccle. 22. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit &c. Et ideo dicit, *Sicut & cæteri, qui spem non habent* scilicet, quia isti credunt huiusmodi defectus perpetuos, sed nos, non. Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Vnde signanter dicit, *De dormientibus.* Ioa. 11. Lazarus amicus noster dormit. Dormiens enim tria facit. Cubat in spe surgendi Psal. 10. Numquid qui dormit non adiiciet, vt resurgat? Sic & qui moritur in fide. Item in dormiente anima vigilat. Canti. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat &c. Item postea homo resurgit magis refectus & vegetus. Sic sancti resurgent incorruptibiles. 1. Corinthiorum. 15. Deinde cum dicit *Si enim credimus.* Ponitur ratio monitionis. Et primo astruit resurrectionem: secundo excludit dilationis suspitionem, ibi. *Hoc enim vobis.* Tertio ponit resurrectionis ordinem, ibi *Quoniam ipse Dominus.* Sciendum est autem: quòd Apostolus. 1. Corinthiorum. 15. Ex resurrectione Christi astruit nostram, quia illa est causa nostræ, vnde arguit per locum a causa. Et resurrectio Christi non est causa solum, sed etiam exēplar, quia Verbum caro factum, suscitat corpora, verbum vero simpliciter, animas. Etenim eo, quòd Christus accepit carnem, & in ea resurrexit, est exemplar nostræ resurrectionis. Nec solum hoc est, sed & causa efficiens. quia quæ humanitate Christi gesta sunt, non solum sunt gesta secūdum virtutem humanitatis, sed virtute diuinitatis sibi vnitæ. Vnde, sicut tactus suus curabat leprosum inquantum instrumentum diuinitatis: sic resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis non inquantū corporis, sed inquantum resurrectio corporis vniti verbo vitæ. Et ideo Apostolus hoc firmiter supponēs, sic arguit. *Si enim credimus firmiter quòd Christus resurrexit, ita et eos qui dormierūt &c.* Illi dormierunt *Per Iesum*, qui facti sunt conformes morti eius per baptismum, vel per Iesum, quòd secum *Adducet*, scilicet *Cum ipso* Christo. Zach. 14. Et veniet Dominus Deus meus omnesque sancti eius cum eo &c. Esai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Deinde cū dicit *Hoc enim.* Excludit dilationē resurrectionis. Quasi dicat, Scimus quòd resurgent, & venient cum Christo, ideo non debemus tantum dolere. Non enim illi, qui inuenientur viui, prius consequentur resurrectionis gloriam, quàm mortui. Et ideo, *Hoc enim vobis dicimus* non ex coniectura hominis, sed *In verbo Domini*, cuius verba non deficient *Quia nos qui viuimus*, idest illi, qui sunt viui, non prius sortientur consolationem ex aduentu Christi, quàm mortui. Et ideo dicit, *Nos qui viuimus.* Ex quo videtur non intelligentibus, quòd Apostolus hic dicat, quòd adhuc Apostolo viuente, hoc fieret, & hoc etiam Thessalonicensibus videbatur. Et ideo scribit eis aliam epistolam in qua dicit. 2. Thessalonicensi. 2. Non moueamini a vestro sensu &c. Sed non loquitur ex persona sua, & tunc existentium, sed eorum qui tunc viui reperientur *Qui residui sumus*, idest erunt residui post persecutionem Antichristi *Non præueniemus eos*, idest, non prius recipient consolationem. 1. Corin. 15. In momento enim, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Deinde cum dicit. *Quoniam ipse &c.* Ostendit ordinem resurrectionis, & modum. Primo, proponit resurrectionis causam, Secundo, eius ordinem, & modum, ibi. *Et mortui.* Tertio, concludit eorum consolationem ibi. *Itaque consolamini inuicem.* Primum ostendit dicens. *Ipse dominus.*

LECTIO SECVNDA.

NOLVMVS autē vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non cōtristemini, sicut & cæteri qui spem nō habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierūt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur

Vbi notandum est, quòd sicut dictum est, causa communis resurrectionis, est resurrectio Chri. Sed si dicas, quòd iam fuit, quare ergo nō sequitur effectus eius? Respōdeo, Dicendū est, quòd est causa resurrectionis nostræ secundum quòd operatur in virtute diuina. Deus autem operatur per ordinē suæ sapientiæ, Tunc ergo erit nostra resurrectio, quando hoc disposuit ordo diuinæ sapientiæ. Vt ostendat, quòd Christus sit causa, ostendit quòd ad præsentiam Christi omnes mortui resurgent. Ad resurrectionem autem communem faciendam triplex causa cōcurrit. Vna principalis, scilicet virtus diuinitatis, secunda instrumentalis. s. virtus humanitatis Christi. Tertia, quasi ministerialis, scilicet virtus angelorum, qui habebunt aliquem effectum in resurrectione. August. enim probat, quòd ea quæ fiunt nunc per creaturas corporales, fiunt a Deo eis mediātibus, in resurrectione vero aliqua per eos sunt agenda, sicut collectio pulueris. Sed reintegratio corporum, & vnio animæ ad corpus, erit immediate per Christum. Has ergo tres causas ponit. Primo, humanitatem Christi gloriosam, dicens. *Ipse Dominus &c.* Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet. *In iussu.* In primo aduentu venit vt obediens. Philippens. 2. Factus est obediens vsque ad mortem. Et hoc, quia ille fuit aduentus humilitatis, sed iste erit gloriæ. Luc. 21. Venit cum potestate magna, & maiestate. Secundo virtutem angelorum, cum dicit. *In voce archangeli*: non, quòd operetur in voce eius, sed ministerio eius. Et dicit archangeli, quia omnes angeli sub vno archangelo ministrant ecclesiæ. Apocalip. 12. Hic est Michael princeps ecclesiæ. Vel in voce archangeli, idest, Christi principis angelorum. Esai. 9. Magni consilii angelus. Et in vocce eius corporali, vel spirituali, erit resurrectio. Ioan. 5. Audient vocem filii Dei, scilicet, Surgite mortui, & uenite ad iudicium, & illi uoci corporali obedient. Tertio uirtutem diuinitatis, cum dicit. *In tuba Dei.* Hæc est virtus diuina, quia dicitur uox archangeli, inquantum fiet ministerio archangelorum, & tuba Dei inquantum uirtute diuina fiet. Et dicitur tuba propter eius sonoritatem, quæ prouenit a Deo, suscitans mortuos. Item tuba congruit ad officia, cuius usus fuit multiplex in ueteri testamento, ut ad bellum. Et tunc pugnabit pro eo orbis terrarum. Sapien. 5. Item fiebat usus eius ad solemnitates, sic ista ad cœlestem Hierusalem. Item ad mouendum castra, & tunc sancti mouebunt castra. Vnde si sit uox corporalis, dicitur tuba propter has rationes, uel non erit uox corporalis, sed uirtus diuina Christi præsens, & manifesta toti mundo. Deinde cum dicit. *Et mortui.* Ponitur ordo resurrectionis, & circa hoc tria facit, quia primo ponit resurrectionem mortuorum, secundo occursum uiuorum, ibi. *Deinde.* Tertio, beatitudinem sanctorum utrorumque ibi. *Et sic semper.* Occasione horum uerborum, crediderunt aliqui op futuri in fine nunquam morerentur, vt dicit Hieronymus in epistola, pp hoc, qd dicit. *Deinde nos &c.* Aliàs. n. fruſtra distingueret viuentes a morientibus. Sed contra. 1 Corin. 15. Omnes quidem resurgemus. Item, sicut in Adam oēs moriuntur &c. vt habetur. Rom. 5. Ergo mors ad omnes pertransiit. Dicendum est ergo, quòd aliqui inuenientur uiui in tēpore illo, quo Christus ueniet ad iudicium: sed in illo momento temporis morientur, & statim resurgent. Et ideo, pp modicā interpolationem reputantur uiuentes. Sed tunc est quæstio, quia dicitur hic. *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. & deinde nos &c.* Ergo prius resurgent mortui, quàm uiui occurrant Christo, & in hoc occursu morientur. Ergo prius aliqui resurgēt & si non erit omnium resurrectio simul, quod est contra illud. 1 Cor. 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Respondeo, dicendum est, quòd duplex est hic opinio: quidā enim dicunt, quòd resurrectio non erit simul, sed primo mortui venient cum Christo. Et tunc in aduentu Christi, viui rapientur in nubibus, & in illo raptu morientur, & resurgent. Et ideo quod dicitur esse in momento, intelligitur, quia in modico

tempore fiet. Et si dicatur, quòd erit in instanti, tunc non est hoc referendum ad totam resurrectionem omnium, sed ad resurrectionem singularium, quia singulus resurget in instanti. Alii verò dicunt, quòd omnes simul & in instanti resurgent. Quòd ergo dicit, resurgent primi, denotat ordinem dignitatis non temporis. Sed videtur hoc difficile, qa de viuis multi erũt probati in persecutione Antichristi, qui dignitate præcellẽt multos prius defunctos. Et ideo videtur aliter esse dicendum, quòd omnes morientur, & omnes resurgẽt, & quòd simul. Nec Apostol⁹ dicit hic, quòd illi prius resurgent, quàm isti, sed quòd illi prius resurgent, quàm isti occurrant. Apostolus enim non ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed ordinem ad raptum, vel ad occurrentiam. Nam primo veniẽte Domino morientur, qui inuenientur viui, & tunc statim cum illis, qui prius mortui fuerant resurgentes rapientur in nubibus &c. Vt Apostolus hic dicit. Est autẽ hæc inter bonos & malos differentia, quia mali remanebunt in terra, quam dilexerunt, boni rapientur ad Christum, quem quæsierunt. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. In resurrectione etiam sancti cõformabuntur Christo, non solum quantum ad gloriam corporis. Philip. 3. sed etiam quantum ad situm, quia Christus erit in nube. Act. 1. Et nubes suscepit eum. Et quemadmodum vidistis eum &c. Sic & sancti a nubibus rapientur. Et quare hoc? Ad ostendendum eorum deformitatem. In veteri enim testamento gloria Domini apparuit per modum nubis 3. Reg. 8. Dominus venit in nebula. Hæ nubes erunt præparatæ virtute diuina ad ostensionem gloriæ sanctorum. Vel ipsa fulgentia corpora gloriosorum videbuntur malis quædam nubes, qui erunt in terra. Matt. 25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Deinde cum dicit *Et sic semper*. Ostendit beatitudinem sanctorum, quia semper erunt cũ Domino, eo fruentes. Ioan. 14. Iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, ut vbi ego sum, & vos sitis. Hoc sancti desiderant. Philip. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Deinde cum dicit, *Itaque &c.* Concludit cõsolationem habendam esse de mortuis dicens, Ex quo sancti resurgunt, & nullum detrimentum consequuntur, ergo de mortuis consolamini. Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.

cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

CAPIT. V. LEC. I.

DE temporibus aũt & momentis fratres, non indigetis vt scribam⁹ vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem fratres, nõ estis i tenebris, vt vos dies ille tanq̃ fur comprehendat: omnes enim uos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum.

LECTIO PRIMA.

SVPRA correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurum, & primo ponit monitionem, secundo orationem, ibi, *Ipse autem Deus*. Hæc autem duo sunt nobis necessaria. Nam quia bona quæ facimus, sunt ex libero arbitrio, ideo indiget homo monitione, & quoniam sunt etiam ex gratia, ideo oratione. Circa primum duo facit, quia primo hortatur, vt præparent se ad futurum iudicium: secundo ostendit præparandi modum, ibi *Propter quod consolamini*. Iterũ prima in duas, quia primo ostendit, qualis sit conditio futuri iudicii: secundo qualiter præparent se ad illud, ibi, *Igitur non dormiamus*. Item prima in duas, quia primo præmittit conditionem futuri iudicii. secundo exponit, ibi, *Cum enim*. Item primo quietat eorum solicitudinem circa scientiã futuri aduentus, secundo ostendit quid circa illum sciant, ibi, *Ipsi enim*. Dicit ergo: Necesse erat, quòd scriberem de præmissis, quia indiguistis. Sed *De temporibus*, scilicet æstate, hyeme, vel potius quæ tempora futura sint, non erat necesse, quia quædam de his sunt soli diuinæ scientiæ reseruata. Matth. 24. & Marc. 13. De die illa, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater &c. Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta &c. Ecclesia. 6. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret, quid conducat sibi in vita numero dierum vitæ suæ? &c. Et ideo hoc *Non est necesse scribere*, quia illud quod sciendum est, *Vos scitis*, quia scilicet *Dies domini sicut fur in nocte &c.* Sunt autem omnes dies Domini. Psalm. 118. Ordinatione tua perseuerant dies. Sed iste specialiter est Domini, quia facit in omnibus suam voluntatem, quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præscitum a Deo, scilicet salutem. 1. Timo. 2. Vult omnes homines saluos fieri &c. In malis, quia punientur. Psalm. 74. Cum accepero tempus, ego iustitiãs iudicabo. Iste veniet sicut fur, idest ex impræmeditatione. Luc. 12. Si sciret pater familias, qua hora fur veniret &c. 2. Pet. 3. Aduenet dies Domini sicut fur. Appoc. 3. Veniam tibi tanquam fur. Quomodo autem dies dicitur venire in nocte? Sed sciendum, quòd vtrũque est, quia in die venit ꝓpter manifestatione cordiũ 1. Corinth. 4. Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium, sed in nocte propter incertitudinem. Matt. 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit &c.

Incertum enim est, qua hora erit. Deinde cum dicit. *Cum enim dixerint*. Exponit quæ dixerat, & primo quantum ad malos, secundo quantum ad bonos, ibi. *Vos autem*. Circa primũ duo facit. Primo describit præsumptionem malorum, secundo periculum moræ. Dicit ergo, Veniet sicut fur, quia ex improuiso. *Cum enim dixerint pax*. Quantum ad præsentia, idest, dũ tranquille viuunt, sic decipiuntur. Sap. 14. In magno viuentes in scientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. *Et securitas*, quantum ad futura. Luc. 12. Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Sed contra. Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi, &c. Ergo nulla securitas. Solutio est duplex. Vna quæ est Augustini, quæ talis est, In tempore illo aliqui erunt boni, & afflientur, lugebunt, & expectabunt. Et de hoc dicitur Luc 21. Arescentibus ex carentia voluptatum, & abundantia malorũ, &c. Sed in malis erit pax, & securitas. Alia datur solutio in Glosa. Deinde cum dicit *Tunc repentinus*. Describit periculum a quatuor. Primo, quia subitum, ibi. *Repentinus*. Esa. 30. Subito dum non speratur, veniet contritio eius: secundo quia mortiferum, ibi. *Interitus*. Iob. 18. Calcet super eum quasi rex interitus, &c. Tertio, afflictiuum, ibi. *Dolor*. Psalm. 47. Ibi dolores, vt parturientis. &c. Quarto, ineuitabile, ibi. *Et non effugient*. Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Ab ira Dei, nunc est effugere ad eius misericordiam, ibi vero non est tempus misericordiæ, sed iustitiæ. Deinde cum dicit. *Vos autem*. Exponit quæ dixerat quo ad bonos, & duo facit, qa primo excipit bonos a consortio malorum, secundo rationem assignat, ibi. *Omnes enim uos*. Dicit ergo. *Non est in tenebris*, quia illuminati estis per Christum de illo die, ideo vobis non est improuisus. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, & huius ratio est, ibi. *Omnes enim vos filii lucis estis*. Astruit enim, quòd sunt filii lucis. & diei. Filii autem alicuius rei in scriptura dicuntur aliqui, propter abundãtiam in re illa. Esa. 5. In cornu filio olei, idest, habente multum oleum. Qui ergo participant multum de die, & luce, dicuntur eorum filii. Hæc lux est fides Christi. Ioan. 8 Ego sum lux mundi, &cæt. Ioan. 12. Credite in lucem, vt filii lucis sitis. Item, *Diei*. Sicut enim ex luce fit dies, ita ex fide Christi fit dies, scilicet honestas bonorum operum. Roman. 13. Nox præcessit, &c. Et ideo. *Non sumus filii noctis*, idest, infidelitatis. *Neque tenebrarum*, idest, peccatorum. Roman. 13. Abiiciamus ergo a nobis opera tenebrarum, &c. Deinde cum dicit. *Igitur non dormiamus &c.* Ostendit qualiter se præparent ad illum aduentum, & primo qualiter per vltionem malorum: secundo per obseruantiam bonorum ibi. *Induti*. Circa primum duo facit: quia primo ponit monitionem, secundo eius rationem, ibi. *Qui enim dormiunt*. Dicit igitur, Ex quo dies Domini est sicut fur. Luc. 12. Si sciret pater familias, qua hora fur ueniret: vigilaret vtique. Ergo vos, quia scitis, vigiletis. Vnde dicit. *Igitur non dormiamus*. Somno peccati. Eph. 5 Surge qui dormis, & exurge a mortuis Itẽ nec pigritiæ. Prouerb. 6. Vsquequo piger dormis? &c. *Sed vigilemus per solicitudinem*. Matth. 24. Vigilate itaque, &c. Et ad hoc est necessarium, quòd. *Sobrii simus*, vt & corpus, & mens sint sobria, idest, non occupata voluptatibus, & curis mundi. Luc. 21. Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate. 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate. Ratio autem huius est, ex temporis congruitate: quia qui dormiunt, vel ebrii sunt, aliquid faciunt in nocte. Sed nos non sumus in nocte. *Ergo &c.* Dicit ergo. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt*, idest, tempus noctis deputant quieti: diem verò operationi. Ps. 103. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Et rursum ibi. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad uesperam. Item abstinent aliqui a vino in die propter negocia exercenda: sed de nocte tantũ non curãt. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Somn⁹ ergo, & ebrietas est nocti conueniẽs, eo quòd nocte infidelitatis, & tenebris peccatorum occupati, sunt ebrii, p amorem præsentium nõ habentes spem futurorum. Ephe. 4. Desperantes tradiderũt se impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritia &c. *Nos autem qui diei sumus*, id est pertinẽtes ad diẽ honestatis, & fidei. *Simus sobrii*. Ro. 13. Honeste ambulem⁹ in die. Deinde cum dicit. *Induti &c.* Ostendit, quomodo se præparẽt per bona, & primo ponit monitionem generalem: secundo specialem, ibi. Propter quod. Itẽ prima in duas, quia primo ponit ipsam monitionem: secundo rationem, eius, ibi. *Quoniam non posuit*. Sunt autem in homine duo principalia membra, quæ consueuerunt in bellis protegi scilicet cor, quod est principium uitæ, & caput scilicet, principium motus exterioris, a quo sunt sensus, & aliquo modo nerui. Et protegitur cor lorica: caput galea. Spiritualis vita in nobis est Christus, per quem anima uiuit, & Dominus in nobis per fidem habitat. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Habitat ẽt per charitatẽ. 1 Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: quæ informat fidem. Et ideo debemus habere fidem, & charitatem. Vnde dicit. *Loricam fidei, & charitatis*, quia protegit vitalia. *Et galeam, spem salutis*, quæ est principium motus spiritualis, quod est ex intentione finis, quẽ speramus assequi. Deinde cum dicit. *Quoniam non posuit nos*. Ostendit rationem quomodo in nobis operatur. Et primo ex præordinatione diuina: secundo ex gratia Christi: tertio ostendit modum consequendæ salutis. Dicit ergo, *Quoniam non posuit*, idest, non ordinauit. Io. 15. Posui uos, scilicet sanctos, vt eatis &c. *Deus in iram*, idest, ad hoc, vt consequamur eius irã. Sap. 2. Deus mortem non fecit. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus &c. *Sed in acquisitionem*, idest, vt acquiramus salutem. Matt. 11. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 1. Pet. 2. Vos estis gen⁹ electũ, regale sacerdotium, &c Et hoc per gratiam Christi: ideo dicit. *Per Dominum nostrum &c.* Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. *Qui mortuus est pro nobis*, idest, saluauit nos moriendo pro nobis. 1 Pet. 3. Mortuus est iustus pro iniustis, vt offerret nos Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Et modus perueniendi est, quia Christus docuit nos, operando salutem nostram: & hoc moriendo, & resurgendo. Roma. 4. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo dicit. *Siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus*. Ro. 14. Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. Deinde cum dicit. *Propter quod*, docet nos quomodo præparemus nos, quãtum ad speciales conditiones personarum Et circa hoc tria facit: qa primo ostendit quomodo se debeant habere ad æquales: secundo quomodo subditi se habeãt ad prælatum, ibi. *Rogamus autem*. Tertio quomodo prælati ad subditos, ibi. *Rogamus autem*. Debemus autem æqualibus consolationem in aduersis. Vnde dicit. *Consolamini inuicem*. Item ædificationem in exemplis. Vnde dicit. *Et ædificate &c.* Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Subditi autem ad prelatos, primo debent beneficiorum recognitionem: secundo charitatem: tertio pacem. Vnde. *Vt noueritis*, idest, vt recognoscatis beneficia eorum. Heb. vlt. Mementote præpositorum vestrorum &c. Noueritis, inquam, primo ex parte eorum, quia maximum laborem ferunt pro uobis. Vnde dicit. *Eos qui laborant inter vos*, pro bono uestro. 2. Ti. 2. Labora sicut bonus miles Christi, &c. Secundo ex parte Dei. Et ideo est habenda reuerentia ad eos, sicut ad Deum. Vnde dicit. *Et præsunt uobis in Domino*, idest, vice Domini. 2. Corinth. 2. Ego si quid donaui uobis in persona Christi. Tertio, ex parte vestra, quia sunt vobis vtiles. Vnde dicit. *Et monent uos, vt habeatis &c.* Ideo secundo debetis eis charitatem abundantius, idest, præ aliis: Quarto. *Pacem propter opus illorum*. Sed contra hoc quidam agunt. Amos. 5. Odio habuerunt in porta corripientem, &c. Eccle 19. Qui odit correctionem, minuetur uita. *Sed vos habete pacem propter opus*, correctiõis, qd proprie spectat ad eorum officium. Ps. 119. Dũ loquebar illis, impugnabant me gratis.

Igitur nõ dormiamus sicut, & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeã, spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut, & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monẽt vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

LECTIO II.

ROgamus autem vos fratres: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malũ pro malo alicui reddat, sed semper quod bonũ est sectamini inuicem, & in oẽs. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnib⁹ gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos, Ipse aũt De⁹ pacis sãctificet

SVPRA ostendit, quomodo subditi debent se habere ad prelatos: hic ostẽdit econuerso. Et circa hoc duo facit, qa primo docet quomodo prælati ad sacerdotes subditos se debeant habere, secundo generaliter quomodo se debant habere ad omnes, ibi. *Videte ne quis*. Sciendum est autem, quòd cura prælatorum ad duo debet tendere, scilicet ad retrahendum alios a peccatis, & ad custodiendum seipsos. Quantum ad primum, tria Apostolus dicit. Tripliciter enim subditi possunt pati defectum. Primo in actu: secundo in voluntate: tertio in virtute. In actu autem, quando prorumpunt in actum peccati, & tunc sunt corrigendi. Et quamuis de omni peccato, specialiter tamen corrigendi sunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit. *Corripite inquietos*. 2. Thessal. 3. Non inquieti fuimus inter uos. Ecclesiast. 19. Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori. In voluntate vero, quando non aggreditur magna, quia deiicitur propter aduersa, & peccata præcedentia. Vnde dicit. *Consolamini pusillanimes* Pusillanimis est non habẽs animũ ad magna, timẽs ne deficiat. Esa 35. Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Iob. 4. Vacillantes confirmauerũt manus tuæ &c. In uirtute autem, quando vel ex infirmitate peccant, vel debilitantur in bono actu, & isti sunt fouendi. Vnde dicit. *Suscipite*, scilicet in visceribus charitatis fouendo. *Infirmos*, quorum est virtus debilis, vel ad resistendum malis, vel ad faciendum bona. Rom. 15 Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Prælatus autem debet se custodire a defectu cuiuscunque modi, & maxime ab impatientia, quia ipse portat totum pondus multitudinis. Num. 11. Non possum solus sustinere omnem hanc multitudinem, quia grauis est mihi, &c. Et ideo dicit. *Patientes estote ad omnes*. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Psalm. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Deinde cum dicit. *Videte ne quis*. Ostendit generaliter quomodo se habeant ad omnes. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, qualiter omnes in quibusdam debeant se habere. Secundo quid in omnibus, ibi. *Omnia autem*. Circa primũ tria facit: quia primo ostendit quomodo se debeant habere ad proximum: secundo quomodo se habeant in his, quæ ad Deũ sunt, ibi. *Semper gaudete*. Tertio, quomodo se habeant ad eius dona, ibi. *Spiritum nolite*. Quantum ad proximum debent se habere, vt non inferant ei mala, & vt studeãt ei benefacere. Vnde dicit. Dixi supra in speciali, sed nunc in generali dico. *Ne quis malum &c.* Psalm. Si reddidi retribuentibus mihi mala Sed cõtra, multotiens vindicta petitur coram iudice. Respondeo, Sicut actus moralis sumitur secundum intentionem finis, sic ad duo potest esse intentio, vel ad malum illius, ita quòd quiescat ibi, & hoc est illicitum, quia ex liuore vindictæ: vel ad bonum correctionis seu iustitiæ, & conseruationis reipublicæ, & sic non reddit malum pro malo, sed bonum, scilicet eius correctionem. Quantũ ad secũdum, dicit. *Sed semper quod bonũ est &c.* Et dicit. *Sectamini*, & non faciatis, quia tu ex te debes sumere occasionẽ benefaciendi ad proximum tuum, & non expectare, quòd ipse det tibi occasionem benefaciendi sibi. Vnde Psal. 33. Inquire pacem, & persequere eam. Roma. 12. Noli vinci a malo, vt scilicet, sis tra-

ctus ab eo ad malefaciendum : sed vince in bono malum, retrahendo eum ad bonum. Gal. vlti. Dum tempus habemus, operemur bonum ad oẽs. Deinde cum dicit. *Semper gaudete*. Ostendit, quomodo se debeant habere quoad *Deum*, ad quẽ tria oportet habere. Primo, gaudere de ipso Vnde dicit, *Semper gaudete*, s. de Deo : quia quicquid malum proueniat, est incomparabile bono, quod est Deus. Et ideo nullum malũ, illud interrumpat. Vnde dicit. *Semper gaudete.* Secundo, orare pro beneficiis suscipiendis, ibi. *Sine intermissione orate*. Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Sed quomodo potest hoc esse? Respondeo, Dicendum est, quòd hoc potest esse tripliciter. Primo, quòd ille semper orat, qui statutas horas non intermittit. Simile habetur. 2. Reg. 9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Secundo sic, *Semper*, idest, continue orate : sed tunc oratio sumitur pro effectu orationis. Est enim oratio, interpretatio seu explicatio desiderii, quia quando desidero aliquid, tunc illud orando peto. Vnde, & oratio est petitio decentium a Deo; & ideo desiderium habet vim orationis. Psal 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Omnia ergo quæ facim⁹, ex desiderio proueniũt. ergo oratio in bonis, quæ facimus, manet in virtute : quia bona, quæ facimus, ex desiderio bono proueniunt. Glo. Non cessat orare, qui non cessat benefacere. Tertio, quo ad causam orationis, scilicet faciendo eleęmosinam. In vitis patrum, Ille semp orat, qui eleęmosinas dat. quia qui elæemosinam accepit, orat pro te, etiam te dormiente. Item tertio, orare pro beneficiis suscipiendis : & gratias agere pro susceptis. Ideo dicit. *In omnibus*, s. bonis, & aduersis. *Gratias agite*. Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Colos. 2. Abundantes in illo in gratiarum actione. Philipp. 4. Cum gratiarũ actione. Hæc est. n. voluntas &c. 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Deinde cũ dicit *Spiritũ nolite &c.* Ostendit quomodo se habeant ad dona Dei. Et primo quòd ea non impediant. Secundo, quòd ea non contẽmnant, ibi. *Prophetias*. Spiritus aũt sanctus est persona diuina incorruptibilis, & ęterna, vnde in sua substantia extingui non potest. Sed tñ dicit quis extinguere spiritum, vno modo feruorem eius extinguendo, vel in se, vel in alio. Roma. 12. Spiritu feruentes. Cum enim aliquis aliquid boni ex feruore Spiritussancti vult facere: vel ẽt cum aliquis bonus motus surgit, & ipse impedit, extinguit spiritum sanctum. Act. 7. Vos semper spirituisancto restitistis. Alio modo mortaliter peccando. Spiritus enim sanctus in se semper viuit, sed in nobis viuit, quando facit nos in se uiuere: sed quando quis peccat mortaliter, non viuit in ipso spiritussanctus. Sap. 1. Spiritus. n. sanctus disciplinæ effugiet fictum &c. Tertio modo occultando, quasi dicat, Si donum spiritussancti habetis, vtimini eo ad vtilitatem proximorum. Eccle. 20. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq;? Matt. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio &c. *Prophetias nolite spernere.* Aliqui enim apud istos spiritu prophetię, erant pollentes, qui ab istis reputabantur insani. 1. Cor. 14. Aemulamini spiritualia, magis autem, vt prophetetis. Vel prophetias. i. diuinam doctrinam. Exponentes enim diuinam doctrinam, dicuntur prophetæ, quasi dicat, Non spernatis verba Dei, & prædicationes. Hie. 20. Factus est sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. Deinde cum dicit. *Omnia autem probate*. Ostẽdit qualiter se habeant ad omnia, & vnum est, quòd in omnib⁹ vtantur discretione. Roma. 12. Rationabile obsequium vestrũ.

vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est, qui vocauit vos : qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

In hac materia debet esse diligens examinatio, boni electio, mali abiectio Quantum ad primum dicit. *Prophetias nolite spernere*, tamẽ, *Omnia probate*, scilicet, quæ sunt dubia. Manifesta enim, examinatione non indigent. 1. Ioan. 4. Omni spiritui nolite credere. Iob. 12. Nonne auris verba diiudicat? Quantum ad secundum dicit. *Quod bonum est tenete*, Gal. 4 Bonum autem æmulamini in bono semper. Quantũ ad tertium, dicit. *Ab omni specie mala abstinete uos*. Esa. 7. Vt sciat reprobare malũ, & eligere bonum. Et dicit, specie, quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ vitare debemus, quæ, scilicet non possemus seruare coram hominibus absque scandalo eorum. Deinde cum dicit. *Ipse autem.* Subdit orationem, & circa hoc tria facit : quia primo orat pro eis, secundo dat spem de exauditione : tertia dat speciales monitiones. Dicit ergo. Ita moneo, sed nihil ualet, nisi Deus gratiã det. Vnde. *Ipse Deus pacis, sanctificet uos.* Leui. 21. Ego Dominus, q sanctifico uos &c. *Per omnia*, idest, vt sitis totaliter sancti. Et hoc *Vt integer &c.* Occasione. n. verborũ istorũ dixerũt quidã, q in homine aliud est spiritus, & aliud anima : ponentes duas in homine animas. Vnam quæ animat, aliam quæ ratiocinatur. Et hæc sunt reprobata in Ecclesiasticis dogmatibus. Vnde sciendũ, quòd hæc non differt secundum essentiam, sed secundum potentiam. In anima enim nostra sunt quædam vires, quæ sunt actus corporalium organorum, sicut sunt potentiæ sensitiuæ partis. Aliæ sunt, quæ non sunt actus talium organorum, sed sunt abstractæ ab eis, sicut sunt potentiæ intellectiuæ partis. Et hæ dicũtur spiritus, quasi immateriales, & separatæ aliquo mõ a corpore, inquantum non sunt actus corporis, & dicuntur etiã mẽs. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Inquantum autem animat, dicitur anima, quia hoc est ei proprium. Et loquitur hic Paulus proprie. Nam ad peccatum tria concurrunt, ratio, sensualitas, & executio corporis. Optat ergo, quòd in nullo horum sit peccatum. Non in ratione. Vnde dicit. *spiritus*, idest, mens vestra seruetur integer. In omni enim peccato ratio corrumpitur, secundum quod omnis malus est ignorans. Item nec in sensualitate. Vnde dicit. *Anima.* Item nec in corpore: & ideo dicit. *Et corpus.* Hoc autem sic fit quando seruatur immune a peccato. Et dicit. *Sine quærela*, non sine peccato, quod est solius Christi : sed esse sine quærela, est etiam aliorum, qui, & si venialia, non tamẽ committunt grauia, & quibus proximus scandalizatur. Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Et addit. *In aduentu &c.* scilicet, perdurando vsque in finem vitæ. Vel integer spiritus refertur ad donum spiritussancti, quasi dicat, Donum Spiritussancti, quod habetis sit integrũ. Deinde cum dicit. *Fidelis &c.* Dat spem exauditionis, quasi dicat, Vt ego spero, sic fiet quia, & ipse qui uocauit faciet, idest, cõplebit. Psal. 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis &c. Roman. 8. Quos vocauit, hos, & iustificauit &c. Vltimo, subiungit familiares monitiones, scilicet orationem, ibi. *Orate*. Item mutuam pacem, ibi. *Salutate omnes fratres in osculo sancto*, non proditorio, sicut Iudas. Matt. 26, Nec libidinoso, vt libidinosa mulier. Pro. 7. *Vt legatur &c.* Timebat enim, ne prelati propter aliqua quæ erant hic, eã occultarent. Prouer. 11. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis &c. Vltimo concludit Epistolam in salutatione.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Thessalonicenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI, AD THESSALONICENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

CONGREGAMINI, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis, diebus nouissimis &c. Gen. 49. Hæc verba competunt huic epistolæ. Duo enim tãguntur, quæ ei conueniunt, scilicet fructus, & eius materia. Vnde dicitur, Vt annuntiem &c. Agitur enim in ea de his. quæ ventura sunt in diebus nouissimis: quæ sunt tria scilicet, pericula ecclesiæ, tempore Antichristi. 2. Timo. 3. In nouissimis dieb⁹ instabunt tempora periculosa &c. Item malorum supplicia. Psalm. 72. Donec intrem in sanctuariũ Dei &c. Veruntamẽ propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Item præmia bonorũ. Prou vlt. Fortitudo & decor, indumentum eius. Et de his agitur in hac epistola. Vtilitas ostenditur, quia congregamini. Sic acquiritur ex hac epistola congregatio, scilicet concordantium in veritate, quia discordabant de iudicio futuro : propter hoc quod dicit in prima epist. *Deinde nos qui viuimus &c.* Psalm. 146. Dispersiones Israelis congregabit. Item voluntatum, quia cum considerant, q quæcunque temporalia sunt, in nouissimo mundi peribunt, datur intelligi, quòd eos congregant ad vnum quærendum, scilicet cœleste præmium. Eccle. 30. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Item cogitationum ad vnam stabilem veritatem. Esa. vlti. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem &c. Sic ergo patet fructus & materia : quia in prima muniuit eos contra persecutiones præteritas : hic munit eos contra futuras.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS & Siluanus & Timothe⁹, ecclesię Thessalonicẽsium in Deo patre nostro & Domino Iesu Chr̃o. Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem, ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii, vt digni habeamini in regno Dei pro quo, & patimini.

LECTIO II.

SI tamen iustum est apud Deũ retribuere tribulationẽ his, qui uos tribulant, &

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR hæc epistola in salutationem, & epistolarẽ narrationem, ibi, *Gratias agere debemus &c.* It ẽ primo ponuntur personæ salutantes. Secundo personæ salutatæ. Tertio bona optata. Sunt autem eædẽ personæ, quæ & in prima. Tres autẽ personæ salutantes ponuntur, vt authoritas epistolæ robustior appareat. Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur, *Ecclesiæ Thessalonicensium &c.* Et ecclesia congregationẽ dicit, quæ debet esse in Deo, aliàs est mala. De bona dicitur Psal. 49. Congregate illi sanctos eius &c. *In Christo* idest, in eius fide. Rom. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam. Deinde optat eis bona : & primo pacem. Ipsa est enim principiũ oĩum spiritualiũ donorũ. 1. Cor. 15. Gratia Dei, sũ id qđ sũ. Item, pacem quæ est finis hominum. Psal. 147 Qui posuit fines tuos pacem &c. Et hoc *A Deo &c.* Iac. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum &c. *Et Domino Iesu &c.* 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis donauit *Gratias agere debemus &c.* Hæc est epistolaris narratio. Et primo instruit eos de futuris in nouissimis diebus. Secundo admonet eos familiariter de quibusdã, in tertio cap. ibi *De cætero fratres &c.* Item primo monet, sicut dictum est, quantum ad præmia donorum, & pœnas malorum. Secundo, quãtum ad pericula tempore Antichristi. 2. cap. ibi *Rogamus autem vos &c.* Item primo agit gratias de præparatione ad futurum iudicium. Secundo, describit ipsum iudicium, ibi *Si tamen iustum*. Item primo gratias agit de profectu. Secundo ostendit fructum profectus. Tertio signum. Dicit ergo, Gratias agere debemus &c. Nam quia in prima epistola cõmendauit eos de fide & charitate, & aliis bonis in quibus abundabant : ideo dicit *Gratias agere debemus semper pro vobis*, quia bonum, quod habetis, reputo meũ 2. Ioan. 3. Maiorem horũ non habeo gratiã, q̃ vt audiam filios meos in ueritate ambulare. Et hoc *Deo*, sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignum est, quia de magnis bonis agimus gratias. 2. Mach. 1. De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agamus. Quare? *Quia supercrescunt*, bona spiritualia. Periculose enim custodiuntur, nisi proficiat in eis homo. In his donis autem Dei, primum est fides, per quam Deus habitat in nobis, & in hac proficimus secundum intellectum. Ephes. 4. Habitare Christum per fidem in cordib⁹ vestris. Et sic proficit homo per cognitionem, deuotionẽ, & inhæsionem. Secũdum est charitas, per quam Deus est in nobis secundum effectum. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & De⁹ in eo. Et ideo dicit. *Et abũdat*. Pro. 15. In abundanti iustitia, virtus est maxima &c. 1. Thess. 4. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis: ipsi enim a Deo didicistis, vt diligatis inuicem &c. Et tũc ponitur profectus, cum dicit, *Ita quod ego glorior inde apud alios*, quia uestra reputo mea. Bonum enim discipulorum, est gloria prælatorum. Prouer. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. Prouer. 17. Corona senum, filii filiorum &c. 2. Cor. 9. Pro quo, de uobis glorior. Et tũc ponit signũ ꝓfectus, scilicet patientiã, quæ ostenditur maxime in tribulationibus. Iac. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem &c. In tribulationibus sunt duo seruanda, scilicet patientia, ne discedat a fide. Iac. Patientia opus perfectum habet. Et fides in persecutionibus. 1. Corint. 4. Persecutionem patimur, & sustinemus. Vnde dicit. *In fide, in omnibus persecutionibus uestris, & tribulationibus*. Quæ quidem tribulationes dicuntur a tribulis, quibus interius per afflictiones pũgimur. Gen. 3. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Ps. 24. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. Et hæc sancti sustinẽt ꝓp duo. s. ꝓp terrorem malorũ. Si. n. Deus non parcit bonis in hoc mundo, quomodo parcet malis in futuro? 1. Pet. 2. Si aũt primũ a nobis, q̃s finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? &c. Hie. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicẽ, &c. Secundo, ad augendum meritum. Vnde dicit. Vt digni &c. Nã vt dicitur Matt. 11. Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et Luc. vl. Nonne hæc oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriam suã? Ro. 8. Si tñ conpatimur, vt & glorificemur. Vnde dicit. *Pro quo & patimini.* Tribulatio enim, quę fert pro Deo, facit dignũ regno Dei. Mat. 5. Beati qui per secutionem patiuntur &c. 1. Pet. 4, Nemo uestrum patiatur quasi homicida; aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA egit de eorũ idoneitate ad futurũ iudiciũ: hic agit de forma iudicii. Et primo ponit iudiciũ, quãtũ ad punitionẽ malorũ, & præmia bonorũ. Secũdo de utraq; parte singillatim, ibi. *In flãma*. Itẽ primo ponit iudiciũ q̃tũ puinitonẽ malorũ. Secũdo, quãtũ ad, præmia bonorũ, ibi *Cum venerit*. Quãtũ ad primũ dicit, Sustinetis in exemplum &c. Hic subinfert. *Si tamen iustum est.* si, pro quia. Vnde alia litera habet, Si quidem. Vel, si tamen, referatur, in exemplum iusti iudicii : quasi dicat, Iustum est, q̃ hæc patiamini, si tamen ex hoc mereamini, sed prima litera, & expositio est melior. *Iustum est retribuere.* Psal. 93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Esa: 33: Ve qui prędaris, nonne & tu prędaberis? *Retributionẽ*, scilicet; æternæ damnationis: Roma. 8. Tribulatio, an angustia &c: *Et vobis qui tribulamini, requiem*, Lucæ. 16. Recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala : Nunc autem hic consolatur, tu uero crucia-

eruciaris. Apoc. 14. A modo enim, iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis *Nobiscum*, idest, æqualem gloriam. Sed nunquid hoc est verum? Respondeo: duplex est æqualitas, scilicet absoluta, quantitatis, & proportionis. Et prima nõ est æqualis quantum ad participationem hominis, sed æqualis quantũ ad beatitudinẽ participatam, quæ est Deus: homo enim participat secundũ magis, & minus, scilicet, secundũ quòd ardentius, vel minus ardenter amat Deũ. Sed secundum secũdam, omnimoda æqualitas erit, quia ita est gloria Petri ad gratiam sibi datã & meritum suum, sicut gloria Lini ad suam. Hoc, inquam, erit in reuelatione, &c. Io. 5. Pater oẽ iudiciũ dedit filio suo, & hoc inquantum filio hominis: vnde sequitur; Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia in forma, humana omnibus apparebit, sed modo non apparet, quia humanitas eius latet in gloria Dei, sed tunc apparebit. Esa 40. Et reuelabitur gloria Domini &c. Et hoc. *Cum angelis virtutis eius.* Ministris suis. Matt. 25. Cũ uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo &c. Deinde cũ dicit. *In flamma ignis*, agit de vtraque scilicet, punitione malorũ, & præmiatione bonorum: sed in punitione malorum ostendit acerbam, iustam, & diuturnam. Dicit ergo. *Dantis uindictam*, idest iudicantis puniendos in flamma ignis, faciem orbis comburẽtis, & inuoluẽtis reprobos, & detrudentis in perpetuum. Psa. 96 Ignis ante ipsũm præcedet, &c. Item erit iusta propter duplicẽ culpam, scilicet infidelitatis, & malæ vitæ. Quantum ad primũ dicit. *Qui non nouerunt*, idest, noluerũt cognoscere *Deum*. Iob. 21 Scientiam viarum tuarum nolumus. 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur &c. Quantum ad secundum, dicit. *Qui non obediunt euangelio Domini nostri Iesu Christi.* Roman. 10. Non omnes obediunt euangelio. Inobedientia enim est tantum peccatum, quòd per eam mors venit in hunc mundum, vt dicitur, Roma. 5. Item est diuturna, quia pœnas dabunt in inteæter. Et potest legi dupliciter, secundum quòd duplex est pœna, scilicet sensus, & damni. De pœna sensus potest intelligi sic. *Dabunt*, idest sustinebunt. *Pœnas æternas*, non finiendas. & hoc. *In interitu*, quia semper morientur. Aliter enim est de pœnis huius vitæ, & illis. Nam hic, quanto plus acerbiores, tanto sunt breuiores, quia extinguuntur: sed illæ sunt grauissimæ, qa sunt pœnæ mortis: & sunt interminabiles: Vnde dicitur, quòd semper erunt quasi in morte Ps. 48. Mors depascet eos. Es. vlt. Vermis eorũ nõ morietur. Pœna autem damni est duplex, quia separabuntur à visione Dei. Vnde dicit. *A facie Domini*, s. remoti. Iob. 13. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Alia est priuatio visionis gloriæ sanctorum. Esa. vlt. Tollatur impius ne videat gloriam sanctorum &c. Vel aliter *A facie Domini &c.* In hoc ostenditur causa acerbitatis pœnę sensus. Sensus enim alicuius euacuatur, vel propter superiorem iudicem, vel propter superioris potentiam: sed hoc non erit, quia hoc iudicium procedet a facie Domini. Psal. 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat &c. Et ideo dicit, Dabunt pœnas, idest, sustinebunt a facie Domini. Deinde cum dicit. *Cum uenerit.* Agit de præmiatione sanctorum. Et primo ponit præmium: secundo meritum, ibi. *Qui crediderunt.* Gloriam sanctorum commendat, & quantum ad essentiam, per participationem gloriæ Dei, cum dicit. *Glorificari &c.* Et quantũ ad eius excessum, ibi *Et admirabilis.* Dicit ergo, *Cum uenerit.* Christus certe gloriosus est. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia Dns Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Glorificari in sanctis eius.* Quia bonum, sui est communicatiuum, vel glorificari in sanctis eius, qui sunt membra sua in quibus habitat, & in quibus glorificatur, quando sua gloria, scilicet capitis, deriuatur vsque ad sua membra. Esa. 49. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et hoc excedet omnem admirationem. Vnde dicit. *Admirabilis &c.* Si quidem admiratio, est stupor procedens ex magna fantasia. Tanta vero sanctorum gloria non potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit, Admirabilis. Sap. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis &c. Deinde ponit meritum, ibi. *Qui crediderunt &c.* Et ponit primo meritũ fidei. Secũdo suffragiũ orationis, ibi. *In quos.* Dicit ergo, Hæc erit gloria, quia creditum est nostrum testimonium super uos, quòd credidimus de Christo. *In illo die*, idest propter illum diem: quia bona quæ agimus sunt propter illum diem. Et dicit. *Hoc testimonium est super uos*, idest, super sensum humanum. Eccle. 9. Plurima super sensum hominis, &c. Fides. n. non habet meritũ, vbi humana ratio prebet experimentum. Nisi. n. esset supra vos, non esset magni meriti credere. Vel dicit super uos. 1. dominatur vobis subiicientibus intellectum vestrum humiliter ad credendum. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Sic exponit Glo. Vel aliter, & magis secundum literam: Dico, quòd glorificabitur Christus in vobis, qui credidistis in die iudicii, quando Apostoli iudicabunt: & tũc testimonium, quod est super vos. i. de promptitudine fidei uestræ, erit certum, & creditum, idest credibile. Deinde cum dicit. *In quo oramus &c.* Subiungit suffragium orationis. & primo proponit quod petit: secundo quo fine, ibi *Vt dignetur.* Tertio, per quod posset assequi petitum, ibi. *Secundum gratiam.* Petit autem vnum ex parte Dei: & duo ex parte nostra. Dicit ergo. *In quo*, idest, propter quem diẽ *Etiam nos oramus semper.* Roman. 1. Sine intermissione, memoriã vestri facio semper in orationibus meis. 1. Reg. 13. Absit autem hoc peccatum à me in Domino, vt cessem orare pro vobis. Sed ad quid? *Vt dignetur uos uocatione sua Deus*, i. faciat vos in mundo digne conuersari suæ vocationi. Ephe. 4. Digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Item ex parte nostra duo petit, ex parte voluntatis, ut plene fruantur omni bonitate. Vnde dicit. *Vt impleat omnem uoluntatem bonitatis*, idest, impleat in uobis uoluntatem omnis boni. Phil. 1. Qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona voluntate. Item ex parte intellectus, vt perfecte credant, ideo dicit *Et opus fidei.* Rom. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et hoc operemini *In virtute*, idest in constantia & fortitudine, vt nullo timore cessetis a confessione eius. Vel sic, *In quo*, idest, propter quem diem oramus, vt Deus dignetur vobis dare illud ad quod vocauit vos 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Et impleat omne bonum, quod desideratis, quod est in vita æterna, quando habebimus Deum. Psal. 102. Qui repleat in bonis desiderium tuum. Item impleat opus fidei, quod erit, quando id quod hic per speculum & in enigmate videmus, videbimus tunc facie ad faciem. Sed quo fine? *Vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi, &c.* idest ad gloriam Christi sit, & per vos tam in prelenti, quàm in futuro nomen Christi glorificetur in bonis vestris. Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Econuerso de malis dicitur. Esa. 52. & Roma. 2. Nomen Dei per vos blasphematur. Sed per quid poterimus illud consequi? *Secundum gratiam Dei nostri*, quę est radix omnium bonorum nostrorum. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum &c.

vobis qui tribulamini, requiem nobiscum, in reuelatione Domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dãtis vindictam his, qui non nouerũt Deũ, & qui non obediunt euãgelio Domini nostri Iesu Christi, qui pœnas dabunt in interitu, æternas a facie Domini, & a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: quia creditũ est testimonium nostrũ super uos in die illo. In quo ẽt oramus semper vobis, vt dignos vos faciat vocatione sua Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute, vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAPIT. II. LEC. I.

ROgamus autem uos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsũ: vt nõ cito

LECTIO PRIMA.

SVperius Apost. ostendit futura, quãtum ad pœnas malorum, & præmia bonorum: hic annuntiat futura, quantum ad pericula Ecclesiæ, quæ erunt tempore Antichristi. Et primo nuntiat veritatem de futuris periculis. Secundo monet, vt in veritate permaneant, ibi *Itaque fratres* Circa primum duo facit, quia primo excludit falsitatem. Secundo instruit de veritate, ibi, *Quoniã nisi*, Iterum prima in tres, quia primo commemorat illud ex quo debent induci. Secundo ostendit ad quid debent induci, ibi *Vt non cito.* Tertio remouet illud quod eos mouere posset, ibi, *Neque per spiritum.* inducit autem ex tribus, scilicet propriis precibus ibi *Rogamus* non præceptis. Philem. 1. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Secundo, ex aduentu Christi, desiderabili bonis, licet terribili malis. Amos 5. Væ desiderantibus diem Domini, &c. 2. Thimo. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius &c. Apoc. vlt. Veni Domini Iesu &c. Tertio ex desiderio & amore totius congregationis sanctorum. *In idipsum*, scilicet vbi Christus est, quia Matt. 24. Vbi erit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Vel in idipsum, idest, in idem, quia omnes sancti loco & gloria erunt in eodem Psal. 49. Congregate illi sanctos eius. Sed ad quid inducit?

Vt non cito moueamini a uestro sensu. Est autẽ aliud moueri, aliud terreri. Mouetur autem a suo sensu, qui prætermittit quod tenebat, quasi dicat, Non cito dimittatis doctrinã meam. Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Terror autem est quædam trepidatio, cum formidine contrarii. Et ideo dicit *Ne terreamini.* Iob 15. Sonitus terroris, semper in auribus eius. Item, si pax, illi semper insidias suspicatur. Sapi. 17. Cum enim sit timida nequitia, dat testimonium condẽnationi &c. Deinde cum dicit *Neque per spiritum.* Remouet qd̃ eos mouere posset: primo in specialis: secundo in generali, ibi *Ne quis.* Seducitur autem quis per falsam reuelationem. Vnde dicit *Neque per spiritum*, idest, si quis dicat sibi reuelatum per Spiritũ sanctum, vel a Spiritu sancto aliquid quod est contra doctrinã meam *Non terreamini.* 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere. Ezechi. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritũ suũ, & nihil vident. Aliquando etiam sathanas transfigurat se in angelum lucis, vt dr̃ 2. Cor. 11 & 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Secũdo, per ratiocinationem, vel falsam expositionem scripturę: ideo dicit *Neque per sermonem.* 2. Tim 2 Sermo eorum, vt cancer serpit. Eph. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Tertio, per authoritatem inductam in malo intellectu. 2. Pet. vlti. Sicut charissimus frater noster Paulus, secundum sibi datam sapientiam scripsit vobis, sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depruauant, sicut & cæteras scripturas &c. Sed de quo seducebantur? *Quasi instet dies Domini.* Et dicit *Neque per epistolam, tamquam per nos missam.* Quia in prima epistola nisi bene intelligitur, videtur dicere, instare Domini aduentum, vt illud, Deinde nos qui viuimus &c. Deinde cũ dicit *Ne quis &c.* facit idẽ in generali. Luc. 21. Videte, ne seducamini &c. 1. Cor. 15. Nolite seduci. Ratio autẽ, quare hæc remouet Apostolus, scilicet de aduentu Domini est, quia prælatus nullo modo debet velle, qp̃ per mẽdacium aliqua bona procurentur. 1. Cor. 15. Inuenimur autem & falsi testes &c. Item, quia res credita erat periculosa, qp̃ scilicet instaret dies Domini. Primo, quia daretur occasio maioris seductionis: quia futuri erant post tempora Apostolorum aliqui, qui dicerent se esse Christum. Luc. 21. Multi dicẽt, ego sum &c. Et ideo Apostolus noluit. Item, dæmon frequẽter prętendit se esse Christum, sicut patet de beato Martino. Et ideo ne seducantur, noluit. Aug. autem ponit aliam rationem, quia immineret periculũ fidei, vnde diceret aliquis, tarde veniet Dominus, & tunc præparabo me ad eum. Alius diceret, Veniet cito, & ideo nunc me præparabo. Alius diceret, Nescio. Et hic melius dicit, quia concordat Christo. Sed ille plus errat, qui dicit, cito: quia elapso termino homines desperarent, & crederẽt falsa esse, quæ scripta sunt. Deinde cum dicit *Quoniam, nisi venerit discessio &c.* Astruit veritatẽ: & primo ostẽdit, quæ ventura sunt ad antichristi aduentũ. Et sunt duo, quorũ vnũ præcedit aduentũ antichristi. Aliud est ipse aduẽtus eius: primũ est discessio, quod multipliciter exponitur in Glo. Et primo a fide, quia futurũ erat, vt fides a toto mũdo reciperetur. Matt. 24. Et prædicabitur hoc euãgeliũ regni in vniuerso orbe. Istud ergo præcedit qd̃ (ꝛm Aug.) nondum est impletum: & post multi discedent a fide &c. 1. Tim. 4. In nouissimis temporibus discedent quidam a fide &c. Matt. 24. Refrigescet charitas multorũ. Vel discessio a Romano imperio, cui totus mundus erat subditus. Dicit autem August. quòd hoc figuratur Dani. 2. In statua, vbi nominantur quatuor regna: & post illa aduentus Christi, & qd̃ hoc erat cõueniẽs signum, quia Romanum imperiũ firmatum fuit ad hoc, quòd sub eius potestate prædicaretur fides per totum mundũ. Sed quomodo est hoc? quia iamdiu Gentes recesserunt a Romano imperio, & tamen necdum venit Antichristus? Dicendum est, quòd nondum cessauit, sed est commutatum de temporali in spirituale: vt dicit Leo Papa in sermone de Apostolis. Et ideo dicendum est, quòd discessio a Romano imperio debet intelligi, non solum a tẽporali, sed a spirituali. scilicet a fide catholica Romanæ ecclesiæ. Est autem hoc conueniens signum, qp̃ Christus venit qñ sicut Romanum imperiũ omnibus dominabitur: ita econuerso signum Antichristi, est discessio ab eo. Secundo prædicit secundum futurum, scilicet Antichristum. Et primo, quantum ad eius culpam & pœnam. Secundo, quantum ad eius potestatem. ibi. *Eum cuius aduentus.* Item primo communiter, & implicite tangit culpam eius, & pœnam. Secundo explicat vtrunque, ibi. *Qui aduersatur.* Dicit ergo, *Discessio primo veniet, & tunc reuelabitur.* Dicitur autem esse. *Homo peccati, & filius perditionis*, secundum Glo. quia sicut in Christo abũdauit plenitudo virtutis, ita in Antichristo multitudo omnium peccatorum. Et sicut Christus est melior omnibus sanctis, sic ille peior omnibus malis. Et propter hoc homo peccati dicit, quòd totaliter erit peccatis deditus. Sed nõ dicitur sic homo peccati, quin posset esse peior: quia nunquam malum corrumpit totum bonum, licet quantum ad actũ non poterit esse peior. Christo autem nullus homo potuit esse magis bonus. Dicitur aũt. Filius perditionis, i. deputatus extremæ pditioni. Iob. 21. In die pditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Vel, *Perditionis*, idest diaboli non per naturam, sed per suæ malitiæ complementum, quæ in eo complebitur. Et dicit. *Reuelabitur.* Quia sicut omnia bona, & virtutes sanctorum, qui præcesserunt Christum, fuerunt figura Christi: ita in omnibus persecutionibus ecclesię tyranni fuerunt, quasi figura Antichristi, & latuit ibi Antichristus: & ita tota illa malitia, q̃ latet in eis, reuelabitur in tempore illo. Deinde cum dicit. *Qui aduersatur* explicat quæ dixerat. Et primo ostendit, quomodo sit homo peccati. Secundo, quomodo filius perditionis, ibi. *Et tunc reuelabitur.* Item primo prænuntiat eius futuram culpam. Secũdo assignat eius causam, ibi *Et tunc.* Item primo describit culpã. Secundo dicit se non annuntiare doctrinam nouam, ibi. *Nonne.* Item primo ostendit culpã. Secundo eius signum, ibi. *Ita ut &c.* Duplex est autem eius culpa, s. contrarietas ad Deum. Vnde dicit. *Qui aduersatur*, omnibus spiritibus bonis. Iob. 15, Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice, armatus est, sicut & membra eius. Esa. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Secunda est, quia præfert se Christo, ideo dicit. *Extollitur &c.* Dicitur autem Deus tripliciter. Primo, naturaliter. Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Secundo, opinatiue. Psalm. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Tertio, participatiue Psal. 81 Ego dixi dii estis. Omnibus autem his se præferet Antichristus. Dan. 11. Eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica. Signum autem culpę est, cum dicit, *Ita, ut in templo &c.* Superbia enim Antichristi maior est superbia omnium præcedentiũ. Vnde sicut de Cayo Cæsare legitur. quòd cũ in vita ista adhuc esset, coli voluit, statuam suam ponens in quolibet templo, & Ezech. 28. De rege Tyri dicit, Dixisti, quia Deus ego sum &c. Ita credibile est, qp̃ sic eis faciet Antichristus, dicens se Deum esse, & hominem. & in huius signũ sedebit in templo. Sed in quo templo? Nõne ẽ destructũ a Rom. Et ideo dicunt quidã, quòd Antichristus est de tribu Dan, cui pertinet inter alias duodecim nõ nominatur. Ap. 7. Et ideo Iudæi primo eum recipient, & reædificabũt templũ in Hierusalẽ, & sic implebitur illud Dan. 9. Erit in tẽplo abhominatio, & idolũ. Mat. 24. Cũ vero videritis abhominationẽ desolationis, q̃ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, q̃ legit intelligat. Quidã vero dicũt, qp̃ nunq̃ Hierusalẽ, nec tẽplũ reædificabitur, sed vsq; ad consumationẽ, & finẽ perseuerabit desolatio. Et hoc ẽt aliq; Iudæi credũt: ideo exponit. *In templo Dei.* i. in ecclesia, quia multi de ecclesia eum recipient. Vel ꝛm Aug. *In templo Dei sedeat.* i. principetur, & dominetur, tãquã ipse cum suis nuntiis sit templũ Dei, sicut Christus est cum suis. Deinde cũ dicit. *Non retinetis.* Ostẽdit, qp̃ nihil noui scribet, q. d. Olim, cũ essem apud vos, dixi hoc. 1. Ioan. 2. Non mãdatũ nouũ scribo vobis sed mandatũ vetus, qd̃ habuistis ab initio, 2. Cor. 10: Quales fuimus verbo p epistolas absẽtes, tales & psentes in facto &c.

dicitur, Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanq̃ sit Deus. Non retinetis, quòd cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

LECTIO II.

T nunc quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tẽpore, Nã mysteriũ iã opera moueamini a uestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tamquã per nos missã, quasi instet dies Domini, Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod

LECTIO SECVNDA.

SVperius Apost. prænuntians narrauit aduentum. & culpam Antichristi: hic ostendit causam dilationis. Et primo ostendit eos habere hui us scientię causam. Secundo causam illam obscure proponit, ibi. *Nam mysterium.* Dicit ergo, Dico quòd oportet reuelari hominem peccati. *Et quid nunc detineat*, idest quæ sit causa: quòd tardet *Scitis.* Quia ego dixi vobis: ita qp̃ sic ad præsens detinet. *Vt suo tempore*, i. congruo tẽpore. *Reueletur.* Eccl. 8.

Omni negotio tempus, & opportunitas est. Et ibidem.3. Omnia fecit Deus bona in tempore &c. Deinde cum dicit *Nam mysterium &c.* Causam eius ponit. Et hæc litera multipliciter exponitur: quia hoc mysterium potest esse nominatiui casus, vel accusatiui. Si primo modo, est sensus: Dico, *ut suo tempore*, quia et iam mysterium .i. figuraliter occultatum operatur in sictis, qui videntur boni, & tamẽ sunt mali. Et hi operantur officium Antichristi. 2. Tim. 3. Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Sed secundo modo est sensus. Nam diabolus, in cuius potestate veniet Antichristus, iam incipit operari occulte iniquitatem suam, per tyrannos, & seductores: quia persecutiones ecclesiæ huius tẽporis sunt figuræ illius vltimæ persecutionis contra omnes bonos, & sunt sicut imperfectæ, comparando ad illam. *Tantum, ut qui tenet &c.* Hoc exponitur multipliciter. Vno modo, secundum Glo. & Aug. 20 de Ciui. dei qui dicunt, quòd quidam opinati sunt Neronem, qui primo, persecutus est Christianos esse Antichristum, & ꝓ non fuerat occcisus, sed subtractus, & quandoque restituendus. Vnde Apost. hoc euacuans, dicit. *Tantum vt qui tenet nunc.* Romanum imperium. *Teneat, donec de medio fiat*, idest, donec moriatur. Sed hoc modo, non est conueniens: quia multi anni sunt ꝓ Nero mortuus est, illo. s. anno quo Apostolus, sed melius est, ꝓ referatur ad Neronem, prout est persona publica Romani imperii, donec de medio fiat, idest, tollatur Romanum imperium de hoc mundo. Esa. 23. Dñs exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiã &c. Vel aliter, Tantum vt qui tenet, idest, detinet modo aduentum Antichristi, teneat, ne veniat: quasi sit necessarium, quòd adhuc aliqui veniant ad fidem, & aliqui recedant q.d. Vt discessus, & accessus, qui nũc tenet, donec veniat, teneat donec tollatur ille obscenus. Vel sic, Tantum qui nunc tenet fidem. teneat, idest, firmus sit in ea. Apoc. 2. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Donec de medio fiat. i. congregatio malorum permixta, separetur, & fiat seorsum, quod erit in persecutione Antichristi. Vel, *Tantum &c.* Idest, vt mysterium iniquitatis. i. iniquitas mystica, quæ detinet, detineat donec fiat de medio, idest, donec iniquitas reducatur in publicum: & fiat quasi aliquid existens in publico de medio. Multi enim modo occulte peccant, sed tñ ꝓnque fiet in aperto: quia Deus sustinet peccatores quandiu sunt oculti, donec publice peccent, & tũc nõ sustinebit, vt patet de Sodomitis. Gen. 19. Sed tamen Aug. confitetur se nescire, quid Apostolus illis loquitur, qui iam sciebant. Vnde dicit. *Quid nunc detineat scitis.* Et præterea hoc non erat multum necessarium ad sciendum. Deinde cum dicit. *Et tunc &c.* Ponitur aduentus iniqui, & pæna eius. Primo manifestatio: Secundo eius pæna. Quantum ad primum, dicit, *Ille* singulariter iniquus *Reuelabitur*, quia manifesta erit eius culpa. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Esa. 11. Zelus Domini exercituum faciet hoc, idest, zelus iustitiæ, qui est amor. Spiritus enim Christi, est amor Christi, & hic zelus est Spiritussanẽti, quem habet ad ecclesiam. Vel *spiritu oris sui*, idest, mandato suo: quia Michael interfecturus est eum in monte Oliueti: vnde Christus ascendit: sic & Iulianus manu diuina extinctus est. Et hæc est pæna præsens, licet futura etiam æternaliter punietur, qa *Destruet illustratione &c.* i. in aduentu suo omnia illustrante. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum &c. Et destruet, inq̃, æterna s. damnatione. Psal. 27. Destrues illos &c. Et dicit illustratione, qa ipse visus est ecclesiã obtenebrate, & tenebræ expelluntur illustratione, qa qcqd Antichristus ostenderit, ostendetur fuisse mendaciũ. Deinde cũ dicit. *Eum cuius est aduentus.* Prædicit potestatẽ Antichristi. Et circa hoc duo facit. qa primo, ponit potestatem eius ad seducendũ. Secundo huius causam ex Domini iustitia, ibi. *Eo quòd charitatem.* Iterum prima in tres: quia primo, ponit actorem huius potestatis. Secundo, modũ seducendi. Tertio, ostendit seducendos. Actor huius potestatis est diabolus, & ideo destruet eum Christus. 1. Io. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideo dicit, quòd. *Aduentus antichristi erit secundum operationem sathanæ*, i. ex instinctu eius. Apoc. 20. Soluetur sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gẽtes &c. Operatur. n. aliquid secundum operationẽ Sathanæ, sicut arreptitius, in quo non solum instigat volũtatem, sed ẽt impedit vsũ rationis, quod tamen non imputatur ad culpam eius, quia non habet vsum liberi arbitrii. Antichristus autem non sic: sed habebit vsum liberi arbitrii, in quo est diabolus suggerens, sicut dicitur de Iuda. Ioan. 3. Introiuit in eum sathanas suggerendo. Decipiet autem hoc modo, primo per potentiam secularem. Secundo per virtutem miraculorum. Quantum ad primum, dicit *In omni virtute*, scilicet sęculari Dani. 11. Dominabit thesaurorũ auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. Vel virtute, scilicet simulata. Quãtum aũt ad secũdũ, dicit *In signis &c.* Signa sunt quædam mira, etiam parua. Prodigia vero magna, quæ aliquẽ prodigiosum ostendũt, quasi procul a digito. Apoc. 13. Fecit signa, magna ita vt & igne faceret descẽdere de cœlo &c. Matt. 24. Dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur, si fieri potest ẽt electi. Et dicit *Mendacibus*. Miraculum mendax dicitur, vel quia deficit a vera ratione facti, vel a vera ratione miraculi, vel a debito fine miraculi. Primum fit in præstigiis, quando per dæmones illuduntur aspectus: vt aliud videatur, quàm est: sicut Simon magus fecit decollari arietem, & postea ostensus est viuus & homo decollatus est: & postea homo, qui credebatur decollatus, ostensus est viuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt homines commutando fantasmata & decipiendo. Secũdo modo, illa dicuntur miracula improprie, quæ plena sunt admiratione, quando effectus videtur & ignoratur causa. Quæ ergo habent causam occultam alicui, & non simpliciter, dicuntur quidem mira, & non miracula simpliciter. Sed quæ simpliciter causam occultam habent, sunt proprie miracula, quorum est ipse Deus gloriosus, quia totum ordinem naturæ creatæ transcendunt. Aliquando vero fiunt aliqua mira, sed non præter ordinem naturæ, sed occultas causas habent: & hæc multo magis faciunt dæmones, qui virtutes naturæ sciunt, & qui habent determinatas efficacias ad speciales effectꝰ, & hæc faciet Antichristus: sed non qui habent veram rationem miraculi, quia non possunt in illa quæ sunt supra naturam. Tertio modo, dicuntur miracula secundum quòd sunt ordinata ad attestandum veritati fidei, ad reducẽdum fideles in Deum. Mar. vlti. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & non vratur eis ad hoc, miracula quidem sunt vera quo ad rationem rei factæ, & quo ad rationem miraculi, sed sunt falsa quantum ad finem debitum, & intentionem Dei. Sed tamẽ hoc non erit in Antichristo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia Deus non est testis falsitatis. Vnde aliquis prædicans falsam doctrinam non potest facere miracula, licet aliquis habens malam vitam posset. Deinde ostendit seducendos, cum dicit *His qui pereunt*, idest in præscitis ad perditionem. Ioan. 17. Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et hoc ideo, quia Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt.

ratur iniquitatis: tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem sathanę in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in seductione iniquitatis his qui pereunt.

LECTIO III.

ESO quòd charitatem veritatis nõ recepunt, vt salui fierẽt. Ideo mittet illis Deꝰ operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti a Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: in quã & vocauit vos ꝑ euãgeliũ nostrũ, ĩ acquisitione glorię Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

CAP. III. LEC. I.

BE cætero frẽs, orate ꝑ nobis, vt sermo Dei currat, & clarificet, sicut & apud

Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Deinde cum dicit. *Nos autem.* Ostendit, quare fideles Christi liberentur. Et primo agit gratias pro eis. Secundo commemorat diuina beneficia, q- bus a talibus liberantur. Dicit ergo sic, Illi decipiuntur, sed. *Nos debemus gratias agere.* Rom. 1. Primum quidem gratias ago Deo meo semper ꝑ vobis per Dominũ, &c. Duplex autem ponit Dei beneficiũ, scilicet electionem Dei, quę est æterna, & vocationem quæ est tẽporalis, ibi. *In qua, & vocauit nos.* Dicit ergo *Quod*, pro quia, *Elegit nos*, scilicet Apostolos & vos, scilicet fideles. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti &c. Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi vos. Circa electionem tria tangit, scilicet ordinem electorum, finem electionis, & medium consequendi finem. Electi sunt omnes sancti a principio mundi. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt Sed Apostoli specialiter sunt primitiæ. Roman. 8 Nosipsi primitas spiritus habentes, &c. Et ideo dicit. *Primitas fidei.* Finis item electionis est salus æterna, & ideo dicit. *In salutem.* 1. Tim. 2. Omnes homines vult saluos fieri &c. Hoc autem fit primo ex parte Dei per gratiam sanctificantem. Vnde dicit. *In sanctificatione spiritus*. Secundo, ex parte nostra est contentus liberi arbitrii per fidem. Ideo subdit. *Et in fide ueritatis*. Deinde cum dicit. *In quam & uos uocauit, &c.* Ponit secundũ beneficiũ, quod est vocatio temporalis Christi, quæ sequitur electionem. Rom. 8: Quos vocauit, hos & iustificauit &c. Et de hac vocatione nota parabolam. Luc. 14 De eo, qui fecit cęnam magnam &c. Et addit. *Per euangelium nostrum*, idest a me prædicatum. Sed ad quã cænam? *In acquisitione gloriæ.* i. vt acquiramus Christi gloriam. Deinde cum dicit. *Itaque &c.* Monet tenere veritatem: & primo ponit monitionem: secundo orationem, ibi. *Ipse autem Dominus &c.* Et facit primum, quia opus nostrum dependet a libero arbitrio. Secundum uero, quia indiget auxilio gratiæ. Et primo monet ad standum, cum dicit. *State in veritate.* Galat. 5. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Secundo docet modum standi, ibi. *Et tenete traditiones*, idest, documenta, quæ a maioribus traduntur. Nam documenta, quæ traduntur a minoribus, quandoque non sunt seruanda, quãdo scilicet, contrariantur documentis fidei. Matt. 15. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Sed seruãda sunt, quæ ordinantur ad mandata Dei. *Quas didicistis.* Act. 16. Paulus docebat, vt tenerent traditiones, & documenta, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Hierosolymis &c. Et has traditiones dupliciter ediderunt: quasdam verbis, vnde dicit. *Per sermonem* Quasdam in scripturis: ideo addit. *Siue per epistolam.* Vnde patet, quòd multa in ecclesia non scripta, sunt ab Apostolis docta, & ideo seruanda. Nam multa secundum iudicium Apostolorum melius erat, vt occultarentur, vt dicit Dionysius. Vnde Apostolus. 1. Cor. 10. dicit, Cætera cum venero, disponiam. Deinde ponit orationem, ibi. *Ipse autem Dominus noster Iesus Christus &c.* Quasi dicat. Sic moneo, sed nihil ualet, nisi assit diuinum auxilium. Et ideo ponit primo duplex Dei beneficium. Primum est amor eius ad nos, quo alia nobis impendit: ideo dicit. *Dilexit nos.* Secundum est spiritualis consolatio, ibi. *Et dedit consolationem æternam.* 2. Cor. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Esa. 40. Consolamini, consolamini po- pule meus, dicit Dominus Deus vester, &c. Et dicit consolationem æternã. s. cõtra omnia mala imminentia, & futura. Et ideo expectamus. *Spem bonam*, idest, bonorum æternorum infallibilitatem. 1. Pet. 1. Qui secundum magnã misericordiã suã regenerauit nos in spem viuã Et hoc. *In gratia*, s. per quã speramus consequi vitã æternã. Rom. 6. Gratia Dei vita ęterna. Petit aũt pro eis exhortationem, quæ est monitio ducens animũ ad volendũ. Et hanc potest facere homo exterius, sed non esset efficax, nisi esset interiꝰ spũs Dei. Vnde dicit. *Exhortetur corda uestra*, i. instiget Osęe. 2. Ducã eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. Itẽ petit cõfirmationẽ. Vnde dicit. *Et confirmet.* Ps. 67, Cõfirma hoc Deꝰ, qd̃ operatus es in nobis, q.d. Exhortet ꝑ gratiã, vt velimus, & cõfirmet, vt efficaciter velimus. Et hoc. *In omni opere bono & sermone.* Præcedit opus sermonẽ, quia cæpit Iesus facere, & docere Act. 1.

LECTIO PRIMA.

SVpra instruxit eos de futuris in nouissimis: hic instruit eos de quibusdam, quæ particulariter eis agenda erant. Vbi primo ponitur instructio. Secundo epistolæ cõclusio, ibi. *Ipse autem Deus pacis*, Item primo, monet qualiter se habeant adipsũ. Secundo ostendit, quid de eis confidat ipse, ibi. *Fidelis autem Deus*. Tertio, quomodo se habeãt ad alios, qui inordinate ambulant, ibi. *Denuntiamus autem vobis.* Circa primũ, primo ponit orationem. Secundo, quid in oratione est petẽdum, ibi. *Vt sermo.* Dicit ergo. *De cætero* s. quia estis sufficienter instructi. *Orate pro nobis*. Roma. 15, Obsecro igitur uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritussanẽti, vt adiuuetis me orationibus vestris pro me ad Deum. Et hoc est debitum: quia curati habent curam vtilitatis gregis: Heb. 13. Mementote præpositorum vestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum dei, &c. Secundo, ostendit quid petendum est, vt. s. tollantur impedimenta prædicationis. Et ideo dicit. *Vt sermo dei currat.* quia non potest totaliter impediri, sed retardari. Ideo dicit, *Currat.* Coll. 4. Orantes simul etiam pro nobis, vt dominus aperiat nobis ostiũ sermonis: ad loquendum mysterium Christi. Item. *Vt clarificetur.* s. per claram, & lucidam expositionem apud rudes, & sapientes. *sicut, & apud uos*. Rom, 1. Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Prou. 14. Doctrina prudentium facilis. Item per miracula, quæ sunt demonstrationes fidei. Est enim omnis scientia clara per demonstrationes, & hoc est orandum. Act. 4. Da seruis tuis cum omni fiducia loqui, verbum tuum &c. Item, secundo orandum est pro prædicatoribus, *Vt liberentur ab importunis, & malis hominibus.* Scilicet pseudo apostolis, qui sunt importuni in disputando. mali in seducendo. Vel a persecutoribus qui cogitauerunt iniquitatem in corde. Et ratio petitionis est, quia, *Omnium non est fides.* Quia licet videantur habere eam, non tamen habent veram. Esa. 53. Domine, quis credidit auditui nostro? Ro. 10. Non omnes obediunt euangelio. Deinde cum dicit. Fidelis &c. ponit fiduciam quã habet de eis. Et primo facit hoc. Secundo, orat pro eis, ibi. *Dominus autem &c.* Fiducia autem pendet ex deo, qui gratiam dat, & ex hominibus qui sunt liberi arbitrii, vt dirigantur in gratia: dicit primo ex parte dei, *Confido*, quòd orabitis, & exaudiemini, quia, *fidelis est dominus, qui confirmabit.* in bonis, quæ in uobis est operatus. 1. Pet. vlt. Perficiet, confirmabit, consolidabitq; &c. *Et custodiet a malo*. Culpæ, & pænæ. Si tamen in mala pænæ incidant, est eis in bonum, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ, vt dicitur. Ro. 8. Secundo, ex parte eorum dicit. *Confidimus autem de vobis fratres.* s. ex gratia quam accepistis, sed in domino, non in virtute vestra. Heb. 6. Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora & vicinora salutis &c *Quoniam quæcunque præcipimus &c.* idest, quoniam perseuerabitis Exo. 24. Omnia verba, quæ locutus est dominus faciemus. Deinde cum dicit. *Dominus &c.* pro eis orat, dicens, *Dominus autem dirigat.* s. vt peruenias. Est autem hominis animum præparare, & domini linguã gubernare, vt dicitur. Prouerb. 16. Et paulo post, Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. s. ad destinatum brauiũ. Et ideo dicit, *Dirigat corda nostra*. Non solum exteriora opera, & hoc. *In charitate Dei.* Duo autem sunt, per quæ in via salutis incedimus s. bona quæ facimus, & mala quæ sustinemus. Sed opera non sunt bona, nisi directa in finẽ charitatis. 1. Tim. 1. Finis præcepti, est charitas &c. Item nec patientia, nisi per Christum. Lu. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Matth. 5. Beatis eritis, cũ maledixerint vobis homines &c. Et ideo dicit: *Et patientia Christi.* i. tolerantia malorum propter Christum, vel ad exemplum eius. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Deinde cum dicit. *Denuntiamus &c.* Ostendit, quomodo se habeant ad homines inordinatos. Et primo, proponit edictum. Secundo, exponit ibi. *Ipsi enim &c.* Tertio, ostẽdit necessitatẽ edicti proponẽdi, ibi. *Audiuimus.* Dicit ergo, Sic uos viuitis, & sic confido. Sed quia sunt quidã mali intenuos. *Denuntiamus &c.* s. perfectis. *In nomine &c.* Hoc. n. ad platũ pertinet.

epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

CAP. III. LEC. I.

BE cætero frẽs, orate ꝑ nobis, vt sermo Dei currat, & clarificet, sicut & apud

pertinet. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum &c. Ezech. 3. Sanguinem illius de manu tua requiram. Et sequitur edictum, dicens. *Vt subtrahatis &c.* Ex hoc introductum est in ecclesia, quòd mali vitentur, & hoc ne infirmiores ex eorum consortio maculentur. Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. 1. Corinth. 5. Modicum fermentum totam massam corrũpit. Item ad sanationem peccantis, vt confusio cedat ei in salutem. Eccle. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Nec hoc debet fieri passim, sed cum deliberatione, & maturitate. 1. Corint. 5 Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitũ, &c. Et sic hic dicitur, *Vt subtrahatis &c.* Nec debet fieri excommunicatio, nisi pro aliquo peccato: quia hic dicitur. *Inordinate &c.* Et hoc est quando aliquid est secundum se malum, & contra ordinem iuris naturalis, vt glosa exponit. 1. Corinth. 14. Vt omnia honeste, & secundum ordinem fiant in uobis. Roman. 13. Omnia quæ sunt a deo, ordinata sunt. Vel quia est prohibitum, & contra doctrinam ecclesiæ. Vnde dicit. *Et non secundum traditionem, &c.* Supra secundo huius, Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolã nostram. Deinde cum dicit. *Ipse enim &c.* Exponit quantum ad vltimum quod dixerat, scilicet secundum traditiones, ostendens quæ sit traditio hæc: & quomodo acceperunt ab ipso. Est autem hæc traditio, vt non essent otiosi, vel curiosi. Et primo ostendit quomodo acceperunt verbo. Secundo quomodo exemplo. Item, primo ostendit quòd vitauit inquietudinem. Secundo quomodo. Tertio assignat causam. Dicit ergo. *Traditionẽ quã acceperunt, scitis &c.* Quia prælati sunt imitandi non in omnib⁹ sed in his, quæ sunt ꝓm regulã Christi. 1. Corin. 4. & 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et in quo? *Quoniã non inquieti fuimus inter uos.* Erant enim Thessalonicenses valde liberales. 1. Thessal. 4. De charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis, ipsi enim didicistis &c. Et hac ratione pauperes otiose viuebant, & ex otio dabant se operibus indebitis, nec pertinentibus ad eos. Et hoc erat inquietudo. Et ideo dicit. *Quoniam non inquieti &c.* 1. Thessalon. 4. Operam detis, vt quieti sitis, &c. Item, *Ne grati s panem manducauimus, &c.* Quia operibus manuum operabatur, Act. 20. dicitur, Ipsi scitis quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Et Prou. vltimo. Panem ociosa non comedit. Num. 16. Tu scis, quia nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis &c. *Sed in labore, & fatigatione.* Non parum, sed. *Nocte & die.* i. continue, quia aliquando oportebat eum prædicare, & docere: & residuum ponebat in labore. *Ne quem vestrum grauaremus.* 2 Cor. 12, Quid est quod præ cæteris minus habuistis, nisi quod non grauaui vos? Deinde cum dicit. *Non quasi &c.* Assignat causam sui operis manualis. Vbi exclu dit primo causam falsam. Secundo ponit veram. Falsa quidem causa esset si quis diceret, quòd ei non liceret accipere ab eis sumptus. Et ideo dicit. *Non quasi non habuerimus.* Immo habuimus potestatem viuendi de sumptibus fidelium. 1. Corinth. 9. Qui altario deseruiunt, cum altari participant. Mat. 10. Dignus est operarius cibo suo. 1. Corinth. 9. Sic, & dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Et sic ex euangelio sunt duo genera hominum potestatem habentium viuere ex aliorum sumptibus, qui, scilicet altari deseruiunt, vt prædicatores. Deinde cum dicit. *Sed ut nos &c.* Ponit verã causam. Nã duplicẽ cãm inuenim⁹ quare Apo. manibus laborauit. Vna apud Corin. alia hic. Illi. n. erãt auari, & grauiter tulissent sicut ibi dr. Causa aũt quare laborauit, hic fuit horum ocium. Et ideo dicit. *Vt nos formam daremus &c.* s. laborãdi. 1. Ti. 4. Exẽplũ esto fideliũ in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 1. Pet. 5. Forma facti gregis. Alia causa ponitur in glosa. 1 Cor. 4. s. quãdo non inuenimus qui det nobis, & tunc laborabat. Quarta causa erat, vt sicut monachi Aegypti nõ essent ociosi. Eccle. 33. Multam malitiam docuit ociositas. Vnde qui non habẽt exercitiũ officii vel studii, vel lectionis, periculose viuũt ociosi.

F

G

H

I

K

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus quid eis suo exemplo tradidit, vt scilicet non essent inquieti, sed ut operarentur: hic ostendit quomodo hoc p̃ sens verbis, & factis tradidit. Vnde dicit *Cum essemus.* Quasi dicat. Vt formam daremus vobis, fecimus quod docuimus: q̃a *Hoc denũtiabamus, quoniã si quis &c.* Hæc verba sicut dicit Gl. & Au. in li. de operibus monachorũ, quidam peruertebant quòd nõ sit licitum seruis dei manibus operari, propter hoc quod dicitur. Matt. 6. Nolite soliciti esse &c. Nam dicunt hanc operationem pertinere ad solicitudinem victus. Et propter hoc, istud referebant ad spiritualia opera. quasi dicat, Si quis non vult facere opera meritoria, & spiritualia, non est dignus manducare. *Sed* hoc est contra intentionem Apostoli, qui dicit. *Denuntiabamus*, nos sic fecisse, scilicet in labore, & fatigatione. Sed quid est, quoniã si quis non vult &c. Est ne hoc consilium vel præceptum? Et vr esse præceptum, quia infra dr, Si quis non obedierit verbo nostro &c. Ergo omnes tenentur manibus operari. Qui igitur nõ operatur manibus, sed stat ociosus, peccat mortaliter. Respondeo: dicendum est quòd est præceptum: sed aliquid præcipitur dupliciter, simpliciter, vel sub conditione. Simpliciter præcipitur, quod per se est necessarium ad salutem: & hæc sunt opera virtutum. Sub conditione vero, vt quando talis est casus, ꝙ sine opere manuali præceptum seruari non potest. Præcipitur autem homini ꝙ corpus suum sustentet, aliàs. n. est homicida suiipsius. Genesis scdo, De omni ligno paradisi comede &c. Ex præcepto ergo tenetur homo corpus suum nutrire, & similiter ad omnia, sine quibus corpus non potest viuere, tenemur. Vnde q̃cunque non habet aliàs vnde corpus sustentet licite, vel possessione, vel licito negocio, tenetur laborare, ne furetur. Ephe. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, &c. Est ergo præceptum, quando aliter non potest licite viuere. Vnde dicit, Si quis non vult operari, nec manducet. Est ergo alterum duorum necessarium, vt homo possit manducare, s. vel ꝙ habeat possessionem, vel ꝙ licite ꝓcuret. Psal. 127. Labores manuũ tuarũ, q̃a mãducabis &c primæ Thessalonic. quarto. Operamini manibus vẽstris, sicut præcepim⁹ uobis &c. Deinde cũ dicit. *Audiuimus &c.* Ponit necessitatẽ huius præcepti, quia Apl̃us dicit hoc nõ tã ex officio docentis, q̃ ꝓp vitium gentis. Ideo primo ponit culpã quæ inducit necessitatẽ præcepti. Scdo adhibet remediũ: ibi. *His autem qui &c.* Dicit ergo, *Audiuimus &c.* q. d. Ideo non occulto hoc præceptũ, quia audiuimus quosdã &c. Anima. n. hominis semper oportet ꝙ circa aliquid occupet, & ideo necesse est, ꝙ ociosi inquietudinẽ patiantur circa illicita. 1. Thessalon. 4. Operam detis vt quieti sitis &c. Et addit. *Sed curiose agentes*, s. de negotiis aliorum. Pro. 21. Desideria occidunt pigrum. Deinde adhibet remediũ, cũ dicit. *His autẽ qui &c.* Et primo, ex parte peccantiũ. Scdo ex parte aliorũ ibi. *Vos autẽ &c.* Dicit ergo. *His qui sunt huiusmodi denuntiamus.* seuere, vt ꝓlatus, *Et obsecramus*, charitatiue, vt pater eorũ, vt *Panem suum*, nõ alienũ, sed debitũ sibi, s. licite acquisitũ. *Cum silentio* .i. sine inquietudine non discurrendo manducet. Esa. 30. Cultus iustitiæ, silentiũ. Ezec. 33. Multã malitiã docuit ociositas. Deinde cũ dicit. *Vos autem &c.* ex parte aliorũ non peccantiũ duplex adhibet remediũ. Primo, s. ꝙ non cẽssent benefaciendo: secundo ꝙ illos corripiant, ibi. *Quod si quis &c.* Dicit ergo. *Vos autem &c.* quasi dicat, Nolite deficere benefaciendo, licet ocisi abutantur. Ga. 5. Bonũ facientes, nõ deficiamus &c. Et hoc necessariũ est ẽt si operentur manibus, & non deesset illis aliq d, q̃a necessaria est aliis subuẽtio. Deinde cũ dicit. *Quod si quis &c.* Inuit ꝙ corrigãtur: & primo ostendit quo ordine puniantur: scdo ostendit effectum penæ, ibi. *Vt confundantur.* Tertio, finem, ibi. *Et nolite, &c.* In ordine vero primo, ponit culpam: secundo eius manifestationem: Tertio, eius punitionem. Culpa est inobedientia: & ideo dicit. *Quod si quis non obedierit.* 1. Regum 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle

vos: Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: nõ enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit uos, & custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in Domino, quoniam quecunque præcepimus & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionẽ, quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi nõ habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

LECTIO II.

NAM cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus

G

CAPVT III.

nolle a: quiescere. Manifestatio, & conuictio ponitur, cum dicit. *Hunc per epistolam notate* i. manifestate: sed per ueritatis inquisitionem. Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Pœna eorum est sententia excommunicationis. Vnde dicit. *Et non commisceamini cum illo &c.* 1. Cor. 5. Cum hmõi, nec cibum sumere. 2. Ioan. Nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis. Hic nota, quòd excommunicatio infligitur pro inobedientia: debet tamen esse conuictus. Vnde dicit. *Si quis non obedierit, per epistolam vestrã, hunc notate*, idest, significate nobis, vt puniatur, & tamen vos interim ne commisceamini cum illo, sed effectus pœnæ est, vt condatur, & ex hoc resipiscat. Eccl. 4 Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Finis autem & intentio debet esse eius correctio, quam intendit charitas. Vnde dicit. *Et nolite inuicem existimare*, quia non debet fieri ex liuore odii, sed ex studio charitatis. Quasi dicat. Quòd ipsum vitatis, non fiat ex odio inimicitiæ. Matth. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his q̃ oderunt uos. Et ideo dicit. *Sed corripite ut fratrem.* In quo ostenditur charitas. Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum, &c. Deinde cum dicit. *Ipse autem &c.* concludit epistolam. Et primo ponitur conclusio: secundo salutatio, quæ est quasi epistolæ sigillum, ibi. *Salutatio &c.* Iterum prima in duas, quia eis primo optat dona dei: secundo ipsum deum, ibi. *Dominus sit &c.* Quantum ad primum, dicit. *Ipse &c.* Deus dicitur esse pacis, quantum ad duo. Pax. n. consistit in duobus, ut. s. homo concordet ad seipsum, & ad alios. Et neutrum potest haberi sufficienter nisi in deo: quia sibi nõ concordat ad seipsũ in seipso, quãdo q̃d appetitur secundũ vnum, sufficit quantũ ad omnes, quod nihil potest esse præter deum. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Quæcunque. n. alia præter deum, nõ sufficiunt ad omnes: sed deus sufficit. Io. 16. In me pacem habebitis &c. Item homines non vniuntur inter se, nisi in eo q̃d est cõmune inter eos, & hoc est maxime deus. Et ideo dicit. *Deus pacis det*, non pacẽ temporalem, sed sempiternam, idest, spiritualem, quæ hic incipit, & ibi perficitur. Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ &c. Et hoc. *In omni loco*, & in toto mundo apud fideles. Quantum ad scdm, dicit. *Dominus sit cum omnibus uobis*, quia nihil aliud bene habetur, nisi ipse habeatur per fidem, & charitatem. *Salutatio mea*, hoc dicit propter infideles peruertentes epl̃as eius. Gal. vl. Videte qualibus literis scripsi vobis manu mea &c. *Quod est signũ &c.* gratia. i. gratuitũ donũ dei, q̃d gratos vos reddit deo &c. Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.

vobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdã ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicũ existimare, sed corripite ut fratrẽ. Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam ĩ omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis Salutatio, mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus uobis. Amen.

B

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Thessalonicenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM PRIMAM. S. PAVLI APOSTOLI, AD TIMOTHEVM.

PROLOGVS S. THOMAE.

IN manu dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tẽpore super illam. Eccl. 10. Hæc verba, materiæ huius epistolæ conueniunt. Prius.n. instruxit ecclesiam in his, quæ ad eius vnitatem pertinent. Hic instruit ipsos rectores ecclesiæ, qui sunt quasi principalia mẽbra eius. Circa quod videda est ista instructio, & utilitas. Instructio est in Deo, qa in manu dei &c. Et hoc tripliciter, quia ab ipso exoritur. Rom. 13. Non ẽ potestas nisi a deo. Item quòd secundũ deum debet regulari. Prouer. 8. Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Item, quia secundum dei dispositionem, eorum potestas fundatur. Dan. 2. Et ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna atque constituit. Item utilitas eorũ ostenditur, quia est ad cohibendam nequitiam hominum: quia execrabilis omnis iniquitas gentium. infra primo, Iusto non est lex posita. Rectores legis tripliciter debent se habere ad mala. Primo, vt ea corde odio habeant. 2. Macab. 3. Animo odio habentes mala &c. Secundo, vt prohibeant ea ne fiant. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum. Tertio, ut facta puniant. Rom. 13. Minister enim dei est, uindex in irã eius qui male agit. Quarto, uidenda est utilitas, ibi. *Vtinam rectorem &c.* Et ad tria est uti lis rector, quæ notantur Eccle. 49. Ioseph princeps fratrum, vt gentem sustentet per potentiam. Esa. 19. Et rex fortis dominabitur eorum &c. Rector fratrum dirigendo per sapientiam. Esa. 32. Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit &c. Eccle. 10. In medio fratrum rector illorum. Stabilimentum populi, vt cohibeat ab iniustis per iustitiam. Psal. 17. Tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis &c. Et sic patet materia harum epistolarum, quia est ad instructionem rectorum populi fidelis, in quo quidam præferuntur in spiritualibus, sicut prælati ecclesiarũ, quos primo instruit. quidam uero in temporalibus, quos secundo monet, Et hoc in epistola ad Philem. Circa primum, tres sunt epistolæ, secundum tria quæ competunt prælato: quorum primum est, ut gubernet populum. Secundum, vt pro populo subdito patiatur: Tertium, vt malos coerceat. Primum in prima ad Tim. Secundum in secũda, vbi agit de martyrio. Tertio in epistola ad Titum, vbi agit ac docet, quomodo uitet hæreticos, ut etiam patet in argumentis epistolarum.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR hæc epistola in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi. *Sicut rogaui.* Circa primũ tria facit, quia primo ponitur persona salutans: Secundo, psona salutata: Tertio, bona optata. Describit autem personam salutantem, primo ex nomine *Paulus*, quod conuenit authoritati propter duo. In apostolatu enim duo sunt, scilicet altitudo potestatis, ad quam exaltantur humiles. 1. Reg. 13. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Et Paulus, dicitur modicus. Item claritas sapientiæ, & hanc dominus prebet paruulis. Matt. 11. Reuelasti ea paruulis &c. Secundo ex authoritate: quia *Apostolus.* idest missus. Io. 10. Sicut misit me pater. 1. Cor. 9. Signaculum apostolatus mei, vos estis in domino: tertio ex origine huius authoritatis. Vnde dicit, *Iesu Christi secundum imperium dei &c.* Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Saulũ in opus ad quod assumpsi eos. 1. Reg. 13. Quęsuit sibi dominus virum iuxta cor suum &c. Ex quo patet ꝙ prælati ex necessitate præcepti tenentur ad ea, quæ sunt propriũ officii. 1. Cor. 9. Væ mihi enim est, si non euangelizauero. *Et Christi Iesu, spei nostræ,* qui est spes nostra, vt ad eum veniamus Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo &c. Vel, spei nostræ, quia per ipsum speramus adipisci bona æterna. 1. Pet. 1 Regenerauit nos in spem viuam &c. Ro. 15. Per consolationem scripturarum spem habeamus. Personam salutatam describit tripliciter. Primo ex nomine, cum dicit. *Timotheo,* de quo Actor. 16 Itẽ ex affectione dicẽs, *Dilecto* Phil. 2. Neminẽ habeo tã vnanimẽ &c. Itẽ ex filiatione, dicens, *Filio in fide.* scilicet a se conuerso. 1 Cor. 4. Misi ad vos Timothæum filium meum charissimum, & fidelem in domino &c. Tunc autem primo ponit bona optata: & deinde ostendit a quo sunt. Sciendum est autem, quòd in aliis epistolis duo ponuntur: hic tria, quia prælati pluribus indigent. Et ideo dicit, *Gratia & misericordia.* primo sibi, & deinde aliis. Et sumitur hic misericordia pro remissione peccatorũ, quia hęc est ex dei misericordia: Gratia vero pro munere gratiarũ, quo indigent prælati. Vel gratia sicut in aliis, pro gratia iustificante: sed misericordia, pro munere diuino in spiritualibus charismatibus exaltante. Sap. 4. Gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. *Et pax.* s. tecum & per te aliis. Psal. 71. Suscipiant montes pacem. Sed vnde? *A deo,* vt dent populo. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. *Et Christo Iesu domino nostro.* scilicet per quem maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. 2. Pet. 1.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide: Gratia, & misericordia, & pax a deo patre, & Christo Iesu dño nostro.

LECTIO II.

SICVT rogaui te, vt remaneres Ephesi, cũ irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderẽt fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quàm ædificationem dei, quæ est in fide. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistolaris narratio. Et est hæc epistola quasi pastoralis regula, quam Apostolus tradit Thimotheo instruens de omnibus, quæ spectant ad regimen prælatorum, & eo ordine quo debet esse intentio. Primo ergo instruit eum de spiritualibus ministrandis: secundo de temporalibus, in 4. cap. ibi, *Spiritus autem.* Item ad prælatum pertinet primo, quòd doceat de forma fidei: ne fides subditorum corrumpatur. Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Secundo, vt instruat eos de pertinentibus ad cultum dei, quod non potest esse, nisi fides sit recta. Ideo primo instruit de fide: secundo, de cultu dei. 2. cap. ibi, *Obsecro igitur.* Tertio agit de institutione officiorũ. in 3. cap. ibi, *Fidelis sermo.* Sciendum est autem quòd in primitiua ecclesia error fuit periculosus quorundam dicentium, legalia debere seruari simul cum euangelio, quod Apostolus excludit. Primo, ostẽdens legis conditionem: secundo, probat per experimentum in seipso, ibi, *Gratias ago.* Circa primum tria facit, quia primo ostendit quid de lege sit repudiandum: secundo, quid in ea acceptandum, ibi, *Finis autem præcepti.* Tertio, concludit legis conditionem, ibi, *Scimus autem quia.* Repudiandum est autem in lege quod alii male addiderunt, non quod a Deo est datum, nisi iam secundum carnalem intellectum. Et primo docet falsas fabulas, & traditiones esse repudiandas: secundo rationem assignat, ibi. *Quæ quæstiones.* Dicit ergo, Dico quòd debes facere *Sicut rogaui te,* cum tamen possem imperare. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex illis. *Vt denunciares quibusdam.* Vel aliter, Duo pertinent ad prælatum, vt cohibeat docentes falsa. Et ideo dicit, *Ne aliter docerent* Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Deu. 4. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis, neque auferetis ex eo: secundo, vt si contingat ꝙ aliqui falsa docerent, prohibeat populum ne eis intendant. Vn de dicit *Neque intenderẽt fabulis & gen. inter.* Fuerunt autem quidam hæretici, qui detestantes vetus testamentum, exponebant, quòd Apostolus ipsum repudiabat, deridendo historias eius, dicens, *Fabulis & genealogijs interminatis &c.* Contra qd dicit Aug. ꝙ Apostolus vtitur historiis & genealogiis veteris testamenti. Gala. 4. Abrahã duos filios habuit &c. Si ergo reprobaret, non eis vteretur. Dicit ergo *Fabulas*, non datam legem in scriptis, sed in ore, scilicet Thalmuth. non quę Moyses ore tradidit, sed quæ alii addiderũt, vt sunt stultæ fabulæ. s. ꝙ Adã habuit aliam vxorẽ, ex qua dicunt natos dæmones. Matt. 15. Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. 2. Tim. 4. Ad fabulas autem conuertentur. Ratio huius est, quia *Præstant quæstiones.* i. cõtentiones. 2 Tim. 2. Noli verbis contendere. Prou. 20. Honor est homini, qui se separat a contentionibus *Magis quàm ædificationem dei, quæ est in fide* quando, scilicet aliquis est confirmatus in veritate fidei, ad quod debet omnis doctrina tendere. Deinde cum dicit, *Finis autem.* ostendit quid de lege sit tenendum. Et circa hoc duo facit: quia primo ostendit hoc: secundo, quod periculum est his qui hoc non tenent, ibi *A quibusdam &c.* Circa primum sciendum est, quòd lex vetus dicitur lex mandatorum: quia mandatis & præceptis continetur. Ephes 2. Legem mandatorum, decretis euacuans. Illud ergo ad quod ordinantur omnia mandata legis, est præcipue tenendum: hoc autem est charitas Mat. 22. Diliges deum tuum ex toto corde tuo &c. Et paulo post, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Sed quomodo charitas est finis præcepti? Ad hoc sciendum, duo sunt considerandа. Pimo, quòd omnia præcepta legis, sunt de actibus virtutum, & quòd per omnes actus virtutũ ordinatur homo vnus ad aliũ. Secundo, ꝙ obiectũ vnius virtutis, est finis alterius: quia quandocunq; vna potentia est circa aliquẽ finem, ad illam ordinantur oĩa, quæ sunt eiusdẽ, sicut ad finẽ, sicut frenefactiua ad equestrẽ: quia officiũ equestris est eius finis, hæc autem ad ducem. Virtutes autem theologicæ, vltimũ finem habent pro obiecto. Aliæ autem sunt circa ea, quæ sunt ad finem. Virtutes ergo omnes respiciunt theologicas, sicut finem. Inter theologicas vero, illa plus habet de ratione finis, quę propinquius se habet ad vltimum finem. Fides autem ostendit eum, spes facit tendere in eum, charitas vnit. ergo omnes ordinantur ad charitatem: & sic dicitur, *Charitas finis præceptorum.* Sed cum ea, quæ sunt ad finem, disponunt ad finem: præcepta autem sunt ad charitatem, ideo disponunt ad eam. Ideo dicit *De corde puro.* Ad hoc enim quòd sit purum, dantur præcepta virtutum, quarum quædam ordinantur ad modum rectificandi passiones, quarũ scilicet, virtutum materiæ sunt passiones: sicut temperantia quæ ordinat concupiscentiam: mansuetudo iras: fortitudo timores & audacias. Per has autem passiones turbatur puritas cordis. Et ideo istæ uirtutes faciunt cor purũ. Sed numquid hoc requiritur ad charitatem? Respondeo, Dicendũ est, quòd sic; quia impossibile est, quòd cor impurum sit promptum ad charitatem, quia vnicuique est diligibile quod sibi est conforme. Cor impurum diligit illud, quod competit ei secundum passionem, ergo necesse est quòd sit expeditum a passionibus: Can. 1. Recti diligunt te. Aliæ virtutes sunt, quæ rectificant hominem ad proximum: & ex hoc sequitur quòd habeat conscientiam bonam: quia non facit alteri: quod sibi non vult fieri. Matth. 7. Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Et ideo quæ contra proximum sunt, sunt contra conscientiam IVnde dicit *Et conscientia bona.* Qui ergo non habuerit conscientiam bonam, non potest deum pure diligere, quia qui non habet conscientiam bonam, timet pœnam. Timor autem non est in charitate, sed fugit deum, & non vnitur ei. Et ideo præcepta, quæ conscientiam rectificant, bene disponunt ad charitatem. Aliæ sunt virtutes ad habendam veram fidem, scilicet virtutes quibus deum colimus, scilicet latriæ & huiusmodi, quæ sunt ordinata ad remouendum errores, & ad confirmandum in cordibus fidei firmitatem de deo. Qui enim non habent veram fidem, non possunt deum diligere: quia qui falsò credit de deo, iam non diligit deum. Non enim diligit, qui non credit: quia nõ figitur affectus, nisi in illo quod ostendit intellectus. Et ideo quæ faciunt fidem veram, ordinantur ad charitatem. Et ideo dicit. *De corde puro,* quia faciunt hoc, Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et *conscientia bona.* 2. Cor. 1, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostrę. Et *fide non ficta,* idest vera. Et ideo virtutes, & præcepta ordinantur ad finem qui est charitas, quæ sumitur secundum ista tria, &cætera.

LECTIO III.

QVIBVS quidã aberrantes, conuersi sunt in vani loquiũ, volẽtes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime vtat, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & nõ subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adtas doctrinæ in quam incidunt. Secundo, conditio falsa docentium, ibi. *Volentes esse.* Dicit ergo, Finis præcepti &c. Et hæc sũt principalia legis, a quibus quidam discedunt. Psal. 11. Vana locuti sunt &c. Et nota quòd recessus a charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium. 2. Thess. 2. Qui non crediderunt veritati, sed consenserũt iniquitati. Similiter qui dimittunt cordis puritatem. Habentes enim cor infectum passionibus, iudicant secundum affectum earum, & non secundum deum. 1. Cor. 2. Animalis homo, non percipit, quæ dei sunt &c. Similiter habentes conscientiam malam, quia non possunt quiescere in ueritate. Et inde est quòd quærũt falsa, vt in eis quiescant. infra eodem, Habens fidem, & conscientiam bonã. Similiter qui habet fictam fiduciam. Esa. 21. Qui incredulus est, infideliter aget. Deinde cum dicit. *Volentes &c.* ponitur conditio falsa docentium: & primo inordinata ambitio: secundo defectus eorum. Quantum ad primum, dicit. *Volentes esse &c.* Matt. 23. Amant primos recubitus in cænis, & vocari ab hominibus, Rabbi &c. Ia. 3 Nolite plures Magistri fieri &c. Quantum ad secundum, dicit. *Non intelligẽtes.* Psal. 81. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. *Neque quæ loquuntur*, per authoritates, quas non intelligunt. *Neque de quibus affirmant*, s. concludendo. Deinde cum dicit. *Scimus autem &c* Ponit legis conditionem quantum ad duo, Primo, quantum ad bonitatem legis: secundo, quantum ad finem, & intentionem legislatoris, ibi, *Scientes.* Dicit ergo, *Scimus*, scilicet, per certitudinem. *Quod lex bona est*, nõ mala, vt hæretici dicunt, Psal. 18. Lex domini immaculata &c. Rom. 7. Lex quidem sancta est, & mãdatum sanctum, & iustũ, & bonũ. Sed contingit quòd aliquis bono vtatur male Quum ergo lex sit bona, requiritur quòd homo ea bene vtatur. Et ideo dicit. *Si quis recte ea vtatur.* Alias fit ei mors, vt dicitur. Rom. 8, In lege. n. sunt q̃dã moralia, q̃dã ceremonialia. Ceremonialia q̃dẽ in figura Christi, & ecclesiæ sũt data, sed indigẽt, vt intelligãtur non solum carnaliter, sed etiam spiritualiter, & in figura futurorum, & vt scias quòd non sunt perpetuo seruanda, sed cessant veritate veniente. Hier. 31. Et feriam domui Israel, & domui Iuda fædus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris &c. Et sic exponit glosa. Sed Apostolus videtur loqui de moralibus, qa subdit, quòd lex posita est propter peccata, & hæc sunt præcepta moralia. Horum legitimus vsus est, vt homo non attribuat eis plus q̃ quod in eis continetur. Data est lex vt cognoscatur peccatum. Roma. 7. Quia nisi lex diceret, Non concupisces, concupiscentiam nesciebam &c. Quod dicitur in decalogo, Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide. Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. Deinde cũ dicit. *Scientes.* ostẽdit conditionem legis, quantum ad legislatoris intentionem, & primo ponit existimatam: secundo ponit veram intentionem, ibi. *Sed iniustis.* Existimata intentio excluditur, cum dicit. *Iusto &c.* Vbi posset esse duplex falsus intellectus. Vnus, quòd iustus legem non seruat, quod falsum est, quia nisi seruaret eam quantum ad moralia, iustus non esset. Vnde & Christus factus est sub lege. Alius, quòd iustus non obligatur ad præcepta legis, & non peccaret, si faceret contra ea. Sed verus est sequens sensus, supponendo, quia quod imponitur alicui, imponitur sicut onus: lex. n. iustis non imponitur, sicut onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex, & ideo nõ est onus eis. Rom. 2. Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter, *Lex non est posita*, pro iustis, sed pro iniustis, quasi dicat, Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset dãdi legẽ, quia omnes essent sibi lex. Intentio bonorum debet esse, vt alios

LECTIO III.

SVpra ostẽdit virtutum dignitatẽ & vtilitatem: hic declarat harum necessitatem, quia qui cunque ab his discedit, in periculũ falsæ doctrinę cadit. Et circa hoc duo facit: qa primo ponitur falsi

alios inducant ad virtutes. Quidam autem per se sunt bene dispositi ad virtutes: alii habent mentem bene dispositam, sed per alium: & de istis sufficit paterna monitio, non coactiua. Alii autem nec per se, nec per alium bene disponuntur, ideo eis omnino est necessaria lex, vt patet in Ethicis. Deinde cum dicit.

uersatur, qu e st secundum euangelium gloriꝫ beati dei, quod creditũ est mihi. Gratias ago ei, qui me cõfortauit in Christo Iesu dño nr̃o, quia fidelem me existimauit potẽs in ministerio. Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & cõtumeliosus, sed misericordiam dei cõsecutus sum, quia ignorãs feci in incredulitate. Superabundauit autẽ gratia domini nostri cũ fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.

Sed iniustis &c. Ponit veram intentionem: & Primo describit eos in generali, quibus necessaria est lex. Secundo in speciali, ibi *Patricidis*. Sciendum est autem, quòd sicut 1. Ioã. 3. dicitur, Omne peccatum est iniquitas, & ideo repugnat alicui iuri. Cũ autẽ sit duplex ius, scilicet naturale, & positiuum. naturali repugnat, quod secundum se est malum: positiuo autem repugnat, quod est malum, quia prohibitum. Quantum ad primum, dicit *Sed iniustis*. qui scilicet agunt contra ius naturale. Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum &c. Quantum ad secundum, dicit *Non subditis*. scilicet præcepto humano. Ro. 1. Parentibus non obedientes. Et hæc duo respiciunt rationem peccati. Ponit autem alia, quæ sumuntur per comparationem ad illud: & hoc est, vel contra deum, vel contra proximum, vel in seipsum. In deum dicitur impietas, quia pietas importat cultum dei: ideo dicit *Impiis*. In proximum sic dicit *Peccatoribus*. Psal. 1. Non resurgent impii in iudicio &c. Gala 2. Nos enim natura Iudei, & non ex Gentibus peccatores. Sed secũdum Aug. de doct. Christ. Peccata distinguntur in duo, scilicet in spiritualia, quæ dicuntur facinora: & in carnalia, & hæc dicuntur flagitia: & ideo dicit *Sceleratis*. quantum ad spiritualia. Prou. 17. Qui abscondit scelera &c. Quantum ad carnalia dicit *Contaminatis*. Macha. 2. Cõtaminauit Iudas sanctificationem domini &c. Deinde communerat peccata in speciali. Et primo nominat quædã in speciali, secũdo colligit alia in generali, ibi *Et si quid aliud &c.* Primo ponit peccata operis, Secundo peccata oris, ibi *Mendacibus &c.* Circa primum primo ponit quantum ad facinora, secundo quantum ad flagitia. Facinora dicuntur, quæ sunt in nocumentum proximi. Et quanto est proximius coniunctus: tanto est eorum peccatum grauius, quia plus eis tenemur. Et ideo primo dicit de patre: secundo de matre. Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam &c. Et postea 21. Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Deinde prosequitur de aliis proximorum homicidiis, dicens Exo. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum &c. Deinde ponit flagitia, & primo quæ secundum naturam sunt, cũ dicit *Fornicariis*. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Secundo contra naturam, dicens *Masculorum concubitoribus*. 1. Cor. 6. Neque masculorum concubitores, regnum dei possidebunt. Deinde ponit nocumenta oris, & primo quantum ad simplex mendacium: dicens *Mendacibus*. Ephes. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem &c. Secundo quantum ad iuramentum, dicens *Periuris*. Et tunc colligit alia in generali, dicẽs *Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur &c.* Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit &c. Tim. 2. Loquere, quæ decent sanam doctrinam. Deinde cum dicit *Quæ est secundum euangelium*: ostendit quòd euangelium communicat sanam doctrinam: quod tripliciter describit, Et primo a fine, cum dicit *Gloriæ*. scilicet quam annuntiat Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius: secundo ab actore gloriæ, cum dicit *Beati dei*. Infra vltim. Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens rex regum &c. Tertio ministro, cum dicit *Quod creditum est mihi*. Galat. 2. Cum vidissent quòd creditum est mihi euangelium præputii &c. Deinde cum dicit *Gratias ago*. probat per experimentum in seipso, quid fuerit ipse tempore legis, & quid consecutus sit tempore gratiæ. Et primo ostendit quid circa se vtroq; tpe sit actũ: secundo inducit Timo. ad imitãdũ se, ibi *Hoc præceptum*. Circa primũ duo facit: quia primo ostẽdit quid datũ sibi fuit in lege: & quid sibi sit datũ in euangelio: secundo rationẽ assignat, ibi *Fidelis sermo*. Itẽ prima pars diuiditur in tres particulas: qa primo ponit dignitatẽ quã cõsecutus est in euãgelio: scd̃o peccata quibus subiacuit in statu legis, ibi *Qui prius fui*. Tertio qũo liberatus fuit, ibi *Sed misericordiam &c.* Sed ad hoc q aliquis sit minister euangelii, tria requiruntur. Primo q sibi cõmittatur. Rom. 10. Quomodo prædicabũt, nisi mittãtur &c. Secundo idoneitas, idest vt sit fidelis. 1. Cor. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Item vt sit fortis ad prosequẽdum, Et hæc tria ponit ordine retrogrado: & primo tertium, dicens. *Qui me confortauit &c.* s. ad prosequendum officium iniunctum. Ezec. 3. Manus domini erat mecum, confortans me. Secundum ponit, ibi. *Quia fidelẽ me, &c.* 24. Fidelis seruus, & prudens. quem constituit dominus super familiam suam. Et hoc, quia quærebat solum, quæ dei erant. Primum vero ostendit, cum dicit, In ministerio. i. committens mihi ministerium hoc. Act. 13 Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos. 2. Co. 11

LECTIO IIII.

FIdelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorũ, qui credituri sunt illi in vitam ęternã.

Ministri Christi sunt, & ego. Sed qualis erat in statu legis? Peccator. Et primo in deum, cum dicit. *Qui prius fui blasphemus*, scilicet nominis Christi. Leu. 24. Educ blasphemũ extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vnde sibi illud competebat, Item in proximum, cum dicit, *& persecutor*. 1. Cor. 15. Non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiã dei. Item, *& contumeliosus*, verbis, & factis. Hie 20. Audiui contumelias multorum &c. Deinde cum dicit. *Sed misericordiam dei*. Ostendit quomodo fuit liberatus per Christum. Et circa hoc duo facit: quia primo ponit misericodiam liberantem: secundo ostendit quòd superabundanter in bonis repletur, ibi. *Superabundauit autem*. Quantum ad primum, dicit. *Sed misericordiam dei consecutus sum*. Treñ. 3 Misericordiæ domini, quòd non sumus consumpti. Ro. 9. Cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat. Sed ex parte mea aliqua ẽ excusatio peccati. Quia ignorãs feci. Minus dicit, plus significat: qa aliud est ignorãter agere, aliud per ignorãtiã: qa ignorãter facit aliqd, qui nescit quod facit, tñ si sciret, etiam faceret illud, sicut credens se interficere feram, occidit inimicum suum, quem tamen occidisset, etiam libentius, si nouisset eum. Sed per ignorantiã facit, q facit aliquid quod non faceret, si nosset, sicut occidens patrem, quem si sciret, non occideret eum, quem tamen occidit, quia eum credit inimicum. Sed Paulus fecit per ignorantiam: quia si sciuisset quòd Christus esset filius dei, hoc non fecisset. Sed Iudæi per ignorantiam non occiderunt Christum, sed ignoranter; quia si sciuissent ipsum esse Christum, libentius occidissent eum. Lucæ. 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius. vapulabit multis, &c. Quantum vero ad scd̃um, dicit. *Superabũdauit, &c.* Ro. 5. Vbi abũdauit delictum, superabundauit, & gratia. *Cum fide, & dilectione.* Nã fecit ibi effectũ fidei p dilectionẽ operantẽ, quæ est in Christo Iesu. Ga. 3. In Christo Iesu, vt pollicitationẽ spiritus accipiamus p fidẽ.

LECTIO QVARTA.

SVpra ostendit conditionem suam, & quantum ad peccata sub lege, & quantum ad bona tempore gratiæ: hic ostendit rationem horum beneficiorum, quæ sumitur ex diuina miseratione. Et primo proponit diuinam miserationem in communi: secundo aptat ad se ibi. *Quorum primus*. Tertio, ponit gratiarũ actionem, ibi. *Regi autem seculorum*. Circa primum duo facit, quia primo comendat veritatem proponendam: secundo proponit diuinam miserationem, ibi *Quia Christus Iesus*. Quantũ ad primum. dicit. *Fidelis sermo &c.* Duo autem sunt in sermone commendanda. s. quòd sit verus, & quòd sit acceptabilis. Aliquã do enim sermo verus, est durus, & odia concitãs. Gal. 4. Inimicus factus sum vobis, verum dicens uobis. Sed hic sermo primo quidem habet veritatem. Vnde dicit. *Fidelis sermo*. Apoc. vltim. Hæc verba fidelissima, & vera sunt. Item acceptabilis est, quia de salute nostra. Ideo dicit. *Et omni acceptione dignus*. Zachariæ. 1. Et respondit dominus angelo, qui loquebatur &c. Alia litera habet: humanus sermo, quia de susceptione hominum. Titum. 3 Apparuit benignitas, & humanitas saluatori nostri &c. Et hic sermo est talis. *Quia Christus uenit &c.* Quòd in mundum venit, exprimit duplicem naturam, scilicet diuinitatis, in qua erat antequam in mundo appareret. Io. 16. Exiui a patre, & ueni in mũdum, &c. & humanitatis, in qua apparuit. Et quia deus est, cœlum, & terram implet. Hier. 23. Ideo non competit ei secundum diuinam naturam in aliquo loco esse, sed competit ei secundum humanam

humanam naturam. Ioan. 1. In mundo erat, & mundus &c. In propria venit &c. Sed ad quid venit? *Peccatores saluos facere*, idest, propter salutem populorum. Ioan. 3. Non enim misit deus filium in mundum, vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum. Ioan. 12. Non. n. veni, vt iudicem mũdum. Sed, si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus non fuisset? Videtur quòd non: quia venit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Itẽ glo. Tolle morbum, & medicinæ non opus erit. Respondeo: Dicendum est, quòd ex verbis sanctorum satis hoc patet. Sed hæc quæstio non est magnæ authoritatis: quia deus ordinauit fiẽda, secundum quòd res fiendæ erant. Et nescimus quid ordinasset, si non præsciuisset peccatum, nihilominus tamen authoritates videntur expresse sonare quòd non fuisset incarnatus, si non peccasset homo, in quam partem ego magis declino. Deinde cum dicit. *Quorum primus*, adaptat hoc ad se. Primo confitens se peccatorem: secundo dicit se saluatum, ibi. *Sed misericordiam*. Dicit ergo. *Quorum primus ego sum*. Hic dicit hæreticus, quòd anima Adæ fuit in Paulo, & transiuit de corpore in corpus. Quasi dicat, Ego primus peccator, quia anima Adæ est anima mea, sed hoc est contra Apostolum. Roman. 9. Cum nondum nati essent &c. Ergo anima non est ante corpus. Primus ergo non tempore, sed peccatorum magnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. Prou. 18. Iustus, prior est accusator sui. Prouer. 30. Stultissimus sum virorũ &c. Sed nunquid fuit Apostolus maximus peccator? Et videtur quòd Iudas fuit maior. Sed quidam dicunt quòd peccatũ Pauli generalius fuit, quia cõtra totam ecclesiam. Sed hoc nihil est: quia Paulus in incredulitate, & multi Iudæi persequebantur ex malitia. Dicendum est ergo, quòd est primus, non quòd inter peccatores maximus, qui tunc erant: sed maximus inter peccatores saluatos, quasi dicat. *Venit peccatores saluos facere, quorum*, scilicet peccatorum saluatorum. *Ego sum primus*, quod est de illis intelligẽdum, qui pręcesserant Apostolum. quia prius etiam multi alii sunt ecclesiam persecuti. Et hoc dicit, vt ostẽderet quòd omnia, quæ deus facit, facit ad ostensionem bonitatis suæ. Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Eccle. 42. Gloria domini plenum est opus eius. Item propter nostram vtilitatem: & ideo dicit. *Ideo saluauit me*. Primo propter gloriam suam. Vnde exponitur primum tempore, vel primum, idest potissime. *Omnem patientiam*. idest, perfectam, quia prouocatus, non puniuit: sed potius aduersarium exaltauit, & hoc ad vtilitatem nostram. Vnde dicit. *Ad exemplum*, idest ad informationem, & eruditionem, quasi dicat. Vt non diffidant peccantes ad eum accedere. 1. Pet. vltimo. Forma facti gregis. Deinde cum dicit. *Regi &c.* Ponit gratiarum actionem, & circa hoc duo facit: quia primo commendat eum, cui gratias agit: secundo gratias refert, ibi. *Honor*. Commendat autem eum primo ex potestate: secundo ex naturæ proprietate. Quantum ad primum dicit. *Regi*. Dominium suum est maximum, quia solus dominatur, & habet liberam potestatem, nõ secundum statuta, vt pelliticus: deus autem vnus est dominus omnium. Et ideo dicit. *Deo*. Apoc. 1. Rex Regum, & dominus dominantium. Psalm. 46. Quoniam rex omnis terræ, deus. Item alicuius regis potestas, vt plurimum, non vltra quàm quinquaginta annis durat, sed iste est omnium seculorum. Psalm. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum &c. Eccles. 10. In manu dei potestas terræ. Cui etiam conuenit proprietas naturæ dei. Circa quod sciendum est, quòd in rebus prima differentia rerum naturalium est corruptibile, & incorruptibile. Et incorruptibilium quædam visibilia, & corporalia, vt corpora terrestria: quædam autem inuisibilia, & spiritualia, vt angeli. Et hæc diuiduntur secundum Platonicos: in deos, qui per naturam supremi sunt, & in intellectus qui nõ sunt dii, sed diuini: & in animas, sed apud nos est vnus solus deus. Deut. 6. Audi Israel, dominus deus tuus. Dicit ergo primo. *Immortali*. Vt distinguat a corruptibilibus. *Inuisibili*. vt ad inuisibilem ostendat pertinere: & vt distinguat ab aliis visibilibus. Dicit. *Soli deo*, & non soli immortali, vel inuisibili: quia solus est deus per naturam: licet posset dici solus immortalis, & solus inuisibilis, idest, specialis præ aliis. Infra vltim. Qui solus habet immortalitatem. Deinde cum dicit. *Honor, & gloria*. Agit gratias. Quasi dicat, Exhibendus est ei honor ex subiectione totius creaturæ, & in manifestationem excellentissimæ ipsius bonitatis, claritatis, & gloriæ. Apocal. 7. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor,

Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor, & gloria in secula seculorum, Amẽ. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam malitiam, habẽs fidem, & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidẽ naufragauerũt, e quibus est Hymneæus, & Alexãder: quos tradidi sathanæ, vt discãt nõ blasphemare.

virtus, & fortitudo deo nostro. *In secula seculorum.* Quia seculum aliorum est modico tempore. Esa. 40. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius vt flos fœni. Deinde cum dicit. *Hoc præceptum &c.* Instruit Timotheum permanere in his, quæ dicuntur. Primo commemorans quid sit ei commissum. Secundo, monet ad debitum vsum. Et tertio, docet vtendi modum. Dicit ergo. *Hoc præceptum.* Vt. scilicet, tu custodias finem legis, idest, charitatem. conserues semper, non autem fabulas Iudæorum. *Commendo tibi.* Sicut fidele depositum, quia tibi ideo est commissum. Et quomodo? *Secundum præcedẽtes, &c.* idest, quia hoc euangelium non discordat a prophetiis, quas ante dedicerat: quia fuit filius mulieris Iudææ. 2. Petri 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco &c. 1. Thess. vltimo. Prophetias nolite spernere &c. Vel secundum præcedentes, idest secundum quòd ego, & alii sancti de te per spiritum prophetiæ cognouerunt tradendum esse tibi. *Vt in illis milites.* scilicet prophetiis. *Bonam militiam.* Militia est duplex, quædam spiritualis, quædam carnalis. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia deo &c. In bona militia requiruntur duo ex parte militis, scilicet, vt nihil agat contrarium disciplinæ militari, vt non marcescat otio. 1. Corinth. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet &c. Item ex parte militiæ duo requiruntur, scilicet, vt expugnet contrarios reipublicæ, & vt subiiciat eos qui debent esse subiecti. Sic, & in militia spirituali est, quia ordinatur ad destruendum omnes extollentes se, & ad subiiciendum omnem intellectum in obsequium Christi, vt dicitur. 2. Corinth. 10. Et hæc est vera militia: de qua dicit, Milites &c. Vbi etiã primo modus vtendi ponitur: & secundo eius necessitas, ibi. *Quam quidam.* Dicit ergo. *Milites &c.* Quasi dicat. Potes quidem facere bonam militiam. Primo, per fidem bonam quam habes. 1. Ioan. vltimo. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides, &c. Item per conscientiam bonam, quia de facili homo recedit ab eo quod mordet eum: vnde remorsus conscientiæ, est sicut quidam stimulus, qui habentem malam conscientiam pungit, & ideo cito a peccatis per bonam conscientiam, & rectam fidem recedit. Act. 23. Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum, vsque in hodiernã diem. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostrę. Necessitas bonæ conscientię, consequenter ostenditur, cum dicit. *Quam quidam &c.* Vbi primo ponit culpam: secundo pœnam: tertio fructum pœnæ. Culpam, ibi. *Quam*, scilicet, conscientiam bonam. *Quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Qui enim contra fidem errat, perdit omnia quæ habet. Hebr. 11. Sine fide, impossibile est placere deo. Item moritur, quia Iustus meus ex fide viuit. Abac. 2. & Rom. 1. *Ex quibus est Alexander, & Hymenæus.* 2. Timoth. 4. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, &c. Deinde ponitur eorum pœna, cum dicit. *Quos tradidi, &c.* Quia excommunicauit eos, vt fideles vitent eos ne coinquinent ipsos. Fuit autem excommunicatio Apostoli tantæ virtutis quòd excommunicati mox corripiebantur a diabolo, & corporaliter vexabantur. 1. Corinth. 5. Congregatis vobis, & meo spiritu in virtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Tamen etiam modo traduntur ad vexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia ecclesię, quæ multum iuuant contra diabolum. Et tradidi, sicut deus tradidit in reprobum sensum. Roman. 1. Quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem ecclesiæ, & suffragia. Et hoc non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorum. 1. Corinth. 5. Vt spiritus saluus fiat. Vnde dicit. *Vt discant*, saltem per pœnam. *Non blasphemare.* Discit autem quis recedere à peccato tripliciter, quandoq;. s. ex pœna, quando corporaliter vexatur. Item ex confusione excommunicationis. Item ex hoc, quòd cum ecclesia tradit aliquem sathanæ, ruit in peccata manifesta. Vnde confusus, humiliatur, & abstinet etiam ab occultis, quæ prius non cognoscebat se habere.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

SVPRA docuit Timotheũ, quomõ reducat populũ ad formã veræ fidei, hic agit de pertinẽtibus ad cultũ fidei, ſ. orationibus, & obſeq;is, & primo ponit doctrinam orationis in cõmuni: ſecundo deſcendit ad determinatas cõditiones hominũ, ibi. *Volo ergo*. Item primo, diſtinguit diuerſos modos orationis: ſecundo oſtendit, pro quibus ſit orandum, ibi *Pro omnibus*. Tertio, aſſignat rationem, ibi. *Hoc enim bonum*. Dicit ergo. Quia ita eſt quòd Chriſtus venit peccatores ſaluos facere. Igitur. *Primum omnium obſecrõ &c.* In quo aperte oſtendit, quòd inter omnia neceſſaria ad vitam chriſtianam præcipua eſt oratio, quę valet cõtra pericula tentationis, & ad proficiendum in bono. Iacob. vltimo. Multum valet oratio iuſti aſſidua. Diſtinguit ergo orationem in quatuor, ſ *Obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones*, quorum tria pertinent ad beneficia impetranda, vltimum ad beneficia accepta. In impetrandis autem beneficiis, tria requiruntur. Primo, vt ſcilicet impetrans aſſignet cauſam, quare deberet concedi. Secundo, oportet quòd oſtendat cauſam eſſe rationabilem. Tertio, concludit peritionem. Et ſicut rhetores faciunt, ſic & nos in orando debemus facere. Primo excogitare cauſam, quare ſit concedendum, & hoc non merita noſtra, ſed miſerationem diuinam. Dani. 9. Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis &c. Et ad hoc eſt obſecratio, quæ eſt atteſtatio per ſacra, ſicut: Per paſſionem & crucem tuam, libera nos domine. Hac cauſa excogitata, neceſſe eſt quòd meditemur ꝙ hoc ſacrum eſt cauſa ſalutis. Et ideo requiritur oratio, quę eſt aſcenſus mentis in deum. Pſalm. 68. Ego vero orationem meam ad te domine &c. Dicitur autem oratio quaſi oris ratio. Perſuaſiones enim rhetorum, dicuntur orationes, quia perſuadent, ſed aliter ibi, aliter in noſtra ad deum, quia non intendimus quòd animum dei flectamus, qui ſemper ad bonum eſt paratus, ſed vt noſtrum cor ſit in oratione ad deum eleuatum. Tertio, *Poſtulatio* Iaco. 1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Item de acceptis donis gratiarum actiones 1. Theſſ. vltim. In omnibus gratias agite. Philipp. 4. In omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcãt ante deum. Vnde iſte modus orandi eſt in eccleſia dei, Omnipotens ſempiterne deus, ecce aſcenſus mentis qui eſt oratio. Qui dediſti eccleſiæ tale beneficium, ecce gratiarum actio. Præſta quæſumus, ecce poſtulatio. Per dominum, ecce obſecratio. Similiter in miſſa eſt obſecratio vſque ad conſecrationem corporis, & ſanguinis, quia in eis eſt commemoratio ſacrorum ex quibus eſt fiducia impetrandi. In myſterio conſecrationis eſt oratio, quia meditatio eorum, quæ Chriſtus egit. In aliis vero vſque ad communionem, eſt poſtulatio pro viuis, & mortuis, & pro ſe. In fine autem eſt gratiarum actio. Vel hæc quatuor referuntur ad quatuor, quæ nos volumus in oratione obtinere, vt obſecratio referatur ad difficilia impetranda, vt ad impiorum conuerſionem. Oratio, quando jam conuerſis imploramus gratiam, vt proficiant. Poſtulatio, vt præmia pro meritis retribuantur. Et pro beneficiis iam acceptis, eſt gratiarum actio. Deinde cum dicit. *Pro omnibus*. oſtendit pro quibus eſt orandum. Et circa hoc duo facit, quia primo oſtẽdit orandum eſſe pro omnibus, ſecundo aſſignat fructum orationis, ibi. *Vt quietam*. Circa primum ergo dicit eſſe orandum. *Pro omnibus hominibus*. Cuius ratio eſt, quia oratio eſt interpres deſiderii noſtri. Orando enim, petimus quod deſideramus. Charitas autem requirit quòd deſideremus bonũ omnibus, ad quos ſe extendit. Iacob. vltim. Orate pro inuicem, vt ſaluemini &c. Sed pro quibus ſpecialiter? *Pro regibus &c.* Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babiloniæ, & pro vita Balthaſar filii eius. Et Apoſtolus dicit: Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. 1. Pet. 3. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum, ſiue regi quaſi præcellẽti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis. Subiecti quippe oportet quòd impendant dominis ſuis de ſuis officiis, vtilitas autem eſt, quia per hoc etiam procuramus bonum noſtrum. In pace enim eorũ eſt pax noſtra. Vnde dicit. *Vt quietam & tranquillam &c.* In his duobus eſt pax mundi: Eccleſia ſiquidem habet pacem propriã, in qua non eſt mundus, quia non eſt pax impiis. Sed quædã eſt pax communis vtriſque, & hac indiget eccleſia. Hieremiæ. 29.

CAPIT. II. LEC. I.

OBſecro igitur primũ omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redẽptionẽ ſemetipſum pro omnibus.

F Quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci. Pax terrena, quandoque perturbatur ab interiori, quãdoq; ab exteriori. 2. Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores. Quantum ad primũ dicit, *Vt quietam*. Quantum ad ſecundum dicit, *Et tranquillam vitam*. Et licet pax terrena communis ſit bonis, & malis, tamen diuerſimode vtrique illa vtũtur. Mali enim tunc ad duo ea vtebantur. ſ. ad cultum dæmonum: quia illã proſperitatem falſis diis attribuebant. Itẽ ad laſciuiam: quia tempore pacis vitia carnalia abundabãt. Sap. 14. In magno

G viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Sed ſancti econuerſo ea vtũtur, quia in cultu veri dei, & in caſtitate. Et ideo dicit. *In omni pietate, & caſtitate*. Tit. 2. Sobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo. Deinde cum dicit. *Hoc enim bonum*, ponitur ratio orationis. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit rationes, ſecundo probat quoddam propoſitum, ibi. *Vnus enim deus*. Item primo aſſignat rationem ex ſpecie operis, ſecundo ex parte dei, ibi. *Et acceptum*. Ponit ergo rationem ex operis ſpecie, quia quando aliquid eſt ſecundum ſe bonum, illud debemus facere, ſed pro aliis orare eſt huiuſmodi, quia eſt actꝰ charitatis. Et ideo dicit. *Hoc enim bonum eſt*. Pſalm. 51. Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum. Item ex parte dei, quia eſt. *Et acceptum coram deo*. Pſalm. 50. Tunc acceptabis ſacrificium, &c. Et

H hoc, non niſi in charitate fuerit oblatum. Et dicit, *Saluatore*, quia ſolus deus ſaluat. Eſa. 43. Non eſt abſque me ſaluator. Et probat quòd ſit acceptum, ibi. *Qui vult &c.* 2. Petri 3. Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pęnitentiam reuerti. Sed contra. Omnia quæcunque voluit fecit, ergo omnes ſaluat. Sed ſi dicis quòd non, quia homo non vult, videtur inconueniens quòd omnipotens impediatur per voluntatem non omnipotentis. Reſpõdeo, Velle ponitur qñque ꝑ voluntate beneplaciti, quãdoq; pro volũtate ſigni. Pro uoluntate ſigni vult ſaluare oẽs, quia omnibus ꝓpoſuit ſalutis præcepta, cõſilia, & remedia. Pro volũtate beneplaciti, ſic exponi põt quatuor modis. Vno modo, vt ſit locutio cauſalis, ſicut deus dicitur aliquid facere, quia facit alios illud facere, ſicut Rom. 8. Spiritus poſtulat. i. poſtulare nos facit, Sic ergo deus vult, quia ſcilicet facit ſuos ſanctos velle, quòd omnes ſalui fiant. Hoc velle enim debet eſſe in ſanctis, quia neſciunt qui ſunt prædeſtinati, & qui non. Alio modo, vt ſit diſtributio accommoda, ideſt, omnes qui ſaluabuntur, quia nullus ſaluatur

I niſi per uoluntatem eius, ſicut in vna ſcola Magiſter docet omnes pueros huius ciuitatis, quia nullus docetur niſi ab eo. Alio modo vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, ideſt nullum genus hominum excipit a ſalute, quia olim tantum Iudæis, ſed modo omnibus præbetur. Et hoc magis facit ad intentionem Apoſtoli. Alio vero modo ſecundũ Dam. vt intelligatur de voluntate antecedente, non conſequente. In voluntate enim dei, licet non ſit prius, & poſterius, dicitur tamen voluntas antecedens, & conſequens. Item ſecundum ordinem volitorum, ſecundum quòd voluntas poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet in vniuerſali, vel abſolute, & ſecundum aliquas circunſtantias, & in particulari. Et prius eſt abſoluta conſideratio, & in vniuerſali quàm in particulari, & comparata. Et ideo voluntas abſoluta eſt quaſi antecedens, & voluntas alicuiꝰ rei in particulari, eſt quaſi conſequens. Exemplum de mercatore qui vult oẽs merces ſuas ſaluare abſolute, & hoc voluntate

K antecedente. Sed ſi conſideret ſalutem, non vult omnes merces per comparationem ad alia ſaluare, ſ. quando cum ſalute ſequitur ſubmerſio nauis. Et hęc voluntas eſt conſequens. Sic in deo, ſalus omnium hominum ſecundum ſe conſiderata habet rationẽ, vt ſit volibilis. Et Apoſtolus hic ita loquitur, & ſic eius voluntas eſt antecedens. Sed ſi conſideretur bonũ iuſtitiæ, & quòd peccata puniantur, ſic non vult. Et hæc eſt voluntas cõſequens. Et ſubdit. *Ad agnitionem veritatis*. Quia ſalus non eſt niſi per agnitionem veritatis. Io. 8, Agnoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde cum dicit. *Vnus &c.* probat quod dixerat per rationẽ, & ſunt tres probationes. Vna ex parte dei, alia ex parte hominis Chriſti. Tertia ex parte teſtiũ Chriſti. Dicit, ergo quòd deus velit omnes &c. patet. *Quia vnus eſt deus*. omnium, qui ſaluat. Ro. 3. An Iudæorum deus tantum? an non & Gẽtium? immo & Gentium, quoniam quidem vnus deus &c Tunc ponitur ratio ex parte hominis Chriſti, ibi. *Vnus, & mediator &c.* Vbi primo probat intentum, ſecundo inducit ſignum, ibi. *Qui dedit* Dicit ergo. *Homo Chriſtus Ieſus eſt mediator dei, & hominum*, Non

quorundam,

quorundam, ſed inter deum & omnes homines, & hoc non fuiſſet niſi vellet omnes ſaluare. Et poteſt dici quòd Chriſtus mediator eſt ſimilis vtrique extremo, ſcilicet Deo & homini inquãtum deus, & inquantum homo, quia medium debet habere aliquid de vtroque extremorum. Et hæc ſunt homo & deus. Sed quia medium eſt diſtinctum ab vtroq; extremorum, & hilius non eſt alius deus a patre, ideo melius eſt dicendum, ꝙ mediator eſt ſecundum quòd homo. Sic enim comunicat cum vtroque extremorũ. In deo enim ſunt duo, ſcilicet iuſtitia & immortalitas, in hominibus vero eſt iniuſtitia & mortalitas. Media ergo ſunt duo. Vnum in quo eſt iuſtitia & mortalitas. Aliud in quo eſt immortalitas & iniuſtitia. Et vtrumq; eſt medium, ſed primum medium conuenit Chriſto, ſecundũ vero diabolo. Et ideo diabolus eſt medium diſiungens, quia per iniuſtitiam ſuam diſiungit nos a diuina iuſtitia, ſed Chriſtus eſt medium coniungens, quia eſt iuſtus & mortalis & per ſuam mortem coniungit nos dei iuſtitiæ. 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, pro aliquibus efficaciter, ſed pro omnibus ſufficienter, quia pretium ſanguinis eius, eſt ſufficiens ad ſalutem omnium: ſed non habet efficaciam niſi in electis propter impedimentum.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA dixit ꝙ deus vult omnes ſaluos fieri, & probauit hoc ex parte dei, qui eſt vnus omnium, & ex parte Chriſti qui eſt vnus mediator omnium: hic probat idem ex parte teſtimonii. Et primo inducit alios teſtes: ſecundo ſuum teſtimonium, ibi *In quo poſitus ſum*. Dicit ergo, dedit ſe pro omnibus. Sed numquid ſubito deo in mentem venit, vt qui elegerat ſaluare Iudæos ſolum, vellet ſaluare totum mundum? hoc excludens dicit *Cuius teſtimonium temporibus ſuis*. quaſi dicat, Hæc lex non eſt ſubita, ſed antiquitus atteſtata per legem, & per prophetas. Eſa. 44. Vos eſtis teſtes mei. Act. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibẽt &c. *Confirmatum eſt*. ſcilicet impletione & oſtenſione ſignorum, & prędicatione apoſtolorum. *Temporibus ſuis*. ſcilicet quibus prædeterminatum erat fieri. Eccl. 3. Omnia tempus habent. Vel teſtimonium apoſtolorum confirmatũ eſt temporibus determinatis. Act. 1. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ &c. Deinde cum dicit, *In quo poſitus ſum*. ponit teſtimonium

D ſuum, Et primo oſtẽdit ſuũ officiũ: ſecundo officii ſui vſum, ibi *Veritatem*. Dicit ergo, *In quo* ſcilicet officio teſtificandi. *Poſitus ſum* ſcilicet a deo. Ioan. 15. Poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, *Ego prædicator*, quia ad hoc me poſuit, vt prædicarem. Mar. vlti. Euntes in mundũ vniuerſum prædicate euangeliũ omni creaturæ. Sed in quolibet artificio ſunt duo, quidã miniſterialiter operantes, quidam qui diſponunt de aliis, ſcilicet architectores: ſed in officio eccleſiæ diſponẽtes ſunt apoſtoli, & ideo dicit *Apoſtolus*, quaſi cum authoritate. 1. Cor. 9. Signaculum apoſtolatus mei vos eſtis in domino. Vſus autẽ officii eſt prædicare veritatem, & hoc eſt officium prædicatorũ vt veritatem dicant. Prou. 8. veritatẽ meditabitur guttur meũ. Ephe. 4. Loquimini veritatẽ Sed non eſt aliqua doctrina, quæ non habeat aliquã veritatem: ſed in hoc dãnatur aliqua doctrina, quia miſcet veritati falſitatem. Et ideo dicit *Veritatem dico, non mentior*. Prou. 8. Recti ſunt omnes ſermones mei. Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et hic eſt vſus officii. ſ. veritatem ſine mendacio prædicare, qui competit meo officio qui ſum, *Doctor gentium*. Doctor autem generat ſcientiam in anima diſcipuli. Scientia autẽ non eſt de falſo: vndẽ docens falſum non eſt doctor. Sed contra, Matt. 23. Nolite vocari rabbi. Reſpondeo. Non prohibet miniſteriũ doctrinæ, ſed ambitionem officii. Actu. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum &c. Eſa. 49. Dedi te in lucem gentium &c. Et debeo eas docere. *In fide & veritate* quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit in fide, ideſt, de his quæ pertinent ad ſtatum præſentem in quo ſecundum fidem viuimus, & in veritate quantũ ad ſtatum gloriæ. Deinde cum dicit *Volo*. Deſcendit ad ſpeciales gradus hominum. Et circa hoc duo facit, quia primo monet viros de oratione: ſecundo mulieres, ibi, *Similiter & mulieres*. Dicit ergo, *Volo, &c.* Tria exigit a viris in orando, primo quòd oratio ſit aſſidua, ſecundo pura, tertio quieta. Aſſidua vt in omni tempore & in omni loco. Et dicit *Volo*, quia bonum eſt quòd

A homo oret, & ego doctor. *Volo viros orare in omni loco*, non in Hieruſalem tantum, vt Iudæi, nec in monte Garizim, vt Samaritani. Ioan. 4. In omni loco poteſt homo ſpiritualiter, & mẽtaliter orare. Soph. 2. Adorabunt eum viri de loco ſuo: omnes inſulæ Gentium &c. Sed quomodo dominus reprehendit Phariſæos ſtantes in angulis? Matth. 6. Reſpondeo. Oratio mentalis vbique poteſt fieri, ſed ſigna orationis exterius, non debent fieri in omni loco, quia homo non debet ſingularis apparere in exterioribus, quia propter hoc poſſet habe

B ri inanis gloria Sed quare nunc ſunt factæ Eccleſiæ? Reſpõdeo: Non quòd locus ſit de neceſſitate orationis, ſed ad bene eſſe eiꝰ, quia oratio requirit ſolitudinem & quietem. Item pura. Ideo dicit, *Leuantes puras manus*. Aug. quod exterius orando agimus, facimus vt affectus noſter interius excitetur. Genuflexiones. n. & huiuſmodi non ſunt per ſe accepte deo, ſed quia per hæc tã quam per humilitatis ſigna homo interius humiliatur, ſicut eleuatio manus ſignificat eleuationem cordis. Treñ. 3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlo. *Leuantes &c.* ideſt, orantes cum deuotione cordis. Iob. 8 Si diluculo conſurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Item quieta. Ideo dicit. *Sine ira & diſceptatione*. Et ponit duo. primo vt ſcilicet mens ſit ſine ira, quæ animum inquietat ad inferendum nocumentum proximo,

C a qua oportet liberum eſſe animum orantis. Eccle. 28. Homo homini ſeruat iram, & a Deo quærit medelam. Item liber debet eſſe homo a diſceptatione, quod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſecundum glo. vt non diſceptemus contra deum increduli verbis eius, & murmurando contra eius ordinationem. Rom. 9. O homo tu quis es qui reſpondeas deo &c. Item contra proximum, vt non rumpamus pacem cum eo, quod fit per diſceptationem. Pax enim eſt neceſſaria oranti. Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quam petierint, fiet illis a patre meo. Deinde cum dicit. *Similiter & mulieres*. Ordinat mulieres, & primo quantum ad orationem: ſecundo quantum ad doctrinam, ibi. *Mulieres in ſilentio*. Item primo oſtendit quid requiratur a muliere orante, ſecũdo exponit quæ dixerat, ibi *Non in tortis*. Circa primum ſciendum eſt, quòd omnia, quæ requiruntur ad virum orantem, requiruntur, & ad mulieres. Et ideo dicit. *Similiter, & mulieres*, Quaſi dicat: Omnia ſeruẽt, quæ dicta ſunt. Sed addit duo, ſcilicet ornamenta, & verecundiam, dicens. *In habitu ornato cum uerecundia*. Cuius ratio eſt, quia naturale eſt quòd ſicut mulieres ſunt mollioris corporis quàm viri, ita, & debilioris rationis. Rationis autem eſt ordinare actus, & effectus vniuſcuiuſque rei. Ornatus vero conſiſtit in debita ordinatione, & diſpoſitione. Sic in interiori decore niſi ſint omnia ordinata ex diſpoſitione per rationẽ, nõ habent pulchritudinem ſpiritualem. Et ideo, quia mulieres deficiunt a ratione, requirit ab eis ornatum. Item verecundia eſt de turpi actu, & ideo eſt laudabilis in illis, qui facile ſolẽt declinare in actus turpes, cuiuſmodi ſunt iuuenes, & mulieres, & ideo hoc in eis laudatur, non autem ſenes, & perfecti. Eccleſia, 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Item ſobrietatem requirit, vnde ſequitur. *Et ſobrietate*. Quia enim in mulieribus ratio eſt debilis, ſobrietas autem conſeruat virtutem

E rationis, & ideo in mulieribꝰ maxime reprehenditur ebrietas. Vnde antiquitus apud Romanos eis non dabatur vinum. *Non in tortis crinibus & auro &c.* Exponit quod dixerat, & primo de ornatu: ſecundo de verecundia, ibi, *Sed quod decet*. Circa primũ, primo excludit ornatum corporalem: ſecundo ponit ſpirituale, ibi. *Sed quod decet*. Circa primum dicit. Quod dixi de habitu ornato, non intelligo de exteriori, quia. *Non in tortis crinibus*, ideſt, non ornata capite vel toto corpore. Sed præcipue mulieres ornant caput quod eſt naturale mulieri, vt dicitur. 1. Corinthiorum. 11. Et ideo ornamenta in capite habent. In capite vero eſt duplex velamentum. Vnum eſt naturale, ſcilicet capilli, vt dicitur. 1. Corinthiorum. 11. Item artificiale, & in vtriſque ſe ornant, quia capillos torquent. Vnde dicit, Non in tortis, ideſt, in criſpatis. Eſa. 3. Erit pro criſpanti crine caluitium. Item artificialia prohibet, cum dicit. *Aut auro, aut margaritis*. 1. Pet. 3. Non extrinſecus capillatura, & circundatio auri, aut indumenti, aut veſtimentorum cultus &c. Vel non in tortis crinibus, & auro, ideſt, non habentes crines tortos auro, vel margaritis, Quantum vero ad totum

corpus, dicit. *Vel veste pretiosa*, hoc enim damnat Apostolus hic, & Esaiæ. 3. Sed nunquid hoc est peccatum? Respondeo. Dicendum est quòd secundum Augustin. duo sunt consideranda in ornatu mulierum, scilicet simplex ornatus, & fucatus. Simplex ornatus, puta in veste, & auro, & huiusmodi, quod potest fieri cum peccato tribus modis, scilicet, ex praua intentione, vt si intendant commotionem cõcupiscentiæ: ostentationem, vel inanẽ gloriam. Prouerbiorum. 7. Præparata ad capiendas animas. Secundo, si fiat præter consuetudinem patriæ, quod fit diuersimode. Quod enim excedit modum consuetum patriæ, hoc ex leuitate animi est. Tertio, si conditionem sui stat⁹ excedit. Sed seruata recta intentione, consuetudine patriæ, & conditione status, non est peccatum. De fucato autem semper est peccatum. Mulieribus enim non permittitur ornari nisi propter viros, & viri nolunt decipi, vt fucatæ eis appareant. Sit ergo non talis ornatus. *Sed qualis decet mulieres, promittentes pietatem*. Exteriora enim opera hominis sunt quasi quædam professio interioris hominis, sicut religiosi ad hoc habent habitũ, & clerici similiter. Vnde, nisi concordet interior cum exteriori, est fictio. Ita etiam de aliis operibus interioribus. Interioribus enim debemus colere pietatem, idest, cultum dei habere, exterius vero promittere, & per bona opera, quæ concordant pietati, & similiter habere interius, sicut ostendimus exterius. Vel dico, quòd debent se ornare non exterius, *Sed secundum quod decet eas, promittentes*, idest, quæ promittere debent. *Pietatem per opera bona*. Ecclesia. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo.

LECTIO III.

Mulier in silentio discat, cũ omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virũ, sed esse in silentio. Adã.n. primus formatus est, deinde Eua, & Adã nõ est seductus, mulier aũt seducta in pręuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationẽ: si permanserit in fide, & dilectio-

LECTIO TERTIA.

SVPERIVS Apostolus ordinauit mulieres quo ad orationem: hic ordinat eas quantum ad doctrinam, & primo ponit suam ordinationem circa earum doctrinam: secundo rationem ordinationis assignat, ibi. *Adam enim primus*. Tertio, respondet tacitæ quæstioni, ibi. *Saluabitur autem*. Item, primo ostendit, quid mulieribus conueniat: secundo, quid eis non competat, ibi. *Docere autem*. Circa primum, tria ponit eis competere, scilicet taciturnitatem, disciplinam, & subiectionem, quæ tria ex vna ratione procedunt, scilicet ex defectu rationis in eis, quibus primo indicit silentium, dicens. *Mulier in silentio discat &c.* Iac. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. & 1. Corinthiorum. 14. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, &c. Nam verba mulieris sunt inflammantia. Ecclesi. 9 Colloquium illius quasi ignis exardescit. Secundo, vt discant, quia eorum qui deficiunt ratione, proprium est addiscere. 1. Corinth. 14. Si quid volunt discere, domi viros suos interrogent &c Viris autem datur, quòd doceant. Tertio, indicit subiectionem, qa naturale est quòd anima dominetur corpori, & ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut Philosophus docet. Quandocunque aliqua duo ad inuicem sic se habent, sicut anima ad corpus, & ratio ad sensualitatem, naturale dominium est eius, qui abundat ratione, & illud est principans, aliud autem est subditũ, quod scilicet deficit ratione. Gene. 2. Sub viri potestate eris. Item excludit ea, quæ eis nõ cõpetunt, dicẽs. *Docere autem &c.* Et sunt duo scilicet, vt non doceant. Sed contra, Prouerbio. vltimo. Erudiuit eum mater sua &c. Respondeo, Dicendum est quòd doctrina, alia est publica, & hæc non competit mulieri, & ideo dicit, *In Ecclesia*. Alia est priuata, & hac, mater erudit filium. Sed contra. Iudi. 5. Delbora erudiuit populum Israel. Respondeo, illa eruditio est per spiritum prophetiæ, & gratia Spiritussancti non discernit inter virum, & mulierem, non tamen publice prædicabat, sed instinctu Spiritussancti consilia dabat. Secundo, interdicitur eis dominium in virum. Ecclesia. 25. Mulier, si primatum habeat contraria est viro suo. Et Philosophus dicit quòd dominium mulierum, est corruptio familiæ, sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo, contra duo, quæ competunt eis, sed primum repetit, scilicet. *Sed esse in silentio*. Deinde cum dicit. *Adam enim*. Assignat rationem eius quod dixerat, & primo ex ordine creationis, secundo ex ordine culpæ, ibi. *Et adam non est seductus*. Circa primũ, sciendum est quòd in ordine rerum, perfectum, & imperfectum diuersimode ordinantur, quia in vno, & eodem imperfectum

F præcedit tempore, & perfectum præcedit natura: quia natura tendit ad perfectum, sed in diuersis perfectum est prius tempore, & natura, quia natura semper incipit a perfectis. Et hunc ordinem agit hic, quia vir perfectus est in natura humana, mulier vir occasionatus. Vnde primo, formatus est Adam. Genes. 2. Formauit deus hominem de limo terræ. Secundario, mulier sicut quoddam imperfectum a perfecto originatum, scilicet de costa. 1. Corinthiorum vndecimo. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro est. G Et inde est, quòd homo non dicitur factus propter mulierem, sed ad similitudinem dei. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Mulier autem propter virum, ideo vir debet pręesse. Item, ex parte culpæ. Ordo enim generationis, & corruptionis est contrarius, quia quod est primum in generatione, est vltimum in corruptione. Peccatum autem est corruptio naturæ, & ideo generatio incipit primo ab Adam, sed corruptio a muliere. Vnde dicit, Adam non est seductus, scilicet primo, quia fortior erat, sed tentator incepit a debiliori, vt facilius seduceretur fortior. Alludit autem hic verbis Adæ. Genes. 3. Cum enim dominus reprehendit Adam, dixit, Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit mihi, &c. Et ideo dicit. *Adam non est seductus, sed mulier*. Seductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & in particulari eligibili, quę est ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat, seducitur H ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali, quando, scilicet credidit quod serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quòd gerendus esset mos vxori, & cum ea comedere deberet, & inexpertus diuinę seueritatis credidit quòd facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia est pœna peccati, ergo pœna præcessit culpam. Respondeo, Dicendum est quòd non præcessit, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo quòd alius esset de ea solicitus, & ex illa elatione seducta est, vnde elatio præcessit. Deinde cum dicit. *Saluabitur autem* Respondet cuidam tacitę quęstioni, quia diceret quis, quòd si mulier non est propter virum, & ex ea est initium peccati, ergo viro est nociua, sed si aliquid non est propter aliud, sed est ei nociuum, debet tolli, ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo, quòd duplex est salus: scilicet temporalis, & hæc est communis, etiam bru- I tis. Alia est æterna, & hæc est propria hominum. Esaiæ. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Vtranque autem salutem mulier non amisit. Non temporalem, quia statim non priuatur sexu muliebri propter generationem prolis, nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ, & gloriæ. Et ideo quantum ad primum dicitur. *Saluabitur*, idest, non extirpabitur & hoc. *Per generationem filiorum*, ad quam est a deo ordinata. Quantum ad secundum, dicit. *Si permanserit*. Sed quia, *Si* importat causam, nunquid quæ non permansit non saluabitur, cum Apostolus dicat, quòd mulier melius facit, si non nubat? Respondeo, vno modo, potest esse locutio figuratiua: & sic per virum, ratio superior intelligitur. ratio inferior est mulier: opera bona sunt filii inferioris rationis, & charitas, quam per virum concipit, & per hæc saluabitur. Alia est expositio literalis, vt ly. *Per*, non dicat causam, sed repugnantiam. Et est sensus. *Mulier* K *saluabitur*, etiam, si incedat per generationem, scilicet, si nubat, & non sit virgo. Et tunc ly. *Per*, dicit augmentationem salutis, quasi per generationem filiorum ad cultum dei, magis saluabitur. Ecclesiastici septimo, Filii tibi sunt, erudi illos, & incurua illos a pueritia illorum. Quo ad salutem æternam consequendam, tria ponit. Primo, aliquid quo ad intellectum. Secundo, quo ad effectum. Tertio, quo ad exteriorem actum. In intellectu est fides per quam intellectus Christo subiicitur. Vnde dicit. *In fide*. Hebræorum vndecimo. Sine fide impossibile est placere deo. Et quia fides nihil valet sine dilectione, ideo quo ad effectum statim subiungit, dicens. *Et dilectione*. Primæ Corinthiorum, tertiodecimo, Si habuero omnem fidem, ita, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, &cætera. In exteriori autem, ponit duo contra lasciuiam, quæ consistit in duobus, scilicet in luxuria. Et quantum ad hoc dicit. *In sanctificatione*, idest, in castitate, 1. The. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, &c. Item in crapula,

pula, contra quod dicit. Cum sobrietate. Tit. 2. Sobrie, iuste A & pie, viuamus in hoc sæculo.

LECTIO PRIMA.

SVPRA instruxit Timotheum de pertinentibus ad fidem rectam, & cultum dei. hic agit de instructione officiorum ecclesiasticorũ. Et primo, ponitur institutio. Secundo, suæ institutionis occasio seu necessitas, ibi. *Hæc tibi scribo*. Item primo, instruit de pertinentibus ad episcopum. Secũdo, quo ad diaconos, ibi. *Diacones similiter*.

ne, & sanctificatione, & cum sobrietate.

CAPIT. III. LEC. I.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, nõ uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

Sed cum secundum Dionysium tres sint ordines, scilicet episcoporum, qui præficiunt, præsbyterorum, qui illuminant, diaconorũ, qui purgant: quare nõ facit mẽtionem de presbyteris? Respõdeo, Dicendũ est ꝙ præsbyteri intelliguntur cum episcopis: non quòd sit indistinctio inter ordines quantum B ad rem, sed quantum ad nomina: quia præsbyter idẽ est quod senior: & episcopus superintendens. Et ideo presbyteri, & episcopi quantum ad nomen vocabantur, & episcopi, & præsbyteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniendi ad episcopatum. Secundo describit conditionem episcopi, ibi. *Oportet autem*. Præmittit ergo suæ institutionis assertionem, dicens. *Fidelis sermo*, scilicet, quem dicam vel dixi. Apoc. vlti. Hæc verba fidelissima & vera sunt. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Ex hoc sumpserunt aliqui occasionem ambitionis episcopatus, & prælationis Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus enim hic voluit ostendere quid pertineat ad episcopum. Episcopus est nomen græcum; scopos enim idem est quod intendens, epi. i. supra, episcopus ergo dicitur quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo, scilicet C gradus superior, & actio plebi vtilis. Aliqui enim proiiciunt forte oculum ad ea, quæ circunstant eum, s. quòd qui præest honoratur, & quòd habet potestatem. Et qui propter ista desiderat episcopatum, nescit quid sit episcopus. Et ideo dicit Apostolus quid sit episcopus, & quid desiderat, qui episcopatum desiderat, quia bonum opus, Non dicit bonum desiderium habet, sed bonum opus, scilicet vtilitatem plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit quod non. Glo. Locus superior sine quo regi non potest populus, & si teneatur, & administretur decenter, tamen indecenter appetitur. Et idem dicit. 19. de ci. Dei, Cuius ratio est, quòd nullus debet appetere aliqd supra vires suas non sibi proportionatum, aliàs esset stultus. Horatius, Ludere q nescit, campestribus abstinet armis, Ille ergo bene episcopatum desiderare posset, cuius facultas episcopatui esset proportionata. Ad hoc autem nullus est idoneus: quia prælatus secundũ gradum, & conuenientiam debet omnes alios excedere in conuersatione, & contemplatione: ita vt in respectu sui, alii sint grex. D Et hanc idoneitatem de se præsumere, est maxime superbiæ, aut ergo appetit circunstantias, & tunc nescit quid appetat, quia nõ est hic episcopatus, vel ipsum opus, & hoc est superbiæ. Et ideo non est accipiendum nisi impositum. Glo. si dicis, status episcoporum est perfectior statu religiosorum, hunc autem licet appetere, igitur. Respondeo. Perfectio aliter se habet in hoc, & in illo, qa stat⁹ episcoporũ præsupponit perfectionem, & ideo nullus appetere debet nisi habeat eã, sed status religiosorum est via, & ideo non requiritur perfectio iam habita, sed quòd teneatur acquirere eam nisi habeat, & hoc patet. Ioann. vlti. Vbi dominus Symoni, non dicit, Si vis perfectus esse pasce &c. Et iuueni dicit, Si vis perfectus esse &c. Sic ergo intelligendum est in nomine episcopatus bonum opus. 1. Pet. 5. Non vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis &c. Quasi dicat: Si tu episcopatum desideras, hoc est quod desideras, quia bonũ opus. Sed qualis debeat esse episcopus ostendit, cum subdit. *Oportet episcopum* E *&c.* Quem primo instruit in generali. Secundo, in speciali, ibi. *Vnius vxoris*. Dicit ergo. Dico quòd bonum opus desiderat, sed ad hoc, non omnis est idoneus, sed oportet quòd sit talis: primo irreprehensibilis. Vnde de Zacharia dicitur Luc. 1. quòd incedebat in omnibus mandatis, & iustificationibus sine querela. Leu. 21. Qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Nec intelligendum est, quòd omnino sit sine pctõ: qa dr. 1. Io. 1. Si dixerimus &c. Nec est dicẽdũ sicut aliq dixerũt, ꝙ quicunq; peccauit mortaliter post baptismũ, nõ est idoneus, qa pauci essent tales: sed irreprehensibilis. i. nõ subiectus alicui pctõ, vnde ab aliis rephendi posset, qa indecẽs est, si rephẽsibilis sit rephensor. Mat. 37. Eiice primũ trabẽ &c. Deinde cũ dicit. *Vnius vxoris &c.* Instruit eũ in speciali, & primo quãtũ ad se. Scđo quantũ ad multitudinem, ibi. Filios habentem. Iterũ

prima in duas, quia primo, ostendit quibus virtutibus ornetur. Secundo a quo mens debet esse immunis, ibi. *Non uinolentum*. Omnis autem moralis virtus, est primo circa passiones, & sunt duo quæ faciunt sanctitatem, s. castitas, & sobrietas: quia per delectationem, vel delectabilia carnis, maxime inquietatur anima. Et iõ primo ponit qđ pertinet ad castitatem, dicens. *Vnius uxoris uirum*. Simile Tit. 1. In hoc autẽ discordia videtur esse inter Augustinũ, & Hieronymũ. Hieronymus. n. dicit ꝙ hoc ĩtelligiẽ post baptismum, qa si ante baptismum duas habuit vxores, vel vnam primo, & aliam postea, nõ impeditur ab ordinatione, qa per baptismũ omnia delentur. Augustinus, & Ambrosius contrariũ dicunt, quia siue ante, siue post, si duas habuit non ordinatur. Et nunqd baptismus omnia delet? Respondeo, sic, quo ad peccata, non aũt quo ad irregularitatẽ, q̃ interdum ẽt sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutione, sed matrimonium non est peccatum, ẽt in paganis. Sed quę est causa huius institutionis? Nunqd non magis impeditur q multas concubinas habet? Respondeo, Dicẽdum ꝙ hoc fit non pp incontinentiã tãtum, sed propter representationẽ sacramenti, qa spõsus ecclesię est Christus, & vna est ecclesia. Can. 5. Vna est columba mea. Scđo agit de sobrietate dicens, *Sobrium*. Tit. 2. Sobrie, & pie, & iuste viuamus in hoc seculo, &c. Hic enim docet episcopum, qui dicitur superintendens, vt vigilet. Luc. 1. Pastores aũt erant &c. Et ebrietas obstat vigiliis. 1. Pet. vlt. Sobrii estote &c. Tertio, ordinat rationẽ, dicens. *Prudentem*, quia hæc est regitiua omnium virtutũ, & episcopus eligitur, vt alios regat. Mat. 10. Estote prudentes. Mat. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens &c. Cõsequenter ponit virtutes, q̃ ordinant actiones exteriores. Primo, quantũ ad se. Scđo, quantum ad alios. Quantũ ad se, dicit. *Ornatum, pudicum*. Ornatus est quando bene componitur in actibus, & dictis. Ornatus. n. importat pulchritudinem quæ consistit in proportione. Vnde tunc est ornatus, quando agit, & loquitur, vt decet. Ecclesia. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Hoc requiritur in episcopo, quia per exteriora iudicamus de interioribus. Ecclesia. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiant de illo: quia prælatus ponitur in aspectu hominum, oportet ꝙ sit ornatus. Vnde dicitur de Ambrosio, ꝙ quosdam ordinare nolebat, quia dissolute incedebant. Item quandoque contingit, ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in aliis vel agentibus vel dicentibus, & ad hæc debet habere pudicitiam, vt verecundetur, si videat vel audiat. Aug. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Ecclesiast. 7. Gratia n. verecundiæ illius super aurum. Deinde cũ dicit. *Hospitalẽ &c.* agit de episcopo in comparatione ad alios. Imponitur aũt episcopo, vt pascat oues. Ioã. vlt. & 1. Pet. vlt: Et duplex est eleęmosyna, s. corporalis, & spiritualis. Ergo debet in vtraque pascere. Quantum ad primum dicit. *Hospitalem* s. peregrinorum, & hospitum. Rom. duodecimo. Hospitalitatem sectantes. Heb. vlt. Hospitalitatem nolite obliuisci, &c. Iob. 31. Ostium meum viatori patuit &c. Quantũ ad scđm dicit *Doctorem*. Eph. 4. Alios pastores, & doctores &c. Et hoc est officium propriũ prælati. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina &c. Consequenter cum dicit. *Non vinolentum &c.* Remouet vitia opposita. Tria ãt remouet. Vnum qđ pertinet ad concupiscentiam carnis aliud ad iram aliud ad cupiditatem, Quantum ad primum dicit. *Non vinolentum* Minus dicit, & pl⁹ significat. Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. q. d. non gulosum, non luxuriosum. Quantum ad iram duo ponit, primo, quantum ad actum dicit. *Non percussorem*. Decenter ꝓhibet hoc post vina, quia ebrii de facili ꝑcutiunt. *Sed modestum*, idest patientem. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Psalm. 91. Bene patientes erunt vt annuntient. Christ⁹ passus non percutiebat. Secundo, quantum ad uerba, cum dicit. *Non litigiosum*. 2. Tim. 2. Seruum dei non oportet litigare. 1. Corinthio. 11, Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Et hoc, quia episcopi sunt successores apostolorum, quos Christus instruxit, ut pacem annuntiarent. Item in passione sua Christus dixit, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Quantum ad res temporales dicit. *Non cupidum*, quia ponitur iudex, & ordinator ecclesiæ, q si sit cupidus de facili declinat a iustitia. Exo. 23. Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum, sed heu. Hier. 6. A maiore vsque ad minorem, omnes auaritiæ student.

In Regula ad Monachos.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus, qualis debet esse episcopus secundum se. hic ostendit, qualis debet esse in comparatione ad multitudinem. Et primo, quo ad multitudinẽ domesticæ familiæ. Secundo, quo ad multitudinem ecclesiæ, ibi. *Non neophitum.* Tertio, ad multitudinẽ infidelium, ibi. *Oportet autem.* Item primo ostendit, qualis debet esse in comparatione ad familiam domesticam. Secundo, rationem huius assignat, ibi. *Si quis autem.* Item primo ostendit, quòd ab episcopo requiritur gubernatio debita familiæ. Secundo, bona instructio filiorũ ibi. *Filios habentem.* Dicit ergo, Oportet episcopum bene præesse domui, idest, familię suæ, vt eam bene gubernet. Bona autem gubernatio non solum est acquisitio diuitiarum, quia ea non sunt finis yconomiæ, sed instrumẽta: sed finis eius est recta vita. Eccle. 44. Pacificantes in domibus suis. Specialiter autem in domestica familia præcipui sunt filii. Et ideo dicit de eis specialiter. *Filios habentem subditos*, idest, quòd suis filiis dominetur, nõ emolitus ex teneritudine amoris, quam quandoque extendit ad filios. Inter alia autem, quæ requiruntur in filiis episcoporum, quos habuerunt antequam essent episcopi, requiritur, quòd sint casti. Ideo subditur. *Cum omni castitate*, quia mala eorum vita, esset testimonium contra parentem, & prælatum. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Sap. 4. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitię aduersus parentes in interrogatione sua. Secunda ratio est, quia ad domum episcopi concurrit populus, ideo oportet eos esse castos. Contra illud, primi Regum secundo, vbi filii Hely non casti, corrumpebant mulieres venientes ad templum: vnde, & Hely a domino est punitus. Deinde cum dicit. *Si quis autem.* Dicti sui rationem assignat. Posset enim dici: Quid ad episcopum, quod bene regat familiam, cui imminet cura communis? Et ideo dicit. *Si quis autem domui suæ &c.* propriæ familiæ. Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Contingit tamen frequenter, q̃ aliqui non sunt bene regitiui in paruis domesticis, qui tamen bene regunt in maioribus. Sed quod dicit. *Nescit*, hæc nescietia refert ad negligẽtiã. Nã q̃ parua negligit, de facili magna negligit, licet qui non curat de paruis, aliquãdo bene se habeat in maiorib⁹. Cõsequẽter ostẽdit, qualiter se habeat ad multitudinẽ ecclesiæ i qua nõ debet eẽ nouitius in fide, sed antiqu⁹. Vnde dicit, *Non neophitum*, idest, nouam fidem habentem. Actum. 1. Oportet eligere vnum ex his, qui nobiscum &c. Item, Nume. 11. Congrega mihi. 70. viros de senioribus, quos tu nosti quòd senes sint populi, ac magistri, & duces &c. Sed sicut dicitur. Sap. 4. Senect⁹ venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Contingit enim quandoque, quòd in aliquibus nouis superabundet gratia, & habent simul cum ætate iuuenili morũ senectutem, qui dispensatiue promouentur; sicut Ambrosius diuina inspiratione. Vnde hoc, quod dicit hic, ad eos pertinet, q̃ non solum ætate neophiti, sed & qui neophiti sunt perfectione. Et huius est ratio. *Ne in superbiam &c.* Quando enim aliquis de nouo veniens ad fidem, & ad conditionem aliquam promouetur, reputat se aliis meliorem, & valde necessarium, quasi nisi ipse esset, nõ haberent vnde prouideretur ecclesiæ. Et dicit. *Diabo li*, quia ipse condemnatus fuit propter peccatum superbiæ. Deinde cum dicit. *Oportet autem illum &c.* ostendit qualiter se habeat ad multitudinem infidelium, & ponit documenta. Primo, vt sit bonæ famæ. Collossen. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Et hoc necessarium est prælato, quia conuersatio totius congregationis iudicatur ex prælato. Sed contra. 2. Cor. 6. Per infamiam, & bonam famam. Respondeo, infamia insurgit quandoque ex culpa eius qui infamatur, & hanc prohibet hic, quandoq; ex malitia detrahentium, & in hac oportet habere patientiam, & de hac loquitur Apostolus ibi. Sed hic loquitur de assumendo in episcopum, qui, & si sit bonus, & infamatur falso, debet patienter ferre. Secundo assignat rationem. Vnde subdit. *Vt non in opprobrium, &c.* Vbi tangit duplex periculum, scilicet, ne fiat opprobriosus, & per hoc eius authoritas minuatur, & p̃ consequens auferatur audacia corrigendi. Matt. 7. Eiice primum trabem &c. Secundo, *Ne incidat in laqueum diaboli*, quandoque, scilicet, impatienter sustinendo, per quod, infamis cõcitetur ad odia, & desperet, & huiusmodi. Et quòd prælatus sit odiosus laycis, contingit, si negligit cultum diuinæ laudis. Malach. 2. Irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum, propter quod dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Deinde cũ dicit *Diaconos &c.* Ostendit pertinentia ad diaconos, quod in græco idẽ est, quod ministri. In primitiua enim ecclesia solum erant tres ordines, vt dicit Dionysius, scilicet, episcoporum, præsbyterorum, & ministrorũ, & non diuidebantur per diuersos gradus, sed omnia erãt in vno ordine, propter paucitatẽ ministrorũ, & ꝓꝑ nouitatẽ ecclesiæ. Primo ergo ostendit, quales debent esse secundũ se. Secundo, quãtũ ad alios ibi, *Mulieres.* Itẽ primo ostendit quales debent esse. Secundo quomodo examinandi sunt, ibi, *Et hi.* Itẽ primo ostendit, quales debent esse quantũ ad eorũ proprium corpus. Secundo, quantũ ad res exteriores, ibi, *Non turpe.* Tertio, quãtum ad alia ibi, *Habentes &c.* Item quantum ad corpus, primo ostendit, quo ad totius corporis qualitates. Secundo, quantum ad oris refrenationem. Dicit ergo: Dico, quòd episcopi debent esse pudici, similiter oportet diaconos esse, quia contrarium pudicitiæ facit ineptum ad spiritualia, quia denegat animum a spiritualibus, quẽ necesse est tales habere eleuatum. Esai. 52. Mundamini, qui ferris vasa domini. Lucæ duodecimo, Sint lumbi vestri præcincti. Deinde ostendit, quales debent esse in ore. Os seruit locutioni, & gustui. Quantum ad primum dicit, *Non bilingues.* Ecclesia. 28. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos a gente in gentem. Bilinguis est habens duas linguas. Non erunt tales diaconi ministri pacis. Quantum ad secundum dicit, *Non multo.* Prouerb. vigesimotertio, Cui veh? Cuius patri veh? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffossio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Esa. 5. Væh qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Deinde cum dicit, *Non turpe lucrum sectantes.* Ostendit, quomodo se habeant ad res exteriores. Non solum enim diuertitur a iustitia, quandoque propter cupiditatem lucri, sed etiam a veritate, dicentes, quæ non oportet. Et ideo prohibetur eis temporale lucrum, in quo intelligitur omne lucrum inhonestum. Sed quantum ad affectionem dicit *Habentes &c.* Et instruit eos. Primo, quantum ad fidem. Secundo, quantum ad conscientiæ puritatem. Vnde dicit *Mysterium fidei.* non fidem, idest, non tantũ fidem simplicem, sed intelligentiam eius, quod in fide occultum est. Mysterium enim idem est quòd occultum: quia ministri debent scire non tantum ea de fide, quæ & populus intelligit, sed & mysteria, quia debent alios instruere. 1. Petr. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe &c. Item, conscentiam puram, quia impura facit in fide errare: supra primo. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Deinde cum dicit; *Et hi probentur primum, & sic &c.* Ostendit, quomodo examinentur. Posset enim dicere aliquis: Puto omnes bonos: hoc enim debet esse in tua reputatione. Sed quantum ad eorum promotionem omnes sunt examinandi. Vnde etiam ipsi examinantur, vnde dicit, *Et hi &c. Nullum crimen.* idest, peccatum mortale, non autem intendit de peccato veniali: quia vt dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Nec dicit, qui habuerunt, sed *Habentes*, idest, qui sunt notabiles & habet infamiæ crimen. Alioquin hoc esset derogare clauibus ecclesiæ. Deinde cum dicit, *Mulieres &c.* Ostẽdit, qualiter se habeant ad alios. Et primo ponit suam instructionem. Secundo rationem, ibi *Qui enim habent.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit, qualiter se habeant ad vxores, quas habebant in primitiua ecclesia, & loquitur pro statu illo. Secundo, quomodo ad filios, ibi *Qui filijs*, Iterum prima in duas, quia primo ostendit, quales debent esse eorum vxores. Secũdo, qualiter ipsi habeant se ad illas, ibi *Diacones.* In vxoribus eorum requirit quatuor, scilicet pudicitiam, modestiam, sobrietatem, & fidelitatem. Dicit ergo, similiter sicut dixi de diaconibus, dico de mulieribus, quia oportet eas esse *Pudicas.* Ecclesiast. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata.

LECTIO II.

SEd suæ domui bene præpositum, filios habentẽ subditos cum omni castitate. Si quis aũt domui suę ꝑesse nescit, quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? Non neophitum, ne in superbiam elatus, in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autem, & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, nõ bilingues, nõ multo vino deditos, nõ turpe lucrum sectãtes, habentes mysteriũ fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrẽt, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahẽtes, sobrias, fideles in omnibus.

Item modestas in lingua *Non detrahentes.* Ecclesia. 10. Quomodo si serpens mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Item *Sobrias*, quæ est maximum ornamentum mulierum: supra. 2. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate. Item *Fideles*, vel deo quantum ad veram fidem, vel viris suis. Sed quæ culpa est diaconi, si eius vxor est mala? Respõdeo: Aliquis a ministerio repellitur non solum propter culpã, sed etiã propter aliquod impedimentum ministerii. Et ideo si præter culpam eorũ possent mulieres esse malæ, tamẽ præstãt impedimentum dupliciter. Primo, quia cum malę sunt, indigent maiori cura, & per hoc earum viri minus vacarent ecclesiasticis ministeriis. Secundo, quia viri deprauantur ex vxoribus. Item esset in periculum, quia ministrorum ecclesiæ multi frequentant domos. Dixerunt autem Cathaphrigæ, quòd ex quo inter diaconos agitur de mulieribus, mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendum est, quòd in iure, aliquæ mulieres aliquando vocantur diaconissæ: non quia habeant huiusmodi ordinem, sed propter aliquod ministerium ecclesiæ: sicut in greco dicitur diaconus quilibet minister.

LECTIO TERTIA.

SVPRA ostendit Apostolus, quales debent esse diaconi & eorum vxores, hic ostendit, quomodo diaconi se habeant ad vxores, & ad filios & familiam. Et primo ponit documentum. Secundo eius rationem, ibi *Qui enim bene.* Dicit ergo. Dixi quòd mulieres diaconorum sint pudicæ. Et si in vxoribus est pudicitia habenda propter eos, amplius in ipsis est necessaria, vt sint omnino a contactu mulierum immunes. Sed quia secundum hoc pauci essent ministri, concedit quòd saltem sint vnius vxoris viri, quia habuisse plures est signum incontinentię & contra significationem sacramenti. Et inde est, quòd dominus instituit matrimonium vnius ad vnum. Vnde & prima vxor benedicitur, non secunda. Deinde monet qualiter se habeant ad filios, dicens *Qui filijs suis bene præsint.* scilicet bene erudiendo in disciplina bona & vita. Ecclesia. 7. Filii tibi sunt, erudi illos, &c. Consequenter hortatur eos bene præesse toti domui, idest familię, scilicet cum mansuetudine. Ecclesiast. 4. Noli esse sicut leo in domo tua &c. Et huius ponit rationem, dicens, *Qui enim bene ministrauerint &c.* quasi diceret, Quod requiris ab episcopis rationabile est, quia ipsi sunt prælati. Sed quare a diacono qui est minister? Respondet, dicens, *Qui enim &c.* Et primo ostendit quòd bonus vsus huius ministerii est via ad maiorem dignitatem. Secũdo etiam quòd est via ad vitã æternam. Quantum ad primum dicit *Qui enim bene ministrauerint.* exercendo officium diaconi. Quod enim est in græco dyaconus, in latino dicitur minister, *Gradum bonum sibi acquirent*, idest, promoueri merentur ad gradum altiorem. Matth. 25. Quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam &c. Et dicit bonum, quia supra eodem, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nec tamen in hoc est eorum finis, sed cum hoc remunerationem habent a deo. Ioan. 12. Volo, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Et ideo dicit *Multam fiduciam*, scilicet auxilii gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & hoc *In fide &c.* idest, per fidem Christi. 2. Corin. 3. Fiduciam talem habemus &c. Esa. 12. Fiducialiter agam & non timebo. Deinde cum dicit, *Hæc tibi scribo.* Ponit rationem omnium prædictarum monitionum. Et primo excludit causam opinatam. Secundo astruit veram, ibi, *Si autem.* Tertio assignat rationem ibi, *Quæ est ecclesia.* Circa primum sciendum est, quòd posset Timotheus credere quòd ex quo scripsit, de cætero eum non visurus esset, aliàs superfluum videretur eũ literis monere. Et ideo dicit *Hæc tibi scribo fili.* Et nominat eũ filium, quia sibi charissimus erat. 1. Corin. 4. Ideo misi ad vos Timo. qui est filius meus charissimus. Et dicit *Sperans.* quasi non certus. 2. Ioan. 1. Plura habens vobis scribere nolui per cartam & attramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui. Scribo igitur, licet spem habeam, quia spes in longum protrahi potest. Prouer. 16. Hominis est præparare animum, & domini linguam gubernare. Et ideo dicit, *Si autem tardauero &c.* 1. Thessal. 2. Sed sathanas impediuit nos. Ego igitur scribo. *Si tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari* Psalm. 67. Habitare facit vnius moris in domo, &c. Deinde cum dicit. *Quæ est ecclesia.* Assignat rationem, quare sic conuersandum in ea. Et assignat rationem huius causæ, quæ est duplex. Primo, commendando ipsam ecclesiam. Secundo, veritatem ecclesiæ, ibi. *Et manifeste.* Circa primum duo facit, quia primo commẽdat ecclesiam ex parte eius, cuius est ecclesia. Secundo ex ueritate ipsius ecclesiæ ibi. *Columna.* Ex parte eius cuius est ecclesia, quia est dei viui. Ecclesia dr̃ quasi adunatio, quia in ecclesia est adunatio fidelium. Ro. 8. Quos vocauit &c. Et adunantur in deum. Ioa. 17. Vt & ipsi in nobis sint vnum &c. Et ideo dicit. *Quæ est dei.* Et addit. *Viui*; ad distinctionem aliorum deorum ad quos congregantur gentes. Nã hi sunt mortui, sed deus ecclesiæ est viuus Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso &c. Est ergo sic in ea conuersandum, vt spiritualiter viuamus. Psalm. 92. Domum tuam domine decet sanctitudo &c. Secunda ratio est ex ueritate ecclesię. Naturale est enim homini vt desideret cognitionem veritatis, cum sit perfectio intellectua. Vnde Aug. dicit quòd beatitudo est finis hominis, quæ nihil aliud est quàm gaudium de veritate. Hoc innotuit philosophis per creaturas. Rom. 1. Sed in hoc vacillabant, quia non habebant certitudinem veritatis, tum qui erant corrupti erroribus, tum quia vix inuenitur apud eos quòd in veritate concordent. Sed in ecclesia est firma cognitio, & veritas. Vnde dicit. *Columna.* Eccl. 24. Thronus meus in columna nubis &c. Eccl. 26. Columnæ aureæ &c. Et dicitur aurea, quia in se sancta. *Et firmamentum*, scilicet quantum ad alios, quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclesiæ sacramenta. Luc. 22. Tu aliquando conuersus, confirma &c. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius. Quia igitur ecclesia congregat in deo, & dat cognitionem veritatis, debemus esse in ea. Deinde cum dicit. *Et manifeste.* Commendat veritatem ecclesię. Et primo Christum, ad cuius manifestationem apparuit. Secundo de eius exaltatione agit ibi. *Assumptum.* Commendat autem Christum dupliciter. Primo, quantum ad naturam diuinam. Secundo quantum ad humanam, ibi, *Quod manifestatum est.* Dicit ergo. *Et manifeste &c.* Quia sacramentum idem est quod sacrum secretum. Nihil autẽ tam secretum quàm id, quod in corde gerimus. Multo ergo magis quod in corde dei, & secretum est, & sacrum. 1. Cor. 2. Quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei &c. Esa. 24. Secretum meũ mihi. Esa. 45. Tu es deus absconditus. Et hoc est verbum dei in corde patris. Psalm. 44. Eructauit cor meũ verbum bonum. Hoc siquidem secretum est sacramentum pietatis, secretum autem hominis aliquando est vanum. Psalm. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In quantum ergo est restauratiuum mundi, est pietatis. Item magnum, quia est verus deus, cuius magnitudinis non est finis. Hoc ergo secretum quod latet in corde patris, factum est homo. Et ideo describit ipsum. Secundo quãtũ ad naturã humanã. Et primo, quãtũ ad carnẽ. Secundo quantũ ad animã. Quantum ad primũ dicit. *Quod manifestatum est in carne.* Sicut verbum quod latet in corde manifestatur verbo sensibili, ita verbum dei in corde dei latebat, sed in carne est manifestatum. Io. 1. Verbum caro factum &c. Quantum ad animam dicit. *Iustificatum est in spiritu.* Hoc dupliciter exponitur. Primo, ne credatur quòd caro prius sit concepta, dicit quòd non, quia in spiritu i. per spiritum sanctum conceptus est Mat. 1. Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Quod enim ex te nascetur vocabitur filius dei. Et hoc, quia Spiritussanctus superueniet in te &c. Vel in spiritu sancto humano, de quo Io. 19. Emisit spiritum. Et sic est manifestatum in carne, quod tamen est cum spiritu. Et dicò spiritu iustificato, scilicet, quia iustus est absque omni macula. Deinde cum dicit. *Apparuit.* Ostendit eius manifestationem, & primo factam angelis, secundo hominibus, ibi, *Prædicatum.* Dicit ergo sacramentum illud quod apparuit angelis, & excedit etiam cognitionem angelorum. Illud aũt dicitur apparere quod in potestate sua habet videri, & non videri, & non subest potestati videntis. Vnde non dicitur, lapis apparet mihi, sed video lapidẽ. Si ergo angel⁹ in sua natura vel potestate haberet q̃ videret verbum, non diceretur verbũ apparere sibi, sed q̃ ipse videret cũ uellet. Et ideo dicit Apostolus quòd apparuit angelis, quia non in sua natura viderunt ipsum. Et uerum est, quòd a principio apparuit angelis

LECTIO III.

DIACONI sint vnius vxoris viri, q̃ filijs suis bene prę̃sint, & suis domibus. Qui n. bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirẽt & multam fiduciã in fide, quę est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me venire ad te

lis, quando ex cõuersione ad se, ædificauit ipsos, sed quando est incarnatum, multa mysteria innotuerunt angelis, quæ non cognouerant antea. Et ideo dicit Beda, quòd in natiuitate apparuit angelis claritas, quæ non antea in veritate visa est hominibus. Et hoc dupliciter. Primo, quantum ad ministerium apostolorum. Secundo, quãtũ ad cognitionẽ populorũ, q̃ bus manifestatur. Olim siquidem solis Iudeis manifestabatur, sed nũc in Gentibus. Et ideo dicit *Prædicatum est Gentibus*. Matt. vlti. Euntes ergo, docete omnes gentes &c. Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriã eius. Et hoc efficaciter, quia *Creditum est in mundo*. Et hoc dominus orabat. Ioan. 17. Et hoc maxime mirũ est, quòd per simplices pauperes & impotentes, totus mundus est conuersus. 1. Cor. 1. Non multi sapientes &c. Et hoc, vt non glorietur omnis caro &c. Secundo, manifestat quòd sola veritas dei hoc facit, quia *Assumptum est in gloria*. Christus, scilicet, quia manifestatus, assumptus est in cœlis. Mar. vlr. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum. Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.

CAPIT. IIII. LEC. I.

SPIRITVS autẽ manifeste dicit, q̃a in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum: in hypocrisi loquentiũ mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentiũ nubere, & abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei, & orationem.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS instruxit Timotheum de pertinentibus ad ordinationẽ ecclesiæ in spiritualibus. Secundo, quantũ ad documenta fidei, cultũ dei, & dispositionẽ ministeriorũ. hic instruit eum de ordinatione ecclesiæ, quantũ ad exteriora. Et primo, quantum cibos. Secundo, quantũ ad status hominum & diuitias, ibi *Quicumque sub iugo*. Item primo agit de vsu ciborum. Secundo de dispensatione ciborum. 5. cap. ib. *Viduas honora*. Item primo excludit superstitiosam abstinentiam. Secundo, præfert pietatẽ abstinentiæ licitæ, ibi *Exerce te*. Item primo prænuntiat falsam doctrinam de illicita abstinentia. Secundo, instruit eũ hæc proponere fratribus, ibi *Hæc proponens*. Item primo errorem manifestat. Secundo excludit ipsum, ibi *Quos deus*. Item primo prænuntiat errorem futurum ex parte deceptorum. Secundo ex parte decipientium, ibi, *In hypocrisi*. Item ponit actorem denuntiationis. Secundo fidei defectum, ibi. *Quia in nouissimis* Tertio causam defectus, ibi *Attendentes*. Dicit ergo, Magnũ est pietatis sacramentum, quod iustificatum est in spiritu, sed supra hoc sacramentum Spiritusanctus aliquid prænuntiat futurum, ad eũ enim pertinet reuelare mysteria. 1. Cor. 15 & Ioã. 16. Quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Spiritus ergo prænuntiat prius secreta in corde patris futura. Sed olim loquebatur in similitudinibus. Num. 12. Si quis fuerit inter vos prophęta domini, in visione apparebo ei, vel per somnũ loquar ad illũ Oseę. 12. Ego visione multiplicaui, & in manu prophetarũ assimilatus sum. Sed in nouo testamento *Spiritusanctus manifeste dicit*. Ioan. 16. Et palam, de patre meo annuntiabo vobis. Et prænuntiat defectum fidei futurũ. Vnde dicit *In nouissimis temporibus &c.* Nouissimũ tẽpus dicitur vltima ętas, quia nos sumus, in quos fines seculorũ deuenerunt. Tamen in hoc tẽpore, tãto amplius nouissimum est, quanto magis propinquũ nouissimæ diei. Et sicut in primitiua ecclesia, propter propinquitatẽ ad Christũ, & sacramenta recenter instituta, fuit feruentissima fides: sic in nouissimis tẽporibus, in cõparatione ad tẽpus apostolorum *Discedent quidam a fide*. quia carnales erunt, sed magis in fine abundabũt errores. Gene. 49. Cõgregamini, vt annuntiẽ quæ ventura sunt vobis nouissimis diebus &c. Causa defectus est duplex. Vna ex parte diaboli seducentis. 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua &c. Et ideo dicit *Attendentes spiritibus erroris*. s. dæmonibus, quorũ est officiũ in errorẽ mittere. Ioan. 8. Mẽdax ẽ, & pater eius. 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero spiritus mẽdax &c. Et dicit *Spiritibus*, quia dęmon maior multos habet ministros. Sed quomodo attẽdent eis? Nũquid eos videbũt? Nõ, sed loquetur in eis. Et ideo addit secundã causã s. fallam doctrinã. Et sm glosam, dicit hic fallos doctores, dæmones, nec immerito. Sicut enim boni homines interdũ dicũtur angeli: sic isti pp excellentẽ malitiã dæmones dicuntur. Ioã. 6. Nonne ego duodecim vos elegi? & vnus ex vobis diabolus. Ex parte decipiẽtiũ est duplex causa. Vna, eorũ falsitas. Alia, peruersitas conscientiæ eorũ. Quantũ ad primum dicit *Dæmoniorum*. i. hominum a dæmone possessorũ, & horũ dico. *Loquentium mendacium*. Hier. 23. Vsque quo istud est in corde prophetarum vaticinantiũ mendaciũ, & prophetantium seductiones cordis sui? Et nota, q̃ p mendaciũ simplex absque pallio apparentiæ, non posset aliquis decipere quempiam. Et ita hi neminem possent fallere, nisi prætenderent aliquod palliũ, vel bonæ intentionis, vel simulationis, vel falsæ authoritatis. 1 Cor. 3. Nemo vos seducat &c. 2. Tim. 3. Habentes quidẽ speciem pietatis. i. fictã pietatem. Et dæmoniorum dico. *Habentium conscientiam cauteriatam*. Cauterium est corruptio in carne per ignẽ, ex qua egreditur continue putredo. Ita ex igne peruersæ voluntatis, iræ, odii, concupiscentiæ, vlceratur conscientia, & dæmoniorũ egreditur falsa doctrina. Titum. 1. Coinquinatæ sunt eorum mentes. Deinde ostẽdit, quæ sit ista falsa doctrina, & tangit hæresim Manicheorum, qui damnant matrimonium, contra illud Mat. 19. Quos deus cõiunxit, homo non separet. 1. Cor. 7. Mulier non peccat, si nubat. Itẽ Manichei prohibent vsum ciborum, i. mãdant abstinere a cibis. Abstinere autem a cibis potest quis licite, intentione domandi carnem, sicut Timotheus abstinebat a vino, vel propter scandalum, sicut dicit Apo. 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meũ, non manducabo carnes in æternum. Itẽ illicite. Vno modo, propter legis præceptum, quasi legalia adhuc essent seruanda, contra qd loquitur ad Gal. 2. Alio modo, sm hæresim Manicheorũ, non q̃a prohibitũ lege (quã damnant) sed q̃a dicunt q̃ in carnibus, ouis, & vino, & hmõi. i. in aliqua talium particula, diuina natura est cõmixta, qd non potest de deo putari. Non vr autem hoc dicere de cibis legalibus, q̃a dicit, in nouissimis diebus, sed de prohibitis a Manicheis. Et istos Manicheos dæmones vocat, quia inter oẽs hæreses, plus dant diabolo de honore, quia ponũt eum principium ex æquo cum deo bono, ponentes eum principium visibilium. Improbat aũt Apls hanc erroneam doctrinã dupliciter, s. ex intentione dei creantis cibos. Sc̃do, ex conditione creaturæ, ibi. *Omnis creatura*. Dicit ergo, quòd prohibent abstinere, & hoc contra intentionem dei, qui. *Creauit eos ad percipiendum*. Gen. 1. & 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnia &c. Sed dicis, Nunquid plantæ pp animalia, & animalia pp homines? Respondeo, Dicendum est q̃ sic, sm etiam Philosophũ in. 1. Pol. quia imperfectum ordinatur ad perfectius. Et ideo sicut in generatione est multiplex perfectio, primo, s. plantarum, deinde animalium, & vltimo humana, ita in vsu rerum. Et ideo, *Ad percipiendum*, sed. *Cum gratiarum actione*. 1. Thes. vl. In omnibus gratias agite, quia, s. concessa sunt nobis a deo. Psa 21. Edent pauperes &c. Et subdit. *Fidelibus*, quia illi q̃ percipiunt cum gratiarum actione, sunt fideles. Nullus. n. potest gratias agere Deo in eo, qd illicitum est. Stultus. n. est qui agit gratias de fornicatione deo, quia deus non est actor malorũ. Ergo ille gratias agit, qui habet hoc, q̃ vsus ciborum sit licitus. Et hoc quidem innotescit per fidem solam. Et ex ista ratione dicit, *Fidelibus*. Deinde cum dicit. *Qui cognouerunt veritatem. Quia omnis &c.* Improbat errorem ex conditione creaturæ. Et primo proponit creaturam esse bonam sm se. Sc̃do, quantũ ad vsum. Dicit ergo. *Omnis creatura Dei, est bona*, s. in sua natura Gen. 1. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. A bono ẽt actore, nihil est nisi bonum. Sed q̃a multa sunt in se bona, quorũ tamen vsus non est bonus, ideo, probat omnem creaturam esse bonam, non solum in se, sed & quantum ad vsum. Et primo, ponit intentum. Secundo probat, ibi, *Sanctificatur enim*. Dicit ergo, Nihil reiiciendum est, s. ex debito diuinæ legis, quãmuis ex alia causa, sicut venenum comedere, in quantum cibus, non est peccatum, sed reiiciendum est, inquãtũ est mortiferum. Similiter nec alii cibi, inquantum res tales sũt, non sunt reiiciendi, sed inquantum incitant ad lasciuiam. Ergo secundum discretionem rationis, & ordinationem charitatis, nõ sunt reiiciendi. Mat. 15. Omne quod intrat in os, nõ coinquinat hominem &c. Quare ergo aliqui cibi in veteri lege sunt prohibiti? August. ponit rationem contra Faustum: quia in illo statu, non solum per verba, sed etiam per acta præfiguratus est Christus, Et ideo in cibis, vestibus, & sacrificiis fuerunt figuræ futuri status. Non ergo prohibentur secundum se, sed quia immundum figuræ sunt, sicut porcus est signũ immundæ vitæ. Et ideo prohibitio carnis eius, est signum q̃ in lege Christi est prohibita omnis immunditia. Et est exẽplum Augustini. Hoc nomen fatuus potest considerari secundum quòd est vox composita ex

ex literis, & sic est bona: vel inquantum signum, & significatiua talis rei, & sic mala est, & prohibita. Omnis ergo creaturæ vsus secundum se, est bonus. Cuius ratio est, quia si esset malus, hoc non posset esse, nisi inquantum diabolus post peccatũ hominis accepisset potestatem super eos: quia ex quo homo peccauit, accepit in hominem potestatẽ, & in ea, quæ sunt eius. Sed per Christum est ablata hæc potestas, & hæc vocatur sanctificatio. Vnde omnia quęcunque benedicim⁹, exorcizãtur primo, & ibi est oratio expellens diabolum. Et ideo dicit. *Sanctificatur enim per uerbum dei* i. per Christum, qui omnes sanctificat. Ioã. 17. *Et per orationem*, fidelium. Iacob. vltimo. Multũ valet deprecatio iusti assidua.

LECTIO II.

HAec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem, & aniles fabulas, deuita. Exerce autem teipsum ad pietatẽ. Nã corporalis exercitatio, ad modicũ vtilis est, pietas aũt ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & oĩ acceptione dign⁹. In hoc. n. laboram⁹, & maledicimur, q̃a speram⁹ in deũ viuũ ciuitate dei. Vnde eusebia est idem quod pietas. Iob. 28. Ecce pietas, ipsa est sapientia, secundum aliam translationem, ubi nostra sic habet. Ecce timor domini, ipsa est sapientia. Titum. 1. In agnitione ueritatis, quæ est secundum pietatem. Sed quantum ad terrenam pietatem, competit pietati, ut homo sit beneuolus cõpatriotis, sed quãtũ ad Christianam pietatem requiritur, ut homo omnibus hominibus sit beneuolus, quia omnes sumus eiusdem patriæ. Et ideo pietas sumitur pro misericordia. Cum ergo dicit, Exerce te ipsum ad pietatem: potest accipi: secundum quod pertinet ad cultum dei, & ad opera misericordiæ exhibenda. Glosa, ad pietatem, idest ad cultum omnipotentis dei, & ꝓpera misericordiæ. Et dicit, Exerce, non fac: quia exercitium dicit promptitudinem, & hoc ideo, quia exercitatus facit leuius, delectabilius, & stabilius. Prouer. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Deinde cum dicit. *Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est*. Præfert eam abstinentiæ. Et primo ostendit, ad quid ualet exercitatio corporalis. Secundo, ad quid pietas, ibi, *Pietas autem*. Corporalis exercitatio ieiunii, & huiusmodi, in sua natura non sunt bona, sed pœnalia, & si homo non peccasset, nihil horum fuisset, sed sunt bona medicinalia. Sicut. n. reubarbarũ est bonum, in quantum releuat a colera, sic, & ista, inquantum comprimunt concupiscentias, ergo ad istud, modicum sunt vtilia. 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo &c. Coll. 3. Mortificate mẽbra vestra, q̃ sunt super terrã. Et ideo, si homo esset in statu, in quo non posset peccare: non indigeret ieiunio, & hmõi Vnde Chrisostomus sup illud Matt. 16. Venit Iesus &c. Dicit, Ioãnes purus homo, indigebat medicina ieiunii: Christus deus erat, & non purus homo, & ideo huiusmodi non indigebat, ergo ad modicum vtilis est, quia tantum ad morbum peccati carnalis, non spiritualis: quia aliquando propter abstinentiam homo iracundiam, inanem gloriam, & huiusmodi incurrit. Deinde cũ dicit. *Pietas autem*. Præfert abstinentiæ pietatem, & accipitur hic vtroque modo, scilicet pro cultu dei, & misericordia. *Et est ad omnia vtilis*, quia ad omnia peccata delenda. Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleæmosyna resistit peccatis. Item ad bona promouenda. Ecc. 17. Eleæmosyna hominis, quasi sacculus &c. Item prometetur specialem Dei misericordiam. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et ideo ad hoc designandum, dominus. Matth. 25. specialiter commemorat opera misericordiæ. Quod probat subdens. *Promissionem habens*. In præceptis enim decalogi vnum solum inuenitur, quod pertinet ad pietatem, scilicet, honorare patrem, & matrem, & sub illo continentur omnia præcepta, ad quodcunque beneficium impendendum proximo, & hoc est solum præceptum inter ea, quæ sunt ad proximum habens promissionem, scilicet, vt sis longeuus &c. Exod. 20. Et Apostolus hic interpretatur longeuus, secundum vitam præsentem, & futurã. Vnde dicit. *Vitæ, quæ nunc est, & futuræ*. Proue. 3. Longitudo dierum in dextera eius. Sed tunc est quæstio, quia aliquando inuenitur aliquis pietatem sequens, qui tamen non est longeuus. Respondeo, sicut dicit Philosophus, hęc bona temporalia, intantum sunt bona, inquantum vtilia ad felicitatem. Vnde si quis haberet tãtum de temporalibus, quòd propter ipsa impediretur a bono virtutis, & felicitatis, hoc non esset sibi ad bonã fortunam, sed ad malam, vt dicitur. 10. Ethic. Et longitudo vitæ est vnum de temporalibus, intantum bonum, inquantum coadiuuat ad virtutem. Aliquando autem est occasio ad peccandum, & ideo deus aliquando subtrahit eam homini, non quia deficiat a promissione, sed quia dat quod melius est. Sapien. 4. Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Alia est quęstio, quia Apostolus præfert pietatem corporali exercitationi, quia habet spem vitæ præsentis, & futuræ. Sed nunquid corporalis exercitatio non habet spem? aliàs ieiunans non mereretur vitam æternam Respondeo, quando duæ virtutes sunt, & vna continet aliam, illud quod est superioris virtutis per se, competit per accidens inferiori, uirtus autem cui competit per se mereri vitam æternam, est charitas, cuius proprius, & immediatus effectus est pietas. Et ideo secundum propriam rationem, attingit ad merendam uitam æternam. abstinentia autem non, nisi inquantum ordinatur ad charitatem, & pietatem: quia si ieiunans non refert hoc ad dilectionem dei, non meretur uitam æternam. Tertia quæstio est, quia dicit hic Ambrosius in glosa, Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est.

LECTIO SECVNDA.

SVpra reprobauit superstitiosam ciborum abstinentiam: hic mandat Timotheo vt doctrinam præmissam proponat fidelibus, & primo ostendit, quid debet proponere. Secundo, quid debet vitare, ibi. *Ineptas autem*. Proponit ergo duas rationes, quare debet proponere præmissa. Vnam, ex commisso sibi officio. Secundam, ex eius educatione. Dicit ergo. Hæc quæ dixi supra scilicet, quòd omnis creatura est bona, & quòd nihil reiiciẽdũ &c. *Proponens &c.* Timotheus enim constitutus erat in officio ministerii Christi, quia omnes habentes officium prædicandi, & regendi, constituuntur ministri Christi. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Ille autem est bonus minister, qui sequitur intentionem domini sui, Christus autem hoc docuit. Matt. 15. Nihil quod intrat in os, coinquinat. Et ideo hoc officium requirit illud docere. Item ipsa educatio hoc requirit. Pro. 22 Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Et ideo inconueniens est, quòd aliqui nutriti veritate doctrinæ, recedãt ab ea. Vnde recedens a doctrina, qua ecclesia suos paruulos instruit, non est bonus minister Christi. Et ideo dicit. *Enutritus verbis fidei &c.* Verbum enim dei est spirituale nutrimentum quo sustentatur anima, sicut corpus p cibum. Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Hoc verbum fidei instruit primo, circa credenda, & sic dicit. *Enutritus verbis fidei*. Secundo, circa agenda, & sic subiungit. *Et bonæ doctrinæ*. Vel fidei verbum, quod & simplices habent, & bonæ doctrinæ quam spirituales magistri. Deinde cum dicit. *Ineptas &c.* Ostendit, quid vitandum sit, quia fabulæ ineptæ, & inanes. Fabula enim secundum Philosophum, est composita ex miris, & fuerunt in principio iuentæ (vt dicit Philosophus in poætria,) quia intentio hominum erat, vt inducerent ad acquirendum virtutes, & vitandum vitia. Simplices autem melius inducuntur repræsentationibus, quàm rationibus. Vnde in miro bene repræsentato videtur delectatio, quia ratio delectatur in collationẽ. Et sicut repræsentatio in factis est delectabilis, ita repræsentatio in verbis, & hoc est fabula, s. dictum aliquod repræsentans, & repræsentando mouens ad aliquid. Antiqui enim habebant aliquas fabulas accommodatas aliquibus veris, qui veritatem occultabãt in fabulis. Duo ergo sunt in fabula, quòd, s. contineat verum sensum, & repræsentet aliquid vtile. Item quòd conueniat illi veritati. Si ergo, proponatur fabula, quæ non potest repræsentare aliquam veritatem, est inanis, sed quæ non proprie repræsentat, est inepta, sicut fabulæ de thalmuth. Deinde cum dicit. *Exerce &c.* Exclusa superstitiosa abstinentia. hic comparat abstinentiam virtuosam aliis virtutibus. Et sciendum est, quòd iste Timotheus erat homo valde abstinens. Vnde dicit infra. 5. Quòd modico uino utatur, & forte, vt sit solicitus de his, quæ ad misericordiam pertinent. quia qui non parcunt sibi, frequenter nec aliis parcunt. Et ideo inducit eum, vt pietatem præferat abstinentiæ. Et primo, inducit eum ad pietatem. Secundo, præfert eam abstinentiæ, ibi, *Nam corporalis*. Tertio, confirmat quoddam dictum, ibi, *Promissionem*. Quarto, dat formam docendi pietatem, ibi, *Præcipe hæc*. Dicit ergo. *Exerce teipsum ad pietatem*. Pietas est, per quam parentibus, patriæque beniuolentiæ officium impendimur, sicut religio per quam cultum debitum deo exhibemus. Pietas enim importat quandam affectionem ad suum principiũ. Principium autẽ generationis, est pater, & patria. Et ideo oportet, quòd homo circa eos sit beneuolus. Pater autem omnium est deus. Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Et ideo nomẽ pietatis, est deriuatum ad cultum dei, ut dicit Augustinus 4. de

quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit. Vbi primo est dubium de prima eius parte, quia misericordia, & pietas immediate ordinantur ad charitatem, in qua est summa Christianæ religionis. Respondeo, quo rundam fuit opinio, sicut Aug. dicit. n. 10. de ciui dei, ꝙ exercentes pietatis opera, quantumcunque faciant peccata carnalia, finaliter nõ pereunt æternaliter. Et ad hoc est authoritas ista. Itẽ, quod habetur Matth. 25. Vbi damnandis solum improperat defectũ misericordiæ, ergo debetur pæna æterna solum immisericordibus. Augu. autem dicit contrariũ, quia Apostolus dicit, qui talia agũt regnum dei &c. Quantumcunque. n. exercitetur quis in misericordia, si in morte est in peccato mortali, nõ intrabit ĩ regnũ. Ad opposita dicendum est, quòd non est misericors, qui sibi non misereturſ, secundum illud Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placẽs deo, & hoc fit, si homo coniungatur deo per amorem, aliàs non est misericors. Ad illud euangelii respondet Aug. quòd non qui cunq; peccat detruditur in infernum statim, quia remanet ei locus pænitentiæ, sed ille detruditur, qui finaliter moritur in peccato, & pertinet pænitentia ad misericordiam. Sed quid dicit, Si lubricum &c. Respondeo, Dicẽdum est, quòd loquitur de Lubrico mortali. Et quod dicit, non peribit, licet hoc non sit ex condigno, tamen est ex cõgruo, inquantum disponitur animus ad bonum: unde dominus post lapsum hominem reparat. Et hoc præcipue videtur esse in pietate, quia homo benefaciendo aliis, inducit alios ad orãdum pro se, & Dominus donat aliquãdo veniam peccatoribus, precibus sanctorum: inquantum impetratur eis venia peccatorum, & donum gratiæ: quia homo potest mereri ex congruo alteri primam gratiam, aliàs pro nihilo oraret ecclesia pro peccatoribus. Deinde cũ dicit, *Fidelis sermo.* Ostendit quòd promittitur nobis futura vita, & primo ostendit hoc ex labore sanctorum. Secundo, ex eorum spe, ibi. *Quia speramus.* Tertio, ex benignitate Dei, ibi. *Qui est.* Dicit ergo. *Sermo,* quòd scilicet, pietas habet promissionem. *Est fidelis.* Quod supra expositum est. Et quare? *In hoc enim,* idest propter hoc, vt consequamur vitam æternam. *Laboramus.* 2. Timo. 2. Laborantem agricolam, oportet primũ de fructibus percipere. Itẽ, vt benefaciamus, licet mala sustineamus, unde dicit. *Benedicimus & maledicimur.* Iac. 1. Patiẽtia opus perfectũ habet, & Rom 5. Patiẽtia probationem operatur &c. Et sustinem⁹ p p spem vitę. *Quia speramus in Deum uiuum, qui est saluator,* vitæ præsentis, & futuræ. Itẽ ex officio Dei cuius est saluare. Es. 43. Non est absq; me saluator. Et iõ ĩcarnatus est Deus, & vocatus est Iesus. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, & Iesus idem est quòd saluator, quia saluat, salute corporali, quo ad omnes. Et ideo dicit. *Omnium hominum.* Item spirituali, quo ad bonos. Et ideo dicit. *Et maxime fidelium.*

qui est saluator omnium hominũ, maxime autem fidelium.

LECTIO III.

Præcipe hæc, & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide in castitate. Dum uenio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum præsbyteri. Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnib⁹. Attẽde. n. tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate.

Sed esto &c. vt scilicet talem exhibeas te, vt sis exemplum faciendi, quod verbo doces. Et notãdum, quòd in his, in quibus prælatus est exemplum, est multiplex differentia. Quædam enim ordinantur ad proximum, quædam ad Deum, quædam ad se. Quãtũ ad proximũ dicit, *Exemplo esto fidelibus,* vt scilicet, quod verbo præcipis, impleas opere. 1. Petr. vlti. Forma facti gregis &c. Et hoc in locutione. Vnde dicit *In verbo,* scilicet, põderato, ordinato, & circunspecto. Collo 4. Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus. 1. Pet. 4. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Item *In conuersatione.* exteriori, vt sicut excellit loco, & dignitate, ita & honesta conuersatione. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam &c. Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Quantum ad Deum ordinatur charitate, quæ perficit affectum. Vnde dicit, *In charitate.* 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &c. Collo. 3. Super omnia charitatem habentes. Item per fidẽ, quæ illuminat intellectum. Vnde dicit *In fide.* Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Quod specialiter competit prælatis, qui sunt custodes fidei. Vnde Luc. 22. Specialiter Dominus orat pro fide Petri, dicẽs, Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. Quãtũ ad se, uitã & mẽtẽ ordinat castitas, quia indecẽs est nimis, vt vita ministrorum discordet a vita Domini. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Christus autem sic castitatem dilexit, vt de virgine vellet nasci, & ipse eam seruauit, ideo sequitur, *In castitate* Deinde cũ dicit, *Dum venio &c.* Ostendit, quomodo sit idoneus ad docendũ, & primo facit hoc. Secundo assignat rationem præmissæ monitionis, ibi, *Noli negligere.* Per duo autem est idoneus ad docendum, scilicet per lectionem, in qua acquirit scientiam, & per exercitium, in quo efficitur promptus. Et ideo dicit *Dum venio, attende lectioni,* scilicet librorũ sanctorũ. 1. Mach. 12. Habentes solatio libros sanctos Ioan 5. Scrutamini scripturas. Et hoc significatur. Exod. 2. Vbi dicitur, ꝙ semper in arca Dñi debebant esse vectes in circulis, & circuli in angulis: quasi semper parati ad portandũ. Ad exercitiũ aũt necessaria ẽ exhortatio nostra, quãtũ ad agẽda, doctrina, quãtũ ad cognoscẽda. Ideo addit *Exhortationi & doctrinæ.* Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos sciẽtia & doctrina. Deinde cum dicit *Noli.* Ponit rationem monitionis præmissæ, & primo ponit causam, ex dono suscepto. Secũdo causam, ex præmio expectato, ibi *Attende tibi.* Itẽ primo ponit rationem. Secundo ostendit, quomodo quod in ratione continetur, impleri põt, ibi, *Hæc meditare.* Dicit ergo *Noli &c.* Quasi dicat, immo attende, quia qui recipit gratiam non debet in ea negligẽs esse, sed ex ea fructificare debet. Matt. 25. Seruus abscõdens in terra pecuniam, punitur propter negligentiã. *Noli ergo negligere gratiam &c.* Per hoc intellige, vel dignitatem episcopalem, vel donum scientiæ, vel prophetiæ, vel miraculorũ, quorũ nihil debet negligi. 2. Cor. 6. Ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Dico gratiam, *Quæ data est tibi per prophetiam.* idest per diuinam inspirationẽ. Nã in primitiua ecclesia, vbi pure & p p Deum electiones fiebant, nullus assumebatur ad episcopatũ, nisi per electionẽ diuinã, sicut electus est Ambrosius & Nicolaus. Et hanc inspirationẽ, vocat hic prophetiam. Vnde Glo. dicit. 1. per sanctorũ electionẽ, quia sancti non eligebant, quẽ a Deo nõ sciebant electũ. Itẽ apostolus præuidebat hũc profuturũ esse populo. Prou. 29. Cũ prophetia defecerit. 1. talis modus electionis dissipabitur populus. Et quomodo? *Cum impositione manus præsbyteri.* Alia littera habet. *Manuum præsbyterij.* Et sicut dictũ est, nomina præsbyteri, vel episcopi sunt p̃miscua, quia sacerdotes & præsbyteri. i. episcopi erant, qui recipiebãtur cum manus impositione. Num. 27. Voca Iosue, & impone manũ tuã super eum &c. Dñs ẽt imposuit manũ pueris, vt dicitur Matt. 19. Itẽ Apostoli septẽ diaconibus. Act. 6. Et ideo ordinãdis in episcopos imponuntur manus. Sed quæstio est, cum episcopus debeat ordinari a tribus, quare hic dicitur singulari numero præsbyteri? Respondeo, hoc ideo dicit, quia & si conueniant multi, tamen vnus est principalis, & alii coassistentes. Tamen potest dici, quòd tunc hæc constitutio nondum erat, & tunc pauci erant episcopi, qui non poterant congregari. Alia litera habet, præsbyterii. i. illorum, qui sibi imposuerunt manus, non inquantum homines, sed inquantum præsbyteri. Et hæc impositio significat collationem gratiæ, non quòd ministri dent gratiam, sed quòd significant gratiam datam a Christo. Vnde illorum est solum, qui sunt ministri Christi. Et ideo dicit. *Presbyterij, uel præsbyteri,* quia manus impositio, alia est quæ fit a diaconib⁹, & alia quæ fit a p̃sbyteris. Deinde cum dicit. *Hæc meditare.* Ostẽdit, quomõ impleatur, quod dictũ est, vt scilicet continue meditetur ea, quæ spectant ad officiũ suum. Heb. vlt. Ipsi. n. peruigilãt, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. *Hæc ergo meditare,* i. frequenter cogita, quæ sunt ad curã gregis tui. *In his esto,* idest tota virtus tua sit ad hoc. Et quare? *Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.* Matt. 5. Nemo accendit lucernam: & in absconditio ponit &c. Phil. 4 Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et hæc debet seruare propter præmium expectatum, propter quod subdit, dicens. *Attende tibi, & doctrinæ.* Aliqui sic attendunt doctrinæ, quòd sui curam negligunt: sed Apostolus dicit, quòd primo, attendat sibi, & postea doctrinæ. Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Vnde Iesus cæpit facere, & docere. *Insta in illis,* idest, instanter exerce. 2. Timo. 4. Insta oportune. Et fructus erit ex hoc copiosus, quia. *Hoc. n. faciens, & teipsum &c.* Et hoc est magnum. Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam a morte Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ &c. Vnde doctoribus debetur præmium aureolę. Deinde cum dicit. *Seniorem &c.* Ostendit, quomodo diuersimode diuersis suam doctrinam debet tradere, & ponit duas diuersitates. Vnam, secundum ætatem. Aliã, secundum sexum. Secundum ætatem primo, quantum ad viros. Secundo, quantum ad fœminas, ibi. *Anus &c.* Dicit ergo. *Seniorem &c. Sed obsecra, ut patrem.* Leui. 19. Honora personam senis. Et ideo non sunt mordaciter increpandi, sed obsecrandi. 1. Pet. 5. Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior. Et si Petrus senior hoc faciebat, quãto magis iuuenis hoc debet? Sed contra. Esa. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorũ maledictus erit. Respondeo, Dicendum est, quòd senex propter excedentem malitiam perdit honorem senectutis, & tunc increpandus. *Iuuenes ut fratres.* Matt. 23. Omnes vos fratres estis. Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Ex parte feminarum est differentia ætatum, *Quia anus ut matres,* maxime, quæ non sunt iuuenes. infra. 5. Viduas honora. *Iuuenculas, ut sorores.* Ex amore charitatis. Et hoc. *In omni castitate.* Quia amor spiritualis ad mulieres, nisi cautus sit, degenerat in carnalem, ideo in his, quæ ad iuuenculas pertinent, adhibenda est castitas, & ideo Apostolus addit hoc. Vnde Papa scribens eis, dicit. *Dilectis in Christo.* Sed uiris simpliciter dicit, Dilectis filiis.

LECTIO PRIMA.

Supra instruxit Timotheum de vsu ciborum, & de abstinentia: hic instruit eum de dispensatione ciborum, quæ fit spiritualibus personis, s. quæ dispensabantur viduis, & doctoribus. Primo ergo instruit eum de viduis. Secundo, de doctoribus ibi. *Et qui bene præsunt.* Circa primum, primo ostendit, quomodo viduis, & doctoribus sunt ministrãda alimenta per ecclesiã. Secundo, qualis uidua sit eligenda, ibi. Vidua eligatur. Item, primo ostendit qualibus viduis sit subueniendum. Secundo, manifestat quod dixit, ibi. *Si quæ autem.* Tertio, ostendit rationem dictorum, ibi. *Si quis.* Dicit ergo. *Viduas honora,* non solum reuerentiam exhibendo, sed necessaria tribuendo. Hæc enim duo intelliguntur in uerbo honoris. Vnde in præcepto honorandi parentes, intelligitur etiam de subuentione, q. d. In necessariis p̃uide, & hoc inchoatum est a principio ecclesiæ. Act. 6. Factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despiceren tur in ministerio quotidiano viduæ eorum. 2. Mach. 3. In templo pecunia posita erat ad alimoniam viduarum, & pupillorũ. Sed quas viduas? Illas, *Quæ uere sunt uiduæ.* Vidua dicitur qua si a uiro idua. i. diuisa. Nam vidua vere est illa, quæ non habet alias personas a quibus sustentetur, & huic necessaria dabantur de eleemosynis fidelium. Deinde cum dicit. *Si quæ autem.* Exponit, quæ sunt uere viduæ, & primo ostendit, quæ non sunt vere. Secundo, quæ sunt vere, ibi, *Quæ autem.* Circa primum, primo agit de institutione earum, quæ sunt vere viduæ. Secundo, rationem assignat, ibi. *Hoc enim.* Instruit ergo huiusmodi, quòd. *Discant domum suam regere.* Tob. 10. Docuerunt filiam suam regere familiam. Et dicit, *primum,* quia vidua quæ assumitur ad prouisionem sibi ab ecclesia fiendam, debet esse cum honestate uigilans. Et hoc est, quod dicit. *Discat.* Item debet suis parentibus seruire, & ideo dicit. *Mutuam &c.* Quasi dicat, Sicut parentes eã nutrierunt, ita & ipsa eos si habet. Et huiꝰ ratio assignatur, cũ subiungit, dicens. *Hoc enim est acceptũ &c.* Quia hæc non solum hominibus fiunt, sed Deo. Et hoc patet, quia Dominus de hoc specialem mandatum dedit Exod. 20. Quod etiam Dominus Iesus in euangelio noluit prætermitti. Item hoc natura docet, vt homo recompenset beneficia impendentibus. At nulli tantum impenderunt, quantum parentes. Deinde cum dicit. *Quæ autem vere.* Tractat de veris viduis. Primo, ostendens, quæ vere sint viduæ. Secundo, qualiter instruendæ sunt, ibi. *Speret in Deum.* Dicit ergo. *Quæ autem uere uidua est, & desolata,* idest, quæ non habet consolationem humanam. s. filios vel parentes, & talis quæ non habet aliud consolatium, *speret in Deum,* etiam quantum ad temporalia subsidia p ecclesiam sustentata. Et debet instrui primo, vt exercitetur in bonis. Secundo, vt caueat a malis, ibi. *Et hoc præcipe.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quibus debet occupari hæc vidua. Secundo, rationem assignat, ibi. *Nam uidua.* Dicit ergo. *Speret in Deum,* & actum spei conuenientem exerceat, quod fit per orationem, & obsecrationem, per quas obtinetur, quod speratur. Oratio enim eleuatio est mentis in Deum: obsecratio est postulatio per aliqua sacra. Et ideo subiungit. *Et instet obsecrationibus, & orationibus,* & dicit. *Die & nocte,* quia impossibile est, quòd animus hominis sit sine aliqua cura. Et ideo, ex quo vidua nihil habet in quo occupetur, debet vacare semper Deo. Luc. 2. Anna non discedebat de templo &c. Iudith. 8. Fecit cubiculum in superiori ad orandum. Deinde cum dicit. *Nam quæ.* Reddit rationem quare debet semper vacare orationi, scilicet, quia impossibile est, ꝙ animus non occupetur circa aliquam delectationem. Et cum animus otiosi non occupatur vtilibus, oportet, ꝙ occupetur carnalibus. Et ideo dicit, ꝙ vidua sic desolata vacet orationi: qa si nõ habet hãc occupationem, dat se deliciis, & sic mortua est morte peccati. Apoc. 3. Nomen habes, ꝙ viuas, & mortuus es. Esa. 38 Viuens, s. interius: viuens, s exterius, confitebitur tibi. Et licet deliciæ sint omnibus hominibus occasio mortis, specialiter tamen mulieribus, quia ex sui natura habẽt animi molliciem. Cum ergo deliciæ emolliant animum, necesse est, quòd mulieres multo plus emolliantur. Hiere. 31. Vsque quo deliciis dissolueris filia vaga? Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctũ. Deinde cum dicit. *Et hoc præcipe.* Ostendit, quòd instruẽdi debent cauere se a malis. Et ideo dicit, quòd etiam prohibeat hoc, præcipiens. *Quod mulieres,* quæ ab ecclesia sustentantur. *Sint irreprehensibiles.* Psal. 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Deinde cum dicit. *Si quis autem* Assignat rationem huius, quod dicit. *Discat primum &c.* Dicens, quòd oportet, quòd circa hoc instruatur vidua, quia hoc est de necessitate. Et ideo dicit. *Suorum,* quorum, s. cura ei incumbit. *Et maxime domesticorum.* Can. 2. Ordinauit in me charitatem. Et sicut Augu. dicit, possumus omnibus bene velle, sed illi qui sunt nobis coniuncti, æstimantur quasi quædam sors, & ideo magis diligendi. Ambr. in lib. de offi. dicit, quòd ratio huius est, quia forte his quibus non est verecundum suscipere a suis, esset verecundum suscipere ab aliis. *Fidem negauit,* per opera, quia si non seruat fidẽ his, quos sibi natura copulauit, consequẽns est, quòd nec aliis. Ti. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Sed nunquid est hoc verum? *Et est infideli deterior* Cuius contrarium videt per Aug. Io. 15. Si non venissem &c. Quia super hoc dicit, quòd ibi loquitur de peccato infidelitatis, quod est graui⁹ cæteris peccatis: quia peccata in Deum sunt grauiora, q̃ quę in proximũ. Respondeo, quòd status fidelis, ab infideli potest dupliciter considerari. Primo, quantum ad statum peccati, & sic infideles sunt in peiori statu, quia nihil agunt Deo acceptum. Secundo, quantum ad vnum peccatũ, & tunc econtra, fidelis, n. & infidelis si mæchentur, plus peccat fidelis, quia facit iniuriam fidei. Et sic dicit, ꝙ si fidelis contemnit curam parẽtum, grauius peccat, quàm

LECTIO TERTIA.

Superius Apostolus hortatus est Timotheum ad pietatem: hic dat ei formam docendi pietatem: cui primo iniungit, vt pietatem doceat. Secundo, quomodo sit idoneus ad docendum, ibi. *Nemo.* Tertio, quomodo diuersos diuersimode doceat, ibi. *Seniorem.* Doctrina uero pietatis in duobus consistit, s. in agendis, & credendis. Agenda autem non solum debent instruere, si sũt authoritatem habentes, sed etiam præcipere. Et ideo dicit. *Præcipe hæc.* Tit. 2. Argue cum omni imperio. Quantum ad credenda, dicit. *Et doce.* Matt. vlt. Docete omnes gentes. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Deinde cum dicit. *Nemo.* Ostendit, quomodo possit esse idoneus ad prędicta, & primo ad præcipiendum. Secundo, quomodo ad docẽdum, ibi. *Dum venio.* Circa primum duo facit, quia primo docet, quomodo debet excludere contemptum. Secũdo manifestat, per quid excludendum sit, ibi. *Sed exemplum.* Præceptum efficaciam non habet nisi per authoritatem præcipientis, & ideo quando authoritas contẽnitur, præceptũ frustratur, quod maxime fit in adolescentia, quia tales non creduntur prudentes esse. Vnde secundum Philosophum, nemo iuuenes elegit duces. Et ideo dicit. *Nemo &c.* Quasi dicat, Licet sis iuuenis, mores tamen representent senectutem. Tob 1. Cũ esset iunior. Deinde ostendit, quomodo excluditur contemptus dicens.

CAP. V. LEC. I.

Viduas honora: quæ vere viduæ sunt. Si qua autẽ vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autẽ vere uidua est, & desolata: speret ĩ Deum, & instet obsecrationib⁹, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior.

quàm si hoc faceret infidelis. 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum cõuerti &c.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit viduas ab ecclesia esse sustentandas: hic ostendit, quales sunt sustentandæ. Et primo ostendit, qualis sit eligenda: secundo, qualis vitanda, ibi. *Adolescentiores.* Circa primum, tria facit, quia primo ostendit esse eligendam ex tempore, secundo ex castitate: tertio ex bonorum operum exercitio. Ex tempore, quia. *Sexaginta annorum.* Sed de qua electione agit? Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo, quòd loqtur de electione, qua eligitur ad præsidendum gubernationi aliarum viduarum, quæ ab ecclesia nutriebantur, quæ sic antiqua præficiatur, vt de continentia eius nullus suspicetur. Num. 4. A triginta annis, & supra, vsque ad annos quinquaginta &c. Sed contra videtur, quia ecclesia facit contrarium, quia abbatissæ iuniores fiunt. Respondeo, Dicendum est, quòd inordinatum est, quòd nimis iuuenculæ fiant: sed tamen non est tanta diligentia ecclesiæ in eis, quę sunt inclusæ, vt in eis, quæ sunt liberæ. Alio modo, quòd loquatur de electione, qua eligitur ad hoc, quòd sustentetur stipendiis ecclesiæ, & talis eligatur non minus, quàm annorum sexaginta: qa iuuenes possunt laborare manibus, sicut & Apostolus, qui licet posset de euangelio viuere, tamen laborabat, sed vetulæ quiescunt. Ex castitate etiam eligenda est vidua, ideo dicit. *Quæ fuerit unius viri uxor.* Sicut. n. requiritur in episcopo, ꝙ sit vir vnius uxoris, ita in uetula, ꝙ sit uiri uni⁹ vxor. Glo. hoc dicit ꝑ ꝑdictũ sacramentũ. Hæc Glosa est magistralis, & parum valet. Nõ n. vr̃ ratio sumi ex aliquo sacramẽto, qa mulieres nõ suscipiunt aliqua sacramenta ministranda. Sed hoc dicit propter firmitatẽ vt, s. habeant continuum propositum seruandæ viduitatis. Sed Hieronymus in epistola ad Geruntiam, aliàs ad Eficiam, aliam rationem assignat, s. quòd apud Gentiles mos erat, quòd in sacris deorum nulla præerat, quæ haberet duos uiros. Et ideo Apostolus voluit, vt quæ alimentis ecclesiæ nutriebantur, nõ minus essent castæ. Iudith. 15. Eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris &c. Luc. 2. Vixit annis septem cum viro suo a virginitate sua. Et ideo est quasi laudabile signum castitatis, quòd vnius viri fuit vxor. Deinde cum dicit. *In operibus bonis &c.* Ostendit uiduam esse eligendam ex exercitatione bonorum operum, & primo in generali, secundo in speciali, ibi. *Si filios.* Tertio dat idem intelligere de omnibus bonis operibus, ibi. *Si omne opus.* Quantum ad primum, dicit. *In operibus bonis.* Prou. vlt. Laudent eã in portis opa eius. Et dicit. *Testimonium habens.* Ioan. 5. Opera quę dedit mihi pater, vt perficiam, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Exteriora enim opera ostendunt interiorem fidem. Iac. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Sed quæ opera? primo ad suos: secundo ad alios. Ad suos dicit. *Si filios educauit.* s. in timore Dei, & castitate. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. Quantũad alios, tãgit tria opa pietatis. Primo ad miam qa mulieres habentes cor molle, sunt naturaliter misericordes. Primo ergo docet hospitalitatem, ibi. *Si hospitio receperit.* Rom. 12. Hospitalitatem sectantes. Secundo, cum hoc simul ponit humilitatem, dicens. *Si sanctorum lauit pedes*, sic enim sunt sancti recipiendi, & honorifice tractandi. Luc. 10. Martha aũt satagebat circa frequens ministeriũ, sic Christus Io. 13. Si ergo ego laui pedes vestros Dñs, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Glo. Aug. sup Io. Faciunt hoc sibi inuicem fratres etiam in ipso opere visibili, & quod manu non faciunt, corde non faciunt. Multo aũt melius est, vt ẽt manibus fiat, nec dedignetur id quod fecit Christus, facere Christianus. Qui. n. ad pedes fratris inclinatur, ei in corde humilitas excitatur, vel si iam inerat, confirmatur humilitatis effectus. Tertio, fortitudinem, & constantiam, vt, scilicet, tribulatis assistat, vnde dicit. *Si tribulationem patientibus subministrauit.* Heb. 10. Vinctis compassi estis. Deinde cum dicit. *Si omne opus.* Concludit, in quibus debet esse bona, dicens. *Si omne opus bonũ subsecuta est*, idest prosecuta est. Galata. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Deinde cum dicit. *Adolescentiores &c.* Ostendit, quæ sint vitandæ. Et primo hoc ostendit, secundo assignat rationem, ibi *Cum enim luxuriatæ.* Dicit ergo, Eligantur viduæ talis ætatis, sed deuita adolescentiores viduas, idest passim non recipias ad sustentationem in ecclesia, præcipue infames & dissolutas: vel *Deuita eas.* quantum ad consortium, & familiaritatem. Eccl. 42. Melior est iniquitas viri, idest, securior ad commorandum, quàm mulier benefaciens: vnde ibi subditur, & mulier confundens in opprobrium. Prima expositio est literalis. Deinde cũ dicit *Cum enim luxuriatæ fuerint &c.* Assignat duplex ratio, ex duplici periculo, quod imminet. Circa primum duo facit, quia primo proponit primum: secũdo respondet quæstioni, ibi *Habentes damnationem.* Si enim adolescentes assumantur ad sustentationem ecclesiæ, sunt duo consequentia scilicet, ꝙ habeant sufficiẽtiam, & ꝙ non cogantur manibus operari. Ex vtroque autem imminet periculũ. Ex primo periculum castitatis. Vnde dicit *Cum enim luxuriatæ fuerint.* Luxuria quandoq; sumitur pro superfluitate actus venerei, & sic est vnum de septem vitiis capitalibus: quandoque vero sumitur pro omni superfluitate rerũ corporalium: & sic sumitur hic, quasi dicat, Cum habuerint superabundantiam *In Christo*, idest per suffragium Christi, tunc *Nubere volunt.* Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Valerius dicit, quòd a cerere, idest cibo, & libero patre, propinquus est locus ad venerem Oseæ. 4. Comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerũt &c. Deinde cum dicit *Habentes &c.* Respondet tacitæ quæstioni. Posset enim aliquis dicere, Quid enim mali est, si nubant? Tu enim dicis. 1. Cor. 7. Mulier nõ peccat, si nubat. Ideo dicit *In hoc habent damnationem, quia primam fidem &c.* s. castitatis, quam vouerunt, aliàs enim non fuissent assumptæ ad alimoniã. Vnde dicit Aug. hic, ꝙ ex solo proposito quis incurrit dãnationẽ Verum est, si sit ad determinatũ & cũ consensu. Eccl. 4. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Luc. 9. Nemo mittens manum in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Ex secundo scilicet, quòd non laborant, tria mala incurrunt. Primum malum est otiositas. Eccles. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Prouer. 12. Qui sectatur otium stultissimus est. Ex otiositate sequuntur hæc mala. Cor mulieris non est firmum sicut viri, & propter hoc ad diuersa mouetur. Si ergo non astringatur ad operandum, oportet ferri ad diuersa. Et ideo est periculum, quòd mulieres sint otiosæ, vnde antiqui occupabant eas. Item efficiuntur instabiles quantum ad locum, quia discunt circumire domos. Prouer. 7. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Hierem. 14. Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Quantum ad verba dicit *Verbosæ.* Ex quo enim non occupantur, multum vacant nugis. Prouer. 7. Garrula, vaga, quietis impatiens. Quantum ad cor *Curiosæ*, quia ex quo non occupantur in suis, intromittunt se de alienis, & ideo *Loquuntur, quæ non oportet*, quia omnium facta diiudicant. Ecclesia. 9. Colloquium eius, quasi ignis exardescit. Deinde cum dicit *Volo ergo &c.* Ostendit, cui operi sit applicandæ scilicet vt nubant. Et proponit primo documentum, secundo assignat rationem, ibi, Iam enim. Dicit ergo. *Volo Iuniores.* scilicet viduas, *Nubere.* Contra. 1. Corin. 7. Bonum est eis, si sic permaneant, ergo debet melius dicere, Volo continere. Respondeo. Hieronymus dicit, quòd illud. 1. Corin. 7. Volebat ex principali intentione, sed vnusquisque habet proprium donum a Deo. Et ideo subdit, Melius est nubere, quàm vri, Et ideo in quo casu loquitur, videndum est, quia in hoc, ne primam fidem faciant irritam: & ideo quod hic dicit, volo, intelligitur non ex principali intẽtione *Filios procreare.* & nõ eos occulte occidere per abortsum, supra. 2. Saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ, si permanserit in fide *Matresfamilias esse.* vt. s. sint occupatæ, nec verbosæ discurrant per domos. Et etiam hoc volo, *Vt nullam occasionem dent aduersario*, idest vel diabolo, vel gentili *Maledicti gratia*, idest, vt possit maledicere ecclesiis Dei. In quo sic concludit vitam viduarum, vt sic viuant, quòd in nullo alios prouocent ad lasciuiam. 1. Pet. 2. Sic est voluntas Dei, vt bene facientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Et est eius hæc ratio, quia. *Quædam vouentes castitatem, conuersæ sunt retro*, votum irritantes. Et tales vadunt, *post Sathanam*, per imitationem, qui apostatauit de societate angelorum. Deinde cum dicit. *Si quis.* Ostendit, quæ viduæ sunt nutriendæ a priuatis personis, & primo ponit documentum: secundo rationem, ibi. *Et non grauetur.* Dicit ergo, ꝙ quę est vidua, uere speret in Deo, sed iam si qua habet fratres, vel parentes, sustentetur ab illis. Et ideo dicit. *Siquis fidelis &c.* Quia hoc est opus pietatis. Et hoc. *Vt ecclesia non grauetur &c.* Et hoc necessarium est, quia tunc ecclesia non habuit possessiones, sed modo habet possessiones deputatas ad hoc. 1. Thess. 1. Nocte, & die operantes, ne quem vestrũ grauarem⁹.

LECTIO TERTIA.

SVperius egit de viduis honorandis, quæ stipendiis ecclesiæ sustentabantur: hic agit de honoratione presbyterorum, & primo, instruit Timotheum qualiter se habeat ad eos. secundo ostendit, quomodo quædam dicta sunt intelligenda, ibi. *Quorundam hominum.* Item primo ostendit, quòd prẽsbyteri sunt honorandi: secundo, confirmat per authoritatem, ibi, *Dicit enim scriptura.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit ꝙ sunt honorandi: secundo ostendit, qua ratione debetur eis honor, ibi. *Maxime qui.* Dicit ergo, *Qui bene præsunt presbyteris.* Præsbyter idem est quòd senior, & sicut senes ætate, consueuerunt habere prudentiam. Iob. 12. In multo tempore prudentiã, ita qui sumitur ad regimen ecclesiæ debet prudens esse. Luc. 12. Fidelis seruus, & prudens &c. Et ideo prælati ecclesiæ, s. episcopi, & sacerdotes, vocantur prẽsbyteri. Et ideo dicit, *Qui præsunt &c.* Nec hoc tantum, sed oportet, quòd bene prẽsint, s. ad Dei honorem, & non ad propriam commoditatem. Ezech. 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Item, prudens sit, vt vnicuique det tempore suo. 1. Corinth. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Isti. *Duplici digni sunt honore*, quorum vnus est in ministratione necessariorum. Tob. 1. Ex his quibus honoratus fuerat a rege, habuisset decem talenta argenti &c. Prouer. 3. Honora Dominum de tua substãtia. Item, alius in exhibitione reuerentiæ. Eccle. 4. Præsbytero humilia animam tuam. Hebr. 12. Obedite præpositis vestris. Prouerb. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Es. 16. In terra sua duplicia possidebunt. Sed. *Maxime*, præcipue hic honor est illis exhibendus, qui hoc merentur suo labore, scilicet. *Qui laborant in uerbo*, prædicationis. Phil. 2. Inter quos luceris, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Col. 3. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes. Item. *In doctrina*, idest, in eruditione. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos sciẽtia, & doctrina. Et Ephes. 4. Iungit pastores, & doctores, quia hoc est officiũ Episcopi. Deinde cum dicit. *Dicit enim*, probat per duplicem authoritatem, & vnam introducit secundum sensum mysticum, aliam secundum literalem, ibi, *Dignus est.* Dicit ergo. *Dicit enim scriptura*, s. Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti.* 1. Cor. 9. Probat Apostolus hoc esse intelligendum de doctoribus, quia Deo nõ est cura de bobus, nõ quin subsint diuinæ puidẽtię, sed quia Deo nõ est cura, qualiter boies tractent boues, qui possunt eis vti vt volũt. Vñ illa lex non est de bobus, sed ꝑ similitudinẽ dr̃. q.d. Homini laboranti in officio ꝑdicationis & regiminis, nõ prohibeas, quin viuat de illo officio. Per boues, intelliguntur docentes. Prou. 14. Vbi plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Per messes, fideles. Matt. 9. Messis quidem multa &c. Ergo non sunt ꝓhibendi ꝑdicatores & doctores, qn sumptꝰ habeãt. Alia authoritas est. *Dignus est operarius cibo suo.* Mat. 10. Vel potius in veteri testamento est, licet non sic scripta sit. Nec consuetus Apost. de euangelio adducere authoritatem, nisi cum expressione dicentis, sed sumitur hæc de Leui. 9. Non morabitur apud te merces mercenarii tui vsque mane. Sed nunqd isti sumptus sunt merces? Dicit Aug. in Glo. quòd sic. Non tamen venale est euangelium, vt pro istis prædicetur. Merces. n. quãdoq; dicitur, ꝙ homini redditur pro præmio finali, & sic absit, ꝙ prædicatorum merces sint huiusmodi sumptus, quandoq; dicitur merces solum, quo quis fit dignus laborando. Et hoc modo, large hic dicitur merces. Et ideo dicit Aug. Accipiant ergo &c. Deinde cum dicit. *Aduersus presbyterum*, agit de correctione præsbyteri, dicens, quòd præsbyteri, qui bene præsunt, duplici honore sunt honorandi, sed mali sunt corrigendi. Circa quod tria facit. Primo dicit, quòd faciliter eorum accusatio non admittatur. Secundo, quòd culpabiles sunt publice corrigẽdi, ibi, *Peccantes.* Tertio, quòd nõ dãnentur temere, ibi. *Sine præiuditio.* Dicit ergo, Tu maior præsbyter. *Noli aduersus presbyterum accusationem &c.* Duo sufficiũt, si boni sũt. Cuius dicti ratio est in Glo. quia non est facile accusanda, tam alti ordinis persona, quæ sit vice Christi. Sed hoc non videtur sufficere, quia aliorum accusatio. *Non nisi sub duobus, vel tribus testibus.* admittitur. Deut. 17. In ore duorum aut trium testium peribit, qui occidetur. Vnde notandum, quòd aliud est accipere accusationem, & aliud condemnare accusatum, secundum non debet iudex, nisi cum testibus conuictus fuerit damnandus, & hoc in hominibus vulgi, sed in sacerdotem non debet accusationem recipere nisi sit euidens. Deinde cum dicit. *Peccantes &c.* Ostendit quomodo puniatur si sibi probetur, & primo ostendit, quòd publice corrigat eum: secundo adiurat eum, quòd obseruet ista, ibi. *Testor coram.* Dicit ergo. *Peccantes*, tam præsbyteros, quàm quoscunque. *Coram omnibus argue.* Et quare? *Vt cæteri timorem habeant.* Proceditur tamẽ aliter in correctione fraterna, aliter in iudiciaria, quia iudex gerit personam publicam, & ideo debet intendere bonum commune, quod læditur per peccatum publicum, quia multi scandalizantur. Et ideo iudex ecclesiasticus sic debet publice punire, vt alii ædificentur. Eccle. 8. Quia non cito profertur contra malos sententia, absq; vllo timore filii hominum perpetrant mala. Pro. 19. Pestilente flagellato, stultus sapiẽtior erit. Nota, quòd dicit. *Coram omnibus.* Sed cõtra Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuꝰ, corripe eum inter te, & ipsum solum &c. Respondet August. in Glo. distingue tempora, & peccatum, quia aliud est occultum, aliud publicum. Sed primum indiget occulto remedio, idest, occulte est arguendum, & de hoc loquitur Dominus. Vnde dicit in te, s. solo, quasi occulte. Sed Apostolus loquitur de peccato publico, quod publica pæna indiget. Et hoc significatur in mortuis, quos Dominus suscitauit. Matt. 9. Puellam suscitauit intra domum, per quod occultum peccatum intelligitur, vnde, & tũc eiecit turbam, sed Luc. 7. Filium viduę extra portam, coram omnibus, per quod ostenditur publicum peccatum publice puniendum. Deinde cum dicit. *Testor &c.* Quia iudex ecclesiasticus maxime gerit in iudicando personam Dei: ideo per Deum attestandus est, quòd iuste iudicet. Sic enim debet arguere corã omnibus, quòd non despiciat iudicium Dei. Vbi tria ostendit. Primum est authoritas diuina, quia Deus pater authoritate iudicabit, ideo dicit. *Coram Deo.* Gen. 18. Iudicas omnem terrã. Itẽ Christus homo sicut in iudicio cõparens. Io. 5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et ideo dicit, *Et Christo Iesu.* Item angeli sicut ministri Mat. 25. Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit sup sedẽ maiestatis suę. Ideo addit. *Coram angelis.* Iob. 10. Instauras testes tuos cõtra me. Deinde cũ dicit. *Sine præiudicio.* Remouet temerariũ iudiciũ, dicens. *Sine præiudicio.* Vt, s. nõ temere pcedas, sed cũ deliberatione nihil faciens, s. declinãdo ad aliq̃ partẽ. Vel sine piudicio, i sine pcedẽti discussioẽ. Eccl. 33. Sine iudicio nihil facias graue Iob. 29. Causam quã nesciebã diligẽtissime inuestigabã, alioqn nõ esses medius inter partes. Exo. 23. Nõ declinabis in iudicio pauperes. Deinde cũ dicit. *Manus cito nemini imposueris.* Agit de promotione, & hoc vr̃ esse ratio primi. Sicut. n. nõ debet cito punire, ita nec cito pmouere, i. ordinare de facili, ad sacros ordines. Supra. 2. Et hi pbentur primũ, &c. Nu. 11. Cõgrega ad me. 70. virros de senioribꝰ Israel, quos tu nosti, ꝙ senes sint populi ac magistri, q.d. illos quos tibi cõstat idoneos esse. Et quare? *Neque communicaueris peccatis alienis*, qa si inordinate pmoueas, & ex hoc cõtingat pctũm eis, vel in plebe, hoc tibi imputabit. Vel cõmunicat alienis, qa nõ corripis cũ pot. Ro. 1. Digni sunt morte, non solũ qui faciunt ea, sed ẽt qui consentiunt facientibus. Esa. 52. Pollutum noli tangere. Deinde cum dicit, *Teipsum &c.* Ostendit, quomodo habeat se, ad seipsum, & hoc

hoc ſaris rationabiliter, quia contingit quòd aliquis ita fertur ad alios quod ſe negligit. Vnde primo, hortatur eum ad caſtitatem: ſecundo, ex hoc reprimit immoderatam eius abſtinentiam, ibi. *Noli adhuc &c.* Dicit ergo. *Tu qui alios debes corrigere. Teipſum caſtum &c.* 1.Cor.9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cũ aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Iſte ſiquidem Timothe⁹ erat nimiæ abſtinentiæ, & ad vitandũ carnis peccata, corpus macerabat. Eccle. 2. Cogitans in corde meo, abſtrahere a vino carnẽ meam &c. Et quia propter hoc fuit infirm⁹ totaliter, ideo dicit: *Noli adhuc*, poſtquam es infirmus. *Aquam bibere*. Et quare? Quia Leui. 2. Quicquid obtuleris ſacrificii, ſale, ſi diſcretionis, condies: Roma. 12. Rationabile obſequium veſtrum Et ideo dicit. *Vtere uino, ſed modico.* Non ad ebrietatem. Eccle. 31. Exultatio animæ, & cordis vinum moderate potatum. *Propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas*, ſcilicet, quæ tibi ex abſtinentia prouenerunt. Glo. Laborandum enim eſt, vt ſi fieri poteſt, cœptum officium gradatim promoueatur: potius quàm per inconſiderationem diminuatur. Sed notandum eſt, quòd ſanabat Paulus infirmos, & mortuos ſuſcitabat, & tamen Timotheum curat conſilio medicinę, per quod datur intelligi, q̃ non ad omnes vtebatur miraculis, ſed quando expediebat propter fidem. Deinde cum dicit. *Quorundam &c.* Oſtendit qualiter intelligenda ſunt duo, quæ dixit, ſ. ſine præiudicio nihil in condemnationibus fiendum. Itẽ manus cito &c. Et primo, primũ: ſecundo ſecundum Quantum ad primum dicit. *Quorundam enim peccata &c.* Quaſi dicat, Superius dixi ſine præiudicio &c. Tamen debes adhibere conſiderationem: quia quędã peccata ſunt notoria, & hæc non indigent examinatione: quædam occulta, & hæc indigent. Vnde in iſtis vere intelligitur ſine præiudicio, & non in primis, quia illa præcedunt iudicium. iſta vero ſubſequuntur, f. manifeſtatio per diſcuſſionem non tunc publicãdã. Pro. 27. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Secundo, dicit. *Manus cito &c.* Quod dicit eſſe intelligendum in non manifeſte bonis, quia. *Similiter facta bona*, quorundã. *Manifeſta ſunt.* Matt. 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum. Io. 3. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifeſtentur eius opera. *Quæ aliter ſe habent*, i. quæ non ſunt manifeſta. *Abſcondi non poſſunt*, quia Matt. 10. Nihil opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur, q̃ a uel in futuro, vel ẽt hic omnis iniquitas manifeſtatur. Et in his nõ eſt facilis impoſitio iudicium, quorundam autem ſequuntur. Similiter, & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

CAPIT. VI. LEC. I.

Vicunque ſunt ſub iugo ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrẽtur: ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt, & dilecti, quia beneficii participes ſunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, cõflictationes hominũ mẽte corruptorum, & qui ueritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia.

Nihil enim intulimus in hunc mũdum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.

LECTIO II.

Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, q̃ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: per fidem viuit iuſtus. Item per eam vincitur mundus. Secundum eſt dignitas diuinæ dilectionis, ideo dicit. *Dilecti*, ſcilicet excellentius aliis creaturis, quia adoptantur in filios Dei. 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filii Dei nominemur, & ſimus. Tertiũ eſt beneficium gratiæ, ideo dicit. *Quia beneficii participes ſunt*, ſcilicet, quantum ad ſacramentum Domini. 1. Cor. 10. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini eſt? Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te. *Hæc doce*, ſcilicet neſcientes. *Et exhortare*, vt impleant ſcientes. Tit. 2. Hæc loquere &c. Deinde cum dicit. *Si quis*. Excludit contrariam aſſertionem. Et primo, modũ falſæ doctrinæ: ſecundo, radicem, ibi. *Superbus*. Tertio, effectum eius, ibi. Ex *quibus*. Si vis ſcire, quæ doctrina ſit erronea, hoc oſtẽdit ex tribus. Primo, ſi ſit contra doctrinam eccleſiaſticam. Et ideo dicit. *Si quis aliter docet*, ſcilicet, quàm ego, & alii Apoſtoli, quantum ad primum. Gal. 1. Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Doctrina enim Apoſtolorũ, & prophetarum dicitur canonica: quia eſt quaſi regula intellectus noſtri Et ideo nullus aliter debet docere. Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod loquor uobis, neque auferetis ex eo. Apo. vlt. Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Quantum ad ſecundum dicit. *Et non acquieſcit &c.* Nam Dominus Ieſus uenit, vt teſtimonium perhibeat veritati. Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et ideo miſſus eſt a patre ſicut doctor, & magiſter. 1. Mach. 2. Ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater &c. Et ideo erroneus eſt q̃cunq; non acquieſcit ſermonibus eius. 1. Reg. 15. Quaſi peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. Et dicit. *Sanis*, quia in Chriſti ſermonibus nihil eſt corruptionis, nihil falſitatis, vel puerſitatis, q̃ a ſunt ſermones diuinæ ſapientiæ. Pro. 8. Iuſti ſunt ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiã. Quãtũ ad 3. Pro. 6. Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuę. Vnde dicit. *Et ei, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ*, ſcilicet eccleſiaſticæ. Hæc pietas eſt p̃ cultum Dei. Tit. 1. Secundũ agnitionẽ veritatis, quæ eſt ſẽdum pietatẽ: Radix aũt erroris eſt duplex, ſ. ſuperbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantũ ad primum dicit. *Superbus*. Dicitur aũt ſuperbia radix errorũ dupliciter. Primo, quia ſuperbi volunt ſe intromittere de his ad quę non attinguntur, & ideo neceſſe eſt, quòd erręt, & deficiant. *Eſ.* 16. Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plus q̃ fortitudo eius &c. Itẽ, q̃a nolunt intellectum alteri ſubiicere, ſed inniituntur ſuæ prudentiæ, & ideo nolunt obedire ſcripturæ ſacræ. Contra hoc dicitur Pro 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Pro. 11. Vbi humilitas, ibi ſapientia. Item defectus intellectus. Vbi ſciendum eſt, quòd ſicut in corpore ſanitas eſt quędam æqualitas humorum, ita ueritas eſt quædam æqualitas in intellectu, quia veritas eſt adæquatio rei, & intellectus. Vnde, ſicut infirmus quando non habet æqualitatem complexionis ad modica contraria accidentia læditur, ſic in intellectu quãdo homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem p̃ quam poſſit iudicare veritatem, a qualibet queſtionis difficultate, incidit i errorẽ. Vnde dicit. *Languens circa quæſtiones, &c. Sap. 9.* Homo infirmus, & exigui tẽporis, & minor ad intellectũ iudicii, & legũ. Sicut dicit Boetius, ita ſe habet intellectus ad rationem, ſicut circulus ad centrum. Ratio enim diſcurrit, conſiderando actus ac defectus, & habitudinem vnius rei ad aliam. Et niſi reſoluat vſq; ad intellectum veritatis, vana eſt ratio. Vnde, quando accipit veritatem rei, habet eam quaſi centrum. Quidã autem diſcurrunt, & non attingunt. 2. Timo. 3. Semper diſcentes, & nunquã ad ſcientiam veritatis peruenientes. Et ideo dicit circa q̃ſtiones. i. nõ puenientes ad ipſum centrũ, & dicit. *Quæſtiones &c.* Quia in aliquibus dubitatio fit ex parte rei, in aliq̃bus ex parte verborũ, & nominum. Et ideo dicit. *Quæſtiones*, quantum ad primum, ſ. de rebus ſuprà. 2. Quæ q̃ quæſtiones p̃ſtant magis quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Quãtũ ad ſecundum, dicit, Pugnas verborũ. Prouerb. 19. Qui tm̃ verba ſectatur nihil habebit. Et dicit. *Pugnas verborum*, quod intelligitur quando fit diſſenſio ex verbis tantum orta: quia Dominus dicit Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis, & Matth. 17. Ergo liberi ſunt filii. Si ex hoc vellent aliqui inferre, quòd omnes catholici ſicut sũt filii Dei, ita eſſent etiam liberi, eſſet pugna verborum, quia Dominus loquitur ibi de libertate ſpirituali, non de carnali. Deinde cum dicit. *Ex quibus &c.* Ponit effectum erroris. Et primo, ponit ipſum effectum: ſecundo manifeſtat quædam quæ dixerat, ibi. *Eſt autem quæſtus*. Item primo oſtendit, quæ mala ſequantur ex falſa doctrina: ſecundo, in quibus, ibi. Hominum mente. Inter mala vero quæ ponit, quædam ſunt intus in corde, quædam exterius. Interius ſunt inordinati motus reſpectu boni, vel reſpectu mali. Reſpectu boni eſt inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alieno. Vnde dicit. *Inuidiæ*. Quod poteſt intelligi. vel in p̃poſito, vel uniuerſaliter, quia cum aliqui laborant non ad veritatem, ſed ſolummodo ad uerba, non vident æquo animo, ſi aliquis præualet. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Item in propoſito, quia ſi ſerui habentur, vt liberi, & non ſubditi, Domini inuidebunt, & dolebunt ſeruos ſibi æquari. Ex inuidia vero, homo inſurgit contra proximum cui inuidet. Et hæc eſt cõtentionibus. Vel inſurgit contra Deum, & hoc eſt blaſphemia. 2. Pet. 2. Quæ ignorant blaſphemantes &c. Reſpectu vero mali eſt ſuſpitio. Vnde dicit. *Suſpitiones malæ*, ſcilicet Dominorum aduerſus Chriſtianos, quaſi libertatem ad lucrum finxerimus. Vel quòd ſolum tota doctrina Chriſtiana eſſet inuenta, vt ſerui fierent liberi Eccle. 3. Multos ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſẽſus illorum. Et ex iſtis ſequuntur conflictationes aduerſus fideles. Gene. 13. Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham, & Loth. Sed hoc non eſt in cordibus omnium, ſed quorundam. Et ponit tres eorum conditiones, quarum prima pertinet ad defectũ luminis naturalis: ſcd̃a ad defectum cognitionis: tertia ad uitiũ inordinatæ affectionis. Quãtũ ad primum dicit. *Hominum mente corruptorum*, i. ratione etiã naturali, qui habent peruerſum iudicium. Pſalm. 13. Corrupti ſunt, & abhominabiles facti ſunt. Quantum ad ſecundum dicit. *A veritate*, ſ. cognitionis eius. *Priuati ſunt.* Oſeæ. 4. Non eſt ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Quantum ad tertium dicit. *Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem*, i. quòd cultus Dei ordinetur ad quæſtum, & acquiſitionẽ diuitiarum. Sap. 15. Exiſtimauerũt luſum eſſe uitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitã ad lucrum, & oportere vndecunque, etiam ex malo acquirere. Homines ergo huiuſmodi, qui hoc credunt, de facili contemnunt, & incidunt in mala prædicta. Deinde cum dicit. *Eſt autem*, Declarat ultimo dictum, ſ. quæſtum eſſe pietatem. Et primo oſtendit, quomodo pietas habet ſe ad quæſtum: ſecundo oſtendit, quòd non conſiſtit in quæſtu diuitiarum exteriorum, ibi. *Nam qui uolunt.* Item primo, oſtendit primum: Secundo, rationem aſſignat, ibi. *Nihil enim.* Dicit ergo, Iſti dicunt quæſtũ eſſe pietatem, ſed ego dico, quòd. *Pietas eſt quæſtus*, ideo addit *cum ſufficientia*, ſed illarum diuitiarum, quæ dant ſufficientiam Et hoc conſiſtit in duobus. In uno principaliter, ſcilicet pietate, q̃ ordinat alia in Deum, & proximum, & hæc ſunt virtutes, & dona gratiæ. Sap 7. Infinit⁹. n. theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Secundo in ſuſtentatione vitę. Vnde dicit, Cum ſufficientia, i. in his, quæ ſunt neceſſaria ad vitam. Matt. 6. Quęrite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius &c. Supra. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt. Deinde cum dicit. *Nihil enim &c.* Aſſignat rationem huius. Et primo, ex humana conditione: ſecundo, ex eius neceſſitate, ibi. *Habentes.* Conditionem autem ponit quantum ad duo, ſcilicet, quãtum ad principium, quia. *Nihil intulimus &c.* Quaſi dicat, Sufficit neceſſitas, non expedit ſuperfluitas, quia nihil intulim⁹ *In hunc mundum*. Iob. 1. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Item quantum ad finem, qui. *Nihil auferemus.* Pſal. 75. Dormierũt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ ſuis. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Eccle. 5. Quomodo venit, ſic reuertetur. Quantum ad neceſſitatẽ dicit. *Habentes alimenta, & quibus tegamur*, quia bona ſunt propter neceſſitatem, quibus indiget homo contra interiora conſumentia, & hæc ſunt alimenta, vel contra exteriora corrumpentia, & ſic indiget homo tegumentis veſtium, & domorum. Hebvlt. Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Eccle. 29. Iucũdum vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

LECTIO SECVNDA.

Supra oſtendit Apoſtolus, quid ſit queſtus Chriſtianis ex pediens: quia pietas cum ſufficientia: hic oſtendit, quòd quærentes ſuperfluum quæſtum diuitiarum, incurrunt damna multa. Et primo oſtendit mala, quę ſequuntur ex inordinato appetitu diuitiarum: ſecundo aſſignat rationem, ibi. *Radix enim:* Mala aũt, quæ ſequuntur, ſunt duplicia. Quædam enim oriuntur ex hoſte exteriori, quædam vero a concupiſcentia interiori, ibi. *Deſideria.* Dicit ergo, ſimus contenti alimentis &c. Quia. *Qui uolunt diuites fieri.* Non ad neceſſitatem, ſed ad abundantiã diuitiarum. *Incidunt &c.* Eccle. 10. Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Eccl. 5. Qui amant diuitias, fructum non capient ex eis. Et ponit duo, ſcilicet tentationes, & laqueum: quia primo tentant, inquantum diuitiæ alliciunt, & inducunt ad aliqua peccata. 1. Theſſ. 3. Ne forte tentauerit vos, qui tentat &c. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat niſi humana, & laqueo inuoluunt, quia diuitiæ ſunt non habentibus ad tentationem, habẽtibus in laqueum: quia non libenter reddunt eas quas auferunt. Prouer. 21. Qui congregat theſauros, lingua mendacii, vanus, & excors eſt. Ex parte interiori, ponit tria mala. Primo, quòd. *Incidit in deſideria multa*. Perfectio enim hominis eſt, q̃ cor eius congregetur in vnum: quia quanto aliquid eſt magis vnum, tanto eſt Deo ſimilius, qui uere vnus eſt. Pſal. 26 Vnam petii a Domino &c. Sed contra hoc patitur, quærens diuitias, q̃a cor eius trahitur ad diuerſa. Oſeæ. 10. Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibunt. Et hoc ideo, quia vbi eſt theſaurus tuus &c. Matth. 6. Item ſunt inutilia huiuſmodi deſideria multipliciter. Primo, quia, *Inutilia* ſunt ſpiritualiter, quia diuitiæ non ducunt ad beatitudinẽ. Sap 5. Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? &c. Eccle. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Item, temporaliter, quia non dãt, q̃uod promittunt. Eccl. 6. Eſt aliud malum, q̃ vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed extraneus homo deuorabit illud &c. Tertio, ſunt. *Nociua*, Eccle. 5. Diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui. Et oſtendit, quomodo ſunt nociuæ, *Quia mergunt in interitum*, ſcilicet in præſenti. Propter diuitias multi perierunt. Item, in futuro. Vnde dicit. *Et perditionem.* Act, 7. Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ. Vel vtrunque refertur ad ſpirituale damnum. Interitum, i. mortem æternam. Roma. 9, Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ, aptа in interitu &c. Et perditionem, i. pęnam æternam, quæ dicitur perditio propter pœnam damni, quia ſunt quaſi perditi damnati, dum non poſſunt redire in domum ſuam: ſcilicet æternitatis. Iob. 21. In diem perditionis ſeruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Deinde cum dicit: *Radix &c.* Oſtenditur

ditur ratio huius, & hoc ex duobus, scilicet ex natura cupiditatis, & experientia, ibi. *Quam quidam &c.* Dicit ergo. *Incidunt in tentationem &c.* Quare? Quia. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Vbi notandum est, quòd secundum quosdam, cupiditas sumitur tripliciter. Quandoque pro auaritia, secundum quod est speciale peccatū, scilicet inordinatus amor habendi diuitias. Quandoque, prout est genus peccatorum omnium, secundum quòd importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia peccatum est conuersio ad bonum commutabile. Sed sic nō est radix, sed genus oīum. Tertio modo, prout est quædā inordinatio animi ad cupiendum bona tēporalia inordinate, & hæc est habituale tantum pecatum, & non in actu, sed est quædam radix omnium peccatorum. Et dicitur cupiditas radix, & superbia initium. Eccle. 10. Initium omnis peccati est superbia, qa superbia dicit corruptionem animi ad recedendum a Deo. Arbor autem a radice habet alimentum; & sic peccatum a cupiditate ex parte conuersionis ad bonum commutabile sumit nutrimentum. Sed credo, quòd loquitur de cupiditate, secundum quod est speciale peccatum. Vnde dicit, Qui uolunt diuites fieri &c. Et hæc est inordinatus amor pecuniarum. Et ideo dico, ꝙ auaritia est radix omnium. Omnia enim peccata consistunt in appetitu, & ideo origo peccatorum est secundum originem appetibilium. Origo enim appetibilium procedit ex fine. Et ideo, quanto aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tāto est peius. Finis autem alicuius peccati est desiderabilis propter duo s propter seipsum, & hæc est excellentia, quia ad hoc homo bonū illud vult, vt excellat. Et hæc est superbia, & ideo superbia est initium oīum peccatorū. Itē, propter aliud & hoc est quod ad omnia valet, & huiusmodi sunt diuitiæ, quia p hoc homines credunt se habere omnia. Ex ista parte auaritia est radix omnium malorum. Deinde cūm dicit. *Quam quidam.* Ostendit idem per experientiam, & dicit, *Appetentes*, quia quanto magis habentur diuitiæ, tanto magis desiderantur. Ecclesia. 5. Auarus non implebitur pecunia. Et incidunt primo, in damnū spirituale, Vnde dicit. *Errauerunt a fide.* Cuius ratio est, quia p sanam doctrinam fidei prohibentur multa illicita lucra, a quibus desistere nolunt, & inueniunt sibi aliam doctrinam, vbi eis sit spes salutis Et hoc specialiter faciunt vsurarii; secundo, quia *Inseruerunt se doloribus multis*, etiam in præsenti, quia est solicitudo in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Iob. 10. Cum satiatus fuerit diuitiis, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet in eum. Et multo magis in futuro dolebunt. Deinde cum dicit. *Tu autem.* Monet ad sequendum sanam doctrinam, & vitandā malam. Et primo, exponit viā quā sequatur, secundo alligat eum inductione præcepti, ibi. *Præcipio.* Item primo, hortatur ad vitandum peccata prædicta: secundo, ostendit quid agat, ibi. *Sectare uero.* Et quia seruus debet imitari Dominum suum, quia vt dicitur Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, ideo dicit. *O homo Dei.* Quasi dicat, Tu deditus seruituti dei. Psal. 115. Ego seruus tuus. 1. Ioann. 2. Qui dicit se in illo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si igitur tu es homo Dei, debes facere sicut Christus fecit, Qui, vt habetur Ioan. 6. Fugit cum eum volebant facere regem. Heb. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Ergo & tu. *Hæc fuge.* Psal. 54. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Quid ergo faciet? Ad duo hortatur, primo scilicet ad sectandum arma spiritualia: secundo, ad certandum in eis, ibi. *Certa bonum.* Arma autem spiritualia, aut sunt ad faciendum bonum, aut ad malum tolerandum. Primum autem est, vel in comparatione ad proximum, cui per duo ordinamur. s. per iustitiam; & pietatem seu misericordiam: quia primum sine secundo, est seueritas, secundum sine primo, est remissio. Quantum ad primum dicit. *Sectare iustitiam*, quæ competit prælatis. Sap. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Itē quantum ad secūdum dicit. *Pietatem*, idest, misericordiam. Pro. 20. Misericordia, & iustitia custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. In comparatione autem ad Deum, primū est, quòd perficit intellectum, fidem. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Secundum quod perficit affectum, est charitas. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & De⁹ in eo. Ad sustinenda mala sunt duæ virtutes, s. patientia, & māsuetudo: quia homo in malo duas passiones inordinatas incurrit, s. tristitiam inordinatam, & iram quæ est ex ea. Et ideo patientia est contra immoderatam tristitiam. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & māsuetudo est contra irā. Deinde inducit eū ad debitū certamen. Et primo, ostēdit qualiter certet: secundo inducit rationē. Dicit ergo *Certa bonum certamen*, scilicet exemplo militū, qui dupliciter pugnāt. s quādoque ad defendendum, quod habent, quandoq; ad acquirendum non habita, & hoc imminet sanctis: primum, vt custodiant habita. s. fidem & virtutes. Et ideo dicit *Fidei*, idest pro fide custodienda Eccl. 4. Vsq; ad mortē certa pro iustitia &c. Vel *Fidei*, vt per fidem vites peccata. 1. Ioan. vlt. Hæc est victoria quæ vincit mundū, fides nostra. Vel *Fidei*, idest, vt alios ad eam cōuertas. Et dicit bonum, idest legitimum certamen. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tunc est bonum quando abstinet se ab omnibus impedimentis. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui. Secundo certant ad acquirendū, quæ non habent. Et hæc est vita æterna, quæ acquiritur per pugnam. Matt. 11. Regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiūt illud. Et ideo dicit *Apprehende vitam æternam*, scilicet quasi tenēs, tuo certamine vincas. Vel certe certamen fidei. Et quo premio? Vt apprehendas vitam æternam. 1. Cor. 9. Nos autem incorruptam &c. Deinde cū dicit *In quam vocatus es.* Rationem ponit huius dicti. s. Apprehēde &c. Et primo respōdet obiectiōi, quasi dicat, Dicis ꝙ debeo apprehēdere, vellem quidem, sed non possum. Immo potes, quia debetur tibi de iure, quia vocatus es in eam a Deo & a rege illius regni. Et ideo debes conari potissime. 1. Pet 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Secundo proponit obligationem, quasi dicat, Certa bonum certamen, quia dedisti iuramentū de hoc faciēdo, & ideo non licet tibi repugnare. Vnde dicit *Et confessus bonam confessionem corā multis testibus*, i. in consecutione bonū certamen professus es, quando ordinatus es episcopus. 1. Cor. 9. Nā si non euangeli zauero &c. Vsque dispensatio credita est mihi. Vel confessionem bonam. s. prædicando fidē, vt eam serues. Deinde cū dicit *Præcipio.* Obligat eum ad prædicta ex præcepto, quod primo ponit: secundo manifestat quædam dicta, ibi *Quem suis.* In præcepto autem primo testes inducit: secundo commendat pceptū: tertio ostendit quādiu seruet pceptū. Testes inducit Deū patrem, & Dn̄m nostrum Iesum Christū. Dicit ergo. Te monui, sed ne credas ꝙ liceat aliter facere *Præcipio tibi*, sicut tu debes præcipere subditis tuis *Coram Deo.* Ad duo induxerat, scilicet, apprehēde vitam, & confessus es &c. Et ideo induxit actorem vitæ, *Qui viuificat omnia.* Dicit autē *Deo*, qui est tota trinitas, qui est author vitæ. Item hominē Christum inducit etiā, qui confessus est se esse filium Dei, quod est bona confesio fidei nostræ. Item commendat mādatum, quia in se iustum, & rectū, & irreprehensibile ab aliis. Iob. 6. Nō inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et quandiu est seruandum? *Vsque in aduentum Domini*, ly, vsque, dicit finem intentionis, idest, vt per obseruantiā huius mandati ordines te ad aduentum. *Vel*, idest, vsque ad mortem tuam, quia qualis eris in illa, talis inuenieris tunc Matt. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem &c.

Domini nostri Iesu Christi.

LECTIO III.

Qvem suis tēporibus ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quē nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen.

LECTIO TERTIA.

Svpra Apostolus proponens præceptū Timotheo, præcepit vt seruet prædicta vsque ad aduentū Christi: & ideo agit hic de Christi aduentu, de quo tria manifestat. Primo ꝙ erit tēpore congruo: secundo ꝙ manifestus erit: tertio ostēdit authorē aduentus. Quantū ad primum dicit. *Quem suis temporibus ostendet.* 1. Pet. vlt. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores &c. Et ideo vult ostendere, ꝙ etsi videatur aduentus tardari, tñ suo tēpore ostēdet. Eccl. 3. Omnia tēpus habēt. Eccl. 8. Omni negocio tēpus est, & opportunitas. Cōgruū tēpus est finis mūdi, qa illud tēpus est tēpus messis, & collectionis fruct⁹. Et ideo oportet, ꝙ veniat in fine. Quātū ad scd̄m dicit *Ostendet*, idest manifestabit. Licet enim sit visibilis quantum ad carnem, tamen virtus eius est abscondita, sed tunc etiam diuinitas eius erit manifesta sanctis, reprobi vero solum videbunt gloriam carnis. Sed quantum ad tertium dicit, ꝙ ostendet eum Deus Trinitas. Et circa hoc duo facit: quia primo describit aduentum Christi: secundo in eius commendationem prorumpens, laudat eam, ibi, Cui honor &c. Item circa primum tria facit. Primo actorē aduentus describit ex perfecta operatione: secundo ex singulari potestate: tertio ex incomprehensibilitate naturæ: Primū, cū dicit *Beatus.* Beatitudo enim est operatio perfecta, quæ est supremæ virtutis operatiuę, optime dispositę. Et hæc est beatitudo nostra. Dei aūt beatitudo est qua cognoscit se. Si enim se nō cognosceret, Deus nō esset beatus Greg. Deus dum seipso perfruitur. perfecte gloriosus est. Et conuenienter de actore huius aduentus dicit, ꝙ beatus est: quia ad hoc est aduentus Christi, vt nos deducat ab beatitudinem. Tob. 13. Beatus ero, si fuerint reliquię seminis mei ad videndum claritatē Hierusalē. Quantū ad secūdum, dicit *Solus potens.* Psal. 88. Potens es Dn̄e &c. Sed quare dicit *Solus*? Nūquid non omnia habent potentiā, immo sed p participationē, sed solus Deus a se essentialiter. Vnde dicit *Rex regum, & Dominus dominantium.* Ambr. Dn̄s est nomen potestatis, & Rex similiter. Qui ergo habet Dn̄m, & regē supra se, ē subiect⁹ ptati, & talis nō est potēs a se, sed ab alio. Si ergo Chr̄s est rex regū &c. Necesse est, ꝙ solus habeat potētiā, non ab alio, sed oēs ab eo Et signatur duplex potētia Dei. s. gubernatiua mūdi, cū dicit, Rex regum, quasi a regimine dicta. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat oē malū intuitu suo. Itē potētia creādi, cū dicit, Dn̄s dominātiū. Psa. 99. Scitote, qm̄ Dn̄s ipse est Deus, ipse fecit nos. Apoc. 19. Et habebat in vestiméto, & in femore suo scriptū, Rex regū, & Dn̄s dominātiū. Quantum ad tertium dicit. *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Incomprehensibilitas Dei ex duobus patet. Primo, quia transcendit quicquid in creaturis est comprehensibile. Secundo, quia hoc ipsum, ꝙ Deus est, omnium cōprehensionem excedit. Primū, cū dicit, *Solus*, in qualibet enim mutatione est quædam corruptio, quia omne, quod mutatur inquātum huiusmodi, desinit esse tale. Illud ergo proprie & vere est incorruptibile, quod penitus est immutabile. Qualibet aūt creatura in se considerata, habet aliquām mutationē, vel mutabilitatem: Deus autē est omnino immutabilis. Sed si aliqua creatura est immutabilis, hoc cōuenit ei ex dono gratię. Et ex hoc ostēdit, ꝙ natura Dei transcendit oē quod est in natura creata. Supra. 1. Regi seculorū immortali &c. Quantū ad secundū dicit, *Lucem &c.* Lux in sensibilibus est principium videndi, vnde illud, quo aliquid cognoscitur quocūque modo, dicitur lux. Vnūquodque autem cognoscitur per suam formam, & secundū ꝙ est actu. Vnde quantum habet de forma & actu, tantū habet de luce. Res ergo, quæ sunt actus quidam, sed non purus, lucentia sunt: sed non lux. Sed diuina essentia, quæ est actus purus, est ipsa lux. Ioan. 1. Non erat ille lux &c. Deus autem habitat apud se, & hæc lux est inaccessibilis. i. non visibilis oculo carnis, sed intelligibilis. Et tñ nullus intellectus creatus pōt ad eū accedere. Notandū est tñ, ꝙ dupliciter pōt intellectus accedere ad cognitionē naturę alicuius. s. vt cognoscat, & vt cōprehēdat. Ad comprehēdendum aūt deum impossibile est intellectū peruenire qa sic cognosceret Deum, vt cognoscibilis est: Deus autem perfecte cognoscibilis est inquantum habet de entitate & luce: hæc autē sunt infinita, ergo est infinite cognoscibilis. Virtus autem intellectus creati est finita. Et ideo etiam intellectus Christi non cōprehendit Deum. Sed alius modus est cognoscendi Deum. s. attingendo Deum. Et secūdum hoc nullus intellectus creatus, per propria naturalia attingit ad cognoscendum id quod est Deus. Et ratio huius est, quia nulla potentia pōt in aliquid altius suo obiecto, sicut visus ad altius cognoscere. Proprium autem obiectum intellectus est, quod quid est, vnde quod superat quod qd est, excedit proportionem omnis intellectus. In Deo autem non est aliud esse, & quidditas eisu. Quomodo ergo cognoscibilis est? accedamus ad eum cognoscendum: hic per gratiā, & in futuro per gloriam. Psal. 33. Accedite ad eū, & illuminamini. Sed qualiter ergo Deus habitat lucem inaccessibilem? & in Psal. 96. Nubes & caligo in circuitu eius. Exod. 9. Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus. Respondet Dionysius. Omnis caligo est inaccessibile lumen. Est ergo idem quod hic lumen, & ibi caligo, sed caligo est inquantum non videtur, lumen vero inquantū videtur Sed aliquid est inuisibile dupliciter. Vno modo propter se, sicut opacū. Alio modo propter excedentiam eius, sicut sol ab oculo noctuę. Si quædam sunt nobis nō conspicua propter defectum sui esse, & quędam propter excedentiā eius: & sic Deus nobis quodammodo inacessibilis est *Quem nullus hominum vidit.* Si intelligatur de cōprehensione, sic absolute verum est, etiā de angelis: quia solus Deus comprehendit se. Si autem de visione, qua attingit, sic intelligitur tripliciter. Vno mō, nemo vidit oculo corporali. Alio modo, secūdū essentiā oculo mentis, viuens in carne, nisi Christus. Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Tertio mō, nemo vidit quid est Deus per seipsum. Matt. 11. Nemo nouit patrē &c. Matt. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Deinde prorumpit in laudem Dei, dicens *Cui honor.* Et ponit duo. Primum pertinet ad reuerentiæ exhibitionem, dicens, *Honor*, qui est exhibitio reuerētiæ. Mala. 1. Si ego pater, vbi ē honor meus &c. Scd̄m ad gubernatiōnē, cū dicit. *Imperium sempiternū.*

LECTIO IIII.

Divitibus huius sęculi pcipe non sublime sapere, neq; sperare ī incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates

LECTIO QVARTA.

Svpra egit de instructione personarum infirmi status: hic redit ad materiam suam, & instruit eum ad instruendum diuites. Et primo, facit hoc: secundo agit de instructione Timothei, ibi. *O Timothee.* Et semper quādo instruit eum ad instructionem aliorum, monet, vt non negligat se. Et circa primum, primo excludit vitia, quæ solent in diuitib⁹ abūdare: scd̄o inducit ad bona ibi. *Bene agere.* Itē circa primū, primo proponit uitia, quæ solent esse in diuitibus: secundo, excludit hæc, reddendo rationē huius, ibi. *In incerto.* Dicit ergo. *Diuitibus.* Diuitiæ abundantiam important. Est autem abūdantia spiritualium, & hæ sunt verę diuitiæ. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Quædam corporales, & hæ non sunt veræ diuitiæ, quia nō sufficiunt. Et ideo addit cum quadam diminutione. *Huius sæculi.* Baruch. 3. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. His ergo. *Præcipe.* Quando de seruis egit non posuit præceptum, quia hoc est virtus, quòd homo vtatur authoritate ad maiores, non ad minores. Et ideo dicit, Non dimittas propter diuitias, & propter altum statum eorum, quin præcipias. Et quid debet præcipere? *Non sublime sapere*, idest, non sentire aliquid excelsum de se. Nunquid hoc est malum? Respondeo. Potest reddi malum ex duobus. Primo, si sublime sapit de se, propter ea, quæ non habent excellentiam veram. Et hoc est, si in rebus temporalibus, vnde qui propter exteriorē excellentiā sublime sapit de se, inordinate sapit: & hæc est superbia. Et tamen carnales non aliam sublimitatem curant nisi istā, & hæc acquiri potest per diuitias. Eccl. 10. Pecuniæ obediūt omnia. Vnde quia diuites huius mundi hæc habent, inaniter extolluntur. Item alio modo, quia sunt quædam, quæ habent sublimitatem, sicut dona spiritualia. Eccle 25. Quàm magnus est, qui inuenit sapientiam, & scientiam &c. In his enim aliquis potest inordinate sapere sublimitatem, non ex natura donorum, sed, vel attribuendo sibi quod non habet, vel non cognoscendo a Deo ea, quæ habet. Vnde in primo, est inordinatio propter defectum rerum. In secundo, propter inordinationem affectus. Secūdū vitiū in diuitibus est spes mūdanorū. Vn̄ dicit. *Neque sperare.* Iob. 31. Si putaui aurum robur meū, & obrizo dixi, fiducia mea. Prouerb. 10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Deinde cum dicit. *In incerto diuitiarum.* Assignat rationē monitionis. In eo. n. sperat aliqs, vn̄ credit auxiliū habere, sed auxiliū hr̄ a forti, & diuitiæ sunt fragiles, ergo nō est in eis sperādū. Matt. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, ac tinea demolitur, &c. *Sed in Deo viuo*, vbi ē vera spes ponēda. Hie. 17. Beat⁹ vir q cōfidit in Dn̄o, & erit Dn̄s fiducia ei⁹ Iac. 1. Dat oīb⁹ affluēter. Sed hoc qd̄ dicit. *Abunde ad fruēdū.* dupliciter pōt exponi. Vno mō, vt fruitio sumat p gaudio, & hoc mō est ét in corporalibus. Vel expone. i. vt p hæc pueniamus ad fruitionē Dei. Deinde cū dicit. *Bene agere.* Monet ad operandum bonū. Qui aūt habent affectū ad diuitias, primo nitunt ad acquirendū nō habitas: scd̄o vt vtantur habitis: tertio vt ad finem diuitiarum perueniant. Hic tria monet Ap̄lus: primo, vt acqrant spūales diuitias quas nō habét. & ideo dicit. *Bene agere &c.* Es. 1 Discite bn̄facere. Quantū ad scd̄um, sciēdū est, ꝙ duplex est vs⁹ diuitiarū. Vnus est tenere, & alius est dare, sed principalis est dare. Et ideo ista duo ponit, primo vt dét. Vn̄ dicit. *Facile tribuere*, i. sine grauitate cordis interi⁹. 2. Cor. 9. Nō ex tristitia, aut ex necessitate &c. Et sine tarditate. Pro. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Iob. 31. Si oculos viduę expectare feci. Scd̄o, vt custodiat, nōqdē tm̄ ad suā vtilitatē, sed ad quoddā cōmune. Vn̄ dicit. *Communicare*, i. habere eas sicut cōmunes. Ro. 12 Necessitatib⁹ sanctorū cōmunicantes. Quātū ad tertiū, vt ad finē thesaurizādi pueniāt, ideo dicit. *Thesaurizate &c.* Thesaurus spūalis est cōgregatio meritorū, q̄ sunt fundamētū futuri ædificii, qd̄ nobis pparatur in cælo, qa tota pparatio futuræ gloriæ est p merita, q̄ acqrimus p gratiā, q̄ est principiū merēdi. Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neq; tinea &c. 1. Co 9. Sic currite, vt comprehendatis. Deinde cum dicit. *O Timothee.* Instruit ipsum Timotheum. Et primo, vt bona conseruet: secundo, vt mala deuitet ibi. *Deuitans* Dicit ergo. O *Timothee depositum custodi.* Depositum hominis est omne bonum, quod habet quilibet, quod sibi cōmissum a Deo, vt conseruet & multiplicet. Eccl. 17. Gratiam hominis, quasi pupillam

pupillam conseruabit. 1. Cor. 15. Et gratia eius in me uacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Et sic dicit ei, vt depositum custodiat, idest vt se in gratia Dei conseruet, & multiplicet. Qui enim abscondit talentum, punitur. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Et inutilem

F re contra consuetudines. Sed noua prophana non sunt audienda. Sed prophana nouitas est, quando inducitur aliquid contra fidem. Et dicitur nouum, per comparationem ad id quod est antiquum. Hoc fecit Nestorius quando dixit de virgine Maria Christotochos, vt inferret quòd non esset mater Dei. Et ideo sancti patres in Ephesino Cõcilio instituerunt, ꝗ diceret Theotochos. 2. Timoth. 1.

sursum eiicite i tenebras exteriores &c. Mat. 25. Et spãliter plati habẽt depositũ .s. curam proximorum, & fidelium. Ioan. vlti. Pasce oues meas. Heb. vlt. Ipsi pernigilant, quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. 2. Timo. 1. Bonum depositum custodi. Item quòd mala vitet, præcipue illa quæ sunt nata coinquiuare fidem, cuius ratio est, quia sicut Princeps secularis ponitur ad custodiendam vnitatem regni, ita spiritualis ad seruandam vnitatem spiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia. & ideo ille ordinatur ad iustitiam. Sed vnitas ecclesiæ est in fide, & ideo principaliter monet ad custodiam fidei. Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua, & tu conuersus confirma fratres tuos &c. Similiter autem posset corrumpi fides per fallaciam, sicut etiam quælibet scientia. Sed sicut dicitur. 1. Elen. Fallacia fit quãdoq; ex voce, quandoque ex re. Vnde est fallacia in dictione, & extra dictionem. Et sic fides aliquando corrumpitur per aliquas uoces inordinatas, sicut dicit Hie. quòd ex verbis inordinate prolatis, fit hæresis. Et ideo dicit. *Deuitans prophanas vocum nouitates*. Quia non velle audire aliquid noui, est oblatra

& oppositiones falsi nominis sciẽtiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Formã habens sanorũ verborũ, quæ a me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu. Et ca. 2. *Prophana & vaniloquia deuita &c.* Quandoque vero corrumpitur per rationes reales sophisticas. Et istud vitandum est. Et dicit. *Et oppositiones scientiæ falsi nominis*, quia non est vera scientia, sed apparens. Scientia. n. secundum propriam ra-

G tionem non est nisi verorum. Impossibile autem est, quòd verũ sit vero contrarium, licet quandoque duo falsa sint sibi contraria, & ideo impossibile est, quòd illud quod repugnat veritati diuinæ, quæ est summa veritas, sit verum. Col. 2. Videte ne qs vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundũ elementa mundi, & non secundum Christum. *Promittẽtes*, idest, dicentes se habere. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua, quæ non est Dei, quia qui loquitur mendacium: ex propriis loquitur. Ioan. 8. Hie. 2. Filii Mempheos, & Taphneos, cõstuprauerunt te vsque ad verticem. Esa. 47. Sapientia tua, & scientia tua hæc, decepit te. *Gratia Dei*, tecum. Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Primam ad Timotheum.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI, AD TIMOTHEVM.

PROLOGVS S. THO.

NOCTE & die æstu vrebar & gelu &c. Gen. 31. Verba sunt Iacob ostendentis & commendantis curã pastoralem, ac pastorale officium. In quibus circa hoc

B officium tria ponuntur, scilicet assiduitas, patientia, solicitudo, Primum est, quia sine intermissione debet curam gregis gerere. Vnde dicit, Nocte & die. Nocte orando, die erudiendo. Esa. 21. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiã ego sum stans totis noctibus. Vel per diem, idest, tempore prosperitatis, & per noctem, tempore aduersitatis. In quibus prælatus debet respicere curam gregis 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ, a destris & a sinistris. Prou.

C 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Secundum est, quia maxime prælato patientia necessaria est. Debet enim prælatus propter gregis salutem omnia sustinere. Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Vnde dicit, Aestu, idest feruore instantis persecutionis. Iac. 1. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum. Gelu, idest timore futurorum 2. Corinth. 7. Foris pugnæ, intus timores, Tertium est, quia præest in solicitudine, vt dicitur Roman. 12. Et hoc expellit somnum negligentiæ. Vnde subditur Gen. 31. Fugiebatque somnus ab oculis meis. Prouerb 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne des oculis tuis somnum. Recte ergo hæc verba materiæ huius epistolæ conueniunt. In prima enim instruit eũ de ordinatione ecclesiastica. In hac aũt secunda agit de solicitudine tãta pastorali, vt ẽt martyriũ sustineat pro cura gregis, vt patet in prologo.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationem, & narrationem secundam ibi; *Gratias ago*. Item primo ponitur persona salutans. Secundo, persona salutata. Tertio, bona optata. Persona salutans pescribitur ex nomine; *Paulus* quod sonat modicitatem, quod ei competit propter humilitatem mẽtis, & tribulationem, quæ faciunt hominem paruum. Intantum quòd Christus dicitur minoratus propter passiones. Heb. 2 Eum, qui in modico ab angelis minoratus est &c. Item ex dignitate quam primo ponit. Secundo, dignitatis originem. Tertio, fructum. Dignitas est magna, quia est; *Apostolus Iesu Christi*, idest missus est a Christo. Luc. 6. Elegit duodecim ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. Hanc dignitatem adeptus est, quia plus omnibus laborauit 1. Cor. 15. & Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Origo Apostolatus est voluntas Dei. Vnde dicit; *Per voluntatem Dei*, quam quidam præueniunt, quia se ingerunt: contra quos dicitur Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Item quidam permittuntur, propter peccata populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: sed hoc est per voluntatem Dei, quod dicit, quia nõ per voluntatem suam. Fructus autem non est aliquid terrenum, sed; *Secundum promissionem vitæ, quæ est &c.* Idest, ad consequendam vitam æternam promissam a Christo. Hic debet esse finis prælatorum 1 Corin. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Persona salutata est, Timotheus filius eius, ab eo cõuersus. Act. 16. Charissimus, quia sibi vnanimis. Phil. 2. Neminẽ habeo tam vnanimem &c. Bona optata sunt tria .s. *Gratia*, per quam est remissio peccatorũ; *Misericordia*, per quam consequimur finale bonum; *Pax*. Glo. idest tran-

D quillitas mentis, hæc competit prælato, qui ad hoc ponitur, vt pacem procuret. Io. 10. dixit Dñs, Pax vobis. Et præcepit intrantibus domũ, pacẽ offerre, vt habet. Matt. 10. Et hoc; *A Deo patre*, qui est dator omnis boni. Iac. 1. Item; *A Iesu Christo*, qui est mediator inquantum homo, Dei & hominũ. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis & prætiosa promissa donauit.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio. gratia, & misericordia, & pax a Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro,

LECTIO II.

GRATIAS ago Deo meo, cui seruio a progenitoribus meis in cõscientia pura,

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistolaris narratio, in qua primo munit eum contra præsentes persecutiones. Secundo, contra futura pericula Ecclesiæ 3. cap. ibi; *Hoc autem scito*. Item primo, induc it ad instantiam prædicationis, quæ tunc erat causa & occasio persecutionis. Secundo, hortatur ad sustinendas tribulationes propter Christum, ibi; *Tu ergo &c. cap. 2.* Item primo, commemorat bona ipsius Timothei. Secundo, hortatur eum ad vsum horum bonorum per instantiã prædicationis, ibi; *Per quam &c.* Tertio, ponit se in exemplum, ibi; *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & Magister &c.* Item primo, ponit affectũ quem habebat ad Timotheum. Secundo ponit bona huius, quę prouocabant eum ad huiusmodi affectum, ibi; *Memor*. Affectus ostenditur per duo, scilicet per orationem & desiderium.

D Et ideo; *Gratias agit Deo* de affectu quem habet ad Timotheum, quia est charitatis, & charitas est principale donum, quasi dicat. Reputo me gratiam consecutum, quòd sic sincerum affectum habeo ad te. Et dicit; *Deo meo*, cui specialiter; *Seruio a progenitoribus meis*. non a parentibus carnalibus, quia 1. Tim. 1. Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed seruitio deriuato a progenitoribus meis, scilicet patriarchis & prophetis qui Deo sincere seruierunt. Et dicitur a progenitoribus, quia filii facilius imitantur perfectionem paternam, tum, quia instruunt ab eis, vt Thobias, tum quia etiam homo facilius imitatur amicos. Et quomodo seruio ei? *In conscientia pura*, quia vt habetur Abac. 1. Mundi sunt oculi tui Domine, ne videant malum, & respicere, ad iniquitatẽ non poteris 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. De quo agit gratias; *Quia sine intermissione*, siue die prosperitatis, siue nocte aduersitatis, oro pro te. Item ex desiderio. Ideo dicit;

E *Desiderans te videre*, scilicet propter consolationem vtriusque: Roma. 1. Desidero enim videre vos &c. Deinde cum dicit; *Memor*, ostendit bona, quæ erant in Timotheo. Et primo commemorat affectum eius ad se. Secundo, fidem ad Deum, ibi; *Recordationem*. Dicit ergo; *Memor lachrimarum*, quas, .s. Timotheus effudit, quãdo discessit Ephesum ab eo, paratus ad martyrium. Vel lachrimarũ quas fudit in orationibus, & hoc; *Vt gaudio implear*, idest hæc memoria replet me gaudio. Phil. 2. Implete gaudium meum &c. Item memor fidei ad Deũ. Fidem eius primo commemorat. Secundo, ostendit eam a parentibus deriuatam, & non nouitiam. Dicit ergo; *Recordationem &c.* Fides necessaria est prælato, qui est fidei custos. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et dicit; *Non ficta*. Vera enim per opera bona est. Iac. 2. Ostende mihi sine operibus fidem tuam, & ego

ostendam tibi ex operibus fidem meam 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas &c Sap. 1. Effugiet fictum &c. Et hæc non noua, sed; *Habitauit primum in auia tua Loide &c.* Act. 16. dicitur quòd fuit filius mulieris Iudeæ; *Certus autem*, uel per reuelationem, vel per indicia; *Quòd & in te*.

LECTIO III.

quòd sine intermissione habeã tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre. Memor lachrimarũ tuarũ, ut gaudio implear, recordationẽ accipiẽs eius fidei, quæ est in te non ficta, quę & habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunicę, certus sum autem, quòd & in te.

LECTIO III.

PRopter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manum mearũ. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora euangelio, secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secũdum propositũ suũ & gratiã, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tẽpora secularia. Manifestata est autẽ nunc per illuminationẽ saluatoris nr̃i Iesu Chr̃i, q destruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autẽ vitã, & incorruptionem per euangelium.

SVPRA cõmendauit eum de bonis gratuitis: hic hortat ad vsum gratuitorum sibi datorum, præcipue in prædicatione euangelii. Et primo monet generaliter ad vsum datę sibi gratiæ. Secundo, specificat, qualis sit vsus gratiæ, ibi; *Noli itaque erubescere*. Itẽ primo, ponit monitionem: secundo, eius rationem, ibi; *Non enim dedit nobis*. Dicit ergo; *Fides non ficta* ĩ matre & aua, & in te est; *Propter quam causam admoneo te*. Gratia Dei est sicut ignis, qui quando obtegitur cinere, non lucet, sic gratia obtegitur in homine per torporem, vel humanum timorem. Vnde & Timotheus effect⁹ pusillanimis, torpuerat circa prædicationem. Et ideo dicit; *Vt resuscites gatiam*, sopitam. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Et addit; *Quæ est in te per impositionem manuum mearum*, a quo, scilicet ordinatus erat episcopus. In qua manus impositione, data est ei gratia Spiritussancti. Deinde cum dicit; *Non enim*. ponitur ratio monitionis, & sumitur ex conditione diuinorum munerum. Qui enim accipit munus, debet operari secundum concruentiam muneris. ergo secundum conditionem diuinorum munerum debemus Deo seruire. Est autem duplex spiritus huius mundi, & Dei. Et horum distinctio est: spiritus enim significat amorem. quia nomen spiritus impulsionem importat, & amor impellit. Duplex autem est amor, scilicet Dei: & hic est per spiritum Dei, & amor mundi, & hic est per spiritum mundi 1. Corin. 2. Non enim accepimus spiritum huius mundi &c. Spiritus autem mundi facit amarę bona mundi, & timere mala temporalia, & ideo dicit; *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris*; scilicet mundani: quia hunc Deus aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Est alius spiritus timoris Domini & sanctus: & iste facit, vt timeatur Deus: hic autem est sine pœna & sine offensa, Et hic est a Deo. Matth. 10. Timere eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Et addit; *Sed virtutis*, quia per Spiritum sanctum dirigimur in malis, & hoc per virtutem, scilicet fortitudinis contra aduersa mundi. Luc vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Item dirigimur in bonis, quia quantum ad affectionem ordinamur per dilectionem charitatis, dum quis omnia quæ diligit, refert in Deum. Vnde dicit; *Et dilectionis* 1. Ioann. 3. Qui non diligit, manet in morte. Item quantum ad bona exteriora, & ideo dicit; *Et sobrietatis*, idest omnis temperantiæ, seruando debitum modum & mensuram, vt scilicet temperate vtamur bonis mundi. Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuam⁹ in hoc sęculo. 1. Tim. 3. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium. Deinde cum dicit; *Noli*, specificat vsum gratiæ, & primo, excludit contraria huic vsui. Secundo, hortatur ad vsum gratiæ, ibi; *Sed collabora*. A solita autem prædicatione poterat impediri propter duo. Primo, per erubescentiam. Secundo, ex pœna Apostoli, quam patiebatur propter Euangelium, & ideo quantum ad primum dicit; *Noli itaq;*, scilicet, ex quo habes spiritum fortitudinis; *Erubescere &c.* Prædicatio enim Christi, si referatur ad sapientiam mundi videbatur stulta, vnde erubescentiam habere videbatur 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ro. 1. Non enim erubesco Euangelium. Luc. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet. Quantum ad secundum sciendum est, quòd si latro videt aliquem suspensum, erubescit se confiteri socium eius. Sic, quia Apostolus erat vinctus, poterat eum Timotheus erubescere, & ideo dicit; *Neque me uinctum eius*. Eph. 6. Pro quo legatione fungor in catena. Eccles. 4. Ne reuerearis proximum tuum in casu suo. Deinde cum dicit; *Sed collabora*, hortatur ad vsum gratiæ, & primo in generali. Secundo, ostendit, ex qua fiducia hunc vsum aggrediatur, ibi; *Secundum virtutem*. hic manifestat, quod dicit: ibi, *Non secundum &c.* Sed collabora. Dicit ergo, ne erubescas, sed *Collabora*, idest simul mecũ labora. 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet. Et dicit *Euangelio*, quod potest esse ablatiui casus, & hic in euangelio prædicando datiui casus, & sic ad laudem euangelii, vt scilicet crescat. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus &c. Et hoc cum fiducia, non propria, quia nõ sufficiẽtes sumus cogitare aliqd a nobis, quasi ex nobis &c. Sed *Secũdum Dei virtutem*. idest, habendo fiduciam de virtute Dei. Esa 40. Qui dat lasso virtutem & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Hæc virtus manifestat per duo, scilicet, quantum ad affectum, quia liberamur a malis. Et ideò dicit *Qui nos liberauit*. 1. Esd. 8. Liberauit nos de manu inimici, & insidiatoris in via. Ioã. 8. Si filius vos liberauerit. Et quantum ad hoc, quòd vocat nos ad bona. Vnde sequitur *Et vocat vocatione sua sancta*, quia vocauit ad sanctificandum. Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. Qui de tenebris nos vocauit, in admirabile lumen suum. Et manifestat quædam, quæ dicit, dicens *Non secundum opera nostra*. Vbi ostendit, quòd per virtutem Dei liberati & vocati sumus, non per humanam. Et primo ostendit causam vocationis nostræ, & liberationis esse a Deo. Secundo, processum causæ, ibi, *Quæ data est etiam*. Tertio commendat datorem causæ, scilicet gratiæ, & eius conseruatorem, ibi, *Qui destruxit*. Dicit ergo, vocauit non per nostram virtutem, quia scilicet non per opera nostra, quæ sunt effectus virtutis. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est autem duplex causa humanę salutis, quæ est a Deo. Vna est æterna, scilicet, eius prædestinatio. Alia est temporalis, scilicet, gratia iustificans. Quantum ad primum dicit *Secundum propositum*, idest prædestinationem, quæ est propositum miserendi. Ephe. 1. Operatur omnia secundum propositum voluntatis suæ. Roma. 8. His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quantum ad secundum, dicit *Et gratiam*. Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Circa processum gratiæ primo ostendit, quomodo est præparata gratia. Secundo, quomodo collata. Tertio per quem. Primum ostendit, cum dicit *Quæ data est nobis in Christo Iesu*, [1. Cel. tex. com. 100.] idest præuisa est nobis dari *Ante tempora secularia*. Sicut dicit Philosophus, Seculum nihil aliud est, quàm mensura durationis aliquarum rerum, vnde diuersa secula, diuersæ sunt ætates hominum. Vnde vnum seculum durat mille annis: quia homo dicitur uiuere quandiu est in memoria hominum, quæ non excedit mille annos. Tempora ergo secularia sunt, quæ mensurant res mutabiles, & hæc incœperunt cum mundo, sed prædestinatio est ante mundum. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi. Et dicit, *In Christo Iesu*, quia non sumus electi sic, ut saluemur propriis meritis, sed per gratiam Christi: quia sicut prædestinauit salutem nostram, ita modum salutis nostræ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sed hæc prædestinatio prius erat occulta, sed nunc est manifesta. Et quomodo? sicut conceptus cordis per opera, unde nunc in effectu operis, suis electis manifestauit, per illuminationem proprie loquitur: manifestare enim est in lucem. ducere. Iob. 18. Abscondita produxit in lucem. Sic ergo *Manifestata est nunc &c.* Per hoc, quòd misit Christum nos illuminantem. Esai. 60. Surge illuminare Hierusalem, quia uenit lumen tuum. Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Deinde cum dicit, *Qui destruxit*. commendat Christum illuminatorem: & primo eius uirtutem, quantum ad mala, quæ abstulit. Secundo, quantum ad bona, quæ contulit. Dicit ergo, *Christus*, propter hoc, quòd pro nobis ad passus est *Destruxit mortem*, idest satisfecit Deo pro peccatis nostris. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. Et peccatum erat causa nostræ mortis corporalis. Roma. 6. Stipendia enim peccati, mors: & ideo destruendo peccatum, destruxit mortem. Oseæ. 13. Ero mors tua o mors

o mors &c. Contulit etiam perfecta bona: primo animæ in præsenti, per gratiam fidei. Abach. 2. Iustus meus ex fide viuit. & est imperfecta in hac vita, sed perficietur in gloria. Io. 17 Hæc est vita æterna, vt cognoscant te. Secundo, immortalitatem carnis resultantem ex gloria animæ 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem &c. Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, scilicet iam per gratiam, & abũdantius habeant, scilicet per gloriam in futuro. Itẽ ibidem, Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

LECTIO IIII.

IN quo posit⁹ sum ego p̃dicator, & Apostolus & magister Gentium. Ob quam causa ẽt hæc patior, sed nõ cõfundor. Scio.n. cui credidi, & certus sum, qa potẽs est depositũ meũ seruare in illum diẽ. Formam habe sanorũ verborũ, quæ a me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositũ custodi per Spiritũsanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, ꝙ auersi sunt a me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Philetus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenã meã nõ erubuit, sed cum Romam venisset, solicite me quæsiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam a Deo in illa die Et quãta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

LECTIO IIII.

SVPRA monuit ad solicitã Christi prædicationem: hic inducit ad hoc per exemplum, & primo, ponit hoc. Secundo, inducit ad sui sequelam, ibi; *Formam habens*. Tertio, ostendit sequendi necessitatem, ibi; *Scis hoc*. Item primo, ponit suum officium. Secundo, ostendit quæ patitur pro sui officii executione, ibi; *Ob quam causam*. Tertio, spei certitudinem, ibi; *Scio enim*. Describit autem officium suum tripliciter: quia dicit se prædicatorem ad excitandum ad bonos mores. Infra 4. Prædica verbum, insta opportune. Mar. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Apostolum ad regendum Ecclesiam: quia Apostoli sunt prælati Ecclesiæ. Galat. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est, & mihi inter gentes. Et magistrum institutum ad docendum fidei sanctitatem, & cognitionem Dei 1. Tim. 2. Doctor Gentium in fide & veritate. Iohel. 2. Filii Sion exultate & letamini in Domino Deo nostro, qui dedit uobis doctorem iustitiæ. Sed dicit; *In quo positus sum ego*. Vbi nota tria. Primo, quòd ipse non assumpsit sibi, sed ab illo positus est. Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Secundo, in positione designatur ordo. Tertio, firmitas: quia secundum ordinem rationis institutus, firmiter mansit. Ioan. 15. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine & cursu suo. Deinde cum dicit; *Ob quam causam*, ostendit, quæ patitur pro sui officii executione, dicens; *Hæc* aduersa; *Patior*, scilicet vincula & tædia, & hoc pro fide Christi. infra 2. Laboro usque ad uincula. Et dicit, ob hanc causam, quia pati simpliciter non est laudabile, sed propter iustam causam. Matt. 5. Beati, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Et ideo; *Sed non confundor*, quia non est ad confusionem ei qui patitur propter iustitiam 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem vt Christianus, non erubescat &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Deinde cum dicit; *Scio*. Ponitur certitudo spei quæ facit eum non confundi, etiam hoc prouenit ex magnitudine Dei promittentis. Et ideo dicit; *Cui credidi*. Et nota, quòd vno modo credere, est actus fidei, & est sensus; *Scio &c* Idest, scio quòd ille, qui promisit est verax, & potens ad reddendam vitã ęternam, quam repromisit homini fideli existenti. Sed contra, ex hoc sequitur, quòd eadem est scientia & fides, & idem est scitum & creditum, quod est impossibile: quia de ratione sciti est, quòd videatur, de ratione crediti, quòd non. Respondeo: in fide duo sunt, scilicet id quod creditur, & ille cui creditur. De eo quod creditur non potest esse scientia, quia sic perderet crediti rationem, sed de eo cui creditur, est scientia, quia per euidentissimam rationem est scitũ, quòd Deus est verax. Et sic dicit, Cui credidi 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Prouerb. 14. Innocens credit omni verbo &c. Alio modo, dicit credere fidei eius, cui committit rem suam, & hic sensus est verior, quasi dicat, Quia meipsum, labores & passiones credidi, idest commissi Deo. scio quòd; *Potens est depositum meum seruare &c.* Et nota, quòd depositum dicitur dupliciter. Vno modo, quòd ego deposui. Et sic homo deponit apud Deum salutem suam, quando se Deum totum committit 1. Pet. 5. Omnem solicitudinem vestram in eum proiicientes, quoniam ipsi cura est de vobis. Psal. 54. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Item deponit opera sua, quando scilicet, non statim recipit remunerationem suam, sed in posterum. Et sic qui benefacit, deponit illud apud Deum, & hoc; *Vsque in illum diem*, quando iudicabit occulta hominum, quibus tunc reddet Deus mercedem laborum suorum. Sap. 10. & Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Vel depositum, idest, quod penes me positum est officium, scilicet officium euangelii. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. Etiam Deus est potens conseruare suum Apostolum vsque ad mortem suam. Deinde cum dicit *Formam habens*, inducit ad sequelam sui, & est duplex litera. Vna dicit *Habẽ*, altera *Habens*. Si dicit habẽs, sic primo ponit idoneitatem, quam proponit Timotheo ad imitandum exemplum Apostoli. Secundo hortatur ad imitantũ, ibi *Bonum depositum*. Apostolus autem bonam idoneitatem habuit secũdum duo, scilicet, secundum eruditionem quantum ad cognitionem. Et ideo dicit *Sanorum verborum*. Item secundum virtutem. Vnde dicit *In fide & dilectione*. Dicit ergo, Non potes te excusare, si patienter te non habeas vsque ad vincula, sicut ego, quia tu es *Habens formam sanorum verborum*, scilicet, quæ non continent falsitatis corruptionem. Tit. 2. Loquere quæ decent sanam doctrinam. Et dicitur doctrina sana nõ corrupta, effectiue, quia nos sanos facit. Et addit *Quæ a me audisti*. Quasi dicat, non es deceptus, quia hoc tibi tradidi, quod a Christo audiui. 1. Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et hoc *In fide & dilectione*, quia si aliquis omnia verba sane sciret & non crederet, non esset idoneus, nec etiam diligeret, quia de facili recederet a doctrina, vel per aduersa, vel per prospera. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. 1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte. Et hoc *In Christo Iesu*, quia vera fides est eorum quæ Christus docuit, & vera dilectio est in Christo, qui dedit Spiritumsanctum, per quem Deum diligimus. Hæc igitur habens, *Custodi bonum depositum*, quod scilicet dedi tibi, idest officium prædicationis, vt nunquam a veritate recedas, nec propter timorem, officium prædicationis vllo tempore dimittas. Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum &c. 1. Timo. 6. O Timothee depositum custodi. Et hoc, *Custodi* bono adiutorio, scilicet *Per spiritum sanctum, qui habitat in nobis*. 1. Corin. Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Secundum aliã literam monet ad duo. Primo ad sanam doctrinam. Secundo ad perseuerantiam in ea. Deinde cum dicit *Scis hoc*, ostendit necessitatem monitionis ex defectu, & profectu aliorum. Quãdo enim aliquis videt aliquos sociorum suorum proficere, & aliquos deficere, nititur sequi bonos. Et ideo primo commemorat deficientes: secundo proficientes, ibi *Det misericordiam*. Ostendit ergo, quid caueat, aliàs est periculum. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat nec cadat. Et ideo dicit; *Auersi &c*. Glos. isti fallacia erant pleni. simulate enim fuerant cum Apostolo, vt scilicet addiscerent, vnde facerent calumniam Apostolo. Isti ergo, *Qui sunt auersi a me, sunt modo in Asia*, inter quos præcipue sunt isti duo, qui conuersi sunt per Iacobum. Deinde cum dicit, *Det misericordiam*. Ostendit aliorum profectum, & præcipue cuiusdam Onesiphori, commemorans primo bona, quæ sibi contulit Romæ. Secundo, quæ in Asia. Item primo optat ei Dei misericordiam. Secundo, ostendit meritum misericordiæ. Tertio, tempus misericordiæ. Primũ, cum dicit *Det misericordiam*. Recte optat ei misericordiam, quia præsens vita miseria est. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Dicit *Det Onesiphori domui*. non solum personæ, sed familiæ, quia propter bonitatem vnius deriuatur gratia ad totam familiam. Mat. 10. Siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. Meritum autem misericordiæ, est misericordia, quam habebant in Apostolum. Vnde dicit, *Quia sepe me refrigerauit*, scilicet quietem præstando. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Eccle. 17. Non ardorem refrigerabit ros? Philipp. 6. Viscera sanctorum requieuerunt per te, frater *Et catenam meam*. infra 2. laboro vsque ad vincula quasi male operans, *Non erubuit, sed cum Romam venisset solicite* ut amicus *quæsiuit*. Eccle. 6. Si possides amicum, in tentatione posside illum. Prou. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Optat autem misericordiam futuri seculi, cum dicit, *In illa die*, in qua, scilicet Dominus iudicabit omnes, quando misericordia est necessaria, non solum autem Romæ, sed & Ephes. Et ideo dignus est diuina misericordia.

LECTIO PRIMA.

SVPRA induxit Thimotheum ad diligentem Euãgelii prædicationem: inducit eum hic ad constantem tolerantiã martyrii. Et primo inducit eum ad sustinendam passionem pro salute fidelium. Secundo docet eum, qualiter resistat infidelibus, ibi; *Noli uerbis*. Item primo inducitur præparatio ad martyrium sustinendum. Secundo, exhortatio martyrii, ibi; *Memor esto*. Præparatio martyrii præmittitur, quantũ ad tria. Primum est animi fortitudo. Secundum est bonorum dispensatio, ibi; *Et quæ audisti*. Tertium est fructuosus militiæ labor, ibi; *Labora*. Requiritur autem ad martyrium fortitudo, quæ est circa pericula mortis. Et ideo dicit; *Tu ergo fili mi*, scilicet quem per Euangelium genui; *Confortare in gratia*. Psal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum; *Quæ est*. non in te, scilicet cuius fortitudo est vana, sed; *In Christo Iesu*. Eph. 6. Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Vel in gratia &c. Idest gratuito Dei dono per Christum. Ioann. 1. Grãtia & veritas per Iesum Christum facta est. Secundum est dispensatio bonorum. Circa quod notandum est, quòd quando aliquis adducitur ad mortem, disponit de suis. Nõ ergo minus debẽt esse soliciti sancti de bonis spiritualibus sibi creditis, quòd non dispereant post eorum mortem, sed aliis credant, & ideo monet eum, vt si ad martyrium venerit, quòd dispenset doctrinam fidei. Et primo ponit, quomodo accepit, quia per auditum. Vnde dicit; *Quæ audiuisti a me*, & ego a Christo. Et dico a me, non singulariter, sed confirmata; *Per multos testes*, idest per legẽ, & prophetas. Roman. 3. Testificata a lege & prophetis. Vel per Apostolos 1. Corinth. 15. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis; *Hæc commenda*, inquantum sunt accepta. Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico; *Fidelibus hominibus*, vt scilicet, non quærant lucrum temporale, sed gloriam Dei 1. Corin. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, quẽ constituit Dominus super familiam &c. Item, qui sunt idonei ad dispensandum. Ideo dicit; *Qui idonei &c.* Debent aũt esse idonei tripliciter. Primo, intellectu, vt sint sapientes ad intelligendum, Lucæ, 21. Ego dabo I vobis os & sapientiam &c. Item lingua, vt sint facundi ad docendum. Esa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam suscitare eum, qui lapsus est, verbo. Item opere, quia cępit Iesus facere, & docere. Act. 1. Deinde cum dicit; *Labora*, ponitur tertium, quod est legitimus militiæ labor, ad quem primo hortatur. Secundo, ponit laboris præmium, ibi; *Nam & qui*. Tertio, militiæ stipendia; *Laborantem*. Item primo hortatur ad legitimum laborem. Secundo exponit, quis labor sit legitimus, ibi; *Nemo*. Dicit ergo; *Labora sicut bonus miles Christi*. Est autem tripliciter aliquis miles Christi. Primo, inquantum pugnat contra peccata Iob. 7. Militia est vita hominis super terram, & 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto &c. Et hæc pugna est contra carnem, mundum, & diabolum. Ephe. vlt. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem &c. Secundo, est aliquis miles Christi, pugnando contra errores 2. Corin. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad K destructionem munitionum, consilia destruentes &c. Tertio, est militia martyrum contra tyrannos. Et hæc est laboriosior. Iob. 25. Numquid est numerus militum eius. Et non debet quiescere miles, quia dicitur a militia sustinenda. Deinde cum dicit; *Nemo*. Exponit, quid sit legitimus labor. Et primo, inducit eum ad laborem. Secundo ostendit, qualis debet esse bonus miles, ibi; *Vt ei placeat*. Primo, circa primum duo facit, quia exemplum ponit. Secundo, manifestat. Dicit ergo; *Nemo militans Deo &c.* Circa primum sciendum est, quòd alius est finis militiæ spiritualis, & alius est finis militiæ corporalis, quia finis militiæ corporalis est, vt obtineat victoriam contra hostes patriæ, & ideo milites debẽt abstinere ab his, q̃ abstrahũt a pugna, puta, a negociis & deliciis 1. Corinth. 9. Qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sed militiæ spiritualis finis est, vt victoriam habeat ab hominibus, qui sunt contra Deum, & ideo oportet, quòd abstineant ab omnibus, quæ distrahunt a Deo. Hæc autem sunt negocia sęcularia, quia solicitudo huius sęculi

CAP. II. LEC. I.

TV ergo fili mi, confortare in gratia, q̃ est in Christo Iesu, & in his quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negocijs sęcularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

LECTIO II.

G MEMOR esto Dominũ nostrum Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operãs, sed verbum Dei non est alligatũ, Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequãtur, q̃ est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus: si

F suffocat verbum. Et ideo dicit; *Implicat se*. Sed contra. Negocia secularia sunt temporalia, hoc autẽ Apostolus fecit, quãdo vixit de labore manuum suarum. Respondeo, Dicendum est, quòd Apostolus dicit; *Implicat*, & non dicit exercet. Ille autem eis implicatur, cuius cura & solicitudo iungitur circa ipsa. Et tunc proprie ipsa hæc interdicuntur militibus Christi, in quibus ostenditur non esse necesse implicari animum. Item non dicit, simpliciter implicatur, sed dicit implicat se, quia quãdoq; implicatur, & non se implicat. Implicat.n. se, qñ sine pietate & necessitate assumit negocia, sed qñ necessitas officii pietatis, & authoritatis exercetur, tunc non implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate. Roman 16. Assistatis ei, in quocumque negocio vestri indiguerit. Causa autẽm, quare non debet se implicare, est; *Vt ei placeat, cui se probauit*. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Qui enim est miles Christi, deuouit se ad militandum Deo, & ideo debet conari, vt ei placeat, cui se deuouit. Deinde cum dicit: *Nam & qui*. Ponit laboris præmium. Et quia diceret aliquis, O Paule magna imponis: sed quis est eorum fructus? Respondet, assumatis exemplum in pugnis secularibus, vbi non omnes, sed H legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spiritualibus, quòd nullus coronabitur, nisi seruet debitas leges pugnæ. 1. Cor. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat. Deinde cum dicit; *Laborantem*. Ostendit stipendia, interdicitq; ei negocia sæcularia: Et primo proponit stipendia sub metaphora, secundo exponit, ibi; *Intellige*. Officium enim prædicatorum & doctorum, est officium militum, inquantum insurgunt contra hostes & vitia. Item agricolæ, inquantum fructum faciunt, promouendo ad bona. Huius ager est ecclesia, & principalis agricola est Deus, interius & exterius operans. Ioan. 13. Ego sum uitis vera, & pater meus agricola est. Homines autem exterius adhibent ministerium. 1. Corinth. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Isti sunt exteriores agricolæ. Iob. 31. Si animam agricolarum eius afflixi. Istũ ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus sunt opera virtutum. Eccles. 24. Flores mei, fructus honoris & honestatis. Gal. 5. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia. Inter hos fructus, sunt & fructus eleęmosynarum. Act. 9. Hæc erat plena fructibus bonis, & eleęmosynis quas faciebat. Isti ergo debent principaliter fructum percipere, vt ipsi gaudeant. Primo, de subditorũ fructibus. Phil. 4. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. Secundo, de subsidiis temporalibus, non pro præmio principali, sed stipendio. Gal. 5. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Matth. 1. Dignus est operarius cibo suo. Deinde cum dicit; *Intellige*. Exponit quæ dixerat, sequẽs modum Christi post parabolas. Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. q. d. Reduc hæc ad intellectum spirituale. Dan. 16. Intelligentia opus est in visione, quasi diceret aliquis, tu dicis: accipe stipendium o Timothee, sed tu non facis, quia de labore manuum vis viuere. Vnde; *Intellige quæ dico*, quia est necessaria discretio, quia ibi non sunt accipienda, vbi est occasio auaritiæ contra euangelium, vel propter cupiditatem, vel propter otium, & hoc poteris intelligere, quia; *Dabit &c.* 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos de omnibus.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ponitur præparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ipsum, & primo præmittit exemplum præmii: secundo exemplum martyrii, ibi; *In quo labore*. Tertio, manifestat consequentiam præmii ad martyrium, ibi; *Fidelis sermo*. Nam præmium mortis prætiosæ martyrii, est resurrectio gloriosa, cuius exemplum præcessit in capite nostro Christo. Et ideo dicit; *Memor ẽsto &c.* quasi dicat, Dñm nostrum Iesum Christũ supple habe in mẽte, contra tribulationes. Proue. 3. In oĩbus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Multa.n. sunt in eo cogitanda, sed specialiter resurrectio. Ad hanc omnia ordinantur, & præcipue totus Christianæ religionis status,

status. Roma. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus excitauit illum a mortuis, saluus eris. Et nota quòd dicit resuscitatum, quia & si pater eum suscitauerit, tamen propria etiam virtute resurrexit, & est primus resurgentium 1. Corinth. 15. Sed quia secundum naturam humanam, resurrexit, & mortuus est ex semine Dauid. Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem &c. *Secundum euangelium meum*, idest a me prædicatum 1. Cor. 15. Notum autem facio vobis euangelium, quod prædicaui vobis Qui prædicat euangelium, est minister euangelii, sicut qui baptizat, est minister baptismi. Tamen non potest dici baptisma meum, sed euangelium sic. Et hoc ideo, quia multum facit exhortatio & solicitudo. Deinde cum dicit; *In quo labore*, ostendit se in exemplum martyrii, & primo eius pœnam. Secundo, eius causam, ibi; *Ideo omnia*. Tria autem ostendit esse in pœna, scilicet acerbitatem, opprobrium, & constantiam. Acerbitatem cum dicit; *In quo*, scilicet euangelio prædicando, vel pro quo; *Laboro*, idest affligor, & hoc; *Vsque ad vincula*, quia quando hanc epistolam scripsit, erat Romæ in vinculis. Ephes. vltim. Mynisterium euangelii pro quo legatione fungor in catena. Opprobrium quantum ad infideles, cum dicit; *Quasi male operans* Christiani enim tunc reputabantur pessimi. Lucæ, 9. Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint, & exprobrauerint &c. Christus etiam fuit damnatus quasi male operans. Esai. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Constantiam autem ostendit, cum dicit; *Sed uerbum Dei &c.* Licet enim corpus sit alligatum, tamen verbum Dei non est alligatum, quia prædicatio fuit ex voluntate Apostoli, quæ libera est, præcipue propter efficaciam charitatis, quæ nihil timet. Roman. 8. Certus sum enim, quia neq; mors neque vita &c. Quia sicut 1. Ioann. 3 dicitur, Maior est Deus corde nostro. Et dicitur, quòd in vinculis existens multos conuertit. Deinde cum dicit; *Ideo omnia sustineo*. Ostendit causam, quia martyrem non pœna facit, sed causa. Duplex autem est causa martyrii, scilicet propter diuinum honorem, & salutem proximi. Propter Deum quidem, quia Roman. 8. Propter te mortificamur tota die. Propter salutem proximorum, quia dicit hic; *Propter electos*. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis 1. Ioann. 3. Quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter electos, quia quecumquæ bona fiunt specialiter cedunt in bonum electorum, non reproborum. Et quomodo? *Vt & ipsi salutem consequantur*. D Sed nunquid sufficit passio Christi? Dicendum est quòd sic, effectiue, sed passio Apostoli dupliciter expediebat. Primo, quia dabat ememplum persistendi in fide. Secundo, quia confirmabatur fides, & ex hoc inducebantur ad salutem. Et hoc; *In Christo*, idest, quæ venit nobis per eum, Matt. 1. Ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Et hoc non solum salutẽ gratiæ præstentem, sed etiam; *Cum gloria cœlesti*. Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Deinde cum dicit; *Fidelis sermo*. Ponit consequentiam præmii ad meritum martyrii. Et primo ponit attestationem. Secundo consequentiam, ibi; *Nam si commortui sumus*. Tertio confirmat per testimonium, ibi; *Hæc commone* Dicit ergo; *Fidelis sermo*, idest verbum quòd dicam est fidele. Apoc. vlt. Hæc verba fidelissima sunt &c. Deinde cum dicit; *Nam si &c.* Ponit consequentiam. Et primo de remuneratione bonorum. Secundo, de punitione malorum, ibi; *Si negauerimus*. In prẽmio bonorum sunt duo, scilicet reparatio per resurrectionem, & superadditio gloriæ ad quam resurgent. Et ideo primo ostendit, quòd per Christum venitur ad reparationem vitæ. Secundo, quòd per ipsum venitur ad resurrectionem, ibi; *Si sustinemus*: Dicit ergo; *Si commmortui sumus*, scilicet cũ Christo, & hoc per sacramenti susceptionem in baptismo. Ro. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Item per pœnitentiam nos macerando. Galat. 6. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Item pro confessione veritatis moriendo sicut & Christus Psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Si ergo commortui sumus; *Et conuiuemus*, idest, sicut ipse resurrexit sic & nos. Ro. 6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiõis erimus. Deinde agit de gloria quã

A sancti merentur per mortis ignominiam. Luc. vlt. Nonne hæc oportuit Christum pati. Et ideo dicit; *Si sustinuerimus*, scilicet, patienter afflictiones & opprobria; *Conregnabimus*, idest simul cum ipso perueniemus ad regnum. Matth. 5. Beati qui persecutionem &c. Deinde cum dicit; *Si negauerimus*. Ostendit consequentiam quantum ad pœnas. Dupliciter autẽ potest aliquis peccare contra fidem. Primo, exterius negando. Secundo, interius eam deponendo. Quantum ad primum dicit; *Si negauerimus*, scilicet coram alis; *Ipse negabit nos*, in iudicio. Matth 25. Amen dico vobis, ne B scio vos. Negare est non cognoscere eos esse de ouibus suis. Quantum ad secundum dicit; *Si non credimus*, idest si fidem a corde abiiciamus; *Ille fidelis permanet*, idest ipse fidem suam tenet. Vnde fidelis manet in sua fide, quia fides nihil aliud est, quàm participatio siue adhæsio veritati. Ipse autem est ipsa veritas, quæ negare se non potest. Ergo non est omnipotens. Respondeo ex hoc est omnipotens, quòd; *Seipsum negare non potest*. Posse enim deficere, magis est pertinens ad impotentiam, quia quòd aliquid deficiat a suo esse, est per debilitatem virtutis propriæ. Christum autem negare se ipsum, est deficere a seipso, hoc ergo ipsum, quod non potest negare se, est ratio perfectæ virtutis. Vnde nec peccatum cadit in eum, vt est dictum, nec potest negare suam virtutem & suam iustitiam quin puniat. Matth. vlt. Qui vero non crediderit condemnabitur. Sed numquid non potest Deus alicui remittere pœnam? Potest quidem secundum ordinem sapientiæ suæ, sed contra ordinem sa- C pientiæ & iustitiæ, non. Deinde cum dicit; *Hæc commone &c.* Confirmat per testimonium. Quasi dicat, Simul cum aliis admoneo, vt semper habeas in corde; *Testificans coram Deo*, idest testem adducens coram quo loquor. Deinde cum dicit; *Noli uerbis*. Ostendit quomodo resistat infidelibus, quia primo præmittit modum resistendi. Secundo, ostendit quæ sunt quibus resistat, ibi; *Prophana*. Item primo excludit indebitum modum resistendi. Secundo, ponit debitum, ibi; *Solicite*. Circa primum primo excludit indebitum modum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Ad nihil*. Dicit ergo; *Noli contendere uerbis*. Contentio importat concertationem in verbis. Potest ergo secundũ duo intelligi, quia acrimoniam loquens depraauatur dupliciter. Vno modo, si per hoc accedit ad fauorem falsitatis, vt quando quis cum confidentia clamoris impugnat veritatem Alio modo propter inordinationem, vt quando vtitur acrimonia, vel vltra modum debitum, vel contra qualitatem personæ. Sed si moderate, & cum circunstantiis debitis, & pro veritate fiat, non est peccatum. Et sic in Rethorica est vnum instrumentum exhortationis. Tamen in sacra scriptura, accipitur secundũ quòd importat inordinationẽ. 1. Cor. 11. Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos nõ habemus talem consuetudinẽ, neque ecclesia Dei. Et dicit verbis, quia aliqui discepta nt solũ verbis improperii. Et hoc proprie est contendere. Si hoc fit non verbis tantum, sed veris rationibus, hoc est disputare, non contendere. Deinde cum dicit; *Ad nihil utile est*. Ostendit rationem documenti. Nam moderata disputatio quando cum ratione fit, est utilis ad instructionem, sed quando cum uerbis tantum, tunc est litigiosa. Ideo dicit; *Nisi ad subuersionem*, & hoc dupliciter. Vno modo, dum quod est certum uenit in dubium. Alio modo, quia audientes scandalizantur. Prouerb. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas, unde Iac. 3. Vbi zelus & contẽtio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Sed nunquid non E sine contentione debet quis disputare coram populo de fide? Respondeo, distinguendum est ex parte audientium, quia aut sunt solicitati ab infidelibus, & tunc est utilis publica disputatio, quia per hanc simplices efficiuntur magis instructi, quando uident errantes confutari. Si uero non sunt solicitati ab infidelibus, tunc non est utilis disputatio, sed periculosa. Item est distinguendum ex parte disputantis, quia si disputans est prudens sic, quòd manifeste confutet aduersarium, tunc debet publice disputare: si uero non, nullo modo. Deinde cum dicit; *Solicite cura teipsum*, ponit debitum modum resistendi. Et primo quantum ad rectam intentionem. Secundo, quantum ad rectam operationem. Tertio, quantũ ad rectam doctrinam. Qui enim uult disputare, primo debet scrutari suam intentionem, utrum moueatur bono zelo. Ideo dicit;

Probabilem Deo exhibere, qui scilicet, probat cor. 2. Corint. 10. Non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed qué Deus commendat. Psalm. 16, Probasti cor meum, & uisitasti nocte. Item, quòd doctrinam quam prædicat ore, stabiliat per opera, quod nisi faciat, est confusione dignus. Vnde dicit. *Operarium inconfusibilem*. Quasi dicat, Hæc facito, sic non confunderis. Item, quòd recte tractet verbum veritatis, vera docendo, & vtilia audientibus. Vnde subiungit. *Recte tractātē verbū veritatis* nō q̄rēs lucrū, & gloriā. 2. Cor. 2. Nō sum⁹ sicut plurimi, adulterantes verbū Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

LECTIO III.

PRophana autem, & vaniloquia, deuita. Multū .n. proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus, & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iā factam, & subuerterūt quorundā fidem. Sed firmum fundamentū Dei stat, habens signaculum hoc. Cognouit Domin⁹, qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quędam autem in contumeliam.

LECTIO TERTIA.

SVpra instruxit Timotheum, ostendens modum generalem, quo infidelibus est resistendum: hic ostendit in speciali, quibus sit resistendum. Et primo ostendit, quibus est resistendum. Secundo, quare, ibi, *Multum enim*. Tertio, quomodo, ibi, *Iuuenilia*. Dicit ergo. *Profana, & vaniloquia, deuita*. Vbi ostendit duo esse vitanda, scilicet prophana, & uaniloquia, & referuntur ad idem, vel ad diuersa. Nam prophana dicuntur, quasi procul a phano, scilicet cultu diuino, & hæc sunt documenta hæresum, & hæc vitanda. Ideo dicit, Deuita prophana. Potest etiam dici, quòd hæc prophana sunt, quæ fidei repugnāt, sed vaniloquia fabulosa. Psalm. 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Deinde cum dicit *Multum enim*. Ostēdit, quare hæc sunt vitanda, & hoc dupliciter. Primo, ex nocumento, quod inferunt. Secundo, ex fructu vitationis, ibi, *Si quis*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quomodo noceant ad fidei subuersionem. Secundo, quomodo non possunt totaliter fidem subuertere. *Sed firmum*. Item primo, ponit documentum. Secundo, subdit similitudinem, ibi, Et *sermo*. Tertio, exemplum, ibi, Ex *quibus est*. Dicit ergo Hæc sunt vitanda, quæ impediunt pietatem, quæ cultus Dei dicitur. Vnde doctrina fidei, est doctrina pietatis. Impietas vero est doctina cōtra fidem. Vnde dicit. *Multum .n. proficiunt ad impietatem*, idest perducunt ad errorem siue ad erroneam doctrinam. Sed hic profectus est in malis abusiue. infra. 3. Mali homines, & seductores proficiunt in peius errantes, & in errorem alios mittentes. Deinde ponit eorum similitudinem, dicens. *Sermo*. Hæretici .n. dicunt a principio quædam vera, & vtilia, sed cum audiuntur, immiscent quædam, quæ euomunt mortifera. Et ideo dicit. *Sermo eorum &c.* Ecclesia. 11. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Deinde, cum dicit. *Ex quibus*, ponit ad hoc exemplum. Hi enim duo, fidem suo tempore corrumpebant. A quibus quidam errantes, conuersi sunt in vaniloquiū &c. De Phileto dicitur supra. 1. Auersi sunt a me omnes, qui sunt in Asia. *Ex quibus est Philetus, & Hermogenes*. De Hymeneo autem, habetur. 1. Timo. 1. Ex quibus est Hymeneus. Et dicit, *Exciderunt*. 1. Ioann. 2. A nobis exierunt. Et hoc aggrauat, q̄a 2. Pet. 2. Melius enī erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Errabant autem. *Dicentes resurrectionem iam factam esse*. De qua Matt. 27. Multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et dicebant, quòd non est alia resurrectio expectanda, sed tunc surrexerunt. Alio modo, & melius, ꝙ sicut est duplex mors, ita duplex est resurrectio, s. animæ, & corporis. De resurrectione animæ habetur. Apoc. 20. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. Dicebant ergo, quòd omnia, quæ dicuntur in scripturis, erant referenda ad resurrectionem animarum, quæ iam facta est. Colos. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærito. Et hic error est etiam hodiæ apud hæreticos, & per istum subuertunt quosdam. Et congrue dicit. *Et subuerterunt quorundam fidem*, quia destruunt fundamentum fidei. Act. 13. O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. Deinde cum dicit. *Sed firmum*. Ostendit, quomodo per hæreses fides non est totaliter subuertenda. Et primo, quòd per doctrinas hæreticas, non potest tota ecclesiæ fides corrumpi. Secundo ostendit, quare Deus permittit aliquos errare, ibi, *In magna autem*. Item primo, ostendit immobilitatem fidei electorum. Secundo, addit demonstrationem, ibi, *Habens*. Dicit ergo. *Subuertunt*, *sed firmum fundamentum Dei stat'*. Hæc enim fundamenta sunt illa, quibus datur gratia immobiliter standi. Matt. 7. Fundata .n. erat supra firmā petrā *Firmum*, quia immobile, Vnde præmittitur, ibi Matt. 7. Quòd venerunt flumina, & flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Huius firmitas dependet primo, ex diuina prædestinatione. Secundo ex libero arbitrio nostro Et ideo quantum ad primum dicit, Hoc firmum fundamentū *Habens hoc signaculum*, idest hoc est signum huius firmitatis. Ioan. 3. Qui autē acceperit testimonium eius, signauit, quia De⁹ verax est. Et hæc est prima pars signaculi, scilicet ex diuina prædestinatione, quia *Nouit Dominus, qui sunt eius*. Et hæc est notitia diuinæ prædestinationis. Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, & alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. Matt. 7. Non noui vos. Sed quantum ad secundum, dicit *Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat*. Quasi dicat, si prædestinati sunt a Deo, quòd per liberum arbitrium saluabuntur, quia ex hoc, quòd aliquis finaliter non adhæret peccato, ostendit se esse prædestinatum. Et ponit duo, quæ pertinent ad ordinationem in statu salutis. Primum, ꝙ confiteatur fidem. Ideo dicit, *Omnis qui &c.* Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. Secundum, quòd recedat a peccato. Matt. 7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum &c. Et ideo dicit, *Discedat &c.* Esa. 55. Derelinquat impius viā suā &c. Quod vero dicit *Inuocat nomen* nō intelligit, ꝙ solum nominet ore, sed interius per fidē, & extra per opus: Deinde cū dicit *In magna* ponit rationē, quare Deus permittit aliquos errare, licet omnes diligat. Dupliciter autē potest hoc intelligi, quia vel in generali, vel in speciali ad hunc, vel illum. Si enim quæras in singulari, quare dat huic donum perseuerantiæ & non illi, nō habet rationem, nisi solam Dei voluntatem. Augu. Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare &c. Sed si quęras in generali, quare quibusdā dat & quibusdam non, habet rationem, quā & assignat Apostolus Ro. 9. Et est eadem ratio cum ista, licet per alia exēpla. Ideo enim dicit, Sustinuit in multa patientia &c. Secundum enim, quòd omnia opera, quæ Deus fecit in natura & gratia, sunt facta ad manifestandum gloriam Dei. Eccl. 42. Gloria Domini plenū est opus eius. Sic etiam fecit diuersas creaturas, vt perfectio diuinæ bonitatis, quæ non potest manifestari per vnam, sufficienter manifestetur per aliam. Ita etiam considerandum est de vno artifice, in domo vna est vna fenestra, quæ est altera pulchrior. Si quis ergo quærat, quare non tota domus est fenestra, ratio est, quia tota domus esset imperfecta. Similiter dicit Apostolus. 1. Cor. 12. Si totum corpus esset oculus, vbi auditus? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratiæ, quia oportuit, quòd Deus manifestaret iustitiam & misericordiam. Si enim omnes saluaret, esset solum eius misericordia. Si omnes damnaret, solum esset iustitia. Et ideo Deus volens manifestare iram, idest iustitiam &c. Et similis est ratio de perfectione ecclesiæ, quam oportebat esse perfectam, quod non esset in ea diuersitas. In qua est triplex diuersitas, scilicet bonorum & malorum, bonorum & meliorum, malorū & peiorum. Et hanc assignans, dicit *In magna autem domo*, idest ecclesia. Baruch. 3. O Israel, quàm magna est domus dei, & ingēs locus possessionis eius. *Nō solum sunt vasa aurea &c.* vbi aurea & argentea distinguuntur a fictilibus. Item, argentea ab aureis. Itē, fictilia a ligneis. In primo, comparatio bonorum & malorum innuitur. In secundo, cōparatio bonorum & meliorū. In tertio, malorum & peiorum. Nam aurea & argentea sunt boni, sed aurea meliores, argentea minus boni. Similiter lignea & fictilia sunt mali, sed fictilia sunt peiores, lignea vero minus mali. Consequenter designat diuersitatem quantum ad vsum, vt boni sint vasa in honorem, sicut deputati ad honorabilem vsum: mali vero sint vasa fictilia & lignea, quasi deputati in contumeliam, idest ad vilem vsum. Sicut enim in hominibus quidam, scilicet sancti, quasi vasa pretiosa. Eccle. 50. Vas auri solidum &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Quidam vero sicut vasa inutilia, scilicet mali. Esa. 32. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ecclesiast. 21. Cor fatui, quasi vas confractum. Prima vasa sunt in honorem, quibus debetur vita æterna. Rom. 2. His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem, quærentibus vitam æternam. Secunda vasa

vasa sunt in cōtumeliam. 1. Reg. 2. Qui autem cōtemnunt me, erūt ignobiles. Et prædicta diuersitas potest aliter applicari ad diuersitatem ecclesię, vt vasa aurea sint prælati, argentea vero, & lignea, & fictilia tenentes inferiorem gradum, inter quos est quidam gradus. Et quod subdit. *Quædam in honorem &c.* Non est tunc intelligendum, quòd vasa aurea, & argenta omnia sint in honoré, & fictilia in contumeliam, q̄a de quocunque statu quidā saluantur, & quidā damnantur.

LECTIO IIII.

SI quis ergo se emundauerit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruū autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilē, patientē, cū modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando deus det illis pænitētiā ad cognoscēdā veritatē, & resipiscāt a diaboli laqueis, a quo captiui tenent' ad ipsius volūtatem.

LECTIO IIII.

SVpra ostendit ꝙ prophana sint vitanda per rationem sumptam ex nocumento: hic ostendit idem per rationem sumptam ex fructu. Et primo, proponit vitationem. Secundo, eius fructum, ibi, *Est uas*. Nam vitationem vocat emundationem. Dicit ergo, quædam sunt vasa in contumeliam. *Ergo si quis emundauerit se ab istis*, quia eorum consortia inquinant. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt. 2. Corinth. 9. Exite de medio, & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeretis &c. Fructus autem sequens, est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam. *Quia erit uas in honorem*, quia si sordidetur ab illis, erit in contumeliam, si emundat se, in honorem. Psal. 138. Nimis honorati sunt amici &c. Prouer. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Alii effectus sunt gratiæ, quorum primus est hominis sanctificatio. Secundus, est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit. *Sanctificatum* 1. Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Sed quantum ad secundum dicit. *Vtile domino*. Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non. Psal. 15. Bonorum meorum non indiges. Sed dicit vtile domino, idest vtilitas suæ cedet ad honorem domini. Act. 9. Vt portet nomen meum coram gentibus, & regib⁹ & filiis Israel. Quantum ad tertium dicit. *Ad omne opus bonum paratum*. Psal. 118. Paratus sum, & non sum turbatus. Et dicit, Ad omne bonum, quia præcepta affirmatiua non obligant ad semper. Et ideo debet esse paratus, vt quando necesse est operetur. Deinde cum dicit. *Iuuenilia*. Ostendit qualiter prophana sunt vitanda. Et ponit duo vitanda. Primum est conuersatio praua. Secundum est doctrina mala, ibi, *Stultas autem*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit quid sit vitandum. Secūdo, quid sit sequendum, ibi. *Sectare*. Dicit ergo, Dico quòd debes vitare hęc, vt sis vas emundatum. Ideo iuuenilia &c. Considerandum est quòd dicit hoc, quia iste iuuenis erat. Et hæc sunt desideria vanitatum exteriorum, & carnalium voluptatum. Naturale est iuuenibus quòd hæc desiderent. Eccl. 11. Adolescentia & voluptas vana sunt. Cuius est duplex ratio. Vna, quia non sunt alia experti. Secunda, quia huiusmodi delectationes naturales, sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura vero in iuuenibus laborat, & ideo inclinantur ad eas. Deinde cum dicit *Sectare vero iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem*. Ostendit, quæ sunt sectanda. Et sunt quatuor, quorum primum ordinat ad subditos, & hæc est iustitia, quia princeps est custos iustitiæ. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Secundum, ordinat ad Deū, & hæc est fides, sine qua impossibile est placere deo. Hebr. 11. Tertium, est spes. Quartum, ordinat ad proximum vnumquenq;, s. charitas, & pax, quæ se extēdit ad inimicos. 1. Corin. 13. Si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit. *Cum his qui inuocant &c.* Vno modo, exponi potest referendo ad immediate dictum, q.d. Sequimini pacem cum his &c. Quod autem dicit. *De corde puro*, ponitur, quia nō est speciosa laus &c. Sed Heb. 12. dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hic, cum his qui inuocant dominum de corde puro? Respondeo, dicendum est, quòd quantum in nobis est, debemus habere pacem cū omnibus, si fieri potest, sed nō potest esse pax inter bonos, & malos, quia pax dicit concordiam, quæ non potest haberi cum malis. Alio modo, legitur cum his &c. vt referatur ad totum præcedens. q.d. Ita sectare iustitiam, pacem, & omnia, sicut & illi qui inuocant &c. Deinde cum dicit. *Stultas autem*, hortatur ad vitandum doctrinam malam. Et primo, docet quid sit vitandum. Secundo, quid sit sectandum, ibi, *Sed mansuetum*. Circa primum, duo facit, quia primo proponit documentū, Secundo rationem assignat ibi. *Sciens quia*. Vitandæ sunt. *Quæstiones stultæ*, quantum ad materiam, quia sunt de stultis, idest de his, quæ contrariantur sapientiæ. i. de his, quæ sunt contra diuinam sapientiam. Has non debet homo mouere, sed eis resistere. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Dicit autem. *Sine disciplina*, quantum ad modum, quia clamosæ sunt. Vel sine disciplina ex parte eorū, de quib⁹ dubitatur, vt puta, si vertat in dubium id, quod tota ecclesia tenet. Iob. 34. Iob autem stulte locutus est, & verba eius nō sonāt disciplinam. Quæstiones autem intantum sunt amandæ, inquantum ducunt ad veritatem: per hoc quòd oportet quòd omnes vnum dicant. Quæstiones autem stultæ non ducunt ad veritatem. sed ad litem, quæ est vitanda. Esa. 58. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis &c. Et ideo dicit, *Seruum autem domini*, i. eum qui se dat seruitio domini. *Non oportet litigare*. 1. Timo. 3. Non litigiosum. Deinde cum dicit. *Sed mansuetum*, ostendit quid sit sectandum. Et primo, ponit documentum. Secundo rationē, ibi, *Ne quando det*. Item prima in duas, quia primo proponit quoddam generale ad omnes. Secundo, quædam necessaria ad singulos, ibi, *Docibilem*. Generale quod debet habere qui vult disputare, est quòd sit mansuetus. Psa. 24. Docebit mites vias suas. Est enim mansuetudo virtus compescens ab ira, quæ perturbat iudicium rationis, quæ necessaria est in quęstione, & iudicio veritatis. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem: respectu persecutorum, patientiam: respectu falsorum doctorum, correctionem. Quantum ad primū dicit. *Docibilem*. idest, paratum corrigi a quocunq;. Et hæc est sapientia cælestis. Iaco. 3. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde autem pacifica, modesta, suasibilis &c. Quantum ad secundum dicit. *Patientem*. Psal. 91. Bene patientes erunt vt annuntient. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Quantum ad tertium dicit. *Cum modestia corripientem*, quia correctio debet esse modesta. Gala. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis &c. Deinde cum dicit. *Nequando*, assignat rationem vitationis: & respondet cuidam tacitæ quæstioni. Posset .n. aliquis dicere, Isti resistūt veritati, & ideo imminet necessitas corrigendi. Respondeo, quòd deus pater eos potest reducere ad pænitentiam, & ad hoc debet iustus niti. Et primo præmittit pænitentiam, quam debet intendere contra aduersarios. Secundo, pænitentiæ fructus. Tertio, pænitentiæ necessitatem. Dicit ergo. *Ne quando*, idest, vt *Deus aliquando det eis pænitentiam*. Quia ex superbia resistunt, quibus difficile videtur dari pœnitentia. Hic excluditur error Pelagii, qui dicit dona gratiæ esse ex operibus nostris, quod per hoc patet esse falsum, quia etiam principium bonorum, scilicet pœnitentia, datur a Deo. Tren. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Esa. 26. A timore tuo concepimus. Fructus vero pænitentiæ duplex est, scilicet cognitio veritatis, liberatio a potestate diaboli. Quantum ad primū, dicit. *Ad agnoscendam ueritatem*, quia quando ex malitia resistitur veritati, ipsa malitia sua excæcat eos: quando ergo malitia aufertur, cognoscunt veritatem. Ioan 8 Et cognoscetis veritatē. Quantum ad secundum dicit. *Et resipiscant a diaboli laqueis*, idest ab occasionibus errorum ex parte intellectus, sicut falsæ fantasiæ, & ex parte affectus, sicut sunt inuidia, superbia, & huiusmodi. Necessitas autem pænitentiæ, est magna, quā nisi habeāt, diabolus dominatur eis. Vnde dicit, *A quo captiui tenentur*, Quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Et dicit. *Ad ipsius voluntatem*, s. sectandam. Vel, ut de homine faciat uoluntatem suam. Sed contra. Non statim præcipitat sicut uellet. Dicendum est, quòd solum adipiscitur quātum permittitur sibi, sed difficile est, quòd ei auferatur id ꝙ tenet. Esa. 49. Numquid tolletur a forti præda, aut quod captum fuerit a robusto, saluum esse poterit?

CAP. III. LEC. I.

HOc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erūt homines seipsos amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinētes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, ceci, & uoluptatū amatores, magis q̄ dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autē eius abnegātes.

LECTIO II.

G Et hos, deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidē, sed ultra non proficient: Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinā; īstitutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patiētiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, Listris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me dominus,

LECTIO III.

B Et omnes qui pie uolunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

LECTIO PRIMA.

SVpra instruxit eum, quomodo resistat tribulationibus & periculis præsentibus, hic ostendit, quomodo stet contra futura. Et primo prenuntiat futura pericula. Secundo ostendit idoneitatem suam ad resistendum, ibi *Tu autem assecutus*. Tertio ostendit, qualiter resistat, ibi *Testificor*. Circa primum duo facit, quia primo p̄nuntiat pericula nouissimorum temporum. Secundo ostēdit, quomodo eorū vitia sunt etiam modo vitāda, ibi, *Et hos deuita*. Item prima in duas, quia primo prænuntiat esse futura pericula in nouissimis temporibus. Secundo causam periculorum, ibi *Et erunt homines*. Dicit ergo, Dixi, deuita prophana &c. Non solum autem sunt hæc modo vitanda, sed in futuro restant etiam quædam alia vitanda. Et dicuntur *Nouissimi dies*. quia sunt propinqui nouissimæ diei. Ioan. 5. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Gene. penultimo, Congregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et addit *Instabunt tempora periculosa &c.* Matt. 24. Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Causa horum est iniquitatis abundantia. Mat. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia fides & charitas, vel annullabitur, vel totaliter peribit: quia quanto magis aliquid elongatur a suo principio, tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides & charitas, quia plus elongantur a Christo. Luc. 19. Filius hominis veniēs, puta inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo, diuersas eius species. Radix autem totius iniquitatis, est amor sui ipsius. Duplex autem amor duplicem ciuitatem facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo, Dicendum est, quòd in homine duo sunt, scilicet natura rationalis, & corporalis. Quātum ad intellectualem seu rationalē, quæ interior homo appellatur, vt dicitur. 2. Cor. 4. homo debet plus se diligere quàm omnes alios, quia stultus esset, qui vellet peccare, vt alios a peccatis retrahat, sed quantum ad exteriorem hominem, laudabile est, vt alios plus diligat quàm se. Vnde illi, qui se sic tātū amant, sunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ex hac radice diuersæ sunt species iniquitatis. Vn̄ dicit *Cupidi, elati &c.* Et circa hoc tria facit, quia primo ponit peccata, q̄ sunt in abusu rerū exteriorū. Secundo, quæ pertinent ad inordinationē hominis ad alios, ibi *Blasphemi*. Tertio, quæ ad seipsum, ibi *Incontinentes*. Duo autē sunt in rebus exterioribus. s. abundantia diuitiarum, & excellentia bonorū, Quantum ad primum, dicit *Cupidi*. Et cupiditas primo ponitur, quia est radix omnium malorū. vel est propinqua amori suiipsius, quæ est ad bona exteriora. Quantum ad secundum, dicit *Elati*. Elatio est species superbiæ, quæ sunt quatuor. Vna, quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secunda, quando quod ab alio habet, attribuit sibi, ac si haberet a se. 1. Cor. 14. Quid habes quod non accepisti &c. Tertia, quando attribuit sibi quod habet ab alio, sed meritis propriis. Lucæ. 18. Ieiuno bis in sabbatho &c. Quarta, quādo singulariter vult videri supra omnes, & hęc est elatio. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meū &c. Quod dicit, *Superbi*. reducitur ad alias species superbiæ. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Consequenter ponit vitia, quantum ad alios. Et primo, quātum ad superiores: secundo, quātum ad æquales, ibi *Scelesti*. Superior est triplex. s. Deus, & cōtra hunc dicit *Blasphemi*. Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Item parentes, & quantum ad hoc dicit *Parentibus non obedientes*. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolādi, est repugnare, & quasi scelus ydolatriæ, nolle acquiescere. Prouer. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Item benefactor, inquantum huiusmodi. Et quantum ad hoc, dicit. *Ingrati*. Psalm. 37. Qui retribuunt mala pro bonis &c. Corin. 3. Grati estote. Sap. 16. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua superuacua. Tunc ponit mala, quæ sunt ad æqualem, & proximum, & sunt tria. Primum pertinet ad opus. Vnde dicit *Scelesti*. idest, qui scelera grauia perpetrant in proximos. Esai. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis &c.

F Secundum ad effectum. Vnde dicit *Sine affectione*. idest sine affectu charitatis, & sine pace. Tertio, quantum ad verbum. Vnde dicit *Criminatores*. Leuit. 19. Non eris criminator, nec susurro in populis. Item, quantum ad seipsum, ostendit quædam alia, tripliciter. Primo, quantum ad corruptionem concupiscibilis, secundo, irascibilis, tertio, rationalis. Quantum ad primum, dicit. *Incontinentes*. Vnde dicitur incontinēs, qui se non tenet in bono proposito, propter prauas concupiscentias. Ecclesi. 26. Omnis autem ponderatio, non est digna continentis animæ. Quantum ad irascibilem, dicit proprie. *Immites*, idest non mansueti: hæc enim mansuetudo moderatur passiones iræ. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Psalm. 24. Docebit mites vias suas. Item ponit aliud, quod pertinet ad affectum irascibilis, scilicet, benignitatis exclusio. Vnde dicit. *Sine benignitate*. Hoc enim est naturale, quòd quando dominatur vnum contrariorum, excludit aliud. Ephes. 4. Estote inuicem benigni. Deinde ponit uitia, quę sunt ad corruptionem rationalis. Hæc autem potentia perficitur per prudentiam; prudentiæ autem opponitur aliquod uitium per abusum prudentiæ: & aliquod per eius priuationem, & vtrunque ponit. Quantum ad primum, dicit. *Proditores*. Ad prudentiam autem pertinet H sagacitas, qua quidam abutuntur in malum, & hi sunt proditores. Prouerbiorum. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Item constantia, qua quidam abutuntur, dum in malo proteruiunt. Vnde dicit. *Proterui*. Prouerbiorum. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Deinde ponit vitia, quæ sunt ad priuationem prudentiæ. Et primo ponit priuationis causam. Vnde dicit. *Tumidi*. Superbi enim inflantur in agendis, quia non metiuntur vires suas, & ideo deficiunt. Prouerbiorum. 11. Vbi superbia, ibi erit & contumelia; vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Secundo, ponit priuationis effectum; quia temporalia præponunt æternis. Vnde dicit. *Voluptatum amatores, magis quàm dei*. Esaiæ. 13. Syrenæ in delubris voluptatis. Sed nunquid est idem esse incontinentem, & voluptatum amatorem? Respondeo. Dicendum est quòd non, quia proprie incontinens dicitur, qui habet spem fugiendi, sed vincitur ab eis, sed proprie amator earum est intemperatus qui I habet corruptam æstimationem. Consequenter ponit simulationem: dicens. *Habentes quidem speciem pietatis*. 2. Corinthio. 11. Operarii subdoli. *Virtutem autem eius abnegantes*, virtutem, scilicet pietatis, quæ dicitur hic dupliciter. Vno modo, ipsa vis pietatis, idest eius virtus. Vnde dicit, *Abnegantes*, idest veritatem non habentes ad Titum. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Alio modo, quia virtus rei dicitur illud, ex quo dependet tota res. Tota autem virtus pietatis dependet ex charitāte, ideo dicit *Virtutem eius*, scilicet charitatem abnegantes.

LECTIO SECVNDA.

SVpra Apostolus descripsit pericula nouissimorum temporum, & causam assignauit: hic docet huiusmodi etiam in præsenti esse vitanda. Et primo præmittit monitionem de horum vitatione: secundo, ostendit in quibus hominibus in præ- K senti appareant prædicta, ibi. *Ex his enim*. Dicit ergo, Dixi, q̄ in nouissimis temporibus erunt homines pessimi. Sed non credas te in præsenti esse tutum; sed etiam nunc hos, & tales homines deuita; s. ne in similem errorem labaris. Tit. vl. Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem, deuita. Et licet quātum ad aliqua vitandi sint, sed non quantum ad sermonem exhortationis. Et tunc ostendit, quòd etiam modo sunt aliqui tales. Et primo ostendit nocumentum quod inferunt: secundo defectum quem patiuntur, ibi, *Homines reprobi*. Tertio, impedimentum quo arctantur, ibi, *Sed ultra*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit impedimentum quod inferunt subditis, secūdo, impedimentum quod inferunt prælatis, ibi, *Quemadmodum autem*. Iterum prima in duas: quia primo ostendit eorum imprudentiam: secundo, eorum astutiam, ibi: *Et captiuas*. Quantum ad primum, dicit. *Deuita hos*, quia iam sunt aliqui tales. *Nam ex his enim*, idest eorum numero. *Sunt*. 1. Io. 2. Nunc antichristi multi sunt &c. Nec debetis intelligere, q̄ ex his fuerunt, sed sunt, s. scelesti, & ingrati &c. quia peccatores iam conuersi non debent dici peccatores. Psal. 15. Nec memor ero nominum eorū p labia mea. Deinde cum dicit. *Qui penetrant domos*, ostendit eorū malitiam. Et ad literam potest exponi, quasi inordinate ingerētes se, & circumeuntes propter lucrum. Contra quod. Eccle 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Sed propter hoc, non prohibentur aliqui visitare afflictos in domibus. Iac. 1. Religio munda, & immaculata apud deum, & patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, &c. Vel metaphorice potest exponi, dom⁹, idest conscientia. Sap. 8. Intrans in domum meam, cōquiescam &c. Illi ergo penetrant domos, qui cū astutia volunt scire secreta conscientiæ, vt decipiant alios. Ecclesia. 13. Ex multa loquela tentabit te, & subridens interrogabit te. Nihilominus tamen illis, qui curam habent licet inquirere statum conscientiæ. Proue 17. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Deinde cum dicit. *Et captiuas ducunt*. Ostendit eorū astutiam. Et primo tangitur eorum malitia, quia abducunt a libertate, & statu gratię. Iaco. 1. Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis &c. Et ducunt in statum seruitutis, qui est status peccati. Psalm. 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion &c. Hoc enim, nomē captiuitatis importat. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiā. Secundo, ostendit in quas personas exercent malitiam, quas describit primo, a fragilitate sexus: secundo, ex malitia conuersationis: tertio, ex vanitate affectionis, quarto, ex defectu discretionis. Quantum ad primum. dicit. *Mulierculas*, quæ sunt minoris discretionis, & sexus fragilioris. Et dicit, Mulierculas, q̄a magnæ dominæ habent aliquos consiliarios, vnde non possunt seduci. Sed hæ sunt tali auxilio destitutæ. Mat. 23. Comeditis domos viduarum. 1. Mach. 1. Captiuas duxerunt mulieres &c Quantum ad secundum. dicit. *Oneratas peccatis*. Peccatum est onus, quia non permittit libere incedere, nec erectum esse, & stare, sed incuruat. Psal. 37. Sicut onus graue, grauatę sunt sup me. Et ideo, ista specialiter decipiunt, quia peccatum parat viam seductioni. Item, quia malæ sunt, timent resistere, ne perdantur. Quantum ad tertium, dicit. *Quæ ducuntur variis desideriis*. idest aptæ sunt, vt seducantur propter uaria desideria, quæ habent. Iacob. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Et ideo prima mulier fuit seducta, quia non stetit constanter in verbis domini, sed dixit, Ne forte moriamur. Eccle 6. Ne respicias mulierem multiuolam. Quantum ad quartum dicit. *Semper discentes, & nunquam &c.* Curiositas semper noua nititur quærere, & nō vult insistere. Vnde dicit, *Semper discentes*. Proue. 9. Mulier clamosa &c. Tamen hoc quod dicit, Semper discentes, potest reduci ad penetrantes domos. Deinde cum dicit. *Quemadmodum*, ostēdit nocumentum quod afferunt prælatis, & nocumentū resistendi eorum doctrinæ, & inducit exemplum de Exodò, vbi magi Pharaonis restiterunt Moysi, quia a principio mūdi semper fuit pugna inter veritatem, & falsitatem. 2. Pet. 2. Fuerunt vero, & pseudo prophetæ in populo, sicut & in uobis &c. Sed in Exodo, isti magi non nominantur, sed hic sic, quod forte habuit ex aliquibus verbis Iudæorum. *Ita, & resistunt ueritati*, scilicet quam nos prędicamus. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Actuū. 17. Semper spiritui sancto restitistis. Consequenter cum, dicit. *Homines &c.* Ostendit eorum defectum in fide, & in opere. In opere. *Homines reprobi*. Glo. In operibus. i. qui per opera sua, se reprobos ostendunt. Hier. 6. Argentum reprobum vocate eos. Itē in fide. *Corrupti mente*, idest potentia rationali. Vnumquodque enim tunc dicitur corruptum, quando deficit a propria virtute. Propria autem mentis perfectio est cognitio veritatis. Vnde dicitur corruptus mente qui deficit a cognitione fidei. Consequenter, cum dicit. *Sed ultra*. Ostendit, quomodo arctantur, & primo ostendit eos esse impediendos; secundo, docet modum impediendi, ibi. *Insipientia*. Sciendum est autem circa primum, q̄ voluntas nocendi est homini a se ipso, sed potestas nocendi est a deo permittente. Et deus non permittit vt noceat quantum vult malus, sed imponit terminum. Iob. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic, & diabolus non læsit Iob, nisi secundum quod permissus fuit a deo. Sic Arrius non nocuit in ecclesia, nisi quantum dominus permisit. Apocalip. 7. dicit angelus, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque si- A gnemus seruos dei in frontibus eorum, &c. Et dicit. *Vltra*. Scilicet, quàm deus permittit. *Non proficient*. Modus impediendi est, ut tollatur eorum pallium, & occultatio, quæ sunt tollenda, quia nocent. Iob. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius &c. Et ideo dicit. *Insipientia eorum manifesta erit*. Deo detegente, quando illuminabit abscondita tenebrarum &c. vt dicitur. 1. Corinthiorum. 4. *Sicut, & illorum*, scilicet, magorū Pharaonis, quæ fuit manifesta, quia non potuerunt facere signa. Deinde cum dicit. *Tu autem &c.* Ostendit idoneitatē Timothei ad resistēdum huiusmodi periculis. Et primo, ostendit, quòd erat idoneus ex institutione Apostoli: secundo ex experientia scripturarum, ibi. *Ab infantia*. Item primo ostendit, quomodo erat instructus sufficienter ab Apostolo: secundo, quomodo vniuersaliter instrui ab aliis poterat, ibi. *Omnis qui &c.* Circa primum, primo ostendit, quomodo instructus erat verbo: secundo, quomodo exemplo, ibi, *Propositum*. Sed sciendum est, quòd verbo aliquis instruitur dupliciter, vno modo, de veritate agnoscenda alio modo, de iustitia operanda. Quantum ad primum, dicit. *Tu autem assecutus es meam doctrinam*, idest, instructus es in fide catholica, ideo bene potes vitare eos. Quantum ad secundum dicit. *Meam* C *institutionem* Institutio est eruditio, quę est de aliquibus agendis, quæ subdunt operationi humanæ. Philip. 4. Vbique, & in omnibus institutus sum. Item, quomodo institutus erat exemplo. Et primo, quantum ad bona agenda: secundo, quantum ad mala toleranda, ibi, *Patientiam*. In bonis faciendis ponit duo. Primum est intentio recti finis. Et quantum ad hoc, dicit. *Propositum*, quod est de fine. Sap. 8. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuandum. Et ad hoc peruenitur p bona opera, quæ deriuantur a tribus virtutibus, scilicet fide, spe, & charitate. Et primo, ponit fidem, cum dicit. *Fidem*. Hebræ. 11. Sine fide, impossibile est placere deo. Secundo spem, cum dicit. *Longanimitatem*, quæ in longum expectat. 2. Corinthiorum. 6. In longanimitate. Tertio, charitatem, cum dicit. *Dilectionem*. 1. Ioan. 3 Qui non diligit manet in morte. Deinde de malis tolerandis instruit eum quantum ad tria, ea reducēdo ad memoriam. Primo, D patientiam quam habuit. Item mala, quæ sustinuit. Item, diuinum auxilium, quod sibi affuit. Primo ergo ponit. *Patientiam* quæ opus perfectum habet. Iac. 1. & primo, ponit patientiæ materiam, scilicet. *Persecutiones*, in generali. Matth 10, Si vos persequuntur in vna ciuitate, fugite in aliam. Item in speciali, cum dicit. *Passiones*, quas, scilicet, passus est in proprio corpore. 2. Corinthiorum. 11. Ter virgis cæsum sum, &c. Tertio, in particulari, cum dicit. *Qualia facta sunt mihi Antiochiæ &c.* Act. 16. & 17. Iudæi persecuti sunt eum, præsente Timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. *Et ex omnibus eripuit me dominus*. 2. Corinthiorum. 1. Qui consolatur nos, in omni tribulatione nostra.

LECTIO TERTIA.

E SVpra proposuit Timotheo in exemplum persecutiones, quas ipse passus fuit. Et ne videatur ipse solus per huiusmodi passiones transisse, ostendit eas esse communes sanctis. Et primo docet, quomodo sancti patiuntur hic defectus pænales: secundo, quomodo mali proficiunt per defectū culpæ, ibi, *Mali autem homines*. Dicit ergo, Persecutiones sustinui, & non solum ego, sed & omnes. Pie sumitur dupliciter, quandoque pro uirtute pietatis ad cultum diuinum, supra eodem, Habentes speciē pietatis. Quandoque pro misericordia ad proximum. 1. Timo. 4 Pietas ad omnia ualet. *Omnis ergo, qui pie uolunt viuere in Christo &c.* idest, uolunt obseruare cultum religionis Christianæ. Timoth. 2. Sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo, &c. Et tales persecutionem patientur, & maxime in primitiua ecclesia, quando Christus vndique impugnabatur a Iudæis, & Gentibus. Et ideo Io. 16. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Matth. 24. Eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. Item, omnes q̄ pie volunt, &c. idest volunt per fidem Christi seruare misericordiam ad proximum, necesse est eos persecutionem pati; & si non ab extra, tamen ab intus, quando, scilicet compatiuntur defectibus

fectibus proximorum, quorum culpas & pœnalitates vident. 2. Cor. 11. Quis scandalizatur, & ego non vror? &c. 2. Pet. 2. Habitãs apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescebam &c. Item sunt aliæ persecutiones, quæ sanctis omnibus deesse non possunt. s. carnis, mundi, & dæmonis: quia vt habetur Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Rom. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Psal. 33. multæ tribulationes iustorum Deinde cum dicit. *Mali autem homines*, ostendit, q̃ mali incidũt in peiora mala. s. culpæ. Dicit, mali in se. s. inquãtũ peccatis inhærent. Matt. 21. Malos male perdet &c. *Et seductores*. i. in proximorũ nocumẽtum, inquantum seorsum ducunt eos a via veritatis, quæ cõis est. Rom. vlti. Per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium. Sed isti non contenti malis quæ fecerunt; *Proficient in peius*. Apo. vlti. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Sed contra, supra eodẽ, vltra non proficient. Dicendũ est, q̃ qui proficiunt in peius, sunt permissi a deo: vel sic, q̃ proficiunt in peius ex intentione malitiæ eorum, quæ semper est ad malũ: sed ꝓ̃m prouidentiam diuinã prohibẽtur, ne possint implere qd̃ cæperunt. Proficiunt aũt in peius mali in seipsis, inquantum errant circa veritatem. Matth. 22. Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. Item opere errant, & hoc modo oẽs mali errant. Prou. 14. Errant oẽs, qui operantur malum. Itẽ in proximis, quia seductores. Vnde dicit; *In errorem mittentes*, suadẽdo. s. q̃ possint per prosperitates venire ad regnum cœlorũ, contra illud supra, Qui pie volunt &c. Et Esa 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Deinde cum dicit; *Tu uero*, monet eum, vt maneat in sua institutione Et hortatur eũ tripliciter. s. ex parte doctoris, ex parte ipsius Timothei, & ex parte eorũ, quæ accepit. Dicit ergo, Assecutus es meã doctrinã &c. vt supra: ergo; *Permane in his*. Eccl. 10. Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. 1. Cor. 15. Stabiles estote, & immobiles. Dicit ergo; *Quæ didicisti, & credita sunt tibi*. quia quilibet Christianus discit, quæ fidei sunt; & hæc est doctrina salutaris. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre meo, & didicit, venit ad me &c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prælatis, inquantũ debent aliis ea dispensare. Gal. 2. Cum vidissent, q̃ creditum est mihi Euangelium præputii. Et quare oportet permanere? Quia ego a Magistro scientiæ habui, qui errare non potuit. 2. Corinth. 13. In me loquitur Christus. Et ideo in his firmiter permane; *Sciens a quo didiceris*, quia a Paulo, qui non ab homine, neq; per hominẽ didicit &c. Gal. 2. Secundo ex propria conditione. Turpe.n. est homini nutrito in bono a pueritia, in senectute deficere. Ecc. 26. Qui transgreditur a iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad rõpheã. Timotheus autẽ sic fuit nutritus, Pro. 22. Adolescens iuxta viã suã, et cum senuerit, non recedet ab ea. Vnde dicit; *Et quia ab infantia. Sacras literas nosti*. quæ sunt literæ veteris testamenti, quas didicit ab infantia, quia filius mulieris Iudeæ. Act. 16. Vnde mater sua fecit eũ erudiri in eis: quod est contra Manichæum: quia Apostolus vetus testamentum hic nominat, sacras literas, quæ non possunt intelligi de nouo testamento, quia ab infantia sua nõ erat edoctus literas noui testamẽti. Tertio, ex parte eorũ quæ accepit; & est tertia ratio. Nam si aliquis habet aliquam scientiã in qua non est vtilitas, deserit eam & transit ad aliam. Sed si scientia est valde vtilis, stultum est eam dimittere. Et primo facit rationem: secundo manifestat eã. ibi; *Omnis scripturæ*. Dicit ergo, Dico, quòd accepisti literas sacras, quæ non sunt cõtemnendæ, quia sunt vtiles. Esa. 48. Ego dominus deus tuus, docens te vtilia. Vnde subdit, dicens; *Quæ te possunt instruere*, Ioã. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et hæ literæ te possunt instruere ad salutẽ: sed nõ nisi; *Per fidem, quæ est in Christo Iesu*. Ro. 10. Finis enim legis est Christus, ad iustitiam omni credenti. Heb. 11. Sine fide.n. impossibile est placere deo. Rationem autem manifestat, dicens; *Omnis*. Vbi ostendit, q̃ sacræ literæ sunt viæ ad salutem. Et tria ponit. Nam commẽdat scripturas ratione principii, ratione effectus utilis, & ratione vltimi fructus & profectus. Si enim consideres eius principium, habet priuilegium super omnes: quia aliæ sunt traditæ per ra-

Mali autem homines, & seductores, proficient in peius: errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quę est in Christo Iesu. Omnis.n. scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiẽdum in iustitia, vt perfectus sit hõ dei, ad omne opus bonũ instructus.

tionem humanam, sacra autem scriptura est diuina: ideo dicit *Scriptura diuinitus inspirata*. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana, allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Iob. 32. Inspiratio omnipotẽtis dat intelligentiam. Sed dices, quomodo non alia omnis scriptura diuinitus inspiratur, cum secundum Ambrosiũ, omne verum, a quocunque dicatur, a Spiritusancto est? Dicendum est, quòd deus dupliciter aliq̃d operatur, scilicet immediate, vt proprium opus, sicut miracula. Aliquid mediãtibus causis inferioribus, vt opera naturalia. Iob. 10. Manus tuæ domine fecerunt me &c. Quæ tamen fiunt operatione naturæ. Et sic in homine instruit intellectum & immediate per sacras literas, & mediate per alias scripturas. Effectus huius scripturæ est duplex, scilicet, quia docet cognoscere veritatem, & suadet operari iustitiam. Ioan. 14. Paracletus autem Spiritussanctus docebit, scilicet cognoscenda, & suggeret operanda. Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatem, & vtilis est ad dirigendum in operatione. Est enim ratio speculatiua, & est etiam ratio practica. Et in vtroque sunt duo necessaria scilicet, quòd veritatem cognoscat, & errorem refellat. Hoc enim opus, est opus sapiẽtis, scilicet non mentiri, & mentientem refellere. Quantum ad primum, dicit *Vtilis est ad docendum*, scilicet veritatem. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Quantũ ad secundum, subdit *Ad arguendum* Titum. 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Itẽ, quantum ad practicam sunt duo necessaria scilicet, vt reducat a malo, & ad bonum inducat. Psalm. 33. Declina a malo, & fac bonum. Quantum ad primum, dicit *Ad corripiendum* quod est corripere a malo. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Iob 5. Beatus homo, qui corripitur a domino. Quantum ad secundum, dicit *Ad erudiendum in iustitia*. Et hæc oia sacra scriptura facit. Esa. 8. In manu forti erudiuit me &c. Sic ergo quadruplex est effectus sacrę scripturæ, scilicet, docere veritatem, arguere falsitatem, quãtum ad speculatiuam eripere a malo, & inducere ad bonũ quãtum ad practicam: vltimus eius effectus est, vt perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercunque bonum facit, sed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et ideo dicit *Vt perfectus sit homo dei*. quia non potest homo esse perfectus, nisi sit homo dei. Perfectum enim est, cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus, quando est instructus, idest, paratus *Ad omne opus bonum* non solum ad ea, quæ sunt de necessitate salutis, sed etiam ad ea quæ sunt supererogationis. Bonum autem facientes, non deficiamus. Galat. vlt.

CAP. IIII. LEC. I.

G ESTIFICOR coram deo, & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per

LECTIO PRIMA.

PRæmissis periculis temporum nouissimorum, & idoneitate Timothei ad resistendum: hic ostendit, quomodo resistat. Et primo ponitur monitio, secundo eius necessitas, ibi *Erit enim*. Item primo ponitur eius contestatio; secundo admonitio, ibi *Prædica verbum*. In cotestatione sunt duo consideranda, scilicet coram quibus contestetur, & per quem. Contestatur autem coram duobus, scilicet coram eo, qui est nostra beatitudo, & corã eo, qui nos in beatitudinem introducit. Beatitudo autẽ nostra Deus est. Psal. 12. Beata gens, cuius est dominus deus eius. Et ideo dicit *Testificor coram Deo*. idest testẽ inuoco dũ, quòd hanc monitionẽ faciam. Hic enim testis non decipitur. 2. Cor. 1. Ego autẽ deum testem inuoco in animã meã. *Et Christo*. Cuius est introducere in beatitudinem. Ro. 5. Per quẽ & accessum habemus per fidem in gratiam istam. Vel aliter introducit quidem, quia *Ipse iudicaturus est viuos & mortuos*. Et tunc viuos dicit illos, qui viui reperientur in aduentu eius, qui morientur quidem, scilicet, quia in modico tempore resurgent, dicuntur viui. 1. Thess. 4. Nos qui viuimus: qui residui sumus in aduentu domini, nõ preueniemus eos qui dormierũt. Vel viuos dicit bonos, scilicet, qui viuunt vita gratiæ, & mortuos, malos. 1. Ioa. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et hos etiam iudicat. Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorũ. Sed cum Christus sit deus, quomodo vtitur hic, hac copula coram deo, & Christo? Respondeo: Potest dici quòd dicitur, corã deo. s. patre, & Christo, idest filio. Pater enim est fons diuinitatis.

tis. Deinde cum dicit. *Et per aduentum &c.* Contestatur per duo desiderabilia sanctis. Primum est aduentus Christi. Luc. 12. Si miles hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis. Apoc. vlti. Veni domine Iesu. Secundum, est regnum eius. Mat. 6. Adueniat regnum tuum. Regnat quidem secundum potestatem generalem sup omnem creaturam. Mat. vl. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Sed & specialiter, spiritualiter in sanctis regnat, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui sanctí non sunt de hoc mundo. Ioa. 18. Regnum meum nõ est de hoc mundo. Sed hoc regnum hic inchoatur, & in futuro consummabitur, quando omnia regna ei subiicientur, & volentia, & nolentia. Psal. 109 Donec ponam inimicos tuos &c. Consequenter cum dicit. *Prædica uerbum*. ponitur monitio, & hoc vt instet doctrinæ, quæ est duplex. Vna ad omnes, quam ponit primo. Alia ad aliquos, & hanc ponit secundo, ibi, *Argue*. Item primo monet eum ad generalem doctrinam exequendam, secundo, docet modum exequendi. Dicit ergo. *Prædica uerbum*, s. euangelii. Mar. vlt. Euntes in mundũ uniuersum, pdicate euangelium omni creaturæ. In prędicatione duo sunt, scilicet denuntiatio veritatis, & instructio ad mores. Et hæc duo debet prædicator facere. Luc. vlt. Incipiens a Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis &c. Modus est instantia, & continuatio. Vnde dicit. *Insta opportune, importune*. 2. Co. 11. Instantia mea quotidiana &c. Sed dicit, Importune. Contra. Eccl. 10 Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Item. Prou. 15. Sermo opportunus optimus est. Dicendum est, quòd prædicator secundum veritatem, semp debet prædicare opportune, sed secundum existimationem falsã audientium, debet prædicare importune, quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus semper Io. 8. Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Eccl 6. Quàm aspera est nimium sapientia in doctis hominibus. Si homo enim vellet hanc seruare opportunitatem vt solum diceret his qui volunt audire, prodesset tantum iustis, sed oportet quòd aliquãdo etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et ad hoc additur, importune. Esa 58. Clama, ne cesses &c Consequenter cum dicit. *Argue*, ponitur doctrina in speciali, quam primo ponit secundo modum, ibi. *In omni patientia*. Instituens autem aliquem specialiter potest eum instituere. Vel de pertinentibus ad fidem, puta vt doceat veritatem, & remoueat errorem. Et quantum ad hoc primum, dicit. *Argue*, Scilicet errores. Tit. 2 Argue cum omni imperio Vel de pertinentibus ad bonos mores, & ad hoc debet inducere aliquãdo bonum, & superiorem, & tunc debet placide, & benigne monere. Vnde dicit. *Obsecra*. 2. Tim. 4. Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem. Gal. 6, Vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter, si non peccat ex malitia. Si autem instruat vel instituat malum, debet eum increpare. Ideo dicit. *Increpa*. Tit. 1. Ob quam causam increpa illos dure, vt sani sint in fide. Iob. 5. Increpationem domini ne reprobes. Sed quis modus? *In omni patientia*, ne iratus appareas, & ex ira instruas, sed tranquille. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Psalm. 91. Bene patiẽtes erunt, vt annuncient. Et *doctrina*, scilicet de his, quæ ad fidem. & in his quæ ad mores Hier. 3 Pascent uos scientia & doctrina. Deinde cum dicit. *Erit enim* Ostendit necessitatem monitionis præmissæ. Est autem triplex necessitas prædictorum. Et prima, ex parte audientium: secunda, ex parte Timothei, ibi, *Tu uero*. Tertia, ex parte Apostoli, ibi, *Ego enim iam*. Circa primum duo facit, quia primo proponit necessitatem secundo exponit dictum suũ, ibi. *Et a ueritate*. Necessitas prima est auditorũ peruersitas in audiendo, vt vtilia nolint audire, sed curiosa. Dicit ergo quantum ad primum, Insta, dum nolunt audire sanam doctrinam. Nam *Erit.n. tempus, cum sanam doctrinam &c.* quando erunt mali doctores Act. 20 Ego scio, quoniam lupi rapaces intrabunt in uos, post discessionem meam. Vnde dicit, *Non sustinebunt*, idest erit eis odiosa vestra doctrina, s. Christi. Prou. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Alia peruersitas, quia volũt iordinate audire curiosa, & noxia. Pro. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt sibi noxia cupiũt, & imprudentes odibunt scientiam? Ideo dicit. *Sed ad sua desideria coaceruabunt*, i. multiplicabunt &c. Contra

aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.

LECTIO II.

EGo enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen

A quos dicitur Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Et est coaceruatio, quando indigni, & insufficiẽtes multiplicantur, & magis coaceruatio est, si fiant quatuor indigni, quàm si centum boni: quia, vt habetur. Sap. 6. Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum. Esa. 30. Loquimini nobis placentia. Et hoc est secundũ suã desideria, quia vnus vult audire vnum, alius alium, & sic q̃runt diuersos magistros. Et dicit. *Magistros prurientes auribus*, scilicet auditores. Pruritum dicitur habere in pedibus, qui non vult quiescere. In

B auribus vero, qui semper audire vult noua, inaudita, & curiosa, & quandoq; noxia. Act. 17. Atheniẽses ad nihil aliud vacabãt, nisi aut discere, aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicatur doctrina hæretica. Prou. 19. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior &c. Consequenter, cum dicit. *Et a veritate*. exponit dictum, & primo exponit quod dixerat, quòd sanam doctrinam nõ sustinent, cum dicit. *A ueritate auditum auertent*. Sana doctrina est, quando non habet admixtam falsitatem, ergo sanam doctrinam non sustinent, dum veritatem nolunt audire, Oseæ. 4. Non est ueritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Secundo quod dixerat, Coaceruabunt &c. exponit, cũ dicit. *Ad fabulas aũt conuertentur*. Fabula est cõposita ex miris, in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritum, volunt audire. 1. Timo. 4. Ineptas, & inanes fabulas, deuita. Deinde cum dicit. *Tu uero*. Ponitur necessitas ex parte Timothei, cui erat officium commissum, & ideo necessariũ

C erat quòd prædicaret. Et primo, monet eum ad solicitudinem: secundo, inducit eum ad laborem: tertio, moderatur laborem. Dicit ergo. *Tu uero uigila*. q.d. Isti sic faciunt. *Tu uero &c.* Matt. 24. Vigilate; quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Lu. 2. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Sed quia solicitudo sine labore, inanis est: ideo primo, inducit ad.ymuersaliter laborandum: secundo, determinat in quo est laborandum: tertio, laborandi necessitatem. Dicit ergo, *Vigila*, sed sic, quòd aliquid facias: & ideo. *Labora*. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et hoc. *In omnibus*, idest in omni genere hominum. Esa. 32 Beati qui seminatis super omnes aquas. Mar. vl. Prædicate euangelium omni creaturæ. Vnde mox determinat in quo est laborandum, dicens. *Opur fac euangelistæ*, idest, euangeliza. Hoc enim est nobile opus, quia ad hoc Christus est missus. Lu. 4. A liis ciuitatibus oportet me euangeli-

D zare, quia ideo missus sum. Esa. 41. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Hierusalem euangelistam dabo. Euangelista autem dicitur aliquando, qui scripsit euangelium, & sic sunt quatuor, quãdoq; qui prædicat ipsum, & sic dicitur hic, Ephe. 4. Necessitas autem huius laboris, quia est. *Ministerium tuum*, tibi commissum Et ideo. *Imple*, s. prædicando. Collo. 4. Dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas. Ille autẽ implet officium euãgelistæ, qui uerbo prædicat, & opere implet. Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Consequenter inducit ad moderantiam, dicens. *Sobrius esto*. vel sobrietate corporali, quæ decet prædicatorem. Ebrietas enim est inimica sapientiæ. Eccle. 2. Cogitaui abstrahere a vino carnem meam. Vel potius sobrietas, ponitur hic pro discretione. Act. 26. Verba sobrietatis, & ueritatis eloquor. 1. Pet. 5: Sobrii estote &c:

LECTIO SECVNDA.

E SVpra monuit eum, vt instaret doctrinæ, & hoc propter audientes, & propter ipsum Timotheum: hic inducit tertiam necessitatem; s. ex parte Apostoli, & est, quia in breui erat subtrahendus de mundo. Et primo prænuntiat suam mortem imminere, secundo, mandat quòd visitet eum, ibi. *Festina*. Circa primum duo facit: primo, designatur instantia mortis eius: secundo, securitas morientis, ibi, *Bonum certamen*. Circa primum duo facit, quia primo nuntiat passiones quas patiebatur: secundo, prædicit mortem, quę expectabatur, ibi, *Et tempus meæ*. Quantum ad primum, dicit. *Ego.n. iam delibor*. q.d. Statim ego delibor. Sãctorum autem passio, dicitur immolatio. Phil 2. Sed, & si immolor super sacrificium, & obsequiũ fidei vestræ, gaudeo. Psa: 115.

Tibi

Tibi sacrificabo hostiam laudis, s. pro te patiendo. Antiquitus in sacrificiis, quæ ex humidis offerebantur, quædam fiebant pręgustationes: & hæ vocabantur delibationes Ro. 11. Quòd si delibatio sancta est, & massa &c. Et ideo vocat passiones imminentes, delibationes. Et quamuis iamdiu eas sim expertus; *Tempus tamen meæ resolutiõis instat.* Est autem duplex resolutio, scilicet animę a corpore. Eccl. vlt. Et reuertatur puluis in terram suam, vnde erat: & spiritus redeat ad deũ qui dedit illum. Itẽ est resolutio corporis in puluerem Genes. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Deinde cum dicit; *Bonum*, ostendit securitatem suæ mortis. Sed sciendum est, ꝙ est differentia inter mortẽ iusti, & peccatoris: quia vt dicitur Prou. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Quia enim spẽ habet in istis rebus transitoriis, ideo spem non habet in æternis, sed iustus habet spem in æternis, & non in terrenis. Primo ergo ponit meritum suæ securitatis. Secundo, securitatem de pręmio, ibi; *In reliquo.* Meritum huius vitæ est in tribus, scilicet in resistẽdo malis, in proficiẽdo in bonis, & in bene vtendo dei donis. Primum dicitur quoddam certamen. Vnde hic dicit; *Bonum certamen certaui*, Sed certamen dicitur bonum. Primo, si fit pro bonis, puta, si fit pro fide & iustitia, sicut Apostoli Iudæ 1. De communi vestra salute necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditę sanctæ fidei Ecc. 4. Pro iustitia agonizare ꝙ anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia. Secundo, propter modum certaminis, si scilicet solicite & legitime certetur: supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit 1. Cor. 9 Sic pugno, non quasi aerẽ verberans, sed castigo corpus meũ &c. Tertio propter difficultatem certaminis. Sap. 10. Et certamen fortẽ dedit illi, vt vinceret: Secundum, quod est profectus in bonis, dicitur cursus: vnde sequitur; *Cursum consumaui* 1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Et dicitur cursus, profectus sanctorum, quia cum festinatione currunt, vt meliorantes consument agitati stimulis charitatis. Heb. 4. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Sed adhuc certamen & cursus mortis restabat. ergo non cõsumauerat cursum, nec certauerat, Dicendum est, quòd sicut homo qui bene incipit & intendit finire, habet opus perfecte, sic & Apostolus: iam enim incœperat, & finire intẽdebat. Bonus usus donorum dei est duplex, scilicet conseruatio fidei: & ideo dicit; *Fidem seruaui* quod facit qui vtitur donis dei, ad gloriam dei, & salutem proximorum Matt. 24. Qui sputas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? 1. Tim. 1. Fidelem me existimauit ponens in ministerio. Vel seruaui in me virtutem fidei. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatũ est. Propter quod Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes, idest custodite fidem, tamquã caput & fundamentũ virtutum. Deinde cum dicit; *In reliquo.* ponitur spes de præmio, quod primo ponit: secundo ostendit datorem eius. ibi; *Quam reddet.* Tertio, ponit participes præmii, ibi; *Qui diligunt.* Dicit ergo, Ex quo pugnaui, & cursum consumaui, nihil restat nisi quòd coroner, Corona iustitiæ dicitur, quam deus ex sua iustitia reddet: Sed contra, quia vita æterna ex gratia datur. Ro. 6. Gratia dei vita æterna. & cap. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, non ergo ex iustitia. Respondeo. Dicendum est, quòd est ibi; *Gratia*, quantum ad radicem merendi: iustitia quantum ad actum, qui procedit ex voluntate, vel corona iustitiæ est, quæ datur ex iustitia, quia datur iustis ſm opera iuxta. Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene fructum adinuentionum suarum comedet &c. Hęc corona duplex est, quædã principalis, quædam secundaria. Prima est præmium essentiale, quæ nihil est aliud quàm gaudium de veritate. Esa. 28. In illo die erit dominus exercituum corona glorię, & sertum exultationis residuo populi sui: Deus est ergo corona nostra. Secunda est corona, quæ debetur specialibus operibus, & hæc est aureola, & vna debetur martyribus: supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & ad hoc est quòd dicit; *Bonum certamen certaui.* Alia debetur virginibus. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmiũ vincens. Et ad hoc est; *Cursum consumaui.* Apoc. 14. Hi sequuntur agnum &c. Tertia est doctorum. Prou. 4. Dabit capiti tuo augmenta gratiarũ, & corona inclita proteget te. Et ad hoc dicit; *Fidem seruaui.* Et dicit; *Repposita*, idest secundum æternam prædestinationem reseruata: supra 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est. depositum meum seruare in illum diem. Dator huius est deus; ideo dicit; *Quam reddet mihi dominus*, scilicet per suam iustitiã *In illa die.* Nam hæc est corona gloriæ, & hęc est duplex, s. animæ, & hæc redditur sanctis in illa die, scilicet in morte. Vnde hic dicit; *Tempus meæ resolutionis instat* 2. Cor. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex deo. Alia est corporis, & hæc reddetur in illa die, scilicet iudicii 1. Cor. 15. Seminatur in ignobilitate &c. Participes huius sunt omnes sancti. Vnde dicit; *Non solum autem mihi*, scilicet reponitur Apoc. vlt. Veni domine Iesu, Can. 5. veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Qui non diligunt deum, nihil habent, vt diligant aduentum eius. Amos 5. Væ desiderantibus diem domini, quia corona solum charitati debetur. Ioann. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

ECTIO III.

Festina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc sęculũ, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam,

LECTIO TERTIA.

ROGAT visitari: & primo vocat eum ad se: secundo significat suum statum, ibi, *Alexander.* Tertio, concludit epistolarem salutationem, ibi; *Salutant te.* Item primo mandat vt veniat: secundo, assignat ei socium, ibi; *Marcum assume.* Tertio, ostendit quid deferat, ibi; *Pennulam.* Circa primum duo facit, quia primo vocat eum: secundo, causam vocationis assignat, ibi; *Demas.* Dicit ergo, Quia in breui sum recessurus de mundo; *Festina ad me venire cito*, & hoc ut inuicem consolarentur, & ut iuuarent eum in prædicatione euangelii, pro quo erat solicitus in vinculis existens. Prou. 18. Frater qui adiuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Causa vocationis est, quia societate debita erat destitutus. Et primo a quodam qui propter suam culpam recesserat: secundo quia quosdam miserat ad prædicandum. Dicit ergo; *Demas enim &c.* idest præposuit amorem huius sęculi, amori meo 1. Ioann. 1. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Crescens quidam discipulus; *Abiit in Galatiam* missus ab Apostolo; *Titus*, etiam missus ab eo; *Abiit in Dalmatiam*, ubi finaliter dicitur fuisse episcopus. Iob. 38. Nonquid mittes fulgura & ibunt? *Lucas est mecum solus.* hunc retinuit in prædicatione euangelii, in qua fuit gratiosus 2. Cor. 8. Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Deinde cum dicit; *Marcum assume & addhuc.* Assignat ei sociũ: & circa hoc duo facit, quia primo assignat ei socium: secundo, huius rationem. Hic Marcus alio nomine dicitur, Ioannes: & consobrinus Barnabæ Act. 15. Dicitur quòd Barnabas uolebat assumere Marcum, sed Paulus nolebat. Et ꝓpter hoc dissensio facta est inter eos, ita ut discederet ab eis. Col. ult. Marcus consobrinus Barnabæ. ratio est, quia; *Est mihi vtilis &c.* Deinde cum dicit; *Pennulam &c.* Dicit quid portet. Carpus est sanctus quidam. Pennula secundum Hieronymum erat volumen legis, quod habebat in carta per modum rotuli, & hoc uocat, penuulam: uel pennula dr uestis alioua, sed ſm Chrysostomum erat uestis communis. Et quia Apostolus Romæ erat pauper, non accipiens ab aliis, ideo voluit vt sibi uestis portaretur. Haymo dicit, quòd erat specialis uestis in signum nobilitatis. Vnde Act. 22. Paulus dixit se ciuem Romanum. Pater enim Pauli seruiebat Romanis in Tarso Ciliciæ: & ex hoc factꝰ fuit ciuis Romanus: & Pennula erat uestis in signum consulis. Et forte pater suus erat ibi consul. Vel pennula dicitur mantica ubi erant libri, quod uidetur, quia sequitur; *Et libros.* Sed quid Apostolo de libris pleno Spiritusancto? Item instabat sua resolutio. Respondeo dicendum est, quòd propter duo. Primo ut in legendo haberet solatium 1. Machab. 12. Habentes solatio sanctos libros. In libris enim est remedium contra tribulationes. Vel dicit hoc ne perderentur, sed remanerent fidelibus. Itẽ quãto magis appropinquabat morti, tanto magis instabat seruitio scripturarum, sicut de Ambrosio dicitur, ꝙ usque ad ultimã ęgritudinem non cessauit scribere unde scribens illum Psal. 47. Magnus dominus & laudabilis nimis &c. mortuus est; *Maxime autem membranas.* Membranæ sunt cartæ non scriptæ, uel schedulæ ubi scripserat epistolas, uel prædicationes suas. Deinde cum dicit; *Alexander &c.* ostendit, quæ apud ipsum fuerũt, & q̃ apud ipsum sunt. Et primo ex parte hominum: secundo, ex parte dei, ibi; *Dominus autem mihi astitit.* Iterum prima in duas quia primo significat ei de quodam, qui ei aduersabatur. secundo, de negligentia eorum qui eum non iuuabant, ibi; *In prima mea defensione &c.* Item primo præmittit culpam inique impugnantis: secundo, ostendit pœnã eius futurã, ibi; *Reddet ei &c.* Tertio, ostẽdit quomodo sit etiam secundum Ecclesiam puniendus, ibi; *Quem*

Quem & tu deuita. Videtur ꝓ hic Alexander fuit artifex æris, uel custos ærarii: & erat de his, qui dixerunt legalia esse de necessitate salutis seruanda 1. Tim. 1. Circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander. Et dicunt quidã, quòd iste est, de quo dicitur Act. 19. Quia concitauit seditionem in Apostolum, sed nomen dissonat, quia ille Demetrius, hic Alexander, & Lucas quia ille Ephesi, iste Romæ fuit. Et subiungit; *Multa mala mihi ostendit.* Et nota, quòd non dicit, fecit, sed quòd ostendit: quia impii aduersus iustos animum ostendere possunt, sed non semper explent. Hier. 1. & 15 Bellabũt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecũ sum. Iob. 5. Qui dissipat cogitatiões malignorum, ne possint adimplere manus eorum, quod cœperunt. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Deinde cum dicit; *Reddet illi dominus &c.* ponit pœnam eius futurã. Sed nota, quòd non ponit verbum optatiuum, reddat, sed dicit reddet: quia significatur pœnam esse paratam a deo, quod præuidebat Apostolus ex eius pertinacia. Psal. 61. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Tamẽ cum hoc quòd reseruatur ei pœna in futurum, ecclesia debet etiam eum punire excommunicando. Vnde subiungit; *Quem & tu deuita*, scilicet tamquam hęreticum Tit. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita. Cuius etiam dicti reddit rationem, dicens; *Valde enim restitit uerbis nostris.* Act. 7. Vos semper Spiritui sancto restitistis. Consequenter ponit negligentiam non iuuantium eũ, & primo reprehendit eorum culpam: secundo, petit eis veniam, ibi; *Non illis imputetur.* Dicit ergo; *In prima mea &c.* Glo. dicit quòd Apostolus sæpe cotra Alexandrum praue docentẽ pugnauit, & in persona nullus ei affuit: sed hic non videtur esse sensus eius, quia iste Alexander non erat tantus, quòd Apostol. indigeret aliis ad disputãdum cum eo, sed dicendum est, quòd sicut dicitur Act. 25. Paulus appellans missus est Romam: & iõ oportuit, quòd præsentaretur Cæsari, vt discuteretur missionis suæ causa, & Iudæi venerunt contra eum. Et hoc Apost. appellat suam primam defensionem. In qua discipuli defuerunt ei, timentes ne a crudeli Nerone punirentur. Eccl. 51. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Esa. 63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Sed posset dici, quòd hoc fuit, quia a principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum, immo ex quadam pusillanimitate recesserunt. Psal. 87. Elongasti a me amicum, & proximum, & notos meos a miseria. Iob. 6. Fratres mei præterierunt me &c. Sed quia fecerunt ex infirmitate, orat pro eis, & non excommunicat, dicens, *Non illis imputetur.* Luc. 6. Orate pro calumniantibus vos. Deinde cum dicit; *Dominus autem.* Ostendit, quid agitur circa eum, ex parte dei, cuius auxilium primo ponit, secundo huius effectum, ibi; *Et audiant.* Dicit ergo. Omnes me dereliquerunt, sed vbi deest homo, offert se deus. Psal. 24. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autẽ suscepit me. Vnde dicit; *Dominus mihi astitit*, scilicet ad adiuuandum me. Hie. 20. Dominus mecum est, tanquam bellator fortis. Psal. 15. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniã a dextris est mihi, ne commouear. Et qũo? *Et confortauit me* fortitudinem animi dãdo, vt non stupescerem coram Cæsare. Ezech. 3. Manus domini erat mecũ, me confortans. Et hoc; *Vt per me &c.* Quod impletur, quando adꝰ plures diffunditur, & quando quod ore dicitur, opere impletur. Act. 9. Vas electionis &c. Deinde cũ dicit; *Et audiant*, ponitur effectus auxilii diuini. Et primo, q̃tũ ad ꝑterita: secũdo, quãtũ ad futura: tertio agit gratias: sed duplex est beneficiũ circa præterita, s. deliberationis a culpa & a pœna. Dicit ergo. Dñs mihi astitit, & ideo ĩ illa vocatiõe liberatus fui, quia nõ fui condẽnatus a Cæsare, sed pmissum est mihi, ꝙ iremꝰ quo vellem. Et iõ dicit; *Et audiant omnes gentes*, vt scilicet alii secũ confortentur ad veniendum. Psal. 95. Annuntiate inter gẽtes gloriam eius. Et vt Iudæorũ insultatio deprimeretur. Et subdit *Liberatus sum de ore leonis*, idest de crudelitate Neronis. Pro. 19. Sicut fremitus leonum, ita ira Regis. Prouer. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Secundo, liberatus fuit a culpa. Vnde dicit; *Liberauit me dominus ab omni opere malo.* Aliqui vero liberantur a pœna, incidentes in culpam negationis a fide. Psal. 17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis & ab his, qui oderunt me &c. Et hoc ꝑ deum. Sap. 8. Non possum esse continens, nisi deus det. In futuro; *Saluum facier.* Esa. 45. Israel saluatus est in domino salute æterna. Et dicit; *In regnum cæleste.* Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ. Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Et iõ agit gratias; *Cui gloria.* 1. Ti. 1. Regi sæculorũ. Deinde cum dicit; *Saluta &c.* iniungit ei aliorum salutationem, secũdo, eum salutat ex parte aliorum: tertio ex parte sua. Item circa primum, primo iniungit aliorum salutationem: secundo determinat tempus veniendi. Dicit ergo; *Saluta Priscam*, scilicet, quæ est mulier; *Et Aquilam* virum Priscę, quos præmittit, quia forte deuotiores; *Et Onesiphori domum.* Sed quare non eum, sed domum? quia forte mortuus erat: & ideo salutat familiam. Vel forte, quia erat cum eo Romæ. Determinans tempus veniendi: primo ostendit necessitatem: secundo, prosequitur propositum. Necessitas est propter alios remanentes in aliis locis. Item propter turbationem maris. Deinde ponit personas salutantes, vt patet. Et modo consueto, ne corrumpatur epistola, scribit manu sua. *Gratia autem vobiscum, Amen.*

Lucas est mecum solus. Marcus assume, & addhuc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. Tichicum autem misi Ephesum. Pennulam, quã reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecũ, & libros, maxime autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius: quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, & ꝑ me prædicatio impleatur, & audiãt omnes gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dñs ab omni opere malo, & saluũ faciet ĩ regnũ suũ cœleste: cui gloria in sęcula sęculorũ. Amen. Saluta Priscam, & Aquilã, & Onesiphori domũ. Erastus remãsit Corinthi. Trophimũ aũt reliqui infirmũ Milethi. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia: & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Timotheum.

EXPOSITIO EIVSDEM

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI, AD TITVM

PROLOGVS S. THOMAE.

Si sciret paterfamilias &c. Luc. 12. Per patremfamilias significatur prælatus Ecclesiæ propter tria, quæ debet exhibere, scilicet generationem ad fidem, eruditionem ad salutem, custodiam ad securitatem. Primũ quidem, quia sicut est vita corporalis per animam, ita spiritualis per fidem. Abac. 2. Iustus autem me9 ex fide viuit. Et sicut ad vitam carnalem generatur quis, per emissionem seminis corporalis, ita ad vitam spiritualem per infusionem seminis spiritualis, quod est verbũ Dei. Mat. 13. & 1. Cor. 4. Per Euãgelium ego vos genui. Item p eruditionẽ. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. Esa. 48. Ego dñs deus tuus, docens te vtilia. Itẽ per ꝓtectionem ad tutelam. Deut. 32. Circumduxit eũ, & docuit &c. Cuilibet.n. prælato committitur cura subditorum 3. Reg. 20. Custodi virũ hunc, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et Heb. 13. Ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed ad hãc generationẽ requiritur scientia. Oseæ. 4. Quia tu sciẽtiam repulisti, & ego repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et iõ dicit, Si sciret. Requiritur.n. quòd sciãt. Item vltra eruditionẽ, requiritur quòd sit solicitus. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Ad custodiam vero fortitudo requiritur ad protegendum 1. Mach. 3. de Iuda Machabæo, induit se loricam, sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis, & protegebat castra gladio suo. Et ideo dicitur, Et non sineret perfodi domum suam, idest Ecclesiã 1. Tim. 3. Vt scias, quomodo oporteat te cõuersari in domo dei quæ est Ecclesia dei. Hæc domus est Dei, sicut domini, & prælati sicut famuli. Heb. 3. Moyses quidem erat fidelis in tota domo illius, tamquam famulus. Christus vero tamquã filius in domo sua. Hæc pfoditur a fure.i. hæretico. Abdiæ ca. vnico, Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, qũo cõticuisses? Qui dicitur fur, quia occulte venit, & graditur in tenebris. Vnde fur a furuo dicitur, quòd est obscurus: sic isti per obscura dogmata. Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Item ex peruersa intentione, quia intendunt occidere. Ioann. 10. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Item ex modo intrandi, quia non per ostium 1. Ioan. 4. Et omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus &c. Sic ergo ex præmissis trahitur conuenienter intentio huius epistolæ, in qua Apostolus instruit Titum, quomodo regat Ecclesiam, vt patet in argumento.

CAPIT. I. LEC. I.

Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorũ dei, & agnitionem veritatis, quæ secũdum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus, ante tempora sæcularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei. Tito dilecto filio ſm cõmunẽ fidẽ, gratia, & pax a Deo patre, & Christo Iesu saluatore nostro.

LECTIO PRIMA.

Hæc epistola diuiditur in salutationem & epistolarẽ narrationem, ibi; *Huius rei.* In prima primo, ponitur persona salutans, quæ notificatur tripliciter, scilicet ex nomine, cũ dicit; *Paulus*, quod significat humilitatem. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum &c. Item ex conditione: cum dicit; *Seruus Dei.* Psam. 115. Domine ego seruus tuus. Contra, Ioan. 14. Iam non dicam vos seruos, Respondeo, Sancti quandoque dicuntur serui, quandoque non, sed filii. Duplex enim est seruitus. Vna est ex timore, quæ non competit filiationi dei, sed condiuiditur contra eam. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Alia ex amore, quæ consequitur filiationem dei. Et ratio huius distinctionis est, quia liber est, qui est causa sui, qui operatur quod vult: seruus vero est, qui est causa alterius. Sed triplex est causa, quæ est principium operis, scilicet finalis, formalis, & efficiens. Si ergo propter causam finalem, sic omnes sancti sunt serui spei, quia propter deum faciũt. 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et hoc est ex amore, a quo procedit, quòd omnia operemur propter deum. Si vero propter causam mouentem, quæ est extrinseca, & compellit, sic est seruitus timoris, & est malorum. Si propter causam formalem, sic est habitus inclinans: & sic quidam sunt serui peccati, quidam serui iustitiæ: qui secundum habitum inclinantur ad malum, vel ad bonum. Item ex authoritate, cum dicit; *Apostolus autem.* Luc. 6. Elegit, scilicet super omnes fideles, duodecim ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. Eph. 4. Primũ quidem apostolos. Et describitur primo ab authore, cum dicit; *Iesu Christi* quia ab ipso est electus. Gal. 1. Nõ ab hominib9, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ &c. Item, quia solum Christum annuntiabat 2. Cor. 4. Non enim nosmetipsos predicam9, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Item, quia legatus Christi, cuius authoritate vtebatur 2. Cor. 5. Pro Christo ergo legatione fungimur. Eph. 6. Legatione fungor in catena 2. Corin. 2. Si quid donaui propter vos in persona Christi. Item secundo, describitur ex idoneitate: nam Apostolus est annuntiator. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Doctor autem debet habere fundamentum doctrinę & perfectionẽ. Primum pertinet ad quemlibet: secundum vero pertinet ad prædicatores, & ad doctores. Et sicut in aliis scientiis sunt principia, sic in hac sunt articuli fidei, qui innotescunt cuilibet fideli secundum lumen infusum, & articuli sunt fundamenta fidei, quæ est substantia rerum sperandarum &c. Heb. 11. Et ideo dicit; *Secundum fidem electorum dei.* Item requiritur perfectio doctrinæ. Vnde dicit; *Et agnitionem veritatis.* Duplex autem habetur cognitio veritatis, scilicet perfecta in patria, scilicet, quando videbimus facie ad faciem, & imperfecta per fidem, quam habent sancti. Ioann. 8. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis? *In agnitionem eius, quæ est secundum pietatem* Religio enim & pietas secundum Tullium, sunt partes iustitiæ: & differunt, quia religio est cultus dei. Sed quia deus non solum est creator, sed etiam & pater, ideo non solum debemus ei cultum vt creatori, sed amorem & cultum sicut patri. Et ideo pietas, quandoque pro cultu dei sumitur. Iob. 28. Ecce pietas ipsa est sapientia, secundum aliam translationem, vbi nostra sic habet, Ecce timor domini ipsa est sapientia. Tertio, describitur ex fine: & primo, ponit ipsum finem: secundo, eius dignitatem, ibi; *Quam promisit*. Finis autem est spes vitæ ęternæ, quia & si Moyses possit dicit Apostolus, quia a domino missus, Exod. 4. sed tamen non in spem uitæ æternæ, sed terræ Euei & Amorrhei: sed Paulus est Apostolus; *In spem vitæ æternæ*. Ioann. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo &c. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem uiuam. Roman. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Promissio autem hæc, est firma dupliciter: primo, ex parte promittentis. Vnde dicit; *Qui non mentitur.* Deus enim veritas est, cuius contrarium est mendacium. Numer. 23. Non est deus quasi homo, ut mentiatur. Secundo, ex diuino proposito dandi. Vnde dicit; *Ante tempora sæcularia.* Seculum, secundum Philosophum, est mensura durationis vniuscuiusque rei. Tempora ergo sæcularia, sunt tempora distincta secundum diuersas successiones rerum: quasi dicat, antequam tempus successiuum inciperet esse. Et quia incepit hoc tempus cum mundo, ideo fuit ante principium mundi. Alia litera habet, æterna, idest antiqua. Sic enim aliquando accipitur æternum, idest antiquum. Vel æterna, non secundum veritatem, sed secundum imaginationem. Et ante ista promisit hoc, quia hæc sunt successiua. Sed promittere, est uerbo nuntiare suam uoluntatem de dando. Et deus ab æterno protulit uerbum suum in quo erat, ut sancti haberent uitam æternã. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem. Confirmatur autem hæc spes, ex manifestatione promissionis. Vnde dicit; *Manifestauit autem suis temporibus &c.* Et describitur hæc manifestatio tripliciter. Primo, ex tempore, Vnde manifestauit, quando verbum suum incarnari constituit. Vnde dicit; *Temporibus suis*, idest tempore congruo, quo homo esset conuictus de superbia, per quã peccauerat. Et sic primo medicus cõuincit ęgrotũ, vt eum cõgruentius sanet. Homo enim superbiebat de scientia, sed cõuictus est de ignorantia ante tempus legis, vbi peccauit in idolatria, & vitiis contra naturam. Item de uirtutibus, & de his conuictus est tempore legis. Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum &c. Item secundo, describitur ex modo, quia per publicam prædicationem. Marc. vlt. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Vnde dicit; *In prædicatione* 1. Cor. 9. Dispẽsatio credita est mihi. Item tertio ex authore. Vnde dicit; *Secundum præceptum &c.* Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. Persona salutata ponitur, cum dicit; *Tito.* quẽ describit tripliciter. Primo, ex nomine: secundo, ex dilectione: tertio, ex filiatione. Filius ergo est per dilectionem & fidem, quæ debet esse communis, vt idipsum dicant omnes. Et ideo dicit; *Communem fidem.* quæ etiam dicitur catholica, idest vniuersalis. Vnde dicitur. Ephes. 4. Vna fides, vnus dominus &c. Bona vero optata sunt; *Gratia & pax.* Hæc sæpe coniungit, quia omnium spiritualium donorum principium est gratia: & pax, finis. Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacem. *A deo &c.*

LECTIO II.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui. Siquis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habẽs fideles nõ in accusatione luxuriæ, aut nõ subditos. Oportet.n. episcopũ sine crimine esse, sicut dei dispensatorẽ: non superbum, non iracundũ, non vinolentum, non pcussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ, benignum, sobriũ, iustum, sanctum, continentem.

LECTIO SECVNDA.

Accedit ad narrationem: & sicut dictum est, intendit munire Ecclesiam contra hæreticos. Et primo, monet Titum quòd alios instruat ad resistendum hæreticis. Secundo, docet quomodo ipse eis resistat, ibi; *Tu autem loquere.* capit. 2. Item primo monet, vt instituat episcopos, qui hæreticis resistãt: secundo, ostendit necessitatem huius cõmissionis, ibi; *Sunt enim multi.* Item primo, ponit commissionem Tito factam de instituendo episcopo. Secundo, ostendit quales debent esse episcopi, ibi; *Siquis sine crimine.* Tertio, manifestat quæ dixit, ibi; *Oportet enim.* Quia ergo Apostolus habuit vniuersalem commissionem Ecclesiæ Gentium, & non poterat solus per se omnia exequi ideo dicit; *Huius rei gratia reliqui te Cretæ.* in Creta, scilicet insula, vt loco Apostoli, Ecclesiæ Cretensi officium pastorale gerat. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Sed quod dicit; *Vt quæ desunt corrigas.* Videtur, quòd deberet dicere, suppleas. Respondeo. Dicendum est, quòd glo. sic supplet, vt omnia quæ sunt in malis corrigas: & quæ desunt in bonis, addas 1. Thess. 3. Impleamus ea, quæ desunt fidei vestræ. Vel dicendum est, quòd est quoddam peccatũ omissionis, & quoddam transgressionis, & vtrumque indiget correctione. In sanctis autem & perfectis, sicut Titus fuit, non abundauerunt transgressiones: & ideo non dicit, transgressiones corrigas, sed quæ desunt, idest omissiones; *Et constituas præsbyteros,* .i. episcopos. Vnde inferius, dicit, Oportet episcopum &c. Et vtitur indifferenter nomine episcoporum & presbyterorum. Vnde sumpsit occasionem hæreticus, qui ambiuit episcopatum, quem quia non poterat adipisci, diuisit se ab aliis, & multa falsa docuit. Inter quæ dixit, quòd episcopi in nullo differunt a sacerdotibus, quod est contra Dionysium in lib. de eccle. hierar. Vtitur ergo Apostolus eodem nomine in vtroque per identitatẽ rei, quia presbyter dicitur senior. Item quia pertinet ad superiores episcopum constituere, licet eum canonici eligant. Et dicit; *Constituas*, non in villis, sed; *Per ciuitates*, sicut enim in republica reges sunt tantum in ciuitatibus, sic in spirituali regimine episcopi 1. Pet. 2. Regale sacerdotium. Item debent seniores esse. Eccl. 10. Væ tibi terra, cuius rex est puer. & intellige senes, non solum ætate, sed & moribus. Num. 11. Congrega mihi 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes sint populi ac magistri &c. Item secundum formã Ecclesiæ. Vnde dicit; *Sicut ego disposui tibi.* Prouerb. 13. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Deinde cum dicit; *Siquis sine crimine*, describit eos tripliciter, scilicet, quantum ad seipsos, quantum ex parte vxoris, & ex parte filiorum. De primo dicitur; *Sine crimine.* Siquis talis erit 1. Ioann. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicendum est, quòd aliud est crimen, & aliud est peccatum. Peccatum dicitur quodcunque, siue magnum siue paruum, siue occultum. Crimen autem magnum & infame. Psal. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Et postea subdit, Qui ingreditur sine macula &c. Non quòd qui mortaliter peccat post baptismum, non possit eligi. Sed quòd eligendus, non sit infamis. Quo ad secundũ, dicit; *Vnius vxoris virum.* Quod orientales sic exponunt, idest quòd non habeat simul duas vxores, sicut quorundam est consuetudo. Sed secundum hoc nõ esset necessarium, quòd Apostolus hoc diceret, quia secundum leges Romanas, quibus Apostolus scribebat, etiam ante fidem, non licebat simul habere plures vxores. Item 1. Tim. 5. dicit de vidua, quæ fuit vnius viri vxor, & tamen numquam licuit, quòd vna plures viros simul posset habere. Et hoc modo vult illud etiam de vidua, scilicet quòd non habuerit nisi vnum virum. Sed Hierony. dicit oportere, quòd vnam tantum vxorem post baptismum habuerit, & quòd non est bis, si ante baptismũ alias habuisset. Sed Aug. & Ambro. dicunt, quòd per baptismũ delentur omnia crimina, sed quòd per baptismum, matrimoniũ non deletur. ergo secundum hos dicendum est & rectius, quòd vnam tantum, & non plures licet habuisset ante vel post. Secundum quosdam autem ratio huius est, quia signum esset incontinentiæ, si plures habuisset. Sed hoc non est verum: quia nihil repuguaret si plures habuisset meretrices, quæ sunt magis incontinentes. Sed est alia ratio altior, significato scilicet, quia ipse est dispensator sacramentorum, & ideo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo: sed sacramentum matrimonii est significatiuum coniunctionis Christi & Ecclesiæ. ergo vt signum respondeat signato, sicut Christus est vnus, & Ecclesia vna, sic & hic: quod quidem deficeret, si episcopus plures vxores habuisset. In veteri autem lege, Patriarchæ significabant coniunctionem hanc, non vt coniunctam Christo, sed coniungẽdã, & cum ecclesia erat futura ex multis, ideo tunc non vna, sed plures habebantur. Et ideo multitudo vxorum ipsorum hoc significabat. Quantum autem ad tertium, scilicet ex parte filiorum, subiungit, dicens; *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ &c.* Episcopus enim constituitur, vt superintendat: & qui constituitur ad aliquid, debet esse exercitatus in illo, aliàs non prudenter institueretur. Presumitur autem esse bene exercitatus, si bene alios rexit. Episcopus autem constituitur ad tria. Primo, vt fidẽ doceat. Matth. vlt. Docete omnes gentes &c. Et ideo dicit; *Fideles.* Secundo requiritur quòd populum instruat ad virtutes. Eccle. 7. Filii tibi sunt, erudi illos: peccata autem lasciuiæ magis abstrahunt a uirtute, Eccl. Lasciuus & imprudens non seruabunt tempus. Et ideo dicit; *Non in accusatione luxuriæ* 1. Re. 3. Hely condemnatur, quia filios de hoc non correxit. Tertio, oportet, quòd pertinaces corrigat. Vnde dicit; *Aut non subditos*, idest, non obedientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Deinde cũ dicit; *Oportet enim* exponit quod dixit: & primo, quod dixit; *Sine crimine.* Secundo, sine quibus debet esse, ibi; *Non superbum.* Causa autem primi est, quia debet dispensare diuina. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic &c. Deinde cũ dicit; *Non superbum.* ostendit a quibus debet esse immunis: & primo ostendit a quibus criminibus. Secundo, quibus virtutibus luceat, ibi; *Hospitalem.* Peccatorum autem quædam sunt carnalia, quædam spiritualia. De primis non facit mentionem, quia omnino debent mundi esse ab eis. Eph. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Sed tantũ de spiritualibus, quæ sunt quinque, quorum duo non habent locum in prælatis, scilicet inuidia, quod est peccatum paruulorum. Iob 5. Paruulum occidit inuidia. Prælatus autem est in summo. Item nec accidia, quia omnia ei ad uotum succedunt, sed superbia, quia est in summo, & ira & cupiditas occasione temporalium, quorum est dispensator. Quantum ad primum, dicit; *Non superbum.* Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli &c. Quantum ad secundum: primo, excludit iram, cum dicit; *Non iracundum.* Secundo, incentiuum iræ, quod est vinum, dicens; *Non uinolentum.* Prouer. 23. Cui suffossio oculorum, nonne his qui commorantur in uino? &c. Tertio, sequelam iræ, quod est percussio. Ideo dicit; *Non percussorem*, idest

non

non crudelem Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus &c. Vel non purcussorem, i. non percutientem conscientias aliorum prauis moribus 1. Cor. 8. Et percutientem conscientiã eorum infirmam. Quantũ ad tertium, dicit; *Non turpis lucri cupidum* 1. Tim. 3. Non turpe lucrum sectantes. Sap. 15. Sed æstimauerũt lusum esse vitam nostram, & cõuersationẽ vitę cõpositã ad lucrum, & oportere vndecũque etiam ex malo acquirere. Deide ponit bona, quæ debet habere. Et primo, q̃ pertinẽt ad conuersationem vitæ. Secundo, q̃ ad veritatẽ doctrinæ, ibi; *Amplectẽtes*. Et patent omnia.

LECTIO III.

AMplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potẽs sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam in obediẽtes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circũcisione sunt: quos oportet redargui, q̃ vniuersas domos subuertunt, docentes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius ipsorũ propheta. Cretenses semper mẽdaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.

LECTIO IIII.

VAM ob causã, increpa illos dure, vt sani sint in fide, nõ intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum aduersantium se a ueritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus, nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum, & mẽs & cõscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

LECTIO TERTIA.

SVPRA docuit, qualem oportet esse episcopum in vita: hic ostendit, qualem oportet esse in doctrina. Et primo ostendit, quòd ad ipsum requiritur diligentia studii. Secundo, ponit materiam studii. Tertio, eius vtilitatẽ. Quantũ ad primum, dicit; *Amplectentem*, Aliquid enim amplectẽs, illud diligenter constringit, & amplexus ex dilectione fit. Oportet. n. eum scientiæ inhærere cũ amplexu. i. firma adhæsione animi, & cordis dilectione. Sap. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Prou. 4. Arripe illam & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Materia studii non debẽt esse fabulæ, nec temporalia, sed sermo fidelis, idest verus. Psal. 144. Fidelis dñs &c Vel sermo fidelis, i. fidei, in qua oportet episcopum instrui. Sed aliqui student in eis dupliciter, vt scilicet addiscant solum & operentur. Sed hoc non sufficit episcopo, sed oportet, vt & alios instruat. Et ideo dicit; *Quæ secundum doctrinam est* 1. Tim. 4. dicitur. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed esto exemplum fidelibus in verbo, in conuersatione. Vtilitas, est facultas exequendi officiũ suum. Officium autem prælati est, sicut pastoris. Ioan. vlt. Pasce oues meas. Pastor vero duo habet facere, scilicet pascere gregem 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est gregem dei. Item arcere lupum. Sic & episcopus pascere debet per doctrinam veram. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Et ideo dicit; *Vt sit potens exhortari in doctrina*. Nõ dicit, vt exhortetur, sed vt potens sit exhortari. Quod est, q̃ habet in promptu exhortationes, quando est necesse exequi. Q̃d I figuratur Exod. 25. per vectes in circulis arcæ, vt archa, scilicet posset portari. Luc. vlt. Potens in opere & sermone. Et dicit; *Sana*, idest absq; corruptione falsitatis. infra 2 Tu autẽ loquere, quæ decent sanam doctrinam 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neq; de immunditia &c. Item, vt custodiant contra hæreticos. Et ideo dicit; *Et eos, qui contradicunt, arguere*, idest cõuincere, & hoc per studiũ sacræ scripturæ 2. Tim. 3 Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum. Iob, 6. Nec contradicã sermonibus sanctis. Et hęc duo secundum Philosophum pertinẽt ad opus sapientis, scilicet, non mentiri de quibus nouit, quantum ad primum: & mentientem manifestare posse, quantum ad secundum. Consequenter, cum dicit; *Sunt enim multi*. ponit necessitatem dictorum. Et primo, ex parte falsorum doctorum. Secundo, ex parte malorum auditorum, ibi; *Dixit quidam*. Circa primum, duo facit, quia primo describit conditionem falsorum doctorum. Secundo, peruersitatem studii ipsorum, ibi; *Qui uniuersas*. Item primo, ostendit eorum conditionem. Secundo, docet remedium contra eos, ibi; *Quos oportet*. Conditionem ostendit quadrupliciter. Et primo, ex numero, cum dicit; *Multi*. Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Secundo, ex vitio inobedientiæ, cũ dicit; *Etiam inobedientes* quantum ad deum, & suos superiores. Ro. 1. Parentibus non obedientes. 1. Reg. 15. Peccatum inobedientiæ, sicut idolatria dicitur esse. Tertio, ex vaniloquio, cum dicit; *Vaniloqui*, scilicet, quo ad se Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus non subest scientia dei, & præcipue vani sunt hæretici: ideo subiungit dicens; *Seductores*, scilicet quo ad inferiores. 2. Tim. 3. Mali homines & seductores &c. Quarto, ex loco, cum dicit; *Maxime qui de circuncisione*. Qui cogebãt hõines iudaizare. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Contra quos ponit remedium. Non enim sunt tolerandi, quia corrumperetur populus, & imputaretur pastori. Exech. 13. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel &c. Timo. 4. Argue, obsecra, increpa, in omni patiẽtia & doctrina. Et ideo dicit. *Quos oportet redargui*. Deinde cũ dicit, *Qui vniuersas &c*. Describit horum studium: & primo describit eorum damno quod inferunt. Secundo, ex falso quod docent. Tertio, ex lucro quod concupiscunt. Damnum est, quia *Vniuersas domos subuertunt*. Doctrina enim catholica publice proponitur in ecclesia, sed hæretici latenter: & ideo quærunt latibula. Prouer. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis abscõditus suauior. Et iã circumeunt per domos, vt seducant præcipue mulieres. 2. Timo. 3. Ex his sunt q̃ penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. *Docentes quæ non oportet*. Idest, vana & inutilia: nec quærunt lucrum spirituale, sed temporale. Et ideo addit. *Turpis lucri gratia*. Scilicet temporalis, vel propriæ gloriæ. Sapien. 15 Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostram & conuersationẽ vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecumque etiam ex malo acquirere. Deinde cum dicit, *Dixit quidam*, describit auditores, quia isti erant Cretenses, & ad hos refert hoc opus. Et primo ostẽdit conditionem. Secundo, dat remedium, ibi *Quam ob causam*. Circa primum, primo describit conditionem per testimonium Secundo confirmat. Dicit ergo, Tales sunt doctores, sed & auditores sunt similiter seducibiles, iuxta testimonium cuiusdam poetæ eorum scilicet, Epimenidis, quẽ hic Paulus dicit *Eorum propheta*m Vbi nota, quòd propheta aliquis dicitur, qui a deo illuminatur secundum intellectum, ad cognoscendum aliqua supra cõmunem cognitionem. Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Item, qui exponit prophetias eodem spiritu, & eodem modo quo sunt traditæ. Item, qui profert aliquid propheticum. Vnde potest proferri aliquid propheticum ex quodam interiori instinctu, etiam præter suum intellectum. Ioan. 11. Caiphas cum esse pontifex, prophetauit. Non enim prophetauit secundum suam intentionem qui dicebat expedire eum mori, intelliges sic, ne seduceret populum. Nihilominus tamen, fuit motus ad id dicendum per spiritum. Et hic modus prophetandi est apud illos, quia accipiunt primum verbum aliquorum pro omine, quod etiam fit a dæmonibus. Et dicit; *Proprius*, quia proprie descripsit eorum conditiones. Deinde cum dicit; *Cretenses*, proponit testimonium, & notat eos de tribus, scilicet de corruptione rationalis, cum dicit; *Semper mendaces*. Psalm. 54. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item de corruptione irascibilis, cum dicit; *Malæ bestiæ*, idest crudeles: bestiæ dicuntur, quasi vastiæ, quia crudeles sunt. Prouer. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Et dicit; *Malæ*, quia secundum Philosophum in politicis, Homo quando secundum rationem operatur, est optimum animaliũ: sed quando declinat ad malitiam, est pessimum: quia si declinat propter crudelitatem, nulla bestia ita est crudelis. Vnde dicit, quòd decies milies est peior malus homo, q̃ mala bestia. Item de corruptione cõcupiscibilis, cum dicit, *Ventres pigri*, idest pigritiam habentes ex ventre: erant enim gulosi, & tales quærũt quietẽ. Luc. 12. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Confirmat asit testimonium, cum dicit, *Testimonium &c*. Gloss. Per hoc intelligimus, quòd doctor sacræ scripturæ accipit testimonium veritatis, vbicumque inuenerit. Vnde Apost. in pluribus locis recitat dicta Gentilium, sicut in. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Item Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Nec propter hoc approbatur tota eorum doctrina, sed eligitur bonum, quia verum a quocumque dicatur, est a Spiritusancto, & respuitur malum. Vnde dicitur Deut 21. In figura huius, quòd si quis viderit puellam in numero captiuorum, debet præcidere vngues, & capillos, idest superfluitates.

LECTIO QVARTA.

POSITA conditione Cretensis populi: hic ponit remedium & primo ponit remedium reprehensionis: secundo assignat dictorum rationem, ibi *Omnia munda*. Circa primum tria facit: quia primo hortatur Titum ad reprehendẽdum eos: secundo, reprehensionis finem ostendit, ibi, *Vt sani*. Tertio, docet debitum modum perueniendi ad finem, ibi *Non intendentes*. Dicit ergo, Cretenses sunt malæ bestiæ, quibus scilicet debetur flagellum, & castigatio. Et ideo; *Increpa illos dure*. Prouer. 6. Via vitæ, increpatio. Psalm. 67. Increpa feras arundinis. Sed contra 2. Tim. 4. In omni patientia. Respondeo: duplex est ratio exhortationis huius. Vna ex parte eorum qui reprehunduntur. Cretenses enim duri & pertinaces erant, & ideo dure eos reprehendi iubet, non autem Ephesii, quorũ archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehendentium, quia & Titus fuit lenis & mansuetus: & ideo inducitur quasi ad contrarium, sed Timotheus erat rigidus, & ideo inducitur ad patientiam. Deinde cum dicit; *Vt sani sint in fide*. tangit finem reprehensionis. Nam homo est sanus, in quo non est corruptio. Et sic sanus est in fide, qui in nullo habet eam corruptam. Horum autem fides uitiabatur per hæreticos 2. Cor. 11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpãtur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu 1. Tim. 6. Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi &c. Modus peruenienti ad sanitatem est, si uitent errores Iudæorum. Vnde dicit; *Non intendentes Iudaicis fabulis*. In lege enim erant duplicia documenta fidei, scilicet quædam circa credenda. Item quædam mandata religionis, quæ erant seruanda circa cultum Dei. Et prima, uocat fabulas. Secunda, mandata hominum, & non dei. Ex quo uidetur quòd contemnet vetus testamentum, vt dicunt Manichæi. Sed quod dicit; *Fabulis*, potest referri ad eorum narrationes, præter doctrinam legis; quæ sunt fabulosa, vt Thalmuth. 1. Timoth. 1. Ne intenderent fabulis & genealogiis intermitatis. Vel ipsa doctrina, quæ fuit olim veritas, nunc secundum quod ipsi intelligunt, sunt fabulæ, sicut illud. Esa. 7. Virgo concipiet &c. fuit veritas: sed nũc quia ipsi dicunt adhuc hoc esse implendum, est fabulosum. Item mandata hominum possunt intelligi, non quæ sunt in lege Moysi, sed traditiones seniorum. Mat. 15. Sed nunquid mandatis hominum non est obediendum? Respondeo, quòd sic: quandiu non auertunt a ueritate dei. Et ideo subdit; *Aduersantium se a ueritate* 2. Tim. 4. A ueritate quidam auditum auertent &c. Simile habetur Mat. 15. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Simile dicitur. Marc. 7. Vel dicendum est, quòd mandata, quæ sunt in lege Dei, sunt facta mandata hominum. Quando enim seruantur in signum futurę ueritatis, sunt mandata dei: sed quando volunt ea seruare postquã corpus nostrum mortuum est legi, sunt mandata hominum. Deinde cum dicit; *Omnia munda*. in speciali ostendit dictorum rationem, scilicet quomodo auertunt se a ueritate, & quomodo discunt fabulas, & mandata hominum: quod est præcipue de discretione ciborum secundum legem, quam pseudo quidam dicebant esse seruandam. Et ideo primo ostendit, quomodo hi cibi habent se ad bonos: secundo, quomodo ad malos, ibi; *Coinquinatis autem*. Dicit ergo, Non intendentes Iudaicis fabulis, de cibis: quia; *Omnia*, scilicet cibaria; *Sunt munda mundis*. Sed infert, Ergo adulterium est mundum mundis. Respondeo, Dicendum est, quòd non: quia ex hoc ipso quòd adulterium est, immundat. Sed sunt munda mundis illa, quæ de se non immundant. Ad hæc Matth. 15. Ea quæ intrant in os, non coinquinant hominem. ergo omne quod non intrat in os, mundum est. Sed duplex est obiectio. Vnde quod Leuit. 11. dicitur, quòd quando aliquod animal non ruminat, uel non scindit ungulam, est immundum. Respondeo secundum Augu. contra Faustum: Aliquod est immundum, vel secundum rei naturam, vel secundum significationem, puta, si hoc nomen, stultus, secundum se sumatur, inquantum est vox quædam, sic nõ est immundum, sed bonum. Si uero secundum significationem, quia significat defectum sapientię, sic habet immunditiam. Actus autem illius populi erant actus prophetici. Vnde porcus secundum quòd res quędam, non est immundus, sed secundum quòd significat hominem uoluptatibus se inuoluentem. Sed nunc ueritate veniente cessant, & utuntur cibis homines, secundum suam naturam. Alia quæstio est, quòd Act. 15. mandauerunt Apostoli, quòd abstinerent se a sanguine & suffocato. ergo uidetur, quòd non sit licitum hoc comedere: non ergo omnia munda mundis. Respondeo: Aliqui credunt, quòd illud mandatum intelligatur ad literam, & quòd obligat vsque modo, vt apud Grecos, & etiam aliquando apud Latinos. Aliqui autem dicunt, quòd non intelligitur secundum literam, sed secundum mysterium, vt per sanguinem intelligatur homicidium, & a suffocato, idest oppressione pauperum. Et hoc bonum est, sed non est tota ratio præcepti: & ideo dico, quòd ad literam est præceptum, & tamen non obligamur. Quædam enim prohibentur quia mala sunt, & hæc simpliciter sunt vitanda. Aliqua vero, quæ non sunt mala simpliciter, sed pro tempore, & hæc sunt seruanda existente causa. Et hæc apostoli prohibuerunt, non quia mala secundum se, quia Matth. 15. dicit dominus contrarium. Sed rõ erat, quia cõuersi erãt, quidã ex Iudæis, quidã ex Gẽtib⁹: & ideo oportebat ad hoc, q̃ vn⁹ populus ex eis fieret, q̃ vni condescẽderet alius, vt Iudæis, quibus abhominabile erat comedere sanguinem & suffocatum, condescenderetur. Et ideo ad seruandam pacem, instituerunt apostoli hoc esse seruandum pro tempore illo. Deinde cum dicit; *Coinquinatis*. ostendit quomodo se habent ad malos: & circa hoc tria facit: quia primo ostendit hoc: secundo assignat causam, ibi; *Sed inquinatæ*. Tertio manifestat per signum, ibi; *Confitentur se nosse Deum*. Dicit ergo, Cibi isti mundi sunt mundis, sed immundi coinquinatis, idest his qui habent conscientiam coinquinatam. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *Et infidelibus*, idest qui habent malam fidem. Esai. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Sed numquid facit peccator &c, infidelis immundam eleemosynam? Dicendum est, quòd Apostolus non ponit affirmatiuam, sed negatiuam. Vnde non dicit, omnia, sed nihil mundum eis, quod est verum: quia nihil eis perfecte mundum est: quia nihil est mundum actibus, nisi in finem debitum ordinatum sit. Isti autem sunt extra finem. Sed numquid aliquid est eis mundum? sic. Sed contra: quia omne quod non est ex fide, peccatum est. Dicendum est, quòd malum numquam corrumpit totum bonum. Impossibile enim est, quò in peccatore quolibet sit aliquod bonum, scilicet naturæ, etiam in dæmonibus. quando ergo peccator facit aliquod bonum secundum quòd est peccator & infidelis, totum est peccatum ex radice. Sed si quid facit ex principio alicuius boni quod habet, vt fidei informis, vel naturæ, non est immundum. Et ideo signanter dicit; *Coinquinatis & infidelibus*, idest inquantum sunt huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide. Et ideo quod de natura sua est mundum, fecerunt sibi immundum. Cuius causa est, quia causa actuum eorum est immunda, scilicet voluntas & intellectus, quæ sunt in eis deprauata. Vnde dicit; *Sed inquinatæ sunt eorum mens*. scilicet per infidelitatem; *Et conscientia*. scilicet per peccatum. Baruc. 3. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis &c. Deinde cum dicit; *Confitentur &c*. ostendit fidem per signum. Si enim aliquis dicat, quòd eorum dicta sunt vera, immo, quòd habent fidem vnius dei & confitentur eum, hoc excludit. Et primo ostendit bonum quod erat in eis, scilicet quòd; *Confitentur*, scilicet labiis exterioribus; *Se nosse deum* Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Hier. 12. Prope es tu ori eorum. Secundo ostendit defectum interiorem: & primo quantum ad præsentia: secundo quantum ad futura, ibi; *Incredibiles*. Quò ad præsentia, quia; *Negant eum factis*. Qui enim peccat, inquantum est de se, negat eum factis: quia qui confitetur deum, confitetur & eius potestatem, scilicet, quòd est ei obediendum. Et ideo si non obedit peccando, negat factis, quod confitetur ore. Sed dicis, quicumque negat deum, est infidelis: peccatores negant deum factis. ergo peccatores sunt infideles. Respondeo, sicut habens scientiam in vniuersali, potest errare in particulari, ita habens fidem in vniuersali, in particulari tamen agibili corrumpitur, propter corruptionem affectus. 1. Tim. 5. Fidem negauit, & est infideli deterior. Quomodo autem quo ad futura deficiunt? Certe, quia non solum negant, sed sunt indispositi ad redeundum ad Deum. Sunt enim tria per quæ homo redit ad Deum, scilicet Dei gratia. Roma. 5. Iustificati gratia ipsius. Secundum est fides. Actu. 15. Purificans fide corda, eorum. Tertium, exercitium boni operis. Roma. 2. Factores legis iustificabuntur. Hæc tria excludit ab ipsis: primo gratiam, ibi; *Cum sint abominati*, idest, non accepti ad gratiam. Secundo fidem; cum dicit: *Incredibiles*. idest non apti ad credendum. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio tertium, quia: *Ad omne opus bonum reprobi*. idest reprobandi. Hie. 6. Argentum reprobũ uocate eos.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS Apostolus instruxit Titum quales ministros instituat ad arcēdum hæreticos: hic docet quid ipse circa eos faciat. Et primo, proponit hoc in generali: secundo, distinguit per partes, ibi; *Senes*. Dicit ergo, Ita dixi, quòd oportet episcopos constituere: sed ne credas, q̄ tu sis ꝓpter hoc alienus a cura immo maior debet esse tibi solicitudo ad instruendum. Ideo; *Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam* scilicet per quæ fides in corrupta ædificatur. supra 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Deinde ostendit idem per partes: & primo, ponitur doctrina sana contra peruersitatem vitæ: secundo, contra hæreticos & errores, ibi; *Stultas autem quæstiones*. Circa primum duo facit: quia primo instruit singulas conditiones hominum. Secundo, generaliter omnes cap. 3. ibi; *Admone illos*. Iterum prima in duas, quia primo ostendit quomodo instruat liberos, secundo, quomodo instruat seruos, ibi; *Seruos*. Item primo, ostendit quomodo instruat liberos verbo: secundo, quomodo exemplo, ibi; *In omnibus teipsum*. Circa primum duo facit, quia primo, ostendit quomodo instruat senes: secundo, quomodo doceat iuuenes, ibi; *Adolescentulas*. Item prima in duas, quia primo, ostendit quomodo instruat senes mares: secundo, quomodo anus fæminas, ibi; *Anus*. Sciendum est autem, quòd quædam bona sunt ad quæ senectus disponit, quæ primo, ponit: secundo quædam bona quibus senectus contrariatur: & hæc secundo, ponit, ibi; *Sani in fide*. Inter bona uero ad quæ senectus disponit. Vnum est contemptus delectationum. Aliud est perfectio sapientiæ, & prudentiæ. Disponit quidem senectus ad contemptum delectationum. Iuuenum enim corpora feruent naturali calore, ex quo concitatur iuuentus ad delectationes corporales, quæ præcipue consistunt in cibis & potibus, & venereis. Sed ad uitandum hæc disponit senectus. Senes enim sunt mortificati 2. Regum. 19. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue, vel amarum? Et ideo dicit; *Vt sobrij sint*, quantum ad cibos et potus; *Et pudici*, quantum ad uenerea. Gen. 18. Postquam consenui & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Sed si senectus ad hoc disponit, quare hoc monet? Respondeo, aliquando contingit ex magna peruersitate quòd senex reducitur ad puerilia peccata. Esai. 65. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et duplex est ratio quare hoc contingit. Aliter enim ad hoc mouetur senex, aliter iuuenis. Iuuenis enim incitatur ad hæc ex instinctu passionis, sed senex ex electione, propter duo. Nullus enim vult esse sine delectationibus, & tanto plus appetit eas quanto maiores molestias sentit. Senex autem patitur multa incommoda & defectus naturæ. Et ideo qñ non habet spirituales delectationes, quærit corporales. Secunda ratio est, quia iuuenis quandoque refrenatur per pudorem: senes autem secundum Philosophum sunt inuerecundi, quia sunt antiqui & multa experti. Iuuenes autem vani & verecundabiles naturaliter: & ideo refrenantur, sed non senes. Item senectus disponit ad prudentiam propter experimentum longi temporis. Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccle. 25. Quàm speciosa ueterani sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senum multa peritia. Vnde subdit; *Prudentes*. Contingit tamen aliquando senem esse fatuum. Eccl. 25. Senem fatuum & insensatum. Et hoc est ex duobus, quòd senex est fatuus, prudentia enim acquiritur per exercitium: quando ergo in iuuentute se in bonis non occupant, sunt in senectute imprudentes. Eccl. 25. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute tua? Item alia ratio est, quia in iuuentute quandoque affluunt voluptatibus, & maxime superfluitate ciborum: & ideo desiccatur eorum cerebrum. Prouerb. 20. Luxuriosa res est uinum, & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur, non erit sapiens. Deinde ponit ad quæ contrariatur senectus: & primum est fides: secundum dilectio: tertium patientia. Quantum ad primum, dicit; *Sani in fide*, quia sine ea, impossibile est placere deo. Hebr. 11. Sed quòd aliqui non sunt sani in fide, maxime in aliquo nouo quod proponitur senibus credendum, contingit ex duobus. Primo, quòd senes non sunt firmi in aliquo nouo propter præsumptionem sapientiæ: & ideo non credunt aliis. Iob. 12. Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitium senum est, quòd sint in-

CAPIT. II. LEC. I.

IV autem loquere, quę decent sanā doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices non multo vino seruientes: bene docētes, vt prudētiā doceant. Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudētes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt nō blasphemetur verbū dei. Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint.

F creduli: quia sunt experti se sæpius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper cum, forte, vel ferè, aduerbiis temperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. Quantum ad secundum dicit; *In dilectione*. Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo, quia in senibus parum ē amicitiæ, quia amor nutritur per conuictum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item, quia senes diligunt propter vtilitatem tantum, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustentatione. Quantum ad tertium, dicit; *In patientia*. & monet ad hoc propter tria. Primo, quia senes multa mala siue incōmoda circumueniunt: & ideo indigent patientia contra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorum: vnde semper dicunt antiqua, Iuuenes autem viuunt in spe magnorum: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouentur, propter bona, scilicet quæ habuerunt, & carent eis: vnde Boetius, Summa miseria est, fuisse fœlicem. Tren. 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. Item, quia viuunt in memoria, contingit, quòd aliqui, qui modo eos despiciunt, aliquando fuerunt peiores: & ideo turbantur. Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quanto senex appropinquat ad finem vitæ, tanto magis desiderat viuere. Vnde videns se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit; *Anus*. docet, qualiter vetulæ instruantur. Et primo docet, qualiter vetulæ instruantur in vita: secundo in doctrina. Item primo qualiter in habitu: secundo, qualiter in victu. Tertio, quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit; *In habitu sancto*. idest carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Petr. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorumque cultus &c. 1. Timot. 2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent: quia iuuencularum est, propter viros suos modeste se ornare, quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccles. 19. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quantum ad secundum dicit; *Non criminatrices*. Duo enim sunt in sene. Vnum, quod commune est senibus, scilicet quòd sunt suspitiosi, quia viderunt multa mala, quæ similiter præsumunt de aliis. Item, in mulieribus quæ specialiter sunt zelotipæ, & vtrumque contingit in vetula, quia ratione ætatis, est suspitiosa: ratione sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans. Et ideo, *Non criminatrices*. Quantum ad conuictum, dicit; *Non multo vino seruientes*. Et de viris dixit. *Vt sobrij sint*. Et dicit, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit; *Bene docentes*. Contra. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesiis taceant: non n.eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Respondeo, Dicendum est, quòd doctrina publica, quæ fit in populo interdicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Prouerb. 31. Visio, qua erudiuit eum mater sua. & Prouerb. 4. Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat &c. Et bene dicit; *Vt prudentiam doceant*. magis ad anus, quàm ad viros: quia quandoque docent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipse conuersantur cum pueris & cum familia, quàm viri. Deinde cum dicit; *Adolescentulas*. ostendit qualiter instituat iuuenes: & primo ostendit qualiter instruat iuuenes fœminas: secundo qualiter mares iuuenes, ibi; *Iuuenes similiter*. Item, prima in tres: quia primo ostendit, qualiter se habeant ad personas coniunctas: secundo ad seipsas, tertio ad subiectos. Quantum ad primum dicit; *Vt viros suos ament*. Viro enim debetur amor. Prouerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 25. in tribus beneplacitū est spiritui meo &c. & infra, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic vt prudentiam doceant adolescentulas & viros &c. Sed prima exposi-

tio

sitio est melior; *Et filios diligant*. hoc est naturale. Esa. 49. Nun A quid potest mulier obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio veteri sui? Et nota, quòd dicit, Vt uiros ament, & filios diligant: quia ad uiros est amor feruentior, sed ad filios naturalior. Sed quantum ad seipsas, tria dicit. Vnum, quo ad rationem, scilicet; *Prudentes*. Prouer. 19. Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino aút proprie vxor prudens. Et hoc necessariū est, quia iuuentus earum, & sexus cōtrariatur prudentiæ. Aliud est, quantum ad concupiscibilem, scilicet, cum dicit; *Castas*. Tertium vero, quantum ad irascibilem, cum dicit; *Sobrias*. Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Sed quantum ad subiectos, primo ponit curam eorum: secundo modum: tertio rationem assignat. De primo dicit; *Domus curam habentes*. Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens vero, instructam quoque destruet manibus. In cura autem sunt duo obseruanda mulieri, sunt.n. ut plurimum iracundæ. Eccl. 23. Non est ira super iram mulierum. Et ideo dicit; *Benignas*. quasi dicat Cum mansuetudine regant. Aliud est, quia quando mulier potestatem habet, nititur in contrarium viro suo. Eccl. 25. Mulier si primatum habeat, contraria est uiro suo: ideo dicitur; *Subditas uiris suis*. Vnde dicitur. Gen. 3. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc ideo; *Vt non blasphemetur uerbum Dei*, idest non detis occasionem blasphemandi. Et omnia hæc notantur. Tob. 10. Vbi dicitur, quòd Raguel & Sara, monuerunt filiam suam honorare soceros, diligere maritum, regere familiā, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Consequenter ostendit, qualiter doceat mares iuuenes, scilicet; *Vt sobrij sint* quod repetit: quia ebrietas est principium uitiorum 1. Pet. 5. Sobrii estote &c. C

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus Titum docuit, de quibus instruat subditos liberos. Et quia non tantum verba prosunt, sed etiā exempla: ideo docet, ut se exemplum præbeat. Primo generaliter: secundo, specialiter, ibi; *In doctrina*. Tertio, rationem huius assignat, ibi; *Vt is qui ex etc*. Dicit ergo, Quia ætate iuuenis es; *Præbe te in exemplum omnibus bonorum operum*. Prælatus enim debet esse quasi forma existens discipulis 1. Cor. 11. Imitatores mei estote: sicut & ego Christi Ioann. 13. Exemplum dedi uobis &c. Deinde cum dicit; *In doctrina* ponit specialia, in quibus debet se præbere exemplum: primo ostendit, quis debeat esse eius actus, scilicet in doctrina. Vnde dicit; *In doctrina*. Hoc enim est proprium prælati. Hier. 3. Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Et ei maxime conuenit, ut D qui habeat alios episcopos sub se, ut dicitur supra 1. Episcopos constituas &c. Ideo debet alios docendo, eis exemplum doctrinæ præbere 1. Tim. 4. Attende tibi, & doctrinæ. Item, monet eum quantū ad uitam Et primo, declinare a malo. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Et ideo dicit; *In integritate* per incorruptionem: sicut enim corpus perdit integritatem per corruptionem membrorum suorum, ita anima per corruptionem peccati. In prælato autem est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis per castitatem 1. The. vlt. Integer spiritus vester, & anima, & corpus sine quærela in aduentu domini nostri Iesu Chrsti seruetur. Secundo, quòd sit grauis quantum ad bona, quæ cum charitate fiunt. Graue autem duo habet, vnū quia descendit, & secundum hoc uituperatur. Psal. 4. Filii hominum vsquequo graui corde &c. Aliud est, quòd est stabile & firmum. Et ideo illi dicuntur graues, qui non de facili mouentur a bono: ita hic, cum dicit; *In grauitate*, & hoc commendatur. E Psal. 30. In populo graui laudabo te. Deinde ostendit, qualis debet esse eius doctrina & uerbum. Et dicit, quòd debet esse; *Sanum*, idest non corrumptum falsitate 2. Timoth. 1. Formam habe sanorum uerborum, quæ a me audisti in fide &c. Prouer. 17. Non decet principem labium mentiens. Item, quantum ad modum, cum dicit; *Irreprehensibile*, idest, ut proferatur tempore suo, & cum omni decentia & prouocatione ad correctionem Eccl, 20. Ex ore fatui reprobatur parabola. Non enim dicet illam in tempore suo. Finis autem doctrinæ est, *Vt is, qui ex aduerso est, uereatur &c*. quasi dicat. Si omnes bene se habeant, scilicet prælati & subditi, aduersarii non possunt vobis nocere. 1. Petr. 2. Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere facia tis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Timo. 5. Nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Deinde cum dicit; *Seruos*. docet, qualiter instruat seruos, & primo facit hoc, secundo eius rationem assignat, ibi; *Apparuit*. Circa primum tria facit: quia primo inducit seruos ad subiectionem: secundo determinat modum eius, ibi; *In omnibus*. Tertio, ostendit necessitatē doctrinæ huius, ibi; *Vt doctrinam*. Dicit ergo, Admone seruos dominis suis; *Subeße*. 1. Petr. 2. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis. Colos. 3. Serui, obedite B per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequēter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hæresis enim incœpit apud Iudæos, quòd serui dei non deberent seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quòd dixerunt, quòd per Christum filii dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Roman. 3. Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est, quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur a seruitute, quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam a corruptione, & seruitute corporali. 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum deo & patri &c. Sed quod dicit; *In omnibus*. potest referri primo ad hoc quod dicit; *Subditos*, vt intelligatur in omnibus, scilicet, ad quæ se extendit ius dominatiuæ potestatis: Vel ad hoc quod dicit, *Placentes*, Debet enim esse subiectio. Primo, vt seruiant sine offensione, non cum murmure & tarditate. Colos. 1. Per omnia placentes deo. 1. Corinth. 10. Ego per omnia omnibus placeo, Contra Gallat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum, est vituperabile, sed propter deum, est laudabile. Secundo, vt sint sine repugnantia: ideo dicit; *Non contradicentes*. Ecclesi. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertio, sine fraude. Vnde dicit; *Non fraudantes*. Vbi vnum remouet, & alterum astruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luc. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in omnibus bonitatē. Et ideo dicit: *Sed in omnibus fidem bonā ostendentes*. Sed quo fine sunt hęc fienda? Non quidem propter terrenum fauorem. sed propter gloriam dei. Vnde dicit: *Vt doctrinam Saluatoris nostri domini ornent &c*. Glo. Ornamentum doctoris, est honesta uita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. Matth. 5. Vt uideant opera vestra bona &c.

CAPIT. II. LEC. II.

IN omnibus teipsum prę be exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, inreprehensibile: ut his, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos, dominis suis subditos eē, in omnibus placentes, nō contradicentes, nō fraudātes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinā Saluatoris nostri Dei, ornent in omnibus.

LECTIO III.

APPARVIT enī gratia dei, & Saluatoris nostri, oībus hominibus: erudiēs nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare, & increpa cum omni imperio. Nemo te contemnat.

F creduli: quia sunt experti se sæpius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper cum, forte, vel ferè, aduerbiis temperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. Quantum ad secundum dicit; *In dilectione*. Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo, quia in senibus parum ē amicitiæ, quia amor nutritur per conuictum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item, quia senes diligunt propter vtilitatem tantum, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustentatione. Quantum ad tertium, dicit; *In patientia*. & monet ad hoc propter tria. Primo, quia senes multa mala siue incōmoda circumueniunt: & ideo indigent patientia contra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorum: vnde semper dicunt antiqua, Iuuenes autem viuunt in spe magnorum: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouentur, propter bona, scilicet quæ habuerunt, & carent eis: vnde Boetius, Summa miseria est, fuisse fœlicem. Tren. 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. Item, quia viuunt in memoria, contingit, quòd aliqui, qui modo eos despiciunt, aliquando fuerunt peiores: & ideo turbantur. Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quanto senex appropinquat ad finem vitæ, tanto magis desiderat viuere. Vnde videns se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit; *Anus*. docet, qualiter vetulæ instruantur. Et primo docet, qualiter vetulæ instruantur in vita: secundo in doctrina. Item primo qualiter in habitu: secundo, qualiter in victu. Tertio, quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit; *In habitu sancto*. idest carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Petr. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorumque cultus &c. 1. Timot. 2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent: quia iuuencularum est, propter viros suos modeste se ornare, quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccles. 19. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quantum ad secundum dicit; *Non criminatrices*. Duo enim sunt in sene. Vnum, quod commune est senibus, scilicet quòd sunt suspitiosi, quia viderunt multa mala, quæ similiter præsumunt de aliis. Item, in mulieribus quæ specialiter sunt zelotipæ, & vtrumque contingit in vetula, quia ratione ætatis, est suspitiosa: ratione sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans. Et ideo, *Non criminatrices*. Quantum ad conuictum, dicit; *Non multo vino seruientes*. Et de viris dixit. *Vt sobrij sint*. Et dicit, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit; *Bene docentes*. Contra. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesiis taceant: non n.eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Respondeo, Dicendum est, quòd doctrina publica, quæ fit in populo interdicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Prouerb. 31. Visio, qua erudiuit eum mater sua. & Prouerb. 4. Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat &c. Et bene dicit; *Vt prudentiam doceant*. magis ad anus, quàm ad viros: quia quandoque docent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipse conuersantur cum pueris & cum familia, quàm viri. Deinde cum dicit; *Adolescentulas*. ostendit qualiter instituat iuuenes: & primo ostendit qualiter instruat iuuenes fœminas: secundo qualiter mares iuuenes, ibi; *Iuuenes similiter*. Item, prima in tres: quia primo ostendit, qualiter se habeant ad personas coniunctas: secundo ad seipsas, tertio ad subiectos. Quantum ad primum dicit; *Vt viros suos ament*. Viro enim debetur amor. Prouerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 25. in tribus beneplacitū est spiritui meo &c. & infra, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic vt prudentiam doceant adolescentulas & viros &c. Sed prima exposi-

tio

Petr. 2. Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere facia tis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Timo. 5. Nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Deinde cum dicit; *Seruos*. docet, qualiter instruat seruos, & primo facit hoc, secundo eius rationem assignat, ibi; *Apparuit*. Circa primum tria facit: quia primo inducit seruos ad subiectionem: secundo determinat modum eius, ibi; *In omnibus*. Tertio, ostendit necessitatē doctrinæ huius, ibi; *Vt doctrinam*. Dicit ergo, Admone seruos dominis suis; *Subeße*. 1. Petr. 2. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis. Colos. 3. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequēter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hæresis enim incœpit apud Iudæos, quòd serui dei non deberent seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quòd dixerunt, quòd per Christum filii dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Roman. 3. Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est, quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur a seruitute, quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam a corruptione, & seruitute corporali. 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum deo & patri &c. Sed quod dicit; *In omnibus*. potest referri primo ad hoc quod dicit; *Subditos*, vt intelligatur in omnibus, scilicet, ad quæ se extendit ius dominatiuæ potestatis: Vel ad hoc quod dicit, *Placentes*, Debet enim esse subiectio. Primo, vt seruiant sine offensione, non cum murmure & tarditate. Colos. 1. Per omnia placentes deo. 1. Corinth. 10. Ego per omnia omnibus placeo, Contra Gallat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum, est vituperabile, sed propter deum, est laudabile. Secundo, vt sint sine repugnantia: ideo dicit; *Non contradicentes*. Ecclesi. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertio, sine fraude. Vnde dicit; *Non fraudantes*. Vbi vnum remouet, & alterum astruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luc. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in omnibus bonitatē. Et ideo dicit: *Sed in omnibus fidem bonā ostendentes*. Sed quo fine sunt hęc fienda? Non quidem propter terrenum fauorem. sed propter gloriam dei. Vnde dicit: *Vt doctrinam Saluatoris nostri domini ornent &c*. Glo. Ornamentum doctoris, est honesta uita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. Matth. 5. Vt uideant opera vestra bona &c.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apost. instruxit Titum, qualiter doceret seruos & liberos, & conclusit quasi rationem, ut scilicet doctrina Christi ornaretur, hic assignans plenam rationem dictorum exponit quod dixit, per bonam cōuersationem. Et primo præmittit gratiam & doctrinam Christi: secundo inducit eum ad gratiæ prę dicationem, ibi; *Hæc loquere*. Item primo proponit gratiæ apparitionem: secundo eius instructionem, ibi: *Erudiens nos*. Tertio eius operationem, ibi; *Qui dedit*. Sciendum est autem, quòd gratia importat misericordiam, quia gratia est de eo quod gratis datur, & quod gratis datur, hoc misericorditer datur. Misericordia autem semper in Deo fuit, tamen olim circa homines latebat. Psal. 35. Domine in cœlo misericordia tua. Ante Christum enim omnes, quantumcunque essent iusti, erant sub damnatione, sed Christo filio dei carnem assumēte. *Apparuit gratia*. 1. Timoth. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Psal. 79. Qui sedes super cherubin, manifestare. Sed quanto quis est potentior, tanto eius gratia magis desideratur. Vnde gratia Dei desideranda est. Et hoc est quod dicit; *Gratia dei*. Et hoc ad saluandum. Vnde dicit; *Et saluatoris nostri*. Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Hæc autē gratia non proponitur vni solūmodo popu

lo Iudæorum, sicut olim, sed; *Omnibus hominibus.* Esa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Esa. 52. Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 1. Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Et potest dici, quòd in natiuitate Christi apparuit, hæc gratia dupliciter. Vno modo & primo, quia per maximam Dei gratiã datus est nobis. Vnde eius conceptio cum sit operatio totiꝰ trinitatis, attribuit tamen specialiter spirituisancto, q̃ ẽ principium gratiarum. Et hæc gratia apparuit omnibus hominibus, & specialiter homini Christo. Io. 1. Plenum gratiæ & ueritatis. Ex hac gratia secundo, est consecuta instructio humani generis: quia ante Christum fuit mundus in ignorantia, & hæresi. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Vnde dicit; *Erudiens nos*, scilicet sicut homo erudit filium. De duobus autem erudiuit nos, quia duo necessaria sunt homini, scilicet bonum opus, & recta intentio. Primo ostendit, quomodo Christus nos de primo erudiuit: secundo, de secundo, ibi; *Expectantes.* Dicit ergo; *Vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria.* Notandum est, quòd dicit, impietatem, & sæcularia desideria, quia omnia peccata vel consistũt in his, quæ sunt directe contra deum, quę dicuntur peccata impietatis. Pietas enim proprie est secundum quam colimus parentes & patriã: Sed q̃a deus est principalis pater noster, ideo pertinet ad cultum Dei pietas. Iob. 28. Secundum aliam literam, ubi nos habemus sic, Ecce timor domini ipsa est sapiẽtia, habetur, Ecce pietas ipsa est sapientia. Et ideo peccata cõtra deũ dicuntur esse impietates. Ro. 1. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem, & ibi loquitur de idolatria. Vel consistunt in abusu temporalium, & hæc sunt sæcularia desideria. Est autem sæculum spatium mensurans periodum rerum. Vnde per sæcularia intelliguntur res sæculares, & omnia peccata, quæ in proximum committuntur vel in se, per earum abusum. Deinde cum dicit; *Sobrie &c.* ostendit quid boni faciamus & dicit; *Sobrie* quantum ad se; *Iuste* ad proximum; *Pie* ad deum; *Sobrie* ad se, quasi mensurate. Bria enim mensura est, & hoc, si homo cum mensura rationis vtatur exterioribus rebus, & propriis passionibus. Vnde sobrietas accipitur pro quolibet mensurato vsu rerum exteriorum, & extrinsecarum passionum. Sap. 8. Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam, & virtutem, quibus nihil utilius est in uita hominibus; *Iuste*, ad proximum. Psal. 10. Iustus dominus & iustitiam dilexit; *Pie*, ad deũ 1. Tim. 4. Exerce te ad pietatem. Deinde cum dicit; *Expectantes beatam spem.* Instruit eum de fine, qui consistit in duobus, scilicet in gloria animæ, in morte. Alius in gloria corporis, in aduentu Christi, Ioan. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii dei &c. Quantum ad primum dicit; *Expectantes beatam spem.* Contra illos qui ponunt finem hominis in actu virtutum, in hac uita. Sed hoc nõ est uerũ, quia & si sobrie, & pie & iuste uiuamus, adhuc sumus expectantes. Iob. 7. & 14. Sicut mercenarii dies eius. Esai. 30. Beati omnes, qui expectant eum. Et ideo dicit, Expectantes beatam spem; quod potest intelligi dupliciter: vel quia est spes de beatitudine, vel quia expectatio facit ipsos beatos. quantum ad secundum dicit; *Et aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi*, scilicet per quem surgent corpora nostra. Qui enim diligit amicum, cum desiderio expectat eum. 2. Timoth. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Et dicit; *Aduentum gloriæ*, quia primus aduentus fuit humilitatis. Philipp. 2. Humiliauit semetipsum &c. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et ille erit gloriæ, quia sua diuinitas omnibus innotescet. Luc. 21. Et tunc videbunt filium hominis uenientem in nubibus, cum potestate magna & maiestate. Et dicit; *Magni dei.* contra Arrium, qui dixit filium non æqualem patri. Et bene magnus, quia dicitur. Romanorum, 9. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius &c. Item est saluator. 1. Timoth. 2. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri &c. Quia ad hoc uenit, & hoc importat nomen eius. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et addit; *Christi*, scilicet qui est unctus, in quo intelligitur vnio diuinitatis ad humanitatem. Aliqui enim dicuntur vniti: sed non ita, quòd habeant essentiam diuinitatis unitam, sed quia participant eius aliquid, sed Christo est unita diuinitas. Psalm. 44. Vnxit te deus, deus tuus, &c. Deinde cum dicit; *Qui dedit semetipsum.* ostenditur operatio gratiæ. Et primo, ostendit beneficium gratiæ passionis eius. Secundo, passionis fructum, ibi; *Vt nos redimeret.* Dicit ergo, Dico quòd est noster saluator, & quomodo? *Quia dedit semetipsum pro nobis.* Ephe. quinto. Ambulate in delectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum p nobis, oblationem & hostiam deo. Fructus eius dicitur liberatio & sanctificatio. Liberatio, cum dicit; *Vt nos redimeret ab omni iniquitate.* Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Primus enim homo ex peccato suo redactus est in seruitutem peccati, ex qua seruitute inclinabatur ad aliud peccatum, sed Christus satisfecit per suam passionem: & ideo sumus redempti a seruitute. Esai. 43. Noli timere, quia redemi te &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus, quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit; *Vt mundaret sibi populum.* idest vt sanctificaret populum, sic scilicet vt essemus populus eius, idest ei cõsecratus. Qui aliquando non populus eius, nunc autem populus eius. Osee. 1. & Rom. 9. *Acceptabilem.* scilicet deo per rectam fidem & intentionem. Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens. Vel acceptabilem, idest peculiarem. Deut. 7. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Sed oportet etiam, quòd extra sint opera bona. Vnde dicit; *Sectatorem bonorum operum.* Ro. 13. Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Gal. 6. Bonum autem facientes, nõ deficiamus. Deinde cũ dicit; *Hæc loquere &c.* inducit eum ad prædicationem gratiæ: & circa hoc duo facit: quia primo hortatur eũm ad prædicandum: secũdo instruit prædicandi modum, ibi; *Cum omni &c.* Dicit ergo, *Loquere*, spectantia ad credenda, *Exhortare*, ad agenda. 1. Thessal. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. *Argue* male agentes. 1. Tim. 5. Peccantes coram omnibus argue. Et hoc, *Cum omni imperio.* idest, cum authoritate, quia loquitur vt instrumentum, vel minister dei. Et ideo cum fiducia diuinæ authoritatis. Est tamen loquendum in exhortando quãdoque cũ prece, considerando infirmitatem propriam. Prouer. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Quandoque cum imperio, cõsiderando authoritatem commissam. 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate ad obstinatos: habet autẽ moneri, vt cum imperio arguat, quia naturaliter fuit mitis. 1. Tim. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat.

sectatorẽ bonorum operũ. Hæc loquere, & exortare: & argue cũ omni imperio. Nemo te cõtemnat.

CAPIT. III. LEC I.

ADMONE illos, principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus posuit particulares admonitiones pertinentes ad singulos status: hic ponit generales ad omnes. Et primo ponit ipsas. Secunda rationem ipsarum, ibi; *Eramus.* Tertio inducit Titum ad vtrorumque prædicationem, ibi; *Et de his volo te.* Circa primum duo facit, quia primũ monet omnes, qualiter se habeant ad superiores: secundo quomodo ad æquales, ibi; *Neminem blasphemare.* Item prima in duas, quia primo ostendit, quòd superioribus debent subditi reuerentiam subiectionis. Secundo, obedientiam iussionis, ibi; *Dicto obedire.* Dicit ergo. Dixi de quo moneas prædictos, sed; *Admone illos*, idest omnes; *Principibus*, idest, maioribus, scilicet regibus & huiusmodi; *Et potestatibus*, idest aliis officialibus; *Subditis esse.* 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum, siue regi, tamquam præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis. Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et hæc monitio necessaria est, primo ad tollendum errorem circa Iudæos, qui dicunt non esse obediendum mandatis hominum. Secundo, vt nullam inquietudinem facerent in ecclesia. Tertio, quia tenentur ad obedientiam iussionis. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis &c. Et dixit; *Dicto obedire*, idest, ad solum verbum præsidis. 1. Reg. 15. Melior est enim obedientia, quàm victimæ. 2. Thess. 3. Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam, hunc notate. Non solum autem est necessaria promptitudo, sed discretio. Vnde dicit; *Ad omne opus bonum.* alioquin non esset obediendũ: tunc enim magis Deo obediendũ est, quo maior est, Act. 4. Si iustũ est in conspectu Dei vos potius audire, q̃ Deum, iudicate. Vnde milites non tenentur obedire in bello iniusto. Deinde cum dicit; *Neminem.* Ostendit, qualiter se habeant erga æquales. Et primo, quo ad vitationem mali. Secundo, quo ad operationem boni, ibi; *Sed modestos.* Monet autem eos specialiter de verbis, quia in primitiua ecclesia pauci peccabant factis. Verbis autem aliquis peccat, primo contra personam alterius, si ei improperia inferat. Vnde dicit; *Neminem blasphemare.* Sed contra, quia blasphemia est relatio criminis ī Deum, non ergo est blasphemia in proximum. Respondeo, inquantum dilectio proximi refertur in dilectionem Dei, & honor proximi in honorem Dei, sic eius improperium est in Deum. Sumitur ergo hic blasphemare pro qualibet maledictione occulta, vel manifesta, 2. Pet. 2. Sectas non metuunt introducere blaspemantes. Secundo, quis peccat contra proximum propter res exteriores. Et ideo dicit; *Non litigiosos esse.* Vbi est sciendum, quòd tria sunt genera hominũ. Quidam eorum sunt virtuosi, & duo vitiosi. Quidam enim omnibus verbis auditis, in nullo contristantur, & hi sunt adulatores. Et quidam omni verbo resistunt, & hi litigiosi sunt. Contra hos loquitur hic. Ideo dicitur 2. Timo. 2. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Prouer. 20. Honor est homini, qui se separat a contentionibus. Sed medium tenens, vt quandoque delectetur verbis, quandoque contristetur, est virtuosus 2. Cor. 2. Si contristaui vos epistola, non me pænitet &c. Deinde cum dicit; *Sed modestos.* Ostẽdit, quomodo se habeant in operatione boni, & primo in exterioribus actibus, dicens; *Sed modestos.* Est autem modestia virtus, per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt non offendat cuiusquam aspectum. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Prouerb. 22. Finis modestiæ, timor Domini, diuitiæ, gloria, & vita &c. Quanto autem quis est impetuosior in interioribus affectibus, tanto refrenatur difficilius, etiam in exterioribus. Talis autem est inter omnes affectus, ira. Et ideo contra hoc ponit mansuetudinem, quæ moderatur passiones iræ. Vnde dicit; *Omnem mansuetudinem ostendentes ad omnes homines.* Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, qd̃ potest saluare animas vestras. Deinde cum dicit; *Eramus enim & nos &c.* Assignat rationem prædictorum, & maxime huius vltimi, scilicet quòd sint mansueti. Possent enim dicere, quomodo erimus mansueti ad infideles? quomodo ad malos? Non enim hoc possumus. Respondet. Considera te qualis fueris. Et ideo contra iram optimum remedium est, recognitio fragilitatis propriæ. Et ideo primo, ponit statum eorum præteritum. Secundo, ostendit vnde venerunt ad statum perfectionis, ibi; *Cum autem benignitas.* Item primo ponit defectus pertinentes ad intellectum: secundo, ad affectum, ibi; *Seruientes.* Intellectus autẽ potest dupliciter deficere: vel quia deficit a vera cognitione, sicut per ignorantiam negationis: vel quia incidit in opinionem falsi. Verum autem in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiũt. Quidam enim solum per fidem, quidam prægustando per lumen sapientiæ, per apertam aliquam cognitionem. Vnde quantum ad secundum dicit; *Eramus enim insipientes*, idest priuati ista sapientia. Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam &c. Quantum ad primum dicit; *Et increduli*, idest infideles. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Sed eramus, incidentes incontrariam opinionem. Vnde dicit; *Errantes*, idest falsum pro vero tenentes. Esa. 19. Errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Deinde ponit ea, quæ pertinent ad corruptionem affectus: & primo quantum ad se: secundo, quantum ad alios, ibi; *In malitia &c.* Affectus autem hominis tunc est rectus, quando seruit rationi, & vtitur licitis delectationibus, secundum rationem. Quando ergo non sequitur rationem, sed sua desideria, tunc corrumpitur. Vnde dicit; *Seruientes desideriis, & voluptatibus uariis.* Voluptates respiciunt peccata delectationum carnalium, vt sunt luxuria & gula. Desideria vero, quælibet alia vitia, vt sunt ambitio, & auaritia, & huiusmodi. Eccle. 18. Post concupiscentias tuas nõ eas, & a voluptate tua auertere Ro. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius 2. Tim. 3. Voluptatum amatores magis q̃ Dei. Deinde cum dicit; *In malitia & inuidia agentes.* Ponit peccata in ordine ad alios: & primo malitiam, quæ est voluntas nocendi alteri, effectus. n. denominatur a fine. Qui ergo intendit inferre malum, dicitur malitiosus. Iac. 1. Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ. Secundo ponit inuidiam, quæ dolet de proximi bono, sicut malitia infert malum. Prouerb. 14. Putredo ossium, inuidia. Tertio ponit odiũ. Vnde dicit; *Odibiles* scilicet, vel Deo, per hoc, quòd faciunt peccatum. Sap. 14. Similiter odibiles sunt Deo, impius & impietas eius. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles. Vel proximo, quando faciunt illud, vnde proximus eos odio habere debeat. Et addit; *Odientes inuicẽ.* quasi dicat, & nos etiã odiebamus alios. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Deinde cum dicit; *Cum autem benignitas.* Ostendit statũ salutis nostræ, cuius ordinem & processum primo describit. Secũdo confirmat dictum, ibi; *Fidelis sermo.* Circa primum quatuor facit, quia primo ostendit causam salutis: secundo rationem saluandi, ibi; *Non ex operibus iustitiæ.* Tertio modum eius, ibi; *Per lauacrum.* Quarto finem, ibi: *Vt iustificati.* Causa autẽ nostræ salutis est charitas Dei. Ephe. 2. Deus autem, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suã, qua dilexit nos &c. Hanc charitatem describit primo quantum ad affectum: secundo quantum ad effectum. Interior charitatis affectus designatur in benignitate, quæ dicitur bona igneitas. Ignis autẽ significat amorem. Cant. 8. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Benignitas ergo est amor interior, profundens bona ad exteriora. Hęc ab æterno fuit in Deo, quia amor eius est causa omnium. Ioel. 2. Benignus, & misericors est &c. Sed hoc quandoque non apparebat. Esa. 63. Vbi nunc zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. Sed per effectum apparuit, quod designatur, cũ dicit; *Humanitas*, quod dupliciter potest intelligi, vel secundum quod significat humanam naturam, quasi dicat *Apparuit benignitas & humanitas*, quando Deus ex benignitate est homo factus. Philip. 2. Habitu inuentus, vt homo. Psal. 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Vel secundum quòd designat virtutem, quæ consistit in exteriori subuentione in defectibus aliorum. Vñ humanum esse, est condescẽdere. Act. vlt. Barbari autem præstabant non modicam humanitatem nobis. Sic Deus cõdescẽdit nostris defectibus. Psal. 102. Ipse cognouit figmẽtũ nostrũ. Et hoc; *Saluatoris*, quia vt dicit Psal. 36. Salus autẽ iustorum a Domino. Deinde cum dicit; *Non ex operibus &c.* Ponit rationem saluandi: & primo excluditur ratio præsumpta: secundo ostenditur ratio vera. Ratio præsumpta, est quòd propter merita nostra simus saluati, quod excludit, cum dicit; *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos.* Rom. 11. Reliquiæ secundũ electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Deut. 9. Non propter iustitias tuas, & æquitates cordis tui ingredieris, vt possideas terram eorum &c. Sed vera ratio est, sola misericordia Dei. Vnde dicit; *Sed secundum suam misericordiam &c.* Tren. 3. Misericordiæ Domini, quòd non sumus consumpti. Luc. 1. Et misericordia eius a progenie in progenies. Modus salutis adipiscendæ est per baptismum, quem primo proponit: secundo effectum eius: tertio causam. Dicit ergo; *Per lauacrum*, idest saluati sumus per ablutionem spiritualem. Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Quantum ad effectus eius, subdit; *Regenerationis & renouationis.* Pro quo sciendum est, quòd homo indigebat duobus in statu perditionis, quæ consecutus est per Christum, scilicet participatione diuinæ naturæ, & depositione vetustatis. Erat enim separatus a Deo. Esai. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Et erat inueteratus. Baruc. 3. Inueteratisti in terra aliena. Sed primum consequimur per Christum, scilicet per participationem naturæ diuinæ. 1. Petr. 2. Vt per hoc efficiamur consortes diuinæ naturæ. Sed noua natura non acquiritur, nisi per generationem. Sed tamen hæc natura ita datur, quòd etiam remanet nostra, & ita superadditur. Sic enim generatur participatio in filium Dei, quod non destruitur homo. Ioan. 3. Oportet vos nasci denuo. Et ideo dicitur generatio. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suę. Homo etiam per Christum deposuit vetustatem peccati, renouatus ad integritatem naturæ, & hoc vocatur renouatio. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestrę. Sed quæ est causa huius effectus,

nitas apparuit saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum miseri cordiã suã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quẽ effuditī nos abunde, per Iesum Christũ saluatorẽ nostrũ: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo

paratos esse: neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & huma-

vt cor abluat? Hæc virtus est a sancta & indiuidua Trinitate. Matt. vlt. In nomine patris, & filii & spiritussancti &c. Vnde & Christo baptizato pater in voce, filius in carne, Spiritussanctus in columbæ specie apparuerunt. Et ideo dicit; *Spiritussancti*, idest, quā Spiritussanctus facit. Psal. 103. Emitte spiritū tuū &c.

est. Et de his volo te cōfirmare: vt curēt bonis operibus præesse, qui credunt deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus.

Lectio II.

Multas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis, deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem post unam & secūdam correctionem, deuita: sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Arthemam, aut Ty-

Item est generatio p spiritum. Gal. 4. Misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem, Abba pater. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptiōis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Sed hunc spiritum dat Deus pater; *Quem effudit in nos abunde*, vt designet copiam gratiæ in baptismo, vnde fit plena peccatorū remissio. Iohel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. Effundam spiritum meum super semen tuum Et propter diuersa dona gratiarum. Iac. 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Hoc etiam datur; *Per Christum Iesum*. Ioan. 16. Paraclitus, quem ego mittam vobis &c. In Christo enim duas naturas inuenimus, & ad vtramque pertinet, quòd Christus det spiritum sanctum. Quantum quidem ad diuinam, quia est verbū, ex quo simul & a patre procedit ut amor. Amor autem in nobis procedit ex concepitone cordis, cuius conceptio est verbum. Quantum vero ad humanā, quia Christus accepit summam plenitudinem eius, ita quòd per eum ad omnes deriua- H tur. Ioann. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Et paulopost. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, gratiam pro gratia. Et cap. 3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum &c. Et ideo baptismus & alia sacramenta non habent efficaciam nisi ex virtute humanitatis, & passionis Christi. Deinde cum dicit; *Vt iustificati gratia ipsius*. Ponitur finis salutis nostræ, quæ est participatio vitæ æternæ. Vnde dicit; *Hæredes*. Idem autem est iustificati, & quod prius dixerat, regenerati. In iustificatione impii sunt duo termini, scilicet a quo, qui est remissio culpæ, & hæc est renouatio, & ad quem, qui est infusio gratiæ & hoc ad regenerationem pertinet. Dicit ergo, Ideo verbum caro factum est, vt iustificati, idest renouati per gratiam, quia iustificatio nō fit sine gratia. Sed nunquid Deus posset remittere culpam sine gratiæ infusione? Videtur quòd sic, quia a principio poterat constituere hominem esse sine gratia & culpa. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est de homine, qui numquam offendit, quia sic potest esse sine gratia & sine culpa, & aliud est de homine, qui iam peccauit, qui non potest esse quin odiatur, vel di- I ligatur, & si a Deo diligitur, oportet, quòd diligat, & si diligit, oportet, quòd præstetur ei gratia: quia sine gratia non diligit, & quòd etiam per hoc efficiātur hæredes 1. Pet. 1. Hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in cælis in vobis &c. Et hoc; *Vitæ æternæ*. Psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi &c. Sed quomodo hæredes? *Secundum spem*, quia iam non est spes huius vitæ. Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Deinde cum dicit; *Fidelis sermo est* probat dicta de salute nostra & spe. quasi dicat, Hoc dictum est fidele. Apocal. vlt. Hæc uerba, fidelissima & vera sunt. Deinde cum dicit; *Et de his volo*, mandat hoc prædicari. Et primo, ponit præceptum. Secundo rationem assignat, ibi; *Hæc sunt*. Dicit ergo. *Et de his*, s. quæ ad Dei beneficia, reprehensionem peccatorum, documenta fidei & morum; *Volo te confirmare*, scilicet alios. Iob. 4. Vacillan- K tes confirmauerunt sermones tui. Act. 15. Et confirmauerunt eos. Et ratio huius est; *Vt curent &c.* Quod potest intelligi de prælatis, quasi dicat, Volo, quòd confirmes viatores, idest prælatos; *Vt ipsi curent præesse his, qui credunt Deo*, scilicet fidelibus in bonis operibus. 1. Pet. 2. Ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum. Matt. 5. Vt uideant opera uestra bona, & glorificent patrem vestrum. Hæc uerba; *Sunt bona*, quia de bonitate Dei. Matt. 12. Bonus homo, de bono thesauro profert bona; *Et vtilia hominibus*. Esai. 48. Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia.

LECTIO SECVNDA.

Supra Apostolus docuit Titum, qualia ad instructionem populi proponat, nunc ostendit, quæ uitet in doctrina. Et primo facit hoc. Secundo, scribit quædam familiaria, ibi; *Cum misero*. Item prima in duas, quia primo, ostendit quomodo uitet inutilia & aliena dogmata. Secundo, quomodo uitet hæreticos ibi; *Hæreticum*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit, F quæ sunt vitanda in sua doctrina. Secundo, rationem assignat, ibi; *Sunt enim*. Notandum est autem circa primum, quòd ad eum qui profitetur doctrinam alicuius scientiæ, primo pertinet, vt satisfaciat quæstionibus, quæ mouentur in illa. Secundo, vt per se aliqua tractet. Tertio, vt disputet cum resistentibus. Et quarto, quòd doceat, quid circa eā sit vitandum. In aliis autem scientiis nullus sapiens cuilibet quæstioni respondet, sed tantum ad eas, quæ pertinent ad suam scientiam. Ita doctor veritatis non debet cuilibet quæstioni responde- G re. Stultitia enim sapientiæ opponitur. Hæc autem doctrina est sapientię. Deut. 4. Hæc enim sapientia vestra, & intellectus coram populis. Ideo dicit; *Stultas quæstiones*. Quæstiones ergo aduersantes intentionibus doctrinæ istius, stultæ sunt, Aduersantur autem ei illa, quæ sunt indisciplinabilia. Iob. 34. Iob autem stulte locutus est, & uerba illius non sonant disciplinam. Item, quando manifestum proponitur vt dubium, scilicet quęcumque debet aliquis per se tenere in scientia. Et hæc sunt quæ spectant ad instructionem fidei, & eruditionem morum. Et quędam sunt, quæ debet vitare. Vnde dicit; *Genealogias*. Ponuntur enim genealogiæ in scripturis propter mysteria, & propter intellectum hystorialem. In resistendo impugnantibus, debet vitare; *Contentiones, & pugnas*. Qñ .n. est disputatio ad inquisitionem veritatis, est laudabile, sed qñ est contētio ad ostēdēdū quid sit tenendum, & quid uitandum, tales sunt vitandæ. Prouerb. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus. 2. Timo. 2. Noli uerbis contendere. Pugnæ legis sunt, quæ non ex uitio disputantium, sed quæ oriuntur ex contrarietate in scriptura, uel rationibus contrariis. Sed numquid huiusmodi semper sunt uitandę? Dicendum est: in scriptura sacra s͠m ueritatē nihil est contrariū: sed si aliquid apparet contrariū, uel est, qa non intelligit, uel quia corrupta sunt uitio scriptorū, quod patet specialiter in numeris & genealogiis. Et iō hæc quia determinari nō possunt, uult quòd uitent. Et hoc ideo, quia; *Inutiles sunt*. Et doctor ad duo intendere debet, scilicet, ad utilitatem, & ad ueritatem. Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum &c. Esa. 48. Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. Non est ergo intromittendum se de inutilibus, & quæ non habent solidam veritatem. Scire enim singularia, ut sunt genealogiæ, non est ad perfectionem intellectus, nec ad instructionem morum, nec fidei. *Et sunt; Vanæ*, quia non habent solidam ueritatem. Deinde cum dicit; *Hæreticum*. Ostendit qui sunt uitandi inter homines, & primo ostendit, quòd hęretici: secundo ostendit rationem huius, ibi; *Sciens quia*. Dicit ergo; *Hæreticum hominem*. Vbi notandum est, quid faciat esse hæreticum, & accipienda est prima ratio huius nominis, hæreticus. Non enim dicitur a diuisione, sed ab electione, ut dicit Hieronymus. In græco enim, hæresis, dicitur electio. Vnde hęreticus, idest electiuus, quasi pertinaciter adhærens sectę alicuius, quam elegit. Vnde sciendum est, quòd omnis hæreticus est errans, & non econuerso, propter duo. Primo, ex parte materię circa quam errat, puta, si non est circa finem uitæ humanæ, uel circa id quod ad fidem pertinet & bonos mores. Talis enim sic errans, non est hæreticus. Si uero erraret circa ea quę sunt ad finem uitæ humanæ, semper est hęreticus. Et dico finem uitę humanę, quia apud antiquos erant sectæ, ponentes diuersum finem, ut patet de Stoycis & Epicureis. Vel circa fidē: & sic, si aliquis diceret Deum non esse trinum & unum, & fornicationem non esse peccatum, est hæreticus. Secundo, ex parte electionis, quia eligens, si non est pertinax, sed est paratus corrigi secundum ecclesiæ determinationem, & sic non est ex malitia, sed ex ignorantia, non est hæreticus; *Hunc ergo deuita* propter periculum. 2. Tim. 2. Sermo eorum, ut cancer serpit. Item ne aliquis communicet peccatis eorum, ne uideatur eis consentire. 2. Ioan. ca. unico. Si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinam non affert &c. Item propter pœnam. Nume. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent &c. Vult tamen quòd moneatur, & si non dimittit, tunc est hęreticus & uitandus. Et dicit; *Post primam & secundam correptionem*. Sic enim fit in ecclesia in excommunicationibus. Et ratio est, quia numerus omnis rei habet principium, medium, & finem. Ideo accipitur ut sufficiens ad omnia. 2. Cor. ulti. Ecce iam tertio hoc uenio ad uos &c. Item propter perfectionem numeri ternarii. Ratio autem deuitationis est, quia cum errante agendum a principio, ut

vt corrigatur. Matt. 9. Non est opus valentibus medicus, sed A male habentibus. Et ideo non est dimittendum quousque videatur si curari poterit, sed si non potest sanari, tunc est dimittendus. Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Deinde cum dicit; *Cum misero*. Scribit quædam familiaria. Et primo quædā disponenda circa ipsum: secundo, epistolam terminat in salute. Dicit ergo; *Cum misero &c.* Hi duo discipuli erant Apostoli. Alios misit, qa volebat quòd Titus iret ad eum, nec determinat ei tempus, sed locum: eo enim indiguit in adiutorium prædicationis, voluit tamen præmitti; *Arthemam*, & ostendit quid de eis disponat: secundo obiectioni respondet, ibi; *Discant autem & vestri*. Apollo iste de quo. Act. 19. Erat episcopus Corinthiorum, propter quorum culpam dimisit eos, & iuit Cretam ad Titum, sed correctis Corinthiis Apostolus reuocat eum. Vocat autem; *Zenam legisperitum*, licet & Apollo esset valde doctus, quia in Iudaismo habuit hanc dignitatem. Ratio autem quare istos vult præmitti, & non Titum est, quia Titus necessarius erat apud Cretam propter episcopatum, isti autem non habebant aliquam curam. Et dicit; *Vt nihil illis desit*. quasi dicat Si non habes, prouideant subditi tui. Et ideo subiungit; *Sic discant vestri*, scilicet fideles prouidere sicut faciunt Iudæi. Et dicit vestri, scilicet subditi discant excellere Iudeos, & alios de Asia, qui suis prædicatoribus & indigentibus prouideant. Et dicit; *Ad vsus necessarios*, idest, in casibus necessitatis 1. Tim. 6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ratio autem quare præsint: est; *Vt non sint infructuosi*. 1. Cor. 9. Quis plantat vineā, & de fructu eius nō edit? &c. Populus ergo si est vt vinea Domini, debet ferre fructum, non solum spiritualem, sed etiā temporalem, vt exinde cultores sustententur, aliàs essent infructuosi. Matt. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum B excidetur &c. Deinde salutat eos primo ex parte aliorum: secundo, rogat, quòd salutent alios: tertio ponit suam, Quantum ad primum dicit; *Salutant &c.* Idest salutem optant. Secundo, dicit; *Saluta eos qui nos amant in fide Christi existentes*, quia non est conuentio fidelis cum infideli 2. Paralip. 19. Impio præbes auxilium & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris. Vel qui nos amant in fide, idest, fideli affectu. Eccl. 6. Amico fideli, nulla est comparatio; *Gratia Dei*, scilicet, quæ est principium omniū bonorum. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et dicit; *Vobis*, quia non scribit vni propter vtilitatē ipsius tantum, sed propter totam ecclesiam. Deo gratias.

chicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi.n. statūi hiemare. Zenam legisperitum & Apollo solicite præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus pesse ad vsus necessarios: vt nō sint infructuosi. Salutāt te qui mecū sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Titum.

EXPOSITIO EIVSDEM

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI.

AD PHILEMONEM.

PROLOGVS S. THOMAE.

SERVVS si est tibi fidelis, sit tibi quasi anima tua &c. Eccle. 33. Ostendit sapiens tria circa Dominũ & seruum, scilicet, quid requiratur ex parte serui. Itẽ, qualis debet esse affectus Domini ad seruum. Item, qualis G vsus serui. Ex parte serui requiritur fidelitas, in qua est bonum serui, quia & quod est, & omnia sua debet dare Domino. Matt. 24. Fidelis seruus & prudens &c. Et dicit, si ẽ fidelis, quia fidelitas apud paucos est. Prouerb. 20. Virum fidelem quis inueniet? talis ergo seruus debet haberi a Domino, sicut amicus in affectu. Vnde dicit, sit tibi sicut anima tua. Hoc enim est proprium amicorum, vt eorum anima, vna sit in nolendo & volendo. Act. 4. Multitudinis credentiũ erat cor vnum, & anima vna. In quo datur intelligi, quòd est quidam consensus inter Dominum & seruum, quia seruus fidelis transit in amicum. Vsus eius est, vt tractetur vt frater, nam frater est, & quãtum ad generationem naturæ, quia eodem auctore. Iob. 31. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo. Malac. 2. Nunquid non vnus pater omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus? Et quantũ ad generationem gratiæ, quæ est eadem ad Gala. 3. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis: non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina, omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Matt. 23. Omnes uos fratres estis. Hæc autẽ verba conueniunt materiæ huius epistolæ. Sicut enim supra ostendit, qualiter spirituales prælati habeant se ad subditos, sic hic, qualiter temporales Domini ad temporales seruos, & quomodo I seruus fidelis quo ad Dominum eius.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS vinctus Christi Iesu: & Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo cõmilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in H orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos: vt communicatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui, & cõsolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorũ requieuerũt ꝑ te frater. Propter qđ multã fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex.

LECTIO PRIMA.

EPISTOLAE occasio ex hoc est. Apud n. Colossenses quidã Christianus magnus habuit quendã seruũ, qui furtim fugiens Romã, ab Apostolo est baptizatus, ꝓ quo & scribit. Et primo ponitur salutatio, secundo, epistolaris narratio. In salutatione primo ponit personas salutantes, secundo salutatas, tertio bona optata. Dicit ergo; *Paulus*, quod est nomen venerandum omnibus fidelibus, qui sunt docti ab eo; *Vinctus* 2. Tim. 2. Laboro vsque ad vincula. Nam tunc vinctus erat Romæ. Sed; *Iesu Christi*, vbi ostenditur causa vinculorum. Laudabile enim valde est vinctum esse propter Christum, in hoc enim est beatificandus. Matt. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si aũt vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Act. K 5. Ibant Apostoli &c. *Et Timotheus frater.* Fratres sunt, quantũ ad perfectam fidem. Phi. 2. Neminem habeo tam vnanimem, qui syncera affectione ꝓ vobis solicitus sit. Ipsum aũt Timotheũ adiungit, vt facilius impetret, quia impossibile est preces multorum non exaudiri. Deinde ponit personas salutatas. Et primo, ponitur persona principalis salutata: secundo adiuncta. Itẽ primo, ponit maritum & vxorem, qui dominium domus habent, quibus obligatur seruus Philemoni dilecto nostro adiutori, & Appiæ sorori carissimæ; *Dilectum* dicit pp bona opera. Io. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem; *Adiutori*, quia subministrabat sanctis. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Secundo, ponitur persona adiuncta, cum dicit; *Archippo cõmilitoni nostro*, qui ita erat potens Colossis, quòd omnes Christiani erãt sub vmbra eius. Et ideo inducit totã Ecclesiam ibi, cuius erat episcopus, sic scribens. Col. vlt. Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti &c. Et dicit Archippo commilitoni, quia omnes prælati, sunt sicut spirituales milites ecclesiæ 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia &c. Et addit; *Et ecclesiæ &c.* Hos superinducit: vt moueant eum ad exaudiendum. Bona optata exponuntur, vt consuetum est.

Deinde cum dicit; *Gratias ago*. Ponitur epistolaris narratio. Et primo ponitur gratiarum actio, secũdo petitio, ibi; *Propter quod*, tertio, conclusio, ibi; *Itaque fratres*. Item primo, gratiarum actio ponit, secundo, materia actionis gratiarum, ibi; *Audiens*, tertio, causa propter quam Deo gratias agit, ibi; *Gaudium enim magnum*. Dicit ergo; *Gratias ago Deo meo*. Colos. 3. Et grati estote. Philipp. 4. Cum gratiarum actione, quasi dicat. Ita agõ gratias de præteritis, vt orem tamen pro futuris. Et ideo dicit; *Semper memoriam tui faciens &c.* Phil. 1. Eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis. Esai. 49. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum &c. Ponendo aũt materiã gratiarũ actionis, & orõnis ostendit quid pro eo petendo orat. Materia autem huius erat necessaria & bona Philemoni, scilicet & charitas, & fides, sine enim charitate nihil aliorum ualet, & per ea omnia habentur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &c. Item, sine fide nullus Deum amare põt, quia non cognoscit vere Deum. De spe autem mentionem non facit, quia media est: & in his intelligitur. Sed in quo habes fidem & charitatem? *In Domino Iesu*. 1. Corinth. vlt. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. Et hoc est necessarium, quia ex Christo dulcius dilecto deriuatur dilectio ad membra, quia non diligit caput, qui non diligit membra. primæ Ioannis. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? *Et in omnes sanctos*, fides innititur doctrinæ, prout est manifestata ꝑ Christum, quia Deum nemo vidit vnquam. Ioann. 1. & 14. Creditis in Deum, & in me credite, & ideo per fidẽ habemus Christum. Sed quod ad sanctos pertinet, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia ex fide quã habent ad Christũ procedunt obsequia impensa sanctis. Vel fides consistit in diuinitate principaliter, prout est annuntiata per Christum, sed nõ solum ꝑ Christũ, sed etiam per sanctos. Matt. vlt. Euntes ergo, docete omnes gentes &c. Debemus ergo credere non solũ dicta per Christum, sed etiam per sanctos. Hebr. 2. Quæ cum initiũ accepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt in nos confirmata est; *Vt cõmunicatio fidei*, hoc continuatur dupliciter. Vno enim modo, vt sit signum. Et est sensus, vt communicatio &c. Idest, tanta est charitas tua, vt communicatio fidei tuæ &c. Vel aliter; *Gratias ago, & memoriam &c.* vt scilicet ostendat, quid pro eo petat orando. Et potest intelligi communicatio fidei dupliciter, vel quia in fide communicabat cum omnibus sanctis, non habens aliam fidem nouam, vt hæretici. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes &c. Vel communicatio, qua bona communicas sanctis, procedens ex fide 1. Tim. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis &c. *Euidens fiat*, idest, vt bonũ latens in corde, euidens fiat per bona opera; *In agnitione omnis boni*, scilicet, quod a te fit. Et hoc; *In Iesu Christo*, idest pro Iesu Christo. Iac. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam. Vel aliter. Multa sunt opera in mundo, quæ sunt bona hominibus, & tamen Deo non sunt bona, quia non recte fiũt. Prou. 14. Est uia, quæ uidetur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortẽ. Eccl. 8. Vidi impios sepul-

tos, qui etiam cum adhuc viuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed hoc manifestatur per fidem rectam, quando consequitur præmium a Deo, qui non remunerat nisi recta. Et ideo dicit, In agnitione, idest, vt hoc euidens fiat, quòd cognoscas omne bonum. Vel quòd cognoscatur in te omne bonum, quod est fruitio diuinitatis. Exo. 33. Ostendam tibi omne bonum. Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Causa autem ꝓpter quã gratias agit, est gaudium. Et ideo dicit; *Gaudium enim magnum habui* 3. Ioan. cap. vnico. Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc enim gaudium alleuiabat pressuras suas. Vnde addit; *Et consolationem*. Psal. 93. Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lętificauerunt animã meã. Cuius rationem assignat dicens; *Quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater*. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem &c. 3. Ioan. cap. vnico, Charissime, fideliter agis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos &c. Deinde cum dicit; *Propter quod &c.* Ponitur petitio, & primo fiducia petendi: secundo ipsa petitio, ibi; *Obsecro*, tertio, eius ratio, ibi; *Forsitan*. Dicit ergo, propter quod, idest, quia sic abundas charitate; *Multam fiduciam habeo in Christo Iesu*. quasi dicat, Non ex me, sed ex authoritate Iesu Christi, in cuius fide te genui. Et ideo possum tibi imperare, vt pater, sed; *Quod ad rem*, scilicet tuam; *Pertinet*, vel communem, aliàs prælatus non habet potestatem imperandi sibi quicquam, nisi quod vel est ad eius vtilitatem, vel Ecclesiæ, vel bonorum morum christianæ religionis. Tamen; *Propter charitatem magis obsecro*. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Et quare? Certe, cum sis talis &c. Sunt duo propter quæ quis debet obsecrari, scilicet ætas senectutis 1. Tim. 4. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem &c. Itẽ honestas virtutis, vbi enim non delinquimus pares sumus. Eccl. 32. Rectorem te posuerũt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Dicit ergo *Cum sis talis, vt Paulus senex*. Quasi dicat, Si esses puer pręciperem tibi hoc, sed tu es senex. Item, si leuis, sed talis es vitæ, quòd es mihi similis. Non quòd talis & tantus sit simpliciter, sed aliquomodo similis, quod dicit ex sua humilitate. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Origenes, Paulus diu uixit in fide. Cõuersus enim fuit adolescens, nunc dicit *Vt senex*. Origenes, Raro vtilis doctor inuenitur in ecclesia, quin sit longæuus. Exemplum de Petro, & Paulo.

LECTIO II.

NVNC autem & vinctus Iesu Christi: obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea viscera, suscipe. Quem ego uolueram mecum detinere, vt ꝓ te mihi ministraret in uinculis euangelij: Sine consilio autem tuo nihil uolui facere, vti ne velut ex necessitate bonũ tuũ esset, sed uoluntariũ. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt in ęternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino? B Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. ego reddam: vt non dicã tibi, quod & te-

LECTIO SECVNDA.

POSITA fiducia Apostoli de bonitate Philemonis: ponit hic suam petitionem. Et primo ostendit personam pro qua petit, secundo ex hoc petitionem concludit, ibi *Tu autem illum*. Circa primum duo facit, quia primo describendo personam, ostẽdit eam sibi acceptam ex spirituali generatione: secundo ex morum mutatione. Dicit ergo, Vere sum exaudiendus, quia petitio continet honestatem & pietatem pro meo filio Onesimo, de quo est præsens mea solicitudo. Et acquirens filium tempore defectus, magis eum diligit, vt senex filios in senectute genitos. Gene. 37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum. Hunc autem genuit in vinculis. Secundo est mutatio in moribus. Si enim in peccato perseuerasset, non fuisset dignus uenia. Et nota, ꝙ minus dicit, & plus significat. Docet enim Tullius, ꝙ quis factum suum debet attenuare quantum potest. Sic Apostolus leuiter de culpa huius loquitur dicens *Inutilis*, idest nociuus in subtrahendo res tuas, nunc autem cõuersus a malo ad statum virtutis, vtilis est ad seruitium Dei & hominum. 2. Timo. 2. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum. Prouer. 25. Aufert rubiginẽ de argento, & egredietur vas purissimum. Deinde, cum dicit, *Tu autem illum*. Ponit petitionem suã. Et primo ponitur petitio: secundo respondet quæstioni, ibi *Quẽ ego*. Dicit ergo. *Tu ergo illum. ut mea uiscera suscipe*. Et hoc ideo, quia uidi eum emendatum, cuius signum est, quia eum remisi tibi. Contra. Deut. 23. Non trades seruum Domino, qui ad A te confugerit &c. Respondeo. Verum est, quando Dominus quęrit eum ad mortem, & ideo dicit, *Tu autem &c.* Philip. 1. Eo ꝙ habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione &c. Et respondet quæstioni, quia posset dicere, Si est vtilis tibi, quare non retines eum vsque ad mortem? ideo dicit, quæ est causa mittendi eum. Primo autem ostendit propositum retinẽdi eum: secũdo, quare destitit a proposito, ibi; *Sine consilio autem tuo*, Dicit ergo Philemoni, qui licet esset magnus, tamẽ Apostolo solitus erat ministrare. Matth. 20. Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit uester minister. Vnde ex hac fiducia proposuit eum tenere, vt loco eius sibi ministraret. Vnde dicit *Quẽ ego volueram mecum detinere, vt pro te &c.* Quod erat maxime necessarium, quando erat in uinculis propter Christum. Est enim prouidendum, quando quis patitur pro Domino suo. Ratio autem, quare destitit, est, quia noluit uti re aliena ignorante Domino. Vnde dicit *Sine consilio &c.* Quasi dicat, Si retinuissem eum, iam placeret tibi non valenti resistere, & esset quædam coactio. Sed sic nolui, immo magis uolui. quòd uoluntarie fieret Exod. 25. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas scilicet, primitias. 2. Cor. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus. Deinde cum dicit C *Forsitan enim*. Ponit rationem quare debet eum recipere benigne. Et primo ex parte Dei: secundo ex parte ipsius Apostoli, ibi *Si ergo habes*. tertio ex parte ipsius Philemonis, ibi, *Confidens*. Ex parte Dei, quia sæpe Dei prouidentia id quod uidetur malum permittit fieri, vt exinde sequatur bonum, ut patet de Ioseph uẽdito, vt liberaret Aegyptum & familiam patris. Gen. 45. Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos. Et dicit *Forsitan*, quia incomprehensibilia sunt Dei iudicia. Roman. 11. Et dicit *Pro seruo*, idest loco serui. Matt. 25. Omnes autem uos fratres estis. Et non solum tibi; sed mihi in comparatione ad Deum, licet sit filius ministerio; *Quanto magis tibi, & in carne, & in Domino?* quod dupliciter potest exponi. Vno modo, quòd referatur ad primam originem diuinæ creationis, & sic est frater. Deut. 32. Nonne est ipse pater tuus, qui possedit & fecit, & creauit te? Malach. 2. Numquid non pater vnus omnium nostrum, numquid non Deus vnus creauit nos? D Item in Deo per fidem, uel magis erat in bonum Philemoni, quia affinis eius secundum carnem, quia secundum eam erat seruus eius, quia hoc totũ, quod erat ei carnaliter, erat suũ. Vñ duplici rõne quis mouetur ex charitate, scilicet, ex amore secundum carnis originem, & ex amore spirituali. Ex parte autem Apost. Primo allegat suam amicitiam, sub cuius obtentu vult eum suscipi. Secundo fideiubet pro eo de danno. Tertio ostendit receptionis officium. Secundũ, ibi, *Si autem*. Tertium ibi, *Itaque frater*. Dicit ergo. Si ergo habes me so. *Suscipe illum*. 1. Ioan. 1. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicem. Et dicit *Sicut & me*, quia iunctus est mihi. Matth. 10. Qui vos recipit, me recipit. Secundo autem obligat se pro eo satisfacturum pro damno. Dicit ergo *Si aliquid nocuit*, scilicet dimittens seruitium tuum, *Hoc mihi imputa*. Quasi dicat, Ego satisfaciam. Gal. vlt. Alter alterius onera portate. Et plus, quia primo pro- E mittit se soluturum. Secundo ostẽdit eum esse debitorẽ ad hoc, non necessitatis, sed voluntatis. Dicit ergo. *Ego Paulus*. quasi dicat, ut certus sis de restitutione *Scripsi manu*. Et hoc non est necessitas, quia tu debes mihi teipsum, quem erui a morte æterna. Et talis debet se liberatori. Tob. 9. Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Et subiungit dicẽs, *Itaque frater, ego te fruar*. quasi dicat. Si vis me habere socium, suscipe eum, & ego ita fruar te, frater, idest si feceris, implebis voluntatem meam gaudiis. Nam frui est vti fructu, & sicut est vti ad vtile, sic frui ad fructum. Importat autem fructus dulcedinem. Canti. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Item finem, quia vltimum de arbore est fructus. Et ideo proprie est habere aliquid, vt delectabile & finale. Et inde est, quòd dicit Augu. Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectatur propter dulcedinem. Itẽ frui est alicui inhærere propter se. Aliquando. ergo accipiuntur frui & vti communiter, prout important delectationẽ absque contrario. Eccl. 8. Fruere magnatis sine querela. Dicit ergo, Sic fruar: quia in nullo mihi contrarius es. Et si in hoc mihi

mihi satisfacies, nihil erit in corde meo de te, quod contristet me, & sic delectabis me. Si autem accipitur frui prout finale qd est, sic non est fruendum homine, sed solo Deo. Contra quòd est illud Sapien. 2. Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c. Vnde iste addit; *In Domino*, idest, fruar te in delectatione Dei, gaudes de bono diuino in te, quia eius actus est dilectio & fruitio effectus, scilicet charitatis. Ideo addidit; *In hoc reficе viscera mea*. Reficitur enim homo spiritualiter, quando satisfit desideriis animæ suæ. Ac si dicat, Imple desideria intima cordis mei, & non in malis, sed; *In Christo*, & ideo bona est impletio desiderii. Deinde cum dicit; *Confidens*. Sumitur ratio ex parte Philemonis, & est commendatio obedientiæ eius. Et primo ostendit quomodo confidit de obedientia eius, secundo iniungit ei aliud simile. Dicit ergo; *Confidens &c.* 2. Cor. 7. Gaudeo, q̃ in omnibus confido in vobis. 1. Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ. Sed plus caute scribit, quia homo magis exaudit aliquem, quando sperat iterum ipsum visurum, q̃ si desperat. Et ideo dicit; *Simul, & para mihi hospitium*. Solitus.n. erat cũ esset Colossis hospitari in domo sua. Chrys. Iucundum verbum, vt homo pauper diuiti mandet vltra tot terrarum spatia per epistolam præparationem hospitii. Quid enim pro eo parandum erat, qui pane & vili pulmento contentus erat? Dicendum ergo, quòd non propter hospitii præparationem, sed ad insinuandum familiaritatem, & dilectionem hoc dicit, & magis per hoc prouocat eum ad obediendum. Hæc ille. Non ergo hoc Apostolus dixit propter apparatum exteriorem, sed ad deuotionem eius; *Nam spero per orationes uestras &c* Contra, nunquã ipsum mihi debes. Ita frater, ego te fruar in Dño, refice viscera mea in Christo. Cõfidens in obediẽtia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super illud qd dico, facies. Simul & para mihi hospitiũ: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia dñi nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro. Amen.

F fuit eis redditus, sed Romæ est mortuus. ergo spes eius defecit. Respondeo. Duplex est spes iusti, s. principalis ad propriũ bonũ. Et in hoc numquam deficit pro se. Alia est secundaria, s. probatio aliorũ, & in hoc quandoque deficit, quia merita illorũ cõtrariãtur, sicut iusti quãdoque non exaudiuntur pro aliis. Sed nũquid fuit deceptus de sua fiducia? Dicẽdũ est, q̃ futura scire est solius Dei, nõ autem in cognitione humana nisi prophetica. Et nullus prophetarũ sciuit omnia futura de seipso, nisi solus Christus, G qui non habuit spiritum sanctum ad mensurã. Sic Isaac magnus propheta, fuit deceptus in Iacob. Vnde non est mirũ de Apostolo si nesciret. Tunc terminat epistolã in salutationẽ, & primo ex parte aliorũ, secundo ex parte sua. Dicit ergo. *Salutant &c.* De his omnibus habetur Colos. 4. Sed dubitatur de hoc, quod dicit *Demas*. Quomodo potest hoc esse, quia dicitur. 2. Tim. vlt. Demas dereliquit me, diligẽs hoc seculũ. Quomodo ergo vtitur nomine eius? Dicendum est, quòd iam redierat ad eum. Sed nec hoc videtur, quia hæc epistola præcesserat secundam epistolam ad Timotheum, quia hic dicitur, *Spero &c.* Ibi prænuntiat mortem suam, dicens. Et tempus meæ resolutionis instat. Et ideo dicendum est, quòd Paulus fuit Romæ fere nouem annis, & hæc epistola fuit facta in principio. Secunda vero ad Timo. in fine vitę suæ, & tunc Demas attediatus ex longis vinculis, dimisit eum. Et epistolæ Pauli non ordinantur secundum tempus, quia epistolæ ad Corin. fuerunt ante epistolam ad Roman. & H hæc fuit ante vltimam ad Timo. Et præmittitur illa propter materiam, quia de digniori. Saluratio sua eadem est cum secunda ad Timo. Deo gratias. Amen.

Explicit expositio Diui Thomæ de Aquino super epistolam sancti Pauli Ad Philemonem.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM PRIMAM

S. PAVLI APOSTOLI,

AD HEBRAEOS.

PROLOGVS S. THO.

NON est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Psal. 85. In uerbis istis, exprimitur Christi excellentia quantum ad duo. Et primo, quantum ad comparationem ad alios Deos, cum dicit; *Nõ est similis tui in Diis Domine*: secundo, per comparationem ad effectus cum dicit; *Et non est secundum opera tua*. Circa primum sciendum est, quòd licet sit tantũ unus Deus naturaliter, ut dicitur. Deut. 6. Dominus Deus tuus, Deus unus est: tamen participatiue & in cœlo & in terra sunt dii multi 1. Cor. 8. Sunt quidem dii multi, & domini multi. Nam dii quandoque dicuntur ipsi Angeli, ut patet. Iob. 1. & 2. Cum uenissent filii Dei, ut assisterent coram Domino: & quandoque prophetæ, ut dicitur de Moyse. Exo. 6. Constitui te Deum Pharaonis. Item de sacerdotibus dicitur. Exo. 22. Diis, idest sacerdotibus non detrahes. Item, ibi, Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos. Sed Angeli dicuntur Dii propter abundantissimam re fulgentiam diuinæ claritatis. Iob. 25. Super quem non fulget lumen illius. Angeli uero non sunt similes Christo in Diis, qui est splendor paternæ glorię, ut dicitur infra 1. Eph. 1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum &c. Prophetæ uero dicuntur Dii, quia ad ipsos sermo Dei fact⁹ est. Io. 10. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei fact⁹ est. ergo multo excellẽtius est De⁹ Christ⁹, qui est substãtialiter ipsũ uerbũ Dei. Io. 1. Sacerdotes uero dicũtur Dii, qa Dei ministri. Esa. 61. Vos sacerdotes Dñi uocabimini ministri Dei. sed Xps multo fortius, qui nõ est minister, sed Dñs uniuersorũ. Hester 14 Itẽ Apoc. 19 Dñs dominantiũ. Et infra 3. Tanquam Dominus in oĩ domo sua. Christus ergo Deus magnus super omnes Deos, quia splendor, quia uerbum, quia Dominus est. Secundo, manifestatur hæc excellentia per effectus, cum dicitur. Et non est secundum opera tua, ubi sciendum est, quòd triplex est opus D excellens Christi. Vnum, quod se extendit ad totam creaturam, scilicet opus creatoris. Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Aliud quidem tantum ad creaturam rationalem, quæ per Christum illuminatur quod est illuminationis. Ioan. 1. Erat lux uera &c. Tertium est iustificationis, quod pertinet tantum ad sanctos, qui per ipsum per gratiam uiuificantẽ uiuificantur & iustificantur. Ioan. 1. Et uita erat lux hominum. His enim tribus modis non possunt operari Dii prædicti. Angeli enim non sunt creatores, sed creaturæ. Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus &c. Prophetæ etiam sunt illuminati, non illuminantes. Ioa. 1. Non erat ille lux &c. Sacerdotes etiam non iustificabant, infra 10. Impossibile est enim sanguine hyrcorum & taurorum auferri peccata. ergo manifeste in uerbis istis demõstratur Christi excellentia, & hæc est materiæ huius epistolæ ad Hebræos, quæ ab aliis distinguitur, quia in quibusdam epistolis agitur de E gratia noui testamenti, quantum ad totum corpus mysticum ecclesiæ, & hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesiis, in ea, scilicet quæ est ad Rom. ad Cor. & ad Galatas & usque ad primam ad Timotheum. In quibusdam uero, quantum ad membra principalia, sicut in his quas mittit singularibus personis, scilicet ad Timotheũ, ad Titum, & ad Philemonem. In ista uero commendat ipsam gratiam quantum ad caput, scilicet Christum. In corpore enim ecclesiæ ista tria reperiuntur sicut & in corpore naturali, scilicet ipsum corpus mysticum, membra principalia, scilicet prælati & maiores, & caput a quo uita fluit in totum corpus, scilicet Christus. Sed antequam accedamus ad diuisionem, sciendum est, quòd ante synodum Nisenam quidam dubitauerunt, an ista epistola esset Pauli. Et quòd non, probant duobus argumentis. Vnum est, quia non tenet hunc modum quem in aliis epistolis. Non enim præmittit hic salutationem, nec nomen suum. Aliud est, quia non sapit stylum aliarum, immo habet elegantiorem, nec est aliqua scriptura, quæ sic ordinate pcedat in ordine uerborum & in sententiis, sicut ista. Vnde dicebant ipsam esse, uel Lucæ euangelistæ, uel Barnabæ, uel Clementis Papæ. Ipse enim scripsit Athenienſibus quasi per omnia, secundum stylum istum. Sed antiqui doctores præcipue Dionysius, & aliqui alii, accipiunt uerba huius epistolæ pro testimoniis Pauli. Et Hieronymus illam inter epistolas Pauli recipit. Ad primum ergo dicendum est, quòd triplex ratio fuit, quare non posuit nomen suum. Vna est, quia non erat Apostolus Iudæorum, sed Gentium. Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes &c. Et ideo non fecit mentionem de apostolatu suo in principio huius epistolæ, quia nolebat officium sui apostolatus insinuare, nisi ipsis gentibus. Secunda quia nomen suum Iudæis erat odiosum, C cum diceret legalia non debere seruari, ut patet Act. 22. Et ipsum tacuit, ne saluberima doctrina huius epistolæ abiiceretur. Tertia, quia Iudęus erat: Hebræi sunt & ego 2. Cor. 11. Et domestici non bene sustinent excellentiam suorum, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Matth. 13. Ad argumentum secundum, dicendum est, quòd ideo est elegantior in stylo, quia, & si sciebat omnem linguam 1. Cor. 14. Omnium uestrum lingua loquor, tamen melius sciebat Hebræã tanquam sibi magis connaturalem, in qua scripsit epistolam istam. Et ideo magis ornate potuit loqui, in idiomate suo, quàm in aliquo alio. Vnde dicit. Et si imperitus sermone, sed non scientia 2. Cor. 11. Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebræo in Græcum.

MVLTIPHARIE multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime

CAPIT. I. LEC. I.

LECTIO PRIMA.

D SCRIPSIT autem epistolam istam contra errores quorundam, qui ex Iudaismo ad fidem Christi conuersi, uolebant seruare legalia cum euangelio, quasi non sufficeret gratia Christi ad salutem. Vnde & diuiditur in duas partes. Primo enim multipliciter commendat excellentiam Christi, ut per hoc pręferat nouum testamentum ueteri: secundo, agit de his per quæ membra iunguntur capiti, scilicet de fide, infra 11. cap. ibi; *Est autem fides*. Intendit aũt ostendere excellentiam noui ad uetus testamentum, per excellentiam Christi, quantum ad tres personas solemnes in ipso veteri testamento contentas, scilicet angelos, per quos lex tradita est. Gal. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris &c. Quantum ad Moysen, a quo uel per quem data est. Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et Deut. ult. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, cui locutus est Dominus facie ad faciem &c. Quantum ad sacerdotium, per quod ministrabatur infra 9. In priori tabernaculo semper introibant E sacerdotes sacrificiorum officia consumantes &c. Vnde primo, præfert Christum angelis, secundo Moysi 3. ca. ibi; *Vnde fratres* Sed tertio, sacerdotio ueteris testamenti 5. ca. ibi; *Omnis namque pontifex*. Circa primum duo facit, quia primo pręfert Christũ angelis in isto cap. Secundo concludit, qualis reuerentia exibenda sit nouæ legi 2. cap. ibi; *Propter hoc abundantius*. Adhuc circa primum duo facit, quia primo excellentiam Christi ostendit; secundo probat, quòd hoc uerum sit de Christo, & sic angelos deficere ab illa excellentia, ibi, *Tanto melior*. Hoc autem est in hac epistola singulare, quòd singula uerba habent singulas sententias, & seruant ordinem suum. Excellentiam uero Christi denotat quantum ad quatuor. Primo, quantum ad proprietatem originis, uocando eum uerum Dei filium naturalem, cum dicit; *Locutus est nobis in filio*. Secundo, quantum ad magnitudinem dominationis, ibi; *Quem constituit hæredem uniuersorum*. Tertio, quantum ad uirtutem operationis, ibi; *Per quem fecit & sæcula*

diebus istis locutus est nobis in filio, quem cõstituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula.

culs. Quarto, quantum ad sublimitatem dignitatis, ibi; *Qui cum sit splendor gloriæ*. Quia vero intendit commendare Christum, vt hoc redunder in nouum testamentum, per hoc præfert nouũ testamentum veteri. Circa autem vetus testamentum quinque ponit: primo, modum tradendi, quia multipharie multisque modis &c. Secundo, tempus cum dicit; *Olim*. Tertio authorẽ, siue datorem, quia Deus. Quarto, quibus sit traditũ, quia patribus nostris: Quinto, quibus ministris, quia in prophetis. Dicit ergo; *Multipharie* & hoc quantum ad diuisionem, quæ attenditur quantum ad tria. Primo quantum ad diuersas personas, quia non vni personæ, sed pluribus, scilicet Abrahæ, Noe, & sic de aliis. Secundo, quantum ad diuersa tẽpora, & hoc totum ad eius certitudinem. Vnde Matt. 20. Exiit primo mane, & circa horam tertiam &c. Item quantum ad ea, quæ ibi ostensa sunt, quia diuina. Exo. 3. Ego sum, qui sum &c. Item euentus futuri. Sap. 8. Signa & monstra scit antequam fiant &c. Item promissiones futurorum bonorum, saltem in figura. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata sunt tibi. Item multipharie quantum ad diuersas figuras, quia modo in figura leonis, modo in figura lapidis, sicut Dan. 2. Abscissus est lapis de monte sine manibus. Iob. 11. Et quòd multiplex sit lex oris eius. Sequitur; *Multisque modis*, quod refertur ad tria diuersa genera uisionum, scilicet ad uisionem corporalem, sicut Dan. 5. Apparuerunt digiti quasi manus scribentis in pariete &c. Aliquando aliquibus per visionem imaginariam. Esa. 6. Vidi Dominum sedentem &c. Aliquibus uero apparebat per visionem intellectualem, sicut Dauid. Psal. 118. Super senes intellexi. Vnde de istis dr̃. Osee. 12. Ego visionem multiplicaui eis. Refertur etiam ad diuersos modos loquendi, quia aliquando plane loquebatur, aliquando uero obscure, nec est aliquis modus loquendi, quo scriptura veteris testamenti non loquatur. Prouerb. 22. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia &c. Tertio, quia arguendo malos, alliciendo iustos, instruendo ignorantes. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendũ &c. Secundo, tangit tempus traditionis huius doctrinæ, quod est tẽpus præteritum, quia; *Olim*, idest non subito, quia tam magna erant, quæ de Christo dicebantur, quòd non poterant credi, nisi cum incremento temporum prius didicissent. Vnde dicit Beatus Gregorius, per successiones temporum creuit diuinæ cognitionis augumentum. Esa. 48. Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea &c. Tertio, tangit authorem, quia, Deus; qui loquitur. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. Hic est autem, qui non mentitur. Numer. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur. Ex his autem tribus commendat vetus testamentum, scilicet ab authoritate, quia est a Deo: a subtilitate & a sublimitate, quia; *Multipharie multisq; modis*. A firmitate, quia olim. Quarto, ostendit quibus traditum sit, quia; *Patribus*. Et Ideo est nobis familiare, & acceptum. Act. 13. Annuntiamus vobis eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est &c. Sed 5. ostendit quibus ministris, quia non ioculatoribus, sed; *In prophetis*, idest per prophetas. Rom. 1. Quod ante promiserat per prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium prehibent. Deinde cum dicit; *Nouissime*. Describit doctrinam noui testamenti, & ponit quinque, quorum quatuor sunt diuersa a quatuor præmissis: vnum autem est idem vtrobique. Quod enim dixerat, Multipharie multisque modis &c. Ostendit, quia omnis multitudo ordinata, ad vnũ debet referri. Ideo dicit, ꝙ licet sit modus multiplex, tẽ totũ ordinatum est ad istud nouissimũ. Prou. 23. In timore Dñi esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consumationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Item illud olim in tempore expectationis, & tenebrarum, sed istud; *In diebus istis*, idest tempore gratiæ. Roman. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit &c.

Vbi notandum est, quòd ibi dicit loquens, hic autem dicit locutus est, vt designet locutionem noui testamenti perfectiorem illa, quæ fuit in veteri. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd tria requiruntur ad locutionem nostram. Primo, verbi conceptio, qua scilicet præconcipiatur in mente, id, quod ore loquendum est. Secundo, ipsius verbi concepti expressio, qua insinuetur, quod conceptum est. Tertio ipsius rei expressæ manifestatio, qua res expressa euidens fiat. Deus ergo loquendo primo, concepit, cuius conceptio vna fuit & ab æterno Iob. 32. Semel loquitur Deus, & hæc æterna, fuit filii generatio de qua in Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Secundo, huiusmodi conceptum expressit, & hoc tripliciter. Primo, in creaturarum editione, cum scilicet verbum conceptum similitudo patris existens, sic etiam similitudo ad quam omnes creaturæ factæ sunt. Gen. 1. Dixit Deus fiat lux &c. Secundo, per quasdã notiones, puta, in mentibus angelorum, in quibus sepecies omnium rerum, quæ in verbo latebant indidit, & in mentibus hominũ sanctorum & hoc per reuelationes sensibiles, vel intellectuales, vel imaginarias. Et ideo omnis talis manifestatio procedens a verbo æterno, locutio nuncupatur. Hierem. 1. Factum est verbum Domini &c. Tertio, per carnis assumptionem de qua dicitur Ioann. 1. Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius &c. Et ideo dicit Augustinus, quòd hoc modo se habet verbum incarnatum, ad uerbum increatum, sicut uerbum uocis, ad verbum cordis. Prima autem expressio, scilicet in creatione, non ordinatur ad manifestationem. Manifestum est, quòd illa expressio non potest dici locutio, & ideo nunquam dicitur quòd Deus loquatur creando creaturas, sed quòd cognoscatur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Secunda vero expressio, quæ est edictio specierum in mente Angelica, vel humana, ordinatur tantum ad cognitionem sapientiæ diuinę, & ideo potest dici locutio. Tertia uero, quæ per assumptionem carnis, ordinatur ad esse, & ad cognitionem, & ad expressam manifestationem, quia per assumptionem carnis, & verbum factus est homo, & nos in cognitionem Dei perfectam (Io. 18. Ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati) & se nobis expresse manifestauit. Baruc. 4. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus, conuersatus est. Sic ergo licet Deus loquatur in nouo, & ueteri testamento, perfectius tamen nobis loquitur, quia ibi per reuelationes in mẽtibus hominum, hic per incarnationem filii. Vetus vero testamentum traditum est patribus, aspicientibus a longe, & intuentibus Deum procul: istud autem nobis, scilicet Apostolis, qui uidimus, tum in propria persona 1. Ioan. 1. Qui audiuimus, vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo vitæ. Deut. 5. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & vidimus, & facie ad faciem locutus est nobis. Vnde patet, quòd illa locutio fuit promissio. Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt repromissiones. Ista est exhibitio. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Iterum, ibi locutus est in Prophetis, hic in filio, qui est Dominus prophetarum. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse nobis narrauit. Sed nunquid omnes, per quos loquitur Deus sunt Prophetę? Ad qd̃ dicendum est, quod quinque requiruntur ad hoc, quod aliquis sit verus propheta. Primum est, reuelatio eorum quæ excedunt humanam cognitionem, aliàs non dicitur Propheta, sed sapiens, sicut Salomon, cuius mens illuminata est ad ea, quæ sunt secundum rationem humanam. Vnde nec a Iudæis propheta dicitur, sed sapiens. Secundum est, intelligentia reuelatorum, aliàs, nisi reuelata intelligerentur, non esset propheta. Dan. 10. Intelligentia opus est inuisibile, & inde est, quòd Nabucdonosor reuelationem sibi factam non intelligens, propheta non dicitur, sed Daniel, qui eam intellexit. Tertium est quod propheta in rebus uisis, quibus alienatur, non detineatur tanquam ipsis rebus, sed tanquã in figuris, aliàs non esset propheta, sed freneticus, qui imaginata apprehendit, ut ipsas res. Hier. 33. Qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem meum, narret sermonem meum. Quartum est, vt cum certitudine reuelata percipiat, quasi per demonstrationem sciens, aliàs esset somnium & non propheria. Esai. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Quintum est, ut adsit uoluntas adnunciandi, quæ reuelata sunt, unde & Dan. a quibusdam dicitur, quòd non est propheta, quia non accipit reuelata per modum enunciabilem, unde non dicitur, quòd factum est uerbum Domini ad Danielem, sicut de aliis prophetis dicitur. Hier. 20. Factum est uerbum Domini mihi in opprobrium, & in derisum tota die & dixi. Non recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius, & factus est in corde meo sicut ignis æstuans. Sed rursus quæritur: quare dicit in prophetis, cum potius debuisset dicere per prophetas? Ad hoc dicendum est, quòd hoc fecit, ut excluderet quorundam errorẽ, primo quidem errorem Porphyrii dicentis, quòd prophetæ ea quæ dixerũt, fingendo, non ex spiritu sancto dixerunt, & contra hoc dixit, In prophetis, quasi non ipsi locuti sunt ex se, sed Deus locutus est in eis. 2. Pet. 1. Non enim uoluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei

Dei homines. Secundo, ad excludendum errorem quorundam dicentium, prophetiam esse quid naturale, & haberi per naturalem dispositionem, sicut cum aliquis melancolicus est adeo fortis imaginationis, quòd imaginata apprehendat vt certa, & res ipsas & ideo dicit; *Locutus est in prophetis*, quasi dicat, Non habetur prophetia per modum naturalis dispositionis & passionis, sed per locutionem internam a Deo Io. 3. Spiritus vbi vult spirat. Tertio, contra errorem dicentiũ haberi prophetiam per modum habitus sicut scientia, vt scilicet quandocumque vult prophetet, quod non est uerum, cum prophetiæ spiritus non adsit prophetis semper, sed cum eorum mens illustratur diuinitus. Vnde 4. Reg. 4. dicit Heliseus. Anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, & ideo dicit; *In prophetis*. Quasi dicat, non quod habeatur ab omnibus, & semper, vt habitus, sed in illis, in quibus placet Deo loqui. Quarto, ad excludendum errorem Priscillæ, & Montani, dicẽtium prophetas non intelligere ea quæ dicebant, quod non est uerum. Vnde dicitur Aggei. 1. Factum est uerbum Domini in manu Aggei prophetæ, in manu, idest, in potestate. Et 1. Cor. 14. Spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt. Et ideo dicit; *In prophetis*, idest in intellectu, & potestate prophetarum. Sic ergo patet Christi proprietas, quia filius est naturalis. Ioan. 14. Pater in me est, & ego in patre. Sed nunquid est de illis filiis, de quibus dicitur in Psal. 81. Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes? Absit, quia illi dicuntur filii cum vniuersitate, iste est constitutus hæres, & Dominus vniuersorum. Numquid est de illis filiis de quibus dicitur Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Non quidem, quia illi dicuntur facti filii, iste vero est filius, per quem fecit & sæcula. Numquid est de illis filiis qui gloriantur in spe gloriæ filiorũ Dei? Roman. 5. Non quidem, quia illi sunt filii per spem gloriæ Dei, quam habent, iste vero ipsius gloriæ spelndor. Alii dicuntur filii, quia facti ad imaginem huius filii. Roman. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius, iste autem est ipsa imago, & figura substantiæ eius. Alii dicuntur filii, vt in se uerbum Dei continentes, secundum illud Philip. 2. Vt sint sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum uitæ continentes. Iste aũt filius portat omnia, uerbo uirtutis suæ. Ergo patet Christi excellentia quantum ad proprietatem originis, & diffuse quãtum ad alios filios Dei, per quod ostenditur eminentia noui testamenti ad uetus. Sed tamen utrobique dicit; *Locutus est, uel loquens* & denotat eundem esse actorem ueteris & noui testamẽti contra Manicheum. Ephe. 2. Per ipsum habemus accessum, ambo in uno spiritu &c. Roma. 3. An Iudæorũ Deus tantum? Nonne & Gentium? Item, illud fuit traditum patribus nostris, sed istud; *Nobis*, idest Apostolis, qui Christum in propria persona vidimus. Deuter. 5. Non cum patribus nostris iniuit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & vidimus. Item, illud per prophetas, sed istud; *In filio*, idest per filium, qui est Dominus prophetarum. Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ista occãsione Apostolus introducit eum esse filium. Consequenter ostendit magnitudinem dominationis Christi, cum dicit; *Quem constituit hæredem*, quia ut dicitur. Galat. 4. Si filius & hæres per Deum. In Christo autem sunt duæ naturæ, scilicet diuina & humana. Secundum ergo, quòd est filius naturalis, non est constitutus hæres, sed est naturalis: sed in quantum homo, factus est filius Dei. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Et secundum hoc, est constitutus hæres vniuersorum, sicut verus filius patris. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Et hoc quantum ad totam creaturam in qua accepit dominationem. Item, non tãtum quo ad unum genus hominum, sed; *Vniuersorum*, scilicet tam Iudæorum, quàm Gentium. Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi Gentẽs hæreditatem tuam &c. *Quem constituit hæredem uniuersorum*. ostensa excellentia Christi quãtum ad proprietatem originis, hic ostendit excellentiam eius quantum ad maiestatem dominii, & quidem congrue coniungit, locutus est in filio, & constitutus est hæres, quia si filii & hæredes. Roman. 8. Sciendum est autem, quòd in Christo sunt duę nature, diuina scilicet & humana, sed secundum diuinam naturam, sicut non est constitutus filius cum sit filius naturalis ab æterno, ita nec & constitutus hæres, sed ab æterno est hæres naturalis. Secundum vero naturam humanam, sicut est factus filius Dei. Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, ita & factus est hæres uniuersorum. Et quantum ad hoc dicit; *Quem constituit hæredem*, idest Dominum uniuersorum. Matth. 21. Hic est hæres, uenite & occidamus eum. Mic. 1. Adhuc hæredem adducam tibi, qui habitas in Maresa, usque ad Odollam, ueniet gloria Israel. Et quidem secundum diuinam naturam competit Christo, quòd sit hæres genitus, & Dominus. Et primo quidem, quia ipse est Dei virtus, & Dei sapientia 1. Cor. 1. Per quem pater omnia facit. Et ideo si pater dicitur Dominus omnium, ratione creationis, similiter & filius, per quẽ oĩa producuntur in esse, Dominus est. Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Secundo, quia filius est patris sapientia, qua omnia gubernat. Sap. 8. Dicitur de sapientia. Attingit a fine vsque ad finem &c. Si ergo pater dicitur Dominus ratione gubernationis. Sapien. 13. Tu autem pater gubernas omnia &c. Et filio competit dominium. Item pater est Dominus, in quantum ad ipsum omnia ordinantur, sicut ad primum principium, & finem omnium, similiter & filius, qui est Dei sapientia, præcedens omnia, Dominus est. Eccle. 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Sapien. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Secundum humanam uero naturam competit etiam Christo, quòd sit constitutus hęres, & Dominus vniuersorum. Primo quidem ratione vnionis, ex hoc scilicet ipso, quòd assumptus est homo ille in persona filii Dei. Act. 3. Hunc Deus, Dominum saluatorẽ constituit. Ephe. 1. Constituit eum super omnem principatum, & potestatem &c. Secundo, ratione potestatis, quia omnia ei obediunt, & seruiunt. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo &c. Tertio, ratione subiectionis. Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur &c. Sed dicit vniuersorum, quod refertur ad totius naturæ vniuersitatem, in qua accepit dominium, secundum illud. Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item, refertur ad omne genus hominum, ut sit sensus. Vniuersorum, idest, tam Iudeorum, quàm etiam omnium aliorum hominum, secundum illud. Psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã &c.

Et de hoc dicitur. Hester 13. Dominus omnium tu es.

Consequenter cum dicit; *Per quem fecit & sæcula*. Ostendit uirtute operarionis Christi, quare sit constitutus hæres vniuersorum, non quòd ipse sit factus in tempore, & hoc meruerit merito bonæ vitæ, sicut dicit Fotinus, sed quòd æque omnia facta sunt per ipsum, sicut & per patrem. Per ipsum enim fecit pater sæcula. Sed sciendum est, quòd ista præpositio, Per, denotat causam actus. Sed hoc est dupliciter. Vno modo, quia est causa factionis ex parte facientis, ut cum scilicet causale cui adiungitur, est causa actionis, secundum quod exit ab agente. Semper enim factio, est medium inter faciens & factum. Potest ergo denotare circa agens causam finalem, ut artifex operatur per lucrum. Aliquando causam formalem, ut ignis calefacit per calorem. Aliquando uero causam efficientem, ut baliuus operatur per regem. Nullo istorum modorum, est filius causa patris quòd per illum operetur, sicut nec quòd ab ipso sit. Aliquando uero causale est causa actionis, secundum quòd terminatur ad factum, ut artifex operatur per martellum. Martellus enim non est causa artificis, quòd agat, sed est causa artificiato, quòd ab artifice procedat, ut ferro, quòd recipiat operationem ab artifice, sic filius est causa facti, & pater operatur per filium. Sed nunquid filius est minor patre? Videtur quòd sic, quia illud, quod est causa facti, vt fiat, videtur habere rationem instrumenti. Sed ad hoc dicendum est, quòd si non esset eadem virtus numero in filio & patre, & eadem operatio, teneret obiectio. Nunc ergo eadem est virtus & operatio patris & filii, sicut & eadem natura, & esse, & dicitur pater per eum facere sæcula, quia genuit eum operantem sæcula. Ioann. 6. Quæcumque pater facit, & filius facit. Sęculum dicitur spacium rei temporalis. Sæcula ergo sunt successiones temporum: non ergo fecit tantum tempora sempiterna, secundum quòd Philosophi aliqui dixerunt Deum tantum fecisse sempiternum, & angelos creasse temporalia, sed etiam fecit temporalia, quæ uocat hic sæcula. infra. 11. Fide intelligimus aptata esse sæcula. Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt, In hoc ergo remouet errorem Manichei dupliciter. Primo, in hoc, ꝙ dicit eũ actorẽ ueteris testamenti; secundo, quòd dicit ipsum fecisse tempo- ralia.

LEC-

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS ostendit Apostolus Christi excellentiã quantum ad originis proprietatem, quantum ad dominii maiestatem, & quantum ad operationis uirtutem: hic autem ostendit eius excellentiam, quantum ad gloriæ & dignitatis sublimitatẽ. Et pars ista diuiditur in duas. Primo enim ostendit Christũ esse idoneum ad dignitatem istam. Secundo, ponit ipsam dignitatem, ibi; *Sedet ad dexteram*. Idoneitatem vero ostendit ex duobus, quæ reddunt aliquem idoneum ad aliquid magnum, vnum est facilitas administrandi, aliud est industria & strenuitas exequendi. Primo ergo ostendit eius facilitatem, secundo, eius strenuitatem, ibi; *Purgationem peccatorum faciens*. Circa primum sciendum est, quòd tria requiruntur, quæ faciunt facilitatem ad dignitatem aliquam ministrandam. Primum quidem sapientia, ne erret gubernando. Eccl. 10. Est & malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens a facie principis positum stultum in dignitate sublimi. Prouer. 8 Per me reges regnant. Secundum est generis prosapia, ne contemnatur præcipiendo. Prou. vlt. Nobilis in portis uir eius, cũ sederit cum senatoribus terræ. Tertium, uirtutis potentia in exequendo. Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas uirtute errumpere iniquitates. Et qtum ad ista tria, Apostolus ostendit in Christo facilitatẽ ad dignitatem prædictã. Primo, quia nõ solum est sapiens, sed etiam ipsa sapientia. Vnde dicit; *Cum sit splendor gloriæ*. Secundo, quia non solum est nobilis, sed est ipsa nobilitas, quia est; *Figura substantiæ eius*. Tertio, quia non solum est potens, sed est ipsa potentia; *Portans omnia uerbo &c.* Tria autem sunt, vt supra dictum est, quæ faciunt hominem idoneũ, ut magnam dignitatem assequatur. Primum est sapientiæ claritas. Prou. 3. Gloriam sapientes possidebunt. Et ideo ostendit Christi sapientiam, dicens; *Qui cum sit splendor gloriæ*, Vbi est considerandum, quòd secundum Ambrosium, gloria est clara cũ laude notitia, quasi quædam manifesta notitia, quæ de bonitate alicuius habetur. Sed sicut dicitur. Matt. 19. Nemo bonus, nisi solus Deus. Et etiam. Luc. 18. Vnde ipse est bonitas antonomasice & per essentiã. Alia uero bona per participationẽ, & ita soli Deo conuenit gloria antonomasice. Esa. 42. Gloriã meam alteri non dabo 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor & gloria. Cognitio ergo diuinæ bonitatis excellenter & antonomasice dicitur gloria, idest clara cum laude notitia bonitatis diuinæ. Ista aliqualiter habetur ab homine: quia nunc cognosco ex parte 1. Cor. 13. Sed habetur excellentius ab angelis, sed a solo Deo perfecte. Deum. n. nemo uidit vnquam. Ioan. 1. Verum est, nec angeli comprehensiue, sed ipse solus seipsum comprehendit. Ergo sola cognitio Dei de seipso perfectẽ dicitur gloria, quia perfectam notitiam habet, & clarissimam de seipso. Quoniam autem splendor est illud, quod a fulgente primo emittitur. Sapientia uero est quiddam fulgens. Eccl. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Inde est, quòd prima conceptio sapientiæ est quasi quidam splendor. Verbum ergo patris, quod est quidam conceptus intellectus eius, est splendor sapientiæ, qua se cognoscit. Et ideo Apostolus filium vocat splendorem gloriæ, idest diuinæ claræ notitiæ. In quo ostendit ipsum non solum sapientem, sed sapientiam genitam. Esa. 62. Donec egrediatur, ut splendor iustus eius &c. Secundum, quòd facit hominem idoneum ad magnam dignitatem, est generis nobilitas. Et hoc ostendit esse in Christo, quia dicit, quòd est; *Figura substantiæ eius*. Decet enim cum sapientia, esse nobilitatẽ in principe. Deuter. 1. Tulique de tribus uestris sapientes, & nobiles, & constitui eos principes &c. Figura hic ponitur pro charactere, vel imagine, quasi dicat, imago substantiæ. Sciendum tamen, quòd licet imago dicat similitudinem, non tamen quælibet similitudo est imago. Albedo enim in pariete non est imago albedinis meæ, sed imago, & similitudo in specie. Illud ergo proprie dicitur esse imago alicuius, quod habet similitudinem speciei eius, uel expressum signum speciei. Inter accidentia uero, nihil ita est expressum signum, sicut speciei est figura. Vnde, qui describit figuram animalis, describit imaginem eius. Filius ergo, qui est imago inuisibilis Dei, Colossense 1. proprie dicitur figura. Sed cuius? *Substantiæ eius*. Imago enim alicuius est multiplex. Aliquando enim est signum representans speciem, in nullo cum ipsa conueniens, sicut imago hominis in pariete, quæ in nullo habet ueram speciem hominis. Aliquando uero assimilatur ei in specie, non tantum in repræsentando, sed etiam in essendo, sicut filius est imago uera patris. Genes. 5. Adam genuit filium ad imaginem suam, idest in natura speciei, & ideo addit substantiæ eius, quia secundum Augustinum, Filius dicitur imago patris, quia est eiusdem naturæ cum ipso. Dicit ergo, quòd est figura substantiæ. Sed quare non dicit, quòd est figura naturæ? Quia possibile est, quòd natura speciei multiplicetur ad multitudinem indiuiduorum in compositis ex materia & forma. Vnde filius Sortis non habet eandem naturam numero cum patre suo. Substantia vero nunquam multiplicatur. Non enim alia est substantia patris, alia filii. Nec enim diuiditur secundum diuersa indiuidua. Quia ergo vna, & eadem est numero natura in patre, & filio Dei. ideo non dicit naturæ, quæ diuiditur, sed substantiæ indiuisibilis. Ioannis, 10. Ego & pater, vnum sumus, & 14. Ego in patre, & pater in me est. Tertium, quod facit hominem idoneum, est virtus & potestas. Vnde Eccles. 7. Noli quærere esse iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Et ideo ostendit uirtutem, cum dicit; *Portansque omnia uerbo uirtutis suæ*. Proprium autem principum, & potentum est portare. Iob. 9. Sub quo curuantur, qui portant orbem. Ipse ergo portat, sed videndum est quid portat, & quo, vel per quid. Quantum ad primum, sciendum est, quòd id, quod de se nec stare, nec ambulare potest, indiget portari. Omnis autem creatura de se, nec subsistere, nec operari potest. primum patet, quia remota causa, remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantiæ, quia non minus est causa substantiæ rei, quantum ad fieri, quàm domificator est causa fieri domus, inde sicut ad absentiam domificatoris cessat fieri domus: & ad absentiam Solis cessat, fieri & esse luminis, in aere. Ita ad subtractionem uirtutis diuinæ cessat, & esse, & fieri, & subsistere omnis creaturæ. Portat ergo omnia quantum ad suum esse. Portat etiam omnia quantum ad operari: quia subtracta influentia, eius, cessat omnis motio causarum secundarum, cum ipse sit causa prima: & causa prima plus influit, quàm secunda. Iob. trigesimo octauo. Super quo bases illius solidatæ sunt. Sic ergo patet, quòd omnia portat. Sed per quid portat? Verbo uirtutis suæ. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum dixit, quòd Deus omnia fecit per filium: quia scilicet, dixerat, per quem fecit, & sæcula. Ille autem per quem aliquis operatur, non uidetur uirtute sua operari, sed uirtute eius, qui per eum operatur. sicut baliuus, per quem Rex operatur, non operatur virtute propria. Ergo per hoc uidetur, quòd filius non operetur uirtute propria. Ideo dicit Apostolus, quòd portat; *Verbo uirtutis suæ*, quia cum idem sit causa essendi, & conseruandi, cum dicit, quòd filius uirtute sua est causa conseruationis, ostendit, quòd etiam est causa essendi. Sed nunquid non uirtute patris? vtiquæ, & eius uirtute, quia eadem est uirtus vtriusque. Operatur ergo, & uirtute propria, & virtute patris, quia uirtutem suam habet a patre: nec tamen dicit Apostolus uirtute sua, sed uerbo uirtutis suæ: ad ostendendum, quòd sicut pater omnia per uerbum produxit. Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt, & cætera. In quo ostenditur maxima uirtus patris, ita filius eodem uerbo, quod est ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam virtutis suæ, quia eãdem habet cum patre, quia eadem operatur, & per idem, quo ille. Sed tunc est dubium: quia pater cum dicit, producit uerbum. Ergo filius, cum dicit, produceret verbum, & sic uerbum patris esset uerbum filii. Et ad hoc dicunt Græci, quòd sicut filius est imago patris, ita Spiritussanctus est imago filii. Et sic exponit Basilius, Portans uerbo uirtutis suæ, idest spiritu sancto, Nam sicut filius est uerbum patris, ita ut dicunt, Spiritussanctus est uerbum filii. Et ideo per ipsum facit filius, sicut per filium pater. Veruntamen proprie loquendo, uerbum non dicitur, nisi quod procedit, ut conceptus ab intellectu, ad quod sequitur procedere in similitudinem speciei. Spiritus autem sanctus, & si sit similis, non tamen habet hoc ex modo suæ processionis: quia non procedit vt conceptus ab intellectu, sed ut amor a uoluntate. Aliter autem exponit Glosa; *Verbo uirtutis suæ*, idest imperio suo. Sed hic adhuc est dubium de isto verbo quid sit, quia imperium hominis, vel est exterius per uocem prolatum, & hoc non potest dici in diuinis, quia nihil est extrinsecum a natura diuina, procedens a filio, per quod omnia portentur, vel illud imperium, est interius in corde conceptum, sed nec etiam hoc potest stare, quia nihil in mente Dei concipitur, nisi verbum æternum. Ergo istud imperium sic conceptum in mente filii, esset uerbum æternum, & sic essent duo uerba æterna, quod nephas est dicere. Ideo ad argumentum est dicendum,

LECTIO II.

Vi cum sit splendor glorię, & figura substantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

dicendum, sicut exponit Aug. illud Ioann. 12. Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum, idest ipse ego, qui sum verbum patris iudicabo eum. Et similiter in proposito, verbum uirtutis suæ, idest seipso, qui est uerbum uirtuosum. Per ista ergo tria, ostendit tria de Christo. Per hoc enim, quòd est splendor, ostendit eius coæternitatem cum patre. In creaturis enim splendor est coæuus, sed ille est coæternus. Et hoc est cõtra Arriũ. Sed cum dicit imago substantiæ eius, consubstantialitatem. Quia enim splendor non est eiusdem naturæ cum re splendente, ne forte aliquis credat, quòd non sit similis in natura, dicit quòd est imago, vel figura substantiæ. Sed quia filius & si sit eiusdem naturæ cum patre, si tamen sit infirmus, deficit a uirtute patris. Ideo subdit, Portans omnia verbo uirtutis suæ. Apostolus ergo in his tribus commendat Christum a tribus, scilicet a coæternitate, a consubstantialitate, & ab æqualitate potestatis. Deinde cum dicit; *Purgationem peccatorum faciens*, ostendit secundum, quod facit ad idoneitatem dignitatis eius, s. strenuitas, & industria, quam habuit in operando. Fuit enim hoc magnæ industriæ, vt quod ei competebat ex natura qua Deus est, ipse meruerit p passionẽ in natura assumpta. Vnde Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum. Purgare ergo peccata & si conueniat ei ex natura diuina, tamen conuenit ei etiam ex merito passionis. Vnde Eccl. 47. Christus purgauit peccata eius, & exaltauit in æternum cornu eius &c. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Conuenit etiam Christo purgare, ratione diuinæ naturæ, & ratione proprietatis filii: ratione diuinæ naturæ, quia culpa, seu peccatum, proprie est malum rationalis creaturæ, hoc autem malum, siue peccatum non potest reparari nisi per Deũ. Nam peccatum in uoluntate consistit, uoluntatem autem solus Deus potest mouere. Hier. 12. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus &c. Et huiusmodi ratio est, quia quod est immediatius fini, non reducitur ad ipsum finem, nisi a prima causa agente. Voluntas autem est ultimi finis, quia, s. ad fruendũ Deo, & ideo a Deo tantum mouetur, & reducitur. Cum ergo Christus sit uerus Deus, manifestum est, quòd purgationem peccatorum facere potest. Esa. 42. Ego sum qui deleo iniquitates uestras propter me &c. Mat. 9. Quis pôt peccata dimittere, nisi solus Deus? Ratione vero proprietatis competit etiam Christo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in peccato, primo quidem est transgressio legis æternæ, & iuris diuini, cum omne peccatũ sit iniquitas, quæ est transgressio legis. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Cum ergo lex æterna & ius diuinum sit a uerbo æterno, manifestũ quòd ad Christum competit purgatio peccatorum, inquantum est uerbum. Psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Secundo, est in peccato, amissio luminis rationis, & per consequens sapientiæ Dei in homine, cum huiusmodi lumen sit participatio q̃dam diuinæ sapientiæ. Baruc. 4. Et quia non habuerunt sapientiam, ideo perierunt. Prou. 14. Errant omnes, qui operantur malum, & secundũ Philosophũ, omnis malus est ignorans. Rectificatio autem ad diuinam sapientiam, competit ei qui est diuina sapientia. Hic autem est Christus 1. Cor. 1. Prædicamus Christum, Dei uirtutem, & Dei sapientiã. Sap. 9. Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi Domine a principio. Tertio, in peccato est deformatio similitudinis Dei in homine. Prou. 2. Cor stultorum dissimile erit. Vnde dicitur. Luc. 14. De filio prodigo, quod abiit in regionem longinquam. Et ideo competit huiusmodi deformationi rectificari per filium, qui est imago patris. 1. Cor. 14. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. Quarto, amissio æternæ hæreditatis, in cuius signũ homo post peccatum exclusus est a paradiso. Gen. 3. Reparatio autem ad hoc proprie conuenit filio, qui est hæres. Rom. 8. Si filii, & hæredes. Gal. 4. Misit Deus filium suum, natũ ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum Dei reciperemus. Sic ergo patet, quòd Christo competit purgare peccata, & ratione humanæ naturæ, & ratione diuinæ. Sed quomodo fecit purgationem peccatorum? Ex hoc patet. In peccato enim primo est peruersitas voluntatis, qua homo recedit a bono incommutabili, & ad hanc rectificandam, exhibuit Christus gratiam iustificantem. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Secundo, est macula relicta in anima ex peruersitate voluntatis, & ad hanc lauãdam præbuit sanguinem suum. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis &c. Tertio, est reatus pœnæ, cui homo adiicitur ex culpa, & ad satisfaciendũ per hãc obtulit semetipsum Deo hostiam, in ara Crucis. Ephes. 4. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Quarto, seruitur diabo. cui homo efficitur obnoxius peccando, quia qui facit peccatum, seruus est peccati, & ad eripiendum nos ab hac redemit nos. Psalm. 30. Redemisti me domine Deo veritatis. Consequenter cum dicit; *Sedet ad dexteram*. Subiungit ipsam dignitatem. Quasi dicat, Non uidetur indecens si sedet &c. Quia ipse est splendor, & figura & portat omnia &c. In uerbo autem sessionis tria solent importari. Vnũ est sedentis authoritas Iob. 29. Cumque sederem quasi rex circunstante exercitu &c. In diuina autem curia multi assistunt, quia Dan. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere. Quia omnes sunt ibi serui & ministri. infra eodem, Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi. Sed solus iste habet regiam dignitatem. Dan. 7 Et vsque ad antiquum dierum venit. Et postea sequitur. Et dedit ei potestatẽ, & honorem, & regnum &c. Mat. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et post sequitur, Tunc dicet rex his &c. Secundum, est sedentis stabilitas. Luc. vlt. Sedete in ciuitate &c. Daniel. 7. Potestas eius, potestas æterna, & infra 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse in sæcula. Item aliquando sedere importat humilitatem, quia sedens inferior est stãtibus. Psa. 138. Tu cognouisti sessionem meã. Et sic non accipitur hic, sed primis duobus modis, sed contra. Act. 7. Ecce uideo cœlos apertos, & Iesum stantem &c. Et dicendum est, quòd sedere & stare, & huiusmodi dispositiones de Deo dicuntur, secundum similitudinem. Et ideo secundum diuersa, dicitur & sedens, & stans. Sedens quidem propter immobilitatem, sed stans propter utilitatem ad fortiter resistendum. Vnde stabat quasi paratus iuuare Stephanum, in agone constitutum. Sed addit Apostolus, quòd; *Sedet ad dexteram*. quòd si referatur ad diuinam naturam est sensus, ad dexteram, idest ad æqualitatem patris. Si uero ad humanam, est sensus ad dexteram, idest in potioribus bonis patris. Marc. vlt. Sedet a dextris Dei. Psal. 109. & Matt. 22. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Sed inter eos, qui habent assessores, quidam sunt simpliciter maiores, vt rex uel imperator, quidam vero non simpliciter maiores, sed secundum quid, vt præpositi, uel baliui. Sed Christus non sedet ad dexteram alicuius inferiorum iudicum, sicut alicuius præpositi, ut baliui, sed simpliciter maioris, quia; *Ad dexteram maiestatis*. Maiestas proprie est summa potestas. Esa. 6. Plena erat omnis terra maiestate eius. Pro. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Christus autẽ & si sic sedeat ad dexteram maiestatis, habet tamen & ipse maiestatem, qui habet eandem cum patre. Matt. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Luc. 9. Hunc filius hominis erubescet, cũ uenerit in maiestate sua & patris. Dicit etiam non solum maiestatis, sed etiam; *In excelsis*. idest super omnem creaturam. Ecc. 24. Ego in altissimis habito, Sic ergo sedet in excelsis, quia eleuatus est super omnem creaturam. Psal. 8. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Et secundum quod dicit Chrysostomus, Apostolus in loco isto tenet modum uolentis instruere paruulũ, qui nõ statim proponit ei summa, sed paulatim pducit eũ, modo loquendo ardua, modo pponendo infima, ita etiam modo proponit diuina cũ dicit; *In filio*, modo humana, cũ dicit; *Quem constituit hæredem &c.* Et sic de aliis, ut patet in Glosa.

LECTIO III.

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrẽ

LECTIO TERTIA.

SICVT supra dictum est, Apostolus in toto capitulo intendit præferre Christum angelis quantum ad excellentiam, vnde posuit quatuor pertinẽtia ad excellentiam Christi, scilicet quantum ad originem: quia; *Filius*: quantum ad dominationem quia: Hæres: quantum ad operationem, quia; *Ipse fecit sæcula*. quantũ ad honorem, quia; *Sedet ad dexteram maiestatis*. Modo Apostolus in parte ista ostendit, quòd Christus quantum ad ista quatuor excedit angelos: & primo quantum ad filiationem; secundo, quantum ad dominationẽ, ibi; *Et cum iterum introducit*. tertio, quantum ad operationem creationis, ibi; *Et tu in principio Domine terram fundasti*. quarto, quantum ad patris confessionem, ibi; *Ad quem autem angelorum*. Circa primum duo facit: quia primo præmittit intentum: secundo, propositũ probat, ibi; *Cui enim dixit*. Dicit ergo; *Tanto melior angelis*, idest sanctior, & ideo propinquior, in quo proponit excellentiam Christi ad angelos. Eph. 1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestibus

bus super omnem principatum & potestatem. Sed tunc oritur quæstio: quomodo Apostolus hoc intelligit, vtrum secundum diuinam naturam, uel humanam: quia secundum diuinam non videtur verum, quia secundum illam genitus est, non factus: secundum uero humanam non est melior angelis, ut infra 2. cap. Eum autem, qui modico, q̃ angeli &c. Sed dicendum est, q̃ Christus secundum humanam naturam duo habuit in uita ista, scilicet infirmitatem carnis, & sic fuit minoratus ab angelis infra 2. cap. Eum qui modico &c. Item habuit gratiæ plenitudinem, & sic etiam in humanitate maior fuit angelis in gratia, & gloria. Ioan. 1. Vidimus eum quasi unigenitũ a patre, plenũ gratiæ & veritatis. Sed hic non est intellectus. Apostolus enim non intelligit, quòd melior fuerit quantum ad gratiam: sed propter unionem humanæ naturæ ad diuinam: & sic dicitur factus, inquantum per illius vnionis factionem peruenit ad hoc, quòd esset melior angelis, & diceretur & esset filius Dei. Et ideo subdit; *Quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Et quantum ad hoc nomen, ostendit differentiam quantum ad tria, scilicet quantum ad nominis significationem, quia proprium nomen angelorum est, quòd dicuntur angeli, quod est nomen ministri. Angelus enim idem est, quod nuntius. Nomen autem propriũ Christi est, quòd dicitur filius Dei: & hoc nomen est ualde differentius ab illo, quia quantamcumque differẽtiam ponis, adhuc est maiorem dare, cum distent in infinitum. Pro. 30. Quod nomen eius? & quod nomen filii eius si nosti? Est enim nomen filii eius sicut & patris, incomprehensibile. Philip. 2. Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed forte dices, quòd etiã angeli dicuntur filii Dei Iob. 1. & 2. Cum assisterent filii Dei coram domino &c. Dicendum est, quòd si dicuntur filii Dei, hoc non est essentialiter & per naturam, sed per quandam participationem. Ipse autem est essentialiter filius Dei, & ideo habet nomen differentius præ illis, & hoc est secundum: quia differunt quantum ad modum. Psal. 88. Quis est similis Deo in filiis Dei? quasi dicat, Nullus per naturam. Quantum ad tertium dicit, quòd illud nomen hæreditauit. Hæreditas enim cõsequitur originem. Vnde Christus, quòd filius sit, habet ex origine, & per naturam: angeli autem ex dono gratiæ. Matt. 21. Hic est hæres. Vnde ipse nomen hæreditauit, non autem angeli & hæc est tertia differentia. Deinde cum dicit; *Cui enim dixit aliquando angelorum* probat, quod dixit, & primo agit de nomine secundum quòd conuenit Christo secundum diuinitatem: secundo, secundum humanitatem, ibi; *Et rursus, Ego ero &c.* Quantum ad primum inducit authoritatem. Psal. 2. Dominus dixit a me &c. Et hoc est; *Cui enim angelorum &c.* Quasi dicat, Nulli angelorum dicta sunt hæc uerba, sed tantum Christo. Vbi tria possunt notari. Primo, modus originis in uerbo, Dixit. Secundo, singularitas filiationis, ibi; *Filius meus es tu.* Tertio, eius authoritas, ibi; *Ego hodie.* Modus iste non est carnalis, sed spiritualis & intellectualis. Deus enim spiritus est. Ioann. 4. Et ideo non generat carnaliter, sed spiritualiter & intellectualiter. Intellectus autem dicendo, generat uerbum, quod est conceptus eius, & ideo signanter dixit, quòd dominus dixit a me, idest pater dixit filio. Dicere ergo intellectus patris, nihil aliud est, q̃ in corde uerbum concipere. Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Iob. 33. Semel loquitur, & secundo idipsum nõ repetit. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodii. Sed quantum ad secundum, generatio ista est singularis, quia dicit; *Filius meus es tu.* Quasi dicat. Et si multi alii filii dicuntur, tamen esse filiũ naturalem est sibi proprium: alii autem dicuntur filii Dei, quia sunt participes verbi Dei. Ioann. 10. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, sed Christus est ipsum verbum. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus. Sed quantum ad tertium, ista generatio non est temporalis, sed æterna, quia hodie genui te. Differt autem tempus ab æternitate, quia tempus uariatur sicut motus, cuius mensura est in uariatione & successione. Et ideo nominatur per successionem præteriti & futuri. Aeternitas autem est mensura rei immobilis, & ideo non est ibi variatio per successionem, sed semper est præsens: & ideo notatur per aduerbium præsentis temporis, scilicet hodie, idest in æternitate. Verum quia illud quod fit, quia nondum est, incompletum per consequens est, quod autem factum est, completum est, & ita perfectum: ideo non dicit genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione, & per consequens in defectione, addit hodie & coniungit præsenti præteritum, scilicet hodie & genui, vt scias ipsam generationem semper esse, & perfectam esse, & sic in hodie permanentia, in genui uero perfectio designatur: vt sit sensus: perfectus es fili, & tamen generatio tua æterna est, & semper a me generaris: sicut lumen in aere perfectum est, & tamen semper procedit a Sole. Mich. 5. Egressus eius a principio a diebus æternitatis. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Posset etiam hoc exponi de generatione temporali, ut dicat hodie, idest in tempore genui te. Consequenter cum dicit; *Et rursus, ego ero illi in patrem &c.* Propositum ostendit, secundum quod conuenit Christo, secundum humilitatem, & hoc per aliam authoritatem, secundum Glos. istud dicitur in Esa. Ego ero illi in patrẽ. Sed tamen non inuenitur aliquid huic simile in Esaia, nisi illud, Et filius datus est nobis. Sed 2. Reg. 7. & 1. Para. 28. Habentur ista eadem verba Domini dicentis ad Dauid de Salomone, per quem figurabatur Christus, Sciendum est autem, quòd in uetẽri testamento quædam dicuntur de eo quod est figura, non inquantum quædam res, sed inquantum est figura, & tunc non exponitur de illo, nisi inquantum refertur ad figuratum. Verbi gratia: in Psal. 71. quædam dicuntur de Dauid, vel de Salomone, inquantum figurabant Christum tantum: quædam uero etiam secundum quòd sunt homines quidam: & istorum dicta de ipsis possunt exponi & de Christo: sicut illum, Deus iudicium tuum regi da: quia illud potest conuenire Salomoni. Illa uero quæ dicuntur de ipsis inquantum sunt figura, nunquam de ipsis possunt exponi, sicut illud, Et dominabitur a mari vsque ad mare &c. Quia nullo modo verificari potest de Salomone, Sic & in prpopósito, licet ista dicta sint de Salomone, tamen possunt exponi de Christo qui præfigurabatur per illum. Dicit ergo; *Ero*, quod est futuri temporis, ad denotandum, quòd incarnatio filii futura erat in tempore. Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis &c. Supra uero cum loquebatur de æterna generatione, dixit; *Et tu*, quasi sine motu: hic autem cum loquitur de temporali, dicit, In filium: quod denotat terminum alicuius motionis. Assumptio enim importat motum in filiationem. Et quia omnis motio fit per operationem alicuius terminatam ad aliquem effectum, ideo primo, ponit operationem facientis, quia non uirtute humanitatis facta est assumptio, sed diuinitatis, cũ dicit; *Ego ero illi patrem*, idest assumam eum ad vnionem personæ filii. Et subiungit effectum consecutum, quia scilicet est susceptus in unitatem personalem filii; *Erit mihi in filium.* De primo dicitur Luc. 1. Virtus altissimi, scilicet facientis assumptionem, obumbrauit tibi. De secundo. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Iterum: ego ero illi, idest ad honorem & vtilitatem suam clarificabo ipsum. Ioa. 14. Clarifica me pater. Et ipse erit mihi, idest ad honorem meum, manifestando nomen meum hominibus. Ioan. 14. Manifestaui nomen tuum &c. Deinde cum dicit; *Et cum iterum &c.* Agit de dominatione Christi, qua est hæres vniuersorum. Vbi tria facit, quia primo ostendit dominium eius, & præcipue super angelos: secundo, ponit rationem dominii illius ex parte angelorũ, ibi; *Et ad angelos.* Tertio, ex parte Christi, ibi; *Ad filium autem.* Quantum ad primum inducit authoritatem. Psal. 96. Cum dicit, Adorate eum omnes angeli eius, hoc habetur in Psal 96. Dominus regnauit exul. &c. Adoratio enim non fit nisi Domino. ergo si angeli eum adorant, Dominus illorum est. Volens Apostolus inducere hanc authoritatem. Primo tangit intentionem Psalmistæ, cum dicit; *Et cum iterum introducit &c.* Vt Psalmista loquatur de aduentu Christi in mundum. Et ideo dicit. Et cum scriptura introducit, idest introducendum dicit primogenitum &c. quasi dicat. Iam dictum est, quòd Christus est filius præ angelis. ergo est principaliter a patre genitus. Est ergo dicendus primogenitus. Roman. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hic autem primogenitus debebat introduci in orbem &c. Et uide quàm ordinate loquatur Apostolus. Primo enim dicit ipsum esse a patre ibi; *Ego ero illi in patrem.* Secundo, assumptum in unitate personæ, ibi; *Et ipse erit mihi in filium.* Sed modo proponit eum in notitiam hominum. Vocat autem incarnationem introductionem in mundum. Sed contra. Ipse Christus uocat eam exitum. Ioan. 16. Exiui a patre & veni in mundum. Et dicendum est, quòd exitus est etiam introductio, sicut si aliquis reconciliandus sit principi, primo, exit ad eum mediator, & post introducit eum. Simile habetur 1. Reg. 20. de Dauid ad Ionatam. Sic Christus mediator Dei & hominum, primo, exiit ad homines, & postea introducit eos reconciliatos. infra 2. Qui multos filios adduxerat in gloriam &c. Vel; *Introducit*, idest inducit eum usque in corda hominum, quia scriptura loquens de aduentu Christi, dicit eum suscipiendum intra corda hominum. Ista autem receptio fit per fidem. Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Quando enim scriptura dicit, quòd gentes debent credere, dicit quòd Christus intraturus est in corde

angeli Dei. Et ad angelos quidẽ dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammã ignis.

& ipse erit mihi in filiũ? Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terræ, dicit, Et adorẽt eum oẽs

in corde ipsorum. Hoc autẽ, quod dicit. *Iterum*, multipliciter exponitur. Dicit enim Chrysost. q̃ de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, non loquitur scriptura semel, sed iterum atque iterum. Vel aliter: quia ipse primo erat in mundo per potentiã diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eum in mundum, secundũ præsentiam humanitatis visibiliter. Vel aliter, quia supra dixerat, Ero illi in patrem, idest assumam in vnitatem personalem mei. Et cum iterum introducit eum, scilicet istum primogenitum & assumptum ad vnitatem personæ, quia non sufficeret dicere, quòd introducitur, nisi dicatur qualiter introducatur, quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorent eum omnes angeli. Nec. 9. Exercitus cæli te adorat. Apocal. 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt & adorauerunt, &c. Deinde cum dicit. *Et ad angelos, &c.* Ponitur ratio ex parte angelorum, quare eum adorant, quasi dicat, Iustum est, quòd adorent, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminando intellectum. Ioan. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Aliquando vero mouet ad opus. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primum facit Deus in nobis mediantibus angelis. Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Secundum etiam facit in nobis, ipsis mediantibus, sicut dicit Dionys. 4. capit. cælestis hierarchiæ. Inquantum ergo illuminat per ipsos, dicũtur nuntij. Nuntij enim est nuntiare ea, quæ sunt in corde Domini sui. Inquantum vero sunt mediatores operum diuinorum, dicuntur ministri. Psalm. 102. Ministri eius, qui faciunt voluntatem eius. Sunt ergo & nuntij & ministri, sed quales sint, describit eos per duas res corporales maxime ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietas multum conuenit nuntio. Ministro autem proprietas ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressionis. Item, optime reddit recepta. Item, habet velocem motum. Hæc autem debet habere bonus nuntius, vt scilicet bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrumque velociter faciat. Ista bene conueniunt angelis. Optime enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda secundum Dionysium. Matth. 18. Et angeli eorum in cælis, &c. Item optime reddunt, quod significatum est. Apocal. 1. Significauit Deus, quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, &c. Item, sunt veloces. Esa. 18. Ite angeli veloces, &c. Iti autem dicuntur spiritus, quia omnis substantia inuisibilis, dicitur spiritus: unde & aer dicitur spiritus. Item sunt ignis, inquantum ministri. Ignis autem inter omnia elementa est maxime actiuus, & efficax ad agendum. Vnde in Psalm. 103. de Angelis vbi dicuntur ministri eius, ibi additur. Et ministros tuos ignem vrentem. Item, ignis calorem causat per quod designatur charitas. Cant. 8. Lampades ignis atque flammarum. Vnde describuntur in igne, & dicuntur Seraphim. Esa. 6. Item, ignis semper mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quæ agũt, semper referunt in gloriam Dei, sicut patet de angelo. Thob. 12. Benedicite Deum cæli, &c. Non dicit, benedicite me, sed Deum cæli. Non sic de malo angelo, qui dicit Matth. 4. Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tamquam bonus minister dicit Apocal. vlt. Vide ne feceris, & sequitur, Deum adora.

LECTIO QVARTA.

SVPRA probauit Apostolus per authoritatem angelos esse ministros: hic probat hoc per rationem sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hic probare regiam dignitatem Christi, vbi duo facit. Primo enim, commendat regiam dignitatem ipsius Christi. Secundo, eius ad illam dignitatem ostendit idoneitatem, ibi. *Propterea unxit te Deus.* Circa primum tria facit. Primo, commendat Christi regiam authoritatem. Secundo eius regiminis æquitatem, ibi. *Virga æquitatis.* Tertio, regiminis bonitatem, ibi. *Dilexisti iustitiam.* Dicit ergo. *Ad filium autem.* Dicit. *Thronus tuus, &c.* Et sunt verba Dei patris loquentis per linguam prophetæ, sicut per calamum scribæ. Dicit ergo. O Deus fili, thronus tuus, &c. In quo denotatur regia maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistri, tribunal autem sedes iudicis, quæ omnia conueniunt Christo, quia ipse est rex noster Luc. 1. Regnabit in domo Iacob, & ideo

LECTIO II.

AD filium autem. Thronus tuus Deus in sęculum sęculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, ꝓpte-

conuenit ei thronus. Psalm. 88. Thronus eius sicut Sol. Ipse est magister Ioan. 3. Scimus, quia a Deo venisti magister, ideo competit ei cathedra. Ipse iudex noster Esa. 33. Dominus Iudex noster. Dominus legifer noster, & ideo congruit sibi tribunal. 2. Corrinth. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi &c. Competit autẽ thronus Christo secundum naturam diuinam, inquantum est Deus. Psalm. 46. Rex omnis terræ Deus, sed secundum quòd homo, conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo, Hic thronus est perpetuus. Luc. 1. Et regni eius non erit finis. Dani. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur. Patet autem, quòd regnum illud est æternum, & inquantum sibi conuenit ex natura, quia est Deus. Psalm. 144. Regnum tuum regnum omnium sæculorum. Item, inquantum sibi conuenit, vt homo, & hoc duplici ratione. Vna, quia regnum illud non ordinatur ad temporalia, sed ad æterna. Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat, vt homines dirigat ad vitam æternam: Non autem sic est de regno hominum, vnde regnum illorum finitur cum vita præsenti. Alia ratio est, quia ecclesia, quæ est regnum eius, durat vsque ad finem mundi, & tunc tradet Christus regnum Deo & patri consumandum, & perficiendum. Consequenter commendat regnum eius ab æquitate, cum dicit; *Virga æquitatis &c.* Conuenienter autem describitur regnum per virgam. Differt enim regimen tyrannicum a regimine regis, quia regimen tyrannicum est ad vtilitatem suam cum grauamine subditorum, regimen autem regis, principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorum. Et ideo rex est, pater, & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psalm. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Item, pastor vtitur virga in directione gregis. Mich. 7. Pasce populum tuum in virga tua. Virga etiam sustentat infirmos. Psalm. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Item, virga conturbat hostes. Nume. 24. Consurget virga de Israel & percutiet duces Moab. Sed hæc est virga æquitatis. Esa. 11. Arguet in æquitate pto mansuetis terræ. Sed sciendum est; quòd aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea, quæ iusta sunt secundum se. Contingit autem, quòd aliquid de se iustum est, quod tamen comparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur, & ideo oportet, quòd ius commune ad hoc applicetur, & si hoc fiat, tunc est regimen æquitatis. Regnum veteris testamenti erat secundum rigorem iustitiæ. Act. 15. Onus, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed regnum Christi est regnum æquitatis & iustitiæ, quia in ipso non imponitur nisi suauis obseruantia. Matth. 11. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue & Psalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Consequenter cum dicit; *Dilexisti &c.* Bonitatem regentis commendat. Quidam enim seruant æquitatem, non tamen propter amorem iustitiæ, sed magis propter timorem, vel gloriam, vel metum, & tale regimen non durat. Sed iste seruat æquitatem propter amorem iustitiæ. Dicit ergo; *Dilexisti iustitiam.* Quasi dicat, Hoc quòd virga est æqua & directa, hoc est, quia dilexisti iustitiam. Sapien. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Non autem est iustus, qui non amat iustitiam. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Sed aliqui quidem diligunt iustitiam, sed sunt remissi in correctione iniquitatis, sed Christus odit, idest reprobat iniquitatem, Psalm. 118. Iniquos odio habui. Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores & misertus est pænitentibus & ideo dicit, & odisti iniquitatem. Deinde cum dicit; *Propterea unxit te Deus.* Ostendit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum, vbi dubitatio est de hoc, quod dicit, propterea &c. In verbis istis agitur de spirituali vnctione, qua Christus est repletus Spiritusancto. Numquid enim ideo repletus est, quia dilexit iustitiam? Ergo meruit gratiam, quod est contra illud Rom. 11. Si ex operibus iam non ex gratia, & hæc est ratio communis. Sed specialiter ad propositum, quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus Spiritusancto. Ioan. 1. Plenum gratia & veritate. Non ergo meruit. Respondeo. Hic est cauendus error Origenis. Voluit enim, quòd omnes spirituales creaturæ, etiã anima Christi a principio creatæ fuerunt, & secundum

ꝓ plus, vel minus adhæserunt Deo, vel diuerterunt ab ipso per libertatem arbitrij sui, facta est distinctio inter angelos & etiam animas. Vnde in Peryarchon dicit, quòd anima Christi, quia uehementius adhæsit Deo, diligẽdo iustitiam, & odiendo iniquitatem, quòd meruit maiorem plenitudinem gratiæ præ cunctis substantijs spiritualibus. Sed hoc est hæreticum dicere, quòd scilicet quæcũque anima, vel etiã anima Christi, creata fuerit ante corpus, quod etiam specialem rationem in Christo habet, quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatum corpus, & totum est assumptum a filio Dei. Quid ergo dicit, propterea? Vna Glo. videtur sentire cum Origene. Sed si volumus eam saluare, dicemus quòd in scriptura dicitur aliquid fieri quando innotescit, sicut cum dicitur Phil. 2. Factus est obediens, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi no.&c. Nunquid Christus merito passionis meruit esse Deus? Absit. Hic enim est error Fotini. Dicendum est ergo, quòd Christum esse Deum excedit omnẽ meritum, sed per passionem meruit, quòd manifestetur ubique esse Deum & quòd Deus dederat illi tale nomen, &c. Ita hoc quod dicit hic, propterea vnxit te Deus, &c. Vt sit sensus. Ex hoc quòd tu dilexisti iustitiam, meruisti quod hoc innotescat. Vel aliter & melius, ita qũòd ly propterea, non dicat causam meritoriam, sed finalem, quasi dicat. Ad hoc, quòd illa haberes, scilicet thronum perpetuũ uirgam æquitatis, &c. Quæ dicta sunt, propterea unxit te Deus oleo, scilicet sanctificationis, quod Dominus mandauit fieri Exod. 30. Quo ungebantur vasa & sacerdotes. Leuit. 8. & 9. & Reges, vt patet de Dauid. 1. Reg. 16. & Salomone. 3. Reg. 1. Item Prophetæ, vt patet de Heliseo. 3. Reg. 19. Sed quare fiebat ista sanctificatio per vnctionem? Ratio est literalis. Homines enim orientales pro celebritate vngebantur ne consumerentur, eo quòd sunt in regione multum calida. Pauperes etiam vngebantur ad festiuitatem. 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua, nisi parum olei quo ungar. In scriptura autem, diuina traduntur nobis per modum quo homines solent uti. Quia ergo tunc vngebantur homines, vel propter celebritatem festi, vel celebritatem personæ, ideo ad ostendendum excellentiam Christi, dicit eum unctum. *Oleo exultationis.* Ipse enim est rex. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Et. 33. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Est etiam sacerdos. Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Fuit etiam propheta. Deuter. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus. Et conuenit sibi ungi oleo sanctificationis & exultationis. Ab ipso autem sunt sacramenta, quæ sunt uasa gratiæ. Esa. 22. Suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius uasorum diuersa genera, &c. Conuenit etiam ista unctio Christianis. Sunt enim reges & sacerdotes. 1. Petr. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Item, habet spiritum sanctum, qui est prophetiæ spiritus. Iohel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Et ideo omnes uncti sunt inuisibili unctione. 2. Cor. 1. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, & qui signauit nos & dedit, &c. 1. Ioan. 2. Vos unctionem habetis a sancto & nostis omnia. Sed quæ comparatio est, inter Christum unctum, & Christianos vnctos? Ista scilicet, quia ipse habet eam principaliter & primò, nos autem & alij ab ipso effusam. Psalm. 127. Sicut unguentum in capite, &c. Et ideo dicit *Præ participibus tuis.* Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Vnde alij dicuntur sancti, ipse uero sanctus sanctorum. Ipse enim est radix omnis sanctitatis. Dicit autem oleo lætitiæ, vel exultationis, quia ex ista unctione procedit spiritualis lætitia. Roman. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Gal. 5. Fructus aut spiritus, est charitas, pax, gaudium. Psalm. 103. Vt exhilaret faciem in oleo. Esa. 61. Oleum gaudij pro luctu, &c. Illud autem, quod bis dicit. *Deus Deus.* Dupliciter exponitur. Vno modo, quòd repetatur nominatiuus casus, ut sit sensus, Vnxit te Deus per seipsum Deum, nos autem per te mediatorem Dei, & hominum hominem Christum. 2. Petr. 1. Per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit. Alio modo, quia secundum August. in Glo. alterum est nominatiui casus, alterum vocatiui, vt sit sensus. O Christe, qui es Deus filius, Deus pater vnxit te, &c. Et quòd debeat sic exponi magis patet in Græco. Sed cum Christus non sit unctus secundum quòd Deus, quia sic non conuenit sibi recipere Spiritum sanctum, sed magis alijs dare, secunda expositio non videtur esse vera. Respondeo, Dicendum est, quòd idem est in persona & Deus & homo, tamen vnctus est inquantũ homo. Et cum dicitur o Deus &c. & vngens est Deus & homo, & vnctus similiter est deus & homo, & vnum cum ipso in persona.

rea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

LECTIO V.

ET tu in principio Dñe ter

LECTIO V.

SVPRA præmiserat Apostolus quatuor, in quibus Christus excellit angelos & probauit duo illorum, scilicet & quòd excedit eos, quia est filius, & quia est hæres, nunc probat tertium, scilicet quòd excedit eos in virtute operationis, quia per eũ pater fecit & sęcula. Hoc autem probat Apostolus ex authoritate eiusdem prophetiæ, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit virtutem operationis, inquantum creator. Secundo, quantum ad differentiam creatoris ad creaturam, ibi; *Ipsi peribunt.* Circa primum duo facit, quia primo ponit creationem terræ, secundo cœlorum, ibi *Et opera manuum,* Sciendum est autem circa primum, quòd hoc potest dupliciter legi. Vno modo, vt sit sermo prophetæ directus ad patrem, vt sit sensus; *Tu Domine*, scilicet Deus pater; *Fundasti terram in principio*, idest in filio tuo qui est principium, Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor vobis. Et hoc tantum valet ac si dixisset, Tu fundasti terram per filium. Psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti. Filius autem est sapientia genita, vnde supra dixit eũ splendorẽ glorię. Et hoc qũod dicit hic, respondet huic quod supra dixit, Per quem fecit & sęcula. Alio modo, quòd sit sermo directus ad filium, sic *Et tu Domine*, scilicet fili, fundasti terram in principio, scilicet temporis, vt excludat opinionem ponentium æternitatem mundi, vel in principio, scilicet productionis rerum, vt excludat opinionem dicentium, corporalia non fuisse creata cum spiritualibus, sed post. Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Eccle. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Sciendum est autem, quòd tripliciter potest distingui terra a cœlo. Vno modo & ad literam, quòd per terram intelligatur elementum terræ, per cœlum autem superiora corpora, vt sicut Moyses non facit mentionẽ de aere, quia est cum aqua, ita hic intelligit per cœlum, ipsum cœlum & alia duo elementa, scilicet aerem & ignẽ quæ magis accedunt ad naturam cœli, quod patet ex loco ipsorum. Sic etam accipit Moyses. Genes. 1. Et dicit; *Fundasti,* Vt ostendat tria ad terram pertinere, primo quidem terræ quietem, omnia enim alia participant motum, sola autem terra secundum totalitatem suam immobilis perseuerat, vt sit sensus *Fundasti.* idest firmasti. Psalm. 103. Qui fundauit terram super stabilitatem suam. Secundo, vt ostẽdat terræ perpetuitatem, nam fundamentum ædificij inter alias eius partes stabilius est. Terra autem in æternum stat Eccles. 1. Et secundum hoc dicit *Fundasti terram.* idest perpetuo solidasti. Tertio, vt ostendat terræ ordinem, quia sicut fundamentum, quod est prima pars edificij est in imo, ita terra inter omnia elementa tenet locum imum. Esa. 48. Manus mea fundauit terram. Psalm. 94. Aridam fundauerunt manus eius. Non autem dicit fecisti cœlos. sed *Opera manuum tuarum, sunt cœli.* quia illud quod aliquis facit manibus, magis diligenter videtur facere. Et ideo sic loquitur ad designandum nobilitatem & pulchritudinem ipsorum. Esa. 48. Dextera mea mensa est cœlos. Aliter vero, quòd per terram intelligat totam naturam corporalem. Et sic terram fundasti, quia materia est locus & fundamentum formarum, per cœlos autem spirituales substantias. Psal. 148. Laudate eum cœli cœlorum Et hi sunt opera manuum eius, quia fecit eos ad imaginem & similitudinem suam. Vel per terram imperfecti in ecclesia, qui sunt fundamentum aliorum, quia nisi esset actiua in ecclesia, contemplatiua non subsisteret. Per cœlos contemplatiui. Et hæc facta in ecclesia, in principio, idest per filium. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, vt fundes terram idest imperfectos & plantes cœlos, idest perfectos. Quantum autẽ ad cœlos dicit *Opera manuum tuarum sunt cœli.* Dicit autem opera manuum tuarum, & non simpliciter cœlos fecisti, propter quatuor rationes. Primo, vt excludat errorem dicentium Deum esse animam cœli, & per consequens totũ mũdũ & partes eius debere coli, vt Deus, quod & Idolatræ faciebãt, & hoc excludit cũ dicit *Opera manuũ tuarum sunt cœli,* quasi dicat, nõ sunt proportionati tibi, vt corpus animę. sed subiecti & proportionati virtuti, & volũtati tuæ. Deut. 4. Ne forte oculis ad cœlũ eleuatis, videas Solẽ & Lunã & omnia astra cęli, & errore deceptus adores ea. Secũdo, vt designet cœlorũ dignitatem & pulchritudinẽ, quia illud dicimus manibus facere, quod diligẽter facimus: vt ergo ostendat cœlos excellentiori modo, quàm alias creaturas corporales diuina sapientia conditos esse, dicit. Opera manuum tuarum sunt cœli, & hoc patet, quia diuersitas in istis inferioribus potest reduci ad dispositionem materiæ, sed diuersitas corporum cælestium, nullo modo potest reduci nisi ad sapientiam diuinã. Et inde est, quòd quandocũque fit mentio de creatione cæli, additur ibi, prudenter, vel intellectus, vel aliquid huiusmodi, secundũ illud Hier. 4. Stabiliuit cœlos prudenter, & secundum illud Psalmi 135. Qui fecit cœlos in intellectũ. Tertio vt ostendat, quòd in cœlis magis refulget virtus diuina creatoris secundum Glo. nihil enim est in creaturis, in cuius conditione appareat tantum uirtutis Dei, & hoc propter magnitudinẽ ipsorum & ordinem. Sap. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit horum creator videri. Quarto ad ostendendum, quòd inter omnia corpora, corpus cæleste immediatius recipit influentiam à Deo, & per ista deriuatur in ista inferiora. Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? quasi dicat. Si bene consideras dispositionem cæli, non potes attribuere causam dispositionis eius alicui rei terrenæ, sed Deo. Alio modo potest exponi, vt per terram accipiatur tota materia corporalis, per cœlos vero, spirituales substantiæ, & sic est sensus. In principio temporis, terram, idest materiam corporalem fundasti, idest, quasi fundamentum formarum stabilisti, & sic intelligitur illud Psalmi 148. Laudate Dominum de terra, &c. Sed cœli, idest substantiæ spirituales Psal. 148. Laudent illum cœli, &c. Sunt opera manuum tuarum, quia scilicet fecisti eos ad imaginem & similitudinem tuã. Tertio modo potest exponi, ut per terram intelligantur infimi in ecclesia, per cœlos uero supremi, & sic est sensus. In principio, idest per filium terram fundasti, idest actiuos & infimos in ecclesia, & dicũtur fundari, quia sunt quasi fundamentum aliorum, nam nisi essent actiui in ecclesia, viri contemplatiui non subsistentarentur, sed cœli, idest contemplatiui & perfectiores sunt opera manuũ tuarum, id est excellentiori præeminentia prædiri. Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & Esa. 1. Audite cœli, idest maiores, auribus percipe terra, idest minores. Confequenter cum dicit. *Ipsi peribunt.* Ostendit differentiam inter creatorem & creaturam, Et hoc quantum ad duo, quæ sunt propria creatori primũ est æternitas, secundum, est immutabilitas, de qua, ibi. *Et omnes ut uestimentum uetera scent &c.* Circa primũ duo facit, quia primo ponit terminationem creaturæ. Secundo interminationẽ Dei, ibi. *Tu autem permanebis.* Dicit ergo primo. *Ipsi*, scilicet cœli. *Peribunt.* Sed contra. Eccl. 1. Terra in æternum stat, ergo videtur, ꝓ multo plus cœli. Respondeo. Dicendum est, ꝓ secũdum Aug. & Philosophum, in qualibet mutatione est generatio & corruptio. Vnde quicquid mutatur, perit a statu in quo erat. Ergo quod dicit, ꝓ cœli peribunt, non intelligitur quantum ad substantiam, de qua Iob. 37. Qui solidissimi quasi ære fusi sunt, sed quantum ad statum quem nunc habent. Apoc. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam. 1. Cor. 7. Præterit figura mundi huius. Sed quomodo mutabunt statum? Diuersimode: quia cœli superiores mouentur quidem secundum locum, sed nõ alterantur. Inferiores uero, s. ignis & aer & mouentur & alterãtur & corruptioni sunt subiecti. Sic ergo status omnium cælorum est mutabilis, sed tũc motus cessabit in superioribus, & corruptio in inferioribus, quia aer igne cõflagrationis purgabitur. 2. Per. 3. Cœli qui nũc sunt & terra eodẽ uerbo reposita, sũt igni reseruati in die iudicij, &c. Omnes peribũt a statu in quo nũc sunt, & sic quodãmodo peribũt, sed tu Dñe permanebis. Psal. 101. Tu autẽ Dñe in ęternũ pmanebis. Hic ostendit permanentiam creatoris, quasi dicat: in te nulla est transmutatio nec vicissitudinis obũbratio, vt Iac. 1. dicitur. Psal. 102. Tu autẽ Dñe in æternũ permanebis, solium tuũ in generatione & generatione: quod potest etiã intelligi de Christo homine infra. vlt. Iesus Christus heri & hodie ipse & in sęcula. Deinde cum dicit. *Et omnes, &c.* Ostendit differentiã Dei ad creaturam, quantum ad immutabilitatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit mutabilitatem creaturæ. Secũdo, immutabilitatem Dei, ibi. *Tu autem idem.* Et adhuc circa primũ duo facit, quia primo describit rationem mutabilitatis creaturæ. Secundo subdit illam mutabilitatem, ibi. *Et uelut amictum.*

Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es

Circa primum autem sciendum est, quòd vetus & nouum, cõsequuntur tempus. Vnde veterascere non potest, nisi quod aliqualiter mensuratur tempore. Motus autem cælorum mensuratur tempore, sed ipsum mobile mensuratur ipso nunc tẽporis. ergo in cælo possunt inueniri nouitas & vetustas. vnde non veterascent cæli quasi substantia eorum minuatur, vel corrumpatur in aliquo, sed tantum quãtum ad diuturnitatem temporis, quo amplius non mensurabuntur. & ideo dicit. Sicut vestimentum &c. Quia causa mutationis cęlorum, non erit propter defectum virtutis ipsorum, quæ in aliquo minuatur, quia si motus ipsorum, cessaret propter defectum virtutis, iam cessatio haberet causam naturalẽ & posset deprehendi ratione naturali, cuius contrarium dicitur. Matth. 24. De die autẽ & hora illa nemo scit neq; Angeli in cælo &c. ergo erit propter necessitatẽ finis: quia omnes creaturæ corporales ordinantur ad spirituales, & totus motus deseruiens generationi & corruptioni ordinatur ad generationẽ hominis. Cessante ergo generatiõe hominis, quod erit quãdo cõpletus erit numerus electorũ & prædestinatorũ, cessabit motus ille. & ideo dicitur vestimentũ, quod sumitur ad vsum, & cessante vsu deponitur, sicut homo calidũ vestimẽtũ deponit veniente æstate, & frigidũ veniente hieme. Sic ergo status mundi, qui nunc est cõmodatus isti fini, cũ cõpletus fuerit numerus ille electorum, iam amplius non erit accõmodatus nec necessarius, & ideo sicut vestimentũ deponetur. Luc. 21. Cælum & terra transibunt. Consequenter ponit ipsam mutabilitatẽ, cũ dicit. *Et velut amictũ mutabis eos,* scilicet cælos: & bene dicit, Mutabis tu Deus, quia nõ propria virtute nec per se, sed virtute Dei mutabuntur a motu, sicut amictum, qui ad vsum sumitur, & post vsum deponitur ẽm congruentiã tẽporis & finis. Et dicit amictũ, quia per amictum gloria hominis & manifestatur & tegitur. Ita etiã Deus per creaturas & occultatur nobis & manifestatur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Sapien. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit horũ creator videri &c. Et dicit mutabunt, quia in perpetuũ mutati permanebũt. Itẽ, quãtũ ad cælos spirituales, qui pereũt a vita præsenti per mortẽ corporis. Rom. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terrã, quæ nõ reuertẽtur. Esa. 57. Iustus perit & nemo ẽ &c. Itẽ veterascẽt, quia vt dicitur infra. 8 Qd antiquatur & senescit, ꝓpe interitũ est. *Et mutabis.* s. ẽm corpora, quãdo corporale hoc induet incorruptionẽ. 1. Cor. 15. Et mutabũtur ẽm mentẽ, quãdo a visione ęnigmatica assumẽtur ad speciei visionẽ. Iob. 14. Cũctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Deinde subiungit immutabilitatẽ Dei cũ dicit *Tu autẽ idem ipse es.* Vbi duo facit. Primo. n. ponit intẽtũ. Secũdo, ostẽdit hoc per signũ ibi *Et anni tui.* Dicit ergo, Ipsi peribũt *Tu autẽ.* s, Dei filij, & hoc cõtra Arrianos *Idem ipse es*, i. idẽ perseueras numquã mutaris. Malac. 3. Ego Deus & nõ mutor. Iac. 1. Apud quẽ nõ est trãsmutatio &c. Et signũ huiꝰ immutabilitatis ponit cũ dicit *Anni tui non deficient.* Vbi sciẽdũ est, ꝓ anni Dei licũtur duratio eius, sicut & anni hominis: duratio aũt hominis deficit dupliciter: scilicet secundũ partes & secundum totum, secundum partes quidem: quia cum sit temporalis, vna pars succedit alteri. & vna adueniente, deficit altera. Deficit etiam secundum totum, quia ex toto desinit esse. In duratione vero Dei neutrum horum est, quia non deficit secundum totũ, quia est semper. Psalm. 91. Tu autem altissimus in æternum Domine. Item, nec secundum partes, quia æternitas est tota simul, & quid stans. Iob. 36. Numerus annorum eius inæstimabilis &c. Sed cum sit vna & immutabilis, quare anni vocantur in plurali, & non annus in singulari? Ratio huius est, quia intellectus noster accipit cognitionem intelligibilium per sensibilia, quia omnis nostra cognitio incipit a sensu. Vnde & Deus, qui est omnino simplex, describitur sub similitudine corporaliũ. Esa. 6. Vidi Dñm sedentẽ &c. Ita ẽt duratio eius a nobis describitur per aliqua nobis nota, cũ tñ sit vniformis & simplex. Vñ aliquãdo dicitur annus, aliquando dies & mensis, quia omnes differentias temporis includit.

& anni tui non deficient.

LECTIO VI.

AD quem autẽ angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis, quoadusq;

LECTIO SEXTA.

SVPRA probauit Apostolus tria de Christo, in quibus excedit angelos, hic probat quartum quod præmiserat de ipso scilicet, ꝓ sedet ad dexterã maiestatis, quod pertinet ad dignitatem

gnitatem eius. Et circa hoc duo facit. Primò enim inducit authoritatem Dauid hoc ostendentem. Secūdo ostendit angelos ab hac dignitate deficere, ibi *Nonne omnes sunt administratorij spiritus.* Circa primum duo facit, quia primo describit dignitatem Christi, Secundo ostendit per signū, ibi *Quoadusque ponam.*

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis?

Dicit ergo, *Ad quem autē angelorum dixit aliquādo Deus.* Quasi dicat, Non inuenitur, ꝙ hoc Deus dixerit angelo, sed dixit Christo, Et ipse Christus, Matth. 22. Inducit hoc de se dictum. Hoc autē, quod dicit: *Sede a dextris meis*, potest referri ad diuinam naturā in qua Christus æqualis est patri, quia habet & iudiciariam & regiam potestatem æqualem patri, Ioan. 16. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Ipse verò pater ab æterno dixit: quia dicendo filiū generauit, & generando dedit ei æqualitatem patris. G Potest etiam referri quantum ad humanam naturam, secundū quam sedet in bonis potioribus patris. Tunc autem pater dixit, quādo humanæ naturæ uerbum suum uniuit. Hoc autem magis supra expositum est vbi dixerat, Sedet ad dexteram. Consequenter cum dicit *Quoadusque* ostendit per signum dignitatē Christi: vbi occurrit duplex dubitatio. Vna, quia ab æterno omnia sunt subiecta filio inquātū Deus. Item quia in resurrectione Christus dicit, Data est mihi omnis potestas. Quid ergo expectat subijciendum scabello suo? Et sciendum est, ꝙ aliquid potest esse in potestate alicuius dupliciter. Vno modo quantum ad authoritatē, & sic omnia ab æterno quantum ad præordinationem fiendorum, & in tempore quo fuerunt, subiecta sunt filio Dei inquantū Deus, sed a principio conceptionis inquantum homo. Alio modo quantū ad exercitium potestatis, & sic non sunt ei omnia subiecta, sed tātum in fine mundi, quia nondum exercet potestatem in omnia, subijciendo sibi omnia. Phil. 3. Secundum operationem qua possit etiam subijcere sibi omnia. H Sed quid est, quòd dicit *Scabellum*? Potest dici, quòd per hoc nihil aliud intelligitur, quam plena & perfecta subiectio. Illud enim dicitur perfecte subiectum alicui quod ipse potest conculcare pedibus. Aliter etiam & faciendo vim in uerbo, quia sicut Deus est caput Christi. 1. Cor. 11. Caput Christi deus, ita pedes Christi, humanitas eius. Psal. 131. Adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius. Ponā ergo *Scabellum*, idest non solum subijciā inimicos tuos tuæ diuinitati, sed etiā humanitati tuæ. In hoc autē errauit Origenes. Ipse. n. uoluit & intellexit tantū vnū modū subiectionis, dicens. Sicut. n, nihil aliud est subijci luci, quam illuminari: ita cū Christus sit veritas, iustitia & bonitas, & quicquid tale pōt dici: nihil est aliud subijci saluatori, quā saluari. Et ideo voluit, ꝙ in fine omnia, etiā dæmones, saluarentur, quia aliter nō subijcerentur oīa Christo. Sed hoc est contra illud quod dicitur Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternū. Vnde sciēdum est, ꝙ duplex est modus subiectionis. Vnus per voluntatem subditorum, sicut boni ministri subijciuntur domino suo, puta regi, I & sic soli boni subijciuntur Christo. Alius per voluntatem domini, & sic est quædam violentia ex parte subditorum. Et sic mali subijcientur Christo, non quòd velint dominium eius, sed quia Christus faciet de ipsis uoluntatem suam puniendo eos, qui noluerunt hic facere uoluntatem suam. Et hoc proprie designatur per scabellum, quia quod calcatur comprimitur, Esa. 66. Cœlum mihi sedes est, idest, cælestes, & boni, sed terra, idest, terreni & mali scabellum pedum meorum. Alia dubitatio est de hoc, quod dicit, *Quoadusque, &c.* quia si sedebit quoadusq; ponat: ergo cum posuerit non sedebit. Respondeo ꝙ huiusmodi dictiones donec &, quoadusq;, quandoq; ponuntur finite, quando scilicet, designant terminū eius cui coniunguntur, sicut cum dico, Sede hic donec ueniam. Aliquando autem tenentur infinite, quando scilicet non ponitur terminus ut cum dicitur, Iste non pœnituit donec uixit, quia nec post mortem pœnituit. Sicut enim dicit Hieron. illud oportet designari de quo posset esse dubium. Illud autem, quod non est dubium relinquitur intelligenti. Dubium autem est de aliquo utrum in uita sua pœniteat, sed quòd non post mortem suam, nulli est dubium. Sic & in proposito, cum enim modo multi impugnent & blasphement Christum, uidetur dubium utrum modo sedeat, sed non est dubium, utrum sedeat: quando omnia subiecta erunt ei, & ideo non exprimitur illud. Consequenter ostendit quòd dignitas hæc angelis non conuenit, cum dicit, *Nonne oēs sunt administratorij spiritus, etc.* Vbi tria facit, quia primo ostendit ipsorum officium. Secundo executionem officij, ibi *In ministerium*, Tertio fructus executionis, ibi *Vt hæreditatem*, Dicit ergo. Nonne omnes, &c. Psal. 102. Ministri eius qui facitis voluntatem eius. Sed contra. Dan. 7. Milia milium ministrabant ei, &c. Vbi dicit Greg. Aliqui ministrant,

F alii sunt qui assistunt. Non ergo omnes ministrant. Respondeo, dicendum est quòd sicut videmus in artificibus quòd duplex est genus artificum (quidam enim sunt quasi manu exequentes vt manu artifices: alii autem non exequuntur nec operantur manu, sed sunt artifices disponentes, & quasi pręcipientes, quid agendum) ita & in angelis est, quia quidam sunt quasi exequentes ea, quæ a diuina iussione procedunt circa nos agenda, quidam vero quasi præceptores præcipientes ea, quæ agenda sunt. Accipiendo ergo largo modo administratores tam pro exequentibus, quàm etiam pro imperātibus, sic omnes sunt administratores vel administratorij in quantū superiores exequūtur Dei volūtatem circa medios, medij circa infimos, infimi circa nos. Sed si dicātur administratorij qui exequūtur, alij aūt q īmediate accipiūt a deo assistētes, sic quidā ministrāt, quidā assistunt & tradut ali:s. Assistētes igitur sunt qui immediate accipiūt illuminationes diuinas ab ipso Deo, vnde & nominibus relatis ad Deū nūcupātur sicut Seraphim. i. amātes Deū, Cherubim cognoscētes, Throni portātes. Ministrātes nō sunt qui ab istis accipiūt, & alij tradunt. Sed cōtra hoc esse videtur illud quod dicit Gregor. ꝙ assistere dicūtur, qui intima Dei contēplatione fruūtur. Cū ergo omnes Angeli videāt Deū per essentiā, ſm illud Mat. 18. Angeli eorū semper vidēt faciē patris mei: ergo videt ꝙ omnes sint assistentes. Respōdeo, dicēdū ꝙ quidā de primis studētibus in libris Dyonisij, volens saluare & dictū Apostoli & dictū Gregorij dixit ꝙ Angeli inferiores nō vidēt Deū per essentiā cū nō sint assistētes. Et iste fuit Iohan. Scotus, qui primo cōmentatus ē in libros Dyonisij. Sed hæc opinio heretica est, quia cū beatitudo perficiatur in visione Dei, sequeretur ꝙ Angeli inferiores nō uidentes Deum per essentiā nō essent beati. Est ēt dictū Domini dicentis. Mat. 18. Angeli eorū &c. Et ideo dicēdū ꝙ omnes vident Deū per essentiā, nō tamē omnes assistunt. Ad cuius euidentiā sciendū est, ꝙ sicut Deus cognoscendo essentiā suā, etiā seipsum cognoscit & omnia alia a se, ita & Angeli vidētes Dei essentiā & ipsam cognoscūt & res omnes in ipso, in qua quidē visione, iō solū sunt beati: quia Deū vident, non ideo quia res in ipso cognoscunt. Vnde Augustinus in libro confessionum, Beatus qui te videt etiam si illa non videat. Qui autē te & illa cognoscit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. Visio autem qua Deum vident per essentiam, est omnibus beatis cōmunis. In visione autem qua res cognoscūt in Deo, vnus Angelorum præeminet alij, nam superiores, vtpote altioris naturæ & intellectus, plura vident in deo quàm medij, & medij quàm infimi. Vnde isti vident omnia, quæ ad eorū officium pertinent, & quæ sunt exequenda per alios, quæ non ita perfecte vident inferiores, & ideo alijs exequēda tradunt & propter hoc isti solum assistunt, & tamen omnes vident deum, & in huius signū dicit Dionisius, quòd quibusdam angelis quærentibus, ipse Deus immediate respondet, sicut Esay. Quis est iste qui venit de Edom, & respondet ipse. Ego qui loquor iustitiam. Quibusdam vero respōdet per Angelos, sicut illud. Psalm. 23. Quis est iste rex glorie? Respondent Angeli & non deus, & dicunt. Dominus virtutū ipse est rex gloriæ, sic ergo patet angelorum officium. Sed contra hoc est, quia hic tangitur executio officij cum dicit *In ministerium missi*, ergo videtur per hoc, quòd omnes exequantur. Psalm. 33. Immittit angelus domini in circuitu eius &c. & Esa. 6. Volauit ad me vnus de seraphim, qui sunt i supremo ordine. ergo si illi mittuntur, multo fortius alij. Sed contra hoc est Dionisius, qui dicit quòd accepit ab Apostolo, quòd soli inferiores mittuntur & non superiores. Respondeo, quidam dicunt ꝙ superiores mittūtur & exierunt aliquando ali- K quibus causis subortis ad exteriora, sed videtur mihi ꝙ superiores quatuor, s. seraphim, cherubim, throni, et dominationes numquàm mittūtur, sed inferiores mittūtur, quod patet ex eorū nominibus. Virtutes enim mittuntur, ad mirabilia faciēda. potestates ad arcendum potestates aereas. Principatus ad gubernandum communitatē vel regnum, & sic de alijs. Dominationes autem dicuntur, quia ordinant omnia hæc inferiora. Alij autē tres ordines accipiūt nomina ex operatione, quā immediate exercent circa deum, & illā dispensant in alios. Quod ergo dicit, missi. Dicendum est ꝙ duplex est missio. Vna quæ motum localē importat, & sic mittuntur solū inferiores. Alia est missio, quæ fit per applicationem & directionem noui effectus in creatura, & sic mittuntur filius & Spiritussanctus, & hoc modo mittuntur superiores, quia virtus eorū immittitur in

in inferiores, immittenda alijs. Et quod dicit, uolauit, &c. Di- A cendum quòd inferiores utuntur nominibus illorum, quorū uirtute & authoritate agūt, & eis attribuūt operationes suas. Et quia ille inferior officium suum exequebatur in uirtute seraphim, ideo uocatꝰ ē nomine seraphim, nō ꝙ eēt natura seraphim. Deinde subiungit fructum officii cum dicit. *Qui hæreditatem capiunt salutis.* Et licet omnes sint uocati, nō tamen omnes capiunt hęreditatem. Qui ergo capiunt, illi percipiunt fructum missionis.

CAP. II. LEC. I.

PROPTEREA abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte perefluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tam neglexerimus salutem? Quæ cum initiū accepisset enarrandi per Dominum, ab eis qui

Hierem. 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Vel rursus cum dicit. *Propter eos qui hæreditatem &c.* ponitur executionis fructus, qui est ut homines hæreditatem B capiant salutis. Propter hoc enim est totus ordo actionis circa nos, ut compleatur numerus electorum. Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te &cæt. Et dicit. *Propter eos*. non propter omnes, quia licet omnes sint vocati, pauci tamen sunt electi, ut dicitur Matth. 24. Et dicit. *Hæreditatem*. quia ad ipsam soli filij perueniunt, Quòd si filij & hæredes. Dicit vero. *Capiunt*. quia oportet quòd labore, & studio, & solicitudine acquirāt regnum Dei. Matth. 11. Regnum cœlorum uim patitur. Illi ergo capient, qui student in se dominicas illuminationes & inspirationes immissas per Angelos bonos custodire, & effectui demandare, alias, dicetur eis, quod dicitur Hier. 41. Curauimus Babilonem, & non est sanata.

LECTIO PRIMA,

SVPRA ostendit Apostolus multipliciter eminentiam Christi ad angelos, hic ex hoc concludit, quòd magis obediendū est doctrinæ Christi, scilicet nouo testamento, quàm ueteri testamento. Et circa hoc tria facit. Primo enim ponit conclusionem intentam. Secundo inducit rationem ad conclusionem intentam. Tertio confirmat consequentiam rationis. Primum in principio. Secundum, ibi. *Si enim qui per angelos*. Tertium, ibi. *Non enim angelis*. Circa primum sciendum est, quòd Exodi. 23. Datis præceptis legis iudicialibus & moralibus, subiungit, Ecce ego mitto angelum meum. &c. Et sequitur, Obserua igitur, & audi uocem eius, &c. Si igitur mandatum angeli, per quem lex data est seruaretur, introitus disponeretur ad patriā: vnde & Matth. 19. dictum est. Si uis ad uitā ingredi, serua mādata. Oportet ergo seruare mandata illa legis, ergo oportet magis obedire mandatis eius, qui maior est angelis, per quos lex data est. Et hoc est quod dicit. *Propterea abundantius obseruare* D *oportet ea, quæ audiuimus.* Abdię. 1. Auditum audiuimus a dño. Abac. 3. Dñe audiui auditū tuum, & timui. Oportet ergo obseruare abundantius. Et dicit abundantius propter tria, primo propter dicentis authoritatem, quia iste creator & filius Dei, & ille creatura & Dei minister. Actu. 10. Obedire oportet magis Deo quàm hominibus, & etiā angelis. Secūdo propter dictorū utilitatem, quia sunt uerba uitæ æternę Io. 6. Domine ad quē ibimus? Verba uitæ habes, &c. illa, bonorum temporalium. Esa. 2. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. Tertio pp obseruantiæ suauitatem, quia hæc sunt suauia. 1. Io. 1. Mādata eius grauia non sunt, & Matth. 11. Iugum meum suaue est, &c. illa grauia. Act. 9. Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Secundo ostendit idem ex periculo imminente cum dicit. *Ne forte perefluamus*. idest æternaliter damnemur. Vbi sciēdum est, quòd aliquis fluit per pęnas corporales. 2. Re. 14. Quasi aquæ dilabimur super terrā; effluit per E culpā, sed superefluit corporaliter per damnationem æternā, quia nec testa remanet Esa. 30. Comminuetur sicut cōminuitur lagena figuli contritione perualida, nec inuenietur de fragmentis eius testa. Consequenter inducit rationē adhoc, quæ continet unā conditionalē continentem cōparationē noui & ueteris testamenti. In antecedenti ponitur conditio ueteris testamenti. In consequenti conditio noui testamenti. Circa uetus autem tria ponit. s. legis authoritatem: secundo firmitatē ueritatis, ibi. *Qui factus est firmus*. Tertio necessitatem obseruādi, ibi. *Et omnis præuaricatio*. Primo ponit authoritatē, quia non humana rōne data est lex, sed per angelos. Gal. 3. Ordinata per angelos, &c. Actu. 7. Hic Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, &c. Nec hoc est mirum, quia ut probat Diony. reuelationes diuinarū

illuminationū, ad nos perueniunt mediātibus angelis. Firmitatē uero ueritatis ostēdit, cū dicit. *Qui factus est firmus*, quia oē quod fuit prænunciatum in lege ueteri, totum impletū est Matth. 5. Iota unū, aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant, & Prou. 12. Labiū ueritatis, firmū erit in perpetuū, & Psalm. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Factus est ergo firmus, quia non fuit irritatus. Necessitatē ostendit qua puniuntur præuaricantes. Vnde dicit. *Et omnis præuaricatio & inobedientia, &c.* Vbi ponit unū quod respondet duplici culpæ. s. peccato omissionis & transgressionis. Primum respondet præceptis affirmatiuis, aliud negatiuis. Primum notatur nomine inobedientię. Sed numquid inobedientia est peccatum generale? Et videtur ꝙ sic, per hoc quod dicitur hic. Ad quod dicendū est ꝙ peccatum dicitur esse speciale ex intentione specialis finis. Vnde qn̄ aliquis non seruat præceptū hac intentione, ut contēnat præceptū, sic est speciale peccatū, sed qn̄ ex aliqua causa, puta qn̄ ex concupiscentia, tunc est conditio consequens peccatū, nō tamen speciale peccatum. Aliud autē uocatur præuaricatio. Psal. 118. Præuaricantes reputaui, &c. Item aliud ponit ex parte pœnę, cum dicit. *Accepit iustam mercedis retributionem*. Retributio. n. respicit quantitatem culpæ, ut qui magis peccauit, magis puniatur. Merces uero respicit qualitatem, vt qui igne libidinis peccauerit, igne crucietur. Accipiet ergo mercedē bonam pro bonis, & malam pro malis. Et sic merces accipitur in bonum & in malum, inquantum importat iustitiam distribuēdi. Iustum dicit propter æqualitatem pœnæ, ut. s. secūdum mē- C suram peccati, sit plagarum modus. De pęnis autē habetur Leuit, 26. & Deut. 28. Glo. dicit, Iustam, ne putetur perire iustitia propter misericordiam. Consequenter cum dicit. *Quomodo nos effugiemus, &c.* Ponit consequens suæ conditionalis, in quo describit conditionem noui testamenti vbi tria facit. Primo. n. ostendit necessitatem obseruandi. Secundo originem noui testamenti. Tertio firmitatem ueritatis ipsius. Secundū ibi. *Quæ cum initium accepisset*. Tertiū, ibi. *Contestante Deo*. Dicit ergo, Si sermo factus per angelos punit pręuaricatores & inobedientes, quomodo nos effugiemus, &c. In quo denotat periculum quod imminet non obseruantibus. Supra autem uetus testamentum uocauit salutem. Cuius ratio est, quia sermo ordinatur ad cognitionem tantum, hoc enim facit uetus testamentū quia per ipsum est cognitio peccati. Ro. 3. Per legem cognitio peccati. Item cognitio Dei. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Et alibi. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. Non tamen conferebat gratiam, sed in nouo testamento confertur gratia. Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, quæ ducit ad salutem æternam. Io. 6. Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum uehementer. Item, commendat ipsum ex quantitate. Et dicit. *Tantam*. i. ualde magnam. Et certe ualde magna est, si cōsideres a quibus periculis liberat, quia nō solū liberat a periculis mortis corporalis, sed etiā spiritualis. Matth. 1. Ipse. n. saluū faciet populum suū a peccatis eorū. Item magna est, quia est uniuersalis. i. nō unius populi tantū, nec ab uno periculo, sed est omniū hominū & ab hostibus omnibus. 1. Tim. 4. Qui est saluator omniū, maxime aūt fideliū. Luc. 1. Sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, &c. Itē magna est, quia æterna. Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute sempiterna. Et ideo non est negligenda, sed debemus esse soliciti ad obtinendū eā. Iudic. 18. Vidimus terrā ualde opulentā & uberē. Et sequitur, Nolite negligere, nolite cessare, &c. Et vere nō debemus negligere, quia si negligētes fuerimus, puniemur, non tantū perdendo bonū. sed etiam incurremus malum. s. æternæ dānationis, quod effugere nō poterimus. Ideo dicit *Quomodo nos effugiemus?* Mat. 3. Quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira? Iob. 11. Effugiū peribit ab eis. Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Originem doctrinæ noui testamenti ostendit, cum dicit. *Quæ cum initium accepisset, &c.* Vbi ponit duplicem eius originem. Prima fuit non per angelos, sed per ipsum Christū, supra. 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et iō dicit *Quæ cum accepisset initium enarrandi per dominum*, quia hēt duplex initiū. Vnū simpliciter, & illud est ab æterno, & hoc est per ipsum verbū. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. Aliud est initiū enarrationis, & istud fuit in tpe per verbū incarnatū. Secunda origo, fuit p apostolos qui audierunt a Christo. Vnde dicit. *Ab eis qui*

audierunt, idest per ipsorum prædicationem. 1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio quod vidimus & audiuim⁹, &c. Luc. 1. Sicut narrauerunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Firmitatem deinde eius ponit, quę maior ē quam firmitas veteris testamēti quod ostendit ex testimonio dei qui mentiri non potest. Vnde dicit, *Confirmata est deo cō testante, &c.* Sciendum est autem ꝙ testimoniū est per loquelam: loquela est signū sensibile. Deus autem duplici signo sensibili cōtestatus est, scilicet miraculis, & donis spiritussancti. Quantum ad primum dicit quòd; *Confirmata est contestante deo signis*; quo ad minora miracula, vt sanatio claudi vel febris. De primo Act. 3. & 14. De secundo autem Act vlt. *Portentis*; quantū ad maiora, sicut suscitatio mortui. Act. 9. Thabita surge, &c. Dicitur autē portentum quasi porro vel procūl tensum, quod scilicet aliquid in longinquum demonstrat. 2. Paral. 32. In legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portento, quod scilicet tuerat sol retrogressus &c. Præcipuum vero portentum est, quòd deus factus est homo. Esa. 8. Ego & pueri mei quos mihi dedit deus in portentum, quòd. s. Ego sum homo, & quod pueri mei hoc crederēt. Mirum enim fuit quòd cor humanum hoc potuit credere. Dicit *Variis virtutibus.* vt signa & portenta referantur ad ea, quæ excedunt virtutem naturæ vt signum dicatur quod est præter & supra naturam, non tamen contra. Sed portentum est, quod est contra naturam vt partus virginis, suscitatio mortui. Sed virtus referatur ad ea, quæ sunt secundum naturam quātum ad substantiam facti, sed non quantum ad modum fiendi, sicut sanatio febris, quod vtique possunt medici, licet non statim. Vel virtutes referantur ad virtutes mētis, quas dominus suis prædicatoribus dedit scilicet fides, spes, & charitas Sed quantum ad secundum scilicet quantum ad dona dicit *Et spiritussancti distributionibus.* Sed contra, vt dicitur Sap. 7. Spiritussanctus vnus est. Quomodo ergo distribuitur, Dicēdum est quòd non distribuitur secundum essentiam, sed inquantū dona eius distribuuntur. 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Omnes autem gratiæ attribuuntur Spirituisancto, quia dantur ex amore. Amor vero, appropriatur Spirituisancto. Grego. Certe spiritussanctus amor est. Vel distributionibus idest per distributiones, quæ fiunt a Spiritu sancto, quia alii datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii operatio miraculorum, alii prophetia, & sic de aliis. Et hoc totum non pro meritis, nec ex necessitate naturæ, sed per ipsius voluntatem. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, &c. & 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, &c. Matth. vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

audierunt, in nos confirmata est contestante deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritussancti distributionibus secundum suam uoluntatem.

LECTIO SECVNDA.

SVpra fecit Apostolus quandam comparationem ostendens esse maiorem necessitatem obseruandi præcepta Christi quam legis datæ per angelos: hic confirmat consequentiam, vbi duo facit. Primo enim confirmat dictam cōsequentiam, ostendens maiorem esse potestatem Christi quam angelorum. Secundo probat idem per authoritatem, ibi *Testatus est autem quidam.* Dicit ergo, quòd maiora supplicia sustinebunt, qui faciunt contra mandata Christi, quàm qui faciunt contra mādata angelorum, quia ipse Christus dominus est, & magis punitur qui peccat contra dominum, quam qui peccat contra seruos. Et quòd Christus sit dominus ostendit, quia nō subiecit deus orbem terræ futurum subiectum Christo, angelis. Et duo facit. Primo ostendit quia orbis non est subiectus angelis. Secundo ostendit de quo orbe intendit, ibi *De quo loquimur.* Orbis enim est subiectus angelis. Iob. 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sed contra. Dan. 10. Dicitur, Angelus princeps regni Græcorum & Persarum. Et Deu. 32. Constituit fines populorum iuxta numerum filiorum dei, secundum aliam literam. Et dicendum est, quod non est eis subiectus vice dominii, sed vicæ cuiusdam ministerii. Tota enim creatura corporalis ministratur per angelos. Ps. 102. Ministri eius qui facitis, &c. supra. 1. Omnes ad ministratorii dicuntur. Vel non enim subiecit orbem terræ angelis, orbem dico futurum scilicet mūdum istum, qui dicitur futurus, quia in scriptura quandoq; dicitur futurū nō respectu nostri, sed respectu eius cui comparatur, sicut idē Apostolus dicit Ro. 5. de Adam respectu Christi, qui est forma futuri. Christus. n. non est futurus respectu sui, sed respectu Adę. Sic hic orbis futurus dicit nō respectu nostri sed respectu Christi, qui est ab æterno, cum orbis sit in tempore. Et quia Manichæi dicunt orbē subiectum malo deo, nō autem bono, ideo subdit: *De quo loquimur*, quia, non de alio, sed de isto. Vel quia supra. 1. dixerat, Ipsi peribunt. s. cœli & mutabuntur, quod sicut ibi dictū fuit, intelligitur quo ad statū, non quo ad substantiā: ita ꝙ duplex est status mundi. Vnus qui nunc est præsens, 2. Pet. 3. Cœli qui nunc sunt &c. eodē verbo repositi, sunt reseruati igni, &c. Et alius est futurus. In orbe autem isto, qui nunc est, nec omnia sunt ei subiecta, vt supra dictum est, & hoc per executionē potentiæ, licet subiecta sint per authoritatem: sed tūc in illo statu futuro erit ei orbis subiectus. Et Ideo subdit, de quo loquimur. Consequenter probat per authoritatē cū dicit. *Testatus est autem quidam.* Vbi tria facit. Primo enim commendat authoritatem testimonii inducendi. Secundo inducit testimonii veritatem, ibi *Quid est homo quòd memor es eius*, Tertio ex plicat sensum testimonii ibi *In eo enim quòd ei omnia:* Circa testimoniū vero ponit primo, ꝙ verba veteris testamenti sunt quędam testimonia Christi. Ioā. 5. Scrutamini scripturas &c. Et paulo post, Et illæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Et iō dicit, testatus est aūt. Secundo quia apud Iudæos erāt quædam scripturæ minus notæ, & quædā magis notæ, & ideo maioris dignitatis sunt scripturæ psalmorum, quibus ipsi vtebātur in omnibus sacrificiis suis. Et ideo dicit *In quodam loco*: noto, scilicet & manifesto. Tertio ponit authoritatem dicētis, scilicet Dauid, qui. s. fuit maximæ autoritatis. 2. Regum. 23. Dixit vir cui cōstitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel. Deinde inducit testimonium cū dicit *Quid est homo &c.* Vbi tria facit. Primo enim ponit misterium incarnationis. Secundo passionis, ibi *Minuisti eum paulominus ab angelis*: Tertio misterium exaltationis, ibi *Gloria et honore*: Circa primum duo tangit; primo causam incarnationis, secundo ipsam incarnationem ibi. Aut filius hominis. Causa autem incarnationis est memoria Dei de homine, & ideo dicit, Quid est homo, vt legatur despectiuæ. q. d. Homo valde modicum quid est respectu dei Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint sic coram eo & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei. Si enim aliquis diligit aliquem & dimittit eum diu in miseriis nec subuenit, videtur eius obliuisci. Deus autem humanū genus dilexit, & quia ipsum fecit ad imaginem suā, & quia in medio paradisi ipsum posuit. Sed post peccatum quia non statim ei subuenit, videtur eius fuisse oblitus. sed tunc videtur eius memor fuisse cum reparatorem misit. Psal. Memento nostri domine in beneplacito tuo, &c. Et ideo dicit, Quid est homo, &c. q. d. Si consideremus vtilitatem hominis, mirum est quòd memor es eius, qui tam vilis & paruus est: vilis inquam & paruus in natura, maxime quantum ad vilem substantiam. Gen. 1. Formauit Deus hominem de limo terræ. Esa. 64. Et nūc domine pater noster es tu, nos vero lutum &c. Vilis in culpa. Vnde Augu. super Ioan. Nihil fiunt homines cum peccāt. Abdiæ Ecce paruulum dedi te in gentibus cōtemptibilis tu es valde &c. Vilis & infirmus in pœna Iob. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore Amos. 7. Quis suscitabit Iacob. 5. prostratum, quia paruulus est. Secundo ponit ipsam incarnationem cum dicit *Filius hominis* vbi sciendum est, quòd in scriptura sacra Christus vocatur filius hominis, sicut patet Daniel. 7. Et in euangelio in multis locis, & huius ratio est, quia alij sunt filii hominum. Psal. Filii hominum usquequo graui corde. Sed Christus tantum filius est hominis, scilicet virginis beatæ. Et ipse a Deo visitatur. Aliquando visitatio in scriptura refertur ad beneficiū, sicut dicitur Genes. 21. Visitauit dominus Saram, &c. Quandoque autem ad pœnam Psal. Visitabo in virga iniquitates eorum. Hic autem refertur ad beneficium. *Visitas*, idest, excellentissimum beneficium ei confers, quia facis eum filium dei, ex hoc scilicet, quòd humanitas assumpta est a verbo in vnitatem suppositi. Vel hoc dicit propter plenitudinem Christi. Ioannis. primo, Plenum gratia, & veritate, &c. Vel referendum est vtrumque ad Christum, vt sit sensus, Memor es eius in incarnatione in qua humanitas assumpta est a Christo, sed visitas in resurrectione. Vel referendum est vtrumque ad humanum genus. Quilibet autem filius hominis est homo, non autem quilibet homo est filius hominis. Adam enim non fuit filius hominis. Dicitur ergo, Homo qui gerit imaginem hominis terreni, Adæ scilicet. Et iste homo dicitur peccator, sed filius hominis dicitur qui gerit imaginem hominis cœlestis scilicet Christi qui dicit filius hominis, primo Corit. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Homo ergo simpliciter dicitur peccator. Et quia iste longe est a deo (quia longe a peccatoribus salus) dicitur deus eius esse memor, sicut homo memoratur eius, quod longe est ab ipso. Sed cum de peccatore fit iustus, sic filius hominis visitatur per gratiam. Iob. 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meum, Consequēter ponit mysterium passionis, cum dicit; *Minuisti eum paulominus ab angelis*. Vbi sciendum est quòd ordine naturæ, corruptibilia ac passibilia minora sunt incorruptibilibus & impassibilibus. Angeli aūt secundum naturam sunt impassibiles & immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem & mortem sustinere, minoratus est ab ipsis, non ꝙ plenitudinem suam amiserit, vel in aliquo diminutus fuerit, sed paruitatem nostram sibi assumpsit. Et hoc significatum fuit. Luc. 22. Vbi dicit ꝙ apparuit illi angelus domini cōfortans eum, nō ꝙ indigeret ipso; sed vt ostenderet se minoratum ab ipsis per passionem. Dicit autem; *Paulominus* propter duo. Primo, quia omnis creatura corporea est modicū quid per comparationem ad rationalem, quia corporea comprehēditur certis limitibus quantitatis, non autem rationalis, sed semper plus potest in magis intelligibile: Christus aūt est minoratus ab angelis, nō quantum ad diuinitatem, nec quantū ad animam, sed solo corpore. Et sic dixit paulominus propter quantitatem. Secundo dicitur paulominus quantum ad durationem, quia modicum durauit. Esa. 54. in modico dereliqui te &c. Nec mirū est ꝙ in passibilitate corporis est minoratus ab Angelis, cum etiam in hoc sit minoratus ab homine secundum illud psalmistæ 21. Ego autem sum vermis & non homo & hoc propter turpitudinē mortis, de qua Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Si autem quod dictum est, Quid est homo &c. vtrumque referatur ad hominem, sic homo dicitur minoratus ab angelis tripliciter, primo quantum ad cognitionem, sed paulo minus, quia non quantum ad cognitionis genus, quia & homo & angelus communicant in vno genere cognitionis, sed quantum ad modum, quia excellentiori modo cognoscunt angeli q̄ homines. Secundo vero, quo ad corpus, quia licet angelus & anima sint vnius naturæ scilicet intellectualis, anima tā vnitur corpori, sed etiam in hoc modicum, quia non tollitur dignitas animę per huiusmodi vnionem, sed aliquo modo aggrauatur & impeditur ab altiori contēplatione. Sap. 9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Tertio, quātum ad dona, & hoc paulominus, non quantum ad dona gratuita. Matth. 22. erūt sicut Angeli dei in cælis, sed quātum ad naturalia. Deinde cum dicit; *Gloria & honore &c.* Ostēdit misterium exaltationis. Vbi tria facit. primo, ostendit eius gloriam, Secundo, honorem, ibi; *Et honore etc.* Tertio, potestatem ibi; *Constituisti eum etc.* Apocal. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriā & benedictionem in omnem creaturam &c. Dicit ergo primo; *Coronasti eum gloria*, idest claritate. Gloriam. n. claritatem importat. Christus aūt duplici gloria coronatus est, s. claritate corporis. Ad Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Ista claritas sibi promittitur. Ioan. 12. Et clarificaui, animam, scilicet implendo splendoribus gratiæ, & iterum clarificabo, scilicet corpus immortalitatis gloria. Alia claritas est in confessione omnium populorum. Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur. Psa. 20. Gloriam & magnum decorem impones super eum. Consequenter ostendit eius honorem, cum dicit; *Et honore etc.* Differt autem honor a gloria, sicut effectus a causa. est enim honor reuerentia exhibita in testimonium excellentiæ, vnde est testificatio bonitatis eius. Honor ille est, vt omnis creatura reuereatur ipsum sicut & patrem. Ioann. 5. Vt omnes honorificēt filiū sicut & patrem. Et dicit; *Coronasti*, scilicet in signum victoriæ, quia corona datur vincenti: primæ. Corinthio. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant &c. secundæ Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: Christus autem per certamen passionis meruit hanc gloriam & honorem. Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortē: & seqūtur, Propter quod & deus exaltauit illū &c. ista autem prout conueniunt Christo inquantum deus est, non sunt præminm, sed magis illi naturalia, sed inquantum homo est, sunt præmium victoriæ passionis, eius. Sed potestatem eius ostendit, primo quantum ad authoritatem eius. Secundo quantum ad effectum, ibi. *Omnia subiecisti etc.* Quātū ad primum dicit. *Constituisti.* quod potest tripliciter intelligi. Vno modo quòd constitutus est super omnia loca & hoc in ascensione. Ephe. 4. Ascēdit super omnes cœlos ut adimpleret omnia. Secundo dignitate. Ephe. 1. Cōstituēs eum ad dexteram suam super omnem principatum & potestatem, &c. Tertio potestate, quia super omnem creaturam. Matth. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cœlo, &c. Sed Christus inquantum Deus non est constitutus, sed natus, sed constitutus est inquantum homo. supra. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum, &c. Effectus potestatis est, quia *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Vtitur autem propheta præterito pro futuro propter maiorem certitudinem. Iam enim factum est in æterna dei prædestinatione. Et dicit sub pedibus eius. i. humanitate, vel cūm omnimoda subiectione. Psal. 109. Donec ponem inimicos tuos, &c. vel *Sub pedibus eius*: idest sub humanitate eius, sicut enim per caput Christi intelligitur Deus. 1. Cor. 11. ita etiam per pedes Christi intelligitur humanitas eius. Psal. Adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius. Si vero exponatur hoc sic, homo dicitur coronatus gloria quātum ad cognitionem intellectualem, qua præeminet cæteris animalibus. 1. Cor. 11. Vir quidem gloria & imago Dei est &c. Iob. 34. Qui docet nos super iumenta terræ. Item honore, in quantum ipse solus super omnia animalia est dominus suorum actuum, & non subijcitur necessitati rerum mutabilium quantum ad animam, cum sit liberi arbitrij. Item potestate, quia constituisti eum super omnia opera. vno modo vt per ly omnia intelligantur omnes creaturæ, quæ sunt infra hominem. Gen. 1. Præsit piscibus maris & volatilibus cæli &c. Alio modo vt ly omnia, supponat pro tota vniuersitate creaturæ, quia etiam cęlestia corpora & angeli deseruiunt homini. Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te vt custodiant te: &c. Consequenter cum dicit. *In eo enim, &c.* Exponit sensum testimonij. Vbi Apostolus duo facit Primo. n. exponit quantū ad eius sublimitātem. Secundo quantū ad minorationem, ibi *Enm autem qui modico.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit qualiter dictum prophetæ sit intelligendum. Secundo ostendit illud nondum esse impletum, ibi *Nunc autem.* Cū ergo dicit *In eo enim quòd ei subiecit.* Ostendit qualiter sit intelligendū, quia enim scriptura dicit omnia subiecta esse Christo *Nihil dimisit non subiectum ei.* Vnde ly omnia, non est distributio accommoda ad aliqua genera, sed absolute ad omnia, quia omnia generaliter ei & vniuersaliter subiecta sunt. Verū est præter eum qui subiecit sibi omnia, vt dicitur. 1. Cor. 15. sicut dicitur, Cœlum tegit omnia. Verum alia a se. Sed tunc arguit sic Arriūs. Pater omnia subiecit filio. ergo filius minor est ipso patre. Respondeo dicendum est, quod verum est quòd pater omnia subiecit filio secundum naturam humanam in qua minor est patre. Ioann. 14. Pater maior me est, sed secundum natuam diuinam ipse Christūs subiecit sibi omnia. Consequēter cū dicit. *Nunc aūt necdū uidemus oīa subiecta ei.* Ostēdit hoc nondum esse impletum, quia infideles peccatores & dæmones nondum sunt ei subiecti. Ro. 10. Sed non omnes obediunt Euangelio. Exo. 10. Vsquequo non uis mihi subiici, &c. Et sic peccatores nō sunt subiecti Christo, per rebellionem voluntatis, sed per potentiam omnes subijciuntur ei, modo quātum ad authoritatem, sed in futuro omnes quantum ad executionem. Vnde hæc est expositio eius quod supra dixit, orbem terræ futurum.

ON enim angelis subiecit de⁹ orbem terræ futurū de loquimur. Testat⁹ eo enim ꝙ omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectū ei. Nunc autē, necdū videmus oīa subiecta ei.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus volens probare excellentiam Christi super angelos induxit authoritatem prophetæ in qua aliquid erat quod pertinet ad Christi dignitatem, sicut illud, Omnia subiecisti, &c. Et ipse illud exposuit. Aliquid autem quod pertinet ad eius passionem, scilicet minuisti eum, &c. Istud autem videtur repugnare suo principali intento, quo scilicet, intendit Christum præferre angelis. Et ideo hoc in parte ista diffuse exponit. Vbi duo facit, quia primo ostendit secundum quid sit ista minoratio intelligenda, quia scilicet, secundum passionem: secundo agit de conuenientia passionis, ibi. *Decebat enim.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit illud, quod est dictum. Secundo describit ipsam passionem, ibi

VM autem qui modico quàm angeli, minoratus est, uidem⁹ Iesū propter

Vt gratia Dei. Dicit ergo, *Eum autem &c.* Continuetur sic, ita dictũ est quid est hõ &c. Gloria & honore &c. Omnia subiecisti &c. Minuisti eũ &c. Et hæc propheta de Christo prædixit, sed iam multa de itis uidemus impleta. Pro certo ergo tenemus quòd quæ restant sunt implenda, scilicet, quòd omnia subijcientur ei &c. *Greg.* Præteritorum exhibitio, futurorũ est certitudo. Et potest si cõstrui. *Nos eum, qui modico quàm angeli minoratus est, uidemus esse Iesum.* nec solum hoc sed *Gloria & honore coronatum propter passionem mortis.* quæ fuit causa illius exaltationis. Phili. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. *Et dicit mortis.* quia non qualemcumque passionem sustinuit, sed acerrimam & turpissimam. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Vel aliter. *Nos uidemus Iesum.* Et quasi quæreretur ab ipso quem diceret: ideo respondens dicit, scilicet eum qui per passionem mortis modico minoratus est quàm angeli, cum gloria & honore coronatum. q. d. Hæc minoratio non est intelligẽda in Christo nisi propter passionem mortis. Nec est mirum, quia quantum ad hoc non solum angelis sed etiam hominibus est minor. Esa. 53. Desiderauimus eum nouissimum uirorum &c. Dicit autem Glo. & est Augustini contra Maximum, quòd Christus non est minoratus ab angelis propter conditionem naturæ humanæ, sed propter passionẽ. Natura enim mentis humanæ. quã Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius quàm sola trinitas. Minor ergo angelis corpore, quia passio est secundum corpus, quod videtur esse contra Diony. qui dicit. 4. ca. angelicæ Hierarchiæ, quòd angeli naturali participatione luminis maiores sunt quàm homines. Et dicendum est, quòd de natura mentis humanæ & angelicæ dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum naturalia sola, & sic natura angelorum excellentior est & nobilior, quàm natura mẽtis humanæ, quia angelus accipit cognitionem diuinæ veritatis in quadam excellentia & plenitudine intellectualis luminis, sed homo ex creaturis. Alio modo possumus accipere naturã utriusque sine peccato, in ordine ad beatitudinẽ obtinendã, & sic sunt æquales. Luc. 20. Erũt sicut angeli in cœlo: Christus tamen quantum ad excellentiam gratiæ, secundum mentem humanam maior est angelis. Ista igitur minoratio non est secundum naturam diuinitatis, nec absolute secundum naturã humanam, nisi inquantum passus est secundum illam. Possumus autem dicere quòd Christus triplici gloria fuit coronatus, scilicet gloria sanctificationis, quam habuit in primo instanti suæ conceptionis. Item gloria diuinæ fruitionis, quia ab ipso instanti suæ conceptionis fuit comprehensor. Item gloria impassibilitatis, quam meruit post passionẽ: Deinde cũ dicit *Vt gratia Dei.* Describit ipsam passionẽ, & describit eam tripliciter. Primo ex causa, cum dicit. *Vt gratia Dei.* Secundo ex utilitate, cum dicit. *Pro omnibus.* Tertio ex modo, cum dicit. *Gustaret.* Causa enim fuit sola gratia Dei. Vnde continuatur sic, Videmus Iesum, qui minoratus est ex hoc: *Vt gratia dei &c.* Ex ipsa enim factum est, quòd filium suum unigenitum dedit. Ioann. 3. Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret. Rom. 5. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores &c. Vel secundum quòd dicit glossa. Augustini, ut gratia. idest ipse Christus qui est gratia Dei. Et sic gratia est nominatiui casus. Dicitur autem Christus gratia, quia author est gratiæ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel quia est gratis datus. Esa. 9. Filius datus est nobis. ut sit sensus, quòd ipse minoratus est, vt ipse qui gratia dei &c. Vtraque positio est secundum gloss. *Pro omnibus*, ecce utilitas. Pro omnibus autem dupliciter potest intelligi. Vel vt sit distributio accommoda scilicet, pro omnibus prædestinatis, pro istis etiam tantum habet efficaciam. Vel absolute pro omnibus, quantũ ad sufficientiam. Sufficiens enim quantum ad se omnibus est. 1. Tim. 4. Qui est saluator omnium, maxime autem fidelium. Chrysostom⁹. Pro omnib⁹ hominibus generaliter mortuus ẽ, quia omnibus pretium sufficit. Et si omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit. *Gustaret.* ecce modus. Gustat enim qui non multum comedit nec bibit. Quia ergo Christus non perseuerauit in morte, sed statim surrexit, ideo gustauit. Psalm. 109. De torrente in via bibit &c. Viator festinat. Item gustus est descretiuus saporis. Vnde qui gustat, magis discernit, quàm qui bibitut designet ꝙ mortem & dolorem sensit, & sic mors non fuit fantastica, ut dicit Manicheus & Apollinaris, ideo dicit, gustauit. Tren. 1. O vos oẽs, qui transitis per viã &c. Modus vero ponitur cum dicitur. *Gustaret.* Simile habetur Matt. 26. Pater, si possibile est transeat a me calix iste, & hoc propter tres rationes, Primo propter mortis amaritudinẽ exprimendam, cuius experientia est per gustum. Tren. 1. O uos omnes, qui transitis per uiam. Esa. 24. Amara erit potio bibentibus eam. Secundo, quia sicut gustare uel non gustare est in potestate gustantis, sic & passio Christi fuit uoluntaria. Io. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Tertio, quia gustare est parum sumere, Christus autem parum perseuerauit in morte. secundum illud Psalm. 15. Non derelinques animam meam in inferno, &cætera.

Deinde cum dicit. *Decebat enim eum &c.* Ostendit conuenientiã ex utilitate. Deus enim pater est, qui fuit causa mortis, Ipse enim est. *Per quem omnia*, scilicet per causam efficientem, & propter quem omnia, sicut per causam finalem. Propter ipsum. n. sunt omnia, quia propter bonitatem suam communicandam. & hæc fuit causa mouens ad producendum res, & ita finaliter sunt omnia ꝓpter Deũ. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sunt etiam effectiue per ipsum. Psalm. 145. Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Est ergo omnium principium, & finis. Apoc. 1. Ego sum alpha & o, principium & finis. Roma. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Decebat ergo ipsum, quia actor est omnium, omnibus prouidere. Sapien. 6. Aequaliter illi cura est de omnibus. Secundo conueniens fuit ex parte causæ, quę vt dictum est, fuit gratia dei, gratia vero ordinatur ad gloriã. Ro. 6. Gratia Dei uita æterna, Deus autem ab æterno prædestinauit, quos debet adducere in gloriam. Et isti sunt omnes illi, qui sunt participes filiationis filii eius, quia si filij, & hæredes. Ro. 8. Et ideo dicit. *Qui multos filios in glo. ad.* q. d. Ipse habet unũ filiũ perfectũ naturaliter. Mar. 12. Adhuc ergo habens filiũ vnũ charissimum &c. Qui est naturaliter splendor gloriæ: supra. 1. Alii autem sunt adoptiui, & ideo adducendi sunt in gloriam. Vnde dicit. *Qui adduxerat.* idest adducendos præordinauerat. Et quid decebat eum? Hoc scilicet, quòd ipse est qui est actor salũtis eorum &c. Salus ista in duobus consistit scilicet, quòd fiant filij, & quòd inducant in hæreditatem. Quòd autem sint filii, habent per filium naturalẽ. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Rom. 8. Gloriam autem & hæreditatem non consequuntur nisi per eum, cuius natura liter est hæreditas, qui est splendor gloriæ: quia ergo per filium consequimur ista duo, ideo ipse conueniente dicitur auctor salutis Mat. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum infra. 12. Aspicientes in auctorẽ fidei, & consummatorem Iesum. Decebat ergo quòd pater actorem salutis mitteret, scilicet filium. ut expositum est, qui multos filios adduxerat per ipsum in gloriam. & sic patet conuenientia ex parte causæ: *Per passionem consummari*, idest per fidem. Ipse enim inquantum est filius naturalis, est totaliter perfectus, sed quia in passione minoratus fuit, debuit per meritum passionis perfici. Ex ista ergo consummatione, patet conuenientia modi, de quo dixerat, ꝙ gustauit. Tãtum enim gustauit mortem, quia non accepit eã, nisi ut per meritum passionis consummaretur. Ipsa enim eius consummatio est eius glorificatio. Luc. vltimo, Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Gustauit etiam, quia cũ ipse adduxerit filios in gloriã, sicut medic⁹ gustat medicinã ne infirmus abhorreat, sed vt securius bibat, ita ipse gustauit mortem, ut quia sine morte ingrediente necessitate non est salus, nullus mortem refugiat. Consequẽter, cum dicit. *Qui enim sanctificat.* Probat quod dixerat. Vbi duo facit, quia primo probat propositũ suum ex parte patris consummantis. Secundo ex parte Christi consummati, ibi. *Quia ergo pueri.* Adhuc circa primum duo facit, quia primo proponit intentum. Secundo probat per authoritatem, ibi. *Propter quam causam.* Dicit ergo. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificãtur ex uno omnes.* Sciẽdum est autẽ, quòd supra Apostolus tria dixerat. Primo, quòd Christus est causa salutis, in quo ostendit nos dependere ab ipso, sicut a Saluatore. Secundo ostendit, quòd pater est consummator ipsius Christi per meritum passionis, & in hoc Christus dependet a patre. Tertio, quòd pater nos adducit in gloriam, in quo etiam nos dependere a Deo ostendit, & secundum hoc, Apostolus hic tria facit. Primo enim ostendit quòd dependemus a Christo. Sanctificatus enim dependet a sanctificato, Christus autem est sanctificans. infra. 13. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem &c. Bene ergo dictũ est, quòd quia est actor, & sanctificator, dependemus ab ipso, ipse vero a parte, a quo habet quòd sanctificet quod est secundum. Sed omnes, ipse scilicet, qui sanctificat nos, qui sanctificamur, ex uno scilicet, ex patre. quod est tertium. Romanorũ 8. Hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Consequenter ista tria probat per tres authoritates. Et primo ꝙ Christus tanquam mediator & actor salutis ea, quæ dei sunt in nos refert. Vnde dicit, *Propter quam causam.* quia scilicet, nos & ipse ex patre dependemus & sumus ex uno Deo patre. *Non confunditur eos uocare fratres.* quia scilicet, ex eodem patre. Malac. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ideo dicitur in Psal. 21. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et Io. 2. Vade ad fratres meos. Sed nota quòd dicit, Non confunditur &c. Quia aliqui de vili plebe nati, si promouentur, confunduntur cognoscere consanguineos suos. Prouerb. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Non sic autem Christus, sed dicit. *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Ioan. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris &c. Istius annuntiationis ostendit fructum, cum dicit. *In medio ecclesiæ laudabo te.* quasi dicat, per hoc congregatur tibi magna Ecclesia, in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio, quia sicut columna in medio domus ipsã sustẽtat, lucerna in medio domus illuminat, cor in medio corpus viuificat, ita Christus in medio Ecclesiæ. Item in medio quia non ad unum populum tantum, sicut Moyses missus fuit. Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus, sed ad salutem totius mundi. Psa. 73. Operatus es salutem in medio terræ, & ideo dicitur Luc. vltimo. Stetit Iesus in medio discipulorũ. Sciendum est circa hoc, quòd ante legem consuetudo erat, quòd omnes primogeniti erant sacerdotes & hoc pertinebat ad ius primogenituræ. Christus autem est frater sicut primogenitus, & ideo est sacerdos. Sacerdos autem populum sanctificans, medius est inter Deum & populum. Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui. Et ideo pertinet ad ipsum nunciare quæ Dei sunt ad populum. Secundo, quæ populi sunt, referre in Deum, primum facit dicendo, & ideo dicit. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, idest, ducam eos in notitiam tui, & hoc est sanctificare eos. Ioan. 14. Sanctifica eos in ueritate &c. Secundum faciendo, dum facit homines ex affectu in Deum, prorumpere in laudem Dei, & ideo dicit, in medio ecclesiæ. Deinde cum dicit. *Et iterum, &c.* Ostendit quòd ipse Christus dependet ex patre per hoc quod dicit. *Ego ero fidens in eum.* Hoc secundum Hieronymum habetur. Esa. 8. Vbi nos habemus. Expectabo dominum, qui abscondit faciem suam a domo Iacob &c. Sed Esa. 12. expresse habetur. Fiducialiter agam, & non timebo. Ego ero fidens in ipso pro gloria capitis & membrorum, quod supra dixit consumationem. Psal. 30. In te domnie speraui. Ostendit autem quam spem habet, quia non quamcumque, sed firmam, quæ dicitur fiducia. Spes enim & si non sit de impossibili, tamen habet timorem coniunctum quandoque, & tunc proprie dicitur spes. Spes quando est firma & sine timore, & tunc proprie dicitur fiducia. et istam habuit Christus. Dicit ergo. Fidens ero in eum, idest habebo fiduciam in adiutorio eius, scilicet patris pro gloria corporis quod resuscitabit, & membrorum & animæ. Psal. 30. In te domine speraui &c. Hiere. 24. Beatus vir qui confidit in domino. Sed contra, sancti dicunt, quòd in Christo, nec fides nec spes est, sed sola charitas. Respondeo, dicendum, quòd aliud est species, aliud fiducia, nam spes est expectatio futuræ beatitudinis, & hæc non fuit in Christo, quia ab instanti suæ conceptionis beatus fuit. Fiducia autẽ est expectatio cuiuscunque auxilii, & secundum hoc fuit in Christo fiducia, inquantum secundum humanam naturã expectabat a patre auxiliũ in passione. Vnde scriibi inuenitur quòd Christus dicatur habere spem, non est intelligẽdum ratione principalis obiecti quod est beatitudo, sed ratione gloriæ resurrectionis, & gloriæ corpori collatæ. Deinde cum dicit. *Et iterum, &c.* Ostendit tertium scilicet, quòd refert nos in Deum, dicens. *Ecce ego.* Et habetur. Esa. 8. quasi dicat Relatus sum in Deum, ego, inquam, qui sum fidens. Et *similiter pueri mei* quos in Deum reduco, scilicet discipuli mei. Ioannis vltimo, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? *Quos dedit mihi Deus.* Ioannis. 17. Tui erant, & mihi eos dedisti. Isti dicuntur pueri propter puritatem. 1. Regum. 21. Si mundi sunt pueri & maxime a mulieribus, & paulo post ibidem sequitur, Fuerunt vasa puerorum sancta. Item propter simplicitatem. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Item propter humilitatem. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli &c. Item pp facilitatem ad bonum. Sinite paruulos uenire ad me, & ostendit quòd non solum ipse est a Deo, sed etiam pueri, unde subdit: *Quos dedit mihi dominus*, & sic uerum fit qd dixit. Qui sanctificat, & qui sãctificantur ex uno omnes, quia Ioann. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ.

LECTIO IIII.

VIA ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter

LECTIO QVARTA.

SVpra ostendit Apostolus cõuenientiam mortis Christi ex parte patris, mortem deponentis, hic ostendit idem ex parte ipsius Christi, mortem patientis. De Christo vero dixit quòd erat actor salutis fidelium, ideo hic intendit ostendere quomodo per passionem effectus est actor salutis eorum. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditionem naturæ, per quem mori potuit & pati. Secundo ostendit vtilitatem quam per mortem attulit, ibi *Vt per mortem.* Tertio probat quod proposuerat, ibi *Nusquam enim angelos*: Dicit ergo primo. Ita dixi, quòd ipse & pueri sunt ex vno omnes, & quod vocauit eos fratres, ergo conueniens fuit quòd esset eis similis, non tantum quia impartitur eis participationem naturæ diuinæ quod est ex dono gratiæ, sed etiam quia ipse naturam eorum assumsit. Vnde dicit. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem*; vbi notandum est, quòd nomine carnis & sanguinis, aliquando ipsa natura carnis, & sanguinis intelligitur. Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, vt sic per carnem intelligas corpus, secundum illud. Iob 20. Pelle & carnibus vestisti me, per sanguinem vero intelligas animam, non quòd anima sit ipse sanguis, sed quia non conseruatur in corpore sine sanguine. Aliquando uero per carnem & sanguinem: intelliguntur uitia carnis & sanguinis. Matt. 19. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Aliquando vero ipsa corruptibilitas carnis & sanguinis. 1. Corinth. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem. Sed hic non intelligitur de vitiis: Christus enim assumpsit naturam sine peccato, sed cum passibilitate, quia assumpsit carnem similem peccatrici. Roma. 8. In similitudinem carnis peccati. Ipse ergo communicauit vel pueris, vel etiam carni & sanguini. & totum similiter, quia scilicet, non carni fantasticæ vt dixit Manichæus: nec accidẽtaliter vt dixit Nestorius, sed veræ carni & sanguini, sicut & pueri, & in vnitate personæ Quod autem hic dicitur quòd Christus communicauit carni & sanguini, non est intelligendum secundũ quod dicunt vitia carnis & sanguinis, quia non assumpsit culpam nec commisit, sed secũdum quod dicunt ipsam substantiam carnis animatę, quia carnem & animam assumpsit. Item est intelligendum de passibilitate carnis, quia assumpsit naturam nostram passibilem, vt sit sensus: *Quia pueri.* idest fideles habuerunt naturam passibilem: *Et ipse.* scilicet, Christus participauit eisdem, uel pueris scilicet, in natura carnis & sanguinis, uel eisdem idest, carni & sanguini, non quidem fantasticæ ut deliirat Manicheus, nec accidentaliter ut fingit Nestorius, sed similiter scilicet, nobis idest, eo modo quo nos participam⁹, idest secundum rei ueritatem, scilicet personaliter & substãtialiter. Nos enim participamus eis in persona, & Christus etiam similiter assumpsit eã in unitatem personæ. Ioann. 1. Verbũm caro factum est. Potest etiam per carnem & sanguinem intelligi caro & sanguis Christi, secũdũ illud Io. 5. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, quibus pueri scilicet, Apostoli communicauerunt in cœna Matt. 26. & Christus similiter participauit eisdem scilicet, carni & sanguini, quia ipse similiter sumpsit, vt Chrisostomus expresse dicit super Matt. 26. Ipse (inquit) Christus bibit sanguinem suum. Vnde Luc. 22. Desiderio desideraui, &c. Consequenter ostendit utilitatem quam per mortem attulit, cum dicit: *Vt per mortem destrueret &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit utilitatem istam ex parte diaboli, qui tenebat. Secundo ex parte nostra, qui tenebamur, ibi. *Vt liberaret eos.* Dicit ergo, Ideo participauit carni & sanguini, idest assumpsit naturam in qua posset pati & mori, quod non poterat in diuina. *Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest diabolum.* Sed quomodo habet diabolus mortis dominium? hoc enim est solius Dei. 1. Reg. 2. Dominus uiuificat, & mortificat. & Deu. 32. Ego occidam, & ego uiuere fa-

refaciam. Respondeo, Dicendum est quòd aliter habet dominium mortis iudex, quia scilicet quasi mortem infligens, cum per mortem punit, aliter latro quasi scilicet mortem sibi ex demerito acquirens. Primo modo Deus habet mortis imperium Gene. 2. Quacumque die comederis ex eo morte morieris. Secundo modo diabolus qui suadendo homini peccatum, morti ipsum addixit, Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Dicit autem destrueret, non quantum ad substantiam quam habet incorruptibilem, non quantum ad malitiam, ut aliquando diabolus bonus fiat (vt dicit Origenes) sed quantum ad potestatis dominium. Ioannes 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Col. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Vna est ex parte Christi. Iustitiæ enim est vera ratio, ut uictor victum sibi subijciat. 2. Pet. 2. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Christus enim vicit diabolum. Apocalip. 5. Vicit leo de tribu Iuda. Et ideo iustum est diabolum sibi esse subiectum. Luca. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, &c. Alia ratio est ex parte diaboli, Iustitia enim exigit, quòd qui male utitur potestate sibi concessa, amittat eam. Diabolo autem data est permissiue in peccatores quos seduxit, sed non in bonos. Quia ergo hanc extendere præsumpsit, etiam in ipso Christo, qui peccatum non fecit, Ioannes. 14. Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam, ideo meruit illam perdere. Tertia ratio est ex parte nostri, quia iustum est, quòd victus sit seruus victoris ut dictum est. Homo autem per peccatum seruus erat diaboli. Ioann. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, & ita subiectus diabolo, & obnoxius peccato. Christus autem soluit pretium pro peccato nostro. Psalm. Quæ non rapui tunc exoluebam. Sublata ergo causa seruitutis, scilicet peccato, per Christum est homo liberatus. Sciendum est autem, quòd nulla alia satisfactio fuit conueniens. Homo enim erat debitor, unus autem bene potest satisfacere pro alio ex charitate. Nullus autem pro tota humana natura, quia non habet potestatem super illam. Nec etiam ipsum humanum genus sufficienter poterat satisfacere, quia totum erat peccato obnoxium. Nec etiam angelus quia ista satisfactio est ad gloriam, quæ excedit facultatem naturæ angeli. Oportuit ergo esse hominem qui deberet satisfacere, & Deum qui solus habet potestatem super totum humanũ genus, qui posset pro toto humano genere satisfacere. Per mortem ergo Dei & hominis destruxit eum qui habet mortis imperium. Consequenter cum dicit. *Vt liberaret eos. &c* Ponitur alia utilitas ex parte nostra. Circa quod sciendum est, quòd homo intantum est seruus peccati, inquantum inducitur ad peccandum. Inter omnia uero duo sunt, quæ inducunt ad peccãdum efficacissime, scilicet præsentium bonorum amor malein flammans, præsentium etiam pœnarum, timor male humiliãs. De his Psalm. 79. Incensa igni, quantum ad primum, & suffossa, quantum ad secundum. Hæc autem duo in idem reducuntur, quia quanto quis amat bonum aliquod, tanto timet malum sibi contrarium. Ista sunt quibus homo ligatur & detinetur in peccato, magis tamen per timorem mouetur, quàm per amorem. Vnde videmus, quòd sæuæ bestiæ, pœnarum timore retrahuntur a maximis voluptatibus, & sic timor maxime ligat homines. Inter omnes autem, timor mortis est maximus. Est enim finis terribilium. Vnde si homo timorem istum superat, superat omnes, & hoc superato, superatur omnis amor mundi inordinatus. Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamen, quia abstulit timorem mortis, & per consequens amorem uitæ præsentis. Quando enim cõsiderat homo, quòd filius dei dominus mortis. mori uoluit, non timet mori. Et inde est quòd ante mortem Christi, dicebar ille in Ecclesia. 41. O mors quam amara est memoria tua. Sed post mortem Christi clamat Apostolus. Phil. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Vnde Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Dicit ergo. *Vt liberaret eos, qui timore mortis, obnoxij erant seruituti*, scilicet peccati, per totam uitãm quam nimis appetebant. Vel aliter. Homo enĩ duplici seruituti erat obnoxius scilicet legis & peccati. Vnde Act. 15. Lex dicitur iugum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Manus enim Moysi erant graues. Exod. 17. Gal. 4. Vt eos qui sub lege erant redimeret. Erant enim obnoxij seruituti peccati. Ab ista duplici seruitute Christus nos liberauit. Differentia autem inter nouum & vetus testamentum est timor & amor. In nouo est amor. Ioannes 14. Si diligitis me mandata mea seruate. Vetus autem fuit lex timoris Romano. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et ideo dicit. Vt liberaret eos qui timore mortis corporalis, quam infligebat lex, per totam uitam obnoxij erant seruituti legis. Sed quæritur cur statim non liberauit a morte, sed a timore mortis? Respõdeo, Dicendum est, q̃ statim liberauit nos a morte quantum ad causam, sed ab ipsa morte nondum: quàmuis liberauerit a timore mortis. Cuius ratio est, quia si liberasset a morte corporali, homines seruirent Christo tantum propter bonum corporale, & sic periret meritum fidei & spei: similiter etiam ipsæ pœnæ sunt nobis meritoriæ ad uitam æternam Act. 14. Per multas tribulationes &c. Et notandum, quòd liberauit nos a timore mortis, primo ostendendo futuram immortalitatem, & ex hoc homo paruipendit mortem temporalem. 1. Corinth. 3. Christus resurgens primitiæ dormientium, &c. Secundo prægustando uoluntarie mortem, ex quo promptiores efficimur ad subeundum mortem pro Christo. 2. Pet. 3. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Tertio aperiendo aditum ad gloriam, qui ante mortem suam non patebat, & ex hoc non solum non timemus mortem, sed desideramus eam. 2. Corinth. 5. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo, & cætera. Consequenter cum dicit. *Nusquam enim angelos apprehendit*. Probat Apostolus vtilitatem, quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quòd Christus per mortem nos liberauit, quod probat ex conditione naturæ passibilis quam assumpsit. Secundo concludit similitudinem, ibi. *Vnde debuit*. Tertio ostendit similitudinis vtilitatem, ibi. *Vt misericors fieret*. Dicit ergo, Ita dixi quòd Christus per mortem suam liberauit nos a peccato & morte. Nec est dubium, quòd quantum ad conditionem naturæ angelus maior est homine, sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti, nec dignus morte, ideo non assumpsit angelum. Quòd si assumpsisset angelũ, hoc utique fuisset propter dignitatem naturæ, sed nusquam legimus quòd assumpsit eum. *Sed tantum semen Abrahæ*. idest humanam naturam, non tamen idealem, sed in indiuiduo & athomo, & ex semine Abrahæ. Matth. primo. Filij Abraam, &c. Et hoc addit, vt Iudæi qui gloriantur se esse de genere Abrahę, magis uererentur Christum. Signanter vero dicit. *Apprehendit*. quia illud proprie dicitur apprehendi quod fugit. Non solum autem ipsa natura humana fugiebat a Deo, sed etiam ipsi filij Abrahæ. Zacha. 7. Auerterunt scapulam, &c. Ista autem apprehensio naturæ humanæ in unitatem personæ filii Dei, naturam nostram supra modum exaltat, vnde dicit. *Christo*. Magnum reuera & mirabile & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere & adorari ab angelis & archãgelis. Hoc ego sæpius in mente versans excessum patior, magna de genere humano imaginans. Sed videtur quòd magis debuerit naturam angelicam apprehendere, quàm humanam naturam, similitudo enim est ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinæ personæ. In natura autem angelica inuenitur expressior similitudo Dei quàm in humana, quia ipse est signaculum similitudinis Ezec. 28. Magis ergo videtur quòd debuerit apprehendere Angelum quàm semen Abrahæ. Præterea. In natura Angelica inuenitur peccatum sicut in humana Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem. Si ergo apprehendit naturam humanam ut liberaret eam a peccato, videtur quòd multo magis apprehendere debuerit Angelicam. Respondeo Dicendum, quòd assumptibilis dicitur aliqua natura a filio Dei secundum congruentiam ad vnitatem personæ. Ista autem congruentia attenditur quantum ad duo scilicet quantum ad dignitatem, ut illa natura sit assumptibilis, quæ nata est attingere ipsum verbum per suam operationem amando & cognoscendo ipsum, & quantum ad necessitatem ut scilicet subiaceat peccato remediabili. Primum & secundum sunt in humana natura, quæ apta nata est Deum amare & cognoscere, & peccatum ipsius remediabile fuit, & ideo est assumptibilis. Naturæ autem angelicæ licet adsit primum, deest tamen secundum, nam peccatum est irremediabile, non quidem ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ seu status. Quod est hominibus, mors est angelis casus ut dicit Damascenus. Manifestum autem quòd omnia peccata hominis. siue sint, parua, siue sint magna, ante mortem sunt remissibilia post mortem vero sunt irremissibilia & perpetuo manẽt, & ideo natura angelica inassumptibilis est. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quia licet in natura angelica sit congruẽtia dignitatis, deest tamen congruentia necessitatis. Deinde cum dicit. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari*. Ex prædictis cõcludit similitudinem, Quasi dicat, Quia ergo non apprehendit angelos, sed semen Abrahæ, ideo debuit per omnia assimilari fratribus.

LECTIO PRIMA.

SICVT supra dictum fuit, lex vetus ex tribus habuit authoritatem, scilicet ex angelo, ex Moyse, & Aaron pontifice. Apostolus autẽ supra prætulit Christum authorẽ noui testamenti angelis per quos lex data fuit, hic intendit ipsum præferre Moysi qui fuit promulgator, & quasi legislator veteris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo.n. præfert Christum Moysi. Secundo cõcludit ex hoc, quòd sit efficacissime obediendum Christo, ibi. *Quapropter sicut*. Circa primum duo facit. Primo præmittit dignitatẽ Christi. Secundo ostendit quid sit commune Christo & Moysi, ibi. *Amplioris*. Circa primum duo facit, quia primo ponit cõditionem eorum ad quos loquitur, secundo ponit cõditionem eius de quo loquitur, ibi. *Considerate*. illos autem ad quos loquitur describit tripliciter. Primo ex charitate. Vnde dicit. *Fratres*. quasi diceret, quia ex semine Abrahæ fratres estis & Christi, & inter uos adinuicem. Matth. 23. Omnes vos fratres estis, &c. Item fratres Christi. supra. 2. Non confunditur eos uocare fratres. Hanc autem fraternitatem facit Charitas. Psalm. 127. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, &c. Secundo etiam describit eos ex sanctitate, cum dicit. *Sancti*. Et hoc propter sacramentorum perceptionem qua sanctificamur a Christo. 1. Corinth. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Tertio describit eos ex vocatione cum dicit. *Vocationis cælestis participes*. Ista autem vocatio dupliciter potest intelligi cęlestis esse. Vel ratione finis, uel ratione principij. Ratione quidẽ finis quia vocati sunt non ad terrena, sicut in ueteri testamento, sed vocati sunt ad cœlestia regna. 1. Thesa. 2. Vocauit nos ad suum regnum & gloriam. 1. Pet. 2. Qui de tenebris vocauit in admirabile lumen suũ. Ratione vero principii, quia nõ est ex meritis nostris, nec ex humana adinuẽtione, sed sola cœlesti gratia. Gal. 1. Vocauit per gratiam suam. Roma. 8. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit. Esa. 41. Quis suscitauit ab oriente iustum, uocauit eum, ut sequeretur se, dicit autem. *Participes*. quia non solum iudæi vocati sunt ad gratiam fidei & noui testamenti, sed etiam gentes. Col. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Quia ergo estis in charitate, & sancti, & vocati ad cęlestia, debetis libenter audire loqui de eo, per quem ista vobis proueniunt. Consequenter describit illum de quo loquitur, cum dicit. *Considerate*. Infra. 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, &c. Sed quem? *Apostolum (inquit) & pontificem confessionis nostræ Iesum*. Apostolus enim in sequentibus præfert Christum Moysi & Aaron, & ideo ascribit ei utriusque dignitatem, Moysi scilicet, quia missus fuit a Deo. Psalm. Misit Moysem seruum suum. Aaron uero qui pontifex fuit. Exod. 28. Applica quoque ad te Aaron, &c. Christus autem excellentius missus fuit Apostolus, quàm Moyses. Exod. 4. Obsecro domine, mitte quem missurus es, quasi dicat aliũ digniorem missurus es. Item ipse est pontifex & sacerdos. Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quasi ergo præmittit hic cõditionem suam principalem, dicens. *Vnde*. idest ergo fratres. *Considerate Apostolum*. Quasi dicat, Prætermittatis considerare illum Apostolum idest missum Moysen & Pontificem Aaron, *Et considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ*. idest illum quem nos confitemur. Hoc est enim necessarium ad salutem, ut confiteamur eum. Romano. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; uel confessionis, id est, sacrificii spiritualis. Omnis enim sacerdos ordinatur ad sacrificia offerenda. Duplex autem est sacrificium, scilicet corporale uel temporale, Et ad hoc istitutus fuit Aaron. Aliud autẽ est sacrificium spirituale, quod est in fidei confessione. Psalm. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Et ad istud sacrificiũ institutus est Christus; non ad tauros. Esaiæ. 1. Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum uolui. Et paulo post ibidẽ sequitur, Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Deinde cum dicit. *Qui fidelis &c*. Comparat Christum Moysi, De Aaron infra facit mentionem

milari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicto populi. In eo enim in quo passus est, ipse & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari.

CAP. III. LEC. I.

NDE fratres sancti uocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ istæ præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo, eius tamquam famu-

Per omnia, inquam, in quibus sunt fratres non in culpa sed in pœna, & ideo debet habere passibilem naturam. Vnde infra 4. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, quantum, scilicet ad pœnam, non tentationem culpæ. Item sunt fratres quantum ad gratiã. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus pater, ut filij Dei denominemur & simus, Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri, &c. Consequenter ponit vtilitatem istius similitudinis, dum dicit. *Vt misericors fieret*. Vbi duo facit, quia primo ponit eam, secundo exponit ipsam, ibi. *In eo enim, &c* Nam Christus secundũ quòd mediator est, duplex habet officium. Vnum quòd preponitur toti humano generi sicut iudex. Ioann. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, &c. Aliud per comparationẽ ad Deũ, apud quem pro nobis quasi aduocatus interpellat, quia assistit uultui eius pro nobis, infra. 9. &. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c. In iudice autem maxime desideratur misericordia, & præcipue a reis. In aduocato desideratur fidelitas. In Christo autem insinuat Apost. illa duo esse per passionem eius. Humanum enim genus in Christo inquantum est iudex desiderabat misericordiam, inquantum aduocatus fidelitatem. Et ista duo exhibuit Christus per passionem. Vnde quantum ad primum dicit quòd per passionẽ. *Assimilatus est fratribus ut misericors fieret*. Sed nunquid non fuit misericors ab æterno? videtur quòd sic, quia miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. Item ab initio habuit misericordiam. Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. Respondeo. Dicendum est, quòd miseratio. dicitur quasi miserum cor super aliena miseria, & hoc est dupliciter. Vno modo per solam apprehensionem, & sic Deus sine passione nostram miseriam apprehendit. Ipse enim cognouit figmentum nostrum, vt dicitur in Psalm. 102. Alio modo per experientiam, & sic Christus potisme in passione expertus est miseriam nostram. Et sic dicitur ut qui erat misericors per apprehensionem nostræ miseriæ, fieret misericors per experientiam. Esa. 58. Clamabo & dicam ecce adsum quia misericors sum dominus deꝰ tuus. Et inde est, quòd misericordiam fecit, ut patet de muliere deprehẽsa in adulterio, Misericordiam docuit Matth. 5. Estote misericordes &c. Misericordiam mandauit Matth. 12. Discite quid est, misericordiam uolo & non sacrificium &c. Item ipse est fidelis aduocatus, Et ideo dicitur. *Fidelis pontifex*. infra 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et requiritur quòd sit fidelis. 1. Cointh. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, & hoc totum. *Vt repropitiaret delicta populi*. scilicet pro quo mortem sustinere uoluit. Ipsa enim passio allegatio est, & fidelium interpellatio. Deinde cum dicit. *In eo enim &c*. Exponit istam utilitatem & continuatur sic. Quasi dicat, Non loquor de Christo inquantum Deus, sed inquantum est homo. Et ideo. *In eo*. idest in illa natura quam assumpsit, vt experiretur in se nostram causam esse suam. Vnde dicit. *Et tentatus, & passus est*. ideo. *Potens est & eis qui tentãtur auxiliari*. Vel aliter. Ideo factus est misericors & fidelis, quia in eo q̃ passus & tentatus est, habet quandam conuenientiam ad hoc quòd misereatur. *Et dicit tentatus*. non a carne, sed ab hoste. Matth. 4. Ductus est Iesus in desertũ a spiritu, ut tentaretur a diabolo. In ipso enim non fuit aliqua rebellio partis inferioris ad superiorem, sed passus est in carne pro nobis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, &c. Et. 4. Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.

nem specialem. Et ponit primo hic, vt dictum est, illud, in quo conueniunt: secundo, in quo Christus superat Moysen ibi *Amplioris enim gloriæ*. Commune Christo & Moysi est fidelitas ad Deum, & ideo dicit, qui fidelis est, vbi sciendum est, quòd totum hoc, quod hic dicitur de Moyse, fundatur super illud quod habetur Numeri. 12. Vbi dominus ostendit excellentiã Moysi, postquam iurgati sunt cõtra ipsum Aaron & Maria, vbi ponuntur hæc uerba, quæ Apostolus hic allegat. Ibi enim dicitur sic. At non talis seruus meus Moyses, qui in õmni domo mea fidelissimus est, vbi si bene attẽdimus magis commendatur Moyses, quam in aliquo loco Bibliẹ, Et ideo Apostolus tamquam excellentissimum ad commendationem Moysi hoc accipit. Hoc autem potest conuenire & Christo & Moysi. De Moyse enim patet ex ipsa historia allegata. De Christo etiam intelligitur, quia ipse secundum ꝙ homo. *Fidelis est ei qui fecit eum*. scilicet Deo patri, qui fecit eum, scilicet Apostolum & pontificem, non secundum diuinam naturam, quia sic non est factus nec creatus, sed genitus. sed secundum humanam. Romanorum primo, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Fidelis autem fuit Deo patri. Primo, non attribuens sibi quod habebat sed patri Io. 5. Mea Doctrina nõ est mea. Secundo quia gloriam eius quærebat, non suam. Ioann. 8. Ego gloriam meam non quæro. Et. 7. dicitur, Qui quærit gloriam eius, qui eum mittit, hic uerax est, & iniustitia, in illo non est. Tertio quia perfecte obediuit patri Philip. 2. Factus obediens vsque ad mortem. Fidelis ergo est Christus ei. *Qui fecit eum sicut & Moyses*. & hoc *In omni domo eius*. quæ domus est uniuersitas fidelium de qua. Psalm. 92. Domum tũ ã decet sanctitudo domine, vel in omni domo eius. idest in toto mundo, non tantum in Iudæa sicut Moyses. Isa. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Deinde cum dicit. *Amplioris enim gloriæ*. Præfert Christum Moysi, & hoc quantum ad duo. Primo quantum ad potestatem: Secundo quantum ad conditionem, ibi. *Et Moyses*. Commendando autem Christum, commendat ipsum habuisse honorem in omni domo sicut Moyses, sed quòd Christus ipsum excellãt ostendit. Vbi primo ponit rationem. Secundo manifestat, ibi, *Omnis namque*. Ratio autem Apostoli est, quòd maior gloria debetur illi qui fecit domum, quam illi qui eam inhabitat, Christus autem fabricauit domum. Psalm. 73. Tu fabricatus es auroram & solem. Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum idest ecclesiam. Ipse enim Christus per quem gratia & veritas facta est, tanquam legislator ædificauit ecclesiam. Moyses autem tanquam legis pronuntiator, & ideo solum ut pronuntiatori debetur gloria Moysi. Vnde & resplenduit facies eius, de qua Exod. 34. & 2. Cor. 3. Ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. Continuatur ergo sic litera, Tu dicis quòd Christus est fidelis sicut Moyses, quare ergo dimittemus ne consideremus? Certe quia. *Amplioris gloriæ dignus est habitus præ Moyse, quanto amplioremgloriam habet dominus domus, qui fabricauit illam*. Quasi dicat, Et, si Moyses multum sit honorabilis, tamen Christus honorabilior est sicut fabricator domus, & sicut legislator principalis. Iob. 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Si ergo debetur gloria Moysi. ampliori dignus est Christus. 2. Corinth. 3. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis ministerium iustitiæ erit in gloria. Consequenter probat minorem suæ rationis cum dicit. *Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo*. Minor autem est quòd Christus fabricauit domum istam, & hoc probat primo quia omnis domus indiget fabricatore: secundo quia ista domus de qua loquitur, a Christo fabricata est, ibi. *Qui autem omnia*. Primo ergo probat, quòd ista domus, sicut & quælibet alia indiget fabricatore, quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo uno, sicut patet de domo artificiali, in qua ligna & lapides ex quibus composita est uniuntur ab aliquo. Aggregatio autem fidelium, quæ est ecclesia & domus dei, ex diuersis collecta est, scilicet Iudæis & Gentibus, seruis, & liberis. Et ideo ecclesia sicut & omnis domus ab aliquo uniente fabricatur. Huius rationis ponit tantum conclusionem, supponens veritatem præmissarum ex facti euidentia. 1. Pet. 2. Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, & cætera. Eph. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, & cætera. Deinde cum dicit: *Qui autem creauit omnia Deus*. Probat quòd Christus sit istius domus ædificator, ipse enim est Deus qui fecit omnia. Et si hoc intelligitur de toto mundo, planum est. Psalmus. 32. Ipse dixit & facta sunt, & cæ-

lus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus vero tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus.

Est autem alia creatio spiritualis, quæ fit per spiritũ. Psal. 103. Emitte spiritum tuũ & creabuntur, & renouabis faciem &c. Et hæc fit a deo per Christum: Iac. Primo, Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Ephe. secundo, Ipsius factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. *Deus* ergo istam domum scilicet ecclesiam ex nihilo, scilicet de statu peccati, in statũ gratiæ *Creauit*. ergo Christus per quem fecit omnia. supra. 1. Per quem fecit & secula. Ioann. primo, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso &c. est excellentior (vtpote quia habet potestatem factoris) quam Moyses qui solum fuit pronuntiator. Deinde cum dicit *Et Moyses quidem*. Præfert Christum Moysi, quantũ ad conditionem, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit rationem suam, secundo manifestat eam. ibi *Quæ domus*. Ratio autem sua talis est. Constat, quòd amplioris gratiæ est dominus & in domo propria, quàm famulus & in domo domini, Sed Moyses est fidelis sicut seruus & in domo domini. Christus vero sicut dominus & in domo sua. ergo &c. Circa quod sciendum est quòd Apostolus valde diligenter notat verba illa, scripta de Moyse, in quibus duo dicuntur de ipso, vocatur enim seruus, vocatur etiam fidelis non in domo propria, sed in domo dei nostri. Et quantum ad ista duo, præfert Christum Moysi. Primo enim ostendit quid conueniat Moysi. Secundo quid; conueniat Christo ibi; *Christus vero tamquam filius*. Dicit ergo *Quod Moyses fidelis erat tamquam seruus*. idest sicut fidelis dispensator. Matth. vigesimoquinto. Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Christus autem quodammodo seruus est, scilicet secundum carnem, Philip. secundo, Formam serui accipiens, sed Moyses fuit famulus dei in verbis dei proponendis filiis Israel. Ex quo patet, quòd quia erat fidelis famulus, illa quæ dicebat ordinabantur ad alium scilicet ad Christum. Et hoc erat *In testimonium eorum, quæ dicenda erant*. Ioan. quinto, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit Actu. decimo, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Quia ergo erat famulus, ideo erat nõ in domo propria, sed in aliena. Et quia ea, quæ dicebat, erant in testimonium eorum, quæ dicenda erant de Christo, ideo Moyses omniquaque minor fuit Christo. Deinde cum dicit *Christus vero*. Ostendit quid conueniat Christo, quia scilicet *Christus* non est sicut seruus, sed tamquàm *Filius in domo* patris, & per consequens *Sua*: quia hæres naturalis, supra primo, Quem constituit hæredem vniuersorũ &c. Ecclesia enim est domus Christi. Prouer. 14. Sapiens mulier ẹdificat domũ. Psal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu &c. Matth. 3. Filius meus dilectus &c. Est ergo non seruus, sed filius, & in domo sua, sed Moyses est seruus, & in domo aliena. Ioan. 8. Filius manet in æternum. Deinde cum dicit *Quæ domos sumus nos*. ostendit, quæ sit ista domus. Ista domus sunt fideles, & sunt domus Christi, qui credunt in Christum. 1. Tim. 3. In domo dei, quæ est ecclesia. Et etiam quia Christus habitat in ipsis. Philippen. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hæc ergo domus, nos fideles sumus. Ad hoc autẽ, ꝙ simus domus dei, quatuor oportet, quæ requirũtur circa domum, quæ non sunt in tabernaculo. Et ita tangit Apostolus Primo, quòd spes nostra & fides sit certa & permanens, tabernaculum autem, & si sit firmum, tamẽ cito moueri potest. Et significat illos qui ad tempus credunt, & in tempore tentationi recedunt, sed illi sunt domus, qui verbum Dei retinent. Et ideo dicit *Si retineamus fiduciam*, dictum est supra, quòd fiducia est spes cum expectatione firma & sine timore. 2. Corinth. 3. fiduciam talem habemus per Christum ad deum. Secundo quòd sit ordinate disposita. Et ideo dicit *Spei gloriam*, idest ad gloriam dei ordinate, ita quòd contemptis alijs, gloriemur in spe gloriæ. Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. Tertio quòd perseuerans. Vnde dicit; *Vsque in finem*. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsque in finẽ hic saluus erit, Quarto quòd sit firma, vt scilicet nulla aduersitate moueatur. Vnde dicit *Firmam*. infra 6. Confugimus ad tenẽdam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam.

Supra

LECTIO SECVNDA.

SVPRA probauit Apostolus quòd Christus est maioris excellentiæ quàm Moyses: hic concludit quòd magis est obediendum Christo. Et hoc facit per authoritatem prophetæ Dauid in Psal. 94. Vbi tria facit, quia primo ponit authoritatem, quæ continet quandam exhortationem: secundo exponit eam, ibi *Videte fratres*. Tertio ex authoritate & expositione arguit. 4. c. ibi. *Timeamus ergo*. Circa primum tria facit. Primo enim insinuat authoritatem verborum sequentium. Secundo ponit exhortationem, quæ est in authoritate, ibi. *Hodie si vocem*. Tertio ponit quandam similitudinẽ, ibi. *Sicut in exacerbatione, &c*. Authoritas uerborum est ex hoc, quòd non sunt prolata humana adinuentione, sed a Spiritu sancto. Vnde dicit *Quapropter sicut dicit Spiritussanctus*. q. d. Christus est amplioris gratiæ quàm Moyses, ergo si audiuimus Moysen, non debemus obdurare corda nostra, ad audiendum Christum. Ipse autem uerba ueteris testamenti allegat pro nouo, ne credatur, quòd tantum sint referenda ad uetus testamentum, immo etiam ad nouum, & ad aliud tempus referri debent. Et sunt uerba Spiritusancti, quia vt dicitur. 2. Petr. 1. Non humana uoluntate allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Ipse enim Dauid dicit 2. Reg. 23. de seipso, Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo ostendit authoritatem esse ueram, quia scilicet est a Spiritusancto, contra Manichæum. Deinde cum dicit. *Hodie si vocem, &c*. Ponit monitionem, ubi facit tria. Primo enim describit tempus cum dicit *Hodie*. Secundo subdit beneficium, ibi. *Si vocem*. Tertio subiungit monitionem suam, ibi. *Nolite obdurare*. Tempus est *Hodie*, scilicet tempus diei. Tempus enim legis ueteris dicebatur nox, quia erat tempus umbræ, infra 10. Vmbram enim habens lex futurorũ bonorum. Sed tempus noui testamenti, quia repellit umbram noctis legis, dicitur dies. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Dicitur etiam istud tempus dies, propter ortum solis iustitiæ. Matth. 3. Vobis timentibus, nomen meum orietur sol &c. Hunc diem non sequitur nox, sed clarior dies, quando scilicet ipsum solem iustitiæ uidebimus reuelata facie in rota sua, quando ipsum uidebimus per essentiam. Et in hac die exhibetur nobis beneficium. Nam sequitur *Si vocem eius audieritis*: quia audimus uocem eius, quod non erat in ueteri testamento, in quo audiebantur tantum uerba prophetarum, supra 1. Olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime uero diebus istis, locutus est nobis in filio. Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Can. 2. Sonet uox tua in auribus meis. In hoc enim exhibetur nobis beneficium tantum desideratum. Luc. 19. In hac die tua, quæ ad pacem tibi, &c. Si ergo tantum est beneficium, ecce monitio. *Nolite obdurare corda vestra*. Cor durum sonat in malum. Durum est quod non cedit, sed resistit impellenti, nec recipit impressionem. Et sic dicitur cor hominis durum, quando non cedit diuinæ iussioni: nec de facili recipit diuinas impressiones. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & cor tuum impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Hęc autem induratio ex duobus causatur. Ex uno quasi negatiue, scilicet ex deo non apponente gratiam. Rom. 9. Cuius uult deus miseretur: & quem uult indurat. Ex alio uero positiue, & hoc modo indurat peccator seipsum non obediendo deo, & non aperiendo cor suum gratiæ. Zacha. 7. Cor suum posuerunt ut adamantem: ne audirent legem & uerba, quæ misit dominus exercituum spiritu suo per manum prophetarum priorum. *Nolite ergo obdurare corda vestra*, idest nolite corda claudere spiritui sancto. Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Consequenter ponit similitudinem cum dicit *Sicut in exacerbatione*. Et hæc est similitudo, ex facto præterito, nam fideles instruuntur de his, quæ sunt agenda in nouo testamento ex ijs, quæ facta sunt in præterito, secũdum illud ad Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Facit autem duo circa hoc, quia primo proponit exemplum in generali ponendo culpam: secũdo in speciali, ibi *Vbi tentauerunt me, &c*. Vt autem sequamur expositionem Apostoli, oportet poneret in ista litera sensus, qui conueniunt expositioni. Legimus autem inter alias duas culpas filiorum Israel grauissime punitas. Vna fuit inobedientiæ quam habuerunt in facto exploratorum, de quo Num. 13. & 14. Pro quo facto indignatus dominus uoluit totum populum delere. Vnde iurauit ꝙ nullus intraret terram promissionis exceptis duobus, scilicet Caleph & Iosue. Istud autẽ uocat specialiter exacerbationem, quia licet per alia peccata offendissent deũ: tamen per illud exacerbauerũt ipsum, quia, sicut fructus acerbus, qui oppo nitur maturo, non est aptus ad cibũ: sic tunc ira dei fuit inflexibilis. Psal. 77. Exacerbauerunt eum in deserto & tentauerunt eũ in inaquoso. Baruch 4. Exacerbastis eum qui fecit uos. Aliud peccatum fuit peccatũ tentationis. Frequenter enim tentauerunt deum, quia quandoq; pro aqua, quandoq; pro carnibus, quandoq; uero pro pane: ita ꝙ decies tentauerunt ipsum. Num. 14. Tentauerũt me iam per decẽ uices. Iob. 19. En decies confunditis me. Et ideo dicit secundum diem tentationis. Posset autem aliquis putare ꝙ idem esset peccatum exacerbatio & tentatio: ita ꝙ uellet Apostolus dicere, Nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione, quæ fuit in die tentationis. Sed hoc est contra expositionem Apostoli. Ideo dicendum est sic, *Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione*: & iterum, sicut in die tentationis, ita quòd sint duo peccata. Vnde Psalm. 77. Conuersi sunt, & tentauerunt deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Consequenter prosequitur culpas in speciali, cum dicit *Vbi tentauerunt me patres vestri, &c*. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit peccatum tentationis: secundo peccatum exacerbationis, ibi *Et dixi semper*. Circa primũ tria facit. Primo enim ponit peccatum tentationis. Secundo ostendit eius grauitatem, ibi *Probauerunt*. Tertio ponit pœnam, ibi *Propter quod offensus fui* Dicit ergo, ꝙ in eis fuit peccatum tentationis; in deserto, quia ibi tentauerunt me patres uestri & loquitur in persona domini. Vbi sciendum est, quòd tentare est experimentum sumere de re quam quis ignorat. Vnde ꝙ quis tentat deum, procedit ex infidelitate. Sed sciendum est ꝙ aliquando aliquis tentat deum, non cum intentione tentãdi & experiendi, ueruntamen se habet ad modum tentantis. Qui enim utitur re sua propter utilitatem, nõ tentat proprie; puta si aliquis fugiens currat super equum suum & si tentat, non tamen cum intentione tentandi. Sed quando ad nihil uti le est, quod facit, tunc tentat. Item si aliquis exponat se alicui periculo compulsus necessitate, sub spe diuini auxilij, non tẽtat deum. Si autem sine aliqua necessitate, tunc tentat deum. Et sic dicit ipse Matth. 4. Non tentabis dominum deum tuũ, quia necessitas nulla erat quòd mitteret se deorsum. Sic isti tentauerunt dominum, quia dubitauerunt de potestate dei, clamantes contra Moysen, ac si deus non posset eis dare cibum, cum potentiam suam in maioribus experti fuissent, & ideo erat peccatum infidelitatis, quod est maximum. Deinde ponitur grauitas culpæ cum dicit *Probauerunt me, &c*. Quanto enim aliquis maiora beneficia dei recipit, & maiorem certitudinẽ diuinæ potestatis habet, & postmodum dubitat, tanto grauius peccat. Isti uero uiderunt signa & prodigia in terra Aegypti, apertionem maris, & alia miracula, tamen non crediderunt. Vnde Nume. 14. Homines qui uiderunt maiestatem meam, & signa, quæ feci in Aegypto & in solitudine & tentauerunt me iam decem uices, &c. Et ideo dixit *Probauerunt*, idest experiri uoluerunt *Et viderunt*, idest experti sunt *Opera mea*, idest effectus qui non poterant esse, nisi uirtutis infinitæ esset ille qui opera faciebat. Et hoc totum non uno die, sed *Quadraginta annis* quibus .s. manserunt in deserto, quia semper habuerunt manna & columnam ignis & nubis, uel probauerunt ꝙ uiderunt me: quia scilicet, in nullo defeci eis. Illud tamen quod dicit, quadraginta annis, secundum intentionem Apostoli refertur ad priora, sed secundum intentionem Psalmistæ refertur ad sequentia, ut dicatur quòd offensus uel infensus ei fuit 40. annis. Et sic habet litera Hieronymi. Deinde cum dicit *Propter quod offensus fui*. Ponitur pœna peccati, & est duplex litera, scilicet offensus, uel proximus, & idem est *Propter quod*, idest propter peccatum, sui offensus, idest indignatus, non quòd ira sit in deo, nisi similitudinarie, quia punit sicut iratus: de qua pœna frequenter habetur in Exod. 22. Dimitte me, vt irascatur furor meus &c. & in lib. Numerorum, Sæpe enim prostrati sunt.

LECTIO II.

VAPROPTER sicut dicit spiritussanctus, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerũt, & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic: & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas: quibus iurauí in ira mea, si introibũt in requiem meam.

sunt, Vnde. 1.Cor.10. agit de pœna istius peccati, uel *Proximus sui*, scilicet puniendo ipsos. Quando enim dominus subuenit bonis, & punit malos, tunc est prope ipsos, sed quando dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, & dissimulat afflictionem iustorum, vt crescat ipsorum meritum, tunc uidetur etiam lõge.

Iob.22. Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perãbulat. Vel proximus, quantũ ad diuinam misericordiam, quia hoc ipsum, ꝙ punit eos tẽporaliter magnũ misericordiæ signũ est. Aug. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Deinde cum dicit, *Et dixi, &c.* Ponit peccatũ exacerbationis in speciali. Et hoc patet per hoc quod infra dicitur, *Quibus iurauì non introire, &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit culpam. Secũdo, subdit pœnam, ibi. *Quibus iurauì in ira mea, &c.* Culpam autem duplicem ponit. Vna est in obstinatione in malo. Alia est in recessu a bono. Et istam ponit ibi. *Ipsi uero non cognouerunt uias meas.* Dicit ergo. Ego sic fui eis proximus, scilicet puniendo eos. *Et dixi*, scilicet præuisione æterna. *Hi errant corde semper.* Deut.31. Semper contentiose egistis contra dominum. Hier. 13. Si potest Aethiops mutare pellem suam, &c. Sic ergo uno modo aliquis exacerbat deum, quando obstinate adhæret malo. Alio modo, quando contemnit bonum. Vnde dicit. *Ipsi uero non cognouerunt uias meas.* Hoc est, non quantum ad simplicem ignorantiam, sed ad affectatam, vt sit sensus: non cognouerunt, idest cognoscere noluerunt. Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum nolumus. Psalm. 35. Noluit intelligere ut bene ageret. Vel non cognouerunt, idest non approbauerunt, sicut dicit Apostolus, 2.Timoth.2. Cognouit dominus qui sunt eius. Consequenter ostendit pœnam cum dicit. *Quibus iurauì.* In quo uerbo ponit immobilitatem: in hoc ꝙ vult iuramenta firma: quando enim deus, uel angelus inueniuntur iurare, signum est immobilitatis eius de quo iurauit. Psalm. 109. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, &c. Veruntamen aliquando nõ iurat nisi sub conditione, quia. s. si non pœniteant, hæc mala euenient eis. Ponit etiã ꝙ pœna ista non est ad comminationem, sed magis ad exterminationem, quia dicit. *In ira.* Psal.6. Domine ne in ira tua corripias me. Iurauit ergo in ira. *Si introibunt in requiem meam.* Constructio est defectiua ad modum irati, qui truncat verba sua. Et accipitur ly si, pro non, idest, nõ introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Vna est temporalis, de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, &c. Secunda, est requies conscientiæ. Eccl.51. Modicum laboraui & inueni requiem mihi multam. Tertia, est requies gloriæ æternæ. Psal.4. In pace in idipsum dormiã & requiescãm. Potest ergo exponi illud, quod dicitur hic, de qualibet istarum, ut dicatur: ipsi uero nec in requiem terræ promissionis, nec in requiem conscientiæ, nec in requiẽ fruitionis æternæ introierunt.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus per authoritatẽ psalmistæ ostendit, ꝙ firmiter obediendũ est Christo. In authoritate uero posuit tria, monitionẽ, culpã, & pœnã: hic exponit ista tria p ordinẽ. Primum facit hic, *Videte*: secundum, ibi *Quidam.* Tertiũ, ibi. *Quibus autem iurauit* In admonitione uero sunt duo. s. ipsa monitio, & ipsius monitionis cõditio. Vnde ista duo exponit. Primo primũ hic. Secũdo secũm, ibi. *Participes enim Christi.* In prima vero admonitione ad duo hortatur. s. ad solicitã considerationẽ, secundo ad mutuã admonitionẽ, ibi. *Sed adhortamur.* Dicit ergo. *Videte.* Vnusquisq; .n. in se debet cõsiderare in quo statu sit. Gal.6. Opus suũ probet unusquisq;. Hier.2. Vias tuas in cõualle. *Videte ergo fratres.* Quantũ ad quẽlibet in se, qa quilibet est pars societatis, & Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Eccl.17. *Videte*, idest probate vnus aliũ, ne forte sit in aliquo uestrũ, &c. Q. d. Multi inter vos sunt in statu perfecto, tñ pp fragilitatẽ, & arbitrij libertatẽ posset esse malum in aliquo uestrũ, Iob.4. Ecce qui seruiunt ei, nõ sunt stabiles, & in angelis

F suis reperit prauitatẽ. Quanto magis hi qui habitãt domos luteas, & terrenũ habẽt fundamentũ? Io. 6. Nonne ego duodecim uos elegi, & vnus ex uobis diabolus est? Non ergo aliquis sit tñ solicitus de se: sed etiam de quolibet suæ sõcietatis. Sed quid? *Ne sit in aliquo uestrum cor malũ incredulitatis.* Ecce malũ de quo loquitur Apostol'. s. cor incredulũ. i. nõ firmũ in fide, in quo cõsistit malitia animę, quia sicut bonũ animæ est ĩ adhærẽdo deo, Psal. 72. Mihi autẽ adhærere deo bonũ est, quod. s. est per fidem, ita recedere a Deo p incredulitatẽ est malum hominis. Hier.2. Scito & vide Israel, quia malũ & amarũ est reliquisse te dñm, &c. Et ideo dicit. *Discedẽdi*, qa p incredulitatẽ recedit. *A Deo*

G durare corda uestra, quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidã enim audientes exacerbauerunt: sed nõ uniuersi, qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem iensus est quadraginta annis? Non ne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis, qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.

uiuo. Hier.2. Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Dicit autẽ. *A Deo uiuo.* quia & est uita in se, & est vita animæ, Io.1. In ipso vita erat, quod ideo dicit, ut ostendat ꝙ per recessum a Deo, homo incurrit mortẽ spiritualem. Sed si inueniatur istud malũ in aliquo, nũquid desperandũ est? Non, sed magis debet exhortari, idest admoneri. Ideo dicit. *Sed exhortamini uosmetipsos per singulos dies*, idest continue. i. discutiendo conscientiam suam, & inducẽdo ad bonum. *Donec hodie cognominatur*, idest, donec durat præsens tẽpus gratiæ, quod est totum sicut

H unus dies. Io.9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Et hoc ideo. *Vt non obduretur aliquis ex uobis fallacia peccati.* Sicut enim supra dictum est, Cor obduratur per obstinationem in malum. Sed per hoc, aliquis firmiter inhæret peccato, quia fallitur. Naturale enim est appetitui adhærere bono, sed recedit a bono quia decipitur. Prouerb. 14. Errant qui operantur malum, & Prouerb. 13. secundum aliam literam, Animę dolosæ errant in peccatis. Sapien.5. Ergo erraiimus a via veritatis. Consequẽter cũ dicit, *Participes, &c.* Exponit conditionem monitionis. Quasi dicat, Ista conditio magis est efficax quàm illam, quia illi tantum audierunt, nos autẽ, participes facti sumus Christi. Et loquitur proprie, quia in ueteri testamento erat tantum auditus, nec conferebatur gratia ex opere operato, sed in nouo testamento & est auditus fidei, & datur gratia ipsi operanti. Vnde sumus facti participes Christi. Io. 1. De plenitudine eius accepimus omnes. Sumus autem participes gratiæ. Primo, per susceptionem fidei.

I Ephe.3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Secundo, per sacramenta fidei. Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Tertio, per participationẽ corporis Christi. 1.Corinth.10. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Sciendum autem, quòd duplex est participatio Christi. Vna imperfecta, quæ est per fidem & sacramenta. Alia vero perfecta, quæ est per præsentiã & visionem rei, primam iam habemus in re, sed secundam in spe. Tamen cum hoc spes habet hanc conditionem, scilicet si perseueramus. Vnde dicit. *Si tamen initium, &c.* Quicumque enim in Christo baptizatur, suscipit quandam nouam naturam, & formatur quodammodo Christus in ipso. Gal.4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Hoc quidem in nobis vere perficietur in patria, sed hic tantũ initiũ & hoc per fidẽ formatã: quia informis mortua est. Iac.2. Fides sine operibus mortua est. Vnde ista non est nobis initiũ participationis Christi, sed fides formata. Infra.10. Est autem

K fides sperandarum substantia rerum. i. fundamentũ, & quasi initium. Dicit ergo, Sumus participes Christi (si tamen tenemus vsque in finem firmum, initium substantiæ eius) scilicet fidem formatã. Sed cõtra. Videtur ꝙ timor magis sit initium, quia dicit. Psal.110. Initium sapientiæ timor dni. Respondeo. Dicendum est, ꝙ fides formatur per charitatẽ. Charitas autem non est sine timore casto. Et ideo fides formata semper habet timorem istũ secũ annexũ. Vnde & fides & timor sunt initiũ. Illud autem quod addit, dum dicitur, hodie, &c. totum exposi tum est. Deinde cum dicit. *Quidam enim audientes.* Exponit quod dixerat de culpa illorum. Q. d. Vos estis effecti participes Christi, si non obduraueritis corda uestra sicut isti qui audierunt, sed exacerbauerunt. *Sed non uniuersi*, idest non tamen omnes. Duo enim, scilicet Caleph & Iosue pmanserunt, vt habetur

A betur Num.14. Et alios etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi quòd cum non tota ecclesia cadat, sed tantum aliqui, licet plures, quòd nihilominus mali punientur, sed non boni, sicut in istis duobus. 3.Reg. 19. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curũauerunt genua sua Baal. Rom. 11. Reliquiæ secundum electionem dei saluæ factæ sunt. Deinde cum dicit. *Quibus autem, &c.* Exponit illud quod dixerat de pœna. Et primo illud quod dixerat, offẽsus fui, secundo illud quod dixerat. Iurauì in ira, &c. ibi, Quibus autem iurauit, &c. Dicit ergo. *Quibus autẽ offensus est quadraginta annis? Non ne, &c.* Ex quo patet ꝙ istud quod supra dixit, quadraginta annis referẽ ad illud offensus fui. Vnde dicit, quòd fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Vnde sciendum est quòd omnes qui egressi sunt de Aegypto mortui sunt in deserto, sicut dicitur Iosue 5. Non tamen omnes prostrati sunt, sed aliqui vel a Deo, sicut quando aperta est terra, & deglutiuit Datam & Abiron, sicut dicitur in Psalmis 77. Et de hoc habetur Nu.16. Aliqui uero prostrati sunt a Moyse, sicut patet in conflatione uituli, sicut patet Exo.22. Aliqui uero ab hostibus, sicut patet in pluribus locis. Et ista satis habentur. 1 Cor.

C 10. Aliqui uero morte propria mortui sunt. Non ergo omnes prostrati sunt. Vnde non fuit pœna generalis, sed pœna specialis fuit. Et nullus præter illos duos, qui dicti sunt, introierunt terram promissionis. Et de ista terra dicit. *Quibus autem iurauit*, idest firmiter statuit, *non introire in requiem*: nisi illis qui fuerunt increduli uerbis, scilicet exploratorum? Vnde patet, quòd propter incredulitatem non potuerunt intrare in requiem ipsius, & propter hoc dicit. *Videmus*, quia experti sunt, quòd propter incredulitatem suam non potuerunt intrare. Vel uidemus nos, scilicet per pœnam illam, quæ dicta est, quia non potuerunt, &c.

LECTIO PRIMA.

PRæmisit supra Apostolus authoritatem Dauid & exposuit, nũc autem arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo. Primo enim inducit solicitudinem introeundi, secundo mo-

D net quòd properemus ingredi, ibi. *Festinemus ergo.* Circa primum duo facit. Primo enim incutit solicitudinem timoris. Secundo ostendit, quòd de hoc debet solicitudo immine re, ibi. *Etenim & nobis.* Dicit ergo. Dictum est ꝙ infensus est illis, qui non crediderunt, ita ꝙ iurauit ꝙ non introibunt in requiem eius. *Ergo & nos timeamus*, scilicet timore casto & solici tudinis. Prou.28. Beatus homo qui semper est pauidus. 1. Cor.10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Timor enim huiusmodi est vtilis admonitio ad bonũ, & est comes trium spiritualium virtutum, scilicet, spei, fidei, & charitatis. Ecclesia.24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis & sanctæ spei. Sed quid timere debemus? *Ne forte relicta pollicitatione, &c.* Beatitudo enim siue fœcilitas in hoc consistit, vt homo ingrediatur illam. Tob. 13. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Infra.12. Contemplantes ne forte quis desit gratiæ dei. Quia ut dicit Chrysostomus, Maior est pœna damnatis de hoc, quòd sunt exclusi a uisione dei, quàm aliæ pœnæ quas habent. Et dicit. *Existimetur*, scilicet diuino iudicio. Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum. Vel existimetur secundum humanam opinionem. Eph.5. Hoc scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Timendum est ergo, ne aliquis ex uobis existimetur deesse, quia uobis facta est promissio intrandi. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Apoc. 14. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Timendum est ergo ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione, idest promissione, quam relinquimus deserendo spem, fidem, & charitatem per quam possumus introire. Et hoc fit

per peccatum mortale. Consequenter cum dicit. *Etenim nobis.* Ostendit quòd nobis imminet ista solicitudo. Et circa hoc facit duo. Primo enim proponit intentionem suam. Secundo probat eam, ibi. *Ingrediemur.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit quòd nobis facta est ista promissio, secundo ꝙ ista pmissio, nõ sufficit, ibi. *Sed non profuit*, Dicit ergo. *Etenim nobis nuntiatum.* Idest nobis pmissũ est. Vnde sciendum est ꝙ illa, quæ in ueteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Cor. 10. & Rom.15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Deinde cum dicit. *Sed non profuit, &c.* Ostendit, quòd nonsufficit promissio, quin nihilominus debeamus esse soliciti. Vnde dicit, quòd sermo auditus, & non creditus, in nullo eis profuit. Non enim auditores legis iustificabuntur, sed factores. Rom. 2. Et dicit. *Non admistus fidei.* Quia sicut ex intellectu & intellecto fit vnum, ita ex corde credentis, & ipsa fide formata fit unum. 1.Corin.6. Qui adhæret deo unus spiritus est. Illud autem quòd dicit. *Ex his quæ audierunt.* potest esse ratio, quare sermo non est admistus fidei. Hoc enim fuit ex his, quæ audierunt ab exploratoribus, quibus fuerunt increduli. Vel potest esse determinatio fidei, quæ debet esse ex his quæ audierunt. Fides enim ex auditu. Rom.10. Verba enim dei sic sunt efficacia: quòd statim audita debent esse credita. Psalm. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit. *Ingrediemur enim, &c.* Probat propositum, & circa hoc facit tria. Primo enim ostendit, quòd nobis est necessarium credere sicut & illis. Secundo adducit duas authoritates ad probandũm intentum suum, ibi. *Et quidem operibus* Tertio ex illis arguit, ibi. *Quoniam ergo supereſt.* Dicit ergo, Nobis factus est sermo sicut & illis, quia. *Ingrediemur in requiem.* Psalm. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Iob.11. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Est autem duplex requies. Vna in bonis exterioribus, & ad istam egreditur homo a requie mentis. Alia est in bonis spiritualibus, quæ est intima & ad istam ingreditur. Matth.25. Intra in gaudium domini tui. Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Deinde ponit authoritatem. *Sicut iurauì, &c.* & hoc expositum est. Deinde cum dicit. *Et quidem operibus, &c.* ponit duas authoritates. Vnam legis, quæ habetur Genes. 2. aliã quæ frequenter posita est, quæ habetur in Psalm. 94. dicit ergo quantum ad primum. *Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit, &c.* Hoc potest legi dupliciter. Vno modo quòd non sit ibi, enim, sed dixit, in quodam loco, &c. Et est planior litera, ut sit sensus. Dico quòd ingrediemur in requiem, quæ præfigurata est ab institutione mundi, de qua re quie præfigurata per diẽ septimam. *Dixit*, scilicet Spiritussanctus qui loquitur in scriptura: quia Spiritusanctus inspirati locuti sunt sancti dei homines. 2. Pet. 1. *In quodam loco.* (Famoso) scilicet. Genes. 2. *De die septima.* Et sic requieuit deus ab operibus suis. Operibus, inquam ab institutione mundi perfectis. Vel dixit Spiritussanctus in quodam loco de die septima, & hoc dixit postquam narrauerat opera sex dierum ipsis perfectis ab institutione mundi. Si vero sit ibi. Dicit enim,

E sic est defectiua constructio, & est sensus. *Nuntiatum est nobis quòd ingrediemur*, & hoc. *Operibus ab institutione mundi perfectis*, Sed quando & quomodo nuntiatum est: quia dixit, in quodam loco, &c. Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum, quæ fuerunt perfecta. Dicit uero ab institutione mundi, quia primo constitutus est mundus, & post sex dies distincte perfectus est in singulis partibus suis. De distinctione autem istorũ dierum diuersimode loquuntur sancti. Aliter enim accipit August. ab alijs sanctis, sicut patet prima parte summæ quæst.74. Art.2.&.3. Tamen quomodocumque dicatur manifestum est, quòd opera illa perfecta fuerunt. Est enim in ipsis duplex perfectio. Vna, secundum partes mundi, quæ sunt cœlum, & quatuor elementa. Et hæc attenditur penes earũ essentias, sicut habetur in prima parte summæ quasi vbi supra. Et hoc fuit per opus creationis, quod fuit prima die.

die. Et per opus distinctionis, quod fuit secunda & tertia die, Et in hoc concordat August. cum alijs. Alia perfectio est, secundum singulas partes. Et hæc perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus quantum ad superiora fuit quarta die, quãtum ad mediam, scilicet aerem & aquam, quinta die,

dieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset: numquam de alia loqueretur post hac die.

LECTIO IIII.

ITAQVE relinquitur sabbathismus populo Dei. G Qui.n.ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illã requiem: ut ne ĩ idipsum quis incidat incredulitatis exemplum, Vnius est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertigens usque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ad medulla-

quantum vero ad terram, quæ est infimum elementum, suit sexta die. Ista vero perfectio conuenit numero senario, qui consurgit ex suis partibus aliquotis simul sumptis, quę sunt vnũ, duo, & tria, quia sexies vnũ, sunt sex, similiter ter bis, & bis ter, & vnũ, duo, tria, sunt sex, quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius conueniat aliqualiter his, quæ dicta sunt, quia ter vnum, tria sunt, & vnum & duo, tria sunt, tamen bis vnũ nõ faciunt tria: similiter semel duo, non faciunt tria, sed tãtum duo: ideo per ipsum senarium, designatur perfectio rerum. Post perfectionem vero promittitur quies, quæ nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mundi, sicut in qualibet alia erat quædam variatio, unde in ipsa incœpit status propagationis, propter quod & connumeratur alijs, ideo in septima mundi ætate, est status quiescentium. Secundum August. tamẽ, ista septima dies nihil aliud est, quàm cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. Sed contra. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eam, si non est opus dei? Præterea. Io. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ergo operor. Respondeo, Dicendum est quòd accipitur ibi quies, non secundum quòd opponitur labori, sed secũdum quòd opponitur motui. Deus enim & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso non loquimur nisi per sensibilia, in quibus non est operatio sine motu, ideo omnis operatio large loquendo, dicitur motus, & sic dicitur quieuisse, quia cessauit nouas species producere: quia illa, quæ post ea facta sunt, fuerunt in illis rebus tũc productis: vel secundum virtutem actiuam sicut in animalibus perfectis, vel secundum rationes seminales, vel secundum materiam sicut materialia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit factum corpus quod posset suscitari. Quædam autem fuerunt tunc secundum similitudinem, vt animæ rationales, quæ tantum fiunt a deo. Sic ergo requieuit deus ab opetibus producendis, quia omnia aliquo modo præcesserunt vt dictum est, tamen vsque modo operatur conseruando, & gubernando, quæ condidit. Et sic septimam diem deus fecit sicut quamlibet aliam, quia tunc fuit aliquid additum, quia tunc incœpit status propagationis. Quælibet autem additio uariabat statum mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diem. Vel secũdum Aug. non dicit simpliciter requieuit, sed, *Requieuit ab operibus suis*. Ab æterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiam requieuit non in operibus, sed ab operibus. Aliter enim operatur deus, & quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam suam, sicut domificator facit domum vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrũ. unde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed non sic est de deo, quia non agit propter indigentiam suã, sed propter bonitatem communicandam. Vnde non quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem ponit authoritatem Dauid, quæ iam exposita est. Consequenter cum dicit. *Quoniam ergo superest, &c.* Arguit ex præmissis. Et circa hoc facit duo. Primo enim, accipit sensum secundæ authoritatis illius. *Si uocem eius audieritis, &c.* Secundo, arguit ex primo, ibi. *Itaque relinquitur, &c.* Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda authoritate, secundo, ostẽdit quòd hæc duo intelliguntur in ipsa, ibi. *Nam si eis Iesus.* Accipit ergo duo, quæ intelliguntur in ipsa, ibi. *Nam iustum est*, scilicet, quòd antiqui patres non introierunt. Aliud est, quòd tempore Dauid adhuc restabat alia quies præstanda. Licet enim ipsis fuisset promissa requies præstanda in terra promissionis, tamen per hoc, quod post longum tempus dicit, Hodie si vocem, &c. ostendit quòd alia requies restat. Aliter enim non faceret mentionem de requie, dicens, Hodie, &c. Est ergo quædam requies in quam nobis intrandum est, in quam illi non intrauerunt, propter incredulitatem. Et ideo, quoniam illi non intrauerũt, restat ergo quosdam intrare quibus promissio facta est, quia hi quibus prius nuntiatum est non introierunt, idest Iudæi, qui-

F bus promissio facta est. Restat ergo quosdam intrare, cuius ratio est, quia si Deus creauit hominem ad æternam beatitudinem, quia ad imaginem & similitudinẽ suã creauit illum, ideo præparauit ei requiem. Licet ergo aliquis ex merito culpæ suæ excludatur, non tamen vult Deus quòd illa præparatio sit frustra. Et iõ superest, vt quidam intrent, vt patet de vocatis ad nuptias Math. 21. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni &c. & ideo. *Terminat.* idest, determinat nobis diẽ septimam, idest diẽ gratiæ dicendo in Dauid, Hodie si vocem, &c. Et repetit authoritatem, quæ exposita est. Sciendum est autem, ꝙ deus homini præparauit beatitudinem pro requie, nec vult istam præparationem esse frustra, sed si vnus non intrabit, alius intrabit, sicut ostendit in illa parabola de nuptijs. Matth. 22. Vnde Apoc. 3. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Quasi dicat, Si tu non accipias, alius habebit. Iob. 54. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Deinde cũ dicit. *Nam si eis Iesus, &c.* Probat quòd supersit alios intrare, quia si Iesus Naue, idest, Iosue filiis Israel. *Finalem requiem præstitisset, numquam de alia, &c.* Idest, non immineret nobis alia requies, nec de alia aliqua propheta Dauid loqueretur H post illam diem. Vnde manifestum est, quòd illa requies fuit signum requiei spiritualis.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus duas authoritates assumpsit, vnam de Gen. 2. Aliã vero de Psal. 94. & conclusit intentionẽ suam ex secunda authoritate. s. Psalm. hic concludit idẽ ex prima. Et circa hoc facit duo. Primo. n. ponit conclusionẽ, secũdo, ponit rationẽ consequentiæ, ibi. *Qui enim ingressus.* Circa primũ sciẽdum est, ꝙ Apostolus in serie omniũ istorũ verborũ, facit mentionẽ de triplici requie. Prima, est requies dei ab operibus suis. Secunda, est requies tẽporalis, quã habuerunt filij Israel in terra promissionis. Tertia, est requies æterna, quę per istas duas designatur. Sed Apostolus hic, anteq̃ faciat mentionem de requie æterna, dicit ꝙ post terrenã adhuc. *Relinquitur*, idest remanet. *Sabbathismus populo dei.* qui in veteri lege per sabbathũ, repræsentabatur. s. requies æterna. Esa. 58. Vocaberis sabbathũ delicatũ & I sanctũ dñi. Esa. 66. Erit mensis ex mense & sabbathũ ex sabbatho. i. requies perpetua. Et dicit sabbathismus, quia sicut in veteri lege sabbathũ repræsentabat requiẽ dei ab operibus suis, de qua dicitur Gen. 2. ita illa requies erit sanctorũ ab operibus suis. Apoc. 14. Amodo iã dicit spiritus, vt requiescãt a laboribus suis. Vñ subdit. *Qui.n.ingressus est re.eius.* quia sicut deus sex diebus operatus est, & septima requieuit, ita per sex dies præsens tẽpus pp perfectũ numerũ significatur. Qui ergo perfecte operatur, in septima. *Requiescit ab operibus suis, sicut & a suis deus.* non aũt a quibuscumq; operibus, quia sunt ibi quædã opera perpetua, videre. s. amare, & laudare. Apoca. 4. Non habebãt requiẽ nocte ac die dicẽtia, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40. Qui sperant in dño, habebunt fortitudinẽ, assument pennas vt aquilæ, current & nõ laborabunt, ambulabunt & non deficient. Deinde cum dicit. *Festinemus.* Inducit ad festinationẽ. Et circa hoc facit duo. Pri- K mo.n. ponit monitionẽ, secundo, subdit rationem de introitu illius requiei, ibi. *Viuus est.* Item circa primũ duo facit. Primo enim, monet ad festinandũ, secundo, ostendit tardantis periculũ, ibi. *Vt ne in idipsum.* Dicit ergo, Quia igitur relinquitur sabbathismus, &c. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* Et signãter dicit ingredi, quia non est in bonis exterioribus, ad quæ est egressus, sed est in bonis interioribus. Exo. 15. Introduces cos, & plãtabis, &c. Matth. 25. Intra in gaudiũ dñi tui. Est ergo multiplex ratio, quare festinandũ est intrare. Vna est, quia longinqua est via. Prouer. 7. Abijt via longissima, Luc. 19. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã. Dicitur aũt longinqua, pp distantiam status, quia ibidem plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo: est etiam desideranti perfecta visio & tentio: hic autẽ sunt omnia contraria istis. Item festinandũ est, quia tempus est valde breue. Iob. 14. Breues dies hominis sunt. Item, quia istud tẽpus cum hoc, ꝙ est breue & modicum,

est

est etiam incertum. Eccle. 9. Nescit homo finem suum. Item, propter vrgẽtem vocationem. Interior enim vocatio urget nos per stimulum charitatis. Esa. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit, &c. 2. Cor. 5. Charitas Christi viget nos. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Item propter periculum tardantis, sicut patet de fatuis virginibus. Matth. 25. quæ tarde uenientes intrare non potuerũt.

rum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem est nobis sermo.

Et ideo dicit. *Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplũ.* Quasi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi propter incredulitatem. Vnde caueamus alienæ culpæ exemplo, ne simus increduli, & exemplo pœnæ, vt. s. non excludamur sicut ipsi. Luc. 1. Abiit in montana cum festinatione. Ad hoc enim ostenduntur nobis præteritæ pœnæ aliorum, vt caueamus. Prouerb. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Glo. Peius est nisi caueatis. Ex hoc videtur, quòd ille qui non corrigitur punitione alterius, grauius punietur. Sed contra, quia iam peccatum Adæ, q non peccauit exemplo alterius, esset minus graue. Respondeo: Dicendum est, quòd semper iste locutiones intelligendæ sunt cæteris paribus. Contingit enim duo peccata in se considerata, non esse unum grauius altero, tamen propter aliquam circunstantiã aduenientem, aggrauatur vnum, & non aliud: sicut duo adulteria de se æqualia sunt, tamen illud quod est ex certa malitia, grauius est, quàm illud quod est ex passione vel infirmitate. Et similiter uerbum otiosum grauius est, quando fit ex certa malitia.

Quomodo autem festinandum sit, docet Apostolus. 1. Cor. 9. quia, Qui currit, & qui certat ab omnibus se abstinet. Festinãdum est ergo, deponendo impedimenta, non solum ut abstineamus a peccatis, sed etiam vt occasiones peccatorum vitemus. Pro 3. Ducam te per semitas &c. sed contra. Pro. 19. Qui festinus est pedibus offendet. Respondeo: duplex est festinantia, scilicet præcipitationis, & hæc est reprehensibilis, alia tenuitatis, & celeritatis, & hæc est laudabilis: nam sicut dicit, Phil. Omnes homines oportet consiliari diu, operari autẽ cõsiliata festinanter. qñ ergo festinantia tollit consilium, tunc præcipitat, & est vitiosa, & secundum hanc uerificatur obiectio, sed festinantia, quæ est in executione consiliatorum, est virtuosa, & laudatur, & ad hanc hortatur hic Apostolus.

Deinde cum dicit. *Viuus est enim sermo dei &c.* Ponit rationem prædictæ monitionis, & præcipue quantum ad periculum. Hæc autem ratio sumitur ex parte Christi. In ipso autem est duplex natura. Vna, s. diuina secundum quam est uerbum patris. Alia est humana, secundum quam est põtifex offerens se in cruce. Primo ergo, ponit rationem sumptam ex parte diuinitatis, secundo, rationem sumptam ex parte humanitatis, ibi. *Habentes igitur.* De filio autem dei dicit tria. Primo enim, assignat eius uirtutẽ, quia viuus est sermo dei. secundo eius cognitionem, ibi. *Et discretor.* Tertio, eius authoritatem, ibi. *Ad quem nobis sermo.* Virtutem eius ostendit, tripliciter. Primo, quantum ad naturam, secundo quantum ad potestatem, ibi. *Et efficax.* Tertio, quantum ad operationem, *Et penetrabilior.* Dicit ergo. *Viuus est sermo dei.* Ista litera de se uidetur habere difficultatem, tamen considerando aliam translationem planior est. Vbi enim nos habemus. *Sermo*, in Græco habetur, logos, quod est idem quòd uerbum. Vnde sermo, i. verbum. Et sic etiam exponit Aug. illud Io. 1. Sermo quem locutus sum, idest ego ipse, qui sum verbum. Sap. 18. Omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo, a regalibus sedibus uenit. Et similiter hic sermo dei est uiuus idest verbum dei uiuum. Verbum enim dei ab æterno conceptum, in paterno intellectu est verbum primordiale. de quo Eccle. 3 dicitur, Fons sapientiæ uerbum dei in excelsis. Et quia est primordiale, ideo ab ipso deriuantur omnia alia uerba, quę nihil aliud sunt q̃ quædam conceptiones expressæ in mente angeli, vel nostra. Vnde illud uerbum, est expressio omnium uerborum, quasi fons quidam. Et illa, quæ dicuntur de illo uerbo, quodammodo aptantur ad alia uerba, secundum suum modum. De illo autem dicitur, quòd est uiuus. Dicitur autem res uiua, quandiu habet motum, & operationem suam. Sicut enim fons scaturiens dicitur uiuus, sic & uerbum illud quod habet perpetuum uigorem. Psa. 118. In æternum domine, uerbum tuum permanet in cœlo. Io. 5. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso. Vel potest referri ad humanam naturam. Est enim uiuus, licet ab aliis reputetur mortuus, quia cũ resurrexit, iam non moritur. Apocalip. 1. Fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Similiter etiam sermo scripturæ est uiuus, & indeficiens. Roman. 9. Non autem, quod exciderit uerbum dei. Consequenter cum dicit. *Et efficax.* Ostendit eius potestatem. Dicitur autem uerbum efficax propter maximam uirtutem, & infinitam uim effectiuam,

A quam habet. Per ipsum, n. facta sunt omnia Io. 1. & Psalm. 32. Verbo domini cæli firmati sunt. Item est efficax, quia ex ipso omnia uerba prolata a deo, mediante angelo vel homine, efficaciã habent. Eccl. 8. Sermo illius potestate plenus est, Esa. 55. Verbũ quod egredietur de oro meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quodcũq; uolui &c. Deinde cũ dicit. Et penetrabilior, ostendit eius operationẽ. Et circa hoc, facit duo. Primo, ponit eius operationem, secundo, exponit, ibi. *Et pertingens.* Dicit ergo. *Et penetrabilior.* Illud proprie dicitur penetrare, qđ ingreditur profunda rei. Hoc autem potest esse dupliciter. Vno modo, quia operatur in intimis rei. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Alio modo, quia cognoscit intima rei B Io. 2. Opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. Operatio enim dei & cognitio, pertingit, & penetrat intima rei. Vnde dicit. *Omni gladio ancipiti.* Inter omnia enim, gladius est penetrabilior propter acumen, & maxime gladius anceps, qui, scilicet est acutus ex duabus eius partibus. Et ideo, quia uerbum dei acutum est, & ad operandum, & ad cognoscendum, ideo comparatur gladio ancipiti. Eph. 6. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Esa. 27. In illa die visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti &c. Vel dicitur anceps, quantum ad operationem, quia habet aciem ad bona promouenda, & mala destruenda, Apoc. 1. Ex ore ipsius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus, uel quantum ad cognitionẽ: & dicitur. *Omni gladio ancipiti*, idest omni humano intellectu, qui dicitur anceps, quia habet uiam ad vtranq; partem conclusionis, quousq; veniat ad finem perscrutationis, & ibi C figit acumen suum, scilicet in ueritate. In ordine enim causarum uidemus, quòd semper causa prior, intimius operatur q̃ causa posterior. Vnde illud quod natura producit est intimius, quàm illud quod producitur per artem. Quia ergo deus est prima causa simpliciter, ideo eius operatione producitur illud, quod est intimius ipsi rei, scilicet esse eius. Consequenter cum dicit. *Et pertingens &c* Manifestat quod dixerat de operatione. Et circa hoc facit duo, quia primo, ostendit hoc quantum ad spiritualia, secundo, quantum ad corporalia, ibi. *Compagum quoq; & medullarum.* Secundum enim Apostolum, tria sunt in homine, scilicet corpus, anima, & spiritus. 1. Thes. 5. Integer spiritus uester, anima, & corpus &c. Quid enim sit corpus notum est. Anima autem est, quæ dat corpori uitam: spiritus vero in rebus corporalibus dicitur quid subtile, & ideo significat substantias immateriales. Esa 31. Aegyptus homo, & non deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Spiritus ergo in nobis D dicitur illud, per quod communicamus cum substantiis spiritualibus. Anima uero illud, per quod communicamus cum brutis. Et sic spiritus est mens humana, scilicet intellectus, & voluntas: Ex hoc autem dicunt aliqui, quòd in nobis sunt diuersæ animæ. Vna scilicet, quæ perficit, & viuificat corpus, & ista dicitur anima proprie. Alia uero, est spiritus habens intellectum quo intelligimus, & voluntatem qua uolumus: & ideo ista duo magis dicuntur substantiæ, quàm animæ. Hoc autem damnatum est in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Et ideo dicendum est, quòd una & eadem est essentia animæ, quæ per essentiam suam uiuificat corpus, & per potentiam suam, quæ dicitur intellectus, est principium intelligendi. & per istam intellegit æterna: quod quomodo sit, sic patet. Videmus enim, quòd quanto forma est perfectior, tanto operatio eius minus subditur materiæ: sicut patet quòd formæ elementorum, quia sunt imperfectissimæ, non extenduntur vltra materiam. Cum er- E go anima inter omnes formas sit nobilissima, oportet quòd habeat aliquam operationem, & præcipue anima rationalis, quæ omnino excedit potentiam materię. Et istam operationem vocamus intelligere, ad quam sequitur sua inclinatio, scilicet velle. Est autem triplex differentia inter operationes animę, ita quòd anima dicatur ad quam pertinent potentiæ, quibus anima operatur cum corpore. Ad spiritum uero ille, quibus operatur sine corpore. Prima autem differentia inter istas potentias, & operationes ab ipsis procedentes, est ipsius rationis ad sensualitatem, quæ est potentia, per quam anima operatur cum corpore, quia ratio apprehendit immaterialia: sensualitas uero materialia, & sensibilia. Secunda differentia est, partium sensualitatis: quia alium statum, & ordinem habet sensualitas, secundum quòd tendit in proprium obiectum ex natura sua, & alium secundum quòd regulatur a ratione. Ipsa enim concupiscibilis aliter consideratur ut est uis quædam in ordine ad obiectum suum, & aliter vt participat rationẽ. Tertia differentia est partium ipsius rationis,

secundum diuersa obiecta ipsius, quia vel tendit in deum; & hoc est supremum in ipsa, vel in effectus spirituales, vel in effectus temporales. Omnes autem istas diuisiones, & differentias operatur, & discernit verbum dei, scilicet, quomodo sensualitas distinguatur a ratione, differentiam etiam ipsius sensualitatis in se, differentiam etiam partium rationis, & quid proueniat in anima ex consideratione spiritualium, & terrenorum. Alio modo po-

LECTIO III.

Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionē. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris,

test exponi secundum Glossam, dupliciter, vt per animam intelligantur peccata carnalia, quæ fiunt actu, & delectatione corporis, vt luxuria, gula, & huiusmodi, per spiritum uero peccata spiritualia, quæ fiunt actu mentis, vt superbia, inanis gloria, & huiusmodi: vel per animam intelliguntur malæ cogitationes, per spiritum uero bonæ. Et sic est sensus, pertingens, idest discernens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus, idest, inter carnalia, & spiritualia peccata, vel inter bonas, & malas cogitationes. Consequenter cum dicit, *Compagum quoque & medullarum*, declarat illud quod dixerat de operatione dei, quantum ad temporalia. Sciendum est autem, quòd aliquid non potest penetrando pertingere ad aliquid propter duo. Vnum est, propter colligationem, Aliud autem est, propter inclusionem. Neutrum istorum potest impedire verbū dei. In nobis quidem sunt quædam colligationes, scilicet neruorum, & arteriarum. Quædam etiam sunt valde inclusa, & occulta, sicut medullæ quæ in ossibus includuntur, omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt, & subdita: & ideo nihil est ei difficile ad penetrandum. Vel per compages potest intelligi coniunctio, quæ est inter partes animæ adinuicem, vt inter animam, & spiritum. q.d. Non solum pertingit ad cognoscendū differentiam, & diuisionem animæ, & spiritus, sed etiam ad cognoscendum quomodo coniunguntur. Cognoscit enim, quomodo sensualitas regitur ratione. Medulla autem potest intelligi illud, quod latet in ratione, & sensualitate. Matt. 10. Timete eū, qui potest, & animam, & corpus mittere in gehennam. Deinde cum dicit. *Et discretor cogitationum*, agit de cognitione uerbi. Et circa hoc facit duo Primo enim ostendit, quòd omnia subduntur cognitioni eius. Secundo, ostendit quomodo cognoscit, ibi. *Omnia autem nuda*. Ex duobus autem contingit, quòd aliquid non cognoscatur, scilicet, aut quia est intra aliquod occultatum, & sic maxime sunt occulta, quæ latent in corde, quia ipsum est valde profundum, & inscrutabile. Hier. 7. Prauum est cor hominis, & inscrutabile Secundum vero septuaginta interpretes habetur sic, Profundum est cor hominis, &c. In corde vero latent cogitationes. Istas autem cognoscit verbum dei. Esa. 1. Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Et ideo, quantū ad hoc dicit. *Discretor cogitationum.* Alio modo non cognoscitur aliquid, quia est omnino ignotum, & inuisibile: & sic ea, quæ sunt in voluntate sunt ignota. In uoluntate autem est ipsa intentio finis, quæ de natura sua est inuisibilis. Quid enim homo facit uel cogitat, manifestatur per opus: sed qua intentione hoc faciat, penitus est incertum. Ista autem non sunt occulta deo. Ideo adiungit. *Et intentionum cordis*. Psalm. 7. Scrutans corda, & renes, idest cogitationes, & intentiones. Sciendum est autem, quòd illud quod dicit penetrans, referri potest ad operationem vt dictum est. Et sic differunt penetrans, & discretor. Si autem referatur ad cogitationem, tunc quod hic dicit, *Et discretor*, est expositio illius. q.d. Tu dicis quòd est penetrabilior, &c. Verum est, qa est etiam discretor compagum, & medullarum, i. cogitationum, & intentionum. Compages enim dicuntur quædam colligationes, & sic cogitatio, inqua est quasi quædam colligatio terminorum, potest dici, compago, dum de uno tendit in aliud, Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis. Item, Esa. 5. Væ qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Item, medulla est intima latēs in ossibus. Iob. 21. Medullis ossa illius irrigantur. Deinde cum dicit, *Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius*. Ostendit, quòd illud quod secundum naturam est inuisibile, non est occultum Deo. Quod enim aliquid nō uideatur a nobis, hoc est, quia simplicius, & subtilius est oculo nostro, siue corporali siue intellectuali: sicut sunt substantiæ separatæ, quas in uita ista videre non possumus. Diuino autem intellectu nihil est simplicius, vel subtilius, ergo nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Sed nunquid cognoscit in vniuersali tantum, sicut quidam uoluerunt? Non, sed. *Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius*. Per oculum autem, intelligitur vis cognitiua: intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signanter autem dicit in plurali, oculos, propter diuersitatem intellectorum, quia non cognoscit unum tantum, sed etiam multitudinem rerum. Dicit etiam nuda, & aperta. Dupliciter enim cognoscitur aliquid. Vno modo in superficie. Alio modo in profundo, sicut homo nudus videtur in superficie, nō autē vestitus, sed omnia Deo manifesta sunt, quæ videntur in superficie. Nihil enim est extra, quod impediat cognitionem Dei, sicut vestis impedit ne videatur homo. Et ideo dicit, *Nuda*. Iob. 26. Nudus est infernus coram illo. Dicit etiam aperta, quia nihil é ita occultum in re, quòd Dei cognitionem effugiat. Sed contra Abac. 1. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & aspicere ad iniquitatem non poteris: non ergo omnia nuda sunt. Respōdeo. Dicendum, quòd in Deo est scientia simplicis intelligentiæ, & scientia approbationis: primo modo cognoscit omnia, etiam mala, & ea quæ non sunt: secundo cognoscit bona, quantum ad ea, quæ sunt. Consequēter ostendit perfectionem authoritatis ipsius cum dicit; *Ad quem nobis sermo*. Ista vero authoritas est authoritas iudicandi. Act. 10. Ipse est, qui cōstitutus est a Deo iudex viuorum ac mortuorum. Ad istum ergo nobis sermo, vt scilicet reddamus rationem de operibus nostris. 2. Cor 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum sit. & ideo quia sicut est potens, sic sciens, & sic magnus, festinemus ergo ingredi &c. Ad iudicium enim faciendum, tria requiruntur, primo quidem, potestas subditos cohercendi. Eccle. 7. Noli fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Et hæc conuenit Christo, secundum illud Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis non ex odio, vel liuore, sed ex amore iustitiæ, iudiciū proferat. Prouer. 3. Quem diligit Dominus corripit, & quasi patri &c. Et hic amor iustitiæ potissimum est in Christo. Esa 2. Et erit iustitia cingulum lumborum eius &c. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. Ecclesi. 10. Iudex sapiens, iudicabit populum suū &c. Christus autem est Dei virtus, & Dei sapientia. 1. Cor. 1. Hæc autem iudiciaria potestas, cōuenit Christo, secundum quòd est homo. Ioan 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: non quidem propter conditionem naturæ secundum Aug. quia sic, omnes homines, huiusmodi potestatē haberent, sed propter gratiam capitis, quam Christus in humana natura accepit Competit autem Christo hoc modo iudiciaria potestas secundum humanam naturam, propter tria: primo, propter conuenientiam, & affinitatem ipsius ad homines. Sicut enim Deus per causas medias, tamquàm propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Christum, homines, vt sit suauius iudicium. Non .n. habemus Pōtificem, qui non possit compati &c. vt dictū est. Secundo, quia in ānali iudicio, vt August. dicit super Ioan. erit resurrectio corporū mortuorum, quæ suscitat Deus per filium hominis, sicut per eundem Christum suscitat animas, inquantum est filius Dei. Tertio, quia vt Aug. dicit in libro de verbis Domini, rectum erat, vt iudicandi, viderent iudicem. Iudicandi autem sunt boni, & mali: restat ergo, vt in iudicio forma hominis, bonis & malis ostenderetur, & forma Dei, solis bonis seruaretur. Hæc autem potestas, primo homini competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis, & etiam ista ex meritis adeptus est. Quod quidem congrue factum est, vt secūdum Dei iustitiam iudex esset, qui pro Dei iustitia, pugnauit, & vicit, & iustitia reos dānaret qui iniuste iudicatus est. Apoc. 3. Vici, & sedi in Throno patris, p quē intelligitur iudiciaria potestas. Ps 9. Sedens super Thronum, qui iudicas iustitiam. Aug. de Verbis Domini. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice, damnabitque reos, qui falso reus factus est.

LECTIO TERTITIA.

SVPRA Apostolus monuit ad festinandum ingredi in requiem Dei, & ad hoc inducendum, posuit magnitudinem Christi, quantum ad diuinam naturam: hic ostendit idem quantum ad humanam naturam, & circa hoc tria facit. Primo enim, ponit eius dignitatem, secundo, ostendit eius pietatem, ibi *Non enim habemus*. Tertio, induxit ad habendum de eo fiduciam, ibi *Adeamus*. Dicit ergo. Ita dictum est quòd nobis est sermo ad eum, qui est viuus, sermo, verus iudex, & pontifex. *Ergo habentes pontificem magnum*. Psalm. 109. Tu es sacedos in æternum &c. Nec tantum pontifex, sed etiam magnus. Zach. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo &c. Hic autem dicitur magnus, quia non est pontifex, tantum bonorum temporalium, sed & futurorum. infra

fra. 9. Christus assistens pontifex futurorū bonorū &c. Duo aūt tinebant ad magnum pontificem. Vnum quo ad officium, scilicet semel in anno cum sanguine intrare in sanctæ sanctorum. sicut habetur, infra. 9. & Leuit. 16. Hoc autem præcipue conuenit Christo. Ille enim intrat cum sanguine in sancta figuralia, sed Christus per proprium sanguinē intrauit in sancta, idest sacra cœlestia, & ideo dicit. *Qui penetrauit cælos*, idest propria virtute penitus intrauit. Secundum est, quòd debebat esse ex certa tribu, scilicet de stirpe Aaron: sicut dicitur Exod. 29. & Nume. 16. & 17. Hoc autem competit Christo, qui est nobilioris originis. Vnde dicit filius Dei. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Psal. 2. Filius meus es tū &c. Quia ergo habemus hunc pontificem. *Teneamus confessionem*, idest inhæreamus corde, quia vt dicitur Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hanc autem confessionem, requirit a nobis Christus pontifex maximus. Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Sed dicit. *Spei nostræ*, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd confessio prout hic sumitur, sit confessio fidei. Fides autem est principium spei, sicut habetur ex glo. Matt. 1. Abraham autem genuit Isaac, idest, fides genuit spem, non quidē quantum ad habitum, sed quantum ad ordinem actus. Nullus enim potest sperare nec debet, nisi quod potest consequi. Quòd autem possimus consequi æterna, habemus per fidem. Vel. *Confessionem spei*, idest eius de quo speramus, scilicet videre primam ueritatem. Deinde cum dicit. *Non enim habemus pontificem*, ne forte credatur, quòd non possit aliquid agere præter id, quod exigit eius iustitia, ostendit in ipso etiam esse misericordiam, & pietatem, & ista respiciunt miseriam, & hoc præcipue conuenit Christo. Vnde dicit. *Qui nō possit compati infirmitatib nostris*. Sciēdum est autem, quòd ly posse, aliquando importat non nudam potentiam, sed promptitudinem, & aptitudinem Christi ad subueniendum: & hoc, quia scit per experientiam miseriam nostrā, quam, vt Deus, ab æterno sciuit per simplicem notitiam. Psalm. 102. Misericors est Deus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Vnde subdit. *Pro similitudine*, scilicet nostri. *Tentatum*. Est autem triplex tentatio. Vna quæ est a carne, quādo, s. Caro concupiscit aduersus spūm, vt dr Gal. 5. & ista non est sine peccato, quia vt dicit August. Nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum, quia hoc est carnem cōcupiscere. Sed hoc non fuit in Christo, & ideo dicit. *Absque peccato*, idest absque minimo motu peccati. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicitur, Agnus Dei. Ioa. 1. Alia est tentatio ab hoste, & a mundo, & hoc dupliciter. Vel alliciendo per prospera, vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tentatus Christus. Fuit enim allectus prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem huius vitæ, vel pertinet ad concupiscentiam carnis, vel ad concupiscentiam oculorum, vel ad superbiam uitæ. De primo enim tentauit eum diabolus, quando tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ. Mat 4. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Item, de inani gloria, cum dicit, Mitte te deorsum. Item, de concupiscentia oculorum dicens, Hæc omnia tibi dabo, &c. Luc. 4. Consumata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Item, fuit tentatus per aduersa, & insidias a pharisæis, quia volebant eum capere in sermone. Matt. 22. Item, per contumelias. Matt. 27. Vah, qui destruis templum Dei &c. Item per flagella, & tormenta. Excepta ergo tentatione, quæ est cum peccato, per omnia similis nobis tentatus est. Dicit autem secundum similitudinem, quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quòd ly secundum, denotet causam finalem, quasi dicat, Ideo tentatus est, vt daret nobis exemplum, vt secundum similitudinem eius, tentationem sustineremus, & omnia conaremur vincere. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Vel potest denotare consequentiam, quasi dicat, Ideo tentatus est, vt per omnia tam in temporalibus, quàm in omnibus aliis, nisi in solo peccato, similis esset nobis. Si enim fuisset sine tentationibus, non fuisset eas expertus, & sic non compateretur. Si vero habuisset peccatum, non potuisset nos iuuare, sed magis indiguisset adiutorio. Deinde cum dicit. *Adeamus ergo cum fiducia &c.* Inducit ad habendam fiduciā de ipso: q.d. Ex quo sic potest compati. *Adeamus cum fiducia*. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agam &c. *Adeamus*, dico. *Ad thronum*. Thronus dicit sedes regis, Christus aūt rex est. Hie. 23. Regnabit rex, & sapiēs erit &c. Hic aūt thronus duplicem habet statū. Vnū iustitiæ in futuro, Ps 9. Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. Hoc

tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ eius: ut misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

erit in futuro. Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Est alius thronus gratiæ, de quo hic. Ideo additur *Gratiæ eius*, scilicet in præsenti, quando est tempus miserendi. Zach. 4. Exequabit gratiam gratiæ. Per gratiam autem Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur a peccato, quod facit miseros populos. Prouer. 14. Et ideo dicit *Vt misericordiam consequamur*. Itē per gratiā Christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit; *Et gratiam inueniamus*. Lu. 1. Inuenisti gratiam apud Dominum. Et hoc *In auxilio opportuno*. quo addiuuemur ad bene operandum. Psal. 120. Auxilium meum a Domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15. Abundantius illis laborauī: non autē ego, sed gratia Dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dicit. *Auxilio opportuno*, Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccles. 8. Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

CAPIT. V. LEC. I.

OMNIS namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ

hoc *In auxilio opportuno*. quo addiuuemur ad bene operandum. Psal. 120. Auxilium meum a Domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15. Abundantius illis laborauī: non autē ego, sed gratia Dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dicit. *Auxilio opportuno*, Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccles. 8. Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

LECTIO PRIMA.

SICVT a principio huius epistolæ dictū fuit, intentio Apostoli est, ostendere Christū excellentiorē esse omnibus his, ex quib lex habet authoritatē. s. angelis quorū ministerio data fuit Galat. 3. Ordinata per angelos &c. Et Moyse, qui fuit legislator. Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et sacerdotio & pōtificatu Aarō, per quē lex administratur. Expeditis ergo duobus primis, hic prosequitur de tertio. s. de eminentia sacerdotii Christi ad sacerdotiū Aaron. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit Christū esse pontificē. Secundo, ostendit ipsum esse excellentiorem pontifice veteris legis in. 7. cap. ibi *Hic enim Melchisedech*. Itē, in prima parte duo facit. Primo, ostendit Christū esse pontificem. Secundo, præparat aures auditorū ad cōsequētia, ibi *De quo nobis grādis*. Adhuc circa primū duo facit. Primo ostendit, quæ requirātur ad pontificē. Secundo ostendit illa cōuenire Christo, & sic concludit ipsum esse pontificē, ibi *Sic & Christus non semetipsum &c.* Item in prima parte tria facit. Primo, describit pontificale officium. Secundo, ostendit pietatem, quę pōtifici necessaria est, ibi *Qui condolere*. Tertio, ostendit modum peueniendi ad pontificatū, ibi *Neo quisquam sumit*. Circa officium quatuor ponit. Primo gradus altitudinē, ibi *Ex hominibus assumptus*. Secundo pontificatus vtilitatem, ibi *Pro hominibus*. Tertio materiā, ibi *In his quæ ad Deum*. Quarto actū, ibi *Vt offerat dona*. Istud autem officium conuenit homini, non angelo Et ideo dicit, q ita dictum est, q habemus pontificem magnum, & talis est Christus *Namque* pro quia *Omnis pontifex ex hominibus assumptus*, & sic debet etiā esse de numero hominū. Voluit autem Deus, vt homo habeat similem sui, ad quē curat. Vnde & ecclesia ordinauit, quòd quando vtilis inuenitur aliquis de collegio, non eligatur extraneus. Oseæ. 2. Dabo eis vinitores ex eodem loco. Deut. 17. Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Dicit autem assumptus, quia debet alios excellere, sicut patet de Saule. 1. Reg. 10. Et ideo Christus. Ioan. vlt. interrogat Petrum quem volebat præficere, si deligeret ipsum plus aliis. Finis & vtilitas est, quia *Pro hominibus constituitur*, idest pro ipsorum vtilitate. Non enim constituitur propter gloriam, nō propter cumulandas diuitias, nec propter consanguineos ditandos. 2. Corinth. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum & vlt. Secundum potestatem, quam Deus dedit mihi in ēdificationem, & non in destructionem. Si vero aliquis quærit quod suum est, non est pastor, sed mercenarius. Materia dignitatis est, quia pontifex principatur. Nam sicut principatur dux vel rector in ciuitate, ita ille pontifex; *In his quæ ad Deum*, supple ordinantur. Exod. 4. Tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent &c. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia &c. Sicut ergo illa, quæ pertinent ad Dei cultum excedunt temporalia, ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negotiis sæcularibus prætermittis his, quæ sunt ad Deum 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo &c. Actus pontificis est, *Vt offerat dona*, idest voluntarie oblata, non extorta. Exod. 25. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis; *Et sacrificia pro peccatis*, idest, quæ sibi offeruntur pro satisfactione peccatorum. Leuit. 4. Pro eis rogabit sacerdos, & pro peccatis eius, & dimittentur ei. In quo designatur, quòd omne, quod offertur siue voluntarium & votiuum, siue pro satisfactione, debet offerre secundum dispositionem prælati. Consequenter cū dicit *Qui condolere*. Ostēdit quid requiratur ad vsum, scilicet pa-

tas. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, ꝙ ad vsum pontificis requiritur misericordia, & pietas. Secundo, ostendit quod requiritur misericordiæ motiuum, ibi. *Quoniam, & ipse.* Tertio, ostendit misericordiæ signum, ibi. *Et propterea.* Dicit ergo. dico, ꝙ debet esse in his, quæ sunt ad Deum, tamen debet esse medius inter hominem, & Deum. Deu. 5. Ego medius, & sequester fui inter Dominũ, & uos. Sicut ergo per deuotionẽ orationis debet tangere Deum, tanquã vnum extremum, sic per misericordiã, & compassionem debet tangere alterum extremum, scilicet hominem. Et ideo dicit. *Qui condolere possit.* 2. Corin. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? E contrario Amos. 6. Nihil patiebantur super contritione Ioseph. Duplex est autem defectus. Quidam enim, deficiunt ex ignorantia. Et ideo dicit. *His qui ignorant.* Est autem proprie ignorare, carere scientia eorum, quæ quis debet scire. Quidam uero, ex certa scientia. Et quantum adhoc dicit. *Et errant.* Motiuum pietatis ponit cum dicit. *Quoniam, & ipse &c.* Istud motiuum est infirmitas. Et illi, qui præsunt aliquando infirmantur. 2. Cor. 4. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus. Et ratio huius est, vt ex se aliorum infirmitatibus compatiantur: & ideo Dominus permisit cadere Petrum. Eccl. 31. Intellige, quæ sunt proximi tui, ex te ipso. Et ideo dicit. *Quoniã, & ipse circundatus est infirmitate,* scilicet quãtum ad pœnalitates, & culpam. Psal. 6. Miserere mei Deus, quoniã infirmus sum. Sap. 9. Homo infirmus, & exigui tẽporis &c. Et nota, quòd dicit. *Circundatus.* Carnales enim habent infirmitatem peccati in interioribus. Ratio enim, & voluntas in ipsis subditæ sunt peccato. Sancti vero habent in exterioribus: quia non sunt subiecti peccato, tamen sunt circundati fragilitate carnis. Rom. 7. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati: signum autem huius est, quia & in ueteri lege sicut patet Leui. 9. & 16. & etiam modo, sicut patet in canone missæ cum dicitur, Nobis quoq; peccatoribus, statutum est, quòd sacerdos offerat et pro se, quod non fieret, nisi esset infirmitas peccatorum, quibus est circundatus, non oppressus. Si enim sit in mortali peccato, non debet celebrare. Et ideo dicit, *Propterea debet quemadmodum pro populo etiam pro semetipso offerre pro peccatis.* Consequenter ponit modum perueniendi ad pontificatum, cum dicit *Nec quisquam.* Hoc est enim contra naturam, quòd aliquid per se ducat se ad statum altiorem sua natura, sicut aer non facit se ipsum ignem, sed fit a superiore. Vnde disciplina Dei non habet, quòd quisquam sibi sumat honorem fauore, pecunia, potentia. Amos. 6. In fortitudine enim nostra assumpsimus nobis cornua. Oseæ. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me. Sed debet vocari a Deo sicut Aaron. Exod. 28. Applica ad te Aaron. Et ideo Dominus confirmauit sacerdotium eius, sicut patet Num. 17. per virgam, quæ florut. Tales ergo debent assumi, qui non se ingerunt. Vnde antiquitus signo uisibili ostendebant, sicut patet de beato Nicolao, & multis aliis. Consequenter cum dicit, *Sic, & Christus &c.* Ostendit, quomodo Christus sit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit quomodo dicta conueniunt Christo. Secundo, ex hoc concludit intentum, ibi. *Appellatus est a Deo, &c.* Circa primum tria facit. Primo enim ostendit, quòd Christus factus est pontifex non a se, sed a Deo. Secundo, agit de ipsius officio, ibi. *Qui in diebus carnis.* Tertio, de ipsius misericordia, ibi. *Et quidem cum esset.* Circa primum duo facit, quia primo, ostendit ꝙ Christus non promouit seipsum. Secundo, ostendit, a quo sit promotus, ibi: *Sed qui locutus.* Dicit ergo. *Christus non semetipsum clarificauit.* Circa quod sciendum est, ꝙ non dicit, non fecit seipsum pontificẽ, sed dicit nõ clarificauit &c. Sunt.n. quidã qui se clarificant, vt fiant sicut hypocritæ, qui demonstrant in se aliqua, vt eligantur, vel præbendas consequantur, nullus tamen facit se pontificẽ: Christus uero non solum non fecit se pontificẽ, sed nec clarificauit. *Vt pontifex fieret.* Io. 8. Ego gloriã meã non quæro. Et paulo post, sequitur. Est pater meus, qui glorificat me. Et hoc est verũ inquantum homo, quia inquantum Deus habet eandem gloriã cũ patre. Deinde cũ dicit. *Sed qui locutus,* ostendit a quo est promotus. Et primo, osndit a quo est clarificatus. Secũdo, quomõ est põtifex designatus, ibi. *Et in alio loco.* Clarificat⁹ autẽ est diuino iudicio, quia, s. *Dominus locutus est ad ipsum,* in Ps. 2. *Filius meus es tu &c.* Et hoc est expositũ supra. Itẽ Mat. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui &c. Cũ ergo osndit eũ ab

sunt ad Deum: ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant, & errant, quoniam, & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur a Deo, tanquam Aaron. Sic, & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eũ, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerẽs, G exauditus est pro sua reuerentia.

F æterno genitum, ostendit gloriam eius, supra. 1. Qui cum sit splẽdor gloriæ &c. Pontificatus etiam accipitur a Deo inquantum homo (*Quemadmodum in alio loco dicit*) scilicet, in Psalm. 109. *Tu es sacerdos &c.* Vtitur autem Apostolus authoritate. Psalmorũ, tamquam magis famosa & maioris authoritatis, vt pote magis frequentata. Dicit autem sacerdos, quia se obtulit Deo patri. Ephes. 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam Deo. Et ne credatur tale esse sacerdotium Christi, sicut fuit in veteri lege, distinguit ipsum quantum ad duo. Primo quantum ad dignitatem, quia *In æternum.* Illud enim fuit temporale: erat enim figurale, & ideo non est perpetuum, sed transiit veniente figurato. Sed sacerdotium Christi est æternum, quia est de veritate, quæ est æterna. Item, hostia eius habet virtutem introducendi in vitam ęternam. Item, durat in æternum. Secundo, quantum ad ritum, quia offerebantur animalia, hic autem panis & vinum. Et ideo dicit. *Secundum ordinem Melchisedech.* Istud autem infra exponetur, Deinde cum dicit *Qui in diebus &c.* Ostendit, quòd illud quod pertinet ad officium pontificale conuenit Christo. Et primo, ostendit eius conditionem. Secundo, actum eius, ibi *Preces.* Tertio efficaciam, ibi *Cum clamore valido.* Conditio eius est, ꝙ fuit vnus ex hominibus, quia vt dictum est, pontifex ex hominibus assumitur. Et ideo dicit *Qui in diebus carnis suæ.* Poni-
H tur autem hic caro pro tota natura humana, sicut illud Ioan. 1. Verbum caro factum est. Sed numquid modo non sunt dies carnis eius? Et videtur quòd sic, per illud Luc. vlt. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quare ergo magis dicitur tempus ante passionem & resurrectionẽ suã, tempus, vel dies carnis, quam nunc? Dicendum est, quòd caro quãdoque sumitur pro fragilitate carnis sicut 1. Cor. 15 Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Christus autem tunc habuit carnem fragilẽ & corruptibilem. Et ideo dicit, In diebus carnis suæ, idest in quibus gerebat carnẽ similem peccatrici, nõ peccatricẽ. Actus autem eius fuit, quia obtulit preces & supplicationes, hoc est spirituale sacrificiũ, quod Christus obtulit. Dicuntur autẽ preces, idest petitiones Iac. vlt. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Supplicationes vero dicuntur, quantũ ad humilitate orantis, sicut genuflexiones. Matth. 26. Procidit in faciem suam orans. Ad quem? *Ad Deum,* scilicet Deum patrẽ, *Qui*
I *saluum illum facere posset a morte.* Hoc autem poterat facere dupliciter. Vno modo, ne moreretur. Vnde dicitur Matt. 26. Pater si fieri potest &c. Item, vt mortuũ resuscitaret. Psal. 15. Non derelinques in inferno animã meã. Item. 40. Tu autẽ Domine miserere mei & resuscita me. Ad istud sacrificiũ spirituale ordinatur sacerdotiũ Christi. Vnde respondet ei, quod dictũ est supra, *Vt offerat dona &c.* Psal. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Oseæ. 14. Reddemus vitulos labiorũ nostrorum. Efficacia ostenditur, ex modo orandi. Duo autem sunt necessaria oranti: scilicet feruens affectio. item dolor & gemitus. De his duobus. Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum, quantum ad primum. Et gemitus meus a te non est absconditus, quantum ad secundum. Christus autem ista duo habuit, ideo propter primũ dicit *Cum clamore valido,* idest cum intentione efficacissima. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat &c. Et 23. clamãs ait, Pater &c. Secundo cum dicit *Et lachrymis.* Per lachrymas enim
K exprimit Apostolus, interiorem gemitum orantis. Hoc autem non legitur in euangelio: sed probabile est, quòd sicut ipse lachrymatus est in resuscitatione Lazari, ita & in passione sua. Nam ipse multa fecit, quæ non sunt scripta. Non tamen fleuit pro se, sed pro nobis, quibus passio sua profuit. Sibi autem profuit, inquantum per ipsam meruit exaltari. Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Et ideo *Exauditus est pro sua reuerentia,* quam scilicet super omnes habeat ad Deũ. Esa. 11. Et replebit eum spiritus timoris Domini. Sed contra. Videtur quòd non fuit exauditus, primo pro se, quia non transiuit calix ab ipso, quod tamen petebat. Item nec pro aliis, quia nõ fuit indultum Iudæis, quibus petebat indulgeri. Luc. 23. Pater dimitte illis &c. Dicendum est, quòd Christus in omnibus quæ voluit fieri fuit exauditus. Ipse autem secundum appetitum sensualitatis & secundum voluntatem, inquantum est quidam appetitus naturalis, refugiebat mortem. Et quantum ad hoc

hoc orabat, vt ostenderet se verum hominem. Sed voluntate A consequente rationem deliberatam, volebat mori. Vnde dicit, Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Item nolebat, quòd ignosceretur omnibus, sed illis tantum, qui crediderunt. Et multi postea conuersi sunt.

LECTIO II.

SVPRA posuit tria, quæ pertinent ad pontificem, & ostendit duo illorum cõuenire Christo, scilicet officium & modum perueniẽdi ad ipsum: hic prosequitur tertiũ, scilicet pietatẽ & misericordiã, quã põtifex debet habere. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit illud quod passus est. Secundo, quæ vtilitas consecuta est etiam aliis, ibi *Et consumatus.* Dicit ergo: ita dixi, ꝙ pontifex debet esse talis, quòd possit cõpati. Talis autem est Christus. Cum enim sit filius Dei, ab æterno & secundum hoc nec pati posset, nec compati, assumpsit naturam in qua posset pati, & sic etiam posset compati. Et hoc est, ꝙ dicit, Quia *Cum esset filius Dei,* scilicet ab æterno *Didicit obedientiam,* ex tempore. Contra: addiscere est ignorantis, Christus autem ab æterno, vt Deus, & ab instanti cõceptionis suę habuit plenitudinẽ scientiæ, inquantũ homo. ergo nihil ignorauit, nec per consequens didicit. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est scientia, scilicet simplicis notitiæ. & quantum ad istam procedit argumentum: quia scilicet, ignorauit. Est etiam scientia experientiæ, & secundum istam didicit obedientiam. Vnde dicit *Didicit ex ijs, quæ passus est,* idest expertus est. Et loqui- C tur Apostolus sic: quia qui didicit aliquid, voluntarie accessit ad illud sciendum. Christus autem voluntarie accepit infirmitatem nostram. Et ideo dicit, quòd *Didicit obedientiam.* idest quàm graue sit obedire: quia ipse obediuit in grauissimis & difficillimis: quia vsque ad mortẽ crucis. Philip. 2. Et hic ostẽdit, quàm difficile sit bonũ obedientiæ. Quia, qui non sunt experti obedientiã, & non didicerunt eã in rebus difficillibus, credũt, quòd obedire sit valde facile. Sed ad hoc, quòd scias quid sit obedientia, oportet quòd discas obedire in rebus difficilibus, & qui non didicit obediendo subesse, numquã nouit bene præcipiendo præesse. Christus ergo, licet ab æterno sciret simplici notitia quid est obedientia, tamen didicit experimẽto obedientiam ex iis, quæ passus est, idest difficilibus, scilicet per passiones, & mortem. Rom. 5. Per obedientiã vnius, iusti cõstituti sunt multi. Deinde cum dicit *Et consumatus &c.* Ostendit fructum passionis, qui fuit duplex. Vnus in Christo, D alius in mẽbris eius. In Christo, fructus fuit glorificatio. Et ideo dicit, *Et consumatus.* Nam ab instanti conceptionis suæ fuit consumatus perfectus, quantum ad beatitudinem animæ, inquantum ferebatur in Deum: sed tamen habuit passibilitatem naturæ. Sed post passionem habuit impassibilitatem. Et ideo quia secundum hoc, ex toto perfectus est, conuenit sibi alios perficere. Hæc est enim natura perfecti, quòd possit sibi simile generare. Et ideo dicit, quòd perfectus est. Quia enim per meritum obedientiæ peruenit ad istam consumationem. Prouerb. 21. Vir obediens loquitur victorias. *Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis,* non temporalis, sed *æternæ.* Esa. 45. Saluatus est Israel in Domino salute æterna. Et ideo dicit, Appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech, & hoc est supra expositum. Deinde cum dicit *De quo nobis grandis sermo &c.* Præparat animos auditorum ad sequentia, quæ dicenda sunt de pontificatu Christi. Et circa hoc duo facit. Primo E enim, ostendit eorum tarditatem. Secundo suam intentionem, cum dicit 6. cap. Quapropter intermittentes. Iterum, prima in duas: quia primo ostendit tarditatem, secundo, ostendit ipsam esse culpabilem, ibi; *Etenim cum deberetis.* Item, circa primam partem duo facit: primo ostendit dicendorum magnitudinem, secundo, ipsorum tarditatem ad ea capienda, ibi; *Quoniam imbecilles.* Dicit ergo. Ita dixi, quòd appellatus est pontifex *De quo* scilicet pontificatu; *Grandis nobis sermo* est, quia de magnis. Prouerb. 8. De rebus magnis locutura sum. Item grandis, quia de vtili, scilicet de salute animarum. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omniacceptione dignus: quia, Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. *Iste sermo est interpretabilis ad docendum,* quod potest dupliciter exponi. Vel quòd fiat ibi vis negationis interpretabilis, idest non exponibilis: quia non potest ad perfectum exponi. Quæ enim ad Christum pertinent, nullus

LECTIO II.

Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam, & consumatus, factus est omnibus obtemperãtibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus a Deo põtifex iuxta ordinẽ Melchisedech. De quo nobis grãdis sermo, & interpretabilis ad docendum: quo- B niam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut uos doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Dei: & facti estis quib⁹ lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitię: paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus

sermo exprimere potest. Eccl. 43. Glorificantes Dominum quãtuncunq; potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior est.n.oĩ laude. Alio modo affirmatiue interpretabilis.i. indigens interpretatione propter altitudinem, & magnitudinem, & profunditatem eius. Prou. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationem &c. Interpretatio enim scripturæ, numeratur inter dona Spiritussancti. 1. Co. 12. Indiget etiam, vt dicatur interpretatio eius, propter tarditatem nostrã. Et ideo subdit, ipsam tarditatem nostram, cũ dicit. *Quoniã imbecilles factis estis ad audiendũ.* Illi q; sunt debilis ĩtellect⁹, nõ possunt alta ĩtelligere, nisi eis exponatꝑ singula. Io. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo 1. Cor. 3. Nõ potui uobis loqui, quasi spiritualib⁹ &c. Deinde cũ dicit. *Etenim cum deberetis.* Ostendit istam tarditatem esse culpabilem: & circa hoc tria facit: primo enim, ostendit culpam tarditatis: secundo, adhibet similitudinem, ibi. *Et facti estis.* Tertio, exponit, ibi. *Omnis enim, qui lactis.* Culpa enim alicuius est quando diu audiuit, si adhuc sit tardus: secus autem est, si sit nouus auditor. Negligentia enim non est sine culpa. Et ideo dicit. *Cum deberetis esse magistri,* scilicet aliorum. *Propter tempus,* quo, s. audierant legem, & prophetas. Ioan. 5. Scrutamini scripturas &c. Item, ipsum Christũ. Item Apostolos, & multos ab ipsis conuersos. Ioann. 14. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me. *Rursum indigetis.* Quasi dicat. Magis deberetis docere, quàm doceri: tamen indigetis, *Vt uos doceamini quæ sint elementa exordii sermonis Dei.* Elementa enim dicuntur illa, quæ primo traduntur in grammatica, quando ponuntur ad literas: Ista uero sunt ipse literæ. Exordia ergo sermonum Dei, & prima principia, & elementa, sunt articuli fidei, & præcepta decalogi. Qui ergo diu studuisset in theologia, & illa nesciret, tempus curreret contra ipsum. Ideo dicit. *Indigetis ut doceamini quæ sint elementa exordii sermonis Dei,* idest, prima principia. 2. Timo. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Esa 65. Puer centum annorum morietur, peccator centum annorum maledictus erit. Deinde cum dicit. *Et facti estis,* Ponit ad hoc similitudinem. Sciendum est ergo, quòd doctrina sacra est sicut cibus animæ. Eccl. 15. Cibauit illum pane uitæ, & intellectus. Et. 34. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Sacra ergo doctrina est cibus, & potus: quia animam potat, & satiat. Aliæ enim sciẽtiæ tantum illuminãt intellectum, hæc autem illuminat animã, Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et etiam nutrit, & roborat animam. In cibo autem corporali, est differentia. Alio enim cibo utuntur pueri, & alio perfecti. Pueri enim utuntur lacte, quasi magis tenui, & connaturali, & de facili conuertibili: sed adulti vtuntur cibo solidiori. Sic in sacra scriptura illi, qui de nouo incipiunt, debent audire leuia, quæ sunt quasi lac: sed eruditi debent audire fortiora. Et ideo dicit. *Facti estis quibus lacte opus sit,* scilicet sicut pueri. 1. Petr. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite &c. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã: & hoc est, quod sequitur. *Non solido cibo,* idest alta doctina, quæ est de arcanis, & secretis Dei, quę confirmant, & confortant. Deinde cum dicit. *Omnis enim qui lactis,* exponit similitudinem: & primo exponit illud, quod dixit de lacte: secundo, illud quod dixit de solido cibo, ibi. *Perfectorum autem,* Circa primum duo facit: primo enim, ponit expositionem: secundo, expositionis rationem, ibi, *Paruulus enim.* Dicit ergo. Ita dico, quòd indigetis lacte sicut pueri. *omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ,* idest omnis, qui indiget nutriri lacte, expers est, idest, non potest habere partem in sermonibus iustitiæ perfecte intelligendis. Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum. Prou. 15. In abundanti iustitia, virtus maxima est. Huiusmodi autem non sunt participes pueri. Esa. 28. Quem docebit scientiam, aut quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab uberibus. Sed contra: quia Apostolus superius multa ualde difficilia tradidit eis, scilicet de mysterio trinitatis & de sacramento incarnationis, & multa alia ardua, ergo vel non erant paruuli, vel talia tradenda sunt paruulis. Respondeo. Dicendum est secundum Augustinũ, quòd non est intelligendum,

dum, quòd in doctrina fidei alia sunt tradenda maioribus, & perfectis, & alia imperfectis: non enim est inter eos ista differentia. Eadem enim vtrisq; sunt tradenda, sed paruulis proponenda sunt, sed non exponenda nec pertractanda: quia intellectus eorum magis deficeret, quàm eleuaretur. Lac secundū glo. est, sicut verbū caro factum est. Cōtra Non minori difficultatis est hoc intelligere, quam quomodo verbum erat apud Deum. Vnde August. dicit quòd istud inuenitur in libris Platonis, non tamen illud, Ipse autem August. nō poterat suspicari quid sacramenti haberet, Verbum caro factum est. Respondeo: Dicendum est, quòd cognoscere, verbum caro factum est per simplicem fidem, est satis facile, quia potest cadere in imaginatione, & aliqualiter in sensu, sed verbū apud Deum, omnino excedit omnem sensum; & non nisi per rationem potest, & cum multa, & maxima difficultate comprehendi. Consequeneer assignat rationē cum dicit. *Paruulus enim est* non quidem ætate, sed sensu. Tripliciter autem aliquis dicitur paruulus. Est.n. aliquis paruulus per humilitatem. Matth. 11. Reuelasti ea paruulis. Aetate. Gal. 4. Quāto tēpore hæres paruulus est, &c. Sēsu. 1. Co. 4. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus aūt perfecti sitis. Et isto modo accipitur hic paruulus. Deinde cum dicit. *Perfectorum autem est, solidus cibus*, exponit illud quod dixerat de cibo solido. Hoc enim patet in corporalibus, quòd quando homo peruenit ad ætatē perfectam, vtitur fortiori, & nobiliori, & solidiori cibo. Sic spiritualis; quando peruenit ad perfectionem spiritualem, debet ei proponi doctrina solidior. Ista autē perfectio, duplex est. Vna, est perfectio secundū intellectū, quādo aliquis habet iudicium intellectus ad recte discernendum, & iudicandum de his quæ sibi proponuntur. Alia est perfectio secundum affectum, quam facit charitas, quæ est cum aliquis totaliter Deo inhæret, Vnde Matth. 5. post præcepta charitatis dicitur, Estote ergo perfecti &c. Est autem perfectio charitatis, vt dicit August. vbi nulla est cupiditas. Quanto enim quis magis ascendit in Deum, tanto plus contemnit temporalia. Psal. 72. Quid enim mihi est in cœlo &c. Hoc enim habet sacræ scripturæ doctrina, quòd in ipsa non tantum traduntur speculanda, sicut in geometria, sed etiam approbanda per affectum. Vnde Mat. 5. Qui autem fecerit, & docuerit &c. In alijs ergo scientijs sufficit, ꝙ homo sit perfectus secundum intellectum: in istis uero requiritur, quòd sit perfectus secundum intellectum, & affectum. Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Vnusquisq; enim secundum quòd est dispositus, sic iudicat: sicut iratus aliter iudicat durante passione & aliter ipsa cessante. Et similiter incontinens, aliter iudicat aliquid esse bonum tempore passionis, aliter post. Et ideo dicit Philosophus, quòd Vnusquisque qualis est, talis sibi finis videtur: & quia quæ in sacra scriptura traduntur, pertiment ad affectum, & non tantum ad intellectum, ideo oportet esse perfectum in vtroq;. Et ideo Apostolus uolens ostendere qui sint perfecti, quibus sit tradendus iste solidus cibus, dicit ꝙ sunt illi, qui pro sua consuetudine habēt sensus exercitatos. Vnde, in ista pfectione quatuor sunt attēdenda. s. ipsa perfectio in se in quo cōsistat, & quātū ad hoc dicit. *Qui habent sensus exercitatos*. Et cōueniēter loqtur. In hoc.n. exprimit vtranq; perfectionē, quia (vt dicit Philosophus) intellectus prout iudicat de appetēdis, & agēdis dr̄ sensus: quia est relatus ad aliquid particulare. Vnde nō accipit hic sensus ꝓ sensu exteriori. Qui ergo sentit, quæ Dei sunt, perfectus est Philip. 3. Quicunq; perfecti sumus, hoc sentiamus. 1. Cor. 2. Nos aūt sensū Christi habemus. Qui vero nō sentiūt nisi carnalia, Deo placere nō possunt: vt patet Ro. 8. Secūdo, attēdenda est dispositio ei' in quo est, quia debet esse exercitatus. 1. Tim. 4. Exerce teipsū ad pietatē. Qui.n. nō est exercitatus, nō potest habere rectū iudiciū, ꝙ ad hoc requirit. Ecc. 34. Vir in multis expert' cogitabit multa. Itē, qui nō est expertus, pauca recognoscit. Tertiò, causa huius exercitationis, est cōsuetudo: nō s. otiū, sed frequētia actus. Et ideo dicit. *Pro consuetudine*, s. recte agēdi. Pro. 22. Adolescēs iuxta viā suā, et cū senuerit, nō recedet ab ea. Si ergo uis esse perfectus, nō des te otio, sed assuesce te bonis à iuuetute. Quarto, finis huius exercitij, quia scilicet. *Ad discretionem boni, & mali.*

cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI. LEC. I.

Qua propter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur: non rursum iacientes fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deū, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij ęterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit Deus. Impossibile enim est illos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; sæculi uenturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pænitentiam, rursum crucifigētes sibimetipsis filiū Dei, & ostētui habentes.

Tunc enim perfectus est, quando discernit inter bonū & malum. Esa. 6. Sciat eligere bonum, & reprobare malū. Hæc autem sunt tria, scilicet discretio inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius: multa enim sunt, quę videntur bona, & tamen sunt mala. Prouerb. 14 Est via quæ videtur homini recta, nouissima vero ei' deducūt ad inferos. In his ergo requiritur rectitudo iudicij.

LECTIO I.

SVPRA Apost. fecit mentionem de pontificatu Christi secundum ordinem Melchisedech, & ostendit tarditatem eorum quibus scribebat: hic redit ad suū propositū. Et circa hoc tria facit quia Primo aperit intentionem suā. Secundo, ostendit eius difficultatem, ibi *Et hoc faciemus*. Tertio, declarat intentionem, ibi *Confidimus* Circa primum duo facit, quia primo manifestat suum propositū, secūdo exponit, quod dicit, ibi *Non rursum*. Propositum suum est, ꝙ prætermisis his, quæ pertinent ad inchoationem doctrinæ christianæ, vult prosequi alia altiora. Vnde dicit, Iam dictū est, ꝙ perfectis opus est solido cibo, *Quapropter intermittentes sermonem inchoationis doctrinæ Christi*. per quam Christus inchoat esse in nobis, quod est per doctrinā fidei. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus nostris *Feramur ad perfectionem*, idest, ad ea, quæ spectant ad perfectionem doctrinæ christi. 1. Corin. 13. Quando factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Hoc autem secūdum glo. ad duo referri potest: scilicet vel ad intellectū, vt scilicet ex quo homo protectus est, debet intermittere puerilia & vacare perfectis. 1. Cor. 2. Sapiētiam loquimur inter perfectos. uel ad effectum. Et est sensus, ꝙ nō semper est standum in sensu incipientiū, sed oportet tendere ad statū perfectorum. Gen. 17. Ambula corā me & esto perfectus. Hic est duplex obiectio, & primo de hoc quod dicit, intermittentes inchoationē, quia numquā debet intermitti inchoatio. Psal. 76. Et dixi nunc cæpi. Iob. 27. Iustificationem quam cæpi tenere, non deseram. Respondeo. Dicendum est, ꝙ contingit dupliciter intermittere inchoationem. Vel quantum ad æstimationem, & sic semper debet homo esse sicut incedens & tēdens ad maiora. Philip. 3. Non ꝙ iam ceperim aut ꝙ iam perfectus sim, Vel quātum ad progressum ad perfectionem, & sic semper debet niti homo trāsire ad statum perfectum. Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea, quæ priora sunt me extendens. In via enim Dei non progredi, ait Ber. est regredi. Alia est obiectio est de hoc, qđ dicit, Feramur ad perfectionem. Perfectio enim consistit in consilijs. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c. Nō omnes autem tenentur ad consilia, igitur. Respondeo. Dicendū est, ꝙ duplex est perfectio: Vna scilicet exterior, quæ consistit in actibus exterioribus, qui sunt signa interiorum, sicut virginita, voluntaria paupertas, & ad hanc non omnes tenentur. Alia est interior, quæ cōsistit in dilectione Dei, & proximi. Col. 3. Charitatē habete, quod est vinculū perfectionis, & ad perfectionē hmōi nō oēs tenētur, sed oēs tenētur ad eā tēdere, qa si qs nollet plus diligere Deū, nō faceret, qđ exigit charitas. Dicit aūt, feramur, & hoc ſm impulsionē a Spiritu sancto. Ro. 8. Qui spiritu agūtur, hi filij Dei sunt. Vel sicut portati a Deo, qui portat infirmitatē nostrā. Esa. 46. Audite me domus Iacob, & oē residuū domus Israel, qui portamini a meo vtero. Vel sicut portati ab inuicē. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Deinde cum dicit *Non rursum*. exponit quod dixit, & intēdit ostēdere, quæ sunt illa, quæ faciūt ad inchoationē doctrinę christi. & vtitur similitudine. Per fidē.n. anima ędificatur in spirituali ædificio. Sicut ergo in corporali ædificio primo ponitur fundamentū, ita hic prima rudiméta doctrinæ christi, sunt quasi fundamenta. Sed cōtra: quia infra. 11. ponitur fides eē fundamētū, fides aūt vna est. Ephe. 4. Vnus Dn̄s, vna fides, vnū baptisma: hic aūt ponit sex fundaméta, ergo videtur ꝙ male. Respōdeo. Dicēdū est, ꝙ fides fundamētū ē virtutū. Ista aūt, quæ ponit hic, sunt fundaméta doctrinę christi, Et dicit *Non rursum iacientes funda. &c.* quasi ita firmiter ponamus, ꝙ nō oporteat iterato ponere. Vel quia dudū posuistis, & nō oportet iterare. Multū aūt signāter ordinat ista Apost. Sicut.n. in via generationis & cuiuscūque motus, prius est recessus a termino a quo, & post accessus ad terminū ad quē ita dicit hic, quia pœnitētia est recessus a peccato,

cato, & sic est quasi quoddam fundamentum in ista vita. Nemo enim ſm Aug. suæ voluntatis arbiter potest nouam vitā inchoare, nisi pæniteat eū præteritæ. Vnde Dominus in principio prædicationis dicit, Pænitentiam agite. Matth. 4. Et ideo dicit. *Pænitentiæ ab operibus mortuis*. Opera. n. mortua dicuntur, vel quæ ſm se sunt mortua, vel quæ sunt mortificata. Res dr̄ uiua, qn̄ habet officiū ppriæ virtutis, a quo cū deficit, dr̄ mortua. Opera .n. nr̄a sunt ordinata ad beatitudinē, q̄ est finis hominis & ideo quando non ducunt ad beatitudinem, nec ordinari possunt, dicūtur mortua: & hæc sunt opera facta in peccato mortali. infra. 11. Sāguis Christi, qui per Spiritumsanctum obtulit seipsum immaculatū Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Opera vero facta in charitate, per peccatum mortificantur: vnde non habent virtutem, vt mereantur vitā æternā. Ezec. 18. Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabūtur. Pænitentia vero facit, ꝙ ista reuiuiscunt: vnde tunc iterum reputantur ad vitā æternā. In accessu vero ad terminum, primo est fides. Et ideo dicit. *Fundamentum fidei ad Deum.* Propriū aūt fidei est, ꝙ credat hō & assentiat nō visis a se, sed testimonio alterius. Hoc aūt testimoniū, vel est hominis tm̄, & istud nō facit virtutē fidei: quia homo, & fallere, & falli pōt. Vel istud testimoniū est ex iudicio diuino, & istud uerissimū, & firmissimū est: quia est ab ipsa veritate, q̄ nec fallere nec falli pōt. Et ideo dicit. *Ad Deum*, vt, s. assentiat his, q̄ Deus dicit Io. 14. Creditis in Deū, & in me credite. Secundo, in isto processu sunt sacramenta fidei. Hæc autem sunt duo sacramenta intrantium: de his enim tantum agit hic Apostolus. Et ista sunt, baptismus primum, per quem regeneramnr, & scđm cōfirmatio, per quam confirmamur. Quantum ad primū dicit. *Baptismatum.* Sed cōtra. Eph. 4. Vna fides, vnum baptisma. Nō ergo plura sūt baptismata. Respondeo: Dicendum est, ꝙ triplex est baptismus, s. fluminis, flaminis, & sanguinis: sed duo vltima non habēt vim nisi referantur ad primū: quia illud oportet habere in proposito, si non adsit facultas, in habentibus vsum liberi arbitri. Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentum per quod regeneramur ad salutem. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. Inter ista vero, baptismus sanguinis plus habet de effectu baptismi, si tm̄ primū fuerit in proposito, vel contrariū nō teneatur in mente, sicut patet de innocentibus, qui non erant in opposita dispositione. Baptismus enim virtutem habet ex merito passionis Christi. Rom. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Sicut ergo, qui baptizatur, conformatur morti Christi sacramentaliter, ita martyr realiter. Et ideo istud baptisma habet totum effectum baptismi, quā tum ad hoc, ꝙ purgat omnem culpā, & pœnā peccati, non tamē imprimit caracterem aliquē. Et ideo si recipiens martyriū sine baptismo aquæ resurgeret, esset baptizandus. Pęnitentia uero nō tm̄ habet de effectu baptismi, quia non tollit omnem pœnam, licet tollat culpā. Sicut aūt martyr conformat se morti Christi ꝑ exteriorem passionem, ita pænitens per interiorem. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suā crucifixerunt cum vitiis, & concupiscētiis. ideo potest esse tanta, ꝙ tolleret omnem culpam, & pænam sicut patet in Latrone & Magdalena. Vnde pænitentia dicitur baptismus, inquantum supplet bapismi vicem. Et quia non licet illud iterari, ideo instituta est pænitentia. Ista ergo dicuntur baptismata, quia habent effectum baptismi: sed tantum unū baptisma, quia non agunt nisi illud habeatur in proposito. Secundum sacrameutum intrantium, est in ipsa manuum impositione. Ideo dicit, *Impositionis quoque manuum*. Hæc autem est duplex. Vna est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem curabat infirmos. Luc. 4. Singulis manus imponens curabat eos: & hæc non est sacramentalis. Alia, est sacramentalis & hæc est duplex. Vna, in sacramento ordinis. 1. Tim. 5. Manus nemini cito imposueris. Alia, est in sacramento confirmationis ad renouationem. Ti. 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritussancti &c. In cōfirmatione enim datur Spiritussanctus ad robur, vt, s. audacter homo confiteatur nomen Christi coram hominibus. Sicut enim in esse naturæ prius generatur homo, & postea augetur, & roboratur, ita in esse gratiæ. Tertio, sequitur terminus motus, ad quem motus terminantur, & ille est duplex. Duo enim expectamus: primum est resurrectio corporum, & ista est fidei fundamentum: quia sine hac, Inanis est fides nostra. 1. Cor. 15. ideo dicit. *De resurrectione mortuorum*. Item, expectamus remunerationem, quæ fiet per iudicem. Eccle. 12. Cuncta quæ fiunt adducet Deum in iudicium. Et ideo dicit. *Iudicii æterni*. non ꝙ illud iudicium duret per mille annos, sicut uoluit Lactantius, sed totum erit in momento: sed dicitur, æternum, q. a sententia, quæ ibi dabitur, in æternum durabit Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in uitam æternam. Et sciēdum est, quòd omnia ista, quæ dicit se velle hic tractare, sunt quasi quædam rudimenta fidei. Vnde prædicat ea nouitiis. Act. 17. & in multis aliis locis. Deinde cum dicit. *Et hoc faciemus*. Ostendit difficultatem propositi sui exequendi. Difficile enim est, & in se, & respectu auditorum Vnde tria facit. Primo innuit, quòd in hoc potissime indigeat diuino auxilio. Secundo, subdit quorundam imbecillitatem, ibi. *Impossibile est enim*. Tertio, adducit quādā similitudinē, ibi. *Terra enim*. Dicit ergo, *Feramur ad perfectū*, & hoc faciemus siquidem permiserit Deus. Minus autem dicit, & plus significat, Nam non est tantum necessarium, quod Dominus permittat: sed oportet, quòd omnia faciat. Sapien. 7. In manu Dei nos, & sermones nostri: & ideo debet omnia ponere sub confidentia diuini auxili Ioann. 6. Sine me nihil potestis facere. Iac 4. Pro eo vt dicatis, si Deus voluerit, & si vixerimus faciemus. Deinde cum dicit. *Impossibile est*, ostendit imbecillitatem eorum: erant enim imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corporalibus nullus status est ita periculosus, sicut recidiuantium, ita in spiritualibus, qui post gratiam cadit in peccatum, difficilius surgit ad bonum. Et circa hoc facit tria: primo, proponit bona, quæ perceperant: secundo, difficultatem causatam in eis ex recidiuo, ibi. *Et prolapsi sunt*. Tertio, assignat rationem, ibi. *Rursus crucifigentes*. Bona autem quædam sunt præsentia, quædam vero futura. Ipsi uero in præsenti habuerunt spiritualem regenerationem, & quantum ad hoc dicit. *Illuminati*, scilicet per baptismum. Et congrue dicitur baptismus illuminatio, quia baptismus est principium regenerationis spiritualis, in qua intellectus illuminatur per fidem. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Habent etiam bonorum Dei participationem, & quantum ad hoc dicit. *Et gustauerunt donum cæleste*. Donum istud est gratia, & dicitur cœleste, quia à cœlis Deus eam dat. Psal 67. Dedit dona hominibus: & Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminū. Est etiam in eis participatio diuinæ bonitatis. 2. Pet. 1. Per quem scilicet Christum, maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. Ideo dicit. *Participes facti Spiritussancti*. Omnia enim dona dantur ex amore: & ideo istam participationem attribuit Spiritui sancto. Est autem participare, partem capere. Solus autem Christus Spiritum sanctum habuit ad plenitudinem. Ioann. 3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Alii enim sancti de eius plenitudine receperunt, & participes facti sunt, non quidem substantiæ, sed distributionum eius, supra. 2. Et variis Spiritussancti distributionibus. 1. Corinthior. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus &c. Item, in præsenti habuerunt doctrinæ eruditionem. Et quantum ad hoc, dicit. *Gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum*. Verbum istud dicitur bonū, quia est uerbum vitæ ęternæ. Io. 6. Dn̄e ad quem ibimus? uerba vitæ æternæ habes. Ps. 118. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit aūt, gustauerunt, quia non solū illuminat intellectum, sed ēt reficit affectū, in quo est quædam saporatio. Psa. 33. Gustate, & videte quoniā suauis est Dn̄s. Bona aūt futura habuerunt in spe. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Et ideo dicit. *Virtutesque sæculi uenturi*. Horū aūt quædam habent non solum in spe, sed etiam in quadā inchoatione, & illæ sunt dotes animæ, s. visio, tentio, & fruitio, & illa habentur in quadam inchoatione, inquantum fides spes, & charitas, quæ istis respondent, habentur in præsenti. Alia autem sunt bona, quæ solum habentur in spe, vt dotes corporis, scilicet subtilitas, agilitas, impassibilitas, claritas. Consequenter cum dicit. *Et prolapsi sunt*, ostendit difficultatem ad resurgendum, causatam ex casu. Vbi notandum est, quòd non dicit, lapsi simpliciter, sed prolapsi, idest totaliter lapsi: quia si lapsi tantum essent, non ita difficile foret resurgere. Prou. 24. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Quòd si diceret Apostolus, illos, q. prolapsi sunt impossibile est resurgere, tunc posset dici, quòd in hoc notat maximam difficultatem resurgendi, s. & propter peccatum, & propter superbiā, sicut patet in dæmonibus. Sed quia dicit illos, qui semel prolapsi sunt non posse rursus renouari ad pænitentiam, nec est aliquod peccatum in hoc mundo, a quo nō possit homo pænitere, ideo aliter est intelligendum. Vnde sciendum est, quòd ex hoc loco sumpsit Nouatus quidam, qui fuit presbyter ecclesiæ Romanæ, occasionem errandi. Voluit enim, quòd nullus post baptismum posset ad pænitentiam resurgere. Sed ista positio falsa est, sicut dicit Athanasius in epistola ad Serapionem: quia ipse Paulus recepit incestuosum Corinthium sicut patet. 2. Corinth. 2. Et similiter. Gal. 4. Quia dicit. Filioli mei quos iterū parturio &c. Est ergo intelligēdū sicut dicit August. quòd non dicit, quòd impossibile est pænitere, sed ꝙ impossibile est. *Rursus renouari*, idest baptizari. Ti. 3. Per lauacrū regenerationis, & renouationis &c. Nunquam enim posset homo sic pænitere, ꝙ posset iterum baptizari. Et hoc dicit Apostolus

F lus, quia secundum legem, Iudæi multoties baptizantur, sicut patet Marc. 7. Et ideo ad istum errorem remouendum, dicit hoc Apostolus, Deinde cum dicit, *Rursus crucifigentes &c.* Assignat rationem, quare baptismus nō iteratur: quia. s. baptismus est quędam configuratio mortis Christi, sicut patet Rom.

LECTIO II.

Terra enim sępe venientem super se bibens imbrem & germinans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius cōsummatio in cōbustionē.

6. Quicūq; in Christo baptizati sumꝰ. Hęc autem non iteratur, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, Roman. 6. Qui ergo iterato baptizatur, rursum Christum crucifigunt. Vel aliter, quòd denotetur repugnan-
G tia gratiæ Christi, vt. s. velint frequenter peccare, & post iterum baptizari, vt. s. nō referatur ad iterationem baptismi, sed ad lapsum eorum, qui peccant. Qui scilicet quantum in ipsis est, rursus crucifigunt Christū, quia Christus Pro peccatis nostris mortuus est semel. 1. Pet. 3. Cum ergo peccas baptizatus, quantum in te est, das occasionem, vt iterum Christus crucifigatur, & sic contumelia fit Christo, in cuius sanguine te lotum maculas. Apocalip. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus difficultatem ad suum propositum exequendum, prouenientem ex eorum culpa: hic adducit ad hoc quandam similitudinem. Et primò, quantum ad bonam terram. Secundò, quantum ad malā. ibi. *Proferens autem*, Sciendum est autem, quòd secundum vnam expositionem
H supra voluit Apostolus illos qui semel baptizati sunt, non posse iterum baptizari, vel renouari ad pænitentiam. Alia autem est expositio, quæ ibi dimissa fuit, quòd impossibile est eos, qui in hac vita semel illuminati sunt, rursum in alia vita renouari ad pænitentiam. Eccl. 9. Quicquid potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapiētia, nec sciētia est apud inferos &c, Ioan. 9. Venit nox, quando nemo pōt operari. Rursus ergo exponatur. i. post hanc vitam. Et huius ratio est, Duo enim causant pænitentiam. Vnum est, quod quod dat efficaciam, s. meritum passionis Christi. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exemplū pænitendi, quod habemus in Christo per considerationem. s. considerando austeritatem, paupertatem, & tandem passionē. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Sic ergo intelligitur quod dicit, *Rursus crucifigentes*, idest, crucis Christi fructum percipientes: & hoc quantum ad id, quod dat efficaciam pænitentiæ. *Et ostentui habentes*, quantū ad exemplum pænitendi, Et sic accipitur ostentum in bonum. Ista vero similitudo, quæ ponitur hic, de terra, potest referri, vel ad id quod suprà dictum est, Feramur ad perfectionem, & tūc erit sensus: quòd si feramur, habebimus benedictionem sicut terra bona. Vel potest continuari ad dictum immediate, secundum expositionē vtranq;, sicut de baptismo, siue de alia vita. Illa tamen de baptismo magis est literalis: & sic est sensus, Sicut terra culta, si iterato profert spinas, non colitur, sed comburitur; sic homo peccans post baptismum, vlterius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram, primo, beneficium impensum; secundo, fructum quē profert, ibi, *Et generans herbam.* tertio, præmium, ibi. *Accipit benedictionem*. Terra ista, est cor humanum. Luc. 8. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono, & optimo &c. Quod dicitur terra, quia sicut terra indiget pluuia, ita homo indiget gratia Dei 64. Psal. Visitasti terram, & inebriasti eam. Esa. 55. Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit &c. Sed beneficium, quod percipit, & doctrina fidei, est quasi imber superueniens, quam pluit in cordibus auditorum, mediantibus prædicatoribus, & doctoribus. Esa. 5. Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem, Iob. 36. Effudit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt &c. Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit: & ad illud afficitur. Esa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Ista doctrina est, *Super se*, idest, de super ueniens, & hoc quantum ad principium huius doctrinæ; vel super se, quia quædam doctrina est de terra, qua s. homo inhæret terrenis. Alia est de cœlis, quæ, s. docet cælestia. Iaco. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica: & post sequitur ibidem, Quæ autem desursum est sapiētia, primum quidem pudica est, &c, Vel, *Super se*, idest, super fa-
F cultatem humanæ rationis: nam aliæ scientiæ sunt secundum humanam rationem inuentæ, hæc autem diuinitus inspirata. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata sunt tibi. Dicit autem non semper, nec raro, sed *Sæpe*, quia vt dicit August. & habetur in Glo. Si semper, vilescit, si raro, non

LECTIO III.

Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem vnumquenq; uestrum eandē ostentare solicitudinē ad expletionem spei, usq; in finem, ut non segnes efficiamini, uerū imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones.

sufficit, & negligitur. Iob. 16. Audiui frequenter talia. Fructus est, quia. *Generat Herbam opportunam cultoribus*. Ista sunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam susceptam. Ge. 1. Germinet terra herbam virentem, &c. Ista
G terra colitur primò a Deo. Ioa. 15. Pater meus agricola est, &c. Colitur etiam à prælato. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. Colitur etiam ab homine ipso. Proue. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Est autem opportuna Deo ad gloriam. 1. Cor. 10 Omnia in gloriam Dei facite, alijs ad meritum: & ad gloriā. 1. Thessalonicensium. 2. Vos enim estis gloria nostra, & gaudium. Ipsi vero operanti ad vitam æternam. Romanorum. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam æternam. Deinde cum dicit. *Accipit benedictionem a Deo.* Ostendit præmium. s. benedictionem diuinam. Ista autem benedictio nihil aliud est, quàm factio bonitatis in nobis: quæ quidē in præsenti vita fit imperfecta, sed in futuro erit perfecta 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Deinde cum dicit. *Proferens &c.* Agit de mala terra: vbi tria facit. Primò supponit beneficium, quod dictum est. Secundo, ponit malum fructum, dicens. *Proferens autem.* Tertio, ostendit pœnā, ibi. *Reproba est.* Fructus ergo sunt spinæ. i. mino-
H ra peccata & tribuli. i. maiora q̄ pūgūt cōsciētiā ꝓpriā, qn̄q; ēt alienam, illa, scilicet, quæ sunt contra proximos. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. In pœna vero ponit tria, scilicet diuinam reprobationem, iudiciariam condemnationem, ibi. *Maledicto proxima*. & finalem punitionem, ibi. *Cuius consummatio &c.* Quantum ad primam, dicit. *Reproba est.* Sicut enim prædestinatio est principium remunerationis, ita reprobatio signū est condemnationis. Quòd ergo aliquis frequenter rigetur præceptis salutaribus, signum est reprobationis, si persistat in peccatis. Hier. 6. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Condemnatio est, quia. *Proxima maledicto.* Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Punitio est, *Cuius consummatio in combustionem.* Esa. 9. Vestimentum mistum sanguine, erit in combustione, & cibus ignis.

LECTIO TERTIA.

I QVIA Apostolus multa, quæ dura videbantur de statu istorum dixerat, modo, ne ex illis disperarent, ostendit qua intentione hoc dixerit. s. vt ipsos à periculis retraheret. Vnde circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit fiduciā, quā de ipsis habebat: secundò, subdit rationem confidentiæ, ibi. *Non enim iniustus est Deus.* Dicit ergo, Ita dixi, quòd terra, quæ profert spinas, & tribulos &c. Et ne credatis, ꝙ ego tales vos reputem. *Confidimus de uobis dilectissimi*, & hoc propter fidem & charitatem. *Meliora & uiciniora saluti*. Vbi commendat statum ipsorum ex duobus. s. ex eo, quod iam erant: quia ex quo dicit, meliora, supponit quòd erant in bono statu, & ex eo, qđ expectabant in futurum, vnde dicit viciniora saluti. Rom. 13. Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Quanto enim quis proficit in bonis: tantò magis appropinquat saluti. Sequitur. *Tametsi ita loquimur*, idest, quia, & si sic loquimur, hocest, vt reddamus vos cautos, & hoc procedit ex charitate. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia, & in-
K crepabit me &c. Deinde cū dicit. *Non est enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur &c.* Ostendit rationem confidentiæ. quæ duplex est. Vna, ex bonis ipsorum præteritis. Alia, ex promissione Dei, ibi. *Abrahæ nanque &c.* Quia vero Apostolus duo dixerat: vnū scilicet, quòd de ipsis confidebat. Aliud, quòd aspere ipsis loquebatur, ideo duo facit: primo enim, assignat rationē primi. Secundo, rationem secundi, ibi. *Cupimus &c.* Ratio autē quare ipse de his confidat, hæc est, quia recordatur multorum bonorum, quæ ipsi fecerunt, Vnde dicit, *Confidimus autem &c.* Et quare? *Quia non est iniustus Deus; vt obliuiscatur operis vestri.* Contra: Ezec. 18, Si auerterit se iustus à iustitia sua &c. Et paulo post ibidem sequitur, Omnes iustitiæ eius nō recordabūtur, Et ibi subditur, Nō est æqua via Dñi. Respōdeo. Dicēdū est, ꝙ hō, qui cadit post gratiā, dupliciter potest se habere. Vno mo-
do, ꝙ

do, quòd in malo perseueret, & tunc Deus omnes iustitias eiꝰ obliuiscitur. Alio modo, quòd pæniteat, & tunc bonorum præcedentium recordatur, quia reputantur sibi ad meritum, Vnde dicit glosa, quòd mortificata reuiuiscunt, Sed tunc videtur dubium, quia constat, quòd iustitia respicit meritum: si ergo iustitia Domini exigit, ꝙ Deus non obliuiscatur si pæniteat, sicut dicit Glo. ergo cadit sub merito, ꝙ resurgat à peccato, & sic meretur gratiā, quod est impossibile. Rñdeo. Dicendū est, ꝙ duplex est meritum. Vnum, quod innititur iustitiæ, & istud est meritum condigni. Aliud, quod soli misericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit, quòd iustum est, idest congruum, quòd homo, qui multa bona facit, mereatur. Ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiæ. plusquàm in illo, qui nunquam aliud fecit. Et isto modo non obliuiscitur Deus operis, & dilectionis. Soli enim charitati debetur vita æterna. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quicquid enim non est ex charitate, nō est meritorium. 1. Corinth. 13. Charitatem non habeam: nihil prodest. Et ideo, hic non dicit tantum, operis vestri, sed addit *Dilectionis*, quia etiam sicut dicit Grego. Non est amor Dei otiosus. Operatur enim magna si est, si operare renuit, amor non est. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate. Ideo subdit. *Quam ostendistis in nomine ipsius.* Colos. 3. Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi &c. Quid autem ostenderint, & in quo, ostendit, quia. *Ministrastis sanctis*, scilicet subueniendo necessitatibus sanctorum. Matth. 20. Quicunque voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Roma. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Et quia in omnibus est necessaria continuatio, ideo subdit. *Et ministrastis.* Et ideo si peccastis, ex diuina misericordia adiuncta iustitiæ dabit veniam. Consequenter cum dicit. *Cupimus autem.* Assignat rationem, quare ita dure locutus fuerat, scilicet ex desiderio salutis ipsorum. Vnde, circa hoc tria facit: quia primò ostendit suum desiderium. Secundo, subdit imminens periculum, ibi. *Vt non segnes efficiamini.* Tertiò, declarat per exēplū, ibi. *Verum imitatores.* Dicit ergo. Diximus ista non quasi desperātes de vobis, sed magis. *Quia cupimus vnumquemque*, idest, de vnoquoq; *Vestrum.* Philippēses. 1. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Sed quid cupimus? *Ostendere eandem solicitudinem*, idest, vt sitis solliciti ostendere per exhibitionem operis, hanc solicitudinē ad bona, quam semper habuistis. Vnde patet, quòd ad opera pietatis requiritur solicitudo. Luc. 10. Martha, Martha solicita es &c. Item, ad propriam salutem. 2. Timo. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Et quare? *Ad expletionem spei*, scilicet adimplendo, quod cœpistis, consequamini quod speratis. Roma. 5. Spes non confundit. Et hoc totum. *Vsque in finem*. Qui enim perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Deinde cum dicit. *Vt nō segnes efficiamini*, ostendit periculum quod est pigritia. Et est segnities, timor futuræ bonæ operationis propter timorem, scilicet uel ne deficiat, uel ne pæniteat. Prouerb. 22. Piger dicit, Leo est in via. Vnde pigri semper allegant impedimenta. Deinde cum dicit. *Verum imitatores &c.* Ponit exemplum, quasi dicat. Non sitis pigri, sed magis imitamini, accipiendo exemplum in prophetis. Iaco. 5. Accipite exemplum patientiæ &c. Et sequitur, Prophetas. Et in alijs sanctis, scilicet Apostolis. 1. Cor. 2. Imitarores mei estote, sicut & ego Christi. *Sitis ergo imitatores eorum, qui fide*, Sine qua impossibile est placere Deo. Infra. 11. *Et patientia*, contra aduersa. *Hæreditabunt promissiones.* Per fidem enim formatam, & patientiam, acquiritur hæreditas promissa. Infra. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt &c.

LECTIO QVARTA.

SVPRA Apostolus ostendit causam quare de istis confidebat, & hoc propter bona, quæ fecerunt: hic ostendit idem ex promissione facta patribus. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim, præmittit promissionem, secundo, assignat rationem dictorum, ibi. *Homines enim*, Circa primum tria facit:
A primo enim, ostendit cui facta sit promissio, secundo, ostendit promissionis modum esse conuenientem, ibi *Quoniam neminem &c.* Tertio, promissionis effectum, ibi *Et sic longanimiter.* Promissio facta est Abrahæ, Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones &c, Et huius est ratio: quia per fidem inhæremus

LECTIO IIII.

ABRAHAE nāque promittens Deus, quoniā neminem habuit per quē iuraret maiorē, iurauit per semetipsum dicens, Nisi benedicens benedicā te, & multiplicās multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adepB tus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant,

Deo, & ideo per fidem consequimur promissiones. Primum enim exemplum fidei fuit in Abraham, & hoc quia primus recessit a consortio infidelium, Genes. 12. Egredere de terra tua &c. Secundo, quia primus aliquid credidit, quod erat supra naturam. Roman. 4. Qui cōtra spem, in spem credidit, Vnde Genes. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Primus enim accepit signaculum fidei, scilicet circuncisionem. Rom. 4. Modus promissionis est quantum ad duo: primo, quantum ad iuramentum interpositum. Secundo, quantum ad verba promissionis, ibi; *Nisi benedicens benedicam tibi &c.* Dicit ergo, Deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem *Quia nōn habuit maiorem se per quem iuraret*. Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes Dn̄s &c. *Iurauit per semetipsum.* Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dicit Dominus &c. In quo habes exēplum, quòd iuramentum de se non est illicitum, quia scriptura nihil Deo attribuit, quod de se sit peccatum. Intendit enim scriptura,
C nos ad Deum ordinare & ducere. Ephes. 5. Estote imitatores Dei sicut filij &c. Tamen interdicitur frequentia iuramenti. Eccl. 23. Iurationi non assuescat os tuū &c. Item, iuramentū in vanum. Exod. 20, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Consequenter cum dicit *Nisi benedicens &c* Ostendit modum promissionis, quasi dicat. Non credatur mihi, nisi benedicam tibi, vt sit modus iurandi, quasi per execrationem. Dicit autem *Benedicens*, quod pertinet ad bonorum collationem. Benedictio enim Domini diuites facit, sicut dicitur Prouer. 10. *Et multiplicans multiplicabo te*, quod etiam pertinet ad prolis numerositatem. Et vtrumque fuit Abrahæ promissum, sicut patet Gen. 14. & 25. Ingeminat autem dicendo *Benedicens benedicam*, vt designet bona temporalia & spiritualia, & continuitatem benedictionis. Vel benedicens benedicam in multitudine prolis sanctæ, quæ Gene. 22. designatur per stellas, cæli
D vbi dicitur, Suspice cęlum & numera stellas, si potes &c. Et multiplicans multiplicabo in numerositate prolis malæ & peruersæ, quæ ibidē, scilicet 22. cap. designatur per arenam maris. Ingeminatur etiam multitudo, quod est propter numerositatem prolis bonæ, vel malæ, uel propter continuitatem multitudinis. Vel benedicam in bonis gratiæ, & multiplicabo in bonis gloriæ. Psalm. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine &c. Effectus promissionis fuit, quia *Longanimiter ferens adeptus est repromissionem*. Longanimitas est, non solum in faciendo magnum aliquid, sed etiam in expectando in longum. Abraham autem promissionem habuit, nec vnquam passum pedis terræ possedit, vt dicitur Act. 7. & vsque in senectutem prolem non suscepit, & tamen a spe non decidit. Iac. 5. Accipite exemplum fratres mei mali exitus, & longanimitatis, & laboris, & patientie prophetas &c, Esa. 51. Attendite ad Abrahā patrē vestrum &c. Deinde cum dicit *Homines enim per maiorem sui iurant*, ponit rationem prædictorum,
E & circa hoc facit tria. Primo enim, ponit humanam consuetudinem, secundo, assignat rationem consuetudinis, ibi; *In quo abundantius.* Tertio, subdit fructum rationis, ibi *Vt per duas res immobiles*. Consuetudo enim humana duplex ponitur: vna, quantum ad id per quod iuratur. Alia, quantum ad effectum iuramenti, ibi *Et omnis controuersiæ.* Illud autem per quod iuratur, est maius, & hoc rationabiliter. Nihil enim aliud est iurare, nisi dubium confirmare. Sicut ergo in scientijs nihil confirmatur, nisi per id quod est magis notum, ita quia nihil certius est apud homines, quàm Deus, ideo per ipsum tanquàm per maius & certius iuratur. Sed contra, Quandoque enim iuratur per filium, qui minor est, vt cum dicitur per Christum, Aliquando vero per creaturam, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, Gen. 42. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est modus iurandi per Deum, vno modo per simplicem attestationem, cum absolute dicitur, Per Deum ita est, quasi dicat, Testis est mihi Deus, quòd ita est, sicut dico,

dico. Roma. 1. Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Aliquando vero execrationem: quod fit quando aliquid obligatur ad vindictam Deo, si non si ita, puta caput, vel aliquid huiusmodi, sicut iurauit Apost. 2. Cor. 1. Testem Deum inuoco in animam meam: quasi dicat. Obligo animam meam pro testimonio, pro quo ipsum nomen Dei assumo: & istud est grauissimum. Per creaturã autem iuratur non inquantum est talis, sed inquantum in ipsa relucet aliquod indicium diuinæ potestatis. Quia enim omnis potestas à Deo est. Roman. 13. inquantum aliquis exercet potestatem super aliquam multitudinem: si iuratur per ipsum iuratur per Deum, cuius potestas in ipso relucet. Et sic iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis. Hoc est ergo, quod dicit *Homines per maiores sui iurant*.

& omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes heredibus, immobilitatem cõsilii sui interposuit, iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam,

Sciendum est autem, quòd a iuramento sunt excludendi aliàs periuri, quia debet iuramento maxima reuerentia exhiberi, & ex retro actis præsumitur, quòd debitam reuerentiã iuramento non exhibebunt. Item, ad ipsum non sunt cogendi pueri ante annos pubertatis, quia nondum habent perfectum vsum rationis, quo sciant iurameuto debitam reuerentiam exhibere. Item, personæ magnæ dignitatis: quia iuramẽtum requiritur ab eis, de quarum dicto, vel facto dubitatur. Derogat autem hominibus magnæ authoritatis, vt dubitet de veritate eorũ, quæ dicunt. Vnde, & in decretis. 2. quæst. ca. 4. dicitur, quod sacerdos ex leui causa iurare non debet. Causæ autem in quibus liceat iurare hæc sunt. Pro pace firmanda: sic ut Laban iurauit Gen. 30. Secundo, pro fama conseruanda. Tertio, pro fidelitate tenenda, sicut Feudatarii iurant dominis. Quarto, pro obedientia implenda, si præcipitur a superiori aliquid honestum. Quinto, pro securitate facienda. Sexto, pro veritate attestanda. Sic iurauit Apostolus Romano. 1. Testis est mihi Deus &c. Deinde cum dicit. *Et omnis controuersiæ &c.* Ponit effectum iuramenti, qui in hoc consistit, quòd per iuramentum finitur omnis controuersia: sicut. n. in scientiis, quando resoluitur vsq; ad prima principia demonstrabilia, quiescitur: ita diuina lege introductum est, quòd cũ peruenitur ad primam veritatem est status: quod fit quando ipsa in testimonium inuocatur. Exod. 22. Applicabitur ad Deos, & iurabit, & sic sopitur omnis quæstio, & controuersia. Deinde cum dicit. *In quo abundantius*. Ponit rationem, quare Deus voluit iurare, s. ad ostendendam firmitatem promissionis suæ. Vnde dicit. *In quo*, idest eo ipso Deus interposuit iuramentum. *Volens abundantius ostendere, &c.* Abundans enim fuit, quod promisit: sed abundantius fuit, quod iurauit. *Volens*, inquam, *ostendere hæredibus pollicitationem*, idest rei pollicitæ. Rom. 9. Qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. *Ostendere*, inquam. *Immobilitatem*. Sciendum est, quòd in his, quæ a Deo procedunt, duo sunt consideranda: scilicet ipse processus rerum, & consiliũ Dei a quo talis processus causatur. Consilium Dei est omnino immobile. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam Dominus aliquãdo pronuntiat aliquid, secundum quod exigit ordo, & processus rerum, sicut patet Esa. 31. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Habebat enim cursus infirmitatis, quòd ex illa moreretur. Et similiter Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, quia ipsa meruerat submersionem suiipsius. Hie. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem. & destruam, & disperdam illud. Si pænitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pænitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et tunc prophetia est comminationis. Quandoque vero pronuntiatur aliquid, secundum quod respicit consilium Dei æternum: & super hoc Deus nunquam pænitet, nec illud retrahit. 1. Reg. 15. Triumphator in Israel non parcet, & pænitudine non flectetur. Tamen sciendum est, quòd quandocunque Dominus promittit aliquid sub iuramento, est prophetia prædestinationis, quæ est ostensiua diuini consilii: & ista promissio pænitus immutabilis est. Deinde cum dicit. *Vt per duas res &c.* Ostendit fructum promissionis: & primo, ostendit quis sit ille fructus: secundo, quis consequatur hunc fructum, ibi. *Quam sicut anchoram*. Fructus autem est,

vt spes nostra sit certa. Vnde dicit *Vt habeamus fortissimum*, idest firmissimum *Solatium* spei, *Per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri*, scilicet per Deum, qui promittit, qui non mentitur. Num. 23. Non est Deus, vt filius hominis, vt mentiatur, & per iuramentum, in quo est maior confirmatio veritatis. Sciendum est autem, quòd sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis, & memoria de præterito, ita spes de futuro. 1. Mach. 2. Omnes qui sperant in ipso, non infirmãtur. Esa. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumẽt pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt &c. *Habeamus*, inquam, nos *Qui confugimus*

& incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.

CAPIT. VII. LEC. I.

Hic enim Melchisedech, rex Salẽ, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso a cæde regũ, & bẽdixit ei

a malis, scilicet mundi, & ab ipugnatione hostis *Ad tenẽdum propositam nobis spem*. Psalm. 89. Domine refugium factus es nobis. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Domini. Ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Deinde cum dicit *Quam sicut anchoram*. ostendit quòd fideles promissionẽ istam consequantur, & vtitur quadam similitudine. Comparat enim spem ipsi anchoræ: quæ sicut in mari nauem immobilitat, ita spes animam firmat in Deo in hoc mũdo, qui est quasi quoddã mare. Psal. 103. Hoc mare magnum & spatiosum manibus. Ista tamen anchora debet esse secura, vt scilicet non deficiat: unde fit de ferro. 2. Tit. 1. Scio enim cui credidi, & certus sum &c. Item, debet esse firma, vt scilicet non cito a naui remoueatur: ita homo debet alligari isti spei, sicut anchora naui alligatur. Est autem differentia inter anchoram & spem, quia anchora in imo figitur, sed spes in summo, scilicet in Deo. Nihil enim in præsenti vita est firmum, vbi posset anima firmari & quiescere. Vnde Gen. 8. dicitur, quòd colũba non inuenit vbi requiesceret pes eius. Et iõ dicit, quòd debet *Incedere vsque ad interiora velaminis*. Apostolus enim per sancta, quæ erant in tabernaculo, intelligit statum præsentem ecclesiæ: sed per sancta sanctorum, quæ per velum distinguebantur a sanctis, intelligit statum futuræ gloriæ. In illo ergo vult quòd figatur anchora spei nostræ, qui est modo velatus ab oculis nostris. Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectãtibus te. Psalm. 30. Quã magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam absconditi timentibus te. Hanc ibi fixit præcursor noster, qui ibi ingressus est. Vnde Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Mich. 2. Ascendit pandens iter ad eos. Et ideo dicit, quòd ipse tamquam; *Præcursor pro nobis ingressus est in interiora velaminis*, & ibi fixit spem nostrã, sicut dicitur in collecta, in vigilia, & in die ascensionis. Tamen, quia intra velum non licebat intrare nisi summo sacerdoti. Leuit. 16. ideo dicit, quòd *Iesus qui pro nobis ingressus est, factus est pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Ecce quàm eleganter redit Apostolus ad propositum suum. Ipse enim cœperat loqui de sacerdotio, & tamen fuerat multum digressus, sed nunc ad istud redit, sicut patet.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus. 5. cap. probauit Christum esse sacerdotem. In 6. autem cap. interposuit quædam ad præparandos animos auditorum, hic redit ad suum propositũ. Intendit enim probare excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum. Et circa hoc facit duo, primo enim, ostendit excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium veteris testamenti, secundo ostendit, quòd fideles debent sacerdoti Christo reuerenter subdi. Et hoc in medio decimi cap. ibi; *Habentes itaque fratres fiduciam*. Circa primum duo facit. Primo enim, ostendit prærogatiuam sacerdotii Christi super Leuiticum ex parte personæ ipsius sacerdotis: secundo, ex parte ministerii. 8. cap ibi; *Capitulum autem*. Circa primum duo facit: quia primo ostendit existentiam sacerdotii Christi ex promissione diuina, secundo, ostendit necessitatem sacerdotii eius, ibi; *Talis enim decebat*. Promissionem vero ostendit per illud. Psalm. 109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum &c. Vnde, tria ostendit ad propositũ suum probandum. Primo, illud quod dicitur, *Secundum ordinem Melchisedech*. Secundo, illud quod dicitur, *Iurauit*, ibi *Et quantum est non sine iureiurando*. Tertio, illud quod dicitur, *Tu es sacerdos*, ibi *Et alij quidem plures*. Circa primũ duo facit: quia primo

mo, ostendit similitudinem Christi ad Melchisedech. Secundo, ex hac similitudine præfert sacerdotium Christi Leuitico, ibi. *Intuemini autem*. Circa primum duo facit: quia primo describit conditiones Melchisedech. Secundo, ostendit quomodo conueniunt Christo, ibi. *Primum quidem*. Describit autem Melchisedech: primo ex nomine, cum dicit. *Hic autem Melchisedech*. Sic enim nominat eum scriptura Gen. 14. ubi habetur historia, quã Apost. hic supponit. Et secundum Glo. Hebræi dicunt ipsum fuisse Sem primogenitum Noe, & tunc quando Abraham habuit victoriã erat annorũ. 390. alias. 309. Et occurrit Abrahæ nepoti suo. Secundo, describit eum a dignitate. Erat enim rex & sacerdos. Quantum ad primum dicitur. *Rex Salem*. Et secũdum aliquos, Salem dicitur, Hierusalem. Sed contra est Hier. in quadam epistola: quia vt ipse dicit, non poterat esse, quòd ei occurreret a Hierusalem, quod probat ex situ. Alij autẽ dicũt, quòd Salem dicitur ille locus, de quo dicitur Ioan. 3. quòd iuxta illum Ioannes baptizabat, & mœnia illius loci erant adhuc tempore Hieronymi. Quantum ad secundum, dicit. *Sacerdos Dei summi*. Antiquitus enim ille, qui inter filios erat antiquior, erat sacerdos. Sed verum est, quòd tẽpore Abrahæ multum inualuerat cultus idolorum. Et ideo ne credant, quòd esset sacerdos idolorum additur, *Dei summi*, s. per essentiam, non per participationem, vel nuncupationem. Deus enim est creator omnium eorum, qui dicuntur dij, siue per participationẽ, siue per errorẽ. Psa. 94. Rex magnus super omnes Deos. Esd. 61. Vos sacerdotes Domini vocabimini, &c. Tertio, describit eum ab officio, ibi. *Qui obuiauit &c.* Sacerdos enim, medius est inter Deum, & populum. Debet enim aliquid populo conferre s. spiritualia, & aliquid ab ipso accipere, s. temporalia. 1. Cor. 9. Si nos uobis spiritualia seminauimus, non magnũ est si carnalia vestra metamus. Primo ergo, debet exhibere confortationem per bona monita: unde dicitur Gen. 14. quòd quatuor reges uicerunt quinq; reges, & captiuum duxerunt Loth nepotem Abrahæ. Isti quatuor reges sunt quatuor vitia principalia, opposita quatuor cardinalibus virtutibus, quæ captiuum detinent affectum nepotẽ rationis, victis quinq; sensibus corporis. Qui enim superat, & liberat affectum, debet confortari a sacerdote. Esa. 21. Occurrentes sitienti ferte aquam: & Esa. 35. Confortare manus dissolutas &c. Secundo, sacerdos debet cõfortare per sacramentorum administrationem benedicendo. Vnde *Benedixit ei*. Psal. 117. Benediximus vobis in nomine Domini. Hoc autem fit impendendo sacramenta per quæ cõfortatur homo in gratia. Num. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis: nam Deus benedicit authoritate, sed sacerdos ministerio. *Et decimas*, scilicet ad sustentationem, *Diuisit*, scilicet *Abraham*, idest recte distribuit. Sed contra: quia ut patet Numer. 18. Ex lege est datio decimarum, non ergo sunt ante legem. Respondeo: Dicendum est, quòd cęremonialia veteris testamenti, sunt quædam determinationes præceptorum iuris naturalis, & præceptorum moralium. Et ideo quantum ad hoc, quod habebant de iure naturali, seruabantur ante legem tantum pro uoto obseruantium, & sine aliquo præcepto. Quòd n. aliquid offerat Deo in recognitionẽ creationis, & Dominij, hoc est naturale: sed ꝓ offeratur vitul⁹, & hœdus, hoc est cæremoniale. Similiter de iure naturali est, quòd ministri seruientes Deo, sustententur à populo: sicut enim patet Gen. 47. hoc seruabatur etiam apud Gentiles. Vnde sacerdotes, quia pascebãtur de horreis publicis, nõ sunt compulsi vendere possessiones suas: & ideo fuerunt ante legẽ. Sed determinatio huius partis est per legem. Leu. 27. Omnes decimæ Domini sunt. Et in huius signum Iacob ante legem, in loco in quo postea fuit ædificatum templum, vouit se daturum decimas: & hoc specialiter, quia ad hoc Dei cultus proprie exhibetur, ut significet, quòd homo quicqid habet, a Deo accepit: & totam perfectionem suam ab ipso expectat. Numerus enim denarius est perfectus, quia consurgit ex partibus suis aliquotis, quia vnum, duo, tria, quatuor, faciunt decem. Vsq; etiam ad ipsum ascendit numerus, & omnes alij nõ sunt nisi quædam repetitio, & additio super denarium. Omnes ergo sunt imperfecti vsq; dum peruenitur ad ipsum. Et similiter a Deo est omnis perfectio. Vt ergo significaret, quòd à Deo est complementum omnis perfectionis, ideo dedit decimas. Deinde cum dicit. *Primum quidem*, ostendit similitudinem Christi, & Melchisedech: & circa hoc facit duo: primo enim, inducit similitudinem quantum ad conditionem personæ: secundo, quantum ad sacerdotium, ibi. *Assimilatus autem filio Dei*. Prima, in duas: quia primò ponit similitudinem quantum ad ea, quæ in

cui, & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidẽ, qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem, & rex Salem, quod est rex pa-

scriptura commemorantur. Secundo, quantum ad ea, quæ in ipsa tacentur, ibi. *Sine patre*. In scriptura autem duo dicuntur de ipso. Primum quidẽ nomen, scilicet Melchisedech. *Qui interpretatur rex iustitiæ*, & significat Christum, qui fuit rex. Hier. 23. Et regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Nec solum dicitur iust⁹, sed etiam rex iustitiæ: quia factus est nobis sapiẽtia, & iustitia. 1. Corinth. 1. Aliud qd dicitur de

cis: sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initiũ dierũ, neq; finẽ vitæ habens, assimilatus autẽ filio Dei, manet sacerdos in perpetuũ.

ipso, est conditio. Vnde dicitur. *Rex Salem, quod est rex pacis*, hoc autem conuenit Christo. Ipse enim est pax nostra. Ephe. 2. Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. & in hoc docet Apostol. vti interpretatione nominũ in prædicationibus. Et bene coniungit iustitiam, & pacem, quia nullus facit pacem, qui non seruat iustitiam. Esaiæ. 32. Erit opus iustitię, pax. In mundo isto gũbernantur in iustitia: sed in futuro in pace. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Deinde cum dicit. *Sine patre*, ponit similitudinem quantum ad ea, quæ tacentur de ipso, quia. In scriptura nõ fit mẽtio de patre, uel matre eius, nec de genealogia ps̃ius. Vnde ex hoc aliqui antiqui assumpserũt materiam erroris: ut quia solus Deus est sine principio, & sine fine, dicerent istum Melchisedech fuisse filium Dei: Istud autem damnatum est sicut hæreticum. Vnde sciendum est, ꝓ in veteri testamento, quandocunq; fit mentio de aliqua solemni persona, narrantur pater, & mater, & tempus natiuitatis, & mortis, sicut de Isaac, & multis alijs: hic autem subito introducitur Melchisedech nulla penitus facta mentione de generatione sua, & pertinentibus ad ipsam. Et hoc utiq; rationabiliter. Inquantum enim dicitur. *Sine patre*, significatur natiuitas Christi de virgine, quæ fuit sine patre. Matth. 1. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est Illud autem, quod est proprium Dei: non debet attribui creaturæ. Solius uero Dei patris est, esse patrem Christi. Ergo in natiuitate illius, qui ipsum præfigurabat, non debuit fieri mentio de patre carnali. Item, quantum ad generationem æternam, dicit. *Sine matre*. Et hoc ne intelligas istam generationem esse materialem, sicut mater dat materiam genito, sed est spiritualis, sicut splendor a sole: supra. 1. Qui cum sit splendor &c. Item, quando fit generatio à patre, & matre, non totum est a patre, sed materia administratur a matre. Ad excludendum ergo imperfectionem a Christo, & ad designandum, quòd totum, quod habet, est a patre, non fit aliqua mentio de matre. Vnde versus, Est sine matre Deus, est sine patre caro Psal. 109. Ex utero ante luciferum genui te, scilicet, ego solus. *Sine genealogia*. Et duplici de causa non ponitur genealogia eius in scriptura: una ad designandum, ꝓ generatio Christi est ineffabilis, Esa. 53. Generationem eius qs enarrabit? Alia ad designandum, quòd Christus, qui introducitur, vt sacerdos, non pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis. Et hæc est intentio Apostoli. Vnde subdit. *Neque initium dierum habens, neque finem vitæ*. Hoc autem dicit, non quia Christus non sit natus in tempore, neque mortuus, sed propter æternam eius generationem, in qua natus est sine initio cuiuscunq; tẽporis. Vnde Io 1. In principio erat uerbũ, idest, tempore quocunque dato, ante erat verbum, vt exponit Basilius. Est enim ante omnes dies, quia per ipsum factus est mundus, cum quo incœperunt dies. Item, nec finem vitæ: verum est quantum ad diuinitatem, quæ est æterna. Quantum etiam ad humanitatem, iam non habet finem vitæ: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Roma. 6. Et infra. 13. Christus Iesus heri, & hodie, ipse, & in secula. Deinde cum dicit. *Assimilatus autem filio Dei &c.* Ostendit similitudinem, quantum ad sacerdotium. Sciendum est tamen, ꝓ solet dici, quòd posteriora assimilantur prioribus, & nõ econuerso. Et ideo ne credatur, quòd sacerdotium Christi sit posterius sacerdotio Melchisedech hoc remouet Apostolus: quia, & si Christus inquantum homo natus sit post eum, & ex tempore, tamen inquantum Deus, & filius Dei est ab æterno. Et ideo Melchisedech ẽm omnia ista. *Assimilatus est illi, qui est filius Dei*, & hoc inquantũ. *Manet sacerdos in perpetuum*, quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quia nõ fit mentio de fine sacerdotij eius, nec successore ipsius. Osee. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Item est *Sacerdos in perpetuum*, quia figuratũ eius, scilicet sacerdotium Christi, in perpetuum est. Vnde, & in scriptura pluries repetitur, ritu perpetuo. Exod. 27. Cultus perpetuus erit. Leui. 24. Cultu, ritũq; perpetuo: quia illud quod figurabatur per istud, perpetuum erat. Per hoc enim Apostolus continuat sequentia ad præcedentia.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus, quomodo Melchisedech assimilatus est filio Dei: hic ostendit præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad sacerdotium Leuiticū. Et circa hoc, facit duo. Primo enim, excitat attentionē: secundo, ostendit propositum, ibi. *Et quidem de filiis.* Excitat autē ipsos, quia grandia, & maxima dicturus erat. Prouerb.8. Audite me, quia de rebus magnis locutura sum. Et ideo dicit. *Intuemini*, idest diligenter considerate. *Quantus*, idest, quàm magnæ dignitatis. *Sit hic, cui Abraham patriarcha decimas soluit*, & hoc de præcipuis. Malac.1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum: & votum faciens, immolat Domino debile. Dicitur autem Abraham patriarcha, idest princeps patrum: non quia non habuerit patrem, sed quia sibi facta est promissio de paternitate gentium. Gen.17. Eris pater multarum gentium. Eccle.44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Roma.4. Patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti. Deinde cū dicit. *Et quidem de filiis.* Ostendit præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad Leuiticū. Et circa hoc, facit duo. Primo, enim, ostendit propositum: secundo, ex hoc concludit intentum scilicet, quòd sacerdotium Christi prefertur sacerdotio Leuitico, ibi. *Si ergo consumatio*. Iterum, prima in duas: quia primo, ostendit propositum: secundo, remouet quandam responsionem, ibi. *Et ut ita dictum.* Prima iterū in duas. Primo, ostendit præeminentiam quantum ad id, in quo ipse vsus est sacerdotio suo. Secundo, quantum ad conditionem sacerdotii, ibi. *Et hic quidem decimas.* Ad sacerdotem vero duo ptinent, vt dictum est supra, s. accipere, & benedicere. Duo ergo facit: quia primo, ostendit excellentiam quantum ad acceptionem decimarum: secundo, quantum ad benedictionem, ibi. *Et hunc qui habebat.* Circa primum, adhuc duo facit: quia primo, ostendit de quibus competit accipere decimas: secundo, quo modo hoc excellētius faciebat Melchisedech, ibi. *Cuius autem generatio.* Dicit ergo. *Et quidem accipientes sacerdotium de filiis Leui.* In hoc ostēdit, quibus competit accipere decimas, quia sacerdotibus. Sciendum est autem, quòd illi de tribu Leui, erant deputati diuino cultui. Inter ipsos autem soli illi de stirpe Aaron, erant sacerdotes. Exod. 28. Applicabo Aaron, &c. Et isti, quia per Aaron erant de tribu Leui, sumebant decimas. Sed contra. Ergo secundum hoc, soli sacerdotes accipiebant decimas: quod est contra illud Nume.18. Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis. Respondeo: Dicendum est, quòd Leuitæ non accipiebant eas, nisi quia ministrabant sacerdotibus. Et ita non propter se, sed propter sacerdotes dabantur eis. Item, Leuitæ accipiebant decimas decimatas, sicut Num.18. Et ita soli sacerdotes accipiebāt, & nō soluebāt. Secūdo, ostendit quo iure accipiebāt: quia ex mandato legis. Vnde dicit. *Mandatum habent decimas sumere.* Contra. Si hoc est mandatum legis, cum seruare mandata legis modo sit peccatum, videtur illicitum modo dare, vel accipere decimas. Respondeo: Dicendum est, ꝙ in lege fuerunt quædam pure cæremonialia, sicut circuncisio, immolare agnum, & huiusmodi. Et ista quia erant figuratiua tantum, nō licet modo seruare: erant enim figura futuri. Vnde, qui modo seruaret, significaret Christum adhuc futurum. Quædam vero erant pure moralia, & ista modo seruanda sunt. & de talibus fuit datio decimarum, sicut supra dictum est. Vnde decimatio, & in lege data est, & in nouo testamento. Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua. Sed determinatio talis portionis modo, est ab ecclesia, sicut & in veteri testamento fuit ex lege. Alia vero fuerunt partim cæremonialia, & partim moralia, sicut iudicialia: & ista quantum ad id, quòd cæremonialia sunt non licet seruare; sed quantum ad morale, debent: tamen non est necesse in propria forma seruari. Alia obiectio, quia si esset mandatum, & adhuc est, ergo peccat, qui non accipit, & peccant vbi non accipiuntur. Respondeo: Dicendum est, quòd aliqui dicunt, quòd nulli licet abrenūtiare iuri accipiendarum decimarum: sed benę licet dimittere vsum accipiendi propter scandalum, & hoc exemplo Apostoli,

F qui sumptus non accipiebat ab aliquibus. Et sic dicunt mandatum esse, quòd iuri non renuntient. Melius tamen dici potest, ꝙ non est intelligendum, quòd eis præceptum sit sumere, sed pro se habent introductum hoc mandatum, quòd accipere possint, & alii teneantur reddere. Tertio, ostendit a quibus accipiebant, quia. *A populo scilicet, a fratribus suis secundum legem, quāquam ipsi.* Leuitæ. *Exierint de lumbis Abrahæ.* Quia enim aliquis posset dicere, quòd sicut Melchisedech accepit decimas ab Abraham, ita Leuitæ a filiis eius, ergo non præfertur illud sacerdotium isti. Ideo hoc excludit, & dicit ꝙ ipsimet Leuitæ erāt de semine Abrahæ, & sic erāt inferiores eo, cui decimas soluerūt, s. Abrahā. Deinde cū dicit. *Cuius autem,* ostendit quomodo excellentius conueniebat Melchisedech accipere decimas: quia nec ipse erat de genere Abraham, vnde. *Generatio eius non annumeratur cum eis,* scilicet Leuitis. Item, ex mandato legis licebat eis sumere decimas: & sic eorum sacerdotium erat subiectum obseruantiis legis, sed ille non ex mandato cuiuscunq; legis, sed per se. *Sumpsit decimas.* ideo sacerdotium eius erat figura sacerdotii Christi, quod non est subditum legi. Item, ipsi accipiebant a populo infimo, scilicet a fratribus, ille autem a summo, scilicet ab Abraham. Deinde cum dicit. *Et hunc qui habebat &c.* Ostendit excellentiam eius ex parte be-
H nedictionis, & est sua ratio talis. Genesis.14. Dicitur, quòd Melchisedech benedixit Abrahæ: sed maior est, qui benedicit, illo cui benedicitur. ergo &c. Et ideo dicit, quòd Melchisedech ipse benedixit Abraham. *Qui habebat repromissionem.* Cōtra, infra.11. Non acceperunt repromissionem &c. Respondeo: Dicendum est, quod non accepit Abraham repromissionem, idest rem promissam, quia non fuit eam consecutus, habuit tamen ipsam in fide, & spe, & ad ipsum specialiter facta est repromissio. Deinde cum dicit. *Sine ulla autem contradictione, quod minus est a meliore benedicitur.* Ponit maiorem suæ rationis. Sed hic sunt tres obiectiones. Prima, est de hoc, quòd dicit, quòd minor a maiore benedicitur. Et ex isto loco pauperes Lugdunenses dicunt, quòd quicunque iustus, maior est peccatore: & sic iustus Laicus non benedicitur, à malo sacerdote: sed econuerso. Vnde uolunt, quòd omnis iustus est sacerdos, & nullus peccator, est sacerdos. Respondeo: Dicendum est, quòd iste error nimis perniciosus est: quia si bonitas ministri requiratur ad collationem sacramenti, in
I quo est ipsa salus, sequitur quòd nullus sit certus suæ salutis, nec sciret se recte baptizatum, quia non potest scire, si sacerdos sit iustus. Nullus etiam poterit esse minister, quia Nemo scit, utrum odio, vel amore dignus sit. Eccle.9. Et ideo dicendum est, quòd aliquis potest aliquid facere dupliciter: aut authoritate propria, aut authoritate alterius. Quando autem authoritate propria, tunc requiritur quòd sit iustus. Sacerdos autem tantum est minister. Vnde non agit nisi in virtute Christi. 1. Cor.4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et ideo, non nocet siue bonus, siue malus fuerit: quia Christus est, qui in ipso benedicit, & sic sine vlla contradictione, qui benedicit, maior est. Secunda obiectio est, quia cum Christus sit maior omni sacerdote, quomodo potest corpus Christi a sacerdote consecrari? Respondeo. Dicendum est, quòd sacerdos benedicit materiam, non autem corpus Christi. Item, non agit authoritate propria, sed authoritate Christi, qui inquantū Deus maior est corpore suo. Item, tertia obiectio est, quia non videtur
K verum, quòd maior benedicat semper minorem: quia Papa cōsecratur ab episcopo, & archiepiscopus a suffraganeo, qui tamen sunt minores. Respondeo: Dicendum est, nec episcopus consecrat papam, nec suffraganei archiepiscopum, sed hunc hominē, vt sit papa, uel archiepiscopus. Item, facit hoc minister Dei, qui maior est, quàm papa. Deinde cum dicit. *Et hic quidem &c.* Ostendit præeminentiam sacerdotii ex parte sacerdotis, ex conditione ipsius, & facit talem rationem, Illud est excellentius, qd non corrumpitur, sed *In sacerdotio Leuitico homines morientes*, idest, per mortem succedentes. *Accipiunt decimas,* sed. *Ibi,* idest, in sacerdotio Melchisedech *Contestatur,* scriptura. *Quia uiuit,* idest, non facit mentionem de morte eius: non quia non mortuus sit, sed quia significat sacerdotium, quod manet in æternum. Christus enim resurgens a mortuis, iā nō morit. Ro.6. & Apoc.1. fui mortuus,

LECTIO II.

Intuemini autē quantus sit hic, cui, & decimas dedit de præcipuis Abrahā patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, idest, a fratribus suis: quanquam, & ipsi exierint de lūbis Abrahę. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur, quia uiuit. Et ut ita dictum sit, per Abraham, & Leui, qui deci-
G mas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lūbis patris erat, quādo obuiauit ei Melchisedech.

mortuus, & ecce sum viuus &c. Consequenter cum dicit. *Et ut ita dictum sit &c.* Respondet cuidam obiectioni, Posset. n. dici: verum est, quòd Melchisedech maior est, quàm Abraham, qui ei dedit decimas, sed Leui maior est, quàm Melchisedech. Et ideo dicit Apostolus, quòd hoc non valet, quia. *Vt ita dictum sit per Abraham,* idest mediante Abraham. *Et Leui decimatus est,* ab eo supple. *Qui decimas accepit,* idest a Melchisedech. Et sic adhuc est ipse maior, quàm Leui. Sed contra: Si alicuius episcopi pr̄ dat decimas, non tamen propter hoc oportet, quòd episcopus sit minor illo, qui decimas recipit. ergo nec similiter in proposito. Respondeo: Dicendum est, quòd non est simile, quia tota dignitas illius generis, etiam sacerdotum, erat ex Abraham, non autem sic est de episcopo, quia tota dignitas eius ex Christo est, non ex patre suo. Deinde cum dicit. *Adhuc enim in lumbis &c.* Manifestat, quod dixerat, & dicit, quòd. *Leui adhuc erat in lumbis patris Abraham. quando dedit decimas Melchisedech, qui occurit sibi,* & sic Abraham decimato, decimatus est etiam Leui. Sed contra: quia sic etiam erat Christus in lumbis eius, sicut & Leui. Matt. 1. Filii Dauid, filii Abraham. Et ideo si propter hoc maior est Melchisedech, quàm Leui, quia Leui fuit decimatus, non uidetur ratio quare Christus non fuerit decimatus, & sic adhuc Melchisedech maior Christo erit. Et eadem difficultas est de peccato originali: quia vt dicitur Rom.5. In quo omnes peccauerūt, idest in Adam. Et ideo videtur, quòd Christus, qui eodem modo fuit in ipso sicut nos, ipsum peccatum originale contraxerit. Respondeo: Dicendum est, quòd totum hoc intelligitur in his, qui in Abraham, siue in Adam fuerunt secundum rationem seminalem, & corpulentam substantiam, quo modo Christus non fuit ibi, sed tantum secundum corpulentam substantiam: Christus enim fuit conceptus quo ad corpus de materia purissima, & sanctissima beatæ uirginis, ut habetur declaratio, tertio sententiarum, tertia distinctione.

LECTIO III.

SI ergo consumatio per sacerdotiū Leuiticū erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech, alium surgere sacerdotem, & non secūdum ordinem

LECTIO TERTIA.

SVPRA probauit Apostolus præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad Leuiticum: hic ab eodem concludit excellentiam sacerdotii Christi, respectu sacerdotii Leuitici. Sicut etiam supra dictū est a principio huius septimi cap. Apostolus per tria probat ex authoritate Psalmistæ propositum suum. 109. Et primo per illud, secundum ordinem Melchisedech. Probauit ergo præeminentiam Melchisedech ad Leui. Et ideo secundum ordinem sacerdotii Melchisedech, probat præeminentiam Christi ad sacerdotium Leuiticum. Vnde, facit hic magnam vim de isto verbo, secundum ordinem. Et facit duas rationes, quarum una concludit, quòd sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico. Secunda, quòd etiam euacuat illud, & illam ponit, ibi. *Et amplius adhuc manifestum est &c.* In prima ratione, quæ est conditionalis, ponit duo antecedentia. & per consequens duo cō sequentia, ibi. *Qui adhuc &c.* Et ratio sua talis est, Si sacerdotium Leuiticum fuisset perfectum, per cuius ministerium erat administratio legis, non fuit necessarium, quòd surgeret alius sacerdos secundum alium ordinem, per quem etiam alia lex ministraretur, sicut per Leuiticum, lex vetus. Sed surgit alius sacerdos secundum alium ordinem, scilicet secundum ordinem Melchisedech. ergo illud imperfectum erat. Sicut ergo surgit sacerdotium, ita necesse est surgere aliam legem. In ista ratione manifestum est, quòd sunt duo antecedentia. Vnum, pertinent ad sacerdotium: aliud ad legem. Dicit ergo quantum ad primum antecedens, quòd. *Si esset consumatio per sacerdotium Leuiticum.* Quantum vero ad secundum, dicit, quòd si per sacerdotium lex administraretur, quod probat. *Quia sub ipso,* idest, per eius administrationem. *Populus legem accepit,* non quòd sacerdotium præcederet legem, sed magis econuerso. Vnde istud secundum antecedens ponit ibi, cum dicit. *Sub ipso enim &c.* Malach.2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirent. Facit autem mentionem specialiter de sacerdotio, vt transferat se ad legem, quæ per officium sacerdotale administrabatur: non enim, vt dicit Glo. potest esse sacerdos sine testamento, & lege, & præceptis. Sacerdotium vero non consumabat, idest perficiebat. Tota enim perfectio. sua erat per legem, quam administrabat. Sed vt iam dicetur, Nullum ad perfectū adduxit lex: quia nec ad perfectionem iustitię. Matt.5. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarum &c. Item, non dabat consumationem patriæ, quia non introducebat in vitam. Et in huius signum, ipse legislator non potuit intrare terram promissionis. Deut. vlt. Has autem duas perfectiones habemus per

A Christum. Esa.10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Roma.9. Verbum consumans, & abbreuians in æquitate. Hæc sunt ergo antecedentia. Consequentia vero ponit, cum dicit. *Qui adhuc &c.* Et hoc quantum ad primum: quasi dicat. Si illud fuisset consumatum, & perfectum. *Quid adhuc fuit necessarium surgere aliū &c.* Idest non dixisset, *Secundum, ordinem Melchisedech, sed secundum ordinem Aaron*: quod quia non fecit, ergo erat imperfectum. Hæc est tota prima ratio, per quam patet, quòd sacerdotium Christi præfertur Leuitico. Secunda ratio probat, quòd etiam ipsum euacuat, quia perfectum euacuat imperfectum. 1. Cor.13. Cum uenerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. ergo sacerdotium Christi euacuat sacerdotium Leuiti-
B cum. Est ergo primum consequens, quòd sacerdotium Christi euacuat sacerdotium Leuiticum. Secundum consequens est, ꝙ etiam euacuatur lex, quæ per illud administrabatur: & istud ponit, cum dicit, quòd. *Translato. n. sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat.* Erat enim lex sub administratione sacerdotii: ergo mutato sacerdotio necesse est, quòd lex mutetur. Et huius ratio est: quia mutato fine, necesse est, quòd mutentur ea, quæ sunt ad finem, sicut qui mutat propositum eundi per aquā mutat propositum quærendi nauem. Omnis autem lex ordinatur ad conuersationem humanam secundum aliquod regimen. Vnde secundum philosophum in politicis, Mutata conuersatione, necesse est mutari legem. Sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanum, ita spiritualis, & diuina ad regimen diuinum. Hoc autem regimen designatur per sacerdotium. Translato ergo sacerdotio, necesse est transferri legem. Signanter autem loquitur: quia non dicit, sacerdote translato, Lex. n.
C non respicit personā sacerdotis. unde mortuo sacerdote, nō mutatur lex, nisi forte sit illa introducta propter personam eius: sed mutato sacerdotio mutatur totus modus, & ordo regiminis. Et de ista mutatione habetur Hier.31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris &c. Rom.8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati, & mortis. Lex enim vetus dicitur lex peccati, & mortis, per occasionem acceptam, quia, s. gratiam non conferebat ex opere operato: sicut sacramenta nouæ legis. Sed obiicit hic Manicheus: Si lex uetus fuit data per diuinam prouidentiam, cum illa sit immutabilis, etiam ipsa lex esset immutabilis, & per consequens non debuit mutari. Cum ergo mutata sit, ergo non est data per diuinam prouidentiam. Respondeo: Dicendum est, secundum ꝙ dicit Aug. contra Faustū, Sicut sapiens dispensator, vna & eadem dispositione, & prouiden-
D tia, secundum diuersitatem temporum, & personarum dat alia, & alia præcepta: sicut & alia hyeme, alia estate, alia pueris, alia senibus, alia perfectis, alia imperfectis, & tamen est eadem prouidentia: ita diuina prouidentia immobili permanente, mutata est lex propter mutationem temporum: quia ante aduentum debuerunt dari præcepta, quæ figurarent venturum, sed post aduentum, quæ significent venisse. Item, data sunt illis præcepta sicut pueris: in nouo uero, sicut perfectis. Vnde lex dicitur pædagogus, quod est proprie puerorum. Vnde, si in lege dicitur aliquid quod sonet perpetuitatem, hoc est ratione figurati. Item glo. dicit hic, quòd ista translatio sacerdotii fuit figurata 1. Reg. 2. quando sacerdotium fuit translatum ad Samuelem: qui nō fuit de tribu Leui. Contra: quia Samuel non fuit sacerdos, immo magis hoc fuit figuratum in translatione sacerdotii Abyathar ad Sadoch, qui etiam erat Leuita. Et dicendum est, quòd licet Samuel non esset sacerdos, tamen aliquid sacerdotale egit:
E quia, & sacrificium obtulit: & reges vnxit, s. Saul, & Dauid. Et quantum ad hoc, translatum est ad ipsum sacerdotium. Et sic dicitur in Psal.98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomē eius. Item, contra illud qd dicit glo. quòd non erat de tribu Leuitico: quia 1. Paralip. 6. Helcana, qui fuit pater eius, & ipse numeratur inter filios Leui. Respondeo: Dicendum est, quòd Samuel quantum ad aliquid fuit de tribu Iuda, & hoc quantum ad matrem, sed quantum ad patrem, de tribu Leui, non tamen de Aaron: sed quantum ad locum, fuit de monte Ephraim. Licet enim undecim tribus habuerint certas prouincias, non tamen tribus Leui; sed inter ipsas accepit possessionē, & sic habitabat in monte Ephraim. Deinde cum dicit. In quo enim &c. Manifestat, quod dixit: & primo, ꝙ sacerdotium sit translatum: secundo, hoc exponit, ibi. *Manifestum est enim.* Dicit ergo dictum est, quòd translatum est sacerdotium: quia ille cui dixit Propheta. Tu es sacerdos est de alia tribu, scilicet de Iuda, non de Leui: sicut patet a Matth.1. De qua tribu. *Nullus præsto fuit altaria,* idest altaris mini-

miniſterio, ſ. de Iuda. Sed contra: Rex Ozias ingreſſus eſt templum, vt poneret incenſum. 2. Paralip. 26. Reſpondeo: Dicendum eſt, quòd licite nullus preſto fuit altari, vel etiam nullus impune. Ipſe enim Ozias grauiter fuit punitus, quia uſque ad mortem, fuit leproſus. Et ſi dicas contra illud quod dicitur, nul-

Aaron dici? Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Manifeſtum eſt enim, quòd ex Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu, nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, quoniā, Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio vero melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.

lus, ꝙ beata uirgo fuit de tribu, & ſtirpe Aaron, quia erat cognata Eliſabet, quæ fuit de filiabus Aaron. Luc. 1. Reſpondeo: Dicendū eſt, quòd inter ſtirpes, ſacerdotalis, & regia erant præclariores, vnde, & frequenter coniunctæ fuerunt per matrimonium, ſicut patet de primo ſummo ſacerdote, qui accepit vxorem filiam Aminadab ſororem Naaſon, qui fuit dux in tribu Iuda. Exod. 6. Et etiam. 4 Reg. 11. & 2. Paral. 22. Ioiada ſacerdos duxit in vxorem Ioſabeth filiam regis Ioram: vnde potuit eſſe, ꝙ aliqua parte Eliſabet eſſet de tribu Iuda. Deinde cum dicit. *Manifeſtum eſt*. Exponit, qđ dixit: dicens, quòd *Manifeſtum eſt, quod Dominus ortus eſt de tribu Iudæ*. Mat. 1. Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda &c. *De qua nihil &c.* Lex enim mandauit nullum aſſumi ad miniſterium tabernaculi, niſi tantum de tribu Leui, unde. *In tribu Iuda nihil de ſacerdotibus locutus eſt Moyſes*. Deinde cum dicit. *Et amplius adhuc &c.* Quia ſuperius poſuit vnam rationem ad probandum, quòd ſacerdotiū Chriſti pfertur Leuitico, & ipſum euacuat, ideo hic ponit aliā, in qua oſtendit rationem euacuationis, & traſmutationis illius: & vtitur quadam conditionali: in qua primo ponit duo antecedentia: ſecundo, duo conſequentia, ibi. *Reprobatio*. Circa primū duo facit: quia primo ponit illa antecedentia: ſecundo, manifeſtat, quod dixit, ibi. *Conteſtatur enim*. Ratio ſua talis, Si nouus ſacerdos ſurgit, hoc non erit ſecundum legem carnalis mandati, ſed ſecundum legem vitæ æternæ, & inſolubilis. Et huius ratio eſt, quia primus fuit ſecundum legem illam: oportet ergo, quòd nouus ſit ſecundum aliam legem, ſi tamen ſurgit aliquis nouus. Sed dicendum eſt, quòd ſurgit alius nouus. In maiori ergo ſūt duo: quorum vnum pertinet ad vetus teſtamentum ſcilicet, ꝙ eſt mandatum carnale, & hoc quia habebat quaſdam obſeruantias carnales, ſicut circūciſionem, & purificationes carnales. Itē, quia promittebat pœnas, & præmia carnalia. Eſa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Infra. 9. Iuſtitiis carnis vſq; ad tempus correctionis impoſitis. Et iſtud antecedens ponit cum dicit. *Amplius manifeſtum eſt &c.* Et patet, quòd pertinet ad nouum teſtamentum, quod non diſpenſatur per carnalia, ſed cōſiſtit in ſpiritualibus. Eſt enim ſecundum ſpiritualem virtutem, per quam generatur in nobis vita perpetua. Et hoc, quia promittuntur in ipſo bona, & pęnæ perpetuę. Infra. 9. Chriſtus aſſiſtēs pontifex, &c. Matt. 25. Tunc ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti vero in vitam æternam. Item, non conſiſtit in carnalibus obſeruantiis, ſed in ſpiritualibus. Ioan. 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et dicit. *Quod eſt ſecundum uirtutem uitæ inſolubilis*. Conſequenter cū dicit. *Conteſtatur enim &c.* Manifeſtat quod dixerat, & facit vim in hoc, ꝙ dicit. *In æternum*, quia ſi ſacerdotium eſt æternum, manifeſtum eſt, quòd dicit perpetuitatem. Deinde cum dicit. *Reprobatio quidem fit &c.* Ponit duo conſequentia. Et primo, de euacuatione ueteris teſtamenti: ſecundo, de inſtitutione noui, ibi. *Introductio uero*. Primum eſt, quòd vetus teſtamentum fuit per legem carnalis mandati, & introducitur aliud, ergo primum mutatur. Et hoc eſt, quod dicit, quòd fit prioris mandati reprobatio. Sed contra: Non reprobat niſi malum. Eſa. 11. Vt ſciat reprobare malum: illud autem mandatum non eſt malum Ro. 7. Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtū, & bonum. Reſpondeo: Dicendum eſt, quòd non erat malum ſm ſe, ſed vt incōueniens tempori: Nō. n. ſeruanda ſunt in nouo ſacerdotio, quæ fuerunt in antiquo. Pſa. 39.

F Holocauſtū, & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce venio. Et ideo dr̄, ꝙ illud reprobatur, & hoc pp infirmitatem, & inutilitatem. Illud autem dr̄ infirmum, ꝙ non poteſt exequi effectū ſuum: proprius autem effectus legis, & ſacerdoti eſt iuſtificare. Hoc aūt non lex potuit facere. Ro. 8. Nā qđ erat impoſſibile legi, in quo infirmabatur ſm carnē. Gal. 4 Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quib⁹ denuo vultis ſeruire. Item, inutile dicitur, qđ non valet ad finē conſequendum. Hoc autē non poteſt lex, quia nō adducebat ad beatitudinem, quæ finis eſt hominis. Sed tamen ſuo tempore fuit vtilis, inquantum diſponebat ad fidem infra. 11. Iuxta fidē omnes defuncti ſūt, non acceptis repromiſſionibus. Quare autem ſit infirmum, & inutile, oſtendit cū dicit. *Nil enim ad perfectum*, nec, ſ. iuſtitiæ, nec patriæ. *Adduxit*. unde erat imperfecta, ſed perfecta fuit per Chriſtum. Conſequenter cum dicit. *Introductio uero* Ponit conſequens ſecundum, ex ſecundo antecedente, dicens. *Introductio uero melioris ſpei*, ſupple fit per nouum ſacerdotem. *Per quam proximamus ad Deum*. Si enim nouus ſurgit, eſt ſecundum uirtutē vitæ indiſſolubilis, hoc eſt antecedens, & introductio melioris &c. & hoc eſt conſequēs. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in ſpem viuā per reſurrectionem Ieſu. Item, per ipſum proximamus Deo. Per peccatum. n. diſiungimur ab ipſo. Eſa. 59. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter uos, & Deum ueſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius a nobis. Hic eſt ergo ille, qui hoc remouet, quod facit nos approximare Deo: hic autem eſt ille nouus ſacerdos, ſcilicet Chriſtus, qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Ro. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deū per Dominū nr̄m Ieſum Chr̄m, per quē acceſſū habem⁹ in gratiā iſtā.

LECTIO IIII.

ET quantū eſt nō ſine iureiurando. Alii quidē, ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt: hic aūt cū iureiurando p eum, qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & nō pænitebit eū: tu es ſacerdos in æternū, intantū melioris teſtamenti ſpōſor factus eſt Ieſus. G Et alii quidē plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autē, eo quòd maneat in æternū, ſempiternū habet ſacerdotiū. Vnde, & ſaluare in perpetuū poteſt, accedēs per ſemetipſum ad Deū: ſemper uiuēs ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis eſſet pōtifex, ſanctus, innocēs, impollutus ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cęlis factus. Qui non habet neceſſitatē quotidie (quēadmodū ſacerdotes) pri⁹ p ſuis delictis hoſtias H offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit, ſemel ſe offerendo. Lex enim conſtituit homines ſacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iuſiurandi, qui poſt legem eſt, filium in æternum perfectum.

LECTIO QVARTA.

I SVPRA Apoſtolus ex vna parte authoritatis Pſalmiſtæ probauit, quòd ſacerdotiū Chriſti præfertur Leuitico, & ipſum euacuat: hic idem probat ex aliis duabus: & primo ex hoc, qđ dicit, Iurauit Dominus. Secundo, ex hoc, quod dicit. Tu es ſacerdos, ibi. *Et alii quidem plures &c.* Facit aūt primo talem rōnē: Illud quod inſtituitur ſine iuramento, minus validum eſt, quàm quod inſtituitur cum iuramento: ſacerdotium autem Chriſti inſtitutum eſt cum iuramento, ſicut patet: quia dicit, Iurauit Dominus, Sacerdotiū vero Aarō, nō, ſicut patet Exod. 28. Applica ad te Aaron, &c. ergo, &c. Quantum ad maiorem dicit. *Et quantum eſt*, ſupple, quod. *Non ſine iureiurando alii quidem ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt, hic autem &c.* Omnia iſta ponūtur ad probandum, quòd ſacerdotium Chriſti ſit firmius: quia ſupradictum eſt, omnis promiſſio facta in veteri teſtamento per iuramentum, ſignum eſt conſilii diuini immobilis, & ideo, quia ad Dauid, & ad Abraham facta fuit iſta promiſſio de Chriſto K cum iuramento, ſpecialiter dicitur Chriſtus filius ipſorū. Mat. 1. Iſtud autem iuramentum deſignat æternitatem poteſtatis Chriſti. Dani. 7. Poteſtas eius, poteſtas æterna. Luc. 1. Et regni eius nō erit finis. *Intantum melioris &c.* Quia ſacerdotium eſt firmius: quod patet, quia per iuramentum ordinatum eſt: ideo oportet aliquid melius, & firmius per ipſum haberi. Vnde poteſt legi præcedens litera ſuſpenſiue uſque huc: quòd, inquantum eſt nō ſine iuramento, intantum melioris &c. Sciendum eſt autem, quòd ſacerdos eſt medius inter Deum, & populum. Deut. 5. Ego medius, & ſequeſter fui. Et ideo, quia ſequeſter eſt mediator, ſacerdos debet Deum, & populum ad concordiam reducere. Et hoc fit, quaſi per pactum de bonis temporalibus, in quibus non conquieſcebat affectus niſi carnalium, ſecundum illud Pſal. 15. Quid enim mihi eſt in cœlo &c. Et ideo oportuit, ut ſuperueniret

ueniret alius, ſacerdos qui eſſet. *Sponſor*, ideſt, promiſſor. *Melioris teſtamenti, & melioris pacti*, quia de bonis ſpiritualibus & ſtabilibus. *Et hic eſt Ieſus*. Hier. 31. Feriam domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi &c. Matth. 4. Pænitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Deinde cum dicit. *Et alij quidem plures &c.* Vtitur alia clauſula poſita in authoritate, Tu es ſacerdos, in æternum. Et circa hoc facit duo. Primo enim, oſtendit quare hæc clauſula, in æternum, apponitur. Secundo, ex hoc oſtendit ſacerdotium Chriſti eſſe maioris efficaciæ, quàm ſacerdotium veteris teſtamenti, ibi. *Vnde, & ſaluare*. Oſtendit autē, quòd iſte ſit uerus ſacerdos, quia alii prohibebantur morte permanere, quia omnes neceſſitatem habebant moriendi. Vnde Aaron mortuo, ſucceſſit Eleazar, ſicut patet Num. 20. & ſic deinceps. Sicut autem videmus in naturalibus, quæ ſunt ſigna ſpiritualium, quòd incorruptibilia non multiplicantur ſuo eadem ſpecie, unde non eſt niſi vnus ſol, ita in ſpiritualibus in veteri teſtamento, quod fuit imperfectum, multiplicati fuerunt ſacerdotes. Et hoc fuit ſignum, quòd illud ſacerdotium erat corruptibile, quia incorruptibilia non multiplicantur in eadem ſpecie, vt dictum eſt, ſed iſte ſacerdos, ſ. Chriſtus eſt immortalis. Manet enim in æternum, ſicut uerbum patris æternum, ex cuius æternitate redundat etiam æternitas in corpus eius, quia, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Roman. 6. Et ideo. *Ex eo quod manet in æternum, habet ſacerdotium ſempiternum*. Et ideo ſolus Chriſtus eſt uerus ſacerdos, alii autem miniſtri eius. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti. Deinde cū dicit, *Vnde & ſaluare &c.* Oſtendit efficaciam eius. Et circa hoc duo facit, quia primo, oſtendit efficaciam eius, ſecundo, modum ipſius efficaciæ, ibi. *Accedens &c.* Efficacia eius eſt, quia cauſa eſt ſemper potentior ſuo effectu, & ideo cauſa temporalis non poteſt producere effectum æternum. Sacerdotium vero Chriſti eſt æternum, non autem Leuiticum, vt eſt probatum. Ergo Chriſtus. *Poteſt ſaluare in perpetuum*. Hoc autem non poſſet fieri, niſi haberet virtutem diuinam. Eſa. 45. Saluatus eſt Iſrael in Domino ſalute æterna. Modus autem eſt, quia. *Accedens &c.* Et deſcribit iſtum modum a tribus, ſ. ab excellentia virtutis, naturæ, & pietatis. Virtutis quidem, quia. *Accedit per ſemetipſum*. Sed contra. Accedens ad aliquem diſtat ab ipſo, Chriſtus autem non diſtat a Deo. Reſpondeo. Dicendū eſt, quòd Apoſtolus in uerbis iſtis oſtendit duplicem naturam, ſcilicet humanam, ſecundum quam conuenit ei accedere, quia in ipſa diſtat a Deo, non autem accedit a ſtatu culpæ ad ſtatum gratiæ: ſed per contemplationem intellectus, & affectus, & adeptionem glorię. & naturam diuinam, per hoc quòd dicit, eum per ſemetipſum accedere ad Deum. Si enim eſſet purus homo, nō poſſet per ſe accedere. Io. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eū. Et ideo cum Apoſtolus dicit, quòd per ſemetipſum accedit, oſtendit virtutem eius. Eſa. 63. Gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ergo accedit inquantum homo, ſed per ſemetipſum inquantum Deus. Excellentiam uero naturæ oſtendit inquantum dicit. *Semper uiuens*. aliter enim ſacerdotium eius finiretur. Apoc. 1. Fui mortuus, & ecce ſum uiuens in ſecula ſeculorum. Excellentiam pietatis oſtendit, quia dicit. *Ad interpellandum pro nobis*, quia licet ſit ita potens, ita altus: tamen cum hoc eſt pius, quia interpellat pro nobis. 1. Corint. 2. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum &c. Interpellat autem pro nobis, primo humanitatem ſuam, quam pro nobis aſſumpſit repreſentando. Item, ſanctiſſimæ animæ ſuæ deſiderium, quod de ſalute noſtra habuit exprimendo, cum quo interpellat, pro nobis. Alia litera habet, accedētes per ipſum, & tunc deſignat illi quos ſaluat, quia accedentes per fidē eius ad Deum. Rom. 5. Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum Ieſum Chriſtum, per quem acceſſum habemus. Deinde cū dicit. *Talis enim decebat &c.* Oſtendit ex excellentia Chriſti, excellentiam eius ſacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primo enim, oſtendit, quòd ei conueniunt perfectiones conditionum, quæ requirebantur ad ſacerdotium ueteris legis. Secundo, oſtendit ꝙ ſibi deſunt imperfectiones eius, ibi. *Qui non habet neceſſitatem*, ponit autem quatuor conditiones de ipſo, quæ debent eſſe in ſacerdote legali. Primo, ꝙ ſit ſanctus Leu. 21. Incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt. Hanc autem perfecte habuit Chriſtus. Sanctitas enim importat puritatem cōſecratam Deo. Chriſtus autem a principio conceptionis ſuæ Deo conſecratus fuit. Luc. 1. Quod enim ex te naſcetur, ſanctum uo- A cabitur. Matt. 1. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Et Dan. 9. Vngetur ſanctus ſanctorum. Secundo, quòd ſit, *Innocens*. Leuit. 22. Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceāt peccato. Proprie autem dicitur innocentia, puritas ad proximum. Pſal. 23. Innocens manibus &c. Chriſtus autem ſumme innocens fuit, vt pote qui peccatum nō fecit. Pſa. 25. Ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Tertio, quòd eſſet. *Impollutus*, & hoc quo ad ſe Leuit. 21. Homo de ſemine tuo, qui habuerit maculam, nō offerat panes Dei ſui De Chriſto aūt dr̄ ī figura. Ex. 12. Erit aūt agn⁹ ſine macula &c. Quarto, quòd non commiſceretur cum coinquinatis. Leui. 21. B Non commiſcet ſtirpem generis ſui, vulgo gentis ſuę. Chriſtus autem fuit perfectiſſime. *A peccatoribus ſegregatus*. Pſal. 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum &c. Quod quidem verum eſt, quantum ad ſimilitudinem vitæ. Sap. 2. Diſſimilis eſt aliis vita illius. Non tamen quantum ad conuerſationem, quia Cū hominibus conuerſatus eſt. Baruch. 3. Et hoc propter illorū conuerſationem. Matth. 9. Quare cum peccatoribus manducat magiſter veſter? Et intantum ſegregatus eſt, quòd etiam. *Factus eſt excellentior cælis*, ideſt ſuper oēm cæleſtē creaturā, ſublimata eſt humana natura in ipſo. Supra. 3. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis &c. Ergo iſte eſt ſacerdos valde ſufficiens. Cōſequēter cum dicit. *Qui non habet &c.* Remouet ab eo, quod erat imperfectionis in ſacerdote legali. Hoc autem erat, quia ille indigebat ſacrificio expiationis: vt patet Leuit. 16 Immolabit vitulum p ſe, & hircum pro populo. Ergo orabat pro ſe. Item, non tantum ſemel orabat pro ſe, ſed frequenter. Et huius ratio eſt, quia. C *Lex inſtituit homines ſacerdotes habentes infirmitatem*. Sap. 9. Homo infirmus, & exigui temporis &c. Sed ſermo diuinus, qui poſt legem eſt, interpoſito iureiurando conſtituit filium, qui nullam de iſtis imperfectionibus habet, ſed omnino perfectum, in æternum ſcilicet ſacerdotem duraturum. Non enim obtulit pro peccatis ſuis, ſed tantum pro noſtris. Eſa. 53. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Item, nec frequenter pro nobis, ſed tantum. *Semel* 1. Pet. 4. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Vnica enim eius oblatio, ſufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.

CAP. VIII. LEC. I.

CApitulum autem ſuper ea, quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis: ſanctorum mini-

LECTIO PRIMA.

SVPRA probauit Apoſtolus excellentiam ſacerdotii Chriſti ad ſacerdotium Leuiticum ex parte perſonæ: hic probat D idem ex parte ipſius ſacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primo enim, oſtendit ſacerdotium Chriſti eſſe excellentius ſacerdotio ueteris legis: & primo, hoc in generali: ſecundo, in ſpeciali, ibi. *Habuit quidem, & prius* ſcilicet 9. ca. Prima in duas. Primo enim, ponit intentum: ſecundo, manifeſtat propoſitum ſuum, ibi. *Omnis enim pontifex*. Circa primum duo facit: quia primo, ponit modum tradendi: ſecundo, præmittit quæ debet dicere, ibi. *Talem habemus pontificem &c.* Dicit ergo. *Capitulum &c.* Capitulum eſt breuis complexio, continēs multa. Et dicitur a capite: quia ſicut in capite uirtute, & quaſi ſummarie continentur omnia, quæ ſunt in corpore, ſic in capitulo illa, quæ dicenda ſunt. Ergo dicemus in quodam capitulo, & quaſi in quadam ſumma. *Super ea quæ dicuntur*. ly ſuper, poteſt dicere appoſitum, & tunc erit ſenſus, Quæ ſummarie dicenda ſunt, ſuperapponentur præmiſſis. Vel poteſt deſignare exceſſum, & tunc eſt ſenſus. Ea quæ dicenda ſunt in ſumma, & capitulo, ſunt maiora. Deinde cum E dicit. *Talem habemus pontificem, &c.* Præmittit, quæ debet dicere. Et primo, dignitatem huius ſacerdotii: ſecundo, officium eius, ibi *Sanctorum miniſter*. Dignitas eius eſt, quia. *Talem habemus pontificem, qui conſedit ad dexteram ſedis magnitudinis in excelſis*. Sedes eſt iudiciaria poteſtas, quæ aliquibus conuenit tanquam miniſtris Dei, ſicut omnibus regibus, quia Adorabunt eū omnes reges terræ, ut dicitur in Pſal. 71. & omnibus prælatis, 1. Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti. Sedes ergo magnitudinis, eſt excellentiſſima poteſtas iudicandi. Item, pars dextera eſt potentior in animali, & ſignificat bona ſpiritualia. Quia ergo Chriſtus habet iudiciariam poteſtatem, dicitur ſedere Pater enim omne iudicium dedit filio. Ioann. 5. Quia uero poſt Deum habet hoc, excellentiſſime, ſedet in dextera magnitudinis in excelſis, ideſt in potioribus bonis: ſupra, 1. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Hoc autem, quòd dicitur conſedere, vel conſedet, poteſt referri ad Chriſtum

stum secundum quòd est Deus, & sic consedet, quia habet eandem authoritatem iudicandi, quam habet pater, sed distinctus est in persona. Et sic, ly magnitudinis, accipitur pro persona patris. Vel secundum quòd homo, & hoc magis proprie ad intentionem Apostoli, quia loquitur de pontificatu Christi, qui est pōtifex inquantum homo. Et hic consedet, quia humanitas assumpta, habet quandam associationem ad deitatem, & consedet ad iudicandū. Psal. 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Et sic apparet dignitas sacerdotis. Consequenter cum dicit. *Sanctorum minister*, Ostendit dignitatē officii eius. Dicitur autem, *Minister sanctorum*; idest, sanctarum ædium, s. sanctuariorum. Ministri enim antiqui accipiebant ministerium, vt custodirent sacra, & seruirēt tabernaculo. Hoc autem excellentius habet Christus, qui est minister, non quidem inquantum Deus, quia sic est author, sed in quantum homo. Luc. 12. Transiens ministrabit illis. Humanitas enim Christi est, sicut organum diuinitatis. Est ergo minister sanctorum, quia ministrat sacramenta gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Item. *Est minister tabernaculi ueri*, quod est, vel eius ecclesia militans. Psal. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. uel triumphans. Es. 3. Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Homo autem Christus minister est, quia omnia bona gloriæ per ipsum dispensantur. Dicit autem. *Veri*, propter duo. Primo, propter differentiam ad ueros, quod erat figurale istius. 1. Cor. 10. Omnia in figura illis contingebāt. Istud autem est ueritas istius. Est ergo uerum, i. veritatem continens respectu figuræ. Secundo, quia illud factum est per hominē istud autem, scilicet vel gratiæ, vel glorię est a solo Deo. Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus. Rom. 6. Gratia dei, vita æterna. Et ideo dicit. *Quod fixit deus, & non homo.* 2. Corinth. 5. Scimꝰ quomam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ex deo habemus domum nō manufactam æternam in cœlis. Deinde cum dicit. *Omnis enim pontifex &c.* Explicat in speciali. Et circa hoc facit tria. Primo enim, ostendit Christum esse ministrum aliquorum sanctorum. Secundo, quòd non veteris legis. ibi. *Si ergo esset*. Tertiò, quòd aliquorum maiorum, ibi. *Nunc autem melius*. Facit autem primo, talem rationem. *Omnis pontifex ad hoc constituitur, ut offerat munera, & hostias*, & secundum hoc dicitur, Minister sanctorum. Christus autem est pontifex, vt supra probatum est. Ergo necesse est ipsum habere aliqua, quæ offerat. supra. 5, Omnis pontifex ex hominibus assumptus &c. Hostia est de animalibus, munera de quocunque alio. Leui. 2. Incensum, & panes dei sui offerunt. Quia vero necesse fuit Christum habere quod offerret, ipse seipsum obtulit. Fuit autem talis oblatio munda. quia caro eius nullam maculā peccati habuit. Exo 12. Erit agnus sine macula, masculus, anniculus. Item fuit congrua, quia congruum est, quòd homo pro homine satisfaciat. Infra 9, Obtulit semetipsum immaculatū deo. Item apta ad immolandum, quia caro eius mortalis erat Ro. 8. Mittens deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Item, est idem ei cui offertur. Ioā. 10. Ego, & pater vnum sumus. Item, vnit deo illos, pro quibus offertur. Ioan. 17. Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Deinde cum dicit. *Si ergo esset*, ostendit quòd Christus non est minister legalium. Et circa hoc facit tria: quia primo, inducit quandam consequentiam: secundo, ostendit ipsam rationem, ibi. *Cum essent*. Tertio, probat eam per authoritatem, ibi. *Sicut responsum est Moysi*. Consequentia uero, talis est. *Ergo si esset super terram*, hoc est antecedens. *Nec esset sacerdos*, & hoc est consequens. Vnde consequentia est una conditionalis. Et legitur multis modis. Primo sic, & est secundū glo. nec ponitur hic nominatiuus: & ideo sic intelligitur, Si enim illud quod offertur esset super terram, &c, quod dupliciter intelligitur. Vno modo, vt sit sensus, Si illud quod offertur esset aliquod terrenum. Christus nō esset sacerdos q.d. Nulla necessitas esset sacerdotii eius: quia multi essent qui talia offerrent. Sed nunquid caro Christi terrena nō erat? Respōdeo: Dicendum est, ꝙ materialiter est terrena. Iob. 9.

F Terra data est in manus impii. Sed dicitur non esse terrena, primo, ratione vnionis Ioan. 3. Qui de cælo venit, super omnes est, idest, filius dei qui illa n sibi vniuit. Iré, ratione virtutis actiuæ, scilicet Spiritusancti qui eā formauit. Item, ratione fructus: quia oblatio eius non ordinatur ad consequēdum aliquid terrenū, sed cæleste. Ioan. 8. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo: hæc est prima expositio & melior. Secūda talis est, Et si, idest, quàmuis illud qd offertur, *Esset super terram*, quia necessariū est aliqsid offerri, *Non esset sacerdos*, sed alius idoneꝰ, qa nullus posset idoneus inueniri ad offerēdū istud. Tres sunt aliæ lecturæ, in quibus subintelligitur offerens, & primo in generali, vt sensus sit, Si esset aliquis sacerdos terrenus, qui posset offerre pro cælestibus, Christus non esset sacerdos. Alia est de Christo specialiter, sic, Si Christus esse sacerdos terrenus, non competeret ei ius sacerdotii, *Cum essent qui secundum legem offerrent munera*. Aliter sic, Si Christus adhuc esse super terram, ita scilicet ꝙ nondum ascendisset, non esset sacerdos, quia non compleuisset sacerdotium suum. Sed secundū primā expositionem cōtinuatur litera sic, & probat, quia multi essent. *Qui secundum legem offerrent talia munera*, scilicet illi *Qui deseruiunt exemplari & vmbræ cælestium*. Sacramenta legalia fuerunt figura aliorum quantum ad duo, scilicet quantum ad cognitionem, & quantum ad rerum expletionem. Quantū ad cognitionem, cum dicit *Exemplari*. quia in veteri lege, quasi in quodam exemplari poterat legi id, ad quod nostra cognitio debet ferri. Sed videtur, ꝙ loquatur improprie. Exemplar enim prius est exemplato, quod proprie dicitur exēplum. Sed cælestia sunt propria, nec facta sunt ad similitudinem veteris legis, sed magis e cōuerso, Respondeo. Dicendum est, ꝙ prius dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic procedit obiectio. Vel quo ad nos, & sic verum est, ꝙ illa non sunt priora. Quantum ad secundum, dicit *Vmbra*. quia sicut vmbra repræsentat corpus; nec tamen illud attingit, ita & illa repræsentabant nouum testamentum. Infra. 10. Vmbram habens lex futurorum &c Consequenter probat per authoritatem, rationabilitatem consequentiæ cum dicit *Sicut responsum est Moysi*. scilicet, a domino Exod. 25. *Vide*, scilicet, diligēter cōsiderando *Et facito omnia secundum exemplar &c.* Quia naturaliter inferiora tendunt in similitudinem superiorum. Dominus enim per sensibilia voluit nos ad intelligibilia & spiritualia manuduci. Iob. 38. Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra &c.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus probauit Christū esse pōtificē, & per cōsequēs ministrū sacramētorū, nō tamē ſm veterē legē: hic ostendit ipsum esse ministrū maiorū & meliorū, q̄ illa fuerint. Et circa hoc facit tria; primo enim, præmittit intētū, secundo, assignat cām eius, tertio, probat sēdm, ibi. *Quāto & melioris*. Tertiū ibi *Nam si illud*. Dicit ergo Dico ꝙ nō hēt aliquid terrenū offerre *Sed nunc*, idest, tēpore gratię *Sortius est*. s. sorte accepit *Melius ministerium*, i. dignius sacerdotiū Dicitur sacerdotiū Christi, ministerium, quia no cōpetit, nisi inquātū homo fuit minister Ro. 15 Dico. n. Christū Iesum ministrū fuisse &c. Dicit aūt sortitus est, i. est, sorte accepit, quia illud quod habetur per sortē, expectatur a dño. Psa. 30 In manibus tuis sortes meæ Et ideo omnia, quæ fiunt ſm distributionē diuini arbitrii, dicuntur sorte dari, & talia sunt effectus gratiæ. Eph. 1. Sorte vocati sumus, idest, diuina electione: quia quādo contingit deficere iudiciū humanū, solent se homines conferre ad electionē & dispositionē diuinā, mittentes sortē, sicut pater Act. 1. de electione Mathiæ. Vnde Proue. 16 Sortes mittuntur in sinū, sed a domino tēperantur. Christus quidē istud ministerū, sorte, idest, dispositione diuina, cōsecutus est. Deinde cum dicit *Quanto & melioris &c.* assignat causam, quare ministerium hoc maius est. Omnis enim sacerdos mediator est. Iste autē mediator est melioris fœderis, scilicet hominis ad deum Mediatoris enim est extrema conciliare. Iste vero ad nos diuina attulit: quia per ipsum facti sumus diuinę consortes naturæ, vt dicitur. 2. Pet. 1. Ipse etiam nostra offert deo. Et ideo dicit Apostolus. 1. Tim. 2. Mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Ibi promittebātur temporalia.

Esa. 1. Si volueritis & audieriris me, bona terræ comedetis. Hic autem cælestia, sicut supra dictum est. Sic ergo istud melius, quantum ad id, quod dominus hominibus promittit. Item, in illo dicuntur quædam, quæ pertinēt ad cultum dei, & ista sunt cęremonialia: quædam vero, quæ ad rectitudinem vitæ, & ista sunt præcepta moralia, q̄ manent: alia vero non. In nouo autē addūtur cōsilia istis præceptis, quæ dantur perfectis, q̄ sunt capaces spiritualiū. Et sic manent præcepta eadem, sed ꝓmissa diuersa. Item, sacramenta sunt diuersa: quia ibi erat figura tantum, hic autem figuræ veritas expressa. Per omnia ergo, testamentum istud est melius. Deinde cū dicit; *Nam si illud &c.* probat, quòd illud testamentum cuius Christus mediator est, melius est: & facit talem rationem, Si primum testamentum non habuisset culpam, non quæreret aliud ad corrigendum defectum ipsius: sed quæritur. ergo &c. Antecedens ponitur, & patet in litera. Sed contra Roman. 7. Lex ergo peccatum est? Absit. ergo malē dicit, quòd non vacat a culpa. Respondeo, Dicendum est, quòd aliquid potest conuenire legi dupliciter. Vel secundū se, & sic erat bona, vel ratione illorum quibus data est, & sic dicitur habere culpam propter duo. Primo, quia non dabat virtutem ad purgandum commissa. Inf. a 10. Impossibile est sanguine taurorum aut hircorum, auferri peccata. Secundo, quia non dabat gratiam adiutricem ad vitandum peccata, sed ad cognoscendum tantum: & sic erat occasio peccati. Romanorum, 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, & sic dicitur non vacasse a culpa, quia homines in ipsa relinquebantur in culpa. Sed dicit; *Non inquireretur locus*. Sicut enim corpus numquam perfectē quiescit, sed semper mouetur, quousque pertingat ad locum suum: sic quandiu habetur aliquid imperfecte non quiescit desiderium, sed semper tendit vltra, vsque dum veniat ad perfectum. Inquirebatur ergo locus istius ab homine qui desiderabat, sed magis a deo, qui propter nostræ salutis desiderium dicitur inquirere. Deinde cum dicit; *Vituperans enim &c.* probat veritatem consequentis, scilicet quòd inquiritur locus testamenti, & hoc per authoritatem, Hier. 31. *Ecce venient dies &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim, præmittit authoritatem. Secundo, arguit ex ipsa, ibi; *Dicendo autem nouum*. Prima in duas. Primo enim, præmittit prophetiā de noui testamenti datione. Secundo, describit ipsum, ibi; *Non secundum testamentum &c.* Iterum prima in tres. Primo enim, ostendit temporis dationis opportunitatem. Secundo, noui testamenti perfectionē, ibi; *Consumabo testamentum nouum*. Tertio, quibus datum fuit, ibi, *super domum Iuda*. Dicit ergo, *Vituperans enim* dominus, non quidem legem, sed eos qui, scilicet erant sub lege dicit, *Ecce dies veniunt &c.* Hæc est authoritas, quæ est Hier. 31. Et non habetur omnino sub istis verbis, sed mutantur pauca, ibi enim dicitur sic, Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die qua extendi manum meam, vt edocerem eius de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum. Sic ergo patet, quòd pacta mutantur. Dicit ergo quantum ad temporis opportunitatem. *Ecce dies veniunt*, idest tempus gratiæ, quod comparatur diei, quòd illuminatum est a sole iustitiæ. Romanorum 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quantum ad perfectionem noui testamenti, dicit, *Consumabo nouum testamentum*. Et dicit consumabo, quod sonat ad perfectionem. Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Istud autem verbum, Consumabo, non habetur ibi, sed vtitur eo Apostolus ad designandum perfectionem noui testamenti. Esa. 10. Consumationem & abbreuiationem faciet dominus super terram. Fuit enim nouum testamentum perfectum, quantum ad eruditionem vitæ, quæ non extenditur tantum ad generalē iustitiæ eruditionem, sed ad perfectam. Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Item, in veteri testamento erant tantum figuralia: in nouo vero, veritas figurarum, & ita nouum consumat, & perficit vetus. Quantum ad tertium dicit, *Super domum Israel & Iuda*. Sed numquid datur tantum Iudæis? Non. Rom. 9. Non omnes, qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ. Et sequitur, Non qui filii carnis, hi sunt filii dei, sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Illi ergo, qui sortiti sunt gratiam dei, sunt Israel per fidem, & Iuda per confessionem. Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam &c. Dicitur autem, *Super domum &c.* triplici rōne. Vna, quia Christus in ꝓpria persona prædicauit Iudæis, nō Gentibus. Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Secunda, quia Gentiles facti sunt participes noui testamēti, sicut oleaster insertus in bonam oliuam participat pinguedinem eius. Ro. 11. Alia, quia tempore Roboam & Ieroboam diuisus fuit regnum Iuda, a regno decem tribuum, quæ quidem remanserunt in idolatria: sed regnū Iuda magis adhæsit deo, licet non ex toto. Et ideo vtrosque tetigit. Deinde cum dicit *Non secundum testamentum*. describit nouum testamentum: & primo per differentiam ad vetus: secundo per proprias conditiones, ibi *Quia hoc est testamentum*. Iterum, prima in duas. Primo, ostendit distinctionem noui & veteris testamenti Secundo, infirmitatem veteris, ibi *In die in qua*. Posset enim aliquis dicere, Numquid istud nouum est isti similē? Ideo quasi respondens dicit, Non: *Quia non secundum id, quod feci cum patribus eorum*. in quo ostendit, quòd non est seruandum vetus cum nouo Gal 5. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Matt. 9. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, &c. Et Rom. 7. Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quia si aliquid inueniatur in veteri, quod gentibus indicatur ad seruandum, referendum est ad intellectum spiritualem, sicut dicitur Esa. 19. Colent eum in hostiis, & muneribus: quod totum est spiritualiter intelligendum. Deinde cum dicit. *In die qua apprehendi &c.* ostendit defectum veteris testamenti. Et primo ex eius traditione, secundo ex euentu, ibi *Quoniam ipsi*. Vetus enim testamentum traditum est seruis, & infirmis. Seruis quidem, quia quandoque exierunt de seruitute Aegypti. Et quantum ad hoc dicit. *Vt educerem illos &c.* Gala. 4. Vnum quidem in seruitutem generans, &c. Item, quia erat lex timoris seruilis. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Aug. Breuis differentia veteris, & noui testamēti, timor, & amor. Item infirmis, quia per se non poterant se iuuare. Et quantum ad hoc dicit *Apprehendi manum eorum*, quod est infirmorum. Psal. 72. Tenuisti manum dexteram meam. Rom. 8. Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur. Dicit autem *Patribus eorum*, scilicet Abraham Isaac, & Iacob, cum quibus iniit fœdus speciale. Psal. 104. Memor fuit in seculum testamenti sui verbi, quod mandauit in mille generationes: quod disposuit ad Abraham, &c. Sed istis in exitu de Aegypto promisit carnalia. Deinde cum dicit *Quoniam ipsi non &c.* ostendit defectum veteris testamenti ex euentu, & primo quantum ad culpam, & ideo dicit *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo*, quia scilicet non erat scriptum in cordibus ipsorum. Vnde statim post legem datam, fecerunt vitulum constatilem. Exod. 32. Et Psal. 105. Fecerunt vitulū in Oreb, & adorauerunt sculptibile. Et quantū ad pœnam. Ideo dicit. *Et ego neglexi eos*. Illud enim aliquis dicitur negligere, quod permittit perire. Et sic neglixit eos, quia permisit eos perire ab exterminatore, vt dicitur. 1. Cor. 10. & Psal. 118 Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis. Alia litera *Et ego dominatus sum eorum*, idest, puniendo ostendi me esse dominum ipsorum. Deinde cum dicit *Quia hoc est testamentum &c.* Describit conditiones noui testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo, ponit modum editionis eius. Secundo, effectum ipsius, ibi *Et ero eis in deum*. Dicit ergo *Quia hoc est*, idest tale est, *Testamentum quod disponam domui Israel &c.* dispositio importat congruitatem ordinis. Et ideo dicit *Post dies illos*, idest post legem datam. Debuit enim post legem veterem dari noua lex, sicut primo datur pædagogus, postea magister, vt prius homo recognoscat infirmitatem suam. In hoc ergo patet congruitas temporis dandi nouum testamentum. Modus autem tradēdi duplex est. Vnus per exteriora, sicut proponendo verba ad cognitionem alicuius. Et hoc potest homo facere, & sic traditum fuit vetus testamētum. Alio modo, interius operando. Et hoc proprium est dei. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et hoc modo datum est nouum testamentum, quia consistit in infusione Spiritussancti, qui interius instruit. Non autem sufficit tantum cognoscere, sed requiritur operari. Et ideo, primo illuminat intellectum ad cognoscendum. Et ideo dicit *Dabo leges meas &c.* Et dicit in plurali, propter diuersa præcepta & consilia. Et hoc facit Spiritussanctus 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet vos. Io. 14. Ille vos docebit omnia, &c. Item, ad bene operandum inclinat affectum, vnde imprimitur cordi Et quantum ad hoc dicit. *In corde eorum superscribam eas*, idest super cognitionem, scribam charitatem. Super omnia autem charitatem habete, &c. Collo. 3. & Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Et hæc est epistola de qua subdit secundæ Cor. 3. Non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Tho. super Epłas P.

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus conditiones noui testamenti ex editione ipsius, nunc ponit tres effectus ipsius. Primus est hominis ad deum perfecta coniunctio. Secundus est dei perfecta cognitio, ibi, *Et non docebit*. Tertius est peccatorum remissio, ibi, *Quia propitius ero*. Circa primum sciendum est, quòd ad hoc, quòd homo iungatur deo requiritur auxilium diuinę gratiæ, quia ad hoc non potest propria virtute. Hier. 31. In charitate perpetua dilexit te, iō attraxi te miserās.

LECTIO III.

IT ero illis in deum, & ipsi erūt mihi in populū. Et nō docebit vnusquisq; proximū suum, & vnusquisque fratrem suū dicens, Cognosce dominū: quoniam omnes sciēt me a minore vsque ad maiorem, qa propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitum est.

CAPIT. IX. LECT. I.

HAbuit quidē & pri°, iustificatiōes culturę, & sctm̄ sæculare. Tabernaculum

Primo, ergo tangitur illa coniunctio ex parte dei. Secundo, ex parte hominis, ibi, *Et ipsi erunt*. Dicit ergo, *Ero illis in deum*. Nomen dei significat vniuersalem prouidentiam. Tunc ergo est nobis in deum, quando habet curam de nobis & corda nostra ad se trahit, & hoc est respectu iustorum specialiter. Ex hoc ergo, quòd ero eis in deum, sequitur secundum, scilicet, quòd, *Ipsi erunt mihi populum*, idest exhibebunt se mihi in populum. Sicut enim dicit Augustinus 2. de ciuitate dei cap. 21. Populus est cœtus multitudinis, iuris consensu & vtilitatis cōmunione sociatus. Quando ergo consentiunt in ius diuinę legis, vt sint ad inuicem vtiles & tendant in deum, tunc est populus dei. Apoc. 21. Ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Deinde cum dicit, *Et non docebit &c.* ponit secundum effectum noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit signum effectus illius. Secundo, effectum ipsum, ibi. *Quia omnes &c.* Signum perfectæ cognitionis est, quando quis non indiget doceri, quia doctrina est via ad acquisitionem scientiæ, & ideo cessat doctrina, acquisita perfecte scientia. Sed numquid in nouo testamento vnus non docet aliū? Et videtur, quòd non, per literam istam. Sed contra: quia Apostolus vocat se doctorem Gentium. Tir. 2. & Ephes. 4. Alios pastores & doctores. Roman. 12. Qui docet in doctrina. Respondeo. Dicendum est, quòd hoc quod dicitur hic, potest dupliciter intelligi. Vno modo de præsenti statu, & sic non verificatur vniuersaliter de omnibus, sed tantum de primis fundatoribus noui testamenti, scilicet Apostolis, qui immediate fuerūt instructi a deo, quando Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Apostoli ergo facti sunt perfecte cognoscentes, & non ab aliis instructi, sed simul a Christo acceperunt sapientiam infusam. Alio modo, quòd referatur ad statum patriæ futurum, ad quam per nouum testamentum introducimur, non per vetus. Et sic vniuersaliter verum est, quod dicitur hic. Sed contra. Homines beati sunt æquales angelis, non maiores, sed secundum Diony. unus angelus docet alium illuminando ipsum, ergo & homo beatus alium docebit. Respondeo. Dicendū est, quòd duplex est cognitio in beatis angelis. Vna quæ beatos facit, scilicet cognitio diuinitatis, quæ sola beatos facit, sicut dicit Augu. in lib. confes. Beatus qui te nouit &c. Alia est, quæ est omnium, quæ sunt aliud a deo, cuiusmodi sunt effectus dei, & ista non beatificant. Quantum ergo ad primam vnus non docet alium: qnia vnus non beatificatur mediante alio, sed a deo immediate. Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed quantum ad aliam, quæ est aliquorum misteriorum, vnus docet aliū. Et hoc forte vsque ad finem mundi, quandiu durat executio effectuum dei, & ideo addit, dicens, *Cognosce dominum* q. d. Non accipit dei cognitionem. Et dicit, *Proximum suum & fratrem suū* quia & si secundum Aug. omnes homines sint ex charitate diligendi, si tamen non possis omnibus prodesse, tamen illis specialiter debes prodesse, qui tibi coniunguntur, Vel naturaliter, sicut sunt consanguinei, quōs hic vocat fratres. Vel alia coniunctione, & sic proximus est, *Omnes enim scient me a minimo vsque ad maiorem eorum*. Hæc est causa quare vnus non docebit alium, quia omnes noscent dominum 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est. In hac vero visione consistit beatitudo. Ioann. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum &c. Hier. 9 In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Et hanc doctrinam habent beati, non ab aliquo alio, sed a solo deo tm̄. Esai. 54. Ponam vniuersos filios tuos doctos a domino. Illud autem, qd̄ dicit a minimo, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd dicātur maiores sancti antiquiores, & sic maior & minor dicuntur secundum ordinem temporis. Omnes ergo cognoscent, quia singuli accipient singulos denarios. Mat. 20. Vel hoc dicit ad ostendendum differentiam præmiorum, quia licet omnes cognoscāt, tamen vnus magis alio cognoscet. Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Præmium enim correspondet merito, & hoc contra illos, qui dicunt pœnas & omnia merita esse æqualia, & per cōsequens præmia æqualia. Contra quos dicitur. 1. Corinth. 15. Stella differt a stella in claritate. Deinde cum dicit *Quia propitius &c.* ponit tertium effectum, qui est culpæ remissio, quod non poterat vetus testamentum. infra 10. Impossibile est, sanguine taurorum & hircorum, auferri peccata. Dicit ergo; *Propitius ero*. Differunt autem iniquitas & peccatum, quia iniquitas opponitur iustitiæ, quæ quidem proprie semper est ad alium. Ideo iniquitas dicitur qua quis nocet alteri. Iob 35. Homini qui similis tui est, nocebit iniquitas tua. Peccatum autem dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem, & sic iniquitas proprie est in proximum, sed peccatum est in seipsum, & hoc proprie loquendo, large tamē idē est iniquitas & peccatū. Et quantum ad hoc dicit *Quia propitius ero iniquitatibus eorum*, scilicet in præsenti pœnam relaxando *Nec memorabor peccatorum eorum*, scilicet in futuro peccata puniendo. Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Psalm. 78. Propitius esto peccatis nostris &c. Item, Ne memineris iniquitatum nostrarum &c. Rom. 11. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei &c. idest Deus non pœnitet, quòd hic peccata remiserit, quasi iterum puniendo. Deinde cum dicit *Dicendo autem nouum &c.* quasi posita authoritate arguit ex ipsa, & facit talem rationem. Nouum non dicitur nisi in comparatione ad vetus: sed omne, quod dicitur vetus, significat quasi sit prope cessationem. ergo *Dicendo nouum, veterauit prius*. idest dedit intelligere quòd prius sit vetus *Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est*. Si ergo illud est vetus, abiiciendum est Leuit. 26. Nouis superuenientibus, vetera proiicietis. Dicendo ergo nouum, designat cessationem veteris. Proprie autem nihil antiquatur, nisi, quod subiacet tempori, quæ autem subiacent tempori, cessanti in tempore. Oportet ergo illud vetus cessare. Dicit autē *Antiquatur* propter res inanimatas, sed *Senescit* propter animatas. Sciendum tamen est, quòd vbi habemus, peccatorum, alia litera habet, peccati, & tunc refertur ad peccatum originale, quod omnibus est commune.

LECTIO PRIMA A.

SVPRA ostendit Apostolus dignitatem noui testamenti respectu veteris in generali, hic ostendit idē in speciali, descendendo ad singula, quæ erant in vtroque testamēto. Et circa hoc facit duo. Primo enim cōparat ea, quæ sunt veteris testamēti ad ea, quæ sunt noui, vt super hoc ostendat dignitatē noui. Secūdo manifestat quædā, quæ supposuerat. 10. ca. ibi *Vmbram enim habens*. Circa primū tria facit, quia primo exponit illud, quod fuit in veteri testamento. Secundo, ostendit significatū suum, ibi *Hoc significante spiritu*. Tertio, ex his arguit ad propositum, ibi *Et ideo noui testamenti*. Iterū, prime in duas. Primo enim, describit conditionem veteris testamenti. Secundo, prosequitur, ibi *Tabernaculum enim factum*. Circa primū sciendum est, q̄ tam vetus quàm nouū testamentum ad hoc instituta sunt, vt per ipsa anima accedat ad Deum. Ad hoc autem duo sunt necessaria scilicet recessus a peccato, & vnio ad Deum. Primum fit per iustificationē. Secundū per sanctificationem, & in vtroque testamento fit iustificatio, & sanctificatio. Vnde dicit sic dictum est, quòd prius veterauit. Sed quale fuit illud vetus. Tale quòd *Habuit quidem & prius iustificationes culturæ*, scilicet latriæ secundum græcum. In veteri enim fuerunt quædam ablutiones per quas mundabātur, nō quidem a macula peccati sed a quibusdam irregularitatibus, quibus impediebantur a cultu Dei: sicut ex tactu mortui vel alicuius immundi non poterant intrare tabernaculum, nisi expiati per aliquas ablutiones. Et ideo dicebantur iustificationes culturæ, quia scilicet per ea fiebat idoneus ad cultum diuinum. Et de hoc habetur Luc. 22. Hiero. Iustificationes, idest ablutiones, quibus purificatis licebat accedere Sed sanctificatio eorum erat *Et sanctum sæculare*, Seculum quandoque sumitur, pro quacūque duratione Psal 110. In sæculū sæculi. Quādoq; significat mundū istum. 1. Tim. 4. Demas me dereliquit diligens hoc sæculum. Illa ergo sanctificatio potest dici sæcularis, quia temporalis erat, & non perpetua. Sed litera græca non sic accipit, qa dicit sanctum mundanū. Vnde est differentia inter nouum testamentum & vetus, quia licet vtrumque sit corporale, tamen nouum continet gratiam, & sacrum est, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus salutem secretius operatur, quod non erat in veteri testamento, quoniam in se nullā cō tinebat gratiā. Gal. 3. Quomodo iterum conuertimini ad infirma, & egena elementa? Deinde cū dicit, *Tabernaculum &c.* exponit illud, quòd dixit. Et primo, quantum ad dispositionem tabernaculi. Secundo, quantum ad ministerium sacerdotum, ibi, *His vero ita*. Circa primum propter intellectum literæ, sciendum est, quòd dominus in deserto præcepit fieri tabernaculum, quod haberet 30. cubitos, vel passus in longitudine, & decem in latitudine, ita quòd ostium erat ad orientem, ante quod dependebat velū super quatuor columnas, & quoddā tentorium in quo erat altare holocaustorum, sed de hoc nihil ad propositum, quia Apostolus de hoc non facit aliquam mentionem, sed in tabernaculo versus occidentem spacio decem cubitorum longitudinis, & decem latitudinis appendebatur velum super quatuor columnas, & istud diuidebat partem vnam decem cubitorum ab alia 20. cubitorum. Pars autem 20. cubitorum dicitur sancta, & tabernaculum primum, sed illa decem dicitur sancta sanctorum, & tabernaculum secundum. Ista distinctio, dupliciter potest exponi. Vno modo, quia ea quæ fuerunt in veteri testamento, fuerunt figura noui testamenti. Nouum etiam est figura cælestis patriæ. Sic ergo per primum tabernaculum, vetus testamentum: & per secundum, nouum. Alio modo, per primum tabernaculum, præsens ecclesia. per secundum, cælestis gloria. In quantum ergo significat vetus testamentum, est figura figuræ, sed inquantum significat præsentem ecclesiam, quæ adhuc significat futuram gloriam, est figura veritatis quantum ad vtrumque. Circa hoc ergo duo facit, quia primo describit illud, quod erat in primo. Secundo illud, quod erat in secundo, ibi, *Post velamentum*. In primo autem tria erant, scilicet candelabrum aureum ad meridiem, quod ita erat factum. Ex vno. n. longo hastili procedebant sex calami, quasi sex brachia, scilicet tres a dextris, & tres a sinistris. Et sic in sumitate erant septem rami, & in quolibet erat vna lucerna, quæ ardebat. Itē, in quolibet calamo erant quatuor, scilicet calamus, qui erat ex tribus partibus quasi tribus petiis, scilicet cyphi, spherulæ, & lilia: quia ibi duæ partes iungebantur. In fine cuiuslibet partis erat quasi quidam ciphus, in quo duo ciphi iunguntur in nucis modum, & duæ spherulæ volubiles, & duo quasi folia lilii hinc & inde. Item, in parte Aquilonari erat mensa aurea in modum altaris, super quam ponebantur in sabbato 12. panes calidi, & super quemlibet, thus lucidum in patena aurea. Et stabant illi panes, qui dicebantur propositionis vsque ad diem sabbati, vbi oportebat ilios amoueri & reponebantur alii loco illorum. Itē, in medio erat altare aureum ad adolendum thymiama boni odoris, & hoc ad literam, ne domus feteret propter multitudinem immolaticii sanguinis. Per cādelabrum autem quod illuminat, & per mensam designatur ad literam, quòd qui altari seruit de altari viuat. Dicit ergo, *Tabernaculum prius*, i. anterior pars tabernaculi, *Factum est, in quo erant candelabra*, quæ vnum erat, quantum ad substantiam, sed plura quantum ad ramos, & hoc ad meridiem, *Et mensa* ad Aquilonem, *Et propositio panum*, idest panes propositionis per ypallagen, sicut perflauit fistula buccas, & ista pars, *Dicitur sancta*. De hoc habetur diffuse Exo. 25. 26. & 27. Deinde cum dicit, *Post velamentum &c.* Describit ea, quæ erant in secundo tabernaculo, scilicet, *Archa testamenti*, de lignis sethin imputribilibus, *Circumtecta ex omni parte*, idest tam intus quàm extra, *Auro*. In arca autem erant tria scilicet, *Vrna aurea habens manna* & hoc in memoriā illius beneficii eis præstiti, Exod. 16. *Et virga Aaron quæ fronduerat*. Num. 17. In memoriam sacerdotii Aaron, ne alius extraneus præsumeret accedere, *Et tabulæ testamenti*. Exo. 25. In memoriam legis. Item, super arcam duo Cherubin, qui tangebant se duabus alis & tangebant aliis duabus latera tabernaculi. Inter duas autem alas quibus tāgebāt se, erat tabula aurea eiusdē longitudinis & latitudinis; & archa, s. duorū cubitorū in lōgitudine, cubiti & semis in latitudine, & erat superminens, quæ dicebatur propritiatorīū. Vnde erat quasi sedes, de qua deus exaudiret ad repropitiādum populo. Psal. 79. Qui sedes super Cherubim &c. Archa vero erat quasi scabellum pedum. Illi duo Cherubim versis vultibus ad seipsos respiciebant in propitiatorium. Hic autem addit Apostolus quartum, scilicet, *Thuribulum aureum*, de quo dicunt aliqui, quòd erat altare inter sancta, vt dictum est. In sancta, quod erat exterius introibāt sacerdotes omni die, ad expletionē misteriorum, sed in sancta sanctorum sacerdos summus semel in anno cum sanguine, & tunc implebat thuribulum illud thymiamate, ita quòd ex fumo ascenderet nebula, quæ operiret sancta sanctorū ne posset videri ab his, qui extra erant. Ista ergo sunt illa, quæ erant post velamentum quod erat secundum, quod dicitur sancta sanctorū pro dignitate, sicut dicit virgo virginum antonomasice, aureum habens thuribulum, & archa in qua erat vrna &c. super quam scilicet arcam, non quòd haberet super eam pedes, sed alas tantum, *Cherubin gloriæ*, idest gloriose facta, *Obumbrantia propitiatorium*, scilicet alis suis, *De quibus non est modo dicendum*, idest prosequendum, *Per singula*. Sed contra, quia 3. Re. 8. dicitur, quòd in archa non est aliud, nisi duæ tabulæ. Respondeo, Dicendum est, quòd verum est ex principali intentione, qa ad hoc fuit arca principaliter facta sicut patet. Exo. 25. Quid autem ista significent, Sciendum est, quòd omnes cæremoniæ legis, ordinabantur ad vtum secundum statum illum: ad aliud verò, secundum quòd erant figuratiua, prout scilicet representabant Christum. Quo ad primum, omnia instituta fuerunt ad representandum magnificentiam dei. Illa autem non representabantur, nisi in effectibus. Isti autem effectus, habent quasi duplex sæculum. Vnum superius, s. substantiarum incorporearum, & istud representatur per sancta sanctorum. Aliud est istius mūdi inferioris sensibilis, & istud representatur per sancta. In mundo autem superiori sunt tria, s. deus, rationes rerum, & angeli. Deus autem omnino est incomprehensibilis, & ideo erat sedes sine sedente, quia non potest comprehendi a creatura nisi ex effectibus. Illa autem sedes erat propitiatorium, vt dictum est. Angeli autem significantur per Cherubim, propter sapientiam: unde & Philosophi angelos dicunt substantias intellectuales. Erāt duo, ad designandum, q̄ non erant ibi positi ad colendum qa dictum erat eis. Deut. 4. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Quòd respiciunt in propitiatorium designat, q̄ non recedūt a contemplatione dei. Mat. 18. Angeli eorum in cælis, semper vident faciem patris &c. Rationes rerum signantur per archā. Illa vero, quæ sunt in hoc mundo, vel pertinent ad sapientiam, quæ per tabulas significatur, vel ad potentiam, quæ per virgā, vel ad bonitatem, quæ per manna, quod erat dulce, quia quicquid est dulcedinis in creatura, totum est ex bonitate dei. Quia vero rationes rerum, quæ sunt intelligibiliter in deo, sunt sensibiliter in creaturis corporalibus, ideo sicut in tabulis erat lumen intellectuale: ita in sanctis erat lumen corporale. Ibi manna, hic panes. Ibi virga, hic altare qd̄ pertinet ad officiū sacerdotis. Sed inquantum per ista figurabatur Christus, omnia ista inueniuntur in ipso. Et primo quantum ad sancta. Ipse enim est candelabrum luminis. Ioann. 8. Ego sum lux mundi. In isto sunt sex odines, tres a sinistris, scilicet perfecti veteris testamenti, & tres a dextris, scilicet noui testamenti. Isti designantur Ezech. 14. Per Noe prælati: per Daniel, contemplatiui: per Iob actiui. Isti calami lumen accipiunt & infunduntur, quia sicut dicitur 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Ciphi sunt propinantes potum sapientiæ. Spherulæ, propter promptitudinem obedientiæ. Lilia, propter finem vitæ æternæ. Septem lucernæ, sunt septem dona Spiritussancti. Item, Christus est mensa refectionis. Duodecim panes, sunt doctrina duodecim Apostolorū & successorum suorum qui ponūtur in sabbato spei vsque ad sabbatū spei, & si interim vnus remouetur per mortem, alter substituitur. Sed in magno sabbato remouebuntur omnes. In inferiori erat propitiatorium, & Christus est propitiatio pro peccatis nostris 1. Ioan. 2. Duo angeli, sunt duo testamenta concorditer Christum respicientia. Vel omnes angeli Christo seruientes concorditer & vnanimiter. Matth. 4. Accesserunt angeli & ministrabant ei. Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei. supra 1. Omnes sunt administratorii spiritus. Ipsi desiderāt in Christū prospicere 1. Pet. 1. Item, obūbrant propitiatorium. i. Christi ecclesiam custodiūt. Vel quia ipsorum ministerio fiebant visiones. & appariciones in quibus obūbratorie figurabatur Christus. Archa aurata de lignis sethin, est caro Christi pura & pretiosissima, quæ & dicitur vrna aurea propter sapientiā, plena dulcedine diuinitatis. Tabulæ sunt eius sapientia. Virga est sacerdotium eius æternum.

Vel virga est potestas Christi, Manna dulcedo gratiæ, quæ daf per sacerdotium Christi, vel per obediētiam mandatorum, sicut homo obedit potestati. Sed quia nullus habet sic gratiam quin peccet, excepto Christo & matre eius, ideo necesse est habere ꝓpiciatorium. Sciendum est aūt quòd glos. super locū istum multum diffuse ista exponit.

LECTIO II.

SVPRA descripsit Apostolus ea quæ pertinent ad vetus testamentū quātum ad dispositionē tabernaculi: hic ꝓsequit de officio ministrorum. Et primo de his, quæ spectant ad sancta. Secundo, autem de his, quæ spectant ad sancta sanctorū, ibi, *In secundo autem.* Ad intellectum autem literæ huius sciendum est, ꝙ sicut supra dictum est, in parte anteriori ipsius tabernaculi circa mediū, erat altare thymiamatis vel incensi, quod idē est, & candelabrū. Ex parte vero meridionali, & ex opposito, mensa propositionis. Sacerdos ergo quolibet die, mane & vespere intrabat sancta ꝑ duo, s. ad parandum lucernas, & adolendum thymiama, vt lumen & bonus odor iugiter esset in sanctis. Dicit ergo, *His vero*, scilicet, quæ pertinent ad speciem tabernaculi, *Ita compositis*. i. ordinatis, *Semper*, idest quotidie mane. s. & sero, *Intrabant sacerdotes consumantes officia sacrificiorum* nō ꝙ in sancta sacrificarēt, quia sacrificabant super altare holocaustorum, quod erat ante fores tabernaculi sub diuo, sed adoletionem thymiamatis & deuotionem offerentium, vocat sacrificium. Deinde cum dicit, *In secundo autem.* Ponit officium ministrorum, quantum ad sancta sanctorum. Circa quod sciendum est, ꝙ sicut dr Leui. 16. Summus Sacerdos in die expiationis, quæ fiebat decima die septimi mensis. s. Septembris qui septimus est a Martio nostro, qui apud Hebreos cōcurrit pro parte cum Aprili in quo incipiunt anni. Exo. 12. Mēsis iste principiū vobis mensium, primus erit in mensibus anni: ipsi. n. incipiunt mensem in lunatione, quæ semper incipit in Martio, nisi impediat embolismus, offerebat pro se & tota domo sua vitulum, & hircum pro peccato populi, & istis immolatis, accipiebat de sanguine ipsorum & implebat thuribulū prunis altaris holocaustorum, quod erat in atrio ante fores tabernaculi & cū omnibus his intrabat in sancta sanctorū, & cum sanguine expiabat tabernaculū aspergendo sanguinē contra velum, & post egrediebatur. Et cum eodē sanguine liniebat cornua altaris thymiamatis: hoc autē semel in anno faciebat. Vnde dicit: *In secundo autem*, s. tabernaculo, quod dicitur sancta sanctorum; *Semel in anno intrabat solus pontifex*. Glo. dicit ꝙ pluries poterat sine sanguine, sed non cum sanguine nisi semel. De hoc tamen nō habetur nisi tantum qñ mouenda sunt castra, quia tunc intrabāt Aaron & filii eius & inuoluebant & dispensabant onera Leuitarum, sicut patet Nu. 4. Semel tamē in anno intrabat summus sacerdos solus cum sanguine, quando offerebat, *pro sua & populi ignorantia*, idest pro peccatis nostris. Prou. 14. Errant qui operantur malum. Omnis enim malus ignorat, vt habetur 3. Ethicorum, De hoc habetur Leuit. 16. Vbi traditur ritus iste. Mystice vero per primum tabernaculum designatur præsens ecclesia, in qua fideles debent seipsos sacrificare. Roma. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. Psal. 50. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Item, debēt sacrificare sua in eleemosinis. Infra. 13. Talibus. n. hostiis promeretur deus, sed in sancta sanctorum, i. in patriam cælestē intrat solus pontifex. s. Christus in anima & corpore. Tamen ſm literam intentio Apostoli est, ꝙ per sancta intelligatur vetus lex, per sancta sanctorum status noui testamenti & cælum, quia per nouam legem intratur in cælum. Et ideo subdit, *Hoc significante Spiritu sancto.* Vbi exponit, quid significatur per hoc. Et primo, quantum ad vetus testamentum. Secundo, quantum ad nouum, ibi, *Christus assistens.* Item in prima parte primo, ponit officium ministrorum quantum ad primum. Secundo, subdit positionis rationē, *Iuxta quam munera*. Sciendum autem, quòd in primo intrabant sacerdotes quotidie, sed in secundo quod erat vltra velum, non nisi pontifex solus semel in anno. Vnde, quantum ad ministro illos erant ibi duo. Vnum, quòd in primo, quotidie intrabant. Aliud, quòd ante secundum erat eis velum. Vnde interpositio veli significat, ꝙ cælestia erant eis velata. Item, ꝙ non intrabant, significat, ꝙ vetus testamentum non est via intrandi cælum ante aduentum Christi. Dicit ergo, Dico quod hoc sic perfectum est, hoc significante spiritu sancto 2. Pet. 1. Non humana voluntate allata est

F aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et hoc est contra hæreticos, qui dicunt vetus testamentum non esse a spiritu sancto, sed a deo malo. Quid significante? *Nondum propalatam esse sanctorum uiam adhuc priore tabernaculo*, idest veteri testamento significato per primum tabernaculum, *Habente statum*. Durante n. veteri testamento, via sanctorū. s. Christus qui dicit Io. 14 Ego sum via, nondū venerat: iste enim est ostium per quod patet introitus in sācta sanctorū. Io. 10. Ego sum ostiū, sed nō erat propalatus, quia adhuc latebat sub figuris literæ obumbratus infra 10

sancto, nondum propalatā esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statū. Quæ parabola est tēporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offerūt, q̄ nō possunt iuxta conscientiā perfectū facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis impositis.

Vmbram habens lex futurorum &c. *Quæ parabola est instantis*, i. præsentis, *Temporis*, vel instantis, idest ducens nos ad ea, quæ cōtingunt in præsenti tempore. Deinde cum dicit; *Iuxta quam.* Ponit rationem quare durante statu veteris legis nō patebat introitus in sancta sanctorum. In illa n. sancta nullus intrat nisi perfectus. Esa. 35. Via sancta uocabitur, nō transibit per eā pollutus. Et ideo ibi non erat mundatio & perfectio, nec erat introitus in illā. Sed vetus testamentū non poterat perfectum facere seruientem, quia nōdum erat oblatum sacrificium satisfaciens pro peccato totius humani generis. Et ideo dicit, Iuxta quam, s. vel parabolam vel figuram, *Offeruntur munera & hostiæ.* Quod refertur ad illud quod dicit, sacrificiorum officia consumantes, quia oblationes & munera, quæ sunt de omnibus, hostiæ aūt, quæ tātum sunt de animalibus, non offerebantur in sancta sanctorum, sed in sancta, vel ad fores tabernaculi. Ista autem non poterant mundare, quia, *Non potest facere perfectum seruientem* seruitute latriæ, quæ pertinent ad cultū diuinum. Perfectum dico; *Iuxta conscientiam.* Est. n. duplex mundatio. Vna a macula, & reatu peccati. Et quantum ad conscientiam, hoc non potest lex. Infra. 10. Impossibile est sanguine taurorū & hircorum auferri peccata. Esa. 1. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Mich. 6. Numquid placari potest deus in millibus arietum, aut in millibus hircorū pinguium? Alia mundatio erat quantum ad culturam, vt scilicet liceret eis ministrare in illis sacrificiis, & sic mundabat. Sed numquid in veteri lege fuerunt multi perfecti? Et vr̄ quòd sic dictū est. n. Abrahæ Gen. 17. Ambula corā me & esto perfectius. Moyses etiam & multi alii, valde sancti & perfecti fuerunt. Respondeo, Dicendum est, ꝙ licet tunc multi perfecti & sancti fuerint, hoc tamen non fuit ex operibus legis supra 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. sed hoc fuit per fidem Christi. Genes. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc ergo non erat virtute cęremoniarum aut legalium. Vnde frequenter ibi dicitur, Orabit pro eo sacedos & dimittetur illi. Leui. 5. Et in multis aliis locis. Quòd ergo mundaret, hoc erat ex fide. Sed in nouo testamento dicitur Matt. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Sine sacramentis enim nouæ legis non est salus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. Sed quare non mundabant conscientiam? quia consistebant in cibis & potibus, peccatum vero est in conscientia. Illud autem, quod est pure corporale non mundat animam, quia non agit in animam. In sacrificiis autem illis erant cibi & potus &c. quæ pertinent ad corpus, & ideo non poterant mundare conscientiā. Dicit ergo, *In cibis & potibus*, idest in discretione ciborum & potuum interdictorum in veteri lege, quia abstinere ab his non mundat cōsciētiam, vel vt hoc referatur ad vsum sacrificiorum, quia commedebantur a sacerdotibus illa, quæ offerebantur pro peccatis, & ab aliis, quæ pro aliis. Ista enim non mundabant conscientiam. Hierem. 9. Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas? *Et variis baptismatibus*, idest locutionibus, quia sicut dicitur Matth. 7. Iudæi seruabant baptismata calicum, & vrceorum, & a foro redeuntes non comedunt, nisi baptizentur. Contra quos dicit dominus Mat. 23. Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis, quòd de foris est calicis & paropsidis, intus autem estis pleni rapina & immunditia. Veruntamen Apostolus non loquitur hic de superstitionibus Pharisęorum, & ideo oportet currere ad alias lotiones præceptas in lege, sicut est de aqua in qua lauabantur sacerdotes, & de aqua purificationis in mundatione leprosi vel polluti. Vnde frequenter dicitur. Lauabant vestimenta sua &c. Et hæc dicūtur hic baptismata, *Et iustitiis carnis*, hoc addit vniuersaliter de omnibus. Vocat ista cæremonialia iustitias carnis, idest carnales, quia pertinebant tantum ad corporalem munditiam, nec erat in eis aliqua

qua virtus spiritualis. Et ne aliquis dicat, quare ergo instituta A sunt si non poterant perficere, quia iam videretur, ꝙ deus ea inutiliter instituerit. Hoc remouet cum dicit *Vsque ad tempus correctionis impositis*. q. d. Hoc verum est, quòd fuissent inutiliter instituta, si semper deberent durare. Sed sicut puero primo oportet dare pædagogū, quando autem iam peruenit ad ætatem perfectam, tunc datur ei modus se habendi secundum iudicium rectoris reipublicæ, ita in veteri lege ea, quæ spectant ad imperfectionem instituta fuerunt, sed quando uenit tempus perfectū, tunc debuerunt institui illa, quæ ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit, Vsque ad tempus correctionis, idest, in quo corrigeretur, non quidem sicut mala, sed sicut imperfecta. Lex enim bona est. Ro. 7. Psal. 109. Superuenit mansuetudo, & corripientur.

LECTIO III.

CHRISTVS autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum idest, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel B

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus significationem eorum, quæ pertinent ad vetus testamentum, & primum tabernaculum: hic ponit conditiones eorum, quæ pertinent ad secundum tabernaculum, quod repræsentabat nouum testamentum. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit illam significationem. Secundo, probat quoddam, quod supposuerat, ibi *Si enim sanguis hircorum*. Sciendū est autem, ꝙ si considerentur supradicta, quinque dicta sunt de secūdo tabernaculo. s. quis intrabat, quia solus pontifex: secundo dignitas & conditio loci quo intrabat, quia dicebatur sancta sanctorum: tertio quomodo intrabat, quia cū sanguine: quarto quando intrabat, quia semel in anno: quinto quare intrabat, quia pro expiatione peccatorum. Hic autem Apostolus C illa quinque explicat. Et primo, quis sit ille, qui intrat, quia Christus. Pontifex enim est princeps sacerdotum. Talis autem est Christus. primæ Petri quinto. Cum apparuerit princeps pastorum, &c. supra 4. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum, &c. Sed quilibet pōtifex dispensator est alicuius testamenti. In quolibet autem testamento duo considerandā sunt, scilicet finis repromissus in illo testamento, & ea, quæ traduntur in illo. Bona autem repromissa in veteri testamento erant bona temporalia, Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ille ergo pontifex erat bonorum temporalium, sed Christus est pontifex bonorum cœlestium. Matth. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. *Est ergo pontifex futurorum bonorum*. quia per pontificatum eius, introducimur in bona futura. Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Item, in veteri dispensabantur figuralia, sed Christus dispensat spiritualia, quæ per illa figurabantur. Lucæ vndecimo. Pater vester de cœlis, dabit spiritum bonum petentibus se. Sic ergo per bona futura possunt intelligi, vel bona cælestia, & hoc respectu noui testamenti, uel bona spiritualia respectu veteris, quod eorum figura erat, iste pontifex non est negligens, sed *Assistens*. Pontifex enim mediator est inter deum & populum: Christus vero mediator est. primæ Timo. 2. Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Deuteronom. 5. Ego medius & sequester fui inter dominum & vos. Et ideo ipse assistit patri ad interpellandum pro nobis: supra 7. Rom. 8. Christus Iesus, qui etiam interpellat pro nobis. Item assistens nobis ad auxiliandum. Psalm. 15. A dextris est mihi ne commouear. Act. 7. Ecce video cælos apertos, & Iesum stantē a dextris dei. Sic ergo patet quis intrabat. Secundo, ostendit dignitatem interioris tabernaculi, quia dicit *Per amplius* & conditionem, quia & *Perfectius* vtpote: quia est immobile. Esa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, *Tabernaculum*, quod nequaquam vltra transferri poterit. Hoc autem est tabernaculum cœlestis gloriæ. Psalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Dicitur autem tabernaculum, quia est locus peregrinorum. Non enim debetur nobis ex conditione naturæ, sed tantum per gratiam. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Est ergo peramplius propter multitudinem bonorum immensam, quod designatur in authoritate prædicta, Sedebit, &c. Baruch. 3. O Israel quàm magna est domus dei? Illud autem, quod dicitur per amplius, dupliciter legitur. Vno modo, quòd sit vna dictio quasi. valde peramplius, & sic construitur

litera, Christus assistens pontifex futurorum bonorum introiuit in sancta sanctorum, dico quæ sunt tabernaculum per amplius. Alio modo, quòd ly per, sit præpositio quod magis exprimitur in greco, & tunc construitur sic: Christus introiuit in sancta per tabernaculum amplius, idest magis amplum & perfectum. Item perfectius, quia ibi cessabit omnis imperfectio 1. Cor. 13. Cū venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Item est alterius conditionis, quia istud factū fuit manu hominis, hoc autem non, sed manu dei. Exod. 15. Sanctuarium tuum domine, qd fundauerunt manus tuæ &c. 2. Cor. 5. Scimus enim, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationē habemus ex deo domum non manufactam, sed æternam in cælis. Infra. 11. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatē, cuius artifex est & conditor deus. Et ideo dicit, *Non manufactum*, idest non huius creationis, quia non est manufactum, sicut vetus, nec est huius creationis, idest in bonis sensibilibus creatis, sed est in bonis spiritualibus. Vel per tabernaculum potest Christi corpus intelligi, in quo contra diabolum pugnauit. Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum. Quod est per amplius, quia In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Collo. 1. Item perfectus est, quia Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Io. 1. Item, non manufactum, quia non ex virili semine. Dan. 2. Abscisus est lapis de monte sine manibus. Tertio, ostendit quomodo intrabat, quia non sine sanguine, sed ille cum sanguine vitulorum & hircorum, sicut dicitur. Leui. 16. Christus vero non sic, scilicet sanguine alieno, ideo dicit, *Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem*, quem pro salute nostra immolauit in cruce. Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dicit autem pluraliter, *Vitulorum & hircorum*. non quòd simul essent plures, sed quia per diuersos annos pluries intrabat. Christus autem significatur per hircū propter similitudinem carnis peccati. Roman. 8. Item, per vitulū propter fortitudinem: & quia vtitur duobus testamentis, tamq̄ duobus cornibus. Abacu. 3. Cornua in manibus eius. Quarto, quando intrabat: quia semel in anno, Christus aūt per totum tempus, quod est quasi vnus annus. *Introiuit semel in sancta*, & semel etiam fudit sanguinem suum 1. Pet. 3. Christus semel pro pro peccatis nostris mortuus est. Rom. 6. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Item semel intrauit, nā ex quo intrauit cælestia, semper est ibi. Et ideo dicit, quòd intrauit semel in sancta. Quinto, ostendit quare intrauit, q̄uia ad offerendum pro populi ignorantia, nō pro sua quia nō habebat. D Sanguis enim Christi magis quàm ille valet ad hoc, quia per ipsum, Inuenta est ęterna redemdtio q. d. Per istum sanguinem redempti sumus, & hoc in perpetuum, quia virtus eius est infinita. Infra. 10. Vna oblatione consumauit in sempiternū sanctificatos. Psal. 110. Redemptionē misit dominus populo suo. Hoc autem quod dicit, *Inuenta* ad duo potest referri. s. & ad desiderū dei, quod habebat de salute nostra. Iob. 33. Inueni in quo propitier. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad desiderium patrum, quo desiderabant redimi. Nullus autem inuenit modū ita congruum sicut Christus. Et ideo signanter dicit, inuenta. Deinde cum dicit, *Si enim sanguis &c.* Probat vnūm, quod supposuit. s. istud vltimum. Aeterna redemptione inuenta q. d. Ita dixi ꝙ per propriū sanguinem fecit ætenam redemptionem, in quo apparet eius maxima efficacia. Quòd autem ita sit, probo ꝑ locum a minori: quia si sanguis brutorum animaliuū faciebat E quod minus est, sanguis Christi poterit facere, quod maius est. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim, ponit antecedens. Secundo, consequens, ibi, *Quanto magis sanguis Christi?* Circa primum sciendum est, ꝙ in veteri lege erat duplex mundatio. Vna q̄ fiebat in die expiationis, de qua habetur. Leui. 16. Et de ista iā dictum est. Et ista videbatur directe ordinati ad emundationem a peccato. Alia erat contra irregularitatē legis de qua dicitur. Numer. 16. Quod præcepit dominus, ꝙ eleazar acciperet vaccam ruffam a Moyse sine macula, ætatis integræ, quæ nō traxisset iugum, & eductam extra castra, immolaret in conspectu populi, & tingeret digitum in sanguine eius & aspergeret septies contra tabernaculum, & quòd combureret totam, scilicet carnē, pellem

& etiam

& etiam simum eius cum hyssopo, ligno cedrino & cocco bis tin F cto, quo facto vir mundus colligebat cineres & in loco mundo effundebat extra castra. Et de ipsis ponebant in aqua qua immũdus, qui scilicet tetigisset cadauer mortui, aspergebatur die tertio & septimo cum hyssopo, & ita mundabatur, nec aliter poterat mundari. Ita est sententia Apoli. Itaque quantum ad primum dicit; *Si enim sanguis hircorũ aut taurorum.* Quãtum vero ad secundum dicit, *Et cinis vitulæ aspersus sanctificat inquinatos* nõ gratiam conferendo sed; *Ad emundationem carnis*, idest ab irregularitate, qua carnaliter impediebantur, quasi immundi a cultu diuino, non tamen auferebant peccata, sed tm̃ vt dicit Augustinus, aliquãdo virtute illius aspersionis mundabantur a lepra corporali, Et ideo dicit, Ad emundationem carnis. Deinde cum dicit; *Quanto magis &c.* Ponit consequens: quasi dicat. Si sanguis & cinis hoc possunt, quid poterit sanguis Christi? Certe multo plus. Et ponit Apostolus tria, quæ ostendunt efficaciam sanguinis Christi. Primo, quis est ille cuius est sanguis iste, quia scilicet est Christus. Ex quo patet, quòd eius sanguis mundat. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Secundo, causam quare Christus sanguinem suum fudit, quia hoc fuit Spiritussanctus, cuius motu & instinctu, scilicet charitate dei, & proximi, hoc fecit Esai. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Spiritus autem mundat. H Esi. 4. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Et ideo dicit, *Per spiritum sanctum obtulit semetipsum.* Eph. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semeipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Tertio, conditionem eius, quia est immaculatus. Exod. 12. Erit agnus absque macula, masculus, anniculus Ecclesiast. 34. Ab immũdo quis mundabitur? Sed numquid sacerdos immundus potest mundare? Respondeo, Dicendum est, quòd non, si ageret in propria virtute: sed agit virtute sanguinis Christi, qui est sicut causa prima. Et ideo non egisset, nisi fuisset immaculatus. Sciendum tamen, quòd sanguis illorum animalium mundabat tantum ab exteriori macula, scilicet a contactu mortui, sed sanguis Christi mundat interius conscientiam, quod fit per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. inquantum, scilicet facit credere, I quòd omnes qui Christo adherent per sanguinem eius mundantur. Ergo iste emundat conscientiam. Item, ille mundabat a tactu mortui, sed isto ab operibus mortuis, scilicet peccatis, quæ tollunt deum ab anima, cuius vita est per vnionem charitatis. Item, ille mundabat, vt possent accedere ad figurale ministeriũ, sed sanguis Christi ad spirituale obsequium dei. Psalm. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Et ideo dicit; *Ad seruiendum deo.* Item, deus est vita. Ioan. 14. Ego sum vita. Et Deut. 32. Viuo ego in æternum. Conueniens ergo est, vt seruiens ei sit viuens. Ideo dicit, *Viuenti.* Et secundum rectorem, vel iudicem populi, sic & ministri eius, vt dicitur Eclesi. 10. Qui ergo vult deo digne seruire, debet esse viuens sicut & ipse. Totam istam figuram diligenter exponit glo. & est Augustini de quæstionibus Numerorum.

LECTIO QVARTA.

SVPRA exposuit Apostolus illa, quæ agebantur in veteri testamento, & aperuit illorum mysticam expositionem: hic ex his arguit ad propositum, scilicet, quòd nouum testamentũ præfertur veteri, quia potest quod non poterat vetus. Et circa hoc facit duo. Primo enim, proponit conclusionem intentam. Secundo, probat quoddam quod supposuerat, ibi, *Vbi enim testamentum.* Iterum prima in duas. Primo enim, concludit ex dictis, q̃ Christus est mediator. Secundo, hoc ostendit non potuisse vetus testamentum, ibi, *Quæ erant sub priori.* Dicit ergo, *Et ideo*, quia scilicet Christus intrauit in sancta æterna redemptione inuenta, idest perducens ad æterna, quod vetus non poterat facere, vnde oportet quòd istud testamentum sit aliud ab illo, sicut nouum a veteri. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda &c. Apor. 21. Ecce noua facio omnia; *Ideo huius noui testamenti mediator est Christus* inter deum & hominem 1. Tim. 2. Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. In omni autem testamento est aliquid, quod promittitur & aliquid per quod testamentum confirmatur. In nouo autem testamento, promittuntur cælestia & spiritualia. Item, ista promissio per mortem Christi confirmata est. Et ideo Christus mediator est noui testamenti, vt repromissionem æternæ beatitudinis ac hæreditatis æternæ; *Recipiant qui uocati sunt.* Et dicit uocati, quia hoc munus non est ex operibus, sed ex vocatione dei. Rom. 8. Quos autem prædestinauit hos & vocauit. 1. Thess. 2. Contestati sumus, vt ambuletis digne Deo, q̃ vocauit vos in suũ regnum & gloriam. Vnde dicit, Aeternę hęreditatis, idest æternæ gloriæ, quæ est hæreditas nostra

LECTIO III.

ET ideo noui testamentimediator est, vt morte intercedente, in redemprionem earum preuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi G enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorũ, cum aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoque librum & omnẽ populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione, non fit remissio.

1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionẽ Iesu Cristi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & inconta minatam & immarcessibilem, conseruatam in cælis. Psal. 126. Ecce hæreditas domini. Item, Dominus pars hæreditatis meæ. Istam autem hæreditatem habemus per mortem Christi. Vnde dicit; *Vt morte intercedente.* 1. Pet. 3. In hoc uocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Huius mortis effectus, est redemptio a præuaricatione peccati. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vestra vana conuersatione, sed prætioso sanguine agni immaculati. Sed numquid in veteri testamento poterit fierit ista redemptio a peccatis? Et respõdet, q̃ non: quia; *Illæ præuaricationes erant sub priori testamento*, q.d. Quia virtute sacramentorum prioris testamenti, remoueri non poterant. Roman. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Sed contra: quia Dauid & multi alii sancti habuerunt remissionem peccatorum. Respondeo, Dicendum est, quòd quantum ad istud effectum, qui est introitus cæli nõ: quia per mortem Christi aperta est ianua vitæ. Nullus enim ante mortem Christi intrauit. Zach. 9. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua, sed quantum ad maculam, sic ipsi consecuti sunt: sed non virtute sacramentorum veteris legis, sed in fide Christi. Sic ergo nouum testamentum est excellentius quàm vetus, quia confirmatum est morte Christi, per quam remittuntur peccata, & quia exhibet promissionem. Deinde cum dicit; *Vbi enim testamentum.* Probat illud, quod supposuit, scilicet quòd nouum testamentum sit confirmatum per mortem Christi. Et primo, probat hoc per authoritatem legis humanæ. Secundo, per authoritatem legis diuinæ, ibi; *Vnde nec primum.* Dicit ergo. Dictum est, quòd nouum testamentum confirmatur per mortem Christi intercedentem, quia; *Ad hoc quod testametum valeat oportet, quod mors testatoris interueniat.* Et ideo nouũ testamentum non haberet robur, nisi interuenisset mors Christi. Vnde dicitur. Ioannis. 11. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. Mors autem testatoris ad duo necessaria est. Primo, vt testamentum habeat firmitatem, quia cum sit expresiuum vltimæ voluntatis, potest semper mutari ante mortem. Vnde dicit quòd; *Testamentum confirmatum est in mortuis*, idest per mortem. Et isto modo confirmatum est nouum testamentum per mortem Christi. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, scilicet cõfirmator & dedicator. Secundo, necessaria est mors testatoris ad hoc, vt testamentum valeat & habeat efficaciam. Vnde dicit; *Alioquin nondum ualet*, quia nullus potest petere aliquid, nec etiam hæres hæreditatem ex vi testamenti, nisi post mortem testatoris. K Ideo Christus voluit mortem suã pro nobis interponere. Deinde cum dicit; *Vnde nec primum.* Hoc idem probat per authoritatem legis diuinæ, s. per illud quod habetur in veteri testamento. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit conuenientiam in ter vtrumque testamentum. Secundo, ostendit differentiam, ibi; *Necesse est ergo.* Circa primum duo facit, quia Primo proponit. Secundo, manifestat, ibi, *Lecto enim.* Dicit ergo. Ita dictũ est, q̃ ad hoc, q̃ testamentum valeat necesse est, q̃ mors testatoris interueniat. Nec hoc debet videri mirum, quia; *Nec primum testamentum dedicatum*, i. confirmatum est; *Sine sanguine.* Ille autem sanguis figurabat sanguinẽ Christi. Omnia enim in figura contingebant illis 1. Cor. 10. Deinde cum dicit, *Lecto enim.* Probat p̃ positum. s. quòd illud testamentum nõ est confirmatũ sine sanguine. Et probat hoc quantũ ad tria, in quibus fuit vsus sanguinis. Primo, q̃tum ad legis æditionẽ. Secundo, q̃tũ ad tabernaculi consecrationem, ibi, *Etiam tabernaculum.* Tertio, quantũ ad vasorum expiationem, ibi, *Et omnia pene in sanguine.* Circa primum sciendum est, q̃ Apostolus tangit hic historiã, quæ habet. Exod. 24. Vbi dicitur, quòd postquam Moyses legerat coram populo mandata domini, ipsisque respondentibus, Omnia quæ locutus A est dominus faciemus & erimus obedẽtes, Accepit Moyses sanguinem quem præceperat seruare de duodecim vitulis, & aspersit librum legis & populum, quasi in confirmatione testamenti. Et ideo dicit, *Lecto enim omni mandato &c.* quia necessarium fuit vt legeretur. Illa enim lectio fuit legis promulgatio. Oportebat enim legem promulgari, *Accipiens &c.* Hic est duplex obiecto literalis. Vna, quia Exod. 24. Nulla fit mentio de hirco, sed de 12. vitulis. Secunda, quia ibi etiã non fit mentio de aqua & cocco & hysopo. Responsio ad ista duo, est duplex. Vna scilicet, quia Apostolus nutritus erat in lege: unde sciebat quòd ille vsus erat in emundationibus secundum legem, quòd aspersio fiebat de sanguine hircorum & vitulorum & aqua admista cum hyssopo & lana coccinea tanquàm aspersorio, & ideo licet non agatur de his in Exodo, tamen Apostolus hoc accepit ex consuetudine ritus legalis. Vel potest dici, quòd ista fuit prima consecratio. Et ideo, quasi virtute continebãtur in ipsa aliæ sanctificationes futuræ, inter quas potissime fuit illa, quæ fiebat in die expiationis, de qua Leuit. 16. & alia de vitula rufa. Numer. 16. In prima autem, erat sanguis vituli & hirci: in secunda vero, aqua & lana coccinea & hyssop⁹. Quia ergo illa i prima continebat istas duas, ideo Apostolus totum retulit ad istam. Dicit ergo, *Accipiens sanguinem &c. librum & omnem populum aspersit dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos deus* scilicet confirmator testamenti Eccl. 24. Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iustitiarũ. Iste n. sanguis fuit figura sanguinis Christi, per quem nouum testamentum confirmatũ est. Et ideo Christus verbis istis vsus est. Mat. 26. Hic est sanguis C noui testamenti, s. confirmatiuus. Figurabatur autem per sanguinem hirci, propter similitudinem carnis peccati & vituli ꝓpter fortitudinem. Miscetur aũt; *Cum aqua*, quia baptismus a sanguine Christi efficaciam habet: aspergitur aũt *cum hissopo*, qui mundat pectus, per quod significatur fides. Act. 15. Fide purificans corda eorũ. *Et lana coccinea*, quæ est rubei coloris, per quã significatur charitas. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, quia per fidem & dilectionem passionis Christi mundatur populus. Aspergitur & liber legis, quia passio Christi adimpleuit legem. Ioan. 19. Consumatum est. Mat. 5. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Deinde cum dicit; *Etiam tabernaculum.* Ponit cõsecrationem tabernaculi, quia; *Tabernaculum & omnia vasa ministerii similiter aspersit sanguine.* Sed contra: quia nondum factum erat tabernaculum, sed 25. cap. mandatur de consecratione tabernaculi. Respondeo, Dicendum est, quòd licet non sit idem sanguis, quo aspersus est populus & tabernaculum, tamen D etiam tabernaculum: *Mundatum est sanguine.* Vnde, potest sic cõstrui: vsus est sanguine, etiam quando sanctificauit tabernaculum. Sed contra: quia Nume. & Leui. 8. dicitur quòd vnxit tabernaculum oleo. Rõdeo, Dicendum est, quòd nõ loquit̃ de illa sanctificatiõe, qua primo cõsecratũ est tabernaculũ & uasa eius, sed de illa quæ fiebat in die expiationis. Vel melius dicendum est, quòd etiam in prima vsus est sanguine, quia ibi dicitur, quòd vnxit illud oleo, & postea quòd aspersit. Oleum autem non est aspersiuum, vnde intelligitur, quòd primo vnxit illud: & postea aspersit sanguine. Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationem, scilicet virtus sanguinis Christi, & oleum misericordię, quibus sanctificatur tabernaculum, idest ecclesia, & vasa idest ministri. Deinde cum dicit; *Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur.* Exequitur de cæteris mundationibus legalibus. Erat autem duplex mundatio. Vna a corporali macula, sicut lepra. Alia a spirituali, scilicet peccato: prima poterat pertinere ad res inanimatas, sicut patet de lepra domorum. Et mundatio ab ista immunditia fiebat cum sanguine animalis immolati, vel aqua expiationis, quæ erat confecta cum sanguine vitulæ rufæ. Et ideo dicit; *Pene omnia* & non omnia simpliciter, vel pene omnia, ita quòd ly pene, sit determinatiuum de ly mundãtur, idest pene mundantur, quia non perfecte mundabantur: hoc n. tantũ fit per sacramentum nouæ legis, vel potest determinare ly omnia, non enim omnia mundabantur sanguine, quia vt dicitur. Num. 31. Quicquid potest ignem sustinere purgatur per ignem: quæ vero non poterant, purgantur aqua expiationis. Sed ad mundationem a macula peccati, necessaria est sanguinis effusio, quia requirebatur ad sacrificium. Et ideo dicit, quòd; *Sine sanguinis effusione non fit peccatorum remissio.* Per quod figurabatur, quòd remissio peccati erat fienda per sanguinem Christi. Vnde in veteri lege non virtute sacramenti, sed virtute fidei Cristi fiebat remissio peccatorum. Vnde frequenter, ibi dicitur. Rogabit ꝓ eo sacerdos, & remittet.

LECTIO V.

NEcesse est ergo exẽplaria quidẽ cælestium, his mundari: ipsa aũt cælestia, melioribus hostijs, q̃ istis. Nõ. n. in manufacta sãcta Iesus introiit, exẽplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nũc vultui dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quẽadmodũ pontifex intrat

LECTIO V.

SVPRA ostendit Apostolus quid sit commune nouo, & veteri testamẽto, inquãtum vetus & nouum cõueniunt: hic ostendit differentiam vtriusque. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit, q̃ in nouo est melior mundatio. Secundo, quòd perfectior, ibi, *Neque vt sæpe.* Iterum prima in duas. Primo enim, ostendit, quòd quantum ad illud, quod mundatur, & quantum ad id quod mundatio efficitur, sit melior mundatio in nouo. Secundo, manifestat quod dixit, ibi, *Non enim in manufacta.* Dicit ergo; *Necesse est ergo exemplaria cælestium*, s. ipsum tabernaculum quod quo ad nos, est exemplar, licet simpliciter sit exemplatum & figura illius, & ideo minoris dignitatis. quia figura ũ nobilius est quàm figura, sicut corpus quàm vmbra; *His scilicet sacrificiis mundari, ipsa autem cæelestia*, scilicet nouum testamentum; *Melioribus hostijs, quàm istis* melioribus quidem, quia alia mundabantur sanguine animaliũ, sed in nouo testamento fit mundatio sanguine Christi. Semper autem meliora melioribus mundantur. Ista autẽ erant cælestia idest figura cælestium. Si ergo illa mundabantur sanguine, oportet ista cælestia mundari meliori sanguine. Sed contra: In cælo nulla est immunditia. Respondeo, Dicendum est, q̃, cælestia intelligũtur secundum glo. ea, quæ pertinent ad statum præsentis ecclesiæ, quæ dicuntur cælestia. Item, homines fideles gerũt imaginem cælestium, inquantum mente conuersantur in cælis. Vel aliter & melius. quòd per cælestia intelligatur cælestis patria. Et loquitur hic Apostolus eo modo, quo in ueteri testamento dicebatur emundari tabernaculum, non quod haberet in se aliquam immunditiam, sed quia mundabantur quædam irregularitates, quibus impediebantur accedere ad sanctuarium. Et dicuntur mundari cælestia, inquantum per sacramentum nouæ legis purgantur peccata, quæ impediunt ab ingressu cælestium. Item dicit, Hostiis in plurali. Contra: quia tantum est vna hostia Christi, infra. 10. Vna enim oblatione, consumauit in æternum sanctificatos. Respondeo. Licet vna sit in se, tamen pluribus hostiis veteris legis figurabat. Ex hoc loco habet, quòd hostiæ veteris legis erant bonæ. Melius enim non dicitur, nisi respectu boni Deinde cum dicit; *Non enim in manufactis &c.* Ostendit, quòd cælestia mundantur melioribus hostiis. Pontifex enim expiabat sanctuarium, quod erat manufactum, sed *Christus intrauit non in manufacta sancta*, quæ erant quo ad nos; *Exemplaria verorum, sed in ipsum cælum*, quod non in se, sed quo ad nos expiauit, vt dictum est, sed non expiauit carnalibus hostiis, quia Christus non uenit ad offerendum talia. Psalm. 39. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Item, Holocaustis non delectaberis. Item, supa semptimo. Manifestum, quòd de tribu Iuda ortus est dominus, de qua nullus præsto fuit altario, sed in introiuit in ipsum cælum. Matth. vlti. Dominus quidem Iesus assumptus est in cælum. Actu. primo. Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum. Sed quare? *Vt appareat pro nobis, vultui dei.* Et loquitur Apostolus alludendo ritui veteris legis, secundum quam pontifex qui intrabat sancta sanctorum stabat coram propiciatorio, vt oraret pro populo: ita & Christus intrauit cælum secundum quòd homo, vt astaret deo pro salute nostra. Sed ista differenter, quia sacerdos impediente fumo, qui ascendebat de thuribulo non videbat sancta sanctorum, nec videbat aliquem vultum, sed Christus apparet vultui dei, non q̃ sit ibi facies corporalis, nec aliqua nebula, sed cognitio manifesta. Sed numquid Christus existens in terra, non poterat apparere vultui dei, cum Deus omnia videat? Respondeo, Dicendum, quòd sicut Augustin. loquens deo dicit, Mecum eras, & tecum non eram, quia scilicet deus est in omnibus per essentiam præsentiã, & potentiam, mali aũt non sunt cũ deo per gratiam, ita dicitur Christus introisse, vt appareat vultui dei: quia licet semper videret eum clara visione, vt perfecte beatus, tamẽ status viatoris, inquantum huiusmodi, non habet hoc, sed tantum status cælestis. Et ideo, quando ascendit perfecte beatus in cor-

pore & anima intrauit, vt appareat vultui dei, idest, intrauit locum vbi deus manifeste videtur, & hoc pro nobis. Ad hoc enim ascendit, vt pararet nobis viam. Ioan. 14. Vado parare vobis locũ. Iterũ autem veniam & assumã vos ad meipsum. Mich, 12. Ascẽdit pandens iter ante vos, Corpus enim debet sequi caput suum. Matth. 24. Vbicumque fuerit corpus ibi congregabuntur, & aquilæ. Deinde cum dicit, *Neque ut sæpe.* Ostendit, ꝙ mundatio noui testamenti est perfectior quàm veteris. Hoc autem ostendit per duo. Primo per hoc, ꝙ illa reiterabat quolibet anno, hæc autem tantum semel. Item quantum ad effectum, quia illa nõ poterat auferre peccata, quod ista potest. Circa hoc ergo duo facit. Primo enim, ostendit primũ. Secundo, secundum, ibi *Vmbram habens*. Sciendum est aũt, quòd Apostolus supra dixerat tria de Christo. Primo scilicet, ꝙ est Pontifex. Secundo, quæ sit dignitas loci quem intrauit. Tertio, quomodo introiuit, scilicet cum sanguine, ista autem tria iam declarauit: hic declarat quando intrauit, quia sicut Pontifex legalis semel in anno, Christus semel tantum. Et hoc erat quartum. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim, ostendit quid fiebat in veteri testamento. Secundo, quòd esset inconueniens istud fieri in nouo testamento, ibi *Alioquin*. Tertio, ostendit quid fiat in nouo testamento, ibi *Nunc autem semel*. In veteri enim testamento Pontifex licet non intraret nisi tantum semel in anno, tamen quolibet anno ex præcepto legis oportebat ipsum intrare cum sanguine alieno, sicut dicitur. Leui. 16. Christus autem intrauit non in manu facta, &c. *Nec vt sæpe offerat seipsum, quemadmodum Pontifex intrabat in sancta per singulos annos cum sanguine alieno*. Deinde cum dicit. *Alioquin oportebat &c.* probat quòd esset incõueniens istud fieri in nouo testamento, quia sequeretur maximum inconueniens: quia cum Christus intraret per proprium sanguinem, *Sequeretur quòd oportuisset eum frequenter pati ab origine mundi.* Non sic autem est de veteri hostia, quia illa offerebatur pro peccatis filiorum Israel. Ille autem populus incæpit spiritualiter quando data fuit lex, & ideo non oportet eam offerri ab origine mundi. Christus autem seipsum obtulit, pro peccatis totius mundi, quia ipse Propitiatio nostra factus est pro peccatis nostris, & totius mundi, primæ Ioannis secundo. Et sic, si sæpe offerretur, oportuisset ipsum nasci, & pati ab origine mundi, quod fuisset maximum inconueniens. Sed contra. Apocalyp. tertiodecimo. Agnus, qui occisus est ab origine mundi. Respõdeo. Verum est, occisus, idest, præfiguratus ab origine mundi occidi, sicut in occisione Abel. Deinde cum dicit *Nunc autem*. Ostendit quid fiat in nouo, & circa hoc facit duo. Primo, quare non iteratur hostia in nouo testamento, dat duas causas. Secundo, explicat eas ibi, *Et quemadmodũ, &c.* Dicit ergo. *Nunc ergo Christus semel apparuit in consumatione seculorum.* Primæ Corinth. 10. Nos sumus in quos fines sęculorum deuenerunt. Et hoc dicit propter numerum annorũ, quia iã sunt plus quàm mille anni ex quo hoc dixit. Aetates enim mũdi accipiuntur secundum ætates hominis, quæ principaliter distinguuntur secundum statum proficiendi, non secundum numerum annorum. Ita prima ætas fuit ante diluuium in qua nec lex scripta, nec punitio, sicut infantia. Alia a Noe vsque ad Abrahã, & sic de aliis, ita quòd vltima ætas est status præsens, post quem non est alius status salutis, sicut nec post sænium. Sicut autem in aliis ætatibus hominis est numerus annorum determinatus, non autem in senio, quia senium incipit a 60. anno, & aliqui viuunt per. 100. & viginti annos, ita non est determinatum, quantum iste status mundi debeat durare, tamen est consumatio sęculorũ, quia non restat alius ad salutem. In isto autem Christus semel apparuit, cuius ponit duas rationes, quia scilicet semel tantum offerebatur. Prima est, quia in veteri testamento non auferebantur peccata, quod fit per hostiam Christi. Alia est, quia sacerdos legalis non offerebat proprium sanguinem, sicut Christus. Vnde dicit quòd *Apparuit ad destitutionem peccati per hostiam*, scilicet suiipsius, & ideo illa reiteratur, non autem ista: primæ Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Deinde cum dicit *Et quemadmodum*. Explicat istas rationes, Et primo secundam. Secundo, primam, ibi *Vmbram habet lex*. Secundam explicat per similitudinem aliorum hominum. Vnde circa hoc facit duo. Primo ostendit, quid accidit aliis hominibus. Secundo ostendit, quid accidit Christo, ibi *Sic & Christus semel*. In quolibet enim homine duo inuenimus, scilicet necessitatem moriendi, itẽ quòd resurgat, non vt emundetur, sed vt iudicetur de factis eius.

F Primum tangit cum dicit; *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori*. Sed contra: videtur, quòd hoc non sit statutum, sed magis homo peccando hoc fecerit, quia Sapien. primo, dicitur, quòd Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Et paulo post. Impii autem manibus & verbis accesserũt sibi illam. Respondeo. Dicendum est, ꝙ in morte tria sunt considerandã, scilicet causã naturalis, & quãtum ad hoc ex conditione naturæ, statutum est hominem semel mori, inquantum componitur ex contrariis. Secundo, donũ inditum: & quantum ad hoc in conditione datum est homini beneficium originalis iustitiæ, per quam anima continebat corpus vt posset non mori. Tertio, meritum mortis, & sic homo peccando meruit illud beneficium amittere, & sic mortem incurrit. Vnde dicit, quòd Impii manibus, scilicet pomum veritum contrectando, accesserunt mortem. Homo ergo demerendo causa est mortis, sed deus vt iudex. Stipendia enim peccati mors, Romano. sexto. *Semel:* Quod quidem verum est de cõmuni consuetudine, licet aliqui fuerint resuscitati, sicut Lazarus & filius viduæ, qui postea mortui sunt. Quantum autem ad secundum dicit; *Post hoc autem iudicium*, quia postquam resurgent, non iterum morientur, sed statim iudicium sequetur. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, vt dicitur secundæ Corinthiorum quinto, Deinde cum dicit; *Sic & Christus &c.* Ostendit, quomodo hæc conueniunt Christo. Et quantum ad primum dicit quòd; *Sic & Christus semel oblatus est*. Et in hoc conuenit cum aliis. Sed differt in duobus; primo, quia cum Christus non descenderit ab Adam per rationem seminalem, sed quantum ad corpulentam substantiam, non contraxit peccatum originale, & ideo non fuit debitor illius status Genes. secundo, Inquacumque die comederis ex eo, morte morieris: sed propria voluntate mortem assumpsit. Ioannis decimo, Nemo tollit a me animam meam &c. Ideo dicit, quòd oblatus est. Esai. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Et primæ Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo differt, quia mors nostra est effectus peccati. Romanorum sexto, Stipendia peccati mors, Sed mors Christi est destructiua peccati. Ideo dicit; *Ad multorum exhaurienda peccata*, idest remouenda. Nec dicit omnium, quia mors Christi, & si sit sufficiens pro omnibus, non tamen habet efficaciam, nisi quantum ad saluandos. Non enim omnes subiiciuntur ei per fidem & bona opera. Quantum ad secundum dicit; *Secundo autem sine peccato apparebit*. De secundo aduentu, dicit duo. Primo, ponit differentiam eius ad primum, quia secundus erit sine peccato. In primo enim, & si peccatum non habuerit, tamen venit In similitudinem carnis peccati, Romanorum octauo. Item, in primo factus est hostia pro peccato. secundæ Corinthiorum quinto, Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. In secundo vero ista non erunt, ideo dicit, quòd apparebit sine peccato. Secundo, ponit illud, quod est proprium secundo aduentui, quia non apparebit, vt iudicetur, sed iudicet, remunerans pro meritis. Vnde dicit, quòd apparebit. Et quidem licet omnibus, etiam his qui eum pupugerunt, secundum carnem, tamen secundum diuinitatem solum electis; *Expectantibus se* per fidem; *In salutem* eorum. Esai. 30. Beati omnes, qui expectant eum. Philippen. 3. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę.

semel oblat⁹ ẽ ad multorũ exhaurienda peccata, secũdo sine pctõ apparebit oĩbus expectãtib⁹ se in salutẽ.

CAPIT. X. LEC. I.

G VMBRAM enim habẽs lex, futurorũ bonorum, nõ ip sam imaginẽ rerũ p singulos annos eisdẽ ipsis hostiis, quas offerunt indefinenter, numquam potest accedẽtes perfectos facere, alioquin cessassent offerri, ideo ꝙ nullam haberent vltra conscientiã peccati cultores semel mundati: sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum, auferri peccata. B Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti:

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus consideratis his, quæ aguntur in vtroque testamento, ostendit præeminentiam noui testamenti, ad vetus: hic probat vnum quod supponit, scilicet, quòd vetus non poterat mundare peccata. Et hoc est vltimum illorum quinque, quæ præmiserat de Christo. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit defectum veteris testamenti circa abolitionem culpæ. Secundo, ex hoc comparat sacerdotem noui testamenti ad sacerdotem veteris testamenti, ibi; *Omnis quidem sacerdos*. Iterum, prima in duas. Primo enim, proponit quod intendit. Secundo, probat per authoritatem scripturæ, ibi

A ræ, ibi; *Ideo ingrediens mundum*. Item, prima in duas. Primo. n. proponit intentũ suum. Secundo, probat, ibi; *Alioquin cessassent*. Circa primum sciendum est, quòd Apostolus ex conditione & ritu veteris legis, concludit ipsum defectum. Per peccatum autem fit priuatio futurorum bonorum, & ideo quasi illud peccatum pertineat ad bona futura, scilicet cælestia, ad illa bona se habet lex vetus, sicut vmbra ad corpus, sed noua lex sicut imago. Vmbra autẽ & imago quantum ad hoc conueniunt, quòd vtrumque repræsentat: sed vmbra in communi & quãtum ad naturam speciei, imago vero in particulari, & quantum ad naturam indiuidui, & in speciali. Sic etiàm noua lex, quantum ad bona futura repræsentat expressius, quàm vetus. Primo, quia in verbis noui testamenti fit expressa mentio de bonis futuris & promissio, non autem in veteri, sed tantum de carnalibus. Secundo, quia virtus noui testamenti consistit in charitate, quæ est plenitudo legis. Et ista charitas licet sit imperfecta, ratione fidei cui inheret, tamen est similis charitati patriæ. Vnde noua lex dicitur lex amoris. Et ideo dicitur; *Imago*, quia habet similitudinem expressam bonorum futurorum. Sed lex vetus illam repræsentat per quædam carnalia, & valde a remotis. Et ideo dicitur; *Vmbra*. Coll. 2. Quæ sunt vmbra futurorum. Hæc est ergo cõditio veteris testamẽti; *Quod habet vmbram futurorum, non rerum imaginem*. Ritus autem erat, ꝙ per singulos annos offerebant in festo expiationis easdem hostias, scilicet sanguinem hircorum & taurorum pro eodem scilicet pro peccato sicut patet. Leui. 23. Ex his duobus concludit intentum, scilicet, quòd; *Lex habens vmbram futurorum bonorum non rerum imaginem, non potest facere perfectos accedentes*, scilicet pontifices; *Eisdem hostijs, quas offerunt indefinenter*, idest per singulos annos, supra 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Sed ista perfectio reseruatur nouæ legi, quæ consistit in charitate, quæ est vinculum perfectionis. Colos. 2. Ideo dicitur Matth. 5. Estote ergo perfecti. Deinde cum dicit; *Alioquin cessassent*. Probat ex duobus intentum: & primo ex ritu: secundo, ex conditione oblatorum, ibi; *Impossibile enim*. Ad probandum autem quòd lex non mundabat perfecte, assumit duo. Primum est, ꝙ in ipsa fiebat frequens reiteratio earundem hostiarum, & est ratio talis; Cultores si fuissent p easdẽ hostias semel mundati, quia nõ haberẽt vltra conscientiam peccati, cessassent offerre, & si cessassent, non offerre indigerent. Tunc autem non cessabant, D quia vt dictum est, per singulos annos easdem hostias offerebãt. Quia ergo non cessabant idem semper offerre, signum est, quòd non mundabantur. Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Sed contra. quia posset dici, quòd ratio non est efficax. Posset enim dici, quòd mundabat illa oblatio a præteritis, non a futuris, & ideo quia frequenter peccabãt, oportebat frequenter iterari oblationem. Respondeo, Dicendũ est, quòd modus loquendi Apostoli hoc excludit, quia cum peccatum sit quoddam spirituale, quòd opponitur cælesti, oportet illud per quod mundatur peccatum, esse spirituale & cæleste, & per consequens habere virtutem perpetuam: unde supra loquẽs de virtute sacrificii Christi, attribuit ei virtutem perpetuam, dicens, æterna redemptione inuenta. Quod autem habet virtutem perpetuam sufficit ad committenda, & commissa, & ideo non oportet ipsum amplius iterari. Vnde Christus Vna oblatione mundauit in æternum sanctificatos, sicut dicitur infra. Item E cõtra hoc quod hic dicitur, ꝙ nõ iteretur: contra, quia nos quotidie offerimus. Respondeo, Dicendum, quòd non offerimus aliam quàm illam, quam Christus obtulit pro nobis, scilicet sanguinem suum: unde non est alia oblatio, sed est commemoratio illius hostiæ, quam Christus obtulit. Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Secundum quod præmittit est, quia in veteri testamento fiebat commemoratio per singulos annos de peccatis suis & populi, ergo non erant abolita. Vnde dicit, quòd; *In ipsis fit commemoratio &c.* quod verum est. In generali enim fiebat mentio de peccatis, scilicet quòd erat conscius peccati, sed in speciali fit mentio in nouo. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Deinde cũ dicit; *Impossibile est. n. &c.* Probat idem, ex conditione oblatorum, Solemnius enim quod erat inter ipsa, erat oblatio hircorum & vitulorum, quæ fiebat in die expiationis. Et cum ista esset quædam repræsentatio obscura & imperfecta cælestium, sicut vmbra; *Impossibile est sanguine istorum auferri peccatum*. quod verum est propria virtute. Sed si alicui dimittebantur, hoc erat virtute sanguinis Christi, qui in illo præfigurabatur. Hier. 11. Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Quasi dicat. Non. Deinde cum dicit; *Ideo ingrediens mundum &c.* Inducit authoritatẽ scripturæ, & circa hoc facit duo. Primo enim, ponit eam. Secundo, exponit eã, ibi; *Superius dicens*. Ista authoritas potest diuidi in duas, secundum glos. quia primo agit de incarnatione Christi, præfigurata in legalib⁹. Secundo, de passione Christi, ibi; *Tunc dixi*. Tamen secundum intentionem Apostoli, potest aliter dici, quòd primo tangit illud, quod pertinet ad reprobationem veteris testamenti. Secundo, illud, quod pertinet ad acceptionem noui testamenti, ibi; *Tunc dixi*. Ista autem authoritas conuenit Christo, secundum quòd ingreditur in mundum. ergo quia illa non poterant auferre peccata, ideo; *Filius dei ingrediens in mundum, dicit*. Contra: quia dicitur. Ioann. 1. In mundo erat. Respõdeo. Dicendum est, quòd verum est quòd erat in mundo, quasi regens totum, inquantum dicitur esse in omnibus per essentiã, præsentiam, & potentiam, sed est extra mundum, quia a mundo non comprehenditur, sed habet bonitatem separatam a toto mundo, a quo causatur bonitas vniuersi. Sed quia propter nos C factus est humanæ naturæ suppositum, dicitur ingredi in mundum propter eius assumptionem, sicut supra 1. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ &c. Ingrediens ergo in mundum dicit. Sed quid dicit? *Hostiam & oblationem noluisti*. Ponuit autem quatuor, quæ erant in veteri testamento: quia sacrificium aut erat de inanimatis, puta, pane, vel thure, & tunc dicebatur oblatio: uel de animatis, & tunc vel ad placandum deum, & dicitur holocaustũm quod erat dignissimum, quia totum comburebatur, & cedebat in honorem dei: aut erat pro emundatione peccati, & dicitur sacrificium pro peccato. Et istud habebat duplicem partem, quia vna pars comburebatur in altari, altera cedebat in vsum ministrorum: aut erat pro beneficiis dei, & istud minus dignum, quia tantum tertia pars comburebatur, & dabatur ministris vna, alia offerentibus: & istud dicitur sacrificium pacificorum. Istis omnibus in nouo testamento respondet oblatio corporis Christi: quia per corpus Christi placatus est deus, scilicet in oblatione ipsius in cruce. Roman. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Item, per ipsum ablatum est peccatum. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortus est. Item, per ipsum introducimur in bona æterna, & promeremur ad beneficia dei. Dicit ergo; *Hostiam*, scilicet *sacrificium, & oblationem noluisti*. Et interponit post; *Corpus autem aptasti mihi*, idest aptum fecisti immolationi. Et hoc, quantum ad duo. Primo, quia fuit purissimum, vt deleret omne peccatum. Exod. 12. Erit agnus absq; macula. Item, quia fuit passibile, vt posset immolari. Rom. 8. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Istud autem corpus est vera hostia & vera oblatio. Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo, in odorem suauitatis; *Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt*. Maius est placere, quàm velle, quia illa placent, quæ in se habent aliquid vt ea velimus. Volumus autem aliquando aliqua non propter se, sed propter aliud. Quia ergo holocausta digniora erant de quibus tamen dicit, ꝙ non placuerunt, ergo multo minus alia. Sed contra: quia Leui. 1. dicitur, quòd adolebat ea sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem domino. Præterea si noluit ea, quare præcepit hæc sibi offerri. Respõdeo, Dicendum est, quòd hoc quòd deus dicit illa nolle, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ non vult ea pro tempore isto, in quo aduenientе veritate cessat vmbra, vnde modo peccaret, qui ea offerret. Alio modo, quòd non vult ea propter peccata offerentium. Esai. 1. Manus enim vestræ, sanguine plenæ sunt. Tertia responsio ad quam Apostolus tendit est; quia ista numquam secundum se placuerũt deo, nec accepta fuerunt, sed propter duo dicuntur accepta. Primo, quia erant figura Christi, cuius passio deo accepta fuit. Non enim delectabatur in occisione animalium, sed in fide passionis eius. Omnia enim in figura contingebant illis 1. Cor. 10. Secundo, vt nos ab idolatria reuocaret

caret per ista sacrificia, vnde in prima legis datione, nulla fit mentio de sacrificiis, sed tantum postquàm fecerunt vitulum. Vnde Hiere. 7. Non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustorum & victimarum. Deinde cum dicit, *Tunc dixi &c.* Prosequitur de approbatione noui testamenti, & secundum glo. sic legitur, *Tunc*, scilicet quando aptasti corpus mihi scilicet in conceptione dixi, *Ecce venio*, id est venire proposui, scilicet ad passionem. 1. Ioan. 5. Hic est qui venit per aquam, & sanguinẽ Iesus Christus. Vel melius est, quòd referatur ad aduentum in mũdum sic *Tunc*, scilicet quando holacausta non placuerunt tibi. *Dixi, venio* Per incarnationem. Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mundum. Et hoc vt offerram me ad passionem. Et ideo dicit *Ecce*. Sed nunquid istud sacrificium erit acceptum? Certe sic, quia *In capite libri scriptum est de me*. Iste liber est Christus secundum humanam naturam, in quo scripta sunt omnia necessaria homini ad salutem. Esa. 8. Sume tibi librum grandem. Caput autem Christi est deus. 1 Cor. 11. In capite libri, idest in ordinatione dei, qui est caput Christi, qui est liber: scriptum est, quòd filius dei incarnari deberet & mori. Vel liber idest psalterium, cuius primus psalmus est de Christo. Vel melius, liber vitæ, qui nihil aliud est quàm notia, quam deus habet de prædestinatione sanctorum, qui saluantur per Christum. Ergo in isto libro scriptum est de me, quia sancti per me prædestinati sunt. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Si ergo prædestinatio dicitur liber, manifestum est, quòd Christus caput est libri. Apoc. 21. Qui nõ sunt scripti in libro vitæ agni. Qui simpliciter est prædestinatus Roma. primo, Qui prædestinatus est filius dei in virtute. Ergo in capite libri, idest in me, secundum diuinam naturam, scriptum est de me secundum naturam humanam *Vt faciam uoluntatem*, scilicet *tuam*, idest hoc præordinatum est, vt per gratiam tuam faciam voluntatem tuam, offerendo meipsum ad redemptionem humani generis. Deinde cum dicit *Superius dicens*. Exponit authoritatem præmissam, & circa hoc facit duo. Primo enim, assignando ordinem dicendorum, ponit differentiam inter nouum & vetus testamentum. Secũdo, exponit specialiter quoddam suppositum in authoritate, ibi *In qua voluntate*. Dictum est aũt, ꝙ duo tangebantur in authoritate allegata. Vnum, quod pertinet ad reprobationem veteris testamenti. Aliud autem, ad approbationem noui testamenti. Reprobatur autem vetus testamentum, dupliciter: tum, quia deus sacrificia eins non vult: tum, quia sibi non placent, & sic Dauid propheta *Dicens superius*, idest in principio. Et quid dicit? *Quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti*. Esa. 1. Holocaustum arietum, & adipem pingium, & sanguinem vitulorum, & agnorum & hircorum, nolui &c. *Nsluisti* verum est secundum se *Nec placita sunt tibi. quæ secundum legem offeruntur*, idest in his non delectaris. Psalmo. 50. Holocaustis non delectaberis, nisi quia sunt figura, vel inquantum per ipsa retrahebantur ab idolatria. Hoc ergo primo dicens, subiungit *Tunc dixi*, scilicet quando carnem aptasti mihi ad passionem, vel quando ista non placuerunt *Ecce venio* vel ad incarnationem, vel ad passionem, sed ad quid? *Vt faciam voluntatem tuã*. Ioan. 6. Descendi de cælo, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Propheta ergo hoc dicens, *Aufert primum, vt sequens statuat*. in quo ostendit differentiam veteris & noui testamenti, quia loquens de veteri dicit quòd non vult, nec placent deo scilicet secundum se. Ergo auferuntur: sed quando de nouo loquitur, dicit quòd vult, quia ad hoc venio vt faciam voluntatem tuam. Ergo nouum statuitur, idest firmatur esse secundum voluntatem dei Leui. 16. Vetera, nouis superuenientibus, proiicietis. Deinde cum dicit *In qua voluntate*. Exponit illud quod dixerat de voluntate dei ad quam implendam venit Christus, scilicet, quæ sit illa voluntas. Hæc autem est sicut dicitur primo. Thessal. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, ideo dicit. *In qua uoluntate sanctificati sumus*, & hoc *Per oblationem corporis Christi Iesu*, scilicet factam. Ephe. quinto, Obtulit semetipsum oblationem & hostiam deo. Et hoc *Semel*. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Deinde cum dicit. *Et omnis quidem sacerdos &c.* Ostendit comparationem sacerdotis, noui, & veteris testamenti. Sciendum autem, quòd in lege erant duo solemnia sacrificia. Vnum in die expiationis, quod fiebat per solum summum pontificem, de quo multa iam dicta sunt. Aliud erat iuge sacrificiũ, in quo vnus agnus offerebat in mane, & alius in vespere, de quo Num. 28. De isto etiam intẽdit hic Apostolus, & circa hoc tria facit. Primo enim, ponit illud quod pertinet ad sacerdotẽ veteris testamenti. Secundo, ponit illud, quod pertinet ad sacerdotem noui. Tertio, confirmat p authoritatem, Secundum, ibi; *Hic autem vnam*. Tertium, ibi; *Contestatur autem*. Dicit ergo; *Omnis sacerdos &c.* Dicit; *Omnis*, ad differentiam sacrificii expiationis, quod tantum per summum sacerdotem fiebat, sed in isto; *Omnis sacerdos præsto est tota die ministrans, & sæpe offerens easdem hostias*, quia semper offerebat agnum, Quæ, scilicet hostiæ feriales; *Non poterant auferre peccata*, quia iterabantur. Hier. 11. Nũquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Per istud iuge sacrificium figuratur Christus, & æternitas eius, qui est agnus immaculatus. Deinde cum dicit; *Hic autem vna pro peccatis*. Ostendit illud, quod pertinet ad sacerdotium Christi. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit iutentum. Secundo, assignat rationem, ibi, *Vna enim*. Dicit ergo; *Hic autem*, scilicet Christus; *Offerens vnam hostiam pro peccatis*, auferentem, scilicet peccata. Illa vero vetus lex multas offerebat hostias non expiantes peccata: *Hic ergo*, scilicet Christus, *Offerens vnam hostiam*, quia semel pro peccatis nostis semeipsum obtulit, *Sedet*, non tamquã minister sicut sacerdos legalis, qui semper præsto est, sed tamquam dominus. Psal. 109. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Matth. vlt. Sedet a dextris dei; In dextera dei patris, quantum ad æqualitatem potestatis secundum diuinitatem, sed in potioribus bonis secundũ humanitatem. supra 1. Sedet ad dexteram maiestatis &c. Et hoc *In sempiternum*. Non enim iterum morietur, quia Christus resurgens ex mortuis &c. Rom. 6. Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna; *De cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius*. Ista expectatio non innuit aliquam anxietatem in Christo, sicut in hominibus, Spes quæ differtur affligit animam, vt dicitur Prouerb. 13. sed designat voluntatem miserendi, quã deus habet erga nos. Esai. 30. Expectat dominus, vt misereatur nostri. Subiiciunt ergo pedibus eius, idest humanitati Christi aliqui volentes, & in hoc salus ipsorum consistit. s. in faciẽdo voluntatem eius, Exod. 10. Vsquequo non vis mihi subiici? Sed mali, nolentes ipsi subditi sunt, quia, etsi voluntatem eius p se non implent, tamen de ipsis impletur quantum ad opus iustitiæ. Et sic, omnia sunt ei subiecta, aliquo istorum modorum. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Deinde cum dicit; *Vna enim oblatione*. Assignat rationem scilicet, quare sedet tamquàm dominus, & non tanquam minister sicut sacerdos legalis: quia ille per hostiam vnam non auferebat peccata, & ideo oportebat plures alias offerre & frequenter. supra. 5. Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur: sed hostia quam Christus obtulit, aufert omnia peccata supra 9. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Et ideo dicit, quòd; *Vna oblatione consumauit*, idest perfecit, quod fecit reconciliando & coniungendo nos deo tanquam principio; *Sanctificatos in sempiternum*, quia hostia Christi qui deus est & homo habet virtutem æternam sanctificandi. infra 13. Iesus vt sanctificaret p suum sanguinem populum &c. Per Christum enim perficimur, & coniungimur deo. Rom. 5. Per quem accessum habemus ad deum. Deinde cum dicit; *Contestatur autem*. Confirmat quod dixerat per authoritatem, quæ sumpta est ex Hier. 31. quæ quia supra octauo exposita est, ad præsens intermittatur. Et tamen potest diuidi in duas partes. Primo, ponit authoritatem. Secundo, ex ea arguit, ibi; *Vbi autem horum remissio*. Et facit tale rationem, In nouo testamento remittuntur peccata per oblationem Christi; quia in remissionem peccatorum effusus est sanguis Christi. ergo in nouo testamento, in quo peccata & iniquitates remittunt, vt dictũ est in authoritate; *Non est oblatio pro peccato* supple, amplius iteranda. Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, *Vbi ergo est horum remissio iam non est &c.* Fieret enim iniuria hostiæ Christi.

tuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi Iesu, semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei: de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, consumauit in sempiternum sanctificatos. Cõtestatur autẽ nos & spiritussanctus. Postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos dicit dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum, iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

I. E C.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM ostendit Apostolus multiplicem eminentiã sacerdotii Christi respectu sacerdotii legalis: hic iuxta consuetudinem suam concludit, monendo ꝙ isti sacerdotio fideliter inhærendum est. Hoc enim semper supra fecit, quòd; post commendationem ponit ammonitionem, quia ad hoc susceperat cõmendare gratiã Christi, vt alliciat eos ad obediendum Christo & recedẽdum a cæremonialibus legis. Circa hoc ergo, duo facit: quia primo ponit monitionem, secundo, assignat rationem, ibi *Voluntarie enim*. Sciẽdum est autem circa primum, quòd duo dixerat de sacerdotio Christi, scilicet, virtutem ritus eius, quia per proprium sanguinem, item dignitatem ipsius, quia Pontifex in æternum. Et ideo in monitione sua, resumit ista duo. Vnde monendo, quòd fideliter obediendum est deo Christo, Primo, ponit illa duo. Secundo, ponit suam monitionem, ibi *Accedamus cum bono corde*. Item prima in duas: quia primo resumit ritum sacerdotii eius: secundo dignitatem, ibi *Et sacerdotem magnum*. Dicit ergo. *Itaque fratres*, scilicet per mutuam charitatem. *Habentes fiduciam in introitu, &c.* Ephes. 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, & cætera. Exod. decimoquinto Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo, &c. Psal. 121. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domũ domini ibimus. Et hoc *In sanguine Christi*, quia Hic est sanguis noui testamenti, idest nouæ promissionis. s. cælestiũ. Sed quomodo habeamus fiduciam introeũdi, ostendit, quia Christus per suũ sanguinem *Initiauit*. i. inchoauit. *Nouam viam nobis*. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Io. 14. Si abiero & præparauero vobis locum, &c. Esa. 35. Sancta via vocabitur, & pollutus non transibit per illam. Hæc est ergo via eundi in cælum. Et est *Noua*, quia ante Christum nullus iuuenit eam, quia Nemo ascendit in cælũ nisi qui descendit de cælo. Io. 3. Et ideo qui vult ascendere, debet ipsi, tanquam membrum capiti suo, adhærere. Apo. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso dei mei. Et ca. 3. Et scribam super eum nomen nouum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, quia. s. de nouo introducuntur *Viuentem*. i. semper perseuerantem, in quo apparuit virtus deitatis, quia semper viuit. Sed quæ sit ista via ostendit subdens, *Per velamen. i. carnem suam*. Sicut. n. sacerdos per velum intrabat in Sancta Sanctorum, ita si volumus intrare sancta gloriæ opportet intrare per carnem Christi qui fuit velamen deitatis. Esa. 45. Vere tu es deus absconditus. Non enim sufficit fides de deitate, si nõ adsit fides de incarnatione. Io. 14. Creditis in deum, & in me credite. Vel per velamen. i. per carnem suam, datam nobis sub velamento speciei panis in sacramento. Non. n. proponitur nobis sub specie propria, propter horrorem, & propter meritum fidei. Consequenter commendat diguitatem sacerdotis cum dicit. *Et sacerdotem magnum*, qui scilicet nobis initiauit viam q. d. Habentes fiduciam intrandi per sacerdotem. s. Iesum. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum. Qui dicitur magnus, quia sacerdotiũ eius non est tantum super vnũ populum, sicut Aaron, sed *Super domum Dei* totam scilicet ecclesiam militantem, & triumphantem. 1. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia. Et dicit super, quia Moyses fuit fidelis in omni domo, tanquam famulus. Num. 12. Sed Christus super totam domum, sicut filius qui est dominus omnium. Mat. vl. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De hoc etiam supra 3. Deinde cum dicit *Accedamus* ponit monitionem suam, ut. s. ex quo talis & tantus est, fideliter est ei adhærendum, quod fit tribus modis. s. per fidem, spem, & charitatem. 1. Cor. 13. Nunc autem manẽt fides, spes, charitas. Primo ergo monet ad ea, quæ sunt fidei. Secundo ad ea, quæ sunt spei, ibi *Teneamus spei*. Tertio ad ea, quæ sunt charitatis, ibi *Et consideremus*. Sed quantum ad primum, duo sunt necessaria. s. ipsa fides, quia Sine fide impossibile est placere deo. & fidei sacramentum Quantum ad primum dicit *Accedamus* ad ipsum *Cum vero* nõ ficto *Corde*. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Memento, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. Hoc autem fit, quando opus concordat cordi. Accedamus et in plenitudine fidei. Infra. 11. Accedentem ad deum oportet credere, &c. Nec sufficit qualiscunque fides, sed requiritur fides plena, quod fit duobus modis. s. & quantũ ad materiam fidei, vt credantur omnia, quæ ꝓponuntur ad credendũ, & quòd sit fides formata, quæ est per charitatem. Rom. 15. Plenitudo enim legis est dilectio. Quantum ad sacramentum fidei dicitur, *Aspersi corda* vestra, quod alludit ei, quod dicitur Num. 19. Vbi ponitur ritus vitulæ rufæ, de cuius aqua aspergebatur mundandus die tertio, sed die septimo alia aqua lauabatur corpus eius & vestimẽta. Per aspersionem aquæ vitulæ rufæ, figurabat passio Christi, quia die tertia, scilicet in fide trinitatis in baptismo, mundamur a peccatis. Et quantum ad hoc dicit, *Aspersi corda*, non corpora. Infra, 12. Accessistis ad sanguinis aspersionem. Aspersi ergo corda non a tactu mortui sicut per aquam vitulæ rufæ, sed, *A conscientia mala*. De ablutione aũt, q̃ fiebat septima die dicit, *Et bluti corpus aqua munda*. Non enim in baptismo operatur tantũ virtus passionis, sed etiam infunduntur in ipso dona Spiritussancti. Vnde in septima die, idest in plenitudine donorum Spiritussancti, totus homo abluitur intus & extra ab omni peccato tam actuali quàm orignali, quod est quasi corporale, quia anima ipsum contrahit per vnionem ad carnem fædam. Dicitur autem Spiritussanctus aqua, quia mundat. Act. 5. Fide purificans corda ipsorum. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Zac. 13. Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti. Et in huius signum super Christum baptizatum, descendit Spiritussanctus in corporali specie. Deinde cum dicit; *Teneamus spei nostræ*. Ponit illud, quod pertinet ad spem. Et circa hoc facit duo. Primo enim, hortatur ad spei certitudinẽ. Secundo, subdit rationem, ibi. *Fides enim est quæ*. Sciendum est autem, quòd per fidem Christi datur nobis spes salutis æternæ, & introitus in cælum 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuã. Vnde dicit. *Teneamus*, & non dicit spem, sed, *Spei nostræ confessionem*, quia non sufficit habere spem in corde, sed etiam oportet confiteri ore. Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item, oportet confiteri eam non solum verbo, sed etiam factis: contra quosdam, de quibus Titi. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Fit autem ista confessio per opera, per quæ tenditur ad res speratas. Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, *Indeclinabilem*, idest vt ab ista confessione non declinemus, neque per prospera, neque per aduersa. Psal. 124. Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Esai. 30. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et ratio huius est, quia, *Ille qui repromisit est fidelis* & ideo mentiri non potest. Ps. 104. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Deut. 32. Deus fidelis, & absque illa iniquitate. Consequenter cum dicit, *Et consideremus &c.* ponit illud quod pertinet ad charitatem, & circa hoc facit tria. Primo enim, facit quod dictum est. Secundo, remouet contrarium charitati, ibi, *Non deserentes*. Tertio, assignat rationem ex congruitate temporis, ibi, *Et tanto magis &c.* Circa primum sciendum est, quòd licet charitas principaliter inhæreat deo, tamen manifestatur per charitatem proximi. 1. Ioan. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Ergo ad charitatem pertinet, quòd diligatur proximus. Ideo dicit; *Consideremus inuicem*, vt scilicet ea, quæ sunt proximi solicite faciamus. Eccles. 17. Et vnicuique mandauit deus de proximo suo. Sed quia aliqui ea, quæ sunt propximi considerãt zelo inuidiæ, aliqui vero zelo odii, contra quos dicitur. Prouerb. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, ideo dicit; *In prouocationem charitatis*, idest vt prouocemus eos ad charitatem. Roman. 11. Quandiu Apostolus Gentium sum, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Ista autem prouocatio procedit ex dilectione, quæ extenditur ad opus exterius 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sicut enim dicit Grego. Non est amor dei otiosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari renuit, amor non est. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Ideo subdit, *Et bonorum operum* Collos. 1. In omni opere bono fructificantes. Deinde remouet contrarium m

LECTIO II.

HABENTES itaque fratres fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per velamen, id est carnem suam: & sacerdotem magnum super domum dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ cõfessionem indeclinabilem, Fidelis enim est qui repromisit, & consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deserentes collectionẽ nostram, sicut consuetudinis est quibusdam: sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

trarium charitati cum dicit; *Non deserentes &c.* Quia enim charitas est amor, proprium autem amoris est vnire, quia vt dicit Dionysius, Amor est vis vnitiua. Ioa. 17. Vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus & cognoscat mundus, quia dilexi eos, sicut & me dilexisti: ideo recedere ab inuicẽ, est directe oppositum charitati. Et ideo dicit, *Non deserentes collectionẽ nostram*, scilicet ecclesiæ, quã aliqui deserunt tripliciter: scilicet propter persecutiones apostatantes a fide. Et isti significantur per illos de quibus dicitur. Ioan. 6. quòd Abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant. Matth. 13. Facta tribulatione & persecutionibus propter verbum, continue scandalizantur. Luc. 8. Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Secundo, mali prælati, qui dimittunt oues in periculo. Ioan. 10. Mercenarius fugit, quia mercennarius est. Aliqui vero ex superbia, quia cum possent esse vtiles ad regendũ, cum nota superbiæ ab aliis se separant. Iudæ. 1. Hi sunt qui segregant se ab aliis, animales, spiritum non habentes, quasi sub specie maioris perfectionis. Et forte tales erant in tempore illo. Ideo sequitur; *Sicut consuetudinis est quibusdam*, contra quos dicitur 1. Cor. 11. Si quis vt contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus in ecclesia Dei. Sed quid debent facere, subdit, *Sed consolantes*, quasi dicat. Si videas, quòd socius tuus male se habet, non deseras eum, sed consolare, non sicut illi qui deserunt collectionem de quibus dicit; *Sicut est consuetudinis quibusdam &c.* Consequenter cum dicit: *Et tanto magis* assignat causam huius. Posset enim aliquis dicere, quare debemus nos in fide proficere. quia motus naturalis, quãto plus accedit ad terminum, magis intenditur: contrarium est de violento. Gratia autem inclinat in modum naturæ. ergo qui sunt in gratia quanto plus accedunt ad finem, plus debent crescere. Et ideo dixit, *Non deserentes*, sicut quidam, sed consolantes. Et hoc; *Tanto magis quanto videritis appropinquantem diem*, idest terminum. Romanorum, 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Prouerbiorum, 4. Iustorum semita, quasi lux splendens proficit, & crescit vsque ad perfectum diem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus posita commendatione excellentiæ sacerdotii Christi, & subiuncta admonitione, vt illius sacerdotio adhæreãt per fidem & charitatem, hic probat monitionem suã per rationem. Et hoc facit dupliciter: primo, terrendo, secundo demulcendo, ibi, *Rememoramini autem pristinos dies*. Circa primum duo facit, quia primo, terret eos ad obseruandum monitionem suam propter subtractionem remedii, secundo, propter expectationem iudicii, ibi; *Terribilis autem*. Dicit ergo; *Voluntarie &c.* Quod dupliciter exponitur. Vno modo, secundum glos. quæ videtur facere differentiam inter peccantes volentes & voluntarie, ita quòd uolens peccat, qui quasi passione ductus consentit in peccatum de quo ante non cogitauit: voluntarie autẽ qui ex certa malitia, cuius voluntas prona est ad peccandum, vt statim cedat. Hier. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus vadens impetu ad prælium, nec postea pænitet. Prou. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Ergo; *Voluntarie peccantibus*, idest in volũtate peccandi permanentibus. Et exaggerando subdit; *Post acceptam notitiam veritatis* 2. Pet. 2. Melius erat illis viam iustitiæ non agnoscere, quàm post agnitionem retrorsum conuerti; *Iam non relinquitur hostia pro peccatis*, idest hostia quam Christus obtulit pro remissione peccatorum, non est nobis vtilis, quia illis dimittuntur peccata, qui de ipsis pænitent. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur, scilicet efficaciter: sed de malis dicitur. Esaiæ. 49. In vacuum laboraui, sine causa, & vane, fortitudinem meam consumpsi. Hier. 6. Frustra conflauit conflator, malitiæ eius non sunt consumptæ. Sed melius potest dici, & secundum intentionem Apostoli, quia secundum August. Liberum arbitrium habet multiplicem statum, quia in statu extra gratiam antequam reparetur per gratiam, non est in potestate nostra peccare mortaliter, vel non peccare, & hoc propter præconceptionem finis, & habitum inclinantem: quod quidem verum est, secundum magnum tempus, sed per aliquam moram, si operetur ex præmeditatione, potest vitare hoc peccatum, vel illud. Sed postquam per gratiam reparatus est homo, omnino in potestate eius est vitare peccatum mortale, & etiam veniale in particulari, non autem omnino in vniuersali, & hoc est propter auxilium gratiæ saluantis. Et ideo dicit; *Nobis peccantibus voluntarie post acceptam notitiam veritatis*, idest post acceptam gratiam per quam habetur notitia peccati, quia ante notitiã peccati, peccatum nostrum a Deo nobis non imputatur: vnde quasi dicitur ipsum ignorare, quia non imputat nobis. Sed post. *Iam non est pro peccatis hostia* ante enim reparationem, quæ facta est per Christum, relinquebatur hostia ista, quę expectatur, sed nunc iam nõ expectatur alia mors eius, ita nec post baptismum semel accepta expectarut alius baptismus. Deinde cum dicit; *Terribilis autem* deterret, expectatione diuini iudicii. Et circa hoc duo facit, primo enim, terret, secundo, subdit rationem, ibi, *Irritam quis faciens*. Sic ergo dictum est, quòd non relinquitur vltra hostia. Quid ergo? Illud quod supra dictum est 9. cap. quòd Post mortem est iudicium. Iob 19. Scitote esse iudicium. Istius iudicii expectatio est valde terribilis, tum propter conscientiam peccatorum. Iacob. 3. In multis offendimus omnes, tum etiam, propter imperfectionem iustitiarum nostrarum. Esa. 64. Iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Psal. 118. A iudiciis tuis timui. Abac. 3. Audiui & conturbatus est venter meus. Est afflictiua. Vnde dicit; *Et ignis æmulatio*, idest pœna ignis, quæ infligitur ex zelo & æmulatione diuinæ iustitiæ. Exod. 20. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes &c. Zelus autem est amor sponsi. Sicut ergo sponsus non parcit sponsæ malæ, sic nec deus animæ peccatrici. Prouerb. 6. Zelus & furor vir, non parcet in die vindictæ. Sequitur; *Quæ consumptura est aduersarios*. Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, quia ignis qui præcedet faciem iudicis, corpora viuentium incinerabit & reprobos detrudet in infernum, & corpora eorum consumet, non totaliter consumendo, sed imperpetuum cruciando. Consequenter cum dicit; *Irritam quis faciens*. Probat quod dixerat de terrore iudicii, & primum per locum a minori, secundo, per authoritatem, ibi, *Scimus autem illum*. Primum accipit ex lege. Tanto enim aliquis est reus maioris pœnæ, quanto rem magis sacram contemnit. Cum ergo vetus testamentum non sit ita sanctum sicut nouum, & transgressor illius grauissime puniebatur. ergo transgressor noui, longe grauius debet puniri. Circa istud argumentum duo facit. primo enim, ponit istud quod fiebat in veteri, secundo illud, quod fiendum est in nouo, ibi, *Quanto magis*. Quantum ad vetus ponit culpam & pœnam. Culpam cũ dicit, *Irritam quis faciens legem Moysi*. Irritũ dicitur, quod non fortitur debitum finẽ. Lex aũt non solũ vetus, sed etiam quælibet datur, vt inducat homines ad virtutem, & faciat abstinẽtes a vitiis. Et ideo qui transgreditur legẽ, & vacat vitiis, q̃tum est in se, legẽ irritã facit. Mat. 15. Irritum fecistis mandatũ dei ꝑ traditiones vestras. Gen. 17. Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Et pœnam ostendit cum dicit, *Sine vlla miseratione*. Et ista pœna est valde grauis, quia infligit mortem. Vnde dicit, *Moritur*. Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Item, quia irremiscibilis. Vnde dicit. *Sine vlla miseratione*. Deut. 19. Morietur, nec misereberis eius. Sed numquid lex dei excludit misericordiam? Cõstat quòd non. Oseæ 6. Misericordiam volui, & non sacrificium. Respondeo, Dicendum est, quòd differunt misericordia, clementia & venia: quia misericordia est, quando homo ex quadam passione cordis & animi mouetur ad remittendum pœnam, & hoc aliquando est contra iustitiam, & istam prohibet. Venia autem est quando propter aliquam vtilitatem publicam, remittit aliquid de pœna debita. Clementia est, quando non solum de pœna aliquid, sed etiam de culpa remissius iudicat. Ista duo non prohibentur, sed misericordia primo modo dicta, quia est contra iustitiam, & inducit dissolutionem. Moritur ergo & hoc, *Duobus vel tribus testibus*, supple conuictus. Deut. 17. In ore duorum, vel trium testium, stat omne verbum. Causa autem quare lex numerum testium determinat secundum August. est, vt per hoc designetur immobilitas veritatis, quę est in sancta Trinitate. Nec refert si nominentur duæ personæ vel tres, quia semper in duabus intelligitur tertia, scilicet spiritussanctus qui est nexus amborum. Ista ratio mystica est, sed literalis est, vt quia in iudicio vnus affirmat, alter negat, non plus credendum est vni quàm alteri. Multitudini autem est credendum. Omnis autem multitudo completur numero ternario. Et ideo sufficit, ꝑ sint duo cum accusante, sed tertius testis superadditur ex abundãti. Deinde cum dicit, *Quanto magis*. ponitur id quod spectat ad nouum

LECTIO SECVNDA.

Moluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur ꝑ peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quę consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quãto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificat⁹ est, & spiritui gr̃æ contumeliã fecerit? Scimus, n. qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuã. Et iterum quia iudicauit dn̄s populum suũ. Horrendũ est incidere ĩ man⁹ dei viuẽtis.

LECTIO TERTIA.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamẽ sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis, & tribulationum testamentum. Et primo, ponit pœnam, secundo, culpam, ibi, *Qui filium dei*. Quantum ad pœnam dicit. *Quanto magis putatis deteriori mereri supplicia*. Quia enim in nouo testamento per Christum prædicatum est, ideo peccans in ipso, grauius punitur. Matth. 11. Veruntamen dico vobis, quòd Tyro, & Sydoni remissius erit quàm vobis in die iudicii. Sed numquid plus punitur peccator Christian⁹, q̃ infidelis? Quia si sic, melius esset, ꝑ omnes essent infideles. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est de illis qui fidem contemnunt, quia isti propriæ sunt contẽptores, Aliud de illis, qui ex ignorantia fidem non annuntiatam, non tenent, & talibus peccatum infidelitatis non imputatur. Sed qui fidem annuntiatam contemnit, grauius punitur, quia peccatum infidelitatis maximum est, Si ergo comparamus Christianum & Iudęũ qui non contemnit, & vterque sit adulter, tum grauius punietur Christianus quàm Iudæus, quia non solum pro adulterio, sed etiã quia magis ingratus est. Sed numquid vniuersaliter verum est, quòd semper idem peccatum in specie, grauius punitur in maiori. Respondeo, Dicendum est, quòd dupliciter peccatur. Vno modo, ex surreptione. Et sic quando aliquis dat se operibus diuinis, si ex surreptione peccat, minus punitur 2. Paralip. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt deum patrum suorum. Psalm. 36. Cum ceciderit non collidetur. Sed si ex contemptu, magis peccat, quia cum sit in statu altiori, magis contemnit. Et de talibus loquitur hic, qui sunt magis ingrati. Quantum vero ad culpam dicit; *Qui filium dei conculcauerit*. Sciendum vero est, quòd Apostolus grauitatem culpę eorum, qui peccant in nouo testamento, ostendit ex beneficiis nobis a deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximum & prætiosum habebat, s. filium suum vnigenitum. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis & prætiosa promissa donauit. Dedit etiam Spiriritum sanctum Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ingratitudo autem super tantis beneficiis, aggrauat peccatum. Circa ingratitudinem vero super datione filii duo considerandа sunt ac ponderanda, scilicet mysterium incarnationis, in qua datus est nobis. Esa. 9. & sacramentum passionis, in qua pro nobis se obtulit. supra 6. Sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo &c. Et iõ quantum ad primum dicit; *Qui filium dei*, scilicet pro nobis incarnatum; *Conculcauerit*, idest vilipenderit, scilicet non credendo, quòd fides filii Dei sit sufficiens ad salutem, sicut illi qui legalia seruabant. Gal. 3. Ante quorum oculos Christus proscriptus est. Item, non obiendo eius mandatis, nec viuendo secundum doctrinam eius. 1. Reg. 10. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quantum ad secundum dicit. *Et sanguinem testamenti*, idest Christi sanguinem confirmatiuum noui testamenti. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti &c. *Pollutũ duxerit* idest reputauerit pollutum, vt scilicet non possit mundare, sicut pollutus in se non mundat. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur? q. d. Nullus, scilicet secundum quòd mundatio, tantũ fiebat per sanguinem animalium. Item, pollutum duxit, qui virtute eius in baptismo ablutus, peccat redeundo ad vomitum. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et ideo dicit; *In quo sanctificatus est &c.* idest per quem sanctificatus est 1. Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Malac. 1. In omni loco offertur oblatio munda nomini meo, quia magnum est nomen meum in gentibus. Item, qui peccat post alia sacramenta, etiam potest dici Sanguinem Christi pollutum ducere. Item, aggrauatur peccatum ex contemptu Spiritussancti. Et ideo dicit; *Et spiritui gratiæ, iniuriam fecerit*, idest contumeliam quam facit, qui non credit, quòd gratia spiritussancti sit data per Christum, vt habetur Ioann. 14. Rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, sufficiat ad salutem sine legalibus, vt scilicet remissionem peccatorum ascribat obseruantiis legis. Vel conculcat Christum, qui libere absque timore sanguinem Christi poluit, qui eo indigne communicat *Spiritui* gratis dato, Eph. 2. Donũ enim dei est, & nõ ex operibus *Contumeliã*. Iniuriam facit qui Christum per peccatum a se abiicit. Sapien. 1. Corripietur, idest expelletur a superueniente iniquitate. Eph. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum dei. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Deinde cum dicit, *Scimus enim &c.* probat quod dixit per authoritates. Et circa hoc facit duo: primo enim, probat ponendo authoritates: secundo, concludit ex eis, ibi *Horrendum est*. Dicit ergo, Scimus illum qui dixit Deut. 32. secundum aliam literam *Mihi uindictam* supple seruate. Litera nostra habet. Mea est vlt. Et nunquid reddes? immo *Et ego retribuam*. Sed contra. Si soli deo seruatur vindicta, quare iudices vindicant? Respondeo, ad hoc respondet Apostolus Rom. 13. quòd iudex est minister dei. Vnde non iudicat, propria authoritate, sed dei. Secunda authoritas est ibidem *Iudicabit dominus populum suũ*. Si suum, ergo multo magis inimicos.

LECTIO QVARTA.

SVpra Apostolus monuit ad inhærendum Christo per fidem, spem, & charitatem, ad quod induxit per rationes terrentes: hic ponit rationes demulcentes, sicut bonus medicus postquam secuit, ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim commendatio de bene gestis, est vnum, quod maxime prouocat ad bonũ incęptum continuandum. Virtus enim laudata crescit in immensum. Pondus & immensum gloria calcar habet. Et circa hoc facit duo: primo enim, commemorat eis bona, quæ fecerant. Secundo, hortatur ad implendum, quod restat, ibi *Nolite itaque amittere*. Circa primum facit tria: primo enim, in generali commemorat tribulationes, quas pro fide passi sunt: secundo, describit tribulationum modos ibi, *Et in altero*, Tertio, exponit eas in spãli, ibi, *nam & uinctis*. Quia ergo ex bene gestis homo exercitatur ad melius, sicut aliquando ex malis econtrario desperat de seipso, ideo recitat bona eorum, dicens *Rememoramini*. Hierem. 2. Recordatus sum tui, idest bonorum, quæ egisti *Dies pristinos*, idest primordia conuersionis vestræ *In quibus illuminati* per fidem, quæ illuminat animam, & purgat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem. Hoc autem est per fidem Christi. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedẽt. Primum enim lumen animæ est fides *Sustinuistis magnum certamen passionum*, idest magnas passiones contra vos certantes, vobis illatas ab his, qui Christum persequebantur in vobis. Act. 9. Saule, Saule quid me persequeris? me, inquam, in membris meis, quia vt dicit August. in sermone super verbo isto, Membris in terra positis, caput de cælo clamat. Sap. 10. Certamen forte dedit illi, vt vinceret. 1. Timo. 4. Certaui bonum certamen. Sicut enim dicitur Act. 8. Facta est persecutio magna in ecclesia post mortem Stephani. 1. Thessal. 2. Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, quoniam eadem passi estis, & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudæis. Si ergo a principio incæpistis sustinere, vituperabile esset modo deficere. Consequenter cum dicit *Et in altero*. ostendit, quæ fuerint

fuerint illæ tribulationes. Dupliciter enim patitur aliquis, scilicet & in se tribulationem sustinendo, & in alio alienæ tribulationi compatiendo. Vtroque autem modo illi passi sunt Quantum ad primum dicit; *In altero*, scilicet quantum ad vos *Facti estis spectaculum opprobriis*. Quod grauissimum est sapienti. Quòd enim vnus fatuus irridetur nõ est graue, etiam si multa ei irrisio ab aliis inferatur: sapienti vero graue est, sed si tribuletur & irrideatur a tribulante, hoc grauissimũ est. In hoc ergo, ostendit magnitudinem afflictionis ipsorum, quia facti erant spectaculum, idest quia nullus eis compatiebatur, immo magis irrisori congaudebant in afflictionibus ipsorum, scilicet in opprobriis. Psal. 68. Opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me, Et *tribulationibus*. Psa. 33. Multæ tribulationibus iustorum. 1. Corinth. 4. Spectaculum facti sumus mundo, scilicet ad irrisionem, & angelis ad cõgratulationem, & hominibus, scilicet ratione utentibus, ad imitationem. Quantum ad secundum dicit, quòd, *In altero effecti sunt socij taliter conuersantium*, idest eorum, qui talia patiebantur: & hoc per compassionem, & per subministrationem. Rom. 12. Necessitatibus san: Deinde cum dicit, *Nam & vinctis compassi estis* ponit quod dixerat, & primo, quantum ad secundum, scilicet quomodo sunt compassi. Inter Iudæos enim multi erant vincti, sicut de Paulo dicitur Act. 8. quòd deuastabat ecclesiam rradens in custodiam viros & mulieres. Istis compassi sunt ministrando necessaria. Mat 25. In carcere eram, & venistis ad me. Quantum ad primum dicit; *Et rapinam bonorum vestrorum*. s. pro hac causa factam, quia, s. vinctis ministrabant, *Cum gaudio suscepistis*. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres &c. Act. 5. Ibãt Apostoli gaudentes &c. Sed quare cum gaudio? Nunquid amãdæ sunt tribulationes? Certe videtur, quòd non: quia dicit Aug. Tolerari iubes eas, non amari. Respondeo, Dicendum est, quòd non amãtur propter se, sed propter aliud, & sic isti amabant eas. Vnde subdit; *Cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam*, scilicet alias diuitias, principaliores, quæ augentur ex subtractione istarum, quibus dicuntur meliores. Temporales. n. vanæ sunt, quia sunt in his quæ sunt infra hominem, spirituales autem in ipso Deo, scilicet in fruitione Dei. Esa. 33. Diuitiæ salutis, sapientia & scientia, timor Dñi &cet. Itẽ sunt manentes, quia istæ deficiunt in se & auferri possunt, ille vero non. Mat. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effo. &c. Deinde cum dicit. *Nolite itaque*, ostendit quid eis restat faciendum, scilicet confidentiam acceptã ex bonis operibus conseruare. Et circa hoc facit tria, primo. n. ponit monitionem, secũdo, docet modum monitionem seruandi ibi, *Patientia enim*: Tertio, probat per authoritatem, ibi *Adhuc enim modicum*. Dicit ergo, Ex quo tot bona in primordiis conuersationis vestræ operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum; *Nolite itaque amittere confidentiam vestram*, quod profecto sequeretur, si a bonis desisteretis, *Quæ magnam habet remunerationem*. Matth. 5. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces copiosa est in cælis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Modus seruandi est patientia. Vnde dicit, *Patientia enim vobis necessaria est*. Sicut autem mansuetudo est moderatiua iræ, ita patientia ponit modum in tristitiis, vt scilicet non excedant modum rationis. Contingit autem aliquando tristitia ex malis illatis, aliquando vero ex bonis dilatis. Prouer. 13. Spes quæ differtur afflig it animam. Quantum autem ad primum dicitur patientia, sed quantum ad secundum dicitur longanimitas: hic accipitur patientia pro vtroque, & quantum ad sufferentiam malorum, & quantum ad longanimitatem bonorum dilatorum. Dicit ergo, quòd quantum ad vtrũque, patientia nobis necessaria est. Prou. 16. Melior est patiens forti viro. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Et ad quid est necessaria? *Vt voluntatem Dei facientes reportetis repromissionem*, idest implentes uoluntatem Dei, quod fit per impletionẽ mandatorum Dei, quia mandata sunt signa uoluntatis Dei, vnde facientes voluntatem Dei, scilicet voluntatem signi, Sic. n. aliquando accipitur uoluntas Dei in scriptura. Psal. 102. Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Et sic reportabitis promissionem, idest rem promissam, quæ operantibus datur. Matth. 20. Voca operatios: & redde illis mercedem. Luc. 21. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hier. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum vt eradicem & disperdã

F illud, &c. Deinde cum dicit *Adhuc autem modicum* probat, quod dixit per authoritatem. Et circa hoc facit duo: primo enim ponit eam: secundo, applicat ad propositum, ibi *Nos autem*. Prima in tres. Primo enim, proponit proximum aduentum remunerationis. Secundo, ostendit conditionem remunerationis, ibi *Iustus autem meus*. Tertio, declarat periculum, ne perdatur remuneratio, ibi *Quod si subtraxerit*. Circa primum sciẽdũ est, quòd authoritas ista sumpta videtur de Abac. 2. Tamẽ principium sumptũ est de Aggeo. 2. ca. Qd

G ideo forte fecit, quia vtrunque intellexit de eodem aduentu. Abacuh enim sic dixit. Adhuc visus procul. Aggeus autem, Adhuc modicum. Et ideo vtitur verbis vnius, quasi verbis alterius, Vel melius, quia Apost. loquitur de tempore suo, scilicet post incarnationem, & resurrectionem a quo minus restat, vsque ad iudicium, quàm a tempore prophetæ. Et ideo magis vtitur verbo Aggei quantum ad principium, tamen in fine authoritatis concordant. Vel etiam potest dici, quòd loquitur quasi ex seipso, cui non minus credendum est, quàm prophetæ. Est autem duplex aduentus Domini, secundum duplex iudicium. Vnus generalis. s. in fine in vniuersali iudicio. Alius specialis i morte vniuscuiusq;. Quantum ergo ad vtrunque dicit *Adhuc modicum* quantum ad breuitatem temporis. Et quidem quantum ad primum, & si multum sit quantum ad tractum temporis, & quo ad nos, breue tamen est quantum ad æternitatem. Psal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hæsterna, quæ præteriit. Apoca. vlti. Ecce venio cito. Sed quantum ad specialem, qui est in morte, de quo Io. 14. Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum: non multum refert vtrum sit parum, vel multum, quia talis erit vnusquisque in iudicio qualis exibit. Et ideo studendum est, vt

H i morte appareamus boni, quia Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et ideo dicit *Modicum & aliquantulum*, quia tribulationes non sunt multum magnæ duratione, quia si multum præmunt, interimunt. si vero parum præmunt, non cito finiuntur. 2. Cor. 4. Id enim quod in præsenti est tribulationis momentaneum, & leue, supra modum operatur in nobis æternum gloriæ pondus. Veniet ergo cito *Et non tardabit*. siue in morte, siue in iudicio. Iac. 5. Ecce iudex ante ianuam assistit. Qui sunt etiam remunerandi, ostendit cum subdit. *Iustus autem meus ex fide uiuit*. Hæc eadem authoritas habetur Roma. 1. & Gal. 3. Solis autem iustis debetur remuneratio. Ptal. 36. Salus autem iustorum a Domino.

I Est autem duplex iustitia, Vna, quo ad humanum iudicium Roman. 10. Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere. Alia, quo ad diuinum. Luc. 1. Erant autem iusti ante Deum. Istã autem iustitiam requirit Deus. Et ideo dicit *Iustus meus*, scilicet iustitia, quæ ad me ordinatur, idest, qui est mihi iustus, & propter me. Illud autem per quod homo iustificatur est fides Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Cuius ratio est, quia per hoc est homo iustus, quòd ordinatur in Deum: illud autem per quod primo homo ordinatur in Deum, est fides. Et ideo dicit, Iustus meus Ex *fide*. infra, 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Nec solum per fidem iustitia, sed etiam per fidem iustificatus *uiuit*. Sicut enim per animam viuit corpus, ita anima per Deum. Vnde sicut per illud, per quod primo vnitur anima corpori, viuit corpus. ita per id per quod primo vnitur Deus animæ, viuit anima. hoc autem est fides, quia fides est principiũ in uita spirituali. Esa. 7. Si non credideritis, non permanebitis:

K sicut domus non permanet destructo fundamento. Gal. 2. Quòd aũt nunc viuo in carne, in fide uiuo filii Dei. Fides autem si non est formata charitate, mortua est, & ideo non viuificat animam sine charitate. Gala. 5. Fides quæ per charitatem operatur. 1. Ioann. 3. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam dil igimus. Vel Iustus meus ex fide viuit, idest apud me reputatur, & habet uitam gloriæ, sine actuali passione, si non datur opportunitas patiendi. Deinde cum dicit *Quod si subtraxerit se*. ostendit periculum imminens non permanenti in iustitia fidei. Quia enim in potestate habentis fidem est ipsam perdere, vel seruare, ideo dicit *Si subtraxerit se*, scilicet a fide, & a iustitia *Non placebit animæ meæ*. Litera nostra habet. Non erit recta anima eius. Et est idem sensus. Dicit Hieron. quòd vbicunque aliter scriptum est in Hebræo, quàm in septuaginta, Apostolus vtitur, sicut didicit a Gamaliele. ad cuius pedes didicit legem. Non placebit ergo animæ meæ, idest uoluntati meæ. Voluntas enim Dei, debet esse regula actionum nostrarum. Qui ergo non concordat uoluntati Dei, non est recta anima eius. Deinde cum dicit. *Nos autem non sumus*. Adaptat ad propositum, quasi

quasi dicat. Sic erit his, qui se fidei subtrahunt. Sed, *Nos non sumus filij subtractionis in perditionem* Ille dicitur filius alicuius, quod in ipso dominatur. Et sic dicitur aliquis filius mortis, scilicet in quo dominatur illud per quod a Deo reprobatur. Canonica Iudæ, Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales spiritum non habẽtes. In perditionem, scilicet animæ. Psalm. 72. Perdidisti oẽs, qui fornicantur abs te. Psal. 1. Et iter impiorum peribit, *Sed filij dei*, idest renati in Christo per fidem, *In aquisitionem*, idest in salutem, *Animæ*. Qui enim mandata dei custodit, saluat animam suam. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 1. Thess. 5. Non sumus filii noctis neque tenebrarum. ergo non deficiamus a fide.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus multipliciter ostendit excellentiã Christi præferens ipsũ angelis, Moysi & Aaron, & monuit fideles debere coniungi ipsi Christo, quæ coniunctio, quia præcipue & inchoatiue fit per fidem. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ideo apostolus procedit ad commendationem fidei. Et circa hoc facit tria: primo enim, describit fidem: secundo, ponit exempla diuersa de ipsa, ibi; *In hac enim*. tertio, hortatur ad ea, quæ sunt fidei. 12. cap. ibi; *Ideoque vos tantam*. Diffinionem fidei ponit complete quidem, sed obscure. Vnde sciendum est, quòd volens perfecte diffinire virtutem aliquam oportet, quòd tangat materiam eius propriã circa quã est, & finem eius, quia habitus cognoscitur per actum, & actus per obiectum. Et ideo, oportet tangere actum & ordinem ad

C obiectum & finem. Sicut volens diffinire fortitudinem, oportet tangere propriam eius materiam circa quam est, scilicet timores & audacias, & finem, scilicet bonum reipublicę vt dicatur, quod fortitudo est virtus moderatiua illorum, propter bonum reipublicæ. Cum autẽ fides virtus theologica habeat idem pro obiecto & fine, scilicet Deum, primo ergo ponit ordinem, & finem, secundo materiam propriam, ibi, *Argumentum non apparentium*. Sciendum vero est, quòd actus fidei est credere, q est actus intellectus determinati ad vnum, ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit August. in lib. de prædestinatione sanctorum. Et ideo obiectum fidei & finis voluntatis, oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est obiectum fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis, scilicet beatitudo, quæ differenter est in via & in patria: qa in via veritas prima non est habita, & per cosequens nec visa, quia in his, quæ sunt supra animam, idem est videre & habere,

D vt dicit Aug. 83. Question. sed tantum est sperata. Roman. 8. Quod enim non videmus, speramus. Quod enim videt quis, qd sperat? Ergo veritas prima non visa, sed sperata est finis voluntatis in via, & per consequens obiectum fidei, quia idem est sibi pro fine & obiecto. Finis autem vltimus simpliciter ipsius fidei in patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo, quæ in aperta visione Dei consistit. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te solum verum Deum &c. Et 20. Beati qui non viderunt & crediderunt. Huiusmodi autem est spes fidelium 1. Pet. Regenerauit nos in spem viuam. Finis ergo fidei in via, est assecutio rei speratę, scilicet beatitudinis æternæ. Et ideo dicit, *Sperandarum rerum*. Sed quæritur hic, quare cũ fides sit prior q̃ spes diffinitur per ipsam: quia posterius debet diffiniri per prius, & non econuerso? Respondeo, Dicendum est, quòd ex iam dictis patet solutio, quia dictum est, quòd idem est obiectum & finis fidei, Cum ergo affectio rei speratæ sit finis eius, oportet, quòd etiam sit obiectum ipsius. Dicebat autem supra, quòd omnis habitus debet diffiniri per ordinem actus ad obiectum. Verum autem & bonum, & si in se considerata conuertantur quantum ad supposita, tamen inquantum differunt rõne, diuerso ordine se habent ad inuicem, quia & verum est quoddam bonum, & bonum est quoddam verum. Et similiter intellectus & voluntas, quæ distinguuntur penes distinctionem veri & boni, habent inter se diuersum ordinem. Inquantum. n. intellectus apprehendit veritatem & quicquid in ipsa cõtinetur, sic verum est quoddam bonũ, & sic est bonum sub vero. Sed inquantum voluntas mouet, sic verum est sub bono. In ordine ergo cognoscendi, intellectus est prior, sed in ordine mouendi, voluntas est prior. Quia ergo intellectus mouetur ad actũ fidei ex imperio voluntatis, vt dictũ est, in ordine mouendi uoluntas est prior: ideo non diffinitur prius per posterius, quia vt dictum est in diffinitione fidei, oportet ponere ordinem actus ad obiectum, quod idẽ est, quòd finis, Finis

A autem & bonum idem sunt, vt habetur. 2. Physicorum. In ordine autem ad bonum, voluntas, cuius est spes, sicut subiecti, est prior. Quare autem non dicit diligendarum, sed sperandarum? Ratio est, quia charitas est præsentium, & absentium. Quia ergo finis non habitus, est obiectum fidei, ideo dicit sperandarum rerũ. Nec obstat, q̃ res speranda est obiectum spei. Quia oportet, quòd fides sicut ad finem ordinetur ad obiectum illarum virtutũ, quibus perficitur voluntas, cum fides pertineat ad intellectum, secundum quòd imperatur a voluntate. Sed cum fides sit vna, quia ab vnitate obiecti dicitur habitus vnus, quare non dicitur rei sperandæ, sed rerum sperandarum?

B Respondeo, Dicendum est, quòd beatitudo, quæ in se essentialiter est vna, quia cõsistit in Dei visione, quæ in se est vna, est principium, & radix beatitudinis ex qua multa bona deriuãtur, quæ sub ipsa continentur: sicut dotes corporis, societas sanctorum, & multa alia. Vt ergo ostendat omnia ista pertinere ad fidem, loquitur in plurali. Illud autem, quod dicitur *Substantia* potest multipliciter exponi. Vno modo causaliter, & tunc habet duplicem sensum. Vnum, quòd est substantia, idest faciens in nobis substare res sperandas, quod facit duobus modis. Vno modo, quasi merendo. Ex hoc enim, quòd captiuat, & submittit intellectũ suum his, quæ sunt fidei, meretur quòd aliquando perueniat ad videndum hoc, quod sperat. Visio enim est merces fidei. Alio modo, quasi per suam proprietatem præsentialiter faciat, quòd id quod creditur futurum in re, aliquo modo iam habeatur, dum modo credat in Deum. Alio modo exponi potest, substantia essentialiter, quasi fides sit substantia, idest essentia rerum sperandarum. Vnde in Græco habetur hypostasis rerum sperandarum. Essentia enim beatitudinis nihil aliud est, quàm visio Dei. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Vnde primo de Tri cap. 10. dicit August. Hæc contemplatio promittitur nobis, actionum omnium finis, &c. Ipsa ergo plena visio Dei est essentia beatitudinis. Hoc autem uidemus in scientiis liberalibus, quòd si quis aliquam uelit addiscere, oportet eum primo accipere principia ipsius, quę oportet credere cũ sibi traduntur a magistro. Oportet enim credere eum, qui discit, vt habetur primo Poster. Et in illis principiis quodam modo continetur tota scientia, sicut conclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius scientiæ, habet substantiam eius, puta geometriæ. Et si geometria esset essentia beatitudinis, qui haberet principia geometriæ, haberet quodam modo substantiam beatitudinis. Fides autem nostra est, vt credamus, quòd beati videbunt, & fruentur Deo. Et ideo si volu-

D mus ad hoc peruenire, oportet ut credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei, qui continent totam summã huius scientiæ, quia beatos nos facit visio Dei trini, & vnius. Et hic est unus articulus. Vnde hoc credimus, & ideo dicit. *Substantia rerum sperandarum* 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: quasi dicat. Tunc erimus beati quãdo uidebimus facie ad faciem, illud quod nunc uidemus in speculo, & in ænigmate. In his ergo verbis, ostenditur ordo actus fidei ad finem, quia fides ordinatur ad res sperandas, quasi quoddam inchoatiuum, in quo totum, quasi essentialiter continetur, sicut conclusiones in principiis. Consequenter cum dicit *Argumentum non apparentium* tangit actum fidei, circa propriam eius materiam. Actus autem proprius fidei, & si sit in ordine ad uoluntatem, vt dictum est, tamen est in intellectu, sicut in subiecto, quia obiectum eius est uerum, quod proprie pertinet ad intellectum. In actibus autem intellectus,

E differentia est. Quidam enim sunt habitus intellectus, qui important omnimodam certitudinem ad completam uisionẽ eius, quod intelligitur, sicut patet de intellectu, qui est habitus primorum principiorum, quia qui intelligit, quòd omne totum est maius sua parte, uidet hoc & est certus. Hoc etiam facit habitus scientię, & sic talis habitus intellectus, & scientia, faciunt certitudniem, & visionem. Quædam uero alia sunt, quę neutrum faciũt. s. dubitatio, & opinio. Fides uero tenet medium inter ista, quia dictum est, quòd fides facit assensum in intellectu, quod potest esse dupliciter. Vno modo, quia intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia obiecti, quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorum, uel cognitum per aliud, quod est per se cognoscibile, sicut patet in scientia astronomiæ. Alio modo assentit alicui, non propter euidentiam obiecti a quo nõ mouetur sufficienter, unde non est certus, sed uel dubitat, scilicet quando nõ plus habet rationem ad unã partem quàm ad aliam, uel opinatur, si habet quidem rationem ad unam partẽ, non omnino

nino quietintem ipsum, sed cum formidine ad oppositum. Fides autem neutrum horum dicit simpliciter, quia nec cũ primis est sibi euidens, nec cum duobus vltimis dubitat, sed determinatur ad alteram partem, cum quadam certitudine & firma adhęsione per quandam electionem voluntariam. Hanc autem electionem facit diuina authoritas, per quam electionem determinatur intellectus, vt firmiter ihęreat his, quę sunt fidei, & eis certissime assentiat. Et ideo credere, est cum assensu cognoscere. Propria ergo materia habitus fidei, sunt non apparentia. Apparentia enim agnitionem habent, non autem fidem, vt dicit Gre. Actus autem fidei est certa adhęsio, quam vocat Apostolus argumentum, accpiens causam pro effectu, quia argumentum facit fidem de re dubia. Est enim argumentum, Ratio rei dubiæ faciens fidem, vt dicit Boet. Vel si sequamur ethimologiam nominis qua dicitur, argumentum quasi arguens mentem, tunc accipit effectum pro causa, quia ex certitudine rei prouenit, quòd mens cogatur ad assentiendum. Vnde, argumentum dicitur non apparentium, idest, certa apprehensio eorum, quæ non videt. Quòd si quis velit verba ista ad debitam formam reducere, posset dicere, quòd fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Vbi enim nos argumentum habemus, habet alia litera conuictio, quia per authoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentiendum his, quæ non videt. Patet ergo, quòd Apostolus complete diffinit fidem, licet obscure. Per istam enim diffinitionem distinguitur fides ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim, quod dicitur argumentum, distinguitur fides ab opiniõe, dubitatione, & suspitione, quia per ilta non habetur firma adhæsio intellectus ad aliquid. Per hoc autem, quod dicitur non apparentium, distinguitur ab habitu principiorum & scientia. Et per hoc, ꝙ dicitur rerum sperandarum, distinguitur a fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem. Nam per propriam diffinitionem vnumquodque innotescit, & distinguitur a quolibet alio sicut est hic. Vnde & ad istam omnes aliæ reducuntur. Sed videtur, quòd male dicat, non apparentium, quia vt dicitur Ioan. 20. Thomas uidit & credidit. Item, credimus esse Deum vnum, quod tamen demonstratur a philosophis. Respondeo, Dicendum est, quòd fides dupliciter accipitur. Vno modo proprie, & sic est non visorum, & non scitorum, ut patet ex prædictis. Et propterea, quòd non potest maior certitudo haberi de conclusione, quàm de principio a quo elicitur: quia semper principia sunt notiora conclusionibus, ideo cum principia fidei non habeant euidentiam, nec per consequens conclusiones. Et ideo intellectus non assentit conclusionibus tanquam scitis, nec tanq̃ visis. Alio modo, cõmuniter, & sic excludit omnẽ certam cognitionem, & sic loquitur Augu. in q. euangelii, quòd fides est de quibusdam, quæ videntur. Apost. autem loquitur de prima. Et quidem de Thoma dicendum est, quòd sicut dicit Gregor. Aliud uidit, aliud credidit: quia uidit humanitatem, & credidit diuinitatem. Ad istud de demonstratione, Dicendum est, quòd nihil prohibet aliquid esse visum uni, quod est creditum alteri, sicut patet in diuersis statibus. Quod enim non est visum in via videtur in patria. Vnde quod ego credo, angelus videt. Similiter, quod est visum a prophetis, vt quòd Deus est vnus, incorporeus, hoc est credendum ab idiotis, sicut idiota credit eclypsim, quam astrologus videt. Et de talibus est fides, secundum quid tantum. Quædam autem sunt, quæ simpliciter excedunt statum præsentis viæ, & de talibus est fides simpliciter.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA posuit descriptionem fidei: hic ostendit eam p exẽplũ. Et circa hoc facit duo. Primo.n. in generali manifestat propositum suum. Secundo, in speciali, ibi, *Fide intelligimus*. Quantum ad primum, sic continuatur. Sic ergo describo & cõmendo fidem, nec hoc est de nouo, *In hac enim*, scilicet fide, *Senes*, i. sancti patres, *Testimonium consecuti sunt*, idest circdiderunt, & per fidem instituti sunt. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Psal. 115. Credidi propter qd̃ locutus sum. Inter omnes autem patres veteris testamenti, illi duo specialiter, i. Dauid & Abraham habent testimonium fidei, *Fide intelligimus &c.* In speciali declarat propositum per exempla antiquorum. Et primo, quantum ad id quod crediderunt & docuerunt. Secundo, quantum ad id quod fecerunt, ibi, *Fide*

LECTIO II.

IN hac enim testimonium cõsecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse sęcula verbo Dei: ut ex inuisibilib⁹ uisibilia fierent. Fide, plurimã hostiã Abel q̃ Cayn, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illã defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch trãslatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia

F *Abel*. Tertio, quantum ad id quod passi sunt, ibi, *Alij autem distenti sunt*. doctrina autem in veteri testamento duplex fuit. Vna aperte posita. Alia vero, sub velamine figurarum & misteriorum velata fuit. Prima, de vnitate Dei & creatione mundi. Secunda de misterio incarnationis & reparationis. Vnde sicut ipsi in memoriam creationis colebant sabbata, ita nos in memoriã resurrectionis seruamus dominicam. Quantum ergo ad doctrinam de mundi creatione, dicit *Fide intelligimus &c.* Quod pot dupliciter legi. Vno modo,

G quòd verbo Dei sit ablatiui casus. Et est sensus, *Nos* sicut antiqui, *Fide*, i. per doctrinã fidei. s. veteris testamenti, Gen. 1. Dixit Deus, fiat &c. Psal. 32. Ipse dixit & facta sunt. Intelligimus sęcula esse aptata, i. disposita, *Verbo Dei*, i. per imperium Dei. Hoc autem pertinet ad fidem, quod, s. hoc intelligimus, quia cum fides sit de inuisibilibus, etiam sæcula facta sunt de inuisibilibus, s. de materia prima, quę nuda & priuata omni forma inuisibilis est & omni specie & dispositione carens. Ideo dicit, *Vt ex inuisibilibus visibilia fierent*. Sed hoc est satis ruditer dictum, licet sit uerũ. Secundo modo, quòd verbo sit datiui casus. Et tunc est sensus, Intelligimus per fidem, ut prius sæcula essent aptata, i. conueniẽtia & correspondentia verbo, vt ex inuisibilibus &c. Propter qd̃ sciendum est, ꝙ verbum Dei est ipse conceptus Dei, quo seipsum & alia intelligit. Deus autem cõparatut ad creaturam, sicut opifex ad opus suum. Hoc autem videmus, quòd artifex, illud qd̃ producit extra, producit in similitudinem conceptus sui. Vnde facit domum in materia ad similitudinem domus, quam in mente sua formauit, ꝙ si domus extra conueniat domui præconceptæ, est opus debito modo ordinatum, si non, non. Quia vero tota creatura optime disposita est utpote producta ab artifice in quo non potest cadere error, uel aliquis defectus, ideo plenissime secundum modum suum conuenit diuino conceptui. Vnde Boetius de consolatione, Pulchrum pulcherimus ipse, mundum mẽte gerens, similique imagine formans. Ideo dicit, *Intelligimus fide sæcula*, idest totam vniuersitatem creaturæ. *Aptata*, idest conuenienter respondentia, *Verbo*, idest conceptui Dei, sicut artificiatum arti suæ. Eccl. 1. Effudit illam, s. sapientiam suam, super omnia opera sua. Sequitur, *Vt ex inuisibilibus &c.* Sed quia apud antiquos cõmunis animi cõceptus erat, quòd ex nihilo nihil fit 2. Physic. ideo quando uidebant aliquod nonum opus, dicebant, quòd esset factum ex aliquibus inuisibilibus. Vnde, uel ponebant quodlibet esse in quolibet, sicut Empedocles, & Anaxagoras, de quo nihil ad præsens. Alii uero latitationem formarum, sicut ipse Anaxagoras. Alii ab idæis, sicut Plato. Alii ab intelligentia, sicut Auicenna. Vnde secundum omnes istos, uisibilia facta sunt ex inuisibilibus rationibus idæalibus. Nos autem dicimus secundum modum prædictum, quòd ex inuisibilibus rationibus idæalibus in uerbo Dei per quod omnia facta sunt, res visibiles sunt productæ. Quæ rationes, & si realiter idem sunt, tamen per diuersos respectus connotatos respectu creaturæ, differunt secundum rationem. Vnde alia ratione conditus est homo, & alia equus, ut dicit August. in lib. 83. q. Sic ergo sæcula aptata sunt uerbo Dei, *Vt ex inuisibilibus* rationibus idæabus in uerbo Dei, *Visibilia*, idest omnis creatura *Fierent*. Omnia autem ista uerba, expresse sunt contra Manicheos. Ipsi enim dicunt, quòd non est curandum quid homo credat, sed tantum quid faciat. Sed Apostolus principium omnis operis ponit fidem. Vnde dicit, quòd est substantia, idest fundamentum. Sine fide ergo frustra sunt opera. Item dicunt, quòd non est credendum, nisi unde habetur ratio. Contra quod dicit,

K non apparentium. Item damnat vetus testamentum dicens, quòd a malo principio, scilicet a diabolo conditum sit. Cõtra quod dicit, quòd in hac fide testimonium consecuti sunt senes. Deinde cum dicit, *Fide Abel &c.* Ostendit quid patres antiqui fecerunt. Et primo hoc ostendit de patribus, qui fecerunt ante diluuium. Secundo, de patribus, qui fuerunt ante legem, ibi, *Fide, qui uocatur Abraham*. Tertio, de his, qui fuerunt sub lege, ibi, *Fide, Moyses* Ante diluuiũ fuerunt tres specialiter Deo accepti s. Abel. Gen. 4. Enoh, Gen. 5. Noe. Gen. 6. Primo ergo, ponit fidem Abel. Secũdo fidẽ Enoch, ibi, *Fide, Enoch*. Tertio, fidẽ Noe, ibi, *Fide, Noe*. De Abel aũt ostendit quid p fidẽ fecerit, & quid inde cõsecutus sit. Per fidẽ Abel obtulit sacrificium. Vnde, sicut cõfessio est testimoniũ fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio cõmendatur fides eius. Et ex eo, ꝙ obtulit sacrificium electum, quia de primogenitis gregis & de adipibus eorum, ostenditur electa fides eius. Optimum enim sacrificium, signum fuit electæ fid. i,

fidei, & probatæ. Malach. 1. Maledictus fraudulentus, qui habet in grege suo masculum, & uotum faciens immolat debile Domino. De sacrificio autem Cain nulla fit mentio, quantum ad excellentiam, sed solum, ꝙ obtulit de fructibus terræ. Dicit ergo, quòd. *Abel fide obtulit plurimam hostiam*, non quantitate sed pretiositate. *Quam Cain*, idest, meliorem hostiã obtulit, quàm Cain, s. *Deo*, quia ad honorẽ Dei. Aliter enim nõ placuisset Deo. Glo. dicit, Fide plurima, sed hoc non habetur in Græco, quia plurima est ibi accusatiui casus: ꝙ patet ex modo loquẽdi, qui est cõparatiuus, nisi dicat fide plurima, i. meliore, & præstãtiore, quàm Cain obtulisse, quia ut dictum est, sacrificium exterius signum fuit fidei interioris. Ex fide autem duo consequuntur, vnum in vita, s. testimoniũ iustitiæ Vnde dicit. *Consecutus est testimonium esse iustus*, scilicet per fidem. Matt. 23, A sanguine Abel iusti &c. Tamen non propter hoc testimonium Christi, dicit ipsum consecutum fuisse testimonium iusticiæ, quia non intendit hic introducere nisi authoritates ueteris testamenti, s. propter id quod dicitur Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, qa respectus Domini est specialiter super iustos. Psal. 33. Oculi Domini super iustos. Et hoc. *Testimonium perhibente Deo muneribus eius*. Quod forte fuit, quia igne cœlesti incedebantur munera. Et hoc, fuit respectus Dei. Prius tamen respexit ipsum offerentem, quàm oblationem eius, quia ex bonitate offerentis acceptatur oblatio, quæ non est sacramentalis, quia sacramentalem bonitatẽ non immutat malitia ministri: quantum autem ad offerentem vt sibi prosit oblatio, requiritur bonitas in ipso. Aliud testamentum consecutus est post mortem. Vnde dicit. *Et per illam defunctus adhuc loquitur*, quia ut dicit Glo. post mortem adhuc commendatur fides eius, quia datur nobis materia loquendi de ipso, vt de fide eius, & patientia, demus exempla ad exhortandũ alios ad patientiam. Sed hæc non est intentio Apostoli, quia omnia, quæ accipit hic sumit ex scripturis. Vnde intelligitur de eo, qd̃ dicit Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, infra. 11. Melius loquentem quàm Abel. Hoc enim accepit per illã. i. per meritum fidei, quòd defunctus, idest sanguis defuncti clamet ad Deum, & loquatur Deo. Deinde cum dicit. *Fide Enoch &c.* Commendat Enoch. Et primo, ponit intentum suum. Secundo, probat, ibi. *Et non inueniebatur*. Non facit autem Apostolus mentionẽ de operibus eius, quia scriptura modicũ loquitur de hoc, sed tantum ostendit quid ei fecerit Deus, quia. *Fide*, idest, p meritum fidei. *Translatus*, a conuersatione huius uitæ, in alia conseruatur a morte. Vnde dicit. *Ne uideret mortem*, Gen. 5. Non apparuit, quia tulit eum Deus. Et uerum est, ꝙ nondum est mortuus, sed tamen quandoque morietur, quia sententia, quam Dominus primis parentibus peccantibus inflixit, Quocunq; die comederis &c. in oẽs qui quocunq; modo nascuntur ex Adam pmanebit, sicut etiam in Christo. Psal. 88. Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? Mors autem duorum dilata est, s. Enoch, & Eliæ. Et ratio est, quia doctrina ueteris testamenti ordinatur ad promissa noui testamenti, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur, Matt. 4. Pænitentiam agite, appropinquabit. n. regnum cęlorum. Et ideo data sententia mortis, uoluit Dominꝰ ducere homines in spem uitæ: quod fecit in patribus utriusq; status, s. naturæ, legis, & gratię. Vnde in primo statu dedit spem euadendi necessitatem mortis, & hoc in Enoch. In lege, in Elia. In tempore gratiæ, in Christo, per quem datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alii morientur, sed Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur. Sed duo primi morientur per antichristũ. Sic ergo trãslatus est ne uideret mortẽ, nõ solũ, ut nõ sentiret mortẽ & hoc i illa generatione. Deinde cũ dicit. *Et non inueniebatur &c.* Probat ꝙ hoc habuit per meritum fidei: & primo probat, quòd translatus est: secundo, quòd hoc propter fidem habuit, ibi. *Ante translationem enim*. Et primum probat per authoritatem. Gen. 5. Quam sub aliis uerbis ponit, quia ibi dicitur, nõ apparuit, quia tulit eum Deus. Hic autem dicit *Et non inueniebatur, quia transtulit eum Deus*. Et idem est sensus. Sap. 4. Placens Deo factus est dilectus, & uiuens inter peccatores trãslatus est. Sicut enim conueniens fuit, ꝙ homo propter peccatum expelleretur de paradiso, ita ꝙ iustus introduceretur. Iste enim p Seth, septimus ab Adam optimus fuit, sic Lamech per Cain septimus ab Adam pessimus fuit, vt pote, qui contra naturam primus introduxit bigamiam, Deinde cum dicit. *Ante translationem*. Probat, ꝙ propter meritum fidei fuerat translatus: quia anteq̃ transferretur dicit de ipso scriptura, ꝙ Ambulauit cum Deo, quod est consentire, & placere Deo: propter hoc autem tulit eum Deus,

A sed sine fide impossibile est ambulare cum Deo, & Deo placere, ergo &c. Totam istam rationem, quantum ad premissas ponit. Et primo maiorem, quia. *Habuit testimonium ante translationem placuisse Deo*. Et ideo. *Ttransfulit eum Deus*. Eccl. 44. Enoch enim placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Quòd autem placuerit ostendit scriptura, quæ dicit, ꝙ Ambulauit cum Deo. Malac. 2. In pace, & æquitate ambulauit mecũ Psal. 100. Ambulãs in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Minorem subdit, dicens. *Sine fide autem impossibile est placere Deo*. Eccl. 1. Beneplacitum est illi fides. Rom. 3 Arbitramur iustificari hominem per fidem. Probat autem minorem cum dicit. *Accedentem ad Deum oportet credere*. Nullus .n. potest Deo placere, nisi accedat ad ipsum. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nullus accedit ad Deum nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus. Ergo nullus potest Deo placere, nisi per fidem. Accedẽtem autem per fidem oportet credere Domino. Sicut enim uidemus in quolibet motu naturali, ꝙ oportet, ꝙ mobile ex motu duo intendat ne motus sit frustra, s. aliquem certum terminum, & certam causam, quare moueatur, prius autem est terminus, q̃ effectus motus consequatur, sic etiã in motu quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus est ipse Deus. Vnde dicit. *Oportet credere accedentem, quia est*. Quod dicit, propter eius æternitatem. Exod. 3. Qui est, misit me. Secundo, ꝙ sciat, ꝙ Deus habeat prouidentiam de rebus. Aliter enim nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Vnde dicit. *Et inquirentibus se remunerator sit*. Esa. 40. Ecce dominus ueniet, ecce merces eius cum eo. Merces aũt est illud, quod homo quærit in labore. Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Quæ merces nihil est aliud q̃ Deus, quia nihil extra ipsum debet homo quærere. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Deus enim nihil aliud dat, nisi seipsum. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meę, & calicis mei. Tren. 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea &c. Et ideo dicit, *Remunerator*, est inquirentibus eum. Non aliud Psa. 104. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. Sed nunquid duo hæc sufficiunt ad salutem? Respondeo Dicendum est, ꝙ post peccatum primi parentrs, nemo potuit saluari a reatu culpæ originalis, nisi per fidem mediatoris: sed ista fides diuersificata est quantum ad modum credendi, secundum diuersitatem temporum, & statuum. Nos autem quibus est tantum beneficium exhibitum, magis tenemur credere, quàm illi, qui fuerunt ante aduentum Christi: tunc etiam aliqui magis explicite: sicut maiores, & illi, quibus facta fuit aliquando reuelatio specialis. Illi etiam, qui sub lege, magis explicite, quam ante lege, quia data fuerunt eis aliqua sacramenta, quibus quasi per figuram representabatur Christus: sed gentiles, qui fuerunt saluati, sufficiebat eis, quòd crederent Deum esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christum. Vnde, implicite credebant in mediatorem. Cõtra aũt illud qd̃ dicit, ꝙ oportet credere, ꝙ Deus est, instat: quia dictum est supra, ꝙ creditum non potest esse scitum nec uisum, Deum autem esse, est demonstratum. Respondeo, Dicendũ est, ꝙ de Deo potest multipliciter haberi notitia. Vno modo per Christum, inquantum, s. est pater unigeniti, & consubstantialis, & alia quæ specialiter Christus de Deo patre, & filio, & Spiritu sancto docuit quantum ad unitatem essentiæ, & æternitatem psonarum. Et hoc tantum est creditum, nec in ueteri testamento fuit explicite creditum, nisi a maioribus tantum. Secũdo modo, quòd solus Deus colendus est, & sic etiam erat creditum a Iudæis. Tertio modo, ꝙ est vnus Deus, & hoc notum est etiam ipsis philosophis, & non cadit sub fide Deinde cum dicit. *Fide Noè*. Ostendit quid Noè fecit per fidem, & quid inde consecutus est, ibi. Et *iustitiæ*, de ipso autem narrat quinq;, quæ fecit. Primo ꝙ dictis Dei credidit de futuro iudicio, quod tamen nondum uidebatur. Vne dicit. *Fide, Noè responso accepto de his, quæ adhuc non uidebantur*, supple crediderat. Secundo, ex fide timuit. Fides enim est principium timoris. Eccl. 25. Timor Dei initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum est ei, s. timori. Et ideo dicit. *Metuens*, scilicet diluuium promissum, quod tamen non uidebatur. Ergo fides est de inuisibilibus. Tertio, mandatum Dei impleuit faciendo archã. Vnde dicit. *Aptauit archam*, idest, secundum dispositionem Dei conuenientem fecit. Quarto, a Deo salutem sperauit. Vnde dicit. *In salutem domus suæ*, idest, familiæ suæ, quia illi soli salui facti sunt. 1. Pet. 3. Pauci, idest, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quinto, ex hoc quòd pro-

per fidem prædictam fecit. Damnauit mundum, idest, mundanos damnabiles ostendit. Reuelatio autem sibi de fabricanda arca, et sponsam sui desiderio eius, & iustitiæ, quæ est per fidem. Deinde cum dicit. Et iustitiæ quæ. Ostendit, quid per fidem consecutus est. Sicut enim post mortem alicuius, aliquis succedit in hæreditaté eius, sic etiam quia a principio mũdi nõ totaliter defecit a iustitia in mundo, quia adhuc durabat mundus, sed in diluuio quasi tot⁹ perijt mundus, ideo ipse Noe quasi hæres factus est propter fidé suá. *Vel iustitiæ, quæ habetur per fidem*. Vel sicut patres sui iustificati fuerunt per fidem, ita ipse factus hæres G est iustitiæ per fidem, scilicet imitator per fidé paternæ iustitiæ.

Lectio III.

Fide, qui uocatur Abrahá obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quo iret. Fide, demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitãdo cũ Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitaté: cuius artifex, & conditor, Deus. Fide, & ipsa Sara sterilis, uirtutem in cõceptione seminis accepit, etiá præter tempus ætatis, quoniam fidelẽ credidit esse eum, qui repromiserat Propter quod, & ab uno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus exemplum fidei in patribus, qui fuerunt ante diluuium, qui fuerunt communiter patres tã Gentilium, quàm Iudæorum; hic specialiter descendit ad patres, qui fuerunt post diluuium, qui specialiter fuerunt patres Iudæorum. Et primo, ponit exemplum fidei Abrahæ, qui fuit pater credentium. Vnde, & primus accepit signaculum fidei ante legem. Et primo, ostendit quid fecerit Abrahã. Secundo, quid fecerit Isaac. Tertio, quid fecerit Iacob. Quarto, quid fecerit Ioseph. Secundum, ibi. *Fide de futuris*. Tertium, ibi. *Fide Iacob*. Quartum, ibi. *Fide, Ioseph*. Iterum, prima in duas. Primo.n. ponit quid fecerit quantum ad exteriorem, & humanam cognitionem. Secundo, quid fecerit, quantum ad Deum, ibi. *Fide obtulit*. H Circa primum tria facit. Primo enim, ostendit quid fecerit quantum ad habitationem. Secundo, quid fecerit quantum ad generationem, ibi. *Fide, & ipsa Sara*. Tertio, quid fecerit quantum ad suam conuersationem, ibi. *Iuxta fidem*. Item, quantum ad habitationem duo ostendit: primo, quid fecerit quantum ad primam loci mutationem: secundo, quantum ad alterius inhabitationem, ibi. *Fide, moratus*. Vt autem ostendat exẽplum suum de Abrahã, q magnæ authoritatis esset Primo, ponit celebritatem nominis eius, dicens. Ille qui uocatur, s. a Deo. Gen. 17. Vocaberis Abraham. Item, uocatur ab hominibus. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Talis ergo a Deo uocatus & ab hominibus prædicatus, dignus est exemplo. Secundo, ponit exemplum eius, dicens. *Quia fide obediuit*. Per fidem enim, informamur ad obediendum Deo de inuisibilibus. Rom. 1. Ad obediendum fidei &c. *Exire in locum quem accepturus erat in hæreditatem*, de quo Gen. 12. Egredere de terra tua, I & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrã, quã monstrauero tibi. Dominus autem terram illam debebat sibi dare in hæreditatem. Gen. 13. Omnem terram, quam conspicis tibi dabo. Sed nunquid non ipse cum patre suo Thare, exierat de terra sua? Ergo non exiuit ex pręcepto Domini, sed per patrẽ. Respondeo. Dicendum est, quòd cum patre exiuerat reuersurus iterum, sed ex præcepto Domini exiuerat in Mesopotamiã Syriæ, vbi mortuo patre intendebat remanere, sed ex mandato Domini uenit in terram Chanaam. Et nunquid erat hoc mirabile, vt sic de hoc oporteret habere fidem, & credere Deo? Sic, quia. *Exiuit, nesciens quo iret*, idest, ut iret ad rem ignotam. Quod autem est ignotum, est inuisibile. Per illam obedientiam Abrahæ, nobis designatur, quòd debemus ab omni affectione carnali exire, si uolumus hæreditatem nostram habere. Psal. 44. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Esa. 64. Oculus non uidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Vnde hære K ditas ista est nobis ignota. Deinde cum dicit. *Fide, demoratus est &c.* Ostendit quid per fidem fecerit, quantum ad inhabitationẽ. Et primo, quid fecerit, ostendit. Secundo, subdit causam quare, ibi. *Expectabat enim*. Videmus enim, q aliquando aliquis exit de terra natiuitatis suæ, & vadit alibi, ut faciat mansionem suã perpetuam. Sic non fecit Abraham, sed sicut aduena fuit in terra Chanaam, & sicut aduena mortuus est in ipsa: quod patet, quia non fecit ibi domum nec firmam mansionem, sed habitauit in casulis, & tabernaculis, quæ sunt habitacula mobilia: unde semper fit mentio de tabernaculis, quando loquitur de Abrahã. Vnde, ex pręcepto Domini habitauit ibi vt aduena. Act. 7. Non dedit illi in ea hæreditatem nec passum pedis. Gen. 21. Fuit colonus terrę Philistinorum diebus multis. Quod quidẽ uerum est, quantum ad id quod Domin⁹ ei gratis donaturus esset, nõ quãtum ad id quod emit. Vnde dicit, quòd. *Fide demoratus est in terra repromissionis*, quia fuit ei frequenter promissa, sicut patet Ge. 12. vsq; ad 21. ca. *Tanquam in aliena*, quod patet, quia. *Habitando*

F *in casulis*, quæ dicuntur a cadendo, & in tentoriis mobilibus, & quia animo non redeundi in patriam suam, etiam si plus uixisset, patet quia. *Cum Isaac, & Iacob habitando*, nõ quidem simul, sed successiue, qui erant filii promissionis quia ipsis facta est promissio. Gen, 17. &. 28. Et dicit. *Cohæredibus repromissionis*, in quo datur nobis intelligi, q in mundo isto debemus conuersari sicut alieni, & aduenæ. 1. Cor. 17. *Qui* utuntur hoc mũdo, tanquam non utantur, infra. vlt. Nõ n. habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Deinde cum dicit. *Expectabat enim*, ostendit quare morabantur sicut aduenæ, quia, s. non reputabant se aliquid habere super terram, sed quærebant hæreditatem cœlestem ciuitatem. Psalm. 121. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ędificatur ut ciuitas. Esaiæ. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem habitationem opulẽtam, tabernaculum quod nequaquam ultra transferri poterit. Non tabernaculum mobile. Et dicitur ciuitas, primo propter ciuium vnitatem, quæ unitas est per pacem. Psal. 147. Lauda Hierusalem Dñm &c. Et sequitur, Qui posuit fines tuos pacem Es. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Io. 17. Vt sint unum, sicut & nos unum sumus. Secundo, est ordinata, quod sit maxime propter iustitiam, & non ad malum faciendum. Ibi autem est perpetua iustitia. Ezec. 48. Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus, ibidẽ. Tertio, per se sufficiens ad omnia, quæ sunt necessaria. Quodcunque enim necessarium perfectissime ibi erit, quia ibi est stat⁹ bonorum omnium, aggregatione perfectus. Psal. 121. Hierusalẽ, quæ ædificatur, ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Ista ciuitas habet fundamenta, in quo significat eius stabilitatẽ. Esa. 33. Tabernaculum, quod nequaquam ultra transferri poterit. Sunt autem fundamenta prima pars ædificii. Vnde angeli sunt eius ciuitatis fundamenta. Psal. 86. Fundamẽta eius in mõtibus sanctis: homines enim assumentur ad ordines angelorũ. Ecclesiæ uero fundamenta sunt apostoli. Apoc. 21. Author autẽ huius ciuitatis est ipse Deus, non humanæ artis sapientia, 2. Cor. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q ędificationem a Deo habemus, domum nõ manufactam, sed æternam in cęlis. Ad cuiuslibet autem ciuitatis ædificationem, duo requiruntur. Primũ est, authoritas principis, qua mediante firmetur: qui dicitur conditor eius a quo, & ipsa nomẽ accipit, sicut a Romulo Roma. Et sic illi⁹ ciuitatis, dicitur Deus conditor eius. Psal. 47. In ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Secundum est modus disponendi ipsam, qui cõmendat sapiẽtiam artificis. Et sic Deus dicitur artifex eius, quia ordinata est secundum dispositionem, & sapientiam Dei Ps. 47. Magnus Domin⁹, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri &c. Debita enim dispositio operis, commendat opificem. Nusquam autem ita relucet diuina sapientia, sicut ibi. Et ideo, ibi nimis laudabilis dicitur. Deinde cum dicit. *Fide, & ipsa Sara*, ostendit quid ibi per fidem vxor eius consecuta est. Et circa hoc duo facit, quia primo, ostendit quid consecuta est ipsa: secũdo, quid consecutum est in filiis: ibi. *Propter quod & ab uno*. In vxore autem eius Sara duo defectus erant, propter quos omnino uidebatur quasi impossibile ipsam posse concipere. Vnde credere illa fuit magnæ fidei. Vnum erat, quia sterilis. Gen. 11. Erat autem Sara sterilis. Aliud, quia iam propter defectum ætatis, nõ erat naturaliter apta ad generationem. Gen. 18. Desierant Saræ fieri muliebria. Item, ipsa dicit ibidem, Ego iam senui, & Dominus meus uetulus est. Istos duos defectus tangit Apostolus. Primum cum dicit. *Sara sterilis*. Secundum, cum dicit. *Et præter tempus ætatis*. Tamen his non obstantibus. *Ipsa accepit uirtutem in conceptione seminis fide*, s. vel sua, vel Abrahæ, quia, & si erat impossibile secundum naturam, q nonagenaria de centenario conciperet, tamen vterq; credidit Deo, cui nihil est difficile. Vnde dicit, quòd. *Fidelem credidit esse eum, qui repromiserat*, sed contra: quantum ad Abraham, & uidetur, q nõ credidit, quia Ge. 17. Dicitur, q risit dicens in corde suo, Putas ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Iterum, quantum ad Saram. Gen. 18. dicitur, q risit occulte, dicens, Postquam ego cõ senui, & Dominus meus vetulus est: uoluptati operam dabo? Respondeo, Dicendum est, q quantum ad Abraham, risus eius nõ fuit dubitationis, sed admirationis. Vnde Ro. 4. Non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriã Deo plenissime: sciens q quicquid promisit Deus, potens est & facere. Vnde nec reprehenditur risus eius a Deo, qui corda omniũ nouit. Sara aũt primo dubitauit in prima promissione, sed quando angelus recurrit

recurrit ad potentiam Dei, cum dixit, Nunquid Deo quicquam A est difficile? tunc credidit, & hæc fuit quasi secunda promissio. Et ideo dicit, q repromisit, quia in promittendo, primo, non credidit, sed in repromittendo. Sed sciendum est, q omnes conceptus miraculosi, qui fuerunt in ueteri testamento, fuerunt quasi figura illius maximi miraculi, quod fuit in Christi incarnatione. Oportuit enim, natiuitatem eius ex uirgine per aliqua præfigurari, ad præparandos animos ad credendum. Non tamen potuit pfigurari ex ęquo, quia necessario figura deficit a figurato. Et ideo scriptura partũ uirginis ostendit per partum sterilium, s. Saræ, Annæ, & Elisabeth. Sed differentia est, quia Sara a Deo miraculose accepit uirtutem concipiendi, sed tamen ex humano semine. Et ideo dicitur hic, in conceptione seminis. Beata uero uirgo, sine semine. Vnde in Sara uirtus diuina præparauit materiam ad concipiendum tantum ex semine: sed in beata virgine etiam præparauit illam purissimã materiam ex sanguine, & cum hoc fuit ibi virtus Spiritussancti loco seminis. Non enim ex virili semine, sed mystico spiramine factum est uerbum Dei caro. Deinde cum dicit. *Propter quod & ab uno*, ostendit quid consecutum est in filiis ex uirtute Dei, scilicet multiplicatio seminis, Vbi primo consideranda est radix huius multitudinis, quæ fuit una, s. Abraham, vnde dicit. *Propter quod*, scilicet meritum fidei. *Ab uno*, s. Abraham. Esa. 51. Vnum uocaui eum. & benedixi ei, & multiplicaui eum. Secundo, consideranda est conditio eius, quia iam emortuis. Vnde dicit. *Et hoc emortuo*, quia iã uetulus erat, vt supra dictum est. Sed cõtra, quia C mortua Sara multos filios genuit ex alia uxore, sicut patet Gen. 13. Ergo male dicit. *Emortuo*. Respondeo. Dicendum est, q uetulus bene generat ex iuuencula, non autem ex uetula. Et sic erat in ipso mortua uirtus generandi quantum ad Saram, non tñ ad alias. Vel dicendum est, quòd intelligitur ab uno, s. utero Saræ, iam emortuo. Roma. 4. Et emortuam vuluam Saræ. Esa. 51. Attẽdite ad Abrahã patrẽ uestrũ, & ad Sarã, quæ peperit vos. Tertio, consideranda est differentia inter illos, qui ex Abrahã processerunt. Sicut. n. non oẽs, vt dicitur Roma. 9. qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, sic nec hi, qui sunt ex semine Abrahæ, oẽs sunt filii, sed qui filii sunt promissionis æstimãtur in semine. Ideo ei⁹ progenies diuiditur in duas, s. in bonos, & malos. Boni significantur per stellas de quibus dicit, quòd orti sunt tanq̃ sidera cæli in multitudinẽ. Bar. 3. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt. Mali uero significantur per arenam maris contiguã, D quia mali Iudæi de semine Abrahæ conformantur gentilitati. Arena autem fluctibus maris vndiq; concutitur, ita, & mali turbinibus mundi. Esa. 57. Cor impii quasi mare feruens. Iudæi autem non omnino fuerunt arena, sed quasi arena, quia communicabant cum Gentibus in malis. Vnde possunt dici terminus maris. Hier. 5. Posui arenam terminum mari. Item, arena sterilis est & infructuosa. Ita etiã peccatores sunt steriles, ab omni opere boni fructus. Vnde dicit, quòd ẽt. *Orti sunt sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis*. Et est sermo hyperbolicus. Vel dicitur innumerabilis, non quia non possit numerari, sed quia non de facili potest numerari. Gen. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & uelut arenam, quæ est in littore maris.

LECTIO QVARTA.

SVPRA commendauit Apostolus fidem Abrahæ, quantum ad habitationem, & generationem: hic commendat ipsum quantũ ad suã conuersationẽ vsque ad mortem. Et circa hoc facit tria: primo enim, ostendit quid per fidẽ fecit: secundo, ponit vnũ, qđ pertinet ad fidẽ, ibi. *Qui enim hoc dicunt*, tertio, ostendit quid per fidem recepit, ibi. *Ideo non confunditur Deus*. Fidẽ Abrahæ, & filiorũ eius cõmendat ex perseuerãtia, quia usque ad mortẽ perseuerauerũt in fide. Mat. 10. &. 24. Qui autem perseuerauerit vsq; in finẽ, hic salu⁹ erit: ideo dicit. *Iuxta fidem omnes isti defuncti sunt*, præter Enoch. Vel oẽs isti, s. Abrahã, Isaac, & Iacob. Et hoc est melius dictũ, quia istis solum facta est promissio. Item commendat eos a longa promissorum dilatione. Vnde dicit. *Non acceptis repromissionibus*. Sed contra, Videtur q receperint promissionẽ. Ezec. 33. Vnus erat Abrahã, & hæreditate possedit terrã. Respondeo, Dicendum est, qđ possedit, i. possidendi prim⁹ promissionẽ accepit, nõ tñ actu possedit, ut patet Act. 7. Sequitur *Sed a longe eas aspicientes*, qđ erat p fidẽ. q.d. Intuẽtes uisu fidei,

A Et forte de loco isto sumptũ est illud responsoriũ in prima Dñica aduentus, Aspiciens a longe &c. Esa. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo *Et salutantes*. idest venerantes. Et loquitur secundum Chrys. ad similitudinem nautarũ, qui quando primo vident portum, prorũpunt ad laudẽ, & salutant ciuitatẽ ad quã vadũt. Ita sancti patres, videntes per fidẽ Christũ venturũ, & gloriã quã per ipsum cõsecuturi erãt, salutabant. i. venerabantur ipsum. Psal. 117 Benedictus, qui venit in nomine Domini. Deus Dñs &c. Io. 8. Abrahã pater vester exultauit, vt videret diẽ meũ, vidit & gauisus ẽ. Itẽ, cõmendat fidẽ ipsorũ ex sincera confessione, quia vt dicitur. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ. Et ideo dicit *Et confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram*. isti enim tres vocauerunt se aduenas & peregrinos. Nã Gen. 23. dicit Abraham, Aduena sum & peregrinus apud vos. Dicitur etiã a Domino ad Isaac. Gen. 26. Quiesce in terra quã dixero tibi, & peregrinare in ea. Iacob etiã. 47. dicit, Dies peregrinationis vitæ meę. Dicitur autẽ peregrinus, qui est in via tendẽdi ad alium locũ. Esa. 23. Ducent eam longe pedes sui ad peregrinandũ. Sed aduena est ille, qui habitat ĩ terra aliena, nec intẽdit vlterius ire. Isti aũt nõ solũ confitebantur se esse aduenas, sed etiã peregrinos. Sic etiam sanctus vir nõ facit mãsionẽ suã in mũdo, sed semper satagit tendere ad cælũ. Psal. 38. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Deinde cũ dicit *Qui enim hoc dicunt*. ostendit q ista cõfessio pertineat ad fidẽ. Nullus. n. est hospes & peregrinus, nisi qui est extra patriam & tẽdit ad illam. Cum ergo isti confitentur se esse hospites & peregrinos super terrã, significant se tendere ad patriam suam, scilicet cælestem Hierusalẽ. Gal. 4. Illa quæ sursum est Hierusalem libera est. Et hoc est, quod dicit *Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere*. Sed quia forte posset aliquis dicere, quòd verum est, quòd ipsi erãt peregrini in terra Philisteorum & Chananeorum inter quos habitabãt, tamẽ intendebant redire in terram vnde exierant, hoc remouet, dicens *Et siquidem ipsius*, scilicet patriæ suæ *Meminissent de* qua exierãt, habebãt vtiq; tẽpus reuertẽdi, quia prope erãt *Nunc autem meliorem appetunt, idest cælestem*. vnde Gen. 24. Dixit Abrahã seruo suo, Caue, ne quando filiũ meũ reducas illuc. Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Irẽ. 26. Vnã petii a Domino, hãc requirã, vt inhabitẽ in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ. Ipsi ergo patriã istã inquirebant, non domũ paternã vnde exierunt. In quo significatur, q illi qui exeunt de vanitate sæculi, nõ debent illuc redire mẽte. Ps. 44. Obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui. Luc. 9. Nemo mittens manũ ad aratrũ & respiciens retro, aptus est regno Dei. Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora me extendẽs. Patet aũt, q ista eorũ verbo & facto cõfessio, pertinet ad fidẽ, quia ipsi illud quod solum eis promissum fuerat nec exhibitũ, firmissime crediderunt, etiã vsque ad mortẽ. Vnde *Iuxta fidem*, idest iuxta se habẽtes fidem suam quasi sociam & inseparabilem *Defuncti*. Apoc 2. Esto fidelis vsque ad mortem. Deinde cum dicit *Ideo non confunditur*. ostendit quid ex fide sua meruerunt accipere, hoc autẽ fuit honor maximus. Reputatur autẽ maximus honor, quando denominatur aliquis ab aliquo solẽni officio, vel seruitio, magni & excellentis Dñi, vel principis, sicut notarius Papæ, vel cancellarius regis. Maior autẽ honor est, quãdo ille magnus Dominus vult nominari ab his, qui seruiunt ei. Sic autem est de istis tribus Abraham, Isaac, & Iacob, quorũ Dominus rex magnus super omnes Deos, specialiter vocat se eorum Deum, vnde Exod. 3. Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob, vnde dicit *Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum* Et huius, põt triplex ratio assignari. Prima, quia Deus per fidem cognoscitur. Isti autem leguntur primo separasse se per cultum specialẽ ab infidelibus, vnde & Abraham primus accepit signaculum fidei. Rom. 4. ut fieret pater multitudinis gẽtiũ. Et ideo proponuntur nobis in exẽplum, sicut illi per quos Deus primo cognitus est: & per eos Deus nominatus est, vt obiectum fidei. Et idcirco ab eis voluit nominari. Secunda, secundum August. in gloss. quia in istis latet aliquod mysterium. In istis enim inuenimus similitudinem generationis, qua Deus regenerauit filios spirituales. Videmus autem in ipsis quadruplicem modum generandi. Primus modus est liberorum, per liberam, sicut Abraham per Saram genuit Isaac, qui genuit per Rebeccam Iacob.

Lectio IIII.

Ivxta fidem, defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissióibus, sed a longe eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicũt, significant se patriá inquirere. Et siquidé

cob. Iacob autem octo patriarchas per Lyam, & Rachelem. Secundus modus fuit liberorum per ancillas, sicut Iacob per Balam, & Zelpham genuit Dan, & Neptalin, Gad, & Aser. Tertius modus fuit seruorum per liberas, sicut Isaac genuit per Rebeccam Esau, de quo dictum est, Maior seruiet minori. Quartus modus fuit seruorum per ancillam, sicut per Agar genuit Abrahã Ismael. In hoc ergo designatur diuersus modus, quo Dominus spirituales filios generat, quia aliquando bonos per bonos sicut Timotheum per Paulũ, Aliquando bonos p malos, & ista est generatio liberorum p ancillas. Aliquando malos per bonos, sicut Simonem magum per Philippum. Et ista est generatio seruorum per liberas. Malorum autem generatio per malos, reputatur in semine. Vnde Gal. 4. Eiice ancillam, & filium eius. Tertia ratio, & uidetur magis secundum intentionem Apostoli, quia consuetum est, quòd rex uocatur a principali ciuitate, uel a patria tota, sicut rex Hierusalem, rex Romanorum, rex Franciæ. Et ideo Deus proprie uocatur rex, & Deus illorum, qui specialiter spectant ad ciuitatem illam Hierusalem cælestem, cuius artifex, & conditor est Deus. Et quia isti uerbo, & facto ostendebant se ad illam ciuitatem pertinere, ideo dicitur Deus illorum, unde dicit. *Parauit enim illis ciuitatem*, idest, conditor ciuitatis illius, quam ipse habebat propriam. Deinde cum dicit. *Fide, obtulit*, ponit vnum aliud exemplum insigne, circa fidem Abrahæ, inquantum respicit Deum, s. illud maximum sacrificium eius, quando ad mandatum Domini, uoluit vnigenitum suum immolare filium. Gen. 22. Et de hoc ostendit tria. Primo, quid fecerit. Secundo, p hoc ad fidem pertinet, ibi. *Et unigenitum*. Tertio, quid ex hoc recepit, ibi. *Vnde eum, & in parabolam*

ipsi meminissent, de qua exierũt, habebant vtiq; tempus reuertẽdi. Nunc aũt meliorẽ appetunt, idest, cęlestẽ. Ideo nõ cõfunditur Deus vocari Deus eorũ, Parauit, n. illis ciuitatẽ. Fide, obtulit Abrahã Isaac, cũ tentaret: & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones (ad quẽ dictũ est, quia In Isaac uocabitur tibi semen) arbitrans quia & a mortuis suscitare potẽs est Deus. Vnde eũ, & in parabolã accepit.

Dicit ergo. *Abraham cum tentaretur, obtulit*, idest, offerre uoluit. *Fide Isaac*, sicut patet per totum duodecimum ca. Gen. Hic est duplex quæstio. Vna, quia innocentem occidere est contra legem naturæ, & ita peccatum, ergo uolendo offerre peccauit. Respõdeo, Dicendum est, p ille qui ex mandato superioris interficit, si ille licite præcipit, ali° licite obedit, & potest licite exequi ministerium suum. Deus autem habet mortis, & uitæ authoritatem, 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & uiuificat. Deus autẽ subtrahendo uitam alicui etiam innocenti, nulli facit iniuriam. Vnde, & quotidie dispositione diuina multi nocentes, & innocentes moriuntur. Et ideo Dei mandatum licite poterat exequi. Item, quæritur de hoc, quod dicit. *Cum tentaretur*. Deus enim nullum tentat, quia tentare est ignorantis. Respondeo, dicendum est, quòd diabolus tentat, ut decipiat. 1. Thess. 3. Ne forte tentauerit vos, qui tentat, Hoc patet in tentatione qua tentauit Christum. Matt. 4. Homo uero tentat, vt cognoscat. 3. Reg. 10. dicitur de regina Saba, quæ uenit ad Salomonem, vt tentaret eum in ænigmatibus. Sic non tentat Deus, qui omnia nouit, sed tentat, vt homo sibi ipsi innotescat, quãtæ fortitudinis, & fragilitatis sit in se. Deut. 8. Vt tentaret te, & nota fierent, quæ in animo tuo uersabantur. 2. par. 32. de Ezechia tentato, ut cognosceretur cor eius. Item, ut alii tentatũ cognoscãt, qui ex hoc eis proponitur in exemplum, sicut Abraham, & Iob. Eccle. 44. & 1. Mach. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Deinde cum dicit. *Et unigenitum &c.* Multum subtiliter ostendit, quod illa obedientia pertinebat ad fidem. Sicut enim supra dictũ est, Abraham licet multum senex, credidit Deo promittẽti, quòd in Isaac benedicturus esset in semine, credebat etiam Deum posse mortuos suscitare. Cum ergo præcipiebatur ei, quòd occideret, non erat spes ultra iam de Sara iam valde antiqua, quia Isaac erat iam adolescens, posse habere filium. Et ideo cum crederet obediendum mandato Dei, non restabat nisi quòd crederet resuscitari Isaac, per quem debebat ei uocari semen. Vnde dicit. *Et unigenitum*, scilicet Saræ, *In quo*, scilicet filio nato, debebat Deus, pactũ promissum complere, sicut patet Gen. 17. Vel unigenitum, Cinter liberos. Gen. 22. Tolle filium tuũ vnigenitum Isaac *In quo susceperas repromissiones. Ad quem etiam dictum est*, i. ratione cuius &c. *Arbitrans*, i. firmiter credens. *Quia à mortuis potens est Deus eum suscitare*. Hoc ergo fuit argumentũ fidei maximũ, quia articulus resurrectionis est vnus de maioribus. Deinde cũ dicit. *Vnde eum, & in parabolam accepit*. Ondit quid p fidẽ meruit, qa cũ iã nõ restaret aliud nisi immolari ipsum, vocauit eũ angelus, & arietẽ hærentẽ cornibus, loco filii immolauit. Hoc aũt fuit parabola. i. figura Christi futuri. Aries enim hærens cornibus inter vepres, est humanitas cõfixa cruci, quæ passa est. Isaac. i. diuinitas, euasit cũ Christus vere mortuus est & sepultus. Et sic patet, p ista figura valde complete adæquat figuratum. Accepit ergo eũ. s. Isaac in parabolã. i. figuram Christi crucifigẽdi & immolandi.

LECTIO V.

VIDE, & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a parẽtibus suis: eo p

LECTIO V.

SVPRA posuit Apostolus exemplũ de fide Abrahæ: hic ponit exẽplũ de fide Isaac, Iacob, & Ioseph. Et primo, de fide Isaac. Dicit ergo p *Isaac fide, de futuris*, idest, quæ se extẽdebat ad futura *Benedixit Iacob & Esau*. Vel *Benedixit de futuris*. i. pro futuris, vel benedictione, quæ se extẽdebat ad futura. Verba enim sua non habebãt efficaciã, nisi ex virtute Dei, per quã quidẽ benedictionẽ, minor prælatus fuit maiori. Quod nõ fuit quãtũ ad personas eorũ, sed quantũ ad duos populos, qui ex ipsis exierũt. Psalm. 107. In Idumæã extendã calciamentũ meũ. Fuerunt enim Idumæi, qui egressi sunt de Esau, subiecti filiis Israel. In quo significabatur p minor populus. s. gẽtiũ, per fidẽ debebat præuenire populũ maiorẽ. s. Iudæorũ. Matth. 8. Multi ab oriente & occidẽte veniẽt & recũbent cũ Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cælorũ, filii autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Ista vero benedictio, q̃ erat de fide Gentiũ futura, per fidẽ facta fuit, quia respicit aliquid futurũ. Deinde cũ dicit *Fide, Iacob moriens singulos filiorum benedixit*. Prosequitur de fide Iacob, & ponit illud, qd ipse fecit in benedicendo duobus filiis Ioseph, sicut habetur Gen. 48. ubi dicitur, p cũ nuntiatũ fuisset Ioseph, p pater eius egrotaret, adduxit duos filios suos, quibus Iacob benedixit cancellatis manibus, in hoc præferens Effraim Manasse, quãtũ ad dignitatẽ, quia de Effrain fuit dignitas regalis scilicet Ieroboam. Hæc autem benedictio fuit per fidem, quia reuelatum ei fuit, quòd ita futurum erat. Quæ quidẽ benedictio referebatur ad populũ, qui egressus est ab ipsis, non ad personas ipsorum. Item *Per fidem adorauit fastigium virgæ eius*. hoc habetur Gen. 50 Vbi dicitur, quòd fecit Ioseph iurare, quòd sepeliret eum in sepulchro patrum suorum, & post iuramentum, tamquàm securus de promisso, adorauit ad caput lectuli, vt dicit litera nostra. Vel fastigium virgę eius, vt dicũt. 70. Vel super fastigiũ, vt habetur in Græco. Et totũ hoc põt stare, qa ipse erat senex, & iõ portabat virgã, vel recepit sceptrum Ioseph donec iurasset, & anteq̃ redderet ei adorauit, nõ ipsã virgã, nec Ioseph, vt qdã male putauerũt, sed ipsũ Deũ innixus ad cacumẽ, vel super fastigiũ virgæ eius. Ad quod mot° fuit ex cõsideratione potestatis Christi, quã potestas Ioseph prefigurabat. Ipse enim tamq̃ præfectus Aegypto, portabat sceptrũ, in signũ potestatis Cgristi. Psal. 2. Reges eos in virga ferrea. Vel si adorauit fastigiũ, idẽ est sensus, quia adorauit Christũ significatũ per virgã illã, sicut & nos adoramus crucifixũ & crucẽ rõne Christi passi in ipsa. Vnde proprie nõ adoramus crucem, sed Christũ crucifixũ in ipsa. Deinde cũ dicit *Fide, Ioseph*. Prosequitur exẽplũ de fide Ioseph, vbi ponit duo, quæ habẽtur Gen. vlt. Vbi dixit fratribus suis. Visitauit vos Dñs, & mandauit ossa sua inde portari. Vnde fides eius fuit quãtũ ad duo: primo, quia credidit promissionẽ factã debere impleri p reditũ filiorũ Israel in terrã promissionis, secũdo quia in ipsa credebat Christum esse nasciturũ, & resurrecturũ, & multos cũ ipso, vñ desiderabat habere partẽ in illa resurrectione. Et hoc est, quod dicit, p *Ioseph moriens fide*, i. per fidẽ memoratus est de profectione filiorũ Israel & hoc quãtũ ad primũ *Et de ossibus suis mandauit* q̃tũ ad scdm. Sed quare nõ fecit se statim portari sicut pater suus? Respõdeo Dicẽdũ, p hoc nõ potuit, quia nõ habebat tũc tantã potestatẽ sicut habebat in morte patris. Et ideo tũc poterat hoc facere, quod tamẽ circa mortẽ suã nõ potuit. Secundo, quia sciebat, p multas afflictiones debebant sustinere filii Israel post mortẽ eius. Vt ergo haberent certã spẽ de liberatione sua, & reditu ad terrã promissionis, voluit ad solatium corpus suũ remanere cum ipsis. Vnde & Moyses tulit illud secum, sicut & quælibet Tribus, corpus patris sui, vt dicit Hiero. Deinde cum dicit *Fide, Moyses*. Prosequitur de patribus, qui fuerunt sub lege. Hoc n. tempus incœpit a Moyse. Eccle. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. Ioan. 1. Lex. per Moysen data est. Istud autem tempus distinguitur in tria scilicet ante exitũ de Aegypto, in exitu, & post exitum.

tum. Vnde tria facit. Primo enim, ostendit quid factum sit ante exitum. Secundo, quid in exitu, ibi. *Fide, reliquit Aegyptum*. Tertio, quid in terra promissionis, ibi. *Quid adhuc dicam*. Circa primum duo facit. Primo enim, ostendit quid sit factum in natiuitate Moysi. Secundo, quid ipse fecit, ibi. *Fide, Moyses*. Vbi tangitur hystoria, quæ ponitur Exod. 1. Quod Pharao mandauit occidi masculos, ne multiplicarentur. Secundo, habetur quòd parẽtes Moysi videntes ipsum elegantem, absconderunt eum mensibus tribus, quod attribuit Apostolus fidei ipsorũ. Credebant enim aliquem nasciturum, qui liberaret eos ab illa seruitute. Vnde ex elegantia pueri, æstimabant aliquam uirtutem Dei esse in illo. Ipsi enim erant rudes, & rustici: sudantes in operibus luti, & lateris. Eccl. 19. Ex visu cognoscitur. Ex quo habetur, p licet fides sit de inuisibilibus, tamẽ per aliqua signa visibilia possumũ niti ad ipsam. Mar. vlt. Sermonem confirmante, sequentibus signis. Quòd autem ipsi hoc fecerunt ex fide, non ex affectu carnali patet, quia non timuerunt regis edictum. Vnde exponebant se periculo personarum, quod non fecissent, nisi credidissent aliquid magnum futurũ de puero. Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Sed contra, quia ipsi postea ex posuerunt ipsum: ergo non propter fidem seruabant ipsum. Respondeo: Dicendum est, p posuerunt ipsum non ad necandum, sed ne surriperetur eis, unde posuerunt eum in fiscella, committentes eum diuinæ prouidẽtiæ. Credebant enim probabiliter, quòd fusset interfectus si fuisset apud eos inuentus. Deinde cum dicit. *Fide, grandis effectus*. Ostendit, quid ipse Moyses per fidem fecerit. Et primo, quid fecit. Secundo, ostendit, quòd illud factum pertinebat ad fidẽ, ibi. *Aspiciebat enim*. Tangit enim hystoriam, quæ habetur Exod. 2. Vbi dicitur, p filia Pharaonis fecit ipsum a matre pueri nutriri, & quòd adoptauit eum in filium. Ipse autem. *Negauit se esse filium eius*, non quidem uerbo, sed facto, quia contra voluntatem Pharaonis interfecit Aegyptiũ, qui lædat Hebræum. Et hoc est quod dicit. *Grandis effectus*, per fidem. *Negauit se esse filium filiæ Pharaonis*. Quo autem affectu hoc fecerit, ostendit cum subdit. *Magis eligens*. In quo ostenditur mirabilis virtus eius. Duo. n. sunt quæ maxime homines appetunt, s. iucunditatem, & delectationem circa bona exteriora, & his contraria maxime fugiunt s. dolorem & afflictionem, quæ opponitur primo: paupertatem & abiectionem, quæ opponitur secundo. Ista autem duo elegit Moyses, s. quia præposuit dolorem, & afflictionem iucunditati peccati temporalis, quæ, s. semper est cum peccato. Item, paupertatem præposuit diuitiis propter Christum. Prouerb. 16. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Ps. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quantum ergo ad primum dicit. *Magis eligens affligi cum populo Dei*, scilicet quem Pharao affligebat. *Quam habere iucunditatem peccati temporalis*, idest transitorii. Quod fusset, si cum Aegyptiis afflixisset filios Israel. Quantum autem ad secundum, s. quòd pręelegit paupertatem dicit. *Maiores diuitias æstimans improperium Christi*, idest pro fide Christi, eadem enim est fides antiquorum, & nostra. Vel improperium Christi. quod, s. sustinuit a fratribus suis, sicut dictũ est, Nunquid interficere tu me uis, sicut occidisti heri Aegyptiũ? Quod improperium fuit figura, p Christus suscipere deberet improperium a Iudæis. Psal. 68. Improperium expectauit cor meũ, & miseriam. *Maiores autem diuitias credidit esse duo prædictæ thesauris Aegyptiorum*. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia. Deinde cum dicit. *Aspiciebat enim*. Ostendit quòd prædicta facta Moysi pertinebant ad fidem Christi. Sciendum est autem, quòd quædam sunt secundum se bona, & delectabilia, quædam autem secundum se tristia, & mala. Mala autem nullus propter se prælegit, sed propter finem: sicut infirmus prælegit potionem amaram, & tristia delectabilibus, ratione alicuius maioris boni, quod per hoc potest consequi. Et sic sancti propter spem finis ultimi æternæ fœlicitatis, prælegunt afflictiones, & paupertatem diuitiis, & uoluptatibus, quia per ista impediuntur a consecutione finis sperati. Matt. 5, Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint &c. Et sequitur, Gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et ideo dicit, quòd hoc faciebat, quia, *Aspiciebat*, oculis, scilicet fidei. *In remunerationem*, quam, scilicet ex hoc sperabat. Vnde, fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium ut supra dictum est &c.

uidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filię Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias estimãs thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem.

LECTIO SEXTA.

LECTIO VI.

VIDE, reliquit Aegyptum: non ueritus animositatem regis, Inuisibiliem enim, tanquam uidens sustinuit. Fide, celebrauit pascha: & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare ru-

SVPRA posuit Apostolus fidem Moysi, quantum ad id quod fecit in Aegypto: hic quantum, ad id quod fecit in exitu, de Aegypto. Et circa hoc facit tria. Primo enim, ostendit quid fecerit in exitu de Aegypto. Secundo, ostendit modũ exeũdi, ibi. *Fide celebrauit*. Tertio, quid per fidem factum est cum populo infideli, ibi. *Fide, Raab*. Dicit ergo, p. *Moyses fide*, i. per fidem. *Reliquit Aegyptum*. Sicut autem habetur Exod. 12. Primo, fugit de Aegypto interfecto Aegyptio. Secundo, autem exiuit, quando simul omnes filios Israel eduxit. Glo. autem exponit de secundo exitu, quia sequitur. *Non ueritus animositatem*, idest indignationem. *Regis*. In primo enim, exitu legitur. Exod. 2. eum timuisse. Prouerb. 14. Iracundiam regis inuitis sustinebit. In secundo uero, non timuit. Prouer. 8. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Potest tamen referri ad primum. Sed nunquid tunc nõ timuit? Respondeo, Dicendum est, quòd in timore duo considerandi sunt. Vnum, quod aliquando potest esse uituperabile, s. quando propter timorem facit aliquid non faciendum, vel dimittit faciendum. Et sic non timuit Moyses, quia propter timorem non dimisit iuuare fratres suos. Aliud est, quod potest esse laudabile, quando, s. salua fide, refugit periculum propter timorem instantem. Matt. 10. Cum persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Si. n. aliquis salua honestate sua posset uitare periculũ, & non uitaret, stultus esset, & tentaret Deum, quod est diabolicum. Et sic Iesus cessit uolentibus ipsum lapidare, nec ad suggestionem diaboli uoluit se præcipitare: ita & Moyses confidens de diuino auxilio, fugit propter timorem regis ad tẽpus. Et probat, quòd hoc fecit ex fide, quia fides est de inuisibilibus. *Et ista sustinuit*, idest expectauit. *Deum inuisibilem*, & eius adiutorium. *Tanquam uidens*. Psal. 26. Confortetur cor tuum, & sustine Dominum. 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili &c. Moyses enim in utroq; exitu expectabat Dei adiutorium, unde in primo dicit Exod. 2. Deus patris mei adiutor meus. In secundo uero Exod. 14. Vos tacebitis, & Dñs pugnabit pro uobis. Deinde cum dicit. *Fide, celebrauit pascha*. Ostendit quid fecerit quantum ad modum transeundi. Et primo, ponit illud quod fuit factum ad præparationem transitus. Secundo, quantum ad ipsum transitum, ibi. *Fide, transierunt*. Tertio, quantum ad id quod per fidem factum fuit, quantum ad introitum terræ promissionis ibi. *Fide, muri Hierico*. Quantum ad primum ponit hystoriam, quæ habetur Exo. 12, ubi Dñs mandauit illis ante exitũ filiorum Israel, s. eadẽ nocte immolari agnum, & de sanguine eius vtrũq; postem. & superliminare liniri. Carnes eius assas cum azimis, & lactucis agrestibus comedi, cũ multis aliis, quæ obseruãda erant, ut ibi habet uideri. Et hoc uocabatur pascha, s. esus agni, & effusio sanguinis, quæ duo concurrebant ad transitum illum, quem facturi erant in proximo. Dicitur pascha a paschin Grece, quod Latine est, passio, uel a phase, quod Hebraice idem est, quod transitus. In hoc autem figurabatur, quòd Christus per passionem transiret ex hoc mundo. Io. 13. Vt transeat ex hoc mundo, Itẽ, p nos per meritum mortis eius, a terrenis ad cælestia, ab inferno transimus ad cęlum. Eccles. 24. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me. Quod quidem fuit per uirtutem sanguinis Christi, supra 10. Habentes itaq; fiduciam fratres in introitu sanctorum, in sanguinem Christi. Fuit autẽ in illo paschate, duplex transitus. Vnus, quo transibat Dominus percutiens Aegyptios, alius, quo populus transibat. Sic etiam sanguine Christi, qui est agnus immaculatus, debent liniri postes fidelium, intellectus, scilicet & affectus. Dicit ergo. *Fide*, idest, per fidem. *Celebrauit pascha*, idest esum agni. *Et sanguinis effusionem*, ad liniendum postes domorum. Et quare hoc faciebat? *Ne scilicet, qui uastabat primogenita*. Aegyptiorum. *Tangeret eos*. it Psalm. 77. Percussit omne primogenitum in terra Aegypti. Sed quæritur, quorum ministerio hoc factum sit, vtrum, scilicet bonorum, uel malorum angelorum, quia uidetur quòd per malos. Psal. 77. Immissionem par angelos malos, Respondeo, Dicendum est, quòd non est inconueniens de quibuscunq;

Vnde sciendum est, quòd pœnarum inflictio, fit interdum per bonos angelos, Sicut enim dicit Dionysius. 4. cap. de di. no. Punire malum, non est malum, sed malum facere, est malum. Punitio enim, est opus iustitiæ, sicut patet de angelo, qui contriuit castra Assyriorum. Esa. 37. qui creditur fuisse bonus angelus. Vnde talis punitio indifferenter fit per bonos & malos, sed differēter a bono, & a malo: quia bonus non punit, nisi exercendo iustitiā diuinam in malos, & in scripturis, operatio, tā diaboli, quàm boni angeli, cuiusmodi est hæc, attribuitur Deo Malus autem, & si obsequatur diuinæ iustitiæ, tamen non ex intentione iustitiæ hoc agit, sed ex peruersitate uolūtatis suæ affligit bonos, & malos, & libentius bonos, si permittatur, sicut patet de Iob. Iste angelus, qui dixit Moysi, Transibit Dominus pcutiēs Aegyptū, bonus angelus fuit, cum ipse aliquādo loquatur in persona sua. Bono autem angelo aliquando subministrat spiritus nequam, vnde adhibitum fuit ibi ministerium, eius malæ, & peruersæ uoluntatis, uoluntarie operantis ad cædem. Et ideo dicit iram & tribulationem immissionem per angelos malos. Non ergo tangebat eos, qui erant sanguine signati malus angelus, terrore, & timore Dei, vt pote non permissus. Bonus autem inde terrebatur, admirando uirtutem Dei. Deinde cum dicit. *Fide, transierunt &c.* Ostendit, quid egit in ipso transitu. Et primo, ostendit hoc. Secundo ostendit, quòd illud pertinebat ad fidem, ibi. *Quod experti.* Dicit ergo, ꝙ. *Fide*, idest, per fidem. *Transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram.* Duo enim ibi per fidem facta sunt. Vnum, quod homo fecit, s. quòd commiserunt se ad transeundum, quod non fuit nisi per fidem. Aliud fuit, ex parte Dei, ſcꝙ aquæ fuerunt eis pro muro. Hoc ēt fuit per fidem. Operatio enim miraculorum attribuitur fidei. Mat. 17. Si haberitis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, ergo hoc fide factum est, idest, hoc meruit fides. Et hoc habetur Exod. 14. & 15. Deinde ostendit, ꝙ hoc pertinet ad fidem, quia. *Aegyptij hoc experti*, idest, uolentes experiri. *Deuorati sunt*, quia, s. non habuerunt fidem. Exod. 15. Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Deinde cū dicit *Fide, muri Hiericho corrueruxt, circuita dierum septem.* Agit de eo, quòd per fidem factū est in introitu terræ promissionis. De hoc habetur. Iosue. 6. Vbi dicitur, quòd ad mandatum Dñi, sacerdotes septem diebus cum arca testamenti circuierunt primam ciuitatē vltra Iordanē, s. Hiericho, & septima die septimo circuitu, muri eius corruerunt: hoc fuit aliquid ex parte hominis, s. ꝙ ex mandato Domini circuierunt, credentes mandatum Domini debere impleri. Aliquid autem ex parte Dei, s. ꝙ sic ad circuitū eorum muri corruerūt. Moraliter, Hiericho interpretatur luna, sive defectus, & significat mundum istum. Muri eius sunt impedimenta, quibus aliquis detinetur in mundo. Per buccinas, quibus Leuitæ, & sacerdotes intonabant, vox prædicatorum significat. Per circuitum septem dierum, totus designatur decursus præsentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi, quòd omnia impedimenta mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ, non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. Deinde cum dicit. *Fide, Raab meretrix.* Ostendit, quid factum sit per fidem ab aliquo de populo infideli, s. a Raab, de qua Iosue. 5. & 6. Cum enim Iosue misisset exploratores ad explorādum Hiericho, ipsi euaserunt auxilio istius mulieris, quæ dicitur meretrix. i. idolatra. Vel ad literam, meretrix erat, ad quā ingressi sunt non ad peccandum, sed ad latendum. Domus enim talium patent, maxime de nocte. Isti etiam uenerant de nocte. Domus etiam eius coniuncta erat muro. Meretrices autem absque exceptione accipiunt indifferenter, & ideo melius poterant apud eam occultari. Ista ergo per fidem liberata fuit. Vnde dicit *Raab meretrix fide*, i. per fidem. *Recipiens exploratores cum pace non periit cum incredulis*, qui corporaliter perierunt, quia exploratores iurauerant ei ipsam liberare, & omnem domum patris sui, quod, & fecerunt. Quare autem magis declinauerint ad ipsam potest dici, quia ut ipsa minus posset inculpari, indifferenter omnes recipiens. Nec erat conueniens, ut salus ipsorum fieret alicui saluanti ipsos, occasio mortis. In hoc autem, quòd ex ipsa receptione ipsorum liberata est, designatur quòd recipientes prædicatores euangelii liberantur a morte æterna. Matth. 10. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.

F

LECTIO SEPTIMA.

SVPRA posuit Apostolus ea, quæ facta sunt a patribus per fidem ante introitū, & in ipso introitu terræ promissionis, hic accedit ad narrandum exempla illorum, qui fuerūt in ipsa terra promissionis, quę qa multa sunt, ideo breuiter præmissis nominibus patrum, ponit in generali præcipua facta ipsorū, ponens causam illius breuitatis. Et circa hoc facit tria. Primo ponit nomina patrū & causam, quare breuiter vult eorum facta pertransire. Secundo ostendit, quid fecerunt per fidem, ibi *Qui per fidem vicerunt*. Tertio quid per fidem receperunt, ibi *Adepti sunt*. Dicit ergo *Quid adhuc dicam?* Quasi dicat. Peruenit vsque ad tempus introitus terræ promissionis, in quo pauca respectu dicendorum dicta erant. Remanēt enim tot dicēda, ꝙ non possent explicari *Deficiet enim tempus me enarrantem*, idest si velim enarrare non sufficiet mihi tempus epistolaris enarrationis, quæ debet esse succincta. Vnde Hier. ad Paulinum. 6. cap. Neque enim epistolaris angustia, longius euagari patiebatur. Vel tempus intellige vitæ. Isto modo loquitur Ioan. vlt. Sunt quidem & alia multa, quæ fecit Iesus &c. Vbi dicit Glo. ꝙ loquitur hyperbolice, nec tamen est falsum, sed est figuratiua locutio. Psal. 39. Vbi nos habemus Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Dicitur litera Hieronymi, Si annuntiare voluero, plura sunt, quàm narrati queāt. Sciendum tamen, ꝙ aliqui istorum aliqua mala fecerunt, & aliqua bona, vnde non numerātur hic nisi quantū ad bona, quę fecerunt, vel receperūt. Tamen probabile est, ꝙ omnes fuerint finaliter sancti, ex quo Apostolus nominat eos in cathalogo sanctorū.

G

LECTIO VII.

ET quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Sanson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii, cōualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra uerterūt exterorum: accepérunt mulieres de resurrectione mortuos suos.

H Primo ergo ponit Gedeonē, de quo Iudc. 6. Quē præmittit, & qa nihil mali fecit, & quia fecit factū multū insigne, & forte ēt, quia accepit maximū signū incarnationis Christi in vellere & tore, de quo dicitur in Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus. Secundo ponit Barach, de quo Iudic. 4. Qui non fuit ita insignis sicut Gedeon, cui etiam illa victoria non fuit reputata, sed magis mulieri, & ideo forte postponit ipsum. Tertio ponit Sanson, de quo Iudic. 13. De quo specialiter uidetur, ꝙ non deberet hic numerari, quia in morte peccauit interficiendo se. Aug. autem 1. de ciuit. Dei dicit, ꝙ excusatur, quia creditur hoc fecisse mandato Dei, cuius signū est, quia non potuisset domum tantam propria virtute subuertere, sed virtute Dei, quę non addiuuat ad malum. Quarto, ponit Iepte, de quo Iudic. 11. Istum postponit Sansoni, quia non fecit tot facta insignia sicut ille. Dubitatur autem de Iepte, si immolando filiam suam ex voto peccauerit, videtur ꝙ non, quia dicitur ibi. Irruit spiritus Dñi in Iepte. Et post hoc, sequitur votum suum & victo ia. Contra. Dicit Hero. ꝙ fuit in

I

vouendo indiscretus, & in reddendo impius. Respondeo, Dicendum est, quòd fuit ibi aliquid a Spiritusancto. s. motus ad uouendū ingenerali, quòd scilicet immolaret quicquid occurreret sibi immolabile, aliquid autē ex proprio suo spiritu. s. quòd immolauit, puod nō debuit, & in hoc peccauit, sed post pænituit. Si militer Gedeon peccauit faciendo Ephot, & in tentando Deum in petitione signi in vellere, & postea pœnituit, sicut & Dauid, de quo subdit, dicens, Et Dauid & Samuel, de quibus. s. in libris Regum agitur, Et aliis prophetis, de quibus si vellē dicere, tempus deficiet. Sed tunc quæstio est, vtrū omnes isti, qui dicti sunt, fuerunt prophetæ. Respondeo, Dicendum est, quòd Spiritussanctus mouet mentē prophetæ, sicut agens principale mouet instrumentum suum. Potest aūt Spiritussanctus mouere ad tria. s. ad cognoscendum, ad loquendum, & ad faciendū. Et quodlibet istorū dupliciter. Ad cognoscendum. s. quandoque cum intellectu, eius quod videtur, sicut fuit Esaias & alii prophetæ, vnde dicti sunt

K

& videntes. 1. Reg. 19. Qui hodie dicitur propheta, olim dicebatur videns. Aliquando autem sine cognitione eius, quod videtur, sicut patet in somnio Pharaonis, & in visione Balthasar. Ad loquendum etiam mouet dupliciter, quandoque ad sciendum id de quo loquitur, sicut patet de Dauid, quandoque autem nescit, sicut Cayphas, & forte Balaam. Similiter etiam quandoque mouet ad faciendum, & scit quid facit, sicut Hieremias, qui abscondit lumbare suum super Euphratem. Quandoque autem nescit, sicut dicit Augu. super Ioan. de militibus, qui diuiserunt sibi vestimēnta Christi, non tamen cognoscebant misterium ad quod illa diuisio ordinabatur. Hoc est ergo de ratione prophetæ, ꝙ cognoscat illud quod videt, vel dicit, vel facit. Quando autē non cognoscit, non est vere propheta, sed participatiue tantum. Et sic dicit Ioannes Caypham prophetasse, quia habuit aliquid prophetiæ. Iste autem motus Spiritussanc-

A ti dicitur instinctus secundum Augustinum. Deinde cum dicit *Qui per fidem uicerunt regna*. Ostendit, quid sancti, de quibus locutus est, fecerunt, & primo ostendit hoc in generali. Secundo, descendit ad quædam specialia, ibi. *Obturauerunt ora leonum.* Primo, autem ponit facti ipsorum meritum. Secundo, præmiū, ibi. *Adepti sunt.* Circa primum sciēdum est, ꝙ inter omnes actus exteriores virtutum moralium, actus fortitudinis, & iustitiæ videntur esse præcipui, quia maxime pertinent ad bonum commune. Per fortitudinē enim, respublica defenditur ab hoste, per iustitiam uero conseruatur. Vnde Apostolus, ex utroq; actu commendat sanctos patres. Ab actu quidem fortitudinis, cum dicit, quòd isti. *Per fidem uicerunt regna*, i. reges, vel etiam regna ipsorum, sicut Dauid, & Iosue. Nihilominus tamen sancti spiritualiter per fidem vicerunt regna, s. regnum diaboli, de quo Iob. 41. Ipse est rex super uniuersos filios superbiæ. Item, carnis. Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Item, regnum mundi. Ioan. 18. Regnū meū non est de hoc mundo. Isti autem uincunt per fidem. i. Ioan. 5. Hæc est victoria, quæ uincit mundum fides nostra. Nullus enim potest præsentia contemnere, nisi propter spem futurorum bonorum. Per contemptum enim principaliter uincitur mundus. Et ideo quia fides ostendit nobis inuisibilia, propter quæ contemnitur mundus, ideo, Vincit mundum fides nostra. Ab actu autem iustitiæ commendat eos cum dicit. *Operati sunt iustitiam*. Aliqñ autem iustitia est uirtus generalis, quando, scilicet obedit legi diuinæ. Psal. 10. Iustus Dñs, & iustitias dilexit. Et. 2. Mac. 9. Iustum est subditum esse Deo. 1. Ioan. 3. Qui iustitiam facit; iustus est. Aliqñ aūt est uirtus specialis, & ista consistit in actionibus, & cōmunicationibus humanis, qñ, s. reddit quis unicuiq; quod suum est. Vtranq; autem iustitiam habuerunt sancti. Esa. 54. Hæc est hereditas seruorum Dei, & iustitia apud me, dicit Dñs. Eccl. 1. Concupiscens sapientiam, serua iustitiam, s. obediendo mandatis. Itē, ipsam exercendo in populo. Psal. 118. Feci iudiciū, & iustitiā &c. Deinde cū dicit. *Adepti sunt*. Ostendit, quid receperunt, quia. *Adepti sunt repromissiones*. Promissio

B

n Dei efficax est, quia nunquam deficit Deus in promissis. Ro. 4. Quæcunq; promisit Deus, potens est, & facere. Psal. 144. Fidelis Deus in omnibus uerbis suis. Sed contra. Supra eodem, Iuxta fidem defuncti sunt, non acceptis repromissionibus. Respondeo: Dicendū est, ꝙ illud quod hic dr, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ promissio Dei sit illa specialis, qua promittit sanctis uitam æternam. Et istam nullus accepit ante aduentū Christi. Ro. 15. Ad confirmandas promissiones patrum. Secundo, pro promissione terra promissionis habenda. Et istam non acceperūt priores patres tres, s. Abraham, Isaac, & Iacob, sed tātum patres posteriores, sicut Iosue, & alii sancti. Tertio, pro promissione particulari, s. eius quod vnicuiq; promissum fuit, sicut Dauid regnum, & Ezechiæ sanitas. Et istas promissiones consecuti sunt. Deinde cum dicit. *Obturauerunt ora leonum.* Ponit quædam particularia benefacia aliquibus collata. Et primo, quæ pertinent ad remotionem mali. Secundo, illa quæ pertinent ad executionem boni, ibi. *Fortes facti sunt in bello* Malum autem nociuum hominis est duplex. Vnum exterius, aliud interius. Secundum, ponit ibi. *Conualuerunt*. Exterius autem malum est duplex, quia aut illatum est a creatura irrationali, aut rationali. Secundum ponit, ibi. *Effugauerunt.* Ab irrationali duplex, s. vel ab inanimata vel ab animata. Nocumentum illatum ab inanimata tangit, ibi. *Exinxerunt impetum.* Quantum ergo ad animata, dicit. *Obturauerunt ora leonum*. Loquitur autem in plurali, licet non fuerit nisi unus, s. Daniel: sicut etiam dicitur. Matt. 2. Defuncti sunt. n, qui quærebant animam pueri. Nullus autem tunc quærebat Christum occidere, nisi solus Herodes. Cuius ratio est, quia loquitur de omnibus sanctis communiter, quasi de uno collegio sanctorū. Et quod unus facit imputatur aliis, & etiam omnibus, quod fit per uirtutē Spiritussancti, quæ est communis omnibus. Vnde ēt in isto contextu loquitur tanquam de pluribus. Potest etiam dici, ꝙ hoc completum est in Dauid, qui sicut ipse dicit. 1. Reg. 17. Leonem, & ursum interfecit. Et ēt Sanson Iudicū. 14. Per Leonē aūt spiritualiter intelligitur diabolꝰ. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Qui ergo insultus eius reprimit, os leonum obturat. Iob. 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebā prædā. Nocumentū a re inanimata remouet, cum dicit. *Exinxerunt impetum ignis*, sicut habeē de tribꝰ pueris in Dan. 3. Itē, ad preces Moysi, & Aarō extinctꝰ est ignis, qui missus a Dño de uorabat populum murmurantem, sicut patet Num. 11. 16. Ignis iste, est interior motus concupiscentiæ, vel iræ. Qui ergo refrenat illum motum, extinguit impetum ignis. Psal. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Remotionem nocumenti per rationalem creaturam illatam, tangit cum dicit *Effugauerunt aciem gladij*, idest, aciem hostis cū gladiis acutis. Hoc autem frequentissime factum fuit per ipsos, sicut patet de Iosue, Gedeone, & Dauid. Per gladium autē malasuasio intelligitur. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus, Istos gladios fugat,

C

qui malam linguam tacere facit. Eccle. 28. Sepi autes tuas spinis, & noli audire linguā nequā. Prouer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentē. Nocumētū interius est infirmitas, de cuiꝰ remotione dicit *Conualuerunt de infirmitate* sicut specialiter apparet de Ezec. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Ista autē infirmitas est peccatū. Psal. 6. Miserere mei Dñe qm infirmus sum. Conualescit ergo, qui resurgit. Deinde cū dicit *Fortes facti sunt.* Ponit beneficia quantū ad assecutionē boni, & ponit tria. Primū pertinet ad hoc, quòd fortiter egerūt. Vnde dicit *Fortes facti sunt in bello* sicut patet de Iosue, Eccl. 46. Fortis in bello Iesus naue, successor Moysi in prophetis &c. Sic patet etiā de multis aliis. Secūdū, pertinet ad effectū illius fortitudinis. Vnde dicit *Castra uerterunt exterorum.* sicut patet de Machæbeis, & de Dauid. Psal. 26. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū. Sed tertiū pertinet ad effectū fortitudinis diuinę. Vnde dicit *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*, idest p resurrectionē. Quod

D

aliqui male intelligentes, exposuerunt mortuos suos. i. viros suos rususcitatos, per hoc asserētes, ꝙ per mortē non soluitur matrimonium, quod falsum est, etiā si resurgeret. Et est contra Apost. Rom. 7. Si dormierit vir eius, liberata est a lege viri. Vnde sciendū est, ꝙ etiā in effectibus sacramentorū est quædā differentia. Quædā enim sacramenta imprimunt caracterē, sicut baptismus, confirmatio, & ordo. Et quia caracter in anima perpetuo manet, ideo baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, si resuscitaretur non debet iterari aliquod illorū sacramentorum. Alia vero sacramentanō imprimunt caracterē, sicut pæniten tia, extrema vnctio, & sic de aliis, quia sunt contra aliquid iterabile, & ideo iterari possunt. Inter illa aūt est matrimoniū, & ideo non dicit viros, sed mortuos, quia matres filios suos mortuos receperunt per resurrectionem, quorum resurrectio fuit quoddam præsagiū futuræ resurrectionis inchoatæ per Christum. De istorum resurrectione, vel magis resuscitatione, habetur 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4.

E

Tamen isti sic resuscitati, sunt iterum mortui, Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6. Vnde resurrectio eius fuit initium futuræ resurrectionis 1. Corinth. 15. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Sicut autē ista temporalia beneficia illis data sunt tamquam infirmis, ad sustentationem per meritum fidei ipsorum, ita fuerunt figura futurorum bonorum, quæ nobis ex merito fidei dabuntur. Matth. vlt. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur &c. Quæ Grægorius exponit de bonis spiritualibus.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA posuit Apostolus exempla sanctorum patrum antiquorum, qui multa magna fecerunt propter fidem: hic ponit exempla illorū, qui multa propter fidē passi sunt. Et circa hoc facit duo. Primo. n. ostendit, quomodo passi sunt propter fidem. Secundo ostendit, quomodo promissiones eis factæ, dilatę sunt, & quare ibi *Et hi omnes testimonio.* Circa primū duo facit, quia primo ponit mala ab aliis eis illata. Secundo mala, propria voluntate assumpta, ibi *Circuierunt in melotis* Ab aliis autē illata sunt eis mala dupliciter, quia quædam in vita, quædam vero in morte. Et ista duo ponit, ibi *Lapidati sunt.* In vita vero mala tripliciter illata sunt eis: quia quædā quantum ad corporalem afflictionem, quædam quantum ad irrisionem, quædā quantum ad inclusionem. Quantum ad primum dicit, Alii autē &c. Quasi dicat. Ita dictū est, ꝙ quidam multa bona receperunt propter fidē, vel in amotione mali, vel in executione boni tēporalis, in quibꝰ figuratur vetus testamentum, quod conferebat bona temporalia. Sed alii multa propter fidem passi sunt, quorū *Quidam distenti sunt* in æculeis, sicut dicitur. 1. Mach. 2. & 2. Mach. 6. de pueris suspensis ad ceruices matrum. & 7. de septem fratribus. In istis sanctis primo figurabatur nouum testamentū. Vnde dicit *Non suscipientes redemptionem*, idest, liberationē. Qui enim subiicitur

pœnæ, est quodammodo seruus pœnæ. Et ideo liberari a pœna, dicitur redemptio. Psal, 77. Die qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare nõ fuerunt liberati, ostendit, quia hoc non fuit propter hoc, quin Deus haberet prouidentiam de ipsis, sed ut inuenirent vitam æternam, quæ melior est, quam liberatio in quacunque pœna præsenti, uel quecunq; resurrectio vitæ præsentis, & ideo dicit. *Vt meliorem inuenirent resurrectionem*, Iob. 19. In nouissimo die, de terra resurrecturus sum, Es. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Vel dicit meliorem, quia ex hoc ipso, quòd maiora pro Christo passi sunt, maius premiũ recipient. Sicut, n, dicitur. 1. Cor, 15, Stella differt a stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum, Qui enim fuerunt maiores in merito, maiores erunt in præmio. Et ideo Apostoli preferuntur martyribus, martyres uero omnibus aliis, Maiores, n, merito, maiores sunt præmio, Precipua uero sunt merita martyrum, Io, 16. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore, sed aliquis martyr potest esse maior aliquo confessore, & econuerso aliquis confessor aliquo martyre, licet non uniuersaliter. Potest enim comparari unus alteri, uel quantum ad genus operis, vel quantum ad gradus charitatis Nullus aũt actus quantum est de se, est ita meritorius, sicut quo quis moritur pp Christũ, quia dat illud quod habet carius, s. vita propriã, Mat. 5. Beati qui pseccutionẽ patiuntur pp iustitiã. Si uero consideretur radix omnis meriti, quæ est charitas, 1. Cor. 13. sic opus procedens ex maiori charitate, est magis meritoriũ. Et sic pôt unus simplex confessor, esse maioris meriti apud Deũ. Aplus aũt loquitur in genere operis, dicẽs, Vt, s, meliorẽ, i, maiorẽ, & clariorẽ inuenirent resurrectionem. Vñ, ly meliorẽ, importat cõparationẽ status præsentis vitæ ad futurã resurrectionẽ, vel comparationẽ claritatis resurrectionis unius resurgentis ad claritatẽ alterius. Deinde cũ dict. *Alij ludibria*. Ponit mala illis illata in vita, quantũ ad irrisionem factã in uerbis, dicens, q. *Alii experti sunt ludibria*, sicut patet de Sãson. Iudic, 16. De Thobia & Iob, & Elaia. Eli. 50. Faciẽ meã nõ auerti ab increpãtibus, & cõspuẽtibus in me, Hieremias etiam dicit, Hie. 20. Factus est mihi sermo Dñi in opprobriũ, & derisum. Quantũ vero ad facta dicit, q. *Experti sunt uerbera*, sicut patet de Michęa, de quo. 3. Reg. vl. & 2 Par. 18. Dicit q Percussit eũ Sedechias in maxillã. In quibus oĩbus præsignabantur passiones noui testamenti. 1. Co. 4. Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Deinde cũ dicit. *Insuper & uincula*, Ponit mala sanctis illata, quantũ ad inclusionẽ. Vnde dicit. *Insuper & uincula*, sicut Hieremias, de quo Hi. 20. Dicitur q positus fuit in nerue, Nec solũ vincula, sed, Etiã *carceres*, sicut Hieremias. Hier. 37. &. 38. Et Michęas. 3. Reg. vltimo. Consequenter ostendit mala illata, quã tũ ad mortẽ, cũ dicit. *Lapidati sunt*. Qd quidẽ genus mortis tũc erat cõe apud oes Iudæos. Mat. 23. Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, Sic lapidatus est Naboth. 3 Reg. 21. Et Hieremias, de quo legitur, q Iudæi lapidauerunt eũ in Aegypto lapidibus, quos absconderat sub muro latericio domus ipsius Pharaonis. Et licet Epiphanius dicat, q fuit tractus, tñ cum muniter ponitur, quòd fuit lapidatus. Zacharias ẽt filius Ioiadæ fuit lapidatus, vt legitur, 2. Par, 24. Secundũ genus mortis inconsuetum, & crudele ponit, cum dicit. *Secti sunt*. Hoc dicit propter Esaiã, quẽ Manasses fecit secari serra lignea. Et loquitur pluraliter, licet non fuerit nisi unus ꝓm consuetudinem scripturæ, propter causam supradictam. Tertium genus, cum dicit. *Tentati sunt* vt, s, consentirent. Quod dicit propter Matathiã, & filios eius. 1. Mach. 2. Et propter Eleazarum. 2. Mach. 6. Et propter historiam de septem fratribus. 7. cap. Et tandem occiderunt eos. Tren. 4. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame. Specialiter tñ Vrias fuit occisus a Dauid. 2. Reg. 11. Et Iosias. 4. Reg. 23. Deinde cũ dicit. *Circuierunt in melotis*, ponit mala voluntarie assumpta. Et ista ad tria reducuntur, s. ad exteriorem cultum, ad personæ statum, ibi. *Egentes*, & ad habitationis locum, ibi. *In solitudinibus*. Quantum ergo ad cultum, dicit. *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis*. Melota est vestis facta de pilis camelorum, vt quidã dicunt. Vel melius, q taxus habet pellem hirsutam, de qua fit uestis, quæ dicitur melota. Pellis caprina, cum hoc, q est hirsuta, est etiam vilis. Et hæc dicuntur de Elia. 4. Reg. 1. quòd erat uir-

F pilosus, & zona pellicæa accinctus renibus. Et de talibus uestibus dicit Aug. in lib. de sermone Dñi, quòd potest esse in tali ueste intentio mala, si quis vtatur ad uanam gloriam, bona autem, si ad contemptum mundi, & macerationem carnis. Præcipue autem, qui profitentur statum pænitentiæ, debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis uti talibus uestibus, non tamen ad ostentationem, & sic utebantur prophetæ. Quantũ aũt ad statum personæ dicit. *Egentes*, quia carebant diuitiis, in quo præfigurabant statum perfectionis noui testamenti, de quo dicitur Matth. 19. Si uis perfectus esse, vade, & uende omnia, quę possides. Et hoc fuit specialiter de Elia, quia pastus fuit a coruis, & a muliere uidua. 3. Re. 17 Psa. 87. Pauper ego sum in laboribus. Idem. 69. Egenus, & pauper ego sum. Item. *Angustiati*, sicut patet de Elia, qui fugit a facie Iezabel. 3. Reg. 19. Et de Dauid qui fugit a facie Absalon. 2. Re. 15. Item afflicti labore corporali, sicut de Elia, qui dormiuit lassus subter vnam iuniperum. Et subdit *Quibus dignus non erat mundus*. Sicut dicit Dionysius in epistola ad Ioannem Euangelistã, Mali aliquando per ea, quæ faciunt, ostendunt indicia suæ damnationis, unde dicit, q per hoc, q mali separauerunt a se beatum Ioannem, ostendebat Deus, q erant indigni societate eius. Et

H ideo dicit Apostolus, q. *Mundus non erat dignus eis*. Quasi dicat, Quia mundani non erant digni societate iustorum. Ioa. 15. Ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Deinde cum dicit. *In solitudinibus*. Ostendit hoc, quantum ad locum, quia propriam mansionẽ non habebãt, sed, Errabãt *in solitudinibus & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ*, quæ sunt loca apta ad contemplationem, & pænitentiam. Dicitur autem spelunca, quæ fit arte, sed cauerna, quæ est a natura, vel ab aliquo accidente, sicut ex corrosione aquarum. Ista patent de Dauid. 1. Reg. 22. & 23 Et de Elia. 3. Reg. 19. Deinde cum dicit. *Et hi omnes*. Ostendit, quòd eis dilatæ sunt promissiones. Et ne putetur, quòd hoc fuerit propter defectum meritiũ ideo secundo, designat rationẽ illius dilationis, ibi. *Deo pro nobis*. Dicit ergo, quòd. *Hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt*, idest, per fidem habent testimoniũ, quòd sunt probati, i. approbati a Deo, 2. Cor. 10. Non, n. qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit eos. Et tamen. *Non acceperunt repromissionem*, scilicet gloriæ, vel promissam vitam usque ad Christum. Psal. 1. Distulisti Christum. Temporales, n. acceperunt, non autẽ spirituales: supra eodem, Defuncti sunt, non acceptis promissionibus. Deinde cum dicit. *Deo pro nobis*, Ostendit rationem dilationis, ex quo aliqui sumpserunt causam, uel occasionem erroris, qui dicunt, q nullus in paradisum intrabit vsq; ad ultimã consumationem, quæ erit per finalem resurrectionem. Sed hoc est contra Apostolum. 1. Cor. 5. Scimus, quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Ista ergo consumatio, de qua loquitur Apost. potest referri ad præmium essentiale, s. ad beatitudinẽ, quæ habetur per Christum Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos: quam non habuerunt sancti ueteris testamenti. Vel potest referri ad stolã corporis, quæ non dabitur uniuersaliter, vsque

K post resurrectionem vniuersalem, licet forte aliqui iam habeant ipsam ex speciali priuilegio. Non ergo sine nobis consumantur, sed perficiuntur duplici stola, vt sicut dicit glo. in cõi gaudio omnium, maius fiat gaudium singulorũ. Vnde in hoc nobis Deus prouidit. Et ideo dicit. *Deo pro nobis aliquid melius prouidente*. Psa. 132. Ecce quàm bonum, & quam iucũdũ habitare fratres in vnũ Magis enim gaudet homo cum pluribus gaudẽtibus. Glo. Si isti tenuerunt fidem, qui tãdiu expectauerũt, multo magis teneamꝰ nos, q statim recipimus. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus multipliciter commendauit fidem per quam membra Christo capiti coniunguntur: hic ponit moralem monitionem exhortans, vt fidem quam tenent corde, operibus demonstrent: sicut etiam monet Ia c. cap. 2. Canonicæ suæ. Et primo, docet quomodo se debeant habere circa mala. Secundo, quomodo debeant se habere circa bona. cap. 13. ibi. *Cha-*

CAPIT. XII. LEC. I.

Deoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam, curramus ad propositum nobis certamen,

G aspicientes in authorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sũt tẽtati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierũt ĩ melotis, in pellibꝰ caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumarentur.

Charitas fraternitatis. Est autem duplex malum, s. pœnæ, & culpæ. Primo ergo, docet quomodo se debent habere circa mala pœnalia toleranda. Secundo, circa mala culpæ uitanda, ibi. *Propter quod remissas &c.* Ad tolerandum autem malum pœnæ, Primo, inducit exemplo antiquorum, Secundo, exemplo Christi, ibi. *Aspicientes in authorem*. Tertio, authoritate scripturæ, ibi. *Et obliti estis*. Quantum ergo ad primũ dicit. *Ideo nos habentes tantam nubem testium interpositam*. Quasi dicat, Ita dictum est, quòd sancti testimonio fidei probati, nec tamen habuerunt repromissiones, & tñ cũ hoc non defecerunt in expectando, ergo nos qui habemus tantam nubem testium interpositam &c. Sancti dicuntur testes Dei, quia uerbo, & facto glorificabatur Deus per eos. Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est Es. 44. Vos testes mei dicit Dominus. Dicuntur autem sancti, nubes, Primo, propter conuersationis sublimitatem. Esa. 60. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant. Secundo, propter doctrinæ fœcunditatem. Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. Et. 36. Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt. Tertio, propter spiritualis consolationis utilitatem. Sicut, n. nubes præstant refrigerium, sic exempla sanctorum. Esa. 18. Et sicut nubes roris in die messis. Hanc ergo nubem testium habemus impositam, quia ex uita sanctorum, quodammodo inducitur nobis necessitas ad imitandum. Iac. 5. Exemplũ accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientię, prophetas. Aug. Sicut Spiritussanctus loquitur in scriptura, ita in gestis sanctorum, quę nobis sunt forma, & præceptum uitæ. Hoc est ergo exemplum sanctorum, quod inducit. Sed quia ad cõformandum se ad aliquod exemplar, interdum ex impedimento superueniente impeditur homo, ideo remouet illud quod potissime potest impedire. Illud autem est pondus peccati. Tribulatio autem est, quasi quidam agon. 1. Cor. 9. Omnis, qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sicut autem in cursu, & certamine oportet omnia aggrauantia deponere, ita & in agone tribulationis. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum consumaui. Qui ergo in tribulatione vult bene ad Deum currere, oporet impedimenta deponere. Ista, impedimenta vocauit ipse Apostolus pondus, & circunstans peccatum. Per *Pondus*, autẽ potest intelligi peccatum perpetratum, quod dicitur pondus, quia animam deprimit ad infima, & inclinat ad aliud. Psal. 32. Sicut onꝰ graue, grauatæ sunt super me. Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Per *Circunstans peccatum*, potest intelligi occasio peccandi, quæ quidẽ est in omne, quod circunstat, s. in mundo, carne, proximo dæmone. *Deponentes ergo omne pondus*, idest, peccatum, perpetratum, qd dicitur pondus. *Et circunstans nos peccatum*, s. occasionem peccandi 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum. Vel pondus, potest intelligi tædium tribulationis. Sic enim frequenter tribulatio dicitur onus per prophetas, sicut onus damasci, id est, tribulatio. q. d. Non sit uobis graue pati pro Christo. Circunstans peccatum dicitur tentatio nobis immissa, ex circuitu hostis 1. Pet. 5. Aduersarius uester diabolus &c. Vel pondus affectio terrena: per circũstans, aũt peccatũ affectio carnalis, quæ, s. causatur in nobis a carne circunstante. q. d. Deponatis affectionem tã temporalium, quàm carnalium, in uultis libere currere. Vnde subdit monitionem dicens. *Curramus per patientiam ad certamen nobis propositum*, non solum illatum, quod tamen sustineamus patienter. Sed nos ipsi uoluntarie curramus. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Hoc autem certamen uobis propositum est cum iustitia. Eccli. 4. Vsq; ad mortem certa pro iustitia. Deinde cum dicit. *Aspicientes &c.* Ponit exemplum Christi. Et circa hoc duo facit. Primo, n. ostendit quare passio Christi habenda est in exemplum, & quid in ipsa considerandum est. Secundo, ostendit fructum istius consideration s, ibi. *Recogitate eum*. Sicut, n. dicitur Ephe. 2. Gratia saluati estis per fidem: Christus autem est author fidei Si ergo vis saluari, debes intueri exemplar illud. Vnde dicit. *Aspicientes in Iesum*, passum. Hoc significatum fuit per serpentem ęneum eleuatum pro signo, in quem aspicientes curabãtur. Num. 21. & Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Si ergo uis saluari, respice in faciem Christi tui. Ipse enim est author fidei dupliciter. Primo, eãm docendo uerbo. supra. 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Secundo eam in corde imprimẽdo. Ph. 1. Vobis donatum est pro Christo non solum, ut in ipsum credatis &c. Item, ipse est consumatio fidei dupliciter. Vno modo ipsam miraculis confirmando. Io. 10.

A Si mihi non uultis credere, operibus credite. Item, fidem præmiãdo. Cum, n. fides sit imperfecta cognitio, eius præmium consistit in ipsius cognitionis perfectione. Io 14. Ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hoc aũt significatum fuit. Zach. 4. Vbi dr, Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, s. ecclesiam, cuius fundamentum est fides, & manus eius perficiẽt eam. Nam manus Christi, qui de genere Zorobabel descendit, fundat ecclesiam in fide, & fidem

B gloria consumat. Videmus, n. nunc in speculo, & ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. 1. Co. 13, Aug. 1. de trin. ca. 10. Cõtẽplatio est merces fidei, cui mercedi p fidẽ corda mũdantur, sicut scriptũ est, Fide mũdãs corda eorũ. In passiõe, n. Christi tria cõsiderãda sũt. Primo, quid contempsit. Secundo, quid sustinuit. Tertio, quid promeruit. Quãtũ ad primũ dicit. *Qui proposito sibi gaudio*, istud aũt gaudiũ, fuit istud gaudiũ terrenum quo a turba quã pauerat, quærebatur, ut facerent eũ regẽ, q ipse, contempsit fugiẽdo in mõtẽ. Io. 6. Vnde Ecc. 2. Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, quid frustra deceperis? Vel proposito sibi gaudio æternæ vitæ pro præmio. *Sustinuit crucem*, hoc est secundũ: s. quid sustinuit, quia crucẽ Ph. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens, vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. In quo onditur, & cruciatus acerbitas, quia ibi affixus fuit manibus, & pedibus, & mortis vilitas, & ignomia, quia hoc erat ignominiosũ genus mortis. Sap. 2. Morte turpissima cõdẽnemus eũ. Quãtũ aũt ad tertiũ, 1. quod promeruit, quia sessionẽ ad dexterã patris. Vnde dicit. *Atque in dextera sedis Dei sedet*. Exaltatio, n. humanitatis Christi, fuit præmiũ passionis eiꝰ Hebreorum. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis Deinde, cũ dicit. *Recogitate eum*, ostẽdit, quis sit fructꝰ huiꝰ cõsiderationis Et primo, monet ad diligẽtẽ exẽplũ cõsiderationẽ. Secũdo, ostẽdit vtilitatẽ, ibi *Vt non fatigemini*. Tertio, subdit rationẽ, ibi. *Non, n, usque*. Dicit ergo. Ita dictũ ẽ. *Aspicientes &c.* Nec hoc solũ, sed ẽt *Recogitate eum*, i iterũ cogitate. Pro. 3. In oĩbus uiis tuis cogita illũ. Et huius rõ est, quia in quacũq; tribulatione, inuenit eius remediũ in cruce. Ibi. n. est obediẽtia ad Deũ. Philip. 2. Humiliauit semetipsũ factus obediẽs. Itẽ, pietatis affectꝰ ad parẽtes. Vnde ibi gessit curã de matre sua. Itẽ charitas ad proximum, vnde ibi pro transgressoribus orauit. Luc. 23. Pater dimitte illis, nõ. n. sciũt qd faciũt. Eph. 5. Ambulate in dilectiõe sicut Christꝰ dilexit nos, & trradidit semetipsum pro uobis. Itẽ fuit ibi patientia in aduersis. Psal. Obmutui, & humiliatus sũ, & silui a bonis, & dolor meus renouatꝰ est. Es. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducet, & quasi agnus corã tondẽte se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Itẽ in oĩbus finalis perseuerãtia. unde, usq; ad mortẽ perseuerauit. Luc. 23. Pater in manus tuas cõmendo spm meum. Vnde in cruce inuenitur

D exemplũ omnis uirtutis. Au. Crux nõ solũ fuit patibulũ patientis, sed ẽt cathedra docentis. *Recogitate ergo eum, qui sustinuit*. Sed quid cogitandũ? Tria, s. genus passionis, unde. *Sustinuit contradictionem*, i. afflictionem in uerbis. Vnde dicebant, Vah qui destruis templũ Dei. Ps. 17. Eripies me de contradictionibus populi. Ro. 20. Expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Luc. 2. Et in signum cui contradicetur. Et *Contradictionem talem*, idest, tam grauem & ignominiosã. Tren. 1. O uos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. Secundo, a quibus passus est, quia. *A peccatoribus*. pro quibus patiebantur. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuꝰ est, iustus pro iniustis. Tertio, persona patientis, Ante passionem enim ab origine mundi, passus est in mẽbris suis, sed tunc in propria persona. Vnde dicit. *Adversus semetipsum*. Esa. 46. Ego feci, & ego feram. Psal. 68. Quę non rapui, tũc exoluebam. 3. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo

E super lignum. Vtilitatem ostendit cum dicit. *Vt non fatigemini*. Consideratio enim passionis Christi facit nos non deficere. Gre. Si passio Christi ad memoriam reuocatur, nihil a deo durum est, quod non æquanimiter toleretur. Vnde non deficiatis, tanquam fatigati animo, a ueritate fidei. Esa. 40. Current, & non laborabunt, ambulabunt. & non deficient. 2. Thessalonicens. 2. Nolite deficere benefacientes. Rationem autem huius, ponit dicens. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis*. Quasi dicat, Non debetis deficere in tribulationibus uestris pro uobis, quia nondum tantum sustinuistis sicut Christus. Ipse enim sanguinem suum fudit pro uobis. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur. Vos autem rapinam bonorũ uestrorum sustinuistis, Maius autem est de genere operis uitam dare, quàm substantiam corporalem. licet aliquando ex radicẽ operis, scilicet ex charitate possit esse minus, sicut supra dictũ est, unde dicit, Nondum enim restitistis repugnantes aduersus peccatum. *Vsque ad sanguinem*, scilicet fundendum pro Christo.

LECTIO SECVNDA.

LECTIO II.

ET obliti estis consolationis, quæ uobis tanquam filiis loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnē filium quem recipit. In disciplina perseuerate, Tanquam filiis, uobis offert se Deus. Quis enim fili', quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri,& non filii estis, Deinde, patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos, num multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundū uoluntatem suam erudiebāt nos, hic aūt ad id qđ utile est in recipiē
G do sanctificationē eius. Oīs aūt disciplina in præsenti quidē uidetur nō esse gaudii, sed mœroris: postea aūt fructū pacatissimū exercitatis per eam, reddet iustitiæ.

SVPRA induxit Apostolus ad mala patienter sustinenda, exemplo antiquorum patrum,& Christi: hic monet ad idē ex authoritate scripturæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim, ponit authoritatem. Secundo, ostendit sensum eius, ibi. *In disciplina perseuerate*. Tertio, arguit ad propositum ex præmissis, ibi. *Quod si extra disciplinam*. Ponit authoritatē, quæ habetur Prou. 3. Sed sub aliis verbis, quàm litera nostra habeat. Ibi .n. habemus sic, Disciplinam Domini fili mi ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem, n. diligit Dominus corripit, & quasi pater ī filio cōplacet sibi. Quia uero Apl' inducit authoritatem istā, cā cōsolationis, ideo vtit̄ aliis uerbis. Vnde dicit. *Et obliti estis consolationis*. Quasi dicat, Mirū est, si obliti estis. Psa. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Idem, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Dicit autem, consolationis, idest Dei consolantis,& est emphatica locutio. 2. Cor. 1. Benedictus Deus,& pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Sequitur. *Quæ uobis*, idest Deus consolationis. *Loquitur tanquam filiis*. Ergo si punit, non odit: sed eius punitio ordinatur ad bonum, quia loquitur vobis tanquam filiis. Verba autem authoris ponit, dicens. *Fili mi &c.* Et subdit rationem, ibi. *Quem enim diligit &c.* In authoritate vero, prohibet odium disciplinæ, & impatientiam ad ipsam. Propter primum, dicit. *Fili mi, noli negligere*. sicut quidam qui odiunt disciplinam, de quibus dicitur Prou. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Amos. 5. Odio habuerunt loquentem in porta,& corripientem perfecte abominati sunt. Dicit ergo Apostolus. Noli negligere disciplinam Domini: quasi dicat. Cum Deus te flagellat causa disciplinæ, noli negligere, idest negligenter habere fastidiendo. Sap. 3. Sapientiā,& disciplinam, qui abiicit, infœlix est. Propter secundum dicit. *Et ne fatigerit, dum ab eo argueris*. Quidam enim, & si correctionem duram non odiant, tamen impatienter portant. Et ideo dicit, Neq; fatigeris &c. Tunc enim, homo spiritualiter fatigatur, quando contristatur intantum, q deficit. supra eodem, Vt non fatigemini animis vestris deficientes. Eccle. 6. Ne accidieris in uinculis illius. Deinde cum dicit. *Quem enim diligit Dominus castigat*. assignat causam, sicut autē dicit Philosophus, Verbum castigationis communiter accipitur in pueris,& in concupiscentia: dicimus enim castum, cuius concupiscentia castigata est. Similitec puer dicitur castigatus, qui est bene disciplinatus: quod enim de se habet pronitatem ad malum, indiget refrenante. Talis autem est concupiscentia, & puer, qui de se sequuntur impetus suos. Ideo indigent castigante. Ille ergo, qui castigat, ideo hoc facit ne tendant in malū. Et quia sensus nostri, & cogitatio nostra prona sunt ad malum vt dicitur Gen. 8. Ideo Dominus castigat nos, vt retrahat nos a malo. Psal. 117. Castigans castigauit me Dominus,& morti nō tradidit me. Hier. 31. Castigasti me,& eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. In hoc autem castigat, quia flagellat, non quidem ad condemnationem, sed ad salutem. Vnde dicit, quòd flagellat omnem filium quem recipit. Et ideo, qui non flagellantur, non sunt de numero filiorum. Psal. 72. In labore hominum non sunt,& cum hominibus non flagellabūtur. Vnde est signū, quasi æternæ reprobationis. Ezec. 16. Auferetur zelus meus a te. Nec mirum si flagellat omnem filium, quem recipit per adoptionē: quia Proprio filio suo non pepercit. Luc. ult. Oportuit Christum pati. Consequenter cū dicit *In discisplina perseuerate*. Ostendit sensum authoritatis præallegatæ: & primo, ostēdit sēsum monitionis. Secūdo, sensum rationis assignat, ibi. *Tanquam filiis*, Tertio, ostendit rationē istā esse conuenietē, ibi. *Quis enim filius*. Monitio aūt Apostoli, fuerat, q nō debebāt negligere disciplinam Dñi, nec ēt fatigari. Vtrūq; aūt cōprehēdit in his uerbis. Nō negligere .n. nec ēt fatigari sub disciplina, nō est aliud q̄ in disciplina pseuerare. Vnde Iob. 6. Hæc mihi sit cōsolatio, ut affligēs me dolore, nō parcat. Ps. 2. Apprehēdite disciplinā &c. Quare aūt nō debem' negligere, dixerat: q a Quē diligit Dñs &c. Vnde hic dicit
F *Tāquam filiis vobis se offert Deus.* Quasi dicat, Ideo perseuerate, quia offert se tāquàm filiis. Hier. 3. Patrē vocabis me,& post me ingredi nō cessabis Consequenter ostendit istā rationē esse cōuenientē, dicens *Quis enim filius quem non corripit pater?* Ad patrē enim pertinet corrigere filiū suū Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filiū suum: qui aūt diligit illū, instāter erudit. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus,& fili' remissus euadet preceps. Et ideo necessaria est correctio: sicut Paulo datus stimulus carnis, ne per superbiam corrueret. 2. Corinth. 12. Deinde cū dicit *Quod si extra disciplinam &c.* Arguit ex præmissis,& primo deducēdo ad inconueniēs. Secundo, ex quodā exēplo ibi *Deinde patres &c.* Tertio, ex vtilitate cōsequēte, ibi *Omnis autem disciplina &c.* Circa primū facit talē rōnē. Omnes sancti, qui Deo placuerūt per multas tribulationes transierūt, per quas filii Dei facti sunt. ergo qui in disciplina nō perseuerat, non est filius, sed magis adulter. i. de adulterio natus. Istius rōnis ponit tm̄ cōclusionē, dicēs. Si estis extra disciplinā, non estis filii sed adulteri: quia disciplinæ facti sunt participes oēs, scilicet, sancti 2. Timo. 3. Oēs, qui pie viuere volūt in Christo, persecutionē patiētur. Iudith. 8. Oēs, qui Deo placuerūt, per multas tribulationes trāsierūt fideles. Nec oportet, q semp san-
H cti habeāt exteriores tribulationes, cū interius affligūtur ex mala cōuersatione puersorū. 2. Pet. 2. Habitās Loth apud eos, qui de die in diē animā iustā iniquis operibus cruciabāt. Filius autē pprie dr̄, qui est ex legitimo patre. Mater nostra est ecclesia, cui' spōsus est ipse Deus Oseæ. 2. Spōsabo te mihi in fide. Adulter aūt est diabolus & mūdus. Qui ergo nati sunt ex spiritu diaboli, vel mūdi, sunt filii adulterini. Esa. 57. Accedite huc filii auguratricis & adulteri,& fornicariæ. Patet ergo, q pprie nō sunt filii, nisi de ligitimo patre nati. Consequēter cum dicit *Deinde patres &c.* Ponit secūdā rōnē sumptā ex eo, qđ experti sumus. s. ex correctione paterna. Quæ quidē rō, procedit ex duplici differētia, q̄ est inter Deū patrē, & patrē carnalē. Est aūt hæc prima differētia, Dei patris ad patrē carnalē. Homo .n. generat hominē quātū ad corpus, nō quātū ad aīam, q̄ est per creationē,& nō traducitur. 2. Mach. 7. Neq; n. ego spiritū & aīam donaui vobis. Vñ dicit, q *Nos habuimus patres carnis uostræ eruditores.* Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. *Et reuerebamur eos.* Exod. 20. Honora patrē
I tuū & matrē &c. Deus aūt excellētius est pater noster. s. quātum ad animā: quā immediate creat. Eccl. vlt. Spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū. Itē, iustificat animā adoptādo nos in filios. Ro. 8. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q sumus filii Dei. Ideo dicit *Num multo magis obtemperabimus patri spirituum*, idest animarū nostrarū, quæ dicūtur spiritus: quia nō sunt ex materia *Et viuemus?* Finis .n. obediētiæ, est vita æterna. Ioan. 8: Si quis sermonē meū seruauerit, mortem nō gustabit in ęternū supra. 5. Factus est omnibus obtēperātibus sibi, causa salutis æternæ. Secūda vero differentia est correctionis humanæ ad diuinā: quæ in duobus differūt,& primo quantū ad finē, quia finis humanæ correctionis est aliquid transitoriū. Est enim ad bene conuersandū in hac vita, quæ est paucorum dierum. Secundo, quantum ad rationem: quia homo corrigit s̄m voluntatem, quæ falli & errare potest,& tamen obedimus ei. In correctione autem diuina nō sic: quia erudit nos ad aliquid vtile in sempiternū, scilicet ad recipiēdum sanctificationē, quæ scilicet est ipsemet Deus. Esa. 8. Domi-
K num exercituum, ipsum sanctificate. Ipse pauor vester, ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem. Et ideo dicit *Et illi quidem erudiebant nos in tempore paucorum dierum.* Et hoc quantum ad primum. *Et secundum voluntatem suam.* Et hoc quātū ad secundū *Hic autem ad id quod vtile est.* Esa. 48. Ego Dominus docēs te vtilia. Et hoc *In recipiendo sanctificationem.* idest, in sanctificationē ab ipso recipiendā: & ideo debemus magis recipere disciplinam eius. Sequitur *Omnis autem disciplina &c.* Hæc est tertia ratio, quę sumitur ex vtilitate correctionis. Cum autem pęnæ sint quædam medicinæ, idem iudicium videtur esse de correctione, & de medicina. Sicut autem medicina in sumptione amara est quidem & abhominabilis, tamen eius finis est valde dulcis & desiderabilis, ita & disciplina: quia grauis est ad sustinendum, sed adducit fructum optimum. Sciendum est autem,

LECTIO III.

PRopter quod, remissas manus,& soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus,& sanctimoniam: sine qua nemo uidebit Deum: contemplantes ne quis desit gratię Dei, ne qua radix amaritudinis sursū germinās

aūt, q disciplina dicitur à discendo. Pueri aūt, qui addiscunt, flagellis erudiuntur. Et ideo disciplina aliqñ sumitur pro scientia, vt in principio primi posteriorum. Omnis doctrina, & omnis disciplina &c. Quæ Grece dicitur Epistemon. Aliqñ autē sumitur pro correctione,& Grece dicitur pædia, sed in Latino non habet nomina ita distincta Dicit ergo, quòd. *Omnis desciplina*, quę, s. est eruditio p flagella, & molestias. *In præsenti videtur esse non gaudij sed mœroris*, quia exterius habet tristitiam in sustinendo, sed interius habet dulcedinem ex intentione finis. Et ideo dicit. *Videtur*,& non dicit est. 2. Cor. 6. Quasi tristes, semper autē gaudentes. Io. 16. Mulier cū parit, tristitiā habet &c. Cor. 4. Id enim qđ in præsenti est momentaneū,& leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. *Postea reddit fructum.* Fructus .n. importat dulcedinē. Vnde frui est delectari in fine adepto. *Pacatissimum.* Fructus .n. habetur hic, cum perturbatione exteriorū incommodorū, & tentationū interiorū,& ideo non est pacatissimus, sicut ibi. In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiā, nec impellēs ad culpā, nec exterius contristans. Ibi .n. vt dicit Aug. erit quicquid uoles: ergo ille fructus est pacatissimus. Pacatus quidē in tranquillitate conscientiæ, pacatior in susceptione primæ stolæ, sed pacatissimus in susceptione secundæ. Esaiæ. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ: in requie opulenta. Prouerb. tertio, Primi, & purissimi fructus eius. *Reddet ergo fructum iustitiæ*, idest quem meretur iustitia. Seminanti .n. iustitiam merces fidelis. Prou. 11. Ibidē, Fruct' iusti, lignū vitæ. Vel iustitię, ad iustitiā, apphendēdā. Oseæ. 10. Seminate uobis in veritate iustitiæ,& metite in ore misericordiæ. Ps. 125. Eūtes ibāt,& flebāt &c. Sed nō reddit̄ fruct' nisi. *Exercitatis per eam*, i. per disciplinā supra. 5. Perfectorū est cibus solidus eorū, q pro consuetudine exercitatos habent sensus.

LECTIO TERTIA.

SVPRA monuit Apl̄us, qualiter nos debemus hr̄e ad mala pęnalia sustinēda: hic monet qualiter nos debemus hr̄e ad mala culpæ uitāda. Et circa hoc duo facit. Primo .n, ponit monitiones suas. Secūdo, assignat rationes ipsorū, ibi. *Non enim accessistis* Circa primū duo facit. Primo .n, monet hominē peccātē. Secūdo, nondū peccantē, ibi. *Pacem sequimini.* Est aūt duplex peccatū, s. omissionis,& trāsgressionis. Primo ergo, monet ad dimittendum peccatū omissionis. Secundo, ad dimittendū peccatū transgressionis, ibi. *Et gressus rectos.* Peccatū aūt omissionis, duplex est. Vnū, qñ quis omittit bonū facere. Aliud, omittendo mala, & aduersa tolerare Quantū ad primū, dicit. *Propter quod*, s. quia disciplina affert fructum pacatissimum: ideo ut uos hunc fructū percipere possitis. *Erigite manus remissas* Manus, n. cum sit organū organorū remissa dicitur, qñ vacat a bonis operibus, & ideo erigēda est per rectā intentionem ad operandum, quæ Deo placent. Trenorū tertio. Leuemus corda nr̄a cū manibus ad Deū. Ps. 140 Eleuatio manuū mearū &c. Manus .n. remissa inducit egestatē,& seruitutē. Pro, 10 Egestatē operata est manus remissa, manus aūt fortium diuitias parat. Item cap. 12. Manus fortium dominabitur, quæ aūt remissa est, tributis seruiet. In huius signū, quando Moyses eleuabat manus, vincebat Israel: quando uero remittebat, superabat Amalech. Exod. 17. Quantū ad aliud peccatum omissionis, dr̄. *Erigite genua dissoluta.* In genibus totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta, qui non habent fortitudinē fortiter tolerandi aduersa: hæc ergo remissio abiicienda est Iob. 4. Manus lassas roborasti,& genua trementia cōfortasti: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Esa. 35. Cōfortate manus dissolutas,& genua debilia roborate. Manus ergo, & genua erigite, vt nec ocio torpeatis, nec debilitate hæsitetis. Deinde cū dicit. Et gressus rectos. Improbat peccatū trāsgressionis. Istud āt peccatum est obliquitas quædam,& curuitas. Rectū .n. dicitur, cuius medium non exit ab extremis, i. cuius operatio nō recedit ab intentione,& fine debito. Triplex aūt est obliquitas, s. in affectu, in operatione,& intellectu. Istas tres monet declinare. Ex affectione autē iniqua, sequitur obliquitas in intellectu,& deprauatio in affectu. Et ideo quantum ad primū, quod est aliorum radix, dicit. *Facite gressus rectos pedibus uestris*, idest, rectas affectiones. Sicut, n. pedes portant corpus, ita mentem portant affectiones. Recti ergo pedes, sunt affectiones rectæ. Ezech. 1. Pedes eorū, pedes recti. Rectificatæ ergo affectiones, quibus totū corpus portatur spiritualiter. Es. 40. Rectas facite in solitudine semitas Dei
A uestri. Hoc est: quantum in uobis est, date operam ad hoc. Sed proprie rectificare est solius Dei. Psa. 20. Dirige gressus meos in semitis tuis. Quantum ad secundum, dicit. *Vt ne claudicans quis*, quantum ad actionem exteriorem. Sicut enim tibia dicitur clauda, qñ non sequitur regulam potentiæ gressiuæ, ita operatio claudicat, quando siue ad dexteram, idest, in prosperis, siue ad sinistram, i. in aduersis non sequitur regulam legis diuinæ, Esa. 30. Hęc est uia, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram neque ad sinistram. Vel claudicat, qui cæremonialia obseruat cum euāgelio. Quantum ad obliquitatem intellectus dicit. *Erret.* Malā,
B n. operationem sequitur error intellectus. Pro. 14. Errant omnes, qui operantur malum. Sap. 2. Hoc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim eos malitia eorū. Qui ergo uult illas duas curuitates cauere, habeat pedes, & affectiones rectas. Et ideo dicit. *Magis autem sanetur.* Sicut enim sanitas corporis consistit in cōtemperatione humorum, ita sanitas spūalis in ordinatione affectuum. Hier. 17. Sana me Domine,& sanabor. Deinde cum dicit *Pacem sequimini &c.* Monet non peccantem ad uitandum peccatum: & circa hoc duo facit. Primo n. præmittit quædam remedia, quæ valent ad omnia peccata uitanda. Secundo, specialiter monet ad vitationem eorum, ibi. *Ne qua radix.* Circa primū sciendum est, q actionum humanarum sunt diuersi fines. Quædam .n. ordinantur ad alium sicut iustitia, quæ ordinat hominē ad proximum,& istarum finis est pax. Vnde Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax. Quædam ad ipsum operantem, sicut ieiunare, & istorum finis est puritas. Non .n. ieiunamus, nisi propter munditiam
C & puritatem. Quantum ergo ad primum, dicit. *Pacem sequimini*, idest non solum habere, sed quæratis quomodo cum aliis habeatis. Rom. 12, Si fieri potest quod in uobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Ps. 33. Inquire pacē, & persequere eā. Quantum ad secundum dicit. *Et sanctimonia.* 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis,& spiritus. Quod autem ista remedia sint necessaria, ostendit per duo damna, quæ incurrimus sine ipsis, s. damnum gloriæ in futuro,& gratiæ in pręsenti. Quantū ad primum dicit, quòd. *Sine pace, & sanctimonia nemo uidebit Deum*, in quo consistit beatitudo. Io. 17. Hæc est uita æterna &c. q. d. Sine pace quo ad proximum,& munditia,& puritate quo ad seipsum, nemo potest esse beatus. Matt. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Solum autem filiis, debetur hæreditas diuinæ visionis. Item Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Ps. 14. Domine quis habitabit in tabernacu-
D lo tuo &c. Item, Quis ascendet in montem Dñi &c. Quantum ad secundum damnum, s. gratiæ Dei in præsenti, dicit *Contemplātes ne quis desit gratiæ Dei.* Gratia enim per discordiam, & immunditiam amittitur. 1. Cor. 14. Non est deus dissensionis, sed pacis. Psal. 75. In pace factus est locus eius. Abacuch. 1, Mundi sunt oculi tui dñe, ne uideant malum,& respicere ad iniquitatem nō poteris. Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum,& corripietur a superueniente iniquitate. Figuratiue autem loquitur Apl̄us. Gratia enim & si non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia: tamen oportet quòd homo faciat, quod in se est. Deus autē uolūtate sua liberalissima, dat eam omni præparāti se. Apo. 3. Ecce sto ad ostium,& pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. 1. Tim. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri. Et ideo gratia dei nulli deest, sed oībus quantū in se est, se cōicat: sicut nec sol deest oculis cæcis. Dicit ergo, Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. Sed contra: quia si gratia non datur ex operib',
E sed tm̄ ex hoc q aliquis nō ponit obstaculum, ergo habere gr̄am depēdet ex solo libero arbitrio,& nō ex electione dei, q ē error Pelagii. Respōdeo: Dicēdū est, q hoc ipsum, q aliquis nō ponit abstaculū, ex gr̄a procedit. Vñ si aliquis ponat,& tñ moueat cor eius ad remouendū illud, hoc est ex dono gr̄æ dei vocantis p misericordiā suā. Gal. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ,& uocauit per gr̄am suā &c. Hoc aūt donū gr̄æ, non est gratū faciens. Quòd ergo a quibusdā remouet̄ istud obstaculū, hoc est ex misericordia dei: q aūt non remouetur, hoc est ex iustitia eius. Non autem dicit, ne tu desis, sed ne quis, idest quicunq;: quia quilibet debet esse solicitus de proximo. Ec. 27. Vnicuique mandauit de proximo suo. Deinde cum dicit. *Ne qua radix.* Specialiter descendit ad monitionem vitationis peccatorum cōtrariorum unicuique prædictorum remediorum, & primo monet uitare peccata contraria paci. Secundo, contraria sanctimoniæ, ibi. *Ne quis fornicator.* Dicit ergo, Ne qua radix amaritudinis &c. Illud dr̄ amarū, q nō pōt gustari nisi cū offensa. Conuersatio ergo alicuius dr̄ amara, qñ non potest esse sine offensa

offensa eorum cum quibus conuersatur. Quod contra dicitur de sapientia. Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illiꝰ, nec tędium conuictus eius, sed lætitiam, & gaudium. Qui ergo in sapientia scit conuersari, non est amaræ conuersationis, quod fit, qñ nõ hẽt dura uerba vel facta. Et ideo dicit. *Contẽplantes ne*

impediat, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau, qui propter vnam escam uendidit primitiua sua. Scitote.n. qm̃ & postea cupiẽs hæreditare benedictionẽ, reprobatus est. Nõ.n. inuenit pænitẽtiæ locũ, quanq̃ cũ lachrymis inq̃siuisset eã.

qua radix amaritudinis, idest, amaritudo paulatim inchoata, & in corde radicata. *Sursum germinans impediat*, pacem, & per consequens gratiam, & uisionem dei. Deut. 29. Ne sit inter uos radix germinans fel, & amaritudinem. Oseæ. 12. Ad iracũdiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Vel radix amaritudinis est mala cogitatio noxiæ delectationis, quę sursum germinat, quando per consensum ad opus venitur. *Et per illam inquinantur multi*, quia nõ solum ille in quo est, sed, & alii malo eius exemplo. 1. Cor. 5. Modicum fermentum, totam massam corrumpit. Deinde cum dicit. *Ne quis fornicator*, Monet vitare peccata contraria sanctimoniæ, cui specialiter opponuntur peccata carnalia, s. luxuria, & gula, quæ perficiuntur in delectatione carnali, per quam meus inquinatur. Vnde ista mentem, & carnem inquinant. Et ideo specialiter monet ista vitari. Et primo luxuriam, dicens, Contemplantes. Et non solum quilibet in seipso, sed ne quis fornicator, ita quòd quilibet in ꝓximo suo hoc contempletur. Augu. Inuicem uestram pudicitiam custodite, & Eph. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Thob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione. Secundo, prohibet gulam, dicens *Aut prophanus*, & dicitur quasi procul a phano, & tales sunt gulosi, qui de uẽtre suo deum faciũt, *Sicut Esau*. Quod dixerat, ostẽdit in exemplo Esau, qui propter gulam uendidit primogenita. Sic etiã gulosus pro minima esca vendit hæreditatem æternam. Pro 6. Precium scorti, vix est unius panis. Esau autem non solũ fuit gulosus, sed etiam luxuriosus: quia contra uoluntatem parentum duxit uxores alienigenas. Ius autem primogeniti erat, ꝙ habebat duplicem portionem: & ante sacerdotium Aaron, habebat honorẽ sacerdotalem. Vnde in hoc commisit ipse symoniã. Ergo uidetur ꝙ etiam Iacob qui illud emit, similiter cõmisit symoniam, quod falsum est. Iacob.n. per Spiritum sanctum intellexit illud sibi deberi, iuxta illud Malac. 1. Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Et ideo non emit, sed quod sibi debebatur ab iniusto possessore redemit. Et hoc est, quod dicit. *Qui*, scilicet Esau. *Propter unam escam uendidit primitiua sua*, vel primogenita, vt dicitur Gen. 25. & 27. Et pœnam consecutam ostendit, subdens. *Scitote, n. quoniam, & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est*. Sicut, n. dicitur Gen. 27. Postquam Isaac benedixerat Iacob, venit Esau, & petiit benedictionem, quod tamen non obtinuit, licet pater fecisset ignorans, quia in illo stupore quem habuit, factus in extasi, edoctus est a Spiritusancto, quòd non retractaret quod fecerat. Vnde dicit, Benedixi ei, & erit benedictꝰ. Et sic Esau, consilio Spiritussancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi, quòd nullus debet negligere dum adhuc uiuit benefacere, quantuncunq; sit reprobatus in præsciẽtia diuina quia post uitam ad hæreditatem dei, etiam si desideretur naturaliter, non peruenitur. Sequitur. *Non enim inuenit pænitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam*. Sicut n. dicitur Gene. 27. Irrugiit clamore magno, &c. Sed contra: quia dicitur Ezech. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Respondeo: Dicendum est, quòd quandiu præsens vita agitur, potest agi vera pænitentia. Interdum tamen aliquis pænitet, non propter amorem iustitiæ, sed propter timorem pœnæ vel damni temporalis. Et sic pænituit Esau: non quia uendiderat primogenita, sed quia perdiderat. Vnde, non dolebat de peccato uenditionis, sed de damno perditionis. Et ideo pænitentia eius non fuit accepta, quia non erat uera. Sic enim pænitent damnati in inferno, vt dicitur Sap. 5. Pænitentiam agentes, non quia peccauerũt, sed quia exclusi sunt. Tamen secundum glo. hoc quod dicit hic, fornicator, & prophanus, aliter intelligi potest, vt fornicator dicatur, qui cum fide carnales cæremoni obseruat: sicut habens concubinam cum uxore propria, Sed prophanus, idest, procul a phano sicut pænitus infidelis.

LECTIO QVARTA.

SVPRA posuit Apost. monitionem ad uitandum mala culpe: hic assignat istius monitionis rõnẽ, quã sumit ex cõparatione noui, & ueteris testamẽti. Et circa hoc duo facit: primo.n. ponit cõparationẽ illã: secundo, ex ipsa arguit, ibi. *Videte ne recusetis*. Circa primũ duo facit: quia primo proponit ea, quæ pertinẽt ad vetus testamentũ, secundo eã, quæ ad nouũ testamentũ, ibi *Sed accessistis*. Circa primũ sciendum est ꝙ, vt dicit Aug. Breuis differentia legis & Euãgelii est, timor & amor. Lex.n. tãquam pædagogus noster fuit in Christo: paruuli autẽ terroribus ducendi sunt. Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Et

LECTIO IIII.

NON enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & uocem uerborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret uerbum. Non enim portabant, quod dicebatur, Et si bestia tetigerit mõtem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebundus. Sed accesistis ad Sion montẽ, & ciuitatem dei uiuentis, Ierusalẽ cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui cõscripti sunt in cælis, & iudicẽ omniũ deũ, & spiritum iustorum perfectorũ, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionẽ, melius loquentem quàm Abel.

ideo hic dicit Apostolus, ꝙ in datione legis, facta sunt quædã terribilia. Vnde primo ponit illa, quibus territi sunt hi, quibus lex dabatur: secundo, agit de terrore legislatoris, ibi *Moyses dixit*. Quãtũ ad primũ tria ponit. scilicet terrorẽ quãtũ ad visa, secundo, quãtũ ad audita, ibi *Et procellam*. Tertio, quãtũ ad cõminationes, ibi *Et si bestia tetigerit*. Et ista tria referuntur ad tria, quæ ibi erãt terribilia. s. ex parte dei, ex parte legis datæ, & ex parte ministrorum legis. Quantũ ad primũ. s. ex parte dei, ponit tria terribilia. s. Zelum ad puniendũ, seueritatẽ pœnæ, & occultationẽ dantis legẽ. Zelus designatur per ignẽ. Deut. 4. Dñs deus tuus, ignis cõsumẽs est, deus æmulator. Malac. 3. Ipse enim quasi ignis conflans. Vnde ipse deus frequenter vocat se zelotẽ, quia crimẽ sponsę non dimittit inultũ. Exod. 20. Ego enim sum dominus deus tuus fortis zelotes. Et 34. Dñs zelotes nomen eius. Prouerb. 6. Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ. Vnde dicitur hic, Nõ enim accessistis sicut illi ad tractabilẽ & accessibilem ignẽ. Ille enim ignis, vt dicitur. Exo. 19. erat corporalis & ideo palbabilis & sensibilis, & etiã in certo loco, vt ad ipsum posset accedi. In noua autẽ lege, datꝰ fuit ignis Spiritussancti. Act. 2. Sicut enim Iudæis quinquagesimo die ab egressu de Aegypto, apparuit ignis æmulationis, ita discipulis quinquagesimo die a die resurrectionis, ignis Spiritussancti non palpabilis, sed mente perceptibilis. Tren. 1. De excelso misit in ossibus meis ignem & erudiuit me. Iste ignis infinitus est natura & loco. Lucẽ enim habitat inacessibilẽ. 1. Tim 6. Et ideo non est accessibilis. Seueritas pœnæ significatur per turbinẽ, qui est ventus cũ aqua Iob. 9. In turbine cõteret me. Vel põt referri ad tentationes. Lex. n. non refrenabat concupiscentiã: quia non dabat gratiã adiutricem ex opere operato, sed tantũ cohibebat actũ: & ideo generabat turbinẽ tentationũ. Occultatio autẽ dantis legẽ, significatur per caliginẽ, in qua figurabatur ꝙ status legis occultus erat. i. velatus. 2. Corinth. 3. Vsque in hodiernum diem, cũ legitur Moyses, velamen positum est super cor eorũ. Sed in noua lege istud velamẽ ablatum est, in cuius signũ in passione Christi velũ tẽpli scissum est: quia Nos reuelata facie gloriam domini speculamur, vbi supra. Item caligo illa, significabat diuinã excellentiã. Sicut enim illud quod in caligine est, clare videri non põt, & lux excellens hebetat oculum, ita & facit ipsum caligare qui lucẽ habitat inaccessibilem. Deinde cum dicit *Et procellam*. ponit terribilia quantum ad auditum, quæ sumuntur ex parte legis. In lege autẽ tria erant valde terribilia, scilicet magnitudo comminationũ, grauitas præceptorũ, & multiplicatio ipsorum. Quantũ ad primũ, dicit, & procellam, quę proprie est conturbatio maris: large autẽ dicitur turbatio aeris cum turbine & pluuia: vnde significat austeritatẽ cõminationũ, quæ erãt in veteri lege. Deut. 29. Sonitus tubæ significat grauitatẽ præceptorum, ad quorum adimpletionẽ, indicebatur homini quasi bellum contra seipsum. Vox verborum significat multitudinem præceptorum. Verborũ, inquã, dei, per subiectã creaturã. s. per angelũ. Galat. 3. Ordinata per angelos &c. Deus. n. per angelos ibi loquebatur, quæ omnia a deo terribilia fuerũt *Quod illi qui vocem illam audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum*. Vnde dicitur Exod. 20. Perterriti, atque timore percussi fuerũt, & steterunt procul dicẽtes Moysi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dñs, ne moriamur. Causam aũt huius excusationis subiungit, dicens, Quia non poterãt verba dei portare. Vnde *Non portabant*. idest nõ sustinebãt *Quod dicebatur*. Deut. 5. Quid est omnis caro, vt audiat vocẽ dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? Tunc autem dicuntur non portari verba dei, quãdo vel intellectu non capiuntur, vel excedunt affectũ. Consequenter ponit pœnæ cõminationẽ, dicens *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur*. Exod. 19. vbi dicitur, Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tangent eũ, sed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. Apost. autem ad maiorem terrorem non facit mentionem hic, nisi de iumẽtis, quæ iubẽtur in lege occidi ad ostẽdẽdũ grauitatẽ peccati. Tamẽ mystice mons est altitudo mysteriorum diuinorum, bestia vero est homo bestialiter viuens. Psalm. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipienti-

bus &c. Hæc bestia duobus modis tangit montem. Vno modo, blasphemando. Psal. 72. Posuerunt in cœlum os suum. Leui. 24. Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum vniuersus populus. Alio modo, ingerendo se indigne diuinis. Prou. 25. Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Ex his concludit, quod intendit, s. ꝙ ista ualde terribilia erãt, quia etiam nec iumentis parcebatur: unde dicit, quòd ita terribile est quod dicebatur: in quo designatur differentia noui & ueteris testamenti: quia uetus testamentum datum fuit in terrore, vt corda Iudæorum, quæ prona erant ad idolatriam terrerẽtur: nouum autem datum est in amore. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Vnde, & Christus non terrores in principio prædicationis suæ præmisit, sed regnũ cœlorum promisit. Mat. 4. Pænitentiam agite, appropinquabit n. regnum cælorum. Pro. vlt. Lex clementiæ in lingua eius. Deinde cum dicit. *Moyses dixit*, agit de timore legislatoris, scilicet Moysi. Lex enim per Moysen data est Io. 1, Si ergo ipse Moyses in legis datione territus fuit, ita vt diceret, vt dicit Apost. hic. *Exterritus sum*, s. interius. *Et tremebundus*, exterius, qui fuit perfectissimus inter omnes, signum erat quòd ipsa lex terribilis erat etiam ipsis perfectis, quia non dabat gratiam ut dictum est, sed tantum ostendebat culpam. Vnde ipsa fuit graue iugum, de quo dicit Petrus, Act. 15. ꝙ Hoc est iugum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, Sed lex Christi iugum suaue est, quia Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis Ro. 5. Vnde sciendum est, ꝙ ista litera quã ponit hic Apłus nõ est Ex. 20. Sed forte accepit eam Apost. Ex. 3. vbi in visione rubi territus fuit, & dixit, Non sum eloquẽs ab heri, & nudiustertius. Ex quo dixit uel facto saltẽ, & si non verbo, exterritus sum, & tremebundus. Vel forte Apost. vtit̃ alia litera, quam nos non habemus. Ex quo apparet, quòd lex uetus fuit lex timoris. Deinde, ponit conditiones noui testamenti, dicens. *Sed accessistis*. Vbi ostendit, quæ nobis in ipso proponũtur. Et sunt tria nobis promissa, s. spes futuræ gloriæ, parcicipatio ecclesiæ, & familiaritas dei. Secundum, ostendit cum dicit. *Et ecclesiam primitiuorum*. Tertium, ibi. *Et iudicem omnium deum*. In cælesti autem gloria duo sunt, quæ potissime bonos lætificabunt, s. fruitio deitatis, & cõis sanctorum societas. Nullius. n. boni possessio iucũda est sine socio ut dicit Boet. & Psal. 127. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Fruitio aũt in duobus consistit, s. in uisione intellectus, & in delectatione affectus. Vt. n. dicit Aug. Fruimur cognitis ĩ quibus uoluntas delectata cõquiescit. Propter uisionem, n. dicit. *Accesistis ad montem Sion*. Sion, n significat altitudinem diuinæ contemplationis. Es. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. Iucunditas, & delectatio affectus, significatur per, *Hierusalem, ciuitatem cœlestem dei uiuentis*. Ibi, n. erit uisio experimentalis pacis, quia nihil erit perturbans siue interius siue exterius. Vnde, dicitur ciuitas dei, i. ciuium vnitas. Psal. 121. Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, Itẽ 147. Lauda Hierusalẽ dñm, lauda deum tuum Sion: sequitur, Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Gal. 4. Illa, quæ sursum est Hierusalem, libera est. Vnde nihil ultra erit desiderandum. Can. 8. Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Complementum autem sanctorũ est cõis societas, de qua dicit. *Multorum millium angelorum frequentiam*, idest, assiduitatem, quia semper ibi sunt, Mat. 18. Angeli eorum in cœlis, semper uident faciem patris mei, qui in cœlis est. Quod autẽ sint multa millia, patet Dan. 7. Millia milliũ ministrabãt ei, & decies centena millia assistebant ei, Iob. 25. Nunquid est numerus militũ eius. Apoc. 5. Erat numerus eorũ millia milliũ. Es. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. *Et ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis*. Hæc departicipatione ecclesiæ. Dicitur autẽ ecclesia domus dei. 1. Ti. 3. Primitiui sancti, sunt Apostoli, qui primitus, & abundantius dona gratiæ perceperunt, per quos deriuata sunt in posteros. Ro. 8. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes. Eph. 2. Superædificati super fundamentũ apostolorũ, & prophetarũ &c. Sicut autem antiquitus apud Romanos senatores, qui assumebantur ad magnas dignitates describebãtur, quos primus Põpilius in tabulis aureis scripsit, & dicebant patres cõscripti, ita Apo. hic ad ostẽdẽdũ dignitatem Apostolorum, dicit ꝙ conscripti sunt in cælis, cuius scripturæ liber, est notitia quam deus apud se habet de saluandis. Vnde sicut ibi illud, quod scribitur non de facili a memoria labitur, ita illi qui ibi per finalem iustitiam scripti sunt, infallibiliter saluabuntur. Et dicitur liber ille, liber vitæ. Luc. 16. Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Deinde cum dicit *Et iudicem omnium*, ostendit quomodo consecuti sumus dei familiaritatẽ. Et primo, familiaritatẽ patris quia dicit *Accessistis ad iudicem omnium Deum*, patrem scilicet a quo est authoritas iudiciaria in diuinis. Quòd enim filius iudicet, habet a patre. Gen. 18. Nõ est hoc tuũ, qui iudicas oẽm terrã. Illud aũt, quod dicitur Ioã. 5. Quòd pater omne iudiciũ dedit filio, intelligitur quãtũ ad corporalẽ præsentiã: quia sola persona filii apparebit in iudicio. Iste autẽ accessus, est per fidẽ & charitatẽ. Rom. 5. Iustificati igitur per fidẽ, pacẽ habeamus ad deũ, per dñm nostrũ Iesum Christũ, per quẽ accessum habemus per fidẽ in gratiã istã &c. Secundo, familiaritate Spiritussancti, cũ dicit *Et Spiritumsanctum iustorum*. Sm glo. hic ẽ triplex litera. Vna est melior, quę habetur in Græco, & spiritum iustorũ perfectorũ. i. accessistis ad Spiritumsanctũ, qui facit perfectos in iustitia. Iob. 32. Vt video spiritus est in hominibus. 1. Corinth. 3. Nescitis quia tẽplũ dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis? Omnis enim iustitia & perfectio, est a Spiritusancto. Alia litera. Et spiritũ iustorũ perfectorũ, & est sensus, Accessistis ad deũ, qui quidẽ ẽ iudex omniũ, sed est quasi hæreditas spirituũ iustorũ perfectorũ. Tren. 3. Pars mea, dominus, dicit aĩa mea. Tertia litera est, & spiritus iustorũ perfectorũ. idest vt habeamus societatẽ cũ spiritibus sanctorũ, qui sunt iusti & perfecti: sed prima melior est & planior. Tertio, quantũ ad familiaritatem filii, dicit *Et testamenti noui mediatorem Iesum*. q. d. Accessistis ad Christũ, qui est mediator illius noui pacti, in quo nobis promittuntur spiritualia. Nõ sic autẽ Moyses. Vnde supra 9. Ideo noui testamenti est mediator. 1. Tim. 2. Mediator dei & hominũ, homo Christus Iesus. Modus autẽ istius mediationis, fuit effusio sanguinis Christi: quia vt dictũ est supra 9. Sine sanguinis effusione, nõ fit peccatorũ remissio. Et ideo dicit *Accessistis ad aspersionem sanguinis* supra 10. Aspersi corda a conscientia mala. supra 9. Si. n. sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sãctificat &c. Et loquitur Apost. secundũ ritum veteris legis, vbi post dationẽ veteris legis: populus aspersus est sanguine, qui erat figura sanguinis Christi, quo fideles mundandi erant. Sequitur *Melius loquentem quam Abel*. Effusio enim sanguinis Christi figurata fuit in effusione sanguinis omnium iustorũ, qui fuerunt ab origine mũdi. Apoc. 13. Agnus qui occisus est ab origine mũdi, idest occidi præuisus. Et ideo effusio sanguinis Abel, signũ fuit istius effusionis. Sed Christi sanguis melius loquitur, quàm sanguis Abel: quia iste clamat vindictã, sed sanguis Christi ibi clamat veniã. Luc. 23. Pater ignosce eis. Esa. 53. Pro transgressoribus orauit. Mat. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Vel melius loquentem, idest melius loqui facientem: quia sanguis Abel facit nos loqui Abel esse hominem purum, & iustum, sed sanguis Christi facit nos loqui Christum, verum deum, iustificantem.

LECTIO V.

VIDETE ne recusetis loquẽtẽ. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui

LECTIO QVINTA.

SVPRA posuit Apost. cõditionẽ vtriusq; testamẽti: hic ex hoc arguit, & circa hoc facit duo. Primo. n. arguit. Secũdo, inducit cõclusionẽ principaliter intentã ibi *Itaque regnum immobile*. Circa primũ duo facit. Primo. n. præmittit intentionẽ suã. Secundo, arguit ad propositũ ibi *Si enim illi*. Dicit ergo, Ita dictum est, ꝙ sanguis Christi melius loquitur quàm sanguis Abel *Videte ergo ne recusatis* vel condemnetis loquentẽ, idest, quod loquitur implete. Duo autẽ nobis loquitur sanguis Christi: primo enim, loquitur nobis commemorando suum beneficium, quo datur nobis remissio peccatorum. Qui ergo iterum peccãt, loquentem contemnit. Item, loquitur exhortans ad imitandum. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui ergo non tollit crucem suam ad ipsum sequendum, recusat loquentem. Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Deinde cum

de eum dicit. *Si enim illi*, arguit comparando locutionem ueteris teſtamenti ad locutionem noui teſtamenti. Et hoc quantū ad duo, ſ. quantū ad modum loquendi, & quantum ad efficaciā locutionis, Modus loquendi, quia ipſe loquebatur ſuper terram: hic aūt eſt de cælo. Vnde dicit. *Si illi*, ſcilicet antiqui patres. F

ſuper terrā loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquētē nobis auertimus. Cuius uox mouit terrā tunc: nunc aūt repromittit, dicens, Adhuc ſemel, & ego mouebo non ſolū terrā, ſed & cælum. Quòd aūt adhuc ſemel dicit: declarat mobiliū tranſlationē, tanquā factorum, ut maneant ea, quæ ſunt immobilia. G

Recuſantes eum qui loquebatur ſuper terrā, i, Chriſtū. Eſ. 52. Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum, ſ. p angelos vel prophetas, ſupra. 1, Multipharie, multiſq; modis olim loquens patribus in prophetis. *Vel eum*, i. angelū p quē lex data ē Moyſi. Gala. 3. Ordinata per angelos, ſupra, 2. *Si*, n, qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus &c. Act. 7. Hic eſt Moyſes, qui fuit in eccleſia in ſolitudine, cū angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai &c. *Non effugerunt*, ſ. vltionē diuinę legis. Iob. 11. Effugiū peribit ab eis, ſupra 2. Omnis p̄uaricatio, & inobedientia accepit iuſtā mercedis retributionē. Sequit̄ concluſio p̱ locū a minori. Si illi qui recuſauerūt loquētē de terra nō effugerūt. *Multo magis nos, qui auertimus nobis loquentem de cælo*, nō debemus recuſare, q̄ 2, ſ. minus poſſemus effugere. Ille. n, qui nobis loquit̄ in nouo teſtamēto, Chriſtus, ſ. iā eſt in cælis Mar. vl. Dñs quidē Ieſus poſtq̄ locutus eſt eis, aſſūptus eſt in cælū. Deu. 4. De cœlo audire te fecit uocē ſuā, ut doceret te. Doctrina ergo ueteris teſtamēti eſt doctrina Chriſti loquētis de terra, p̱p duo. Primo, quia ibi ſub figura terrenorū traduntur cęleſtia. Itē, ibi promittebant̄ terrena, ſed doctrina noui teſtamenti eſt Chriſti loquētes de cælo: quia terrena conuertimus in H ſignificationē cæleſtiū, p intellectū myſticū. Itē, in ipſo promittuntur cæleſtia. Mar. 10. Ecce. n. merces ueſtra copioſa eſt in cælis. Io. 3. Si terrena dixi uobis, & non creditis, qūo ſi dixero uobis cæleſtia credetis? Conſequēter comparat adinuicē vtrunq; teſtamentū, quantū ad efficaciā locutionis. Et de efficacia quidē locutionis ueteris teſtamenti dicit. *Cuius uox mouit terram tunc*, i. fecit commotionē in terra multipliciter: quia per ſigna in Aegypto, per diuiſionē maris, per motū terræ in deſerto. Pſal. 67. Terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt &c. In quo ſignificatur, q̄ tota illa locutio commouebat corda per terrena proſſima. Deinde cū dicit. *Nunc autem repromittit*, ſubiungit quantum ad efficaciam noui teſtamenti. Et probat eā per authoritatē Prophetæ, & poſt exponit eam, ibi. *Quod autem dixit*. Authoritas illa ponitur Aggei. 2. Non tñ ſ̄m literam noſtrā. Nos. n. ſic habem⁹, Adhuc vnū modicū eſt, & ego mouebo &c. Apo. aūt accipit ſic. *Adhud ſemel, & ego mouebo, non ſolum terram ſed etiam cælum*, Et eſt ſenſus idē. I Et manifeſtū ē q̄ iſta prolata fuerūt tp̄e ueteris teſtamēti circa finē eius, ſ. poſt reditū trāſmigrationis eius, quo tp̄e nihil reſtabat de veteri teſtamento. Ergo manifeſtum eſt q̄ illud qđ promittebatur, erat implendū in nouo teſtamento, ſ. nouū cęlum, & noua terra. Eſa. 65. Ecce ego creo nouos cælos, & terram nouam. Quæ quidem creatio oſtenſa eſt in ſpiritu Ioanni. Apo. 21. Et uidi cælum nouum, & terram nouam. In illa. n. innouatione mouebuntur cęli. Poteſt aūt cælū dupliciter accipi. Vno modo cęlum aereum, & iſtud igne ultimæ flagrationis purgabitur, ut ſupra dictum eſt 10. cap. Alio modo cælum ſydereū, & iſtud non purgabitur, ſed mutabitur quantum ad nouum ſtatum, quia ceſſabit a motu, & augebitur claritas partium eius: quia Lux lunæ erit vt lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter, vt dr̄ Eſaia. 30. Dicit ergo. *Nunc autem*, ideſt, per nouum teſtamentum. *Repromittit, dicens, Adhuc ſemel, & ego non ſolum mouebo terram, ſed etiam cælum*. Cōſequenter cum dicit. *Quod autem dicit &c.* Exponit uerba prophe K tiæ, & facit magnam vim in hoc, qđ dicit. *Adhuc ſemel*. Quod, n. dicit. *Adhuc*, oſtendit q̄ mobilia ſunt. Sed q̄ dicit. *Semel*, oſtendit q̄ a ſtatu mobilitatis, & corruptibilitatis mutanda ſunt ad ſtatum incorruptionis, & immutabilitatis. Si. n. poſt monitionem illam remanerent in ſtatu mutationis non diceret, ſemel, ſed iterum, & iterum, quod eſt contra Origenem, qui uoluit, q̄ mūdus in infinitum renouabitur ac recuperabitur. Dicit ergo. *Quod autem dicit Adhuc ſemel, declarat tranſlationem mobilium*, ad ſtatū, ſ. immobilitatis. Et quaſi aliquis quæreret, vtrum deus hoc poſſit facere, ſubdit, *Tanquam factorum*. Omnia. n. facta, diuinæ poteſtati ſubiiciuntur. Vnde ſicut ex nihilo fecit ea deus, ita poteſt ea pro ſuæ voluntatis arbitrio immutare. Et hoc. *Vt maneant ea, quæ ſunt immobilia*, i. quantum ad eſſentias ſuas principales remaneāt immobilia, ſed quantum ad aliquas accidentales diſpoſitiones mutabuntur. Pſal. 101. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur &c. Quæ ſupra 1. ſunt expoſita. Ex his patet quòd iſta in ueteri teſtamento, & ſi mouebantur, non tamen ad ſtatum incorruptionis, & immutabilitatis, ſed hoc fit tantum in nouo, in ſignum q̄ promiſſa ueteris teſtamenti erant mutabilia, non autē noui. Deinde cum dicit. *Itaq; regnum immobile*, ponit concluſionem principaliter intentam: poſtquam. n. multipliciter commēdauit gratiam, & beneficia per Chriſtum nobis collata, & conferēda, principaliter intendit nos inducere ad ſeruiendū ei. Et hoc concludit, quòd ex quo nobis in nouo teſtamento promittuntur bona immobilia, debemus Chriſto, qui repromittit, ſeruire in timore, & reuerentia, Et hæc eſt concluſio principalis, vnde primo, reſumit beneficium exhibitum, dicens. *Itaq; ex quo*, ſcilicet deus nobis repromittit cælū, & terrā immobilia, per q̄ deſignāt̄ bona futura imobilia, & ſēpiterna. *Habemus*, i. reddim⁹. *Gratiā*. i. gratiarum actionem. 2. Co. 9. Gratias ago deo ſuper inenarrabili dono eius. Et hoc. *Suſcipientes*, i. quia ſuſcipimus, & ſi non in re, tñ in ſpe promiſſionis. *Regnum immobile*. Pſal. 144. Regnū tuū regnum omnium ſeculorum. Luc. 1. Regni eius non erit finis. Vel per gratiam intelligitur donum gratiæ, quod in præſenti recipimus tanquam pignus æternæ gloriæ. Et ideo dicit. *Itaq; ſuſcipientes regnum immobile*, i. futuræ gloriæ, quod nobis promittitur Luc. 12. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Quod. n. ſperamus, habemus, ſ. gratiam quam tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. Sicut enim natura non deficit in neceſſariis, multo minus deus. Et ideo dat nobis ſpem illius regni, & per conſequēns gratiam per quam perueniamus. Ro. 5. Acceſſum habemus per fidem in gratiam. Pſal. 83. Gratiam, & gloriā dabit dñs. Sequitur. *Per quam ſeruiamus placentes deo cum metu, & reuerentia*, ubi inducit ad obſequium, ut a nobis requiſitum. Dictat. n. ratio naturalis q̄ ei a quo multa beneficia recipim⁹, obligamur ad reuerentiam, & ad honorē exhibendū, ergo multo forti⁹ deo qui nobis maxima donauit, & infinita repromiſit. Et ideo dicit, q̄ per iſtam grām, ſ. nobis datam, & dandam, ſeruiamus deo placentes, cū metu, & reuerentia. Non. n. ſufficit tm̄ ſeruire deo, quod poteſt fieri per actionem exteriorē, niſi ēt placeamus ei per intentionē rectā, & per amorē. Sap. 4. Placens deo, factus eſt dilectus. Pſal. 114. Placebo dño in regione viuorū. Maxime autem ſeruitur deo per obſequium interius. Pſ. 50. Et Luc. 1. Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia. Deus autem propter creationē, dr̄ dñs: p̱p regenerationē uero, pater. Dño aūt debetur timor, ſed patri amor, & reuerētia. Mal. 1. Filius honorat patrē, & ſeru⁹ dñm timebit. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, ubi timor meus? Ergo deo ſeruiendum eſt cum metu, & reuerentia. Pſ. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Quòd autem ita debeamus ſeruire deo, probat per authoritatem ſumptam Deuter. 4. *Etenim deus noſter ignis conſumens eſt*. Hoc autem, quod deus dicitur ignis, non dicitur hoc ſ̄m Dionyſium, q̄ ſit aliquod corporeum, ſed quia intelligibilia deſignantur per ſenſibilia, inter q̄ ignem reperimus habere maiorem nobilitatem, & maiorem claritatem. Item, maiorem actiuitatē. Item, maiorē altitudinem in ſitu. Item, eſt magis purgatiuus, & conſumptiuus, ideo deus præcipue nominatur ignis, propter eius claritatem, quia lucem habitat inaceſſibilē. 1. Ti. 6. Itē, quia maxime actiuus. Eſ. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Itē, altior eſt in ſitu. Pſal. 112. Excelſus ſup oēs gentes dñs &c. Itē, purgat peccata, & quaſi conſumit. Vnde dicit hic q̄. *Eſt ignis conſumens*, ſ. peccata. Mal. 3. Ipſe. n. quaſi ignis conflans. Et ſequitur, Et purgabit filios Leui. ſupra 1. Purgationē peccatorū faciens. Itē, conſumit peccatores puniendo, ſupra. 10. Terribilis aūt quædā expectatio, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Et ideo quia iſta nobis promiſſa ſunt. (Eſa. 10. Erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma. Pſ. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.) Ideo debemus ſtudere ad ſeruiendum, & placendum deo.

Itaq; regnum immobile ſuſcipiēte habem⁹ grām: p quā ſeruiam⁹ placētes deo, cū metu, & reuerētia. Etenī deus noſter, ignis conſumens eſt.

CAP. XIII. LEC. I.

CHaritas fraternitatis maneat in uobis. Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorum, tanquam ſimul uincti: & laborantium, tanquam, & ipſi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thor⁹ immaculatus. Fornicatores, enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores ſine auaritia, contenti præ B ſentibus. Ipſe enim dixit, Nō te deſeram, neque derelinquam: ita vt confidenter dicam⁹, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpoſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt uerbnm dei: quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus, heri, & hodie: ipſe, & in ſecula.

LECTIO PRIMA.

POſtquam ſupra monuit eos Apoſtolus, qualiter ſe debent habere ad perferenda mala: hic monet, qūo ſe debeant habere ad operandum bona. Vnde ſ̄m glo. ab iſto loco incipit moralis inſtructio poſt commēdationē, & exhortationē ad imitandum ipſum. Et circa hoc duo facit: primo. n. hortatur ipſos ad bona: ſecundo, orat pro eis, ibi, *Deus autem pacis*. Circa primum tria facit: primo enim, oſtendit qūo debent bonum operari quan-

ri quantum ad proximos: ſecundo, quantum ad ſeipſos, ibi. *Honorabile connubium*. Tertio, quantum ad prælatos, ibi. *Mementote præpoſitorum*. Dicit ergo quantum ad primum ſic. Dictum eſt, q̄ promiſſum eſt nobis regnum immobile, ad quod ſi uolumus peruenire, neceſſe eſt nos charitatem habere. Ergo. A

Charitas fraternitatis maneat in nobis. 1. Io. 4. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, deum quē nō videt, quomodo poteſt diligere? Item. 1 Pet. 2, Omnes inuicem honorate, fraternitatē diligite. Quia uero charitas nō eſt ocioſa, vt dicit Gre. ideo hortat̄ ad opera charitatis. 1. Io. 3. Non diligamus uerbo neque lingua, ſed opere, & ueritate, ideo dicit, quòd debemus oſtendere charitatem peregrinis per hoſpitalitatem, vinctis per compaſſionem, pauperibus per ſubuentionem, Et primum ponit ibi. *Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci*. Secundum, ibi. *Mementote uinctorum*. Tertium ibi. *Et laborantium*. Dicit ergo quantum ad primum. *Nolite obliuiſci hoſpitalitatem*. Et dicit, obliuiſci, q̄a iſti aliquando in proſperitate ſua multum fuerant hoſpitales, ſed modo depauperati erant: & ideo non ita bene poterant, tamen animat eos ad continuandum, ſecundum poſſibilitatem ſuam, Rom. 12. Hoſpitalitatem ſectantes. Et ſpecialiter facit mentionem de hoſpitalitate, quia qui peregrinos recipit, tria opera miſericordiæ ſimul implet, quia, & recipit, & cibat, & potat. 1. Io. 4. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Et ſubdit rationem. *Quia per hanc multi placuerunt, angelis hoſpitio receptis*, ſicut pa- C tet de Abraham, & Loth. Gen. 19. Alia litera habet, Per hanc, quaſi neſcientes receperunt angelos: quia non credebant eos eſſe angelos, quod verum eſt in principio: unde quòd Abrahā adorauit eos, putauit quòd eſſent uiri ſancti a deo miſſi: & adorauit eos adoratione duliæ, quæ exhibetur ſanctis, & quaſi hominib⁹ cibos obtulit. Sed poſtmodum intellexit eos, angelos, in quibus deus loquebatur, & locutus eſt eis ſicut deo, dicens, Non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, & ſimiliter Loth. Quantum ad ſecundum, dicit. *Mementote uinctorum*, illorum, ſ. qui propter deum miſſi ſunt in carcerem: mementote uiſitando, & redimendo, tanquam eſſetis ſimul corporaliter cum eis uincti. Hoc enim eſt aliud opus miſericordiæ. Mat. 25. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Contra quod Eſa. 14. dicitur, Vinctis eius non aperuit carcerem. Hoc ipſi aliquando fecerunt, ſicut patet ſupra 10. Specialiter autem hoc pertinet ad opus miſericordiæ, alienam D miſeriam ſuam reputare. Quantum ad tertium, dicit. *Et laborantium*. Siue labore corporali. Pſal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, ſiue ſolicitudine ſpirituali. 2. Tim. 2. Laborantem agricolam, oportet primum de fructibus percipere. Siue in malis ſuſtinendis. Eccl. 1. Et cognoui quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus. Breuiter tota præſens vita, labor quidam eſt. Iob. 5. Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatū. Supple mementote. *Tanquam & ipſi in corpore morantes*. Per qđ experti eſtis, quid neceſſe ſit laborantibus. Eccl. 31. Intellige quę ſunt proximi tui ex teipſo. Mat. 7. Omnia quæcunque uultis ut faciant vobis homines, eadem, & uos facite illis. Deinde cum dicit. *Honorabile connubium*, monet bona facere quantū ad ſeipſum: & circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem contra cōpiſcentias carnalium delectationum. Secundo, contra cupiditatē rerum exteriorum, ibi. *Sint mores ſine auaritia*. Primo ergo, ponit monitionem, dicens, Honorabile &c. Circa quod ſciendum eſt, E q̄ circa uenerea contingit dupliciter peccatum. Vno modo per illicitam coniunctionem ſoluti cum ſoluta, & quantum ad hoc, dicit. *Honorabile connubium*, ſupple ſit in omnibus qui continere nolunt, non coniunctio fornicatoria. Et dicitur, honorabile, quādo fit ſecundum debitas circunſtantias matrimonii. Ex quo patet, q̄ actus matrimonialis poteſt eſſe ſine peccato, quod eſt contra hæreticos. 1. Cor. 7. Si nupſerit virgo non peccauit. Vnde dominus ad oſtendendum bonum eſſe actum matrimonii, primum ſignum fecit in nuptiis: & matrimonium nobilitauit præſentia ſua corporali: & naſci uoluit de coniugata. Alio modo per uiolentiam thori maritalis, quando, ſ. uir accedit ad alterius uxorem, uel mulier ad alterius uirum. Et quantum ad hoc, dicit. *Et thorus immaculatus*. Et Sap. 14. Neque uitam neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contriſtat. Itē cap. 3. Fœlix ſterilis, & in coinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Subdit autem Apoſt. rationem, dicens. *Fornicatores, n. & adulteros iudicabit deus*. In quo elidit errorem aliquorum dicentium, q̄ deus peccata carnalia non punit, nec curat Eph. 5. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis, propter hęc. n. ſ. propter peccata carnalia, quæ præmiſerat, uenit ira dei in filios diffidentiæ. Ideo dicit, hic, Fornicatores: propter hoc q̄ dixit, honorabile connubium, & adulteros, propter hoc q̄ dixit, thorus immaculatus. *Deus iudicabit*, i. condemnabit. Eph. 5. Omnis fornicator autē immundus aut auarus, qđ eſt idolorum ſeruitus, non habet partem in regno dei & Chriſti. Deīde cū dicit. *Sint mores*. Prohibet, cupiditatem bonorum exteriorum: circa quæ contingit peccare duobus modis, Vno. n. modo per tenacitatem. Alio modo per cupiditatem. Liberalitas. n. eſt virtus, quæ ponit medium circa pecunias, quantum ad dationem, & quantum ad acceptionem. Quantum ad primum, ſ. contra tenacitatem, dicit. *Sint mores ſine auaritia*. Auarus. n. dicitur nimis tenax, quaſi auidus æris. Vnde Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quantum ad ſecundum dicit. *Contenti præſentibus*. Illi qui ſuper, his quæ habent, volunt alia cumulare, nō ſunt contenti pręſentibus. 1. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Vel quod dicitur, *Sint mores ſine auaritia*, prohibet auaritiam quantum ad cupiditatem, & tenacitatem. Cum uero dicit. *Contenti præſentibus*, excludit cauſam auaritiæ. ſ. ſolicitudinem. Mat. 6. Nolite ſoliciti eſſe &c. Nō enim prohibetur, quòd homo non ſolicitetur de rebus in poſterū neceſſariis, ſed q̄ cura, & ſolicitudo non præoccupet mentē. Sic. n. qui præoccupat futuram ſolicitudinem, ſolicitus eſt in craſtinum. Deinde cum dicit. *Ipſe enim dixit*, ponit monitionis rationem. Et eſt ratio, quare non debemus ſuperflue eſſe ſoliciti, ſed tamen facere quod in nobis eſt, ſ. cum fiducia diuini auxilii. *Ipſe enim dixit*. Ioſue, 1, *Non te deſeram*, ſ. quin miniſtrem tibi neceſſaria. *Neq; derelinquam*, ſ. fame perire. Pſal. 30. Non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Vel. *Non derelinquam quin liberem te a malis*. Et ex hoc cauſatur fiducia in corde, *Ita ut confidenter dicamus*. Eſa. 12. Fiducialiter agam, & nō timebo. Et quid dicemus? illud Pſal. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Adiutor, inquantum a malis liberat. Pſal. 45. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerūt nos nimis. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo, i. aduerſarius quicūque carnalis. Eſ. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali? Vel diabolus, qui dr̄ hō ab hoīe uicto, ſicut Scipio Aphricanus a deuicta Aphrica, dict⁹ ē Aphrican⁹. Mat. 13. Inimic⁹ hō hoc fecit. Deinde cū dicit. *Mementote propoſitorū &c.* Oñdit, qūo debent bonū operari quantū ad prælatos. Et circa hoc facit duo: primo enim, oſtendit qūo ſe debent habere ad mortuos, ſ. vt eorū ſequantur exempla: ſecundo qūo ad uiuentes, ſ. vt eis obediant, ibi. *Obedite præpoſitis ueſtris*. Quantū ad primū duo facit Primo enim, oſtendit qūo bonorū doctrinā imitentur. Secundo, quomodo malorum doctrinam deuitent, ibi. *Doctrinis uariis*. Dicit ergo. *Mementote præpoſitorum ueſtrorum qui uobis locuti ſunt uerbum dei*, ideſt apoſtolorum qui uobis prædicauerunt. Eſa. 51. Attendite ad Abrahā patrē ueſtrū &c. Non ſolū aūt prædicauerunt uerbo, ſed ēt facto oñderunt. Mar. vl. Sermonē confirmante, ſequentibus ſignis. Nō ſolū mementote uerborum, ſed ēt intuemini exitū, 1 Mac. 2. Mementote operū patrū, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriā magnā &c. Iac. 5. Exēplū accipite fratres mei mali exitus, & lōganimitatis, & laboris, & patiētiæ, prophetas qui locuti ſunt in nomine dñi &c. Sed nō ſolū hoc imitemini, ſ. exitū, ut. ſ. pro Chriſto patienter ſuſtineatis, ſed ēt. *Conuerſationem*, ad bonā. n. mortē uenitur per bonā conuerſationē. *Imitamini etiam fidem*, illorū, vt ab illa non declinetis. Sequitur. *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula*, ſecundum glo. ſic introducitur litera iſta. Ipſe. n. ſupra dixerat, q̄. ſ. dictum eſt Ioſue. 1. Non te deſerā neq; derelinquā, poterāt iſti dicere. Ille cui hoc dictū eſt bene debebat confidere de dei adiutorio, nos aūt non ſic, quibus nō eſt dictū. Hoc remouet Apl̄us, dicens q̄ Chriſtus qui hoc dixit Ioſue, manet in æternū. Et ideo, ſicut tunc potuit ipſum iuuare, ita poteſt modo auxiliari nobis. Ideo dicit, Ieſus Chriſt⁹ heri et hodie &c. Vel poteſt referri ad immediate dictum. Iam enim dixerat q̄ deberent imitari apoſtolos, Poterant dicere q̄ non eſt ſimile, quia illi immediate inſtructi fuerunt a Chriſto, & ſeruierunt ſibi, nos autem non ſic. Et ideo dicit Apoſtolus, quòd Chriſtus manet: ideo & inſtruit nos ad ſeruiendum ſibi. Vnde dicit

dicit. *Iesus Christus heri*, s. in tempore primitiuorum apostolorũ. *Et hodie*, s. in tempore isto. *Ipse & in sæcula*. Mat. vlt. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consumationem sæculi. Apoc. 1. Dicit dominus deus qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Ps. 101. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. In hoc ergo ostendit, Apostolus æternitatem Christi.

LECTIO II.

SVPRA monuit Apostolus ad imitandum exẽpla, & conuersationem eorum qui decesserunt: hic monet ad insistendum doctrinæ eorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem suam.

LECTIO II.

DOctrinis uariis, & peregrinis nolite abduci. Optimũ est. n. gratia stabilire cor, nõ escis, quæ nõ profuerũt ambulãtib⁹ in eis. Habemus altare, de quo edere nõ habẽt potestatẽ, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animaliũ infertur sanguis pro peccata in sancta per pontificem, horũ corpora crematur extra castra. Propter quod, & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, idest, fructum labiorum cũfitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & cõmunionis, nolite obliuisci. Talibus enim hostijs, promeretur Deus.

Secundo, assignat rationẽ, ibi. *Habemus altare*. Iterum prima in duas. Primo. n. ponit monitionem suam in generali, Secundo, explicat ipsam, ibi. *Optimum. n. est gratia*. Dicit ergo. *Nolite abduci uariis, & peregrinis doctrinis*, q. d. Ita dixi ꝙ debetis imitari fidem apostolorum. Ergo a doctrina ipsorum per quamcunq; aliã doctrinam nolite abduci i. remoueri. Vbi sciendum est, ꝙ cum ueritas consistat in medio cuius est unitas, & ideo uni uero multa falsa opponi possunt, sicut uni medio multa extrema, doctrina ergo fidei una est, quia a puncto in punctum non conuenit ducere, nisi unam rectam lineam. Omnes aliæ doctrinæ multæ sunt, quia a recto multis modis contingit deuiare. Et ideo dicit. *Doctrinis uariis*, i, diuisis. Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hæ sunt illę doctrinæ de quibus. 1 Tim. 4. Doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. Itẽ sunt peregrinæ, s. a fide catholica, a nobis autem tales doctrinæ non sunt sustinendæ, quia Nõ sumus hospites, & aduenæ, sed sumus ciues sanctorum, & domestici dei. Eph. 2. Deinde cum dicit. *Optimum est. n. gratia*. Explicat in speciali, quæ sunt uariæ, & peregrinæ doctrinæ. Vnde sciendum est quòd in primitiua ecclesia fuit vnus error, ꝙ ad salutem necessaria erat obseruantia legalium, quæ præcipue consistebat in quibusdam cibis sumendis, puta agni paschalis. Exod. 12. & in abstinendo a quibusdam cibis, sicut patet. Leui. 11. & in aliis multis locis. Alius error fuit, quòd passim licebat uti delectationibus corporalibus: & iste fuit error Nicolaitarum. Et de vtroq; possunt hæc uerba exponi, sed magis proprie. de primo dicit ergo, Nolite abduci a ueritate fidei, per varias, & peregrinas doctrinas. 2. Thes. 2. Non cito moueamini a sensu uestro, Gal. 1 Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi in aliud euangelium. Deus, n. a nobis requirit cor. Pro. 23. Præbe fili mi cor tuum mihi, & ideo. *Optimum est gratia stabilire*. Nam debet esse firmum, & stabile. Contra quod dicitur in Psal. 39. Cor meum dereliquit me. Hoc autẽ non stabilitur escis corporalibus, sed per gratiam iustificantem. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem, quę est in Christo Iesu. Et ideo dicit. *Non escis, quæ non profuerunt*. Ro. 14. Non est regnum dei esca, & potus, sed iustitia & pax &c. Non est ergo stabilimentum cordis, in moderata uel superflua sumptione cibi, sed magis in gratia dei. Psal. 111. Paratum cor eius, non commouebitur donec, &c. Spes autem est qua si anchora, stabiliens corda. supra 6 Confugimus ad tenendam propositam nobis spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam. Et dicit quòd non profuerunt. *Ambulantibus in eis*, i. sperantibus in eis, quia illis qui eis vtuntur ad necessitatem prosunt ad salutem corporis, sed qui totum studium ponũt in eis, ambulant in ipsis, & talibus nec proficiunt ad salutem animæ nec corporis. Hier. 11. Nunquid carnes sanctę auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Deinde cum dicit. *Habemus altare*. Assignat rationem, & est valde subtilis. Sicut enim legit Leui. 16. Decima die septimi mensis, summus sacerdos sanguinem uituli, & hirci inferebat intra sancta, pro sua ignorantia, & illorum corpora cremabantur extra castra. Et quia erat oblatio sacerdotum, non comedebantur carnes eorum. Quod. n. offerebant pro peccato sacerdotum non comedebant, sed extra castra comburebant. Ex ista ergo figura trahit Apost. mysteriũ. Per sanguinem enim illum figurabatur sanguis Christi, vt supra dictum est. 9. cap. Vitulus. n. & hircus Christum figurabant, quia vitulus erat hostia sacerdotalis, & hircus immolabatur pro peccato. In quo figurabatur, quòd Christus debebat immolari pro peccato, non suo, sed populi. Vitulus ergo, & hircus immolatus, est Christus sacerdos seipsum offerens pro peccatis nostris. Sanguis ergo Christi illatus est intra sancta, & caro cremata est extra castra. Vbi duplex est significatũ. Vnũ, ꝙ Christus in ciuitate immolatus est linguis Iudæorũ. Vñ & Marc⁹ dicit ipsum hora tertia crucifixũ, licet hora sexta fuerit in cruce leuatus. Aliud, ꝙ per virtutẽ passionis suæ, Christus intra cælestia sancta nos introducit ad patrẽ. Quòd aũt, corpora illorum cremabantur extra castra, quãtũ ad caput nostrũ, significat ꝙ Christus passur⁹ erat extra portã: quantũ vero ad nos, qui sumus mẽbra, significat ꝙ p illis, q sunt extra castra legaliũ, vel exteriorũ sensũ, immolatur Christ⁹. Qui. n. erãt ĩ castris, de carnibus illis nõ comedebãt. Hæc est ergo figura quã ponit Apostolus, cuius primo ponit significatũ. Secundo, ponit figurã, ibi. *Quorum enim animalium*. Tertio, inducit cõclusionẽ *Exeamus igitur*. Dicit ergo, Stabiliamus corda nostra nõ escis, sed gratia. Aliter. n. nõ possumus: quia *Habemus altare*. Istud altare vel est crux Christi, in qua Christus pro nobis immolatus est, uel ipse Christus in quo, & per quẽ preces nostras offerimus. Et hoc est altare aureũ, de quo dicitur Apost. 8. *De isto ergo altari non habent potestatem edere*. idest fructũ passionis Christi percipere, & ipsi tãquãm capiti incorporari *Qui tabernaculo* legaliũ *deseruiunt*. Gal. 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Vel tabernaculo corporis deseruiunt, qui carnales delectationes sequũtur, Ro. 13. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Talibus. n. nihil prodest. 1 Corinth. 11. Qui. n. mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat & bibit. Dicitur aũt corpus tabernaculũ, quia in ipso tamquãm in bello habitamus cõtra hostes, & modicum manet. 2. Pet. 1. Velox est depositio tabernaculi mei. & iõ nõ est et deseruiẽdũ. Deinde cũ dicit *Quorum enim animalium*. Prosequitur figurã ipsam. Et primo figurã veteris legis, secũdo figurã nouitestamẽti, ibi *Propter quod & Iesus*. Quãtũ ad primũ, dicit *Quorum enim animalium &c*. Et põt legi litera ista duob⁹ modis. Vno modo sic *Horum animalium corpora cremantur extra castra*. s. vituli & hirci *Quorum sanguis infertur in sancta per pontificem, pro peccato* sacerdotũ & multitudinis. Aliter sic, vt per illa aĩalia intelligatur Christus vel sancti eius. Per omnes enim hostias veteris legis figurabatur Christus, & per consequẽs mẽbra eius. Christi ergo corp⁹, cuius sanguis illatus est in sancta cælestia ꝑ peccato totius mundi, igne passum in ara crucis, extra portas Hierusalem, quasi extra castra crematũ est. Vel ẽt sancti extra castra, idest extra cõm societatẽ hoium, igne charitatis, ieiuniis, orationibus, & aliis operibus misericordiæ se cremãt: Quorũ. i. pro quibus efficaciter sanguis Christi in sancta illatus est. Primus sensus literalis est. *Propter quod*. Adaptat figuratũ qd fuit in nouo &c. ĩ nouo testamẽto, figuræ veteris testamẽti, vt sit cõsonãtia inter ipsa: Vñ dicit *Propter quod, & Iesus &c*. Et patet totũ. Deinde cũ dicit *Exeamus igitur ad eũ*. inducit duas cõclusiones. Secũda, ibi *Per ipsum ergo*. Quãtũ ad primũ dicit, Ita dictũ est ꝙ nos habemus altare qd est extra castra, Duo igo debem⁹ facere. s. ad ipsum accedere, & super illud sacrificare, Modũ accedẽdi ponit primo, dicẽs ꝙ sicut Christus passus est, & improperiũ passionis extra portã sustinuit, sic & nos *Exeamus ad eum extra castra*. i. extra cõem societatẽ carnaliũ, vel extra obseruãtiã legaliũ. Vel extra sensus corporis *Portantes improperium eius*. i: Christi. i. signa passionis Christi, per quæ Christus Factus est opprobriũ hoium & abiectio plebis Psal. 68. Improperiũ expectauit cor meũ & miseriã. Vel improperiũ portemus. i. renuntiemus legalibus aduenientẽ veritate, p p quod sumus Iudæis improperiũ, idest p p signa pœnitentiæ, q a carnalibus improperãtur, supra 11. Maiores diuitias æstimans thesauris Aegyptiorũ, improperiũ Christi: Sicut. n. accusatus est Christus ꝙ subuerteret legẽ, ita Apostolo improperabatur, quòd prædicaret nõ deberet seruari legalia. Gal. 5. Ego aũt fratres, si circuncisionẽ adhuc prædico, quid adhuc persecutionẽ patior? Subdit aũt rõnem eius, dicens *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*. Homo enim libenter manet in loco suo proprio. Finis enim noster nõ sunt legalia, nec tẽporalia, sed finis noster Christus est. Rom. 10. Finis noster Christus est, ad salutẽ omni credẽti. Nõ ergo habemus hic manẽtẽ ciuitatem, sed vbi est Christus. ergo exeamus ad ipsum. Coloss. 3. Si cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs &c. Esa. 33. Respice Sion, ciuitatẽ solẽnitatis nostræ. supra 11. Expectabat fundamẽta habẽtẽ ciuitatẽ, cuius artifex, & conditor, deus. Item, meliorem ciuitatem appetunt, i. cælestem. Ad ipsum. n. intendimus transferri, sicut ad locum, & altare nostrum. *Ergo exeundum est ad illud*. Deinde cum dicit. *Per ipsum ergo offeramus*, ponit secundam conclusionem ꝙ, s. su per istud altare sacrificare debemus, & qualia sacrificia. Duplex est autẽ sacrificiũ, quod super altare Christi offerre debemus, s. deuotionẽ ad deum, & misericordiam ad proximum. Quantum ad primum, dicit, ꝙ postq̃ non sunt offerenda sacrificia legalia. Psal. 39. Sacrificium, & oblationem, noluisti. *Ergo per ipsum*, idest per Christum. *Offeramus semper deo hostiam laudis*. Ps. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Istud autem sacrificiũ laudis, uocat fructum labiorum, i. confessionem uocis. Melius, n. laudatur deus ore, quãm occisione animalium. Vnde dicit. *Fructum labiorum confitentium nomini eius*. Hoc est, n. necessariũ. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Osee. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Esaiæ. 57. Creaui fructum labiorum, pacem. Hoc autem sacrificium debet esse. *Semper*, i. continue: sicut in lege erat iuge sacrificium, sicut patet Nu. 28. Psal. 33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aliud sacrificium ponit cum dicit. *Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci*, q. d. Olim opere exhibebatis opera misericordiæ, modo autem saltem corde, si non potestis opere. Et ideo dicit: *Nolite obliuisci beneficentiæ*, i. liberalitatis, quantum ad ea quæ datis. Largus. n. beneficus dicitur. Gal. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus. Eccl. 1 Bene fac humili, & non dederis impio. *Et nolite obliuisci communionis*, quantum ad ea quæ seruatis, ut tempore suo cõmunicetis. Act. 2. Omnes ettam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Ro. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vel communionis, s. charitatis per quam sunt omnia communia. Quare autem istud duplex beneficium offerre debeamus, ostendit, dicens. *Quia talibus hostiis promeretur*, pasiue, *Deus*, i. possumus deum mereri talibus sacrificiis: ipse, n. est merces nostra, quam istis operibus possumus acquirere. Gen. 17. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Ps. 50. Tũc D acceptabis sacrificium iustitiæ &c. Esa. 19. Colent eum in hostiis & muneribus, & uota uouebunt domino, & soluent.

LECTIO TERTIA.

SVPRA monuit Apostolus, qũo se debent habere ad prælatos mortuos, ut, s. in fide ipsorum permaneant: hic monet eos qualiter se debeant habere ad uiuentes, & primo, qũo ad alios: secundo, qũo ad seipsum Paulum, ibi. *Orate pro nobis &c*. Dicit ergo. *Obedite præpositis uestris*. Vbi considerandum est, ꝙ duo debemus prælatis, s. obedientiam, ut ipsorum mandata impleamus. Vnde dicit. *Obedite*. 1 Reg. 15. Melior est obedientia, quãm uictima. Itẽ reuerentia, vt eos honoremus tamquam patres, & ipsorum disciplinam toleremus. Et ideo dicit. *Subiacete eis*. 1. Pet. 2, Subiecti estote omni humanæ creaturæ. Romanorum. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Rationem subdit, B dicens. *Ipsi enim peruigilant*. Quare, n. debeamus obedire, & subiici prelatis, hoc est, ideo, quia incumbit eis labor, & periculum imminet. Vnde, quãtum ad laborem solicitudinis, qui eis incũbit de regimine subditorum, dicit, ꝙ *Ipsi peruigilant*, i. perfecte vigilant. Ro. 12. Qui præest in solicitudine. Vigilare, n. super gregem commissum, incumbit prælatis. Vnde Luc. 2. dicitur, Pastores, per quos designantur prælati, erant uigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, quia dum dormiunt homines, Inimicus homo superseminat zizania in medio tritici, ut dicitur Mat. 13, Quantum autem ad periculum quod imminet, dicit. *Quasi pro animabus uestris reddituri rationem*. Hoc est, n: maximum periculum hominem de factis alterius rationẽ reddere, qui pro suis non sufficit. 3. Reg. 20, Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Reddent. n. prælati, in die iudicii rationẽ, de sibi cõmissis, qñ fiet eis illa quæst. Hier. 13. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitum tuũ? Quid dices cum uisitauerit te? Tu. n. docuisti eos aduersum te, s. loquendo bona, & faciendo mala, & erudisti in capũt tuum, per mala tua exẽpla. Gre. Scire debent prælati, ꝙ tot mortib⁹ digni sunt, quot exempla perditionis ad subditos transmittũt. Pro 6. Fili, si spopõderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manũ tuã, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo qd dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicũ tuũ &c. Prælatus, n. manũ, i. exẽplo boni operis, & ore, i. prædicatione obligat se Christo pro subditis. Dicit aũt Christus extraneus, quia ut dicit Bernard. Amic⁹ est in sponsione, sed extraneus, in exigenda ratione. Sed non uidetur, ꝙ aliquis teneatur reddere rationem nisi prosetãtum: 2. Cor. 5. Oẽs nos manifestari oportet aĩ tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit. Respondeo, Dicẽdum est, ꝙ quilibet principaliter reddet rationem de factis suis. Sed inquantum actus sui, quodammodo pertinẽt ad alium, in tm reddet rationem de illo. Facta aũt prælati pertinent ad subditos, ẽm illud Eze. 3. Fili hoĩs speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo uerbũ, & annuntiabis eis ex me. Vbi sequitur, quòd si prælatus (qui nomine speculatoris intelligitur) non annuntiauerit impio, ipse quidẽ impius in iniquitate sua morietur: sed sanguis de manu speculatoris require- C tur. Si igitur peruigilant, quasi reddituri rationẽ pro nobis, & nos debemus quod in nobis est, facere, s. obedire, & non rebellare *Vt ipsi cum gaudio hoc faciant, & non gementes*, i. sustineant periculum, & laborem pro nobis cum gaudio, & nõ cum gemitu, quia bonus prælatus multum gaudet, qñ uidet subditos bene operantes, quia tunc labor suus non est inanis. 3. Io. Maiorẽ horũ nõ habeo gratiam, quãm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Phil. 4. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meũ & corona mea, sic state in dño charissimi. Ipsi aũt gemũt in rebellione uestra Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Hie. 9. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Gemunt ẽt compatiendo, qñ p p rebellionẽ nostrã non consequimur fructũ laborũ ipsorũ, qui est fructus æternæ hæreditatis. Es. 33. Ecce uidentes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt. Subdit aũt rõnem, quare debemus obedire eis, quia. *Hoc enim non expedit uobis*, ꝙ, s. ipsi gemant pro nobis ex rebellione nostra. Deus. n. uindicabit pro ipsis. Ps. 105. Irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctũ dñi. Aperta est terra, & deglutiuit Dathã, & operuit super congregationẽ Abiron. Es. 63. Ipsi aũt adiracundiã prouocauerunt eũ, & afflixerunt spiritum sanctum eius. Sequitur, Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Nota aũt ꝙ dicit, *Non expedit uobis*. Non. n. dicit, Non expedit illis. Gemere, n. pro cõmissis subditorũ, bene expedit prælatis. Sic gemebat Samuel super reprobatione Saulis. 1. Reg. 15. & 16. Deinde cũ dicit. *Orate pro nobis*, monet Apost. qualiter se debeant habere ad ipsum. Petit. n. ꝙ ipsi orent pro eo. Simile habetur Ro. 15. Obsecro uos fratres per dñm nostrũ Iesum Christũ, & p charitatẽ Spiritus sancti, ut adiuuetis me in orationibus uestris: quia sicut dicit glo. Impossibile est, i. ualde difficile, preces multorũ nõ exaudiri. Mat. 18. Si duo ex uobis consenserint super terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet eis a patre eo. In hoc ergo ꝙ Apost. qui certus erat ꝙ deo erat acceptus, petit orari pro se, percutit superbiam aliquorum, qui dedignantur ab aliis preces petere, ut dicit glo Rationẽ suæ petitionis assignat dicẽs, *Confidimus enim &c*. Quod põt duob⁹ modis intelligi. Vno mõ respectu ipsorũ, quorũ petit orationes: quia cũ Apost. Iudæis non prædicaret, sed tm Gentibus, non uidebatur eis acceptus. Et ideo poterant se excusare, ne exaudirent petitionẽ eius: & ideo dicit quasi se excusando, ꝙ ipse non habet conscientiã quin bonũ ipsorũ uelit. Vnde dicit. *Confidimus enim, quia habemus bonam conscientiam, uolentes uos etiam bene conuersari in omnibus*. Per qd dat intelligere, ꝙ intendit eis prodesse cũ poterit. Quia uero bonũ conscientiæ est a solo deo, iõ illud attribuit fiduciæ quã gerit de ipso. Vel põt referri ad ipsum Apo. quia cũ nõ prædicaret Iudæis, nõ uidebatur dignus ꝙ orationes pro ipso fierẽt, q a dñs nõ exaudiret eos, quia hostis fidei ipsorum uidebatur: sicut dr Hie. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudẽ, & orõnẽ, & non obsistas mihi, quia nõ exaudiãt. Hoc ergo remouet Apost. dicens. *Orate pro nobis*, quia nõ habemus cõscientiã alicuius peccati, nec alicuius malefacti, *sed confidimus*.

Nec

Nec ait, certi ſumus, quia Delicta quis intelligit? Eccl. 9. Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit. 1. Co. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non iuſtificatus ſum. Quia ergo *Bonam conſcientiam habemus benevolentes conuerſari in omnibus*, ideo nõ repugnat mihi, quin orones veſtræ ſint utiles. Deinde cũ dicit. *Amplius aũt deprecor*, aſſignat aliã rationẽ quare debent orare pro ipſo, quia, ſ. hoc erit eis vtile. Vñ dicit, Amplius, i. pp aliud. *Deprecor hoc uos facere*, ſ. orare. *Quo reſtituar uobis celerius*, qd̃ erit ad utilitatẽ veſtrã. Ro. 1, Deſidero uidere uos, ut aliqd impartiar uobis grãæ ſpiritualis. Apo. aũt, qui ſic pro omnibus factis ſuis recurrit ad oronem, inſinuat nobis ꝓ oẽs viæ eius, & facta ordinabãtur ab ipſo, ſm dei diſpoſitionẽ. Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum. quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocũq; eas voluntas gubernantis duxerit. Per nubes. n. prędicatores, & apoſtoli intelliguntur Eſ 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant? Deinde cum dicit *Deus autem pacis*, orat Apſus pro ipſis, & primo orat. Sed̃o, aliquid ab ipſis petendo, ſe excuſat, ibi. *Rogo autem uos fratres*. Circa primũ, prius deſcribit eũ quẽ orat, dicens. *Deus autem pacis*. Proprius. n. effectus dei, eſt facere pacẽ. Non. n. eſt deus diſſenſionis, ſed pacis. 1. Co. 14. Item, 2. Cor. 13. Pacẽ habete, & deus pacis, & dilectionis erit vobiſcũ. Pax. n. nihil aliud eſt, niſi vnitas affectuũ: quos vnire eſt propriũ ſolius dei, quia p charitatẽ, quæ a ſolo deo eſt, uniuntur corda Deus. n. nouit colligere, & unire, quia deus eſt charitas, quæ eſt vinculũ perfectionis. Vnde ipſe Habitare facit unanimes ĩ domo. Pſ. 67. Homo in ſe, & deũ, pacẽ fecit per myſteriũ Chriſti. Et ideo dicit. *Qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium*. Qñq; aũt dr̃ Chriſtus ſuſcitatus per uirtutẽ patris. Ro. 8. Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis. Qñq; uero dicitur ſeipſum ſuſcitaſſe. Pſ. 3. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. Quæ tñ non ſunt cõtraria, quia ſurrexit uirtute dei, quæ eſt vna, patris, & filii, & Spiritus ſancti. Eduxit ergo de mortuis, i. de ſepulchro quod eſt locꝰ mortuorũ. Ro. 8. Qũo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriã patris, ita, & nos in nouitate uitæ ambulemus. Dicitur autẽ Chriſtus magnus paſtor ouium, i. fideliũ, & humilium. Io. 10. Ego ſum paſtor bonus &c. Oues. n. ſunt, qui deo obediũt. Ibidẽ, Et oues meę vocẽ meã audiunt. Dicit aũt ipsum. *Paſtorem magnum*, quia oẽs alii ſunt uicarii eiꝰ, quia ipſe paſcit oues proprias: alii uero oues Chriſti. Io. vlt. Paſce oues meas. 1. Pet. 5. Cũ apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilẽ gloriæ coronã. Eduxit autẽ ipſum. *In ſanguine teſtamenti æterni*, i. in uirtute ſanguinis Chriſti, per quem confirmatur teſtamentũ nouũ, in quo æterna promittuntur, ad differentiam ueteris: Chriſtus. n. ſanguinem ſuum dicit ſanguinẽ noui teſtamẽti, Apoſtolus aũt dicit ęterni. Et ideo in conſecratione ſanguinis, in forma ponitur vtrunq;. Ipſe uero Chriſtus per paſſionem ſuam meruit ſibi, & nobis gloriam reſurrectionis. Ideo dicit, qꝰ. *Eduxit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum de mortuis in ſanguine teſtamenti æterni*. Phil. 2. Humiliauit ſemetipſum &c. Zac. 9. Tu uero in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti uinctos de lacu in quo non erat aqua. Conſequenter ſubiungit petitionẽ ſuã, cũ dicit. *Aptet uos in omni bono*. Voluntas, enim humana cum ſit quædam inclinatio rõnis, eſt principiũ actuum humanorum: ſicut grauitas eſt pricipiũ motus grauiũ deorſum, unde ſe habet ad actus rationis, ſicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res aũt naturalis dicitur apta ad illud, ad qd̃ habet inclinationẽ. Sic ẽt homo qñ habet uoluntatẽ benefaciendi, dicit̃ aptus eſſe ad illud. Deus ẽt qñ immittit homini bonam uoluntatem aptat, eum i. facit ipſum aptum. Et ideo dicit, Aptet uos in omni bono, vt faciatis eius uoluntatẽ, i. faciat uos uelle eũ bonũ, Pro. 11. Deſideriũ iuſtorũ omne bonũ. Hæc eſt. n. voluntas dei, ſ. quòd deus uult nos uelle. Aliter enim nõ eſt bona uoluntas noſtra. Voluntas aũt dei eſt bonũ noſtrum. 1. Theſ. 4. Hæc eſt uoluntas dei ſanctificatio veſtra. Ro. 12. Vt probetis q̃ ſit uoluntas dei bona, & bñplacens, & perfecta. Dupliciter aũt aptat̃ homo ad benefaciendũ. Vno mõ, exterius operando. Et ſic unus homo aptat aliũ perſuadendo, uel cõminãdo. Alio modo, aliquid interius exhibendo, & ſic ſolus deus aptat uoluntatẽ, qui ſolus ipſam poteſt immutare, Pro. 21. Cor regis in manu dñi, quocunque voluerit inclinabit illud. Vñ dr̃. *Faciens in uobis*. Phi. 2. Deus eſt qui operat̃ in nobis uelle, & perficere. Quid aũt faciet? *Quod placitum eſt coram ſe*, i. faciet uos uelle quod placet ei. Hæc autẽ ſunt fides, & manſuetudo, & timor dñi. Ecc. 1. Beneplacitũ eſt ei fides, & manſuetudo. Pſa. 32. Beneplacitũ eſt deo ſuper timentes eum. Hęc autem omnia habent. *Per Chriſtum*. Nihil enim a patre impetratur, niſi per filiũ. Io. 10, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis. Et ideo dicit, Per Ieſum Chriſtũ. 2. Pet. 1. Per quẽ maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit. Ro. 5. Per quem acceſſum habemus &c. *Cui*, ſcilicet Chriſto. *Eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen*. i. gloria ſempiterna. 1. Ti. 1. Regi ſæculorũ ĩmortali, inuiſibili, ſoli deo, honor, & gloria, i ſæcula ſæculorũ. Amen. Hæc. n. gloria ſibi debetur, inquantũ eſt deus. Deinde cũ dicit. *Rogo autem uos fratres &c.* ſubdit petitionẽ ſuã, in qua excuſat ſe: deinde concludit epiſtolam, ibi. *Gratia dei*. Circa primum tria facit: quia primo, ponit excuſationẽ ſuã, Secundo, recõmendationẽ nuntii per quem ſcribit. Tertio, ponit quaſdã ſalutationes. Dicit ergo quantum ad primũ. *Rogo uos fratres, ut ſufferatis uerbum ſolatii*, i. patienter portetis uerba epiſtolæ huius, in qua, & ſi in aliquo uos reprehendi, totũ eſt ad conſolationẽ veſtrã. Ro. 15. Quæcũq: ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt. Et quare debent patienter portare, oſtendit dicens. *Quia perpaucis*, i. ualde paucis. *Scripſi uobis*, quod uerum eſt reſpectu, myſteriorum, quæ in ipſo continentur. In iſta, n. epiſtola fere omnia myſteria ueteris teſtamenti continentur. Sermones autem breues valde accepti ſunt, quia ſi ſunt boni, inde auidius audiũtur: ſi uero mali, parum grauant. Ecc. 5. Pauci ſunt ſermones tui. Cõſequenter reccommendat illum, per quem ſcribit, dicit. *Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum*, ſ. a carcere, in quo cũ Apoſtolo erat: uel a me dimiſſum ad prædicandum. & ad uos miſſum *Cognoſcite*, i. gratioſe recipite: tum quia, vt habetur Actuum 16, fuerat circũciſus. Tũ ẽt quia. *Si celerius uenerit, cum ipſo uidebo uos* In quo oſtendit dilectionem, quam ad ipſos habebat. Hoc etiam dicit, quia & ſi ad ipſos non uenerit, quia Romæ paſſus eſt, tamẽ incertus erat, utrum vel ad tempus deberet dimitti. Conſequenter ponit ſalutationes ſuas. Et primo, iniungit eis ſalutationem aliorum, dicens. *Salutate omnes præpoſitos*, i. apoſtolos adhuc uiuẽtes. *Et omnes ſanctos*, ſ. alios diſcipulos. Iſtis aũt nõ ſcribit, quia nõ intẽdebat ſcribere, niſi cõtra obſeruãtes legalia. Et ideo, quia iſta epſa eſt inſtructiua, nõ intendebat inſtruere apſos, quia erãt anteceſſores ſui in fide. Secundo, ſalutat eos ex parte aliorũ, dicẽs. *Salutãt uos fratres de Italia*. Scripſit. n. epſam iſtã a Rom. Tertio, more ſolito concludẽs, & quaſi pro ſigillo ponit ſalutationẽ, dicẽs. *Gratia dei cum omnibus uobis. Amen*, i. pecatorũ remiſſio, & omnia alia dei dona, quæ per gratiã dei habentur, ſint firmiter cum omnibus uobis. Amen, Confirmatio eſt omnium.

ſcripſi uobis. Cognoſcite fratrẽ noſtrũ Timotheũ dimiſſum, cũ quo (ſi celerius uenerit) videbo uos. Salutate omnes præpoſitos veſtros, & oẽs ſãctos. Salutãt uos de Italia fratres. Gratia cũ omnibꝰ uobis. Amẽ.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, AABBCCDDEEFF.

Omnes ſunt Quaterniones, præter FF, qui eſt Quinterniones.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, SERMONES

Pro Dominicis diebus, & pro Sanctorum ſolemnitatibus, qui ex Bibliotheca Vaticana nunc primum in lucem prodeunt.

Dominica prima in aduentu Domini ex epiſtola.

DIES autem appropinquauit, Rom. 13. Poteſt intelligi hoc verbum de quadruplici die. Quadruplex enim dies appropinquauit, dies miſericordiæ, dies gratiæ, dies iuſtitiæ, & dies glorię. Hos quatuor dies facit ſol iſte, cuius aduentum ſancta modo colit Eccleſia. Dies miſericordiæ eſt dies natalis Domini, in quo ortus eſt nobis ſol iuſtitię vel veri⁹ qui fecit tã glorioſum diẽ: dies gratiæ, eſt tempus gratiæ: dies iuſtitiæ, eſt dies iudicij: dies glorię, eſt dies ęternitatis. De primo: dicit Ioel. 3. In illa die ſtillabunt montes dulcedinẽ. De ſecundo. 2. Corint. 6. Ecce nunc dies ſalutis. De tertio. Sophoniæ. 1. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis. De quarto, Zachariæ. 14. Erit dies vna, quæ nota eſt Domino. pſalm. 73. Melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper millia. Dies natalis appropinquauit, vt deuote celebretur, vel colatur: dies gratię, vt ſuſcipiatur: dies iudicij, vt timeatur: dies gloriæ, ut ad eũ curratur. Propter primum frequẽtat Eccleſia, Dominus prope eſt, Phil. 4. Iſa. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt ueniat. De ſecundo, 2. Cor. 6. Ecce nũc tempus acceptabile. De tertio, Iaco. 5. Ecce iudex ante ianuã aſſiſtit. De quarto, Apoc. vltimo. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt &c. Diei natalis Domini debemus occurrere cum miſericordia & veritate. His duabus vijs uenit Chriſt⁹ ad nos, & nos debemus ire ad eũ. pſalm. 24. Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia & veritas. Diei gratiæ cum puritate & humilitate: hæc. n. duo maxime faciunt ſuſceptibilem gratia. De primo, Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. De ſecundo, Iac. 4. Humilibus autem dat gratiam. Diei iudicij cum cogitatione & timore. Hieron. Siue comedam, ſiue bibam, illa vox in auribus meis ſemper videtur reſonare. Surgite mortui, uenite ad iudiciũ. Dicitur econtra de malis. Viri mali non cogitant iudicium, Prou. 28. Diei gloriæ debemus occurrere cũ iuſtitia & feſtinatione. Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem. Ad iſta quatuor hortatur nos Apoſtolus in epiſtola iſta. Ad miſericordiam & ueritatem, ibi. Induamur arma lucis. Arma lucis ſunt miſericordia & ueritas. Miſericordia enim eſt ſcutum, quo ab hoſtibus defendimur: veritas eſt virtus, qua omnia vincimus. De primo, Eccleſiaſt. 29. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam cõſeruabit, & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam pugnabit aduerſus inimicum tuum. De ſecundo, 3. Eſdræ. 4. Magna eſt veritas, & præualet: magna eſt, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum et ipſam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt propter eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominũ, & iniqua omnia illorum opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt, & ueritas manet. Ad puritatem & humilitatem, ibi. Non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione. Cubilia & impudicitiæ ſunt actus luxuriæ, qui immundum faciunt. Contentio & æmulatio procedunt a ſuperbia, prohibendo impudicitiam, ſuadet puritatem: prohibendo ſuperbiam ſuadet humilitatem. Ad cogitationem & timorem iudicij, ibi. Sicut in die honeſte ambulemus, hoc eſt, ita uiuamus ſicut cõdecet in die iudicij. Eſt homo in iudicio cogitando iudicium, honeſte uiuit iudicium formidando. Ad iuſtitiam & feſtinationẽ, ibi. Hora eſt iã nos de ſomno ſurgere: & ideo feſtinando a ſomno peccati ſurgere ad iuſtitiam faciendam: & reddit ibi rationem. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, Ad quam nos conducat. &c.

Sermo de eadem de quadruplici die.

DIES autem appropinquauit, Rom. 13. Eſt enim quadruplex dies, ſcilicet dies miſericordiæ, dies gratiæ, dies iudicij, & dies gloriæ. Primus dies admirabilis, ſecundus acceptabilis, tertius formidabilis, quartus deſiderabilis. Dies miſericordiæ, ideſt, dies natalis Domini admirabilis eſt, quia Deus humanatur, homo deificatur, uirgo prole fœcundatur. De primo, Phil. 2. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſe metipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽt⁹ vt homo. De ſecũdo Rom. 9. Ex quibus Chriſtus ſecundum carnẽ, qui eſt ſuper oĩa Deus benedictus in ſęcula. Amen. &c. De quibus duobus Auguſt. Hodie Deus factus eſt homo, ut homo fieret Deus. De tertio, Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Dies gratiæ eſt acceptabilis, quia abunde Dei gratia diffunditur, poteſtas diaboli tollitur, & uirtus peccati extinguitur: & ideo patet quòd homo facile & ſine impedimẽto poteſt ſeruire Deo. De primo

Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei. De secundo, Heb. 2. Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, idest, diabolum. De tertio, Rom. 6. Vetus homo noster crucifixus est, ut destruatur corpus peccati. Dies iudicij est formidabilis malis, quia districte a iusto iudice iudicabuntur, quia ab omni creatura impugnabuntur, & quia æterno supplicio damnabuntur. De primo, Prou. 6. Zelus, & furor viri non parcet in die uindictæ. De secundo. Sap. 5. Armabit creaturā ad vltionē inimicorū &c. De Tertio, Iudit. 16. Visitabit eos, & dabit ignes & vermes in carnes eorū. Mat. 25. Et dicet his qui a sinistris eiꝰ erūt. Discedite a me &c. Dies gloriæ ē desiderabilis, quia cęlum restauratur, homo beatificatur, & omnis creatura præter impios renouabitur. De primo, Eph. 1. In quo proposuit restaurare vniuersa siue quę in cęlis & q̄ in terra sunt ī ipso, idest, ī Chr̄o. psa. 109. Iudicabit in nationibꝰ, implebit ruinas &c. De secundo, Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. De tertio, Apoc 21 Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Est ergo dies ille desiderabilis angelis, & hominibus, & oībus creaturis, Ad quam diem nos perducat qui viuit in sæcula sæculorum, Amen.

Sermo de eodem ex euangelio

ECCE rex tuus venit tibi māsuetus, Matth. 21. Prophetia est de aduentu Domini nostri Iesu Christi. Et nota hic circa aduentū tria. Primo, ē dignitas aduenientis: secūdo, vtilitas aduētus: tertio, modus aduenīedi. Primū, ibi. Rex tuus, rex clemens, rex iustus, rex sapiens, rex terribilis, rex omnipotens, rex æternus. Rex clemens in parcendo, iustus in iudicando, bonus in retribuendo, sapiens in gubernando, omnipotens in bonos protegendo, terribilis in malos puniendo, æternus æternaliter regnando, & æternum conferendo. De primo, Isa. 16. Et præparabitur in misericordia soliū eius. De secundo, Isa. 34. Ecce in iustitia regnabit rex. Idem. 16. Sedebit super soliū excelsum Dauid in veritate. De tertio, psal. 72. Quàm bonus Israel Deus iis qui recto sunt corde. Diony. Optimi est optima adducere, vnde optimitas eiꝰ apparet, quia optima adduxit. De quarto, Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit rex, & sapiens erit. De quinto, Hest. 13. Dn̄e Deus rex omnipotēs in ditione tua cūcta sunt posita. De sexto, Sap. 11. Illos autem tamquàm durus rex interrogans condemnasti. De septimo, Hier. 10. Dominus autem Deus ipse est, Deus viuēs & rex sempiternus. Luc. 1. Et regni eius non erit finis: ideo optimum est subesse tali regi. De his septem. 2. Mach. 1. Domine Deus omnium creator terribilis & misericors, solus bonus, rex iustus, omnipotens & æternus. In creatore sapientia, in misericorde clementia, in bono bonitas, in iusto iustitia, in terribili seueritas, in potente potentia, in ęterno æternitas. Hic rex est qui venit tibi. i. ad vtilitatē tuā. Vtilitas ergo aduētus notat hic, Venit tibi. Fuit aūt vtilitas aduētus septuplex ad præsens. Prima mundi illuminatio: secunda, inferni expoliatio: tertia, cæli reparatio: quarta, peccati destructio: quinta, diaboli superatio: sexta, hominis cū Deo recōciliatio: septima, hominis beatificatio. De primo, Io. 8. Ego sum lux mundi. Idē. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum. De se-

F cundo, Osee. 13. Ero morsus tuus, o, inferne. Zach. 9. Tu autē in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. De tertio, Eph. 1. In quo ꝓposuit restaurare vniuersa, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra. De quarto, Heb. 1. Vt destrueret eū qui habebat mortis imperiū. i. diabolū, & liberaret eos qui timore mortis per totā vitam obnoxii erant seruituti. De quinto, Rō. 10. Vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati &c. De sexto, Ro. 5. Si cū adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē filii eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita per ipsum &c. De septimo. Io. 3. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnige- G nitū daret, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitā ęternā. Propter hæc bona quæ futura in eius aduentu videbant sancti patres cū tāto desiderio clamabant, Vtinā disrūperes cælos, & descēderes. De his septē, Isa. 61. Spiritꝰ Domini super me, ad anūtiandū misit me, ecce mundi illuminatio, prædicādo enim mūdū pro nobis illuminauit. Vt mederet cōtritis corde, peccata destruendo: sic. n. medetur cōtritis peccata destruendo. Prædicare captiuis indulgentiā, ecce inferni expoliatio: expoliando. n. infernū captiuā duxit captiuitatem. Clausis apertionē, ecce cęli restauratio, prædicare. s. apertionem cæli. Vt prædicaret annū placabilē, ecce hominū cum Deo recōciliatio. H Diē vltionis, diaboli destructio, sic. n. fecit vltionē de oībus iniuriis quas fecerat diabolus sanctis. Dare coronā, ecce hominū beatificatio. Modus veniēdi notatur ibi, Māsuetus: in māsuetudine. n. voluit venire Dn̄s Iesus Christus. Voluit aūt venire māsuetus propter quatuor. Primo, vt malos faciliꝰ corrigeret. psal. 89. Quoniā superuenit māsuetudo, & corripiemur. Secundo, vt oībus se āmabilem exhiberet. Eccl. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominū gloriā diligeris. Tertio, vt oēs ad se traheret, & populū sibi multiplicaret. 2. Re. 20. Māsuetudo tua multiplicabit te &c Ber. Oīno currimus post te, bone Iesus propter mansuetudinē tuā. Quarto, vt māsuetudinē I doceret. Matth. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et sunt quatuor quæ maxime debent suadere mansuetudinē. Primū est, quia a malo liberat: secūdū, quia gratiā impetrat: tertiū, quia animā seruat: quartū, quia meret terrā viuentiū. De primo, Sapiens māsuetus est qui nullā animi amaritudinē sentit. De secundo, Prou. 1. Mansuetis dabit gratiā. De tertio, Eccl. 11. In mansuetudine serua animam tuam. De quarto, Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Rogemus ergo Dominum &c.

Sermo de eadem materia ex epistola.

INDVAMVR arma lucis. Ro. 13. Dominꝰ noster Iesus Christus assumpsit arma sua, & venit in mundū pugnaturus pro nobis cō- K tra aereas potestates Isa. 59. Indutus est iustitia vt lorica: et quia indecorū est rege armato milites remanere inermes, Apostolꝰ monet vt armemur. Induamur, inquit, arma lucis. Facit aūt tria in his verbis Apost. Primo, vt induamur præcipit: secundo, quid debeamus induere ostendit: tertio, motiuū subiūgit. Primū ibi, Induamur: secundū, ibi. Arma: tertiū, ibi. Lucis. Circa primū sciendū est ꝙ debemus nos induere ꝓp quinq;. Primo, ne perpetuo frigore affligamur: secūdo, ne turpitudinis ostēsione confundamur: tertio, ne ab æternis nuptiis excludamur: quarto, vt ab istibus diaboli protegamur: quinto, vt a domini exercitu co-

tu cognoscamur. Istę rationes redduntur in textu. De primo, & secundo Apoc. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, quo ad primū: & videant turpitudinē eius, quo ad secundum. De tertio, Matth. 22. Amice, qūo huc intrasti non habens vestē nuptialē? De quarto, Eph. 6. Accipite armaturam Dei vt possitis resistere in die malo, & in oībus perfecti stare. State ergo succinti lūbos vestros in veritate induti loricā iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelii pacis, in oībus sumentes scutū fidei, & galeā salutis assumite, & gladiū spiritus, quod est verbū Dei. De quinto, Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordię &c. Circa secūdū sciendū est, ꝙ plura scriptura docet nos induere. Primo, vestimentū innocentię. Apoc. 3. Vestimentis albis induemur. i. īnocētia. Secūdo, viscera misericordiæ. Col. 3. Induite viscera misericordiæ benignitatē. &c. Tertio, Christi cōformitatē. Ro. 13. Induimini Dominū Iesum Christū. Quarto, cōuersationis nouitatē. Eph. 4. Induite nouū hominē. i. nouā cōuersationē. Quinto, cilicii asperitatē quo ad carnis macerationē. psal. 34. Induebar cilicio. Sexto, debemꝰ indui subtilibus per humilitatē. Eze. 16. Induite subtilibus. 1. Reg. 18. Ego sum vir pauper & tenuis. Septimo, saccum per habitus vilitatē, Isa. 1. Induā cęlos tenebris, & ponā saccū eorū. Octauo, armorū speciositatem, de quo hic induamur arma lucis. Circa arma ista sciēdū ꝙ sicut dicit Scriptura, debemus indui loricā charitatis, scutū fidei, galeā spei, thoracē iustitiæ. Fide debemus indui ad munimentū rōnalis, spe ad munimentū irascibilis, charitate ad protectionē cōcupiscibilis, iustitia ad protectionē totius animę. De primis tribus armis. 1. Tim. 4. Induti lorica iustitiæ 1. Mac. 3. Induit se loricā sicut gigas, & succinxit se arma bellica. Sap. 5. Induit pro thorace iustitiā. Ostēdit ergo hic quid induere debeamus. Motiuū ad hoc qđ ponit, ibi. Lucis. i. Christi. Quis nō libenter indueret arma dn̄i sui? quanto magis debemus induere arma cælestis & æterni regis? Dicit aūt Christus lux ꝓpter sex effectus lucis, quorū primus est illuminatio, secūdus fœcundatio, tertius cōseruatio, est. n. lux conseruatiua, quartus ornatio, quintus ordinatio. De his duobꝰ. Dionysius, Corpus inordinatū ordinat & ornat, sextus sui effusio. Lux. n. est sui diffusiua per radios, hæc omnia fecit nobis Christus. *Quære in processu de lumine in Natiuitate*. Induamur ergo arma lucis, vt bene triumphantes æternaliter tādē a rege nostro coronemur.

Dominica secunda de aduentu ex epistola.

QVAECVNQVE scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ro. 15. In pręcedenti dominica docuit nos Apost. ad surgendū, in ista docet ad quid surgendū, quia ad studendū & ad legendum scripta quæ fecit nobis magister noster cælestis. Dominus. n. tāquā bonus magister fuit sollicitus facere nobis optima Scripta, vt nos pfecte erudiret. Quæcūq;, inquit, scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt. Consistunt aūt ista scripta in duplici libro. s. in libro creaturæ, & in libro scripturæ. Primꝰ liber quot habet creaturas, tot habet scripta optima, quæ sine mēdacio docent veritatē. Vnde Arist. interrogatus a quo tot & tanta didicisset, respondit, a rebus quę mētiri nō nouerunt. Docēt aūt duo cognoscenda. Circa cognoscenda docē nos quatuor. Primo Deū esse, secundo vnum Deū esse, tertio trinum

A Deum esse, quarto summū bonū esse. Quia mundus est, docet eū esse sicut opus opificē Sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ potest cognosci eorū creator. Quia vnū sunt, & vno modo seruantur, docent vnū Deū esse: si enim plures dii essent, iā mundus destructus esset, cū diuisio sit cā destructionis. Matth. 12. Omne regnū in se ipsum diuisum desolabit: quia oīa cōsistūt in numero, pōdere, & mensura, siue secūdū Aug. de trinitate, modo, specie, & ordine, docent trinū esse Dominū. Sap. 11. Oīa fecisti in pondere, numero, & mensura. Quia oīa bona sunt, docēt summū bonū esse illud, a quo tot bona procedunt. Aug. Magnū inditiū bonitatis est ꝙ quęlibet creatura cogitur B dare se ipsam. Ideo quia Deus bonus est, nos sumus.

Circa agenda, docēt nos similiter quatuor. Primo Domino obedire, secundo eū timere, tertio eū amare, quarto eū laudare. Domino obedire docent nos, quia sibi oīa obediunt. psal 138. Præceptū posuisset, non præteribit. Nihil inuenit in creaturis inobediens creator, nisi peccatorē & diabolū. Deū amare docent nos beneficiis & donis quæ nobis exhibent quotidie. Augu. Cælū, & terra, & oīa quæ in eis sunt vndique mihi dicunt, vt amem te, nec cessant dicere oībus ita vt sim inexcusabilis. Deum timere docent nos pœnis & suppliciis. Videmus enim ꝙ oīs creatura parata est punire rebelles suo creatori. Sapien. 16. C Creatura tibi factori deseruiens exardescet aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendū pro his qui in te confidunt. Deū laudare docent nos, quia oīa laudant eū, & inuitant ad laudandū. Aug. Mirū est ꝙ homo non semper laudat Deū, cū oīs creatura inuitet ad laudandū eum, & sic patet qūo oēs creaturę, quæ sunt quasi quædam scripta Dei, docent nos quatuor circa cognoscēda, & quatuor circa agēda. De scriptura secundùm illud videlicet scripturæ. *Quære in sequenti processu.*

De eodem ex epistola.

QVAECVMQVE scripta sunt &c. Ro. 15. Sicut tactū est superius, duo sunt libri qui scripti sunt ad nostrā doctrinā, & de libro creaturæ dictū est supra: nunc dicendū est de libro scriptu- D ræ, qui duo docet, bona & mala. Bona vt fiant, mala vt non fiant. Circa bona docet tria. s. præcepta, consilia, promissiones, sicut triplex bonū est. Est. n. bonum honestū, iucundū, & vtile. Præcepta docent bonū honestū, quia docent cultū vnius Dei, & pulchritudinē morū, & virtutū, quæ honestum faciunt hominē. In consiliis est bonum vtile. Matth. 19. Si uis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. In promissionibꝰ est bonū delectabile, siue iucundū. Ioa. 16. Iterū vidobo vos, & gaudebit cor vestrū. Deute. 4. Audi Israel verba vitæ. & postea, Et dabo tibi terrā fluentē lac & mel. Circa mala ponit similiter tria. Prohibitiones, E dissuasiones, & cōminatiōes, & hoc s̄m triplex malū. Est. n. triplex malū mortalis culpæ, & malū venialis culpæ, & malū æternæ pęnæ. Prohibitiones respiciūt malū mortalis culpæ. Exo. 20. Nō fornicaberis, & sic de alijs prohibitionibus. Dissuasiones malum venialis culpæ. Eccl. 19. Qui spernit modica, paulatim decidet: & alibi. Vitasti grādia, caue ne obruaris arena. Comminationes respiciunt malum æternæ pœnæ. Isa. ultimo. Vermis eorum non morietur. Bene ergo dicit, quęcumque scripta sunt. s. in libro scripturę, ad nostrā doctrinā scripta sunt. Rogemus ergo &c.

De eadem ex euangelio.

ERVNT ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, Lucæ. 21. In præcedenti euangelio dictũ eſt de aduẽtu miſericordiæ: in iſto vero agitur de aduentu iuſtitiæ. Ad iuſtitiã. n. pertinet malos punire, & bonos remunerare: ideo de vtroq; agitur hic. Primum in prima parte euangelii, ibi. Erunt ſigna: ſecundum, in ſecunda parte, ibi. Leuate capita veſtra. Circa pœnã malorũ oſtẽdit ꝙ creator & creatura cõueniẽt ad punitionẽ malorũ. Circa creaturã oſtẽdit ꝙ triplex creatura cõueniet ad punitionẽ malorũ. ſ. ſpũalis, corporalis, & cõpoſita. Spũalis angelus, compoſita homo. Corporalis vero duplex, ſuperior & iſerior: ſuperior corpora cæleſtia, iferior elemẽta. Oſtẽdit ergo Dominꝰ in euãgelio hoc, ꝙ mali recipiẽt pœnã a Dño, ab angelis, a corporibus cæleſtibus, ab elemẽtis, & a ſe ipſis. Primũ, ibi. Tunc videbũt filiũ hominis. Secũdũ, ibi. Nã virtutes cælorũ mouebuntur. Tertiũ, ibi. Erũt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, Quartũ, ibi. Præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ. Quintũ, ibi. Areſcẽtibus hominibus præ timore. Circa primũ ſciẽdũ eſt, ꝙ Dñs tripliciter affliget malos in iudicio. Primo, diſceptãdo: ſecundo, cõuincendo: tertio, cõdẽnãdo. De primo, Nudus fui: de ſecũdo: Quãdiu nõ feciſtis vni ex minimis &c. de tertio, Diſcedite a me maledicti, Matth. 25. Angelus ſimiliter tripliciter affliget malos. Primo, ad iudiciũ trahẽdo: ſecundo, a bonis ſeparãdo: tertio, in ignẽ ęternũ mittẽdo. De his tribus Matth. 13. Exibunt angeli, vt. ſ. portẽt malos ante iudicẽ. Nõ. n. poſſent per ſe tã cito venire, cũ ſint corpora eorũ grauia, ecce primum: & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ, ecce ſm: & mittẽt eos in caminũ ignis, ecce tertium. Corpora cæleſtia ſimiliter affligẽt tripliciter malos. Primo, ſignis terrẽdo: ſecundo, tenebris affligẽdo: tertio, ſcelera eorũ referãdo. De primo, ibi. Erũt ſigna in ſole, luna, & ſtellis. Ioe. 2. Dabo prodigia in cęlo. De ſecũdo, Matth. 24. Sol oſcurabit, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ. De tertio, Iob. 20. Cæli revelabunt iniquitatem eius &c. Rogemus &c.

De eodem.

IN terris preſſura gentiũ præ cõfuſione ſonitus maris, & fluctuũ &c. Luc. 21. Dictũ eſt ſuperius quõ ſuperiores creaturæ puniũt malos, mõ dicẽdũ eſt quõ inferiores creaturæ: & oſtẽdit quõ punient ab igne, ab aere, ab aqua, a terra, & a ſeipſis. Primũ ibi. Areſcẽtibus hominibus. Ariditas aũt cõtingit ex ſiccatione humorũ, quod facit ignis. Secundũ ibi. Fluctuũ. Fluctus cõtingũt ex incluſione aeris in mare. Tertiũ, ibi, Maris. Quartũ, ibi. In terris preſſura gẽtiũ. Quintum, ibi. Præ timore & expectatione. Ignis tripliciter puniet malos. Primo, lucẽ abſcõdẽdo: ſecundo, incẽdẽdo: tertio, non conſumẽdo. Si. n. ignis cõſumeret eos, aliquod bonũ præſtaret eis: ſed cõburet, & nõ conſumet. De primo, pſal. 28. Vox Dñi intercidentis flãmã ignis. In flãma duo ſunt, ardor & ſplẽdor. Ira intercidet Dñs flãmã ignis, quia ſeparabit ſplẽdorẽ a calore, vt cõburat malos, & non illuminet. De ſecũdo. pſal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflãmabit. De tertio, Sap. 15. Ignis ſuæ naturæ oblitus eſt. Aer ſimiliter tripliciter affliget, ſiue puniet malos, fulguris emiſſione, grandinũ pluitione, & ventorũ cõmotione. De primo, Sap. 5. Ibũt directe emiſſiões fulgurũ, & tãquã a bene ſcuruato arcu nubiũ exterminabũt. De ſecũdo, ibidem. 5. A petroſa ira plenæ mittentur grãdines. De tertio ibidẽ. 5. Cõtra illos ſtabit ſpũs virtutis, & tãquã turbo venti. Aqua ſiꝰ tripliciter affliget malos. Primo, creaturã, quæ ad vſum erat, occidẽdo: ſecundo, fluctibus terrẽdo: tertio, cõtra peccatores excãdeſcẽdo. De primo, Apoc. 8. Oĩs creatura quę erat in mari, mortua eſt. De ſecundo, hic. Prę cõfuſione ſonitꝰ maris, & fluctuũ. De tertio, Sap. 5. excãdeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrẽt duriter. Terra ſimiliter tripliciter affliget malos. Primo, bñficia ſubtrahẽdo, vt impij affligant fame: ſecũdo, terræmotibus terrẽdo: tertio, deuorãdo. De primo, Matth. 24. Erunt peſtilẽtiæ & fames. De ſecundo ibidem. 24. Et terręmotus magni erunt per loca. De tertio, pſã. 105. Aperta eſt terra, & deglutiuit Datã. A ſemetipſis patiẽtur mali triplicia mala. Primo, ex defectu oĩum bonorũ: ſecundo, timore ex recordatione præteritorũ: tertio, ex expectatione inſtãtium oĩum malorum. De primo, Apoc. 1. Plãgẽt ſe ſuper eũ oẽs tribꝰ terrę &c. De alijs duobus hic Luc. 21. Areſcẽtibus hoĩbus p̃ timore, quo ad ſm: & expectatione, quo ad tertiũ. Hic tria notãtur. Primũ, ibi. Areſcẽtibus hominibus; ſecundũ, ibi. Prę timore: tertiũ, ibi. Et expectatiõe. Sunt aũt tres rõnes, pp quas oẽs creaturæ ſic excandeſcẽt cõtra malos. Primo, quia male vſi ſunt eorũ bñficijs: ſecundo, quia pulchritudinẽ earũ deuaſtauerunt malitijs & immunditiis ſuis: tertio, quia naturaliter eſt inſitus cuilibet creaturæ appetitus vindicãdi iniuriã Creatoris. De primo, Gregorius. Oĩa q̃ ad vſum vitæ accepimus, cõuertimus ad culpã &c. & poſt. Iure igitur nos oĩa feriunt. De ſecundo, pſal. 96. Cõmota eſt terra in operibus eorum. De tertio. Sap. 16. Creatura creatori deſeruiens exardeſcet in tormentis adverſus iniuſtos &c. hęc malis: bonis autẽ appropinquabit redemptio æterna, Ad quam nos &c.

Dominica tertia aduentus ex epiſtola.

SIc nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti. 1. Cor. 4. In pręcedenti epiſtola docuit nos Apoſt. Chriſtũ fuiſſe miniſtrũ pro nobis. Dico aũt Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circũciſionis &c. ideo ĩ iſta epiſtola docet nos debere eſſe miniſtros Chriſti, & dicunt in hac epiſt. ſex. Primo, ꝙ debemus nos Chriſti miniſtros facere: ſecundo, temerariũ iudiciũ fugere: tertio, humanum iudiciũ cõtẽnere: quarto in ꝓpria cõſciẽtia nõ cõfidere: quinto, omne iudiciũ Chriſto ut iudici tribuere: ſexto, laudes a ſolo Deo quærere. Primũ ibi. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: ſm, ibi. Nolite ante tẽpus iudicare: tertiũ, ibi. Mihi aũt ꝓ minimo ẽ vt a vobis iudicer: quartũ, ibi. Nihil mihi cõſcius ſum: quintũ, ibi. Quouſq; veniat Dñs: ſextũ, ibi. Tũc laus erit vnicuiq; a Deo. Circa primũ ſciendũ, ꝙ ꝓpter tria maxime debemus eſſe miniſtri Chriſti, & ei ſeruire. Primo, quia quiquid ſumus & poſſumus, ipſe dedit creãdo: ſecundo, quia ſeruiuit nobis nos redimẽdo: tertio, quia iterũ ſeruiet in gloriſicatiõe. De primo, Bernardus. Cui iuſtius ſeruire debeo, q̃ illi qui ſi voluiſſet, oĩno nõ eſſem? pſal. 99. Ipſe fecit nos. De ſecundo, Luc. 22. Ego in medio veſtrũ ſum tamq̃ qui miniſtrat. Seruiuit aũt tẽporaliter pedes abluẽdo, ſordes peccatorũ ſanguine ſuo mundãdo, & carnem ſuã miniſtrãdo. De primo, Io. 13. Cœpit lauare pedes diſcipulis ſuis &c. De ſecundo, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris ĩ ſãguine ſuo. Iſa. 24. Seruire me feciſtis in iniquitatibus veſtris. De tertio, Matt. 26. Accipit panẽ, benedixit, & fregit, & dedit. &c. Ber. Bonus miniſter qui carnẽ ſuã dedit in cibũ, ſanguinẽ in potum, & aĩam in pretiũ. Seruiet iterũ in glorificatione. Lu. 12. Amẽ dico vobis, ꝙ pręcingit ſe, & faciet illos diſcũbere, & trãſiẽs miniſtrabit illis. Iuſte ergo miniſtri eius eſſe debemus. Sunt autẽ tria quæ ipſe maxime odit in miniſtris ſuis. ſ. inmiſericordia, inobedientia, & inutilitas. De primo, Mat. 17. Serue nequã oẽ debitũ dimiſi tibi qm̃ rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ergo tui miſertꝰ ſum? &c. Mat. 24. Si aũt dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, morã facit dñs meus venire, & cœperit percutere ſeruos ſuos, mãducet autẽ & bibat cũ ebrioſis: veniet dñs ſerui illius ĩ die qua nõ ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, partẽq; eius ponet cũ hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentiũ &c. De ſecundo, Luc. 12. Seruus ſciẽs voluntatẽ dñi ſui, & nõ facit ſm volũtatẽ eius, plagis vapulabit multis &c. De tertio, Mat. 25. Seruũ inutilẽ ꝓiicite ĩ tenebras exteriores &c. Sunt iterũ tria q̃ requirit Dñs in ſeruis. Primo, vt ſint ab oĩ ſorde peccati mũdati: ſecũdũ, vt ſint oĩbꝰ virtutibus ornati: tertiũ, vt ſint morũ honeſtate decorati. De 1. pſal. 100. Ambulãs in via immaculata; hic mihi miniſtrat. & 1. Tim. 4. Et ſic miniſtrẽt nullũ crimẽ habẽtes. De ſecũdo. 2. Cor. 6 In oĩbꝰ exhibeamꝰ nos ſicut Dei miniſtros. De tertio 1. Petri. 2. Cõuerſationẽ vr̃am inter gẽtes habẽtes bonã &c. De his tribꝰ Exod. 40. Applica Aarõ, & filios eius vt miniſtrẽt mihi, & lotos aqua indues ſacris veſtibus, vt vnctio eorũ proficiat. In lotione vero puritas, in ſacris veſtibus eorũ virtutũ varietas, in vlctione eorũ honeſtas, quia ex ea egreditur odor bonæ famæ. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus &c. Requirit aũt Deus ꝙ ſibi tribus modis miniſtremꝰ. Primo, eũ imitãdo: ſecũdo, in eius ſeruitio exultãdo: tertio, eũ timendo. De. 1. Io. 12. Siq̃s mihi miniſtrauerit, me ſequat. De ſecũdo, pſal. 99. Seruite Dño in lætitia. De tertio, pſa. 2. Seruite Dño in timore. Primũ, facit Dño ſeruitiũ acceptũ: ſecundũ, facit nos ſpeditos in ſeruitiũ: tertiũ, in ſeruitio nos cõſeruat. Promittit aũt tria Dñs ſeruis ſuis. ſ. felicitatẽ, dignitatẽ, et ęternitatẽ. De primo. 1. Tim. 3. Qui. n. bene miniſtrat, gradũ bonũ ſibi acquirit. De ſecundo, Mat. 25. Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper modico fuiſti fidelis. De tertio, Apoc. 7. Seruiet ei die ac nocte in tẽplo eius: & poſt. 7. Ad fontes aquarum vitæ deducet illos. Fons vitæ eſt æternitas. Dion. Æternitas eſt vitæ interminabilis tota ſimul & perfecta poſſeſſio. De his tribꝰ Io. 12. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Vbi eſt, ẽ iucunda ſublimitas & æterna iucunditas, & iucũda æternitas, Ad quam nos perducat dominus Deus.

De eadem ex euangelio.

QVmaudiſſet Ioãnes &c. Mat. 11. In p̃cedẽti euãgelio actũ eſt de aduẽtu iuſtitię: ĩ iſto de aduẽtu gratię. Vnde agitur hic de Ioãne, qui interpretatur gratia Dei, vel in quo eſt gratia Dei. Dicunt autẽ hic quatuor. Primo, Ioannis incarceratio: ſecundo, de Chriſti aduentu per miſſos diſcipulos interrogatio: tertio, Dñi reſponſio: quarto, multiplex Ioãnis cõmẽdatio. Cõmẽdatur aũt a quatuor. Primo, a cõſtãtiæ firmitate: ſecũdo, a veſtitus auſpritate: tertio, ab officij dignitate: quarto, a vitæ ſanctitate. Primũ, ibi. cũ audiſſet: ſecundũ, ibi. Tu es. Tertiũ, ibi. Ite renuntiate Ioanni, quæ &c. Quartũ, ibi. Cœpit illis dicere de Ioanne. Et iterũ. Primũ de cõmẽdatione, ibi. Quid exiſtis ĩ deſertũ videre? arũdinẽ vẽto agitatã? ſecũdũ, ibi. Hoĩem mollibus veſtitũ? tertiũ, ibi. Et iã plus q̃ ꝓphetã. Quartũ, ibi. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto angelũ meũ. Mox autẽ de vinculis ſciendũ eſt, ꝙ tres dicũtur eſſe in vinculis, iuſtus, impius, & dãnatus. Iuſtus ponit in vinculis pręceptorũ: impius in vinculis peccatorũ: dãnatus in vinculis tormẽtorũ. De primo, Eze. 4. Ecce circũdedi te vinculis. Oſee. 11. Trahã vos in vinculis charitatis. De ſecũdo, Pro. 5. Iniquitates ſuæ capiũt ĩpiũ, & funes pctõrũ ſuorũ cõſtringit. Iſa. 10. Ne icuruemini ſub vinculo. De tertio, Sap. 17. Vinculis tenebrarũ cõpediti. Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores. Prima vincula ſunt apetenda, ſecũda diſſoluẽda, tertia cauenda. Vincula pręceptorũ ſunt amplectanda propter tria. Primo, quia per ipſa ſalus oĩ malo aquiritur: ſecundo, quia ligatus eis a Dei ſapiẽtia protegit: tertio, quia de ipſis ad regimẽ egredit. De primo, Eccl. 6. Vincula illius alligatura ſalutaris. De ſecundo, Sap. 5. Et in vinculis nõ dereliquit illũ. De tertio, Eccle. 4. De carcere cateniſque interdum quis egreditur ad regnum. Sunt ergo vincula præceptorũ amplectenda, ſed peccatorũ diſſoluenda. Ligatur autẽ peccator vinculis ſuperbiæ, vinculis auaritię, vinculis luxuriæ, vinculis malæ linguæ. De primo, Iob. 39. Quis dimiſit onagrũ liberũ, & vincula illius quis ſoluit? Per onagrũ intelligitur ſuperbus. Iob. 11. Vir vanus in ſuperbiã erigitur &c. Vnde vincula onagri ſunt vincula ſuperbi. De ſecundo, Iſa. 5. Vę qui trahitis iniquitatẽ ĩ uinculis vanitatis. Vanitates diuitiæ ſunt. De tertio, Prou. 8. Statim q; ſequitur eã quaſi bos ductus ad victimã, & ignorat ſtultus ꝙ ad vincula trahatur. Vincula trahentia ſunt manus mulieris. Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte mulierẽ. & poſt Eccle. 7. Vincula ſunt manus illius. Iſta vincula ſunt ſoluẽda. Iſa. 51. Solue vincula colli tui. Soluitur autẽ quatuor modis. Primo, per gratiam iuſtificationis: ſecundo, per gratiã contritionis: tertio, per verecundiã confeſſionis: quarto per pœnã ſatisfactionis. De primo, pſal. 115. Dirupiſti vincula mea Domine, ſ. gratiã infundendo. De ſecũdo, Dan. 4. vbi dr̃, quòd ignis cõſumpſit vincula puerorũ. Per ignẽ contritio intelligitur. pſal. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. De tertio, Oſee. 5. Vidit Iudas vinculũ ſuũ. Iudas interpretat cõfitens: vnde Iudas vinculũ ſuum videt, qñ pœnitens videt ſe vinculis peccatorũ conſtrictum, clamat in confeſſione vt ſoluatur. De quarto, Naũ. 1. Afflixi te, & poſt. Vincula tua diſrũpã, ſic ſoluenda ſunt vincula peccatorũ. Vincula vero tormentorũ ſunt vitanda propter tria. Primo, quia tenebroſa: ſecundo, quia crudelia: tertio, quia ęterna. De primo, Sap. 17. Vinculis tenebrarũ cõpediti. De ſecundo, Eccl. 13. Et non parcet de malitia, & de vinculis. De vinculis iſtis Iſa. 38. Ne forte conſtringantur vincula noſtra. De tertio. Iud. 1. In vinculis ęternis ſub caligine reſeruauit. Loquitur de dæmonibus. A vinculis iſtis eripiat nos Deus, quod &c.

De Dominica tertia ex epiſtola.

GAVDETE in Domino ſemper, iterũ dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibus Phil. 4. In fine præcedentis epiſtolę monuit Apoſt. vt oĩa Chriſto vero iudici reſeruemus, ſed ne conqueramur de longa mora, dicit eũ in proximo venturũ. Dominus, inquit, prope eſt. Facit autẽ Apoſt. in pręmiſſis verbis tria. Primo, monet ad interiorẽ ſanctificationẽ: ſecundo, ad honeſtã cõuerſationem

ſationē: tertio, ſubiũgit rōnē. Interior ſanctitas cōſiſtit in duobus. Primo, vt mala affectio removeat: ſecundo, vt bona affectio habeat. Ber. Sanctũ facit affectio ſancta: mala affectio eſt gaudere in mundo. Eſt aũt gaudiũ mundi malum, quia de malis, de vanis, de turpibus. Gaudium de malis eſt gaudere in malitijs: gaudiũ de vanis eſt gaudere in diuitijs, quæ vanitas ſunt: gaudiũ de turpibus eſt gaudere de luxurijs. De Primo, Prou. 2. Lætant cũ malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis. De ſecũdo, pſal. 48. In multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriat. De tertio, Iob. 21. Gaudẽt ad ſonitũ organi. Iac. 5. Epulati eſtis ſuper terrã, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra. De iſtis trib⁹. Aug. Quid ē ſæculi gaudiũ? breuiter dico, ſęculi nequitia eſt ipunitas malitiæ, ī ſpectaculis nugari, luxuriari, oblectari, ingurgituri, & turpitudine fœtere: gaudere autē in Domino eſt gaudere, quia eſt potens ad ſaluandum, quia eſt miſericors Dominus ad iuſtificandum. Quia largiſſimus ad remunerandũ. Pro modico enim ſeruitio dat vitam æternã & regnũ cæleſte. Gaudẽdũ eſt ſine dubio in tali dño, qui ſaluat ſeruos ſuos redimẽdo, dimittit oĩa debita iuſtificãdo, coronabit æternũ regnũ cōferẽdo. De primo, pſal. 33. Dñs rex nr̄ ipſe veniet, & ſaluabit nos. Mat. 1. Ipſe Saluator ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eorũ. De ſecundo, Ro. 5. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius. De tertio, Apoc. 2. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, et dabo tibi coronã vitę. De his trib⁹, Iſa. 61. Gaudẽs gaudebo in Dño. Et quare? Quia induit me veſtimẽto ſalutis, ecce primũ: & idumẽto iuſtitiæ circũdedit, ecce ſecundũ: quaſi ſpõſã decorauit me corona, ecce tertium, Ad quã nos perducat &c.

De eadem epiſtola.

ODESTIA veſtra nota ſit oĩbus hominibus, Phil. 4. Hortatus ē Apoſt. ſuperius ad interiorẽ ſanctitatẽ: hic vero hortat ad cõuerſationis honeſtatẽ, ibi. Modeſtia veſtra. Ponit antẽ hic duo. Primo, hortat ad honeſtã conuerſationẽ: ſecundo, ſubiungit rōnẽ. Primũ, ibi. Modeſtia veſtra: ſecundũ, ibi. Dñs prope eſt. Sunt autẽ tria quæ nos mouere debent ad modeſtiã. Primo, creaturæ documẽtũ. Oĩa.n. ſicut dicit in libr. de trin. Aug. ſeruãt modũ, ſpecię, & ordinẽ. Sap. 11. Oĩa ī ordine, numero, & mẽſura diſpoſuiſti. Secũdo, magnũ qd̄ in eadẽ eſt cõfortamẽtũ: eſt.n. fruct⁹ ſpiritus valde ſuauis. Gal. 5. Fructus aũt ſpũs eſt charitas. & poſt, modeſtia &c. Tertio, magnũ qd̄ de ei⁹ abſentia prouenit nocumẽtũ. Sen. Si mediocria ſunt vtilia, inutilia vero ſunt ſemp nimia, ſuperflua.n. nocẽt. Eſt aũt habẽda modeſtia in ore, in corde, in manu. In corde, vt reſecet cogitationũ ſuperflitatẽ: in ore, vt reſecet verborũ inutilitatẽ: in manu, vt reſecet exceſſum in opere. De primo, Sene. Magni animi eſt magna cõtemnere, & media magis velle q̄ nimia. De ſecundo, Prou. 10. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſim⁹ eſt. De tertio, Ro. 12. Rõnabile ſit obſequiũ veſtrũ. Rõnẽ aũt horũ duorũ ſubiungit dicẽs. Dñs prope eſt. Eſt aũt Dñs prope pœnitẽti, vt indulgeat: orãti, vt exaudiat: tribulationes patienti, vt ſubueniat. De primo, Ezec. 18. Quacũq; hora cõuerſus fuerit peccator, & ĝemuerit &c. De ſecũdo. pſal. 144. Prope eſt Dñs oĩbus inuocãtibus eũ. & Iſa. 65. Eritq;, anteq̄ clament ego exaudiã. De tertio. pſa. 90. Cũ ipſo ſum in tribulatiõe. & in Apoc. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecũ eſt retribuere vnicuiq; ſecundũ opera, malis pęnas ęternas, & iuſtis vitam ęternam, Ad quam nos perducat qui viuit in ſæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

OX clamãtis in deſerto. Parate viã Dño. Ioã. 1. In p̃cedẽti euãgelio ponit qualiter Chr̃s Ioãnẽ multipliciter cõmẽdauit: in iſto, qũo ſe ipſum humiliauit. Moraliter per deſertũ mundus iſte intelligitur. Deute. 8. Ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq; terribili, in qua erat ſerpens flatu adurens. i. ſuperbia: ſcorpio. i. luxuria: dypſas. i. auaritia. In iſto deſerto clamat creatura, Chriſtus, iuſtus, & prædicator. Creatura clamat tria, primo vt Deũ cognoſcamus: ſecundo, vt ipſum diligamus: tertio, vt laudes ei debitas reddamus. De primo, Aug. Oĩa clamãt, Deus me fecit. De ſecundo, idẽ. Cælũ, & terra, & oĩa quę in eis ſunt, vndiq; mihi dicunt vt amẽ te, nec ceſſant dicere oĩbus, vt ſint inexcuſabiles. De tertio, idẽ. Mirũ eſt ꝙ homo ceſſat a laude Dei, cũ oẽs creaturæ inuitẽt ad laudãdũ eũ. Chriſtus clamauit ſimiliter tripliciter. Primo, miracula faciẽdo: ſecũdo, vtilia prędicãdo: tertio, pro nobis moriẽdo. De primo, Ioa. 11. Clamauit voce magna dicẽs. Lazare veni foras. De ſecũdo, idẽ. 7. Stabat Ieſus & clamabat. Si quis ſitit, veniat ad me, et bibat. De tertio, Mat. 27. Chr̃s clamãs voce magna emiſit ſpũm. In primo, apparuit ei⁹ potẽtia: in ſecũdo, eius ſapiẽtia: in tertio, ineffabilis eius bonitas & charitas. Hæc tria erant neceſſaria ad redeptionẽ noſtrã; vt poſſet redimere, vt ſciret, vt vellet. De his tribus. 1. Cor. 1. Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei ſapiẽtiã, Chriſtus vnct⁹, & ideo bonus: virt⁹, & ideo potẽs: ſapiẽtia, & iõ ſapiẽs. Iuſtus clamat ſimiliter tripliciter. Primo orãdo, ſecũdo cõfitẽdo, tertio laudando. De primo, pſa. 76. Voce mea ad Dñm clamaui, & exauuit me. De ſecundo idẽ. pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã Dño, & tu remiſiſti &c. De tertio, Clamabo ad Deũ qui bene fecit mihi, ſupple, laudãdo illũ: quia pro beneficiis ei debemus gratias agere. Prædicator ſimiliter tria debet clamare. Primo hoĩum ſcelera: ſcdo, fragilitatis humanæ miſeriã: tertio, vt p̃parẽt Dño via. De his oĩbus. Iſa. 58. De primo, Clama ne ceſſes: & poſt. Annũtia populo meo ſcelera eorũ. De ſecundo. Iſa 40. Vox dicẽtis, clama: & dixi, quid clamabo? Oĩs caro fœnũ. De tertio ibidẽ. 40. Vox clamãtis in deſerto parate uiã Dño. Præparat aũt Dño viã. ſ. puritas, humilitas, & æquitas. De primis duobus. Iſa. 42 Præparate viã: & ſubdit modũ pręparandi. Planũ facite iter, mõtuoſitatẽ ſuperbiæ remouendo, qd̄ fit per humilitatẽ. Eligite lapides, cætera peccata remouendo, qd̄ pertinet ad puritatẽ. De tertio, Io. 1. Dirigite viã Dño, & aſpera in vias planas, p puritatẽ. Humilitas ordinat nos ad Deũ, æquitas ad proximum, puritas ad nos ipſos. Rogemus &c.

Dominica infra oct. Natiuitatis.

VT eos q̄ ſub lege erãt redimeret, Ad Gal. 4. Sciẽdũ ꝙ Chr̃s nos redemit a multis. Primo, ab iniquitate. Tim. 2. Vt nos redimeret ab oĩ iniquitate. Secundo, a diabolo, Deut. 7. Redemit nos de manu Pharaonis. i. diaboli. Tertio, de morte. Oſee. 13. De manu mortis redimã eos. Quarto, a legis ſeruitute & maledictione. Galat. 5. Redemit &c. Nota ꝙ bonitas Chriſti apparuit ī noſtra redẽptione ī multis. Primo, q̄a ſine meritis. Iſa. 52. Sine argento redimemini &c. Secundo, quia redemit magnis expẽſis. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argẽto redẽpti eſtis &c. Tertio, quia ex ſola abundantia charitatis. Iſa. 63. In dilectione ſua, & in indulgẽtia ſua ipſe redemit nos. Nota ꝙ Dñs quinq; requirit a nobis p redẽptione nr̄a.

Primo,

Primo, vt a peccatis ad eũ reuertamur. Hier. 4. Reuertere ad me, quia redemi te &c. Secundo, vt eũ diligamus. Aug. Miſer ego quãtũ debeo diligere Deũ meũ qui me fecit, cũ nõ eſſem: redemit cũ petierã, & abierã, & ī peccato vẽditus erã: venit ille & redemit me, & tm̃ dilexit me, ꝙ pretiũ ſanguinis ſui dedit p me. Tertio, vt ipſi ſoli ſeruiam⁹. 1. Cor. 6. Empti eſtis pretio magno &c. Quarto, vt tm̃ beneficiũ vbiq; prædicemus, vel diffundamus. Iſa. 48. Auditũ facite, hoc efferte illud vſque ad extrema terræ. Quinto, vt pro tanto beneficio gratias agamus. pſalm. 140. Labia mea & anima mea quam redemiſti &c.

De eadem ex euangelio.

VAM ipſius animam pertrãſibit gladius, Luc. 2. Verba iſta prophetica ſunt de paſſione Chriſti: & notant tria in verbis iſtis. Primo, magna beatæ Virginis ad Chriſtũ cõpaſſio, ibi. Tuã ipſius aĩam pertrãſibit gladius. Et ſciẽdũ ꝙ quatuor maxime fecerunt amatã paſſionẽ Chriſti beatæ Virgini. Primũ, filij bonitas. 1. Pet. 2. Qui peccatũ nõ fecit &c. Secundũ, crucifigentium crudelitas: qd̄ vel ex eo patet, ꝙ morienti ſaltẽ aquã dare noluerũt, nec a matre q̄ diligẽter dediſſet, dari permiſerũt. Tertiũ, pœnæ vilitas. Sap. 2. Morte turpiſſima condẽnemus eũ. Quartũ, tormẽti crudelitas. Tre. 1. O uos oẽs q̄ trãſitis p viã, atẽdite, & videte ſi eſt dolor &c. Scdo, amara Chriſti paſſio, ibi. Tuã ipſi⁹ aĩam ptrãſibit gladius, ſciẽdũ, ꝙ crux eius fuit gladi⁹ acut⁹. Ezec. 21. Gladius acut⁹ & limatus. Acutus fuit, quia maxime pupugit & vulnerauit. Itẽ, fuit ſplẽdidus. i. ſplẽdens fuit, eo ꝙ in ea pepẽdit ſplẽdor mundi. i. Dei patris. Heb. 1. Qui cũ ſit ſplẽdor gloriæ &c. Itẽ, fuit gladius gloriæ tuæ. Deut. 33. Scutum virtutis tuę, & gladius gloriæ tuæ. Dr̄ autẽ gladius gloriæ, quia per ipſum acquiſiuit nobis gloriã. Iſto gladio fuit a malis percuſſus per crucẽ, tn̄ percutiet malos gladiis ſuis. Primus eſt pœnæ præſentis aduerſitas. Ezec. 11. Gladiũ metuiſtis &c. Secũdus iudicialis ſentẽtia. Apoc. 1. Ex ore eius gladius &c. Tertius, infernalis pęnę acerbitas. Iſa. 1. Gladius deuorauit, quia os Dñi locutũ eſt. Gen. 3. Conſtituit gladiũ flãmeum &c. Tertio, paſſionis cõſecutio, ibi. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Quod cogitat reuelat aut ſacerdoti in cõfeſſione. pſa. 36. Reuela Dño viã tuã &c. Aũt in iudicio ad dãnationem, Oſee. 2. Reuelabo ſcelera tua &c. Nota, ꝙ in pręſenti debemus peccata reuelare pp quatuor. Primo, quia tali reuelatione dimittunt peccata. Pro. 28. Qui abſcõdit ſcelera ſua non dimittet: qui autẽ confeſſus fuerit ea, & reliquerit &c. Secũdo, quia a Deo abſcõdunt. Aug. Si reuelas ego celo, & ecõuerſo &c. Tertio, quia gratia infundit. Quarto, quia ex ea vita æterna acquirit. De his duobus. Eccl. 4. Eſt confuſio adducẽs gratiã & gloriã. Nota, ꝙ in futuro reuelabũt oĩa, qui nõ reuelat ea hic. Reuelabuntur aũt a tribus. Primo, a cælis. Iob. 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius &c. Secũdo, a ſe ipſis. Ro. 2. Teſtimoniũ reddẽte illis cõſciẽtia &c. Tertio, a Deo. 2. Cor. 3. Illuminabit abſcõdita tenebrarũ. Reuelabit aũt ira Dei ſuper oẽs, qui hic nolunt reuelare. Ro. 1. Reuelabit aũt ira Dei ſuper omnem impietatem, A qua ira liberet nos Dominus, qui viuit & regnat in ſæcula, Amen.

Dominica infra oct. Epiph. ex epiſtola.

NOLITE cõformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probẽtis q̄ ſit voluntas Dei, Ro. 12. In iſtis verbis ad tria hortat Apoſt. in quibus cõſiſtit tota perfectio hominis. Primo, vt ſęculi forma deponat: ſęcundo, vt forma nouæ vitæ aſſumat: tertio, vt Dei volũtas agnoſcat. Primũ, ibi. Nolite cõformari huic ſęculo. Secũdũ, ibi. Sed reformamini ī nouitate. Tertiũ, ibi. Vt probetis q̄ ſit volũtas Dei. Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ triplex ē forma ſæculi. Prima eſt terrenotũ cupiditas: ſcda, carnalis cõcupiſcẽtia: tertia, vitæ ſuperbia. De his tribus. 1. Io. 2. Oẽ qd̄ eſt in mũdo cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſupbia vitæ. Sciẽdum ꝙ iſta triplex forma dat triplex eſſe: q̄a prima forma dat eẽ terrenũ, ſcda aĩale, tertia diabolicũ. Auaritia facit hominẽ terrenũ: cõcupiſcẽtia carnis, aĩalẽ: ſupbia ẽt ſimilẽ facit diabolo. De his trib⁹, Iac. 3. Nõ eſt iſta ſapiẽtia deſup deſcẽdẽs, ſed terrena, aĩalis, diabolica. Primo mũ cõformãtur huic ſęculo auari: ſcdo guloſi & luxurioſi: tertio ſupbi, iõ pereũte ſæculo peribũt & ipſi. Grec. Qui labẽti inititur, neceſſe ē vt cũ labẽte ruat. 1. Io. 2. Nolite diligere mũdũ, quare? quia trãſit mundus, & cõcupiſcẽtia eius. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ forma vitæ nouę ē aſſumẽda tripliciter. Prima volũtatis ſẽctitas, ſcda locutionis veritas, tertia operis æquitas. Prima informat cor, ſcda os, tertia man⁹. De primo. Eph. 6. Faciẽtes volũtatẽ Dei ex aĩo cũ bõa volũtate. De ſcdo, Eph. 4. Loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ p̃ximo ſuo. De tertio, Gal. 6. Dũ tẽpus habem⁹ operemur bonũ ad oẽs. De his trib⁹, Eph. 5. Fructus aũt lucis eſt in oĩ bonitate, & iuſtitia, & veritate: in bonitate cordis, ī veritate locutionis, in iuſtitia opis. Prima forma dat eẽ ãgelicũ, ſcda dat eẽ diuinũ, tertia dat eẽ cęlicũ. Per bonitatẽ hõ fit ſimilis angelis, p veritatẽ Deo, p iuſtitiã ſẽctis. De his trib⁹ ī iſta epiſt. Ro. 2. Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuẽtẽ, ſẽctãm, Deo placẽtẽ. Viuẽtẽ p iuſtitiã qua hõ viuit. Ro. 1. Iuſt⁹ ex fide viuit: ſẽctãm p vitã: bonã: ſẽctã.n. idẽ eſt ꝙ mũda: Deo placẽtẽ p veritatẽ, q̄a De⁹ veritas ē. *Tertiũ mẽbrũ q̄re in ſequẽti proceſſu.*

De eadem.

VT probetis q̄ ſit volũtas Dei Ro. 12. Hoc ē, totũ bonũ hoĩs, vt cõformet ſe volũtati diuinæ. Et diſtiguit hic triplex volũtas Dei. Prima bona, ſcda placẽs, tertia pfecta. Et intelligit pluribus modis, ſed mõ tripliciter. Moraliter bona fuit volũtas Dei creãdo, bñplacẽs recreãdo, pfecta glorificãdo. Bona cõferẽdo eẽ naturæ, bñplacẽs cõferẽdo eẽ grãæ, pfecta largiẽdo eẽ gloriæ. De primo, Apoc. 4. Dign⁹ es Dñe accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ, q̄a tu creaſti oĩa & volũtate tua erãt, et creata ſunt. Erãt.n. ī idea in mẽte diuina, creata ſunt ī proprio eẽ. De ſcdo. pſal. 29. Dñe in volũtate tua p̃ſtitiſti decori meo virtutẽ: recreãdo.n. decorẽ diuinũ ī nobis reparauit, & ī virtute Spũs ſẽcti roborauit. De. 3. Io. 12. Volo pr̄, vt vbi ego sũ, illic ſit & miniſter me⁹, qd̄ erit in gloria. pſa. 72. In volũtate tua deduxiſti me, & cũ gloria ſuſcepiſti me. Secũdo mõ intelligit ſic. Volũtas Dei bona ī nr̄a ab oĩ ī puritate mũdatione: bñplacẽs in miſericordiæ exhibitiõe, pfecta ī charitatis feruore. De primo. 1. Theſſ. 4. Hæc eſt volũtas Dei, ſẽctificatio. i mũdatio. De ſcdo, Mat. 9. Miſericordiã volo, & nõ ſacrificiũ. De tertio, Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accẽdat? per ignẽ charitas intelligitur: Tertio mõ intelligit ſic. Volũtas ei⁹ bona eſt in coniugatis, bñplacẽs in cõtinẽtibus, pfecta in p̃latis, qui tenẽtur ad pfectionẽ. Volũtas.n. Dei in coniugatis eſt facere opa miſericordiæ: ī cõtinẽtibus, facere bonũ cõtinẽtiæ: in p̃latis, p ffibus aĩam ponere. De prima voluntate põt intelligi illud pſal. 142. Doce mẽ facere volũtatẽ tuã. De ſcda, 1. Theſſ. 4. Hæc eſt volũtas Dei vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ ſuum vas poſſidere in ſẽctificatione, ab

immũditia, quod fit maxime p cõtinẽtiam. De tertia, psalm. 102. Ministri eius qui faciũt voluntatẽ eius. Præmium illius voluntatis est vita æterna. psal. 29. Et vita in voluntate eius, Ad quam nos conducat &c.

De eadem ex euangelio.

EGo & pater tuus dolentes q̃rebam⁹ te, Luc. 2. In isto euãgelio multa docent, f̃m literã, sicut patet: sed in isto verbo docemur q̃rere Deum, ad qd̃ monemur frequẽter in scriptura. Notãtur aũt in istis verbis tria. Primo, q̃rẽtes: scdo, modus quẽrẽdi: tertio inquirendus, vel quẽsitus. Primũ, ibi. Ego & pr̃: f̃m, ibi. Dolẽtes: tertiũ, ibi. Quẽrebamus te. Quærẽtes erãt Maria & Ioseph, p quos duo genera hominũ designãtur, a q̃bus q̃rit Dn̄s, q̃rit a cõtẽplatiuis ĩ cõtẽplatione, & ab actiuis in actione. Maria interpretatur illuminata, & significat cõtẽplatiuos, qui in cõtẽplatione suscipiũt diuinas illuminatiões. Ioseph interp̃tat augmẽtũ, & significat actiuos qui debent habere augmẽtũ operũ misericordię. ab istis q̃rit Dn̄s: de vtroq;, psal. 85. Lætetur cor q̃rẽtiũ Dn̄m; q̃rite Dn̄m & cõfirmamini. Primũ ptinet ad cõtẽplatiuos, qui sunt in cõtinua lętitia & iubilo: f̃m, ad actiuos qui q̃nq; multũ indigẽt cõfirmari. Vel p Mariã stellã maris designabit fides, & p Ioseph augmẽtũ charitatis. Fides inquirit Deũ inquãtũ p̃rem nostrũ; charitas ĩquãtũ summũ bonũ. De his duob⁹ Cãticorũ. 5. Aĩa mea liquefacta ẽ, vt dilectus locutus est. Quæsiui, & nõ inueni. i. inquãtũ loquitur, ĩ tãtũ q̃siui, nã fides est ex auditu: inquãtum dilectus charitas q̃rit, q̃ ẽ vita copulãs diligentẽ cũ dilecto, vt dicit Aug. Sed plane si p charitatẽ hic q̃ritur, post inuenietur. Circa modũ inquirẽdi, nota q̃ septẽ modis debet inquiri, sicut põt colligi ex textu. Primo, cũ mẽtis puritate, vt simus ab oĩ labe pcti d̃purati. 1. Esd. 6. Oẽs qui se separauerãt a coinquinatiõe gẽtiũ terræ vt quærerẽt Deũ. Scdo, cũ intentionis simplicitate. Sap. 1. In simplicitate cordis quærite illũ. Tertio, quẽrendus est ex toto corde, vt solũ eũ cogitemus. Quarto, ex tota voluntate, vt eũ solũ velimus. De his duob⁹. Paral. 15. In oĩ corde suo, & in oĩ volũtate sua q̃sierũt Dn̄m, & inuenerũt. Quinto, quærẽdus est cũ festinatione anteq̃ trãseat tẽpus in quo iueniri possit. Isa. 55 Quẽrite Dn̄m dũ inueniri põt. Sexto, quærẽdus est cũ pseuerãtia sine cessatione. psal. 104. Quærite faciẽ ei⁹ semp. Septimo, quẽrẽdus est cũ dolore pctõrũ. Mich. 4. Dole & satage filia Sion quasi parturiẽs, quia redimet te Dn̄s d̃ manu inimicorũ tuorũ &c. Luc. 2. Ego & pr̃ tu⁹ dolẽtes &c. Circa tertiũ sciẽdũ est, q̃ debem⁹ quẽrere Deũ: vnde dicit, Quẽrebamus te. Est aũt inquẽdus pp quatuor. Primo, quia iustus: scdo, quia mãsuetus: tertio, quia bonus: quarto, quia vita. Iustus, vt inquirentibus se offerat. In hoc. n. est iustitia eius, quia nullus quærit sicut q̃rere debet qd̃ nõ inueniat. Mãsuetus est, vt q̃rentes se benigne suscipiat. De his duob⁹ Soph. 2. Quẽrite Deũ: & post, q̃rite iustũ, q̃rite mãsuetũ. Bon⁹ ẽvt q̃rẽtes se magnificet & remuneret. Ezec. 3. Bonus Dn̄s sperãtibus in se, aĩę q̃rẽti illũ. Vita est, qa q̃rẽtes se facit æternaliter viuere. psal. 68. Quærite Dn̄m, & viuet aĩa vestra, Ad quã nos pducat &c.

Dominica prima post Epiphaniam.

HOspitalitatẽ sectãtes &c. Ro. 12. In ista epist. cũ sit tota moralis, hortamur ad multam hospitalitatẽ, ad quã p̃cipue d̃bẽt nos quatuor mouere. Primo, Dn̄i p̃ceptũ: scdo, sctõrũ exẽplũ: tertio, si nõ fiat nocumẽtũ: quarto, si fiat multiplex pfectũ. Circa primũ sciendũ, quia Dn̄s triplici lege p̃cipit hospitalitates. s. lege naturę, lege veteri, lege noua. Lege naturæ q̃ p̃cepit vt sicut ab aliis hospitalitates nobis exhiberi volumus, ita exhibeamus aliis. Matt. 7. Oĩa quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines &c. Lege veteri. Isa. 58. Egenos vagosq; induc in domũ tuã. Et Deut. 26. Vt comedas tu, & peregrin⁹, & aduena tecũ. Lege noua. Heb. 13. Hospitalitatẽ nolite obliuisci. Circa f̃m sciẽdũ q̃ exẽpla sctõrũ tria docẽt nos circa hospitalitatẽ. Primo, vt hospites quasi ad nos cogamur intrare: scdo, vt eos ab iniuriis defendamus: tertio, vt cũ hilaritate, & festinatione, & abundanter eis necessaria ministremus. De primo, Lu. vlt. Et coegerunt illũ dicẽtes, Mane nobiscũ, q̃m aduesperascit, & inclinata est iã dies. De scdo, Gene. 19. Nolite quæso iquit, f̃res mei, nolite hoc malũ facere, q̃m ingressi sunt sub umbra culminis mei: unde discatur q̃ mos erat hospites ab iniuriis defendẽr. De tertio, Gen. 18. Obsecro declinate ad seruũ uestrũ. & post, Et dixit Sarę, Accelera, tria sata farinę, cõmisce &c. & ipse cucurrit ad armẽtũ & tulit vitulũ, vt doceamur hilariter, & festinãter, & abũdãter hospitib⁹ ministrare. Circa tertiũ sciẽdũ q̃ tria mala incurrunt hii qui nolũt hic ho spitalitatẽ sectari. Primo, q̃a hic a Dn̄o puniũt: scdo, qa ĩ iudicio cõfundẽtur: tertio, qa in malũ hospitiũ ĩcludũtur. De primo, Sap. 19. Alii quidẽ ignotos non recipiebãt aduenas, alii aũt bonos hospites inseruitẽ accipiebant. Et nõ solũ hoc, sed & alius quidẽ erat aspect⁹ eorũ, q̃m inuiti recipiebãt extraneos: & post. Percussi sunt cæcitate. De scdo, Mat. 25. Hospes fui, & nõ collegistis me. De tertio, Matt. 25. Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Circa quartũ sciendũ, q̃ pp tria debemus sectari hospitalitatẽ. Primo, quia ex hoc gratiã acquirimus: secũdo, qa frequẽter sanctos & angelos recipim⁹: tertio, qa ĩ ęternũ cęleste & glõsũ hospitiũ recipiemur. De primo & scdo. Heb. 13. Hospitalitatẽ nolite obliuisci: p hãc. n. quidã placuerũt angelis hospitio receptis. De scdo, exẽplũ de Domina, q̃ credidit recipere pauperem, & recepit Christum. De tertio, Matt. 25. Hospes fui, & collegistis me: & post. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, Ad quod &c.

De eadem ex euangelio.

DIe tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilęæ, & erat mater Iesu ibi, Ioan. 20. Quatuor nuptiæ leguntur in scriptura. Primæ historicæ, secundæ allegoricæ, tertiæ tropologicæ, quartæ anagogicę. Historicæ, ĩter uirũ & vxorẽ carnalẽ: allegoricæ, inter Christũ & Ecclesiã: tropologicæ, inter Deũ & animã: anagogicæ, inter Deũ & Ecclesiã triumphãtẽ. De primo, Hester. 2. Fecit cõuiuiũ prẽparari, p coniũctione Hester & nuptias. De secũdis, Mat. 22. Simile est regnũ cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. De tertiis, Osee. 2. Spõsabo te mihi ĩ fide. De quartis, Matt. 25. Et quæ paratæ erant, intrauerũt cũ eo ad nuptias. Primas nuptias in paradiso Dn̄s ordinauit, verbo confirmauit, pn̄tia decorauit, & miraculo illustrauit. De primo. Gen. 2. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. De scdo, Matth. 19. Quos deus cõiunxit, homo nõ separet. De tertio & quarto hic. Vocatus est aũt Iesus, ecce tertiũ: ut aũt gustauit architiclinus aquã vinũ factã, ecce quartũ. In istis nuptiis debent esse tria bona, fides, vt torus non violetur: proles, vt filii Dn̄o generentur: sacramẽtum, vt nec vir ab vxore, & econuerso, sicut nec Christus ab Ecclesia separetur, vt primo viuente alteri nõ copuletur. De primo. 1. Cor. 7. Vir potestatẽ sui corporis non habet. De secũdo. 1. Tim. 2. Saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ. De tertio, Ephe. 5. Sacramẽtũ hoc magnũ est: ego aũt dico in Christo & Ecclesia. Primũ bonũ destruũt adulteri: f̃m, qui procurãt venena stelitatis, vel qui filios ad Dei cultum & seruitiũ nõ instruũt: tertiũ, qui viuent vxore alteri cõiungũtur. De primo, Heb. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, idest, cõdẽnabit. De secũdo, Isa. f̃m aliã trãslationem. Maledicta terra quæ nõ parturit. De tertio, Ro. 1. Si viuente viro fuerit cũ alio, vocabitur adultera. Potes hic prosequi de impedimẽto istarũ nuptiarũ. De nuptiis vero inter Deũ & animã, quæ intelligitur per istas nuptias, quæras in sequẽti processu &c.

De eodem.

DIe tertia nuptiæ factę sunt in Chana Galilęę, Io. 2. Tria notantur in istis verbis circa nuptias. Primo, tẽpus celebrationis ponitur: secũdo, locus in quo sunt celebratæ subditur: tertio, persona inuitata ad ipsarũ cõmẽdationẽ subiũgitur. Primũ, ibi. Die tertia: f̃m, ibi. In Cana: tertium, ibi. Et erat mater Iesu ibi. Moraliter per istas nuptias intelligit cõiunctio Dei ad animã, in quibus nuptiis tria cõcurrũt, primo iudiciũ, secundo iustitia, tertio misericordia. De his tribus. Osee. 2. Spõsabo te mihi in iudicio, iustitia, & misericordia. Iudiciũ quo ad se ipsũ, iustitia quo ad Deũ, misericordia quo ad proximũ. Iudiciũ quo ad se ipsum cõsistit in trib⁹. Primo, vt omne malũ deserat: scdo, vt omne bonũ faciat: tertio, vt aduersa patienter sustineat. De his tribus in epistola quæ cũ hoc euãgelio legitur. De primo, ibi. Odientes malũ: de secũdo, ibi. Et adhęrẽtes bono: de tertio, ibi. In tribulatione patiẽtes. Iustitia quo ad Deũ cõsistit simiter in trib⁹. Primo, vt hõ in Deũ tanq̃ in summã veritatẽ sup oĩa credat. Secũdo, vt in eũ tanq̃ in summã potestatẽ super oĩa speret. Tertio, vt eũ tanq̃ summã bonitatẽ pp se & super oĩa diligat. Per primũ coniungitur rationali, per secũdum irascibili, per tertiũ cõcupiscibili. Primũ fit per fidẽ, f̃m per spem, tertiũ per charitatẽ. De his tribus in epistola hodierna. Primũ, ibi. Secundũ rationẽ fidei: secũdũ, ibi. Spe gaudẽtes. Tertiũ, ibi. Dilectio sine simulatione. De his tribus. 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hęc &c. Misericordia quo ad proximũ similitẽr consistit in tribus. Primo, vt ignorantẽ doceat: secũdo, vt indigentibus subueniat: tertio, vt eũ offendentibus indulgeat. De his tribus in eadẽ epistola. De primo, ibi. Quis docet, in doctrina. De secundo, ibi. Qui miseretur, in hilaritate. De tertio, ibi. Nulli malũ pro malo reddẽtes. Ro. 12. Hæc oĩa notãtur in euãgelio præmisso, quæ ordinãt nos ad Deum. Nota, in die tertio. Primus dies fides, secundus spes, tertius charitas, & in isto fiunt nuptiæ, quia per eã copulat anima Deo. Dicit Augustinus. Quid est charitas nisi vita copulãs amantẽ cũ amato? Tria quę ordinãt ad proximũ. Nota. In Cana Galilęæ. Cana interpretatur zelus, vel possessio, Galilęa volubilis. In zelo notat, zel⁹ doctrinę: in possessione opera misericordiæ. Illa enim vere & sine timore amissionis possidemus, quę pauperibus largimur. Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi &c. In volubilitate pronitas ad indulgendum. Illa quæ ordinant ad se ipsum notantur ibi. Erat mater Iesu, ibi. Maria enim interpretatur illuminata, & stella maris, vel amarum mare. Illuminatur autem homo a malo recedendo, egressus enim a vitijs virtutis operatur ingressum, vt dicit Ambrosius. Stella maris est bona operatio quæ illuminat. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ, qui in cęlis est. Amarũ mare est passionũ tolerãtia. Qui sic celebrat nuptias istas, celebrabit æternas, de quibus dicitur Apo. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Ad has perducat nos Iesus Christus, Amen.

Dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

NOlite esse prudẽtes apud vos metipsos, Ro. 12. In verbis istis secũdum suam duplicem expositionem prohibentur duo mala, scilicet malum superbię, & auaritiæ. Primo modo exponitur sic. Nolite esse prudentes apud vos metipsos, idest, vos sapientes & prudentes reputantes, quod fit per superbiam. Isa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Alio modo exponitur sic. Nolite esse prudentes, idest, prudentiam vestram nõ tantum vobis teneatis, sed alijs communicetis. Vnde glosa, ne prudentiam vestram apud vos tantũ, sed aduersus proximos magis exerceatis. Et a malo superbiæ tria debẽt præcipue dissuadere. Primo, quia deordinat a Deo: secũdo, quia a proximo: tertio, quia a se ipso. A Deo deordinatur homo tripliciter. Primo, a Deo apostatando: secundo, eum impugnando: tertio, aduersus eum se erigendo. De primo. Eccl. 10. Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo. De secundo, psal. 27. Superbia eorum qui te oderunt, ascẽdit semper. De Tertio, Iob. 15. Cucurrit aduersus eum extenso collo &c. Ideo Dominus armatus est semper vt resistat superbiæ. Iaco. 4. Deus superbis resistit. A proximo deordinatur similiter tripliciter. Primo, eum iniuriis perturbando: secundo, malitiis vexando: tertio, eum contemnendo & despiciẽdo. De primo, Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Idem, Sẽper iurgia quærit malus, idest, superbus, qui dicitur malus. De secundo, Isa. 14. Contriuit Dominus brachiũ impiorũ, & cętera q̃ sunt ibi. De tertio, Iob. 12. Deridet iusti simplicitas: lãpas cõtẽpta apud cogitationes diuitum, idest, superborum. A se ipso deordinatur similiter tripliciter. Primo, se ipsum decipiendo: secundo, se ipsum stultum faciendo: tertio, se ipsum confundendo. De primo, Isa. 49. Superbia tua & arrogantia tua ipsa decepit te. De secũdo, Prouerbiorum. 21. Superbus & arrogans vocatur indoctus. De tertio, Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi & contumelia. Eccl. 10. Qui tenuerit eam, idest, superbiam, implebitur malis, & in fine subruet eum. A malo autem auaritiæ dissuadet creator, creatura, & natura. Et nota quòd dissuadet creator prohibendo, creatura se & sua dando, natura cohibendo. De primo, Luc. 12. Attendite vobis ab omni auaritia. De secundo, Augustinus. Magnum inditium diuinæ bonitatis est, q̃ quælibet creatura cogitur dare se ipsam. De tertio, Tob. 3. Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Isti sunt duo infirmi curati in euangelio quod legitur cum ista epistola. Leprosus, superbus est qui tumet: paralyticus est auarus propter multa, curantur autem per duo bona, ad quæ hortatur nos Apostolus in eadem epistola. Primum, ibi. Cum omnibus hominibus pacem habentes, vbi prohibet superbiam: superbus enim cum nullo pacem habet. Secundum, ibi. Prouidentes bona, vbi prohibet auaritiam, quæ non vult bona prouidere &c.

De eadem ex euangelio.

ECce leprosus veniens, adorabat eum dicens. Domine, si vis, potes me mundare, Matth. 8. Per istum leprosum moraliter intelligitur peccator: & hoc propter quatuor quę considerantur in lepra. Primo, quia lepra est corruptio: secundo, quia cõsũptio: tertio, quia infectio: quarto, quia separatio. Primo, est corruptio humorum, secundo consumptio membrorum, tertio infectio aliorum, quarto separatio hominum. Est ergò primo peccatum consumptio naturalium, secundo amissio gratuitorum, tertio infectio proximorum, quarto separatio a gaudiis sanctorum & angelorũ. Primo enim corrumpit naturalia: unde Aug. Peccatum est corruptio modi, & speciei, & ordinis. Aufert gratuita, quia gratia non potest simul esse cũ peccato mortali. Sap. 1. Nõ habitabit in corpore subdito peccatis. Inficit proximos & creaturas insensibiles. psal. 105. Contaminata est terra in operibus eorum. Ier. 3. Corrupisti terram in fornicationibus tuis. Item, separat hominẽ a Deo & angelorum consortio. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Et de istis quatuor similiter. psal. 13. Corrupti sunt, ecce naturalium corruptio: abominabiles facti sunt, ecce separatio, ponitur causa pro effectu, abominatio enim est causa separationis: non est qui faciat bonũ, ecce gratiæ amissio, amissa. n. gr̃a nemo potest bonũ meritoriũ facere: sepulcrũ patẽs est guttur eorum, ecce infectio. Leprosus n. maxime anhelitu inficit. Ista quatuor dicunt de leproso in Leuiti. 13. Quicũq; maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta, & caput nudatũ, os veste contectũ, & habitabit extra castra. Leprosus. i. peccator, habet vestimenta dissuta, quia est in naturalib⁹ dissutus & diffusus: caput nudũ. i. mentẽ a gratia: os debet habere contectũ, quia inficit: extra castra manere, quia separatur a castris Dei. i. habitatione angelorũ & sctõrũ. *Qũo curetur iste leprosus, quære in sequenti processu &c.*

De eodem.

REspiciens eum Iesus, dixit uo, Volo, mundare. Circa curationẽ vero istius leprosi tria concurrunt. Primũ est, Christi de monte descẽsio: f̃m, leprosi ad eum accessio: tertiũ, Christi iussio. Circa primũ sciendũ ꝙ per montẽ intelligitur cęlũ. psal. 23. Quis ascendet in montẽ Dñi? & de isto monte descendit Dñs in incarnatione visibilis apparendo: descendet in iudicio orbẽ iudicãdo. In primo descensu mundauit a lepra culpę: in secũdo, liberauit a lepra pęnę. De primo, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & sic lepra mundatur sanguine innocentis &c. De secundo, Apo. 21. Absterget Deus omnem lacrymã. Nota aũt hic quatuor circa leprosum, quæ debent esse in conuersione peccatoris. Primo, ipsius ad Christũ accessio: secundo, adoratio: tertio, exclamatio: quarto, humiliatio. Primũ, ibi. Veniens: f̃m, ibi. Adorauit eum &c. Tertiũ, ibi. Dñe. Quarto, modũ loquendi, ibi. Si uis, quasi dicat, ex tua uolũtate & bonitate faceres, nõ meis meritis. Per accessũ intelligit peccatoris ad Deũ cõuersio: per adorationẽ, satisfactio: ꝑ exclamationẽ, cõfessio: per quartũ, humiliationis satisfactio. Quatuor. n. sunt necessaria ad conuersionem peccatoris, scilicet contritio, confessio, satisfactio, & humiliatio. De primo, Hierem. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. De secundo, Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. De tertio, Mat. 3. Facite fruct⁹ dignos pęnitentiæ. De quarto, Luc 17. Cũ oĩa benececeritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Ista quatuor notant in illis verbis. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus tuũ. In vade, contritio: in ostẽde, cõfessio: & ĩ munus, satisfactio, in quo & notatur humiliatio. Circa Christũ similiter quatuor cõcurrũt. s. tactus, locutio, volũtas, curatio. Primũ, ibi. Tetigit eũ: f̃m, ibi. Dicens: tertiũ, ibi. Volo: quartũ, ibi. Mundare. In tactu notatur eius humilitas, in locutione sapiẽtia, in voluntate bonitas, in facto obedientia. Per hæc. n. quatuor operatus est salutẽ nostrã & redemptionẽ, ꝑ potentiã, ꝑ sapientiã, ꝑ bonitatẽ, ꝑ humilitatẽ incarnationis & mortis. De istis quatuor. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & ideo sciuit: & iustitia, & ideo potuit: & sanctificatio volendo, & redemptio faciendo. Rogemus ergo &c.

Dominica terti a ex epistola.

DIliges proximũ tuũ sicut te ipsum, Rom. 13. Quatuor facit Dñs in verbis istis. Primo, dilectionem proximi pręcipit. Secundo, quid diligendũ sit ostendit. Tertio, causam dilectionis adiungit. Quarto, modum dilectionis subiungit. Primum, ibi. Diliges: f̃m, ibi. Proximũ: tertiũ, ibi. Tuũ: quartũ, ibi. Sicut te ipsum. Circa primũ sciendũ ꝙ tria maxime debent mouere ad dilectionẽ. Primo, necessitas: scdo, vtilitas: tertio, inexcusabilitas. Necessitas est, quia in æterna lege sancitũ est, ꝙ qui non diligit, vltimo supplicio puniatur. 1. Io. 3 Qui nõ diligit, manet in morte. Vtilitas est quia in eadẽ lege sancitũ est, vt diligens æternũ regnũ, bonũ inextimabile assequat. 1. Cor. 2. Quod oculus non uidit, & auris non audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Augu. Vbi charitas est, quid est qd̃ esse non possit? Inexcusabilitas est facilitas implendi, a quolibet: nullus. n. pauper, nec diues, nec quisquã poterit se excusare ab impletione istius præcepti ꝑ impotentiã. Deut. 30. Mandatũ qd̃ ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est. Circa f̃m qd̃ hic innuitur, ꝙ tria debet hõ diligere, Deũ, se ipsum, & proximũ. Dilectio Dei intelligit in dilectione proximi, & dilectio proximi in dilectiõe sui. Dilectio proximi præcepitur, ibi. Proximũ. Dilectio sui, ibi. Sicut te ipsum. Innuit. n. ꝙ debet hõ se ipsũm diligere, qd̃ nõ facit peccator. psal. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Primo debem⁹ diligere Deũ ꝑ se & sup oĩa, scdo nos, tertio proximũ: & hoc est totũ bonũ hominis ordo istius amoris, & totum malũ est puersio istius amoris, sicut dicit Aug. Pctm̃ ẽ priuatio spẽi, modi, & ordinis. Cant. 2. Ordinauit in me charitatẽ. Circa tertiũ sciẽdũ est, ꝙ tria debẽt nos mouere ad diligẽdũ proximũ. Primo, quia hoc præcipit creator: scdo, qa suadet natura: tertio, quia suggerit scriptura. De primo, Io. 13. Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ. De scdo, suadet natura, qa oẽ aĩal diligit sibi simile, & oĩs hõ similẽ sibi: sic vr̃ ꝙ deterius sit hõ q̃ nõ diligit cunctis aĩantib⁹. De tertio, suggerit scriptura, vt hõ diligat fratrẽ suũ: oẽs aũt homines sunt fratres. Mal. 2. Nũquid nõ unus est pr̃ oĩum nr̃m? Oẽs homines voluit esse ex vno pr̃e Adã, vt diligerẽt se sicut fratres. Est aũt inter oẽs homines fraternitas carnalis & spũalis. Apost. Oẽs. n. fratres sumus in Christo. Circa quartũ sciendũ, ꝙ triplici mõ p̃cipit scriptura vt homo diligat proximum. Primo, sicut mẽbrũ, secundo sicut hõ se ipsum diligit, tertio sicut Chr̃s nos dilexit. De primo, Rom. 12. Sicut in vno corpore multa mẽbra habemus. De secundo, Mat. 22. Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum. De tertio, Ioan, 15.

Hoc

Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos &c.

De eadem ex euangelio.

AScendente Iesu in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius, Mat. 9. Quatuor dicuntur in isto euangelio. Primo, Christi & discipulorum in nauem ascẽsio: scdo, maris cõturbatio: tertio, discipulorum oro: quarto, ad Christi p̃ceptum tempestatis cessatio. Primum, ibi. Ascendens: f̃m, ibi. Et ecce motus magnus factus est in mari: tertium, ibi. Domine salua nos: quartum, ibi. Tunc surgens imperauit uentis & mari. Docemur moraliter ad quatuor. Primo, ad uitam sanctitatis ascendere: secundo, tentationes post ascensum insurgere: tertio, ad Dominum in tentatione clamare: quarto, tranquilitatem ad eius uoluntatem expectare. Primũ, docemur in ascensione nauis. Nauim ascendit qui uitam sanctam aggredit. Matth. 9. Ascendẽs Iesus in nauiculã, trãs fretauit, & uenit in ciuitatem suam, quia per uitæ sanctitatem peruenit homo ad ciuitatem cælestem. Quare autem uitæ sanctitas dicatur nauicula, quære in sequẽti ꝓcessu. Maris turbatio per aggressionem sanctitatis est tẽtationes infringere. Eccle. 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & p̃para animã tuam ad tentationem. Discipulorum in tempestate clamatio est, sanctorum in tribulationibus, & tentationibus oratio. ps. 119. Ad Dominum dum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Tẽpestatum maris cessatio est tentationum cessatio. Tob. 3. Post tempestatem tranquilitatem Deus facit. Ista quatuor notantur, psalm. 68. Veni in altitudinem maris: per nauiculam sanctitatis, ecce primum: & tempestas demersit me, ecce secundum: laboraui clamans, ecce tertium: salus tua suscepit me a tentationibus, scilicet liberando, ecce quartum, scilicet exauditio orationis discipulorum. De secundo in sequenti processu quæras. Circa secundum sciendum, quòd in mari surgit tempestas a uentis. Ponit autem Scriptura quatuor uentos, a quibus surgit temptatio, & tribulatio sanctorum. Primo, surgit ab infestatione dæmonum: secundo, a peruersitate hæreticorum: tertio, a crudelitate tyrannorum: quarto, a malignitate falsorũ christianorum. Primus est uentus frigidus. Ecclesi. 44. Frigidus uentus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aquis. Secundus uẽtus urẽs Gen. 41. Spicæ tenues et percussę uredine oriebantur deuorantes omnium priorum pulchritudinem. Tertius uehemens, Iob 1. Ventus uehemens irruit a regione deserti. De quarto uento, Eccl. 11. Qui obseruat uentum, numquàm seminat. Item, de istis quatuor uentis Dan. 7. Et ecce in mari magno pugnabant uenti quatuor. Circa tertium uero sciendum, quòd in oratione Apostolorum tria fuerunt quę mouerunt Dominum ad auxiliandum. Primo, quia instanter petierunt: secundo, quia humiliter: tertio, quia rem utilem. Primum, ibi. Suscitauerunt eum: secundum, ibi. Domine: tertium, ibi. Salua nos. Hæc tria debent esse in omni oratione. De primo, Colos. 4. Orationi instantes. De secundo, oratio humiliãtis se penetrat cælum, &c. Ioan. 15. Petite, ut gaudium uestrum sit plenum. De his tribus, Matth. 7. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsatæ et aperietur uobis. Petite humiliter, & accipietis: quærite utiliter, & inuenietis: pulsatæ instanter, & aperietur uobis regnum æternum, Ad quod nos perducat Iesus Christus. Amen.

De eodem.

AScendens Iesus in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius. Moraliter per nauiculam intelligit sanctitas uitæ, sicut dictum est supra triplici ratione. Primo, ratione materiæ: secundo, ratione formæ: tertio, ratione finis. Ratione materiæ constat nauis ex ligno, ferro, stupa, pice. Per lignum intelligit iustitia, quia per Christum fit iustitia. Sap. 14. Benedictum lignum per quod fit iustitia. Per ferrum propter soliditatẽ intelligitur fortitudo. Hier. 19. Ecce dedi te in. Per stuppam qua alligant vulnera, intelligitur tempe rantia, qua uulnus carnalis cõcupiscentiæ alligat, vnde de quibusdam qui non faciunt, dicitur Isa. 1. Vulnus & liuor, & plaga tumens &c. Iudic. 19. dicitur de Samsone decepto a Dalida. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filum de stuppa tortũ. Per picem intelligitur charitas, quę est nexus animarum. Gene. 6. Bitumine linies interius, & exterius: quia quod facit vir sanctus, debet informari charitate. Cor. 16. Omnia opera vestra in charitate fiant. Item, ratione formæ. In forma enim nauis quinque considerat, scilicet arctitudo principii, latitudo medii, altitudo finis, strictitudo fundi, & amplitudo oris. Arctitudo principii est dolor de pctis p̃teritis: latitudo medii spes de æternis gaudiis: altitudo finis ẽ timor de ęternis suppliciis. Vir. n. sanctus & dolet de malis quæ fecit, & timet de suppliciis quæ meruit: sed ne in timore & dolore per desperationem deficiat, spes est in medio ut temperet. De primo, Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctũ amarũ. De scdo Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De tertio, Mat. 2. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Arctitudo fundi est humilitas ex consideratione propriæ fragilitatis. psal. 21. Ego autem sum vermis, & nõ hõ. Amplitudo oris est consideratio summæ bonitatis. ps 80 Dilata os tuum, & implebo illud. Ratione finis significat nauis vitæ sanctitatem propter quatuor. Est. n. finis nauis quadruplex, sicut colligitur ex textu. Primus est, homines trans mare ferre: secundus est, mercimonia portare: tertius est, in eis belligerare: quartus, in eis pisces capere. Hoc debemus facere in sanctitate. Primo, cõtra dæmones pugnare. 2. Mach. 15. Electas fecit naues bellicas. Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ &c. Scdo, poma deportare est odores bonarũ operationũ de nobis undiq; diffundere. Iob. 9. Dies mei trãsierũt quasi naues poma portãtes. Cor. 9. Bonus odor Chr̃i sumus ĩ oĩ loco. Tertio debem⁹ pisces capere. i. hoĩes ad deũ cõuertere. Mat. 4. Venite post me, faciã uos piscatores hoĩum. Quarto, debemus de sãctitate de mari. i. de mundo ad Deum transire, siue ad cælum. Sap. 14. Modico ligno cedunt homines animas suas, & transeuntes marem per ratem liberati sunt, peruenientes ad portum cælestis ciuitatis, Ad quã nos pducat &c.

Dominica quarta ex epistola.

INduite vos sicut electi Dei sctĩ & dilecti uiscera mię, Col. 3. Tria facit Apost. hic. Primo, ut induamur p̃cepit: secũdo, cãm qua debemus indui subiũgit: tertio, quid debem⁹ induere ostẽdit. Primũ, ibi. Induite: secundum, ibi. Sicut electi Dei sctĩ, & dilecti: tertium, ibi. Viscera misericordiæ. Quare debemus indui. *Quære in prima Dominica aduentus.*

Omnia in noĩe Dei facite. Col. 3. Circa nomen Dei sciendum ꝙ in nomine eius est ambulandum, orandũ, loquẽdũ, operãdũ, sperãdũ. De primo, psa. 19. Nos aũt ĩ noĩe dñi Dei nr̃i inuocabimus. De secdo, Io. 12.

Si quid

Siquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. De tertio, & quarto Collos. 3. Omne quodcumque facitis; siue in uerbo, siue in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. De quinto, psal. 39. Beatus uir cuius est nomen Domini spes eius. Item, nota quòd nomen eius est in corde retinendum, in ore habendum, in aure audiendum, in manu ferendum, & in fronte scribẽdum. In corde retinendũ q̃a gaudiũ in ore, quia iubilus, in aure q̃a melos, in manu q̃a uirtus, in frõte quia honor. Itẽ, nota ꝙ nomen Dei sicut colligitur ex textu, habet multiplicẽ uirtutẽ; sed hic notant octo. Primo, q̃a in eo oia creantur: scdo, q̃a in eo dęmones fugãt: tertio, q̃a i eo omnes infirmitates curãt: quarto, q̃a in eo peccatores iustificãtur: quinto, quia in eo mæsti lætificãt: sexto, q̃a in eo G tẽtati adiuuãt: septimo, quia in eo iustis gr̃a augmẽtat: octauo, quia in eo oẽs uocati saluãt. Itẽ, nota ꝙ illud nomẽ illuminat rationalẽ, cõfortat irascibilẽ, delectat cõcupiscibilẽ: hoc nomẽ debẽt inferi formidare, terrestes adorare, cælestes laudar. Inferi q̃a sunt in eo expoliati, terrestres quia i eo liberati, cęlestes q̃a i eo exaltati. *Quæras in circuncisionẽ Domini inter festiuos.*

De eadem ex euangelio.

COlligite primũ zizania, & alligate in fasciculos ad cõburẽdũ: triticũ aũt cõgregate in horreum, Mat. 13. In istis uerbis quatuor notãt. Primo, iniquorũ malitia: scdo, eorũ supplicia: tertio, iustorũ bonitas: quarto, bonorũ gr̃a. Primũ, ibi. Zizania: ſm, ibi. Ligate ad cõburẽdũ: tertiũ, ibi. Triticũ: quartũ, ibi. cõ H gregate in horreũ meũ. Maledicũt zizania, q̃a sunt loliũ p luxuriã, uitia p auaritiã, auena p supbiã. Loliũ. n. puertit statũ rõnis, & luxuria sist. Eze. 23. Insanuit libidine. Osee 2. Fornicatio, et uinũ, et ebrietas auferũt cor. & 12. Et auertẽrũt mulieres cor eiꝰ. Vitia, q̃ amara ẽ, significat auaritiã, q̃ miro mõ affligit auaros. Eccle. 5. Diuitiæ cõgregatæ in malũ dñi sui, peunt in afflictione pessima. Mala afflictio ẽ i cõgregãdo, peior in custodiẽdo, pessima i pdẽdo, uel relinq̃ndo. Auena pp uanitatẽ significat supbiã. Iob. 11. Vir uanus in supbiã erigit, uere ergo sunt mali zizania. Eorũ pœna notat, ibi. Ligate i fasciculos. Et notãt hic tria circa eo I rũ supplicia. Primũ suppliciũ erit, quia ęternis uinculis cõstringent: ſm, quia ad iuicẽ cõprimẽt: tertiũ, q̃a ęterno igne cõburẽt. Primũ, ibi Ligate: ſm, ibi. In fasciculos. Qui. n. i fasce sunt, adinuicẽ cõstringunt: tertiũ, ibi. Ad cõburẽdũ. De primo, & scdo Sap. 17. Vna. n. catena tenebrarũ oẽs erant colligati. De tertio, Isa. 56. Ignis eorũ nõ extinguet. In quinq; ãt notat magnitudo pœnę istiꝰ ignis. Primo, q̃a cõburit, et ñ cõsumit. Scdo, q̃a cõtrariũ suscipiũt frigꝰ, & calorẽ secũ patiẽt. De primo, Sap. 15. Ignis suę uirtutis oblitꝰ. Virtꝰ ignis est cõsumere qd assumit. De scdo, Mat. 13. Mittẽt eos in caminũ ignis, ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Fletus, dicit glosa, p nimio calore, stridor dẽtiũ p nimio K frigore. Tertio, quia acerbissime affligit, qd patet, q̃a sicut dicit Aug. Tãto calidior est nostro igne, quanto noster ignis picto. Quarto, q̃a est ęternus, Mat. 25. Ite maledicti i ignẽ ęternũ. Quinto, q̃a est ardor sine splẽdore, psal. 28. Vox Dñi intercidẽtis flamã ignis. In flama duo sunt, splẽdor & ardor. Intercidet Dñs flamã ignis, quia ibi solũ est ardor sine splẽdore. Bonitas sãctorũ notat, ibi. Triticum pp multa, ad pñs ãt pp tria. Primo, quia albi pp puritatẽ: scdo, q̃a rubei pp charitatẽ: tertio, q̃a põderosi p morũ honestatẽ. De primo, & scdo, Cãt. 5. Dilectus meus cãdidus, & rubicũdus. De tertio, ps. 34. In populo graui laudabo te. Sanctorũ gr̃a notat, ibi. In horreũ meũ, spaciosũ pp amęnitatẽ, delitiosũ pp iucunditatẽ, ppetuũ pp æternitatẽ. De primo, ps. 25. Dñe dilexi decorẽ domus tuæ. De scdo, ps. 111. Gr̃a, & diuitiæ in domo eius. De tertio, 2. Cor. 5. Domũ nõ manu factã æternã in cælis. Itẽ, õ optimũ horreũ ideo q̃a ibi ẽ abundãtia frumẽti, uini, & olei. Vinũ est gaudiũ de uisione patris, frumẽtũ gaudiũ de uisione filii, oleũ gaudiũ de uisione Spiritus sãcti. De primo, ps. 103. Vinum lætificat cor hoĩs. De scdo, ps. 80. Ex adipe frumẽti satiat te. Io. 12. Nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortẽ &c. De tertio, ps. 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ p cõsortib⁹ tuis. i. Spũsancto. De his tribus. 2. Para. 11. Ciborumq; horrea, posuit i his frumẽtũ, uinũ, & oleũ. De his tribꝰ. Gen. 27. Det tibi Deus de rore cæli & pinguedine terræ abundantiam, frumenti, uini, & olei &c. Amen.

Dominica in Septuagesima ex epistola.

SIc currite, vt cõpẽdatis. 1. Cor. 9. Duo facit Apostolus in uerbis istis. Primo, monet ad currẽdũ: scdo, ad pseuerãdũ in cursu. Primũ, ibi. Currite: ſm, ibi. Vt cõpẽdatis. Circa primũ sciẽdũ est ꝙ triplex est cursꝰ. Primus est cursus naturæ. Iob. 9. Dies mei uelociores fuerũt cursore: scds culpæ. Iere. 24. Factus ẽ cursus. eorũ malus: tertius gr̃æ. 1. Cor. 9. Sic curro nõ quasi i incertũ. Cursus naturæ ẽ triplex: tripliciter. n. currũt creaturæ naturaliter. Primo, currũt homini seruiendo. 2. Esdræ 4. Velox cursus solis, currit. n. sol ut seruiat homini. Scdo, malos puniẽdo, Sap. 5. Exardescet in illos aqua maris, & flumina currẽt duriter, contra illos stabit uirtꝰ spũs, & turbo uẽti diuidet illos. Naturaliter aũt erũt creaturæ ad puniẽdũ rebelles creatori suo. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiẽs, exardescet aduersus iniustos, & leuior ad benefaciẽdũ fit p his q̃ i te cõfidũt. Tertio, currũt ad nihilũ tẽdẽdo, cũ cr̃aturę sint ex nihilo nãliter ex se tẽdũt ad nihilũ. Aug. Quid est uita pñs nisi q̃dã cursus ad mortẽ? Cursus culpæ, est sist triplex. Primus, supbiæ. Iob 15. Cucurrit aduersus Dñm extento collo, et pingui ceruicę armatꝰ ẽ. Scds, auaritię. Pro. 1. Pedes eorũ ad malũ currũt, loq̃t. n. ibi de auaris. ps. 49. Si uidebas furem currebas cũ eo. Tertius, luxurię. Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte mulierẽ, q̃ laqus uenatorũ est, & sagena cor eiꝰ, & uincula manꝰ illiꝰ &c. Quasi bos ad uictimam ducuntur homines ad luxuriam. Cursus gratiæ est similiter triplex. Primus, doctrinæ. Galat. 2. Contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui uidebãtur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem. Secũdus, misericordiæ. Gen. 18. Ipse uero ad armentũ cucurrit, & tulit inde uitulum &c. quẽ uitulũ hospitibus præparauit. Tertius, perseuerantiæ. 2. Timot. 4. Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsũmaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitię. Circa ſm notãdũ, ꝙ tripliciter debet currere qui vult brauiũ aprehẽdere, ad cuius similitudinẽ monet Apost. nos hic currere. Primo, debet currere caute, ne cadat: secũdo festinãter, ne alius pręueniat: tertio perseueranter, ne cursũ deserat, sic debemꝰ currere ad brauiũ vitæ ęternæ. Primo caute, ne in foueã peccati corruamus. Eph. 5 Videte qũo caute ambuletis: secundo festinanter, ne pigritia torpeamus. Heb. 4. Festinemus ingredi i illã requiẽ: tertio perseueranter, ne a bene agẽdo deficiamus. Mat. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Perseuerare autẽ in cursu isto maxime facit patiẽtia, per quã homo libenter tolerat oẽs molestias q̃ sibi possent occurrere in mundo isto. Heb. 12. Deponentes oẽ põdus, & circunstãs nos peccatũ, per patiẽtiã curramus ad ꝓpositũ nobis certamẽ, aspiciẽtes in authorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque ad dexteram Dei sedet &c.

De eadem ex euangelio.

EGressus circa horã tertiã inuenit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos ĩ vineã meã, & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Mat. 20. In istis verbis notant quatuor. Primo, Dñi bonitas, ibi. Egressus. s. in salutẽ populi sui. Quòd. n. Christꝰ exiuit ad cõdũdũ homines in vineã iustitiæ, actus fuit infinitæ bonitatis. Habacuc. 3. Egressus est in salutẽ populi sui. Secundo, hominis stultitiã, ibi. Inuenit alios stantes in foro otiosos. Nihil. n. stultius q̃ in pśenti vita, vbi hõ debet sibi opari vt in æternitate viuat, in otio viuere. Eccl. 22. De stercore boũ lapidatus est piger, & oẽs loquent sup aspernationẽ eius. Tertio, operãdi in vinea Dñi necessitas, ibi. Ite & vos in vineã meã. 2. Thes. 3. Qui nõ laborat, nõ mãducet. Quarto, laboris vtilitas, ibi. Et quod iustũ fuerit, dabo vobis. Apoca. vlt. Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secundũ opera sua. Circa primũ notãdũ, ꝙ Christꝰ dr̃ egredi quinq; modis. Primꝰ egressus fuit i principio mundi, sicut seminator creaturas seminando. Luc. 8. Exiit q̃ seminat seminare semẽ suũ. Secũdus egressus fuit in natiuitate mundũ illuminãdo. Isa. 62. Donec egrediat vt splẽdor iustus eiꝰ. Io. 16. Exiui a padre, & veni in mundum. Tertio, in passione sua suos a ptãte diaboli, & ab oĩbus malis saluãdo. Isa. 15. Prope ẽ iustus meus, & saluator meus egressus est. Quarto, egredit familiæ suæ & rebus ꝓuidendo, sicut pr̃ familias. Mat. 20. Simile est regnũ cælorũ homini pr̃i familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineã suã. Quinto, egredient in iudicio tripliciter, sicut visitator districtã inquisitionẽ super impios faciẽdo. Isa. 26. Ecce egredient Dñs de loco sãcto suo, vt visitet. Secundo, egredit sicut fortissimus pugil rebelles suos deuincendo. Isa. 42. Dñs sicut fortis egredit, sicut vir pręliator. &c. Tertio, sicut iudex maledicos puniẽdo ꝓ meritis. Mich. 1. Egredient Dñs de loco sãcto suo, & descẽdet, & calcabit sup excelsa terræ. Circa secundũ notãdũ, ꝙ ꝓpter quinq; magna stultitia est viuere in otio in vita præsenti. Primo, quia homo ad laborẽ nascit. Iob. 5. Hõ nascit ad laborẽ. Secundo, quia ab otio sitate tãq̃ a mala magistra, mala sciẽtia addiscit Eccle. 30. Multã militiam docuit otiositas. Tertio, quia frequenter horribile peccatũ comittitur. Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuę Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundãtia, & otiũ ipsius. Quarto, quia egestas æterni boni per otiũ incurritur. Prou. 6. Paululũ dormitabis, paululũ conseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas. Quinto, quia labor æternus pro breui otio acquiritur. psal. 27. In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabũtur, sed cũ dęmonibus. psal. 48. Laborabit in æternũ, & viuet adhuc in finẽ. Circa tertiũ sciẽdũ, ꝙ vinea ista in qua mittuntur laborare, iustitia est, in qua sunt tot palmites, quot sunt virtutes, sicut dicit Chrysost. In ista vinea debemus laborare quinq; modis. Primo, ipsam bonis operibus & virtutibus plantando. psal. 106. Plãtauerunt vineã, & fecerunt fructũ natiuitatis. Pro. 31. De fructu manuũ suarũ plantauit vineã. Secundo, spinas. i. vitia eradicãdo & extirpando: sicẽtra dr̃ de stulto. Prou 24. Per agrũ pigri hominis trãsiui, & per vineã hominis stulti, & ecce totũ replẽuerãt vrticę. Tertio superfluos palmites amputãdo. Cant. 2. Tẽpus putationis aduenit. Ioa. 15. Oẽm palmitẽ qui fert fructũ purgabit eũ, ut fructuũ plus afferat. Quarto, ab ipsa vulpeculas. i. dęmões cohibẽdo. Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, q̃ demoliunt vineã. Quinto, a furibus. i. laudibus hominũ, & detractionibꝰ custodiẽdo. Cant. 5. Posuerunt me custodẽ in vineis. Circa quartum notãdum, ꝙ pretium laborãtium in vinea ista est denarius, sicut dicit in euãgelio, qui valet mille argenteos, & hoc est quod dicitur Isa. 8. Vinea fui pacifico, vir eius tradidit pro ea mille argenteos. Mille argentei sunt mille gaudia ęternitatis, quæ significãtur per denariũ, Ad quã &c.

Dominica in Sexagesima ex epistola.



N laboribꝰ plurimis. Præter labores corporales, quos sãcti habẽt cũ alijs cõmunes, sancti sunt in septẽ laboribus cõtinuis. Primus labor sanctorũ est tẽtationes dęmonũ supare. 1. Tim. 5. Labora sicut bonus miles Christi. Labor militis est hostes debellare. Deut. 25. Memẽto quid fecerit tibi Amalec. i. diabolus, q̃n egrediebaris de Ægypto, q̃ũo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderunt: q̃n tu eras labore & fame confectus, & non timuerunt Dñm: & post sequit. Delebis nomẽ eius sub cælo, cauẽ ne obliuiscaris. Secundus, iniquorũ persecutiones tolerare. Numeri. 30. Nosti oẽm laborẽ, qui apprehẽdit nos, q̃ũo patres nostri descẽderũt in AEgyptũ, & habitauimus ibi, afflixerũtq; nos AEgyptii & fratres nostros. Tertius, Dei præcepta obseruare. psal. 93. Qui fingis laborẽ i præcepto. Quartus, orationibus instare. psalm. 68. Laboraui clamãs &c. Quintus, pro peccatis suis & aliorũ plorare. Hier. 45. Laboraui i gemitu meo, & requiẽ nõ iueni. psalm. 6. Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectũ meũ. Sextus, ꝓximis pdicãdo. 2. Tim. 5. In oĩbꝰ labora, opus fac euãgelistę. 1. Tim. 5. Qui bene pśunt, duplici honore digni habeant, maxime qui laborãt i verbo & doctrina. Septimus, vigiliis, & ieiuniis, & oĩonibꝰ carnẽ macerare. Istos septẽ labores enumerat Apost. in ista episto. Debet aũt hõ istos labores sustinere ꝓpter quinq;. Primo, quia per eos intꝰ a peccatis mundat. psal. 24. Vide humilitatẽ meã, & laborẽ meũ, & dimitte vniuersa delicta mea. Secundo, quia per istos labores hõ ex cõuersatione honestat. Sap. 10. Honestauit illũ in laboribus, & cõpleuit labores illius &c. Tertio, quia qui est in istis laboribus, a Dño spũali cibo in pñti satiat. Matt. 11. Venite ad me oẽs q̃ laboratis, & ego reficiã uos &c. Quarto, quia per istos labores hõ quietẽ in terra lucrat. Eccl. vlt. Videte ꝙ modicum laboraui, & inueni mihi multã requiẽ. Quinto, quia fructus ęternæ glorię ꝓ laboribus istis dat. Sap. 3. Bonorũ laborũ gloriosus ẽ fructus. Ibidẽ. 10. Reddet Deus mercedẽ sanctorũ &c. Apoc. 14. A modo iã dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis: opera. n. illorum sequuntur illos &c.

De eadem ex epistola.

IN laboribus plurimis. Quadruplicẽ laborẽ ponit Scriptura. Primus ẽ labor naturæ, quo hõ laborat ad sustentationẽ naturæ destitutæ. Iob. 2. Hõ nascitur ad laborẽ. Secundus est labor culpæ, quo laborat homo ad faciendum peccatum. Hierem. 9. Vt inique agerent, laborauerunt. Tertius gehennæ, post quam nulla sequitur quies. psalm. 48. Laborauit in ęternum, & viuet adhuc in finẽ. Quartus labor est gratiæ, quo loborant iusti ad operandum bonum. Circa laborẽ naturæ sunt quinq; attendẽda. Primo, quia ꝓ pctõ infligit, vnde patet ꝙ hõ debet odire pctũ, pp qd est in tãtis laboribus. Gen. 3. In labore vultus tui comedes

comedes ex ea cũctis diebus uitæ tuæ. Secundo, q̃a si sustinerẽt in charitate æterna, p ipsũ beatitudo acq rit. ps.127. Labores manuũ tuarũ q̃a mãducabis, beatus es, & bene tibi erit. Tertio, q̃a frequẽter a bestiis, pestib⁹, uel hostib⁹ pp pctm̃ cõsumit, iõ dbet hõ a peccato cauere. Deut.18. Fructus terræ tuæ, & oẽs labors tuos comedat populus, pp qđ cõtrarium dr̃ de iustis, Isa 62. Si dedero triticũ tuũ ultra cibũ inimicis tuis, & si biberint filii alieni uinũ, ĩ quo laborasti, q̃a q cõgregabũt illud &c. Quarto, q̃a oẽs ad laborãdũ tenentur, & q̃ nõ laborat, comedere phibet. 2. Thes. 3. Qui nõ laborat, nõ mãducet. Quinto, q̃a nõ uult laborare æterno supplicio puniat. ps.72. In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabũt, sed cũ dæmonibus. Itẽ, circa laborẽ culpæ nota q scriptura ponit q̃nque labores. Primus, auaritiæ. Eccle.4 Vnus est, & nñ laborare nõ cessat, nec satiat &c. Prou. 28. Noli laborare ut diteris. Secũdus, supbię. Eccl. 3. Quid ergo pdest q laborauerit in uentũ? Vẽtus supbia est. Terti⁹ luxuriæ. Eccl. 9 Perfruer uita cũ uxore quã diligis, & post hæc oĩa tua in labore tuo, loquit impsona stultorũ. Quartus, maleficiorũ. Isa. 47. Sta cũ incãtatoribus tuis, & cũ multitudine maleficiorũ tuorũ, in quibus laborasti ab adolescẽtia tua. Quintus, gulæ. Eccle. 6. Oĩs labor hominis in ore eius, ut comedat quis & bibat, & fruat lætitia ex labore suo, & loquitur impsona gulosi. Circa laborẽ gehennæ pñt tria notari. Primo, immẽsitas. Tren. 3. Circundedit me felle, & labore. Scđo, acerbitas. Eccl. 10. Labor stultorũ affligit. Tertio, ęternitas. ps. 48. Laborabit in æternũ, et uiuet adhuc in finẽ, A quo labore liberẽt nos Dñs nr̃. Amẽ.

De eadem ex epistola.

SCio hominẽ siue ĩ corpore, siue extra corpus &c. 2.Cor.11. Tria sunt necessaria cuilibet uiro sancto ad pfectionẽ, q̃ notãtur in ista epistola circa Paulũ. Primo, aduersariorũ tolerãtia: scđo, bona opatio: tertio, cælestiũ cõtẽplatio. Debẽt.n. uiri sancti primo aduersa tolerare patientissime: scđo, bona opa excellentissime cõsumar: tertio, cælestia gaudia cõtemplari. Primũ notat, ibi. In carcere abundantius. Rom.12. In tribulatione patiẽtes. Scđum, ibi. In labore & ærumna. Gal.6. Dum tp̃s habemus, opemur bonũ ad oẽs. Tertiũ, ibi. Scio hoĩẽ raptũ usq; ad tertiũ cęlũ &c. 2 Cor. 3. Nos aũt reuelata facie gloriã Dñi speculantes &c. Circa primũ notãdũ, q in quatuor specialibus ostenditur mira patiẽtia Pauli in ista epistola. Primo, in sustinẽtia carnaliũ tormẽtorũ, ibi. Ter uirgis cęsus sum. 1.Cor.4. Persecutionẽ patimur, & sustinemus. Scđo, tolerãtia diuinorũ iudiciorũ, ibi. Ter naufragiũ feci. Tertio, tolerantia detractionũ, ibi. Periculis in falsis fratribus, qui eũ pseq̃bãtur detrahẽdo in ope 1. Cor. 4. Maledicimur, & benedicimus. Quarto, in tolerãtia tẽtationũ, ibi. Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ. Ia. 1. Beatus uir qui suffert tentationẽ &c. Circa sm̃ nota, in quatuor notat maxime bona opatio Apostoli, in quib⁹ debem⁹ eũ imitari. Primo, in manuũ labore, ibi. In laboribus plurimis, gl. Manuũ tuarũ labore. 2. Tim. 3. In labore & fatigatione. Itẽ, alibi. Nocte & die in pfũdo maris fui. Scđo, ĩ ieiuniorũ, & uigiliarũ obseruatione, ibi. In uigiliis, in ieiuniis multis. Tertio, in sollicita pdicatione, ibi. Instãtia mea quotidiana. Mat. ult. Eũtes in mũdũ uniuersũ pdicate euãgeliũ oĩ cr̃aturæ. Quarto, in orõne, ibi. Propter qđ ter Dñm rogaui. Ro. 12. Orõni ĩstantes. Oratio ordinabat eũ ad Dñm, pdicatio ad pximũ, labor manuũ ad se ipsum. Circa tertiũ notãdũ, q quatuor sunt modi cõtẽplationis, q̃ notãt in ista epistola

F circa Paulũ, in quib⁹ debem⁹ illũ imitari. Prim⁹ modus uersat circa cõsideratiõnẽ scripturę, q intelligit p raptũ ĩ paradisũ, ibi. Scio hominẽ raptũ &c. Dionysius. Pulsemus in hortũ optimũ paradisi scripturarũ qui odoriferis, qui dulcibus, qui speciosissimis, q oĩmode ĩtellectualiũ deiferarũ uolucrũ cãtilenis circũsonãt aures nr̃as, qui tãgit quidẽ cor nostrũ, & contribulatũ, lætificat quidẽ, iratũ aũt subtẽperat, & lætitia æterna multiplici implet. Secundus modus uersatur circa considerationem creaturę incorruptibilis, qui intelligit per primum cęlum. ps.8. Qm̃ uidebo cęlos tuos &c. Ad literã loquit de cælo materiali. Tertius modus uersatur circa cõsideratiõnẽ creaturæ spũalis, cõsiderãdo ordines angelorũ ad Deũ, ad nos, ad se ipsos, qui ĩtelligit p raptũ usq; ad tertiũ cælũ. Aug. G Nimirũ cælũ cæli qđ in principio fecisti, creatura est aliqua. s. ĩtellectualis, q̃q̃ nõ tibi trinitati coæterna, particeps tñ æternitatis tuæ ualde in mutabilitate sua p̃ dulcedine felicissimæ cõtẽplationis tuæ, cohibet, & sine lapsu ullo ex quo facta est merendo, tibi excedit oẽm uolubilẽ uicissitudinẽ tẽporũ. Quart⁹ mod⁹ uersat circa cõsideratiõnẽ diuinitatis, qui intelligitur p raptũ in tertiũ cælũ. 2. Cor. 3. Nos aũt reuelata facie gloriã Dñi speculãtes &c. Bernard⁹. At oĩum maxim⁹ qui spreto usu rerũ, & sensuũ, quãtũ quidẽ humanæ naturę fragilitatis fas est nõ ascensionis gradibus ad illa sublimia aduolare interdũ cõtẽplãdo cõsueuit: et hæc contemplatio cum perfecta fuerit, erit summa beatitudo. Aug. Introducis ad me Domine aliquando quandam nescio quam dulcedinem, quæ superficitur in me, nescio quæ sit uita æterna si illa non est, H Ad quam perducere &c. Amen.

De eadem ex euangelio.

VOlucres cęli comederunt illud, Lu. 8. Per uolucres ĩtelligũt dęmones, p semẽ iustitia, vñ sm̃ mysticã expositiõnẽ pñti ĩ istis uerbis notari tria. Primo, dæmonũ ad male faciendũ uelocitas, ibi. Volucres. Scđo, eorũ sm̃ naturã dignitas, ibi. Cęli. Tertio, eorũ sm̃ culpã iniquitas, ibi. Comederũt. Circa primũ sciẽdũ q dęmones cõparãtur uolucribus pp tria. Primo, pp uolat⁹ sublimitatẽ: scđo, pp uolãdi uelocitatẽ: tertio, pp rapacitatẽ. Dęmones. n. uolãt in altũ. Numeri I 24. Si in petra posueris nidũ tuũ, ĩde detrahã te, dicit Dñs. Itẽ, uolãt cito p malefaciẽdi festiatiõnẽ. Tre. 4 uelociors fuerũt psecutors aqlis cæli. Itẽ, uiuũt đ raptu p aĩarũ đuoratiõnẽ. 1. Pet. 5. Aduersari⁹ uester diabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit &c. Eze. 18. Aqla grãdis magnarũ alarũ. Circa sm̃ notãdũ, q pp tria dicũt dæmones aues cæli. Primo, pp originẽ: fuerũt. n. facti in cælo empyreo. Scđo, pp subtilitatẽ: uñ de his duobus, Is. 14. Q̃uo cecidisti đ cælo lucifer, q mane oriebaris &c. usq; altissimo. In eo qđ dr̃, de cælo cæcidisse, notat ibi origo, q̃a fuit in cælo creatus: in eo qđ dr̃, lucifer, notat naturaliũ pspicacitas & speciositas. Tertio, dicũt aues cęli pp habitatiõnẽ. Eph. 6. Cõtra spiritualia neqtiæ in cælestibus, & ppea accipite armaturam K Dei, ut possitis resistere in die mala, & in oĩbus perfecti stare. Circa tertiũ notãdũ, q triplex est semen qđ comedunt dæmones. Primũ est uerbũ Dei. Mat. 13. Semen est uerbum Dei. Luc. 8. Aliud cecidit secus uiam, & uenerunt uolucres cæli, & comederunt illud. *In* eodem. Venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius, hoc est, quod seminatum est secus uiam. Secundum est semen iustitiæ. 2. Cor. 9 Qui parce seminat, parce & metet: qui autem &c. Tertiũ semen est quodlibet bonũ opus. ps. 25. Euntes ibãt, & flebãt &c. Aug. Ibi semina nostra sũt quic

quid

A quid boni fecimus. Semẽ verbi Dei tollũt dæmones errorẽ in corde hominis seminãdo 2 Cor.4. In quib⁹ Deus huius sæculi excęcauit mẽtes infideliũ, vt non fulgeat illis illuminatio euãgelij gloriæ Chr̃i, qui est imago Dei. Semẽ iustitię tollũt dæmones ad iniustitiã pertrahẽdo. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Tertiũ semẽ boni operis tollit diabol⁹, homines gloriari de bono opere faciẽs. Mat. 6. Cũ facis eleemosynã, noli tuba canere ante, sicut faciũt hypocritę, vt uideãtur ab hominibus. Amen dico vobis &c. Et ideo patet q semen est a vo- B lucribus, idest, dæmonibus custodiendũ, vt possit afferre fructũ centesimum. Fructus centesimus est gaudium ęternitatis, Ad quod nos perducere dignet &c.

Dominica in Quinquagesima ex epistola.

SI linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ aũt &c. 1 Cor. 13. In ista epistola inuitamur ad charitatẽ, ideo cõmendat hic multipliciter, & notant hic quinq; circa charitatẽ. Primo, eius ptiositas: secũdo, dãnum in eius absẽtia: tertio, utilitas in eius psentia: quarto, ipsius æternitas: quinto, ipsius dignitas. Primũ, ibi. Charitatẽ: eo.n. ipso q virtus ista charitas dr̃, chara & ptiosa ostẽdit. Secũdũ, ibi. Fact⁹ sum velut æs sonãs &c. Tertiũ, ibi. Charitas benigna est &c. Quartũ, ibi. Charitas numq̃ excidit. Quintũ, ibi. Maior aũt horũ est charitas. Circa primũ C notãdum q charitas dr̃ chara res pp quatuor. Primo, quia nõ pôt haberi nisi ab vno solo, & a summo bono donetur. Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus &c. Secũdo, quia solũ a bonis habetur. Aug Charitas est fons proprius, cui nõ cõicat alienus. Tertio, quia cũ ipsa bona oĩa possidẽtur. Aug. Attẽde quãtũ bonũ est charitas, q̃ si absit, frustra habẽtur cætera: si aũt adsit alicui, habẽtur oĩa. Quarto, quia qui hẽt eã nimis charus a Deo hr̃: sicut qualitas est sm̃ quam quales dicimur, sic charitas est sm̃ quam chari dicimur. Vnde Dñs in charitate existentes vocat charissimos. Cã. 5. Comedite amici, & ĩebriamini charissimi. D Circa sm̃ notandũ, q triplex damnum cõtingit absẽtia charitatis, sicut ostẽdit hic Apostol⁹. Primũ est, q̃a bonũ naturę cõsumitur, ibi. Factus sũ velut æs sonãs: æs.n. sonãdo seipsũ cõsumit, sic creatura rõnalis sine charitate a vitijs cõsumitur. Aug. in libro de ciuitate Dei. Si naturæ bonæ nõ essent, eis vitia nõ nocerent: nã quid eis nocẽdo faciunt, nisi adimere integritatẽ, pulchritudinẽ, salutẽ, & pacẽ. Secũdũ, q̃a aĩa sine charitate separata a Deo morit, ibi. Nihil sũ. i. mortuus, a vero esse separatus, sine quo hõ nihil ẽ. 1. Io. 3. Qui non diligit, manet in morte. Tertiũ est, quia oẽ opus sine charitate inutile efficitur, ibi. Si distribuero oẽs facultates meas in cibos pauperum &c. Si tradidero corpus meum &c. Ambr. Qui charitatem nõ habet, omne bonum amittit, quod &c.

De eadem ex euangelio.

E CAecus sedebat secus uiã. Luc. 18. Moraliter p cæcũ istũ intelligit peccator. Sopho. 1. Ambulabũt ut cæci q̃a Domino peccauerũt. Sicut.n. cæcus nõ uidet corporaliter, ita peccator nõ uidet spũaliter. Sũt aũt septẽ q̃ visum corporalẽ ĩpediũt, & significãt septẽ mortalia uitia quæ spiritualiter excæcãt. Primũ est faciei inflatio, & hæc est supbia, Augu. Nimis inflata facies mea me uidere nõ sinit. Secundũ ẽ aeris obtenebratio, hæc est inuidia. Vnde inuidus dr̃ quasi nõ uidẽs. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorũ. Dr̃ de Iudæis inuidis 1. Reg. 18. Iã nõ rectis oculis aspiciebat Saul Dauid &c. Tertiũ est oculorũ cõturbatio, hæc est ira

psal. 30. Cõturbãtus est in ira ocul⁹ meus, aĩa mea, & venter meus. Quartũ est pulueris, vel alicui⁹ grossi superiectio, hæc est auaritia. Puluis.n. tpalia sunt q̃ excæcãt, Aug. Defluxi ad tpalia, & obscurat⁹ sũ. Quintũ est oculorũ clausio, cũ.n. q̃s claudit oculos, aut nõ uult apir oculos, nõ uidet, hęc ẽ accidia. Accidios⁹.n. ex sola pigritia aperiẽdi oculos intellectuales nõ pôt uidere bona spiritualia. Boetius. Neq̃unt oculos tenebris assuetos ad lucẽ ueritatis attollere, similesq; sũt auibus quarũ nox intuitũ illuminat, excęcat dies. Sextũ sanguinis & humorũ circa oculos multiplicatio, hæc ẽ gula. Prou. 23. Cui uæ? cui⁹ patri uæ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine cã uulnera? cui suffusio oculorũ? nõne his q cõmorãt ĩ uino, & studẽt calicib⁹ epotãdis? Ad literã, & oculos ẽt spiritualis & corporalis nimia potatio uini excæcat. Septimũ pãniculi obumbratio, nascit.n. aliqñ quidã pãniculus in oculo, siue nubecula, & excęcat hõ, hoc fit p luxuriã. Augu. Ascẽdebãt nubeculę de limosa cõcupiscẽtia carnis, & obnubilabãt, & obfuscabãt cor meũ, ut nõ discerneret synceritas dilectiõis a caligine libidinis, & sicut sunt septẽ q̃ excæcãt aĩã, ita septẽ sunt q̃ illuminãt. Primũ est fides, Lu. 18. Respice, fides tua te saluũ fecit. Aug. Fides est illuminatio mẽtis, qua mẽs illuminat a prima luce ad uidẽdũ bõa spiritualia. Sm̃, humilitas. Io. 9. Ego in iudiciũ in hũc mundũ ueni, ut q nõ uident uideãt. i. qui se uidere nõ existimãt, qđ est humilium. Tertiũ est amaritudo pniæ. Tob. 6. Fel ualet ad ungẽdũ oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabunt. In felle amaritudo significatur. Quartum ẽ dilectio pximi. Apoc. 3. Collyrio.n. inunge oculos tuos ut uideas. Quintũ ẽ abũdãtia lacrymarũ, hoc probatum ẽ ĩ cęco nato, qui lauit oculos suos ĩ natatoria Siloe, qđ ĩterp̃tat missus. Abiit ergo, & lauit, & venit uidẽs. Io. 9. Vade ad natatoria Siloe. Sextum ẽ deuota orõ, Mat. 20. Et clamauerunt dicẽtes. Dñe, miserere nr̃i fili Dauid & post. Misertus Iesus tetigit oculos illorum, & confestim uiderunt. Septimum est deuota sanctarũ scripturarum auditio. Isa. 20. In die illa audiẽt surdi verba libri signati, & oculi cęcorum uidebũt &c. Amẽ.

Dominica prima in Quadragesima ex epistola.

ECce nunc tp̃s acceptabile, ecce nunc dies salutis 2. Cor. 6. In istis uerbis duo notantur. Primo, pñtis tpis cõmẽdatio prior, ibi. Ecce nunc tp̃s acceptabile. Secundo, cã cõmẽdationis subiungitur, ibi. Ecce nunc dies salutis. Circa primum sciẽdum, q tp̃s p̃sens dr̃ tp̃s acceptabile pp octo. Primo, q̃a ẽ tp̃s Dñm requirẽdi. Osee 10. Tp̃s autẽ requirẽdi Dñm, cum uenerit q̃ docebit iustitiã &c. Scđo, quia ẽ tp̃s Dño placẽdi. ps. 68. Tp̃s beneplaciti De⁹. Tertio, q̃a ẽ tp̃s mores corrigẽdi. Heb. 9. Vsq; ad tp̃s correctionis ĩpositi. s. iustitię Iudæorũ &c. Quarto, quia est tp̃s uitia, & superflua resecãdi. Cant. 2. Tp̃s putationis aduenit. Quinto, quia est tp̃s diuinã misericordiã suscipiendi. psal. 101. Tp̃s miserẽdi ei⁹, q̃a uenit tp̃s. Sexto, quia ẽ tẽpus tribulationẽ patiẽdi. Iere. 20. Tẽpus tribulationis est, Iacob, et ex ipso saluabit. Septimo, quia tẽpus salutẽ acquirẽdi. Eccl. 4. Ne retineas verbũ in tpe salutis. Octauo, quia est tẽpus benefaciẽdi. psal. 118. Tẽpus benefaciẽdi Dñe. Circa istud ultimũ notãdũ, q tẽpus quadragesimæ est tẽpus bñfaciẽdi spũaliter, ad qđ inuitãt nos octo. Primo, scriptura, q̃ in isto tpe legit. Modo.n. leguntur euãgelia & epistolæ q̃ inuitãt nos ad orandũ, ad ieiunandũ, ad faciendas eleemosynas, ad iustitiã faciendã & peniã, & cætera huiusmodi: vñ surdus vr̃ esse q mõ nõ bene

ope-

operatur. Vñ.n. non audire voces tot ſcripturarũ quæ modo leguntur, q̃ ad bonũ hortant. Secũdo, inuitat nos ad hoc Creator, qui creditur iſto tpe feciſſe mũdũ: vñ valde incuriale eſt nõ facere aliqd bonũ pro Deo, cũ ipſe tot bona fecerit ꝓ nobis. Tertio, inuitat nos ad hoc creatura, q̃ tpe hyemali ab opere ceſſauit, mõ reincipit operari, ſicut patet in herbis, plãtis, & aĩalib⁹. Hiere. 8. Milu⁹ in cęlo cognouit, operãdo. ſ. tp̃s ſuũ. Quarto, inuitat ad bene operandũ Chr̃i exẽplũ, qui ĩ iſto tpe bona fecit nobis. Ber. Qui me totũ & ſemel dicẽdo fecit, in reficiendo & dixit multa, & fecit mira, & ptulit dura. Quinto, inuitat Eccleſię ordinario, quæ iſtituit ut oẽs cõfiterent, & ieiunarẽt, & Eccleſiã frequẽtarẽt: vnde qui hæc nõ facit, trãſgreditur p̃ceptũ matris Eccleſiæ, Prou. 1. Ne dimittas legẽ matris tuæ. Sexto, multorũ ꝓuocatio & conſuetudo. Mõ.n. multi, cipiũt bene opari, vnde debet verecũdari ſol⁹ cũ paucis remanere. Heb. 12. Ideoq; & nos tantã habẽtes nubẽ impoſitã teſtiũ, deponentes oẽ põdus & circũſtãs nos pctm̃, per patientiã curram⁹ ad ꝓpoſitũ nobis certamẽ &c. Septimo, diuinæ gr̃æ abundãs effuſio. Credibile eſt.n. ꝙ Deus, qui tot bona largit⁹ eſt ĩnobis, iſti diebus, mõ gr̃am abũdãtius effundat: vñ epl̃a legit. Hortamur uos ne in vacũ gr̃am Dei recipiatis, &c. Octauo, debet nos hortari ad bonum magni Paſchatis expectatio: qui.n. expectat magnũ feſtũ, debet facere magnã vigiliã, ideo mõ cãtat Eccleſia. Nõ ſit uobis vanũ mane ſurgere ante lucẽ, qa pro miſit dñs coronã vigilantibus. Itẽ, corpus Chriſti recipere expectam⁹, qd nullus debet recipere niſi purgatus. 1. Cor. 11. Probet autẽ ſeipſum hõ, & ſic d̃ pane illo edat, et de calice bibat &c. Vnde ſic digne celebrãdo Quadrageſimã iſtã in pñti, pueniem⁹ ad mõtẽ Dei Oreb. i. ex euãgelio ad mẽſam cęleſtẽ, ad quã &c.

De Eadem.

CVm ieiunaſſet quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctib⁹, poſtea eſuriit &c. Mat. 4. Sicut Aug. dicit. Sũma religio ẽ imitari qd̃ colim⁹: unde cũ Dñs noſter ieiunauerit, debem⁹ eũ imitari ĩ ieiunãdo. Sũt aũt quatuor q̃ debẽt nos mouere ad ieiunandũ. Primũ eſt dei p̃ceptum: ſm, Chriſti exemplũ: tertiũ, multiplex quod nõ ieiunãtibus prouenit nocumentũ: quartũ multiplex qd̃ ex ieiunijs prouenit emolumentũ. Circa primũ ſciendũ, ꝙ Dñs p̃cepit ieiuniũ quadrupliciter. Primo, per ſe ipſum Adæ & Euæ in paradiſo, cũ præcepit vt ieiunarẽt. i. abſtinerẽt a ligno ſciẽtiæ boni & mali, ne comedeiẽt. Secdo, p̃cepit ieiuniũ per legẽ Moyſi. Leu. 16. Sabbathũ requietionis eſt, affligetis aĩas ueſtras religione perpetua &c. Tertio, per prophetas. Ioel. 2. Sãctificare ieiuniũ &c. Quarto, per Apoſtolos. 2. Cor. 11. In fame & ſiti, in ieiuniis multis. Vnde patet ꝙ trãſgreſſor p̃ceptorum gratiæ eſt, qui nõ vult ieiunare. Circa ſm notandũ, ꝙ Dñs quatuor docuit nobis eſſe neceſſaria ĩ ieiunio. Primo, vt ab oĩbus peccatis mũdemur: ſecũdo, vt ieiunãtes a fauorib⁹ hominũ occultemus: tertio, vt lõganimiter & perſeuerãter ieiunemus: quarto, vt tẽtationes dęmonũ ſupem⁹. Primũ doçuit ĩ hoc, ꝙ baptizatus ieiunauit: ſic & qui vult bene ieiunare primũ debet p pñiam & confeſſionẽ lauari. Mat. 6. Tu autẽ cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Secundũ docuit ꝙ ieiunaturus deſertũ petiit: vñ doçuit ꝙ cũ ieiunam⁹ & bona opamur, a laudib⁹ hominũ nos abſcõdamus. Mat. 6. Cũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: & poſt, Vt nõ videaris &c. Tertiũ docuit in hoc, ꝙ quadragita dieb⁹ & noctib⁹ ieiunauit. Aug.

F Carnẽ ueſtrã domate ieiunijs ab eſca & potu, quãtum ualetudo pmittit. Quartũ docuit ĩ hoc, ꝙ diabolo tẽtanti non credidit, ibi. Nõ in ſolo pane viuit homo: & ibi. Vade Satana. Eccl. 2. Fili, accedens ad ſeruitutẽ Dei &c. Circa tertiũ ſciendũ ꝙ quatuor mala proueniũt eis qui nolũt ieiunare cũ debẽt. Primũ eſt malũ culpę. Ezec. 26. Hęc fuit iniqtas ſororis tuę Sodomę, ſaturitas panis, & abũdãtia &c. Secundũ eſt malũ dãni: qui nõ vult ieiunare, hic a fructu ęternę vitæ perpetuo ieiunabit. Hoc ſignificat in Gen. 3. vbi dicit ꝙ Adã noluit aſtinere a fructu ligni vetiti: vñ dixit Dñs. Videte ne forte ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in ęternũ: & emiſit eũ Dñs de paradiſo uoluptatis &c. Tertiũ eſt malũ pęnę p̃ſentis. Eccl. 27. Propter crapulã multi perierunt &c. Quartũ eſt pœna famis & ſitis in inferno perpetua. Qui.n. nõ vult modo ieiunare, famẽ & ſitim perpetuo ſuſtinebit. Iſa. 45. Ecce ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis &c. quod patet in diuite epulãte qui nolebat ieiunare, ſed quotidie ſplẽdide comedebat, iõ non potuit habere guttã aquæ &c. Luc. 15. Circa quartũ notandũ, ꝙ quadruplex bonũ prouenit ex ieiunio. Primũ eſt vitiorũ mortificatio: ſm, mẽtis in Deũ eleuatio: tertiũ, virtutũ acquiſitio: quartũ, ęternæ beatitudinis præmiũ. De his quatuor Greg. Qui corporali ieiunio vitia comprimis &c. ecce primũ: Mẽtem eleuas, ecce ſm: uirtutẽ largiris, ecce tertiũ: & p̃mia, ecce quartũ, ad qd̃ &c.

Dominica ſecunda in Quadrageſima ex epiſtola.

ROgam⁹ vos fr̃es & obſecramus &c. Quẽadmodum accepiſtis a nobis qũo oporteat uos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis 1. Theſ. 4. In iſta epiſtola hortat nos Apoſtol⁹ ad quiq;: Primo, vt ſm Deũ ãbulare ſtudeam⁹, ibi. Quẽadmodũ oporteat vos ambulare: ſecũdo, vt deo placeam⁹, ibi. & placeẽ Deo. Tertio, vt ſãcti. i. mũdi efficiamur, ibi. Eſt.n. uolũtas Dei ſãctificatio uſ̃ra. Quarto, vt iniuriã ꝓximo nõ faciam⁹, ibi. Neq̃s ſupgrediat &c. Quĩto, vt a peccato luxuriæ caueamus, ibi. Vt abſtineatis vos a fornicatiõe. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ Apoſtol⁹ docuit duodecim modos ambulãdi: hic q̃ras quinque, alios quæras in ſequẽti dñica. Debemus.n. primo ambulare in humilitate, ne inflati ſuperbia per arctã viã ingredi nõ valeamus. Secũdo, in patiẽtia, vt labores uiæ & aduerſa libẽter ſuſtineam⁹. Tertio, in mãſuetudine, vt comites in via habeam⁹, & eos in itinere nõ turbem⁹. Quarto, ĩ charitate, ut verba bona ſocijs cõmunicemus. Quinto, in cõpaſſione, vt ſanctorũ infirma ſupportemus. De his quinq; Eph. 4. Vt digne ambuletis cũ oĩ humilitate, ecce primũ: & mãſuetudine, ecce ſm: cũ patiẽtia, ecce tertiũ: ſupportãtes inuicẽ, ecce quartũ: in charitate, ecce quintũ. Circa ſm ſciẽdũ ꝙ quinq; ſunt nobis neceſſaria vt placeam⁹ Deo. Primũ, vt eum tamq̃ oĩpotẽtẽ & iuſtum ſuper oĩa timeamus: ſecundo, ut in eũ tamq̃ in liberatorẽ ſuper oĩa ſperem⁹. De his duob⁹, pſal. 149. Beneplacitũ eſt Dño ſup timẽtes eũ, ecce primũ: & ĩ eis qui ſperãt ſup miſericordia eius, ecce ſm. Tertio, vt eum tamq̃ ſummũ bonum ſuper omnia diligamus. Prou. 8. Ego diligentes me, diligo. Quarto, vt tribulationes pro eo libenter ſuſtineamus. Iudit 8. Oẽs qui Dño placuerũt, per multas tribulationes trãſierũt. Quinto, vt carnis delectabilia pro eo deſpiciam⁹, & ſm ſpiritum uiuam⁹. Ro. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere nõ pñt: uos aũt in carne nõ eſtis, ſed in ſpũ. Circa tertiũ ſciẽdum, ꝙ pp quinq; maxime debemus ſtudere vt ſãcti. i. mũdi efficiamur. Primo, vt Deo aſſimilemur 1. Pet. 1. Sãcti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Secundo, ne Chriſto, qui multo labore & expenſis nos mũdauit, iniuriam faciamus. Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Tertio, ne ab ingreſſu cęleſtis ciuitatis prohibeamur. Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Quarto, vt ſapientiæ ſuſceptibiles efficiamur. Sap. 7. In animã ſanctã ſe transfert, & amicos Dei & prophetas cõſtituit. Quinto, vt Deũ videre mereamur. Mat. 5. Beati mundo corde, quoniã ipſi Deum uidebunt: quod nobis præſtet Chriſtus &c. Abſtineatis vos a fornicatione. Multæ cauſæ ſunt quare homo debet aſtinere a fornicatione. *Quære in quadrageſimalibus in ſecunda Dominica.*

De eadem ex euangelio.

FILIA mea male a dæmonio vexat, Matth. 15. Moraliter per iſtã dæmoniacã intelligit anima peccatrix: & notantur hic duo mala quæ acquirit homo per peccatum mortale. Primũ eſt, quia poſſidet a dæmonio; ſecũdũ eſt, quia male vexatur. Circa primũ ſciendũ ꝙ anima pecatrix poſſidet a ſeptẽ dæmonibus. Primũ dęmoniũ eſt immoderata ſciẽdi cupiditas, hoc eſt dęmoniũ meridianũ pſal. 90. A dęmonio merediano. Secũdũ eſt ĩmoderata habẽdi auaritia, hoc eſt dæmoniũ mutũ. Luc. 11. Erat Ieſus eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ. Tertiũ eſt dominãdi ambitio, hoc ẽ dęmoniũ Aſmodeus noĩe. Tob. 3. Dęmoniũ noĩe Aſmode⁹ interficiebat eos. Aſmodeus qui interpretatur iudiciũ factura, et ſignificat ambitionẽ, quæ appetit habere poteſtatẽ iudicãdi homines, qui ſunt factura Dei. Quartũ dæmoniũ carnaliũ uoluptatũ dilectatio, hoc ẽ dæmoniũ cęcũ. Matth. 12. Tũc oblatus eſt ei homo dæmoniũ habẽs cæcus & mutus, hæc eſt carnalis concupiſcẽtia quæ excęcat oculos mentis. Aug. Aſcendebant nebulæ de limoſa concupiſcentia carnis, & obnubilabant, & offuſcabant cor meũ, ut nõ diſcerneretur ſynceritas dilectionis a caligine libidinis. Quintũ dæmoniũ eſt nocendi crudelitas, hoc eſt dæmoniũ ſæuũ. Matth. 8. Et occurrerunt ei duo homines dęmonia habentes ſęui nimis. Sextum eſt detrahẽdi malignitas, de hoc Apoc. 16. Vidi tres ſpiritus immũdos ĩ modũ ranarũ exiſſe, qui ſunt tres ſpecies dæmoniorũ. In rana intelligitur detrahẽdi loquacitas, quia tres ſunt modi detrahẽdi. Primus ẽ bona diminuere: ſecũdus eſt mala exagerare: tertiꝰ falſa crimina imponere. Septimũ dęmoniũ eſt deſperatio, ex qua ſequitur omne malũ. Iſtud dæmoniũ uocatur legio, quia multi dæmones intrãt in animã poſt deſperationẽ. Matth. 5. Quod tibi nomen eſt? Reſpondit, Legio. De iſtis aũt ſeptẽ dæmonijs in Luc. 8. Maria quę vocatur Magdalena, de qua exierunt ſeptẽ dęmonia. Ab iſtis dæmoniis poſſidetur anima peccatrix. Circa ſecũdũ ſciẽdũ ꝙ dæmonia iſta hominẽ quẽ poſſidẽt, uexant ſeptẽ modis. Primo, cęcũ faciẽdo. Secundo, loquelã auferẽdo. De his duobus, Matth. 12. Habẽs dęmoniũ, cęcus & mut⁹. Tertio affligunt ignem cupiditatis accendendo. Quarto, in aqua luxuriæ ſubmergendo. Quinto, mutationes rerum mutabiliũ immutãdo. De his tribus Matth. 17. Domine, miſerere filio meo, quia lunaticus eſt: nã ſæpe cadit in ignẽ, crebro in aquã. Peccator dicitur lunaticus, quia ut luna cũ temporalibus creſcit & decreſcit, & ſępe cadit in ignẽ cupiditatis, & aquã luxuriæ. Sexto affligit gelu ſpiritualiũ, indumenta uirtutũ auferẽdo Luc. 8. Occurrit illi uir quidam qui dæmoniũ habebat iam tẽporibus multis, & ueſtimento nõ induebatur &c. Septimo, uexat dolorib⁹ & anguſtijs quas ſæpe patiũtur peccatores affligendo. Marc. 5. Occurrit ei de monumentis homo in ſpiritu immundo: & poſt, Cõcidens ſe lapidibus. Ier. 2. Vide quàm malũ & amarũ eſt reliquiſſe te dominũ Deũ tuũ &c. Valẽt aũt ad liberationẽ huius dęmoniacę quinq;, quę notãt circa mulierẽ Chananæã. Primo humilitas, ibi. Nã & catelli &c. Secũdo, patiẽtia, quæ notat in hoc ꝙ tã patiẽter portauit impropriũ ſibi a Domino illatũ. Tertio, oratio, ibi. Miſerere mei fili Dauid &c. Quarto, perſeuerãtia, quod notat in hoc ꝙ nõ ceſſauit, donec obtinuit quod volebat. Quinto, fides, ibi. O mulier, magna eſt fides tua. Si iſta quinque habueris, ab omni dæmonio. i. peccato liberaberis: quod nobis præſtet Chriſtus, Amen.

Egreſſus Ieſus de finib⁹ Tyri & Sidonis &c. *Quære inter quadrageſimales in ſecunda Dominica.*

Dominica tertia in Quadrageſima ex epiſtola.

VT filij lucis ambulate &c. Eph. 5. In iſtis verbis tria facit Apoſtolus. Primo, ad ambulandũ inuitat, ibi. Ambulate: ſecundo, modum ambulãdi demõſtrat, ibi. Vt filij. Tertio, cãm aſſignat, ibi. Lucis. Nã ex quo lux eſt, ambulandũ eſt. Ioan. 12. Ambulate dũ lucẽ habetis. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ quadruplex eſt ambulatio hominis. Prima naturæ, ſecũdũ quod ambulat homo ad mortẽ ꝓperãdo. Iob. 16. Semitã per quã non reuertitur, ambulo. Secũda culpæ, ſecũdũ quã ambulat homo de malo in malũ trãſeundo. pſal. 11. In circuitu impij ambulãt. Tertia gratiæ, ſecundũ quã ambulat homo de bono in melius, ꝓficiẽdo. Gen. 17. Ambula corã me, & eſto perfect⁹. Quarta glorię, ſecũdũ quã ambulãt ſancti poſt Chr̃m, eũdo. Apoc. 3. Ambulabunt mecũ in albis, qm̃ digni ſunt. Prima eſt ſuſtinẽda, ſecũda eſt fugiẽda, tertia eſt faciẽda, quarta deſiderãda. Ad tertiam hortatur hic Apoſto. Eph. 4. Obſecro vos vt ambuletis digne &c. Circa modũ ambulãdi notandũ ꝙ duodecim modos docet nos Apoſt. ambulãdi in ſuis epiſtolis: quinque poſiti ſunt in præcedenti Dominica, ſeptẽ vero hic. Sciẽdũ eſt ergo ꝙ debemus ambulare in vitę nouitate. Primo, peccati vetuſtatẽ abiiciẽdo. Ro. 6. In nouitate vitæ ambulate. Secundo, carnẽ ſpiritui ſubiiciẽdo, & ſecundũ ſpiritũ viuẽdo. Gal. 5. Spiritu ambulate, et deſideria carnis nõ perficietis. Tertio, in dilectione, Deũ & proximũ diligendo. Eph. 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos &c. Quarto, honeſte & bene inter homines conuerſando. 1. Tim. 4. Vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. Quinto, in ſapiẽtia dulcib⁹ ſermonibus & vtilibus alios ædificãdo. Col. 4. In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſunt. Sexto in Chriſto, eũ ſequẽdo & imitãdo. Col. 2. Sicut accepiſtis Chriſtũ, in ipſo ambulate. Septimo, ĩ luce debemus ambulare nihil reprehẽſibile faciendo, de quo hic, Vt filij lucis ambulate. Io. 11. Qui ambulat ĩ die nõ offendit. In iſtis ſeptẽ modis ãbulãt boni: mali aũt ãbulãt ſeptẽ aliis modis. Primo, ſm carnẽ carnis deſideria pficiẽdo. Iudit. 2. Poſt carnẽ ĩ cõcupiſcẽtiis ambulãt. Secũdo, ambulãt ſm ſæculũ ſæculariter viuẽdo, ad Eph. 2. In quib⁹ ambulaſtis aliqn̄ ſm ſæculũ mũdi huius. Tertio, ambulãt in uanitate, q̃ vana ſunt diligẽdo. Eph. 4. Sicut & gẽtes ãbulãt in vanitate ſenſus ſui tenebris habẽtes obſcuratũ ĩtellectũ &c. Quarto, inordinate, & inhoneſte, & diſſolute viuendo. 2. Theſ. 4. Vt ſubtrahatis vos ab oĩ fratre ãbulãte inordinate, & nõ ſm traditionẽ quam acceperunt a nobis. Quinto, ambulant in deſiderijs faciendo quodlibet

Sexto, in luxurijs, luxuriose viuendo. Septimo, ambulant in gulositate, comessationibus & ebrietatibus vacãdo. De his tribus 1. Pet. 4. Qui ambulauerũt ĩ luxurijs, desiderijs, vinolẽtijs, & comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus. Istis modis nõ est ambulandũ, quia qui sic ambulant, peribũt. Iob. 6. Ambulãt in uacuũ, & peribũt. Sed qui primis modis ambulant, peruenient ad gaudia vitæ æternæ, quæ donet nobis Christus, Amen.

De eadem ex euangelio.

ERAT Iesus eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ, Luc. 11. In istis verbis circa eiectionẽ istius dẽmonij, per quã significatur eiectio diaboli ab aĩa, notantur hic tria. Primo, eijciendi frequentia, ibi. Erat Iesus eiiciens dæmonium, vbi notatur ꝙ frequenter eiciebat. Secundo, eiecti nequitia, ibi. Et illud erat mutum. Tertio, eiectionis vtilitas, ibi. Et cũ eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Circa primũ notandũ, ꝙ Dñs eiecit dæmonẽ frequẽter. Primo, de cælo proijciendo. Eze. 28. Eieci te de monte sancto meo. Apo. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secũdo, eiecit eũ de paradiso ipsum maledicendo. Gen. 3. Quia hoc fecisti, maledictus eris inter animãtia & bestias terræ. Tertio, eiecit eum de monte, ipsum ignoniose repellẽdo. Mat. 4. Vade retro Satana &c. Quarto, eiecit eum de animabus, eum ab ipsis repellendo. Actu. 10. Qui pertransiit bene faciendo, & liberando omnes oppressos a diabolo. Quinto, eiecit eũ de corporibus obsessis, ab eo liberãdo. Luc. 4. Exibant autẽ dæmonia a multis &c. Sexto, eiecit eum de mundo, ipsum ab eius potestate eripiendo. Io. 12. Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Septimo, deiiciet eũ in infernũ, ęternis incendijs deputando. Isa. 14. Verũtamen ad infernum detraheris ad profundũ laci &c.

Circa ꝓm notandũ, quòd triplex malum intulit dæmoniũ isti obsesso, per quod significatur triplex malũ quod prouenit ex peccato. Primũ fuit qd̃ ipsum possedit: ꝓm, quia ipsum excæcauit: tertium, quia loquelã ei abstulit. Habuit. n. hòmo iste tria mala, quia & dæmoniacus fuit, & cæcus, & mut⁹: & significat tria mala quę incurrit homo per peccatũ. Primũ est, quia a dæmonio possidetur. 1. Tim. 2. Vt resipiscant a laqueis diaboli, a quo captiui tenent. Scd̃m est, quia cæcus efficitur. Soph. 2. Ambulabũt vt cęci, quia Domino peccauerũt. Tertiũ malũ est, quia mutus ad laudãdũ Deũ, & cõfitẽdũ peccata sua efficitur. Isa. 56. Vniuersi canes muti, nõ valẽtes latrare. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ tres vtilitates subsecutę sunt ex eiectione isti⁹ dæmonis. Prima fuit ipsius ab ossessione dęmonis liberatio: secũda, visus restitutio: tertia, loquelę reintegratio, & significãt tria bona quæ sequuntur animam in iustificatione. Primũ est, qa a potestate diaboli eripitur. Col. 1. Qui nos eripuit de potestate tenebrarũ. Secũdũ, quia lumen gratiæ sibi restituitur. psal. 145. Dominus illuminat cæcos. Tertium est, quia loquela ad laudãdũ Deũ, & cõfitẽdũ peccata sua ei redditur. psa. 50. Libera me de sanguinibus. i. peccatis, & exultabit lingua mea iustitiã tuã &c.

Dominica quarta in Quadragesima ex euangelio.

ILLA autem quæ sursum est Hierusalem, libera est. Gal. 4. In istis verbis cõmendatur ciuitas Dei, quæ regnat in cælis, in tribus. Primo, in situ, ibi. Quæ sursum est: secũdo, in nomine, ibi. Hierusalẽ: tertio, in libertate, ibi. Libera est. Circa primũ notãdũ, ꝙ ĩ hoc ꝙ dicitur esse sursum, cõmẽdat̃ iquatuor. Primo, a puritate: immũditiæ. n. nõ sunt in alto, sed tẽdũt ad valles, hoc est ĩ ciuitate cælesti, vbi nihil ẽ ĩmũdũ. Apo. 22. Nõ intrabit in ea aliquid coinquinatũ faciẽs abominationẽ. Secũdo, a sanitate: ciuitas. n. in alto sita sana est, hoc est in cælesti ciuitate, vbi nullus lãguor est, nec dolor &c. Apo. 21. Et mors vltra nõ erit, neq; clamor, neq; dolor. Tertio, a securitate. Ciuitas. n. ĩ alto sita securior est. ps. 40. Mirificauit Dñs mĩam suã ĩ ciuitate munita. Quarto, a spaciositate: terra. n. q̃ deorsum est, habet se sicut pũctus ĩ sphęra, cęlũ vero sicut circũferentia. Aug. Quod aũt in angustijs miraris latitudinẽ cęlorum se nõ coarctãtiũ, ab ultimis Hispaniæ finibus vsq; ad Vicos paucissimorũ dierum spatia iacẽt, si nauẽ ferat vẽtus: at illa cælestis regio per triginta annos velocissimo syderi præstat iter. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ in hoc ꝙ dicitur, Hierusalẽ, cõmẽdat̃ a multis ciuitas cælestis: multa. n. dicũtur de Hierusalẽ in scriptura, quæ intelligũtur de Hierusalẽ cælesti, & notãtur hic decẽ. Primũ est admirabilis pulchritudo & speciositas. Cant. 1. Pulchra es amica mea, & suauis, & decora sicut Hierusalẽ &c. Secũdum est ineffabilis amor & charitas. Isa. 32. Dixit Dñs, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalẽ. Tertiũ est delectabilis splẽdoris claritas. Tob. 12. Luce splẽdida fulgebis, & oẽs fines terræ adorabũt eã. Quartũ est murorum, & viarũ, & portarũ speciositas. To. 13. Et portę Hierusalẽ ex sapphiro, & smaragdo ędificabũt̃ &c. Quintũ omniũ rerum abũdãtia. Isa. 33. Oculi tui videbũt Hierusalẽ habitationẽ opulẽtã &c. Sextũ omniũ deliriarũ affluẽtia. Isa. vltimo. Lætamini in Hierusalẽ, & exultate in ea oẽs qui diligitis eã: gaudete in ea gaudio vniuersi qui lugebatis super eam, vt sugatis & repleamini ab vberibus cõsolationis eius: vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Septimum est perpetua & continua lætitia. Octauum, æternus honor & gloria. Isa. 60. Super te Hierusalem orietur Dñs, & gloria eius in te videbitur. Nonũ, æternæ pacis felicitas. Ecce ego declinabo super Hierusalẽ quasi fluuiũ pacis. Decimũ, beatæ lucis æterna iucũditas. Tob. 13. Per oẽs plateas Hierusalẽ alleluia cãtabitur. Ecce ego do Hierusalẽ exultationẽ, & populo eius gaudiũ &c. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ erit ibi libertas a quinq;. Primo, a dæmonũ vexatione. Isa. 14. Et erit in die illa cũ requiẽ dederit Dñs a labore tuo, & a cõcussione tua dura qua ante seruiuisti &c. Secũdo, ab oĩ mali afflictione. Tob. 13. Liberabis Hierusalẽ ciuitatẽ tuã sanctã a cũctis tribulationibus suis. Tertio, a creaturarũ corruptione. Quarto, a morte corpis. Ro. 8. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei &c. Quinto, erit ibi libertas a seruitute peccati. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere vos liberi eritis. Beata est ergo illa ciuitas, vbi nullum est malũ, & est ibi omne bonum, Ad quod bonum &c.

De eadem ex euangelio.

ABIIT Iesus trãs mare Galilęę. Io. 6. Tria principaliter sunt q̃ fecisse dicit̃ Iesus in hoc euãgelio. Primũ ẽ, qa mare trãsijt, ibi. Abijt Iesus trãs mare. Scd̃m est, qa in mõtẽ ascẽdit, ibi. Subijt ergo in mõtẽ. Tertiũ est, qa turbas pauit, ibi. Accepit ergo Iesus panes. Circa primũ notãdũ, ꝙ tria fecit Iesus circa mare. Primo, ipsum placauit: secũdo, ꝑ ipsum siccis pedib⁹ ambulauit: tertio, ipsum trãsmeauit. Hæc tria facit Christus in mundo. psal. 103. Hoc mare magnũ, & spatiosum. Primo, ipsum placauit Deo patri reconciliãdo: secundo, siccis pedibus super ipsum ambulãdo, nihil mundanum diligendo: tertio, transmeauit de mundo ad cęlũ ascẽdẽdo. De primo. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mũdũ recõciliãs sibi &c. De secũdo Ioan. 13. Venit enĩ princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicq̃.

De tertio,

De tertio, Io. 16 Relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Circa ꝓm notandũ, ꝙ septẽ fecit Christus in mõte, sicut legitur in euangelijs. Primo, in monte diabolũ superauit: secundo, in monte discipulis prædicauit: tertio, in mõte se transfigurauit: quarto, in mõte frequenter orauit: quinto, in monte discipulis apparuit: sexto, in monte turbas pauit: septimo, de mõte cælos ascendit. De primo. Mat. 4. Assumpsit eũ diabolus in montẽ excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi &c. De secũdo, ibidẽ 5. Videns aũt Iesus turbas, ascendit in montẽ, & cũ sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius, & aperiẽs os suũ docebat eos &c. De tertio, ibidem. 16. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius &c. & subdit̃. Et transfiguratus est ante eos. De quarto ibidẽ 18 De quinto, hic. De sexto, Mat. vlt. Ascendens in montem sedebat Iesus, & accesserunt ad eũ turbæ: & subdit̃. Accipiens Iesus septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis &c. De septimo, Luc. vlti. Eduxit aũt eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus suis benedixit eis, & recessit ab eis, & ferebat̃ in cælum. Circa tertiũ notandũ, ꝙ Dñs in duabus vicibus pauit hoĩes duodecim panibus, & signãt duodecim, quibus ipsos pascit qui sequunt̃ ipsum in via ista. Primus panis est charitas, secũdus gaudiũ, tertⁿ pax, quartus patiẽtia, quintus lõganimitas, sextus bonitas, septimus benignitas, octauⁿ mãsuetudo, nonus fides, decimus modestia, vndecimus cõtinẽtia, duodecimus castitas. Isti sunt duodecim panes propitiationis, de quibus dicitur in Exodo 25. Super mensam panes propositionis erũt semper. De his oĩbus Gal. 5. Fructus ãt spiritus sunt charitas &c. Beatus vẽter qui te portauit. *Quære in quadragesimalibus in tertia Dominica.* Hic est vere Propheta. Ioã. 6. & gratias agẽs &c.

De beata Virgine ex euangelio.

BEATVS venter qui te portauit &c. Luc. 11. Nota ꝙ venter beatæ Virginis dr̃ beatus pp quinq;. Primo, quia portauit eũ qui in seipso summe beatus est. 1. Tim. 6. Beatus & solus potens rex regum. Secundo, pp summã beatitudinem & trinitatẽ quã habuit: fuit. n. sponsa patris, & mater filij, & habitaculũ spiritusscti, iuxta illud. Salue mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium. Tertio, quia concepit sine corruptione. Quarto, quia portauit eum sine labore. Quinto, quia peperit eũ sine dolore. De his, Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, & iõ cõcipies sine dolore & corruptione: & virtus altissimi obũbrabit tibi, & iõ portabis sine labore & corruptione: iõq; quod nascet̃ ex te sanctũ, vocabit̃ filiⁿ Dei, & iõ paries sine dolore. Sexto, quia portauit pretium redẽptionis. Num. 20. Dñe aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Dñi sup eos. Septimo, quia habuit de oĩ statu: de statu virginũ integritatem, de statu coniugatorum fœcunditatem, de statu cõtinentium castitatem. Octauo, quia debet frequẽter ab omnibus benedici. i. beata prędicari. Luc. 1. Beatam me dicent oẽs generationes. Nota ꝙ vbera beatæ Virginis dñr beata pp tria. Primo, quia lactabant eũ q̃ est cibⁿ & potus angelorũ & sctõrũ, vñ illud, Ipsũ regẽ angelorũ sola Virgo lactauit vbere de cęlo pleno &c.

De mortuis.

MOrtuo nõ ꝓhibeas gratiã. Eccl. 7. Quadruplicẽ gratiã debemⁿ mortuis. Primo, eũ debitis obsequis sepelire. Eccl. 38. Fili in mortuũ produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & ne despicias sepulturã illius. Secũdo, pro eis orare. Tertio, pro eis eleemosynas facere 2. Mach. 12. Iudas collatione facta duodecim millia dragmas argenti misit Hierosolymã offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ. Quarto, pro eis sacrificium altaris offerre. Exemplum Gregorij in fine dialogorum ante penultimum capitulũ lib. 3. qui pro monacho quodã fecit dici triginta Missas, & statim fuit a pœnis liberatus. De his duobⁿ August. Neq; negamus aĩas defunctorum pietate suorũ viuentium releuari, cum pro eis officium mediatoris offert̃, vel ꝙ ꝓ eis orationes fiunt in Ecclesia. Circa primum sciendum, ꝙ debemus mortuos pp tria cum obsequijs sepelire. Primo, vt nos morituros cogitemus. Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus q̃ conuiuij: ibi. n. finis cunctorum admonet̃. Aug. de ciu. Dei. Et si corpus humanum pp fidem resurrectionis debito honore sepeliendum, tñ & si sepultura careat, diuina prouidentia credendum est. Tertio, vt meritũ pro eo cum sit opus misericordiæ, recipiamus. Tob. 15. Qñ orabas cũ lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos per diẽ abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, obtuli orationem tuam Dño: & quia acceptus eras Deo &c.

Circa ꝓm sciẽdũ, ꝙ pp tria debemus orare pro mortuis. Primo, vt nr̃am charitatẽ eis demõstremⁿ. Iob. 19 Miseremini mei, miseremini mei saltẽ vos amici mei. Secundo, vt pœnas eorum mitigemus. Tertio, vt a pœnis eos liberemus. De his duobus Aug. ad Laurẽtiũ. Cum pro defunctis baptizatis orationes fiunt, aut ad hoc valent, vt fiat plena remissio, aut tolerabilior fiat damnatio. i. pœnę purgatorij. Circa tertiũ sciendũ, ꝙ tria debent nos mouere ad faciendas eleemosynas ꝓ mortuis. Primo, pœnarũ quas patiunt̃ acerbitas, libenter aũt faciunt hoĩes eleemosynas leprosis, & his qui patiunt̃ magnas pœnas, & infirmitates: minor. n. pœna purgatorij est maior oĩbus pœnis præsentis vitę, sicut dicit Aug. Secũdo, magna eorũ necessitas. Qñ. n. uident hoĩes valde mendicos, libenter faciunt eis eleemosynas: illi ãt qui sunt in purgatorio, sunt ĩ maxima paupertate, quia nihil possunt mereri, cum non sint in statu merendi. Tertio, debet nos mouere nostra vtilitas. Cum. n. oramus pro illis qui sunt in purgatorio, & eleemosynas facimus, qñ liberant̃, & sunt in patria, libenter orãt pro nobis. Circa quartũ sciẽdũ, ꝙ tria debent nos mouere ad celebrãdũ pro mortuis. Primũ est, quia dicit Aug. ꝙ pro illis qui sunt in purgatorio, est propitiatio. Secũdo, qa ꝓ illis qui sunt in patria, est gratiarum actio. Tertio, quia illis qui peregrinant̃ in mundo, est cõsolatio. Ergo virtutẽ huius sacramenti sentiunt qui sunt in purgatorio, qui sunt in cælo, qui sunt in terra. i. in mũdo. De his tribus Augu. Cum sacrificia altaris pro baptizatis offerunt̃, pro valde bonis gratiarũ actiones sunt, pro nõ valde bonis ꝓpitiationes sunt: ꝓ valde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorũ, tñ sunt viuorum consolationes. ergo non prohibeas mortuo quadruplicẽ gratiã.

De mortuis.

FACTVM est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrahæ, Luc. 16. In verbis istis duo notantur. Primum est angelorum benignitas, ibi. Portaretur ab angelis. Magna enim benignitas est quòd mendicos non dedignantur portare, cum sint principes cęli. Secũdo paupertatis pre-

tiositas, ibi. In sinu Abrahæ, satis patet quòd pretiosa res est paupertas, cum per eam acquiratur regnum cælorum, quod per sinum Abrahę significatur. Aug. Venale habeo, & quid? regnum cęlorum. Quanti emitur? paupertate regnum, luctu gaudium, morte vitam. Circa primum nota, quòd tria bona facit angelorū benignitas hominibus bonis morientibus. Primū, quia a dæmonibus qui ibi adsunt, vel in aere obuiant, liberant. psal. 33. Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum. Secundo, solemnes exequias celebrant eis. Aug. Præclaras exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo clariores pauperi vlceroso ministerium præbuit angelorum, qui eum extulerunt nō in marmoreum tumulum, sed in Abrahę gremium. Tertio, inducūt eos in regna cælestia, vt hic. Et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Circa secundum notandum, ꝙ tria magna bona cōsequitur pauper in morte. Primo, ab iniqua hominum oppressione liberatur. Iob. 5. Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Secundo, regnum cęlorū ei datur. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est regnum cælorum. Tertio, cū principibus cælestis curiæ collocatur 1. Reg. 2. Suscitans de puluere egenū, & de stercore erigens pauperem, vt sedeāt cum principibus, & solum gloriæ teneat, Ad quam &c.

De mortuis.

DIES mei velociores cursore trāseunt, quasi naues poma portantes. Iob. 10. In istis verbis duo notantur. Primo, vitæ præsentis velocitas, ibi. Dies mei velociores. Secūdo, vitæ sanctorum fragratia, ibi. Transierunt quasi naues. 2. Cor. 2 Christi bonus odor sumus. Circa primum notandum, ꝙ ex tribus potest considerari præsentis vitæ velocitas. Primo, ex mensurantis temporis velocitate: secundo, ex dierum vitæ hominis breuitate: tertio, ex comparatione temporis ad æternitatem. Ista tria satis ostendunt q̄ velociter transit. Primo, sicut velociter mouet primum mobile quo mensuratur tempus: tempus. n. est mensura motus primi mobilis. Sicut. n. velociter circuit cælū ad occidētē, & sol ad occasum, sic velociter transit ad mortem. Homo enim in præsenti quasi viator & cursor, qui quotidie complet cursus sui dietam, quia dies cōpletur ex reuolutione cæli & solis. Aug. Quid est præsens vita nisi cursus ad mortē? Secundo, cōsideratur ex tēporis breuitate. Iob. 14. Breues dies hoīs sunt. Tertio, ex comparatione ipsius ad æternitatē. Si. n. cōparat tota pn̄s vita ęternitati, nō est nisi momentū, vel nihil. Aug. de ciui. Dei. Nihil est diuturnum, in quo est ad extremum peruenire, & omnia singulorum spatia diffinita, si æternitati interminabili comparentur, nō exigua sunt, sed nulla. Circa s̄m notandū, ꝙ poma quę sancti portant ꝑ naues, significatę sunt virtutes & opera virtutū. Cāt. 7. Oīa poma noua & vetera seruaui tibi: dicunt aūt poma virtutes, & bona opera ꝑꝑ tria. Primo, ꝑꝑ eorū decorē: secundo, ꝑꝑ odorē: tertio, ꝑꝑ refectionē. Hęc tria. n. sunt in pomis, quia & decora sunt visui, & odorifera olfactui, & refectiua gustui. Sic sancti viri ꝑꝑ decorem virtutum sunt delectabiles ad vidēdum. Cant. 1. Ecce tu pulcher es, dilecte mi. Secundo, ꝑꝑ odorē bonæ famæ alliciunt alias ad imitādum. Cant. 7. Mandragorę dederunt odorem suum. Tertio, virtutes ipsæ animā mira dilectione reficiūt. Can. 2. Fructus eius dulces gutturi meo. Apoc. vlt. Et lignum affert fructus duodecim per singulos menses: & de refectione istorum pomorum trāseunt sancti ad refectionē pomorum, quæ nascunt in ligno vitæ. Apo. 2. Qui vicerit dabo ei ede re de ligno vitę, qđ est ī paradiso Dei mei, Ad quā &c.

De mortuis.

QVI māducat meam carnem, & bibit meum sanguinē habet vitā æternam. Ioan. 7. Satis ostendit hic Dominus, ꝙ qui sumunt corpus Domini digne, cum moriuntur, non debemus cō tristari de morte eorum, sed potius lætari, quia scim⁹ eos habere vitam ęternam, sicut hic dicitur. Sciēdum est āt ꝙ Dn̄s voluit dare corpus suū fidelibus suis ad māducādum ꝑꝑ tria. Primo, ꝑꝑ ostendendā suā charitatem. Mat. 26. Hoc facite in meam commemorationē. i. vt recordemini meę charitatis, qua ꝓ vobis mori volui. Secūdo, ꝑꝑ figurādā corpis iustitiā sui. i. ecclæ vnitatē. 1. Cor. 10. Panis āt quē frāgim⁹ nōne participatio corporis Christi est? qm̄ vnus panis, & vnū corpus multi sumus, oēs qui de vno pane & de vno calice participamus. Tertio, ꝑꝑ efficientiā in vnoquoq; fideliū multiplicē vtilitatē. Notant āt hic septē vtilitates, quas efficit corpus Christi cum digne summit. Prima, peccatorum remissio. Ambros. Paratus assiste, vt corpus Dn̄i edas, in quo est remissio peccatorum, & postulatio diuinæ reconciliationis. Secunda, a dæmonibus liberatio. Ambr. Suscipe Dn̄m Iesum tuæ mentis hospitio, & cum viderit diabolus hospitium tuū occupatum, & cælesti fulgere præsentia, intelliget locum tentationis suæ interclusum per Christum. Tertia, ineffabilis spiritus delectatio. Sap. 16. Panem de cælo præparatū præstitisti eis omne delectamentum in se habētē. Quarta, ipsius aīę in sanctitate cōfirmatio. psal. 103. Panis cor hominis cōfirmet. Quinta, ad moriendum & pręliandum pro amore Dei confortatio aīabus est valde necessaria ad desiderium martyrij cum magna ac magna sustinent. 1. Mach. 6. Ostenderunt elephanti sanguinē vuæ. Sexta, æternæ aīæ viuificatio. Io. 6. Siquis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & hoc est quod hic dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitā æternam, Ad quam nos &c.

De mortuis.

VENIT hora, in qua oēs qui in monumentis sunt, audient vocē filij Dei. Io. 5. In istis verbis tria notant. Primo, resurrectionis velocitas, ibi. Venit hora: fiet. n. in momēto horę. 1. Co. 16 In ictu oculi, in nouissima tuba. Secūdo, vocis Dei potentia, ibi. Oēs qui in monumentis sunt audient vocē filij Dei. psal. 67. Dabit voci suę vocē virtutis. Tertio, resurrectionis veritas, ibi. Et viuent. Iob. 19. Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Isa. 26. Viuēt interfecti tui, mortuiq; mei resurgēt. Circa primū notādum, ꝙ tria fiēt in hora resurrectionis. Primo, Christus de cælo descendet: secundo, mortui resurgēt: tertio, obuiā Christo occurrent. De his tribus. 1. Thess. 4. Ipse Dn̄s in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descēdet de cęlo, ecce primum: & mortui qui in Chr̄o sunt, resurgent primi, ecce s̄m. Deinde nos qui uiuimus, simul rapiemur cū illis in nubibus, ecce tertium. Circa s̄m notādum, ꝙ tria faciet tunc virtuosa vox Christi. Primo, mortuos suscitabit, vt hic. Oēs qui in

qui in monumentis sunt, audient vocē eius. Secūdo, impios condemnabit. Mat. 25. Tunc dicet his qui a sinixtris eius erunt. Discedite a me maledicti &c. Tertio, sanctos glorificabit, eodem loco. Tunc dicet his qui a dextris erunt. Venite benedicti &c. Circa tertiū nota, ꝙ tria ostendent resurrectionem esse ueram. Primo, quia resurgēt illi qui vere mortui sunt, quod notatur hic. Qui in monumentis sunt, audiēt vocē eius. Secūdo, quia resurgent in eadem carne, in qua bene, vel male vixerunt. Iob. 19. In carne mea videbo Deū Saluatorem meum. Tertio, quia de cętero non moriētur. 1. Cor. 15. Et mortui resurgent incorrupti, Cuius beatæ æternitatis participes nos faciat Christus.

De mortuis.

ESTO fidelis vsque ad mortem, Apoc. 2. Satis ostēditur in verbis istis, ꝙ quādocūq; aliquis bene moritur, non est dolendū, sed potius gaudendum, quia trāsit de miseria mortis ad coronam vitæ. Facit autē Dominus tria in verbis istis. Primo, præcipit quid facere debeamus, ibi. Esto fidelis vsq; ad mortem. Secundo, præmittit pręmiū quod appetimus, ibi. Dabo tibi coronam vitæ. Circa primum notādum, ꝙ quatuor sunt, quibus promittitur corona triumphalis. Primum est mētis & corporis castitas. Sap. 4. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate: & post. in perpetuum coronata triumphat. Secūdū tētationū sufferentia. Iac. 1. Beatus uir qui suffert tētationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Tertiū est iustitia. 2. Tim. 4. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Quartū est in fide & iustitia vsq; ad mortem perseuerare, vt hic. Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi &c. Circa secundum notandū, ꝙ quadruplex corona dabitur sanctis. Prima argentea, secunda aurea, tertia stellata, quarta gemmea. De his quatuor inueni in Biblia. Corona argentea, quia clarum est argentum, erit corporis claritas, quia corpus mirabiliter decorabit. Isa. 61. Sicut sponsum decoratū corona. Zach. 6. Sume tibi argentū, & facias tibi coronam. Stellea, erit perfecta omnium scientia. Apoc. 12. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Eccl. 6. Coronam gratulationis superponent tibi. Aug. Habemus vnum doctorem in cælis, quem semel vidisse, totum didicisse est. Gemmea erit in omnibus istis ęternitas. psa. 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Istis quatuor coronis coronabuntur boni: mali autem coronabuntur quatuor alijs. Primo, coronātur corona rosea, quę consistit in carnis voluptatibus. Sap. 2. Coronem⁹ nos rosis anteq̄ marcescant. Secūdo, corona florea quæ cōsistit in sæculi vanitatib⁹. 2. Mac. 6. Coronati hedera. Isa. 28. Vę coronæ superbiæ &c. Tertio, corona aurichalca, quę consistit in diuitijs corporalibus. Apoc. 1. Habebāt coronas similes aurichalco. Quarto, corona spinea, quæ fabricatur de pœnis æternalibus Isa. 30. Coronans coronabit te Dominus, A qua liberet &c.

De duplici manu Dei ex euangelio.

ET ille singulis manus imponens sanabat omnes, Luc. 4. Notandum quòd duæ sunt manus Dei, quibus sanat omnes, scilicet potētia & misericordia. psal. 61. Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei ē, & tibi Dn̄e misericordia. Prima manus Dei habet quinq; digitos. Primo, quia eius potētiæ nemo potest resistere. Iob. 9. Deus, cuius iræ nemo resistere potest. Idem. Quis restitit ei, & pacē habuit? Secūdo, quia eam nullus pōt effugere. Eze. 17. Et q dissoluit pactū, nūquid effugiet? Augu. Superius erit iudex iratus, subtus horrēdū chaos inferni, a dextris peccata accusantia, a sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia, intus conscientia vrens, extra mundus ardens. O miser peccator sic deprehensus quo fugies? latere impossibile, apparere ītolerabile est. Vnde psal. 46. Neque ab oriente, neque ab occidēte. Tertio, quia nullus poterit sustinere. Isa. 30. Ecce nomen Domini venit de loginquo ardens furor eius, & grauis ad portandum. psal. 129. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? De his trib⁹. Isa. 27. Visitabit Dominus in gladio suo duro, & ob hoc intolerabili: forti, & ob hoc inuisibili: grandi, & ob hoc incurabili. Quarto, quia potentia iudicis non poterit corrumpi neq; muneribus, quia dicit psal. 7. Deus iudex iustus. Prouer. 3. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Quinto, nec falsis allegationibus, quia fortis est & patiens, ideo sapiēs. Secunda manus est misericordia, quæ habet quinque digitos Primus digitus est considerare, quia nobis dedit filium suum vnigenitum. 1. Io. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, qm̄ vnigenitum filiū suū misit Deus in mūdum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, nō quasi dilexerimus Deū, sed qm̄ ipse prior dilexit nos, & misit filiū suū propitiationē pro peccatis nostris: nā oēs mortui eram⁹, ideo dicit Eccl. 3. Eleemosyna patris nō erit ī obliuione. Exēplū Elisei quomodo viuificauit filiū Sunamitis. dic historiā. Eliseus Christus, Giezi Moyses, baculus lex. Nec Moyses, nec lex potuerūt viuificare gen⁹ humanū, donec ipse Eliseus. i. Christus accepit formā nostrā, q a īcuruauit se in vtero Virginis. Secūdus, quia oīa nobis bona communicat. Mat. 4. Solē suum oriri facit super bonos & malos. & psal. 135. Qui dat escā oī carni. Tertius est, quia nō statim punit, sed lōganimiter expectat ad pęnitētiā. Sap. 11. Dissimulās peccata hominū ꝑꝑ pænitētiā. Isa. 46. Vsq; ad senectutē ego portabo. Quartus in recipiēdo: exēplū de filio ꝓdigo quomodo recepit illū pater. Luc. 15. Quintus, q a semp in oī hora recipit, quia postquā recepit, nūquā peccatorū recordat. Eze. 18. Quacūq; hora peccator reuersus fuerit, & ingemuerit, omniū iniquitatū eius nō recordabor. Hinc quilibet tenet & esse debet misericors, vt se ipsū det Deo, & de bonis suis pauperibus, & ꝙ non statim puniat, & omnes iniurias dimittat &c.

In dominica de Passione ex epistola.

QVANTO magis sanguis Christi &c. Heb. 9. In ista epistola quatuor principaliter facit. Primo, ostēdit Christū pōtificem fuisse, ibi. Christus assistēs pōtifex. Secūdo, commēdat pontificatū eius, ibi. Futurorū bonorū. Tertio, ostēdit quòd obtulit, ibi. Qui semel seipsum obtulit. Quarto, mōstrat vtilitatē, siue effectū oblationis eius, ibi. Emundabit cōsciētiā nostrā. Circa istud vltimum nota, ꝙ septē vtilitates fecit nobis sanguis Christi. Prima fuit peccatorum nostrorum ac sordiū emūdatio. Apo. 1. Qui dilexit nos, & lauit &c. Heb. 13. Vt sanctificaret per suum sanguinē populum. Secunda, nostra redēptio. Apoc. 5. Redemisti nos, Domine, in sanguine tuo. 1 Petri. 1. Redēpti estis &c. Tertia nr̄a cū Deo & angelis pacificatio. Colo. 1. Pacificās oīa ꝑ sāguinē suū &c. Quarta testamenti de hæreditate æterna cōfirmatio. 1. Cor. 11. Hic calix noui testamenti: & testamentum in morte cōfirmauit. Quinta lumētiū potatio & [illegible]

stio. Mat. 26. Bibite ex hoc oēs: hic calix &c. Deuter. 32. Vt sanguinē vuæ biberēt meracissimū. Sexta, ianuæ cęlestis apertio. Heb. 10. Habētes itaq;, fratres, fiduciā in introitu sanctorū ī sanguine Christi. i. cōtinua pro nobis ad Deū oratio: clamat. n. quotidie ꝓ nobis sanguis ad patrē. Heb. 12. Sed accessistis ad sanguinis aspersionē melius loquētē q̃ Abel. Sanguis Abel clamauit vindictā: sanguis Christi clamat indulgētiā. Septima, de iferno sāctorū adductio. Zac. 9. Tu aūt ī sanguine tuo eduxisti victos de lacu, in quo &c.

Dominica de passione ex euangelio.

QVI est ex Deo, verba Dei audit &c. Ioan. 8. In verbis istis quatuor notātur. Primo, sanctorum magna gloria, ibi. Qui est ex Deo. Quid. n. gloriosi⁹ pōt esse q̃ ex Deo esse? Io. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri. Secūdo, magna ipsorū sapientia, ibi. Verba Dei audit. psal. 18. Testimoniū Dñi fidele, sapiētiā pstās paruulis. Tertio, reproborū stultitia, ibi. Propterea vos nō auditis. Prou. 1. Sapientiā recti dogmatis atque doctrinā puræ cōuersationis stulti, vt Pharisęi dicta & facta Chri, despiciūt. Quarto, magna ipsorū miseria, ibi. Quia ex Deo nō estis. Quid infelici⁹ esse pōt q̃ ex Deo nō esse? Osee. 7. Væ eis qui recesserūt a me. Circa primū notādū, ꝙ sancti tribus modis dicūtur esse ex Deo. Primo, per creationē sicut effectus ex causa. Rom. 11. Ex ipso, & per ipsum, & ī ipso sunt oīa. Secūdo, p iustificationē, sicut splēdor ex luce. Ephe. 5. Fuistis aliquādo tenebrę, nūc aūt lux ī Domino. 1. Io. 3. Qui natus est ex Deo, nō peccat. Tertio, p imitationē, siue assimilationē, sicut exēplū ex exēplari. 1. In hoc scimus quoniam in Deo sumus, si ī ipso perfecti erimus. 1. Ioan. 1. Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut & ipse ambulauit.

Circa secūdū notādū, ꝙ triplex est verbū Dei, quod libēter audiūt sancti. Primū est æternale. Io. 1. In principio erat verbū. Secūdū est mētale. Iob. 4. Porro ad me dictū ē abscōditū verbū. Tertiū, vocale. Mat. 4. Nō ī solo pane viuit homo &c. Primū audiūt per fidē. Io. 11. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet. Secundum per inspirationē. psal. 84. Audiam quid loquat̄ ī me dñs Deus. Tertiū, p prædicationē. Luc. 8. Qui habet aures audiēdi audiat. Circa tertiū notādū, quòd multi sunt qui nō audiūt verbū Dei, maxime pp duo. Primo, quia ex auditu verbi Dei vitat̄ omne malū. Secūdo, acquirit̄ omne bonū. De his duob⁹, Pro. 1. Qui me audierit, absq; terrore quiescet. s. quia in hac vita nullis terret̄ aduersis, & in morte de igressu vitæ eternæ lætat̄, & abūdantia perfruet̄ malorū timore sublato. s. ī pręsenti abūdātia beatorū operū ablato timore eorū qui corpus occidūt. In futuro abūdātia gaudiorū ablato timore alicui⁹ defectus, vel aduersitatis.

Circa quartū notādū, ꝙ nō esse ex Deo magna miseria est propter duo. Primo, quia qui sunt extra Deum, habēt omnia mala. Aug. Vnde scio quia malū ē mihi præter te nō solū extra me, sed etiā ī meipso, & oīs copia quæ Deus non est, egestas est. Secūdo, quia qui est ex Deo, habet omnia optima. Aug. Qui ītrat ī gaudiū Dñi sui, & securus ē, & habebit se optime ī optimo &c.

De eadem ex euangelio.

SI quis sermonē meū seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Ioan. 8. Duo facit Dñs in verbis istis. Primo, monet ad obseruationem sui sermonis, ibi. Siqui sermonē meū seruabit. Secū- F do, ponit vtilitatē obseruationis, ibi. Mortē nō gustabit ī æternū. Circa primū notādū, ꝙ sermo Dñi seruādus est sex modis. Primo, intellectu per cognitionē. psal. 36. Lex Dei ei⁹ ī corde ipsi⁹. Secūdo, ī affectu p dilectionē. psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehemēter &c. Tertio, in memoria p iugē meditationem. psa. 118. In corde meo abscōdi eloquia tua, vt nō peccē tibi. Deute. Audi israel mādata vitæ, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. psa. 118. Meditabor in iustificationib⁹ tuis semp. Quarto, ī aure pp frequētē ipsi⁹ auditionē. Isa. 55. Inclinate aurē vestram, & venite ad me: audite &c. Mat. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. G Quīto, in ore p iugē de Deo locutionē. psal. 118. In labijs meis pronūtiaui oīa iudicia oris tui. Exo. 13. Lex Dei semper sit in ore nostro. Sexto, in manu per operationē. psal. 118. Leuaui manus meas ad mādata tua quę dilexi. Circa 2m notātur octo vtilitates ex obseruatione verbi Dei. Prima est, quia ab omni morbo sanat. Sap. 16. Nō herba, neque malagma, sed sermo tuus Dñe qui sanat omnia. psal. 106. Misit verbū suum, & sanauit eos. Secūda, qa animā mūdificat. Io. 15. Iam vos mundi estis propter sermonē quē locut⁹ sum vobis. Tertia, quia mētē lætificat. Hiere. 15. Factū est verbū Dñi in gaudiū & lætitiā cordis mei. Quarta est, quia De⁹ trinitas in corde ipsius inhabitat. Io. 14. H Siquis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater me⁹ diliget eū. Quinta, illuminat. psal. 118. Declaratio sermonū tuorū illuminat. Sexto, in bono cōseruat. Sap. 6. Sermo tuus, Dñe, eos qui in te cōfidūt cōseruat. Septima, liberat a morte æterna, vt hic. Siquis sermonē meū seruabit, mortē nō videbit ī æternū. Octaua, pducit ad æternā vitā & gloriā. Io. 6. Rñdit ei Simon Petrus. Dñe, ad quē ibimus? Verba vitę ęternę habes, & nos credim⁹ & cognouim⁹ qa tu es Christ⁹ fili⁹ Dei uiui: uerba vitæ æternæ habes, Ad quā pducat nos &c.

Dominica in ramis palmarum ex epistola.

QVI cū in forma Dei esset &c. Philip. 2. Tria I facit Apostolus in epistola ista. Primo, agit de Christi maiestate, ibi. Qui cū ī forma Dei esset. Secūdo, de ipsius humilitate, ibi. Semetipsum. Tertio, de humilitatis vtilitate, ibi. Propter quod & Deus exaltauit illū &c. Circa primū tria facit. Primo, ostēdit ipsius diuinitatē, ibi. Qui cū in forma Dei esset. Deitas si erat in forma Dei, ergo Deus erat. Act. 9. Verbum misit Deus filijs Israel annuntiās pacem per Iesum Christū: hic est omniū Deus. Secūdo, ostēdit diuinitatis eius virtutē, ibi. Non rapinam. i. In veritate fuit Deus, nō per rapinam sicut esse voluit diabolus. Ro. 9. Quorum patres ex quibus est Christus 2m carnē, qui est super oīa Deus benedict⁹ in sæcula, amē. i. vere. Tertio, ponit ipsius æternitatē, ibi. Se esse æqualē Deo. Ioan. 1. In pricipio erat verbū &c. Circa 2m K similr ostēdit ꝙ in tribus apparuit eius humilitas. Primo, ī seruilis formę susceptione, ibi. Exinaniuit semet ipsum formā serui accipiēs &c. Secūdo, ī pfectę obediētiæ exhibitione, ibi. Factus obediēs &c. Io. 6. Non veni facere volūtatē meā &c. Tertio, ī turpissimę mortis toleratione, ibi. Mors aūt crucis. Sap. 2. Morte turpissima cōdēnemus eū. Circa tertiū notādū, ꝙ vtilitas humilitatis eius fuit exaltatio eius, post mortē eius apparuit exaltatus super omnes creaturas. Ponit autem exaltationem eius tripliciter. Primo, in cōparatione ad angelos, ibi. Vt in noīe Iesu oē genuflectat̄, cęlestiū, terrestriū, & infernorū. Heb. 1. Et adorent eū oēs angeli: secūdo, in comparatione, vel in operatione ad

ne ad homines, ibi. Terrestrium. Col. 1. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Tertio in cōparatione ad dæmones. Heb. 2. Per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. i. diabolum. Aug. Manus inermis & affixa cruci debellauit aereas potestates. Christus enim per mortem suam subiecit sibi dæmones, homines, & angelos &c. Heb. 2. Omnia subiecisti sub pedibus eius: nihil dimisit non subiectum ei. Qui ergo voluerit saluari, discat primo humiliari. Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabit̄. Iob. 2. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, ad quam nos cōducat &c.

De eadem ex euangelio.

FILIVS hominis tradetur vt crucifigatur. Mat. 25. Circa passionē Domini duo debemus cōsiderare. Primo, passionis qualitatē: secūdo, passionis virtutē: tertio, passionis vtilitatē. Circa primū notandū ꝙ passio Chri fuit valde amara pp tria. Primo, propter patientis bonitatem: secūdo, propter passionis vilitatem: tertio, propter inferentium crudelitatem. Patientis bonitas patet ex tribus. Primo, quia nulli nocebat. 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit &c. Secundo, quia illatas iniurias patientissime sustinebat. 1. Petri. 2. Qui cum malediceretur, non maledicebat &c. Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. Tertio, quia omnibus bene faciebat. Act. 10. Qui pertransijt bene faciēdo &c. Ioan. 10. Bona opera ostendi vobis, propter quod &c. Vilitas mortis patet ex tribus. Primo, quia fuit voce omnium tāquàm sceleratissimus iudicatus. Luc. 33. At illi clamabant, Crucifige, crucifige eum. Secundo, qa multipliciter opprobriat⁹ est. Mat. 27. Tūc milites psidis suscipientes Iesum in prætorio cōgregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arūdinem in dextera eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes. Aue rex Iudęorum, & expuētes in eū acceperunt arundinē, & percutiebāt caput eius &c. Tertio, quia morte turpissima condēnatus est. Sap. 2. Morte turpissima condēnemus eum. Mar. 15. Et cū iniquis deputatus est. Circa tertium notandum, ꝙ crucifigentes fuerunt valde crudeles tripliciter. Primo, ante mortem eum crudeliter flagellādo. Mat. 37. Iesum vero flagellatū tradidit eis &c. Secundo, eū in morte cum aceto & felle potādo. Ioan. 19. Vas ergo positum erat aceto plenum. psal 68. Et in siti mea potauerunt me aceto. Tertio, post mortem iam mortuum vulnerando. Ioan. 20. Vnus ergo militum lancea latus eius aperuit. Circa virtutem passionis notandum, ꝙ virtus passionis eius apparuit in tribus. Primo in cælo, qui ei lumen abstulit. Luc. 23. Et tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horā nonā, & sol obscurat⁹ est &c. Secūdo ī terra quę tremuit. Mat. 27. Terra mota est. Tertio, ī iferno qui mortuos reddidit. Mat. 27. Multa corpora sanctorū &c. Virtutē ergo passionis Christi cælū clamat, terra prædicat, ifernus nūtiat. Phi. 2. Christus factus est obediēs vsq; ad mortem &c. & post. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Circa vtilitatem passionis, consecuti sunt vtilitatem de passione Christi, cælestes, terrestres, & infernales. Per passionem ergo Christi cælestes reparati sunt, homines terrestres de manu diaboli liberāti, & sancti patres qui erāt in iferno, īde extracti. De primo, Col. 1. Pacificās p sanguinē crucis ei⁹ siue quę ī cęlo sunt, A siue quæ in terra &c. De secundo, Ioan. 11. Nunc iudiciū est mūdi, nūc princeps mundi huius eijciet̄ foras. Col. 1. Expoliās principatus & potestates. De Tertio, Zacha. 9. Tu quoq; ī sanguine testamēti &c. Itē nota septē virtutes in morte Christi. *Quære in sermone,* Apparebit &c. Dicite filiæ Sion &c. *Quære utrumque in quadragesimalibus,* vbi. Fructus arboris pulcherrimi.

In festo Resurrectionis ex epistola.

PASCHA nostrū immolatus est Christus &c. 1. Cor. 5. Dñs noster Iesus Christ⁹ tripliciter B exhibuit se nobis in esum. Primo sacramentaliter. Mat. 26. Accipite & māducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Secundo spiritualiter. Aug. Vt quid paras dentem & ventrem? crede & māducasti. Tertio æternaliter. Aug. Ibi de te me satiabis satietate mirifica. Secundum hoc triplex pascha fecit nobis. Primum corporale, secundum spirituale, tertiū æternale. Hæc sunt tria paschata mystica quę celebrauerunt filij Israel. Primū in exitu de Ægypto, Exod. 12. Secundum in deserto, Numeri. 9. Tertium in terra promissionis, Iosue 5. Ad celebrandū primum pascha, in quo comedimus agnum immaculatū pro oībus immolatum, ostendit Apostolus in ista epistola C quinque esse necessaria. Primo, vt expurgemur a carnali concupiscentia, ibi. Expurgate vetus fermētum. Vetus fermentum est carnalis concupiscentia, quæ a primo parente incœpit corrumpere massam naturæ humanę. 1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massam corrūpit. Secūdo, vt expurgemur a superbia, ibi, Non in fermēto malitiæ. Malitia dicitur superbia antonomasice, quia est initium omnis malitiæ. Eccle. 10. Initiū omnis peccati superbia. Tertio, monet expurgari a malo auaritiæ, ibi. Et nequitiæ. Auaritia dicitur nequitia, quia vult quod nequit: vult enim omnes diuitias mundi, quod numq̃ erit. Eccle. 10. Nil nequius q̃ amare pecuniā. Quarto, necessaria est men D tis mūditia, ibi. Sed ī azymis synceritatis. Qui. n. vult celebrare istud solēne pascha, oportet eū esse mūdissimū. Num. 18. Qui mūdus est in domo tua, vescet̄ eis. Quīto necessaria ē vitæ veritas, ibi. Et veritatis. Ephe. 4. Veritatem aūt facientes in charitate &c. Qui ergo vult celebrare istud ineffabile pascha, expurget̄ a malo carnalis cōcupiscentiæ, a malo auaritiæ, a malo superbiæ, & delectetur in mētis puritate, in veritate vitæ, & veniet ad pascha quod non sequit̄ quadragesima, sed erit ibi iugis & ęterna solemnitas, ad quam perducat nos Deus Iesus, Amen.

De eadem ex euangelio.

IESVM quæritis nazarenum crucifixum: surrexit. Mat. 24. In his verbis quinque notant̄. E Primo, īfinita Domini nostri Iesu Christi bonum: secūdo delectabilis ipsius speciositas: tertio, admirabilis ipsius charitas: quarto, iucūda Dei solemnitas: quinto, feruēs mulierū charitas. Primū ibi, Iesum. Iesus enim īterpretatur Saluator: quòd enim mori uoluit vt sua morte saluaret, infinitæ fuit vtique bonitatis. Vere hodie apparuit Saluator propter tria. Primo, qa hodie nos saluauit a dęmonibus, quos hodie expoliauit. Col. 2. Expolians principatus & potestates &c. Secundo, quia hodie nos saluauit a morte, quam hodie debellauit. Greg. Deus qui hodierna die &c. 1. Cor. 12. Absorpta est mors ī victoria. Hodie .n. victoriosus Christ⁹ uicta morte resurrexit. Tertio,

quia ſaluauit nos de inferno, quem hodie catenauit, psal. 106. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit &c. Speciositas reſurgentis notatur ibi. Nazarenus, Nazarenus interpretatur floridus, in floribus autem pulchritudo conſiſtit. Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium. Fuerunt autem in Chriſto tria genera florum, primo flores rubei, ſecundo nigri, tertio candidi. Flores rubei ſunt guttę ſanguinis: nigri, liuores vulnerum: candidi, ſplendores glorificati corporis. De primo & tertio, Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. De ſecundo. 1. Pet. 2. Cuius liuore ſanati ſumus. Fuit ergo Ieſus totus floridus, quia circũdatus roſis, ideſt, guttis ſanguinis: ornatus violis, ideſt, liuoribus vulneris: vallatus lilijs, ideſt, ſplendoribus glorificati corporis. Cant. 2. Flores apparuerunt in terra noſtra. Charitas reſurgentis, ibi. Crucifixum. Hæc enim vere fuit inextimabilis dilectio charitatis, quam nullus hominum capere potuit. Ephe. 3. Scire etiã ſupereminẽtem ſcientiæ charitatem Chriſti. &c. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Voluit autẽ mori morte crucis maxime propter tria. Primo, vt ſe mortuũ vere fuiſſe, & per hoc vere reſurrexiſſe manifeſte omnib⁹ demõſtraret. Omnibus enim patuit quòd fuit vere mortuus, cũ crux in alto poſita eum mortuum demonſtraret. Actuum 10. Secundo, vt ſicut arbor mortis fructum produxerat: ſic arbor fructus vitæ ſuæ oẽs viuificaret. Grego. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis &c. Tertio, vt de diabolo qui hominem per lignum vicerat, per lignum ſimiliter triumpharet. Greg. Et qui in ligno vincebat, per lignum quoque vinceretur &c. Quartũ, ſcilicet pręſentis diei feſtiuitas, notatur ibi. Reſurrexit. Reſurrectio enim dominica fecit nobis hunc diem ſolemnitatis & lætitiæ. pſal. 116. Hæc dies quam fecit Dominus. Fecerunt autem iſtũm diem ſolemnem tria. Primo cælum, angelum tranſmittendo. Mat. 28. Angelus Dñi deſcendit de cælo &c. Secũdo, terra prę gaudio exultãdo. Mat. 28. Et ecce terræmot⁹ factus eſt magnus. Tertio infernus, ſanctos reſtituendo. Mat. 27. Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Ergo cęlum, terra, infernus teſtimonium reddiderunt reſurrectionis Ieſu Chriſti. Quintum, ſcilicet mulierũ charitas, notatur ibi. Quæritis. Docẽt autem nos iſtæ ſanctę mulieres quærere Ieſum exẽplo ſuo, ſi uolumus eum inuenire. Quæritur autem Ieſus tripliciter. Primo fide, ſecundo ſpe, tertio charitate. glo. ſuper illud Mat. 6. Primũ quęrite regnũ Dei dicit qd. ſ. Chriſtus eſt q̃rẽdus fide, ſpe, & charitate. Fide quærit eum rationalis, quæ quærit lucẽ ſuæ veritatis: ſpe quærit eũ irascibilis, quę quęrit gloriam ſuæ maieſtatis: charitate quærit eum irascibilis, quæ quęrit dulcedinem ſuę bonitatis. Iſtę ſunt tres Marię, de quibus dicit in euangelio hodierno. Dominus Ieſus faciat nos quærere & inuenire, Amen.

Hæc dies quam fecit Dominus. *Quære inter feſtiuos. Surrexit dominus uere.*

Feria ſecunda poſt Paſcha ex euangelio.

DE Ieſu Nazareno, qui fuit vir ꝓphetã potens ĩ opere & ſermone &c. Luc. ult. In iſtis verbis tria dicunt de Dño Ieſu Chriſto. Primo, magna ipſi⁹ bonitas, ibi. De Ieſu Nazareno. Secũdo, ipſius potentia, ibi. Qui fuit potens in opere. Tertio, ipſius ſapientia, ibi. Sermone. Secundum membrum proſequeris, circa quod notandũ quòd quatuor ſunt opera Chriſti, in quibus apparuit potentia eius. Primum opus eius eſt opus creationis. pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti. i. in filio. In iſto opere apparuit potens tripliciter. Primo ſecundum materiam, quia de nihilo fecit omnia. Gene. 1. In principio creauit Deus cælum & terram, creare eſt de nihilo aliquid facere: ſecundo ſecundum modum, quia verbo fecit omnia. pſal. 148. Dixit & facta ſunt. Tertio ſecũdũ cãm, quia magna fecit. pſal. 111. Magna opera Dei. Sap. 8. A magnitudine creaturæ cognoſcit creator cognoſcibiliter &c. Secundum opus eius fuit opus recreationis, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, in paſſione: ſecundo, in reſurrectione: tertio, in aſcenſione. In paſſione apparuit potens, quia poteſtates aereas debellauit Col. 1. Expolians principatus, & poteſtates traduxit cõfitenter palam triũphans illos in ſemetipſo. In reſurrectione apparuit potens, quia propria virtute de morte triumphauit. 1. Co. 2. Abſorta eſt mors in victoria. In aſcenſione apparuit potens, quia propria virtute ad cælos tranſuolauit. Luc. vltim. Eleuatis manibus ſuis benedixit eis: & factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælũ. Tertium opus fuit opus admirationis ſ. opus miraculorum, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, quia fecit multa & magna miracula. Mat. 11. Cæci vident, claudi ambulant &c. Secũdo, quia fecit ſola verbi potentia. Mat. 8 Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? Tertio, quia faciebat authoritate propria. Marc. 1. In poteſtate ſpiritibus immundis imperabat, & obediebant ei. Quartum opus eius erit opus retributionis. pſal. 18. Opera manuum eius veritas & iudicium. In iſto opere apparebit opus eius tripliciter. Primo, in omnium creaturarum commotione. Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Secundo, in mortuorum reſurrectione. 1. Cor. 15. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Tertio, in reproborum & dæmonum condemnatione. Mat. 25. Tunc dicet ex his qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me. Patet ergo quòd timendus eſt Dominus qui tantam habet potentiam. Hiere. 5. Me ergo nõ timebitis, & a facie mea non dolebitis &c. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo. 1. Io. 5. *Require inter feſtiuos in feſto Trinitatis. &c.*

Dominica in octaua Paſchæ ex epiſtola.

TRES ſunt qui teſtimoniũ dant in terra, ſpiritus, ſanguis, & aqua 1. Ioã. 5. Neceſſe eſt ꝓ credamus Chriſtũ Deũ verũ, & verũ hoĩem, & iõ voluit Chriſtus multis teſtimonijs probare ꝓ eſſet Deus & hõ: vtrũq; habemus hic. ſ. de teſtimonio diuinitatis eius dicit ſupra. Tres ſunt qui teſtimoniũ dãt ĩ cælo. De teſtimonio humanitatis dicit hic. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Circa primũ notãdũ ꝓ duodecim teſtimonia habuit Chriſtus ꝓ eſſet verus Deus. Primo, teſtificatus eſt pater, ſecundo fili⁹, tertio Spirituſanct⁹, quarto miraculorũ operatio, quinto ſancti, ſexto angeli, ſeptimo cælum, octauo aer, nono aqua, decimo terra, vndecimo ĩfern⁹, duodecimo ignis. *Quære oĩa in dñica infra oct. Aſcenſionis* Circa ſm notãdũ ꝓ triplex teſtimoniũ ponit hic beat⁹ Ioãnes de humanitate eius, ĩ qb⁹ maxime apparuit charitas eius ad nos. Primũ, fuit ſanguinis effuſio. ſm aquæ emanatio, tertiũ ſpũs emiſſio. De primis duob⁹ Io. 20. Et cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. De Tertio, Ma. 27. Et ĩclinato capite emiſit ſpũm &c. In ſãguinis effuſiõe qnq; bona nobis fecit, *Quære ĩ dominica de paſſione.* Circa ſm notandũ, ꝓ triplicem aquam dedit nobis Dominus Ieſus. Primo, aquã baptiſmi ad peccatorum abſolutionem. Eze. 28. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini. Secundo, aquam ſapiẽtiæ ad ſitis ſpiritualis extinctionẽ. Eccl. 15. Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Ioa. 4. Siquis biberit ex aqua &c. Aug. dicit, Siquis biberit de aqua paradiſi, de quo vna gutta maior eſt quàm oceanum, reſtat vt in eo extinguat ſitis cupiditatis mundanæ. Tertio aquã Spirituſſancti ad refrigationem. Ioan. 7. Si q̃s ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de ſpiritu &c. Circa tertiũ notandum quòd emiſit ſpiritum ad tria. Primo, vt nos viuificaret. Io. 10. Ego animam meam pono pro ouibus meis. Secũdo, vt ſanctos de inferno liberaret. Spiritus enim Chriſti cum diuinitate deſcendit ad inferos, & eduxit ſanctos, qui tunc erant ibi. Zach. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti &c. Tertio, vt emittẽ di⁹ ſpiritum nobis exẽplum daret. Quicumque enim ſequi Chriſtum deſiderat, oportet quòd omnino relinquat ſpiritũ ſuũ. Luc. 9. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum. 2. Cor. 5. Pro oĩbus mortu⁹ eſt Chriſtus, vt qui viuunt iã nõ ſibi viuant, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt. Qui ſic moritur, veniet ad vitam, vbi nullus moritur, Ad quam nos conducat Chriſtus vita noſtra. Amen.

Dominica in octaua Paſchæ ex euangelio.

PAx vobis, Ioan. 21. In iſto euãgelio inuenitur quòd tripliciter obtulit Dominus pacẽ diſcipulis ſuis, ad demõſtrãdum ꝓ tripliciter eſt nobis neceſſaria. Primo, cum Deo, de quo Io. 16. In mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem. Secũdo, pax in nobis, de qua Iob. 5. Et ſcies quòd pacẽ habeat tarbernaculum tuum. Ber. Pax vobis a vobis ſit, & quiquid exterius minari videtur, non timebitis, quia nõ nocebit. Tertio, pax cum proximis eſt neceſſaria. Rom. 12. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Circa primam pacem notandũ quòd tria ſunt ei neceſſaria, qui vult habere pacem cum Deo. Primo Deũ timeat. Eccle. 1. Corona ſapientiæ timor domini replens pacem & ſalutis fructum. Item in eodem. Timor Domini expellit peccatum. Secundo, vt in eodem ſpeciem ſuam habeat. Iſa. 26. Facies pacem nobis, quia in te ſperauimus. Tertio, vt mandatis eius obediat. Iſa. 48. Vtinã attendiſſes mãdata mea: facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua &c. Circa ſecũdam pacem nota quòd tria ſunt neceſſaria homini qui vult habere pacem ſecũ. Primo, vt Deo ſe totũ ſubijciat. Iob. 22. Aquieſcito ei, & habeto pacem. Secundo, vt bonam voluntatem ſemper cuſtodiat. Luc. 3. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Tertio, vt omnes motus animi & corporis ſecundum prudentiam ſpiritus regat. Rom. 8. Prudẽtia ſpiritus, vita & pax. Mat. 5. Beati pacifici. Glo. Pacifici ſunt omnes qui motus animi componunt, & rationi ſubiciunt, & in his non repugnat. Circa tertiam pacem nota quòd tria ſunt homini neceſſaria, qui vult habere pacem cum proximis. Primo, vt quę placita ſunt Deo faciat. Pro. 16. Cum placuerint Dño viẽ hominis, inimicos quoque eius cõuertet ad pacem. Secundo, vt nulli iniuriam faciant. 2. Cor. 6. Nemini dãtes vllã offenſionẽ. pſal. 120. Pax multa diligẽtibus legẽ tuã. Lex Dei eſt, vt quæ nolumus fieri nobis, aliis ne faciamus: quæ autem nobis fieri volumus, ſimiliter alijs faciamus. Tertio, vt omnibus benefaciat Ro. 2. Gloria, honor, pax omni homini operanti bonũ. Sunt autem tria quæ maxime deſtruunt pacẽ. Primo, ſuperbia. Iob. 9. Quis reſtitit ei, & pacẽ habuit? Secundo, iracundia Eccl. 26. Homo iracundus incẽdit litem, & vir peccator turbat amicos, & in medio pacem habẽtium mittet inimicitias. Tertio, quærelabẽt iniquitas. Iſa. 28. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Debet ergo ille iſta tria remouere qui vult pacem habere ĩ pręſenti cũ Domino, ſecũ, & cũ proximo. & pacẽ æternitatis in futuro, Ad quã pducat nos Dñs &c.

Dominica prima poſt octauam Paſchæ ex epiſtola.

CHRISTVS paſſus eſt pro nobis vobis relinquẽs exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius. 1. Pet. 2. In iſta epiſtola quatuor notant. Primo, notatur Domini noſtri innocentia, ibi. Qui peccatum non fecit. Secundo, maxima ipſius patientia, ibi. Cũ pateret, nõ comminabat. Tertio, ineffabilis ipſius charitas, ibi Qui peccata noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſup lignũ &c. Quarto, multiplex ex hãc tribus noſtra vtilitas, ibi. Cuius liuore ſanati ſumus. Circa primum notandum quòd eius innocentia oſtẽditur in tribus. Primo, quia peccatum non fecit. Heb. 7. Talis decebat vt eſſet nobis pontifex ſanctus, innocens &c. Secundo, quia nullum decepit, ibi. Nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. 2. Cor. 1. Dei. n. filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis ꝑ nos prædicatus eſt, per me, & Siluanũ, & Timotheum. Non fuit in illo eſt & nõ, ſed eſt in illo fuit &c. Tertio, quia nulli iniuriam intulit, ibi. Qui cum malediceretur, nõ maledicebat. Iſa. 43. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet &c. Circa ſecũdum notandũ quòd eius potentia oſtenditur in tribus. Primo, quia paſſioni ſe ſponte obtulit, ibi. Tradebat autẽ iudicãti ſe iniuſte. Iſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Secundo, quia iniuſte iudicatus patiẽtiſſime ſuſtinuit, ibi. Iudicãti ſe iniuſte: hęc. n. eſt vera patientia, quando quis iniuſte iudicatus hilariter ſuſtinet. Io. 10. Multa bona opa oſtẽdi vobis, propter quod &c. 1. Pet. 2. Hæc. n. eſt gratia, ſi ꝓpter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Tertio, quia nec crucifigentibus minas intulit, ibi. Cũ pateret, nõ cõminabat. Hiere. 11. Ego quaſi agnus mãſuetus, qui portatur ad victimã. Pro eis orauit Iſa. 53. Et pro trãſgreſſoribus rogauit ut nõ perirẽt. Circa tertiũ ſimiliter notãdũ, ꝓ oſtẽdit charitatẽ eius magnã fuiſſe in tribus. Primo, quia peccata noſtra ipſe abſtulit. Ioa. 1. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Secundo, in modo oblationis, quia in corpore ſuo pœnas peccatorum noſtrorum ipſe pertulit, ibi. In corpore ſuo. Iſa. 53. Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras &c. Tertio, quia tã crudelem mortẽ pro peccatis noſtris auferendis ſuſtinuit, ibi. Super lignum, ideſt, crucem. Phili. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortẽ aũt crucis. Circa quartũ oſtendit quòd triplicem vtilitatem cõtulit nobis mors Chriſti. Primo, quia nos liberauit a malo culpæ, ibi. Pro peccatis mortuus. Tit. 2. Dedit ſemetipſum ꝑ nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate &c. Secundo, quia reſtituit nobis bonũ gratiæ, ibi. Iuſtitiæ viuamus. Rom. 5. Sicut per vnius inobedientiã peccatores cõſtituti ſunt multi, ita &c. Ioan. 1. Et de plenitudine eius omnes accepimus gratiam

gratiam pro gratia.Tertio,oſtendit quòd ſanauit nos a corruptione, ibi. Cuius liuore ſanati ſumus. Iſa. 53.Vere languores noſtros ipſe tulit.Iſta ſunt tria veſtigia,in quibus debemus illum ſequi. Primo, in innocentiæ puritate. Leuit. 11. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.Mat.5.Beati mũdo corde.1.Pet.1.Et ipſi ſancti in omni cõuerſatione ſitis, quoniã ſcriptũ eſt. Sancti eritis,quoniam ego ſanctus ſum.Leu.11.Sanctificamini, & eſtote ſancti,quoniã ſanctus ſum ego, dicit Dominus. Secundo,in patientiæ firmitate.Luc. 21.In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.Heb. 12. Recogitate eum qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem. Tertio, in charitate. Ioan.15. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicẽ &c.Iob.30. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus &c. Qui ſequitur eum per iſta veſtigia perueniet ad æternæ beatitudinis gaudia Io. 8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris,ſed habebit lumẽ vitæ, Ad quod nos perducat Chriſtus lux & uita, Amen.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c. Duo notant' hic. Primo,magna Chriſti patiẽtia,ibi.Chriſtus paſſus eſt. Secundo,de paſſione ipſius vtilitas,ibi.Pro nobis.De paſſiõe Chriſti. *Quære in dominica de ramis palmarum: de utilitate,in Dominica de paſſione &c.*

De eadem Dominica ex euangelio.

BONVS paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis.Ioan.10.In iſtis verbis tria notantur.Primo,magna Domini noſtri IeſuChriſti bonitas,ibi.Bonus paſtor.Secundo,magna ipſius charitas,ibi.Animam ſuam dat.Tertio,electorum ipſius ſanctitas, vel bonitas, ibi. Pro ouibus ſuis.Circa primum ſciendum, quòd Chriſtus dicitur bonus paſtor propter tria. Tria enim ſunt officia boni paſtoris.Primum eſt oues defendere: ſecundum eſt in bonis paſcuis tenere & paſcere: tertium eſt errantes requirere. Sic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, primo oues ſuas defendit a leonibus,ideſt, dęmonibus: a lupis,ideſt,tyrannis: ab vrſis,ideſt,hæreticis. Ezec. 24.Pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum: & poſt.Liberabo gregem meum.Io.10.Non peribunt in æternum, & non rapiet eas &c. Secũdo oues ſuas in prato ſcripturæ gratiæ & gloriæ paſcit.Ezec.34.In paſcuis uberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcuæ earum. Errantes ſollicite requirit.Luc.3.Quis ex vobis hõ qui habet cẽtũ oues &c. Ezec.34 Et ecce ego ipſe requirã oues meas &c.Circa ſecundum notandum quòd tria nobis dedit Chriſtus,in quibus apparuit magna eius charitas. Primo, corpus in cibum,Mat.16.Accipite & mãducate.Hoc eſt corpus meum.Secundo,ſanguinem in potũ. Mat. 26.Accipite & bibite &c. Tertio, animã in pretiũ 1. Ioan.3.In hoc cognouimus charitatem Dei,quia animam ſuam pro nobis poſuit.Ioan. 10. Animam meã pono per ouibus meis. Circa tertium notandum, ꝙ tres ſunt actus bonitatis. Primus eſt nulli nocere. 2. Cor.7.Nemini dantes ullam offenſionem. Secundus eſt iniurias patienter ferre, Rom.12. Nulli malũ pro malo reddentes &c. Tertius eſt ſua & ſe omnibus libenter tribuere.Dion Bonum eſt ſuiipſius diffuſiuũ. 1.Ioan.3. Et nos debemus pro fratribus animas ponere.Propter hęc tria dicunt' ſancti oues.Primo,quia oues nemini iniuriam faciunt: ſecundo,quia manſuete mala ſufferunt: tertio, quia ſe, & ſua ad vſum ho-

F minum tribuunt, qui ſic ſunt oues Chriſti peruenient ſine dubio ad ouile Chriſti, quod eſt cęleſte regnum. Mat.25.Statuet oues quidẽ a dextris &c.& poſt. Venite benedicti patris mei, percipite regnum,ad quod nos perducat. Amen.

Dominica ſecunda ex epiſtola.

OBSECRO vos tamquàm aduenas & peregrinos abſtinere uos a carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam &c. 1.Pet.2 Quatuor notantur in verbis iſtis. Primo, indicitur carnalium vitiorum abſtinentia, ibi.Abſtinete vos a carnalibus deſiderijs. Secundo, G oſtenditur abſtinentiæ neceſſitas, ibi. Quæ militant aduerſus animam.Tertio,præcipitur conuerſationis honeſtas, ibi. Conuerſationem inter gentes habentes bonam. Quarto,ſubiungitur bonæ conuerſationis vtilitas,ibi. Vt in eo quod detractant de vobis tamquàm de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Dominũ in die viſitationis.Circa primum notandum quòd tria ſunt genera deſideriorum, a quibus ſcriptura præcipit abſtinere. Primo a deſiderijs ſæcularibus: ſecundo a deſiderijs nociuis & inutilibus: tertio a deſiderijs carnalibus. Deſideria ſæcularia ſunt, cum deſiderantur honores ſęculares.Tit.2.Apparuit gratia Saluatoris noſtri om-H nibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatẽ & ſęcularia deſideria,ſobrie,& iuſte,& pie viuamus in hoc ſæculo.Deſideria nociua ſunt cũ deſiderãtur diuitiæ tẽporales.1.Tim.6 Qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa vtilia & nociua quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ &c. Deſideria carnalia ſunt cum deſiderantur delectationes carnales. Rom.16.Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Circa ſecundum notandum quòd carnalia deſideria tripliciter militant aduerſus animam, & ideo habemus neceſſe abſtinere ab eis. Primo militãt aduerſus eam continue impugnando. Iob. 6.Militia eſt vita hominis ſuper terram: tota vita hominis quaſi pugna quæ-I dam. Secundo,mortaliter per culpam vulnerando. Prouer.21.Deſideria occidunt pigrum: noluerũt manus eius quicquam operari. Tertio, æternam perditionem & interitum infligendo. 1. Tim. 6. Deſideria multa inutilia quæ mergunt hominem in interitum: deſideria enim carnalia occidunt per culpam hic, & in futuro occidunt per mortem æternam. Circa tertium notandum quòd bona conuerſatio conſiſtit in tribus.Primo,in mẽtis puritate 2. Corin.1.Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & nõ ĩ ſapiẽtia carnali,ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Secundo,in morum honeſtate,ſiue ſanctitate. 2. K Petr.3. Cum igitur omnia ſoluenda ſint quales nos oportet eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus expectantes & præparantes &c. Tertio,in cæleſtium gaudiorum continua auiditate.Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Circa quartum notãdum quòd tripliciter ponit vtilitatem de bona conuerſatione.Prima eſt detractorum confutatio, vel cohibitio,ibi.In eo quòd detrectant de vobis 1.Petri.2.Hęc eſt voluntas Dei,vt benefaciẽtes &c.Secundo, honorificatio,ibi.Ex bonis operibus vos cõſiderantes glorificent Deum in die viſitationis.Matth.5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. Tertio,magna bene conuerſantium remuneratio, ibi. In die viſitationis. gloſa,

gloſa,ibi In die viſitationis,ideſt, in tempore retributionis. Quanta ſit gloria donanda nobis ſolus Deus cognoſcit, Ad quã nos perducat Domin' Ieſus, Amẽ.

Item, ad idem ex euangelio.

MVNDVS gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium,Ioan. 16. Tria notantur in iſtis verbis.Primo,mundanorum ſtultitia,ibi. Mundus gaudebit. Eccle.2.Riſum reputaui errorem, & dixi gaudio,quid fruſtra deciperis? Secũdo,ſanctorum ſapiẽtia,ibi.Vos autem contriſtabimini. Eccleſ.7. Cor ſapientis vbi triſtitia,cor ſtultorum vbi lętitia. Tertio, futura ſanctorum lætitia,ibi.Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Luc.6.Beati qui lugetis,quoniam gaudebitis &c.Circa primum notãdum, quòd tria oſtẽdũt lætitiam mundanorum eſſe ſtultam. Primo tempus, quia modo non eſt tempus gaudendi, ſed flẽdi.Eccl. 1.Tempus flendi,& tempus ridendi: præmittit tempus flendi, ſubiungit tempus ridendi, vt oſtenderet quod tempus flendi eſt præſens, & futurum erit ridendi: vnde quidam.Nunc eſt tempus flendi,nunc tempus peccata lugẽdi. Secundo locus, quia mũdus iſte locus eſt triſtitiæ, & non lætitiæ. pſal.83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum in loco quem poſuit. Iudicũ.2. Angelus Domini aſcendit de Galgala ad locum flentium.Tertio cauſa, quia gaudent de malis.Prou.2.Lętãtur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Satis ergo patet quòd ſtultum eſt gaudium mundanorum, cum gaudeãt in tempore triſtitiæ, in loco miſeriæ,in perpetratione malitiæ.Aug.Quid eſt ſæculi gaudium,breuiter dicã. Impudicitia,nequitia,ĩſpectabiliter nugari,turpitudinem facere, ebrioſitate ingurgitari. Circa ſecundum notãdum,quòd eſt ſapiẽtiæ triſtari propter tria. Primo, quia per triſtitiam corripitur hominis malitia. Eccleſ.7. Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis.Secundo,quia per momentaneam triſtitiam euadit homo æterna ſupplicia.Greg.Sancti præſentẽ vitã lucrũ putant, quia per hanc ęternã euadere nõ ignorãt. Naũ.1. Afflixi te,& nõ affligã te amplius. Tertio, quia per modicã triſtitiam acquirunt æterna gaudia. 2.Cor.4.Id.n.qd in pręſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtrę ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ põdus operat' in nobis,nõ cõtemplãtibus nobis quę vident', ſed ꝙ nõ vident. Quę.n.videtur tẽporalia ſunt,quæ non videntur æterna. Circa tertium notãdum, quòd futura ſanctorum lętitia dicitur eſſe in tribus.Primo,in diuinæ præſentię conſolatione, ibi. Iterum autẽ videbo vos. Aug.in libro, de ciuitate Dei. Primũ erit ipſe Deus, qui erit omnia in omnibus,qui erit nobis ſalus,honor,& gloria,pax & gaudium,& omnia bona.Gen.14. Ego merces tua magna nimis. Secũdo, in ſumma cordis exultatione, ibi. Et gaudebit cor veſtrum.Iſa.35. Gaudiũ & lętitiã obtinebũt. Tertio,in æternitatis aſſecutione,ibi. Gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis.Iſa.15. Veniet in Siõ cũ laude & lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ, Ad quam lætitiã perducat nos Chriſtus, Amen.

Dominica tertia ex epiſtola.

SIT omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Iac.1. Apoſtolus Iacobus monet nos in iſtis verbis, vt proniores ſimus ad audiendum quàm ad loquẽdum,

A & debent nos ad hoc mouere tria.Primo, naturæ documentum: ſecundo,nocumẽtum: tertio, emolumẽtum. Natura tripliciter docet nos vt plus audiamus quàm loquamur. Primo, quia natura dedit homini duplex inſtrumentũ audiendi,& tantũ vnum loquendi, vt hoc ipſo oſtẽdatur quòd in duplo homo debet audire quàm loqui. Secundo,quia natura dedit pluribus animalibus auditũ, loquelam nõ dedit niſi homini animali rationali, vt ex hoc oſtenderetur quòd locutio debet eſſe rationalis.Col.4.Sermo veſter ſemper ſit ſale conditus.Tertio,quia natura dedit inſtrumenta audiendi ſemper aperta,ſed inſtrumentum loquẽdi clauſit ſub duobus clauſtris,vel muris: homo B enim ſemper habet aures apertas, ſed linguam clauſam ſub labijs & dentibus: eſt enim lingua quaſi mala monacha, & ideo recluſit illam Deus ſub pluribus clauſtris.Michęę.8. Cuſtodit clauſtra oris tui. Circa ſecundum ſciendum quòd triplex nocumentũ prouenit ex multa locutione. Primo, malum culpæ Prou.10.In multiloquio non deerit peccatum.Secũdo, malum pœnæ. Eccle.20. Qui multis vtitur verbis,affligit animã ſuam.Tertio,malum infamiæ.Pro. 18.Qui reſpõdet antequàm audiat, ſtultum ſe eſſe demõſtrat, & dignũ confuſione.De his tribus Ia.3.Lingua enim eſt vniuerſitas iniquitatis,ecce primũ.Lingua eſt inquietum malum plena veneno mortifero, ecce ſecundum Lingua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totum corpus,ecce tertium. Cir-C ca tertiũ notandũ,ꝙ triplex vtilitas prouenit homini qui multum audit,& parum loquitur. Primo bona gratiæ.Eccle.32.Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.Secundo, bona ſapientię.Eccl.6. Si inclinaueris aurem tuã,excipies &c.Tertio,iucunditas mẽtis & tranquillitas.Pro.31. Qui cuſtodit os ſuũ,& linguã ſuã,cuſtodit ab anguſtiis animã ſuã &c.

Dominica quarta ex epiſtola.

SIQVIS putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuã &c.Iacobi.1.In iſtis verbis monet beatus Iacobus ad refrenationẽ D linguæ.Sunt autem tria quæ debent mouere ad refrænandam linguam. Primo, quia qui non refrænat linguam ſuã,cadit in multa peccata.Secundo,quia multa mala pœnæ incurrit. Tertio, quia qui refrænat linguam ſuam,multa bona acquirit. De primo,Prouer. 3.In multiloquio peccatum non deerit. De ſecundo Eccle.20. Qui multis vtitur verbis, affligit animam ſuam.De tertio,Pro.18. Qui reſpõdet priuſꝙ audiat, ſtultũ ſe eſſe demonſtrat. Circa primum notãdum, ꝙ ſcriptura ponit multas linguas, per quas ſignificantur diuerſa peccata, quæ committũtur per linguam, & tales linguæ ſunt refrænandæ. Prima eſt lingua doloſa, quæ eſt in duplicibus & proditoribus. pſa.119. Libera me a lingua doloſa.Hiere.9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolũ locuta eſt: in ore ſuo pacẽ cum ami-E co ſuo loquitur, & in oculto ponit ei inſidias. Secunda eſt lingua magniloqua quæ eſt in ſuperbis & arrogantibus.pſal.11. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguã magniloquã.Tertia eſt lingua ſerpẽtina & venenoſa, quę eſt in inuidis & detractoribus. pſ.139. Acuerũt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ. Quarta eſt lingua mendax in periurantibus, mentientibus, & falſis teſtibus. Prou. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus, oculos ſublimes, & linguam mendacem &c. Quinta eſt lingua blanda, quæ eſt

est in mentientibus. Prou. 6. Vt custodias te a muliere mala, & a blanda lingua extraneæ. Sexta est lingua tertia quæ est in lenis, & lenonibus. Ecclesi. 28. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Prima lingua in opere luxuriæ est hominis diligentis mulierem: secunda mulieris dilectæ: tertia est lingua nuntij, vel nuntiæ portantis verba dilecti ad dilectam, & dilectæ ad dilectum. Septima est lingua iniqua, quæ est in adulatoribus. Prou. 14. Malus obedit linguæ iniquę. Lingua iniqua est quando facit malum adulatoribus prouocantibus. Octaua est lingua gladiosa, quæ est in iracundis & furiosis, qui cõuitijs & opprobrijs occidũt multos. psal. 56. Filij hominũ dẽtes eorũ, arma & sagitta lingua eorũ gladius acutus Nona lingua fallax, quę est in malis mercatoribus & deceptorib⁹: fallũt simplicẽ, qui merces suas mẽdacijs pręcommẽdãdo, vel falsis põderibus, numeris, & mẽsuris decipiendo. Pro. 26. Lingua fallax non amat veritatẽ. i. Christũ, & os lubricũ operat ruinas. s. corporis & animæ. Prou. 21. Qui cõgregat thesauros lingua mẽdacij. s. in operatione, vanus & excors. i. sine corde & discretione, & ipingit ad laqueos mortis, scilicet velit nolit. Decima est lingua blasphema, quæ est in eis qui Deum & sanctos suos blasphemant. Vnde decima est lingua acharis, idest, sine gratia, quæ est ĩ histrionibus & derisoribus in eis qui verba otiosa libenter loquuntur. Eccles. 20. Homo acharis quasi fabula uana. Circa secundum notandum, q̃ multas pœnas incurrit, homo qui non refrænat linguam suam. Primũ est ruina, Pro. 12. Propter labiorũ peccata ruina proximat malo. Eccles. 10. Labia stulti præcipitabunt eum. Secundum est, quia nihil habere potest in vita ista prosperum. psal. 139. Vir linguosus non dirigetur in terra. Tertium, labor. Quartum, dolor. psal. 9. Sub lingua eorum labor & dolor. Quintum, ipsius peruersa destructio loquentis. Sextum, ipsius de vita æterna repulsio. psal. 51. Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa, propterea Deus destruet &c. Septimũ, est ipsi⁹ malæ linguę arefactio. Isa. 41. Ligua eorũ siti exaruit. Octauũ, eiusdem linguę in igne infernali cruciatio. Luc. 16. Mitte Lazarũ vt intingat &c. Nonum eiusdẽ linguæ cõmãducatio. Apoc. 16. Cõmanducabũt linguas suas præ dolore. Decimum, est mors æterna. Prou. 18. Mors & vita in manu linguæ, idest, in operatione vel operibus linguæ. Qui refrænat linguã suam, habebit vitã æternam: qui nõ, habebit mortem æternã. Vnde decimum, sentiet omne malum, Prou. 17. Qui vertit linguã suã, scilicet nigrum in candidum vertit ad libitum audientiæ, incidet in malum scilicet gehennæ. Prou. 13. Qui custodit os suũ, custodit aiam suã: qui aũt incõsideratus est ad loquendum, sentiet mala. s. æterna. Circa tertium notandum, quòd multa bona contingunt ex refrænatione linguæ. Primum est, vitę perfectio. Iaco. 3. Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Secundum est, mẽtis in Deum eleuatio. Tre. 3. Sedebit solitarius, & tacebit &c. Tertium est, vitæ æternæ acquisitio. psa. 33. Quis est hõ qui vult vitã diligit dies videre bonos? Cohibe linguam tuam a malo &c.

Dominica quarta ex euangelio.

REVERTI mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, Ioan. 17. In istis verbis tria ponuntur, de quibus Sanctus spiritus arguet mundanos. Primo, arguet de peccato, quod debent fugere: secũdo, de iustitia quam debent facere: tertio, de iudicio quod debẽt expauescere. Primum, ibi. De peccato: secundum, ibi. De iustitia: tertium, ibi. De iudicio. Circa primum notandum, quòd peccatum fugiendum est propter multa, sed maxime propter tria magna mala quę facit homini. Primo, quia ponit hic peccatores in multa miseria. Prou. 14. Miseros facit populos peccatum. Secundo, quia priuat hominẽ æterna gloria. Isa. Tollatur impius, ne videat gloriã Dei. Tertio, quia ducit hominem ad ęterna supplicia. Mat. 25. Ibunt hi in supplicũ æternum. Circa ſm notandum, quòd iustitia est faciẽda maxime propter tria Primo, quia ponit hic hominem in multa lętitia. psa. 18. Iustitiæ Domini rectę lætificantes corda. Secũdo, quia liberat hominem a morte perpetua. Prou. 11. Iustitia, scilicet opera iustitiæ liberabit a morte, scilicet æterna. Prou. 25. Qui sequitur iustitiam & miseri cordiam, inueniet vitam. Tertio, quia ducit hominẽ ad æterna gaudia. Mat. 25. Iusti autem ibunt in vitam æternam. Circa tertium notandum, quòd futurum iudicium maxime est timendum propter tria. Primo, propter iudicis æquitatẽ. psal. 7. Deus iudex, iustus, fortis, & patiens. Secundo, propter iudicis seueritatẽ. Iudit. 6. In die iudicij visitabit illos, & dabit ignes & vermes &c. Tertio, propter sententiæ irreuocabilitatem. Mat. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Æternum dicitur quod finem non habet. A quo igne liberet nos Deus, Amen.

De eadem dominica ex euangelio.

CVM venerit paraclitus ille arguet mundũ Io. 6. Dupliciter arguet Dominus peccatores in præsenti & in futuro: in præsenti tripliciter. Primo, per luminis Spiritus sancti infusionẽ, vt dicit Eph. 5. Omne quod arguitur, a lumine manifestatur. Secundo, per prędicationem. Iudę 2. Illos autẽ redarguite iudicatos. 1. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa &c. Tertio, per conscientiæ remorsionem Iob. 13. Verum tamen vias meas in cõspectu eius arguam. & psa. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, idest, cõscientiã tuã. In futuro tripl̃ redarguentur peccatores. Primo, arguet eos sua malitia se ipsam manifestãdo. Hierem. 2. Arguet te malitia tua. Secundo, omnis creatura eos increpãdo. Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarũ contra insensatos. Tertio, arguet eos Christus iustissime cõdemnando in causam. Iudæ. 2. Ecce venit Deus in sanctis millibus suis facere iudiciũ cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorũ, quibus impie egerunt. Arguet autem tripliciter. Primo, in ęquitate nullatenus a iustitia declinando. Isa. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Secundo, in furore ęquissime impios puniendo. psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Tertio, arguet vniuersaliter nulli impio indulgendo. Iudith. 2. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguet omnes impios, A qua arguitione liberet nos Deus, Amen.

Item ad idem ex euangelio.

EXIVI a patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem Ioan. 16. Quatuor ponit in verbis istis. Primo, suũ a patre exitum, ibi. Exiui a patre. Exire suum a patre fuit se visibilem facere. Secundo, suum in mundum aduentum, ibi. Et veni in mundum. Tertio, suum a mundo discessum, ibi. Iterum relinquo mundum. Quarto, suum ad patrem ascensum, ibi. Et vado ad patrem. Circa primum notãdum, quòd Christus exiuit a patre propter tria. Primo, vt eum mundo manifestaret. 1. Io. 1. Deũ nemo vidit vmquam: vnigenitus &c. Secũdo, vt eius voluntatem nobis declararet. Ioan. 15. Omnia quæcũque audiui a patre meo, nota feci vobis. Tertio, vt ei⁹ charitatem nobis manifestaret. 1. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Circa secundum notãdũ, quòd venit in mundum propter tria. Primo, vt ipsum illuminaret. Io. 8. Ego sum lux mundi. Secundo, vt ipsum Deo patri reconciliaret. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum recõcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum recõciliationis. Tertio, vt eum a potestate diaboli liberaret. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras &c. Idẽ. 3. Nõ enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Circa tertium notandum, quòd deseruit mundum Christus propter tria. Primo, propter ipsius malignitatem. 1. Ioã. 5. Totus mundus in maligno positus est. Secundo, propter ipsius ingratitudinis peruersitatem. Ioan. 5. Si mundus vos odit, scitote q̃a me priorẽ vobis odio habuit &c. Quæ potuit esse maior ingratitudo & peruersitas q̃ odire eum, qui venerat saluare mundum? Tertio, vt relinquendi mundum nobis exemplum daret. Ioan. 20. Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo. 1. Io. 2. Nolite diligere mũdum, neque ea quæ in mundo sunt. Circa quartum sciendũ quòd Christus ascendit ad patrem propter tria. Primo, vt eũ pro nobis rogaret. Ioan. 14. Ego rogabo patrẽ &c. Secũdo, vt Spiritum sanctum nobis destinaret. Ioan. 16. Si enim nõ abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittã eũ ad vos &c. Tertio, vt nobis locum apud patrẽ pararet. Io. 19. Vado parare vobis locum, Ad quem locum nos conducat &c. Amen.

In rogationibus ex epistola.

MVLTVM valet deprecatio iusti assidua. Iac. 5. Sex modis põt ostẽdi q̃ multum valet deprecatio iusti. Primo, in cõparatione ad Dominũ tripliciter. Primo, quia irã mitigat. Sap. 18. Proferens seruitutis suæ scutum orationẽ &c. Secundo, quia quicquid ab eo petit, impetrat. Mat. 21. Quæcũque in oratione petieritis credentes, accipietis. Tertio, quia inclinat eum ad hominis obedientiam. Iosue. 10. Non fuit antea tam longa dies, nec postea obediente Domino voci hominis. Secundo, in comparatione ad angelos tripliciter. Primo, quia orãtibus angeli assistunt. Dan. 9. Adhuc me in oratione loquẽte, ecce vir Gabriel &c. Secundo, quia orationes Deo offerũt. Tertio, quia exauditionem orationis referũt. De his duobus, Tob. 12. Quando orabas cũ lacrymis ego obtuli orationem tuã Dño, & nũc misit me Dñs vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui a dęmonio liberarem. Tertio, in comparatione ad omnes tripliciter. Tria enim potest facere oratio iusti hominibus. Primo, a malis liberare. Secundo, veniam impetrare. De his duobus Iaco. 5. Oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis sit, dimittetur ei. Tertio, æternaliter saluare. Iaco. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Quarto, in comparatione ad dæmones tripliciter. Primo, quia dęmones orationibus fugiunt. ps. 6. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ, quoniam exaudiuit Dominus oration em deprecationis meæ: vnde de quodam dæmone dr̃ in vitis parũ fugisse, quẽ emit tebat Iulianus apostata. Secundo, quia orationes iustorum eos de corde expellunt. Mat. vlti. In nomine meo dæmonia eiiciẽt. Tertio, quia orationibus iustorum obediunt. Mat. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidẽ, & nõ hesitaueritis, dicetis huic mõti. i. diabolo. Tollere, & iacta te in mare, ita fiet. Quinto, in comparatione ad omnes creaturas, & hoc septẽ modis. Primo, quia potest oratio iusti solem sistere. Ios. 10. Tunc locutus est Iosue Domino, dixitque. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steteruntque sol & luna. Secũdo, quia potest ignem de cælo deponere. 4. Reg. 1. Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te. Tertio, quia potest cęlum aereum claudere. Ia. 5. Elias homo erat similis nobis, & oratione orauit, vt non plueret annos tres, & menses sex. Quarto, quia potest aquas currẽtes immobiles facere 4. Re. 2. Et dixit, vbi est Deus Eliæ etiã nunc, & aquæ diuisæ sunt huc atque illhuc, & transiuit Eliseus. Quinto, quia potest fertilitatem terræ reddere. Iac. 5. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiã, & terra fructum suũ. Sexto, quia potest mortuos de purgatorio educere. Eccle. 48. Quis potest similiter gloriari tibi, qui substulisti mortuos ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei? Septimo, quia potest bestias ferocissimas mãsuetas facere. Dan. 6. Adduxerunt Danielem, & miserũt eum in latum leonum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuẽta est in me. Vnde sancta Lucia dixit. Mihi si feras promittis, audito Christi nomine, mansuescunt. Patet ergo q̃ magna est potẽtia orationis iusti, quæ potentiam habet in Deo, in angelis, in dæmonibus, in cælo, in igne, in aere, in aqua, in terra, in bestijs, & omnibus creaturis &c.

In rogationibus ex epistola.

ESTOTE prudentes, & vigilate in orationibus. 1. Petri. 4. Beatus Petrus in ista epistola ad tria monet. Primo, ad orationem, ibi. Estote prudẽtes & vigilate in orationibus. Secundo, ad dilectionem, ibi. Ante omnia mutuã in vobis metipsis charitatem continuam habẽtes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Tertio, ad rectam intentionem, ibi. Siquis ministrat &c. Circa primum tria facit. Primo monet orare prudenter. i. fideliter, ibi. Estote prudentes &c. glosa. Non deficiẽtes a fide. Iaco. 1. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnib⁹ affluẽter &c. Mat. 11. Et oĩa quæcũq; petieritis in oratione, credite, & accipietis. Secũdo, monet orare attente, ibi. Et vigilate. glo. ne animus cogitet aliud præter id quod precatur, cũ ad orãdum stamus, omnis carnalis cogitatio abscedat, adsistat intẽtio cordis syncera, Deum nõ sono vocis, sed sensum mentis oret. Tertio, monet orare frequenter, ibi. In orationibus. Pluraliter dicit, vt notet frequentiã orandi. Luc. 18. Oportet semper orare, & numquã deficere. Circa secundum similiter tria facit. Primo, monet ad exhibendam dilectionem, quę est in affectu cordis, ibi. Ante omnia mutuã in vobis metipsis charitatem &c. 1. Tim. 4. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Secundo, ad dilectionem, quæ est in affectu operis, ibi. Hospitales inuicem sine murmuratione. Heb. 12. Ho-

12. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hãc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis &c. Tertio, ad dilectionem quæ est in affectu sermonis, ibi. Si quis loquitur quasi sermo res Dei. Quilibet enim tenetur proximum corde diligere, & opere subuenire, & ore docere. Heb. 3. Videte fratres ne quando sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis recedendi a Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies, donec hodie congnominatur, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati &c. Circa tertiũ similiter tria facit. Primo, monet vt oĩa bona a Deo nos habere cognoscamus, ibi. Siquis administrat tãq̃ ex virtute quam administrat Deus. glosa. Eleemosynã, vel quodlibet bonum opus humiliter impẽdat nisi a solo Deo. Isa. 16. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Secundo, monet vt omnia ad honorem Dei faciamus, ibi. Vt in omnibus honoretur Deus. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Tertio, monet nos vt gratiã & gloriã Domino referamus. 1. Tim. 5. Deo in omnibus gratias agite, cui est honor, & gloria & imperiũ p sęcula

Ad idem ex epistola.

HOSPITALES sine murmuratione. 1. Pet. 4. Quatuor sunt q̃ monent nos ad hospitalitatẽ faciendã. Primo, præceptum Domini. Secundo, sanctorum exemplum. Tertio, supplicium si non fiat. Quarto, multiplex si fiat emolumẽtum. *Quære in secunda dominica post octauam Epiphaniæ.*

In die Pentecostes ex euangelio.

CVM venerit paraclitus quẽ mittã vobis a patre, ille testimoniũ perhibebit de me. Io. 15. In istis verbis tria notant. Primo, psonarũ trinitas, ibi. Paraclit⁹. Secũdo, trinitatis charitas, ibi. Mittã. Tertio, charitatis vtilitas, ibi. Testimoniũ phibebit de me. Circa primũ. Primo, ponit spũsctũs q̃ mittit, ibi. Paraclit⁹: secũdo, fili⁹q̃ mittit, ibi. A pre. gl. Ecce tota trinitas. Spũsctũs veniẽs, filius mittẽs a patre. Qũo appareat ista beata trinitas in creaturis, quęre inter festiuos trinitatis. Charitas trinitatis ad hoĩes apparet ĩ hoc, quia parata est paraclitum nobis mittere. Dedit autẽ nobis trinitas. Primo, consolatorem filium, eũ hominem faciẽdo. Isa. 51. Spiritus Domini super me, & post vt consolarer omnes lugẽtes &c. Secundo, dedit & dat spiritumsanctum, eũ in corde sanctorum transfundendo: ideo dicitur paraclitus, idest, consolator. Act. 9. Ecclesia quidem per totam Iudęam, & Galilęam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini &c. & post. Cõsolatione Spiritussancti replebatur. Tertio, dabit nobis consolatorẽ Deus trinitas se nobis largiẽdo in præmium. Isa. vltimo. Quomodo si mater blandiatur, ita & ego consolabor vos &c? Item dabit nobis tres aduocatos. Primo, filium. 1. Io. 1. Aduocatũ habemus apud patrem &c. Secundo, spiritumsanctum. Ioa. 15. Paraclitus autem spiritussanctus &c. Paraclitus eni aduocatus interpretatur. Tertio, beatam Virginem, vnde cãtamus ei. Eia ergo aduocata nostra &c. Circa tertium notãdum, quòd testimonium de Christo quod esset verus Deus, perhibuit primo pater, secundo filius, tertio spiritussanctus. 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. Quarto, sancti, ibi. Et vos testimonium perhibebitis de me. Perhibuerunt autem sancti testimonium de Christo tripliciter. Primo, venturum prædicãdo. Ioã. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternã habere, & ipsæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Secundo, præsentem demonstrãdo. 1. Io. 1. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine. Tertio, venisse prædicando. Actuum. 2. Hũc Deus sucitauit, cuius nos testes sumus. Quinto, testimoniũ perhibuerunt de Christo miracula, quæ nullus posset facere nisi Deus. Ioan. 5. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibẽt de me. Sexto, perhibuerũt testimonium angeli. Primo, nasciturum nuntiãdo. Luc. 1. Missus est angelus Gabriel a Deo &c. Secundo, natum prædicando. Luc. 2. Ecce angelus Domini stetit iuxta illos &c. Tertio, resurrexisse affirmando. Mat. 28. Angelus Domini descẽdit de cælo. Quarto, eum venturum ad iudicium prænuntiando. Act. 1. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos &c. Quinto, perhibuit testimonium creatura corporalis, & hoc septem modis. Primo, cælum quadrupliciter. Primo, in natiuitate stellam emittẽdo. Mat. 12. Vidimus stellã eius &c. Secundo, in ascensione eius, ipsum gloriosę suscipiendo. Eph. 4. Qui descẽdit, ipse est qui ascendit &c. Tertio, in baptismo se super eum aperiendo. Mat. 2. Cæli aperti sunt super eum. Quarto, in passione, solis lucẽ auferendo. Luc. 23. Et obscuratus est sol. Secundo, testimonium perhibuit aer. Tertio, aqua ei obediendo. Mat. 8. Qualis est hic, quia venti & mare obediũt ei? Quarto, terra. Mat. 28. Et terra mota est, & ecce terręmotus &c. Quĩto, infernus mortuos restituẽdo. Mat. 28. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Sexto, ignis super discipulos apparendo. Act. 1. Apparuerũt illis dispertitæ linguæ tãquã ignis &c. Cum ergo creator, & omnis creatura testimoniũ de Christi diuinitate perhibeant, credamus omnes, & imitãdo colamus ipsum Dominumsuper omnia benedictum in sæcula sæculorum, Amen.

De eodem ex euangelio.

PARACLITVS quem mittet pater in nomine meo &c. Ioan. 14. In istis verbis prædicit Dñs se missurum Spiritussanctũ, quod fuit hodierna die completum. Circa quam missionem tria notãtur. Primo, mittentis charitas, ibi. Quẽ pater: secũdo, missi benignitas, ibi. Paraclitus: tertio, missionis vtilitas, ibi. Ille vos docebit. Circa primum notandum, quòd tria misit nobis Deus pater, in quibus apparet magna charitas eius. Primo, filiũ ad nostram redemptionem. Rom. 8. Deus mittens filiũ suum in similitudinem carnis pccati, de peccato damnauit peccatum &c. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Secundo, spiritumsanctum ad nostram confirmationem. Gala. 4. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum. Tertio, mittit spiritus angelicos ad nos ad nostram protectionẽ. Heb. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Circa secundum notandum, quòd spiritussanctus dicitur paraclitus. i. consolator, quia consolatur nos in tribulationibus nostris. Cõsolatur autem nos tripliciter. Primo, cęlestes consolationes largiendo. 1. Thess. 1. In tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti. Secundo, donacharismatum nobis in tribulationibus augumentãdo. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus

dibus nostris p Spiritũsanctũ qui datus est nobis. Tertio, quanta sint gaudia, quæ recipiemus pro istis modicis tribulationibus, demonstrando. Rom. 8. Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei: si autem filij, & hęredes: hęredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Christi: & post. Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Itẽ. 2. Cor. 4 Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis &c. Circa tertium notãdũ, quòd Spiritussanctus docet nos tria valde vtilia. Primo, veritatem cognoscere. Ioan. 15. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnia &c. Secũdo, orare vtiliter. Ro. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, idest, postulare facit & docet. Tertio, voluptates carnales despicere. Grego. Gustato spiritu desipit omnis caro.

Translati sumus de morte ad vitam. 1. Io. 3. Quintuplex est translatio. Prima admirabilis: secunda est amabilis; tertia est detestabilis: quarta, formidabilis: quinta, desiderabilis. *Quære in translatione beati Dominici inter festiuos.*

Dominica prima post Pentecosten ex epistola.

DILIGAMVS Deum, quoniam ipse prior dilexit nos &c. Siquis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mẽdax est. 1. Ioa. 4. In istis verbis tria facit Ioan. Apostolus. Primo, monet ad dilectionem, ibi. Diligamus Deum. Secũdo, assignat causam dilectionis, ibi. Quoniam ipse prior dilexit nos. Tertio, ad dilectionẽ proximi, ibi. Si quis dixerit Quoniam diligo Deum, & fratrem suũ odit. Circa primum notandum, quòd tribus modis debemus diligere Deum. Primo, vt totum cor nostrũ amore eius impleamus. Deu. 6. Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo. Secundo, vt nihil nisi propter eum diligamus. Aug. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod nõ propter te amat. Tertio, vt nullis aduersis ab eius charitate auertamur. Ro. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia &c. Circa secundum notandum, quòd propter tria maxime debemus diligere Deũ. Primo, propter eius bonitatem. Ber. Causa diligendi Deum, Deus est. Tanta enim bonitas est Dei, quòd si nihil boni homini fecisset, vel facturus esset, debet tamen eum semper diligere. Secundo, propter eius charitatẽ, vt hic. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Aug. Miser ego quantum diligere debeo Deũ meum, qui me fecit quod nõ eram, redemit cum perieram, qui in peccatis meis venditus eram: venit ille pro me, & tantum dilexit me, quòd pretium sanguinis sui dedit pro me. Tertio, debem⁹ Deum diligere propter nostram vtilitatẽ. Prępara uit enim bona, quæ dici non possunt, his qui diligunt eum. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ prępara uit Deus his qui diligunt illum. Circa tertium notandum, quòd debemus diligere proximum propter tria. Primo, propter præceptum. Ioa. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Secundo, propter naturæ documentum: videmus enim quòd omnia naturaliter diligũt similia. Eccle. 13. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad simile sibi sociatur. Tertio, propter nocumentum quod consequitur qui non diligit proximum: quia incurrit mortem culpæ & gehennæ. 1. Io. 3. Qui non diligit, manet ĩ morte, A qua morte liberet nos &c. Amẽ.

Item ad idem ex euangelio.

RECORDARE quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nũc ãt hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Luc. 16. Quatuor notantur in verbis istis. Primo, reproborũ in præsenti prosperitas, ibi. Recordare quia recepisti bona in vita tua. Secundo, iustorum breuis in hoc mundo aduersitas, ibi. Lazarus similiter mala. Tertio, æterna iustorum felicitas, ibi. Nunc autem iste consolatur. Quarto, impiorum perpetua calamitas, ibi. Tu uero cruciaris. Circa primum notandum, quòd temporalis prosperitas consistit in tribus, quæ habuit iste diues. Primo, in diuitijs temporalibus, ibi. Homo quidam erat diues. psal. 48. In multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur. Secundo, in honoribus sæcularibus, ibi. Induebatur purpura & bysso. Iac. 4. Exultatis in superbijs vestris. Tertio, in voluptatibus carnalibus, ibi. Epulabatur quotidie splendide. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Dicitur Amos. 6. Væ qui comeditis agnum de grege, & vitulos de armenti medio &c. Circa secũdum notandum, quòd aduersitas sanctorum in præsenti cõsistit in tribus, quæ habuit Lazarus. Primo, in rerum paupertate, ibi. Erat quidam mendicus. Tob. 2. Pauperẽ quidẽ vitã gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum, & recesserimus a peccato, & fecerimus bona &c. Secundo, in cõtemptus vilitate, ibi Iacebat ad ianuã. 1. Cor. 4. Tamquàm purgamẽta hui⁹ mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Tertio, in tribulationum & afflictionũ asperitate, ibi. Vlceribus plenus. Iudit. 4. Omnes qui placuerunt Domino, per multas tribulationes transierunt. Circa tertium notãdum, in quibus cõsistit felicitas sanctorum in alio sæculo. Primo, in gloria & honore, ibi. Vt portaretur ab angelis. Aug. Pręclaras exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo præclariores in conspectu Dei vlceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorũ, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ sinũ. psal. 20. Magna est gloria eius in salutari tuo. Secundo, in cælestis regni possessione, ibi. In sinu Abrahæ, per quem intelligitur requies paradisi. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Tertio, in æternarum delitiarũ & consolationum perfruitione, ibi. Nunc autem iste consolatur. psa. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscõdisti timentibus te &c. psal. 15. Delectationes in dextra tua vsque in finem. Circa quartum notandum, quòd tria ponuntur hic, ĩ quibus cõsistit futura malorũ calamitas. Primũ est, summa de omnibus bonis carẽtia: & hoc notatur in hoc, q̃ nõ potuit habere guttam aquæ. Iob. 28. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Secundo, pœnarum acerbitas & multiplicitas, ibi. Cum esset in tormẽtis. psa. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum. Tertio, summa confusio & ignominia, ibi. Sepultus est in inferno. Quæ potest esse maior ignominia quàm tali sepultura sepeliri? Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur. Hier. 20. Confundentur vehementer, quoniam non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nulla obliuione delebitur. Præsens

ſens igitur proſperitas eſt contemnenda: præſens aduerſitas hilariter ſuſtinenda, damnatorum calamitas fugienda, & ſanctorum felicitas cum omni ſtudio appetenda, Ad quam perducat nos &c. Amen.

Dominica ſecunda ex epiſtola.

SIQVIS habuerit ſubſtãtiã huius mũdi &c. 1.Ioan.3. In iſtis verbis monet nos beatus Ioãnes Apoſtolus ad faciendam eleemoſynam propter tria. Maxime enim tria bona acquirit qui facit eleemoſynam. Primo, bonum temporale: ſecundo, bonum ſpirituale: tertio, bonum æternale. Circa primum notandum, quòd homo acquirit tripliciter bonum temporale per dationem eleemoſynæ. Primo, diuitiarum augmentationem. Honora Dominum.i. eius laudem quære, non tuam, nõ mundi. De tua ſubſtantia ſcilicet, quæ recte poſſides, non de rapinis, nõ de aliena: & de primitijs fructuũ tuorum da pauperibus, & implebũtur horrea tua ſaturitate.ſ. in futura ſatietate. Nõ eſurient, neq; ſitient amplius: & vino torcularia redũdabunt. Gloſa. Qui thesaurizant in cælis, veras ibi delitias inuenient: quorũ horrea implebuntur ſaturitate, quia ſatiabitur cum manifeſtabitur gloria eius, & torcularia redũdabunt vino, quia interna ſuauitas æternorum corda fideliũ in laudes conditoris accẽdit: & qui terrena ſubſidia pauperibus largitur, ditior dando cæleſti remuneratione reddetur. Secundo, ab inimicis defenſionẽ. Eccle. 17. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo: quia merces iuſtitiæ in æternum, & gratiam hominum & vitam æternam quaſi pupillam conſeruabit. Item, Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum pugnabit, gloſa. Magis valet eleemoſyna cõtra inimici iaculum quàm arma terrena. Tertio, vitæ præſentis prolongationẽ. 1.Tim.4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quę nunc eſt, & futuræ. Circa ſecundum notandum, quòd triplex bonum ſpirituale acquirit homo per eleemoſynam. Primo, peccatorum remiſſionem. Dan. 5. Peccata tua eleemoſynis redime. Pro. 6. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, ſcilicet, omne peccatũ. gloſa. Miſericordia redimitur iniquitas peccatorum, cum dat & dimittit alijs. Veritate, ideſt, iuſtitia cum ſeipſum de iniquitate accuſat, & pęniteat. Secũdo, orationum exauditionẽ. Eccle. 29. Eleemoſyna in ſinu pauperum conclude, & ipſa pro te orabit, ab omni peccato ſcilicet remouendo. Gloſ. Bene monendo, bene cõſulendo in corde abſcõdit eleemoſyna Tertio, gratiæ cõſeruationem. Eccle. 17. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo &c. & gratiam hominis quaſi pupillam oculi conſeruabit, vt ſupra. Circa tertium ſimiliter notandum, quòd triplex bonum æternale acquirit homo per eleemoſynam. Primo, a morte ęterna liberationem. Tob. 4. Eleemoſyna ab omni peccato & a morte liberat &c. Secundo, vitæ æternę poſſeſſionẽ. 1.Tim.4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Tertio, præmij æterni augmentationem. 2.Cor.9. Qui parce ſeminat, & qui ſeminat in benedictione de benedictione & metet vitam æternam, Ad quam nos perducat &c.

De eadem ex euangelio.

HOMO quidã fecit cœnã magnam, Luc. 13. Per cœnã iſtã, ſicut dicũt ſancti, intelligit beatitudo cæleſtis. Dicitur autem cœna iſta magna propter tria Primo, propter celebrantium ipſam cœnam multiplicitatem. Secundo, propter ferculorum quæ ibi dabuntur copioſitatem. Tertio, propter ipſius cœnæ æternitatem. Propter primum dicitur magna triplici ratione. Primo, ratione facientium. Facientes ſunt pater, & filius, & ſpirituſſanctus: immẽſus pater, immẽſus filius, immẽſus ſpirituſſanctus: & ideo immẽſam faciunt cœnam. Iſa. 25 Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cõuiuium pinguiũ, conuiuium vindemię, pinguium medullatorum, vindemię deſęcatę. Heſt. 1. Tertio anno imperij ſui rex Aſſuerus fecit conuiuium cunctis pueris & principibus ſuis &c. Secundo, ratione miniſtrãtium, qui ſunt millia millium. Dan. 7 Millia millium miniſtrabant ei. Tertio, ratione conuiuantium, qui erunt decies cẽtena millia. Dan. 7. Decies centena millia aſſiſtebãt ei. Propter ſecundum dicitur magna cęna illa, quia erũt ibi millia millium ferculorum Fercula in vita ęterna ſunt gaudia: & quia ſunt ibi millia millium gaudiorum, erunt ibi millia millium ferculorum. Poſſumus autem hic aſſignare tria magna fercula. Primum ferculum erit gaudium de omnium malorũ abſentia. Secundum, de omnium bonorum prę ſentia. De his duobus. Deute. 8 Ibi abſque vlla penuria bonorum omnium abũdãtia perfrueris. Iſ. 33. Gaudium & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Tertium, cõtinua de diuina laude lætitia. pſal. 83. Beati qui habitãt in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. De his tribus Aug. in libro de ciuitate Dei vlti. O quanta erit illa felicitas, vbi nullum malũ erit, nullum latebit bonum, vacabitur ĩternis laudibus, & Deus erit omnia in omnibus. Circa tertium notandum, quòd cœna iſta dicitur æterna propter tria. Primo, quia numquàm terminabitur. Ioã. 16. Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Cœnare enim eſt gaudere. Secundo, quia numquàm a cœnando ceſſabitur. Apoc. 4. Requiem non habebant die ac nocte dicẽtia. Dominus Deus omnipotens qui eſt, & qui erat, & qui vẽturus eſt: clamãtia & dicẽtia Sanctus, Sanctus, Sanctus. Laudare.n. ibi eſt idẽ quod cęnare. Tertio, dicit ęterna. quia tota ſimul mauducabitur. Boetius. Dicitur æternitas vitæ beatæ poſſeſſio tota ſimul. Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt, Ad quam cœnã perducat nos Ieſus Chriſtus, Amen.

Dominica tertia ex epiſtola.

HVMILIAMINI ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. 1.Petri. 5. Tria facit ĩ his verbis beatus Petrus. Primo hortatur ad humilitatem: ſecundo, oſtendit humiliandi neceſſitatem: tertio, ponit humilitatis vtilitatẽ. Primũ, ibi. Humiliamini: ſecundum, ibi. Sub potẽti manu Dei, qui poteſt humiliare inuitos: tertiũ, ibi. Vt vos exaltet in tempore tribulationis. Circa primum notãdum, quòd triplex eſt humilitas. Prima, culpæ. Eccle. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, cuius interiora plena ſunt dolo. Secunda, pęnę. pſal. 105. Tribulauerunt eos inimici eorũ, & humiliati ſunt ſub manib⁹ eorũ. Tertia, gratiæ, Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Prima, eſt fugienda: ſecunda, ſuſtinẽda: tertia, appetenda. Circa ſecundum notandum, quòd Deus oſtendit potentiam ſuam ſuperbis tripliciter. Primo, eis reſiſtendo: ſecundo, eos deijciendo: tertio, æternaliter puniendo. De primo, Iaco. 4. Deus ſuperbis

ſuperbis reſiſtit. De ſecundo, pſal. 72. Deieciſti eos dũ alleuarentur. De tertio, Ioel. 2. Aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbe egit. Baruc. 5. Conſtituit Dominus humiliare omnẽ mẽtẽ excelſam. Circa tertium notandum, ꝙ triplicem vtilitatem acquirit homo de humilitate. Prima eſt bonum gratiæ: ſecunda, bonum ſcientiæ: tertia, bonum gloriæ. De prima, Iaco. 4. Humilibus dat gratiam. De ſecunda, Mat. 11. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. De tertia, Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.

De eadem ex euangelio.

GAVDIVM eſt corã angelis Dei ſup vno peccatore pænitentiam agente, Luc. 15. Duo notãtur in verbis iſtis. Primo, angelorum dignitas, ibi. Angelis Dei. Secundo, eorum benignitas, ibi. Super vno peccatore pænitentiam agente. Magna eſt dignitas angelorũ ꝙ ſunt nũtij Dei, & magna benignitas ꝙ gaudẽt de cõuerſione vnius peccatoris. Circa primum notandum, ꝙ angeli dicuntur angeli Dei, ſicut dicuntur hic: & angeli noſtri, ſicut dicitur Matthęi. 18. Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt. Et per hoc notatur in eis duplex virtus: habent.n. duplicem virtutem aſſiſtẽdi, & miniſtrandi. Aſſiſtunt.n. Deo, & miniſtrant nobis. Deo aſſiſtũt tripliciter. Primo, contemplando, Mat. 18. Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei &c. Secundo, amando. 1.Petri. 2. In quem deſiderant angeli proſpicere. Aug. Tãta eſt diuini plenitudo aſpectus, vt numquàm poſſit videri ſine amore. Tertio, laudãdo. Damaſ. Opus.n. angelorum eſt hymnis Deũ laudare. Nobis miniſtrant tripliciter. Primo, purgando: ſecundo, illuminãdo: tertio, proficiendo, ſicut dicit Dionyſius. Purgant.n. a malis liberãdo. Iſa. 6. Et volauit ad mevn⁹ de Seraphim, & ĩ manu eius calcul⁹ &c. Illuminant docendo. Dan. 10. Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meũ, & ego remãſi ibi iuxta regem Perſarũ. Veni aũt vt docerem te q̃ ventura ſunt populo tuo &c. Proficiũt ad bonũ prouehẽdo. 3.Reg. 19. Et ecce angel⁹ Dñi tetigit eũ dicens, Surge, & comede &c. Circa ſm notandum, ꝙ propter tria angeli gaudent de peccatorũ cõuerſione. Primo, propter ſui myſterij impletionẽ: ſunt.n. miniſtri, vt moneant nos ad pænitentiam. Heb. 1. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hęreditatem capiũt ſalutis? Secundo, propter dæmonum confuſionẽ. Dæmones.n. confundũtur, quando aliquis ad pęnitentiã conuertitur, quod eſt gaudiũ angelis. Apo. 12. Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpẽs antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbẽ, proiectus eſt ĩ terrã, & angeli eius cũ eo miſſi ſunt: & poſt. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Tertio, propter Dei honorẽ. Peccator.n. cum cõuertitur, honorat Deũ, quod eſt gaudiũ angelis. Ioſu. 7. Fili mi, da gloriam Deo, confitere &c.

De eodem.

TERANT appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores, Luc. 15. In iſto euangelio notantur tria principaliter. Primo, magna Domini noſtri Ieſu Chriſti benignitas. Secundo, magna pænitentiæ vtilitas. Tertio, magna vere pęnitẽtis ſanctitas. Circa primũ notatur magna Chriſti benignitas in tribus. Primo, quia pro peccatoribus ſuſcepit humanæ naturæ infirmitatẽ, ibi. Nemo accẽdit lucernã. Grego. Lucernã accendit qui humanã naturam luce ſuæ diuinitatis impleuit. 1 Tim. 1. Fidelis ſermo, & oĩ acceptione dignus, q̃m Chriſtus Ieſus venit pctores ſaluos facere &c. Secũdo, ꝗa pctoribꝰ oſtẽdit ſpecialem familiaritatẽ, ibi. Quia pctores recipit, & mãducat cum illis. Rom. 5. Vbi abundabit delictũ, ſuperabundauit & gratia. Tertio, quia pro pecatoribus ſuſcepit crudelis mortis acerbitatẽ, ibi. Imponit humeris ſuis gaudens. 1.Petri. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. Circa ſm notandum, ꝙ triplex vtilitas pænitentiæ notatur in iſto euangelio. Primo, quia Chriſtus lętatur in ea, ibi. Cõgratulamini mihi, Luc. 15. Epulari autem & gaudere oportet &c. Secundo, quia in ea angeli lætãtur, ibi. Gaudium eſt angelis Dei. Tertio, quia per eam homo a perditione liberat, ibi, Vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eam. Luc. 14. Niſi pænitẽtiam habueritis, oẽs ſimul peribitis. Eze. 18. Cõuertimini, & agite pænitẽtiã ab oĩ iniquitate, & non erit vobis in ruinã iniquitas. Magna vero pęnitẽtis ſanctitas notatur, ibi. Gaudiũ eſt angelis Dei. Magis.n. gaudet Dominus ſuper vno peccatore vere pęnitente, q̃ ſuper multos iuſtos qui numquã peccauerũt: quia iſti frequenter magis negligentes ſunt, iſti feruentiores, ſicut exponit Gregori⁹. Sunt autẽ octo neceſſaria ei qui vult de pęnitẽtia ſua magnũ gaudiũ facere in cęlo. Primo, ĩ amore Dei feruẽter inardeſcere: ſecũdo, ĩ magnis virtutibus ſe exercere: tertio, cũcta difficilia ſancti certaminis petere: quarto, omnia mũdi relinquere: quinto, honores fugere: ſexto, receptis cõtumelijs lætari: ſeptimo, magno deſiderio ad cęleſtẽ patriã anhelare: octauo, damna præcedẽtia lucris ſequentibus compenſare. De his omnibus Gregorius. Plerũque ij, qui ſe oppreſſos nullis peccatorũ molib⁹ ſciũt, pigri remanẽt: at ecõtrario oẽs ij, qui ſe illicita aliqua egiſſe meminerũt, ipſo ſuo dolore cõpũcti in amorẽ Dei inardeſcẽtes, ſe ſe in magnis virtutibus exercẽt, cũcta difficilia ſancti certaminis appetũt, omnia mũdi derelinquunt, honores fugiũt, acceptis cõtumelijs lætantur, ad cęleſtẽ patriã anhelãt: & quia ſe erraſſe a Dño cõſiderãt, damna præcedẽtia lucris ſequẽtibus cõpẽſant. Qui iuſtã pęnitẽtiã egerint, abſque dubio peruenient ad regnũ cælorũ. Mat. 3. Pęnitẽtiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum, Ad quod &c. Amen.

Dominica quarta ex epiſtola.

EXPECTATIO creaturę reuelationẽ filiorũ Dei expectat, Ro. 8. Apoſtolus ĩ iſta epiſtola intendit oſtendere quòd omnes creaturæ ſuo modo deſiderant aduentum gloriæ ſanctorum. Sunt autem quatuor creaturæ quæ deſiderant aduentum gloriæ ſanctorum. Primo, creatura angelica: ſecundo, creatura cæleſtis: tertio, creatura terreſtris: quarto, creatura humana, & ideo forte quater nominat creaturam in iſta epiſtola. Circa primũ notandum, quòd angeli deſiderant propter tria. Primo, propter plenam de inimicis ſuis victoriæ conſecutionẽ. Apoc. 12. Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbẽ, & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt. Et poſt.

Lętamini cęli, & qui habitatis in eis. Secũdo, propter ministerij ſui completionem. 1. Cor. 15. Cũ euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutẽ. Oportet autem illũ regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Tertio, propter perfectã ciuitatis ſuæ reparationem. pſa. 109. Iudicabit in nationibus, ĩplebit ruinas. & Eph. 1. In quo ꝓpoſuit reſtaurare vniuerſa ſiue quæ in cælis ſunt, ſiue quæ in terra.

Circa ſecundũ notandum, ꝙ creatura cęleſtis deſiderat propter tria. Primo, ꝓpter ſeruitij ſui indignis ſubtractionem. Iſidorus. Sol & luna poſt iudicium non deſcendẽt ad occaſum, nec impijs ſub terra poſitis ſeruiet lux eorum. Secundo, propter amiſſæ pulchritudinis recuperationẽ. Iſa. 37. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis lucebit ſeptempliciter. Tertio, propter ſuam a motu repauſationẽ. Abacuc. 3. (Secũdum aliam trãſlationem.) Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo, ſol in oriente, luna in occidẽte, ſicut in creatione ordinati ſunt: hęc. n. tria bona conſequũtur corpora cælęſtia. Item, creatura terreſtris deſiderat propter tria. Primo, pp ſuã a peccatis impiorũ emũdationem. Modo enim impij contaminant terram iniquitatibus. pſalm. 105. Contaminata eſt terra in operibus eorum, ſed tũc purgabitur per ignẽ. 2. Petri. 3. Elementa vero calore ſoluentur: terra vero & ea quę in eis ſunt, igne comburentur. Secũdo, propter ſuam a corruptione liberationẽ: modo. n. corupitur vt fiat generatio, ſed tunc ceſſabit corruptio, qm̃ nõ erit neceſſaria generatio. Rom. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Tertio, propter ſuam renouationem. Iſa. 64. Ecce ego creo cælũ nouũ, & terrã nouã, & nõ erunt in memoria priora, ſed gaudebitis & exultabitis in eis, quę ego creo vſq; in ſempiternũ. Homo ſimiliter deſiderat propter tria. Primo, propter ſuã a malo liberationẽ: ſecũdo, propter ſuã in omni bono repletionẽ: tertio, propter æternitatis cõſeruationẽ. Hæc tria conſequetur homo in die iudicij, qui ſic viuit hic vt ad illã mereatur peruenire. De his tribus Aug. in libro de ciuitate Dei. Vna erit igitur illius ciuitatis in omnibus & in ſeparabilis & ſingularis libera voluntas liberata ab omni malo, repleta omni bono, quod bonũ nõ deficiet in æternũ, fruẽs indeficienter iucũditate ęternorũ gaudiorũ, Quod nobis Chriſtus cõcedat. Amen.

De eadem ex euangelio.

ESTOTE miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, Luc. 6. Duo facit Dominus in verbis iſtis. Primo, inducit ad miſericordiã, ibi. Eſtote miſeri cordes. Secundo, dat miſerendi regulam, ibi. Sicut & pater veſter. Circa primũ notandũ, ꝙ tria maxime debent nos mouere ad faciẽdam miſericordiam. Primo, neceſſitas: ſecundo, vtilitas: tertio, congruitas. Neceſſitas eſt, quia qui non facit miſericordiam, non inueniet miſericordiam. Iaco. 2. Iudicium ſine miſeri cordia fiet ei qui nõ fecit miſericordiam. Vtilitas eſt, quia qui facit miſericordiã, inueniet mĩam. Matth. 5. Beati miſericordes. Congruitas eſt, quia cũ miſericordiam ab omnibus creaturis recipiamꝰ, ſatis cõgruũ eſt quòd alijs miſericordiam faciamus. Sumus enim pleni miſeria, & niſi creaturæ miſererentur noſtri dãdo ſe nobis & ſua beneficia, ſubſiſtere non poſſemus. Si enim ſol, uel ignis ſubtraheret lumẽ ſuum & calorem, & terra fructus ſuos, quid faceret miſer homo? Satis ergo congruum eſt, cum homo indigeat miſericordia, quòd alijs faciat miſericordiam. Prou. 19. Homo indigens miſericors eſt: & qui indiget miſericordia, debet alijs facere miſericordiam, vel aliorum miſereri. vnde creaturæ arguunt quodãmodo in miſeri cordes. Circa ſecundum notãdum, quòd in tribus ꝑcipue apparet miſericordia Dei. Primo, in filij ſui donatione: magnum fuit donum, magna miſericordia, de qua Luc. 1. Ad faciendam miſericordiam &c. Secundo, in iuſtorum glorificatione. pſal. 108. Suauis eſt miſericordia eius. pſal. 35. Domine in cęlo miſericordia tua. Tertio, ĩ peccatorũ iuſtificatione. pſal. 85. Miſericordia tua Domine magna eſt ſuper me. Propter primam miſericordiam debemus illum laudare & amare: propter ſecundam debẽt, ſecure, quãtũcũque ſint magni peccatores, ad Deum confugere. Iſa. 45. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Propter tertiam debemus ad Deum cũ feſtinatione currere. Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem &c.

Hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo, Luc. 6. Hic reprehendit Dominus peccatum hypocriſis, & frequenter in euangelio plus alijs reprehendit: vnde ſatis patet quòd multũ diſplicet ei, & ideo debet quilibet ipſam fugere. Eſt autem fugienda ipſa hypocriſis propter multa mala quæ proueniunt ex ea. Primo, prouenit ex ea multiplex malum culpæ. Secũdo, multiplex malũ pœnę. Tertio, multiplex malum dãni. *Quære inter feſtiuos in feſto ſancti Hippoliti.*

Dominica quinta ex epiſtola.

DECLINET autem a malo, & faciat bonũ, inquirat pacem, & perſequatur eam. 1. Petri. 3. Duę ſunt partes iuſtitię, ad quas inuitat nos beatus Petrus in verbis iſtis. Prima eſt fuga mali, ibi. Declinet a malo: ſecunda, delectatio boni, ibi. Et faciat bonum. Circa primum notandum, quòd malum fugiendum eſt maxime propter tria. Primo, propter multam amaritudinem quam inducit: ſecũdo, pp dãnũ quod adducit: tertio, propter pœnã ad quam conducit. De Primo, Hiere. 3. Vide quàm malum eſt & amarum dereliquiſſe Dominum Deum tuum, & non eſſe &c. Inducit autem multam amaritudinẽ peccatum propter tria. Primo, quia Dñs aduerſatur peccato. Deut. 25. Auerſatur omnem iniuſtitiam. Ibidẽ. 31. Inuenerũtque eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illa die, Vere quia Dominus non eſt mecum, inuenerunt me hæc mala. Secundo, quia homo per peccatũ valde in ſe inordinatur. Aug. Iuſſiſti Domine, & vere ſic eſt, vt pœna ſit ſibi omnis inordinatꝰ animus. Iob. 7. Quare poſuiſti me contrariũ tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis &c. Tertio, quia omnis peccator ab omni creatura iuſto Dei iudicio impugnatur. Sap. 17. Creatura tibi creatori deſeruiẽs, exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos. Circa ſm notandum, quòd triplex damnum incurrit peccator per peccatũ. Primum eſt, quia per ipſum peccatum multiplex bonum amittit. Aug. in libro de ciuitate Dei. 12. Si naturæ bonæ non eſſent, eius vitia non nocerent: nunc autem quid eis faciũt nocẽdo, niſi ſibi adimere ĩtegritatẽ, pulchritudinem, & ſalutem. Secũdo, propter peccatum, bonum gratię amittitur. Sap. 1. In maleuolam animã nõ introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Tertio, propter pctm̃, bonũ glorię pditur. Iſa. 26. Tollatur impiꝰ, ne videat gloriã Dei. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ peccatum

peccatũ ducit homines ad multas pœnas: ſed hic notantur tres pœnas. Prima erit cõtinua in anima triſtitia. Iſ. 13. Torſiones & dolores tenebũt eos, quaſi parturiens dolebũt. Iob. 20. Cũ ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet in eum &c. Secunda, continua in corde inedia. Mat. 13. Mittet eos in caminũ ignis. Tertia, erit in vtroque æternitas. Mat. 32. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum &c. De his tribus, Iſa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur &c. Vermis notat dolorem in anima: ignis dicit ardorem in corde: inextinguibilitas ignis notat æternitatem in vtroq;, A quo igne liberet nos Chriſtus &c.

De eadem.

COERCEAT linguam ſuam a malo. 1. Petri. 3. Cohibenda eſt lingua propter tria. Primo, quia qui nõ cohibet, multa peccata cõmittit: ſecũdo, quia multas pœnas incurrit: tertio, quia qui cohibet, multa bona acquirit. *Quære in Dominica prima poſt octauas Aſcenſionis.*

De eadem.

INQVIRAT pacem, & ſequatur eã. Triplicem pacem quilibet debet inquirere. Primo, pacem ſui ad Deum: ſecundo, ſui pacem ad proximum: tertio, ſui ad ſeipſum. *Quære in dominica prima Poſt trinitatẽ.*

De eadem ex euangelio.

SEDENS docebat de nauicula turbas, Luc. 5. Moraliter per nauiculam intelligitur ſanctitas vitæ, in qua debet ſedere qui alios vult docere. Significat per nauiculã ſanctitas vitæ tripliciter. Primo, ratione materiæ: ſecũdo, formæ: tertio, finis. *Quære in Dominica tertia poſt octauas Epiphaniæ.*

De eodem.

RELICTIS omnibus ſequuti ſunt eum, Luc. 5. Duo ſunt nobis neceſſaria ad ſequẽdum. Primo, vt a bono cõmutabili auertamur, ipſum deſpiciẽdo. Secundo, vt ad bonum incommutabile cõuertamur, ipſum diligendo & imitando. Hæc notantur hic. Primũ, ibi. Relictis omnibus: ſecũdum, ibi. Sequuti ſunt eum. Circa primũ notandũ, ꝙ quatuor debemus relinquere, ſi volumus ſequi Chriſtum. Primo, mũdana, ipſa contemnendo. Luc. 14. Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non eſt me dignus. Secundo, conſanguineos & parentes propter Deum relinquendo. Matth. 10. Siquis venit ad me, & nõ odit patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, non eſt me dignus. Tertio, corpus ſuũ, ipſum mortificando. Quarto, voluntatẽ propriã ipſam abnegando. De his duobus, Luc. 9. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã quotidie, & ſequatur me. Circa ſecundũ notandum, quòd in quatuor oportet nos imitari Chriſtũ. Primo, in humilitate. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Secũdo, in pietate, Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt &c. Tertio, in charitate. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut &c. Quarto, in tribulationũ aſperitate. 1. Petri. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum &c. Iſtæ ſunt duæ viæ rectæ, per quas currit homo ad regnũ cælorum. Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Amen.

Dominica ſexta ex epiſtola.

SI enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimꝰ, Rom. 6. Duo facit in iſtis verbis Apoſtolus. Primo, ponit meritum quod habere debemus, ibi. Facti ſumus ſimilitudini morti eius. Hoc eſt meritum noſtrum, ut habeamus in nobis ſimilitudinẽ mortis eius, ſcilicet Chriſti. Secundo, ponit quod pro merito recipimus, ibi. Simul & reſurrectionis erimus. Hoc. n. eſt prẽmium, vt habeamus ſimilitudinem reſurrectionis Chriſti.

Circa primum notandum, ꝙ ſex fuerunt in morte Chriſti, in quibus debemus eum ſequi. Primo, humilitas: ſecundo, obedientia. De his duobus, Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Ad primum inuitat Dominus, Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum. Ad ſecundum, Ioan. 15. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Tertiũ fuit in morte Chriſti ineffabilis charitas. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis: & in hoc debemus aſſimilari ſibi. Ioan. 15. Hoc eſt pęceptum &c. Quartum, patientia. 1. Petri. 2. Cum pateretur, non comminabatur: & in hoc debemus habere ſimilitudinem eius. Heb. 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamẽ, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem cõfuſione contempta. Quintum, perſeuerãtia: quia qui in his omnibus vſq; ad mortẽ perſeuerauerit, ſaluus erit. Philip. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Debemus autem in perſeuerantia habere ſimilitudinem mortis eius. Mat. 10 Qui perſeuerauit vſque ad finẽ, hic ſaluꝰ erit. Circa ſecundum notandum, quòd in ſeptem conſiſtit gloria corporis noſtri, cum configuratum erit corpori claritatis Chriſti. Primo, erit amabilis omniũ mẽbrorũ congruentia. Aug. in li. 22. c. 19. de ciui. Dei. Proinde nulla erit deformitas, quã facit incõgruẽtia partiũ, vbi & quæ parua ſunt corrigẽtur: & quod minus quàm decet, vnde creator nouit, ide ſupplebitur: & quod plus eſt q̃ decet, materię ſeruata ĩtegritate detrahet. Secũdo, erit mira coloris in toto ſuauitas. Aug. Coloris ſuauitas quãta erit, vbi iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris ſui? In his duobus cõſiſtit oĩs coloris pulchritudo. Aug. Oĩs corpis pulchritudo eſt cõgruẽtia partium cum quadã coloris ſuauitate: erit ãt tunc in corporibus omnis pulchritudo. Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Tertio, erit mouendi velocitas. Aug Vbi voluerit ſpiritus, ibi erit protinus corpus. Quarto, erit plena liberatio ab omni indigentia. Quĩto, erit plena & ſumma felicitas. De his duobus. Aug. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis, quę nunc videmus per vſus neceſſitatis varios diſtributa, tunc ſic non erunt: ſed hęc neceſſitas, ipſa plena & certa ſecuritas & ſempiterna felicitas proficiet Dei laudibus. Sexto, erit impaſſibilitas, & immortalitas, & æternitas. Aug. Reſtituetur quicquid de corporibus viuis, vel poſt mortẽ de cadauueribus perijt, vel in ſepulcro remãſit, in ſpiritualis corporis nouitate ex animalis corporis vetuſtate mutatum, reſurget in incorruptione atque immortalitate veſtitũ. Septimo, erit plena corpis & ſpiritꝰ pax & cõcordia. Aug. Erit ſpiritui caro ſubdita ſpiritualis, ſed ea tamen caro non ſpiritus. Quàm felices erũt ergo qui digni iſta reſurrectione habebunt? certe non niſi illi qui

illi qui hic moriuntur cum Christo.1.Col.3.Mortui F enim estis, & vita vestra abscondita est cũ illo in gloria, Ad quam gloriam producat nos Deus, Amen.

De eadem ex euangelio.

NIsi abũdauerit iustitia vestra plusquã Scribarũ & Pharisæorũ, nõ ĩtrabitis in regnũ cælorũ. Mat. 5. In isto euãgelio quatuor facit Dñs. Primo, ostendit quid faciamus, ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra: ostendit enim quòd debemus habere abundantem iustitiam. Secundo, ostendit quid appetamus, ibi. Regnum cælorum: ad hoc enim debemus facere iustitiam, vt per ipsam ad regnũ perueniamus. De vtroque. Mat. 6. Primum quęrite regnum Dei, & iustitiam G eius. Tertio, ostendit quid fugiamus, ibi. Non occides &c. Ostẽdit autem quòd debemus fugere triplex peccatum. Primo, peccatum operis, ibi. Non occides: per hoc prohibetur omne opus in quo læditur proximus. Isa. 55. Quiescite agere peruerse. Leui. 1. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Secundo, prohibet peccatum cordis, ibi. Omnis qui irascitur fratri suo. Exo. 12. Auser iram a corde tuo, & amoue malitiam de carne tua. Tertio, peccatum oris, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Fatue. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat. Quarto, ostendit quid timeamus, scilicet futurum iudicium, ibi. Reus erit H iudicio. Ponit autem hic tria quæ debemus timere. Primo, iudicium, in quo omnes impii damnabũtur, ibi. Reus erit iudicio. Iudit. 16. Dominus omnipotẽs iudicabit illos in die iudicii, quando visitabit illos. Secundo, angelorum & sanctorum cõcilium, in quo omnes impii examinabuntur, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Is. 3. Dominus ad iudicium veniet cũ senatoribus populi sui & principibus suis. Mala. vlt. Ne forte veniã, & percutiam terram anathemate. Tertio, ignem infernalẽ, ibi. In quo omnes impii in ignem æternum cruciabuntur, ibi. Reus erit gehennæ ignis. Iud. 19. Dabit ignes & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in I sempiternum, A quo igne Christus nos liberet.

De eodem ex euangelio.

OMnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Matth. 5. Duo facit Dominus in verbis istis. Primo, monet nos vitare iram, ibi. Oĩs qui irascitur fratri suo. Secundo, ponit iræ pœnam, ibi. Reus erit iudicio. Circa primum notandum, quòd ira lædit naturam tripliciter. Primo, lædit rationem per obscurationem. Secundo, lædit memoriam per obliuionẽ. Tertio, lædit voluntatem per malam affectionem. De his tribus. psa. 30. Cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Oculus est ratio, anima K voluntas, venter memoria. Circa secundum notandum, quòd ira tripliciter contraria est gratiæ. Primo, quia facit hominem indignum de Dei misericordia. Eccl. 23. Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam, quasi dicat, frustra quærit, quia non habebit eam. Secundo, quia non permittit hominem Dei iustitiam facere. Iaco. 1. Ira enim viri iustitiam Dei nõ operatur. Tertio, quia aufert homini orandi fiduciã. 1. Tim. 2. Volo viros orare in omni loco sine ira & disceptatione. Circa tertium notandum, quòd iracundus facile incurrit triplex homicidium. Primo, homicidium sui. Iob. 4. Virum stultum interficit iracundia. Secundo, homicidium animæ proximi, quæ prouocat ad discordiam & odium. Prouerb. 15. Vir iracundus prouocat rixas: & qui patiens est, mitigat suscitatas. Prouer. 22. Noli esse amicus homini iracundo, & ne ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius. Tertio, homicidium corporis proximi. Eccle. 8. Cum iracundo non facias rixas, nec cum audace eas in desertum: quoniam quasi nihil ante illum est sanguis, & vbi non est adiutorium, allider te.

De eodem.

REus erit iudicio. Nota, tripliciter iudicabitur quilibet pctõr in iudicio. Primo, a seipso: secundo, ab omni creatura: tertio a G Deo. Primo, a sua conscientia. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Secundo, a sua malitia. Hiere. 2. Arguet te malitia tua. Tertio, a magna quam in se ipsis habebũt angustia. Apo. 1. Tunc Plãgent se super se omnes tribus terræ. Creatura iudicabit & puniet eos tripliciter. Primo, eorum malitias reuelando. Iob 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius. Secundo, expugnando. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam in vltionem inimicorum: & post. Et pugnabit cum illo orbis terrarum cõtra insensatos &c. Tertio, eos cruciando. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormento aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his qui confidũt. Iudex puniet eos tripliciter. Primo, arguẽdo, Iudæ. 2. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios. Secundo, confundendo. psal. 131. Inimicos eius induam confusione. Hie. 37. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur. Tertio, sęuissime condemnando. Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, Ab isto iudicio liberet nos Deus noster Iesus Christus. Amen.

Dominica septima ex epistola.

SIcvt exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, Rom. 6. In ista epistola hortatur nos Apostolus ad duo. Primo, ad fugam mali, ibi. Sicut exhibuistis membra &c. Secundo, ad dilectionem boni, ibi. Ita nunc exhibete &c. Circa primum assignat Apostolus in epistola ista quatuor rationes, per quas peccatum fugiẽdum est. Prima ratio est, quia propter peccatum anima pollui, ibi. Immunditiæ. Osee. 8. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt Secunda est, quia per peccatum homo ignominiose seruituti subiicitur, ibi. Cum enim serui essetis peccati. Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Tertia est, quia magna confusio per peccatum acquiritur, ibi. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Hier. 18. Dñe, cẽs qui te derelinquunt cõfundentur. Quarta, quia per peccatum homo ad mortem æternam deducitur, ibi. Stipendia peccati mors. psal. 33. Mors peccatorum pessima. Circa secundũ notãdum quòd similiter ponit ibi quatuor, quare bonum est eligendum. Quatuor enim bona acquirit homo ex electione boni. Primo, mentis puritatẽ, vel sanctificationẽ: i. mũdificationẽ. Mat. 5. Bti mũdo corde, quoniam

quoniam ipsi &c. Secundo, voluntatis æquitatẽ, ibi. Iustitiæ. Iustitia enim est recta voluntas. Anselmus. Iustitia est rectitudo voluntatis conseruata propter se. Tertio, spiritus libertatem, ibi. Liberi fuistis iustitiæ. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi. Libertas. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Quarto, acquirit homo bene operando vitam æternam, ibi. Gratia autem Dei vita æterna. Ioan. 6. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

De eadem ex euangelio.

ACcipiens Iesus panes gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ: & habebant piscicu los paucos, & dedit illis, & iussit apponi. Mat. 8. Tripliciter pascit Dominus sanctos suos. Primo, panibus corporalibus. psal. 102. Vt educas panem de terra. Secundo, panibus spiritualibus. Prouer. 20. Aperi oculos tuos, scilicet oculos cordis ad vigilias sanctas: & satiare panibus, scilicet sacra doctrina, vel gaudijs cælestibus. Tertio, panibus æternalibus. psal. 151. Pauperes eius saturabuntur. Per istos septem panes intelligũtur septem, quibus pascit Dominus fideles suos, ne deficiant in via iustitiæ: sed in fortitudine eorum perueniant ad mensam cælestis gloriæ. Primus panis est dulcissima ex desiderio glorię lacrymarũ effusio. psal. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte &c. August. Fluebant mihi lacrymæ, & bene mihi erat cum illis. Secundus, ineffabilis in verbis Dei consolatio. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hiere. 15. Inuẽti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudio & lætitia cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituũ. Tertius est ineffabilis de sumptione Eucharistiæ delectatio. Ioa. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sap. 16. Panem de cælo præstitisti illis, omne delectamentum in se habẽtem, & omnis saporis suauitatem. Quartus, admirabilis de præsentia Christi dulcedo. Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Constat enim Christũ semper habitare in cordibus iusti. Quantum ergo gaudium habet qui semper Christum habet in corde? Eph. 6. Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare Christum per fidẽ in cordibus &c. Quintus, ęternæ beatitudinis pręgustatio. psal. 77. Panem angelorum manducauit homo. Aug. Introductus introrsus nescio ad quam dulcedinem, quæ si perficiatur in me, nescio quid sit vita æterna nisi illa sit. Sextus, de omni uirtutũ possessione gaudium: quale gaudium est habere tot dona Spiritussancti, & illos duodecim fructus, quos memorat Apostolus ad Galat. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, qui ideo dicuntur fructus, quia animam delectabiliter reficiunt ultra quàm dici possit Prou. 9. Venite vos, & comedite panẽ meũ. Septimus panis est de cõscientiæ testimonio exultatio. Pro uer. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. 2. Cor. 5. Gloria nostra hęc est, testimonium conscientię nostrę Isa. 22. Panis ei datus est, dicit de viro iusto. Pisciculi sunt gaudia quæ habent iusti de præsentia sanctorum, qui sunt abstracti iam de amarissimo mari huius sæculi, qui frequenter veniunt & consolantur iustos qui sunt in via. Qui quidem pisces assi sunt martyres, vt Laurentius, & alij qui ignibus & supplicijs diuersis afflicti ridebunt, & sic suo risu clamabunt infinitas se habere intrinsecus delitias, propter quas exteriora supplicia contemnebant. 2. Cor. 12. Complaceo mihi, idest, vehementer (dicit superlinearis) in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, ĩ persecutionibus, in angustijs pro Christo. De isto conuiuio iustorum dicitur Mat. 23. Ecce prãdiũ meum paraui, tauri mei occisi sunt. In istis epulis sunt iusti tota die, quas nescit impius. ps. 67. Exultent iusti, & epulentur in conspectu Dei: sic epulantur sancti in præsenti. Sed quid erit in futuro? Beatus qui manducabit panem in regno cælorum, Ad quod nos perducat Christus Iesus. Amen.

Dominica octaua ex epistola.

SI secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Rom. 8. Tria facit Apostolus in verbis istis. Primo, monet nos vt mortificemus carnis voluptatem, ibi. Si spiritu facta carnis mortificaueritis. Secundo, ponit necessitatem mortificãdi, ibi. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Tertio, po C nit mortificationis vtilitatem, ibi. Viuetis. Circa primum notandnm, quòd tripliciter debemus mortificare carnem. Primo, eius carnalia desideria & uitia destruendo. Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliqñ, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro: nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum, eum qui innouatur in agnitionem secũdum imaginem eius qui creauit illum. Secundo, eam in ieiunijs & afflictionibus ad similitudinem passionis Christi macerãdo. 2. Cor. 4. Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore vestro circunferentes, vt vita Iesu in corporibus vestris manifestetur in carne vestra mortali. Tertio, eam in spiritualibus meditationibus affligẽdo. Eccle. vlt. Frequens meditatio, carnis afflictio est. Eccle. 31. Vigilia honestatis in studio virtutum tabefaciet carnes. Interlinearis, scilicet carnales voluptates: cogitatus illius auferet sonum, scilicet pigritiæ tædium. In eodem. Cogitatus præscientiæ, scilicet qui præuidet præmia donorum auertit sensum, scilicet ab omni concupiscentia mala: & infirmitas grauis, scilicet E corporis, sobriã a delictis facit animam. Circa secundum notandum, quòd necesse habemus mortificare carnem, quia si secundũ carnem vixerimus, moriemur: sequitur enim ex voluptate carnis triplex mors. Prima, mors culpæ: secunda, mors naturæ. Eccles. 37. Propter crapulam multi perierunt: tertia, mors gehennæ. Gal. 6. Qui in carne sua seminat, de carne & metet corruptionem &c. ps. 33. Mors peccatorũ pessima. Circa tertiũ notãdũ, q̃ ex mortificatione carnis triplex vita acquirit. Prima est prolõgatio vitæ naturæ. Ecc. 37. Qui abstinẽs est, abijciet vitã Se

cūda, vita gratiæ. Rom.8. Prudentia ſpūs vita & pax. Tertia eſt prolongatio vitæ gloriæ. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

De eadem ex euangelio.

OMNIS arbor bona fructus bonos facit: & omnis arbor mala malos fructus facit, Matth. 5. Tria genera arborum, quæ ſunt in inſula huius mundi, ponit Dominus in euāgelio iſto. Primo, ponit arborem facientem fructus bonos, ibi. Omnis arbor bona. Secundo, facientem fructus malos, ibi. Et omnis arbor mala. Tertio, arborem facientem nullos, ibi. Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos. Primam arborem commendat a tribus. Primo, a fructuum multiplicitate, ibi. Fructus. Pluraliter dicit, fructus, vt oſtendat quòd iuſtus, qui hic dicitur arbor bona, debet fructus multos producere. Debet enim producere duodecim fructus. Primus fructus quem debet producere eſt charitas, ſecundus fructus eſt gaudium, tertius pax, quartus patientia, quintus longanimitas, ſextus bonitas, ſeptimus benignitas, octauus manſuetudo, nonus fides, decimus modeſtia, vndecimus continentia, duodecimus caſtitas. De his omnibus Gala. 5. Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax &c. Secundo commendat eā a fructuum pretioſitate, ibi. Bonos. Patet autem bonitas iſtorum fructuum, quia talibus fructibus acquiritur regnum Dei, & tales fructus faciunt arbores paradiſi. Rom. 14. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Tertio, commendat eam a fructificandi aſſiduitate, ibi. Facit, præſentis temporis eſt, in quo oſtenditur quòd ſemper eſt in actu fructificandi. Hier. 18. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod transplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Ezec. 47. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet flos ex eo, & non deficiet fructus. De his tribus, Apoc. 22. Ex vtraque parte fluminis omne lignum vitæ, ecce fructuum pretioſitas, qui enim comedunt fructus iſtos, viuūt in ęternum: afferens fructus duodecim, ecce fructuum multiplicitas: per menſes ſingulos reddens fructum ſuū, ecce fructificandi continuitas. Circa ſecundum arborem ponuntur tria mala. Primo, malorum fructuum mortificationem, ibi. Fructus: in hoc enim ꝓ pluraliter dicit, fructus, innuit quòd malus homo, qui hic dicitur mala arbor, facit multos malos fructus, ideſt, mala opera. Enumerat autem Apoſtolus decem & ſeptem fructus malæ arboris. Gal. 5. Manifeſta aūt ſunt opera carnis, q̄ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cōmeſſationes, & his ſimilia q̄ prædico uobis ſicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Secundo, fructuum peruerſitatem, ibi. Malos. Mat. 12. Malus homo de malo theſauro profert mala. Tertio, malefaciendi aſſiduitatē, ibi. Facit. Oſee 4. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt. Circa tertiam arborem notādum, quòd tria genera ſunt arborum, quæ faciunt fructus nullos. Prima eſt quæ facit frondes ſine floribus. Hij ſunt qui habent verba ſine operibus. Mat. 21. Et videns Ieſus ficulneam arborē vnā ſecus viam, venit ad illam, & nihil inuenit in ea niſi frondes, & ait illi, Numquàm ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefecta eſt cōtinuo ficulnea &c. Secūda, quę facit flores ſine fructibus. Hij qui faciunt in apparentia opera, ſed non vere. 2. Tim. 3. Habentes ſpēm qdē pietatis, virtutē aūt eius abnegātes. Iob. 12. Cum adhuc ſitī flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: ſic viæ hominum qui obliuiſcūtur Dominum, & ſpes hypocritæ peribit. Tertia, quæ facit fructus, ſed inutiles penitus. Sap. 4. Fructus eorū acerbi & inutiles ad manducandum. De talibus arboribus dicit Iudę. 2. Arbores autunales, īfruoctuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. Sed væ talibus arboribus: nam excidentur ſecuri diuini iudicij, & mittentur in æternum ignem inferni. Mat. 3. Iam ſecuris ad radicē arboris poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exciderur, & in ignem mittetur. A quo igne liberet nos Dominus. Amen.

Dominica nona ex epiſtola.

NEQVE idolatræ efficiamini, ſicut quidā ex ipſis &c. 1. Cor. 10. Duo facit hic Apoſtolus. Primo, monet vt caueamus ab idolatria ſpiritualium, ibi. Neque idolatræ efficiamini. Loquebatur enim fidelibus qui iam idola nulla habebant: vnde patet quòd monebat cauere ab idolatria, quæ conſiſtit in vitijs. Secundo, comparat idolatriam ſpiritualem idolatriæ corporali, ibi. Sicut quidam ex ipſis, qui vitulum, & alia idola adorauerunt. Circa idolatriam corporalem nota, quòd triplex erat. Prima, in aſtris. Secūda, in elemētis. De his duabus, Sap. 13. Aut ignem, aut citatum aerem, aut nimiā aquā, ecce idolatria in elementis: aut gyrum ſtellarum, aut ſolē, aut lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt, ecce in aſtris idolatria. Tertia, in animalibus. Roma. 1. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei &c. Idolatria in aſtris ſignificat ſuperbiam: unde primus ſuperbus dixit, Eſa. 13. In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſedebo in loco teſtamenti, in lateribus aquilonis: aſcēdam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo. Aug. Et putabant ſe excelſos cum ſyderibus & fulgidos, & ecce ruerunt in terram. Idolatria elementorum ſignificat idolatriam auarorum. Col. 3. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Idolatria animalibus eſt carnalis concupiſcentia, quæ eſt in carnis voluptatibus. Iudę. 1. Quicumque naturaliter tamquàm animalia norunt, in his corrumpuntur. De his tribus Iacobi. 3. Nō eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena per auaritiam, animalis per luxuriam, diabolica per ſuperbiam. De ſeptem idolis quæ adorabant Gentiles. *Quære in ſequenti Dominica.*

De eadem ex euangelio.

REDDE rationem villicationis tuæ, Luc. 16. Iſtud verbum dicetur cuilibet in morte, vel in iudicio. Oportet enim quòd omnes ueniant ante tribunal Chriſti cæleſtis iudicis, ut reddant rationem de omnibus factis ſuis. 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari

manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis ſui prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum &c. Et ideo debet quilibet homo cogitare quomodo tunc ſciat rationem reddere. Debemus autem tria cogitare circa rationem illam. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secundo, teſtiū, qui accuſabunt malam rationem reddentes, veritatem. Tertio, ſententiæ quæ dabitur contra eos, qui malam rationem reddiderunt, ſeueritatem. Circa primum notandum, quia erit difficile tunc reddere rationem de omnibus cogitatis. pſa. 75. Cogitatio hominis cōfitebitur tibi. Sap. 5. Et in cogitationibus impij erit interrogatio. Secūdo, de dictis. Mat. 12. Dico autem vobis ꝙ de omni otioſo verbo, quod locuti fuerunt homines, reddent rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis &c. Tertio, de omnib⁹ factis. Eccle. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Dñs in iudicio pro omni abſcondito ſiue bonum, ſiue malum.

Circa ſecundum notandum, quòd tres teſtes veraciſſimi accuſabūt impios in iudicio. Primus teſtis erit Deus. Mala. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniant mercedē mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerūt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & non mutor &c. Secundus, erit conſcientia. Rom. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia: ipſorum & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Dominus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Tertius, erit omnis creatura. Iob. 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra aduerſus eum conſurget. Vnde quidam ſanctus pater dixit. Reddituri ſumus rationem coram cælo, & terra, & tu rides? Circa tertium notandum, quòd in tribus apparebit ſeueritas ſententiæ. Primo, quia omnibus bonis expoliabuntur. Aug. in lib. de ciuita. Dei. In extremo ſupplicio recte fit vt iniqui & impij naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, ſentientes eorum ablatorem iuſtiſſimum Deum, quem contempſerunt largitorem benigniſſimum. Iob. 20. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre extrahet eas Deus. Secundo, quia ardentiſſimi ignis incendio cruciabunt. Iſa. vlti. Ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia in æternū non liberabuntur. Mat. 25. Diſcedite a me, ſine quo non poteſt eſſe bonum, ecce primum: in ignem, ecce ſecundum: æternum, ecce tertium, A quo igne liberet nos Chriſtus Ieſus &c. Amen.

Dominica decima poſt feſtum Trinitatis ex epiſtola.

NEMO poteſt dicere Dñs Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. 1. Cor. 12. In iſtis verbis oſtēditur quāta ſit virtus nois Ieſu, quē nullus pōt in veritate nominare, niſi in Spiritu ſancto: & ideo iſtūd nomen eſt ſemper in ore habendum, in corde cuſtodiendum, in aure tenendum, infronte ſcribendum, in manu ferendum &c. *Quære inter feſtiuos in circunciſione Domini.*

De eadem epiſtola.

SCITIS quia cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. 1. Cor. 12. Septem ſimulacra adorabant gentiles ad honorem ſeptem planetorum, quæ ſignificant ſeptem vitia, quæ adorant in mundo falſi Chriſtiani. Primum erat ſimulacrum Saturni, & ſignificat inuidiam propter tria. Primo, quia dicitur eſſe maleuolus, ſic inuidus quia malum proximi deſiderat, & in eo lætatur: vnde bene inuidia ſic deſcribitur. Inuidia eſt dolor alienæ felicitatis Philoſophus. Vtinā, inuidi in omni ciuitate haberent oculos, vt de bonis omnium torquerentur. Secundo, quia frigidus, ſic inuidus per carentiam caloris charitatis. Mat. 24. Quia abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Tertio, quia ſiccus, ſic inuidus eſt ſiccus ab omni humore gratiæ: nihil enim plus euacuat hominem gratia, quàm inuidia. Secūdum ſimulacrum erat Iouis, qui ſignificat gulam propter tria. Primo, quia vt dicebāt, patrem de regno expulit, ſic primum patrem humani generis expulit de regno, ideſt, de paradiſo. Gen. 3. Qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum. & poſt. Emiſit eos Dñs de paradiſo voluptatis &c. Secundo, quia adulteria multa commiſit, ſic gula cauſa eſt multorum adulteriorum. Hiere. 5. Saturaui eos, & męchati ſunt, & in domum meretricis luxuriabātur. Tertio, quia eſt planeta humidus, & gula generat & multiplicat humores, qui ſunt cauſa putrefactionis. Ioel. 1. Putruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta in ſtercore putreſcere eſt carnales quoſque in carnis luxuria vitam finire. Tertium eſt ſimulacrum Martis, quod ſignificat ira propter tria. Primo, quia dicitur dominari in pręlijs, & ita diſcordiā & bella concitat. Prou. 15. Vir iracūdus concitat rixas. Eccl. 28. Homo iracundus incitat litem. Secundo, quia eſt planeta igneus propter nimium calorem, & ira procedit ex inflāmatione coleræ circa cor. Eccleſ. 28. Sicut ligna ſyluę, ſic ignis exardeſcet, & ſecundum virtutem ſuā, ſic iracundia illius erit. Tertio, quia & ſiccādo, & calefaciendo efficit hominem impetuoſum. Proue. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpēs furor &c. Quartum erat ſimulacrum Solis, quod ſignificat ſuperbiam propter tria. Primo, quia ſolus lucet: & ſuperbus ſe lucere exiſtimat, & appetit. Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri hominum, vox eſt Phariſęi ſuperbi. Secūdo, pp ardorem ambitionis. Aug. Quid eſt ſuperbia, niſi puerſus celſitudinis appetitus? Tertio, quia ſicut ſol obſcurat alia lumina, ſic ſuperbus vult omnes alios obfuſcare, vt ſolus appareat, ſicut apparet in Phariſæo ſuperbo. Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri homines adulteri, raptores, iniuſti, velut hic Publicanus. Quintum erat ſimulacrum Veneris. Venus autem ſignificat luxuriam propter tria. Primo, quia eſt planeta calidus, ſecundo quia humidus: & hæc duo maxime ſunt cauſa luxuriæ. De Primo, Oſee. 7. Oēs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquēte. De ſecundo, Hiero. Venter mero æſtuans, cito ſpumat in libidinem. Tertio, quia eſt pulcherrimus planetarū: & pulchritudo eſt cauſa luxuriæ. Ezech. 16. Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam cum tranſeuntibus. Poeta. Fœdera ſeruaſti, ſi vere forma fuiſſet. Sextum erat ſimulacrum Mercurij, qui ſignificat auaritiam propter tria. Primo, quia erat Deus mercatorum, & auaritia maxime in mercatoribus exercetur. Proue. 17. Qui mittit lapidem in aceruum Mercurij. Gloſa. Mercurius eſt Deus mercatorum, & ſic turbatur computatio per miſſionem lapidis qui mittitur. Eph. 5. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Secundo, quia eſt frigidus; & auarus eſt frigidus

propter carentiam fraternæ dilectionis. Hier. 6. Omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: & parum post. A minore vsque ad maiorem omnes auaritię student. Tertio, quia est planeta maliuolus: & auaro quid nequius? Eccles. 19. Nil iniquius q̃ amare pecuniam. Septimum est simulacrum Lunę, & significat accidiam propter tria. Primo, propter mutabilitatem. Eccles. 37. Stultus vt luna mutatur. Item, in eodẽ. 26. Homo sapiens in sapiẽtia sua manet sicut sol, nam stultus vt luna mutatur. Interlinearis, quia instabilis & inconstans. Secundo, propter pigritiæ frigiditatem. Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit.

De eadem ex euangelio.

IRCVNDABVNT te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabũt te vndique, & ad terrã prosternẽt te &c. Luc. 19. In istis uerbis prædicit Dominus aduersitatẽ quæ secutura est vanam huius mundi prosperitatem, circa quam tria notantur. Primo, ipsius aduersitatis vniuersalitas, ibi. Circundabunt te. Secundo, pœnarum quæ in ipsa erit, multiplicitas, ibi. Et coangustabũt te vndiq;. Multitudo est causa coangustationis. Tertio, eiusdem aduersitatis æternitas, ibi. Ad terrã prosternent te, idest, ita penitus destruent, quòd numquàm poteris liberari. Circa primum notandum, quòd ab octo partibus veniẽt mala reprobis. Primo, a terra quæ eos deuorabit. psalm. 105. Aperta est terra, & deglutiuit eos. Iob, 20. Et terra cõsurget aduersus eos. Secundo, ab aqua quæ eos suffocabit. Sap. 5. Scandescet in illos aqua maris, & flumina concurrẽt duriter. Tertio, ab aere qui eos fulgurabit. Sap. 5. Ibũt directe emissiones fulgorum, & tamquàm a bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Quarto, ab igne qui eos consumet. psalm. 66. Ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit. Quinto, a sole, luna, & stellis quæ se eis obscurabunt. Ioel. 3. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum. Sol conuertetur in tenebras &c. Mat. 24. Sol obscurabit, & luna nõ dabit lumen suũ. Sexto, a sanctis qui eos condemnabunt. Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes &c. Septimo, a Dño Iesu Christo qui eos iudicabit. Matth. 25. Tunc dicet rex his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti &c. Octauo, ab Angelis, qui eos in infernum portabunt. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis &c. Circa secundum notandum hic octo pœnas malorum, quæ valde angustiabunt eos. Primo, erit summæ ignorantiæ cæcitas ad tormentũ rationalis. Grego. In tormentis positis, nihil prẽter tormẽta scire licebit. Secunda, erit cõtinua odij & iræ angustia ad irascibilis tormentum. psalm. 111. Peccator videbit, & irascetur. Tertio, erit omnis suauitatis ad pœnam concupiscibilis carentia. Grego. Quæ potest esse maior miseria, quàm semper velle quod numquàm est, & semper nolle quòd semper erit? nil enim quod desiderat habebit impi°. psalm. 111. Desiderium peccatorum perhibit. Quarto, erit continuus sonitus flentium & vlulantium ad pœnam auditus. Iob. 15. Sẽper sonitus terroris in auditu eius est. Iac. 5. Agite nunc diuites, plorate, & vlulate. Quinto, erit continua ad pœnã oculorum effusio lacrymarum corpora comburentium. Luc. 5. Vę vobis qui ridetis, quia flebitis. Iob. 20. Luet quæ fecit omnia, nec tamẽ consumetur. In uitis patrũ. Oremus, filii, ante quàm veniamus ad locũ, vbi lacrymę vrent corpora nostra. Sexto, erit intolerabilis fœtor ad olfactus supplicium. Isa. 3. Erit pro suauitate odoris fœtor. Septimo, erit ad pœnam gustus, cibus & potus amarissimus. Hier. 16. Cibabo populo absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Octauus erit ignis ardentissimi & perpetui incendii. Isa. vltimo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur &c. Quomodo ergo stulti sunt qui ad tot mala perpetua obligant se pro momentaneis delectationibus? Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat.

Dominica undecima ex epistola.

NOTVM vobis facio euangelium quod prædicaui vobis &c. 1. Cor. 15. In ista epistola tria facit Apostolus. Primo, commendat suam prædicationem, ibi. Notum vobis facio euangelium. Secundo, probat Christi resurrectionem, ibi. Tradidi enim vobis. Tertio, ponit gratiæ commẽdationem, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Circa primum tria facit. Primo, commendat suam prædicationem, ibi. Annuntio vobis: euangelium dicitur bona anuntiatio, quia annuntiat bona æterna. Scẽdo, ab acceptione, ibi. Quod accepistis, idest, dignum acceptione iudicastis. Tertio, ab effectu. Ponit enim duplicem effectum. Primũ, quia per ipsum stant in bonis meritorijs, ibi. In quo & statis. Secundum, quia per ipsum digni sunt æternæ salutis habere præmia, ibi. Per quod & saluamini. Circa secundum notandum, quòd resurrectionem Christi probat sex modis. Ponit enim hic sex apparitiones, tres factæ fuerunt personis, & tres multitudini. Prima Petro. Deinde visus est & Iacob. Tertia, Paulo, ibi. Nouissime autẽ tãquàm abortiuo visus est & mihi. Quarta, vndecim discipulis, ibi. Post hæc vndecim discipulis. Quinta, quingẽtis. Deinde quingẽtis fratribus. Deinde Apostolis oĩbus. Circa tertiũ quatuor facit Apost. Primo, dicit q̃ p̃ gr̃am apostolatũ accepit, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo, quòd gratiam istam non in vãcuum accepit, ibi. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus laborauit.

De eadem epistola.

GRATIA Dei sum id quod sum, 1. Cor. 15. In istis verbis tria notantur. Primo, magna Dei liberalitas, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo, gratiæ vtilitas, ibi. Et gratia eius in me vacua non fuit. Tertio, liberi arbitrii debilitas, ibi. Non autem ego. Circa primum notandum, quòd in tribus apparet magna Dei bonitas ad peccatores, quæ apparuit in Paulo. Primo, in magnorum peccatorum vocatione, ibi. Quia persecutus sum Ecclesiã Dei. 1. Tim. 1. Iesus Christ° venit peccatores saluos facere, quorũ primus, idest, maximus ego sum. Secundo, in abundatioris gratiæ collatione. Rom. 6. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hæc notantur, ibi. Gratia Dei sum id quod sum, tam magnus Apostolus, talis, ac tãtus. Tertio, in spiritualis familiaritatis exhibitione. Iob. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificabis, & elongabis iniquitatem a tabernaculo tuo: & post. Tũc super omnipotẽtem delitijs affluues, & eleuabis ad eum faciem tuam.

Circa secũdum notãdũ, hic multiplicem vtilitatem gratiæ. Prima est, quia mundat ab omni peccati macula. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem ipsius. Secundo, quia ab omni miseria liberat. Rom. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Tertio, quia in bono cor roborat. Heb. 10. Optimum est enim gratia stabilire cor. Quarto, mentem illuminat. Iob. 35. Super quem non fulgebit lumen illius. Quinto, mentem delectat, vnde sic describitur. Gratia est delectatio cordis. Sexto, possessorem suum lætificat. psal. 103. Vt exhilaret faciem in oleo. Vnde glosa, ibi. Gratia est quidã nitor animæ ad cõciliãdũ sanctum amorem. Septimo, ducit hoĩem ad æternæ vitæ gloriam. Rom. 6. Gratia autẽ Dei vita æterna. Circa tertium notandum, quòd in tribus apparet debilitas liberi arbitrij. Primo, quia pronum est ad male faciendum. Genes. 8. Sensus hominis & cogitatio humani cordis proni sunt in malum ab adolescentia sua. Secundo, quia non est potẽs per se ad surgendum cum ceciderit in mortale peccatum. psal. 77. Homo est spiritus vadens, & non rediẽs. Tertio, quia non est potens ad aliquod bonum faciẽdum. 2. Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Est ergo semper fugiendum ad adiutricem gratiam, quæ vltro se offert omnibus, & per quam omnia possumus, Quam Dominus det nobis &c. Amen.

De eadem ex euangelio.

DVo homines ascenderunt, Luc. 18. In isto euãgelio tria possunt notari. Primo, magna Pharisæi supbia, ibi. Pharisæ° stãs, hæc apud se orabat. Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines raptores, adulteri, iniusti &c. Secũdo, vera Publicani humilitas, ibi. Publicanus a lõge stãs &c. Tertio, magna Dei iustitia in donũ suũ, ibi. Amẽ dico vobis, descẽdit hic iustificat° ab illo. Circa primũ notãdũ, q̃ in trib° apparuit superbia Pharisęi. Primũ, q̃a simpl̃r se iustum cogitabat, ibi. Non sum sicut cæteri hoĩes. Interlinearis. Quasi solus iustus sum. Secũdo, quia cæteros despiciebat, ibi. Raptores, iniusti. glosa. Despectis omnibus appetit singulariter videri habere quod non habet. Tertio, quia bona sua arroganter iactabat, ibi. Ieiuno bis in sabbatho. Glosa. Qui ascẽdit orare, non orat, sed se laudat. Isti sunt tres actus superbię, sicut dicit glosa quæ sic incipit, Quatuor sunt timoris species &c. Circa secundum notãdũ, quòd in tribus apparuit humilitas Publicani. Primo, quia a longe tamquàm indignus ingredi templum Dei, stabat, ibi. A longe. Secundo, quia indignum se videre tẽplum iudicabat, ibi. Nolebat nec oculos ad cælũ leuare &c. Tertio, quia se peccatorem iudicabat, & asserebat, ibi. Percutiebat pectus suum dicẽs, Deus propitius esto mihi peccatori. Isti sunt tres actus humilitatis. Glosa. Sicut ibi habemus non audet, humilis appropinquare, vt Deus appropinquet ei, ecce primum: non aspicit vt aspiciatur, ecce secũdum: agnoscit, vt ipse Deus ignoscat, ecce tertium. Circa tertium notandum, quòd in tribus apparet in isto euangelio iustitia Christi. Primo, in humilis Publicani iustificatione. Secũdo, in superbi Pharisęi condẽnatione. Tertio, in omni superborum condẽnatione & humilium exaltatione. Primum, ibi. Descẽdit hic iustificatus: secundum, ibi. Ab illo. Glosa. i. prę illo, ad cõparationẽ illius, vel plusquã ille. glos. Ante ruinam exaltatur cor, quod pertinet ad pharisæum: & ante gratiam humiliatur, quod ad Publicanum. Tertium, ibi. Oĩs qui se exaltat humiliabitur glos. Posita Publicani & pharisæi controuersia, postea ponitur iudicis sentẽtia, vt caueamus superbiã, teneamus humilitatem, quæ exaltat hominem in æterna gloria. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, Ad quam nos &c.

Ad idem ex euangelio.

DEVS ppitius esto mihi peccatori, Luc. 18. Ista, est oratio peccatoris quærentis misericordiam a Deo. Primo, ponit beneuolentiæ captationem a Domino, ibi. Deus. Secundo, format suam petitionem, ibi. Propitius esto. Tertio, subiungit petitionis rationem, ibi. Mihi peccatori. Circa primum notandũ, quòd propter tria possumus firmiter sperare quòd Deus det misericordiam omnibus petentibus eũ. Primo, quia habet multũ de misericordia. Eph. 1. Deus qui diues est in misericordia. Secundo, quia propriũ est Dei misereri. Grego. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Isa. 55. Derelinquat impius viã suam &c. Tertio, quia longam habet cõsuetudinem miserendi. Ab æterno enim & vsque in æternum effundit misericordias suas super confugiẽtes ad eum. psal. 102. Misericordia Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Circa secundum notandum, quòd oratio quam formauit est multum bona propter tria. Primo, propter breuitatem. Mat. 6. Cum oratis, nolite multum loqui sicut Ethnici: putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Secundo, propter necessitatem: petitur enim hic venia quæ est omnibus necessaria. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Aug. Nil laudabile est in vita hominũ, si remota misericordia discutias eum. Tertio, propter vtilitatem impetrandi peccatorum remissionẽ, & gratiæ infusionẽ. Vnde sequitur, Descendit hic iustificat ab illo. Circa tertiũ notandum, quòd tria debet habere peccator qui vult sibi Deum habere propitiũ, quę habuit iste Publicanus. Primo, magnã cordis humilitatem & contritionem, ibi. A longe stans. psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Secundo, peccatorum suorum confessionẽ, ibi. Hæc apud se orabat. Deus propitius esto mihi peccatori Prou. 28. Qui ascondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur &c. psal. 31. Dixi cõfitebor aduersum me &c. Tertio, punitionẽ, siue satisfactionem, ibi. Percutiebat pectus suum. Augu. Pœnas de se exigebat. Matth. 3. Facite fructus dignos pænitentiæ &c.

Oĩs qui se exaltat, humiliabit. *Quære in dominica decimaoctaua post Pẽtecosten.* Sequẽs dnica debet esse hic.

Dominica duodecima ex epistola.

IDVCIAM talem habemus per Christũ ad Deũ &c. 2. Cor. 3. Apost. in ista epistola intẽdit commendare mysterium noui testamenti. Circa quod

quod tria facit. Primo, agit de ministrandi vtilitate, ibi. Fiduciam talem habemus. Secundo, de ministrorum idoneitate, ibi. Qui & idoneos nos fecit. Tertio, de rei ministrandæ vtilitate, ibi. Quòd si ministratio. Circa primum tria facit. Primo, fiduciam ministrandi non sibi attribuit, ibi. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Secũdo, dicit ꝙ non est a se, ibi. Non ꝙ sufficientes simus. Tertio, ostendit ꝙ omnis sufficientia & voluntas operis est a Deo, ibi. Sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Circa ꝓm similiter tria facit. Primo, dicit quòd Deus fecit eos ministros noui testamẽti, ibi. Quòd idoneos nos fecit ministros. Secũdo, ostendit dignitatẽ noui testamẽti, qm̃ nõ est ĩ litera occidẽte, sed in spiritu viuificãte, ibi. Non litera, sed spiritu. Tertio, ostendit ꝙ facit eos ipsos ministros noui testamenti. ſ. quia confert vitã, ibi. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Circa tertium similiter tria facit: ostẽdit. n. ꝙ res noui testamenti est dignior & vtilior propter tria. Primo, quia illa erat pars mortis, hæc est spei, ibi. Quòd si ministratio mortis &c. Secundo, quia illa damnationis, hæc iustitię, ibi. Nã si ministratio dãnationis &c. Tertio, quia illa transiens, hæc permanens, ibi. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte. Ecce propter excellentẽ gloriam. Si. n. quod euacuatur in gloria est, multo magis quod manet, in gloria est.

De eadem epistola.

FIDVCIAM talem habemus per Iesum ad Deũ, 2. Cor. 3. Apostolus tria facit in verbis istis. Primo, agit de fiducia sanctorum, ibi. Fiduciã talem habemus. Secundo, ostendit propter quod fit ei fiducia, ibi. Per Christum, Tertio, ostẽdit in quo sancti habuerunt fiduciã, ibi. Ad Deũ. Nota ꝙ duplex est fiducia. ſ. bona, & mala. Fiducia bona est sanctorũ, vel bonorum: fiducia vero mala est fiducia malorum, siue peccatorum. Fiducia bonorum, sicut colligitur ex textu, cõsistit in septem. Primo, in Dei timõre. Prou. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius. ſ. timoris, erit spes. Secũdo, in oratione. 2. Paral. 16. Inuenit fiduciam seruus tuus, vt oret te. 1. Ioan. 3. Charissimi, si cor nostrum nõ reprehẽderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quia quæ sunt placita coram eo facimus. Tertio, in sui ad Deum conseruatione. Iob. 11. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tũc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis: miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ pertransierũt nõ recordaberis, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, habebis fiduciam proposita tibi spe, & defessus securus dormies, requiesces & nõ erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam populi. Quarto, in eleemosynæ largitione. Tob. 4. Magna erit fiducia coram summo Deo eleemosyna. Quinto, in legis diuinę obseruatione. Prou. 33. Fili mi inclina aurẽ tuam, & audi verba sapiẽtium: appone autem cor ad doctrinam meã, quia pulchra erit cũ seruaueris eam in corde tuo, & redũdabit in labijs tuis, vt sit in Domino fiducia tua, scilicet non in mundo, vel in aliquo alio. Sexto, in sanguine Christi. Heb. 10. Habentes, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouam. Octauo, in die iudicij. 1. Io. 4. In hoc est perfecta charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Item fiducia malorum consistit in septem, sicut colligitur ex textu. Primo, in diuitijs. Hiere. 49. Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis. Secundo, in astutijs & malitijs. Isa. 47. Et fiduciam habuisti in malitia, & dixisti. Nõ est qui videat me. Sapiẽtia tua, & sciẽtia tua hęc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & ꝑter me nõ est altera. Tertio, in falsa potentiũ formidine. Isa. 39. Vę filij desertores: & post. Sperãtes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciã in vmbra Ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiã. Pharao, princeps sæcularis: vmbra Ægypti, potentia sęcularis. Bene autem Pharao erit vobis in confusionem, quia sæpe ą quibus speratur auxilium, interuenit nocumentum. Vmbra quoque potentię sæcularis cedit in ignominiam. Iuxta quod Isa. 43. Confundãtur omnes qui confidũt in sculptilibus. i. simulacro potentię, & potenti. Quarto, in vana carnis pulchritudine. Eze. 12. Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, exposuisti fornicationem tuam omni transeũti. Quinto, in turrium & murorum munitione. Deut. 28. Donec disperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Sexto, in dæmonũ inuocatione. Deu. 22. Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Septimo, in exteriori & apparenti conuersatione. Iob. 8. Et spes hypocritæ peribit. Non. n. placebit Deo verecundia sua, & sicut tela aranearum fiducia sua, Ab illa fiducia liberet nos Christus.

De eadem ex euangelio.

ADDVCVNT ei surdum & mutum, & deprecabantur eum vt imponat illi manum, Mar. 7. Moraliter in isto euangelio tria notãtur. Primo, ꝙ magna sit & multiplex cuiuslibet peccatoris infirmitas, ibi. Surdum & mutum. Secundo, quæ sint ad eius curationem necessaria, ibi. Et deprecabantur eum. Tertio, ꝙ multiplex sequatur ex eius curatione vtilitas, ibi. Apertę sunt aures eius. Circa primum notandum, ꝙ tres graues infirmitates incurrit quilibet peccator, quando peccat mortaliter. Primo, cæcitatem per mentis obtenebrationẽ. Sopho. 1. Ambulabunt vt cęci, qm̃ Domino peccauerũt. Ephe. 4. Tenebris obcæcatum habẽtes intellectum, alienati sunt a via Dei per ignorãtiam, quę est ĩ illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operatione immundicię omnis in auaritiam. Secundo, surditatẽ per inobedientiæ rebellionem. Isa. 33. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuntios misi? psal. 17. Furor illis ꝓm similitudinẽ serpẽtis sicut aspidis surdę & obturãtis aures suas. Tertio, mutitatem ꝑ peccatorũ suorũ occultationẽ. Isa. 56. Vniuersi canes nõ valentes latrare. Iob. 20. Cũ dulce fuerit in ore eius malũ, abscondit illud sub lingua. De his tribus, glosa istius euãgelij. Genus humanũ tãquã vnus homo varia peste assumptum ĩ protoplausto cæcatur, dũ videt cæc' fit, surdus dũ audit, obmutescit dũ loquitur. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ duo cõcurrũt ad curationẽ istius infirmi, & significãt tria quę sunt necessaria ad curationẽ peccatoris. Primo, sanctorũ & ecclesiæ oratio, ibi. Et deprecabantur

deprecabantur. 1. Ioan 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat pro eo, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Secundo, donorum & gratię Spiritussancti susceptio, ibi. Misit digitos in aures eius. Glosa. Digitos in auriculam mittit, cum per Spiritũsanctum aures cordis ad intelligẽda & suscipienda verba salutis aperit. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu. Tertio, pænitentiæ operatio, quæ consistit in tribus. Primo, in cordis dolore, ibi. Suspiciens in cælum, ingemuit. Interlinearis. Gemere nos docuit pro nostris, vel nostrorũ reatibus supplicãtes. ps. 6. Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lacrymis meis stratũ meũ rigabo. Secũdo, in oris cõfessione, ibi. Et solutum est vinculum linguæ eius. Vinculum linguæ soluitur peccatoris, cum peccatũ cõfitetur. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Tertio, in mandatorum Dei & sacerdotis adimpletione, ibi. Et apertæ sunt aures eius. Aures peccatoris aperiuntur cum præcepta Dei & sacerdotis adimplendo & satisfaciendo obedit. Heb. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Circa tertiũ notandum, quòd triplex vtilitas sequitur ex cõuersione peccatoris. Prima est, quia ab omni infirmitate liberatur spirituali, ibi. Solutum est vinculũ linguæ eius, & loquebatur recte. Hiere. 3. Cõuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Secũda est, quia Deus inde laudat, ibi. Tanto magis plus prędicabant. psal. 50. Libera me de sanguinibus De' Deus salutis meæ. Tertia, quia Dei potẽtia & bonitas declaratur, ibi. Bene omnia fecit: surdos fecit audire &c.

Dominica decimatertia ex epistola.

ABRAHAE dictæ sunt promissiones, & semini eius, Gal. 3. In verbis istis ostenditur quòd illis fiunt promissiones cælestes, qui Abraham student pro viribus imitari. Leguntur autem septem de Abraham, in quibus debet eum christianus quilibet imitari. Primo, in fidei constãtia. Ro. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim opportet accedẽtem ad Deum, quia est, & ꝙ inquirẽtibus se, remunerator est. Secũdo, in perfecta obedientia. Gen. 33. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meæ. Deu. 3. Numquid Dominus Deus tuus requiret a te, nisi vt obedias ei ex toto corde tuo? Tertio, in despectu patriæ. Quarto, in contemptu prosapiæ. De his duobus, Gen. 12. Dixit Dominus ad Abraham. Egredere de terra, & de cognatione tua, & veni in terram quam mostrauero tibi. Quinto, in hospitalitate & misericordia. Gen. 18. Domine, si inueni gratiã ĩ oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pusillum aquæ, & lauẽtur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponam buccellam panis, & cõfortate cor vestrum, postea transibitis. Heb. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidam placerunt Deo. Sexto, in humilitate. Gen. 18. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. Verba Abrahæ ad Dominum. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Septimo, ĩ Dei timore. Gene. 33. Nõ extẽdas manum tuam super puerum, neque facias illi quicq̃: nunc cognoui ꝙ timeas Dominum, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Et quid Dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas Dominum ex toto corde tuo? Deuter. 3. In his monet nos imitari Abraham Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. His qui sic ĩ his imitant' Abrahã facit Domin' septẽ magnas promissiones, quas fecit Abrahæ. Primo, promissit ei ꝙ suam benedictionem sibi daret. Secundo, ꝙ ipsum magnificaret. Tertio, ꝙ eius inimicos humiliaret. Quarto, ꝙ eum in omnibus gentibus honoraret. De his quatuor, Gen. 12. Benedicam tibi, ecce primum: magnificabo nomen tuũ, ecce ꝓm: maledicam maledicentibus tibi, ecce tertium: atque in te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ, ecce quartum. Quinto, ꝙ eũ in omnibus protegeret. Sexto, ꝙ se ei in mercedem tribueret. De his duobus. Gen. 15. Factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens. Noli timere Abrahã, ego protector tuus sum, ecce primum: & merces tua magna, ecce ꝓm. Septimo, ꝙ ei terram fluentẽ melle & lacte daret. Gen. 13. dixit Dominus ad Abrahã. Leua oculos tuos a loco in quo nunc es ad aquilonẽ, & meridiem, & ad orientem: omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Hęc septem bona fecit Dominus his qui imitãtur Abraham. Primo, eos benedicit. Ephe. 1. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Secundo, eos magnificat. Rom. 7. Quos autem vocauit, illos & magnificauit. Tertio, inimicos eorum humiliat. psal. 37. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam. Quarto, eos protegit. psal. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum quoniã cognouit nomen meum. Quinto, honorat. psal. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Sexto, se eis dat ipse Deus in præmium, qui erit omnia in omnibus, qui erit salus & vita, honor, gloria, pax, gaudiũ, & omnia bona. Septimo, dat eis terram fluẽtem lacte & melle, idest, regnum cęlorum, gaudium humanitatis & diuinitatis lætificãs. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, Ad quod nos perducat, Amen.

De eadem ex euangelio.

HOMO quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam eum despoliauerũt, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, Luc. 10. In ista parabola tria sunt. Primo, multiplex peccatorũ miseria, ibi. Homo quidã, descendebat ab Hierusalẽ. Secundo, ostenditur multiplex Christi ad peccatorem misericordia, ibi. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus viam, & vidẽs eum misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum, & imponẽs illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Tertio, datur nobis imitandi regula, ibi. Vade & tu fac similiter. Circa primum nota, quòd quatuor miserias incurrunt homines cum peccant. Primo, cælesti gloria priuantur, ibi. Descẽdebat ab Hierusalem &c. glosa. Homo ille cælestis Hierusalem præuaricationis prolaptione ad miserias & defectum huius erumnosæ & mutabilis vitæ descendit. Isa. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Secundo, dæmonibus subiugantur, ibi. Incidit in latrones. gl. In potestate dęmoniorũ. 2. Tim. 2. Ne quando det illis Deus pænitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo ca-

quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Tertio, bonis gratuitis expoliant, ibi Qui expoliauerũt eum. Glo. Induméta gratiæ spiritualis aufert. Sap. 1. In maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quarto, in bonis naturalibus vulnerãtur, ibi. Vulnerauerunt, vulnera inferunt, idest, peccata, quibus integritas humanę naturæ violatur. Aug. Si naturæ bonæ non essent, eis vitia non nocerent: nunc autem eis quid faciunt nisi adimere integritatem, pulchritudinem, & virtutem, & salutem. Circa f̃m notandum, ꝙ quatuor misericordiæ Christi hic ponuntur, quas fecit peccatoribus. Prima, fuit humanę naturæ susceptio, ibi. Samaritanus quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. glosa Samaritanus Christus est, qui propter nos homo factus est, vitæ præsentis iter arripuit. Secundo, sacramentorum ad salutem peccatorum institutio, ibi. Alligauit vulnera eius. glosa. in baptismo. psal. 146. Qui sanat cõtritos corde, & alligat contritiones eorum. Tertio, gratiæ Spiritussancti infusio, ibi. Infudit oleum. glo. idest, charisma Spiritussancti. Ioan. Paraclitus autẽ Spiritussanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quęcumque dixero vobis. Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiã pro gratia, quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quarto, amaritudinẽ pro peccatoribus passionis tolerando, ibi. Imponens eum in iumentum suum. glosa. Iumentum caro sua est, in qua ponit sauciatum, quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Circa tertium notandum, quòd quatuor misericordias debemus pænitentibus exhibere. Primo, supportationẽ. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Secundo, oratione. 1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccãti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Iacobi. 5. Orate pro inuicẽ vt saluemini. Tertio, in instructione. Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Iacobi. 5. Fratres mei, siquis ex vobis errauerit a veritate, & cõuerterit quis eum, scire debet quoniam qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, saluabit aĩam eius a morte, & operiet multitudinẽ pctõrũ. Mat. 13. Si peccauerit ĩ te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum &c. Quarto, veniæ donatione. Mat. 18. Accedẽs Petrus ad Dñm dixit. Si peccauerit ĩ me frater meus, dimittam ei vsque septies? dixit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies. Eccl. 8. Non spernas hominem. Interlinearis, scilicet pęnitentẽ auertentem se a peccato, neque improperes ei. Memento quoniam in corruptione omnes sumus.

Dominica decimaquarta ex epistola.

SPIRITV ambulate, & desideria carnis non perficietis, Gal. 5. Tria facit Apostolus in verbis istis. Primo, inuitat nos ad ambulandum, ibi. Ambulate. Secundo, ostẽdit modum ambulandi, ibi. Spiritu. Tertio, ostendit vtilitatem, ibi. Et desideria carnis non perficietis. *Quære in secũda dominica & in tertia Quadragesimæ.*

De eadem epistola.

FRVCTVS autem spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia &c. Gal. 5. Duo facit Apostol⁹ ĩ ista epistola. Primo, dicit ꝙ est fugiendum malum carnis, ibi. Desideria carnis non perficietis: caro. n. concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Secundo, dicit ꝙ est sequenda via spiritus, ibi. Quod si spiritu ducimini. Circa primum tria facit. Primo, dicit ꝙ malum carnis est fugiendum. Secũdo, ostendit quomodo est fugiendum, quia per viam spirit⁹, ibi. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Tertio, probat ꝙ qui sequitur viam spiritus, fugit malũ carnis, ibi. Si spiritu ducimini. Circa f̃m similiter tria facit, probat. n. ꝙ sequendus est spiritus propter tria. Primo, quia a lege liberat, ibi. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. Secundo, quia ex carne sequunt multa mala: & ponit decẽ & septẽ mala, ibi. Manifesta sũt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, ęmulationes, iræ, rixę, dissensiones, sectæ, inuidię, homicidia, ebrietates, cõmessationes, & his similia, quæ prędico vobis sicut p̃dixi: qm̃ q̃ talia agũt, regnũ Dei nõ consequentur. Tertio, quia ex spiritu sequũtur multa bona, ponit duodecim bona, ibi. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas: aduersus hmõi non est lex. Circa istud vltimum notandũ, ꝙ Dominus dat iustis suis virtutes, dona, beatitudines, & fructus spiritus. Virtutes vt bene agant, dona vt agãt expedite, beatitudines vt agant iucũde. Dicũtur aut ista fructus, quia reficiunt hominem exterius & interius. Ad sensus pertinent tres, castitas ad tactum, continẽtia ad gustum, modestia ad cæteros sensus. Ad concupiscibilem, pertinẽt tres. Ptimo, charitas ad Deum: secundo, pax ad proximum: tertio, gaudium in seipso. Ad irascibilem duo, patientia, quę facit aduersa delectabiliter tolerare: & longanimitas, quæ facit in bono delectabiliter persuerare. Alij quatuor fructus sunt in rationali. Cõsideratur. n. rõnalis dupliciter, ꝙ est regitiua virium, & sic tripliciter: vel prout regit se ipsam, & sic habet bonitatem, quæ est dulcedo mentis: vel prout regit concupiscibilem ad proximum, & sic habet benignitatem, quæ est largitas: vel prout regit irascibilem, & sic habet mansuetudinem: vel prout est ductiua ad fidem, & sic habet fidem.

De eadem.

FRVCTVS autem sunt charitas, gaudium, pax, patiẽtia &c. Gal. 5. Quilibet homo debet habere istos fruct⁹ maxime ꝙ ppter tria. Primo, propter necessitatẽ. Mat. 5. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Secundo, propter delectabilitatem, quia mẽtẽ ineffabili dulcedine reficiunt. Cant. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Tertio, propter vtilitatem, quia multas vtilitates conferunt. Primus fructus habet tres mirabiles virtutes. Prima est, quia homo qui comedit ipsum, inexpugnabilis efficit. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an plecutio, an gladius? sicut scriptum est, Quoniã propter te mortificamur tota die exstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his omnibus superamus propter illũ qui dilexit nos. Secundo, quia omnia bona & mala prosunt ei, qui isto fructu reficitur. Rom. 8. Scimus qm̃ diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui f̃m propositum vocati sunt sancti. glosa, bona & mala. Tertio, quia qui comedit talem fructum, in æternum non morietur. 1. Corin. 13. Charitas numquam excidit. Secũdus fructus habet similiter tres magnas virtutes. Primo, quia esus huius fructus fortes facit homines ad vincẽdũ omnes dæmones. B. Antonius. Vnica est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis. Secundo, quia facit homines semper viuere. Eccle. 30. Iucunditas cordis hæc est, vita hominis. Tertio, quia ducit comedentes ad gloriã cælestis regni. Rom. 14. Regnum Dei nõ est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiũ in Spiritusancto: qui. n. in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hoĩbus. Tertius fructus similiter habet tres magnas virtutes. Prima, quia hominem ab omnibus malis protegit. Philip. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro Secundo, quia filiũ Dei efficit. Mat. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Tertio, quia in loco vbi est iste fructus, Deus libẽter in habitat & quiescit. psal. 75. In pace factus est locus eius. Quartus fructus habet similiter tres magnas virtutes. Prima est, quia esus eius dat homini sapientiam. Prou. 18. Qui patiens est, multa gubernat⁹ prouidentia. s. futurorum. Ista dictio, multa, est accusatiuus pluralis, vel ablatiu⁹ singularis. Secundo, quia animam hominis conseruat. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tertia ẽ, quia facit amara dulcia, tãta est dulcedo eius. Iac. . Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes ꝙ probatio fidei vestrę patientiam operatur: patiẽtia autem opus perfectum habet.

De eadem ex euangelio.

CCVRRERVNT ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, Luc. 17. Moraliter in isto euangelio tria notantur. Primo, peccatorum multiplicitas, ibi. Ecce decem viri leprosi. Secũdo, curationis remedia, ibi. Occurerunt ei. Tertio, quæ sint curatis a peccatis remedia necessaria, ibi. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mũdatus est. Circa primum notandum, ꝙ decem leprosi possunt significare decẽ genera peccatorum. Primus leprosus est ĩfidelis, & hęreticus, qui a consortio fideliũ separatur, & sanctorũ. Numeri. 5. Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum: & post. Fecerunt filij Israel, & eiecerunt extra castra oẽs, sicut locutus est Dñs Moysi. Secũdus est blasphemator & detractor. Numeri. 10. Locuta est Maria & Aarõ contra Moysen propter vxorem eius æthiopissam, & dixerunt. Numquid propter solum Moysen locutus est? quod cum audisset Dñs, iratus est valde: & post dixit ad eos. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? & post. Ecce Maria apparuit cãdes lepra quasi nix. Tertius gulosus, qui supra aerem fœtidis eructationibus ex repletione nimia procedẽtibus inficit. Leui. 12. Quicumque maculatus fuerit lepra, habebit os veste contectum, contaminatum ac sordidũ se clamabit. Quartus est auarus, qui immoderato habendi desiderio semper flat; hæc est lepra Giezi. 4. Reg. 5. Nunc ergo accepisti argẽtum, accepisti vestes, vt emas oliueta, oues & boues, seruos & ancillas &c. lepra Naamam adhęrebit tibi. Quintus est superbus, qui per tumorem mentis contra Dñm & Christũ se eleuat, & hæc est lepra Naamam regis Syriæ, & erat diues valde, & forris, sed leprosus. Sextus est ambitiosus, qui honores & dignitates desiderat: hæc est lepra Ezechiæ, qui ambiit honorem summi sacerdotij. Parali. 32. Eleuatum est cor eius, ingressus est templum, uoluit adolere incẽsum: & post. Et statim orta est lepra in frõte eius. Septimus est hypocrita, vel vanagloriosus, qui bona sua inaniter iactat Hic est leprosus Simonis pharisæi. Mat. 26. Cum autẽ esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habẽs alabastrum vnguẽti pretiosi, & effudit sup caput ei⁹ recũbẽtis. Octauus leprosus est luxuriosus, qui fluxu immũditiæ suæ creaturas cõtaminat Leu. 33. Hõ de semine Aarõ, qui fuerit leprosus, vel patiẽs fluxũ sanguinis, nõ vescet de his q̃ sanctificata sunt mihi, donec sanet. Nonus est homicida. Hæc est lepra Ioab, quam imprecat⁹ est ei Dauid, quia occiderat Abner. 2. Regum. 3. Non deficiet de domo Ioab homo leprosus tenens fusum. Decim⁹ est ostinatus & desperatus, qui finaliter peccat. Leuit. 13. Lepra perseuerantis est in eodem, cumque color albus fuerit incute, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit lepra vetustissima iudicabit. Hier. Qui veniam de peccato desperat, plus se de desperatione q̃ commisso scelere obligat. Desperatio auget peccatum, & est maior oĩ peccato. Qui ab istis lepris vult curari, currat ad piscinam sanguinis innocentis, quam fecit nobis ineffabili charitate Dñs Iesus Christus, mundauit nos in ea, & mundabit omnes confugientes ad se a lepris omniũ peccatorũ. Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Dominica decimaquinta ex epistola.

NON efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ inuidentes, inuicẽ prouocantes, Gal. 6. Duo facit Apostolus in ista epistola. Primo, monet vt malũ vitem⁹, ibi. Nõ efficiamur inanis glię cupidi. Secũdo, vt bonũ operemur, ibi. Si p̃occupatus fuerit hõ ĩ aliquo delicto, vos qui spirituales estis, ĩstruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Circa primũ tria facit. Primo, monet vt declinemus a malo vanitatis, ibi. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Secundo, vt vitemus iniuriam proximi in dictis & factis, ibi. Inuicem prouocãtes. Circa f̃m docet triplex facere bonum. Primo, docet a bono quod debet prælatus subditis, ibi. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Secũdo, de bono quod debent subditi prælatis, ibi. Cõmunicet autem his qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Tertio, de bono quod debent omnes ad inuicem, ibi. Bonum autẽ facientes &c. Circa primum tria facit. Primo, monet vt prælati peccatores in mansuetudine instruant, ibi. Si præoccupatus fuerit homo &c. Secundo, vt supportent eorum onera, ibi. Alter alterius onera portate. Tertio, quare hoc facere debent. s. aliorũ onera portare, ibi. Et sic adimplebitis legem Christi. Circa f̃m facit similiter tria. Primo, dicit ꝙ debent subditi prælatis ministrare temporalia, ibi. Cõmunicet autẽ. Secũdo, ꝙ nõ debẽt se excusare aliqua fallacia, ibi. Nolite errare, Deus nõ irridetur. Tertio, probatur ꝙ hoc facere debent, ibi. Quæ. n. seminauerit homo, hæc & metet. Circa tertiũ similiter tria facit. Primo, dicit ꝙ debemus benefacere, ibi. Benefacientes autem non deficiamus. Secundo, probat ꝙ hoc debemus, ibi. Tẽpore. n. suo metemus non deficientes. Tertio, ostẽdit quòd

quòd bonum facere debemus.ſ. anteq̃ tranſeat tempus benefacendi, ibi. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

De eadem epiſtola.

BONVM autem facientes non deficiamus, Gal. 6. Tria facit Apoſtolus in verbis iſtis. Primo, monet vt bonum faciamus, ibi. Bonum autem facientes. Secundo, vt a bono opere non deficiamus, ibi. Nõ deficiẽtes. Tertio, ponit præmiũ, ibi. Tempore.n. ſuo metemus. Circa primum ſciendũ, ꝙ debemus bonũ facere maxime pp tria. Primo, quia omnia naturaliter docẽt nos benefacere, & hoc tripliciter. Primo, quia omnia bona sũt. Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Satis poſſunt erubeſcere peccatores in tanta multitudine creaturarum, quæ omnes bonæ ſunt, & ipſi mali ſunt. Secundo, quia omnia naturaliter bonum faciũt: quælibet.n. creatura dat ſeipſam, quod eſt inditium bonitatis earum & creatoris. Dionyſius. Deus eſt bonum effuſiuum ſui. Aug. Magnum eſt iudicium bonitatis diuinæ, ꝙ quælibet creatura cogit dare ſeipſam. Tertio, quia omnia naturaliter appetũt bonum, & ad bonum tendunt. Philoſophus. Bonum eſt quod ab omnibus deſideratur. Circa ſm docet ꝙ tria ſunt quę maxime faciunt hominem perſeuerare in bono. Primo, aſſidua & deuota oratio, qua homo implorat Dei auxilium ne in tẽtationibus ſuccũbat. Luc. 20. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Secundo, continuus timor: ſtatĩ. n. vt homo ſecurus fit, a bona operõne deficit. Ecc. 27. Si nõ timore Dñi tenueris te inſtãter, cito ſubuertet dom⁹ tua. Interlinearis. Timor Dñi cuſtodia vitæ: cito.i. ex improuiſo: ſubuertet domus tua.ſ. terrenũ ĩhabitaculũ, vel ſpes terrenorũ. Tertio, venialiũ vitatio, q̃ ſunt occaſio ad mortale, & frequẽter ſubruunt ædificium bonorum operum. Aug. Vitaſti grãdia, caue ne obruaris arena. Ecc. 19. Qui minima negligit, paulatim defluit. Circa tertium notãdum, ꝙ tria facit Apoſtolus. Primo, ponit recipiendi præmium congruentiã, ibi. Tempore.n. ſuo. glo. hoc eſt tempore congruo, vel conuenienti: tempus congruum erit dies iudicij, in quo recipiet vnuſquiſque quod geſſit. Vnde in pſal. 74. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Secundo, ponit præmij copioſitatem, ibi. Metemus. In meſſione abũdãtia notatur. pſal. 125. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. 2. Cor. 19. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictione & metet vitã æternã. Matth. 5. Merces veſtra copioſa eſt ĩ cælis. Tertio, ponit præmij æternitatem, ibi. Non deficientes. Ioan. 15. Et gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis. Mat. 25. Ibunt hij in ſuppliciũ æternũ: iuſti aũt in vitã æternã.

De eadem ex euangelio.

NEMO poteſt duobus dominis ſeruire, Mat. 6. Dñs Ieſus Chriſtus in verbis iſtis oſtendit ꝙ ſoli Deo ſeruiendum eſt, & non alteri contraria Deo pręcipiẽti, vel ſeruire Deo impedienti. Mat. 4. Dñm Deũ tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Debemus autẽ illi ſeruire propter quinque. Primo, propter cõgruitatẽ. Omnia.n. ſeruiunt ei: vnde ſatis incongruũ eſt ꝙ homo ſeruiat ei. pſ. 118. Qm̃ oĩa ſeruiũt tibi, ordinatione tua pſeuerat dies. Seruiũt aũt ei omnia tripliciter. Primo, præcepta ſibi a creatore data adimplendo. pſal. 148. Satuit ea in æternum, & in ſæculũ ſæculi: pręceptum poſuit, & non præteribit. Secundo, rebelles creatori puniendo. Tertio, amicis eius benefaciẽdo. De his duob⁹, Sap. 16. Creatura tibi factori deſeruiẽs exardeſcit in tormẽtum aduerſus iniuſtos, & leuior fit ad benefaciendũ pro his qui in te confidunt. Secũdo, debem⁹ ſoli Deo ſeruire, quia ipſe ſolus habet in nobis veri Dñi proprietatẽ. pſal. 115. Ego ſeruus tu⁹ & filius ancillæ tuæ. Poſſidet autẽ in nobis Dñiũ triplici iure. Primo, iure creationis. pſal. 4. Scitote qm̃ Dñs ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Secũdo, emptionis. 1. Petri. 1. Scientes qm̃ non corruptibilibus auro, vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. 2. Cor. 6. Empti.n. iſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpe veſtro. Tertio, vitæ educanis. pſal. 135. Qui dat eſcam omni carni. Tertio, debemus ſoli Deo ſeruire propter ſeruiendi ſibi dignitatẽ: confert.n. triplicem magnam vtilitatem ſeruienti ſibi. Primo, militiã triumphalem. 2. Tim. 2. Labora vt bonus miles Chriſti. Iob. 25. Numquid eſt numerus militum eius? Secundo, dignitatem ſacerdotalẽ. Tertio, maieſtatem regalem. De his duobus Apo. 5. Fecit nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſe gl oria & imperium in ſęcula ſęculorum, Amen. 2. Pet. 2. Vos aũt genus electum, regale ſacerdotium, gẽs ſancta, populus acquiſitionis. Nam ſeruire Deo
H regnare eſt. Quarto, debemus ei ſeruire ꝓpter neceſſitatem: imminet autem nobis triplex neceſſitas ſeruiẽdi Deo. Primo, quia qui noluerit ſeruire Deo, ſeruiet ſuorum hoſtium ſubijcietur. Secũdo, bonorum omnium penuriam patietur. Tertio, quia ſub multiplici miſeria penitus cõteretur. De his tribus, Deu. 38. Eo ꝙ non ſeruieris Dño tuo in gaudio cordiſque lætitia propter rerum abũdantiã, ſeruies inimico tuo quem immittet Dñs tibi, ecce primũ: in fame & ſiti, & nuditate, & omniũ penuria bonorũ, ecce ſm: & ĩponet iugum ferreũ ſuper ceruicẽ tuã donec cõterat, ecce tertiũ. Quinto, propter vtilitatem debemus ſeruire Deo: conſequitur.n. multas vtilitates homo de
I ſeruitio Dei. Sed hic notantur tres. Prima eſt ab omnibus inimicis liberatio. 3. Regum. 7. Seruite illi ſoli, & liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum. Secunda, ineffabilis cordis exultatio. pſal. 99. Seruite Dño in lætitia. Tertia, æterna in omnium delitiarum fruitio Iſa. 65. Ecce ſerui mei comedent, & vos exurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur, & vos cõfundemini. Ioan. 12. Volo pr̃ vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter me⁹. Fuit.n. Ieſus in dextris patris, hoc eſt, in potioribus bonis patris, & ibi ponet eos qui ſibi ſeruiũt. Mat. 24. Beatus ille ſeruus, quẽ cum venerit Dñs, & inuenerit ſic faciẽtem, Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Mat. 25. Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui, Ad quod gaudium &c.

Dominica decimaſexta ex epiſtola.

VT poſſitis comprehendere cũ omnibus ſanctis quę ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, Eph. 4. In iſtis verbis notantur quatuor, quę ſunt nobis neceſſaria ad ſalutẽ. Primo, charitas, qua amicos & inimicos diligamus, ibi. Quæ ſit latitudo. Gloſſa.i. quanta debet eſſe latitudo charitatis, quæ debet vſque ad inimicos extendi. Secundo,

cundo perſeuerantia, ut in charitate finaliter perſiſtamus, ibi. Lõgitudo. gl. quæ ſit longitudo charitatis. ſ. perſeuerandi longitudo. Tertio intentio recta, vt ſolũ Dominum noſtrarum actionum præmium præponamus, ibi. Sublimitas: hæc eſt quę cor ſurſum erigit, vt Deus in præmium expectetur. Quarto humilitas, vt in his omnibus per ſuperbiam non euaneſcamus, ibi. Profundum: eſt enim humilitas quæ hominem ponit in imo, quo ad hominem, ſed in ſummo quo ad Deũ. Luc. 18. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Circa primum notandum, ꝙ propter tria maxime debemus diligere inimicos. Primo, propter præceptum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro perſequentibus & calũniãtibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt. Secundo, propter Dei exemplum. Rom. 5. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: & paulo poſt. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Tertio, propter commodum noſtrũ. Facit enim charitas inimicorum filios ſummi Dei. Matth. 5. Orate pro perſequentibus vos &c. Circa ſecundum notandum, ꝙ propter tria debemus in bono pſeuerare. Primo, propter vitandum vituperium. Valde.n. vituperabile eſt incipere, & nõ perſeuerare. Luc. 13. Quis ex vobis volens ædificare turrim, nõ prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum, ne
C poſtquàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit conſummare. Secundo, propter vitandũ ſupplicium: maius enim ſupplicium meretur qui guſtauit quàm dulce eſt bene operari, & non perſeuerauit. 2. Petr. 2. Melius illis erat non cognoſcere viam iuſtitię, quàm poſt cognitam retrorſum reuerti. Cõtingit.n. illis illud verum prouerbiũ. Canis reuerſus ad vouitũ: & ſus lota in uolutabro luti. Tertio, propter præmiũ aquirendum: ſola enim perſeuerantia meretur præmiũ. Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Circa tertium notãdum, ꝙ debemus ſolũ Deũ expectare præmiũ pp tria. Primo, quia ipſe ſolus eſt verũ præmiũ. Gen. 15. Protector tu⁹ & merces tua magna nimis. Aug. Pręmium erit omnia ĩ oĩbus, quia erit nobis vita & ſalus, virtus & copia, honor & gloria, pax & gaudiũ, & oĩa bona. Tertio, quia erit præmiũ æternũ. Ioan. 17. Hæc eſt vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolũ verũ Deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Circa quartũ notandum, ꝙ humilitas tribus modis conſeruat hominẽ in bono. Primo, ab inimicis defendendo. pſal. 14. Cuſtodiens paruulos Dominus, humiliatus ſum, & liberauit me. Secundo, augumenta gratiæ promerendo. Iaco. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. Tertio, vſque ad æternam
E gloriã perducendo. Pro. 39. Humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria, Ad quã nos perducat &c.

Dominica decimaſeptima ex epiſtola.

SOLLICITI ſeruare vnitatẽ ſpiritus ĩ vinculo pacis, Eph. 5 Nota quòd tria facit hic Apoſtolus in verbis iſtis, Primo, monet vt eruemus vnitatem, ibi. Seruare vnitatem. Secundo, ponit modum conſeruationis, ibi. In vinculo pacis. Tertio, monet ad ſollicitudinem habẽdã in vtroque, ibi. Solliciti. Circa primũ notãdũ, ꝙ triplex vnitas
A eſt nobis neceſſaria. Prima, vnitas intellectuũ per fidei indemptitatem. Secunda, vnitas affectuum per recta cõcordiæ uolũtatẽ. De his duobus, Philip. 2. Idẽ ſapiatis, quãtũ ad primũ: eadẽ charitatẽ habẽtes, vnanimes, idipſum ſentiẽtes, quãtum ad ſm. Tertia, vnitas cõuerſationis per vniformẽ morũ honeſtatẽ. pſal. 67. Deus qui in habitare facis vnanimes ĩ domo. De his tribus Actuũ. 4. Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ, quo ad vnitatẽ fidei: & anima vna, quo ad vnitatem volũtatis: & erant illis omnia cõmunia, quo ad vnitatẽ morũ. Circa ſm notãdũ, ꝙ triplici vinculo debẽt ligari ſancti. Primo, vinculo ſapiẽtiæ. Eccle. 6. Subijce humerum tuũ.i. actus tuos ſuppone magiſte
B rio illius.ſ. ſapiẽtiæ, & porta illã, & ne accidieris ĩ vinculis illius.ſ. tędioſe & grauiter ferẽs. Secundo, vinculo dilectionis. Colo. 3. Super oĩa aũt habete charitatẽ, qd̃ eſt vinculũ perfectionis. Tertio, vinculo pacis, ut hic. In vinculo pacis. Circa tertiũ notandũ, ꝙ qui volũt ſeruare vnitatẽ, quinque debẽt habere quæ Apoſtolus commemorat in epiſtola iſta. Primo, humilitatẽ ne alter alteri ſe præponat, quod eſt cauſa diſcordiæ. Prou. 32. Inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt. ſ. diſſenſiones, ibi. Cũ omni humilitate. Secũdo, debẽt habere mãſuetudinẽ, ne alicui iniuriã faciãt, quod eſt ſimiliter cauſa diſſenſionis. Tit. 3. Omnẽ oſtendentes mãſuetudinẽ ad oẽs homines. Tertio, patiẽtiã vt illatas iniuris patiẽter ſuſtineãt, & per patientiã fratrẽ reuocẽt ad cõcordiã, ibi. Cũ patiẽtia. 1. Theſſ. 5. Patiẽtes
C eſtote ad oẽs, videte nequis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſemp quod bonũ eſt ſectamini adinuicẽ, & in oẽs. Quarto, neceſſe eſt vt mores graues ſociorũ ſupportare ſciãt, ibi. Supportãtes inuicẽ. Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Quinto, debẽt habere charitatẽ, per quam inuicẽ ſibi ſeruiãt: mutua.n. ſeruitia nutritiua ſunt charitatis in charitate. Gal. 5. Per charitatẽ.n. ſpiritus ſeruite inuicẽ. Oĩs.n. lex in vno ſermone impletur, Dilige proximũ tuũ ſicut te ipſum, quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem conſumamini.

De eadem ex euangelio.

D YDROPICVS quidam ſtabat ante illũ, Luc. 14. Tria notantur moraliter. Circa miraculũ de curatione iſtius hydropici. Primo, notatur magna peccatoris infirmitas, ibi. Hydropicus. Secundo, magna Dei clemẽtia, ibi. Et ſanauit eum. Tertio, magna ipſius ſapientia, ibi Cuius veſtrũ bos, aut aſinus in foueã cadit, & nõ cõtinuo extrahet illũ die ſabbathi? Et nõ poterãt ad hæc reſpõdere illi. Sapiẽti.n. argumẽto cõfundit verſutiã Phariſæorum. Circa primũ notãdũ, ꝙ per hydropiſim ſignificãtur tria vitia, q̃ ſunt origines omniũ vitiorũ. Primo, quia hydropiſis eſt morbus aquoſus, q̃ ſignificat luxuriã. Gen. 4. Effuſus es ſicut aqua: nõ creſcas, quia aſcẽdiſti cubile patris tui. Secundo, quia naſcitur ex vitio
E ueſicæ cum inflatione turgente, & per hoc ſignificat ſuperbiã, quę procedẽs ex uanitate cordis, facit hominẽ inflari innaniter. 1. Cor. 5. Et uos infiati eſtis. Tertio, quia facit hoĩem quãto plus bibit, tãto plus ſitire, & per hoc ſignificat auaritiã. Eccle. 5. Auarus non impletur pecunia. 1 Ioan. 3. Omne quod eſt in mũdo aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut cõcupiſcẽtia oculorũ, aut ſuperbia uitæ. Circa ſm notandũ, ꝙ Dñs ſanauit iſtos tres languores, & ſanat triplici remedio. Primo, morbũ luxuriæ ſanat remedio puritatis. Mat. 5. Beati mũdo corde, qm̃ ipſi Deũ uidebunt. Secũdo, morbum

morbũ ſuperbię remedio humilitatis. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Tertio, morbum auaritiæ ſanat remedio voluntarię paupertatis. Luc. 6 Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſorũ ē regnũ cęlorũ.

Circa tertium notandũ, ꝙ in tribus apparuit ſapiẽtia Chriſti in iſto euangelio. Primo, quia conuenienti argumento reſpondit, qd̃ pertinet ad logicã, ibi. Cũ ius veſtrum aſinus. Secũdo, quia mores naturales inſtruxit, quod pertinet ad ethicã, ibi. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, ne recumbans in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus. Tertio, quia bona opera pro regno cæli facere docuit, qd̃ pertinet ad metaphyſicã, ſiue theoricã. Dicebat aũt & ei qui ſe inuitauerat. G Cũ facis prãdiũ, aut cęnam, noli vocare amicos tuos, nec frres tuos, nec cognatos, nec vicinos diuites &c.

De eodem.

OMNIS qui ſe exaltat, humiliabit: & qui ſe humiliat, exaltabit. Quatuor facit Dns in verbis iſtis. Primo, hortat vt ſuperbię vitiũ caueamus, ibi Oĩs qui ſe exaltat. Secundo, ſubiungit pœnã ſuperbientiũ, ibi. Humiliabit. Tertio, hortat ad humilitatis meritũ, ibi. Qui ſe humiliat. Circa primũ notãdũ, ꝙ tribus modis exaltant ſe peruerſe ſuperbi. Primo, contra Deum ſe ſtulte erigendo. Iob. 15. Currit aduerſus dominum extento collo, & pingui ceruice armatus eſt, & operuit faciẽ eius craſſitudo, & de lateribus eius a ruina deſcendit: & in eodẽ. Quid tumet contra Deum ſpũs tuus, vt proferas de corde tuo huiuſcemodi ſermones? pſ. 73. Superbia eorũ qui te oderũt aſcẽdit ſemp. Secundo, inaniter ſibi placendo. Aug De ciui. Dei. 14 lib. c. 13. Relicto itaq; Deo eſſe in ſemetipſo, hoc eſt ſibi placere, non iam nihil eſſe eſt, ſed nihilo propinquare: vnde ſuperbi ſm ſcripturas ſanctas alio noĩe appellantur, ſibi placentes. Tertio, arroganter ſe alijs præferendo. pſal. 23. Dũ ſuperbit impius, incenditur pauper. Aug. Quid eſt ſuperbia, niſi peruerſæ celſitudinis appetit'. De his tribus, Iob. 15. Quid te eleuat cor tuum? te erigendo, ecce primum: & quaſi magna cogitans, tibi placens? ecce ſm: attonitos habes oculos, ecce tertiũ. Circa ſm notandũ, ꝙ tripliciter ſupbi humiliabunt. Primo, qa a ſuperbia deijcient. pſa. 73. Superbia eorũ qui te oderunt, aſcendit ſemper. Secũdo, quia coram oĩbus creaturis confundent. Oſee. 4. Gloriã eorũ ĩ ignominiã cõmutabo. Idẽ. 17. Dñe, oẽs qui te derelinquũt, cõfundent. Hier. 20. Confundent vehementer qui non intellexerunt opprobrium ſempiternũ, qd̃ nũquã delebitur. Et Oſee. 10. Cõfuſiõ Efraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua. Tertio, quia æternaliter punient. Apo. 18. Quantũ glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentũ. Per glorificationẽ ſuã vanã & luctũ. ſ. pp delitias, quia ĩ corde ſuo dicit. Sedeo regina, & vidua nõ ſum, & luctũ nõ videbo: ideo in vna die venient plagę eius, mors, luctus, & fames, & igne cõburet. Iob. 40. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens oẽm arrogantem humilia. In eodẽ. Reſpice cũctos ſuperbos, & confunde eos, & contra impios in loco ſuo abſcõde eos in puluere ſimul, & facies eorũ demerge in foueam. K

Circa tertiũ notãdũ, qa debemus tripliciter humiliari. Primo noſipſos, ꝙ nihil ſumus cognoſcẽdo. Gregõ. Humilitas eſt ſenſus proprij vacuitas. Secundo, de contemptu, ſi quis humilis pot prędicari, ſi vilis reputari: ſiquidẽ facile eſt velum ante oculos ponere viles ueſtes habere, demiſſo capite incedere, ſed uetũ humilẽ patiẽtia, pbat iiurię. Tertio, debem' nos humiliare oĩbus ſubijciendo. 1. Pet. 3. Subiecti eſtote oĩ humanæ creaturæ pp Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tãquã ab eo miſſis ad uindictã malorũ, ad laudẽ uero bonorũ. Circa quartũ notãdũ, ꝙ qui ſe humiliat, tripliciter Dns eũ exaltabit. Primo, conferẽdo ei iudiciariã poteſtatẽ Mat. 19. Reſpõdẽs Petrus dixit. ſ. Ieſu. Ecce nos relinquimus oĩa, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus dixit. Amẽ dico uobis, ꝙ uos qui ſecuti eſtis me. ſ. per uiã humilitatis & paupertatis, in regeneratione cũ ſederit filius hoĩs ĩn ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos iudicantes duodecĩ tribus Iſrael. Iob. 33. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: quia humilibus retribuet iudiciariã poteſtatẽ. G Secundo, conferendo regiã dignitatẽ. 1. Re. 2. Suſcitãs de puluere egenũ, & de ſtercore erigens pauperẽ. ĩ. humilẽ, ut ſedeat cũ principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. & Iob. 36 Nõ auferet a iuſto oculos ſuos: reges collocat in ſolio in perpetuum, & illic eriguntur qui humiliantur & deprimuntur. Tertio, conferendo gloriæ æternitatem. Prou. 19. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Iob. 5. Qui ponit humilem in ſublimi, & męrentes erigit ſoſpitate &c.

Dominica decima octaua ex epiſtola.

H GRATIAS ago Deo meo pro uobis in gratia Dei, quę data eſt nobis in Chr̃o Ieſu, quia in oĩbus diuites facti eſtis in illo. 1. Cor. 1. Per hoc ꝙ Apoſtolus agit gratias, ꝙ illi diuites facti erant in illo, oſtendit ꝙ quædã diuitiæ ſunt quæ ſunt appetendæ. Per hoc uero ꝙ Chriſtus minat diuitibus, uere oſtendit ꝙ quædam diuitiæ ſunt fugiẽdæ: unde notandũ ꝙ ſunt diuitiæ temporales, & ſunt diuitiæ ſpirituales, & ſunt diuitiæ æternales. De primis, pſ. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. De ſecũdis, Idẽ. Beatus uir qui timet Dn̄m: & poſt. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius. De tertijs, Pro. 6. Mecũ ſunt diuitiæ. ſ. potiora bona, & gl'a. ſ. ineffabilis, opes ſupbę. ſ. excelſę, & iuſtitiæ. ſ. ſm meritũ. Primæ diuitiæ. ſ. tẽporales, sũt cõtẽnendæ maxime propter quatuor, Primo, propter earũ inutilitatẽ, Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructũ. ſ. uitæ æternæ, non capiet ex eis, ſed floẽ in præſenti ſicet malorum Prouerb. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis. ſ. diſtrictæ irę, quaſi dicat, Diuitiæ temporales non proderũt ad ſalutẽ hoĩ in die iudicij, ſed iuſtitia. ſ. bona opera iuſtitiæ, liberabit a morte. ſ. ęterna. Ecc. 5. Fili, noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris, Eſt mihi ſufficiens uita: nihil enim proderũt in tempore uindictæ & obductionis. Nihil intulimus in hunc mũdũ, nihil ĩde auferemus. Secũdo, relinquendi neceſſitatẽ. pſal. 75. Dormierunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarũ in manib' ſuis. Iob 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de uentre illius extrahet eas Deus. Tertio, quia ducent male poſſidẽtẽ ad perpetuã paupertatẽ. Iob. 27. Nil ſecũ auferet, aperiet oculos ſuos, & nil inueniet, & apprehendet eum quaſi aqua inopia. Quarto, quia contemptus earum deducet ad uitæ æternitatẽ, Mat. 19. Oĩs qui reliquerit domum, uel fratrẽ, aut ſororẽ, uel patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros pp nomen meũ, cẽtuplũ accipiet, & uitã æternã poſſidebit. Nota ãt ꝙ quatuor modis peccat hõ in diuitijs. Primo, ĩiuſte acquirendo. Pro. 28. Qui cõgẽrãt diuitias uſuris, & fœnore liberali, in pauperes cõgregat eas. Idem 33. Qui calumniat pauperẽ, ut cõgregẽt diuitias ſuas, dabit ipſi ditiori. ſ. mũdo, & egebit. Secũdo, auare poſſidẽdo. Eccl. 5. Diuitiæ ſeruãtæ in malum, ideſt,

lum. ĩ. in periculo domini ſui: pereunt enim in afflictione peſſima. Tertio, male expendendo. Prou. 31. Ne dederis mulieribus. ĩ. corruptionibus uitiorum ſubſtantiam ſuam, uel tuam. ſ. corpus & diuitias tẽporalium rerum: myſtice, cumulum uirtutum ne cõtamines corruptionibus uitiorum. Luc. 20. Adoleſcentior filius congregatis omnibus peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtãtiã ſuã luxurioſe uiuendo. Quarto, in eis confidendo, & de ipſis ſuperbiendo. Prou. 11. Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet. ſ. a uita æterna. Glo. Qui pręſentibus bonis inhians futura non cogitat, uel nõ attẽdit, in fine bonis æternis carebit. 1. Tim. 1. Diuitibus huius ſæculi pręcipe non ſublime ſapere, nec B ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui præſtat omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam æternam, uel bonam. Diuitię ſpirituales ſunt ſcientiæ & uirtutes. pſal. 33. Diuitię ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe theſaurus eius. Per timorem peccati eſt expulſio. Qui timent Deum, pręparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Eccl. 1. Radix ſapientię timere Deum: nam qui ſine timore Dei eſt, nõ poterit iuſtificari. Ibidẽ. Timor Domini expellit peccatum. Per ſcientiam eſt in nobis diſcretio & C honeſta conuerſatio: eſt enim ſcientia ſcire qualiter homo ſe debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum. Hanc ſcientiam docet nos Deus ablactatos a lacte, auulſos ab uberibus uoluptatis & cupiditatis. Quærit. Iſa. 28. per ſpiritum ſanctum Dominũ dicens. Quẽ docebit ſcientiã, & intelligere faciet auditũ? q rn̄dit, Ablactatos a lacte auulſos ab uberib'. Mirum cum homo in his uberibus amaritudinẽ inueniat & ardorem, quare non ſeparatur ab eis, cum dicat Aug. Domine delectationes meas reſperſiſti amaritudinibus, ut quærerem ſine amaritudine uiuere, O tu homo, ſi uis a Domino doceri, ſepara te ab iſtis uberibus, quia dicitur Sapient. 5. In maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: per ſapientiam eſt in nobis Dei dilectio. Vnde Bernardus. Diſcat quantũ vult, ego ſapientem non dicam, dum non timebit, nec diliget Deum. Iſtæ diuitiæ ſunt appetendæ propter tria. Primo, propter immenſitatem. Sapiẽtiæ. 7. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. In eodem. Neminem diligit Deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat. Prou. 3. Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. Glo. Nõ tantũ terrenis, ſed etiam cæleſtib' diuitiis, imo & ipſis angelorum cõſpectibus charites præferẽ. Vñ non metuat de inopia quiſquis opes acquiſiuit ſapientiæ. Secundo, propter utilitatem. Prou. 13. Redẽptio' animę uiri diuitiæ ſuæ, qui autem pauper eſt, increpationẽ ſuſtinet. Matth. 26. Ite in ignem ęternum: uel nõ ſuſtinet. Glo. Qui vult aĩam ſuã redimere a futura ira, congreget diuitias bonorũ operũ: quia qui eis carebit, increpationẽ diſtricti iudicis ſuſtinere nõ ualebit. Pauperes ibi nõ increpãtur, ſed benedictionẽ hæreditatis participãt. Tertio, ppter dignitatẽ. Prou. 14. Corona. ſ. æterna pro uirtutibus ſapientũ. Diuitiæ eorũ ueræ nõ eſt terrenũ emolumẽtũ, ſatuitas ſtultorũ iprudẽtia. Glo. Sapiẽtes & ſi terrenũ aliquod emolumẽtũ pro diuitiis habẽt, coronã tamẽ tãquàm pro A uirtutibus in futuro participãt. Sed ſtultorũ fatuitas maxima hæc eſt, ꝙ pro inuidia æternorũ de præſentibus cõmodis gaudẽt. Imprudẽtia enim etiã improuidẽtia dicit. Diuitiæ ęternales ſunt appetendæ. Primo, ppter eorũ ueritatẽ, ſunt. n. illę uerę diuitiæ. Bernar. Si uere fratres diuites eſſe cupitis, ueras diuitias amate. Secũdo, propter iucũditatẽ. pſal. 149. Exultabunt ſancti in gloria, & lætabũtur in cubilibus ſuis, Iſa. 3. Regẽ in decore ſuo uidebũt. Tertio, propter eternitatem. Sap. 5. Iuſti autem in perpetuum uiuent. Luc. 1. Et regni eius non erit finis. Matth. 6. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Per has tres ſpecies æruginem, tineam, & fures oſtendit Dominus nihil tutum eſſe in terra in poſſeſſionibus diuitiarum: quædam enim ſunt quæ ærugo deuorat, ſicut aurum, & argentum, & cætera metalla. Alia ſunt quæ nec ęrugo, ſed tinea corrodit & comedit, ut ueſtes ſericas & pretioſas. Alia uero quæ nec ærugo, nec tinea comedũt, ſed fures furantur, & effodiunt, ut gemmas & lapides pretioſos: proinde incerta eſt omnis uitæ noſtræ ſubſtãtia, & omnium rerum poſſeſſio. Suadet nos Dominus in cælum theſaurizare dicens. Theſaurizate uobis theſauros in cælo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furãtur. Quomodo autem quis in cælo C theſaurizare poſſit, niſi diuitias ante ſęculares faciendo, premittat? Poſſumus per æruginem, tineam, & fures, ſpirituales nequitias intelligere. Ærugo enim ſuperbiam demonſtrat. Superbia enim mentes quas inuaſerit, a ſtatu ſuæ rectitudinis deperire facit. Ærugo enim ſemper in aperto ſe demonſtrat: ſic & ſuperbia ſemper expandit ramos ad humanam laudem. Per tineam inuidia deſignatur: ſemper enim ſicut tinea quæ inuaſerit corrumpit, & ab omni integritate dirumpit. Per fures maligni ſpiritus intelliguntur, qui ad hoc uigilant, ut theſauros animæ effodiant, & furentur. In cælo enim ęrugo non eſt, quia in cælo ſuperbia locum non habet, quia diabolus cum ſuis ſequacibus iam inde deiectus eſt. Ibi tinea non eſt. ĩ. inuidia, quia nullus inuidebit alterius beatitudini: ſibi non ſunt fures. ĩ. dęmones, quia cum capite inde cor- D ruerunt. Chryſ. Vnus ſolus fur eſt qui furatur theſaurum poſitum in cęlis. ſ. inanis gloria.

De eadem ex euangelio.

DIXIT Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Matth. 22. In iſtis uerbis tria notantur. Primo, Domini noſtri Ieſu Chriſti diuinitas, ibi. Dixit Dominus Domino meo. Dicere enim Dei fuit generare ſibi filiũ coęqualem, non ſecundum quod de Dauid natus fuit, ſed ſecundum quod de patre ſemper fuit. Secundo, magna B ipſius ſecundum humanam naturam dignitas, ibi. Sede a dextris meis. ĩ. regna in potioribus bonis meis. Tertio, Dei potentia & iuſtitia, ibi. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Hoc enim pertinet ad iuſtitiam & potentiam Dei, ut puniat omnes inimicos Chriſti. Nota autem, quòd ſeptem faciet Dominus contra inimicos: unde ſtulti ſunt qui uolunt eſſe inimici eius, & qui ſunt, qui non reconciliantur ei. Primo, contra eos cum toto mundo pugnabit. pſal. 109. Donec

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Glo. Donec subiiciam uolentes, & nolentes. Tertio, suũ furorem eis demonstrabit, Naum.1. Vltiones Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Quarto, eos sæuissime iudicabit, Deut.33. Si acuero ut fulgur gladiũ meum, & arripiet iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Quinto, tenebris infernalibus excęcabit eos, Naum.5. Inimicos eius persequentur tenebræ. Sexto, ęternum eis supplicium dabit. psal. 77. Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Septimo, eos æternæ morti destinabit, Philip.3. Nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, Luc.19. Veruntamen illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Sunt autem inimici Christi omnes qui nolunt parere eius imperiis. Aug. in lib. de ciui. Dei. 12. Dicuntur autem inimici Dei qui non natura, sed uitiis aduersantur eius imperiis, nihil ualentes ei nocere; sed sibi inimici sunt resistendi uoluntate, non potentia lædendi: quãquã quis sit inimicus, potest fieri amicus eius, si confugiat ad sanguinem Christi. Ro.5. Si enim cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Ad quam nos perducat &c.

Dominica decimanona ex epistola.

NOLITE locũ dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, magis autẽ laboret manibus suis quod bonũ est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, Ephe.4. Nota ꝙ Apostolus in ista epistola tria facit. Primo, monet fideles ne in corde suo locum diabolo faciant, ibi. Nolite locum dare diabolo. Secundo, monet nos cauere ab illis qui locum diabolo præparant, ibi. Qui furabatur, iam non furetur. Tertio, monet eos facere propter quod diabolus fugiat, ibi. Magis autem laboret &c. Circa primum nota, ꝙ propter quatuor non debemus facere locum diabolo. Primo, quia serpens est uolens animam quæ eum suscipit ueneno malitiæ uenenare. Apoc. 12. Proiectus est draco iste magnus antiquus serpens, qui uocatur diabolus, & satanas qui seducit uniuersum orbem proiectus in terram, & angeli eius missi sunt in terram. Secundo, quia est leo quęrens animas deuorare. 1. Pet. 5. Fratres, sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tãquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Tertio, quia est inuidus malum suo hospiti ordinando. Eccl. 3. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur illam qui sunt ex parte eius. Quarto, quia est accusator, semper suos hospites accusando. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Quinto, quia est fur, omnia bona gratiæ suo hospiti furando. Luc. 8. Inde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credẽtes salui fiant. Sexto, quia est homicida, hospites suos morte perpetua iugulando. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere, ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est in eo ueritas. Septimo, quia qui facit huiusmodi locum diabolo, locum habebit cum diabolo in inferno, Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Patet ergo quòd in multis plus stulti sunt, qui locum diabolo faciunt in corde suo, quàm qui reciperent serpentem, leonem, furem, homicidam in domo sua. Circa secundum nota, quòd a septem peccatis præcipit nos Apostolus abstinere in ista epistola, quæ in corde hominis locũ diabolo faciunt. Primo a furto, ibi. Qui furabatur, iam nõ furet. Secundo, a sermone malo, ibi. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Tertio a tristitia, ibi. Omnis amaritudo. Quarto ab ira, ibi. Et ira. Quinto, ab indignatione, ibi. Et indignatio. Sexto, a contentione, ibi. Et clamor. Septimo, a blasphemia. Aug. Blasphemia est per quam de Deo falsa dicuntur: & ideo peius est blasphemia quàm peccare periurando, quia periurando fallarie adhibetur testis; blasphemando falsa dicuntur de ipso Deo. Et ab omni malitia, ibi, Blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia. Circa tertium notandum, quòd similiter ad septem hortatur nos Apostolus in ista epistola, quæ diabolum ab anima fugant. Primo, ad mentis renouationem, ibi, Renouamini spiritu mentis uestræ. Debemus autem quinque modis renouari. Primo, sicut aquila rostrum malę linguæ deponendo; vnde ibidem. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. psal. 102. Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Secundo, sicut ceruus cornua superbiæ deponendo. psal. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, dicit ibi glos. Ceruus est grauatus excellentibus pilis, atque cornibus, serpentẽ naribus attrahit siue haurit, quo hausto uenenũ æstuat, vnde fontẽ ardẽtissime desiderat, quo hausto cornua & pilos deponit. Isa. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas. Tertio, sicut accipiter plumas uirtutum per gratiam Sanctispiritus assumendo. Iob. 38. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandit alas suas ad austrum? Quarto, sicut serpens corium uetustæ conuersationis exuendo. Col. 3. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induite nouum eum qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Quinto, sicut aurum, uel argentum rubiginem mali amoris aufferendo. Iob. 23. Ipse uero scit uiam meã, & probabit me quasi aurum, quod per ignẽm transit. Secundo, monet ad honestum laborem, ibi. Magis autem laboret. Tertio, ad eleemosynarum elargitionem, ibi. Vt habeat unde tribuat necessitatem patienti. Quarto, monet loqui quæ sunt ad ędificationem fidei, ibi. Vt det gratiam audientibus. Quinto, ad benignitatis ostensionem, ibi. Estote autem inuicem benigni. Sexto, ad misericordiæ exhibitionem, ibi. Misericordes. Septimo, ad mutuam iniuriarum dimissionem, ibi. Donantes inuicem, sicut & Christus donauit uobis.

De eadem ex euangelio.

ASCENDENS Iesus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto & uidens Iesus fidẽ illorum, dixit paralytico. Cõfide &c. Mat. 9. Allegorice ciuitas ista est ciuitas cęlestis. psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ad hanc ciuitatem uenit qui ascendit nauiculam, i. sanctam uitam: & transmare huius mundi ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam, Matth. 9. Moraliter nauicula ista

la ista significat uitæ sanctitatem propter tria. Primo ratione materiæ: secundo, ratione formæ: tertio, ratione finis. Quęre in tertia Dominica post octauas Epiphanię. Debet autem quilibet ad istã ciuitatẽ festinare. Primo, propter securitatem: secundo, propter amœnitatem: tertio, propter copiositatem. Circa primum nota quòd est securitas in ciuitate cælesti propter tria. Primo, quia cælis solidissimis tamquàm firmissimis columnis communitur. psal. 30. Benedictus Deus, quia mirificauit misericordiam suam in ciuitate munita. Secundo, quia ibi nullus malus qui securitatem & pacem eius perturbet, inuenitur. psal. 72. Domine in uirtute tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Tertio, quia æternitate stabilitur. psal. 47. Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate Domini uirtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum. Heb. 11. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ cuius artifex & conditor Deus. Circa secundum notandum, quòd amœnitas ciuitatis consurgit ex tribus. Primo, quia pulcherrimis mœnijs decoratur. Prou. 9. Misit ancillas suas. s. infirmos prædicatores, & despicabiles elegit ut uocarent qui suo uerbo & exemplo fideles populos ad arcem suam & ad mœnia ciuitatis ad superna cęlestis patriæ ædificia colligerent. Secundo, quia continuo lumine illustratur. Apoc. 21. Et ciuitas non eget sole, neque luna ut luceat in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius. Tertio, quia mirabilis temperies sine æstu & frigore semper continuatur. Apoc. 4. Non cadet super eos sol, nec ullus æstus, quoniam agnus qui in medio eorum est, reget illos, & adducet illos ad uitæ fontes, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. psal. 65. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Circa tertium notandum, ꝙ ibi erit copiositas omnium bonorum. i. omnium gaudiorum. Isa. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem habitationem opulentam. Consurgent autem in gaudia ex tribus, Primo, ex diuinæ speciositatis uisione. Isa. 33. Regem in decore suo uidebunt. Secundo, ex pulchritudine & bonitate angelicæ societatis, qui sunt ciues eius. Heb. 12. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cælestem, & ad multorum millium angelorum frequẽtiam, & ad ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & ad iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum. Tertio, ex continuatione æternæ solemnitatis. Isa. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis uestræ. Celebrant enim qui sunt in ista ciuitate continuum festum, qui nihil aliud faciunt nisi quiescere, uidere, amare, laudare, cantare, quę conueniunt festo. Aug. in libro de ciuitate Dei. Si quæratur quod est opus illius ciuitatis, dicimus quòd ibi uacabimus & uidebimus, & amabimus & laudabimus, & cantabimus. Nam quis alius erit noster finis nisi uenire ad regnum, cuius non erit finis? Ad quod nos perducat Dominus omnipotens.

Dominica uigesima ex epistola.

VIDETE quomodo caute ambuletis, Eph. 5. Apostolus in ista epistola admonet nos ad cautelam ambulandi, & ponit tria circa ipsam cautelam. Primo, ut ambulemus discrete, ibi. Non quasi insipientes. Secundo expedite, ibi. Nolite inebriari uino. Tertio humiliter, ibi. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi. Circa primum ostendit discretionem ambulandi in tribus. Primo, in electione operandorum, ibi. Sed ut sapientes. Secundo, in comparatione electorum, ibi. Redimentes tempus. Tertio, in inclinatione ad debitum finem, ibi. Intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Circa secundum ostendit expeditionem ambulationis esse in duobus. Primo, in timore impedimenti, ibi. Nolite inebriari. Secundo, in habitatione ad melius, ibi. Sed adimpleamini Spiritu sancto. Circa tertium ostendit humilitatem ambulationis spiritualis esse in duobus. Primo, in comparatione ad Deum, ibi. Gratias agentes. Secundo, in comparatione ad proximum, ibi. Subiecti inuicem in timore Christi. Videte quomodo caute ambuletis. Monet Apostolus in uerbis istis. s. ut caute ambulemus in uia iustitiæ propter quatuor. Primo, quia ambulamus in medio laqueorum. Eccl. 9. Ingrederis, & super dolentium arma ambulabis. Secundo, quia ambulamus in medio latronum. Osee. 6. Quasi fauces uirorum latronũ particeps sacerdotũ i uia interficiẽtiũ pergẽtes de Sichẽ. Iob. 19. Simul uenerunt latrones eius, & fecerunt sibi uiam per me. Tertio, quia ambulamus in medio fouearum. Gen. 19. Vallis syluestris habebat puteos multos bituminis. Isa. 24. Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ: & erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. Circa primum nota, ꝙ ambulamus in medio trium laqueorum. Primus laqueus est superborum iniquitas. psal. 139. In uia hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Secundus auarorum cupiditas. 2. ad Tim. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas. Tertius est detractorum peruersitas. Eccl. 51. Liberasti corpus meũ a perditione, & a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium iniquitatem. Circa secũdum nota, ꝙ similiter ambulamus in medio trium latronum. Primus est diabolus: unde Io. 10. Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Secundus est adulator. Osee. 7. Fur ingressus est spoliãs, latrũculus foris: fures intrinseci sunt adulatores extranei. Tertius est uana gloria. Greg. Quasi quidam latrũculus adiungit se in uia fauor humanus, & incautos quos reperit, spoliat. Igitur expoliari desiderat, q̃ thesaurum publice in uia portat. Idem. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradiẽtibus ex latere iũgit, ut ex occultis educto gladio gradiẽtiũ uita trucidet. Chrys. Vnus solus fur est q̃ furat thesaurũ positũ i cęlis, uana gloria. Dęmones furantur animas, adulatores puritatẽ consciẽtię, uana gloria mercedem æternæ glorię. Circa tertium nota, ꝙ ambulamus similiter in medio trium fouearum. Prima est mulier, uel luxuria. Prou. 33. Fouea, idest, peccatũ luxuriæ, profunda inferi, os alienæ, uerba & oscula meretricis, cui iratus est Dominus incidet in eam. s. iræ filius. Glos. Qui uerba, uel oscula meretricis amplectit, quasi ianuã abyssi pulsat, & nisi pedes retrahat, mẽbra cohibẽs, in foueã pęnalẽ cadet, in qua nullus nisi filius iræ illabit. Secũda gula & ebrio sitas, Prou. 23. Cui. s. instãt foueæ? scilicet uitiorũ, cui

ſine cã.ſ.ferri uulnera? cui ſuffuſſio oculorũ.i.amiſ- F
ſio luminis? Nonne his qui commorantur in uino, & ſtudent calicibus epotandis? Tertia hypocritarum, & maleficorum doloſitas. Iſa. 34. Foueam habuit ericius, qui ſignificat duplices, qui abſcondunt intentiones ſub ſpinis duplicitatis. Matth. 8. Vulpes foueas habẽt &c. Propter periculum laqueorum debemus ambulare caute ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Aug. Reſiſto ſeductionibus, ut non implicentur pedes mei, quibus ingredior uiam tuam: & erigo ad te inuiſibiles oculos, ut tu euellas de laqueo pedes meos. Proinde tu euellas eos: nam ſi illaqueantur, tu non ceſſas euellere, ego autem curro ubique ſparſis inſidijs. Propter periculum latronum debemus ambulare caute ſpiritualibus armati armis gradiendo. Eph. 6. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo. Propter periculum fouearum debemus ambulare caute, ſemper cum grauitate & luce gratiæ incedendo. Ro. 13. Sicut in die honeſte ambulemus.

De eadem ex euangelio.

MIssis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, Matth. 22. In iſtis uerbis parabolice loquitur Deus de perditione impiorum, quæ futura eſt in iudicio. Et nota hic tria. Primo, magna Dei potentia, ibi. Miſſis exercitibus. Secundo, ſeuera ipſius iuſtitia, ibi. Perdidit homicidas. Tertio, peruerſa reproborum malitia, ibi. Homicidas illos. Circa primum nota, quòd magnos exercitus mittet Deus in die iudicii ad perdendum H
malos. Primus exercitus angelorum. Matth. 13. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Secundus erit exercitus ſanctorum. Iſa. 3. Deus ad iudicium ueniet cum ſenioribus populi ſui, & principibus eius. Tertius erit exercitus omnium creaturarum. Sap. 5. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Circa ſecundum nota quòd Deus perdet malos tripliciter. Primo uelociter, quia ſubita erit eorum perditio. Deut. 38. Mittet Deus ſuper te famem, & eſuriem, & increpationem in omnia I
opera tua, quæ facies donec conterat te, & perdat uelociter propter adinuentiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me. 1. Theſſ. 5. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Secundo, perdet uniuerſaliter, quia nullus malus euadet. pſal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Luc. 17. Et dabantur ad nuptias uſque in diem qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot, edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ędificabant: qua die autem Lot exijt a Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: ſecundum hoc erit in die qua filius hominis reuelabitur. Tertio, perdet ęternaliter. Matth. 10. Eum timete qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. Circa tertium nota, q̃ Deus perdet malos. Matth. 21. Malos male perdet. tem, perdet mendaces. pſal. 5. Perdes omnes qui loquũtur mendacium. Item, perdet homicidas, ut hic. Perdidit homicidas illos. Propterea hic tria notanť peccata, ſ. peccatũ cordis in malitia, peccatum oris in
mendacio, peccatum operis in homicidio: omnes enim qui peccant corde, uel ore, uel opere, niſi pęniteant, perduntur a Domino in æternum, & ad diem furoris adducẽtur, A qua nos liberet Dominus omnipotens, Amen.

Dominica uigeſima prima ex epiſtola.

ACcipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare, Eph. 6. Tria facit Apoſtolus in uerbis iſtis. Primo, monet ut armis ſpiritualibus nos armemus, ibi. Accipite armaturã Dei. Secundo, probat q̃ indigem°, ibi. Vt poſſitis reſiſtere in die malo. Tertio ponit, Et in omnibus perfecti ſtare. Circa primũ nota quòd quinque arma debemus accipere, quæ po
G nit Apoſtolus in iſta epiſtola. Primum, debemus accipere baltheum conſcientiæ, ibi. State ſuccincti lumbos ueſtros. Iob. 40. Accinge ſicut uir lumbos tuos. Secundo, debemus indui loricam iuſtitiæ, ibi. Loricã iuſtitiæ. Iſa. 59. Indutus eſt iuſtitia, ut lorica. Tertio, debemus aſſumere ſcutum fidei. pſal. 90. Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno. 2. Petri. 5. Aduerſarius ueſter diabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit quærẽs quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Quarto, galeam ſpei, ibi. Galeam ſalutis aſſumite. 1. Theſ. 5. Induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis, quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis. Quinto, gladium uerbi Dei, ibi. Gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei. Heb. 4. Viuus eſt ſer- H
mo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Circa ſecundum nota, quòd quinque ſunt dies mali, a quibus defendunt nos arma illa. Prima dies mala eſt iniquitas. Eccl. 7. In die bona. ſ. in præſenti, qua mereri potes uitam æternam, fruere bonis ſ. operibus uirtutum: & malam diem præcaue. ſ. futuram, in qua nulla datur boni operis facultas. Secunda, temporalis proſperitas: Hie. 1. Ecce ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens: & diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum fuit in conſpectu tuo. pſal. 40. In die mala liberabit eum Dominus. Tertia, temporalis
I aduerſitas. Matth. 6. Sufficit diei malitia ſua. Quarta, eſt tentatio diabolica. pſal. 48. Cur timebo in die mala. i. in die tentationis? Quinta, eſt dies iudicii. Amos. 6. Qui ſeparati eſtis in diem malam, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Erit autem dies illa mala malis propter undecim, quæ tangit Sophonias. c. 1. in una authoritate. Primo, dies illa dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos, & tribulabo homines, & ambulabunt ut cęci, quia Dño
K peccauerunt: effundetur ſanguis eorum ſicut humus; & corpora eorum ſicut ſtercora. Circa tertium nota, quòd in tribus debemus perfecti ſtare. Primo, in cordis & corporis munditia. 2. Corinth. 6. Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus perficientes ſanctificationẽ in timore Dei. Secundo, in mandatorum Dei obſeruatione. Iac. 2. Si tamẽ legem perficitis regalem ſecũdum ſcripturã, Diliges proximũ ſicut te ipſum, benefacitis: ſi autẽ perſonas accipitis,

accipitis, peccatum operamini redarguti a lege qua- A
ſi tranſgreſſores. Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides, quod ſi non mœchaberis, occidas autem, factus es tranſgreſſor legis. Tertio, in linguæ reformatione. Iaco. 3. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. Quarto, in Dei & proximi dilectione. 1. Io. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Matth. 5. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filii patris ueſtri qui in cęlis eſt: & poſt. Eſtote ergo & uos perfecti, ſicut pater ueſter perfectus B
eſt. Quinto in laude Dei, & gratiarũ actione. pſal. 8. Ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem, Ad quam laudem nos perducat qui eſt benedictus in ſęcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

HEri hora ſeptima reliquit eum febris, Io. 5. Moraliter duo notantur in uerbis iſtis. Primo, peccatoris infirmitas. ſ. febris, ibi. Febris. Secundo, quot ſint ad curationem ipſius neceſſaria, ibi. Hora ſeptima reliquit eum febris. Circa primum nota quòd peccatores laborant ſeptem febribus. Prima, eſt continua, quę eſt luxuria. C
Oſee. 4. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Deum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Secunda, quotidiana, quæ eſt gula, in qua quotidie peccatur. Iſa. 56. Comedamus & bibamus, & erit ſicut in die ſic & cras multo amplius. Tertia, laborat tertiana, quę ſignificat iracundiam ex acceſſione caloris. Eccl. 38. Secundum enim ligna ſyluę, ſic exardeſcet ignis, ſecundum uirtutem ſuam exaltabit iram ſuam. Quarta, febris quartana, quæ ſignificat accidiam, quæ prouenit ex melencholia. Prou. 25. Sicut tinea ueſtimento & uermis ligno: ita triſtitia uiri nocet cordi. Deuter. 28. Percutiat te Dominus egeſtate febri & frigore, ardore, ęſtu, & aere corrupto, D
ac rubigine. Quinta ethica, quæ eſt auaritia, quæ difficile, uel numquàm curatur. Hieron. Cum cætera uitia ſeneſcant in homine, ſola auaritia iuueneſcit. Sexta ephimera, quæ eſt ſuperbia, quia cito deficit. pſal. 72. Deieciſti eos dum alleuarentur. Iob. 24. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur, ſicut omnia, & aufferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Septima putrida, q̃ eſt inuidia. Prou. 14. Vita carnis, ſanitas cordis: putredo oſſium inuidia. Circa ſecundum nota quòd ſeptem ſunt, quæ ſanant hominem ab iſtis ſeptem febribus, ſicut ex textu colligitur. Prima eſt deuota Dei auditio. pſa. 106. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos. Sap. 16. Etenim nec herba, nec malagma ſanauit illos, ſed ſermo tuus Domine omnipotens, qui ſanat omnia, tu es qui uitæ & mortis habes poteſtatem, & E
deducis ad portas mortis & reducis. Secunda eſt peccati contritio. pſal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. Tertia, deuota ad Deum exclamatio. pſal. 29. Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. Quarta eſt fidei infuſio. Luc. 7. Dixit autem Dominus ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit, uade in pace. Quinta eſt miſericordię exhibitio. Iſa. 58. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Et tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Dei colliget te. Sexta peccati deſertio. Iſa. 26. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. Septima perfecta cordis contritio, & plena hominis ad Deum conuerſio. pſal. 146. Qui ſanat contritos corde. Hie. 3. Conuertimini filii reuertentes, & ſanabo auerſiones ueſtras. Idem in eodem. Vere in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Hæc eſt ſeptima hora, in qua febris omnino derelinquit peccatorem. Hæc autem omnia nullam habent efficaciam, niſi ſumant effectum ab illa ſancta medicina, quæ ſanat omnes langores noſtros, ideſt, a paſſione Chriſti Dei noſtri. 1. Petri. 2. Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, cuius liuore ſanati ſumus.

Dominica uigeſima ſecunda ex epiſtola.

VT ſitis ſynceri, & ſine offenſa in die Chriſti, Philip. 1. Ad tria hortatur nos Apoſtolus in iſta epiſtola. Primo, ad mali uitationem, ibi. Vt ſitis ſynceri. Secundo, ad omnem dilectionem, ibi. Repleti fructu iuſtitiæ. Tertio, ad rectã intentionem, ibi. In laudem & gloriam Dei. Circa primum tria facit. Primo, monet ad acquirendam mentis munditiam, ibi. Vt ſitis ſynceri. Matth. 5. Beati mundo corde. Secundo, ad uitandam proximi iniuriam, ibi. Sine offenſa. 2. Cor. 6. Nemini dantes ullam offenſionem. Tertio, ad habendum in utroque perſeuerantiam, ibi. In die Chriſti, ideſt, uſque poſt mortem: quia tunc finitur dies hominis, & incipit dies Chriſti. Matth. 10. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Hoc tangit gloſa in uerbo, ſyncere. i. ſine operibus corruptionis quo ad nos, & quantum ad proximos ſine offenſa, & hic perſeuerauerit uſque ad diem Chriſti. Circa ſecundum ſimiliter tria facit. Primo, monet ad mentis rectificationem, ibi. Iuſtitiæ. Anſelmus. Iuſtitia eſt rectitudo uoluntatis ſeruata propter ſe. Secundo, ad habendam in bono delectationem, ibi. Fructus autem ſpiritus ſunt pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Tertio, ad habendam in bono perfectionem, ibi. Repleti. Matth. 5. Eſtote ergo uos perfecti, ſicut pater ueſter cęleſtis perfectus eſt. Circa tertium ſimiliter tria facit. Tripliciter enim debemus in qualibet actione dirigere oculum intentionis ad Deum. Primo, ut omnia bona tanquàm a fonte omnis boni uenire ab eo credamus per Ieſum Chriſtum. Io. 1. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia lex per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Secundo, ut Deum in noſtra actione laudari & honorari faciamus, ibi. In laudem Dei. Matth. 5. Sic luceat
E lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cęlis eſt. Tertio, ut æternam gloriam in præmium nobis dari pro opere appetamus, ibi. Per gloriam Dei. Matth. 6. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ęrugo & tinea demolitur, & fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem uobis theſauros in cælis, ubi nec tinea, nec ęrugo demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

De eadem ex euangelio.

SImile est regnum cælorum homini qui voluit rationem ponere cum seruis suis, Matth. 20. Hæc ratio fiet in die iudicij, circa quã debet homo tria cogitare quotidie. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secundo, testium qui adducentur, veritatem. Tertio, sententiæ contra eos, qui malam rationem reddiderunt seueritatem. *Quære supra in dominica decima.*

De eodem.

IRatus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum, Matt. 18. Moraliter per seruum istum intelligitur peccator quilibet, cui irascetur Deus in iudicio, & tradet eum æternis tormentis. Vnde nota tria in verbis istis. Primo, iusta Dei contra reprobos indignatio, ibi. Iratus Deus. Secundo, dura peccatorum damnatio, ibi. Tradidit eum tortoribus. Tertio, eiusdẽ damnationis duratio, ibi. Quousq; redderet vniuersum debitum. Circa primum nota quòd quatuor sunt genera hominum, quibus irascetur Deus in iudicio. Primo, contra eos qui legem Dei spernũt. Isa. 5. Abiecerũt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt: ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eũ, & percussit eos, & turbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Secundo irascetur contra eos, qui in peccatis vsque in finem perdurant, vel persistunt. Isa. 64. Ecce tu iratus es, & peccauimus, & in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Tertio, contra eos qui temporalibus diuitiis abutuntur. Zach. 1. Ego irascar super gentes opulentas. Quarto, contra eos qui proximis non compatiuntur. Iac. 2. iudicium sine misericordia fiet illi, qui noluit facere misericordiam: superexaltat aũt misericordia iudiciũ. Hoc potest intelligi in isto seruo, qui noluit misereri conserui sui. Circa secundum nota quòd peccator a quatuor tortoribus torquebitur. Primo, a Deo. Mat. 8. Et cum venisset transfretum in regionem Gerasenorum, & occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam, & ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascentium. Secundo, a conscientia. Augustinus. Iussisti Domine, & ita est, vt pœna sua sit sibi omnis inordinatus animus. Tertio, a morte æterna. Sapien. 3. Non tanget illos tormentum mortis, & dicitur de sanctis. Luc. 16. Rogo te pater vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Quarto, ab omni creatura. Sapien. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Circa tertium nota, quòd debent reddere quadruplex debitum, secundum quatuor quæ dedit nobis. Primo, dedit nobis mundum cum creaturis. psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Secundo, corpus cũ sensibus. Tertio, animam cum viribus. De his duobus, Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, quo ad corpus: & in-

F spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quo ad animam. Quarto, gratiam cum virtutibus. Hebr. 13. Iam regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quàm saluamur placentes Deo cum metu & reuerentia: etenim Deus noster ignis consumens est. De mundo debemus ei reddere eleemosynam pauperibus subueniendo. Eccl. 4. Declina pauperi sine tristitia autẽ tuã, & redde debitum tuũ & respõde illi pacifice in mansuetudine. Idẽ, Fili, eleemosynã pauperibus ne fraudes, & oculos tuos ne trãsuertas a paupere: aĩam esuriẽtem ne despexeris, & ne exasperes pauperem in inopia sua. Idem. Cor inopis ne afflixeris, & ne potrahas datum angustianti. Idem. Ab
G inope ne auertas oculos propter iram, & ne relinquas quærentibus tibi retro maledicere: maledicentis enim in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. Idem. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia aĩam tuam. Glo. In his aũt cõmendatur mansuetudo & humilitas, quia mansuetudo neminem spernit: humilitas omnibus se subiicit. Docet autem christianum æqualibus, & inferioribus affabilem se facere & humilem. psal. 130. Dñe nõ est exaltatum cor meum. De corpore debemus ei reddere, ipsum immaculatum restituendo. Sapien. 10. Repetitur animæ debitum quam habebat. Gratiam
H debemus ei reddere, cum ipsa ad honorem eius vtiliter laborando. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Qui ista debita nõ reddiderit, hic numquàm poterit ei reddere in æternũ: & idcirco in loco tormentorum tormenta patietur in sæcula sæculorũ, A quibus nos liberet Dominus.

Dominica uigesimatertia ex epistola.

NOSTRA autem conuersatio in cælis est, Philip. 3. Apostolus in verbis istis docet quòd conuersatio iustorum est in cælis: & propter hoc si uolumus esse similes
I eius, non debemus conuersari in istis miseriis, sed in cælis. Conuersantur autem sancti in cælis propter tria. Primo, propter securitatem: qui n. conuersatur in cælis, est securus a periculis huius erumnosę vitæ. Iob. 7. Libera me, & pone me iuxta te, & cuius uis manus pugnet contra me. Augustinus. Qui intrat in gaudium Domini sui, & securus. est, & habebit se optime, & in optimo. Secundo, propter iucunditatẽ. Qui conuersabitur in cęlis, habebit quasi continuũ gaudium & lætitiam. Sap. 8. Non enim habet amaritudinem cõuersatio illius, neque tędium cõuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Seneca. Animus sapientis est quasi mundus supra lunam: semper enim
K in serenitate est. Tertio, propter mundanorum omnium transeuntium necessitatem: sciunt sancti omnia mundana hic cito transitura. 2. Pet. 3. Aduenietautem dies Domini ut fur, in quo cęli magno impetu transibunt, elementa calore soluentur, & terra, & omnia quæ in ipsa sunt, exurentur. Cum hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, expectantes & properantes in aduentum Dei, propter quem cęli soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent? Nouos vero cælos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Conuersantur autem sancti in cælo tripliciter. Primo, semper de bonis cęli cogitãdo. Scdo, in cælo semper debẽt esse desiderãdo.

do. De his duob°. Iste sanctus digne in memoriã ver- A
titur hominum, qui ad gaudia transit angelorum: quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, in illa cælesti patria conuersatus ẽ. Tertio, cõuersanẽ sancti in cælo, sdm mores cæli uiuẽdo. Glo. ibi: Nostra conuersatio in cælis est: & si viuimus in terris, est in cęlis conuersatio nostra, quia ibi est spes nostra: quia viuendo & intelligendo sumus similes angelis. Est autem in tribus conuersatio sanctorum similis cõuersationi angelorum. Primo, in puritate: secundo, in simplicitate sine dolo: tertio, in charitate. Hæc tria maxime sunt in angelis, simplicitas in B
essentia, puritas in natura, charitas in gratia. In trib° est couuersatio sanctorum. 2. Cor. 1. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quia in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapiẽtia carnali, sed in gratia Dei conuersati sunt in hoc mundo &c.

De eadem ex euangelio.

MAgister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c. Matth. 22. In tribus cõmẽdat Dñs Iesus Christus in uerbis istis. Primo, a magisterii dignitate, ibi. Magister. Secundo, a doctrinæ vtilitate, ibi. Et viam Dei. Tertio, a docendi æquitate, ibi. Non enim accipis personas hominũ. Circa primum nota, ꝙ propter quatuor cõuenit ei dignitas magisterij. Primo, quia veritas apud
C eum solum semper consistit. Io 13. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Secundo, propter docendi potestatem. Matth. 13. Sabbathis ingressus Iesus in synagogas docebat eos, & stupebant super doctrina eius: erat enim docẽs eos quasi potestatem habẽs, & non sicut scribæ. Tertio, quia solus potest docere de omnibus. 1. Io. 2. Vnctio eius docet nos de omnibus, & verum est, & non est mẽdaciũ. Nullus est enim magister, qui possit docere de omnibus, nisi Domin° Iesus Christus. Eccl. 1. Omnis sapientia a domino Deo est, & cum illo fuit sem-
D per, & est ante æuum. Quarto, quia solus potest docere interius. Matt. 23. Non vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Gloss. idest, quia solus dat intellectum. Circa secundum nota, ꝙ quatuor vias valde vtiles docuit nos dñs Iesus Christus. Primo, viam pęnitentiæ. Matth. 6. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matt. 4. Cœpit Iesus prædicare. Agite pęnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Secundo, viam sapiẽtię. Prou. 4. Viam sapientiæ monstrabo ibi, ducam te per semitas æquitatis, idest, consilia, quas cũ ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currẽs nõ habebis offendiculũ. Tene disciplinã, ne dimittas eã. Interlinearis, vt mali qui medio cursu offendũt. Glo. Actiões æquitatis cũ inchoant, arctæ videtur, sed cũ profectum capiunt, iam ex consuetudine spatiosæ videntur: & quia in praua actione desudant, offendiculum in medio cursu reperiunt, quia extemplo dum non præuident, rapiuntur ad pœnam. Tertio, uiam obedientiæ. psal. 37. Viam iustificationum instrueme. Quarto, viam charitatis mutuæ. Io. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. 1. Cor. 13. Ad-

huc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. De istis quatuor viis, Isa. 2. Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Circa tertium nota, ꝙ in quatuor nõ est acceptio personarum apud Christum. Primo, in iustificando. Act. 10. Aperiens autem Petrus os suum dixit. In veritate comperio quia nõ est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Secundo, in docendo, vt hic. Viam Dei in veritate doces. Tertio, in puniendo, Ro. 2. Non est personarum acceptio apud Deum. Quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iustificabuntur. Quarto, in remunerando. Eph. 6. Scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, siue seruus, siue liber: & personarum acceptio non est apud Deum.

Dominica uigesimaquarta ex epistola.

GRatias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &
C transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum. Col. 1. Apostolus in istis verbis docet, vt gratias agamus Deo patri de tribus magnis beneficiis, quæ contulit nobis per Iesum Christum. Primum beneficium fuit nostra iustificatio, ibi. In partem sortis sanctorum in lumine. Secundum, a potestate diaboli liberatio, ibi. Eripuit nos de potestate tenebrarũ diaboli. Tertium, regni ęterni recollatio, ibi. Et transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Circa primum nota, ꝙ triplex est sors sanctorum, quam Deus tribuit sanctis suis. Prima est æterna prędestinatio. Eph. 1. In quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ipsius, qui ante sperauimus in Christo. Secunda ipsorum iustificatio. Sap. 3. Dabit illi donum electum, & sors in Ecclesia Dei acceptissima. Et similiter hic. Qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ in lumine. Tertia æterna glorificatio. Sapien. 5. Ecce quomodo inter filios Dei computati sunt, & inter sanctos sors illorum est. Circa secundum nota, quòd Deus eripuit nos de potestate diaboli tripliciter. Primo, a diaboli seruitute nos liberando. Hebr. 12. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti.
E Diabolus ẽ princeps tenebrarũ. Ephe. 6. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & ptãtes aduersus rectores tenebrarũ harũ. Secũdo, tenebras nostræ ignorãtiæ luce suę doctrinæ illuminando. Isa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. 1. Pet. 3. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Tertio, tenebras peccatorum nostrorum luce virtutum fugãdo. Eph. 6. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij

lucis ambulate. Circa tertium nota, ꝙ tripliciter trãslationem facit Dominus de ſanctis ſuis. Primo, transfert eos de tenebris exilij ad lumen viſionis ſuæ claritatis. Eccl. 20. Henoch trãslatus eſt in paradiſum. Paradiſus enim dicitur quaſi parans viſum: quia parat viſum, qui eſt beatitudo ſanctorum, & angelorum. Io. 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Secundo, transfert eos de morte ad vitę ęternitatem. 1. Io. 3. Nos ſcimus quia trãslati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Tertio, transfert eos de ſæculo nequam ad regni cæleſtis hæreditatem, ut dicitur hic, & tranſtulit in regnum dilectionis filij ſui &c.

De eadem ex euangelio.

Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, Mat. 9. Moraliter in miraculo iſto notãtur tria. Primo, peccantis aĩæ miſeria, ibi. Ecce mulier quæ fluxum patiebatur. Secundo, peccantis humilitas, ibi. Et acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Tertio, vtilitas pænitẽtis, ibi. Et conuerſus Ieſus videns eam, dixit ei. Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Circa primum nota, ꝙ peccator patitur fluxum ſanguinis tribus modis. Primo, per nimium amorem conſanguineorũ. Mich. 3. Audite hoc principes domus Iſrael, qui abominamini iudiciũ, & omnia recta puertitis, qui ędificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper Dominum requieſcebant dicentes. Numquid non Dominus in medio noſtrum? Propter hoc cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit. Sion propter fluxum carnalium delectationum. pſal. 50. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Tertio, propter operationem quorumlibet peccatorum. Oſee. 4. Audite verbum Domini filii Iſrael, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit, ideſt, peccatum. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Circa ſecundum nota, ꝙ pænitentia in tribus conſiſtit, quæ eſt effectus contritionis. Primo, in fide, ibi. Fides tua te ſaluam fecit. Act. 3. Fide purificans corda eorum. pſa. 50. Cor contritum & humiliatum Deus nõ ſpernit. Secundo, in humilitate, quæ eſt confectrix confeſſionis, ibi. Retro. Bern. Nonus gradus humilitatis eſt confiteri peccata ſua ei, cui debet. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata, & orate pro inuicem ut ſaluemini. Tertio, in labore ſatisfactionis, ibi. Tetigit fimbriam. Matth. 3. Facite ergo dignum fructum pęnitentiæ. In eodem, Omnis ergo arbor quæ non facit bonũ fructum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Grego. Quilibet ad cor redeat, & tanto maiora lucra ſibi acquirat per pęnitentiam, quanto maiora damna ſibi intulit per culpam. Circa tertium nota, ꝙ triplex vtilitas notatur hic, quę prouenit ex pænitentia. Prima, quia Deus ad peccatorem, qui erat auerſus & iratus, conuertitur, ibi. Conuerſus Ieſus. Zach. 1. Hæc dicit Dominus exercituum. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant prophetæ priores dicentes. Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini ad me de vijs veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderũt ad me, dicit Dominus. Patres veſtri vbi ſunt? & prophetæ numquid in ſempiternum viuent? Secunda eſt, ꝙ gratia Dei ei infunditur: unde reſpexit Ieſus Petrum, & fleuit amare, quem a crimine negationis liberauit, & ab apoſtolatus culmine non permiſit cadere. Matth. 26. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat. Priuſquàm gallus cantet, ter me negabis: & egreſſus foras, fleuit amare. Eſt enim Dominus ſicut ſol, qui reſpiciẽs ſegetem viuere & fructificare facit. pſal. 24. Reſpice in me, & miſerere mei. Tertia eſt, ꝙ per pęnitentiam ſalus acquiritur, ibi. Et ſaluata eſt mulier. Iſa. 45. Conuertimini ad me, & ſalui eritis.

Dominica uigeſimaquinta ex epiſtola.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiã in terra, Hiere. 3. In iſtis verbis prædicitur aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Circa quod tria notanda. Primo, adueniendi congruitas, ibi. Ecce dies veniũt: congruum enim erat vt aduentum Domini præcederent multi dies, in quibus præpararent ſe homines ad ſuſceptionem eius. Secundo, venientis dignitas, ibi. Suſcitabo Dauid germẽ iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit. Tertio, aduentus vtilitas, ibi. Faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Circa primum nota, ꝙ quinque dies ſpirituales venerunt ante aduentum Chriſti. Prima dies fuit æterna patris præordinatio. Mich. 6. Egreſſus ab initio a diebus æternitatis. Secũda, patris facta promiſſio. Luc. 1. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Tertia, in lege ipſius pręfiguratio. Io. 5. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternã habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Et in eodem. Si enim crederetis Moyſi, crederitis forſitan & mihi. Quarta, ipſius a prophetis prędicatio. Luc. 1. Viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ: ſicut locutus eſt per os ſanctorum. Quinta, ipſa Chriſti incarnatio. Iohel. 3. In illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac. De iſtis quinque poteſt intelligi illud Iudith. 6. In diebus quinq; reſpiciat Dominus populum ſuum Iſrael. Circa ſecũdum nota, ꝙ ibi quinque tangit propheta quo ad dignitatem Chriſti. Primo, commendat eum a ſpecioſitate. Secũdo, a fortitudinis poteſtate. Hic duo notant, ibi. Dauid, qui interpretatur uiſu deſiderabilis, & fortis manu. Chriſtus fuit uiſu deſiderabilis propter ſuam admirabilem pulchritudinem. pſal. 44. Specioſus forma præ filijs hominum. 1. Pet. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere. Fuit & manu fortis Chriſtus propter admirabilem fortitudinem. Auguſtinus. Manu inermi & affixa cruci debellauit aereas poteſtates. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Tertio, commendat ab innata ſanctitate, ibi. Germen iuſtum, ideſt, in conceptione, quia ſolus ſine peccato, Qd̃ naſcet ex te ſanctũ, vocabitur filius. Dei. Luc. 1. Quarto, a regali dignitate, ibi. Regnabit rex. Apocal. 5. Rex regum Dominus dominantium. Quinto, a ſapientiæ claritate, ibi. Et ſapiens erit. Col. 3. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcondi-

ti. Circa tertium nota, ꝙ Chriſtus venit in mundum vt nos iudicaret, & remuneraret: hęc duo notantur hic. Et faciet iudiciũ, & iuſtitiam in terra. Iudicium incredulos reprobando, ideſt, condemnando: iuſtitiam credentes iuſtificando, & ſaluando. De primo, Io. 3. Qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. De ſecũdo, ibidem, Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Nõ enim miſit Deus filium ſuũ in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum: qui credit in eum, non iudicatur. Debemus ergo in eum credere per fidem, quæ perducit & operatur vt ſaluemur. Debemus & malum fugere, ne damnemur. Matth. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero nõ crediderit, condemnabitur, A qua cõdẽnatione liberet nos &c.

De eadem ex euangelio.

Illi homines cum vidiſſent qd̃ fecerat ſignum, dicebant: quia hic eſt vere Propheta, qui uenturus eſt in mundum, Io. 6. In iſtis verbis quatuor notanda. Primo, Chriſti potentia, ibi. Cum vidiſſent quod fecerat ſignum Ieſus. Miraculum enim iſtud quod fecerat, actus fuit infinitę potentię. Dionyſius. Miraculum eſt actus manifeſtus potentiæ Dei ad optimum. Secundo, magna Chriſti ſapientia, ibi. Hic eſt vere propheta. Prophetia eſt actus infinitæ ſapiẽtię. Deu. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Deus tuus, ipſum audies. Tertio, magna iuſtitia, ibi. Qui venturus eſt in mundum. Venturus eſt enim Chriſtus in mundum iudicare ipſum in iuſtitia. pſal. 9. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia. Circa primũ, notanda quatuor ſigna Chriſti. Primum ſignum fuit incarnatio Chriſti, quæ fuit ſignum infinitæ bonitatis. Iſa. 7. Propter hoc Deus dabit vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Secundum, miraculorum operatio, quod fuit ſignum infinitæ potentię. Io. 20. Multa quidẽ, & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus ẽ Chriſtus filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine eius. Tertium ſignum eſt paſſio. Matth. 12. Reſponderũt quidam de Scribis, & Phariſæis dicentes. Magiſter volumus a te ſignum videre. Qui reſpondens ait illis. Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enĩ fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ita erit &c. Quartũ, aduentus eius ad iudiciũ. Iſa. 8. Habitatores terræ, qui moramini ĩ terra, cũ eleuatũ fuerit ſignum in montibus, & videbitis, & clãgorem audietis. Circa ſecundum, nota ꝙ in quatuor apparet magna ſapientia Chriſti. Primo, in doctrina ſua, ideſt, in veritate. Mat. 22. Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Secundo, in profunditate. Prouer. 18. Aqua profunda, ideſt, doctrina ſpiritualis: verba ex ore viri, ideſt, Chriſti: & torrens redundans, quia tanta eſt abundantia in verbo doctrinæ præſentis vitæ, fons ſapientiæ. Myſtice aqua profunda ad uetus teſtamentum, torrens redũdans ad nouum teſtamentum refertur: & vtriuſque teſtamenti ſacramentum Deus Chriſtus, & Apoſtoli eius reſerant. Item, verba ſapientum lauant mentes & rigant, ne peccatorum ſorde deformes remaneãt, vel ariditate deficiant. Et quia quædam myſticę latent, quædam aperta ſunt, recte hic aquam profundam, & torrentem redundantem eſſe dicit. Tertio, in unitate. Io. 5. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Quarto, in ęternitate. Luc. 27. Cælũ & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibũt. Circa tertium nota, ꝙ Chriſtus venturus eſt in mundum ad quatuor. Primo, malos cõdẽnaturus. Iudæ. 1 Ecce ueniet Dñs in ſanctis millibus ſuis facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios. Secũdo, bonos remuneratur. Apoc. vlti. Ecce venio cito, & merces mea mecum reddere unicuique iuxta opera ſua. Tertio, mundum per ignem conſumpturus, & renouaturus. pſa. 49. Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit: ignis in conſpectu eius exardeſcet. Quarto, ſolus ipſe in perpetuum regnaturus: ceſſabit enim omne regnum. Solum regnum Chriſti manebit in perpetuum. Dan. 7. Aſpiciebam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli filius hominis ueniebat, & uſque ad antiquum dierum peruenit, & in cõſpectu eius obtulerunt eum, & dedit eis poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguę ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nõ auferetur, & regnũm eius quod non corrumpetur &c.

De eodem.

Et cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentib', Io. 6. Sicut dicit glo. Chriſtus egit gratias, & docet nos agere gratias pro tribus beneficiis. Primo, pro beneficiis corporalibus: ſecundo, pro ſpiritualibus: tertio, pro æternalibus. Pro corporalibus tripliciter. Primum, quia creauit eſſe naturæ cõferẽdo. Ephe. 5. Gratias agens ſemper pro omnibus in nomine domini Ieſu Chriſti, Deo & Patri. Deus dicit pater noſter p creationem. Scd̃o, quia cõſeruat eſſe naturæ mala remouendo. Sap. 18. Et qui ante lęſi erant, quia non lędebantur, gratias agebant tibi: & vt eſſet differentia te Deum petebant, propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Tertio, quia nutrit cibo corporali reficiendo. 1. Tim. 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidã a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquẽtium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, & abſtinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationẽ. Pro ſpiritualibus beneficiis debemus ſimiliter gratias agere Deo propter tria. Primo, quia nos ſanctificat gratiam conferendo. Col. 1. Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit nos in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem peccatorum. Secundo, quia inſtruit uerba ſua docendo. 1. Theſ. 2. Nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cũ accipiſſetis verbũ auditus Dei, accepiſtis non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis. Tertio, quia reficit animam cibum Euchariſtię tribuẽdo. Luc. 23. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit ęis dicens.

Accipite

Accipite & manducate, quia hoc est corpus meum. F In hoc enim quòd Christus dedit corpus suum, cum gratiarum actione debemus istum cibum ineffabilē suscipere. Item, pro beneficiis æternalibus debemus gratias agere similiter tripliciter. Primo, pro iustorum ab æterna morte liberatione. Colos. 1. Gratias Deo patri: & post. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum &c. Secundo, pro iusta reproborum damnatione Tertio, pro summa & digna sanctorum glorificatione. De his duobus, Apoc. 11. Viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedēt in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes. Gratias agimus tibi Dñe Deus, pater oīpotēs, qui es, & qui eras, & qui uēturus es: quia accepisti G virtutē tuā magnā, & regnasti; & iratæ sunt gētes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis. Amen.

Expliciunt sermones de tempore.

INCIPIVNT SERMONES FESTIVI TOTIVS ANNI

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

PORTET præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum H lucis te adorare, Sapien. 16. Cras celebraturi sumus ortum solis ęterni: ideo monemur in istis verbis præparari ad ortum eius. Et notantur hic duo. Primo, nasciturus cōmendatur. Secundo, quid sit nobis faciendum demonstratur. Christus commendatur in duobus. Primo, quia sol: secundo, quia lux. Duo etiam nobis faciēda indicunt. Primū præuenire, secūdū adorare. Primum, ibi. Solem: secundum, ibi. Ad ortum lucis: tertium, ibi. Præuenire: quartum, ibi. Adorare. Prēuenire hodie, adorare cras. Circa primum sciendum, ꝙ Christus dicitur sol. Malach. 3. Vobis timentibus I Deum orietur sol iustitiæ. In hoc autem quòd dicitur sol, notantur septem beneficia quæ exhibuit generi humano nascendo, sicut sol corporalis septem effectus exercet in corporibus. Primus effectus est generatio, secundus viuificatio, tertius nutritio, quartus augmentatio, quintus perfectio, sextus purgatio, septimus renouatio. De his omnibus sol ad generationem sensibilium corporum emittitur, & ad vitam ea mouet, nutrit, & auget, & perficit, purgat, & renouat: hæc fecit Christus nobis, nascendo. Generauit, filios Dei faciendo. Io. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: Iaco. 3. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Viuificauit, vitam gratiæ & gloriæ largiendo. Ioā. 1. K Vita erat lux hominum. Eph. 2. Et nos cōuiuificauit in Christo. Io. 10. Et ego vitam æternam do eis. Nutrit, pane Eucharistiæ, & verbi diuini. Io. 6. Ego sum panis viuus &c. Sapien. 16. Panem de cælo præstitisti eis &c. psal. 30. Educes me, & enutries me. Augmentauit, plenitudinem gratiæ & donorum largiendo. Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Eph. 4. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo. Perficit, statum perfectionis inducendo. Matt. 5. Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Purgauit, sordes peccatorum auferendo. Hæb. 1. Purgationē peccatorum faciēs. Renouauit, vetustatem culpæ destruēdo, & noua omnia faciēdo. De primo, Ro. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. De secundo, Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia: sic fuit nobis sol, fuit & lux. Et nota, in hoc ꝙ dicitur lux, sex alios effectus, quos fecit nobis nascendo. Sex enim sunt effectus lucis. Primus, illuminatio. Secundus, fœcundatio: fœcunditas n. est ab influentia lucis. Tertius, præseruatio: est. n. lux pseruatiua. Quartus, ordinatio. Quintus ornatio Diony. Lux confusum & inordinatum ordinat & ornat. Sextus, sui effusio: est enim lux effusiua sui. Fœcundauit, virtutum radios infundendo, & ad bona opera commouendo. Isa. 58. Implebit splendoribus animam tuā: & post, Et eris hortus irriguus &c. Vbi nota, ꝙ fœcunditas est ex influentia lucis. Præseruauit, Io. 17. Ego seruabam eos &c. Ordinauit, Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Ornauit, Eccl. 48. Ornauit tempora vsque ad consumationem vitæ. Iob. 25. Spiritus Domini ornauit cælos. ſ Domini nostri Iesu Christi. Se ipsum effudit pro nobis moriendo. Gal. 3. Tradidit semetipsum pro me, scilicet Christus. Cum multis ergo bonis natus est nobis sol iste, et lux ista. Dignum est ergo prēuenire ortum eius, & ad natiuitatem adorare. Præuenire autem debemus septem modis. Primo, ab omni nos peccati sorde abluendo. Secundo, omnem amorem terrenum excludendo. Tertio, in amore ipsius firmiter persistendo. De his tribus, Numeri. 11. Sanctificamini hodie, & cras comedetis carnes. Sanctus enim idem est quod mundus, sine terra, & firmus. Quarto, diuinis laudibus insistendo. psa. 94. Prēoccupemus faciē eius in cōfessione. Quinto, pseuerāter, vt digni simus participes natiuitatis eius fieri orādo. psa. 87. Mane oōo mea pueniet te. Idē. Prēueni ī maturitate & clamaui. Sexto, quanta beneficia largitus sit nobis diligenter meditando. psal. 118. Prēuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Septimo, de tanto Deo gratias referendo. Hoc est quod dicitur præuenire ad benedictionem. Adorare debemus ad ortum lucis, idest, natiuitatem Christi quinq; modis. Primo, corde credendo. Secundo, ore confitendo. Tertio, opere quodam sacrificium eius deuote & digne sumendo. Quarto, largas eleemosynas faciendo. Quinto, noctes & dies in eius laudibus expendendo. De primis duobus, Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. De tertio, Ro. 12. Obsecro uos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam &c. De quarto, Isa. 28. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. De quinto, docent angeli qui hanc diem tam solemniter cantarunt. Luc. 2. Et subito facta est cū angelo multitudo militiæ cælestis.

In Natiuitate Domini ex epistola.

ARVVLVS natus est nobis, Isa. 9. In istis verbis tria notantur circa natiuitatem Domini. Primo, natus describitur. Secūdo, ipsa natiuitas subditur. Tertio, natiuitatis vtilitas sequitur. Primum ibi. Paruulus: secundum, ibi. Natus est: tertium, ibi. Nobis. Natus est ergo paruulus: sed cuiusmodi paruulus? admirabilis, amabilis, ineffabilis, formidabilis, venerabilis, desiderabilis. De his hoc est quod postea sequitur, Et vocabitur nomen eius admirabilis, ecce primum: & amabilis, quia

quia ē cōsiliarius: ineffabilis, quia Deus: formidabilis, quia fortis: venerabilis, quia pater futuri sæculi: desiderabilis, quia princeps pacis. Admirabilem istum cęli enarrant, angeli clamant, magi nuntiāt, pastores prædicant. æli stellam emittendo, angeli laudando, magi adorando, pastores quæ uiderāt enarrando. De primo, Matth. 2. De secūdo, Luc. 2. De tertio, Matth. 2. De quarto, Luc. 2. Est admirabilis tripliciter, quia creator creatura efficitur, virginitas in sui partu non perditur, hoc ab homine rationali creditur. Hæc tria miracula fecit hodie Dominus. Primum, ꝙ Deus factus est homo: secundum, ꝙ Virgo peperit: tertium, ꝙ cor humanum credidit. Est ergo admirabilis propter maiestatem, sed est amabilis propter bonitatem quæ apparet in tribus. Primo, ex sui effusione, seipsum hodie effundendo. Diony. Bonū est diffusiuum sui. Io. 1. Verbum caro factū est, & habitauit in nobis &c. Secūdo, ex benignitatis suę ostensione. Vnde cātamus in epistola ad Titū. 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei &c. Tertio, ex optimorū adductione. Diony. Optimi est optima adducere. Adduxit autem nobis tria optima, scilicet optimū scientiæ, gratiæ, & gloriæ. De his in Euangelio tertiæ Missæ. Vidimus gloriam eius, quo ad optimum gloriæ: plenum gratię, quo ad optimum gratiæ: & veritatis, quo ad optimum scientię. est ergo amabilis. C Sed est ineffabilis propter tria. Primo, ꝓpter æternitatem: secundo, propter eandem cum patre æqualitatem: tertio, propter diuinitatem. De his tribus Io. 1. In principio erat verbum, ecce æternitas: & verbū erat apud Deū, ecce æqualitas: & Deus erat verbū, ecce deitas, ē ergo ineffabilis. Est & venerabilis, quia omnicreator, omnigubernator, & omnirecreator. Ista tria habentur in epistola. Per quem fecit & sæcula: ecce creator: portans omnia verbo virtutis suæ, ecce gubernator: purgationem peccatorum faciēs, ecce recreator. est ergo venerabilis. Est ēt desiderabilis pp speciositatē, q̄ speciositas est quidā partiū situs cū quadā coloris suauitate. Oīs. n. pulchritudo ī duob° cōsistit. In luminib°, & characteribus, siue figuris & coloribus. Ista duo habent in epistola, ibi. Qui cū sit splēdor gloriæ, quo ad pulchritudinem coloris: & figura substantiæ eius, quo ad pulchritudinē figuræ. psal 44. Speciosus forma præ filiis hominum. Quo ad pulchritudinem coloris. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. est ergo desiderabilis. Sed est & formidabilis propter tria. Primo quia lux, vt omnia videat. Secundo potens, vt omnia valeat. Tertio iustus, vt de omnibus iustitiam faciat. De primo, Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt &c. De secundo, Heb. 1. Sedet ad dexteram maiestatis. De tertio ibidem, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem &c. Debemus ergo eum admirari, vt ī obstupescamus: amare vt ardescamus: ineffabilem cogitare, vt humiliemur: formidabilem, vt timeamus, venerabilem, vt laudemus: desiderabilem, vt ad eum festinemus. Circa natiuitatē sciendū hic ꝙ triplex est eius natiuitas. Æternalis ex patre, temporalis ex matre, spiritualis ex corde, hoc significant tres Missæ in die natiuitatis. Circa vtilitatem breuiter sciendum, ꝙ duplicem vtilitatem consecutus est homo de eius natiuitate, scilicet malorum omnium remotionem, & bonorum omniū acquisitionem: hoc dixerunt angeli, Luc 1. Annuntio vobis gaudium magnum, quo ad bonorum adeptionem: quia natus est vobis Saluator, quo ad malorum remotionem, scilicet qui nos saluabit ab omni malo opere. Ipse paruulus hodie natus faciat nos tanta gaudii participes, qui viuit & regnat in sæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

VIT A erat lux hominum, Io. 1. In hoc euāgelio puer iste qui natus est, vocatur verbum, lux, & vita. Primum, ibi. In principio erat verbum: secundum & tertium, ibi, Vita erat lux hominum. Et notat per hoc multiplex utilitates quam in eius natiuitate consecutus B est homo. Fuit enim verbum hominem docendo, lux illuminando, vita ad ęternitatem perducendo. De primo, Matth. 4. Circuibat Iesus docens. Docuit autem nos tria, scilicet rerum qualitatem, scripturæ veritatem, vitæ sanctitatem. Rerum qualitatem, quia docuit mundum fallacem, diabolum mendacem, Deum veracem, & huiusmodi. De secundo, Lucæ vltimo. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. De tertio, Mat. 5. Beati mites, beati pacifici &c. per totum. Et sic, in primo docuit physicam, quę inquirit naturas rerum: in secundo logicam, quæ probat verum: in tertio ethicam, quæ docet honestatem morum. Io. 13. Vos vocatis me magister & Domine, C & bene dicitis &c. Item, lux illuminando: illuminat autem tripliciter, noctem culpæ expellendo, diem gratiæ inducendo, luminaria magna, idest sanctos, ꝓ mūdū diffundēdo De primis duobus, Ro. 13. Nox præcessit, dies aūt appropinquauit. De tertio, Phil. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Itē, fuit vita, vitā nostrā reparando, vitā gratię largiendo, vitā gloriæ tribuēdo. De primo, Et uitam resurgendo reparauit. De secundo, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita. De tertio, Ioan. 10. Ego vitam æternam doeis, Ad quam perducat nos qui est benedictus in sæcula, Amen.

In festo sancti Stephani ex epistola.

STEPHANVS autem plenus gratia &c. Act. 6. Stephan° interpretatur coronatus, & dignus fuit vt tali vocaretur nomine, qui primo meruit corona martyrii coronari. Ideo dicitur protomartyr, idest, primus martyr. Est autem ipse coronatus, & coronantur omnes sancti quadruplici corona, argentea, stellea, aurea, & gemmea. De prima, Zacha. 6. Sume argentum & facies coronam. De secunda, Apo. 12. Et in capite eius corona stellarum duodecim. De tertia, Eccle. 45. Corona aurea super caput eius. De quarta, psalm. 20. Posuisti super caput eius coronam de lapide pretio- E so. Argentea corona est cordis claritas, quæ corpus mirabiliter decorabit. Isa. 61. Sicut sponsum decoratum corona. Stellea corona est perfecta de omnibus scientia. Eccle. 6. Corona gratulationis super te, dicitur de sapientia. Aurea corona est ipsa de diuinitate iucunditas. Isa. 38. In illa die erit tibi Dominus corona gloriæ. Gemmea corona est æternitas. 1. Petri. 5. Percipietis immacrescibilem æternæ gloriæ coronam. Sunt autem octo pro quibus Dominus electos suos debet coronare. Primum, Dei miseratio. psalm. 102. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Secundum puritatis conseruatio. Sapien. 2. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate: & post subditur, Coronata

nata triumphat. Tertium, carnis mortificatio. Isa. 61. F
Dabo coronam pro cinere &c. Quartum, iustitiæ
labor. 2. Timo. 4. De reliquo reposita est mihi co-
rona iustitiæ. Quintum, tentationum superatio.
Iaco. 1. Beatus uir qui suffert tentationem &c. Se-
xtũ, populorum conuersio. 1. Thes. 3. Quæ est spes &
cõsolatio nostra. Septimũ, bene administrata plātio.
Prou. Agnosce uultũ pecoris tui &c. Octauũ, tolerata
p Christo passio. Apoc. 2. Esto fidelis usq; ad mortẽ,
& dabo tibi coronã uitæ. Coronant & mali aliis coro
nis. Coronant. n. corona florea, frõdea, aurichalca, spi
nea. Florea in carnis uoluptatibus. Sap. 2. Corone-
mus nos rosis. Frondea, in mundi uanitatibus. 2. G
Mach. 6. Coronati hædera libero circuire cogeban-
tur. Isa. 13. Væ coronæ superbiæ. Aurichalca, ĩ diuitiis
sæcularibus, quę uidẽtur diuitiæ, sicut aurichalcum
uidetur aurum, sed non sunt. Apoc. 9. Habebat co-
ronam similem aurichalco. Spinea in pœnis æterna-
libus. psal. 33. Coronans coronabit te tribulatione.
Sunt ergo istæ coronæ cauendę, illæ appetendæ &c.

In festo Sancti Ioannis.

NVNQVID ad præceptum tuum eleuabi-
tur aquila? Iob. 39. Ista uerba satis bene cõ
ueniunt hodiernæ festiuitati, in qua transi-
tus beati Ioannis de morte ad uitam recolitur. Circa
quam tria in istis uerbis notantur, modus transeun-
di, utilitas transitus, dignitas transeuntis. Primum,
ibi. Nunquid ad præceptum tuum: secundum, ibi.
Eleuabitur: tertium ibi, Aquila. Circa primum scię
dum ꝙ quatuor præcepta fecit ei Dominus. Primũ,
ut nuptias desereret: secundum, ut post eum iret: ter
tium, ut statum utriusque ecclesiæ scriberet: quar-
tum, ut relicta prę̃sentis uitæ miseria, ad paradisum
transiret. De primo, Hiero. in prologo super Ioannẽ,
Quem de nuptiis uolẽtem nubere uocaret Deus, ut
uirginem uirgo seruaret. De secundo, Mat. 4. Inuenit
Iacobũ Zebedæi, & Ioãnem fratrẽ eius &c. De tertio, I
Apoc. 1. Quod uides, scribe in libro, & mitte septẽ
Ecclesiis. De quarto, in legẽda sua, Veni ut cum fratri
bus tuis epuleris. Circa secundum nota, ꝙ quatuor
modis fuit eleuatus in morte. Primo, ad eam uoluntarie
eundo. Secundo, dolorem mortis non sentien-
do. Tertio, ab ea cito sicut creditur resurgẽdo. Quar
to, de ipsa ad cælum ascendendo. De primis duo-
bus in prologo super Ioannem. Descendit in deso-
sum sepulcrũ, siue locũ, & facta oratiõe appositus est
ad patres suos: ecce primũ tã extraneus a dolore mor
tis, quàm a corruptione carnis, inuenit alienus: ecce
secundum. De aliis duobus in legenda. Circa ter-
tium sciendum, ꝙ beatus Ioannes dicitur Aquila
propter tria. Primo, propter uidẽdi perspicacitatem.
Secundo, propter uolandi sublimitatem. Tertio, pro
pter quarũdam actionum proprietatem. Vidẽdi per-
spicacitas in aquila consistit in duobus, quia uidet
splẽdidissima, quia solem in rota uidet: remotissima,
quia de cælo leporem in terra. Sic beatus Ioannes
uidit solem in rota, idest, Christum in patre. Ioan. 1.
In principio erat uerbum. Vidit remotissima, quia
quæ uentura sunt in fine mundi, uidit in Apocalypsi.
Item, uolauit altissime dupliciter. s. contemplando,
& scribendo. De primo, Apoc. 1. Fui in spiritu in do-
minica die, & audiui post me uocem magnam, tam
quàm tubę &c. De secundo, Ezech. 10. Facies aqui-
læ desuper ipsorum quatuor: quia Ioannes scriben-
do cæteros Euangelistas transcendit. Aug. Si paulo
altius intonasset, totus mundus eum capere non
posset. Item, dicitur aquila, propter duplicis actio-
nis proprietatem. Primo, pullos collocauit in Deo.
1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet.
Secundo, petrã in nido posuit. i. Christũ. 1. ad Corin.
10. Petra autem erat Christus. De hac aquila patet
in epistolis suis per totum. De ista aquila dicitur
Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum, ubi
commendatur in multis. Moraliter si uolumus in
altum eleuari, debemus esse aquila propter septem.
Primo, ut de ueteri statu in nouum mutemur. psal.
102. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Secun-
do, ut in altum conuersando uolemus. Philip. 3.
Nostra conuersatio in cælis est. Tertio, ut uirtutum
uarietate plumemur. Ezech. 17. Plena plumis &
uarietatibus &c. Quarto, ut ad cælum ire festine-
mus. 2. Regum. 1. Aquilę uelociores. Hebr. 4. Fe-
stinemus ingredi in illam requiem. Quinto, ut bo-
na nostra per rectam intentionem occultemus. Pro
uer. 30. Tria sunt mihi difficilia, uia aquilæ in
cęlo &c. Attendite ne iustitiam uestram &c. Sexto,
ut petram, idest Christum, in nido cordis collo-
cemus. Ephes. 3. Christum habitare per fidem
in cordibus uestris. Septimo, ut in bono opere us- H
que in finem perseueremus. Isa. 40. Assument pen-
nas ut aquilæ, uolabunt & non deficient &c.

De eodem ex epistola.

CIbauit illũ pane uitę & intellectus. In hac epistola
ostẽdit ꝙ quatuor bona, quæ multũ consueuerũt
ab homine appeti, facit Dominus his qui diligunt eũ
& timent. Primũ, delitiarum lætitia: secundũ, bea-
torum gloria: tertiũ, diuitiarum copia: quartũ, iu-
stis ęternitatem. Primum, ibi. Cibauit eum: secun-
dum, ibi. In medio ecclesiæ: tertium, ibi. Iucun-
ditatem, & exultationem thesaurizauit: quartum,
ibi. Et nomine æterno. Circa primum nota, quòd
tres delitias dat Dominus seruis suis in uia. Primæ,
cõsistunt in corporis dñici sumptione. Secundæ, in
sacrę scripturæ lectione. Tertiæ, in diuinę bonitatis
prægustatione. Primæ, notantur ibi. Cibauit illum
pane uitæ &c. Ioan. 6. Ego sum panis uitæ, qui de
cælo descendi. Secundæ, ibi. Intellectus. Prouer. 9.
Edite panem meum. Tertiæ, ibi. Aqua sapientiæ &c.
Sapientia enim dicitur a sapore. Sap. 17. Panem de
cælo præstitisti eis omne delectamentũ in se habẽtẽ:
uere omne delectamentũ, qa si quis gustauerit de eo,
delitias mundi tãquàm amarissimas despiciet. Greg.
Gustato spiritu desipit omnis caro. Circa secundũ
K notandum, quòd in tribus ponitur beatorum glo-
ria. Primo, in eloquentia: secundo, in sapientia:
tertio, in uestium gloria. Primum, ibi. In medio ec-
clesiæ aperuit os eius. Secundum, ibi. Et impleuit
eum Dominus spiritu sapientiæ. De his duobus.
Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam. Tertium,
ibi. Stolam gloriæ induit eum. Quæ est honesta ex-
terior conuersatio, quæ intexitur ex filis bonorum
morum. Isa. 6. Induit me uestimento salutis.
Diuitiarum copia ponitur similiter in tribus. Pri-
mo, in eorum delectabilitate: secundo, in pretiosi-
tate: tertio, in gloriositate. Primum, ibi. Iucundi-
tate intrinsecus & extrinsecus: sunt enim iucundę
illæ diuitię non amaræ, sicut diuitiæ mundi. Secun-
dum, ibi. Thesaurizauit. Thesaurus enim non sit
nisi

nisi de pretiosis. Tertium, ibi. Super eum, quia to- A
tus repletus est diuitiis. psal. 111. Beatus uir qui ti-
met Dominũ. & ibidẽ. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius.
Circa tertium notãdum, quòd tria æterna promittit
eis, æternitatem nominis, ęternitatẽ hæreditatis, &
æternitatem uitæ. Primum, ibi. Et nomine æterno.
psal. 111. In memoria ęterna erit iustus. Secundum,
ibi. 1. Pet. 2. In hæreditatem incorruptam & incon
taminatam. Tertium, ibi. Eum. Ioan. 10. Ego uitam
æternam do eis. Sunt ergo duodecim bona quæ pro
mittit Deus his qui timent eum: & ideo optimum
est timere eum &c.

In festo S. Innocentium ex epistola.

CANTABANT sancti cãticum nouum an-
te sedem Dei, Apoc. 13. Tria notantur hic.
Primum, quia cãtabant optimi cantatores,
quia sancti. Secundo, quia cantabant optimam can-
tionem, quia canticum nouum. Tertio, ubi canta-
bant, quia in optimo loco, quia ante sedem Dei.
Circa primum notandum, ꝙ bonos cantores faciunt
tria. s. bonæ uocis instrumẽtũ, artis documentũ, usus
exercitamentum. Bonæ uocis instrumentum tria fa-
ciunt, reumatis expurgatio, pectoris dilatatio, oris C
apertio. Primum est peccatorum expulsio. Eccl. 15.
Non est speciosa laus in ore peccatoris. psal. 112.
Laudate pueri Dominum. Secundum est amico-
rum dilectio. 2. Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum
est: dilatamini & uos. Exo. 15. Cãtemus Domino &c.
Tertium est intentionis ad Deum directio. psal. 118.
Os meum aperui. Item. Domine labia mea aperies.
Ad artis documentum sunt tria necessaria. Primo, ut
scias uocem leuare. Secundo, deprimere. Tertio,
concordare. Vox eleuatur per contemplationem. 1.
Paral. 10. Cantabãt: & post. Resonabant sonitus læti-
tię in excelsis. Vox deprimitur per sui humiliationẽ.
Dan. 4. Benedicite sancti & humiles corde Domi-
no. Concordatio uocis fit concordiæ & unitatis con
seruatione. Ephes. 1. Solliciti seruare unitatem spiri-
tus in uinculo pacis: uel per mentis cum corde con-
cordatione. 1. Corinth. 14. Psallam spiritu, psallam &
mente. Ad usus exercitium sunt tria necessaria, ut
cantet frequenter, diligenter, & fortiter. De primis
duob°, Isa. 23. Bene cane, frequẽta canticũ ut memo
ria tui sit. De tertio. psal. 97. Psallite Dño in uoce tu-
bæ. Tales debẽt esse cãtores: sed quid debẽt cãtare? cã
ticũ nouũ. Canticum nouum cantatur quatuor mo
dis. Primo, si cantet nouus homo. Ephes. 4. Reno-
uamini spiritu mentis uestræ. Secundo, si cantet no-
ua. s. spiritualia. Ephes. 5. Cantantes in canticis spiri
tualibus. Tertio, si cantet pro nouis. i. pro æternis.
Apoc. 20. Ecce noua facio omnia. psal. 95. Cantate
Deo canticum nouum. Quarto, si cantet nouo mo-
do. i. delectabiliter. psal. 97. Iubilate Deo nostro &c.
Ecce quòd debemus cantare: sed ubi debemus can-
tare? ante sedem Dei, ut libenter audiat summus
Pontifex, ut magnas præbendas conferat largissimus
princeps, ut magna munera tribuat. De primo, Cãt.
2. Sonet uox tua in auribus meis, & angeli libenter
audiunt. Ibidem. Amici auscultant tę, fac me audire
uocem tuam. De secundo, Apoc. 3. Faciam illum
columnam in templo Dei. De tertio, Luc. 21. Ego
dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus re-
gnum.

In festo Sancti Thomæ.

BEATVS uir qui in sapiẽtia morabit. Eccl. 14.
In his uerbis notatur meritum sanctorum
& præmium. Primo, ibi. Qui in sapientia:
secundo, ibi. Morabitur. Circa primum sciendum,
ꝙ duplex est sapientia in qua morandum est, increa-
ta, & creata. De prima, Eccl. 24. Ego ex ore altissi-
mi prodiui. De secunda, Eccl. 1. Omnis sapientia a
Dño Deo est. In increata debemus morari tripliciter.
Primo, per fidem secundum rationem in eius ueri-
tate: secundo, per spem secundum irascibilem in
B eius maiestate: tertio, per charitatem secundum
concupiscibilẽ in eius bonitate. De primo. Ioan. 15.
Si mãseritis in me, & uerba mea in uobis manserint.
De secũdo, Manete in dilectione mea. De tertio. 1.
Ioã. 3. De° charitas est. Ista tria necessaria sunt ad bea
titudinẽ acquirendã. De primo, Heb. 10. Oportet ac-
cedentem ad Deum credere. De secundo, Roman. 8.
Spe autẽ salui facti sumus. De tertio, Corint. 13. Si lin
guis hominum loquar &c. Itẽ, debemus in sapiẽtia
creata tripliciter morari. Primo, a malis recedendo:
secundo, bona faciendo: tertio, in his perseuerań-
do. Ista est triplex sapientia sanctorum. De primis
duobus, Iob. 24. Ecce pietas ipsa est sapientia, quo ad
C bene agendum: & recedere a malo intelligentia, quo
ad malum. De tertio, Eccl. 17. Homo sanctus manet
in sapientia: præmium sapientię est beatitudo. Beati-
tudo autem est status omnium bonorum aggrega-
tione perfectus, sicut dicit Boetius. Est autem du-
plex beatitudo, in uia, & in patria: utraque acquiri-
tur per sapientiam. Nam in uia habet quandam simi-
litudinem illius, quę est in patria, in qua sunt septem
dotes. Habent enim claritatem per uultus hilarita-
tem: ita & in uia habet modo suo sapiens illas dotes.
Eccl. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius: ista est
prima dos, secunda est impassibilitas quam habet
per patientiam, uel mansuetudinem. Philos. Mitis
D est qui non patitur, nec deducitur. Item, glosa super
Matth. Mitis est qui nullã amaritudinem animi sen-
tit. Prou. 14. Qui patiens est, multa gubernatur sa-
pientia. Tertia dos est subtilitas, quam acquirit sa-
piens per occultorum penetrationem: nam sapienti
omnia quasi potentia sunt. Eccl. 39. Occulta prouer
bia exquirit sapiens. Prou. 14. Quomodo in aquis re
splendet uultus prospicientium, sic corda hominũ
manifesta sunt prudentibus. Quarta, agilitas quam
acquirit sapiens per uelocem omnium apprehen-
sionem. Sap. 8. Attingit a fine usque ad finem for-
titer. Vel claritas acquiritur per prudentiam, im-
passibilitas per fortitudinem, subtilitas per sobrie-
tatem, agilitas per iustitiam: quę quatuor habent
E qui in sapientia morantur. Sap. 8. Sobrietatem. n.
& sapientiam docet & iustitiam, & uirtutem, qui-
bus nihil utilius est in uita hominibus. Quinta
dos est cognitio quæ datur, quia docet omnem
sapientiã. Sap. 8. Et si multitudinem scientię desidera
quis sit ꝑterita, & de futuris ęstimat &c. Sexta dos est
dilectio, q̃ est uere in sapiẽtia. Prou. 8. Ego diligentes
me diligo. Sap. 7. Et sine inuidia cõmunico. Septima
dos est omnis boni fruitio. Sap. 7. Venerunt mihi
oĩa bona pariter cum illa. Hanc beatitudinem ac-
quirit qui in sapientia. i. in Christo, & gratia
Christi moratur: sed in patria habebit ueram
beatitudinem. Est autem beatitudo status omnium
bonorum congregatione perfectus, ut dicit Boe-
tius.

tius. Est enim ibi omne bonum, & nullum malum. Deutero. 8. Vbi absque ulla penuria comedes panẽ tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris &c.

De eadem ex euangelio.

VBI ego sum, illic & minister meus erit. Ioã. 12. Duo notantur in hoc, meritũ & præmium. Præmiũ, ibi. Minister meus: secundum, ibi. Vbi ego sum &c. Circa, primum notandum, quòd minister magni regis debet esse formosus in specie, intelligens in discretione, fidelis in opere. Primo, formosus debet esse per munditiæ puritatem, morum honestatem, uestium uarietatem. Debet ergo minister Christi habere cordis puritatem. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem &c. psal. 100. Ambulans in uia immaculata &c. Morum honestatem. 1. Pet. 2. Conuersationem uestram inter gentes habẽtes bonã &c. Vestium. i. uirtutum speciositatem. Apoc. 4. Ambulabunt mecum in albis. De his duobus, Exod. 40. Applica Aaron & filios eius, ut ministrent mihi, & lotos indues sacris uestibus. In uestibus uirtutum uarietas, ĩ unctione morũ honestas, ex qua exit odor bonæ famæ. 1. Reg. 10. Videns regina ordinem ministrorum, & uestes &c. Item, debet esse in discretione intelligens, ut intelligat domini uoluntatem, seruiendi congruitatem, seruitii utilitatem. De primo. psal. 102. Ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. De secundo, Luc. 2. Quis putas es fidelis seruus & prudens. De tertio, Rom. 6. Rationabile obsequium uestrum. Idem fit de eo quod magis est utile: hæc est pietas. 1. Timot. 4. Exerce te ipsum ad pietatem &c. Debet esse ergo minister intelligens, sed debet esse etiam fidelis, ne bona sua auferat, uel cum hostibus prodat, nec ipsum deserat. Bona Dei aufert, qui de seruitio Dei gloriam quærit, quam sibi soli seruauit. Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Hostibus prodit Dominum qui in cameram suã. i. animã suã introducit diabolum. psal. 87. Traditus sum, & non egrediebar. Item, psal. 40. Homo pacis meæ, in quo speraui. Derelinquit etiã eum. Deutero. 32. Incrassatus, dilatatus, impinguatus dereliquit Dominum factorem suum. Talis debet minister esse, & sic consequitur præmium. Sed quod præmium? ibi. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Vbi es Domine Iesu in patre. Ioan. 14. Ego in patre &c. In cælo. Io. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descẽdit de cælo filius hoĩs &c. In dextera maiestatis. Hebr. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In luce inaccessibili. 1. Timot. 6. Lucem habuit inaccessibilẽ. In throno. Apoc. 3. Sedenti in throno Dei. In principio. Ioan. 1. In principio erat uerbũ. Per hoc quòd dicitur, esse in patre, notatur gloria: in luce, claritas: in dextera Dei, iucunditas. i. in potioribus bonis Dei: in cælo, loci amœnitas: in throno, dignitas: in principio, æternitas. Promittit ergo Dominus ministris suis per hoc quòd dicitur, Vbi ego sum, illic & minister meus erit, gloriam, claritatem, iucunditatẽ, loci amœnitatem, dignitatem æternam, Ad quam nos perducat &c.

In festo sancti Siluestri.

ECCE sacerdos magnus, qui ĩ diebus suis placuit Deo & inuentus est iustus, *Quære in festo Sancti Nicolai.*

F *De eodem ex euangelio.*

HOMO quidam peregre proficiscens uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Matth. 25. Homo iste Christus est, qui peregre profectus est, in Incarnatione, in Passione, in Ascensione. In prima peregrinatus est in mundo: in secunda in inferno: in tertia in cælo. De primo. Gen. 12. Egressus est Abraham ut peregrinaretur in Ægyptum. Abraham Christus, Ægyptus mundus. De secundo, Lucę ult. Tu solus peregrinus es in Hierusalem &c. dixerunt reuerso ab inferis. De tertio, Lucę 19. Homo quidam nobilis &c. In prima G peregrinatione egressus est ad peregrinandum ad tria, ad addiscendum, ad negotiandum, ad orandum. Peregrinatur scholaris ut addiscat, negotiatur ut acquirat, uir iustus ut oret: sic Christus peregrinatus ęst in mundo, ut disceret malum quod non sciebat per experientiam: hoc docetur in terra ista. Hebr. 5. Didicit ex his quæ passus est obedientiam &c. Item, ut negotiaretur: & constituit mirabiles nundinas, in quibus uendidit denario paupertatis regnum cælorum, denario uilitatis gloriam, denario mortis uitam. De his tribus Aug. Venale habeo, quid regnum cælorum: quanti emitur? paupertate regnum, uilitate gloria, luctu gaudium, morte H uita. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, iure scilicet emptionis. Item, ad orandum. Luc. 22. Et factus in agonia prolixius orabat. In infernum egressus est ad peregrinandum propter tria, ut prædam perditam recuperaret, ut hostem. i. diabolum superaret, ut ciuitatem fortissimam expugnaret: propter hæc tria reges & principes consueuerunt exire peregre. De primo, Ephes. 4. Christus ascendẽs ĩ altũ captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoĩbus &c. De secundo, Apoc. 20. Apprehendit diabolũ, & ligauit eum in abysso. i. in inferno. De tertio, Contriuit portas ęreas. Infra cælum peregre profectus est I propter tria. Primo, ut regionem famis & omnis miseriæ desereret, ut habitaret in regione totius amœnitatis & abundantiæ, ut regnum sibi acquireret. Propter hæc tria consueuerunt peregrinari homines. De primo, Ruth. 1. Facta est fames in terra abiitq; homo de Bethlehem Iuda ut peregrinaret' &c. De secundo, Gene. 35. Venit Iacob in Mambre, hæc est Hebron ĩ qua peregrinatus est Abrahã & Isaac. Hebron interpretatur claritudo. Hebron uisio sempiterna significat paradisum. De tertio, Lucæ 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. In prima peregrinatione apparuit eius humilitas: in secunda eius charitas: in tertia eius maiestas. De prima, K Phil. 2. Qui cum in forma Dei esset &c. De secundo, Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet. De tertio, Actuũ 1. Viri Galilæi quid admiramini aspiciẽtes in cælũ? ps. 8. Eleuata est magnificẽtia tua. Est ergo, in prima imitandus ut humiliemur. Matth. 10. Discite a me, quia mitis &c. In secunda diligendus, ut eum reamemus. 1. Ioan. 4. Diligamus Deum, quia ipse prius dilexit nos. In tertia desiderandus, ut ad eum festinemus. Ioan. 14. Iterum ueniam, & assumam uos &c. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem, Ad quam nos perducat, Amen.

In

In Circuncisione Domini ex epistola.

APPARVIT benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc sęculo, Tit. 2. Quoniam Dominus noster Iesus uenit in mundum peccatores ad se trahere, attrahuntur autem maxime per benignitatem: ideo uoluit benignus hominibus apparere. Et hoc est quod dicitur, apparuit. Apparuit autem benignitas eius tripliciter. In eius actionibus, locutionibus, & passionibus. In actionibus ostendit benignitatem quadrupliciter. Primo, pro peccatoribus carnem assumendo. 1. Timot. 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Secundo, specialem familiaritatem peccatoribus demonstrando. Lucę 15. Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores, ut audirent illum. Tertio, magnos peccatores, magnos sanctos faciendo, sicut patet in Matthæo, Magdalena, & Paulo. Quarto, languores infirmorum benigne curando, ut in leproso quem tetigit. Matth. 7. & Lucæ 6. Sanabat omnes. Idem 4. At ille singulis manus imponens, curabat eos &c. In locutionibus ostẽdit similiter benignitatem quadrupliciter. Primo, omnibus benigne loquendo, Lucę 4. Mirabantur omnes in uerbis gratię, quæ procedebant de ore eius &c. Secundo, peccatores ad se uenientes dulciter alloquendo, sicut patet Ioan. 8. in adultera, & Luc. 7. in Magdalena. Tertio, suum proditorem benigne alloquẽdo. Mat. 26. Amice, ad quid uenisti? Quarto, pro ipsis crucifixoribus orãdo, Lucę 23. Dimitte illis, non. n. sciũt quid faciũt &c. In passionibus oñdit benignitatẽ similiter quatuor modis. Primo, ipsos crucifixores benigne recipiẽdo. Ioã. 18. Iesus autem sciens omnia quæ uentura erant &c. Secundo, ipsam passionem benignissime recipiendo. psal. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est. Hiere. 10. Ego quasi agnus mãsuetus qui ducit' ad uictimã. Tertio, nulli iniuriãdo. 1. Petr. 1. Cũ maledicerẽt non maledicebat. Quarto, multos de suis crucifixoribus sanctificando, sicut Longinus qui perforauit lancea latus eius, & postea fuit sanctus, sicut dicitur in Martyrologio. Et Act. 3. dicitur, quòd tria millia qui consenserunt in mortem eius, baptizati sunt una die. Debemus ergo ad tantam benignitatem recurrere, Ad quam nos perducat &c.

De eadem ex euangelio.

VOCATVM est nomen eius Iesus, Lucę 2. Sicut dicit beatus Petrus, Non est aliud nomen datum sub cęlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in isto. Act. 4. Vnde cum prædicator intendat hominem ad salutem inducere, debet de eo frequenter prædicare. Est nomen istud in corde retinendum, in ore habendum, in aure seruandum, in manu ferendum, in fronte scribendum. In corde quia gaudium, in ore quia iubilus, in aure quia melos, in manu quia uirtus, in fronte quia honor. De primis tribus Bernard. Iesus in corde gaudium, in ore iubilus, in aure melos. De quarto, psal. 62. In nomine tuo leuabo manus meas. De quinto, Apoc. 14. Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus. In isto nomine A est ambulandum, est orandum, est spatiandum, est operandum, & est loquendum. De primo, Michęę 4. Nos autem in nomine Dei nostri ambulabimus. De secundo, Ioan. 11. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. De tertio. psal. 39. Beatus uir cuius est nomen Domini spes eius. De quarto, & quinto. Colos. 3. Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine Dñi nostri Iesu Christi facite gratias agentes Deo & patri per ipsum &c. Est enim nomen istud admirabile, amabile, laudabile. Admirabile, quia in uirtute eius omnia creantur, dæmones fugantur, & omnes languores curantur. De primo, Apoc. B 19. Et nomen eius uocabitur uerbum Dei: & in uerbo Dei facta sunt omnia. psal. 148. Ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. De secundo, & tertio. Matth. ult. In nomine meo dæmonia eiicient, ergo est admirabile. Gene. 34. Cur quæris nomẽ meũ quod est ineffabile &c. Est & amabile, quia peccatores iustificat, iustos lætificat, tẽtatos adiuuat, iustis gratiam augmentat, & omnes qui ipsum inuocãt, saluat. De primo, Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. In oleo misericordia, in effusione abundantia misericordiæ. De primo. psal. 99. Laudate nomen eius, quoniam suauis Dominus. De tertio, psal. 123. Adiutorium nostrum in nomine Domini. De quarto. Prou. 18. Turris C fortissima, nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. De quinto, Ioel. 3. Omnis quicũq; inuocauerit nomẽ Dñi saluus erit &c. Est ergo amabile. psal. 5. Gloriabunt' in te omnes qui diligunt nomen tuũ. Est laudabile, quia gloriosum, quia sanctũ, quia magnum, quia nouum, quia æternum. De primo, Dan. 4. Gloriosum nomen eius in sęcula. De secundo, Lucæ 1. Et sanctum nomen eius. De tertio. psal. 144. Confiteantur tibi Dñe omnia opera tua. De quarto, Isa. 61. Vocabitur tibi nomen nouũ De quinto authoritas, Genuit puerpera regẽ, cui nomen æternum. Istud nomen illuminat rationalem, confortat irascibilem, delectat concupiscibilem. D De primo, Zacha. 5. Oriens nomen eius, & unde procedit lux. Malach. ult. Vobis timentibus nomen meum oriet' sol iustitiæ &c. De secundo, Zacha. 10. Confortabo eos in Dño Deo suo &c. De tertio, psal. 99. Laudate nomen eius &c. Istud debent inferi formidare, terrestres adorare, cęlestes laudare. Inferi debent formidare, quia in eo sunt expoliati: terrestres adorare, quia in eo sunt redempti: cęlestes laudare, quia in eo sunt restaurati. De his Philip. 2. In nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorũ &c. Rogemus &c.

In Epiphania Domini ex epistola.

E OMNES de Saba uenient, aurum, & tus, deferẽtes. Isa. 60. Verba hæc exponuntur de Magis. Moraliter autẽ possunt exponi de peccatoribus a statu culpæ redeuntibus, & ad Deum reuertentibus. Et nota hic tria, quę sunt peccatori necessaria. Primum est a peccato recessio, ibi. Omnes de Saba uenient. Secundum est bona operatio, ibi. Aurum & tus. Tertio gratiarum actio, ibi. Laudem Domino &c. Circa primum sciendum, quòd Saba interpretatur captiua, uel captiuitas, & significat peccatum, in quo a dęmonibus ani-

ma

ma captiuatur. Roman.7. Cōdelector legi Dei ſm in F
teriorē hominē: uideo autē aliā legē in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & captiuātē me in le
ge peccati, q̄ eſt in membris meis &c. Thren. 3. Vena
tione ceperūt me, quaſi auē inimici mei gratis. Dr̄ au
tē peccator captiuus, qa a dęmonib⁹ capit, uinculo cō
ſtringitur, in carcere ponit, & multis aliis miſeriis
affligitur. De primo, & ſecundo, Prouer. 5. Iniqui-
tates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum
ſuorum conſtringitur. Iſa. 3. Cadent & conteren-
tur, & irretientur, & capientur. De tertio, Thren.
3. Circumædificauit aduerſum me, ut non egrediar,
aggrauauit compedem meum. pſal. 142. Colloca- G
uit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi, & anxiatus
eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor
meum. De quarto, Hierem. 2. Vide quia malum, &
amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, &
non eſſe timorem eius apud te. Iob. 30. Egeſtate &
fame ſteriles qui rodebant in ſolitudine, ſcalentes
calamitate & miſeria &c. Saba ergo peccatum eſt. De
Saba uenire eſt de peccato recedere. pſal. 13. Auer-
tit captiuitatem plebis ſuæ. Hoc eſt primo pęni-
tenti neceſſarium. Iſa. 1. Quieſcite agere peruerſe.
Secundo, bona opera, Ibidem. Diſcite benefacere.
Hoc notatur, ibi. Aurum & tus. Sunt autem neceſ-
ſaria homini bona uita, & bona fama. Aug. Duæ H
res ſunt mihi neceſſariæ, bona conſcientia, & bo-
na fama: conſcientia propter me, bona fama pro-
pter proximum. Bona uita notatur in auro, fama
in ture. Dicitur autem bona uita aurum propter
quatuor. Eſt enim aurum pulchrum in colore, pre-
tioſum in ualore, ponderoſum in grauitate, incor-
ruptibile in ſoliditate. Omnis pulchritudo conſi-
ſtit in luminibus & characteribus. Lumina ſunt uir-
tutes illuminatiuæ ut perficiant intellectum, affe-
ctiuæ ut perficiant affectum. Cant. 5. Dilectus meus
candidus & rubicundus electus ex millibus, caput
eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatę palma
rum, nigræ quaſi coruus. Pretioſitas eſt humilitas.
Iſa. 13. Pretioſior erit uir auro, & homo mundo
obrizo. Tanto magis quis ualet apud Deum, quan-
to magis ſe humiliat. Ponderoſitas eſt morum ho-
neſtas. pſal. 34. In populo graui laudabo te. In-
corruptibilitas eſt perſeuerantia. Matth. 10. Non
qui incœperit, ſed qui perſeuerauerit uſque in fi-
nem, hic ſaluus erit &c. Gene. 2. Aurum terræ il-
lius optimum eſt. Hæc quatuor faciunt bonam ui-
tam, cordis puritas, morum grauitas, humilitas,
perſeuerantia. Aurum ergo uitam ſignificat, tus ſi-
gnificat bonam famam, quia eſt per ſui fumum dif-
fuſiuum, uicini aeris immutatiuum. Odor latius ex
eo generatur, Domino imolatur; ſic fama eſt diffu
ſiua, unde dicitur. Fama uolat. Matth. 3. Odor
eius in totam Syriam, aerem uicinum. i. proximum
ad bonum immutat per imitationem. 1. Theſ. 2.
Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, eccleſiarum
Dei quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu &c. Odorem
generat. Bernardus. Odor bonus fama bona. 2. Co-
rinth. 2. Chriſti bonus odor ſumus. Deo offertur,
quia bona fama Deo debet offerri. Matth. 5. Sic
luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideāt opera
ueſtra bona &c. Bona ergo uita, & bona fama notant
in ture & auro. Circa tertiū. ſ. gratiarū actionē ſcien-
dum, quòd anima conuerſa ad Deum, debet Deo
quadrupliciter carmen decantare. ſ. carmen trium-
phale, nuptiale, ioculare, & feſtiuale. Triumpha-
le, quia de dæmonibus triumphauit: nuptiale,
quia Chriſtus eam ſibi copulauit: ioculare, quia
munera magna uirtutum & donorum ſpiritualium
rex cæleſtis donauit: feſtiuale, quia tota curia cæ-
leſtis de conuerſione eius feſtum ſolemne celebra-
uit. De primo. Iſa. 14. Erit in die cum requiem de-
derit tibi Dominus a labore tuo, & a concuſſione
tua, & a ſeruitute data qua ante ſeruiſti. De ſe-
cundo. Oſee. 2. Sponſabo te mihi in fide &c. De ter-
tio. Ezech. 16. Veſtiui te diſcolorib⁹, & calcaui te hya
cintho. De quarto. Lucæ 15. Gaudium eſt angelis
Dei ſuper uno peccatore pænitentiam agente.

De eodem ex euangelio.

BTVLERVNT ei munera, aurum, tus,
& myrrham. Illi reges Magi uocantur. i.
ſapientes. Vere habuerunt multiplicem
ſapientiam, ſicut ex textu hodierni euangelii colligi-
tur. Habuerunt logicam, profundiſſimam quæſtionē
faciendo: aſtronomiam, aſtra cognoſcendo: arith-
meticam, numerum mirabilis uirtutis eligendo:
muſicam, adorando. Muſica enim eſt laus, & in
adoratione laudatur Deus: ethicam, percipiendo
iſta. Eſt enim uere moralis ſcientia, ſcire humiliari.
De primo, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū. De ſecun
do, Vidimus ſtellā eius in oriēte, & uenimus adorare
eū. De tertio, obtulerunt ei munera. Cognouerunt. n.
ſicut arithmetici uim huius numeri, qui multiplex
eſt. Dicit Philoſophus in li. cæli & mundi per hunc
numerum nos magnificare unum Deum creato-
rem, eminentem omnibus creaturis: loquitur de
trinitate. De quarto. Adorauerunt. De quinto.
Procidentes. Sciunt quoque methaphyſicam, pri-
mam cauſam cognoſcendo. Cognouerunt autem
tria de prima cauſa, quę confeſſi ſunt per tria mu-
nera quæ obtulerunt: cognouerunt enim illum
puerum qui eſt prima cauſa omnium creatorem,
omnium gubernatorem, omnium reparatorem.
Creatorem confeſſi ſunt in auro, ubi notatur po-
tentia, ſicut cantant Eccleſia. In auro, ut oſten-
datur regis potentia, quæ apparuit in creatione
tripliciter. In modo, in cauſa, in materia. In I
modo, quia uerbo fecit omnia. pſal. 32. Ipſe di-
xit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.
In cauſata, quia magna fecit. pſal. 110. Magna ope-
ra eius, exquiſita in omnes uoluntates eius. In ma-
teria, quia de nihilo fecit. Gen. 1. In principio crea-
uit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis
& uacua. Conſeruatorem confeſſi ſunt, uel guberna-
torem in myrrha, quia præſeruatiua eſt. Guber-
nat autem tripliciter, uniuerſaliter omnia ineſſe
conſeruando: ſpecialiter, omnia animalia educan-
do: particulariter, indiuidua multiplicando. De
primo, Sap. 2. Quomodo aliquid permanere poſſet,
K niſi tu uoluiſſes &c. De ſecundo. pſal. 135. Qui dat
eſcam omni carni. De tertio. pſal. 4. A fructu frumen
ti uini & olei multiplicati ſunt. Reparatorem cōfeſſi
ſunt in ture: tus imolatur Deo, Chriſtus autem imo-
latus fuit in cruce pro expiatione totius mundi. pſal.
140. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in con-
ſpectu tuo &c. Fecit autem tria fumus huius tu-
ris, diabolum fugauit, peccatores purgauit, &
mundum Deo reconciliauit. De primo. Tob. 6. Fu-
mus eius extricat omne genus. De ſecundo, Apoc.
1. Qui delexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in
ſanguine ſuo. De tertio. Epheſ. 5. Et ſemetipſum
oblationem & hoſtiam Deo obtulit &c.

In feſto Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani, ex epiſtola. A

ANCTI per fidem uicerunt regna, ope-
rati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſ-
ſiones, Hebr. 11. In his uerbis tria notan-
tur de his ſanctis. Primo, inimicorum ſuperatio: ſe-
cundo, bona operatio: tertio, prēmii pro uictoria
adeptio. Primum, ibi. Sancti per fidem uicerūt regna.
Secundum, ibi. Operati ſunt iuſtitiam. Tertium, ibi.
Adepti ſunt repromiſſiones. Circa primum ſciēdū,
ꝓ ſancti uicerūt quatuor regna, quæ ſignificata ſunt
ꝑ quatuor regna mundi maxima, quæ ſignificauerūt
quatuor beſtiæ in Daniele. 8. Primum regnum dæ-
moniorum: ſecundum, hęreticorum: tertium, ty-
rannorum: quartum falſorum chriſtianorum. De
his quatuor, Epheſ. 6. Quoniam non eſt colluctā-
tio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus
principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores te-
nebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæ-
leſtibus. Primum eſt regnum Caldæorum. i. ferociū,
Hoc eſt dæmonum, & iſtud ſignificatur per leænam.
1. Pet. 6. Aduerſarius ueſter diabolus. Secundum
Perſarum. i. tentationum. Hoc eſt tyrannorum, qui
tentant patientiam ſanctorum, quod ſignificatur
per urſum crudelem. Prou. 28. Leo rugiens & urſus
eſuriēs &c. Tertiū Græcorū. i. ruminantium. Hoc eſt
hæreticorum, qui ſcripturas ore ruminant, ſed nunq̄
ad intellectū ueniunt. 2. Tim. 3. Semper diſcentes, &
nunq̄ ad ſciētiā ueritatis pueniētes. Hii perditi ſunt.
Hiere. 13. Si pōt pardus mutare pellē ſuā, quia uix hæ
reticus conuertitur. Quartum regnū qd ſignificatur
per beſtiam, quæ crudelior eſt omnibus, eſt regnum
antichriſtianorum. Matth. 24. Surgent pſeudo
prophetæ, & pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna ma-
gna, & prodigia, ita ut in errorem inducātur (ſi fieri
pōt) ēt electi. Eodem capitulo. Erit tribulatio qua-
lis antea nō fuit &c. & 1. Ioan. 4. Nunc autē antichri-
ſti multi facti ſunt. Hoc circa primum. Circa ſe-
cundum ſciendum, quòd ſancti operantur quadru-
plicem iuſtitiam, quę colligitur ex eo uerbo, Sancti.
Prima, eſt a malo recedere: ſecunda, omnia mun-
dana cōtemnere: tertia, ſeipſos pro Chriſto crucifige
re: quarta, in his uſq; ad finē perſiſtere. De primo, Iſa.
1. Quieſcite agere peruerſe. De ſecūdo, Iacob. 1. Qui
uolunt eſſe amici huius mundi, &c. De tertio, Galat.
5. Qui autē ſunt Chriſti, carnē ſuā crucifixerūt &c. De
quarto, Mat. 23. Non qui incęperit &c. Per primū eſt
hō ſanctus. i. mūdus: ꝑ ſecundum eſt ſanctus. i. fine
terra: per tertium eſt ſanctus. i. ſanguine tinctus:
per quartum eſt ſanctus. i. firmus. Circa tertium
ſciendum, quòd ſancti conſequuntur ſeptem promiſ
ſiones, quas fecit Dominus uictoribus ſuis in Apo-
calypſi, quæ ſignificantur per ſeptem præmia uincen
tia. Primum prēmium eſt ab omni malo liberatio.
Apoc. 2. Qui uicerit, non lædet a morte. Secūdū, cor-
porū ſanctificatio. Apoc. 3. Qui uicerit, ueſtiet ueſti-
bus albis. i. dotibus corporis. Tertium, regni cęleſtis
poſſeſſio. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo illi ſedere in thro
no. Quartū, de oībus perfecta cognitio. Apoc. 2. Qui
uicerit, dabo illi ſtellā matutinā. i. cognitionē bonorū
oīum. Quintum, plena in uiſione hominis Chriſti di
lectio. Apoc. 2. Qui uicerit, dabo illi coronā uitæ, per
quod intelligitur Chriſtus. Sextum, perfecta diuini-
tatis fruitio. Apoc. 2. Qui uicerit, dabo illi mana ab-
ſconditum. Septimum, in iſtis omnibus æternitas.
Apoc. 3. Qui uicerit, faciam illum columnam in tem
plo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Amē.

De eodem ex euangelio.

BEATI pauperes, quia ueſtrum eſt regnum Dei,
Lucæ 6. Frequenter loquitur ſcripturade paupe
ribus. Vnde ſunt tria circa eos conſideranda. Primo,
quot bona Dn̄s pauperibus faciat. Secundo, quot
bona ipſa paupertas conferat. Tertio, quot bona
fieri pauperibus ab alijs Dn̄s pręcipiat. Circa primū
ſciendum, ꝓ in ſacra ſcriptura poſſunt colligi multa
bona, quæ Dn̄s facit pauperibus. ſ. a malis liberat, &
bona donat. Liberat autē a malis tripliciter. Primo,
ab inimicorū moleſtia, a tribulationū anguſtia, a ne-
ceſſitatū inopia. De primo, Iob. 5. Eruet de manu uio
B lenti pauperē. De ſecūdo, Iob. 33. Eripiet pauperem
de anguſtia ſua. De tertio, pſal. 106. Adiuuit paupe-
rē de inopia. Sic a malis liberat: cōfert autem multa
bona, exaudit in precibus, exaltat in hominibus, ſa-
tiat dilectionibus, ditat diuitiis cæleſtibus, dat uitā
æternā in his omnibus. De primo, pſal. 9. Deſideriū
pauperū exaudiuit Dn̄s. De ſecūdo, Iob. 36. Iudicium
pauperibus tribuit, De tertio, pſal. 21. Edent paupe-
res & ſaturabunt. De quarto, Mat. 5. Beati pauperes
ſpiritu. De quinto, Eccl. 6. Quid uero pauperi niſi ut
pergat illuc ubi eſt uita? Circa ſecundū ſciendum, ꝓ
paupertas facit hominē timoratū a malis remouēdo,
C diſciplinatū bonis moribus ornando. De his duob⁹,
Eccl. 10. Pauper gloriat per diſciplinā & timorē ſuū.
Humilē in loquendo. Prou. 18. Cū obſecrationib⁹ lo-
quit pauper patientem. Aduerſa tolerando. Eccl. 14.
Pauper læſus tacebit. Circa tertiū ſciendū, ꝓ ſcriptu-
ra oſtendit quid nō ſit pauperibus faciendū. Nō ſunt
exprobrādi in uerbis, nō ſunt exaſperādi in factis, nō
ſunt opprimendi in iudiciis. De primo, Prou. 18.
Qui exaſperat pauperē &c. De ſecūdo, Eccl. 4. Nō ex-
aſperes pauperē. De tertio, Iſa. 3. Væ qui cōdunt leges
iniquas: & poſt. Vt opprimāt in uiis pauperē: ecce
quod non eſt eis faciendū. Sed quid eſt faciēdū eis?
Sunt expediēdi in cauſis, eleemoſyna eis danda in ne
D ceſſitatibus, audiēdi in precibus. De primo, Prou. 31.
Aperi os tuū &c. De ſecūdo, Eccl. 13. Et ſm uires tuas
exporrigens da pauperi. De tertio, Prou. 23. Qui ob
turat aures ſuas ad clamorē &c. Sunt autem quatuor
maxime reprehenſibilia in pauperibus. Superbia, glo
ria, otioſitas, & delitiæ. De primo, Eccl. 25. Tres ſpe-
cies odit anima mea pauperē ſuperbū, & diuitē mēda
cē, & ſenē fatuū & inſenſatū. De ſecūdo, Eccl. 10. Qui
aūt gloriat in paupertate, quāto magis ī ſubſtātia? De
tertio, & quarto Aug. Ne ī monaſterio, ubi quātū poſ
ſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati
&c. Rogemus ergo Dominum &c.

In feſto ſanctæ Agnetis ex epiſtola.

IBERASTI me a lingua iniuſta, iniqua, coin-
quinata, Eccl. ult. Verba ſunt iſti⁹ ſanctę Agne
tis gras agētis ꝑ ſua liberatiōe. Clamat aūt ſe
E a triplici ligua liberatā. ſ. coīquinata, iiuſta, & iniqua.
Inquinata fuit lingua īpii ad coinquinationē exhortan
tis, lingua iniuſta pręſidis ad ſacrificādum idolis im-
perātis, lingua iniqua turbæ ut occideretur acclamā
tis. Hæc lingua mala, ſecunda peior, tertia peſſima.
Poſſunt iſtæ tres linguæ ſignificare tres linguas, quæ
cōueniūt ad deſtructionē mūdi. Prima, diaboli ab Eua
quærentis, ſecunda Euæ dubitatiue reſpondentis, ter
tia Adæ imprudēter excuſantis. Diabolus primo quæ
fiuit, ſecundo falſum concluſit, tertio mendaciū ſub-
iunxit. Primo, ibi. Cur præcepit uobis Deus &c. Secū
do, ibi. Nequaq̄ moriemini &c. Tertio, ibi. Eritis ſi-
cut Dii &c, Eua quod pro certo ſciebat, dubitatiue

posuit, ibi. Ne forte moriamur. Adã peccatũ qđ admisit imprudenter excusauit, ibi. Mulier quã dedisti mihi insociam, dedit mihi de ligno, & comedi, Gen. 3. Istæ linguæ istis modis mortẽ in mundũ uocauerũt. Sap. 1. Deus mortem non fecit, & impii .i. diabolus Adam, & Eua manibus & uerbis accersierunt illã. Vel hæ sunt tres linguæ, quæ usque hodie mũdum confundunt. Lingua coinquinata est lingua coinquinatoris, uel lenonis: iniqua, periurii uel blasphematoris: iniusta, detractoris. De prima, Eccl. 37. Lingua multos fortes deiecit. De secunda, Prou. 17. Malus obedit linguæ iniquæ. Prou. 7. Sex sunt quæ odit Dñs, linguã mẽdacẽ &c. De tertio, Prou 18. Sepi aures meas spinis &c. & Sap. 1. A detractione parcite linguæ &c. Rogemus &c.

De eodem ex euangelio.

MEDIA nocte clamor fact⁹ est. Ecce sponsus uenit, exite obuiã ei &c. Mat. 25. Tria notant̃ ĩ uerbis istis circa aduẽtũ Dñi ad iudiciũ. Primo, ueniẽdi necessitas: scđo, ueniẽdi cõgruitas: tertio, ueniẽdi dignitas. Primum, ibi. Media nocte. Nox. n. erit in uniuerso mundo, & ideo necessariũ erit tunc aduentus ueri solis, qui illuminet noctẽ illã horrendã. Secũdo, ibi. Clamor factus est: congruũ. n. erit ut aduentus tanti sponsi prænuntiet̃. Tertiũ, ibi. Ecce sponsus. Circa primũ sciendũ, ꝙ tempus illud circa finẽ sæculi dicit̃ nox propter quatuor. Primo, propter errorũ obscuritatẽ: secundo, propter soporis profunditatẽ: tertio, propter peccandi securitatẽ: quarto, propter charitatis frigiditatẽ. De primo, Matth. 22. Cũ venerit fili⁹ hominis putas inueniet fidẽ in terra? De scđo, Thessa. 5. Qui dormiũt nocte dormiũt &c. Matth. 25. Dormitauerũt oẽs, & dormierũt. De tertio, Thess. 1. Cũ dixerint pax & securitas. De quarto, Matth. 26. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum &c. Circa secundum sciendum, ꝙ quadruplex clamor præcedet aduentũ iudicis. Angelorũ ad iudiciũ citantiũ, omniũ creaturarũ accusantium & impugnantiũ, malorũ flentiũ & ululãtium, bonorũ gaudẽtiũ & exultãtiũ. De primo, 1. Thess. 4. In uoce archãgeli, & ĩ tuba Dei descẽdet de cælo &c. De scđo, Abac. 2. Lapis q de pariete clamabit &c. Sap. 5. Armabit creaturã in ultionẽ inimicorũ. De tertio, Apoc. 1. Tũc plãgẽt se super eũ oẽs tribus terrę &c. De quarto. Isa. 65. Ecce serui mei clamabũt p̃ exultatione cordis. Circa tertiũ sciẽdũ, ꝙ magnus spõsus quatuor modis uadit ad magnã sponsam. Primo, cũ multa societate: secundo, cũ ornamentorũ pretiositate: tettio, cũ magna iucunditate: quarto, cũ multorũ munerum largitate. Istis quatuor modis ueniet Dñs ad iudicium ad bonos & malos. Malis apparebit iudex iratus: sed bonis, uel iustis sponsus benignus. De primo, Isa. 3. Dominus ad iudicium ueniet &c. De secundo, Isa. 66. Gaudens gaudebo in Dño &c. De tertio. psal. 97. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt &c. De quarto, Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius &c. Ista notantur in Euangelio. Matth. 25. Cum uenerit filius hominis. Quia ergo uenit placidus, debet exiri obuiam ei cum amore: quia gloriosus, cum festinatione: quia largus, cum gratiarum actione &c. Rogemus &c.

In festo Sancti Vincentij.

VINCENTI dabo edere de ligno uitæ, Apoc. 3. Hæc uerba possunt exponi de beato Vincentio: & notantur hic duo.
F Primo, eius martyrium: secundo, eius præmium. Primũ, ibi. Vincenti, & secundũ, ibi. Dabo edere de ligno uitæ. Circa primum sciendũ, ꝙ beatus Vincentius fuit secundum nomen suum uicens triplex bellum. s. hostile, ciuile, & intestinum. Bellum hostile est bellum dęmonum, bellum ciuile mundi, bellum intestinum carnis. De his tribus, Ephes. 3. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, supple tantum, ecce intestinum: sed aduersus mundi rectores, ecce ciuile: contra spũalia nequitię, ecce hostile. Bellum hostile uicit firmiter in fide persistendo. Bellum mundi ipsum principem uincendo: unde dixit. Victi sumus. Circa secundum sciendum, ꝙ arbor uitæ dicitur Christus, quoniam ab eo oritur fru-
G ctus triplicis uitæ. s. uitæ naturæ, uitæ gratiæ, & uitæ gloriæ. De primo, Gen. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculũ uitæ &c. De secundo, Ioan. 6. Verba quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt &c. Faciendo enim spirituales conferunt uitam gratiæ. Ephes. 6. Conuiuificauit nos in Christo. De tertio, Ioan. 6. Domine ad quẽ ibim⁹? uerba uitæ æternæ habes &c. Ioã. 10. Ego uitam æternã do eis. Primo, beatus Vincẽtius comedit fructum uitæ naturæ, tandem gratiæ, finaliter comedit fructum glorię. Vel moraliter. Vincenti quatuor regna (de quibus dicitur, in sermone, Sancti per fidem uicerunt regna) septem debentur
H præmia, de quibus dicitur Apoc. 3. *Quære in festo sancti Sebastiani &c.*

De eodem.

BEATVS vir qui in sapientia morabitur. Item, Vbi ego sum, illic & minister meus erit. *Require utrũque in festo Sancti Thomæ Archiepiscopi &c.*

In conuersione Sancti Pauli.

VAS electionis mihi est iste, ut portet nomen meũ coram gentibus & regibus, & filiis Israel &c. Actum. 9. Verba ista sunt de beato Paulo, in quibus duo dicuntur
I de eo. Primum est, quòd est uas electionis. Secundum, ad quid electum. Primum, ibi. Vas electionis: secundum, ibi. Vt portet. Circa primum sciendum, ꝙ beatus Paulus fuit uas pretiosum sponsum dilectum, electum. Pretiosum, quia argenteum, aureum, gẽmeum, cęlicum. Argenteum, puritatem munditiæ conseruando. Prou. 15. Aufer rubiginem de argento. Aureum, charitate feruendo. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio &c. Gẽmeum, incorruptibiliter in tribulationibus persistendo. Rom. 8. Certus sum quòd neq; mors, neq; uita, neq; angeli &c. separabũt nos a charitate Dei &c. De his duob⁹. Prou. 20. Aurũ & multitudo gẽmarũ &
K uas pretiosum, labia scientiæ. Vas cælicum fuit uniuersum orbem illuminando. Eccl. 43. Sol in aspectu nuntians in excelsis. Vas admirabile &c. Illuminauit autem miraculis coruscando, uerbis prædicando, exemplis demonstrando. De his tribus, Rom. 15. Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus in uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum. Fuit ergo uas pretiosum. Fuit speciosum, quia multis tunsionibus deputatum, opere diuino sanctificatum, omni lapide pretioso ornatum. De primo, 2. Corinth. 11. In laborib⁹ plurimis, in carcerib⁹ abũdãtius &c. per totũ. 2. Timot. 2. Si quis emundauerit se, erit uas sanctificatum ad omne opus bonum paratũ.

De secundo. Hierem. 18. Et conuersus fecit illud vas aliud, sicut placuit in oculis eius vt faceret. Eccle. 43. Vas admirabile op⁹ &c. De tertio, Eccl. 50. Quasi vas auri solidũ ornatũ oĩ lapide p̃tioso. Fuit ornatũ nouẽ lapidib⁹ p̃tiosis. i. nouẽ ordinib⁹ angelorũ, quorũ officia exercuit, sicut patet ĩ epistolis suis. Ez. 18. Oĩs lapis p̃tios⁹, operimẽtũ &c. Fuit ergo vas p̃tiosũ. Fuit electũ ad augurandũ, ad potãdũ. De primo, & secundo. Genes. 44. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & augurari solet. De tertio, Act. 9. Vt portet nomẽ meum. Auguratus est Dominus in isto scypho futuras iniquitates iniquorũ, resurrectionem mortuorum, pęnas reproborum, & gaudia beatorũ. De primo, 2. Timot. 3. Scio quòd in nouissimis diebus &c. De secundo. 2. Corint. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale &c. Itẽ, Propinauit vinum mordicans corrigendo, lætificans consolando, inebrians prædicando. De primo, ps. 59. Potasti nos vino compunctionis, Galat. 3. O insensati Galatę &c. De secundo, psal. 103. Vinum lętificat cor hominis. 1. Thessa. 4. Itaque consolamini &c. De tertio. Isa. 51. Calix aureus Babylon ĩ manu Domini inebrians omnem terram. Item, fuit electum ad portandũ tria munera Domino. Gen. 43. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & ferte viro munera. Verbum est ad Patriarchas. i. Apostolos, quorum quilibet portauit munus suum. i. populum per se conuersum, sed maximum inter omnes portauit Paulus. Itẽ, portauit thesaurum in vasis &c. Item, nomen Christi vt hic portet nomẽ meũ. Fuit etiã vas dilectũ a Deo patre, eũ consolãdo. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater qui cõsolatur nos &c. Ab angelis, cũ eis cõuersando. 2. Cor. 12. Scio hoĩem raptũ vsq; ad tertiũ cęlũ &c. Philip. 4. Nostra cõuersatio in cælis est a sanctis eius gratiã admirãdo. 2. Pet. 3. Sicut charissimus frater nr̃ Paulus secundum datam sibi sapientiã scribit vobis. A peccatoribus, post eos currendo. Rom. 15. Ab Illyrico vsque Hierusalem repleuit euangelium Christi. Portauit autem Christũ in corde semper de eo cogitãdo. Ephe. 4. Habitare Christũ per fidẽ in cordibus &c. In frõte de eo gloriãdo, Ro. 15. Habeo igitur gloriam in Christo &c. In ore, semper de eo loquendo, In manu, omnia in nomine eius faciendo. Colossen. 3. Omnia quæcũque facitis siue in verbo, siue in opere &c. In conuersatione eum imitando, 1. Cor. 4. Imitatores mei estote &c, In toto corpore mortem repręsentando. 2. Cor. 4. Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore nostro &c. In calamo, semper de eo scribendo, Rom. 1. Paulus seruus Iesu Christi. Fere in omnibus epistolis suis scribebat Iesum Christum &c.

In Purificatione Beatæ Mariæ ex epistola.

STATIM veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, Malac. 3. Hęc verba possunt exponi de aduentu Domini ad templum materiale. Secundo, secundum allegoriam de aduentu eius in vterum Virginis. Secundum primum notãtur quatuor in his verbis. Primo, veniẽdi velocitas, ibi. Statim veniet. s. post quadraginta dies a natiuitate; noluit enim plus differre, quin statim tẽplum visitaret. Secundo, loci ad quem veniet sanctitas, ibi. Templum sanctum. Tertio, aduenięntis dignitas, ibi. Dñator & angelus; dñator, quia De⁹: angelus, quia hõ. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominũ hõ Chr̃s Iesus. Quarto, Simeonis, & Annæ, & aliorũ expectan-
A tiũ auiditas, ibi. Quęritis, & quẽ vultis: vultis, quo ad effectũ: q̃ritis, in affectu. Isa. 45. Quærite Dñm dũ prope est &c. Quinto, aduẽtus vtilitas, ibi. Testamẽti. Fecit enim nobis in aduentu suo testamẽtum de æterna hæreditate. Heb. 9. Ideo noui testamẽti mediator est. Possunt aũt hęc intelligi de aduentu in vterum Virginis. Ipsa enim est templum Dei mirabile præ omnibus sanctis. Primo, quia mirabiliter magnum secundum longitudinem per latitudinem charitatis. Sicut enĩ plus habuit de fide, spe, & charitate quàm aliqua creatura, sic plus habuit de magnitudine. 3. Reg. 6. Domus quam ædificauit Salomon, cubitos sexa-
B ginta longitudinis. Secundo, quia desiderabiliter pulchrum. 3. Reg. 6. Nihil erat in templo quod non auro tegeretur: quia nihil in Virgine quod non sanctitate plenũ esset. Cãt. 5. Tota pulchra es amica mea &c. Tertio, quia varijs picturis depictum, quia omnium sanctorum & angelorum virtutibus decoratum. 3. Reg. 6. Fecit in tẽplo cherubin, & picturas. Quarto, quia columnis miris & magnis ornatum. Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi domũ, excidit columnas septẽ. Per septem columnas possunt intelligi septẽ virtutes, quę notãtur in beata Virgine ĩ hodierno euãgelio. *Quære in alio processu.* Quinto, opere totius trinitatis consecratũ. psa. 45. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Luc. 1. Spiritus sc̃tũs superueniet in te. Sexto q̃a
C magna dignitate priuilegiatũ est, vt omnes rei & malefactores, qui ad illum currunt ex toto corde saluentur, sicut patet in Teophilo, & alijs pluribus. Bernardus. Ille taceat laudes tuas Virgo, qui te in suis necessitatibus inuocatã defuisse senserit, & oẽs orationes q̃ ĩ eo fundũtur, exaudiũtur. 3. Reg. 8. Exaudias in cęlo orationes eorũ. Septimo, quia vt Dei filius ibi fieret ædificatũ. Hebręorũ. 7. Sicut & Christus semetipsum non glorificauit, sed qui locutus est ad eum &c. In ista fuit rex & sacerdos. Adeamus ergo cũ fiducia ad tẽplum gratiæ, vt misericordiam inueniamus in tempore opportuno &c. Rogemus &c.

D *In eadem ex euangelio.*

POST q̃ impleti sunt dies purgationis Mariæ, s̃m legem Moysi, tulerunt puerum in Hierusalẽ &c. Lucę. 2. In isto euangelio possunt notari septem virtutes in beata Virgine. Prima, humilitas in purgatione, cum non indigeret. Secundo, amor puritatis in superabundãti purgatione: & ista duo ibi. Dies purgationis; Quarto, reuerẽtia ad filium in portatione, ibi. Tulerunt. Quinta, deuotio in locorum visitatione, ibi. In Hierusalẽ. Sexta, gratiarũ actio in filij oblatione ibi. Vt sisterẽt eum Domino, quia tibi Domine quem dedisti offerimus. Septima, paupertas ĩ oblatione, ibi. Duos turtures &c. quę erat oblatio pauperum. In hoc ꝙ beata Virgo voluit purgari cum non indigeret, do-
E cuit quomodo nos qui indigemus, debeamus purgari. Debemus autem purgari septem modis, sicut potest colligi ex textu. Primo, a peccati coinquinatione. Eccle. 47. Christus purgauit peccata. Hebrę. 1. Purgationem peccatorum faciens. Secundo, in cognitione quo ad intellectum. 1. Timot. 1. Ex corde puro. i. intellectu sine errore, dicit glosa. Iac. 4. Purificate corda duplices animo. Tertio, in affectu quo ad dilectionẽ. 1. Tim. 5. Qui inuocant Deũ de cõsciẽtia pura. Quarto, ĩ mẽte p rectã ĩtẽtionẽ. 1. Cor. 5. Expurgatę vetus fermentũ. i. hypochrisim. Lucæ. 17. Attendite a fermẽto

pharisæorum, quod est hypcoritis, Quinto in ore, quo ad locutionē.Prou. 15. Sermo purus &c. Sexto in manibus,quo ad operationem,2.Tim.2.Leuantes puras manus. Septimo in toto corpore, quo ad conuersationē .Isa. 1, Excoquā ad purum scoriā tuā.i.cōuersationem.Octauo in rebus,quo ad superfluorum resecationem, Ioa. 15.Omnem palmitem in me ferentem fructum,purgabit eum &c. Rogemus.

In festo sanctæ Agathæ.

DABO tibi vbera mea, Cant. 1. Possent esse hæc verba beatæ Agathæ ad Christū.Commendatur in his verbis a tribus. Primo, a magna circa sponsum suum charitate,ibi. Tibi dabo. Quando quis dat id quod charum habet, signum est quòd diligit. Secundo, ab intentionis puritate, ibi. Tibi,hoc est, ad honorem tuum dimittam mihi pręcidi mamillas.Tertio, a patientiæ firmitate, ibi. Vbera mea.Vbera enim sunt sensitiua doloris. Tamē in hoc quòd libenter sustinuit in passione earum,commendatur eius patientia: vnde in legēda. Ita ego delector in pęnis,sicut qui ad magnas epulas inuitatur.Moraliter autem per duo vbera, possunt intelligi intellectus, & affectus: ex illo fluit lac veritatis, ex isto lac bonitatis elicitur. Ista duo vbera debemus dare Domino, intellectum.s. & affectum. Intellectū quatuor modis.Primo,eum ab errore purgando: secūdo,a curiositate inanis scientię abstinendo:tertio,eum sub fide Christi captiuando;quarto,eum totum in Dei cōtemplatione occupando. De primo,Ephes.4. Hoc dico & testificor in Domino,vt iam nō ambuleris sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui; tenebris obscuratum habētes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam,quæ est in illis propter cæcitatē &c. De secundo,Rom.1.Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. De tertio, 2. Cor. 10. In captiuitatem redigētes omnē intellectum in obsequium Christi. De quarto, psal.45. Vacate & videte qm̄ suauis est Dñs.Debem⁹ei dare affectū quatuor modis. Primo, eum ab omni malitia purgando. Hiere.4. Laua a malitia cor tuum.Secūdo,omnē illicitum amorem ab eo excludēdo.Tertio,licitū amorē, si nō est propter Christum,ab eo expellendo.Aug.Minus te amat, qui tecum aliud amat.Quarto, eum totum amore Christi replendo. Deut. 6. Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, idest, nihil sit ibi vacuū ab amore Christi.Si autem sic dederimus Domino intellectum & aflectum, vterque remunerabitur quatuor modis in futuro. Primum præmium intellectus erit plena de omnibus cognitio.1. Corint.13. Tunc cognoscā sicut & cognitus sum. Secūdū, certa de omnibus cōprehēsio. Aug. Habemus vnū doctorē intellect⁹, quē semel vidisse totū didicisse est. Isa 50. Tūc videbis, & afflues,& dilatabitur cor tuum &c. Tertium perfecta de uisione Christi exultatio, prorsus omni gaudio gaudium plenum erit, videre hominem hominis conditorem. Quartum, beata diuinitatis contemplatio. 1. Ioan. 3. Tunc videbimus eum sicuti est. Item, primum præmiū affectus erit ab omnib⁹ miseriis liberatio. Apoc.21.Absterget De⁹ omnem lacrymam ab oculis sanctorum, idest, omnē causam lacrymarum. Secundum, de cunctis creaturis exultatio. Genes. 18. Vide ad aquilonem & meridiem &c.Tertiū,de visione suppliciorū dānatorū iucundatio.psal.57.Letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum.Isa.vlt. Egredietur & videbunt cadare. Aug. in lib.de ciui.Dei. Neque enim Deus illum, non dico angelum,sed verum hominem crearet, quē malum futurum pręsciret esse,nisi pariter nosset,quibus eum beatorum vsibus accomodaret, vnde ordinem sæculorum tamquàm pulcherrimum carmen quasi quibusdam antidotis honestaret. Quartum, de æternis delitiis perfruitio. Deut. 7. Rerum omnium abundātia perfrui. 1.Cor. 15.Deus erit omnia in omnibus.Isa.18. In die illa erit Dominus corona gloriæ &c. Rogemus.

De eadem.

LIBERASTI me a lingua coinquinata. *Quære in festo sanctæ Agnetis.*Itē,Inuēta vna pretiosa margarita. *Quære in festo sanctæ Margaritæ.*

In cathedra sancti Petri.

BEATVS es Simō Bariona, Matt.16.In hoc euangelio fit mentio de Christo, de Petro, & de Ecclesia.De Christo dicūtur tria, eius humanitas,diuinitas,& ęternitas.Primum,ibi.Tu es Christus.Fm quod homo dicitur Christ⁹.i.vnct⁹.Damas. Vnctio ad humanitatem pertinere nemo qui sane sapiat,dubitat:ipse enim inquātum homo,vnctus est oleo spiritus.Secundum,ibi.Filius Dei.s.per naturalem & æternam generationem: & sicut homo generat hominem, sic Deus Deum. Damas. Generare est genus suum, vel maneriem alteri dare.psal.2.Ego hodie genui te.Tertium,ibi.Viui: viuum enim proprie dicitur viuum, quod numquàm moritur, nūquàm desinit esse,quod soli Trinitati cōuenit.Boeti⁹. Aeternitas est vitæ interminabilis tota simul &c. De Petro dicuntur etiam tria,sanctitas,ibi.Beatus es Simō Bariona,quia caro & sanguis &c. quæ polluūt, quod est cōtrariū sanctitati.Secūdo ibi. Sed pater meus qui in cælis est,supple reuelauit.Item,infra.Tu es Petrus idest,cognoscēs.Dignitas,ibi.Tibi dabo claues regni cælorum. De Ecclesia,similiter dicuntur tria. Primum,fundamenti soliditas, ibi. Super hanc petram. Secūdum,eius dignitas,ibi. Ecclesiam, & non malignantium,sed meam,quæ est gloriosa, munda, & recta.De quibus tribus,Epe.5. Vt eā sctificaret,mūdās eā lauacro aquæ in verbo vitæ &c.Tertiū ei⁹ īseparabilitas,vel ppetuitas,ibi.Et portę inferi.Portę īferi sunt peccata.ps.106. Appropinquauerūt vsque ad portas mortis.Itē,tyrāni. ps. ibidem Portas ferreas cōfregit, idest,tyrānos humiliauit.Itē,hęretici & dęmones: de quibus duobus,Iob.38.Nūquid apertæ sunt tibi portæ mortis,quo ad dæmones:aut ostia tenebrosa vidisti,quo ad hęreticos.Item,portæ inferi.Isa.37.Ego dixi,indimidio dierum meorum: & post.Vadam ad portas inferi. Omnes istæ portæ non prævalent aduersus sanctos,quia in securo positi sunt.psal.83.Beati q̄ habitat in domo tuo Dñe &c. Rogemus ergo.

In festo sancti Mathiæ Apostoli.

VENITE ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, Matth.6.In his verbis quinque notantur.Primo, magna Dei benignitas.Secūdo,magna eius bonitas. Tertio,magna ei⁹ largitas. Quarto,magna nr̄a necessitas. Quīto,magna eundi ad eū vtilitas.Primū ibi. Venite. Magna prorsus benignitas, q̄ excelsus Deus vocat tā vilissimū seruulū, sed ipse pōt cōqueri.Seruum meū vocaui ore proprio,& nō rndit mihi.Secūdū ibi. Ad me,bonū.n.ē,sicut dicit Diony.diffusiuū sui.vnī hoc quòd seipsum effudit,seipsum dat. Notat magna bonitas eius.Gen.5. Ego sum merces tua magna nimis. Tertium,ibi.Omnes: est enim infinita bonitas sua,iō vult se infinitis & omnibus communicare. 1.Tim.6. Qui vult omnes homines saluos fieri. Quartum,ibi. Qui laboratis, & onerati estis. Laboramus onerati sub multiplici onere in præsenti.Primum,est peccati grauitas,psal.73. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.Secundum,dæmonum malignitas.Deute.26.Afflixerunt uos Ægyptij.i.dæmones,imponentes onera grauia.Tertio,prælatorū austeritas. Matth. 22.Alligāt onera grauia &c.Quarto,corruptibilitas. Sap.9.Corpus qd corrūpitur,aggrauat aīam.Quinto, terrenorū cupiditas.Gene.13.Et nequibant habitare cōiter, erant quippe onerati, dicit alia translatio.Zacha.5.Iniquitas sedet super te. Sexto, tyrannorum, vel sæcularium principū crudelitas.Osee.8. Quiescēt pauli sper ab onere regis & principū.Septimo, morū bestialiū hoīum grauitas.Is.46.Bestijs& iumētis onera vestra portauim⁹ graui pondere vsq; ad lassitudinē &c.Octauo, mundi vanitas.Naum.1.Onus Niniue.i.mundi,dicit glo.Nono,pœnarum multiplicitas, Abacu.1. Onus quod vidit Abacuc. Et post loquitur de multis pœnis.Decimo,legum,cōstitutionum, obseruantiarum multiplicitas. Act.15. Vt quid tentatis imponere onus,quod nec nos,nec pattes nostri portare potuerunt?Vndecimo,pximorū indigentia.Gal. 6 Alter alter⁹ onera portate.Duodecimo,moriēdi necessitas.Eccl.40.Occupatio magna creata est hominibus &c.Sub tot laborib⁹ pressi necesse habem⁹ cōcurrere ad Deū, qui nos liberare pmittit,ibi.Ego reficiā uos &c.Quo cibo?Pane vitæ.Ioan.6.Panis quem ego dabo,caro mea est pro mundi vita:Manna abscōdito. Apoc.2. Dabo ei manna abscōditū:Ligno vitæ. Apoc. 2.Vincenti dabo edere de ligno vitę.Primum,est corporis sui perceptio. Secundum, spiritualis deuotionis dulcedo. Tertium, sancti arboris vitæ magnus in fructibus spiritus.Gala.5. Fructus spiritus gaudium, pax, patientia &c. hæc in præsenti. Sed in futuro quid? Quod dicitur Isa. 25. Faciet Dñs in monte hoc conuiuium pinguium,Ad quod nos perducat Christus. Amen.

In festo sancti Gregorij ex euangelio.

AMEN dico vobis, super oīa bona sua constituet eum,Mat. 22. Dominus facit tria in isto euangelio.Primo,monet vt vigilemus. Secundo,vt nos a fure obseruemus.Tertio, vt in bono opere perseueremus.Primum,ibi.Vigilate:secundum,ibi.Beatus ille seruus:tertium,ibi.Super omnia bona sua cōstituet eū. Circa primum sciendum, q̄ debemus vigilare quatuor modis, Deum incessanter diligēdo,semper ipsum cōsiderando,eum deuote laudando,solicite orādo. De primo,Cāt.5.Ego dormio, & cor meum vigilat, quasi dicat.Siue comedam,siue bibam,siue dormiā,semper cor meum in amore spōsi mei vigilat.De secūdo, Anima mea desiderat te Deus meus,ad te de luce uigilo.De tertio.Bet.Cōsurge, lauda in principio vigiliarū tuarū.De quarto.1.Pet.4.Vigilate in oratione.Lucæ.22.Vigilate,& orate &c.Circa fm sciendum, quòd debemus nos custodire a quadruplici fure.Fur est diabolus animam furando,detractor famam rapiendo,inanis gloria mercedem tollendo,dies Domini improuisus veniēdo.De primo, Ioā. 10. Fur non venit nisi ut furetur,& mactet. De secōdo,Eccl.20.Potior est fur quàm assiduitas viri mendacis.De tertio, Osee.8. Fur īgressus ē &c.De quarto. 1.Thess. 5. Dies Dñi sicut fur ī nocte, ita ueniet &c. A diabolo debem⁹ nos custodire ei resistendo,Iaco.4. Resistite diabolo. A detractore,bene cōuersādo.1.Pe. 2.Cōuersationē vestrā inter gentes habentes bonam. Ab inani gloria.Matth.6 Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis coram hoībus,vt videamini ab eis &c. A die Domini semper eam in sanctitate expectādo.1. Thess.5. Vos autem fratres non estis in tenebris,vt vos dies illa cōprehendat.Tertio,monet perseuerare. Debemus perseuerare a bono non deficiēdo,in bono proficiendo,spem mercedis non nisi in aduentu Domini ponē do.De primo,Galat.6. Bonum autem facientes non deficiamus. De secundo, psal.83. Ibunt de virtute in virtutem. De tertio, Iacob. 5. Patientes igitur estote fratres,vsq; ad aduentū Dñi &c.Circa quartum sciendū,q̄ bona.Dñi diuiduntur in tria,tēporalia,spiritualia,& æterna. Tēporalia dat Dominus seruis suis ad substētationem,spiritualia ad sanctificationem, æterna ad glorificationē.De primo, 2. Cor. 7. Qui dat panē serenti.De scdo,Heb.2. Qui sanctificat,& qui sanctificāt ex uno oēs. De tertio,ibi habet,Super oīa bona sua cōstituet eū.Quē bona det nobis Christ⁹. Amē.

In festo sancti Benedicti ex epistola.

DILECTVS Deo & hominibus &c.Ecc.45. Hæc verba possunt exponi de beato Benedicto.Leguntur secūdum literam de Moyse, qui præfigurauit beatum Benedictum propter sex. Primo,propter desertionē Ægypti. Secūdo, propter eremi petitionem. Tertio, propter multorum in eremū introductionem. Quarto, propter multorū miraculorum operationem. Quinto, propter futurorū prædicationem.Sexto,propter interpretationem.patēt hæc de Moyse,& de beato Benedicto.Ille Ægyptū deseruit,iste mundum:ille desertum dilexit, iste eremum: ille filios Israel in desertum introduxit, iste monachos:ille dedit legem,iste regulā: ille multa miracula fecit, & iste:ille fuit Moyses re & nomine, & iste benedictus re & nomine: fuit enim assumptus de aquis carnalis concupiscentiæ. Hæc de Moyse in Exodo:& hęc de Benedicto in dialogo.Dicatur ergo, Dilectus Deo & hominibus. Tria sunt enim quæ faciunt hominē dilectum Deo.Primum est,cordis puritas.Prou.22. Qui diligit cordis mūditiā, propter gratiam &c.Secundum, humilitas Iacob. 3. Humilibus autē dat gratiam. Luc. 1. Respexit humilitatē ancillæ suæ.Tertiū,charitas,Prou.8. Ego diligētes me diligo. Itē,tria faciunt hoīem dilectum hominibus.s.sapientia,benignitas,& dulcis loquela.De primo, Eccl.20. Sapiens in verbis se amabilem facit.De secundo, Prouerb.5. Mansuetis dat gratiam.De tertio. Prouerb.7. Verbū dulce multiplicat amicos. Habuit ista beatus Benedictus,ideo fuit delectus Deo & hominib⁹: sed cum omnes homines appetant diligi, debent studere habere ista tria, quæ faciunt dilectum Deo & hominibus.

De eodem ex euangelio.

NEMO accendit lucernam & in abscondito ponit neque sub modio,sed super candelabro &c.Lucæ.11. Moraliter, candelabrum est vir iustus. Exod. 21. Facies candelabrum ductile &c. Ductile dicitur, quia multis tribulationibus

ad perfectionem ducitur. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Aureũ totũ, quia facit omnia in charitate. Col. 6. Omnia vestra in charitate fiant. Tres calami ex vero latere, tres partes pænitentiæ, quæ respiciunt ſtatum pænitentiæ: tres ex alio, tres virtutes theologicæ, quæ respiciunt ſtatum gratiæ. Scyphi ſunt beatitudines, alias fructus ſpiritus; ſportulę, dona ſpiritus ſancti. De beatitudinibus, Matth. 5. De fructibus ſpiritus, Gal. 5. De bonis Spiritusſancti, pſa. 11. In iſto candelabro ponentur ſeptẽ lucernæ. Prima rõ, Iob. 8. Lucerna, quæ ſuper caput eius eſt. i. ſuperiori parte animæ, extinguetur. i. obtenebreſcet propter multa peccata. pſal. 4. Signatũ eſt ſup nos lumẽ vultus tui Dñe &c. Secũda, diuina inſpiratio, Prouer. 20. Lucerna Domini ſpiraculũ hominis. Tertia, verbum & lex diuina, pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Prou. 5. Mãdatum lucerna eſt lux & lex. Quarto, virtus infuſa. Iob. 29. Quis mihi tribuat: & poſt. Quãdo ſplẽdebat lucerna eius ſuper caput meũ. i. mentem. Quinta, bona operatio. pſa. 17. Tu illuminas lucernam meã Dñe, quia a Deo eſt ꝙ opera noſtra luminoſa ſint. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corã hoĩbus &c. Sexta, recta intentio. Matth. 6. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, i. intentio. Septimum, Chriſtus. Apoc. 21. Lucerna eius eſt agnus pp multa. Zach. 4. Vidi, & ecce cãdelabrum aureũ totum, & ſeptem lucernæ eius &c. Rogemus.

In annuntiatione Beatæ Mariæ ex epiſtola.

GREDIETVR virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, Iſa. 11. Hæc uerba prophetæ fuerũt de cõceptione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Circa quam tria dicuntur in eis. Primo, dignitas concipientis; ſecũdo, dignitas concepti: tertio, vtilitas conceptionis. Primum, ibi. Egredietur. Secũdũ, ibi. De radice. Tertiũ, ibi. Requieſcet. Circa primum notandum, quòd beata Virgo eſt ſpecioſa, gratioſa, glorioſa. Specioſa propter cãdorem uirginitatis, ruborem charitatis, & rectitudinem ſanctitatis, benignitatem humilitatis, propter flores deſiderabilium morũ, propter pulcherrima folia dulcium uerborum. De primo, & ſecundo. Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. De tertio, pſa. 44. Virga directionis, virga regni tui. De 4. Lucæ 1. Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Cant. 3. Quę eſt iſta q̃ aſcẽdit ſicut uirgula fumi. De quinto, & ſexto, Iudith. 11. Nõ eſt talis mulier ſuper terrã in aſpectu quoad pulchritudinẽ, in ſenſu verborum quo ad locutionẽ, & de his ſimilibus. Cant. 3. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis libani, ecce candor puritatis: columnas eius, ecce rectitudo ſanctitatis: argẽteas quę cantum dulcem reddũt, ecce dulcedo locutionis, ſiue uerborum: reclinatoriũ aureũ, ecce humilitas: aſcẽſum purpureũ, ecce honeſtas morum: media charitate cõſtrauit, ecce charitas. Eſt ergo ſpecioſa, eſt & gratioſa pp multas utilitates quæ ſunt ſex. Prima, quia mare nobis diuiſit. i. mundum, ut tranſeamus. Exo. 14. Tu leua uirgã, & percuties &c. Secunda, quia de petra Chriſtus nobis produxit aquã gratię, ut bibamus. Num. 20. Tolle uirgam, & loquere ad petrã coram &c. Tertia, quia mel dat nobis deuotionis, ut reficiamur. 1 Regum 13 Extendit ſumitatem uirgæ, & intingit in fauũ mellis. Quarta, quia per ipſam diabolũ ſuperamus. 2. Reg. 23. Cũq; deſcẽdiſſet ad eũ ĩ uirga, ui extorſit haſtã d̃ manu Ægyptij, ideſt, diaboli. Quinta, p ipſam diuinã clemẽtiam impetramus. Heſther. 4. At ille oſtẽdit ei uirgã, in qua ſignum clementiæ monſtrabatur. Sexta, quia per eam de manibus inimicorũ omnium liberamur. pſal. 109. Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus. De his Cant. 4. Quæ eſt iſta q̃ aſcendit per deſertũ &c. Eſt & glorioſa, quia floruit ſine humore, fronduit ſine corruptione, parturiuit ſine læſione. De his tribus Num. 17. Inuenta eſt uirgo Aaron. Item glorioſa, quia ẽt a Magis pphetata, ab hominibus prædicata, & ab omnibus generationibus beatificata. De primo. Num. 23. Orietur ſtella ex Iacob. De ſecundo. Iſa. 15. Egredietur uirga &c. De tertio, Luc. 1. Beatã me dicẽt omnes generationes. Eſt ergo iſta Virgo ſpecioſa, & gratioſa, & glorioſa. Egreſſus eſt flos, ideſt Chriſtus, qui dicitur flos, quia fuit pulchritudo ſanctitatis, odor benignitatis, medicina ſanitatis. De primo & ſecundo. Can. 2. Ego flos cãpi, quo ad primũ; & liliũ cõualliũ, quo ad ſecũdũ. De tertio. 1. Petr. 3. Cuius liuore ſanati ſumus, ecce dignitas cõcepti. Sequitur utilitas cõceptionis, quæ fuit omnium peccatorum deſtructio. i. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ ut deſtruat luxuriam, intellectus ut gulam, conſilij ut auaritiam, fortitudinis vt accidiam, ſcientiæ vt inuidiam, pietatis vt iram, timoris vt ſuperbiam &c.

De eadem.

BENEDICTA tu in mulieribus &c. A Deo patre, quia ĩ eodẽ filio ſecũ cõicas. A filio, quia dignũ habitaculum ei præparas. A ſpirituſancto, cuius operatione Saluatorem mundi generas. De his tribus, Luc. 1. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, quo ad ſpiritumſanctum; virtus altiſſimi, quo ad patrem; ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, quo ad filium. Ab angelis, quia eorum vitam in terra inchoas, eorũ ruinam reparas, eorum te allocutionibus humilias. Inchoauit vitam angelorum, quia inſtituit vitam virginum. Hiero, Virginitas ſoror eſt angelorum. Idem, In carne præter carnem viuere, non eſt terrena vita, ſed cęleſtis. Reparauit ruinas eorum, quia genuit eũ qui reparauit. Ephe. 1. In quo, ppoſuit reparare, ſiue q̃ in cęlis ſunt, ſiue quæ in terra. Eorum ſe allocutionibus conſentiendo humiliauit. Luc. 1. Ecce ancilla Domini. Beata ergo ab angelis. Benedicta & a peccatoribus, qa eos de anguſtia liberas, in periculis adiuuas, & de peccatis veniam impetras. De primo, Bernardus. Ille taceat tuas laudes, Virgo beata, qui te ĩ ſuis neceſſitatibus inuocans ſe ſentierit deceptum. De ſecundo, Idem, In periculis, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. De tertio, recordare Theophilum liberatum. Item, exemplum fratris Martini ciſterſiẽſis: exemplum Dominę, cuius filius fuit captus: exemplum ſororis regis Frãciæ, quomodo poſtea habuit raptus. Item, benedicta a iuſtis, quia exaudis in precibus, liberas in tentationibus, augmentas gratiam in virtutibus. De ſecundo & tertio, ĩ hymno. Pia mater & humilis, naturæ memor fragilis, in huius uitæ fluctibus, nos rege tuis pcibus. Bern. O homo ſecurũ habes acceſſum ad Deũ &c. De ſecũdo. Nume. 24. Conſurget uirga de Iſrael ex his, & percutiet duces Moab &c. Eſt ergo benedicta a iuſtis, eſt benedicta a mulieribus, quia eas ab inimicis liberas, quo ad virũ excuſas, quo ad Deum honoras. Mulieres enim per peccatum a diabolo tenebantur, a Deo aſpernabantur: ſed beata Virgo ab inimicis liberauit, quia Chriſtus filius eius diabolũ deſtruxit. Heb. 2. Vt per mortẽ deſtrueret eũ, qui mortis habebat imperiũ. i. diabolũ.

Quo

Quo ad uirũ excuſat, ſi dicit uir. Propter te damnor: mulier poteſt reſpõdere, per me ſaluaris. Item, honorauit quo ad Deum, quia idem eſt filius Dei, & filius mulieris. Galat. 3. Miſit Deus filium ſuum naturæ ex muliere: propter hæc tria dicuntur de ea Iudith. 15. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia, Iſrael, tu honorificentia populi. Es ergo benedicta a mulieribus, benedicta ab omnibus creaturis: quia eas a coinquinatione liberas: quia earum creatorem lactas. i. peccata mundas: quia eas in ſtatum priſtinum renouas. Filius enim quẽ genuit, creaturas omnes creauit, eas emundauit, ipſas renouauit. De. 1. Ioã. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. De ſecũdo. Apo. 1. Lauit nos a peccatis noſtris. De tertio, pſal. 103. Emitte ſpiritũ tuũ, quo .ſ. virgo cõcepit: & renouabis faciẽ terræ &c. Apoc. 21. & dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio oĩa. Benedicat te, virgo beata, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritusſanctus. Benedicãt te angeli, peccatores, iuſti, mulieres, & omnes creaturæ &c.

De ſancto Ambroſio.

CCE examen apũ erat in ore leonis, & fauũ mellis, Iud. 14. Poſſunt hæc verba exponi de Beato Ambroſio. Et notãtur hic tria ad cõmendationem eius. Primo, miraculoſa apũ in ore eius apparitio. Secundo, multiplex eius cõmendatio Tertio, ſanctarum ſcripturarum ab eo expoſitio. Primum, ibi. Ecce apparuit examen. Ad literam, quando iacebat in cunabilis, venit examen apum, & intrauit in os eius, & poſt viſum eſt volare ad cęlum, ſicut dicitur in legenda ſua. Secũdum, ibi. In ore leonis. Dicitur autem leo Beatus Ambroſius propter ſeptẽ, quæ ſunt in leone. Primo, nobilitas in dignitate, quia eſt rex ferarũ, & iſte nobilis, Romanus & princeps Liguriæ. Secundo, fortitudo in virtute, & iſte fortiſſimus, quia quaſi totus mundus coniurauit cõtra eum, & obtinuit. Tertio, audacia in magnanimitate, aggredit .n. oĩa ardua: & iſte audax, quia aggreſſus ĩperatorẽ & ĩperatricẽ, & pene vniuerſum orbẽ. De his duobus. Prou. 30. Leo fortiſſimus beſtiarũ, ecce primũ: ad nullius pauebit ocurſum, ecce ſcdm. Quarto, cõfidentia in ſecuritate. Prou. 28. Iuſtus quaſi leo. Quinto, benigniſſimus valde, ſicut dicitur in legenda ſua. Sexto, ferarum timor in terribilitate. Leo. n. in rugitu ſuo & terret feras. i. hęreticos, & carnales terruit rugitu prædicationis. Amos. 3. Leo rugiet, & quis non timebit? Septimo, prudentia in veſtigiorum ſuorum occultatione: occultauit. n. opera per bonã intẽtionẽ. Matth. 15. Attendite ne iuſtitiam veſtram &c. Tertium nota ibi, Et fauum mellis. Quadrupliciter fauũ mellis fuit in ore eius. Primo, ſanctarum ſcripturarũ expoſitio. Prou. 18. Mellis fauus verba compoſita. Secundo, mẽtis deuotio. Prou. 24. Comede fili mi mel, & fauũ dulciſſimũ. Tertium, dulcis allocutio Cant. 4. Mel & lac ſub lingua tua. Tertio, diuinitatis fruitio. Prou. 15. Sicut qui mel multũ comedit. Moraliter nota, illa ſeptẽ quæ dicta ſunt de leone, & quatuor de fauo, ſunt neceſſaria cuilibet iuſto. Debet enim quilibet ſtudere ꝙ habeat rectam intentionem in operatione, ſanctũ rugitum in oratione, pietatem in compaſſione, magnanimitatem in arduorum aggreſſione, ſecuritatem ſine malo timore, fortitudinem in perſeuerantia, nobilitatem in bonis moribus, verbum Dei in ore, deuotionem in corde, dulcem allocutionem in lingua, perfruitionẽ diuinitatis in oratione æternitatis, Ad quam nos perducat. Amen.

De eadem ex epiſtola.

ECCE ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit Deo. *Quære in feſto ſancti Nicolai.*

In feſto Paſchali.

ÆC dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. His verbis primo ſolemnitas reſurrectionis cõmẽdatur, ibi Hæc dies quam fecit. Secundo, quid ſit nobis faciendum indicatur, ibi. Exultemus &c. Circa primũ nota, quia ſignanter dixit, hæc dies, cũ põdere: qa dies admirabilis, amabilis, deſiderabilis. Admirabilẽ cæli prędicãt, terra demõſtrat, inferi clamant. Cæli angelos tranſmittẽdo, terra cõtremiſcẽdo, inferi mortuos reſtituendo. De primo. Matth. vlt. Angelus aũt Dñi deſcẽdit de cælo. De ſecũdo, Ecce terręmotus factus eſt magnus. De tertio, Mat. 26. Multa corpa ſanctorũ ſurrexerũt &c. Hęc eſt ergo dies admirabilis, quia in ea mors ſuperatur, vita reparatur, aditus ęternitatis reſerat. De primis duobus Gregorius in præfatione. Qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit &c. De tertio. Idẽ in oratione. Qui hodierna die æternitatis aditũ nobis deuicta morte reſeraſti. eſt ergo admirabilis. Eſt & deſiderabilis a cælis, vt reparentur: a terris, vt illuminẽt: a mortuis, vt ſuſcitentur: hac enim die cęli reparãtur, terra illuminantur, mortui ſucitãtur. Cæli reparantur, quia ſurrexit qui cæli ruinas reparat. Epheſ. 1. In quo propoſuit reparare vniuerſa, ſiue quę ĩ cælis &c. Et hodie illuminatur terra lumine ſolis, & lunæ, & ſtellarũ. Sol Chriſtus, luna angelus, ſtellę Marię, quę ſtellæ interpretantur. Sol enim illuminat hanc diem luce gloriæ, angelus claritatis ſuæ luce, Mariæ radijs lętitiæ. Chriſtus enim hodie glorioſus tamquàm ſol verus de ſub terris egrediens, mundum ſua gloria illuminauit: angelus de cælo deſcendens, claritate ſua mundum illuſtrauit. Matth. vlt. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur. Marię tamquàm ſtellæ ſurgentes tenebras triſtitię de cordibus Apoſtolorum radijs lætitiæ fugauerunt. Io. 20. Maria Magdalene annũtiãs diſcipulis &c. Terrę ergo illuminant, ſed & mortui ſuſcitantur. 1. Cor. 15. Nũc autẽ Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientiũ &c. Exultemus & lętemur in ea: lętemur ĩtus in anima, exultemus extra in corpore. Intus debemus lætari tripliciter. Primo, Chriſto reſurgenti congaudendo. Secundo, a morte cum eo reſurgẽdo. Tertio, in ſpe noſtrę reſurrectionis hodie inchoatæ iubilando. Primum docẽt nos Apoſtoli, Lucę vlt. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. De ſecundo, Colo. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto &c. De tertio, 1. Cor. 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. Debemus extra exultare tripliciter. Primo, in nouitate vitæ, quo ad morum honeſtatem ambulando. Secũdo, diem feſtum celebrando. Tertio, Chriſto reſurgẽti laudes decantando. De primo, Rom 6. Quõ Chriſtus reſurrexit p gloriã patris: & poſt, Ita & nos in nouitate vitę ambulemus. De ſcdo, Exod. 13. Celebrabitis hãc diẽ &c. De tertio, pſa. 67. Pſallite Deo, q̃ aſcẽdit &c. Primo, ſuper mortem. Greg. Neque fas eſt vt hac die ſileat a diuinis laudibus lingua carnis, ĩqua caro reſurrexit authoris. Exultemus ergo & lętemur in die reſurrectionis Chriſti, vt tandem cum eo lætemur in die reſurrectionis noſtrę.

In festo Sancti Georgij ex euangelio.

SI QVIS vult venire post me, abneget semetipsum &c. Lucę 9. Duo facit Dñs in his verbis. Primo, ad eundũ post se inuitat. Secũdo, quę sunt necessaria ad hoc demõstrat. Circa primũ notandũ tria. Primum est euntium post eum paucitas: secũdũ, arbitrij libertas: tertiũ, magna Dñi bonitas. Primũ, ibi. Siquis, quasi dicat, rarus est qui uelit. Bernardus. Quàm pauci sunt, Domine Iesu, qui post te venire velint, q̃q̃ nõ nulli qui ad te venire velint. Secundum, ibi, Tollat, quasi dicat, in voluntate hominis est ire & non ire: quia si facit quod in se est, habilitando se, Deus facit quod in se est, gratiã infundendo. Eccl. 15. Apposuit tibi bonum & malum &c. Tertium, ibi, Post me. Magna prorsus bonitas, quia omnes voluit facere de familia sua, & post se ducere. Io. 5. Eũ qui venerit ad me, nõ eijciam foras: nõ sic reges & principes mundi. Circa secundum sciendũ, quòd tria sunt necessaria eũtibus post Christum. Primum est propriæ volũtatis abnegatio. Secũdum, carnis mortificatio. Tertiũ, Christi imitatio. Primũ, ibi. Abneget semetipsum.i. propriã volũtatẽ. Secundum, ibi. Tollat crucẽ suam.i. carnis mortificationẽ. Tertiũ, ibi. Sequatur me. Circa primũ sciẽdũ, ꝙ maxime ꝑꝑ tria oportet nos relinquere propriam volũtatem. Primo, quia confundit: secundo, quia in manũ inimicorũ adducit: tertio, quia abnegatio propriæ voluntatis de inferno eripit. De primo, Osee. 10. Cõfunder' Israel a voluntate sua. De secũdo, Eccl. 18. A voluntate tua auertere: & post. Faciet te in gaudium &c. De tertio, Bernardus. Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Circa secũdum sciendum, ꝙ crucem debemus tollere in corde, vt de ea semper cogitemus: in fronte, vt de ea gloriemur: in toto corpore, vt mortificemur. De primo, Heb. 3. Recogitate eum qui aduersus semetipsum talẽ sustinuit contradictionẽ &c. De secundo, Gala. 3. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi &c. De tertio, ibidẽ. Qui ãt sunt Christi carnẽ suã crucifixerunt &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationẽ Iesu in corpore nostro circũferentes &c. Circa tertiũ sciẽdũ, ꝙ in tribus maxime debemus eum imitari, in charitate, humilitate, & benignitate. De primo, Io. 11. Hoc est pręceptum meũ vt diligatis inuicẽ. De secũdo, Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum &c. De tertio. Eph. 5. Estote inuicẽ benigni donantes uobis inuicem, sicut Christus donauit vobis &c. Rogemus &c.

In festo sancti Marci ex euangelio.

PATER meus agricola est, Ioan. 15. Iesus dicit patrem suum agricolam, quia tollit multiplicẽ agrũ. Quatuor sunt agri, mũdus, Christꝰ, iustꝰ, & cælestis paradisus. De primo, Mat. 13. Ager est mũdꝰ. De secũdo. ps. 49. Pulchritudo agri mecũ ẽ. De tertio Prou. 2. Diligẽter exerce agrum tuum.i. temetipsum, loquitur de viro iusto. De quarto. Prouer. 31. Considerauit agrũ, & emit ipsum. Aug. Inardescamus obsecro ad possidendum agrum illum, vbi tanta pulchritudo est. Primũ agrum.i. mũdũ colit iste agricola quatuor modis. Primo, diuersa semina.i. multiplices creaturas in eo seminãdo. Secũdo, eadem semina & creaturas multiplicando. Tertio, ne sata.i. creaturæ deficiant conseruando. Quarto, zizania super nascẽtia extirpando. De primo, Mat. 20. Seminauit bonũ semẽ in agro suo. De secundo, Gen. 1. Germinet terra herbã virẽtẽ &c. De tertio, Ioa. 1. Quòd factũ est in ip- F so vita erat. Sap. 11. Quomodo aliquid potest permanere nisi tuo noĩe? De quarto, Mat. 13. Colligite primũ zizania &c. Primum facit in opere creationis, secũdũ in opere propagationis, tertiũ in opere gubernationis, quartum in opere retributionis. Agrum secundũ Christꝰ colit similiter quatuor modis. Primo, omnia virtutum semina in eo seminando. Secundo, gratiarũ aquis irrigãdo. Tertio, ipsum fodi permittẽdo. Quarto, fimum sputorũ & opprobriorũ poni dimittẽdo. De primo, Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni &c. De secundo, Gene. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis &c. Secundo, Christus quidem diuiditur in quatuor capita, quia de plenitudine eius G omnes accepimus. Ioa. 1. Vidimus gloriam eius &c. De tertio, psal. 21 Foderũt manus meas &c. De quarto, illud ps. 68. Infixus sum in limo profundi. & Tren. 3. Saturabitur opprobrijs. Agrum tertium, idest iustum, colit similiter quatuor modis. Primo fructificationem vitiorum extirpando. Secundo, aratro cõtritionis scindendo. Tertio, semina virtutum seminando. Quarto, aquis lacrymarum irrigando. De primo, Boetius. Qui serere volet ingenuũ agrũ, liberet arua fructicibus. De tertio, & secundo, Isai. 28. Numquid quotidie arabit arans: & post. Seret gith, & cyminũ. De quarto, Eccl. 24. Rigabo hortũ meum. Agrũ quartũ.i. paradisum, colit quatuor modis. Primo, malas H herbas extirpãdo.i. dæmones. Scđo, arbores pulcherrimas, i. ordines angelorũ in ea plãtãdo. Tertio, flores pulcherrimos.i. lilia virginũ, & rosas martyrũ, & violas cõfessorum in ea plantando. Quarto, fluminibus gaudiorum irrigãdo. De primo, Apoc. 12. Proiectus ẽ draco ille magnꝰ &c. Propterea lætamini cæli &c. De scđo, Ezec. 31. Cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiso Dei. De tertio, Cãt. 2. Flores apparuerũt ĩ terra nostra. Cant. 4. Dilectus meus qui pascitur inter lilia. De quarto, Ezec. 45. Ecce aqua redundat &c. Primus fluuius est gaudium de creatura corporali. Secũdus, de societate angelorum. Tertius, de Christo homine. I Quartus, de gloria diuinitatis: & istud non potest trasmeari, quia infinitum est &c. Rogemus &c.

De eodem ex euangelio.

IN domo patris mansiones multæ sunt, Ioan. 16. Domus ista vita æterna. psal. 121. In domũ Domini lætantes ibimus. In hac domo possumus distinguere sex mansiones. Tres sunt angelorum, & tres sanctorũ. In prima mansione stat superior hierarchia, quæ continet tres cameras. In prima calor, in secũda splẽdor, in tertia quies: quia in prima Seraphin, in secunda Cherubin, in tertia Throni. In secũda mãsione stat media hierarchia, q̃ cõtinet tres cameras. K In prima exhibetur regi reuerentia, in secunda dantur regis imperia, in tertia sunt milites qui exercent prelia. In prima principatus, qui docẽt reuerentiã: in secũda dñationes, quæ distribuũt dñia: ĩ tertia potestates, q̃ arcẽt ptãtes aereas. In tertia mãsione est tertia hierarchia, quę continet tres cameras. In prima, declaratur regis maiestas: in secunda, reuelãtur eius secreta: in tertia, nuntiatur eius voluntas. In prima sunt virtutes, quæ miracula faciunt: in secunda archangeli, qui maiora secreta prædicant: in tertia angeli, qui Dei volũtatem nuntiant hominibus. Istæ sunt mansiones angelorum. Sunt ibi & mansiones sanctorum. In prima stant milites, quorum fortitudine Ecclesia defensatur: in secũda sapientes, quorũ cõsiliis gubernatur: in tertia

in tertia domicelli & domicellæ, quorũ pulchritudine decoratur. In prima sunt martyres, in secunda confessores, in tertia virgines. In prima mãsione militum sunt tres cameræ. Alij.n. pugnat pro amore regis, alij pro defensione regis, alij ꝓ zelo iustitiæ. Quidam.n. sunt martyres pro fide, quidã pro doctrina, quidam pro iustitia. Primi mortui sunt pro Christi amore, vt Stephanus, & alij plures, isti pertinent ad Seraphin: quidã pro doctrina vt prophetę, isti pertinẽt ad Cherubin: quidã pro iustitia, vt Ioãnes Baptista & plures alij, isti pertinent ad Thronos, ad quos pertinet iustitia. In secunda mansione continentur similiter tres mansiones. Confessorum enim quidam sunt religiosi, quidam pręlati, quidam coniugati. Primi pertinent ad principatum, secundi ad dominationes, tertij ad potestates. In tertia autem mansione sunt similiter tres camerę. Virgines.n. quædam sunt mulieres, quidam homines, & quidam pueri: mulieres ad virtutes, homines ad archangelos, pueri ad angelos pertinent. Videat quilibet in quo ordine est, & quam cameram habebit in cælo. Sunt autem sex, quæ nos debent mouere vt curramus ad domum istã. Primo, magnitudo. Baruc. 3. O Israel quàm magna est domus Dei. Secũdo, pulchritudo. psal. 23. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis suę. Tertio abundantia gloriæ. ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Quarto, lætitia. psal. 121. n domũ Dñi lætantes ibimus. Quinto, laus cõtinua. psa. 83. Qui habitẽt in domo tua Dñe in sæcula sæculorũ laudabũt te. Sexto, ęternitas. 2. Cor. 5. Domũ habemus nõ manufactam æternam in cælis &c.

In Inuentione sanctæ Crucis ex epistola.

MIHI autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Chr̃i, Gal. 6. Gloriari oportet in cruce tribus modis. Gloriari ĩ cruce, idest in amore Christi, quem ostendit nobis in cruce: vel gloriari in cruce.i. in imitatione. Circa primum sciendum, quòd in quinque ostendit maxime amorem suũ nobis in cruce. Primo, quia dilexit nos plus q̃ matrẽ, cuius dolorẽ pro nobis contẽpsit. Secũdo, plusquàm propriũ sanguinẽ, quẽ pro nostra ablutione fudit. Tertio, plusquàm animam, quam pro nostra redemptione posuit. Quarto, plusquàm vitã suã, quam vt nos viuificaret dedit. Quinto, plusquàm corpus propriũ, quod percutiẽti, ne homo percuteret, apposuit. De primo, Luc. 2. Tuã ipsius aĩam pertrãsibit gladiꝰ. De secũdo, Apoc. 2. Qui dilexit, & lauit nos ĩ sãguine suo. De tertio, Ioã. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo hẽt. De quarto. Qui mortẽ nostrã moriendo destruxit &c. De 5. Esa. 53. Propter scelꝰ populi mei ꝑcussi eũ. Circa fm sciẽdũ ẽ, ꝙ quinq; bona maxime fecit Chr̃s in cruce. Primum est, quòd ab inferno liberauit. Secũdo, quia virtutem peccati debilitauit. Tertio, quia diabolum expugnauit. Quarto, quia mortem superauit. Quinto, quia cęlum reserauit. De primo, & quarto Osee 13. Ero mors tua o mors &c. De secũdo. Ro. 6. Vetus hõ noster crucifixus ẽ &c. De tertio. Heb. 3. Vt ꝑ mortẽ destrueret eũ qui mortis habebat imperiũ. De quinto. Isa. 23. Dabo ei clauẽ Dauid, sup humerũ eius &c. Dauid Christus, domus est paradisus, clauis est crux, quã ad literã portauit super humerũ suum. Ioan. 19. Et baiulans sibi crucem &c. Circa tertium sciendũ, quòd quinque maxime ostendit in cruce, in quibus ipsum imitari debemus. Primo, in charitate. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet: secundo, in humilitate: tertio, in obediẽtia. De his, Phi- A lip. 2. Humiliauit semetipsũ factꝰ obedẽis &c. Quarto, ĩ patiẽtia. 1. Pet. 2. Qui cũ malediceret, nõ maledicebat. Quinto, in mãsuetudine. Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus ad occisionem ductus &c.

In festo sancti Ioannis ante portam Latinam ex euangelio.

VIDIT illum discipulum quem diligebat Iesus, Ioan. vlt. Commẽdatur in hoc euãgelio Beatus Ioannes a sex. Primo, ab humilitate, ibi. Discipulũ. Scđo, a Dei charitate, ibi. Quẽ diligebat. Tertio a Dei familiaritate, ibi. Qui recubuit. Quarto, ab amoris suauitate, ibi. Sic eum volo mane- B re, hoc est, sine martyrio trãsire. Quinto, a sapiẽtię ꝓfunditate, ibi. Qui testimoniũ perhibet de his. s. tã ꝓfundis. Sexto, a testimonij veritate, ibi. Et scimꝰ q̃a verũ est testimoniũ eius. Moraliter vidit illũ discipulũ quem diligebat Iesus, qui dilexit lectiones quas ipse docuit. Sunt autem nouem quæ scriptura docet nos facere. Primum, a malo discedere. Deut. 4. Discant timere Deum. In timore autem Domini declinatur a malo, sicut dicit Eccl. 1. Secũdo, de malis pręteritis iustitiã facere. Isai. 26. Misereamur impio, & nõ discet facere iustitiam. Grego. Iustus debet discere eius iustitiam. Tertio, bonum cognoscere, Deut. 6. Discite ea, loquitur de mandatis. Quarto, in bono delectari. Prou. 5. Discite sapiẽtiam, quæ est cognitio cũ gustu. Quinto, bene operari. Isa. 1. Discite bene facere. Sexto, in C omnibus bene conuersari. Eccl. 16. Audi me, fili, & disce disciplinã sensus. Septimo, in omnibus operibus rectam intentionem habere. Sap. 9. Quæ tibi placent didicerint homines. Octauo, in omnibus bonis humiliari, Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum. Nono, regno Dei approximari. Mat. 23. Ab arbore fici discite parabolam. Ista nouẽ sunt necessaria, & sufficiunt ad salutem. Primo necesse est vt quis a malo recedat. Secundo, vt pęnitentiam agat. Tertio, ꝙ bonum faciendum cognoscat. Quarto, ꝙ bonum ipsum sibi sapiat. Quinto, quòd bonum cognitum faciat. Sexto, quòd bonꝰ exterius conuerset &c. Septimo, quòd in omnibus bonam intentionem habeat. Octauo, ꝙ de bonis D non superbiat. Nono, quòd mercedem de istis omnibus accipiat, ne deficiat recogitet. Beatus iste discipupulus, qui ista didicerit. psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

In festo sancti Barnabæ Apostoli ex epistola.

BARNABAS erat vir bonus, plenus Spiritussancto, Act. 11. Duo sunt necessaria homini, interior perfectio, & exterior cõuersatio. Primum propter se, secundum propter proximum. Interior perfectio consistit in duobus. s. in cognitione veritatis, & dilectione bonitatis. Primũ est perfectio intellectus, secũdum perfectio affectus. Ex- E terior conuersatio cõsistit in duobus. s. in actuũ vtilitate, & morum grauitate. Hæc quatuor dicuntur in his verbis ad cõmendationem beati Barnabæ. Intellectus illuminatio, affectus inflammatio, actuum vtilitas, & morum grauitas. Primum, ibi. Plenus fide. Fides est lumen intellectus. Aug. Fides est illuminatio veritatis, qua quis illuminatur a prima luce ad videndum spiritualia. Secũdum, ibi. Plenus Spiritusancto. Spiritussanctus dicitur amor & donum, in quo omnia dona donãtur. Sicut dicit Aug. Recte dicitur plenus Spiritusancto, quia plenus charitate. Ro. 5. Charitas

ritas Dei diffusa in cordibus nostris. Tertiũ, ibi. Vir tus sapiens, grauis non puer leuis. psal. 34. In populo graui laudabo te. Quartum, notatur ibi. Bonus. Bonum est, sicut dicit. Diony. diffusiuum sui: vnde propter hoc notatur vtilitas actionis, in qua homo se effundit: dicitur enim bonum dupliciter, essentialiter, & per participationem. Primum, de creatore tantum. Mat. 19. Vnus est bonꝰ Deus, solũ modo dr̃ de creatore. Bonum per participationem dicitur de creatura, sex modis. Primum bonum vere, idest, rei secundum quod est. Secundum bonum ex genere, seu existentia respectu finis. Tertium bonum actionis ex debita circunstantia ad finem tamen in se. Quartum bonum actionis hominis. Quintum bonum gratiæ, idest, meriti. Sextum bonum gloriæ. Hæc omnia bona habuit beatus Barnabas: vñ proprie est dictus bonus vir &c. Rogemus &c.

In festo Ascensionis.

VIRI Galilęi quid admiramini aspicientes in cælum &c. Act. 1. Tria faciunt angeli in verbis istis, tollunt admirationẽ, asserunt ascensionem, prædicant reuersionem. Primum, ibi. Quid statis aspicientes in cælum? Circa quod notantur quatuor, aspiciebant Apostoli, stupentes, dolentes, timentes, confidentes. Stupebant de ascensione, quæ in tanta gloria & virtute fiebat, de quo etiam stupebant ipsi angeli. Isa. 43. Quis est iste? Et nota hic virtutem ascensionis, & differentiam ab alijs qui assumpti sunt a terra. Dolebant de discessione, quia discedebat ab eis tantus consolator. Ioan. 16. Plorabitis & flebitis vos, mũdus autem gaudebit. Tob. 10. Heu me fili mi, vt qui te misimus peregrinari lumẽ oculorũ nostrorũ &c. & est vox ecclesiæ hodie in persona Apostolorum. Timebãt de mũdi persecutione, quia remanebãt soli inter pressuras mũdi, de qua prædixerat eis, Ioan. 16. In mũdo pressurã habebitis. Confidebãt de promissione, Ioan. 14. Vado ad patrẽ, per corporalem subtractionem: & veniã ad vos, per Spiritus sancti missionem. Ioan. 14. Ego rogabo patrem, & alium paraclitũ dabit uobis. Matth. Ego vobiscum sum. Secundũ, ibi. Hic Iesus qui assumptus est astiterũt iuxta illos &c. Circa qd̃ notãtur quatuor in modo. Assumptus est enim videntibus Apostolis, Actuũ. 1. Videntibus illis eleuatus est. Astantibus angelis, Actuũ. 1. Ecce duo viri astiterũt iuxta illos &c. Mediante nube, Actuũ 1. Et nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Considerandum enim est vnde assumptus, quia de terra: quo assumptus, quia in cælũ: qua via, quia per aerem: quis assumptus, quia Iesus Christus, vt sic ex oĩ parte oĩa attestent̃ merita assumptionis. Terra per apostolos, cælũ per angelos, Deus per nubem ipse Iesus per manuum eleuationem, vt ostenderet̃ quia iste idẽ ascendebat in carne, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat. Et ꝑ hæc quatuor potes similiter procedere ad ędificationẽ cõmunem. Tertium nota, ibi. Sic veniet. Circa aduentũ ad iudicium nota quatuor, ꝓm illa quatuor ostensa in modo ascendendi. Vnde sic veniet, quemadmodũ sic. s. videtibus tã iustis q̃ impijs mediãte nube, eleuatis manibus, ad percutiẽdum. s. peccatores, astantibus angelis qui præcedent portando insignia passionis. Et congregabuntur ad iudiciũ omnes. Mat. 24. Et videbũt filium, ecce primũ: uenientẽ in nubibus, ecce secundum: cum virtute magna & potestate, ecce tertium: & mitter angelos suos, ecce quartum: & pręcedet super his dies iudicij. Sicut vis &c.

In uigilia Pentecostes.

SPIRITVS Domini ornauit cælos, Iob. 26. Per cælos intelliguntur Apostoli propter tria quæ sunt in cælis. Primo, ꝑp motũ continuũ in cælis. Ita. n. motus cõtinuus in Apostolis fuit, quia per vniuersum orbẽ discurrerũt. Ioã. 15. Posui vos vt eatis &c. Secũdo, ꝑp ordinem: est enim ordo in cælis. Iob. 13. Numquid nosti ortum cæli? Sic ordo fuit in Apostolis, quia omnia ordinate faciebant, & nihil inordinatum. 1. Cor. 14. Omnia secũdum ordinem fiant in vobis. Tertio, propter concordiam: habent cæli concordiam. Iob. 15. Qui fecit concordiam in sublimibus suis: ita discipuli Dñi abrenũtiando omnia. Actuum. 4. Erat illis cor vnũ, & anima vna. Istos cælos ornauit spiritus Domini stellis: ornamentum. n. cælorum stellæ sunt. Ecc. 43. Species cæli gloria stellarum: posuit enim in eis quinque ordines stellarum. Primus ordo, virtutes theologicæ. 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc. Secundus, virtutes politicæ. Sapie. 8. Sobrietatem & sapientiam docebit & virtutem, quibus nihil est in uita vtilius. Tertius, septẽ dona spiritus. Isa. 11. Requiescet super eũ spiritus domini, & cætera quæ ibi sunt. Quartus, octo beatitudines. Mat. Beati pauperes, beati mites, & per totũ. Quintus, duodecim fructꝰ Spiritussancti Galat. 5. Fructus autem spiritus sunt gaudium &c. Isti ordines virtutum designãtur per quinque ordines stellarum, de quibus dicitur Iob. 9. Qui facit arcturum & oriona, hyadas, & interiora austri, De sexto, Iob. 38. Numquid coniungere valebit micãtes pleiadas &c.

In die Pentecostes.

PARACLITVS Spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit, omnia, & suggeret vobis omnia, Ioa. 14. In his verbis circa missionẽ Spiritussancti tria notãt̃, Primo, mittentiũ eũ authoritas, ibi. Quẽ mittet pater in nomine meo Secũdo, missi benignitas, ibi. Paraclitus. Tertio, missionis vtilitas, ibi. Docebit & suggeret. Circa primum ostẽditur quòd mittentes sunt pater & filius: spirant enim Spiritum sanctum, & spiritussanctus vna notione procedit a patre & filio. Io. 16. Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittã &c. Si spirare est mittere eum, & pater mittit & filius, vide ergo ꝓ pater & filius spirant spiritum sanctum, & sic tota trinitas: pater mittens, & filius per quẽ mittitur, & spiritussanctus qui mittitur. Benignitas missi notatur, ibi. Paraclitus, quod interpretatur consolator, vel aduocatꝰ: quia ista duo sunt specialiter officia bonitatis, & bonitas attribuit̃ Spiritui sancto: iõ ipse dr̃ cõsolator ĩ miserijs, & aduocatus in beneficiis. Aduocatꝰ ĩ beneficijs, quia lex diuinæ bonitatis, quã Spũsanctꝰ allegauit pro nobis (quia sibi attribuitur bonitas) causa est, qua fluunt in nos beneficia Dei. Defluunt autẽ tria beneficia. Primo, naturę. ps. 103. Emitte spũm tuũ & creabunt̃, ĩ quo declarat̃ quia a Spiritusancto fluũt beneficia naturæ. Secũdo, gratiæ, charitas Dei diffusa est &c. Tertio, gloriæ. Rom. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed gaudium in Spiritusancto. Aduocat̃ ergo in beneficijs, consolatur in miserijs tripliciter. Primo, cęlestes consolationes in tribulationibus largiendo. 1. Tim. 1. In tribulatione multa cum gaudio Spiritussancti. Secundo, dona charismatum in tribulationibus

bulationibus augmentãdo. Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus scientes qm̃ tribulatio patientiã operatur &c. psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Tertio, quãta sint gaudia, quæ pro istis tribuuntur, demõstrãdo. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã &c. Tertiũ est docere nos, ibi. Oĩa suggeret. Duplex vtilitas missiõis, prima bonũ docet, secunda ad bonum mouet. Prima, ut bonum cognoscamus, secunda, ut faciamus. Primum, ibi. Docebit uos oĩa. Sunt aũt quinque scientię necessaria ad salutem. Primo, Deũ timere: secundo, a malo recedere: tertio, bona facere: quarto, mala pati: quinto, in his perseuerare, ista est scientia sanctorũ. De primis duobus. Iob. 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere a malo itelligẽtia. De alijs tribus. Aug. Sapiẽtia sanctorum est benefacere, & mala pati, & in his perseuerare. Secũdum, ibi. Et suggeret &c. Monet ad bonum, & suggerit illud tripliciter. Primo, quasi cõpellẽdo, Isa. 30. Spiritus eius velut torrẽs inũdãs &c. 2. Cor. 5. Charitas Dei vrget nos. Secundo, alliciẽdo. Sapiẽ. 12. O q̃ bonus & suauis est Dominus spiritus tuus ĩ omnibus. Tertio, seipsum pignus pro mercedis certitudine tribuẽdo. 2. Cor. 1. Qui dedit pignus spiritus in cordibus nostris, quod pignus ęquale est rei. Secũdo, est de re, ita ꝓ qui habet pignꝰ spiritus hæreditatis, securus est quòd perueniet ad hæreditatem cælestem, Ad quam &c.

In festo sanctæ Trinitatis ex epistola.

Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius &c. Rom. 11. Tria notant̃ in istis verbis, quę considerant̃ in Deo, s. diuinitas, vnitas, trinitas: vel sic diuinitas, & ĩ diuinitate trinitas, & in trinitate vnitas. Diuinitas maiestatis, trinitas ꝑsonarum, vnitas essentiæ: & hoc ꝓm quòd tripliciter contigit errare circa Deum. Quidam enim errãt circa diuinitatem eius non ponentes esse Deum, psal. 13. Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deꝰ &c. Vel qd̃ Dei est atribuẽtes creaturæ, & colentes eam pro Deo. Roman. 1. Quidam circa trinitatem, negantes personarum trinitatem esse in Deo. Quidam circa vnitatẽ, ponentes multitudinem deorum. Primum ergo, scilicet diuinitas, notatur, ibi. O altitudo diuitiarum &c.

Circa quod notãdum tria, quæ sunt in Deo, s. altitudo, plenitudo, & latitudo, & hæc ꝓm tria quę sunt in Deo, scilicet natura, virtus, & operatio. Est quoque altus in natura, sic enim habitat lucem inaccessibilem. Et plenus in virtute, sic sunt apud eum diuitię sapientiæ. Latus & immensus in operatione, sic sunt iudicia eius incomprehensibilia, & viæ eius inuestigabiles, Iudicia quibus disponit, viæ per quas exequitur suas operationes; & adhęc tria possunt referri tria quæ sequũtur post hæc verba immediate, Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliariꝰ eiꝰ fuit, aut quis prior dedit ei, & retribuet̃ ei? Adapta singula singulis. Secũdũ. s. trinitas; qm̃ ex ipso, & ꝑ ipsum, & in ipso sunt oĩa. Circa quod nota similiter ꝓ tripliciter distinguunt̃ personæ diuinæ. Aliquãdo ꝑ propria personarũ, vt cũ dr̃ pater & filius & spũsanctus, aliqñ ꝑ appropriata patris, vt ẽ ꝑ potẽtiã intelligitur pater, per sapientiam filius, per bonitatẽ spũsanctus. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt &c. Aliquando per notas naturaliter ex adiuncto significantes distinctionem in personis, sicut hic, Ex ipso, ex. n. notat authoritatẽ principij, & ideo ex ipso intelligit̃ pater, apud quẽ est fons & origo diuinitatis, Per, notat modũ operationis, & ideo ĩ hoc, per ipsum, intelligitur filius, per quem operationes operatur. In, notat conseruatio in esse, & ideo per hoc, in ipso, intelligitur Spiritussanctus &c. Tertium, vnitas, ibi. Ipsi gloria, non dixit ipsis, sed ipsi. Circa quod similiter notãda tria, secundũ quod similiter tripliciter debet sibi referri gloria. s. gloria cordis, gloria oris, gloria operis. Vel gloria vna ꝑp creationẽ, gloria altera per redemptionem, gloria tertia per glorificationẽ &c.

De eadem.

TRES sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. 1. Ioã. vlt. Moraliter per cælum intelliguntur sancti, & dicũtur cælũ propter septem. Primo, propter continuum motũ de uirtute in virtutem. psal. 83. Ibunt de virtute in virtutẽ. Secũdo, ꝑp concordiã. Iob. 26. Qui facit concordiam in sublimibꝰ suis. Ephe. 3. Solliciti seruare vnitatẽ spũs in uinculo pacis &c. Act. 1. Erat illis cor vnum &c. Tertio, propter ordinem. Iob. 33. Numquid nosti ordinẽ cæli &c. 1. Cor. 14. Omnia ꝓm ordinem fiant in vobis. Quarto, quia casa ilios. i. Dei. 1. Cor. 4. Nescitis quia templum Dei estis. Quinto, propter conuersationem cælestẽ. Philip. 4. Nostra conuersatio est in cælis. Sexto, quia semper habent cor in cælo. Mat. 7. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Itẽ, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Septimo, quia habent solem, & lunam, & stellas. Solem charitatis, lunam fidei, & stellas aliarum virtutum. In isto cælo dant testimonium pater, verbum, & spiritussanctus tripliciter. Primo, secundum naturam in creatione. Secundo, secũdum gratiam in iustificatione. Tertio, secũdum gloriã in glorificatione. In increatione pater per memoriam, filius per intelligentiã, spiritussanctus per voluntatem vel notitiam, memoriam vel amorem. In iustificatione pater dat testimonium ponendo potentiam, filius sapientiam, spiritussanctus benignitatem. Potentia sanctorum apparet in tribus, quia potentes ad pugnandum, & ad laborandũ, & ad sperãdũ. De primo Hebre. 11. Fortes facti sunt in bello. De secundo, Phil. 4. Omnia possum ĩ eo qui me cõfortat. De tertio, Isa. 40. Qui aũt sperãt in Dño, mutabũt fortitudinẽ &c. Sapiẽtia sanctorũ apparet in tribus. Primo, in cõuersatione. Eccle. 8. Sapiẽtia hoĩs relucet in vultu eius. Secundo, in locutione. Eccl. 22. Sapiẽs ĩ verbis se ipsum amabilẽ facit. Prou. 15. Lingua sapiẽtis disseminat sapiẽtiã. Tertio, in iniuriarum perpessione. Prou. 19. Doctrina autẽ viri per patientiam dignoscitur. Bonitas sanctorum apparet in tribus. Primo, in sui effussione, Diony. Bonum est sui effusiuum. Secundo, in benignitatis ostensione. 2. Cor. 12. Libenter impendam & super impendar ego ipse pro animabus vestris. Tertio, in optimorum adductione. Dionys. Optimi est optima adducere. In glorificatione pater dat testimonium in cælo, idest, in sanctis per æternitatẽ, Matth. 19. Vitam æternam do eis, Dan. 12. Fulgebũt iusti tamquàm stellæ &c. Et per æternitatem dabit omnẽ sciẽtiã. Aug. Habemus vnũ doctorem in cælis, quem semel vidisse, totum didicisse est. Dabit & gloriam. psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus &c. Ad quam nos &c.

In festo sancti Ioannis Baptistæ ex euangelio.

QVIS putas puer iste erit? Lucæ. 1. Et potest responderi interrogationi, quia sponsus speciosus, & gratiosus, & gloriosus. Sponsus speciosus

ſpecioſus propter virginitatis cãdorem, martyrij ruborem, & admirabilem circa Chriſtũ pulchritudinẽ, & ſimilitudinẽ, & figurationẽ. De primo, Luc. 1. Puer erat in deſerto. De Secũdo, Mat. 6. Miſſo ſpiculatore, fecit amputari caput Ioannis. Tertio, quòd tãtam habuit ſimilitudinem cum Chriſto, quòd fuit creditus Chriſtus. Lucę. 3. Exiſtimante autẽ oĩ populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. eſt ergo ſpecioſus. Eſt & gratioſ⁹ propter ſanctitatẽ, propter humilitatem, & propter vtilitatẽ. Sanctus enim fuit, quia plenus Spiritu ſancti gratia. Lucę. 3. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero &c. Quia veſtitus nimia veſtimentorum duritia. Lucę. 1. Erat Ioannes veſtitus de pilis camelorũ. Quia præditus nimia abſtinentia. Lucæ. 1. Eſca eius erat locuſta &c. Humilis fuit in baptizatione. Mat. 3. Ego a te debeo baptizari &c. In ſua phariſæis reſponſione. Ioan. 1. Ego vox clamantis in deſerto &c. In diſcipulorum eruditione. Ioan. 3. Illũ oportet creſcere, me autem minui &c. Vtilis fuit in baptizando, Mat. 3. Tunc exibant ad eum omnes &c. prædicando & cõuerſando. De his duobus. Ioã. 5. Ille erat lucerna ardens per exemplum, lucens per verbum. Item, fuit glorioſus per dignitatem, quæ apparet propter nouẽ. Primo, quia antea eſt prophetatus. Malach. 3. Ecce angelus meus. Secũdo, quia ab angelo nũtiatus. Lucę. 1. Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium. Tertio, quia miraculoſe generatus. Lucę. 1. Et nõ erat eis filius, eo quòd &c. Quarto, quia in vtero ſanctificatus. Luc. 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ &c. Quinto, quia cum multis miraculis natus. Luc. 1. Apertum eſt autem ilico os eius &c. Sexto, quia ante Dominũ. Mat. 11. Hic eſt de quo ſcriptũ eſt &c. Septimo, quia præcurſor regis. Luc. 1. Ipſe prębibit ante illum. Octauo, quia baptizauit Chriſtum. Mat. 3. Venit ibi ad Iordanem &c. Nono, quia teſtis lucis. Ioan. 1. Hic venit in teſtimoniũ &c. Moraliter autẽ ſiquis vult venire ad gloriam æternitatis, neceſſe eſt vt ſtudeat eſſe puer. i. purus. In tribus neceſſaria eſt puritas. Primo, in corde, ſecundo in ore, tertio in manu. Puritas cordis eſt voluntatis ſanctitas. De primo, Iacob. 4. Purificate corda duplices animo. De ſecundo. Prouer. 15. Sermo purus pulcherrimus. De tertio, 1. Tim. 2. Leuãtes puras man⁹ &c. Rogemus, &.

In feſto Sanctorum Ioannis & Pauli ex epiſtola.

PROPTER te mortificamur tota die, ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis, Rom. 8. In verbis iſtis quinq; notãtur. Primo, recta ſãctorũ intentio, ibi. Propter te, non propter inanem gloriã, ſicut hypocritæ. Mat. 11. Exterminant facies ſuas vt videantur ab hominibus. Secundo, eorum mortificatio, ibi. Mortificamur. Mortificãtur autem ſancti multis modis. Primo, cũ vitijs ſeipſos macerando. Coloſ. 3. Mortificate membra veſtra. Secundo, carnem ſpiritui ſubijciendo. Rom. 8. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Tertio, ſe Chriſti paſſiõi cõfigurando. 2. Cor. 3. Semper mortificationẽ Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes. Quarto, detractionum malignitatem tolerãdo. pſal. 108. vbi loquitur de detractore. Cõpũctũ corde mortificare. Quinto, inimicorum perſecũtiones ſuſtinendo. pſal. 36. Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare. Tertio, mortificationis continuatio, ibi. Tota die, hoc eſt, vſque ad finem, non ſicut illi, de quibus dicitur, Gal. 5. Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cęperitis, nũc carne conſumamini? Quarto, eorum ab impijs irriſio, ibi. Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Ouis occiſa tota eſt vtilis. Eſt enim vtilis pellis ad veſtiendum, caro ad victum, fibrę ad muſicum inſtrumentũ. Quinto, ex magna mortificatione vtilitatis conſecutio, ibi. Occiſionis. Eſt enim vtilitas in pelle propter pauperum ſubuẽtionem. In carne, carnalis proximorum mortificatio. Gal. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcẽtijs. Fibrę ſunt potentiæ animæ, ex quibus fit muſicum inſtrumentum ad laudandum Deum. Epheſ. 5. Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. Hæc omnia cõuenire poſſunt, iſtis glorioſis ſanctis &c.

In feſto Apoſtolorum Petri & Pauli.

SOL vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, Ioel. 3. Poſſunt hæc verba exponi de beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli feſtiuitate. Per ſolem intelligitur Petrus, per lunam Paulus. Gene. 1. Fecit Deus duo magna luminaria &c. Significat autẽ ſol Petrũ ꝓpter tria: quia ſol eſt fons ſplẽdoris, fornax ardoris, & cauſa generationis. Fons ſplẽdoris fuit ĩ cognitione, fornax ardoris in amore, cauſa generationis ĩ prędicatione. De primo, Mat. 15. Beatus es Simon Bariona &c. De ſecundo, Ioan. vlt. Domine, tu ſcis ꝙ amo te. De tertio, Lucę. 5. Ex hoc eris homines capiens: quot homines cepit, tot filios Domino generauit. Propter primũ dictus eſt Petrus, ideſt, cognoſcens: propter ſecũdum dictus eſt Simõ, ideſt, obediens. Mãdatum enim ſpiritualiter datum, cuius eſt obediendum, eſt obedientia. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Propter tertium dictus eſt Cephas. i. caput Eccleſię, cuius generationis cauſa fuit prædicando. De iſto ſole dicitur Ecc. 43. Sol in aſpectu annũtiãs ĩ exitu &c. Cõuerſus autem fuit ſol iſte in tenebras tripliciter. Culpę in negatione. Tunc cępit abnegare & deteſtari, quia nõ nouit hominem. Mœſtitiæ in ploratione. Mat. 26. Egreſſus foras, fleuit amare. Pęnæ in paſſione. Cum autem ſenueris, alius præcinget te, & ducet &c. Paulus dicitur luna ſimiliter propter tria, quia lux noctis, fons roris, & cauſa frigidationis. Lux noctis, erroris tenebras illuminando. Rom. 3. Abijcite opera tenebrarũ &c. Pater per diuerſas epiſtolas ſuas quàm diuerſos errores expulerit. Fons roris, gratiam prædicãdo. Eph. 2. Gratia enim eſtis ſaluati: patet quaſi in omnibus verbis ſuis gratiam prædicãdo. Cauſa frigidationis, virginitatẽ comendando. 1. Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do &c. per totũ. Itẽ, fuit luna ĩ ſe tenebras noctis & erroris expellendo. Fons roris gratiam ſuſcipiẽdo. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. Cauſa frigidationis, virginitatem, vel caſtitatem conſeruãdo. 1. Cor. 7. Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum &c. loquitur de caſtitate. Itẽ, Eccle. 43. In omni tempore ſuo &c. Iſta luna verſa fuit in triplicem ſanguinẽ, homicidij in Stephani lapidatione, Actum. 22. Et cum effunderetur ſanguis Stephani &c. In ſua flagellatione. 2. Cor. 11. Ter virgis cęſus ſum: & in capitis abſciſſione, vt patet in legenda ſua. Moraliter ſol intellectus, luna voluntas. Sol. i. intellectus cõuertitur in tenebras erroris: luna, ideſt, voluntas in ſanguinem peccati &c.

In commemoratione ſancti Pauli.

BONVM certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 2. Tim. 3. In iſtis quatuor clauſulis quatuor notantur in beato Paulo ad commẽdationem ipſius. Primum eſt probitas, ibi. Bonum certamen certaui. Secundum velocitas, ibi. Curſum conſummaui. Tertium fidelitas, ibi. Fidem ſeruaui. Quartum dignitas, ibi. De reliquo repoſita eſt &c. Circa primum ſciendũ eſt, quòd triplex certamẽ beatus Paulus habuit. Primum hoſtile paganorum. 1. Cor. 15. Aduerſus beſtias pugnaui. Epheſ. 5. Secundum ciuile Iudęorum. 1. Theſſ. 1. Sicut & ipſi a Iudæis qui & Dominum occiderũt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt. Tertium inteſtinum falſorum chriſtianorum. 2. Cor. 11. Periculis in falſis fratribus. Circa ſecundum ſciendum, quòd triplicem curſum cõſummauit: cucurrit enim primo, in mundo prædicando. Gal. 1. Cõtuli cũ eis euangeliũ, ne forte ĩ vanũ currerẽ &c. Secũdo, in cęlo cõuerſando. Philip. 3. Noſtra cõuerſatio in cælis eſt. 2. Cor. 11. Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue ĩ corpore, ſiue extra corp⁹ neſcio, De⁹ ſcit) raptũ hmõi vſq; ad tertiũ cęlum. Tertio, in paradiſo contemplando, ibidẽ. Scio hominẽ quoniã raptus eſt in paradiſum.

Circa tertium ſciendum eſt, quòd in tribus maxime apparuit, & ſeruauit fidem. Primo, ſe totum in ſeruitio Dei ſui exponendo. Galat. 2. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Secũdo, regnum eius fortiter augmentando. Rom. 15. Vſque Illiricum repleui euãgelium Chriſti. Tertio, omnia ei attribuendo. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. Circa quartũ ſciẽdũ eſt, ꝙ beatus Paulus meruit coronã aureã, & aureolã. Aureã, ꝙ labore charitatis. 1. Cor. 9. Oĩs quidẽ qui in agone cõtẽdit: illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos aũt ĩcorruptã &c. Aureolã meruit triplicẽ, virginitatis, martyrij, & ꝑdicationis. Prima eſt meritũ cõcupiſcibilis: ſecũda, iraſcibilis: tertia, rõnalis &c. Fuit enim ipſe virgo, ſicut dicitur. 1. Cor. 7. Volo omnes homines eſſe, ſicut meipſum. Fuit prædicator, vnde. 2. Tim. 1. dicitur magiſter gentium. In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, & magiſter gentiũ in fide & veritate. Fuit & martyr, ſicut patet in legẽda ſua. Nos quoq; ſi bonũ certamẽ certauerim⁹, curſum cõſumauerimus, fidẽ ſeruauerimus, pueniemus ad coronam æternam. De qua corona require in feſto ſancti Stephani &c.

De beata Margarita.

INVENTA vna pretioſa margarita, abijt & vẽdidit omnia quæ habet, & emit eã, Matth. 13. In his verbis tria dicuntur. Primũ, margaritæ inuentio: ſecundum, margaritæ commẽdatio: tertium, eiuſdẽ margaritę emptio. Primum, ibi. Inuenta: ſecũdũ, ibi. Pretioſa: tertium, ibi. Vendidit oĩa &c. Per margaritã iſtã ĩtelligit Dei filius: dr autẽ Chriſtus margarita propter quĩq;. Primo, quia paruus per humilitatẽ. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde &c. Secundo, candidus propter puritatẽ. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit. Tertio, quia ſolidus per ſanctitatem. Daniel. 9. Vngatur ſanctus ſanctorũ. Pretioſus per deitatem. Rom. 9. Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Quinto, rore cæli conceptus, i. operatione Spirituſſancti. Lucę. 1. Quod incarnatum eſt, de Spirituſſancto eſt. Talis margarita eſt lapis paruus, inuenitur in profundo maris, in vẽtre piſcis, & in mẽſa cãpſoris. In his tribus locis conſueuit inueniri margarita: ſic Chriſtus inuenitur in mari. i. in Maria per incarnationem. Quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Luc. 1. In piſce. i. in Chriſto homine per vnionem. 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto: in altare, per ſacramenti tranſubſtantiationem. Ego ſum panis viuus &c. pſalm. 22. Paraſti in conſpectu meo menſam. De quinque primo dictis de hoc lapide Chriſto, dicitur Hebreorũ. 7. Talis decebat ut eſſet nobis pontifex. Sãctus, quo ad ſoliditatẽ: innocens, quo ad humilitatem: impollutus, quo ad puritatem: ſegregatus a peccatoribus, quo ad conceptionem, quia non ſicut alij peccatores ex peccato conceptus: excelſior cælis factus, quo ad pretioſitatẽ deitatis. Circa ſecundum nota, quòd hæc margarita eſt pretioſa propter tria. Primo, propter pretioſitatem albedinis. Hebr. 1. Qui cũ ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantię eius &c. Secundo, propter vtilitatem quia omne malum expellit. 1. Timo. 4. Liberauit autem me ab omni malo, & omne bonum inducit. Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cũ illa &c. Tertio, pp incorruptionis æternitatẽ. Sap. 8. Clara eſt & q̃ nũquàm marceſcit ſapientia. Circa tertium ſciẽdum, quòd margarita emitur triplici denario. ſ. æneo, argẽteo, & aureo. Æneus eſt ſubſtantia mundi, argenteus corpus, aure⁹ anima. Æneo emit qui dat diuitias pro iſta margarita: argenteo, qui dat corpus: aureo, qui dat aĩam. Primum fit per renuntiationẽ diuitiarũ: ſecundum, per corporis mortificationem: tertium, per propriæ voluntatis abnegationem. De primo, Matth. 9. Qui non renũtiauerit oĩa quæ poſſidet De ſecundo, & tertio, Luc, 16. Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum quo ad propriæ voluntatis abnegationẽ: & tollat crucem ſuam, per corporis mortificationem. Poſſunt autẽ exponi de iſta beata quæ fuit pretioſa margarita propter ſpecioſitatis virginitatẽ, propter prędicationis vtilitatẽ, & propter inſeparabilem ſoliditatem, quã inuenit mercator cęleſtis, & emit ſanguine ſuo Chriſtus Deus noſter, Qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

ARCVM meum ponam in nubibus cæli, & erit ſignũ fœderis inter me & terram, Gene. 9. Poſſunt hęc verba exponi de beata Maria Magdalena, quæ intelligitur per arcum cæleſtẽ propter tria. Ratione formæ, ratione finis, ratione materiæ. Eſt enim materia arcus nubes aquoſa radiis ſolis percuſſa. Nubes aquoſa, Maria lacrymoſa. Lucæ. 8. Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Sol Chriſtus, radius gratia Chriſti, quæ nubem aquoſam percuſſit cum Mariæ lacrymanti gratiam infudit. Rõne formæ, eſt enim triplẽ, cerulea, rubea, & verſus terram tenet brachia extenſa. Color ceruleus eſt Mariæ humilitas, rubeus charitas. De primo, ibi. Stetit retro ſecus pedes Domini. De ſecundo, ibidẽ. Qm̃ dilexit multum. Brachiorum vſque ad terram extenſio eſt magna quã habet ad peccatores miſericordia. Eſt enim ipſa ſancta interuentrix peccatorũ, & aduocatrix eorum: didicit enim ex experientia peccatorũ miſereri. Prouer. vlt. Manum ſuam aperuit inopi. i. peccatori, & palmas ſuas extẽdit ad pauperẽ. Rõne fĩnis. eſt. n. triplex finis ei⁹. Primo, prętheritũ iudiciũ per aquã ſignificatũ. Scẽdo, futurũ iudiciũ per ignem pronuntiatum,

nuntiatum. Tertium pactum quod est inter Deum & terram demonstrare, quia de cælo extendit brachia sua ad terram. Primum, in colore ceruleo: secũdum, in rubeo: tertium, in viridi. Sicut Beata Maria Magdalena est signũ duplicis iudicij in peccatore pænitente. Vnius quod fit per aquam compunctionis, alteri⁹ qd fit per ignem compũctionis. De vtroque, psal. 65. Trãsiuimus per ignẽ & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. Itẽ, est signum pacti inter Deum & terrã, idest, peccatores. Est aũt signũ septẽplicis fęderis inter Christum & peccatorem. Primum, quia benigne recipit peccatores, qui ad Deum cõfugiunt. Secundum, quia multum se familiarem eis exhibet. Tertium, quia eos qui irrident confundit. Quartum, quia pro eis ad uocatur. Quintum, quia eorũ fidẽ multum cõmendat. Sextum, quia omnia peccata dimittit. Septimũ, quia eis dulciter loquitur. Hæc septem nota in euangelio per ordinem. Primum in hoc, quòd eam in nullo increpauit, contra nequitiam hypocritarum, qui videntur contra peccatores fulminare. Secundo, in hoc, quòd dedit pedes ad osculãdum, ibi. Et osculari pedes eius. Tertio in hoc, quòd Phariseum qui eum despiciebat, confundit, ibi. Simon habeo tibi aliquid dicere. Quarto in hoc, quod eam bonam cõferẽdo & alligãdo probauit, ibi. Hęc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos &c. Quinto, ibidem. Mulier fides tua te saluam fecit. Currant ergo omnes peccatores sedere ad fontẽ benignitatis &c.

In festo sancti Iacobi ex euangelio.

POTESTIS bibere calicem quem ego bibiturus sum? Matth. 20. Per calicem intelligitur passio Christi, Mat. 26. Pater, si possibile est, trãseat a me calix iste &c. Calix iste est calix amaricãs, inebrias, & sanans. De primo, ps. 68. Dederũt in escam meam fel. De secundo, psal. 22. Calix meus inebrians quàm præclarus est. De tertio, psal. 115. Calicem salutaris accipiam. Fuit autem amaricans, quia calix aceti, myrrhę, & felis. Ista tria dederũt ei bibere. Tria autem fecerunt passionem Christi amaram. Primũ est, quia passus est ab impijs. Marci 14. Filius hois tradetur in manus peccatorum. Secundo, quia pro beneficijs. Ioan. 8. Multa bona opera operatus sum ĩ vobis, propter quod horũ vultis me lapidare? Act. 8. Qui pertransiuit benefaciendo &c. Tertio, quia in membris mundis. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit: non. n. habuit membra corrupta & mortificata per peccatum. Item, est calix inebrians tripliciter. Primo, præsentiũ obliuionẽ inducens. Tren. 3. Ad te quoque perueniet calix inebrians animam, diuitias relinquẽdo, nudum Dominum sequendo. Secũdo, in sensibilẽ ad dolorẽ reddens. Ber. Considerate dolores Domini nostri, & leuius dolores vestros portabitis. Greg. Si passio Domini ad memoriã reducatur, nihil est adeo durum, quòd non ęquo animo toleremus: hinc est ꝙ sancti habitabant in petris. Tertio, animos nostros ad bella faciens. 2. Mach. 6. Ostenderũt elephãtis sanguinẽ vuæ & mori, vt animarẽt eos ad bellũ. Itẽ, calix sanans a triplici morbo. Primo, culpæ cõtractę. Eph. 2. Eramus omnes filij irę, per peccatum scilicet originale. Secundo, culpę commissę. Isa. 53. Ipse attritus est propter peccata nostra: & post. Eius liuore sanati sumus. Tertio, pœnæ inflictę. Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit &c. De his tribus. 1. Pet. 2. Qui peccata nr̃a ipse ptulit ĩ corpore suo sup lignũ. Pcta dicit ĩ plurali, vbi nota originale & actuale, cuius liuore sanati sumus, quo ad pœnæ inflictionẽ. Rogemus ergo &c.

In festo sancti Petri ad Vincula.

DIRVPISTI Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, psal. 115. Satis patet quomodo possunt hæc verba exponi de vĩculis sancti Petri. Et notant ĩ his verbis tria. Primo, vinculorũ eius disruptio, ibi. Dirupisti vincula mea. Secundo, gratiarum actiones, ibi. Tibi sacrificabo hostiã laudis. Tertio, diuini nominis inuocatio, ibi. Domine. Circa primum sciendũ est, quòd ligatus fuit tribus generibus vinculorum beatus Petrus. Primo, vinculis iniquitatis ĩ negatione. Pro. 5. Funibus peccatorũ suorũ vnusquisq; cõstringitur. Mat. 26. Anteq̃ gallus cãtet, ter me negabis &c. Secundo, vinculis pęnalitatum in corporis passione. Io. vlt. Cum autem senueris alius cĩget te &c. Tertio, vinculis materialib⁹ ĩ sui ĩcarceratione Actũ. 12. Erat Petrus vinctus catenis duabus. Vincula peccatorũ suorũ disrupit Christ⁹ gratiam conferẽdo. Matth. 26. Respexit Iesus Petrũ, idest, gratiam infudit, Vincula materialia disrupit angelum transmittẽdo. Actũ. 12. Angelus autem Domini astitit. Vincula pænalitatum disrupit ęternã gloriam conferẽdo. Matth. 19. Vos qui secuti estis me, dixit Dñs Petro, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Circa ꝫm sciẽdum, ꝙ sanctificauit ei triplicẽ hostiã. Primo hostiam contritionis. psal. 50. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum Deus non despicies. Secũdo, hostiam laudis, psal. 49. Imola Deo hostiam laudis. Tertio, hostiam proprij corporis. Rom. 12. Obsecro vos vt exhibeatis corpora uŕa hostiã &c. Primo, hostiã ĩmolauit amare flẽdo, siue plorãdo post Chr̃i negationẽ. Matth. 26. Egressus foras, fleuit amare. Secundo, laudando post suam de carcere liberationem. Actum. 12. Nunc scio quia misit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Tertio, corpus Deo imolando in passione. Ioan. 13. Animam meam pono pro te. Circa tertiũ sciendum, quòd ipse inuocauit nomen Domini Iesu tripliciter. Primo, prædicando. Actum. 2. Baptizetur vnusquisque in nomine Domini nostri Iesu Christi. Roma. 14. Omnis quicũque inuocat nomẽ Dñi, saluus erit. Secundo, orando. Mat. 14. Saluos nos fac Domine, perim⁹. Tertio, laudãdo. Act. 3. Nõ est aliud nomẽ sub cælo datum hominibus &c. Est autem inuocandum nomen Domini. Primo, quia peccatores iustificat. Secundo, quia iustos vocatos saluat, & propter alia plura &c. *Quære in Circuncisione*.

In festo sancti Dominici.

SOL illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius, Eccl. 42. Possunt hæc verba de beato Dominico exponi: & notantur, ibi duo. Primo, beatus Dominicus laudatur, ibi. Sol illuminans. Secundo, eius opus, idest, prędicatorum ordo cõmẽdatur, ibi. Et gloria Domini plenum est opus eius. Circa primum sciendum, quòd Beatus Dominicus dicitur sol propter septem. Sol. n. corporalis septem effectus exercet in corporibus. Et primo, sol typicus septẽ in spiritibus. Primus effectus est generatio, secũd⁹ viuificatio, tertius nutritio, quart⁹ augmẽtatio, quintus pfectio, sextus purgatio, septimus renouatio. De his dicimus in vna

in vna authoritate. Sol ad generationem sensibilium corporum cõmittitur, & ad vitam ea nutrit, & auget, & perficit, & purgat, & renouat. Ista septẽ fecit Beatus Dominicus spiritualiter. Primo generauit prædicando, vt diceret cum Apost. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui: patet quòd generauit. Secundo viuificauit, ad vitam gratiæ reducẽdo Iac. 5. Si quis cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suę, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum: patet quòd reduxit de morte ad vitam. Tertio nutriuit, in statu gratiæ conuersando. Thessa. 1. Tamquàm si nutrix foueat filios suos: testatur quasi viderit eũ, quãta benignitate fouebat quos generauit. Quarto augmentauit, de virtute in virtutẽ attrahẽdo. Ephe. 4. Veritatem autem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Quinto perfecit, statum perfectionis instituendo. Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende oĩa quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Sexto purgauit omnia, superfluas & minimas negligentias dure corripiẽdo. Ioan. 15. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Septimo, renouauit, ad statum nouitatis reducendo. Eph. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestrę, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

In festo Sancti Laurentij ex epistola.

DISPERSIT dedit pauperibus, iustitia ei⁹ manet in sæculum sæculi. 2. Cor. 9. In his verbis notantur quinque ad cõmendationem Beati Laurentii. Primo, prudentia, ibi. Dispersit dedit. Sunt autem dispergendæ diuitiæ. Primo, quia si cõgregantur, sunt possessoribus suis in tormentũ. Secundo, quia si congregantur, pereunt. Tertio, quia ducunt ad ęternum suppliciũ. De quibus tribus, Ecc. 5. Diuitię cõgregatę ĩ malũ dñi sui, ecce primũ: peunt enim, ecce secundum: in afflictione pessima, ecce tertium. Afflictio. n. mala est cũ congregantur, peior cũ relinquuntur, pessima cum pro eis auari æternaliter puniuntur. Iacob. 5. Agite nũc diuites plorate & vlulate in miseriis quæ aduenient vobis &c. Congregare ergo stultitia est, sed dispergere est prudentia propter tria. Primo, quia dispersæ, sunt semina q̃ multiplicata resurgunt. Secundo, quia vita æterna acquiritur. De his duobus, Matth. 19. Omnis qui relinquerit domum, vel fratres &c. Tertio, quia non possunt amitti eo quòd ĩtuto loco sunt positæ. Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo &c. Secundo notatur largitas, ibi. Dedit. Inuitant autem ad dandũ tria, creator, creatura, & scriptura. Creator, quia dedit cælũ cũ syderibus, terram cum bestiis & arboribus, corpus cum sensibus, animam cum viribus, filium cum tormentis, mundum cum elementis, spiritum sanctum cũ donis. Dicit Aug. Erubescat homo auarus esse, cũ tantam largitatem experitur creatoris. Inuitat creatura, quia omnis creatura dat seipsam, & quicquid habet. Sol dat se totum, & lumen suum totum, terra similiter. Omnis ergo creatura inuitat ad dandum. Inuitat scriptura, q̃ ex hoc tanta promittit. Matth. 7. Date, & dabit vobis. Tertio nota fidelitas, ibi. Pauperibus, & fuit fidelitas dare pauperibus propter tria. Primo, quia bona ecclesiæ sunt bona pauperum. Hieron. Bona ecclesiæ bona pauperũ sunt, quicquid præpter victum, vel necessaria reseruasti, sacrilegium cõmisisti. Secundo, quia hoc præcepit Dominus, qui habet generale dñiũ in oĩb⁹. Tertio, quia ab eis nõ expectat vlla retributio. De quibus duobus, Lucæ 14. Cũ facis prãdium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque vicinos diuites &c. Quarto nota, ibi. Iustitia eius manet in sæculum sæculi. Cõsistit autẽ iustitia in tribus. Primo, in rectę voluntatis conseruatione propter se. Secundo, in iustorum susceptione. Aug. Iustitia est in miserẽdo miseris. Tertio, in iuris sui vnicuiq; redditione. Isido. Iustitia est virtus ius suum vnicuique tribuens. De primo patet, quomodo primum beatus Laurentius conseruauit, quia nulla peccata potuerũt eum a rectitudine remouere. De secundo patet, quia thesaurum ecclesiæ dedit pauperibus. De tertio patet, quia reddidit maioribus obedientiã, minoribus vtilitatẽ, paribus ęqualitatẽ. Quinto notat, perseuerãtiam, ibi. In sęculum sęculi. Et fuit laudabilis perseuerãtia eius propter tria. Primo, quia fuit flagellis probata: secũdo, fide cõsummata: tertio, quia in igne fuit examinata, & ideo meruit peruenire ad vitam æternã. Matth. 24. Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, hic saluus erit &c.

In Assumptione Beatæ Mariæ Virginis ex epistola.

VASI cedrus exaltata sum in libano &c. Eccl. 24. Per sex arbores quibus cõparatur exaltatio Beatæ Virginis in ista epistola, intelligi possunt sex ordines beatorum. Cedrus significat angelos propter naturæ sublimitatem. Ezech. 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei idest, angeli non fuerunt sublimiores naturæ lucifero. Cypressus significat patriarchas & prophetas per odoris suauitatẽ: vnde de vno dictũ est Gen. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Palma significat apostolos propter gloriosum de uniuerso mũdo triũphũ. Palma etiã significat uictoriã. Apoc. 6. Et palmæ in manibus eorum. Rosa significat martyres per effusionem sanguinis, qui habet colorem rubeum. Eccl. 39. Et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Oliua significat cõfessores propter oleum. psal. 51. Ego autem sicut oliua fructifera. Platanus significat virgines propter frigiditatem libidinis incendium exstinguentem, crescit enim iuxta aquas. In aqua frigiditas notatur. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi suauitatis. Eccles. 24. Quanto subtilius, tanto melius est, & magis odoriferũ: & per hos intelligitur humilitas. Balsamũ autem quanto grauius & põderosius, tanto melius, vnde probatur in aqua, & si cito descendat ad fundum, habetur probatum. Per hãc proprietatem potest intelligi grauitas morum. Hæc aũt duo dant odorem suauitatis. Est ergo sensus, quòd Virgo est exaltata, sicut angeli, patriarchæ, & prophetæ, apostoli, martyres, confessores, & virgines: & est liptote qui pauca dicit, significatq; magna. Fuit enim exaltata super choros angelorum, & super omnes sanctos, nec mirum si est exaltata, sicut angeli patriarchæ &c. habuit enim meritum angelorum angelice viuendo. Hiero. In carne præpter carnẽ viuere, non terrena vita est, sed cęlestis. Idem. Virginitas soror est angelorum: habuit enim meritum prophetæ prophetando. Luc. 1. Beatã me dicẽt omnes generationes: vidit enim spiritu prophetico, & prophetauit quòd debebat beatificari ab omnibus gentibus, & quòd omnes gentes debebant recipere filium Dei, & suum. Habuit meritum apostolorum, & euangelistarum docendo. Multa enim scripta sunt & prædicata, quę non

non potuerunt ſancti niſi per reuelationem eius ſcire, ſicut de ingreſſu angeli in conceptione, & aliis pluribus. Habuit meritum martyris, mortem crucis cũ filio patiendo, Lucæ 2. Et tuam ipſius animam pertrã. ſiuit gladius. Habuit meritum confeſſorum, deuote Dño confitendo. Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum. Habuit meritum uirginum, inchoando uirginitatem, & conſeruando. Luc. 1. Ingreſſus eſt angelus Gabriel ad Mariam Virginem: & ſicut habuit meritum omnium & amplius, ita congruum fuit, ut ſuper omnes ponatur hic ſermo. Quæ ẽ iſta quę progredietur quaſi aurora, conſurgens &c. ordines cæleſtium.

In feſto beati Bernardi.

G AVRVM & multitudo gemmarum, & uas pretioſum labia ſcientiæ, Prou. 20. Poſſunt hęc uerba exponi de beato Bernardo, & commendatur hic ab humilitate prædicationis. Prædicauit autem tria principaliter, de Deo, de moribus & uirtutibus, & de dulcedine contemplationis & deuotionis. Hæc tria notantur in his uerbis. Primum, ibi. Aurum: ſecundum, ibi. Multitudo gemmarum: tertium, ibi. Vas pretioſum labia ſcientiæ. Aurum fuit omnibus os eius de Deo loquendo. Multitudo gemmarum de moribus & uirtutibus loquendo de dulcedine contemplationis & deuotionis. Fuit ergo os eius uas pretioſum, os aureum, os gemmeum, & os pretioſum: quia per aurum intelligitur diuinitas, ideo dicitur Cant. 5. Caput illius aurum optimum. Gregorius. Caput Chriſti eſt Deus: & caput aureum. ergo aurum eſt diuinitas. Quod per gemmas intelligantur uirtutes, habetur Apoc. 21. Ibi gloſa per duodecim lapides intellexit duodecim uirtutes. De tertio, Hiere. 51. Calix eſt aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. Patet quomodo uino dulcedinis inebriauit totum mũdum. Fuerunt ergo labia eius aurea, gemmea, & pretioſa. Vel aurum fuit beatus Bernardus per uoluntatis ſanctitatem: multitudo gemmarum per morum honeſtatem, & uirtutum multiplicitatem: uas pretioſum per uirginitatis puritatem. Hęc tria cantantur de eo. Beatus Bernardus quaſi uas auri, ecce aurum ſolidum, ecce pretioſum ornamentum omnium lapidum pretioſorum, ecce multitudo gemmarum. Fuerunt autem in hoc nouem gemmæ, de quibus dicitur Ezech. 27. Omnis lapis pretioſus operimentũ, ſardiũ, topatium &c. Lapides iſti ſignificant nouẽ ordines angelorum, quibus fuit dotatus beatus Bernardus, quia habuit in ſe uirtutes & officia omnium ordinum angelorum, ſicut dicitur in libro, ubi ſcribuntur acta eius &c.

In feſto Sancti Bartholomæi.

FICVM meam decorticauit, albi facti ſunt rami eius, Ioel. 1. Poſſunt hæc exponi de beato Bartholomæo, & paſſione ipſius: circa quã notant tria. Primo paſſus deſcribi, ibi. Ficum meam. Secundo, eius paſſio exprimitur, ibi. Decorticauit. Tertio, ipſius præmium ſubiungitur, ibi. Albi facti ſunt rami eius. Intelligitur beatus Bartholomęus per ficum propter tria, quę ſunt in ficu. ſ. lignum, folia, & fructus. In ligno intelligitur eius cordis ſanctitas: in foliis, locutionis ueritas; in fructibus, actuum eius ſuauitas. In ligno ſunt tria, medulla, lignum, & cortex. In medulla eſt candor: in ligno, fortitudo: in cortice, utriuſque obſeruatio. Sic tria ſunt neceſſaria ad cordis ſuauitatem. ſ. candor fidei, ſiue ſapientiæ, quo ad rationalem: fortitudo ſpei, quo ad irascibilẽ: cõſeruatio, quæ eſt ĩ charitate, quo ad cõcupiſcibilẽ. De primo, Sap. 7. Candor eſt lucis æternę & ſpeculũ ſine macula. De ſecũdo, Iſa. 30. In ſilẽtio & ſpe erit fortitudo ueſtra. De tertio, Ro. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia &c. Ergo in ligno notat cordis ſanctitas, in folijs uero locutionis utilitas. Sunt autem tria in foliis. ſ. lacteitas in humore, uiriditas in colore, & aſperitas in palpatione, & ſignificãt tria quæ ſunt neceſſaria in locutione. ſ. puritas, delectabilitas, & utilitas. Puritas in ueritate, delectabilitas in honeſtate, & utilitas in uerborũ bonitate. Lacteitas per candorem. ſ. puritatem: uiriditas, quæ eſt color delectabilis, propter delectabilitatem: aſperitas ſignificat utilitatem. Sicut enim blandus ſermo eſt noxius, quia ſeducit: ſic aſper utilis, quia corrigit. Quòd hæc ſint neceſſaria, patet. De primo, Prou. 15. Purꝰ ſermo pulcherrimus &c. De ſecũdo. Prou. 16. Fauus mellis uerba cõpoſita. De tertio, Ephe. 4. Oĩs ſermo malus ex ore ueſtro nõ procedat &c. Sic ergo nota ĩ foliis locutiõis utilitas, in fructu aũt nota actionis ſanctitas. Cõſiderantur autẽ tria in fructu, intus rubicũditas, extra uiriditas, in guſtu uero ſuauitas, & ſignificant hæc tria quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Oportet enim ꝙ actio fiat in charitate, quæ intelligitur in rubore: in medietate, ut non accedat ad extrema, ne fiat plus uel minus, hoc intelligitur in uiriditate. Eſt enim uiriditas color medius. Item, ut fiat in humilitate, quæ intelligitur in nigredine. Item, vt fiat cum hilaritate; quæ intelligitur in guſtus ſuauitate. Hęc ſunt neceſſaria in actione. De primo. 1. Cor. 16. Oĩa ueſtra ĩ charitate fiant. De ſecundo, Rom. 8. Rationabile obſequium ueſtrum, ne fiat. ſ. plus, uel minus. De tertio, Luc. 17. Cum omnia beneficeritis, dicite quia ſerui inutiles ſumus &c. Greg. Qui cæteras uirtutes ſine humilitate congregat, in uentum puluerem portat. De quarto. 2. Cor. 8. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Hæc omnia habuit beatus Bartholomæus, & ideo congrue eſt ſignificatus per ficum, ergo paſſus deſcribitur: ſed in decoratione paſſio exprimitur. Fuit enim ipſe excoriatus propter tria. Primo, ut Deo tanquàm uerus agnus in holocauſtum offerretur. Leuit. 1. Detractaq; pelle hoſtiæ artus in fruſta concident, & ſubiicient in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſita &c. Secundo, ut ab omni humore exſiccaretur, ſic decoriat arbor ut ſiccetur. De hac ficu, Matth. 7. Nunquid colligũt de tribulis ficus &c. Itẽ, fuit excoriatus ut ſicut ſerpens in ęternitate renouaretur. Matth. 10. Eſtote prudentes ut ſerpentes. Prudentia ſerpentis eſt corium deponere, ut renouetur. Primum ſubiungit, ibi. Albi facti ſunt rami eius. Rami animæ memoria, intelligẽtia, & uoluntas: rami uero corporis ſenſus corporis. Memoria dealbabitur per comprehenſionem æternitatis: intelligentia, in cognitione omnis ueritatis: uoluntas, in perfruitione omnis deſiderabilis. Rami corporis. i. ſenſus dealbabuntur, quia quilibet ſanctus recipiet iucunditatem. Dealbari ergo potentias animæ & ſenſus corporis nihil aliud eſt, quàm glorificari in receptione albæ ſtolæ. Apoc. 8. Lauerunt ſtolas ſuas & candidas eas fecerunt in ſanguine agni &c. Ad quam perducat &c.

De

De Beato Auguſtino.

PROFVNDA quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit, Iob. 28. Satis proprie conueniũt hæc verba beato Auguſtino. & notãtur hic duo. Primo, ſecretorum perſcrutatio: ſecundo, eorum manifeſtatio. Primum, ibi. Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt. Secundũ, ibi. Et abſcondita produxit in lucem. Circa primum ſciendum, quòd beatus Auguſt. ſcrutatus eſt profunda quatuorum fluuiorum, ſcripturæ, creaturæ, culpæ, & gratiæ. Scrutatus eſt autem profunda triplicis ſcripturę, ſcilicet philoſophorũ, hęreticorũ, & ſanctorum. Propter primum fuit philoſophus, propter ſecundũ fuit hæreticus, propter tertiũ fuit catholicus. De primo, Hiere. 2. Quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminum? De ſecundo, ibidem. Quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidã? De tertio. pſ. 92. Eleuauerũt flumina Domine &c. i. ſcripturę. Quòd ſcrutatus ſit ipſe libros philoſophorum, dicit ipſe in lib. confeſſio. vbi dicit, quòd ab vtroque doctore didicit omnes libros, & artes quas liberales vocant: quòd libros hæreticos, dicit ipſe in eodem libro: quòd catholicos, teſtatur ibidem. Scrutatus eſt quoque profunda triplicis creaturæ, ſpiritualis, corporalis, & cõpoſitæ, hoc eſt angelicę, humanę, corporeæ. Primum patet in libro, quem fecit de hierarchia angelica: ſecũdũ, in libro de ſpiritu & anima: tertiũ, in li. Gen. ad literam. Sic patet quòd ſcrutatus eſt profunda fluminis creaturæ. Dicitur autem creatura fluuius, quia fluit ſemper de eſſe ad non eſſe per corruptionẽ: & de nõ eſſe ad eſſe per generationem. Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur. Scrutatꝰ eſt ẽt profunda tertij fluminis, ideſt, culpæ: & triplicis, ſcilicet originalis, actũalis, mortalis & venialis. De primo, dicit in lib. 1. confeſ. De ſecundo, a ſecũdo libro uſque ad nonũ. De tertio, in decimo libro. De his fluminibus dicitur in pſ. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Item, ſcrutatus eſt profunda quarti fluminis, hoc eſt, gratiæ triplicis, ſcilicet præuenientis, ſubſequentis, & perficientis: vnde loquitur in libro de gratia de his omnibus. Similiter loquitur in Enchiridion de his fluminibꝰ. Io. 8. Qui credit ĩ me, flumina fluẽt de vẽtre eius aquæ viuæ: & ſic cõmẽdatur hic a diligenti ſecretorũ pſcrutatione. Secũdo, commendatur ab abſcõditorũ manifeſtatione, ibi. Abſcondita produxit in lucem, ſcilicet cognitionis abſconditę, trinitatis, cæleſtis ciuitatis, & ſcripturæ veritatis. Primum, patet in lib. de Trinitate: ſecundum, in libro de ciuitate Dei: tertium, in expoſitione Iſaiæ, Ioannis, Canticorum, & Geneſis. & aliorum multorum. Multa quoq; alia abſcondita produxit in lucem cognitionis, ſicut patet in libris multis quos fecit &c.

In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.

IVSTVS de anguſtia liberatus eſt, Prou. 11. Iuſtus dicitur Beatus Ioannes Baptiſta propter tria. Primo, propter omnium virtutũ poſſeſſionem. Secũdo, propter carnis mortificationẽ. Tertio, propter liberam malorum correptionem. His tribus modis ſumitur iuſtitia. De primo, Luc. 1. Spirituſſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. De ſecundo, Matth. 1. Erat indutus de pilis camelorum. De tertio, Matth. 3. Genimina viperarum &c. Marci. 6. Ioannes arguebat Herodem. Fuit liberatus hodie a triplici anguſtia, ſcilicet carceris, corporis, & ſęculi. De primo, Marci. 6. Decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. De ſecundo, pſ. 141. Educ de cuſtodia animã meã. Verbũ põt eſſe beati Ioannis Baptiſtę. Rom. 7. Infelix hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? De tertio. 1. Io. vlt. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Io. 15. In mũdo preſſurã habebitis. pſ. 136. Super flumina Babylonis &c. Impius fuit Herodes ſpecialiter pp tria, in decollatione eius. Primo, quia innocentem & ſanctum condemnauit. Marci 6. Sciens eum virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & multa audito eo faciebat, & libenter audiebat eum. Secundo, quia eum qui ſalutẽ ſuã procurabat, decapitauit. Ibidem. Non licet tibi habere vxorem fris tui. Tertio, quia caput prophetę Dei donauit pro vno ſaltu. Marci. 6. Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus, rex ait puellæ. Pete a me qd uis &c. Fuit autem traditus Herodes in triplicem anguſtiam pro beato Ioanne in anguſtiã regni amiſſionis, incarcerationis, & æternæ damnationis. Tradit enim Ioſephus quòd parum poſt decollationẽ beati Ioãnis, exercitus regis Archelai eũ regno priuauit, & captum ligauit, & poſt modum eum Deus æternis tormentis damnauit: ideo malum eſt eſſe impium. Prou. 16. Impiũ quoq; ad diẽ malũ. Sed piũ eſt eſſe iuſtum. Prou. 10. Iuſtitia uero liberabit a morte &c.

In Natiuitate Beatæ Mariæ.

EGREDIETVR virga de radice Ieſſe, Iſa. 11. *Quære in Annuntiatione Beatæ Mariæ.*

In exaltatione ſanctæ Crucis.

GO ſi exaltatus fuero, omnia trahã ad meipſum &c. Ioan. 12. In his verbis duo notantur, ſcilicet modus patiendi, & vtilitas ipſius paſſionis. Modus dicitur, ibi. Si exaltatus fuero. Vtilitas, ibi. Omnia trahã &c. Phili. 1. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. pſal. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Tertio, quia merito ſuę paſſionis exaltauit nos cum eſſemus viliſſimi & abiecti. Hierem. 2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas, & ab Ægypto confunderis ſicut confuſa es ab Aſſur. pſalm. 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Dni exaltauit me ſuper angelos. pſal. 8. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Ioan. 12. Volo pater vbi ſum ego, illic & miniſter meus ſit &c. Quarto, vt oſtendatur quia quòd vile eſt in cõſpectu hominum, exaltatum eſt in conſpectu Dei: & econtra, humilis in cõſpectu hominũ, exaltatũ eſt in cõſpectu Dei. Quinto, vt oſtenderet modum exaltationis, quia per humilitatem: vnde humiliauit ſe formam ſerui accipiẽs, Luc. 14. Qui ſe humiliat, exaltabit. Sequitur. Omnia traham ad meipſum. Abtractio natutaliter fit ſex modis. Primo, per quandam aſſimilationem, ſicut faciunt aucupes: ita Chriſtus ſuſcepit formam hominis vt ad ſe traheret. Rom. 8. Deus mittẽs filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati &c. Hõ. n. erat ĩ regione diſſimilitudinis, vnde dixit ironice. Ecce Adã factus eſt quaſi vnus ex nobis. Secundo, p quandam cõcauitatẽ

ſicut ſpongia aquam. Concauitas Chriſti eius humanitas fuit. Matth. 15. Venite ad me omnes: & ſtatim ſubiugit. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Ber. Omnino currimus poſt te, Domine, propter manſuetudinem tuam. Tertio, per colligationem Dominus attraxit nos miſerabilib⁹ funibus. Oſeę. 9. In funiculis Adam traham te. Quarto, per dulcem allectionem. Ioa. 6. Verba uitæ æternæ habes. & Idem. Numq̃ ſic locutus eſt hõ. Aug. in li. cõfeſſionũ. Vulneraſti cor meũ verbo tuo, & amaui te. Quinto, p repromiſſiões. Dan. 12. Et qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebũt in ꝓpetuas æternitates. Mat. 20. Ite vos in vineã meã. Sexto, pp naturalẽ appetitionẽ, ſicut ignis extẽdit ſe ſurſum, terra uero deorſum: vnde qa cẽtrũ eſt ſurſum, numquàm poteſt quieſcere deorſum. Vñ Ioan. 18. In mundo preſſurã habebitis, in me aũt pacẽ. Aug. in lib. cõfeſ. Suſpẽſus erã ad te &c. Greg. Cũ oĩa ſint facta ad quærendum Deum nihil humanæ menti ſufficit quòd non ſit Deus. Aug. Tãtę ſiquidem dignitatis eſt humana conditio, vt nullum bonum, præter ſummum, poſſit ei ſufficere: vnde ex ipſo verbo ipſe probat peccatores non eſſe. Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum, ideſt, peccatores: & non fuerunt tracti. ergo peccatores nihil ſunt. Homo dicitur omnia, quia eſt finis omnium, quia vltimo fact⁹, quia propter eum facta ſunt omnia. pſ. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius vel quia eſt capax omniũ, vel quia habet participationem cũ omnibus, ſicut dicit Greg. ſuper illo verbo, Prædicate euangelium omni creaturæ, Rogemus ergo Dominum. *Require in Inuentione ſancte Crucis.*

In feſto ſancti Matthæi Apoſtoli.

VIDIT Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæi nomine, Matth. 9. In iſto euangelio tria notantur. Primo, magna Domini noſtri Ieſu Chriſti benignitas. Secundo, beati Matthæi ſanctitas. Tertio, magna phariſæorum cæcitas. Magna Dei benignitas notat̃ ĩ quinque. Primo, in Matthæi ſanctificatione. Secundo, in eius ad apoſtolatum vocatione. Tertio, in familiari cũ eo & cum alijs publicanis cõmeſtione. Quarto, in phariſæorũ pctõrũ cõfutatione. Quinto, in ipſius miſericordiæ cõmendatione. Magna enim benignitas fuit, quòd tam magnũ peccatorẽ iuſtificauit, vel ſanctificauit, quòd ad apoſtolatum vocauit, quòd cum eo tam familiariter ducauit, q̃ phariſęus peccatores qui cõtẽnebat cõfutauit, quòd tantum diuinam miſericordiam commendauit. Primum, ibi. Vidit. Deus eum vidit quadruplici oculo. ſ. gratiam infundẽdo. Eccle. 11. Eſt homo marcidus egens recuperatione: & poſt. Oculus Dei reſpexit illum in bono, quod totum ſatis bene exponitur de beati Matthæi vocatione. Secundum, ibi. Vocauit eũ. Iſa. 41. Vocaui te, & non cognouiſti &c. hoc eſt, non cognoſcebas, cum eſſes magnus peccator: & vocaui te ad Apoſtolatum. Tertium, ibi Et factũ eſt cũ diſcumberetur in domo. Quartum, ibi Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus, quaſi dicat, vos nõ me indigetis, quia vos ſanos reputatis. Quĩtũ, ibi. Eũtes diſcite quid ẽ quia miſericordiã volo & non ſacrificium. Sanctitas Matthæi notatur ſi militer in quinque. Primo, in omnium deſertione: ſecundo, in veloci obedientia: tertio, in Chriſti imitatione: quarto, in hoſpitalitatis exhibitione: quinto, ĩ omnium peccatorum ſuorum manifeſtatione. Primũ, ibi. Relictis omnibus, Luc. 5. Secundum, ibi. Surgẽs: ſtatim enim Domino præcipienti obediuit. pſal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertium, ibi. Secutus eſt eum imitãdo. Eph. 5. Imitatores Dei eſtote. Hoc eſt totum bonum hominis, ſicut dicit Auguſtinus vt imitetur Chriſtum, vt fugiat quæ ipſe contempſit, & eligat quæ ipſe elegit. Quartum, ibi. Fecit ei conuiuium magnum. Hebræorum. 11. Hoſpitalitatis nolite obliuiſci: per hanc enim quidam placuerunt Deo angelis hoſpitio receptis, quanto magis recepto ipſo Domino? Quintũ, ibi. Publicanus Matthæ⁹ nomine. Cũ enim fuerit binomius, voluit ſe vocari illo nomine quo magis erat notus, vt ſic magis cognoſceretur peccatum ſuum. Alij autem euangeliſtæ vocauerunt eum nomine ſuo. Phariſæorũ cęcitas notatur in quinque. Primo, quia peccata ſua grauia non videbant. Secundo, quia aliorum minus grauia iudicabant: habebant enim in corde ſuo ſuperbiam, quæ eſt maximum peccatorum omnium: & inuidiam, vel auaritiam, vel luxuriam, quæ ſunt minora, contemnebant. Matth. 7. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tũc videbis eiicere feſtucã de oculo fratris tui &c. Tertio, quia quẽ laudare debebant, vituperabant. Laudandus eſt quis de miſericordia & benignitate corporali, hæc reprehendebãt. Prou. 22. Nouit iuſtus, ideſt Chriſtus, animas iumentorum ſuorum, tamen per prędiſtinationem: viſcera autem impiorum, ideſt, phariſæorum hypocritarum crudelia. Quarto, quia vnde debebant gaudere inuidebant. Inuidebãt Deum miſericordem. pſal. 88. Miſericordias Domini in ętternum cantabo. Quinto, quia vnde debebant illuminari, excęcabantur: qm̃ de Dei miſericordia detractabãt. Eccle. 36. Oſtẽde nobis lucem miſerationũ tuarũ, hęc flebãt ibi. Et mirabant̃ phariſęi dicẽtes, quare cũ publicanis & pctõrib⁹ mãducatis & bibitis &c. Phariſęorũ cæcitas eſt fugiẽda, Matthæi ſctitas imitãda, & Dei benignitas diligẽda & laudanda &c. Rogem⁹. *Quære in feſto ſcti Io. Apoſt.* Cibauit illũ pane vitę & ĩtellect⁹ &c.

In feſto Sancti Michaelis.

IN omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Prou. 15. In his verbis notantur tria. Primo Dei prouidentia: ſecũdo, eius bonitas: tertio, ipſius iuſtitia. Primum, ibi. In omni loco: ſecũdum, ibi. Bonos: tertium, ibi. Et malos. Circa primum ſciendum, quòd in triplici loco contẽplatur Dominus, ſecundum quod in triplici loco cõtingit eſſe rationabilẽ creaturã, ĩ loco luminoſo, in loco tenebroſo, & in loco luminoſo & tenebroſo. Locus luminoſus eſt cælum empyreũ, vbi eſt lumen ſine tenebris: locus tenebroſus ẽ infernus, vbi ſunt tenebræ ſine lumine: locus luminoſus & tenebroſus eſt iſte mũdus, vbi eſt lumẽ & tenebrę. Primus locus intrinſecus, ſecundus extrinſecus, tertius medius. In primo contemplatur tantum bonos, in ſecundo tantũ malos, in tertio bonos & malos. De primo, Gen. 2. Fons egreditur de loco voluptatis. De ſecundo, Luc. 17. Ne ipſi veniant in locum tormentorũ. Deut. 32. Inuenit eum in terra deſerta, & ĩ loco horroris & vaſtæ ſolitudinis. De tertio, Iob. 34. Deus dedit eis locũ pænitẽtiæ &c. Propter hoc. n. ponitur homo ĩ mũdo iſto, vt agat pænitentiã. Iudic. 2. Aſcendet angelus Domini de Galgala in locũ flentũ. Eſt autẽ timẽda viſio Dei maxime ex quatuor. Primo, qa iudicat: ſecũdo, q̃a videt tenebroſa: tertio, qa nemo ſe põt a uiſione eius abſcondere. Abſcõdita, quia nullus poteſt poſt parietes latere: occulta videt, quia omnes cogitationes cordis. De his omnibus Eccle. 34. Oculi eius multo lucidiores ſole. Sic ergo hic notatur Dei prouidentia. In hoc ergo quod addit, bonos, ſignificat ad bonũ. Videt autem eos Primo, vt ab omni malo eripiat. Secundo, vt orationes eorum exaudiat. Tertio, vt miſericordiã exhibeat. Quarto, vt bonum gratiæ cõferat. Quinto, vt in omnibus protegat. Sexto, vt bonum glorię tribuat. De primo, pſal. 32. Oculi Domini ſuper metuẽtes eum. De ſecundo, pſal. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius &c. De tertio, Hierem. 24. Et ponam ſuper eos oculos meos ad plãctum. De quarto, Eccl. 11. Oculus Domini reſpexit illum &c. ideſt, in bonum. De quinto, pſa. 32. Oculi Domini ſuper timẽtes eum: & ſequit̃, quis eſt protector. ſ. In eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. De ſexto, Iſa. 49. Glorificatus eſt in oculis Domini. Videt ergo bonos ex ſua bonitate: videt autem malos ex ſua iuſtitia. Videt autẽ eos quatuor modis. Primo, eorum opera conſiderando: ſecũdo, ſuper malis eorum indignãdo: tertio, condemnãdo: quarto, eis non parcendo: quinto, pœnam velociter inferendo. De primo, Eccl. 29. Opera omnis carnis, ideſt carnalium, coram illo: & non eſt quicquàm abſconditum ab oculis eius. De ſecundo, Iſa. 59. Et vidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius. De tertio, Amos. 9. Oculi Domini ſuper regnũ peccatoris, vt conterat illud. De quarto, Ezech. 21. Et non pepercit ſuper bonum: videt ergo malũ ex iuſtitia. Iſti ſunt duo oculi, bonitas qua reſpicit bonos: & iuſtitia, qua videt malos. In iſtis ergo notatur Dei prouidentia, & eius bonitas, & ipſius iuſtitia. Prouidẽtia reuerẽda, bonitas diligenda, iuſtitia metuenda.

De eodem.

ANGELI eorum ſemper uidẽt faciem Patris mei, Matth. 18. In his verbis notãtur tria de angelis. Primo, angelorum benignitas. Secũdo, ſanctorum angelorum iucunditas: tertio, iucunditatis æternitas. Primum, ibi. Angeli eorum: ſecũdum, ibi. Faciem patris: tertium, ibi. Semper. Magna benignitas angelorum notatur in hoc, quòd dicuntur noſtri: & bene noſtri, quia quàm cito anima creatur, dat̃ ei angelus, quia ſine dubio maximum eſt tam nobilẽ creaturã ſeruire homini peccatori & ingrato frequenter. Seruire autẽ dicũtur nobis tripliciter, ſcilicet purgãdo, illuminãdo, & perficiendo. Iſtæ enim tres operationes conueniunt omnibus hierarchiis, ſicut dicit Dionyſ. Primum, pertinet ad mali remotionem: ſecũdum, ad intellectus illuminationem: tertium ad affectus perfectionem. Primo enim a malis purgamur, in intellectu illuminamur, in affectu perficimur. Purgamur per remotionem prauitatis & diſſimilitudinis: illuminamur per ſuſceptionem diuini luminis: perficimur per inflãmationẽ diuini amoris. De primo, Dionyſ. Oportet purgandos puros effici, & ab omni liberari diſſimilitudinis effuſione. De ſecũdo, ibidẽ. Oportet illuminandos impleri diuino lumine, & ad contẽplandam placidiſſimam virtutem caſtiſſimis mentis oculis reducendos. De tertio, ibidem. Oportet inſtaurandos participes fieri ſacramentorum perfectiuæ ſcientiæ. Et quia nobis hæc faciunt, dicuntur angeli noſtri: quia faciunt nobis octo ſeruitia, de quibus quęre ĩ proceſſu primę Dominicę Quadrageſimę &c. Sic ergo notatur eorũ benignitas. Beatitudinis eorũ iucũditas notatur, ibi. Faciem patris mei. Facies quippe eius eſt admirabilis, delectabilis, amabilis, & deſiderabilis. Admirabilis, propter maieſtatis infinitatẽ: delectabilis, propter gratiarũ multiplicitatem: amabilis, propter ineffabilis pulchritũdinis claritatem: deſiderabilis, propter gloriæ æternitatem. De primis duob⁹ Heſther. 9. Valde es admirabilis Domine, & facies tua plena gratiarum. Aug. Tanta eſt iucũditas diuini aſpectus, vt numquàm videri poſſit ſine amore. De ſecundo. 1. Pet. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere. Satis iucundum eſt videre faciem tam admirabilem, tam delectabilẽ. Tertio, notat̃ beatitudinis ętternitas, ibi. Semper: & importat tria, quòd ſine intermiſſione, ſine fine, & tota iucunditas eorum erit ſimul. ergo ſancti angeli, & ſi ad exteriora officia amittantur, ab intimis contemplationibus numquàm recedunt. Boetius. Æternitas eſt vitæ poſſeſſio tota ſimul, Ad quam æternitatem perducat nos &c.

De Beato Franciſco.

VSTVM deduxit Dñs ꝑ vias rectas, & oſtẽdit illi regnũ Dei, Sap. 11. In his verbis notãtur duo. Primo, ſanctorũ meritũ, ibi. Iuſtũ deduxit. Secũdo, præmium ſanctorũ, ibi. Oſtẽdit illi regnũ. Circa meritũ notant̃ tria. Primo, cauſa a qua eſt meritum: ſecundo, in qua eſt meritum: tertio, ſecundum quam eſt meritum. Cauſa efficiens meriti eſt Deus, cauſa in qua eſt meritum eſt iuſtũ, cauſa ſecundũ quã eſt meritum eſt via recta. Hæc eſt formalis. Primum, ibi. Dominus: ſecundum, ibi. Iuſtum: tertium, ibi. Per vias rectas. Eſt autem Dominus cauſa efficiens meriti quatuor modis. Primo, faciendo idoneum ad merendum: ſecundo, mouendo ad volendum: tertio, iuuãdo ad faciendum: quarto, conſeruando ad perſeuerãdo. Primum facit per gratiam præuenientem: ſecundum, per gratiam ſubſequentem: tertium, per gratiam proficientem: quartum, per gratiã conſummantem. De primo, Corinth. 4. Deus eſt qui operatur in nobis. De quarto, Phil. 1. Qui cœpit in vobis opus bonũ, ipſe perficiet vſq; in diem in Chriſti Ieſu &c. De his. 1. Corint. 15. Gratia Dei ſum id quòd ſum, & gratia eius in me uacua non fuit. Circa ſecundum ſciendum, quòd iuſtus dicitur multipliciter, ſecundum quod iuſtitia dicitur multipliciter. Iuſtitia. n dicitur innocẽtia. Gloſa ſuper illud. Exod. 13. Occidit Dñs omne primogenitum. Mors primogenitorum eſt amiſsio iuſtitiæ naturalis, qua ſibi homines ſociales ſunt. Secundo, dicitur iuſtitia humilitas. Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Glo. i. humilitatem. Tertio, dicitur iuſtitia bona voluntas. Anſelmus. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis conſeruata propter ſe. Quarto, iuſtitia dicit̃ miſericordia. Aug. Iuſtitia eſt ĩ miſerẽdo miſeris. Quĩto, iuſtitia dicitur ius reddens vnicuique quod ſuum eſt. Iſidorus. Iuſtitia ẽ uirtus qua reddit̃ unicuiq; qd̃ ſuũ eſt. Sexto, iuſtitia dicitur gratia iuſtificãs. Rom. 5. Iuſtificati grat̃s per gratiam ipſius. Septimo, iuſtitia dicitur omnis bonitas. Heb. 1. Dilexiſti iuſtitiam. gloſ. i. omnem bonitatem. Octauo, dicitur iuſtitia perſeuerantia in bono opere: vnde in definitione. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas animi. Iuſtus ergo dicitur, qui ſeruat innocentiam, qui habet gratiam iuſtificantem, rectam voluntatem, humilitatem, & miſericordiã, qui reddit vnicuique quod ſuum eſt, qui habet omnem bonitatem & perſeuerantiam in bonitate. Sequitur, Per vias rectas. Rectæ ſunt illæ, per quas recte itur ad vitam æternam. Illę autem ſunt quinq;. Primo, charitas. 1. Cor. 13. Adhuc excellẽtiorẽ vobis viam demonſtro. Secundo, paupertas. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu. Tertio, tribulationum tolerantia. Act. 13. Per multas tribulatiões oportet. Quarto, obedientia. Greg. ſup illud Mat. 2. Per aliã viã reuerſi ſunt ĩ regionẽ ſuã &c. Per aliã viã redire monemur, vt q̃ p-

pter inobedientiam a paradiso cecidimus, per obedientiam reuertamur. Quinto, veritas. Anselmus. Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. psal. 24. Vniuersæ viæ Dñi misericordia, & veritas. Sic ergo in præmissis notatur sanctorum meritum, in sequentibus præmium ostenditur, ibi. Ostendite illi regnum Dei. Regnum Dei dicitur ciuitas cęlestis, siue beatitudo æterna, quæ dicitur proprie regnũ Dei, Ad quod nos perducat &c.

De sancto Dionysio.

MIHI autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, Gal. 6. &c. *Require in Inuentione sanctæ Crucis.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. *Quære in festo sancti Matthiæ Apostoli.*

De eodem.

VOcãs ab oriente auem, & de terra longinqua uirum voluntatis meæ. Isa. 46. Possunt hæc verba exponi de beato Dionysio: & notantur hic tria ad eius commendationem. Primo, eius dignitas. Secũdo, sapientiæ ipsius claritas. Tertio, contẽplationis sublimitas. Primũ ibi. Vocãs: magna dignitas est vocari a rege cęli, a dominatore angelorum, a Dño omnium. Secundum, ibi. Ab oriẽte. Tertium. ibi. Auem.

Circa primum sciendum, ꝙ Dominus vocauit Beatũ Dionysium quadrupliciter. Primo, ad sanctitatem radiis virtutũ eum illuminando. Secundo, ad prędicationis effectum eum in episcopali dignitate subliman do. Tertio, a Gręcia in Franciam deducendo, & eã per ipsum illuminando. Quarto, de mundo ad cęlum cũ gloria martyrii coronando. De primo, Actuum 17. In quib⁹ & Dionysius Areopagita credidit. De aliis trib⁹ in legenda sua. In hoc ergo quòd dicitur, vocans, notat eius dignitas: ab oriente, sapientiæ claritas: & exponitur tribus modis. Primo, ad literam: ab oriente enim venit in occidentem, vt tamquàm verus sol partes occiduas illuminaret. Secundo. Ab oriente, idest ab Athenis. Oriẽs. n. est principium luminis, cum ab eo veniat omne lumen, & Athenis principium & caput erat tunc omnis philosophię & sapientię. Tertio, ab oriente. i. sapientis claritate: habuit enim multiplicem sapientiam, cum philosophus fuerit. Contẽplationis eius sublimitas notat, ibi. Auem: volauit enim tamquàm auis altissima contemplando. Volauit autẽ tripliciter in cælum. In cælum humanæ naturæ, in cælum angelicæ naturæ, in cælum sanctissimæ Trinitatis. In primo cælo vidit cælestem sub hierarchia: in secũdo, vidit cælestem hierarchiam &c. De eodem. Sancti per fidẽ vicerunt regna. *Require in festo sancti Fabiani.* De sancto Luca. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum &c. *Quære ibidem.*

De sancto Luca Euangelista.

ECCE ego mitto vos sicut agnos inter lupos, Luc. 10. In his verbis tria notãtur. Primo, datur sanctis confidentia. Secundo, subiungitur eorum innocẽtia. Tertio, subditur iniquorum malitia. Primũ notatur, ibi. Ecce ego mitto vos, qui sum bonus, vt velim defendere: sum sapiens, vt sciam protegere: sum omnipotens, vt possim eripere. Cum ego inquam sic bonus, sic sapiens, sic potens mittam vos, debetis in omnibus confidere. De primo, Ioann. 10. Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, scilicet defendẽdis. De secundo, Ioan. 18. Cũ essem cum eis, seruabam eos. De tertio, Isa. 40. In brachio suo porriget agnos. i. in potẽtia sua defendit eos. In brachio enim intelligitur fortitudo. Secundum vero, ibi. Sicut agnos. Agni dicuntur sancti propter tria. Primo propter innocẽtiam: secundo, propter simplicitatem: tertio, propter mansuetudinem. Sic sancti sunt innocentes malum non faciẽdo, sunt simplices intẽtionem suam ad Deum dirigendo, mansueti mala illata sine animi amaritudine sustinendo. De primo, 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem. 2. Pet. 3. Satagite immaculati inueniri. De secundo, Matth. 10. Estote simplices sicut colũbæ. De tertio, Hierem. 1. Ego quasi agnus mansuetus qui portat ad victimã &c. Iniquorũ malitia notatur, ibi. Inter lupos: & dicũtur mali lupi propter tria. Primo, propter nequitiam: secundo, propter inuidiam: tertio, propter sæuitiam. Lupus est animal rapax, ideo significat in malis nocẽdi nequitiam: habet visum corruptũ, quia aufert homini vocem, si primo eũ videat quàm videatur ab eo, ideo significat inuidiam. Est animal crudele, ideo significat malorum sæuitiam. De nocendi nequitia, Hierem. 5. Lupus ad vesperam vastauit eos. De inuidia, Gen. 27. Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. 1. inuidia. De tertio, Sophon. 3. Iudices eius lupi vespere non derelinquebant in mane &c. Beatus iste sanctus sicut agnus innocens, similiter mansuetus in medio iniquorum cum dicta protectione, sapiẽtia, & bonitate custoditus, reductus est quasi ad ouile vitæ æternæ, Ad quã nos perducat etc.

De eodem.

CIBAVIT illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, Eccl. 15. *Quære in festo sancti Ioannis euangelistæ.*

De sanctis Simone & Iuda ex euangelio.

VOs nõ estis de hoc mũdo, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit vos mundus, Ioan. 15. In his verbis notantur tria. Primo, sanctorum dignitas: secundo, Christi benignitas: tertio, mundi malignitas. Primum, ibi. Vos non estis de hoc mundo. Magna est dignitas sanctorum, quòd nõ sunt ciues huius sæculi nequam, sed sunt ciues cęli. Ephes. 2. Estis ciues sanctorum. Dicuntur autem sancti nõ esse de mundo propter tria. Primo, quia mundum, & omnia quæ eius sunt despiciunt. Secundo, quia mundus eos persequitur. Tertio, quia nõ secundum mores mundi viuũt. De primo, Matth. 11. Ecce nos reliquimus omnia. Ioan. 2. Nolite diligere mundũ. Philip. 4. Omnia arbitratus sum ut stercora. De secundo, Ioan. 15. Si de mundo essetis, mundus qd̃ suum est diligeret: quia uero de mundo non estis, propterea odit uos mundus &c. Item, non uiuunt secundum mores mundi. Mores mundi sunt gaudere, delitiis affluere: mores uero sanctorum sunt tristari, flere, & affligi. Ioan. 16. Mundus gaudebit, uos autem contristabimini. Item, dicit Apostolus. Nostra conuersatio in cælis est, & non in mundo. Benignitas notatur in secunda clausula, ibi. Ego elegi uos de mundo. Primo elegi tam uiles seruos quàm eligeretur. Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos &c. Elegit autem Dominus sanctos de mundo propter tria. Primo, propter ipsius mundi malignitatem. Secundo, propter pœnarum, quæ in eo sunt, multiplicitatem. Tertio, propter pereundi necessitatem. De primo, Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. De secundo, Greg. Contemnendus est hic mundus, etiã si rebus prosperis animum demulcet: nunc autem quia tot calamitatibus premit, quid aliud nisi ut contemnatur clamat? De tertio, 1. Ioan. 2. Et mundus transit, & concupiscẽtia eius. Mundi malignitas notatur in tertia clausula, ibi. Propterea odit uos mundus: & apparet magna iniquitas, qua mundus odit sanctos, maxime propter tria. Primum, quia ab ipsis mundus illuminatur. Secundo, quia per ipsos a periculis liberatur. Tertio, quia per ipsos saluatur. De primo, Matth. 5. Vos estis lux mundi. Philip. 3. Vos estis testes lucis in mundo. De secundo, Gene. 19. Si inuenero ibi iustos, parcam eis &c. unde sequitur ꝙ sancti sunt causa ꝙ mũdus nõ perit. Itẽ, mundus per sanctos saluatur: unde uni ex eis dictum est. Gen. 41. Vocauit nomen eius saluatorem mundi, & Isa. 19. Mittet eis Saluatorem &c. Patet ꝙ sanctis istis conueniãt uerba ista. Ipsi non fuerunt de mũdo, sed electi a Deo, ideo mundus odiuit eos, & occidit: & propter hoc uenerũt ad uitã æternã, Ad quã &c. De eodẽ. Propter te mortificamur tota die. *Quære in festo S. Io. & Pauli.*

In festo omnium Sanctorum ex euangelio.

IDENS Iesus turbas ascendit in montem, Matth. 5. In his uerbis duo notantur. s. Dei bonitas, & ipsius maiestas. Vidẽs Iesus turbas, quas De⁹ uidit diuersis tẽporib⁹ oculis suæ bonitatis. Prima fuit turba angelorũ, quã uidit in initio tẽporis, eos in beatitudine confirmando. Gen. 1. Vidit Deus lucem ꝙ esset bona. i. angelicam naturam, dicit Augustin⁹. Secũda patriarcharum, quã uidit eos fide illuminãdo. Osee. 9. In cacumine eius uidit patres eorum. i. in sublimitate sanctitatis. Tertia turba prophetarum, quam uidit prophetali radio illuminando. Hierem. 1. Priusq̃ te formarem in utero, noui te. Quarta turba apostolorum, quam uidit eos ad prædicationis officium mittendo. Matth. 4. Vidit duos fratres, & ait illis. Venite post me, faciam uos fieri piscatores hoĩum. Quinta turba martyrum, quã uidit eos in passione consolando. psal. 33. Oculi Domini super iustos. Sexta turba confessorum, quam uidit eos luce scientię illuminando. psal. 32. Oculi Domini super timentes eum. Septima turba uirginum, quam uidit sibi inseparabiliter copulando: sunt tem ꝙ qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c. & post. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Iste sunt septem turbę, de quibus dicitur in euangelio. Primæ turbæ conuenit prima beatitudo, scilicet Beati pauperes spiritu, idest angeli humiles, qui pauperes exstiterãt superbia, qua diues & plenus fuit lucifer cum suis sequacibus. Secunda patriarcharũ, qui fuerunt mites, qui tot minis lacesiti mansuetudinem seruabant, & ideo data est eis terra promissionis. Tertia prophetis, qui propter mala quæ uidebant, fletibus uacabant. Quarta apostolis, qui tantam habuerunt famẽ iustitiæ, ꝙ ut satiari possent, eam per totum mundum quęrebant. Quinta. s. misericordia martyribus, qui ita fuerunt pleni misericordia, ut eam suis persecutoribus impenderint. Sexta uirginibus, qui munditiam corpore & mente seruabant. Septima confessoribus, qui ut pacifice possent uiuere, ab omni inquietudine se segregabant. In uisione ergo turbarum apparet eius bonitas, sed in montis ascẽsione apparet eius maiestas. Ascendit inquàm in montem: ascendit in triplicem montem. Primus mons, patris diuinitas: secũdus, matris uirginitas: tertius, cæli sublimitas. De primo, psal. 67. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Dominus enim inhabitat inaccessibilẽ lucẽ æternitatis. 1. Timot. 1. Lucem inhabitat inaccessibilẽ. De secdo, Dan. 4. Lapis abscisus est de monte sine manibus, quia natus est Christus de Virgine sine opere humano. De tertio, psal. 23. Quis ascendit in montem Domini? Primum montem ascendit ab æterno in sua a patre generatione: secundum, in incarnatione: tertium, in ascensione. De primo. Matth. ult. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, hoc est, Ascendisse me ab æterno, modo apparet. De secũdo, Isa. 19. Ascendit Dñs super nubẽ leuẽ &c. De tertio, Ephes. 3. In prima ascensione apparet ęternitas, in secunda eius humanitas, in tertia eius gloria. In prima est adorandus, in secunda amãdus, in tertia desiderandus &c.

De Sancto Martino.

SCIDI PALLIVM meũ, euulsi capillos & barbam, & sedi mœrens. Hesth. 9. Hæc uerba possunt exponi de beato Martino. Et notantur hic tria, quæ fecit in triplici statu. s. in statu militis, in statu monachi, & in statu episcopi. Fuit enim miles, monachus, & episcopus. Miles pallium scidit ad literam, & pauperi nudo dedit. Isa. 4. Cum uideris nudum, operi eum. Monachus capillos euulsit. i. temporalia reliquit, quæ per capillos designantur. Episcopus mœrens sedit, quia ad episcopum pertinet peccata subditorum flere. Hierem. 11. Quis dabit capiti meo aquã &c. Moraliter in uerbis istis notantur tria necessaria pęnitenti. s. contritio, confessio, & carnis maceratio. Primum, ibi. Mœrens. Est enim contritio dolor de peccatis. psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis stratũ meum rigabo &c. Secundum, ibi. Euulsi capillos & barbam. i. peccata mentis & carnis. s. carnalia & spiritualia, quæ radenda sunt nouacula confessionis. Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum radens pilum &c. Carnis maceratio pertinet ad satisfactionẽ, nota ibi. Scidi palliũ. Per palliũ intelligitur corpus. Cãt. 5. Tulerunt palliũ meũ. i. corpus. Vox est Martini &c.

De Sancta Cecilia.

MVLIER diligens corona est uiro suo, Prou. 12. Hæc uerba possunt exponi de beata Cecilia: & notantur hic tria de ea. Primum, ipsius natura exprimitur: secundum, uirtus subiungitur: tertium, uirginitatis prẽmium exprimitur. Primum, ibi. Mulier: secundum, ibi. Diligens: tertium, ibi. Corona est uiro suo. Circa primum sciendum, ꝙ beata Cecilia fuit mulier speciosa, gratiosa, & gloriosa. Speciosa propter tria. Primo, propter uirginatis candorem: secundo, propter martyrii ruborem: tertio, propter corporis decorem. Fuit ergo uirgo, martyr, & pulchra. De primis duobus. Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. De tertio, in legenda sua. Gratiosa fuit in tribus, Deo per humilitatem, angelis per puritatem, & hominibus per benignitatem. De primo. 1. Pet. 1. Humilibus da-

bus dat gratiam. Gloriosa fuit propter tria, in ratio- F
nabili, propter aureolam prędicationis: in irascibili,
propter aureolam martyrij: in concupiscibili, pro-
pter aureolam uirginitatis. Fuit enim prædicatrix,
martyr, & uirgo. Patent hæc in legenda sua. Circa
secundum sciendum, ꝙ fuit diligens in quinque.
Primo, in carnis maceratione: secundo, in Dei dile-
ctione: tertio, in deuota oratione: quarto, in elee-
mosynarum elargitione: quinto, in aliorum con-
uersione. De primo, Cilicio Cecilia carnem doma-
bat. De secundo, Cantantibus organis Cecilia soli
Deo decantabat. De tertio, Non diebus nec noctibus
a collocutione Dei & oratiōe cessabat. De quarto, in
legēda de pauperibus quos missit ad Vrbanū. De quin G
to, patet in conuersione uiri confratris: unde sequi-
tur. Corona est uiro suo in uita æterna: corona fuit
uiro suo moraliter. De coronis. *Quære in festo Sancti
Stephani &c.*

De Sancto Clemente.

QVAE multæ non potuerunt extinguere
charitatem &c. Cant. 8. Satis patet quo-
modo hęc uerba conueniunt beato Cle-
menti. Tanta enim fuit in eo charitas, ꝙ omnes
aquę maris non potuerunt eam extinguere. Notan-
tur autem hic tria circa passionem eius. Primo, eius
passionis acerbitas: secundo, perseuerantiæ constan- H
tia: tertio, ipsius charitas. Primum, ibi. Aquę multę
.i. marinę, quod est omnium aquarum congrega-
tio, in quo fuit submersus beatus Clemens. Secun-
dum, ibi. Non potuerunt extinguere. Nulla enim tri
bulatio eū potuit ab amore Christi separare. Rom. 8.
Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio &c.
Tertiū, ibi. Charitatē. Sunt.n. quatuor actus charita-
tis specialiter, qui fuerunt in beato Clemente. Pri-
mus actus est unire diligentem cum dilecto. i. homi-
nem cum Deo. Secundus uiuificare: & de his duo-
bus. Aug. in lib. de Spiritu & anima. Quid est cha-
ritas, nisi uita copulans diligentem cum dilecto? Ter I
tius diligere. Dyon. Amorem, inquit, siue diuinū,
siue angelicum, siue intellectualem, siue actualem
dicimus quādam unitiuam uirtutem superiora mo-
uentem ad inferiora prouidentiam æquiformem, in
socialem uicissitudinem, nouissimam substantiam ad
meliorū & superpositorū cōuersionē. Quartus actus
charitatis est desiderare præsentiam dilecti cōtinuā.
Aug. in lib. de moribus. Charitas est rectissima ani-
mæ nostræ conuersio, qua nos iungimur Deo. Cant.
2. Nuntiate dilecto, quia amore langueo &c.

De Sancta Catharina.

SAPIENS mulier ædificat domum suam, K
Prou. 14. Hæc uerba possunt exponi de
beata Catharina: & notant hic duo. Pri-
mum, eius sapientia: secundum, utilitas. Primum,
ibi. Sapiens mulier: secundum, ibi. Ædificat domū
suam. Circa primum sciendum, ꝙ beata Catharina
significatur per tres mulieres sapientes, de quibus
inuenitur in textu. Prima mulier sapiens Abigail. 1.
Reg. 25. Erat autem mulier sapiens & speciosa. Se-
cunda mulier Thecuitis. 2. Reg. 14. Misit & tulit
inde mulierem sapientem. Tertia mulier Debora.
Iudicum. 5. Et clamauit mulier sapiens &c. Prima
mulier fuit sapiens in ethica: miro enim modo phi-
losophata est de moribus, sicut patet ibidem. Mali-
tiam, inquit, uitæ &c. Secunda mulier sapiens fuit
in physica. Locuta est de naturis rerum. Omnes, in-
quit, morimur, & quasi aquæ dilabimur, inter quę nō
reuertimur. Tertia mulier fuit sapiens in logica: est
enim logica rationalis scientia inquirens uerum. Ip-
sa rationabiliter loquendo respondebat ueritatem.
Hęc est quæ dicit. Nōne ego sum quæ impendo ueri
tatem &c. Et in ista triplici sapientia fuit beata Ca-
tharina, sicut in legenda sua dicitur. Prima mulier li-
berauit Nabal per suam sapientiam, secunda Absa-
lon, tertia ciuitatem. Beata Catharina sua sapientia li
berauit philosophos a damnatione perpetua ad Chri
sti fidem conuertendo: liberauit fideles in fide Chri
sti confirmando: liberauit ecclesiam a confusione, re-
gem & philosophos conuertendo. Per Nabal qui in-
terpretatur stultus, significantur illi, quorum sapien-
tiam stultam fecit Deus. 1. Cor. 1. Nōne stultam fecit
Deus sapientiam huius mundi? Per Absalon fideles
interpretantur. Est enim patris luctus, uel amaritu-
do: Christus autem pro fidelibus fleuit, & passiones
& amaritudines sustinuit. 2. Pet. 2. Christꝰ passus ē p
nobis &c. Thren. 3. Recordare pauptatis & trāsgres-
siōis meę &c. Ciuitas uero figurat ecclesiā. ps. 121. Hie
rusalē q̄ ædificat ut ciuitas. Fuit ergo sapiēs mulier,
.s. qa utilitas sapiētię eius ędificauit eā tripliciter. Pri
mo, lapides in eius ædificio cōstruēdo: secūdo, cōstru
ctos confirmando: tertio, destructori resistendo.
Primum patet in philosophis, quos in ędificationem
ecclesiæ collocauit: secundū patet in fidelibus, quos
uerbis & exemplis confirmauit. Tertium in rege,
quem confutauit. Et præter istas sapientias habuit
quinque alias sapientias, quæ sunt sapientiæ sancto-
rum. Prima, est Deum timere. Secunda, a malo rece-
dere. De his duobus. Iob. 28. Ecce timor Domini,
ipse est sapientia, ecce primum: & recedere a mala
intelligentia, ecce secundum. Tertia sapientia san-
ctorum est bona agere. Quarta, mala pati. Quinta,
in his perseuerare. Aug. Sapientia sanctorum est bo-
na agere, & pati mala, & in his perseuerare. In istis sa
pientiis studere debemus &c.

De Sancto Andrea ex euangelio.

AT illi continuo relictis retibus secuti sunt
eum, Matth. 4. Tria docent nos hic isti
Apostoli exemplo suo. Primum, conti-
nuo Deo obedire: secundum, retia relinquere: ter-
tium, post ipsum ire. Primum, ibi. Continuo. Se-
cundum, ibi. Relictis retibus. Tertium, ibi. Secu-
ti sunt eum. Circa primum nota, ꝙ propter qua-
tuor maxime debemus continuo Deo obedire. Pri-
mo, quia continuo desinimus: secundo, quia con-
tinuo ueniet inobedientibus ira illius: tertio, quia
continuo datur obedientibus præmium: quarto,
quia continuo sibi irrationales creaturæ obediunt.
De primo, Sap. 2. Et nos nati continuo desinimus
esse. De secundo, Eccl. 5. Subito ueniet ira illius.
De tertio. Isa. 60. Ego sum, subito faciam illud: loqui
tur de prēmio sanctorum. De quarto, Matth. 20. Are-
facta est continuo ficulnea, ex quo præcepit ei Domi
nus. Circa secundum nota, quòd quadruplex est re-
te quod est cauendum. Primum sunt diuitiæ sęcu-
lares. Iob. 18. Misit in rete pedes suos. Secundum,
mala mulier. Abacu. 1. Congregauit in rete suum.
Bernardus de sorore sua dixit, quòd erat rete diabo-
li. Tertium, adulator amicus proditor. Prou. 29. Ho-
mo qui blandis fictisque sermonibus &c. Quartū,
vltio diuina. Osee 8. Expādi super eos retem meum.
Circa quartum nota, ꝙ Dominus promittit qua-

tu or sequentibus se. Primo, vitæ claritatē. Io. 8. Qui- A
sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitæ. Secundo, iudiciariam potestatem. Mat-
th. 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes
duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Tertio,
thesaurum cælestem. Ibidem. Veni, sequere me, & ha
bebis thesaurum in cælis. Quarto, loci amœnitatē.
Io. 11. Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego
sum, illic et minister meus erit. Primū est præmiū ra-
tionalis, secūdum irascibilis, tertium cōcupiscibilis,
quartum corporis, Ad quod perducat nos Deus &c.

De eodem.

ASCENDAM in palmam, & apprehendā B
fructus eius, Cant. 8. In his verbis tria no
tantur ad laudē beati Andreæ, cuius ver-
ba hæc possunt esse: Primo, patiendi voluntas, ibi.
Ascendam: secūdo, passionis qualitas, ibi. In palmā:
tertio, passionis vtilitas, ibi. Et apprehēdam fructus
eius. Circa primum nota, quòd octo sunt gradus
ascendendi in palmam, idest, in crucem. Primus gra-
dus, persecutoris aggressus. Secūdus, deuota marty-
rij processio: de his duobus in uita sua. Tertius, de-
uota de cruce p̄dicatio. In legēda, ibi. O si scires virtu
tē crucis &c. Quartus, carceris toleratio, ibi. Iussit eū
ī carcerē detrudi. Quintꝰ, populorū eū liberare volētiū
prohibitio, ibi. Nolite sctm. Sextꝰ, funiū procellatio,
ibi. Iussit eum funibus cedi. Septimus, deuota vt pati
mereretur oratio, ibi. O beata crux. Ezech. 40. Et se-
ptem graduū erat ascensus eius. Circa passionem no
tandum, quòd passus est desideranter, ibi. Iam concu
piscēti animo præparata: confidenter, ibi. Securus: læ
tāter, ibi. Gaudēs venio ad te: cōstater, quia nūquàm
a prędicatione cessabat: lōganimiter, ibi. Biduo: gra-
tanter, gratias agendo: perseueranter, quia nūquàm
nisi mortuus descendere voluit. Circa tertium no
ta, quòd ipse collegit duodecim fructus de palma il-
la. i. duodecim gaudia paradisi. Apoc. 12. Et lignum,
afferens fructus duodedim per singulos menses &c.

De sancto Nicolao ex epistola.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis
placuit Deo, & inuētꝰ est iustus, Ecc. 44. In
his verbis commendatur iste sanctus a sex.
Primo, a diuina ad sacerdotium vocatione, ibi. Ecce,
quia hic est quē Dns elegit. Heb. 5. Nemo assumit sibi
honorē, nisi q̄ vocat a Deo. Secdo, a sacerdotalis officij
executione, ibi. Sacerdos. i. sacer dux, populum per
bona exempla ad vitam æternam ducendo. 1. Tim. 4.
Sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersa-
tione, in charitate, in fide, in castitate fidelium &c.
Vel sacra dans, sacramenta deuote tribuēdo. Matth.
vlt. Baptizātes eos ī noīe prīs &c. Vel sacra docēs, do
ctrinæ insistendo. 2. Tim. 4. Prædica verbum. Tertio,
a virtutū splendore, ibi. In diebus suis. Habuit enim
septem dies. Diem solis, idest, diem sapientiæ: diem
lunæ, idest, donū intellectus: diem martis, idest, forti
tudinis: diem mercurij, idest, cōsilij: die iouis, idest,
scientiæ: diem veneris, idest, pietatis: diem saturni. i.
timoris. De his septem diebus. Deut. 18. Septem die-
bus non apparebit fermētum, quia in istis diebus ni
hil habere debemus de hypocrisi, vel inani gloria.
Lucæ 12. Attendite a fermento pharisæorum quod
est hypocrisis. Quartum, commendatur a recta inten
tiōe, ibi. Placuit Deo, nō hominibus. Gal. 1. Si adhuc
hominibus placerem, Christi seruus non essem &c.
Quinto, a sancta conuersatione, ibi. Inuentus est iu-
stus, idest, apparuit 1. Pet. 2. Conuersationem vestrā
inter gentes habētes bonam. 2. Pet. 2. Aspectu enim
& auditu iustus est. Sexto, a deuota oratione, ibi. Fa-
ctus est reconciliatio: per orationem enim fit recon-
ciliatio. Sap. 18. Properās enim homo, sine querela
deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutū
orationem, & per incensum deprecationem alligans
restitit iræ, & finē imposuit necessitatis. Nota. Qui
in diebus suis placuit Deo. Illos dies debemus stu-
dere habere, qui expellunt septem noctes septem vi
tiorū. Timor expellit superbiam, pietas iram, sciētia
inuidiam, fortitudo accidiam, consilium auaritiam,
intellectus gulam, sapientia luxuriam &c.

De Beata Lucia.

VI gloriatur, in Domino glorietur. 2. Cor.
10. Omnis rationalis creatura appetit glo-
riam, quia ad hoc creata est: ideo Apostō-
lus docet hic vbi inuenitur vera gloria. Est enim
gloria falsa in diuitijs temporalibus. psalm. 11. In
multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Va-
na, in honoribus sæcularibus. psa. 9. Gloriantur in si-
mulacris suis, idest, in sæculi dignitatibus. Hiere. 9.
Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glo-
rietur fortis in fortitudine sua &c. Stulta, in volupta
tibus: stultum est enim gloriari in escis mortalibus
1. Tim. 5. Quæ in delitijs est, viua mortua est. Mais, ī
iniquitatibus. psal. 51. Quid gloriaris in malitia. Pri-
ma conuertetur in inopiam. Iob. 27. Diues cum dor
mierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & ni
hil inueniet &c. Secunda, in ignominiā. Osee. 9. Glo-
ria eorum in ignominiam commutatur. Tertia, in lu
ctus angustiam. Apoc. 18. Quātum se glorificauit, &
in delitijs fuit, tantum dat ei tormentum & lu-
ctum &c. Quarta, in æterna tormenta. psalm. 20.
Pluet super peccatores laqueos. Isa. vltim. Vermis eo
rum nō morietur &c. Vera gloria in Domino est glo-
riari ī eius cognitione. Hiere. 9. In hoc glorietur qui
gloriatur scire & nosse me, quia ego sum Dominus,
qui facio misericordiā, & iudicium, & iustitiam in
terra. Item, in mirabilium eius consideratione. Eccl. D
18. Gloriari in mirabilibus eius. Itē, in Dei dilectio-
ne. psal. 5. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt no
men tuum. Item, in Dei laudatione. psa. 105. Glorie-
mur in laude tua. Item, in Dei perfruitione. psal. 16.
Satiabor cum apparuerit gloria tua &c.

De sancto Thoma Apostolo.

DEDIT abyssus vocem suam: altitudo ma-
nus suas leuauit, Abacuc. 3. Possunt hæc
verba exponi de beato Thoma. Et notan-
tur hic duo. Primū, Thomę fidelitas, ibi. Altitudo ma
nus suas leuauit. Secundum, diuina bonitas, ibi. De-
dit abyssus uocem suā. Abyssus dicitur Thomas pro-
pter tria. Primo, propter nominis rationem: secun-
do, propter etymologiæ significationem: tertio, pro-
pter diffinitionem. Propter nominis rationem, quia
Thomas interpretatur abyssus. Propter etymologiæ
significationem, quia abyssus dicitur ab. á. quòd est
sine, & byssus quòd est pānus candidus, idest sine cā-
dore lucis: fuit enim aliquando sine candore & luce
fidei. Propter diffinitionem, quia abyssus est profun-
da aquarum congregatio. Aquæ profundæ sunt ver-
ba profunda, quæ fuerunt in beato Thoma. Prou. 18.
Aqua

Aqua profunda verba ex ore viri. Hic abyssus dedit quintuplicē vocē. Prima, dilectionis. Io. 11. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Secūda, dubitationis. Ioānis. 20. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū, & mittam digitum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nō credā &c. Tertia, cōfessionis. Io. 20. Dominus meus, & Deus meus. Quarta, obedientiæ. Domine quo uis mitte me. Quinta, iustitię, quando rogauit vt ille qui eum percusserat, puniretur in præsenti. Dedit etiam & sextam vocem. s. prædicationis Iudæorum, & sponsi & sponsæ cōuersionē. Bonitas Dei notatur, ibi. Altitudo manuū suarum leuauit. Altitudo Christus, quia tunc manus ad literam leuauit, quando eas Thomæ ad dandam fidē de sua resurrectione vera ostendit. Leuauit autem Dominus manus ad quatuor. Primo, ad offerendum sacrificium pro mundi expiatione. Psa. 140. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Secūdo, ad dādā benedictionem. Lucæ vlt. Eleuatis manibus benedixit eis. Tertio, ad potentiæ suæ ostensionem. Deuter. 32. Et leuabo manus meas ad cælum. Quarto, ad malorum percussionem. Eccle. 3. Alleua manum tuam super gentes alienas. Pro prima alleuatione debemus eum diligere: pro secunda, ei gratias agere: pro tertia, eum timere: pro quarta, sibi obedire. De prima, Bernard. Super omnia &c. De Secunda, Ephes. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali in cælestibus. De tertia, Matth. 10. Eum timete qui potest & animam, & corpus perdere in gehennā &c. De quarto, Deut. 18. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existā &c. Ad quam benedictionem perducat nos Christus. Amen.

Finis Sermonum Dominicalium & festiuorum Diui Thomæ Doctoris Angelici, in Bibliotheca Vaticana nuperrime repertorum.

Series Chartarum.

A B C D E

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Omnes sunt Quaterniones, præter F, qui est Duernio.

R O M AE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.

R. 3000

Tomus Sextusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expoſitionem

In omnes D. PAVLI Apoſtoli Epiſtolas,

Et eiuſdem Sermones, tum pro diebus Dominicis, tum pro Sanctorum ſolennitatibus.

Index autem Sermonum, proprio eſt appoſitus libro.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ROMAE M D LXX.

R. 3000

Tomus Sextusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expoſitionem

In omnes D. PAVLI Apoſtoli Epiſtolas,

Et eiuſdem Sermones, tum pro diebus Dominicis, tum pro Sanctorum ſolennitatibus.

Index autem Sermonum, proprio eſt appoſitus libro.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ROMAE M D LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN OMNES EPISTOLAS D. PAVLI EXPOSITIO.

PROLOGVS.

VAS ELECTIONIS, &c. Act. 9. Homines in sacra scriptura inueniũtur vasis comparati propter quatuor, scilicet, propter constitutionem, repletionem, vsum, & fructum.

Primo enim quantum ad constitutionem: vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremiæ 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei, &c. Sic & constitutio hominum subiacet Dei arbitrio, de quo in Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde Esa. 45. dicit: Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis? Et infra 9. capite ad Rom. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est, quòd secundum voluntatem Dei artificis, diuersa inuenitur vasorum constitutio. 2. Thim. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia. Beatus autem Paulus, quia vas electionis nominatur in verbis propositis, quale vas fuerit patet, per id quod dicitur, Ecclesiastici. 50. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Aureum quidem vas fuit propter fulgorem sapientiæ: de qua potest intelligi quod dicitur Gen. 2. & aurũ terræ illius optimum est, quia vt dicitur Prouer. 3. Pretiosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimonium perhibet ei, dicẽs. 1. Petr. 3. Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Solidum quidem fuit virtute charitatis: de qua dicitur Canti. vlt. Fortis est vt mors, dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita: &c. poterunt nos separare a charitate Dei. Ornatum autem fuit omni lapide pretioso, scilicet omnibus virtutibus, de quibus dicitur primæ Corinth. 3. Si quis superedificat supra fuudamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, &c. Vnde & ipse dicit 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Quale autem fuerit istud vas, patet ex hoc, quod talia propinauit: docuit enim excellentissimæ diuinitatis mysteria, quæ ad sapientiam pertinent, vt patet, 1. Corin. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Cõmendauit etiam excellentissime charitatem, 1. Cor. 13. Instruxit homines de diuersis virtutibus, vt patet. Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, &c. Secundo etiam ad vasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleantur secundum illud. 4. Reg. 4. Illi offerebant vasa & illa infundebat. Inuenitur etiam inter vasa diuersitas quantum ad huiusmodi plenitudinem. Nam quædam inueniuntur vasa vini, quædam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersis gratiis, quasi diuersis liquoribus replẽtur diuinitus. 1. Corint. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientiæ, alii, &c. Hoc autem vas de quo nunc agitur plenum fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicitur. Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Totus enim videtur fuisse hoc nomine plenus: secundum illud Apoca. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit enim hoc nomen in cognitione intellectus secundum illud 1. Corin. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid iter vos nisi Christum. Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus secundum illud Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi. 1. Corin. vlti. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema: habuit etiam ipsum in tota vitæ suæ conuersatione. Vnde dicebat Gal. 2. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Tertio quantum ad vsum, considerandum est quòd omnia vasa alicui vsui deputantur, sed quædam ad honorabiliorem, quædam ad viliorem secundum illud Roma. 9. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Sic etiam homines secundum diuinam ordinationem diuersis vsibus deputantur: secundum illud Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra: vnde & creatus est Adã. In multitudine disciplinæ, dominus se parauit eos, & immutauit vias eorum: ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autẽ vas ad nobilem vsum est deputatum: est. n. vas portatoriũ diuini nominis. Dr. n. vt portet nomẽ meum, qd qdẽ nomẽ necessarium erat portari, quia longe erat ab hominibus secundum illud Esa. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autẽ nobis longinquum propter peccatum secundum illud Psal. 118. Longe a peccatoribus salus. Est etiam longinquum nobis propter intellectus obscuritatem. Vnde & quibusdam dicitur. Heb. 11. quòd erant a longe aspicientes. Et Nume. 24. dicitur. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Et ideo sicut Angeli diuinas illuminationes ad nos deferunt tanquam a Deo distantes, ita Apostoli euangelicam doctrinam a Christo ad nos detulerunt, & sicut a veteri testamento post legem Moysi leguntur prophetæ, qui legis doctrinam populo tradebant secundum illud. Malach. 4. Mementote legis Moysi serui mei, ita etiam in nouo testamento post euangelium legitur Apostolorum doctrina, qui ea quæ a domino audierunt tradiderunt fidelibus secundum illud. 1. Corin. 11. Accepi a domino quod & tradidi vobis. Portauit autem beatus Paulus nomen Christi. Primo quidem in corpore, conuersationem & passionem eius imitando, secundum illud Gal. vlti. Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto. Secundo in ore, quod patet in hoc quòd in epistolis suis frequentissime Christum nominat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, vt dicitur Mat. 12. Vnde potest significari per columbam, de qua dicitur Gene. 8. Quod venit ad arcam portans ramum oliuæ in ore suo. Quia enim oliua misericordiam significat, congrue per ramum oliuæ accipitur nomen Iesu Christi, quod etiam misericordiam significat, secundum illud Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hunc autem ramum virentibus foliis detulit ad arcam, scilicet, ecclesiam: quando eius virtutem & significationem multipliciter expressit, Christi gratiam & misericordiam ostendendo. Vnde iste dicit. 1. Tim. 1. Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primum ostenderet Iesus Christus omnem patientiam. Et inde est quod sicut inter scripturas veteris testamenti, maxime frequẽtantur in ecclesia psalmi Dauid, quid post peccatum veniam obtinuit: ita in nouo testamento frequentantur epistolæ Pauli, qui misericordiam consecutus est, vt ex hoc peccatores ad spem erigantur, quamuis possit & alia ratio esse, quia in vtraque scriptura fere tota theologiæ continetur doctrina. Tertio portauit non solum ad præsentes, sed etiam ad absentes & futuros sensum scripturæ tradendo: secundum illud Esa. 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. In hoc autem officio portandi nomen Dei, ostenditur eius excellentia quantum ad tria. Primo quidem quantum ad electionis gratiam: vnde dicitur vas electionis, Ephes. 1. Elegit nos in Christo ante mundi constitutionem. Secundo quantum ad fidelitatem, quia nihil sui quæsiuit, sed Christi: secundum illud. 2. Corin. 4. Nõ enim nosmetipsos prædicamus: sed Christum Iesum. Vnde dicit vas electionis est mihi. Tertio quantum ad singularem excellentiam: Vnde ipse dicit 1. Cor. 15. Abundantius illius omnibus laboraui. Vnde signanter dicit. Vas electionis est mihi, quasi præ aliis singulariter. Quantum ad fructum considerandum est, quòd quidam sunt quasi vasa inutilia, vel propter peccatum vel propter errorem, secundum illud Hier. 51. Reddidit me quasi vas inane. Sed beatus Paulus fuit purus a peccato & errore: vnde fuit vas electionis vtile secundum illud 2. Tim. 2. Si quis emundauerit se ab istis: scilicet erroribus & peccatis:

VAS ELECTIONIS est mihi iste, vt portet nomen meum, coram gentibus & regibus & filijs Israel. Act. 9.

tis : erit vas in honorem ſantificatum, vtile domino . Vnde vti F
litas ſiue fructus huius vaſis exprimitur cum dicitur , Coram
Gentibus , quarum doctor fuit ſecundum illud 1. Tim. 2. Do-
ctor gentium in fide & veritate . Et regibus, quibus fidem Chri
ſti annuntiauit , ſicut Aggripæ , vt habetur. Act. 16 . Et etiam
Neroni & eius principibus. Vnde dicit Phili. 1 . Quæ circa me
ſunt magis ad profectum venerunt euangelii : ita , vt vincula
mea manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio Eſa. 49. Re-
ges videbunt & conſurgent principes . Et filiis Iſrael : contra
quos de Chriſto diſputabat Act.9. Saulus autem magis conua-
leſcebat & confundebant Iudæos qui habitabant Damaſci,affir
mans quoniam hic eſt Chriſtus . Sic igitur ex verbis præmiſſis
poſſumus accipere quatuor cauſas huius operis , ſcilicet , epiſto
larum Pauli , quas præmanibus habemus . Primo quidem au-
ctorem in vaſe . Secundo materiam in nomine Chriſti quę eſt
plenitudo vaſis : quia tota doctrina hæc , eſt de docirna Chri-
ſti . Tertio modum in vſu portationis . Traditur enim hæc do G
ctrina per modum epiſtolarum , quæ per nuntios portari con-
ſueuerunt,ſecundum illud 2.Para. 30. Perrexerunt curſores cũ
epiſtolis ex regis imperio , &c. Quarto diſtinctionem operis in
vtilitate prædicta. Scripſit enim. 14 . epiſtolas quarum nouem
inſtruunt eccleſiam Gentium : quatuor prælatos & principes
eccleſiæ , ideſt reges : vna populum Iſrael , ſcilicet , quæ eſt ad
Heb.1.Eſt enim hæc doctrina tota de gratia Chriſti , quæ qui-
dem poteſt tripliciter conſiderari . Vno modo ſecundum quòd
eſt in ipſo capite , ſcilicet Chriſto , & ſic commendatur in epiſ.
ad Heb. Alio modo ſecundum quòd eſt in membris principali-
bus corporis myſtici , & ſic commendatur in epiſtolis quę ſunt
ad prælatos . Tertio modo ſecundum quòd in ipſo corpore my-
ſtico quod eſt eccleſia : & ſic commendatur in epiſtolis quæ mit
tuntur ad gentiles : quarum hæc eſt diſtinctio . Nam ipſa gra-
tia Chriſti tripliciter poteſt conſiderari . Vno modo ſecundum
ſe , & ſic commendatur in epiſtola ad Rom . Alio modo ſecun- H
dum quòd eſt in ſacramentis gratiæ: & ſic commendatur in dua
bus epiſtolis ad Cor. In quarum prima agitur de ipſis ſacramen
tis . In ſecunda de dignitate miniſtrorum. Et in epiſt. ad Ga-
lat. in qua excluduntur ſuperflua ſacramenta contra illos , qui
volebant vetera ſacramenta nouis adiungere . Tertio conſidera
tur gratia Chriſti ſecundum effectum vnitatis quem in eccleſia
fecit . Agit ergo Apoſtolus primo quidem de inſtitutione Eccle
ſiaſticæ vnitatis,in epiſtola ad Ephe. Secundo de eius confirma-
tione & profectu in epiſt.ad Phili. Tertio de eius defenſione, cõ
tra errores quidem in epiſt. ad Col. contra perſecutiones vero
præſentes in 1. ad Theſ. contra futuras vero , & præcipue tem-
pore antichtiſti , in ſecunda . Prælatos vero eccleſiarum inſtruit
& ſpirituales & temporales . Spirituales quidem de inſtitutio-
ne , inſtructione & gubernatione eccleſiaſticę vnitatis in prima
ad Tim. de firmitate contra perſecutores in ſecunda . Tertio de
defenſione contra hæreticos in epiſt. ad Titũ. Dominos vero tẽ-
porales inſtruit in epiſtola ad Philemonem. Et ſic patet ratio di-
ſtinctionis & ordinis omnium epiſtolarum . Sed videtur quòd
epiſtola ad Roma. non ſit prima : prius enim videtur ſcripſiſſe
ad Cor. ſecundum illud Rom. vlt. Commendo autem vobis
Phebem ſororem noſtram , quæ eſt in miniſterio eccleſiæ , quæ
eſt Chencris , vbi eſt portus Corinthiorum . Sed dicendum ꝙ
epiſtola ad Cor. prior eſt in tempore ſcripturæ , ſed epiſtola ad
Rom. præmittitur tum propter dignitatem Romanorum qui
aliis gentibus dominabãtur,quia hic confutabatur ſuperbia,quę
eſt initium omnis peccati , vt dicitur Eccle. 10. tum quia etiam
hoc exigit ordo doctrinæ, vt prius gratia cõſideretur in ſe, quàm
vt eſt in ſacramentis . Item quæritur,vnde Apoſtolus hãc epi-
ſtolam ſcripſit.Aug.dicit quòd de Athenis.Hieronymus ꝙ
de Corintho. Nec eſt contradictio , quia forte Athe- in arg.Epi-
nis incepit eam ſcribere , ſed Corinth. conſumma- ſtolę.
uit . Item obiicitur contra id quod in
gloſſa dicitur,quòd aliqui fideles ante
quam Petrus , Romanis prædi-
cauerunt . In eccleſiaſtica
vero hiſtoria dicitur
quòd Petrus pri-
mus præ-
dicauit
eis.
Sed intel
ligẽdum eſt
primus inter apo
ſtolos , & cum ſeque-
la magnifructus : ante ve-
ro prędicauerat Romę
Barnabas : vt ha
betur in itine
rario Cle
men-
tis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN EPISTOLAM AD ROMANOS EXPOSITIO.

PRIMI CAPITIS LECTIO PRIMA.

HAE C epiſtola,in duas partes diuiditur.ſ.in ſalutatio
nem , & epiſtolarem tractatum,qui incipit ibi ; *Pri-
mum quidem gratias , &c.* Circa primum tria facit .
Primo,de
ſcribitur perſona ſa-
lutans. Secundo,per
ſonæ ſalutatæ , ibi ;
*Omnibus qui ſunt Ro
mæ.*Tertio,ſalꝰ opta
ta , ibi ; *Gratia vo-
bis , &c.* Circa primum duo facit . Primo.n.deſcribitur perſona
authoris. Secundo,commendatur eius officium, ibi ; *Quod ante
promiſerat , &c.* Perſona autem ſcribentis deſcribitur a quatuor.
Primo quidem ex nomine cum dicit, *Paulus.*Circa quod tria cõ
ſideranda ſunt.Primo quidem proprietas eius.Hoc enim nomen
(ſm quod his literis deſcribitur) non poteſt Hebraicum eſſe:qa
apud Hebraicos non inuenitur hoc elementum P. Sed poteſt eſ-
ſe Græcum & Latinum,ſi tamen aliquod elementum ei propin-
quum ſumatur id quod eſt P,poteſt eſſe Hebræum. Secundo,cõ
ſideranda eſt eius,ſignificatio : ſm enim quòd poteſt Hebræum
eſſe,idem eſt quod mirabilis vel electus:ſm aũt quod eſt Græcũ,
idem eſt quod quietus:ſm vero quod eſt Latinũ , idem eſt quod
modicus . Et hæc quidem ei conueniunt . Electus quidem fuit
quantum ad gratiam. Vnde Act.9. Vas electionis eſt mihi iſte .
Mirabilis fuit in opere . Eccle. 43. Vas admirabile opus excelſi .
Quietus in contemplatione.Sap.8.Intrans in domum meam cõ
quieſcam cum illa. Modicus per humilitatem 1. Corin.15. Ego
autem ſum minimus apoſtolorum. Tertio cõſiderandum eſt qñ
ſit hoc nomen apoſtolo,impoſitum,cum tñ ante Saulus vocaret,
vt habetur Act.9. Circa hoc triplex eſt opinio. Hier. dicit quòd
In epiſtolã ad Philem. circa initiũ cum prius vocaretur Saulus, poſtmodum voluit vocari Paulus ,
pp quoddam inſigne ſuum , quod fecit.ſ.quia conuertit Sergiũ D
Paulum proconſulem : vt habetur Act.13. Sicut & Scipio dictꝰ
eſt Africanus,quia deuicit Africam . Alii vero dicunt quòd hoc
Prioris expoſitiõi ſub ſcribere vꝰ Augu . lib. conf.8.c.4. nomen impoſitum eſt ſibi pp profectum virtutum , qui ex hoc
nomine ſignatur : vt dictum eſt.Imponuntur.n.diuinitus quſ-
dam nomina a principio natiuitatis,ad deſignandum gratiã quã
a principio conſequuntur,ſicut patet de Ioanne Baptiſta.Luc.1.
Quibuſdam vero mutantur nomina ad deſignandum profectum
virtutis eorum, vt Chryſ.dicit.Sicut patet de Abrahã. Gen.17.
Et de Petro Matt.16. Alii vero dicunt & melius , quòd Paulus
fuit a principio binomius. Conſuetum.n.erat apud Iudæos , vt
ſimul cum nominibus hebraicis aſſumerent ſibi nomina illarum
Gentium quibus ſeruiebant , ſicut Græcis ſeruientes nominabã
tur nominibus Græcorum : vt patet de Iaſone & Menelao 2 .
Mac.4.Hoc autem nomen Paulus,ab antiquo celebre fuit apud
Romanos : & ideo cum diceretur Saulus ſm Hebræos, vocatus
eſt etiam Paulus ſecundum Romanos, quo nomine non videtur E
vſus,niſi poſtquam cœpit Gentibus prædicare. Vnde Act.13.di
citur:Saulus qui & Paulus. Et hoc magis approbat Aug. Se
cundo , deſcribitur perſona ſcribentis ex conditione cum dicit ;
Seruus Chriſti , videtur autem eſſe abiecta conditio ſeruitutis , ſi
abſolute conſideretur.Vnde & ſub maledicto pro peccato infligi
tur.Gen.9.Maledictus Canaam puer , ſeruus ſeruorum erit fra-
trum ſuorum.Sed redditur commendabilis,ex eo quòd additur,
Ieſu Chriſti. Ieſus enim interpretatur ſaluator,Matth.1.Ipſe.n.
ſaluum faciet,&c. Chriſtus interpretatur vnctus,ſecũdum illud
Pſal.44.Vnxit te deus , deus tuus .&c. Per quod deſignatur di-
gnitas Chriſti , & quantum ad ſanctitatem:quia ſacerdotes vn-
gebantur,vt patet Exod.28.Et quantum ad poteſtatem: quia et
reges vngebantur,vt patet de Dauid 1.Reg.16. & de Salomone
3.Reg.1.Et quantum ad cognitionem , quia etiam prophetæ vn
gebantur,vt patet de Heliſæo 3.Reg. 19. Quòd autem aliquid B
ſubiiciatur , ſuæ ſaluti & ſpirituali , unctioni gratiæ , lauda-
bile eſt,quia tanto aliquid eſt perfectius : quanto magis ſuæ per
fectioni ſubiicitur : ſicut corpus animæ,& aer luci.Pſal.115 . O
domine quia ego ſeruus tuus ſum. Sed contra eſt quod dr Io .
15. Iã non dicã vos
Apoſto.ſegregatus in euãgeliũ Dei. ſeruos: ſed amicos .
Sed dicendum , ꝙ
duplex eſt ſeruitus .
Vna timoris , quæ
nõ cõpetit ſanctis ,
Roma.8.Non acce-
piſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, &c. Alia humili-
tatis & amoris,quæ ſanctis cõuenit,ſm illud,Luc.17.Dicite,ſer
ui inutiles ſumus.Cum.n.liber ſit qui eſt cauſa ſui, ſeruus autẽ
qui eſt cauſa alterius : ſicut ab alio mouente motus , ſi quis ſic
agat cauſa alterius ſicut ab alio motus , ſic eſt ſeruitus timoris, C
quæ cogit hominẽ operari cõtra ſuam voluntatẽ.Si vero aliquis
agat cauſa alterius , ſicut pp finem , ſic eſt ſeruitus amoris , qa
amicorum eſt benefacere, & obſequi amico pp ipſum,vt Philoſo Et hic.li.9.
phus dicit in 9.Ethic. Tertio commendatur a dignitate cũ dr, cap.4.
vocatus apoſtolus . Dignitas apoſtolatus eſt præcipua in eccle-
ſia:ſm illud.1.Cor.12.Quoſdam quidem poſuit Deus in eccle-
ſia,primum apoſtolos. Apoſtolus.n.idem eſt quòd miſſus, ſm il
lud Io.20. Sicut miſit me pater,& ego mitto vos.i.ex eadem di-
lectione & cum eadem authoritate. Dicit autem:vocatus apoſto
lus ad deſignandum gratiam.i.vocatus ad hoc quòd ſit apoſto-
lus,Heb.5.Nemo aſſumit ſibi honorem &c. Vel ad deſignandũ
excellentiam, vt ſicut vrbs anthonomatice vocatur ipſa Roma ,
ita Apoſtolus vocatur Paulus ſm illud 1. Cor.15. Abundãtius
illis omnibus laborui. Vel ad deſignandum humilitatem,vt ſit
ſenſus,non audeo me dicere apoſtolum, ſed homines me ita vo-
cant : ſic 1.Cor.15.Non ſum dignus vocari apoſtolus. Quarto
deſcribitur perſona ſcribentis ex officio cũ dicit ; *Segregatus in* D
euangelium Dei. Segregatus inquã,vel p cõuerſionem ab infideli
bus:ſm illud Gal.1.Cũ aũt placuit ei qui me ſegregauit ex vtę-
ro matris meæ.ſ.ſynagogę,vel ſegregatus p electionẽ ab aliis di
ſcipulis:ſm illud Act.13.Segregate mihi Saulũ,&c. Euãgelium
aũt idẽ eſt quòd bona annũtiatio. Annuntiaẽ.n.in ipſo cõiũctio
hominis ad Deũ,quæ eſt bonũ hominis,ſm illud Pſal.71. Mihi
aũt Deo adherere bonum eſt. Triplex aũt cõiunctio hominis ad
Deum annuntiaẽ in euangelio.Prima quidẽ p grãm vnionis,ſm
illud Io.1.Verbum caro factũ eſt. Secũda per grãm adoptionis ,
prout inducitur in Pſal. 81. Ego dixi dii eſtis & filii excelſi om-
nes. Tertia,per gloriam fruitionis Ioan.17. Hæc eſt vita æterna
Eſa.52.Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis:hæc au
tem annũtiatio non humanitus ſed a Deo facta eſt.Eſa.21.Quę
audiui a domino exercituum Deo Iſrael,annuntiaui vobis.Vn-
de dicit ; *In euangelium Dei* .

LECTIO II.

VOD ante promiſerat

LECTIO PRIMA.

AVLVS ſeruus IESV CHRISTI, vocatus

LECTIO II.

DESCRIPTA perſona ſcribentis, Hic commendatur negotium ſibi commiſſum , ſcilicet euangelium , cuius in præmiſſis duplex commendatio poſita eſt, quarum vna pertinet ad vtilitatem quam habet ex materia , quæ ſignificatur ex ipſo euangelii nomine , ex quo datur intelligi,quòd in eo bona annuntientur. Alia vero ex authoritate quam habet ex parte authoris , quæ eſt expreſſa in eo quod dictum eſt ; *Dei.* Vtranque ergo commendationem proſequitur Apoſtolus . Primo quidem illam quæ eſt ex parte authoris . Secundo, illam quæ eſt ex parte materiæ , ibi ; *De filio ſuo* . Circa primum commendatur euangelium quadrupliciter . Primo quidem , ex antiquitate quod fuit neceſſarium contra Paganos , qui euangelio detrahebant , quaſi poſt longa tempora ſubito eius prædicatio

esset exorta, & ad hoc excludendum dicit; *Quod ante*, quia licet ex tempore certo prædicari incœperit: ante tamen pronuntiatum fuit diuinitus. Esa.20. Antequam venirent indicaui tibi. Secundo ex eius firmitate, quæ designatur in hoc quod dicit; *Promiserat*, quia ipse ante promisit qui non mentitur. Act. 13. Nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est. Tertio ex dignitate ministrorum siue testium cum dicit; *Per Prophetas*: quibus ante fuerant reuelata quæ sunt completa circa verbum incarnatum. Amos.3. Non faciet dominus Deus verbum, scilicet, incarnati, nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetæ, &c. Signanter autem dicit; *Suos*: Sũt enim aliqui prophetæ spiritu humano loquentes: secundum illud Hier.23. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Vnde dicit ad Titum.1. Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta. Sunt etiam quidam prophetæ dęmonum, qui immundo spiritu inspirantur, sicut prophetæ quos interfecit Helias, vt dicitur 3. Reg.18. Sed prophetæ Dei dicuntur, qui diuino spiritu inspirantur. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Quarto ex modo tradendi, quia non solum sunt huiusmodi promissa verbo edicta, sed literis scripta. Vnde dicit; *In scripturis*. Abac.2. Scribe visum & explana illud. Non autem consueuerunt scribi nisi magna, quæ sunt digna memoria, & quæ oportet ad posteros deuenire. Et ideo vt August. dicit
Cap.27. 18. de ciuitate Dei, tunc incœperunt scribi prophetiæ de Christo per Esaiam & Oseam, quando Roma est ædita, sub cuius imperio Christus erat nasciturus & fides eius gentibus prædicãda. Ioan.3. Scrutamini scripturas, &c. Addit autem; *Sanctis* ad differentiam scripturarum gentilium. Dicuntur autem sanctæ: primo quidem, quia vt dicitur. 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati. 2.Tim.3. Omnis scriptura diuinitus inspirata. Secundo quia sancta continent. Psalmus. Confitemini memoriæ sanctificationis eius. Tertio quia sanctificant. Vnde Joan. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Vnde dicitur.1. Mac.12. Habentes solatio sanctos libros qui in manibus, &c. Secundo prosequitur commendationem, quæ sumitur ex bonis in euangelio denuntiatis, quæ pertinent ad materiam euangelii, quæ est Christus, quem quidem commendat tripliciter. Primo quidem ex origine. Secundo ex dignitate siue virtute, ibi; *Qui prædestinatus*. Tertio ex liberalitate, ibi; *Per quem accepimus* Originem autem Christi describit duplicẽ. Primo quidem æternam cum dicit; *De filio suo*. In quo excellentiam euangelii designauit. Nam mysterium generationis æternę, ante erat valde absconditum. Vnde Salomon dicit. Quod nomen eius & nomen filii eius si nosti? Sed in euangelio patris testimonio est declaratum. Matth.3.& 17. Hic est filius meus dilectus. Conuenienter autem filius Dei materia sanctarum scripturarum esse dicitur, quæ diuinam sapientiam exponunt, secundum illud Deut.4. Hęc est sapientia vestra & intellectus coram populis. Filius atem dicitur esse verbum & sapientia genita. Primæ Corint. primo, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sed circa hanc filiationem tripliciter aliqui errauerunt. quidam enim dixerunt eum filiationem habere adoptiuam: sicut Fotinus, qui posuit Christum initium sumpsisse ex Maria virgine, quasi hominem purum, qui per vitæ meritum ad hanc celsitudinem peruenit, vt præ cęteris sanctis, filij Dei diceretur. Sed secundum hoc Christo non competeret descensus ad humanitatem, sed magis ascensus ad diuinitatem, cõtra id quod dicitur Ioan.6. Descendi de cœlo Quidam vero posuerunt huiusmodi filiationem solummodo nuncupatiuam, sicut Sabellius, qui dixit ipsum patrem incarnatum, & ex hoc filium nominari, ita quòd eadem sit persona & solum nomina sint diuisa, sed secundum hoc non competeret filio mitti a patre, quod falsum est, cum ipse dicat Ioan.6. se descendisse vt faciat voluntatem eius qui misit eum. Alii vero posuerunt, sicut
K Arrius huiusmodi filiationem esse creatam, ita quòd filius Dei sit excellentissima creatura, ex nihilo tamen producta, postquã prius non fuerat, sed secundum hoc omnia non essent per ipsum facta, contra id quod dicitur Ioan.1. Oportet enim esse non factum per quem facta sunt omnia: & hæc tria excluduntur per hoc quod signanter addit; *Suo*, id est, proprio & naturali. Dicit enim Hilarius, hic verus & proprius est filius origine & non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate, non creatione: procedit enim a patre sicut verbum a corde, quod pertinet ad eandem naturam, præsertim in Deo, in quo non potest aliquid accidentaliter aduenire. Vnde ipse dicit Ioan. 10. Ego & pa-
In Euang. Io.trac.36. ter vnum sumus. Quòd dicit vnum, liberat te ab Arrio: quod dicit sumus, liberat a Sabellio, vt Aug. dicit, tangit temporalem originem cum dicit; *Qui factus est*, vbi statim vi-

F dentur patrocinium sui erroris assumere, tres prædicti errores: per hoc quod dicit, Qui factus est ei, non enim consistentur æternum, sed factum: sed per ea quæ adduntur tollitur eorum intentio: quia enim dicit; *Qui factus est ei*: excludit dictum Sabelli: non enim potest esse filius factus patri, si sit eadem persona cum ipso, sed per incarnationem erit filius virginis. Quòd vero subdit; *Ex semine Dauid*: tollit intentionem Fotini. Si enim per adoptionem esset factus Dei filius: non diceretur factus ex semine Dauid: sed magis ex spiritu, scilicet, qui est spiritus adoptionis filiorum: vt dicitur Rom.8. Et ex semine Dei: vt dicitur.1.Ioan.3. Quod vero sequitur; *Secundum carnem*: tollit intentionem Arrii: qui ponit eum factum non solum secundum carnem, sed etiam secundum diuinam naturam. Est etiam considerandum vlterius, quòd circa ipsum incarnationis mysterium multipliciter
G aliqui errauerunt. Nestorius enim posuit vnionem verbi ad hominem esse factam, solum secundum inhabitationem, scilicet, prout filius Dei hominem illum inhabitauit excellentius cęteris. Manifestum est enim quòd alia est substantia inhabitantis, & inhabitati: sicut hominis & domus: secundum hoc ponebat aliam esse personam vel hypostasim verbi & hominis, ita quòd alius esset secundum personam filius Dei, & alius filius hominis. Sed hoc manifeste apparet falsum esse, per hoc quòd Apostolus Phil. 2. vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem & spiritus sanctus inhabitant homines, secũdum illud Ioan.14. Ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Sequeretur igitur quòd pater & spiritus sanctus essent exinaniti quod est absurdum. Hoc ergo excluditur per hoc quod Apostolus dicit; *De filio suo* Qui scilicet filius Dei, est factus secundum carnem, id est habens carnem ex semine Dauid: qui modus loquendi locum non haberet, si hæc vnio facta esset solũ secundum inhabitationem. De aliis enim quos verbum inhabi-
H tat, non dicitur quòd verbum factum est hic vel ille: sed quòd factum est ad Hieremiam vel Esaiam. In hoc ergo quòd Apostolus cum dixit, De filio suo, addidit, qui factus est ei ex semine Dauid: manifeste excludit errorem prædictum. Rursus aliq alii, licet duas personas non concedant in Christo: concedunt tamen duas hypostases vel duo suppositа, quod in idem redit, quia nihil aliud est persona quàm hypostasis, & suppositum rationalis naturæ: cum ergo sit vna solum hypostasis, & vnum suppositum in Christo: quod est suppositũ vel hypostasis verbi æternì: non potest dici quòd illa hypostasis sit facta filius Dei, quia non incœpit esse filius Dei. Et ideo non proprie dicitur quòd homo sit factus Deus, vel filius Dei. Sed tamen si inueniatur ab ali quo doctore dictum: exponendum est, sic factum est, vt homo esset Deus. Secundum hoc proprie dicitur, Dei filius factus est homo: quia semper non fuit homo. Et ideo legendum est quod hic
I dicitur: vt ly; *Qui*, accipiatur ex parte subiecti, vt sit sensus, qui filius Dei factus est ex semine Dauid, non autem ex parte prædicati: quia sensus esset quòd aliquis existens ex semine Dauid, factus est filius Dei, qd non dicitur vere & ꝓprie sicut dictũ est.

ex semine Dauid secundum carnem.

Fuerunt autem alii qui posuerunt vnionem esse factam secundum conuersionem verbi in carnem: sicut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit, quòd etiam ante incarnationem fuerunt duæ naturæ, post incarnationem vero, vna. Sed hoc est expresse falsum, quia cum Deus sit immutabilis, secundum illud Malac.3. Ego Deus & non mutor: non potest in aliquid aliud conuerti. Vnde cum dicitur; *Factus est*, non intelligitur secundum conuersionem, sed secundum vnionem absque diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiue de aliquo: absque eius mutatione, puta aliquis non immobiliter sedens, fit dexter per mutationem eius qui transfertur. Et sic Deus dicitur ex tpe dominus vel creator per mutationem creaturæ. Et eadem ratione dicitur de nouo factus secundum illud Psal. Dñe refugium fa- Psal.89.
K ctus es nobis. Quia igitur vnio relatio quædam est, per mutationem creaturæ, Deus dicitur de nouo factus homo. i. vnitus ĩ persona humanæ naturæ. Fuerunt.n.& alii qui dixerunt, animã Christum non habuisse: sed ibi fuisse verbum loco animæ. s. Arrius & Apollinarius: Contra quos est illud Ioan.10. Nemo tollit animam meam. Quòd ergo dr secundum carnem, non excludit a Christo anima, sed caro ponitur pro toto homine, secundum illud Esa.40. Videbit omnis caro, &c. Quæritur autem cũ nos confitemur Christum natum ex virgine, quare Apostolus dicat eum esse factum ex muliere. Et dicendum quòd illud nascitur quod naturali ordine producitur, sicut fructus ex arbore, vel proles a parente: quòd autem ex voluntate agentis producitur, non ex naturæ ordine, (sicut domus ab artifice) non potest dici nasci, sed factum. Quia igitur Christus ex virgine processit naturali ordine quantũ ad aliquid, scilicet ex conceptus est

ex

ex fœmina, spatio nouem mensium dicitur natus. Quia vero A quantum ad aliquid non naturali ordine, sed sola virtute diuina processit absque virili semine, dicitur factus. Eua autem dicitur ex Adam facta, non nata. Isaac autem ex Abraham natus, non factus. Item quare specialiter dicitur ex semine Dauid, & non ex semine Abrahæ, cui promissio facta fuit de Christo, secundum illud Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. Et dicendum est, quòd factum est ad dandam spem veniæ peccatoribus: quia Dauid peccator fuit: ex cuius semine nasci tur Christus. Abraham vero iustus, ad commendãdam etiam dignitatem regiam Christi Romanis, regnum gentium tenentibus. Excluditur etiam per verba ista triplex error Manicheorum. Primo quidem quòd dicunt non eundem esse Deum veteris testamenti: & qui est pater domini nostri Iesu Christi, quod excluditur per hoc quod dicit Apostolus, Quod deus ante promiserat per prophetas suos de filio suo in scripturis sanctis, scilicet veteris testamenti. Secundo vero quòd damnant scripturas veteris testamenti: quas Apostolus hic dicit sanctas. Non enim aliæ scripturæ fuerunt sanctæ ante euangelium. Tertio ꝙ dicunt Christũ habuisse carnẽ fantasticam: quod excluditur per hoc quòd dicit, Christum factum ex semine Dauid secũdum carnem ei, id est ad gloriam patris, secundum illud Ioan.8. Ego gloriam meam non quæro, sed gloriam eius qui misit me.

LECTIO III.

Vt prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

LECTIO III.

COMMENDATA origine Christi, hic commendat virtutem ipsius, & ponit tria. Primo prædestinationem cum dicit; *Qui prædestinatus est*. Secundo dignitatem seu virtutem cum dicit; *Filius Dei in virtute*. Tertio signum siue effectum cum dicit; *Secundum spiritum sanctificationis*. Circa primum considerandum est, quòd nomen prædestinationis a destinatione sumitur. Dicitur enim prædestinatus quasi ante destinatus. Destinatio autem dupliciter sumitur: quandoque pro missione. Dicuntur enim destinati, qui ad aliquid mittuntur, secundum illud 1.Mac.1. Destinauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad regem. Quandoque vero destinare idem est quòd proponere, secundum illud 2.Mac.6. Destinauit Eleazarus non admittere illicita. Hæc autem secunda significatio a prima deriuari videtur. Sicut enim nuntius qui mittitur, ad aliquid dirigitur, ita quod proponimus ad finem aliquem ordinamus. Secũdum hoc igitur, prædestinare nihil aliud est quàm ante in corde disponere quid fit de re aliqua faciendum. Potest tamen aliquis de futura re, seu operatione disponere. Vno modo quantum ad ipsam rei constitutionem, sicut artifex disponit qualiter debeat facere domum. Secundo modo quantum ad ipsum vsum, vel gubernationem rei: sicut aliquis disponit qualiter debeat vti suo equo, & ad hanc secundam prædispositionem pertinet prædestinatio, non ad primam. Id enim quo aliquis vtitur refert in finem: quia vt Augustinus dicit in libro de doctrina Christiana, vti,
Aug.1.c.4. est referre aliquid in finem, quo fruendum est. Sed cum res in seipsa constituitur, non dirigitur ex hoc ipso in aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei, proprie prædestinatio dici non potest. Ergo idem est negare prædestinationem, quòd negare præordinationem diuinam ab æterno, de his, quæ sunt fienda in tempore, sed quia omnia naturalia pertinent ad constitutionem rei ipsius, quia vel sunt principia ex quibus res constituitur, vel ex huiusmodi principiis consequuntur: consequens est quòd naturalia proprie sub prædestinatione non cadant, sicut non dicimus proprie, quòd homo est prædestinatus habere manus. Relinquitur ergo, quòd prædestinatio dicatur pro- E prie eorum solum quæ sunt supra naturam, in quæ rationalis creatura ordinatur. Supra autem naturam rationalis creaturæ est Deus solus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantum ad actum ipsius Dei, puta cum per gratiam prophetiæ, communicatur homini præcognitio futurorum, quæ est propria Deo. Et huiusmodi dicitur gratia, gratis data. Alio modo quantum ad ipsum Deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem secundum effectum dilectionis, secundum illud 1. Ioan.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quod quidem fit per gratiam gratum facientem, quæ est gratia adoptionis. Alio modo quæ est singularis Christo per vnionem in esse personali. Et hæc dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum Deo per gratiam adoptionis, cadit sub prædestinatione, ita etiã esse vnitum Deo per gratiam vnionis in persona, sub prædestinatione cadit: & quantum ad hoc dicit; *Qui prædestinatus est; filius Dei*. Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis additur; *In virtute*: quasi diceret, prædestinatus est, vt sit talis filius, vt habeat æqualem imo eandem virtutem cum Deo patre: quia vt dicitur Apoc.5. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem, quinimo ipse Christus est Dei virtus, secundum illud 1. Cor.1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vnde Io-
an.5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Respectu vero gratiæ gratis datæ, non dicitur aliquis prædestinari simpliciter, quia gratia gratis data non ordinatur directe ad hoc quòd ille qui eam recipit, ad finem vltimum dirigatur, sed vt per eam alii dirigantur, secundum illud 1. Cor.12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Manifestum est au- B tem quòd id quod est per se, est mensura & regula eorum quæ dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde prædestinatio Christi, qui est prædestinatus vt sit filius Dei per naturã, est mensura & regula vitæ, & ita prædestinationis nostræ, qui prædestinamur in filiationẽ adoptiuã, quæ est quædam participatio & imago naturalis filiationis, secundum illud Ro.8. Quos prę sciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Sicut igitur homo Christus prædestinatus non est, propter merita præcedentia, sed ex sola gratia, vt sit filius Dei naturalis, ita & nos ex sola gratia, non ex meritis prædestinamur, vt simus filii Dei adoptiui, secundum illud Deut.9. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me Deus, vt terram hanc possiderem. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio, scilicet ad hoc quòd aliquis sit Dei filius in virtute. Sed restat in-
C quirendum, quis est iste qui est ad hoc prædestinatus. Cum autem prædestinatio antecessionem importet, videtur quòd ille qui est prædestinatus vt sit filius Dei in virtute, non semper fuerit filius Dei in virtute. Non enim videtur esse prædestinatio de eo quod semper fuit, quia hoc non potest antecessionem habere. Si igitur poneremus secundum Nestorium quòd persona filii hominis, esset alia a persona filii Dei, nulla esset dubitatio: quia possemus dicere, quòd persona creata filii hominis, quæ non fuit ab æterno, ex tempore incœpit esse filius Dei in virtute. Et simile est si quis dicat quòd est alia hypostasis vel suppositum filii Dei & filii hominis. Sed hæc aliena sunt a fide vt supra dictum est. Cum igitur non solum sit eadem persona filii Dei & filii hominis, sed etiam hypostasis & idem suppositum; ratione cuius non potest dici vere & proprie quòd filius hominis est factus filius Dei, ne aliquod suppositum creatum intelligatur esse, de quo de nouo prædicatur filius Dei: pari ratione vi detur quòd non possit dici filius hominis esse prædestinatus filij D Dei, quia filius hominis supponit suppositum æternum, quod fuit semper filius Dei. Vnde antecessio quam importat prædestinatio locum non habet. Propter hoc igitur, Origenes dicit, quòd litera non debet esse; *Qui prædestinatus est*: sed *Qui destinatus est filius Dei in virtute*, vt nulla antecessio designetur: & secundum hoc planus est sensus, quia Christus destinatus, id est missus est a Deo patre in mundum tanquam verus filius Dei, in virtute diuina. Sed quia communiter omnes libri latini habent, *qui prædestinatus*, aliter alii hoc exponere voluerunt secundum consuetudinem Scripturæ, in qua dicitur aliquid fieri quando innotescit: sicut dominus post resurrectionem dicit Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas, quia post resurrectionem, innotuit talem potestatem sibi esse datam ab æterno. Sed secundum hoc quòd dicit prædestinatus, non proprie accipitur, quia prædestinatio est de eo, quod pertinet ad gratiam, non autem in hoc gratia Christo facta est, quòd eius virtus diuina innotuit, sed potius nobis. Et ideo etiam in Glos- E sa dicitur, quòd secundum hũc sensum prædestinatus large ponitur pro præscito, vt sit sensus. Christus prædestinatus est. i. ab æterno præscitus. vt innotesceret ex tempore esse filius Dei in virtute. Vnde quidam alii prædestinationem ad ipsam vnionem referentes, non attribuerunt eam personæ, sed naturæ, vt sit sensus; *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute*, id est cuius natura prædestinata est, vt sit ei vnita, qui est filius Dei in virtute. Sed hæc etiam expositio impropria est & extorta. Cum enim prædestinatio importet ordinem in finem, cius est prædestinari, cuius est per suam operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem, non est naturæ, sed personæ. Ideo si proprie accipiatur, oportet quòd prædestinatio attribuatur ipsi personæ Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis, humana scilicet & diuina, secundum vtrãque potest aliquid dici de eo: sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus, vt tangi & vulnerari, aliquid

autem secundum animam, vt intelligere & velle, ita & de Christo potest aliquid dici, & secundum diuinam naturam, sicut ipse de se dicit Ioan.10. Ego & pater, vnum sumus: aliquid secundum humanam naturam, sicut cum dicimus eum crucifixum & mortuum, & hoc modo dicitur esse prædestinatus secũdum humanam naturam. Quamuis enim ipsa persona Christi, semper fuerit filius Dei, tamẽ non semper fuit, vt existens in humana natura eẽt filiꝰ Dei, sed hoc fuit ineffabilis gratiæ. Est autem alia ratio de hoc participio Factus, quod designat actum realem, & de hoc participio Prædestinatus, quòd designat actum animæ. Anima enim secundum suum intellectum & rationem, potest distinguere ea, quæ sunt secundum rem coniuncta: potest enim aliquid de pariete albo cogitare, & loqui: seorsum quidem quantum ad hoc quòd est paries, seorsum autem ex hoc quòd est albus. Ita etiã in prædestinatione. Nam prædestinatio potest attribui personæ Christi secũdum quòd subsistit in humana natura, licet nõ attribuatur ei secundum quòd subsistit in diuina. Vnde & Apostolus, prius filium Dei incarnatum esse præmiserat, & postea ei prædestinationem attribuit, vt intelligatur prædestinatus esse secundum quòd factus est ex semine Dauid secundum carnẽ, & sic a filio Dei explicando incarnationis mysterium, descendit ad carnem, & a carne secundum prædestinationem, ascendit ad filium Dei, vt ostendatur, quòd neque gloria diuinitatis impediuit infirmitatem carnis, neque infirmitas carnis diminuit maiestatem Dei. Queritur autem in Glossa, primo quidem, vtrũ Christus secundum, quòd homo, sit filius Dei: & videtur q̃ sic: quia hic est Christus qui prædestinatus est vt sit, sed secundum quòd homo est prædestinatus, vt sit, ergo secundum quòd homo, est filius Dei. Et dicendum quòd si ly secundum quòd, denotat vnitatem suppositi, verum est, quòd secundum quòd homo, est filius Dei, quia vnum est suppositum Dei & hominis. Si autem designat conditionem naturæ vel causam, falsum est: non enim ex natura humana habet vt sit filius Dei. In argumento autem est fallacia compositionis & diuisionis, ex eo quòd ly secundum quòd, potest determinare participium Prædestinatus, & sic verum est, quòd secundum quòd homo est prædestinatus, vel potest determinare ipsum esse filium Dei, ad quod ordinatur prædestinatio: & sic falsum est. Non enim prędestinatus est, vt secundum quòd homo sit filius Dei, & in hoc sensu procedit ratio. Secundo quæritur vtrum Christus secũdum quòd homo, sit persona. Et dicendum quòd si ly secundum quòd, referatur ad ipsum suppositum hominis, concedendum est quòd ipsum suppositum hominis est persona diuina. Si vero designet naturæ conditionem vel causam, sic Christus secundum quòd homo non est persona, quia humana natura, nõ causat nouam personalitatem in Christo. Adiungitur enim digniori in cuius personalitatem transit. Item obiicitur de hoc quòd Glossa dicit, quòd qui suscepit, & quod suscepit est vna persona. Id autem quod suscepit filius Dei, est humana natura, ergo humana natura est persona. Et dicendum est quòd huiusmodi locutiones sunt exponendæ, vt sit sensus, quòd ille qui suscepit, & natura quam suscepit, vniuntur in vna persona.

Quarto, quæritur vtrum hoc sit verum, homo est assumptus a verbo: & videtur quòd sic, secundum illud Psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Et dicendum est, quòd cũ homo supponat suppositum æternum, non potest proprie dici quòd homo sit assumptus a verbo: non enim assumitur idem a seipso: sed exponendum est sicubi inueniatur homo assumptus, id est, humana natura. Quinto quæritur, vtrum hæc sit vera, Iste homo semper fuit. Et dicendum est hanc esse veram, propter hoc quòd homo supponit æternum suppositum. Vnde Heb. vltim. dicitur, Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula: non tamen cum reduplicatione est vera huiusmodi propositio. Non enim ille homo secundum quòd homo est, semper fuit, sed secundum quòd est filius Dei. Sic igitur patet & de præordinatione & de virtute filii dei. Restat tertium scilicet de signo, quod tangitur in eo quod subditur; *Secundum spiritum, &c.* Est enim propriũ virtutis diuinæ per collationem spiritus sancti sanctificare homines. Leuit. 20. Ego dominus qui sanctifico vos. Ipse etiam spiritum sanctum solus dare potest, secundum illud Esa. 42. Hæc dicit dominus deus creans cœlos. Et infra, Dans flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. Ex hoc igitur apparet Christum habere virtutem diuinam, quia ipse dat spiritum sanctum, secundum illud. Ioan. 15. Cum venerit paracletus quem ego mittam. Eius etiam virtute sanctificamur secundum illud 1. Corinth. 6. Sed sanctifica- F ti estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi & spiritu dei nostri. Dicit ergo quòd Christus sit filius Dei in virtute apparet; *Secundum spiritum sanctificationis*, id est secundum quod dat spiritum sanctificantem, quæ quidem sanctificatio incœpit ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, id est, ex mortuis, secundum illud Ioan. 7. Nondũ erat spiritus datus, quia nondum Iesus fuerat glorificatus, quod non est sic intelligendum, quòd nullus ante Christi resurrectionem spiritum sanctificantem acceperit: sed quia ex illo tempore quo Christus resurrexit, incœpit copiosius & communius spiritus sanctificationis dari. Potest etiam intelligi, quòd hic designentur duo signa virtutis diuinæ in Christo. Primum quidem ex hoc quòd dicit, secundum G spiritum sanctificationis, siue intelligatur secundum sanctificãtem spiritum, sicut dictum est: siue intelligatur secundum hoc quòd ipse per spiritum sanctum est in vtero virginali conceptus, quod est signum diuinæ virtutis in ipso, secundum illud Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te. Et postea sequitur, Ideoque & quod ex te nascetur sanctum: vocabitur filius dei. Secundum autem signum virtutis diuinæ est resuscitatio mortuorum, secundum illud Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius. Est ergo sensus quòd apparet Christum esse filium Dei in virtute; *Ex resurrectione mortuorum*, id est ex hoc quòd mortuos fecit secum resurrgere, secundum illud Matth. 27. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & tandem faciet omnes resurgere, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei, & qui audierint viuent. Vel potest intelligi de spirituali resurrectione mortuorum, quæ est a peccatis, secundum illud Ephe. H 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Dicuntur autem mortui; *Iesu Christi*, qui ab ipso resuscitantur, sicut & infirmi alicuius medici a quo sanantur. Possunt autem hæc duo signa ad duas præcedentes clausulas referri hoc modo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: & hoc secundum spiritum sanctificationis, ex quo, scilicet caro eius concepta est, qui prædestinatus est filius dei in virtute, & hæc apparent in resurrectione mortuorum, &c. Sed prima expositio est melior.

LECTIO IIII.

PER quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, ĩ qbꝰ estis & vos vocati Iesu Christi, oĩbus q̃ sunt Romæ, dilectis dei, vocatis sanctis, Gratia vobis & pax a deo patre, & dño nostro Iesu Xpo.

LECTIO IIII.

POSTQVAM commendauit Christum ab origine & virtute, hic commendat ipsum ex liberalitate, quæ ostenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit. Ponitur autem du- I plex munus. Vnum quidem commune omnibus fidelibus, scilicet gratia per quam reparamur, quam quidem a deo per Christum accepimus. Vnde dicit. Per quem accepimus omnes fideles gratiam. Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et hic infra Roma. 5. Per quem accessum habemus in gratiam istam in qua stamus. Conueniens est enim, vt sicut per verbum dei omnia ista facta sunt, vt habetur Ioann. 1. Ita per ipsum, sicut per artem omnipotentis dei omnia instaurentur, sicut & artifex eadem arte reparat domum, qua condidit. Colosen. 1. Per eum placuit Deo reconciliare omnia, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra sunt. Aliud autem est munus spirituale collatum apostolis quod tangit subdens; *Et apostolatum*, quod est præcipuum inter ecclesiasticos gradus. 1. Corinth. 12. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum quidem apostolos. Apostolus autem idem est quòd missus. Sunt enim a Christo missi, quasi eius authoritatem & vicem gerentes. Ioan. 20. sicut misit me pater, & ego mitto vos, id K est, cum plenitudine authoritatis. Vnde ipse Christus apostolus nominatur Heb. 3. Considerate apostolum & pontificem Iesum Christum. Vnde & per ipsum tanquam principalem apostolum siue missum, alii sunt secundario apostolatum consecuti. Luc. 6. Elegit duodecim quos & apostolos nominauit. Præmittit autem gratiam apostolatui, tum quia nõ ex meritis, sed ex gratia apostolatum sunt consecuti. 1. Corinth. 15. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, gratia autem dei sum, id quod sum, tum etiam quia apostolatns digne haberi non potest, nisi præhabita gratia sanctificante. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia, &c. Describit autem hunc apostolatum. Primo quidem ex vtilitate cum subdit; *Ad obediendum fidei*: quasi diceret, ad hoc sumus missi, vt faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locũ habet, quæ volũtarie facere possumus, his

autem quæ sunt fidei, voluntate consentimus non ex rationis necessitate, cum sint supra rationem. Nullus enim credit nisi volens, vt dicit August. Et ideo circa fidem locum habet Infra 6. Obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in quã traditi estis. (Super Io. tract. 26.) De hoc fructu dicitur Ioan. 15. Posui vos vt eatis, &c. Secundo describitur ex amplitudine cum subditur; *In omnibus gentibus*, quia non tantum in vna gente Iudæorum, sed ad instructionem omnium gentium sunt directi. Matth. vlti. Euntes docete omnes gentes. Specialiter Paulus in omnes gentes apostolatum acceperat, vt ei competere possit quod dicitur Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandum tribus Iacob & fęces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium. Tamen ab eius apostolatu exclusi non erant Iudæi, præsertim qui inter gentes habitabant. Infra 11. Quamdiu quidem ego sum Gentium apostolus, ministerium meũ honorificabo, si quo modo ad ęmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex ipsis. Tertio ex plenitudine potestatis cum subdit; *Pro nomine eius*. i. vice & authoritate ipsius. Sicut enim Christus in nomine patris venisse dicitur Io. 20. Quasi plenam patris authoritatem habens, ita & apostoli in nomine Christi venisse dicuntur quasi in persona Christi 2. Corinth. 2. Nam & ego quod donaui (si quid donaui) propter vos in persona Christi. Vel per hoc describitur ex fine, vt sit sensus, pro nomine eius dilatando, non pro aliquo terreno fructu sibi quærendo. Act. 9. Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum, &c. Vnde ad hoc fideles hortabatur Colos. 3. dicens. Omnia in nomine Iesu Christi agite. Quarto ex potestate super illos quibus scribebat qui prædicto apostolatui erant subiecti. Vnde subdit. *In quibus*, id est inter quas Gentes nostro apostolatui subiectas, *Estis & vos*, scilicet Romani quamuis sublimes. Esa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est apostolorum specialiter Petri & Pauli. 2. Corin. 10. Vsque ad vos peruenimus in euangelio Christi. Subdit; *Vocati Iesu Christi*, id est a Iesu Christo, secundum illud Oseæ 1. Vocabo non populum meum, vel vocati vt sitis Iesu Christi. Infra 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. Vel vocati Iesu Christi, id est dicti a Iesu Christo Christiani. Act. 11. Ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christianí.

Consequenter describuntur personæ salutatę, & primo ex loco cum dicit *Omnibus qui sunt Romae* signanter autem omnibus scribit, quia omnium salutem cupiebat. 1. Corint. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum. Act. 23. dictum est ei. Oportet te & Romæ testificari. Secundo describuntur personæ salutatæ ex gratiæ dono, ibi *Dilectis Dei*. Circa quod primo ponitur prima gratiæ origo, quod est dei dilectio. Deu. 33. Dilexit populos omnes, sancti in manu illius sunt. 1. Io. 4. Non quasi nos dilexerimus deum, scilicet prius, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dei enim dilectio non prouocatur ex bono creaturæ sicut dilectio humana, sed magis ipsum bonum creaturæ causat, quia diligere est bonum velle dilecto: voluntas autem dei est causa rerum, secundum illud Psal. (Psal. 134.) Omnia quæcunque voluit, fecit. Secundo ponitur vocatio cum subdit; *Vocatis* Quæ quidem est duplex. Vna exterior, secundum quam vocauit Petrum & Andream, Matth. 4. Alia autem est vocatio interior, quæ est secundum interiorem inspirationem. Pro. 1. Vocaui & renuistis. Tertio ponit gratiam iustificationis, cum dicit; *Sanctis*, id est, per gratiam, & sacramenta gratiæ sanctificatis. 1. Corinthio. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, vt sitis dilecti a deo, vocati ad hoc quod sitis sancti.

Deinde ponuntur bona quæ eis optat. Quæ sunt; *Gratia & Pax*. Quorum vnum, scilicet gratia, est primum inter Dei bona, quia per eam iustificatur impius. Infra 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Aliud autem, scilicet pax, est vltimum quod in beatitudine perficitur. Psal. (Psal. 147.) Qui posuit fines tuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescet in plenitudine omnis boni consequens immunitatem ab omni malo. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et sic per hæc duo bona alia media intelliguntur. Ostendit etiam consequenter vnde sint huiusmodi bona expectanda, cum subdit; *A Deo patre nostro*. Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Addit autem; *Et domino Iesu Christo*: quia vt dicitur Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse etiam di- A cit Ioan. 14. Pacem meam do vobis. Quod autem dicit, Deo patre nostro, potest teneri essentialiter pro tota Trinitate, quæ dicitur, pater, quia nomina importantia relationem ad creaturam, communia sunt toti trinitati: sicut creator, & dominus. Addit autem, Domino Iesu Christo. Non quòd sit alia persona a tribus sed propter humanam naturam, per cuius mysterium ad nos dona gratiarũ perueniũt. 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit. Vel potest dici, quòd hoc quod dicit, Deo patre no- B stro, tenetur pro persona patris, quæ secundum proprietatem dicitur pater Christi, sed secundum appropriationem, pater noster. Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Tangitur autem persona filii, cum dicitur. Et domino Iesu Christo. Persona autem spiritus sancti expressa non ponitur, quia intelligitur in donis eius, quæ sunt gratia & pax. Vel etiam quia intelligitur in duabus personis, patris & filii, quarum est vnio & nexus.

LECTIO V.

PRIMVM quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Testis enim est mihi Deꝰ, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri facio sempĩ orationibus meis, obsecrãs, si quo modo tandẽ aliquando p̃sperũ iter habeã in volũtate Dei veniẽdi ad vos. Desidero.n. videre vos, vt

LECTIO V.

PRAEMISSA salutatione, hic Apostolus epistolarem tractatum incipit. In quo primo ostendit affectum suum ad eos quibus scribebat, vt reddat auditores beneuolos. Secundo instruit eos de veritate, quæ pertinet ad virtutẽ gratiæ Christi, C ibi; *virtus enim dei est*, Ostendit autem affectum ad eos tripliciter. Primo quidem ex gratiarum actione qua de eorum bonis gratias agit. Secundo ex oratione, quam pro eis ad Deum fundit, ibi; *Testis enim est mihi deus* Tertio ex desiderio visitationis eorum, ibi; *Obsecrans si quo modo.* Circa primũ tria oportet considerare. Primo quidem gratiarum actionis ordinem, cum dicit; *Primum quidem gratias ago Deo meo*. Necesse est enim vt in omnibus gratiarum actionem præmittamus secundum illud 2. Thes. vlti. In omnibus gratias agite. Non enim est dignus beneficium consequi, qui de acceptis beneficiis gratias non agit. Sapien. 16. Ingrati spes, tanquam hybernalis glacies tabescet. Et Eccle. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, quia ad principium vnde proueniunt beneficia, reuertuntur, scilicet per gratiarum actiones, vt iterum fluant, scilicet per iteratam beneficiorum exhibitionem. In omnibus autem quæ petimus, vel agimus, diuino beneficio indigemus, D & ideo ante omnia debet gratiarum actio præmitti. Secundo, designat personas tres, quarum vna est persona cui fit gratiarum actio, quam designat, dicens; *Deo meo*. scilicet cui debetur gratiarum actio de omnibus bonis, quia ab eo fluunt. Iaco. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est &c. Et quamuis sit Deus omnium per creationem, & gubernationem, secundum illud infra. 4. Dominus omnium, specialiter tamen dicitur esse Deus iustorum tripliciter. Primo quidem secundum specialem curam quam de eis gerit. Psal. 33. Oculi Domini super iustos. Et alibi, dicit, Dominus illuminatio mea. (Psal. 26.) Secundo, per specialem cultum. Exod. 15. Iste Deus meus & glorificabo eum. Tertio quia eorum præmium. Gen. 15. Ego Dominus merces tua magna nimis. Secunda persona est mediatoris, quam tangit, dicens; *Per Iesum Christum*. Eodem enim ordine debet gratiarum actio in Deum recurrere, quo gratiæ a Deo in nos deueniunt, quod quidem est per Iesum Christum. Infra. 5. Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus. Tertia est perso- E na illorum, pro quibus gratias agit, quam designat subdens; *Pro omnibus uobis*: quia scilicet eorum gratias quasi suas reputat propter vinculum charitatis, quasi diceret. Maiorem horum non habeo gratiam quàm vt audiam, &c. Signanter autem dicit, Pro omnibus vobis: quia scilicet omnibus placere desiderat 1. Corinthi. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et omnium salutem cupit: secundum illud. 1. Corinth. 7. Volo omnes homines esset sicut meipsum. Tertio, ponit materiam gratiarum actionis, cum subdit; *quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo*, agit quidem gratias de fide, eo quòd est bonorum omnium spiritualium fundamentum. Hebræ. 11. Est autem fides sperandarum substantia rerum. Commendantur autem Romani de fide: quia fidem de facili susceperant & in eadem firmiter permanebant. Vnde & vsque hodie apud eos plurima fidei signa ostendũtur in visitatione sanctorum locorum: vt Hieronymus dicit super epistolam ad Gala. (In prohe. 2. lib.)

Nondum tamen perfectam fidem habebant: quia aliqui eorum præuenti erant a pseudoapostolis, vt crederent legis cerimonias euangelio iungendas. Gaudet autem & gratias agit de eorum fide, non solum propter eos, sed propter vtilitatem inde consequentem: quia scilicet eorum exemplo qui erant domini Gentium, aliæ Gentes prouocabãtur ad fidem: quia vt dicit Glossa, prompte facit inferior, quod videt fieri a superiori, propter quod admonentur prælati, vt fiãt forma gregis ex animo, 1. Pet. vltim. Consequenter cum dicit; *Testis enim &c.* ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo, secundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuũ, Dei testimonio probat se pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Secundo, manifestat supra quod testimonium inducat, q̃ sine intermissione. Testem autem inducit, cum dicit; *Testis est mihi Deus*, sub cuius testimonio omnia agũtur. Hier. 19. Ego sum iudex & testis. Et vt iustum testem non frustra se inuocare ostendat, ponit consequenter quomodo sit eis coniunctus. Primo quidem quantum ad seruitium, cum dicit; *Cui seruio*, scilicet per latriæ cultum. Deu. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo, quantum ad modum seruiendi, cum dicit; *In spiritu meo*, quasi dicat. Non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipue interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruantiis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip. 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo. Tertio, quantum ad officium in quo seruit, scilicet *In euangelio filii eius*, secundum illud supra eodem. Segregatus in euangelium. Quod quidem est filii dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Alio modo, quia est ab ipso prædicatum ex proprio officio. Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertio, quia est ab eo iniunctum. Marc. vlti. Prædicate euangelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idem sit, Testis est mihi Deus, quòd, Iuro per Deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorum intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt æditæ, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei, sanctos viros ad operandum inducit. infra 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Ex hoc ergo quòd Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbum domini & apostoli Iacobi nõ sic esse intelligendum quasi iuramentum sit omnino illicitum, sed quia ad hoc homo niti debeat, vt quantum ex ipso est, iuramẽto non vtatur, tanquam quodam bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequenti iuratione, ne homo labatur in periurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundum illud Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. nam multi &c. Tum etiam quia contra reuerentiam dei facere videtur, qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde Eccle. 23. Nominatio Dei nõ sit assidua in ore tuo. Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo: quando homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoq; necessarium iuramentum, vt fides verbo dicentis adhibeatur, quod quandoque vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederent, quasi non quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quàm simplex verbum, a malo est, non est intelligendum a malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramentum non quidem a malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eum, a quo exigit iuramentum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatum, vt dicit Aug. sed intelligit esse a malo pœnæ, scilicet ignorantia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cum dicitur, per Deum, vel testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum aliquam pœnam sibi infligendam si mentitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corinthio. 1. Testem Deum inuoco in animam meam. Consquenter hic ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo, secundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuũ, Dei testimonio probat se pro eis orare. Primo ergo inducit testem. Secundo, manifestat supra quod testimonium inducat, q̃ sine intermissione. Testem autem inducit, cum dicit; *Testis est mihi Deus*, sub cuius testimonio omnia agũtur. Hier. 19. Ego sum iudex & testis. Et vt iustum testem non frustra se inuocare ostendat, ponit consequenter quomodo sit eis coniunctus. Primo quidem quantum ad seruitium, cum dicit; *Cui seruio*, scilicet per latriæ cultum. Deu. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo, quantum ad modum seruiendi, cum dicit; *In spiritu meo*, quasi dicat. Non solum in exteriori seruitio corporali, sed præcipue interius secundum spiritum. Io. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruantiis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip. 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo. Tertio, quantum ad officium in quo seruit, scilicet *In euangelio filii eius*, secundum illud supra eodem. Segregatus in euangelium. Quod quidem est filii dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum. Alio modo, quia est ab ipso prædicatum ex proprio officio. Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertio, quia est ab eo iniunctum. Marc. vlti. Prædicate euangelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cum idem sit, Testis est mihi Deus, quòd, Iuro per Deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Aug. intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorum intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt æditæ, secundum illud 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei, sanctos viros ad operandum inducit. infra 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Ex hoc ergo quòd Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbum domini & apostoli Iacobi nõ sic esse intelligendum quasi iuramentum sit omnino illicitum, sed quia ad hoc homo niti debeat, vt quantum ex ipso est, iuramẽto non vtatur, tanquam quodam bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequenti iuratione, ne homo labatur in periurium propter labilitatem humanæ linguæ, secundum illud Eccle. 23. Iurationi non assuescat os tuum. nam multi &c. Tum etiam quia contra reuerentiam dei facere videtur, qui ipsum absque necessaria causa testem inducit. Vnde Eccle. 23. Nominatio Dei nõ sit assidua in ore tuo. Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribendo: quando homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quandoq; necessarium iuramentum, vt fides verbo dicentis adhibeatur, quod quandoque vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederent, quasi non quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quod dominus dicit Mat. 5. Quod amplius est, scilicet quàm simplex verbum, a malo est, non est intelligendum a malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramentum non quidem a malo culpæ, nisi in casu quando existimat quis eum, a quo exigit iuramentum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatum, vt dicit Aug. sed intelligit esse a malo pœnæ, scilicet ignorantia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cum dicitur, per Deum, vel testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum aliquam pœnam sibi infligendam si mentitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corinthio. 1. Testem Deum inuoco in animam meam. Consquenter hic ponit id, supra quod eum testem inuocat, dicens, quòd *Memoriam vestri facio semper in orationibus meis* quæ sunt sine intermissione, scilicet, quia semper in orationibus suis pro eis orabat propter vtilitatem communem quæ ex eorum conuersione proueniebat. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Quòd autem dicit, Memoriam vestri facio, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, Memoriã vestri habeo. secundum illud Psal. 136. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. Alio modo, *Memoriam vestri facio*, scilicet orationem Deo, qui respicit orationes humilium. Et sic dum sancti pro aliquibus orant, quòdammodo diuino aspectui proponuntur, sicut & cætera sanctorum facta. Vnde. 3. Reg. 17. dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, vt rememoraretur iniquitates meæ. Quasi illud sit in memoria & in oculis Dei, quod contra iustos agitur. quod autem dicit orationes sine intermissione se habere, congruit ei quod dicit 2. Thes. vltim. Sine intermissione orate. Et Luc. 18. Oportet semper orare, & numquam deficere. Quæ quidem possunt intellgi tribus modis, Vno modo, quantum ad ipsum actũ orandi, & sic semp vel sine intermissione orat, qui statutis temporibus & horis orat. Act. 3. Petrus & Ioannes ascẽdebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo, quantum ad finem orationis qui est, vt intellectus noster ascendat in Deum. Et sic tandiu homo orat, quandiu totam vitam suam in Deum ordinat. 1. Corinth. 10. Sine manducatis siue bibitis &c. Tertio, quantum ad causam dum enim aliquis agit vnde alii pro eo orent, ipse orare videtur, vt patet in his qui dant eleemosynas pauperibus qui pro eis orant. Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis &c. Sic ergo continuãda est litera, Gratias ago pro vobis, quia bona vestra reputo quasi mea, quod patet ex hoc quòd pro vobis oro, sicut pro meipso. Deinde cum dicit *Obsecrans &c.* probat affectum suum ex desiderio visitationis. Et primo ponit desiderium. Secundo propositum exequendi, ibi *Nolo autem vos ignorare &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit desiderii signum. Secundo desiderii causam, ibi *Desidero enim*. Signum autem desiderii est oratio quam pro hoc faciebat: ex hoc autem signum ostenditur desiderii huiusmodi. primo quidem intensum per hoc quod dicit, Obsecrans, quasi ob sacra contestans, sicut pro aliquo magno, quod mea merita excedit. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. Quod autem intense desideratur, magnum desideranti videtur. Secundo ostẽditur esse anxium, cum dicit, *Si quo modo*. quæ enim anxie aliquis desiderat, quærit adipisci quocumque modo, siue facili, siue laborioso. Phil. 1. Quid enim? dum omni modo prædicetur, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: Et in hoc gaudeo. sed & gaudebo. Tertio ostenditur esse diuturnum in hoc quòd dicit, *Tandem aliquando*, scilicet post lõga desideria. Iusti enim non ad horam: sed perseueranter afficiuntur. Prou. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Quarto ostenditur esse rectum ex hoc quod est diuinæ voluntati conforme. Vnde subdit, *Prosperum iter habeam*, & hoc in voluntate Dei, id est secundum voluntatem eius, secundum quam solum aliquid reputo prosperum, sicut & dominus dicit Matth. 26. Non mea voluntas: sed tua fiat. Deinde cum dicit *Desidero enim &c.* Ostendit desiderii causam, quæ quidem est duplex. Vna, vtilitas eorum qui erant visitandi. Vnde dicit, Desidero enim videre vos: Phi. 1. Cupio omnes vos esse in visceribus Christi. Et hoc non in vanum, sicut est in amicitia seculari, sed vt impartiar, id est, tradam vobis aliquid gratiæ spiritualis non tanquam actor gratiæ, sed sicut minister. 1. Corrinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & hoc ad confirmandos vos, scilicet in fide quam suscepistis. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Impartitur autem gratiã minister multipliciter. Tum per administrationem sacramentorum gratiæ. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. Tum per exhortationem sermonum. Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Secunda causa est mutua consolatio, quæ consideratur in conuictu amicorum, Vnde subdit, Id scilicet me videre vos & impartiri gratiam, & me simul consolari cum vobis, *Per eam quae inuicem est fidem vestram atque meam.* Ad mutuam enim consolationem redit, si vnanimes in fide reddamur. 2. Cor. 7. Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu

De mend. ad cõs. cap. 15.

De verbis Apost. ser. 30. & de sanct. ser. 11.

Psal. 4.

in aduentu Titi. Non solum &c. Deinde cum dicit; *Nolo autem vos ignorare*, ne videatur esse vanum desiderium, subdit propositum prosequendi. Et primo proponit propositum. Secundo ostẽdit causam propositi, ibi *vt aliquem fructum*. Tertio concludit propositi promptitudinem, ibi; *Ita quod in me*, Circa primũ, duo facit. Primo ponit propositum Secũdo impedimentum, ibi *Et prohibitus sum &c.* Dicit ergo primo, Non solum desidero vos videre, sed etiam proposui ad hoc operam dare: & hoc (Fratres) nolo vos ignorare, quia sæpe proposui venire ad vos, vt dilectionem meam ostendere non solum verbo & lingua, sed etiam opere & veritate, vt dicitur 1. Ioan. 3. Secundo tangit obstaculum impediens eum ab isto proposito exequendo, dicens, Prohibitus sum vsque adhuc. & hoc vel a diabolo qui nititur impedire prædicationem ex qua prouenit salus hominũ. Prou. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, id est doctrinas prædicatorum. Vel etiam ab ipso deo, secundum cuius nutum dispensantur prædicatorum itinera & verba. Iob. 37. Nubes. i. prædicatores spargunt lumen suum quæ lustrant cuncta per circuitum quocũque eas voluntas gubernantis duxerit. Vnde & Act. 16. dicitur, Transeuntes autem Phrigiam & Galatiæ regionem vetati sunt a spiritu sancto loqui. Et iterum, Tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Vtrumque autem horum vult Apostolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem, vt scilicet cognoscentes affectum Apostoli, deuotius eius verba suscipiant, & impedimentum visitationis eius imputent suæ culpæ, & sic corrigantur. Nam in pœnam culpæ dicitur, Esa. 5. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Deinde ponit causam duplicem propositi. Quarum prima est vtilitas. Vnde dicit, *Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut in caeteris Gentibus*, quibus scilicet prædicaui, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quasi dicat, Vt faciam aliquem fructum in vobis per meã prædicationem. Ioan. 15. Vt eatis & fructum afferatis. Alio modo quasi ex eorum conuersione ei fructus accrescat, secundum illud Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam. Alia autem causa est debitum, quod sibi imminebat ex suscepto officio. 1. Corint. 9. Si non euangelizauero, væ mihi est, &c. Et quia vniuersalem Gentium apostolatum susceperat, omnibus se asserit debitorem secundum illud 1. Cor. 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci. Et ideo duplicem diuersitatem ponit. Vna quidem secundum diuersitatem gentium, cum dicit, *Graecis ac Barbaris*. Dicitur autem aliquis Barbarus dupliciter. Vno modo secundum quid, qui scilicet est extraneus quo ad aliquem, secundum illud 1. Corinth. 14. Si ergo nesciero vim vocis, ero ei cui loquar Barbarus. Alio modo simpliciter, qui scilicet est quasi extraneus a communitate hominum, inquantum ratione non regitur. Vnde proprie Barbari dicuntur, qui ratione non regũtur, secundum quod dictum est. 2. Macha. 15. Ne ita ferociter ac barbare feceris. i. inhumane. & quia Græci fuerunt primi legum inuentores, omnes Gentiles, qui humanis legibus reguntur, nominat Græcos. De Iudæis autem, qui diuinis legibus regebantur, mentionem non facit: quia non erat institutus apostolus Iudæorum, sed Gentilium. Gala. 2. Ita vt illi in circũcisis, nos autem in gentibus. Ex vtraque aũt causa concludit prõptitudinem voluntatis, cum subdit, *Ita quod in me* id est quantum ad me pertinet, dummodo aliunde non impediar, *Promptum est, etiam vobis qui Romae estis euangelizare*, Exod. 35. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentũ promptitudinis scilicet erubescentiam, propter quam multi ea prætermittunt, quæ alias facerent prompte, & hoc est quod subdit, *Non enim erubesco euangelium*, quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur, propter id quod dicit. 1. Corinthi. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Non est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur, Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Vnde dicitur Luc. 9. Qui eruburit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Et inde est quòd baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis, vbi est sedes verecundiæ, ne scilicet euangelium erubescãt.

LECTIO VI.

POSTQVAM Apostolus Romanos fideles, quibus scribebat, sibi beneuolos reddidit ostendendo affectum suum ad eos, hic incipit instruere eos de his quæ pertinent ad euangelicam doctrinam, in quam se segregatum prædixerat. Et primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ. Secundo exhortatur ad executionem operũ huius gratiæ. 12. cap. ibi, *Obsecro itaque*. Circa primum, duo facit, Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi *Reuelatur enim*. Circa primum, tria facit, Primo proponit virtutem euangelicæ gratię. Secundo exponit, ibi *Iustitia enim*. Tertio expositionem confirmat, ibi *Sicut scriptum est*. Dicit ergo primo, Ideo euangeliũ non erubesco, quia quamuis vt dicitur 1. Corinth. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultia sit, nobis tamen virtus Dei est. Virtus enim Dei est. quod potest intelligi dupliciter. vno modo, quia virtus Dei in euangelio manifestatur, secundum illud Psa. 110. Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Alio modo, quia ipsum euangelium in se Dei virtutem continet, secundum illud Psal. 67. Dabit voci suæ vocem virtutis. Circa quam virtutem tria sunt consideranda. Primo quidem ad quid se ista virtus extendat, & hoc designatur, cum subditur, In salutem. Ia. 1. In mansuetudine suscipte insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Quod quidem fit tripliciter. Vno modo inquantum per verbum euangelii remittuntur peccata. Io. 15. Iam mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Secundo inquantum per euangelium homo cõsequitur gratiam sanctificantem. Io. 17. Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Tertio inquantum perducit ad vitam æternã Io. 6. Verba vitæ æternæ habes. Secundo per quem modum euangelium salutem conferat, quia per fidem quod designatur cum dicitur omni credenti, quod fit tripliciter. primo per prædicationem. Mar. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundo per confessionem, infra 10. Oris confessio fit ad salutem. Tertio per scripturam. Vnde etiam verba euangelii scripta virtutem salutiferam habent, sicut beatus Barnabas infirmos curabat, euangelium superponendo. Cauendæ sunt tamen superstitiones characterum, quia hoc est superstitiosum. Vnde Eze. 9. Illi saluati sunt, in quorum frontibus est scriptum THAV, quod est signum crucis. Tertio quibus euangelium fit in salutem, quia tam Iudæis quam Gentibus. Non enim Iudæorum tantũ Deus est, sed & Gentium. infra 3. Et ideo subdit, *Iudaeo primum & Graeco*. Per Græcum, omnem Gentilem intelligens, eo quòd a Græcis Gentilium sapientia est exorta. Sed cum infra 10. dicatur. Non est distinctio Iudæi & Græci, quomodo hic Iudæo primum? Dicendum est ergo quòd quantum ad salutis finem consequendum non est distinctio inter eos. Aequalem enim consequuntur mercedem vtrique, sicut pro labore etiam in vinea priores & posteriores eundem denarium acceperunt, vt dicitur Matth. 20. Sed quantum ad ordinem salutis, Iudæi sunt primi, quia eis promissiones sunt factæ, vt infra 15. Et in eorum gratiam sunt Gentiles assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonam oliuam, vt infra 11. Ex his etiam Saluator noster natus est Ioa. 4. Salus ex iudæis est. Exponit autem consequenter quomodo euangelium sit in salutem, cum dicit, *Iustitia enim dei reuelatur in eo ex fide in fidem*, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo de iustitia qua Deus iustus est, secundum illud Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit. Et secundum hoc, sensus est, quòd iustitia Dei qua scilicet iustus est seruando promissa, in eo reuelatur scilicet in homine credente euangelio: quia credit deum implesse quod promisit de Christo mittendo: & hoc ex fide scilicet Dei promittentis. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. In fide scilicet hominis credentis. Vel alio modo, vt intelligatur de iustitia Dei qua Deus homines iustificat. Nam iustitia hominum dicitur, qua se homines propriis viribus iustificare præsumunt. infra 10. Ignorantes Dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quæ quidem iustitia reuelatur in euangelio, inquantum per fidem euangelii homines iustificantur secundum quod cunque tempus. Vnde subdit, *Ex fide in fidem* id est ex fide veteris testamenti procedendo in fidem noui testamenti, quia ab vtroque homines iustificantur & saluantur per fidem Christi, quia eadem fide crediderunt venturum, qua nos venisse credimus. Et ideo dicitur 1. Corinth. 3. Habentes eandem speciem fidei, credimus, propter quod loquimur. Vel potest intelligi ex fide prædicatorum, in fidem auditorum. infra 11. Quomodo credent ei quem non audierunt? Vel ex fide vnius articuli in fidem alterius, quia ad iustificationem requiritur omnium articulorum fides. Apo. 1. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius scilicet omnia non vnum tantum. Alio modo potest intelligi ex fide præsenti in fidem futuram: quæ quidem dicitur fides ratione certæ & firmæ cognitionis. Hoc autem ratione euangelicæ cognitionis. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum

LECTIO VI.

IRTVS enim Dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum & Graeco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem,

culum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Probat autem hanc expositionem, cum subdit; Sicut scriptum est; *Iustus autem meus ex fide viuit.* Quod quidem accipitur secundum literam 70. Nam in litera nostra quæ est secundum hebraicam veritatem dicitur, Iustus ex fide sua viuit. Dicitur aũt iustus meus scilicet a me iustificatus & apud me iustus reputatus. infra. 4. Si autem Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Vnde ex hoc subditur, Ex fide viuit scilicet vita gratiæ. Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Quatuor autem hic considerare oportet circa fidem. Primum quidem quid sit fides. Importat enim assensum quendam cum certitudine ad id quod non videtur ex voluntate, quia nullus credit nisi volens, vt Aug. dicit. Et secundum hoc differt credens a dubitante, qui in neutram partem assentit. Differt etiam ab opinante, qui assentit in vnam partẽ non cum certitudine, sed cum formidine alterius. Differt etiam a sciente, qui per certitudinem assentit ex necessitate rationis. Et secundum hoc fides est media inter scientiam & opinionem. Secundo considerandum est an fides sit virtus, & manifestum est quòd non est virtus, si accipitur pro eo quod creditur, secundum illud, Fides catholica hæc est, vt vnum Deum in trinitate. Si autem accipiatur pro habitu, quo credimus, sic quandoque est virtus, quandoque non. Est enim virtus, principium actus perfecti. Actus autem ex duobus principiis dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus bene nõ vadat, vel sessor equum ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, dependet ex intellectu, & voluntate mouente intellectum ad assensum. Vnde actus fidei erit perfectus, si voluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei, nõ aũt si habitus charitatis desit, & ideo fides formata charitate est virtus, non autem fides informis. Tertio considerandum est quòd idem numero habitus fidei qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit virtus, quia cum charitas sit extra essentiam fidei, per eius aduentum vel recessum non mutatur substantia eius. Quarto considerandum est quòd sicut corpus viuit per animam naturali vita, ita anima viuit per Deum vita gratiæ. Primo autem Deus animam inhabitat per fidem. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, nec tamen est perfecta habitatio nisi fides per charitatem sit formata, quæ per vinculum perfectionis nos vnit Deo: vt dicitur Colos. 3. Et ideo quòd hic dicit, Ex fide viuit, intelligendum est fide formata. Deinde cum dicit; *Reuelatur enim ira dei* probat quod dixerat, scilicet virtutem euangelicæ gratiæ esse omnibus hominibus in salutem. Et primo ostendit quòd est necessaria ad salutem. Secundo quòd est efficax siue sufficiens. 5. cap. ibi; *Iustificati igitur ex fide.* Circa primum duo facit. Primo ostendit virtutem euangelicæ gratiæ fuisse necessariam ad salutem Gentibus: quia scilicet sapientia de qua confidebant, saluare eos non potuit. Secundo ostendit quòd fuit necessaria Iudæis, quia scilicet circumcisio & lex & alia in quibus confidebant, eis salutem non attulerunt. Secundo cap. ibi; *Propter quod inexcusabilis es.* Circa primum duo facit. Primo ponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi Quia quod notum est Dei. Proponit autem tria. Primo quidem pœnam dicens, recte dico quòd in eo iustitia Dei reuelatur; *Reuelatur enim in eo ira dei*, id est vindicta ipsius, quæ dicitur ira Dei secundum similitudinem hominum irascentium, qui vindictam quærunt, extra tamen Deus vindictam infert ex animi tranquillitate. Sapien. 12. Tu autem dominator noster cũ trãquillitate iudicas. Et de hac ira Dei dicitur Ioan. 3. Qui incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Hoc autem dicitur quia quidam philosophi dicebant, a Deo non esse pœnas peccatorum: contra id quod dicitur in Psal. 93. Quit corripit gentes non arguet? Vnde additur: De *coelo.* quia credebant circa cœlestia eius prouidentiam occupari, ita quòd ad res terrenas non se extenderet. Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Sed sicut etiam in Psal. 101. dicitur, Dominus de cœlo in terram prospexit. Vel dicitur; *De coelo* eorum iniquitatem demonstrare, quia maxime ex magnitudine cœli, creatoris virtutem intelligere debuerunt. Iob. 20. Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Vel de cœlo venturi ad iudicium. Act. 5. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet. Secundo ponit culpam, pro qua pœna infligitur. Et primo quidem culpam, quæ contra Deum committur cum subdit; Super omnem impietatem. Sicut enim pietas dicitur cultus qui Deo exhibetur, tanqnam summo parenti, sic impietas dicitur peccatum quod est contra cultum diuinum. Ezech. 18. Impietas impii super eum erit. Secundo ponit culpam quæ cõmittitur in homine, cum dicit; Et *in iustitiam.* Nam iustitia est per quam homines sibi inuicem ratione conueniũt et cõmunicant. Iob. 35. Filium hominis adiuuabit iustitia tua. Tertio ponit cognitionẽ quã de eo habuerunt, cũ subdit; *Hominum eorum qui veritatem dei* id est, veram de Deo cognitionem detinent in iniustitia quasi captiuatam. Nam vera Dei cognitio quantum est de se, inducit homines ad bonum, sed ligatur quasi captiuitate detenta per iniustitiæ affectum, per quam, vt Psal. 11. dicitur, Diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Deinde cum dicit; *Quia quod notum est*, manifestat propositum, ordine tamen retrogrado. Primo enim consentit quòd sapientes Gentilium de Deo cognouerunt veritatem. Secundo ostendit quòd in eis impietas & iniustitia fuerit, ibi; *Ita vt sint inexcusabiles*: Tertio quòd iram Dei incurrerunt, ibi; *Qui cum iustitiam dei.* Circa primum tria facit. Primo ostendit quid de Deo cognouerunt. Secundo ostendit a quo huiusmodi cognitionem acceperunt, ibi; *Deus enim illis.* Tertio ostendit per quem modum, ibi; *Inuisibilia enim.* Dicit ergo primo, recte dico quòd veritatem Dei detinuerunt. Fuit. n. in eis quantum ad aliquid vera Dei cognitio, quia quod notum est Dei, id est, quod cognoscibile est de Deo ab hominẽ per rationem, manifestum est in illis, id est, manifestum est eis ex eo, quod in illis est, id est, ex lumine intrinseco. Sciendum est ergo quòd aliquid circa Deum est omnino ignotum homini in hac vita, scilicet quid est Deus. Vnde & Paulus inuenit Athenis aram inscriptam, IGNOTO DEO, & hoc ideo, quia cognitio hominis incipit ab his quæ sunt ei connaturalia, scilicet a sensibilibus creaturis, quæ non sunt proportionatæ ad repræsentandam diuinam essentiam. Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis Deum tripliciter cognoscere, vt Dionysius dicit in libro de diuinis nominibus. Vno quidem modo per causalitatem, quia enim huiusmodi creaturæ sunt defectibiles & mutabiles, necesse est eas reducere ad aliquod principium immobile & perfectũ, & secundum hoc cognoscitur de Deo an est. Secundo per viam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium, sicut in propriam causam & vniuocam, prout homo hominem generat, sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc cognoscitur quòd est super omnia. Tertio per viam negationis, quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis potest ei competere, sicut etiam neque corpus cœleste proprie dicitur graue vel leue, aut calidum aut frigidum. Et secundum hoc dicimus Deum immobilem & infinitum, & si quid aliud huiusmodi dicitur: huiusmodi autem cognitionem habuerunt per lumen rationis inditum. Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Deinde cum dicit; *Deus illis manifestauit* ostendit a quo authore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata, & dicit, quòd Deus illis manifestauit, secundum illud Iob 35. Docete nos super iumenta terræ. Vbi considerandum est, quòd vnus homo alteri manifestat, explicando conceptum suum per aliqua signa exteriora, puta per vocem vel scripturam. Deus autem dupliciter aliquid homini manifestat. Vno modo infundendo lumen interius, per quod homo cognoscit, Psalm. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Alio modo proponendo suæ sapientiæ signa exteriora, scilicet sensibiles creaturas. Ecclesia. 1. Effudit illam, scilicet sapientiam super omnia opera sua. Sic ergo Deus illis manifestauit, vel interius infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus, sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur. Deinde cum dicit; *Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi &c.* ostendit per quem modum huiusmodi cognitionem acceperunt. Vbi primo considerandum est, quæ sunt ista quæ de Deo cognouerunt. Et ponit tria. Primo quidem inuisibilia ipsius per quæ intelligitur Dei essentia, quæ, sicut dictum est, a nobis videri non potest. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, scilicet per essentiam vita mortali viuens. 1. Tim. 1. Regi seculorum immortali inuisibili. Dicit autem pluraliter, inuisibilia, quia Dei essentia non est nobis cognita secundum illud quod est, scilicet prout in se est vna. Sic erit nobis in patria cognita, & tunc erit dominus vnus, & nomen eius vnum, vt dicitur Zacha. vltim. Est autem manifesta nobis per quasdam similitudines in creaturis repertas, quæ id quod in Deo vnum est, multipliciter participant, & secundum hoc intellectus noster considerat vnitatem diuinæ essentiæ sub ratione bonitatis, sapientiæ, virtutis, & huiusmodi quæ in Deo non sunt. Hæc ergo inuisibilia Dei dixit,

sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei,

Super Io. tract. 26.

Act. 18.

Hom. 29. super Eu.

xit, quia illud vnum quod his nominibus seu rationibus in Deo respondet, non videtur a nobis. Heb. 11. Vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Aliud autem quod de Deo cognoscitur, est virtus ipsius: secundum quam, res ab eo procedunt, sicut a principio. Psal. 146. Magnus dominus, & magna virtus eius. Hanc ergo virtutem philosophi perpetuam esse cognouerunt. Vnde dicitur; *Sempiterna quoque virtus eius.* Tertium cognitum est quod dicit; Et *diuinitas.* ad quod pertinet quòd cognouerunt Deum sicut vltimum finem, in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonum commune quod ab omnibus participatur: propter hoc potius dixit diuinitatem, quæ participationem significat, quam deitatem, quæ significat essentiam Dei. Col. 1. Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Hæc autem tria referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos. Nam inuisibilia Dei cognoscuntur per viam negationis: sempiterna virtus per viam causalitatis: diuinitas per viam excellentiæ.

manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, a creatura mũdi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Secundo, considerandum est per quod medium illa cognouerunt, quod designatur, cum dicit; *Per ea quae facta sunt.* sicut enim ars manifestatur per artificis opera, ita & Dei sapientia manifestatur per creaturas. Sapien. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator harum videri.

Tertio ostendit quomodo per ista cognoscatur Deus, cum dicit; *Intellecta conspiciuntur.* Intellectu enim cognosci potest Deo non sensu vel imaginatione, quæ corporalia non transcendunt, Deus autem spiritus est, vt Io. 4. dicitur. Esa. 52. Ecce intelliget seruus meus. Quarto potest designari a quo per hunc modum Deus cognoscatur, cum dicitur, A *creatura mundi* per quòd vno modo potest intelligi homo. Mar. vltim. Prædicate euangelium omni creaturæ, vel propter excellentiam hominis, qui ordine naturæ minor est angelis: sed excellit inter inferiores creaturas, secundum illud Psal. 8. Minuisti eum paulominus ab angelis: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, &c. Vel quia communicat cum omni creatura: habet enim esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, vt Gre. dicit. Alio modo potest intelligi de vniuersali creatura. Nulla enim creatura ex propriis naturalibus potest Dei essentiam in seipsa videre. Vnde & de Seraphin dicitur Esa. 6. quòd duabus alis velabant caput: sed sicut homo intelligit Deum per creaturas visibiles, ita angelus per hoc quod intelligit propriã essentiam. Potest autem aliter intelligi per creaturam mundi non ipsa res creata, sed rerum creatio: ac si diceretur, a creatione mundi, & tunc potest dupliciter ordinari. Vno modo, quòd intelligatur quòd inuisibilia Dei intelliguntur per ea quæ facta sunt a creatione mundi, non solum per ea quæ facta sunt tempore gratiæ. Alio modo quòd intelligatur quòd a creatione mundi, homines incœperunt Deum cognoscere per ea quæ facta sunt. Iob. 26. Omnes homines videt eum. Glossa autem dicit quòd per inuisibilia Dei, intelligitur persona patris. 1. Tim. vlt. Quem nullus hominum vidit, &c. Per sempiternam virtutem, persona filii, secundum illud 1. Corinth. 1. Christum Dei virtutem. Per diuinitatem, persona spiritus sancti, cui appropriatur bonitas, non quòd Philosophi ductu rationis potuerint peruenire per ea quæ facta sunt in cognitionem personarum, quantum ad propria quæ non significant habitudinem causæ ad creaturas, sed secundum appropriata. Dicuntur tamen defecisse in tertio signo, id est, in spiritu sancto: quia non posuerunt aliquid respondere spiritui sancto, sicut posuerunt aliquid respondere patri, scilicet ipsum primum principium, & aliquid respondere filio, scilicet primam mentem creatam, quam vocabant paternum intellectum, vt Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis.

LECTIO VII.

POSTQVAM apostolus ostendit veritatem dei fuisse a Gẽtibus cognitam: hic ostendit eos fuisse obnoxios culpæ impietatis & iniustitiæ. Et primo ostendit hoc quantum ad culpam impietatis. Secundo quantum ad culpam iniustitiæ, ibi; Et *sicut non probauerunt, &c.* Posset autem aliquis credere, eos a culpa impietatis excusari propter ignorantiam, sicut Apostolus de se dicit infra 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Primo ergo ostendit Gentiles non esse excusabiles. Secũdo, ponit eorum culpam, ibi; Et *mutauerunt gloriam.* Circa primum considerandum est, quòd tunc ignorantia culpam excusat: quando sic procedit & causat culpam, quòd nõ causatur a culpa, sicut cum aliquis adhibita diligentia debita, dum credit percutere hostem percutit patrem. Si vero ignorantia causetur ex culpa, non potest subsequentem culpam ignorãtia excusare. Vnde si quis per ebrietatem homicidium committit, non excusatur a culpa, quia peccauit se inebriando. Vnde secundũ philosophum, meretur duplices mulctationes. Primo igitur proponit quod intẽdit dicens, Ita quod est Dei, notum est eis, vt sint in excusabiles, id est, vt per ignorantiam excusari non possint. Ia. 4. Scienti bonum & non operanti peccatum est illi: Infra. 2. Propter quod inexcusabilis es. Secũdo ibi; *Quia cum cognouissent, &c.* Probat quod dixerat, & primo ostendit prima eorum culpa ex ignorantia non processit: secundo quod ex hac culpa est ignorantia subsecuta, ibi; *Sed euanuerunt.* Quòd autem prima eorum culpa non fuerit ex ignorantia ostendit, per hoc quòd Dei cognitionem habentes, ea non sunt vsi ad bonum. Dupliciter autem Deum cognouerunt, vno modo sicut omnibus super eminentem, & sic ei debebant gloriam & honorem, quæ superexcellentibus debetur; isti ideo dicuntur inexcusabiles, *Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt*: vel quia ei debitum cultum non impenderunt, vel quia virtuti eius & scientiæ terminum imposuerunt, aliqua eius potentiæ & scientiæ subtrahentes, contra id quod dicitur. Eccl. 43. Glorificantes dominum quantumcunque poteritis. Secundo cognouerunt eum sicut omnium bonorum causam, vnde eis in omnibus gratiarum actio debebatur, quam tamen ipsi non impendebant, sed potius suo igenio, & virtuti suæ bona sua ascribebant. Vnde subdit, Gratias non egerunt, scilicet domino. 1. Thessal. vlti. In omnibus gratias agite. Deinde cum dicit; *Sed euanuerunt.* Ostendit quòd in eis ex culpa est ignorantia subsecuta. Et primo ponit intentum: secundo manifestat propositum, ibi; *Dicentes.* Primo ergo proponit culpam quæ est ignorantiæ causa cum dicit, Euanuerunt, vanum enim dicitur quod non habet stabilitatem seu firmitatem: solus autem Deus de se est immutabilis. Malachiæ. 3. Ego Deus & non mutor. Et ideo tunc solum mens humana est a vanitate libera quando Deo innititur, cum autem prætermisso Deo innititur, cuicunque creaturæ, incurrit vanitatem. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines in quibus non sub est scientia Dei, &c. Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. In cogitationibus suis euanuerunt, inquantum in seipsis, & non in Deo: fiduciam habebant sibi, & non Deo bona sua ascribentes, secundum illud Psal. 11. Labia nostra, &c. Secundo ponit ignorantiam subsecutam dicens; Et *obscuratum est*; id est per hoc quod obscuratum est, factum est cor eorum insipiens, id est, lumine sapientiæ priuatum, per quam homo vere Deum cognoscit. Sicut enim qui oculos corporales solem materiali auertit, obscuritatem corporalem incurrit, ita ille qui a Deo auertitur de seipso præsumens, & non de Deo: spiritualiter obscuratur. Prou. 11. Vbi humilitas, per quam scilicet homo se Deo subiicit, ibi sapientia: vbi superbia, ibi contumelia. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, secundum quòd scilicet eis videbatur, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus. & de his habetur Ephes. 4. Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. Deinde cum dicit; *Dicentes*, exponit quod dixerat, & primo qualiter in cogitationibus suis euanuerunt, cum dicit; *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Dicentes id est sapientiam sibi a seipsis ascribentes. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Esa. 19. Quomodo dicetis Pharaoni filius sapientium ego filius regum antiquorum? &c. Secundo exponit quod dixerat; Et *obscuratum est insipiens cor*, cum dicit, stulti facti sunt, quasi contra diuinam sapientiam agentes. Hiere. 10. Stultus factus est omnis homo scientia sua de qua scilicet præsumebat. Deinde cum dicit; Et *mutauerunt gloriam* ponit peccatum impietatis Gentilium. Et primo quantum ad hoc quòd peccauerunt contra Dei gloriam. Secundo quo modo contra veritatem naturæ ipsius, ibi; *Quia commutauerunt veritatem.* Circa primum duo facit. Primo ponit impietatis culpam, secundo pœnam, ibi; *Propter quod tradidit.* Culpa quidem eorum fuit, quòd quantum in ipsis erat, honorem diuinum in alium transtulerunt, secundum illud Hiere. 2. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Primo ergo ponit id quod mutauerunt: secundo id, in quod mutauerunt, ibi; *In similitudinem.* Circa primum tria sunt attendenda ex parte Dei. Primo quidem, ipsius gloriam quam tãgit

2. Polit. 5. vlt.

git dicens; Et *mutauerunt gloriam*. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo de gloria qua homo Deum glorificat, ei cultum latriæ exhibendo. 1. Tim. 1. Soli Deo honor. Hanc igitur mutauerunt, cum cultum Deo debitum, exhibuerunt aliis. Alio modo potest intelligi de gloria, qua Deus in se gloriosus est, quæ est incomprehensibilis & infinita. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Quæ quidem gloria nihil est aliud quàm ipsa claritas diuinæ naturæ. Lucem enim habitat inaccessibilem. 1. Tim. vltim. Hanc autem mutauerunt, dũ eam aliis attribuerunt. Incommunicabile enim nomen, lignis, & lapidibus imposuerunt, vt dicitur Sapien. 14. Secundo notatur incorruptibilitas cum dicit; *Incorruptibilis*. Ipse enim solus perfecte incorruptibilis est, qui est omnino immutabilis. Omnis enim mutatio quædam corruptio est. Vnde dicitur 1. Tim. vlti. Solus habet immortalitatem. Tertio, notatur naturæ sublimitas cum dicitur, Dei. vt enim in Psalm. 47. dicitur, Deus magnus dominus. Ex parte vero eius in quod mutauerunt, tria correspondentia ponuntur. Nam contra gloriam dicit, in similitudinem imaginis, id est in similitudinem alicuius rei per modum imaginis ab aliquo expressæ. Manifestum enim est, q̃ similitudo imaginis est posterior illa re, cuius est imago. Gloria autem siue claritas Dei est principium omnis speciei & formæ. Et sic dum Dei gloriam in similitudinem imaginis mutauerunt, conuerterũt primum in vltimum. Sapien. 14. Acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. Contra id quod dixerat incorruptibilis, dicit corruptibilis. Psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? scilicet quod est amplius iam corruptum siue mortuum? Sap. 15. Cum sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Contra id quod dixit Dei, ponit hominis. Iob. 32. Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. Et quod est abominabilius, homo gloriam Dei transtulit, non solum in hominem qui est ad imaginem Dei: sed etiam ad ea quæ sunt infra hominem. Vnde subdit; Et *volucrum*, quantum ad volatilia; Et *quadrupedum* quantum ad gressibilia; Et *serpentum* quantum ad reptilia. Prætermittit autem pisces, tanquam magis ab humana conuersatione seiunctos. Hæc autem omnia sunt a Deo homini supposita. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ezech. 8. Ingredere & vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi: & ecce omnis similitudo reptiliũ & animaliũ, &c.

Est autem notãdum, quòd sicut dicit glos. ab aduentu Aeneę consueuerunt in Italia imagines hominum coli, puta Iouis, Herculis, & similium. Sed tempore Cęsaris Augusti deuicta Aegypto, eorum cultum Romani assumpserunt: qui imagines animalium colebant propter figuras animalium quæ notantur in cœlo, quibus Egiptii, tanquam astrologiæ dediti, cultum diuinitatis impendebant. Vnde & dominus filios Israel in Aegypto nutritos, ab huiusmodi cultu remouet dicens, Deut. 4. Ne forte oculis eleuatis in cœlum videas Solem, & Lunam & omnia astra cœli, &c. Deinde cum dicit; *Propter quod tradidit*, ponit pœnam huiusmodi culpæ respondentem. Circa quod considerandum est, quòd homo medium locum obtinet inter Deum & animalia bruta, & cum vtroque extremorum communicat: cum deo quidem secundum intellectuatitatem, cum animalibus vero brutis secundum sensualitatem. Sicut igitur homo id quod est dei, mutauit vsque ad bestias: ita Deus id quod est diuinum in homine secundũ rationem, subdidit ei quod est brutale in ipso, scilicet desiderio sensualitatis: secundum illud Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, similitudines scilicet diuinæ imaginis propter rationem, comparatus est iumentis insipientibus. Hoc est ergo quòd dicit; *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis*. Vt eorum ratio subiceretur desideriis cordis, scilicet sensualis affectus, de quibus dicitur infra 13. Carnem curam ne feceritis in desideriis, &c. Quod quidem est contra naturalem ordinem hominis, secũdum quem ratio appetitui sensibili dominatur. Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Inducit ergo homines in desideria cordis eorum, sicut in manum dominorum crudelium. Esa. 19. Tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium. Præcipue tamen circa appetitum sensitiuum, bestialis quædam deordinatio pertinet ad peccata carnalia. Nam delectationes tactus, circa quas sunt gula & luxuria, manifeste sunt communes nobis & brutis. Et ideo sunt magis exprobrabiles, quasi magis brutales, vt dicit Philosophus in 3. Ethico. Et hoc designatur cum subdit

sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratũ est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod

tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

Cap. 10.

F In immunditiam, quæ ad peccata carnalia pertinet: secundum illud Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus: quia scilicet homo per huiusmodi peccata, maxime conuertitur & trahitur ad id, quod est infra ipsum: vnumquodque enim dicitur esse impurum siue immundum ex commixtione vilioris, sicut argentum ex commixtione plumbi. Vnde exponens subdit; Vt *contumeliis*, id est turpibus & immundis actibus; *Afficiant*, id est inficiant; *Corpora sua in semetipsis*, id est, non quasi ab aliis coacti, puta a Barbaris, sed a semetipsis hoc agunt

G propria sponte. infra 9. Aut non habet potestatem figulus luti, ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? scilicet in turpem vsum. Sed cum huiusmodi immunditia sit peccatum, videtur quòd Deus in eam homines non tradat: quia vt dicitur Iaco. 1. Deus intentator malorum est. Dicendum est, quòd Deus non dicitur tradere homines in immunditiam directe inclinando affectum hominis ad malum, quia Deus omnia ordinat in seipsum. Prou. 16. Vniuersa propter se operatus est dominus. peccatum autem est aliquid per auersionem ab eo. Sed indirecte tradit homines in peccatũ, inquãtum iuste subtrahit gratiam per quam homines cõtinebantur, ne peccarent, sicut si aliquis alicuius subsentaculum tolleret, diceretur facere casum eius. Et per hunc modum, primum peccatum est causa sequentis peccati, sequens vero est pœna prioris. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd vnum peccatum potest esse causa alterius indirecte & directe. Directe quidem, inquãtum ex vno peccato inclinatur ad aliud, quod fit tripliciter.

H Vno modo secundum rationẽ causæ finalis, sicut cum quis ex auaritia vel inuidia incitatur ad homicidium committendum. Secundo, secundum rationem causæ materialis, sicut gula inducit ad luxuriam ministrando materiam. Tertio, secundum rationem causæ mouentis, sicut cum ex multis actibus alicuius peccati, generatur habitus ad simile peccatum inducens. Indirecte autem, sicut primum peccatum meretur exclusionem gratiæ, qua subtracta homo ruit in aliud peccatum. Et sic primum peccatum est causa secundi indirecte siue per accidens, sicut remouens prohibens. Sed notandum est, quòd peccatum inquantum huiusmodi, non potest esse pœna, quia pœnam contra voluntatem patimur, peccatum autem est voluntarium, vt August. dicit: sed quia peccatum habet quædam adiuncta, quæ sunt contra voluntatem peccantis, ratione eorum peccatum dicitur pœna præcedentis peccati. Hoc autem est vno modo aliquid præcedens peccatum, sicut subtractio gratiæ ex qua sequi

I tur vt homo peccet. Alio modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius; sicut est inordinatio animi, vnde Augu. dicit in 1. Confes. Iussisti domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus, siue quantum ad exteriores actus quibus difficultates ac labores adiunguntur, secundum illud quod dicunt impii. Sapien. 5. Ambulauimus vias difficiles, &c. Tertio, quantum ad id quod sequitur peccatum, sicut est remorsus conscientiæ, infamia & similia. Deinde cum dicit; *Commutauerunt, &c.* Ponit culpam impietatis, quam commiserunt contra veritatem diuinæ naturæ. Et primo ponit culpam, secundo pœnam, ibi, Propterea tradidit. Diuina autem natura potest considerari dupliciter. Vno modo secundum quòd est ratio cognoscendi, vt veritas prima, & quantum ad hoc dicit; *Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium*, quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia veram cognitionem quã a Deo acceperunt peruersa ratione ad falsa dogmata conuertere-

K runt, sicut cum dixerunt idola esse deos, vel deum non esse omnipotentem, vel omniscientem. Hiere. 9. Docuerunt linguas suas loqui mendacium. Alio modo veritatem dei in mẽdacium mutauerunt, quia diuinitatis naturam, quæ est ipsa veritas attribuerunt idolo, quod est mendacium inquantum non est deus, vt dicitur Hiere. 19. Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet homo sibi deos, & ipsi non sunt dii? Alio modo potest considerari diuina natura, secundum quòd est principium essendi omnibus per creationem, & sic debetur ei ab homine, interius quidem cultus secundum pium affectum. Ioan. 9. Si quis cultor est Dei, &c. exterius vero debetur ei seruitus latrię, secundum illud Deut. 6. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde & subdit contra eos scilicet; *Coluerunt & seruierunt creaturæ potius, &c.* colebant enim cœlestia corpora, & aerem, & aquam; & alia huiusmodi, secundum illud Sapien. 13. Aut ignem, aut spiritum,

De ver. rel, cap. 14.

Cap. 12.

spiritum, aut citatum aerem, &c. Et in hoc improbat sapientes gentilium, qui quàmuis nunquam in imaginibus aliquid numinis esse crederent, sicut sectatores Hermetis credebant, neque ea quæ a Poetis fabulose dicebantur de diis crederent esse vera, creaturis tamen aliquibus, cultum diuinitatis impendebant, ex quibus rationem fabularum assignabant, sicut Varro posuit totum mundum esse deũ propter animam eius, dicens q̃ toti mundo, & omnibus partibus eius, diuinitatis cultus impendi potest, scilicet aeri, quem vocabant Iunonem, & aquæ quam vocabant Lieũ, & sic de aliis. Platonici etiam posuerunt, quòd omnibus substãtiis rationalibus quæ sunt supra nos cultus diuinitatis debetur: puta dæmonibus, animabus cœlestium corporum intelligentiis, id est, substantiis separatis. Quamuis autem his, quæ supra nos sunt aliquam reuerentiam exhibere debeamus, non tamen cultu latriæ, quæ potissime in sacrificiis & oblatione consistit, per quam homo profitetur omnium bonorum Deum esse authorem, sicut & in quolibet regno aliquis honor supremo domino exhibetur, quem non licet transferre in alium. Et ideo subdit; *Qui est benedictus*, id est, cuius bonitas est manifesta. Sicut enim dicimur benedicere Deum, inquantum eius bonitatem corde recognoscimus & ore confitemur. Eccle. 43. Benedicentes Deum exaltate illum quantum potestis. Addit autem; *In seeula*, quia eius bonitas est sempiterna ab alio nõ dependens, sed est omnis boni principium. Et ex hoc sibi debetur omnis latriæ cultus. Addit autem Amen, ad omnimodam certitudinem asserendam. Esa. 65. Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen, quod idem est quòd verum, vel fiat. Videtur autem Apostolus triplicem theologiam tangere gentilium. Primo quidem ciuilem quæ obseruabatur a pontificibus in adoratione idolorum in templo, & quantum ad hoc dicit, Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei. Secũdo theologiã fabularẽ, quam poetæ tradebant in theatris, & quantum ad hoc dicit; *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium*. Tertio theologiam naturalem quam obseruauerunt philosophi in mũdo, partes mundi colentes, & quantum ad hoc dicit, Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori.

LECTIO VIII.

POSITA culpa impietatis, secundum quam contra naturam diuinam peccauerunt, hic ponit pœnam, qua scilicet ad hoc reducti sunt, vt contra suam naturam peccarent. Et primo ponit pœnam, secundo exponit, ibi; *Nam foeminae*, tertio eius conuenientiam ostendit, ibi; Et *mercedem*. Dicit ergo primo; *Propterea*, scilicet quia dei veritatem in mendacium mutauerunt; *Tradidit illos Deus* non quidem impellendo in malum, sed deserendo; *In passiones ignominiae*, id est peccata contra naturam, quæ dicuntur passiones secundum quòd proprie passio dicitur, ex eo quòd aliud trahitur extra ordinem suæ naturæ, puta cum aqua calefit, aut cum homo infirmatur. Vnde quia per huiusmodi peccata homo recedit ab ordine naturali, conuenienter dicuntur passiones, infra 7. Passiones peccatorũ. Dicuntur autem passiones ignominiæ, quia non sunt nomine digna, secundum illud Ephes. 5. Quæ aguntur in occulto ab eis turpe est dicere. Si enim peccata carnis communiter exprobrabilia sunt, quia per ea homo deducitur ad id, quod est bestiale in homine, multo magis peccatum contra naturam, per quod etiam homo a natura bestiali decidit. Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Deinde cum dicit; *Nam foeminae eorum, &c.* exponit quod dixerat. Et primo quantum ad fœminas, secundo quantum ad masculos, ibi; *Similiter autem masculi*. Dicit ergo primo, Ideo illos dico in passiones ignominiæ traditos. *Nam foeminae eorum mutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam.* 1. Corinth. 11. Nec ipsa natura docet vos. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, id est ius naturale. Est autem considerandum quòd dupliciter est aliquid contra naturam hominis. Vno modo contra naturam differentiæ constitutiuæ hominis, quæ est rationale, & sic omne peccatum dicitur esse contra naturam hominis, inquantum est contra rationem rectam. Vnde & Dama. dicit in 2. lib. quòd angelus peccans, versus est ex eo quod est secundum naturam in id, quod est præter naturam. Alio modo dicitur esse aliquid contra naturam hominis ratione generis, quod est animal. Manifestum est autem quòd secundum

Lib. 2. de fide. c. 4. post princip.

LECTIO VIII.

A naturæ intentionem, commistio sexuum in animalibus, ordinatur ad actum generationis. Vnde omnis commistionis modus ex quo generatio sequi non potest, est contra naturam hominis inquantũ est animal. Et ꝓ hoc dicitur in Glossa, naturalis vsus est vt vir & mulier in vno concubitu coeant. Contra naturam vero, vt masculus masculum polluat, & mulier mulierem: & eadem ratio est de omni actu coitus, ex quo generatio sequi non potest. Deinde cum dicit; *Similiter autem*, exponit quantum ad mares

B qui scilicet relicto naturali vsu fœminæ exarserunt, id est extra terminos naturæ arserunt, secundum illud Psal. 105. Exarserunt sicut ignis in spinis. Et hoc; *In desideriis suis*, scilicet carnalibus; *Inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes*. Ezech. 16. Nudabo ignominiam tuam coram eis, &c. Deinde cum dicit; Et *mercedem*: ostendit hanc pœnam conuenientem esse culpæ, dicens; *Recipientes in semetipsis*, id est in deformatione suæ naturæ *Mercedem erroris sui*, scilicet, quo Dei veritatem in mẽdacium commutauerunt; *Mercedem*, id est retributionem quam oportuit, scilicet eos recipere, secundum iustitiæ ordinem ex qua debitum erat, vt qui in Dei naturam iniuriosi fuerant, id quod est proprium sibi creaturis attribuendo, in sui natura contumeliosi existerent. Et quamuis merces proprie videatur in bonum sonare, tamen hic sumitur communiter pro quacunque retributione, etiam in malis, secundum modum quo dicitur infra 9. Stipendia peccati mors. Mich. 1. Mercedes eorum igni comburentur. Et est notandum quòd satis rationabiliter Apo

C stolus vitia contra naturam quæ sunt grauissima inter peccata carnalia, ponit idolatriæ pœnam, quia simul cum idolatria incepisse videntur, scilicet tempore Abrahæ, quando creditur idolatria incepisse. Vnde & tunc primo leguntur in Sodomitis punita esse, vt Gen. 19. simul etiam idolatria crescente huiusmodi vitia creuerunt. Vnde dicitur 2. Machab. 4. quòd Iason ausus est sub ipsa arce optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis.

Deinde cum dicit; Et *sicut non probauerunt*: ostendit eos iustitiæ fuisse subiectos. Et primo ostendit ex qua priori culpa in hæc peccata deuenerunt. Secũdo enumerat horũ peccatorũ differentias, ibi; *Repletos omni iniquitate*. Culpam autem præcedentẽ ponit cum dicit; Et *sicut non probauerunt Deum habere in notitia*, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia quamuis lumine rationis, & per creaturas visibiles veram Dei cognitionẽ

D habere potuerunt, tamen vt liberius possent peccare non probauerunt, id est non approbauerunt, vt ipsi haberent Deum in sui notitia. Iob. 22. Dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Alio modo potest intelligi quòd ipsi non probauerunt quòd Deus in sua notitia haberet facta humana, secundum illud Psal. 93. Dixerunt, non videbit dominus, nec intelliget Deus. Et secundum hunc sensum conuenienter huic culpæ respondet pœna cum subditur, Tradidit illos Deus in reprobum sensum: dicitur autem hic sensus hominis non exterior quo sensibilia cognoscuntur, sed interior secundum quem iudicat de agendis, secundum illud Sapien. 6. Cogitare de illa sensus est consummatus. Dicitur autem sensus reprobus, quo aliquis reprobandum iudicium habet de agendis, secundum illud 2. Tim. 3. Homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Hiere. 9. Argentum reprobum vocate eos. Et ideo subdit; Vt *faciant ea quae non conueniunt*, id est ea quæ a recta ratione discordant. Sap. 3. Inutilia opera eorum sunt. Est autem conueniens,

E vt qui contra Dei notitiam peccauerunt vel eum cognoscere nolentes; vel eum cognoscere non arbitrantes in peruersitatem sensus traderentur. Vnde & Sap. 14. dicitur, Peccantium pœna perambulat semper in iustorum præuaricationem. Deinde cum dicit, *Repletos, &c.* enumerat huiusmodi inconuenientia opera: & primo ponit id quod est generale, dicens; *Repletos omni iniquitate*, quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Omne peccatum est iniquitas. Sicut enim omnis virtus inquantum exequitur præceptum legis habet rationem iustitiæ, ita etiam omne peccatum inquantum a regula legis diuinæ discordat, habet rationem iniquitatis. Et sic in Sacra Scriptura præcipue peccata arguuntur. Dupliciter autem eorum culpam exaggerat, Primo quidem in tensiue, per hoc quòd dicit; *Repletos*. Ille enim videtur repleri iniquitate, cuius affectus est totaliter ad peccandum dispositus, secundum illud Psal. 13. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Secundo extensiue, quia scilicet non tantum in vno peccauerunt, sed in omnibus. Sap. 14. Infandorum idolorum

idolorum cultura omnis mali causa est. Consequenter cum dicit; *Malitia*, enumerat peccata in speciali. Et primo quantum ad trangressionem quæ opponitur præceptis negatiuis. Secundo quantum ad omissionem, quæ opponitur præceptis affirmatiuis, ibi; *Superbos*. Circa primum duo facit. Primo ponit peccata, quibus aliquis deteriorat in seipso. Secundo, peccata quibus aliquis fit nociuus proximo, ibi; *Nequitia*. Circa primum ponit quidem id primo, quod est generale cũ dicit; *Malitia*, quæ est habitus vitiosus virtuti oppositus. Vnde ex malitia peccare dicuntur qui ex habitu peccant. Psalm. 51. Quid gloriaris in malitia? In speciali ponit peccatum, quo quis deordinatur circa appetitum corporalium delectationum cum dicit; *Fornicatione*. Quamuis enim fornicatio proprie sit cum meretricibus, quæ iuxta fornices, id est arcus triumphales se publice prostituebant, tamen hic sumitur pro omni illicito concubitu. Thob. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. Secundo ponit vitium per quod quis deordinatur circa appetitum rerum exteriorum, cum dicit; *Auaritia*, quæ est immoderatus appetitus habendi. Heb. vlti. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Deinde ponuntur peccata, quæ tendunt ad nocumentum proximi. Et primo ponit id quod est generale, cum dicit; *Nequitia*, dum scilicet attentat aliquis quod nequit implere, quod maxime contingit circa nocumenta proximorum, quibus non potest aliquis aliquando pro voto nocere. Psal. 7. Concumetur nequitia peccatorum. Consequenter ponit radicem horum peccatorum, dicens; *Plenos inuidia*, quæ est dolor de alieno bono: ex quo aliquis incitatur ad nocendum alteri. Sapiẽ. 2. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Postea ponuntur nocumenta, & primo manifesta, & quantum ad facta, cum dicit; *Homicidiis*, quæ sunt præcipua nocumenta. Oseæ 4. Maledictum, mendacium, & homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt. Dicit autem pluraliter; *Homicidiis*, quia homicidium, non solum consistit in opere, sed etiam in voluntate. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem, homicida est, qui scilicet odit ad occidendum. Et quantum ad verba, cum dicit; *Contentione*. Est autem contentio, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Prou. 20. Honor est homini qui se separat a contentionibus. Deinde ponit nocumenta occulta, & primo illud quod est generale, cum dicit; *Dolo*, quando, scilicet, aliud simulatur, & aliud agitur. Hiere. 9. Sagitta vulnerans, lingua eorum, dolum locuta est in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ei ponit insidias. Post hæc ponit radicem interiorem horum nocumentorum, cum dicit; *Malignitate* quæ importat malum ignem, id est malum affectum in corde, secundum illud Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala aũt in cordibus. Psal. 5. Non habitabit iuxta te malignus.

Consequenter ponit nocumenta occulta quæ præcipue fiunt verbis, cum dicit; *Susurrones*. Qui scilicet occulte susurrant in auribus hominum ad seminandum inter eos discordias. Eccles. 28. Susurro, & bilinguis maledictus in populo: multos enim turbauit, pacem habentes; *Detractores*, qui scilicet detrahunt famæ alicuius occulte id est eo ignorante, mala dicentes de eo. Eccle. 10. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Et ne putentur ista peccata esse leuia, qa solo ore committuntur, subdit; *Deo odibiles*. Impugnant enim id maxime quòd Deus in hominibus amat scilicet mutuũ amorem. Io. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Vnde dicitur Prouer. 6. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur anima eius, scilicet qui seminat inter fratres discordias. Addit autem *Contumeliosos*, qui scilicet mala in faciem inferunt. 1. Tim. 1. Qui prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus. Sic ergo hæc tria vitia in materia cõueniunt, quia oẽs mala dicut de proximo. Dicit autem in fine, nam susurro intendit discordiam, detractor infamiam, contumeliosus iniuriam.

Consequenter ponit peccata quæ pertinent ad omissionem: & primo ponit radicem horum peccatorum, cum dicit; *Superbos*. Dicuntur enim superbi, quasi super se euntes per inordinatum appetitum excellentiæ: volunt enim præesse, non subesse alienæ regulæ, & ideo præcepta ommittunt. Eccle. 10. Initium omnis peccati, superbia. Quod verum est quantum ad auersionem a Deo, non quantum ad conuersionem ad bonum commutabile. Dicitur enim 1. Tim. vlti. quòd radix omnium malorum est cupiditas. Secundo ponit processum superbiæ, ex quo primo in corde nascitur elatio; vt scilicet homo se super alios efferat. Luc. 18. Non sunt sicut cæteri hominum. Vnde dicitur contra elatos illud Psal. 130. Neque elati sunt oculi mei. Secundo ex superbia in opere nascitur nouitatum præsumptio. Et quantum ad hoc subdit, Inuentores malorum, quia enim bona iam a deo & ab hominibus sunt instituta, cõsequens est vt ipsi de nouo adinueniãt mala. Esa. 3. Adinuentiones eorum cõtra dominum. Cõsequenter ponuntur ipsæ omissiones. Et primo respectu superiorum. Vnde quãtum ad parentes dicit; *Parentibus non obedientes*. Contra id quod dicitur Ephe. 6. Filii, obedite parentibus vestris in domino. Quantum autem ad Deum, dicit; *Insipientes*, id est contra diuinam reuerentiam agentes. Iob. 28. Ecce timor domini, ipsa est sapientia, & recedere a malo, intelligentia. Secundo ponit omissionem, quantum ad seipsum, cum dicit; *Incompositos*, in habitu & in incessu. Eccle. 19. Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enuntiat de illo. Quidam tamen inculpantur Esa. 3. de hoc, quòd composito gradu incedebant, quia illa compositio excedebat modum communem hominum, inter quos conuersabantur. Tertio ponit omissionem quantum ad pares, ad quos debemus habere primo affectum in corde, contra quod dicit; *Sine affectione*. Prouer. 12. Viscera impiorum crudelia. 2. Tim. 3. Erunt homines seipsos amantes, scilicet, & non alios. Secundo debet homo eis exhibere socialem conuersationem, contra quod subdit; *Absque foedere*, quo scilicet aliis socialiter non conuiuunt. Iudic. 18. Percusserunt eos in ore gladii, eo quòd cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negocii. Eccle. 4. Væ soli, quoniam cum ceciderit &c. Quarto quantum ad inferiores, subdit; *Sine misericordia* quam debemus miseris exhibere. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam, &c.

Deinde cum dicit; *Qui cum iustitiam*: ostendit eos esse obnoxios iræ siue vindictæ diuinæ. Circa quod tria sunt consideranda. Primo, naturalis eorum affectus: quia cum cognoscerent Deum iustum & omnes aliàs perfectiones habentem, non crediderunt quòd pro peccatis pœnam inferret. Sopho. 1. Dicunt in cordibus suis, non faciet dominus male. Et hoc est quòd dicit; *Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt*. Secundo, pœna peccatis eorum debita, cum dicit, Digni sunt morte. infra 6. Stipendia peccati, mors est. Dignum est enim quòd anima quæ deserit Deum, a corpore suo deseratur per mortem corporalem & finaliter deseratur a Deo per mortem æternam, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Et Apoca. 2. In his mors secunda non habebit potestatem. Tertio considerandum est quibus talis pœna debetur. Et primo his qui talia agunt scilicet prædicta peccata, secundum illud Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, & non solum illis qui faciunt, sed etiam his qui consentiunt facientibus. Et hoc dupliciter. Vno modo directe vel laudando peccatum, secundum illud Psal. 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Vel etiam præbendo consilium & fauorem, secundum illud 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium. Alio modo indirecte, quando non reprehendit, aut impedit quocunq; modo si potest, & præcipue si ex officio incumbat, sicut peccata filiorum imputantur Hely: sicut patet 1. Regum 4.

Hæc etiam specialiter Apostolus dicit propter quosdam sapientes Gentilium: qui & si idola non colebant, tamen colentibus non resistebat.

metipsis recipientes. Et sicut nõ probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtẽtione, dolo, malignitate, susurrões, detractores, Deo odibiles, cõtumelio

CAP. II. LECTIO I.

Postqvam Apostolus ostendit quòd Gentiles iustificati non sunt ex veritatis cognitione quam habuerunt, hic ostendit quòd neque etiam Iudæi iustificati sunt ex his in quibus gloriabantur. Et sic vtrisq; est necessaria ad salutẽ virtus euangelicæ gratiæ. Primo ergo dicit, ꝙ Iudæi non sunt iustificati ex lege. Secundo quòd non sunt iustificati ex genere, de quo gloriabãtur. 3. cap. *Quid ergo est amplius?* Tertio quòd non sunt iustificati ex circuncisione. 4. cap. *Quid ergo dicemus?* Circa primum considerandũ est quòd Iudæi & Gentiles ad fidem conuersi se in vicem iudicabant de priori vita. Iudæi. n. Gentibus obiiciebant, quòd sine Dei lege viuentes, idolis immolabant. Gentes autem obiiciebant Iudæis, ꝙ lege Dei accepta, eam non seruabant. Primo ergo vtrosque arguit de inordinato iudicio. secundo specialiter ostendit quòd Iudæi non erant digni præmio: quia ea in quibus gloriabanẽ nõ sufficiebant ad salutem, ibi *Non enim auditores legis* Circa primũ duo facit. Primo confutat humanum iudicium. Secundo astruit & cõmendat diuinum, ibi *Scimus enim* Circa primum duo facit. Primo proponit mutuo se iudicantes inexcusabiles esse. Secundo assignat rationem, ibi *In quo autem* Primo ergo concludit ex præmissis, dicens, Propter quod Gentiles veritatem de Deo cognitam in iniustitiam detinuerunt. O homo qui iudicas alium hominem inexcusabilis es, sicut supra. 1. dixit, ita vt sint inexcusabiles. Addit autem *Omnis*. Quasi dicat, quicunque sis, siue Gentilis, siue Iudæus, quia etiam Gentilis de quo magis videbatur, non potest excusari per ignorantiam, sicut supra ostensum est. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Deinde cum dicit *In quo enim*, assignat rationem, excludẽdo causam excusationis. Primo quidem ignorantiam. Secundo innocentiam, ibi *Eadem enim* Ignorantia quidem excluditur per iudicium: quicunque. n. iudicat aliquem quasi male agentem, demonstrat se agnoscere illud esse malum, & ex hoc ostendit esse condemnabilem: & hoc est ꝙ dicit, Ideo (inquã) es inexcusabilis. In quo enim iudicas alterũ quasi male agentem, teipsum condemnas. i. ostendis te esse condemnabilem. Mat. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Non tamen credendum est quòd omne iudicium sit condemnationis causa. Est. n. triplex iudicium. Vnum quidẽ iustum, quod ſ. fit ſm regulam iustitiæ. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Aliud est iudicium non iustum, quod scilicet fit contra regulam iustitiæ. Sap. 6. Cum essetis ministri regni eius, non recte iudicastis. Est autem tertium iudicium temerarium, contra quod dicitur. Eccle. 5. Ne temere quid loquaris. Quod quidem dupliciter committitur. Vno modo quando aliquis procedit circa id, quod est sibi commissum iudicium absque debita veritatis cognitione: contra id quod dicitur Iob. 29. Causam quam ignorabam diligentissime inuestigabam. Alio modo quando aliquis vsurpat sibi iudicium de occultis, de quibus solus Deus iudicare habet. Contra id quod dicitur 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus qui illuminabit, &c. Est autem aliquid occultum, non solum quo ad nos, sed secundũ sui naturam, ad solam dei cognitionem pertinens. Primo quidẽ cogitatio cordis, ſm illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, & ꝙbans renes. Secundo contingens futurum, ſm illud Esa. 41. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & dicemus quia dii estis vos. Et ideo sicut dicit Aug. de sermone domini in mõte. Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum est quo animo quidque factum fuerit, vel cum incertum est, qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Primum ergo iudicium non est condemnationis causa, sed ſm & tertium. Deinde cum dicit *Eadem enim* excludit aliam excusationis causam. ſ. innocentiam, quasi dicat, Ideo tu qui iudicas alios, teipsum cõdemnas, quia tu eadem agis q̃ iudicas, id est, de quibus alios cõdemnas: & ita vr quòd contra conscietiam agis. Mat. 7. Quid autem vides festucã in oculo &c. Est tn sciendum, quòd non semper cum aliquis aliquem iudicat de peccato quod ipse cõmittit, per hoc ipsum, semper sibi condẽnationem acquirit, quia non semper mortaliter peccat sic iudicando: semper tamen suam damnationem manifestat. Si enim publice sit in peccato de quo alium iudicat, videtur scandalizare iudicando, nisi forte humiliter se simul cum illo reprehendat

LECTIO PRIMA.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum cõdemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus. n. qm̃ iudicium Dei est secundum veritatẽ, in eos qui talia agunt. Existimas aũt o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis eius contẽnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit. Secundum autẽ duritiã tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

pro suo peccato ingemiscens. Si vero sit in eodem peccato occulte, non peccat iudicando alium de peccato eodem, maxime cum humilitate & conatu ad resurgendum: vt August. dicit in libro de sermone domini in monte. Primum cogitemus cum aliquem reprehendere necessitas nos cogit, vtrum tale sit vitiũ, quod nunquam habuimus: & tunc cogitemus nos etiã habere potuisse, vel tale quod habuimus, & iam non habemus: & tunc tangat memoriam fragilitas cõmunis, vt illam correctionem non odiũ, sed misericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pariter condolendum in uitemus. Deinde cum dicit *Scimus enim* astruit & commendat diuinum iudicium. & circa hoc tria facit. Primo ponit diuini iudicii veritatem. Secundo excludit contrariam opinionem, ibi *Existimas*. Tertio manifestat veritatem, ibi *Qui reddet unicuique*. Dicit ergo primo, Ideo dico quòd teipsum condemnas, cum eadem agis, quæ iudicas. Scimus enim, id est ꝙ certo tenemus, qm̃ iudicium Dei est in eos qui talia agunt, id est, imminet eis diuinum iudiciũ. Iob. 19. Vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium. Eccle. vlti. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicio. Item scimus quòd hoc iudicium est secundum veritatem. Psal. 95. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate. Hominis aũt iudiciũ, etiam si iuste iudicet, non semper est secundum veritatem negocii, sed secundum dicta testium, quæ quandoque dissonant a veritate. Sed hoc non est in diuino iudicio: quia vt ipse dicit Hier. 29. Ego sum iudex & testis. Non etiam fallitur falsis allegationibus, secundum illud Iob. 41. Non parcam ei quasi verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Deinde cum dicit *Existimas autem* excludit opinionem contrariam. Et primo ponit eam. Secundo assignat causam, ibi *An diuitias*. Tertio improbat, ibi *Ignoras* Dicit ergo primo. Ita dixi quòd iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Sed nunquid o homo, quicunque es, qui iudicas eos qui talia agunt, & tamen facis ea, superioris iudicium non times? existimas quia tu effugies iudicium Dei? Quasi dicat, Si hoc existimas, falsa est estimatio tua. Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Deinde cum dicit *An diuitias* ostendit causam huius falsæ æstimationis. Quia enim homo non statim punitur a Deo pro peccato, estimat se non esse puniendum. Contra id quod dicitur Eccle. 5. Ne dixeris in corde tuo, Peccaui, & quid accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Et Eccle. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, non debet contemnere, sed aduertere quod est bonum timentibus eum. Et ideo hic dicit, An contemnis. secũdum illud Prou. 18. Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contemnit diuitias, id est abundantiam. Ephe. 2. Deus qui diues est in misericordia bonitatis eius, per quam scilicet in nos diffundit bona: secundum illud Psal. 144. Aperis tu manum tuam, & omnia imples bonitate. Nam bonũ diffusionis rationem importat secundum Dionys. Treñ. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum. Et patientiæ per quam. ſ. sustinet grauiter, & ex malitia peccantes. Psal. 7. Deus iudex iustus & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Et longanimitatis, per quam scilicet diu sustinet homines ex infirmitate peccantes, diu tamen in peccato permanentes 2. Pet. vlti. Longanimitatem domini nostri Iesu Christi, salutem arbitramini. Deinde cum dicit *Ignoras* improbat prędictam causam, scilicet contemptum diuinæ patientiæ, & primo fructum diuinæ patientiæ, demonstrat: secundo periculum contemptus, ibi *Secundum duritiam autem*. Dicit ergo primo, mirum est quòd contemnis. Nunquid igitur ignoras quoniam benignitas Dei differentis pœnam. 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed ad pœnitentiam reuerti. Esa. 3. Expectat vos Deus vt misereatur vestri. Videtur autem Apostolus, vt in Glo. dicitur, tres gradus peccatorum tetigisse. Primo quidem impunitatem sibi promittentium. Secundo contemnentium Dei bonitatem. Tertio vero ignorantium. Vnde dicit Glo. Peccas o homo, dum tibi impunitatem promittis, grauius peccas, quia contemnis, & grauissime peccas, quia ignoras. Sed videtur hoc esse falsum, nam ignorantia alleuiat peccatum magis quàm aggrauet.

Est igitur secundum quosdam intelligendum, grauissime, id est periculosissime, quia qui ignorat peccatum, non quærit remedium. Vel grauissime propter ignorantiæ speciem, quæ ad infidelitatem pertinet, quæ est grauissimum peccatum. Vnde dicitur 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauissime in genere ingratitudinis Augustinus: Magis enim est ingratus qui beneficium non cognoscit, quàm qui diminuit, quod est contemnere. Deinde cum dicit *Secundum duritiam* ostendit periculum contemptus, dicens, secundum autem duritiam, quia scilicet ob beneficia diuinæ bonitatis non emollitur. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo, & cor impœnitens, quod scilicet ad pœnitentiam non flectitur ex Dei patientia & longanimitate. Hier. 8. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo. *Thesaurizas tibi iram*, id est multiplicas tibi reatum pœne. Iac. 5. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Vnde & hic sequitur, *In die iræ*, id est in die iudicii: de qua dicitur Sopho. 1. Dies illa, dies iræ, quia scilicet nunc Deus vindictam non infert, quam tunc inferet, secundum illud Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. *Et reuelationis iusti iudicii Dei*, quia tunc reuelabitur iustitia diuini iudicii, quod nunc non creditur esse, aut non videtur esse iustum. Esa. 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et quia Glossa hic dicit, quòd per duritiam & cor impœnitens significatur peccatum in spiritum sanctum, quod est irremissibile: ideo oportet videre quid est peccatum in spiritum sanctum, & quomodo sit irremissibile. Est igitur sciendum, quòd secundum antiquos doctores ecclesiæ, qui fuerunt ante Augustinum, scilicet Athanasium, Hylarium, Ambrosium, Hieronymum, & Chrysostomum, peccatum in spiritum sanctum dicitur blasphemia, qua opera spiritus sancti spiritui immundo attribuuntur, vt patet Matth. 12. quod quidem dicitur irremissibile & in hoc seculo & in futuro, quia pro hoc peccato puniti sunt Iudæi, etiam in hoc seculo per Romanos, & in futuro per dæmones. Vel quia non habet aliquam rationem excusationis, sicut habebat blasphemia, quam dicebant in Christum inquantum erat filius hominis: secundum illud Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini. Ad quod poterant induci per infirmitatem carnis, sicut & in veteri testamento, quia filii Israel murmurauerunt pro defectu panis & aquæ: vt legitur Exod. 16. Quasi humanum fuit & facile remissibile: sed quod postea dixerunt coram idolo: vt Exod. 22. Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti: peccauerunt in spiritum sanctum, scilicet opus Dei dæmonibus attribuentes. Vnde & eorum peccatum dicitur irremissibile. cum dominus subdit. Ego autem in die vltionis visitabo peccatum eorum. August. autem dicit, peccatum in spiritum sanctum esse verbum, vel blasphemiam, quam quis dicit contra spiritum sanctum, per quem fit remissio peccatorum, secundum illud Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et hoc quidem corde, scilicet ore & opere, dum aliquis perseuerat in peccato vsque in finem vltimum. Et sic finalis impœnitentia, est peccatum in spiritũ, de qua manifestum est esse irremissibile. Magistri vero sequentes dicunt peccatum in spiritum sanctum, scilicet quod committitur ex certa malitia, quæ contrariatur appropriato spiritui sancto, scilicet bonitati, sicut & peccatum in filium Dei, quod est ex ignorantia, quæ opponitur sapientiæ, quæ appropriatur filio. Et similiter peccatum in patrem potest dici quod fit ex infirmitate, quæ contrariatur potentiæ, quæ est appropriata patri Sic ergo peccatum quod est in patrem, vel in filium, dicitur remissibile, quia ex hoc ipso peccatum videtur aliquam excusationem habere, quia ex ignorantia, vel ex infirmitate committitur. Quod autem ex certa malitia committitur, nullam in se habet excusationis causam: & ideo dicitur irremissibile, quia non habet in se, vnde remittatur, licet quandoque Deus illud ex sua bonitate remittat, sicut quandoque ex sua virtute curat morbum qui est de se incurrabilis. Et secundum hoc assignantur sex species peccati in spiritum sanctum, excludentes ea per quæ peccatum remittitur, quorum prima duo accipiuntur per respectum ad ea, quæ se tenent ex parte Dei. s. spes diuinæ misericordiæ, cui opponitur desperatio: & timor diuinæ iustitiæ, cui opponitur præsumptio. Alia vero duo accipiuntur ex parte hominis. s. contemptus boni commutabilis cui opponitur obstinatio, quæ hic duritia dicitur, per quam, scilicet aliquis firmat animum suum ad peccatum: & destinatio auersionis a Deo, cui opponitur cor impœnitens, quod scilicet nunquam proponit per pœnitentiam reuerti ad Deum. Alia vero

Hier. sup. Matt. cap. 12.

In expositione i cõ. Epistolę ad Rom. circa finẽ, Et de verb. Dñi. ser. 11.

LECTIO II.

QVI reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidem, qui secũdum patientiam boni operis, gloriã & honorem & incorruptionem quærũt, vitam æternam. His aũt qui sunt ex contentione & qui non acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati, ira &

F accipiuntur ex parte donorum Dei, quorum vnum est fides, sm illud Prou. 15. Per fidem purgantur peccata. & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Aliud autem est charitas, secundum illud Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. & huic opponitur inuidentia fraternæ gratiæ.

LECTIO II.

POST QVAM Apostolus proposuit veritatem diuini iudicii, exclusa cõtraria opinione, hic manifestat diuini iudicii veritatem, & primo proponit quod intendit, secundo manifestat propositum, ibi *His quidem qui secundum patientiam*. Pro ponit autem primo veritatem diuini iudicii quantum ad duo. s. quantum ad opera, & quantum ad personas. Quantum ad opera quidem, quia in præsenti non reddit secundum opera, sed

G quandoque male agentibus gratiam largitur, sicut ipsi Paulo Apostolo, qui prius blasphemus & persecutor misericordiam consecutus est: vt dicitur 1. Tim. 1. Sed hoc non erit in die iudicii, quando erit tempus, secundum iustitiam iudicandi. Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et ideo alibi dicitur in Psal. 27. Secũdum opera manuum eorum tribue illis. quãtum ad personas attendit veritas diuini iudicii, quia retributionis æqualitas seruabitur quantum ad omnes 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet. Videtur autem, quòd non sit secũdum opera retributio futura, quia peccato temporali pœna æterna retribuetur. Sed dicendum est, quòd sicut Augu. dicit 21. de ciuitate Dei, In retributione iustitiæ, non consideratur æqualitas temporis inter culpam & pœnam, quia etiam secundum humanum iudicium pro culpa adulterii, quæ breui hora committitur, infligitur pœna mortis, in qua non attendit legislator moram occitionis, sed potius quòd per mortem perpetuo excluditur a societate viuentium. Et sic etiam suo modo, homo

H pro culpa temporali punitur pœna æterna. Et ideo non est mirum, si peccata commissa cõtra charitatem, per quam scilicet est societas inter Deum & homines, æternaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem esse iustum ex tribus apparet. Ex infinita dignitate Dei in quem peccatur, tanto enim quis grauius peccat, quanto maior est dignitas personæ in quam peccatur: sicut plus peccat qui percutit principem, quàm qui percutit priuatam personam. Et sic cum culpa peccati mortalis sit quodammodo infinita, oportet quòd ei infinita pœna respondeat. Et sic cum non possit esse infinita secundum intensionem, relinquitur quòd sit infinita secundum durationem. Secundo apparet ex voluntate per quam peccatur. Quicunque enim mortaliter peccat auersus ab incommutabili bono: finem constituit in bono commutabili, sicut fornicator in delectatione carnis, auarus in pecunia. Et quia finis per se appetitur, quicũque appetit finem,

I fertur in illud, volens illud semper obtinere, si aliquid aliud nõ obstiat. Vnde ille qui peccat mortaliter: voluntatem habet perpetuo in peccato manendi, nisi forte per accidens, sicut quãdo timet pœnam, vel aliquid aliud impedimentum. Vnde conueniens est, vt ex quo homo secundum suam voluntatem peccatum perpetuo obtinendum appetit, quòd æternaliter pro illo puniatur. Deus enim qui est inspector cordis, præcipue ad voluntatem peccantis attendit.

Tertio ex parte effectus peccati, quæ est subtractio gratiæ, ex qua sequitur quòd homo quantum est de se, perpetuo maneat in peccato a quo exire non potest, nisi per auxilium gratiæ. Non est autem conueniens vt durante culpa, cesset pœna, & ideo in perpetuum durat pœna. Quòd autem dicitur reddere vnicuique sm opera sua, non est intelligendum sm æqualitatem operum, quia præmium excedit meritum, sed sm ꝓportionẽ, quia bonis retribuet bona, & melioribus meliora. Et eadem ratio est de malis. Deinde cum dicit *His quidem qui secundum patientiam*. manifestat propositum, & primo quantum ad opera, secundo quantũ

K ad personas, ibi *In omnem animam*. Quantum autem ad opera ostendit veritatem diuini iudicii, primo quidem in bonis: secundo in malis, ibi *His autem qui ex contentione*. Circa primum duo consideranda sunt. s. meritum & præmium. Ad meritũ tria concurrunt, Primo quidem patientia, quod potest intelligi vno modo de patientia Dei, de qua supra dictum est. An diuitias bonitatis & patientiæ, vt intelligantur illi esse sm patientiam boni operis scilicet dispositi qui bene patientia Dei vtuntur bene operando. Alio modo potest intelligi de patientia hominis, quod etiam intelligi potest dupliciter. Vno modo sm quòd patientia importat tolerantiam aduersorum, cũ æquanimitate cordis. Hoc autem necessarium est, quòd aliquis a bono opere non desistat propter mala quæ patitur, & hoc est quòd dicit, *Secundũ patientiã boni operis*. Iac. 1. Patiẽtia op' ꝑfectũ habeat. Luc. 21.

In

cap. 11.

tientiam boni operis, gloriã & honorem & incorruptionem quærũt, vitam æternam. His aũt qui sunt ex contentione & qui non acquiescũt veritati, credũt aũt iniquitati, ira &

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundo potest intelligi patientia, pro longanimitate, siue pro perseuerantia, vt scilicet aliquis a bono opere propter tædium non recedat, Iaco. vltim. Patientes estote fratres vsque ad aduentum domini. Ad Heb. 10. Patientia vobis necessaria est. Secundum est bonitas operis, quod quidem dicitur bonum secundum ordinem ad debitum finem, & secundum quod conuenit regulæ debitę, quæ est lex Dei; & ratio humana. Gal. vlti. Bonum facientes, non deficiamus. Secundo tangitur rectitudo intentionis quærentibus vitam æternam, vt scilicet in malis, quæ homo patitur, vel in bonis quæ agit, nõ quærat aliquid temporale, sed æternum. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei. Ex parte etiam præmii tangit tria, quorum primum est gloria, quæ significat claritatem sanctorum, et intrinsecam, qua replebuntur in mente, secundum illud Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & exteriorem, qua splendebunt in corpore. Matth. 13. Fulgebunt iusti, sicut sol in regno patris eorum, Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Secundo tangitur honor, per quem significatur sanctorum dignitas & reuerentia, quæ eis exhibetur ab omni creatura. Erunt enim reges, & sacerdotes. Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Et vlterius computabuntur inter filios Dei, secundum illud Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Psalm. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Tertio tangitur incorruptio, quia scilicet illa gloria & honor, non erunt transitoria, sicut ea quæ sunt in hoc mundo. 1. Corinth. 9. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

indignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco.

Deinde cum dicit; *His autem*, ostendit veritatem diuini iudicii in malis, in quibus etiam tangitur culpa & pœna. Et quantum ad culpam tanguntur tria, quorum primum est, contentionis pertinacia, quæ quidem primo potest intelligi hominis ad Deum, beneficiis ad se vocantem, contra quem homo contendere videtur diuinis beneficiis resistendo. Deuter. 31. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum. Secundo potest intelligi de contentione hominis contra fidem. 2. Timoth. 2. Noli verbis contendere. Tertio potest intelligi de contentione hominum adinuicem, quæ contrariatur charitati, quæ est mater virtutũ. Iaco. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Tertio ponitur duritia eorum, scilicet, qui non acquiescunt veritati. Quod potest vno modo intellgi de veritate fidei. Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Alio modo de veritate diuinæ iustitiæ, cui non acquiescunt, veritatem diuini iudicii non credentes. Ezech. 18. Dixistis, Non est æqua via domini. Tertio potest intelligi de veritate vitæ, cui non acquiescunt, qui peruerse viuunt. Ioan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem. Tertio autem tangitur malitia in hoc, quod dicit; *Credunt autem iniquitati*, vel quia consentiunt persuadentibus iniquitatem. Prouerb. 17. Malus obedit linguæ iniquæ, vel quia credunt impunitatem peccatorum, quæ in diuinam iniquitatem redundaret. Eccles. 5. Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Vel credunt iniquitati, id est, infidelitati, scilicet doctrinæ, quæ est contra fidem. 2. Thes. 2. Iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Ex parte autem pœnæ quatuor ponuntur, quæ quidem dupliciter distingui possunt. Vno modo vt ira, id est, pœna, & vindicta corporalis intelligatur esse post iudicium. Sopho. 1. Dies illa, dies iræ. Indignatio autem in iudicio, quando impii sibiipsis indignabuntur, fit ex peccatis quæ commiserunt. Sapien. 5. Errauimus a via veritatis. Tribulatio autem, & angustia pertinent ad animam separatam a corpore ante resurrectionem. Prouerbio. 1. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Vel alio modo possunt distingui, vt prima duo accipiantur ex parte Dei, cuius ira dicitur dispositio ad puniendum, quæ malis horribilis. Apocal. 6. Dicent montibus & petris, cadite super nos &c. Indignatio eius refertur ad hoc, quòd peccatores indignos reputabit vita æterna. Psalm. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt. Alia vero accipiuntur ex parte hominis. Et tribulatio quidem dicitur a tribulo qui pungit, vnde ad tribulationem potest pertinere omne quod dolorem infert. Sopho. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Angustia autem dicitur ex hoc, quòd animus hominis angustiatur, non valens inueni-

A re remedium contra mala quæ timet, vel iam patitur. Dan. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Iob. 27. Nunquid clamorem illius audiet Deus, cum venerit super illum angustia? Deinde, cum dicit; *In omnem animam*, ostendit veritatem diuini iudicii quantum ad personas. Et primo ꝓponit huius ęquitatem. Secundo rationem assignat, ibi; *Non est enim personarum*. Tertio rationem manifestat, ibi; *Quicunque enim*. Veritatem quidem diuini iudicii, quantũ ad personas ostẽdit, primo in malis, cum dicit; *In omnem animam hominis operantis*, id est, contra omnem animam: quia sicut gloria san-

Non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

B ctorum ab anima ad cõrpus deuenit, ita reproborum pœna primo, & principaliter est in anima, & secundo in corpore, quod propter defectum vel culpam animæ resurget passibile. Ezec. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Dicit autem; *Iudaei primum, & Graeci*. quia Iudæis maior pœna debebatur, tanquam cognoscentibus Dei voluntatem per legem. Luc. 12. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui, & nõ fecit &c. digne plagis vapulabit multis. Et similiꝗ Christiani, quantũ ad idem peccatũ, puta adulterium vel furtum, grauiori pœna puniuntur, quàm infideles. Heb. 10. Quanto magis putatis maiora mereri supplicia, qui filium Dei &c. Sed quantum ad totam pœnam, grauior est pœna infidelium propter peccatum infidelitatis, quod est grauissimum. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. quòd super incredulos ira Dei manet. Secundo manifestat in bonis, & ponit primo duo, quę supra dixit gloriam, & honorem. Tertium vero, scilicet pacem ponit loco incorruptionis, quam includit pax, & multa alia comprehendit. Non enim potest esse

C pax hominis perfecta, quamdiu aliquis timet se amissurum bona quæ habet, sed tunc aliquis habet veram pacem cordis, quando habet omnia quæ concupiscit, & ea perdere non timet. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et in his etiam primatum Iudæis attribuit, quia eis sunt primo promissa, & in eorum promissiones gentes introierunt. Ioan. 4. Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Deinde cum dicit; *Non enim est acceptio*. assignat rationem dictorum, quia scilicet non est personarum acceptio apud Deum. Act. 10. Non est personarum acceptor Deus. Opponitur autem personarum acceptio iustitiæ distributiuæ, per quam aliquis distribuit vnicuique secundum dignitatem personarum. ergo acceptio est, quando præter dignitatem datur alicui plus vel minus. Tunc autem hoc fit præter dignitatem, quando hoc fit non propter conditionem, sed propter personam, quæ facit ad causam. Hoc est enim causam accipere, scilicet quasi regulam operandi, sed propter personam, quasi ipsa persona

D accipiatur vt causa aliquid faciendi, puta si aliquis det alicui propter consanguinitatem plus de bonis patrimonialibus, non est acceptio personarum, quia consanguinitas est conueniens causa, propter quam de talibus bonis debeat habere. Si autem propter consanguinitatem aliquis prelatus det alicui plus de bonis ecclesiasticis, potest hoc ad acceptionem personarum pertinere, si alia idoneitas non concurrat. Non enim consanguinitas est ratio conueniens distributionis bonorum spiritualium, Quia igitur Deus omnia conuenientissima ratione facit, non cadit in ipsum personarum acceptio. Dicitur enim Sapien. 8. Quòd disponit omnia suauiter. Sed videtur acceptor personarum, quia peccatorum quosdam in suis peccatis relinquit, quosdam ad se vocat. Sed dicendum, quòd personarum acceptio opponitur iustitiæ, unde locum habet in his, quæ dantur ex debito, quod attendit iustitia: Deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad pænitentiam vocat. Si enim ex operibus, iam non ex gratia, vt dicitur infra 11. Et Tit. 3.

E Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. In talibus autem beneficiis gratis datis, non solum Deo, sed etiam homini liberum est dare cui voluerit. Mat. 20. An non licet mihi, quod volo facere?

Deinde cum dicit; *Quicunque enim*. exponit prædictam rationem, quòd enim non sit personarum acceptio apud Deum patet per hoc, quòd omnes, qui peccant puniuntur. Vnde primo loquitur quantum ad illos, qui legem non susceperunt, dicens, quòd quicunque peccauerit sine lege, scilicet Moysi accepta a Deo, sine lege peribit, id est, condemnabitur, non propter legis transgressionem. Iob. 4. Quia nullus intelligit in æternum peribunt. Secundo loquitur, quantum ad illos, qui legem scriptam acceperunt, & dicit, quòd quicunq; peccauerunt in lege. i. post legem scriptã iudicabuntur per legem,

UNIVERSI

id est,

id est, propter hoc quòd transgressi sunt præceptum legis. Ioã. 12. Sermo quem locutus sum vobis, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quidam autem ex hoc modo loquendi occasionẽ erroris sumpserunt. Quia enim Apostolus non dicit, quicunque in lege peccauerit per legem peribit, sicut dixerat de his, qui sunt sine lege; quòd sine lege peribunt, crediderunt, quòd illi qui post legẽ susceptam peccant, iudicentur aliqualiter, scilicet in præsenti, non tamen pereunt. Sed sicut dicit Glos. quis Christianus dicat nõ perire Iudæũ si non credat in Christum, cum dominus dicat, quòd tolerabilius erit Sodomæ, in die iudicii, quàm eis? vt habetur Mat. 12. Vnde Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris. Vtitur autem tali diuersitate in loquendo, quia vt Grego. dicit in moralibus super
Li. 26.c.24 illud Iob. 36. Iudicium pauperibus tribuit. Quidam in futuro iudicio peribunt, sed non iudicabuntur, id est impii, qui sunt sine fide, & lege Dei. Psalm. 1. Non resurgent impii in iudicio, quia scilicet non est locus disceptandi contra eum, qui totaliter alienus est a Deo. Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Alii vero qui lege Dei, & fide susceptа peccant ita peribunt, quòd etiam iudicabuntur, quasi quadam disceptatione cum eis facta. Vnde Ezech. 34. dicitur. Ecce ego iudico
ead.li.c.25. inter pecus & pecus, arietum, & hyrcorum. Sicut & rex (vt Gregorius dicit) hostes condemnat absque audientia, ciues autem cum diligenti audientia.

LECTIO III.

NON enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum enim Gentes, quæ legẽ non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum, secũdum Euangelium meum, per Iesum Christum.

F Et primo ostendit, quòd factores legis etiam si non sint auditores, iustificantur. Secundo quòd auditores legis sine legis obseruantia, non iustificantur, ibi; *Si autem Iudæus*. Circa primum tria facit. Primo proponit dignitatem eorum, qui legem absque auditu obseruant. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi; *Qui ostendunt opus legis*. Tertio probat, ibi; *Testimonium reddente illis*. Circa primum tria tangit, quantum ad Gentiles. Primo carentiam legis dicẽs, Cum enim Gentes, quæ legem non habent, scilicet diuinam, quam non acceperunt: non enim Gẽtib⁹ data est lex,
G sed Iudæis, secundum illud Eccl. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatẽ domui Iacob, & Israel promissiones. Et in Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Deut. 33. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Ex quo patet, quòd Gentiles non peccabant: non obseruando cerimonialia legis. Secundo commendat in eis legis obseruantiam, cum dicit, Naturaliter faciunt, quæ sunr legis, id est, quæ lex mandat, scilicet quantum ad præcepta moralia, quæ sunt de dictamine rationis naturalis, sicut & de Iob dicitur, quòd erat iustus, & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. Vnde ipse dicit. 23. Vestigia eius secutus est pes meus, vias eius custodiui. Iob. 1. Sed quòd dicit, naturaliter, dubitationem habet: videtur enim patrocinari Pelagianis, qui dicebant, quòd homo per sua naturalia pote-
H rat omnia præcepta legis seruare. Vnde exponendum est naturaliter, id est, per naturam gratia reformatam. Loquitur enim de Gentibus, ad fidem conuersis, qui auxilio gratiæ Christi cœperant moralia legis seruare. Vel potest dici naturaliter, id est, per legem naturalem ostendentem eis, quid sit agendum, secundum illud Psalm. 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, signatum, & cæt. Quod est lumen rationis naturalis, in qua est imago Dei, & tamen non excluditur, quin necessaria sit gratia ad mouendum affectum, sicut etiam per legem est cognitio peccati, vt dicitur infra. 3. & tamen vlterius, requiritur gratia, ad mouendum affectum.

Tertio ostendit eorum dignitatem in hoc, scilicet, quòd huiusmodi legẽ, non habentes ipsi sibi sunt lex, inquantum, scilicet, funguntur officio legis ad seipsos, instruendo se, & inducendo ad bonum: quia vt Philosophus dicit. 10. Ethic. Lex Ethic.10. cap. 11.
I est sermo coactionem habens ab aliqua prudentia & intellectu procedens. Et ideo dicitur. 1. Tim. 1. Quod iusto lex non est posita, id est, exteriori lege non cogitur, sed posita est iniustis, qui indigent exterius cogi. Et iste est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt scilicet non ab aliis, sed a seipsis inducantur ad bonum. Secundus vero gradus est eorum, qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autem est eorum, qui coactione indigent ad hoc, quòd fiant boni. Quartus est eorum, qui nec coactione, ad bonum dirigi possunt. Hier. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deinde cum dicit: *Qui ostendunt*. ostendit, quomodo ipsi sunt sibi lex, quod quidem accipere possumus ad similitudinem legis, quæ ab exteriori homine proponitur, quæ scilicet consueuit, ad infirmitatem, & memoriam scripto tradi, & similiter illi, qui legem obseruant, absque exteriori auditu legis, ostendunt opus legis scriptum, non quidem atra-
K mento, sed primo quidem, & principaliter spiritu Dei viui, vt dicitur. 1. Corinth. 3. Secundo etiam humano studio. Prou. 3. Describe ea in tabulis cordis tui, scilicet præcepta sapientię. Vnde & hic sequitur, In cordibus suis: non pergameno, aut tabulis lapideis, siue æreis. Hiere. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum superscribam eam. Deinde cum dicit; *Testimonium reddente*. probat quod dixerat, scilicet, quòd opus legis sit in cordibus eorum inscriptum per quædam opera, quæ huiusmodi scriptum annuntiãt. Et primo ponit illa opera, quorum vnum est testimonium conscientiæ, quod tangit dicens, testimonium reddente illis conscientia, quæ quidem nihil aliud est, quàm applicatio cognitionis habitæ ad iudicandum de aliquo opere, vtrum sit bene vel male factum. Vnde huiusmodi conscientia, quandoq; testimonium perhibet de bono, secundum illud. 2. Cor. 1. Gloria nostra hęc est, testimonium cõscientiæ nostræ. Qnq; autem de malo, Eccles. 7. cap. Scit conscientia tua, quia & tu crebro male dixisti

dixisti aliis. Non autem potest aliquis perhibere testimonium A de aliquo opere, quòd sit bonum vel malum, nisi per hoc, quòd habet legis notitiam. Vnde hoc ipsum, quòd conscientia testimonium reddit de bono vel malo, est euidens signum, quòd in corde hominis sit opus legis descriptum. Aliud autem opus est accusatio, & defensio, quæ sine notitia legis esse non possunt. Et quantũ ad hoc dicit; *Et cogitationum*, id est, cogitationibus; *Accusantium, aut etiam defendentium*, id est, accusantibus vel defendẽtib⁹ more Græ corum, qui genitiuis loco ablatiuorum vtuntur, & hoc inter se inuicem. Insurgit enim homini circa aliquod factum aliqua cognitio accusans, dum propter rationem aliquam cogitat se male fecisse. Psal. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Quandoque etiam insurgit aliqua cognitio defendens, dum per aliquam rationem cogitat se fecisse bene, secundum illud Iob. 27. Non reprehendet me cor in omni vita mea. Et inter hanc accusationem, & defensionem, locum habet testimonium conscientiæ cui statur. Potest & aliter legi, vt dicatur; *Testimonium reddente illis, conscientia ipsorum*, quæ scilicet conscientia, non solum est operum, sed etiam cogitationum, de quibus, scilicet homo conscientiam habet, sed primũ melius est. Sed quia testimonium, accusatio, & defensio in iudicio locum habent, agit secundo de huiusmodi iudicio, ostendens tempus, cum dicit In die, quod dicit non ad designandũ temporis qualitatem, sed absconditorum manifestationem. 1. Corinth. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Quandoque tamen dicitur nox propter incertitudinem horæ illius. Matth. C 25. Media nocte clamor factus est. Dicuntur autem cogitationes accusantes vel defendentes in die iudicii, non illæ quæ tunc erunt, quia tunc vnicuique manifesta erit salus vel damnatio, sed defensio vel accusatio cogitationum, quæ nunc sunt, & testimonium conscientiæ, quod nunc est, repræsentabitur homini in illa die virtute diuina faciente, ut dicit Aug. 2. de ciuitate Dei. Notitia autem illarum cogitationum, quæ remanent in anima, nihil esse aliud videtur, vt dicit Glo. quàm reatus pœnæ vel meritum ex eis consequens. Ostendit etiam aurhorem iudicii, dicens; *Cum iudicabit Deus*. Psalm. 95. Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Determinat etiam de quibus erit iudicium, cum dicit, Occulta hominum. de quibus nunc homines iudicare non possunt. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum. Ostendit etiam doctrinam, ex qua habetur fides de hoc iudicio, cum dicit, secundum euangelium meum, id est, a me prædicatum. Matth. 12. Omne verbum otiosum, &c. Dicit autem, euangelium meum, quamuis non pos- D sit dicere baptismum suum, & sit vtriusque minister, quia in baptismo nihil operatur industria hominis, sed in euangelio p̃dicando, industria prædicatoris operatur. Ephes. 3. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio. Postea ponit cui datum est iudicium, cum subdit; *Per Iesum Christum*, qui scilicet est constitutus a Deo iudex viuorum, & mortuorum, vt dicitur Act. 10. & Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, qui scilicet in iudicio apparebit bonis & malis: sed bonis secundum gloriam diuinitatis. Esa. 33 Regem in decore suo videbunt. Malis autem secundum naturam humanitatis. Apoc. 1. Videbit eum omnis caro.

LECTIO IIII.

SI autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti volũtatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumẽ eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrũ infantium, habentẽ formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandũ, mœcharis? Qui abhominaris idola, sa-
B pata ab alienigenis, qui postmodum Samaritani sunt dicti. Duæ autem tribus. s. Iudæ & Beniamin adhærentes regno Roboam, perseuerauerunt in cultu Dei. Et quamuis in captiuitatẽ Babylonis fuerint ductæ, postmodum tamen per Cyrum regem Persarum sunt reducti in terram suam, vt dicitur 1. Esdr. 1. Et quia tribus Iudæ maior erat, ab ea gens tota illa denominabatur. Et non solum illi qui erant ex tribu Beniamin, sed etiam de aliis tribubus reuertentibus qui se illis adiunxerunt. Consequenter cum dicit *Et requiescis in lege*: ponit eorum prærogatiuam quã tum ad legem. Et primo quidem quantum ad ipsam legem, cum dicit, *Et requiescis in lege*, quasi per eam certificatus in credendis & in agendis. Dubitans enim, intellectu non quiescit, sed vtrinque sollicitatur: qui autem sapientiæ certitudinem acci pit, mente quiescit. Sap. 8. intrans in domum meam conquiescam cum illa. Secundo, quantum ad lgislatorem, cum subdit, *Et gloriaris in Deo*, id est in cultu & notitia vnius Dei. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 10. Qui gloriatur in domino glorietur. Deinde cum subdit *Et nosti*: ponit prærogatiuam eorum quantum ad fructum legis: primo quantum ad hominem respectu suiipsius: secundo respectu aliorum, ibi; *Confidis*. Ponit autem duplicem fructum. Primum quidem respondentem gloriæ quam de Deo habebant, cum dicit, *Nosti uoluntatem eius*, quid scilicet Deus velit nos facere. Infra 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei. Secundum fructum ponit, qui respondet quiescenti in lege Dei, cum dicit, *Et probas utiliora*, id est scis approbare eligendo non solum mala a bonis, sed etiam meliora a minus bonis. Vnde quærebat quidam Mat. 22. Quod est mandatum magnum. & hoc instructus per legem. Psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Consequenter ponit fructus per respectum ad alios, qui quidem tripliciter se habent ad notitiam legis. Quidam enim sunt omnino in legis ignorantia cõstituti. Vno quidem modo per defectum naturalis ingenii, sicut & homo corporaliter dicitur cæcus, per defectum interioris potentiæ visiuæ. Esa. 59. Palpauimus vt cæci parietem. Huiusmodi autem hominibus non potest homo lumen scientiæ præbere, vt ipsi per se videre possint quid sit agendum, sed præbet eis homo ducatum vt cæcis, mandando eis quid facere debeant: quãuis mandatorum rationem non cognoscant. Iob. 29. Oculus fui cæco: de quibus tamen dicitur Matt. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum. Alio modo sunt in ignorantia per defectum disciplinæ, qui sunt quasi in tenebris exterioribus non illuminati per doctrinam, quibus sapiens præbere potest lumen disciplinæ vt intelligant quæ mandantur, & hoc est quòd dicit, *Lumen eorum qui in tenebsis sunt*. Luc. 1. illuminare his qui in tenebris. Secundo autem tangit illos, qui sunt in via perueniendi ad scientiam, quam nondum attigerunt, & hoc vno modo per defectum plenæ instructionis. Et hoc est quõd dicit; *Eruditorem insipientium*, id est, eorum qui nondum sapientiam acceperunt, qui dicuntur erudiri, quasi erui a ruditate, quæ a principio inest omnibus cum primo instruuntur. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi E eos. Alio modo per defectum ætatis, sicut sunt pueri. Et quantum ad hoc dicit; *Magistrum infantium*. Esa. 33. Vbi est doctor paruulorum? Tertii uero sunt qui iam sunt in scientia prouecti. Et isti indigent a sapientibus informari, vt habeant sapientum dicta, in authoritate, quasi quandam regulam seu formam. Et quantum ad hoc dicit; *Habentem formam scientiæ*. 2. Tim. 1. Formam habe bonorum verborum, quæ a me audisti. Et Phil. 3. Obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Oportet autem eos, qui sic informantur, authoritate maiorum instrui, vt sciant, quid sit in lege traditum. Et ideo dicit, scientię. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Et etiam vt sciant, quid sit verus intellectus eorum, quæ traduntur in lege. Et quantum ad hoc dicit, Veritatis, Psal. 42. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.

Deinde

Deinde cum dicit; *Qui ergo alium doces*. ostendit defectum eorum secundum transgressionem legis. Et primo hominis ad seipsum cum dicit; *Qui ergo alium doces*, dirigendo ipsum ad bonum, *te ipsum non doces* dirigendo. Et potest legi vel interrogatiue, quasi cum quadam indignatione, vel remisse quasi asserendo eorũ malitiam, & simile est in sequẽtib⁹ Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Et infra, Nunc tetigit plaga, & defecisti. Secundo tangit defectum quantum ad proximum. Primo quidem quãtum ad res, quæ furto subtrahuntur, cum dicit; *Qui prædicas non furandum furaris?* Esa. 1. Principes tui infideles, socii furum. Secundo quantum ad personam coniunctam, quæ per adulterium polluitur. Et quantum ad hoc dicit; *Qui doces non moechandum, moecharis?* Oseæ. 7. Omnes adulterantes, quasi clibanus. Hiere. 5. Vnusquisque ad vxorem proximi sui. Tertio autem ostendit eorum defectum per comparationem eorum ad Deum: & primo quidem quantum ad hoc, quòd peccabant contra ipsius cultum. Et quantum ad hoc dicit; *Qui abominaris idola*, cognoscens scilicet ex præcepto legis ea non esse colenda. *Sacrilegium facis*, abutendo, scilicet his, quæ pertinent ad diuinum cultum. Quod quidem primo fecerunt in statu legis. Malac. 1. Dicitis mensa domini contaminata est. Et postmodum blasphemando Christum. Matth. 12. in Beelzebub principe, &c. Secundo quantum ad ipsam gloriam cum dicit; *Qui in lege gloriaris per præuaricationem legis Deum inhonoras*, sicut enim legis obseruantia in bonis operibus est occasio videntibus vt honorent Deum, ita etiam transgressio legis per mala opera, occasio est videntibus blasphemandi 1. Pet. 2. Ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum. Econtra autem dicitur 1. Timo. 6. Quicunque sunt sub iugo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina fidei blasphemetur. Et ideo in Psalm. 118. dicitur, Vidi præuaricantes & tabescebam. Et ad hoc inducit authoritatem subdens, *Nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes*, quia scilicet Gentes videntes Iudæorum malam conuersationem, reputabant hoc prouenire ex mala instructione legis a Deo traditę. Dicit autem sicut scriptum est, scilicet. Esa. 52. Dominatores eius inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. & Ezec. 36. secundum aliam literam, vbi nostra sic habet, Non propter vos faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus. Deinde cum dicit; *Circuncisio*. ostendit, quòd nec circuncisio sufficit ad salutem eadem ratione, qua nec lex, quia scilicet obseruantia legis sine circuncisione valet, sine qua tamen circuncisio non prodest, sicut superius dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo comparat circuncisionem ad Iudæos circuncisos. Secundo ad Gentes incircuncisas ibi; *Si igitur præputium*. Tertio manifestat quod dixerat ibi; *Non enim qui in manifesto*. Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter circuncisio prosit. Secundo qualiter non prosit ibi; *Si autem praeuaricator, &c.* Dicit ergo primo: Circuncisio quidem prodest quantum ad remissionem peccati originalis. Vnde dicitur Genes. 17. Masculus cuius præputii caro circuncisa, &c. Sed tibi adulto tunc finaliter prodest, si legem obserues: sicut religiosis prodest professio si regulam obseruent. Circuncisio enim erat, quasi quædam professio, obligans homines ad obseruantiam legis. Gal. 5. Testificor omni circuncidenti se, quoniam debitor, &c. Quòd autem Apostolus dixit, Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit: loquitur quantum ad tempus post gratiam euangelii diuulgatam: hic autem loquitur quantum ad tempus ante passionem Christi in quo circuncisio statum habebat: secundo ibi; *Si autem praeuaricator*. ostendit quomodo circuncisio non prosit dicens, Si tu Iudæe adulte preuaricator es legis, circuncisio tua præputium facta est, id est, non plus valet tibi, quàm præputium, quia non seruas, quod per circuncisionem profiteris. Hierem. 9. Omnes Gentes præputium habent, domus autem Israel incircuncisi sunt corde, quinimmo ex hoc sunt magis rei, quia non seruant, quod promiserunt. Displicet enim stulta, & infidelis promissio, vt dicitur Eccle. 5. Deinde cum dicit; *Si ergo praeputium*. comparat circuncisionem ad Gentiles, & hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, quòd eius

F fructum habent Gentiles obseruando legem, vnde dicit. Si circuncisio prodest cum obseruatione legis, non autem sine ea igitur si præputium, id est Gentilis incircuncisus custodiat iustitias legis, id est, iusta præcepta legis. Psalm. 118. Omnia mandata tua veritas. Nonne præputium illius in circuncisione reputabitur? quasi dicat, Fructum verę circuncisionis habebit. Ad hoc enim homo exterius circũciditur in carne, vt scilicet sẽ circuncidat in corde. Hiere. 4. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum. Secundo ibi; *Et iudicabit, &c.* comparat circuncisionem Gentili eum ostendens propter obseruantiam legis Iudæo præferri: vnde dicit, *Et præputium*, id est Gentilis incircuncisus, *consummans*, id est implens mandata legis, *ex natura*, id est per naturalem rationem, vt supra dictum est, quòd naturaliter, quæ sunt legis faciunt. *Iudicabit*, per comparationem te scilicet Iudæum circuncisum, qui es præuaricator legis transgrediendo præcepta eius *per literam*, id est, habentem legem literis descriptam *& circuncisionem*, scilicet carnis. Vnde de hoc comparationis iudicio dicitur Matth. 12. Viri Niniuitæ, &c. Deinde cum dicit; *Non enim qui in manifesto, &c.* Assignat rationem dictorum. Et primo ponit rationem. Secundo probat eam ibi; *Cuius laus*. Circa primum duo facit. Primo assignat rationem quare circuncisio, vel Iudaismus sine legis obseruatione non prosit. Secundo, assignat rationem, quare obseruantia legis prosit sine Iudaismo, & circuncisione ibi; *Sed qui in abscon.* Dicit ergo, quòd ideo circuncisio preuaricantis legem sit præputium, & iudicatur a præputio custodieute legem. Non enim est verus Iudæus ille qui in manifesto est Iudæus, secundum carnalem generationem. Infra 9. Non enim omnes, qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, sed qui filii sunt promissionis: & similiter etiam non est vera circuncisio illa, quę est manifesta in carne. Illa enim est signum, vt dicitur Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis. Non autem est signum verum, nisi ei respondeat signatum. Vnde siquis Iudæus esset transgressor fœderis, non esset eius vera circuncisio. Et ideo reputatur in preputium. Deinde cum dicit; *Sed qui in abscondito*, assignat rationem, quare præputium custodientis legem reputetur in circuncisionem, & iudicet circuncisionem carnalem, quia scilicet ille vere est Iudæus, qui est in abscondito, id est, qui habet in affectu cordis mandata legis quam Iudæi profitentur. Matt. 6. Pater tuus, qui videt in abscondito, &c. & similiter circuncisio vera est, quę est *cordis in spiritu*, id est, per spiritum facta, per quam superfluæ cogitationes a corde præciduntur. Vel in spiritu, id est, per spiritualem intellectum legis non literalem. Philip. 3. Nos sumus circuncisio qui spiritu Deo seruimus. Deinde cum dicit; *Cuius laus, &c.* probat præmissam rationem, manifestum est enim, quòd in omnibus iudicium diuinum præferendum est humano. Ea vero quæ exterius apparent, siue sit iudaismus, siue circuncisio, laudantur ab hominibus, sed ea, quæ sunt in abscondito laudantur secundum iudicium diuinum, quia vt dicitur 1. Reg. 16.

Homines vident quæ apparent, Deus autem intuetur cor, &c. Vnde relinquitur, quòd interior iudaismus, & circuncisio præualet exteriori: & hoc est quòd dicit, *cuius*, scilicet interioris circuncisionis, *laus non est ex hominibus, sed ex Deo.* 2. Corint. 10.

Non enim qui seipsum cõ mendat &c.

LECTIO

crilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per uos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionem re putabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consumans, te qui per literam, & circuncisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circuncisio: sed qui in abscondito, Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd iudaismus, ad quem pertinet legis susceptio, & circuncisio non sufficiunt ad salutem sine legis custodia, per quam Gentilis, sine exterioti iudaismo, & circuncisione, fructum vtriusque con sequitur: hîc obiicit contra præmissa, & primo quidem proponit obiectionem, secundo soluit ibi; *Multũ quidem*. Obiicit ergo primo sic, Si ita esset, sicut dictum est, quòd non est verus Iudæus, nec vera circuncisio in manifesto, sed in occulto cordis; *Quid ergo amplius est Iudaeo?* id est, quid amplius datum est quam cæteris? videtur quòd nihil. Et hoc est inconueniens, cum dominus dixerit Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris; *Aut quae utilitas circuncisionis*, scilicet exterioris? Videtur ex præmissis quòd nulla, quod est inconueniens, cum sit a Deo tradita, qui dicit Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. Deinde cum dicit, *Multum quidem*, soluit præmissam obiectionem: & primo quantum ad prærogatiuam iudaismi, secundo quantum ad vtilitatem circuncisionis. 4. cap. ibi; *Quid ergo dicemus*. Circa primum duo facit. Primo, ostendit Iudæorum prærogatiuam. Secundo, excludit eorum gloriam, qua se Gentibus superbe præferebant ibi; *Quid ergo? præcellimus?* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat ibi; *Primum quidem*. Tertio excludit obiectionem ibi; *Quid enim si quidam*. Dicit ergo primo: Quæsitum est quid amplius sit Iudæo. Est autem ei amplius. & quantum ad quantitatem, quæ significatur cum dicit; *Multum*. Et quantum ad numerum, qui significatur cum dicit; *Per omnem modum*. Habent enim amplius aliquid, & in contemplatione diuinorum, secundum illud Psal. 75. Notus in Iudæa. Et secundum dispositionem temporalium. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Habent etiam amplius quantum ad patres, quantum ad promissiones, & quantum ad prolem. Infra. 9. Quorum est adoptio filiorum Dei, & gloria, & testamentum: & in quolibet eorum non est parua excellentia, sed magna & præcipua, quod pertinet ad id quod dicit; *Multum*. Maximum enim bonum hominis est in Dei cognitione, in hoc quòd Deo adhæreat, & a Deo instruatur. Psal. 93. Beatus homo, quem tu eiudieris domine. Deinde cum dicit; *Primum quidem, &c.* manifestat quod dixerat dicens, *Primum quidem*, id est præcipue amplius est Iudæis, *Quia eloquia Dei sunt tradita illis*, quasi amicis. Ioan. 5. Vos dixi amicos. Et hoc est multum, quia eloquia Dei sunt honesta. Psal. 18. Eloquia domini vera, iustificata in semetipsa. Sunt delectabilia. Psal. 18. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Sunt etiam vtilia ad non peccandum. Psal. eodem. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Deinde cum dicit; *Quid enim si quidam*, excludit obiectionem. Et primo ponit eam. Secundo excludit ipsam, ducendo ad inconueniens ibi; *Nunquid incredulitas*. Tertio ostendit esse inconueniens id, ad quod inducitur ibi; *Est autem Deus uerax*. Posset aliquis prærogatiuæ Iudæorum derogare, opponendo ingratitudinem eorum, per quam viderentur dignitatem eloquiorum Dei amisisse. Vnde dicit; *Quid autem si quidam illorum non crediderunt*: nunquid per hoc excluditur, quòd nihil amplius sit Iudæo? secundum illud 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitam retrorsum conuerti. Non crediderunt autem primo quidem legislatori. Psal. 105. Non crediderunt in verbo eius. Secundo non crediderunt prophetis. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio non crediderunt ipsi filio. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Deinde cum dicit; *Nunquid incredulitas* excludit dictam obiectionem ducendo ad inconueniens, quia si propter incredulitatem aliquorum, prærogatiua Iudæorum tolleretur, sequeretur quòd incredulitas hominis: fidem Dei euacuaret, quod est inconueniens. Et hoc est quod dicit; *Nunquid incredulitas eorum*, scilicet, qui non crediderunt; *Euacuauit fidem Dei*, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo de fide, qua creditur in Deum. Non enim per hoc quod quidam non crediderunt, euacuatur fides illorum qui crediderunt. Malum enim quorundã in societate existentium, non euacuat bonum aliorum. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, sanctificauit, & ad se applicauit, &c. quod est contra illos, contra quos Augustinus, dicit in epistola ad plebem Hypponensem. Ad quid aliud sedent

CAP. III. LECT. I.

QVID ergo amplius Iudæo est, aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia

A isti, & quid aliud tractant, nisi vt cum episcopus vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Alio modo potest intelligi de fide, qua Deus fidelis est implens promissa. Heb. 10. Fidelis enim est qui repromisit. Hæc autem fidelitas euacuaretur, si propter quorundam incredulitatem accideret, quòd nihil amplius esset Iudæo. Promisit enim Deus populum illũ multiplicare & magnificare, vt patet Genes. 22. Multiplicabo semen tuum. Deinde cũ dicit; *Absit. Est autem*, ondit

B hoc esse inconueniens, quòd fides Dei euacuaretur propter hominum incredulitatem. Et primo quidem ad hoc inducit rationem. Secundo authoritatem ibi; *Sicut scriptum est*. Tertio excludit falsum sensum authoris ibi; *Si autem iniquitas*. Ratio autem sumitur ex hoc, quòd Deus secundum se verax est. Hiere. 10. Dominus autem Deus verax est. 1 Ioan. vlt. Hic est verus Deus, & vita æterna: & tamen omnis homo est mendax. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Vnde patet, quòd mendacium hominis siue infidelitas veritati nõ adhærens, Dei veritatem siue fidem non euacuat. Ad horum euidentiam sciendum est, quòd veritas importat adæquationẽ rei ad intellectum. Aliter autem adæquatur res ad intellectum nostrum, aliter ad intellectum diuinum. Noster enim intellectus, cognitionem accipit a rebus, & ideo causa & mensura veritatis ipsius est esse rei: ex eo enim quòd res est, vel non est, oratio dicitur, vel vera vel falsa, secundum Philosophum. Vnde intellectus noster potest esse verus vel falsus: inquantum potest adæquari vel non adęquari. Quod autem potest esse: & non esse, indiget alio agente ad hoc quòd sit, sine quo remanet non ens, sicut enim aer sine illuminante remanet tenebrosus, ita & intellectus noster, nisi a prima veritate illuminetur, de se in mendacio remanet. Vnde quantum est de se, omnis homo est mendax secundum intellectum, sed solum est verus inquantum veritatem diuinam participat. Psal. 42. Emitte lucem tuã, & veritatem tuam. Intellectus autem diuinus est causa, & mensura rerum, & propter hoc secundum seipsum est indeficienter verax, & vnaqueque res est vera inquantum ei conformatur. Similiter secundum quòd accipitur veritas ex parte rei, homo de se non habet veritatem, quia natura sua vertibilis est in nihilum. Sed solum natura diuina, quæ nec est ex nihilo, nec vertibilis in nihilum, de se veritatem habet. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est*, probat idem per authoritatem Psal. 50. in quo sic legitur; *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris*. Quod qualiter ad propositum faciat, videri potest, si præcedentia Psalmi considerentur. Præmittitur enim, tibi soli peccaui: & tunc sequitur; *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris*. Promiserat enim Deus per Nathan prophetam Dauid, quòd eius regnum in æternum stabiliret in semine suo, vt habetur 2. Reg. 7. Postea vero cum in graue peccatum incideret, adulterii scilicet & homicidii, vt legitur 2. Reg. 11. propter huiusmodi peccatum dicebatur a quibusdam, quòd Deus non esset ei promissionem obseruaturus. Intentio ergo Psalmistæ, est duo dicere. Primo quidem quòd propter peccatum eius non mutatur iustitia Dei, ad quam pertinet vt suos sermones impleret. Et quantum ad hoc dicit; *Vt iustificeris in sermonibus tuis*, id est, vt ex hoc appareas in sermonibus tuis iustus, quia propter mea peccata eos non præteris. Prou. 8. Recti sunt omnes sermones mei. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Secundo, quòd diuina promissio imitetur humanum iudicium: & hoc est quòd dicit; *Vincas*, scilicet promissionem tuam seruando; *Cum iudicaris*, scilicet ab hominibus, quòd eam propter mea peccata non sis impleturus. infra 12. Noli uinci a malo, sed vince in bono malum. Hoc dicitur homini, quod multo magis competit Deo. Est autem considerandum, quòd promissio facta Dauid a Deo, erat implenda de Christi incarnatione. Vnde pertinebat ad prophetiam prædestinationis, secundum quam aliquid promittitur, quasi omnibus modis implendum: quod vero promittitur vel pronuntiatur secundum prophetiam comminationis, non prædicitur, quasi omnibus modis implendum, sed secundum quod exigunt humana merita, quæ possunt mutari. Et ideo si non factum fuisset, quod promissum est Dauid, preiudicaret diuinæ iustitiæ. Si vero non fiat quod promittitur per prophetiam comminationis, non preiudicat diuinæ iustitiæ, sed designat mutationem meritorũ humanorũ. Vnde dicit Hier. 18. Repente loquar

1. Perhier. ca. de Oratione. to. 1.

aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem, & destruã, & disperdam, & dissipem. Si egerit pœnitentiam gens illa, &c. pœnitentiam agam & ego super malo, &c. Sic ergo patet secundum hunc sensum, quòd peccatum hominis diuinam fidelitatem non excludit. Ponuntur autem & alii sensus authoritatis huius in Glosa, qui non ita pertinẽt ad intentionem Apostoli, quorum primus est, vt hæc verba, quæ hic ponuntur, continuentur cũ his, quæ ante Psalmista præmiserat, Amplius laua me ab iniquitate mea, ad hoc scilicet, *Vt iustificeris*, id est, iustus appareas in sermonibus tuis, in quibus veniam peccatoribus promisisti non solum Ezech. 18. Quia hæc verba Psalm. prius fuerunt dicta, sed etiam Leuit. 26. Orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei. & Deuter. 30. Si ductus pœnitudine cordis reuersus fueris ad Deum, reducet te dominus Deus tuus, & miserebitur tibi. Et sic *Vincas cum iudicaris* ab hominibus, q̃ mihi veniam dare non debeas. Secundo continuantur hęc verba cum eo, quòd dictum est, tibi soli peccaui, id est, per comparationem ad te, qui solus es iustus: & hoc est quòd dicit, *Vt iustificeris*, id est ex comparatione mei & aliorum peccatorum iustus appareas. Psalm. 10. Iustus dominus, & iustitias dilexit, & hoc non solum in factis, sed etiam in sermonibus, quod est maximum, secundum illud Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit. *Et vincas cum iudicaris*, id est, dum cuicumque alii in iudicio compararis. Esa. 5. Iudicate inter me, & vineam meam, &c. Tertio referuntur hæc verba ad Christum, qui solus est sine peccato, secundum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus, & sic iustificatur in sermonibus in comparatione ad omnes homines. *Et vincas*, scilicet peccatum, mortem & diabolum. Apoc. 5. Ecce vicit leo. Et hoc; *Dum iudicaris*, scilicet iniuste a Pilato. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata est. Deinde cum dicit; *Si autem iniquitas nostra*, excludit falsum intellectũ authoritatis inductæ. Posset enim aliquis intelligere præmissa verba secundum hunc sensum, vt hæc dictio, *Vt*, poneretur causaliter, & non solum consecutiue. Et sic sequeretur, quòd peccatum hominis directe ordinaretur ad commendandum Dei iustitiam. Sed Apostolus ostendit hoc esse falsum. vt sic det intelligere, q̃ ly *Vt*, ponitur consecutiue, quia scilicet Dauid peccante, consecutum est, quòd diuina iustitia manifestetur, non autem causaliter, quasi peccatum hominis commendet Dei iustitiam. Quod quidem probat ducendo ad inconueniens. Et hoc dupliciter. Primo quidem ex parte iudicii diuini. Secundo ex parte iudicii humani. Circa primum tria facit. Primo ponit sensum falsum. Secundo ostendit inconueniens, quod ex hoc sequitur ibi; *Quid dicemus? nunquid iniquus?* Tertio ostendit hoc esse inconueniens ibi; *Absit*.

Est considerandum, quòd supra Apostolus duas comparationes fecerat. vnam quidem veritatis diuinæ ad humanum mendacium, cum dixerat, *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Alia iustitiæ Dei ad peccatum humanum, secundum verba Psal. 50. quibus dicit, Tibi soli peccaui, vt iustificeris. Et quantum ad comparationem primam, dicit, Si hæc verba sunt intelligenda, quòd iniquitas nostra directe commendat Dei iustitiam; *Quid dicemus?* id est, non poterimus sustinere inconuenientia quæ sequuntur. Non enim peccatum est Deo necessarium, ad eius iustitiam commendandam. Eccle. 15. Non concupiscit multitudinem infidelium filiorum & inutilium. Exprimit autem inconueniens, quod sequitur, dicens; *Nunquid Deus qui infert iram*, id est vindictam pro peccato; *Est iniquus?* hoc enim sequitur ex eo quod dictum est. Si enim peccatum directe ordinaretur ad commendandam iustitiam, non esset dignum pœna, sed præmio. Et sic Deus puniens homines pro peccato esset iniquus, contra illud Deut. 32. Deus autem fidelis est absque vlla iniquitate. Excludit autem consequenter hoc inconueniens, cum subdit; *Absit*, scilicet, quòd Deus sit iniquus. *Secundum hominem dico*, id est, quòd hæc verba protuli, non ex meo sensu, sed ex hominis errantis sensu protuli, sicut dicitur. 1. Corinth. 3. Cum sint inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Hoc autem non esse dicendum ostendit, subdens, *Alioquin*, scilicet si Deus est iniquus, quomodo iudicabit hunc mundum, id est quomodo conueniet, quòd ipse sit vniuersalis, & supremus mundi iudex? Oportet enim quod est

F primum & supremum in quolibet genere esse infallibile, sicut primum mouens est immutabile. Vnde in Psal. 95. dicitur, Iudicabit orbem terræ in æquitate. Et simile argumentum ponitur Iob. 34. Vbi dicitur, Vere Deus non condemnat frustra: nec omnipotens subuertit iudicium quem constituit alium super terram, &c. scilicet, quia si ipse non iuste iudicaret, oporteret dicere aliũ esse iudicem mundi. Deinde cum dicit; *Si enim veritas* ostendit idem per humanum iudicium. Et circa hoc etiam tria facit. Primo, proponit falsum intellectũ prędictorum verborũ. Secundo, ponit inconueniens, quod sequitur, ibi *Quid adhuc* Tertio, ostendit illud esse inconueniens ibi; *Quorum damnatio*. Exprimit autem falsum sensum, secundum illam comparationem, quæ est diuinæ veritatis ad humanum mendacium, cum dicit; *Si enim in meo mendacio*, id est, propter meum mendacium; *Veritas Dei* manifesta, scilicet abundauit in gloria ipsius, ita quòd mendacium hominis directe pertineat ad augmentum gloriæ, contra id quod dicitur Iob. 13. Nunquid Deus indiget vestro mendacio? Subdit autem consequenter duo inconuenientia, quæ sequuntur, quorum vnum est, quòd homo non deberet reputari peccator, propter mendacium, ex quo in Dei gloriam directe ordinatur. Et hoc est, quod dicit; *Quid adhuc*, id est, cur etiam nunc & *Ego iudicor*, scilicet ab hominibus tanquam peccator pro mendacio? Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem, quia scilicet peccatores ab omnibus iudicio condemnantur. Aliud autem inconueniens est, quòd locum habeat verbum falsum, quod apostolis impouebatur, quia enim prædicabant, quòd per abundantiam gratiæ Christi, soluebatur abundantia peccatorum, secundum illud infra 5. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia: blasphemabant apostolos, quasi dicerent, quòd homines deberent facere mala vt consequerentur bona, quod sequeretur si mendacium hominis directe commendaret Dei gratiam & veritatem, hoc est quod dicit; *Nos facimus mala* peccando scilicet, & mendacium docendo; *Vt veniant bona* scilicet, vt Dei veritas, & iustitia commendetur, sicut blasphemamur, id est, sicut quidam blasphemando nobis imponunt: infra. 1. Cor. 4. Blasphemamur & obsecramus: & sicut quidam aiunt nos dicere verba nostra depraauando. 2. Petr. vlti. Quæ indocti, & instabiles deprauant: hæc autem excludit subdens; *Quorum condemnatio iusta est*, id est, eorum, qui faciunt mala vt veniant bona: sicut enim non est verum syllogizandum ex falsis, ita non est perueniendum ad bonum finem per mala. Hiere. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt, quod dicitur ex persona impiorum. Vel quorum scilicet hæc nobis false imponentium damnatio iusta est. Iuste enim condemnantur peruersores sacræ doctrinæ. Apocal. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus plagas scriptas in libro isto.

stra iustitiam Dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Absit. Alioquin, quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc, & ego tanquam peccator iudicor, & non sicut blasphemamur, & sicut G aiunt quidam nos dicere, faciamus mala ut ueniant bona? Quorum damnatio iusta est.

LECTIO II.

QVID igitur? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos, & Græcos, omnes sub peccato esse; sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum Sepulchrum patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum Quorum os, maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in viis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit prærogatiuam Iudæorum supra Gentiles quantum ad diuina beneficia, hic excludit eorum inanem gloriam, qua se Gentibus ad fidem conuersis præferebant. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Causati enim sumus*. Dicit K ergo primo, ita dictum est, quid amplius est Iudæo? Primum quidem, quia tradita sunt illis eloquia Dei. Quid igitur dicemus nos Iudei ad fidem conuersi? nunquid præcellimus eos, scilicet Gentiles ad fidem conuersos? de quo erat inter eos contentio. Luc. 22. Facta est contentio inter discipulos Iesu, quis esset maior. Et respondens subdit; *Nequaquam*.

Sed hoc videtur contra præmissa in quibus dictum est, multum per omnem modum amplius est Iudæo. Sed ad hoc respondetur in Glossa, quòd illud fuit dictum quantum ad esse, quod habebant Iudæi tempore legis: hoc autem nunc dicit Apostolus secundum statum gratiæ, quia vt dicitur Col. 3. In Christo non est Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, quia scilicet non faciunt differentiam quantum ad statum gratię. Sed hæc responsio non videtur esse omnino secundum intentionem Apostoli, quia infra ostendet, quòd etiam dum sub lege erant, peccatis subiacebant, sicut & Gentiles, uel

uel amplius. Ezech. 5. Ista est Hierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras, contempsit iudicia mea, vt magis esset impia quàm Gentes. Sic igitur dicendum est, quòd supra ostendit prærogatiuam diuinorum beneficiorum: vnde non dixit, quòd Iudæus esset excellentior: sed quod aliquid esset Iudæo amplius *Donatum*, hic autem excludit excellentiã personarum: quia illi qui diuina beneficia acceperunt non sunt illis debite vsi. Deinde cum dicit. *Causati enim sumus*. Ostẽdit propositum & primo, quòd Iudæi, non excedunt Gentiles quantũ ad statum peccati, secũdo, quòd non excedunt, quantum ad statum iustitiæ, ibi *Nunc autem sine lege*. Primum ostendit dupliciter. Primo quidem ex his quæ supradicta sunt. Secundo per authoritatem, ibi *Sicut scriptum est*.

Dicit ergo, *Causati enim sumus*, id est causando rationibus ostendimus Iudæos, atque Græcos, id est Gentiles *Omnes sub peccato esse*. Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem non est, &c. Ostendit enim primo, quòd Gentiles veritatem Dei cognitam in impietate & in iniustitia detinebant: secundo quòd Iudæi lege suscepta per præuaricationem legis Deum inhonorabant. Deinde cum dicit *Sicut scriptum est*. Ostendit propositum per authoritatem Psalmistæ, & primo inducit authoritatem, secundo manifestat eam, ibi; *Scimus autem*. Circa primum duo facit. Primo ponit peccata omissionis, secundo peccata commissionis, ibi *Sepulchrum patens*. Peccata autem omissionis tangit C dupliciter. Primo quidem remouendo principia bonorum operum. Secundo remouendo ipsa bona opera, ibi *Omnes declinauerunt*. Sunt autem tria bonorum operum principia, quorum vnum pertinet ad ipsam operis rectitudinem, & hoc est iustitia quam excludit dicẽs, sicut scriptum est, scilicet in Psal. 14. Quia non est iustus quisquam. Mich. 7. Et periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, quod quidem dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd intelligatur, nullus est iustus in se ex seipso, sed ex se quilibet est peccator, ex solo autem Deo habet iustitiam. Exod. 34. Dominator domine Deus misericors, & clemens, qui aufers iniquitatem, atque peccata, nullusq; apud te, per se innocens est. Alio modo, quòd nullus est quantum ad omnia iustus, quin aliquod peccatum habeat secundum illud Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Eccles. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non D peccet. Tertio etiam potest intelligi, vt referatur ad populum malorum, inter quos nullus est iustus. Est enim consuetudo scripturæ, vt quandoque loquatur de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum, vt patet Hiere. 16. Vbi dicitur, quòd cum complesset Hieremias loqui omnia, quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus dicentes, morte moriatur. Et postea subditur, Dixerunt principes & omnis populus, non est viro huic iudicium mortis. Sed primi duo sensus magis sunt secundum intentionem Apostoli. Et hoc idem dicendum est in sequentibus. Secundum autem principium boni operis est discretio rationis. Et hoc excludit subdens, *Non est intelligens*. Psal. Nescierunt neque intellexerunt. Et alibi, Noluit intelligere. Tertium principium est rectitudo intentionis, quam excludit subdens, *Non est requi-* E *rens Deum*, intentionem suam, scilicet dirigendo ad ipsum Osęæ 10. Tempus inquirendi dominum, qui cum venerit docebit iustitiam. Consequenter excludit ipsa bona opera. Et primo quidem quantum ad offensionem diuinę legis cum dicit, *Omnes declinauerunt*, scilicet a regula diuinæ legis. Esa. 56. Omnes in viam suam declinauerunt. Secundo quantum ad ostensionem finis, vnde subdit, *Simul inutiles facti sunt*. Hoc enim inutile dicimus, quod non consequitur finem suum. Et ideo cum homines a Deo declinant propter quem facti sunt, redduntur inutiles. Sap. 4. Impiorum multitudo non est vtilis. Tertio excludit ipsa bona opera, cum subdit, *Non est qui faciat bonum*. Hiere. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Subdit autem, *Vsque ad unum*, quod potest vno modo intelligi exclusiue, quasi diceret, præter vnum, qui scilicet solus fecit bonum redimendo humanum genus. Eccles. 7. Virum de mille vnum reperi, mulierem non inueni. Vel potest intelligi inclusiue, quasi dicat, nec etiam vnus est purus

A homo qui faciat bonum, scilicet perfectum. Hiere. 5. Quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem. Deinde cum dicit, *Sepulchrum patens* ponit peccata commissionis, & primo peccata oris. Secundo peccata operis, ibi *Veloces pedes eorum*. Peccata vero cordis ex his peccatis deprehenduntur. Circa peccatum oris quatuor ponit. Primo promptitudinem, seu turpitudinem cum dicit, *Sepulchrum patens est guttur eorum*. Sepulchrũ enim patens duo habet. Est enim paratum ad recipiendum mortuũ, & secundum hoc, guttur hominis dicitur esse sepulchrũ patens, quando est paratum ad dicendum mortifera, per quem modum dicitur Hiere. 5. Pharetra eius quasi sepulchrum patens. Secundo: exhalat fœtorem. Mat. 23. Similes sunt sepulchris de albatis, quæ a foris patent hominibus speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia. Eorum ergo guttur est sepulchrum patens, ex quorum ore procedit turpiloquii fœtor. Apocalyp. 9. Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur. Secundo tangit circa peccatum oris fraudem, cum dicit, *Linguis suis dolose agebant*. Aliud scilicet habendo in corde, aliud in ore. Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Tertio ponit verborum noxietatem cum dicit, *Venenum aspidum sub labiis eorum*: quia scilicet talia verba eueniunt, quæ insanabiliter proximos occidunt, vel spiritualiter vel corporaliter. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum & venenum, &c. Quarto designat abundantiam horum peccatorum, cum dicit, *Quorum os maledictione plenum est & amaritudine*, quia scilicet in talibus semper abundat maledictio, quia scilicet maledicunt de aliis detrahendo, contra id quod dicitur infra 12. Benedicite & nolite maledicere. Et *amaritudine*, in quantum scilicet non verentur in faciem proximi dicere iniuriosa verba, quibus ad amaritudinem prouocantur, contra id quod dicitur Ephes. 4. Omnis amaritudo tollatur a vobis.

Deinde cum dicit, *Veloces pedes eorum* tangit peccata operis, circa quæ tria tangit. Primo quidem promptitudinem, ad male agendum. Vnde dicit, Veloces pedes eorum: Prompti sunt pedes, id est affectus eorum *Ad effundendum sanguinem*, id est ad faciendum, quęcumque grauia peccata, quia inter cętera, quæ committimus in proximum: homicidium est grauius. Prouerb. 3. Pedes eorum in malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Secundo tangit multitudinem nocumentorum, quæ aliis inferunt, cum subdit, *In uiis eorum*, id est in operibus eorum *Est contritio*, quia scilicet alios conterunt opprimendo eos. Esa. 10. Ad conterendum cor eius, *Et infœlicitas*, inquantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducendo. Iob. 23. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, &c. Possunt tamen hic duo intelligi esse posita ad designandum pœnam potius quàm culpam, vt sit sensus, in uiis eorum est contritio & infœlicitas, id est opera eorum, quæ per vias designantur, ducunt eos ad contritionem, & infœlicitatem, ita quòd contritio referatur ad oppressionem pœnæ, qua pro peccatis punientur. Esa. 30. Comminuentur sicut conteritur lagena figuli. Infœlicitas autem referenda est ad pœnam damni, quia fœlicitate æterna priuabuntur. Sap. 12. Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes eorum. Tertio ostendit eorum culpæ obstinationem ad malum, a qua quidem aliqui reuocantur dupliciter. Vno modo per hoc, quòd volunt ab hominibus pacem habere, sed contra hoc dicitur, *Et uiam pacis non cognouerunt*, id est, non acceptauerunt. Psalm. 119. Cum his qui oderunt pacem. Alio modo intuitu diuini timoris: sed isti nec Deum timent, nec hominem reuerentur, vt dicitur Luc. 18. Vnde subditur, *Non est timor Dei ante oculos eorum*, id est ante ipsorum considerationem. Eccles. 1. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Potest autem & hoc specialiter dici contra Iudæos Christo non credentes, quòd non cognouerunt viam pacis, id est Christum, de quo dicitur Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Deinde cum dicit, *Scimus autem quia quaecumque* manifestat authoritatem inductam tripliciter. Primo quidem exponendo sensum eius. Secundo exponendo intentionem ipsius, ibi *Vt omne os*. Tertio assignando rationem dictorum in ipsa, ibi *Quoniam ex operibus*.

Ps. 81. & 35

Circa primum considerandum est quòd Iudæi, contra quos Apostolus hic loquebatur poterant ad sui excusationem peruertere sensum authoritatis inductæ, dicendo, quòd prædicta præmissa verba sunt intelligenda de Gentibus, non de Iudæis. Sed hoc excludit Apostolus dicens, Scimus quòd quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, id est, ad quos lex datur, & qui legem profitentur. Deuter. 33. Legem præcepit nobis Moyses. Gentiles autem nō erāt sub lege, & secundū hoc, prædicta verba pertinēt ad Iudæos. Est hic autē duplex obiectio. Prima quidem, quia verba supra inducta non sunt assumpta de lege, sed de Psal. Sed ad hoc dicendum est, quòd quandoque nomen legis sumitur pro toto veteri testamento, nō pro quinque libris Moysi tantum, secundum illud Ioan. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. quod scriptum est in veteri testamento, non in quinque libris Moysi, qui proprie lex dicuntur. Et sic etiam lex accipitur hic. Quandoque autem totum vetus testamentum diuiditur in tria, scilicet, in legem, psalmos, & prophetas, secundum illud Luc. vlt. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, psalmis & prophetis de me. Aliquando vero totum vetus testamentum diuiditur in duo. s. in legem & prophetas, secundum illud Matth. 22. In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Et secundum hunc modum Psalterium sub prophetis continetur. Secunda obiectio est quia in lege, id est in veteri testamento multa dicuntur pertinentia ad alias gentes, sicut patet in pluribus locis Esa. & Hierem. Vbi dicuntur multa contra Babylones, & similiter contra alias nationes. Non ergo quæcumque loquitur lex, loquitur his & de his qui in lege sunt. Sed dicendum, quòd quæcumque indeterminate loquitur ad eos pertinere videntur, quibus lex datur, quando vero scriptura de aliis loquitur, speciali titulo designat alios, sicut cum dicitur: onus Babylonis, & onus Tyri, &c. Quæ contra alias gentes in veteri testamento dicuntur, aliquo modo ad Iudæos pertinebant inquantum eorum infortunia ad eorum consolationem vel terrorem prænuntiabantur, sicut etiam prædicator ea debet dicere, quæ pertinent ad eos quibus prędicat, non autem quę pertinent ad alios. Esa. 58. Annuntia populo meo peccata eorum, quasi diceret, non quæ sunt aliorum. Deinde cum dicit, *Vt omne os, &c.* assignat intentionem prędictæ authoritatis: propter duo enim sacra scriptura ómnes de iniustitia arguit. Primo quidem ad reprimendum eorum iactantiam qua se iustos arbitrabantur, secundum illud Luc. 18. Ieiuno bis in sabbato. Et quantum ad hoc dicit *Vt omne os obstruatur*, quòd scilicet sibi iustitiam præsumptuose ascribebat. Psalm. 62. Obstructum est os loquentium iniqua. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Secundo vt suam culpam recognoscentes se Deo subiiciant, sicut infirmus medico. Vnde subdit, *Et subditus fiat omnis mundus Deo*, id est non solum Gentilis, sed etiam Iudæus culpam suam recognoscentes. Psal. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Deinde cum dicit, *Quoniam ex operibus legis* assignat rationem præmissorum verborum. Et primo ponit rationem. Secundo manifestat eam, ibi *Per legem, &c.* Dicit ergo primo, ideo non est iustus quisquam, quoniam omnis caro, id est omnis homo non iustificatur coram illo, id est, secundum eius iudicium ex operibus legis, quia vt dicitur Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Et ad Tit. 3. Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Est autem duplex opus legis, quoddam quidem est proprium legis Mosaicæ, sicut obseruatio cerimonialium præceptorum, quoddam est opus legis naturæ, quia pertinet ad legem naturalem, sicut, non occidas, non furtum facias. Quidam ergo hoc intelligunt dictum esse de primis legis operibus. s. quòd cerimonialia gratiam non conferebant ꝑ quam homines iustificantur: non tamen ista videtur esse intentio Apostoli: quod patet ex hoc quod statim subdit *Per legem enim cognitio peccati*. Manifestum est autem, quòd peccata cognoscuntur per prohibitionem moralium pręceptorum, & ita Apostolus intendit, quòd ex omnibus operibus legis, etiam quæ per præcepta moralia mandantur non iustificatur homo, ita ꝙ ex operibus in eo causetur iustitia, quia vt dicitut infra 12. Si. n. gratia, iam non ex operibus. Deinde cum dicit, *Per legem* probat quod dixerat. s. quòd opera legis non iustificent. Lex enim datur vt homo cognoscat, quid debeat agere, quid vitare. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Prou. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ. Ex hoc autem quòd homo cognoscit peccatum, quod vitare debet tanquam prohibitum, non statim sequitur, ꝙ illud vitet quod pertinet ad rationem iustitiæ, quia concupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari operabili. Et ideo lex non sufficit ad iustificādum, sed est necessariū aliud remedium per quod concupiscentia reprimatur.

LECTIO III.

NVNC autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autē Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

LECTIO III.

POSTQVAM ostendit Apostolus Iudæos & Gentiles æquales esse q̄tum ad statum culpæ præcedentis, hic ostendit eos æquales quātum ad statum gratiæ subsequentis. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Secundo ostendit quoddam quod supposuerat ibi *An Iudaeorum Deus tantum?* Tertio respondet obiectioni, ibi *Legem ergo destruimus?* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi *Non est distinctio*. Tertio infert conclusionem intentam, ibi *Vbi est ergo gloriatio tua?* Circa primum tria facit. Primo proponit habitudinem iustitię ad legem. Secundo assignat causam iustitię, ibi *Iustitia autem Dei*. Tertio assignat huiusmodi iustitiæ communitatem, ibi *In omnes, &c.* Ponit autem primo duplicem comparationem seu habitudinem iustitiæ ad legē. Primo quidem quia non est ex lege causata. Et hoc est quod dicit, dictum est quòd olim per opera legis non poterat esse iustitia Dei, vel quia ipse iustus est adimplens promissa de iustificatione hominum. infra. 13. Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei. Vel potius iustitia Dei, qua aliquis iustificatur a Deo, de qua dicitur infra. 10. Ignorantes Dei iustitiam. Hæc inquam Dei iustitia, nunc, id est tp̄e gratiæ manifestata est, tum per Christi doctrinam, tum per eius miracula, tum etiam per facti euidentiam inquantum euidens est multos esse diuinitus iustificatos. Et hoc sine lege. s. causante iustitiam. Galat. 5. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Esa. 56. Prope est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Et ne aliquis credat hanc iustitiam legi esse contrariam, Secundo ponit aliam habitudinem iustitiæ ad legem, cum dicit, *Testificata a lege & prophetis*. Lex quidem Christi iustitiam testificata est pronuntiando, & præfigurando. Io. 5. Si crederetis Moysi, forsitan & mihi crederetis, de me enim ille scripsit, & etiam per effectum, quia cum ipsa iustificare non posset, testimonium perhibebat aliunde quærēdam esse iustitiam. Prophetæ autem testificati sunt eam prænuntiando. Act. 11. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Consequenter autem assignat causam huius iustitiæ, & dicit. *Iustitia autem Dei est per fidem Iesu Christi*. id est, quam ipse tradidit. Heb. 12. Aspicientes in authorem fidei, &c. Vel etiam quæ de ipso habetur infra 10. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Dicitur autem iustitia Dei esse per fidem Iesu Christi, non vt quasi per fidem mereamur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur Dei iustitiam, sicut Pelagiani dixerunt, sed quia in ipsa iustificatione, qua iustificamur a Deo, primus motus mentis in Deū est per fidem. Accedentem enim ad Deum oportet credere, vt dicitur Heb. 11. Vnde & ipsa fides quasi prima pars iustitiæ est nobis a Deo. Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, &c. Hæc autem fides ex qua est iustitia, non est fides informis de qua dicitur Iac. 2. Fides sine operibus mortua est, sed est fides per charitatem formata, de qua dicitur Gal. 5. Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet sine fide, per quam in nobis habitat Christus. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, quod sine charitate non fit. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hæc est etiam fides de qua dicitur Actu. 15. Fide purificans corda eorum, quæ quidem purificatio non fit sine charitate. Prouerb. 12. Vniuersa delicta operit charitas. Et ne aliquis diceret per hanc fidem solos Iudæos iustificari, Tertio ostendit communitatem huius iustitiæ, cum subdit, *in omnes*, scilicet ista iustitia est in corde, non carnalibus obseruantiis, de quibus dicitur Heb. 9. quòd carnales obseruantiæ erant ad iustificationem carnis, vsque ad tempus correctionis impositæ. Et super omnes, quia videlicet facultatem humanam ac merita excedit. 2. Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare. Addit autem qui credunt in eum, quod pertinet ad fidem formatam, per quam homo iustificatur, vt dictum est.

Deinde cum dicit, *Non est enim distinctio* manifestat quod dixerat, & primo quantum ad communitatem iustitiæ. Secundo quantum ad causam eius: ibi *Iustificati gratis* Tertio quantum ad manifestationem ipsius ibi, *Ad ostensionem* Dicit ergo primò, dictum est, iustificatio Dei est in omnes & super omnes qui credunt in Christum. Non enim est quantum ad hoc distinctio inter Iudæum, & Gentilem. Col. 3. In Christo Iesu non est Gentilis, & Iudæus, scilicet distinctionem aliquam habens, quasi Iudæus non indigeat iustificari a Deo sicut Gentilis: omnes. n. peccauerunt, sicut supra ostēsum est. Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, & per hoc egent gloria Dei, id est iustificatione, quæ in gloriam Dei cedit, non autem sibi debet homo hanc gloriam ascribere. Psal. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psalm. 65. Date gloriam Deo. Sic igitur quia omnes peccauerunt, & ex se iustificari non possunt, restat vt per aliam causam iustificentur, quam consequenter ostendit subdens *Iustificati*. Vbi primo ostendit, quòd huiusmodi iustificatio est sine lege, id est, quòd non est ex operibus legis cum dicit *Iustificati gratis*, id est, absque merito præcedentium operum. Esa. 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Et hoc per gratiam ipsius. s. Dei, cui ex hoc debetur gloria. 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo ostendit, quæ sit causa iustificationis. Et primo ponit ipsam causam cum dicit *Per redemptionem*. Vt enim dicitur Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ex qua quidem seruitute homo redimitur si pro peccato satisfaciat. Sicut si aliquis ob culpam commissam obnoxius esset regi ad soluendam pecuniam, ille eum redimere diceretur a noxa, qui pro eo pecuniam solueret. Hæc autem noxa ad totum humanum genus pertinebat, quod erat infectum per peccatum primi parentis. Vnde nullus alius pro peccato totius humani generis satisfacere poterat, nisi solus Christus, qui ab omni peccato erat immunis. Vnde subdit *Quae est in Christo Iesu* Quasi dicat: in alio non poterat nobis esse redemptio. 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento. Secundo ostendit vnde ista tedemptio efficaciam habuit, cum dicit *Quem proposuit Deus propitiatorem* Ex hoc enim Christi satisfactio efficaciam ad iustificandum habuit, & ad redimendum, quia eum Deus ad hoc ordinauerat secundum suum propositum, quod designat, cum dicit *Quem proposuit Deus propitiatorem* Ephe. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Vel proposuit, id est, pro omnibus posuit, vt quia humanum genus non habebat, vnde satisfacere posset, nisi ipse Deus eis redemptorem & satisfactorem daret. Psal. 110. Redemptionem misit dominus populo suo. Et sic dum satisfaciendo nos redimit a noxa peccati, Deum peccatis Psal. 8. nostris propitium facit, quod petebat Psal. dicens, Propitius esto peccatis nostris, & ideo dicit eum propitiatorem. 1. Io. 2. Propitiatio. In cuius figura Exod. 25. mandatur, quòd fiat propitiatorium, id est, quòd Christus ponatur super archam, id est, ecclesiam. Tertio ostendit per quos redemptionis effectus ad nos perueniat, cum dicit, *Per fidem in sangnine eius* id est, quæ est de sanguine eius pro nobis effuso. Vt enim pro nobis satisfaceret congruebat vt pœnam mortis pro nobis subiret, quam homo per peccatum incurrerat, secundum illud Genes. 2. Quacunque die &c. Vnde dicitur. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Hæc autem mors Christi nobis applicatur per fidem, qua credimus per suam mortem mundum redemisse. Galat. 2. In fide viuo filii Dei, qui dilexit me, &c. Nam & apud homines satisfactio vnius alteri non valeret: nisi eam ratam haberet. Et sic patet quomodo sit iustitia per fidem Iesu Christi, vt supra dictum est. Sed quia etiam supra dixit iustitiam Dei esse nunc manifestatam: agit consequenter de hac manifestatione, & primo tangit modum manifestationis dicens, *Ad ostensionem*. quasi dicat, hoc inquam factum est, vt iustificaremur per redemptionem Christi, & per fidem sanguinis eius ad ostensionem iustitiæ suæ, id est, ad hoc, quòd suam iustitiam Deus ostenderet, & hoc propter remissionem præcedentium delictorum. In hoc enim quòd præcedentia delicta Deus remisit, quæ lex remittere non poterat, nec homines propria virtute ab eis se præcauere poterant, ostendit quòd necessaria est hominibus iustitia, qua iustificentur a Deo. solum autem per sanguinem Christi potuerunt remitti peccata nō solum præsentia, sed præterita, quia virtus sanguinis Christi operatur per fidem hominis, quam quidem fidem habuerunt illi, qui præcesserunt Christi passionem sicut & nos habemus. 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei credimus. Vnde & legitur aliter, vt dicatur propter remissionem delictorum, quæ sunt hominum præcedentium Christi passionem. Vnde dicitur Mich vlt. Deponet iniquitates nr̄as & proiiciet, &c. Secundo ostendit tempus manifestationis eius cum subdit, In sustētatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: quasi diceret, præcedentia delicta erāt ante Christi passionem in sustentatione Dei quasi in quadam diuina Dei sustinentia: quia nec pro eis credentes & pœnitentes damnat, nec ab eis totaliter reddit absolutos, vt scilicet eis non obstantibus, possint introire in gloriam. Vel secundum aliam literam potest intelligi, quòd ipsi sancti patres erant in sustentatione Dei, quia detinebantur in limbo, non quidem patientes pœnam sensibilem, sed expectantes introire in gloriam per Christi passionem. Eccl. 2. Sustine sustentationes Dei. Ad hoc (inquam) præcedentia delicta vel præcedentes patres erant in sustentatione Dei ad ostensionem scilicet iustitiæ eius in hoc tempore, id est, vt in hoc tempore gratiæ, suam iustitiam perfecte ostenderet, plenam remissionem peccatorum tribuendo. Psal. 101. Venit tempus, &c. Et. 2. Corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Et hoc est, quod supra dixerat nunc esse iustitiam Dei manifestatam. Oportuit autem vt præcedentia peccata vsque ad hoc tempus essent in Dei sustentatione: vt primo conuinceretur homo de defectu scientiæ, quia tempore legis naturæ in errores & turpia peccata incidit, & etiā defectu potentiæ, quia post legem scriptam quæ fecit cognitionem peccati, adhuc homo per infirmitatem peccauit. Tertio ostendit, quòd per remissionem peccatorum Dei iustitia ostendatur, siue accipiatur Dei iustitia, qua ipse est iustus, siue qua alios iustificat. Vnde subdit, *Vt sit ipse iustus*, id est, vt per remissionem peccatorum Deus appareat esse iustus in seipso, tū quia remittit peccata sicut promiserat, tum quia ad iustitiam Dei pertinet, quòd peccata destruat, homines ad iustitiam Dei reducendo. Psal. x. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Et etiam vt *Sit iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi*, id est, qui per fidem Iesu Christi accedit ad Deum. Accedentem enim ad Deū oportet credere. Hæb. 2.

LECTIO IIII.

VBI est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidē sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentiū? Immo & Gentium. Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd Iudæi non pręcedunt Gentiles: neque quantum ad statum culpæ: neque quantum ad statum iustitię: hic concludit conclusionem intentam excludēdo. s. eorum gloriam qua Gentibus se præferebant, & circa hoc tria facit. Primo proponit huius gloriæ exclusionē. Secundo exclusionis causam ibi *Per quam legem* Tertio ostendit modum quo excludit, ibi *Arbitramur enim, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem dicens, ex quo communiter es sub peccato, tu Iudæus sicut & Gentilis, & ex quo Gentilis iustificatur per fidem: sicut & tu, *Vbi est gloriatio tua?* qua scilicet in lege gloriaris, vt supra secundo dictum est. Et per hoc te Gentili vis præferre. 1. Cor. 6. Non est bona gloriatio vestra. Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, &c. Secundo huic quæstioni respondet dicens, *Exclusa* est, id est sublata est 1. Reg. 4. Et ablata est gloria de Israel. Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Vel *Exclusa*, id est expresse manifestata est: gloriabantur enim Iudæi in gloria, & cultu vnius Dei, & hanc eorum gloriam dicit exclusam, id est expressam per Christum, sicut artifices qui aliquam imaginem in argento exprimunt, exclusores vocantur, secundum illud Psal. 67. Vt excludant eos qui probati sunt argento. Sed primus sensus est magis literalis. Cum autem dicit, *Per quam legem*, ostendit causam huius exclusionis. Quia autem Iudæorum gloriatio erat in lege, vt supra dictum est. Ideo oportere videbatur, quòd per aliquid eiusdem generis, id est per aliquam legem eorum gloriatio excluderetur. Et ideo interrogando q̄rens subdit, Per quam scilicet est eorum gloriatio exclusa. Posset autem aliquis credere, quòd eorum gloriationem exclusam Apostolus diceret per aliqua præcepta legalia, quibus quædam maiora opera mandarentur. Et ideo interrogando subdit, *Factorum?*

florum? quasi dicat. Nunquid per aliquam legem factorum, eorum gloriationem exclusam dico? Et respondet quòd non, *Sed per legem fidei*: & sic patet quòd duplicem legem hic induxit Apostolus, scilicet factorum & fidei. Et in promptu esse videtur, quòd per legem factorum intelligitur lex vetus, & p legem fidei, lex noua, per quam Gentilis æquiparatur Iudæo. Sed dubitatur de hac distinctione. Nam & in veteri lege necessaria erat fides, sicut & in noua. Eccle.2. Qui timetis dominum, credite illi. Et Ps. 125. Credidi, propter qd locutus sum. immo etiam in noua lege facta quædam requiruntur, & quorũdam sacramẽtorum, secundum illud. Luc. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Et etiam moralium obseruationum. Iac. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Dicendum est igitur, quòd legem factorum dicit legem exterius propositam & descriptam, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat, & per prohibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. legem autem fidei vocat legem interius descriptam, per quam non solum exteriora facta, sed etiam ipsi motus cordium disponuntur, inter quos primus est motus fidei. Corde enim creditur ad iustitiam, vt dicitur hic, cap. 10. Et de hac lege loquitur infra. 8. Lex spiritus vitæ q̃ est in Christo Iesu. Deinde cum dicit, *Arbitramur enim*. ostendit modum quo per legem fidei gloria Iudæorum excluditur, dicens. Arbitramur enim nos Apostoli veritatem a Christo edocti, hominem quemcumque, siue Iudæum, siue Gentilem, iustificari per fidem Act.15. Fide purificans corda eorum, & hoc *Sine operibus legis*, non autem solum sine operibus cerimonialibus, quæ gratiam non conferebant: sed solum significabant, sed etiam sine operibus moralium præceptorum, secundum illud ad Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, &c. ita tamen q̃ hoc intelligat sine operibus præcedentibus iustitiam. Non autem sine operibus consequentibus, quia vt dicitur Iaco. 2. Fides sine operibus, scilicet subsequentibus, mortua est. Et ideo iustificare non potest.

Deinde cum dicit, *An Iudaeorum*. ostendit quoddam quod præsupposuerat, scilicet quòd iustitia fidei communiter se haberet ad omnes Et prius quidem hoc manifestauerat ratione accepta ex parte causæ materialis cum supra dixerat, omnes peccauerunt & egent gratia Dei, id est peccatores sunt, quos oportet per gratiam fidei iustificari, sed probatio quæ est ex sola causa materiali non sufficit, quia materia non mouetur per se ad formam sine causa agente. Et ideò hic subiungit rationem acceptam ex parte causæ agentis, id est iustificantis qui est Deus. infra. 8. Deus qui iustificat. Manifestum est autem quod Deus noster illos iustificando saluat, quorum est Deus, secundum illud Psal. 67. Deus noster, deus saluos faciendi. Non est autem Iudæorum tantum Deus, sed & Gentium, ergo vtrosque iustificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo, proponit quæstionem de Iudæis cum dicit, *An Iudaeorum tantum est Deus*? Quod quidem videri posset alicui per hoc quod dicitur Exod. 5. Deus Hebræorum vocauit nos. Dicendum est ergo, quòd Iudæorum Deus tantum erat per specialem cultum ab eis Deo exhibitum. Vnde in Psal. 75. dicitur, Notus in Iudæa Deus. erat tamen Deus omnium per commune regimen vniuersorum, secundum illud Psal. 46. Rex omnis terræ Deus.

Secundo proponit quæstionem ex parte Gentilium dicens, *Nonne & Gentium* scilicet est Deus? & respondet, Inimò & Gentium, quas scilicet gubernat & regit, secundum illud Hier. 10. Quis non timebit te o rex Gentium?

Tertio, ibi *Quoniam quidem*, manifestat per signum quod dixerat. quasi dicat, ex hoc manifestum est quòd Deus est non solum Iudæorum, sed & Gentilium, quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circuncisionem, idest Iudæos ex fide, vt enim dicitur Gal. 5. In Christo Iesu neque circuncisio neque præputium. Quòd autem dicit ex fide & per fidem, secundum Glossam est omnino idem: potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hæc præpositio, ex, designat aliquando causam remotam, hæc præpositio, per, propinquam. Iudæi ergo iustificari dicuntur ex fide, quia fides fuit prima causa ex qua processit circuncisio & cætera sacramenta legalia: & ita Iudæos iustificat fides, sicut quædam causa primaria per quasdam medias causas, sed Gentiles per ipsam fidem immediate iustificantur. Deinde cũ dicit, *Legem ergo*, excludit quandam obiectionem: posset enim aliquis dicere quòd prædictam legem destrueret, & ideo quærit dicens, *Legem ergo destruimus per fidem* ex hoc scilicet quòd dicimus homines iustificari sine operib⁹ legis. Et respondet *Absit* secundũ illud Matth.5. Non præteribit iota vnum, aut vnus apex, &c. Subdit autem, *Sed legem statuimus*, id est per fidem legem perficimus, & adimplemus, secũdum illud Matth.5. Non veni soluere legem, sed adimplere. & hoc quantum ad præcepta cerimonialia, q̃ cum essent figuralia per hoc statuuntur & adimplentur, q̃ veritas significata per ea, in fide Christi exhibetur, & etiam quantum ad moralia quia fides Christi auxilium gratiæ confert, ad implenda moralia præcepta legis. Addit etiam quædam consilia per ea, quæ præcepta moralia tutius & firmius conseruant.

CAP. IIII. LECT. I.

VID ergo dicemus, Inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, mercés non imputatur secundum gratiam: sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei: sicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus exclusit Iudæorum gloriam, quam habebant in lege per eam se Gentibus præferentes, hic excludit eorum gloriam quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. Primo resumit quæstionem, quam supra posuerat dicens, *Quae est utilitas circuncisionis*? Et quia Abraham primus mandatum de circumcisione accepit. vt dicitur Genes. 17. Ideo quæstionem iterat in persona ipsius Abrahę dicens, Si ita est quòd Deus iustificat præputium sicut & circuncisionem. *Quid ergo dicemus inuenisse utilitatis Abraham patrem nostrum secundum carnem*? id est secundum circuncisionem carnalem, & secundum alias obseruantias carnales? videtur esse inconueniẽs si dicatur, quòd nihil vtilitatis inuenerit, cum dicatur Esa. 48. Ego dominus docẽs te vtilia. Secundo, ibi *Si enim Abraham, &c.* respondet propositæ quæstioni. & duo facit. Primo ostendit, q̃ Abraham non hoc inuenerit per circuncisionem, &c. legis opera, quòd per eam iustificaretur, sed magis per fidem. Secundo commendat fidem ipsius, ibi *Qui contra spem, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum ratione accepta ex parte diuinæ acceptationis. Secundo, ratione diuinæ promissionis, ibi *Non enim per legem, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quandam conditionalem. Secundo probat destructionem consequentis, ibi *Quid enim dicit scriptura, &c.* Tertio probat ipsam conditionalem, ibi *Sicut & Dauid, &c.* Circa primum intendit Apostolus sic argumentari. Si Abraham iustificatus esset ex operibus legis, non haberet gloriam apud Deũ. ergo non ex operibus iustificatus est. Proponit ergo conditionalem dicens, Quæsitum est, quid Abraham inuenit secundum carnalem circuncisionem. Et manifestum est, quòd hoc non inuenit vt iustificatus sit ex operibus legis, ita scilicet, quòd eius iustitia in operibus legis consistat, habet quidem gloriam, scilicet apud homines, qui exteriora facta vident, sed non apud Deum, qui videt in occulto, secundum illud. 1. Reg. 16. Deus autem intuetur cor. 1. Cor. 3. Nemo vestrum glorietur in hominibus, &c. Vnde contra quosdam dicitur Ioan. 12. Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei. Sed contra hoc potest obiici, quia ex consuetudine operum exteriorum generatur interior habitus, secundum quem etiam cor hominis bene disponitur, vt sit promptum ab bene operandum, & in bonis operibus delectetur, sicut Philosophus docet in 2. Ethi.

Sed dicendum est, quòd hoc habet locum in iustitia humana, per quam scilicet homo ordinatur ad bonum humanum. Huius enim iustitiæ habitus per opera humana potest acquiri, sed iustitia, quæ habet gloriam apud Deum, ordinatur ad bonũ diuinum, scilicet futuræ glorię, quæ facultatem humanam excedit, secundum illud. 1. Corin. 2. In cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et ideo opera hominis, non sunt proportionata ad huius iustitiæ habitum causandum, sed oportet prius iustificari interius cor hominis a Deo vt opera faciat proportionata diuinæ gloriæ.

Deinde cum dicit, *Quid enim, &c.* destruit consequens quod fuit negatiuum, probando affirmationem oppositam, scilicet, q̃ Abraham habebat gloriam apud Deum. Et hoc probat per authoritatem scripturæ, quam primo Apostolus ponit. secundo exponit ibi, *Ei autem, &c.* Dicit ergo primo. Dico Abraham sic iustificatum esse, quòd habet gloriam apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Gene. 15. *Credidit Abraham* Deo, promittenti sibi seminis multiplicationem. Eccle. 2. Crede deo, & recuperabit te; *Et reputatum est illi*, scilicet a Deo ad iustitiam. 1. Macha. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Et sic patet, quòd apud Deum, a quo est ei reputatum ad iustitiam, quòd credidit, gloriam habet. Est autem considerandum, quòd iustitia quam Deus reputat, scriptam expressit, non in aliquo exteriori opere, sed in interiori fide cordis, quam sol⁹ Deus intuet. Cum aũt dicat triplex esse actus fidei. s. credere Deũ, Deo, & in Deũ, posuit hunc actũ qui est credere deo, qui est ꝓprius actus fidei, eius speciem demonstrans. Nam credere in deum, demonstrat ordinem fidei ad finem, qui est per charitatem: nam credere in Deum, est credendo in Deum ire, quod charitas facit. Et sic sequitur speciem fidei. Credere autem Deum, demõstrat fidei materiam, secundum quòd est virtus theologica, habens Deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem fidei, quia si aliquis credat Deum esse per aliquas rationes humanas & naturalia signa, nondum dicitur fidem habere, de qua loquimur, sed solum quando ex hac ratione credit quod est a Deo dictum, quod designatur per hoc, quòd dicitur credere Deo: & ex hoc fides specificatur, sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione, per quam assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendum habens habitum scientiæ, scilicet per demonstrationem, & alia rationẽ habens habitum opinionis, scilicet per syllogismum dialecticum. Deinde cum dicit, *Et autem qui operatur, &c.* exponit prædictam authoritatem quantum ad hoc quòd dicit, *Reputatum est illi ad iustitiam*, & tangitur in Glosia duplex horum verborum expositio. Prima est, secundum quòd referuntur ad finalem mercedem, de qua primo ostenditur qualiter se habeat ad opera, secundo qualiter ad fidem, ibi, *Ei uero qui non, &c.* Dicit ergo primo, quòd ei, qui operatur, scilicet opera iustitiæ, merces æternæ retributionis de qua dicitur Esa. 40 Ecce merces eius cum eo, non reputatur secundum gratiam tantum, sed secundum debitum. secundum illud Matth. 20. Nonne ex denario conueniſti mecum?

Sed contra est quòd dicitur infra. 6. Gratia Dei vita æterna. Et infra. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Sic igitur illa retributio non fit secundum debitum, sed secundum gratiam. Sed dicendum est, quòd opera humana possunt considerari dupliciter. Vno modo secundum substantiam operum, & sic non habent aliquid condignum, vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt considerari secundum suum principium, prout scilicet ex impulsu Dei agũtur, secundum propositum Dei prędestinantis, & secundum hoc eis debetur merces prędicta secundum debitum, quia ut infra. 8. dicitur, Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei: si autẽ filii, & hęredes. Deinde cum dicit, *Ei uero, &c.* ostendit qualiter se habeat merces ęterna ad fidem dicens, *Ei uero qui non operatur*, scilicet exteriora opera, puta quia non habet tempus operandi, sicut patet in baptizato statim mortuo, *Credenti in eum qui iustificat impium*, scilicet in Deum, de quo dicitur infra. 8. Deus qui iustificat, reputabitur fides eius, scilicet sola sine operibus exterioribus ad iustitiam, id est, vt per eam iustus dicatur & iustitiæ præmium accipiat, sicut si opera iustitiæ fecisset, secundum illud infra 10. Corde creditur ad iustitiam, & hoc secundum propositum gratiæ Dei, id est, secundum q̃ Deus proponit ex gratia sua homines saluare. infra. 8. His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ephe. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Alia expositio est, vt hoc referatur ad hominis iustificationem. Dicit ergo, *Ei autem qui operatur*, id est, si aliquis per opera iustificetur, ipsa iustitia imputaretur, quasi merces non secundum gratiam, sed secundum debitum. infra. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. *Ei uero qui non operatur*, Vt scilicet per sua opera iustificetur, *Credenti autem in eum qui iustificat impium*, computabitur hæc eius fides ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei, non quidem ita quòd per fidem iustitiam mereatur, sed quia ipsum credere est primus actus iustitiæ, quam Deus in eo operatur. Ex eo enim quòd credit in Deum iustificantem, iustificationi eius subiicit se, & sic recipit eius effectum. Et hæc expositio est literalis, & secundum intentionem Apostoli, qui facit vim in hoc, quod in Genes. 15. dictum est, Reputatum est illi ad iustitiam, quod consueuit dici: quando id, quod minus est ex parte alicuius reputatur ei gratis, ac si totum fecisset. Et ideo Apostolus, dicit, quòd hæc reputatio locum non haberet si iustitia esset ex operibus, sed solum habet locum secundum quòd est ex fide. Deinde cum dicit, *Sicut & Dauid, &c.* probat conditionalem præmissam ex authoritate Psalmi. Cuius primo præmittit sensum. Secundo ponit verba eius, ibi; *Beati quorum*. Tertio excludit falsum intellectum, ibi; *Beatitudo, &c.* Dicit ergo, Sicut & Dauid dicit, id est, asserit beatitudinem hominis esse illius, scilicet cui Deus fert, id est dat iustitiam. *Accepto*, id est gratis sine operibus præcedentibus. Ad Titum. 3. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos. Beatitudo autem hominis est a Deo, secundum illud Psalm. 39. Beatus vir cuius est dominus Deus spes eius. Sic igitur manifestum est illum habere gloriam apud Deum, qui non ex operibus legis iustificatur, vt dictum est. Deinde cum dicit, *Beati quorum, &c.* ponit verba Dauid prædictam sententiam continentia, & dicit eos esse beatos, quorum remittuntur peccata. Et sic patet, quòd non habuerunt prius bona opera ex quibus iustitiam seu beatitudinem consequerentur. Est autem triplex peccatum, scilicet originale, actuale mortale, & actuale veniale. Primo ergo quantum ad originale dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Vbi considerandum est, quod peccatum originale iniquitas dicitur, quia est carentia originalis iustitię, per quam secundum æquitatem ratio hominis subiiciebatur Deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, sed per peccatum originale hæc æquitas tollitur: quia postquam ratio desiit esse subiecta Deo, inferiores vires rationi rebellant, & corpus ab obedientia animæ subducitur per corruptionem & mortem. Vnde in Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Vtrobique autem peccatum originale pluraliter significatur. Vel propter plures homines, in quibus multiplicatur originale peccatum, vel potius, quia virtute continet in se quodammodo omnia peccata. Huiusmodi autem peccatum originale remitti dicitur, quia transit reatus superueniente gratia: sed remanet actu remanente fomite siue concupiscentia, quæ non tollitur totaliter in hac vita, sed remittitur siue mitigatur. Secundo quantum ad actuale mortale, dicit, *Et quorum tecta sunt peccata*. Dicuntur autem peccata tegi diuino conspectui, inquantum non inspicit ad ea punienda. Psalm. 84. Operuisti omnia peccata eorum. Tertio quantum ad veniale dicit. *Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum*. Vt scilicet per peccatum intelligantur peccata venialia: quæ licet leuia sint, tamen per multa homo separatur, & elongatur a Deo. 2. Paralipo. 3. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt illum, & non imputabitur illis, quòd minus sancti sunt. Possunt autem & hæc tria aliter distingui. Sunt enim in peccato tria. Quorum unum, est offensa Dei. Et quantum ad hoc dicit; *Beati quorũ remissæ sunt iniquitates*. secundum, quòd homo dicitur remittere offensam sibi factam Esa. 40. Dimissa est iniquitas illius. Aliud autem est ipse actus inordinatus culpæ, qui non potest non fuisse factus ex quo semel perpetratus est, sed tegitur manu misericordiæ diuinæ: vt quasi pro non facto habeatur. Tertium vero est reatus pœnæ, & quantum ad hoc dicit; *Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum*, scilicet ad pœnam. Deinde cum dicit; *Beatitudo ergo hominis, &c.* excludit falsum intellectum authoritatis prædictæ. Posset enim Iudęus, sic intelligere, quòd prædicta gratia remissionis peccatorum, non fieret nisi circuncisis.

Ad hoc ergo excludendum, primo Apostolus quæstionem mouet dicens, Beatitudo hæc qua scilicet Deus, dat iustitiam sine operibus, manet tantum in circuncisione, id est, habet locum solum in circuncisis. An etiam & in præputio, id est in Gentibus? Manifestum est, quòd in vtrisque secundum illud quod dicit infra. 10. Idem dominus diues in omnes, &c.

Secundo, ibi; *Dominus enim*. ad hoc ostendendum assumit authoritatem scripturæ, quasi dicat, hoc ideo quæro. *Dicimus enim, &c.* Quòd reputatur fides Abrahæ ad iustitiam. Gene. 15. Tertio ex hac authoritate concludit solutionem premissæ quæstionis sub interrogatione tamen, dicens, Quomodo ergo reputata est, scilicet fides Abrahæ ad iustitiam, in circuncisione, id est, quando erat circuncisus, an in pręputio, id est, quando erat incircuncisus? Et respondet; *Non in circuncisione, sed in præputio*. Et hoc manifestum est ex serie narrationis scripturę. Nam Genes. 15. legitur, quòd fides reputata est Abrahæ ad iustitiam: circuncisionem autem accepisse legitur Genes. 17. Si igitur Abraham adhuc incircuncisus existens, iustificatus est per fidem,

fidē, manifestū est, ꝙ iustitia fidei p quā gratis remittunt̄ peccata, non est solū in circumcisione, sed ēt in ꝓputio. i. in gentilitate

LECTIO SECVNDA.

OSTENSO, quod beatitudo remissionis peccatorum, non solum est in circumcisione, sed etiam in præputio, exemplo Abrahæ, qui tēpore præputii est iustificatus, hic respondet cuidam obiectioni. Posset enim aliquis dicere, si Abraham iustificatus est ante circūcisionem. ergo sine causa, & frustra circuncisus est. Ad hanc ergo obiectionem excludendam, primo proponit, quòd circuncisio non erat causa iustitiæ, sed signum. Secundo ostendit quid ex hoc signo consequatur, ibi; *Vt sit pater, &c.* Tertio ostendit modum quo hoc consequatur; *Non his tantum, &c.*

Circa primum duo facit. Primo proponit circuncisionem esse signum. Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me, & vos. Secundo, ostendit cuius rei sit signum dicens, quòd sit *Signaculum iustitiæ fidei*, idest quæ est per fidem, quæ quidem fides est in præputio, idest quam Abraham habuit adhuc in circuncisus existens. Dicitur autem signaculum dupliciter. Vno modo quasi expressum signum, habens similitudinem rei signatæ, secundum illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis, &c. Habet autem circuncisio expressam similitudinem cum fide Abrahæ. Primo quidem, quantum ad rem creditam. Credidit enim multiplicationem sui seminis, & ideo congruenter accepit signum in membro generationis. Secundo, quantum ad effectum huius fidei, qui est remotio culpæ, quæ signatur per remotionem superfluæ pelliculæ. Alio modo signaculum dicitur signum aliquid occultans, quod reuelandum est amicis sicut patet de sigillo: & secundum hoc dicitur Apo. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere librum & aperire signacula eius. Claudebatur ergo sub signaculo circuncisionis, secretum incarnationis Christi ex semine Abrahæ. Consequenter ostendit quid cōsequatur ex dictis. Consequitur enim ex hoc quòd Abraham in præputio iustificatus per fidem, postea circuncisionem accepit, vt sit pater non solum circuncisorum: sed etiam credentium in præputio: & hoc est quòd dicit, Vt sit pater, idest ex prædictis consequitur quòd Abraham sit pater omnium credentium per præputium, idest qui sunt in statu præputii. Vel Abraham sit pater per præputium, idest per id quod habuit in præputio, vt reputetur & illis ad iustitiam, hoc scilicet quòd credunt sicut reputatum est Abrahæ. Et de hac paternitate dicitur Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus istis, &c. Et sit pater circuncisionis, idest circuncisorum, qui ex eo originem ducunt. Vnde Io. 8. Pater noster Abraham est.

Deinde ostendit per quem modum sit pater etiam incircuncisorum, quia per imitationem. Et hoc est quod dicit, Vt *sit* inquam *pater non his tantum qui sunt in circuncisione*. idest qui sunt circuncisi; *Sed etiam his qui sectantur vestigia fidei patris nostri Abrahae, quae est in praeputio*, id est quam Abraham habuit adhuc incircuncisus. Ioan. 8. Si filii Abrahæ estis, opera eius facite.

Et quia hic de circuncisione fit mentio, oportet circa ipsam tria considerare, scilicet quare sit instituta, quam vim habuit, & quare sit mutata. Circa primum considerandum, quòd circuncisio sicut & aliæ legis cerimoniæ, est propter duo instituta. Primo quidem, propter cultum diuinum ad quem homines secundum huiusmodi cerimonialia disponebantur. Et secundum hoc, circuncisio habet triplicem institutionis causam, quarum prima est ad significandum fidem, & obedientiam quam Abraham, se Deo subiecit: vt scilicet illi qui circuncisionem acciperent Abrahæ, traditam fidem & obedientiam ipsius obseruarent. Dicitur enim Hæb. 11. Fide Abraham circuncisus est, & ideo facta est circuncisio in membro generationis, ad significandum fidem ipsius circa prolem futuram, vt dictum est. Secunda est ad exprimendum in signo corporali id, quod spiritualiter erat faciendum: vt scilicet sicut a membro generationis, qd̄ principaliter concupiscentiæ deseruit, abscindebatur superflua pellicula: ita etiam a corde hominis omnis superflua concupiscentia tolleretur, secundum illud Hierem. 4. Circuncidimini domino & auferte præputium cordium vestrorum, &c. Tertia est, vt per hoc signum, populus ille Deum colens ab omnibus aliis populis distingueretur. Et inde est, quòd Iosue. 5. Mandauit dominus circuncidi filios Israel, qui inter alias nationes erant habitaturi, qui prius in deserto solitarii manentes, circuncisi non erant. Alia autem ratio circuncisionis & omnium cerimonialium accipitur per comparationem ad Christum, ad quem comparatur, sicut figura ad veritatem, & membra ad corpus, secundum illud Col. 2. Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Sic igitur per circuncisionem corporalem significatur circuncisio spiritualis fienda per Christum. Primo quidem in animā, quantum per ipsum peccatorum reatus & concupiscentiæ præscinduntur. Colos. 2. In quo. s. Christo, circuncisi estis circuncisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione domini nostri Iesu Christi. Secundo vero, quantum ad corpus, quando scilicet etiam in resurrectione ab electorum corporibus omnis passibilitas & mortalitas auferetur: & ideo circuncisio fiebat octauo die, quia significat octauam ætatem resurgentium: nam septima est quiescentium in Christo. Sex autem ætates sunt quibus seculum currit. Vnde & circuncisio facta legitur cultellis petrinis. Iosue. 5. Et exod. 4. ad significandum, quòd spiritualis circuncisio, fienda erat per petram; *Qui est* Christus, vt dicitur. 1. Cor. 10. Non tamen hoc generaliter obseruabatur, ꝙ necesse esset circuncisionem fieri cum petra. Circa secundum vero est sciendum, quòd sicut hic Glossa dicit, & est Bedæ. Idem salutare curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus præbebat, quod baptismus agere tempore reuelatæ gratiæ consueuit. Ex quo patet, quòd virtus circuncisionis se extendebat ad deletionem originalis peccati. Quidam tamen dicunt, quòd gratia in circuncisione non conferebatur: non enim potest esse Dei gratia sine iustitia. Argumentatur autem Apost. Gal. 2. Si iustitia est per legem. ergo Christus gratis mortuus est, id est, sine causa. Et eodem modo argumentari possumus. Si ex circuncisione est gratia iustificans, Christus gratis mortuus est, sed hoc non potest esse: nam remissio peccati nunquam sit sine gratia, infra. 5. Iustificati igitur gratia ipsius, &c. Et ideo alii dicunt, quòd in circuncisione dabatur gratia quantum ad effectus priuatiuos, scilicet remotionis culpæ, non autem qnantum ad effectus positiuos, puta operationem iustitiæ. Sed hoc etiam conuenieus non videtur: effectus enim positiui alicuius formæ, ordine naturæ præcedunt effectus priuatiuos. Nō enim lumen pellit tenebras, nisi per hoc quòd illuminat. Et ita gratia per hoc culpam pellit, quòd iustificat. Remoto autem priori: remouetur posterius. Et ideo melius dicendum est quòd circuncisio ex ipso opere operato non habebat virtutem effectiuam, neque quantum ad remotionem culpæ, neque quantum ad operationem iustitiæ: sed erat solum iustitiæ signum, vt hic Apostolus dicit, sed per fidem Christi cuius circuncisio signum erat, auferebatur peccatum originale & conferebatur auxilium gratiæ ad recte agendum.

Circa tertium vero manifestum est iam ex dictis, quare oportuit circuncisionem mutari. Nam circuncisio erat signum futuri. Non autem idem signum conuenit præsenti, siue preterito & futuro, & ideo baptismus est signum præsentis gratię, qui copiosiorem & vtiliorem effectum habet gratię, quia quanto agēs est propinquius & præsentius, tanto efficacius operatur. Deinde cum dicit, *Non enim per legem, &c.* ostendit propositum scilicet quòd circuncisio siue quodcunque opus legis non iustificet ex diuina promissione. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi, *Si enim qui ex lege, &c.* Supponit ergo Apostolus primo ex authoritate Gene. promissionem factam Abrahæ & semini eius, vt hęres esset mundi, id est, vt omnes gentes mundi in ipso benedicerentur, secundum illud Gene. 12. In te benedicentur, &c. Dicit autē, *Ac semini eius*: quia huiusmodi promissio & si in ipso non est completa, complenda tamen erat in semine eius. Dicitur enim Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. hoc autem semen principaliter intelligitur Christus, secundum illud Gala. 3. Abrahæ dictę sunt promissiones & seminī eius. Non dicit, in seminibus quasi in multis: sed in semine, quasi in vno, &c. Quia scilicet in vno in quo completur, ostenditur vt sit hæres mundi, secundum illud Psal. 2. Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Secundario autem completur in illis, qui per gratiam Christi sunt spiritualiter semen Abrahæ. infra. 9. Qui filii sunt promissionis æstimantur in semine. Qui etiam per Christum sunt hæredes mundi, in quantum omnia

LECTIO II.

ET signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circuncisionis, non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes

nia in gloriam electorum cedunt. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sunt, &c. Circa hanc promissionem vnum negat & vnum asserit. Negat huiusmodi promissionem esse factam per legem. Quod quidem non dicitur propter ipsam promissionem, quia tempore promissionis lex data nō erat: sed propter promissionis impletionem, vt sit sensus, quòd talis promissio facta erat Abrahæ, non quasi implēda per legem, quia vt dicitur Heb. 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. Aliud autem astruit, quòd scilicet huiusmodi ꝓmissio sit implenda, per iustitiam fidei, Quia sancti per fidē vicerunt regna. Heb. 11. Deinde cum dicit; *Si enim, &c.* ostendit propositum. Et primo quantum ad hoc, quòd promissio non sit implenda per legem. Secundo quantum ad hoc, quòd sit implenda per iustitiam fidei ibi; *Ideo ex fide, &c.*

Circa primum ponit talem rationem. Si promissio facta Abrahæ esset implenda per legem, fides Abrahæ credentis promissioni: esset inanis, quia promissio ei facta aboleretur: sed hoc est inconueniens, ergo & primum. Circa hoc duo facit. Primo proponit conditionalem. Secundo probat eam, ibi, *Lex enim, &c.* Destructio autem consequentis est manifesta. Dicit ergo primo quòd promissio nō est facta per legem. Si enim qui ex lege sunt, hi sunt hæredes, id est, Si ad hoc quòd aliqui hæreditatem promissam participent, requiritur quòd ex legis obseruantia hoc consequantur, exinanita est fides, idest vacua facta est fides qua Abraham credidit Deo promittenti, vt dicitur Gen. 15. Et hoc est inconueniens, secundum quod dicitur primæ Corinthiorum 15. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, &c. Et quare sit inanis ostendit subdens; *Abolita*, id est cassata est promissio, quia non consequitur suum effectum. contra id quod dicitur Heb. 11. Fidelem credidit eum esse qui repromiserat. Et hic infra in præsenti cap. dicitur. Quæcunque promisit Deus potens est, &c. Deinde cum dicit, *Lex enim*. probat conditionalem præmissam per effectum siue euentum legis. Et primo proponit legis effectum siue euentum. Secundo probat, ibi, *Vbi enim non est lex, &c.* Probat autem conditionalem sic, Si aliqua promissio sit implenda per id quod impletionem promissionis impedit, talis promissio aboletur, & fides credentis exinanitur: sed lex impedit consecutionem hæreditatis. Lex enim iram operatur: ergo si per legem sit adimplenda promissio, Exinanita est fides, abolita est promissio. Dicitur autem lex operari iram, idest vindictam: quia per legem facti sunt homines digni Dei vindicta. 4. Reg. 22. Magna ira domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, scilicet legis, &c. Posset autem aliquis intelligere quod lex iram operatur quantum ad cerimonialia tempore gratiæ obseruata, secundum illud Gal. 5. Si circuncidamini Christus nihil vobis proderit. Sed qd̄ hic dicitur intelligendum est etiam quantum ad moralia, non quidem quod legis præcepta moralia præcipiant aliquid, quod qui obseruant dignos ira Dei efficiat, sed occasionaliter, quia præcipit & gratiam adimplendi non præbet, secundum illud. 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Quia scilicet interius adiuuat infirmitatem nostram, vt dicit infra. 8. Deinde cum dicit; *Vbi enim non est lex, &c.* ostendit qualiter irā operatur, dicens, Vbi non est lex, non est præuaricatio: quia & si aliquis lege non data peccare possit, contra id quod naturaliter iustum est faciendo, non tamen prēuaricator dicitur nisi legem transgrediens. Psal. 118. Vidi præuaricantes, & tabescebam, &c. Et tamen omnis peccator potest dici præuaricator inquantum legem naturalem transgreditur. Psal. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Grauius est tamen transgredi simul legem naturæ, & legem scriptam, quàm solam legem naturæ. Et ideo lege data sine gratia adiuuante, præuaricatio creuit, & maiorem iram promeruit.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO, quòd promissio facta Abrahæ, & semini eius non sit implenda per legem, hic ostendit, quòd sit implenda per fidem. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit per quid sit huiusmodi promissio adimplenda. Secundo ostendit in quibus sit adimplenda ibi; *Omni semini, &c.* Tertio a quo sit

sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.

LECTIO III.

IDEO ex fide, ut secundū gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei qui ex lege est solum: sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est. Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & arena maris. Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emor-

implenda, ibi; *Qui uiuificat mortuos &c.* Primo ergo concludit propositum, quasi ex diuisione. Videtur enim necessarium esse, quòd promissio adimpleatur vel per fidem, vel per legem: non autem per legem, quia promissio aboleretur. Vnde concludit, Ideo ex fide, scilicet consequimur promissionem, vt hęredes simus mundi. 1. Ioan. 5. Hęc est victoria, quæ vincit mundum &c. Et hoc confirmat p contrarium medium ei, quod suprā assumpserat. Dictum est. n. quòd si iustitia ex lege esset, promissio aboleretur: sed si sit ex fide, remanet firma ꝓmissio propter virtutem diuinę gratiæ iustificantis hominem per fidem. Et hoc est quod dicit; *Vt promissio Dei sit firma*, non quidem per operationes hominum, quæ possunt deficere, sed secundum gratiam, quæ infallibilis est. 2. Corinthiorum. 12. Sufficit tibi gratia mea, & 2. Corint. 1. Quotquot sunt promissiones in illo, scilicet Christo sunt, id est, veritatem habent. Deinde cum dicit; *Omni semini &c.* ostendit in quibus impleatur prædicta promissio. Et primo proponit quod intendit, & dicit, quòd prędicta promissio sic implenda per fidem, est firma per gratiam. Omni semini, id est, omni homini qui fuerit qualitercunque semen Abrahæ. Ecclesiast. 44. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum. Secundo ibi; *Non ei &c.* exponit quod dixerat, omni semini. Est enim quoddam semen carnale, secundum illud Io. 8. Semen Abrahæ sumus. Est aliud semen spirituale, secundum illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus his, id est de gentibus suscitare filios Abrahæ. Solum autem semen Abrahæ carnalem legem seruauit, sed fidem eius etiam imitatur semen spirituale. Et sic si per solam legem esset promissio, non impleretur in omni semine, sed solum in carnali. Quia vero impletur per fidem, quæ est omnibus communis, planum est, quòd impletur in omni semine. Tertio ibi; *Qui est pater, &c.* probat quod supposuerat, scilicet quòd semen Abrahæ sit non solum quod est ex lege, sed etiam quod est ex fide per authoritatem Scripturæ, cuius primo ponit sensum, dicens, Qui scilicet Abraham est pater omnium nostrum, id est, omnium credentium, siue Iudæorum, siue Gentilium. Supra eodem, vt sit pater omnium credentium. Esaię. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Secundo inducit authoritatem, dicens, Sicut scriptum est, Gen. 17. *Quia patrem multarum gentium posui te*. Littera alia habet; *Constitui te*. quod sensum non variat. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Tertio ibi. *Ante Deum, &c.* exponit quod dixerat: sic enim dictum est; *Posui te*, quasi iam esset impletum, quod longe postea erat implendum: sed quæ sunt futura in seipsis, in Dei prouidentia, sunt præsentia, secundum illud Eccles. 23. Domino Deo nostro, antequam crearentur omnia sunt agnita, sicut & post perfectum respicit omnia. Et ideo Apostolus dicit, quòd hoc quod dictum est; *Posui te*, intelligendum est; *Ante Deum*, id est, in eius præsentia cui credidisti. Credidetat enim Abraham Deo futura prænuntianti, ac si uideret præsentia. quia ut dicitur, Heb. 11. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Deinde cum dicit; *Qui uiuificat mortuos &c.* ostendit a quo sit implenda huiusmodi promissio, dicens, Qui scilicet Deus; *Viuificat mortuos*, id est, Iudæos, qui erant mortui in peccatis contra legem agentes, viuificat per fidem & gratiam, vt promissionem Abrahæ consequantur. Io. 5. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat &c. *Et uocat ea quae non sunt*, id est, gentiles vocat scilicet ad gratiam, *Tanquam ea quae sunt*, idest tanquam Iudæos, infra. 9. Vocabo non plebē meā, &c. Significat autem gentiles per ea quæ non sunt, quia erant omnino alienati a Deo. sicut. 1. Cor. 13. dicitur. Si charitatem non habuero nihil sum. Et sic per huiusmodi vocationem impleibitur promissio Abrahæ etiam in gentilibus. Vel quod dicit; *Et uocat ea quae non sunt*, non intelligitur de vocatione temporali, sed de vocatione prædestinationis eternæ, qua vocantur & eliguntur etiam qui non sunt ac si essent. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et de hac vocatione dicitur infra. 9. Non ex operibus: sed ex vocante dictum est. Quia maior seruiet minori. Vel vocationem hic dicit simplicem Dei notitiam vel cognitionem; qua cognoscit futura, quæ non

sunt

sunt in actu sicut præsentia. Et hoc modo vocatio in Psal. 146. accipitur, cum dicitur: Qui numerat multitudinem stellarum, &c. Et secundum hunc sensum, quòd hic dicitur, inducitur propter id quod supra dictum est; Ante Deum cui credidisti. Duo enim videbantur obstare ei quod dictum est, Patrem multarum gentium posui te, quorum vnum erat, quia ipse idem Abraham erat quasi emortuus præ senectute, vt infra dicetur. Et contra hoc dicit; *Qui uiuificat mortuos*. Aliud autem est, quia illæ multæ gentes nondum erant. Et contra hoc subdit, Et *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quae sunt*. Deinde cum dicit; *Qui contra spem*. commendat fidem Abrahæ. Et primo ostendit magnitudinem fidei eius. Secundo efficaciam, vel fructum eius ibi; *Ideo & reputatum est, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit magnitudinem fidei Abrahæ, quantum ad promissionem seminis multiplicandi. Secundo quantum ad repromissionem seminis exaltandi, ibi; *In repromissione, &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit fidem eius fuisse magnam. Secundo ostendit eam fuisse firmam, ibi; *Et non infirmatus est in fide, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit magnitudinem fidei Abrahę, dicens, Qui scilicet Abraham in hanc spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, sed contra aliam spem. Circa quod considerandum est, quòd spes importat certam expectationem boni futuri: quæ quidem certitudo est quandoque ex causa humana siue naturali, secundum illud. 1. Corinth. 9. Debet in spe qui arat, arare. quandoque vero certitudo expectantis est ex causa diuina, secundum illud Psalm. 30. In te domine speraui, &c. Hoc ergo bonum, quòd Abraham fieret pater multarum gentium, certitudinem habebat ex parte Dei promittentis. Sed contrarium apparebat ex causa naturali, siue humana. Ideo dicit. Qui contra spem causæ naturalis vel humanæ, credidit in spem, scilicet diuinæ promissionis. Quā quidem secundo ponit dicens; *Secundum quod dictum est ei, scilicet* Genes. 22. Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Vtrunque autem horum inducitur propter similitudinem innumerabilis multitudinis. Nam quantum ad stellas, dicitur Deute. 1. Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli. Quantum ad arenam, dicitur. 1. Reg. 4. Iudā & Israel innumerabiles sicut arena maris sunt. Potest tamen aliqua differentia inter vtrunque attendi, vt stellis comparentur iusti, qui fuerunt ex semine Abrahæ. Danie. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores, quia fluctibus mundi, quasi cuiusdam maris opprimuntur. Hierem. 5. Posui arenam terminum maris.

Deinde cum dicit; *Et non infirmatus est*. Ostendit firmitatem Abrahæ, quam primo proponit dicens; & non infirmatus est. Sicut enim temperantia ostenditur non esse infirma, quæ magnis concupiscibilibus non vincitur, ita fides ostenditur non esse infirma, sed fortis, quæ a magnis difficultatibus non superatur. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Secundo ibi; *Nec considerauit, &c.* Ponit difficultates, ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma. Et primo quidem ex parte ipsius Abrahæ, cum dicit; *Non considerauit*, scilicet ad discernendum promissionem; *Corpus suum emortuum*, scilicet, quia iam mortificata erat in eo vis generatiua propter senectutem. Vnde dicit; *Cum iam fere centum annorum esset*. Abrahæ enim centenario existenti natus est Isaac, vt habetur Gen. 21. Per annum autem ante fuerat sibi filius promissus, secundum illud Genes. 18. Reuertens veniam ad te tempore isto, & erit Sarę filius.

Sed videtur, quòd non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam, quia etiam post mortem Sarę duxit Cethuram vxorem, quæ genuit ei filios, vt dicitur Gen. 25.

Dicunt ergo quidam, quòd mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc, quòd ex muliere antiqua generaret, non quantum ad hoc, quod generaret filium ex iuuencula. Solent enim senes ex iuuenculis mulieribus prolem gignere, non autem ex antiquis, quæ sunt minus aptæ ad concipiendum. Sed melius dicendum videtur, quòd Abrahę miraculose restituta erat vis generandi, & quantum ad Saram, & quantum ad omnes mulieres. Secundo ponit difficultatem ex parte vxoris, cum dicit; *Et emortuam vulnam Saræ*, scilicet non considerauit vt discrederet. Dicit autem emortuam quantum ad actum generandi, tum propter sterilitatem, tum propter senectutem. Iam enim desierant ei fieri muliebria, vt dicitur Genes. 8. Et ideo

tuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vulnā Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrū

F Esa. 51. vbi dicitur Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ vos peperit, vt ostenderet vtriusque mortificationem, & frigiditatem, præmisit dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis.

Deinde cum dicit; *In repromissione etiam Dei, &c.* commendat fidem Abrahæ, quantum ad iteratā promissionem de seminis exaltatione. Et primo ponit fidei firmitatem. Secundo firmitatis causā, ibi; *Dans gloriam Deo*. Dicit ergo primo, In repromissione etiam Dei, id est,

G in iterata eius promissione, vel de seminis multitudine, quam promisit. Primo quidem Gene. 15. dicens. Suspice cœlum, & numera stellas si potes. & infra 17. Eris pater multatum gentium. & iterum infra. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Vel intelligendum est; in repromissione Dei, id est, in iterata promissione de exaltatione seminis eius: quia cum dixisset, Multiplicabo semen tuum, statim subdit, Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. In hac quidem Dei repromissione; *Non hesitauit*, id est, non dubitauit diffidentia, scilicet, quòd diffideret de veritate diuinæ promissionis. Iacob. 1. Qui hæsitat, similis est fluctui maris, &c. *Sed confortatus est fide*, id est, fortiter fidei adhæsit. 1. Pet. ult. Cui resistite fortes in fide. Consequenter cum dicit; *Dans gloriam Deo*. assignat rationem firmitatis fidei eius, dicens, Confortatus est inquam fide, dans gloriam Deo, inquantum. s. considerauit omnipotentiam eius. Psal. 146. Magna uirtus eius, &c. Vnde & hic subditur; *Plenissime sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere*. Sap. 12. Subest tibi enim cum uolueris, posse. Ex quo patet, quòd quicunque non est firmus in fide Dei, quantum est in se, diuinæ gloriæ derogat, uel quantum ad eius ueritatem, uel quantum ad eius potentiam.

Deinde cum dicit; *Et reputatum est ei*, commendat fidem Abrahæ, quantum ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipso habuit, dicens, Ideo scilicet, quia Abraham tam perfecte hoc ipsum credidit; *Reputatum est illi ad iustitiam*. 1. Mach. 2. Et reputatum est ei ad iustitiam. Secundo ostendit effectum, quem fides eius habet etiam in aliis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit similitudinem effectus, dicens; *Non autem scriptum est tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam*, ut. s. reputemus, quòd soli Abrahæ fides ad iustitiam reputata sit: sed scriptum est; *Propter nos*, quibus reputabitur, scilicet fides ad iustitiam. infra. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sic ergo scriptum est propter eum, ut sit nobis in exemplum: & propter nos, ut sit nobis in iustificationis spem. Secundo ibi; *Credentibus in eum*, ostendit similitudinem fidei. Reputata est enim ad iustitiam fides Abrahæ credenti, quòd corpus suum emortuum, & emortua vulua Saræ posset uiuificari ad filiorum procreationem. Reputabitur & nobis credentibns in eum, qui suscitauit dominum nostrum Iesum Christum a mortuis: & in Deum patrem qui ipse dicit in Psal. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Et quia eadem est uirtus patris, & filii, ipse etiam in propria uirtute surrexit. Quòd autem hæc fides iustificet, habetur infra 10. Si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Tertio ibi; *Qui traditus est, &c.* assignat causam, quare fides resurrectionis Christi iustificet, dicens,

K *Qui* scilicet Christus, *traditus est*, scilicet in mortem a Deo patre. inf. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et a seipso Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Et a Iuda. Io. 19. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et a Iudæis Matth. 20. Tradent eum gentibus ad illudēdum. Et *resurrexit propter iustificationem nostram*, id est, ut nos resurgendo iustificaret. inf. 6. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Et quòd propter delicta nostra sit traditus in mortem, manifestum uidetur ex hoc, quòd sua morte meruit nobis deletionem peccatorum, sed resurgendo non meruit, quia in statu resurrectionis non fuit uiator, sed comprehensor. Et ideo dicendum est, quòd mors Christi fuit nobis salutaris, non solum per modum meriti, sed etiam per modum cuiusdam efficientiæ. Cum enim humanitas Christi esset quodammodo instrumentum diuinitatis eius, ut Damasce. dicit, omnes passiones, & actiones humanitatis Christi fuerunt nobis salutiferæ, utpote ex uirtute diuinitatis prouenientes. Sed quia effectus

De orth. fide lib. 3. ca.

Actus habet aliqualiter similitudinem causæ, mortem Christi, A qua extincta est in eo mortalis vita, dicit esse causam extinctionis peccatorum nostrorum: resurrectionem autem eius, qua rediit ad nouam vitam gloriæ, dicit esse causam iustificationis nostræ, per quam redimus ad nouitatem iustitiæ.

LECTIO I.

POSTQVAM Apostolus ostendit necessitatem gratiæ Christi, quia sine ea, nec cognitio veritatis Gentibus, nec circūcisio, & lex Iudæis profuerunt ad salutem, hic incipit cōmendare virtutem gratiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quæ bona per gratiam consequamur. Secundo, a quibus malis per eā liberemur, ibi; *Propterea sicut per unum hominem, &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit modum peruenienti, seu viam qua venimus ad gratiam. Secundo ostendit bona quæ per gratiam consequimur, ibi; *Et gloriamur in spe gloriae, &c.* Circa primum duo facit. Primo exhortatur ad debitum gratię vsum. Secundo, ostendit nobis gratiæ aditum, ibi; *Per quem accessum, &c.* Dicit ergo primo, dictum est, quòd fides reputabitur omnibus ad iustitiam credentibus resurrectionem Christi, quæ est causa nostræ iustificationis; *Iustificati igitur ex fide*, in quantum scilicet per fidem resurrectionis effectum eius participamus; *Habeamus pacem ad Deum*, scilicet subiiciendo nos C & obediendo ei: Iob. 22. Acquiesce igitur ei & habeto pacem. Iob. 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Et hoc; *Per Iesum Christum dominum nostrum*, qui nos ad istam pacem perduxit, Ephes. 2. Ipse est pax nostra. Vnde subdit; *Per quem Christum accessum habemus*, scilicet tanquam per mediatorem. 1. Thim. 2. Mediator Dei, & hominum, &c. Ephes. 2. Per ipsum accessum habemus ambo in vno spiritu ad patrem. Accessum inquam; *In gratiam istam*, id est, in statum gratiæ. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *In qua*, id est, per quam gratiam, non solum resurreximus a peccatis, sed etiam; *stamus* fixi & erecti per affectum in cœlestibus. Psal. 121. Stantes erant pedes nři. Et iterum. Ps. 19 Nos aūt surrexim⁹, & erecti sumus, & hoc per fidem, per quam. s. gratiam consequamur, nō quia fides p̄cedat gratiā, cū potius per gratiā sit fides. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidē. s. quia primus effectus gratiæ, in nobis est fides.

Deinde cum dicit; *Gloriamur in spe gloriae, &c.* ostendit, D quæ bona nobis per gratiam pro enerunt. Primo dicit, quòd per gratiam habemus gloriam spei. Secundo, quòd per gratiam habemus gloriam Dei, ibi; *Non solum autem, &c.* Circa primum tria facit. Primo ostendit magnitudinem spei, in qua gloriamur. Secundò eius vehementiam, ibi; *Non solum autem, &c.* Tertio eius firmitatem, ibi; *Spes autem non confundit, &c.* Magnitudo autem spei consideratur ex magnitudine rei speratæ, quam ponit, dicens; *Et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei*, id est, ex hoc quòd speramus nos adepturos gloriā filiorum Dei. Per gratiam enim Christi adepti sumus spiritum adoptionis filiorum Dei, vt dicitur infra 8. & Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Filius autem debetur hæreditas patris, infra. 8. Si autem filii & heredes. Hæc autem hereditas est gloria, quam Deus habet in seipso. Iob. 4. Si habes brachium vt Deus, &c. & huiusmodi spes indita est nobis per Christum. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam E per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, &c. Et hæc gloria, quæ in futuro in nobis complebitur, interim nunc in nobis inchoatur per spem, infra 8. Spe salui facti sumus. Psal. 8. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Deinde cum dicit: *Non solum autem, &c.* ostendit vehementiam huius spei. Qui enim vehementer aliquid sperat, libenter sustinet propter illud, etiam difficilia, & amara, sicut infirmus, si vehementer sperat sanitatem, libenter bibit potionem amaram, vt sanetur per ipsam. Signum ergo vehementis spei, quam habemus propter Christum est, quòd *Non solum gloriamur* ex spe futurę gloriæ, sed etiam de malis, quæ pro ipsa patimur, vnde dicit; *Non solum autem gloriamur*, scilicet in spe gloriæ, sed *Etiam gloriamur in tribulationibus*. per quas ad gloriam peruenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Et causam ostendit consequenter, dicens;

a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAP. V. LECT. I.

IVstificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum, per dominum nostrum Iesum Christum. per quem habemus accessum per fidem in gratiam

Scientes &c. Vbi quatuor per ordinem ponit, quorum primum est tribulatio, de qua dicitur, quòd *Tribulatio patientiam operatur*. Non quidem, sic quòd tribulatio sit eius causa effectiua, sed quia tribulatio est materia, & occasio exercendi patientiæ actum, infra 12. In tribulatione patientes. Secundo ponit patiētiæ effectum cum dicit; *Patientia probationem*. Eccles. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines uero receptibiles, in camino humiliationis. Manifestum est enim, quòd detrimentum alicuius rei de facili sustinemus, propter rem, quam magis amamus. Vnde si aliquis in rebus corporalibus, & tem-

istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibns, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa B est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

poralibus patienter sustinet propter bona consequenda æterna, sufficienter ex hoc probatur, quòd talis plus amet bona æterna, quàm temporalia. Sed contra id quod hic dicitur est illud Iac. 1. Probatio fidei vestræ patientiam operatur. Dicendum est autem quòd probatio dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum quòd est in probato, & sic probatio est ipsa tribulatio, per quam homo probatur. Vnde idem est dictu, quòd tribulatio patientiam operatur, & quòd tribulatio probat patientiam. Alio modo accipitur probatio pro probatum esse. Et ita accipitur hic quòd patientia probationem operatur, quia ex hoc, quòd homo patienter tribulationem sustinet, redditur iam C probatus. Tertio subdit tertium, dicens; *Probatio uero spem*, scilicet operatur; quia scilicet per hoc quòd aliquis iam probatus est, potest de eo spes haberi, & ab ipso, & ab aliis, quòd ad hæreditatem Dei admittatur. Sap. 3. Deus probauit illos, & inuenit illos dignos se. Sic igitur de primo ad vltimum patet, quòd tribulatio viam parat ad spem. Vnde si aliquis vehementer gloriatur de spe, consequens est, vt de ipsis tribulationibus glorietur.

Deinde cum dicit; *Spes autem non confundit*. ostendit huiusmodi spei firmitatem. Et primo ponit eam, dicens, Spes autem, scilicet hæc quia speramus gloriam filiorum Dei, non confundit, id est, non deficit, nisi homo ei deficiat. Ille enim dicitur a spe sua confundi, qui deficit ab eo quod sperat. Psal. 30. In te domine speraui, non confundar in æternum. Eccle. 2. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Secundo ibi; *Quia charitas Dei, &c.* Ponit certitudinis spei duplex argumentum, quorum primum est ex dono spiritus sancti, secundum ex morte Christi, ibi; *Vt quid enim Christus, &c.* Dicit ergo primo, ex hoc possumus scire, quòd spes non confundit; *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Charitas Dei dupliciter accipi potest. Vno modo charitate, qua diligit nos Deus. Hieremiæ 31. Charitate perpetua dilexi te. Alio modo potest dici charitas Dei, qua nos Deum diligimus, infra 8. Certus sum, quòd neque mors, neque vita separabit nos a charitate Dei. Vtraque autem charitas Dei cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Spiritum enim sanctum, qui est amor patris, & filii dari nobis, est nos adduci ad participationem amoris, qui est spiritus sanctus. A qua quidem participatione efficimur Dei amatores. Et hoc quòd ipsum amamus, signum est, quòd ipse nos amet. Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Nō quasi nos primo dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior E dilexit nos, vt dicitur. 1. Io. 4. Dicitur autem charitas, qua nos diligit in cordibus nostris diffusa esse, quia est in cordibus nostris patenter ostensa per donum sancti spiritus nobis impressum. 1. Io. 3. In hoc scimus, quoniam manet in nobis Deus, &c. Charitas autem, qua nos Deum diligimus dicitur in cordibus nostris diffusa, id est, quia ad omnes mores & actus animæ perficiendos se extendit. nam vt dicit. 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Ex vtroque autem intellectu horum verborum concluditur, quòd spes non confundit. Si enim accipiatur charitas Dei, qua nos diligit Deus, manifestum est quòd his quos diligit seipsum non negabit. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Similiter etiam si charitas Dei, accipiatur qua nos Deum diligimus, manifestum est, quòd se diligentibus bona ęterna præparauit. Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, &c.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit firmitatem spei per donum spiritus sancti, hîc ostendit idem per mortem Christi. Et primo proponit quæstionem. Secundo ostendit difficultatem, ibi; *Vix enim pro iusto &c.* Tertio determinat quæstionis veritatem, ibi; *Commendat autē suā charitatem &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd spes non confundit, qd quidem apparet hoc consideranti; *Vt quid enim Christus cũ adhuc infirmi essemus*, scilicet infirmitate peccati. Psal. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Nam sicut per corporalem infirmitatem dissoluitur humorum debita harmonia, ita etiam per peccatum debitus ordo affectionum excluditur; *Cum ergo adhuc infirmi essemus, Christus mortuus est*, pro impiis. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Et hoc; *Secundum tempus*, id est, vt certo tempore in morte moraretur, die scilicet tertia surrecturus. Matth. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ. Hoc ergo magnum est, si consideremus quis mortuus sit. Magnum etiam est si consideremus pro quibus est mortuus. Non potest autem esse tam magnum quid, nisi fiat propter aliquem certum fructum, secundum illud Psal. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Quasi dicat, Nulla, si non sequatur humani generis salus. Deinde cum dicit; *Vix enim pro iusto, &c.* ostendit prædictæ quæstionis difficultatem ex parte eorum, pro quibus Christus mortuus est scilicet pro impiis, dicens; *Vix enim quis*, id est, aliquis moritur pro homine iusto liberando: quinimmo, vt dicitur Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet in corde suo &c. ideo dico; *Vix moritur. Nam forsitan quis*, id est, aliquis rarus ex zelo virtutis; *Audeat mori pro bono*, homine, Rarum enim est propter hoc quod est maximum: vt enim dicitur Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Illud autem quòd Christus fecit vt quis moriatur pro impiis & iniustis, numquam inuenitur. Et ideo merito admirandum est, qua re Christus hoc fecerit. Potest autem & aliter legi, vt pro iusto intelligamus aliquem in virtute exercitatum, per bonum autem hominem innocentem. Et quamuis secundum hoc iustus sit præstantior bono, tamen pro iusto vix aliquis moritur. Cuius ratio est, quia innocens qui per bonum intelligitur, magis miserandus videtur propter defectum ætatis vel alicuius huiusmodi. Iustus autem quia perfectus est & absque defectu, non habet in se misericordiæ malitiam. Quod ergo aliquis moriatur pro innocente, potest ex compassione misericordiæ prouenire. Sed quòd aliquis moriatur pro iusto, prouenit ex zelo virtutis, qui in paucioribus inuenitur, quàm misericordiæ passio. Deinde cum dicit; *Commendat autem, &c.* respondet præmissæ quæstioni. Et primo ponit responsionem. Secundo ex hoc arguit ad propositum, ibi; *Multo ergo magis &c.* Tertio ostendit necessitatem consequentiæ, ibi; *Si enim cum inimici &c.* Dicit ergo primo. Quæritum est, quare Christus pro impiis mortuus est. Et ad hoc est responsio, quia per hoc Deus suam charitatem commendat in nobis, id est, per hoc ostendit se nos maxime diligere, quoniam si; *cum adhuc peccatores essemus, Christus mortuus est pro nobis*, & hoc secundum tempus, sicut supra expositum est. Ipsa autem mors Christi pro nobis charitatē ostendit Dei, quia dedit filium suum, vt pro nobis satisfaciens moreretur. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret &c. Et ita sicut charitas Dei patris ad nos, ostenditur per hoc, quòd spiritum suum dedit nobis, vt supra dictum est, ita & per hoc, quòd dedit filium suum, vt hîc dicitur. Sed in hoc quòd dicit; *Commendat*, immensitatem quandam diuinæ charitatis assignat, quæ quidem ostenditur tum ex ipso facto, quia scilicet dedit filium suum, vt moreretur pro nobis: tum ex parte nostræ conditionis, quia hoc non fecit prouocatus nostris meritis cum adhuc peccatores essemus. Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo &c. Consequenter cum dixit; *Multo ergo magis, &c.* concludit propositum ex præmissis dicens, Si Christus pro nobis

LECTIO II.

VT quid enim Christus, cũ adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan, quis audeat mori? Commendat autem charitatem suā Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo ergo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem recepimus.

mortuus est, cum adhuc peccatores essemus, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, sicut supra tertio habitum est: quem proposuit Deus propitiatorem per fidem per sanguinem ipsius, *Salui erimus ab ira*, id est, a vindicta damnationis æternæ, quam propter peccata homines incurrunt. Matt. 3. Genimina viperarũ, quis demonstrauit &c.

Deinde cum dicit; *Si enim cum inimici &c.* ostendit necessitatem prædictæ consequentiæ, quæ procedit a minori ad maius, affirmando. Et est ibi obseruanda duplex cõparatio minoris ad maius. Vna quidem ex parte nra. Alia ex parte Christi. Ex parte quidem nostra comparat inimicos reconciliatis. Minus enim videtur: quòd aliquis benefaciat inimicis, quàm iam reconciliatis. Ex parte Christi comparat mortem vitæ. Potentior enim vita eius videtur, quàm mors, quia vt dicitur. 2. Corinth. ult. Mortuus est ex infirmitate, scilicet carnis nostræ, sed uiuit ex uirtute Dei. Et ideo dicit; Ratione conclusum est; *Quod multo magis*, uiuificati; *Salui erimus per ipsum*. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo, & hoc per mortem filii eius: multo magis iam nos reconciliati; *Salui erimus*, & hoc in uita ipsius. Est autem considerandum, quòd homo dicitur inimicus Deo dupliciter. Vno modo, quia contra Deum inimicitiam exercet dum eius mandatis renititur. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Alio modo per hoc, quòd Deus homines odio habet, non quidem secundum ipsum quod fecit, quia quantum ad hoc dicitur Sap. 11. Dilexisti omnia, & nihil odisti eorum quæ fecisti &c. sed quantum ad hoc, quod in homine inimicus homo, id est, diabolus fecit, id est, quantum ad peccatum. Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo impius &c. Et Eccle. 13. Altissimus odio habet peccatores. Subtracta inimicitiæ causa, scilicet peccato per Christum, sequitur reconciliatio per ipsum. 2. Cor. 5. Deus erat in ipso mundum reconcilians sibi. Peccatum autem nostrum sublatum est per mortem filii eius. Circa quod considerandum est, quòd mors Christi tripliciter considerari potest. Vno modo, secundum ipsam rationem mortis. Et sic dicitur Sap. 1. Deus mortem non fecit in humana natura, sed est per peccatum inducta. Et ideo mors Christi ex communi mortis ratione, non fuit sic Deo accepta, ut per ipsam reconciliaretur, quia Deus non lætatur in perditione viuorum, ut dicitur Sap. 1. Alio modo potest mors Christi considerari secundum, quod est in actione occidentium, quæ maxime Deo displicuit. Vnde contra eos Petrus dicit Act. 3. Vos sanctum, & iustum negastis, & petistis homicidam, &c. Vnde mors Christi sic considerata, non potuit esse reconciliationis causa, sed magis indignationis. Tertio modo potest considerari secundum quod processit ex voluntate Christi patientis, quæ quidem uoluntas informata fuit ad mortem sustinendam cum ex obedientia ad patrem. Phil. 2. Factus est obediens patri usque ad mortem. tum etiam ex charitate ad homines. Ephe. 5. Dilexit nos & tradidit se pro nobis. Et ex hoc mors Christi fuit meritoria & satisfactoria pro peccatis nostris, & in tantum Deo accepta, quòd sufficit ad reconciliationem omnium hominum, etiam occidentium Christum, ex quibus aliqui sunt saluati ipso orante quando dixit Lucę. 23. Ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.

Deinde cum dicit *Non solum autem, &c.* ostendit quæ bona iam in re consequimur per gratiam, dicens, *Non solum autem gloriamur* in spe gloriæ quam in futuro expectamus. *Sed in Deo*, id est in hoc quòd sumus etiam nunc Deo coniuncti per fidem & charitatem. 1. Corin. 1. & 2. Corinth. 10. Qui gloriatur in domino, &c. Et hoc quidem *Per dominum nostrum Iesum Christum*, *per quem* etiam nunc in præsenti tempore *Reconciliationem accepimus*, Vt de inimicis facti simus amici. Colossen. 1. Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Posset autem & continuari cum eo quod dictum est, salui erimus in uita ipsius a peccato & a pœna, & non solum salui erimus a malis, sed etiam gloriamur in Deo, id est per hoc quòd erimus idem in futuro cum ipso, Ioan. 17. Vt sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quæ bona per gratiam Christi consecuti sumus, hîc consequenter ostendit, a quibus malis per eam liberemur. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quòd p gratiam Christi liberati sumus a seruitute peccati. Secũdo ostẽdit, quòd per gratiã eius sumus liberati a seruitute legis. 7. ca. ibi; *An ignoratis fratres &c.* Tertio ostendit qp per gratiã Christi liberamur a dãnatione. 8. cap. ibi; *Nihil nunc damnationis &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd per gratiam Christi liberamur ab originali peccato præterito. Secundo ostendit, qp ea tuti, regimur cõtra peccata futura, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo agit de pcessu peccati. Secundo de processu gratiæ destruentis peccatum, ibi; *Sed non sicut delictum &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit processum peccati. Secundo manifestat, ibi; *Vsque ad legem &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit pcessum peccati. Secundo ostẽdit eius vniuersalitatem, ibi; *Et ita in omnes &c.* Circa primũ duo facit. Primo ostendit peccati originem. Secundo originem mortis, ibi; *Et per peccatum mors &c.* Dicit ergo primo, quòd p Christum reconciliationem accepimus. Ita enim a Christo reconciliatio procedit in mundum; *Sicut per vnum hominem.* s. per Adã; *Peccatum intrauit in hunc mundum.* 1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Est autem hîc considerandum, quòd hæretici Pelagiani, peccatum originale in paruulis esse negantes, hæc verba Apostoli dicebãt esse intelligenda de peccato actuali. Quod quidem secundum eos, in hunc mundum intrauit per Adam, inquantum omnes peccantes, peccatum Adæ imitantur, secundum illud Oseæ. 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum &c. Sed sicut dicit Aug. contra eos, si de introitu peccati actualis, qui est per imitationem, hîc Apostolus loqueretur, non diceret peccatum per hominem in hunc mundum intrasse, sed magis per diabolum, quem peccantes imitantur, secundum illud Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit &c. Est ergo intelligendum, qp per Adam peccatum in hunc mundum intrauit, non solum imitatione, sed etiam propagatione, id est per carnis originem vitiatam, secundum illud Ephe. 2. Eramus natura filii iræ. & in Psalm. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Sed videtur hoc esse impossibile, quòd per originem carnis peccatum ab vno in alium traducatur. Peccatum enim est in anima rationali, quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non est alicuius corporis actus, & ita non potest per virtutem corporalis seminis causari, vt Philosophus dicit in libro de generatione animalium: tum etiam, quia cum anima rationalis sit quædam res subsistens, vt puta per se operationem habens, & corpore corrupto non corrumpatur, consequens est, quòd non generetur corpore generato sicut aliæ formæ, quæ non possunt per se subsistere, sed potius causatur a Deo. Consequens igitur videtur, quòd nec peccatum, quod est accidens animę, possit per carnis originem traduci. Ad hoc autem rationabiliter respondetur, quòd licet in semine non sit anima, est tamen in semine virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem, quæ cum corpori infunditur, etiam ei suo modo conformatur, eo qp omne receptum, est in recipiente per modum recipientis. Et exinde videmus quòd filii similantur parentibus, non solum in defectibus corporalibus, sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricum, sed etiam in defectibus animæ: sicut iracundus iracundum, & amentes ex amentibus nascuntur. Quãuis enim pes, qui est subiectum podagræ, non sit in semine nec anima quæ est subiectum iræ, vel amentiæ, est tamen in semine virtus formatiua corporalium membrorum & dispositiua ad animam. Sed adhuc remanet dubitatio, quia defectus qui ex vitiata origine trahuntur, non habent rationem culpæ. Non. n. merentur pœnam, sed magis misericordiam. sicut Philosophus dicit de eo qui nascitur cæcus, vel quocunque alio modo aliter orbatus. Et hoc ideo, quia de ratione culpæ est, quòd sit voluntaria & in potestate hominis, cui culpa imputatur. Sic igitur, si aliquis defectus in nos peruenit per originem primi parentis, non videtur in nobis habere rationem culpæ, sed pœnæ. Et ideo dicendum est, quòd sicut peccatum actuale est peccatum personę, quia per voluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ, quod per voluntatem principii humanæ naturæ commissum est. Est enim considerandum, quòd sicut diuersa corporis membra, partes sunt personæ vnius hominis: ita omnes homines sunt partes, & quasi quædam mẽbra humanæ naturæ. Vnde & Porphyrius dicit, quòd participa

De pec. mer. & Re. lib. 1. c. 9.

3. Ethi. c. 8.

Cap. de species.

LECTIO III.

PROPTEREA sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertrãsijt, ĩ quo omnes peccauerunt.

tione speciei, plures homines sunt vnus homo. Videmus autem quòd actus peccati exercitus per aliquod membrum, puta p manum vel pedem, non habet rationem culpæ ex voluntate manus vel pedis, sed ex voluntate totius hominis, a qua, sicut a quodam principio, deriuatur motus peccati ad singula membra. Et similiter a volũtate Adæ, qui fuit principium humanæ naturæ, tota inordinatio naturæ habet culpæ rationem in omnibus, ad quos puenit quãtum ad hoc, quòd susceptiui sunt culpæ. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ, trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ, qui est gnatio. Et ita, sicut per gnationem humana natura trahitur, ita et per gnationẽ traducitur defectus humanæ naturæ, qui est consecutus ex peccato primi parentis. Est autem hic defectus, carentia originalis iustitiæ, quæ erat primo homini diuinitus collata, non solum vt erat persona quædam singularis, sed etiam vt erat principium humanę naturę, vt. s. eam simul cum natura in posteros traduceret. Et ideo simili modo amissionem huius originalis iustitiæ p peccatum ad posteros transmittit, habentem in eis rõnem culpæ, ratione iam dicta. Et ideo dr, quòd in processu originalis peccati, p sona infecit naturam. s. Adam peccans, vitiauit humanam naturam: sed post modum in aliis natura vitiata inficit personam, dũ. s. genito imputatur ad culpam naturæ vitium pp voluntatem primi parentis, vt dictum est. Ex hoc autem patet, quòd licet primum peccatum primi parentis per originem traducatur in posteros, alia tñ eius peccata, vel etiam aliorum hominum, in filios nõ traducuntur: quia per solum primum peccatum sublatum est bonum naturæ, quod erat per originem naturæ traducendum. Per alia vero peccata subtrahitur bonum gratiæ personalis, quod non transit ad alios posteros: & inde etiam est, qp quamuis peccatum Adæ deletum fuerit per suam pęnitentiam, iuxta illud Sapien. 10. Eduxit illũ a delicto suo, non tñ eius pęnitentia delere potuit peccatum posterorum, quia eius pęnitentia fuit per actũ personalem, quia vltra eius personam non se extendebat. Et pp hoc, est vnum tm originale peccatum: quia solus defectus consequens primum peccatum, originaliter deriuatur ad posteros. Et ideo Apostolus singulariter dicit; *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*. non autem dixit pluraliter, peccata: quod fuisset dicendum, si de actualibus loqueretur. Dr autem qnque, pluraliter, peccata originalia, sicut in Psal. 50. In peccatis concepit me mater mea: quia cõtinet virtualiter multa peccata, inquãtum ex corruptione fomitis inclinamur ad multa peccata. Sed videt, quòd peccatum originale non intrauerit in hunc mundum per vnum hominem. s. Adam, sed magis per vnam mulierem. s. Euam, quæ primo peccauit, secundum illud Eccle. 25. A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. Ad hoc respondetur in Glos. dupliciter. Vno modo, quia consuetudo Scripturæ est, vt genealogiæ non per mulieres, sed per viros texant, sicut patet Matth. 1. & Luc. 3. Et ideo Apostolus hic volens quasi genealogiam quandam peccati ostendere, nõ fecit mẽtionem de muliere, sed solum de viro. Alio modo, quia etiã mulier de viro sumpta est: & ideo quod est mulieris, attribuitur viro. Potest etiam alio modo dici & melius, qp cum peccatum originale traducatur simul cum natura, sicut dictum est: sicut p virtutem actiuam viri, mulieri materiam ministrante natura traducitur, ita & peccatum originale. Vnde si Adã non peccasset Eua peccante, non per hoc fuisset peccatum traductum ad posteros. Illa enim est causa, quare Christus peccatum originale nõ traxit: quia ex sola femina sine virili semine carnem accepit. Per hoc verbum Apostoli August. respondet Iuliano hæretico in hunc modum quærenti. Non peccat iste qui nascitur, non peccat iste qui genuit, non peccat ille qui condidit: per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentiæ peccatum fingis ingressum? Sed August. respondet. Quid quæris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam? Nam secundum Apostolum; *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*. Consequenter tangit ingressum mortis in mundum, cum dicit; *Et per peccatum mors*, scilicet in hunc mundum intrauit, secundum illud Sap. 1. Iniustitia, mortis est acquisitio. Videtur autem, quòd mors nõ sit ex peccato, sed magis ex natura, vtpote proueniens ex necessitate materiæ. Est enim corpus humanum ex contrariis compositum: vnde est naturaliter corruptibile. Dicendum est autem, qp natura humana dupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundũ principia intrinseca, & sic mors est ei naturalis. Vnde Seneca dicit in libro de remediis fortuitorum, quòd mors, natura est hominis, non pœna. Alio modo potest considerari natura hominis, secundum quòd per diuinã prouidentiã fuit ei p iusti

Con. Iul. li. 3. c. 24.

De Nupt. & conc. li. 2. cap. 28.

tiam originalem prouisum. Quæ quidem iustitia erat quædam rectitudo, vt mens hominis esset sub Deo: & inferiores vires essent sub mente, & corpus sub anima, & omnia exteriora sub homine, ita.s.quòd quandiu mens hominis Deo subderetur, vires inferiores subderentur rationi, & corpus animæ indeficienter ab ea vitam recipiens, & exteriora homini, vt.s.oĩa seruirẽt, & nullum ex eis no cumentum sentiret, Hoc aũt prouidẽtia diuina disposuit propter diuinitatem animæ rationalis, quæ cũ naturaliter sit incorruptibilis, debebatur sibi incorruptibile corpus: sed quia corpus, quod est ex contrariis compositum, oportebat esse organum sensus, & tale corpus secundum naturam suã incorruptibile esse non potest, suppleuit potentia diuina, quod deerat naturæ humanæ, dans animæ virtutem continendi corpus incorruptibiliter: sicut faber si posset, daret ferro ex quo cultellum fabricat, virtutem vt rubiginem nullam contraheret. Sic ergo postquam mens hominis per peccatum est a Deo auersa, amisit virtutem continendi inferiores vires, & etiam corpus & exteriora: & sic incurrit mortem naturalem a causis intrinsecis, & violentiam ab exterioribus nocumentis. Deinde cum dicit; *Et ita in omnes &c.* Ostendit vniuersalitatem huius processus, & quantum ad mortem & quantum ad peccatum, ordine tamen retrogrado. Nam supra prius egit de ingressu peccati, qui est causa ingressus mortis: nunc autem prius agit de vniuersalitate mortis, tanquam de manifestiori. & hoc est quòd dicit. Et ita; *Mors*.s.vel peccatum primi parentis; *Pertransiit in omnes*, quia.s.per originem vitiatam contrahunt homines necessitatem moriendi. 2. Reg. 14. Omnes morimur. Psal. 88. Quis est homo qui viuit &c. Deinde tangit vniuersalitatem processus peccati, cum dicit; *In quo omnes peccauerunt*, quod sicut August. dicit in Glos. potest dupliciter intelligi. Vno modo, in quo, scilicet primo homine, vel in quo.s.peccato, quia.s.eo peccante, quodammodo omnes peccauerunt, inquantum in eo erant sicut in prima sua origine. Sed cum Christus etiam originem ex Adã traxerit, vt patet Luc. 3. videtur quòd etiam ipse, eo peccante, peccauerit. Ad hoc respondet Aug. super Gen. ad literam, quòd Christus non omnimodo fuit in Adam, quòd nos fuimus: nos enim fuimus & secundum corpulẽtam substantiam, & secundum seminalem rationem. Christus autem fuit in eo solum secundum corpulẽtam substantiam. Quod quidam male intelligentes, putauerunt quòd tota substantia corporum humanorũ, quæ pertinet ad veritatem humanæ naturæ, fuerit actu in Adã, & per quandam multiplicationem diuina virtute factam, id est, quod sumptum est ab Adam, est in tanta corporum quantitate ampliatum. Sed hoc est inconueniens, opera naturæ miraculo attribuere, præsertim quia videmus quòd corpus humanum, quantuncunque sit de veritate humanæ naturæ, corrumpitur, & accipit aliam formam. Vnde quia omne generabile est corruptibile, & econuerso: oportet dicere quòd materia, quæ ante generationem hominis sub alia forma quàm humana fuit, formam humanæ carnis assumpserit: & sic non totum, quod est in corporibus nostris ad veritatem naturæ pertinens, fuit actu in eodem, sed solum secundum originem, prout.s.effectus est in principio actiuo. Secundum hoc ergo intelligendum est, quòd cum in nostra generatione sit & materia corporalis quam fœmina ministrat, & vis actiua quæ est in semine maris, vtrumque per originem ducitur ab Adam, sicut a primo principio. Et ideo dicitur in eo fuisse & secundum rationem seminalem, & secundum corpulentam substantiam: quia.s.vtrumque ab eo processit. In generatione autem Christi fuit corpulenta substantia quam traxit de virgine: loco autem rationis seminalis fuit virtus actiua spiritus sancti, quæ non deriuatur ab Adam: & ideo nõ fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed tantum secundũ substantiam corpulentam. Sic igitur nos accipimus peccatum ab Adam & trahimus: atque naturam humanam ab eo accipimus, sicut a principio actiuo, quod est esse in eo secundum seminalem rationem, quod quidem nõn competit Christo, vt dictum est. Videtur vlterius, quòd peccatum originale non transeat in omnes, quia baptizati, a peccato originali purgantur per baptismum: & ita videtur quòd non possint in posteros peccatum transmittere, quod non habent. Dicendum est autem, ꝙ per baptismum homo liberatur a peccato originali quantum ad mentem, sed remanet peccati infectio quãtum ad carnem, vnde infra. 7. dicit Apost. Ego ipse mẽte seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Homo aũt nõ gñat mẽte carnales filios, sed carne: & ideo non transmittit nouitatem Christi, sed vetustatem Adæ.

Cont. du. Epl. pel. li. 4. c. 4.

li. 10. c. 20.

LECTIO IIII.

SQVE ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, sed regnauit mors ab *forma futuri &c.* Dixerat autem quòd peccatum, & mors in omnes transierunt, & hoc, quidem secundum expositionem Aug. manifestare intendit per hoc quòd etiam sub lege peccatũ remansit, quasi lege illud excludere non valente. Circa quod duo facit. Primo manifestat propositum quantum ad peccatum. Secundo quantum ad mortem, ibi; *Sed regnauit &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit peccatum fuisse etiam sub lege. Secundo quid circa peccatum lex facit, ibi; *Peccatum autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est quòd omnes peccauerũt in Adam, quia nec etiam lex peccatum abstulit; *Vsque, ad legem*.i.etiã sub lege. vt ly; *Vsque*, teneatur inclusiue; *Peccatum erat in mundo*, quod quidem potest intelligi de lege naturæ, & de lege Moysi: similiter & de peccato actuali, & de peccato originali. Peccatum enim originale erat in paruulo vsque ad legem naturæ.i.vsq; ad vsum rationis, per quem homo huiusmodi leges aduertit. Psalm. 50. In peccatis concepit me mater mea. Nec tñ cessat hoc peccatũ lege naturali adueniẽte ĩ homine, sed magis excrescit per additionem peccati actualis: quia vt dicitur Eccle. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum &c. Sed si intelligamus de lege Moysi, tunc quod dicitur, peccatum fuisse in mundo vsque ad legem, potest intelligi non solum de originali, sed etiam de actuali: quia & ante legem, & sub lege peccatum vtrumque permansit. Prouerb. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum? Quamuis autem lex peccatum non aufert, peccati tamen cognitionem fecit, quod antea non cognoscebatur. Vnde subdit; *Peccatum autem non imputabatur*. Quod quidem planum est, si intelligatur de lege naturali. Quamuis enim peccatum originale sit in paruulo ante legem naturalẽ, & reputetur ei a Deo, non tamen imputatur ei apud homines. Si autem intelligatur de lege Moysi, planum est, quantum ad aliqua peccata actualia, ꝙ non imputabantur ante legem, sicut illa quæ specialiter sunt per legem prohibita, quę homines peccata non reputabant, sicut quod dicitur Exo. 20. Non concupisces &c. Imputabantur tamen quædam peccata, prout erant contra legem naturæ. Vnde & Genes. 39. Ioseph legitur in carcerem missus propter adulterium sibi impositum. Consequenter agit de morte, dicens. Quamuis peccata ante legem non imputarentur, tamẽ; *Mors*.s.spiritualis.i.peccatum vel æterna damnatio, de qua dicitur in Psal. 33. Mors peccatorum pessima; *Regnauit*, id est potestatem suam exercuit in homines, ducendo eos in damnationem; *Ab Adam*, per quem peccatum intrauit in mundum; *Vsque ad Moysem*, sub quo data est lex. Io. 1. Lex per Moysem data est, non solum in eos qui peccauerunt actualiter, sed; *Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ*, qui actualiter peccauit. Osęæ. 6. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, &c. vsq; ibi, Præuaricati sunt in me: quia etiam pueri damnationem incurrebant. Potest etiam & sub hoc sensu intelligi de morte corporali, per quam manifestatur peccatum fuisse etiã cũ non imputabatur, quasi dicat; *Peccatum autem non imputabatur*, ante legem, sed ex hoc deprehenditur fuisse: quia; *Regnauit mors*. s.corporalis. Primo quidem aliquas passiones inducendo, puta famem & sitim & ægritudinem, & tandem totaliter dissoluendo; *Etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ*.i.in pueros, qui non peccauerunt actualiter: quoniam etiam Christi mortem corporalem antea & postea patiuntur, ſm illud Psal. 88. Quis est homo qui &c. Ambrosius autem aliter ista verba exposuit.s.de peccato actuali tantum, & de lege Moysi. Et secundum eum inducuntur hæc verba ad manifestandum, quòd per primum parentem peccatum in hunc mundum intrauit, & in omnes transiuit; *Vsque enim, ad legem*.i.ante legem Moysi; *Peccatum erat in mundo*.s.peccatum actuale. Homines.n.multipliciter peccabant contra legem naturæ. Vnde dr Genes. 13. Homines sodomitę pessimi erant; *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*, quod est intelligendum, nõ quin imputaret quasi puniendum apud homines, cum quidem legantur ante legem puniti ab hominibus pro peccatis, vt patet Gen. 39. & 40. sed non imputabatur, quasi a Deo puniendum. Tunc.n. non credebant homines, ꝙ Deus humana facta vel puniret, vel præmiaret, secundum illud Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Sed postea lege diuinitus data innotuit, ꝙ peccata imputanr a Deo ad pœnam, & nõ solum ab hominibus.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus ostendit originem peccati, & mortis, siue ingressum vriusque in mundum, hîc manifestat quod dixerat. Et primo manifestat ipsum dictum. Secundo manifestat similitudinem quam innuebat, dicens, ibi; *Propterea sicut &c.* Tertio exponit similitudinem, ibi; *Qui est*

In expos. quor. prop. & de Nup. & conc. li. 2. cap. 27.

In expositiõe huiusmet loci.

minibus. Et ideo quia homines non credebant se puniendos a Deo pro peccatis, libere & absque freno peccabant, vbi humanũ iudicium non timebant. Et ideo subdit; *Sed mors*.i.peccatum; *Regnauit*.i.omnimodam suam potestatem exercuit; *Ab Adam vsque ad Moysem*, exclusiue. Nam per Moysem data est lex, quæ incœpit regnum peccati diminuere, incutiens timorem diuini iudicii, ſm illud Deuter. 5. Quis det eos talem habere mẽtem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? Regnauit inquam peccatum vsque ad Moysem, non tñ in omnes; *Sed in eos, qui peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae*. Dicit enim Ambrosius, in libris antiquis non inueniri hanc negationem. Non, vnde credit a corruptoribus appositam. Adam quippe magis credidit promissioni diaboli, quàm commonitioni diuinæ, vt patet Gen. 3. & ita quodammodo diabolũ prætulit Deo. Sic igitur in similitudinem præuaricationis Adæ præuaricantur idololatræ, qui relicto Dei cultu, diabolum colunt. In tales ergo mors.i. peccatum totaliter regnauit: quia eos omnino possedit. Fuerũt autem ante legem Moysi, veri Dei cultores, qui & si peccarent, non tñ peccatum in eis regnabat, quia non totaliter eos a Deo separabat: sed peccabant sub Deo.i.sub fide vnius Dei, etiam si peccarent mortaliter: vel sub charitate Dei, cum peccabant venialiter. Ex vtraque harum expositionum potest conflari tertia, quæ magis vſ ad intentionem Apostoli pertinere. Dixerat enim, quòd per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & quia peccatum est transgressio legis diuinæ, posset alicui videri, ꝙ hoc non esset verum quantum ad tempus ante legem: præsertim cum supra, quarto, dixerit: Vbi non est lex, nec præuaricatio. Et ideo posset aliquis credere, quòd non per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quòd vsque ad legem.i.tempus ante legem, peccatum erat in mundo, & originale & actuale, nõ tamẽ erat peccatum cognitum, præsertim quasi a Deo puniendum. Et hoc est quod subdit; *Peccatum autem non imputabatur*, scilicet quasi contra Deum existens, cum lex.s.diuinitus data non esset. Fuerunt enim aliqui, vt dicit Philosophus in 5. Ethic. qui credidérunt quòd nihil est iustum naturaliter, & per consequens nec iniustum, sed per solam positionem legis humanæ. Et secundum hoc, non imputabatur aliquod peccatum, quasi contra Deum existens, & præcipue peccatum originale.i.non cognoscebatur. Sed quòd ista reputatio hominum esset falsa, ostenditur per effectum: quia mors corporalis regnauit ab Adam, ꝑ quem intrauit originale peccatum in mundum; vsque ad Moysem, sub quo data fuit lex: & ita cum mors sit effectus peccati, præcipue originalis, manifestum est, quòd ante legem fuit peccatum originale in mundo. Et ne aliquis dicat, quòd moriebantur propter peccata actualia: ad hoc excludendum dicit, quòd regnauit etiam in eos qui non peccauerunt proprio actu.s.pueros, & ẽt in iustos qui non peccauerunt mortaliter, qui tñ peccauerũt in primo homine, vt supra dictum est. Et ideo subdit, In similitudine præuaricationis Adæ, inquantum similitudinem illius peccati traxerunt per originem simul cum similitudine naturæ, q.d. quod moriebantur absque proprio peccato, demonstrat quòd in eis erat diffusa similitudo peccati Adæ per originem. Et hoc est quod Apostolus manifestare intendit.s. quòd per Adam peccatum originale in mundum intrauit. Deinde cum dicit; *Qui est forma futuri &c.* Exponit similitudinem, quæ intelligebatur in aduerbio, *Sicut*. Vnde dicit, qui.s.Adam est forma.i.figura quędam futuri.i.Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adã peccatum & mors in mundum intrauit, ita per Christum intrauit iustitia & vita. 1. Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus hõ de cœlo cœlestis. Sunt autem & aliæ similitudines inter Christum & Adam, quòd scilicet sicut corpus Adæ formatum fuit sine coitu, ita & corpus Christi de virgine. Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce, fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Ioan. 19. quæ significant sacramenta, quibus est formata ecclesia.

Ethi. 5. c. 8.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus posuit ingressum peccati in hũc mundum, hîc agit de progressu gratiæ abolentis peccatum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo per Christi gratiam remotum est peccatum, quod per vnum hominem in mundum intrauit. Secundo ostendit, quomodo per gratiam Christi peccatum est remotum, quod lege adueniente superabundauerat, ibi; *Lex autem subintrauit &c.* Ostendit autem quòd per gratiam Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mundum, comparando gratiam Christi peccato Adæ, quia.s.plus potest gratia Christi in bono, quàm peccatum Adæ in malo. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ipsas causas.s. gratiam Christi peccato Adæ. Secundo ponit comparationem earum quantum ad effectus, ibi; *Et non sicut per vnum &c.* Circa primum duo facit. Primo ꝓponit comparationẽ. Secundo manifestat eam, ibi; *Si enim vnius &c.* Dicit ergo primo, dictum est, ꝙ Adam est forma futuri: Sed non sicut delictum: &c. quasi dicat, non est æstimandum, quòd tantæ efficaciæ sit delictũ Adæ, quantæ est efficaciæ donum Christi. Cuius ratio est ista, quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humanæ: gratia autem procedit ex immensitate bonitatis diuinæ, quam manifestum est voluntati humanæ, præsertim infirmæ, præferri. Et ideo virtus gratiæ excedit omne peccatum. Et idcirco dicebat Dauid: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et propter hoc iuste reprobatur verbum Cain Gene. 4. dicentis, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniã merear:

LECTIO V.

ED nõ sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius

Adã vsq; ad Moysem, ẽt in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

Psal. 50.

Deinde cum dicit; *Si enim vnius &c.* Manifestat quod dixerat, scilicet quòd donum gratiæ excedit delictum Adæ, dicens; *Si enim delicto vnius*, scilicet Adæ; *Multi mortui sunt*.i.si ex delicto Adæ, peccatum & mors transiuit in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt; *Multo magis gratia Dei & donum*. i.gratuitum Dei donum. vt ly, &, expositiue teneatur: vel gratia Dei refertur ad remissionem peccati. supra eodem: Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. Donum autem refertur ad bona superaddita vltra remissionem peccatorum, vt dicit Psal. 67. secundum aliam literam: Dedit dominus dona hominibus. multo (inquã) magis hmõi gratia & donum; *Abundauit in plures*.i.in multos. Quanto enim aliquid est potentius, tanto magis se potest ad multa extendere. Peccatum autem Adæ ad multos se extendit, quod probatur per mortem. Vnde signanter dicit, quòd vnius delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentum est peccati originalis, vt supra dictum est, Adæ dixit Deus: Quacunque die comederis &c. Gratia Dei quæ est fortior, multo amplius ad multos extenditur. Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxit. Notandum est autem quòd dicit; *Abundauit*, quia non solum gratia Dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiam ad peccata actualia delenda, & multa alia bona consequenda. 2. Corinth. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Sicut enim peccatum ex vno homine abundauit in multos ex prima suggestione diaboli, ita & gratia Dei per vnum hominem processit ad multos. Vnde signanter addit; *In gratia*, id est per gratiam vnius hominis Iesu Christi. Sic enim a Deo gratia in multos effunditur, vt eam per Christum accipiant, in quo omnis plenitudo gratiarum inuenitur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus: gratiam pro gratia. Sic autem legenda est litera secundum expositionem August. vt hoc quòd dicitur; *Plures*, non accipiatur cõparatiue, sed absolute: & ita vult, quòd attendatur comparatio quantum ad hoc, quòd si delictum vnius Adæ processit in multos, multo magis gratia vnius Christi in multos. Sed secundum Ambrosium ly; *Plures*, accipitur comparatiue, vt sit sensus, ꝙ *Delicto*. i.peccato actuali; *Vnius*.s.Adæ; *Multi*, non omnes; *Mortui sunt*.s.morte peccati, imitando.s.peccatum ipsius Adæ ꝑ idololatriam. vt supra expositum est, Sap. 13. dr de idololatris. Infęlices aũt sunt, & inter mortuos spes eorum. Et multo magis; *Gratia Dei abundauit in plures*.s.quàm in idololatris, qui peccauerunt in similitudinem Adæ: quia non solum eorum peccata tolluntur per gratiam Christi, sed etiam peccata eorum, qui in fide vnius Dei permanserunt. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet omnia peccata nostra. Deinde cum dicit; *Et non sicut &c.* Comparat Christi gratiam peccato Adæ, quantum ad effectum: quia non solum vtrumque in multos redundat, sed etiam maiorem effectum habet gratia Christi, quàm peccatum Adæ. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo manifestat ꝓpositum, ibi; *Nam iudicium &c.* Tertio probat, ibi; *Si enim vnius &c.* Dicit ergo primo: non solum dictum est .s.ꝙ Christi gratia magis abundat in multos, q̃ peccatum Adæ: sed etiam in eis maiorem effectum facit. Et hoc est quod dicit; *Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum*, quasi dicat. Nõ tãtus effectus sequitur per vnum peccatum Adæ in multis, quantus consequitur in multis per donum gratiæ Christi. Potentioris enim causæ potentior est effectus. Vnde cum dictum sit, gratiam esse potentiorem q̃ peccatum Adæ, cõsequens est ꝙ maiorẽ effectum efficiat. Deinde cũ dicit; *Nam iudicium &c.* Manifestat

quod dixerat, dicens; *Nam iudicium*.i. diuina punitio procedit; *Quidem ex vno*.ſ.peccato primi parentis; *In condemnationem*.ſ. omnium hominum, quia in illo peccante, peccauerunt ſecundũ illud, quod ſupra dictum eſt, quòd mors in omnes pertranſiit, in quo omnes peccauerunt; *Gratia autem Dei*, quæ datur per Chriſtum procedit;

delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientis in vita, regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti cõſtituentur multi.

Ex multis delictis. i. non ſolũ ex illo vno originali, ſed etiã ex multis actualibus; *In iuſtificationem*.i.p fectam emundationem.1.Corint.6. Et hoc quidem fuiſtis aliqñ, ſed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.

Deinde cũ dicit; *Si enim vnius, &c.* Probat quod dixerat, ſ.q̃ gſa Chriſti pcedit ex multis delictis in iuſtificationẽ. Et primo quidem hoc ꝓbat ex poſteriori. Secundo ex priori, ibi; *Si enim, &c.* Circa primum conſiderandum eſt, q̃ Apoſtolus in præmiſſa comparatione, non ponit ſibi reſpondentia.ſ.res eiuſdem gñis. Nam ex parte peccati ponit condemnationem, quæ pertinet ad pœnam: ex parte autẽ gratiæ, ponit iuſtificationem, quæ non pertinet ad præmium, ſed magis ad ſtatum meriti. Sic igitur Apoſtolus intendit per hoc quod dicit, quòd peccatum inducit cõdemnationem, oſtẽdere, q̃ gratia inducat iuſtificationem. Et vtitur tali rõne: Sicut cõdẽnatio mortis procedit ex peccato primi parentis, ita regnum vitæ ꝓcedit ex gratia Chriſti. Hæc.n.duo vniformiter ſibi correſpondent, ſed ad regnum vitæ nullus poteſt peruenire, niſi per iuſtitiam, ergo per gratiam Chriſti homines iuſtificantur. Primo ergo ponit præmiſſas. Secundo infert concluſionem intentam, ibi; *Igitur ſicut per vnius, &c.* Primam autem propoſitionem proponit, dicens; *Si enim ex delicto vnius hominis, mors regnauit per vnum hominem*, quia ſicut ſupra eodem dictum eſt, per vnum hominẽ peccatum intrauit, & per peccatum mors; *Multo magis*, homines regnabũt; *In vita*, ſcilicet æterna; *Per vnum Ieſum Chriſtum*, qui dicit Ioan.10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, participando, ſcilicet æternitatem vitæ, quæ quidem abundantia hic per regnum deſignatur. Vnde dicitur. Apoc.20. Quòd regnabunt cum Chriſto annis mille, id eſt æterno tempore. Minorem autem deſignat interponendo abundantiam gratię Chriſti & donationis, & iuſtitiæ accipientes, quaſi diceret: ad regnum vitæ homines peruenire non poſſunt, niſi hoc accipiendo, ita quòd gratia Chriſti referatur ad dimiſſionem peccati, quam nulla merita præcedere poſſunt: & ideo omnino gratiæ deputatur: ſi enim ex operibus, iam non ex gratia, vt dicitur infra.11. Quòd autem dicitur; *Donationis*, referendum eſt ad dona gratiarum, quibus homines promouentur in bona. Heſter.2. Largitus eſt dona iuxta magnificentiam principalem, &c. Quòd autẽ dicitur *iuſtitiæ*, referendum eſt ad rectitudinem operum 1. Cor. 1. Qui factus eſt nobis a Deo iuſtitia. Deinde cum dicit; *Igitur ſicut, &c.* infert concluſionem intentam, quæ idem continet cum eo, quod ſupra præmiſſum eſt, videlicet quòd ſicut per vnius delictum Adæ, diuinum iudicium proceſſit in omnes homines qui carnaliter ex eo naſcunt in condẽnationẽ mortis; *Sic & per vnius*, ſcilicet iuſtitiam Chriſti, diuina gratia proceſſit in omnes homines; *In iuſtificationem vitæ*, id eſt, quæ ducit ad vitam. Sed videtur hoc eſſe falſum: non enim omnes homines iuſtificantur per Chriſtum, ſicut omnes homines moriuntur ꝑ Adã. Sed dicendum, quòd intelligendum eſt, quòd ſicut omnes homines qui naſcuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationem per eius peccatum, ita omnes qui renaſcuntur ſpiritualiter per Chriſtum: adipiſcuntur iuſtificationem vitæ, quia vt dicitur Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit denuo ex aqua & Spiritu Sãcto, non poteſt introire in regnum Dei, &c. quamuis poſſit dici, quòd iuſtificatio Chriſti tranſit in iuſtificationem omnium hominum, quantum ad ſufficientiam, licet quantum ad efficiẽtiam procedat in ſolos fideles. Vnde dicitur. 1.Tim.4. Qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime autem fidelium. Ex hoc autem quòd hic dicitur, accipere debemus, quod ſicut nullus moritur, niſi per peccatum Adæ, ita nullus iuſtificatur, niſi per iuſtitiam Chriſti, quæ quidem eſt per fidem ipſius, ſecundum illud quod ſupra 3. dictum eſt, Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, qui credunt in eum. In eum autem crediderunt homines, non ſolum qui ſunt poſt eius incarnationem, ſed etiã qui eius incarnationem præceſſerunt. Sicut enim nos credimus eum natum & paſſum, ita ipſi crediderunt naſciturum & paſſurum. Vnde eadem eſt fides noſtra & eorum 2.Cor. 4. Habentes eundem fidei ſpiritum, &c. Sic igitur probatum eſt, quòd gratia Chriſti procedit ad multorum iuſtificationem ex poſteriori, ſcilicet, ex regno vitæ. Conſequenter cum dicit; *Sicut enim &c.* Probat idẽ ex priori. Cauſæ enim ſimiles ſunt ſuis effectibus. Inobedientia autem primi parentis quæ habet rationem iniuſtitiæ, conſtituit peccatores & iniuſtos. Igitur obedientia Chriſti, quæ habet rationem iuſtitiæ, conſtituit iuſtos. Et hoc eſt quòd ſupra dictũ eſt; quòd gratia ꝓcedit in omnes homines; *In iuſtificationem*. Sed videtur eſſe dubium quod dicitur, quòd; *Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi*, i. omnes qui ab eo naſcuntur ſm rõnem ſeminalem. Primum.n.eius peccatũ videtur fuiſſe ſuperbia, magis quàm inobedientia, ſm illud Eccle.10. Initium omnis peccati ſuperbia. Sed dicendum eſt, q̃ ſicut ibidem dicitur, initium ſuperbiæ facit homines apoſtatare a Deo, quia ſcilicet prima pars ſuperbiæ conſiſtit in hoc, quòd homo non vult ſubiici præceptis diuinis, quod ad inobedientiam pertinet. Vnde primum hominis peccatum fuiſſe videtur inobedientia, non ſecundum actum exteriorem, ſed ſm interiorem motum ſuperbiæ, quo voluit diuino præcepto contraire. Vnde eius inobediẽtiam dominus arguit. Gen. 3. Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, &c. Obedientia autem Chriſti hic dicitur, ſm quam præcepto patris obediens, mortem ſuſtinuit pro ſalute noſtra, ſecundum illud Phili.2. Factus eſt obediens vſq; ad mortẽ, &c. Nec eſt contrarium quod alibi dicitur, Chriſtus ex charitate mortuus eſt, vt patet Ephe.5. Quia hoc ipſum q̃ obediuit, p̃ceſſit ex dilectione quam habuit ad patrẽ & ad nos. Et eſt attendẽdum, quòd per obedientiam & inobedientiam, probat nos ꝑ vnũ peccatores effici, & per vnum iuſtificari: quia iuſtitia legalis, quę eſt omnis virtus, attenditur in obſeruatione præceptorum legis, quod pertinet ad rationem obedientiæ. Iniuſtitia autem illegalis, quæ eſt omnis malitia, vt dicitur 5. Ethi. attenditur in tranſgreſſione mandatorum legis, quæ pertinet ad rationem inobedientiæ. Sic ergo conuenienter dr, quòd per obedientiam conſtituuntur homines iuſti, & per inobedientiam peccatores.

Ethi. 5. com. 4.

LECTIO SEXTA.

POST QVAM Apoſtolus oſtendit, quòd per donum gratię ſubtrahitur peccatum, quod per Adam in hunc mundum intrauerat, hic oſtendit q̃ per gratiam Chriſti tollitur peccatum, quod lege ſuperueniente abundauerat. Circa hoc duo facit. Primo ponit abundantiam peccati, quæ fuit per legem. Secundo abſolutionem peccati, quæ eſt per gratiam Chriſti, ibi; *Vbi abundauit, &c.* Dicit ergo primo, dictum eſt, quod per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituuntur multi, non autem lex hoc facere potuit, ſed potius; *Lex ſubintrauit, vt ſuperabundaret delictum.* Circa quod Apoſtoli dictum, duplex occurrit dubitatio. Primo quidem de hoc, quòd dicit legem ſubintraſſe, id eſt latenter intraſſe poſt culpam originalem & actualem, vel poſt naturalem legem, vt Glo. dicit. Non enim lex occulte intrauit, ſed manifeſte data fuit, ſecundum illud Ioã.8. Non in abſcondito locutus ſum. Dicendum eſt ergo, q̃ licet ipſa legiſlatio fuerit data in manifeſto, tñ myſteria legis erant in occulto, & præcipue quo ad intentionem Dei circa legem ferendam, quæ peccatum oſtenderet non ſanaret, ſm illud infra.11. Quis cognouit ſenſum domini, &c. Poteſt ẽt dici q̃ lex ſubintrauit. i. quaſi media intrauit inter peccatum hominis & donum gratiæ Chriſti, quorũ vtrumq; ſupra dixerat, per vnum ad plures tranſiſſe. Secunda autem dubitatio eſt de hoc, quòd dicit legem ſubintraſſe; *Vt abundaret delictum.* Sic enim videtur q̃ abundantia delicti ſit finis legis, & ita ſequitur q̃ lex ſit mala: quia cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt, & hoc eſt contra illud 1.Tim.1. Scimus quidẽ q̃ lex bona eſt, &c. Ad hoc aũt rñdẽt in Glo. tripliciter. Primo q̃dẽ vt dicamus q̃ ly, Vt, non ponitur cauſaliter, ſed conſecutiue.

Non

Non.n.ad hoc fuit data lex vt peccatũ abũdaret, quin potius lex quantum in ſe fuit, peccatum ꝓhibuit, ſm illud Pſal.118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed lege data conſecuta eſt abũdantia delictorum dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad peccatorum multitudinem. Lex.n. licet peccatũ demonſtraret, peccati tñ concupiſcentiã non auferebat. Cum aũt alicui ꝓhibetur id quod concupiſcit, vehementius in concupiſcentiam illius exardeſcit: & ſicut fluuius appoſito obice fortius fluit & obicem frangit. Cuius ratio põt eſſe triplex. Vna quidẽ, quia illud quod ſubiacet hominis poteſtati, non reputat aliquis pro magno: ſed illud quod eſt extra hominis poteſtatem, apprehenditur ab homine quaſi magnum. Prohibitio autem eius quod conçupiſcitur, ponit illãd quod ꝓhibetur, quaſi extra hominis poteſtatem: & ideo cõcupiſcentia magis exardeſcit in rem concupitam dum prohibetur. Secunda ratio eſt, quia interiores affectiones qñ interius retinentur, ita q̃ exterius non deriuentur, ex hoc ipſo magis interius incendũtur, ſicut patet in dolore & ira, quæ dum interius clauſa tenentur, magis augentur, ſi autem exterius quoquo modo ꝓcedant, eorum virtus diminuitur. Prohibitio autem ꝑ timorem pœnæ, cogit hominem vt concupiſcentiam ſuam ad exteriora non ꝓducat, & ideo ipſa cõcupiſcentia interius retẽta, magis inflãmatur. Tertia ratio eſt, quia illud quod non eſt nobis prohibitum, apprehendimus quaſi poſſibile fieri, quandocunque nobis placuerit, & ideo multotiens opportunitate exiſtẽte illud vitamus: ſed qñ aliquid eſt prohibitum, apprehenditur a nobis, vt non ſemp a nobis haberi poſſit: & ideo qñ opportunitas datur ſine timore pœnæ illud conſequendi, ꝓmptiores ad hoc ſumus. Et inde eſt q̃ data lege, quæ concupiſcentiæ vſum prohibeat, & tñ ipſam concupiſcentiam non mitigabat, concupiſcentia ipſa magis ferventer homines ad peccata ducebat. Vnde dicitur Ezech. 5. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras, & contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia, quàm gẽtes. Sed ſecundum hoc, vt quòd omnis lex humana, quę gratiã nõ confert diminuentem concupiſcentiam, faciat abundare peccata, quod eſt contra intentiones legiſlatorum, quia ad hoc tendunt, vt ciues faciant bonos, vt patet per Philoſophum 2. Ethic. Sed dicendum eſt q̃ alia eſt intentio legis humanæ, & alia legis diuinæ. Lex enim humana refertur ad humanum iudiciũ, quod eſt de exterioribus actibus: ſed lex diuina refertur ad diuinum iudicium, quod eſt de interioribus motibus cordis, ſm illud 1. Reg.16. Homo videt ea quæ patent, ſed Deus intueor cor. Sic igitur lex humana ſuam intentionem conſequitur, dum per ꝓhibitionem & pœnæ comminationem impedit, ne multiplicentur exteriores actus peccati, licet concupiſcentia interior magis augeatur: ſed quantum ad legem diuinam etiam interiores concupiſcentiæ malæ imputantur ad peccatum, quæ abundant lege ꝓhibente, & non auferente concupiſcentiam. Sciendum tñ, q̃ ſicut Philoſophus dicit in 10. Ethic. Prohibitio legis, licet illos qui ſunt male diſpoſiti, cohibeat ab exterioribus peccatis ſolo pœnæ timore: quoſdam tñ bene diſpoſitos inducit per amorem virtutis: ſed iſta bona diſpoſitio quantum ad aliquid poteſt eſſe a natura, ſed eius perfectio non eſt niſi per gratiam, ex qua contingit, quòd etiam lege veteri data, non in omnibus peccatum abundat, ſed in pluribus. Quidam vero lege ꝓhibente, & gratia vlterius adiuuante, ad perfectionem virtutum tandem peruenerunt, ſm illud Eccle.44. Laudemus viros glorioſos &c. Et infra. Homines magnos virtute. Secundo ſuperabundauit delictum lege ſuperueniẽte, quantum ad grauitatem reatus. Grauis enim fuit peccatum, ubi acceſſit præuaricatio, non tantũ legis naturæ, ſed etiam legis ſcriptæ. Vnde ſupra 4. dictum eſt, q̃ vbi nõ eſt lex, nec præuaricatio. Secundo autem poteſt rñderi, vt dicit q̃ ly, Vt, teneat cauſaliter: ita tñ q̃ loquatur Apoſtolus de abũdantia delicti, ſm quod eſt in noſtra cognitione, vt ſit ſenſus; *Lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, i. vt abundantius delictum cognoſceret, ſm modum loquendi, quo dr aliquid fieri, cũ iam ſcitur. Vnde ſupra dictum eſt, q̃ per legem eſt cognitio peccati. Tertio mõ põt exponi ita, q̃ ly Vt, teneatur cauſaliter: ita tñ, q̃ abundantia delicti non intelligatur finis legis ſubintrantis, ſed id quod ex abundantia delicti ſequitur. ſ. humiliatio hominis. Lege.n. ſubintrante abundauit delictum, vt dictum eſt in prima expoſitione: ex qua quidem delicti abundantia confecutum eſt, quòd homo infirmitatem ſuam recognoſcens, humilietur. Dicebat enim homo ſuperbus, de viribus ſuis præſumens, Non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat, ſecundum illud Exod.24. Omnia quæ locutus eſt dominus, faciemus, & ei obediemus. Sed qñ lege data, conſecuta eſt multitudo delictorum, homo ſuam infirmitatem cognouit ad obſeruatiam legis, ſecundum illud Sap. 9. Infirmus homo, & exigui temporis, &c. Intentio ergo Dei legem dantis non terminatur ad abundantiam peccatorum, ſed ad humilitatem hominis, propter quam permiſit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultum, ſignanter quantum ad hoc dicit, quòd; *Lex ſubintrauit*. Quia vero hic agitur de lege & fine legis, duo conſideranda occurrũt. Primo quidem quot modis lex dicatur. Secundo quis ſit finis legis. Circa primum ſciendum eſt, quòd lex vno modo dicitur tota ſcriptura veteris teſtamenti, ſm illud Ioan. 15. Vt impleatur ſermo eorum, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis, cum tamen hoc ſcriptum ſit in Pſal. Quãdoque vero dicitur lex, ſcriptura quinq; librorum Moyſis; ſecundum illud Deut.33. Legem præcepit nobis Moyſes. Tertio dicit Decalogus præceptorũ, ſm illud Exod.24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legẽ ac mãdata quæ ſcripſi, vt doceas. Quarto dicitur lex tota continentia cærimonialium, ſecundum illud Heb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Quinto dicitur lex, aliquod ſpeciale præceptum cærimoniale, ſecũdũ illud Leuit.7. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum. Sumitur autem hic lex communiter ab Apoſtolo, quantum ad totã doctrinam legis Moyſi, id eſt quantum ad moralia & cęrimonialia præcepta, q̃a ſcilicet per cęrimonias legis non dabatur gratia, per quam homo adiuuaretur ad implenda præcepta moralia, concupiſcentia diminuta. Circa finem autem legis ſciendum eſt, quòd in populo Iudæorum tria fuerunt hominum genera, ſicut & in quolibet alio populo, ſcilicet duri, ideſt peccatores & rebelles, proficientes, & perfecti. Quantum igitur ad duros, lex fuit data in flagellum, & quantum ad præcepta moralia, ad quorum obſeruantiam cogebantur per pœnæ comminationem, vt patet Leuit.2. & quantum ad cęrimonialia, quæ ideo ſunt multiplicata, ne liceret eis diis alienis alium cultũ ſuperaddere. Ezech.20. In manu valida & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Sed proficientibus, qui dicũtur mediocres, lex fuit in pędagogum, ſecundum illud Gala.3. Lex pędagogus noſter fuit in Chriſto. Et hoc quantum ad cærimonialia, quibus cõtinebantur in diuino cultu: & quantum ad moralia, quibus ad iuſtitiã promouebantur. Perfectis autem, fuit quantum ad cęrimonialia quidem in ſignum, ſecũdum illud Ezec.20. Sabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me &c. Quantum ad moralia vero, in ſolatium, ſecundum illud infra.7. Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Deinde cum dicit; *Vbi abundauit &c.* Oſtendit quomodo per gratiam tollitur abundantia delictorũ. Et primo ponit gratiæ abundantiam. Secundo oſtendit abundãtis gratiæ effectum, ibi; *Vt ſicut regnauit, &c.* Dicit ergo primo, Dictum eſt quòd lege ſubintrante; *Abundauit delictum*: nec tamẽ propter hoc impeditur diuinum propoſitum de ſalute Iudęorũ, & totius humani generis: quia vbi *Abundauit delictum*, ſcilicet in humano genere, & ſpecialiter in Iudæis; *Super abundauit & gratia*, ſcilicet Chriſti condonantis peccata. 2.Corint.9. Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Eius autem quod hic dicitur, duplex ratio aſſignari poteſt. Vna quidem ex effectu gratiæ. Sicut enim magnitudinem morbi non ſanat, niſi fortis & efficax medicina: ita requirebatur abundans gratia ad hoc, vt ſanaret abundantiam delictorum. Luc.7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum &c. Alia ratio ſumi poteſt ex diſpoſitione peccantis, qui dum magnitudinem peccatorum ſuorum recognoſcit, quandoque quidem deſperat & contemnit, ſecundum illud Prouer.18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit &c. Quandoque vero per auxilium diuinum, ex conſideratione ſuorum peccatorum magis humiliatur, & maiorem conſequitur gratiam, ſecundum illud Pſalm.15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelauerunt. Deinde cum dicit; *Vt ſicut regnauit peccatum in mortem &c.* Oſtendit effectum gratiæ abundantis, qui quidem eſt per oppoſitum reſpondens effectui peccati: vt ſcilicet ſicut peccatum introductum per primum hominem, & abundans per legem, regnauit, ideſt, plenum dominium in homines obtinuit, & hoc quouſque duceret eos in mortem temporalem & æternam. infra.6. Stipendia peccati mors; *Ita & gratia Dei regnet*, id eſt, plene dominetur in nobis; *Per iuſtitiam*, quam ſcilicet in nobis facit. Supra eodem, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius: & hoc quouſque nos ducat; *In vitam æternam*, ſecundum illud infra.6. Gratia Dei vita æterna. Et hoc totum eſt; *Per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum*, qui eſt dator gratiæ, ſecundum illud Io.1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et etiam iuſtitia. 1.Corinth.1. Qui factus eſt nobis iuſtitia a Deo: & dator vitę æternę. Io. 10. Ego vitam æternam do eis.

regnet ꝑ iuſtitiã in vitã æternã ꝑ Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

Ethic. li.2. cap.1.

Ethi. li.10. cap.11.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, ꝙ per gratiã Christi liberamur a peccato præterito, tam introducto per primum hominem, quàm etiam abundanti per legem, hic ostendit quòd per gratiam Christi datur nobis facultas ad resistendum peccatis futuris. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quęstionem ex præmissis ortam. Secundo soluit eam, ibi; *Absit, Si enim etc.* Dixerat autem supra, ꝙ vbi abũdauit delictum, superabundauit & gratia, quod quidem aliquis posset male intelligere, quasi abũdantia delicti esset causa superabundantiæ gratiarum: & ideo inducit quæstionem dicens, *Quid ergo dicemus? Nunquid permanebimus in peccato, ut gratia abundet?* Quod quidem oporteret dicere, si abundantia delicti esset causa gratiæ abundantis, & non sola occasio, vt supra dictum est. Vnde & supra. 3. Apostolus dicit, Sicut blasphemamur: & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt eueniat bona. Hier. 12. Bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt. Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit inductã quęstionem. Et primo assignat rationem, quare non est nobis permanendum sub peccato. Secundo concludit exhortationem intentam, ibi; *Non ergo regnet &c.* Circa primum duo facit. Primo assignat rationem, quare non sit in peccato permanendum. Secundo ostendit nobis inesse facultatem, ad hoc quòd non sub peccato maneamus, ibi; *Hoc scientes &c.* Circa primum ponit talem rationem. Si sumus mortui peccato, non debemus viuere in illo: sed mortui sumus peccato. ergo non debemus viuere in peccato. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat antecedens, ibi; *An ignoratis &c.* Tertio concludit consequens, ibi; *Vt quomodo Christus &c.* Quarto probat necessitatem consequentiæ, ibi; *Si enim complantati &c.* Dicit ergo primo; *Absit*, scilicet quòd hac intentione permanẽdum sit in peccato; *Vt gratia abundet*, quia vt dicitur Eccl. 15. Nemini mandauit Deus impie agere: & huius ratio est; *Si enim mortui sumus peccato*, per hoc. s. ꝙ peccatum est mortificatum in nobis; *Quomodo adhuc in illo viuemus?* Non enim naturalis ordo rerum habet, vt a morte redeatur ad vitam. Esa. 26. Morientes non viuant &c. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Deinde cum dicit; *An ignoratis &c.* Probat antecedens. s. ꝙ fideles sunt mortui peccato. Et primo proponit medium ad propositum ostendendum. Secundo manifestat medium inductum, ibi; *Consepulti enim sumus &c.* Dicit ergo primo; *An ignoratis*, quasi dicat, quod vobis ꝓponendum est, est adeo manifestum, ꝙ illud vobis ignorare non licet. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur, quia; *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu*: quod intelligitur tripliciter. Vno modo secundum institutionem Iesu Christi. Matth. vlti. Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Secundo per inuocationem Iesu Christi. Act. 8. In nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. Tertio in Christo Iesu, id est in quadam conformitate ad Christum Iesum. Galat. 3. Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis; *In morte ipsius baptizati sumus*, id est in similitudinem mortis eius, quasi ipsam mortem Christi in nobis repræsentantes. 2. Corinth. 4. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes. Gal. vlti. Stigmata Iesu in corpore meo porto; *Vel in morte ipsius*, id est per virtutem mortis eius. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris. Vnde de latere Christi pendentis in cruce, post mortem fluxit sanguis & aqua, vt dicitur Io. 19. Sicut igitur eius morti configuramur, inquantum peccato mortimur, sic ipse mortuus est vita mortali, in qua erat similitudo peccati, licet non esset ibi peccatum. Ergo omnes qui baptizati sumus, mortui sumus peccato.

Deinde cum dicit; *Consepulti enim &c.* Probat propositum medium, scilicet, quòd omnes baptizemur in cõformitate ad mortem Christi dicens; *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte*, quasi dicat, Sepultura non nisi mortuis debetur. Matt. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Per baptismum autem homines sepeliuntur Christo, o. 1. conformantur sepulturæ ipsius. Sicut n. ille qui sepelitur, ponitur sub terra; ita ille qui baptizatur, immergitur sub aqua. Vnde & in baptismo fit trina immersio, non solum ꝓ fidem Trinitatis, sed etiam ad repræsentãdum triduum sepulturæ Christi. Et sicut triduum sepulturæ non facit nisi vnam sepulturam, ita trina immersio non facit nisi vnum baptisma. Et inde etiam est, ꝙ in sabbatho sancto solẽnis baptismus in Ecclesia celebratur, qn̄ commemoratur sepultura Christi: sicut & in vigilia pẽtecostes, qn̄ solẽnizat̃ de Spiritu sancto, ex cui⁹ virtute aqua baptismi accipit vim purgandi, vt dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sãcto &c. Est tn̄ considerandũ, ꝙ corporaliter aliquis prius moritur, & postea sepelitur: sed spiritualit̃ sepultura baptismi causat mortem peccati: quia sacramentum nouæ legis efficit qd̄ signat. Vnde cum sepultura, quæ fit per baptismum, sit signum mortis peccati, mortem efficit in baptizato. Et hoc est qd̄ dicit, ꝙ sumus sepulti in mortem: vt per hoc ipsum ꝙ signũ sepulturæ Christi in nobis accipimus, cõsequimur mortem peccati. Deinde cum dicit; *Vt quomodo Christus*, infert consequens. s. ꝙ non debeamus viuere in peccato: ad hoc quidẽ inducit similitudinem ex resurrectione Christi, dicens; *Vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris*. i. per virtutem patris, ex qua ipse pater glorificatur, secundum illud Psalm. 56. Exurge gloria mea; *Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. i. ꝓ bona opera vitæ procedamus. Vita. n. peccati vetustatem habet, qa in corruptionem nos ducit. Heb. 8. Quod antiquatur & senescit, ꝓpe interitum est. Vnde & dr̃ Bar. 3. Quid est ꝙ in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena &c. Vnde & nouitas vitę dicitur, per quam aliquis redit ad integritatem: vt. s. sit sine peccato. Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Deinde cum dicit; *Si enim*, ꝓbat necessitatem consequentiæ. Christus. n. postquam fuit mortuus, resurrexit: vnde conueniens est, vt illi qui conformantur Christo quantum ad mortem in baptismo, conformentur etiam resurrectioni eius per innocentiam vitæ. Et hoc est qd̄ dicit; *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius*, id est, si in nobis assumamus similitudinem mortis eius, vt ei incorporemur, sicut ramus qui inseritur plãtæ: vt quasi nos in ipsa passione Christi inseramur; *Simul & resurrectionis erimus*. s. similitudini eius complantati, vt. s. in præsenti innocenter viuamus, & in futuro ad similem gloriam peruenianmus. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ. 2. Tim. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus. Sic igitur sicut Apostolus ꝓ similitudinem mortis Christi, ꝓbauit, quòd sumus mortui peccato, quod præmiserat quasi antecedens: sic per similitudinem resurrectionis eius probauit, ꝙ non debemus viuere in peccato: quod quasi consequens superius introduxit.

CAP. VI. LEC. I.

QVID ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Si. n. mortui sumus peccato, qũo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, ĩ morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini morti eius, simul & resurrectionis erimus.

LECTIO II.

HOc scientes, ꝙ uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat̃ corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui. n. mortuus est, iustificatus est a peccato. Si aũt mortui sumus cũ Christo, credimus qa simul ẽt viuemus cũ illo, scientes, ꝙ Christus resurgens ex mortuis iã nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur: ꝙ enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd aũt viuit, viuit Deo. Ita & vos, existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuẽte Christi sublata est. Vel quia totaliter est amota, sicut totaliter amouetur in baptismo reatus & macula peccati. Vel quia diminuitur virtus eius sicut virtus fomitis, vel etiam consuetudinis peccandi. Col. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde cum dicit; *Vt destruatur &c.* Ponit effectum prædicti beneficii duplicẽ, quorum primus est, remotio præcedẽtium delictorum. Et hoc est quod dicit; *Vt destruatur corpus peccati.* Dicitur enim corpus peccati ipsa congeries malorum operum, sicut ipsa congeries membrorum facit vnum corpus naturale. Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia, &c. Secundus autem effectus est, vt caueamus a peccatis in futurum: & hoc est quod subdit dicens, *Vt vltra non seruiamus peccato*. Tunc enim homo peccato seruit, quando concupiscentiæ peccati obedit, per consensum & corporis executionẽ. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Deinde cum dicit; *Qui enim mortuus est, &c.* Manifestat quod dixerat. Et primo quantum ad primum effectum. Secundo quantum ad secundum, ibi; *Si autem mortui, &c.* Circa primum considerandum est, quòd congeries peccatorum destruitur quando peccata homini remittuntur. Sic igitur destructionem corporis peccati manifestat dicens; *Qui enim mortuus est a peccato*, scilicet per baptismum, quo Christo commorimur; *Iustificatus est a peccato*, id est remissis peccatis translatus est in statum iustitiæ. 1. Corin. 6. Et hæc quidem fuistis aliquando, sed abluti estis, &c. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, consequens est, quòd a peccato iustificetur, & ita quòd corpus peccati destruatur. Deinde cum dicit; *Si autem mortui, &c.* Manifestat secundum effectum per conformitatem ad vitam Christi tali ratione. Ille qui Christo morienti commoritur, simul conuiuit & resurgenti: Christus autem sic resurrexit a mortuis tanquam nunquam de cætero moriturus: ergo ille qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti conuiuit: quòd habet facultatẽ nunquam de cætero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit conformitatem hominis fidelis ad vitam Christi resurgentis. Secundo ponit conditionem vitæ resurgentis, ibi; *Scientes quod Christus, &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Ita & vos, &c.* Dicit ergo primo, Si enim mortui sumus cum Christo, id est si virtute mortis Christi sumus mortui peccato; *Credimus*, quia; *Et iam simul, viuemus cum illo*, id est ad similitudinem vitæ eius. Viuemus inquam hic vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. Ephes. 2. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos, &c. Deinde cum dicit; *Scientes*, ponit conditionem vitæ Christi resurgentis. Et primo ponit eam. Secundo probat, ibi; *Quod enim mortuus est, &c.* Dicit ergo primo. Hoc inquam quod dictum est credimus, scientes quod; *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur*, sed viuit vita perpetua. Apoc. 1. Fui mortuus, & sum viuens in secula seculorum. Et quod plus est; *Mors illi vltra non dominabitur*, quæ scilicet in homine dominatur, non solum dum moritur per separationem animæ a corpore, sed etiam ante mortem, dum patitur ægritudinem, famem & sitim, & alia huiusmodi, per quæ peruenitur ad mortem: sed ab his libera est vita Christi resurgentis. Et ideo non subiicitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem. Apoc. 1. Habet clauem mortis & inferni. Deinde cum dicit; *Quod enim mortuus est, &c.* Probat propositum, scilicet ꝙ Christus resurgens vlterius nõ moriatur: & hoc dupliciter. Primo quidem ratione accepta ex parte mortis, quam sustinuit, dicens; *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel*. Non autem intelligitur quòd ipse mortuus est peccato quod ipse commisit vel contraxit, quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, &c. Sed dicitur mortuus esset peccato dupliciter. Vno modo, quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corint. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, id est hostiam pro peccato. Alio modo, quia mortuus est similitudini cãrnis peccati, id est vitæ passibili & mortali. Infra. 8. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Vtroque autem modo concludi potest quòd Christus mortuus sit semel, ex hoc quòd mortuus est peccato. Quantum enim ad primum manifestum est quòd per vnam mortem omnia peccata deleuit, secundum illud Hebr. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificationis. Ideo non restat vt adhuc pro peccato moreretur, 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Quantum ad ꝓm autem, idem potest concludi. Si enim Christus mortem sustinuit, vt deficeret in eo similitudo carnis peccati, debuit eius mors cõformari aliis gerentibus carnem peccati, qui semel moriũtur. Vnde dicitur Hebr. 9. Quemadmodum statũtum est hominibus semel mori, sic & Christus, semel oblatus est, &c. Secundo ostendit idem ex conditione vitæ, quã resurgendo adeptus est, dicẽs; *Quod autẽ viuit, viuit Deo*, id est ad conformitatem Dei. Dicitur. n. 2. Cor. vlt. Quòd si crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute Dei. Effectus autem cõformatur causæ. Vnde & vita quam Christus resurgens acquisiuit est deiformis: sicut ergo vita Dei est sempiterna & absq; corruptione, ꝓm illud 2. Tim. vlt. Qui solus habet immortalitatem, ita & vita Christi est immortalis. Deinde cum dicit; *Ita & vos, &c.* Infert conclusionem intentam vt conformemur vitæ Christi resurgentis, & quantum ad hoc quòd mortuus est peccato, id est mortali vitæ, quæ habet similitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus, & quantum ad hoc ꝙ viuit ad conformitatem Dei. Et quantũ ad primum dicit; *Ita & vos existimate vos quidem mortuos esse peccato*, scilicet tanquam ad peccatum nũquã sitis rediturí. Esa. 26. Morientes non viuant. Et quantum ad secũdum dicit; *Viuentes Deo*. i. ad honorem vel similitudinem Dei, vt scilicet nunquam per peccatum moriamur. Gal. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Et ideo subdit; *In Christo Iesu domino nostro*, idest per Iesum Chrm̃, per quem & peccatis morimur, & Deo viuimus: vel in Christo Iesu, id est tãquã incorporati Christo Iesu, vt per eius mortem moriamur peccato, & per eius resurrectionem viuamus Deo. Eph. 2. Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis per Christum.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus ostendit ꝙ non est nobis permanendum in peccato, & quòd huius rei facultatem habemus, hic concludit moralem exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit admonitionem. Secundo rõnem assignat, ibi; *Peccatum enim &c.* Tertio mouet quæstionẽ & soluit, ibi; *Quid ergo?* Peccabimus &c. Circa primum duo facit. Primo ꝓponit admonitionem. Secũdo exponit eã, ibi; *Vt obediatis &c.* Dicit ergo primo, Dictum est ꝙ vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, per quod datur intelligi, quòd virtus peccati intantũ diminuta est, vt nobis dn̄ari non possit. Ergo peccatum de cętero; *Non regnet in vestro mortali corpore.* Non autem dicit, Non sit peccatum in vestro mortali corpore, quia quãdiu corpus nostrum est mortale, id est necessitati mortis addictũ, non potest esse, quin in corpore nostro sit peccatum, id est fomes peccati. Sed ex quo a Deo liberati sumus a regno peccati, debemus conari, quòd peccatum in corpore nostro dn̄ium iam amissum in nobis non recuperet: & hoc est quòd dicit, Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et hoc quidem necessarium est cauere, dum corpus mortale gerimus, quia dicitur Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam &c. Deinde cum dicit; *Vt obediatis, &c.* Exponit admonitionem præmissam. Circa quod considerãdum est, quòd dupliciter peccatum regnat in homine. Vno modo per interiorem consensum mentis. Et hoc remouendo, dicit; *Vt obediatis concupiscentiis eius.* Obedire enim per cõsensum mentis concupiscentiis peccati, est peccatum regnare in nobis Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Secundo modo regnat in nobis peccatum per operis executionem. Et ad hoc excludendum, subdit; *Sed neque exhibeatis membra vestra peccato*, id est fomiti peccati; *Arma iniquitatis*, id est instrumenta ad iniquitatem exequendam. Homo enim, cum per membra sua peccatum exequitur, ad iniquitatem exequitur: & hoc ipso impugnare videtur ad restituendum dn̄ium peccati, quod per consuetudinem peccati in nobis conualescit. Ezech. 32. Cum armis suis ad inferos descenderunt. Deinde cum dicit; *Sed exhibete vos Deo, &c.* Exhortatur ad contrarium, vt scilicet exhibeamus nos Deo. Et primo quantum ad interiorem affectum, cum dicit, Sed exhibeatis vos Deo, vt scilicet mẽs vestra ei subdat̃ Deu. 10.

NON ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra, arma iustitiæ Deo.

Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis eius? Et hoc facere debetis tanquam ex mortuis viuentes, id est, tanquam reducti ad vitam gratiæ, de morte culpæ. Nam & ideo iustum est, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. 2. Cor. 5. Secũdo quantum ad exterio rem actum: vnde dicit; *Exhibete membra vestra Deo*, id est, ad eius obsequium arma iustitiæ, id est instrumenta quædam ad iustitiam exequẽdã, quibus. s. pugnetis contra inimicos Dei. Ephes. vlti. Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Deinde cum dicit; *Peccatũ. n. &c.* assignat rationem admonitionis prædictæ. Posset enim aliquis seipsum excusare, allegans peccati dominium per quod assereret se ab obseruatione admonitionis prædictæ impediri. Hoc ergo Aposto. primo excludit, dicens; *Peccatum enim vobis non dominabitur*, scilicet si ceperitis peccato resistere & vos deo exhibere, ſm illud Ia. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quasi dicat, Ideo potestis prædicta obseruare, quia non inuenitis peccatum in vos dominari, per quod retrahi possitis: sumus. n. liberati a Christo, ſm illud Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo manifestat qd dixerat, dicens; *Non enim estis sub lege, sed sub gratia*. Vbi considerandum est, quòd non loquitur hic de lege solum, quantum ad cerimonialia, sed etiam quantum ad moralia, sub qua quidẽ aliquis dicitur esse dupliciter. Vno modo quasi legis obseruãtiæ voluntarie subiectus. Et hoc modo etiam Christus fuit sub lege, ſm illud Gal. 4. Factum sub lege: quia scilicet legem obseruauit, non solum quantum ad moralia, sed etiam quantum ad cerimonialia. Fideles autem Christi sunt quidem hoc modo sub lege, quantum ad moralia, non autem quantum ad cerimonialia. Alio modo dicitur aliquis esse sub lege, quasi a lege coactus, & sic dicitur esse sub lege, qui non voluntarie ex amore, sed timore cogitur legem obseruare. Talis autem caret gratia, quæ si adesset, inclinaret voluntatem ad obseruantiam legis, vt ex amore moralia eius præcepta impleret. Sic igitur quandiu aliquis sic est sub lege, vt non implet voluntarie legem, peccatum in eo dominatur, ex quo voluntas hominis inclinatur, vt velit id quod est contrariũ legi, sed per gratiam tale dñium tollitur: vt. s. homo seruet legem, non quasi sub lege existẽs, sed sicut liber, Gala. 4. Nõ sumus ancillę filii, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit. Hanc autem gratiam faciens homines libere legem implere, non conferebant legalia sacramenta, sed conferunt eam sacramenta Christi. Et ideo illi, qui se cerimoniis legis subiiciebant, quantum pertinet ad virtutem ipsorum sacramentorum legalium, non erant sub gratia, sed sub lege, nisi forte per fidem Christi gratiam adipiscerẽtur. Illi vero qui se sacramentis Christi subiiciunt, ex eorum virtute gratiam consequuntur, vt non sint sub lege, sed sub gratia, nisi forte per suam culpam se subiiciant seruituti peccati. Deinde cum dicit; *Quid ergo &c.* Mouet quęstionem contra id quod dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo soluit eam ducendo ad inconueniens, ibi; *Absit. An nescitis, &c.* Tertio ostendit esse inconueniens id, ad quod duxerat, ibi; *Gratias ago Deo &c.* Circa primum considerandum est, quòd verbum præmissum poterat male intelligi ab aliquibus, vt scilicet fideles Christi nõ sint sub lege, quantũ ad debitum obseruandi præcepta moralia, ex quo sequeretur quòd fidelibus Christi licitum esset peccare, scilicet contra præcepta moralia faciendo. Et ideo sub hoc sensu quæstionem mouet, dicens; *Quid ergo dicemus?* Nunquid peccabimus, scilicet contra præcepta moralia legis faciendo, quoniam dictum est quòd non sumus sub lege, sed sub gratia? Et hunc sensum Apostolus improbat ad Gal. 5. dicens. Vos in libertatẽ vocati estis fratres mei, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Et ideo hic etiam respondens, subdit; *Absit*, scilicet, vt peccemus, quia sumus a lege liberati: quia si peccaremus, se queretur hoc inconueniens, quòd iterum redigeremur in seruitutem peccati. Et hoc est, quod dicit; *An nescitis, quoniam cui vos exhibetis propria voluntate seruos ad obedendum*, spontaneæ serui estis, cui obedistis. Obedire enim debitum est, quod serui dominis debent. Ephes. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Vnde cum aliquis obedit alicui, se seruum profitetur eius, obediẽdo:

Peccatum. n. vobis non dominabitur. Nõ. n. sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniã non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediẽdum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, ꝙ fuistis serui peccati: obedistis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

Diuerso tamen stipendio, diuersis dominis obeditur. Qui. n. obedit peccato, per seruitutem peccati ducitur in mortem. Et hoc est quod dicit; *Siue peccati*, scilicet serui estis ei obediendo. Et hoc in mortem, id est æternam damnationem præcipitandi: de qua dicitur Apoc. 2. In his mors secunda non habet locũ. Qui vero obedit Deo, efficitur huius obedientiæ seruus: quia per assuetudinem obediendi, mẽs eius magis ac magis ad obediendum inclinatur, & ex hoc iustitiam perficit. Et hoc est quod dicit; *Siue obeditionis*, scilicet diuinorum præceptorũ, serui estis ad iustitiã implẽdam, ſm illud supra. 2. Factores legis iustificabuntur. Et satis conueniẽter obeditionem peccato opponit, eo quòd sicut Ambr. dicit, Peccatum est transgressio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum. Deinde cum dicit; *Gratias autem Deo*. ostendit hoc esse inconueniens, scilicet quòd obediendo peccato, iterum reducamur in seruitutem peccati. Primo quidem ratione accepta ex beneficio, quod consecuti sumus. Si enim aliquis per gratiam alicuius, a seruitute liberatur, inconueniens est quòd spontaneũ subiiciat seruituti: vnde cum nos per gratiam Dei simus liberati a peccato, inconueniens est, quòd iterum nos sponte retrudamus in seruitutem peccati. Secundo ex conditione in quam ducti sumus post libertatem peccati, vt scilicet simus serui institiæ. Non licet autem seruo alicuius, se contrarii domini seruituti subiicere: vnde nobis non licet ex quo sumus facti serui iustitiæ, iterum redire ad seruitutem peccati. Vtranque rationem Apostolus simul tangit, dicens; *Gratias ago Deo*: sic & vos gratias agere debetis, quòd *Cum essetis serui peccati*: quia Qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Obedistis scilicet credendo supra 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Et hoc non coacti, sed ex corde. infra. 10. Corde creditur ad iustitiam; *In eam formam doctrinae*, id est in doctrinam catholicæ fidei. 2. Tim. 1. Formam habens sanorum verborum quę a me audistis; *In quam traditi estis*, id est cui vos totaliter subdidistis. 2. Cor. 8. Semetipsos dederunt primum Deo; deinde nobis per voluntatem Dei. Et per hoc liberati estis a peccato, & ita non conuenit quòd in seruitutem peccati redeatis. Et serui facti estis iustitiæ, & ita nõ conuenit quòd iustitiam deseratis. 1. Corinthio. 7. Pretio empti estis, & non estis vestri.

LECTIO IIII.

Vmanvm dico ꝓpter infirmitatẽ carnis vestræ. Sicut em̃ exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum. n. serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ ergo fructum habuistis tũc in illis, in qbus nũc erubescitis?

Postqvam Apostolus ostendit ratione accepta ex beneficio diuino, quòd non est nobis in peccato permanendũ, sed Deo seruiendum, hic ostendit idem, ratione accepta ex prioris vitæ consuetudine. Et circa hoc tria facit. Primo proponit suppositi documenti conditionem, quod subdit. Secundo ponit documenti expressionem, ibi; *Sicut enim exibuistis &c.* Tertio documenti rationem assignat, ibi; *Cum enim serui, &c.* Dicit ergo primo, Monui, quòd exhibeatis vos Deo. Adhuc dico vobis quoddam humanum, *id est* congruens imbecillitati humanæ. Sic enim quandoque *homo* accipitur in scriptura, prout scilicet significat conditionem infirmitatis humanæ. Sap. 9. Homo infirmus & exigui temporis & minor ad intellectum iudicii & legũ. 1. Corin. 3. Cum sit inter vos zelus & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Causam autem assignat, subdens, Propter infirmitatem, Perfectis enim, sunt perfectiora præcepta tradenda. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Heb. 5. Perfectorũ est solidus cibus. Infirmioribus sunt danda leuiora præcepta. 1. Cor. 3. Tãquam paruulis in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Hebr. 5. Facti estis quibus lac opus est. Hæc autem infirmitas non ex spiritu, sed ex carne venit, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt dicitur Sapien. 9. Et ideo subditur *Carnis vestrae*. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Deinde cũ dicit; *Sicut enim exibuistis &c.* ponit documentum quod dicit esse humanum, in quo docet corpus, esse ęqualiter exibendum ad seruiendum iustitię, secundum quòd nos exhibuimus ipsum ad seruiendum peccato. Et hoc est quòd dicit, Sicut enim exibuistis membra vestra seruire, scilicet per executionem mali operis, immunditiæ & iniquitati corde conceptæ, vt immunditia referatur ad peccata carnalia. Ephes. 5. Omnis fornicatio aut immunditia

munditia nec nominetur in vobis, &c. Iniquitas autem refertur ad peccata spiritualia, & præcipue quibus læditur proximus. Psalm. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quibus in corde conceptis, membra seruiunt ad iniquitatem, scilicet opere exequendam. Et ponit iniquitatem hic pro immunditia & iniquitate, secundum, quòd omne peccatũ est iniquitas, infra. 13. Et hoc inquantũ discordat ab æquitate legis diuinæ; *Ita nunc*, scilicet liberati a peccato; *Exhibete membra vestra*, scilicet per executionem bonorum operum; *Seruire iustitiae*, in lege diuina nobis propositæ: & hoc; *In sanctificationem*, id est in executionẽ & augmentum sanctitatis. Apoc. vlti. Sanctus sanctificetur adhuc. Dicit autem hoc esse humanum, quia secundum rectum iudicium exigeretur: vt homo multo plus seruiret iustitiæ, quàm ante seruierit peccato. Bar. 4. Sicut fuit sensus vester, vt. erraretis a Deo decies tantum, iterum conuertentes requiretis eum. Huius documenti rationem consequenter assignat, dicens; *Cum enim serui &c.* Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationem prædictorum. Secundo probat quod supposuerat, ibi; *Stipendia peccati mors &c.* Ostendit autem rationem præmissorum, præferendo statum gratiæ statui culpæ. Si enim plura nobis bona ex iustitia proueniunt quàm ex culpa, magis debemus insistere ad seruiendum iustitiæ, quàm studuerimus ad seruiendum peccato. Primo ergo ponit conditionem status peccati. Secundo conditionem status iustitiæ, ibi; *Nunc vero liberati &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit conditionem peccati. Secundo effectum peccati, ibi; *Quem ergo fructum &c.* Tertio finem, ibi; *Nam finis illorum &c.* Circa primum considerandum est, quòd homo naturaliter est liberi arbitrii, propter rationem & voluntatem, quæ cogi non potest, inclinari tamen ab aliquibus potest. Semper ergo homo, quantum ad arbitrium rationis, remanet liber a coactione, non tamen est liber ab inclinatione. Quandoque enim liberum arbitrium inclinatur ad bonum per habitum gratiæ vel iustitiæ: & tunc habet seruitutem iustitiæ, & est liber a peccato. Quandoque autem arbitrium inclinatur ad malum per habitum peccati: & tunc habet seruitutem peccati, & libertatem iustitiæ. Seruitutem quidem peccati, qua trahitur ad consentiendum peccato, contra iudicium rationis. Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et quantum ad hoc, dicit; *Cum enim serui essetis peccati*. Libertatem vero a iustitia, quantum ad hoc, quòd homo absque freno iustitiæ præcipitat se in peccatum. Et quantum ad hoc, dicit; *Liberi fuistis iustitiae*. Quod præcipue contingit his qui ex certo proposito peccant. Nam illi qui ex infirmitate vel passione peccant, aliquo freno iustitiæ retinentur, vt non videantur a iustitia omnino liberi. Hie. 2. A seculo fregisti iugum, rupisti vincula, dixisti non seruiam. Iob. 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagari, liberum se putat. Sciendum est tamen, ꝙ iste status habet veram seruitutem, libertatem autem non verã, sed apparentem. Cum enim homo sit, id quod est secundum rationem, tunc homo vere est seruus, quando ab aliquo extraneo abducitur ab eo quod est rationis. Sed quòd aliquis freno rationis non cohibeatur a sequela concupiscentiæ, est libertas quantum ad opinionem illius, qui summum bonum putat concupitasequi. Deinde cum dicit; *Quem ergo fructum, &c.* Ostendit effectum peccati. Et vnum quidem effectum excludit, scilicet effectum fructuosum, cũ dicit; *Quem ergo fructum*, scilicet cum peccabatis in illis, scilicet peccatis. Sunt enim infructuosa peccati opera, quia non adiuuant hominem ad beatitudinem consequendam. Esa. 59. Opera eorum, opera inutilia. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Astruit autem effectum confusibilem, dicens; *In quibus*, scilicet peccatis, id. est de quibus; *Nunc*, scilicet in statu pœnitentiæ; *Erubescitis*, propter eorum turpitudinem. Hie. 31. Post quam ostendisti mihi, percussi femur meum confusione, & erubui. Esa. 1. Erubescitis super hortis, scilicet voluptatis, quos elegeratis. Deinde cum dicit; *Nam finis &c.* Ponit finem peccati, dicens, Nam finis illorum, scilicet peccatorum, mors est. Quæ quidem & si non sit finis operantis peccatum, quia peccãdo non intendit mortem incurrere, est tamen finis ipsorum peccatorum, quia de se nata sunt, mortem nducere & temporalem: quia cum anima a se Deum separat, dignum est, vt ab ea corpus suum separetur: & æternam, quia cum aliquis ad tempus vult separari a Deo, propter concupiscentiam peccati, dignum est vt ab eo æternaliter separetur, quod est mors æterna: supra. 1. Qui

Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

talia agunt, digni sunt morte. Deinde cum dicit; *Nunc vero &c.* Ostendit qualitatem status iustitiæ. Et primo ponit cõditionem status iustitiæ. Secundo effectum, ibi; *Habetis fructum vestrum &c.* Tertio ponit finem, ibi; *Finem vero &c.* Circa primum considerandum est, quòd sicut quandiu aliquis a peccato inclinat ad malum, est liber a iustitia: ita cum aliquis ex habitu iustitiæ & gratiæ inclinatur ad bonum, est liber a peccato, vt scilicet ab eo non superetur vsque ad cõsensum. Vnde dicit, Nunc vero scilicet in statu iustitiæ, liberati a peccato. Io. 8. Si filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis. Similiter econtra, sicut in statu peccati est aliquis seruus peccati, cui obedit: ita in statu iustitiæ est aliquis seruus Dei voluntarie obediens, secundum illud Psal. 99. Seruite domino in lætitia. Et hoc est, quòd subdit; *Serui autem facti Deo*. Psal. 115. O domine, quia ego seruus tuus &c. Hæc autem vera est libertas & optima seruitus: quia per iustitiam homo inclinatur ad id, quod cõuenit ipsi, quod est proprium hominis: & auertitur ab eo, quod conuenit concupiscentiæ, quod est maxime bestiale. Deinde cum dicit; *Habetis fructum &c.* Ponit effectum iustitiæ, dicens, Habetis fructum vestrum in sanctificatione, id est ipsa sanctificatio, hoc est, executio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, inquantum scilicet hoc, spiritualiter & sanctæ vos delectat. Eccl. 9. Flores mei fructus honoris & honestatis, &c. Gala. 5. Fructus spiritus est gaudium, pax &c. Consequenter ponit finem, dicens; *Finem vero habetis, vitam aeternam*. Quæ quidem est finis ipsorum iustorum, qui propter vitam æternam habendam, omnia operantur. Matth. 6. Primum quærite regnũ Dei &c. Et etiam ipsorum operum quæ cum ex obedientia Dei fiant, & ad Dei imitationem, vitam æternam merentur. Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & vitam æternam do eis. Deinde cum dicit; *Stipendia enim peccati &c.* Manifestat quod dixerat de finibus malorum & bonorum. Et primo quantum ad mala, dicit, Dictum est quòd finis peccatorum est mors: Stipendia enim peccati, mors. Dicuntur autem stipendia, mercedes militum, a stipe pendenda, id est ponderanda: quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccatores peccato militant, membra sua exhibentes arma peccato, vt supra dictum est, mors dicitur esse stipendium peccati, id est retributio quam retribuit sibi seruientibus. Et ex hoc manifestum est, quòd mors sit finis peccatorum, non quem peccantes quærunt, sed qui eis retribuitur. Psal. 10. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Quantum vero ad bona, dicit; *Gratia Dei vita aeterna*. Quia enim dixerat iustos homines habere vitam æternam, quam certum est non posse haberi, nisi per gratiam: ideo hoc ipsum quòd bona operamur, & quòd opus nostrum est dignum vita æterna, est a gratia Dei. Vnde & in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit dominus. Sic igitur opera nostra, si cõsiderentur in sui natura, & secundum quòd procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno vitam æternam, sed solum secundum, quòd procedunt ex gratia spiritussancti. Vnde dicitur Ioan. 4. Quòd fiet in eo fons aquę salientis, in vitã æternã. Et hoc fit in Christo Iesu dño nostro, id est per Christum, vel inquantum in ipso sumus per fidem & charitatem. Ioan. 6. Omnis qui videt filium, & credit in eum: habet vitam æternam.

CAP. VII. LEC. I.

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor quia lex in homine dominatur quãto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata

LECTIO PRIMA.

Postqvam Apostolus ostendit ꝙ per gratiã Christi liberamur a peccato, hic ostendit, quòd per eandem gratiam Christi liberamur a seruitute legis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit propositum. Secundo excludit obiectionem, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd per gratiam Christi liberamur a seruitute legis. Secundo ostendit vtilitatem huius liberationis, ibi; *Vt fructificemus Deo, &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit documentum, ex quo arguitur ad propositum ostendendum. Secundo manifestat ipsum, ibi; *Nam quae sub viro est &c.* Tertio concludit, ibi; *Itaque fratres mei &c.* Documentum autem ponit eis quasi notum. Vnde dicit, An ignoratis fratres, quasi diceret, Hoc ignorare non debetis. 1. Corinth. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Et causam quare non debent ignorare, ostendit, subdens; *Scientibus enim legem loquor*. Sed cum Romani, Gentiles

Gentiles essent, & legem Moysi ignorarent, videtur eis non competere quod hic dicitur. Et ideo quidam exposuerunt hoc de lege naturali, quæ Gentibus non erat incognita, secundũ illud supra.2.Cum Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, &c. Vnde & subditur; *Quia lex in homine dominatur*, scilicet naturalis; *Quanto tempore*, scilicet viuit lex in homine. Quæ quidem viuit, quandiu ratio naturaliter efficaciter in homine viget. Moritur autem lex naturalis in homine, quandiu ratio naturalis passionibus succumbit. Esa. 24. Dissipauerunt fœdus sempiternum, scilicet legis naturalis. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem Apostoli, qui absolute & indeterminate de lege loquens, semper loquitur de lege Moysi. Et ideo dicendum est, quòd Romani fideles non erant solum Gentes, sed inter eos erant multi Iudæi. Vnde habetur. Act.18. Paulus Corinthi inuenit quendam Iudæum, nomine Aquilam, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma. Lex ergo hoc modo dominatur in homine, quanto tempore viuit. s. homo. Data est enim lex ad dirigendum homines in via huius vitæ, secundum Psal.24. Legem statuit ei in via quam elegit. Ideo legis obligatio morte soluitur. Deinde cum dicit; *Nam quæ sub viro &c.* Manifestat quod dixerat per exemplum in lege matrimonii. Et primo ponit exemplum. Secundo manifestat per signum, ibi; *Ergo viuente, &c.* Circa primum duo facit. Primo in exemplo ponit quomodo obligatio legis durat, vita durante, dicens; *Nam mulier, quæ sub viro*, id est sub viri potestate est, ex lege diuina, qua dictum est Gen. 3. Sub viri potestate eris; *Alligata est legi*, scilicet qua tenetur conuiuere viro, secundum illud Matth.19. Quos Deus coniunxit, homo nõ separet. Et hæc quidem inseparabilitas matrimonii, præcipue causatur, inquantum est sacramentum coniunctionis indissolubilis Christi & ecclesiæ, vel verbi & humanæ naturæ in persona Christi. Ephe.5. Sacramentum hoc magnum est, in Christo & Ecclesia &c. Secundo ibi; *Si autem mortuus &c.* Manifestat in exemplo, quomodo obligatio legis soluitur post mortem, dicẽs; *Si autem vir*, scilicet mulieris; *Fuerit mortuus*, mulier post mortem viri; *Soluta est a lege* mariti, id est a lege matrimonii, qua obligabatur viro. Cum enim vt Aug. †ait lib.de nuptiis & cõcupiscentia. nuptiæ sint bona mortalium, non se extendit obligatio nuptiarum post vitam mortalem. Et propter hoc in resurrectione, quando erit vita immortalis, neque nubent neque nubentur, vt dicit Matth.22. Ex quo patet, ꝙ si aliquis moriatur, & resurgat, sicut in Lazaro accidit, non erit vxor, quæ fuerat, nisi de nouo cum ipso contrahat. Sed contra hoc inducitur quod habetur. Heb.11. Acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos. Sed sciendum est, quòd mulieres non receperunt maritos suos; sed filios suos: sicut mulier quædam per Heliam, vt habetur. 3. Reg.17. Et alia per Helisæum, vt habetur.4.Reg.4. Aliter autẽ se habet in sacramẽtis quæ imprimunt characterem, qui est quædam consecratio animæ immortalis. Omnis autem consecratio manet, quandiu manet res consecrata: sicut patet in consecratione ecclesiæ vel altaris. Et ideo si baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus moriatur & resurgat, non debet iterum eadem sacramenta accipere. Deinde cum dicit; *Ergo viuente &c.* Manifestat quod dixerat, per signum. Et primo quantum ad obligationem matrimonii, quæ durat in muliere, viuente viro, cuius signum est, quòd vocatur adultera si fuerit cum alio viro, scilicet ei carnaliter commista, viuente viro. Hie.3. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid non polluta & contaminata est mulier illa? Secundo, ibi; *Si autem mortuus &c.* Inducit signum quantum ad hoc, quòd obligatio legis matrimonii soluitur per mortem, dicens, quòd si vir eius, scilicet mulieris mortuus fuerit, liberata est mulier a lege viri, qua obligatur viro, vt non sit adultera si fuerit cum alio carnaliter ei commista, præsertim si ei matrimonialiter coniungatur. 1.Corint.7. Si dormierit vir eius, scilicet mulieris liberata est: cui vult, nubat. Ex quo patet, quòd secundæ nuptiæ, vel tertiæ, vel quartæ, sunt secundum se licitæ, & non solum per dispensationem, vt videtur dicere Chrysost. qui super Matth. dicit, quòd sicut Moyses permisit libellum repudii, ita Apostolus

lib.1.c.18.

F permisit secundas nuptias. Nulla est enim ratio, si lex matrimonialis soluitur per mortem, quare non liceat coniugi remanenti ad secunda vota transire. Quod autem Apostolus dicit. 1. Tim.3. Quod oportet Episcopum esse vnius vxoris virum. non hoc dicitur, quia secundæ nuptiæ sint illlcitæ: sed propter defectũ sacramẽti, qa nõ esset vnus vni⁹, sicut Christ⁹ est spõsus vnius ecclesiæ.

Deinde cum dicit; *Itaq; fratres mei &c.* Concludit principale propositum, dicens; *Itaque &c.* id est per hoc, quòd estis facti membra corporis Christi, simul cum eo mortui & sepulti, vt supra est habitum, mortificati estis legi, id est quantum ad hoc ꝙ cessat in vobis obligatio legis, ita scilicet; *Vt iam sitis alterius*, scilicet Christi, eius legi subiecti; *Qui ex mortuis resurrexit*, in quo & vos resurgentes nouam vitam assumpsistis. Et ita non lege prioris vitæ, sed lege nouæ vitæ tenemini obligati. Videtur autem esse dissimilitudo, quantum ad hoc, quòd in præcedenti exemplo vir moriebatur, & remanebat mulier absque obligatione legis. Hic autem ille qui soluitur ab obligatione, dicitur mori, sed si recte consideremus vtrunque, est eiusdem rationis, quia cum matrimonium sit inter duos, sicut quædam relatio, nõ refert quicunque eorum moriatur ad hoc, quòd tollatur lex matrimonii: vtrumlibet enim contingat, manifestum est, quòd per mortem, qua commorimur Christo, cessat obligatio veteris legis. Deinde cum dicit; *Vt fructificemus*, ostendit vtilitatem prædictæ liberationis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit vtilitatem, dicens, Vt fructificemus Deo, Per hoc enim, quòd sumus facti membra Christi, in Christo manentes, possumus fructum boni operis facere ad honorem Dei. Ioã. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum &c. Secundo ibi; *Cum enim essemus*, ostendit quòd iste fructus impediebatur, quando eramus sub seruitute legis, dicens, Cum essemus in carne, id est subditi concupiscentiis carnis. infra.8. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Passiones autem & affectiones peccatorum, quæ quidem erant per legem vel notificatæ vel augmentatæ occasionaliter, vt supra patuit; *Operabantur in membris nostris*, id est mouebant membra nostra. Iaco.4. Vnde bella & lites, nonne ex concupiscentiis? Et hoc; *Vt fructificarent morti*, id est vt fructum facerent mortis. Iaco.1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Tertio ibi; *Nunc autem soluti*, ostendit, ꝙ prædicta vtilitas acquiritur ab his qui sunt liberati a seruitute legis, dicens, Nũc autem soluti sumus per gratiam Christi, a lege mortis, id est a seruitute legis Moysi, quæ dicitur lex mortis. Vel qa corporaliter occidebat absq; misericordia. Heb.10. Irritam quis faciens legis Moysi, &c. Vel potius dicitur lex mortis, quia spiritualiter occidebat per occasionem, secundum illud. 2. Cor.3. Litera occidit, &c. In qua lege nos tenebamur, quasi serui sub lege. Gal.3. Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur. Ita scilicet sumus soluti; *Vt seruiamus in nouitate spiritus*; in spiritu renouati per gratiam Christi. Eze.36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri; *Non in vetustate literæ*, id est, non secundum veterem legem. Vel non in vetustate peccati, quam litera legis auferre non potuit. Psal.6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.

erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

LECTIO II.

G VID ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatũ non cognoui, nisi

H

I

LECTIO SECVNDA.

K POSTQVAM Apostolus ostendit, ꝙ per gratiam Christi liberamur a seruitute legis, & ꝙ ista liberatio est vtilis, hic respondet cuidam obiectioni, quæ ex præmissis occasionem habet, per quam vr, ꝙ lex vetus non sit bona. Et circa hoc duo facit. Primo soluit obiectionem, per quam videtur legem nõ esse bonam. Secũdo ostendit legem esse bonam, ibi; *Scimus enim &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit obiectionem quantum ad ipsam legem. Secundo soluit, ibi; *Itaque lex quidem sancta, &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, ꝙ passiones peccatorum erant per legem, & ꝙ est lex mortis, quid ergo dicemus ex his sequi? Nũquid dicemus, ꝙ lex est peccatum? Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ lex peccatum doceat, sicut dicitur Hie.10. Leges populorum vanæ sunt: quia. s. vanitatem docent. Alio modo, vt lex dicatur peccatũ, quia ille qui legem dedit, peccauerit, talem legem ferendo: & hæc duo inuicem se consequuntur:

consequuntur: quia si lex peccatum docet, legislator legem ferendo peccat. Isa.10. Væ qui condunt leges iniquas. Videtur autem quòd lex peccatum doceat, si passiones peccatorũ sunt per legem, & si lex ducit ad mortem. Deinde cum dicit; *Absit.* Soluit prædictam obiectionem. Circa quod sciendum est, quòd si lex per se & directe causaret passiones peccatorum, vel mortem, sequeretur quòd lex esset peccatum altero modorũ dictorum, nõ autem si lex est occasio passionũ peccati & mortis. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostẽdit quid lex per se facit. Secundo ostẽdit quid ex ea occasionaliter sequatur, ibi; *Occasione autem accepta &c.* Circa primum tria facit. Primo respondet ad quæstionem, dicens; *Absit*, scilicet, quòd lex sit peccatum. Neque enim ipsa docet peccatum, secundum illud Psal. 18. Lex domini immaculata: neque legislator peccauit, quasi iniustam legem ferens, secundum illud Prou.8. Per me reges regnant &c. Secũdo, ibi; *Sed peccatum &c.* Ponit id quod per se pertinet ad legem, scilicet notificare peccatum, & non auferre. Et hoc est, qd dicit; *Sed peccatum non cognoui, nisi per legem*, supra 3. Per legem enim Dei cognitio peccati. Et si quidem hoc intelligitur de lege naturali, manifestum est quod dicitur, quia per legem naturalem homo diiudicat inter bonum & malum. Eccle.17. Sensu impleuit corda illorum, & bona & mala ostendit. Sed Apostol. hic vt loqui de lege veteri, quam significauit supra, dicens; *Non in vetustate literæ.* Dicendum est ergo, ꝙ sine lege poterat quidem peccatum cognosci, secundum ꝙ habet rationem inhonesti. i. cõtra rationem existens: non autem ꝓ ꝙ importat offensam diuinam, quia per legem diuinitus datam manifestatur homini, ꝙ Deo displicent peccata humana in hoc, quòd ea prohibet, & mãdat puniri. Tertio ibi; *Nam concupiscentiam &c.* Probat quod dixerat, dicens, Nam concupiscentiam nesciebam; *nisi lex diceret, Non concupisces.* Circa quod considerandum est, quòd hoc quod dixerat, Peccatum non cognosci, nisi per legem: posset aliquis referre ad ipsum actum peccati, quem lex in notitiam hominis ducit dum prohibet: & hoc quidem verum est quantũ ad aliqua peccata. Dicitur enim Leuit. 18. Mulier non succumbet iumento. Sed quòd hic non sit intellectus Apostoli, patet ex his quæ hic dicuntur. Nullus enim est qui ipsum actum concupiscentiæ ignoret, cum omnes ipsum experiantur. Est ergo intelligendum, sicut supra diximus, quòd peccatum non cognoscitur, nisi per legem, quantum ad reatum pœnæ, & offensam Dei. Ideo autem hoc probat per concupiscentiam: quia concupiscentia praua communiter se habet ad omnia peccata. Vnde glossa dicit, & Aug. Hic elegit Apostolo. quod est generale peccatũ. s. concupiscentiam. Bona est ergo lex, quæ dum concupiscentias prohibet, omnia mala prohibet. Potest autem intelligi, quòd concupiscentia sit generale peccatum, secundum quod sumitur ꝓ concupiscentia rei illicitæ, quæ est de essentia cuiuslibet peccati. Non autem sic appellauit Aug. concupiscentiam, generale peccatum: sed quia est radix & causa omnis peccati aliqua concupiscentia specialis. Vnde & glossa dicit, ꝙ concupiscentia est generale peccatum, vnde omnia mala veniunt. Inducit enim Apostolus præceptum legis, quod habetur Exod.20. Vbi specialiter prohibetur, Non concupisces rem proximi tui. quæ est concupiscentia auaritiæ: de qua loquitur. 1. Tim.6. Radix omnium malorum est cupiditas. Et hoc ideo, quia pecuniæ obediunt omnia: vt dicitur Eccl. 10. Et ideo concupiscentia, de qua hic loquitur, est generale malum, non communitate generis vel speciei, sed cõmunitate causalitatis. Nec est contrarium quod habetur Eccle. 10. Initium omnis peccati, superbia. Nam superbia est initium peccati ex parte auersionis. Cupiditas autem est principium peccatorum ex parte conuersionis ad bonum commutabile. Potest autem dici, quòd Apostol. specialiter assumit concupiscentiam ad propositi manifestationem: quia vult ostendere, quòd sine lege peccatum non cognoscebatur, inquantum scilicet pertinet ad offensam Dei: & hoc maxime patet in hoc, quòd lex Dei ꝓhibet concupiscentiam, quæ ab homine non prohibetur. Nam solus Deus hominem reum reputat propter cõcupiscentiam cordis, secundum illud. 1. Reg. 16. Homines vident quæ parent, Deus autem intuetur cor. Ideo autem lex Dei potius prohibuit concupiscentiam rei alienæ, quæ furto auertur, & vxoris alienæ, quæ per adulterium violatur, quàm concupiscentiam alio-

per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscẽtiam. Sine lege enim peccatũ mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat

A rum peccatorum: quia ista peccata etiam in ipsa concupiscentia habent quandam delectationem, quod non contingit de aliis peccatis. Deinde cum dicit; *Occasione autem &c.* Ostendit quid ex lege occasionaliter consequatur. Et primo ꝓponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; *Sine lege &c.* Dicit ergo primo, ꝙ peccatum occasione accepta per mandatum, scilicet legis prohibentis peccatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Per peccatum autem potest hic intelligi diabolus secundum emphaticam locutionem, quia ipse est peccati initium. Et secundum hoc in homine operatur omnem concupiscentiam peccati. 1. Ioan.3. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Sed quia Apost. hic de diabolo mentionem non fecerat, potest dici, quòd peccatum actuale quodcunque, prout est cogitatione apprehensum, operatur in homine sui concupiscentiam. secundum illud Ia. 1. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua: deinde concupiscentia parit peccatum. Sed melius est, quòd hoc referamus ad peccatum, quod supra dixerat cap. quinto, per vnum hominẽ in hunc mundum ingressum, scilicet ad peccatum originale, quod scilicet ante gratiam Christi est in homine secundum culpam & pœnam sed veniente gratia transit reatu, & remanet actu quantum ad fomitem peccati, vel concupiscentiam habitualem, quæ operatur in homine omnem concupiscentiã actualem. Siue hoc referatur ad concupiscentias diuersorum peccatorum: alia enim est concupiscentia furti, alia adulterii, & sic de aliis. Siue referatur ad diuersos concupiscentiæ gradus, put consistit in cogitatione, delectatione, consensu, & opere. Sed ad hũc effectum in homine operãdum, peccatum accipit occasionem ex lege. Et hoc est quod dicit. Occasione accepta. Vel quia aduenientẽ mandato additur ratio præuaricationis: quia vbi non est lex, nec præuaricatio, vt supra.4. dictum est: vel quia crescit desiderium peccati prohibiti, rationibus supra positis. Et est notandum, quòd non dicit, quòd lex dederit occasionem peccandi; sed quia ipsum peccatum occasionẽ acceperit ex lege. Ille enim qui dat occasionem, scandalizat, & per consequens peccat: quod quidem fit, quando aliquis facit aliquod opus minus rectum, vnde proximus offenditur, aut scandalizatur; puta si quis loca inhonesta frequentaret, licet non mala intentione. Vnde dicitur infra.14. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus, vel scandalum. Sed si quis rectum opus faciat, puta si det eleemosynam, & alius inde scandalizatur, ipse non dat occasionem scandalizandi, vnde nec scandalizat, nec peccat, sed alius accipit occasionẽ qui scandalizatur, & ille peccat. Sic igit lex rectũ aliq̃d fecit, qa peccatũ ꝓhibuit, vnde occasionẽ non dedit peccãdi: sed homo occasionẽ ex lege accipit, & ꝓ hoc sequitur, quòd lex non sit peccatum, sed magis ꝙ peccatum sit ex parte hominis. Sic igitur intelligendum est, quòd passiones peccatorum quæ pertinent ad concupiscentiam peccati, nõ sunt per legem, quasi lex illas operetur, sed peccatum illas operatur accepta occasione ex lege. Et eadem ratione dicitur lex mortis: non quia lex mortem operetur, sed quia peccatum mortem operatur occasione accepta ex lege. Potest autem eodem sensu litera aliter ordinari, vt dicatur quòd peccatum operatum est per mandatum legis omnem concupiscentiam, & hoc occasione accepta ab ipso mandato. sed prima expositio simplicior & melior est. Deinde cum dicit; *Sine lege enim*, manifestat quod dixerat, & hoc per experientiam effectus. Et primo proponit effectum. Secundo resumit causam, ibi; *Nam peccatum &c.* Circa primum tria facit. Primo describit statum ante legem. Secundo statum sub lege, ibi; *Sed cum venisset &c.* Tertio ex comparatione vtriusque status concludit euentum legis, ibi; *Et inuentum est mihi &c.* Dicit ergo primo quòd; *Peccatum occasione accepta per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam*, quòd ex hoc apparet. Sine lege enim peccatum erat mortuum, non quidem sic quòd peccatum non esset, quia per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit ante legem: vt supra 5. dictum est. Sed intelligitur quòd erat mortuum vel quantum ad cognitionem hominis, qui quædam lege prohibita nesciebat esse peccata, puta concupiscentiam: vel quia erat mortuum quantũ ad efficaciam moriendi, per comparationem ad id, quod postea fuit: non. n. habebat tantam virtutem inducendi hominem ad mortem,

ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatũ occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, mãdatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

B

De verb. Apost. ser. 4.

C

D

E

mortem, quantam postea habuit occasione accepta sub lege. Habetur enim quasi mortuum, quod est debilitatum virtute. Col. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Talis ergo erat status ante legem, quantum ad peccatum. Sed qualis esset quantum ad hominem ostendit, subdens; *Ego autem viuebam sine lege aliquãdo.* Quod etiam dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad id quod homini videbaẽ ex seipso, ꝙ viueret, dũ ignorabat peccatum esse id, per quod mortuus erat. Apoc. 3. Nomẽ habes quòd viuas, sed mortuus es. Vel hoc dr̃ per comparationẽ ad mortem, quæ consecuta est occasione legis. Dicuntur.n. minus peccantes viuere, in comparatione ad eos qui magis peccant.

Deinde cum dicit; *Sed cum venisset &c.* Describit statum sub lege. Et primo quantum ad peccatum, cũ dicit; *Sed cum venisset mandatum.* Data.s. lege; *Reuixit peccatum.* Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quantum ad cognitionem hominis, qui incepit cognoscere peccatum in se esse, quod prius non cognouerat. Hie. 31. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, cõfusus sum & erubui. Et signanter dixit; *Reuixit*, quia in paradiso plenam notitiam homo habuerat de peccato, licet non habuerit per experientiam. Vel; *Reuixit*, quantum ad virtutem, qa data lege, occasionaliter augmẽtata est virtus peccati. 1. Co. 15. Virtus peccati, lex. Secundo, quantum ad ipsum hominem, cum dicit; *Ego autem mortuus sum.* Quod etiam dupliciter põt intelligi. Vno modo ſm cognitionem, vt sit sensus; *Mortuus sum*.i. cognoui me mortuum. Alio modo per comparationem ad statum priorem, vt sit sensus; *Mortuus sum*.i. magis morti obligatus sum, quàm ante. Vnde aliqualiter verum est, quod dictum est Moysi & Aaron. Nu. 16. Vos interfecestis populum dñi. Deinde cũ dicit; *Et inuentum &c.* Concludit ex comparatione vtriusque status euentum legis, dicens; *Et inuentum est*, ſm prædicta; *Mandatum quod erat ad vitam.* Primo quidem, ſm intentionem dantis legem. Secundo, quantum ad ipsam mandati honestatem, & deuotionẽ obediẽtis. Eze. 20. Dedi eis ꝑcepta nõ bona & iudicia, quæ faciẽs homo, viuet in eis; *Hoc est mihi ad mortem*, occasionaliter.s. per peccatum quod in homine erat. Iob 20. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus &c. Deinde cũ dicit; *Nam peccatum &c.* Resumit causam, quasi manifestans ꝑ euentum præmissum, dicens, hoc ideo contingit.s. ꝙ peccatum præmissum quod erat ad vitam, inueniretur ad mortem esse. *Nã peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me*.s. per concupiscentiam, quam in me operatum est, vt dictum est Daniel. 13. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: & per illud.s. mandatum, occasionaliter peccatum me occidit. 2. Cor. 3. Litera occidit. Deinde cum dicit; *Itaque lex &c.* Concludit conclusionem intentam.s. ꝙ lex non solum non sit peccatũ, sed vlterius quòd sit bona, tãquam faciens cognoscere peccatum, & prohibens ipsum. Et primo concludit quantum ad totam legem, dicens. Sicut ex præmissis patet; *Lex quidem est sancta.* Psal. 18. Lex dñi immaculata. 1. Tim. 1. Scimus quia bona est lex. Secundo, quantum ad particulare legis mandatum, dicens; *Et mandatum* legis est sanctum, quantum ad præcepta cærimonialia, qbus homines ordinantur ad Dei cultum. Leuit. 20. Sancti estote, qa ego sanctus sum; *Et iustum*, quantum ad præcepta iudicialia, qbus homo debito modo ordinatur ad ꝓximum. Psal. 18. Iudicia dñi vera, iustificata &c. *Et bonum*, i. honestum, quãtum ad præcepta moralia. Psal. 118. Bonum mihi lex oris tui super milia &c. Quia tñ oĩa ista præcepta ordinant nos in Deum, ideo totã legẽ sanctã nominauit. Deinde cum dicit; *Quod ergo bonum est &c.* Mouet quæstionem quantum ad legis effectum. Et primo q̃stionem, dicens; *Quod ergo bonum est*.s. in se; *Factum est mihi mors*.i. ꝑ se causa mortis. Quod quidem aliquis poterat falso intelligere ex eo, quod supra dictum est: Inuentum est mihi mandatũ quod erat ad vitam, hoc esse ad mortẽ. Secundo soluit per interemptionem, dicens; *Absit.* Non põt id, quod est ſm se bonum & viuificum, esse causa mali & mortis, ſm illud Matt. 7. Non põt arbor bona fructus malos facere. Tertio, ibi; *Sed peccatum &c.* Cõcordat id quod nunc dr̃, cum eo quod supra dictum est. Non.n. mãdatum sic inuenitur esse ad mortem, ꝙ ipsum mortem operetur; sed quia occasione accepta ab ipso peccato, mortem operatur. Et hoc est quod dicit; *Sed peccatum, vt appareat peccatum*.i. ex hoc apparet esse peccatum per legis bonum.i. per mandatũ legis: qa ex hoc ipso bonum est, quod facit cognitionem peccati. Et hoc occasionaliter, inquantum manifestat peccatum. Non autem sic intelligitur peccatum per legem operatum esse mortem, quasi sine lege mors non fuisset (dictum est.n. supra, ꝙ regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, s. cum lex non esset) sed intelligitur ꝙ peccatum per legem operatur mortem, quia dãnatio mortis F est augmentata lege adueniente. Et hoc est qđ subditur, Ita dico ꝙ peccatum operatum est mortem per bonum; *Vt peccatum fiat peccans*.i. peccare faciens per mandatum legis occasionaliter. Et hoc supra modum quo antea peccabat, vel quia accessit reatus præuaricationis: vel quia creuit concupiscentia peccati, vt supra dictum est, ueniente prohibitione legis. Peccatum aũt hic intelligiẽ, sicut supra diximus, vel diabolus, vel potius fomes peccati.

LECTIO III.

SCIMVS enim quòd lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi qm̃ bona est. Nũc autẽ iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonũ non inuenio. Non.n. quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malũ, hoc ago. Si aũt quod nolo, illud fació, iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus exclusit illa, ex quibus lex videbatur esse mala & mali effectus, hîc ꝓbat legẽ esse bonam. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓbat bonitatem legis ex ipsa G repugnantia, q̃ in homine inuenitur ad bonum, quã lex tollere nõ põt. Secũdo, ostendit per quod hmõi legis repugnãtia tolli põt, ibi; *Infaelix &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ꝓbat ꝓpositum, ibi; *Quod enim operor &c.* Tertio infert conclusionẽ intentam, ibi; *Inuenio igitur &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit legis bonitatem. Secundo hominis cõditionẽ, ibi; *Ego autem &c.* Dicit ergo primo. Dictũ est, ꝙ lex est sancta. Et hoc dixi; *Scimus enim* nos qui sumꝰ in diuinis sapientes; *Quod lex*.s. vetus; *Spiritualis est*.s. spiritu homines concordans. Psal. Lex dñi immaculata. Vel spiritualis est.i. a Spiritu sancto data, qui digitus Dei dr̃ in scripturis. Luce. 11. Si in digito Dei eiicio dęmonia. vnde dr̃ Exo. 31. Dedit dñs Moysi duas tabulas lapideas, scriptas digito Dei. Lex tñ noua, non solum dr̃ lex spiritualis, sed lex spiritus, vt patet infra 8. Quia nõ solum a spiritu sancto est, sed spiritus sanctus eam imprimit cordi quod inhabitabat. Deinde cum dicit; *Ego autem carnalis sum &c.* H Ostendit conditionem hominis: & põt hoc verbũ dupliciter exponi. Vno quidem modo, vt Apost. loquatur in persona hominis in peccato existentis. Et ita hoc Aug. exponit in lib. Quæst. 66. 83. quæstionum. Postea vero in lib. contra Iulianũ exponit hoc, Li. 3. c. 16. vt Apost. intelligatur loqui in persona sua.i. hominis sub gratia constituti. Prosequamur ergo declarando qualiter hæc verba, & sequentia, diuersimode possunt vtroque modo exponi, quamuis secũda expositio melior sit. Quod ergo dr̃ primo; *Ego autem &c.* Sic intelligẽdum est, vt ly Ego, pro ratione hominis intelligaẽ, quæ est principale in homine: vnde vr̃ vnusquisque homo esse sua ratio, vel suus intellectus, sicut ciuitas vr̃ esse rector ciuitatis, ita vt quod ille facit, ciuitas facere videatur. Dr̃ autẽ homo carnalis, quia eius ratio carnalis est, quæ dr̃ carnalis dupliciter. Vno modo ex eo ꝙ subditur carni, consentiens his, ad quæ caro instigat, ſm illud 1. Cor. 3. Cum sit inter vos zelus & cõtentio, nonne carnales estis? &c. Et hoc modo intelligitur de homine nondum per gratiam reparato. Alio modo dr̃ ratio esse carnalis, I ex eo quòd a carne impugnatur, ſm illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et hoc modo intelligitur esse carnalis ratio, etiam hominis sub gratia constituti: vtraque enim carnalitas prouenit ex peccato. vnde subdit; *Venundatus sub peccato.*

Sed tñ notãdum, quòd carnalitas, quæ importat rebellionem carnis ad spiritum, prouenit ex peccato primi parentis: quia hoc pertinet ad fomitem, cuius corruptio ex illo peccato deriuatur. Carnalitas autem quæ importat subiectionem ad carnem, ꝓuenit non solum ex peccato originali, sed etiam actuali, per quod homo obediendo concupiscentiis carnis, seruum se carnis constituit: vnde subdit. Venundatus sub peccato.s. vel primi parẽtis, vel proprio. Et dicit. Venundatus, quia peccator seipsum vendit in seruum peccati, pretio propriẹ voluntatis implendæ. Esa. 50. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Deinde cum dicit; *Quod enim operor &c.* Ostendit quod proposuerat. Et primo, ꝙ lex sit spiritualis. Secundo, quòd homo sit carnalis, venundatus K sub peccato, ibi; *Nunc autem iam non ego &c.* Circa primũ duo facit. Primo proponit probationem. Secundo inducit conclusionem, ibi; *Si autem quod nolo &c.* Sumitur autem probatio ex hominis infirmitate, quam primo proponit. Secundo adducit ꝓbationem, ibi; *Non autem &c.* Infirmitas autem hominis est manifesta, & ex hoc quòd operatur id, quod intelligit non esse operandum: vnde dr̃; *Quod enim operor, non intelligo*.s. esse operãdum. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo de eo, qui est subiectus peccato, q quidẽ in vniuersali intelligit nõ esse operandum peccatum: tñ victus suggestione dæmonis, vel passione, vel inclinatione peruersi habitus, operatur illud. Et ideo dicitur operari quod intelligit non esse operandum, contra conscientiam faciens: sicut Luc. 12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, digne plagis vapulabit multis. Alio modo potest intelligi de eo, qui est in gratia cõstitutus, qui quidem operatur malum, non quidem exequendo in operẹ, vel cõsentiente

sentiente mente, sed solum concupiscendo secundum passionem sensibilis appetitus, & illa concupiscentia est præter rationem & intellectum, quia præuenit eius iudicium, quo adueniente, talis operatio impeditur. Et ideo signanter non dicit. Intelligo non esse faciendum, sed non intelligo: quia.s. intellectu nõdum deliberato, aut præcipiente, talis operatio cõcupiscentiæ insurgit. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Deinde cum dicit; *Non.n. quod volo &c.* Probat quod dixerat, & per diuisionem, & per effectum. Per diuisionem quidẽ eius, quòd dixit; *Quod enim operor &c.* Sub quo duo continentẽ.s. non agere bonum & agere malum: quia etiam ille qui nõ agit bonum, dr̃ operari peccatum, peccato omissionis. Ex parte autẽ eius quòd dixit; *Non intelligo*, probat per effectum, quia enim intellectus mouet voluntatem, velle est effectus eius quod est intelligere. Dicit ergo primo quantum ad omissionem boni; *Non enim ago hoc bonum*, quod volo agere. Quod quidem vno modo potest intelligi de homine sub peccato constituto: & sic, hoc ꝙ dicit; *Ago*, est accipiendum ſm actionem completam, quæ exterius opere exercetur per rationis consensum. Quòd autem dicit; *Volo*, est intelligendum, non quidem de voluntate completa, quæ est operis præceptiua, sed de voluntate quadam incõpleta, qua homines in vniuersali bonum volunt, sicut in vniuersali habent rectum iudicium de bono, tñ per habitũ vel passionem peruersam peruertitur hoc iudicium, & deprauatur talis voluntas in particulari, vt non agat quod in vniuersali intelligit agendum, & agere vellet. Secundum autem quòd intelligiẽ de homine per gratiam reparato, econuerso oportet intelligere per hoc quòd dicit; *Volo*, voluntate completa perdurante in electione particularis operationis, vt per hoc quòd dicit; *Ago*, intelligatur actio incompleta, quæ consistit tantum in appetitu sensitiuo, non perueniens vsq; ad rõnis consensum. Homo.n. sub gratia constitutus, vult quidem mentem suam a prauis concupiscentiis conseruare, sed hoc bonum non agit ꝑꝑ motus inordinatos concupiscentiæ, insurgentes in appetitu sensitiuo. Et simile est quod dicit Gal. 5. Vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Secundo quantum ad perpetrationem mali, subdit; *Sed quod odi malum, illud facio*: quod quidem si intelligatur de homine peccatore, per hoc ꝙ dicit, *Odi*, intelligatur quoddam odium imperfectum, ſm ꝙ omnis homo naturaliter odit malũ. Per hoc aũt ꝙ dicit; *Facio*, intelligatur actio perfecta per operis executionem ſm rõnis consensum. Nam illud odium mali in vniuersali, tollitur in particulari eligibili per inclinationem habitus, vel passionis. Si vero intelligitur de homine sub gratia constituto, per hoc quòd dicit; *Facio*, intelligitur econuerso actio imperfecta, quæ consistit in sola concupiscentia appetitus sensitiui. Per hoc quòd dicit, *Odio*, intelligitur odium perfectum quo quis perseuerat in detestationẽ mali, vsque ad finalem reprobationẽ ipsius, de quo dr̃ in Psal. 138. Perfecto odio oderam illos.s. malos inquantum sunt peccatores. 2. Mac. 3. Cum leges adhuc optimæ custodirenẽ ꝑꝑ Oniẹ pontificis pietatem, & alios odio habenres malum.

Deinde cum dicit; *Si autem quod nolo &c.* Concludit ex præmissa dispositione hominis, ꝙ lex sit bona, dicens; *Si autem quod nolo, illud facio*: quocunq; dictorum modorum intelligatur hoc ipso, quòd nolo malum; *Consentio legi, quoniam bona est*, in hoc ꝙ ꝓhibet malum, quod ego naturaliter nolo. Manifestum est.n. ꝙ inclinatio hominis ſm rõnem ad volendum bonum & fugiendum malum, est ſm naturam vel grãm, & vtraque est bona. Vnde & lex, quæ huic inclinationi consentit pręcipiendo bonum & ꝓhibendo malum, eadem rõne est bona. Prou. 4. Donum bonũ tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis, &c. Deinde cũ dicit; *Nunc autem ego &c.* Probat quod dixerat de cõditione hominis.s. ꝙ sit carnalis venundatus sub peccato. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat ꝓpositum, ibi; *Scio enim &c.* Tertio concludit intentum, ibi; *Si autem quod nolo &c.* Quòd autem homo carnalis venundatus sub peccato, quasi aliqualiter sit seruus peccati, ex hoc apparet, quòd ipse nõ agit, sed agitur a peccato. Ille.n. qui est liber, ipsẹ per seipsum agit, & non ab alio agitur. Et ideo dicit. Dictum est quòd per intellectum & voluntatem; *Consentio legi*: nunc autem dum contra legem facio; *Ego iam non operor*, illud quod facio contra legem, sed peccatum; *Quod in me habitat*, & sic patet me esse seruum peccati, inquantum peccatum in me, quasi dominium habens, operatur. Et hoc quidem recte ac faciliter potest intelligi de homine sub gratia constituto: quòd enim concupiscit malum ſm appetitum sensitiuum ad carnem pertinentem, non ꝓcedit A ex opere rationis, sed ex inclinatione fomitis. Illud autem homo dr̃ operari quod ratio operatur, quia homo est id, quod est ſm rationem: vnde motus concupiscentiæ qui non sunt a ratione, sed a fomite, non operatur homo: sed fomes peccati, qui hîc peccatum nominatur. Iac. 4. Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex cõcupiscentiis vestris, quæ militãt in mebris vestris? Sed de homine sub peccato constituto, hoc propriẹ intelligi nõ potest, quia eius ratio peccato consentit. Et ideo, ipsemet operatur: vnde dicit Augu. & habetur in glos. Multum fallitur homo, qui consentiẽs B est concupiscentiæ carnis suæ: & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, nõ ego operor illud. Potest tamen, licet extorte, exponi etiam de homine peccatore. Actio enim maxime attribuitur principali agenti, quod secundum proprietatem suam mouet: non autem agenti quod mouet, vel agit secũdum proprietatem alterius a quo mouetur. Manifestum est autem, quòd ratio hominis, secundum illud quod est proprium sibi, non inclinatut ad malum, sed secundum quòd mouetur a concupiscentia. Et ideo operatio mali quam ratio facit, prout est a concupiscentia victa, non attribuitur principaliter rationi, quæ hîc per hominem intelligitur, sed potius ipsi concupiscentiæ, vel habitui, ex quo ratio inclinatur ad malum. Dicitur autem peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cum sit priuatio boni, sed designatur permanentia huiusmodi defectus in homine. Deinde cum dicit; *Scio enim*, probat quòd peccatum habitans in homine, C operetur malum quod homo facit. Et primo ponit mediũ ad probandum propositum. Secundo illud medium manifestat, ibi; *Nam velle &c.* Probat ergo primo, quòd peccatum habitãs in homine, operetur malum quod homo facit, quæ quidem probatio manifesta est secundum quòd verba referuntur ad hominem sub gratia constitutum, qui est liberatus a peccato per gratiam Christi, vt supra 6. habitum est. Quantum ergo ad eum in quo Christi gratia non habitat, nondum est liberatus a peccato. In carne autem, gratia Christi non habitat, sed habitat in mente: vnde infra 8. dicitur, quòd si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus aũt viuit propter iustificationem. Igitur adhuc in carne dominatur peccatum, quod operatur concupiscentia carnis. Carnem.n. hîc accipit simul cum viribus sensitiuis. Sic enim caro distinguitur contra spiritum, & ei repugnat inquantum appetitus sensitiuus tendit in contrarium eius, quod ratio appetit, secundũ D illud Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, Dicit ergo. Dictum est; *Quod in me*, etiam per gratiam reparato; *Peccatum operatur*: sed intelligendum est in me ſm carnem simul cum appetitu sensitiuo. Scio enim per rationem & experimentum, quòd; *Bonum*.s. gratiæ, quo reformatus sum; *Non habitat in me*. Sed ne intelligatur ſm rõnem, secundum modum superius positum exponit; *Hoc est in carne mea.* Nam in me.i. in corde meo, hoc bonum habitat, ſm illud Eph. 3. Habitare Christum ꝑ fidem in cordibus vestris. Et per hoc patet quòd hoc vebum non patrocinatur Manicheis, qui volunt carnem non esse bonã ſm naturam, & ita non esse creaturam Dei bonam, cum scriptum sit 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est. Non.n. hîc Apostol. agit de bono naturæ, sed de bono gratiæ, quo a peccato liberamur. Si vero hoc referatur ad hominem sub peccato existentem, superflue additur quod dicit; *Hoc est in carne mea*: quia in homine peccatore, bonum gratiæ non habitat, nec quantum ad car- E nem, nec quantum ad mentem, nisi forte quis extorte velit exponere hoc esse dictum, quia peccatum quod est priuatio gratiæ, quodammodo a carne deriuatur ad mentem. Deinde cum dicit; *Nam velle &c.* Manifestat quod dixerat. Et primo ex hominis facultate. Secundo ex hominis actione, quę facultatem demõstrat, ibi; *Non enim quod volo &c.* Facultas autem hominis primo describitur quantum ad voluntatem, quæ vr̃ in hominis esse potestate: vnde dicit. *Nam velle adiacet mihi*.i. propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil enim est tam in hominis voluntate constitutum, quàm hominis voluntas, vt Aug. dicit. Secundo ponit facultatem hominis, vel potius difficultatem, quantum ad consummationem effectus, cum subdit; (De lib. arb. lib. 3. c. 3.) *Perficere autem bonum non inuenio*.s. in mea potestate existens, ſm illud Prouer. 16. Hominis est præparare animum. Et iterũ, Cor hominis disponit vitam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hoc autem verbum patrocinari videtur Pelagianis, qui dicebant, quòd initium boni operis, est ex nobis, inquantum bonum volumus. Et hoc est quòd videtur Apostolus dicere. Perficere autem

autem bonum non inuenio. Sed hunc ſenſum excludit Apoſtolus Phil. 2. dicens, De⁹ eſt qui operaſ̃ in nobis velle & perficere. Quod ergo dicit; *Velle adiacet mihi*, ſ. per gr̃am iam reparato, eſt ex operatione diuinæ gr̃æ, per quã quidem gr̃am non ſolum volo bonũ, ſed ét aliquid boni facio, quia repugno concupiſcentiæ, & cõtra eã ago du

LECTIO IIII.

ctus ſpũ: ſed nõ inuenio ĩ mea poteſtate qũo iſtud bonum perficiam, vt. ſ. totaliter concupiſcentiã excludã. Et per hoc manifeſtaſ̃, ꝙ bonũ gr̃æ non habitat in carne: qa ſi in carne habitaret, ſicut habeo facultatẽ volendi bonum ꝑ gr̃am habitantem in mente, ita haberem facultatẽ ꝑficiendi bonum per gr̃am habitãtem in carne. Si vero referatur ad hominẽ ſub peccato cõſtitutũ, ſic exponi poterit, vt Velle, accipiaſ̃ ꝑ voluntate incõpleta, quæ ex inſtinctu naturæ in q̃buſcunq; peccantibus eſt ad bonum, ſed illud velle adiacet homini .i. iuxta hominẽ iacet, quaſi infirmũ, niſi gr̃a volũtati tribuat efficaciã ad perficiendũ. Deinde cũ dicit; *Non enim quod volo &c.* Manifeſtat quod dixerat ex actione hominis, quæ eſt ſignum & effectus facultatis humanæ. Ex hoc.n. apparet, ꝙ homo nõ inuenit perficere bonũ, quia non agit bonum quod vult, ſed facit malum quod non vult, & hoc quidem ſupra expoſitum eſt. Dein de cũ dicit; *Si autem quod nolo &c.* Concludit illud quod ſupra ꝓpoſuerat, dicens, Si aũt quod nolo illud facio, non ego operor illud, ſed quod inhabitat ĩ me peccatũ. & hoc ét ſupra expoſitũ eſt. Sed notãdũ eſt, ꝙ ex vno & eodẽ medio. ſ. quod nolo illud facio, Apoſtolus duo concludit q̃ ſupra poſuerat. ſ. legis bonitatẽ cũ dicit; *Si autem quod nolo, illud facio, conſentio legi Dei, quoniam bona eſt.* Et iterum dñium peccati in homine cũ dicit hĩc; *Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ*, quarũ duarũ cõcluſionũ, prima ꝑ inde ad hoc ꝙ dixerat, Lex ſpũalis eſt: ſecũda ad hoc ꝙ dixerat. Ego aũt carnalis ſum, venũ datus ſub peccato. Sed primã cõcl'onẽ, quæ eſt de bonitate legis, elicit ex illo medio rõne eius qd̃ dicit, Nolo, qa eius ratio non vult illud quod lex ꝓhibet, & ex hoc patet legẽ eſſe bonã: ſed ex parte eius qd̃ dicit, Illud facio, cõcludit in homine dominari peccatum, quod contra voluntatem rationis operatur.

LECTIO IIII.

POSTQVAM Apoſtolus oñdit legem eſſe bonã ex eo, ꝙ rõni concordat, hĩc infert duas cõcluſiones ſm duo quæ poſuerat: ſecũda ponit, ibi; *Video autem aliam legem &c.* Circa primũ duo facit. Primo infert concluſionem ex dictis. Secundo ponit ſignum ad maiorẽ manifeſtationẽ, ibi; *Condelector &c.* Duo aũt ſupra poſuerat. Primũ quidem, ꝙ lex ſpũalis eſt, quo iam ꝑbato, cõcludit ſic; *Inuenio igitur.* ſ. per experimentũ, legem Moyſi conſonam eſſe; *Mihi volenti facere bonum.* i. rõni meę, per quam bonũ approbo, & malũ deteſtor, dum & ipſa lex bonum mãdat, & malum ꝓhibet. Deut. 30. Iuxta te eſt verbũ valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud. Et hoc mõ neceſſarium fuit, ꝙ. i. *quia malũ.* i. pctũ vel fomes pctĩ mihi adiacet. i. iuxta rõnẽ meã iacet, quaſi carnẽ meã inhabitans. Mich. 7. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. i. a carne. Deinde cum dicit; *Condelector enim &c.* Ponit ſignũ, per quod oſtendit, ꝙ lex rõni cõſentiat. Nullus.n. delectaſ̃, niſi in eo quod eſt ſibi cõueniens. Homo aũt ſm rõnem delectatur in lege Dei, ergo lex Dei eſt conueniẽs rõni & hoc eſt ꝙ dicit; *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem.* i. ſm rõnem & mentem, quæ interior homo dr̃, non ꝙ anima ſit effigiata ſm formam hominis, vt Tertullianus poſuit, vel quòd ipſa ſola ſit homo, vt Plato poſuit, quòd homo eſt anima vtens corpore: ſed quia id quod eſt principalius in homine, dr̃ homo, vt ſupra dictum eſt. Eſt autem in homine principalius ſm apparentiam quidem, id quod eſt exterius. ſ. corpus, ſic effigiatum, quod dr̃ homo exterior: ſm veritatem autem id, quod eſt intrinſecum. ſ. mens vel ratio, quæ hic dicitur homo interior, Pſal. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. 1. Mach. 12. Habentes ſolatio libros ſanctos, qui in manibus noſtris ſunt.

Deinde cum dicit; *Video autem &c.* Ponit aliam concluſionẽ quæ rñdet ei, quod ſupra ſecundo poſuerat, dicens; *Ego autem carnalis ſum &c.* Dicens; *Video aliam legem in membris meis*, quæ eſt fomes peccati, quæ quidem poteſt dici lex duplici rõne. Vno modo ꝑ ſimiles effectus, quia ſicut lex inducit ad bonum facẽdum, ita fomes inducit ad peccandum: alio modo per comparationem ad cauſam. Cum autem fomes ſit quædam pœna peccati, duplicem cauſam habet. Vnam quidem ipſum peccatum, quod in peccante dñium accepit, & ei legem impoſuit, quę eſt fomes, ſicut dñs ſeruo victo legem impoſuit. Alia cauſa fomitis eſt Deus, qui hanc pœnã homini peccanti indidit, vt rõni eius inferiores vires non obedirent. Et ſm hoc, ipſa inobedientia inferiorum virium, quæ dr̃ fomes, lex dr̃ inquantum eſt per legem diuinæ iuſtitiæ introducta, ſicut iuſti iudicis ſententia quæ legem habet, ſm illud. 1. Reg. 30. Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael vſque ad diẽ hanc. Hæc autẽ lex, originaliter quidem cõſiſtit in appetitu ſenſitiuo, ſed diffuſiue inuenitur in omnibus membris, quæ deſeruiunt concupiſcentiæ ad peccandum. ſupra 6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ &c. Et ideo dicit, In membris meis. Hæc aũt lex duos effectus in homine habet. Primo nanq; reſiſtit rõni, & quantum ad hoc dicit; *Repugnantem legi mentis meae.* i. legi Moyſi, quæ dr̃ lex mentis, inquãtum conſonat menti: vel legi naturali, quæ dr̃ lex mentis, quia naturaliter menti indita eſt. ſupra. 2. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Et de hac repugnantia dr̃ Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Secundus effectus eſt, quòd hominem in ſeruitutem redigit. Et quantum ad hoc ſubdit; *Et captiuantem me*, vel captiuum me ducentem, ſm aliam literam; *In lege peccati, quae eſt in membris meis.* i. in meipſo, more hebraicę locutionis, ſm quam ponũtur nomina loco pronominum. Lex autem peccati captiuat hominem dupliciter. Vno modo hominem peccatorem per conſenſum & operationem. Alio modo hominẽ ſub gratia conſtitutum, quantum ad concupiſcentiæ motum. De hac captiuate dr̃ in Pſal. 125. In conuertendo dñs captiuitatem Sion. Deinde cum dicit; *Infelix ego homo &c.* Agit de liberatione a lege peccati, & tria circa hoc facit. Primo quidem ponit quæſtionem. Secundo ponit rñſionem, ibi, Gratia Dei &c. Tertio infert concluſionem, ibi; *Igitur ego ipſe &c.* Circa primum duo facit. Vnum quidem confitetur. ſ. ſuam miſeriam, cum dicit; *Infelix ego homo*, quod quidem eſt per peccatum quod in homine habitat, ſiue quantum ad carnem tm̃, ſicut in iuſto: ſiue ét quantum ad mentẽ, ſicut in peccatore. Prou. 14. Miſeros facit populos peccatum. Pſal. 37. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Aliud aũt quærit dicens; *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Quæ quidem vr̃ quæſtio eſſe deſiderantis, ſm illud Pſal. 141. Educ de carcere animam meam. Sciendum eſt tm̃, ꝙ in corpore hominis conſiderari põt natura ipſa corporis, q̃ eſt conueniens animæ, vnde ab ea non vult ſeparari. 2. Cor. 5. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Et iterum corruptio corporis, quæ aggrauat animam, ſm illud Sap. 9. Corpus quod corrũpit, aggrauat animam &c. Et ideo ſignanter dicit; *De corpore mortis huius.* Deinde cum dicit; *Gratia Dei, &c.* Rñdet quæſtioni. Non.n. homo ꝓpriis viribus põt liberari a corporis corruptione, nec ét animæ, quãuis conſentiat rõni contra peccatum, ſed ſolũ per gr̃am Chriſti, ſm illud Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et ideo ſequit; *Gratia Dei.* ſ. me liberabit, quæ datur; *Per Ieſum Chriſtum.* Io. 1. Gr̃a & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hæc aũt liberat a corpore mortis huius dupliciter. Vno modo, vt corruptio corporis menti non dñetur, trahens eam ad peccandum. Alio modo, vt corruptio corporis totaliter tollatur. Quantum ergo ad primum, cõuenit dicere peccatori, Gratia liberauit me; *De corpore mortis huius.* i. liberauit me a peccato, in quo eſt anima inducta ex corporis corruptione: ſed ad hoc iam iuſtus liberatus eſt, vñ ei cõpetit dicere quantũ ad ſecundùm, Gratia dei liberauit me de corpore mortis huius, vt. ſ. in corpore meo non ſit corruptio peccati, aut mortis, quod erit in reſurrectione. Deinde cum dicit; *Igitur ego ipſe &c.* Infert concluſionẽ, quæ ſm duas præmiſſas expoſitiones, diuerſimode ex præmiſſis infertur: ſm enim quod præmiſſa verba exponuntur in perſona peccatoris, ſic inferenda eſt concluſio. Dictum eſt, quòd gratia Dei liberauit me a corpore mortis huius, vt. ſ. ab ea non deducar in peccatum: ergo quando ero iam liberatus; *Mente ſeruio legi Dei*: ſm carnem autem; *Legi peccati*, quæ quidem in carne remanet quantum ad fomitem, per quem caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Si autem præmiſſa verba intelligantur ex perſona iuſti, ſic eſt inferendum; *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum*, liberauit me; *De corpore mortis huius*: ita. ſ. vt in me non ſit corruptio peccati & mortis. Igitur; *Ego ipſe* vnus & idem antequam liberer; *Mente ſeruio legi Dei*, ei conſentiens; *Carne autem ſeruio legi peccati*, inquantum caro mea ſecundum legem carnis mouetur ad concupiſcendum.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtẽdit, quòd per gr̃am Chriſti liberamur a peccato & lege, hic oſtẽdit, quòd per eãdẽ gr̃am liberamur a damnatione. Et primo oſtendit, ꝙ per gr̃am Chriſti liberamur a damna

CAP. VIII. LEC. I.

tione culpæ. Secundo, ꝙ ꝑ eandẽ gr̃am liberamur a dãnatione pœnæ, ibi; *Si autem Chriſtus &c.* Circa primum duo facit. Primo ꝓponit quod intendit. Secũdo probat propoſitum, ibi; *Lex enim ſpũs uitae &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit beneficium, quod gratia confert, cõcludens ex præmiſſis, ita. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum liberauit me de corpore mortis huius, in qua exiſtit noſtra redẽptio. ergo nunc, ex quo ſumus per gratiam liberati, nihil damnationis eſt reſiduum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpã, & quãtum ad pœnam. Iob 34. Ipſo concedente pacem, quis eſt qui cõdemnet? Secundo oſtendit quibus hoc beneficium concedatur, & ponit duas conditiones, quæ ad hoc requiruntur: quarum primam ponit, dicens, *His qui ſunt in Chriſto Ieſu*, ideſt, qui ſunt ei incorporati per fidem & dilectionem, & fidei ſacramentum. Gal. 3. Omnes, quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Io. 15. Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. Illis vero qui nõ ſunt in Chriſto Ieſu, damnatio debetur. vnde ibidem ſubditur: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Secundã conditionem ponit, dicens; *Qui non ſecundum carnem ambulant.* i. concupiſcentiam carnis non ſequuntur. 2. Cor. 10. In carne ambulãtes, non ſm carnem militamus. Ex his aũt verbis aliqui volunt accipere, quòd in infidelibus, qui non ſunt in Chriſto Ieſu, etiã primi motus ſint peccata mortalia, quamuis eis non cõſentiant, quod eſt ſm carnem ambulare. Si.n. illi qui non ſm carnem ambulant, ex hoc non eis damnabile eſt, quòd carne ſeruiunt legi peccati ſm primos concupiſcentiæ motus, quia ſunt in Chro Ieſu: ſequitur a contrario ſenſu, ꝙ illis qui non ſunt in Chro Ieſu, hoc ſit damnabile. Ad hoc etiam rõnem inducũt. Dicunt.n. ꝙ neceſſe eſt actum damnabilem eſſe, qui procedit ex habitu dãnabilis peccati. Peccatum autem originale eſt damnabile, quia priuat hominem æterna vita, cuius habitus manet in infideli, cui non eſt originalis culpa dimiſſa. Quilibet ergo motus concupiſcentiæ ex originali peccato proueniens, eſt in eis peccatum damnabile. Primo autem oſtendẽdũ eſt hanc poſitionem eſſe falſam. Primus enim motus habet, quòd non ſit peccatum mortale, ex eo, quòd rõnẽ non attingit, in qua completur ratio peccati. Iſta autem cauſa etiam in infidelibus manet: vnde in infidelib⁹ primi motus non poſſunt eſſe peccata mortalia. Præterea in eadem ſpecie peccati, grauius peccat fidelis, q̃ infidelis, ſm illud Heb. 10. Quantomagis putatis deteriora mereri ſupplicia &c. Si ergo primi mot⁹ in infidelibus eſſent pctã mortalia, multomagis in fidelibus. Secundo, reſpondendum eſt ad eorum rationes. Nam primo quidem ex litera Apoſtoli hoc habere non poſſunt. Non enim dicit Apoſtolus, quòd hoc ſolum non ſit damnabile his qui ſunt in Chriſto Ieſu, quòd carne ſeruiunt legi peccati ſecundum concupiſcentiæ motus, ſed quòd omnino nihil eſt eis damnationis. Illis autem qui non ſunt in Chriſto Ieſu, eſt hoc ipſum damnabile. Præterea, ſi hoc ad primos motus referatur, his qui non ſunt in Chriſto Ieſu, ſunt damnabiles huiuſmodi motus, ſecũdum damnationem originalis peccati, quæ adhuc in eis manet, a qua ſunt liberati hi, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Nõ autem ſic, quòd per huiuſmodi motus noua addatur eis damnatio. Quod etiam ſecundo obiiciunt, non ex neceſſitate concludit quod intendunt. Non enim verum eſt, quòd actus quilibet ꝓcedens ex habitu peccati damnabilis, ſit etiam & ipſe damnabilis, ſed ſolum quando eſt actus perfectus per conſenſum rationis. Si enim in aliquo ſit habitus adulterii, motus concupiſcentiæ adulterii, qui eſt actus imperfectus, non eſt in eo peccatum mortale, ſed ſolum motus perfectus qui eſt per conſenſum rationis. Et præterea, actus ex tali habitu procedens, non habet aliã rationem damnationis ab ea, quæ eſt ſecundum rationem habitus. Et ſecundum hoc primi motus in infidelibus ex eo, quòd procedunt a peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, ſed ſolum originalis. Deinde cũ dicit; *Lex &c.* probat quod dixerat. Et primo quantum ad primam conditionem, qua dixerat, nihil eſſe damnationis his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Secundo quantum ad ſecundam conditionem, qua dixerat; Qui non ſecundum carnẽ ambulant, ibi; Qui non ſecundũ carnem ambulamus &c. Circa primum duo facit. Primo ponit ꝓ

A bationem. Secundo manifeſtat quod ſuppoſuerat per cauſam, ibi; *Nam quod impoſſibile erat legi &c.* Circa primum ponit talẽ rationem. Lex ſpiritus liberat hominem a peccato & morte: ſed lex ſpiritus eſt in Ieſu Chriſto. ergo per hoc ꝙ aliquis eſt in Chriſto Ieſu, liberatur a pecato & morte. quòd autem lex ſpiritus liberet a peccato & morte, ſic ꝓbat. Lex ſpiritus eſt cauſa vitæ, ſed per vitam excluditur peccatum, & mors, q̃ eſt effectus peccati. Nam & ipſum peccatum eſt

bulant. Lex.n. ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſunm mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati, &

ſpiritualis mors animæ. ergo lex ſpiritus liberat hominem a peccato & morte. Damnatio autem non eſt niſi per peccatũ & mor-
B tem: ergo his qui ſunt in Chriſto Ieſu, nihil damnationis exiſtit. hoc eſt ergo quod dicit; *Lex enim ſpiritus &c.* Quæ quidem lex põt dici vno modo ſpiritus ſanctus, vt ſit ſenſus. Lex ſpirit⁹, id eſt lex quæ eſt ſpiritus. lex.n. ad hoc datur, vt per eam homines inducantur ad bonum. vnde & Philoſophus in 2. Ethi. dicit, ꝙ intentio legiſlatoris eſt ciues facere bonos, quod quidem lex humana facit, ſolum notificando quid fieri debeat: ſed ſpiritus ſanctus mentem inhabitans, nõ ſolum docet quid oporteat fieri, intellectum illuminando de agendis, ſed etiam affectum inclinat ad recte agendum. Io. 14. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quantum ad primum: & ſuggerer vobis omnia, quantum ad ſm: quæcunq; dixero vobis. Alio modo lex ſpiritus põt dici ꝓprius effectus ſpiritus ſancti, ſcilicet fides per dilectionem operans, quę quidem & docet interius de agendis, ſm illud infra. 1. Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus: & inclinat affectum ad agendum, ſm illud. 2. Cor. 5. Charitas Chriſti vrget nos. Et hæc quidem lex ſpiritus, dr̃ lex noua, quæ vel eſt ipſe ſpiritus ſanctus, vel eã in cordibus noſtris ſpiritus ſanctus facit. Hier. 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eã. De lege autem veteri ſupra dixit ſolum, quòd erat ſpiritualis, id eſt, a ſpiritu ſancto data. Et ſic prædicta conſiderantes, inuenimus quatuor leges ab Apoſtolo eſſe inductas. Primo legem Moyſi, de qua dicit: Condelector legi Dei ſm interiorem hominem. Secundo legem fomitis, de qua dicit: Video aliam legem in membris meis. Tertio legem natutalem ſm vnum ſenſum, de qua ſubdit, Repugnantem legi mentis meæ. Quarto tradit legem nouam, cum dicit; *Lex ſpiritus*. & addit; *Vitae*: quia ſicut ſpiritus naturalis facit vitã naturæ, ſic ſpiritus diuinus facit vitam gratiæ. Io. 6. Spiritus eſt qui viuificat. Ezec. 1. Spiritus vitę erat in rotis. Addit autem; *In Chriſto Ieſu*, quia. ſ. iſte ſpiritus non datur, niſi his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Sicut enim
D ſpiritus naturalis non peruenit ad membrum, quod non habet connexionem ad caput, ita ſpiritus ſanctus non peruenit ad hominem, qui nõ eſt capiti Chriſto iunctus. 1. Io. 3. In hoc ſcimus, quòd ipſe manet in nobis, quia de ſpiritu ſuo ipſe dedit nobis. Act. 5. Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Hæc inquam lex, ex eo quod eſt in Chriſto Ieſu; *Liberauit me.* Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et hoc; *A lege peccati.* i. a lege fomitis, quæ inclinat ad peccatum, vel; *A lege peccati.* i. a conſenſu & operatione peccati, quod hominem tenet ligatum per modum legis. Per ſpiritum enim ſanctum remittitur peccatum. Io. 20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; *Et mortis*, non ſolum ſpiritualis, ſed etiam corporalis, vt infra probabitur. Et hoc ideo, quia eſt ſpiritus vitæ. Eze. 37. A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. Deinde cum dicit; *Nam quod impoſſibile &c.* Manifeſtat quod dixerat, ſcilicet
E quòd lex vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu, liberat a peccato. Nam quòd liberet a morte, infra probabit. Et hoc probat per cauſam, quæ ſumitur ex incarnatione Chriſti. Circa quam tria ponit. Primo neceſſitatem incarnationis. Secundo modum incarnationis, ibi; *Deus filium ſuum &c.* Tertio incarnationis fructum, ibi; *Et de peccato &c.* Et vt planior fiat expoſitio, accipiemus primo ſm, ſecundo tertium tertio primum, hoc modo. Recte dico quòd; *Lex ſpiritus vitae in Chriſto Ieſu liberat a peccato.* Nã Deus, pater; *Filium ſuum.* i. proprium conſubſtantialem ſibi & coæternũ. Pſal. 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu &c. *Mittens*, non de nouo creans vel faciens, ſed quaſi præexiſtentem miſit. Mat. 21. Nouiſſime miſit ad eos filium ſuum, non quidem vt eſſet vbi non erat, quia vt dicitur Io. 1. In mundo erat, ſed vt eſſet modo quo non erat in mundo. i. viſibiliter per carnem aſſumptã. vnde ibidem ſequitur, Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam eius. Bar. 3. Poſt hoc in terris viſus eſt. Et ideo hic ſubditur; *In ſimilitudinem carnis peccati*: quod non eſt ſic intelligendum, quaſi veram carnem non habuerit, ſed ſolum carnis ſimilitudinem

Ethi. lib. 2. cap. 1.

nem quasi phantasticam, sicut Manichęi dicunt, cum ipse dns dicat Luc.vlt.Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vnde non subdit solum; *In similitudinem carnis*, sed *In similitudinem carnis peccati*. Non enim habuit carnem peccati, id est, cum peccato conceptam, quia caro eius fuit concepta ꝑ spiritum sanctum, qui tollit peccatũ, Mat. 1. Quod.n.in ea natum est, de spiritu sancto est. Vñ Psal. 25. dicit. Ego in innocentia mea ingressus sum, sin mũdũ: habuit similitudinẽ carnis peccati.i.similem carni peccatrici in hoc, ꝙ erat passibilis. nam caro hominis ante peccatũ, passioni subiecta nõ erat. Hebre.2. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Subdit autem duplicem effectum incarnationis, quorum primus est remotio peccati, quam ponit, dicens, *De peccato damnauit peccatum in carne*. Quod quidem potest legi de peccato.i.pro peccato commisso in carne Christi, diabolo instigante ab occisoribus eius. *Damnauit*, id est, destruxit peccatum: quia cum diabolus innocentem, in quo nihil iuris habebat, attentauit morti tradere, iustum fuit vt potestatem amitteret. Et ideo per suam passionem & mortem dicitur peccatum destruxisse. Col. 2. Expolians, scilicet in cruce, principatus & potestates. Sed melius est vt dicatur, *Damnauit peccatum in carne*, id est debilitauit fomitem peccati in carne nostra, *De peccato*, id est ex virtute passionis suæ & mortis, quæ dicitur peccatum propter similitudinem peccati, vt dictum est: vel quia per hoc factus est hostia pro peccato, quæ in sacra Scriptura dicitur peccatum, Oseæ. 4. Peccata populi mei comedent. vnde dicit. 2. Cor. 6. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis Deus fecit peccatum, id est, hostiã pro peccato. Et ita satisfaciendo pro nostro peccato, abstulit peccata mundi. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Secundum effectum ponit consequenter, dicens; *Vt iustificatio legis*, id est iustitia quam lex promittebat, & quam ex lege aliqui sperabant; *Impleretur*, id est perficeretur; *In nobis*, existentibus scilicet in Christo Iesu. infra. 9. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam quæ est ex fide. Et 2. Corinth. 5. cum dixisset, Eum qui non nouerat peccatum, Deus pro nobis fecit peccatum, subdit; *Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso*. Hoc aliter fieri non poterat, quàm per Christum, & ideo præmisit, quòd scilicet damnare potest peccatum in carne, & implere iustificationem. quod erat impossibile legi Moysi. Hebre. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et hoc quidem erat legi impossibile, non ꝑp defectum legis; *Sed in quo*, id est inquantum; *Infirmabatur per carnem*, id est propter infirmitatem carnis, quæ erat in homine ex corruptione fomitis, ex qua proueniebat, quòd etiam lege data, homo a concupiscentia vincebatur. Matth. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et supra. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Et ex hoc patet, quòd necesse fuit Christum incarnari, vnde & Gal. 2. dicitur, Si per legem est iustitia, Christus gratis mortuus est, id est sine causa. Ideo ergo necessarium fuit Christum incarnari, quia lex iustificare non poterat. Deinde cum dicit; *Qui non secundum carnem &c.* Probat propositum quantum ad secundam conditionem, ostendens quòd ad hoc, quòd aliqui damnationem euadant, requiritur, quòd non secundum carnem ambulent. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Qui enim secundum carnem &c.* Tertio manifestat quoddam, quod in probatione supposuerat, ibi; *Quoniam sapientia &c.* Dicit ergo primo: Dictum est, quòd iustificatio legis impletur in nobis, qui scilicet non solum sumus in Christo Iesu, sed etiam non ambulamus secundum carnem, sed secũdum spiritum, id est, qui nõ sequimur concupiscentias carnis, sed instinctum spiritus sancti. Gala. 5. Spiritu ambulate. Deinde cum dicit; *Qui enim secundum carnem &c.* Probat quod dixerat, & inducit duos syllogismos, vnum quidem ex parte carnis, qui est talis. Quicunque sequuntur prudentiam carnis, ducuntur ad mortem: sed quicũque sunt secundum carnem, sequuntur prudentiam carnis. ergo quicunque sunt secundum carnem, ducuntur ad mortem. Alium syllogismum ponit ex parte spiritus, qui est talis. Quicũque sequuntur prudentiam spiritus, consequuntur vitam & pacem: sed quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur prudentiam spiritus: ergo quicunque sunt secundum spiritum, sequuntur vitam & pacem. Et sic patet, quòd illi qui non ambulant secundum carnem, sed secundum spiritum, liberantur a lege peccati & mortis. Primo ergo ponit minorem primi syllogismi, dicens; *Qui enim secundum carnem*, id est qui carni subdunt quasi ei subiecti. Rom. 16. Huiusmodi domino non seruiũt, sed suo ventri; *Sapiunt ea quæ sunt carnis*, ac si dicat, habent sapientiam carnis. Sapere enim quæ sunt carnis, est approbare & iudicare bona esse, quæ sunt ſm carnem. Matth. 16. Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominis. Hier. 4. Sapientes sunt vt faciant mala. Secundo, ponit minorem secundi syllogismi, dicẽs; *Qui vero sunt secundum spiritum*, id est q spiritũ sanctũ sequũtur, & ſm eum ducuntur, ſm illud Gala. 5. Si spiritu ducimini nõ estis sub lege; *Sentiunt ea quæ sunt spiritus*, id est qui habent rectum sensum in rebus spiritualibus, ſm illud Sap. 1. Sentite de domino in bonitate. Et horum ratio est, quia sicut Philosophus dicit in 3. Ethi. Qualis est vnusquisq;, talis finis videtur ei. Vnde ille cuius est animus informatus per habitum bonum vel malum, existimat de fide ſm exigentiam illi⁹ habitus. Tertio, ponit maiorem primi syllogismi, dicens; *Nam prudentia carnis &c.* Ad cuius intellectũ oportet scire, quòd prudentia est recta ratio agibilium, vt dicit Philosophus. 6. Ethi. Recta autem ratio agendorum, vnum præsupponit, & tria facit. Præsupponit enim finem, qui est sicut principium in agendis: sicut & ratio speculatiua præsupponit principia, ex quibus demonstrat. Facit autem recta ratio agibilium tria. Nã primo recte consiliat. Secundo, recte iudicat de consiliatis. Tertio, recte & constanter præcipit quod consiliatum est. Sic ergo ad prudentiam carnis requiritur, quòd aliquis presupponat pro fine delectabile carnis, & ꝙ consilietur, & iudicet, & præcipiat ea, quæ conueniunt ad hũc finẽ. vnde talis prudentia; *Est mors*, id est causa mortis æternæ. Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Quarto, ponit maiorem secundi syllogismi, dicens; *Prudentia autem spiritus vita & pax*. Dr autem ſm prædicta, prudentia spiritus, qn aliquis præsupposito fine spiritualis boni, consiliatur & iudicat, & præcipit, quæ ordinantur conuenienter ad hunc finẽ. Vnde talis prudentia est; *Vita*, id est causa vitę, gratiæ, & gloriæ. Gal. vlt. Qui seminat in spiritu, de spiritu & metet vitã eternam. & est; *Pax*. i. causa pacis. nam pax causatur a spiritu sancto. Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam dñe. Gal. 5. Fructus spiritus, charitas, gaudium, & pax.

Ethi. lib. 4. cap. 13.

Ethi. lib. 6. cap. 4.

LECTIO II.

VONIAM sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis aũt spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritũ eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus, non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, morie mini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

LECTIO SECVNDA.

SVPPOSVERAT Apostolus in præcedentibus, quòd prudentia carnis mors est: & hoc quidem nunc probare intendit. Et primo probat propositum. Secundo, ostendit fideles q̃bus scribit, a tali prudentia esse alienos, ibi; *Vos autem &c.* Circa primum duo facit. Primo propositum probat de prudentia carnis in abstracto. Secundo id quod de prudentia carnis dixerat, adaptat eis, qui prudentiã carnis sequuntur, ibi; *Qui autem in carne &c.* Circa primum ponit tria media, quorum posterius probat prius. Per primum autem probat id quod supra positum est, scilicet, quòd prudẽtia carnis sit mors, hoc modo: Qui inimicatur Deo, incurrit mortem. Luc. 19. Veruntamen inimicos illos, qui noluerunt me regnare supra se, adducite huc & interficite ante me. Et hoc quia Deus vita nostra est. Deut. 3. Ipse est enim vita tua. Et ideo ille qui inimicatur Deo, incurrit mortem, sed; *Prudentia carnis inimica est Deo*: ergo prudentia carnis est causa mortis. Vbi notandum est, quòd id quod supra dixerat prudentiam carnis, nunc nominat carnis sapientiam, non quòd idem sit sapientia simpliciter & prudentia, sed quia in rebus humanis est prudentia. Prouer. 10. Sapientia est viro prudentia. Ad cuius intellectum sciendum, ꝙ sapiens simpliciter dicitur, qui cognoscit causam altissimam, ex qua omnia dependent. Causa autem suprema simpliciter omnium, Deus est. Vnde sapientia simpliciter est cognitio diuinarum rerum, vt Aug. dicit in lib. de trinitate. 1. Cor. 3. Sapientiam loquimur inter perfectos. Dicitur autem sapiens in vnoquoque genere, qui cognoscit altissimam causam illius generis: sicut in arte ædificatoria dicitur sapiens, non ille qui scit dolare ligna & lapides, &: sed ille qui concipit & disponit cõuenientem formam domus: ex hoc enim totum artificium depẽdet: vnde & Apostolus dicit. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Sic igitur sapiens in rebus humanis dicitur qui

Li. 14. c. 1.

qui bonam æstimationem habens de fine humanæ vitæ, secundum hoc ordinat totam humanam vitam, quod pertinet ad prudentiam. Et ita sapientia carnis est idem, quòd carnis prudentia. De hac sapientia dicitur Iac. 3. Non est de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Dicitur autem hæc sapientia Deo inimica, quia contra legem Dei hominem inclinat. Iob. 15. Currit aduersꝰ Deũ collo erecto, & pingui ceruice. Et ideo ad hoc probandum iducit aliud mediũ, subdens; *Legi enim Dei non est subiecta*. Non enim potest aliquis Deum odire, secundum quod in se est, cum Deus sit ipsa essentia bonitatis: sed secundum hoc aliquis peccator Deum odit, quod præceptum diuinæ legis est contrarium suæ voluntati. sicut adulter odit Deum, inquantum odit hoc præceptum, Non mœchaberis. Et sic omnes peccatores, in quantum nolunt subiici legi Dei, sunt inimici Dei. 2. Par. 19. His qui oderunt Deum, amicitia iungeris. Vnde conuenienter probat, quòd prudentia, vel sapientia carnis sit inimica Deo, quia non est subiecta legi Dei. Probat autem hoc per tertium medium, dicens; *Nec enim potest*. Prudentia enim carnis vitium est quoddam, vt ex prædictis patet: quanquam autem ille qui subiectus est vitio, possit liberari a vitio, & subiici Deo, secundum illud supra. 6. Liberati a peccato serui facti Deo: tamen ipsum vitium Deo subiici non potest, cum ipsum vitium sit auersio a Deo, vel a lege Dei: sicut ille qui est niger, potest fieri albus, sed ipsa nigredo nunquam potest fieri alba. Et secundum hoc dicitur Matt. 7. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Ex quo patet, quòd non recte Manichæi ad confirmationem sui erroris hæc verba assumunt, volentes per hæc verba ostendere naturam carnis non esse a Deo, cum sit inimica Deo, nec possit Deo subiici. Non enim agit Apostolus hic de carne ista, quæ est creatura Dei, sed de prudentia carnis, quæ est vitium hominis, vt dictum est.

Deinde cum dicit; *Qui autem in carne &c.* adaptat, quod dixerat de prudentia carnis, ad homines, quibus prudentia carnis dominatur, dicens; *Qui autem in carne sunt*, id est, qui concupiscentias carnis sequuntur per prudentiam carnis, quam diu tales sunt; *Deo placere non possunt*, quia vt in Psalm. 146. dicitur: Bene placitum est Deo super timentes eum. Vnde illi qui ei non subiiciuntur, non possunt ei placere, quandiu tales sunt. Possunt autem desinere esse in carne secundum modum prædictum, & tunc Deo placebunt.

Deinde cum dicit; *Vos autem &c.* ostendit eos, quibus loquitur, esse immunes a prudentia carnis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit fidelium statum, dicens; *Vos autem non estis in carne*, & sic patet, non esse intelligendum de carnis natura. Romani enim, quibus loquebatur, mortales erant carne induti. Sed carnem accipit pro vitiis carnis, secundum illud. 1. Cor. 6. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Vnde dicit; *Vos non estis in carne*, id est, non estis in vitiis carnis, quasi secundum carnem viuentes. 2. Cor. 10. In carne viuentes, non secundum carnem militamus; *Sed in spiritu*, id est, spiritum sequimini. Apoc. 1. Fui in spiritu dominica die. Secundo apponit conditionem, dicens; *Si tamen spiritus Dei habitat in uobis*, scilicet per charitatem. 1. Cor. 3. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Apponit autem hanc conditionem, quia quamuis in baptismo spiritum sanctum receperint, potuisset tamen contingere, quòd per peccatum superueniens spiritum sanctum amisissent. de quo dicitur Sap. 1. quòd corripitur a superueniente iniquitate. Tertio ostendit conditionẽ hanc oportere in eis extare, dicens; *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius*. sicut non est membrum corporis, quod per spiritum corporis non viuificatur: ita non est membrum Christi, qui spiritum Christi non habet. 1. Ioan. 4. In hoc scimus, quoniam manet in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Est autem notandum, quòd idem est spiritus Christi, & Dei patris, sed dicitur Dei patris inquantum a patre ꝓcedit: dicitur spiritus Christi, inquantum procedit a filio. Vnde etiam dominus vbique attribuit eum simul sibi & patri, sicut Io. 14. Paraclitus spiritus sanctus, quem pater mittet in nomine meo. Item cum venerit paraclitus quem ego mittã vobis a patre &c.

Deinde cnm dicit; *Si autem Christus &c.* ostendit, quòd per gratiam Christi, siue per spiritum sanctum, liberamur a pœna. Et primo ostendit, quòd liberamur per spiritum sanctum in futuro a morte corporali. Secundo, quòd interim in hac vita adiuuamur a spiritu sancto, contra infirmitates præsentis vitæ, ibi; *Similiter autem &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ex hoc infert quoddam correlarium, ibi; *Ergo fratres &c.* Tertio probat propositum, ibi; *Quæcunque enim &c.* Circa primum considerandum est, quòd supra mentionem fecerat de spiritu Dei, & de spiritu Christi, quamuis sit vnus & idem spiritus. Primo ergo ostendit quid consequamur ex spiritu ex hoc, quòd est Christi. Secundo, ostendit quid consequamur ex eo, inquantum est spiritus Dei patris, ibi; *Quod si spiritus eius &c.* Dicit ergo, Dictum est, quòd si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: vnde cum vos estis Christi, spiritum Christi habetis, & ipsum Christum in vobis habitantem per fidem, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Si autem Christus sic in vobis est, oportet vos Christo esse conformes. Christus autem sic venit in mundum, vt quantum ad spititum esset plenus gratia & veritate: & tamen quantum ad corpus, habet similitudinem carnis peccati, vt supra dictum est. Vnde & hoc oportet esse in vobis, quòd *Corpus quidem* uestrum; *Propter peccatum*, quod adhuc manet in carne vestra; *Mortuum est*, id est, necessitati mortis addictũ, sicut Gen. 2. dicitur, Quacumque die comederitis, morte moriemini, id est, necessitati mortis addicti eritis; *Spiritus uero uiuit*, qui iam reuocatus est a peccato, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu menris vestrę: viuit vita gratiæ; *Propter iustificationem*, per quam iustificatur a Deo. Gala. 2. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. supra. 1. Iustus ex fide viuit.

Deinde cum dicit; *Quod si spiritus &c.* ostendit quid consequamur in spiritu sancto, inquantum est spiritus patris, dicens; *Quod si habitat in uobis spiritus eius*, scilicet Dei patris, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis. Psalmi Tu autem domine miserere mei, & resuscita me. Act. 3. Hunc Deus suscitauit &c. Et tamen ipse Christus propria virtute resurrexit, quia eadem est virtus patris & filii, consequens est, ꝙ id, quod Deus pater fecit in Christo, faciat etiam in nobis. Et hoc est quod subdit, *Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra*. Non dicit, mortua, sed mortalia: quia in resurrectione non solum a corporibus vestris auferetur, quòd sint mortua, id est, necessitatem mortis habentia, sed etiam quòd sint mortalia, id est potentia mori, quale fuit corpus Adam ante peccatum. Nam post resurrectionem, corpora nostra erunt penitus immortalia. Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent &c. Oseæ. 6. Viuificabit nos post duos dies. Et hoc *Propter inhabitantem spiritum eius in nobis*, id est, in virtute spiritus sancti in nobis habitantis. Ezech. 37. Hæc dicit dominus Deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vobis spiritum, & viuetis. Et hoc; *Propter Inhabitantem spiritum*, id est, propter dignitatem, quam corpora nostra habent, eo quòd fuerunt receptacula spiritus sancti. 1. Corin. 6. Nesciis, quòd membra vestra templum sunt spiritus sancti? Illi vero, quorum membra non fuerunt templum spiritus, resurgent, sed habebunt corpora passibilia.

Deinde cum dicit; *Ergo debitores &c.* concludit correlarium ex dictis. Et primo ponit conclusionem. Secundo rationem assignat, ibi; *Si enim &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd per spiritum sanctum multa bona nobis proueniunt, & quòd ex prudentia carnis sequitur mors. ergo debitores sumus spiritui sancto propter beneficia ab eo recepta, ut uiuamus secundum spiritum, & non secundum carnem. Gal. 5. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.

Deinde cum dicit; *Si enim secundum carnem*, assignat rationem conclusionis præmissæ. Et primo quantum ad carnem, dicens; *Si enim secundum carnem vixeritis*, scilicet sequendo concupiscentias carnis; *Moriemini*, scilicet morte culpæ in præsenti, & morte damnationis in futuro. 1. Tim. 5. Quę in deliciis uiuens, mortua est. Secundo assignat rationem quantum ad spiritum, dicens; *Si autem spiritu*, id est, per spiritum, scilicet *Mortificaueritis facta carnis*, id est, opera quæ ex concupiscentia carnis proueniunt; *Viuetis*, uita gratiæ in præsenti, & uita gloriæ in futuro. Colo. 3. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus proposuit, quòd per spiritum sanctum dabitur nobis vita gloriosa, quæ omnem mortalitatem a corporibus nostris excludet, hic probationem inducit. Et primo ostendit, quòd per spiritum sanctum huiusmodi gloriosa vita datur. Secundo, ostendit causam quare differtur, ibi; *Si tamen compatimur &c.* Circa primum ponit talem rationem. Quicumq; sunt filii Dei consequuntur æternitatem gloriosæ vitæ: sed quicumque regunt spiritu sancto, sunt filii Dei. ergo quicumque reguntur spiritu sancto: consequuntur hæreditatem gloriosæ vitæ. Primo ergo ponit minorem prædictæ rationis. Secundo maiorem, ibi; *Si autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Non enim accepistis &c.* Circa primum duo consideranda sunt. Primo quidem; quomodo aliqui aguntur a spiritu Dei, & potest sic intelligi; *Quicunque spiritu Dei aguntur*, id est, reguntur sicut a quodam ductore, & directore, quod quidem in nobis facit spiritus, scilicet inquantum illuminat nos interius, quid facere debeamus. Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me &c. Sed quia ille, qui ducitur ex seipso, non operatur. Homo autem spiritualis non tantum instruitur a spiritu sancto, quid agere debeat, sed etiam cor eius a spiritu sancto mouetur. Ideo plus intelligendum est in hoc, quòd dicitur; *Quicunque spiritu Dei aguntur*. Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu mouentur. Vnde de brutis dicimus, quòd non agunt, sed agunt: quia a natura mouentur, & non ex proprio motu ad suas actiones agendas. Similiter autem homo spiritualis non quasi ex motu propriæ voluntatis principaliter, sed ex instinctu spiritus sancti, inclinatur ad aliquid agendum, secundum illud Esa. 56. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Dei cogit. Et Luc. 4. Quòd Christus agebatur a spiritu in deserto. Non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales, per voluntatem & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis & liberi arbitrii spiritus sanctus, in eis causat, secundum illud Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.

Secundo considerandum est, quomodo illi qui spiritu Dei aguntur sunt filii Dei. Et hoc est manifestum ex similitudine filiorum carnalium, qui per semen carnale a patre procedentes generantur. Semen autem spirituale a patre procedens, est spiritus sanctus. Et ideo per hoc semen, aliqui homines in filios Dei generantur 1. Io. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen Dei manet in eo. Deinde cum dicit; *Non enim accepistis &c.* probat propositum. s. quòd spiritum sanctum accipientes, sint homines filii Dei, & hoc tripliciter. Primo quidem ex distinctione donorum spiritus sancti. Secundo ex confessione nostra, ibi; *In quo clamamus &c.* Tertio, ex testimonio spiritus, ibi; *Ipse enim spiritus*. Circa primum considerandum est, quòd spiritus sanctus duos effectus facit in nobis: vnum quidem timoris. Esa. 11. Replebit eum spiritus timoris domini. Alium amoris supra. 5. Charitas Dei diffusa est per spiritum sanctum in cordibus nostris, qui datus est nobis. Timor autem facit seruos, non autem amor. Ad cuius euidentiam considerari oportet, quòd timor habet duo obiecta, scilicet malum, quod quis timendo refugit, & illud a quo sibi hoc malũ imminere videt. Dicitur enim homo timere, & occisionem, & regem, qui potest occidere. Contingit autem quandoque, ꝙ malum quod quis refugit, est contrarium bono corporali, vel temporali, quod quis interdum inordinate amat, & refugit pati ab aliquo homine temporali. Et hic est timor humanus, vel mundanus: & hic non est a spiritu sancto. Et hunc prohibet dominus. Matth. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Alius autem est timor, qui refugit malum, quod contrariatur naturæ creatæ, scilicet malum pœnæ, sed tamen refugit hoc pati a causa spirituali, scilicet a Deo, & hic timor est laudabilis quantum ad hoc saltem, quòd Deum timet, Deuter. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? Et secundum hoc a spiritu sancto est. Sed inquantum talis timor non refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum, sed solum pœnam, non est laudabilis. Et istum defectum non habet a spiritu sancto, sed ex culpa hominis, sicut & fides informis, quantum ad id, quod est fidei, est a spiritu sancto, non autem eius informitas. Vnde etsi per huiusmodi timorem, aliquis bonum faciat, non tamen benefacit, quia non facit sponte; sed

LECTIO III.

SVICVNQVE enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur, vt & glorificemur.

coactus metu pœnæ, quod proprie est seruorum. Et ideo timor iste, proprie dicitur seruilis, quia seruiliter facit hominem operari. Est autem tertius timor qui refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccata vel separationem a Deo, & hoc quidem timet incurrere ex iusta Dei vindicta. Et sic quantum ad vtrumque obiectum, respicit rẽ spiritualem, sed tamen cum hoc habet oculum ad pœnam. Et iste timor dicitur esse initialis, quia solet esse in hominib⁹, in initio suæ conuersionis. Timent enim pœnam propter peccata præterita, & timent separari a Deo per peccatum propter gratiam charitati infusam. Et de hoc dicitur in Psal. 110. Initiũ sapientiæ timor dñi. Est autem quartus timor, qui ex vtraq; parte oculum habet solum ad rem spiritualem: quia nihil timet nisi a Deo separari. Et iste timor est sanctus, qui permanet in seculũ seculi, vt in Psal. dicitur. Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta: ita hic timor causatur ex charitate perfecta. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Et ideo timor initialis, & timor castus, non distinguuntur contra amorem charitatis, qui est causa vtriusque, sed solum timor pœnæ: quia sicut hic timor facit seruitutem, ita amor charitatis facit libertatem filiorum. Facit enim hominem voluntarie ad honorem Dei operari, quod est proprie filiorum. Lex igitur vetus data est in timore, quod significabant tonitrua & alia huiusmodi, quæ facta sunt in datione veteris legis, vt dicitur Exod. 19. Et ideo dicitur Heb. 12. Et ita terribile erat, quod videbatur. Et ideo lex vetus per inflictionem pœnarum, inducens ad mandata Dei seruanda, data est in spiritu seruitutis. Vnde dicitur Gal. 4. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generãs. Et ideo hic dicit, recte dictum est, ꝙ *Qui spiritu Dei aguntur &c.* Nõ enim iterum in noua lege, sicut in veteri lege fuit; *Accepistis spiritum seruitutis in timore*, scilicet pœnarum, quem timorem spiritus sanctus faciebat; *Sed accepistis spiritum*, scilicet charitatis qui est; *Adoptionis filiorum*, id est per quem adoptamur in filios Dei. Gal. 4. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Non autẽ hoc dicitur, quasi sit alius, & alius spiritus, sed quia idem est spiritus. s. qui in quibusdam facit timorem seruilem quasi imperfectum, in aliis facit amorem, quasi quoddam perfectum.

Deinde cum dicit; *In quo clamamus &c.* manifestat idem per nostram confessionem. Profitemur enim nos patrem habere Deũ instructi a dño cum dicimus orantes: Pater noster qui es in cœlis, vt habetur Matt. 6. Hoc autem conuenit dicere non solum Iudæis; sed etiam Gentibus. Et ideo duo ponit idem significantia. s. *Abba*, quod est Hebræum, & *Pater*, quod est Latinum vel Græcum, vt ostendat hoc ad vtrumque populum pertinere. Vnde & dñs Mar. 14. Abba pater, omnia possibilia sunt tibi. Hier. 3. Patrem vocabis me. Hoc autem dicimus non tantum sono vocis, quantum intentione cordis, quæ quidem ꝓpter sui magnitudinẽ clamor dicitur, sicut & ad Moysem tacentem dicitur Exo. 14. Quid clamas ad me. s. intentione cordis? Sed ista magnitudo intentionis, ex affectu filialis amoris procedit quem in nobis. s. facit. Et ideo dicit, In quo. s. spiritu sancto clamamus abba pater. Vnde Esa. 6. dicitur, ꝙ Seraphim qui interpretantur ardentes: quasi igne spiritus sancti clamabant alter ad alterum.

Deinde cum dicit; *Ipse enim spiritus &c.* ostendit idem ex testimonio spiritus sancti, ne forte aliquis dicat, ꝙ in nra confessione decipimur, vnde dicit, Ideo dico, ꝙ in spiritu sancto; *Clamamus abba pater*. Ipse. n. spiritus testimonium reddit, ꝙ sum⁹ filii Dei, hic aũt testimoniũ reddit, nõ quidem exteriori voce ad aures hominum, sicut pater protestatus est de filio suo Matth. 3. sed reddit testimonium per effectum amoris filialis, quem in nobis facit. Et ideo dicit, ꝙ *testimonium reddit*, non auribus; *Sed spiritui nostro &c.* Act. 3. Nos testes sumus horum verborum.

Deinde cum dicit; *Si autem filii &c.* ponit maiorem & primo ostendit, ꝙ filiis debetur hæreditas, dicens. Si aũt aliqui filii per spiritum. s. sequitur ẽt ꝙ sint hæredes, quia non solum filio naturali, sed ẽt adoptiuo debetur hæreditas. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam in hæreditatem &c. Psal. 15. Hæreditas mea præclara est mihi. Secundo, ostendit q̃ sit ista hæreditas. Et primo describit eã quantum ad Deum patrem, dicens; *Hæredes quidem Dei*. Dicitur autem aliquis hæres alicuius existere, qui principalia eius bona percipit seu adipiscitur, non autẽ qui aliqua munuscula recipit, sicut legitur. Genes. 25. Quòd Abraham dedit cuncta, quæ possedit Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera. Bonum autem principale quo Deus dives est, est ipsemet. Est enim dives per seipsum, & non per aliquid

quid aliud, quia extrinsecorum bonorum non indiget, vt dicitur in Psalm. 15. Vnde ipsum Deum adipiscuntur filii Dei pro hæreditate, vnde Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ. Thre. 3. Pars mea dominus dicit auima mea. Sed cum filius hæreditatem non adipiscatur, nisi parte defuncto, videtur quòd homo non possit esse hæres Dei, qui nunquã decedit.

Dicendum est autem, quòd illud habet locum in bonis temporalibus, quæ simul a multis possideri non possunt, & ideo necesse est vnum decedere, ut alius succedat: sed bona spiritualia simul a multis haberi possunt, & ideo non oportet patrem decedere, vt filii sint hæredes. Potest tamen dici, quòd Deus decedit nobis, inquantum est in nobis per fidem: erit autem nostra hæreditas, inquantum videbimus eum per speciem. Secũdo describit hanc hæreditatem ex parte Christi, dicens; *Cohæredes autem Christi*, quia ipse cum sit principalis filius, a quo nos filiationem participamus, ita est principalis hæres, cui in hæreditate coniungimur Matth. 22. Hic est hæres &c. Mich. 1. Adhuc hæredem adducam tibi. Deinde cum dicit; *Si tamen compatimur &c.* ostendit causam dilationis huius vitę gloriosæ. Et primo ponit causam, ex parte passionum. Secundo ponit præeminentiam gloriæ ad passiones, ibi; *Existimo enim &c.*

Circa primum considerandum est, ꝙ Christus qui est principalis hæres ad hæreditatẽ gloriæ peruenit per passiones. Luc. vlti. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Non autem nos faciliori modo, debemus hæreditatem adipisci. Et ideo nos etiam oportet per passiones, ad illam hæreditatem peruenire. Act. 14. Per multas tribulationes, oportet nos introire in regnum Dei. Non enim statim immortale, & impassibile corpus accipimus, vt simul cum Christo pati possimus. Vnde dicit; *Si tamen compatimur*, id est, simul cum Christo, patienter sustinemus tribulationes huius mundi, vt & cum Christo *glorificemur*. 2. Timo. 2. Si commortui sumus, & conregnabimus.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus demonstrauit & dixit, quòd ꝑ gratiam Christi liberamur, nunc assignat causam dilationis immortalis vitæ, quę est hæreditas filiorum Dei, ex eo ꝙ oportet nos Christo compati, vt ad eius gloriæ societatem peruenimus. Et quia posset aliquis dicere, onerosam esse hęreditatem huiusmodi, ad quam non potest, nisi per tolerantiam passionũ peruenirí, ideo hic ostendit excellentiam futuræ gloriæ ad passiones pręsentis temporis. Et primo ponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Nam expectatio &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd oportet nos pati, vt & glorificemur, nec debemus refugere passiones, vt gloriam habeamus. Existimo enim ego, qui vtrumque expertus sum. Eccles. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa. Ipse abundanter passiones sustinuit; secundum illud. 2. Corinth. 11. In laboribus & carceribus abundantius. Ipse etiam futuræ glorię contemplator fuit, secnndum illud. 2. Cor. 12. Raptus in paradisum, & audiuit arcana verba &c. Hoc inquam existimo, quòd *Passiones huius temporis*, non sunt passiones; *Condignae ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis*. Vbi quatuor ponit ad ostendendum excellentiam illius gloriæ. Primo quidem designat eius æternitatem, cum dicit; *Ad futuram*, scilicet post hoc tempus, nihil autem est post hoc tempus, nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit passiones huius temporis, sicut æternum temporale. 2. Cor. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Secundo designat eius dignitatem, cum dicit; *Gloriam*, quę claritatem quandam dignitatis insinuat. Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria. Tertio designat manifestationem, cum dicit; *Quae reuelabitur*, Nunc enim gloriam quidem habent sancti, sed occultatam in conscientia. 2. Cotinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur, & bonorum & malorum, de quibus dicitur Sapient. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Quarto designat eius veritatem, cum dicit; *In nobis*. Gloria enim huius mundi vana est: quia est in his, quæ sunt extra hominem, puta in apparatu diuitiarum, & in opinione hominum. Ps. 48. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed illa gloria erit de eo, quod est intra hominem secundum illud Luc. 17. Regnũ Dei intra uos est. Sic igitur passiones huius temporis, si secundum se considerentur: multum deficiunt a quantitate huius gloriæ. Esa 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones, inquantũ eas, aliquis uoluntarie sustinet ꝓpter Deum ex charitate, quam in nobis spiritus facit, sic ex cõdigno per huiusmodi passiones homo meretur vitam æternã.

LECTIO IIII.

EXistimo enim, quòd non sunt condignæ passiones, huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui

Nam spiritus sanctus est fons, cuius aquæ, id est, effectus, saliunt in uitam æternam, vt dicitur Ioan. 4.

Deinde cum dicit; *Nam expectatio creaturae &c.* ostendit propositum, per excellentiam illius gloriæ. Et primo ex expectatione creaturæ. Secundo ex expectatione apostolorum, ibi; *Non solum autem &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit expectationem creaturæ. Secundo manifestat eam, ibi, *Vanitati enim &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd etiam futura gloria, excedit passiones præsentes. Et tamen hoc manifestum est. Nã expectatio creaturæ, id est, ipsa creatura, expectans; *Expectat reuelationem filiorum Dei*, quia vt dicitur. 1. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis, ꝓpter exteriores passiones, sed postmodum reuelabitur illas dignitas, quando immortalem & gloriosam vitam suscipient, ita quod ex persona impiorum dicitur Sapien. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Dicit autem expectatio expectat, vt talis geminatio intensionem expectationis designet, secundum illud Psal. 39. Expectans expectaui dominum. Sciendum est autem quòd creatura hic tripliciter accipi potest. Vno modo homines iusti, qui specialiter, creatura Dei dicuntur. Vel quia peemanent in bono, in quo creati sunt. Vel propter excellentiam, quia omnis creatura quodammodo eis deseruit. Iaco. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Hæc autem creatura, id est homo iustus, expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, tanquam præmium sibi repromissum. Tit. 2. Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. Secundo potest dici creatura, ipsa humana natura, quæ subiicitur bonis gratiæ, quæ quidem in hominibus iniustis, nondum iustificata est, sed est sicut informis. In hominibus autem iam iustificatis, est quidem partim formata per gratiam, sed tamen est adhuc informis respectu illius formæ, quam est acceptura per gloriam. Sic igitur ipsa creatura, id est, nosipsi, secundum quòd consideramur in bonis naturæ; *Expectat reuelationem gloriae filiorum Dei*, Quod etiam nobis competit per gratiam, sicut si dicamus quòd materia expectat formam, vel colores expectant completionem imaginis, sicut dicit glo. Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili, sicut sunt elementa huius mundi: secundum illud Sapien. 13. A magnitudine speciei & creaturæ, cognosciliter poterit eorũ creator videri. Huiusmodi autem creatura, dupliciter aliquid expectat: nã expectatio creaturę sensibilis, secundum quòd est a Deo, ordinatur ad aliquem finem, quod quidem contingit, dupliciter. Vno modo, secundum, quòd Deus imprimit aliquam formam, & virtutem naturalem huiusmodi creaturæ, ex qua inclinatur ad aliquem finem naturalem, puta si dicamus, quòd arbor expectat fructificationem, & ignis expectat locum sursum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur a Deo, ad aliquem finem, qui superexcedit formam naturalem ipsius. Sicut enim humanum corpus induetur, quadam forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis, in illa gloria filiorum Dei, quandam nouitatem gloriæ consequetur: secundum illud Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Et per hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei.

Deinde cum dicit; *Vanitati enim &c.* manifestat prædictam expectationem. Et primo, ponit necessitatem expectandi. Secundo, expectationis terminum, ibi; *Quia & ipsa creatura &c.* Tertio, expectationis signum, ibi; *Scimus enim, quod omnis creatura &c.* Necessitas autem expectandi est, ex defectu, cui subiacet creatura. Cui enim nihil deficit, non habet necesse aliquid expectare. Defectum autem creaturæ ostendit, dicens; *Vanitati enim creatura subiecta est*. Et siquidem per creaturam intelligatur, homo iustus, sic intelligitur subiici uanitati, id est, istis rebus corporalibus, quæ sunt mutabilia, & caduca. Vnde dicitur vana, secundum illud Ecclesiast. 1. Vanitas uanitatum &

omnia vanitas. Subiicitur autem eis propter necessitatem præsentis vitæ, circa ea occupationem habens, non tamen volens, quia huiusmodi temporalia non amat, sicut illi contra quos dicitur in Psalm. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sed tamen huiusmodi vanitati subiicitur talis creatura propter eũ, id est, propter ordinationem Dei, qui *subiecit eam*, id est, hominẽ iustum huiusmodi sensibilibus creaturis, & tamen *In spe*, vt. s. quandoque a tali occupatione homo liberetur; *In resurrectione*. s. quando neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo. Matth. 22. Si vero intelligatur creatura ipsa humana natura, sic; *Est subiecta uanitati*, id est, passibilitati, secundum illud Psalm. 38. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Non tamen; *Volens*, quia talis vanitas est humanę naturæ in pœnam inflicta. Pœna autem est inuoluntaria, sicut & culpa voluntaria, sed tamen huiusmodi passionibus humana natura subiicitur; *Propter eum*, id est, propter sententiam Dei; *Qui subiecit eam*, scilicet humanam naturam defectibus: sed tamen; *In spe*. quandoque euadendi huiusmodi passiones. Esa. 28. Non in perpetuum triturans triturabit. Si autem intelligatur de creatura sensibili, sic talis creatura; *Subiecta est uanitati*, id est, mutabilitati; *Non volens*. Huiusmodi enim defectus, qui consequuntur mutabilitatem, sicut corruptio, & senium, & alia huiusmodi, sunt contra naturam particularem huius vel illius rei, cuius appetitus est ad conseruationem, licet sint secundum naturam vniuersalem. Sed nihilominus huiusmodi vanitati creatura sensibilis subiicitur; *Propter eum*. i. propter ordinationem Dei; *Qui subiecit eam in spe*, id est, in expectatione gloriosæ nouitatis, vt supra dictum est. Deinde cum dicit; *Quia & ipsa creatura &c.* ostendit terminum prædictæ expectationis. Non enim est vana eius expectatio vel spes; *Quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, per seruitutem corruptionis intelligitur cura quærendi victum & vestitum, & alia, quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quædam seruitus, a qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum Dei. Qui, quamuis nunc habeant libertatem iustitiæ, q̃ est a seruitute peccati, nondum tamen habent libertatem gloriæ, quæ est a seruitute miseriæ. Iob 39. Quis dimisit onagrum liberum? Si vero per creaturam intelligatur humana natura, ipsa; *Liberabitur a seruitute corruptionis*, id est, (ad literam) a passibilitate & corruptione, & hoc tendens in libertatem gloriæ filiorum Dei, quæ est non solum a culpa, sed etiã a morte, secundum illud 1. Corint. 15. Absorpta est mors in victoria. Si vero intelligatur de creatura sensibili, sic ipsa creatura; *Liberabitur a seruitute corruptionis*, id est, mutabilitatis: Quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio, vt Aug. dicit, & etiam Philosophus in 8. physic. & hoc in libertatem gloriæ filiorum Dei, quia hoc etiam libertati gloriæ filiorum Dei congruit, vt sicut ipsi sunt innouati, ita etiam eorum habitatio innouetur. Esa. 65. Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, id est, prior mutabilitas creaturæ. Dicit autem, *quia & ipsa, &c.* secundum primum sensum, ac si dicat: Non solum nos Apostoli, sed etiam alii iusti. In sensu autem secundo, non solum iusti, sed etiam ipsa humana natura, quæ in quibusdam nondum est renouata per gratiam. In tertio autem sensu, intelligendum est, ac si dicatur. Non solum homines, sed alia creatura. Deinde cum dicit; *Scimus enim &c.* ponit signum expectationis, dicens, Scimus enim nos apostoli per spiritum sanctum instructi, & etiam per experimentum; *Quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc*. Quod quidem si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatem. Primo quidem quantum ad hoc, quòd dicit; *Ingemiscit & parturit*, hoc enim conuenire videtur non nisi creaturæ rationali, sed potest sic exponi vt hoc quòd dicit; *Ingemiscit*, idem sit ei, quòd dixit; *Non volens*. In illis enim ingemiscimus, quæ nostræ voluntati repugnant. Sic ergo inquantum defectus creaturæ sensibilis sunt contra naturalem appetitum particularis naturę, dicitur ipsa creatura sensibilis ingemiscere. Quòd autem dicit; *Parturit*, idem est ei, q̃ supra dixerat. *Expectat*. nam parturitio est via ad prolem producendam. Secundum autem dubium est in hoc, q̃ dicit; *Omnis creatura*. quia sic etiam includerentur corpora cœlestia. Vnde & glosa dicit, quòd sol & luna, non sine labore statuta sibi implent spacia, sed exponendum est, vt labor accipiatur pro motu, sicut & requies quandoque accipitur pro cessatione ab opere, sicut Deus die septima requieuisse dicitur Genes. 1. Et secundum hoc, per gemitum intelligitur corruptio, quæ ammiscetur motui locali, prout. s. definit esse in hoc, vbi & incipit esse in alio. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio cœlestium corporũ, ad eorum innouationẽ. Si uero exponatur de hominibus, sic dicitur humana natura; *Omnis creatura*, quia participat cum omni creatura: cum spirituali quidẽ quãtum ad intellectum, cum animali quantum ad corporis animationem, cum corporali quantum ad corpus. Hæc ergo creatura, id est, homo; *Ingemiscit*, partim propter mala, quæ patitur, partim propter bona sperata, quæ differuntur. Thren. 1. Multi gemitus mei; *Parturit* autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ expectatæ. Prou. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Io. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. Psalm. 41. Ibi dolores vt parturientis. Dicit autem; *Vsque adhuc*. quia iste gemitus non est ablatus per nostram iustificationem, sed manet; *Vsque adhuc*, id est, vsque ad mortem, vel; *Vsque adhuc*, quia & si aliqui iam sint liberati, qui sunt in gloria, adhuc tamen nos sumus residui. Vel *Vsque adhuc*, quia non solum antiqui patres, qui fuerunt ante Christum, sed etiam adhuc tempore gratiæ eadem patimur. 2. Pet. 3. dicitur ex persona impiorum. Vbi est nunc promissio aut aduentus eius? Ex quo patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Est autem sciendum, q̃ quia creatura Dei potest dici omne illud, quod sub Deo est: aliqui voluerunt prædicta verba exponere de qualibet creatura, etiam de angelis sanctis: sed valde inconueniens est, vt ipsi dicantur vanitati subiecti, aut ingemiscere, & parturire: cum ipsi iam habeant gloriam eius, cuius similitudinem expectamus, secundum illud Matth. 22. Erunt sicut angeli Dei in cœlis: & ideo conuenientius secundum prædicta exponitur.

subiecit eam in spe, quia, & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

LECTIO V.

NON solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem

LECTIO QVINTA.

SVPRA ostendit Apostolus excellentiam futuræ gloriæ, ex expectatione creaturæ, nunc ostendit idem ex expectatione apostolorum. Non aũt põt esse paruum, quod a magnis viris expectatur tam anxie, Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi; *Spe enim &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit dignitatem expectãtium, cum dicit; *Non solum autem illa*, scilicet creatura, expectat gloriam filiorum Dei; *Sed & nosipsi*, scilicet apostoli; *Habentes, primitias spiritus sancti*, quia. s. spiritum sanctum & tpe prius, & cæteris abundantius apostoli habuerunt, sicut & in fructibus terræ, illud quod primo ad maturitatem peruenit, est pinguius, & magis acceptum. Hier. 2. Sanctus Israel dño primitiæ frugum eius. Heb. 12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlestibus. Ex quo patet q̃ apostoli sunt oibus aliis sanctis, quacunq; prærogatiua præfulgeant, siue virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrii pferendi, tanquam abundantius spiritum sanctum habentes. Sed põt aliquis dicere, q̃ quidam alii sancti maiora tormenta sustinuerunt, & maiores austeritates propter Christum, quàm Apostoli. Sed sciendum est, q̃ magnitudo meriti principaliter, & respectu essentialis præmii, attenditur secundum charitatem. Consistit enim præmium essentiale, in gaudio quod habetur de Deo. Manifestum est autem, q̃ de Deo plus gaudebunt, qui plus amant. Vnde & illam visionem beatam, dominus suo dilecto promittit, dicens Io. 4. Si quis diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Sed secundum quantitatem operum, meretur homo præmium accidentale, quod est gaudium de talibus operibus. Apostoli ergo, illa opera, quæ fecerunt, ex maiori charitate fecerunt, ex qua habebant cor ad multa maiora facienda si fuisset oportunum. Si autem dicat aliquis, potest tantum quis conari, quòd habebit æqualem charitatem cum apostolis. Dicendum, quòd charitas hominis, non est a seipso, sed ex gratia Dei, quæ datur vnicuiq; secundum mensuram donationis Christi, vt dicitur Ephes. 4. Vnicuique autem dat gratiam proportionatam ei ad quod eligitur, sicut homini Christo data est excellentissima gratia, quia ad hoc est electus, vt eius natura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur, & post eum habuit maximam plenitudinem gratiæ beata Maria, quæ ad hoc est electa vt esset mater Christi. Inter cæteros autem ad maiorem dignitatem, sunt

sunt electi Apostoli, vt scilicet immediate ab ipso Christo accipientes, aliis traderent ea, quæ pertinent ad salutem: & sic in eis ecclesia quodammodo fundaretur, secundum illud Apocal. 21. Murus habebat fundamenta duodecim, & nomina apostolorum erant in eis scripta: & ideo dicitur. 1. Corinth. 12. Deus posuit in ecclesia, primum quidem apostolos. Et ideo, Deus eis abundãtiorem gratiam præ cæteris tribuit. Secundo, ponit anxietatem expectationis, cum dicit; *Et ipsi intra nos gemimus*. Qui quidem gemitus designat afflictionem ex dilatione rei, cum magno desiderio expectatæ, secundum illud Prouerbio. 12. Spes quæ differtur, affligit animam. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo. Iste autem gemitus, non est tam exterius, quàm interius, tum quia ex interiori cordis affectu procedit, tum quia est propter interiora bona: vnde signanter dicit; *Intra nos*. Thre. 1. Multi gemitus mei. Tertio ponit rem expectatam, dicens; *Adoptionem filiorum Dei expectantes*, id est, completionem huius adoptionis. Inchoata enim est huiusmodi adoptio per spiritum sanctum iustificantem animam. Supra eodem, Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Consummabitur autem per ipsius corporis glorificationem: vnde supra 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Et hoc est quòd subdit; *Redemptionem corporis nostri*, vt scilicet, sicut spiritus noster redemptus est a peccato, ita corpus nostrum redimatur a corruptione & morte. Oseæ 13. De morte redimam eos, Philip. 3. Reformabit corp' humilitatis nostræ. Deinde cũ dicit; *Spe enim, &c.* probat quod dixerat tali ratione: Spes est de his quæ non præsentialiter videntur, sed in futuro expectantur. Sed nos sumus salui facti per spem, ergo expectamus in futurum complementum salutis. Primo ergo ponit minorem dicens; *Nos enim Apostoli & caeteri fideles, spe salui facti sumus*, quia scilicet spem nostræ salutis habemus. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam. Psal. 61 Sperate in eum omnis congregatio populi. Secundo ponit maiorem, dicens; *Spes autem*, 1. res sperata, quæ videtur quasi præsentialiter habita, non est spes, id est, non est res sperata, sed habita. Spes enim est expectatio futuri. Soph. 8. Expecta me in die resurrectionis meæ in futurum. Tertio, ponit probationem maioris, dicens; *Nam quod videt quis, quid*, id est, cur sperat: quasi dicat? Spes importat motum animæ in aliquid non habitum tendentem. cum autem aliquid iam habetur, non est necessarium vt in id aliquis moueatur. Et est notandum, quòd quia spes ex fide quodammodo oritur, attribuit spei opus illud quod est fidei, scilicet esse de non visis, secundum illud Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium. Quarto, ponit conclusionem, dicens; *Si autem quod non videmus speramus*, sequitur quòd *per patientiam expectamus*. Vnde notandum est, quòd proprie patientia importat tolerantiam tribulationum cum quadam æquanimitate. Infra 12. In tribulatione patientes, quia vero dilatio boni habet quandam rationẽ mali, inde est, quòd etiam diutina expectatio bonorum absentium, cum tranquillitate animi attribuitur patientiæ, sed hæc maxime ad longanimitatem pertinent, secundum illud Iac. 5. Patientes estote fratres vsque ad aduentum domini. Vtroque autem modo patientia hic accipitur: quia apostoli expectabant æquanimiter gloriam, & cum dilatione & tribulatione. Deinde cum dicit; *Similiter autem &c.* ostendit quomodo per spiritum sanctum adiuuamur in defectibus vitæ præsentis. Et primo quantum ad completionem desideriorum. Secundo quantum ad directionem exteriorum euẽtuum ibi; *Scimus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi; *Nam quid oremus &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd per spiritum sanctum uiuificabuntur nostra mortalia corpora, quando auferetur a nobis nostra infirmitas. Similiter autem & in statu huius vitæ, in quo adhuc infirmitati subiicimur; *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram*, & si non totaliter eam tollat. Eze. 3. Spiritus quoq; eleuauit me, & assumpsit me: & abii amarus in indignatione spiritus mei, quasi infirmitate nondum totaliter cessante. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et in hoc spiritus me assumpsit. Matth. 26. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Deinde cum dicit; *Nam quid oremus &c.* manifestat quod dixerat. Et primo ostendit necessitatem auxilii spiritus, quod pertinet ad infirmitatem præsentis vitæ. Secundo ostendit modum auxilii, ibi; *Sed ipse spiritus &c.* Tertio, ostendit efficaciam auxilii, ibi; *Qui autem scrutatur &c.* Dicit ergo primo. Recte dico q̃, *spiritus adiuuat infirmitatem nostram*. Nam in hoc patimur infirmitatem, quòd nescimus quid oremus, sicut oportet. Iob. 3. Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris. Et est considerandum, quòd duo dicit nos Apostolus nescire, scilicet quid orando petamus, & modum quo petere oporteat: sed vtrumque videtur esse falsum. Nã primũ scimus quid oremus; quia hoc nos dominꝰ docuit Matth. 6. Sanctificet nomen tuũ, &c. Sed dicendum, q̃ in generali quidẽ possumus scire, quid conuenienter oremus, sed in speciali hoc non possumus scire. Primo quidem, quia si desideramus aliquod opus virtutis facere, quod est implere voluntatem Dei, sicut in cœlo & in terra, potest contingere, q̃ illud opus virtutis, non est huic vel illi congruum: sicut alicui qui vtiliter posset in actione proficere, non expedit contemplationis quies, & econuerso, vt Gregorius dicit in moralibus, super illud Iob. 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum: vnde dicitur Prou. 14. Est uia quæ videtur homini iusta, nouissima autem illius ducunt ad mortem. Secundo, aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ, quod est petere panem quotidianum, quod tamen sibi vertitur in periculum mortis. Multi enim propter diuitias perierunt. Ecclesiast. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Tertio, aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis, quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis: sicut Paulus petit amoueri a se stimulum, qui tamen erat ei datus, ne eum magnitudo reuelationum extolleret, vt dicitur 2. Corinth. 12. Similiter etiam videtur, quòd sciamus sicut nos oportet orare: secundum illud Iacob. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Et ad hoc dicendum, quòd in generali hoc scire possumus, sed speciali motu cordis nostri vsque quaque discernere non possumus, vt puta, vtrum petamus aliquid ex ira, vel ex zelo iustitiæ. Vnde & Matth. 10. Reprobata est petitio filiorum Zebedei, quia licet viderentur participationem diuinæ glorię postulare, tamen ex quadam uanagloria, seu elatione procedebat eorum petitio.

filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem, & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.

Lib. 6. mor. cap. 28.

Deinde cum dicit; *Sed ipse &c.* Ponit modum auxilii spiritus sancti dicens, quòd *ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Quod quidem videtur suffragari errori Arrii, & Macedonii, qui posuerunt spiritum sanctum esse creaturam, & minorem patre & filio: postulare enim est minoris: sed si ex eo, quòd dicit eum postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam, & patre minorem, consequens est etiam, quòd ex eo, q̃ dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturam beatitudine carentem, quod nullus vnquam hereticus dixit. Nam gemitus ex dolore est, qui ad miseriam pertinet. Et ideo exponendum est; *Postulat*, id est postulantes nos facit, sicut & Gen. 22. Nunc cognoui, q̃ timeas dominum, id est, cognoscere feci. Facit autem spiritus sanctus nos postulare, inquantum in nobis, recta desideria causat. Nam postulatio, est quædam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis proueniunt, quam in nobis. s. facit. Supra 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Spiritu autem sancto dirigente, & instigante cor nostrum, & nostra desideria non possunt esse nisi nobis vtilia. Esaiæ. 48. Ego dominus docens te vtilia. & ideo subdit; *Pro nobis*. Eius autem quod multum desideramus, & desideranter petimus, dilationem cum dolore, & gemitibus patimur. & ideo subdit; *Gemitibus*, quos. s. in corde nostro causat, inquantum. s. nos facit cœlestia desiderare, quæ differuntur animæ. Iste est gemitus columbæ, quem spiritus sanctus in nobis facit. Nahum. 2. Minabantur gementes vt columbæ. Dicit autem; *Inenarrabilibus*: aut quia sunt propter rem inenarrabilem, scilicet cœlestem gloriam. 2. Corint. 12. Audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. Aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari non possunt, secundum q̃ a spiritu sancto procedunt. Iob. 38. Quis enarrabit cœlorum rationem? Deinde cum dicit: *Qui autem scrutatur &c.* ostendit efficaciam auxilij, quo spiritus sanctus nos adiuuat dicens. Qui autem scrutatur corda, id est, Deus cui proprium est corda scrutari. Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus. Dicitur autem Deus scrutari corda, non q̃ inquirendo occulta cordis cognoscat, sed quia manifeste scit ea, quæ in corde latent. Sophon. 1. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Deus inquam scrutans corda, scit, id est, approbat, ſm illud 2. Timo. 2. Nouit dominus, qui sunt eius

tex. c. 13.

eius; *Quid desideret spiritus*, id est, quid desiderare nos faciat, Psal.37. Domine ante te omne desiderium meum. Ideo autem desideria spiritus, quæ in sanctis facit spiritus sanctus, sunt Deo accepta: quia *Postulat pro sanctis*, id est postulare eos facit; *Secundum Deum*, id est; quod conuenit diuino beneplacito. Prou. 10. Desiderium iustorum omne bonũ: in cuius exemplum dominus patri dicebat. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Matth.26.

LECT. VI.

OSTENDIT supra Apostolus, quòd spiritus sanctus adiuuat nos in infirmitatibus pręsentis vitæ, quantum ad impletionem nostrorum desideriorum: hic ostendit, qualiter nos iuuat quantum ad exteriores euentus, dirigendo in bonum nostrum. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum ibi; *Nam quos praesciuit, &c.* Tertio, infert quãdã conclusionẽ ex dictis, ibi; *Quis ergo separabit nos, &c.* Circa primum duo consideranda occurrunt. Primo quidem magnitudo beneficii, quæ nobis a spiritu sancto confertur, ut. s. omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quicquid fit in mundo, etiam si malum sit, cedit in bonum vniuersi: quia vt Augustinus dicit in Enchi. Deus est adeo bonus, quòd nihil mali esse permitteret,
cap.11. nisi esset adeo potens, quòd ex quolibet malo, posset elicere aliquod bonum. Non autem semper cedit malum in bonum eius in quo est, quòd sicut corruptio unius animalis, cedit quidem in bonum vniuersi, inquantum per corruptionem unius generatur aliud, non tamen in bonum eius, quod corrumpitur: quia bonum vniuersi est a Deo volitum secundum se, & ad ipsum ordinantur omnes partes vniuersi. Et eadem ratio esse videtur circa ordinem nobilissimarum partium ad alias partes, quia malum aliarum partium, ordinatur in bonum nobilissimarum. Sed quicquid fit circa nobilissimas partes, non ordinatur nisi in bonum ipsarum: quia de eis propter se cura habetur, de aliis autem propter ipsas: sicut medicus infirmitatem pedis sustinet, vt curet caput. Inter omnes autem partes vniuersi excellunt sancti Dei, ad quorum quemlibet, pertinet quod dicitur Matt. 25. Super omnia bona sua constituet eum. Et ideo quicquid accidit, vel circa ipsos, vel alias res, totum in bonum eorum cedit: ita quòd verificatur quod dicitur Prou. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti: quia scilicet etiam mala peccatorum, in bonum iustorum credunt: vnde & Deus specialem curam de iustis habere dicitur, secundum illud Psalm.33. Oculi domini super iustos, inquantum. s. fic de eis curat, quòd nihil mali circa eos esse permittit, quod non in eorum bonum conuertat. Et hoc quidem manifestum est quantum ad mala pœnalia, quæ patiuntur: vnde in glosa dicitur, quòd ipsorum infirmitate exercetur humilitas afflictione, patientia, contradictione, sapientia, odio, beneuolentia: vnde 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiã, beati. Sed numquid etiam eis peccata cooperantur in bonum? Quidam dicunt, quòd peccata non continentur sub hoc, quòd dicit omnia: quia secundum Augustinum, peccatum nihil est,
In Ps. 68. & in lib. 7. conf.c.16. & nihil fiunt homines, cum peccant. Sed contra hoc est, quod in glosa sequitur. Vsque adeo talibus Deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui horum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, vnde & in Psal.36, dicitur, Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sed secundum hoc videtur, quòd semper tales in maiori charitate resurgant, quia bonum hominis in charitate consistit, quam si non habeat, Apostolus se nihil esse recognoscit. primæ. Corinth. 13. Sed dicendum est, quòd bonum hominis non solum consistit in quantitate charitatis, sed præcipue in ipsius perseuerantia vsque ad mortem, secundum illud Matthæi. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ex hoc autem, quòd iustus cadit, resurgit cautior & humilior. vnde in glo. subditur: postquam dixerat, quòd hoc ipsum faciat eis in bonum proficere: quia sibi humiliores redeunt, atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere: non quasi arrogando sibi, tanquam de sua uirtute fiduciam permanendi.

Secundo, oportet considerare, quibus hoc beneficium competat. Circa quod, primo atenditur aliquid ex parte hominis, cum dicit; *Diligentibus Deum*, Dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, vt habitum est supra secundo. Ipse autem spiritus sanctus est, qui nos dirigit in uiam rectam, vt dicitur in Psal.26. Vnde dicitur. 1. Petri. 3. Quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Et Psalm. 18. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et hoc rationabiliter: quia ut dicitur Prouerbio. 8. Ego diligentes me diligo. Diligere est bonum uelle dilecto: Dei autem velle est operari. Omnia enim quæcumq; uoluit, fecit, vt i ps.134 dicitur. Et ideo Deꝰ omnia conuertit in bonum his, qui eum diligunt. Secundo attenditur id quod est ex parte Dei, qui primo fideles ab æterno prędestinauit. Secundo ex tempore uocat. Tertio sanctificat, & hæc tria tangit, cum dicit; *His qui secundum propositum uocati sunt sancti.* 1. prædestinatis, uocatis & sanctificatis: vt propositum referatur ad prædestinationem, quæ secundum † Augustinum, est propositum miserendi. Ephe. 1. Prædestinati secundum propositum eius. Quòd dicit; *Vocati*, ad uocationem pertinet. Esa. 41. Vocauit eum ut sequeretur se. Quòd dicit; *Sancti*, ad sanctificationem: secundum illud Leuit. 21. Ego dominus, qui sanctifico. Hoc autem Apostolus se scire dicit ex persona sanctorum, dicens; *Scimus*, Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum. Procedit autem hæc scientia, tum ex experimento, tum etiam ex consideratione efficaciæ charitatis. Cantico. 8. Fortis est ut mors dilectio. Et etiam prædestinationis æternæ. Esa. 46. Omnis uoluntas mea implebitur, & omne consilium meum fiet. Deinde cum dicit; *Nam quos praesciuit? &c.* probat quod dixerat tali ratione. Nullus potest nocere his, quos Deus promouet, sed prædestinatos diligentes Deum Deus promouet. ergo nihil potest eis nocere. sed omnia cedunt eis in bonum. Primo ergo probat minorem, scilicet quòd eos Deus promoueat. Secundo maiorem, scilicet ꝙ promotis a Deo nihil potest esse nociuum, ibi; *Quid ergo dicemus? &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit ea, quæ sunt ad promotionem sanctorum ab æterno. Secundo ea, quæ sunt ex tempore, ibi; *Quos autem praedestinauit, &c.* Ponit autem duo, circa primum, scilicet præscientiam & prædestinationem, cum dicit; *Nam quos praesciuit & praedestinauit.* Dicunt autem quidam, quòd prædestinatio hic accipitur pro præparatione, quæ est in tempore, qua scilicet Deus præparat sanctos ad gratiam. & hoc dicunt ad distinguendum præscientiam a prædestinatione. Sed si recte consideretur, vtrum que est æternum, & differunt ratione. Nam sicut dictum est supra primo super illud. Qui prædestinatus est, prædestinatio importat pręordinationem quandam in animo eorum, quæ quis est facturus. Ab æterno autem Deus prædestinauit beneficia, quæ sanctis suis erat daturus. Vnde prædestinatio est æterna. Differt autem a præscientia secundum rationem, quia præscientia importat solam notitiam futurorum: sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. Et ideo Deus habet præscientiam etiam de peccatis: sed prædestinatio est de bonis salutaribus. Vnde Apostolus ad Ephe. 1. dicit, Prædestinati ꝛm ꝓpositum eius, ut simus in laudem &c. Circa ordinẽ aũt ꝓscientię, & prædestinationis dicunt quidam, ꝙ præscientia meritorum bonorum, & malorum, est rõ ꝓdestinationis, & repbationis, ut. s. intelligatur, ꝙ Deus ꝓdestinet aliquos, quia præscit eos bene operaturos, & in Xpm crediturros. Et ꝛm hoc, litera sic legitur; *Quos praesciuit conformes fieri imaginis filii eius, hos praedestinauit.* Et hoc quidem rationabiliter diceretur, si prædestinatio respiceret tantum vitam æternam, quæ datur meritis: sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno diuinitus ꝓparatum: vnde eadem rõne oia beneficia, quæ nobis confert ex tpe, pręparauit nobis ab æterno. Vnde ponere, quòd aliquod meritum ex parte nostra pręsupponatur, cuius pręscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud quàm gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quod principiũ bonorum operum est ex nobis, & consumatio est ex Deo. vnde conuenientius sic ordinatur litera. Quos præsciuit, hos & prædestinauit fieri conformes imaginis filii sui. Vt ista conformitas non sit ratio prædestinationis, sed terminus uel effectus. Dicit enim Apostolus Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei. Nihil enim aliud est adoptio filiorum, quàm illa conformitas. Ille enim, qui adoptatur in filium Dei, conformatur uerofilio eius. Primo quidem in iure participandæ hęreditatis, sicut supra eodem dictum est, Si filii, & hæredes,

LECTIO VI.

CIMVS autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædedinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum, Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit?

hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Secundo in participatione splendoris ipsius. Ipse enim est genitus a patre tanquam splendor gloriæ eius. Heb. 1. Vnde per hoc, quòd sanctos illuminat de lumine sapientiæ, & gratiæ, facit eos fieri conformes sibi. vnde in Psalm. 119. dicitur, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te, id est, Profundentem omnem splendorem sanctorum. Quòd autem dicit; *Imaginis filii eius*: potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt sit constructio appositiua, vt sit sensus, conformes imaginis filii eius, qui est imago. Col. 1. Est imago inuisibilis Dei. Alio modo potest intelligi, vt sit constructio transitiua, ut sit sensus, Prædestinauit nos fieri conformes filio suo in hoc, quòd portemus eius imaginem. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis. Dicit autem; *Quos praesciuit, & praedestinauit*: non quia omnes præscitos prædestinet, sed quia eos prædestinare non poterat, nisi pręsciret. Hierem. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te. Quid autem ex hac prædestinatione sequatur, subtungit; *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus*. Sicut enim Deus suam naturalem bonitatem voluit aliis communicare, participando eis similitudinem suæ bonitatis, vt non solum sit bonus, sed etiam auctor bonorum: ita filius Dei voluit conformitatem suæ filiationis aliis communicare, vt non solum sit ipse filius, sed etiam primogenitus filiorum. Et sic, qui per generationem æternam est vnigenitus, secundum illud Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, secundum collationem gratiæ; *Sit primogenitus in multis fratribus*: Apoc. 1. Qui est primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Habet igitur Christus nos fratres, tum quia nobis similitudinem filiationis communicauit, sicut hic dicitur: tum quia similitudinem nostræ naturæ assumpsit, secundum illud Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari.

Deinde cum dicit; *Quos autem praedestinauit &c.* ponit ea quę ex parte sancti diuinitus consequuntur. Et primo ponit vocationem cum dicit; *Quos praedestinauit, hos & vocauit*. Prædestinatio, utem eius irrita esse non potest, secundum illud Esa. 14. Iurauit dominus exercituum, dicens. Si non vt putaui ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet. Primum autem in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quę quidem est duplex, vna exterior, quæ fit ore prædicatoris. Prouer. 9. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo Deus vocauit Petrum & Andream, vt dicitur Matthæi quarto. Alia vero vocatio est interior, quæ nihil aliud est, quàm quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur a Deo ad assentiendũ his, quæ sunt fidei vel virtutis. Esaiæ 41. Quis suscitauit ab oriente iustum & vocauit eum vt sequeretur se? Et hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad Deum conuerteret, nisi ipse Deus nos ad se traheret. Ioannis 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ? Threnorum quinto. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et etiam hęc vocatio est efficax in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. Ioannis 6. Omnis qui audiuit a patre meo & didicit, venit ad me. Vnde secundo ponit iustificationem, cum dicit; *Quos vocauit, hos & iustificauit*, scilicet gratiam infundendo. supra tertio. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hæc autem iustificatio, & si in aliquibus frustretur, quia non perseuerant vsque ad finem, in prędestinatis tamen nunquam frustratur, vnde tertio ponit magnificationem cum subdit; *Hos & magnificauit*, Et hoc dupliciter scilicet vno quidem modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Sapient. vlt. In omnibus domine magnificasti populum tuum & honorasti. Ponit autem præteritum pro futuro si intelligatur de magnificatione gloriæ, vel propter certitudinem futuri: vel quia quod in quibusdam est futurum, in aliis est completũ. Deinde cum dicit; *Quid ergo dicemus &c.* manifestat maiorem, scilicet quòd promotis a Deo nullus potest nocere. Et primo ostendit quòd non possint pati detrimentum per malum pœnæ, secundo quòd nec per malum culpæ, ibi; *Quis accusabit &c.* Malum pœnæ est duplex. Vnum quidem consistit in illatione malorum, aliud in subtractione bonorum. Primo ostendit ꝙ illi, qui promouentur a Deo, non patiuntur detrimentum per conatum alicuius persequentis, dicens; *Quid ergo dicemus?* quasi dicat. Cum tot bona Deus suis electis pręstet, quid potest dici contra hæc, vt scilicet prædicta Dei beneficia annullentur? quasi diceret, nihil. Prouerb. 21. Non est sapientia, & non est prudentia, & non est consilium contra dominum. Vel quid dicemus ad hæc? scilicet aspicientes: oportet nos obstupescere. Abac. 3. secundum aliam literam. Consideraui opera tua, & expaui; *Vel quid dicemus ad haec?* id est, quid poterimus Deo retribuere tot beneficiis dignum? Psalm. 115. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et subiungit; *Si Deus pro nobis est*, scilicet prædestinando, vocando, iustificando, & magnificando; *Quis contra nos?* scilicet, esse poterit efficaciter? Esa. 5. Stemus simul, quis est aduersarius meus? Iob 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Secundo ostendit, quòd sancti Dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum, dicens; *Qui etiam proprio filio non pepercit*. Cum autem supra de multis filiis mentionem fecisset, dicens, Accepistis spiritum adoptionis filiorum, ab omnibus illis hunc filium separat, dicens; *Proprio filio suo*, idest non adoptato, ut hæretici mentiuntur, sed naturali & coæterno 1. Io. vlti. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo, de quo pater dicit Matthæi 3. Hic est filius meus dilectus. Quòd autem dicit, *Non pepercit*, intelligendum est, quòd eum a pœna non eximit. Nam culpa in eo non fuit, cui parci potuisset. Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum. Non tamen Deus pater filio suo non pepercit, ut ei aliquid accresceret, qui est per omnia Deus perfectus, sed propter nostram utilitatem eum passioni subiecit. Et hoc est quod subdit; *Sed pro nobis omnibus tradidit illum*, idest exposuit eum passioni pro expiatione peccatorum nostrorum. supra. 4. Traditus est propter delicta nostra. Esaiæ. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Tradidit eum Deus pater in mortem, eum incarnati, & pati statuendo, & humanæ eius voluntati inspirando charitatis affectum, qua passionem spontaneus subiret. Vnde ipse seipsum tradidisse dicitur. Eph. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Tradidit etiam eum Iudas, & Iudæi exterius aliquid operando, ut supra. 5. habitum est.

Est autem notandum quod dicit; *Qui etiam proprio &c.* Quasi dicat. Non solum alios sanctos pro salute hominum tribulationi exposuit, secundum illud Osææ 6. Propter hoc dolaui in prophetis. 2. Corint. 1. Cum tribulamur pro vestra exhortatione & salute; sed etiam proprium filium suum. In ipso autem filio Dei omnia existunt, sicut in primordiali & pręoperatiua causa. Colloss. 1. Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis, omnia sunt data nobis, vnde subdit; *Quomodo non etiam cum illo*, scilicet dato nobis, *Omnia donauit* nobis: ut scilicet omnia cedant in bonum nostrum, superiora quidem scilicet diuinæ personæ ad fruendum, rationales spiritus ad conuiuendum, omnia inferiora ad vtendum, non solum prospera, sed etiam aduersa. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei: vnde patet quòd sicut in Psalm. dicitur, Nihil deest timentibus eum.

LECTIO VII.

QVIS accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum,

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM Apostolus ostẽdit, quòd sancti, quos Deus promouet, nullum detrimentum pati possunt, quasi a malo pœnæ: hic ostẽdit, quòd nullum detrimẽtum pati possunt, quasi a malo culpæ. Et primo ostendit propositum. Secundo excludit quandam obuiationem, ibi; *Christus Iesus &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliquis propter culpam læditur a duobus. Primo quidem ab accusatione: secundo a iudice condemnante. Primo ergo ostendit, quòd nulla accusatio possit esse sanctis Dei nociua: & hoc ratione diuinæ electionis Qui enim aliquem eligit ex hoc ipso eum approbare uidetur. Sancti autem sunt electi a Deo. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Qui autem accusat, improbat eum quem accusat. Non autem ualet alicuius accusatio contra Dei approbationem. Et ideo dicit; *Quis accusabit*, scilicet efficaciter; *aduersus electos*, id est, aduersus quos Deus elegit, ut sint sancti. vnde dicitur Apoca. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundo ostendit, quòd nullius accusatio potest esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio Dei beneficio, quo scilicet Deus nos iustificat: quod quidem beneficium præmittit, dicens; *Deus*, scilicet *est qui iustificat*, secundum illud quod supra dictum est, Quos uocauit hos & iustificauit. 1. Corinth. 6. Sed iustificati estis. Condemnatio autem contra iniustos locum habet; *Quis est ergo qui condemnet?* iustificatos a Deo? Iob. 34. Ipso concedente pacem, quis est qui

an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eũ qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

condemnet? Deinde cum dicit; *Christus Iesus*, excludit obuiationem. Posset aliquis timere, ne a Christo Iesu aliquis accusaretur, & condemnaretur tanquam transgressor mandati ipsius Christi, sicut & de Moyse dominus dicit Ioan. 5. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Et quòd etiam ab ipso condemnaretur, eo quòd ipse est constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum: vt dicitur Act. 10. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. Corinth. 2. Qui peccatum non fecit, & ideo idoneus videtur ad accusandũ & condemnandum, secundum illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et ideo dicit; *Christus Iesus*, quasi diceret. Numquid Christus Iesus accusabit aduersus electos Dei, vel etiam eos condemnabit? Et ostendit quòd non: quia etiam ipse secundum humanitatem suam magna beneficia sanctis confert: sicut & secundum suam diuinitatem. Et ponit quatuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidem mortem, cum dicit; *Qui mortuus est*, scilicet pro nostra salute. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo, resurrectionem per quam scilicet nos viuificat, & nunc vita spirituali, & tandem vita corporali. Vnde subdit, *Qui & resurrexit*. vt supra. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Addit autem; *Immo*, quia potius est nunc commemorandus ex virtute resurrectionis, quàm ex infirmitate passionis. 2. Corint. vlti, Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit ex virtute Dei. Tertio, ipsam patris confessionem cũ dicit; *Qui est a dextris Dei*, id est, in æqualitate Dei patris secũdum naturam diuinam, & in potioribus boni, eius secundum naturam humanam. Et hoc etiam est ad gloriam nostram, quia vt dicitur Ephe. 2. Consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Inquantum enim nos membra eius sumus, nos in ipso Deo patri consedemus. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Quarto, interpellationẽ eius cum dicit, *Qui etiam interpellat pro nobis*, quasi aduocatus noster existens. 1. Ioannis. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Ad officium aduocati pertinet, non quòd accuset vel condemnet, sed magis accusatorem repellat, & condemnationem impediat. Dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter. Vno modo pro nobis orando, secundum illud Ioannis. 17. Non pro his rogo tantum scilicet apostolis, sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me. Nunc autem eius interpellatio pro nobis est voluntas ipsius de nostra salute. Ioannis. 17. Volo vt vbi sum ego & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis, humanitatem pro nobis assumptam: & mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando. Hebr. 6. Introiuit in ipsum cœlũ, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Deinde cum dicit; *Quis ergo nos separabit, &c.* infert conclusionem ex dictis. Et quia hæc conclusio quasi incredibilis videtur inexpertis, proponit eam per modum quæstionis, vnde tria facit. Primo proponit quæstionem. Secundo, ostendit necessitatem quæstionis propositæ, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Tertio ponit solutionem, ibi; *In his omnibus &c.* Potest autem hæc quæstio ex præmissis duplici ratione concludi. Primo quidem sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata, & tam efficacia, vt nullus contra ea possit. Omnia autem prædicta beneficia ad hoc tendunt: vt nos simus in charitate radicati & fundati. vt dicitur Ephe. 3. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? qua scilicet Christum diligimus & proximum, secundum quod ipse præcepit. Ioan. 13. Mandatum nouum do uobis &c. Alio modo sic. Dictum est, quòd magna beneficia Deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione adeo charitas Christi in cordibus nostris feruet, quod nihil eam extinguere potest. Cantico. vlti. Aquæ multæ, non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autem mala, per quorum passionem aliquis cogi posset, vt charitatem Christi desereret. Et primo ponit ea quæ pertinent ad vitam. Secundo, id quod pertinet ad mortem. Circa vero ea, quæ in uita imminent sustinenda; primo ponit mala præsentia, secundo futura, Circa præsentia uero primo, ponit ea, quæ pertinent ad tolerantiam malorum. Secundo ea quæ pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa, considerari possunt dupliciter. Vno modo, secundum quod sunt in patiente, qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundum corpus. Et ad hoc pertinet tribulatio. Dicitur enim a tribulis, quæ sunt herbæ pungitiuæ, Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur, cum

F exterius pungitur. Nec tamen propter hoc iusti vincuntur. Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos dominus. Affligitur etiam homo ab eis per interiorem anxietatem cordis; dum scilicet aliquis non uidet quò diuertat, vel quomodo euadat. Et quantum ad hoc subdit; *An angustia*: Danie. 13. Angustiæ mihi sunt vndique, & quid eligam ignoro. Alio mõ huiusmodi mala considerari possunt, secundum ꝙ sunt in agente. Et quãtum ad hoc subdit; *An persecutio*? Quamuis enim persecutio ad hoc proprie pertinere videatur, quòd aliquis alium G persequitur effugando, secundum illud Matthæi. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, tamen communiter persecutio accipi potest pro inflictione cuiuslibet nocumenti. Psalm. 118. Multi qui persequuntur me tribulant me. Deinde ponit mala, quæ pertinent ad subtractionem bonorum, quæ sunt necessaria vitæ, scilicet cibus & uestimenta, secundum illud. 1. Timot. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ad subtractionem autem cibi pertinet fames. vnde subdit; *An fames*? Ad subtractionem autem vestitus pertinet nuditas. Vnde subdit; *An nuditas*? 1. Cor. 4. Vsq; in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, Quantũ ad mala futura subdit; *An periculum*? scilicet imminens in futurum. 2. Corin. 12. Periculis fluminum, periculis latronum. Quantum autem ad mortem, subdit; *An gladius*? Hebræorum undecimo, In occisione gladii mortui sunt. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est, &c.* ostendit huius quæstionis ne- H cessitatem per hoc, quòd dicit, quòd sanctis omnia ista imminebant patienda, propter Christi charitatem. Et inducit uerba Psalmistæ, quasi in persona martyrum proposita. In quibus, primo ponit causam passionis. Martyrem enim non facit pœna, sed causa, ut dicit Aug.† Vnde dicit *propter te* Mat. 10. Qui perdiderit animam suam, id est, uitam propter me,

Epla. 61. 161.

inueniet eam. 1. Pet. 4. Nemo uestrum patiatur ut fur, aut homicida. Si autem ut Christianus, non erubescat. Patitur etiam propter Christum, non solum, qui patitur propter fidem Christi, sed etiam qui patitur pro quocunque iustitiæ opere pro amore Christi. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secundo, ponit grauitatem passionis, cum dicit; *Mortificamur*, id est, morti tradimur. Hester. 7. Traditi sumus ego, & populus meus ut conteramur, & iugulemur, & pereamus. Tertio, continuitatem persecutionis, cum dicit; *Tota die*, id est, per totum tempus uitæ. 2. Corin. 4. Semper I nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum. Quarto promptitudinem persequentium ad occidendum cum dicit; *Æstimati sumus ut oues occisionis*, id est, deputatæ ut occidantur in macello, quæ cum studio occiduntur. Ita & sancti ex proposito & cum studio occidebantur. Io. 16. Venit hora ut omnis, qui interficit uos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Zach. 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant, occidebant. Deinde cum dicit; *Sed in his omnibus*, soluit quæstionem. Et primo proponit solutionem, dicens; *Sed in his omnibus*, scilicet malis, quæ supra posui; *Superamus*, dum scilicet circa omnia illibatam charitatem seruamus. Sapien. 10. Certamen forte dedit illi ut uinceret. Et hoc non nostra uirtute, sed per auxilium Christi: unde subdit; *Propter eum qui dilexit nos*, id est, propter eius auxilium, uel propter affectum, quem ad eum habemus, non quasi nos primo dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ut dicitur. 1. Io. 4. & 1. Corin. K 15. Gratias Deo, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. Secundo ibi; *Certus sum*. manifestat solutionem, ostẽdens inseparabilem esse sanctorum charitatem. Et primo, ostendit, quòd non potest separari a creaturis, quę sunt. Secundo, quòd nec etiam a creaturis, quæ non sunt, sed esse possent, ibi; *Neque creatura alia*. Circa primum duo facit. Primo ponit ea, quæ sunt in homine, dicens; *Certus sum enim, quia neque mors*, quæ est præcipuum inter terribilia; *Neque uita*, quæ est præcipuum inter appetibilia, scilicet *Poterit nos separare a charitate Dei*. Infra 14. Siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. In his autem duobus includuntur omnia, quæ supra posuit. Nam sex præcedentia pertinent ad uitam. Vnum autem, scilicet gladius, pertinet ad mortem, ut supra dictum est. Deinde ponit ea quæ sunt exterius, inter quæ primo ponit spirituales creaturas, dicens; *Neque angeli*, qui scilicet sunt minores deputati ad custodiam hominum singulorum. Psalm. 90. Angelis suis mandauit de te,

te; *Neque principatus*, scilicet qui sunt deputati ad custodiam; *Gentium*. Danie. 10. Nunc reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum. Cum enim egrederer apparuit princeps Græcorum veniens, & nemo est adiutor meus, nisi Michael noster princeps. Addit autem; *Neque virtutes*, qui est supremus ordo ministrãtium. Luc. 21. Virtutes cœlorum mouebuntur. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis, qui contra sanctos decertant. Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et secundum hoc, vt Chrysostomus dicit in lib. de compunctione cordis, hoc dicebat: non ꝙ

De cõp. li. i.

angeli affectare possent aliquando eum a Christo separare, sed etiam ea quæ sunt impossibilia: verbi gratia, fieri posse dixit magis quàm se ab amore Christi seiungi: vt per hoc quanta in eo vis esset diuinæ charitatis ostenderet, atque omnibus ante oculos poneret. hic enim amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere nequeant: sed necessariis suis & charis afferunt, & ꝓdunt & flãmas suas infra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi, amoris sui solatium capiant, & refrigeria immensi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic eximius amator Christi, omnia quę sunt & quę erũt; quæq; accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul vno sermone complectitur. Et simile est quod dicitur Galat. 1. Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizaui vobis, anathema sit. Deinde posuit etiam creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatem ponit. Primo quidem secundum tempus, quo diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit; *Neque instantia*. i. præsentia siue dolorem, siue delectationem inferant. 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis ea quæ videntur. Addit autem; *Neque futura*: quorum nec timor, nec desiderium potest nos separare a Christo. Vnde dicebat Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu. Deinde ponit diuersitatem sensibilium creaturarum ex parte magnitudinis: & primo tangit magnitudinem virtutis cum dicit; *Neque fortitudo*, id est neque quæcunque creatura fortis, potest me separare a Christo, puta fortis ignis, aut fortis aqua, quia vt Canti. 8. dicitur, Fortis est vt mors dilectio. Deinde ponit magnitudinem dilectionis describens eam secundum ea, quæ proprie conueniunt corporibus. s. altum & profundum. Vnde dicit; *Neque altitudo*, ex qua. s. aliquis mihi minaretur præcipitium: sicut dicitur Luc. 4. Quòd duxerunt Iesum vsque ad supercilium montis vt præcipitarent eum; *Neque profundum*, in quo aliquis submersionem minaretur. Psal. 68. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hæc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim aliquis homo posset a Deo aliquem auertere. Vno quidem modo cogendo per fortitudinem. Sed sicut dicitur. 1. Regum. 2. Non est fortis sicut Deus noster, Secundo, stupefaciendo per altitudinem authoritatis: sed de eo dicitur in Psal. 62. Tu solus altissimus super omnem terram. Tertio seducendo per profundum sapientiæ, sed de eo dicitur Iob 11. Profundior inferno: & vnde cognosces? Possunt etiam hæc duo, altitudo, & profundum, ad prospera & aduersa referri, secundum illud. 2. Corint. 6. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, vel secundum Chryso. in libro de compunctione cordis, qui ait. Altitudo & profundum

De comp. lib. 1.

non mihi aliud indicare videntur, quàm regnum cœlorum & gehennam. Quasi dicat. Nec si a regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trahi pro Christo, nec hoc mihi quidem metuendum est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, sed possunt esse, subdit; *Neque creatura alia*: quod vtique secundum Chrysos. de his dicitur, quæ non sunt, quasi illi non sufficiant

ibidem.

omnia quæ sunt, sed illa quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certamen, Nihil, inquit, istorum; *Poterit nos separare a charitate Dei*. 1. Corith. 13. Charitas nunquam excidit; *Quae quidem charitas Dei*; *est in Christo Iesu domino nostro*, quia. s. per eum data est nobis inquantum spititum sanctum nobis dedit. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Sed cum scriptum sit Eccle. 9. Nescit homo vtrum amore uel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: quid est hoc, quòd dicit se esse certum, quòd nihil possit eum a charitate separare? Ad quod dici potest, quòd Apostolus non loquitur singulariter de seipso: sed loquitur in persona omnium prædestinatorum, de quibus propter certitudinem prædestinationis annuntiat, quòd nihil eos a charitate pos-

A sit separaree. Potest etiam ista certitudo causari ex uirtute charitatis, quæ quantum in se est, ab aliquibus non potest separari, cum Deum super omnia diligant. Quod autem aliquis interdum a charitate recedat, non est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbitrii. Si autem Paulus hoc dicit de seipso, de hoc certus esse nõ poterat, nisi forte per reuelationem: quia dictũ est ei. Sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12. Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrii, ipse alibi dicit primæ ad Corinthios. 9. Ne B forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAP. IX. LEC. I.

Veritatem dico in Christo, non mentior: testimonium perhibente cõscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legisla-

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS supra necessitatem, & uirtutem gratiæ demonstrauit, hìc incipit agere de origine gratiæ, vtrum ex sola Dei electione detur, aut detur ex meritis præcedentiũ operum, occasione accepta ex eo, quòd Iudæi, qui videbantur diuinis obsequiis mancipati, exciderant a gratia. Gentiles autem ad eam erant admissi, qui prius fuerant a Deo alieni. Primo igitur agit de electione Gentium. Secundo de casu Iudæorum, cap. 10. *Fratres uoluntas quidem cordis mei, &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorat dignitatem Iudæorum. Secundo, ostendit, quomodo Gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti, ibi; *Non autem, quod exciderit*. Circa primum duo facit. Primo Apostolus ostendit affectum suum ad gentem Iudæorum, ne ea, quę contra eos dixit vel dicturus est, ex odio C dicere videatur. Secundo, eorum dignitatem ostendit, ibi; *Qui sunt Israelitae &c.* Circa primum duo facit. Primo confirmat ea, quæ dicturus est, secundo demonstrat suum affectum, ibi; *Quoniam mihi tristitia*. Circa primum duo facit. Primo confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens; *Veritatem dico*, quod maxime conuenit prædicatori, qui est testis veritatis. Prou. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. Zach. 8. Pacem & veritatem diligite. Et quia quandoque aliquis ueritati, quam loquitur aliquod mendacium interserit, ad hoc excludendum subdit; *Non mentior*. Ephe. 4. Deponentes mendacium loquimini ueritatem. Secundo, confirmat quæ dicenda sunt per iuramentum, quę est quædam confirmatio per testimonium infallibilis ueritatis. Tales autem sunt testes sanctorum. Primo quidem Deus, secundum Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus. Et ideo dicit; *In Christo Iesu*, id est, per Christum Iesum, qui est ueritas absque mendacio. 2. Corint. 1. Dei enim filius, qui prædicatus est in uobis, non fuit in illo, est, & D non. Secundo testis infallibilis sanctorum est eorum conscientia; unde subdit; *Testimonium perhibente mihi conscientia mea*. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et quia interdum conscientia errat, nisi per spiritum sanctum rectificetur, subdit; *In spiritu sancto*, supra octauo. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro. Deinde cum dicit; *Quoniam tristitia, &c.* ostendit suum affectum ad Iudæos per dolorem, quem de eorum casu patiebatur, quem quidem primo exponit. Secundo eius signum ponit, cum dicit; *Optabam, &c.* Exaggerat autem suum dolorem tripliciter. Primo quidem ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristitia est magna, quia scilicet est de magno malo. i. de excidio tantæ gentis. Treno. 2. Magna est uelut mare contritio tua.

Sed contra hoc uidetur esse, quod dicitur Eccl. 30. Tristitiam non des animæ tuæ, quod uidetur sententię Stoicorum consonare, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebant. E Cum enim tristitia sit de malo præsenti: non potest sapienti competere, cui nullum malum est pręsens. Non enim æstimabant aliquid esse bonum nisi honestum, & malum nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur, dupliciter. Primo quidem quia corporales defectus, licet non sint simpliciter mala, quibus scilicet homines fiant mali, sunt tamen quædam mala, quæ natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus legitur; Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundo, cum ex charitate homo debet suum diligere proximum, sicut seipsum, imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi, sicut de peccato sui ipsius, unde Apostolus dicit. 2. Corin. 12. Et lugeam multos ex eis, qui peccauerunt. Sic igitur reprobatur sæculi tristitia, quæ mortem operatur, procedens ex amore sæculi: sed tristitia, quæ est secundum Deum vtpote ex diuina charitate procedens, salutem operatur, ut dicitur. 2. Cor. 7. Et talis fuit ista tristitia. Secundo, exaggerat eam

eam ex continuitate, vnde subdit; *Et continuus dolor*. Non quòd continuo actu doleret, sed secundum habitum. Hier. 9. vt plorem die, ac nocte interfectos populi mei. Tertio exaggerat eam ex sui veritate, & dicit; *Cordi meo*. non enim erat superficialis, sed in corde radicata. Thren. 1. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Deinde cum dicit; *Optabam enim &c.* ponit signum doloris, dicens; *Optabam enim ego ipse*, qui tam feruens sum in charitate Christi, vt supra ostensum est; *Anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Vbi primo sciendum est, quod anathema est Græcum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis quod est positio, vt dicatur anathema quasi sursum positum: quia scilicet cum capiebatur aliquid in præda, quod nolebant esse in usu hominum suspendebant illud in templo. Et inoleuit usque adhuc, vt ea quæ sunt separata ab hominum communi usu, anathemata vocarentur. vnde Iosue 6. dicitur, Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt, domino. Dicit ergo, Optabam ego ipse anathema esse a Christo, id est, separatus ab eo. quod quidem fit dupliciter. Vno modo per culpam, per quam aliquis a charitate Christi separatur, eius præceptum non seruans. Io. 14. Si diligitis me, mandata mea seruare. Sic autem Apostolus non poterat optare esse anathema a Christo p o quacunq; causa, vt ex supradictis in 8. cap. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis, quo quis tenetur Deum super omnia diligere, & salutem suam plusquam salutem aliorum. Et ideo non dicit; *Opto*, sed *optabam*, scilicet, tempore infidelitatis, sed secundum hoc, nihil magnum dicit Apostolus: quia tũc etiam propter se uolebat esse separatus a Christo. Vnde & quædam glossa exponit, quod dicit; Tristitia magna est mihi: de tristitia qua dolebat de præterito statu peccati, in quo a Christo voluerat esse separatus. Alio modo potest aliquis esse separatus a Christo, id est a fruitione Christi, quæ habetur in gloria. Sic autem separari a Christo uolebat Apostolus pro salute gentilium, nedum pro conuersione Iudæorum, secundum illud Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse multo melius: permanere in carne necessarium propter vos. Et hoc modo dicebat; *Optabam*, scilicet si fieri posset; *Anathema esse*, id est, separatus a gloria, nei simpliciter, vel ad tempus propter honorem Christi, qui est ex conuersione Iudæorum, secundum illud Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chrysosto. in libro de compunctione cordis, Ita totam eius mentem deuicit amor, ut etiam eo, quod præ cæteris omnibus amabilius erat esse cum Christo rursum idipsum, quia ita placeret Christo, contemneret, sed & cœlorum regna, quod videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur. Et cautam tanti effectus ostendit, subdens; Pro *fratribus meis*. Vnde Eccle. 25. dicitur, quòd tria sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrũ &c. Et ne hoc intelligeretur de his, qui erant spiritualiter in Christo fratres, secundum illud Matth. 23. Omnes vos fratres estis, subiungit; *Qui sunt cognati mei secundum carnem*. 2. Cor. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Deinde cum dicit; *Qui sunt Israelitæ*. ostendit dignitatem Iudæorum, ut eius tristitia uideretur esse rationabilis propter pristinam dignitatem populi peremtis. Propensius enim est malum, dignitatem perdidisse, quàm numquam habuisse, vt dicit glosa, & non solum ex affectu carnali procedens. Ostendit autem eorum dignitatem tripliciter. Primo quidem quantum ad suam gentem, cum dicit; *Qui sunt Israelitae*, id est, a genere Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32. & 2. Corinth. 11. Israelitæ sunt & ego. Et hoc ad dignitatam pertinet. Dicitur emm Deut. 4. Non est alia natio tam grandis &c. Secundo ostendit dignitatem illius gentis ex Dei beneficiis, inter quę primo ponit spiritualia beneficia, quorum vnum respicit præsens. Et quantum ad hoc dicit; *Quorum est adoptio filiorum Dei*. vnde dicitur Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Et hoc quidem dicitur quantum ad spirituales uiros, qui fuerunt in illo populo. Quantum ad carnales uero supra. 8. innuit, quòd acceperuut spiritum seruitutis in timore. Aliud uero beneficium ponit, quod respicit futurum, cum dicit; Et *gloria* scilicet filiorum Dei eis repromissa. In cuius signum legitur Exod. ulti. Quòd gloria domini implcuit tabernaculum.

De. comp. cor. lib. 1.

Deinde ponit alia beneficia figuralia, quorum tria sunt figura præsentis spiritualis beneficii. Et horum primum est testamentum, id est pactum circumcisionis Abrahæ datum, vt dicitur Gene. 17. Quamuis hoc possit referri ad testamentum

tio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

F nouum, quod primo Iudæis est prædicatum. Vnde & dominus dicebat Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israeal. Et Hierem. 31. dicitur, Feriam domui Israel fœdus nouum. Secundum est lex data Moysi. Vnde & subdit; Legislatio. Eccle. 24. Legem mandauit nobis Moyses. Tertium est cultus diuinus, cum dicit; *Et obsequium*, quo scilicet Deo seruiebant, omnibus aliis gentibus seruientibus idolis. Esa. 44. Et nunc audi serue me' Iacob,

Lectio II.

NON autem quòd exciderit uerbum Dei. Non enim omnes, qui ex circ-

& Israel, quem elegi. Deinde ponit id, quod pertinet ad futuram gloriam, cum dicit; *Et promissa*. Promissiones enim G factæ in veteri testamento impletæ per Christum, Iudæis præcipue factæ uidentur. Vnde dicitur infra 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum &c. Fuerunt autem eis multæ promissiones factę de bonis terrenis, vt patet Leui. 26. & Deut. 18. Sed per illa temporalia bona, spiritualia figurabantur. Tertio autem describit dignitatem Iudæorum ex origine, cum dicit; *Quorum patres*. quia scilicet secundum carnem sunt progeniti ab illis patribus, qui fuerunt maxime Deo accepti. Deut. 4. Dilexi patres tuos, & elegi semen eorum. Oseæ. 9. Quasi prima poma ficulneæ eius vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatem eorum ex prole, cum dicit; Ex *quibus est Christus secundum carnem*. sicut ipse dicit Ioan. 4. Salus ex Iudeis est. Et ne hoc parum videatur, ostendit Christi dignitatem, dicens; *Qui est super omnia Deus benedictus in saecula, Amen*. 1. Ioan. ulti. Hic est uerus Deus, & uita æterna. In H quibus uerbis quatuor hereses destruuntur. Primo quidem Manichęi, qui dicebat Christum habuisse corpus phantasticum, & non verum, quod remouet per hoc: quòd dicit, secundum carnem. Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. ult. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Secundo hæresis Valentini, qui dicit Christum non de massa humani generis, sed de cœlo corpus attulisse. Quo quidem excludit in hoc, quòd dicit Christum ex Iudæis secundum carnem esse, secundum illud Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filii Dauid. Tertio hæresis Nestorii, qui posuit alium esse filium hominis, alium Dei: contra quem Apostolus hic dicit, quòd ille est ex patribus secundũ carnem, qui est Deus super omnia. Quarto excluditur hæresis Arrii, qui dicebat Christum esse minorem patre, & quòd est creatus ex nihilo. Contra quorum primum dicit, quòd est super omnia. Contra secundum, quod est benedictus per omnia sęcula. Hoc enim de I solo Deo dicendum est, quòd eius bonitas duret in sæcula.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus posuit dignitatem Iudæorum, nunc ostendit, quòd ista dignitas non pertineat ad eos, qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus, sed ad spirituale semen, quod est a Deo electum. Et primo ostendit, quòd huiusmodi dignitas proueniat ex electione diuina. Secundo ostendit, quòd hæc electio communiter pertinet ad Iudæos, & ad gentiles, ibi; *Quos etiam uocauit non solum &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualem dignitatem consequuntur. Secundo mouet quęstionem de iustitia diuinæ electionis, ibi; *Quid ergo dicemus?* Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ostendit propositum, ibi; *Sed in Isaac, &c.* K Circa primum duo facit. Primo ponit firmitatem diuinæ electionis. Secundo ostendit in quibus impleatur, ibi; *Non enim omnes &c.* Dicit ergo primo: Ita dictum est, quòd eorum sunt promissa, & adoptio filiorum, & gloria, pro quorum casu est mihi magna tristitia, & continuus dolor. Non autem est hoc sic intelligendum, quõd *Verbum Dei exciderit*, id est, frustratum sit, quia & si non habet locum in quibusdam, qui exciderunt, habet locum in aliis. Esa. 55. Verbum quod egreditur ex ore meo, non reuertetur ad me uacuum &c. Psalm. 118. In æte num domine permanet uerbum tuum. Deinde cum dicit; *Non enim &c.* ostendit quomodo, & in quibus uerbum Dei exciderit. Circa quòd considerandum est, quòd Iudæi de duobus præcipue gloriabantur, uidelicet de Abraham, qui primo accepit pactum circuncisionis a domino, ut dicitur Gene. 17. Et de Iacob, siue Israel, cuius tota posteritas in populo Dei commemerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. nam posteritas filii eius Esau, ad populum Dei non pertinebat: unde Apostolus ostendit propositum. Primo quidem

pes

per comparationem ad Iacob dicens, *Non enim omnes qui sunt ex Israel*. i. ex Iacob secundum carnem progeniti, *Hi sunt ueri Israelitae*. ad quos pertinent Dei promissa, sed illi qui sunt recti & videntes Deum per fidem. Esa. 44. Rectissime quem elegi. Vnde & dominus dicit Nathanaeli. Io. 1. Ecce verus Israelita, in quo dolus non est. Hoc autem nomen Israel impositum fuit Iacob ab angelo. vt patet Gene. 32. Secundo, ostendit idem, propter cõparationem ad Abraam dicens, *Neque omnes qui sunt carnale semen Abraae*, sunt spirituales Abrahæ filii, quib us Deus benedictionem repromisit, sed solum illi qui B eius fidẽ & opera imitant. Io. 8. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Deinde cum dicit, *Sed in Isaac, &c.* manifestat propositum. Et primo quantum ad Abraham. Secundo quantum ad Iacob, ibi, *Non solum autem illa, &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit authoritatem scripturæ, dicens, *Sed in Isaac uocabitur tibi semen*. Hoc dominus dixit Abrahæ, vt habetur Gene. 21. Vbi agebatur de expulsione Hysmaelis. Quasi dicat. Nõ omnes qui nati sunt carnaliter ad Abraam, pertinent ad illud semẽ, cui facta est repromissio, secundum illud Gala. 3. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius, sed illi qui similes sunt Isaac. Deinde cum dicit, *Idest, non qui filii, &c.* exponit authoritatem inductam secundum quòd facit ad propositum. Ad cuius euidentiam accipiendum est, quod Apostolus dicit Galat. 4. Abraam duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed qui de ancilla. s. Hysmael, secundum carnem natus est, quia. s. secundum legem & consuetudinem carnis ex iuuencula natus est: qui autem ex libera. s. Isaac per repromissionem & non secundum C carnẽ. i. non ẽm carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, vt habetur Gene. 18. Quamuis sit natus secũdum carnem, id est, secundum substantiam carnis, quam accepit a parentibus, Ex quo Apostolus hic accipit, quòd illi non adoptantur in filios Dei; *Qui sunt filii carnis*. i. ex hoc ipso, quòd secũdum carnem progeniti sunt ab Abraam, *Sed illi aestimantur in semine*, quibus facta est repromissio, qui sunt filii promissionis. i. illi qui ex gatia promissionis diuinæ facti sunt filii Abrahæ secundum imitationem fidei, secundũ illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus his, suscitare filios Abrahæ. Sicut etiam Hysmael secundum carnem natus non est, cõputatus in semine, sed Isaac per repromissionem natus. Tertio ibi, *Promissionis enim &c.* probat conuenientem fuisse suam expositionem, qua per Isaac significari dixit eos, qui sunt filii repromissionis, quia. s. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, *Promissionis enim*, Hoc verbum est, quod angelus immo dominus in angelo dixit ad Abraã, Gene. 18. Secundum hoc tempus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum; *Et erit Sarae filius*. s. per gratiam repromissionis. Vnde & Gala. 4. dicitur. Vt adoptionem filiorum reciperemus. Deinde cum dicit, *Non solum autem illa &c.* manifestat propositum quantum ad Iacob. Et primo ponit quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi, *Cum enim nondum nati, &c.* Dicit ergo primo. Non solum illa. s. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed & Rebecca habens in vtero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem solum, & hoc ex vno cõcubitu Isaac patris nostri. Dicitur enim Gene. 25. Quod Isaac rogauit p vxore sua, eo quòd sterilis esset, & dedit dominus cõceptum Rebeccæ & collidebantur in ventre eius paruuli. Et est notandum, quòd hoc Apostolus inducit contra Iudæos, qui reputabant se dei iustitiam adepturos, propter merita patrum, contra quos dicit de viris iustis, Ezechielis. 14. Quòd filium & filiam nõ liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabuntur. Vnde & Ioã E nes Iudæis dicebat Matthæi. 3. Ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraam, &c. Contra horum opinionem ergo, Primo, induxerat quod de filiis Abrahæ vnus erat electus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere vel diuersitati matrum, quia Hysmael natus est de ancilla, & Isaac de libera, vel diuersitati meritorum patris, quia Hysmaelem genuit incircuncisus, Isaac autem circuncisus. Vt igitur omne subterfugium excludatur, in ducit exempla, vbi vnus eligitur & alius reprobatur eorum, qui non solum ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu. Deinde cum dicit, *Cum nondum, &c.* ostendit propositum & primo per authoritatem Gene. 25. scdo. Per authoritatẽ pphetę, ibi, *Sicut scriptum est &c.* Circa primum tria facit. Primo, designat tempus promissionis & dicit, quòd per repromissionem est vnus filiorum Rebeccæ alii prę latus, cum, *Nondum nati fuissent*, Et sicut per superiora exclusit

cuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abraæ, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, idest non qui filij carnis hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine: promissionis enim verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut ali quid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum

opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita etiam per hoc excludit errorem Manicheorum, qui diuersitatem eorũ quæ hominibus accidunt, natiuitati ascribunt, vt scilicet vniuscuiusque vita & mors disponatur secundum constellationẽ sub qua natus est, contra quod dicitur Hiere. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timẽt. Subdit autem. *Aut aliquid egissent boni, aut mali*. Vbi excluditur error Pelagianorum, qui dicunt secundũ merita præcedentia gratiam dari, cum tamen scriptum sit Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Vtrumq; autem horum ostenditur falsum, per hoc, quòd ante natiuitatem, & ante opera, vnus filiorum Rebeccæ alteri est prælatus. Excluditur per hoc etiam error Origenis, qui posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas, & quòd pro meritis eorum, quæ ibi egerunt bene vel male, diuersitatem vitæ sortiuntur: secundum quem, non posset esse verum quod hic dicitur. *Cum nondum aliquid mali uel boni egissent*. Contra hoc autem est quod dicitur Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei? Posset enim secundum Origenis errorem responderi. Eram inter ipsos Dei filios iubilantes. Secundo, ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in vtero existentium alteri est prælatus, dicens; *Vt propositum Dei*. s. volentis vnum præ alio magnificare, *Maneret*. i. firmum esset: & hoc nõ secũdum merita, sed secundum electionem. id est inquantum ipse Deus spontanea voluntate vnum alteri prælegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti. Hoc autem est propositum prędestinationis, de quo ibidem dicitur. Prædestinati secundum propositum volũtatis eius. Tertio, ponit promissionem, dicens, *Non ex operibus*. quæ nulla præcesserunt, vt dictum est. *Sed ex uocante*. i. ex ipsa gratia vocantis, de quo supra dictum est. Quos prædestinauit hos & vocauit, *Dictum est ei*. s. Rebeccæ, *Quia maior*. s. Esau *Seruiet minori*. s. Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum personas, & sic intelligitur Esau seruisse Iacob, non directe, sed occasionaliter, inquantum persecutio quam ei intulit, in eius bonum cessit. secundum illud Prouer. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. Secundo potest referri ad populos ex vtroque progenitos: quia Idumæi aliquando fuerũt subiecti Israelitis, secundũ illud Psal. 59. In Idumæam extẽdam calciamentum meum. Et hoc videtur competere his, quę præmittuntur in Gene. 25. Præmittuntur enim, Duo populi ex ventre tuo diuidentur: populus populum superabit, & maior minori seruiet. Tertio, potest intelligi figuraliter dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primo adoptionem fi D liationis accepit, secundum illud Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Per minorem autem figuratur populus gentilium, qui posterius est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filium prodigum. Luc. 15. Maior ergo populus seruiet minori, inquantum Iudæi sunt nostri capsarii, custodientes libros ex quibus nostræ fidei testimonium perhibetur. Io. 5. Scrutamini scripturas. Deinde cum dicit. *Sicut scriptum est, &c.* probat propositum ex authoritate Prophetæ, dicens, *Sicut scriptum est*. s. 1. Malach. prophetæ ex persona Dei, dicentis, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Dicit autem hic quædam glo. Quòd id quod supra dictum est, maior seruiet minori, dictum est secundum præscientiam. Quod autẽ hic dicit est intelligendum secũdum iudicium, quia. s. Deus propter bona opera dilexit Iacob, sicut & omnes sanctos diligit. Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Esau vero odio habui, propter pecca ta. sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed quia dilectio hominis præuenitur a dilectione Dei, secundũ illud primæ Io. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere quòd ante Iacob dilectus sit a Deo, quàm ipse Deum dilexerit. Nec potest dici quòd Deus ex tempore eum diligere inceperit, alioquin eius affectus esset mutabilis, & ideo oportet dicere, quòd Deus ab æterno Iacob dilexit, vt dicitur Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te. Est autem in his verbis Apostoli considerandum, quòd tria ponit in Deo pertinentia ad sanctos, videlicet electionem, per quã intelligitur prædestinatio & electio Dei, quæ quidem realiter sunt idem in Deo, sed differunt ratione. Nam ipsa Dei dilectio dicitur secundum quòd vult bonum alicui absolute. Electio autem dicitur secundum quòd per bonum quod alicui vult eum alteri præfert. Prædestinatio autem est secundum quòd hominem dirigit in id bonum, quod ei vult, diligendo & eligendo: & ideo

secundum

secundum rationem prædestinatio sequitur dilectionem, sicut & voluntas de fine, naturaliter præcedit directionem aliquorum in finem. Electio autem & dilectio, aliter ordinantur in Deo, & in homine. In homine enim, electio præcedit dilectionem. voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono, quod in re amata considerat, ratione cuius, ipsam p̃elegit alteri, & prælectæ suum amorem impendit. Sed uoluntas Dei est causa omnis boni, quod est in creatura, & ideo bonum, per qd vna creatura præfertur alteri per modum electionis, consequitur voluntatem Dei, quæ est de bono illius: quæ pertinet ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonum, quod in homine eligat Deus eum diligit, sed potius eo quòd ipsum diligit, pręfert eum aliis eligendo. Sicut autem dilectio de qua hîc loquitur, pertinet ad æternam Dei prædestinationem, ita etiam odium de quo hîc loquitur, pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores. Nec est dicendum, quòd ista reprobatio sit temporalis. quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed est ab æterno, quæ quidem quantum ad aliquid conuenit cum dilectione uel prædestinatione, quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidem quantum ad hoc, quòd sicut prædestinatio est pręparatio gloriæ, ita reprobatio est præparatio pœnæ. Esa. 30. Pręparata est ab heri Thophet a rege præparata. Differt autem quantum ad hoc, quòd prędestinatio importat præparationem meritorum, quibus peruenitur ad gloriam, sed reprobatio importat præparationem peccatorum, quibus peruenitur ad pœnam. Et ideo præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio prædestinationis, quia merita pręscita, cadunt sub prædestinatione: sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ, quę pręparatur reprobatis: inquantum scilicet, Deus proponit se punituru malos propter peccata, quæ a seipsis habent, non a Deo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita, quæ a seipsis non habent, Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantum in me auxilium tuum.

Dei maneret,) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM premisit Apostolus, quòd secundum Dei electionem unus alteri præfertur, non ex operibus, sed ex gratia vocantis: hîc inquirit de iustitia huius electionis. Et primo proponit dubitationem. Secundo soluit, ibi; *Absit. Moyse, &c.* Tertio obiicit contra solutionem, ibi; *Dicis itaque mihi, quid adhuc, &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd Deus sine merito præcedente vnum eligit, & alterum reprobat. Quid ergo dicemus? *Nunquid*, per hoc probari potest, quòd sit; *Iniquitas apud Deum?* videtur quòd sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibus, vt æqualiter æqualibus distribuatur. homines autem remota disterentia meritorum, sunt æquales. Si ergo absque consideratione meritorum Deus inæqualiter distribuit vnum eligens, & alium reprobans, videtur quòd sit in eo iniquitas: quod est contra illud, quod dicitur Deute. 32. Deus fidelis, & absque ulla iniquitate. Psalm. 118. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Est autem sciendum; quòd Origenes hanc obiectionem soluere volens, incidit in errorem. Ponit enim in suo Periarchon, Deum ab initio solum creaturas spirituales fecisse, & omnes æquales, ne ex eorum inæqualitate posset secundum rationem prædictam, iniquitas Deo ascribi: sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium, quædam per amorem conuersæ sunt ad Deum plus vel minus, & secundum hoc distincti sunt diuersi ordines angelorum: quædam vero aduersæ sunt a Deo plus vel minus, & secundum hoc, alligatæ sunt corporibus vel nobilibus, vel ignobilibus: quædam quidem cœlestibus corporibus, quædam autem corporibus dæmonum, quędam autem corporibus hominum: & secundum hoc, ratio condendi & distinguendi creaturas corporeas, est peccatum spiritualis creaturæ: quod est contra id quod Gene. 1. dicitur. Vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant ualde bona. per quod datur intelligi, quòd causa producendi creaturas corporales, est bonitas, ut dicit Aug. 11. de ciuitate Dei: Et ideo hac opinione reiecta, videndum est, qualiter Apostolus dubitationem soluat, cum dicit; *Absit. Moysi enim dicit &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, soluit obiectionem prædictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundo, quantum ad odium seu reprobationem malorum, ibi; *Dicit enim scripturæ, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit authoritatem scripturæ, ex qua procedit solutio. Secundo, ex ea conclusionem inducit ibi; *Igitur non uolentis &c.* Inducit autem authoritatem, quæ habetur Exod. 33. ubi dixit dominus Moysi, secundũ literam nostram. Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quę mihi placuero. sed Apostolus inducit eam secundum literam. 70. dicẽs; *Moysi enim dicit*, dominus; *Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cui miserebor.* Vbi secundum superficiem literæ, omnia bona nostra Dei misericordiæ ascribuntur, secundum illud Esa. 63. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus, quæ reddidit nobis. Et Thren. 3. Misericordiæ domini, quòd non sumus consumpti: multæ enim sunt miserationes eius. Exponitur autem hæc authoritas in glo. dupliciter. & secundum hoc, ex authoritate hac dupliciter soluitur quæstio, & obiectio. Vno modo sic; *Miserebor cui misereor*, id est, illi qui est dignus misericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicens; *Misericordiam præstabo cui misereor*, id est, cui dignum iudico misereri: sicut & in Psal. 102. dicitur: Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc, licet misericorditer sua impendat, tamen ab iniustitia excusatur, quia dat quibus dandum est, & quia non dat cui dandum non est, secundum rectitudinem sui iudicii. Sed misereri cui dignum est, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur aliquis dignus misericordia, propter opera præexistentia in hac uita, licet non in alia, vt posuit Origenes: quod pertinet ad hæresim Pelagianorum, qui posuerunt gratiam Dei hominibus, secundum merita dari. Sed hoc stare non potest, quia sicut dictum est: ipsa etiam bona merita sunt homini a Deo, & sunt prædestinationis effectus. Alio modo potest intelligi, vt aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita præcedentia gratiam, sed propter merita subsequentia, puta vt dicamus, quòd Deus dat alicui gratiam, & proposuit eam ab æterno illi se daturum, quem præsciuit ea bene fore vsurum: & secundum hoc intelligit glo. quòd miseretur cui miserendum est. Vnde dicit, Miserebor cui misertus ero. i. illi miserebor, vocando, & gratiam apponendo, cui præscius ero quòd misericordiam daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permansurum. Sed videtur, quòd nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est. n. quòd nihil potest poni vt ratio prædestinationis, quod est prædestinationis effectus, etiam si accipiatur prout est in Dei præscientia, quia ratio prædestinationis pręintelligitur prædestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem, quòd omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est diuinæ prædestinationis effectus. Diuinum autem beneficium nõ solum extendit se ad infusionem gratiæ qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ vsum: sicut etiam in rebus naturalibus non solum Deus causat ipsas formas in rebus, sed etiã ipsos motus & operationes formarum, eo quòd Deus est principium omnis motus, cuius operatione cessante a mouendo, ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiæ vel virtutis in anima ad vsum ipsius, sic se habet forma naturalis ad suam operationem. Et ideo dicitur Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc specialiter ratione Aristoteles de operibus voluntatis humanæ. Cũ enim homo habeat potentiam ad opposita, puta ad sedendum vel non sedendum, oportet quod reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per consilium, ex quo vnum oppositorum præelegit alteri. Sed cum iterum homo habet potentiam consiliandi vel non consiliandi, oportebit esse aliquid, per quod reducatur in actum consilii. Et cum in hoc nõ sit procedere in infinitum, oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine, quod ipsum moueat ad consiliandum: & hoc non est aliud quàm Deus. Sic igitur ipse vsus gratiæ est a Deo. nec propter hoc superfluit habitus gratiæ, sicut nec superfluunt formæ naturales, quamuis Deus in omnibus operetur: quia sicut dicitur Sapien. 8. Ipse disponit omnia suauiter, quia scilicet persuas formas omnia inclinantur quasi sponte in id, ad quod ordinantur a Deo. Sic igitur non potest esse q̃ merita consequentia gratiam, sint ratio miserendi, aut prædestinandi, sed sola Dei voluntas, secundum quam misericorditer aliquos liberat. Manifestum est enim, quòd iustitia distributiua locum habet in his, quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem ut plus laborantibus maior merces donetur, non autem habet locum in his, quæ sponte, & misericorditer aliquis dat, puta si aliquis duos pauperes in uia inueniens, det uni quod potest, vel disponit in eleemosinam dare, non est iniquus

LECTIO III.

QVID ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deũ? Absit. Moysi enim dicit,

iniquus, sed misericors. Similiter si aliquis duobus æque ipsum offendentibus vni dimittat offensam & non alteri, est misericors vni, & iustus ad alterum, neutri vero iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii, quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat: & sic quibusdam est misericors, quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat: neutris autẽ iniqu'. Et ideo Apostolus, quæstionem soluit per authoritatem, quæ omnia diuinæ misericordiæ ascribit. Sciendum est tñ, q̃ Dei misericordia ſm tria attenditur. Primo quidem ſm prædestinationem, qua ab æterno proposuit aliquos liberare. Psal. 102. Misericordia eius ab æterno & vsque in æternum. Secundo ſm vocationem & iustificationem, quibus homines saluat ex tempore. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio magnificando per gloriam, quando liberat ab omni miseria. Psal. 102. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo dicit; *Miserebor*, scilicet vocando & iustificando, cui misereor prædestinando & misericordiam præstando, finaliter glorificando eum cui misereor, vocando & iustificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra lr̃a q̃ dicit. Miserebor cui voluero, & clemens ero cui mihi placet. Vbi manifeste non meritis, sed soli diuinæ voluntati ascribitur diuina misericordia. Deinde cum dicit; *Igitur non volentis, &c.* concludit propositum ex præmissa authoritate. Et potest hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic. Igitur ipsa salus hominis; *Non est uolentis neque currentis*, id est, non debetur alicui per aliquam eius voluntatem, vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, secundum illud. 1. Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis. *Sed est miserentis Dei*, id est, procedit ex sola Dei misericordia, & maxime sequitur ex authoritate inducta Deut. 9. Nec dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderem. Potest autem & aliter intelligi, vt sit sensus. Omnia procedunt ex Dei misericordia, igitur. *Non est uolentis*. scilicet velle; *Neque currentis*, scilicet currere, sed vtrumque; *Est miserentis Dei*, secundum illud 1. Corinth. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset Apostolus, cum etiam gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat, potuisset econuerso dicere, non est miserentis Dei, sed volentis & currentis, quod aures pie non ferunt. Vnde plus aliquid est ex his verbis intelligendum, vt scilicet principalitas gratiæ Dei attribuatur. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti, quam secundario, puta, si dicamus q̃ securis non facit arcam, sed artifex per securim: voluntas autẽ hominis mouetur a Deo ad bonum. Vnde supra 8. dictum est. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Et ideo hominis operatio interior non est homini principaliter, sed Deo attribuenda. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Sed si non est volentis velle, neque currentis currere, sed Dei mouentis ad hoc hominem, videtur quòd homo non sit dominus sui actus, quod pertinet ad libertatem arbitrii. Et ideo dicendum est, quòd Deus omnia mouet, sed diuersimode, inquantum scilicet vnumquodque mouetur ab eo secũdum modum naturæ suæ. Et sic homo mouetur a Deo ad volendum & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic ergo velle, & currere est hominis, vt libere agentis: non autem est hominis, vt principaliter mouentis, sed Dei.

Miserebor cui misertus sum, & misericordiã præstabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

Deinde cum dicit; *Dicit enim Scripturæ &c.* soluit quæstionem præmissam, quantum ad reprobationem malorum. Et primo inducit authoritatem. Secundo infert conclusionem, ibi; *Ergo cui vult miseretur &c.* Dicit ergo. Ita ostensum est, quòd non est iniquitas apud Deum, quantum ad hoc, q̃ ab æterno diligit iustos. Sed etiam nec quantum ad hoc, quòd ab æterno reprobat malos. Dicit enim Scriptura ex ore Dei. Exod. 9. *Quia in hoc ipsum excitaui te*, vel seruaui te, secundum aliam literam; *Vt ostendam in te uirtutem meam*, vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Nostra autem litera sic habet. Et idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, vt enarretur nomen meum in omni terra. Vbi primo considerandum est, quid Deus circa reprobos faciat, quod ostendit, dicens, In hoc ipsum seruaui te, id est, dignus eras mori propter mala, q̃ fecerat, supra primo. Qui talia agunt, digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortem induxi, sed seruaui te in vita eo fine quo sequitur, vt scilicet ostendam &c. Et in hoc etiam sensu potest legi, quod dicitur; *Excitaui te*, id est, cum apud me per tuis meritis mortuus esses, concessi tibi vitam quasi te excitarem. In quo apparet, quòd Deus iniquitatem reprobis non facit, cum ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi, sed hoc ipsum, quod eos seruat in vita, procedit ex nimia sua bonitate. Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi; *Excitaui te*, in peccatum, vt deterior fias. Quod quidem non est intelligendũ hoc modo, q̃ Deus in hoc causet malitiam, sed est intelligendum permissiue, quia scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates, sicut supra primo dictũ est. Tradidit eos Deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum: quia videlicet instinctu quodam interiori mouentur homines a Deo ad bonum, & ad malum. Vnde Aug. †dicit in lib. de gratia & libero arbitrio, quòd Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates, quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Vnde & Deus dicitur sæpius suscitare aliquos ad bonum, secundum illud Danie. 13. Suscitauit Deus spiritum pueri iunioris. Dicitur etiã suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum illud Esa. 13. Suscitabo Medos, qui sagittis paruulos interficiant: aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominũ voluntates directe, & per se. tanquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare, vel suscitare homines occasionaliter, inquantum scilicet Deus homini aliquid proponit vel interius, vel exterius: quod quantum est de se, est inductiuum ad bonum: sed homo propter suam malitiam peruerse vtitur ad malum. supra secundo, Ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit secundum autem duritiam tuam? & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ. Et Iob. 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia. Et similiter Deus quantum est de se, interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendendum iura regni sui, vel ad puniendum rebelles. Sed hoc instinctu bono, malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui. Et hoc patet Esa. 10. Vbi dicitur de Assur, Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia &c. Et post. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum a Deo excitaretur ad regni sui tutelam, abusus est hac excitatione in crudelitatem. Secundo oportet considerare, quo fine Deus ista partim faciat & partim permittat. Est enim considerandum, quòd Deus operatur in creaturis ad suam manifestationem, secundum illud supra. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur. Vnde & huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur, & quantum ad præsentes; *Vt ostendam in te uirtutem meam*. Exod. 14. Viderunt filii Israel manum magnam, quam exercuerat dominus contra Aegyptios. Et quantum ad absentes; *Vt annuntietur nomen meum in uniuersa terra*. Psalm. 95. Annuntiatę inter gentes gloriam eius. Sic igitur patet, quod quantum ad hoc, non est iniquitas apud Deum, quia vtitur creatura sua secundũ eius merita ad gloriam suam. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur; *Posui te*, id est, ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam, Deus enim malitiam ordinat, sed non causat.

Deinde cum dicit; *Ergo cui vult miseretur &c.* infert conclusionem quandam, ex vtraque authoritate supra inducta. Nã ex eo quòd dictum est, *miserebor cui misereor*, concludit; *Ergo cui vult miseretur*, Psalm. 102. Misertus est dominus timẽtibus se. Ex eo vero, quòd dictum est. *In hoc ipsum excitaui te*, concludit; *Et quem vult indurat*. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Eccles. 33. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit. Et quidem quod dicitur de Dei misericordia, dubitationem non habet, suppositis his, quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem videtur esse duplex dubitatio. Primo quidem, quia duritia cordis ad culpam pertinere videtur, secundum illud Eccle. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Si ergo Deus indurat, sequitur, quòd sit actor culpæ. Contra quod dicitur Iaco. 1. Deus intentator malorum est. Ad quod dicendum, quòd Deus non dicitur indurare aliquos directe, quasi in eis causet malitiam, sed indirecte, inquantum scilicet ex his, quæ facit in homine intus vel extra, homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse Deus permittit. Vnde non dicitur indurare, quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam. Secunda dubitatio est, quia ipsa obduratio, non videtur diuinæ voluntati posse

se ascribi, cum scriptum sit. 1. Tessa. 2. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Et 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Ad quod dicendum est, quòd tam misericordia, quàm iustitia dispositionem voluntatis important. Vnde sicut miseratio attribuitur diuinæ voluntati, ita & id quod est iustitiæ.

Sic ergo intelligendum est; *Cui vult miseretur*, scilicet per suam misericordiã: *Et quem uult indurat*, per suam iustitiam: quia illi quos indurat, hoc merentur, vt indurentur ab ipso, vt supra. 1. ca. dictum est.

LECTIO IIII.

DICIS itaque mihi. Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius, quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid

LECTIO QVARTA.

POSITA solutione præmissæ quæstionis, hîc Apostolus contra ipsam solutionem obiicit, & præcipue contra vltimã conclusionem, quâ dictum est. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Primo ergo ponit obiectionem. Secundo solutionem, ibi; *O homo, tu quis es &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat; *Dicis itaque mihi. Quid adhuc quaeritur*, id est, quid oportet vlterius quærere de causa bonorum, & malorum quæ hic aguntur, cum omnia voluntati diuinæ attribuantur, quæ est causa sufficiens, eo quòd nullus potest ei resistere? Vnde sequitur; *Voluntati eius quis resistit*? Eccles. 1. Proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Vel aliter; *Quid adhuc quaeritur*? id est, conqueritur Deus de hominibus, quando peccant, sicut Esa. 1. Filios enutriui; & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me &c. Ideo autem videtur iustam querimoniam non habere, quia ex voluntate eius totum procedit, cui nullus potest resistere. Vnde subdit; *Voluntati eius quis resistit*? Vel aliter; *Quid adhuc quaeritur*, scilicet ab homine vt faciat bonum, vel vitet malum. Mic. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid Deus requirat à te &c. Frustra autem requiritur ab aliquo, quod non est in eius potestate. Nihil autem in hominis potestate esse videtur secundum prædicta, quibus omnia diuinæ voluntati videntur ascribi, cui resisti non potest. Sequitur; *Voluntati enim eius quis resistit*? Quasi diceret. Nullus. Hester. 13. Non est qui tuæ possit resistere voluntati. Et hæc videtur esse intentio Apostoli. Deinde cum dicit; *O homo, tu quis es &c.* respondet præmissæ quæstioni. Ad cuius responsionis intellectum considerandum est, quòd circa electionem bonorum, & reprobationem malorum, duplex quæstio potest moueri. Vna quidem in generali, quare Deus velit quosdam indurare, & quorundam misereri. Alia vero in speciali, quare velit huius misereri, & hunc, vel illum indurare. Et potest quidem ratio huius quæstionis assignari: secundæ autem questionis non potest assignari ratio, nisi simplex Dei voluntas, cuius exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis ædificare volens, haberet multos lapides similes, & æquales congregatos, posset ratio assignari quare quosdam ponat in summo, & quosdam in imo ex parte finis, quia ad perfectionem domus, quam facere intendit, requiritur & fundamentum, quod habet lapides in imo, & cacumen parietis, quod habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo; & hos in imo, non habet aliquam rationem, nisi quia artifex voluit. Primo igitur Apostolus respondet dubitationi, quantum ad questionem secundam, quare scilicet huius hominis misereatur, & illum induret. Secundo quantum ad quæstionem primam, quare scilicet quibusdam misereatur, & quosdam induret, ibi; *Quod si uolens Deus &c.*

Circa primum tria facit. Primo arguit præsumptionem querentis. Secundo inducit authoritatem, quæ quæstionem soluit, ibi; *Nunquid dicit figmentum &c.* Tertio exponit authoritatem, ibi; *An non habet potestatem &c.* Dicit ergo primo; *O homo*, qui es fragilis, & ignorans; *Tu quis es, qui respondes Deo*? vnde sufficis ad respondendum ei, si voluerit tecum iudicio contendere? Iob. 9. Si voluerit contendere iudicio cum illo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Et sicut dicitur Iob. 39. Qui arguit Deum, debet ei respondere. In quo datur intelligi, quòd homo non debet scrutari rationem diuinorũ iudiciorum cum intentione comprehendendi, eo quòd excedat rationem humanam. Eccle. 3. Altiora te ne quesieris. Prou. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Deinde cum dicit; *Nunquid dicit figmentum &c.* inducit authoritatem, quæ habetur Esa. 45. Nunquid dicit lutum figulo suo, Quid facis? & opus tuum sine manibus est? Vbi considerandum est, quòd si

F aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum, & nobilibus actibus accommodatum, totum ascribitur bonitati artificis: puta, si ex luto faciat scutellas, & vrceos ad nobilem mensam decentes. Si vero ex vili materia: puta ex luto faciat vas accommodatum vilibus vsibus, puta coquinæ, vel huiusmodi officiis;

me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliã? Quòd si Deus volens ostendere irã, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, vt ostende-

non posset vas conqueri, si rationem haberet. Posset enĩ conqueri, si ex materia pretiosa, q̃ præiacet artificis operationi, puta ex auro, & lapidibus pretiosis, faceret vas ad vilia officia deputatũ. Humana autem natura vtilitatem ha-

G bet ex sua materia, quia vt dicitur Gene. 2. Fecit Deus hominem de limo terræ: sed maiorem vtilitatem habet ex corruptione peccati, quæ per vnum hominem in hunc mundum intrauit. Et ideo homo luto merito comparatur. Iob. 30. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinę, quasi principali agenti ascribere. Esa. 64. Nunc domine, pater es tu: nos vero lutum, & fictor noster tu, & opus manuum tuarum omnes nos. Si vero Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittens, deputat eum ad infimum vsum, nullam ei facit iniuriam, vt possit iuste de Deo conqueri.

Deinde cum dicit; *An non habet potestatem &c.* exponit Apostolus verba Prophetæ, quasi dicat. Hoc est dictum; *Figmentum*, id est, vas fictile non posset dicere fictori; *Quid me fecisti sic*? quia figulus liberam potestatem habet ex materia luti H opus facere, quodcumque sibi placuerit. Vnde dicit; *An non habet potestatem*, scilicet liberam; *Figulus luti*, qui. s. operatur in vili materia; *Ex eadem massa*, scilicet vilis materiæ; *Facere*, absque alcuius iniuria; *Aliud quidem uas in honorem*, id est, in honorabiles vsus; *Aliud uero in contumeliam*, id est, in vsus viliores. 2. Tim. 2. In magna enim domo nõ solum sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Et similiter Deus liberam potestatem, habet facere ex eadem corrupta materia humani generis: sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam, quosdam homines pręparatos in gloriam, quosdã autem in miseria derelictos. Hiere. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos, domus Israel. Deinde cum dicit; *Quod si uolens Deus &c.* soluit primam quæstionem. s. quare Deus velit quibusdam misereri, & quosdam in miseria derelinquere: siue quosdam eligere, & quosdam reprobare. Circa I quod considerandum est, quòd finis omnium diuinorum operum, est manifestatio diuinæ bonitatis. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Vnde supra 1. dictũ est, quòd inuisibilia Dei, per ea quę facta sunt intellecta, conspiciuntur. Tanta est autem diuinæ bonitatis excellentia, quòd nõ potest vno modo, nec in vna creatura sufficiẽter manifestari. Et ideo diuersas creaturas condidit, in quibus diuersimode manifestatur. Præcipue autem in creaturis rationalibus, in quibus eius iustitia manifestatur, quantum ad illos, quos pro eorum meritis punit: misericordia uero in illis, quos ex sua gratia liberat. Et ideo vt utrumque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer liberauit, sed non omnes. Primo ergo ponit rationẽ reprobationis malorum. Secundo ponit rationem electionis bonorum, ibi; *Vt ostenderet diuitias &c.* Est autem in utrisq; triplex differentia attendenda, Prima quidem, secundum finem. Secunda, secundum usum. Tertia, secundum diuinum actum. K Finis autem reprobationis, uel obdurationis malorum, est manifestatio diuinæ iustitiæ & uirtutis. Et quantum ad hoc dicit, *Quod*, id est, sed, *si Deus uolens ostendere iram suam*, id est, iustitiam uindicatiuam. Non enim dicitur ira in Deo, secundum affectus commotionem, sed secundum effectus uindictæ. supra. 1. Reuelatur ira Dei &c. Addit autem; *Et notam facere potentiam suam*, quia Deus contra malos non solum utitur ira, id est, uindicta puniendo eos sibi subiectos, sed etiam sua potentia subiiciendo sibi. Phil. 3. Secundum operationem, qua potest etiam sibi subiicere omnia. Exod. 14. Viderant Aegyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exercuerat dominus contra eos. Vsus autem malorum, ad quẽ utitur eis Deus, est ira, id est, pœna. Et ideo uocat eos uasa iræ, id est, iustitiæ instrumenta, quibus Deus utitur ad ostendendam iram, id est, iustitiam uindicatiuam. Ephes. 2. Eramus natura filii iræ. Actus uero quem Deus erga eos exercet, non est q̃ disponat eos ad malum, quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione primi peccati. Vnde dicit; *Vasa apta*

apta in interitum, id est, in se habentia aptitudinem ad æternã damnationem, Gen. 6. Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solum Deus circa eos agit, quòd eos permittit agere, quæ concupiscunt. Vnde signanter dicit; *Sustinuit*. Et hoc eius patientiam demonstrat, quòd non statim vindictam infert. Vnde addit; *In multa patientia*. Eccles. 5. Altissimus est patiens redditor. Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo quidem finem, cum dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*. Finis enim electionis, & miserationis

ret diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

LECTIO V.

QVOS & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Oseæ dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutam, misericordiam con-

bonorum est, vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis suæ, reuocando eos a malo, & ad iustitiam eos trahendo, & finaliter eos perducendo in gloriam. Et hoc est, quòd dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*, de quibus diuitiis supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia. Signanter autem dicit; *Vt ostenderet diuitias gloriae suae*, quia ipsa condemnatio, & reprobatio malorum, quæ est secundum Dei iustitiam: manifestat & commendat sanctorum gloriam, qui ab ipsa tali miseria liberantur. Secundo describit vsum eorum, cum dicit; *In uasa misericordiae.* Nominat autem bonos vasa misericordiæ, quia vtitur eis Deus quasi instrumentis, ad suam misericordiam manifestandam. Eccles. 44. Isti sunt viri misericordiæ. Tertio ponit actum, quem circa eos Deus exercet. Non enim Deus eos solum sustinet, quasi de se aptos existentes ad bonum, sed eos præparat & disponit vocando ad gloriam. Vnde dicit; *Quae praeparauit in gloriam*. Psalm. 64. Præparans montes in virtute tua. Est autem constructio defectiua, & suspensiua vsque huc, vt sit sensus. Si Deus volens hoc facere, quibusdam miseretur & quosdam indurat, quid contra hoc iuste poterit dici? Quasi dicat. Nihil. Non enim sic quos vult indurat, vt eos peccare compellat, sed sustinet eos, vt secundum suam inclinationem tendant in malũ.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd Dei gratia datur hominibus, ex diuina electione, per quam homines ad gratiam vocantur, hîc ostendit, quòd prædicta electio siue vocatio non solum pertinet ad Iudæos (vt ipsi poterant gloriari, propter hoc quod dicitur Deut. 4. Dilexi patres tuos) sed etiam ad Gentes. Et primo proponit, quod intendit. Secundo probat propositum ibi; *Sicut in Oseae dicit &c.* Tertio ex dictis infert conclusionem, ibi; *Quid ergo dicemus &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, quòd sanctos præparauit in gloriam, quos & vocauit. s. per gratiam suam, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus. supra. 3. An Iudæorum Deus tm̃? Nonne & gentiũ? Soph. 2. Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentiũ.

Deinde cum dicit; *Sicut in Oseae dicit &c.* probat propositum. Et primo quantum ad gentiles. Secundo quantum ad Iudæos, ibi; *Esaias autem clamat &c.* Circa primum ponit duas authoritates Oseæ loquentis pro gentibus, quarum prima promittit eis dona Dei. Secunda ipsam diuinam filiationem, ibi; *Et erit in loco ubi dictum &c.* Dicit ergo primo. Sicut dominus dicit in Oseæ, quia ipse erat, qui loquebatur in prophetis. 3. Regum. 23. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Vnde & Oseæ. 1. dicitur. Principium loquendi domino in Oseæ. Est autem considerandum, quòd a tribus bonis, quæ in Iudæis eminebant, gentiles erant alieni, quorum primum erat diuinus cultus, ratione cuius dicebantur populus Dei, quasi ei seruientes, & eius præceptis obedientes. Vnde in Psalm. 94. dicitur. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Sed ab huius populi societate, gentiles erant alieni secundum illud Ephe. 2. Alienati a conuersatione Israel & hospites testamentorum. Sed per Christum facti sunt populus Dei. Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, vt emundaret sibi populum acceptabilem. Et hoc est quod dicit; *Vocabo non plebem meam*, id est, gentilitatem, quæ non erat plebs mea; *Plebem meam*, id est, ad hoc vt sit plebs mea. Secundum est priuilegium dilectionis. Oseæ. 3. Diligit dominus filios Israel in eo, scilicet quòd eis multa beneficia inducentia ad specialem

A gratiam præstabat, a qua quidem dilectione gentiles olim erant exclusi. Ephes. 4. Alienati a veritate Dei propter ignorantiam; quæ est in illis. Et ideo dicit; *Et non dilectam* meam, scilicet gentilitatem, vocabo; *Dilectam* meam. Ephes. 2. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi;

secutam. Et erit in loco vbi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viui. Esaias autem clamat, pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate, B quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut So-

supra. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo p̃ mortem filii eius. Tertium est libertas a peccato originali, quæ Iudæis in circuncisione, conferebatur. Esa. 14. Miserebitur domin⁹ Iacob. Sed huius miserationis gentiles, nõ erãt participes. Eze. 16. Quando nata es, in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus. Et infra, Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui. Sed postea per Christum sunt misericordiam consecuti. Ideo sequitur; *Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam*. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit &c. Hæc autem authoritas habetur, Oseæ. 2. secundum. 70. loco, cuius litera nostra habet. Miserebor eius, quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu.

Deinde cum dicit; *Et erit in loco, &c.* inducit aliam authoritatem quæ habetur Oseæ 1. In qua eis repromittitur dignitas filiorum Dei, de qua Iudæi gloriabantur propter id quod dicitur C Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et Deut. 33. Nonne ipse est pater tuus? Gentiles etiam non solum non dicebantur filii, quod pertinet ad eos, qui ex amore Deo seruiunt & spiritu Dei aguntur vt supra 8. dictum est, sed nec etiam digni erant vt populi Dei dicerentur, quod pertinere poterat etiam ad eos, qui spiritum seruitutis acceperant in timore. Vnde dicit; *Et erit in loco*, id est, in Iudæa; *Vbi dictum est eis*, scilicet, Gentilibus a Iudæis quasi ex persona Dei loquentibus; *Non plebs mea vos*, quia non reputabant eos populum Dei, *Ibi*, id est, etiam apud Iudæos credentes vocabuntur filii Dei; *Vel in loco*, id est, toto mundo in quo conuertentur ad fidem, vt detur intelligi, quòd non hoc modo conuertentur, sicut proseliti, quos Iudæi faciebant, qui suis locis derelictis in Iudæam pergebant: hoc autem non ita futurum esse in his qui ad Christum conuertendi erant ostenditur Sopho. 2. Adorabunt eum viri de loco suo. Vnicuique ergo in loco suo habitanti; *Vbi dictum est eis*, olim ex diuina sententia; *Non plebs mea vos*, ibi vocabuntur filii Dei per diuinam adoptionem. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Deinde D cum, dicit; *Esa. autem clamat, &c.* probat propositum quantum ad Iudæos per authoritatem Esa. Et ponit duas authoritates, quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudæis: secunda specialiter ad Apostolos, ibi, *Et sicut praedixit, &c.* Dicit ergo primo, dictum est per Osee pro Gentibus; *Esaias autem clamat*, id est, aperte loquitur pro conuersione Israel 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. In hac autem prima authoritate primo ponit paucitatem conuersorum Israel dicens; *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris*, id est, innumerabiles præ multitudine Gentium. Gene. 22. Multiplicabo semen tuum velut arenam maris. &c. 3. Regum. 4. Iuda & Israel innumerabiles quasi arena maris; *Reliquiae saluae fient*, id est, non omnes nec maior pars, sed aliqui pauci qui relinquentur ex excidio aliorum. Mich. 7. Factus sum sicut qui colligit E in autumno racemos vindemiæ. Infra 11. Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. secundo, ibi; *Verbum enim consummans, &c.* Assignat causam salutis, & primo ponit efficaciam euangelici verbi, dicens; *Verbum enim consummans & abbreuians in aequitate.* Vbi notatur duplex efficacia euangelici verbi, prima est, quia *Consummans*, id est, perficiens, vt enim dicitur Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Dominus autem dicit Matt. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere: tum quia figuris legis veritatem adhibuit, tum quia præcepta legis moralia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & etiam eis consilia perfectionis adiunxit. Vnde & iuueni diuiti Matthe. 19. quia omnia mandata legis seruauerat, dixit. Vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. Et propter hoc discipulis suis dicebat, Matt. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Secunda, efficacia est abbreuiandi, & hæc conuenienter primæ adiungitur.

diungitur, quia quanto aliquod verbum est magis perfectum, tanto est altius, & per consequens magis simplex & breue. Est autem verbum Euangelii abbreuians verba legis, quia omnia sacrificia figuralia legis in vno vero sacrificio comprehendit, quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam, vt dicitur Ephes. 5. Omnia vero præcepta legis moralia, in duobus præceptis charitatis cōcludit. Matth. 22. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Vnde dicit; *Abbreuians in æquitate*. Vel quia nihil est prætermissum de multitudine figurarum, & præceptorū legis; quin sub breuitate Euangelii comprehenderetur. Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum, quod est ęquum secundum dictamen rationis naturalis. Psal. 118. Omnia mandata tua æquitas. subaudiendum est autem, Erit, vt sit sensus. Verbum euangelii erit abbreuiās, & consumans in ęquitate. Secundo cum dicit; *Quod uerbum &c.* assignat rationem prędictæ efficaciæ, dicens; *Quia dominus super terram*, existens, id est, in terris tanquam homo inhabitans, secundum illud Bar. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Faciet verbum breuiatum*, Perfectius enim deber esse verbum & maioris virtutis, quod ipse dominus Deus carnem indutus, locutus est per semetipsum, quàm verba quæ locutus est per prophetas. secundum illud Heb. 1. Multipharie multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis &c. *Vel aliter, quia dominus* scilicet, Deus pater; *Faciet super terram uerbum breuiatum*, id est, incarnatum, quia filius Dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Dicitur autem exinanitum, vel breuiatum, non quia aliquid substractum sit plenitudini, vel magnitudini diuinitatis ipsius: sed quia nostram exilitatem & paruitatem suscepit. Habetur autem hęc authoritas Esa. 10. vbi secundum literam nostram sic dicitur. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Deinde cum dicit; *Et sicut praedixit Esa. &c.* inducit authoritatem pertinentem specialiter ad Apostolos, dicens; *Et sicut praedixit Esa. 1. Nisi dominus sabaoth*, id est, exercituum, vel virtutum; *Reliquisset nobis*, scilicet ex sua misericordia. *Semen*, id est, verbum euangelii. Matt. 12. Semen est verbum Dei, Vel *Semen*, id est, Christum. Gala. 3. Et semini tuo, qui est Christus, vel *Semen*, id est, Apostolos. Esa. 6. Semen sanctum erit id, quod steterit in ea. *Sicuti Sodoma facti essemus: & sicut Gomorra similes fuissemus*. Grauius enim fuit peccatum Iudæorum, quàm Sodomorum. Tren. 4. Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Et Eze. 16. Non fecit Sodoma ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Et ideo quòd Iudæi non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitæ, est diuinæ misericordiæ imputandum. Tren. 3. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti. Deinde cum dicit; *Quid ergo dicemus?* infert conclusionem ex dictis. Et primo quantum ad Gentes. Secundo, quantum ad Iudæos, ibi, *Israel vero &c.* Circa primum duo facit. Primo concludit quod intendit: dicens; *Quid ergo dicemus*, ex consideratione prædictorum? Hoc inquam, quòd *Gentes apprehenderunt*, id est, consecutæ sunt, iustitiam scilicet, qua vocantur filii. 1. Cor. 6. Et hoc quidem fuistis, sed iustificati estis. Et hoc quidem ex vocatione diuinæ electionis, non ex meritis: quod patet per hoc quòd dicit; *Quae non sectabantur iustitiam*, secundum illud Ephes. 2. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. Secundo exponit quod dixerat; *Iustitiam autem quae ex fide est*, non eam quæ in operibus consistit. Non enim ad hoc Gentes conuersæ sunt, vt iustitiam legalem obseruent, sed vt iustificentur per Christi fidem. supra. 2. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Deinde cum dicit; *Israel vero &c.* inducit conclusionem quantum ad Iudæos. Et primo concludit quod intendit, dicens; *Israel vero*, id est, populus Iudæorum; *Sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit*. Dicitur lex iustitiæ lex spiritus vitæ, per quam homines iustificantur, ad quam Iudæorum populus non peruenit: quam tamen sectabatur obseruando vmbram huius spiritualis legis, quæ consistit in obseruationibus legalibus, Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. *Vel, sectando legem iustitiae*, id est, legem Moysi, quæ est lex iustitiæ, si sit bene intellecta: quia docet iustitiam. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos non vere, sed exterius, dum peccata vitantur non ex amore, sed timore pœnę, quam lex infligebat. Esa. 51. Audite me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Et in eodem. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in cordibus eorum. Secūdo assignat causam, dicens; *Quare*, scilicet dum sectarentur legem, ad legem iustitiæ, non peruenerunt; quia. s. non prędebitam viam sectabantur. Et hoc est, quòd subdit; *Quia non ex fide*, scilicet Christi, quærebant iustificari, sed quasi ex operibus legis. Sequebantur enim figuram, & repudiauerunt veritatem. supra 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Tertio manifestat causam propositam, & primo proponit manifestationem, dicens; *Offenderunt enim in lapidem offensionis*, id est, ad Christum, qui assimilatur lapidi offensionis in hoc, quòd sicut lapis in quem homo offendit, non cauetur propter suam paruitatem: ita Iudæi videntes Christum infirmitate nostra contentum, non cauerunt in eum offendere. Esa. 53. Quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde non reputauimus eum. Hiere. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, id est, ad Christum, & eius apostolos, qui dicuntur montes caliginosi propter hoc, quòd eorum dignitas, & magnitudo latebat. Secundo ad hoc inducit authoritatem, dicens; *Sicut scriptum est*. In Esa. scilicet, Componit autē Apostolus verba Esa. in diuersis locis scripturæ, Nam Esa. 28. dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet. Et hinc sumitur principium authoritatis; *Ecce ponam in Sion, lapidem*. s. quasi fundamentum, in quo designatur, quòd Christus diuina ordinatione constitutus erat Ecclesiæ fundamentum. 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa. 8. In lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel. Et hinc sumitur medium authoritatis, quo dicit; *Lapidem offensionis, & petram scandali*, vt offensio referatur ad ignorantiam, quia vt dicitur. 1. Corinth. 2. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Scandalum autem referendum est ad impactionem, & casum, quo per infidelitatem ceciderunt, Christum & eius apostolos persequentes. 1. Corint. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam &c. Finis autem authoritatis sumitur. Exod. 28. Qui crediderit, non festinet, loco cuius hic dicitur. Omnis qui credit in eum, non confundetur, quia. s. consequitur mercedem ab eo. Eccle. 2. Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Ponit autem Apostolus hæc verba secundum literam 70. Et ad hunc sensum pertinet, quod in litera nostra dicitur. Qui crediderit, non festinet. Ille enim festinare videtur, qui delusum se reputat, quia cito non adipiscitur, quod sperabat.

domo facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quòd Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

CAP. X. LECT. I.

F RATRES; voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem

LECTIO PRIMA.

K POSTQVAM Apostolus ostendit, quomodo per electionem gratiæ Dei, Gentiles sunt ad fidem vocati, & etiam aliqui ex Iudæis de maiori parte populi Iudaici offendentibus, & scandalizatis; hic agit specialiter de casu Iudæorum. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat causam casus eorum, quem supra tetigerat: ex qua ostenditur casus eorum esse miserandus. Secundo, ostendit casum eorum non esse vniuersalem. 11. cap. ibi; *Dico ergo, Nunquid &c.* Tertio, ostendit casum eorum non esse inutilem, neque irreparabilem, ibi; *Dico ergo, nunquid &c.*

Circa primum duo facit. Primo, ostendit casum eorum esse miserandum ex sua causa. Secundo, ostendit quòd non est totaliter excusabilis, ibi; *Sed dico, nunquid non audierunt? &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit se ad Iudæos habere miserationis affectum. Secundo, ostendit causam miserationis, ibi; *Testimonium enim illis perhibeo &c.* Dicit ergo primo, Dictū est, ꝙ Iudæi in legem iustitiæ non, peruenerunt, propter hoc quòd offenderunt in lapidem offensionis: nec tamen contra eos indignor, sed eorum misereor. Et ideo dico vobis; *O Fratres*, qui

qui conuersi estis tam ex Gentibus, quàm ex Iudæis. Matt. 23. Omnes vos fratres estis; *Voluntas quidem cordis mei*, id est, ex intimo cordis affectu procedens, est ad salutem eorum, vt scilicet ipsi saluentur, sicut & ego saluatus sum. 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum, Act. 26. Opto apud Deum omnes qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum. Et in hoc Deo conformabatur, qui ut dicitur. 1. Tim. 2. vult omnes homines saluos fieri, Nec sola voluntas est in salutē eorum, sed etiam voluntatis effectus, vnde subdit; *Et obsecratio*, scilicet mea *Fit ad Deum pro illis in salutem*. 1. Reg. 12. Absit a me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Iaco. vlti. Orate pro inuicem vt saluemini. Et ex hoc patet, ꝙ orandum est pro infidelibus vt saluentur, quia & ipsa fides est donum Dei. Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum est. Deinde cum dicit; *Testimonium enim &c.* assignat causam suæ miserationis, quia. s. non ex certa malitia, sed ex ignorantia peccabant, Et circa hoc tria facit. Primo enim proponit eorum ignorantiam. Secundo, ostendit quid ignorabant, ibi; *Ignorantes enim Dei &c.* Tertio, ostendit veritatem eorum, quæ ignorabant, ibi; *Moyses enim dicit &c.* Dicit ergo primo. Ideo salutem eorum volo, & propter hoc oro, misertus eorum, quia testimonium perhibeo de illis, quòd *Aemulationem quidem Dei habent*, scilicet quia zelo Dei, Christum, & eius membra persequuntur. Ioan. 16. Venit hora, in qua, omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Et huius rei testis esse poterat, quia & ipse aliquando fuerat in simili causa. Phil. 3. Secundum æmulationem persecutus sum ecclesiam Dei; *Sed non secundum scientiam*: quia scilicet eorum zelus, per rectam scientiam non ordinatur dum ignorant veritatem. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. 1. Cor. 14. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Deinde cum dicit; *Ignorantes enim &c.* ostendit cuius rei scientiam non haberent. Et primo proponit, quod intendit. Secundo, manifestat propositum, ibi; *Finis enim legis Christus &c.* Dicit ergo primo. Recte dico, quòd non secundum scientiam; *Ignorantes enim Dei iustitiam*, scilicet qua Deus per fidem iustificat. supra 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi; *Et quærentes statuere*, id est, firmare *suam*, scilicet iustitiam, quæ consistit in operibus legis, quæ secundum eorum opinionem non expectabat aliquid a Deo, sed solum ex arbitrio operantium erat: Et ideo dicit eorum esse iustitiam, quasi humanam, & non diuinam, secundum illud supra 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, scilicet apud homines, sed non apud Deum; *Iustitiae enim Dei non sunt subiecti*, id est, nolunt subiici Christo, per cuius fidem iustificantur homines a Deo. Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? supra 3. Vt subditus fiat omnis mundus Deo. Exo. 10. Vsquequo non uis subiici mihi? Deinde cum dicit; *Finis legis Christus &c.* manifestat, quod dixerat, scilicet eos Dei iustitiam ignorare, & quòd ei subiici nolunt, cum tamen iusticiā legalem statuere velint. Circa quod considerandum est, quòd sicut etiam Philosophi dicunt, intentio cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos: vnde multo magis lex vetus hominibus diuinitus data, ordinabatur ad faciendum homines iustos. Hanc tamen iustitiam, lex per semetipsam facere non poterat, quia neminem ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Heb. 7. Sed ordinat homines in Christum, quem promittebat, & præfigurabat. Gal. 4. Lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, & hoc est quòd dicit: Christus enim est finis legis, ad quem, scilicet tota lex ordinatur. Psalm. 118. Omnis consummationis vidi finem; *Finis inquam, ad iustitiam ut*, scilicet homines per Christum iustitiam consequantur, quam lex intendebat. supra. 8. Quod impossibile erat legi, mittens Deus filium suum, damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc dico omni credenti, quia per fidem suos iustificat. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Deinde cum dicit; *Moyses enim &c.* probat veritatem eorum, quæ Iudæi ignorabant, scilicet, quòd iustitia Dei sit perfectior, quàm iustitia legalis. Et hoc authoritate ipsius Moysi veteris legislatoris. Primo ergo, per eius verba ostendit conditionem iustitiæ legalis. Secundo, condi-

quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide est B iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? idest, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbum in ore tuo, Hoc est uerbū fidei, quod prædicamus: quia si cō fitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris, ꝙ Deus illū suscitauit a mortuis, salu⁹ eris.

Eth. 2. c. 1.

A tionem iustitiæ fidei, ibi; *Quae autem ex fide est &c.* Dicit ergo primo, Recte distinxi iustitiam humanam a iustitia Dei; *Moyses enim scripsit*, Leuit. 18. *Quoniam homo qui fecerit iustitiam; quae ex lege est*, uiuet in ea. ubi sic litera nostra habet: Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, uiuet in eis. Et Ezech. 20. Iudicia mea proiecerunt, q̄ faciens homo, uiuet in eis, quia scilicet hoc commoditatis consequebatur homo per legis obseruantiam, ne occideretur tanquam legis transgressor. Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, absque vlla misericordia moritur. Leuit. 20. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur, & hic de aliis. Possumus ulterius dicere, ꝙ per legis obseruationem homo ordinatur in vita præsenti: promittebat enim lex temporalia bona, & quædam mandabat, quæ ad ordinationem carnalis vitæ pertinebant. Heb. 9. Iustitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Sed contra uidetur esse quod dominus dicit Mat. 19. quærenti quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Respondit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Vnde & supra 5. super illud. Lex autem subintrauit. dicit quædam glo. Iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona temporalia; sed, & uitam conferebat æternam: sed hęc intelligenda sunt ſm spiritualem sensum legis, qui pertinet ad fidem Christi. Sed C quod hic dicitur, refertur ad interiorem legis sensum, ſm quem lex de uita æterna mentionem non faciebat. Deinde cum dicit; *Quae autem ex fide est iustitia &c.* inducit authoritatem Moysi de iustitia fidei. Et primo Moyses ostendit certitudinem fidei, quæ debet esse in corde hominis. Secundo fidei effectum, ibi; *Sed quid dicit scriptura &c.* Dicit ergo primo: non solum loquitur Moyses de iustitia legis, sed etiam ipse sic dicit de iustitia quæ est ex fide; *Quae autem est ex fide iustitia*, sic dicit, id est, sic loquitur in corde hominis; *Ne dixeris in corde tuo*, scilicet dubitando; *Quis ascendit in cœlum?* quasi hoc impossibile reputans, sicut & Prouerbio. 30. quęritur. Quis ascendit in cœlum atque descendit, quia scilicet hoc tenere quasi impossibile, est deducere Christum a cœlo, id est, afferere quòd Christus nō sit in cœlo, contra id quod dicitur. Io. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Ephes. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Aut etiam ne dixeris; *Quis descendit in abyssum*, id est in infernum, quasi reputans hoc esse impossibile. hoc enim negare; *Est reuocare Christum ex mortuis*, scilicet negare eum non esse mortuum. Ipse enim moriens in abyssum descendit. Eccles. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. Et secundum hoc prohibet dubitari de duobus articulis fidei Christi, scilicet de eius ascensione, & de eius morte, & descensu ad inferos, quorum primum pertinet ad maximam Christi exaltationem: secundum ad maximam eius humiliationem. Potest autem & aliter exponi, ut dicatur nobis certitudo duorum articulorum. Primo quidem incarnationis, qua de cœlis ad terram descendit: ut sit sensus; *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum*, & exponitur supplendo, id est, *Christum deducere*, quasi dicat: Quis ascendit in cœlum ad deducendum Christum ad nos? quod quidem non fuit necessarium, quia ipse propria uirtute descendit. Secundo autem resurrectionis, cum subdit; *Aut etiam* ne dixeris; *quis descendit in abyssum*, & supplendo addit. Hoc est; *Christum ex mortuis reuocare*: quasi dicat. Illuc descendit, ut inde posset Christum reuocare, sicut ex persona insipientium dicitur. Sapien. 2. Non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et hic sensus congruit uerbis Moysi. dicitur enim Deuter. 30. secundum literam nostram. Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum; neque in cœlo situm, ut possitis dicere. Quis nostrum ualet ad cœlum conscendere, ut deferat illud ad nos? Nec est inconueniens, si quod Moyses dixit de mandato legis, hoc Apostolus attribuit Christo: quia Christus est uerbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata. Sic ergo intelligendum est quod dixit. *Quis ascendit in cœlum*. i. Christum deducere. ac si dicat. Quis potest in cœlum conscendere, ut uerbum Dei inde deferat ad nos? Et idem est dicendum in alio, quod sequitur. Deinde cum dicit; *Sed quid dicit scriptura? &c.* ondit fructū fidei p eiusdem authoritatem. Et primo proponit authoritatē. Secundo expo-

dit eam, ibi; *Hoc est uerbum fidei &c.* Tertio probat expositionem esse conuenientem, ibi; *Corde enim creditur &c.* Dicit ergo primo; *Sed quid dicit scriptura?* Hoc, inquam; *Prope est verbũ in ore tuo & in corde tuo.* Sic enim post præmissa verba Deu. sequitur, Iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo. Quasi dicat: non solliciteris, quòd tibi desit verbũ fidei iustificãtis, ꝓpter hoc quòd Christus est in cœlo secundũ naturam diuinam, aut quòd descendit in infernũ propter mortem humanitatis, quia ipse descendens de cœlo, & resurgens ab inferis, impressit verbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vnde quod dicit; *Prope est*: potest referri ad hoc, quòd verbum Dei sumus adepti per Christum incarnatum, & resurgentem. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum. Hie. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Vel secundum glo. quod dicit; *Prope*, referendum est ad vtilitatem secundum quòd dicimus, prope apud nos esse, quod nobis est commodum & vtile. Verbo enim Dei, cor nostrum mundatur. Io. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Vel potest referri ad hoc, ꝓ verba fidei, & si sint supra rationem. Eccles. 3. Plurima supra sensum hominis monstrata sunt tibi, non tamen sunt contra rationem, quia veritas non potest esse veritati contraria. Psal. 118. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit; *Hoc est verbum &c.* exponit authoritatem prædictam. Et primo, ostendit quod sit illud verbum, de quo Moyses, loquitur, dicens; *Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus.* 2. Tim. 4. Prædica verbum. Hier. 23. Qui habet sermonem meum loquatur sermonem vere. Secundo, exponit quomodo hoc verbum est in ore per confessionem, & in corde per fidem. Et hoc est quod subdit, *Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christum*, scilicet recognoscens eum dominum subiiciendo sibi tuũ affectum, secundum quod dicitur. 1. Cor. 12. Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et iterum; *Si credederis in corde tuo*, scilicet fide formata, quæ per dilectionem operatur, vt dicitur Galat. 5. *Quod Deus illum suscitauit a mortuis.* Psalm. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me (quia vt dicitur. 2. Cor. vlt. Resurrexit ex virtute Dei, quæ est communis sibi & patri; *Saluus eris*, scilicet salute æterna: de qua dicitur Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute æterna. Quod autem dicit; *Dominum Iesum*; ad mysterium incarnationis refertur. Quod autem sequitur; *Christum*, manifeste ad resurrectionem refertur. De quibus duobus articulis supra fecerat mentionem.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM præmiserat Apostolus exponendo verbum Moysi, quòd confessio oris, & fides cordis operantur salutẽ, proponens hoc causa exempli in duobus articulis, de quibus videbatur Moyses fecisse mentionem: hic probat quod dixerat in vniuersali. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝓ per fidem, & confessionem homo consequitur salutem. Secundo, ponit salutis ordinem, ibi; *Quomodo ergo inuocabunt &c.* Tertio infert quandam conclusionem ex dictis, ibi; *Ergo fides ex auditu &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit quod intendit, dicens. Recte dico, quòd si confitearis ore, & credas corde, saluus eris; *Corde enim creditur*, ab homine; *Ad iustitiam*, id est, ad hoc, vt iustitiam per fidem consequatur. supra. 5. Iustificati igitur ex fide. Signanter autem dicit; *Corde creditur*, id est, voluntate. Nam cætera, quæ ad exteriorem Dei cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens. Intellectus enim credentis non determinatur ad assentiendum veritati ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex voluntate: & ideo scire non pertinet ad iustitiam hominis, quæ est in voluntate, sed credere. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Postquam autem homo est iustificatus per fidem, oportet, ꝓ eius fides per dilectionem operetur ad consequendam salutem. Vnde subdit, *Ore autem confessio fit ad salutem*, scilicet æternam consequendam. Esa. 53 Salus autem mea in sempiternum erit. Est autem triplex confessio necessaria ad salutem. Primo quidem confessio propriæ iniquitatis, secundum illud Psalm. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, quæ est confessio pœnitentis. Secunda confessio est, per quam homo confitetur Dei bonitatem misericorditer beneficia præstantis. Psalm. 117. Confitemini domino quoniam bonus, & hæc est confessio gratias agentis. Tertia est confessio diuinæ veritatis. Matth. 10. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, & hæc cõfessio est credentis, de qua nunc Apostolus loquitur: hæc autem est necessaria ad salutem pro loco, & tempore, quando scilicet exposcit fides alicuius, scilicet a persecutore fidei, vt quando periclitatur fides aliena: sicut præcipue prælati debent prædicare fidem subditis suis. Et ideo baptizati liniuntur chrismate, in fronte signo crucis, vt ipsum crucifixum confiteri non erubescant. supra. 1. Non enim erubesco euangelium. Ita est autem, & de omnibus virtutum actibus, qui pro loco, & tempore sunt necessarii ad salutem. Nam præcepta affirmatiua, quæ de his dantur, obligant semper, sed non ad semper. Secundo, ibi; *Dicit enim scriptura &c.* probat per authoritatem, dicens. Dicit enim scriptura, scilicet Esa. 18. *Omnis qui credit in illum*, fide, scilicet formata; *Non confundetur*, scilicet quasi deficiens a salute. Eccle. 2. Qui timetis dominum, credite illi. & non euacuabitur merces vestra. Litera vero nostra habet. Qui crediderit non festinet. vt supra dictũ est. Tertio, ibi; *Non enim est distinctio &c.* probat hoc esse vniuersaliter intelligendum, cum Esaias indefinite hoc proponat. Et primo, proponit quod intendit, dicens, Ideo dictum est; *Omnis qui credit &c. Non enim est distinctio*, quantum ad hoc; *Iudæi & Græci*. Coll. 3. Vbi non est Gentilis, & Iudæus, circuncisio, & præputium &c. Secundo, probat per rationem quæ duplici modo innititur, quorum primum tangit, dicens; *Nam idem dominus omnium*, supra. 3. An Iudeorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Psal. Rex omnis terræ Deus. Et ideo ad ipsum pertinet prouidere omnium saluti. Secundum medium tangit, dicens; *Diues est in omnes qui inuocant illum*. Si enim non esset tantæ bonitatis, quòd sufficeret ad satisfactionem utriusque, posset putari, quòd non omnibus credentibus prouideret: sed diuitiæ bonitatis eius, & misericordiæ indeficientes sunt. supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia &c. Tertio, probat idem per authoritatem, quæ habetur Ioel. 2. *Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit*. Est autem inuocare, in se vocare per affectum & deuotum cultum. Psalm. 90. Inuocabit me & ego exaudiam eum. Deinde cum dicit; *Quomodo ergo inuocabunt &c.* Ponit ordinem, quo quis vocatur in salutem, quæ est ex fide. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd ea quæ sunt posteriora in hoc ordine, sine prioribus esse non possunt. Secundo ostendit, quòd positis prioribus, non est necessarium posteriora poni, ibi; *Sed non omnes obediunt euangelio*. Circa primum duo facit. Primo ponit ordinem eorum, quę requiruntur ad salutem. Secundo, confirmat quod supposuerat per authoritatem, ibi; *Sicut scriptum est*. Ponit autem primo quinque per ordinem, incipiens ab inuocatione ad quam secundum authoritatem prophetæ, sequitur salus. Dicit ergo; *Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt?* quasi dicat. Sine dubio inuocatio salutem facere, non potest, nisi fide præcedente. Pertinet autem inuocatio ad confessionem oris, quæ ex fide cordis procedit. Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum: 2. Corinth. 4. Nos credimus propter quod & loquimur. Secundo, a fide ascendit vel procedit ad auditum, dicens; *Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Ille enim homo credere dicitur, quę sibi ab aliis dicuntur, quæ ipse non videt. Ioan. 4. Iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere saluator mundi &c. Est autem duplex auditus. Vnus quidem interior, quo quis audit a Deo reuelante. Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exterius loquente. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Primus autem auditus non communiter pertinet ad omnes, sed proprie pertinet ad gratiam prophetiæ, quæ est gratia gratis data distincte aliquibus, sed non omnibus, secundum illud. 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Sed quia nunc loquitur de eo, quod indistincte ad omnes pertinere potest, secundum illud quod supra dixit. Non enim est distinctio, ideo relinquitur, ꝓ hoc sit intelligendum de secundo auditu. Et iõ subdit; *Quomodo ergo audient sine prædicante?*

LECTIO II.

CORDE enim creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit.n. scriptura. Omnis qui credit in illũ, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit, Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderũt? aut quomodo credent ei quem nõ audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes euãgelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

LECTIO III.

SED dico. Nunquid non audierunt? Et quidem, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed dico, Nunquid venit ad me: & sic quòd homines creduut, non est attribuendum prædicatoris industriæ. Per hoc etiam ostenditur, quòd omnes increduli non excusantur a peccato, sed illi qui non audiunt, & non credunt. Ioan. 10. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem nõ habẽt de peccato suo. Et hoc etiam magis cõsonat his, quæ Apostolus posterius dicet. Secundo, ad hoc inducit authoritatem, cum subdit; *Esaias enim dicit, Domine quis credidit auditui nostro?* quasi diceret, Rarus. Ezech. 1. Increduli & subuersores sunt tecum. Michæ. 7. Factus sum sicut, qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Quod quidem Esaias dixit præuidens Iudæorum infidelitatem futuram. Eccles. 48. Spiritu magno vidit vltima &c. Dicit autem, Auditui nostro, vel propter id quod a Deo audierunt, sicut dicitur in Abdia: Auditum audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Vel propter id, quod homines ab apostolis audiebant. Ezech. 33. Audiunt verba tua, & non faciunt ea. Deinde cum dicit; *Ergo fides ex auditu &c.* infert conclusionem ex dictis, dicens. Ergo ex quo aliqui non credunt, nisi audierint, fides est ex auditu. Psalm. 17. In auditu auris obediuit mihi. Sed contra videtur esse, quòd fides est virtus infusa diuinitus. Phil. 1. Vobis datum est vt in ipsum credatis. Dicendum est ergo, ꝓ ad fidem duo requiruntur: quorum vnum est cordis inclinatio ad credendum & hoc non est ex auditu, sed ex dono gratiæ: Aliud autem est determinatio de credibili. & istud est ex auditu. Et ideo Cornelius, qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit vt ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret quid esset credendum. Ex eo vero quod dixerat; *Quomodo audient sine prædicante? & quomodo prædicabunt nisi mittantur?* concludit; *Auditus autem*, scilicet credentium, est per uerbum prædicatorum, quod est; *Verbum Christi*, vel quia est de Christo. 1. Corin. 1. Nos prædicamus Christum Iesum: uel quia a Christo habent, quòd mittantur. 1. Cor. 11. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. Act. 10.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit casum Iudæorum esse miserandum, quia ex ignorantia peccauerunt, hic ostendit, ꝓ eorum talis casus non est excusabilis ex toto: quia eorum ignorantia non fuit inuincibilis, vel ex necessitate existens, sed quodammodo voluntaria. Et hoc quidem ostendit dupliciter. Primo quidem per hoc, quòd audierunt ex doctrina apostolorũ. Secundo per hoc, quòd cognouerunt ex doctrina legis & prophetarum, ibi; *Sed dico, Nunquid Israel non cognouit?* Circa primum duo facit. Primo, proponit quæstionem, dicens. Dictum est, quòd fides est ex auditu, & non possunt homines credere ei, quem non audierunt. Dico ergo; *Nunquid non audierunt?* ut.s. per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate, sm illud Io. 15. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum nõ haberent. Secundo, ad quæstionem respondet interueniendo per authoritatem Psal. dicentis; *In omnem terram exiuit sonus eorum*, scilicet apostolorum. i. Fama eorum exiuit in omnem terram, non solum Iudæorum, sed etiam omnium Gentium. Iob. 28. Perditio, & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius, scilicet sapientiam per apostolos prædicatam. Et dominus eis præceperat Matth. vlt. Euntes in uniuersum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ; *Et uerba eorum*, scilicet distincta eorum doctrina, exierunt; *In fines orbis terræ.* Ad literã, vsque ad fines mundi. Esa. 24 A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et 49. Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Et est notandum, quòd secundũ Augu. †hæc uerba nondum erant completa, quando Apostolus talia loquebatur, sed præuidebat ea esse complenda. Et ideo utitur præterito pro futuro, propter certitudinem diuinæ præordinationis: sicut etiam Dauid, cuius uerba assumit Apostolus, manifeste utebatur præterito pro futuro. Et ideo hoc dicit † Aug. quia adhuc tempore suo dicit fuisse quasdam gentes in Aphricæ partibus, quibus non erat fides Christi prædicata. Chrys. †aũt super Matth. econtrario dicit, hoc quod hic dicitur, completum fuisse tpe apostolorum, exponens sic quod habetur Matth. 24. Et

Epsa. 80.

ibidem. Hom. 76.

oportet hoc euangelium prædicari in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, id est, destructio Hierusalem, vtrumque autem est aliqualiter verum. Tempore enim apostolorum, ad omnes gentes, etiam vsque ad fines mundi, peruenit aliqua fama de prædicatione apostolorum per ipsos apostolos, vel discipulos eorum, Matthæus in Aethyopia, Thomas in India, Petrus & Paulus in Occidente. Et hoc est quod Chrysostomus dicere intendit. Non tamen sic fuit impletum tẽpore apostolorum, quòd in omnibus gẽtibus Ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendum ante finem mundi, vt dicit Augustinus in epistola ad Hesitium. Magis tamen præsenti intentioni Apostoli congruit expositio Chrysostomi, quàm Augustini. Nulla enim ratio esset auferendi excusationem infidelibus per hoc, quòd in futurum erant audituri. per hoc tamen non habetur, quòd ad singulos homines fama prædicationis apostolicæ peruenerit, licet peruenerit ad omnes gentes. Nunquid ergo illi ad quos non peruenit, vtpote si fuerunt nutriti in sylvis, excusationem habent de peccato infidelitatis? Ad hoc dicendum est, quòd secundum sententiam domini, quæ habetur, Ioan. 17. Illi qui loquentem dominum per se, vel per eius discipulos non audierunt, excusationem habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei consequentur, vt scilicet iustificentur ab aliis peccatis, vel quæ nascendo contraxerunt, vel male viuendo addiderunt: & pro his merito damnantur. Si qui tamen eorum fecissent quod in se est, dominus eis secundum suam misericordiam prouidisset, mittendo eis prædicatorem fidei, sicut Petrum Cornelio. Act. 10. Et Paulum Macedonibus, vt habetur Act. 16. Sed tamen hoc ipsum, quòd aliqui faciunt quod in se est, conuertendo se scilicet ad Deum, ex deo est mouente corda ipsorum ad bonum. Threno. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Deinde cum dicit; *Sed dico, Nunquid Israel &c.* ostendit eos esse inexcusabiles propter notitiam, quam habuerunt ex lege, & prophetis. Et primo mouet quæstionem, dicens. Sed dico adhuc inquirendo; *Nunquid Israel*, id est, populus Iudæorum, *non cognouit* ea, quæ pertinent ad mysterium Christi, & ad vocationem Gentium, & casum Iudæorum? Plane cognouit. infra. 2. Instructus per legem. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi. Bar. 4. Beati sumus, o Israel, quoniam quæ placita sunt Deo, manifesta sunt nobis. Secundo, cum dicit ibi; *Primus Moyses*, soluit quæstionem, & ostendit eos cognouisse, primo quidem per doctrinam legis, dicens; *Primum Moyses*, qui est legislator, quòd non est sic intelligendum per hoc, quòd inducit; Primus; quasi fuerint duo Moyses, quorum primus hoc dixit: sed quia Moyses fuit primus, id est, præcipuus inter doctores Iudæorum. Deuter. vltim. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses. Vel primus fuit in ordine talia dicendi, quia ipse primus inter alios hoc dixit. Deuter. 32. *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam*. Vbi litera nostra sic habet. Ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos. Vbi duplex est distinctio attendenda. Prima quidem ex parte gentilitatis, quam vocat non gentem, quasi non dignam vocari gentem, eo quòd non erat adunata in cultu vnius Dei. Ecclesiast. 50. Secunda non est gens, quam oderim. Eandem autem gentem, vocat gentem insipientem: & si aliqualiter gens dici posset, secundum quòd adunatur, & gubernatur lege humana, dicitur tamen insipiens, quasi priuata uera sapientia, quæ in cognitione, & cultu Dei consistit, Ephes. 4. Sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via Dei. Et sic refertur ad gentilitatem secundum statum ante conuersionem. Possunt hæc etiam duo attribui gentilitati post conuersionem, quæ dicitur non Gens, id est, non gentiliter viuens, sicut Apostolus dicit ibidem. Iam non amplius ambuletis sicut & Gentes. Dicitur etiam gentilitas conuersa, Gens insipiens, secundum opinionem infidelium. 1. Corinth. 3. Si quis inter vos sapiens videtur esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens. Secunda differentia attenditur, quantum ad hoc, quòd primo ponit æmulationem, scilicet inuidiæ, qua Iudæi inuidebant Gentilibus conuersis, Galat. 4. Æmulantur vos non bene. Secundo, ponit iram, qua contra eos irascuntur. Psalm. 36. Obseruabit pecator iustum, & stridebit &c. Et hęc duo congrue coniunguntur, quia ex inuidia causatur ira. Vnde Iob. 5. dicitur. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Dicitur autem Deus in æmulationem inducere, & in iram mittere, non quidem in eis causando malitiam, sed subtrahendo gratiam: vel potius faciendo conuersionem gentium: unde Iudæi occasionem iræ & inuidiæ sumunt. Secundo, ostendit eos cognouisse per doctrinam prophetarum, & inducit Esaiam, primo quidẽ prænuntiantem conuersionem Gentium, dicens; *Esaias autem audet, & dicit*, id est, audacter Iudæis annuntiat veritatem, quàmuis ei periculum mortis immineret. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. & dicit. Esa. 64. *Inuentus sum a Gentibus non quærentibus me*; *Palam apparui his qui me non interrogabant*. vbi litera nostra sic habet. Quæsierunt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt, qui non inquisierunt me. In his autem verbis primo designat conuersionem gentium, dicens; *Inuentus sum a gentibus non quærentibus me*. Et ideo præter merita, & intentionem gentilium ostenditur fuisse eorum conuersio. infra. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum. De hac autem inuentione dicitur Matth. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscõdito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit &c. Secundo, ostendit causam, & modum conuersionis eorum. Causam quidem, quia non casu factum est vt inuenirent quod non quærebant, sed ex gratia eius qui eis voluit apparere: quod designatur in hoc, quòd dicit. *Apparui*. Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus. Modum autem, quia non apparuit Christus gentilibus in ænigmatibus, & figuris legis, sed in manifesta ueritate. Vnde dicit; *Palam*. Ioan. 16. Ecce palam loqueris, & prouerbium nullum dicis; *Palam*, inquit; *Apparui eis*, scilicet gentilibus; *Qui me non interrogabant*, id est, qui meam doctrinam non quærebant. Esaiæ. 45. Rogant Deum non saluantem. Secundo, ostendit quòd Esaias prænuntiauit incredulitatem Iudæorum, dicens; *Ad Israel autem*, id est, contra Israel dicit Esa. 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*, sed contradicentem mihi. Vbi nostra litera sic habet: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum; qui graditur in uia non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me. Quòd autem dicit; *Expandi manus meas*, potest uno modo intelligi de expansione manuum Christi in cruce, quæ quidem dicitur fuisse in cruce tota die, id est, principali parte totius diei, scilicet ab hora sexta usque ad uesperas. Matth. 27. Et quàmuis eo expandente manus in cruce, Sol sit obscuratus, petræ scissæ, monumenta aperta: Iudæi tamen in sua incredulitate permanserunt, eum blasphemantes, ut dicitur. Matth. 27. Vnde subdit; *Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi*. Hebr. 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Alio modo, potest referri ad extensionem manus Dei in miraculis faciendis. Act. 4. In eo, quòd manum tuam extendis ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sanctum filii tui Iesu. ut sit sensus; *Tota die*, id est, toto tempore prædicationis meæ; *Expandi manus meas*, miracula faciendo; *Ad populum non credentem*, etiam miraculis uisis. Ioan. 15. Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; *Sed contradicentem mihi*, id est, meis miraculis detrahentem. secundum illud Matth. 12. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Oseæ. 4. Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. Tertio, potest intelligi de extensione manus Dei ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud Prouerbio. 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. ut sit sensus; *Tota die*, id est, toto tempore legis, & prophetarum; *Expandi manus meas*, ad dandum beneficia; *Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi*. Deut. 31.

Semper contentiose egistis contra dominum.

Israel non cognouit? Primus Moyses dicit. Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram uos mittam. Esaias autem audet, & dicit. Inuentus sum a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

Ibidem

LECTIO

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit Iudæorum casum esse miserandum, non tamen totaliter excusabilem, hic ostendit casum Iudæorum non esse vniuersalem. Et primo mouet quæstionem. Secundo soluit, ibi; *Absit &c.* Tertio infert conclusionem, ibi; *Quid ergo &c.* Dicit ergo primo, Dico ad hæc inquirendo; *Nunquid Deus repulit*, totaliter; *Populum suum*? scilicet Iudæorum, quia vocat, eum nõ credenrem, sed contra dicentẽ. Et hoc Psalmista etiam inquirit, dicẽs, Vt quid Deus repulisti in finem? Thren. 2. Repulit dominus altare suum. Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit quæstionem, ostendens ꝙ Deus non totaliter repulit populum Iudẽorum. Et hoc est quod dicit; *Absit*, vt. s. populus Iudæorum sit totaliter repulsus. Et hoc quidem primo probat quantum ad personam suam, dicens; *Nam & ego*, scilicet in fide Christi existens; *Israelita sum*, scilicet. 2. Cor. 11. Israelitæ sunt, & ego. Et quia in populo Israel erant aliqui proselyti, qui non descenderunt ſm carnem ex patriarchis, secundo hoc de se excludit, subdens; *Ex semine Abrahæ*. 2. Cor. 11. Semen Abrahæ sunt, & ego. Erant autem in populo Iudæorum Tribus distinctæ ſm filios Iacob, quorum quidem fuerunt filii ancillarum, quidã vxorũ. Ioseph aũt & Beniamin filii Rachel prædilectæ vxoris. Vnde tertio suam excellentiam in populo Iudẽorum ostendens dicit; *Ex tribu Beniamin*. Philip. 3. Ex genere Israel de tribu Beniamin. Vnde & de eo exponitur à quibusdam, quod legitur Gen. penult. Beniamin lupus rapax, mane comedet pdam, & vespere diuidet spolia. Secundo, ibi; *Non repulit &c.* ostendit populum illum non esse repulsum a Deo, etiam quantum ad multos electos suos. Et primo proponit quod intendit. Secundo, inducit similitudinem, dicens. An nescitis: Tertio adaptat eam, ibi; *Sic ergo & in hoc tempore &c.* Dicit ergo primo, Nõ solum ego non sum repulsus, sed Deus; *Non repulit plebem suam*, totam, *quam præsciuit*. i. prædestinauit. Supra 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit. Ps. 94. Non repellet dominus plebem suam. Quod Apostolus hic exponit, quantum ad prædestinatos. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* inducit similitudinem de his, quæ contigerunt tempore Eliæ, quando etiam totus populus videbatur a cultu vnius Dei aberrasse. Vbi primo ponit interpellationem Eliæ. Secundo, responsionem domini, ibi; *Sed quid dicit scriptura diuina &c.* Dicit ergo primo; *An nescitis quid scriptura*, sacra; *Dicat in Helia*, id est, de Helia. 3. Reg. 19. Vel in Helia, id est, in libro de Elia scripto. Totus enim liber Regum est principaliter scriptus ad notificandum dicta, & facta prophetarum. Vnde & inter libros propheticos computatur, vt Hiero. dicit in prolo. libri Regum, quemadmodum, scilicet ipse Elias interpellat Deum aduersus Israel. Contra quòd videtur esse verbum Samuelis dicentis. 1. Reg. 12. Absit hoc peccatum a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Multo ergo minus est contra populum interpellandum. Sed intelligendum est, ꝙ prophetæ contra populum aliquem interpellant tripliciter. Vno modo, conformando voluntatem suam voluntati diuinæ eis reuelatæ, sicut & in Psal. 57. dicitur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Alio modo interpellando contra regnum peccati, vt scilicet non homines, sed peccata hominum destruantur. Tertio modo vt interpellatio, vel oratio est interpretanda per modum denuntiationis, secundum illud Hier. 17. Confundantur, qui me persequuntur. i. confundentur. Duo autem in hac sua interpellatione contra eos allegat. Primo quidem impietatem, quam commiserant contra cultum Dei. Vno quidem modo persequendo ministros eius, quod tangit dicens; *Domine prophetas tuos occiderunt*. 3. Reg. 18. Nunquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini? Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Alio modo, quantum ad loca Deo sanctificata, secundum illud Psalm. 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum. Et quantum ad hoc dicit; *Altaria tua suffoderunt*. Vnde notandum est, quod Deut. 12. Dominus mandauit, dicens. Ad locum quem elegerit dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in illo loco holocausta & victimas vestras. Tamen ante ædificationem templi permittebatur populo, vt in diuersis locis altaria construeret ad cultum diuinum: quod quia erat contra legem, ædificato iam templo, Ezechias rex piissimus omnia huiusmodi altaria destrui fecit, Et hoc est quod dicitur 4. Regum. 18. Nonne iste ẽ Ezechias, qui abstulit excelsa, & altaria, & præcepit Iudæ, & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalẽ. Qđ ergo Ezechias fecit ex pietate, hoc fecit Achab, & Iezabel ex impietate, volentes cultum Dei totaliter extirpare. Tertio allegat contra eos impietatem, quam facere intendebat, dicens; *Et relictus sum ego solus*, scilicet in cultu vnius Dei. Quod quidem dixit Elias, eo quòd alii non ita aperte manifestabant se esse Dei cultores. Dicitur enim de eo Eccles. 48. Surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. *Et quærunt animam meam*, scilicet, vt auferant eam. Miserat enim Iezabel ad Heliam. 3. Regum. 19. dicens. Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis, scilicet prophetis Baal, quos occiderat Elias. Deinde cum dicit; *Sed quid dicit &c.* ponit diuinum responsum, dicens; *Sed quid dicit scriptura*, ibidem. s. dixisse illi, scilicet Eliæ, *responsum diuinum*. Hoc, inquam, quod sequitur; *Reliqui mihi*, id est, in cultu meo, non permittendo eos cadere in peccatum; *Septem millia virorum*. Ponitur certum pro incerto, propter perfectionem septenarii, & milliarii; *Qui non curuauerunt genua ante Baal*. id est, qui cultum Dei non deseruerunt. Esa. 43. Omnem qui inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui &c. Deinde cum dicit; *Sic ergo &c.* adaptat quod dixerat, ad propositum. Et primo ponit adaptationem, dicens; *Sic ergo & in hoc tempore*, in quo videtur multitudo populi deuiasse; *Reliquiæ*, id est, multi qui sunt relicti ab illo excidio; *Saluæ fient*, vel saluæ factæ sunt, *secundum electionem gratiæ Dei*, id est, secundum gratuitam electionem Dei. Ioan. 14. Non me elegistis, sed ego elegi vos. Secundo ex hoc infert conclusionem, dicens; *Si autem gratia*, salui facti sunt; *Iam non ex operibus*, eorum. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit. Tertio ostendit sequi conclusionem ex præmissis, dicens; *Alioquin*. s. si gratia est ex operibus, *iam non est gratia*, quæ dicitur ex eo, quod gratis datur. Supra. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Deinde cum dicit; *Quid ergo &c.* infert conclusionem intentam. Et primo ponit eam, dicens; *Quid ergo* secundum præmissa dicemus? Hoc. s. ꝙ Israel quantum ad maiorem multitudinem populi non est consecutus, *quod quærebat*. s. iustitiam. Et hoc modo intelligendũ est, quod supra. 9. dictum est, Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Io. 7. Quæretis me, & non inuenietis. ita tñ, ꝙ *electio*. i. electi ex Iudæis; *Consecuta est*, iustitiam. Ephes. 1. Elegit nos in ipso, vt essemus sancti, *Cæteri vero*, id est, alia pars populi; *Excæcati sunt*, ꝓ suam malitiã. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorũ. Tecundo, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Manifestat conclusionem quantum ad vltimam partẽ. Et primo ꝓ authoritatẽ Esa. sc̃do per authoritatẽ Dauid, ibi; *Et Dauid dicit*. Circa primum notandum, quòd Apostolus componit authoritatem ex duabus. Legitur. n. Esa. 29. Miscui vobis spiritum soporis. Et quantum ad hoc dicit; *Dedit Deus illis spiritum compunctionis*, quod pertinet ad peruersitatem affectus. Compunctio. n. importat quandam cordis punctionem, siue dolorem. Est ergo quædam bona compunctio, qua quis dolet de propriis peccatis. ſm illud Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis. Est aũt & mala compunctio. s. inuidiæ, qua quis dolet de bonis aliorum.

CAP. XI. LEC. I.

DICO ergo, Nunquid repulit dominus Deus populum suum? Absit. Nã & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ, secundum electionem gratiæ Dei, saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam nõ est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

Psal. 73.

Hunc ergo compunctionis, id est, inuidiæ spiritum eis dedit Deus, non quidem immittendo malitiam, sed subtrahendo gratiam, sicut supra dictum est. 12. Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem. Item legitur Esaiæ. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat. Et quantũ ad hoc, designãs defectum cognitiuæ virtutis subdit; *Oculos ut non videant*, scilicet per seipsos quãtum ad miracula, quę Christus eis videntibus fecit; *Et aures ut non audiant*, scilicet fructuose doctrinam Christi, & Apostolorum. Esa. 42. Qui vides multa, nonne custodies? Qui apertas aures habes, nonne audies? Addit autem Apostolus de suo; *Vsque in hodiernum diem*, quia in fine mundi videbunt, & audient, quando conuertentur corda filiorum ad patres eorum, vt dicitur Malach. ult. Deinde cum dicit; *Et Dauid dicit &c.* ponit ad idem authoritatem Dauid. In qua primo tangit occasionem defectus Iudæorum, dicens; *Fiat mensa eorum*, id est, malitia, qua peccatores reficiuntur. Iob. 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum, absconde illud sub lingua sua. Quæ quidem mensa est coram ipsis, quando ex certa malitia peccant. Hoc quidem fit in laqueum, quando ex ea paratur tentatio ad peccandum. Esa. 24. Qui explicauerit se de fouea, tenebitur laqueo; *Et in captionem*, quando delectationi succumbit per cõsensum. Esa. 8. Capientur & irretientur; *Et in scandalum*, id est, in pactionem casus, quando ruunt de peccato in peccatum. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum; *Et in retributionem illis*, quando scilicet punientur pro suis peccatis. Vel quia hoc ipsum est retributio delictorum, quia Deus eos permittit sic cadere. Psal. 93. Redde retributionem superbis. Vel mensa, est sacra scriptura Iudæis apposita. Prouerb. 9. Proposuit mensam suam. Quæ quidem fit in laqueum, quando occurrit aliquod ambiguum. In captionem, quando male intelligitur. In scandalum, quando ruit in pertinaciam erroris. Et retributionem, vt supra. Secundo ponit ipsum defectum, quantum ad cognitiuam virtutem, cum dicit; *Obscurentur oculi eorum ne videant*, quod magis prænuntiando, quàm optando dicitur. Ephes. 4. Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum, cum dicit; *Et dorsum eorum*, id est, liberum arbitrium, quod portat ad bona, & ad mala; *Semper incuruã*, id est, incuruari permitte ab æternis ad temporalia, a rectitudine iustitiæ ad iniquitatem. Esaiæ. 51. Incuruare vt transeamus.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd casus Iudæorum non est vniuersalis, hic incipit ostendere, quòd casus eorum non est inutilis, neque irreparabilis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit casum Iudæorum esse vtilem, & reparabilem. Secundo excludit gloriam Gentilium Iudæis insultantium, ibi; *Quod si aliqui ex ramis &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quæstionem. Secundo soluit, ibi; *Absit &c.* Dicit ergo primo. Dictum est & probatum, quòd cæteri Iudæi præter electos sunt excæcati. Dicit ergo quæstionem mouens; *Nunquid sic offenderunt ut caderent?* Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo sic: Nunquid Deus permisit eos offendere solum; *Vt caderent*, id est, propter nullam aliam vtilitatem inde consequentem, sed solum volens eos cadere? Quod quidem esset contra bonitatem diuinam, quæ tanta est, vt Augu-
cap. 11. stinus† dicit in Enchi. quòd nunquam permitteret aliquid mali fieri, nisi propter bonum, quod ex malo elicit. Vnde & Iob. 34. dicitur. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et Apoc. 3. dicitur. Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam: quia. s. Deus aliquos sic permittit cadere, vt quorundam casus sit aliorum salutis occasio. Alio modo potest intelligi sic; *Nunquid sic offenderunt ut caderent?* id est, perpetuo in casu remanerent? Psalm. 40. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? Deinde cum dicit; *Absit &c.* soluit quæstionem. Et primo, ſm primũ intellectum ostendens casum Iudæorum fuisse vtilem. Secundo, soluit quæstionem quantum ad ſm intellectum, ostendens casum Iudæorum esse reparabilẽ, ibi; *Quod si delictum illorum &c.* Dicit ergo primo; *Absit*. vt. s. inutiliter caderent; *Sed magis illorum*. s. Iudæorum; *Delicto*, salus Gentibus facta est occasionaliter. Vnde & dominus dicit Io. 4. Salus ex Iudæis est. Quod quidem potest intelligi tripliciter. Primo modo, quia p delictũ, quod in occisione Christi commiserunt, est subsecuta salus Gentium per redemptionem sanguinis Christi. 1. Petr. 1. Non enim corruptibilibus, auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Secundo modo, potest intelligi de delicto quò doctrinam apostolorũ repulerunt, ex quo consecutum est, vt Apostoli gentibus prædicarent, ſm illud Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repu-

F

uitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico Gentibus quandiu quidem ego sum Gentiũ Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem

listis illud, ecce conuertimur ad Gentes &c. Tertio modo, potest intelligi de hoc, quòd propter suam impænitentiam sunt in omnes Gentes dispersi. et sic Christus & Ecclesia vbique a libris Iudæorum testimonium habuit fidei Christianæ, ad conuertendos Gentiles, qui suspicari potuissent prophetias de Christo, quas prædicatores fidei inducebant, esse confictas, nisi probarentur testimonio Iudæorum, vnde in Psal. 58. dicitur, Ostendit mihi super inimicos meos. s. Iudæos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. disperge illos in virtute tua. Sequitur; *Vt illos æmulentur*, Et quia non dicit qui vel quos, cũ etiam sit duplex æmulatio. s. indignationis, & imitationis, potest hoc quatuor modis exponi. Primo modo vt intelligatur sic; ut gẽtiles illos. s. Iudæos; *Æmulentur*. i. imitentur in cultu vnius Dei. Ephe. 2. Eratis in illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel. & postea subdit. Nunc autem vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. 1. Tim. 2. Vos imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in
H Iudæa; uel ut gentiles æmulentur Iudæos, id est, indignentur contra eos propter incredulitatem eorum. Psal. 118. Vidi prænauicantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Tertio modo potest intelligi sic, ut Iudæi æmulentur, id est, imitentur Gentiles, quando vbique, & nunc aliqui eorum particulariter conuertuntur ad fidem, imitantes fidem Gentiũ. & finaliter omnis Israel saluus fiet, cum plenitudo Gentium intrauerit, & sic impleatur, quod dicitur Deut. 28. Ille erit in caput, & tu eris in caudam. Quarto modo potest exponi sic, Vt Iudæi æmulentur Gentiles. i. contra eos ex inuidia turbentur, dum vident ad eos eorum gloriam translatam. Deut. 32. Ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Deinde cum dicit; *Quod si delictum eorum &c.* soluit quæstionem quantum ad secundũ intellectum, ostendens casum Iudæorum esse reparabilem. quod quidem ostendit tripliciter. Primo ex vtilitate. Secundo ex Apostoli intentione, ibi; *Vobis enim dico &c.* Tertio,
I ex conditione illius populi, ibi; *Quod si delibatio sancta &c.* Circa primum ponit talem rationem. Bonum est potentius ad vtilitatem inferendam, quàm malum: sed malum Iudæorum magnam vtilitatem gentibus contulit. ergo multo maiorem conferet mundo eorum bonum: hoc est ergo ꝓ dicit. Dictum est, ꝓ eorum delicto salus gentibus facta est; *quod*, pro, *Sed*, illorum. s. Iudæorum; *Delictum diuitiæ sunt mundi*, id est, Gentilium, quia s. delictum Iudæorum redundauit in spirituales diuitias Gentilium, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, quod quidem refert ad eorum culpam; *Et diminutio eorum*, qua. s. decreuerunt ab illa celsitudine gloriæ, quã habebãt, quod pertinet ad pœnam. Dan. 3. Imminuti sumus plusquam omnes Gentes, sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Sunt autem diuitiæ Gentium per occasionem, vt dictum est, vel *Diminutio eorum*. i aliqui minimi, & abiecti ex Iudæis, Gentes spiritualiter ditauerunt. s. apostoli de quibus di
K citur 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. *Quanto magis plenitudo eorum?* id est, abundantia eorum spiritualis, vel multitudo eorum ad Deum conuersa, in diuitias Gentiũ redundabit. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Et sic, si Deus propter vtilitatem totius mundi permisit Iudæos delinquere & diminui, multo magis implebit ruinas eorum propter totius mundi vtilitatem. Deinde cum dicit; *Vobis enim dico Gentibus &c.* ostendit idem ex sua intentione, quam primo proponit. Secundo eius rõnem assignat, ibi; *Si enim amissio &c.* Circa primum considerandum est, quòd cum in superioribus huius epistolæ partibus locutus fuerit omnibus fidelibus existentibus Romæ, siue fuerint ex Gentibus, siue ex Iudæis, nunc specialiter sermonem suum dirigit ad Gentiles conuersos. Dicit ergo. Dixi ꝓ plenitudo eorum diuitiæ mundi essent. In huius enim signum dico; *Vobis Gentibus*. i. Gentibus ad fidem conuersis, Esa. 65. Dixi, ecce ego ad Gẽtes et cet. Hoc inquã vobis dico; *Quandiu ego sum Gentium apostolus*, quarũ cura spãs mihi incũbit

bit ex iniuncto officio. Galat. 2. Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem. 1. Tim. 2. In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem enim dico in Christo Iesu, non mentior doctor Gentium
A in fide & veritate; *Ministerium meum honorificabo*, non quidem his, quæ ad secularem honorem pertinẽt, sed primo quidem ornãdo ipsum bonis moribꝰ. 2. Corint. 6. In omnibus exhibeamꝰ nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. Secundo, per supererogationem operum, ad quæ non tenebatur. 1. Corin. 9. Quæ est ergo merces mea vt euangelium Christi prædicans
B sine sumptu &c. Tertio ampliando solicitudinem ad omnium salutem. 2. Corint. 11. Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Vnde & hic subdit; *Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam*, id est, Iudæos, qui sunt mihi cognati secundum carnem, vt supra 9. dictum est. Esa. 58. Carnem tuam ne despexeris. & hoc ad æmulandum bona æmulatione, secundum illud 1. Corinth. 12. Aemulamini charismata meliora. & per hunc modum; *Vt saluos faciam aliquos ex illis*, scilicet ex Iudæis. 1. Corin. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Sed contra est, quod ipse dicit. 2. Corint. 10. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non autem acceperat mensuram sui ministerii, nisi super Gentes. non ergo debebat se intromittere de Iudæis. Dicunt autem quidam, quòd Iudęi in Iudęa habitantes non pertinebant ad eius apostolatum, sed Petri, Iacobi, &
C Ioannis, vt dicitur Gal. 2. sed Iudæi inter Gentes habitantes, ad eius apostolatum pertinebant, & eorum saluti insistebat. Sed hoc videtur contra intentionem literæ, si enim illi Iudæi, ad eius apostolatum pertinebant in hoc, quòd eorum conuersioni intendebat, non honorificasset suum ministerium. Et ideo dicendum est, ꝓ sic erat sibi commissa prędicatio Gentiliũ, vt ad eam ex necessitate teneretur, sicut ipse dicit 1. Cor. 9. Si nõ euangelizauero, væ mihi. Necessitas. n. mihi, incumbit. nec tamen erat ei prohibitum Iudæis prædicare, quàmuis ad hoc nõ teneretur. & secundum hoc eorum saluti insistendo: ministeriũ suum honorificabat. quod quidem non faceret, si casum eorum irreparabilem reputaret. unde ipsum Apostoli studium quod adhibebat ad conuersionem Iudæorum, inducit pro signo quòd casus Iudæorum sit reparabilis. Deinde cum dicit, *Si enim, &c.* assignat rationem suæ intentionis, quia scilicet videbat, quòd conuersio Iudęorum proueniebat in salutem Gentium, vnde dicit, *Si enim amissio eorum*, id est, incredulitas & inobedientia eo
D rum, sicut dicitur seruus amissus, quando sub cura & obediẽtia domini refugit esse. Hier. 50. Grex perditus factus est populus meus. Si (inquam) ista Iudæorum amissio est occasionaliter; *Reconciliatio mundi*, in quantum per mortem Christi sumus reconciliati Deo; *Quæ assumptio nisi vita ex mortuis*, id est, quòd Iudæi reassumantur a Deo, secundum illud Zachar. 11. Sumpsi mihi duas virgas. quid (inquam) faciet talis assumptio, nisi quòd Gentiles resurgere faciat ad vitam? Gentiles enim sunt fideles qui tepescent. Matt. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. uel etiam qui totaliter cadent decepti ab antichristo, Iudæis conuersis in pristinum seruorem, restituentur. & etiam sicut Iudeis cadentibus Gentiles post inimicitias sunt reconciliati, ita post conuersionem Iudæorum, imminente iam fine mundi erit resurrectio generalis, per quam homines ex mortuis ad vitam immortalem redibunt. Deinde cum dicit, *Quod si delibatio, &c.* ostendit idem ex conditione ipsius gentis Iudæorum. & hoc quidem dupliciter, Primo ex parte apostolorum, cum dicit; *Quod si delibatio sancta est & massa*. Dicitur autem delibatio, id quod ex massa pastæ sumitur, quasi ad probandum. sunt autem apostoli ex gente Iudæorum assumpti a Deo, sicut delibatio ex massa. & ideo si apostoli sunt sancti, consequens est quod gens Iudæorum sit sancta. 1. Petr. 2. Gens sancta, populus acquisitionis, &c. Secundo probat idem ex parte patriarcharum, qui comparantur ad Iudæos, sicut radix ad ramos, vnde & Esa. 11. dicitur, Egredietur virga de radice Iesse. si ergo patriarchæ, qui sunt radix sunt sancti, & Iudæi qui ex eis processerunt sicut rami, sunt sancti. Oseæ quarto decimo. Erumpet radix eius, vt libani ibunt rami, &c. Sed contra est quòd dicitur Ezechielis decimo octauo. Vir si fuerit iustus, vita viuet. Sic ergo non sequitur quòd si radix est sancta, & rami. Ibidem etiam subditur, quòd si filius videns peccata patris sui timuerit & non fecerit simile, non morietur, sed vita viuet: vnde etiam videtur non sequi, quòd si delibatio sancta est, & massa. Sed dicendum, quòd Apostolus hic non loquitur de actuali sanctitate. Non enim intendit ostendere Iudæos incredulos esse sanctos, sed de sanctitate potentiali. Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate, quorum patres, & quorũ filii sunt sancti. Vel potest dici, quòd illi sunt specialiter rami patriarcharũ, qui eos imitantur, secundum illud Ioannis octauo. Si filii estis Abrahæ, opera Abrahæ facite.

carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami.

LECTIO III.

VÒD si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pin-

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit casum Iudæorum fuisse vtilem & reparabilem, hic excludit gloriationem gentilium contra Iudæos. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit Gentibus conuersis, non esse gloriandum contra Iudęos. Secundo respondet obiectioni Gentilium, ibi; *Dicis ergo, fracti sunt &c.* Circa primum duo facit. Primo prohibet Gentiles contra Iudæos gloriari. Secundo rationem prohibitionis assignat, ibi; *Quod si gloriaris &c.* Videbatur autem ex duabus partibus imminere Gentilibus gloriandi occasio contra Iudæos. Primo quidem ex defectu Iudæorum, dicens, Dictum est ꝓ si radix est sancta, & rami; *Sed si aliqui ex ramis*. i. ex Iudæis, non omnes tamen; *Sunt fracti*, id est, diuisi a fide patrum, qui comparantur radici, noli. s. gloriari. Iob. 15. Ramos eius arefacit flamma. Sap. 4. Consringentur rami inconsumpti. Secundo videtur eis imminere materia gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tanto magis consueuit eum extollere in vanam gloriam, quanto ex viliori statu eleuatur, ſm illud Prou. 30. Propter tria mouetur terra, & quartum non poterit sustinere. Per seruum cum regnauerit &c. Et ideo præmittit abiectum statum, de quo assumpti erant, dicens; *Tu autem gentilis*, cum in statu gentilitatis oleaster esses, id est, arbor infructuosa. Hier. 17. Erunt quasi miricæ in deserto. Mat. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum excidetur &c.

Deinde ponit eorum promotionem. Et primo quidem quantum ad hoc, quòd sunt assumpti in dignitatem illius gentis, vnde dicit; *Insertus es in illis*, id est, loco illorum. Iob. 4. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Secundo per hoc ꝓ sunt consociati patriarchis, quos supra radici comparauerat, vnde dicit; *Et socius radicis factus es*. i. consociatus es patriarchis & prophetis. Mat. 8. Multi vebient ab Oriente, & Occidente, & recũbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. Tertio per comparationem ad gloriam apostolorum,
D cum dicit; *Et socius pinguedinis oliuæ factus es*. Oliua quidem dicitur ipsa gens Iudæorum propter vberes fructus spirituales, quos attulit. Hie. 11. Oliuam vberem, pulchrã, fructiferã, speciosam vocauit Deus nomen tuum. Psal. 52. Ego aũt sicut oliua fructifera in domo Dei. sicut aũt huius oliuæ radix sunt patriarchæ, & prophetæ, ita et pinguedo huius oliuæ, est abundantia gratiæ spiritus sancti, quam præ oibus apostoli habuerunt, vt glo. dicit. Vnde iudi. 9. Oliua dixisse inducitur, Nunquid possum deserere pinguedinẽ meã? Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sic ergo promoti sunt Gentiles ad societatem illius populi. s. patriarcharum & apostolorum & prophetarum. Ephes. 2. Estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, & licet has occasiones gloriandi habere videaris Gentilis, noli tamen gloriari aduersus ramos. i. aduersus Iudæos. 1. Corinth. 5. Non est bona gloriatio vestra. Deinde cum dicit. *Quod si*
E *gloriaris &c.* assignat rationem suæ admonitionis, dicens, quòd si non obstante hac admonitione, gloriaris insultando Iudæis stantibus, vel excisis, hoc consideres ad repressionem gloriæ tuæ, quòd tu; *Radicem non portas, sed radix te*, id est, Iudæa non accepit a Gentilitate salutem, sed potius econuerso. Ioan. 4. Salus ex Iudæis est. unde & Abrahæ promissum est Gene. 22. ꝓ in ipso benedicerentur omnes cognationes terrę. Deinde cum dicit; *Dicis ergo &c.* excludit obiectionem Gentilium. Et primo proponit obiectionem. Secundo excludit eam ex consideratione diuini iudicii, ibi; *Bene &c.* Tertio inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum, ibi; *Vide ergo bonitatem &c.* Dicit ergo primo, Ergo tu Gentilis, qui gloriaris contra Iudæos forte dicis; *Fracti sunt rami, ut ego inseraꝰ*, id est, ad hoc Deus permisit Iudæos a fide excidere, vt ego ad fidem intrarem. Nullus aũt sustinet detrimentum vnius

ni, nisi propter rem pretiosiorem, & magis dilectam, sicut medicus permittit infirmitatem esse in pede, vt sanet oculum. Sic igitur ex hoc ipso videtur Gentilitas esse pretiosior, & magis Deo accepta, quàm Iudæa. Vnde Mala. 1. dicitur, Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus Deus, & munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu autē solis vsque ad occasum, magnum est nomen meū in Gentibus. Et Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitādas tribus Iacob. Dedi te in lucem Gentium. Deinde cum dicit; *Bene &c.* excludit obiectionē. Et primo assignat causam defectus Iudæorum, & promotionis Gentilium, dicens; *Bene* in hoc dicis, ꝙ Deus permisit frangi ramos, vt tu inseraris, sed cōsidera causam fractionis ramorum, propter incredulitatem, inquam, fracti sunt, quia scilicet in Christum credere noluerunt. Ezech. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? *Tu autem.* s. Gentilis; *Stas in fide*, id est, credendo in Christum, in quo gratiam consecutus es. 2. Cor. 1. Nam fide statis. 1. Cor. 15. Notum facio vobis euangelium, in quo statis, per quod & saluamini. Secundo inducit admonitionem, dicens; *Noli altum sapere*, id est, noli de te vltra te ipsum præsumere. Infra. 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Psal. 129. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; *Sed time*, ne.s. etiam tu frangaris per incredulitatem, quod pertinet ad timorem castum. Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ, corruet in malum. Ecclesi. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundo assignat rationem suæ admonitionis, dicens; *Si enim naturalibus ramis*, id est, Iudæis, qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt; *Non pepercit Deus*, quin eos frangi permitteret: *Time ne forte, nec tibi parcat*, quin scilicet te permittat per incredulitatem excidere. Prouer. 6. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ. Hie. 13. Non parcam, neque miserebor, vt non dispergam eos. In hoc ergo consistit solutio Apostoli, quòd cum aliquis videt se gratiam adeptum, alio cadente, non debet extolli contra cadentem, sed magis timere sibiipsi, quia ipsa superbia est causa præcipitii, & timor est causa custodiæ, & cautelæ. Deinde cum dicit: *Vide ergo bonitatem, & seueritatem &c.* inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum. Et primo inducit eos ad considerandum. Secundo instruit eos quasi per se considerare non valentes, ibi; *Nolo enim uos ignorare fratres &c.* Tertio, quasi nec ipse perfecte sufficeret ad istorum inuestigationem, exclamat admirando diuinam sapientiam, ibi; *O altitudo diuitiarum &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid considerari oporteat, dicens; *Vide ergo*, id est, diligenter considera; *Bonitatem Dei*, miserentis. Psalm. 92. Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Supra. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis, & seueritatem ipsius punientis? Psalm. 93. Deus vltionum dominus. Naum. 1. Deus æmulator, & vlciscens dominus. Prima enim consideratio tribuit spem. Secunda timorem, vt vitetur desperatio, & præsumptio. Secundo, ostendit in quibus vtrumque dictorum sit considerandum quantum ad prædicta, dicens; *In eos quidem*, scilicet Iudæos, qui ceciderunt, *Seueritatem* Thren. 2. Præcipitauit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit; *In te autem*, scilicet Gentilem qui insertus es; *Bonitatem*. Psal. 118. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Tertio, ostendit, quo tenore possint in prædictis hæc considerari, quia non immobiliter, sicut quod potest mutari in futurum. Et primo ostendit, quantum ad Gentiles, dicens; *In te* dico, vide *Bonitatem Dei*, operantem, eo tamen tenore si permanseris in bonitate. Ioan. 15. Manete in dilectione mea; *Alioquin*, si tu non dederis operam ad permanendum per timorem, & humilitatem; *Et tu excideris*. Matth. 3. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Secundo, ostendit idem quantum ad Iudæos, & primo proponit quod intendit, dicens; *Sed & illi*, scilicet Iudæi, *Si non permanserint in incredulitate*;

guedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: fracti sunt rami vt & ego inserar, Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem, bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in incredulitate, inseren-

F *Inserentur*, id est, in suum statum restituentur. Hier. 3. Fornicata es, cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Secundo probat, quod dixerat. & primo ex diuina potentia, dicens; *Potens est enim dominus Deus iterum inserere illos*, & ideo non est de eorum salute desperandum. Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini, vt saluare non possit. Secundo probat idem per locum a minori, dicens; *Nam si tu Gentilis excisus es ex naturali oleastro*, id est, ex gentilitate, quæ naturaliter erat infructuosa, non quidem prout dominus fecit naturam, sed secundum, quòd corrupta est per peccatū. Sap. 12. Iniqua est natio eorum, & naturalis malitia ipsorū. Eph. 2. Eramus natura filii iræ, Et *insertus in bonam oliuam*, id est, in fide Iudæorum; *Contra naturam*, id est, contra communem cursum naturæ. Non enim confuenit, ramus arboris malæ inseri in bonam arborem, sed potius econuerso. Id autē quod Deus facit non est contra naturam, sed simpliciter est naturale. Dicimus enim esse naturale, quod fit ab agente cui naturaliter subditur patiens, quàmuis etiam non sit secundum propriam naturam patientis, sicut enim fluxus, & refluxus maris est naturalis, propter hoc, quod causatur ex motu lunæ, cui naturaliter subditur aqua, quàmuis non sit naturalis, secundum formam aquæ: ita etiam cum omnis creatura sit naturaliter Deo subiecta: quicquid Deus facit in creatura, est simpliciter naturale, licet forte, non sit naturale secundum propriam, & particularem naturam rei in qua fit, puta, cum cæcus illuminatur, & mortuus resuscitatur, si inquam hoc factum est contra naturam; *Quanto magis hi qui sunt secundum naturam*, id est, qui naturali origine pertinent ad gentem Iudæorum; *Inserentur suæ oliuæ*, id est, reducentur ad dignitatem gentis suæ. Malach. vlti. Conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

LECTIO QVARTA.

I POSTQVAM Apostolus induxit Gentiles in cognitionem diuinorum iudiciorum, in quibus diuina bonitas, & seueritas manifestatur, hic quasi eis adhuc non sufficientibus considerare prædicta, exponit quid sibi circa hæc videatur. Et primo proponit factum. Secundo probat, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Tertio rationem assignat, ibi; *Si enim &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit suam intentionem, dicens, Ideo induxi vos ad considerandum bonitatem, & seueritatem Dei; *Nolo enim o fratres ignorare uos mysterium hoc*, non enim omnia mysteria capere potestis. hoc est enim perfectorum, quibus dominus dicit Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Sapien. 6. Non abscondam a vobis sacramenta Dei. Sed ignorantia huius mysterii esset nobis damnosa. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Secundo assignat suæ intentionis rationem; *Vt non sitis uobismetipsis sapientes*, id est, non de sensu vestro præsumatis, & ex vestro sensu alios condemnantes, vos eis præferatis. Infra 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Tertio, proponit quod intendit. Primo quidem quantum ad casum particularium Iudæorum, cum dicit; *Quia cæcitas contingit in Israel*, non vniuersaliter, sed ex aliqua parte, vt supra ostensum est. Esa. 6. Excæca cor populi huius. Secundo ponit terminum huius cæcitatis, dicens; *Donec intraret*, ad fidem; *Plenitudo gentium*, id est, non solum aliqui particulariter ex Gentibus, sicut tunc conuertebantur, sed vel pro toto vel pro maiori parte in omnibus Gentibus ecclesia fundaretur. Psalm. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Dicuntur autem Gentiles ad fidem conuersi intrare, quasi ex exterioribus, & visibilibus rebus, quæ venerabantur in spirituali, & voluntate diuina. Psal. 99. Introite in conspectu eius in exultatione. Et est notandum, ꝙ hoc saluerbium; *Donec*, potest designare causam excæcationis Iudæorum. Propter hoc enim permisit Deus eos excæcari, vt

rur. Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi, qui secundum naturam inserētur suæ oliuæ?

LECTIO IIII.

G NOLO enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudō Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex

Sion, qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidē, inimici propter vos, secūdū electionem autem, charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. Sicut

plenitudo Gentium intraret, sicut patet ex supradictis. Potest A etiam designare terminum, quia videlicet vsque tunc cæcitas Iudæorum durabit, quousque plenitudo Gentium ad fidem intrabit. Et huic concordat, quòd infra subdit de futuro remedio Iudæorum, cum dicit; *Et tunc*, scilicet cum plenitudo Gentium intrauerit; *Omnis Israel saluus fiet*, non particulariter sicut modo, sed vniuersaliter omnes. Osee. 1. Saluabo eos in domino Deo suo. Mich. vlti. Reuertetur, & miserebitur nostri. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat, quod dixerat de futura salute Iudæorum. Et primo, probat hoc per authoritatem. Secundo per rationem, ibi; *Secundum euangelium meum &c.* Dicit ergo primo, Dico, ꝙ omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est Esa. 56. vbi nostra litera sic habet, Veniet ex Sion redemptor, & eis qui redeunt ad Iacob, hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Sed Apostolus hoc inducit, secundum literam. 70. & tangit tria verba hic posita. Primo saluatoris aduentum, cum dicit; *Veniet Deus*. s. humanatus ad saluandum nos, *Ex Sion*, id est, ex populo Iudæorum, qui significatur per Sion, quæ erat arx Ierusalem, quæ est metropolis Iudææ. Vnde dicitur Zac. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi &c. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Vel dicit; *Ex Sion* eum venire, non quia sit ibi natus, sed quia inde doctrina eius exiuit in vniuersum mundū, ꝙ hoc, ꝙ apostoli in cœnaculo Sion spiritum sanctum receperunt. Esa. 2. De Sion exibit lex. Secundo ponit salutem per Christum Iudæis oblatam, dicens; C *Qui eripiat & auertat impietatem a Iacob*, Et potest ereptio referri ad liberationem a pœna. Psal. 14. Eripiet animam meam de morte. Quod vero dicit; *Auertet impietatem a Iacob*, potest referri ad liberationē a culpa. Psal. 52. Auertet dominus captiuitatem plebi suæ. Vel vtrunque refertur ad liberationem a culpa, sed dicit; *Qui eripiat*, propter paucos, qui nunc difficulter quasi cum quadam violentia conuertuntur. Amos, 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruē tur filii Israel. Dicit autem, *Auertet impietatem a Iacob*, ad ostē dendum facilitatem conuersionis Iudæorum in fine mundi. Mich. vlt. Quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Tertio ostendit modum salutis cum dicit. Et hoc testamentum scilicet nouum erit illis a me cum abstulero peccata eorum. Vetus enim testamentum peccata non auferebat, quia vt dicitur Hebr. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Et ideo propter imperfectionem veteris testamenti promittitur eis nouum testamentum. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum. Quod quidem habebit efficaciam ad remissionem peccati per sanguinem Christi. Matt. 26. Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Deinde cum dicit; *Secundum euangelium meum, &c.* probat propositum per rationem. & primo inducit probationem. Secundo remouet obiectionem, ibi; *Sine pœnitentia enim*. Dicit ergo primo, quòd eorum peccata auferantur, & quòd postquam peccata habent, manifestum est quòd sunt inimici Christi. *Secundum euangelium* quidem; *Inimici*, idest quantum ad doctrinam euangelii pertinet, quam impugnant *propter vos*, idest ad vtilitatem vestri cedit, vt supra dictum est. Vnde dicitur Luc. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Ioan. 15. Nunc autem & viderunt E & oderunt me, & patrem meum. Vel secundum euangelium dicit, quòd eorum inimicitia ad vtilitatem euangelii pertinet, cuius prædicatio occasione talis inimicitiæ vbique diffunditur. Col. 1. In verbo veritatis euangelii, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, fructificat & crescit. Sed sunt charissimi Deo propter patres, & hoc secundum electionem, quia scilicet ob gratiam patrum; eorum semen elegit. Deut. 4. Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Quod non est sic intelligendum, quasi merita præstita patribus fuerint causa æternæ electionis filiorum, sed quia Deus, ab æterno elegit gratis & patres & filios, hoc tamen ordine, vt filii propter patres consequerentur salutem, non quasi merita patrum sufficerent ad filiorum salutem, sed per quandam abundantiam diuinæ gratiæ, & misericordiæ hoc dicit, quæ in tantum patribus est exhibita, vt propter promissiones eis factas: etiam filii sal-

uarentur. Vel intelligendum est secundum electionem, id est, quantum ad electos ex illo populo, sicut supra dictum est, electio consecuta est. Si autem sunt domino charissimi rationabile est, quòd a Deo saluentur, secundum illud Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te quæ præparasti &c. Deinde cum dicit; *Sine pœnitentia enim sunt &c.* excludit, obuiationem. Posset enim aliquis obuiando dicere, quòd Iudæi, & si olim fuerint charissimi propter patres, tamen inimicitia, quam cōtra euā gelium exercēt, ꝙ prohibet ne in futurum

enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autē misericordiam consecuti estis, ꝙ incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in vestrā misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur Conclusit. n. Deus oīa in incredulitate, vt omnium misereatur.

B saluentur, sed hoc Apostolus falsum esse asserit, dicens; *Sine pœnitentia enim sunt*, scilicet *dona & uocatio Dei*, quasi dicat, quòd Deus aliquid aliquibus donet, vel aliquos vocet, hoc est; *Sine poenitentia*, quia de hoc Deum non pœnitet, secundum illud. 1. Reg. 15. Triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. Psal. 109. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Sed videtur falsum. Dicit enim dominus Gene. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Et Hier. 18. Loquar de gente, & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiam agam super bonum, quod locutus sum vt facerem ei. Sed dicendum est, quòd sicut dominus irasci dicitur, non propter hoc, quòd in eo sit commotio iræ, sed quia admodum irati se habet quantum ad punitionis effectum, ita quandoque pœnitere dicitur, non quasi in eo sit pœnitentiæ commutatio, sed quia ad modum pœnitentis se habet dum mutat, quod fecerat. Sed adhuc videtur secundum hoc, quòd dona & vocatio non sint sine pœnitentia, quia dona diuinitus concessa, frequenter amittuntur, secundum illud Matth. 25. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta Vocatio enim Dei, etiam quandoque mutari uidetur, cum scriptum sit Matt. 22. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Sed dicendum est, quòd donum hic accipitur pro promissione, quæ fit secundum Dei præscientiam vel prædestinationem. Vocatio autem hic accipitur pro electione, quia propter certitudinem vtriusque, quod Deus promittit iam quodammodo dat: & quos elegit iam quodammodo vocat. Et tamen ipsum temporale Dei donum, & temporalis vocatio nō irritatur per mutationem Dei, quasi pœnitentis, sed per mutationem hominis, qui gratiam Dei abiicit, secundum illud Heb. 12. Contemplantes nequis desit gratiæ Dei. Potest etiam quod hic dicitur aliter intelligi, vt dicamus quòd dona Dei, quæ dantur in baptismo, & vocatio qua baptizatus vocatur ad gratiam, sunt sine pœnitentia hominis baptizati, quod quidem hic inducitur, ne D aliquis desperet de futura Iudæorum salute, propter hoc quod non videntur de peccato suo pœnitere. Sed contra hoc, quod dicitur, est quod Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Sed dicendum est, quòd duplex est pœnitentia, interior & exterior. Interior quidem consistit in contritione cordis, qua quis dolet de peccatis præteritis, & talis pœnitentia requiritur a baptizato, quia vt† Aug. in lib. de cap. 2. Pœnitentia, Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouam vitam inchoare, nisi pœniteat eum veteris vitæ, alioquin fictus ad baptismum accedit. Exterior vero pœnitentia consistit in exteriori satisfactione, quæ a baptizato non requiritur, quia per gratiam baptismalem liberatur homo, non solum a culpa, sed etiam a tota pœna per virtutem passionis Christi, qui pro peccatis omnium satisfecit, sicut supra 6. dictum est; Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vnde dicitur Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde. Sed cum claues ecclesiæ, & omnia alia sacramenta in virtute passionis Christi operentur, videtur quòd pari ratione omnia alia sacramenta liberent hominem a culpa & a tota pœna. Sed dicendum est, quòd passio Christi operatur in baptismo per modum cuiusdam generationis, quæ requirit vt homo totaliter priori vitę moriatur, ad hoc vt nouam uitam accipiat. Et ideo tollitur in baptismo totus reatus pœnæ, qui pertinet ad vetustatem prioris vitæ. Sed in aliis sacramentis operatur uirtus passionis Christi per modum sanationis ut in pœnitentia. Sanatio autem non requirit ut statim omnis infirmitatis reliquiæ auferantur. Et eadem ratio est in aliis sacramentis. Sed cum confessio peccatorum pertineat ad exteriorem pœnitentiam, quæri potest, utrum a baptizato confessio peccatorum requiratur, & uidetur, ꝙ sic. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur homines a Ioanne, confitentes peccata sua. Sed dicendum est ꝙ baptis-

baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, quia ſ. accipiendo illum baptiſmum quodammodo ſe profitebantur pœnitentiam accepturos de peccato ſuo: & ideo conueniens erat vt confiterentur, vt ſecundum modum peccati, eis pœnitentia ſtatueretur: ſed baptiſmus Chriſti, eſt baptiſmus remiſſionis omnium peccatorum, ita ꝙ nõ reſtat baptizato aliqua ſatisfactio ꝓ peccatis præteritis, propter quod nulla eſt confeſſionis vocalis neceſſitas. Ad hoc enim neceſſaria eſt confeſſio in ſacramento pœnitentiæ, vt ſacerdos per poteſtatem clauium conuenienter pœnitentem ſoluat vel liget. Deinde cum dicit; *Sicut enim aliquando &c.* aſſignat rationem futuræ ſalutis Iudæorum poſt eorum incredulitatem. Et primo ponit ſimilitudinem inter vtriuſque populi ſalutem. Secundo, huius ſimilitudinis cauſam oſtendit, ibi; *Concluſit enim Deus &c.* Dicit ergo primo, Ita dico ꝙ omnis Iſrael ſaluus fiet, quamuis nunc ſint inimici. Sicut enim & vos Gentiles, aliquando non credidiſtis Deo. Epheſ. 2. Eratis illo tempore ſine Deo in hoc mundo: nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis. Infra. 15. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum. Oſeæ. 2. Miſerebor eius, quæ fuit abſque miſericordia. Et hoc propter eorum incredulitatem, quæ ſcilicet fuit occaſio veſtræ ſalutis, vt ſupra dictum eſt. Ita & iſti ſcilicet Iudei. nunc ſcilicet tempore gratiæ; *Non crediderunt*, ſcilicet Chriſto. Ioan. 8. Quare non creditis mihi? Et hoc eſt, ꝙ ſubdit; *In ueſtram miſericordiam*, id eſt, in gratiam Chriſti, per quam miſericordiam conſecuti eſtis. Tit. 3. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Vel *Non crediderunt*, vt per hoc peruenirent in veſtram miſericordiam. Vel non crediderunt, quod in veſtram miſericordiam occaſionaliter ceſſit, vt & ipſi quandoque miſericordiam conſequerentur. Eſa. 14. Miſerebitur dominus Iacob. Deinde cum dicit; *Concluſit enim &c.* aſſignat rationem huius ſimilitudinis: qui. ſ. Deus voluit vt ſua miſericordia in omnibus locum haberet. Et hoc eſt quod ſubdit; *Concluſit enim Deus*, id eſt, concludi permiſit; *Omnia*, id eſt, omne hominum genus, tam Iudæos, quam Gentiles; *In incredulitate*, ſicut in quadam catena erroris. Sap. 17. Vna catena tenebrarum omnes erant colligati; *Vt omnium miſereatur*, id eſt, vt in omni genere hominum ſua miſericordia locum habeat. Sap. 11. Miſereris omnium domine, quod quidem, non eſt extendendum ad Dæmones, ſecundum errorem Origenis, nec etiam quãtum ad omnes homines ſingillatim, ſed ad omnia genera hominum. Fit enim hic diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum. Ideo autem Deus vult omnes per ſuam miſericordiam ſaluari, vt ex hoc humilientur, & ſuam ſalutem non ſibi, ſed Deo aſcribant. Oſeæ. 13. Perditio tua in te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum. Supra 3. Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo.

LECTIO QVINTA.

SVPRA Apoſtolus conatus fuit aſſignare rationem diuinorum iudiciorum, quibus tam Gentes, quàm Iudæi poſt incredulitatem miſericordiam conſequuntur, nunc quaſi ad hæc inueſtiganda ſe inſufficientem recognoſcens, exclamando, diuinam excellentiam admiratur. Et primo admiratur diuinam excellentiam. Secundo probat, quod dixerat, ibi; *Quis enim cognouit &c.* Circa primum duo facit. Primo admiratur excellentiam diuinæ ſapientiæ, ſecundum ſe conſiderate. Secundo per comparationem ad nos, ibi; *Quam incomprehenſibilia &c.* Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur. Primo quantum ad altitudinem, dicens; *O altitudo*. Eccleſ. 7. Alta profunditas, quis inueniet eam? Hier. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio. Hæc autem altitudo attenditur quantum ad tria. Vno quidem modo quantum ad rem cognitam, in quantum. ſ. Deus ſeipſum perfecte cognoſcit. Eccleſ. 24. Ego in altiſſimis habito. Alio modo quantum ad modum cognoſcendi, inquantum. ſ. per ſeipſum omnia cognoſcit. Pſal. 193. Proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit. Tertio quantum ad certitudinem cognitionis. Eccleſ. 23. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem. Secundo admiratur excellentiam diuinæ cognitionis, quantum ad eius plenitudinem, cum dicit; *Diuitiarum*. Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorum, quia ſ. omnia no-

F uit. Io. vlti. Domine tu omnia ſcis. Col. 2. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ Dei abſconditi. Alio modo quantum ad facilitatem cognoſcendi, quia ſtatim omnia intuetur ſine inquiſitione & difficultate. Heb. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Tertio quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus communicat affluenter. Iaco. 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnib⁹ affluenter. Tertio admiratur diuinam excellentiam, quantum ad perfectionem, cũ dicit; *Sapientiæ &*

G *ſcientiæ Dei*. Habet enim ſapientiam de diuinis. Iob. 12. Apud ipſum eſt fortitudo, & ſapientia. & ſcientiam de rebus creatis. Baruch. 4. Qui ſcit vniuerſa, nouit eam. Deinde cum dicit; *Quam incomprehenſibilia &c.* oſtendit excellentiam diuinæ ſapientiæ per comparationem ad noſtrum intellectum. Et primo quantum ad ſapienciam, ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit; *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius*, quia ſcilicet homo, non poteſt comprehendere rationem diuinorum iudiciorum, quia in ſapientia Dei latent. Pſalm. 25. Iudicia tua abyſſus multa. Iob. 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & omnipotentem vſque ad perfectum reperies? Secundo quantum ad ſcientiam, per quam in rebus operatur. Vnde ſubdit; *Et inueſtigabiles*, id eſt, non perfecte ab homine veſtigabiles; *Viæ eius*, id eſt, proceſſus eius, quibus in creaturis operatur. & ſi ipſæ creaturæ ſint homini notæ, tamen modi

H quibus Deus in creaturis operatur, ab homine comprehendi nõ poſſunt. Pſalm. 76. In mari via tua, & ſemitę tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. Iob. 38. Per quam viam ſpargitur lux &c. Deinde cum dicit; *Quis enim &c.* probat quod dixerat, ad quod inducit duas authoritates, quarum vna habetur Eſa. 40. vbi ſecundum literam noſtram ſic legitur. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Loco cuius hic dicitur, *Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Alia authoritas habetur Iob. 41. Quis ante dedit mihi vt reddam ei? ex loco cuius hic dicitur, *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* In his autem verbis & ſequentibus Apoſtolus tria facit. Primo oſtendit excellentiam diuinæ ſapientiæ per comparationem ad intellectum noſtrum, dicens; Dictum eſt, quòd incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Quis enim cognouit ſenſum domini*, per quem ſcilicet iudicat & operando procedit? quaſi dicat, nullus, niſi eo reuelante. Sap. 9. Senſum tuum quis ſcire poterit, niſi tu

I dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis? Et 1. Cor. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit, niſi ſpiritus Dei, nobis autem reuelauit Deus ꝓ ſpiritũ ſuum. Secundo oſtẽdit excellentiam diuinæ ſapientiæ ſecundum quòd in ſe haber altitudinem, quæ quidem eſt altitudo quæ eſt ſupremi principii, ad quod duo pertinent. Primo quòd non ſit ab alio. Secundo quòd alia ſint ab eo. Et hæc oſtendit ibi, *Quoniam ex ipſo*. Quòd autem ſapientia Dei non dependeat ab altiori principio, oſtendit dupliciter, Primo quidem per hoc, quòd non eſt inſtructa alieno conſilio. unde dicit, *Aut quis conſiliarius eius fuit?* quaſi diceret, nullus. Ille enim conſilio indiget, qui non plene cognoſcit q ualiter ſit agendum quod Deo non comperit. Iob. 26. Cui dediſti conſilium? Forſitan illi qui non habet ſapientiam? Hierem. 23. Quis aſſuit in conſilio domini? Secundo per hoc quòd non eſt adiuta alieno dono. Vnde ſubdit, *Aut quis prior dedit illi*, & per hoc retribuetur ei quaſi prius danti?

K Quaſi dicat, nullus. non enim poteſt homo dare Deo, niſi quæ a Deo accepit. 1. Paral. vlt. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Iob. 35. Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua, accipiet? Deinde cum dicit, *Quoniam ex ipſo, &c.* oſtendit altitudinem Dei, quantum ad hoc quòd in ipſo ſunt omnia. Et primo oſtendit eius cauſalitatem. Secundo eius dignitatem, ibi, *Ipſi honor & gloria*. Tertio eius perpetuitatem, ibi; *In ſecula ſeculorum, amen*. Dicit ergo primo, Recte dixi quòd nullus prior dedit illi, *Quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*, et ita nihil poteſt eſſe niſi a Deo acceptum. Ad deſignandum autem Dei cauſalitatem, vtitur tribus præpoſitionibus, quæ ſunt, ex, per, & in. Hæc autem præpoſitio, *Ex*, denotat principium motus. & hoc tripliciter. Primo quidem ipſum principium agens vel mouens. alio modo ipſam materiam. tertio modo ipſum contrarium oppoſitorum, quod eſt terminus a quo incipit motus. dicimus enim cultellum fieri ex fabro, & ferro & ex infigurato. Vniuerſitas autem creaturarum non eſt facta ex præexiſtenti materia, quia & ipſa

& ipſa materia eſt effectus Dei. Et ſecundum hoc omnia creata A non dicuntur ex aliquo eſſe, ſed ſicut ex oppoſito dicuntur eſſe ex nullo, quia nihil erant antequàm crearentur vt eſſent. Sap. 2. Ex nihilo nati ſumus. Ex Deo autem ſunt omnia, ſicut ex primo agente. 1. Cor. 11. Omnia autem ex Deo. Notandum tamen, ꝙ hæc præpoſitio, *De* eaſdem habitudines deſignare videtur: hoc tamẽ ſuperaddit, quia ſem per deſignat cãm cõſubſtantialẽ. Dicimus enim cultellum eſſe de ferro, nõ autem de artifice. quia igitur filius ꝓcedit a patre, vt ei cõſubſtãtialis, dicim⁹ filiũ eſſe de patre. Creaturæ vero nõ ꝓcedũt a Deo tãquã ei cõſubſtãtiales: unũ nõ dicũ- B tur eſſe de ipſo, ſed ſolũ ex ipſo. Hæc aũt ꝓpoſitio, *Per*, deſignat cãm operationis: ſed quia operatio eſt medium inter faciens & factum, dupliciter hæc præpoſitio, *Per*, poteſt operationis cauſam deſignare. Vno modo ſecundum quod operatio exit ab operante: ſicut aliquid dicitur per ſe operari, quod eſt ſibi cauſa vt operetur. Hoc autem eſt vno quidem modo forma, ſicut dicimus, quòd ignis calefacit per calorem. Alio modo aliquid ſuperius agens, puta ſi dicamus quòd homo generat per virtutem ſolis, vel potius Dei: ſic igitur omnia dicuntur dupliciter eſſe per ipſum. Vno modo, ſicut per primum agens, cuius virtute omnia alia agunt. Prou. 8. Per me reges regnant. Alio modo, inquantum eius ſapientia, quæ eſt eius eſſentia, eſt forma per quã Deus omnia fecit, ſecundum illud Prouerb. 3. Dominus ſapiẽtia fundauit terram. Alio vero modo hæc præpoſitio, *Per*, deſignat cauſam operationis, non quidem ſecundum quod exit ab operante, ſed ſecundum quòd terminatur ad opera: ſicut dicimus quòd faber facit cultellum per martellum, quod non eſt C ſic intelligendum, quòd martellus ſic cum fabro operetur, ſicut in prioribus intelligebatur, ſed quia cultellus fit ex operatione fabri per martellum. Et ideo dicitur quòd hæc propoſitio, *Per*, quandoque deſignat authoritatem in recto, ſicut cum dicimus, Rex operatur per baliuum, quod pertinet ad hoc quod nunc dicitur. Quandoque autem in cauſali, ſicut cum dicitur, Baliuus per regem operatur, quod pertinet ad præcedentem modum. Hoc autem modo, de quo nunc loquimur, dicuntur omnia eſſe facta a patre per filium, ſecundum illud Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt: non ita quòd pater habeat a filio hoc, quod facit res, ſed potius, quia virtutem faciendi filius accipit a patre. nõ tamen inſtrumentalem, aut diminutam, aut aliam, ſed principalem, & æqualem, & eandem. Ioan. 5. Quæcumque pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Vnde licet omnia ſint facta a patre per filium, non tamen filius eſt inſtrumentum, vel miniſter patris. Hæc autem præpoſitio, *In*, deſignat etiam triplicem habi- D tudinem cauſæ. Vno quidem modo deſignat materiam, ſicut dicimus animam eſſe in corpore, & formam in materia. hoc autem modo non dicitur quòd omnia ſint in Deo, quia ipſe non eſt cauſa materialis rerum. Alio modo deſignat habitudinẽ cauſæ efficientis, in cuius poteſtate eſt effectus ſuos diſponere, & ſecundum hoc dicuntur omnia eſſe in ipſo, ſecundum quòd omnia in eius poteſtate & diſpoſitione conſiſtunt, ſecundum illud Pſal. In manu eius ſunt omnes fines terræ. Et Act. 17. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Tertio modo deſignat habitudinem cauſæ finalis, ſecundum quòd totum bonum rei & conſeruatio ipſius conſiſtit in ſuo optimo, & ſecundum hoc dicuntur omnia eſſe in Deo, ſicut in bonitate conſeruante. Col. 1. Et omnia in ipſo conſtant. Quod autem dicit; *Omnia*, eſt abſolute accipiendum pro omnibus, quæ habent verum eſſe: peccata autem non habent verum eſſe, ſed inquantum ſunt peccata, dicuntur per defectum alicuius entis, eo ꝙ malum nihil eſt, niſi E priuatio boni. Et ideo cum dicitur, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, non eſt intelligendum de peccatis, quia ſecundum Aug. † peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines, cum peccant. Quicquid tamen entitatis eſt in peccato, totum eſt a Deo. Sic igitur ſecundum præmiſſa, omnia ſunt ex ipſo. ſ. Deo, ſicut ex prima operatrice potentia. Omnia autem ſunt per ipſum, inquantum omnia facit per ſuam ſapientiam. Omnia ſunt in ipſo, ſicut in bonitate conſeruante. Hæc autem tria. ſ. potentia, ſapientia, & bonitas, communia ſunt tribus perſonis. Vnde hoc, quòd dicitur, Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, poteſt attribui cuilibet trium perſonarum: ſed tamen potentia, q̃ habet rationem principii, appropriatur patri, qui eſt principium totius diuinitatis. Sapientia filio, qui procedit vt verbũ, quod nihil aliud eſt, quàm ſapientia genita. Bonitas appropriatur ſpiritui ſancto, qui procedit vt amor, cuius obiectum

In Pſ. 68. & conf. lib. 1. cap. 16.

eſt bonitas. Et ideo appropriando dicere poſſumus ex ipſo. ſ. patre, per ipſum. ſ. per filium, in ipſo. ſ. in ſpiritu ſancto omnia ſunt. Deinde cum dicit; *Ipſi honor & gloria*, oſtendit Dei dignitatem, quæ conſiſtit in duobus, quæ præmiſſa ſunt. Nam ex eo quòd ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, debetur ei honor, & reuerentia, & ſubiectio a tota creatura. Mala. 1. Si ego pater, vbi eſt honor meus? Ex eo vero quòd ab alio non accepit nec conſilii nec donum, debetur ei gloria: ſicut econtrario dicitur homini. 1. Cor. 4. Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et quia hoc eſt proprium Dei, dicitur Eſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Vltimo ponit eius æternitatem, cum dicit; *In ſæcula ſæculorum*, quia eius gloria non eſt tranſitoria, ſicut gloria hominis de qua dicitur Eſa. 40. Omnis gloria eius quaſi flos agri: ſed durat; *In ſæcula ſæculorum*, id eſt, per omnia ſæcula ſuccedentia ſæculis, prout ſęculum dicitur duratio vniuſcuiuſque rei. Vel ſæcula ſæculorum dicuntur ſæcula, id eſt, durationes rerum incorruptibilium, quæ continent ſæcula corruptibilium rerum, & pręcipue ipſa Dei æternitas, quæ tamen pluraliter dici poteſt, licet in ſe ſit vna & ſimplex, propter multitudinem & diuerſitatem contentorum, vt ſit ſenſus, In ſæcula contentiua ſæculorum. Pſalm. 144. Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum. Addit autem ad confirmationem; *Amen*, Quaſi dicat, vere ita eſt. Et ſic accipitur in euangeliis, vbi dicitur, Amen dico vobis. Quandoque tamen accipitur pro, Fiat. Vnde in Pſalterio Hieronymi dicitur, Dicet omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtendit neceſſitatem virtutum, & originem gratiæ, hic docet gratiæ vſum, quod pertinet ad inſtructionem moralem. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit doctrinam moralem in generali. Secundo, ſpecialiter deſcendit ad quædam particularia pertinentia ad eos, quibus ſcribit, circa medium. 15. cap. ibi; *Certus ſum autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, docet vſum gratiæ, quantum ad hoc quòd ſit homo perfectus. Secundo, quantum ad hoc, quòd perfectus imperfectum ſuſtineat. 14. cap. ibi; *Infirmum autem &c.* Circa primum tria facit. Primo inducit ad perfectionem vitæ, quantum ad ſanctitatem, quàm homo ſeruat Deo. Secundo, quantum ad iuſtitiam, quam quis exhibet proximo. 13. cap. ibi; *Omnis anima &c.* Tertio, quantum ad puritatem quam homo conſeruat in ſeipſo, circa finem. 13. cap. ibi; *Et hoc ſcientes &c.* Circa primum duo facit. Primo, monet vt homo ſe exhibeat Deo ſanctum. Secundo, docet qualiter aliquis vti debeat donis gratiæ Dei, quibus ſanctificatur, ibi; *Dico enim per gratiam &c.* Circa primum duo facit. Primo, docet qualiter aliquis ſe debeat exhibere Deo, quantum ad corpus. Secundo, quantum ad animam ibi; *Et nolite conformari &c.* Circa primum duo facit. Primo inducit obſeruantiam eorum, quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidem modo ex parte ſui ipſius, cum dicit; *Obſecro itaque vos fratres*. Quaſi dicat, dictum eſt incomprehenſibilia eſſe iudicia Dei, & inueſtigabiles vias eius. Itaque; *Obſecro vos fratres*, vt. ſ. obſeruetis ea quæ dicentur. Vtitur autem obſecratione propter tria. Primo quidem ad demonſtrandum ſuam humilitatem. Prou. 18. Cum obſecrationibus loquitur pauper, qui. ſ. de ſua abundantia non confidit: & ideo non ex eo quod ſuum eſt, ſed ex eo quod Dei E eſt, homines conatur inducere ad bonum. Nam obſecrari, eſt ob ſacra conteſtari. Secundo, vt magis ex amore moueat rogando, quàm ex timore authoritatiue imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro. Gal. vlti. Vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Tertio, propter reuerentiam Romanorum, quibus ſcribebat. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Alio modo inducit eos ex parte Dei, cum dicit; *Per miſericordiam Dei*, per quam. ſ. ſaluati eſtis. Tit. 2. Secundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Et ideo ex conſideratione diuinæ miſericordiæ debemus facere quod monemur. Matt. 18. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Vel poteſt dici; *Per miſericordiam Dei*, id eſt, authoritate Apoſtolatus mihi miſericorditer commiſſi. 1. Corin. 7. Miſericordiam conſecutus ſum a domino, vt ſim fidelis. Secundo,

LECTIO VI.

ALTITVDO diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

CAP. XII. LEC. I.

BSECRO itaq; uos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi: omnibus, qui ſunt inter uos,

cundo, ponit ammonitionem cum dicit, *Vt exhibeatis corpora vestra &c.* Circa quod sciendum est, quòd sicut † Augu. dicit
cap.5. 10. de Ciuit. Dei, Visibile sacrificium, quod exterius Deo offertur, signum est inuisibilis, sacrificii, quo quis se & sua in Dei obsequium exhibet. Habet autem homo triplex bonum. Primo quidem, bonum animæ, quod exhibet Deo per deuotionis, & contritionis humilitatem, secũdum illud Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secundo, habet homo exteriora bona, quæ exhibet Deo per eleemosynarum largitionem. Vnde dicitur Heb. vlt. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Tertio, habet homo bonum proprii corporis: & quantum ad hoc dicit ibi; *Vt exhibeatis*, scilicet Deo *corpora vestra*, sicut quandam spiritualem hostiam. Dicebatur autem animal Deo immolatum hostia, vel quia pro victoria hostium offerebatur, seu pro securitate ab hostibus: uel quia ad hostium tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo Deo corpus suum vt hostiam, tripliciter. Vno quidem modo, quando aliquis corpus suum exponit passioni, & morti propter Deũ, sicut dicitur de Christo Ephes. 5. Tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo. Et Apostolus dicit de se Phil. 2. Si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo. Secundo, per hoc quòd homo corpus suum iciuniis & vigiliis macerat ad seruiendum Deo, ꝓm illud. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Tertio, per hoc ꝙ homo corpus suum exhibet ad opera iustitiæ, & diuini cultus exequenda. Supra. 6. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificaṅé. Est aũt considerandũ, ꝙ hostia, q̃ Deo immolabatur, quatuor habebat. Primo nãq;, ipsa oblatio debebat esse integra, & incorrupta. Vnde dicitur Malac. 1. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile domino. Et propter hoc dicit, *Viuentem*. vt scilicet hostia nostri corporis, quam Deo offerimus, sit viuens per fidem formatam charitate. Gal. 2. Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Est autem attendendum, quòd naturalis hostia, quæ prius viua erat, occidebatur vt immolaretur, ad ostendendum quòd adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, vt supra. 5. dictũ est. Sed hæc hostia spiritualis semper viuit & in vita proficit, secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, quia iam peccatum ablatum est per Christum: nisi dicamus, quòd hostia corporis nostri viuit quidem Deo per iustitiam fidei, sed mortificatur concupiscentiis carnis. Col. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Secundo vero, hostia Deo oblata, in ipsa immolatione sanctificabatur. Vnde dicitur Leuit. 22. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quę obtulerunt filii Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Et ideo subdit, *Sanctam*, scilicet per deuotionem, qua corpus nostrum Dei seruitio mancipatur. Leuit. 20. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus dominus Deus vester. Proprie autem sanctitas dicitur per respectum ad Deum, inquantum scilicet homo seruat ea, quæ sunt iusta quo ad Deum. Tertio, quantum ad ipsam sacrificii consumptionem dicebatur sacrificium suaue & acceptum domino, secundum illud Leuit. 5. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & in odorem suauissimum domino. Vnde hic dicit, *Deo placentem*, scilicet per rectitudinem intentionis. Psal. Vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Quarto, in ipsa sacrificii præparatione apponebatur sal. Vnde Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies. Et Mar. 9. dicitur, Omnis victima sale salietur. Sal autem discretionem sapientiæ significat. Vnde dicitur Col. vlt. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt. Sermo uester semper in gratia sit sale conditus. Vnde & hic sequitur: *Rationabile obsequium vestrum*, scilicet cum discretione corpora vestra Deo exhibeatis hostiam, vel per martyrium, vel per abstinentiam, vel per quodcunque opus iustitiæ. 1. Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Et in Psalm. Honor regis iudicium diligit. Aliter se habet homo iustus ad interiores actus, quibus Deo obsequitur, & ad exteriores. Nam bonum hominis & iustitia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus scilicet homo credit, sperat, & diligit. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infra. 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Vnde interiores actus se habent per modum finis, qui secundum se quæritur: exteriores vero actus, ad quos Deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quæ sunt ad finem, in eo autem quòd quæritur tanquam finis, nulla mensura adhibetur, sed quanto maius fuerit, tanto melius se habet. In eo autem quod quęritur propter finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem: sicut medicus sanitatem facit tantum, quantum potest: medicinam autem non tantum dat, quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam. Et similiter homo in fide, & spe, & in charitate nullam mensuram debet adhibere, sed quanto plus credit, sperat & diligit, tanto melius est, ꝓp quod dicitur Deut. 6. Diliges dominũ Deũ tuum &c. Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretionis mensura per comparationem ad charitatem. Vnde dicit † Hieron. Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui iciunium vel vigilias præfert sensus integritati, vt propter Psalmorum, atque officiorum decantationẽ amentiæ vel tristitiæ quis notam incurrat? Deinde cum dicit; *Et nolite conformari &c.* ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo quantum ad animam. Et primo prohibet sæculi conformitatem, cum dicit; *Et nolite conformari huic sæculo*, id est, rebus quæ temporaliter transeunt. Nam sæculum præsens, est quædam mensura eorum, quæ temporaliter labuntur. Rebus autem temporalibus homo conformatur per affectum, eis amore inhærendo. Oseæ. 19. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Iac. 1. Religio munda & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Cõformatur etiam huic sęculo, qui vitam secularitẽr viuentium imitatur. Ephes. 4. Testificor in domino, vt iam non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant. Secundo, mandat interiorem mentis reformationem, cum dicit; *Sed reformamini in nouitate sensus uestri*. Sensus autem hominis hic dicitur ratio, secundum quòd per eam homo iudicat de agendis. Hunc autem sensum homo in sua creatione habuit integrum, & vigentem. Vnde dicitur Eccl. 17. Sensu impleuit corda illorum: & bona, & mala ostendit illis. Sed per peccatum hic sensus est corruptus, & quasi inueteratus. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena. Et per consequens pulchritudinem, & decorem suum amisit. Thre. 1. Egressus est a filia Sion omnis decor eius. Monet ergo Apostolus, vt reformemur, id est, iterato formam & decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit: quod quidem fit per gratiam spiritus sancti, ad quam participando homo studium habere debet, ita. s. vt qui eam nondum perceperunt, eam percipiant: & qui illam perceperunt, in ea proficiant. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Psalm. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Vel aliter; Renouamini. s. in exterioribus actibus; In nouitate sensus vestri, id est, secundum nouitatem gratiæ, quam mente percepistis. Tertio assignat rationem ammonitionis prædictæ, cum dicit; *Vt probetis quæ sit uoluntas*. Circa quod considerandum est, quòd sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium de saporibus, sed ea quæ sunt suauia, interdum abominatur, ea vero quæ sunt abominabilia appetit: qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium de saporibus habet: ita homo qui habet corruptum affectum, quasi conformatum rebus sęcularibus, non habet rectum iudicium de bono. sed ille qui habet rectum & sanum affectum sensu eius innouato per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo ergo dixit, Nolite conformari huic sęculo, sed renouamini in nouitate sensus vestri, *vt probetis*, id est, experimento cognoscatis. Psalm. 33. Gustate & videte quoniam suauis est dominus; *Quæ sit voluntas Dei*, qua. s. vult vos esse saluos. 1. Thess. 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra; *Bona*, id est, vult bonum honestum nos velle, & ad hoc suis præceptis nos inducit. Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te; *Et beneplacens*, inquantum scilicet bene disposito est delectabile, id quod Deus vult nos velle. Psalm. 18. Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda. Et non tantum vtilis ad finem consequendum, sed etiam *Perfecta*, quasi coniungens nos fini. Matt. 5. Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Talem ergo experiuntur Dei voluntatem illi, qui non conformantur huic sæculo, sed reformantur in nouitate sensus sui. Illi autem qui in vetustate permanent sæculo conformati, iudicant Dei voluntatem non esse bonam, sed grauem & inutilem. Eccle. 6. Quàm aspera est sapientia indoctis hominibus. Deinde cum dicit; *Dico enim per gratiam &c.* docet qualiter donis Dei homo debeat vti. Et primo docet hoc quantum ad dona, quę non sunt omnibus communia, sicut sunt gratiæ gratis datæ. Secundo, quantum ad donum charitatis, quod est omnibus commune, ibi; *Dilectio sine simulatione &c.* Circa primum duo facit. Primo docet in generali quomodo debeat homo vti gratiis gratis datis. Secundo exequitur hoc per partes, ibi; *Habentes autem donationes*. Circa primum duo facit. Primo proponit documentum, secundo rationem assignat, ibi; *Sicut enim in vno corpore &c.* Circa primum tria facit. Primo ex-

non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut Deus, diuisit mensuram fidei.

Epsa ad Rulli. ad Roman.

mo excludit superfluum, dicens. Monui quòd reformemini in nouitate sensus vestri, quod quidem moderate facere debetis. *Dico enim*, id est, mando *per gratiam* apostolatus & authoritate apostolica, quæ data est mihi. Gal. 2. Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi inter Gentes. Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc &c. *Omnibus qui sunt inter vos*, quia omnibus est hoc vtile. 1. Corin. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum. Hoc, inquam, mando; *Non plus sapere, quã oportet sapere*, id est, nullus præsumat de sensu, aut sapientia sua confidens supra suam mensuram. Eccle. 7. Non plus sapias quàm necesse est. Psal. 130. Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Secundo, hortatur ad id quod est medium dicens; *Sed sapere ad sobrietatem*, scilicet mando vobis, vt mensurate sapiatis, secundum gratiam vobis datam. Sobrietas enim mensuram importat. Et quamuis proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi circa quamlibet materiam, in qua homo debitam mensuram obseruat. Titum. 2. Sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc sęculo. Tertio, docet secundum quid accipienda sit mensura medii, dicens; *Et hoc*, inquam; *Sicut Deus vnicuique diuisit*, id est, distribuit; *Mensuram fidei*, id est, mensuram donorum suorum, quæ ordinatur ad fidei ædificationem. 1. Corinthio. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Dat enim Deus huiusmodi dona, non eadem omnibus, sed diuersa diuersis distribuit, secundum illud 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Nec omnibus æqualiter dat, sed vnicuique secundum certam mensuram. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ideo Apostolus sobrie sapiens, secundum hanc mensuram dicebat. 2. Cor. 12. Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus. Soli autem Christo datus est spiritus non ad mensuram, vt dicitur Ioan. 3. Non solum autem alias gratias gratis datas dat Deus mensurate, sed etiam ipsam fidem, quæ per dilectionem operatur. Vnde Luc. 17. discipuli Christo dixerunt: Domine adauge nobis fidem.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSA admonitione, hic Apostolus rationem assignat sumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidem corporis vnitatem, cum dicit; *Sicut enim in vno corpore*. Secundo membrorum pluralitatem, cum dicit; *Multa membra habemus*. Est enim corpus humanum organicum ex diuersitate membrorum constitutum. Tertio officiorum diuersitatem, cum dicit; *Omnia autem membra non eundem actum habent*. Frustra enim esset membrorum diuersitas, nisi ad diuersos actus ordinarentur. Deinde aptat hęc tria ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia. Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius. Circa quod etiam tria tangit. Primo quidem, fidelium quasi membrorum multitudinem, cum dicit; *Ita multi*. Luc. 14. Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos. Esa. 54. Multi filii desertæ. Quàmuis enim sint pauci per comparationem ad infructuosam multitudinem damnatorum, secundum illud Matth. 7. Arcta est via, quę ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam, tamen absolute loquendo sunt multi. Apoc. 7. Post hæc vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat. Secundo tangit corporis mystici vnitatem, cum dicit; *Vnum corpus sumus*. Ephes. 2. Vt reconciliet ambos in vno corpore &c. Huius autem corporis mystici est vnitas spiritualis, per quam fide, & affectu charitatis inuicem vnimur Deo, secundum illud Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus. Et quia spiritus vnitatis a Christo in nos deriuatur, supra 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: ideo subdit, *In Christo*, qui spiritum suum, quem dat nobis, nos inuicem vnit & Deo. Ioan. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Tertio, tangit officiorum diuersitatem ad vtilitatem communem reductam, dicens; *Singuli autem alter alterius membra*. Membrum enim quodlibet, proprium actum habet, & virtutem, inquantum ergo vnum membrum sua virtute, & actu alteri prodest, dicitur membrum alterius: sicut pes dicitur membrum oculi, inquantum oculum defert, & oculus dicitur membrum pedis, inquantum dirigit pedem. 1. Cor. 12. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo. Ita etiam in corpore mystico, ille qui accepit gratiam prophetiæ, indiget illo qui accepit gratiam sanitatum: & ita est in omnibus aliis. Vnde dum vnusquisque fidelis, secundum gratiam sibi datam alteri seruit, efficitur alterius membrum. Galat. vltri. Alter alterius onera portate. 1. Petri. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Deinde cum dicit, *Habentes autem donationes*, exequitur ꝓ partes monitionem, quam supra posuerat de sobrio, & moderato gratiæ vsu. Et primo ponit gratiarum diuersitatẽ, dicens, *Sumus*, inquam, *Alter alterius membra*, non secundum eandem gratiã, sed habentes diuersas donationes differentes non ex diuersitate meritorum, sed secundum gratiam quę data est nobis. 1. Corin. 7. Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem sic, alius vero sic. Matth. 25. Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vtrum: Secundo, docet diuersarum gratiarum vsum: & primo in rebus diuinis quantum ad cognitionem quidem, dicens; *Siue prophetia*, quam habentes, vtamur ea secundum rationem fidei. Dicitur autem prophetia, quędam apparitio ex reuelatione diuina eorum, quæ sunt procul. Vnde 1. Reg. 9. dicitur: Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns. Sunt autem procul a cognitione nostra, secundum se quidem, futura cõtingentia, quæ propter defectum sui esse, cognoscibilia non sunt: sed res diuinæ sunt procul a nostra cognitione, non secundum se, cum sint maxime cognoscibiles, quia vt dicitur 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ: sed propter defectum intellectus nostri, qui se habet ad ea quæ sunt in seipsis manifestissima, sicut oculus noctuæ ad lucem Solis. Et quia vnumquodque magis proprie dicitur tale, quod est secundum se tale, quam quòd est tale secundum aliud: inde est quòd magis proptie dicuntur esse procul a cognitione nostra futura cõtingentia. Et propter hoc horum proprie est prophetia. Amos. 4. Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum: Dicitur tamen prophetia communiter etiam reuelatio quorumcunque occultorum. Hoc autem donum prophetiæ nõ solum fuit in veteri testamento, sed etiam in nouo. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri. Dicuntur etiam prophetæ in nouo testamento, qui prophetica dicta exponunt: quia sacra scriptura eodem spiritu interpretatur, quo est condita. Eccle. 24. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Ordinatur autem prophetiæ donum, sicut & aliæ gratiæ gratis datæ, ad fidei ædificationem. 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Heb. 2. Confirmata est, scilicet doctrina fidei, cõtestante Deo signis, & prodigiis, & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus. Et ideo prophetia est vtendum; *Secundum rationem fidei*, id est, non in vanum, sed vt per hoc fides confirmetur, non autẽ contra fidem. Vnde dicitur Deuter. 12. Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur Deos alienos: non audies verba prophetæ illius, quia scilicet prophetizat contra rationem fidei. Quantum ad sacramenta ministranda subdit; *Siue ministerium in ministrando*, id est, si quis accepit gratiam, vel officium ministerii, puta ut sit Episcopus, uel sacerdos, qui dicuntur ministri Dei. Esa. 61. Vos sacerdotes domini uocabimini, ministri Dei nostri dicetur uobis. exequatur illud, diligenter exequendo in ministrando. 2. Tim. 4. Ministerium tuum imple. Secundo, tangit ea quæ pertinent ad res humanas, in quibus potest aliquis alteri subuenire. Primo quidem, quantum ad cognitionem uel speculatiuam, uel practicam. Quantum ergo ad speculatiuam primo dicit; *Siue qui docet*, id est, qui habet officium, uel gratiam docendi, utatur doctrina, id est, ut studiose, & fideliter doceat. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Matth. ult. Euntes docete omnes gentes. Quantum autem ad cognitionem practicam, subdit; *Qui exhortatur*, id est, qui habet officium, uel gratiam exhortandi homines ad bonum, utatur illo; *In exhortando*. 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Tit. 2. Hæc loquere & exhortare. Deinde ponit ea, quæ pertinent ad exteriora opera, in quibus quandoque aliquis subuenit alicui aliquod donum dando: & quantum ad hoc dicit; *Qui tribuit*, id est, qui habet facultatem tribuendi & gratiam, exequatur hoc; *In simplicitate*, ut scilicet nihil mali ex illo intendat, quasi donis homines ad malum alliciens. Vel etiam cum aliquis ex modico dato intendit multo maiora acquirere.

guli autem alter alterius membra, habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Siue prophetiam, secundum rationem fidei. Siue ministerium, in ministrando. Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, in exhor-

Eccle.

Eccle. 20. Datus insipientis non erit tibi vtilis: oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit. Et Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos. Quandoq; autem aliquis subuenit alteri eius curam habendo: & quantum ad hoc dicit; *Qui præest*, id est, qui est in prælationis officio constitutus, vtatur illo officio; *In solicitudine*. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. 2. Corin. 11. Solicitudo omnium ecclesiarum. Quandoque autem subuenit alicui releuando eius miseriam, & quantum ad hoc dicit; *Qui miseretur*, id est, qui habet facultatem & affectum miserendi, exequatur hoc; *In hilaritate*, quasi libenter hoc faciens. 2. Corinth. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Ecclesia. 7. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Deinde cum dicit; *Dilectio sine simulatione &c.* Docet vsum doni gratuiti, quod est omnibus commune, scilicet charitatis. Et primo ponit ea, quæ pertinent ad charitatem in generali. Secundo, ponit quædam specialiter pertinentia ad dilectionem quorundam, ibi; *Necessitatibus sanctorum &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit qualis debeat esse dilectio charitatis ex parte diligentis. Secundo, qualiter se debeat habere ad proximum, ibi; *Charitatem fraternitatis &c.* Tertio, qualiter se debeat habere ad Deum, ibi; *Solicitudine non pigri*. Circa qualitatem autem charitatis tria docet. Primo quidem, quòd dilectio debet esse vera. Vnde dicit; *Dilectio sine simulatione*, vt scilicet non tantum in verbo, aut in exteriori apparentia, sed sit in vero cordis affectu, & efficacia operis. 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua: sed opere, & veritate. Eccles. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Secundo, docet quòd dilectio debet esse pura, cum dicit; *Odientes malum*. Tunc enim est pura dilectio, quando homo non consentit amico suo in malum, sed ita diligit hominem, vt eius vitium odiat. Vnde dicitur. 1. Corinth. 13. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Psalm. 118. Iniquos odio habui. Tertio docet, quòd dilectio debet esse honesta, cum dicit; *Adhærentes bono*, vt scilicet aliquis adhæreat alteri propter bonum virtutis. Galat. 4. Bonum autem æmulamini in bono semper. Hæc est pulchra dilectio, de qua dicitur Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis. Deinde cum dicit; *Charitatem fraternitatis*, ostendit qualiter charitas se debet habere ad proximum. Et primo, quantum ad interiorem affectum, cum dicit; *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes*. Vt scilicet non solum fratres diligamus per charitatem, sed etiam diligamus ipsam charitatem, qua eos diligimus, & ab eis diligimur. Sic enim si charam habemus charitatem, non de facili eam dissolui faciemus. Hebr. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cantic. vlti. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, tanquàm nihil despicient illam. Secundo, quantum ad exteriorem effectum, cum dicit; *Honore inuicem præuenientes*. In quo tria designantur. Primo quidem, quòd homo proximum in reuerentia debet habere, quod pertinet ad rationem honoris. Nullus enim potest vere diligere eum, quem despicit. Phil. 2. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. Quod quidem fit, dum aliquis suum defectum considerat, & bonum proximi. In honore autem non solum reuerentia intelligitur, sed etiam necessariorum subuentio, sicut cum dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, præcipitur necessariorum subuentio: sicut patet per hoc, quòd dominus Matth. 5. arguit Pharisæos contra hoc præceptum impedientes filios a subuentione parentum. Secundo, designatur quòd effectus dilectionis debet mutuo exhiberi, vt scilicet homo non solum velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. Eccles. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Et 14. In diuisione sortis da, & accipe. Et hoc designat cum dicit; *Inuitem*. Tertio, designatur quòd effectus dilectionis debet esse promptus, & velox: quod designatur, cum dicit; *Præuenientes*, vt scilicet aliquis præueniat amicum in beneficiis. Eccl. 37. Omnis amicus dicit, Et ego amicitiam copulaui. Deinde cum dicit; *Solicitudine &c.* ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad Deum. Et primo incipit ab ipsa rationis attentione, cum dicit; *Solicitudine* sitis; *Non pigri*, scilicet

tando. Qui tribuit, in simplicitate. Qui præest, in solicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitem sectantes.

LECTIO III.

BENEDICITE persequentibus uos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim. Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc

F ad seruiendum Deo. Mich. 6. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat a te. Postea subdit; Solicite ambulare cum Deo tuo. 2. Timo. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Secundo, quantum ad effectum, cum dicit; *Spiritu*, sitis; *feruentes*, scilicet in Dei dilectione. Procedit autem feruor ex abundantia caloris. Vnde feruor spiritus dicitur, quia propter abundantiã diuinæ dilectiõis totus homo feruet in Deum. Act. 18. dicitur, quòd Apollo feruens spiritu loquebatur. 1. Thess. vlti. Spiritum nolite extinguere. Tertio, quantum ad exterius obsequium, cum dicit; *Domino seruientes*, scilicet seruitute latriæ, quæ soli Deo debetur. Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Psalm. 2. Seruite dpmino in timore. Vel secundum aliam literam; Tempori seruientes, vt scilicet Dei seruitium congruo tempore faciamus. Eccles. 8. Omni negocio tempus est, & opportunitas. Quarto, quantum ad mercedem seruitutis, cum dicit; *Spe gaudentes*, scilicet mercedis, quæ est Dei fruitio. Gene. 15. Ego dominus merces tua magna nimis. supra. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Facit autem spes hominem gaudentem ratione certitudinis, sed tamen affligit ratione dilationis. Prouerb. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Quinto, quantum ad difficultatem, quam homo patitur in Dei seruitio. Vnde subdit; *In tribulatione*, scilicet quam propter Deum sustinetis, sitis; *Patientes*, supra 5. Tribulatio patientiam operatur. Sexto, quantum ad omnia prædicta dicit; *Orationi instantes*, in quo orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Oportet semper orare, & numquàm deficere. 2. Timo. 5. Sine intermissione orate. Per orationem enim in nobis solicitudo excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitamur, gaudium spei in nobis augetur, & auxilium in tribulatione promeremur. Psalm. 119. Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Deinde cum dicit; *Necessitatibus sanctorum &c.* determinat de charitate, quantum ad speciales quasdam personas. Et primo quidem quantum ad indigentes. Secundo, quantum ad inimicos, ibi; *Benedicite persequentibus vos*. Circa primum duo facit. Primo, inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in vniuersali, cum dicit; *Necessitatibus sanctorum communicantes*. I Vbi tria sunt notanda. Primo quidem, quòd eleemosynæ ex charitate sunt impendendæ indigentibus, siue necessitatem patientibus. Ephes. 4. Laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Secundo, quòd potius est subueniendum iustis & sanctis, quàm aliis. Vnde dicit; *Necessitatibus sanctorum*. Eccles. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem. Quod quidem non sic est intelligendum, quin etiam in necessitatibus sit peccatoribus subueniendum, sed quia non est eis subueniendum ad fomentum peccati: utilius tamen est subuenire iustis, quia talis eleemosyna fructuosa est, non solum ex parte dantis, sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, scilicet suis suffragiis. Secundo, in speciali admonet ad hospitalitatem, dicens; *Hospitalitatem sectantes*, quia scilicet in hoc misericordię opere alia misericordiæ opera includuntur. Nam K hospes non solum domum exhibet ad manendum, sed etiam alia necessaria subministrat. Hebre. vlt. Hospitalitatem nolite obliuisci. 1. Petri. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit, qualiter charitas sit exhibenda indigentibus nunc ostendit qualiter sit exhibenda: etiam inimicis. Et primo ponit admonitionem. Secundo, probat quod dixit, ibi: *Scriptum est enim &c.* Circa primum considerandũ est, quòd ad charitatem tria pertinent. Primo quidem, beneuolentia, quæ consistit in hoc, quòd aliquis uelit bonum alteri, & malum eius nolit. Secundo, concordia, quæ consistit in hoc, quòd amicorum sit idem nolle, & uelle. Tertio, beneficientia, quę consistit in hoc, quòd aliquis benefaciat ei quem amat, & eum non lædat. Primo ergo ponit ea quę pertinent ad beneuolentiam. Secundo, ea quæ pertinent ad concordiam, ibi; *Gaudere*

Gaudere cum gaudentibus. Tertio, ea quæ pertinent ad beneficentiam, ibi; *Nulli malum &c.* Circa primum duo facit. Primo monet vt beneuolentia sit ampla, quæ se extendat etiam ad inimicos, cum dicit; *Benedicite persequentibus vos*. Circa quod notandum est, quòd Benedicere, est bonum dicere. Contingit autem bonum, dicere tripliter. Vno modo enuntiando, puta cum quis bonum alterius laudat. Eccles. 31. Splẽdidum in panibus benedicẽt labia multorum, & testimoniũ veritatis illius fidele. Alio modo imperando, & sic benedicere per authoritatem, est proprium Dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur: ministerium autem pertinet ad ministros Dei, qui nomen domini super populum inuocant. Nume. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis. Benedicat tibi dominus, & custodiat te, Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Et post, Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Tertio, benedicit aliquis optando. Psalm. 128. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle, & quasi bonum pro aliquo precari. Et hoc modo accipitur hic. Vnde in hoc quod dicitur; *Benedicite persequentibus uos*. Datur intelligi, quòd etiam ad inimicos, & persecutores debemus esse beneuoli eis bona optando, & pro eis orando. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Quod autem hic dicitur, quodam quidem modo est in præcepto, quodam autem modo est in consilio: quòd enim aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos a communi dilectione proximorum, & a communi oratione, quam quis pro fidelibus facit, pertinet ad necessitatem præcepti. Similiter ẽt q̃ aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat, pertinet ad necessitatem præcepti. Vnde dicitur Exod. 21. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reducas eum. Sed quòd aliquis in speciali dilectionis affectum, & orationis suffragium, aut qualecumque subuentionis beneficium exhibeat inimico, interdum etiam extra articulum manifeste necessitatis, pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur tam perfecta charitas hominis ad Deum, quòd omne humanum odium superet. Ille autem qui pœnitet & misericordiam petit, iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Vnde ei absque omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda. Eccles. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc depræcanti tibi peccata soluentur. D Secundo, docet, quòd beneuolentia siue benedictio sit pura, id est, absque permistione contrarii. Vnde dicit; *Benedicite & nolite maledicere*, id est, ita benedicatis, quòd nullo modo maledicatis. Quod est contra quosdam, qui ore benedicunt, & corde maledicunt, secundum illud Psalm. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et etiam contra illos, qui quandoque benedicunt, quandoq; maledicunt, vel quibusdam benedicunt, quibusdam maledicunt. Iac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictũ pro maledicto. Sed contra hoc videtur esse, quòd in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim Deut. 27. Maledictus, qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Ad quod dicendum est, quòd maledicere est malum dicere, quod quidem tripliciter contingit, sicut & benedicere, scilicet enuntiando, imperando, & optando, & secundum quodlibet horum modorum potest bene, & male fieri. Si enim id quod est materialiter malum, dicatur malum, quolibet prædictorum modorum, sub ratione boni, non est illicitum, quia hoc est magis benedicere, quàm maledicere: vnumquodque enim magis iudicatur, secundum suam formam, quàm secundum suam materiam. Si vero aliquis dicat malum sub ratione mali, formaliter maledicit: vnde est omnino illicitum. Vtrumque autem horum contingit in hoc, quòd aliquis enuntiando malum profert. Quandoque enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandum necessariam veritatem, & sic dicit malum sub ratione veri necessarii, quod est bonum, vnde est licitum. Et hoc modo Iob tertio dicitur, quòd Iob maledixit diei suæ, enuntians malitiam præsentis vitæ, sicut Apostolus dicit Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Quandoque autem aliquis enuntiat malum alterius sub ratione mali, scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. A Dicitur enim. 1. Cor. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Similiter etiam in eo, quod quis dicit malum imperando, contingit autem quandoque, quòd aliquis dicit id quod est materialiter malum sub ratione boni, puta cum ex imperio alicui, prouenit alicui malum pœnæ propter iustitiam, quod quidem est licitum. Et hoc modo transgressores legis maledicuntur. 1. pœnæ secundum iustitiã deputantur. Quandoque vero aliquis imperando dicit malum alterius iniuste, puta propter odium & vindictam. B Et talis maledictio est illicita. Exod. 21. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Et id est etiam circa id, quod aliquis dicit, malum optando. Si enim hoc optet sub ratione boni, puta vt per aduersitatem alicuius perueniat ad spiritualem profectũ, hoc licitum est. Iob. 5. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Si vero hoc homo faciat propter odium vel vindictam, est omnino illicitum. 1. Reg. 17. Maledixit Phylisteus Dauid in diis suis. Deinde cum dicit; *Gaudere cum gaudentibus &c.* Ponit ea quæ pertinent ad concordiam. Et primo, ponit concordiæ documenta. Secundo, remouet impedimenta ibi; *Non alta sapientes &c.* Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantum ad effectum in bonis, & in malis. In bonis quidem, vt aliquis, bonis aliorum congaudeat. Vnde dicit; *Gaudere*, scilicet debetis; *Cum gaudentibus*. ad Philippenses. 2. Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligendum: quando quis gaudet C de bono. Sunt autem quidam qui gaudent de malo, secundum illud Prou. 2. Lętantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Et in istis non est congaudendum, 1. Cor. 13. dicitur de charitate, quòd non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, In malis autem vt aliquis tristetur de malis alterius. Vnde subdit; *Flere*, scilicet debetis; *Cum flentibus*. Iob. 30. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Eccles. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Ipsa enim compassio amici condolentis consolationẽ in tristitiis affert dupliciter. Primo quidem, quia ex hoc colligitur efficax amicitiæ argumentum. Eccl. 12. In malitia illius, id est, in infortunio amicus cognitus est, Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum. Alio modo, quia ex hoc ipso, quòd amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam causat. Et quidem leuius portatur, quod portatur a pluribus, quàm ab vno solo. Secundo, concordia consistit in vnitate sententiæ, & D quantum ad hoc dicit; *Idipsum*, id est, idem sitis; *Inuicem sentientes*, vt scilicet in eadem sententia conueniatis. 1. Cor. 1. Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Phil. 2. Eandem charitatem habentes vnanimes, idipsum sentientes. Sciendum est tamen, quòd duplex est sententia. Vna quidem quæ pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, puta circa considerationes geometricas vel naturales, dissentire autem in talibus, non repugnat amicitiæ vel charitati, quia charitas in voluntate est. Huiusmodi autem iudicia, non prouenient ex voluntate, sed ex necessitate rationis. Alia vero sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda, & in talibus dissensio amicitiæ contrariatur: quia talis dissensio habet contrarietatem voluntatis, & quia fides non solum est speculatiua, sed etiam practica, inquantum per dilectionem operatur, vt dicitur Gal. 5. Ideo etiam dissentire a recta fide, est contrarium charitati. E Deinde cum dicit; *Non alta sapientes &c.* excludit impedimenta concordiæ, quæ quidem sunt duo. Primum est superbia ex qua contingit, quòd dum aliquis inordinate suam excellentiam quærit & subiectionem refugit, vult alium subiici. Et eius excellentiam impedire. Et ex hoc sequitur discordia. Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit; *Non* sitis; *Alta sapientes*, vt scilicet inordinate vestram excellentiam appetatis, supra. 11. Noli altum sapere, sed time. Eccle. 3. Altiora te ne quæsieris; *Sed* sitis; *Consentientes humilibus*, id est, his quæ sunt humilia, id est, quæ abiecta videntur non recusetis cum oportuerit. Psalm. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. 1. Pet. vlt. Humiliamini sub potenti manu Dei &c. Secundum impedimentum concordiæ est præsumptio sapientiæ, vel etiam prudentiæ, ex qua contingit, quòd aliquis aliorum sententiæ non credit. Ad quod remouendum dicit; *Nolite esse prudentes apud uosmetipsos*. vt scilicet iudicetis

iudicetis solum id esse prudentię quod vobis videtur. Esa.5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes, supra 11. Vt non sitis vobismetipsis sapientes. Deinde cum dicit, *Nulli malum pro malo &c.* Docet illa quæ pertinent ad beneficientiam excludẽdo contrarium. Et primo docet, quòd non sit alicui malefaciendum ratione vindictæ. Secundo docet, quòd non sit alicui malefaciendum ratione defensionis, ibi *Non vosmetipsos defendentes.* Circa primum tria facit. Primo prohibet vindictam dicẽs, *Nulli malum pro malo reddentes.* s. sitis. Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala. 1. Pet.3. Non reddentes malum pro malo. Sed hoc est intelligendum formaliter, sicut supra dictum est de maledicto: prohibemur enim affectu odii vel inuidiæ reddere malum pro malo ita quòd in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpę quod quis facit, reddat iudex malum pœnæ secundum iustitiam ad compensandam malitiam, materialiter quidem infert malum, sed formaliter & per se infert bonum. Vnde cum iudex suspendit latronem pro homicidio, non reddit malum pro malo, sed magis bonum pro malo. Et hoc modo Apostolus quẽdam pro peccato incestus tradidit sathanæ in interitũ carnis, vt spũs saluus fieret, ut habetur 1. Cor. 5. Secundo docet, quòd etiam bona sint proximis exhibenda, dicens, *Prouidentes*, scilicet sitis, *Bona non tantum coram Deo*, Vt scilicet curetis satisfacere conscientiæ vestræ coram Deo, *Sed etiam coram omnibus hominibus*, Vt scilicet ea faciatis, quæ hominibus placeant. 1. Cor. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei, sicut & ego p omnia omnibus placeo 1. Cor. 13. Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Hoc tamen contingit & bene, & male fieri: si enim hoc fiat propter fauorem humanum, nõ bene agitur. Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Si autem hoc fiat ad gloriam Dei, bene agitur, secundum illud Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Tertio assignat rationem vtriusque dictorum. Ad hoc enim debemus abstinere a retributione malorum, & coram hominibus bona prouidere, vt cũ hominibus pacem habeamus. & ideo subdit, *Cum omnibus hominibus pacem habentes.* Heb. vlti. Pacem sequimini cum omnibus. Sed hic addit duo, quorum primum est quòd dicit, *Si fieri potest.* Quãdoque enim malitia aliorum impedit, ne cũ eis pacẽ habere possimus, quia scilicet cum eis pax haberi non potest, nisi eorum malitiæ consentiatur, quã quidem pacem constat esse illicitam. Vnde dominus dicit Mat. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium. Aliud autem addit, dicens, *Quod ex vobis est*, scilicet & si ipsi contra pacem agant, tamen quod in nobis est, facere nos debemus, vt eorũ pacem quæramus. Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Et alibi. Inquirere pacem, & persequere eam. Deinde cum dicit, *Non vosmetipsos defendentes &c.* ostẽdit quòd non sunt mala proximis inferenda per modum defensionis. Et primo ponit documentum, dicens, Non sitis vosmetipsos defendentes o charissimi, sicut de Christo dicitur Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus, & genas meas vellentibus. Et Esa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutuit &c. Vnde & ipse dominus mandauit Matt. 5. Si quis te percusserit in vna maxilla, prębe ei etiã alteram. Sed sicut August. † dicit in lib. contra mendacium. Ea quæ in nouo testamento a sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligendarum scripturarum, quæ in præceptis data sunt. Ipse autem dominus cum alapa percussus esset, non ait, Ecce altera maxilla: Sed si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Vbi ostendit præparationem alterius maxillæ in corde esse faciendam. Paratus enim fuit dominus non solum in altera tædi pro salute hominis, sed in toto corpore crucifigi. Et sicut August. † dicit ad Marcellinum, Tunc quidem hoc mandatum recte fit, cum ei creditur profuturũ esse, propter quem fit ad ad operandam in eo correctionem atque concordiam, etiam si alius exitus consequatur. Sunt igitur ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinẽda: & ipsa beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in volũtate complenda est. Agenda sunt autem & multa etiam cum inuitis, benigna quadam asperitate plectendis. Secundo assignat rationem, cũ dicit, *Sed date locum iræ*, idest, diuino iudicio.

cap.15.

Epist. 5.

enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

CAP. XIII. LEC. I.

OMNIS Anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes, non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in

Quasi diceret, committatis vos Deo, qui suo iudicio potest vos defendere & vindicare, secundum illud. 1. Pet. vlt. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Sed hæc intelligenda sunt in casu, in quo nobis non adest facultas aliter faciendi, secundum iustitiam. Sed quia, ut dicitur Deutero. 1. Domini est iudiciũ, cum aliquis authoritate iudicis, vel vindictã quærit ad comprimendam malitiam, & non propter odium: vel etiã cum anthoritate alicuius superioris suã defensionem procurat, intelligitur locũ dare iræ, id est, diuino iudicio, cuius ministri sunt principes, vt dicitur infra. 13. Vnde etiam Paulus procurauit se per armatos defendi contra insidias Iudæorum, ut patet Act. 23. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat quod dixerat. Et primo per autuoritatem. Secundo per rationem, ibi; *Noli uinci a malo &c.* Circa primum duo facit. Primo probat quod dictum est de prohibitione vindictæ, dicens, Dictum est; *Date locum iræ*, id est, diuino iudicio; *Scriptum est enim.* Deut. 32. *Mihi uindictam*, scilicet seruate; *Et ego retribuam, dicit dominus.* Nostra litera sic habet, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Psalm. 93. Deus vltionum dominus. Naum. 1. Deus æmulator & vlciscens dominus. Secundo, probat per authoritatem quod dictum est de beneuolentia exhibenda inimicis. In qua quidem authoritate primo ponit documentum, ut subueniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate præcepti, vt supra dictum est. Et hoc est quod dicit; *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi.* Matth. 5. Benefacite his, qui oderunt uos. Secundo, rationem assignat, dicens; *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Quod quidem vno modo potest intelligi in malum, ut sit sensus, Si tu ei benefaciaś, bonum tuum vertetur ei in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis æterni per suam ingratitudinem. Sed iste sensus repugnat charitati, contra quam ageret, qui alicui subueniret, vt ei proueniret in malum. Et ideo est exponendum in bonum, ut sit sensus; *Hoc enim faciens*, id est, in necessitate ei subueniens; *Carbones ignis*, id est, amorem charitatis, de qua dicitur Cant. 8. Lampades eius, ut lampades ignis, atque flammarum; *Congeres*, id est, congregabis; *Super caput*, id est, super mentem eius: quia vt August. † dicit in lib. de cathechizandis rudibus, Nulla est maior prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando. Nimis enim durus animus qui dilectionem & si nolebat impendere, nolit rependere. Deinde cum dicit; *Noli uinci a malo &c.* probat quod dixit per rationem. Naturale est enim homini, vt uelit aduersarium uincere, & non uinci ab eo. Illud autem ab aliquo uincitur, quod ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne, quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo propter malum, quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc quòd ei malefaciat, bonus a malo uincitur. Si autem econtrario propter beneficium, quod bonus persecutori exhibet, eum ad suum amorem trahat, bonus malum uincit. Dicit ergo; *Noli uinci a malo*, scilicet eius qui te persequitur, ut tu eum persequaris; *Sed in bono tuo uince malum* illius, ut scilicet ei benefaciendo, eum a malo trahas. 1. Ioan. vlti. Hæc est uictoria quę uincit mundum, fides nostra. Hie. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

cap.4.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo, utendo donis gratiæ eius: hic ostẽdit quo modo debeat se exhibere proximo, & primo quantum ad superiores. Secundo, quantum ad omnes, ibi; *Nemini quicquam debeatis &c.* Circa primum duo facit. Primo inducit homines ad subiectionem, quam debent superioribus. Secundo, ad exhibendum subiectionis signum, ibi; *Ideo & tributa præstatis &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit documentum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Non enim est potestas &c.* Tertio, infert conclusionem intentam, ibi; *Ideoque &c.* Circa primum considerandum est, quòd quidam fideles in primitiua ecclesia dicebant, terrenis potestatibus se subiici non debere propter libertatem quam consecuti erant a Christo, secũdum illud

Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Sed libertas per Christum concessa, & libertas spiritus qua liberamur a peccato & morte, sicut supra 8. dictum est, Lex spiritus in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia, sicut supra 7. dictum est. Et ideo tũc nulli subiectioni homo per Christum liberatus, erit obnoxius, nec spirituali, scilicet nec carnali. Vnde dicit 1. Cor. 15. Cum tradiderit Christus regnum Deo patri, & euacuerit omnem principatum & potestatem. Interim autem dum corruptibilem carnẽ gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere. Vnde dicitur Ephe. 6. Serui, obedite dominis carnalibus. Et hoc est etiam quod hic Apost. dicit. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Potestates autem sublimiores hic dicuntur, homines in potestatibus constituti, quibus secundum iustitiæ ordinem subiici debemus. 1. Pet. 2. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis &c. Dicit autem indefinite, *Potestatibus sublimioribus*, vt ratione sublimitatis officii eis subiiciamur, etiam si sint mali. Vnde 1. Pet. 2. subditur, Subiecti estote, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Quod autem dicitur; *Omnis anima*, per sidenochen intelligitur, omnis homo, sicut & Gene. 17. Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquendi, quia subiectionem superioribus debemus ex animo, idest ex pura voluntate, secundum illud Ephẽ. 6. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ex animo cum bona voluntate. Deinde cum dicit; *Non est enim potestas &c.* ponit rationem admonitionis præmissæ. Primo quidem ex parte honesti. Secundo ex parte necessarii, ibi; *Qui autem resistunt &c.* Circa primum duo facit. Primo præmittit duo principia. Secundo ex eis concludit, ibi; *Itaque qui resistit &c.* Primo enim præmittit originẽ potestatis, dicens. *Non est enim potestas nisi a Deo.* Quicquid n. cõiter de Deo & creaturis dicitur, a Deo in creaturas deriuatur, sicut patet de sapiẽtia. Eccl. 1. Omnis sapiẽtia a domino Deo est. Potestas autem de Deo & de hominibus dicitur Iob. 36. Deus potestates non abiicit, cum ipse sit potens. Vnde consequens est quòd omnis humana potestas sit a Deo. Dan. 4. Dominabitur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud Ioan. 19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Sed contra hoc esse videtur, quod dicitur Oseæ. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Ad hoc dicendum est, quòd regia potestas vel cuiuscũque alterius dignitatis, potest considerari quantum ad tria Vno quidem modo quantum ad ipsam potestatem & sic est a Deo, per quem reges regnant, vt dicitur Prouerb. 8. Alio modo potest considerari quantum ad modum adipiscendi potestatem, & sic quandoque potestas est a Deo: quando scilicet aliquis ordinate potestatem adipiscitur, secundum illud Heb. 5. Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Quandoque uero non est a Deo, sed ex peruerso hominis appetitu, qui per ambitionem, vel quocunque alio illicito modo potestatem adipiscitur. Amos 6. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Tertio modo potest considerari quantum ad vsum ipsius, & sic quandoque est a Deo, puta cum aliquis secundum præcepta diuinæ iustitiæ vtitur concessa sibi potestate, secundum illud Prouerb. 8. Per me reges regnant, &c. Quandoque autem non est a Deo, puta cum aliqui potestate sibi data vtuntur contra diuinam iustitiam, secundum illud Psal. 2. Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum &c. Dubitatur etiam de potestate peccandi, vtrum sit a Deo. Ad quod dicendum est, quòd ipsa potentia qua peccatur, a Deo est. Eadem enim potentia est qua peccatur & qua recte agitur: sed quòd in bonum ordinetur a Deo est, quòd autem ordinetur ad peccandum, est ex defectu creaturæ, inquantum est ex nihilo. Secundo ponit, quòd; Ea quæ sunt a Deo ordinata sunt. cuius ratio est, quia Deus omnia per suam sapientiam fecit, secundum illud Psal. 102. Omnia in sapientia fecisti. Est autem proprium sapientiæ, ordinate omnia disponere. Sap. 8. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse. Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Duplicem autem ordinem Deus in suis effectibus instituit. Vnum quidem quo omnia ordinantur in ipsum. Proueb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Alium vero quo effectus diuini ordinantur adinuicem, sicut dicitur Deut. 4. de sole & luna & stellis, quòd fecit ea in ministerium cunctis Gentibus. Deinde cum dicit; *Itaque qui resistit &c.* ex duabus præmissis concludit propositum. Si enim potestas principum inquantum talis est, a Deo est, & nihil est a Deo sine ordine, consequens est, q̃ etiam ordo, quo inferiores potestatibus superioribus subiiciuntur, sit a Deo. Itaque, qui contra hunc ordinem; *Resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Resistere autem diuinæ ordinationi contrariatur honestati virtutis. Vnde contra virtutem agit, quicumque potestati resistit in eo qd̃ pertinet ad ordinem suæ potestatis. Deinde cum dicit; *Qui autem resistunt &c.* ostendit huiusmodi subiectionem non solum esse honestam, sed necessariam. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum, ibi; *Nam principes &c.* Dicit ergo primo, Dictum est quòd; *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, quod quidem secundum se est vitandum, tanquam contrarium virtuti. Multi tamen sunt, qui amorem virtutis non habentes, ea quæ sunt contraria virtuti non detestantur. Vnde tales cogendi sunt ad vitationem malorum per pœnas, & quantum ad hoc, subdit; *Qui autem resistunt*, scilicet diuinæ ordinationi; *Sibi damnationem acquirunt*, contra potestatis ordinem agendo. Quod quidem potest intelligi vno modo de damnatione æterna, quam mœrentur, qui potestatibus subiici nolunt in eo, quod debent. In cuius exemplum Dathan & Abyron, qui Moysi, & Aaron restiterunt, sunt a terra absorpti, vt habetur Nume. 16. Alio modo potest intelligi de damnatione pœnæ, quæ per ipsos principes infertur, Prouerb. 20. Sicut rugitus leonis, ira & terror regis: qui prouocant eum, peccant in animam suam. Sed contra hoc videtur esse, quòd apostoli, & martyres, principibus & potestatibus restiterunt: & ex hoc non damnationem a Deo, sed præmium acquisierunt: Sed dicendum est, quòd Apostolus hic loquitur de eo, qui resistit potestati inferiori, secundum quòd est a Deo ordinata. Habet autem hoc diuina ordinatio, vt potestati inferiori non obediatur contra superiorem, sicut etiam in rebus humanis; vt Proconsuli, non obediatur contra Imperatorem, nec Balliuo contra Regem. Et omnis potestas humana sub potestate Dei ordinatur, & nulli potestati humanæ est contra Deum obediendum, secundum illud Act. 4. Oportet obedire magis Deo, quàm hominibus. Deinde cum dicit; *Nam principes &c.* assignat rationem eius, quòd dixerat. Et primo ponit rationem. Secundo, ex ratione posita quoddam vtile documentum trahit, ibi; *Vis autem non timere potestatem &c.* Tertio huius documenti necessitatem assignat ibi; *Si autem malefeceris &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd, *Qui resistunt potestati, sibi damnationem acquirunt. Nam principes*, qui hic potestates dicuntur; *Non sunt timori*, idest, in timorem; *Boni operis*, idest, propter bonum opus; *Sed mali*, idest, propter malum. Quod quidem videtur esse intelligendum, secũdum causam instituendi principes. Ad hoc enim sunt instituendi principes, vt illi qui amore virtutis non prouocantur ad vitandum malum, & faciendum bonum, cogantur ad hoc timore pœnæ. Prouerbio. 2. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Et secundum hoc dicitur, q̃ principes non sunt timori boni operis, sed mali, quantum ad id quod principi ex officio competit; sicut & Esa. 32. dicitur, Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit. Potest autem hoc referri etiam ad malos principes, qui non sunt timori boni operis, sed mali: quia & si interdum iniuste persequuntur bene operantes, non tamen illi, qui bene operantur, causam habent timendi, quia hoc ipsum, si patienter sustinent, in eorum bonum cædit, ſm illud. 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati: timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Ex hoc autem q̃ hic dicitur, assignari potest ratio, quare qui potestati resistunt, sibi damnationem acquirant: siue intelligatur de damnatione punitionis, qua principes rebelles puniunt, siue de damnatione qua homines puniuntur a Deo. Si n. principes sunt timori mali operis, cõsequẽs est, q̃ si aliquis potestati resistat, male operetur: & ita ipse homo male agendo, est sibi cã punitionis temporalis & ęternæ. Deinde cum dicit; *Vis autem non timere &c.* ex eo quòd dixerat quoddam vtile documentũ tradit. s. vitandi timorem principũ. Et primo insinuat sua interrogatione, hoc esse desiderabile, dicẽs; *Vis non timere potestatem.* Quasi dicat, hoc debet homini esse placitum. Prou. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis. Secundo docet mediũ ad hoc peruenienda, dicens; *Bonum fac*: quia vt dicitur Prou. 16. Voluntas regũ, labia iusta. Et in Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Tertio ostendit huius effectũ dicens, & si benefeceris nõ solum timorem vitabis, sed etiam; *Habebis laudem ex illa.* s. potestate, quod planum est, si accipiatur ſm finem, ad quem institutæ sunt potestates. Ad hoc

enim institutæ sunt, vt non solum a malis timore pœnarum retrahant, sed etiam vt ad bonum per præmia alliciant, secundum illud 1. Pet. 2. Siue ducibus, tanquàm ab eo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Verificatur hoc etiam de malis principibus, quorum iniustam persecutionem dum boni patienter sustinét, laudantur. Iac. 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Quarto, rationé assignat dicés; *Dei enim minister est tibi in bonum*. Quod quidem manifeste patet, quantum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine Dei, quasi supremi principis, tanquàm ministri ordinati. Sap. 6. Cum essetis ministri regis illius &c. Ad idé autem tendit minister & dominus. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et ideo sicut Deus operatur in bonum his, qui bonum agunt: ita & principes, si recte ministerium suum impleant. Sed & mali principes, ministri Dei sunt secundum ordinationem Dei ad inferendas pœnas, licet hoc sit præter intentum eorum: secundum illud Esa. 10. Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu mea est. Ipse autem non sic arbitrabitur. Et Hie. 25. Assumam vniuersam cognationem Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius &c. Et quia tales mali principes interdum Deo permittente, bonos affligũt, quod in bonum eorum cædit: secundum illud supra. 8. Diligentibus Deum &c. Deinde cum dicit. *Si autem male &c.* ostendit necessitatem præmissi documenti. Dictum est enim, quòd benefaciendo non timebis potestatem, *Si autem malefeceris, time*: quia causam timoris habes. Prouerb. 10. Pauor his qui operantur malum. Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Secundo assignat rationem, dicens; *Non enim sine causa gladium portat*. Loquitur autem secundum consuetudinem principum, qui quasi insignia suæ potestatis, deferebant instrumenta puniendi, puta fasces virgarum ad verberandum, & secures, vel gladios ad occidendum. Iob. 19. Fugite a facie gladii, quoniam vltor iniquitatum est gladius. Tertio, rationem exponit, dicens; *portat*, inquam, *gladium, Quia est minister Dei vindex*, idest, vindictam exercens, *In iram*, idest, ad exequendam iram Dei, idest, iustum iudicium eius; *Ei qui malum agit*, idest, contra malefactorem. Eze. 16. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, & iudicabo te in iudiciis adulterorum, & dabo te in manus eorum &c. Prouerb. 16. Abominabiles regi qui impie agunt, quoniam iustitia firmatur solium. Ex quo patet, quòd nõ solum est licitum, sed etiam meritorium principibus, qui zelo iustitiæ vindictam exercent in malos. Vnde dicitur Eze. 29. Erit mẽrces exercitui illius, & operi quo seruiuit mihi aduersus eam. Deinde cum dicit; *Ideoque necessitate &c.* Infert conclusionem principaliter intentam, dicens; *Ideoque*, propter prædictas rationes, *Subditi estote*, Principibus, *Ex necessitate*, quia scilicet hoc est ex necessitate salutis: vel, Subditi estote voluntarie necessitati, quæ vobis imminet potentia principum, vt faciatis de necessitate virtutem, non solum; *Propter iram*, idest, vindictam vitandam, quod pertinet ad secundam rationem; *Sed etiam propter conscientiam*, bonam considerandam, quod pertinet ad primam rationem: quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Tit. 3. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse. Deinde cum dicit; *Ideo enim & tributa præstatis &c.* Inducit homines ad exhibẽdum suis superioribus signum subiectionis. Et primo ponit signum subiectionis. Secundo inducit ad eius exhibitionem, ibi; *Reddite ergo &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit subiectionis signum, dicens, *Ideo enim*, scilicet quia debetis esse subiecti; *Et tributa præstatis*, idest, præstare debetis, in signum scilicet subiectionis. Et ideo conquerendo dicitur Thre. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Dicuntur autem tributa, eo quòd subditi dominis ea tribuunt. Secundo assignat rationem, dicens; *Ministri enim Dei sunt: In hoc ipsum*, idest, pro ipso scilicet tributa recipiendo; *Seruientes*, scilicet Deo, & populo. Quasi dicat, Vnusquisque de suo ministerio viuere debet, secundum illud 1. Cor. 9. Quis pascit gregem, & de lacte eius non edit? Et ideo cum principes nostri suo regimine Deo ministrent, a populo debent tributa suscipere, quasi stipendia sui ministerii, non autem ita, quòd hoc debeant sibi cõputare pro premio. Proprium enim præmium principis, est laus & honor, vt Philosophus dicit in 5. Ethic. Et cum hoc non sufficit, tyrannus fit. Sed hoc non est intelligendum de laude humana solum, vel honore, quia tale præmium esset vanum: sed de laude & honore diuino, qui principibus bene gubernantibus exhibetur. Sap. 6. O reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Huiusmodi autem tributa recipiunt ad

cap. 11.

F sustentationem: laborant autem principes ad omnium pacem. Vnde dicitur. 2. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam ac tranquillam vitam agamus. Baruc. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, vt viuamus sub vmbra eius. Ab hoc tamen debito liberi sunt clerici ex priuilegio principũ, qd quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erant a tributis illi, qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Gen. 47. ꝙ Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Aegypti, præter terram sacerdotum, quę a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et infra dicitur, quòd in vniuersa terra Aegypti quinta pars soluitur, absque terra sacerdotali, quæ libera erat ab hac conditione. Hoc autem ideo æquum est, quia sicut reges solicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus, ita ministri Dei in spiritualibus: & sic per hoc, quòd Deo in spiritualibus ministrant, recompensant regi, quod pro eorum pace laborat. Sed attendendum est, cum tributa dicat regibus esse debita, quasi laboris stipendium, dupliciter peccare possunt principes accipiendo tributa. Primo quidem, si vtilitatem populi non procurent, sed solum ad diripiendum eorum bona intendant. Vnde dicitur Ezech. 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Alio modo ex eo, quòd violenter diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter regem, & populum, & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel.

G

H

Et postea subdit, Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum. Deinde cum dicit; *Reddite ergo &c.* monet ad reddendum prædictum subiectionis signum. Et primo quidem in generali, dicens, Ex quo tributum debetur principibus, tanquàm Dei ministris; *Reddite ergo omnibus debita*. Ex quo patet, quòd ex necessitate iustitiæ tenentur subditi sua iura principibus exhibere. Matt. 18. Oblatus est regi vnus, qui debebat decem millia talenta. & Matt. 23. Reddite quæ sunt Cęsaris, Cæsari &c. Secundo, specificat: & primo ea quæ sunt exteriora, dicens; *Cui tributum*, scilicet debetis, reddite; *Tributum*, quia. s. principi tribuitur pro generali regimine, quo patriam in pace, & quiete gubernat. Genes. 49. Vidit requiem, quòd esset bona, factusque est tributis seruiens; *Cui vectigal*, scilicet debetis, reddite; *Vectigal*, quod scilicet redditur principi in aliquibus certis locis de mercimoniis, quæ defetuntur pro reparatione viarum, & custodia. Vel vectigal dicitur, quod datur principi, quando per patriam deuehitur, sicut sunt procurationes, & alia huiusmodi. Secundo, ponit ea, quæ sunt interius exhibenda. Est autem considerandum, quòd principi debetur & timor, & honor: timor quidẽ, inquantum est dominus sua potestate malos coercens a malis. Malac. 1. Si ego dominus, vbi est timor meus? Et ideo dicit; *Cui timorem*, scilicet debetis, reddite; *Timorem*. Prouerb. 24. Deum time fili mi. Inquantum autem quasi pater prouidet bonis, quæ sunt in laudem eorum, debetur illi honor. Malac. 1. Si ego pater, vbi honor meus? Et ideo subdit; *Cui honorem*, debetis, reddite; *Honorem*. 1. Pet. 2. Regem honorificate. Sed contra est, quod dicitur Leu. 19. Non honores vultum potentis. Sed hoc est intelligendum, quantum ad hoc, vt pro eo a iustitia non declines. Vnde subditur, Iuste iudica proximo tuo.

I

K

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus ostendit, qualiter debeant fideles ad superiores iustitiam obseruare: hic ostendit, quid debeant omnibus communiter exhibere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, reddit rationem, ibi; *Qui enim diligit &c.* Dicit ergo primo, Dictum est: Reddite omnibus debita, non quidem particulariter, sed integraliter. Et hoc est quod subdit; *Nemini quicquam debeatis*. Quasi dicat, Ita plene omnibus omnia debita persoluatis, vt nihil remaneat, quod soluere debeatis. Et hoc quidem propter duo. Primo, quia in ipsa mora reddendi, peccatum committitur, dum homo iniuste detinet rem alienam. Vnde dicitur Leuit. 10. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. Et eadem est ratio de aliis debitis. Secundo, quia quamdiu aliquis debet, est quodammodo seruus: & cui debet, obligatur. Prouerb. 22. Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Sunt tamen quædam debita, a quibus homo numquàm potest se absol-

absoluere. Et hoc contingit dupliciter. Vno quidem modo propter excellentiam beneficii, cui æquiualẽs recompensari non potest: sicut Philosophus dicit de honore qui exhibetur Deo, vel parentibus secundũ illud Psal. 115. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Alio modo propter causam debendi, quæ semper manet: uel etiam propter hoc, quòd illud quod redditur, nunquàm exhauritur, sed semper in reddendo crescit. Et propter has causas debitum dilectionis fraternæ ita soluitur, qd semper debetur. Primo quidem, quia dilectionem proximo debemus propter Deum, cui sufficienter recompensare non possumus. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Secundo, quia causa dilectionis semper manet, quæ est similitudo naturę & gratię. Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximum sibi. Tertio quia charitas in diligendo non deficit, sed proficit. Phili. 1. Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet. Ideo dicit; *Nisi vt inuicem diligatis*, quia scilicet dilectionis debitum ita semel redditur, vt tamen semper maneat sub debito præcepti. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Deinde cũ dicit; *Qui enim diligit &c.* assignat causam eius quod dixerat, debito dilectionis nos nunquàm absolui, quia scilicet in dilectione, tota legis impletio cõsistit. unde circa hoc, tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi; *Nam non adulterabis &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Plenitudo ergo legis &c.* Dicit ergo primo. Ideo dictum est, quòd non intendamus nos expedire a debito dilectionis, sicut ab aliis debitis. *Qui enim diligit proximũ, legem impleuit*, idest, tota impletio legis ex proximi dilectione dependet. Sed hoc non videtur verum. Dicitur enim. 1. Timo. 1. quòd finis præcepti charitas est. Vnumquodque enim perficitur, cum ad finem peruenit: & ideo tota legis perfectio in charitate consistit. Sed charitas duos habet actus, scilicet dilectionẽ Dei, & dilectionẽ proximi. unde & dominus dixit Matth. 22. quòd tota lex & prophetæ, pendet in duobus mandatis charitatis: quorum vnum est de dilectione Dei, aliud de dilectione proximi. Non ergo videtur quòd qui proximum diligit, impleat totam legem. Sed dicendum est, quòd illa dilectio proximi ad charitatem pertinet, & legem implet, qua proximus diligitur propter Deum, & ita in dilectione proximi includitur dilectio Dei, sicut causa includitur in effectu. Dicitur enim. 1. Ioan. Et hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Et econuerso, dilectio proximi includitur in dilectione Dei, sicut effectus in causa: vnde ibidem dicitur. Si quis dixerit; quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Et inde est, quòd in sacra sciptura quandoque fit mentio solum de dilectione Dei, quasi sufficiat ad salutem, secũdum illud Deu. 10. Et nunc Israel audi, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deũ tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum? Quandoque autẽ fit mentio solum de dilectionẽ proximi. Ioan. 15. Hæc vobis mando, vt diligatis inuicem. Deinde cum dicit; *Nam non adulterabis &c.* probat propositum. Primo quidem per inductionem. Secundo vero per medium syllogismi, ibi; *Dilectio proximi &c.* Circa primum, more inducentium enumerat quædam præcepta, quæ dilectionem proximi implẽt. Et quia præcepta tria primæ tabulæ immediatius ordinantur ad dilectionem Dei, non facit mentionem hic de eis: quàmuis & ipsa impleãtur in dilectione proximi, prout dilectio Dei includitur in dilectione proximi. Enumerat autem mandata secundæ tabulæ, prætermittit tamen præceptũ affirmatiuum tantum; quod est de honore parentum, in quo etiam intelligitur, vt omnibus reddamus quæ debemus. Enumerat autem præcepta negatiua, per quæ aliquis prohibetur malum proximis inferre: et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia præcepta negatiua sunt magis vniuersalia, & quantum ad tempora & quantum ad personas. Quantum ad tempora quidem, quia præcepta negatiua obligant semper, & ad semper. Nullo enim tempore est furandum, & adulterandum. Præcepta autem affirmatiua obligant quidem semper, sed non ad semper, sed pro loco & tẽpore. Non enim tenetur homo, vt omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quantum ad personas autem, quia nulli hominum est nocendum: non autem sufficientes sumus, vt vnus homo possit omnibus hominibus seruire. Secundo, quia magis manifestum est, quòd per dilectionem proximi implentur præcepta negatiua, quàm affirmatiua. Qui enim diligit aliquẽ, magis abstinet a nocumento illius, quàm ei beneficia impendat, a quo quandoque homo impeditur per impotentiam. Tripliciter autem aliquis nocumentum proximo inferre potest. Vno modo facto. Alio modo, verbo. Tertio, desiderio. Facto quidem tripliciter. Vno modo, quantum ad personam ipsius proximi. et hoc prohibetur, cum dicitur; *Non occides*. In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniuria in personam proximi illata. 1. Ioan. 3. Omnis homicida, non habet vitam æternam in se ipso. Secundo, quantum ad personam coniunctam, scilicet vxorem: & hoc prohibetur, cum dicitur; *Non adulterabis*. In quo etiam intelligitur prohiberi fornicatio, & omnis illicitus vsus genitaliũ membrorum. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Tertio, quantum ad res exteriores: quod prohibetur, cum dicitur; *Non furaberis*. In quo etiam prohibetur omnis iniusta subtractio rei alienę, siue per vim, siue per dolum. Zach. 5. Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Nocumentum autem quod quis proximo infert, verbo prohibetur, cum dicitur; *Non falsum testimonium dices*. Quod non solum prohibetur in iudicio, sed etiam extra iudicium, siue per modum detractionis, siue per modum contumeliæ. Prouerb. 19. Testis falsus non erit impunitus; & qui mendacia loquitur, non effugiet. Nocumentum autem quod quis infert proximo, solo desiderio prohibetur, cum dicitur, Non concupisces rem proximi tui. Vbi etiam intelligitur prohiberi concupiscentia vxoris. supra 7. Nam concupiscentiam nesciebam, scilicet esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Ponuntur autem hæc mandata. Exod. 20. Enumeratis autem pluribus præceptis, colligit omnia alia in communi, dicens; *Et si quod est aliud mandatum*, affirmatiuum vel negatiuum, vel ad Deum, vel ad proximum pertinens, per modum supra dictum; *Instauratur*, idest, perficitur & impletur *In hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Quod quidem ponitur Leui. 19. vbi nos habemus: Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Quod autem dicit, proximum tuum, referẽdum est ad omnem hominem; & etiam ad sanctos angelos, vt Aug. † probat in 1. de doctrina Christiana. Nomine enim proximi, intelligitur quicunque facit alicui misericordiam, secundum illud Luc. 10. Quis tibi videtur illi proximus fuisse, qui incidit in latrones? Et ille dixit, Qui fecit misericordiam &c. Et quia proximus est proximo proximus, consequens est, quòd etiam ille, qui ab aliquo misericordiam recipit, proximus ei dicatur. Sancti autem angeli nobis misericordiam impendunt, & nos omnibus hominibus misericordiam debemus impendere, & ab eis, cum necesse fuerit, recipere. Vnde patet, quòd & sancti angeli, & omnes homines proximi nobis dicuntur, quia beatitudinem ad quam nos tendimus, vel iam habent, vel ad eam nobiscum tendunt. Ex quo patet, quòd dæmones nõ sunt secundum hanc rationem proximi nobis, nec sub hoc præcepto, eorum dilectio nobis iniungitur, quia sunt totaliter a dilectione Dei exclusi, & non sunt computandi in numero proximorum, sed in numero hostium. Quod autem dicit; *Sicut teipsum*, non est referendum ad æqualitatem dilectionis, vt scilicet aliquis teneatur diligere proximum æqualiter sibi: hoc enim esset contra ordinem charitatis, quo quilibet plus tenetur suam, quàm aliorum salutem curare. Cantic. 2. Ordinauit in me charitatem: sed est referendum ad similitudinem dilectionis, vt scilicet similiter diligamus proximum, sicut nosipsos. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quantum ad fidem dilectionis, vt scilicet nos & proximum diligamus propter Deum. Secundo, quantum ad formam dilectionis, vt scilicet sicut aliquis seipsum diligit, quasi sibi volens bonum, ita aliquis proximum diligat, quasi ei bona volens. Qui autem diligit proximum ad hoc solum, vt eius vtilitate, vel delectatione potiatur, non vult bonum proximo, sed ex proximo vult sibi bonum. Quo quidem modo, homo amare dicitur res irrationales, puta vinum, vel aquam, vt scilicet eis vtatur. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, vt scilicet aliquis necessitati proximi subueniat, sicut sibi: & quòd nihil illicitum propter amorem proximi committat, sicut nec propter suum amorem. Deinde cum dicit; *Dilectio proximi &c.* manifestat propositum medio syllogismi per hunc modum: Qui diligit proximum, nullum malum operatur ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis præceptum, vt abstineatur a malo. qui ergo diligit proximum, legem impleuit. Quòd autem dilectio proximi malum non operetur, habetur 1. Corinthiorum 13. Charitas non agit perperam &c. Quocunque autem modo accipiatur hic malum, vel pro malo transgressionis, vel etiam omissionis, poterit hoc referri non solum ad præcepta negatiua, sed etiam ad affirmatiua. Inquantum vero dilectio proximi includit dilectionem Dei, intelligitur, quòd dilectio proximi excludit malum, non solum quod est contra proximum, sed etiam quod est contra Deum.

A

B

C

D

E

Qui enim diligit proximum, legẽ impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non cõcupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum nõ

† cap. 30.

Et sic includentur etiam præcepta tabulæ primæ. Vltimo autem infert conclusionem principaliter intentam, dicens; *Plenitudo ergo legis est dilectio*, idest, per dilectionem lex impletur, & perficitur. Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Col. 3. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

LECT. III.

operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

LECTIO III.

POSTQVAM Apostolus, ostẽdit, quomodo homo debet se Deo exhibere pium, conueniẽter eius donis vtendo, & pximo iuste ei debita reddendo, hic ostendit quomodo in seipso debeat honestatem conseruare. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit temporis congruitatem. Secundo, exhortatur ad honestatem operum, ibi; *Abiiciamus ergo &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit temporis congruitatem. Secundo, assignat rationem, ibi; *Nunc enim propior &c.* Tertio adhibet similitudinem, ibi; *Nox præcessit &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quæ debetis obseruare, & hoc non solum pp ea, quæ dicta sunt, sed etiam *scientes hoc tempus*, idest, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem, quia ut dicitur Eccl. 8. Omni negotio tẽpus est & opportunitas. Hier. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus &c. Ad quid autem congruum sit hoc tempus ostendit, subdens; *Quia hora est iam nos de somno surgere*. Quod quidem intelligendum est, non de somno naturæ, qui quandoque dicitur mors, ſm illud. 1. Thessa. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quandoque autem est quies animalium virtutum, ſm illud Io. 11. Si dormit saluus erit. Nec etiam intelligendum est de somno gratiæ, qui quandoq; dicitur quies æternæ gloriæ, secundũ illud Psal. 4. In pace in idipsum &c. Qnq; autem est quies contemplationis etiam in hac vita. Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. sed intelligitur de somno culpæ, secundum illud Ephe. 5. Exurge, qui dormis, & exurge a mortuis &c. Vel etiam negligentiæ, secundum illud Prouerbio. 6. Vsquequo piger dormies? Tempus ergo est surgendi a somno culpæ per pœnitentiam. Psalm. 126. Surgite postquàm sederitis &c. A somno vero negligentiæ per solicitudinem bene operandi. Esa. 21. Surgite principes, accipite clipeum. Eccles. 32. Hora surgendi non te tristet. Deinde cum dicit; *Nunc enim &c.* assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; *Nunc enim propior est salus nostra, quam cum credidimus*. Quod quidem secundum intentionem Apostoli intelligitur de salute vitæ æternæ, de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Ad hanc autem salutem homo ordinatur. Primo, quidem per fidem. Mar. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed semper magis, ac magis homo accedit ad eam, per bona opera, & charitatis augmentum. Vnde dicitur Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Hoc est ergo, quod Apostolus dicit, Ideo; *Hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim*, quando, scilicet per opera bona, & per charitatis augmentum profecimus; *Propior*, idest, propinquior est, scilicet nobis; *Nostra salus*, scilicet vitæ æternæ: de qua dicitur Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit; *Quam cum credidimus*, id est, quàm cum a principio fidem accepimus. Et potest hic intelligi duplex propinquitas. Vna quidem secundũ tempus, quia viri sancti in operibus iustitiæ proficientes, magis appropinquant ad terminum vitæ huius, in quo mercedem accipiunt. Alia vero est propinquitas dispositionis vel præparationis, quia per augmentum charitatis, & operationem iustitiæ, homo præparatur ad illam salutem. Matth. 25. Quę paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed secundum quòd ecclesia hæc verba aduentus tempore legit, videntur hæc verba esse referenda ad salutem, quam Christus fecit in suo primo aduentu, vt intelligamus Apostolum loquentem, quasi ex persona omnium fidelium, qui fuerunt ab initio mundi. Appropinquante. n. iam tpe incarnationis Christi, quo vaticinia prophetarum crebrescebant, quod tempus repræsentat ecclesia, poterit dici, *Nunc propior est nostra salus*, scilicet Christus, *quam cum credidimus*. i. cum homines a principio credere ceperunt Christi aduentum futurum. Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat; & iustitia mea, vt reueletur. Posset etiam assumi ad tempus misericordiæ, quo quis incipit velle a præteritis peccatis discedere. Tunc. n. magis appropinquat suæ saluti, q̃ a principio, dum haberet fidem informem. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis, appropinquate Deo, & appropinquabit vobis &c. Deinde, cum dicit; *Nox præcessit, dies autem appropinquauit &c.* ponit ad propositum similitudinem. Quod quidem ſm intentionem Apostoli sic videtur esse intelligendum, vt totum tẽpus vitæ præsentis, nocti comparetur pp ignorantiæ tenebras, quibus præsens vita grauatur Iob. 36. Oẽs quippe inuoluimur tenebris &c. Et de hac nocte dicitur. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Diei aũt cõparatur status futuræ beatitudinis pp charitatem Dei, qua sancti illustrãtur. Esa. 62. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Ad quem diem refertur, quod dicitur in Psalm. 117. Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Alio modo põt intelligi, q̃ status culpæ nocti cõparetur pp tenebras culpæ, de quibus dicitur in Psal. 81. Nesciẽrũt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Et de hac nocte dicitur Sap. 17. Solis aũt illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarũ, q̃ superuentura erant illis. Dies autem dicitur status gratiæ pp lumen spiritualis intelligẽtię, quod iusti habẽt, sed impius deest. Psal. 96. Lux orta est iusto. Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Tertio modo põt intelligi, q̃ comparetur nocti tempus præcedens Christi incarnationem, quia nondum erat manifestata, sed sub quadam caligine. 2. Pet. 1. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Et de hac nocte dicitur Esa. 21. Custos qui de nocte. Vnde sicut in nocte apparent vmbræ, ita etiam illo tempore eminebant legalia, q̃ sunt vmbra futurorum: ut dicitur Colos. 2. Tempus autem ab incarnatione Christi comparatur diei pp pñtiam spiritualis solis in mundo: de quo dicitur Malac. vlt. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Vnde & ipse dominus dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera, eius qui misit me, donec dies est. Et postea subdit, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Quod ergo dicitur; *Nox præcessit*, indifferenter, accipi potest, pro qualibet prædictarum trium noctium. Iam enim præcesserat eos, quibus scribebat, & magna pars temporis huius vitæ, & quod verius est, præcesserat nox culpæ: præcesserat etiam tempus legis, quod fuit ante Christum. Quod autem subdit; *Dies autem appropinquauit*, videtur secundum intentionem Apostoli referendum esse ad diem futuræ gloriæ, qui licet nondum aduenisset fidelibus Christi, quibus scribebat, tamen in propinquo erat eis. Secundum prædicta, posset etiam intelligi tempus gratię Christi, quod & si iam aduenerit, secundum temporum cursum, appropinquare tamen nobis dicitur per fidem, & deuotionem, sicut & Philip. 4. dicitur, Dominus prope est. Et in Psalm. 144. Prope est dominus oibus inuocantibus eum. Potest etiam hoc congruere, his qui de peccatis pœnitere incipiunt, quibus dies gratiæ appropinquat. Deinde cum dicit; *Abiiciamus &c.* concludit exhortationem de honestate vitæ. Et primo ponit exhortationem. Secundo, exponit eam, ibi; *Non in comessationibus &c.* Circa honestatem vitæ tria tangit. Primo, quidem remotionem vitiorum concludens ex præmissis, si nox præcessit, vt dictum est; *Abiiciamus opera tenebrarum*, quia vt dicitur Eccle. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Vnde recedente nocte, cessare debent opera noctis. Dicuntur autem opera tenebrarum, opera peccatorum. Primo quidem, quia in seipsis priuata sunt lumine rationis, quo illustrari debent humana opera. Eccles. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Secundo in tenebris aguntur. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Tertio, quia per ea homo ad tenebras ducitur, secundum illud Matth. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Secundo, inducit ad assumendas virtutes. Quasi dicat, Ex quo dies appropinquauit, assumentes ea, quæ congruunt diei; *Induamur arma lucis*, idest, virtutes, quæ & arma dicuntur, inquantũ nos muniunt, Ephes. vlti. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et dicuntur lucis arma, tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur. Vnde dicitur Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, tum quia lucis examen requirunt. Ioan. 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem, tum quia per opera virtutum alii illuminantur. Matt. 5. Sic luceat lux vestra corã hominibus &c. Tertio exhortatur ad usum virtutum & profectum, cum dicit; *Sicut in die honeste ambulemus*. Hæc enim duo videntur diei congruere. Primo quidem honestas. Nam in die vnusquisque se ipsum studet componere, vt coram aliis honestus appareat. In nocte autem non sic, Vnde

Vnde dicitur. 1. Thessa. 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus. Vnde. 1. Cor. 14. dicitur. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Secundo, homo in die ambulat, non in nocte. Vnde dicitur Ioan. 11. Qui ambulat in nocte, offendit. Et ideo quia dies est, oportet q̃ ambulemus, idest, de bono ĩ melius procedamus. Vnde dicitur Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. Deinde cum dicit. *Non in comessationibus &c.* exponit quod dixerat. Et primo exponit quomodo sunt abiicienda opera tenebrarum, quæ sunt opera peccatorum, de quibus quædam enumerat. Primo ponens ea quæ pertinent ad corruptionem cõcupiscibilis, cuius corruptio est intemperãtia, quæ est circa delectationes tactus, & circa cibos. Vnde primo excludit intemperantiam ciborũ, cũ dicit, *Non in comessationibus*. Dicuntur comessationes, superfluæ & nimis accuratæ comestiones. Prouer. 23. Noli esse in conuiuiis peccatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendũ conferunt. Quod quidem potest esse peccatum mortale ex hoc, q̃ secundum legem pro hac culpa aliquis damnatur ad mortem. Dicitur enim de filio proteruo. Deu. 21. Comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus eum obruet populus &c. Dicitur autem aliquis vacare comessationibus atque conuiuiis, non quidem si comedat magnifice secundum statum suæ dignitatis, sicut dicit Hester. 2. Quod Assuerus iussit præparari cõuiuiũ magnificum propter coniunctionem Hester, iuxta magnificentiam principalem: sed quando aliquis hoc facit præter decentiã sui status, & præcipue si ad hoc principalis eius cura existat: sicut illi de quibus dicitur infra vlti. Huiusmodi Christo domino non seruiunt, sed suo ventri. Et Phil. 3. Quorum Deus vẽter est. Secundo excludit intemperantiam circa potum, cum subdit, *Et ebrietatibus*, quæ pertinent ad superfluitatem potus extra mensuram rationis hominem ponentis. Eccl. 31. Vinum in iocunditate creatum, & non in ebrietate. Et est considerandum, q̃ ebrietas ex suo genere est peccatum mortale, cum. s. homo ex proposito inebriatur, quia videtur præferre delectationem vini, integritati rationis. Vnde dicitur Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, Si vero aliquis inebrietur præter intentionem, non ex proposito, puta quia ignorat virtutem vini, vel quia non æstimat se tanto potu inebriandum, non est peccatum mortale, quia non per se inebriatur, sed per accidens. i. præter intentionem: quod quidem non potest contingere in his, qui frequenter inebriantur. Et ideo dicit † Augu. in sermone de Purgatorio, quòd ebrietas est peccatum mortale, si assidua fuerit. Vnde signanter hic Apostolus in plurali numero, dicit, *Non in comessationibus & ebrietatibus*. Tertio excludit intemperantiam circa corporalem quietem, cum dicit, *Non in cubilibus*. idest, non in superflua dormitione, quam conuenienter post comessationem & ebrietatem prohibet, quia sequitur ex illis: & potest esse in hoc peccatum mortale, quando propter quietem corporalem & somnum, omittit quæ facere debet, & inclinatur ad aliqua mala facicienda. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Potest etiã quod dicit, Non in cubilibus vestris, referri ad apparatum luxuriæ. Vnde dicitur in persona meretricis Prouerb. 7. Aspersi cubile meum myrrha &c. Gene. 49. Ascendisti cubile patris tui. Et ideo conuenienter quarto excludit intemperantiam circa venerea, cum subdit, *Et impudicitiis*, idest, quibuscunque venereis actibus, qui dicuntur impudici, quia non cauent id, quod est maxime pudore vel confusione dignum, tum quia omnes delectationes tactus, gulæ, & luxuriæ sunt communes nobis & brutis. unde qui eis inordinate insistit, brutalis efficitur. Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus &c. Tum etiã quia specialiter in actibus venereis ratio hominis totaliter absorbetur a delectatione, vt non possit homo tunc aliquid intelligere, sicut Aristoteles dicit in lib. Ethicorum. Vnde & Oseæ. 4. dicitur. Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferũt cor. Apoc. 9. Non egerunt pœnitentiam super immũditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Deinde excludit ea quæ pertinẽt ad corruptionem irascibilis, cum dicit, *Non in contentione*. Quæ quidẽ vt Ambrosius † dicit, est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Potest autem intelligi, q̃ per hoc prohibetur omnis rixa non solum verborum, sed & factorum, quæ vt plurimum a verbis incipit. Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Solet autem contentio ex inuidia generari. Et ideo subdit, *Et emulatione*. Vnde Iac. 3. dicitur, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo exponit quomodo debeam induere arma lucis, dicens, *Sed induimini dominum Iesum Christum*. In quo scilicet abundantissime fuerũt omnes virtutes, secundum illud Esa. 4. Apprehendent septem mulieres virũ vnum: Induimus autem Iesum Christũ, primo quidem per sacramẽti susceptionem. Gal. 3. Quicũque in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Secundo per imitationem. Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum &c. Et Ephe. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia &c. Dicitur autem induere Christum, qui Christum imitatur: quia sicut homo continetur vestimento, & sub eius colore videtur, ita in eo qui Christum imitatur, opera Christi apparent. Per hoc ergo induimur arma lucis, quando induimur Christum. Tertio exponit quod dixerat, *Sicut in die honeste ambulemus*. per hoc quod subdit. *Et carnis curam ne feceritis in desideriis*. In hoc enim pulchritudo honestatis consistit, vt homo non carnem spiritui, sed spiritum præferat carni, supra. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Sed notandum quòd non dicit simpliciter, *Carnis curam ne feceritis*. quia quilibet tenetur, vt carnis curam gerat ad sustentandam naturam, secundum illud Ephe. 2. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet &c. Sed addit, *In desideriis*, vt. s. inordinata carnis desideria, idest concupiscentias non sequamur. Vnde dicitur Gal. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christũ, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIIII. LEC. I.

INFIRMVM autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autẽ infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantẽ non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illũ assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat, aut cadit. Stabit autẽ: potens est enim Deus statuere illũ. Nã alius iudicat diẽ iter diẽ, alius autẽ iudicat omnẽ diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diẽ, dño sapit: & qui mãducat, dño mãducat. Gratias enim

†Tom. 10. in ser. de sanc. ser. 41

5. cap. 22.

† In Epist. secundã ad Thim. c. 2.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quomodo aliquis debeat perfectus fieri, hic ostendit quomodo perfecti debeant se habere ad imperfectos. Et primo ostendit quòd non debẽt eos scandalizare, vel iudicare. Secundo ostendit quõ debent eos sustentare. 15. cap. ibi *Debemus autem nos firmiores &c.* Circa primũ duo facit. Primo prohibet inordinata iudicia. Secundo prohibet infirmorum scandala, ibi *Sed hoc iudicate magis &c.* Circa primum tria facit. Primo proponit admonitionem. Secundo exponit eam, ibi *Alius enim &c.* Tertio rationem assignat, ibi *Deus enim illum &c.* Circa primum considerandum est, quòd in primitiua ecclesia aliqui ex Iudæis conuersi ad Christum, credebant legalia cum euangelio esse seruanda, vt patet Actu. 15. Et hos Apostolus vocat infirmos in fide Christi, quasi nondum perfecte credentes, quòd fides Christi sufficiat ad salutem: perfectos autem vel firmos in fide vocat eos, qui fidem Christi sine legalibus credebant esse seruandam. De vtrisque tamen erant aliqui Romæ inter fideles Christi. Alloquitur ergo Apostolus perfectos in fide, dicens, Dictum est quòd sic debetis induere dominum Iesum Christum. *Assumite autem*, idest, affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum, *Infirmum in fide*, sicut expositum est, de quo potest intelligi illud Sap. 9. Infirmus homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Infra. 15. Suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos. Eccle. 29. Propter mandatum assume pauperem. Et hoc *non in disceptationibus cogitationum*, idest, non disceptando propter hoc quòd vnus contra alium cogitat, dum scilicet illi qui legalia seruabant, iudicabant tanquam transgressores eos qui non seruabant. Et illi qui non seruabant, contemnebant tanquam errantes & ignorantes qui seruabant, supra. 2. Cogitationum inuicem accusantium, aut defendentium &c. Deinde cum dicit, *Alius enim &c.* Exponit quod dixerat. Et primo ostendit qui sunt infirmi in fide, Secundo ostendit qualiter sint disceptationes cogitationum vitandæ, ibi, *Is qui manducat &c.* Circa primum considerandum est, quòd inter cæteras legales obseruantias, vna erat discretio ciborum, propter aliquos cibos in lege prohibitos, vt patet Leui. 11. & hac quidem obseruantia quotidie erat vtendum, vel non vtendum. Et ideo de hoc mentionem fecit specialiter Apostolus, dicens;

Alius enim inter vos qui scilicet est perfectus in fide *Credit se* posse licite manducare omnia, eo quòd non reputat se astrictum ad legales obseruantias. Matt. 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem. 1. Tim. 4. Oīs creatura Dei bona est & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur &c. In veteri tũt lege prohibebantur aliqui cibi, non quia naturaliter essent immundi. Sicut enim in verbis hoc nomen stultus significat aliquod malũ, quamuis hoc nomẽ sit bonum, ita in rebus quoddam animal bonum est secũdum naturam, sed significatione est malum, sicut porcus qui significat immunditiam. Et ideo prohibitus est antiquis esus illarum carnium, vt significaretur in eorum vitatione, vitatio immũditię. Tota enim illius ueteris populi vita figularis erat, vt † Aug. dicit in libro contra Faustum. Veniẽte autem Christo qui est veritas cessauerunt figuræ. Subdit autem quantum ad infirmum; *Qui autem infirmus est, olus manducet*, quasi dicat, Illis cibis vtatur quibus non occurrit aliquod immũdum in lege prohibitum. In singulis enim generibus animalium, puta terrestribus, volatilibus, & aquaticis, quædam genera erant concessa, & quædã prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitum, vt patet Leui. 11. Et huius potest esse ratio duplex. Vna est, quia terræ nascentia fuerunt a principio concessa homini ad edendum, secũdum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam. Sed post diluuium primo legitur homini concessus carniũ esus. Vnde dicitur Gen. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, scilicet animalium genera. Alia ratio est, quia primam prohibitionem de abstinendo a quibusdam terræ nascentibus homo in paradiso transgressus fuerat, vt patet Gen. 3. & propter hoc non erat ei similis prohibitio iteranda. Sed cum legalia cessauerunt in Christi passione, videtur quòd inconuenienter Apostolus infirmis in fide permittat, quòd a cibis prohibitis in lege abstineant, quod nunc in Christianis non sustinetur ab ecclesia. Sed distinguendum est triplex tempus, secundum † August. quantum ad legalia. Quorum primum est tempus ante passionem Christi, in quo legalia suum robur obtinebant quasi adhuc viuentia. Secundum autem tempus est, post passionem Christi ante diuulgationem euãgelii: in quo quidem tempore legalia mortua erant: quia nullus ad ea tenebatur, nec obseruata aliquid conferebant alicui, nondum tamen erãt mortifera, quia sine peccato poterãt Iudæi ad Christũ conuersi legalia obseruare, & pro illo tempore loquitur hic Apostolus. Tertium autem tempus est post diuulgationem euangelii, in quo legalia non solum sunt mortua, sed mortifera, vt quisquis ea obseruet, peccet mortaliter. Exponitur autem & aliter in glosa, vt dicatur; *Infirmus*, qui est ad lapsum vitiorum carnalium pronus, & huic consulendũ est quòd comedat; *Olus*, idest tenues & aridos cibos, qui nõ sunt fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus excitat̃ libido. Sed alius qui est fortior credit se absque periculo posse omnia manducare, & hæc differentia apparet. Matt. 9. Inter discipulos Christi qui non ieiunabant tanquam confortati præsentia Christi, & discipulos Ioannis Baptistæ, qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiam agentes a quibusdam cibis abstinent, non propter eorum immunditiam, sed ad libidinem refrenandam. Deinde cum dicit, *Is qui manducat &c.* exponit quomodo sunt vitandæ disceptationes cogitationum. Et primo quantum ad perfectos, dicens, *Is qui manducat*, scilicet cum secura conscientia omnia, vel etiam sine periculo libidinis, *Non spernat non manducantem*, scilicet indifferenter omnia tanquã infirmum in fide, vel quasi pronum ad vitia. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Lucæ 10. Qui vos spernit me spernit. Secundo loquitur quantum ad infirmos, dicens, *Et qui non manducat*, scilicet indifferenter omnia, vel quia est infirmus in fide, de quo loquitur Apostolus, vel etiam quia pronus est ad libidinẽ, *Non iudicet manducantem*, scilicet indifferenter omnia, quasi transgressorem legis, vel quasi in libidinem præcipitem, Matt. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. supra 2. Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. Deinde cum dicit, *Deus enim illum assumpsit &c.* assignat tres rationes propter quas debemus a falso iudicio abstinere. Secunda ponitur, ibi, *Suo domino &c.* Tertia ibi, *Tu autem qui iudicas &c.* Prima ratio sumitur ex authoritate iudicantis. Vnde primo ostendit hanc authoritatem Deo competere. Secundo cõcludit quòd iudicium ad homines non pertinet, ibi, *Tu quis es &c.* Dicit ergo primo, Recte dictum est, quòd qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim assumpsit illum, scilicet in seruum a se iudicandum. Zac. 11. Assumpsi mihi duas virgas, idest duos populos. Psal. 17. Assumpsit me de aquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari. & ideo concludit, *Tu quis es*, idest cuius authoritatis vel virtutis es, *Qui iudicas alienum seruum*? id est, proximum tuum, qui est seruus Dei? Requiritur enim in iudicante authoritas, secundũ illud Exo. 2. Quis constituit te principem, & iudicem super nos? Et Luc. 12. Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Sed ex hac ratione sequi videtur hominis iudicium de alio homine esse illicitum. Sed dicendum est, quòd in tantum hominis iudicium licitum est, in quantum agitur authoritate concessa diuinitus. Vnde dicitur Deute. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et postea sequitur. Quia Dei est iudicium, id est, authoritate diuina agitur. Si quis uero velit sibi vsurpare iudicium super ea, quæ non sunt ei diuinitus concessa ad iudicandum, est iudicium temerarium, sicut si quis iudex delegatus a Papa, vellet in iudicando transgredi mandati fines. Deus autem soli sibi reseruauit iudicare occulta, quæ præcipue sunt cogitationes cordium, & futura. Et ideo si quis de his iudicare præsumpserit, est temerarium iudicium. Vnde Aug. † dicit in lib. de sermone domini in monte. In his duobus temerarium est iudicium, cum uidelicet incertum sit quo animo quid factum sit: vel incertum qualis futurus sit, qui nunc uel bonus vel malus apparet. Deinde cum dicit; *Suo domino stat, aut cadit &c.* ponit secundam rationem, quæ quidem sumitur ex fine meriti vel demeriti. Posset aliquis dicere, quòd licet homo non habeat iudiciariam authoritatem, tamen intromittere se debet iudicio alterius propter damnum vel fructum, qui inde prouenit, sed Apostolus ostendit hoc ad Deum magis, quam ad homines pertinere. Et sic etiam propter hoc debemus Deo proximorum iudicia relinquere, nisi inquantum uice ipsius fungimur in iudicando, per authoritatem nobis commissam. Circa hoc tria facit, Primo proponit quod intendit. Secundo, exemplificat, ibi; *Nam alius iudicat &c.* Tertio probat propositum, ibi; *Qui sapit diem &c.* Circa primum duo proponit. Primo quòd quicquid circa hominem accidit ad Deum pertinet, cum dicit; *Suo domino stat*. scilicet recte agendo. Psalm. 147. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalẽ; *Aut cadit*, scilicet peccando. Amos. 5. Domus Israel cecidit & non adiiciet vt resurgat. Ponit autem sub disiunctione, stat aut cadit, propter incertitudinem, quia multi videtur cadere qui stant, & econuerso, ꝓm illud Eccle. 8. Vidi impios sepultos, qui cum adhuc viuerent in loco sancto erant & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Loquitur autem hic Apostolus ꝓm similitudinem hominis serui, ad cuius dominum pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligendum est quòd Deo aliquid proficiat, vel noceat si homo stet aut cadat. Dicitur enim Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? porro si iuste egeris, quid ei donabis? Sed quantum ad homines, id quod iuste agimus ad gloriam Dei spectat. Matth. 5. Vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quod autem cadimus peccando, est hominibus occasio blasphemandi Deum, supra 2. Nomen Dei propter vos blasphematur inter gentes. Vel quod dicit, *Suo domino stat, aut cadit*, exponendum est in iudicio domini sui. 1. Corinth. 4. Qui iudicat me, dominus est. Secundo ostendit quod hominis statum iudicare ad Deum pertinet, dicens; *Stabit autem*, quasi dicat, Et si aliquis nunc cadat per peccatum, tamen potest esse quòd iterum stabit. Et hoc omnino implebitur, si est prædestinatus. Psalm. 40. Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Mich. 7. Ne lęteris inimica mea quia cecidi, resurgam. Et propter hoc si videmus aliquem manifeste cadentem, non debemus eum despicere temerarie iudicando de eo, quòd numquam resurget, sed magis debemus præsumere quòd iterum stabit, non ex consideratione conditionis humanæ, sed considerando virtutem diuinam. Vnde cum dicit; *Potens est Deus statuere illum*, propter eius bonitatem præsumere debemus, quòd iterum statuet eũ. Ezec. 3. Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos, sicut & supra dictum est. Si non permanserint in incredulitate, inserentur, potens enim est Deus iterum inserere illos. Deinde cum dicit; *Nam alius iudicat &c.* Exemplificat quod dictum est. Et primo proponit diuersitatem humanæ sententię, dicens, Ideo dico quòd; *Suo domino stat, aut cadit. Nam alius iudicat inter diem & diem*, i. iudicat inter vnũ diẽ & aliũ, vt. s. vno die abstineat, & non alio. Quod quidem videtur pertinere ad infirmum in fide, qui reputat adhuc legalia esse obseruanda. Dicitur enim Leui. 23 Decimo diẽ mẽsis septimi, dies expiationum erit, affligetisque animas vestras in eo. Et Iudith. 8. dicitur ꝙ Iudith ieiunabat oībus diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. Alius autem iudicat omnem diẽ indifferẽter esse obseruandum, quantũ ad ceremonialia legis, quæ iam cessauerunt. Vnde hoc videtur pertinere ad eum qui est perfectus in fide, Psalm. 144. Per singulos dies benedicam tibi. Potest hoc etiam referri ad abstinentias quæ fiunt causa cohibendæ libidinis, quibus omni die aliqui vacant, puta qui perpetuo a carnibus vel vino abstinent vel ieiunant. quidam autem interpositis diebus abstinent, & ab abstinentia cessant secundum, illud Eccl. 3. Omnia tempus habent. Secundo ostendit hæc omnia, posse ad Dei gloriam pertinere, dicens, *Vnusquisque in sensu suo abundet*, idest suo sensui dimittatur. Abundare enim in sensu suo, est sensum suum sequi, Eccl. 15. Deus ab initio cõstituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Vel *In sensu suo*, idest secundum sensum suum studeat abundare ad gloriam Dei, secundum illud 1. Cor. 14. Ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Sed hoc videtur locum habere in his quæ non sunt secundum se mala. In his autem quæ sunt secundum se mala, non est homo suo sensui relinquendus. Quòd autem aliquis iudicet diem inter diem, videtur esse secũdum se malum, secũdum primam expositionem. Dicitur enim Gal. 4. Dies obseruatis & menses & tempora & annos, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Et loquitur ibi ad literam de his, qui dixerunt dies obseruandos secundum ceremonias legis. Sed dicendũ, quòd Apostolus hic loquitur secundum tempus illud in quo Iudæis ad fidem cõuersis, licitum erat legalia obseruare, vt dictum est: sed quantum ad secundam expositionem videtur esse illicitũ quod dicit, *Alius iudicat omnem diem*. Sunt enim quidam dies in quibus non est licitum ieiunare. Dicit enim August. in Epistola ad Casulanum, † Quisquis diem dominicum ieiunio decernẽdũ esse putarit, non paruo scandalo esset ecclesiæ: Nec immerito. Illis enim diebus, quibus nihil certi statuit ecclesia vel scriptura diuina, mos populi Dei & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt. Et in Decretis dicitur di. 30. Si quis p̃sbiter p̃p̃ publicã pænitentiam a sacerdote acceptam, absque alia necessitate die dominica pro quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, Anathema sit. Sed intelligendum est quòd hic Apostolus loquitur quantũ ad illas abstinentias, quæ quolibet die licite fieri possunt absque dissonantia communis cõsuetudinis, vel eorum quæ sunt a maioribus instituta. Deinde cũ dicit, *Qui sapit diem &c.* Probat propositum, quòd scilicet vnusquisque suo domino stet, aut cadat: & hoc tripliciter. Primo per actum fidelium. Secundo p intentionem eorum, ibi. *Nemo enim vestrum &c.* Tertio per eorũ conditionem, ibi *Siue ergo viuimus, siue morimur &c.* Probat ergo primo, quomodo vnusquisque fidelium suo domino stat, aut cadit, per hoc quòd de omnibus quæ fecit secundum suam cõscientiam, gratias agit Deo. Vnde dicit. *Qui sapit diem*, vt scilicet vno die abstineat & alio die ab abstinentia cesset, *Domino sapit*, idest ad reuerentiam Dei cibos discernit, sicut etiam nos discernimus vigilias festorum in quibus ieiunamus, a diebus festis quibus ieiunium solumus propter reuerentiã Dei. Eccle. 33. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicant omnem diem, quorum quidam omni die a ieiunio cessabant, sicut dicitur Matt. 9. quòd discipuli Christi non ieiunabant. Vnde dicit. *Et qui manducat* scilicet omni die, *Domino manducat*. idest ad gloriam domini, quod per hoc patet, *Gratias enim agit Deo*. scilicet de cibo assumpto. 1. Timo. 4. Abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus. Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur, &c. Vlterius quantum ad eum qui sic iudicat omnem diem, vt scilicet omni die abstineat subdit. Et qui non manducat idest abstinet omni die, domino, idest ad honorem domini non manducat. Et hoc patet per hoc quòd gratias agit Deo, qui sibi dedit voluntatem & virtutem abstinendi, 1. Thess. vltimo. In oībus gratias agite. Sed quod hic dicit Apost. de his qui oī die, vel abstinebãt vel ab abstinẽtia cessabant, debet intelligi quãtũ ad illud tempus, in quo hoc non erat contrarium statutis maiorum, nec communi consuetudini populi Dei. Deinde cum dicit, *Nemo enim vestrum sibi viuit &c.* probat idem ex intentione fidelium. Et primo excludit inordinatam intentionem, dicens, Recte dico quòd vnusquisque domino suo stat aut cadit. Nemo nostrum sibi viuit vel naturali vita, vel spirituali, de qua dicitur Abac. 2. Iustus autem meus ex fide uiuit, *sibi*, idest propter seipsum, quia hoc esset sui seipso. 1. Corin. 10. Non quærens quod mihi utile est, Psalm. 113. Non nobis domine, non nobis &c. Vel sibi, idest secundum suam regulam, sicut qui dicunt Sapien. 2. Sit fortitudo nostra lex i iustitiæ, uel sibi. i. suo iudicio. 1. Cor. 4. Sed neque meipsum iudico; *Et nemo moritur*, scilicet morte corporali, uel morte spirituali peccando, vel etiam morte spirituali, qua quis moritur vitiis, puta in baptismo, secũdum illud supra. 6. Qui mortuus est, iustificatus est a peccato. Vel sibi, id est, suo iudicio, uel propter seipsum aut suo exemplo, sed exemplo Christi moritur aliquis a uitiis. Rom. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, & infra, Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato. Secundo, ostendit qualis sit recta intentio fidelium, dicens; *Siue enim uiuimus*, vita corporali; *Domino uiuimus*, id est ad gloriam domini; *Siue morimur* morte corporali; *Domino morimur*, id est, ad honorem domini. Phil. 1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem siue per uitam. Vel sic exponatur, quòd dicit uiuimus & morimur de uita, & morte spirituali exponendum est, quòd dicit domino, i. iudicio domini. qui constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum, ut dicitur Act. 10. Deinde cum dicit; *Siue ergo uiuimus &c.* ostendit propositum ex conditione fidelium. Et primo concludit ex premissis, conditionem fidelium. s. quòd non sunt sui, sed alterius. Illi enim qui sui sunt, sicut liberi homines sibi uiuunt, & sibi moriuntur. Quia ergo dictum est, ꝙ fideles non sibi uiuunt aut moriuntur sed domino, concludit sic; *Siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus*, quasi serui eius qui habet potestatem uitæ, & mortis. 1. Corint. 7. Præcio empti estis, nolite fieri serui. Empti enim estis præcio magno. 1. Para. 12. Tui sumus o Dauid, & tecum fili Ysai. Secundo, assignat causam huius conditionis, dicens; *In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit*, id est, hoc adeptus est sua morte, & resurrectione, ut uiuorum dominaretur, quia resurrexit, uitam nouam & perpetuam inchoando. Et mortuorum, quia mortem nostram moriendo destruxit. 2. Cor. 5. Pro quibus mortuus est Christus, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Sic igitur per omnia prædicta Apostolus probauit, quòd unusquisque domino suo stat, aut cadit, per hoc, scilicet, quòd fideles gratias agũt Deo, & quòd domino uiuunt, & moriuntur, & quòd domini sunt, & in morte, & in uita. Deinde cum dicit; *Tu autem quid iudicas? &c.* ponit tertiam rationem, quæ sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primo proponit superfluitatem præsentis iudicii, dicens; *Tu autem quid iudicas?* id est, qua utilitate uel necessitate iudicas; *Fratrem tuum* temere de occultis, quæ tuo iudicio non sunt commissa? Aut tu alius, qui iudicaris, quare spernis fratrem tuum pro nullo reputans, ab eo iudicari? Malac. 2. Quare despicit unusquisque fratrem suum. Secundo, prænuntiat futurum Christi iudicium, quasi dicat. Recte dico cur iudicas, quia non debes timere, quòd absque iudicio remaneat; *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*. Dicitur enim tribunal Christi eius iudiciaria potestas, sicut & Matth. 25. dicitur, Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Dicit autem; *Omnes stabimus*, quasi iudicandi, tam boni, quam mali, quantũ ad remunerationem, uel punitionem. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed quantum ad discussionem, non omnes stabunt, ut iudicandi, sed quidam consedebunt, ut iudices. Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Tertio ibi; *Scriptum est enim &c.* probat quod dixerat. Et primo inducit authoritatem. Secundo infert conclusionem, ibi; *Itaque unusquisque &c.* Dicit ergo primo, dictum est quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, & hoc patet per authoritatem sacræ scripturæ, Scriptum est enim, Esa. 45. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Litera nostra sic habet. In memetipso iurauí, quia mihi curuabitur oē genu & iurabit omnis lingua. Tria autem in his uerbis ponuntur. Primo quidem iuramentum, quod interdum in uerbis Dei ponitur ad ostendendum id, quod dicitur firmum, esse immutabilitatem diuini consilii, non autem esse mutabile sicut ea, quæ prænunciantur secundum causas inferiores, ut prophetia comminationis. Vnde dicitur in Psal. 109. Iurauit dns & non pœnitebit eum. Homines autem ut Apostolus dicit Hebr. 6. ꝙ maiorem sui iurant. Quia uero Deus non habet maiorem, in quo maior firmitas consistat ueritatis, per seipsum iurat. Ipse autem est ipsa uita & fons uitæ: secundum illud Deut. 30. Ipsa est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum &c. Psalm. 35. Apud te est fons uitæ &c. & ideo forma iuramenti domini est.

sumus. In hoc n. Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus.

agit Deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrũ sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini

† Lib. 6. ca. 2. & 7.

Epist. 19.

Epist. 86.

Viuo ego, quasi dicat. Iuro per vitam, qua ego singulariter viuo. Secundo, prænuntiatur subiectio communis creaturæ ad Christum, cum dicitur; *Quoniam mihi*. s. Christo; *Flectetur omne genu*. In quo designatur perfecta subiectio rationalis creaturæ ad Xpm. Solent.n. homines in signum subiectionis, maioribus flectere genua. Vnde Phil. 2. dicitur. In nomine Iesu oē genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Tertio, prænunciat fidei confessionē, qua oēs gloriam Christi confitebuntur. Vnde sequitur: *Et omnis lingua confitebitur Deo*. i. confitebitur Christum esse dominum, £m illud Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dñs noster Iesus Xps in gloria est Dei patris. Omnis enim lingua intelligi potest expressio cognitionis siue hominum, siue angelorum: £m illud. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. hoc autem impletur nunc in hac vita, non quantum ad singulos homines, sed quantum ad genera singulorum. De quolibet.n. genere hominum, nunc aliqui Xpo subiiciuntur, & ei confitentur per fidem, sed in futuro iudicio omnes, & singuli ei subiicientur, boni quidem voluntarie, mali autem inuiti. Vnde dicitur Heb. 2. in eo, ꝙ ei oīa subiecit, nihil dimisit, nō subiectū ei: nunc aūt, nec dū videmus oīa subiecta ei. Deinde cū dicit; *Itaque unusquisque &c.* infert conclusionem ex dictis. Et primo conclusionem intentam ex eo, quòd immediate dixerat, dicens; *Itaque* ex quo Christo; *Flectitur omne genu*, vnusquisq; nostrum per se reddet rationem Deo. s. ante tribunal Christi. Matth. 12. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddenti Deo rationem in die iudicii. Et 18. Assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Sed videtur quòd non quilibet per se rationem reddet, sed vnus pro alio. Heb. vlti. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed dicendum, quòd in hoc ipso, quòd prælati pro aliis rationem reddent, reddent rationem pro suis actibus, quos circa subditos agere debuerunt. Si enim fecerunt, quod competebat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur aūt eis si negligerent facere, quod eorum officium requirebat. Vnde dicitur Ezech. 3. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Secundo, infert conclusionem principaliter intentam in tota præcedenti parte, dicens, *Non ergo amplius inuicem iudicemus* scilicet temerario iudicio, quod includitur rōnibus supradictis. 1. Cor. 4. Nolite ante tps iudicare &c.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus prohibuit humana iudicia, hic prohibet scandalum proximorum, & circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifestat propositū, ibi; *Si enim propter cibum &c.* Circa primum proponit tria. Primo enim docet scandala esse vitanda, dicens, Dixi, ꝙ non iudicetis inuicem, sed vnusquisque de suis actibus iudicare debet, ne sint in scandalum aliorum, & hoc est quod dicit; *Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculum, uel scandalum*
Lib.2.c.15. Scandalum aūt sicut dicit Hier. super Matt. notat ostendiculū, vel ruinam, quam impactionem pedis possumus dicere. Vnde scandalum est factum, vel dictum minus rectum, præbens alicui, occasionem ruinæ, ad similitudinem lapidis, ad quem in via positum homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid videtur esse scandalum, q̄ offendiculum. Nam offendiculum potest esse quicquid retinet, seu retardat motum procedentis: scandalum aūt. i. impactio vr esse, cum aliquis disponit ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculum, vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximus a via iustitiæ. Esa. 57. Auferte offendiculū de via populi mei. Neq; ēt debemus fratri ponere scandalum aliquid faciendo, vnde ipse inclinetur ad peccatum. Matth. 18. Væ homini illi, per quē scandalum venit. Secundo, docet id ex quo scandalum putabatur esse, £m suam naturam, siue £m se licitū. Circa quod sciēdū est, ꝙ sicut supra dictum est, apud Romanos erant quidam ex Iudeis ad fidem Christi conuersi, qui cibos, £m legem discernebant: alii vero habentes fidem perfectā, indifferenter omnibus cibis vtebantur, quod quidem £m se licitum erat. Vnde dicit; *Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est commune per ipsum*. Circa quod notandum est, ꝙ sicut dicit Hier. super Mat. ꝙ populus Iudæorum partē Dei se esse iactans cōes cibos vocat quibus oēs vtuntur homines, verbi grā suillam carnē, lepores & huiusmodi: & cæteræ gentes, quæ talibus vtebantur cibis non erant de parte Dei, iō talis cibus immundus appellatur. Qd ergo dicit; *Nihil commune est*, idē ac si diceret nihil immundū est. Et hoc quidē Apostolus primū dicit se scire, quia ita est £m rerū naturam, £m illud. 1. Timo. 4. Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciēdum, quod cū gratiarum actione percipitur. Secundo dicit se cō

SED hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei, qui existimat, quid cōe esse, illi cōmune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere ꝓ quo Xps mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Nō est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.

fidere in Xpo Iesu, quia p seipsum nihil est cōe, quia. s. cibi £m suam naturā numquam fuerunt immundi, vitabantur tñ aliquo tpe vt immundi £m legis pceptum pp figuram, sed hoc Xps remouit implēdo oēs figuras. Et iō Apostolus p fiduciam, quā habet in dño Iesu asserit *nihil esse cōe* vel immundum *per ipsum*. i. ipso hoc faciente. Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne cōe dixeris. Tertio ostendit, qūo hoc posset esse per accidens illicitū, in quantum. s. est cōtra conscietiā manducātis. Vnde dicit. Dictū est, quod *nihil est cōe*. Sed hoc intelligēdū est, nisi ei qui erronea conscientia estimat quid. i. aliquid ciborum cōe esse. i. immundū, illi cōe est. i. ita est illicitum sibi, ac si esset, £m se immundū. Tit. 1. Oīa munda mundis, coinquinatis aūt, & infidelibus nihil mū dū est, sed inquinata est eorū mens, & conscientia, & sic apparet, ꝙ aliquid, quod est £m se licitum, efficitur illicitū ei, qui id contra suā conscientiā agit, licet cōscientia sua sit erronea, quod rōnabiliter accidit. Nā actus iudicātur, £m voluntatē agentium. voluntas aūt movetur a re apprehensa. Vnde in id voluntas tendit, ꝙ ei vis apprehēsiua representat, & £m hoc qualificat, vel specificatur actio. Si igit rō alicuius iudicet aliquid esse peccatū, & voluntas ferat, in id faciendū, manifestū est, ꝙ hō habet voluntatem faciendi peccatum, & ita actio eius exterior, q̄ informatur ex voluntate, est peccatū. Et eadē rōne si aliquis estimet, id quod est veniale peccatū, esse mortale peccatū, si hac conscientia durante illud faciat, manifestū est, ꝙ elegit peccare mortaliter, & ita actio eius pp suā electionē est peccatū mortale. Si tñ aliquis post factū habeat cōsciētiā erroneā p quā credat, id quod est licitū a se factū fuisse peccatū, vel quod est veniale fuisse mortale, nō pp hoc efficitur id quod est prius, vel peccatū, vel mortale, quia voluntas, & actio nō informantur ex apprehensione sequenti, sed ex pcedenti. Hæc aūt, q̄ dicta sunt dubitationē non habent, sed dubiū pōt esse, vtrū si aliquis habeat erroneā conscientiā vt credat esse necessariū, ad salutē, ꝙ est peccatū mortale, puta si aliquis æstimet se peccare mortaliter nisi furet vel fornicet, vtrū talis
I cōscientia eū liget, ita. s. ꝙ si cōtra cōsciētiā agat mortaliter peccet. Et vr ꝙ non. Primo quidē quia lex Dei, q̄ prohibet fornicationem & furtū fortius ligat, q̄ cōsciētia. Secundo quia hoc posito esset perplexus: peccaret.n. & fornicando, & nō fornicando. Sed dicendum est, ꝙ ēt in per se malis conscientia erronea ligat. In tm.n. conscientia ligat, vt dictum est inquātū ex hoc ꝙ aliquis contra cōscientiā agit, sequitur ꝙ habeat voluntatē peccandi, & ita si aliquis credat nō fornicari esse peccatū mortale, dum eligit non fornicari, eligit peccare mortaliter, & ita mortaliter peccat. Et ad hoc ēt facit, quod hic dicit Apostolus: Manifestum est enim ꝙ discernere cibos, quasi necessariū ad salutē erat illicitū, quia nec Iudæis conuersis ēt ante diuulgatonem euangelii licebat seruare legalia spē ponendo in eis, quasi essent necessaria ad salutē, Epist.
vt Augu. dicit. Et tamen Apostolus hic dicit, quòd si quis habens conscientiam cogentem discernere cibos, quod est æstimare, aliquid esse commune, &; *Non discernit eos*, scilicet
K abstinendo ab eis, peccat ac si manducaret immundum. Et ita etiam in per se illicitis, conscientia erronea ligat. Nec obstat, quod primo obiicitur de lege Dei, quia idem est ligamen conscientiæ etiam erroneæ, & legi Dei. Non enim conscientia dictat, aliquid esse faciendum vel vitandum, nisi quia credit, hoc esse contra vel secundum legem Dei. Non enim lex nostris actibus applicatur, nisi mediante conscientia nostra. Similiter etiam nec obstat, quod secundo obiicitur. Nihil enim prohibet aliquem esse perplexum, aliquo supposito, licet nullus sit perplexus simpliciter: sicut sacerdos fornicarius, siue celebret missam, siue non celebret, quando debet ex officio, peccat mortaliter, non tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatum dimittere, & celebrare. Et similiter potest, aliquis conscientiam erroneam dimittere, & a peccato abstinere. Est autem, adhuc alia dubitatio. Non enim dicitur scandalizare, qui facit opus rectum, licet etiam ex eo aliquis sumat materiam scandali. Legitur enim Matth. 15. quòd pharisei audito verbo Christi, scandalizati sunt, sed non discernere

discernere cibos est opus rectum: ergo non est dimittendum propter scandalum eius qui peruersam conscientiam habet errans in fide. Nam secundum hoc, catholici deberent abstinere a carnibus & matrimonio, ne inde hæretici scandalizarentur secundum erroneam conscientiam. Sed dicendum est, ꝙ aliquis scandalizare aliū potest non solum faciendo aliquod malum, sed etiam aliquid faciendo quod habet speciem mali, secūdum illud 1. Thess. vlti. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autem aliquid habere speciem mali dupliciter. Primo videlicet secūdum opinionem eorum, qui sunt ab ecclesia pręcisi. Secundo secundum opinionem eorum, qui adhuc ab ecclesia tolerantur. Infirmi autē in fide existimantes legalia esse obseruanda, adhuc tolerabant ab ecclesia ante euangelii diuulgationem. Et ideo non erat comedendum cum eorum scandalo, de cibis in lege prohibitis. Hæretici autem non tolerantur ab ecclesia: & ideo de eis non est similis ratio. Deinde cum dicit. *Si enim propter cibum &c.* manifestat quod dixerat. Et primo primum, scilicet quòd non sit ponendum scandalum fratribus. Secundo secundum & tertium, quomodo scilicet sit aliquid commune, ibi; *Omnia quidem munda sunt &c.* Circa primum ponit quatuor rationes, quarum prima sumitur ex parte charitatis, dicens, *Si enim frater tuus contristatur* de hoc quòd reputat te peccare propter cibum quem tu comedis, quem ipse reputat immundum, *iam non secundum charitatem ambulas*, secundum quam aliquis proximum suum diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius cōtristationē, & non præfert cibū quieti fratris, quia ut dicitur 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Secundam rationem ponit, ibi; *Noli cibo tuo &c.* Quæ sumitur ex parte mortis Christi. videtur enim parum appreciare mortem Christi qui pro cibo fructū eius euacuare non recusat. Vnde dicit; *Noli cibo tuo*, quem tu scilicet indifferenter comedis non discernendo cibos; *Illum perdere*, idest scandalizare *pro quo*, idest, pro cuius salute *Christus mortuus est* 1. Pe. 3. Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, iustus pro iniustis. Dicit autē illum perdi qui scandalizatur, quia scandalum passiuum sine peccato scandalizati esse non potest. Ille enim scandalizatur, qui occasione sumit ruinæ. 1. Cor. 8. Peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiam rationem ponit, ibi; *Non ergo blasphemetur &c.* quæ sumitur ex donis spiritualis gratiæ. Et primo ostendit inconueniens quod sequitur contra huiusmodi dona ex eo, quòd alios scandalizamus. Secundo manifestat quod dixerat, ibi; *Non enim &c.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Itaque quæ pacis sunt sectemur &c.* Circa primum considerandum est, quòd ex hoc quòd aliqui indifferenter cibis vtebātur in primitiua ec-
D clesia cum scandalo infirmorum, hoc inconueniens sequebatur, quòd infirmi fidem Christi blasphemabant, dicētes eam voraci tatem ciborum inducere contra legis mandatum. Et ideo Apostolus dicit, Ex quo per dominum Iesum factum est, quòd nihil est commune, *non ergo bonum nostrum*, idest fides vel gratia Christi, per quam libertatem a cęremoniis consecuti estis, *blasphemetur* ab infirmis dicentibus eam gulæ hominum indulgere. Iaco. 2. Ipsi blasphemant nomen bonum, quod inuocatum est super vos. De hoc bono dicitur in Psal. 72. Mihi adhęrere Deo, bonū est. Deinde cum dicit; *Non enim &c.* manifestat quod dixerat, scilicet in quo bonum nostrum consistat. Et primo ostendit in quo non consistat, dicens; *Non enim est regnum Dei esca & potus*. Regnum autem Dei dicitur hic id, per quod Deus regnat in nobis, & per quod ad regnum ipsius peruenimus: de quo dicitur Matt. 6. Adueniat regnum tuum. & Mich. 4. Regnabit dominus super omnes in monte Sion. Deo autē coniungimur, & subdimur per interiorem intellectum, & affectum, vt dicitur Ioan. 4 Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Et inde est quòd regnum Dei ptincipaliter consideratur secundum interiora hominis, non secundum exteriora. Vnde dicitur Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Ea vero quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia, in tantum ad regnum Dei pertinēt, inquantum per ea ordinatur, vel deordinatur interior affectus, secundum ea in quibus principaliter consistit regnum Dei. Et ideo cum esca, & potus ad corpus pertineāt, ipsa secundum se non pertinent ad regnum Dei, nisi secundum quod eis vtimur, vel ab eis abstinemus. Vnde dicitur 1. Cor. 8. Esca autem nos non cōmendat Deo. Neque enim si non manducauerimus, deficiemus: neque si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen vsus, vel abstinētia escæ, & potus ad regnum Dei, inquantum affectus hominis circa hoc ordinatur, vel deordinatur. Vnde August. dicit in lib. de quęstionibus euangelii, & habetur hic in Glo. Iustificatur sapientia a filiis suis, qui intelligunt non in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia non se corrumpendi per abundantiam, atque importunitatem sumendi. Non enim interest quomodo (vt in Glo. dicitur) quid alimentorum, vel quā tum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quib. viuit, & pśonæ suę, & pro valetudinis suæ necessitate, sed quanta facultate, & seueritate animi careat his vel cum oportet, vel cum necesse est his carere. Secundo, ostendit in quo consistat bonum nostrum
B quod regnum Dei vocat, dicens; *Sed regnum Dei est iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto*. Vt iustitia referatur ad exteriora opera, quibus homo vnicuique reddit quod suum est ad voluntatem huiusmodi opera faciendi, vt dicitur Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Pax autem referatur ad effectum iustitiæ. Per hoc enim pax maxime perturbatur, quòd vnus homo non exhibet alteri, quod ei debet. Vnde dicitur Esa. 32. Opus iustitiæ pax. Gaudium autem referendum est ad modum, quo sunt iustitiæ opera pficienda, vt em dicit Philosophus in 1. Ethic. Non est iustus, qui non gaudet iusta operatione. Vnde & in Psal. 99. dicitur, Seruite domino in lætitia. Causam autem huius gaudii exprimit dicens, In spiritu sancto. Est enim spiritus sanctus, quo charitas Dei diffunditur in nobis, vt dicitur supra. 5. Illud enim est; *Gaudium in spiritu sancto*, quod charitas parit, puta cum aliquis gaudet de bonis Dei, & proximorum. Vnde 1. Corint. 13. dicitur, quòd
C charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Et Gal. 5. dicitur, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax. Hæc autem tria, quæ hic tanguntur, imperfecte quidem in hac vita habentur: perfecte autem quando sancti possidebunt regnum Dei sibi paratum, vt dicitur Matth. 2. ibi erit perfecta iustitia absque omni peccato. Esa. 6. Populus tuus omnes iusti. Ibi erit pax absq; omni perturbatione timoris. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ. Ibi erit gaudium. Esa. 35. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Tertio probat quod dixerat, scilicet, quòd in his regnum Dei consistit. Ille enim homo videtur ad regnum Dei pertinere, qui placet Deo, & a sanctis hominibus approbatur: sed hoc illi contingit, in quo inuenitur iustitia, pax & gaudium. ergo in his est regnum Dei. Dicit ergo, dictum est, quòd; *Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto*. *Qui ergo in hoc seruit Christo*, qui est rex huius regni, secundum illud Colos. 1. transtulit nos in regnum
D filii dilectionis suæ, vt scilicet viuat in iustitia, pace, & spirituali gaudio, *placet Deo*, qui est huius regni actor. Sap. 4. Placens Deo factus dilectus. *Et probatus est hominibus*, id est, ab eis approbatur, qui sunt huius regni participes. Ecclesiast, 31. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Deinde cum dicit; *Itaque &c.* infert admonitionem intentam, dicens, Ex quo regnum Dei consistit in iustitia, pace, & spirituali gaudio, itaque vt ad regnum Dei peruenire possimus, *sectemur ea quæ pacis sunt*, idest, ea studeamus adimplere, per quæ Christianorum pacem conseruemus. Heb. 12. Pacem sequimini & sanctimoniam &c. *Custodiamus inuicem ea, quæ sunt ædificationis*, idest ea, per quæ inuicem nos ædificemus, idest, bonum conseruemus, & in melius; prouocemur. 1. Cor. 4. Ad ædificationem ecclesiæ quærite, vt abundetis. Quod quidem fiet, si in iustitia, & spirituali gaudio vixerimus. Quartam rationem ponit ibi; *Noli propter escam &c.* Quæ sumitur ex reue-
E rentia diuinorum operum, quibus hoc reuerentiæ debemus, vt ea quæ Deus operatur, non debeamus destruere propter aliquod commodum corporale. Et hoc est quod dicit; *Noli propter escam*, quæ ad corporis vtilitatem pertinet *destruere opus Dei*. Quod quidem non intelligitur de quocumque Dei opere. Nam omnia, quæ in cibum hominis veniunt, Dei opera sunt, sicut terræ nascentia, & animalium carnes, quæ sunt hominibus in cibum a Deo concessa, vt patet Gene. 1. & 9. Sed intelligitur de opere gratiæ, quod in nobis ipsis specialiter operatur. Philip. 2. Deus enim est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Hoc igitur opus Dei, non debemus in proximo destruere propter escam nostram, sicut facere videbantur illi, qui turbatione & scandalo proximorum, indifferentibus vtebantur.

LECTIO TERTIA.

Postqvam Apostolus posuit rationem ad ostendendū, ꝙ non debemus cum scandalo proximorum indifferenter sumere omnia, hic ostendit qualiter aliqui sibi possunt esse mundi, & immundi, Et circa hoc duo facit. Primo proponit, quæ sunt munda ex sua natura, dicens; *Omnia quidem*, quæ scilicet ad escam hominis pertinere possunt; *Munda sunt*, scilicet ex sui natura, quia ex sui natura non habent, quòd animam hominis inquinent, secundum illud Matth. 15. Non enim omne quod intrat in os, inquinat hominem. 1. Timot. 4. Omnis creatura Dei bona. Dicebantur autem in lege quædam immunda non natura, sed significatione, vt patet Leuit. 11. Sed & hanc immunditiam Christus remouit implendo veteris legis figuras. Vnde dictum est Petro Act. 10. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris, idest, immundum. Secundo ibi; *Sed malum est homini &c.* ostendit qualiter aliquis cibus homini possit fieri immundus, ut scilicet ex eius esu, secundum animam inquinetur, quod quidem ostendit fieri dupliciter, Primo ex eo, quòd aliquis cibum quemcumque cum scandalo proximorum manducat. Secundo ex eo, ꝙ contra conscientiam manducat, ibi; *Beatus qui non iudicat &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid circa esum ciborum sit malum, dicens, Licet omnia ex sui natura sint munda, sed tamen; *Malum est homini, qui* manducat quemcumque cibum; *Per offendiculum*, idest, cum confusione, & scandalo proximorum. Matth. 19. Væ homini illi, per quem scandalum venit. Secundo, ostendit quid circa huiusmodi vsum ciborum sit bonum, dicens; *Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum*: quorum primum præcipuum esse uidetur inter cibos, scd'm inter potus. Et ab his quidem abstinere ponit bonum esse, uel propter carnis concupiscentiam edomandam, secundum illud Ephes. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vel etiam vt homo reddatur habilior ad spiritualia contemplanda, secundum illud Eccle. 2. Cogitaui a uino abstrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. Sed hoc non intendit hic Apostolus dicere, sed quòd bonum est his non uti cum scandalo proximorum, quod quidem apparet ex hoc, qđ subditur; *Neque in quo frater tuus offenditur &c.* quasi dicat. Non solum dico de uino, & carnibus, quòd bonum est eis non uti, sed quocumque alio cibo; *Frater tuus offenditur*, id est, turbatur contra te, quasi illicite agentem, per quod pax eius perturbatur; *Aut scandalizatur*, idest, ad casum peccati prouocatur, propter quod læditur eius iustitia; *Aut infirmatur*, idest, saltem in dubitationem uenit; utrum hoc quod agitur sit licitum per quod eius spirituale gaudium diminuitur. Vnde & ipse Apostolus dicit. 1. Corin. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Sed cum licitum sit his cibis uti, si est ab his abstinendum propter hoc, quòd uitetur scandalum proximorum, uidetur pari ratione, quòd ab omnibus licitis, quæ non sunt necessaria ad salutem, sicut sunt necessaria iustitia, pax, & spirituale gaudium, sit propter proximorum scandalum abstinendum. Et ita uidetur, quòd homini non liceat sua repetere cum scandalo proximi. Sed dicendum est, quòd si scandalum ex infirmitate vel ex ignorantia proueniat eorum, qui propter hoc scandalizantur, ad uitandum hoc scandalum, debet homo a licitis abstinere, si non sunt necessaria ad salutem. Hoc enim est scandalum pusillorum, quod dominus uitari iubet. Matth. 18. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Si uero huiusmodi scandalum ex malitia proueniat eorum, qui scandalizantur, tale scandalum est quasi pharisæorum, quod dominus Matth. 15. docuit esse contemnendum. Vnde ad vitandum huiusmodi scandalum, non oportet a licitis abstinere. Sed tamen circa scandalum pusillorum attendendum est, quòd propter illud vitandum tenetur homo usum licitorum differre, quousque reddita ratione, hoc scandalum amoueri possit. Si uero ratione reddita adhuc scandalum maneat, iam non videtur ex ignorantia vel ex infirmitate procedere, sed ex malitia, & sic iam pertinebit ad scandalum pharisæorum. Tertio, excludit quandam excusationem. Posset enim aliquis dicere, Licet proximus scandalizetur de hoc, quòd indifferenter ego cibis vtor, tamen ad ostensionem meæ fidei, per quam certum est hoc mihi licere volo indifferenter cibis uti. Sed hanc rationem ex-

LECTIO III.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram Deo. Beatus qui nō iudicat semetipsum in eo, quod probat, qui autē discernit, si māducauerit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

F cludens Apostolus dicit; *Tu*, qui scilicet indifferenter cibis uteris; *Fidem habes*, rectam apud temetipsum, per quam constat licitum esse his cibis uti. Bona quidem & laudabilis est fides ista, sed habe eam in occulto; *Coram Deo*, cui talis fides placet. Eccle. 1. Beneplacitum est Deo, fides & mansuetudo, quasi dicat, Non oportet, quòd fidem istā manifestes per operis executionē, vbi hoc fit cum scandalo proximorum. Sed contra uidetur esse, quod dicitur supra. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē.

G Non ergo videtur, quòd sufficiat corde solum coram Deo fidem habere, sed oportet huiusmodi fidem proximo manifestare, confitendo. Dicendum est autem, quòd eorum quæ sunt fidei, quędam sunt, quæ non sunt perfecte per Ecclesiam manifestata, sicut in primitiua Ecclesia, nondum erat perfecte declaratum apud homines, quòd illi qui erant ex Iudæis conuersi, non tenerentur legalia obseruare, & sicut tempore† August. nondum erat per Ecclesiam declaratum, quòd anima non esset ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini, quòd fidem habeat coram Deo, nec oportet, ꝙ fidem suam propalet cum scandalo proximorum, nisi forte apud eos, qui habent de fide determinare. Quædam uero sunt ad fidem pertinentia iam per Ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram Deo, sed oportet, quòd coram proximo fidem quis confiteatur, quantumcumque ex hoc aliquis scandalizetur, quia ueritas doctrinæ, non est dimittenda propter scandalum, sicut

H nec Christus veritatem suæ doctrinæ propter scandalum pharisæorum dimisit, ut habetur Matth. 15. Sciendum etiam ꝙ licet circa talia oporteat, quòd homo fidem suam manifestet confessione uerborum, non tamen oportet, quòd eam manifestet executione operis, sicut si aliquis tenet fide uti matrimonio esse licitum, non requiritur ab eo, quòd matrimonio utatur ad fidei suæ manifestationem. Et sic etiam non requirebatur ab eis, qui rectam fidem habebant, quòd fidem suam usu ciborum manifestarent, Poterant enim manifestare uerbotenus confitendo. Deinde cum dicit; *Beatus qui non iudicat &c.* ostendit quomodo ciborum usus, efficitur aliquibus immundus, ex eo quòd est contra conscientiam. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quid circa hoc sit bonum, ut scilicet de eo quòd homo nō facit non habeat conscientiam remordentem. Vnde dicit; *Beatus qui non iudicat semetipsum*, id est, cuius conscientia eum non reprehendit uel condemnat; *In eo quod*

I *probat*, idest, approbat esse faciendum. Sed hoc est intelligendum, si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, puta si arbitratur obsequium se præstare Deo, de eo quòd discipulos Christi interficit, ut dicitur Ioan. 16. non excusatur ex eo, quòd circa hoc non iudicat semetipsum, imo beatior esset, si circa hoc eum conscientia reprehenderet, inquantum per hoc a peccato magis prohiberetur. Sed in his quæ sunt licita, est intelligendum, quòd hic Apostolus dicit, Hoc enim ad gloriam hominis pertinet, quòd eum sua conscientia non reprehendat. 2. Corint. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Iob. 27. Neque enim reprehendit me cor meum, in omni uita mea. Secundo, ostendit quid circa hoc sit malum, ut scilicet contra conscientiam agat. Vnde dicit; *Qui autem discernit*, idest, qui habet opinionem falsam, quòd oportuit cibos discernere; *Si manducauerit*, scilicet, cibos quos reputat esse illici-

K tos; *Damnatus est*, ex hoc, quòd quantum in ipso est, habet uoluntatem faciendi, quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio condemnatus, ut dicitur Tit. 3. Tertio, assignat causam eius, quod dixerat, dicens; *Quia non ex fide*. Ideo scilicet condemnatus est. Potest autem hic fides dupliciter accipi. Vno modo de fide, quæ est uirtus. Alio modo, secundum quòd fides dicitur conscientia. Et hæ duæ acceptiones, non differunt, nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis: Id enim quod uniuersaliter fide tenemus, puta usum ciborum esse licitum uel illicitum, conscientia applicat ad opus quod est factum uel faciendum. Dicitur ergo, ideo eum qui manducat & discernit esse condemnatum, quia hoc non est ex fide, imo est contra fidem, idest contra ueritatem fidei, & contra conscientiam facientis. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et quòd hæc sit sufficiens causa condemnationis, ostendit subdens; *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*. Ex quo uidetur, quòd sicut dicitur in Glo. omnis uita infideliū peccatum

Epist. 57 & De li. arb. lib. cap. 11.

peccatum sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, inquantum ad Dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sed dicendum est, quòd aliter se habet fidelis ad bonum, & infidelis ad malum, Nam in homine qui habet fidem formatam nihil est damnationis, vt supra 8. dictum est. Sed in homine infideli, cum infidelitate est bonum naturæ. Et ideo cū aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. Non tamē opus eius est meritoriū, quia nō est gratia informatum. Et hoc est quod in glo. dicitur, Nihil bonum est sine summo bono, idest, nullum bonum meritorium est, sine gratia Dei: & vbi deest agnitio vitæ æternæ, & incommutabilis veritatis, quæ scilicet est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantum, scilicet non refertur ad finem beatitudinis æternæ. Cum vero homo infidelis aliquid agit ex eo, quòd infidelis est, manifestum est, quòd peccat. Vnde in glo. dicitur, Opus omne, quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum, Omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est, & si ex genere suo bonum esse videatur, puta, si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, vel eleemosynam det, hoc ipso peccat. Tit. 1. Coinquinatis & infidelibus nihil mundum est, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

CAP. XV. LEC. I.

Debemvs autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem B domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum

LECTIO PRIMA.

Svpra Apostolus docuit, quòd maiores debent scandala infirmorum vitare: hic docet quòd maiores debent etiam infirmitates minorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit admonitionem. Secundo, manifestat eam, ibi; *Vnusquisque vestrum &c.* Ista admonitio duo continet, quorum primum pertinet ad exteriorem exhibitionem. Vnde dicit, Non solum debemus scandala infirmorum vitare, sed etiam nos, qui sumus; *Firmiores*, in fide: debemus sustinere; *Imbecillitates infirmorum*. Sicut enim in materiali ędificio eliguntur aliqua firmiora ad sustinendum totum ædificii pondus, quod ex fragiliori materia superponitur, sicut sunt fundamenta, & columnæ: ita etiam in spirituali ecclesiæ ędificio non solum eliguntur, sed efficiuntur aliqui firmiores, vt sustineant pondus aliorum. Vnde in Psalm. 74. dicitur: Ego confirmaui columnas eius. Et Galat. 6. Alter alterius onera portate. Sustinent autem firmiores imbecillitates infirmorum, dum eorum defectus patienter ferunt, & pro posse subleuare nituntur. Secundum autem pertinet ad interiorem intentionem. Vnde dicitur. *Et non* debemus; *Nobis placere*, ita scilicet vt semper illud velimus impleri, quod nobis placet: sed debemus condescendere voluntatibus aliorum, vt faciamus ea, quæ aliis placent, & quæ eis sunt vtilia. 1. Cor. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Deinde cum dicit; *Vnusquisque uestrum &c.* manifestat propositam admonitionem, & primo quantum ad secundam partem. Secundo, quantum ad primam, ibi; *Propter quod suscipite inuicem &c.* Circa primum duo facit. Primo, exponit, quod dixerat. Secundo, rationem inducit, ibi; *Etenim Christus non sibi &c.* Dicit ergo primo, Ita dictum est, quòd nos non debemus nobis placere: & hoc quidem est, quia vnusquisque nostrum, qui sumus firmiores, debet placere proximo suo infirmo, idest, condescendere ei in his quæ ei placent, non tamen in his quæ mala sunt, sicut Esa. 2. quidam requirunt, Loquimini nobis placentia &c. Et ideo subdit; *In bonum*. Similiter etiam non debemus intendere vt hominibus placeamus propter humanum fauorem, vel gloriam, cum in Psalm. 52. dicatur: Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: sed ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum. Vnde subdit; *Ad ædificationem*, idest, propter hoc, quòd aliorum voluntati condescendentes, ipsi ædificentur in fide, & dilectione Christi. Supra 14. Quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.

Deinde cum dicit; *Etenim Christus &c.* assignat rationem eius, quod dixerat exemplo Christi. Et primo, proponit exemplum Christi. Secundo, ostendit eius exemplum esse a

A nobis imitandum, ibi; *Quæcumque scripta sunt &c.* Tertio subiungit rationem, vt id implere possimus, ibi; *Deus autem pacis &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit exemplū, dicens: Dictum est, quòd non debemus nobis placere, scilicet secundum nostram priuatam voluntatem; *Etenim Christus*, qui est caput nostrum; *Non sibi placuit*, dum elegit pati pro nostra salute, & ea quę suæ propriæ voluntati erant contraria, scilicet naturali voluntati humanæ, vt impleret diuinam, quæ sibi, & patri erat communis, secundum illud Matt. 26 Non mea voluntas, sed tua fiat. Secundo, ad hoc authoritatē inducit, dicens; *Sed sicut scriptum est* in Psalm. ex persona Christi, dicentis ad patrem. O pater; *Improperia* Iudęorum; *Improperantium tibi*, idest, te blasphemantium per sua mala opera, & per hoc quòd veritati tuæ doctrinæ contradicunt; *Ceciderunt super me*, quia videlicet opprimere me voluerunt, quia voluntatem tuam eis proponebam, & eorum mala opera redarguebam. Ioan. 15. Sed oderunt me, & patrem meum. Potest & hoc referri ad peccata totius humani generis, quia omnia peccata quodammodo sunt improperia Dei, inquantum per ea lex Dei contemnitur. Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum

C Israel. Sic ergo improperia improperantium Deo, ceciderunt super Christum, inquantum ipse pro peccatis omnium mortuus est. Esa. 53. Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrū. 1. Pet. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Deinde cum dicit; *Quæcumque enim scripta sunt &c.* ostendit, quòd hoc exemplum Christi sit nobis imitandum, dicens; *Quæcumque enim scripta sunt*, in sacra Scriptura, vel de Christo, vel de membris eius; *Scripta sunt ad nostram doctrinam*. Nulla enim necessitas fuit hæc scribere, nisi propter nos, vt ex his instruamur. 2. Tim. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, & erudiendum &c. Quid autem in scripturis ad nostram doctrinam contineatur, ostendit subdens; *Vt per patientiam, & consolationem scripturarum*, idest, quas scripturæ continent. Continetur enim in sacra Scriptura patientia sanctorum in malis sustinendis. Iaco. vlti. Patientiam Iob audistis. Continetur etiam in eis consolatio, quam Deus

D eis exhibuit, secundum illud Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Vnde &. 1. Pet. 1. dicitur, Prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, quod pertinet ad patientiam: & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationem. Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostendit subdens; *Spem habeamus*. Per hoc enim quòd ex sacra scriptura instruimur, eos qui patienter propter Deum tribulationes sustinuerunt diuinitus consolatos fuisse, spem accepimus, vt & ipsi consolemur, si in ipsis fuerimus patientes. Iob. 13. Et si occiderit me, in ipso sperabo. Deinde cum dicit; *Deus autem patientiæ &c.* Quia videbatur nimis arduum, vt purus homo possit exemplum Christi imitari, secundum illud Eccle. 2. Quid est homo, vt sequi possit regem factorem suum? ideo adhibet orationis suffragium, dicens; *Deus autem patientiæ &c.* scilicet dator. Psalm. 70. Tu es patientia mea; *Et solatii*, idest, qui

E spiritualem consolationem largitur. 2. Cor. 1. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; *Det vobis*, a quo est omne datum optimum, vt dicitur Iac. 1. *Idipsum sapere in alterutrum*, idest, vt inuicem idem sapiatis &c. 2. Cor. vlt. Idem sapite, pacem habete. Non quidem secundum consensum in peccatum, sed; *Secundum Iesum Christum*, de quo dicitur Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Vt per hoc, quod idem sapitis vnanimes existentes per fidei, & charitatis consensum, secundum illud Psalm. secundum aliam literam, Qui habitare facit vnanimes in domo. *Vno ore* idest, vna oris confessione, quæ ex vnitate fidei procedit. 1. Corint. 1. Idipsum dicatis omnes, vt pro conformitate cordis & oris honorificetis Deum omnium creatorem, idipsum etiam existentem patrem domini nostri Iesu Christi, per quem nos sibi in filios adoptauit. 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, honorificabo eum. Malach. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Deinde cum dicit; *Propter quod suscipite inuicem*, manifestat primam partem admonitionis, in qua dixerat, quòd firmiores debent imbecillitatem infirmorum

firmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo, resumit admonitionem. Secundo, inducit rationem exemplo Christi, ibi; *Sicut & Christus &c.* Tertio subiungit orationem ibi; *Deus autem spei &c.* Dicit ergo primo; *Propter quod*, idest, quia ea quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam ordinantur; scilicet exempla Christi, & aliorũ sanctorum. Consequenter; *Suscipite inuicem*, secundum charitatis affectum, vt scilicet vnus sustineat ea, quæ sunt alterius, sicut & vult se sustineri quantũ charitas permittit, & vnus alium etiam suscipiat ad adiuuãdum & promouendum. Supra. 14. Infirmum in fide suscipite. Deinde cum dicit; *Sicut & Christus suscepit vos &c.* assignat rationem exemplo Christi.

Et primo, ponit eius exemplum, dicens; *Sicut & Christus suscepit vos*, scilicet in sua protectione, & cura. Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. Luc. 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et hoc; *In honorem Dei*, in quem omnia referebat. Ioan. 8. Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi, quòd nos inuicem debemus suscipere in his, quæ pertinent ad honorem Dei. Secundo, ibi; *Dico enim Christum &c.* manifestat quod dixerat. Et primo, quidem quantum ad Iudæos. Secundo, quantum ad Gentiles, ibi; *Gentes autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd Christus vos suscepit, qui estis congregati in vnitate fidei ex Iudæis, & Gentibus. Et hoc patet, quantum ad vtrosque. Dico ergo; *Christum ministrum fuisse circumcisionis.* Est enim ipse author fidei, quantum ad omnes, secundum illud Hebr. 12. Aspicientes in authorem fidei &c. Sed in propria persona non exhibuit seipsum, nisi Iudæis, secundum illud Matth. 15. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Esa. 65. Non audietur vox eius foris. Et hoc quidem *propter ueritatem Dei*, vt scilicet veritas Dei promittentis comprobaretur. Supra. 3. Est autem Deus verax. Vnde subdit; *Ad confirmandas promissiones patrum*, idest, vt per hoc implerentur promissiones patribus factæ. Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. 2. Corinth. 1. Quotquot sunt promissiones Dei in illo est. Deinde cum dicit; *Gentes autem &c.* ostendit etiam Gentes susceptas a Christo, Et primo, proponit quod intendit. Secundo confirmat per authoritatem, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Dicit ergo, ita dictum est, quòd Christus suscepit Iudæos propter veritatem Dei, vt promissiones patrum implerentur, Gentibus autem non erant promissiones factæ. Vnde hoc non habet locũ quantum ad Gentiles, sed sunt propter misericordiam suscepti. Et hoc est quod dicit; *Gentes autem* debent; *Honorare Deum*, super misericordia eis exhibita per Christum, quia licet eis personaliter non prædicauerit, ad eos tamen discipulos suos misit, qui in Gentibus ministerium exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudæis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes Gentes. Et de hac misericordia dicitur in Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1. Misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum &c. Sic ergo Apostolus conuersionem Iudæorum attribuit veritati diuinæ, conuersionem Gentilium diuinæ misericordiæ. Contra quod, videtur esse quod dicitur in Psal. 24. Vniuersæ viẽ dñi misericordia & veritas. Sed dicendum est, q̃ per hoc quòd ascribit vocationem Iudæorum diuinæ veritati, non excludit misericordiam, quia & Apostolus ex Iudæis natus, dicit. 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum. Et hoc ipsum misericordiæ fuit, quòd Deus patribus promissiones fecit de posterorum salute. Similiter ẽt per hoc q̃ vocationem Gentium ascribit diuinæ misericordiæ, non excludit totaliter diuinã veritatẽ, quia hoc ipsum ad diuinam veritatem pertinebat, q̃ p̃ positum suum de saluatione Gentium impleuit, quod ad Ephe. 3. dicit Apostolus, esse sacramentum absconditum a seculis in Deo. Sed aliquis modus veritatis. s. p̃ impletione p̃ misforum, consideratur in vocatione Iudæorum, qui non consideratur in vocatione Gentium, quibus p̃ missiones non sunt factæ. Deinde cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* confirmat quod dixerat de conuersione Gentium, per authoritatem. Licet n. Gentibus non fuerit repromissa vocatio ad fidem Xpi, non tñ ex improuiso accidit, sed fuit prænuntiata vaticiniis p̃phetarum. Inducit autem quatuor authoritates, quarum prima continet gratiarum actiones Christi ad patrem, pro conuersione Gentium per ipsum facta. Vnde dicit; *Sicut scriptum est*; in Psal. 17. ex persona Christi. Cõstitues me in caput Gentiũ, & ab insurgẽtibus in me, Iudæis, exaltabis me. O Deus pater, ego Xps; *Confitebor tibi*, cõfessione grãrũ actionis; *In Gentibus.* i. pro Gentium conuersione per me facta, & *Cantabo* noua quadam mentis exultatiõe; *Nomini tuo*, quod eis manifestũ est, ẽm illud Io. 17. Manifestaui nomẽ tuum hominib̃ quos dedisti mihi. Vel aliter; *Confitebor tibi in Gentibus.* i. faciã, q̃ tibi Gentes confiteantur confessione fidei. Psal. 66. Cõfiteantur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi oẽs; *Et nomini tuo cantabo.* i. faciam q̃ Gentes cantent tibi canticũ, quod cõsistit in exultatione spũs renouati. Psal. 95. Cãtate dño canticũ nouũ, cantate dño oĩs terra. Secunda authoritas continet adunationem Gentium, & Iudæorum. Vnde subdit; *Et iterum dicit*, Scriptura. Isa. vlt. O Gentes, q̃ eratis alienæ, a conuersatione Israel, vt dicitur Eph. 2. *Lætamini Gentes cum plebe eius.* i. simul cõem exultationem assumatis cum Iudæis, qui olim erant plebs eius. Esa. 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. Io. 10. Fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Nostra aũt Ifa habet. Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea oẽs qui diligitis eam. Tertia aũt authoritas cõtinet deuotionem Gentiũ ad Deum. Vnde subdit, Et iterum scriptum est in Psal. *Laudate omnes Gentes dominum.* s. eius bonitatem confitentes. Psal. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen dñi; *Et omnes populi*, non solum populus Iudæorum *magnificate eum.* i. credite esse magnũ. i. q̃ sua magnitudine oẽm laudem excedat. Eccle. 43. Benedicentes dñm, exaltate illum quantum potestis: maior. n. est oi laude. Mala. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. Quarta authoritas continet reuerentiam Gentium ad Christũ. Vnde subditur; *Et rursus Esaias ait* 11. *Erit radix Iesse*. In quo prænuntiat Xpi originem ex Dauid semine nasciturũ. Iesse nãq; fuit pr̃ Dauid. Dicit ergo; *Erit radix Iesse*, ex cuius semine Xps nascetur. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos &c. Vel Xps erit radix Iesse, quia licet ex Iesse processerit ẽm carnis originem, tñ sua virtute Iesse sustentauit, & grãm ei influxit. Supra. 11. Non tu radicẽ portas, sed radix te. Deinde tangit Xpi officium, subdens; *Et qui exurget*, in tantam grãe excellentiam, vt possit; *Regere Gentes*, eos diuino cultui subiugando, quod nullus ante eum facere potuit. Psal. 2. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuã. Reges eos in virga ferrea. Vltimo ponit deuotionem Gentium ad Xp̃m, dicens; *In eum Gentes sperabunt*, vt. s. per eum hæreditatem cœlestis gloriæ consequantur. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Deinde cum dicit; *Deus autem spei &c.* subiungit orationẽ, dicẽs, Dictum est q̃ in Xp̃m Gentes sperabunt. *Deus autem spei.* i. qui nobis hãc spẽ infundit, ẽm illud Psal. 70. Spes mea dñe. Vel De⁹ spei. i. in quo sperandum est; *Repleat vos omni gaudio.* s. spirituali, quod est de Deo. Nehem. 8. Gaudiũ. n. dñi est fortitudo vr̃a, per quam homo in seipso, & ad Deũ, & ad p̃ximũ est pacatus. Psal. 118. Pax multa diligentibus legẽ tuã dñe; *In credendo.* q.d. Vt cũ hoc q̃ credetis, ẽt pacẽ & gaudiũ habeatis, q̃ quidẽ sunt charitatis effect⁹, ẽm illud Gal. 5. Fruct⁹ aũt spũs sunt, charitas, gaudiũ, pax. Vnde patet, q̃ a Deo, qui est dator spei, optat eis vt cum fide habeãt charitatem, per quam fides operãt, ut hr̃ Gal. 5. Ne fides eorũ sit informis & mortua, quia fides sine operibus mortua est, vt dicitur Iac. 2. Et vt sic per plenitudinẽ harum virtutum; *Abundetis*, p̃ficiendo de bono in melius, non solũ; *In spe*, sed ẽt in *Virtute spiritus sancti.* i. in charitate, q̃ in cordibus nr̃is diffunditur p̃ spũm sanctũ, vt ẽ. 5. dictũ est. 2. Cor. 9. Potens est aũt Deus oẽm grãm abũdare facere in vobis.

ministrum fuisse circumcisionis p̃ pter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super omnia honorare Deũ, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes Gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis in spe, & virtute spiritus sancti.

LECTIO II.

SERTVS sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducẽs, propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, vt sim minister Christi Iesu, in Gentibus sanctificans euangelium Dei, vt fiat oblatio Gẽtium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam Gentium in verbo & factis in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illiricum repleuerim euangelium Christi. Sic autem prædicaui euangelium hoc, non vbi nominntus est Christus, ne super alienum fundamentum

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus generalibus admonitionibus Romanos instruxerat, hîc incipit eis quædam familiaria scribere. Et

re. Et primo quædam pertinentia ad seipsum. Secundo quædam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi; *Commendo autem vobis Phœben &c.* Circa primum tria facit. Primo excusat præsumptionem de hoc quòd eos instruxerat & reprehenderat. Secundo excusat suam tarditatem circa visitationem eorum, ibi *Propter quod plurimum impediar*. Tertio petit suffragia orationum ipsorũ ibi; *Obsecro autem vos fratres &c.* Et circa primum duo facit. Primo excludit oppositam causam instruẽdi & arguendi eos. Secnndo assignat veram causam ibi; *Audacius enim scripsi vobis fratres ex parte &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliquis posset credere Apostolum ideo scripsisse Romanis, quia æstimaret illum esse apud Romanos qui posset instruere & corrigere. Sed hoc ipse excludit, dicens; *Certus sum enim fratres mei* per ea quæ de vobis audiui, quoniam idonei estis ad admonendum eos, qui inter vos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis recte admoneat, duo requiruntur, quorum primum est, vt non ex odio vel ira, sed ex dilectione moneat, secundum illud Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia. Et Gal. 6. Vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit; *Quoniam & ipse pleni estis dilectione.* Ezech. 10. Imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubin, qui est ignis charitatis. Secundo requiritur scientia veritatis, eo q̃ quidam habent zelum Dei in corrigendo, sed non secundũ scientiam, vt supra 10. dictum est. Et ideo subdit; *Repleti omni scientia*, scilicet humana & diuina, & veteris & nouæ legis 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia. Et ex hoc concludit sic; *Ita vt possitis* cõuenienter propter dilectionem & scientiam; *Alterutrum monere.* Quia enim in multis offendimus omnes, vt dicitur Iaco. 3. Oportet vt inuicẽ moneamus. quia vt dicitur Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Deinde cum dicit; *Audacius &c.* assignat verã causam quare eos admonuerat & correxerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd hoc pertinebat ad authoritatem apostolatus sibi commissam. Secundo ostendit qualiter hac potestate vsus fuerit ibi; *Habeo igitur gloriam &c.* Dicit ergo; *Audacius autem*, idest securius; *Scripsi vobis* errores & defectus vestros arguendo, quod quidem ad audaciæ p̃sumptionem posset ascribi propter hoc, quòd offensionem vestram non timui. Iob. 39. Audacter in occursum pergit armatis. Sed hæc p̃sumptio excusatur ex tribus. Primo quidem ex conditione eorum quibus scribebat, quia & si inter Romanos essent aliqui respectu quorum talis reprehensio audax & p̃sumptuosa videretur, erant tñ aliqui, qui indigebant dura reprehensione propter contentionum insolentiam. Tit. 1. Increpa illos dure. Et hoc est quòd dicit; *Ex parte*, quasi dicat, Non videtur mea scriptura esse audax quantum ad omnes vos, sed quantum ad partem aliquam vestrum. Vel potest intelligi; *Ex parte* epistolæ in qua eos reprehendit: Potest intelligi etiam ex parte ecclesiæ, quæ scilicet mecum est. Secundo excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli. Non enim scripsit eis tanquam reputans eos ignorantes, sed in memoriam eos reducens cognitorum. Et hoc est quòd subdit; *Tanquã in memoriam vos reducens*, quasi oblitos eorum quæ sciebatis, sicut & Philip. 4. dicitur, Occupati autem eratis. Heb. 10. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati, magnum certamẽ sustinuistis passionum. Tertio excusatur ex authoriate Apostoli quæ hoc requirebat. Vnde subdit; *Per gratiam*, scilicet Apostolatus mihi commissi 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum. Huius autem gratiæ, primo describit authoritatem, cum dicit; *Quæ data est mihi a Deo*, quasi diceret, Non ab hominibus. ad Galatas primo, Paulus Apostolus non ab hominibus, neq; per hominem. Secundo specificat istam gratiam, cum dicit; *Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus*, idest vt seruiam Christo in Gentiũ cõuersione 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Supra 1. Quandiu sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. Tertio ostendit huius gratiæ actum, cum dicit; *Sanctificans euangelium Dei*, idest sanctum esse ostendens, & verbo veritatis & opere bonæ conuersationis & miraculorum Col. 1. In verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit. Prouerb. 8. Recti sunt sermones mei. Quarto ponit finem huius gratiæ, cũ dicit; *Vt fiat oblatio gentium*, idest Gentes per meum ministeriũ cõuersæ. In quo quasi quoddam sacrificium & oblationem Deo obtuli, secundum illud Philip. 2. Et si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & cõgratulor omnibus vobis. *Fiat accepta*, scilicet Deo per rectitudinem intentionis. Psal. 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. *Et sanctificata in spiritu sancto*, id est, per charitatem, & alia spiritus sancti dona. 1. Cor. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Deinde cum dicit; *Habeo igitur gloriam &c.* ostendit, quomodo authoritate apostolica fuerat vsus. Et primo ponit fructũ, quem fecit. Secundo, ostendit huius fructus magnitudinem, ibi; *Ita vt &c.* Tertio, ostendit difficultatem, ibi; *Sic autem prædicaui &c.* Circa primum tria facit. Primo, dat gloriã Deo de fructu, quem fecit, dicens, Igitur quia talem gratiam accepi, & diligenter executus sum id, ad quod mihi hæc gratia data est; *Habeo gloriam*, idest, meritum dignum gloriæ, sicut fidelis minister. 1. Cor. 9. Melius est mihi mori, quàm vt gloriam meam, quis euacuet. Sed hanc gloriam non mihi principaliter attribuo, sed eam habeo; *In Christo Iesu*, idest, per Iesum Christum, cuius virtute fructificare potui. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et quia ipsi omnia tradita sunt a patre, vt dicitur Matt. 11. Et pater in eo manens, ipse facit opera. Ioan. 14. Ideo vlterius hanc gloriam refert ad patrem, dicens; *Ad Deum*, scilicet patrem. Psalm. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Assignat autem rationem eius, quod dixerat subdens; *Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus*, quasi dicat, Nihil referam de fructu per me facto, quòd per me factum non sit. Alioquin gloriam non haberem apud Deum, & si apud homines. Quæ quidem refero, non tanquam per me principaliter facta, sed sicut, quæ per me Christus fecit, Et ideo hanc gloriam dixi me habere in Christo Iesu Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Secundo, ponit ipsum fructum, dicens; *In obedientiam Gentium*, quasi dicat, Gloria mea hæc est, pro eo quod feci Gentes fidei obedire. Supra. 1. Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, ostendit quomodo Gentes, ad hanc obedientiam adduxerit. Quia autem supra 10. dictum est, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, Ideo dicit; *In verbo*, idest, per verbum prædicationis fidei. Argumenta autem fidei prædicatæ, sunt bona conuersatio prædicantis, & quantum ad hoc subdit; *Et factis*, quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi. Matth. 5. Videant opera vestra &c. Et opera miraculorum, quibus Deus dat testimoniũ doctrinæ prædicatæ, secundum illud Marci vlti. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Vnde subdit, *In virtute signorum*, idest, miraculorum minorum, puta sanationes egritudinum; *Et prodigiorum*, idest, maiorum miraculorum, quæ ex sua magnitudine aliquid magni portendunt, id est, ostendunt. Sed hoc totum non sufficeret, nisi spiritus sanctus, intus corda audientium ad fidem commoueret. Vnde dr̃ Act. 10. Quòd loquente Petro verba fidei. cecidit spiritus sanctus, super omnes, qui audiebant verbum. Et ideo subdit; *In virtute spiritus sancti*. Hebr. 2. Contestante Deo signis, & prodigiis, & variis spiritus sancti distributionibus. Deinde cum dicit; *Ita vt ab Ierusalem*, ostendit magnitudinẽ fructus ex multitudine locorum, in quibus prẽdicauit, dicens; *Ita vt incipiens ab Ierusalem*, vbi in principio suæ conuersionis prædicauit in synagogis Iudæorum, vt dicitur Act. 9. Vt sic impleret, quod dicitur Esa. 2. De Sion exibit lex & verbum domini de Ierusalem; *Vsque ad Illiricum*, quod est mare Adriaticum ex parte opposita Italiæ. *Repleuerim euangelium Christi*, idest, omnia illa loca repleui prædicatione euangelii. Et ne aliquis intelligat, q̃ solum vadens per rectam viam a Ierusalem in Illiricum prædicauerit euangelium, addit; *Per circuitum*, quia scilicet Gentibus circumquaque prædicauit, & eas ad fidem conuertit. Vnde sibi potest competere, quod dicitur Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Deinde cum dicit; *Sic autem prædicaui &c.* ostendit difficultatem hunc fructum faciendi. Difficile enim est omnino ignaros ad fidem conuertere. Primo, igitur difficultatem se passum ostendit, dicens; *Sic autem prædicaui euangelium*, non quidem; *Vbi nominatus est Christus*, idest, non apud illos, qui nomen Christi audierant. Psalm. 17. Populus, quem non cognoui seruiuit mihi. Esa. 55. Ecce gentes, quas nesciebas vocabis, & gentes, quæ te non cognouerunt ad te current. Subdit autem rationem, dicens; *Ne super alienum fundamentum ædificarem*. Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi. Vno modo doctrina hæretica,

hæretica, quæ est aliena a veræ fidei fundamento. Et sic hoc, quod dicit; *Ne*, ponitur causaliter. Ea enim intentione Apostolus voluit prædicare illis, qui nomen Christi non audierant, ne si præuenti essent a doctrina pseudo apostolorum, difficilius esset eos ad veritatem reducere. Vnde Matth.7.dicitur, Stultus est, qui ædificat domum suam super arenam, cui cõparatur falsa doctrina. Alio modo, per alienum fundamentum, potest intelligi doctrina veræ fidei ab aliis prædicata: & sic potest sumi ly; *Ne*, consecutiue. Non enim vitauit Apostolus prædicare illis, quibus ante fuerat ab aliis prædicatum, sicut ipsis Romanis specialiter prædicauit, quos prius Petrus iſtruxerat. Sed eo prædicante illis, qui nihil de Christo audierant, consecutum est, vt non ædificaret super alienum fundamentum sed ipse iaceret prima fidei fundamenta, secundum illud. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Secundo, ad hoc quod dixerat, authoritatem inducit, dicens; *Sicut scriptum est*. Esa. 2. *Quoniam quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, contemplati sunt*. In quibus verbis propheta videtur prædicere, quoniam Gentiles excellentiori modo ad cognitionẽ Dei essent peruenturi, quàm Iudæi, qui ante cognouerant. Ostendit ergo primo excellentiam, quantum ad causam cognitionis, quæ scilicet duplex est, scilicet verba audita, & res visæ. Hi enim duo sensus sunt disciplinabiles. Iudæi ergo in notitiam mysteriorum Christi peruenerunt per verba annuntiata eis a prophetis. 1. Pet. 1. Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias. Sed Gentiles huiusmodi Christi mysteria iam realiter impleta vident. ideo dicitur; *Quoniam* Gentes, *quibus non est annunciatum*, per prophetas; *De eo*, idest, de Christo, sicut fuit annuntiatum Iudæis; *Videbunt*, res iam impletas. Luc. 10. Multi reges, & prophetæ, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Secundo, ostendit excellentiam quantum ad modum cognoscendi, quia Iudæi ex annuntiatione prophetarum solum auditum habebant. Abdiæ. 1. Auditum audiuimus a domino, & legatos ad Gentes misit. Sed Gentiles ex visione intellectum perceperunt. Vnde dicitur; *Et Gentiles*, scilicet, qui ante non audierunt prænuntiari Christum per pphetas, intelligent, scilicet fidei veritatem. Psalm. 2. Et nunc reges intelligite &c.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus se excusauit de præsumptione, quæ ei potuisset ascribi ex hoc, q̃ Romanos instruxerat, & correxerat: hîc se excusat de eo, q̃ eos visitare distulerat. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit impedimentum visitationis præteritum. Secundo, ponit visitandi propositum, ibi; *Nunc vero vlterius &c.* Tertio, promittit visitationis fructum, ibi; *Scio autem &c.* Dicit ergo primo, dictum est, Prædicaui euangelium per multa loca, in quibus Christus non fuerat nominatus, *Propter quod* hactenus; *Impediebar plurimum*, ex huiusmodi occupatione; *Venire ad vos*. Et istud impedimentum vsque nunc duraui. Vnde subdit; *Et prohibitus sum vsque adhuc*. Quod quidem potest referri ad multitudinem occupationum, quas in aliis locis habuerat: uel etiam ad diuinam prouidentiam, per quam apostoli impediebantur, ne peruenirent ad quosdam, & dirigebantur in salutem aliorum, secundum illud Act. 16. Transeuntes Frigiam, & Galatiæ regionem, vetati sumus a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vnde & supra. 1. dictum est: Sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc. Et hoc est, q̃iod dicitur Iob. 37. de nubibus, per quas p̃dicatores intelliguntur, Lustrant cuncta per circuitum, quocumque eos voluntas gubernantis duxerit. Deinde cum dicit; *Nunc vero vlterius &c.* manifestat propositum suum de eorum visitatione. Et primo promittit eis suam visitationem. Secundo, assignat causam, quare oporteat eam differre; ibi; *Nunc igitur proficiscar &c.* Tertio, assignat eis visitationis terminum, ibi; *Hoc igitur cum consummauero &c.* Dicit ergo primo ita, Vsque modo sum prohibitus; *Nunc uero*, iam peragratis omnibus his locis; *Vlterius non habens locum*, idest, necessitatem permanendi; *In his regionibus*, in quibus iam per me fundata est fides; *Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis*, secundum illud supra. 1. Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratię spiritalis; *Cum in Hispaniam proficisci cepero*, quo scilicet ire intendebat, vt etiam extremis terræ fundamẽta fidei collocaret, secundũ illud. 49. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ; *Spero quod præteriens videbo vos*. Per quod dat intelligere, quòd non intendebat ad eos principaliter ire, quia reputabat eis sufficere doctrinam Petri, qui primus inter apostolos Romanis fidem prædicauit. Et quia tunc Romani dominabantur in toto Occidente, eorum auxilio & ducatu sperabat in Hispaniam proficisci. unde subdit; *Et a vobis deducar illuc*. Intendebat tamen aliquam moram apud eos contrahere. Vnde subdit; *Si uobis fruitus fuero*, idest, consolatus, secundum illud quod supra. 1. dictum est, Simul consolari in vobis: & hoc; *Ex parte*, scilicet temporis, quia per aliquod tempus intendebat, cum eis consolari. Sed contra est quod Aug.†dicit in lib.de doctrina Christiana, Quòd illis solis rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt, scilicet patre, filio & spiritu sancto. Inconuenienter ergo dicit se fruiturum esse Romanis. Sed dicendum est, quòd sicut August.dicit ibidem, homine in se non esse fruendum, sed in Deo, secundum illud ad Phil. Ita frater, ego te fruar in domino, quod est delectari in homine propter Deum. Et sic intelligendum est quod dicit: Si fuero fruitus vobis, scilicet in Deo. Vel quòd dicit, ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in Deo. Nam alia parte, scilicet malis, non poterat frui, sed magis de eis dolere, sicut dicitur. 2. Cor. 8. Ne cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt. Deinde cum dicit; *Nunc igitur proficiscar*, assignat rationem quare differebat visitationem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam, dicens; *Nunc igitur proficiscar*, idest, ideo non statim uenio ad uos, quia proficiscor; *Ierusalem ministrare sanctis*. Circa quod sciendum est, quòd legitur Act. 4. Illi qui ex Iudæis a principio conuertebantur ad fidem, uenditis possessionibus suis, de pretio communiter uiuebant, quod cum defecisset, maxime quadam magna fame imminente, ut legitur. Act. 11. discipuli, scilicet Christiani, ex diuersis partibus mundi prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli. Ministerium igitur sanctorum hîc dicit eleemosynam, quam fidelibus Christi attulit in Ierusalem, secundum illud. 1. Cor.ulti. Quos probaueritis, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem: q̃ si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt. Secundo, exponit quod dixerat de ministerio sanctorum, dicens; *Probauerunt enim*, idest, approbauerunt; *Macedonia & Achaia*, idest, fideles vtriusq; regionis per eum conuersi; *Collectionem aliquam facere*, idest, aliquam collectam; *In pauperes* Christi, idest, ad usum pauperum, qui sunt de numero sanctorum, secundum illud Eccles. 12. Da iusto, & non recipias peccatorem; *Qui sunt in Ierusaleu*, in paupertate uiuentes. 2. Cor. 9. De ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptum animum uestrum, pro quo de uobis glorior apud Macedones. Tertio, assignat rationes dictorum, quorum prima est beneplacitum. unde dicit; *Placuit enim illis*. 2. Corin. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate. Secunda causa est debitum. unde subdit; *Et debitores sunt eorum*. Supra 13, Reddite omnibus debita. Rationem autem debiti assignat, dicens; *Nam si Gentiles facti sunt participes bonorum spiritualium*, quæ erant specialiter; *Eorum*, idest, Iudæorum, scilicet notitiæ diuinæ, & promissionum, & gratiæ, secundum illud supra. 9. Quorum adoptio est filiorum, & gloria &c. Et supra 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Sunt etiam facti participes spiritualium eorum per hoc, quòd illi prædicatores eis miserunt; *Debent & in carnalibus ministrare illis*, secũdum illud Eccles. 14. In diuisione sortis da, & accipe. Et Psalm. Sumite psalmũ, id est, spiritualia: & date tympanum, id est, temporalia. Et ex hoc sumitur argumentũ, quòd debentur sumptus nõ solum illis, qui prædicant, sed etiam qui p̃dicatores mittunt. Deinde cum dicit; *Hoc igitur cum &c.* præfigit terminum, quo ad eos sit venturus, dicens; *Hoc igitur cum consummauero*, scilicet ministerium sanctorum; *Et assignauero eis fructum hunc*, idest, eleemosynam Gentilium, quæ est quidam fructus conuersionis eorum. Osee. 10. Vitis frondosa Israel, fructus est ei adæquatus; *Proficiscar per vos in Hispaniam*. Sed videtur hîc Apostolus falsum dicere: nunquam enim in Hispania fuisse legitur. In Ierusalem enim captus fuit, & exinde Romam perlatus est in vinculis, vt habetur Act. vlt. ubi est occisus simul cum Petro. Dicunt ergo quidam, quòd sicut dicitur Act. vlt. Cum venisset Romam Paulus, permissum est ei manere sibimet cum custodiente se milite: & postea dicitur, quòd mansit biennio toto in suo conducto, & in illo spacio dicunt eum in Hispaniã iuisse. Sed quia hoc certum non est, potest melius dici, q̃ Apostolus falsum non dixit, quia proponebat se facturum, quod dicebat: & sic verba eius erant intelligenda, quasi insinuantia eius propositum, non autem futurum euentum, qui ei erat incertus. vnde non poterat hoc prædicere, nisi forte sub conditione, quam Iacobus dicit apponendam, Iac. 4. Pro eo vt dicatis, Si dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. Et sic etiam Apostolus se excusat. 2. Cor. 1. de hoc, quòd ad eos non iuerat, sicut promiserat, dicens: Cum ergo volui, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me Est, &, Non? Et sic ex hoc, quòd ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat, se immunem dicit a leuitate, carnalitate, & falsitate. Et sic etiam soluit hoc Gelasius Papa, & habetur in decretis. 22.q. 2. Beatus, inquit, Paulus Apostolus non ideo, quod abſit, fefelliſſe credendum eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius, quoniam cum ad Hiſpaniam ſe pro miſiſſet iturum, diſpoſitione diuina maioribus occupatus cauſis, implere non potuit quod promiſit. Quantum enim ipſius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod re vera voluiſſet efficere. Quantum vero ad diuini ſecreta conſilii, quæ vt homo non potuit, licet ſpiritu Dei plenus, agnoſcere, ſuperna prætermiſit diſpoſitione præuentus. Licet enim propheticum ſpiritum habuerit, tamen prophetis non omnia reuelantur, vt patet 4. Reg. 4. vbi Eliſeus dixit: Anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Deinde cum dicit; *Scio autem &c.* prænuntiat eis fructum ſuæ viſitationis, dicens; *Scio autem*, ſcilicet ex fiducia diuinæ gratiæ; *Quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti ueniam*, idest, Chriſtus abundantius ſuam benedictionem dabit vobis in meo aduentu, de qua dicitur in Pſalm. 83. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem. Et ſic Laban dixit ad Iacob, Gene. 3. Experimento didici, quòd benedixerit mihi Deus propter te. Deinde cum dicit; *Obſecro ergo &c.* petit ab eis orationis ſuffragia, & primo petit eorum orationes. Secundo, ipſe pro eis rogat, ibi; *Deus pacis &c.* Circa primum tria facit. Primo, inducit eos ad orandum pro ſe ex tribus. Primo quidem, ex ſuperna charitate, cum dicit; *Obſecro vos ergo fratres*. Ad Philem. Propter charitatem autem magis obſecro. Secundo, ex reuerentia Chriſti, cuius ipſe erat miniſter, dicens; *Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. In quo omnes vnum ſumus, vt ſupra. 12. dictum eſt. Tertio, ex dono ſpiritus ſancti, quod eius miniſterio tradebatur. Vnde ſubdit; *Per charitatem ſpiritus ſancti*, quam ſpiritus ſanctus in cordibus noſtris diffundit, vt ſupra. 5. dictum eſt. Secundo, petit auxilium orationis eorum, dicens; *Vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum*, ſ. pro me fuſis. Prouerb. 18. Frater, qui iuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma. Hoc autem vt glo. dicit, non ideo dicit Apoſtolus, quia ipſe minus mereatur, quàm alii minores, ſed ordinem ſequitur. Primo, quidem vt ab eccleſia pro rectore ſuo fiat oratio, ſecundum illud. 1. Timo. 2. Obſecro igitur primũ omnium, fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui ſunt in ſublimitate conſtituti &c. Secundo, quia multi minimi dum cõgregantur vnanimes magis merentur. Et ideo impoſſibile eſt vt multorum preces non impetrent. Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a pre meo qui eſt in cœlis. Tertio, vt dum multi orant, multi etiam gratias agant exauditi, ſecundum illud. 2. Corinth. 1. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt per multos gratias agantur Deo. Tertio, ponit ea quæ vult ſibi impetrari, quorum primum pertinet ad hoſtes, quos habebat in Iudæa. Vnde dicit; *Vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa*, qui præcipue Paulum impugnabant, & odiebant: quia fiducialiter prædicabat ceſſationem legalium. Act. 21. Audierunt de te, quòd diſceſſionem doces a Moyſe &c. Secundum pertinebat ad eos, in quorum miniſterium ibat. Et hoc eſt quod ſubdit; *Et oblatio obſequii mei*, idest, eccleſia in qua eis miniſtro; *Fiat accepta ſanctis, qui ſunt in Ieruſalem*, ſcilicet vt ex hac prouocentur ad gratias agendum Deo, & ad orandum pro ipſis gentibus, a quibus recipiunt. Eccleſi. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Tertium pertinet ad ipſos, quibus ſcribebat: unde ſubdit; *Vt veniam ad vos in gaudio*, & hoc; *Per voluntatem Dei*, contra quam nihil agere volebat. Supra. 1. Obſecrans ſi quomodo proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos; *Et refrigerer vobiſcum*, idest, vt ex veſtra præſentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. Deinde cum dicit; *Deus autem pacis &c.* oſtendit quòd pro eis orat, dicens; *Deus autem*, dator; *Pacis, ſit cum omnibus vobis*, per hoc ſcilicet, quòd vos ad inuicem pacem habeatis. 2. Cor. vlt. Idipſum ſapite, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. Subdit; *Amen*, idest, fiat. Pſalmiſta, Et dicet omnis populus, Fiat, fiat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus propoſuit fidelibus Romanis, quibus ſcribebat, quædam familiaria pertinentia ad ſuam perſonam, hîc ponit quædam familiaria pertinentia ad alios. Et circa hoc tria facit. Primo, monet quid ad alios debeant facere. Secundo, oſtendit quid alii ad eos agant, ibi; *Salutat vos &c.* Tertio, epiſtolam finit in gratiarum actione, ibi; *Et autem qui potens &c.* Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quos debeant ſalutare. Secundo, oſtendit quos debeant vitare, ibi; *Rogo autem vos fratres*. Circa primum, mandat quaſdam perſonas ſalutari in ſpeciali. Secundo, ponit in generali modum ſalutationis, ibi; *Salutate inuicem &c.* Tertio, ſalutat eos in communi ex parte fidelium, ibi; *Salutant vos &c.* Circa primum loquitur de quadam muliere Corinthia, quæ Romam ibat, quam eis recommendat, deſcribens eam primo ex nomine, dicens; *Commendo autem vobis Phœben*, quæ licet eſſet Deo deuota, non tamen erat tantæ authoritatis, vt commendatitiis literis non egert, ſicut ipſe de ſe dicit. 2. Corint. 3. Aut nunquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis literis? Secundo, deſcribit eam ex fidei religione, dicens; *Sororem noſtram*. Omnes enim mulieres fideles, ſorores vocantur, ſicut & omnes viri fratres. Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis. Tertio ex officio pietatis, cum dicit; *Quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris*, portu Corinthiorum, vbi aliqui Chriſtiani erant congregati, quibus dicta mulier ſeruiebat: ſicut & de ipſo Chriſto Luc. 8. dicitur, quòd quædam mulieres miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Et de uidua eligenda dicitur. 1. Timo. 5. Si hoſpitio recepit, ſi pedes ſanctorum lauit. Deinde dicit duo, in quibus vult eam commendatam haberi, quorum primum eſt, vt honeſte recipiatur. Et hoc eſt quod dicit; *Vt ſuſcipiatis eam in domino*, idest, propter amorem Dei; *Digne ſanctis*, idest, ſecundum quòd dignum eſt recipi ſanctos, ſecundum illud Matth. 10. Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti recipiet. Quidam libri habẽt, Digne ſatis, idest, conuenienter: tamen litera non concordat cum Græco. Secundum,

ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt: Quoniam quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.

LECTIO III.

PROPTER quod, & impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniẽdi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiſcar in Ieruſalem miniſtrare ſanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Ieruſalem. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Chriſti veniam. Obſecro ergo vos fratres, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & charitatẽ ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Ieruſalem ſanctis, vt veniam ad vos in gaudio per volũtatem Dei, vt refrigerer vobiſcum. Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis, Amen.

CAP. XVI. LEC. I.

COMMENDO autem vobis Phœben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris, vt eam ſuſcipiatis in domino digne

dum est, vt eam solicite adiuuent. Vnde subdit; *Vt assistatis ei*, scilicet consilium, & auxilium ferendo in quocumque negotio vestri indiguerit. Habebat enim forte aliquid expedire in curia Cæsaris. Sed contra hoc videtur esse, quod dicitur. 1. Thessal. 4. Vestrum negotium agatis, quasi dicat, Non intromittatis vos de negotiis alienis.

Sed dicendum est, quòd assistere negotiis alienis contingit dupliciter. Vno modo seculariter, id est, propter fauorem hominum, vel lucra, & hoc non cõuenit seruis Dei. 2. Timo. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Alio modo, assistit aliquis negotiis alienis ex pietate, puta in auxilium indigentium, & miserorum, & hoc est religiosum, secundum illud Iaco. 1. Religio munda, & immaculata, apud Deum, & patrem hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ.

Et hoc modo Apostolus hic loquitur. Vltimo autem ostendit Apostolus meritum eius, quare hoc sibi debeatur, dicens; *Etenim ipsa, quoque multis astitit, & mihiipsi*. Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene. Retributio enim manuum eius fiet ei. Matth. 5. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Deinde mandat salutari quasdam alias personas sibi coniunctas, dicens; *Salutate Priscam, & Aquilam*, qui erat vir Priscæ, sed mulierem præponit, forte propter, maiorem fidei euotionem; *Adiutores meos in Christo Iesu*, idest, in fide Christi prædicanda. Apud enim eos Corinthi hospitabatur, vt habetur Act. 18. *Qui pro anima mea suas ceruices suppoſuerunt*, id est, seipsos mortis periculo exposuerunt, pro vita mea conseruanda, quod est indicium maximæ charitatis. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat, quis pro amicis suis: Hoc autem videtur factum fuisse Corinthi, vbi Paulus persecutionem est passus, sicut habetur. Act. 18. Vel forte melius dicendum est, quòd alii se periculo pro Apostolo exposuerunt. Nam illud, quod legitur Act. 18. Factum fuit, quando Prisca, & Aquila de Roma recedentes Corinthum venerunt, vt ibidem dicitur. Sed hoc scribebat Apostolus, quando adhuc æstimabat eos esse Romæ: vita autem Apostoli non tam sibi, quàm aliis necessaria erat, secundum illud Phil. 1. Permanere autem in carne necessarium propter vos. Et ideo subdit, *Quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium*: quarum sum Apostolus, & doctor. 1. Timo. 2. Doctor Gentium in fide, & veritate. Et etiam salutate *Domesticam ecclesiam eorum*. Habebant enim in domo sua multos fideles congregatos. Deinde vult alium salutari, sibi dilectione coniunctum, dicens; *Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo*. Primus enim in tota Asia fuit ad fidem Christi conuersus, quod erat ei ad magnam dignitatem. Heb. 12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis. Tunc autem erat Romæ. Deinde dicit; *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis*, ad hoc vt eos ad concordiam reuocaret, quæ cum hoc facere non posset, significauit Apostolo. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Deinde dicit; *Salutate Andronicum, & Iuliam*, quos primo describit ex genere, cum dicit; *Cognatos meos*. In quo ostendit eos fuisse Iudæos, de quibus supra. 9. Qui sunt cognati mei, secundum carnem. Secundo ex passione pro Christo suscepta, dicens; *Et concaptiuos meos*. Fuerant enim aliquando, cum Apostolo Christi incarcerati. 2. Corint. 11. In carceribus abundantius: tertio ex authoritate, cum dicit; *Qui sunt nobiles in apostolis*, idest, nobiles inter prædicatores, secundum illud Prouerb. vlt. Nobiles in portis vir eius. Quarto ex tempore, cum dicit; *Et ante me fuerunt in Christo Iesu*. Prius enim fuerunt conuersi, quàm ipse Apostolus: & ex hoc eis maior reuerentia debebatur. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris, sed

F obsecra, vt patrem Deinde dicit; *Salutate Ampliatum dilectum meum in domino*, scilicet dilectione charitatis, quæ est in Christo. Phil. 1. Testis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Christi. Deinde dicit; *Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo*, scilicet in prædicatione fidei. Prouerb. 18. Frater, qui adiuuatur a fratre &c. *Et Stachin dilectũ meũ*, quos cõiungit: quia forte simul habitabant vel aliqua alia necessitudine erant coniuncti. Deinde dicit; *Salutate Appellen probam in Christo*, idest, approbatum in Christo, forte per aliquas tribulationes. Iob. 23. Probauit me quasi aurum, quòd per ignem transit. Deinde cum dicit; *Salutate omnes, qui sunt ex domo*, id est, ex familia Aristoboli, in cuius domo multi fideles erant congregati, quem non salutat: quia forte ex aliqua causa erat absens. Deinde dicit; *Salutate Herodionem cognatum meum*, qui ex hoc ipso dicitur fuisse Iudæus. Deinde dicit; *Salutate omnes, qui sunt ex domo Narcisci*, qui dicitur fuisse presbyter, & peregrinabatur per deserta loca, vt fideles Christi confortaret. Vnde quia tunc eum absentem nouerat esse Apostolus, non mandat eum salutari, sed familiam eius. Erant tamen in eius familia, aliqui infideles, & ideo ad discretionem subdit. Qui sunt in domino, quia solos fideles salutari mandat. 2. Io. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue dixeritis ei. Deinde dicit; *Salutate Thriphenam, & Triphosam, quæ laborauerunt in domino*, id est, in ministerio sanctorum, quod dominus sibi reputat fieri, secundum illud Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde dicit; *Salutate Persidam charissimam meam*, quam scilicet Apostolus propter eius deuotionem specialiter diligebat. Vnde subdit; *Quæ multum laborauit in domino*, scilicet exhortando alios, & ministrando sanctis, & etiam in paupertate, & aliis spiritualibus laboribus. 2. Corint. 11. In laboribus, in ieiuniis, in vigiliis &c. Deinde dicit; *Salutate Rufum electum in domino*, idest, in gratia Christi. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et matrem eius, scilicet carne, & meam, quia fuit eius mater beneficio. Aliquando enim seruierat Apostolo, licet tunc Romæ non esset. 1. Timoth. 5 Anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Deinde dicit; *Salutate Asineretum, Hermen, Patrobam, Herman, & qui cum eis sunt fratres*, quos simul salutat: quia simul concorditer habitabant. Psal. 67. Qui habitare facit vnius moris in domo. Deinde dicit; *Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius Olimpiadem, & omnes, qui cum eis sunt sanctos*, idest; In fide Christi sanctificatos. 1. Corinth. 1. Abluti estis, & sanctificati estis. Deinde ostendit modum, quo se generaliter salutent, dicens; *Salutate inuicem in osculo sancto*, quod dicitur ad differentiam osculi libidinosi, de quo dicitur Prouerbio. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem. Et etiam dolosi, de quo dicitur Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula inimici. Osculum autem sanctum est, quod in signum sanctæ trinitatis datur. Cantic. 1. Osculetur me osculo oris sui. Ex inde autem mos in ecclesia inoleuit, vt fideles inter missarum solemnia, inuicem dent oscula pacis.

Deinde salutat eos ex parte aliarum ecclesiarum, dicens; *Salutant uos omnes ecclesiæ Christi*, idest, in nomine, & fide Christi congregatæ, quia omnes vestrã salutem optant, & pro vobis orant. Iacobi vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini.

LECTIO

sto Iesu, & Stachin dilectum meũ. Salutate Appellen probũ in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcisci domo, qui sunt in domino. Salutate Triphenam, & Triphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meam. Salutate Asineretum, & Phlegontem. Hermen, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olimpiadem, & oẽs, qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos oẽs ecclesiæ Christi.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus mandauit, quos salutarent, hîc ostendit eis, quos debeant vitare. Et circa hoc tria facit. Primo, docet quos debeant vitare. Secundo, rationem assignat, ibi; *Huiusmodi.n. etc.* Tertio, promittit eis diuinum auxilium, ad hoc implendum, ibi; *Deus autem pacis &c.* Et quia illi, quos vitari volebat fraudulenter incedebãt decipientes sub specie pietatis, secũdum illud Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ideo primo, inducit eos ad cautelam habendam, dicens; *Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt*.

Vbi primo considerandum est, quòd obseruare, nihil aliud est, quàm diligenter considerare, quod quidem, quandoque in bono sumitur, quandoque in malo. In malo quidem sumitur, quando aliquis diligenter considerat conditionem, & processum alicuius ad nocendum, secundum illud Psal. 34. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Et Luc. 14. dicitur, Et ipsi obseruabant eum. In bono autem accipitur. uno modo, quando quis considerat præcepta Dei ad faciendum. Exod. 23. Obserua igitur, & audi vocem eius. Alio modo, quando diligenter considerat bonos ad imitandum, secundum illud Phil. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Tertio, obseruantur mali ad cauendum, & ita accipitur hîc. Erant enim quidam ad fidem conuersi ex Iudæis, qui prædicabant legalia esse obseruanda, & ex hoc, primo quidem in ecclesia sequebantur dissensiones, & sectæ, dum quidam eorũ errori adhærerent, alii vero, in vera fide persisterent. Gala. 5. Dissensiones, sectæ &c. Secundo, sequebantur offendicula, & scandala, de quibus supra. 4. actum est, dum quidam alios iudicarent, & alii alios spernerent qui dissensiones, & offendicula faciunt. Esa. 57. Auferte offendicula de medio populi mei. Dicit autem præter doctrinam quam vos didicistis a veris Christi apostolis, vt ostendat, quòd huiusmodi dissensiones, & scandala, ex falsitate doctrinæ proueniebant. Galat. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Secundo, monet vt cogniti vitentur, dicens; *Et declinate ab illis*, idest, eorum doctrinam, & consortia fugiatis. Psalm. 118. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Deinde cum dicit; *Huiusmodi enim &c.* assignat eius quod dixerat, duas rationes, quarum prima sumitur ex parte eorum, quos vult vitari. Et primo, describit eorum intentionem, dicens; *Huiusmodi* enim homines; *Non seruiunt Christo domino*, sed suo ventri. Non enim prædicabant propter gloriam Christi, sed propter quæstum, vt suum ventrem implerent. Phil. 3. Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. Secundo, describit eorum deceptionem, dicens; *Et per dulces sermones seducunt corda innocentium*, idest, simplicium, & imperitorum. Prou. 14. Innocens credit omni verbo. Per dulces sermones, in quibus sanctitatem prætendũt, secũdum illud Psal. 27. Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum; *Et benedictiones*, quibus scilicet benedicunt, & adulantur illis, qui eos sequuntur. Esa. 3. Populi meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Malac. 2. Maledicam benedictionibus vestris. Secundam rationem assignat ex conditione Romanorum, qui faciles se exhibebant ad sequendum bonum & malum. Vnde primo, commendat eos de facilitate ad bonum, dicens; *Vestra enim obedientia*, qua de facili fidei obedistis; *In omni loco diuulgata est*, propter dominium, quod tunc Romani obtinebant super alias nationes. Vnde quod a Romanis fiebat, de facili diuulgabatur ad alios. supra. 1. Fides vestra in vniuerso mundo annuntiatur; *Gaudeo igitur in uobis*, quia scilicet fidei obedistis, & hoc in charitate, de qua dicitur. 1. Cor. 13. Quòd non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Secundo, reddit eos cautos contra malum, dicens; *Sed volo vos esse sapientes in bono*, vt scilicet ei, quod bonum est inhæreatis. 1. Thess. vlti. Quod bonum est tenete; *Et simplices in malo*, ne, scilicet per aliquam simplicitatem declinetis ad malum. Vt talis sit vobis simplicitas, q̃ nullum decipiatis in malum. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Ecõuerso, de quibusdã dicitur Hier. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nesciũt. Deinde cum dicit; *Deus autẽ pacis &c.* promittit eis diuinum auxilium contra huiusmodi deceptores. Et primo, ponitur promissio, cum dicit; *Deus autem pacis*, scilicet

LECTIO II.

ROGO autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis, conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timothæus, adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis, Amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum, & prædicationẽ Iesu Christi, ſm reuelationem mysterii temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est, p scripturas ꝓphetarũ ſm p̃ceptũ æterni Dei, ad obeditionẽ fidei, in

author, qui dissensiones odit, quas isti faciunt; *Conteret Sathanam*, idest, diabolum, qui per istos pseudo apostolos vos decipere conatur; *Sub pedibus vestris*, quia scilicet per vestram sapientiam eum vincetis. Et hoc fiet; *Velociter*, scilicet in aduentu meo. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici. Mala. vlti. Calcabitis impios, cum fuerint sicut cinis sub planta pedum vestrorum. Secundo, ponitur oratio ad hoc obtinendum cum dicit; *Gratia domini nostri Iesu Christi, sit vobiscum*, quæ scilicet sufficit ad vos tuendos. 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Deinde cum dicit; *Salutat vos &c.* Salutat eos ex parte aliorum, dicens; *Salutat vos Timothæus, adiutor meus*, scilicet in prædicatione euangelii. 1. Cor. 4. Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis &c. Addit autem; *Et Lucius, Iason, & Sosipater, & cognati mei*, qui Iudæi erant, scilicet vos salutant. Erat autem quidam notarius Pauli nomine Tertius, cui Paulus concessit vt ex sua persona Romanos salutaret. Vnde subditur; *Ego Tertius, qui scripsi hanc epistolam, saluto vos in domino*. Deinde dicit; *Salutat vos Caius hospes*, cui scribitur Ioannis tertia canonica, in qua commendatur de charitate, quam exhibebat sanctis; *Et vniuersa ecclesia*, scilicet, quæ erat in domo eius congregata, vel quæ erat in illa prouincia. Deinde dicit; *Salutat vos Erastus, Archarius ciuitatis*, qui scilicet custodiebat arcam communem. i. communes redditus ciuitatis, & quidam frater. i. fidelis, nomine; *Quartus*. Deinde salutat eos ex parte sua, dicens; *Gratia domini nostri Iesu Christi, sit cum omnibus vobis, Amen*. Et finit epistolam, cum gratiarum actione, dicens; *Ei autem*, scilicet Deo qui est trinitas; *Qui potens est vos confirmare*. 1. Petr. vltim. Modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Et hoc in fide, quæ est; *Iuxta euangelium*, idest, secundum euangelium, quod ego prædico. 1. Corinth. 15. Siue ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis. Et etiam secundum; *Prædicationem Iesu Christi* qui primo euangelium prædicauit, secundum illud Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum. Vnde Matth. 4. dicitur, q̃ circuibat Iesus prædicans euangelium regni, Subditur autem; *In reuelatione mysterii*, idest, secreti, quod quidem potest referri ad id, quod dixerat, iuxta euangelium meum. Vel quia in ipso euangelio reuelatur secretum incarnationis diuinæ, ſm illud supra 1. Iustitia Dei reuelatur in eo. Vel quia ipsi Apostolo est euangelium reuelatum. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. De hoc autem secreto dicitur Esa. 24. Secretum meum mihi. Vel potest melius hoc referri ad hoc quod dixerat. *Confirmare*, quasi dicat, Deus potest vos confirmare in euangelio meo, & prædicatione, & hoc *Secundum reuelationem mysterii*, idest, secreti, scilicet de conuersione Gentium, sicut habetur Ephes. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus, illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti &c. Vnde & ipse subdit; *Temporibus æternis*, quia videlicet occultum erat apud homines, quòd Gentes essent conuertendæ ad fidem. Vocat autem hæc tempora

cūctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

æterna, quasi diu durantia, quia a principio mundi hoc fuit occultum, sicut & in Psalm. 75. dicitur: Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Et potest dici, quòd tempora æterna dicuntur ipsa æternitas, de qua dicitur Esa. 77. Excelsus & sublimis, habitans æternitatem: vt sicut simplex Dei essentia, per quandam similitudinem dimensionibus corporalibus describitur, secundum illud Iob. 11. Longior terra mensura eius, & latior mari: ita & simplex eius æternitas per tēpora æterna designatur, inquantū omnia tēpora continet. Subdit autem, quòd scilicet mysterium nunc; *Patefactum est*, de conuersione Gentium; *Per scripturas prophetarum*, idest, secundum quod prophetę prædixerunt, vt patuit supra. 15. Vnde ad Ephes. 3. dicitur, Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc manifestum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohæredes &c. Est autem patefactum per operis impletionem ex præcepto Dei. Vnde; *Secundum præceptum æterni Dei*, qui scilicet æterno proposito ea quæ vult, temporaliter facit, quod quidem præceptum Dei; *Ad obeditionem fidei est in cunctis gentibus*, idest, vt omnes gentes obediant fidei. supra. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Si autem loquamur de mysterio incarnationis, sic construenda est litera. Mysterii, inquam, temporibus æternis taciti, quia antea non erat ita manifestum. Quod, inquam, mysterium, nunc patefactum est per scripturas prophetarum, qui hoc prædixerunt, secundum præceptum æterni Dei, qui voluit mysterium incarnationis patefieri, & hoc ad obedientiam fidei in cunctis gentibus. Mysterii, inquam,

F licet taciti apud homines, tamen cogniti; *Soli Deo sapienti*, quia ipse solus hoc cognouit, & quibus hoc voluit reuelare, quia vt dicitur. 1. Corinth. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. Vel potest intelligi de eo, qui solus est sapiens, scilicet per essentiam, sicut dicitur Matth. 19. & Mar. 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Nec excluditur per hoc Filius, quia eadem est perfectio totius Trinitatis, sicut econuerso dicitur, Nemo nouit patrem, nisi filius. Matth. 11. Non excluditur pater a notitia suiipsius. Subdit autem; *Per Iesum Christum*. Quod non sic est intelligendum, quòd Deus pater sit sapiens per Iesum Christum: quia cum Deo G sit idem sapere, quod esse, sequeretur quòd pater esset per filium, quod est inconueniens: sed hoc referendum est ad hoc, quod supra dixerat, Nunc patefactum est, scilicet per Iesum Christum, cui Iesu Christo; *Est honor & gloria*, per reuerentiā totius creaturæ, secundum illud Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Et gloria, scilicet quantum ad plenam diuinitatem, sicut ibi subditur. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et hoc non ad tempus, sed in sæcula sæculorum. Heb. vlt. Iesus Christus heri, & hodie, ipse in sæcula. Addit autem ad confirmationem veritatis; *Amen*. Vel potest sic construi. Cogniti soli sapienti Deo, cui per Iesum Christum est gloria, qui Deum glorificauit, secundum illud. Io. 17. Ego clarificaui te super terram. Est autem aduertendum, quòd hæc constructio est defectiua, & est sic supplenda. Ei qui po. &c. Sit honor & gloria per Iesum Christum, cui est honor & gloria. Si autem non sit ibi; ly; cui, erit constructio plana.

Explicit epistola ad Romanos secundum expositionem Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER PRIMAM EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

PROLOGVS S. THO.

NON abscondam a vobis sacramenta Dei &c. Sap. 6. A Sacramenti nomen dupl'r accipi consueuit. Nam qn̄q; Sacr̄m dicitur quodcumq; secretū, & p̄cipue de rebus sacris. Qn̄q; Sacr̄m dicit̄ sacræ rei signū, ita q̄ & eius imaginē gerat, & cā existat: s̄m quod nos dicimus septē Sacr̄a ecclesiæ. s. Baptismus, Cōfirmatio, Eucharistia, Pęnitētia, Extremavnctio, Ordo, & Matrimoniū. In qua quidē significatione, Sacramēti ē prima significatio cōtinet̄. Nam in his eccl'ię Sacr̄is, diuina virtus secretius operat̄ salutē. vt † Aug. dicit, Hæc igitur Sacramenta Dei, p̄latus, seu doctor ecclesiæ fidelibus Xp̄i non debet abscondere, sed manifestare pp tria. Primo q̄dem quia hoc pertinet ad honorē Dei, s̄m illud Thob. 12. Sacr̄m regis abscōdere bonū est: opera aūt Dei reuelare, & cōfiteri, honorificū est. Secundo, quia hoc pertinet ad salutē hominū, qui per horū ignorantiā in desperationē labi possent: sicut de quibusdā dicitur Sap. 2. q̄ nescierūt Sacr̄a Dei, nec sperauerunt mercedē iustitiæ, quia p sacr̄a hoīes purificantur, vt sint p̄parati ad recipiendum mercedem iustitiæ. Tertio, quia hoc pertinet ad debitū offm̄ p̄lati, vel doctoris, s̄m illud Eph. 3. Mihi oīum sanctorū minimo data est gr̄a hæc, illuminare oēs q̄ sit dispensatio Sacr̄i abscōditi a sæculis in Deo. Sic C ergo p̄dicta verba demonstrant nobis materiā huius ep̄l'æ, in qua Ap̄l'us agit de Sacr̄is eccl'iæ. Cum. n. in ep̄l'a ad Romanos gratiā Dei commēdasset, q̄ in Sacr̄is eccl'iæ operatur: hîc. s. in 1, epist. ad Corinthios, de ipsis ecclesiæ Sacramentis agit. In secunda vero de ministris Sacramentorum. Videamus ergo primo textum.

De bapt. con. Don. lib. 3. c. 10.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Xp̄i p voluntatē Dei, & Sosthenes frater, Eccl esiæ Dei q̄ est Corinthi, sanctificatis in Xp̄o Iesu, vocatis sanctis, cum oīb⁹ qui inuocāt nomen dn̄i nr̄i Iesu Xp̄i, in oī loco ipsorū, & nr̄o: Gratia uobis & pax a Deo B p̄re nr̄o, & dn̄o Iesu Xp̄o. Gratias ago Deo meo semper p vobis ī gr̄a Dei, q̄ data est vobis in Xp̄o Iesu: quia in oībus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in oī sciētia, sicut testimonium Xp̄i confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in ulla gr̄a, expectantib⁹ reuelationē dn̄i nostri Iesu Xp̄i, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die aduētus domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatē filij eius dn̄i nostri Iesu Christi.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR ergo hec ep̄l'a in partes duas. In prima parte ponit ep̄l'arem salutationē. In secunda p̄sequitur suā intentionē, ibi; *Gratias ago Deo meo*. Circa primū tria facit. Primo, ponit personas salutantes. Secundo personas salutatas; *Ecclesiae Dei &c.* Tertio, bona salutifera optat, ibi; *Gratia uobis & pax*. Circa primum duo facit. Primo ponit personam principalem, quam D describit ex nomine, dicens, *Paulus*, de quo quidem nomine satis dictum est in ep̄l'a ad Rom. Hic aūt sufficiat dicere, q̄ hoc nomē p̄mittit in signū humilitatis. Nā Paulus, idē est q̄ modicus, q̄ ad humilitatē p̄tinet. 1. Reg. 13. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput ī tribub⁹ Israel factus es. Matth. 11. Abscōdisti hæc a sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Cōsequēter describit eā a dignitate. Et primo ponit modū adipiscēdæ dignitatis, cū dicit; *Vocatus*, s̄m illud Heb. 5. Nemo sumit sibi honorē, sed qui vocatur a Deo tanq̄ Aaron. Sc̄d'o ponit ipsam dignitatē, dicens; *Apostolus Iesu Christi*, q̄ quidē est prima dignitas in eccl'ia, & interpretatur Missus: quia fuerūt missi a Deo, vt vice eius fungerētur in terris. Vn̄ dicit Mat. 12. Quòd elegit duodecim, quos & ap̄l'os nominauit. & ī. 12. Deus posuit in eccl'ia quosdā, priū quidem ap̄l'os &c. Tertio, ponit originē, siue cām huius dignitatis, cū dicit; *Per voluntatem Dei*. Quod est intelligendū de voluntate be- E neplaciti, ex qua p̄ficiunt illi, qui multipl'r p̄sunt ecclesiis. Eccl. 10. In manibus Dei p̄tās terræ, & vtilē rectorē in t̄pe suscitabit super illā. Et de p̄dicta volūtate sub figura nobis dicitur Iob. 37. Quòd lustrāt cuncta p circuitum, quocumq; voluntas gubernātis p̄duxerit. Dimittit aūt Deus aliquos præfici pp subditorum peccata, s̄m illud Iob. 34. Regnare facit hominē hypocritam pp peccata populi. Talis aūt rector non dicitur esse s̄m voluntatem Dei, sed s̄m eius indignationē, s̄m illud Oseę. 13. Dabo tibi regē in furore meo, & auferā in indignatione mea. Sc̄d'o ponit p̄sonā adiunctā, cū dicit; *Et Sosthenes frater*. Quē sibi salutādo adiūgit, quia ad Ap̄l'um detulerat contentiones, & alios Corinthiorum

A defectus, ne hoc videretur ex odio fecisse: & iō noīat eum fratrē, vt oñdat q̄ ex zelo charitatis hoc fecerat. Prou. 9. Argue sapiētē, & diliget te. Deinde ponit p̄sonas salutatas, cū dicit; *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi*. Et primo, ponit principales p̄sonas, quas d'scribit tripl'r. Primo quidē ex loco, cū dicit, *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi*. i. fidelibus Xp̄i Corinthi congregatis. Psal. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. Sc̄d'o, ex munere gratiæ, cum dicit; *Sanctificatis in Christo Iesu*. i. in fide, passione, & sacr̄o Xp̄i Iesu ī. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Heb. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinē populum, extra portā passus est. Tertio, ponit originē gratiæ, cū dicit; *Vocatis sanctis*. Quia. s. ad sanctitatē p gr̄am vocationis peruenerunt. Ro. 8. Quos p̄destinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Sc̄d'o ponit personas secundarias, fideles. s. q̄ nō erāt in ipsa ciuitate, sed habitabāt in dieceſi ciuitatis, vel districtu. Vnde subdit; *Vobis*, inquam, qui estis Corinthi scribo; *Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi*. s. per veram fidei confessionē. Ioel. 2. Oīs qui inuocauerit nomen dn̄i, saluus erit. Et hoc; *In omni loco ipsorum*. i. eorū iurisdictioni subiecto; *Et nostro*, quia per hoc, q̄ subiiciebantur C ep̄o ciuitatis, non eximebantur a p̄tāte Apostoli, quinimmo magis erāt ipsi Ap̄l'o subiecti q̄ his, quibus ipse eos subiecerat. Psal. 102. In oī loco dominationis eius, benedic aīa mea dn̄o. Vltimo aūt, in salutatione ponit bona salutifera, q̄ eis optat, quorum primum est; *Gratia*, p quā iustificamur a peccatis. Ro. 3. Iustificati gratis p gr̄am ipsius. Vltimū aūt est; *Pax*, q̄ perficitur in felicitate æterna. Psal. 141. Qui posuit fines tuos pacē. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Per hæc aūt duo, oīa alia includit. Vnde dicit; *Gratia & pax*. Cām eorum ostendit, subdens; *A Deo patre nostro*, s̄m illud Iac. 1. Oē datum optimū, & oē donū perfectū desursum est, descendens a p̄re luminum. Addit autem; *Et domino Iesu Christo*, p quē, vt dicitur. 2. Pet. 1. Maxima & p̄tiosa p̄missa donauit nobis Deus. Io. 1. Gr̄a & veritas p Iesum Xp̄m facta est. Quod aūt dicit; *A Deo patre nostro*, p̄t intelligi de tota Trinitate, a qua creati sumus, & in filios adoptati. Additur autē; D *Et domino Iesu Christo*, non quia sit persona alia, vel hypostasis p̄ter tres personas, sed pp aliā naturā. Vel q̄d dicitur; *Deo patre nostro*, p quandā appropriationē accipit̄ p p̄sona p̄ris, sicut Io. 20. Ascēdo ad patrē meum, Deum meum, & Deum vestrum. In hoc aūt q̄d subdit; *Et domino Iesu Christo*, manifestat̄ p̄sona filii, tacet̄ autē de spiritu sancto, quia est nexus p̄ris & filii, & intellectus ex ambobus: vel quia est donū vtriusque, intelligitur in donis, de quib' dicit. Gr̄a, & pax, q̄ per spiritum sanctum dantur. ī. 12. Hæc oīa operatur vnus, atq; idē spiritus. Deinde cum dicit; *Gratias ago Deo meo*. Incipit ep̄l'arem tractatum. Et primo, gr̄as agit de bonis eorum, vt correctionem suorum defectuum tolerabilius ferant. Sc̄d'o, ponit eorum instructionē, ibi; *Obsecro vos autem fratres*. Circa primū duo facit. Primo, gr̄as agit de bonis, q̄ iā acceperant. Secundo, de bonis, q̄ in futurum expectabāt, ibi; *Expectantibus reuelationem*. Circa primum duo facit. Primo, ponit gr̄arum actionem, E cum dicit; *Gratias ago Deo meo*, qui. s. & si sit Deus oīum p creationē, & gubernationē, tn̄ est eius, & cuiuslibet iusti per fidem, & deuotionē. ps. 117. Deus meus es tu, & cōfitebor tibi. Oñdit etiā qn̄ gr̄as agit, cum dicit; *Semper*, quia hæc gr̄arum actio ex charitatis affectu p̄cedit, qui in eius corde assiduus erat. Prou. 17. Oī t̄pe diligit, qui amicus est. Et quamuis oī t̄pe eos diligeret, & pro eorū bonis gr̄as ageret actual'r: tn̄ ēt p eis gr̄as agebat oībus horis, quas habebat orōni deputatas. Ostēdit ēt p quibus gr̄as agit, cum dicit; *Pro vobis*, de quorum. s. bonis pp charitatis vnionem gaudebat, sicut de suis. 1. Io. 3. Maiorē horum non habeo gr̄am, q̄ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Sc̄d'o, ostendit ma-

teriā gr̄arum actionis, & primo in generali, cum dicit; *In gratia* F *Dei*. i. per gratiā Dei; *Quæ data est vobis in Christo Iesu*. i. per Xp̄m Iesum. Io. 1. De plenitudine eius oēs nos accepim⁹ gr̄am ꝓ grā. Scd̄o, in spāli, vbi primo ostendit gratiæ abundantiā, cum dicit; *Quia in omnibus*. s. q̄ pertinent ad salutem; *Diuites*. i. abundantes; *Facti estis in illo*. i. ꝑ Xp̄m, sm̄ illud. 1. Cor. 8. Propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis. Et exponit, in quibus sint diuites facti, cum dicit, *In omni verbo*, vel quia oībus generib⁹ linguarum loquebātur, Vel quia in verbo doctrinę abundabant, Verbum autē non proferretur ordinatē nisi ex scientia ꝓcederet, & iō subdit; *In omni scientia*. i. intelligentia oīum scripturarum, & vīr oīum, q̄ pertinent ad salutem, Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctorum. Hoc aūt quod dicit Ap̄lus, referendum est ad eos, qui erant in ecc̄lia perfectiores, in quibus ēt alii minores has diuitias possidebant, sicut Aug. dicit sup Io. Si amas vnitatē cui hæres habes Tract. 32. q̄cquid in illa alter habet: tolle inuidiā, & tuum est qđ alius habet: quos. n. cupiditas & inuidia separat, charitas iungit. Secūdo, ostendit rectitudinē, dicens; *Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis*, non esset rectum verbum doctrinæ, neq; recta scientia, si a testimonio Xp̄i discordaret, vel si ēt Xp̄i testimonium nō firmiter per fidem cordibus inhæreret, quia vt dicitur Iac. 1. Qui H hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur. Testimonium aūt Xp̄i dicit, vel quia de ipso ꝓphetæ p̄nunciauerunt, sm̄ illud Act. 10. Huic oēs ꝓphetæ testimonium perhibent, vel quia ipse Xp̄s testimonium perhibuit, sm̄ illud Io. 8. Si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimonium meum. Vel ēt quia Ap̄lus in sua p̄dicatione Xp̄o testimonium dedit. Act. 22. Non recipient testimonium tuum de me. Tertio, tāgit gratiæ perfectionem, cum dicit; *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia*, quia. s. in diuersis personis oēs gratias gratis datas, habebant. Ad diuinā. n. ꝓuidentiā pertinet, vt absq; defectu necessaria largiatur. Psal. 33. Nihil deest timentibus eum, & iterū, Inquirentes aūt dn̄m non minuent̄ oī bono. Deinde ponit bona in futurum expectāda. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit futuri boni expectationē, dicens; Vobis (inquā) nō solum habentib⁹ gr̄am in p̄nti, sed ēt; *Expectantibus* in futurum; *Reuelationem domini nostri Iesu Christi*, qua. s. sanctis suis reuelabit̄, nō solum per gloriā humanitatis, sm̄ illud Esa. 33. Regem in decore suo videbunt, sed ēt per gloriā diuinitatis, sm̄ illud Esa. 4. Reuelabit̄ glīa dn̄i, q̄ quidem reuelatio hoīes beatos facit. 1. Io. 3. Cum aūt apparuerit, similes ei erimus: & videbim⁹ eum sicuti est. Et in hoc vita æterna consistit, sm̄ illud Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sicut aūt illi quibus Xp̄s reuelatur sunt beati in re, ita illi qui hoc expectāt, sunt beati in spe. Esa. 3. Beati oēs, qui expectāt eum. Et iō de ipsa expectatione gratias agit. Scd̄o, ostendit ꝙ hęc expectatio, non est vana ex auxilio diuinæ gratiæ. Vnde subdit. Qui. s. Xp̄s, qui spē dedit vobis hm̄oi reuelationis, ēt; *Confirmabit vos*, in grā accepta. 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet, cōfirmabit, solidabitq;, & hoc; *Vsque in finem*. s. vitæ vr̄æ. Mat. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Non aūt vt sitis sine peccato, quia si dixerimus, qm̄ peccatum non habemus, ipsi nosmetipsos seducimus & veritas in nobis non est, vt dicitur. 1. Io. 1. Sed vt K sitis; *Sine crimine*. i. sine peccato mortali. 1. Tim. 3. Ministrent nullum crimen habentes, & hoc, inquā, erit; *In die aduentus domini nostri Iesu Christi*, quia. s. qui sine crimine inuenitur in die mortis, sine crimine perueniet ad diē iudicii, sm̄ illud Eccl. 11. Si ceciderit lignū ad austrū, siue ad aquilonē, in quocumq; loco ceciderit, ibi erit. nisi aūt sine crimine nunc inueniatur, frustra illā reuelationem expectaret. Tertio, rōnē suæ ꝓmissionis assignat, dicēs, ꝙ Deus vos confirmabit, quod debetis sperare, quia Deus est fidelis. Deut. 32. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, Per quem vocati estis in societatē filii eius Iesu Xp̄i dn̄i nr̄i, vt. s. habeatis societatē ad Xp̄m, & in p̄nti per similitudinem gr̄æ, sm̄ illud. 1. Io. 1. Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatem habemus cūm eo ad inuicem. & in futuro per participationem glīæ. Ro. 8. Si cōpatimur vt & simul glorificemur. Nō aūt videretur esse fidelis Deus, si nos vocaret ad societatem filii, & nobis denegaret quantum in ipso est, ea per q̄ peruenire ad eum possemus. Vnde Iosue. 1. dicit, Non te deseram, neque derelinquam,

LECTIO II.

OBsecro autē vos fratres per nomen dn̄i nostri Iesu Xp̄i: vt idipsum dicatis oēs, & nō sint in vobis schismata. Sitis autē p̄fecti in eodē sensu, & in eadē scientia. Signātū est. n. mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia G contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico, ꝙ unusquisq; uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, Ego autē Xp̄i. Diuisus est Xp̄s? Nunquid Paulus crucifixus est ꝓ vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo, ꝙ neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium, nequis dicat, ꝙ in nomine meo baptizati estis: Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim. Non enim misit me Xp̄s baptizare, sed euangelizare.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSA salutatione, & gr̄arum actione, hic incipit eos instruere. Et primo, ponitur instructio de his, q̄ ad oēs cōiter pertinent. s. de his q̄ pertinent ad ecclesiastica sacr̄a. Scd̄o instruit eos de his, q̄ ad quosdā pertinebant. 16. ca. *De collectis autem quæ fiunt in sanctos &c*. In sacris autem tria sunt cōsideranda. Primo quidem ipsum sacr̄m, sicut baptismus, Secundo id quod est res significata, & cōtenta. s. grā. Tertio, id quod est res significata, & nō cōtenta. s. gloria resurrectionis. Primo ergo agit de ipsis sacr̄is. Scd̄o, de ipsis gratiis. 11. cap. *De spiritualibus autem nolo vos &c*. Tertio, de gloria resurrectionis. j. 15. Notum aūt vobis facio. Circa primū tria facit. Primo, determinat ea, q̄ pertinent ad sacr̄m baptismi. Secundo, ea q̄ pertinent ad sacr̄m m̄rimonii. 5. cap. ibi; *Omnino auditur inter vos &c*. Tertio, ea q̄ pertinent ad sacr̄m eucharistiæ. 8. cap. ibi; *De his autem quæ idolis sacrificantur*. Dn̄s aūt Mat. vlt. discipulis præceptum dedit de doctrina simul & baptismo, dicens, Euntes docete oēs gentes, baptizantes &c. Et iō Ap̄lus in prima parte simul cum baptismo agit de doctrina. Est aūt sciendum, ꝙ inter Corinthios fideles erat q̄dā dissensio p̄p baptistas, & doctores. Illi. n. qui erāt instructi, cōtemnebant alios quasi qui meliorem doctrinam acceperint, & meliorem baptismum. Vnde circa primum duo facit. Primo, remouet cōtentionem. Scd̄o cōtentionis cām, q̄ erat in hoc, ꝙ gloriabantur de quibusdā & alios Xp̄i ministros cōtemnebāt. j. 3. cap. *Et ego fratres non potui vobis loqui*. Circa primum tria facit. Primo, ꝓponit admonitionem. Secundo admonitionis necessitatem oñdit, ibi; *Significatū est enim mihi &c*. Tertio, rōnem admonitionis assignat, ibi; *Diuisus est Christus &c*. Circa primum duo cōsiderāda sunt. Primum quidē ꝙ eos inducit ad admonitionem seruādā. Vno modo per ꝓpriā humilitatem, cum dicit; *Obsecro autem vos &c*. Prou. 18. Cum obsecrationib⁹ loquit̄ pauper. Alio mō per fraternā charitatem, cum dicit; *Fratres*, quia. s. ex affectu fraternę charitatis hoc dicebat. Eccl. 12. Frater qui iuuatur a fr̄e, quasi ciuitas firma. Tertio, per reuerentiā Xp̄i, cum dicit; *Per nomen domini nostri Iesu Christi*, quod est ab oībus honorandum, & cui oportet oēs esse subiectos. Phil. 2. In I noīe Iesu oē genu flectat̄. Scd̄o cōsiderādum est, ꝙ inducit eos ad tria. Primo quidem ad cōcordiā, cum dicit; *Vt idipsum dicatis omnes*. i. oēs eādem fidem cōfiteamini, & eādem sn̄iam ꝓferatis, de his, q̄ sunt cōiter agendā. Ro. 15. Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum. Secundo, ꝓhibet vitium contrarium virtuti, cum dicit; *Et non sint in vobis schismata*, quia vnitas ecclesiastica diuidi non debet, in cuius signum milites de tunica inconsutili. Io. 19. dixerunt, Non scindamus eā, sed sortiamur de ea cuius sit. Sunt aūt ꝓprie schismata, qn̄ vel p̄p diuersam fidei confessionem, vel p̄p diuersas sn̄ias de agendis, hoīes vnius collegii in diuersas separātur partes. Esa. 22. Scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. Tertio, inducit eos ad id ꝑ quod p̄nt schisma vitare. s. ad perfectionem. Est. n. diuisionis cā dum vnusquisque partiale bonum q̄rit, p̄termisso perfecto bono, quod est bonum totius. Et iō dicit; *Sitis autem perfecti in eodem sensu*. s. quo iudicat̄ de agendis; *Et in eadem scientia*, quia iudicat̄ de cognoscendis. q. d. per hec perfecti esse poteritis, si in vnitate persistatis. Col. 3. Super oīa charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Matt. 5. Estote perfecti sicut pr̄ vester cœlestis perfect⁹ est. Deinde cum dicit; *Significatum est mihi*. oñdit necessitatem p̄dictæ admonitionis, quia. s. contentionis vitio laborabāt. q. d. iō necesse est vos ad hoc inducere, quia significatum est mihi fr̄es mei; *Ab his qui sunt Cloes*. i. in quadā villa Corinthiorum iurisdictioni subiecta: vel Cloes p̄t esse nomen matronæ in cuius domo erant multi fideles congregati; *Quia contentiones sunt inter vos*, contra id quod dicit Prou. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus: & modum cōtentionis exponit, subdens; *Hoc autem dico*. i. contentionem nomino; *Quod vnusquisque vestrum* noīat se ab eo, a quo ē baptizat⁹ & instruct⁹, & dicit; *Ego quidem sum Pauli*, quia erat a Paulo baptizat⁹ & instruct⁹. Alius; *Ego autem Apollo*, qui. s. Corinthiis p̄dicauerat, vt habet̄ Act. 19. Ali⁹; *Ego vero Cephe*. i. Petri cui dictum est Io. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Quod quidem iō dicebāt, ꝙ putabāt a meliori baptista, meliorem baptismum dari, quasi virt⁹ baptistæ in baptizatis operaretur.

retur. Et de hoc pseudo ap̄li gloriabantur, sm̄ illud Psal. 48. Vocauerūt noīa sua in terris suis. Alius aūt dicit; *Ego autem sum Christi*, q. solus bn̄dixit, quia solius Xp̄i virt⁹ operat̄ in baptismo Xp̄i. Io. 1. Super quē videris spūm descendere & manere, ipse est q. baptizat. Et iō baptizati, a solo Xp̄o denominantur Xp̄iani, nō aūt a Paulo Paulini. Esa. 4. Tantūmodo inuocet̄ nomen tuū super nos. Ad huius āt erroris vitationē, dicuntur Græci hac forma in baptizādo vti, baptizetur seru⁹ Xp̄i Nicolaus in noīe pr̄is, & filii, & spiritussancti, vt det̄ intelligi, ꝙ homo nō baptizat interius, sed baptizatur a Xp̄o. Quia tn̄ ēt hō baptizat ministerio, vt mēbrū & minister Xp̄i, iō ecc̄lia vtit̄ hac forma in baptizādo. Ego te baptizo, B in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti, qđ q̄dē est exp̄ssius sm̄ formā a Xp̄o traditā, q. dixit discipulis, Docete oēs gētes baptizātes eos. In noīe pr̄is, & filii & spiritus sancti &c. Vbi ipsos ap̄los dicit baptizātes, sm̄ quē modū, sacr̄i minister dicit, ego te baptizo. Deinde cū dicit; *Diuisus est Christus &c*. ponit rōnē p̄dictæ admonitionis, quare inter eos scissuræ, & cōtentiones esse nō debebāt. & primo, ex parte baptismi. Scd̄o, ex parte doctrinæ, ibi; *Non in sapientia verbi &c*. Circa primū tria facit. Primo, ponit inconueniens, quod ex p̄dicta cōtentione sequit̄. Secūdo manifestat, quare illud incōueniēs sequat̄, ibi; *Nunquid Paulus crucifixus est &c*. Tertio, excludit, quandā falsam suspitionem, ibi; *Gratias ago Deo meo &c*. Dicit ergo primo. Dixi ꝙ vnusquisq; vestrū dicit, ego sū Pauli, ego Apollo. Et ex hoc seq̄t̄, ꝙ Xp̄s est diuisus. Nec refert vtrū interrogatiue, vel remissiue legat̄. Hoc aūt p̄t intelligi vno mō, quasi diceret, ꝑ hoc ꝙ inter vos cōtēditur, Xp̄s est diuisus a vobis, qui nō nisi in pace habitat, sm̄ illud Psal. 75. In pace fact⁹ est locus eius. Esa. 59. Iniquitates vr̄æ diuiserūt inter vos, & Deū C vr̄um. Sed melius al̄r hoc p̄t intelligi, vt sit sensus: ꝑ hoc, ꝙ creditis baptismum esse meliorem, qui a meliori baptista datur, sequit̄, ꝙ Xp̄s, qui principal̄r, & interius baptizat, sit diuisus. i. differens in sua virtute & effectu, sm̄ differētiā ministrorū: qđ patet esse falsum, ꝑ id qđ dr̄ Eph. 4. Vn⁹ dn̄s, vna fides, vnū baptisma. Sed adhuc melius hoc intelligit̄, ꝙ Ap̄lus dicit ex hoc, ꝙ ea, q̄ sunt ꝓpria Xp̄i, aliis attribuitis, quodāmodo Xp̄m diuiditis plures Xp̄os faciētes, cōtra id qđ dr̄ Mat. 23. Magr̄ vester vn⁹ ē Xp̄s. Esa. 45. Cōuertimini ad me, & salui eritis oēs fines terræ, quia ego dn̄s & nō est alius. Est aūt sciēdū, ꝙ Xp̄s in sacr̄o baptismi, duplicē hēt virtutē sibi ꝓpriā. Vnā quidē diuinā, qua simul cū pr̄e, & spiritu sancto, interius mūdat a peccato, & hoc nulli creaturæ potuit cōicari. Alia aūt est ꝓpria virt⁹ sm̄ humanā naturā, q̄ est ptās excellētiæ in sacr̄is, & cōsistit in quatuor. Quorū vnū est, ꝙ ipse sacr̄a instituit. Secūdū est, ꝙ potuit effectū sacr̄orum sine sacr̄o cōferre. Tertiū est, ꝙ meritū passionis eius operatur in baptismo, & aliis sacr̄is. Quartū est, ꝙ ad inuocationē nominis D eius sacr̄a cōferunt̄. Hāc aūt ptātem excellētiæ, & maxime q̄tū ad vltimū, cōferre potuit ministris baptismi, vt. s. eorū nominib⁹ cōsecraret̄ baptismus, sed noluit, ne schisma, ex hoc in ecc̄lia fieret, dū tot reputarentur baptismi, quot essent baptistæ. Et hoc est Snper. 10. tr. 13. ꝙ sm̄ expositionē† Aug. Io. Bap. de Xp̄o nescisse fatet̄. Io. 3. Vtrū s. hāc potestatē sibi retineret. Deinde cum dicit; *Nunquid Paulus &c*. Oñdit p̄dictū incōueniēs sequi ex eorū errore, ꝙ diuersum baptisma esse æstimabāt, sm̄ differētiā baptistarū, hoc. n. esset, si a baptistis baptismus efficaciā haberet, qđ quidē solius est Xp̄i. Hoc aūt oñdit dupl̄r. Primo, quidē ex parte passionis Xp̄i, in cuius virtute baptism⁹ operat̄, sm̄ illud Ro. 6. Quicūq; baptizati sumus in Xp̄o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et iō dicit; *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis?* q. d. Nunquid passio Pauli cā est nr̄æ salutis, vt sm̄ ipsum baptismus habeat virtutē saluādi? q. d. non. Hoc. n. ꝓpriū est Xp̄o, vt sua passione & morte, nr̄am salutē operatus fuerit. Io. 11. Expedit vt vnus hō E moriatur ꝓ populo, & nō tota gēs pereat. 2. Cor. 5. Vn⁹ ꝓ oīb⁹ mortuus est. Sed cōtra vr̄ esse, qđ Ap̄lus dicit. Col. 1. Gaudeo in passionibus meis ꝓ vobis, & adimpleo ea, q̄ desunt passionū Xp̄i in carne mea, ꝓ corpore eius, qđ est ecc̄lia. Sed dicendū, ꝙ passio Xp̄i fuit nobis salutifera, nō solū ꝑ modū exēpli, sm̄ illud. 1. Pet. 2. Xp̄s passus est, ꝓ nobis, vobis relinquēs exēplū, vt sequamini vestigia eius, sed ēt ꝑ modū meriti, & ꝑ modū efficaciæ, inquātū eius sanguine redēpti, & iustificati sumus, sm̄ illud Heb. vlti. Vt sanctificaret per suū sanguinē populū extra portā passus est, sed passio aliorū nobis est salutifera, solū ꝑ modū exēpli, sm̄ illud. 2. Cor. 1. Siue tribulamur ꝓ vr̄a exhortatione & salute. Scd̄o, oñdit idē ex virtute nominis Christi, qui in baptismo inuocat̄. Vn̄ subdit; *Aut in nomine Pauli baptizati estis?* q. d. non. Vt. n. dr̄ Act. 4. Nō est aliud nomē datū hominib⁹, ꝑ qđ oporteat nos saluos fieri. Vn̄ & Esa. 26. dr̄, Nomē tuū & memoriale tuū in desiderio aīæ. Sed vr̄, ꝙ in noīe Xp̄i hoīes nō baptizētur. Dicit eīm

A Mat. vlt. Docete oēs gentes, baptizātes eos in noīe pr̄is & filii, & spiritus sancti. Dicēdū, est aūt ꝙ in primitiua ecc̄lia, quia nomē Xp̄i multū erat odiosum, vt venerabile redderet̄: ap̄li in noīe Xp̄i baptizabāt ex spāli ordinatione spiritus sancti. Vnde dr̄ Act. 8. ꝙ in noīe Xp̄i baptizati sunt viri & mulieres. Et tn̄ vt† Ambros. De spū sancto lib. 1. ca. 14. dicit. In noīe Xp̄i tota trinitas intelligitur. Xp̄s. n. interpretat̄ vnct⁹, in quo intelligit̄, nō solum ille, qui vngit̄, qui ē filius Dei, sed ēt ipa vnctio, q̄ est spiritus sanctus, & ipse vngēs qui est pr̄, sm̄ Psal. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitiæ, p̄ cōsortib⁹ tuis. Nūc aūt quia nomē Xp̄i iā est magnū in gētibus ab ortu solis vsq; ad occasum, B vt dr̄ Mala. 1. ecc̄lia vtit̄ forma prius instituta a Xp̄o baptizans in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti. Et tn̄ quicumq; in hac forma baptizātur, in noīe eius, qui est uere filius Dei baptizātur, sm̄ illud. 1. Io. ult. Vt simus in uero filio eius Iesu Chr̄o. Baptizātur ēt oēs fideles in noīe Xp̄i. i. fide & cōfessione nominis Xp̄i, sm̄ illud Iohe. 2. Oīs quicūq; inuocauerit nomē dn̄i, saluus erit. Vnde baptizati a Xp̄o Xp̄iani nominantur, quia ut dr̄ Gal. 1. Quotquot in Xp̄o baptizati estis, Xp̄m induistis. Sic ergo, si solius Xp̄i passio, si solius Xp̄i nomē uirtutē confert baptismo ad saluādū, uerū est propriū esse Xp̄o, ut ex eo baptismus habeat sanctificādi uirtutē. Vnde qui hoc aliis attribuit, diuidit Xp̄m in plures. Deinde cū dicit; *Gratias ago Deo meo*. excludit quandam suspitionē. Quia ibi dixerat, nūquid. n. Paulus crucifixus est pro uobis: posset aliquis credere, ꝙ & si nō authoritate, ministerio tn̄ plures baptizauerit, Et circa hoc tria facit. Primo, gr̄as agit de hoc, ꝙ paucos baptizauit. Scd̄o quibusdā paucis noīatis, quosdā alios addit, ibi; *Baptizaui autem*. Tertio, assignat rōnē, quare non C multos baptizauerit, ibi; *Non enim misit me Deus*. Dicit ergo primo; *Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum*. De quo Act. 18. Crispus Archisynanogus credidit dn̄o, cū oī domo sua; *Et Caium*, ad quē scribit̄ tertia Canonica Ioannis. Et quia gr̄arū actio locū nō hēt, nisi in bn̄ficiis p̄ceptis: cōsequēter Ap̄ls ostēdit qual̄r de hoc gr̄as agat, cum subdit. Nequis dicat, ꝙ in noīe meo baptizati estis. Est. n. optabile sanctis uiris, ne ex bonis, q̄ ipsi faciūt, alii sumāt occasionē erroris sui, siue peccati. Et quia Corinthii in eū errorē deuenerāt, ut se a suis baptistis nominarēt, dicētes. Ego sum Pauli & Appollo, ac si in eorū nominibus essent baptizati, iō gr̄as agit de hoc, ꝙ de suo ministerio talis error cōsequut⁹ nō fuerit. Et iō signāter dicit se baptizasse illos, qui ab hoc errore immunes erāt. Deinde cum dicit; *Baptizaui autem &c*. Ponit quosdā alios a se baptizatos, ne in eius uerbis aliquid ueritatis minus appareret. Vnde dicit; *Baptizaui &c. domum*. i. familiam; *Stephanæ*. s. cuiusdā matronæ. Et quia circa particularia facta, memoria hoīum labilis est, subdit, Cæterum; D *Nescio*. i. in memoria non habeo; *Si quem alium baptizauerim*, in propria persona. Deinde cum dicit; *Non enim misit &c*. Assignat rōnē, quare paucos baptizauerit, dicens; *Non enim misit me Deus baptizare, sed euangelizare*. Contra qđ vr̄ esse quod dr̄ Matt. ult. Euntes docete oēs gētes, baptizātes eos in noīe pr̄is, & filii, & spiritus sancti. Sed dicendū est, ꝙ Xp̄s ap̄los misit ad utrumque, ita tn̄ ꝙ ipsi ꝑ seipsos p̄dicarent, sm̄ qđ ipsi dicebāt Act. 6. Non est æquum relinquere nos uerbum Dei, & ministrare mensis. Baptizarēt aūt ꝑ inferiores ministros, & hoc iō, quia in baptismo nihil operatur industria vel uirtus baptizātis: nā indifferēs est, utrū ꝑ maiorē uel minorē ministrum det̄ baptismus, sed in p̄dicatione euāgelii, multum operatur sapiētia & uirtus p̄dicātis, & iō prædicationis offm̄ per seipsos ap̄li tanquā maiores ministri exercebant, sicut & de ipso Christo dr̄ Io. 4. ꝙ ipse non baptizabat, sed discipuli eius, qui tamen de seipso dicit Luc. 4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum Dei, quia ideo missus E sum Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me.

LECTIO III.

NON in sapientia verbi, ut nō euacuet̄ crux Xp̄i. Verbū. n. crucis, pereuntib⁹ quidē stultitia est, his aūt qui salui fiūt. i. nobis, Dei uirtus est. Scriptū est. n. Perdā sapientiā sapientiū, & prudentiam

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Ap̄ls improbauit Corinthiorum contētionē, rōne sumpta ex parte baptismi, hic excludit eorum cōtentionē rōne sumpta, ex parte doctrinæ. Quidā. n. eorum gloriabant̄ de doctrina Pseudo ap̄lorum, qui ornatis uerbis & humanæ sapiētiæ rōnib⁹, ueritatē fidei corrumpebāt. Et ideo Ap̄ls primo, ostendit hunc modum, conuenientē non esse doctrinæ fidei. Secundo, ostēdit hoc modo docendi, se usum apud eos non fuisse, 2. cap. ibi; *Et ego cum uenissem ad &c*. Circa primum duo facit, primo, proponit quod intendit: secundo manifestat propositum, ibi; *Vt non euacuetur*. Dicit ergo primo. dixi ꝙ misit me Christus euangelizare, nō tn̄ ita ꝙ ego; *In sapientia uerbi*, euangelizem. i. in sapiētia mūdana, q̄ uerbosos facit, inquātum per eā multis uanis rōnibus hoīes utūtur Eccl. 6. Vbi uerba sunt plurima, multā

in disputando habentia vanitatē. Prou. 14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequēter egestas. Vel sapiētiā verbi noīat rhetoricā, q̄ docet ornate loqui, ex quo alliciunt̄ interdū hoīes ad assentiendum errorib⁹, & falsitatib⁹. Vñ Ro. 16. Per dulces sermones seducūt corda innocentiū. Et de meretrice dr̄ Prou. 2. In figura hæreticæ doctrinæ. Vt eruaris a muliere aliena, & extranea, q̄ mollit sermones suos. Sed cōtra dr̄ Esa. 33. Populū imprudētē non videbis. s. in catholica eccl'ia, & populū alti sermonis, ita vt nō possis intelligere disertitudinē linguæ eius, in quo nulla est sapiētia, sed quia in Gręco ponitur logos, qđ rōnem & sermonē significat, posset cōuenientius intelligi sapiētia verbi. i. humanæ rōnis, q̄a illa q̄ sunt fidei humanā rōnē excedunt, ſm illud Eccle. 3. Plurima supra sensum hoīs ostēsa sunt tibi. Sed cōtra hoc vr̄ esse, ꝙ multi doctores eccl'iæ in doctrina fidei sapiētia, & rōnib⁹ humanis, & ornatu verborū sunt vsi. Dicit. n. Hier.
Tom. 2. in epist. ad Magnū oratorē vrbis Romæ, ꝙ omnes doctores fidei in ornatu philosophiæ doctrinis, atq; scientiis suos refarxerunt libros, vt nescias, quid in illis primū admirari debeas, eruditionē sæculi, an scientiā scripturarū. Et August. dicit in 4. de doctrina
cap. 5. Xp̄iana. Sunt viri eccl'iastici, q̄ diuina eloquia, nō solū sapienter, sed ēt suauiter tractauerunt. Dicendū est ergo, ꝙ aliud est docere in sapientia verbi quocumq; mō intelligatur, & aliud vti sapiētia verbi in docendo. Ille in sapientia verbi docet, q̄ sapientiam verbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ, ita. s. ꝙ ea solū approbet, q̄ verbi sapientiā continent: reprobet aūt ea q̄ sapiētiā verbi nō habēt, & hoc fidei est corruptiuū. Vtit̄ aūt sapientia verbi, q̄ suppositis vere fidei fundamentis, si qua vera in doctrinis philosophorū inueniat, in obsequiū fidei assumit. Vnde Aug. dicit in 2. de doctrina Xp̄iana, ꝙ si qua philosophi dixerūt
cap. 40. fidei nr̄æ accōmoda, non solū formidāda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessorib⁹ in vsum nostrum vendicanda. Et in quarto de doctrina Xp̄iana dicit, Cū posita sit in medio facultas eloquii, quæ ad p̄suadēdū seu praua, seu recta valēt plurib⁹, cur nō bonorū studio cōparet̄ vt militet veritati, si eā mali in vsum iniquitatis, & erroris vsurpāt? Deinde cū dicet; *Vt non euacuetur crux Christi.* Probat, qđ dixerat, & primo q̄dē ex parte materiæ, secundo ex parte ipsorū docentiū, ibi; *Videte enim vocationem vestram &c.* Circa primū tria facit. Primo oñdit modū docēdi, q̄ est in sapiētia verbi, nō esse cōgruum fidei Xp̄ianę. Scđo p̄bat quod supposuerat, ibi; *Verbum enim crucis.* Tertio p̄bationem manifestat, ibi; *Quoniam Iudæi signa petunt.* Circa primū cōsiderādū est, ꝙ ēt in philosophicis doctrinis, nō est idē mod⁹ cōueniēs cuilibet doctrinæ. Vñ sermones, ſm materiā sunt accipiēdi, vt dr̄ in
Lect. 3. 1. Ethic. Tūc aūt maxime mod⁹ aliq̄s docēdi est materiæ incongru⁹: qñ p̄ talem modū destruit̄, id qđ est principale in materia illa, puta si q̄s in rebus intellectualib⁹ velit metaphoricis demōstrationib⁹ vti, q̄ nō trāscēdunt res imaginatas, ad quas nō oportet intelligētē adduci, vt Boeti⁹ oñdit in libro de Trinitate. Principale aūt in doctrina fidei Xp̄ianæ est sal⁹ p̄ crucē Xp̄i facta. Vñ in scđo dicit; *Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* Qui aūt principal'r innitit̄ in docēdo sapiētiā verbi, quātū in se est, euacuat crucē Xp̄i. Ergo docere in sapiētia verbi, nō est mod⁹ cōueniēs fidei Xp̄ianæ, hoc est, ergo qđ dicit; *Vt non euacuetur crux Christi.* i. ne si in sapiētia verbi p̄dicare voluero: tollatur fides de virtute crucis Xp̄i. Gal. 5. Ergo euacuatū est scādalū crucis. Psal. 136. Qui dicūt exinanite vsq; fundamētū in ea. Deinde, cū dicit; *Verbum crucis &c.* p̄bat, ꝙ per doctrinā, q̄ est in sapiētia verbi, crux Xp̄i euacuetur. Et circa hoc duo facit, primo inducit p̄bationē, secundo, assignat causam dictorū, ibi; *Scriptum est enim &c.* Dicit ergo primo, Ideo dixi, ꝙ si per sapiētiā verbi doctrina fidei p̄poneret̄, euacuaret̄ crux Xp̄i; *Verbum* enim; *Crucis.* i. annūtiatio crucis Xp̄i; *Stultitia est.* i. stultū aliq̄d vr̄; *Pereuntibus quidem.* i. infidelib⁹, qui se ſm mundum existimāt sapiētes, eo ꝙ p̄dicatio crucis Xp̄i, aliq̄d cōtinet, quod ſm humanā sapientiā impossibile vr̄, puta ꝙ Deus moriatur, ꝙ oīpotēs violētorū manib⁹ subiiciat̄. Cōtinet ēt q̄dā, q̄ prudētiæ huius mūdi cōtraria vident̄, puta ꝙ aliq̄s nō refugiat cōfusiones cū possit, & aliqua hm̄oi. Et iō Paulo hm̄oi annūtianti dixit Festus, vt legit̄ Act. 26. Insanis Paule, multæ lr̄æ ad insaniā te adducūt. Et ipse Paul. dicit ĩ. 4. Nos stulti p̄p̄ Xp̄m, & ne credat̄ re vera verbū crucis stultitiā cōtinere, subdit; *His autem qui salui fiunt, idest, nobis.* s. Xp̄i fidelib⁹, q̄ ab eo saluamur, ſm illud Mat. 1. Ipse n. saluū faciet populū suū a peccatis eorū; *Virtus Dei est,* q̄a ipsi in cruce Xp̄i mortē Dei cognoscūt, qua diabolū vicit, &

prudentiū reprobabo? Vbi sapiens. Vbi scriba? Vbi inq̄sitor hui⁹ seculi? Nōne stultā fecit Deus sapiētiā hui⁹ mundi? Nā quia in Dei sapientia nō cognouit mundus p̄ sapiētiā Deum, placuit Deo per stultitiā p̄dicationis saluos facere credentes. Quoniā & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam q̄runt. Nos aūt p̄dicamus Xp̄m crucifixum. Iudæis quidē scandalū, Gentibus autem stultitiam, ipsis aūt vocatis Iudæis, atq; Græcis Christū Dei virtutem & Dei sapientiā, quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est
G Dei, fortius est hominibus.

F mundum. Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Item virtutem quā in seipsis experiuntur, dū simul cū Xp̄o vitiis, & cōcupiscētiis moriunt̄, ſm illud Gal. 5. Qui Xp̄i sunt, carnē suā crucifixerūt cū vitiis, & concupiscentiis. Vnde in Psal. 509. dr̄. Virgā virtutis tuæ emittet dn̄s ex Sion. Lu. 6. Virt⁹ de illo exibat & sanabat oēs. Deinde cum dicit; *Scriptum est enim,* oñdit p̄dictorū cām, & ponit primo, quare verbū crucis sit hoīb⁹ stultitia. Scđo, ostēdit, quare ista stultitia sit virtus Dei his, q̄ saluantur, ibi; *Nam quia in Dei sapientia &c.* Circa primū duo facit. Primo, inducit authoritatē p̄nuntiātē qđ q̄rit̄. Scđo, oñdit, hoc esse impletū, ibi; *Vbi sapiens.* Circa primū cōsiderādū, ꝙ id quod est in se bonū, nō p̄ōt alicui stultū videri, nisi p̄p̄ defectū sapientiæ. Hæc est ergo cā, quare verbū crucis, qđ est salutiferū credētib⁹, q̄busdā vr̄ stultitia, quia sunt ipsi sapiētia priuati, & hoc est qđ dicit; *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Potest aūt hoc sumi ex duob⁹ locis. Nā in Abdia dr̄. Perdā sapientiā de Idumea, & prudētiā de mōte Esau. Expressius aūt habet̄ Esa. 29. Peribit sapientia a sapientib⁹, & intellect⁹ prudētiū eius abscondet̄. Differunt aūt sapiētia, & prudētia. Nā sapientia est cognitio diuinarū rerū. Vñ p̄tinet ad cōtēplationē Iob. 28. Timor Dei ipsa est sapiētia. Prudentia vero p̄prie est cognitio rerū humanarū. Vñ dr̄ Prou. 10. Sapiētia est viro prudētia, quia. s. sciētia humanarū rerū prudētia dr̄. Vñ & Philosoph⁹. 6. Ethic. dicit, ꝙ prudētia est recta rō
H agibiliū, & sic prudētia ad rōnē p̄tinet. Est aūt cōsiderādū, quòd hoīes quātumcumq; mali, nō total'r donis Dei priuantur, nec in eis dona Dei reprobātur, sed in eis reprobat̄, & p̄ditur, quod ex eorū malitia p̄cedit. Et iō nō dicit simp'r; *Perdam sapientiam:* q̄a, Oīs sapiētia a dn̄o Deo est, vt dr̄ Esa. 29. Sed; *Perdam sapientiam sapientium.* i. quā sapiētes huius mundi adinuenerunt sibi, contra verā sapiētiā Dei, q̄a vt dr̄ Iob. 3. Nō est ista sapiētia desursum descendens, sed terrena, aīalis, diabolica. Simil'r nō dicit reprobabo prudētiā. Nā verā prudētiā, sapiētia Dei docet, sed dicit; *Prudentiam prudentium.* i. quā illi, q̄ se prudentes æstimāt in reb⁹ mūdanis prudētiā reputāt, vt. s. bonis huius mūdi inhæreāt. Vel q̄a vt dr̄ Ro. 8. Prudētia carnis mors est. Et sic p̄p̄ defectū sapientiæ reputāt impossibile Deum hominem fieri, mortē pati ſm humanā naturā: p̄p̄ defectū aūt prudētiæ, reputāt incōueniēs fuisse, ꝙ hō sustineret crucē cōfusione cōtēpta, vt dr̄ Heb. 12. Deinde cū dicit; *Vbi sapiens &c.* oñdit esse impletū, qđ de reprobatione humanæ sapiētiæ, & prudētiæ fuerat p̄batū. Et primo ponit
I mediū, sub interrogatione. Scđo cōclusionē infert, ibi; *Nonne stultam Deus fecit sapientiam huius mundi &c.* Dicit ergo primo; *Vbi sapiens.* q. d. nō inuenit̄ in cōgregatione fideliū, q̄ saluat̄. Per sapientē intelligit illū, q̄ secretas naturæ causas scrutat̄. Esa. 19. Q̄uo dicetis Pharaoni filius sapiētiū ego? Et hoc refert̄ ad Gentiles, q̄ huius mūdi sapiētiæ studebāt; *Vbi scriba?* i. peritus in lege, & hoc refertur ad Iudæos, quasi diceret, nō est in cœtu fideliū. Io. 7. Nunq̄d ex principibus aliquis credidit in eum; *Vbi inquisitor huius seculi?* q. s. p̄ prudentiā exquirit, q̄ sit conuenientia vitæ humanæ, in rebus huius sæculi. q. d. nō inuenit̄ inter fideles, & hoc refertur ad vtrosq;. s. Iudæos, & Gentiles. Baruch. 3. Filii Agar, q̄ exquisierunt prudentiā, q̄ de terra est. Vr̄ aūt Apost. hāc interrogationē sumere ab eo, qđ dr̄ Esa. 33. Vbi est lr̄atus, p̄ quo ponit sapientē. Vbi est verba legis p̄ōderās, p̄ quo ponit, Scribā. Vbi est doctor paruulorū, p̄ quo ponit, inquisitorē huius sæculi, quia paruuli maxime solēt instrui de his, q̄ pertinēt ad discipli-
K nā moralis vitæ. Deinde cum dicit; *Nonne stultam fecit &c.* infert cōclusionē sub interrogatione. q. d. cū illi qui sapientes mundi reputantur a via salutis defecerint; *Nonne Deus sapientiam huius mundi fecit stultam?* idest, demōstrauit esse stultā, dū illi, q̄ in hac sapientia pollebāt tā stulti inuenti sunt, vt viā salutis nō acciperent? Hier. 10. & 51. Stult⁹ fact⁹ est oīs hō a scientia sua. Esa. 47. Sapientia tua & sciētia tua hæc, decepit te. P̄ōt aūt, & al'r intelligi quod dictū est, ac si diceret. Perdā sapientiā sapientium, & prudentiā prudentium reprobabo. i. eligā eā in primis meis p̄dicatoribus, ſm illud Prou. 30. Visio quā locut⁹ est vir, cum quo est Deus, & infra, Stultissimus sum virorū, & sapiētia hoīum nō est mecum; *Vbi sapiens.* q. d. inter p̄dicatores fidei non inuenitur. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentib⁹, & reuelasti ea paruulis; *Nonne Deus stultam fecit.* i. demōstrauit sapientiā huius mundi, faciēdo quod ipsis impossibile reputabatur. s. dictū esse hominē mortuum resurgere, & alia hm̄oi. Deinde cum dicit; *Nam quia in Dei sapientia &c.* Assignat rōnē, quare p̄ p̄dicationis stulti-

stultitiā saluentur fideles, & hoc est quod dictum est, ꝙ verbum crucis pereuntib⁹ q̄dē, stultitia est, virtus vero saluationis, credentib⁹; *Nam placuit Deo per stultitiam prædicationis.* i. p̄ p̄dicationem, quā humana sapientia stultā reputat; *Saluos facere credentes.* & hoc iō, quia mundus. i. mundani nō cognouerūt Deū per sapientiā ex rebus mundi acceptā, & hoc in Dei sapientia. Diuina. n. sapiētia faciēs mundum sua iudicia in rebus mundi instruit, ſm illud Eccle. 1. Effudit illam super oīa opera sua, ita ꝙ ipsæ creaturæ p̄ sapiētiam Dei factę, se habent ad Dei sapientiam, cuius iudicia gerunt, sicut verba hoīs ad sapientiam eius quam significant. Et sicut discipulus peruenit ad cognoscendum magistri sapientiam per verba, q̄ ab ipso audit, ita homo poterat ad cognoscendum Dei sapientiam, per creaturas ab ipso factas inspiciendo peruenire, ſm illud Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea, q̄ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed homo, p̄p̄ sui cordis vanitatem a rectitudine diuinæ cognitionis deuiauit. Vnde dr̄ Io. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit. Et ideo Deus, per q̄dā alia ad sui cognitionē salutiferā fideles adduxit, q̄ in ipsis rōnibus creaturarum non inueniuntur, p̄p̄ quod a mundanis hoībus, qui solas humanarum rerum considerant rōnes, reputantur stultā. Et huiusmodi sunt fidei documenta. Et est simile, sicut si aliquis magister considerans sensum suum, ab auditoribus non accipi, p̄ verba, q̄ protulit, studet aliis verbis vti, p̄ q̄ possit manifestare, q̄ habet in corde. Deinde cum dicit; *Quoniam & Iudæi &c.* Manifestat probationem præmissorum, & primo quantum ad id, quod dixerat, Verbum crucis pereuntibus stultitia est. Secundo, quantum ad id, quod dixerat; *His qui salui fiunt, uirtus Dei est. Ipsis autem uocatis &c.* Circa primum duo facit, primo ponit pereuntium differens studium, & intentionem. Secundo, ex hoc rationem assignat eius, quod dixerat, ibi; *Nos autem prædicamus Christum.* Pereuntium autem, idest, infidelium, quidam erant Iudæi, quidam Gentiles. Dicit ergo, dictum est, quòd; *Verbum crucis pereuntibus est stultitia,* & hoc ideo, quoniam; *Iudæi signa petunt.* Erant enim Iudæi consueti diuinitus instrui, ſm illud Deut. 32. Erudiuit eum & docuit. Quæ quidem doctrina cum esset a Deo, per multa mirabilia manifestata, ſm illud Psalm. 77. Fecit mirabilia in terra Aegypti. Et ideo ab afferentibus quamcumq; doctrinam, signa q̄rebant, ſm illud Matt. 12. Magister, volumus a te signum aliquod videre. Et in Psal. 73. dicitur, Signa nostra non vidim⁹. Sed *Græci sapientiam quærunt,* vtpote in studio sapiētiæ exercitati, sapientiā dico, q̄ per rōnes rerū mundanarū accipitur, de qua dr̄ Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia. Per Græcos aūt, oēs Gentiles dat intelligere, qui a Græcis mundanam sapientiā acceperunt. Quærebant igitur sapientiam, volentes omnem doctrinam eis p̄positam, ſm regulam humanæ sapientiæ iudicare. Deinde concludit, quare verbum crucis sit eis stultitia, dicens, *Nos autem prædicamus Christum Crucifixum,* ſm illud infra. ca. 11. Mortem dn̄i annūtiabitis donec veniat; *Iudæis scandalum,* quia. s. desiderabant virtutem miracula facientem, & videbant infirmitatem crucem patientem: nam ut dicitur. 2. Cor. vlt. Crucifixus est ex infirmitate; *Gentibus autem stultitiam,* quia contra rōnē humanæ sapientiæ vr̄, ꝙ Deus moriatur, & ꝙ homo iustus, & sapiens se voluntarie turpissimæ morti exponat. Deinde cum dicit; *Ipsis autem uocatis,* manifestat quod dixerat, His autem qui salui fiunt, virtus Dei est. Et primo, manifestat hoc. Secundo, rōnem assignat, ibi; *Quia quod stultum &c.* Dicit ergo primo dictum est, quòd; *Prædicamus Christum Crucifixum, Iudæis scandalum & Gentibus stultitiam,* sed prædicamus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam ipsis vocatis Iudæis & Græcis, idest, his qui ex Iudæis, & Gentibus ad fidem Christi vocati sunt, qui in cruce Christi recognoscunt Dei virtutem per quam, & dæmones superantur, & peccata remittuntur, & homines saluantur. Psal. 56. Exaltare domine in virtute tua. Et hoc dicit contra scandalum Iudæorum, qui de infirmitate Christi scandalizabantur, & recognoscunt in cruce Dei sapientiam, inquantum per crucem conuenientissimo modo humanum genus liberat. Sap. 9. Per sapientiam sanati sunt, quicumq; placuerunt tibi a principio. Dicitur autem Dei virtus, & Dei sapientia per quandam appropriationem. Virtus quidem inquantum per eum pater omnia operatur. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sapientia vero inquantum ipsum verbum quod est filius, nihil est aliud, q̄ sapientia genita vel concepta. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Non autem sic est intelligendum,

Lectio IIII.

Videte enim vocationē uestrā fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mūdi elegit Deus, vt cōfundat sapiētes, & infirma mūdi, ut cōfundat fortia, & ignobilia mundi, & cōtēptibilia elegit Deus, & ea q̄ non sunt, ut ea q̄ sunt destrueret, ut nō gloriet̄ oīs caro in cōspectu eius. Ex ipso aūt uos estis in Xp̄o Iesu, qui fact⁹ est nobis sapiētia, à Deo & iustitia & sāctificatio, & redēptio, ut quēadmodū scriptū est, Qui gloriat̄, in dn̄o gloriet̄.

A ꝙ Deus pater sit fortis & sapiens virtute, aut sapientia genita, quia vt Aug. probat. 6. de Trin. sequeretur, ꝙ pater haberet esse a filio, quia hoc est Deo esse, ꝙ fortem & sapientem esse. Deinde cap. 1.
cum dicit; *Quia quod stultum est Dei.* assignat rōnem eius, quod dixerat, dicens, quomodo id, quod est infirmum & stultum possit esse virtus, vel sapiētia Dei, quia; *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* q. d. Iam aliquod diuinum vr̄ esse stultū, non quia deficiat a sapientia, sed quia superexcedit sapientiam humanam. Homines. n. quidam cōsueuerunt stultū re-
B putare, quod eorum sensum excedit. Eccle. 3. Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. *Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus,* quia s. non dicitur aliquid infirmum in Deo per defectum virtutis, sed per excessum humanæ virtutis, sicut etiam dn̄ inuisibilis, inquantum excedit sensum humanum Sap. 12. Virtutem ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummat⁹, quamuis hoc possit referri ad incarnationis mysterium: quia id quod reputatur stultum & infirmum in Deo ex parte naturæ assumptæ, transcendit omnem sapientiam & virtutem. Exod. 15. Quis similis tui in fortibus domine;

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit Apostolus, ꝙ modus docendi, qui est in sapientia verbi, non conuenit doctrinæ Christianæ, ratione materię, quæ est ipsa crux Christi, hic ostendit, ꝙ prędictus docen-
C di modus non cōuenit doctrinæ Christianæ, rōne doctorum, ſm illud Prou. 26. In derisum est in ore stulti parabola. Et Eccle. 21. Ex ore fatui reprobabitur parabola. Quia igitur primi doctores fidei non fueruut sapientes sapientia carnali, non erat eis conueniens, vt in sapientia verbi docerent. Circa hoc ergo duo facit. Primo, ostendit quomodo primi doctores fidei non fuerunt sapientes sapientia carnali, & in rebus humanis defectum patiebātur. Secundo, ostēdit quomodo talis defectus est in eis per Xp̄m suppletus, ibi; *Ex ipso autem uos estis.* Circa primum tria facit. Primo, excludit a fidei primis doctoribus excellentiam secularem. Secundo, astruit eorum subiectionem quantum ad seculū, ibi; *Sed quæ stulta sunt mundi.* Tertio, rationem assignat, ibi; *Vt non glorietur.* Dicit ergo primo, dictū est, ꝙ stultū est Dei, sapientius est hominibus, & hoc considerare potestis in ipsa vestra conuersione, *Videte enim.* i. diligenter considerare; *Vocationem uestram,* qūo. s. vocati estis: non. n. per vosipsos accessistis, sed ab eo
D vocati estis. Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Inducit aūt eos vt considerent modum suæ vocationis, quantum ad eos, per quos vocati sunt, sicut Esa. 51. dicitur, Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ genuit vos, a quibus vocationis ministris, primo, excludit sapientiam, cum dicit; *Quia non multi eorum,* per quos vocati estis; *Sapientes secundum carnem.* i. in carnali sapientia & terrena. Iac. 3. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Baruch. 3. Filii Agar, exquisierunt sapientiam, quę de terra est, Dicit *Non multi,* quia aliqui pauci erant etiam in sapientia mundana instructi, sicut ipse & ut Barnabas, vel Moyses, in veteri testamento, de quo dicitur Act. 7. ꝙ eruditus erat Moyses in omni sapientia Aegyptiorum. Secundo, excludit secularem potentiam, cum dicit; *Non multi potentes.* s. ſm seculum. Vnde & Io. 7. dicitur, Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Et Baruch. 3.
E dicitur, Vbi sunt principes gentium? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Tertio, excludit excellentiam generis, cum dicit; *Non multi nobiles.* Et aliqui inter eos nobiles fuerunt, sicut ipse Paulus, qui in ciuitate Romana se natum dicit. Act. 22. & Rom. vlt. de quibusdam dicit. Qui sunt nobiles in apostolis. Deinde cum dicit; *Sed quæ stulta sunt &c.* Ponit econuerso eorū abiectionem quantum ad mundum, & primo defectum contrarium sapientiæ, cum dicit; *Quæ stulta sunt mundi.* i. eos qui ſm mundum stulti videbantur; *Elegit Deus* ad prædicationis offm̄. s. piscatores illiteratos, secundum illud Act. 4. Comperto, ꝙ homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur. Esa. 33. Vbi est literatus, ubi uerba legis ponderans. Et hoc ut confundat sapientes. i. eos qui de sapientia mundi confidunt, dum ipsi non cognouerunt quæ sunt simplicibus reuelata. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus; & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Esa. 19. Vbi sunt nunc sapientes tui? annuntient tibi. Secundo, ponit defectum contrarium potentiæ, dicens; *Et infirma mundi,* idest,

homines impotentes, ſm mundum, puta ruſticos & plebeios; *Elegit Deus*, ad prædicationis offm. In cuius figura dr 3. Reg. 20. Ego tradens eos in manu tua, p pediſſequos principũ prouinciarũ. Et Prou. 9. dr, q ſapiẽtia miſit ancillas vt vocarẽt ad arcem. In vtriſq; aũt primorũ pdicatorũ infirmitas deſignat. Et hoc iõ *vt confundat fortia*. i. potẽtes huius mundi. Eſa. 2. Incuruabitur oĩs ſublimitas hominum, & humiliabit altitudo virorũ. Tertio, ponit defectũ cõtrariũ nobilitati, in quo poſſunt tria cõſiderari. Primo qdẽ, claritas generis, quã ipſum nomen nobilitatis deſignat. Et contra hoc dicit; *Et ignobilia mundi*. i. q ſm mũdũ ſunt ignobiles. J. 4. Vos nobiles, nos aũt ignobiles. Secundo, circa nobilitatẽ conſiderantur honor & reuerentia, q̃ talib⁹ exhibentur, & cõtra hoc dicit; *Et contemptibilia*. i. hoies contemptibiles in hoc mundo elegit Deus, ad pdicationis offm, ſm illud Pſal. 78. Facti ſum⁹ opprobrium vicinis nrĩs, & his, q in circuitu nro ſunt. Tertio, in nobilitate conſiderat magna opinio, quã hoies de eis habent. Et cõtra hoc dicit; *Et ea quæ non ſunt*. i. q nõ videntur eſſe in ſeculo, elegit Deus ad pdicationis officium. Iob. 30. Quorum virtus manuum erat mihi, p nihilo, & vita ipſa putabantur indigni. Et hoc iõ; *Vt deſtrueret ea quæ ſunt*. i. eos q in hoc mundo, aliquid eſſe videntur. Eſa. 23. Domin⁹ exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ. Deinde aſſignat cauſam dictorum, dicens; Ideo nõ elegit in ſeculo excellẽtes, ſed abiectos ut nõ glorietur oĩs caro &c. i. vt null⁹ p quacumq; carnis excellentia glorieẽ p cõparationem ad dñm. Hiere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorietur diues in diuitiis ſuis. Ex hoc. n. q Deus mundum ſuæ fidei ſubiecit, non per ſublimes in mundo ſiue in ſeculo, ſed p abiectos, nõ põt gloriari hõ, q p aliquã carnalẽ excellentiã ſaluatus ſit mundus. Videreẽ aũt nõ eſſe a Deo excellẽtia mũdana, ſi Deus ea nõ vtereẽ ad ſuũ obſequiũ. Et iõ in principio qdem paucos, poſtremo vero plures ſeculariter excellẽtes Deus elegit ad pdicationis offm. Vnde in Gloſa dr q niſi fideẽr pcederet piſcator, non humiẽr ſequereẽ orator, & ẽt ad gloriam Dei ptinet, dum per abiectos ſublimes in ſeculo ad ſe trahit. Deinde cum dicit; *Ex ipſo autem uos eſtis*, ne prædicatores fidei tanquam non excellẽtes, ſed abiecti in ſeculo cõtemnerent, oſtdit quõ Deus pdictum defectum in eis ſupplet. Et circa hoc tria facit. Primo, oſtendit cui ſit attribuenda ſalus mundi, quæ pdicatorum miniſterio facta eſt, dicens, Dictum eſt, q vocati eſtis non per excellentes, ſed per abiectos in ſeculo. Ex quo patet, q vra conuerſio non eſt homini attribuenda, ſed Deo. Et hoc eſt, qd dicit; *Ex ipſo autem*. i. ex virtute Dei; *Vocati eſtis in Chriſto Ieſu*. i. ei iuncti, & incorporati per gram. Ephe. 2. Ipſius. n. factura ſum⁹ creati in Xpo Ieſu in operib⁹ bonis. Deinde oſtdit, quõ Deus pdictos defectus in pdicatoribus ſuis ſupplet per Xpm. Et primo, quantum ad defectum ſapientiæ, cũ dicit; *Qui*. ſ. Xps; *Factus eſt nobis*, pdicantibus fidem, & per nos omnibus fidelibus *Sapientia* quia ei inhærendo, q eſt Dei ſapientia, & participando ipſum p gratiam, ſapientes facti ſumus, & hoc a Deo, qui nobis Chriſtum dedit, & nos ad ipſum traxit, ſm illud Io. 6. Nemo põt venire ad me, niſi pr, qui me miſit, traxerit eum. Deut. 4. Hæc eſt vra ſapientia, & intellect⁹ corã populis. Secũdo, quãtũ ad defectũ potentiæ dicit; *Et iuſtitia*, q̃ pp ſui fortitudinem thoraci comparat. Sap. 5. Induet pro thorace iuſtitiã. Dicitur aũt Xps nobis factus iuſtitia, inquantum per eius fidem iuſtificamur, ſcdm illud Ro. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Chriſti Ieſu. Tertio, quantum ad defectum nobilitatis ſubdit; *Et ſanctificatio & redemptio*. Sanctificamur enim per Chriſtum, inquantum per eum Deo coniungimur, in quo conſiſtit vera nobilitas, ſecũdum illud. 1. Reg. 2. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles. Vnde dicitur Hebr. vlt. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Factus eſt autem nobis redemptio, inquantum per ipſum redempti ſumus de ſeruitute peccati, in quo vere, ignobilitas conſiſtit. Vnde in Pſalm. 30. dicitur, Redemiſti me Deus veritatis. Tertio, aſſignat dictorum cauſam, cum dicit; *Vt quemadmodum ſcriptum eſt*. Hiere. 9. *Qui autem gloriatur, in domino glorietur*, vbi nra lra habet, In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me. Dicit. n. ſi ſalus hominis non prouenit ex aliqua excellentia humana, ſed ex ſola virtute diuina, non debetur homini gloria, ſed Deo, ſecundum illud Pſalm. 113. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Eccle. vlt. Danti mihi ſapientiam, dabo gloriam.

F

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apoſtolus oſtendit, quis ſit conueniens modus doctrinæ Chriſtianæ, hic oſtendit ſe illum modum obſeruaſſe. Et circa hoc tria facit: primo, oſtẽdit ſe non fuiſſe vſum apud eos aliqua excellentia ſeculari; ſecundo, oſtendit apud quos excellentia ſpirituali vtaẽ, ibi; *Sapientiam autem loquimur inter perfectos &c.* Tertio, rationem aſſignat, ibi; *Quæ etiã loquimur &c.* Circa primum tria facit. Primo dicit, quòd non oſtendit apud eos excellentiam ſecularis ſapientiæ. Secundo, quòd non prætendit excellentiam potentiæ ſecularis, ibi; *Et ego in infirmitate*. Tertio, non prætendit excellentiam eloquentiæ, ibi; *Et ſermo meus*. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, rationem aſſignat, ibi; *Non enim iudicaui*, Dicit ergo primo, qa dictum eſt, q Chriſtus miſit me euangelizare, non in ſapientia verbi, & quòd non ſunt multi ſapientes; *Et ego fratres*, quàmuis ſapientiam ſecularem habeam, ſm illud. 2. Cor. 11. Et ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia; *Cum ueniſſem ad uos* conuertẽdos ad Chriſtum, vt habetur Act. 18. Veni annuntians uobis teſtimonium Chriſti, ſm illud Act. 4. Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, & hoc; *Non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ*. Attenditur autem ſublimitas ſapientiæ in conſideratione aliquorum ſublimiũ, & eleuatorum ſupra rationem, & ſenſum hominum. Eccleſ. 24. Ego in altiſſimis habitaui. Sublimitas autem ſermonis poteſt referri, vel ad verba ſignificantia ſapientiæ conceptiones, ſm illud Eccleſ. vlti. Verba ſapientum, quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Vel ad modum ratiocinandi per aliquas ſubtiles vias. Nam in Græco habetur logos, quod eſt verbum, & rationem ſignificat, vt Hiero. dicit, Hoc autem dicit Apoſtolus, quia fidem Chriſti per huiuſmodi ſublimitates ſermonis, aut ſapientiæ confirmare nolebat. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare ſublimia. Deinde huius rationem aſſignat, dicens; *Non enim iudicaui me ſcire aliquid niſi Chriſtum Ieſum*: non. n. ad hoc opus erat vt ſapientiam oſtentaret, ſed vt demonſtraret virtutem, ſecundũ illud. 2. Cor. 4. Non enim prædicamus noſmetipſos, ſed Ieſum Chriſtum. Et ideo ſolum vtebatur his, quæ ad demonſtrandam virtutem Chriſti pertinebant, exiſtimans ſe, ac ſi nihil ſciret, q̃ Ieſum Chriſtum. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me. In Chriſto autem Ieſu, vt dicitur Coloſ. 2. Sunt oes thesauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Et quantum ad plenitudinem deitatis, & quantum ad plenitudinem ſapientiæ & gratiæ, & etiam quantum ad profundas incarnationis rationes, quæ tamen Apoſtolus eis non annuntiauit, ſed ſolum ea, quæ erant manifeſtiora & inferiora in Chriſto Ieſu. Et ideo ſubdit; *Et hunc crucifixum*. q. d. ſic vobis me exhibui, ac ſi nihil aliud ſcirem, q̃ crucem Chriſti. Vnde Gal. vlt. dicit, Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia igitur per ſapientiam uerbi euacuatur crux Chriſti, vt dictum eſt, ideo ipſe Apoſtolus non venerat in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ. Deinde cum dicit; *Et ego in infirmitate &c.* Oſtendit, q non pretenderit apud eos potentiam, ſed potius contrarium, & foris, & intus. Vnde quantum ad id, quod foris eſt, dicit; *Et ego fui apud uos in infirmitate*. i. tribulationes apud vos patiens. Gal. 4. Scitis quia per infirmitatem carnis, euangelizaui vobis iampridem. Pſal. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorũ. Quantum vero, ad id quod intus eſt, dicit; *Et timore*. ſ. de malis imminentibus; *Et tremore*, inquantum. ſ. timor interior redundat ad corpus. 2. Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores. Deinde cum dicit; *Et ſermo meus*. Oſtendit, q non prætenderit apud eos excellentiam eloquentiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, excludit indebitum modum prædicandi, dicens; *Et ſermo meus*, quo ſcilicet priuatim & ſingulariter aliquos inſtruebam. Ephe. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ fidei; *Et prædicatio mea*, qua ſcilicet publice docebam; *Non fuit in uerbis perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ*. i. per rhetoricam, quæ componit ad perſuadendum, vt ſcilicet ſupra dixi, q non fuit intentionis, quòd ſua prędicatio niteretur philoſophicis rationibus, ita nunc dicit non fuiſſe ſuæ intentionis niti rhetoricis perſuaſionibus. Eſa. 33. Populum imprudentem, non videbis populum alti ſermonis, ita vt non poſſit intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapientia. Secundo, oſtendit debitum modum, quo uſus fuit in prædicando, dicens; Sermo meus fuit; *In oſtenſione ſpiritus & uirtutis*, quod quidem poteſt intelligi

re aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & ſermo meus & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula, in gloriam noſtram.

G

H

I

K

intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad hoc, q credentib⁹ prædicationi eius, dabatur ſpiritus ſanctus, ſecundum illud Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum. Similiter etiam ſuam prædicationem confirmabat, faciendo virtutes, ideſt, miracula, ſecundum illud Mar. vlt. Sermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vnde Gal. 3. Qui tribuit vobis ſpiritum, & operatur in vobis. Alio modo, poteſt intelligi, quantum ad hoc, quòd ipſe p ſpiritum loquebatur, qd ſublimitas, & affluentia doctrinæ oſtendit. 2. Reg. 23. Spiritus domini locutus eſt per me. Et 2. Cor. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei credimus, propter quod & loquimur. Confirmat etiam ſuam prædicationem oſtendendo in ſua conuerſatione multa opera virtuoſa. 1. Theſſ. 2. Vos enim teſtes eſtis, & Deus, quàm ſancte & iuſte ſine querela vobis qui credidiſtis, aſſuimus. Tertio, aſſignat rationem dictorum, dicens; *Vt fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum*, ideſt, non innitatur ſapientiæ humanæ, quæ plerunque decipit homines, ſecundum illud Eſa. 47. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc, decepit te; *Sed in uirtute Dei*, vt ſcilicet virtuti diuinæ fides innitatur, & ſic non poſſit deficere. Rom. 1. Non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. Deinde cum dicit; *Sapientiam loquimur &c.* Oſtendit apud quos excellentia ſpiritualis ſapientiæ vtatur. Et primo, proponit quod intendit. Secundo, manifeſtat propoſitum, ibi; *Sapientiam uero*. Dicit ergo apud vos ſolum Chriſtum crucifixum prædicaui. Sapientiam autem, ideſt, profundam doctrinam; *Loquimur inter perfectos*, Dicuntur autem aliqui perfecti dupliciter. Vno modo, ſecundum intellectum. Alio modo, ſecundum voluntatem, hæc enim inter potentias animæ ſunt proprie hominis, & ideo ſecundum eas oportet hominis perfectionem conſiderari. Dicuntur autem perfecti intellectu illi, quorum mens eleuata eſt, ſuper omnia carnalia, & ſenſibilia, qui ſpiritualia, & intelligibilia capere poſſunt, de quibus dicitur Heb. 5. Perfectorum eſt ſolidus cibus, eorum qui per conſuetudinem exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem mali, & boni. Perfecti autem ſecundum voluntatem ſunt, quorum voluntas ſuper omnia temporalia eleuata, ſoli Deo inhæret, & eius præceptis. Vnde Mat. 5. præpoſitis dilectionis mandatis ſubditur, Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, quia igitur doctrina fidei ad hoc ordinatur, vt fides per dilectionem operetur, vt habetur Gal. 7. Neceſſe eſt eum, qui in doctrina fidei inſtruitur, non ſolum ſecundum intellectum bene diſponi ad capiendum, & credendum, ſed etiam ſecundum voluntatem & affectum bene diſponi ad diligendum, & operandum. Deinde cum dicit; *Sapientiam uero &c.* exponit qualis ſit ſapientia de qua mentionem fecit. Et primo, ponit expoſitionem. Secundo, rationẽ expoſitionis confirmat, ibi; *Quam nemo principum &c.* Circa primum duo facit. Primo, exponit qualis ſit iſta ſapientia per comparationem ad infideles. Secundo, per comparationem ad fideles, ibi; *Sed loquimur Dei ſapientiam &c.* Dicit ergo primo. dictum eſt, quòd ſapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero dico; *Non huius ſeculi*, ideſt, de rebus ſecularibus, vel quæ eſt per rationes humanas. *Neque* etiam *Principum huius ſeculi*, & ſic ſeparat eam a ſapientia mundana, & quantum ad modum & materiam inquirendi, & quantũ ad authores, qui ſunt principes huius ſeculi, quod poteſt intelligi de triplici genere principum, ſecundum triplicem ſapientiam humanam. Primo, poſſunt dici principes huius ſeculi reges, & potentes ſeculares, ſecundum illud Pſalm. 2. Principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtũ eius. A quibus principibus venit ſapientia humanarum legum, per quas res huius mundi in vita humana diſpenſantur. Secundo, poſſunt dici principes, dæmones. Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam &c. Et ab his principibus venit ſapientia culturæ dæmonum, ſcilicet negromantia, & magicæ artes & huiuſmodi. Tertio poſſunt intelligi principes huius ſeculi, philoſophi, qui quaſi principes ſe exhibuerunt hominibus in docendo, de quibus dicitur Eſa. 19. Stulti principes thaneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis. Et ab his principibus proceſſit tota humana philoſophia. Horum autem principum homines *Deſtruuntur* per mortem, & per amiſſionem poteſtatis, & authoritatis: dæmones vero non per mortem, ſed per amiſſionem poteſtatis, & authoritatis, ſecundum illud Io. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras: de hominibus, autem dicitur Bar. 3. Vbi ſunt principes gentium? Et poſtea ſubdit. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, ſicut ipſi non ſunt ſtabiles, ita & eorum ſapientia non poteſt eſſe firma, & ideo non ei innitendum eſt. Deinde cum dicit; *Sed loquimur &c.* Exponit qualis ſit ſapiẽtia per comparationem ad fideles. Et primo, deſcribit eã quantum ad materiam vel authoritatem, cum dicit; *Sed loquimur Dei ſapientiam*, ideſt, quæ eſt Deus, & a Deo ſi quàmuis enim omnis ſapientia a Deo ſit, vt dicitur Eccle. 1. Tamen ſpeciali quodam modo hęc ſapientia, quæ eſt de Deo, eſt etiam a Deo per reuelationem, ſecundum illud Sap. 9. Enſum autem tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum tuum de altiſſimis? Secundo, oſtendit qualitatem eius dicens; *In miniſterio quæ abſcondita eſt*. hæc enim ſapientia abſcondita eſt ab hominibus, inquantum hominis intellectum excedit, ſecundum illud Eccle. 3. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Vnde dicitur Iob. 28. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Et quia modus docendi, & doctrinæ debet eſſe conueniẽs, ideo dicitur, quòd loquitur eam in *Miſterio*, ideſt, in aliquo occulto, vel verbo vel ſigno, infra. 17. Spiritus loquitur myſteria. Tertio, oſtendit fructum huius ſapientiæ, dicens; *Quam Deus prædeſtinauit*, ideſt, præparauit; *In gloriam noſtram*, ideſt, prædicatorum fidei, quibus ex prædicatione tam altæ ſapientiæ gloria magna debetur, & apud Deum, & apud homines. Prou. 3. Gloriam ſapientes poſſidebunt, & quod dicit; *In gloriam noſtram*, exponendum eſt, omnium fidelium, quorum gloria hæc eſt, vt in plena luce cognoſcant ea, quæ nunc in myſterio prædicantur, ſm illud Io. 17. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

A

B

C

D

E

LECTIO II.

QVAM nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sicut ſcriptum eſt, quòd oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Nobis autẽ

LECTIO SECVNDA.

POSITA expoſitione de ſapientia, quam Apoſtolus loquitur inter perfectos, hic rationem aſſignat expoſitionis prædictæ, & primo quantum ad hoc, quòd eam deſcripſerat, per comparationem ad infideles. Secundo, quantum ad hoc, quòd eam deſcripſerat, per comparationem ad fideles, ibi; *Nobis autem reuelauit Deus*. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propoſitum, ibi; *Si enim cognouiſſent*. Dicit ergo primo, dictum eſt, quòd ſapientia quam loquimur non eſt; *Principum huius ſeculi*, hæc enim ſapientia eſt; *Quam nemo principum huius ſeculi cognouit*, quod verum eſt, de quibuſcumque principibus intelligatur: ſeculares enim principes hanc ſapientiam non cognouerunt, quia excedit rationem humani regiminis. Iob. 12. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuiũ. Philoſophi etiam eam non cognouerunt, quia excedit rationem humanam. Vnde dicitur Bar. 3. Exquiſitores prudentiæ, & ſcientiæ, viam ſapientiæ neſcierunt. Dæmones etiam eam non cognoſcunt, quia excedit omnem creatam ſapientiam. Vnde dicitur Iob. 28. Volucres cœli quoque latent. Perditio, & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famam eius. Deinde cum dicit; *Si enim cognouiſſent &c.* Probat quod dixerat, & primo quidem probat per ſignum, quòd non cognouerunt principes Dei ſapientiam, ſecundum quòd eſt in ſe abſcondita. Secundo, probat per authoritatem, quòd non cognouerunt eam, ſecundum quòd præparata eſt in gloriam noſtram, ibi; *Sicut ſcriptum eſt*. Dicit ergo primo, recte dico, quòd principes huius ſeculi Dei ſapientiam, non cognouerunt; *Si enim cognouiſſent*, Dei ſapientiam, cognouiſſent vtique Chriſtum eſſe Deum, qui in hac ſapientia continetur, quo cognito; *Nunquam crucifixiſſent Deum gloriæ*, ideſt, ipſum Chriſtum dominum dantem gloriam ſuis, ſecundum illud Pſal. 23. Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Et Heb. 12. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Cum enim creaturæ rationali ſit naturaliter appetibilis gloria, non poteſt in voluntatem humanam cadere, quòd authorẽ gloriæ interimat. Quòd autem principes crucifixerunt Ieſum Chriſtum, certum eſt ſi intelligatur de principibus, qui poteſtatem habent inter homines. Dicitur enim in Pſalm. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum

vnū aduersus dñm, & aduersus Xp̄m eius, qđ Act.4. exponiť de Herode, & Pilato, & principibus Iudæorū, q cōsenserūt in mortē Xpi. Sed ēt dæmones operati sunt in mortē Xpi psuadēdo ſm illud Io.13. Cū diabol⁹ iā misisset in cor vt eū traderet &c. Sed & pharisæi, & scribæ in lege periti, q studiū sapientiæ dabāt, operati sunt ad mortē Xpi instigādo, & approbando. Sed circa hoc duplex oritur dubitatio, quarum prima est, de hoc, qđ dicit Deū gl'iæ crucifixū. Nō.n. diuinitas Xpi, aliqd pati potuit, ſm quam dř Xp̄s dñs gl'iæ. Sed dicēdū, ꝙ Xp̄s est vna psona, & hypostasis in vtraq; natura cōsistēs, diuina.s. & humana. Vñ pōt vtriusq; naturæ noīe designari, & quocūque noīe significeť, pōt pdicari de eo id, qđ est vtriusq; naturæ, qa vtriq; nō supponiť nisi vna hypostasis. Et p hūc modū possum⁹ dicere, ꝙ hō creauit stellas, & ꝙ dñs gl'iæ est crucifixus, & tñ non creauit stellas ſm ꝙ hō, sed ſm ꝙ Deus, nec est crucifix⁹, ſm ꝙ est De⁹, sed inquātū hō. Vnde ex hoc verbo destruiť error Nestorii, qui dixerat vnā naturā esse in Xp̄o Dei, & hoīs, quia ſm hoc, nullo mō posset verificari, ꝙ dñs gloriæ sit crucifixus. Secūda dubitatio est, de hoc, ꝙ vř supponere, ꝙ principes Iudæorū vel dæmones, nō cognouerunt Xp̄m esse Deū. Et qdē quātū ad principes Iudæorū, vř hoc astrui, per hoc, qđ dicit Petrus Act.3. Scio quia p ignorātiā hoc feceritis sicut, & principes vři: vř aūt esse contrariū qđ dř Mat. 21. Agricolæ vidētes filiū dixerūt intra se, hic est hæres, venite occidam⁹ eū, qđ exponēs Chrys. dicit, Manifeste dñs pbat his verbis Iudæorū principes nō p ignorantiā, sed per inuidiā Dei filiū crucifixisse. Soluiť in Glo. ꝙ sciebāt principes Iudæorum eū esse, q pmissus erat in lege, nō tñ mysterium eius, ꝙ filius Dei erat, neque sciebāt sacřm incarnationis & redēptionis. Sed cōtra hoc esse vř, qđ Chrys. dicit, Quòd cognouerūt eū esse filiū Dei. Dicendū est ergo, ꝙ principes Iudæorum p certo sciebāt eū esse Xp̄m pmissum in lege, qđ populus ignorabat: Ipsum aūt esse verū filiū Dei, nō p certo sciebāt, sed aliquaľr coniecturabāt, sed hæc cōiecturalis cognitio obscurabať in eis ex inuidia, & ex cupiditate ppriæ gl'iæ, quā p excellētiā Xpi minui videbāt. Similř ēt vř esse de dæmonib⁹ dubitatio. Diciť.n. Mar. 1. & Lu.4. Quòd dæmonium clamauit, dicēs, Scio ꝙ sis sanctus Dei. Et ne hoc psumptioni dæmonū ascribať, q se iactabāt scire, qđ nesciebāt, eorū notitia, quā habebāt de Xp̄o, p ipsos euāgelistas asseriť. In Mat. qdē sic scribiť, Non sinebat ea loq. s. dæmonia, qm̄ sciebāt eū Xp̄m esse. Et Luc. dicit, Increpans nō sinebat ea loqui, quia sciebant eū esse Xp̄m. Et ad hoc rñdeť in libro de qōnib⁹ noui & veteris testamēti, ꝙ dæmonia sciebāt ipsum esse, q p legē fuit repromissus, qa oīa signa videbāt in eo, q̄ dixerunt pphetæ, mysteriū aūt diuinitatis eius ignorabāt. Sed cōtra hoc vř esse, qđ Athanasius dicit, ꝙ dæmonia dicebāt Xp̄m esse sanctū Dei, quasi singulariter sanctū: ipse.n. naturaľr est sanct⁹, cui⁹ participatione oēs alii sancti vocantur. Dicēdum est aūt, ꝙ sicut Chrys. dicit, nō habebāt aduētus Dei firmā, & certā notitiā, sed quasdā cōiecturas. Vñ Augu. dicit in 9. de ciuitate Dei, ꝙ innotuit dæmonib⁹, nō per id quod est vita æterna, sed p qdā tēporalia sua virtute effecta. Deinde cū dicit; *Sed sicut scriptum est*. Probat p authoritatē, ꝙ principes huius seculi Dei sapientiam non cognouerūt, q̄tū ad hoc, ꝙ pdestinata est in gloriā fideliū, dicēs; *Sed sicut scriptum est*. Esa.64. Vbi lřa nřa habet. Ocul⁹ nō vidit, Deus, absq; te, q̄ pparasti his, q diligūt te. Oñdiť aūt illa gloria visionis aperte ab hoīb⁹ ignorari dupľr. Primo qdē, ꝙ nō subiacet humanis sensib⁹ a qb⁹ oīs humana cognitio, initium sumit. Et ponit duos sensus, Primo, visionis, q̄ deseruit inuētioni, cum dicit; *Quod oculus non uidit*. Iob. 28. Semitā eius ignorauit auis, nec intuit⁹ est eā ocul⁹ vulturis. Et hoc iō, qa nō est aliquid coloratū & visibile. Scđo, ponit sensum audit⁹, q deseruit disciplinæ dicēs; *Nec auris audiuit*. s. ipsam gloriā, qa nō est son⁹ aut vox sensibilis. Io.5. Neq; spēm eius vidistis, neq; vocē eius audistis. Deinde excludit notitiā eius intellectualē, cū dicit; *Neque in cor hominis ascendit*. Quod qdē pōt itelligi, Vno mō, vt ascēdere in cor hoīs, dicať qcqd quocumq; mō cognosciť ab hoīe, ſm illud Hiere.51. Ierusalē ascendat sup cor vřum: & sic oporteat, ꝙ cor hoīs accipiať p corde hoīs carnalis, ſm illud, qđ dř. J.3. Cū sint inter vos zel⁹, & cōtētio nōne carnales estis, & ſm hoīem ambulatis? Est ergo sensus, ꝙ illa gloria nō solū sensu, nō pcipiť, sed nec corde hoīs carnalis, ſm illud Io.14. Quē mundus nō pōt accipere, qa nō videt eū, nec scit eū. Alio mō, pōt exponi, ſm qđ pprie dř in cor hoīs ascēdere, id qđ ab inferiori puenit ad hoīs intelľm, puta a sensibilib⁹ de qb⁹ prius fecerat mentionē. Res.n. sunt in intellectu, ſm modū eius, res igiť inferiores sunt in intellectu altiori modo, q̄ in seipsis. Et iō, qñ ab intellectu capiuntur, quodammodo in cor ascēdunt. Vnde dř Esa.5. Nō erūt in memoria priora, nec ascēdēt super cor. Illa vero, q̄ sunt in intellectu superiora, altiori modo sunt in seipsis, q̄ in intellectu. Et iō, qñ ab intellectu capiuntur, quodammodo descendunt. Iaco.1. Oē donū pfectū desursum est descēdēs a patre luminū: qa igitur illius gloriæ notitia, non accipiť a sensibilib⁹; sed ex reuelatione diuina, iō signanter dicit; *Nec in cor hominis ascendit*, sed descendit, id.s. *Quod præparauit Deus*. i. pdestinauit; *Diligentibus se*, qa essentiale pmiū æternæ gl'iæ charitati debeť, ſm illud Ioā.14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, in quo perfectio æternæ gloriæ consistit. Et Iob. 36. Annuntiat de ea. i. de luce gloriæ amico suo, ꝙ possessio eius sit. Cæteræ autem virtutes accipiunt efficaciam merendi vitam æternā, inquantum informantur charitate.

In 2. expos. q̄ attribuiť Chrysost. hom.40. ibidem.

cap.21.

reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus.n. omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos autem nō spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.

Deinde cū dicit; *Nobis autem &c.* Probat pdictā expositionē de sapientia diuina, per comparationem ad fideles. Et primo, proponit, quod intendit. Secūdo, probat propositum, ibi; *Spiritus enim*. Dicit ergo primo, dictū est, ꝙ sapientiam Dei, nemo principium huius seculi cognouit; *Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum*, quem. s. nobis misit, ſm illud Io.14. Paracletus autē spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Iob. 31. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. Quia enim spiritus sanctus est spiritus veritatis, vtpote a filio procedens, qui est veritas patris, his quibus mittitur inspirat veritatē, sicut & filius a patre missus notificat patrem, ſm illud Matt.11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Deinde cum dicit; *Spiritus enim*, probat quod dixerat. s. ꝙ p spiritum sanctum sit sapientia fidelibus reuelata. Et primo, oñdit, ꝙ spiritus sanctus ad hoc sit efficax. Secundo probat, ꝙ hoc in discipulis Xpi fecerat, ibi; *Nos autem*. Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Scđo, manifestat ppositum, ibi; *Quis enim scit hominum &c.* Dicit ergo primo, dictū est ꝙ p spm̄ sanctū reuelauit nobis Deus, suam sapientiā, & hoc fieri potuit. *Spiritus enim sanctus omnia scrutatur*: quod non est sic intelligendum, quasi inquirendo quomodo fiant, sed quia perfecte, & etiam intima quarumlibet rerum nouit, sicut homo, quod aliqñ diligenter scrutatur. Vnde dicitur Sap.7. Quòd spiritus intelligentiæ sanctus est omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles mundos subtiles, & non solum res creatas, sed etiam profunda Dei, perfecte cognoscit. Dicuntur autem profunda ea, quæ in ipso latent, & non ea, quæ de ipso per creaturas cognoscuntur, quæ quasi superficietenus videntur esse, secundum illud Sap.13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator eorum videri. Deinde cum dicit; *Quis enim scit hominum*. probat quod dixerat de spiritu Dei per similitudinem humani spiritus, dicens; *Quis enim scit hominum ea quæ sunt hominis*, idest, ea quæ latent in corde; *Nisi spiritus hominis qui in eo est*, idest, intellectus. Et ideo, quæ interius latent, videri non possunt. Signanter autem dicit; *Quis hominum* ne ab horum cognitione etiam Deus videatur excludi, dicitur enim Hier. 17. Prauum est cor hominis, & quis cognoscet illud? Ego Deus probans corda, & scrutans renes, quia scilicet secretorum cordis solus Deus est cognitor. Manifesta autem est ratio quare homo ea, quæ in corde alterius latent scire non potest, quia cognitio hominis a sensu accipitur, & ideo ea quę sunt in corde alterius, homo cognoscere non potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundum illud. 1. Reg. 16. Homo videt, quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. Sed nec angelus bonus, nec malus ea, quę in corde hominis latent scire potest, nisi inquantum per aliquos effectus manifestantur, cuius ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit ea ratione spiritum hominis cognoscere, quæ in corde hominis latent, quia in ipso homine est: Angelus autem neque bonus, neque malus illabitur menti humanæ vt in ipso corde hominis sit & intrinsecus operetur, sed hoc solius Dei proprium est. Vnde solus Deus est cōscius secretorum cordis hominis, ſm illud Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus, & in excelsis conscius meus. Secundo similitudinem adaptat ad spiritum Dei, dicens; *Ita & quæ Dei sunt*. i. quæ in ipso Deo latent; *Nemo cognoscit nisi spiritus Dei*, ſm illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiā nostram. Sed sicut ea, quæ sunt in corde vnius hominis alteri manifestantur per sensibilia signa, ita ea quæ sunt Dei possunt esse nota homini per sensibiles effectus, secundum illud Sap.13. A magnitudine speciei & creaturæ &c. Sed spiritus sanctus, qui est in ipso Deo, vtpote patri, & filio consubstantialis secreta diuinitatis per seipsum videt, secundum illud Sap.7. Est.n. in illa, scilicet Dei

7

Dei sapiētia, & spūs intelligētiæ sanct⁹ oēm habens virtutē, oīa prospiciens. Deinde cū dicit; *Nos autem &c.* Oñdit qūo cognitio spūs sancti pcipiať dicēs. Licet null⁹ hoīum p se possit scire, quæ sunt Dei; *Nos autem spiritu sancto*. s. repleti; *Non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui a Deo est*. Noīe aūt spūs, vis q̄dā vitalis & cognitiua & motiua intelligitur. Spūs ergo hui⁹ mūdi pt dici sapientia huius mundi, & amor mūdi, quo impelliť hō ad agendū ea, quę mundi sunt, hunc aūt spūm, sancti apři non receperūt mundū abiicientes & cōtemnentes, sed receperunt spūm sanctū, quo corda eorū illuminata sunt & inflāmata ad amorē Dei, ſm illud Io.14. Paraclitus aūt spūs sanct⁹, quē mittet př in noīe meo &c. Et Nu.14. Seruū meū Caleph, q plenus est alio spū, & secut⁹ est me, introducā in terrā hāc. Spūs aūt hui⁹ mūdi errare facit, ſm illud Esa. 19. Dirūpeť spūs Aegypti in visceribus eius, & cōsiliū eius pcipitabo. Ex diuino aūt spū eius cōsequuti sumus; *Vt sciamus quæ a Deo data sunt nobis*, vt sciam⁹ de reb⁹ diuinis quantū vnicuique Deus donauit, quia sicut dř Eph.4. Vnicuiq; data est grā ſm mēsurā donationis Xpi. Vel pt intelligi spūm Dei donatū sanctis, vt dona spūalia cognoscāt, q̄ nō habētes eundē spūm ignorāt ſm illud Apoc.2. Vincēti dabo māna abscōditū, qđ nemo scit, nisi q accipit. Ex hoc aūt accipi pōt, ꝙ sicut nemo nouit přem nisi fili⁹, & cui voluerit filius reuelare, vt dř Matt. 11. Ita nemo nouit, q̄ sunt Dei přis, & filii, nisi spūs sanctus, & q ipsum acceperunt: & hoc iō, qa sicut filius cōsubstātialis est přī, ita spūs sanctus přī & filio.

LECTIO III.

Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed ī doctrina spūs, spūalib⁹ spūalia cōparātes. Animalis aūt homo non percipit ea q̄ sunt spūs Dei. Stultitia.n. est illi, & nō pt intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spūalis aūt iudicat oīa, & ipse a nemine iudicať, sicut scriptum est. Quis.n. cognouit sensum dñi? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

LECTIO TERTIA.

Dixerat supra Apřs, sapiētiā loqmur inter pfectos. Postq̄ ergo manifestauit, qualis sit hæc sapientia, qa mūdanis hoīb⁹ incognita, cognita aūt sanctis, hìc manifestat qua rōne hāc sapiētiā sancti inter pfectos loquunť. Et primo, pponit, qđ intendit. Scđo, assignat rōnē, ibi; *Animalis autem homo &c.* Circa primū, Primo, pponit reuelatorū manifestationē, dicēs, Dictū est ꝙ spiritū Dei, accepimus vt sciam⁹, q̄ a Deo donata sunt nobis; *Quæ* s. nobis p spūm reuelata sunt; *Loquimur*. Sunt.n. eis reuelata ad vtilitatē. Vñ & Act.2. Repleti sunt oēs spū sancto & cœperunt loqui. Scđo tangit modū enarrādi, excludēs modū incōuenientē, dicens; *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis*. Idest, nō nitimur ad pbādā nřam doctrinā p verba cōposita ex humana sapientia, siue quātū ad ornatū verborū, siue quātū ad subtilitatē rōnūm. Esa.33. Populum alti sermonis non videbis. Astruit.n. modū cōuenientem, cum dicit; *Sed in doctrina spiritus*. Idest put spūs sanctus nos loquētes interius docet, & auditorū corda ad capiendū illustrat. Io.16. Cū venerit ille spūs veritatis docebit vos omnem veritatē. Tertio, determinat auditores, dicēs; *Spiritualibus spiritualia comparantes*. q.d. recta cōparatione spūalia documenta tradimus spūalibus viris, qbus sunt cōuenientia. 2.Tim.2. Hæc commenda fidelibus viris, q idonei erunt, & alios docere. Eosdē aūt hic noīat spūales quos supra pfectos, qa p spūm sanctū hoīes perficiunť in virtute, ſm illud Psal. 32. Spiritu oris eius oīs virtus eorū. Deinde cū dicit; *Animalis &c.* Assignat rōnē dictorum, & primo, oñdit, quare spūalia nō sunt tradēda aīalibus hoībus. Secūdo, quare sunt tradēda spūalibus, ibi; *Spiritualis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rōnē. Secundo manifestat eam, ibi; *Stultitia enim &c.* Rō ergo talis est. Nulli sunt tradēda documēta, q̄ capere, nō pōt, sed hoīes aīales, nō pñt capere, spūalia documenta, ergo nō sunt eis tradenda. hoc est ergo quod dicit; *Animalis homo &c.* Et iō recta rōne nō pñt tradi eis. Vbi primo cōsiderādū est, qs hō dicať aīalis. Est ergo cōsiderādum, ꝙ aīa est forma corporis. Vñ ppriæ aīæ intelligunť illæ vires, q̄ sunt actus corporaliū organorū. s. vires sensitiuæ. Dicunť ergo hoīes aīales q huiusmodi vires sequunť, inter quas est vis apprehensiua, & appetitiua, & iō pt dici hō dupľr aīalis. Vno mō, q̄tū ad vim apphensiuā, & hic dř aīalis sensu, q sicut dř in glosa, de Deo iuxta corporū phātasiā vel legis lřam, vel rōnē philosophicā iudicat, q̄ ſm vires sensitiuas accipiunť. Alio mō dř, qs aīalis q̄tū ad vim appetitiuā, q. s. afficiť solū ad ea, q̄ sunt ſm appetitū sensitiuū: & talis dř aīalis vita, qui sicut dř in glosa, seqť dissolutā lasciuiam aīæ suę, quā inter naturalis ordinis metas, spiritus rector nō cōtinet. Vñ dř in canonica Iudæ, Hi sunt, qui segregāt semetipsos, aīales spiritum nō habētes. Scđo aūt vidēdū, quare tales; *Non possunt percipere ea quæ sunt spiritus Dei*, quod quidē manifestū est, & q̄tū ad aīalē sensum, & q̄tū ad aīalē vitā. Ea.n. de qb⁹ spiritus sanct⁹ illustrat mentem, sunt supra sensum, & rōnē humanā, ſm illud Eccl.3. Plura supra sensum hoīs ostensa sunt tibi, & iō ab eo capi nō pñt, q soli cognitioni sensitiuæ innitiť. Spūs ēt sanct⁹ accendit affectum ad diligendum spiritualia bona, sensibilib⁹ bonis cōtēptis, & iō ille, q est aīalis vitæ, nō pōt capere hmō spūalia bona, qa Philosoph⁹ dicit in 4. Ethic. ꝙ qualis vnusqu sq; est, talis finis vř ei. Prou.18. Non recipit stultus verba prudētiæ, nisi ei dixeris, q̄ versanť in corde eius. Eccle. 22. Cum dormiēte loqť, q narrat sapiētiam stulto. Deinde cum dicit; *Stultitia enim &c.* Manifestat quod dixerat per signum, cum.n. aliqs aliqua sapienter dicta reprobat, quasi stulta, signū est, ꝙ ea nō capiat. Quia igř aīalis hō, ea q̄ sunt spūs Dei reputat stulta, ex hoc manifestatur, ꝙ ea nō capit. Et hoc est, qđ dicit; *Stultitia enim est illi*. s. aīali. Iudicat.n. esse stulta, q̄ ſm spūm Dei agunť. Eccl.10. In via stultus ambulās cum ipse sit insipiēs, oēs stultos æstimat. Quòd aūt homini aīali, q̄ ſm spiritum sunt, videantur stulta, nō pcedit ex rectitudine sensus: sicut sapientes aliqua iudicāt esse stulta, q̄ stultis videntur sapientia pp defectū intellectus, quia hō sensui deditus, non pt intelligere ea q̄ supra sensum sunt, & homo carnalib⁹ affect⁹, non intelligit esse bonū, nisi quod est delectabile, ſm carnē. Et hoc est quod seqť; *Et non potest intelligere*. Psal. 81. Nescierūt neq; intellexerunt, in tenebris ambulāt. Quare aūt non possit intelligere, oñdit subdens; *Quia spiritualiter examinatur*. i. spiritualium examinatio fit spiritualiter, nūquā.n. inferior pōt examinare & iudicare ea, q̄ sunt superioris, sicut sensus nō pt examinare ea, q̄ sunt intellect⁹: & similř neq; sensus, neq; rō humana pōt iudicare ea, q̄ sunt spirit⁹ Dei, & ita relinqtur, ꝙ hmōi solo spiritu sancto examinātur, ſm illud Psa.17. Eloquia dñi igne examinata, pbata. s. a spiritu sctō. Quia ergo aīalis hō caret spiritu sancto, nō pōt spūalia examinare, & per consequens nec ea intelligere. Deinde cum dicit; *Spiritualis autem iudicat omnia &c.* assignat rōnem quare spiritualibus spiritualia tradantur, & primo ponit rōnem. Secundo, manifestat causam, ibi; *Quis enim nouit*. Assignat autē talē rōnem. Illi tradenda sunt spiritualia, qui potest iudicare, ſm illud Iob. 12. Auris verba diiudicat, sed spiritualis est huiusmodi. ergo ei spiritualia sunt tradenda, & hoc est, ꝙ dicit, Spiritualis.n. diiudicat oīa, & ipse a nemine iudicatur. Vbi primo videndum est, quis hō dicať spiritualis. Est autem notandum, ꝙ spiritus nominare consueuimus substantias incorporeas: quia igitur aliqua pars aīæ est, q̄ non est alicuius organi corporei actus. s. pars intellectiua comprehendens intellectum & voluntatem, huiusmodi pars aīæ spiritus hominis dicitur, quæ tamen a spiritu Dei, & illuminatur secundum intellectum, & inflammatur secundum affectum & voluntatem. Dupliciter ergo dicitur homo spiritualis. Vno modo ex parte intellectus, spiritu Dei illustrante. Et secundum hoc in glosa dicitur, ꝙ homo spiritualis est, qui spiritu Dei subiectus certissime ac fideliter spiritualia cognoscit. Alio modo ex parte voluntatis, spiritu Dei inflammante. & hoc modo dicitur in Glo. quòd spiritualis vita est, qua spiritum Dei habens rectorem animam regit, idest, animales vires. Gal. vltim. Vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi &c. Secundo, considerandum est, quare spiritualis diiudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vbi notandum est, quòd in omnibus ille, qui recte se habet, rectum iudicium habet circa singula. Ille autem, qui in se rectitudinis defectum patitur, deficit etiam in iudicando: uigilans enim recte iudicat, & se uigilare, & alium dormire, sed dormiens non habet rectum iudicium de se nec de uigilante. Vnde non sunt res tales, quales uidentur dormienti, sed quales videntur uigilanti. Et eadem ratio est de sano & infirmo circa iudicium saporum, & de debili, & forti, circa iudicium ponderum: & uirtuoso, & uitioso, circa agibilia. Vnde & Philosophus dicit in 5. Ethic. Quòd uirtuosus est regula, & mensura omnium humanorum, quia scilicet in rebus humanis talia sunt singularia, qualia uirtuosus iudicat ea esse, & secundum hunc modum Apostolus hìc dicit, quòd; *Spiritualis iudicat omnia*, quia scilicet homo habens, intellectum illustratum, & affectum ordinatum per spiritum sanctum de singulis, quæ pertinent ad salutem, rectum iudicium habet. Ille autem, qui non est spiritualis, habet etiam intellectum obscuratum, & affectum inordinatum circa spiritualia bona, & ideo ab hoīe nō spirituali, spiritualis homo iudicari non pt, sicut nec uigilās a dormiente. Quantū ergo ad primum horum dř Sap. 3. Quòd iudicabūt iusti natioēs. Quātū ad scđm dř J.4. Mihi p minimo est, vt a uobis iudicer, aut ab humano die. Deinde cū dicit; *Quis.n. nouit &c.* manifestat rōnē inductā. Et primo iducit authoritatem.

Lect.15.

Lect.3.

ritatem. Secundo adaptat ad propositum, ibi; *Vos autem &c.* Est autem considerandum quòd ad hoc ꝙ aliquis possit de aliquo homine iudicare, duo requiruntur. Primo ut iudicans cognoscat ea quæ sunt iudicati, quia vt dicitur 1. Ethi. Vnusquisq; bene iudicat quæ cognoscit & horum est optimus iudex. Ex quo patet quòd sensum, id est sapientiam Dei omnia iudicantem nullus possit diiudicare, ideo dicit; *Quis enim nouit sensum domini?* q.d. nullus, qa sapientia Dei excedit omnem cupiditatem hominis. Eccl. 1. Sapientiam Dei præcedentē oīa, quis inuestigauit? Sap. 14. Sensum autem tuū qs scire poterit, nisi tu dederis sapientiam? Secundo requiritur ꝙ iudicans sit superior iudicato. Vnde dominus habet iudicium de seruo, magister de discipulo. Ex quo etiam patet, ꝙ nullus potest sensum Dei iudicare, ꝑpter qđ sequitur; *Aut quis instruxit eum?* q.d. nullus. Non enim habet scientiam ab aliquo acceptam, sed potius fontem omnis scientiæ Iob. 26. Cui dedisti consilium? forsitan ei qui nō habet sapientiam? Videtur aūt verba hæc assumpta ex eo qđ dr̄ Esa. 4. Quis adiuuit spiritum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? & ostendit illi cum quo iniit consilium & instruxit eum. Deinde adaptat quod dixerat ad propositum, dicēs; *Nos autem* .s. spirituales viri; *Sensum Christi habemus*, idest recipimus in nobis sapientiam Xpi ad iudicandum. Eccle. 17. Creauit illis scientiam spiritus, sensu adimpleuit corda illorum. Luc. vlt. dr̄, quòd aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & ita quia sicut sensus Christi diiudicari non potest, conueniens est quòd spiritualis qui sensum Christi habet, a nemine iudicetur.

Ethic. lib. 1. cap. 3.

Cap. III. Lec. I.

Et ego fratres, non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Xpo lac uobis potum dedi, nō escam. Nondū enim poteratis, sed nec nunc quidē potestis. Adhuc enī carnales estis. Cum enim sit inter uos zelus & cōtentio, nonne carnales estis, & ẜm hoīem ambulatis? Cū.n. quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius aūt, ego Apollo, nōne hoīes estis? Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius, cui credidistis. Et vnicuique sicut dn̄s dedit. Ego plātaui, Apollo rigauit, sed Deus nunc incremētū dedit. Itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat & qui rigat, vnum sunt.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus ostenderat contentionem, & diuisionem Corint. qui pp ministros Christi, a quibus baptizati & docti erant, adinuicem disceptabant: hic incipit eorū iudicium quod habebat de ministris improbare, ex quo iudicio, contentiones in eis procedebant. Et circa hoc duo facit. Primo improbat eorum iudicium, quantū ad hoc, ꝙ quibusdam ministrorū de quibus gloriabantur, plus attribuebant q̄ deberent. Secundo, quantum ad hoc, quòd alios Christi ministros contēnebant 4.ca. ibi; *Sic nos existimet homo.* Circa primum duo facit. Primo ostēdit detrimentum quod patiebantur ꝓpter contentiones ex peruerso iudicio prouenientes. Secundo improbat eorum peruersum iudiciū, ibi; *Quid igitur est Apollo?* Circa primū duo facit. Primo ponit detrimentum, quod hactenus passi erant propter eorum defectum. Secundo ostendit ꝙ adhuc idem patiuntur, ibi; *Sed nec nunc quidem.* Circa primum tria facit. Primo ponit detrimentum quod hactenus passi erant propter eorum defectum. Dixerat enim supra, ꝙ apostoli quidem spiritualia documenta spiritualibus tradebant, quæ animales homines percipere non poterant, quod eis adaptat dicēs; *Et ego fratres*, qui .s. inter alios apostolos spiritualibus spiritualia loquor; *Non potui* .s. conuenienter; *Vobis loqui quasi spiritualibus*, vt .s. traderem vobis spiritualia documēta; *Sed quasi carnalibus* .s. locutus sum vobis: eosdem enim carnales dicit quos supra animales, quibus oportet tradi ea quæ sunt infirmitati eorum accommoda. Esa. 28. Quem docebit scientiā, & quē intelligere faciet auditū? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus, i. carnali conuersatione & sensu. Secundo adhibet similitudinē, dicēs; *Tanquam paruulis in Christo* .i. parum adhuc introductis in perfectam doctrinā fidei, quæ spiritualibus debetur. Heb. 5. Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonū iustitiæ, paruulus .n. est, perfectorum aūt est solidus cibus. Tertio rōnem assignat ne credatur ex inuidia eis spiritualem doctrinam subtraxisse, cōtra quod dicitur Sap. 7. Quam sine fictione didici & sine inuidia communico. Vnde subditur; *Nondum enim poteratis*, q.d. Nō subtraxi vobis escam propter meā inuidiam, sed propter vestrā impotentiam, quia verba spiritualia; *Nondum bene poteratis* capere, ẜm illud Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Deinde cum dicit; *Sed nec nunc quidem potestis.* ostendit quòd adhuc idem detrimentum patiuntur. Et primo quidem ponit in potentiam cui adhuc subiacebant, dicēs; *Sed nec nunc quidem potestis.* q.d. quòd a principio perfectam doctrinam capere non poteratis, non mirum fuit: quia hoc nescire vestræ nouitati competebat, ẜm illud 1. Pet. 2. Sicut modo ge-

F niti infantes lac concupiscite. Sed hoc vr̄ esse culpabile, ꝙ post tm̄ tps in quo ꝓficere debuistis, eādē impotētiā retinetis, ẜm illud Heb. 5. Cū deberetis magr̄i esse pp tps: rursus indigetis doceri, q̄ sunt elemēta sermonū Dei. Scđo assignat p̄dictæ impotētiæ rōnē, dicēs; *Adhuc.n. carnales estis.* .s. vita & sensu. Et iō ea quæ sunt spūs capere nō potestis, sed sapitis ea, q̄ sunt carnis, ẜm illud Rom. 8. Qui ẜm carnē sunt, q carnis sunt sapiunt. Tertio, ponit rōnē ꝓbationis inductæ, dicens; *Cū .n. inter vos sit zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis?* Vbi cōsiderandū est, ꝙ recte cōiungit zelū, & cōtētionē: qa zelus .i. inuidia est cōtētionis materia. Inuidus .n. tristat̄ de bono alterius, qđ ille nitit̄ ꝓmouere, & ex hoc sequitur cōtētio. Vnde Iac. 3. Vbi zelus & cōtētio, ibi incōstātia, & oē opus prauū. Et simil̄r ecōuerso, charitas, ꝑ quā qs diligit bonū alterius, est materia pacis. Scđo, cōsiderādū est, ꝙ zelus, & cōtētio nō hēt locū, nisi in carnalibus hoībus, qa ipsi circa bona corporalia afficiunt̄, q̄ simul a pluribus integre possideri nō pn̄t: & iō pp hoc, ꝙ aliquis aliquod bonū corporale possidet, alius impedit a plena possessione illius, & ex hoc seq̄t̄ inuidia, & ꝑ cōsequēs cōtētio: sed spūalia bona quibus spūales afficiunt̄, simul a pluribus possideri pn̄t, & iō bonū vnius
H nō est alterius impedimētū, & pp hoc in talibus, nec inuidia, nec cōtētio locū hēt. Vnde Sap. 7. Sine inuidia cōicq. Tertio, considerādū est, quare hoīes carnales dicit, ẜm hoīem ambulare, cū tn̄ hō ex spū, & carne cōponat̄, quia naturæ humanæ cōsonum est, vt spūs cognitionē a sensibus carnis accipiat. Vn̄ cōsequenter affectus rōnis humanæ, ẜm ea, q̄ sunt carnis mouet̄, nisi spūs hominis ꝑ spūm Dei supra hominē eleuet̄. Vn̄ dr̄ Eccles. 34. Sicut parturiētis cor tuū phātasias patit̄, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Est ergo sensus; *Secundum hominem* .i. ẜm naturā humanā sibi a Dei spū derelictā, sicut & in Psal. 4. dr̄, Filii hoīum vsq; quo graui corde, vt qd diligitis vanitatem, & q̄ritis mēdacium? Quarto, manifestat ꝓbationē inductā, dicēs; *Cum.n.quis.* i. aliqs vrum dicit; *Ego quidē sum Pauli*, qa a Paulo baptizatus & doctus; *Alius autem, ego Apollo* (genitiui casus,) ꝑ qđ denotat̄ in vobis esse zelus & cōtētio; *Nonne homines estis.* .s. carnales, & non spūales, vtpote zelū & cōtētionē habētes ꝑ rebus humanis? Qualis.n.
I hō est, talibus rebus afficit̄, & ꝑ affectū inhæret, ẜm illud Oseæ. 9. Facti sunt abominabiles sicut ea, q̄ dilexerunt. Deinde cū dicit; *Quid igitur est Apollo?* improbat eorū iudiciū, q̄tū ad hoc, ꝙ plus ministris attribuebāt, q̄ deberēt. Et primo, ostēdit veritatē. Scđo excludit errorē, ibi; *Nemo vos seducat.* Tertio, infert cōclusionem intētā, ibi; *Itaque nemo glorietur in hominibus.* Circa primum duo facit. Primo, on̄dit cōditionē ministrorum. Scđo, agit de eorum mercede, ibi; *Vnusquisque propriam mercedem.* Circa primum tria facit. Primo, ponit ministrorū cōditionē. Scđo, ponit similitudinē, ibi; *Ego plātaui, Apollo rigauit.* Tertio, on̄dit intētū, ibi; *Itaque, neque qui plantat.* Circa conditionē aūt ministrorū duo tangit. Primo, ꝙ nō sunt dn̄i, sed ministri, dicēs, Vos de Paulo, & Apollo gl̄iamini. Igr̄ q̄ro a uobis; *Quid est Apollo, & quid Paulus?* i. cuius dignitatis, vel ꝑtātis, vt digne de eis gl̄iari possitis? & rn̄det; *Ministri eius.* .s. Dei sunt. q.d. qđ agūt ī baptismo, & ī doctrina nō principal̄r agūt sicut dn̄i, sed sicut ministri eius, ẜm illud Esa. 61.
K Ministri Dei dicet̄ vobis. Posset aūt alicui videri magnū esse, ministrū Dei esse, & gl̄iandū esse ī hoībus de ministeriis Dei. Et vere esset si sine hoībus nō pateret accessus ad Deum, sicut illi q solēt gl̄iari de ministris regis, sine qbus nō patet aditus ad regē. Sed hoc hīc locū nō hēt, qa fideles Xpi ꝑ fidē habēt accessum ad Deum, ẜm illud Ro. 5. Per quē accessum habemus ad Deū ꝑ fidē & grām istā in qua stamus, & gl̄iamur in spe gl̄iæ filiorū Dei: iō signanter addit; *Cui credidistis.* q.d. ꝑ fidē, iā estis cōiūcti Deo, nō hoībus. Vn̄ supra. 2. dictū est, Vt fides vr̄a nō sit in sapiētia hominum, sed in virtute Dei: & iō primo de Deo est vobis gaudēdū, q̄ de hoībus. Cōtingit aūt, ꝙ ministri hominū vel dn̄orū, vel artificum primo habeāt a seipsis aliquā dignitatē, vel virtutem, ex qua idonei ad ministeriū fiūt, sed hoc nō ē de ministris Dei, & iō scđo on̄dit, ꝙ tota dignitas, & virtus ministrorū ē a Deo, dicēs; *Et unicuique sicut Deus diuisit.* q.d. in tm̄ aliqs, & vnusquisq; nr̄um hēt de virtute ministrādi, inquātū ei Deus dedit, vn̄ nec sic nobis est gl̄iandū. 2. Cor. 3. Sufficiētia nr̄a a Deo, q idoneos nos fecit ministros noui testi. Deinde cū dicit; *Ego plantaui*, ponit similitudinē ministrorū ex si-

A ex similitudine agricolarum, vbi duplex differētia operationum intelligitur. Vna, operationis vnius ministri ad operationem alterius. Et quantum ad hoc dicit; *Ego plantaui* .i. in prædicatione, ad modum plantantis me habui, quia .s. primo vobis prædicaui fidem. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, vt plātes cœlos. *Apollo rigauit* .i. ad modū rigātis se habuit, qui aquam plantis exhibet ad hoc, vt nutriātur & crescāt. Et similiter legitur Act. 18. Quòd cum Paulus multos Corinthiorum cōuertisset, superuenit Apollo, qui multum cōtulit his qui crediderunt, publice ostendēs ꝑ scripturam esse Iesum Xpm. Eccl. 24. dr̄, Rigabo ortum meū plantationum. Secunda differentia est operationis ministrorū, qui exterius operant̄ plantādo & rigando, ad ope-
B rationem Dei, qui interius operātur. Vnde subdit; *Sed Deus incrementum dedit*, interius .s. operando 2. Cor. 9. Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Sic ēt in rebus corporalibus plantantes & rigantes exterius operantur, sed Deus operatur interius per operationē naturæ ad incrementa plantarum. Deinde cum dicit; *Itaque neque qui plantat neque qui rigat &c.* infert ex præmissis duas cōclusiones, quarum prima infertur ẜm cōparationem ministrorū ad Deum, dicens, Ex quo Paulus plātauit, & Apollo rigauit, non sunt nisi ministri Dei, & nō habent aliquid nisi a Deo, & non operant̄ nisi exterius, Deo interius operante; *Itaque neque qui plantat est aliquid* .s. principaliter & magnū de quo sit gloriandū; *Neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Ipse .n. per se est aliquid principale & magnum, de quo est gloriandum. Actio .n. nō attribuitur instrumento cui comparatur minister, sed principali agenti. Vnde Esa. 40. dr̄, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Secundam conclusionem infert
C ꝑtinentem ad cōparationem ministrorum adinuicē, dicens; *Qui plātat autem & qui rigat*, cū sint ministri Dei, & nihil nisi a Deo habentes, & solum exterius operantes; *Vnum sunt*, ex conditione naturæ & ministerii rōne: quare .s. non pōt vnus alteri p̄ferri nisi ẜm donum Dei, & ita quantum in se ipsis est, vnū sunt. Et quia cōsequenter in intentione ministrandi Deo, vnum sunt per concordiam voluntatis, iō stultum est de his qui vnum sunt, dissentire. Psal. 132. Ecce quàm iocundum habitare fratres in vnū. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo.

Lectio II.

Vnusquisque propriam mercedē accipiet ẜm suū laborē. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis. Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus ostendit: qualis sit cōditio ministrorum, hic agit de remuneratione eorum. Et primo ponit de mercede bonorū ministrorum. Secundo agit de punitione malorum, ibi; *Nescitis quia templum Dei estis &c.* Circa primum tria facit. Primo promittit ministris mercedē ꝓpriam. Secundo assignat rōnem, ibi; *Dei enim sumus.* Tertio agit de diuersitate mercedis, ibi; *Secundum gratiam Dei.* Dicit ergo primo, Dictum est, ꝙ neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, non tamen inutiliter plantat vel rigat, sed; *Vnusquisque suam propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem.* Quāuis .n. qui incrementum dat, sit Deus, & ipse solum interius operet̄, exterius tamen laborantibus mercedem tribuit, ẜm illud Hier. 31. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis: quia merces est operi tuo. Quæ quidem est ipse Deus, ẜm illud Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua multa nimis. Pro qua mercede laborātes mercenarii laudantur, ẜm illud Luc. 15. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? Alioquin, si pro alia mercede in opere Dei aliquis laboret, laudandus non est, secundum illud Io. 10. Mercenarius autem, cuius non sunt oues ꝓpriæ, videt lupum venientē & fugit. Hæc autem merces & cōmunis est omnibus, & ꝓpria singulorum: cōmunis quidem, quia idem est qđ oēs videbunt, & quo oēs fruent̄ .s. Deus, ẜm illud Iob. 22. Super omnipotentem deliciis afflues & leuabis ad Deum faciem tuam Esa. 28. In illa die, erit dominus exercituum corona gloriæ & sertum exultationis populo suo. Et iō Matt. 20. Omnibus laborantibus in vinea datur vnus denarius, ꝓpria vero merces erit singulorū quia vnus alio clarius videbit, & plenius fruet̄, ẜm determinatam sibi mensurā. Vnde & Danie. 12. Illi qui docti sunt, cōparantur splendori firmamenti, qui ad iustitiā erudiunt plurimos quasi stellæ. Hinc est, quòd Io. 14. dr̄, In domo patris mei mansiones multæ sunt. pp quod ēt hic dicitur, Vnusquisq; ꝓpriam mercedem accipiet. Ostendit autem ẜm quid attendat̄ mensura propriæ mercedis, cum subdit; *Secundum suum laborem.* Vn̄ & in Psal. 127. dr̄, Labores manuū tuarū quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Non tamen ꝓpter hoc designat̄ æqualitas ẜm quantitatem laboris ad mercedem, quia vt dr̄ 2. Cor. 4. Quod

A in pn̄ti est momentaneum & leue tribulationis nr̄æ, supra modū in sublimitate æternū gl̄iæ pōdus operabit̄ in nobis. Sed æqualitatem designat ꝓportionis, vt .s. vbi est potior labor, ibi sit potior merces. Pōt autem intelligi labor esse potior tripl̄r. Primo quidem ẜm formā charitatis, cui rn̄det merces essentialis p̄mii .s. fruitionis, & visionis diuinæ. Vn̄ dr̄ Io. 14. Qui diligit me, diligetur a p̄re meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Vnde qui ex maiori charitate laborat, licet minorē laborem patiat̄, plus de p̄mio essentiali accipiet. Secundo, ex specie operis: sicut .n. in rebus humanis ille magis p̄miatur, qui in digniori opere laborat, sicut architector, q̄ artifex manualis, licet
B minus laboret corporal̄r: ita ēt in rebus diuinis, ille qui in nobiliori opere occupat̄, maius p̄mium accipiet, q̄tum ad aliquā ꝓrogatiuā p̄mii accidentalis, licet forte minus corporal̄r laboret. Vnde aureola datur doctoribus, virginibus, & martiribus. Tertio, ex q̄titate laboris, quod quidem contingit dupl̄r. Nā qn̄q; maior labor maiorem mercedem meretur, p̄cipue q̄tum ad remissionē pœnæ, puta quòd diutius ieiunat, vel lōgius peregrinat̄, & ēt q̄tū ad gaudium quod percipiet de maiori labore. Vnde Sap. 10. dr̄, Reddidit Deus .s. iustis, mercedem laborum suorum. Qn̄q; vero est maior labor ex defectu voluntatis. In his .n. q̄ ꝓpria voluntate facimus, minorem laborem sentimus. Et talis magnitudo laboris, nō augebit, sed minuet mercedem. Vn̄ dicitur Esa. 40. Assumēt pennas vt aquilæ, current & nō laborabunt, volabunt & nō deficient: & ibi p̄mittit̄, deficient pueri & laborabunt. Deinde cum dicit; *Dei enim sumus*, assignat rōnem eius, quod dixerat. Et primo ponit rōnem. Secundo, adhibet similitudinē, ibi; *Dei agricul-
C tura estis.* Dicit ergo primo, Recte quilibet nr̄um mercedem accipiet; *Dei enim sumus adiutores.* .s. ẜm nr̄os labores. Cōtra quod videtur esse, quod dicitur Iob. 26. Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & Esa. 40. Quis adiuuit spūm dn̄i? Dicendum est autē, ꝙ dupl̄r aliquis alium adiuuat. Vno mō augendo eius virtutē, & sic nullus pōt esse Dei adiutor. Vnde & post præmissa verba Iob, subdit̄, Et sustentas brachium eius qui nō est fortis? Alio mō obsequendo operationi alterius, sicut si minister dicat̄ dn̄i adiutor, inquātum exequitur opus eius, aut ministerium artificis, & hoc mō ministri Dei sunt eius adiutores, ẜm illud. 2. Cor. 6. Adiuuātes aūt exhortamur: sicut ergo ministri hoīum exequentes eorum opera, mercedem ab eis accipiunt ẜm suum laborem, ita & minister Dei. Secundo adhibet similitudinē simplicis operis .s. agriculturæ, & ædificationis. Populus quidem fidelis ager est, a Deo cultus, inquātum per operationem diuinā fructum boni operis Deo acceptum ꝓducit, ẜm illud Ro. 7. Sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Et Ioan. 5. dicitur, Pa-
D ter meus agricola est: & hoc est quod primo dicitur; *Dei agricultura estis*, idest, quasi ager a Deo cultus, & fructum ferens eius opere, & populus fidelis est quasi domus a Deo ædificata, inquantum scilicet Deus in eis habitat, secundum illud Ephes. 2. Et vos coædificamini in habitaculum Dei. Et ideo secundo dicitur; *Dei ædificatio estis.* i. ædificium a Deo constructū, ẜm illud Psal. 126. Nisi dn̄s ædificauerit domum &c. Sic igit̄ ministri Dei sunt adiutores, inquātum laborāt in agricultura, & ædificatione fidelis populi. Deinde cum dicit; *Secundum gratiam Dei &c.* agit de diuersitate mercedis, & quia merces distinguit̄ ẜm distinctionem laboris, vt dictum est, iō primo agit de diuersitate laboris. Secundo de diuersitate mercedis, ibi; *Si quis superædificat.* Circa primum duo facit. Primo ponit distinctionem laborum. Secundo, subiungit admonitionē, ibi; *Vnusquisque autem videat &c.* Circa primū duo facit. Primo, relicta similitudine agriculturæ, quā supra ꝓsecutus fuerat, sub similitudine ædificatio-
E nis, suum ꝓprium laborem describit, dicens; Secundū grām Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Vbi considerandum est, ꝙ architectus dicitur principalis artifex, & maxime ædificii, ad quem pertinet comprehendere summam dispositionem totius operis, quæ perficitur per operationem manualium artificum. Et ideo dicitur sapiens in ædificio: qui simpliciter sapiens est, quia summam causam cognoscit, scilicet Deum, & alios ẜm Deum ordinat, Ita sapiens in ædificio dicitur, qui principalem causam ædificii, scilicet finem considerat, & ordinat inferioribus artificibus quid sit propter finem agendum. Manifestum est autem, ꝙ tota structura ædificii ex fundamento dependet, & ideo ad sapientem architectum pertinet idoneum fundamentum collocare. Ipse autem Paulus fundamentum spiritualis ædificii collocauit Corinthiis. Vnde supra dixit, Ego plantaui: sicut enim se habet fundamentum in ædificio, sic plantatio in plantis. Per vtrumq; .n. significatur spiritual̄r prima p̄dicatio

dicatio fidei. Vnde & ipse dicit Rom. 15. Sic aũt p̃dicaui euangeliũ,nõ vbi nominatus est Xp̃s,ne super alienũ fundamentum ædificarẽ: & ideo se cõparat sapiẽti architecto. Hoc aũt non suæ virtuti attribuit,sed gratiæ Dei. Et hoc est quod dicit; *Secundum gratiam Dei quæ data est mihi*,qui.s.me aptũ & idoneũ ad hoc ministeriũ fecit, j 15.

Vnusquisq; aũt videat qũo superædificet. Fundamentũ.n.aliud nemo põt ponere p̃ter id, qđ positũ est,qđ est Xp̃s Iesus. Siquis aũt superędificat supra fũdamẽtũ hoc, aurũ,argẽtũ,lapides p̃tiosos,ligna, fœnum,stipulã, vniuscuiusq; op⁹ manifestũ erit. Dies.n. dñi declarabit:

Abundantius oĩbus laboraui, nõ ãt ego, sed gr̃a Dei mecum. Secũdo, describit laborẽ, aliorũ,dicens; *Alius autem* .i. quicunque inter vos laborat; *Superædificat*,fundamẽto a me posito: quod quidẽ põt ad duo referri. Vno quidem mõ, inquantũ aliquis superædificat fidei in seipso fundatæ profectũ charitatis & bonorum operũ 1.Pet.2. Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini. Alio mõ,ad doctrinã,quã quis fundatam fidẽ in aliis p̃fectius manifestat. Vnde Hier. 1. dr̃, Vt ædifices,& plãtes. Et ſm hoc idẽ significat hæc superædificatio,quod supra, rigatio. Deinde cũ dicit; *Vnusquisque autem &c.* subiũgit monitionẽ dicens, Dictũ ẽ,ꝙ ad alios pertinet superædificare; *Vnusquisque autem videat*.i. diligenter attendat; *Quomodo superædificet*.i. qualem doctrinam fidei fundatam in aliis superaddat, vel qualia opera fidei in se fundatæ hẽat. Prou. 4. Oculi tui videãt recta,& palpebræ tuæ præcedãt gressus tuos. Secũdo rñdet tacite q̃oni, Quare .s.admoneat alios de superædificatione,& nõ de fundatione: vel potius assignat rationem quare dixerit, ꝙ ad alios pertinet superædificare,dicẽs; *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est*.s.a me: *Quod est Iesus Christus*,qui habitat in cordibus vr̃is per fidem,vt dicitur Eph. 3. Et de fundamẽto dr̃ Esa. 28. Ecce ego mittã in fundamentis Sion lapidem angularẽ, p̃batum,pretiosum.i.in fundamento fundatũ. Sed contra vr̃ esse qđ dr̃ Apoc. 21. Murus ciuitatis hñs fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorum. Nõ ergo solus Xp̃s est fundamentum. Dicendũ est aũt,ꝙ duplex est fundamentum. Vnum quidem,quod per se habet soliditatem, sicut rupes aliqua,supra quã ædificium cõstruitur, & huic fundamẽto Xp̃s comparatur. Ipse.n.est petra,de qua dr̃ Matt. 7. Fundata.n. erat supra firmã petrã. Aliud est fundamentum,quod hẽt soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto,sicut lapides q̃ primo supponũtur petræ solidæ. Et hoc mõ dñr ap̃li esse fundamẽtũ Ecclesiæ quia ipsi primo superædificati sunt Xp̃o per fidem & charitatem. Vñ dr̃ Eph. 2. Superædificati supra fundamentum apostolorum. Deinde cum dicit; *Siquis superædificat &c.* agit de mercedis differentia quãtum ad hoc,ꝙ q̃dam eã accipiunt sine detrimento,quidã cum detrimento. Et circa hoc tria facit. Primo docet,ꝙ diuersitas operationum manifestatur ex retributione. Secundo,ostendit qñ manifestatur ibi; *Dies enim domini*. Tertio,ostẽdit qũo manifestatur,ibi; *Si cuius opus &c.* Circa primum considerandũ est,ꝙ Ap̃lus intẽdẽs ostẽdere diuersitatẽ superędificationis, sex ponit, videlicet tria contra tria. Ex vna quidẽ parte,aurũ,argentum,& lapides pretiosos. Et ex alia parte,lignum, fœnũ,& stipulã: quorum tria.s.aurum,argentum,& lapides pretiosi habent quãdam inclytã claritatẽ,simul & incõsuptibilitatẽ,& p̃tiositatem. Alia vero tria obscura sunt,& facile ab igne cõsumũtur,& vilia sunt. Vnde per aurum, argentum, & lapides pretiosos,intelligitur aliquid præclarum & stabile: per lignum vero, fœnum,& stipulam aliquid materiale & transitorium. Dictum est autem supra, ꝙ superædificatio potest intelligi & quantum ad opera,quæ vnusquisq; superædificat fidei fundamento: & quãtum ad doctrinã, quã aliquis doctor,vel prædicator superædificat in fundamento fidei ab Apostolo fundatæ. Vnde ista diuersitas,quã hic Apostolus tangit, ad vtranq; superædificationem referri põt. Quidam ergo referentes hæc ad superædificationem operum,dixerunt,ꝙ per aurum,& argentum,& lapides pretiosos,intelligũtur bona, quæ quis fidei superaddit. Sed per lignum, fœnum,& stipulam, debent intelligi peccata mortalia,quæ quis facit post fidem susceptã. Sed ista expositio penitus stare nõ põt. Primo q̃dem,quia peccata mortalia sunt opera mortua,ſm illud Heb. 9. Mundabit conscientias nostras ab operib⁹ mortuis. In hoc aũt ædificio nihil ædificatur nisi viuum,ſm illud 1. Pet. 2. Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini. Vnde qui cum fide hẽt peccata mortalia,nõ superædificat,sed magis destruit, vel violat, cõtra quẽ dicitur infra eodem, Siquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Secundo,quia peccata mortalia magis comparantur ferro,vel plumbo,vel lapidi, tum propter grauitatem, tum quia etiam non renouãtur per ignem,sed semper in eo manent, in quo sunt. Peccata vero venialia cõparantur ligno,fœno,& stipulæ,tum propter leuitatem: tum etiam q̃a ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Tertio,quia ſm hãc expositionem videtur sequi, ꝙ ille,qui moritur in peccato mortali,dummõ fidem retineat, finaliter salutẽ cõsequatur,licet primo aliquas pœnas

F sustineat. Sic.n. sequit̃; *Si cuius opus arserit,detrimentum patietur, ipse autem saluus erit,sic tamen quasi per ignem*. Quod quidem contrariatur manifeste s̃niæ Ap̃li,qua dicit̃. j 6. Neq; fornicarii,neq; idolis seruientes &c. Regnum Dei possidebunt. Et Gal. 5. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Nõ est aũt alicui salus, nisi ĩ regno Dei. Nã qui ab eo excluduntur,mittunt̃ in ignẽ æternum, vt dicitur Matth. 25. Quarto, quia fides non põt dici fundamentum, nisi quia per eã Xp̃s habitat in nobis,cum supra dictũ sit,ꝙ fundamentum est ipse Xp̃s Iesus. Non.n. habitat Xp̃s in nobis per fidẽ informem: Alioquin habitaret in dæmonib⁹, de quibus scriptum est Iac. 2. Et dæmones credunt,& contremiscunt. Vnde qđ dicitur Eph. 3. habitare Xp̃m per fidẽ in cordibus nr̃is, oportet in-
G telligi de fide per charitatem formata, cum scriptum sit. 1. Io. 4. Qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. Hæc est fides,q̃ per dilectionẽ operatur,vt dicitur. j 13. Charitas non agit perperam. Vnde manifestũ est, ꝙ illi qui operantur peccata mortalia,non habent fidem formatã,& ita non habent fundamentũ. Oportet ergo intelligere, ꝙ tã ille qui superædificat fundamẽto aurum, argentum, lapides p̃tiosos,q̃; ẽt ille,qui superædificat lignum,fœnum,stipulam,vitet peccata mortalia. Ad horum ergo distinctionem intelligendum est,ꝙ actus humani ex obiectis speciem habent. Duplex est aũt obiectũ humani actus.s.res spiritualis,& res corporalis: q̃ quidẽ obiecta differunt tripl̃r. Primo,quidẽ quantum ad hoc,ꝙ res spirituales sunt perpetuæ,res aũt corporales sunt transitoriæ. Vnde. 2. Cor. 4. Quæ videntur,tẽporalia sunt: q̃ aũt nõ vidẽtur,æterna. Scđo,quãtũ ad hoc, ꝙ res spirituales in seipsis claritatẽ habent, ſm illud Sap. 6. Clara est,& q̃ nunquãm marcescit sapientia. Res corporales obscuritatẽ habent ex
H materia. Vnde dicitur Sap. 2. Vmbræ transitus est tp̃s nostrum. Tertio,quantũ ad hoc,ꝙ res spirituales sunt pretiosiores, & nobiliores rebus corporalibus. vnde Prou. 3. dicitur de sapientia, Pretiosior est cunctis opibus. Et Sap. 7. Oẽ aurum in comparatione illius, arena est exigua: & tanquã lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Et ideo opera, quibus homo innitit̃ rebus spiritualibus & diuinis, comparantur auro argento,& lapidi p̃tioso,q̃ sunt solida,clara,& p̃tiosa: ita tñ ꝙ per aurum designentur ea,quibus homo tendit in ipsum Deum per cõtemplationẽ,& amorem. vnde dicitur Cant. 5. Caput eius aurũ optimũ. Caput.n. Xp̃i est Deus,vt dicitur Esa. 11. de quo auro dicit̃ Apoc. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum.i.sapientiã cum charitate. Per argentum significantur actus,quibus homo adhæret spiritualibus credendis,& amandis, & cõtemplandis. vnde in Glo. refertur argentũ ad dilectionem p̃ximi: p̃p quod & in Psal. 67. pennæ columbæ describuntur deargentatæ,cuius superior pars.i.
I posteriora, describuntur esse in pallore auri. Sed per lapides pretiosos designãtur opera diuersarum virtutum,quib⁹ aĩa humana ornatur. vnde dicitur Eccl. 50. Quasi vas auri solidum,ornatũ oĩ lapide p̃tioso. Vel ẽt mãdata legis Dei,ſm illud Psal. 118. Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Opera vero humana, quibus homo intendit rebus corporalibus p̃curandis, cõparãtur stipulæ, q̃ vilia sunt, namq; fulgent & facile comburuntur: habent tñ quosdã gradus prout q̃dã sunt aliis stabiliora, q̃dã vero facilius consumptibilia. Nã ipsi hoĩes inter creaturas carnales & digniores sunt,& per successionem conseruantur Vnde cõparantur lignis,ſm illud Iudic. 9. Ierunt ligna siluarũ vt eligerent super se regem. Caro aũt hominis facilius corrumpitur per infirmitatẽ & mortem. unde comparatur fœno, ſm illud Esa. 40. Omnis caro fœnum. Ea vero quæ pertinent ad gloriam huius mundi facillime transeunt, vnde stipulæ comparantur. vnde in Psal. 82. sequitur, Pone illos vt rotã,& ut stipulam ante faciem venti. Sic
K ergo superædificare; *Aurum,& argentum,& lapides pretiosos*, est superædificare fidei fundamento ea,quæ pertinent ad contemplationem sapientiæ diuinorum,& amorem Dei,& deuotionem sanctorum,& obsequium proximorum,& ad exercitium virtutum. Superædificare vero; *Lignum,fœnum,& stipulam*,est superaddere fidei fundamento ea,quæ pertinent ad dispositionem humanarum rerum,& ad curam carnis,& ad exteriorem gloriam. Sciendum tamen, quòd contingit aliquem hominem id intendere tripliciter. Vno modo ita, quòd in his finem constituat,& cum hoc sit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat, sed econuerso, fundamento aliud fundamentum collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibilibus, quæ quæruntur propter finem. Alio modo, aliquis intendit vti prædictis rebus, totaliter ordinans eas in Dei gloriam: & quia opera specificantur ex fine intento, hoc iam non erit ædificare lignum, fœnum,& stipulam: sed aurum, argentum, & lapides pretiosos. Tertio, modo aliquis licet in his finem non constituat,

stituat, nec vellet propter ista contra Deum facere: afficitur tamen istis magis quàm deberet, ita quòd per hæc retardatur ab his quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter. Et hoc proprie est superædificare lignum, fœnum,stipulam,non quia ipsa superædificẽtur proprie loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia,habent venialia adiuncta propter vehemẽtiorem affectum ad ipsa, quæ quidem affectio secundum ꝙ magis & minus inhæret, ligno, fœno, & stipulæ comparatur.

quia igne reuelabitur: & uniuscuiusque opus,quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit,quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Et dupliciter potest distingui. Vno modo secundum permanentiam rerum spiritualium,vt prius dictum est: Alio modo secundum vehementiam adhæsionis. Sciendum tamen,quòd & illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolui a cura rerum temporalium, nec etiam qui in charitate rerum temporalium intendunt, sunt omnino a rebus spiritualibus vacui, sed studio diuersificantur. Nam quidam studium vitæ suæ ordinant ad spiritualia: temporalibus vero non intendunt, nisi inquantum requirit necessitas corporalis vitæ. Quidam vero studium vitæ suæ applicant ad temporalia procuranda: vtuntur tamen spiritualibus rebus ad directionem vitæ suæ. Primi igitur superædificant; *Aurum, argentum,& lapides pretiosos*. Secundi vero superædificant *Fœnum, lignum & stipulam*. Ex quo patet, quòd illi qui superædificant aurum,argentum,& lapides pretiosos,habent aliquid de peccatis venialibus,sed non in quantitate notabili, propter hoc,quòd modicum attingunt de cura tẽporalium rerum. Illi etiam qui superædificant lignum,fœnum,stipulam, habent aliquid stabile pretiosum & præclarum, sed in minori quantitate, scilicet inquantum diriguntur per bona spiritualia. Potest autem & hæc diuersitas referri ad superædificationem doctrinæ. Nam illi qui fidei ab Apostolis fundatæ, per suam doctrinam superædificãt solidam veritatem & claram,siue manifestã, & ad ornamentum ecclesiæ pertinentem, superædificant aurum argentum, lapides pretiosos. Vnde Prouerb. 10. Argentum electum labia iusti. Illi vero qui fidei ab Apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliquã vtilia,& quæ non sunt manifesta, nec veritatis ratione firmantur,sed sunt vana & inania,superædificant lignum,fœnum,stipulam. Vnde dicitur Hier. 23. Qui habet somnium,narret somnium: & qui habet sermonem meũ, loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum? Qui vero falsitatem doceret, non superædificaret,sed magis subuerteret fundamentum. Dicit ergo; *Si quis superædificat*, vel operando,vel docendo; *Super fundamentum hoc*, idest, super fidem formatam in corde, vel super fidem fundatam ab Apostolis & prædicatam; *Aurum, argentum, aut lapides pretiosos*, idest,spiritualia opera, vel præclaram doctrinam; *Vel lignum, fœnum, stipulam*, idest,corporalia opera,vel friuolam doctrinam; *Vniuscuisque opus manifestum erit*, scilicet in diuino iudicio; *Quale sit*. Non enim latet per humanam ignorantiam. Nam quidam videntur superædificare aurum,argentum,lapidem pretiosum: qui tamen superædificant lignum, fœnum, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditantes,puta lucrum,vel fauorem humanum. Quidam vero videntur superædificare lignum,fœnum,stipulam, qui tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem pretiosum, quia in administratione temporalium,nihil nisi spiritualia cogitant. Vnde & Sophon. 1. dicitur, Scrutabor Ierusalem in lucernis. & Luc. 12. Nihil opertum, quod non reueletur.

Deinde cum dicit; *Dies enim domini*,ostendit quando hæc manifestantur. Et primo ponit tempus manifestationis, cum dicit; *Dies enim domini declarabit*, Circa quod sciendum est,quòd tunc dicitur esse tempus,& dies alicuius rei,quando est in optimo statu & maximo sui posse. Vnde Eccle. 3. dicitur, Omnia tempus habẽt. Quando ergo homo suam voluntatem implet,etiam contra Deum, tunc est dies hominis: Vnde dicitur Hier. 17. Diem hominis non desideraui tu scis. Dies vero domini dicitur,quando voluntas domini completur de hominibus, qui per eius iustitiam vel præmiabuntur,vel damnabuntur, secundum illud Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vnde secundum triplex Dei iudicium tripliciter potest intelligi dies domini. Erit enim quoddam iudicium generale omnium, secundum illud Matt. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Et secundũ hoc, dies domini dicitur nouissimus dies iudicii de quo 2. Thessa. 2. Non terreamini quasi instet dies domini. Et secundum hoc intelligitur; *Dies domini declarabit*, quia in die iudicii manifestabitur differentia humanorum meritorum,Rom. 2. In die,quando iudicabit dominus occulta hominum. Aliud autem est particulare iudicium,quod fit de vnoquoque in morte ipsius,de quo habetur Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: mortuus est autem mendicus, & portatus est ab

A angelis in sinum Abrahæ. Et secundum hoc,dies domini potest intelligi dies mortis, secundum illud. 1. Thess. 5. Dies domini sicut fur in nocte veniet. Sic ergo dies domini declarabit,quia in morte vniuscuiusque,eius merita patent. Vnde dicitur Prouer. 11. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes: & eiusdem. 14. Sperat autẽ iustus in morte sua. Tertium autem est iudicium in hac vita, inquantum Deus p̃ tribulationes huius vitæ interdum homines probat. Vnde dicitur infra. 11. Cum iudicamur, a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Et ſm hoc, dicitur dies domini, dies temporalis tribulationis. de quo dicitur Sophon. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi for-
B tis. Dies ergo domini declarabit, quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur. Eccles. 17. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Secundo, ostendit per quod fiet ista declaratio, quia per ignem, vnde sequitur; *Quia in igne reuelabitur*, scilicet dies domini. Nam dies iudicii reuelabitur in igne, qui præcedet faciem iudicis,exurens faciem mundi, & inuoluens reprobos, & iustos purgans: de quo dicitur in Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Dies autem domini, qui est dies mortis, reuelabitur in igne purgatorii, per quem purgabitur,si quid in elementis inuenietur purgandum: de quo potest intelligi, quod dicitur Iob. 23. Probabit me,quasi aurum quod per ignem transit. Dies vero, qui est dies tribulationis diuino iudicio permissæ, reuelabitur in igne tribulationis: de quo dicitur Eccl. 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines vero acceptabiles, in camino tribulationis. Tertio, ponit effectum manife-
C stationis, cum subdit; *Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit*, quia scilicet, per quemlibet ignium prædictorum probantur merita hominis,vel demerita: vnde in Psalm. 16. dicitur, Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. In his tribus, quæ hic Apostolus ponit, primum est conclusio duorum sequentium. Si enim dies domini reuelatur in igne, & ignis probat quale sit vniuscuiusque opus, consequens est, quòd dies domini declaret differentiam operum humanorum. Deinde cum dicit; *Si cuius opus*, ostendit modum prædictæ manifestationis. Et primo, quantum ad bona opera, cum dicit; *Si cuius*, idest, alicuius; *Opus*, quod ipse superædificauit; *Manserit*, scilicet in igne; *Ille*, scilicet, qui superædificauit; *Mercedem accipiet*. Hiere. 31. Est merces operi tuo. Et Esa. 40. Ecce merces eius cum eo. Dicitur autem aliquod opus in igne permanere illæsum dupliciter. Vno modo,ex parte ipsius operantis: quia scilicet ille, qui hoc facit opus, scilicet bonæ doctri-
D næ, vel quodcumque bonorum operum, propter huiusmodi opus non punitur, inquantum scilicet, nec torquebitur igne purgatorii, nec igne, qui præcedet faciem iudicis, nec etiam æstuat igne tribulationis. Qui enim non immoderate temporalia dilexit, consequens est, quòd non nimis doleat de eorum amissione. Dolor enim causatur ex amore rei, quæ amittitur. Vnde superfluus amor, superfluum generat dolorem. Alio modo, potest intelligi ex parte ipsius operis: quolibet enim prædictorum iudiciorum superueniente homini, permanet & opus bonæ doctrinæ, vel quodcumque aliud bonum opus. Nam igne tribulationis superuenienre, non cessat homo neque a vera doctrina, neque a bono opere virtutis: vtrumque autem horum permanet homini, quantum ad meritum, & in igne purgatorii, & in igne qui præcedit faciem iudicis. Secundo, ostendit diem quantum ad mala opera, dicens; *Si cuius*, idest,alicuius; *Opus arserit*, scilicet, per aliquem ignium prædictorum; *Detri-*
E *mentum patietur*, scilicet,qui hoc operatus est, non tamen vsq; ad damnationem. Vnde subdit; *Ipse autem saluus erit*, scilicet salute æterna, secundum illud Esa. 45. Saluatus est Israel, in domino salute æterna; *Sic tamen quasi per ignem*, quem.s. prius sustinuit,vel in hac vita, vel in fine huius vitæ,vel in fine mundi. Vnde dicitur in Psal. 65. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et Esa. 43. Cum transieris per ignem, non combureris, & flamma non comburet te: quia ego dominus Deus saluator tuus. Dicitur autem opus alicuius ardere dupliciter. Vno modo, ex parte operantis, inquantum scilicet aliquis affligitur igne tribulationis propter immoderatum affectum,quo superflue terrena diligit,& punitur igne purgatorii, vel igne qui præcedet faciem iudicis propter peccata venialia,quæ circa curam temporalium commisit,siue etiam per friuola, & vana quæ docuit. Alio modo, ardet opus in igne ex parte ipsius operis,quia.s.tribulatione superueniente,homo non potest vacare nec doctrinæ vanę,nec terrenis operibus,ſm illud Psal. 145. In illa die peribunt oẽs cogitationes eorum. Nec etiã

igne

igne purgatorii, vel præcedente faciem iudicis, remanebit ei aliquid prædictorum vel ad remedium, vel ad meritum. Et similiter dupliciter patitur detrimentum, vel inquantum ipse punitur. inquantum perdit id quod fecit, & quantum ad hoc dicitur Eccle. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo: & omne opus electũ in fine iustificabitur, & qui operatur illud honorificabitur in illo. Quorum primum pertinet ad eum qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quod est opus in igne ardens. Secundum autem pertinet ad eum qui superædificat aurum, argentum, & lapides pretiosos, quod est opus manens in igne absque detrimento.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium: hic agit de pœna male laborantium, siue destruentium. Et circa hoc duo facit. Primo, demonstrat pœnam: Secundo, excludit errorem contrarium, ibi; *Nemo vos seducat*. Ostendit autem pœnam operantium ad destructionem, prosequens similitudinem ædificii spiritualis. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit dignitatem spiritualis ædificii: Secundo, determinat pœnam destruentium, ibi; *Siquis*. Tertio, assignat rationem pœnæ, ibi; *Templum enim Dei &c.* Dicit ergo primo. Dictum est, q̃ ille qui superædificat, mercedem salutis accipiet, vel sine detrimento, vel cum detrimento. Sed vt possitis agnoscere, quæ sit pœna male in vobis laborantium, oportet vos vestram dignitatem agnoscere, quam primo ponit, dicens, An vos; *Nescitis, quia vos fideles Christi; Estis templum Dei.* Ephes. 2. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei. Secundo, probat quòd fideles sint templum Dei. Est enim de ratione templi, q̃ sit habitaculum Dei, secundum illud Psal. 10. Deus in templo sancto suo. Vnde omne illud, in quo Deus habitat, potest dici templum. Habitat autem Deus principaliter in seipso, quia ipse solus se comprehendit. Vnde & ipse Deus, templum Dei dicitur, Apoc. 21. Dominus Deus omnipotens templum illius est. Habitat etiam Deus in domo sacrata per spiritualem cultum, qui in ea sibi exhibetur: & ideo domus sacrata dicitur templum, secũdum illud Psal. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum &c. Habitat etiam Deus in hominibus per fidem, quæ per dilectionem operatur, secundum illud Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Vnde & ad probandum, quòd fideles sint templum Dei, subiungit quòd inhabitantur a Deo, cum dicit; *Et spiritus Dei habitat in vobis.* Et Rom. 8. dictum est: Spiritus qui suscitauit Iesum Christum habitabit in vobis. Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio vestri. Ex quo patet, quòd spiritus sanctus est Deus, per cuius inhabitationẽ fideles dicuntur templum Dei. Sola enim inhabitatio Dei, templum Dei facit, vt dictum est. Est autem considerandum, quòd Deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiam, potentiam, & præsentiam, implens omnia bonitatibus suis, secundum illud Hier. 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed spiritualiter dicitur Deus inhabitare, tãquàm in familiari domo, in sanctis, quorum mens capax est Dei per cognitionem & amorem, etiã si ipsi in actu non cognoscant & diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei & charitatis, sicut patet de pueris baptizatis & cognitio sine dilectione non sufficit ad inhabitationem Dei, secundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Inde est, quòd multi cognoscunt Deum vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem, quos tamen non inhabitat spiritus Dei. Deinde cum dicit; *Siquis autem templum &c.* Subiungit pœnam male operantium secundum conuenientiam prædicatorum, dicẽs, *Siquis autem &c.* Violatur autem templum Dei dupliciter. Vno modo per falsam doctrinam, quæ non superædificatur fundamẽto, sed magis subruit fundamentum, & destruit ædificium. Vnde dicitur Ezec. 13. de falsis prophetis: Violabant me, ac populum meum propter pugillum ordei, & fragmentum panis. Alio modo violat aliquis templum Dei per peccatum mortale, per quod aliquis vel seipsum corrumpit, vel alium opere, vel exemplo. Vnde dicitur Malac. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit. Sic autem dignum est, vt disperdatur ille a Deo per dãnationẽ ęternam, qui violat spirituale templum Dei, vel qualitercunque polluit. Vnde dicitur Malac. 2. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum & discipulum. Et in Psal. 11. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa &c. Deinde cum dicit; *Templum Dei &c.* assignat rationem eius, quod dixerat de sanctitate templi. Qui enim aliquam rem sacram violat, sacrilegium committit: vnde dignum est, vt disperdatur; *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos*, sicut supra dictum est. & in Psal. 64. dicitur, Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate: & alibi, Domum tuam domine decet sanctitudo. Et quidem in materiali tẽplo est quædam sacramentalis sanctitas, prout templum diuino cultui dedicatur: sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ, quam cõsecuti sunt per baptismum, secundum illud infra. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Deinde cum dicit; *Nemo uos seducat*, excludit errorem contrarium. Et primo, monet fideles, vt sibi caueant a seductione errorum. Secundo, docet modum cauendi, ibi; *Siquis inter uos*. Tertio, rationem assignat, ibi; *Sapientia enim huius mundi &c.* Circa primum sciendum, quòd quidam dixerunt, quòd Deus neq; punit, neque remunerat hominum facta: ex quorum persona dicitur Sophon. 1. Qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et Thren. 3. Quis est iste qui dixit, vt fieret domino non iubente? Ex ore altissimi non egredietur bonum, neque malum. Ad hunc ergo errorem excludendum dicit; *Nemo uos seducat*, afferens scilicet, quòd ille qui templum Dei violat non disperdatur a Deo, sicut Ephes. 5. dicitur: Nemo vos seducat inanibus uerbis, propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Deinde cum dicit; *Si quis inter uos &c.* docet modum cauendi huiusmodi seductionem. Vbi sciendum est, quòd quidam dixerũt Deum nõ punire peccata hominum, innitentes rationibus humanæ sapientiæ, puta, quòd Deus non cognoscat singularia quæ fiunt hic, ex quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Ad hoc ergo vitandum dicit; *Si quis inter uos uidetur esse sapiens in hoc sæculo*, id est, sapientia sæculari, quæ in eo quod contrariatur veritati fidei, non est sapientia, licet videatur esse; *Stultus fiat*, abiiciendo istam sapientiam apparentem, *ut sit sapiens* scilicet, secundum sapientiam diuinam, quæ est vera sapientia. Et hoc etiam obseruandum est non solum in his, in quibus sęcularis sapientia contrariatur veritati fidei, sed etiam in omnibus, in quibus contrariatur honestati morum. Vnde Prouerb. 3. dicitur: Deo secum morante confortatus est &c. Deinde cum dicit; *Sapientia huius mundi &c.* assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo ponit rationem: videbatur enim ineptam monitionem fecisse, vt aliquis fieret stultus: & vere inepta esset, si stultitia illa, de qua loquebatur, esset per abnegationem verę sapientiæ. sed non est ita; *Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum*. Dicitur autem sapientia huius mundi, quæ principaliter mundo innititur. Nam illa, quæ per res huius mundi ad Deum attingit, non est sapientia mundi, sed sapientia Dei, secundum illud Rom. 1. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sapientia ergo mundi, quæ sic rebus intendit, vt ad diuinam veritatem non pertingat; *Stultitia est apud Deum*, id est, stultitia reputatur secundum diuinum iudicium. Esa. 19. Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Secũdo, probat quod dixerat per duas authoritates, quarum prima scribitur Iob 5. Vnde dicit, Scriptum est; *Comprehendam sapientes in astutia eorum*. Comprehendit autem sapientes dominus in astutia eorum, quia per hoc ipsum, quod astute cogitãt cõtra Deũ, impedit Deus eorũ conatũ, & implet suum propositum: sicut per malitiam fratrum Iosęphũ volentium impedire eius principatum, impletum est per diuinam ordinationem, quòd Ioseph in Aegypto venditus principaretur. Vnde & ante præmissa verba dicit Iob. Qui dissipat cogitationes eorum, scilicet malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant: quia vt dicitur Prouerb. 21. Nõ est sapientia, nõ est scientia, non est consilium contra dominum. Secunda authoritas sumitur ex Psal. vnde dicit; *Et iterum scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientium*, id est, secundum sapientiam mundi; *Quoniam uanæ sunt*: quia. s. non pertingunt ad finem cognitionis humanę, quæ est cognitio veritatis diuinę. Vnde dicitur Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus nõ subest sapientia Dei. Deinde cum dicit; *Itaque nemo glorietur in hominibus*, infert conclusionem principaliter intentam, scilicet, q̃ non debeant gloriari de ministris Dei. Et primo, concludit propositum ex prædictis, dicens; *Itaque*, ex quo ministri nihil sunt, sed laborant pro mercede; *Nemo glorietur in hominibus*, sicut & in Psal. 145. dicitur, Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Et Hiere. 17. Maledictus vir, qui confidit in homine &c. Secundo, rationem assignat ex dignitate fidelium Christi, assignans ordinem fidelium in rebus. & primo ponit ordinem rerum ad fideles Christi, dicens; *Omnia uestra sunt*, quasi dicat. Sicut homo non gloriatur de rebus sibi subiectis, ita & vos gloriari non debetis de rebus huius mũdi, quæ omnia sunt vobis data a Deo, ꝓm illud Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Exponit autem, q̃ omnia, inter quæ primo ponit ministros Christi, qui sunt diuinitus ordinati ad ministerium fidelium, secundum illud. 2. Corin. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum: & hoc est, quod dicit, *Siue Paulus*, qui plantauit, *Siue Apollo*, qui rigauit, *Siue Cephas*, id est, Petrus, qui est vniuersalis pastor ouium Christi, vt dicitur Ioan. vlt. Post hæc ponit res exteriores, cum dicit; *Siue mundus*, qui est continentia omnium creaturarum, qui quidem est fidelium Christi, eo quòd homo per res huius mundi iuuatur, vel quantum ad necessitatem corporalem, vel quantum ad cognitionem Dei, secundum illud Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ &c. Consequenter ponit ea, quæ pertinent ad ipsam hominis dispositionem, dicens; *Siue uita, siue mors*, quia scilicet fidelibus Christi, & vita est vtilis, in qua merentur, & mors quam ad præmia peruenimus, secundum illud Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur &c. Et Philip. 1. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Ad hæc autem duo reducuntur omnia bona vel mala huius mundi, quia per bona conseruatur vita, per mala peruenitur ad mortem. Vltimo ponit, quæ pertinent, ad statum hominis præsentem vel futurum, dicens; *Siue præsentia*, id est, res huius vitæ, quibus iuuamur ad merendum; *Siue futura*, quæ nobis reseruantur ad præmium. Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus: vt dicitur Heb. vlt. *Omnia*, inquit; *Vestra sunt*, id est, vestræ vtilitati deseruientia, ꝓm illud Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum. Sic ergo primus ordo est rerum Christi ad fideles, secundus vero fidelium Christi, ad Christum, quos ponit subdẽs; *Vos aũt Christi* estis, quia scilicet sua morte vos redemit. Rom. 14. Siue viuimus, siue morimur domini sumus. Tertius ordo est Christi, secundum quòd homo ad Deum, ideo addit; *Christus autem*, secundum quod homo; *Dei est*. Vnde eum Deũ, & dominum in Psalm. 7. nominat, dicens, Domine Deus meus in te speraui, vt nomine Dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo, quod infra ipsum est, sed de eo, quod est supra ipsum, ideo non debent fideles Christi gloriari de ministris, sed magis ministri de ipsis. 2. Cor. 7. Multa mihi fiducia est, apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Sed fideles Christi debent gloriari de Christo, secundum illud Gal. vlt. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, sicut Christus de patre, secundum illud Sap. 2. Gloriatur se parrem habere Deum.

LECTIO III.

NESCITIS, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, Comprehendã sapientes in astutia eorum. Et iterũ, Dominus nouit cogitationes sapiẽtium quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus, Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS redarguit Apostolus Corinthios de hoc, quòd de quibusdam ministris gloriabantur, hic autem arguit eos, q̃ alios ministros contemnebant. Et circa hoc duo facit, primo arguit eorum culpam. Secundo, instat ad eorum correctionem, ibi; *Non ut confundam uos*. Circa primum duo facit. Primo, arguit eorum temeritatem, qua male de ministris iudicabant. Secundo, arguit eorum elationem, qua Christi ministros contemnebant, ibi; *Hoc autem fratres*. Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quid sit de ministris Christi firmiter sentiendum. Secundo, quòd non sit de eis temere iudicandum, ibi; *Hic iam quæritur inter dispensatores*. Dicit ergo primo, Dixi quòd nullus vestrum debet gloriari de hominibus, tamen quilibet vestrum debet cognoscere auctoritatem officii nostri, ad quod pertinet, q̃ sumus mediatores inter Christum cui seruimus, ad quos pertinet, quod dicit; *Sic nos existimet homo vt ministros Christi*. Esa. 61. Sacerdotes Dei vocabimini ministri Dei nostri dicetur vobis, & inter membra eius, quæ sunt fideles ecclesiæ, quibus dona Christi dispensant, ad quos pertinet, quod subditur; *Et dispensatores*

ministeriorum Dei, id est, secretorum eius, quæ quidem sunt spiritualia eius documenta, secundum illud infra. 14. Spiritus est, q̃ loquitur mysteria. Vel etiam ecclesiastica sacramenta, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Vnde & in forma consecrationis eucharistiæ dicitur, Mysterium fidei. Pertinet ergo ad officium prælatorũ ecclesiæ, quòd in gubernatione subditorũ soli Christo seruire desiderent, cuius amore oues eius pascunt, secundum illud Io. vlt. Si diligis me, pasce oues meas. Pertinet etiã ad eos, vt diuina populo dispensent, ꝓm illud infra. 6. Dispẽsatio mihi credita est, & secũdum hoc sunt mediatores inter Christum, & populum, secundum illud Deut. 5. Ego sequester fui, & medius illo tempore inter Deum & vos. Hęc autem æstimatio de prælatis ecclesiæ necessaria est ad salutem fidelium: nisi enim eos recognoscerent ministros Christi, non eis obedirent, tanquam Christo, secundum illud Gal. 4. Sicut angelum Dei excepistis me sicut Iesum Christum. Rursum, si eos non cognoscerent dispensatores, recusarent ab eis dona recipere, contra illud quod idem Apostolus dicit. 2. Corin. 2. Quod donaui (siquid donaui), ꝓpter vos in persona Christi donaui. Deinde cũ dicit; *Hic iam quæritur inter dispensatores*, ostendit circa ministros Christi temere, iudicari nõ debere. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit quoddam per quod iudicare satagunt de fidelitate ministrorum. Secundo, ostendit de hoc iudicio se non curare, sed Deo reseruare, ibi; *Mihi autem pro minimo est*. Tertio, concludit prohibitionem temerarii iudicii, ibi; *Itaque nolite*. Circa primum considerandum est, quòd ministrorum & dispensatorum Christi, quidam sunt fideles, quidam infideles. Infideles dispensatores sunt, qui in dispensandis diuinis ministeriis non intendunt vtilitatem populi, & honorem Christi, & vtilitatem membrorum eius, secundum illud Luc. 16. In iniquo mammona fideles non fuistis. Fideles autem, qui in omnibus intendunt honorem Dei, & vtilitatem membrorum eius, secundum illud Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Qui autem sunt fideles diuino iudicio manifestabuntur in futuro. Sed Corinthii temere volebant discutere, qui dispensatores essent fideles, vel infideles: & hoc est, quod dicit; *Hic*, hoc est inter vos; *Iam*, id est, præsenti tempore; *Quæritur*, id est, discutitur; *Vt quis*, id est, aliquis; *Inter dispensatores fidelis inueniatur*. Iudicabant enim plures esse infideles, vix aliquem virum putantes esse fidelem, secundum illud Prou. 20. Multi viri misericordes vocantur, virum autem fidelem, quis inueniet? Deinde cum dicit; *Mihi autem pro minimo est*. Ostendit se hoc iudicium reputare nihil: & circa hoc tria facit, primo ponit, quòd non curat circa hoc ab aliis iudicari, dicens; *Mihi autem*, qui sum minimus inter dispensatores; *Pro minimo est*, id est, minima bona reputo; *Vt a uobis iudicer*, scilicet esse fidelis, vel infidelis. Et ne putarent ab Apostolo hæc dici in eorum contemptum, ac si eorum iudicium despiceret, quasi vilium personarum subiungit; *Aut ab humano* intellectu, qui est dies hominis, ꝓm illud Io 11. Qui ambulat in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Vel ad literam, *Aut ab humano die*, id est, ab intellectu in hoc tempore iudicantibus. q. d. vestrum, vel quorumcumque hominum iudicium parũ curo Hier. 17. Diem hominis non desideraui tu scis. Est autem sciendum, q̃ de iudicio hominum dupliciter debet curari. Vno modo, quantum ad alios, qui ex eorum bono, vel ædificantur, vel scandalizantur: & sic sancti non pro minimo, sed pro magno habent ab hominibus iudicari, cum dominus dicat Matth. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Alio modo, quantum ad seipsos & sic non curant multum, quia nec gloriam humanam cõcupiscunt, ꝓm illud. 1. Thes. 2. Neque gloriam ab hominibus quærentes, neque aliquid a uobis, neque ab aliis. Neque opprobrium hominis timent, ꝓm illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Vnde Apostolus signanter dicit; *Mihi autem &c.* id est, quantum ad me pertinet, non autem id pro nullo est, sed pro minimo, quia bona temporalia inter quę bona fama computatur, non sunt nulla bona, sed minima, vt Aug. †dicit in lib. de libero arbitrio. Vnde & Sap. 7. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Secundo ostendit, q̃ neque seipsum iudicare præsumit, dicens; *Sed neque meipsum iudico*. Videtur autem hoc

Lib. 1. c. 15. & 16.

hoc esse contra, id quod infra. 11, dicitur, Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Debet ergo quilibet iudicare seipsum. Sed sciendum est, quòd iudicio discussionis de quo Apostolus hic loquitur, quilibet debet iudicare seipsum, secundum illud Psalm. 76. Exercitabar, & scopebam spiritum meum. Et similiter iudicio condemnationis, & reprehensionis in manifestis malis, secundum illud Iob. 13. Arguã coram eo vias meas: sed iudicio absolutionis non debet aliquis præsumere se iudicare, vt innocentem: vnde dicitur Iob. 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem considero prauum me comprobabit, cuius rationem assignat, dicens; *Nihil mihi conscius sum*, idest, non habeo alicuius peccati mortalis conscientiam, secundum illud Iob, 27. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea; *Sed non in hoc iustificatus sum*, idest, non sufficit ad hoc, quòd me iustum pronunciem, quia possunt aliqua peccata in me latere, quæ ignoro, secundum illud Psalm. Delicta quis intelligit? Et Iob. 9. dicitur, Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Tertio, concludit cui hoc iudicium reseruetur, dicens; *Qui autem iudicat me dominus est*, idest, Ad solum Deum pertinet iudicare vtrum sim fidelis minister an non, hoc enim pertinet ad intentionem cordis, quam solus Deus ponderare potest: secundum illud Prou. 16. Spirituum ponderator est dominus. Et Hier. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus probans renes & scrutans corda. Deinde cum dicit; *Itaque nolite &c.* Concludit prohibitionem temerarii iudicii. Et circa hoc tria facit, primo, prohibet præuenire diuinum iudicium, dicens, Itaque exemplo meo, qui neq; meipsum iudico, neque ab aliis iudicari curo, sed iudicium meum Deo reseruo; *Nolite ante tempus iudicare*, quia, vt dicitur Eccle. 8. Omni negocio tempus est, & oportunitas; *Quoad usque ueniat dominus*, scilicet, ad iudicandum, secundum illud Esa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui, Vnde & dominus dixit Matt. 7. Nolite iudicare. Sed hoc intelligendum est de occultis: de manifestis autem iudicare commissum est a Deo hominibus, secundum illud Deut. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Sunt enim aliqua manifesta non solum, per euidentiam facti sicut notoria, sed etiam propter confessionem, aut testium probationem. Occulta uero Deus suo reseruat iudicio. Sunt autem occulta nobis, quæ latent in corde, vel etiam in abscondito fiunt, & de his dicitur in Psalm. 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Vnde homo quidem de his est temerarius iudex, sicut iudex delegatus, qui excedit formam mandati iudicii, de causa non sibi commissa. Est ergo temerarium iudicium, quando aliquis de dubiis iudicat. Peruersum autem, quando falsum iudicium profert, & quàmuis non sit iudicandum circa personas, puta vt aliquis iudicet malum hominem, qui bonus est, tamen multo grauius est, vt iudicium peruertatur de rebus ipsis, puta si quis diceret virginitatem esse malam, & fornicationem bonam. Contra quod dicitur Esa. 5. Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum. Secundo, describit perfectionem futuri diuini iudicii, dicens, *Qui* scilicet *dominus* ad iudicandum veniens; *Illuminabit abscondita tenebrarum*, idest, faciet esse lucida & manifesta ea, quæ occulte in tenebris facta sunt; *Et manifestabit consilia cordium*, idest, omnia cordis occulta, sm illud Iob. 12. Qui reuelat occulta de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. Et Sophon. 1. Scrutabor Hierusalem in lucernis. Quod quidem est intelligendũ tam de bonis, quàm de malis, quæ non sunt per pœnitentiam tecta, secundum illud Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tertio, ponit fructum, quem boni reportabunt de diuino iudicio, dicens; *Et tunc laus erit vnicuique*, scilicet bonorum *a Deo*. Quæ quidem laus vera erit, quia Deus nec decipi, nec decipere potest. Rom. 2. Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. 2. Corin. 10. Non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.

autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit in Corinthiis temeritatem, qua ministros Christi iudicabant, hic arguit eorum elationem, qua ministros Christi contemnebant. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, rationem assignat, ibi; *Quis enim te discernit?* Tertio eorum contemptum ironice loquens irridet, ibi; *Iam saturati estis*. Circa primum considerandum est, quòd Apostolus supra volens reprimere contentiones Corinthiorum, quas habebant ratione ministrorum, vsus fuerat nominibus bonorum ministrorũ Christi; sicut supra. 1. dixit, Vnusquisque vestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ. & supra. 3. vbi dixit, Siue Paulo, siue Apollo, siue Cephas, & tamen non gloriabantur de bonis ministris Christi, nec propter eos disidebant, sed propter pseudo Apostolos, quos nominare noluit, ne videretur ex odio, vel inuidia contra eos loqui, sed loco eorum posuerat nomen suum, & aliorum bonorum prædicatorum, & hoc est, quod dicit; *Hæc autem fratres*, scilicet, quæ dixi de ministris de quibus gloriamini, & pro quibus contenditis, *transfiguraui*, idest, figuraliter loquens; Transtuli, *in me & Apollo*. Dicit enim Prouer. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationem verba sapientum & enigmata eorum; *Et hoc propter uos*, idest, vestram vtilitatem. 2. Cor. 4. Omnia propter vos; *Vt in uobis discatis, ne unus uestrum infletur*, idest, superbia aduersus alium proximum suum; *Pro alio*, scilicet, pro quocumque ministro Christi; *Ne supra quam scriptum est*, idest, vltra formam vobis in præmissis descriptam. Dicitur enim Sapien. 4. Dirumpens illos inflatos sine voce. Deinde cum dicit; *Quis enim te discernit?* Assignat rationem quare vnus non debeat contra alium inflari. Et primo, ponit rationem, dicens; *Quis enim te discernit?* Quod potest intelligi dupliciter, vno modo sic. Quis enim te discernit a massa perditorum? tu teipsum discernere non potes: vnde non habes in te vnde contra alium superbias. Et de hac discretione dicitur in Psalm. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Alio modo potest intelligi; *Quis te discernit?* scilicet, superiorem faciens proximo tuo? hoc quod tu facere non potes. Vnde contra eum superbire non debes. Et de hac discretione dicitur Eccles. 33. In multitudine disciplinæ domini separauit eos. & immutauit vias illorum. Sed inter homines in quantum sunt fideles Christi, non est discretio, quia vt dicitur Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et Act. 15. dicit Petrus, Nihil discernit inter nos, & illos fide purificãs corda eorum. Secundo, excludit quandam rationem. Posset enim aliquis discerni a bonis vel a malis melior eis existens propter bona, quæ habet, puta fidem, sapientiam & huiusmodi. Sed hoc excludit Apostolus, dicens; *Quid autem habes, quod non accepisti?* quasi dicat, nihil. Omnia enim bona sunt a Deo, secundum illud Psalm. 103. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Et secundæ Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: & ex hoc concludit propositum, dicens; *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Ille igitur gloriatur, quasi non accipiens quę de seipso gloriatur, & non de Deo, sicut de quibusdam dicitur in Psal. 48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et ad hoc pertinet prima species superbiæ, qua, scilicet, aliquis superbiendo, quod habet, dicit a seipso habere, iuxta illud Psal. 76. Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Ille autem gloriatur, quasi accipiens, qui omnia Deo ascribens gloriatur de ipso, sicut supra dictum est. Qui gloriatur, in domino glorietur. Sic autem gloriari non est superbire, sed humiliari sub Deo, cui homo dat gloriam, secundum illud Eccl. vlt. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Deinde cum dicit; *Iam saturati estis*. Irridet eorum superbiam, qui Apostolos Christi contemnebant. Et primo in generali, secundo in speciali, ibi; *Nos stulti sumus &c.* Circa primum duo facit. Primo, irridet in eis, quòd de se nimis præsumebant, secundo, deridet in eis, ꝙ Apostolos contemnebant, ibi; *Puto enim, quod Deus &c.* Circa primum duo facit. Primo, irridet eos de præsumptione, qua sibi attribuebant, quod non habebant. Secundo, irridet eos de hoc, ꝙ sibi singulariter attribuebant, quod singulariter non habebant, ibi; *Sine nobis regnatis*. Attribuebant autem sibi abundantiam bonorum, quorum quædam sunt interiora: & quantum ad hoc dicit; *Iam saturati estis*, idest, vobis videtur, ꝙ saturati estis, idest, abundanter refecti spirituali dulcedine, de qua dicitur in Psalm. 16. Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Poterat autem eis sm veritatem dici, ꝙ iam saturati estis, non plenitudine, sed fastidio, secundum illud Prouerb. 27. Anima satiata calcabit fauum. Quædam uero sunt bona exteriora, & quantum ad hoc dicit; *Iam diuites facti estis*, sicut vobis videtur, scilicet, diuitiis spiritualibus, de quibus dicitur Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Simile est, quod dicitur Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & locuples valde, & nullius egeo. Sed contra hoc videtur illud, quod supra dixi in principio, dicens, Quia in oibus diuites facti estis in illo in omni uerbo, & in oi sciẽtia &c. Sed dicendum est, ꝙ supra dixit, quantum ab bonos, qui inter eos erant, hic autem dicit, quantum ad p̃sumptuosos, qui superbiebant de eo, quod non habebãt. Potest, & aliter distingui satietas, & diuitiæ, vt saturitas referatur ad vsum gratiæ, quo quis spiritualibus fruitur. Diuitiæ autem ad ipsos habitus gratiarum. Secundo, cum dicit; *Sine nobis regnatis*, irridet eos, quòd sibi singulariter attribuebant, quod non habebant. Vnde dicit, *Sine nobis regnatis*, idest, ita uobis uidetur, quòd regnum ad uos pertineat, non ad nos. Sic enim erant decepti a pseudo Apostolis, ut crederent se solos habere fidei veritatem, quæ in regno Dei consistit, Apostolum autem, & sequaces eius errare. Contra quos, dicitur Esa. 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et ne videatur Apostolus ex inuidia hoc dicere, subiungit; *Vtinam regnetis*. Optat enim vt veram fidem habeant, secundum illud Act. 26. Opto omnes, qui audiunt tales fieri, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et vt eis exempla humilitatis prębeat, subiungit; *Vt & nos regnemus uobiscum*. q. d. Si aliquam excellentiam habetis, non dedignamur vos sequi, sicut vos dedignamini sequi nos, contra illud, quod dicitur Gal. 4. Quod bonum est æmulamini in bono semper. Et est aduertendum, quòd Apostolus hic quatuor species superbiæ tangit, quarum prima est, quando aliquis reputat se non habere a Deo, quod habet, quam tangit, dicens; *Quid gloriaris quasi non acceperis?* Et hoc etiam potest reduci ad secundam speciem, qua aliquis existimat propriis meritis accepisse. Tertia species est, qua quis iactat se habere, quod non habet, & quantum ad hoc dicit; *Iam saturati estis, iam diuites facti estis*. Quarta species, quando aliquis despectis cęteris, singulariter vult videri, & quãtũ ad hoc ptinet, qd dicit; *Sine nobis regnatis*. Deinde cũ dicit; *Puto quod Deus &c.* Irridet eos de hoc, quòd Apostolos Christi contemnebant, & primo irrisorie ponit contemptum, secundo causam contemptus, ibi; *Quia spectaculum facti sumus*. Dicit ergo primo, Prius dixi, ꝙ sine nobis regnatis, *Puto enim*, idest, vos putare videmini, *Quod Deus nos Apostolos ostendit nouissimos*, cum tamen infra. 12. dicatur, quòd Deus in ecclesia posuit primum Apostolos. Sic enim impletur, quod dicitur Matth. 20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et ponit exemplum; *Tanquam morti destinatos*. Illi enim, qui sunt condemnati ad mortem, nouissimi habentur inter homines, vtpote, quos indignum sit viuere, & tales, Apostoli reputantur a mundanis hominibus, secundum illud Psalm. 43. Aestimati sumus sicut oues occisionis. Deinde cum dicit; *Quia spectaculum*, assignat causam contemptus. Circa quod considerandum est, ꝙ quando aliqui sunt condemnati ad mortem, conuocantur homines ad eorum occisionẽ, quasi ad spectaculum, & hoc maxime fiebat circa eos, qui damnabantur ad bestias, quia Apostoli erant, quasi morti destinati, subiungit; *Quia spectaculum facti sumus mundo*, quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem, secundũ illud Psal. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: Exponit autem, quid nomine mundi intelligat, cum subdit; *Et angelis & hominibus*, scilicet bonis, & malis. Concurrebant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum: mali autem ad impugnandum: boni homines ad compatiendum, & exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendum, & irridendum. Deinde cum dicit; *Nos stulti &c.* Irridet eos in speciali, quòd Apostolos contemnebant. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit contemptum, secundo causam contemptus, ibi; *Vsque in hanc horam &c.* Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc, ꝙ sibi excellentiam, apostolis defectum attribuebant: & primo, quantum ad perfectionem intellectus, & quantum ad hoc dicit; *Nos stulti sumus propter Christum*, idest, stulti reputamur, quia crucem Christi prædicamus, supra. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, & etiam, quia propter Christum opprobria, & contentiones sustinemus, secundum illud Sap. 5.

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Item vt legitur Act. 26. Festus dixit Paulo. Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam adducunt. *Vos*, secundum vestram reputationem estis; *Prudentes in Christo*, Quia scilicet, nec crucem eius publice confiteri audetis, nec persecutionem pro eo sustinetis, Prouer. 26. Sapientior sibi uidetur piger, septem viris loquentibus sententias. Secundo, quantum ad potestatem actionis, cum dicit; *Nos infirmi* reputamur, scilicet in exterioribus, propter afflictiones quas sustinemus. 2. Corin. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis; *Vos autem*, scilicet, secundum vestram reputationem estis; *Fortes*, scilicet in rebus corporalibus, quia secure viuitis sine tribulatione. Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem; *Vos nobiles*, scilicet estis, secundum vestram æstimationem, idest, honore digni, qui exterius contumelias non patimini. Esa. 19. Filius sapientium, ego filius regum antiquorum; *Nos autem ignobiles*, sumus, secundum vestram, & aliorum reputationem, quia contemptibiles habemur, supra. 1. Quæ contemptibilia sunt mundi, & ignobilia elegit Deus. Et tamen secundum rei veritatem est econuerso. Soli enim contemptibiles illi sunt, qui Deum contemnunt, secundum illud. 1. Reg. 2. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Deinde cum dicit; *Vsque in hanc horam &c.* Assignat causam contemptus. Et primo, ponit pro causa defectum bonorum temporalium. Secundo, mala quæ in eis intelligebantur, ibi; *Maledicimur & benedicimur*. Tertio, concludit intentum ibi *Tanquam purgamenta*. Circa primum duo facit. Primo, ponit defectum, quẽ patiebantur in rebus necessariis. Vnde quãtũ ad ea, q̃ pertinent ad victum, dicit; *Vsque in hanc horam*, idest, continue a conuersione nostra vsque in præsens tempus *Esurimus & sitimus*. 2. Cor. 11. In fame & siti. Quantum vero ad vestitum subdit; *Et nudi sumus*, idest, propter vestimentorum inopiam, quia etiam interdum expoliabantur Iob. 24. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Sed contra est, quod dicitur in Psal. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Sed dicendum est, quòd ita patiebantur Apostoli, quod non derelinquebantur, quia diuina prouidentia moderabatur in eis, & abundantiam & inopiam quantum eis expediebat ad virtutis exercitium. Vnde & Apostolus Philipp. 4. Vbique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat. Secundo, ponit defectum eorum, quæ pertinent ad bene esse humanæ vitæ, quorum, primum est reuerentia ab hominibus exhibita, contra quòd dicit, *Et colaphis cedimur*, quod quidem fit magis ad opprobrium, quàm ad pœnam. Vnde de Christo legimus Matt. 26. Quòd expuerunt in faciem suam, & colaphis eum ceciderunt. Secundo, requiritur quies in loco, contra quod dicitur; *Et instabiles sumus*. Tum, quia expellebantur a persecutoribus de loco in locum, secundum illud Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Tum etiam, quia pro executione sui officii discurrebant vbique, secundum illud Io. 15. Posui vos vt eatis. Tertio, requiritur ministrantium auxilium, contra quod dicitur; *Et laboramus operantes manibus nostris*. Tum quia, aliquando nullus dabat eis, vnde possent sustentari, Tum etiam, quia labore manuum suarum victum acquirebant, vel ad vitandum fidelium grauamen, vel ad repellendum pseudo Apostolos, qui propter quæstum prædicabant, vt habetur. 2. Cor. 12. Tum etiam, vt darent ociosis laborandi exemplum, vt habetur. 2. Thes. 3. Vnde dicit Paulus Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Deinde cum dicit; *Maledicimur &c.* Ponit mala, quæ Apostoli patiebantur. Et primo, in uerbis, cum dicit; *Maledicimur*, idest, mala de nobis dicunt homines, uel ad detrahendum vel ad contumelias inferendum, vel etiam mala imprecando Hier. 15. Omnes maledicunt mihi. *Et benedicimus*, idest, reddimus bonum pro malo, secundum illud. 1. Pet. 3. Non reddentes maledictum pro maledicto, sed econtra benedicentes. Secũdo, in factis, & quantũ ad hoc dicit; *Persecutionem patimur*. Non solũ q̃tũ ad hoc, ꝙ fugamur de loco ad locũ,

fletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinam regnetis, ut & nos vobiscũ regnemus. Puto enim, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostẽdit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus, Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.

quod proprie persecutio dicitur, sed quantum ad hoc, quòd multipliciter tribulamur, secundum illud Psalm. 118. Multi, qui persequuntur me, & tribulant me; *Et sustinemus in Christo*, scilicet, omnia patienter Eccle. 1. Vsque ad tempus sustinebit patiens. Tertio, tangit causam vtriusque, cum dicit; *Blasphemamur*, idest, blasphemiæ, imponuntur nobis, dum dicimur Magi, vel malefici, & reputamur Dei inimici, secundum illud Io. 16. Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. Et Rom. 3. Sicut blasphemamur, vt aiũt quidã nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona: tamen; *Obsecramus*, Deum pro his, qui nos persequuntur, & blasphemant, secundum illud Matth. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Deinde cum dicit; *Tanquam purgamenta &c.* Concludit ex omnibus præmissis eorum contemptum, dicens, Et propter omnia prædicta facti sumus; *Tanquam purgamenta huius mundi*, idest, reputati sumus & a Iudæis, & a Gentilibus, vt per nos mundus inquinetur: & propter nostram occisionem mundus purgetur, & tanquam simus *peripsema* omnium. Dicitur peripsema, quodcumque purgamentum, puta vel pomi vel ferri, vel cuiuscumq; alterius rei. Et hoc; *Vsque adhuc*, quia. s. continue hoc patimur. Sed quandoq; deficiet ſm illud Sap. 5. Vbi ex ore impiorum dicitur, Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Et postea subditur, Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, ꝙ Apostolos temere iudicabant, & præsumptuose contemnebant, hic instat ad eorum correctionem, & primo admonitionis verbo. Secundo, exemplo, ibi; *Rogo ergo vos fratres &c.* Tertio, correctionis flagello, ibi; *Tanquam non uenturus sim &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit admonitionis modum, dicens; *Hæc*, scilicet, quæ in serie epistolæ hucusque vobis dixi; *Scribo, non ut confundam uos*, scilicet, mala confusione, quæ in desperationem mittit, quamuis velim vos confundi confusione, quæ peccatum vitat, secundum illud Eccle. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam; *Sed*, prędicta moneo vos; *Vt filios*. Eccle. 7. Filii tibi sunt, erudi illos, & cura illos a pueritia eorum. Secundo, ostendit debitum admonendi modum, dicens; *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres*. Vbi considerandum est, quòd pater est, qui primo generat: pædagogus autem est, qui iam natum nutrit, & erudit; Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo. Dicit ergo Apostolus se patrem eorum in Christo, quia eis primo euangelium prædicauit. Vnde assignans rationem eius, quod dixerat, subdit; *Nam in Christo Iesu per euangelium uos genui*. Est autem generatio processus ad vitam, homo autem viuit in Christo per fidem: Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Fides autem, vt dicitur Ro. 1. est ex auditu, auditus autem per verbum. Vnde verbum Dei est semen, quo Apostolus eos genuit in Christo. Vnde Iaco. 1. Voluntarie nos genuit verbo veritatis. Alios autem dicit pædagogos, quia postquam fidem receperant, eos adiuuarunt: vt intelligatur esse eadem comparatio, quantum ad prædicationem euangelii, pædagogi ad patrem, quæ supra. 3. posita est, rigatoris ad plantatorem, & superædificatoris ad fundatorem. Deinde cum dicit; *Rogo ergo uos fratres*, instat ad corrigendum eos suo exemplo. Et primo, hortatur eos ad imitandum suum exemplum, dicens, Ergo ex quo estis filii, cum bonorum filiorum sit imitari patres; *Rogo uos imitatores mei estote*, scilicet, vt non temere iudicetis, sicut nec ego, quia neque meipsum iudicare præsumo, & de uobis humilia sentiatis, & de aliis maiora. Vnde non sine causa tali modo loquendi vsus est. Nos infirmi. Vos fortes. 2. Thes. 3. Vt formam nosmetipsos daremus vobis ad imitandum. Aduertendum est autem, quòd eosdem, quos supra filios nominauit, nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in Christo, quia eos non sibi, sed Christo genuerat, & quia ipse genitus erat a Christo, ex consequenti eos habebat vt fratres & filios. Intantum ergo debebant eum imitari, vt patrem, inquantum, & ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur subditis occasio, de adhærendo malis exemplis prælatorum. Vnde in hoc subditi solum prælatos imitari debent, in quo ipsi Christum imitantur: qui est infallibilis regula veritatis. Vnde seipsum Apostolis in exemplum posuit Ioã. 13. Exemplum dedi vobis, vt quem admodum ego feci &c. Quod quidẽ exemplum Paulus sequebatur, secundum illud Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus: viã eius custodiui, & nõ declinaui ab ea. Secundo, remouet excusationem ignorãtiæ, dicens; *Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino*, ſm illud Phil. 2. de Timotheo loquens, Neminem habeo, ita vnanimem, qui sincera affectione pro uobis solicitus sit; *Qui uos commonefaciat uias meas*, idest, qui uos doceat meos processus, idest, omnia opera, & moneat vos ad ea sequendum, secundum illud Hier. 6. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in ea; *Quæ*, quidem viæ; *Sunt in Christo*, & ideo non debetis dedignari eas sequi, secundum illud Psal. 24. Vias tuas domine demonstra mihi. Et non videatur vobis hoc onerosum, quia hoc communiter omnibus impono. Vnde subdit; *Sicut vbique in ecclesia doceo*. Coll. 1. Audistis veritatis euangelium, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo. Vel hoc, quod dicit; *Vias meas*, referendum est ad opera. Quòd vero dicit, Sicut & vbique, ad documenta. Ad hoc enim missus erat Timotheus, vt induceret eos ad imitanda opera, & tenenda Apostoli documenta. Deinde cum dicit; *Tanquam non uenturus sim ad uos*, comminatur eis correctionis flagellum. Et primo, ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens; *Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam*, scilicet vestrum, qua non timentes per me de sua superbia conuinci, & tamen digni sunt flagellis: nam humiles soli uerbis corriguntur, superbi flagellis indigent, secundum illud Iob. 40. Respice cunctos superbos & confunde eos. Secundo, prænuntiat eis suum aduentum, quo veniet ad iudicandum, vbi primo prænuntiat aduentum, dicens; *Veniam autem cito ad uos*. Et quia dicitur Prou. 16. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Ideo subdit; *Si dominus voluerit*, Iaco. 4. Si dominus voluerit, & si vixerimᵒ, faciemus hoc aut illud. Secundo, prænuntiat eis suam iudiciariam cognitionem, cum dicit; *Et cognoscam*, scilicet ordine iudiciario, secundum illud Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam; *Non sermonem eorum qui inflati sunt*, sed virtutem, quasi dicat, Non propter hæc ex mea examinatione approbabuntur, qui abundant in verbis, sed si abundarent in virtute: quia ut dicitur Prou. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Tertio, rationem assignat, dicens; *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute*, idest, non ideo aliqui pertinent ad regnum Dei, qui abundant in sermone, secundum illud Matt. 7. Non omnis, qui dicit mihi, domine dne, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Vltimo comminatur eis correctionem, reseruans tamen correctionem arbitrio eorum, dicens; *Quid uultis? in uirga*, scilicet, disciplinę; *Veniam ad uos*, scilicet castigandos; *An in charitate*, idest, ostensione amoris? *Et in spiritu mansuetudinis*, ut scilicet nihil durius uobiscum agam, hoc enim pendet ex uobis. Nam si uos in uia stultitiæ permanetis, oportet me ad uos cum uirga uenire, secundum illud Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Si uero uos correxeritis, ostendam uobis charitatem & mansuetudinem Gal. vlt. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: hoc autem non dicit, quin si in uirga ueniens, non cum charitate veniret, cum scriptum sit, Prou. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit: sed quia ille, qui castigatur virga, non sentit interdum dulcedinem charitatis, sicut illi quos blande consolatur.

LECTIO III.

NON ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium, ego uos genui. Rogo ergo uos: imitatores mei estote sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, inflati sunt quidam. Veniam ad uos cito, si dominus uoluerit, & cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis?

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus prosequutus est ea, quæ pertinent ad baptismi sacramentum, hic incipit prosequi ea, quæ pertinent ad matrimonium. Et primo, arguit peccatum contrarium matrimonio, scilicet fornicationem. Secundo, agit de ipso matrimonio, cap. 8. ibi; *De quibus autem scripsistis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit culpam. Secundo, redarguit eam, ibi; *Non est bona glo. &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit culpã cuiusdam fornicarii. Secundo, culpam aliorum, qui peccatum fornicarii tolerabant, ibi; *Et vos inflati estis &c.* Circa primum, primo ponit tria, quæ pertinent ad culpæ grauitatem. Primo namque, ostendit peccatum esse notorium, dicens, Non sine causa quæsui, an velitis, quòd in virga veniam ad vos. Est enim in vobis aliquid dignum virga disciplinæ; *Quia fornicatio audiitur inter vos omnino*, secundum publicam formam, contra quod dicitur Eph. 5. Fornicatio autem nec nominetur in vobis Esa. 3. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Secundo, aggrauat peccatum ex comparatione, cum dicit; *Et talis fornicatio qualis nec inter gentes* licita reputatur uel inuenitur. Apud gentiles enim simplex fornicatio, non reputabatur peccatum. Vnde Apostoli Act. 15. Ad hunc errorem excludendum gentilibus ad fidem conuersis imposuerant, quòd abstineant se a fornicatione. Erat tamen quædam fornicationis species, quæ & apud gentiles illicita habebatur. Et ideo dicit; *Ita vt vxorem patris aliquis habeat*, sicut dicitur Gen. 49. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Hoc autem erat horribile, etiam apud gentiles, vtpote contrarium naturali rationi existens. Per naturalem enim reuerentiam filii ad parentes, secundum omnem statum, & legem, pater & mater a matrimonio excluditur, vt sic etiam possit intelligi, quod habetur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, scilicet in contractu matrimonii, & adhærebit vxori suę. Sicut autem ibi subditur, Vir & mulier erunt duo in carne vna. Et ideo vxor patris repellitur a matrimonio: sicut persona patris vel matris, secundum illud Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui ne discooperias, turpitudo enim patris tui est. Deinde cum dicit; *Vos inflati estis*. Ponit culpam eorum, qui hoc peccatum tolerabant. Et primo, reprehendit eorum tolerantiam. Secundo, supplet, quod illi negligebant, ibi; *Ego quidem &c.* Circa primum notat in eis tria vitia. Primo, superbiam cum dicit; *Et vos inflati estis*, scilicet vento superbiæ, reputantes vos innocentes ex comparatione peccatoris, sicut Luc. 18. Pharisæus dicebat. Non sum sicut cæteri hominum, velut etiam hic publicanus Sap. 4. Dirumpam illos inflatos sine voce. Secundo, tangit eorum iniustitiam, cum dicit; *Et non magis luctum habuistis*, scilicet patiendo causam peccatoris, sicut Hier. 9. dicitur, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Vera enim iustitia, vt dicit Greg. † compassionem habet non dedignationem. Tertio, tangit eorum iudicii negligentiam; *Vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit*. Talis enim compassio viri iusti ad peccatorem vulnerat & liberat, secundum illud Prouerb. 23. Tu virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis. Per hoc etiam alii corriguntur, secundum illud Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Vnde Eccle. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filii homioum perpetrant mala. Debet autem ad correctionem aliorum interdum peccator separari, vbi de contagione timetur: secundum illud Prou. 22. Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causæ, & contumeliæ. Deinde cum dicit; *Ego quidem absens corpore &c.* Supplet eorum negligentiam, sententiam proferens contra peccatorem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit authoritatem iudicantis. Secundo, modum iudicandi, ibi; *Congregatis vobis &c.* Tertio, sententiam iudicis, ibi; *Tradere huiusmodi &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit authoritatem ministri, scilicet suipsius: videbatur autem contra iudiciarium ordinem, vt condemnaret absentem, secundum illud Act. 25. Non est consuetudo Romanis cõdemnare aliquem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, sed hoc Apostolus excusat, dicens; *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu*, idest, affectu & solicitudine mentis, secundum illud Col. 2. Et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum. Vel; *Præsens spiritu*, quia per spiritum cognoscebat ea, quæ apud ipsos agebantur, ac si præsens esset, sicut & Elisæus dixit. 4. Reg. 5. Nonne cor meũ in præsenti erat, cũ reuersus est homo de curru suo? Et qa sum spiritu plens, iam iudicaui, idest, sententiam condemnationis ordinaui in eum, qui sic operatus est. Secundo, ponit authoritatẽ principalis domini dicens; *In nomine domini nostri Iesu Christi*, idest, vice & authoritate seu cum virtute, & inuocatione nominis eius, ſm illud Col. 3. Omne quodcũq; facitis in verbo, aut opere, in nomine domini nostri Iesu Christi, facite. Deinde cum dicit; *Congregatis vobis in vnum*. Ostendit modum iudicandi, vbi tria tangit, primo fidelium congregationem, cum dicit *Congregatis uobis*. Ea enim, quæ grauia sunt, multorum concordi deliberatione punienda sunt. Vnde & antiquitus iudices sedebant in portis, vbi populus congregabatur, secundum illud Deut. 16. Iudices constitues in omnibus portis tuis. Vnde dicitur in Psalm. 110. In consilio iustorum & congregatione magna opera domini. & Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio. Secundo, adhibet suum assensum, eum dicit; *Et meo spiritu*, idest, mea voluntate, & authoritate, secundum illud, quod dixerat, præsens autem spiritu. Tertio, adhibet authoritatem principalis domini, scilicet Christi, dicens; *Cum virtute domini nostri Iesu Christi*. Ex qua iudicium ecclesiæ, habet robur firmitatis, ſm illud Matt. 18. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Deinde cum dicit; *Tradere huiusmodi &c.* ponit condemnationis sententiam, circa quam tria ponit. Primo, pœnam, cum dicit; *Tradere huiusmodi Sathanæ*, supple iudicaui. Quod potest dupliciter intelligi. Primo, ꝙ sicut dicitur Matth. 10. Dominus dedit Apostolis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & per eandem potestatem poterant imperare spiritibus immundis, vt vexarent corporaliter, quos hac pœna iudicabant dignos. Mandauit ergo Apostolus Corinthiis in eius authoritate, tradere prędictum fornicarium Sathanæ corporaliter vexandum. Vnde ponit secundo, huius sententiæ effectum cum dicit; *In interitum carnis*, idest, ad vexationem carnis, & afflictionem, in qua peccauit, ſm illud Sap. 11. Per quæ peccat quis, per hęc & torquetur. Tertio, ponit fructum cum dicit; *Vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi*, idest, vt salutem consequatur in die mortis, vel in die iudicii, sicut supra tertio, expositum est, & sic impletur, quod ibi subditur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, pœnæ, scilicet temporalis. Non enim Apostolus Sathanæ tradidit peccatorem, vt eius potestati perpetuo subiaceret, sed vt carnis vexatione ad pœnitentiam conuertatur, secundum illud Esa. 28. Sola vexatio, intellectum dat auditui. Est autem hæc sententia Apostoli, quam dominus seruauit Iob. 2. vbi Sathanæ dixit, Ecce in manu tua est, scilicet caro eius. Veruntamen animam illius serua, scilicet illæsam. Alio modo intelligi potest, quod dicitur *Tradere huiusmodi Sathanæ*, scilicet per excommunicationis sententiam, per quam aliquis separatur a communione fidelium, & a participatione sacramentorum, & priuatur ecclesiæ suffragiis, quibus homo munitur contra impugnationem Sathanę, propter quod de ecclesia dicitur Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata, scilicet dæmonibus. Quod autem subditur; *In interitum carnis*, intelligitur; vt scilicet ab ecclesia separatus, & tentationibus Sathanæ expositus, libertius ruat in peccatum, ſm illud Apoc. vlt. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vocat autem peccata mortalia carnis interitum, quia vt dicitur Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Subdit autem; *Vt spiritus saluus sit*, vt scilicet peccatorum turpitudinem cognoscens, confundatur & pœniteat, & sic sanetur, secundum illud Hier. 31. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescẽtiæ meæ. Potest etiam intelligi, vt spiritus eius, scilicet ecclesiæ, idest, spiritus sanctus ecclesiæ saluus sit fidelibus, in diem iudicii, ne s. perdant eum per contagium peccatoris: quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum &c.

CAP. V. LEC. I.

OMNINO auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Chtisti congregatis uobis, & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Sathanæ, in interitum carnis, ut spiritus saluus sit, in die domini nostri Iesu Christi.

Hom. 34. sup Euan.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus memorauit duplicem culpam, scilicet Corinthii fornicatoris, & aliorum qui eius peccatum tolerabant, hîc vtramque culpam redarguit, Primo, culpam tolerantium eius peccatū.

LECTIO II.

NON est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentum totā massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Itaq; epulemur, nō ī fermēto ueteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis, & ueritatis.

Secundo, culpā fornicatoris, ibi; *Corpus autem non fornicationi &c.* Circa primū duo facit. Primo, redarguit in Corinthiis negligentiam iudicii, Secundo, redarguit, in eis quædam alia vitia circa iudicium. 6. ca. *Audet aliquis &c.* Circa primum duo facit, Primo, redarguit eos, qui fornicatorem a se non separauerunt, Secundo, reprobat falsum intellectum, quem ex verbis sui conceperant, ibi; *Scripsi vobis in epistola &c.* Circa primum duo facit, Primo, reprehendit, quod fecerant. Secundo, ostendit, quid faciendū sit, ibi; *Expurgate vetus fermentum &c.* Circa primū duo facit. Primo, reprehendit culpam præteritam quantum ad suam radicem: dixerat enim supra, quòd ex inflatione sequitur in eis incompassio & ex incompassione correctionis negligentia. Arguit ergo primo Corinthiorum elationem, dicens; *Non est bona gloriatio vestra*, qua scilicet defectibus aliorum gloriamini quasi vos sitis innocentes. Debet eñ vnusquisq; in domino gloriari de bonis sibi diuinitus datis, non de aliis, secundum illud Gal. 6. Opus autem suum vnusquisque probet, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in alio. Præcipue autem malum est de malis aliorum gloriari. Dicitur enim in Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, dicens; *An nescitis, quod modicum fermentum totam massam corrumpit?* quasi dicat, hoc ignorare non potestis. Est autem sciendum, quòd in fermento duo possunt considerari. Primo, sapor quem tribuit pani, & secundum hoc per fermentum significatur sapientia Dei, per quam omnia, quæ sunt hominis sapida redduntur, & secundum hoc dicitur Matt. 13. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentatum est totum. Secundo, in fermento, potest considerari corruptio, & secundum hoc per fermentum potest intelligi vno modo peccatum, quia scilicet per vnum hominis peccatum omnia opera eius corrupta redduntur, puta per peccatum simulationis, quod comparatur fermento Luc. 12. Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Alio modo, per fermentum potest intelligi homo peccator, & ad hoc inducitur hæc similitudo. Sicut enim per modicum fermentum tota massa pastæ corrumpitur, ita per vnum peccatorem tota societas inquinatur. Vnde, Eccle. 11. Ab vna scintilla augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Et hoc quidem contingit, dum per peccatum vnius, alii prouocantur aliqualiter ad peccandum. Vel etiam dum peccanti consentiunt, saltem non corrigendo dum possunt corrigere, secundum illud Rom. 1. Digni sunt morte non solum, qui faciunt ea, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Et ideo Corinthiis, non erat gloriandum de peccato vnius, sed magis cauendum ne peccato vnius omnes inquinarentur ex eius consortio, secundum illud Cantic. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, vbi dicit Glosa, Non fuit bonus, qui malos tolerare non potuit. Deinde cum dicit; *Expurgate vetus fermentum.* Ostendit, quid de cætero sit faciendum. Et primo, ponit documentum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Pascha nostrum &c.* Dicit ergo primo, quia; *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, ideo; *Expurgate vetus fermentum*, idest, expurgate vos, abiiciendo a vobis vetus fermentum, idest, fornicarium, qui peccando rediit in vetustatem corruptionis antiquæ, secūdum illud Baruc. 3. Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Quod quidem dicit, quia per separationem vnius peccatoris tota societas expurgatur. Vnde, & egresso Iuda Dominus dixit Ioan. 13. Nunc clarificatus est filius hominis. Potest etiam per vetus fermentum intelligi antiquus error, secundum illud Esa. 26. Vetus error abiit. Vel etiam corruptio originalis peccati, secundum illud Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, Vel etiam quodcumque peccatum actuale, secundum illud Col. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis; horum enim admonitione homo expurgatur. Ponit autem consequenter purgationis effectum, dicens; *Vt sitis noua conspersio.* Dicitur autem conspersio commixtio aquæ, & farinæ nouæ, antequam admisceatur fermentum. Remoto ergo fermento a fidelibus, idest, peccatore vel peccato, remanent sicut noua conspersio, idest, in puritate suæ nouitatis, secundum illud Psalm. 102. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ,

F Deinde ponit modum debitum expurgationis, cum dicit; *Sicut estis azimi*, idest, sine fermento peccati. Dicitur enim ab a, quod est sine, & zima, quod est fermentum. Vnde, dominus Matth. 16. dixit discipulis. Cauete a fermento Pharisæorum, & Saduceorum. Deinde cum dicit; *Etenim pascha nostrum.* Assignat rationem eius, quod dixerat, scilicet, quare fideles debent esse azimi, quæ quidem ratio sumitur ex mysterio passionis Christi. Vnde primo, proponit ipsum mysterium, secundo, concludit propositum, ibi; *Itaque epulemur &c.* Circa
G primum considerandum est, ꝙ inter cętera sacramenta legalia celeberrimum erat agnus paschalis, qui vt præcipitur Exod. 12. Immolabatur ab vniuersa multitudine filiorum Israel, in memoriam illius beneficii, quo angelus percutiens primogenita Aegypti pertransiuit domos Iudæorum, quorum fores linitæ essent sanguine agni. Vnde nomen paschæ, sumitur secundum quod ibi dicitur. Est enim phase, idest, transitus domini, & vltimo virtute huius beneficii transiuit populus mare rubrum, vt dicitur Exod. 24. Ille enim agnus figura fuit Christi innocentis, de quo dicitur Ioan. 1. Ecce agnus Dei. Sicut ergo ille agnus figuralis immolabatur a filiis Israel, vt populus Dei liberaretur ab angelo percutiente, & vt transirent mare rubrum liberati de seruitute Aegypti: ita Christus est occisus a filiis Israel, per cuius sanguinem populus Dei liberatur a diaboli impugnatione, & seruitute peccati per baptismum, quasi per mare rubrum. Ille autem agnus figuralis
H pascha Iudæorum dicebatur, quia in signum transitus immolabatur. Vnde dicitur Matth. Vbi vis paremus tibi comedere pascha, idest, agnum paschalem. Dicit ergo Apostolus. Ideo debetis esse azimi, *Etenim*, idest, quia, sicut figurale pascha veteris populi est agnus immolatus, ita *Pascha nostrum*, idest, noui populi, est *Christus immolatus*, cuius etiam immolationi conuenit nomen paschæ, tum significatione linguæ Hebreæ, quod significat transitum. Exod. 12. Est enim phase, idest, transitus, tum significatione linguæ Grææ prout nomen paschæ significat passionem. Christus enim per passionem, quā fuit immolatus transiuit ex hoc mundo ad patrem, vt dicitur Ioan. 13. Deinde cum dicit; *Itaque epulemur.* Concludit propositum. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut legitur Exod. 12. Agnus paschalis post immolationem manducabatur cum azimis panibus. Sicut ergo agnus figuralis fuit figura nostri paschæ immolati, ita figuralis obser-
I uantia paschalis debet conformari obseruantiæ noui paschæ, ergo quia Christus immolatus est pascha nostrum. *Itaque epulemur*, scilicet manducantes Christum, non solum sacramentaliter, secundum illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed spiritualiter fruendo sapientia eius, secundum illud Eccle. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & sic cum gaudio spirituali, secundum illud Psalm. 41. In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Deinde determinat modum epulandi, secundum conformitatem veritatis ad figuram, dicens; *Non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ*, mandabatur enim Exod. 12. Quòd omne fermentum, non inueniretur in domibus manducantium agnum paschalem. Fermentum autem habet, & vetustatem, & corruptionem. Vnde per remotionem fermenti, primo quidem, potest intelligi amotio
K obseruantiæ præceptorum veteris legis, quæ per passionem Christi est mortificata, secundum illud Leuit. 26. Vetera, nouis superuenientibus, proiicietis. Secundo, per remotionem fermenti, potest intelligi remotio corruptionis peccati, sicut supra dictum est, quòd modicum fermentum totam corrumpit massam, & quantum ad hoc subdit. *Neque in fermento malitiæ & nequitiæ*, vt malitia referatur ad peruersitatem operis, secundum illud Iaco. 1. Abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ. Per nequitiam vero intelligitur fraudulenta machinatio. Prouerb. 26. Quando sumpserit vocem suam, non credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde eius. Vel secundum Glosam, cum dicit; *Non in fermento veteri*, remouet vetustatem peccati in communi. Quod autem subdit; *Neque in fermento malitiæ & nequitiæ* explicat peccatum per partes; vt malitia dicatur peccatum, quod committitur in seipsum, nequitia peccatum, quod committitur in alium, Excluso ergo modo indebito epulandi, determinat modum cōuenientem, subdens; *Sed in azimis sinceritatis, & veritatis*, idest,

Id est sinceritate & veritate, quæ significantur per azima. Ponitur autem sinceritas, contra corruptionem peccati, quod significauit cum dixit. Non in fermento malitię & nequitiæ. Nam sincerū dicitur, quod est sine corruptione. Vnde 2. Cor. 2. dicitur, Nō sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate in Christo loquimur, Veritas vero ponitur cōtra figuras veteris legis, sicut Ioann. 1. dicitur, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est, quia scilicet, verū pascha cum veritate & non cum figuris celebrare debemus. Vnde secundum Glosam, per sinceritatem intelligitur innocentia a vitiis, seu nouitas vitæ: per veritatem aūt iustitia bonorum operum vel rectitudo, quæ fraudem excludit.

LECTIO III.

SCRIPSI vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs: Non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiē tibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi: nec cibum

LECTIO TERTIA.

INDVXERAT supra Apostolus Corinthios ad hoc, quòd a seipsis peccatorē separarent, quod quidē prætermiserat propter falsum intellectum cuiusdam verbi, quod continebatur in epistola quadam, quam eis prius miserat. Et ideo prauum sensum, quem ex verbis conceperant, nunc excludit. Vnde circa hoc tria facit. Primo resumit verbum prioris epistolæ. Secundo excludit falsum intellectum, ibi; *Non utique fornicariis.* Tertio exponit verum intellectum, ibi; *Nunc autem scripsi uobis.* Dicit ergo primo, dixi; *Vobis in epistola* quadam alia, quæ in canone non habetur; *Ne commisceamini fornicariis*, id est, non habeatis cum eis societatem, vel communionem, secundum illud Pro. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Eccl. 9. Non des fornicariis animam tuam in vllo. Deinde cum dicit; *Non utique fornicariis.* Excludit falsum intellectū prædicti verbi. Et primo proponit, quod intendit. Secundo concludit propositū, ibi; *Alioquin debueratis &c.* Circa primum considerandum est, quòd in prædicto verbo Apostoli, dupliciter falsum intellectum conceperāt Corinthii. Primo quantum ad hoc, quòd intelligebant illud esse dictum de fornicariis infidelibus, sed illud excludit Apostolus, dicens; *Non vtique* intendo dicere, quòd non commisceamini; *Fornicariis huius mundi*, vocat autem infideles nomine mundi, secundum quod dicitur Ioan. 1. Mundus eum non cognouit, supra 1. Non cognouit mundus per sapientiam Deum. Secundo conceperāt falsum intellectum quantum ad hoc, quòd putabāt prohibuisse Apostolum solum de fornicariis, non autem de aliis peccatoribus. Et ideo ad hoc excludendum subdit; *Aut auaris*, qui scilicet iniuste detinent aliena. Ephes. 5. Auaritia, quæ est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei; *Aut rapacibus*, qui scilicet violenter diripiūt aliena, infra eodem. Neque rapaces regnum Dei possidebunt; *Aut idolis seruientibus*, cōtra quos dicitur Sap. 14. Nefandorum enim idolorum cultura omnis malitiæ causa est, initium & finis. Et est sensus, non solum uobis prohibui societatem fornicatorum, sed etiam omnium aliorum peccatorum. Et est aduertendum, quòd per fornicationem quis peccat contra seipsum: per auaritiam autem & rapacitatem contra proximum: per idolorum autem culturam contra Deum: & in his, quæ ponit, omne peccati genus intelligitur. Deinde cum dicit; *Alioquin &c.* Assignat rationem propositi, dicens; *Alioquin* si scilicet sit intelligendum uerbum prædictum de fornicariis huius mundi; *Debueratis de hoc mundo exisse*, quia scilicet totus mundus talibus plenus est. Vnde non possetis tales fornicarios vitare, nisi de hoc mundo exeundo. Dicitur enim 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Vel aliter; *Debueratis de hoc mundo exisse*, q.d. a tempore conuersionis vestrę, debueratis ab infidelibus mundi separari. Vnde non oportet vos super hoc moneri, dicitur enim Ioan. 15. Ego elegi vos de mundo. Vel aliter, debueratis de hoc mundo exisse, scilicet per mortem. Melius est enim hominibus mori quàm peccatoribus in peccatis consentire. Vnde dicitur infra 9. Melius est enim mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Deinde cum dicit; *Nunc autem scripsi uobis.* Exponit eis verum intellectum. Et primo ꝓponit, quod intendit. Secundo rationem assignat, ibi; *Quid enim mihi est.* Tertio infert conclusionem intentam, ibi; *Auferte malum &c.* Dicit ergo primo. nunc autem sic expono, quod olim scripsi vobis; *Non commisceamini*, scilicet fornicariis & aliis peccatoribus; *Si is qui inter uos frater nominatur* eo modo quo dominus dicit Matt. 23. Omnes vos fratres estis: Non tamen dicit, si is, qui frater est: sed si is qui frater nominatur, quia per peccatum mortale aliquis a charitate recedit, quæ est spiritualis fraternitatis causa; Vnde

A Heb. vlt. dicitur, Charitas fraternitatis maneat in vobis. Nominatur ergo frater propter fidei veritatem, non autem est vere frater, propter charitatis defectum, qui est ex peccato. Vnde subditur; *Aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum sumere*, scilicet debetis, secundum illud Ioā. 2. Cano, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo vestra, nec aue dixeritis ei, quasi dicat, Per hoc, quod dixi, non debere vos mi-
B sceri peccatoribus, intellexi de fidelibus, qui nominantur fratres, & sunt inter vos: non autem per hoc intelligendum est; sicut dicit Aug. in lib. contra Parmenianum, & habetur in Glo. Lib. 3. c.
hic, quòd aliquis extraordinario iudicio debeat a communione aliorum separari: quia frequenter posset errare, sed potius hoc debet fieri, secundum ordinem ecclesiæ, quando aliquis a communione repellitur, vt conuictus, vel sponte confessus, & ideo signanter dicit; *Si is, qui nominatur*, vt eam nominationem intelligamus, quæ fit per sententiam ecclesiæ ordine iudiciario contra aliquem prolatam, Illi autem, qui sic a communione pelluntur, sunt vitandi, quantum ad mensam, sicut hic dicitur, & quantum ad salutationem, vt dicitur in prædicta authoritate Io. & vlterius, quantum ad sacram communionem. Vnde in versu dicitur, Os, orare, vale, communio, mensa negatur, scilicet, excommunicato. Sed notandum, quòd Apostolus suprà non numerauit, nisi peccata mortalia, in signum, quòd pro solo peccato mortali debet aliquis excōmunicari, & de aliis quidem, quæ
C ponit manifestum est, Sed de ebrietate potest esse dubium, quia non semper videtur esse peccatum mortale. Dicit enim Augustinus in sermone de purgatorio, quòd ebrietas nisi sit frequens, In ser. de sanc. ser. 41. tom. 10.
non est peccatum mortale. Quod credo ideo esse, quia ebrietas ex suo genere est peccatum mortale. Quòd enim aliquis ꝓpter delectationem vini velit perdere vsum rationis exponens se periculo, multa alia peccata perpetrandi, videtur esse contrarius charitati, Contingit tamen per accidens ebrietatem, non esse peccatum mortale propter ignorantiam vini fortitudinis, vel debilitatis proprii capitis, quæ tamen excusatio tollitur per frequentem experientiam: & ideo Apostolus signanter; non dicit ebrius, sed; *Ebriosus.* Addit autem duo peccata his, quæ supra posuerat, scilicet, ebriosum, & maledicum, Refertur autem ebrietas ad genus peccati, quod committitur contra seipsum, sub quo continetur, non solum luxuria, sed etiam gula: maledicus autem refertur ad genus peccati, quod committit contra
D proximum, cui nocet aliquis, non solum facto, sed etiam verbo mala imprecando, vel male diffamando, quod pertinet ad detractionem. Vel mala in faciem dicendo, quod pertinet ad contumeliam, & hoc totum pertinet ad rationem maledici, vt supra dictum est. Deinde cum dicit; *Quid enim mihi est &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat; Et circa hoc tria facit, Primo, assignat rationem, dicens, Dixi hoc esse intelligendum de fratribus, & non de infidelibus; *Quid enim mihi est*, idest, quid ad me pertinet; *Iudicare*, idest, sententiam condemnationis ferre; *De his qui foris sunt*, idest, de infidelibus, qui sunt omnino extra ecclesiam. Prælati enim ecclesiarum accipiunt spiritualem potestatem super eos tantum, qui se fidei subdiderunt, secundum illud. 2. Cor. 10. In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Indirecte tamen prælati ecclesiarum habent potestatem super eos, qui foris sunt, inquantum ꝓpter eorum culpam, prohibent fideles, ne illis communicent. Secundo, adhibet simili-
E tudinem, dicens; *Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis?* quasi dicat, eadem authoritate vos iudicatis, qua & ego. Vnde nec vos non iudicatis nisi de vestris, ita & ego, Dicitur Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Tertio, respondet tacite dubitationi, Posset enim videri, quòd infideles essent meliores, qui propter peccata prædicta non condemnantur, sed hoc excludit, dicens; *Ideo nihil mihi de his, qui foris sunt iudicare.* Nam eos, qui foris sunt, idest, infideles iudicabit Deus, scilicet iudicio condemnationis non examinationis, quia vt Gregorius dicit in moralibus. Infideles damnabuntur sine iudicio discussionis, & examinationis, & quantum ad hoc dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, idest, manifestam in se habet causam condemnationis, & hoc grauius reseruatur Dei iudicio, secundum illud Heb. 10. Horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Deinde cū dicit; *Auferte malum &c.* Infert conclusionem principaliter intentam, dicēs, Ex quo hoc,

quod dixi, Non commisceamini forniçariis, intelligendum est de fidelibus, non de his qui foris sunt; *Ergo auferte malum*, scilicet hominem; *Ex vobisipsis*, idest, de vestra societate eiicite, secundum illud Deut. 13. Auferes malum de medio tui. Est ergo considerandum ex præmissis Apostoli verbis, q̃ non prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fide receperunt propter eorum pœnã, Est tamen hoc cauendum aliquibus, scilicet infirmis, propter eorum cautelam, ne seducantur. Illi vero, qui sunt firmi i fide possunt, eis licite communicare, & dare operã conuersioni eorum, vt dicitur infra, 10. Si quis infidelium vocat vos ad cenã, & vultis ire, omne quod appositũ fuerit manducate. Infidelibus autem, qui aliquando fideles fuerunt, vel sacramentum fidei receperunt, sicut hæreticis & apostatantibus a fide, subtrahitur omnino communio fidelium, & hoc in eorum pœnam, sicut & cæteris peccatoribus, qui adhuc subduntur potestati ecclesiæ.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus reprehenderat Corinthios de negligentia iudicii: hic reprehendit in eis quædam alia peccata circa iudicia. Et primo, quantum ad iudices eorum, coram quibus litigabant. Secundo, quantum ad ipsa iudicia, ibi; *Iam quidem omnino*. Circa primum tria facit. Primo, arguit eos de inordinatione. Secundo, rationem reprehensionis assignat, ibi; *An nescitis*. Tertio, remedium adhibet, ibi; *Sæcularia igitur iudicia*. Dicit ergo primo, ita negligitis in iudicando vestros, sed tamen præsumptuosi estis subire infidelium iudicia: & hoc est, quod dicit; *Audet*, idest, præsumit; *Aliquis vestrum habens negocium*, scilicet, sæculare aduersus alium; *Iudicari apud iniquos*, idest, subire iudicium infidelium; *Et non apud sanctos*, idest, apud fideles, qui sunt sacramentis fidei sanctificati. Hoc enim est inordinatum multipliciter. Primo quidem, quia per hoc derogatur authoritati fidelium. Secundo, quia derogatur dignitati fidelium quantum ad hoc, quòd infidelium iudicia subeunt. Tertio, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus contemnendi fideles, quos dissentire vident. Quarto, quia per hoc datur occasio infidelibus iudicibus calumniandi, & opprimendi fideles, quos odio habent proprer fidem, & ritus diuersitatem. Et ideo dicitur Deuter. 1. Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, præcepique eis, dicens, Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et eod. 17. Non poteris alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. Sed videtur esse contra id quod dicitur. 1. Pet. 1. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquàm præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis; pertinet enim ad authoritatem principis iudicare de subditis. Est ergo contra ius diuinum prohibere, quòd eius iudicio non stetur, si sit infidelis. Sed dicendum, q̃ Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus principibus, constituti, eorum iudicio compareant si vocentur, hoc enim esset contra subiectionem, quæ debetur principibus: sed prohibet, quòd fideles non eligant voluntarie infidelium iudicium. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Assignat rationem contra id, quod illi faciebant, sumptam ex hoc, quòd derogabant authoritati sanctorum. Et primo, quantum ad authoritatem, quam habent super res mundanas. Secundo, quantum ad authoritatem, quam habent ad res supermundanas, id est, super angelos, ibi; *An nescitis, quoniam angelos iudicabimus?* Dicit ergo primo. Inordinatum est iudicium apud infideles, qui fideles habent authoritatem iudicandi; *An nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt?* idest, de hominibus mundanis huius mundi. Quod quidem impletur triplicirer. Primo quidem, secundum comparationem, scilicet secundum quòd non solum boni iudicabunt malos, & sancti mundanos i sed etiam secundum quòd boni iudicabuntur a melioribus, & mali iudicabunt peiores, secundum illud Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Secundo, iudicabunt approbando sententiam iudicis, scilicet Christi; & hoc erit proprie iustorum, secundum illud Psalm. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Vnde Sap. 3. dicitur; Iudicabunt sancti nationes. Tertio modo, per sententiæ prolationem. Et hoc erit apostolorum, & similium, qui contemptis rebus mundi, solis spiritualibus inhæserunt. Spiritualis enim iudicat omnia, ut dictum est supra. 2. unde & Matth. 19. dicitur: Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicãtes duo decim tribus Israel. Et in Psal. 16. dicitur: Gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus. Intelligitur autem ista prolatio sententiæ non vocalis, sed spiritualis, inquantum per superiores sanctos, inferiores, vel etiam peccatores spirituali quadam illuminatione illuminabuntur, quales pœnæ, & qualia præmia eis debeantur: sicut etiam nunc homines illuminantur ab angelis, vel etiam inferiores angeli a superioribus. Secundo ex hoc, qd̃ dictum est, argumentatur ad propositum, dicens; *Et si in vobis*, idest, per vos; *Iudicabitur mundus*, idest, mundani homines; *Nunquid indigni estis, qui iudicetis de minimis?* scilicet de negociis sæcularibus. Luc. 16. Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus erit. Deinde cum dicit; *Nescitis &c.* Argumentatur ad idem ex authoritate sanctorum super angelos. Et primo, ponit eam, dicens; *An nescitis*, quoniam nos, scilicet fideles Christi; *Iudicabimus angelos*. Quod quidem potest intelligi de malis angelis, qui condemnabuntur a sanctis, quorum virtute sunt victi. Vnde Luc. 10. Dominus dicit: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutem inimici. Et in Psal. 9. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Potest et hoc intelligi de bonis angelis, quorum pluimi in comparatione quadam inuenientur Paulo, & similibus sibi, inferiores. Vnde signanter non dicit, iudicabitis, sed, iudicabimus. Quàmuis enim dici possit, quòd ex consequenti, si sancti iudicabunt homines bonos, & malos, erit iudicium de bonis angelis, quorum accidentale præmium augetur ex præmio sanctorum per angelos illuminatorum, & etiam de malis angelis, quorum pœna augetur ex pœna hominum per eos seductorum Secundo, argumentatur ad propositum, dicens; *Quanto magis sæcularia?* scilicet iudicia, idonei erimus iudicare? Qui enim est idoneus ad maiora, multo magis est idoneus ad minora. Vnde & dominus, cui commiserat quinque talenta, postmodum commisit vnum, vt habetur Matth. 25. Deinde cum dicit; *Sæcularia igitur iudicia*, Adhibet remedium contra culpam eorum. Et primo, ponit remedium. Secundo, exponit, ibi; *Ad verecundiam uestram dico*. Dixit ergo primo. Ergo ex quo sancti de hoc mundo iudicabunt, si habueritis inter vos sæcularia iudicia, quæ tamen habere non debetis, illos qui sunt contemptibiles in ecclesia, constituite ad iudicandum potius, scilicet, quàm iudicemini apud infideles. Vnde & in Psalm. 140. dicitur: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et Eccle. 9. dicitur. Melius est canis viuus, leone mortuo. Deinde cum dicit; *Ad uerecundiam uestram dico*. Exponit, quo sensu prædicta dixit. Posset enim aliquis credere, q̃ ad literam essent eligendi contemptibiliores ad iudicandum, sed hoc excludit, dicens; *Ad verecundiam vestram dico*, quasi dicat, non hoc dixi, vt ita fiat, sed vt vos faciam verecundari, illa scilicet confusione, quæ adducit gratiam & gloriam, vt dicitur Eccle. 4. Contemptibiles enim in ecclesia essent eligendi ad iudicandum, si non inuenirentur inter vos sapientes, quod esset vobis verecundum. Vnde subdit; *Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem? sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles?* Potius autem, quàm hoc faceretis, deberetis constituere contemptibiles, qui sunt in ecclesia, ad iudicandum, & supplendum defectum sapientum, qui tamen non est apud vos, secundum illud quod supra primo dixerat, Diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Vel aliter ab illo loco; *Sæcularia &c.* Dixerat enim, q̃ sancti idonei sunt ad iudicandum sæcularia: & ideo vult ostendere, per quos iudicia sæcularia debeant exerceri, scilicet per contemptibiles, qui sunt in ecclesia. Vocat autem contemptibiles illos, qui sunt sapientes in rebus mundanis, per comparationem ad illos, qui sunt sapientes in rebus diuinis, quibus est reuerentia exhibenda, qui in rebus temporalibus non occupantur vt solis spiritualibus vacent, & hoc est quod subditur; *Ad verecundiam vestram dico*, secundum aliam literam ad reuerentiam vestram. Vnde & Apostoli dixerunt. Act.

sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis.

CAP. VI. LEC. I.



AVDET aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniã sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui posit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?

6. Non est æquum relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis. Postmodum autem reddit ad id, quod supra reprehenderat, scilicet quòd Corinthii sub infidelibus iudicibus litigabãt, dicens; *Sic non est inter uos sapiens quisquam*, scilicet in rebus temporalibus, quem supra contemptibilem dixit. Vnde alia non mutantur a prima expositione, quæ tamen videtur esse magis literalis.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit Corinthios de hoc, quòd coram infidelibus iudicibus litigabant, hic reprehendit eos quantum ad ipsa iudicia. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit in quo peccabant circa iudicia. Secundo manifestat, quod dixerat, ibi; *An nescitis &c.* Circa primum duo facit. Primo, reprehendit in eis circa iudicia, id quod est licitum, sed non expediens. Secundo id, quod est penitus illicitum, ibi; *Sed & uos &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit reprehensionem. Secundo remouet excusationem, ibi; *Quare non magis &c.* Dicit ergo primo. Dictum est quòd frater cum fratre in iudicio contendit; quod non solum malum est, quòd apud infideles contenditis, sed iam quidem post conuersionem vestrã; *Omnino delictum est in uobis*, idest ad delictum uobis reputatur, quòd; *Iudicia habetis inter uos*, inter quos, scilicet debet esse pax quia vt dicitur 2. Timo. 2. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Apparet autem ex hoc, vt dicit hic Glo. August. † quòd peccatum est, iudicium habere contra aliquem, sed hoc videtur esse falsum: quia si peccatum est iudicium habere, videtur sequi quòd etiam peccatum sit iudices cõstituere, cum hoc sit occasionem dare iudicium habentibus cum tamen dicatur Deut. 1. Audite illos, & quod iustum est iudicate. Et postea subditur, quia Dei iudicium est. Soluitur enim in Glosa, quòd infirmis permittitur in iudicio sua repetere, non autem perfectis: quibus licet sua repetere, sed non in iudicio. Est autem sciendum hic, quòd aliquid est perfectis illicitum, aliquid autem omnibus. Perfecti quidem proprium non habent, secundum illud Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & veni sequere me, & ideo non licet eis in iudicio repetere quasi propria, cum eis non liceat habere proprium, licet tamen eis in iudicio repetere ea, quæ sunt communia. Non enim hoc faciendo peccant, sed magis merentur. Est enim opus charitatis, defendere vel recuperare res pauperũ secundum illud Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Sed iudicium aduersus aliquem est illicitum omnibus, quantum ad tria. Primo quidem quantum ad causam ex qua aliquis iudicium habet, puta ex cupiditate & auaritia. Vnde Luc. 12. Cum quidam de turba domino dixisset, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem: dominus dixit, Quis me constituit iudicem ad diuidendum inter vos? Postea subdit, Videte & cauete ab omni auaritia. Secundo quantum ad modũ iudicii, quia scilicet cum contentione & detrimento pacis, iudicium prosequuntur, vt enim dicitur Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Et hoc videtur Apostolus in eis reprehendere, vt patet ex hoc quod supra dixit Frater cum fratre in iudicio contendit. Tertio ex peruersitate iudicii, puta cum aliquis iniuste & fraudulenter in iudicio procedit, secundum illud Esa. 10. Vt opprimerẽt pauperem, & vim facerent causæ humilium populi mei, Et hoc etiam Apostolus in eis reprehendit, vt patet per id quod subdit. *Sed uos iniuriam facitis*. Quarto propter scandalum quod sequitur. Vnde & dominus mandat, Matt. 5. Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Ex charitate vero, sua in iudicio repetere licitum est. Vnde Grego. dicit in moralibus. Cum curam rerum nobis necessitas imponit, quidam dum ea repetunt solummodo sunt tollerandi: quidam vero seruata charitate sunt prohibendi, scilicet ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Deinde cum dicit; *Quare non magis &c.* Tollit excusationem. Possent enim dicere, necessitas nos inducit ad iudicia habenda, vt scilicet resistamus iniuriis & fraudibus aliorum, sed hoc excludit subdens quantum ad primum; *Quare non magis iniuriam*, scilicet manifestam; *Accipitis*, scilicet patiẽter substinendo, secundum illud quod dominus dicit Matt. 5. Si quis te percusserit in maxillam præbe ei & alteram. Quantum vero ad secundum subdit; *Quare non magis fraudem patimini*, idest dolosam seductionem, secundum illud Matt. 5. Si quis te angariauerit mille passus, vade cũ illo & alia duo. Sed sicut August. dicit in lib. de Sermone domini in monte. Hæc præcepta domini, non sunt semper obseruanda in executione operis, sed semper sunt habenda in præparatione animi, vt scilicet simus parati hoc facere vel sustinere potius, quàm aliquid agere contra charitatem fraternam. Deinde cum dicit; *Sed vos &c.* Reprehendit in eis id, quod est omnino illicitum. Et primo, arguit in eis manifestam iniustitiam cum dicit; *Sed vos iniuriam facitis*, scilicet manifeste loquendo contra iustitiam aliorum, vel in iudicio vel extra iudicium. Eccles. 9. Non placeat tibi iniuria iniustorum. Secundo, dolosam deceptionem, cum subdit; *Et fraudatis*. Prouerb. 12. Consilia impiorum fraudulenta. Tertio, aggrauat vtrumque, cum subdit; *Et hoc fratribus*, idest, fidelibus, ad quos debemus bonum maxime operari, secundum illud Gal. vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Et ideo contra quosdam dicitur Hier. 9. Omnis frater supplantans, supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Manifestat, quod dixerat. Et primo, quantum ad id, quod est omnino illicitum. Secundo, quantum ad id quod est licitum, sed non expediens, ibi; *Omnia mihi licent*. Circa primum duo facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, determinat eam, ibi; *Nolite errare &c.* Dicit ergo primo. dixi quòd vos iniuriam facitis, & defraudatis, quod est iniquitatem committere; *Sed an nescitis, quòd iniqui regnum Dei, non possidebunt?* quasi dicat, videmini hæc nescire, dum ab iniquitate, non receditis, cum tamen in Psalm. 6. & Matth. 7. dicatur, Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Deinde cum dicit; *Nolite errare &c.* Determinat veritatem. Et primo, ostendit periculum quod imminet iniquis. Secundo, ostendit quomodo ipsi hoc periculum euaserunt, vt timeant iterum in ipsum incidere, ibi; *Et hoc, quidem aliquando fuistis, &c.* Dicit ergo primo; *Nolite errare*, quod signanter dicit, quia circa impunitatem peccatorum aliqui multipliciter errabant, secundum illud Sap. 2. Et cogitauerunt & errauerunt. Quidam enim Philosophi errauerunt credentes Deum, non habere curam rerum humanarum, secundum illud Soph. 1. Non faciet dominus bene, & non faciet dominus male. Quidam vero credentes solam fidem sufficientem esse ad salutem, secundum illud Ioan. 11. Qui credit in me, non morietur in æternum. Quidam vero credentes per sola Christi sacramenta saluari, propter id quod dicitur Matt. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Quidam vero propter sola opera misericordiæ, se impune peccare arbitrantur, propter illud quod dicitur Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Nec intelligunt, q̃ hæc omnia, sine charitate non profunt, secundum illud quod dicitur infra. 13. Si habuero omnem fidem, & distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero nihil mihi proest: & ideo subdit, quòd peccata contraria charitati a regno Dei excludunt, in quod sola charitas introducit, dicens; *Neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri*, de quibus dicitur Heb. vlti. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus; *Neque molles*, idest, mares muliebria patientes; *Neque masculorum concubitores*, quantum ad agentes in illo vitio, de quibus dicitur Genes. 13. Homines Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. *Neque auari, neque fures*, de quibus dicitur Iac. 5. Omnis fur, sicut scriptum est, iudicabitur; *Neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*, dicitur enim Esa. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et Apoc. 21. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum, faciens abominationem. Et est aduertendum, quòd hic enumerat eadem vitia, quæ in præcedenti capitulo posuerat. Addit autem quædam in genere luxuriæ, scilicet adulterium, & vitium contra naturam. In genere autem iniustitiæ furtum. Deinde cum dicit; *Et hæc quidem &c.* Ostendit, quomodo prædictum periculum

† De serm. dñi i mon. lib 2. ca. 13. & in Ench. cap. 78.

culum euaserunt. Et primo, commemorat statum præteritum, dicens; *Et quidem aliquando fuistis*, scilicet fornicarii, & idolis seruientes &c. & ideo specialiter hęc vitia commemorat, quia in eis abundauerunt, secundum illud Ephe. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Secundo, ostendit, quomodo ab his intus fuerunt liberati, dicens; *Sed abluti estis*, s. virtute sanguinis Christi in baptismo, secundũ illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo; *Sed sanctificati estis*, virtute sãguinis xpi per gratiam consecrati, secundũ illud Hebr. vlti. Iesus vt sanctificaret p suũ sanguinẽ populum extra portam passus est.

dici, neque rapaces regnum Dei, possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca vẽtri & venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet.

Sed iustificati estis ad statum iustitiæ & virtutis, scd'm illud Ro. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit. Subditur autem horum beneficiorum causa. Et primo, ex parte humanitatis Christi, cum dicit; *In nomine domini nostri Iesu Christi*, idest, in fide, & inuocatione nominis Christi, ſm illud Act. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Secundo, ex parte diuinitatis, cum subdit; *Et in spiritu Dei nostri*, secundum illud Ezech. 37. Ecce ego mittam in vos spiritum *&* viuetis. quia igitur tam potenti virtute liberati estis, ad eadem redire non debetis. Deinde cum dicit; *Omnia mihi licent &c.* Manifestat id quod dixerat de prohibitione iudicii, ostendens quo sensu, id reprehenderit: quia. s. non reprehendit illud, quasi omnino illicitum, sed quasi non expediens, & nociuum. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit, quod intendit. Secundo, rationem assignat, ibi; *Esca ventri &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit quod reprehenderat esse licitum, sed non expediens, dicens; *Omnia mihi licent*. Dicuntur autem illa licita, quę homo facere non prohibetur: est autem duplex prohibitio, Vna coactionis, alia præcepti, & secundum hoc quidem intellexerunt illa licere, a quibus non prohibetur aliqua necessitate cogente: & ideo quia arbitrium hominis naturaliter liberũ est a coactione, intellexerũt Apostolum eo sensu dicere, *Omnia mihi licent*, quia. s. libero arbitrio hominis subiacent, siue sint bona, siue sint mala, secundũ illud Eccle. 15. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quodcumque voluerit dabitur ei. Sed hic modus loquendi alienus est a scriptura sacra, in qua dicitur, non licere ea, quæ diuina lege prohibentur, secundum illud Matt. 14. Non licet tibi habere vxorem fratris tui, & ideo, quod hic Apostolus dicit; *Omnia mihi licent*, non potest absolute intelligi, sed vt sit accommoda distributio, sub hoc sensu omnia mihi licent, quę scilicet diuina lege non prohibentur. Et potest hoc ad tria referri, primo quidẽ ad id, quod dixerat de iudiciis, quia scilicet vnicuique licet omnia sua iudicio repetere, cum non sit lege diuina prohibitum. Alio modo potest referri ad id, quod infra. 8. dicturus est de indifferenti vsu ciborum, vt sit sensus, licitum est mihi omnes cibos comedere, secundum illud Tit. 1. Omnia munda mundis. Tertio, potest referri ad id, quod dicturus est infra. 14. de sumptibus accipiendis, vt sit sensus; *Omnia mihi licent*, scilicet accipere ad necessitatem vitæ, sicut coapostolis meis. Subdit autem; *Sed non omnia expediunt*. Dicitur autem illud expedire, quod est sine impedimento finem consequendi. Contingit autem, quòd aliquid non totaliter excludit finem, sed impedimentum aliquod affert, sicut matrimonium non excludit hominem a regno Dei: impedimentum tamen affert, quia scilicet vt infra 7. dicit, Quę sub viro est mulier, cogitat quomodo placeat viro. Vnde Matth. 19. discipuli dicunt, Si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit nubere. Sic ergo fornicari nec licet, nec expedit, quia totaliter excludit finem, qui est vita æterna: matrimonium autem est licitum, sed non expediens. Secundum igitur hunc modum, sua in iudicio repetere, indifferenter omnibus cibis vti, sumptus accipere ab his quibus prædicatur, est quidem licitum, quia non est contra iustitiam, nec aliqua prohibetur lege: non tamen est expediens, vel quia impeditur pax ad proximum, vel infirmis scandalum aliquod generatur, vel aliqua maledicendi occasio præbetur: vnde Eccles. 37. Non omnia omnibus expediunt. Alio modo potest intelligi, non absolute, sed sub conditione, vt sit sensus. Dixi, quòd neque fornicarii &c. regnum Dei possidebunt, & ideo non licent, quia finem excludunt: sed si omnia licerent mihi; *Non omnia expediunt*, quia per ea præstatur impedimentum vitæ humanæ, Vnde in perso-

F na impiorum dicitur Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Secundo, ostendit esse nociuum, id quod supra reprehendit, dicens, *Omnia mihi licent*, vt supra expositum est, sed tamen ego sub nullius redigar potestate, scilicet hominis. Ille enim, qui vtitur eo, quod non expedit, siue licitum siue illicitum, quodammodo redigitur sub potestate rei alicuius, vel hominis. Rei quidem, quia qui nimis, rem aliquam amat, quodammodo seruus illius rei efficitur, secundum illud Ro. vlt. Huiusmodi nõ Christo domino seruiunt, sed suo ventri. Hominis autem, quia dum aliquis facit, quod non expedit, quodammodo subiicitur iudicio aliorum, & specialiter ille, qui sua in iudicio repetit, subiicitur potestati iudicis infra. 10. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Deinde cum dicit; *Esca ventri &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat. Et primo, quare omnia licent, dicens; *Esca ventri*, scilicet debetur, vt scilicet in ventre decocta in nutrimentum totius corporis cedat. *Et uenter escis*, scilicet recipiendis, & decoquendis deseruit. Quia igitur ex Dei ordinatione venter est solicitus, ad escas recipiendas, & escæ ad hoc deputatæ sunt, quòd in ventre ponantur, secundum illud Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem escam ex cunctis animantibus, vt habeant ad vescendum: non est illicitum, quòd homo res suas H repetat, vel prædicator stipendia accipiat propter necessitatem escarum, vel vt etiam homo omnibus escis vtatur. Secundo, ibi; *Deus autem &c.* Assignat rationem, quare omnia non expediunt. Non enim expedit, quòd homo patiatur aliquod detrimentum, in eo, quod nunquam corrumpitur, scilicet in regno cœlesti, propter id quod corrumpitur, & hoc accidit de esca & de ventre. Cessabit enim post hanc vitam escarum vsus, & ventris, quia corpora resurgentium conseruabuntur absque cibo, Deo id faciente, & hoc est, quod dicit; *Deus autem destruet*, idest, cessare faciet; *Hunc*, scilicet ventrem, non quidem quantum ad essentiam, sed quantum ad effectum, quem nunc habet: & *Has*, scilicet escas, quantum pertinent ad vsum hominis: quia in resurrectione, homines erunt sicut angeli in cœlo, vt dicitur Matth. 22.

LECTIO III.

CORPVS autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollẽs ergo mem-G bra Christi faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim; (inquit) duo in carnę vna. Qui autẽ adhæret domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui aũt fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis prætio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro.

LECTIO TERTIA.

I SVPRA Apostolus tripliciter reprehendit Corinthios circa iudicia, nunc autem redit ad reprehendendum peccatum fornicarii cuius supra. 5. mentionem fecerat, & in cuius iudicio Corinthii negligentes erant: improbat autem fornicationem, quatuor rationibus, quarum prima sumitur ex diuina ordinatione: secunda ex vnione ad Christum, ibi; *An nescitis quoniam corpora &c.* Tertia ex corporis inquinatione, ibi; *Fugite fornicationem*. Quarta ex gratiæ dignitate, ibi; *An nescitis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit diuinam ordinationem. Secundo, ordinationis finem, ibi; *Deus enim &c.* Circa primum considerandum est, quòd aliqui argumentum suæ lasciuiæ sumunt ex ordinatione Dei. Qui enim fornicantur, vtuntur suo corpore ad vsum a Deo institutum. Sed hoc excludit, dicens, quòd esca est ordinata ad ventrem, & venter ad escas; *Corpus autem* hominis; *Non fornicationi*, idest, non est ordi-K natum ad fornicandum; *Sed domino*, idest, ad hoc est ordinatum, vt sit domini nostri Iesu Christi; *Et dominus corpori*, id est dominus Iesus Christus, ad hoc datus est hominibus, vt humana corpora suæ gloriæ conformet, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed contra hoc videtur esse, quòd sicut venter ordinatus est a Deo, ad vsum ciborum: ita quædam membra humani corporis sunt ordinata a Deo, ad vsum generationis quibus fornicatio exercetur. Sed attendenda est differentia, quantum ad duo. Primo, quidem quòd Apostolus supra locutus est de vno corporis membro, scilicet de ventre, hîc autem loquitur de toto corpore, quod sicut non est ordinatum ad fornicandum: ita nec ad escas sumendum, sed potius vsus escarum est propter corpus: corpus autem propter animam a qua percipit vitam, secundum eius conditionem: & quia omnia ordinantur in Deũ sicut in finem, ideo corpus debet esse subiectum domino, & ei dedicatum. Et quia supra locutus est de vsu escarum in communi

muni absque inordinatione, fornicatio autem est vsus inordinatus ex membro fornicatoris. Vnde, nec ipsa membra sunt propter fornicationem, sed propter vsum generationis ordinata ratione: cui omnia membra corporis deseruire debent, sicut etiam venter non propter crapulam & ebrietatem, sed propter conuenientem vsum ciborum. Deinde cum dicit; *Deus uero &c.* Ponit finem ordinationis prædictæ. Et primo, ponit q d De⁹ circa dominum fecerit, dicens; *Deus uero & dominum*, scilicet dñm Iesum Christũ suscitauit a mortuis a quo ipse Christus petit in Psal. 40. Tu autem domine miserere mei & resuscita me. Deus autem est, & pater, & filius, & spiritussanctus. Vnde, & ipse Christus, qui est filius Dei se suscitauit, & sua uirtute resurrexit, secũdum illud Psal. 3. Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi quia dominus suscepit me & 2. Cor. vlt. Si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Secundo, ponit quid circa nos facturus sit, dicens, quòd; *Nos suscitabit* Deus; *Per uirtutem suam* per quam, scilicet Christum suscitauit, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Et est aduertẽdum, ꝙ supra de escis & ventre loquens, quæ pertinent ad vsum animalis vitæ, dixit eas a Deo destruendas, nunc autem loquens de corpore & domino, facit mentionem de resurrectione, quia scilicet animali vita cessante, natura corporis in melius reformabitur. Vnde patet, quòd non est vtendum corpore ad fornicationem, quæ impedit futuram incorruptionem: secundũ illud Gal. vlt. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionẽ. Deinde cum dicit; *Nescitis &c.* Ponit secundam rationem quæ sumitur ex affinitate humani corporis ad Christum, quę talis est. Mẽbra hominis fornicantis sunt mẽbra meretricis, sed membra hominis sunt membra Christi, ergo per fornicationem, fiunt membra Christi, membra meretricis, quod est inconueniens. Circa quod quatuor facit. Primo, ponit maiorem, dicens; *An nescitis quoniam corpora uestra sunt membra Christi*, q.d. hoc non debetis nescire, quia quicũque estis regenerati in Christo, membra Christi estis effecti, secundum illud infra 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et hoc, non solum quantum ad animas, quę ab eo iustificantur, sed etiam quantum ad corpora, quæ ab eo resuscitabuntur, vt dictum est. Secundo, ponit conclusionẽ dicens; *Tollens ergo membra Christi*, idest iuste subtrahens seruitio Christi cui debẽt deputari, secundum illud Ro. 6. Exhibeatis membra vestra arma iustitiæ Deo; *Faciam*, scilicet eadem; *Membra meretricis* esse fornicando? *Absit*, hoc enim est horrendũ sacrilegium. Vnde, dicitur Malach. 2. Contaminauit Iudas sanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Tertio, ponit minorẽ, dicẽs; *An nescitis quia qui adhæret meretrici*, scilicet fornicando; *Vnum corpus efficitur*, scilicet per immundam commistionem. Et ad hoc probandum, inducit authoritatem Gen. dicens; *Inquit enim scriptura*, scilicet Gen. 2. *Erunt duo*, scilicet vir & mulier; *In carne una*; idest per mistionem carnalẽ vna caro efficiũtur, & sic mẽbra unius fiunt mẽbra alterius. Sunt. n. hæc verba Adæ de viro & vxore loquentis, quæ Apostolus hîc etiam ad fornicationem refert, quia secundum speciem naturæ non differunt vtriusque actus. Est autem intelligendum, quòd sicut dicit Philosophus in lib. de Generatione animalium, In masculo est principium actiuum generationis, in fœmina est passiuum. Et sicut planta, cuius vita principaliter ordinatur ad generationem, semper est vnum corpus, in quo vtrunque principium vnitur: ita in animalibus quæ ordinãtur ad altiores actus vitæ, non semper est vnum corpus habens hæc duo principia, sed ex duobus fit vnum in actu generationis. Quod quidem non est tantum viri, quia sicut infra cap. 7. dicitur, Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Secundo, probat minorem, dicens; *Qui autem adhæret domino &c.* s. per fidem & charitatem; *Est unus spiritus cum illo*, quia scilicet vnitur ei vnitate spirituali nõ corporali. Vnde, & Rom. 8 dicitur, Si quis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius, & Ioann. 17, Vt sint vnum in nobis, sicut nos vnum sumus scilicet per connexionem spiritus: & quia corpus deseruit spiritui, consequens est vt etiam corpora nostra membra eius sint cui per spiritum vnimur; non quidem carnali coniunctione, sed spirituali. Potest autem ex præmissis duabus rationibus vna ratio conflari, vt scilicet quia corpus nostrum nõ est deputatum fornicationi, sed domino, hoc scilicet modo, quòd membra nostra sunt membra Christi, vt postmodum exponit non faciamus ea, membra meretricis fornicando. Deinde cum dicit; *Fugite fornicationem &c.* Ponit tertiam rationẽ, quæ sumitur

A ex corporis inquinatione. Primo ponit conclusionem intentam, dicens; *Fugite fornicationem*. Vbi notandum, quòd cætera vitia vincuntur resistendo, quia quanto magis homo particularia considerat & tractat; tanto minus in eis inuenit vnde delectetur, sed magis anxietur; sed vitium fornicationis non vincitur resistendo, quia quantò magis ibi homo cogitat particulare, magis incendit, sed vincitur fugiendo, idest totaliter vitando cogitationes immũdas, & quaslibet occasiones, vt dicit Zach. 2. Fugite de terra Aquilonis di-B cit dominus. Secundo assignat rationem, dicens; *Omne peccatum aliud quodcunque fecerit homo &c.* Ad cuius euidẽtiam sciendum, ꝙ quædã peccata nõ cõsumantur in carnali delectatione, sed in sola spirituali; ideo spiritualia vitia dicunť, sicut superbia, auaritia, accidia: fornicatio aũt completur maxime in carnali delectatione, & secundum hoc posset intelligi quod hic dicitur, Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, q̃a scilicet completur præter sui corporis delectationem. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, quia scilicet eius peccatum in carne consumatur. Sed huic expositioni contrarium videtur esse, quòd etiam peccatum gulæ cõsumatur in delectatione corporis. Ad quod posset dici, quòd peccatum gulæ sub luxuria continetur inquantum ad ipsam ordinatur, secundum illud Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sed melius potest dici, quòd Apostolus non dicit; *Qui fornicatur*, corpore suo peccat, quod cõgrueret primæ expositioni: sed; *Peccat in cor-*C *pus suum*, idest contra corpus suum corrumpendo, & inquinando illud præter vsum rationis, Vnde & Apoc. 3. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, idest corpus, & Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Vel aliter secundum August. hic in Glo. Qui fornicatur, in corpus suum peccat, quia anima eius totaliter carni in illo actu subiicitur, ita quòd nõ possit aliud ibi cogitare. Vnde, in Psal. 31. dicitur. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Vel aliter; *In corpus suum peccat*, idest contra vxorem suam, quæ dicitur corpus viri, contra quam non ita directe sunt alia peccata, sicut viri fornicatio. Vnde, & 1. Thess. 4. dicitur, Vt sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in sanctificatione, idest vxorem suam. Vel secundum Aug. † potest intelligi de fornicatione spirituali, per quam anima adhæret per amorem mundo, & recedit a Deo, secundum illud Psal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Est ergo sensus, *Qui fornica-*D *tur* recedens a Deo propter amorem mundi; *In corpus suum peccat*, idest per corporalem concupiscentiam. Omne autem aliud peccatum, puta, quod homo cõmittit ex obliuione, vel ex ignorantia, seu negligentia, *Est extra corpus*, idest corporalem concupiscentiam. Deinde cum dicit; *An nescitis &c.* Ponit quartam rationem quæ sumitur ex dignitate gratiæ, quæ quidem ex duobus consurgit scilicet ex gratia spiritussancti & ex redẽptione sanguinis Christi. Circa hoc igitur tria facit. Primo, proponit dignitatem corporis nostri quam habet ex gratia spiritussancti, dicens; *An nescitis* quasi dicat; ignorare non debetis; *Quoniam membra uestra*, scilicet corporalia; *Templum sunt spiritussancti*, sicut supra 3. dictum est, Nescitis quia templum Dei estis. Et huius rationem assignat, subdens; *Qui in uobis est*: dicitur autem templum, domus Dei: quia igitur spiritussanctus Deus est, conueniens est, quòd in quocunque est spiritussanctus templum Dei dicatur. Est autem spiritussanctus principaliter E quidem in cordibus hominum in quibus charitas Dei diffunditur per spiritum sanctum, vt dicitur Roma. 5. Sed secundario etiam in membris corporalibus, inquantum exequuntur opera charitatis. Vnde, in Psal. 83. dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: ne hanc dignitatem sibi ascriberent, subdit; *Quem habetis a Deo non ex uobis*. Vnde, Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, Et Act. 5. Spiritum suum dedit obedientibus sibi. Secundo, ponit dignitatem quam habent corpora nostra ex redemptione sanguinis Christi, dicens; *Et non estis uestri* sed Iesu Christi, secundum illud Ro. 14. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus 2. Cor. 5. Qui viuit, iam non sibi viuat: rationem huius assignat, dicens; *Empti estis pretio magno* & ideo serui estis eius qui vos redemit de seruitute peccati. Vnde, infra 7. dicitur, Qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio enim empti estis, & in Psal. 30. Redemisti me domine Deus veritatis. Dicitur autem pretium redemptionis magnum, quia non est corruptibile, sed æternam habens virtutem, cum sit sanguis ipsius, Dei æterni. Vnde, 1. Petr. 1.

† lib. retra. 1. cap. 19.

Redempti

Redempti estis de vana vestra conuersatione, non corruptibilibus auro vel argento, sed sanguine agni immaculati, & incontaminati, Iesu Christi. Tertio, infert conclusionem intentam, dicens; *Glorificate ergo & portate Deum, in corpore uestro*. Quia enim membra vestra sunt templum Dei, in corpore vestro nihil debet apparere, nisi quod ad gloriam Dei pertinet, & hoc est glorificare Deũ, in corpore vestro, quia in Psalm. 28. dicitur, In templo eius omnes dicent gloriam. Exod. vlt. dicitur, Operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria domini impleuit illud: quia vero nõ estis vestri, sed estis serui Dei, debet corpus vestrum portare Deum, sicut æquus, vel aliud animal portat dominum suum. Vnde in Psalm. 12. dicitur, Vt iumentum factus sum apud te. Portat autem corpus nostrum dominum, inquantum diuino ministerio deputatur: sic ergo homo debet vitare, ne in corpus suum peccet, fornicando, quod est contra gloriam Dei, & contra ministerium, quod corpus nostrum debet Deo.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus reprehendit fornicarium, & sustinentes eum. Hic accedit ad tractandum de matrimonio. Et circa hoc tria facit. Primo, determinat de coniugatis, & matrimonio iunctis. Secundo, de virginibus, ibi; *De uirginibus autem &c.* Tertio, de viduis, ibi; *Mulier alligata est &c.* Circa primum duo facit. Primo, instruit eos, qui non sunt matrimonio iuncti, vtrum. s. debeant matrimonium contrahere. Secundo, manifestat, quod dixerat, ibi; *Hoc autem dico &c.* Circa primum duo facit. Primo, manifestat quid circa hoc sit per se bonum. Secundo, quid necessarium, ibi; *Propter fornicationem autem &c.* Circa primum, considerandum, quòd in detestationem fornicationis, contra quam locutus iam fuerat, aliqui non habentes zelum Dei, secundum scientiam, intantum procedebant, quòd etiam matrimonium condemnabant, secundum illud. 1. Tim. 4. In hipocrisi loquentium mendacium prohibentium nubere. Et quia hoc durum Corinthiis videbatur fidelibus, super hoc Apostolo scripserunt, eius sententiam requirentes, & ideo Apostolus eis respondet, Ita reprehendi ea, quæ facitis; *De quibus autem scripsistis mihi*, respondeo, quantum ad matrimonium, bonum est homini mulierem non rangere. Circa quod notandum, quòd mulier data est viro ad adiutorium generationis: & in hoc differt vis generatiua a nutritiua, quia vis nutritiua deseruit homini ad conseruationem indiuidui. Vnde bonum est homini nutrimento vti, quia per hoc eius vita conseruatur: generatiua autem non deseruit homini ad conseruationem indiuidui, sed ad conseruationem speciei. Vnde non potest dici, quòd; *Bonum est homini*, ad suum indiuiduum; *Mulierem tangere*. Primo quidem, quantum ad animam, quia vt August. † dicit in Soliloquiis, Nihil sic deiicit animam ab arce virtutis suæ, sicut contactus ille corporum, sine quo vxor haberi non potest, & ideo. Exod. 19. dicitur populo accepturo legem Dei, Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. 1. Reg. 21. dixit Abimelech id Dauid, Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, manducent panem sanctum. Secundo, quantum ad corpus, quod vir subiicit per matrimonium potestati vxoris, se ex libero seruum constituens. Seruitus autem hæc, præ omnibus aliis est amara. Vnde & Eccles. 7. dicitur, Inueni amariorem morte mulierem. Tertio, quantum ad res exteriores, quarum occupatione necesse est hominem implicari, qui habet vxorem, & filios nutriendos, cum tamen dicatur. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus vt ei placeat, cui se probauit. Deinde cum dicit; *Propter fornicationem &c.* Ostendit, quid circa hoc sit necessarium. Primo, quantum ad contractum matrimonii. Secundo, quantum ad actum matrimonii iam contracti, ibi; *Vxori uir debitum &c.* Circa primum considerandum est, quòd actus generatiuæ virtutis, ordinatur ad conseruationem speciei per generationem filiorum, & quia mulier data est viro in adiuorium generationis. Prima necessitas tangendi mulierem, est propter procreationem filiorum. Vnde Gene. 1. dicitur, Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis Deus & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, sed hæc necessitas fuit circa institutionem humani generis, quandiu oportuit multiplicari populum Dei per successionem carnis. Sed Apostolus considerans humanum genus iam multiplicatum, & populum Dei, iam esse augmentatum, non propagatione carnis, sed generatione, quæ est ex aqua, & spiritu sancto, vt dicitur Ioann. 3. prætermisit hanc necessitatem, qua scilicet primitus institutum fuerat matrimonium, in officiũ naturæ, & proponit secundam necessitatem, secundum quã institutum est in remediũ culpæ. Quia enim carnalis concupiscentia, adhuc post baptismum in fidelibus remanet, licet non dominetur, instigat homines maxime ad actus venereos, propter vehementiam delectationis. Et quia maioris virtutis est, totaliter hanc concupiscentiam superare, quàm possit hominibus conuenire, secundum illud Matt. 19. Non omnes capiunt verbum hoc. necessarium est, quòd in parte concupiscentiæ cedatur, & in parte superetur, quod quidem fit, dum actus generationis ratione ordinatur, & non totaliter homo concupiscentia ducitur, sed magis concupiscentia subditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis, quòd homo vtatur generationis actu, secundum quod conuenit generationi, & educationi filiorum: hoc autem in brutis animalibus inuenitur, quòd in quibuscumque speciebus animalium, sola fœmina non sufficit ad educationem prolis, masculus simul nutrit prolem cum fœmina, & ad hoc exigitur, quòd masculus cognoscat propriam prolem: & ideo in omnibus talibus animalibus, vt patet in columbis, turturibus & huiusmodi, naturaliter indita est solicitudo de educatione prolis, & propter hoc, in huiusmodi non sunt vagi, & indifferentes concubitus, ex quibus sequeretur incertitudo prolis, sed masculus determinatus, determinatæ fœminæ coniungitur, non indifferenter quælibet cuilibet: sicut accidit in canibus, & aliis huiusmodi animalibus, in quibus sola fœmina nutrit prolem. Maxime autem in specie humana masculus requiritur ad prolis educationem, quæ non solum attenditur, secundum corporis nutrimentum, sed magis, secundum nutrimentum animæ, secundum illud Heb. 12. Patres, quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, & ideo ratio naturalis dictat, quòd in specie humana non sint vagi, & incerti concubitus, quales sunt concubitus fornicarii, sed sint determinati viri ad determinatam fœminam, quæ quidem determinatio fit per legem matrimonii. Sic igitur triplex bunum habet matrimonium, primum quidem quod est in officium naturæ, prout scilicet ordinatur ad generationem, & educationem prolis, & hoc bonum, est bonum prolis. Secundum bonum habet, prout est in remedium concupiscentiæ, quæ scilicet coarctatur ad determinatam personam, & hoc bonum dicitur fides, quam scilicet vir seruat vxori suæ non accedens ad aliam, & similiter vxor viro. Tertium bonum habet, prout in fide contrahitur Christi, quod quidem bonum dicitur sacramentum, inquantum significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, secundum illud Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & ecclesia: hoc est ergo, quod dicit, Dictum est, quod; *Bonum est homini mulierem non tangere*, sed quia ad hoc bonum, non sunt omnes homines idonei, vnusquisque vx; *Propter fornicationem*, scilicet vitandam; *Suam uxorem habeat*, idest, sibi determinatam, vt tollantur vagi, & incerti concubitus, quod pertinet ad fornicationem. Vnde & Prouerb. 5. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Et postea subditur, Quare seduceris fili mi ab aliena? Deinde cum dicit; *Vxori vir debitum reddat &c.* Agit de vsu matrimonii contracti. Et primo agit de debito reddendo. Secundo, de debiti intermissione, ibi; *Nolite fraudare &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit, dicens; Dictum est quòd; *Vir habeat uxorem*, & vxor virum, habendi autem hæc est ratio, vt vir; *Reddat debitum uxori*, scilicet de suo corpore per carnalem commistionem, similiter autem; *Et uxor uiro*, quia quantum ad hoc ad paria iudicantur. Vnde mulier non est formata de pedibus viri tanquam ancilla, nec de capite tanquam domina, sed de latere tanquam socia, ut legitur Gen. 2. Vnde & mutuo, debent sibi debitum reddere, secundum illud Rom. 14. Reddite omnibus debita. Secundo, assignat debiti rationem, dicens; *Mulier non habet potestatem sui corporis*, scilicet ad actum generationis, vt scilicet possit proprio arbitrio vel continere. s. vel alteri se tradere; *Sed uir*, scilicet hẽt potestatem sui corporis, quantũ. s. ad vsum carnalis copulæ: & ideo vxor debet viro proprii corporis officium offerre; *Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier &c.* Vnde & ipse debet sui corporis officium offerre vxori, legitimo impedimento cessante. Vnde & Gene. 2. dicitur, Adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Deinde cum dicit; *Nolite fraudare inuicem &c.* Agit de intermissione debiti reddendi.

Et primo, ostendit qualiter intermitti debeat actus coniugalis. Circa quod, docet vnum esse cauendum, ne. s. hoc per fraudem fiat, dicens; *Nolite fraudare inuicem*, vt scilicet velit vir continere inuita vxore, aut etiam econuerso. Quòd Apostolus fraudem nominat, quia vnus subtrahit alteri, quod ei debetur, quod ad fraudem pertinet, non minus in actu matrimonii, q̃ in aliis rebus. Vnde & Prouerb. 12. dicitur, Non inueniet fraudulentus lucrum: quia scilicet ille, qui tali fraude continentiã Deo offert, non lucratur meritum vitę æternæ. Sicut enim dicit Aug. † non vult Deus tale lucrum tali damno compensari, vt dum vnus coniugum continet altero inuito, ille incidat in damnabiles corruptelas. Tria autem docet obseruanda in tali intermissione: quorum primum est, vt fiat ex communi consensu. Vnde dicit; *Nisi forte ex consensu*. Vnde dicitur Eccle. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata corã Deo & hominibus. Concordia fratrũ: & amor proximorum: vir & mulier bene sibi consentientes. Secundum est vt sit ad certũ tempus. Vnde subdit; *Nisi forte ad tempus*, secundum illud Eccle. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tertium est, vt hoc fiat propter debitum finem. s. causa spiritualium actuum, ad quos continentia reddit magis aptos. Vnde subdit; *Vt uacetis orationi*, secundum illud Ioel. 2. Sacrificium & libamen domino Deo nostro. Et postea subdit. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Secundo, agit de reiteratione coniugalis actus: & primo ponit documentum, dicens; *Iterum reuertimini in idipsum*, vt. s. vobis inuicem debitum reddatis, finito tempore orationis. Vnde & 3. Reg. 8. dicitur, Quòd celebratis dedicationis solemniis, profecti sunt in tabernacula sua lætantes. Secundo, assignat rationem documenti: Non enim hoc dicit, quasi sit necessarium ad salutem, sed ad periculum vitandum. Vnde subdit; *Ne tentet uos Sathanas*, idest, ne sua tentatione vos prosternat, sicut etiam dicitur. 1. Thes. 3. Ne forte vos tentauerit is, qui tentat, & inanis sit labor noster. Tentatio autem Sathanæ, non est fortibus timenda, de quibus dicitur, 1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Est autem timenda debilibus. Vnde subdit; *Propter incontinentiam vestram*, idest, propter pronitatem ad incontinentiam, ex quo contingit, quòd diabolus hominem tentando prosternit & prouocatur ad tentandum, secundum illud. 1. Pet. vlt. Circuit, quærens, quem deuoret. Deinde cum dicit; *Hoc autem dico &c.* Manifestat, quo sensu prædicta sunt accipienda. Et primo facit, quod dictum est. Secundo, rationem assignat, ibi; *Volo autem &c.* Tertio, exponit quod dixerat, ibi; *Dico autem &c.* dicit ergo primo, Dixi, quòd vnusquisque suam vxorem habeat & vna quæque mulier virum suum, & iterum quòd post continentiam determinati temporis, iterum reuertamini in idipsum; *Hoc autem dico secundum indulgentiam*, idest, parcens infirmitati vestræ; *Non secundum imperium*, quasi s. vobis necessarium ad salutem. Subditis enim sunt quædam eorum infirmitati indulgenda, & non ad bona imperio cogendi. Vnde contra quosdam prælatos dicitur Ezech. 34. Cum austeritate imperebatis eis, & cum potentia, & dispersi sunt greges mei. Sed videtur Apostolus inconuenienter loqui. Indulgentia enim non est nisi de peccato. Per hoc ergo quòd Apostolus, secundum indulgentiam se dicit matrimonium concessisse, videtur exprimere, quòd matrimonium sit peccatum. Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo vt indulgentia sumatur hic pro permissione. Est autem duplex permissio. Vna quidem de minus malo, sicut dicitur Matth. 19. Quòd Moyses permisit Iudæis dare libellum repudii, propter duritiam cordis eorum. s. ad vitandum vxoricidium, ad quod erant proni. Talis enim permissio non fit in nouo testamento propter sui perfectionem, secundum illud Heb. 6. Ad perfectum feramur. Alia autem est permissio de minus bono, cum, scilicet, homo præcepto non cogitur ad maius bonum, & hoc modo Apostolus hic indulget, idest, permittit matrimonium, quod est minus bonum, quàm virginitas, quæ non præcipitur, quæ est maius bonum. Alio modo potest accipi indulgentia prout respicit culpam, secundum illud Esa. 26. Indulsisti domine, indulsisti genti. Et secundum hoc, indulgentia refertur ad actum coniugalem, secundum quòd habet annexam culpam venialem, tamen propter bona matrimonii, sine quibus esset mortalis. Vnde considerandum est, quòd actus coniugalis, quãdoq; quidem est meritorius, & absq; omni culpa mortali, vel veniali, puta cum ordinatur ad bonũ prolis procreandæ, & educandæ ad cultum Dei. Sic enim est actus religionis. Vel cum fit causa reddendi debitum, sic enim est actus iustitiæ. Omnis autem actus virtutis est meritorius, si fit cum charitate. Quandoque vero est cum culpa veniali. s. cum quis ad actum matrimonialem ex concupiscentia excitatur, quæ tamen infra limites matrimonii sistit, vt scilicet cum sola vxore sit contentus. Quandoque vero est culpa mortalis, puta cum concupiscentia fertur extra limites matrimonii, scilicet cum aliquis accedit ad vxorem æquæ libenter, vel libentius ad aliam accessurus. Primo ergo modo, actus matrimonii, non requirit indulgentiam. Secundo modo, habet indulgentiam inquantum aliquis consentiens concupiscentiæ in vxorem, non fit reus peccati mortalis. Tertio modo, omnino indulgentiam non habet. Deinde cum dicit; *Volo autem &c.* Assignat rationem eius, quod dixerat, & primo quare non loquatur secundum imperium. Secundo, quare loquatur secundum indulgentiam, ibi; *Sed unusquisque &c.* Circa primum considerandum est, quòd nullus sapiens præcipit illud, cuius contrarium magis vult fieri. Ideo Apostolus non præcipit, q̃ homines matrimonium contrahant, vel matrimonio contracto vtantur, quia magis vult, q̃ homines contineant, & hoc est, quod dicit, *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*. vt scilicet contineant, sicut ego contineo. Et similiter dicit Act. 26. Opto apud Deum omnes, qui audiunt fieri tales, qualis ego sum. Sed contra hoc videtur esse, quia si omnes homines continerent, sicut Apostolus continebat, cessasset generatio, & sic non fuisset impletus numerus electorum, quod erat contra dispositionem diuinam. Dicunt quidam, quòd Apostolo reuelatum erat, quòd si omnes homines saluarentur in continentia viuentes, sicut ipse viuebat, sufficiebat ad implendum numerum electorum. Sed hoc nulla authoritate fulcitur, & ideo potest dici, quòd Apostolus volebat omnes homines esse continentes, quia scilicet, volebat hoc de singulis, non tamen volebat, quòd omnes simul continerent. Vel potest dici, & melius, q̃ volebat omnes homines esse continentes, voluntate antecedente, sicut ipse dicit. 1. Timo. 2. Quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, non autem voluntate consequente, qua Deus vult quosdam saluare, scilicet prædestinatos, & quosdam damnare, scilicet reprobatos, secundum illud Malac. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Est autem voluntas antecedens de eo, quod absolute consideratum, est melius: sicut omnes homines esse saluos, vel continentes: voluntas autem consequens est de eo, quod est melius, consideratis circunstantiis personarum, & negociorum, & secundum hoc Deus vult quosdam damnari, & Apostolus, quosdam matrimonio iungi. Deinde cum dicit; *Sed unusquisque*. Assignat rationem, quare secundum indulgentiam matrimonium permiserit, quia scilicet, non quilibet tantæ virtutis donum accepit a Deo, vt scilicet, possit totaliter continere, sicut & dominus dixit Mat. 19. Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui capere potest, capiat: & hoc est quod dicit, vellem quidem omnes esse continentes; *Sed unusquisque proprium*, idest, secundum certam mensuram; *Habet donum ex Deo: alius quidem sic*, puta vt in virginitate Deo seruiat; *Alius uero sic*, idest, ut Deo seruiat in matrimonio, secundum illud Matt. 25. Vni dedit quinque talenta, alii vero duo, alii vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. Et Sap. 8. Sciui quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientię, scire cuius esset hoc donum. Deinde cum dicit; *Dico autem &c.* Exponit, quod obscure dixerat, & primo, quantum ad hoc, quod dixerat; *Volo omnes homines esse sicut meipsum*, quia scilicet, hoc est absolute melius. Vnde dicit; *Dico autem*, scilicet, exponendo; *Non nuptis*, idest, virginibus; *Et uiduis, bonum est illis si sic permanserint*, scilicet, continentes; *Sicut ego*, secundum illud Sap. 4. Quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Secundo, quantum ad hoc quod dixerat; *Sed unusquisque &c.* quasi dicat: quia non quilibet hoc donum accepit a Deo ut contineat. Vnde dicit; *Quod si non continent*, idest, si donum continendi non acceperunt; *Nubant*, idest, matrimonio iungantur, secundum illud. 1. Tim. 5.

Cap. vii. Lec. i.

DE quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque uirum suum habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor uiro. Mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir. Similiter autem & uir, sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico, secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem omnes uos homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego: quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.

Epist. 199.

Lib. 1. c. 1.

Volo iuuenes nubere: & assignat rationem subdens; *Melius est enim nubere quam uri*, idest concupiscentia superari. Concupiscentia enim est calor quidam noxius qui ergo concupiscentia impugnatur, calescit quidem, sed non vritur, nisi humorem gratiæ perdat a concupiscentia superatus. Vnde Iob. 31. dicitur, Ignis est vsque ad cõsumationẽ deuorans & vniuersa eradicãs germina. Est autem hic attendendum, ꝙ Apostolus vtit abusiua comparatione. Nam nubere bonum est, licet minus, vri autem est malum. Melius est ergo, idest magis tolerandum, quòd homo minus bonum habeat, quàm quòd incurrat incontinentiæ malum, & hoc est quod supra dixit, Propter fornicationem scilicet vitandam vnusquisque suam vxorem habeat, &c. Et postmodũ, Ne tentet vos Sathanas ꝑ incontinentiã vestrã.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus posuit documenta de contractu matrimonii: hic instruit eos qui iam matrimonium contraxerunt de matrimonio non dissoluendo: & primo, docet eos qui sunt in matrimonio iuncti, vt in matrimonio maneant: secundo, ponit vtilem doctrinam quantũ ad omnes status, vel conditiones hominum. ibi; *Vnumquemque sicut uocauit Deus &c.* Circa primum duo facit, primo, agit de indissolubilitate matrimonii quãtũ ad eos, qui sunt vnius cultus, secundo quantum ad eos qui sunt in dispari cultu, ibi; *Nam cæteris ego dico &c.* Circa primum duo facit, primo, ponit præceptum de indissolubilitate matrimonii: secundo, docet quid sit seruandum, quando matrimonium quodammodo separatur, ibi; *Quod si discesserit &c.* Dicit ergo primo, Dixi non nuptis, idest virginibus & viduis, quòd melius est eis, si sic permãserint; *His autem qui matrimonio sunt coniuncti* non patet eadem conditio: his enim; *Præcipio non ego*, scilicet indicta mihi authoritate; *Sed dominus* hoc præcepit, dicens, Matt. 19. Quos Deus coniunxit, homo nõ separet, præcipio inquam; *Vxorem a uiro non discedere*, & sub intelligendum est, excepta causa fornicationis, quam Christus excepit: & hic tacetur, quia notissima est. Hanc solam excepit dominus, cæteras omnes molestias iubet pro fide coniugii fortiter sustineri. Matt. 19. Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mechatur. Hoc autem quod dicitur hic secundum Glo. Aug. †intelligitur de coniunctis matrimonialiter, quorum vterque fidelis est; *Quod si discesserit*, scilicet propter causam fornicationis; *Præcipio* inquam; *Manere innuptam* viuente marito, quia si soluitur matrimonium quo ad thorum, non tamen quo ad vinculum; *Aut uiro suo reconciliari*, scilicet si vir, non cõtinet, & similiter; *Vir uxorem non dimittat*, nisi ob causam fornicationis. Similis forma in viro & in muliere seruatur. Vnde supplendum est quod de vxore præmisit, scilicet quòd si omninò dimiserit, non ducat aliã, vel reconcilietur vxori. Sed cõtrariũ vt dicere. Ambro. sup hũc locũ, vnde dicit, Ideo non subdit de viro, sicut de muliere. quia licet viro aliam ducere, quia inferior non omnino hac lege vtitur, qua & superior. Sed magister dicit a falsariis esse appositum, & ideo nullatenus est tenendum. Notãdum est hic, quòd septem sunt casus in quibus vir non potest ob causam fornicationis vxorem dimittere. Primus casus, quando ipsemet eam prostituit. Secundus, quando ipse cum alia fornicatus fuerit. Tertius, quando ipse ei occasionem fornicandi dedit, vt quia non vult reddere debitum. Quartus, quando ipsa credẽs probabiliter virum mortuum, alteri nupsit. Quintus, quando violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextus, quando sub specie viri sui ab altero cognita fuit. Septimus, quãdo fuit a viro post adulterium manifeste deprehensum, nihilominus retenta. Deinde cum dicit; *Nam cæteris dico &c.* Agit de inseparabilitate matrimonii personarum disparis cultus, cum alter est fidelis, alter non. Vbi primo dicit quòd fidelis non dimittat infidelem, volentem sine contumelia creatoris cohabitare, secundo, quòd si non vult fidelis non tenetur eum sequi, sed potest alteri nubere, ibi *Quod si infidelis discedit &c.* Tertio, quòd nisi infidelis prior recedat, fidelis debet patienter commanere, ibi; *Vnde enim mulier &c.* In prima, primo ponit admonitionem. Secundo, admonitionis rationem, ibi; *Sanctificatus est enim &c.* In prima, primo loquitur generaliter tam viris quàm fœminis. secũdo, specialiter viris, ibi; *Siquis frater &c.* tertio specialiter fœminis ibi; *Et si qua mulier etc.* Dicit ergo, *Nam cæteris*, idest vbi non vterque fidelis est, sed alter fidelis, alter infidelis, *Dico ego* consulendo non præcipiendo

De adult. coniug. ad poll. lib. 2. cap. 8.

IS autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nõ ego, sed dominus, vxorem a uiro non discedere. Quòd si discesserit manere innuptam: aut uiro suo reconciliari: & uir uxorẽ non dimittat. Nam cæteris dico ego nõ dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, Et siqua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cũ illa, nòn dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir ingressor secundum Glo. Deinde cum dicit; *Et siqua mulier* hic loquitur specialiter fœminis, vbi primo supponit fidem in aliquo, cum dixit; *Et siqua mulier*. Secundo infidelitatem in altero, cum addit; *Virum infidelem*. Tertio infidelis voluntatem cohabitandi, ibi; *Et hic consentit*. Quarto consulit fideli commanere illi, ibi; *Non dimittat*. Dicit ergo, *Et similiter siqua mulier fidelis habet uirum infidelem, & consentit habitare cum illa*, sine contumelia creatoris: nam si nollet cohabitare sine cõtumelia nominis Christi, debet fidelis eum dimittere, quia contumelia creatoris soluit matrimonium secundum Glo. & potest fidelis contrahere, si inq̃ ita est, *Non dimittat uirum*: consilium est, non præceptum: licet enim infidelem fideli dimittere, sed tunc non expediebat. Deinde cum dicit; *Sanctificatus est uir.* posita admonitione, hic ponit admonitionis rationem, vbi allegat exemplum. Secundo periculum, ibi; *Alioquin &c.* Tertio fructum ibi; *Nunc autem sancti &c.* In prima, primo exemplificat de viro infideli, secundo de muliere, ibi; *Et sanctificata est mulier &c.* Dicit ergo *Sanctificatus est* quasi dicat, fidelis infidelem volentem cohabitare, non dimittat, hoc ideo dico; *Sanctificatus est enim &c.* Hoc dupliciter legitur. Primo modo sic, *Sanctificatus est enim uir infidelis*, aliquando *Per mulierem fidelem*, idest aliquando contingit quòd vnus per alium conuertitur ad fidem, & sic sanctificatur, & hoc iam forte contingerat, sicut Sisinnius per Theodorã Romæ, tempore Clementis conuersus est, & similiter *Sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem*, scilicet per ipsius admonitionem & doctrinã. Alio modo legitur sic, Ita fidelis infidelẽ non dimittat; *Sanctificatus est enim uir &c.* idest nullam immunditiam contrahit fidelis ex cohabitatione vel ex commixtione cum infideli, sed seruat veram pudicitiam secundum August. Deinde cum dicit, *Alioquin filii &c.* Hoc legitur dupliciter: vno modo, de filiis nascituris. Vlio modo de iam natis. Primo modo sic, *Alioquin*, scilicet si discediti, & vos aliis copulatis: *Filii uestri*, qui de hac copula nascerentur *Immundi essent*, scilicet spurii, quia non de legitimo matrimonio. Nunc autem si permanetis, *Sancti sunt*, idest mundi, quia legitimis coniugiis nati. Secundo modo legitur sic; *Alioquin* scilicet si discediti; *Filii uestri* iam nati *Immundi essent* idest in infidelitate remanerent, sequentes scilicet maiorem partẽ quę tunc erat infidelium; *Nunc autem si permanetis sancti sunt* idest Christiani fiunt. Deinde cum dicit; *Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem*, Thema in festo beatæ Cęciliæ, quæ conuertit virum suum ad fidem. Inter omnia quæ regunt hominem in via salutis, præcipium est sequi societatem sanctorum. Hoc ostẽdit Psalmista verbo, cum dicit, Cum sancto sanctus erit &c. Hoc ostendit Cecilia facto, secundum quod hic dicitur; *Sanctificatus est uir &c.* In quibus verbis tria commendant ipsam, scilicet natura, gratia, & doctrina. Natura humana, quæ notatur in muliere: Gratia, quæ notatur in viri sanctificatione, vt sibi sit nobilis per naturam, Deo humilis per fidem, proximo vtilis per doctrinam: doctrina enim redditur commendabilior consideranti actũ obiectum, & oppositum. Actus est sanctificare, obiectum est viri oppositum est infidelitas. Infidelitas est culpa tenacior: virilitas sexus robustior: sanctificare actus difficilior. Et tamen cum esset mulier per doctrinam suam conuertit incredulum, emolliuit robustũ, maudauit immundũ, & sic sanctificauit infidelem virũ. Multæ vero sunt proprietates mulieris cõmendabiles, quæ huic cõueniũt, vt sint tres ꝓprietates quo ad actũ eordis tres quo ad actũ oris, & tres quo ad actũ opis. Tres primę sunt sapiẽtia ex parte rationalis, Prouer, 9. Sapiens mulier ædificat sibi domum. Mũditia ex parte cõcupiscibilis. Eccl. 40. Ædificatio ciuitatis cõfirmabit nomen, & super eam mulier immaculata cõputabitur. Constantia ex parte irascibilis. Ruth, 3. Scit omnis populus te esse mulierem virtutis &c. Tres secundæ sunt modestia contra multiloquium. Eccl. 26. Mulier sensata & tacita, non est immutatio animæ eruditæ. Veritas cõtra mẽdacium. Iudith 8. Omnia quæ locuta es, vera sunt. Discretio contra Stultiloquium.

1. Reg. 25.

1. Reg. 25. Erat mulier prudentissima, & speciosissima. Iudith. 11. Non est talis mulier super terram in aspectu, & in pulchritudine, & in sensu verborum. Tres vltimæ sunt sanctimonia in facto. Iudith. 8. Ora pro populo, quia mulier sancta es. Verecundia in signo. Eccle. 26. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Gratia in conuersando. Prouerb. 11. Mulier gratiosa inueniet gloriam. Propter eminentiam horum dicitur de beata virgine Maria, Benedicta tu in mulieribus.

LECT. LII.

SVPERIVS ostendit, quòd fidelis non debet dimittere infidelem cohabitare volentem, hîc autem dicit, quòd si non vult cohabitare, non tenetur fidelis eum sequi: sed potest alteri nubere: vbi primo, ponitur ipsa concessio, secundo concessionis ratio duplex, prima est libertas, ibi; *Non est enim seruituti &c.* Secunda est pacis tranquillitas, ibi; *In pace autem &c.* Dicit ergo; *Quod si infidelis*, vel mulier; *Discedit*, a fideli, odio fidei; *Discedat*: & potest fidelis, qui dimittitur contrahere. primum enim matrimonium dissolubile erat, quia nunquam fuit ratum; *Non enim seruituti*, scilicet coniugali; *Subiectus est frater aut soror*, fidelis, idest, non cogitur sequi infidelem odio fidei discedentem, sicut dicit Glo. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis; *In pace autem*, quasi dicat. Ideo discedat fidelis, quia; *In pace uocauit nos Deus*, i. ideo non debemus litigare, cum eo qui odio fidei discedit. Vel sic, Quàmuis ita sit, quòd fidelis non est subiectus seruituti, nihilominus tamen non debet occasionem discordiæ, & dissidii præbere, sed pacem seruare; *In pace autem uocauit nos Deus*. Non est enim Deus dissensionis, sed pacis, infra. 11. Deinde cum dicit; *Vnde enim scis mulier &c.* hîc dicit, quòd si infidelis non discedat, fidelis debet patienter commanere. Ad quod allegat, primo spem alienæ conuersionis. Secundo, permanentiam in statu propriæ vocationis, ibi; *Vnumquemque sicut uocauit Deus &c.* Tertio, exemplum in ritu conuersationis, ibi; *Circuncisus aliquis &c.* Quarto, exemplum in statu conditionis, ibi; *Seruus uocatus es &c.* In prima, primo innuit, quòd mulier fidelis commanendo, virum ad fidem potest conuertere. Secundo, quòd similiter vir fidelis mulierem infidelem potest saluare, ibi; *Aut unde scis hoc uir, &c.* Tertio, quòd ideo debent patienter commanere, ibi; *Nisi vnicuique &c.* Dicit ergo; *Vnde enim scis*, quasi dicat, vere debet manere fidelis cum infideli, quia vnde scis, idest, scire potes, o tu *mulier* fidelis; *Si virum* infidelem *saluum facies*, eum scilicet commonendo, & conuertendo ad fidem, quasi dicat, hoc potest contingere. Ambros. †hoc ideo dicit, quia forsan potest credere, qui horret nomen Christi; *Aut vnde scis*, idest, scire potes ò tu *vir* fidelis; *Si mulierem* infidelem *saluam facies*, eam ad fidem conuertendo, quia hoc sperare debes. *Nisi unicuique*, hoc dupliciter legitur. vno modo sic, Vnde scis hoc, *nisi* ita habeas te, supple ad tuum comparem, *sicut dominus diuisit unicuique*, scilicet viro præesse, & mulieri subesse. Secundo, modo sic, Vnde scis hoc nisi, supple, patienter expectes fieri, *sicut diuisit dominus unicuique*, id est, ordinauit de vnoquoque quando credat, & quando saluetur. Ergo tu debes expectare, & commanere. Rom. 12. Vnicuique sicut diuisit dominus. Deinde cum dicit; *Vnumquemque sicut uocauit &c.* hîc ostendit, quòd fidelis debet manere, cum infideli coniuge, allegans permanentiam in statu propriæ vocationis. Primo ergo allegat diuinam vocationem. Secundo, suam authoritatem, ibi; *Sicut in omnibus ecclesiis &c.* Dicit ergo; *Vnumquemque*, quasi dicat, & quomodo scis hoc, ò vir & mulier, nisi quilibet *ambulet* perseueranter: *ita sicut Deus uocauit unumquemque*, idest, in eo statu in quo Deus vocauit vnumquemque, non autem quomodo sint, quasi dicat, & hoc ita prædico in ecclesia vestra, sicut in omnibus ecclesiis, Turpis enim est pars, quæ suo toto non conuenit. Est ergo sua ratio talis, Vnusquisque debet manere, in eo statu in quem Deus vocauit, ergo si vocauit aliquos in coniugium, debent manere in ipso. Haymo, Si habeas vxorem maneas cum ea, & si non habeas, ducere non concupiscas. Deinde cum dicit; *Circuncisus aliquis &c.* hîc ponit exemplum: vbi primo ponit ipsum exemplum. Secundo, exempli rationem, ibi; *Circuncisio enim nihil est*. Tertio, regulam generalem, ibi; *Vnusquisque in qua vocatione*. Ponit autem exemplum in ritu viuendi: primo Iudæorum: secundo Gentilium, ibi; *In præputio aliquis uocatus est &c.* Dicit ergo; *Circuncisus es &c.* quasi dicat, vnusquisque ambulet in eo statu in quo vocatus est; verbi gratia; *Circuncisus quis uocatus est*, idest, in ritu Iudaico; *Non adducat*, idest, non cogatur adducere; *præputium*, idest, ritum Gẽtilium; *In præputio*, idest, in ritu Gentili; *Quis uocatus est, non circuncidatur*, idest, non cogatur ad ritus Iudaicos. Augu. †Seruat vbique Apostolus, construere ecclesias, siue Iudæorum, siue Gentilium: nunquã enim aufert consuetudinem, quæ seruata, non impedit salutem, ergo si coniugium non impediat, debent vocati in coniugio, commanere. Deinde cum dicit; *Circuncisio enim nihil est*, hîc subdit rationem exempli, quæ talis est. Ritus non impediens salutem, non debet mutari propter vocationem ad fidem, sed ritus tam Iudaicus, quàm Gentilis est huiusmodi, ergo &c. A simili ergo arguit in matrimonio. Primo ergo tangit, quod est ad salutem indifferens: secundo, quod est necessarium, & expediens, ibi; *Sed obseruatio mandatorum &c.* Dicit igitur; *Circuncisio nihil est*, idest, nihil prodest; *Et præputium nihil est*, idest, nihil prodest vel obest: quasi dicat talis, vel talis ritus viuendi, nihil proficit ad salutem. Gal. vlt. In Christo Iesu, nec circuncisio, aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. Ambro. †Ad salutem nec prodest, nec obest Iudaicus, aut Gentilis ritus; *Sed obseruatio mandatorum Dei*, aliquid prodest. Sapien. 6. Custoditio legum, consummatio est incorruptionis. Deinde cum dicit; *Vnusquisque in qua vocatione &c.* hîc concludit regulam generalem, dicens; *Vnusquisque &c.* quasi dicat, Ita Gentilis, non inducatur ad circuncisionem, nec econuerso: sed potius vnusquisque in qua conditione vocatus est in ea, scilicet conditione vocationi, non repugnante; *In ea permaneat*, & in qua, non a qua in Glo. Aug. †hoc enim ad eas consuetudines, vitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisq; moribus: sicut enim coniunx, sic & latro ad fidem vocatur. Sed ille in coniugio manet, non a coniugio reuocatur. Iste vero a latrocinio reuocatur, & in latrocinio non manet. Non enim necesse est vt coniuges desinant esse coniuges propter Christi fidem, sicut necesse est, vt latrones desinant esse latrones. Hîc quæritur super illud, Vxorem a viro non discedere, quare solam causam fornicationis dominus excipit, cæteras vero omnes molestias iubet fortiter sustineri. Contra, Leui. 13. Præcipit lex leprosum extra castra eiicere, ergo proꝓlepra debet vxor a viro discedere. Respondeo, licet possit ob lepram discedere a cohabitatione, non tamen a Thoro, quin aliquando teneatur reddere debitum, prope eam manendo. Item. Aut viro suo reconciliari. Contra, Deu. 24. dicitur, Quòd semel repudiata, non potest amplius reconciliari. Respondeo, Illud habebat locum in repudio legali, istud vero in diuortio euangelico. Lex enim erat sæueritatis, sed euangelium pietatis. Item super illud, Vir vxorem non dimittat. Glo. notabilis, non subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere. Contra Augu. †dicit ꝙ similis forma debet seruari in viro & muliere. Respondeo, Illud primum in libris Ambrosii, a falsariis creditur additum. Vel dicendum, quòd illud Ambrosii intelligitur in repudio, hoc autem in diuortio. Nam in repudio legali, licebat viro contrahere, non vxori, quia licebat antiquitus vni viro habere plures vxores, non econuerso, quia per repudium illud soluebatur matrimonium, non autem per diuortium. Item. Nam cæteris ego dico, non dominus. Contra, Matth. 9. Qui vos audit, me audit. Respondeo, non dominus dicit ore proprio, sed inspirando. Item super illud. Siquis frater habet vxorem. Glo. coniunx fidelis licite potest dimittere infidelem. Contra, catholica, non potest dimittere hæreticum. Glo. loquitur de infideli, qui caret sacramento fidei, non solum habitu. Item ibidem Glo. Non est reputandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est. Contra, ergo matrimonium contractum causa voluptatis, non est matrimonium. Respondeo, Extra decretum Dei, matrimonium contrahi dicitur, quando contrahitur inter personas lege prohibitas. Item, Si qua mulier habet virum infidelem &c. Contra, ergo Iudæa conuersa, non debet dimittere virum Iudæum, cohabitare volentem. Respondeo, secus est hodie, quàm tempore primitiuæ ecclesiæ, quia tunc

A

VÒD si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater uel fidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

LECTIO III.

Super hunc locum.

De adult. coniug. ad poll. c. 21.

Super hunc locum.

Epist. 119.

De adult. coniug. ad poll. lib. 2. cap. 8.

tunc erat spes conuersionis, nunc autem potius est spes subuersionis propter obstinationem infidelium. Item super illud, Quòd si infidelis discedat. Glo. Recte dimittitur mulier si dicat viro, non ero mulier tua, nisi de latrocinio diuitias mihi augeas. Contra. Matth. 19. Excipitur sola causa fornicationis. Respondeo, Tūc debet dimitti, ne scandalum ad tēpus exortum, sit in perpetuum. Item super illud. Non est enim seruituti subiectus. Glo. Contumelia creatoris, soluit ius matrimonii, in eo qui relinquitur. Cōtra, Matrimoniū semp est inter duos, ergo in vtroque soluitur vel in nullo. Respondeo, matrimonium soluitur in vtroque, sed impedimentum ex matrimonio resultās, manet in discedente solū. Itē. Circuncisio nihil est. Contra, Circuncisio q̄dem prodest si legem obserues. Respondeo, ante Christum proderat, sed post non prodest. Item super illud, Vnusquisque in qua vocatione. Glo. Ad salutem nihil prodest, vel obest Iudaicus, vel Gentilis ritus. Contra, Gal. 5. Si circuncidimini, Christus uobis nihil prodest. Responsio, Glo. loquitur de ritu conuersandi inter homines, non de ritu Deum colendi.

circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

Lectio IIII.

SEruus uocatus es, non sit tibi curæ. Sed, & si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter, qui liber vocatus est, seruus est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri

Lectio quarta.

SVperius ostendit, quòd si infidelis coniunx non discedat, fidelis debet patienter commanere. Primo, ad hoc allegando spem conuersionis infidelis. Secundo, permanentiam in statu propriæ vocationis. Tertio, exemplum in ritu conuersationis, hic. Quarto, allegat exemplum in statu conditionis. Vbi primo, ipsum exemplum ponit. Secundo, rationem exempli subdit, ibi; *Qui enim in domino &c.* Tertio, ex hoc regulam generalem concludit, ibi; *Vnusquisque ergo &c.* In prima, primo proponit in aliquo statum seruilem. Secundo, supponit libertatis possibilitatem, ibi; *Sed & si potes &c.* Tertio, horum preeminentiam ad salutem, ibi; *Magis vtere*. Dicit ergo; *Seruus &c.* quasi dicat, Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Verbi gratia; *Seruus uocatus es*, ad fidem, scilicet Christi; *Non sit tibi curæ*, vt scilicet velis seruitutem effugere. Vnde Onesymum seruum Phylemonis, qui ad cum confugerat, cum precibus remittit ad dominum, vt patet in Epistola ad Phylemonem: *sed potius si potes fieri liber*, maneas in seruitute, quia causa est humilitatis. Et sicut ait Ambrosius (In Psl. 118. Ser. 14.) Quanto quis despectior est in hoc seculo propter dominum, tanto magis exaltabitur in futuro. Gregorius, Quanto quis Deo pretiosior est: tanto propter eum vtilior. Boetius, Cum omnis fortuna timenda sit, magis tamen prospera, quàm aduersa.

Deinde cum dicit; *Qui enim in domino uocatus est &c.* hic subdit rationem exempli. Et primo, ponit rationem exempli ex parte seruorum. Secundo, ex parte liberorum, ibi; *Similiter qui liber est &c.* Et est ratio talis in generali. Seruitus & libertas sunt in domino ad salutem, sed solum debemus esse solliciti de pertinentibus ad salutem, ergo pro indifferenti debet esse nobis seruitus & libertas. Dicit ergo; *Qui enim in domino*, quasi dicat, & vere non debes curare, etenim, pro quia; *Qui in domino*, idest, in fide domini; *Vocatus est seruus*, seruitute corporali; *Libertus est domini*; quia scilicet a domino manumissus; liber est libertate spirituali. Est autem libertus a seruitute liberatus, & talis a seruitute peccati a domino est liberatus: ideo domini libertus. Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Deinde cum dicit; *Similiter qui liber uocatus est &c.* hic ponit rationem ex parte liberorum. Vbi primo, tangit in liberis cum seruis pro Christo debitam seruitutem. Secundo, seruitutis rationem, ibi; *Pretio empti*. Tertio, seruitutis obligationem, ibi; *Nolite &c.* Dicit ergo, *similiter &*; *Qui liber uocatus est*, libertate corporali; *Seruus est Christi*, seruitute spirituali. Rom. 1. Paulus seruus Christi Iesu &c. quia siue seruus, siue liber, omnes tamen serui, & hoc iustum est, quia *pretio emptio estis*. Hoc dicitur, quia pretio inæstimabili sanguine Christi. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vestra vana conuersatione &c. Et quia tanto; *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum*, postpo-

F nendo seruitium Dei, & vos humanis superstitionibus occupando, hoc enim faciebant isti, Supra. 1. Ego sum Pauli, ego autem Apollo; *Vnusquisque ergo*, & circuncisus & præputiatus, seruus & liber; *In quo* statu; *Vocatus est frater*, idest, fidelis; *In hoc permaneat apud Deum*, scilicet obseruando diuina mandata. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matth. 24. Ergo si coniugatus vocatus est ad fidem, maneat coniugatus seruando fidem.

serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.

Lectio V.

G DE virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecut⁹ a Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus

Lect. V.

A Principio huius cap. egit de matrimonio, hic incipit pars secunda, in qua agit de virginitate. Vbi primo, agit de virginibus. Secundo, de virginum custodib⁹, ibi; *Siquis autem turpem se uideri existimat, &c.* In prima, primo ponit virginibus permanendi in virginitate consilium. Secundo, nubentibus dat bene uiuendi modum, ibi; *Hoc itaque dico fratres &c.* Tertio, ostendit, quòd magis expedit seruare continentiæ propositum, ibi; *Volo autem vos sine solicitudine esse &c.* In prima parte virginitatem consulit & laudat. Secundo, matrimonium iam contractum con- H cedit & approbat, ibi; *Alligatus es uxori &c.* Tertio, matrimonium contrahendum defendit, & a peccato excusat, ibi; *Si autem acceperis vxorem &c.* In prima dicit duo de virginitate. Primo, quòd non est seruanda ex præcepto. Secundo, quòd est seruanda ex consilio, ibi; *Consilium autem do.* Vbi ponit duplicem rationem, quare illud consilium est seruandum. Prima est consiliarii authoritas. Secunda rei consultæ dignitas, ibi; *Existimo enim hoc bonum.* Dicit ergo; *De uirginibus &c.* quasi dicat, de coniugatis, non separandis præceptum Dei est; *De virginibus autem præceptum Domini non habeo*, ut scilicet cōtineant, vel vt nubant. Quod enim de hoc dixit dominus Matth. 19. dixit consulendo, Qui potest, inquit, capere capiat. Virginitas autem, secundum Aug. res est non præcepta: suaderi potest, imperari non potest. *Consilium autem do*, scilicet de continendo, consilium mihi a spiritu sancto inspiratum. Thob. 4. Consilium semper a sapiente perquire. *Consilium*, inquam, *do*, & hoc; *Tanquam consecutus a* I *domino misericordiam*, idest, apostolatum mihi misericorditer concessum. *Consecutus* inquam, ad hoc; *Vt sim fidelis* in dispensatione mihi credita. Vnde credendum est mihi in consiliis. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus. Haymo, Quia ei mandatum fuit ut esset fidelis consiliator, non debuit consilium indigentib⁹ abscondere, & est argumentum quòd est acquiescendum consilio prælati. Deinde cum dicit; *Aexistimo ergo &c.* hic tangitur dignitas eius, quod consulitur: & hæc duplex. Vna quia expediens bonum, secunda quia honestum, ibi; *Quoniam bonum est &c.* Dicit ergo; *Aexistimo &c.* quasi dicat, quia fidelis consiliarius sum; *Aexistimo ergo hoc bonum esse*, scilicet manere in uirginitate, & hoc; *Propter instantem necessitatem* coniugum, scilicet uitandam, quia multæ necessitates instant, Vnde dicuntur esse in mola. Luc. 17. Vnde uulgariter dicitur, quòd matrimonium habet magnum os; *Aexistimo*, inquam, & uere, *Quia; bonum est homini sic esse*, scilicet in uirginitate. Bonum scilicet honestum K propter puritatem, delectabile propter libertatem, vtile propter mercedem, quia ei debetur aureola, & fructus centesimus. Luc. 8. Aug. in Glo. (Epist. 1?) Super egreditur virginitas cōditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen victoria virginum, quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, Virgines autem in carne triumphant. Deinde cum dicit; *Alligatus es uxori &c.* hic matrimonium contractum concedit, & approbat. Vbi primo dicit, quòd coniugatus, non debet quærere diuortium. Secundo, consulit, quòd solutus, non quærat coniugium, ibi; *Solutus es ab vxore &c.* Dicit ergo; *Alligatus &c.* quasi dicat licet continere sit bonum, tamen; *Alligatus es vxori, noli quærere solutionem*, maxime si bona est. Eccles. 7. Noli discedere a muliere sensata. Et dicit alligatus, quasi duplici uinculo ligatus, scilicet consensu per matrimonium initiatum, & copula carnali per matrimonium consummatum. Si enim tantum vno vinculo, scilicet solo consensu ligatus esset, posset quærere solutionem, scilicet, intrando religionem; *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem*, si potes continere, quia sicut

sicut dicunt apostoli Matth. 19. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Deinde cum dicit; *Si autem acceperis &c.* hic excusat matrimonium contrahendum, a peccato. Vbi primo ostendit, quòd matrimonium potest contrahi sine peccato. Secūdo q̄ leuius est esse sine coniugio, ibi; *Tribulationem tamen &c.* In prima primo proponit veritatem de non virgine. Secundo de virgine, ibi; *Et si nupserit &c.* Dicit ergo, si autem solutus es; *Noli quærere uxorem. Si autē acceperis uxorem*, scillcet bono fine, non ad expletionem libidinis; *Non peccasti*: hîc autem est argumentum euidens contra hæreticos, qui contemnunt matrimonium, de quibus. 1. Timo. 4. Prohibentes nubere; *& similiter*; *Si nupserit uirgo*, non virgo Deo dicata: quia secundum Hiero. vouentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere peccatum est; *Non peccauit*, scilicet nubendo: alioquin peccasset beata virgo, cum desponsata esset Ioseph; *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi*, scilicet coniugati, idest afflictionem pro rebus necessariis procurandis & sibi & filiis suis & aliis. Vnde leuius est esse sine coniugio; *Ego autem uobis parco* q.d. consulo euitare coniugium, quod tamen concedo parcendo infirmitati vestræ. Vel sic; *Ego autem uobis parco* in hoc, quòd consulo cauere tribulationes carnis. Notandum est hîc, quòd sancta virginitas magnum bonum est propter multa, primo quia carnis munditiam conseruat. Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt &c. Sicut bonum est sal, quia conseruat carnem a corruptione. Secundo quia animam decorat & ornat. Vnde frequenter in scriptura iungitur virgo pulchra. Sap. 4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Cant. 4. Tota pulcra es amica mea. Tertio quia angelis cœli assimilatur, sicut dicit hîc Glo. Et Matth. 22. In resurrectione, neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Hiero. In carne præter carnem viuere &c. Quarto, quia Christo despōsat. 2. Cori. 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Quinto, quia iungit & approximat Deo. Psal. 44. Adducentur regi virgines post eam. Sap. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Hiere. 3. Dux virginitatis meæ tu es. Sexto, quia cæteris statibus præponderat. Eccle. 26. Non est digna ponderatio animæ continentis. Infra eodem. Qui matrimonio iungit virginem, benefacit, & qui non iungit, melius facit. Septimo, quia odorem bonæ famæ spirat. Luc. 1. dicitur, Et nomen virginis Maria. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Ierusalem. Octauo, quia ad nuptias æternas inuitat. Matth. 25. Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: sed heu, quia ad conseruandum difficiles. Ideo Eccles. 42. Filia patris abscondita est &c. Et hoc, quia diabolus suggerit contrarium. Corruptio inclinat ad actum, pulchritudo allicit ad consensum.

es ab uxore, noli quęrere uxorem. Si autem acceperis uxorem, nō peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.

Lectio sexta.

HÆc est secunda pars, vbi nubentibus siue nuptis, ostendit bene viuendi modum, docens primo, qualiter vtantur vxoribus. Secundo, qualiter fortunæ casibus siue euentibus, ibi; *Et qui flent &c.* Tertio qualiter mundi rebus siue possessionibus ibi; *Et qui emunt &c.* Quarto subdit rationem in his ammonitionibus, ibi; *Præterit enim figura*. Imprima implicat tria scilicet authoritatem consiliarii; *Hoc itaque dico &c.* Necessitatem consulendi; *Tempus breue est &c.* Formam consilii; *Reliquum est &c.* Dicit ergo; *Hoc itaque.* q.d. quia non est peccatum nubere; *Hoc itaq; dico fratres* si coniugii; *Tempus breue est*, quo, scilicet non generatione carnali propagandus est populus Dei, sed regeneratione spirituali colligendus, secundū Glo. & quia tempus breue est; *Reliquum est*, idest, hoc solum restat agendum; *Vt qui habent uxores, sint tanquam non habentes*, studendo seruitio Dei, non autem operi carnali, debitum, scilicet exigendo. Vnde dicitur; *Sint tanquam non habentes*, non dicit, tanquam non habenti, sicut erant antiqui patres, propter quod dicit Aug. (De bono cō iug. cap. 21.) † q̄ celibatus Ioannis, non præfertur coniugio Abrahæ: sed hodie faciunt econuerso, quia qui non habent sunt tanquam habentes. Est autem notandum quòd tanquam non habens vxorem, est qui vel vxori debitum reddit nec exigit, vel propter infirmitatē vxorem ducit, dolens quòd sine ea esse nequit: Vel pari affectu continentiam custodit. Vel causa generandæ prolis ad cultum Dei vxorem propriam cognoscit; *Et qui flent* pro casibus coniugii, vel pro aliqua tristitia seculi; *Sint non flentes*, Consolati, scilicet spe appropinquantis boni futuri. Prouerb. 12. Non

A contristabit iustum quicquid ei acciderit; *Et qui gaudent* pro aliqua prosperitate seculi; *Tanquam non gaudentes*, sed tanquam in timore existentes imminentis mali periculi. Eccles. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Deinde cum dicit; *Et qui emunt*, hîc ostendit qualiter vtantur mundi rebus siue possessionibus. Et primo, qualiter vti debeant acquirendis. Secūdo, qualiter acquisitis, ibi; *Et qui utuntur &c.* Dicit ergo; *Qui emūt tanquam non possidentes*, idest, post hæc terrena non sedentes, scilicet supple nō apponendo cor rebus perituris. Psal. 61. Diuitiæ B si affluant, nolite cor apponere. Ezech. 7. Qui emit non lætetur & qui vendit, non lugeat. Et vt vniuersaliter colligam; *Qui utuntur hoc mundo*, idest rebus mundanis, non dico fruuntur, vt mali qui de eis malum faciunt finem, qui dicunt Sap. 2. Fruamur bonis quæ sunt, idest præsentibus. Sed qui vtuntur eis ad finem debitum referendo, sint; *Tanquam non utantur*, idest, non adhæreant eis nimia delectatione. 1. Timo. 6. Habentes alimēta & quibus tegamur, his contenti simus. Præter actum ergo coniugalem ponit quatuor differentias actuum circa solicitudinem mundanorum, scilicet flere, gaudere, emere, vti. Duo primi, pertinēt ad affectum, duo alii ad effectum. Ex humana vero solicitudine generatur duplex effectus, scilicet emendi respectu habendorum, & vtendi respectu habitorum, & secundum hoc ponit Apostolus consilium temperantiæ in his quatuor actibus. Deinde cum dicit; *Præterit enim figura &c.* hic subdit rationem prædictarum ammonitionum, quæ talis est, C Transitoria sunt reputanda quasi non sint, sed talia sunt mundana peritura. ergo quasi non sint, sunt reputanda: & hoc est, quod dicit, quòd ideo mundana quasi non sint extimanda sunt, quia; *Præterit figura*, idest exterior pulchritudo, vel quod est ibi fragile conueniens statui fragilitatis. Transibunt enim qualitates mortales, & remanebunt immortales. Ideo transibit mundus & concupiscentia eius. Omnia notanta, quia figura non substantia, mundi, non paradisi: præterit non sistit. Hic quæritur super illo, si potest fieri liber. Glos. Quanto quis propter Deum despectior est in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Contra: ergo magis exaltabitur bonus subditus, quàm bonus prælatus. Respondeo, Glos. intelligenda est cæteris paribus. Item super illud, Vnusquisque, in quo vocatus est. Glo. statu. Contra: ergo qui vocatus est in statu seculari, non debet intrare religionem. Respondeo, Apostolus loquitur de statibus promouentibus ad salutem, non de impedientibus. Itē D super illud, Aexistimo hoc bonum esse. Glos. Maior est victoria virginum, quàm angelorum. Contra: ergo maior corona. ergō homines erunt maiores angelis, non solum æquales. Respondeo: maior extensiue, idest multiplicatiue, quia habent aureolam non solum auream. Item super illud, Bonum est homini sic esse. Glo. in virginitate. Contra, Gen. 1. Crescite & multiplicamini: virginitas autem contraria est huic præcepto. Respondeo. Illud præceptum non est perpetuum, sed datum vsque ad tempus sufficientis multiplicationis humani generis. Itē super illud. Qui habent vxores, Glosa: beatiora coniugia iudicanda sunt, quæ prole concepta, pari consensu continentiam seruare potuerunt. Contra. vnumquodque tanto beatius est, quanto magis conuenit fini suo: finis autem coniugii est generatio prolis. Respondeo. expone coniugia idest coniuges Vel dicendum est, quòd ille non est vltimus finis coniugii, sed ad- E impletio numeri electorum, qui citius impleretur, si omnes continerent. Item super illud, Præterit figura huius mundi. Glo. In iudicio mundanorum ignium flagratione huius mundi peribit, nō substantia, sed figura. Contra 2. Pet. 3. Per quem cœli magno impetu transiet. Respōdeo: ille transitus & illa solutio accidentalis est, nō substātialis, idest secundum qualitatem, non secundum substantiam.

Lectio VI.

HOc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habēt uxores, tanquam non habentes

LECTIO VII.

SVPERIVS dedit primò virginibus consilium continendi. Secundò nubentibus documentum bene viuendi. Hic tertio ostendit, quòd magis expedit tempus cõtinendi. Et hoc ostendit, primò ratione maioris tranquillitatis. Secũdo ratione maioris sanctitatis, ibi; *Et mulier innupta &c.* Tertio ratione maioris vtilitatis, ibi; *Porro hoc ad vtilitatem vestram &c.* Prima ratio talis est, Tranquillitas in amore solius Dei preferenda est solicitudini mundanorum: sed continentes habent tranquillitatẽ, coniugati solicitudinem mundi. ergo status continentiũ præferendus est statui coniugatorum. Primo ergo dehortatur solicitudinem mundi. Secundò subdit, qp continentes non sunt soliciti nisi in his, quæ sunt Dei, ibi; *Quoniam qui sine vxore &c.* Tertio ostendit, quòd coniugatos oportet esse solicitos in his, quæ sunt mundi, ibi; *Qui autem cum vxore &c.* Dicit ergo, *Volo autem*, q. d. Si nubitis, prædicta facere consulo: sed magis; *Volo vos esse sine solicitudine* rei vxoriæ. Phil. 4. Nihil soliciti sitis. Nota, quòd dehortatur nos scriptura a solicitudine triplici, scilicet circa mulierem, vt hic; *Volo vos sine solicitudine esse*, circa ventrem. Matth. 6. Ne soliciti sitis animæ vestræ &c. Circa bursam, Prouerb. 11. Expectatio solicitorum peribit. Et recte hoc volo, quia; *Qui sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt*, vt complaceat ei. Non enim habet excusationem illorum, qui dicunt Luc. 14. Vxorem duxi, & non possum venire; *Solicitudo*, inquam, scilicet; *Quomodo placeat Deo*, interiori scilicet pulchritudine sua. Felix cuius votum est vxorem fugere, cuius solicitudo est domino seruire, cuius intentio est Deo placere. Deinde cùm dicit; *Qui autem cum uxore est &c.* hic ostendit, quomodo coniugatos oportet esse solicitos in his quæ sunt mundi, vbi implicantur quatuor grauia. Primo vinculum coniugale, ibi; *Qui cum vxore est.* Studium mundiale, ibi; *Solicitus est.* Subiectio vxoris, ibi; *Quomodo placeat.* Operis diuisio. ibi; *Et diuisus est.* Dicit ergo; *Qui autem cum vxore est*, scilicet in matrimonio; *Solicitus est quæ sunt mundi*, idest, de regimine familiæ, & huiusmodi. Vnde Iacob acceptis vxoribus ait, Gen. 30. Iustum est vt aliquando prouideam domui meæ, idest, solicitus sim, quomodo placeam vxori. Et hoc fine potest se licite ornare. Nam secundum Glo. Magna amaritudo in domo est vxor tristis: & talis diuisus est non natura, sed actu, scilicet diuisione officii, non intentionis principalis. vnde Glo. Partim seruit Deo, partim mundo. Deinde cùm dicit; *Et mulier innupta &c.* hic ponitur secunda ratio probans, quòd magis expedit seruare propositum continentiæ, quàm nubere, ratione maioris sanctitatis: & est ratio sua talis. Continens studet sanctitati, & diuinitati, & amori Dei: nupta vero mundo. ergo illa præferenda est isti. Primo ergo tangit studium innuptæ, quia cogitat totaliter placere Deo. Secundò studium nuptæ, quia cogitat partim placere mundo, ibi; *Quæ autem nupta est.* In prima implicat tria, scilicet continentium statum, cogitatum, & fructum. Statum honestum, quia innupta: & virgo, cogitatum rectum, quia; *Cogitat quæ domini sunt*: multiplicatum fructum, quia; *Vt sit sancta* &c. Dicit ergo, Et similiter; *Mulier innupta*, idest vidua; *Et virgo cogitat*, idest maiorem habet facultatem cogitandi; *Quæ domini sunt*, idest spiritualia & æterna. *Cogitat*, inquam, *Vt sit sancta*, magis quàm nupta. Multæ enim nuptæ sunt sanctæ. Augustin. de bono coniug. Ampliorem non nuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi voluit, non tamen nuptas omnino sanctificatione priuauit. *Sancta*, inquam, *Corpore*, idest corporalibus actionibus; *Et Spiritu*, idest spiritualibus actionibus. Vel; *Sancta corpore*, contra vitia carnalia; *Et spiritu*, contra spiritualia. Deinde cũ dicit, *Quæ autem nupta est*, hic tangit solicitudinẽ nuptarũ, vbi implicant tria. Primo, coniugiũ: secundo solicitudinẽ, ibi; *Cogitat quæ etc.* tertio coniugii studiũ, ibi; *Quomodo placeat etc.*

cap. 11.

Dicit ergo; *Quæ autem nupta est, cogitat quæ mundi sunt*, scilicet, de cura filiorũ, de regimine domus, & huiusmodi. Vnde parentes monuerunt Saram honorare socrum, diligere maritum, gubernare domũ &c. Tob. 10. *Cogitat inquam, quomodo placeat viro*: vnde hoc fine ornantes se non peccant: veruntamen magis debent studere ei placere ornatu morũ, quàm vestimentorum. 1. Tim. 2. Mulieres in habitu ornato ornantes se, nõ in tortis crinibus, auro &c. Deinde cum dicit; *Porro hoc ad utilitatem &c.* hic allegat tertiam rationẽ, scilicet maiorem vtilitatẽ. & est ratio talis. Illud quod est vtilius magis expedit: sed continere est vtilius q̃ nubere. ergo magis expedit eligere continentiam quàm nuptias. Primò ergo ostendit, quòd vtile est continere. Secundo, quòd honestum est, ibi; *Sed id quod est honestum &c.* Tertio, quòd facile, ibi; *Et quod facultatem &c.* Dicit ergo; *Porro &c.* q. d. consulo non nubere; *Porro hoc ad utilitatem vestram*, maiorem scilicet; *Dico*, vt expeditius Deo seruiatis: quia sic mortificatur caro quæ est inimica spiritus. Aug. de verb. domini. Sicut inimicus occisus non facit tibi iniuriam; sic caro mortificata non turbat animam. *Dico*, inquam; *Non vt laqueum*, fornicationis scilicet incontinentibus; *Vobis iniiciam*, aliquid difficile super hoc faciendo, imo potius laqueus poneretur si consuleret nubere: quia de muliere dicitur Eccles. 7. qp laqueus venatorum est, sed potius intendens inducere omnes ad; *Id quod honestum est*, scilicet ad sanctitatem corporis & animæ, non quia coniugalis status non sit honestus, sed quia minus honestus. Aug. de bono vid. Non matrimonium turpe esse monstrauit, sed qp honestius erat generalis honesti nomine cõmendauit; *Et* monens ad illud; *Quod facultatem præbeat*, alicui obseruandi se in domino, idest, ad seruitũ domini, & hoc; *Sine impedimento*, quod est in coniugio. 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vere eligendus est status continentiæ, vbi maius commodum: quia hoc ad vtilitatem, vbi minus periculum: quia non vt laqueum, maior honestas: quia id quod honestũ, liberior facultas seruiendi Deo, quia facultatẽ præbet &c. Notandum est hic, qp multiplex solicitudo est bona. Prima, prælationis, sicut nauta solicit° est de regimine nauis, pater de filiis. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Secunda, prædicationis, sicut pedagogus solicit°ẽ de puero, doctor de discipulis. 1. The. 2. Fiduciam habuimus loqui ad vos verbum Dei in multa solicitudine. Tertia, dilectionis, sicut amicus verus solicitus est de cõseruatione amoris, Eph. 4. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis &c. Quarta, cõpassionis, sicut vir misericors solicitus est de egenis & afflictis. 2. Tim. 1. Cũ venisset Romam, solicite me quæsuit, & inuenit. Quinta, deuotionis, sicut seruus solicitus est de placẽdo domino, religiosus Deo. Mich. 6. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, Et post: solicite ambulare cũ Deo tuo. Sexta, circunspectionis, sicut speculator est de castro custodiendo. Deu. 4. Custodite animas vestras solicite. Corpus enim cũ organis, anima cũ potentiis, quoddã castrũ est. Septima, actionis, sicut agricola solicitus est opere perficiẽdo. Luc. 10. Martha Martha solicita es. 2. Tim. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Octaua, prouisionis, sicut dispẽsator de domo, mercator de cõputo, pauper de pane quærendo. Rom. 12. Solicitudine non pigri.

LECTIO VIII.

SVPERIVS egit de virginib°, hic agit de virginũ custodibus, ostendens primo qp licet eis virgines suas cõiugio copulare. Secundo, qp non similiter nuptis licet, nisi post mortẽ viri contrahere, ibi; *Mulier alligata est &c.* In prima, primo ostendit qp custos potest dare virginem suam in coniugio. Secundo, qp non peccat hoc faciendo, ibi; *Nec peccat, si nubat &c.* Tertio, qp etiã bene facit seruando, ibi; *Nam qui statuit, &c.* Quarto, qp licet vtrumque sit bonum, tamen hoc est melius illo, ibi; *Igitur & qui matrimonio &c.* In prima, primo supponit in virgine ætatem nubilẽ.

Secundo

Secundo uoluntatem nubendi, ibi; *Et ita oportet fieri, &c.* Tertio dat nubendi licentiam, ibi; *Quod uult faciat, &c.* Dicit ergo; *Si quis autem, &c.* q. d. esse sine coniugio, honestius est & expeditius. Sed tamen; *Siquis turpem se uideri æxistimat* apud iudicium hominum; *Super uirgine sua*, timens ne corrumpatur, eo; *Quod sit superadulta*, idest, ultra pubertatem & iam in nubilibus annis; *Et ita oportet fieri* ut nubat, quia non uult continere, *Quod uult* virgo; *Faciat* custos. Ecc. 7. Trade filiam tuam, & grande opus fecisti, & homini sensato da illam. Nec *Peccat* custos; *Si nubat* virgo: hoc ideo dicit secundũ Glo. ne etsi uirgo nõ peccet, custos uideatur peccare. Aug. de bono uiduit. Quæ si nõ continet, nubat.

cap. 8.

non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit: quòd si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui autem uult nubat, tantùm in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam.

Quæ non cœpit, deliberet: Quæ egressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, sed falsa retrahatur oblatio. Deinde cum dicit; *Nam qui statuit, &c.* hic ostendit quòd custos uirginis benefacit eam in statu uirginali seruando: ubi implicatur quadruplex conditio ad hoc expediens. Prima, quòd custos; *firmus* sit in proposito eam uirginem custodiendi. Secunda, quòd non timeat de casu uirginali, ibi; *Non habens necessitatem, &c.* Tertia, quòd cognoscat in uirgine propositum continendi, ibi; *Potestatem autem habens, &c.* Quarta quòd hoc faciat ex deliberatione, ibi; *Et hoc iudicauit.* Dicit ergo; *Nam qui statuit, &c.* q. d. ideo autem dico quòd non peccat qui tradit uirginem: nam de alio qui seruat eam, patet quòd bene faciat. *Nam qui statuit in corde seruare uirginem suam, firmus* in proposito suo, non curans sobolem, uel aliud huiusmodi; *Non habens necessitatem* tradendi eam, cum uirgo uelit continere; *Potestatem autem habens*, secundum alumnæ continentiam; *Voluntatis suæ* perficiendæ; *Et hoc iudicauit in corde suo*, idest ex iudicio rationis, non ex leuitate mentis discernit esse bonum. 1. Timo. 5. Sine præiudicio nihil facias, iudicauit inquam; *Seruare uirginẽ suã*. Amb. sup hũc locũ. Nõ ingerẽs ei fomitẽ nuptiarum. Eccle. 7. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum. Qui facit inquam sic; *Bene facit.* Deinde cum dicit; *Igitur & qui matrimonio, &c.* hic ostendit, quòd licet utrunq; sit bonum, tamen uirginitas est melior matrimonio. Vbi primo approbat statum coniugalem. Secundo, præponit statum uirginalem, ibi; *Qui non iungit, &c.* Dicit ergo; *Igitur & qui, &c.* q. d. quia oportet fieri ut diximus: igitur; *Et qui matrimonio iungit uirginem, bene facit*, quia licitum est quod facit; *Et qui non iungit*, cum uirgo acquiescat continere; *Melius facit.* Glo. melius facit qui apud Deum meritum suum collocat & a solicitudine liberat eã. Melius enim est quod licet & expedit, quàm quod licet & non expedit. Hic enim bene utitur malo, ibi uero bene utitur bono. Bene utitur quis bono, continentiam dedicans Deo. Male utitur quis bono, continentiam dedicans idolo. Male utitur quis malo, concupiscentiam relaxans adulterio. Bene utitur malo, concupiscentiam restringens connubio. Bonum est pudicitia coniugalis, sed melius est continentia uirginalis uel uidualis, secundum Glo. Deinde cum dicit; *Mulier alligata est legi, &c.* hic ostendit, quòd non similiter coniugata, nisi uiro mortuo potest contrahere. Vbi primo ostendit, quòd coniugata non potest nubere uiro uiuente. Secundo, quòd uiro mortuo, potest alii nubere, ibi; *Quod si dormierit, &c.* Tertio, quòd melius est illi continere, ibi; *Beatior autem erit, &c.* Quarto, quòd debet consilio eius credere, ibi; *Puto autem quod & ego, &c.* Dicit ergo; *Mulier alligata est, &c.* q. d. Qui non iungit uirginem suam, melius facit. Et uere melius, quia; *Mulier alligata est, &c.* Vel sic, uirgo quæcunq; tempore potest nubere, sed uxorata non, quia; *Mulier alligata est legi*, ita ut non possit nubere alteri; *quanto tempore uir eius uiuit.* Rom. 7. Quæ autem sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi uiri. Deinde cum dicit; *Quod si dormierit* somno mortis. De qua dormitione. Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit; *Vir eius &c.* Aug. non dicit primus, secundus, uel tertius, uel quartus, uel quousque licet. Nec nobis diffiniendum est quod diffinit Apostolus. Vnde nec ullas nuptias debeo damnare, nec eis uerecundiam numerositatis afferre; *Si dormierit*, inquam; *Liberata est a lege uiri*, unde permittit ei nubere. Hic patet, quòd resurgenti non tenetur copulari; *Sed cui vult nubat.* Inuitæ enim nuptiæ solent habere malos prouentus, ideo dicitur Gen. 24. Vocemus puellam, & quæramus uoluntatem eius; *Nubat* inquam; *tantum in domino*, idest, uiro suæ religionis: nam in dispari cultu prohibitum est in lege mãdatũ. Deut. 7. Per hanc licentiam Apostoli, reuocatæ sunt omnes pœnæ & infamiæ, quæ secundum leges infligebantur olim mulieri secundo nubenti, infra tempus luctus scilicet, ultra annũ. Ergo in nuptiis exigitur personarum legitimitas, unde dicitur *libertas est* consensus libertas: unde addit, *Cui uult nubat*, Cultus paritas, unde subdit; *tantum in domino.*

A. De bono uiduit. ca. 4. & 12.

CAP. VIII. LEC. 1.

DE HIS autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiã habemus. Scientia inflat, charitas uero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quẽ admodum oporteat eum scire. Siquis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autẽ quæ idolis ĩmolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus Deus nisi unus. Nam & si sunt qui dicantur Dij, siue in cælo, siue in

Deinde cum dicit; *Beatior autem erit, &c.* hic ostendit quòd melius est illi continere quàm nubere, dicens, quàmuis liceat ei nubere; *Tamen Beatior erit si sic permanserit*, scilicet innupta. Et hoc; *est consilium meum* supra eodem datum: habebit enim fructum sexagesimum, qui debetur uiduis. Mat. 13. Aug. satis ostendit beatam esse post mortem uiri, & secundo nubentem, sed beatior est non nubens. Deinde cum dicit; *Puto autem quod & ego, &c.* hic ultimo ostendit, quòd debent consilio eius credere, quia inspirante spiritu sancto hoc consulit. Et hoc est quod dicit; *Puto autem, &c.* q. d. faciendum est; *secundum consilium meum*, quia; *Puto quod & ego* sicut cæteri apostoli; *Spiritum Dei habeam.* Ro. 8. Sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, &c. Hoc ergo consilium debet impleri & propter fructum sequentem: *quia beatior erit*, & propter consulentis authoritatem: *quia secundum consilium meum* & propter spiritum Dei inspirantem, *quia puto*, &c. Hic quæritur super illo uerbo, Volo uos sine solicitudine esse. Contra, Rom. 12. Solicitudine non pigri. Responsio, Ibi loquitur de solicitudine spirituali, hic de temporali. Item super illo, Diuisus est. Contra, Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Responsio, Ibi loquitur de diuisione intentionis principalis, hic de diuisione actionis. Item Glo. ibidem, partim seruit Deo, partim mundo. Contra. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Responsio, Verum est ita quòd æqualiter seruiat utriq; in eo quòd duo, idest contrarii sunt. Item super illud, Mulier innupta cogitat quæ domini sunt, Glo. non cogitat, ne damnetur a Deo. Contra, damnari potest, ut patet in parabola de fatuis uirginibus. Responsio, non cogitat hoc solum, sed cum hoc etiam ne offendat sponsum. Item super illud, Vt sit sancta corpore & spiritu. Glo. non potest fieri, ut noũ sit sanctum corpus, quo utitur sanctificator spiritus. Contra, Spiritus sanctus usus est lingua Cayphæ non sancta Ioan. 11. Responsio. utebatur ea ut spiritus, non ut sanctificator. Item. Sed ad id quod honestum est. Contra, ergo matrimonium turpe. Responsio, secundum Glo. Positiuum posuit pro comparatiuo. Item super illud, Qui non iungit melius facit. Glo hic scilicet in coniugio bene utitur homo malo. Contra, cuius usus bonus est, ipsum quoq; bonum est. Responsio, illud intelligitur de usu rei per se, scilicet ad quem ordinata est, non per accidens scilicet ad quem ex prudentia utentis ordinatur. Item Glo. ibidem, Melius est bene uti bono, quàm bene uti malo. Contra, hoc difficilius illo. Responsio: loquitur hic de malo uitii, non supplicii. Item super illo uerbo in Glo. duæ permissæ. Contra, ergo duæ nuptiæ non sunt a Deo. Responsio, Non ex eo quòd duæ, nisi ex consequenti. Item. Si dormierit uir, quid dicendum est si resuscitatur? Responsio, requiritur consensus nouus ad hoc, quòd sit matrimonium. Item super illud, Puto quòd spiritum Dei habeam. Contra, Rom. 8. Certus sum, quòd neq; mors, neq; uita, &c. Responsio, secundum Glo. non dicit hoc dubitando, sed quasi increpando.

A. De bono uiduit. cap. 4.

LECTIO PRIMA.

EXCLVSO errore circa correctionem criminum, cap. 5. & 6. Item circa uirginitatem, & matrimonium. c. 7. hic excludit errorem circa esum, & abstinentiam ciborum. ca. sisto & 9. & 10. loquens de his quæ idolis immolabantur, a quibus

quamuis in se licitis, abstinere monet. Primo allegando eis scandalum infirmorum. ca. isto. Secundo, exemplum sui, qui propter alios abstinet a receptione sumptuum licitorum. c. 9. Tertio, exemplum pœnæ Iudæorum post tanta beneficia Dei in deserto prostratorum, cap. 10. Ergo propter scandalum proximi exẽplo Apostoli nõ pp timore supplicii debemus abstinere a cibis aliquando licitis. In primo, ostendit, quòd in se licita est comestio idolotorum. Secundo, monet nihilominus abstinere propter scandalum fratrum infirmorum, ibi; *Videte ne forte &c.* In prima, primo proponit, quòd maiores eorum habent scientiam de idolotitis. Secundo, ostendit qualem scientiam habent de eis, ibi; *De escis autem quæ idolis immolantur &c.* Tertio, quòd quidam infirmi hac scientia carent, ibi; *Sed non in omnibus est scientia &c.* Quarto, quòd alii coram eis idolotita edere non debent, ibi; *Esca autem nos non commendat Deo.* In prima, primo dicit, quòd de idolotitis scientiam habent. Secundo, quòd eam sine charitate inutiliter habent, ibi; *Scientia autem inflat &c.* Tertio, ostendit a quibus habeatur hæc scientia insufficienter, ibi; *Siquis autem existimat.* Quarto, a quibus sufficienter, ibi; *Siquis autem diligit &c.* Dicit ergo; *De his autem &c.* quasi dicat: de prædictis quæsuistis a me, scilicet de pertinentibus ad matrimonium: de aliis autem vt de immolatis idolo non fuit necesse quærere: quia omnes scitis super hoc veritatem: & hoc est, quod dicit; *De his autem quæ idolis sacrificantur*, an liceat edere vel non; *Scimus*, ego & vos, quòd liceat ea comedere, secundum illud ad Titũ. 1. Omnia munda mundis; *Scimus quia omnes scientiam habemus*, ego, scilicet, & vos perfecti inter alios, scilicet scientiam de creatore, & creaturis: & ideo minus excusabiles si male facimus. Deinde cum dicit; *Scientia autem inflat &c.* hic ostendit, quomodo sine charitate, scientiam inutiliter habent, quasi dicat. Habetis quidem scientiam, sed non valet vobis, quia inde superbitis contra ignaros; *Scientia*, autem si sola est; *inflat*. Eccle. 1. In multa sapientia, multa est indignatio. Act. 26. Multæ literæ te faciunt insanire. Hæc enim fuit plaga Aegyptiorum, idest, sapientium huius mundi, vesicæ turgentes. Exod. 9. *Charitas vero ædificat*, infirmos, quæ quod eis obesse potest, dimittit, quia non quærit quæ sua sunt. Vnde addenda est scientiæ charitas. Aug. † Addite ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia. Per se quidem est inutilis, ex charitate uero vtilis. Philosophus, Scire aut nihil, aut parum prodest ad virtutẽ. Deinde cum dicit; *Siquis autem existimat &c.* hic ostendit, a quibus hęc scientia habetur insufficienter, quia ab illis, qui ea vtuntur in nocumentum proximi: & est sua ratio talis. Quicumque habet scientiam, & non modum vtendi ea, habet scientiam insufficienter: sed qui habet scientiam sine charitate, est huiusmodi. ergo, qui habet scientiam sine charitate, habet insufficienter scientiam. Primo ergo supponit scientiam sine charitate. Secundo, ostendit insufficientiam talis scientiæ, ibi; *Nondum cognouit &c.* Tertio, rationem insufficientiæ, ibi; *Quemadmodum oporteat &c.* Dicit ergo; *Siquis autem &c.* quasi dicat. Habetis scientiam, sed non sufficientẽm: quia siquis vestrum; *Existimat se scire*, habens scientiam sine charitate, aliquid scit, scilicet, quòd liceat comedere idolotita; *Nondum tamen cognouit*, quia non se cognoscere facto ostendit; *Quomodo oporteat eum scire*, idest, qualiter debeat vti scientia, quia in ædificationem, non in nocumentum aliorum. Scire autem contingit dupliciter, scilicet habere scientiam & vti scientia: sicut videre, habere visum, & vti visu: Glo. Bernardi. Hic non approbat Apostolus multa scientem, si modum sciendi nescierit. Modus enim sciendi, est vt scias, quo ordine, quo studio, quo fine scire, quæque oporteat: quo ordine, vt id prius, quod maturius ad salutem: quo studio, vt id ardentius quod efficacius est ad amorem: quo fine, vt non ad inanem gloriam vel curiositatem velle aliquid, sed ad ædificationem tui, & proximi. Sunt namq; qui scire volunt eo fine tm̃ vt sciãt, & curiositas est: quidam vt sciantur, & vanitas est: quidam vt scientiam vendant, & turpis quęstus est: quidã vt ædificentur, & prudentia est: quidam vt ædificent, & charitas est. Deinde cum dicit; *Si quis autem diligit &c.* hic ostendit, a quibus hæc scientia habetur sufficienter, quia ab illis qui vtuntur ea ex charitate. Primo ergo, supponit scientiam cum charitate. Secundo, ostendit sufficientiam talis scientiæ, ibi; *Hic cognitus est.* Dicit ergo; *Siquis &c.* quasi dicat. Ille perfecte non scit, qui nescit quemadmodum oporteat eum scire; *Siquis autem diligit Deum*, & ita

terra, (siquidem sunt dii multi, & domini multi:) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: & nos per ipsum. Sed non in omnibus est sciẽtia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolotitum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem, nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus.

cum scientia habet charitatem; *Hic cognitus*, idest, approbatus est a *Ab eo*, Nouit enim dominus, qui sunt eius. 2. Timoth. 2. Vnde talis vere scit Deo approbante, quia bene vtitur scientia propter charitatem annexam. Notandum est hic, quòd ad hoc quòd aliquis sciat, quemadmodum oporteat scire, nouem sunt necessaria. Primo, humiliter sine instatione, Philippen. 4. Scio hũiliari. Psal. 130. Si non humiliter sentiebam. Secũdo, sobrie sine præsumptione. Supra primo. Nõ iudicaui me scire. Roma. 12. Non plus sapere, q̃ oportet. Tertio, certitudinaliter sine hæsitatione. 2. Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum. Quarto, veraciter; & sine errore. 2. Timo. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quinto simpliciter sine deceptione. 1. Timoth. 6. Oppositiones falsi nominis scientiæ. Sexto, salubriter cum charitate, & dilectione. Infra. 13. Si habuero omnem scientiam, charitatem autem non habuero. Septimo, vtiliter cum proximorum ædificatione. Infra. 12. Alii datur sermo scientiæ in eodem spiritu. Octauo, liberaliter cum gratuita communicatione. Sapien. 6. Ponam in lucem sapientiam eius. Nono, efficaciter cum bona operatione. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatum est illi. Iacob. 4. Primum, scilicet humilitas scientiæ arguit sapientes superbos: sobrietas curiosos: certitudo dubiosos: veritas hæreticos: simplicitas aduocatos: salubritas magnos: vtilitas iniquos: liberalitas auaros: efficacia otiosos. Deinde cum dicit; *De escis autem quae idolis &c.* hic ostendit qualem scientiam habent de idolotitis, ostendens primo, quòd sciunt idolum nihil esse. Secundo, quod sciunt omnia a Deo esse, ibi; *Nam etsi sunt qui dicantur dii*. In prima, primo dicit idolum nihil esse. Secundo, iuxta hoc ad declarationem, ostendit Deum, non nisi vnum esse, ibi; *Et quod nullus Deus &c.* Dicit ergo; *De escis autem &c.* quasi dicat, prædictis modis non valet scientia, sed tamen; *De escis quae immolantur idolis*, scimus scientia vera, scilicet quòd in se sunt licitæ, nec propter idolum sunt immundæ: & hoc quia; *Idolum nihil est in mundo*. Hoc tripliciter exponitur. Primo modo sic; *Idolum nihil est in mundo*, idest, inter creaturas mundi, quantum ad formam idoli: licet enim materia idoli sit aliquid, scilicet aurum vel argentum vel huiusmodi, tamen nil est forma, scilicet, quæ creditur ibi esse ab idolatris, qui credunt idolum esse Deum. Esa. 41. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est. Secundo modo sic; *Idolum nihil est*, scilicet persona subsistens ex simulachro & spiritu præsidente. Ex istis enim duobus nihil fit, sicut ab idolatris putatur. Hier. 10. Confusus est omnis artifex in sculptili: quia falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eo. Tertio modo sic; *Idolum nihil est in mundo*, idest, nullius rei, quæ sit in mundo habens similitudinem. Est enim differentia inter idolum, & simulachrum, quia simulachrum dicitur, quod fit ad similitudinem rei alicuius naturalis: idolum ad nullius rei est similitudinem, vt si corpori humano addatur caput equinum. Esa. 40. Cui similem fecistis Deum &c. *Et* scimus etiam; *Quod nullus Deus nisi vnus* Deute. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus, deus vnus est. Deinde cum dicit; *Nam etsi sunt qui &c.* hic ostendit, quòd sciunt omnia a Deo esse, non a diis nuncupatiuis vel adoptiuis, vt sunt idola vel sancti, sed ab vno summo. Primo ergo dicit, quomodo potest intelligi Deorum pluralitas, scilicet per adoptionem vel nuncupationem. Secundo, quomodo est diuinitatis vnitas, scilicet, per essentiam, ibi; *Nobis tantum unus Deus &c.* Vbi primo, tangit vnitatem in patre. Secundo, in filio, ibi; *Et vnus dominus &c.* In prima tangit tria, scilicet, essentiam, quia vnus Deus: personam, quia pater: potentiam, ex quo omnia: clementiam, quia & nos in illo: similiter ista tangit in filio. Dicit ergo; *Nam etsi sunt &c.* quasi dicat, & vere non est nisi vnus Deus; *Nam etsi sunt qui dicantur dii*, vere participatione diuinitatis vt sancti. Psal. 81. Ego dixi dii estis, *Siue in cœlo*, vt sancti comprehensores, *Siue in terra*, vt sancti viatores. *Siquidem sunt dii multi* vere participatione diuinitatis vt sancti, & iusti domini, apostoli, & prælati; *Nobis tamen &c.* Alio modo legitur sic; *Nam & si sunt qui dicuntur dii* a gentibus, scilicet falsa nuncupatione; *Siue in cœlo*, vt sol & luna; *Siue in terra*, vt Mercurius & Diana; *Siquidem sunt dii multi*, sola scilicet nuncupatione, secundum gentiles, Psal. 95. Dii gentium dæmonia; *Et domini multi*, qui aliis præsunt; *Nobis tamen tantum vnus est Deus* essentialiter, scilicet; *Pater ex quo omnia*, secundum naturam & per paternam authoritatem. Ro. 11. *Ex quo omnia & nos in illo*, per gratiã, Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumꝰ; *Et vnus cũ pre Deꝰ*; *Dominus Iesus Christus*. Io. 10.

Ego

Epist. 119.

Ethi. 2. c. 4.

Ego & pater vnum sumus; *Per quem omnia*, scilicet facta sunt secundum naturam. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt; *Et nos per illum*, scilicet sumus in Deo per gratiam. Roma. 1. Per quem accepi gratiam &c. ergo vnus est altissimus creator omnium omnipotens. Ex his elicitur talis ratio: Non est nisi vnus Deus, qui fecit omnia: sed multa sunt idola, ergo non sunt Deus, qui fecit omnia, nec creduntur aliquid. ergo nihil; *Sed non in omnibus est scientia*. Habito, quòd maiores illorum habẽt scientiam de idolotitis, hic ostendit, quòd minores hac scientia carent. Vbi primo ostendit, quòd in quibusdam defuit prædicta de idolotitis scientia. Secundo, quòd propter hoc, esu scilicet idolotitorum polluitur eorum conscientia. Vbi primo, tangit pollutæ conscientiæ rationem. Secundo, ipsam pollutionem, ibi; *Et conscientia ipsorum &c.* Dicit ergo; *Sed non in omnibus &c.* quasi dicat: hoc scimus nos, scilicet quòd; *Idolum nihil est, sed non in omnibus*, vt in infirmis; *Est scientia* hæc, & vere; *Non est in omnibus*: quidam tamen &c. Vel sic; *Nos scimus, quod Idolum nihil est in mundo. quidam enim cum conscientia idoli*, quia, scilicet putant idolum aliquid diuinum esse; *Vsque nunc*, idest, post conuersionem sicut ante; *Manducant idolotitum*, idest, de sanctificatis idolis, & hoc non quasi cibum simpliciter, sed; *Quasi idolotitum*, scilicet ad reuerentiam idoli; *Et conscientia illorum cum sit infirma, polluitur per illos*, scilicet qui habent rectam scientiam, sed non cum charitate, per quos in hunc errorem infirmi inducuntur. Deut. 27. Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Hic innuit, quòd non cibus, sed conscientia polluitur per peccatum, comedendo ad exemplum malorum. Deinde cum dicit; *Esca autem non commendat &c.* hic quarto, ostendit, quòd coram eis idolotita comedere, non debent. Vbi primo, ostendit, quòd huiusmodi comestio nihil prodest apud Deum. Secundo, probat quòd non prestat aliquod bonum augmentum, ibi; *Neque enim si non manducaueritis*. Dicit ergo; *Esca autem &c.* quasi dicat. Illis nocet vestra comestio, vobis autem non prodest; *Esca enim nos non commendat Deo*, sed recta fides in edendo. Nam nec Esau esu lenticulæ iustificatus est, nec Helias esu carnium pollutus est. Rom. 14. Non est regnum Dei esca, & potus. Heb. vlt. Bonum est gratia stabilire cor, non escis. Deinde cum dicit; *Neque enim si non manducauerimus &c.* hic probat, quod proposuit, & est sua ratio talis. Non comedere idolotitum non diminuit bonum: comedere non auget. ergo talis esca sumpta, vel non sumpta nihil prodest apud Deum: & hoc est quod dicit; *Neque enim si non manducauerimus, deficiemus*, id est, minus ab eo habebimus; *Neque si manducauerimus abundabimus in* virtutibus, quia esca ventri, non menti proficit, & ita cum non sit de veritate vitæ iustitię, & doctrinæ, dimittenda est propter scandalum.

LECTIO II.

Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Siquis enim viderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, non-

esse numen in cuius reuerentia hoc fiat. Deinde cum dicit; *Et peribit infirmus*. Hic ostendit malum, quod inde potest accidere. & hoc duplex. Primo, scandalum proximi. Secundo, offensam proximi, ibi; *Sic autem peccantes &c.* In prima implicantur tria. Peccantis conditio, quia infirmus. Peccandi occasio, quia in tua conscientia. Peccati exaggeratio, quia pptet quem Christus mortuus est. Dicit ergo, & ita; *Peribit infirmus in fide*, idest, in tua scientia; *Frater*, idest, occasione accepta a tua sciẽtia: quia te sapientem videt comedere, putans, quòd sub idoli veneratione comedas; *Propter quem* saluandum; *Christus mortuus est*; & ita graui ter peccas. Rom. 14. Noli cibo perdere illum, pro quo mortuus est Christus; *Sic autem peccantes in fratres*, peccato scandali; & *Percutientes conscientiam eorum infirmam* gladio mali exempli. Amos. 9. Percute cardinem, idest, conscientiam & cõmouebuntur superliminaria, idest, intellectus, & affectus; *In Christo peccatis*, cuius membra sunt. non ait in Christum secundum Glo. quia in Christum peccare, est Christum negare, idest, peccare in fide. In Christo peccare est in his, quæ Christi sunt peccare, scilicet in moribus: sicut ille qui in lege est, dicitur in lege peccare: qui autem in lege non est, dicitur peccare in legem. Deinde cum dicit; *Quapropter si esca &c.* Hic vltimo, proponit se in exemplum abstinentiæ, vbi primo implicat scandalum. Secundo, ex hoc explicat abstinentiæ propositum, ibi; *Non manducabo &c.* Tertio, præuenit dubium, ibi; *Ne fratrem meum &c.* Dicit ergo; *Quapropter* ne scilicet peccem in Christum; *Si esca scandalizat fratrem meum*, *non manducabo carnem* aliquam, non solum idolotita. *In æternum*: si ergo propter scandalum fratrum abstinendum est, quasi a necessariis vitæ, multo magis a superfluis: & hoc non ideo, quòd esca in se mala sit, sed; *Ne scandalizem fratrem meum*. Nam qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt suspendatur in collo eius mola asinaria &c. Mat. 18. Ro. 14. Omnia munda mundis, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Hic quæritur super illud. Scientia inflat. Glo. scientia per se inutilis est. Contra, scientia per se bona est, ergo & vtilis. Responsio, Inutilis est ad salutem, vtilis tamen ad multa alia. Item charitas ędificat. Contra, sicut scientia inflat, non per causam, sed per occasionem, sic & charitas. Responsio, Non est simile, quia scientia habenti se manifestat, sed non sic charitas: quia nemo certus est de charitate. Item super illud; Idolum nihil est, Glo. Naturam Deus formauit, sed stultitia hominum formam dedit. Contra, Omne esse est a Deo, ergo omnis forma. Responsio, Glo. loquitur de forma putatiua *in* natura, non de vera. Item ibidem Glo. Forma hominis in idolo non est facta per verbum. Contra, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Responsio, quàmuis forma hominis in illo sit facta per verbum, non tamen in idolo, idest, ad colendum. Item ibidem Glo. idolum nihil est, quia nullius rei, quæ sit in mundo similitudinem habet. Contra, non potest artifex cogitare, vel formare nisi qualia vidit. Responsio, Non habet similitudinem in toto, sed in partibus. Item super illud, Nullus Deus nisi vnus, Glo. hoc dicit ne putetur esse Deus in idolo. Contra, Deus, licet sit vnus, tamen est vbique. Responsio, in idolo est per potentiam, non per præsidentiam vel vnionem, vt putabant Gentiles. Item ibidem, Glo. pars trinitatis, non potest esse quicumque vnus in tribus. Contra, cuiuslibet numeri pars est vnitas. Responsio, Trinitas non est numerus simpliciter, sed numerum personarũ. Item super illud, Et si sunt qui dicuntur Dii. Glo. participatione diuinitatis. Contra, diuinitas est imparticipabilis. Responsio, Participatio hæc per causam est, non per essentiam. Item ibidem Glo. quæritur vtrum angeli vocandi sint Dii. Responsio, quàmuis participent diuinitatem, tamen secũdum Glo. non sunt dicendi Dii propter periculum adorationis. Item super illud, Nobis tamen vnus pater, Glo. trinitas est nobis vnus pater, non tamen ille qui tertia in trinitate persona alius. Contra, Idem & diuersum diuidunt ens. Respondeo, quòd quàmuis idẽ & diuersum diuidant ens creatum, non tamen increatum, quia ibi est identitas in essentia cum diuersitate in personis. Item non in omnibus est scientia. Contra, supra eodem, omnes scientiam habemus. Responsio, Illud non intelligitur vniuersaliter, sed de maioribus. Item super illud, Esca non commendat nos Deo, dicit Glo. sumpta vel non sumpta. Contra, ergo abstinentia nihil meretur. Responsio, non virtus escæ, sed virtus abstinentiæ prodest. Item: si esca scandalizat &c. Contra, ergo pro scandalo

LECTIO SECVNDA.

Hæc est secunda pars huius capituli: superius enim ostendit, quòd in se licita est comestio idolotitorum, hic monet abstinere ab ea propter scandalum infirmorum. Vbi primo, monet ne offendant fratres sua comestione. Secundo, quòd potest offendere, ibi; *Si enim quis viderit &c.* Tertio, ostendit malum quod inde potest accidere, ibi; *Et peribit infirmus &c.* Quarto, præbet se in exemplum abstinentium, ibi; *Quapropter si esca scandalizat &c.* Dicit ergo: videte, quia quantum ad nos nihil prodest, vel obest esca ipsa, sed tamen; *Videte ne forte hæc licentia vestra*, qua scitis licere vobis comedere de idolotitis; *Offendiculum fiat infirmis*, in fide, qui nondum sciunt idolum nihil esse. Leui. 19. Coram cæco non pones offendiculum. Deinde cum dicit; *Si quis viderit &c.* hic ostendit quomodo possunt offendere, quia comedendo idolotitum coram infirmis: vbi implicantur quatuor concurrentia ad scandalum. Primo, maiorum scientia. Secundo, comestio idolotiti publica, ibi; *In idolio recumbentem*. Tertio, occasio scandali accepti, ibi; *Nonne conscientia eius*. Dicit ergo; *Si enim quis &c.* quasi dicat. Et vere potest esse offendiculum; *Si enim quis infirmus viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolio*, idest, in præsentia idoli; *Nonne conscientia eius cum sit infirma*, per te; *Aedificabitur*, id est, per factum tuum; *Ad manducandum idolotita*, idest, sacrificata in reuerentiam idoli, quasi dicat, sic. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata comedere, incipit ipse edere non illa conscientia qua ille, scilicet peritiæ causa, sed id putat.

fratris a pane, & vino abstinendum est in perpetuum. Responsio, Non est simile de necessariis, & superfluis, vel loquitur hic de scandalo actiuo non passiuo. Vel perfectionis est hoc, non necessitatis. Notandum est hic super illud, Vnus Deus, quòd Deus pót accipi multipliciter, scilicet falsa nuncupatione: & sic idola dicuntur Dii.

Psalm. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Hiere. 10. Dii qui cœlum, & terrá non fecerunt, pereãt de terra. Vera adoptione: & sic sancti dicunt Dii. Psal. 81. Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes, vos autem sicut &c. Mundana prælatione: & sic plati dicuntur dii. Exod. 22. Diis non detrahes. Io. 10. Si illos dixit deos, ad quos &c. Essentiæ proprietate: & sic trinitas dicit Deus. Deuter. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est. Item notandum, quòd Christus vnus sine pari multipliciter dicitur. Primo, vnus Deus propter naturam diuinitatis. Vnde sic nullus est Deus nisi vnus. Secundo, vnus creator, propter infinitatem potestatis. Eccl. 1. Vnus est altissimus creator omnium. Tertio, vnus homo propter singularem eminentiam sanctitatis. Psal. 13. Non est qui faciat bonum &c. Io. 11. Expedit vt vnus moriatur homo. Quarto, vnus dominus, propter gubernationem prælationis. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides &c. & hoc modo vnus dominus Iesus Christus. Quinto, vnus magister propter infusionem cognitionis. Matth. 23. Non vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Sexto, vnus pater propter productionem vniuersitatis. Matth. 23. Vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Septimo, vnus pastor propter generalem refectionem populi fidelis. Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Octauo, vna ostia propter singulare pretium nostræ redemptionis. Heb. 10. Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS monuit cauere ab edendo idolotita coram infirmis propter scandalum fratrum infirmorum, hic proponit se in exemplum, quia propter alios abstinet se a sibi licitis, scilicet ab acceptione sumptuum: vbi primo proponit multipliciter, quia licitum est sumptus accipere. Secundo, quòd nihilominus, non vult accipere, ibi; *Ego autem nullo horum usus sum &c.* In prima parte, quòd licitum sit sumptus accipere, probat tripliciter. Primo, per authoritatem. Secundo, per rationem, ibi. Si nos vobis spiritualia seminauimus &c. Tertio, per exemplorum similitudinem, ibi; *Nescitis quod hi qui &c.* In prima, primo, probat per authoritatem apostolicæ dignitatis. Secundo, per authoritatem humanæ consuetudinis, ibi; *Quis militat suis stipendiis &c.* Tertio, per authoritatem diuinæ legis, ibi; *Nunquid secundum hominem &c.* In prima, primo probat, quòd sit apostolus generaliter. Secundo, quòd sit apostolus eorum specialiter, ibi; *Et si aliis non sum apostolus.* Tertio, quòd potest accipere sumptus licite, ibi; *Nunquid non habemus &c.* In prima, primo quærit an habeat libertatem accipiendi sumptus. Secundo, an sit apostolus, ibi; *Non sum apostolus &c.* Tertio, probat duplici ratione, quòd sit liber, & apostolus, ibi; *Nonne dominum Iesum Christum &c.* Dicit ergo; *Non sum liber &c.* quasi dicat. Abstinete ab hoc licito, scilicet ab esu idolotitorum, quia ego etiam abstineo a stipendiis, cum tamen habeam libertatem accipiendi. Nunquid enim; *Non sum apostolus*, immo vere sum apostolus. Gal. 2. Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Est ergo ratio sua talis. Omnis apostolus ratione sui apostolatus habet libertatem accipiendi sumptus, sed ego sum apostolus: vtrumque probat postea, ergo &c. Deinde cum dicit; *Nonne dominum Iesum Christum &c.* Hic probat duplici ratione, quòd sit apostolus, primo, per causam. Secundo, per effectum, ibi; *Nonne opus meum &c.* Prima ratio sumitur ex parte Christi mittentis. Secunda ex parte Corinthiorum, quibus mittitur. Prima ratio talis est. Ego vidi dominum, qui me misit ad prædicandum, ergo sum apostolus. Et hoc est quod dicit; *Nonne &c.* quasi dicat. Vere sum apostolus; *Nonne dominum Iesum Christum vidi?* hoc dicit propter pseudo apostolos, qui dicebant ipsum non esse apostolum, quia non fuerat in societate domini sicut ce-

F teri apostoli. Ipse autem vidit eum iam immortalem, secundum Glo. Vel in via. Act. 9. Vel in templo. Act. 22. Vnde Act. 9. Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit quomodo in via vidisset dominum, infra. 15. Nouissime omnium tanquam abortiuo visus est & mihi; *Nonne opus meum &c.* Ecce secunda ratio talis. Vos estis conuersi ad fidẽ per me missum ad hoc. ergo sum apostolus; *Nonne opus meũ uos estis?* o Corinthii, sicut tẽplum architecti, supra. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Item vt filius opus genitoris, supra. 4. In Christo Iesu, per euangelium vos genui, op' inquam meum; *Et hoc in domino*, idest, domino cooperante. Vel in domino, idest ad gloriam domini, quasi dicat, sic estis. Deinde cum dicit; *Et si aliis apostolus &c.* Hic probat, quòd est apostolus eorum specialiter. Vbi primo, proponit, quòd est apostolus eorum specialiter. Secundo, probat hoc per effectum, ibi; *Nam sigillum apostolatus &c.* Tertio, ostendit, quòd per effectum illum defendit se esse apostolum, ibi; *Mea defensio ad eos &c.* Dicit ergo; *Et si &c.* q.d. Vere opus meum estis, quia; *Et si aliis*, scilicet Iudeis quorum legem euacuo; *Non sum*, idest, non videor esse; *Apostolus: sed tamen vobis sum*, qui per me conuersi estis specialiter. Ro. 11. Quandiu Gentium sum apostolus, ministerium meum honorificabo. Et vere vobis sum apostolus, nam; *Vos estis sigillum apostolatus mei*, idest, forma & sigillum, quia apostolatus meus impressus est in vobis, sicut forma sigilli in cera. Glos. in vobis apparet, quòd sum apostolus dum habetis per me, quod etiam per alios apostolos. 1. Cor. 9. Signa apostolatus mei facta sunt super vos. Vos estis, inquam; *In domino*, idest, domino principali authore, & vere ita est, quia mea defensio ad eos, qui me interrogant, vtrum. s. sim apostol°. s. hoc estis vos, per vos enim ostendo, me esse apostolum. Deinde cum dicit; *Nunquid non habemus &c.* Hic ostendit, quòd potest accipere sumptus licenter. Vbi primo, quærit an habeat hanc potestatem generaliter. Secundo, quantum ad personas determinatas specialiter, ibi; *Nunquid non habemus potestatem &c.* Tertio, an ipse, & Barnabas sint hac potestate priuati singulariter, ibi; *An ego solus &c.* Dicit ergo, nunquid &c. q. d. nam cum sim apostolus; *Nunquid non habemus*, ego & mei potestatem manducandi, & bibendi nostra, idest, viuendi stipendiis nostris? August.

I Permisit dominus, non iussit apostolis accipere necessaria a subditis. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem. s. fide; *Circunducendi nobiscum* propter sumptus ministrandos? Ambrosius in Glo. Mulieres desiderio doctrinæ dominicæ, & virtutum cupidæ, apostolos sequebantur, & ministrabant eis sumpt', & seruitia. Et similiter Christum secutæ sunt. Luc. 8. & 23. Sicut cæteri apostoli, vt habetur Act. 6. Et sicut fratres, idest, cognati domini, qui maiores sunt. Gal. 2. Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse &c. & Cephas, qui maximus est inter apostolos, vnde Cephas interpretatur caput. Ambrosius, Non hos reprehendit Apostolus, sed eorum more sibi probat licere, idcirco autem (vt ait Augustinus) dominus mulieres ministratras sequi voluit, ostendens, quid debetur a plebibus euangelistis. Vel ideo etiam, ne viderentur alienæ a salute. Aut; *Nunquid ego solus & Barnabas?* Isti enim fuerunt coniuncti ad prædicandum Gentibus. Act. 13. Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos; *Non habemus*, secundum opinionem vestram; *Potestatem*, hoc operandi, scilicet; *Mulieres circunducendi*, & sumptus accipiendi. q.d. immo habemus sicut alii, sed omnes alii licite accipiunt, ergo & nobis licet. Deinde cum dicit; *Quis militat suis stipendiis &c.* Hic secundo, probat, quòd licet accipere sumptus, per authoritatem humanæ consuetudinis: & primo in statu militis, sedo agricolæ, ibi; *Quis plantat vineam &c.* Tertio, pastoris, ibi; *Quis pascit gregem &c.* Militi comparatur platus pp subsidium, agricolæ propter verbum, pastori pp exemplum. Debet. n. subditos defendere suffragio, plantare verbo, pascere exemplo. Primum respicit extra ecclesiam existentes, ẽm ecclesiam intrantes, tertium in ecclesia commorantes. Dicit ergo; *Quis militat.* q.d. vtique habemus potestatem accipiendi sumptus, & merito; *Quis militat suis stipendiis.* q.d. vnquam nullus. Dabantur. n. militibus stipendia de republica. Vnde Ioan. dicit Lu. 3. Contenti estote stipendiis vestris. Sic prædicatores, & prælati accipere possunt sumptus a subditis. 1. Timot. 1. Vt milites in illis

in illis militiam bonam; *Quis enim plantat vineam, & de fructu* A *eius non edit?* Vinea domini est ecclesia. Esa. 5. Vinea domini sabaoth, domus Israel est. Apostoli enim fuerunt plantatores huius vineæ, supra. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit; *Quis etiam pascit gregem & de lacte eius non manducat?* Quasi dicat, nullus. Grex domini sunt fideles ecclesiæ. Ezec. 34. Vos greges pascuę meæ. Huius gregis pastores sunt prælati, & prædicatores. Vnde primo prelato dictũ ẽ. Pasce oues meas. Ioan. 21. Tales possunt pasci de lacte gregis, quia possunt accipere sumptus a subditis. Si ergo defendimus, plantamus, & pascim' more boni militis, boni agricolæ, boni pastoris, licet nobis sumptus accipere. Sed quia hodie multi sunt, qui stipendia accipiunt & non militant, edunt fructum vineæ, & non plantant, lac comedunt, & gregem non pascunt. Ezech. 34. Lac comedebatis, gregem autem meum non pascebatis. Notandum super illud, Nonne dominum Iesum vidi; quòd multiplicem domini legimus visionem. Vnam corporalem, quæ præteriit, de qua Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Secundam spiritualem, quæ præsens est. Psal. 45. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus &c. Tertiam æternalem, quæ futura est, de qua Io. 17. Volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum vt videant claritatem meam. Iob. 19. In carne mea videbo Deum. Quartam momentaneam, quæ etiam futura est, de qua Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna. Prima fuit in mundo, secunda in animo, tertia in cœlo erit, quarta erit in iudicio: Prima visio dat exemplum viuendi: secunda adiutorium proficiendi: tertia desiderium peruenendi: quarta odium peccandi. Prima dat exemplum viuendi tripliciter, quia visus est pauper & pannosus, vt refrenetur cupiditas diuitiarum. Psalm. Ego sum pauper & dolens &c. Et Psal. 68. Videant pauperes & lætentur. Sic viderunt pastores. Luc. 2. Vilis & abiectus. vt refrenetur ambitio honorum. Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideruimus eum virum despectum. Ideo dicitur Matth. 11. Discite a me, quia mitis, & humilis sum. Afflictus & passus, vt refrenetur concupiscentia voluptatum. Trenorum. 1. O vos omnes, qui transitis per viam, videte &c. Secunda visio dat adiutorium proficiendi tripliciter, quia dat robur pœnitentibus culpas, & D pœnas ostendendo sicut sol atomos. Dan. 5. Vidit Balthasar manum scribentis, Iob. 42. Nunc oculus meus videt te &c. Spem certantibus mercedem manifestando, sicut dominus operanti. Act. 7. Ecce video cœlos &c. Lætitiam contemplantibus prægustationes offerendo, sicut tabernarius modicum vini. Psalm. 33. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem, sicut Paulus hic. Tertia visio æternalis dat desiderium peruenendi propter tria, videlicet propter veram iocunditatem Esa. vlt. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, quia dulce lumen, & delectabile &c. Hoc significatum est Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino, propter iocunditatis multiplicitatem siue pluralitatem Esa. 60. Tũc videbis & afflues &c. quippe, Quia videbimus eum sicuti est, & ipse erit omnia in omnibus. Erit enim rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio æternitatis, Propter puritatis æternitatem Apoca. vlt. Serui eius seruient illi, & videbunt faciem eius, & regnabunt in secula secu- E lorum. Psalm. Adimplebis me lætitia &c. Quarta visio dat odium, siue terrorem peccandi, propter tria, videlicet propter furtum propalandum coram iudice vidente. Malach. 3. Ecce veniet, & quis stabit ad videndum eum. Ipse enim quasi ignis conflans &c. Propter malefactorum sæueram vltionem. Latro enim videns socium suum suspendi, plus timet furari Hiere. 7. Ite ad locum meum in Sylo, & videte, quid fecerim ibi. Sylo interpretatur aululs. Apoca. 1. Vidi similem filio hominis. Et infra, Ex ore eius, quasi gladius ex vtraque parte acutus exibat &c. Propter visam bonorum præmiationem, videns enim clericus alium præbendari, quia bonus cauet a malo. Psalm. 106. Videbunt iusti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Deinde cum dicit; *Nunquid secundum hominem &c.* Hic probat tertio, quòd licet sumptus accipere per authoritatem diuinæ legis. Vbi primo, proponit, quòd lex hæc dicit.

Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hęc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique scripta sunt: qm̃ debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. B

Secundo, verbum legis ponit, ibi; *Scriptum est enim &c.* Tertio, qualiter intelligendum sit, ostendit, ibi; *Nunquid de bobus cura est &c.* Dicit ergo; *Nunquid &c.* quasi dicat, probaui ratione humanæ consuetudinis, quòd licet nobis sumptus accipere. Sed; *Nunquid secundum hominem*, idest, secundum humanam consuetudinem vel similitudinem tantum dico hoc? *an nõ lex* Moysi diuinitus promulgata hoc dicit? quasi dicat, immo dicit; *Scriptum est enim in lege Moysi* Deut. 25. Et habetur idem primæ Timo. 5; *Non alligabis os boui trituranti*, vt possit viuere de labore suo; idest, non prohibebis prædicatorem viuere de euangelio.

LECTIO II.

SI nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Si alii potestatis uestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi, Nescitis quoniam qui in sactario operantur, q̃ de sacrario

Triturare enim est separare granum a paleis, quod facit prædicator abstrahendo animas a terrenis, discernendo virtutes a vitiis, separando vtilia a vanis. Hier. 15. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Deinde cum dicit; *Nunquid de bobus &c.* Hic ostendit, qualiter dicta authoritas intelligenda sit. Et primo, quòd intelligenda sit literaliter de bobus. Secundo, quòd non tantum literaliter de bobus, sed spiritualiter de prædicatoribus, ibi; *An propter nos &c.* Tertio, replicat, quòd licet accipere sumptus, ibi; *Nam propter nos vtique scripta &c.* Dicit ergo; *Nunquid &c.* quasi dicat. Hæc authoritas de bobus spiritualibus, idest, prædicatoribus intelligitur; *Nunquid enim de bobus*, materialibus; *Cura est Deo.* vt de eis lege præcipiat? *An propter nos hoc utique dicit*, quasi dicat. Hoc vtique propter nos dicit: *Nam propter nos scripta sunt hæc* & similis Rom. 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; *Propter nos*, inquam, idcirco, quoniam prædicator, qui corda aperit ad fidem; *Debet arare in spe*, stipendiorum temporalium, non tamen propter spem hanc. Debet enim primum quærere regnum Dei; *Et qui triturat*, idest, bonos a malis, quasi grana a paleis discernit prædicando, scilicet, ad mores debet hoc facere. *In spe fructus percipiendi.* 2. Timoth. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, Eccle. 6. Is qui arat, & qui seminat accedit ad illam, & sustinet bonos fructus illius.

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS probauit per authoritatem, quòd licet accipere sumptus, hic probat idem per rationem. Et primo, probat hoc ex eorum obligatione. Secundo, ex pseudo Apostolorum accipientium ab eis comparatione, ibi; *Si alii potestatis vestræ &c.* Tertio, dicit, quòd nihilominus noluit vti hac potestate, ibi; *Sed non usi sumus &c.* Prima ratio talis est. Maius est dare spiritualia, quàm accipere temporalia. ergo si Apostolus dat spiritualia, licet ei accipere temporalia. Primo ergo, explicat beneficium impensum. Secundo, explicat stipendium exhibendum, ibi; *Magnum est si nos &c.* Dicit ergo; *Si nos &c.* quasi dicat, vere habemus potestatem accipiendi sumptus a vobis; *Si enim nos seminauimus vobis spiritualia*, fidem, scilicet, & sacramenta spiritum alentia a spiritu sancto ministrata; *Magnum est si nos metamus*, ad sustentationem nostram; *Carnalia*, idest, ad carnis sustentationem concessa. Quasi dicat, Non est magnum Rom. 15. Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent in carnalibus ministrare. Deinde cum dicit; *Si autem alii &c.* Ecce secunda ratio ad idem talis. Veri Apostoli licentius participant bona subditorum, quàm pseudo, sed pseudo Apostoli participant. ergo multo plus veri Apostoli participare debent. Primo ergo ponit antecedens. Secundo, consequens; ibi; *Quare non potius nos &c.* Dicit ergo; *Si autem alii*, scilicet, pseudo, quos non exprimit ex nomine, ne confundantur vocat eos alios, quasi a consortio alienos ecclesiæ. Omnes enim catholici vnum sunt Io. 17. Vt sint vnum &c. Si inquam; *Alii potestatis vestræ participes sunt*, idest, tam potenter vtuntur bonis vestris; *Quare non potius nos*; Apostoli, qui causa salutis vestræ laboramus? Eccle. 18. Da bono, & ne receperis peccatorem. Deinde cum dicit; *Sed non usi sumus.* Hic ostendit, quòd noluit vti hac potestate. Vbi dicit primo se sumptus, non accepisse. Secundo dicit, se nihil omnino indigisse,

sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere.

LECTIO III.

EGo autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam, quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? vt euangelium prædicans sine sumptu, ponam euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio?

ibi; *Sed omnia sustinemus &c.* Tertio, rationem vtriusque assignat, ibi; *Ne quod offendiculum &c.* Dicit ergo; *Sed non &c.* Quasi dicat, Ecce patet, quòd licet nobis sumptus accipere; *Sed*, tamen *Vsi non sumus hac potestate*, supra. 6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; *Non sumus*, inquam; *Vsi*, non quia non indigeamus, sed omnia sustinemus, qa & penuriā patiamur, tamen patienter sustinemus. 2. Corin. 13. Cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Et hoc feci ideo; *Ne quod offendiculum demus euangelio Christi.* Hoc autem posset accidere, vel quia pseudo apostolis daret exēplum accipiēdi. Vel quia Corinthii auari erant, & scandalizarentur, si ab eis acciperent. Vel forte putarent se emisse licentiam peccandi, & diminueretur in Apostolo authoritas arguendi, & his modis daret offendiculum euangelio Christi Prou. 15. Via iustorum absque offendiculo. Deinde cum dicit; *Nescitis quoniam qui in sacrario &c.* probauit, quòd licet sumptus accipere, primo per authoritatem, secundo per rationem: tertio idē probat hic per exemplorum multitudinem. Vbi primo, inducit similitudinem eorum, qui templa reparant. Secundo eorum, qui templo ministrant, ibi; *Et qui altari deseruiunt &c.* Tertio, adaptat similitudinem his, qui prædicant, ibi; *Et dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere*, quasi dicat. Et vere licet mihi sumptus accipere; *Nescitis, quoniam qui in sacrario*, idest, in templo Iudæorum vel Gentilium operantur, vt artifices, *quæ de sacrario sunt, edunt.* Sustentabantur enim artifices de denariis, qui in gazophilacio templi offerebanrur, vt patet tempore Ioas. 4. Reg. 12. *Et qui altario* templi Hierosolymitani, vel etiam ipsi templo, vt sacerdotes; *Deseruiunt*; idest, deuote seruiunt, vna enim de duodecim abusionibus est, irreuerentia coram altari; *Cum altari participant*, quia partem habent de his, quæ offeruntur in altari, vt patet per totum Leuiticum, & maxime. 6. & 7. cap. Et sicut fit hic, ita & dominus ordinauit, idest, rationabiliter disposuit his; *Qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere.* Hoc ordinauit, dicens Matth. 10. & Luc. 10. Dignus est enim operarius mercede sua. Notandum est hic, quòd Apostolus nominibus multorum officiorum prædicatorem hic designat, quia vocat eum primo militem propter officium, ecclesiam contra aduersarios defendendo. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ &c. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi. Secundo, vinitorem, propter officium, palmites superfluos, idest malos resecandi Oseę. 2. Dabo ei vinitores eius ex eodem loco, Sed heu Can. 1. dicitur. Vineam meam non custodiui. Tertio, pastorem propter officium, subditos bono exemplo pascendi. 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est gregem. Sed heu, quia hodie impletur illud Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem &c. Quarto bouem, propter officium maturitatis in omnibus procedendi. Prouerb. 14. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, Iob. 1. Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos &c. Quinto, aratorem propter officium corda ad fidem, & pœnitentiam aperiendi. Oseæ. 10. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob &c. Sexto, trituratorem, propter officium malos a bonis discernendi Esa. 41. Ego posui te, quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia, & triturabis montes &c. Septimo, seminatorem, propter officium frequenter, & vtiliter prædicandi Luc. 8. Exiit, qui seminat seminare semen suum Psal. 125. Euntes ibāt &c. Octauo, templi architectum, propter officium ecclesiam construendi, & reparandi, supra. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui &c. Nono, altaris ministrum, propter officium Deo deuotum impendendi, supra. 4. Sic nos existimet homo &c. Quæritur hic super illud; *Non sum liber*, Glo. Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens, non operari manibus, sed de euangelio viuere. Contra, ergo qui prædicant, non habentes apostolicam dignitatem, non possunt sine opere manuum de euangelio viuere. Responsio, Glo. loquitur de potestate, qua potest inuitos ad hoc cogere, non de spontanea, qua potest a voluntarie dantibus petere, & accipere. Item ex dicta Glo. videtur, ꝙ prælati non teneantur manibus operari. Contra, Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ipsi non sunt exempti ab hac maledictione, ergo &c. Responsio, Tenentur ad laborem spiritualem, non corporalem, tamen benefacerent si occuparent se in honestis, antequam vacarent. Item super illud; *Nonne opus meum*, Glo. perfectum. Contra, Ipsi erant imperfecti. Responsio, Opus perfectum dicebantur, quia eis Apostolus prædicauerat, vel quia eos perfecte docuerat quantum in se erat. Item super illud, Nunquid non habemus potestatem manducandi. Contra, Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date. Responsio, Gratis, idest, sine pretio, sed non sine stipendio. Item super illud, Quis pascit gregē, glo. Ex euangelio viuentes panem gratuitum manducabant. Contra, subditi tenebantur dare. Responsio, Gratuitus erat ex parte recipientium, quia humiliter, non potestatiue recipiebant, licet debitus ex parte dantium. Item nunquid de bobus cura est Deo? Quasi dicat, non. Contra, Sap. 6. Cura est illi de omnibus. Respondeo, Ibi loquitur de cura generali, scilicet prouidentiæ, hic de speciali, scilicet disciplinæ. Item debet in spe, qui arat arare. Contra, spes non est de visibilibus, sed æternis, Responsio, spes accipitur æquiuoce. Item in spe fructus percipiendi. Contra, non debet poni lucerna prædicationis, sub modio rei temporalis. Respondeo. Prædicare in spe rei temporalis, non est ponere lucernam sub modio, sed prædicare propter spem. Item: si nos vobis seminauerimus spiritualia &c. Contra, Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. ergo qui seminat spiritualia, debet metere spiritualia nō carnalia &c. Respondeo, ibi loquitur de messione mercedis, hic de messione stipendii.

LECTIO TERTIA.

SVPERIVS multipliciter probauit, ꝙ sibi licet accipere sumptus, hîc ostendit, ꝙ nihilominus non vult accipere, sed abstinere tribus rationibus. Primo, propter intentionem pręmii. Secundo, propter dilectionem euangelii, ibi; *Nam cum liber essem ex omnibus &c.* Tertio, propter expeditionem cursus sui, ibi; *Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt.* In prima, primo dicit, quare non vult accipere, scilicet, ne gloria sua euacuetur. Secundo, ostendit quòd accipiendo euacuaretur, ibi; *Nam si euangelizauero, non est mihi gloria &c.* Tertio, quòd non accipiendo conseruabitur, ibi; *Quæ est ergo merces mea &c.* In prima, primo ostendit, quòd potestate accipiendi vti noluit. Secundo, quòd vti non intendit, ibi; *Non autem scripsi hoc, vt &c.* Dicit ergo; *Ego autem &c.* quasi dicat, tot modis constat, quòd licet mihi sumptus accipere, sed tamen ego nulla horum authoritate, ratione, exemplo, ad accipiendum; *Vsus sum.* Ipse enim vel ab aliis ecclesiis accipiebat vt. 2. Cor. 11. Alias ecclesias spoliaui &c. vel manibus operabatur Act. 20. *Non autem &c.* Quasi dicat; *Non sum usus*, sed nec vti volo. *Non enim scripsi hæc*, scilicet, ꝙ licet mihi accipere, *Vt ita fiant in me* sicut scripsi, idest, vt ego accipiam, quia non quęro datum, sed fructum. Deinde cum dicit; *Bonum est enim mihi &c* Hic ostendit, quare hoc fecit, scilicet, ne gloria sua euacuetur. Vbi primo, multiplicat afflictionem corporalem. Secundo, supponit ei gloriæ diminutionem, ibi; *Quam vt gloriam &c.* Dicit ergo; *Bonum est &c.* quasi diceret non accipiam, nam si acciperem, gloriam meam euacuarem, quod nullatenus facerem. Bonum est enim mihi mori, non solum sumptuum egestate affligi, magis quàm vt gloriam meam, quam habeo de gratuita sinceritate prædicationis de præmio supererogationis. abstinendo a licitis, *quis euacuet* ab aliquo importune accipiendo, vel propter sumptus euangelicos. Multi tamen moderni doctores gloriam istam euacuant, vel propter intentionem sumptuum, vel propter fauorem humanum, dicente Iob. 12. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Notandum est hic, quòd gloria amittitur septempliciter propter septem vitia. Nam gloria gulosorum euacuatur. Vnde hic dicitur, Bonum est enim mihi magis &c. Gloria luxuriusorum maculatur Eccle. 7. Inclinasti fœmora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua. Gloria superborum captiuatur. 1. Mach. 2. Vasa gloriæ eius captiua ducta sunt. Gloria iracundorum intermittitur, Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala &c. Et post, Persequatur inimicus animam meam &c. Et post, Et gloriam meam in pulue-

rem

LECTIO IIII.

NAm cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem. His qui sine lege erāt, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei, non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.

rem deducat. Gloria inuidorum excluditur Rom. 3. Vbi est gloriatio tua? Gloria auarorum annihilatur Psal. Ne timueris dum diues factus erit homo &c. Gloria accidiosorum culpatur. 1. Mac. 9. Moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ, Eccle. 13. Præcellens esto operibus tuis, & ne dederis maculā in gloria tua. Ergo per gulam, euacuatur gloria sobrietatis, per luxuriam: maculatar gloria castitatis: per superbiam, captiuat gloria humilitatis: per iracundiam, intermittitur gloria mansuetudinis: per inuidiam, excludit gloria charitatis: per auaritiā, annihilatur gloria liberalitatis: per accidiam, culpatur gloria strenuitatis. De istis dicitur Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. De primo exemplum in Esau. Gen. 25. In Holoferne. Iudith. 13. De secundo in Salomone. 3. Reg. 11. De tertio in Lucifero Esa. 14. De quarto in Achitofel. 2. Reg. 16. De quinto in Cain Gene. 4. De sexto in Giezi. 4. Reg. 5. De septimo in exploratoribus Num. 13. & 14. *Nam & si euangelizauero &c.* Hic ostendit, quòd accipiendo sumptus euacuaretur gloria eius, quia non supererogaret. Et est sua ratio talis, Gloria, quæ est præminm supererogationis, non debetur operibus necessitatis. ad quæ tenemur ex pręcepto, sed euangelizare tenebatur ex præcepto. ergo ex hoc non habebat gloriam supererogationis, sed potius ex hoc, quòd non accipiebat sumptus. Primo ergo, tangit gloriæ euacuationem. Secundo, euacuationis rationem, ibi; *Necessitas enim mihi est &c.* Tertio, rationis declarationem, ibi; *Vae enim mihi est &c.* Quarto, recte euangelizantium mercedem ibi; *Si uolens hoc ago &c.* Dicit ergo; *Nam si euangelizauero &c.* quasi diceret, vere euacuaretur gloria mea; *Nam si euangelizauero*, ita quòd sumptus accipiam; *Non est mihi gloria*, idest, supererogationis præmium; *Necessitas enim mihi incumbit.* Act. 13. Vade, quoniam ad nationes longe mittam te. Et vere necessitas. Væ enim mihi est, idest, pœna transgressionis in me manet, si non euangelizauero Esa. 6. Væ mihi, quia tacui. Aliter legitur secundum Glo. Et hoc dupliciter. Primo modo sic; *Nam si &c.* quasi dicat, vtiq; euacuaretur gloria mea cœlestis, scilicet, si ideo prædicarem, vt sumptus acciperem; *Nam si euangelizauero* tantum, ita quòd non ex dilectione Dei, & proximi hoc faciam, nec libera voluntate; *Non est mihi gloria apud Deum. Necessitas enim* præcepti, quod non audeo omittere; *Mihi incumbit*, vnde si solo timore seruili prædico, væ enim, idest, æterna damnatio mihi est, si non euangelizauero, sicut mihi iniunctum est; *Si autem uolens &c.* Quasi dicat, si necessitate hoc facio, non est mihi gloria: si autem volēs hoc ago, idest, si voluntatem adiungo necessitati, mercedem ęternam habeo, ideo Psalm. 53. dicit, Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor &c. *Si autem inuitus*, idest, solo præcepto coactus euangelizo, *dispensatio mihi credita est*, sicut seruo, vt scilicet dispensem ad aliorum vtilitatem, non meam, quasi dicat. aliis proficio, non mihi. Intelligit enim hoc de dispensatione seruili, non filiali, secundum Glo. Aug.† Nemo inuitus bene facit & si bonum est, quod facit infra. 13. Si charitatem non habuero, factus sum velut æs sonans &c. Secundo modo, legitur sic; *Nam si euangelizauero* pro sumptibus accipiendis; *Non est mihi gloria*, de supererogatione in prædicando. Peto enim contra me Matt. 10. Gratis accepistis, gratis date: necessitas enim vitæ sustentandæ, mihi incumbit, quia pro necessitate vitę prædico. *Ve enim mihi est*, idest, famis cruciatio, si non euangelizauero. Si autem volens, idest, si non pro victus necessitate, sed pro charitate hoc ago, mercedem æternam habeo: si autem inuitus, idest, pro necessitate coactus, dispensatio mihi credita est sicut seruo &c. Deinde cum dicit; *Quae est ergo merces mea &c.* Hic ostendit, quòd non capiendo sumptus gloria eius conseruatur. Vbi primo, quærit, secundo soluit, ibi; *Vt euangelium praedicans &c.* Dicit ergo; *Quae est merces mea*, idest, quid faciendo mercedem accipiam, quia hoc est meritum mercedis, *Vt* scilicet, ego prædicans euangelium sine sumptu, ponam, idest, stabiliam *Euangelium* Esa. 28. Ponet triticum per ordinem &c. Hoc autem faciebat, secundum Glo. ne euangelium venale putaretur sine sumptu, inquam, & hoc vt non abutar potestate mea, id est, mihi commissa in euangelio prædicando, quod esset si acciperem indistincte, quia perderem authoritatem libere arguendi; quia Eccle. 20. exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertet correptionem. Ecclesiastica ergo vtilitas implicatur in hac solutione, scilicet, confirmatio boni, quia vt *Euangelium prædicans*: & declinatio mali, quia *ne abutar potestate*. Et notandum, quòd quatuor tetigit differentias eorum, qui tenentur prædicare. Quidam enim tenentur, sed non euangelizant, hi merentur pœnam. Quidā tenentur & euangelizant, sed coacti, hi non merentur mercedem, sed vitāt pœnam. Quidam tenentur & euangelizant voluntarie, sed accipiunt sumptus, & hi merentur mercedem, & vitant pœnam, sed nō habent supererogatiōis gloriam. Quidam tenentur & euangelizant voluntarie, nec accipiunt sumptus, & hi mercedem merentur, & vitant pœnam, & habent supererogationis gloriam. Primum statum tangit, ibi; *Vae mihi est &c.* secundum, ibi; *Nam si inuitus &c.* tertium, ibi; *Si autem uolens &c.* quartum, ibi; *Quæ est ergo merces &c.*

Ad frēs in her. ser. 34.

LECTIO QVARTA.

SVPERIVS ostendit, quòd non vult sumptus accipere, & hoc propter intentionem præmii, hic ostendit, quòd idem fecit propter amorem euangelii. Vbi primo dicit, ꝙ omnium se seruum fecit. Secundo, quòd omnibus se contemperare studuit, ibi; *Et factus sum Iudæis &c.* Tertio, subdit causam quare hoc fecit, ibi; *Omnia autem facio propter euangelium &c.* In prima implicat triplicem cōditionem commendabilem in seruitio: quæ sunt generalitas, liberalitas, vtilitas. Seruit ergo gratis siue liberaliter, ibi; *Cum essem liber &c.* Generaliter, ibi; *Omnium me &c.* Vtiliter, ibi; *Vt plures lucrifacerem &c.* Dicit ergo; *Nam cum essem &c.* Quasi dicat, sine sumptu ponam euangelium, nam & maius feci, scilicet, quòd; *Cum liber essem ex omnibus &c.* idest, nullius meritis obnoxius; *Omnium me seruum feci*, omnibus me contemperando, per vtilitatem, & quasi debitorem constituendo. 2. Cor. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum, & hoc *vt plures lucrifacerem*, idest, lucrum meæ prædicationis, & seruitutis facerem. Quærebat enim non res, sed animas. 2. Cor. 12. Non quæro vestra, sed vos. Si enim commendabile est seruire in temporalibus propter lucrum temporale, quanto plus in spiritualibus propter lucrum spirituale? Deinde cum dicit; *Et factus sum Iudæis &c.* Hic ostendit, quòd omnibus se contemperare studuit. Et primo dicit, ꝙ contemperauit se nondum conuersis, secundo, quòd etiam iam conuersis, ibi; *Factus sum infirmis &c.* Tertio, quòd generaliter vniuersis, ibi; *Omnibus omnia factus sum &c.* In prima, primo dicit, quòd contemperauit se Iudæis. Secundo, quòd Samaritanis, ibi; *Et his, qui sub lege &c.* Tertio, ꝙ Gentilibus, ibi; *His qui sine lege erant &c.* In prima, primo tangit contemperationem. Secundo, contemperationis rationem, ibi; *Vt Iudæos &c.* Dicit ergo; *Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus*, scilicet aliqua legalia seruando, sicut in discretione ciborum, in circuncisione Timothæi Act. 15. in purificatione legali Act. 21. Potest autem hoc intelligi dupliciter. Vno modo secundum † Hieronymum; *Factus sum Iudæis tanquam Iudæus*, per simulationis dispensationem. Simulabat enim se seruare legalia aliqua, quæ tamen non seruabat. Alio modo, secundum † Aug. *Factus sum Iudæis &c.* Vere enim condescendebat eis in obseruatione aliquorum legalium propter piā compassionem, & hoc fecit, vt Iudæos lucraretur Christo, idest, eos ad fidem Christi conuerteret. Deinde cum dicit; *Et his qui sub lege sunt &c.* Hic dicit, quòd contemperabat se Samaritanis. Vbi notantur tria de ipso. Primo, eius sagacitas in hoc, quòd se contemperabat, secundo eius libertas in hoc, quòd sub lege non erat. Tertio, eius vtilitas in hoc, quòd lucrifaciebat. Dicit ergo. Sum ēt his, qui sub lege Moysi sunt, idest, Samaritanis, qui non sunt Iudæi, sed Assyrii, qui fuerunt adducti ad inhabitandum terram Israel. 4. Reg. 17. Isti etiam erant sub lege Moysi, quia tantum quinque libros Moysi recipiebant, his ergo; *Factus sum quasi sub lege essem*, approbando, scilicet legem, & ex ea docendo Christum; *Cum tamen ipse sub lege non essem*, secundum literalem obseruantiam, vel seruiliter, quia iusto non est lex posita. 1. Timo. 1. Et hoc ideo feci; *Vt eos, qui sub lege erant*, scilicet ipsos Samaritanos; *Lucrifacerem*, eos ad fidem Christi conuertendo. Deinde cum dicit; *His qui sine lege erant &c.* Hic dicit, quòd contemperauit se Gentilibus. Vbi

Ad Aug. in 2. to. Epist. 11.

Aug. Epist. 19.

primo

primo, tangit suam conformitatem. Secundo, suæ fidei veritatem, ibi; *Cum tamen sine lege &c.* Tertio, suæ intentionis rectitudinem ibi; *Vt lucrifacerem &c.* Et hoc est, *Et factus sum his, qui sine lege erant*, idest, Gentibus Rom. 2. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, tanquam sine lege essem, idest, assentiendo rationibus eorum, & bonis positionibus philosophorum vt patet Act. 17. Cum tamen *sine lege non essem* Rom. 7. Mente seruio legi Dei; *Sed in lege essem*, non Iudæa, sed *Christi*, qui est Deus, nõ aute Moyses. De qua Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis &c. Et hoc ideo feci; *Vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant*, Gentiles ad fidem conuertendo. O fœlix zelator. Gregorius, Nullum tale sacrificium, quale zelus animarum. Deinde cum dicit; *Factus sum infirmis &c.* Hic ostendit, quòd se contemperauit iam conuersis. Vbi primo, ponit modum bonum. Secundo, finem debitum, ibi; *Vt infirmos*. Dicit ergo; *Factus sum* etiam *infirmis*, in fide *infirmus*, a licitis abstinendo. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor. Sic facit bonus medicus, qui comedit cibum infirmi, vt eum prouocet ad comedendum, & sic sanet. Et hoc feci; *Vt infirmos lucrifacerem* eos in fide roborando. Et breuiter; *Omnibus omnia factus sum*, quasi essem omnium sectarum. Ideo dicitur infra. 10. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et hoc; *Vt omnes facerem saluos* Sapien. 18. In vestimento Poderis, quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat descriptus. Et. 2. Regum. 4. Elisæus contraxit se ad modum pueri, & sic suscitauit illum. Et quia secundum Boetium, omnis alteritas discors, similitudo vero appetenda est: ideo viri spirituales salua vitæ, & religionis suæ obseruantia, omnibus se debent conformare: Deinde cum dicit; *Omnia facio propter euangelium*. Superius ostendit, quòd omnibus se contemperare studuit, hic subdit rationem quare hoc facit, & hanc duplicem; Vnam ex parte euangelii, scilicet, vt cursum liberum habeat. Aliam ex parte sui, scilicet, vt promissum præmium obtineat, ibi; *Vt particeps &c.* Et hoc est, quod dicit; *Omnia autem facio propter euangelium* sine impedimento prædicandum; *Vt particeps eius*, idest, promissionum, quæ in eo continentur; *Efficiar* Matth. 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

LECTIO QVINTA.

SVperius ostendit, quòd proposuit a sumptibus abstinere. Primo, propter intentionem præmii. Secundo, propter amorem euangelii. Hic tertio, propter expeditionem cursus & agonis sui. Primo, quidem ostendit, quòd oportet in stadio expedite currere. Secundo, quòd similiter oportet in agone expedite certare, ibi; *Omnis enim, qui in agone &c.* Tertio, quòd ipse facit vtrumque, ibi; *Ego igitur sic curro &c.* In prima, primo ponit exemplum expedite currentium. Secundo, monet eos ad similiter currendum, ibi; *Sic currite &c.* In prima, primo tangit currendi exercitium. Secundo, conuenientiam currentium, ibi; *Omnes quidem currunt &c.* Tertio, differentiam peruenientium, ibi; *Sed vnus accipit brauium &c.* In primo, notatur conditio viatorum. In secundo, multitudo vocatorum. In tertio paucitas electorum. Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Conditionem vero viatorum describit a tribus. A certitudine, cum quærit; *Nescitis.* A breuitate cum addit; *In stadio.* A labore cum subdit; *Currunt.* Dicit ergo; *Nescitis*. Quod tripliciter continuatur. Primo modo, sic. Quasi dicat. Recte abstineo a sumptibus sumendis, vt particeps efficiar. Nam si non abstinerem a contrariis euangelio, non essem eius particeps; *Nescitis*, enim; *Quod hi &c.* Vel sic, Nescitis quòd hoc facio vt particeps euangelii efficiar, & vtique possum esse particeps. Nam non sic est de euangelii præmio, vel de cursus brauio, quia hic vnus accipit brauium, ibi vero omnes accipere possunt. Tertio modo sic; *Nescitis.* Quasi diceret, Ideo autem sic curro, quia licet multi currentes sint, pauci tamen sunt peruenientes. *Nescitis enim*; *Quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt*: In labore pares sunt; *Sed vnus* tantum *accipit brauium*, idest, præmium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autem stadium, 125. passus. Et dicitur stadium a stando, quia Hercules tot passus currebat, & postea stabat, & respirabat, in fine huius spacii ponebatur aliquid quod erat præmium cursus, vt

LECTIO V.

NEscitis quoniam hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnib⁹ se abstinet. & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitute redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

aequus & pannus purpureus, & hoc dicitur brauium. Et licet in hoc stadio omnes currerent, vnus tamen solus accipiebat brauium scilicet, qui citius perueniebat. Sic in cursu spirituali vnus tantum, scilicet perseuerans accipit brauium. Quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Deinde cum dicit; *Sic currite &c.* Monet eos ad currendum, Vbi implicat tria. Actum strenuum; *Currite.* Modum debitum, *Sic*. Finem optimum; *Vt comprehendatis.* Dicit ergo; *Sic &c.* quasi diceret, quia vn⁹ accipit brauium; *Sic currite* per viam veritatis perseuerantes; *Vt comprehendatis* brauium vitæ æternæ Heb. 12. Per patientiam curramus, ad propositum nobis certamen. Deinde cum dicit; *Omnis autem, qui in agone &c.* Ostendit, quòd in agone oportet expedite certare. Vbi primo, tangit agonizantium pugnam: secundo, pugnandi formam firmam, ibi; *Ab omnibus se abstinet &c.* Tertio, sic pugnantium mercedem debitã, ibi, *Et illi quidem ut corruptibilem &c.* Primum est necessitatis, scilicet, pugnare: secundum virtutis, scilicet, abstinere. Tertium fœlicitatis, scilicet, coronam accipere. Dicit ergo; *Omnis qui in agone &c.* quasi diceret, vere sic agendum est, quod patet exemplo: quia; *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus*, impedientibus, *Se abstinet*. Vnde & nudi agonizabant in palestra. Attende, vt Augustinus ait, quòd de rebus non laudandis multæ trahuntur similitudines. Deinde cum dicit; *Et illi quidem ut corruptibilem &c.* tangit pugnantium mercedem. Et primo, pugnantium materialiter. Secundo, pugnantium spiritualiter, ibi; *Nos autem incorruptam &c.* Dicit ergo; *Et illi quidem* abstinent; *Vt corruptibilem coronam accipiant*, quod modicum est; *Nos autem*, abstinere debemus, vt accipiamus; *Incorruptam*, scilicet coronam vitæ, de qua Iaco. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit &c. Deinde cum dicit; *Ego igitur sic curro &c.* ponit exemplum vtriusque, scilicet currendi, & pugnandi. Vbi primo, tangit cursum suum in profectu boni. Secundo, pugnam suam in victoria mali, ibi; *Sic pugno &c.* Tertio, rationem vtriusque facti, ibi; *Sed castigo &c.* Dicit ergo; *Ego igitur &c.* quasi dicat, quia talis corona seruatur: igitur; *Ego sic curro.* bonum operando; *Non quasi in incertum*, idest, vt sim incertus de præmio. In incertum enim currit, qui talia facit, vt de quibusdam sperare, ex aliis uero possit desperare. Omnia instruunt ad bonum, & persona apostolica, quæ notatur, ibi; *Ego*. Et forma implicita, quæ notatur, ibi; *Sic*. Et actio strenua, quæ notatur, ibi; *Curro*. Et merces sperata, quæ notatur, ibi; *Non quasi in incertum*. Phil. 2. Non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui; *Sic pugno* contra hostes, decertando contra malum; *Non quasi aerem verberans*, idest, non verbis tantum, sed factis. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute: supra cap. 4. Vel *non quasi aerem uerberans*, idest, non inaniter me fatigando, aduersarium non lædendo. Sic erit perfectus homo, si sic se habeat, vt sit intentus in confessione. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Deuotus in oratione. Matth. 6. Sic ergo orabitis. Pater noster qui es in cœlis &c. Efficax in prædicatione. Iac. 2. Sic loquimini, & sic facite. Hęc tria pertinent ad actum oris recti, ita tamen quòd confessio dirigitur Deo, & proximo, oratio soli Deo, prædicatio soli proximo. Fortis in pugnando. Vnde *sic pugno &c.* Apocal. Qui vicerit sic, vestietur veste alba. Patiens in sustinendo. Iudith. 8. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Cautus in seruando. Ios. 2. Ad montana conscendite, ne forte occurrant vobis reuertentes &c. Et sic ibitis viam vestram. Primum propter malum culpæ, scilicet, pugna. Secundum contra malum pœnæ, scilicet, patientia. Tertium contra malum tentationis, scilicet, cautela. Benignus in condonando. Matth. 18. Sic, non est voluntas ante patrẽ uestrũ &c. Inutilẽ se reputando. Luc. 17. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta &c. Solicitus, se discutiendo 1. 11. Probet autem se homo, & sic de pane illo edat &c. Primũ reprobat malitiam proximi. Secundum probat bonitatem Dei. Tertium dubietatem status proprii. Humilis, in obsequendo. Matth. 4. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Agilis, in proficiendo. Vnde hic, *Sic currite*, idest, proficite in bono, vt comprehendatis. Constans, in perseuerando. Vnde hic, Sic currite Phil. 4. Sic state in domino charissimi. Famosus, in conuersando supra. 4. Sic nos existimet homo &c. Primum respicit incipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes.

merantes. Quartum perfectos. Deinde cum dicit; *Sed castigo corpus meum &c.* tangit rationem prædictorum vtriusque. Vbi primo, tangit austeritatem vitæ. Secundo, commendationem doctrinæ, ibi; *Ne forte &c.* Tertio, rationem concordiæ vtriusq;, ibi; *Ipse reprobus &c.* Ergo implet facto, quod docet verbo, ne se damnet ore ꝓprio.

Et hoc est, quod dicit; *Sed castigo corpus meum*, per declinationem mali, motus carnis illicitos repri mendo. Castigo ergo, non occido, corpus meum, non tan tũ alienũ Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrũ; *Et in seruitutem redigo*, per operationem boni, corpus, scilicet, spiritui seruire cogendo, & sensualitatem rationi subiiciendo. sicut de beato Martino legitur. Carnem spiritui seruire cogebat, & & hoc facio; *Ne forte cum aliis prædicauerim &c.* Aug. † suo timore nos terruit Apostolus: quid enim faciet agnus vbi aries timet & tremit? *Ipse reprobus*, idest, a Deo reprobatus efficiar, quod turpe esset Rom. 2. Qui prædicas non furandum, furaris. De huiusmodi posset vere dici illud Iob. 4. Ecce docuisti plurimos &c. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti. Hic quæritur, ibi; *Melius est mihi mori &c.* Contra, gloria non euacuatur nisi per peccatum. ergo accipere esset ei peccatum, non ergo licitum. Respondeo, gloria essentialis, per hoc non euacuaretur, sed gloria accidentalis est de hoc opere supererogationis. Item: si euangelizauero, non est mihi gloria. Contra, euangelizanti, & sumpt⁹ accipienti debetur & aurea, & aureola. Sed Glo. exponit, quando euangelizatur ex necessitate timoris, vel ex cupiditate mercedis temporalis. Item super illud, Dispensatio mihi credita est Glo. Non debemus euangelizare, vt manducemus. Contra, Ergo prædicatores, quæstuarii peccant mortaliter, quia faciunt, quod non debent. Respondeo, si propter quæstum principaliter faciunt, peccant: sed si propter fructum spiritualem inde prouenientem, bene faciunt. Item ibidem Glo. propter regnum Dei debemus operari omnia, non solum sed cum regno Dei, mercedem temporalem meditari. Contra, ergo qui vadunt ad ecclesiam pro distributionibus, peccant? Respondeo, Verum est si solum vel principaliter propter hoc vadant. Item super hoc. Vt non abutar potestate. Glo. quod esset si acciperet, quod probauit supra eodem, quòd ei licet accipere. Respondeo: intelligendum est, si acciperetur indiscrete, & inordinate, & immoderate. Item omnium seruum me feci. Contra, supra. 6. Nolite serui efficri hominum. Respondeo: hic loquitur de seruitute charitatis, scilicet in bono, ibi de seruitute iniquitatis, scilicet, in malo. Item, factus sum Iudæis Iudæus Glo. in cibis accipiendis, vel non accipiendis. Contra, Glo. Iniuste ergo reprehendit Petrum de discretione ciborum Gal. 2. Immo bene, quia Petrus discernebat cum scandalo Gentium, scilicet, in locis Gentilium, Paulus autem non. Item ibidem Glo. propter scandalum Iudæorum circuncidit Timothæum Act. 16. Contra: veritas doctrinæ vitæ, & iustitiæ non debet dimitti propter scandalum. Respondeo, vsque ad diuulgationem euangelii non erat de veritate doctrinæ siue vitæ, ne homines circuncideretur, sed ne spem ponerent in circuncisione. Item vt omnes facerem saluos. Contra, sciebat non omnes saluandos. Respondeo: volebat omnes in particulari, idest, quemlibet per se, non omnes simul. Item super illud: omnes quidem currunt Glo. in spirituali agone: quotquot quidem currunt, si spiritualiter currunt, accipiunt: & qui prior venerit expectat, vt coronetur cum posteriori. Contra: vnusquisq; in morte coronatur. Respondeo. Hoc intelligitur, de gloria corporis non animæ. Item super illud, Ne forte cum prædicauerim Glo. Suo timore nos terret Apostolus. Contra. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Verum est timorem pœnæ, sed non timorem separationis siue offensæ.

De ver. apostoli ser. 21.

LECTIO PRIMA.

SVperius monuit abstinere ab idolotitis. Primo, propter vitandum scandalum fratrum infirmorum: cap. 8. Secundo, propter exemplum suum, qui abstinet propter alios ab acceptione sumptuum cap. 9. Hic tertio, monet ad idem ex consideratione pœnæ Iudæorum, in deserto idola venerantium, vbi exemplo pœnæ istorum. Primo, monet abstinere a perpetratione peccatorum similium. Secundo, specialiter a comestione idolis immolatorum, ibi; *Propter quod charissimi, fugite ab idolorum cultura &c.* In prima, primo ostendit, q̃ antiquitus Iudæis contigit. Secundo, propter quod, quia non propter se tantum, sed propter nos corrigendos ita euenit. Hæc autem in figura facta sunt nostri &c. Tertio, vt exemplo eorum caueant, concludit, ibi, Itaque qui se existimat stare &c. Ergo pœna timenda, causa memoranda, cautela adhibenda. In prima, primo ponit beneficia gratiæ eis impensa existentibus; in Aegypto. Secundo, præstita in deserto, ibi; *Et omnes eandem escam &c.* Tertio flagella, propter ingratitudinem inflictam, ibi; *Sed non in pluribus &c.* In prima tangit tria beneficia. Primum, in protectione nubis. Secundum, in transitu maris rubri, ibi; *Et omnes mare transierunt &c.* Tertium, in purgatione baptismatis, ibi; *Et omnes in Moyse &c.* Dicit ergo; *Nolo nos &c.* quasi dicat, sic agendum est sicut monui. Non enim sufficiunt sacramenta ecclesiæ suscepta, vobis postea peccantibus, sicut nec Iudæis Dei beneficia, quin postea punirentur; *Nolo enim uos ignorare &c.* Hoc dupliciter legitur. Vno modo de bonis, & malis communiter. Alio modo de malis specialiter. Primo modo sic: *Nolo uos ignorare, fratres, quoniam patres nostri*, institutores fidei nostræ, omnes tam boni, quàm mali; *Sub nube*, protegente: *Fuerunt*. Exod. 13. Dominus præcedebat eos ad ostendendum viam, per diem in columna nubis &c. Vel, *Sub nube*, idest, sub figura & vmbra Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum &c. Et omnes mare rubrum submersis hostibus transierunt, non de vna ripa, ad ripam oppositam, sed ad eandem vnde transierunt, quendam sinum maris; *Et omnes in Moyse*, id est, in ducatu Moysi; *Baptizati sunt in nube, & in mari*, idest, per visa signa illa purgati ab ignorantia. Vel a vitiis per fidem, scilicet, submersis Aegyptiis Exod. 14. Timuit populus dominum, & crediderunt domino & seruo suo Moysi. Vel; *Baptizati sunt*, idest, signum baptismi receperunt. Nam baptismus constat ex aqua, & spiritu Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. Nubes autem symbolum erat spiritus, mare vero aquæ, vt dicit Damascenus. Deinde cum dicit; *Et omnes eandem escam spiritualem &c.* post beneficia exhibita Israel de Aegypto exeunti: hic tangit beneficia exhibita in deserto. Et primo, beneficium mannæ. Secundo, beneficium aquæ, ibi; *Et omnes eundem potum &c.* Tertio, potus originem mirabilem, ibi; *Bibebant autem &c.* Quarto, originis significationem, ibi; *Petra autem &c.* Dicit ergo, *Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt* manna scilicet, de cœlo. Vocat autem eã spiritualem cum esset corporalis, quia miraculose fuit data: de hoc habetur Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis. Et omnes eundem potum spiritualem, idest, aquam de petra Num. 20. Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquam, Percussit petram, & fluxerunt aquæ, *Bibebant autem de petra spirituali*, quæ dicitur spiritualis propter effectum miraculosum, propter futuri signũ. Petra consequente eos. Dupliciter intelligitur; *Consequente*, idest, satisfaciente voluntati eorum Psal. 77. Desiderium eorum attulit eis. Aquæ enim vbique sequebantur eos Esa. 48. Aquam de petra produxit eis &c. Vel; *Consequente eos*, idest, veritatem sequentem significante; *Petra autem erat Christus*, non per substantiam, sed per significationem. Hic est lapis, quem reprobauerunt &c. Alio modo legitur de bonis breuiter sic; *Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri*, institutores fidei nostræ omnes boni spiritualiter. Vnde dicit patres nostri non illorum; *Sub nube fuerunt*, sicut prius; *Et omnes eandem escam manducauerunt*, spiritalem, idest, corpus Christi, in signo spiritualiter intellecto. Vnde eandem escam spiritalem manducauerunt, idem, scilicet, quod nos: sed aliam escam corporalem, quàm nos: & hoc quantum ad maiores in Christum credentes. Manducabant Christum spiritualiter, secundum illud. † Crede & manducasti; *Et omnes eundem potum biberunt*, scilicet Christi sanguinem in signo. Sic loquitur de signo, & potu spirituali per fidem, non de corporali; *Bibebant autem de spiritali &c.* sicut prius. Appetendus cibus, & potus, quia sufficiens. Vnde dicit; *Omnes manducauerunt.* Indeficiens, quia eundem. Vtilis, quia potus & cibus spiritualis: quod notatur in ipso nomine spiritualis &c. Deinde cum dicit; *Sed non in pluribus &c.* Post beneficia tangit flagella. Et primo, offensam. Secundo, pœnam, ibi; *Nam prostrati sunt.* Dicit ergo; *Sed non in pluribus &c.* q.d. his omnibus beneficiis vsi sunt Iudæi; *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*: in illis, scilicet, quĩ Deum offenderunt, sed tantum in duobus, scilicet, Caleph, & Iosue, quibus solis concessum est terram promissionis obtinere Num. 14. Mala. 1. Non est mihi voluntas in vobis.

CAP. X. LEC. I.

NOlo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes, sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto.

In Psal. 77.

Aug. super 10. tract. 25

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS ostendit, quid antiquis Iudæis contingit. hic ostendit, quòd non propter se tantum, sed propter nos corrigendos, ita euenit. Vbi primo ostendit, quòd propter nos corrigendos a peccato, prædicta facta sunt. Secundo, quòd propter hoc etiam scripta sunt, ibi; *Hæc autem omnia in figura &c.* In prima, ostendit, quòd ideo facta sunt, vt cohibeamur a peccato: & primo a peccato cordis. Secundo, a peccato operis, ibi, *neque idolatræ efficiamini &c.* Tertio a peccato oris, ibi; *Neque murmurauerit is sicut quidam &c.* In prima, primo, deterret per pœnã. Secundo, ex hoc dehortatur culpã, ibi; *Vt non simus concupiscentes &c.* Tertio, malos reducit ad memoriam, ibi; *Sicut & illi concupierunt &c.* Dicit ergo; *Hæc autem in figura facta sunt nostri*, non ficta, sed vere facta; *In figura*, inquam, ideo scilicet, vt nos considerantes illorum supplicia; *Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt*, de quibus Psal. 105. Concupierunt concupiscentiã in deserto Num. 11. dicitur, quòd vulgus promiscuum flagrauit desiderio carnium. Et notandum, quòd sicut in bonis longe melius est, quod figuratur, quàm ipsa figura, vt regnum cœlorum, quàm terra promissionis: ita in malis longe peius est, quod figuratur, quàm figura significans, secundum autem August. †illa supplicia, quæ sustinuerunt, figura gehennæ fuerunt, quæ omni pœna maior est. Hæc autem pertinent ad sapientes inter Corinthios, qui desiderio carnes comedebant in idolio, & scandalizabant infirmos. Vnde similes erant Iudæis, carnes desiderantibus in deserto, vnde digni erant etiam simili pœna. Deinde cum dicit; *Neque idolatræ &c.* Dehortatur peccatum operis, vbi tangit tria peccata. Primo idolatriæ, Secundo, fornicationis, ibi; *Neque fornicemur &c.* Tertio, diuinæ tentationis, ibi; *Neque tentemus &c.* In prima, primo dissuadet idolatriæ vitium. Secundo, deterret per exemplum, ibi; *Sicut quidam ex ipsis &c.* Tertio; explicat exemplum implicitum, ibi; *Quemadmodum scriptum est &c.* Dicit ergo; *Neque idolatrae efficiamini*, idolotitis vescendo in venerationem idoli, vel scandalum infirmorum; *Sicut quidam illorum*, supple idolatræ fuerunt Exod. 32. & Psalm. 105. Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile; *Quemadmodum scriptum est*, Exod. 32. *Sedit populus*, idest, quidam de populo; *Manducare, & bibere*, coram idolo, quibus similes sunt, qui comedunt idolotita, idola venerando; *Et surrexerunt ludere*, idest, ludos facere, sicut choreas, & huiusmodi in venerationem idoli. Vel; *Surrexerunt ludere*; idest, idolum adorare, quod est simile ludo puerorum, qui faciunt imagines luteas. Deinde cum dicit; *Neque fornicemur &c.* tangit peccatum fornicationis, vbi primo dissuadet tale peccatum, secundo deterret per exemplum culpæ, ibi; *Sicut quidam &c.* Tertio, pœnæ, ibi; *Et ceciderunt vna die*. Dicit ergo; *Neque fornicemur*, vt quidam ex vobis supra. 5. Omnino auditur fornicatio inter vos; *Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt*, cum Madianitis. s. Nume 25. Et ideo; *Ceciderunt una die.* 23. immo. 24. *Milia*. sed maior numerus, non excludit minorem, vnde non dicitur hic cum præcisione, vel forte vitium scriptorum est. Deinde cum dicit; *Neque tentemus Christum &c.* tangit peccatum diuinæ tentationis, quod dissuadet primo, verbo: secundo, exemplo, ibi; *Sicut quidam &c.* Tertio, supplicio, ibi; *Et a serpentibus &c.* Dicit ergo; *Neque tentemus Christum*. diffidendo de eius potentia, sicut illi qui in uobis desperant de resurrectione; *Sicut quidam eorum tentauerunt* Deum vel Christum in Moyse dicentes, Nunquid poterit parare mensam in deserto? *Et* ideo; *A serpentibus perierunt*, donec, scilicet serpens æneus erectus est, ad cuius aspectum sanabantur. De hoc habetur Num. 21. & Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum. Deinde cum dicit; *Neque murmurauerit is &c.* Post peccatum cordis, & operis, dehortatur peccatum oris. Vbi primo, dissuadet murmurationis vitium. Secundo, adducit quosdam in exemplum; & primo, culpæ, ibi; *Sicut quidam &c.* Secundo, pœnæ, ibi; *Et perierunt a serpentibus*. Dicit ergo; *Neque murmurauerit is*, contra me, vel minores contra maiores Sap. 1. Custodite vos a murmuratione; *Sicut quidam eorum murmurauerunt*, contra Moysen Num. 16. Murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, *Et* ideo; *Perierunt ab exterminatore*, ab angelo, scilicet, qui extra terminos terræ eos percussit Baruch. 3. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Notandum super illud; *In Moyse baptizati sunt*, q̃ Dam. lib. 4. cap. de baptismo distinguit nouem genera baptismatũ, accipiẽdo baptismata large. Primũ, est aqua diluuii, de quo habetur Gen. 6. Secundum, mare rubrũ, de quo Exod. 14. Tertium, aqua expiationis, de qua Nume. 19. Quartũ, baptismus Ioannis, de quo Matt. 3. Quintum, baptismus, de quo Christus baptizatus fuit Luc. 3. Sextum, baptismus spiritusancti, super discipulos Act. 1. Vos autem baptizabimini spiritusancto. Septimum, baptismus pœnitentiæ, & contritionis, de quo Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo &c. Octauum, baptismus sanguinis, de quo Luc. 12. Baptisma habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur. Nonum, baptismus aquæ, & spiritus, de quo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritusancti. Deinde cum dicit; *Hæc autem omnia in figura &c.* Habito, quòd propter nos prædicta facta sunt, hic ostendit, quòd propter nos etiam scripta sunt. Et primo, quòd in significatione. Secundo, quòd in correctione, ibi; *Scripta sunt autem &c.* Dicit ergo; *Hæc autem &c.* quasi dicat, Ista contigerunt illis, & hoc non tantum propter sua peccata, non autem pro se, sed; *Omnia in figura* nostri, scilicet; *Contingebant illis*: erat enim tunc tempus figurarum. Deinde cum dicit; *Scripta sunt autem ad correctionem*. Tangit, quòd scripta sunt ad correctionem nostram. Vbi implicantur tria incertantia ad correctionem nostram. Primo, antiquorum exempla, quæ notantur in scripturis. Secundo, exemplorum causa, quæ est correctio nostra. Tertio, ætas nouissima, quæ est finis seculorum. Dicit ergo; *Scripta sunt autem ad correctionem nostram*, quia quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt Roma. 15. Nos dico; *In quos fines seculorum deuenerunt*, idest, sexta ætas, quæ est vltima ætas laborantium. 1. Ioan. 2. Filioli mei, nouissima hora est. Quia ergo in vltima seculi ætate sumus, tot exemplis priorum corrigi debemus. Vel; *In quos fines seculorum deuenerunt*, idest, in quibus per fidem, & amorem Christi finita est secularitas: quia Phil. 3. dicitur, Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde temporalia non promittuntur tempore gratiæ, sicut tempore legis. Vnde nec in pactum deducuntur, sed adiiciuntur, Matth. 6. Primum quærite regnum Dei &c. Sed antiquitus erant in pactum Esa. 1. Si volueritis, & audieritis &c. Ecce ergo exempla certa, quia scripta sunt: vtilia, quia ad correctionem nostram: durabilia, quia in quos fines &c.

LECTIO II.

HAec autem, in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentib° perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autẽ ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

LECTIO III.

ITaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis aũt De° est, qui nõ patietur vos tentari, supra id q̃d potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouẽtũ, vt possitis sustinere.

LECTIO TERTIA.

HABITA primo Iudæorum punitione. Secundo, punitionis ratione. Hic tertio concludit, quòd exemplo eorum debent a malo cauere, vbi primo monet, vt caueant casum. Secundo, cauendi docet modum, ibi; *Vos non apprehendat &c.* Tertio, promittit firmum adiutorium, ibi; *Fidelis autem Deus est &c.* In primo, implicat quatuor solicitantia sapientem, scilicet, multitudinem cadentium, cum dicit; *Itaque*. Incertitudinem stantium, cum subdit; *Qui se existimat stare &c.* Necessitatem cautelæ, cum addit; *Videat*. Facilitatem ruinæ, cum dicit; *Ne cadat*. Dicit ergo; *Itaque &c.* Quasi dicat, Illi & si beneficiis Dei vsi sunt, nihilominus propter peccata perierunt. *Itaque* ex eorum consideratione; *Qui existimat*, aliqua coniecturatione; *Se stare*, idest, quòd sit in gratia, & charitate; *Videat*, diligenti attentione; *Ne cadat* peccando, vel alios faciendo peccare Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer Psal. 90. Cadent a latere tuo mille &c. Ideo Ephe. 5. Videte, quomodo caute ambuletis. Deinde cum dicit; *Tentatio uos non apprehendat &c.* Docet modum cauendi causam, scilicet, cauendo tentationem. Vbi primo, docet aliquam tentationem fugiendam. Secundo, aliquam sustinendam, ibi; *Nisi humana*. Primo, notificat, quia pulsat vt introeat. Vnde dicitur; *Tentatio*. Secundo, quia impugnat, vt præualeat. Vnde subditur; *Non uos apprehendat*. Dicit ergo; *Tentatio &c.* Quasi diceret, ne cadatis; *Tentatio*, scilicet, peccati; *Non uos apprehendat* trahendo in consensum peccati; *Nisi humana*. hoc dupliciter exponitur. Vno modo, de tentatione interiori mala, & tunc est permissio, quasi dicat, nulla peccati dilectio vos apprehendat, nisi forte de malis, sine qua vita humana non ducitur. Non enim est homo, qui semper faciat bonum, & non peccet. 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Alio modo exponitur de tentatione exterioris boni. Et tunc est exhortatio, sic, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, scilicet tribulationum præsentium propter Christum tolerantia. Aug. †Propter Christũ pati humana tentatio est. Thob. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Deinde cum dicit; *Fidelis Deus*. Ostendit paratum adiutorium in tentatione. Vbi commendat Deum adiutorem, qui dat nobis resistendi potentiam. quod notatur ibi; *Sed faciet cum tentatione &c.* Perseuerantiam, quod notatur, ibi; *Vt possitis sustinere*, Vere fidelis Deus, qui dat potentiam, ne vincamur, gratiam vt mereamur, constantiam vt vincamus. Dicit ergo; *Fidelis &c.* Quasi diceret, vos ad hoc hortor & moneo, quod potestis. Fidelis dominus in omnibus verbis suis; *Qui non patietur uos tentari supra id, quod potestis*: quod vtique posset diabolus, si permitteretur, quia non est potestas super terrã, quæ ei cõparetur. Iob. 41. & Esa. 40. Dat lasso virtutem. Ideo Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis. Aug. † Qui dat diabolo tentandi licentiam, ipse dat tentatis misericordiam; *Prouentum*, inquam; *Ita vt possitis sustinere*, ne deficiatis in lucta, sed vincatis: quod fit per humilitatem, vt dicit Aug. Illi enim non crepant in fornace, qui non habent ventum superbiæ. Notandum est super illud, Qui se existimat stare &c. quod ad casum impellunt nos, primo, debilitas virium, sicut cadunt pueri, decrepiti, infirmi Esa. 40. In infirmitate cadent, quod contingit per tepiditatem bene operandi, & instabilitatem. Secundo, onus peccatorũ, sicut cadunt asini sub onere nimio Psal. 35. Ceciderũt qui operantur iniquitatem, quod contingit per negligentiam pœnitendi: quia peccatum, quod per pœnitentiam &c. Tertio, multitudo trahentium, sicut arbor vel domus multis trahentibus deorsum cadit. supra eodem, Neque fornicemur &c. quod contingit per impulsum hostium. Quarto, lubricitas viarum sicut incauti cadunt in lubrico Eccles. 28. Attende ne forte labaris in lingua, & cadas, & in conspectu &c. Quod contingit per incautam custodiam sensuum. Quinto, varietas offendiculorum, sicut auis capta, in medio laqueorũ Psal. 19. Hi in curribus &c. Prou. 24. Septies in die cadit iustus. quod contingit per corruptionem creaturarum. Sexto, ignorantia agendorum, sicut cæci cadunt de facili Matth. 15. Si cæcus cæco ducatum præstet &c. quod contingit per negligentiam addiscendi necessaria. Septimo, exempla cadentium, sicut angeli ad exemplum Luciferi Psal. 90. Cadent a latere tuo mille &c. Prou. 25. Fons turbatus pede & vena corrupta, iustus cadens coram impio, quia contingit per imitationem malorum. Octauo, ponderositas corporum, corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam, sicut lapis in collo natantis Iob. 14. Mons cadens defluit, quod contingit per carnis fomentum superfluum.

In q̃onibus vet. & nou. test. q. 99.

In Ps. 61. circa fin.

LECTIO IIII.

PRopter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, vosipsi iudicate, quod dico, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus.

CAPVT X.

cum dicit; *Propter quod*. Secundo, allicit blandiendo, cum subdit; *Charissimi mei*. Tertio, instruit exhortando, cum addit; *Fugite &c.* Dicit ergo; *Propter quod &c.* Quasi diceret, quia sacramenta sola non saluant, & qui cadit punitur, & auxilium Dei non deest, propter quod charissimi mei; *Fugite ab idolorum cultura*, idest, ab omni idoli veneratione Glos. Ideo hos Aposto. hortatur fugere ab idolatriæ superstitione, vel ne sapientes comedãt idolotita, cũ offendiculo infirmorum, quibus idolatrare videretur. Vel ne ipsi infirmi idolatræ sint, edendo in idoli veneratione. Fugite ergo ab idolorum cultura. Vel putatiua, quo ad esum sapientium: vel vera quo ad esum infirmorum. Deinde cum dicit; *Vt prudentibus loquor &c.* Monet cauere ab idolotitorum comestione ex communione sacramenti altaris. Vbi primo, quod dicturus est supponit eorum iudicio. Secundo, ostendit, quid est illud, scilicet, quòd per communionem eucharistiæ efficimur vnum cum Christo, ibi; *Calix benedictionis &c.* Tertio, probat, quòd ita est, quòd omnes sumus vnum in corpore eius mystico, ibi; *Quoniam unus panis &c.* Dicit ergo; *Vt prudentibus &c.* quasi dicat. Vt fugiatis; *Loquor*, vobis; *Vt prudentibus*. Vel sic; *Loquor*, vobis altum quid, scilicet, quod sequitur; *Vt prudentibus*. Vel sic loquor infirmis, scilicet, qui sunt inter vos, vt supra locutus sum prudentibus. Et ideo; *Vos ipsi*, maiores; *Iudicate quod dico*, Iob. 21. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo; *Iudicate*, inquam, hoc quod sequitur; *Calix benedictionis*, idest, potus calicis, per quem participantes benedicuntur Luc. 22. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic calix &c. *Cui benedicimus*, idest, quod nos fideles exaltamus credendo, & gratias agendo. Vel; *Cui benedicimus*, idest, quem nos sacerdotes consecramus; *Nonne communicatio sanguinis Christi est?* faciens nos vnum cum ipso, secundum illud Augu. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Est ergo sua ratio talis. Sicut participans calicem domini fit vnum cum eo, sic participans calicem dæmoniorum fit vnum cum eis, sed dæmonum vnitas est maxime fugienda, ergo & participatio idolotitorum in eorum veneratione. Et ideo fugite ab idolorum cultura; *Et panis quem frangimus*, idest, sumptio panis fracti in altari; *Nonne participatio corporis domini est?* faciens nos vnum cum Christo: quia sub specie panis sumitur corpus Christi. Deinde cum dicit; *Quoniam unus panis &c.* Ostendit, quòd omnes sumus vnum in corpore eius mystico. Vbi proponit, primo vnitatem. Secundo, subdit vnitatis rationem, ibi; *Omnes qui de uno &c.* In prima, tangit duplicem vnitatem. Primam incorporationis, qua in Christum transformamur, cum dicit; *Vnus panis &c.* Aliam vitæ, & sensus, quam a Christo capite accipimus, cum addit; *Et unum corpus &c.* Dicit ergo; *Quoniam unus &c.* quasi dicat, per hoc patet, quòd vnum sumus cum Christo, quoniam; *Vnus panis*, vnione fidei, spei & charitatis; *Et unum corpus multi sumus*, per subministrationem operum charitatis. Corpus, scilicet, illius capitis, qui est Christus; *Multi*, dico, scilicet, omnes; *Qui de vno pane*, idest, corporis Christi; *Et de vno calice*, idest, sanguine; *Participamus* digna participatione, scilicet spirituali, non tantum sacramentali Aug. † Accipite, quia vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo, quòd sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulatis, connectitur. De ista vnitate infra. 12. dicitur. Hic quæritur super illo, Omnes in Moyse baptizati Glo. per visa illa legalia purgati. Contra, legalia non iustificabant. Respondeo, iustificabant dispositiue a remotis, non causatiue, quia per modum signi, non causæ. Item super illud. Petra autem erat Christus Glo. Non petra dedit aquas, sed Christus. Contra Num. 20. Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquas. Respondeo, Petra dabat originaliter, non effectiue. Item super illud, Omnes eandem escam: Glo. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in æternum, scilicet, qui manducat corde, non qui præmit ore. Contra, ergo non oportet sacramentaliter manducare. Respondeo, non qui præmit ore solum, scilicet. Item super illud, Eundem potum spiritalem Glo. Idem est effectus in illis sacramentis, sed non tantum quantum in nostris. Contra, sacramenta vetera non efficiebant, quod figurabant. Respondeo, idem est effectus, sed aliter: nam illorum per modum signi: nostrorum per modum causæ. Item super illud, Hæc autem in figura facta sunt: Glo. Omnes pœnæ minores

Super. 10. tract. 25.

LECTIO QVARTA.

SVPERIVS ex consideratione Iudæorum pœnæ, monuit abstinere a porpetratione peccatorum similium: hic spetialiter monet cauere a comestione idolis immolatorum. Vbi primo, ponit commonitionem cauendi ab idolotitis. Secundo, subdit causam commonitionis, ibi; *Quod ergo dico &c.* Tertio, docet modum cauendi a dictis, ibi; *Omne quod in macello venit, manducate &c.* In prima, cauere ab idolotitorum comestione monet. Primo ex timore pœnæ consimilis. Secundo, ex communione sancti altaris, ibi; *Vt prudentibus loquor &c.* Tertio, ex similitudine sacrificii legalis, ibi; *Videte Israel secundum carnem &c.* In prima, vt eius obediant dictis. Primo, arguit inferendo,

minores ſunt gehenna. Contra, Carentia uiſionis Dei maior eſt, quam gehenna, ſecundum Chryſoſt. Reſpondeo, loquitur de pœnis temporalibus. Item ſuper illud, Qui ſtat, uideat ne cadat Glo. Non quòd ſit aliquis ſine caſu. Contra, multi ſunt ſine mortali. Reſpondeo, duplex eſt caſus, unus a domino per mortale, alter in domino per ueniale. Item ſuper illud, Fidelis Deus. Glo. Qui dat tentandi diabolo licentiam, dat tentatis miſericordiam. Contra, quòd ſit de licentia, licet ſit. Ergo licet diabolo tentare. Reſpondeo, licentia accipitur hic p̃ permiſſione, non pro conceſſione. Item uoſipſi iudicate. Contra, non eſt inferiorum iudicare de factis ſuperiorum. Reſpondeo, non debent iudicare iudicio ſuperordinationis, ſed licet iudicio diſcretionis. Item ſuper illud, Benedicimus Glo. Nos ſacerdotes. Contra, Quod minus eſt a maiori benedicitur. Reſpondeo, in ſacramento altaris, benedictio ſacerdotis fertur ſuper terminum a quo, id eſt, ſuper panem, non ſuper terminum, ad quem, id eſt, corpus Chriſti. Item. Panis, quem frangimus, &c. Contra, iam tunc non eſt ibi panis. Reſpondeo, ponitur ſignificatum pro ſigno, id eſt panis, pro ſpecie panis. Item ſuper illud. Nonne participatio, &c. Glo. per partes manducatur in ſacramento, & manet integer in cælo. Contra, Chriſtus ſub ſacramento eſt impartibilis. Reſpondeo, manducatur per partes ſacramenti, non ſui. Item ibidem Glo. in illo ſacramento corpus ſuum & ſanguinem commendauit, quod eſt, fecit nos ipſos. Contra, fecit nos corpus Chriſti uerum. Reſpondeo, quod id eſt cuius ſignificatum: unde relatio eſt ſimplex.

LECTIO QVINTA.

SVPERIVS monuit abſtinere a comeſtione idolotitorum. Primo ex timore pœnæ conſimilis. Secundo ex communione altaris: hic tertio monet ad idem ex ſimilitudine ſacrificii legalis. Vbi primo excitat attentionem. Secundo oſtendit propoſitum, ibi; *Nonne qui edunt hoſtias.* Dicit ergo; *uidete.* Hoc dupliciter legitur. Vno modo de ſacrificiis Iudæorum. Alio modo de ritu gentilium. Primo modo hoc, quòd dico, Iſrael eſt accuſatiui caſus. Alio modo uocatiui. Primo modo ſic, Quaſi dicat; Multi unum corpus ſumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Et hoc patet per hanc ſimilitudinem; *Videte Iſrael ſecundum carnem,* ſupple ambulantem, id eſt carnalibus ſacrificiis deſeruientem. Hoc dicit ad differentiam Iſrael ſecundum ſpiritum. De utroq; Rom. 2. Non enim, qui in manifeſto Iudæus, &c. *Nonne qui edunt hoſtias* legales; *Participes ſunt altaris* legalis? Sicut qui edunt carnem Chriſti & ſanguinẽ, participes ſunt corporis ei⁹. Secundo modo legitur ſic; *Videte, o Iſrael,* o uos qui eſtis Iſrael, ſpiritualis uidentis ſcilicet Deum; *uidete* inquam, ea quæ ſunt; *Secundum carnem,* id eſt in idololatriæ ritu carnali; *Nonne qui edunt hoſtias* idolis, ſcilicet, immolatas; *Participes ſunt altaris* dæmonum & idolorum? Quaſi dicat ſic. Eſt ergo ſua ratio talis, *Qui edunt hoſtias* oblatas altari; *participes ſunt altaris.* A ſimili, qui edunt hoſtias immolatas idolis, participes ſunt idolorum ſiue dæmoniorum. Deinde cum dicit; *Quid ergo dico, &c.* Superius poſuit monitionem cauendi ab idolotitorum comeſtione, hic ponit K cauſam admonitionis. Ponit autem quatuor cauſas quare debent ab idolotitis abſtinere. Primo, propter uitandã dæmonis ſocietatem. Secundo, propter uitandam ſacrę communionis excluſionem, ibi; *Quia non poteſtis calicem domini bibere, &c.* Tertio, propter uitandam Dei indignationem, ibi; *An æmulamur dominum, &c.* Quarto, propter fratrum læſionem, ibi; *Omnia mihi licent, &c.* In prima, primo oſtendit per hoc, quòd non dicit hoc, eo quòd alicuius uirtutis reputet idolum, uel idolotitum. Secundo, quòd potius ideo, quia dæmonibus eſt immolatum, ibi; *Sed quæ immolant, &c.* Tertio, quòd non uult eos eſſe ſocios dæmonum, ibi; *Nolo autem uos ſocios, &c.* Dicit ergo; *Quid ergo?* Quaſi dicat, Moneo cauere ab idolotitis; *Quid ergo dico,* id eſt, quid dicere uideor hoc monendo? Nunquid hoc, ſupple quòd illud; *quod idolis eſt immolatum ſit aliquid* uel alicuius uirtutis, ut noceat; *aut quod idolum ſit aliquid* ueneratione dignũ? Quaſi dicat, Non. Pſal. 134. Neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum; *Sed* hoc potius dico; *quòd quæ immolant gentes* idolo; *dæmoni immolant, & non Deo.* Pſal. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Deut. 32. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo. Deinde cum dicit; *Nolo autem uos fieri, &c.* Oſtendit, quòd non uult eos fieri ſocios dæmonum, quod fieret ſi communicarent menſæ idolorum. Et hoc eſt, quod dicit. *Nolo autem uos* qui fideles eſtis *Socios fieri dæmonum,* edendo, ſcilicet, de his, quæ idolis immolãtur, ſecũdæ Corinthiorum ſexto. Quę ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? Deinde cum dicit; *Non poteſtis calicem, &c.* Ecce ſecũda ratio, quare abſtinẽdum eſt ab idolotitis, quæ eſt talis. Omne quod excludit a communione corporis & ſanguinis Chriſti, uitandum eſt: Comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi, ergo uitanda eſt. Primo ergo oſtendit, quòd huiuſmodi comeſtio excludit a communione ſanguinis Chriſti. Secundo, quòd & a communione corporis Chriſti, ibi; *Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, &c.* Dicit ergo; *Non poteſtis, &c.* Quaſi dicat; *Nolo uos fieri ſocios dæmoniorum.* Hoc autem ideo dicit, quia; *Non poteſtis calicem domini bibere* potu ſpirituali, non ſacramentali tantum. Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam; *Et calicem dæmoniorum* ſimul, & hoc quoad ſacramentum ſanguinis; *Non poteſtis menſæ domini participes eſſe* quoad ſacramentum corporis; *Et menſæ dæmoniorum.*

Fieri dæmoniorum. Non poteſtis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ demoniorum. An emulamur dominũ? Nunqd fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.

H Mat. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ecce ergo calix fructuoſus, quia ad bibendum ſpiritualiter pretioſus, quia domini ſpecialiter purus & mundus: quia non datur immundis utiliter. Similiter poteſt dici demenſa. Deinde cum dicit; *An æmulamur dominum, &c.* Ecce tertia ratio talis. Omne illud quod prouocat iram Dei, uitandum eſt: Comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi, ergo uitanda eſt. Primo ergo oſtendit, quòd Deus prouocatur ex tali comeſtione. Secundo, quòd ſtultum eſt eum prouocare, ibi; *Nunquid fortiores illo, &c.* Dicit ergo; *An æmulamur,* id eſt, ad iram prouocare uolumus; *Dominum* comedendo idolotita? Vel ſic; *An æmulamur dominum,* id eſt, inuidemus ei, ut quaſi in contemptum eius hoc faciamus? Deut. 32. Prouocauerunt eum in diis. *Nunquid,* quaſi dicat, Non debemus eum prouocare; *Nunquid illo fortiores ſumus?* quaſi dicat, Non. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, rob uſtiſſimus eſt. Fatuum eſt enim prouocare fortiorem ſe. Notandum ſuper illud, Nolo autem uos ſocios fieri, quod eſt ſocietas bona & I mala, & utraque quadruplex. Eſt ergo ſocietas bona. prima perſonarum diuinarum, de qua primæ Ioannis primo, Vt ſocietatem habeamus cum Deo, & ſocietas noſtra ſit cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. Et hoc exigit ſumma iucunditas, quia nullius rei ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. Secunda angelorum ſanctorum, de qua Thobiæ 5. Credo enim, quòd angelus Dei bonus comitetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Hieronymus, Magna eſt dignitas animarum, &c. Tertia, uirorum iuſtorum, de qua Galat. 2. Iacobus, & Ioannes dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Et hoc exigit noſtra utilitas Eccleſ. 4. Melius eſt duos, &c. Quarta beatorum, de qua Apocalypſis primo, Ego Ioannes ſocius ueſter & frater in tribulatione & regno, & hoc exigit communis fœlicitas, quia ſi ſocii ſumus paſſionis, erimus & conſolationis, ſupra primo. Societas mala ſimiliter quadruplex. Prima, a parte malorum, de qua Eſa. primo, Principes tui infideles ſocii furum. Hæc eſt ſocietas Herodis & Pilati in cruciſixione Chriſti. Secunda hypocritarum, de qua Iob. 30. Frater fui draconum & ſocius ſtrutionum, quæ alas habere uidetur & uolare non poteſt. Hæc eſt ſocietas uulpis & lupi. Tertia dæmonum, de qua Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius ſocii eius, qui non eſt: hæc ſocietas catti & muris, carnificis & bouis. Quarta damnatorum, de qua ſecundæ Corinthiorum ſexto. Quæ ſocietas lucis ad tenebras, hæc eſt ſocietas incarceratorum in igne. Deinde cum dicit; *Omnia mihi licent, &c.* Ponitur quarta ratio talis. Omne illud, quod lædit proximorum ſalutem uitandum eſt: ſed comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi; ergo uitanda eſt. Primo oſtendit, quòd talis comeſtio comedenti non proficit. Secundo, quòd alterum lædit, ibi; *Omnia mihi licent, &c.* Dicit ergo; *Omnia mihi, &c.* quaſi dicat. Si illos peccare dicam, qui comedunt idolotita. Non tamen dico cibos in ſe illicitos, quia omnia quę ad eſcam pertinent, mihi licent. Vel & ſi omnia mihi licent, *ſed non omnia expediunt,* id eſt, adiuuant me in curſu meo. Simile

mile ſupra ſexto, *Omnia mihi licent,* id eſt, & ſi omnia mihi licent, *Sed non omnia ædificant,* proximos, ſed ea quæ charitatis ſunt: ſupra 8. Scientia inflat, charitas ædificat: & quia non omnia ædificant, *Nemo quod ſuum eſt quærat* tantum. Charitas enim non quæ ſua ſunt quærit, infra 13. *Sed quod alterius,* id eſt, quod alteri proficit. Sed, *heu,* Philip. 2. dicitur, Omnes q̃ ſunt ſua quærunt. Audiendus eſt ergo Apoſtolus, qui & docet verum, & monet bonum. Docet verum duplex, ſcilicet expediẽtiæ ſibi, quia; *Omnia licent, ſed non expediunt*: & ædificationis aliis, quia; *Omnia licent, ſed non omnia ædificant.* Monet bonum duplex, ſcilicet expedientiæ ſibi. *Nemo quod ſuũ eſt quærat,* & ædificationis aliis, *Sed quod alterius.*

LECTIO VI.

OMNE quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter cõſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Siquis uocat uos infidelium ad cenam, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſciẽ B tiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam: conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo, quòd gratias ago?

LECTIO SEXTA.

SVPERIVS monuit cauere ab idolothytis, & poſuit rõnẽ quadruplicem ſuæ monitionis: hic tertio docet modum cauendi a prædictis, oſtendendo quomodo liceat edere, & quomodo non. Primo ergo oſtendit, an liceat edere. Secundo, quando non licet; *Siquis autem dixerit &c.* Tertio quid in vtriſque debent attendere, ibi; *Siue ergo manducatis &c.* In prima, primo ponit duos caſus, in quibus licet idolothyta comedere. Primus, quando comedit per ſe, ſecundus, quando cum aliis, ibi; *Siquis autem infidelium &c.* Vel primus, quando neſcit idolis immolatum: ſecundus quando non in proximi ſcandalum. In primo caſu primo tangit comedendi licentiam: ſecundo comedendi præſtat cautelam, ibi; *Nihil interrogantes &c.* Dicit ergo; *Omne quod in macello uenit,* id eſt, venditur &c. quaſi dicat, quia licet edere, ſed non expedit aliquando, ideo ſic edite; *Omne quod in macello venit,* id eſt, venditur; *Manducate ſi* vultis. Omnis enim creatura Dei bona, & nihil reiiciendum &c. 1. Timo. 4. Vos dico; *Nihil interrogantes,* ſcilicet, an ſit idolis immolatum, vel non, & hoc; *Propter conſcientiam,* aſtantis infirmi; *Domini eſt terra &c.* quaſi dicat, Hoc ſecure poteſtis facere, quia; *Domini eſt terra, et plenitudo eius,* id eſt omnia quibus terra impletur pſal. 49. Quoniam meæ ſunt omnes feræ &c. Ambro. hoc in loco, Non poteſt eſſe immundum, quod domini eſt: ſed omnes carnes ſunt domini. ergo de ſe mundæ ſunt & licitæ. Deinde cũm dicit; *Si quis autem vocat &c.* Oſtendit quando licet comedere idolothyta cum aliis, quando, ſcilicet, dantur in conuiuio, & ignoratur ab infirmis, quòd ſint idolis immolata. Vbi implicantur quatuor expedientia cuilibet conuiuæ, ſcilicet, ne ſit impudens ſe ingerendo, quod notatur ibi; *Si quis vocat vos,* quòd non ſit offendens in reſpuendo, quod notatur ibi; *Et vultis ire.* quòd non ſit oneroſus in petendo, quod notatur ibi; *Omne quod vobis apponitur:* quòd non ſit indiſcretus in loquendo, ibi; *Nihil interrogantes.* Dicit ergo; *Siquis infidelium,* id eſt, gentilium. Nam cum Iudæis comedere, prohibitum eſt. 28. q. 1. c. omnes. vbi ſic dicitur, Omnes deinceps ſiue clerici, ſiue laici, Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quiſquam recipiat: quia cum Iudæi apud Chriſtianos cibis communibus nõ vtantur, indignum atque ſacrilegum eſt, eorum cibos a Chriſtianis ſumi. *Siquis ergo infidelium,* id eſt gentilium; *Vocat vos ad cœnam & vultis ire.* id eſt, placet vobis iuuitatio, *Omne* comeſtibile; *Quod vobis apponitur, manducate.* Conceſſio eſt, nõ iuſſio Luc. 10. Manducate, quę vobis apponuntur. Vos dico; *Nihil interrogantes* an ſit immolatum idolis, vel non. Et hoc; *Propter conſcientiam* infirmorum. Deinde cum dicit; *Si quis autem dixerit &c.* Oſtendit quando non licet comedere. Vbi aſſignat triplicem cauſam, quare non licet comedere. Primo, propter alterius conſcientiam. Secundo, propter damnationem propriam, ibi; *Vt quid enim libertas mea &c.* Tertio, propter imperitorum blaſphemiam, ibi; *Si cum gratia participo &c.* Prima ratio talis eſt. Nihil faciendum eſt ſcienter, quod lædat conſcientiã eius qui facit: ſed comeſtio idolothyti eſt huiuſmodi. ergo nihil tale eſt faciendũ. Primo ergo proponit idolothyti cognitionem. Secundo, diſſuadet eius comeſtionem, ibi; *Nolite manducare &c.* Tertio, ſubdit huius rationem, ibi; *Propter illum qui*

Cũ Iudæis comedere non licet.

A *indicauit.* Dicit ergo; *Si quis autem dixerit,* etiam non interrogatus; *Hoc eſt immolatum idolis, nolite manducare*: & hoc; *Propter illum, qui indicauit* hoc eſſe immolatum idolis, ſcilicet; credatte manducare ſub veneratione idoli, non quòd cibus de ſe ſit immundus. Roma. 14. Scio & confido in domino, quòd nihil commune eſt per ipſum, niſi illi qui exiſtimat aliq̃d cõmune eſſe, ſed etiã; *Propter conſcientiam* aliorum infirmorũ. *Conſcientiam autẽ non tuam,* quæ firma eſt, *Sed alterius,* ſcilicet infirmi. 2. Cor. 6. Nemini dantes vllã offenſionem. Deinde cũ dicit, *Vt quid enim libertas mea &c.* Ecce iam ſecunda ratio, quæ eſt talis. Quod facit ad iudicium damnationis propriæ vitandũ eſt: ſed comeſtio idolothyti cum ſcandalo proximi eſt huiuſmodi. ergo talis comeſtio vitanda eſt: & hoc eſt, quod dicit; *Vt quid &c.* quaſi dicat, Nolite manducare propter conſcientiam infirmi. *Vt quid enim libertas mea,* id eſt, quod liberum mihi eſt; *Iudicatur ab aliena conſcientia,* id eſt, mihi fit damnabile propter conſcientiam alienã ratione ſcandali, quaſi dicat, ſi comedo cum alterius ſcandalo, ſic ago vt reddam me damnabilem Matt. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei. vt ſuſpendatur mola aſinaria &c. Vt quid ergo ſic ago. q. d. male ago. Deinde cum C dicit, *Si ego cum gratia participo &c.* Ecce ratio tertia talis, Carnendus eſt caſus in blaſphemiam, & vituperium aliorum: ſed comedendo idolothytũ, cum ſcandalo comedo ſic. ergo &c. Vbi primo tangit modum edendi debitum. Secundo nihilominus blaſphemiam inſipientium, ibi; *Quid blaſphemor.* Dicit ergo. *Si ego cum gratia,* id eſt, cum gratiarum actione; *Participo,* id eſt, comedo: ſic enim ſemper ſumendus eſt cibus Ioan. 6. Gratias agens benedixit & fregit; *Quid blaſphemor* ab imperitis dicentibus idolatrare. Blaſphemor, inquam, *Pro eo quod gratias ago,* id eſt, quòd gratias agendo participo Roma. 14. Non ergo blaſphemetur bonum nomen veſtrum,

LECTIO VII.

SIVE ergo manducatis, ſiue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam B Dei facite. Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus, & eccleſiæ Dei, ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalui fiant.

LECTIO SEPTIMA.

HABITO quando licet de idolothytis comedere, & quando non: hic oſtendit, quid in vtroque debent intendere. Primo reſpectu Dei, quia debent quærere eius gloriam. Secundo quid reſpectu proximi: quia debent cauere eius offenſam, ibi; *Sine offenſione eſtote &c.* In prima, primo inducit actum multiplicem: ſecundo perſuadet actuum intentionem debitam, ibi; *Omnia in gloriam Dei &c.* dicit ergo; *Siue ergo &c.* q. d. Quia hæc mala contingunt; *Ergo ſiue manducatis ſiue bibitis,* quæ ſunt opera neceſſitatis; *Vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite,* & cum inuocatione creatoris ea intentione, vt Deus laudetur & glorificetur. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. Coloſſenſ. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut opere, oĩa in gloriam Dei facite. Aug. in Pſ. 34. cõcione 2. in fine. Hæc ſi recte fiunt, laudes Dei ſunt. Non ergo ſolũ vox tua ſonet laudes Dei, ſed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cum enim Deus laudatur de bono opere, Deum laudas: & cum blaſphematur Deus de malo opere tuo, Deum blaſphemas. Deinde cum dicit; *Sine offenſione eſtote &c.* Monet E vt caueant ab offenſa aliorum, & perſuadet hoc primo, verbo: ſecundo, exemplo, ibi; *Sicut & ego per omnia &c.* vbi poniſſe in exemplum, primo pacificæ conuerſationis: ſecundo fructuoſæ operationis, ibi; *Non quærens, quod mihi vtile &c.* Tertio rectæ intentionis, ibi; *Vt ſalui fiant.* Felix cuius conuerſatio amabilis, operatio vtilis, intentio ſalubris. dicit ergo; *Sine offenſione &c.* q. d. Vt omnia in gloriam Dei fiant; *Sine offenſione eſtote Iudæis,* qui non adorant idola, & ideo in tali comeſtione ſcandalizantur; *Et Gentibus,* qui adorant idola, & ideo per huiuſmodi comeſtionem in errore confirmantur; *Et eccleſiæ Dei* quantum ad infirmos in fide, qui inde offenduntur. Iudæi ſunt ſub lege, ſed non ſunt ſub fide: Gentes nec ſub lege, nec in fide? Eccleſia Dei & ſub lege, & in fide Roman. 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt; cum omnibus hominibus pacem habentes; *Sicut & ego per omnia omnibus placeo,* tanquam conuerſus ſine ſcandalo; *Ego,* inquam, *Non quærens quod mihi vtile eſt* tantũ,

Sed

Sed quod multis. Ecce optimus modus placendi omnibus, si omnium vtilitas, non priuatum commodum procuretur. Charitas, inquam, non quærit quæ sua sunt; *Quod est vtile*, inquam, multis, & non hoc ad aliquod commodum temporale; *Sed ad hoc; Vt salui fiant* Phil. vlti. Non quæro datum, sed fructum.

CAP. XI. LEC. I.

IMITATORES mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autē vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Volo autem uos scire, quòd omis uiri caput Christus est: caput aūt mulieris, uir, caput uero Xpi Deus.

Notandum, quòd multa sunt, quæ merito placere faciunt hominibus. Primum prudentia in consiliis, sicut ad vocatus, clienti. Dispensator principi placet. Gen. 41. Placuit Pharaoni consilium, & omnibus seruis eius. Eccle. 20. Vir prudens placebit magnatis. Secundum, munditia in factis, sicut coniunx coniugi, instrumentum vtenti placet. 1. Reg. 2. Puer autem Samuel crescebat & proficiebat, placens tam Deo, quàm hominibus. Non sic filii Heli. Tertium, pietas in suffragiis, sicut medicus infirmanti, baculus seni placet. Vnde de sepultura Abner dicitur. 2. Regum 3. Placuerunt eis omnia, quæ fecit Dauid &c. Quartum, sapientia in verbis, sicut lumen viatori, viror visui placet. Iosuæ. 22. Placuit sermo cunctis audientibus. Ecclesia. 20. Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Quintum, clementia in responsis: sicut sapor gustui, melodia auri, placet. 2. Paralipome. 10. Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. Sextum, fortitudo in bellis: sicut pugil conductori, miles principi, placet. 1. Reg. 18. Dixerunt serui Saul ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Septimum, largitas in beneficiis, sicut pluuia terræ arenti, sicut fons sitienti, placet. 1. Mach. 14. de Simone. Quæsiuit bona gentis suæ, & placuit illis potestas eius. Hic quæritur super illud, Nolo vos esse socios dæmoniorum Glo. ad hoc genus pertinent, quæ fiunt in quibusdam rebus suspendendis, vel alligandis. Contra, ergo suspensio herbarum ad collum, vel cartularum, quæ fieri solet, ad idolatriam pertinet. Responsio, Aut herbæ habent a natura vim naturalem ad effectum illum, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. Item super illud, Omnia mihi licent Glo. potestate liberi arbitrii, & doctrina legis naturalis. Contra. Secundum legem naturalem multa sunt illicita. Respondeo, hic loquitur de cibis specialiter. Item ibidem Glo. Præcepto domini illa prohibentur. Respondeo: illa præcepta ad tempus fuerunt: & reuocata sunt. Item. Nihil interrogantes. Contra, Tho. 2. Videte ne forte furtiuus sit. Respondeo: non est simile, quia cibum furtiuum non est licitum in se comedere, sed idolo immolatum licet edere, nisi propter scandalum alterius. Item, Omnia in gloriam Dei facite. Contra. ergo nullus actus est indifferens. Respondeo: Relatio hæc in gloriam Dei intelligitur, vel in actu, vel in aptitudine referendi, quæ non est solum in bonis, sed etiam in indifferentibus. Item, Domini est terra & plenitudo. Contra: eadem ratio fuit sub lege: Ergo si omnia sunt modo munda, quia domini sunt, & tunc fuerunt. Respondeo, Reputatione legis immunda dicta sunt, sed non sui natura. Item: Sicut ego per omnia omnibus placeo. Contra. Galat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Item quomodo placebat persecutoribus suis. Respondeo: ad primum, Placere volebat hominibus propter Deum, non propter se. Ad argumentum secundum, intelligitur hoc, non de omnibus generaliter, sed de ecclesiasticis viris secundum glosam.

CAP. XI. LECTIO PRIMA.

SVPRA Apost. remouit a fidelibus id, quod est contrarium Eucharistiæ sacramento, scilicet participationem mensæ idolorum. Nunc autem instruit fideles de ipso Eucharistiæ sacramento. Et primo præmittit quandam ammonitionem generalem: Secundo accedit ad propositū, ibi; *Volo autem vos scire &c.* Circa primum, duo facit. Primo proponit ammonitionem. Secundo significat quomodo Corinthii ad prædictam ammonitionem se habebant, ibi; *Laudo autem vos fratres &c.* Circa primū considerandum est, quòd ita se habet naturalis ordo rerum, q̄ ea, quæ sunt inferiora in entibus imitantur ea, quæ sunt superiora secundum suum posse. Vnde etiam naturale agens tanquam superius, assimilat sibi patiens. Primordiale autem principium totius processionis rerum est filius Dei, secundum illud Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Et ipse ideo est primordiale exemplar, quod omnes creaturæ imitantur tanquam veram & perfectam imaginem patris. Vnde dicitur Colossens. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quia in ipso condita sunt vniuersa. Speciali tamen quodam modo, exemplar est spiritualium gratiarum, quibus spirituales creaturæ illustrantur, secundum illud quod in Psal. 109. dicitur ad filium, In splendoribus sanctorum, ex vtero ante lucifer tum genui te, quia scilicet genitus est ante omnem creaturam per gratiam lucentem, habens exemplariter in se splēdores omnium sanctorum: hoc autem exemplar Dei, prius erat a nobis valde remotum, secundū illud Eccle. 2. Quid est homo, vt sequi possit regem factorem suum? Et ideo homo fieri voluit, vt hominibus humanum exemplar præberet. Vnde Augustinus dicit in libro de agone Christiano. Qua peruersitate non careat, qui dicta & facta illius hominis intueri diligit & sectatur, in quo se nobis, ad exemplum vitæ, præbuit filius Dei? Et sicut diuinitatis eius exemplar, primo quidem imitantur angeli, secundario vero reliquę creaturæ, vt Dionysius dicit. 10. cap. angelicę Hierarchiæ, ita humanitatis exemplar principaliter quidem imitandū proponitur, prælatis ecclesiæ tanquam superioribus. Vnde & dominus Apostolis dicit Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quēadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Secundario vero ipsi prælati informati exemplo Christi: proponuntur exemplar vitæ subditis, secundum illud 1. Pet. vlt. Forma facti gregis ex animo. Et 2. Thes. 3. Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Et ideo Apostolus signanter dicit, Dixi vt sine offensione omnibus sitis, & hoc quidem facere poteritis, si hoc quod dico seruetis. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi* scilicet sum imitator. Imitabatur enim eum primo quidem in mētis deuotione Galat. 2. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Secundo in subditorum solicitudine. Vnde dicebat Phil. 2. Si immolor supra sacrificiū & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Sicut & Christus obtulit semetipsum pro nobis, vt dicitur Ephes. 5. Tertio quantum ad passionis tolerantiam 2. Cor. 4. Semper mortificationē Iesu in corpore circunferentes. Et Galat. vlt. Ego stigmata domini Iesu, in corpore meo porto. Est autem notandum, quòd non simpliciter dicit, imitatores mei estote, sed addit, sicut & ego Christi, quia, scilicet, subditi prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficiens sanctitatis exemplar. Deinde cum dicit, *Laudo autem uos fratres.* Ostendit qualiter Corinthii se habebant ad ammonitionem prædictam. Circa quod considerandum est, q̄ subditi suos prælatos sequuntur dupliciter scilicet, quantum ad facta, & dicta. Quantum quidem ad facta, dum subditi prælatorum exempla imitantur. Vnde dicitur Iacob. 5. Exemplum accipite, fratres mei, prophetarum, qui loquuti sunt in nomine domini. Quantum vero ad dicta, dum eorum præceptis obediunt Prouer. 3. Custodi præcepta mea, & viues. In his autem Corinthii deficiebant, & maxime, quantum ad maiorem multitudinem, & ideo Apostolus alloquens eos, dicit; *Laudo autem uos fratres*, quasi dicat, Super hoc laudandos uos præbere debetis, sed non facitis; *Quod per omnia memores estis*, quasi ad imitandum mea exempla. Non enim possumus illorum exempla imitari, quorum memoriam non habemus. Vnde dicitur Hebr. 13. Mementote præpositorum vestrorum, quorum intuētes exitum conuersationis, imitamini fidem. Quantum vero ad dicta, subdit; *Et sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis*, quasi dicat eodem tenore obseruatis, quo ego tradidi, hoc enim dicit, quia ab obseruantia præceptorum eius recesserant. Ioan. 15. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed videtur hic modus loquendi non esse conueniēs veritati sacræ scripturæ, quæ nihil paritur falsitatis, secundum illud Prouer. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Sed dicendum, quòd ironica loquutio est vna de locutionibus figuratiuis, in quibus veritas non attenditur, secundum sensum, quem verba faciunt, sed secundum id, quòd loquens exprimere intendit, per simile, vel contrarium: vel quocunque alio modo. Et ideo in ironica locutione veritas attenditur secundum contrarium eius, quod verba sonant, sicut in metaphorica secundum simile. Deinde cum dicit; *Volo autem uos scire fratres &c.* Accedit ad propositum, instruens fideles de Eucharistiæ sacramento. Et circa hoc tria facit. Primo redarguit eorum errores circa ritum huius sacramenti. Secundo, ostendit huius sacramenti dignitatem, ibi; *Ego enim accepi a domino &c.* Tertio docet conuenientem ritum, ibi; *Itaque fratres mei.* Circa primum tria facit. Primo redarguit eorum errorem, quo scilicet errabant in habitu, quia scilicet mulieres ad

ad sacra mysteria conueniebant capite non uelato. Secundo arguit errorem in conuentu, quia scilicet, dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant, ibi; *Hæc autem præcipio non laudans &c.* Tertio, quantum ad certum cibum, quia scilicet pransi ad sacra mysteria sumenda accedebant, ibi; *Conuenientibus autem uobis &c.* Circa primū, duo facit. Primo, præmittit quoddam documētum, ex quo sumitur ratio subsequētis monitionis. Secūdo, ponit monitionem, ibi; *Omnis āt uir orās etc.* Circa primum ponit triplicem comparationem, quarum prima est Dei ad hominem, dicens, Dixi, q̄ præcepta mea tenetis per cōtrarium. Sed vt appareat vos irrationabiliter agere; *Volo uos scire* tanquam rem necessariam, secundum illud Esa. 5. Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam; *Quod omnis uiri caput, Christus est.* quod quidem dicitur, secundum similitudinem capitis naturalis, in quo quatuor considerantur. Primo quidem perfectio, quia cætera membra vnum solum sensum habeant scilicet tactum: in capite vigent omnes sensus, & similiter in aliis viris inueniuntur singulæ gratiæ, secundum illud quod dicitur infra. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientię, alii sermo scientiæ &c. Sed in homine Christo, est plenitudo omnium gratiarum. Non enim ad mensuram dat ei Deus spiritum, vt dicitur Ioann. 3. Secundo in capite inuenitur sublimitas, quia vt scilicet, in homine, est superius omnibus membris, ita etiam Christus supereminet, non solum omnibus hominibus, sed etiam omnibus angelis, secundum illud Ephes. 1. Constituens illum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem. Et infra, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. Tertio, in capite inuenitur influentia, quia scilicet quodam modo influit cœteris membris sensum & motum, ita a capite Christo in cœtera membra ecclesiæ, motus & sensus spiritualis deriuatur, secundum illud Col. 2. Non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum, & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Quarto in capite inuenitur conformitas naturæ ad cætera membra, & similiter in Christo ad alios homines, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Secundam comparationem ponit hominis ad hominem, cum dicit; *Caput autem mulieris uir.* Quod etiam, secundum prædicta quatuor verificatur: nam primo quidem vir, est perfectior muliere, non solum quantum ad corpus, quia vt Philosophus dicit in libr. de Generatione animalium, Fœmina est masculus occasionatus: sed etiam quantum ad animæ vigorem, secundum illud Eccles. 7. Virum ex mille reperi vnum, mulierem ex omnibus non inueni. Secundo, quia vir naturaliter superminet fœminæ, secundum illud Ephes. 5. Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris. Tertio, quia vir influit gubernando mulierem, secundum illud Genes. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quarto, vir & fœmina conformes sunt in natura, secundum illud Genes. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertiam comparationem ponit Dei ad dominum, cum dicit; *Caput uero Christi Deus.* Est autem considerandum, quòd hoc nomen, Christus, significat personam prædicatam ratione humanę naturæ: & sic hoc nomen, Deus, non supponit solum personam patris, sed totam trinitatem, a qua in humanitate Christi, sicut a perfectiori, omnia bona deriuantur, & cui humanitas Christi subiicitur. Alio modo, potest intelligi, secundum quod hoc nomen Christus, supponit dictam personam ratione diuinæ naturæ, & sic hoc nomen, Deus, supponit solum personam patris: quæ dicitur caput filii, non quidem secundum maiorem perfectionem, vel secundum aliquam suppositionem, sed solum originem & secundum conformitatem naturæ, sicut in Psal. 2. dicitur, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Possunt tamen hæc mystice accipi, prout in anima est quoddā spirituale cōiugium. Nam sensualitas fœminæ comparatur, ratio vero viro, per quem sensualitas regi debet. Vnde & caput eius dicitur. Vel potius ratio inferior, quæ inhæret temporalibus disponendis, mulieri comparatur: viro autem ratio superior, quæ vacat contemplationi æternorum, quæ caput inferioris dicitur: quia secundum rationes æternas sunt temporalia disponenda, secundum illud Exod. 25. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Dicit autem caput viri Christus: quia sola ratio secundum superiorem sui partem Deo inhærens.

LECTIO II.

OMNIS autē uir orās, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suū. Omnis aūt mulier orans, aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suū. Vnum est.n. ac si decaluetur. Nā etsi non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tōderi aūt decaluari, uelet caput suū. Vir quidē non debet uelare caput suū, quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria uiri est.

LECTIO SECVNDA.

PRAEMISSO documento subiungit ammonitionem, cuius ratio sumitur ex documento prædicto. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ammonitionem ex parte viri. Secundo ex parte mulieris, ibi; *Omnis aūt mulier &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd caput mulieris est vir; *Omnis autem uir orās aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum.* Circa quod cōsiderādum est, quòd quilibet homo iudici assistens, suam conditionem, vel dignitatem debet profiteri, & præcipue assistens Deo, qui est omnium iudex: & ideo, qui Deo assistunt, ordinatissime & conuenientissime se gerere debēt secundum illud Eccle. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Dupliciter autem homo Deo assistit. Vno modo, humana in Deum referens, quod quidem fit orando, secundum illud Eccle. 39. In conspectu altissimi deprecabitur, aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Alio modo diuina ad homines deferens, quod quidē fit prophetando, secundum illud Ioel. 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri. Vnde signanter Apostolus dicit; *Vir orans & prophetans.* His enim duobus modis vir Deo tanquam iudici, vel domino assistit. Dicitur autem prophetans dupliciter. Vno modo inquantum homo aliis annuntiat, quæ ei diuinitus reuelantur, secundum illud Luc. 1. Zacharias pater eius, impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens, Benedictus dominus Deus Israel &c. Alio modo, dicitur homo prophetans, inquantum profert ea, quæ sunt aliis reuelata: vnde illi, qui in ecclesia dicunt prophetias, vel alias sacras scripturas legunt, dicuntur prophetantes. Et sic accipitur infra 14. Qui prophetat & ecclesiam ædificat: & ita etiam hic accipitur. Pertinet autem ad dignitatem viri (vt infra patebit) carere velamine capitis, & ideo dicit, quòd; *Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum*, idest, rem conuenientem sibi agit. Sicut enim in corpore pulchritudo dicitur ex debita proportione membrorū in cōueniēti clatitate, vel colore: ita in actibus humanis dicit pulchritudo ex debita proportione verborū vel factorum, in quibus lumen rationis resplendet. Vnde & per oppositum, turpitudo intelligitur, quando contra rationem aliquid agitur & non obseruatur debita proportio in verbis & factis. Vnde supra septimo dictum est, Si quis turpem se videri existimat super virgine sua, q̄ sit superadulta. Sed contra hoc obiicitur, Nam multi velato capite, in ecclesia orant absque omni turpitudine secretius orare volentes. Dicendum est autem, quòd duplex est oratio. Vna priuata, quam scilicet, quis Deo offert in propria persona: alia publica, quam quis offert Deo in persona totius ecclesiæ, vt patet in orationibus, quæ in ecclesia per sacerdotes dicuntur: & de talibus orationibus Apostolus hic intelligit. Item obiicicitur de hoc, quod dicit Glos. quòd prophetans dicitur, scripturas referans, & secundum hoc, ille, qui prædicat, prophetat. Episcopi autem prædicant capite tecto mitra. Sed dicendum est, quod ille, qui prædicat, vel docet in schola is ex propria persona loquitur. Vnde & Apostolus Rom. 2. nominat euangelium suum, scilicet propter industriam qua vtebatur in prædicatione euangelii: sed ille, qui sacram scripturam in ecclesia recitat, puta legendo lectionem, vel epistolam, vel euangelium, ex persona totius ecclesiæ loquitur. Et de tali prophetāte intelligitur, q̄d hic Apostolus dicit. Sed tunc remanet obiectio de his, qui cantāt psalmos in choro capite tecto. Sed dicendum, quòd psalmi non cantantur, quasi ab vno singulariter se Deo præsentante, sed quasi a tota multitudine. Deinde cum dicit; *Omnis autem mulier &c.* ponit ammonitionem quantum ad mulieres, dicens; *Omnis autem mulier orans, aut prophetans*, vt supra; *Non uelato capite*, quod repugnat propter conditionē eius; *Deturpat caput suum*, idest rem inconuenientem facit circa sui capitis detectionem. Sed contra hoc obiicitur, quia Apostolus dicit 1. Timo. 2. Docere in ecclesia mulieri non permitto. Quomodo ergo competit mulieri, vt oret, aut prophetet publica oratione, aut doctrina? Sed dicendum est, hoc intelligendum esse de orationibus ac lectionibus, quas mulieres in suis collegiis proferunt. Deinde cū dicit; *Vnum est enim &c.* probat ammonitionem prædictā. Et primo inducit probationem. Secundo, probationis iudiciū auditoribus cōmittit, ibi; *Vos ipsi iudicate &c.* Circa primū duo facit. Primo, inducit probationē. Secundo, excludit obiectionē, ibi; *Veruntamen neque uir &c.* Circa primū ponit triplicem probationem, quarum prima sumitur per comparationem,

al. li. 1. phy. tex. cō. 81.

ad humanam naturam. Secunda, per comparationem ad Deum ibi; *Vir quidem non debet &c.* Tertia, per comparationem ad angelos, cum dicit; *Et propter angelos*, Circa primum considerandum est, quòd natura, quæ cæteris animalibus prouidit auxilia sufficientia vitæ, hoibus præbuit ea imperfecta, vt per rationē, arte, vsu, manu, sibi ea perficerent, sicut tauris dedit cornua ad defensionem: homines autem arma defensionis sibi præparant, manuali arti ficio rationis, & inde est, quòd ars imitatur naturam, & perficit ea, q̄ natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura homini dedit capillos: sed quia hoc tegumentū sufficiens nō est, ꝑ artem præparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur ratio est de velamine naturali capillorum, & de velamine artificiali. Naturale autem est mulieri, quòd comam nutriat: habet enim ad hoc dispositionem naturalem, & vlterius inclinatio quædam inest mulieribus ad comam nutriēdam. In pluribus enim hoc accidit, quòd mulieres magis student ad nutriendam comam, quàm viri. Videtur ergo conditioni mulierum conueniēs esse, quòd magis vtantur artificiali velamine capitis, q̄ viri. Circa hoc ergo tria facit. Primo, ponit conuenientiam velaminis naturalis, & artificialis, dicens, Dictum est; *Mulier non uelans caput, deturpat caput suum, unum est enim*; scilicet vnius rationis priuari, scilicet velamine artificiali; *Acsi decaluetur*, idest, acsi priuetur naturali velamine capillorum, quod in pœnam quibusdam prædicitur Esa. 3. Decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit. Secundo, ducit ad inconueniens, dicens; *Nam & si non uelatur mulier, tondeatur* quasi dicat, si abiicit velamen artificiale, abiiciat pari ratione etiam naturale, quod est inconueniens. Sed contra hoc videtur esse, quòd sanctimoniales tondentur. Ad quod dupliciter potest responderi: primo quidem, quia ex hoc ipso, quòd votum viduitatis, vel virginitatis assumunt Christo desponsante, promouentur in dignitatem virilem, vtpote liberatæ a subiectione virorum, & immediate Christo coniunctæ. Secundo, quia assumunt pœnitentiæ lamentum religionem intrantes. Est autem consuetudo viris, quòd tempore luctus comam nutriant, quasi hoc sit suæ conditioni conuenies: mulieres autē e contrario tempore luctus comam deponunt. Vnde dicitur Here 7. Capillum tuum tonde & proiice, & sume in directū planctum. Tertio, concludit propositum, dicens; *Si uero turpe*, id est indecens; *Est mulieri tonderi aut decaluari*, id est priuari naturali velamine, arte, vel natura; *Velet caput suum*, vtens scilicet velamine artificiali. Deinde cum dicit; *Vir quidem &c.* ponit secundam probationem, quæ accipitur per comparationem ad Deum. Et primo, inducit probationem. Secundo probat, quod supposuerat, ibi; *Non enim est uir &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rōnem eius, quod est ex parte viri. Secundo, illud quod est ex parte mulieris, ibi; *Mulier autem &c.* Dicit ergo primo, Dictum est, quòd; *Turpe est mulieri tonderi* sicut & non velari: viro autem non est turpe, cuius ratio est hæc; *Vir quidem non debet uelare caput suum, quia est imago & gloria Dei*. Per hoc autem, quod dicit; *Est imago Dei* excluditur quorundam error, dicentium quòd homo solum est ad imaginem Dei, non autem est imago, cuius contrarium hic Apostolus dicit. Dicebant autem, quòd solus filius est imago, secundum illud Colos. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Est ergo dicendum, quòd homo imago Dei dicitur & ad imaginem. Est enim imago imperfecta: filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd de ratione imaginis in communi duo sunt. Primo quidem similitudo, non in quibuscunque, sed vel ipsa specie rei, sicut homo filius assimilatur patri suo. Vel in aliquo, quod sit signum speciei, sicut figura in rebus corporalibus. Vnde qui figuram equi describunt, dicuntur imaginem eius depingere. Et hoc est, quòd dicit Hilarius in lib. de synodis † quòd imago est species indifferens. Secundo, requiritur origo. Non enim duorum hominum, qui sunt similes specie, vnus imago alterius dicitur, nisi ex eo oriatur, sicut filius a patre. Nam imago dicitur ab exemplari. Tertio, ad rationem perfectæ imaginis requiritur æqualitas. Quia igitur homo similatur Deo secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem mentis, quod pertinet ad speciem intellectualis naturæ, & hoc habet a Deo, dicitur esse Dei imago: quia tamen deest æqualitas, est Dei imago imperfecta. Et ideo dicitur ad imaginem, secundum illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Sed filius, qui est æqualis patri, est imago perfecta, non autem ad imaginem. Considerandum est etiam, quòd gloria Dei dupliciter dicitur. Vno modo, qua Deus in se gloriosus est, & sic homo non est gloria Dei, sed potius Deus est gloria hominis, secundum illud Psal. 3. Tu domine susceptor meus & gl'ia mea. Alio modo, dicitur gloria Dei, claritas eius ab eo deriuata, secūdum illud Exod. vlt. Gloria domini impleuit illud. Et hoc modo, hic dicitur, quòd vir est gloria Dei, inquantum claritas Dei immediate super virum refulget. secundum illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Deinde cum dicit; *Mulier autem &c.* ponit id quod est ex parte mulieris, dicens; *Mulier autem est gloria uiri &c.* quia claritas mulieris deriuatur a viro: secundum illud Gen. 2. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Sed contra hoc obiicitur, quia imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia maris & fœminæ, vt dicitur Colos. 3. non ergo magis debet dici, quòd vir dicitur imago Dei, quàm mulier. Dicendum est autem, ꝑ uir dicitur hic specialiter imago Dei, secundum quædam exteriora, scilicet, quia vir est principium totius sui generis, sicut Deus est principium totius vniuersi, & quia de latere Christi dormientis in cruce, fluxerunt sacramenta sanguinis & aquæ, a quibus fabricata est ecclesia. Potest etiam quantum ad interiora dici, quòd vir specialius dicitur imago Dei secundum mentem, inquantum in eo ratio magis viget. Sed melius dicendum est, ꝑ Apostolus signanter loquitur. Nam de viro dixit, quòd vir imago & gloria Dei est: de muliere autem non dixit, quòd esset imago & gloria viri, sed solum, quòd est gloria viri, vt detur intelligi, quòd esse imaginem Dei, commune est viro & mulieri: esse autem gloria Dei, immediate proprium est viri. Restat autem considerandum, propter quid vir non debeat velare caput, sed mulier. Quod quidem dupliciter accipi potest. Primo quidem, quia velamen, quod capiti superponitur, designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ: & ideo vir sub Deo existens, non debet velamen habere super caput, vt ostendat se immediate Deo subesse, mulier autem debet velamen habere, vt ostendat se præter Deum alteri naturaliter subesse. Vnde cessat obiectio de seruo & subdito: quia hæc subiectio non est naturalis. Secundo ad ostendendum, quòd gloria Dei non est occultanda, sed reuelanda: gloria autem hominis est occultanda: vnde in Psal. 113. dicitur, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

†In prima Synodorū anathemate.

LECTIO III.

NON enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Et enim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum, & propter angelos. Veruntamen neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro in domino. Nā sicut muliere de uiro, ita & uir per mulierē: omnia āt ex Deo. Vosipsi iudicate. Decet mulierem nō uelatam orare Deum? nec ipsa natura docet uos, ꝑ uir quidem si comā nutriat, ignominia est illi: mulier uero si comā nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Siquis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nō habemus, neque ecclesia Dei.

LECTIO TERTIA.

PRAEMISERAT Apostolus, quòd mulier est gloria viri, quod hic probare intendit. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit probationem. Secundo, assignat rationem eius, quod dixerat, ibi; *Etenim non est creatus &c.* Tertio, infert conclusionem intentam, ibi; *Ideo debet &c.* Circa primum considerandum est, ꝑ sicut supra dictum est, mulier dicitur gloria viri per quandam deriuationem: & ideo ad hoc probandum, subdit; *Non enim* prima scilicet rerum conditione; *Vir est ex muliere*, scilicet formatus; *Sed mulier ex uiro.* Dicitur enim Gen. 2. Quod ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. De viro autem dicitur, Formauit dominus Deus hominē de limo terræ. Deinde cum dicit; *Etenim &c.* assignat rationem eius, quod dixerat. Ad cuius euidentiam, considerandus est talis ordo perfecti & imperfecti, quòd imperfectum in vno & eodem subiecto prius est tempore quàm perfectum. Prius enim aliquis homo est puer, quàm vir, simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto, tempore & natura. Nam puer producitur ex viro. Hæc igitur est ratio, quare mulier producta est ex viro, quia perfectior est muliere, quod ex hoc probat Apostolus, quia finis est perfectior eo, quod est ad finem: vir autem est finis mulieris. Et hoc est, quod dicit; *Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum* in adiutorium, scilicet generationis: sicut patiēs est propter agens, & materia propter formam. Vnde dicitur Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Deinde cum dicit; *Ideo debet &c.* infert conclusionem intentam dicēs; *Ideo*, scilicet, quia uir est imago & gloria Dei: mulier autē est gloria viri; *Mulier debet habere uelamen super caput suum*, quando scilicet Deo assistit orādo, vel prophetando, vt per hoc ostendatur quòd non immediate subest Deo, sed subiicitur etiam viro sub Deo: hoc enim significat velamen, quod capiti superponitur. Vnde alia litera habet, quòd mulier debet habere potestatem super caput suum, & idem est sensus: nam velamen est signum potestatis, secundum quod in Psal. 65. dicitur, Imposuisti homines super capita nostra. Deinde cum dicit; *Et propter angelos &c.* assignat tertiam rationem, quæ sumitur ex parte angelorum, dicēs. Et etiā mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos. Quod quidē dupliciter intelligi potest, Vno modo, de ipsis angelis cœlestibus, qui conuentus fidelium visitare creduntur, præcipue quando sacra mysteria celebrantur. Et ideo tunc tam mulieres, quàm viri ad reuerentiam eorū honeste & ordinate se debent habere, secundū illud Psal. 137. In cōspectu angelorum psallam tibi. Alio modo, potest intelligi, ꝑm quod angeli dicuntur sacerdotes, inquantum diuina populo annuntiant, secundum illud Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Debet ergo mulier velamē habere semper in ecclesia propter angelos, idest propter sacerdotes duplici ratione. Primo quidem propter eorum reuerentiam, ad quam pertinet quòd mulieres coram eis honeste se habeant. Vnde dicitur Eccle. 7. Honora Deū ex tota anima tua, & sacerdotes illius. Secundo propter eorum cautelam, ne scilicet ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. Vnde dicitur Eccle. 9. Virginem ne aspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. August. † autem aliter exponit prædicta. Ostendit enim quòd tam mulier, quàm vir est ad imaginem Dei per hoc, quod dicitur Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominē, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eū, vbi non est masculus & fœmina. Et sic patet, ꝑ imago Dei attenditur in homine secundum spiritum, in quo non est differentia masculi & fœminæ: & ideo mulier est imago Dei sicut & vir. Expresse enim dicitur Gen. 1. quòd creauit Deus hominem ad imaginem suam, masculum & fœminam creauit eos: & ideo August. dicit hoc esse intelligendum in spirituali coniugio, quod est in anima nostra, in qua (sicut supra dictum est) sensualitas, vel etiam inferior ratio se habet per modum mulieris: ratio autem superior per modum viri, in qua attenditur imago Dei: & secundum hoc mulier est ex viro, & propter virum: quia administratio rerum temporalium, vel sensibilium, cui tendit inferior ratio, vel etiam sensualitas, debet deduci ex contemplatione æternorum, quæ pertinent ad superiorem rationem, & ad eam ordinari. & ideo mulier dicitur habere velamen, vel potestatem super caput suum, ad significandum, quòd circa temporalia dispensanda debet homo cohibitionem quandam & refrænationem habere, ne vltra modum homo progrediatur in eis diligendis: quæ quidem cohibitio circa amorem Dei adhiberi non debet, cum præceptum sit Deut 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nam circa desideriū finis non apponitur mensura, quam necesse est apponi circa ea, quæ sunt ad finem. Medicus enim sanitatem inducit quanto perfectiorem potest, non tamen dat medicinam quanto maiorem potest, sed secundum determinatam mensuram: sic vir non debet habere velamen super caput. Et hoc debet propter angelos sanctos: quia sicut in Glosa dicitur, gratuita est sanctis angelis sacrata & pia significatio. Vnde & Augu. dicit † de Ciuita te Dei, quòd dæmones alliciuntur quibusdam sensibilibus rebus non sicut animalia cibis, sed sicut spiritus signis. Deinde cum dicit; *Veruntamen neque uir &c.* excludit dubitionem, quæ posset ex dictis oriri. Quia einm dixerat, quòd vir est gloria Dei mulier autem est gloria viri. Posset aliquis credere vel quòd mulier non esset ex Deo, vel quòd non haberet potestatem in gratia. Vnde primo hoc excludit, dicens, Licet mulier sit gloria viri, qui est gloria Dei; *Veruntamen neque uir est in domino*, idest a domino productus; *Sine muliere, neque mulier sine uiro*, vtrunque enim Deus fecit, secundum illud Gen. 1. Masculum & fœminam creauit eos. Vel aliter; *Neque uir est sine muliere in domino*, scilicet, in gratia domini nostri Iesu Christi; *Neque mulier sine uiro*, quia vterque per gratiam Dei saluatur, secundum illud Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et postea subdit, Non est masculus neque fœmina, scilicet differēs in gratia Christi. Secundo, assignat rationem dicens, Nam sicut in prima rerum institutione, mulier est de viro formata, ita & in subsequētibus generationibus vir per mulierem productus est, secūdum illud Iob. 14. Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit sine viro & muliere, qn̄ Deus formauit hominem de limo terræ, vt dicitur Genes. Secunda autem fuit de viro sine muliere, quando formauit Euam de costa viri, vt ibidem legitur. Tertia autem est ex viro & muliere, sicut Abel natus est ex Adam & Eua, vt legitur Gen. 4. Quarta autem est ex muliere sine viro, vt Christus ex virgine, secundum illud Gala. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Tertio, ostendit rationem esse conuenientem, dicens; *Omnia autem ex Deo*, quia scilicet & hoc ipsum, quòd mulier primo fuit ex viro, & hoc quòd postmodum vir est ex muliere, est ex operatione diuina. Vnde ad Deum pertinēt tam vir, quàm mulier. Vnde dicitur. Rom. 11. Ex ipso, & ꝑ ipsum, & in ipso sunt omnia. Deinde cum dicit; *Vosipsi iudicate &c.* committit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primo, committit iudicium rationalibus auditoribus. Secundo, cōprimit proteruos auditores, ibi; *Siquis autem uidetur &c.* Circa primum quatuor facit. Primo, committit auditoribus iudicium eius quod dixerat, more eius, qui confidit se sufficienter probasse, dicens; *Vosipsi iudicate &c.* Pertinet enim ad bonum auditorem iudicare de auditis. Vnde dicitur Iob, 6. Loquentes, id quod iustum est iudicate. Et 12. Nonne auris verba diiudicat? Secundo, proponit sub quæstione id de quo debet esse iudicium, dicens; *Decet mulierem non uelatam orare Deum?* Hoc prohibetur. 1. Petr. 3. vbi dicitur, Quarum sit non exterius capillatura. Tertio, ostendit vnde debeant sumere suum iudicium, quia ab ipsa natura, & hoc est quod dicit; *Nec ipsa natura docet uos*. Et vocat hic naturam, ipsam inclinationem naturalem, quæ inest mulieribus ad nutriendum comam, quæ est naturale velamen, non autem viris. Quæ quidem inclinatio naturalis esse ostenditur, quia in pluribus inuenitur. Oportet autem ab ipsa natura doceri, quia est Dei opus: sicut in pictura instruitur aliquis artificio pictoris. & ideo contra quosdam dicitur Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, idest ius naturale. Quarto autem a natura sumit rationem, & primo ponit id quod est ex parte viri, dicens; *Quod uir quidem si comam nutriat*, more mulieris; *Ignominia est illi*, idest ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur muliebris esse. Et Ezech. 44. dicitur. Sacerdotes comam non nutriant. Nec est instantia de quibusdam, qui in veteri lege comam nutriebant, quia hoc erat signum, quod tunc erat positum in lectione veteris testamenti, vt dicitur 2. Cor. 3. Secundo, ponit id quod est ex parte mulieris, dicens; *Mulier & si comam nutriat gloria est illi*, quia videtur ad ornatum eius pertinere. Vnde dicitur Cant. 7. Comæ capitis eius sicut purpura regis. Et assignat consequenter rationem, cum dicit; *Quoniam capilli dati sunt ei*, scilicet mulieri; *Pro uelamine*: & ideo eadem ratio est de capillis nutriendis, & de velamine artificiali apponendo Cantic. 3. Capilli tui, sicut grex caprarum &c. Deinde cum dicit; *Siquis autem uidetur &c.* Cōprimit proteruos auditores, dicens; *Siquis autem uidetur contentiosus esse*, vt scilicet rationibus prædictis non acquiescat, sed confidentia clamoris veritatem impugnet, quod pertinet ad contentionem, vt Ambr. dicit, contra id quod dicitur Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione. Et Proue. 20. Honor est ei, qui separat se a contentionibus. Hoc sufficiat ad comprimendum talem; *Quod nos* Iudæi in Christum credentes; *Talem consuetudinem non habemus*, scilicet, quòd mulieres orant non velato capite; *Neque* etiam tota; *Ecclesia Dei* per gentes diffusa. Vnde si nulla esset ratio hoc solum deberet sufficere, ne aliquis ageret contra communē ecclesiæ consuetudinem. Dicitur enim in Ps. 67. Qui habitare facit vnius moris in domo. Vnde Aug. dicit in epistola ad Casulanum, quòd omnibus in quibus nihil certi diffinit sacra scriptura, mos populi Dei, atque instituta maiorum pro lege habenda sunt.

De Trinit. lib. 12. c. 7.

Lib. 21. ca. 6.

LECTIO IIII.

HOC autem præcipio, nō laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem, conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nā oportet & hęreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non est

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthios de eorum errore in habitu, quia scilicet mulieres ad sacra mysteria

conueniebant capite non uelato, consequenter arguit eorum errorem de scissuris in conuentu, quia scilicet dum conuenirent ad sacra mysteria, contentionibus vacabant. Et primo tangit eorum defectum in generali. Secundo in speciali, ibi; *Primum quidem &c.* Dicit ergo primo; *Hoc autem*, quòd dictum est supra, quòd mulieres velatæ sint in ecclesiis; *Præcipio*, vt sic tripliciter eos induceret ad huiusmodi obseruantiam. Primo quidem ratione, Secundo consuetudine. Tertio præcepto, quod solum sine aliis necessitatem induceret Prouer. 3. Custodi præcepta mea, & uiues. Et Eccl. 4. dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur; *Non laudans*, sed magis vituperans, quòd conuenitis in ecclesiam; *Non in melius*, sicut deberet esse; *Sed in deterius* ex culpa uestra. Omnia n. animalia gregalia, puta, columbæ, grues, oues, naturali instinctu in vnum conueniunt, vt sit eis corporaliter melius. Vnde & homo cum sit animal gregale, uel sociale, vt Philosophus probat, pri. lib. polit. secũdum rationem agere debet, vt multi in vnum conueniant propter aliquod melius: sicut in rebus sæcularibus multi in unitatẽ ciuitatis conueniunt, vt sit eis melius sęculariter scilicet, propter securitatem & sufficientiam uitæ. Et ideo fideles in unum conuenire debent propter aliquod melius spirituale, secundũ illud Psal. 101. In conueniendo populos in unum, & reges vt seruiant domino. Et alibi, In consilio iustorum & congregatione, magna opera domini. Sed isti in deterius conueniebant propter culpas, quas cõmittebant dum conuenirent Esa. 1, Iniqui sunt cœtus vestri Ecclesiast. 21. Stupa collecta synagoga peccantium. Deinde cum dicit; *Primum quidem &c.* ponit in speciali, quomodo in deterius conuenirent. Et primo ponit iudiciũ culpæ, dicens; *Primum quidem* inter cætera, scilicet ꝙ in deterius conuenitis; *Conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse inter uos*, scilicet per contentiones quas exercebant: quod quidẽ ecclesiæ non conuenit, quæ in unitate constituitur, secundũ illud Ephes. 4. Vnũ corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Hoc tamen prædicitur Esa. 22. Scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. Dicit autem Glosa, ꝙ dicendo; *Primum*, ostendit ꝙ primum malum est dissensio, vnde cætera oriuntur: vbi enim est dissensio, nihil rectũ est. Sed contra videtur esse, quod dicitur Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et 1. Timo. vlti. Radix omnium malorum cupiditas. Dicendum est autem, ꝙ hæ authoritates loquuntur quantum ad peccata personalia singularium hominum, quorũ primum est superbia ex parte auersionis, & cupiditas ex parte conuersionis. Sed Glo. hic loquitur de peccatis multitudinis, inter quæ primum est dissensio, per quàm soluitur rigor disciplinæ. Vnde dicitur Iaco. 3. Vbi est zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Secundo ponit credulitatem auditorum, cum dicit; *Et ex parte credo*, idest quantum ad aliquos vestrum, qui erant ad contentionem proni, secundum illud quod dixerat supra. 1. cap. Contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ. Alii uero non erant contentiosi, ex quorum persona ibi subditur, Ego autem Christi, Vnde & Cant. 2. dicitur, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, idest boni inter malos. Tertio assignat rationem suæ credulitatis, dicens; *Nam oportet* non solum quascunque scissuras, sed etiam; *hæreses esse*. Vbi duo consideranda sunt. Primo quid sit hæresis. Secundo quomodo oportet hæreses esse. Circa primum sciendum, quòd sicut Hieronymus dicit super epistolam ad Galatas Hæresis græce ab electione dicitur, quia scilicet eam sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quàm putat esse meliorem. ex quo duo accipi possunt. Primo quidem quòd de ratione hæresis est, quòd aliquis priuatam disciplinam sequatur, quasi per electionem propriam, non autem disciplinam publicam, quæ diuinitus traditur. Secundo quòd huic disciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmam importat inhæsionem: & ideo hæreticus dicitur, qui spernens disciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter. Vno modo directe, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur: unde error circa hos secundum se facit hæreticum, si pertinacia adsit. Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipue quantum ad ea, de quibus ecclesia solennizat, & quæ communiter uersantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, natiuitatis Christi, & alia huiusmodi. Quædam uero indirecte pertinent ad fidei disciplinam; inquantum scilicet ipsa non proponuntur, ut propter se credenda, sed ex nega-

dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam prę sumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? An ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.

Psal. 110.

tione eorum sequitur aliquid contrarium fidei: sicut si negetur Isaac fuisse filius Abrahæ, sequitur aliquid contrarium fidei, scilicet sacram scripturam continere aliquid falsi. Ex talibus autem non iudicatur aliquis hæreticus, nisi adeo pertinaciter perseueret, quòd ab errore non recedat, etiam viso quid ex hoc sequatur. Sic igitur pertinacia, qua aliquis cõtemnit in his, quæ sunt fidei directe, vel indirecte subire iudicium ecclesiæ, facit hominẽ hæreticum; talis autem pertinacia procedit ex radice superbiæ, qua aliquis præfert sensum suum toti ecclesiæ. Vnde Apostolus dicit 1. ad Timo. 6. Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quę ꝩm pietatem est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum. Secundo considerandũ est, quomodo oporteat hæreses esse. Si enim oportunum est hæreticos esse, videtur ꝙ sint commendabiles, & non sint extirpandi. Sed dicendum est, ꝙ dupliciter de aliquo dicitur, ꝙ oportet illud esse. Vno modo, ex intentione illius qui hoc agit, puta si dicamus, ꝙ oportet iudicia esse, quia. s. iudices iudicia exercentes intendunt iustitiam & pacem in rebus humanis constituere. Alio modo, ex intentione Dei, qui etiã mala ordinat in bonum, sicut persecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum. Vnde Aug. dicit in Enchyridion † quòd Deus est adeo bonus, quòd nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi esset adeo potens, quòd de quolibet malo posse elicere bonum: & secundum hoc dicitur Mat. 18. Necesse est vt veniant scandala; veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Et secundum hoc, hic dicit Apostolus; *Quod oportet hæreses esse*, ex eo, quòd Deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum fidelium. Et hoc dicit, primo quidem ad maiorem declarationem veritatis. Vnde dicit Augu. de Ciui. Dei li. 16. in Glo. Ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorũ callida inquietudine excogitãtur, vt aduersus eos defendi possint, & considerãtur diligentius, & intelligũtur clarius, & prædicantur instantius. Vnde & Prou. 27. Ferrum ferro acuitur, & hõ exacuit faciem amici sui. Secũdo ad manifestandam infirmitatem fidei in his, qui recte credunt. Et hoc est quod hic subdit Apostolus. *Vt & qui probati*, idest, approbati sunt a Deo; *Manifesti fiant in vobis* idest, inter vos Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Deinde cum dicit; *Conuenientibus ergo vobis &c.* redarguit eos de tertio delicto, quia. s. peccabant in modo & ordine sumendi corpus Christi. Et potest totum qd̃ sequitur, dupliciter exponi. Secundum aũt primam expositionem redarguuntur de hoc, quòd corpus Christi pransi accipiebant. Circa hoc ergo quatuor facit. Primo, ponit detrimentum, qd̃ incurrebant. Secundo, ponit culpam, ibi; *Vnusquisque enim &c.* Tertio, inquirit de causa culpæ, ibi; *Nunquid domos &c.* Quarto cõcludit eorum vituperationẽ, ibi; *Quid dicam vobis &c.* Dicit ergo primo, ita; *Conuenientibus vobis*, scissuræ sunt inter vos. Ergo; *Conuenientibus vobis in vnum*, corpore, non animo; *Iam* ad hoc aduenistis, qd̃; *Non est*. i. non licet, vel non cõpetit vobis; *Dominicam cœnam manducare*. i. sumere eucharistiæ sacramentum, quod dñs in cœna discipulis dedit. Hoc. n. sacramentum, vt Aug. super Io. † est sacramẽtũ vnitatis & charitatis: & ideo non cõpetit dissentientibus. Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Vel melius potest referri ad ea, quæ sequuntur, vt sit sensus, Non solum; *Conuenientibus vobis*, scissuræ sunt inter vos, sed conuenit vobis conuenientibus; *Iam*, idest, in præsenti, hoc determinatum habetis, quod; *Non est*. i. non licet vobis; *Dominicam cœnam manducare*, ad quam pransi acceditis. Quia enim dñs discipulis suis post cœnam hoc sacramẽtum tradidit, vt legitur Mat. 26. volebant etiam Corinthii post communem cœnam sumere corpus Christi. Sed dominus hoc rationabiliter fecit propter tria. Primo quidem, quia ordine congruo figura præcedit veritatem. Agnus autem paschalis erat figura, siue vmbra huius sacramenti: & ideo post cœnam agni paschalis, Christus hoc sacramẽtum dedit. Dicitur enim Colos. 2. de omnibus legalibus, quòd sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Secundo vt ex hoc sacramento statim ad passionem transiret, cuius hoc sacramentum est memoriale: & ideo dixit discipulis, Surgite, eamus hinc, scilicet, ad passionem. Tertio, vt arctius imprimeretur hoc sacramentum cordibus discipulorum, quibus ipsum tradidit in vltimo suo recessu. Sed in reuerentiam tanti sacramenti postmodum ecclesia instituit, quòd non nisi a ieiunis sumatur, a quo excipiũtur infirmi, qui in necessitate, quæ legem non habet, possunt non ieiuni sumere corpus Christi. Quia vero aqua non soluit ieiunium, exstimauerunt quidam, ꝙ post potũ aquæ

Capa.

Tract.

aquæ, posset aliquis sumere hoc sacramentum, præsertim quia ut dicunt, aqua non nutrit, sicut nec aliquod aliud simplex elementum. Quamuis autem aqua secundum se non nutriat & ob hoc non soluat ieiunium ecclesiæ, secundum quòd dicuntur aliqui ieiunantes, nutrit tamen aliis admista, & ideo soluit ieiunium naturæ: & secundum hoc dicũtur aliqui ieiuni, qui scilicet eadem die nihil sumpserunt, nec cibi, nec potus. Et quia reliquiæ cibi, quæ in ore remanẽt, sumũtur per modum saliuæ, hoc non impedit aliquos esse ieiunos: similiter & nõ impedit aliquos esse ieiunos, si tota nocte nihil dormierint, uel si etiam non sint plene digesti, dummodo eadem die omnino cibi, uel potus nihil sumpserint. Vnde, quia principium diei est sumendum secundum vsum ecclesiæ a media nocte, ideo quicunq; post mediam noctem aliquid sumpserit, quantumcunq; modicum cibi, uel potus, non potest eadem die sumere hoc sacramentum. Deinde cum dicit; *Vnusquisque enim, &c.* ponit culpam: & primo secundum quod peccabant in Deum: secundo prout peccabant in proximum, ibi; *Et alius quidem, &c.* Dicit ergo primo, Ideo dico, quòd non licet uobis dominicam cœnam manducare, quia; *Vnusquisque* vestrum; *Præsumit*, idest ante sumit; *Suam cœnam* scilicet ciborum communium; *Ad manducandum*. Quilibet enim eorum portabat ad ecclesiam fercula præparata, & comedebat quilibet seorsum, antequam sumeret sacra mysteria. Osea. 4. Separatum est conuiuium eorum, nunc interibunt. Eccle. 11. dicitur in persona parci, Iaueni requiem mihi, & comedebam de bonis meis solus. Deinde cum dicit; *Et alius quidem, &c.* arguit culpam eorum inquantum erat contra proximum. Diuites enim laute comedebant in ecclesia, & bibebant usq; ad ebrietatem, pauperibus autem nihil dabant, ita quòd remanebant esurientes. Et hoc est, quod dicitur; *Et alius quidem esurit*, scilicet pauper, qui non habebat, vnde sibi præpararet; *Alter autem ebrius est*, scilicet diues, qui superflue comedebat & bibebat, cõtra id qd̃ dicit Neem. 8. Comedite pinguia & bibite mulsum & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi: Iob. 31. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Deinde cum dicit; *Nunquid domos, &c.* inquirit de causa huius culpæ. Et primo excludit causam per quam poterant excusari. non enim est licitum, domum Dei quæ est deputata sacris vsibus, communibus vsibus applicare. Vnde & dominus Ioan. 2. eiiciens ementes & uendentes de templo, dixit, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam domum negotiationis. Et Augustinus dicit in Regula, In oratorio nemo aliquid faciat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit: tamen propter necessitatem, quando. s. aliquis aliam domum non inueniret, licite posset ecclesia uti ad manducandum, uel ad alios huiusmodi licitos vsus. Hãc ergo excusationẽ excludit Apostolus, dicẽs; *Nunquid non habetis domos*, scilicet pprias; *Ad manducandum & bibendum?* vt propter hoc excusemini si in ecclesia conuiuia celebretis, quæ debetis in propriis domib⁹ facere? Vnde & Luc. 5. dicitur, quòd Leui fecit Christo conuiuium magnum in domo sua. Secundo, cum dicit; *Aut ecclesiam Dei, &c.* asserit causam, quæ eos inexcusabiles reddit, quarũ prima est, contẽptus ecclesiæ Dei. Et hãc ponit dicẽs; *Aut ecclesiam Dei contemnetis?* Et ideo in ecclesia prę sumitis cœnam vestram ad manducandum. Et potest hic sumi ecclesia, tam pro congregatione fidelium, quàm pro domo sacra, quæ non est contẽnenda, ꝩm illud Psal. 92. Domũ tuã decet sanctitudo. Et Hier. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Isti autem verunq; contemnebãt, dum præsente conuentu fidelium in loco sacro conuiuia celebrabant. Secundo ponit contemptũ proximorum in hoc quod subditur; *Et confunditis eos qui non habent?* In hoc enim pauperes erubescebant, quòd ipsi esuriebant in conspectu totius multitudinis, aliis laute comedentibus & bibentibus. Dicitur autem Prouer. 17. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius. Et Eccl. 4. Animam esurientem ne despexeris. Deinde cum dicit; *Quid dicam, &c.* Concludit eorum uituperationem, dicens; *Quid dicam uobis?* ex consideratione prædictorum. Nunquid; *Laudo vos?* Et respondet, Et si in aliis factis laudo uos; *In hoc* tamen facto; *Non laudo*. Et est aduertendũ quòd supra dum de habitu mulierũ loqueretur, saltẽ ironice laudauit eos, dicens; *Laudo vos, quod per omnia mei, &c.* Hic uero, nec ironice vult eos laudare, quia in grauioribus delictis nullo modo sunt peccatores palpandi. Vnde & in Psal. 9. dicitur, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominũ peccator. Et Esa. 3. Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Secundũ aliam uero expositionem, arguuntur de alia culpa. In primitiua enim ecclesia fideles panem & uinum offerebant, quæ consecrabantur in san-

LECTIO V.

Go enim accepi a domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus, in qua nocte

guinem & corpus Christi, quibus iam consecratis, diuites qui multa obtulerant, eadem sibi repetebant, & sic ipsi abundanter sumebant, pauperibus nihil sumentibus, qui nihil obtulerant: De hac ergo culpa, Apostolus eos hic reprehendit, dicens; *Conuenientibus enim uobis in unum, iam non est*, idest non contingit inter vos; *Dominicam cœnam manducare*: Cœna enim domini est communis toti familiæ, vnusquisq; autem vestrum sumit eam, non quasi communem, sed quasi propriam, dum sibi vult vendicare quod Deo obtulit: & hoc est qd̃ subdit; *Vnusquisque præsumit*, idest præsumptuose attentat; *Ad manducandum cœnam*. s. domini, idest panem & vinum consecratũ quasi suam, idest quasi propriam vendicans, scilicet ea quæ consecrata sunt domino in suos vsus; *Et* ita sequitur quòd; *Alius* scilicet pauper, qui nihil obtulit; *Esurit*, nihil scilicet sumens de consecratis: *Alius autem*, scilicet diues, qui multa obtulit; *Ebrius est*, ad literam: propter hoc ꝙ nimium sumpsit de vino consecrato, quòd scilicet quasi proprium repoposcit. Sed videtur hoc esse impossibile, quòd de vino consecrato aliquis inebrietur, vel etiam nutriatur de pane, quoniam post consecrationem sub speciebus panis & vini, nihil remanet nisi substantia corporis Christi & sanguinis, quæ non possunt conuerti in corpus hominis, ad hoc ꝙ ex eis nutriatur, aut inebrietur. Dicunt ergo quidam, quòd hoc non fit per aliquam conuersionem, sed per solam immutationem sensuũ hominis ab accidentibus panis & vini, quæ remanent post consecrationem. Consueuerunt enim homines ex solo ciborum odore confortari, & ex multo odore vini stupefieri, & quasi inebriari. Sed confortatio vel stupefactio, quæ proueniet ex sola immtuatione sensum paruo tempore durat, cum tamen post consecrationem panis aut vini, si vinum in magna quãtitate sumeretur aut panis, diu sustentaretur homo propter panem, aut stupefieret propter vinum. Et præterea manifestum est, quòd panis consecratus, in aliam substantiam conuerti potest, ex hoc quòd per putrefactionem resoluitur in puluere, aut per combustionem in cineres. Vnde nulla ratio est, quare negetur posse nutrire, cum ad nutriendum nihil aliud requiratur, quàm quòd cibus conuertatur in substantiam nutriti. Quidam ergo posuerunt quòd panis aut vinum consecratum, possunt conuerti in aliud, & sic nutrire, quia remanet ibi substantia panis aut vini cum substantia corporis Christi & sanguinis. Sed hoc repugnat verbis scripturæ. Non enim verum esset qd̃ dominus dicit Mat. 26. Hoc est enim corpus meum: quia hoc demonstratum, est panis, sed potius esset dicendum, hic. i. in hoc loco, est corpus meũ. Et præterea: corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem: quia iam defineret esse in cœlo. Vnde relinquitur, quòd ibi incipiat esse per conuersionem alterius. s. panis in ipsum: vnde non potest esse ꝙ remaneat substãtia panis. Et ideo alii dixerunt, quòd remanet ibi forma substantialis panis, ad quam pertinet operatio rei: & ideo nutrit sicut & panis nutriret. Sed hoc non potest esse, quia nutrire est conuerti in substantiã nutriti, quod non cõpetit nutrimento rõne formæ, cuius est agere, sed magis ratione materiæ, cuius est pati. Vnde si esset ibi forma substantialis, panis nurtire non posset. Alii vero dixerunt, quod aer circunstans, conuertitur, vel in substantiã nutriti, vel in quodcunq; aliud huiusmodi: sed hoc nõ posset fieri absq; multa cõdensatione aeris, quæ sensui latere non posset. Et ideo alii dixerunt, ꝙ diuina virtute adhoc ꝙ sacramentum non deprehendatur in huiusmodi conuersionibus, redit substantia panis & vini: sed hoc videtur esse impossibile, quia cũ substantia panis cõuersa sit in corpus Christi, non videtur ꝙ possit substantia panis redire, nisi ecõuerso corpus Christi conuerteretur in panem. Et præterea: si substantia panis redit, aut hoc est manentibus accidentibus panis: & sic simul erit ibi substantia panis & substantia corporis Christi, quod supra improbatum est. Nam tandiu est ibi substantia corporis Christi, quandiu species remanent. Aut redit speciebus non manentibus, quòd etiam est impossibile, quia sic esset substantia panis absque propriis accidentibus: nisi forte intelligatur, quòd Deus in termino conuersionis causaret ibi quandam materiam, quæ sit subiectum huius conuersionis: sed melius est vt dicatur, ꝙ sicut virtute cõsecrationis miraculose, cõfertur speciebus panis & vini, vt subsistãt sine subiecto ad modum substantiæ, ita etiam eis miraculose confertur ex consequenti, ꝙ agant & patiãtur quicquid agere aut pati posset substãtia panis aut vini, si adesset. Et hac rõne species illæ panis & vini possunt nutrire & inebriare, sicut si esset ibi substãtia panis & vini. Cætera non mutantur a prima expositione.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus redarguit Corinthiorum in ordinationes, quas cõmittebant conueniendo ad eucharistiæ

sacramentum sumendnm: hic agit de ipso sacramento. Et primo agit de dignitate huius sacramenti. Secundo iuducit fideles ad reuerenter sumendum, ibi; *Itaq; quicunque mãducauerit &c.* Circa primum duo facit. Primo commendat authoritatem doctrinæ quam daturus est. Secundo, ponit doctrinam de dignitate huius sacramenti, ibi; *Quoniam dominus noster &c.* Circa primum duo facit. Primo, cõmẽdat authoritatẽ doctrinæ ex parte

tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meũ quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.

authoris, qui est Christus, dicens, Dixi ꝙ iã non est vobis dominicam cœnam manducare, sacramentnm eucharistiæ dominicã cœnam vocans; *Ego enim accepi a domino.* s. Christo, qui est author huius doctrinæ, non ab aliquo puro homine, Gala. 1. Paulus apostolus nõ ab hominibus neq; per hominẽ, sed ꝑ Iesum Christum. Heb. 2. Quę cum initium accepisset enarrari per dñm &c. Secundo, commendat authoritatem doctrinæ ex parte ministri, qui est ipse Paulus. cum subdit; ;*Quod & tradidi vobis.* Esa. 21. Quæ audiui a dño exercituum Deo Israel, annuntiaui vobis. Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia cõmunico. Deinde cum dicit; *Quoniam dominus Iesus* commendat dignitatem huius sacramenti, tradens institutionem ipsius. Et primo ponit institutionem. Secundo tempus institutionis, cum dicit; *In qua nocte tradebatur &c.* Tertio, modũ instituendi, ibi; *Accepit panem &c.* Institutor autem sacramenti est ipse Christus. Vñ dicit; *Quoniam dominus noster Iesus Christus &c.* Dictum est.n. supra cũ de baptismo ageretur, ꝙ Christus in sacramentis habet excellentiæ potestatem, ad quam quatuor pertinent: Primo quidem, ꝙ virtus & meritum eius operetur in sacramentis. Secundo, ꝙ in nomine eius sanctificetur sacramentum. Tertio, ꝙ effectum sacramenti sine sacramẽto præbere potest. Quarto, institutio noui sacramenti. Specialiter tamen congruebat, vt hoc sacramentum ipse in sua persona institueret, in quo corpus & sanguis eius cõmunicatur. Vnde & ipse dicit Ioan. 6. Panis quẽ ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita. Deinde cum dicit; *Qua nocte tradebatur*, describit tempus institutionis huius sacramenti, quod quidem congruum fuit. Primo quidem, quantum ad qualitatẽ temporis. Fuit enim in nocte. Per virtutem enim huius sacramenti anima illuminatur. Vnde 1. Reg. 14. dicitur, ꝙ Ionathas intinxit virgam in fauum mellis, & conuertit manum suã ad os suum, & illuminati sunt oculi eius, propter quod & in Psal. 138. dicitur, Nox illuminatio mea in deliciis meis. Secũdo quantum ad negocium quod in illo tempore gerebatur, quia, scilicet qñ tradebatur ad passionem, per quam transiuit ad patrem, hoc sacramentum, quod est memoriale passionis instituit. Vnde dicitur Eccl. 29. Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba cæteros. Deinde cũ dicit; *Accepit panem &c.* ostendit modum institutionis. Et primo ponit ea, quæ fecit & dixit Christus instituendo hoc sacramentum. Secundo exponit ibi; *Quotiescunque enim &c.* Circa primum duo facit. Primo agit de institutione sacramenti huius, quantum ad corpus Christi. Secundo quantum ad eius sanguinem, ibi; *Similiter & calicem &c.* Circa primum ante expositionem literæ, oportet primo considerare necessitatem institutionis huius sacramenti. Est autem sciendum, ꝙ sacramenta instituta sunt propter necessitatem vitæ spiritualis. Et quia corporalia sunt quædam similitudines spiritualium, oportet sacramenta proportionari eis, quæ sunt necessaria ad vitam corporalem. In qua, primo inuenitur generatio cui proportionatur baptismus, per quem regeneratur aliquis in vitam spiritualem. Secundo, ad vitam corporalem requiritur augmentum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam: & huic proportionatur sacramentum confirmationis, in quo spiritussanctus datur ad robur. Tertio ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis sustentatur. Et similiter vita spiritualis per sacramentum eucharistiæ reficitur, scđm illud, Ps. 22. In loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Est autem notandum, quòd generans non coniungitur genito secundũ substantiam, sed solum secundum virtutem, sed cibus coniungitur nutrito secundum substantiam. Vnde in sacramento baptismi, quo Christus regenerat ad salutẽ, non est ipse Christus ẜm suã substantiam, sed solum ẜm suam virtutẽ. Sed in sacramento eucharistiæ, quod est spirirituale alimentum, Christus est ẜm suã substantiam. Continetur autem sub alia specie, propter tria. Primo quidem, ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc sacramentum, si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. Secundo, ne hoc ipsum esset derisibile infidelibus. Tertio, vt cresceret meritum fidei, quæ consistit in hoc, quòd creduntur ea quæ non videntur. Traditur autem hoc sacramentum sub duplici specie propter tria. Primo quidem, propter eius perfectionẽ, quia cum sit spiritualis refectio, debet ha-

F bere spiritualem cibum, & spiritualem potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo: Vnde & supra 10. dictum est, quòd omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberũt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu. Secundo, propter eius significationẽ. Est enim memoriale dominicæ passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus a corpore, & iõ in hoc sacramẽto, seorsum offertur sanguis a corpore. Tertio, ꝑpter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis, & ideo offertur corpus: & valet ad salutẽ animæ, & ideo offertur sanguis. Nam anima in sanguine est, ut dicitur Geñ. 9. Offertur autem specialiter hoc sacramentum sub specie panis & vini. Primo quidem, quia pane & uino cõmuniter vtuntur homines ad suam refectionem. Et ideo assumuntur in sacramento G hæc, sicut aqua ad ablutionem in baptismo, & oleum ad vnctionem. Secundo, propter virtutẽ huius sacramenti. Nam panis confirmat cor hominis, vinum vero lætificat. Tertio, quia panis qui ex multis granis fit, & vinum ex multis vuis, significant ecclesiæ vnitatem, quæ constituitur ex multis fidelibus. Est autẽ hæc eucharistia specialiter sacramentum vnitatis & charitatis, vt dicit Aug. super Ioann. † His autem visis circa literæ expositionem. Tract. 26. Primo considerandum est, quid Christus fecerit. Secundo quid dixerit ibi; *Et dixit &c.* Tria autem facit. Primum quidem designatur, cum dicit; *Accepit panem*: Per quod, duo significari possunt. Primo quidem, quòd ipse voluntarie passionem accepit, cuius hoc sacramentum est memoriale, secundum illud Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secũdo, potest significari ꝙ ipse accepit a patre potestatem perficiendi hoc sacramentum, secundũ H illud Mat. 11. Omnia tradita sunt mihi a patre meo. Secundum tangit, cum dicit; *Et gratias agens*. In quo datur nobis exemplũ gratias agendi de omnibus, quæ nobis diuinitus dantur, secundũ illud 1. Thess. vlt. In omnibus gratias agite. Tertium tangit cũ dicit; *Fregit*. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. Sed videtur hoc esse contrarium vsui ecclesiæ, secundum quam prius consecratur corpus Christi, & postea frangitur: hîc autem dicitur ꝙ prius fregit, postea protulit verba consecrationis. Et ideo quidã dixerunt ꝙ Christus consecrauit prius verbis aliis, & postea protulit verba, quibus nos consecramus: sed hoc non potest esse, qa sacerdos dum consecrat, non profert ista verba quasi ex persona sua, sed quasi ex ꝑsona Christi cõsecrãtis. Vnde manifestũ est, ꝙ eisdẽ verbis quibus nos cõsecramus & Christus cõsecrauit. Et iõ dicẽdũ est, ꝙ hoc qđ hic dicitur; *Et dixit*, nõ est sumẽdũ consequẽter, quasi Christus acceperit panem & gratias agens fregerit, & postea dixerit verba quæ sequuntur, sed concomitanter, quòd dum accepit per se panem, gratias agens fregit & dixit. Et ideo I cum Mat. 26. dicatur, quòd Iesus accepit panem & benedixit ac fregit, Apostolus non curauit hîc de benedictione facere mentionem, intelligens nihil aliud esse illam benedictionẽ, quàm hoc quod dominus dixit, Hoc est corpus meum. Deinde cum dicit; *Et dixit*. Ostendit quid Christus dixerit instituendo hoc sacramentum. In verbis autem, primo quidem iniunxit sacramenti vsum. Secundo expressit sacramenti veritatem. Tertio docuit mysterium. Vsum quidem sacramenti iniunxit, dicens; *Accipite*. Quasi diceret, Non ex potestate vel merito humano cõpetit vobis vsus huius sacramenti, sed ex eminenti Dei beneficio. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum domine. Supra. 14. Quid habes, quod non accepisti? Et determinat speciem vsus cum dicit; *Et manducate*. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis. Iob. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Sciendum est tamen, quòd hęc verba non sunt de forma consecrationis. Est enim K hæc differentia inter hęc & alia sacramenta, quia alia sacramenta perficiuntur, non quidem in consecratione materiæ, sed in vsu materiæ cõsecratæ, sicut in ablutione aquæ, aut in vnctione olei seu chrismatis: & hoc ideo, quia in materiis aliorum sacramentorum non est aliqua natura rationalis, quæ sit gratiæ sanctificantis susceptiua: & ideo in forma aliorum sacramentorum fit mentio de vsu sacramenti, sicut cum dicitur, Ego te baptizo, vel confirmo te chrismate salutis &c. Sed hoc sacramentum perficitur in ipsa cõsecratione materiæ, in qua cõtinetur ipse Christus qui est finis totius gratiæ sanctificantis. Et ideo verba quæ pertinent ad vsum sacramenti, non sunt de substantia formæ, sed solum illa quæ continent veritatem & continentiam sacramenti, quæ consequenter ponit; subdens; *Hoc est corpus meum*. Circa quæ verba, tria oportet considerare. Primo quidem, de re significata per hæc verba, quòd scilicet sit ibi corpus Christi. Secũdo, de veritate huius locutionis. Tertio, vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Circa primum considerãdum est, quòd quidam

quidam dixerunt, corpus Christi non esse in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, sic exponentes quod hîc dicitur, *Hoc est corpus meum*, idest, hoc est signum & figura corporis mei: sicut & supra 10. dictum est, Petra autẽ erat Christus, idest figura Christi. Sed hoc est hæreticum, cum expresse dominus dicat Ioann. 6. Caro mea vere est cibꝰ & sanguis meus vere est potus. Vnde alii dixerunt, ꝙ

LECTIO VI.

SIMILITER & calicem postquã cœnauit, dicẽs, Hic calix nouum testamẽtũ est ĩ meo sanguine.

est ibi vere corpus Christi, sed simul cum substantia panis, quòd est impossibile, vt supra ostensum est. Vnde alii dixerunt, quòd est ibi solum corpus Christi, substantia panis non remanente, quæ annihilatur vel in præiacentem materiam resoluitur. Sed hoc nõ potest esse, quia sicut Aug. † dicit in lib. 83. quæst. Cap. 21. Deus non est author tendendi in non esse. Secundo, quia etiam per hanc positionẽ tollitur hoc, quòd substantia panis conuertatur in corpus Christi, & sic cum corpus Christi non incipiat esse in hoc sacramento per conuersionem alterius in ipsum, relinquitur quòd incipiat ibi esse per motum localem, quod est impossibile, vt supra dictum est. Oportet igitur dicere, quòd corpus Christi vere sit in hoc sacramento per conuersionem panis in ipsum. Considerandum tamen, quòd hæc conuersio differt ab omnibus conuersionibus quæ sunt in natura. Actio enim naturæ præsupponit materiam, & ideo eius actio non se extendit nisi ad immutandum aliquid, secundum formam vel substantialem vel accidentalem. Vnde omnis conuersio naturalis dicitur esse formalis. Sed Deus qui facit hanc conuersionem, est author materiæ & formæ, & ideo tota substantia panis, materia non remanente, potest conuerti in totam substantiam corporis Christi. Et quia materia est indiuiduationis principium, totum hoc indiuiduum signatum, quod est substantia particularis, conuertitur in aliam substantiam particularem, propter quod dicitur ista conuersio, substantialis, seu transsubstantiatio. Contingit igitur in hac conuersione contrarium eius, quod accidit in conuersionibus naturalibus, in quibus manente subiecto fit transmutatio interdum circa accidentia: hîc autem transmutata substantia, manent accidentia sine subiecto virtute diuina, quæ sicut causa prima sustentat ea sine causa materiali, quæ est substantia causata ad hoc, quòd corpus Christi, & sanguis sumatur in specie aliena rationibus supradictis: & quia ordine quodam accidentia referuntur ad substantiam, ideo dimensiones sine subiecto remanent, & alia accidentia remanent in ipsis dimensionibus, sicut in subiecto. Si autem sub illis dimensionibus nulla substantia remaneat nisi corpus Christi, dubium potest esse de fractionibus hostiæ cõsecratæ, cũ corpus Christi glorificatum sit, & per consequens infrangibile. Vnde non potest huic fractioni substare, sed nec etiam aliud potest fingi quòd subsistat, quia sacramentum veritatis non decet aliqua fictio. Vnde, nihil sensu percipitur in hoc sacramento, quod non sit ibi secundum veritatem. Sensibilia enim per se sunt qualitates, quæ quidem remanent sicut prius fuerant in hoc sacramento, vt dictum est. Et ideo alii dixerunt, quòd est quædam ibi vere fractio sine subiecto, vnde nihil ibi frangitur. Sed nec hoc dici potest, quia cum fractio sit in genere passionis, quæ habet debilius esse quàm qualitas, non potest esse in hoc sacramento sine subiecto, sicut nec qualitas. Vnde restat dicendum, quòd fractio illa fundatur sicut in subiecto in dimensionibus panis & vini remanentibus: corpus autem Christi non attingitur ab huiusmodi fractione, quia totum remanet sub qualibet parte dimensionum diuisarum. Quod quidem hoc modo considerari potest. Nam corpus Christi est in hoc sacramento ex conuersione substantiæ panis in ipsum. Non autem fit conuersio ratione dimensionum, nam dimensiones panis remanent, sed solũ rõne substantiæ. Vnde & corpus Christi est ibi rõne suæ substantiæ, non autem ratione suarum dimensionum, licet dimensiones eius sint ibi ex consequenti, inquantum non separantur a substantia ipsius. Quantum autem ad naturam substantiæ pertinet, tota est sub qualibet parte dimensionum. Vnde sicut ante consecrationem tota veritas substantiæ & natura panis erat sub qualibet parte dimensionum, ita post consecrationem, totum corpus Christi est sub qualibet parte panis diuisi. Significat autem hostiæ consecratæ diuisio: primo quidem passionem Christi, per quam corpus eius fuit vulneribus fractum, secundũ illud Psal. 21. Foderũt manus meas & pedes meos. Secundo, distributionem donorũ Christi ex ipso progredientium, ẜm illud infra 12. Diuisiones gratiarum sunt. Tertio, diuersas partes ecclesiæ. Nam eorum qui sunt membra Christi, quidam adhuc in hoc mundo peregrinantur, quidam viuunt in gloria cum Christo, & quantum ad animam & quantum ad corpus, quidam autem expectant finalem resurrectionem in fine mundi, & hoc significat diuisio hostiæ in tres partes. Secundo, considerandum

A est de veritate huius locutionis, videtur enim hæc locutio esse falsa; *Hoc est corpus meum*. Conuersio enim panis in corpus Christi, fit in termino prolationis horum verborũ: tunc.n. completur significatio huius locutionis. Formæ enim sacramentorum significando efficiunt, & ideo sequitur, ꝙ in principio locutionis qñ dicitur, quòd nõ sit ibi corpus Christi, sed sola substãtia panis quæ demonstrat per hoc pronomen; *Hoc*, quando est demonstratiuum substantiæ. Idem est ergo, hoc cum dicitur; *Hoc est corpus meum*, ac si diceret, substantia panis est corpus meum, quòd manifeste falsum est. Dixerunt ergo quidam, quòd sacerdos hæc verba materialiter & recitatiue profert ex persona Christi, & ideo demonstratio huius pronominis, nõ refertur ad præsentem materiam, vt ex hoc locutio falsa redda- B tur, secundum quod obiectio procedebat. Sed hoc non potest stare. Primo quidem, quia si hæc locutio non applicetur ad præsentem materiam, nihil faciet circa eam, quod est falsum. Dicit .n. Aug. super Io. † Accedit verbum ad elementum, & fit sacramẽtum. Tract. 80. Vnde necesse est dicere, quòd verba ista formaliter accipiantur, referendo ea ad præsentem materiam. Profert autem ea sacerdos ex persona Christi, a quo uirtutem sumpserunt ad ostẽdendum, quòd eandem efficaciam nunc habent, sicut quando Christus ea protulit. Non enim virtus his verbis collata euanescit, neque temporis diuersitate, neque ministrorum varietate. Secundo, quia eadem difficultas remanet de prima prolatione qua Christus ea protulit. Ideo alii dicunt, quòd sensus huius est; *Hoc est corpus meum*, idest: hic panis designat corpus meum, vt ly; *Hoc*, designet id, quod est in principio locutionis. Sed hoc etiam esse non potest, quia cum sacramenta efficiant quod figurant, hæc verba nihil efficiunt, nisi quod significant. Secundo, quia ex C hoc sequeretur, quòd per hæc verba nihil efficeretur quàm quòd corpus Christi esset ibi sicut sub signo, quod supra improbatum est. Et ideo alii dicunt, quòd ly hoc, facit demonstrationem ad intellectum, & demonstrat id, quod erit in fine locutionis, scilicet corpus Christi. Sed nec hoc videtur conuenienter dici, quia secundum hoc, sensus esset, Corpus meum, est corpus meum, qđ non fit per hæc verba, cum hoc ante verba consecrationis fuerit verum. Et ideo aliter dicendum est, quòd formæ sacramentorum non solum sunt significatiuæ, sed etiam factiuæ, significando .n. efficiunt. In omni autem factione, oportet subiici aliquid commune tanquam principium. Commune autem in hac conuersione non est aliqua substantia, sed accidentia, quæ & prius fuerũt & postea manent, & ideo ex parte subiecti in hac locutione non ponitur nomen, quod significat certam speciem substantiæ, sed ponitur pronomen, quod significat substantiam sine determinata specie. Est ergo sensus; *Hoc*, idest contentum sub his accidenti- D bus; *Est corpus meum*, & hoc est quod fit per verba consecrationis. Nam ante consecrationem, id quod erat contentum sub his accidentibus, non erat corpus Christi, quod tamen fit corpus Christi per consecrationem. Tertio autem oportet considerare quomodo est hæc conueniens forma huius sacramenti. Nam hoc sacramentum, vt dictum est, non consistit in vsu materiæ, sed in consecratione ipsius. Consecratio autem nõ fit per hoc, quòd materia consecrata solum suscipiat aliquam virtutem spiritualem, sed per hoc, quòd transsubstantiatur secundum esse in corpus Christi, & ideo nullo alio verbo vtendum fuit, nisi verbo substantiuo, vt dicatur; *Hoc est corpus meum*. Per hoc enim significatur id, quod est finis, quod significando efficitur. Deinde cũ dicit; *Quod pro uobis tradetur* tangit mysterium huius sacramenti. Est enim sacramentum repræsentatiuum diuinæ passionis, per quam corpus suum tradidit in mortem pro nobis: secundum illud Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus. et Ephe. 5. E Tradidit semetipsum pro nobis. Et vt ostendat rationem frequẽtandi hoc mysterium, subiungitur; *Hoc facite in meam commemorationem*, hoc recolendo, scilicet tam magnum beneficium, quo pro vobis me tradidi in mortem. Vnde & Treno. 3. dicitur, Recordare paupertatis meæ, absinthii, & fellis. Et in Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM Apostolus posuit institutionẽ huius sacri quantũ ad consecrationẽ corporis, hic ponit institutionẽ eius q̃tum ad sanguinis consecrationẽ. Et primo, ponit ordinẽ institutionis. Secundo verba, cum dicit; *Hic calix &c.* Ordo aũt attẽditur q̃tum ad duo. Primo, ad concomitantiã vtriusq; speciei cum dicit; *Similiter & calicem*. Vtrunque.n. est de ꝑfectione huius sacramenti, tum ꝑꝑ perfectionem refectionis, tum propter repræsenta-

dentationem passionis, tum propter efficientiam salutis animæ & corporis, vt supra dictum est: sed si prius consecratur in hoc sacramento corpus Christi, & postea sanguis, videtur sequi, q̃ ante consecrationem sanguinis, corpus Christi in hoc sacramento sit exangue: quod quidam inconueniens reputantes, dixerũt, quòd duæ formæ se expectant in efficiendo, ita scilicet quòd prima forma consecratiõis corporis, nõ consequitur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis sanguinis, sicut etiam dictum est, quòd verba quæ proferuntur in consecratione corporis, non consequuntur suum effectum vsque ad finem prolationis verborum. Sed hoc non est simile. Nam significatio verborum quibus consecratur corpus Christi, non completur nisi in termino prolationis eorum. Et quia verba sacramentalia significando efficiunt, ideo non possunt habere effectum ante terminum prolationis. Tunc autem habent plenam significationem, etiam antequam proferantur verba consecrationis sanguinis, & ideo necesse est, quòd etiam tunc habeant suũ effectum: alioquin sacerdos peccaret statim post verba consecrationis, proponens hostiam non consecratam populo adorandam, nisi iam esset corpus Christi: quia inducret populum ad idololatriam. Est ergo dicendum, quòd ante consecrationem sanguinis est in hoc sacramento corpus Christi, non sine sanguine. Sciendum est enim, quòd in hoc sacramento dupliciter aliquid est. Vno modo ex vi consecrationis, illud. scil. in quod terminatur conuersio panis & vini, sicut per formam consecrationis significatur, & sic sub specie panis, est corpus Christi. Alio modo est aliquid in hoc sacramento ex reali cõcomitantia, sicut diuinitas verbi est in hoc sacramento q̃ in dissolubilem vnionem ipsius ad corpus Christi, licet nullo modo substantia panis in diuinitatem conuertatur. Et similiter est ibi anima, quæ cõiuncta est realiter ipsi corpori. Si vero in triduo mortis Christi, fuisset corpus Christi ab aliquo apostolorum consecratũ, non fuisset ibi aia q̃ tũc realiter erat a corpore separata. Et idẽ dicẽdũ ẽ de sãguine. Nam sub speciebus panis ex vi consecrationis est corpus Christi, in quod substantia panis conuertitur. Sanguis autem est ibi, ex reali concomitantia, quia tunc, realiter sanguis Christi non est ab eius corpore separatus: & eadem ratione sub specie vini est sanguis Christi ex vi consecrationis: corpus autem ex reali concomitantia, ita quòd sub vtraque specie est totus Christus. Si vero tempore passionis quando sanguis Christi erat ex corpore effusus, fuisset hoc sacramentum ab aliquo apostolorum perfectum, sub panis specie fuisset solum corpus Christi exangue, sub speciebus autem vini fuisset solus sanguis Christi. Secundo attendirur ordo per comparationem ad cibos materiales, qui præcesserant, vbi subdit; *Postquam cænauit*, quod videtur signanter addidisse. Nam Christus corpus suum tradidit inter cœnam. Vnde Mat. 26. dicitur, quòd cœnantibus illis, accepit Iesus panem &c. Sed sanguinem dedit expresse post cœnam. Vnde & Luc. 22. dicitur: Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens. &c. Cuius ratio est, quia corpus Christi repræsentat mysterium incarnationis, quæ facta est adhuc legalibus obseruãtiis statum habẽtibus, inter quas præcipua erat cœna agni paschalis. Sed sanguis Christi in sacramento, directe repræsentat passionem per quam est effusus, & per quam sunt terminata omnia legalia. Vnde Heb. 9. dicitur, quòd per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Deinde ponit verba, dicens; *Hic calix &c.* Et primo demonstrat veritatẽ huius sacramenti. Secundo iniungit vsum, ibi; *Hoc facite &c.* Quantum ergo ad primum, dicit; *Hic calix &c.* Quod quidem dupliciter sumi pót. Vno mõ methonymice, vt scilicet ponatur continens pro contento. quasi dicat. Cõtentũ in hoc calice quod conuenientius ponitur in consecratione vini quod ratione suæ humiditatis indiget aliis terminis contineri, quàm in consecratione panis, qui ratione suæ siccitatis propriis terminis cõtinet. Alio modo potest accipi metaphorice, vt sit sensus: Sicut calix inebriat & perturbat, ita & passio. Vnde Mat. 22. dicit, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et Mat. 26. Transeat a me calix iste. Est ergo sensus; *Hic calix*, idest contentum in hoc calice, vel hæc mea passio; *Est nouum testamentum in meo sanguine*. Vñ considerandum est, q̃ testamentum dupliciter sumitur in scripturis. Vno modo cõiter pro quolibet pacto, quod quidem testibus confirmatur, & sic considerandũ est, q̃ Deus dupliciter pactum iniit cum humano genere. Vno modo promittẽdo bona temporalia, & a malis temporalibus liberando, & hoc vocatur vetus testamentum, vel pactum. Alio modo promittendo bona spiritualia & a malis oppositis liberando, & hoc vocitur testamentum nouum. Vnde dicitur Hie. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ, non secundum pactũ quod pepigi cum patribus vestris, vt educerem eos de terra Aegypti, sed hoc erit pactum. Dabo legem meam in visceribus eorum & ero eis in Deum. Est autem considerandum, quòd apud antiquos erat consuetudo, vt alicuius victimæ sanguinem funderent ad confirmationem pacti. Vnde Gene. 31. legitur, quòd postquam inierunt fœdus Laban & Iacob, immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos. Vnde & Exo. 24. legitur, quòd Moyses sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum. Sicut ergo vetus testamentum seu pactum confirmatum est sanguine figurali taurorum, ita nouum testamentum seu pactum confirmatum est in sanguine Christi, qui per passionem est effusus. Et in hoc calice sacramentum taliter continetur. Alio modo testamentum accipitur magis stricte, pro dispositione hæreditatis percipiendæ, quam necesse est secundum leges certo numero testium confirmare. Non autem testamentum sic acceptum confirmatur nisi per mortem, quia vt Apostolus dicit Heb. 9. Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Deus autem primo quidem dispositionem fecerat de æterna hæreditate percipienda, sed sub figura temporalium bonorum, quod pertinet ad vetus testamentum: sed postmodum fecit nouum testamentum, expresse promittens hæreditatem æternam, quod quidem confirmatum est per sanguinem mortis Christi. Et ideo dominus de hoc dicit, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine q.d. Per id quod in hoc calice continetur, commemoratur nouum testamentum per Christi sanguinem confirmatum. Est autem aduertendum, quòd eadem verba quæ hic Apostolus ponit, habentur Luc. 22. nisi quòd ibi additur, qui pro vobis effundetur. Lucas enim discipulus fuit Pauli, & eum in cõscriptione euangelii est secutus. Sed Matth. 26. dicitur, Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Eadẽ verba ponuntur in Mar. 14. Dicũt ergo quidam, q̃ quæcũque formæ horum verborum proferantur, quæ sunt scripta in canone sufficere ad consecrationem. Probabilius autem dici videtur, quòd illis solis verbis perficitur consecratio, quibus ecclesia vtitur ex traditione apostolorum structa. Euangelistæ enim verba domini recitare intenderunt quantum pertinet ad rationem historiæ, non autem secundum quod ordinantur ad consecrationem sacramentorum, quas in occulto habebant in primitiua ecclesia propter infideles. Vnde Diony. dicit in vlt. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. Perfectiuas inuocationes non est fas in scripturis exponere, neque mysticum ipsarum ante factas in ipsis ex Deo virtutes, ex occulto in communi adducere. Sed circa ista verba quibus ecclesia vtitur in consecratione sanguinis, quidam opinantur, quòd non omnia sint de necessitate formæ, sed solum q̃ dicitur, Hic est calix sanguinis mei, non autem residuum quod sequitur, noui & æterni testamẽti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Nam totum illud quod sequitur est quædam determinatio prædicati. Vnde & ad eiusdem locutionis sententiam seu significationem pertinet. Et quia, vt sæpe dictum est, formæ sacramentorum significando efficiunt, totum pertinet ad vim effectiuam formæ. Nec obstat ratio quam inducunt, quia in consecratione corporis, sufficit quod dicitur, Hoc est corpus meum, quia sanguis seorsum consecratus, specialiter repræsentat passionem Christi, per quam eius sanguis separatus est a corpore, & ideo in consecratione sanguinis, oportuit exprimere Christi passionis virtutem, quæ attenditur. Primo quidẽ respectu nostræ culpæ quam Christi passio abolet, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et quantum ad hoc dicit, Qui pro vobis & pro multis effunderur in remissionem peccatorum. Effusus est siquidem sanguis in remissionem peccatorum, nõ solum pro multis, sed etiam pro omnibus, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Sed quia quidam se reddunt indignos ad recipiendum talem effectum, quantum ad efficaciam dicitur esse effusus pro multis, in quibus habet effectum passio Christi. Dicit autem signanter pro vobis & pro multis, quia hoc sacramentum valet in remissionem peccatorum sumentibus per modum sacramenti: quod notatur signanter, cum dicitur, pro vobis, quibus dixerat accipite. Valet etiam per modum sacrificii multis non sumentibus, pro quibus offertur: quod significatur, cum dicitur, Et pro multis. Secundo virtus eius consideratur per comparationem ad vitam iustitiæ, quam facit per fidem, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redẽptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiationem per fidem in sanguinem

Hoc facite quotiescunque bibetis in meam cõmemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat.

guinem ipsius. Et quãtum ad hoc, dicit, Mysterium, idest occultum fidei, quia scilicet fides passionis Christi erat occulta in omnibus sacrificiis veteris testamenti, sicut veritas in signo. Hoc autem ecclesia habet ex traditione apostolorum, cum in canone scripturæ non inueniatur. Tertio virtus eius attenditur quantũ ad vitam gloriæ, in quam per passionem Christi introducit, secundũ illud Heb. 10. Habentes fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi. Et quantũ ad hoc dicit Noui & æterni testamẽti. Aeterni siquidem, quia est dispositio de hæreditate æterna. Noui autem, ad differentiam veteris, quia temporalia promittebat. Vnde Heb. 9. dicitur, ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, repromissionem accipiãt qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Deinde cum dicit; *Hoc facite &c.* iniungit vsum huius sacramenti, dicens; *Hoc facite quotiescunque sumitis, in meam commemorationem*, scilicet in memoria meæ passionis. Vnde & Treno. 3. dicit Propheta, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et Esa. 43. Miserationum domini recordabor. Est autem notandum, quòd in calice principaliter quidem debet poni vinum rationibus supradictis. Debet autem apponi & aqua. Probabile enim est, quòd Christus in cœna vinum mistum discipulis dederit propter consuetudinem terræ illius, in qua, vt temperetur fortitudo vini, ab omnibus vinũ bibitur aqua mistum. Vnde & Prouer. 9. Sapientia, dicit, Bibite vinum quod miscui vobis. Nihilominus tamen aqua vino mista significat populum Christianum Christo per passionem coniunctum, secundum illud Apoc. 17. Aquæ, populi sunt & gentes. Et participatio sanguinis Christi a fidelibus pertinet ad usum sacramenti, qui non est de necessitate huius sacramenti. Sed potest vinum consecrari absque aqua, licet peccet qui sic consecrat, non seruans ritum ecclesiæ. Et ideo, si sacerdos ante consecrationem vini aduertat quòd aqua non fuerit apposita calici, debet apponere. Si vero post consecrationem aduertat, non debet apponere, sed debet perficere sacramẽtum. Nihil enim post consecrationem est sanguini Christi miscendum, quia talis permistio non posset esse sine qualicunque corruptione vini consecrati, quod pertinet ad crimen sacrilegii. Dicunt autem quidam, quòd cum delatere Christi pendentis in cruce fluxerit sanguis, & aqua, vt legitur Ioann. 19. Sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua in aquam. Sed hoc non competit, quia in illa aqua figuratur ablutio quæ est per baptismum. Et ideo alii dicunt, quòd facta conuersione vini in sanguinem, aqua remanet in sua substantia, & circuntegitur accidentibus vini. Sed hoc non competit, quia aqua admiscetur vino ante consecrationem, quando non differt ab alio vino. Vnde non seorsum manet, sed permiscetur. Et ideo dicendum est, quòd aqua conuertitur in vinũ & sic totum conuertitur in sanguinem Christi. Propter quod mos est modicum de aqua apponere, & præcipue si sit vinum debile, quod nõ potest nisi modicum aquæ in seipsum conuertere. Deinde cum dicit; *Quotiescunque &c.* Exponit verba domini, quæ dixerat, Hoc facite in meam commemorationem, dicens; *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc &c.* Et dicit; *Panem*, propter species remanentes. Dicit autem; *Hunc*, propter idem numero corpus significatum & contentum; *Et calicem*, scilicet hunc bibetis; *Mortem domini annuntiabitis*, repræsentando, scilicet eam per hoc sacramentum. Et hoc; *Donec ueniat*, idest vsque ad vltimum eius aduentum, in quo datur intelligi, quòd hic ritus ecclesiæ non cessabit vsque ad finem mundi, secundum illud Matth. vlt. Ecce ego vobiscũ sum, vsque ad consummationem seculi. Et Luc. 21. Non præteribit generatio hæc, scilicet ecclesiæ, donec omnia fiant.

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM Apostolus ostendit dignitatem huius sacramenti, hic excitat fideles ad sumendum illud reuerẽter: & primo ponit periculum, quod imminet indigne sumentibus: secundo adhibet salutare remedium, ibi; *Probet autem &c.* Dicit ergo primo; *Itaque*, ex quo hoc quod sacramentaliter manducatur, est corpus Christi, & quod bibitur, est sanguis Christi; *Quicunque manducauerit hunc panem, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.* In quibus verbis primo considerandum est, qualiter aliquis indigne manducat & bibit: quod quidem secundum Glo. contingit tripliciter. Primo quidẽ quãtum ad celebrationẽ huius sacramenti, quia, scilicet aliquis aliter celebrat sacramentum eucharistiæ, quàm a Christo traditum est, puta si offerat in hoc sacramento alium panẽ, quàm triticeum, vel aliũ liquorem, q̃ uinũ de vite. Vnde Leui. 10. dicitur quòd Nadab & Abiu, filii Aaron, obtulerũt coram domino ignẽ alienum, quod eis præceptum non erat, egressusque ignis a dño, deuorauit eos. Secundo ex hoc, quòd aliquis non deuota mente accedit ad eucharistiam: quæ quidem indeuotio quandoque est veniale: puta cum aliquis distracta mente ad secularia negocia, accedit ad hoc sacramentum, habitualiter retinens debitã reuerẽtiã ad ipsum: & talis indeuotio licet impediat fructũ huius sacramenti, q̃ est spiritualis refectio: nõ tamen facit reũ corporis & sanguinis domini, sicut hic Apostolus loquitur. Quædam vero indeuotio est peccatum mortale, quæ scilicet est cum contemptu huius sacramenti, put dicitur Malac. 1. Vos polluistis nomen meum in eo quòd dicitis, Mensa dñi contaminata est, & quod supponitur contemptibile. Et de tali indeuotione loquitur Glo.

Tertio modo dicitur aliquis indignus, ex eo quòd cum voluntate peccandi mortaliter, accedit ad eucharistiam. Dicitur enim Leui. 21. Non accedat ad altare, qui maculam habet. Intelligitur aliquis maculam peccati habere, quandiu est in volũtate peccandi, quæ tamen tollitur per pænitentiam. Per contritionem quidem, quæ tollit voluntatem peccandi cum proposito confitendi & satisfaciendi, quantum ad remissionem culpæ & penæ æternæ: per confessionem autem & satisfactionem quantũ ad totalem remissionem pœnæ & reconciliationem ad membra ecclesiæ. Et ideo in necessitate quidem, puta quando aliquis copiam confessiionis habere non potest, sufficit contritio ad sumptionem huius sacramenti. Regulariter autem debet confessio precedere cum aliqua satisfactione. Vnde in lib. de eccles. † dogmatibus dicitur. Communicaturus, satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de domino, mundus accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia peccata & mortalia non grauãt. Nãque, quem mortalia crimina post baptismum commissa præmunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si non vult ad condemnationem eucharistiam percipere. Sed videtur quòd peccatores non indigne accedant ad hoc sacramentum. Nam in hoc sacramento sumitur Christus, qui est spiritualis medicus, qui de se dicit Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Sed dicendum, quòd hoc sacramentum est spirituale nutrimẽtum, sicut baptismus est spiritualis natiuitas. Nascitur autem aliquis ad hoc vt viuat, sed non nutritur nisi iam viuus, & ideo hoc sacramentum non competit peccatoribus, qui nondum viuunt per gratiam: competit eis tamen baptismus. Et præterea, eucharistia est sacramentum charitatis & ecclesiasticæ vnitatis, vt dicit Aug. super Io. † Cum igitur peccator careat charitate, & sit separatus merito ab ecclesiæ vnitate, si accedat ad hoc sacramentum, falsitatem committit, dum significat se habere charitatem, quam non habet. Quia tamen peccator quandoque habet fidem huius sacramenti, licitum est ei hoc sacramentum inspicere, quod omnino infidelibus denegatur, vt Dionys. dicit 3. cap. ecclesiastice hierarchiæ. Secundo considerandum est, quomodo ille qui indigne sumit hoc sacramentum, sit reus corporis & sanguinis domini. Quod quidem in Glos. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter. Incurrit enim reatum ex peccato commisso circa corpus & sanguinem domini, prout in hoc sacramento continetur, quod indigne sumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur. Tanto est enim eius culpa grauior, quanto maior est contra quem peccatur. Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia eum qui filium Dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Secundo exponitur per similitudinem, vt sit sensus; *Reus erit corporis & sanguinis domini*, & mortis domini pœnas dabit, hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, secundũ illud Heb. 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Sed secundum hoc videtur grauissimum esse peccatum eorum qui indigne sumunt corpus Christi. Sed dicendum q̃ peccatum aliquod, habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipsa specie peccati, quæ sumitur ex obiecto, & secundum hoc grauius est peccatum quod contra diuinitatem cõmittitur, puta infidelitas, blasphemia, vel aliquid huiusmodi, quàm quod cõmittitur contra humanitatem Christi. Vnde & ipse dominus, Mat. 12. dicit, Quòd qui dixerit verbũ contra filium hominis remittetur ei; qui autem dixerit contra spiritũ sanctum, non remittetur ei. Et iterum, grauius est peccatum quod committitur contra humanitatem in propria specie, q̃ sub specie sacramenti. Alio modo grauitas peccati attenditur ex parte peccantis. Magis autem peccat qui ex odio, aut inuidia, vel ex quacũq; malitia peccat,

Cap. 53.

Tract. 26.

cat, sicut peccauerunt illi, qui Christum crucifixerunt, q̃ qui peccat ex infirmitate, sicut interdũ peccant illi qui indigne sumunt hoc sacramentum. Non ergo per hoc intelligitur, ꝙ peccatum indigne sumentium hoc sacramentum, comparetur peccato occidentium Christum ꝓ æqualitatem, sed ꝓ similitudinem speciei, quia vtrunq; est circa eundem Christum. Tertio modo exponitur; *Reus erit corporis & sanguinis Domini*, idest corpus & sanguis dñi facient eũ reum, Ita.n. bonum male sumptũ nocet, sicut prodest malũ quo quis bñ vtitur, sicut stimulus sathanæ Paulo. Per hæc autem verba, excluditur error quorundam dicẽtium, ꝙ q̃ statim hoc sacramentum tangitur a labiis peccatoris, definit sub eo esse corpus Christi. Contra quod, est quod Apostolus dicit; *Quicunque ẽ manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indigne*. Secundũ .n. prædictam opinionem, nullus indignus manducaret vel biberet. Cõtrariatur autem prædicta opinio veritati hmõi sacramenti, ꝓ quã, tandiu corpus & sanguis Christi manẽt in sacramento, quãdiu remanẽt species in quocunq; loco existant. Deinde cũ dicit; *Probet autem &c.* Adhibet remedium cõtra prædictũ periculum. Et primo ponit remediũ. Secundo assignat rationem, ibi; *Qui enim manducat &c.* Tertio ratione manifestat ꝑ signũ, ibi; *Ideo inter uos &c.* Dicit ergo primo. Quia tm̃ reatum incurrit q̃ indigne sumit hoc sacramentũ, ideo necesse est, vt primo hõ seip sum probet. i. diligenter examinet suam conscientiã, ne sit in eo voluntas peccandi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritũ, de quo non sufficienter pœnituerit; *Et sic*, post diligentem examinationem securus; *De pane illo edat & de calice bibat*, quia digne sumentibus non est venenum, sed medicina. Gal. vlt. Opus autem suum probet vnusquisque. 2. Cor. 13. Si estis in fide Christi, vos probate. Deinde cum dicit; *Qui enim manducauerit* &c. Assignat rationem prædicti remedii, dicens, Ideo probatio præexigitur; *Qui enim indigne manducat & bibit, iudicium*. i. condemnationem, *Sibi manducat & bibit*, sicut dicitur Ioan. 5. Resurgent qui male egerunt in resurrectionem iudicii. *Non diiudicans corpus domini*, idest, ex eo quòd non discernit corpus Domini ab alis, indifferenter ipsum assumẽs, sicut alios cibos. Leu. 22. Omnis homo qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram domino. Sed contra videtur esse, quod dicit Ioan. 6. Qui manducat me, viuit propter me. Sed dicendum est, quòd duplex est modus manducandi hoc sacramentum, scilicet spiritualis & sacramentalis. Quidam ergo manducant sacramentaliter & spirituali ter, qui scilicet, ita sumunt hoc sacramentum, quòd etiam rem sacramenti participant, scilicet charitatem per quam est ecclesiastica vnitas. Et de talibus intelligitur verbum domini inductum, Qui manducat me, viuit propter me. Quidam vero manducant sacramentaliter tantum, qui, scilicet, ita hoc sacramentum percipiunt quòd rem sacramenti, idest, charitatem non habent, & de talibus intelligitur, quod hic dicitur. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Est autem præter duos modos quibus sumitur sacramentum hoc, tertius modus sumendi, quo manducatur per accidens; dum scilicet, sumitur non vt sacramentum: quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, sicut quando aliquis fidelis sumit hostiam consecratam, quam non credit esse consecratam. Talis enim habet habitum vtendi hoc sacramento, sed non vtitur eo actu, vt sacramento. Alio modo, sicut quando hostiam consecratam sumit aliquis infidelis, qui nullam fidem habet huius sacramenti. Talis enim non habet habitum vtendi hoc sacramento, sed solum potentiam. Tertio modo, sicut quando hostiam sacratam comedit mus, vel quodlibet animal brutum, quod etiam non habet potentiam vtendi hoc sacramento. Ex hoc igitur, quòd spiritual ter sumentes hoc sacramentum acquirunt vitam, alliciuntur quidam ad hoc, quòd frequenter hoc sacramentum assumant. Ex hoc autem, quòd indigne sumentes acquirunt sibi iudicium, plures deterrentur, vt rarius sumant, & vtrunque commendandum videtur. Legimus enim Luc. 19. Quòd Zacheus recepit Christum gaudens in domum suam, in quo eius charitas commendatur. Legitur etiam eodem. 7. quòd Centurio dixit Christo, Non sum dignus vt intres sub tectum meum: in quo commendatur honor, & reuerentia eius ad Christum. Quia tamen amor prefertur timori per se loquendo, commendabilius esse videtur, quòd aliquis frequentius sumat, quàm quòd rarius. Quia tamen quod est in se eligibilius, potest esse minus eligibile quantum ad hunc vel illum: considerare quilibet in seipso debet, quem effectum in se habeat frequens susceptio huius sacramenti: Nam si aliquis sentiat se proficere in feruore dilectionis ad Christum, & infortitudine resistendi peccatis, quæ plurimum cõsequuntur homines, debet frequenter sumere. Si vero ex frequenti sumptione sentiat aliquis in se minus reuerentiam huius sacramenti, monendus est, vt rarius sumat. Vnde & in lib. de Ecclesiasticis dogmatib⁹ dicitur. Quotidie eucharistiã sumere, nec laudo, nec vitupero. Deinde cum dicit; *Ideo inter uos &c.* Manifestat prędictam rationem per signũ. Et primo ponit signum. Secundo assignat causam illius signi ibi; *Quod si nosmetipsos &c.* Circa primum cõsiderandum est, quòd sicut Aug. dicit in Primo de Ciui. dei cap. 8. Si omne peccatum nunc manifeste Deus plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus, si nullum peccatum nunc puniret, nulla esse diuina prouidentia crederetur. In signum ergo futuri iudicii, Deus etiam in hoc mũdo pro peccato quosdam temporaliter punit, quod maxime obseruatum videtur in principio legislationis, tam nouæ quàm veteris. Legimus enim Exo. 32. Propter peccatũ vituli aurei adorati, multa millia hominũ perempta. Rursum legitur Act. 5. Propter peccatum mendacii, & furti, Ananiam & Saphiram interiisse. Vnde & ꝑ peccatum huius sacramenti indigne sumpti, aliqui in primitiua ecclesia puniebantur a Deo infirmitate corporali, vel etiam morte. Vnde dicit, Ideo scilicet in signum futuri iudicii, Inter vos multi indigne sumentes corpus Christi, sunt infirmi corporaliter. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates; *Et imbecilles*, idest longa inualetudine laborantes; *Et dormiunt multi* scilicet morte corporali, secundum quod sumitur dormitio. 1. ad Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus. Deinde cum dicit; *Quod si nosmetipsos &c.* Assignat duplicem rationem prædicti signi, quarum prima sumitur ex parte nostri. Secunda ex parte Dei, ibi; *Cum iudicamur autem &c.* Ex parte autem nostra, causa diuinæ punitionis est a negligentia, quia in nobisipsis peccata cõmissa punire negligimus. Vnde dicit; *Quod si nosmetipsos diiudicaremus*, redarguendo & puniendo peccata nostra; *Non utique iudicaremur*, idest non puniremur a domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. Sed contra est, quod supra. 4. dictum est. Sed neque meipsum iudico. Et Rom. 14. dicitur, Beatus qui non iudicat semetipsum. Sed dicendum est, quòd aliquis potest seipsum iudicare tripliciter. Vno modo, discutiendo, & sic aliquis debet iudicare seipsum, & quantum ad opera præterita, & quantum ad futura, secundum illud Gal. vlt. Opus suum probet vnusquisque. Alio modo, sinialiter seipsum absoluendo, quasi iudicando se innocentem quantum ad preteri ta, & secundum hoc, nullus debet iudicare seipsum, vt. s. se innocentem iudicet, secundum illud Iob 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem me ostendero, pra uum me cõprobabit. Tertio modo, repræhẽdẽdo, vt scilicet faciat aliquid, quod ipse iudicat esse malum. Et hoc modo intelligitur quod inductũ est, Beatus est qui nõ iudicat semetipsum, in eo qd̃ probat. Sed quantũ ad ea quæ iã fecit, debet quilibet seipsum iudicare, repræhẽdẽdo & puniẽdo ꝑ maleficiis. Vnde dicitur Iob. 13. Vias meas in conspectu eius arguam & 23. Ponam coram eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus: et de hoc iudicio Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, & inducit hic in Glo. Versetur ante oculos nostros imago futuri iudicii, & ascẽdat homo aduersum se ante faciem suã: atq; constituto in corde iudicio, adsit accusans cogitatio, & testis conscientia, & carnifex cor. Inde quidẽ sanguis animi confitentis per lachrymas profluat, postremo ab ipsa mẽte talis sentẽtia proferatur, vt se indignum homo iudicet participem corporis & sanguinis domini. Deinde cum dicit; *Cum iudicamur autem &c.* Ponit causam quæ est ex parte Dei, dicens; *Cum iudicamur autem a domino*, idest in hoc mundo punimur; *Corripimur*, idest, hoc fit ad correctionem nostram, ut scilicet quilibet propter pœnam quã sustinuit, a peccato recedat. Vnde & Iob 5. dicitur, Beatus vir qui corripitur a domino. Et Prouer. 3. Quem diligit dominus, corripit. Vel etiam dũ per pœnam vnius, alius peccare desistit Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit, & hoc ideo; *Vt non damnemur*, æterna damnatione in futuro; *Cum hoc mundo*, idest cum hominibus mundanis. Deinde cũ dicit; *Itaque fratres mei &c.* reducit eos ad debitã obseruantiam: & primo ponitur id, qd̃ nunc ordinat. Secundo, ponitur promissio de ordinatione futura, ibi; *Cætera autem*. Circa primum tria facit. Primo, ponit ordinationem suam, dicens; *Itaque fratres mei &c.* Ne vnusquisque cœnam suam præsumat ad manducandũ; *Cum conuenitis*. s. in ecclesia; *Ad manducandum*, scilicet corpus Christi; *Inuicem expectate*, vt. s. simul omnes sumatis. Vnde Exo. 12. dicitur, Immolabit hedum multitudo filiorum Israel. Secundo, excludit excusationem dicens; *Siquis autem esurit &c.* Et non potest tantum expectare; *Domi manducet*, scilicet communes cibos, postmodum eucharistiam non sumpturus. Eccl. 36. Omnem escam manducabit venter. Tertio, rationem assignat, dicens; *Vt non conueniatis*, scilicet ad sumendum corpus Christi; *In iudicium*, idest, in vestram condemnationem. Deinde ponitur promissio, cũ dicit; *Cætera*, scilicet quæ non sunt tanti periculi; *Cum uenero* præsentialiter; *Disponam* qualiter scilicet ea conseruare debeatis. Ex quo patet ꝓ ecclesia multa habet ex dispositione apostolorum, quæ in Sacra scriptura nõ continẽtur. Eccl. 10. Ciuitates inhabitabũtur, idest ecclesiæ disponentur per sensum prudentium. s. apostolorũ.

tres mei, cũ conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Siquis esurit, domi mãducet, vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem cum venero, disponam.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus prosecutus est de tribus sacramentis, scilicet baptismo, matrimonio, & eucharistia: hic incipit determinare de his quæ pertinent ad rem sacramentorum. Est autem duplex res sacramẽti. Vna significata & contenta, scilicet gratia, quæ statim cum sacramento confertur, Alia significata, & non contenta scilicet gloria resurrectionis, quę in fine expectatur. Primo ergo agit de donis gratiarum. Secũdo de gloria resurrectionis. 15. cap. ibi; *Notum autem uobis facio &c.* Circa primum agit de gratiis gratis datis. Secundo præfert omnibus his charitatem, quæ pertinet ad gratiam gratum facientem. 13. ca. ibi; *Si linguis hominum &c.* Tertio comparat gratias datas adinuicem. 14. cap. ibi; *Sectamini charitatem &c.* Circa primum duo facit. Primo principaliter exponit quid intendat, dicens, Dixi quòd cætera quæ pertinent ad vsum sacramentorum, cum venero disponam. Sed quædam statim vobis tradere oportet, & hoc est quod dicit; *De spiritualibus autem*; idest de donis gratiarum, quæ sunt a spiritu sancto, o fratres; *Nolo uos ignorare*. Est enim maximũ genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta; vt Seneca dicit in lib. de beneficiis: & ideo vt homo non sit Deo ingratus, non debet spirituales gratias ignorare. Supra. 2. Spiritum accepimus qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus; quia non habuit scientiam, scilicet spiritualium. Secundo, ibi *Scitis quoniam cum gentes &c.* Prosequitur suam intentionem: & primo ostendit spiritualium gratiarum necessitatem. Secundo ponit gratiarum distributionem, ibi; *Diuisiones uero &c.* Necessitas autẽ alicuius rei, maxime cognoscitur ex defectu ipsius. Vnde circa primum duo facit. Primo, ponit defectum quem patiebantur ante susceptam gratiam. Secundo, concludit gratiæ necessitatem, ibi; *Ideo notum uobis &c.* Dicit ergo primo; *Scitis*. quasi experti; *Quoniam cum gentes essetis*, idest; gentiliter viuentes, nondum suscepta gratia per baptismum. Gal. 2. Nos enim natura Iudæi, non ex gentibus peccatores. Ephes. 4. Gentes ambulant in vanitate sensus sui. Eratis euntes, quasi prompta mente & assidua, secundum illud Hiere. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Prouerb. 1. Pedes eorum ad malum currunt; *Ad simulachra muta*, scilicet, adoranda & colenda, secundum illud Psal. 113. Os habent & nõ loquentur. Et ponit specialiter in eis defectum locutionis, quia locutio est proprius effectus cognitionis: vnde ostenditur non intelligere simulachra, & per consequens nihil diuinitatis habere si sunt muta. Et hoc; *Prout ducebamini*, idest sine aliqua resistentia. Ducebantur autem vel allecti ex pulchritudine simulachrorum. Vnde dicitur in epistola Hiero. Videbitis in Babylonia deos aureos & argẽteos, videte ne metus vos capiat in ipsis. Aut etiam ex imperio alicuius principis, sicut legitur Dan. 3. Quòd Nabuchodonosor cogebat homines adorare statuam auream: & secundi Macha. 6. dicitur de quibusdam. quòd ducebantur cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Vel etiam instinctu dæmonum qui ad hoc præcipue anhelant, vt diuinus cultus eis exhibeatur, secũdum illud Mat. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ibant ergo ad idola colenda prout ducebantur, idest, sine aliqua resistentia, sicut de iuuene etiam vecorde dicitur Prouerb. 7. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimã. Per hoc ergo apparet, quòd homo ante susceptã gratiam, prompte currit in peccatum sine resistentia. Specialiter autem facit mentionem de peccato idolatriæ propter tria. Primo quidem, quia hoc est peccatum grauissimum, introducere alium Deum, sicut grauissime peccaret contra regem, qui alium regem in regnum eius introduceret. Vnde dicitur Iob. 31. Si vidi solem cum fulgeret, & lunã incedẽtem clare, & osculatus sum mãnum meam, scilicet quasi cultor solis, & lunæ, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Secundo quia a peccato idolatriæ omnia alia peccata oriebantur; secũdum illud Sap. 14. Nephandorum idolorum cultura, omnis mali causa est. Tertio, quia hoc peccatum apud gentiles commune erat, & nõ reputabatur. Vnde in Psal. 95. dicitur, Omnes dii gentium dæmonia. Est autem considerandum, quòd quidã dixerunt hominem in peccato mortali existentem, sine gratia quadam non posse a peccato cui subiacet, liberari: quia remissio peccatorum non fit nisi per gratiam, secundum illud Ro. 3. Iustificati per gratiam eius: posse autem se præseruare a peccato mortali sine gratia per liberum arbitrium. Sed hæc positio non videtur vera. Primo quidem, quia nõ potest aliquis se a peccato mortali præseruare, nisi omnia legis præcepta seruando: cum nullus mortaliter peccet, nisi transgrediendo aliquod legis præceptum: & ita posset aliquis obseruare omnia legis præcepta sine gratia, quod est hæresis Pelagiana. Secundo, quia charitatem per quam Deus diligitur super omnia, nullus potest habere sine gratia, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non potest autem esse quòd homo omnia peccata declinet, nisi Deum super omnia diligat: sicut illud magis contemnitur, quod minus diligit. Poterit ergo esse per aliquod tempus, quòd ille qui caret gratia, a peccato abstinebit quousque occurrat illud propter qd̃ Dei præceptum contemnet, a quo ducitur ad peccandum: signanter autem Apostolus dicit, *prout ducebamini*. Deinde cum dicit; *Ideo notum uobis facio &c.* Concludit duos effectus gratiæ, quorũ primus est, quòd facit abstinere a peccato. Secundus est quòd facit operari bonum & hoc ponit, ibi; *Et nemo potest &c.* Dicit ergo primo, ex quo quando sine gratia eratis prompte ad peccandum currebatis; *Ideo notum uobis facio*, quòd si gratiã habuissetis, hoc vobis non contigisset; *Nemo enim in spiritu Dei &c.* idest per spiritum Dei; *Loquens dicit, Anathema Iesu &c.* idest blasphemiã contra Iesum, secũdum illud Ioann. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo nõ est. Notandum ꝓ supra posuit grauissimũ peccatum quod est blasphemia, quod per gratiam declinatur, vt de aliis minoribus peccatis intelligatur. Potest autem per hoc quod dicitur; *Anathema Iesu* intelligi quodlibet peccatum mortale. Anathema enim separationem significat. Dicitur ab Ana, quod est sursum, & thesis, quod est positio, quasi sur sum positũ, quia olim res quæ ab vsu hominum separabantur, suspendebantur in templis, vel in locis publicis. Omne autem peccatum mortale separat a Iesu, secundum illud Esa. 59 Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Quicunque ergo mortaliter peccat, dicit corde vel ore, Anathema, idest separationem a Iesu; *Nemo ergo in spiritu Dei loquens dicit Anathema Iesu*, quia nullus per spiritum Dei peccat mortaliter, quia vt dicitur Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, sed secundum hoc videtur quòd quicunque habet spiritum sanctum, non possit peccare mortaliter: quia etiam dicitur 1. Ioann. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Sed dicendum est, quòd quantum est ex spiritu Dei, homo non facit peccatum, sed magis a peccato retrahitur, potest tamen peccatum facere ex defectu voluntatis humanæ, quæ spiritui sancto resistit, secundum illud Act. 7. Vos autem semper spiritui sancto restitistis. Non enim per spiritum sanctum inhabitantem, tollitur facultas peccandi a libero arbitrio totaliter in vita præsenti, & ideo signanter Apostolus non dixit, Nemo spũm Dei habẽs, sed, Nemo in spiritu Dei loquens. Deinde cum dicit; *Et nemo potest &c.* Ponit secundum effectum gratiæ; scilicet quòd sine ea homo non potest bonum operari. Dicit ergo; *Et nemo potest dicere* quòd Iesus est dominus; *Nisi in spiritu sancto*. Contra quod videtur esse, quia per spiritum sanctum homo introducitur in regnum cœlorum: secundum illud Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Dominus autem dicit Mat. 7. Non omnis qui dicit, domine, domine, intrabit in regnũ cœlorum. Non omnis ergo qui dicit, dominum Iesum, dicit hoc in spiritu sancto. Dicendum est autem, quòd dicere aliquid in spiritu sancto potest intelligi dupliciter. Vno modo in spiritu sancto mouente, sed non habito. Mouet enim spiritus sanctus corda aliquorũ ad loquendum quos non inhabitat, sicut legitur Ioann. 11. Quod Caiphas hoc quod de vtilitate mortis Christi prædixerat, a semetipso non dixit, sed per spiritum prophetiæ.

CAPIT. XII. LEC. I.

DE Spiritualibus autẽ nolo uos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cũ gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum uobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens dicit: Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarũ sunt, idẽ aũt spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem aũt dñs. Et diuisiones operationum sunt, idem uero Deus, qui operatur oĩa ĩ omnibus.

Balaam

Balaam etiam multa vera prędixit, motus a ſpiritu ſancto, vt legitur Nume. 23. & 24. licet eum non haberet. Secundum hoc ergo intelligendum eſt, quòd nullus poteſt dicere quodcunque verum, niſi a ſpiritu ſancto motus, qui eſt ſpiritus veritatis, de quo dicitur Ioan. 16. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Vnde & in Glo. Ambr. hoc in loco dicit, Omne verum a quocunque dicatur, a ſpiritu ſancto eſt. Et ſpecialiter in illis quę sũt fidei, quæ per ſpecialem reuelationem ſpiritus ſancti ſunt habita, inter quæ eſt, quòd Ieſus ſit omnium dominus: vnde Act. 4. dicitur. Certiſſime ſciat omnis domus Iſrael, quia Deus fecit hũc dominum Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Alio modo, loquitur aliquis in ſpiritu ſancto mouente & habito. Et ſecundũ hoc, etiam poteſt verificari quod hic dicitur, ita tamen, q̃ dicere, acciptur non ſolum ore, ſed etiam corde & opere. Dicit enim aliquid corde, ſ̃m illud Pſal. 13. Dixit insipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Dicitur etiam aliquid opere, inquantum exteriori opere aliquis ſuum conceptum manifeſtat. *Nemo* ergo niſi habendo ſpiritum ſanctum *poteſt dicere, Ieſum dominum* ita, ſcilicet quòd non ſolum hoc ore cõfiteatur, ſed etiam corde reuereatur ipſum vt dominum, & opere obediat ipſi, quaſi domino. Sic igitur ex verbis præmiſſis, tria circa gratiam cõſiderare poſſumus. Primo, quòd ſine ea peccatum homo vitare non poteſt, ſecundum illud Pſal. 93. Niſi quia dominus adiuuit me, paulominus in inferno habitaſſet anima mea. Secundo, quòd per eam vitatur peccatum ſecundum illud 1. Ioan. 3. Qui natus eſt ex Deo, non peccat. Tertio, quòd ſine ea non poteſt homo bonum facere, ſecundum illũd Ioann. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Deinde cum dicit; *Diuiſiones uero &c.* Incipit diſtinguere gratias gratis datas, & primo diſtinguit eas in generali. Secundo manifeſtat in ſpeciali, ibi; *Vnicuique autem datur &c.* In his autem quæ per gratiam ſpirituſſancti conferuntur, tria oportet conſiderare. Primo quidem, facultatem hominum ad operandum, ſecundo authoritatẽ, tertio, executionem vtriuſque. Facultas quidem habetur per donum gratiæ, puta per prophetiam, vel poteſtatem faciendi miracula, aut per aliquid huiuſmodi. Authoritas autẽ habetur per aliquod miniſterium, puta, per apoſtolatum vel aliquid huiuſmodi. Executio autem pertinet ad operationem. Primo, ergo diſtinguit gratias. Secundo, miniſteria. Tertio, operationes. Quantum ergo ad primum, oſtendit neceſſitatem gratiæ, quæ tamen non totaliter aduenit omnibus niſi Chriſto, cui datus eſt ſpiritus non ad menſuram, vt dicitur Ioan. 3. ſed quantum ad alios ſunt diuiſiones gratiarum, quia quidam abundant in vna, quidam in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes ſenſus, non autem alia mẽbra, ita in eccleſia ſolus Chriſtus habet omnes gratias, quæ in aliis membris diuiduntur, quod ſignificatur Gen. 12. Vbi dicitur quòd fluuius, ſcilicet gratiarum, egredie batur ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Et Mat. 25. dicitur. Et quòd vni dẽdit quinque talenta, alii duo, alii vnum. Et quamuis dona gratiarum ſint diuerſa, quæ a diuerſis habentur, non tamen procedunt a diuerſis authoribus, ſicut ponebant gentiles, qui ſapientiam attribuebant Mineruæ, locutionem Mercurio, & ſic de aliis. Ad quod excludendũ ſubdit, *Idem autem ſpiritus*: ſcilicet ſanctus qui eſt author omniũ gratiarum. Eph. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Et Sap. 7. Eſt ſpiritus vnus & multiplex. Vnus in ſubſtantia, multiplex in gratiis. Deinde ponit diſtinctiones miniſtrationum, dicens; *Et diuiſiones miniſtrationum ſunt*, ideſt diuerſa miniſteria & officia requiruntur ad gubernationem eccleſiæ. Prælati enim eccleſiæ miniſtri dicuntur. Sup. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: pertinet autem ad decorem & perfectionem eccleſiæ, vt in ea diuerſa miniſteria ſint quæ ſignificantur per ordines miniſtrantium, quod mirabatur regina Sabba in domo Solomonis, vt legitur 3. Regum 10. Omnes tamen vni domino ſeruiunt. Vnde ſubditur; *Idem autem dominus* ſupra 8. Nobis vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Deinde ponit diſtinctionem operationum, dicens; *Et diuiſiones operationum ſunt*, quibus aliquis in ſe ipſo bonum operatur, ſicut per miniſtrationem ad proximũ. Pſal. 103. Exibit homo ad opus ſuum, ſcilicet ſibi proprium. Eccleſ. 33. Immutauit, ideſt diſtinxit vias, ideſt operationes eorũ quæ tamen omnes procedunt ab vno principio. Vnde ſubdit; *Idem uero Deus, qui operatur omnia*, ſicut prima cauſa creans omnes operationes. Ne tamen aliæ cauſæ videantur eſſe ſuperfluę ſubdit; *In omnibus*, quia in cauſis ſecundariis prima cauſa operatur. Eſa. 26. Oia opera noſtra operatus es in nobis. Et notandum, quòd Apoſtolus valde congrue gratias attribuit ſpiritui qui eſt amor: quia ex amore procedit quòd aliquid gratis detur miniſterii a domino, cui miniſtratur, operationes Deo ſicut primæ cauſæ mouenti. Et quod dicit; *Spiritus*, poteſt referri ad perſonam ſpirituſſancti. Quod dicit; *Dominus*, ad perſonam filii: quod dicit; *Deus*, ad perſonã patris. Vel hæc tria poſſunt attribui ſpirituſancto, q̃ eſt dominꝰ Deus.

LECTIO II.

POSITA in generali diſtinctione gratiarum & miniſtrationum, & operationum: hic manifeſtat ea quæ dixerat in ſpeciali, & primo quantum ad diuiſionem gratiarum. Secundo quantum ad diuiſionem miniſtrationum, ibi; *Et quoſdam quidem poſuit Deus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit diſtinctionem gratiarum in ſpeciali. Secundo, adhibet ſimilitudinem, ibi; *Sicut enim corpus &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit conditionem gratiarum gratis datarum. Secundo, ponit earum diſtinctionem, ibi; *Alii quidem datur &c* Tertio deſcribit earum actionem, ibi; *Hæc autem omnia &c.* Dicit ergo primo: dictum eſt quòd ſunt diuiſiones gratiarum; *Vnicuique autem datur*, in quo deſignatur earum ſubiectum. Sicut enim nullum membrum eſt in corpore, quod nõ participet aliquo modo ſenſum vel motum a capite: ita nullus eſt in eccleſia qui non aliquid de gratiis ſpirituſancti participet, ſecundum illud Mat. 25. Dedit vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. Et Epheſ. 4. Vnicuique noſtrum data eſt gratia; *Manifeſtatio ſpiritus*, in quo deſignatur officium gratiæ gratis datæ. Pertinet autem ad gratiam gratum faciẽtem, quòd per eam ſpiritus factus inhabitet, quod quidem non pertinet ad gratiam gratis datam, ſed ſolum vt per eam ſpirituſanctus manifeſtetur: ſicut interior motus cordis per vocem. Vnde Ioan. 3. dicitur, Vocem eius audis. Et in Pſal. 97. dicitur, Notum fecit dominus ſalutare ſuum. Manifeſtatur autem per huiuſmodi gratias ſpirituſſanctꝰ dupliciter. Vno modo, vt inhabitans eccleſiam & docens & ſanctificans eam, puta, cum aliquis peccator quem nõ inhabitat ſpirituſanctus, faciat miracula ad oſtendendum quòd fides eccleſiæ quam ipſe prædicat, ſit vera. Vnde dicitur Heb. 2. Conteſtante Deo ſignis, & prodigiis, & variis ſpirituſanctꝰ diſtributionibus. Alio modo, manifeſtatur per huiuſmodi gratia ſpirituſanctꝰ, vt inhabitans eum, cui tales gratiæ cõceduntur. Vnde dicitur Act 6. quòd Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & ſigna multa, quem ſpiritu ſancto plenum elegerunt, ſic autem non conceduntur huiuſmodi gratiæ niſi ſanctis. Et ne huiuſmodi manifeſtatio vana videatur, ſubdit; *Ad utilitatem*, ſcilicet communem. In quo deſignatur finis harum, & hoc, vel dum probatur vera doctrina eccleſiæ, & ſic fideles cõfirmantur & infidcles conuertuntur: uel dum ſanctitas alicuius proponitur aliis in exemplũ. Vnde & infra 14. Ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis. Et ſupra 10. Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant. Deinde cum dicit; *Alii quidem &c.* Ponit diſtinctionem gratiarum, quæ quidem, vt dictum eſt, dantur ad vtilitatẽ communem. Et ideo oportet earum diſtinctionem accipere, ſecundum quod per vnum, poteſt aliorum ſalus procurari. Quod quidem homo non poteſt facere interius operando, hoc enim ſolius Dei eſt, ſed ſolum exterius perſuadendo. Ad quod quidem tria requiruntur. Primo quidẽ, facultas perſuadendi: ſecundo, facultas perſuaſionem confirmandi: tertio, perſuaſionem intelligibiliter proponendi. Ad facultatem autem perſuadendi, requiritur quòd homo habeat peritiam concluſionum & certitudinem principiorum, circa ea in quibus debemus perſuadere. Concluſiones autem in his quæ pertinent ad ſalutem, quædam ſunt principales, ſcilicet res diuinæ & ad hoc pertinet ſapientia, quæ eſt cognitio diuinarum rerum, vt Aug. dici li. 13. † de Trin. & quantũ ad hoc dicitur; *Alii quidem per ſpiritum datur*, ſcilicet ſanctum; *Sermo ſapientiæ*, vt poſſit perſuadere ea, quæ ad cognitionem diuinorum pertinent. Luc. 21. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui nõ poterunt reſiſtere & cõtradicere omnes aduerſarii veſtri. ſupra 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Secundariæ concluſiones ſunt, quæ pertinent ad notitiam creaturarum. quarum cognitio dicitur ſcientia, ſecundum Aug. ibidem. Et quantum ad hoc ſubdit; *Alii autem*, ſcilicet; *Datur ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum*, vt ſcilicet p̃ creaturas ea quæ ſunt Dei, manifeſtare poſſit. Huic enim ſcientiæ attribuitur illud, quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curioſitatis in humanis ſcientiis inuenitur, vt Auguſt. ibidem dicit Sap. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorum Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Eſt tamen notandum, quòd ſapientia & ſcientia inter ſeptem dona ſpiritusſancti computantur, ſicut habetur Eſa. 11. Vnde Apoſtolus ſignanter inter gratias gratis datas, non ponit ſapientiam & ſcientiam, ſed ſermonem ſapientiæ & ſcientiæ, quæ pertinent ad hoc, vt homo aliis perſuadere valeat per ſermonem ea, quæ ſunt ſapientiæ & ſcientiæ. Principia autem doctrinæ ſalutis, ſunt articuli fidei: & ideo quantũ ad hoc ſubditur; *Alteri*, ſcilicet datur; *Fides in eodem ſpiritu*: non autem hic accipitur pro fidei virtute, quia hoc commune eſt omnibus membris Chriſti, ſecundum illud Heb. 11. Sine fide, impoſſibile eſt placere Deo: ſed accipitur pro ſermone fidei, prout ſcilicet homo poteſt recte proponere ea quæ fidei ſunt: vel pro certitudine fidei, quam aliquis habet excellenter, ſecundum illud Mat. 15. Mulier, magna eſt fides tua. Ea vero quæ pertinent ad ſalutarem doctrinam non poſſunt confirmari ſeu probari ratione, quia rationem humanã excedunt, ſecundum illud Eccle. 3. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt ibi. Confirmantur ſeu probantur ſigno diuino, vnde & Moyſes mittendus ad populum Iſrael, ſignum accepit a Deo, per quod confirmaret ea, quæ ex parte Dei dicẽbat, vt patet Exod. 4. Sicut & ſigno regio confirmatur, quòd aliquid ſit de mandato regis. Signum autem Dei ſumitur, vno quidem modo ab eo, quod ſolus Deus facere poteſt: ſicut ſunt miracula quæ Apoſtolus hic in duo diſtinguit. Nam primo dicit; *Alii*. i. datur; *Gratia ſanitatum*, ideſt per quam alicuius poſſit ſanare infirmitatem; *In uno*, ſcilicet & eodem; *Spiritu*. Hiere. 17. Sana me domine & ſanabor. Ex his enim perſuadetur aliquis, non ſolum propter magnitudinem facti, ſed etiam propter beneficium. Secundo, autem dicit; *Alii datur operatio uirtutum*, ex quibus, aliquis perſuadetur ſolum propter magnitudinem facti, puta cum mare diuiditur, vt legitur Exod. 14. Vel quòd ſol & luna ſtetit in cœlo, ſicut legitur Ioſue 10. Gal. 3. Qui tribuit nobis ſpiritum & operatur virtutes in nobis? Alio autem modo, accipitur ſignum diuinum ab eo, quod ſolus Deus cognoſcere poteſt. Hoc autem eſt vel futurum contingens, ſecundum illud Eſa. 41. Annunciate quæ vẽtura ſunt, & ſciemus quia Dii eſtis vos. Et quantum ad hoc dicit; *Alii*. i. *Datur prophetia*, quæ eſt diuina reuelatio inter euentus immobili veritate denuntians, Ioel. 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabũt filii veſtri. Aliud autẽ eſt cognitio humani cordis, ſecundum illud Hiere. 17 Prauũ eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda & probans renes. Et quantum ad hoc ſubdit; *Alii diſcretio ſpirituum*, vt ſcilicet homo diſcernere poſſit, quo ſpiritu aliquis moueatur ad loquendum vel operandum, puta: vtrum ſpiritu charitatis vel ſpiritu inuidiæ. 1. Ioan. 4. Noli credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Facultas autem perſuaſionem pronuntiandi conſiſtit in hoc, quòd homo poſſit loqui intelligibiliter aliis. Quod quidem impeditur dupliciter. Vno modo, per diuerſitatem idiomatum. Contra quod remedium adhibetur per hoc, quod dicit; *Alii*, ſcilicet; *Datur genera linguarum*, vt ſcilicet poſſit loqui diuerſis linguis vt intelligatur ab omnibus: ſicut de apoſtolis legitur Act. 2. q̃ loquebãtur variis linguis. Alio modo, per oſcuritatem ſcripturæ inducendæ. Contra quod remedium datur per id, quod ſubditur; *Alii interpretatio ſermonum*, ideſt difficilium ſcripturarum. Dan. 5. Audiui de te quòd poſſis obſcura interpretari. Gen. 40. Nunquid non Dei eſt interpretatio? Deinde cum dicit; *Hæc autem omnia &c.* Determinat authorem prędictarum gratiarum. Circa quod tres errores excludit. Primo, quidem gentilium attribuentium diuerſa dona diuerſis diis. Contra quod dicit; *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus*. Eph 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Secundo, errorem eorum qui Deo attribuebant ſolum vniuerſalem prouidentiam rerum, ponentes q̃ diſtinctiones particularium fiunt ſolum per cauſas ſecundas. Cõtra quod ſubditur; *Diuidens ſingulis prout vult*. Eccle. 33. in multitudine diſciplinæ domini ſeparauit eos. Tertio excludit errorẽ eorum, qui diuerſitatẽ gratiarum attribuebant vel fato vel humano merito, & non ſolum voluntati diuinæ, ſicut Macedonii q̃ dicebant ſpiritũ ſanctũ eſſe miniſteriũ patris & filii & hoc excludit p̃ hoc quod ſubdit. *Prout vult*. Io. 3. Spiritus, vbi vult ſpira.

LECTIO TERTIA.

POSITA diſtinctione gratiarum, hic manifeſtat eam per ſimilitudinẽ corporis naturalis. Et primo, ponit ſimilitudinẽ in generali. Secũdo, explicat eam in ſpeciali, ibi; *Nã & corpus etc.* Circa primum duo facit. Primo, ponitur ſimilitudo. Secundo, ſimilitudinis adaptatio, ibi; *Ita & Chriſtus etc.* Circa primũ conſiderandum eſt, quòd ſicut in 5. Metaphy. tripliciter dicitur aliquid vnum per ſe. Vno modo, indiuiſibilitate, vt vnitas punctum, ſecundum quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem, nõ ſolum actualem, ſed etiam potentialem. Alio modo, dicitur vnũ, continuitate, vt linea & ſuperficies, quæ quidẽ vnitas excludit multitudinem actualẽ, ſed non potentialem. Tertio modo, integritate, quæ non excludit multitudinem neque potentialem, neque actualem: ſicut domus eſt vna, quæ conſtituitur ex diuerſis lapidibus & lignis. Et eodem modo, corpus hominis aut cuiuſlibet animalis eſt vnum, quia eius perfectio integratur ex diuerſis membris, ſicut ex diuerſis animæ inſtrumentis. Vnde, & anima dicitur eſſe actus corporis organici ideſt ex diuerſis organis conſtituti. Proponit ergo primo Apoſtolus, quòd vnitas corporis membrorum, multitudinem non excludit, dicens quòd; *Sicut corpus unum eſt, & multa membra habet*. Vnde & Ro. 12. dicitur, In vno corpore, multa membra habemus. Item proponit quod multitudo membrorum non tollit corporis vnitatem. Vnde ſubdit; *Omnia autem membra corporis, cum ſint multa*, nihilominus; *Vnum corpus ſunt*, quod ex omnibus perficitur. Vnde & Iob 10. dicitur, Pelle & carne veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. Deinde cũ dicit; *Ita & Chriſtus &c.* Ponitur adaptatio ſimilitudinis. Et primo adaptat ſimilitudinem, dicens, *Ita & Chriſtus*, ſcilicet eſt vnus, ſecundum illud, ſupra 8. Vnus dominus noſter Ieſus, per quem omnia. Et tamen multa & diuerſa habet membra ſcilicet omnes fideles, ſecundum illud Rom. 12. Multi unum corpus ſumus in Chriſto. Secundo, ponitur ratio adaptationis. Vbi ponitur duplex ratio diſtinctionis. Vna quidem ratio vnitatis eſt ſpirituſanctus, ſecundum illud Eph. 4. Vnum corpus & vnus ſpiritus. Sed per virtutem ſpirituſancti duplex beneficium conſequimur. Primo quidem, quia per ipſum regeneramur, ſecundum illud Ioann. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. Vnde dicit; *Et enim in vno ſpiritu*, ſcilicet. Per virtutem vnius ſpirituſancti; *Omnes nos*, qui ſumus membra Chriſti; *Sumus baptizati in vnum corpus*, ideſt in vnitatẽ eccleſię, quæ eſt corpus Chriſti, ſecundum illud Eph. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus eius. Et Gal. 3. Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Secundo, per ſpiritum ſanctum reficimur ad ſalutem. Vnde ſubdit; *Et omnes potati ſumus in vno ſpiritu*, ideſt per virtutem vnius ſpirituſancti. Poteſt autem hic potus intelligi dupliciter. Vno modo, de interno refrigerio, quod ſpirituſanctus cordi humano præbet, extinguendo ſitim carnalium deſideriorum, & concupiſcentiarum. Vnde Eccle. 15. Aqua ſalutaris ſapientię potauit eum. Et Io. 7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Alio modo, poteſt intelligi de potu ſacramentali, qui per ſpiritũ ſacratur, ſupra 10. Omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Interponitur autem duplex ratio diuerſitatis. Vna ex parte ritus cum dicit; *Siue Iudæi, ſiue Gentiles &c.* Alia ex parte conditionis cum dicit; *Siue ſerui, ſiue liberi*. Nulla enim huiuſmodi diuerſitas impedit vnitatem corporis Chriſti. Vnde Gal. 3. dicitur, Non eſt Iudæus, neque Græcus: non eſt ſeruus, neque liber: vnum enim eſtis in Chriſto Ieſu. Deinde cum dicit; *Nam & corpus*: explicat ſimilitudinem in ſpeciali. Et primo, deſcribit conditionem corporis naturalis, & membrorum ipſius. Secundo, adaptat ad corpus myſticum Chriſti, ibi; *Vos autem eſtis &c.* Circa primum duo facit. Primo, deſcribit integritatem corporis naturalis. Secundo habitudinem membrorum adinuicem, ibi; *Non poteſt autem oculus dicere &c.* Circa primum tria facit, Primo, proponit quod intendit. Secundo, manifeſtat exẽplificando, ibi, *Si dixerit pes &c.* Tertio, probat ducendo ad inconueniens, ibi; *Si totum corpus oculus &c.* Dicit ergo primo. Dictum eſt, quòd omnes nos in vnum corpus myſticum baptizati ſumus, quod repreſentat ſimilitudo corporis naturalis; *Nam corpus* naturale hominis; *Non eſt vnum membrum, ſed multa*: quia ſcilicet eius perfectio non ſaluatur in vno membro, ſed integratur ex multis quæ neceſſe habent deſeruire diuerſis potentiis, & actibus animæ. Vnde & Rom. 12. dicitur, Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra corporis non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Deinde cum dicit; *Si dixerit pes &c.* Manifeſtat quod dixerat exemplificando in membris quibuſdã,

LECTIO III.

SICVT enim vnũ corpus eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Et enim in vno ſpiritu, omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gẽtiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Si dixerit pes, quoniam nõ ſum manus, non ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore? Et ſi dixe-

Et primo in membris deseruientibus motui: & ponit duo membra, pedem tanquam ignobilius membrorum, eo quòd calcat terram, & portat totius corporis pondus: manum autem tanquã membrum nobilius, eo quòd ipsa est organum organorum. Et hoc est quod dicit; *Si dixerit pes non sum de corpore*, quoniam nõ sum manus, *non ideo non est de corpore?* q.d. perfectio corporis nõ tota consistit in vno mẽbro, quàmuis nobiliori, sed ad eius perfectionem requiruntur etiam ignobiliora. Per membra autem deseruientia motui, designãtur in ecclesia homines dediti vitæ actiuæ, ita ꝙ pedes sũt subditi, de quibus dicitur. Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autem figurant prælati, ꝑ quos alii disponũtur. Vnde & Canti. 5. dicitur, Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis. Sunt aũt in ecclesia necessariæ nõ solum manus. i. prælati: sed etiã pedes, idest subditi. Vnde Prou. 14. dr̃. In multitudine populi dignitas regis. Secundo, exemplificat de membris seruientibus virtuti apprehẽsiuæ: & ponit oculum qui deseruit visui, & aurem quæ deseruit auditui. Nam isti duo sensus præcipue deseruiunt humanæ sapientiæ: visus quidem quantum ad inuentionem, eo ꝙ plures rerum differentias ostendit: auditus aũt quantum ad disciplinam quæ fit per sermonem. Horũ tamen sensuũ dignior est visus, q̃ auditus, quia & spiritualior est & plura demonstrat, ac per hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo; *Et si dixerit auris* quę est ignobilius membrum; *Non sum de corpore, quia non sum oculus* qui est membrum nobilius; *Non ideo non est de corpore? &c.* Per membra ergo deseruientia virtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi, qui studẽt vitæ cõtemplatiuæ inter quos sunt sicut oculi, doctores, qui per seipsos veritatem inspiciunt. Vnde dicit Can. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ resident iuxta fluenta plenissima. Per aures aũt significant discipuli qui a magistris veritatẽ audiendo recipiunt. Vnde & Mat. 13. dicit, Qui habet aures audiendi, audiat. Sunt. n. in ecclesia necessarii nõ solum doctores, sed etiam discipuli. Vnde & Iob. 29. dr̃, Auris audiens beatificauit me. Deinde cũ dicit; *Si totũ corpus &c.* Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorum primum est subtractio necessariorum a corpore: secundum est remotio integritatis corporis, ibi; *Quod si essent omnia &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit inconueniens qd̃ sequitur, dicẽs; *Si totum corpus esset oculus*, quod est mẽbrum nobilius; *Vbi esset auditus*. i. instrumentũ audiendi, q.d. si in ecclesia essent omnes magistri. Vnde dicit Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et iterũ; *Si totum corpus esset auditus*. i. instrumentum audiẽdi; *Vbi esset odoratus? &c.* Per quem possunt in ecclesia intelligi illi, qui & si non sint capaces verborũ sapientiæ, percipiunt tã quædam eius iudicia a remotis quasi odorẽ. Vnde & Can. 1. dr̃. In odorẽ vnguentorũ tuorũ currimus. Secũdo, asserit contrariã veritatem. s. quòd nec visus, nec auditus corpori debet deesse, dicens; *Nunc autem Deus posuit*. i. ordinate disposuit; *Membra diuersa*. Nã & si mẽbrorum distinctio sit opus naturæ, hoc tã agit natura ut instrumẽtũ diuinæ prudentiæ. Et ideo primã causam dispositionis mẽbrorũ assignans, subdit; *Vnumquodque eorum in corpore*, q.d. Non sic posuit membra diuersa, vt vnũquodq; eorum ꝑ se separatim existeret, sed vt omnia conuenirent in vno corpore; *Et sicut voluit*. Nam prima causa institutionis rerum est voluntas diuina, secundum illud Psal. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Sic autem & in ecclesia disposuit diuersa officia, diuersos status secundum suam voluntatem. Vnde & Ephe. 1. dicitur, Prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Deinde cum dicit; *Quod si esset &c.* Ducit ad aliud incõueniens, quod est defectus integritatis corporis. Vnde primo ponit hoc inconueniens, dicens; *Quod si essent omnia unum membrum, ubi esset corpus?* idest, vbi esset integritas corporalis? quasi dicat, nõ esset. Ita si omnes in ecclesia vnius conditionis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesię, quę in Psa. 44 describitur. Circumamicta varietate. Secundo asserit veritatem contrariam, dicens; *Nunc autem multa quidem sunt membra*, sed; *Vnum corpus* quod ex omnibus integratur. Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cant. 6. describitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit; *Non potest autem oculus &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem. Et primo, quantum ad necessitatem. Secundo, quantũ ad cultum membris adhibitum, ibi; *Et quæ putamus &c.* Tertio, quantum ad mutuam solicitudinem, ibi, *Sed in ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit omnia membra corporis esse necessaria, quàmuis quædã sint ignobilia. Secundo, ponit necessitatis cõparationem, ibi; *Sed multomagis &c.* Ostẽdit autem primo rationem necessitatis membrorum, secundum duplicem differẽtiam. Primo, quidem secundum differentiam membrorũ deseruientium motui. Vnde dicit; *Non potest autẽ oculus* qui deseruit cognitioni, & significat cõtemplatinos; *Dicere manui*, quæ deseruit motui, & significat actiuos; *Opera tua non indigeo*. Indigẽt enim contemplatiui per operaactiuorum sustentari. Vnde & Luc. 10. dicitur, Quod cum Maria secus pedes domini sederet audiens verba eius, Martha satagebat circa frequens ministerium. Secundo, ostendit idem secundum differentiam prælatorum, qui significãtur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est ꝙ subdit; *Aut*, iterũ; *Caput*, idest prælatus; secundum illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es; *Non potest dicere pedibus*, idest subditis; *Non estis mihi necessarii*, quia vt dr̃ Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cũ dicit; *Sed multo magis &c.* Comparat diuersa membra adinuicem, quo ad necessitatem eorũ, dicẽs; *Quod membra corporis, quæ uidentur esse infirmiora sunt magis necessaria*, sicut intestina: ita etiã in ecclesia sine officio aliquarum abiectarũ personarum, puta, agricultorum & aliorum huiusmodi, præsens vita transiri nõ posset: quæ tamen posset duci sine aliquibus excellentioribus personis contemplationi & sapientiæ deputatis, quę ecclesię deseruiunt, ad hoc ꝙ sit ornatior & melius se habẽs. Ex hoc. n. aliquid dicitur necessarium, quod est vtile ad finem. Illa vero quæ sunt nobilissima non se habẽt in ratione vtilium, sed sunt per se ipsa appetenda vt fines. Et ideo dr̃ Iob 21. Si fructus terræ comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Deinde cum dicit; *Et quæ putamus &c.* Cõparat mẽbra quantum ad exteriorem cultum. Et primo, ponit diuersitatem quæ diuersis membris adhibẽtur. Secundo causam diuersitatis assignat, ibi; *Deus temperauit &c.* Cultus autem exterior mẽbris adhibitus ad duo pertinet, scilicet ad honorem, sicut ea quæ apponuntur ad ornatum, vt monilia, & inaures: & ad honestatem, sicut quæ apponuntur ad tegumentum, vt brachæ & alia huiusmodi. Quantum ergo ad primum cultum dicit primo; *Et quæ putamus esse ignobiliora membra corporis, his circundamus abundantiorem honorem*, idest maiorem ornatum: sicut auribus alicubi suspenduntur inaures, oculis autem nihil apponitur, & pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata: secundũ illud Can. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Manus autem nudæ habentur. Et similiter in ecclesia imperfectioribus sunt magis consolationes adhibendę, quibus perfectiores non egent. Vnde dicitur Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipsa portabit. Et 1. Petr. 3. dicitur, Viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ. Secũdo prosequitur quãtũ ad cultũ honestatis, dicẽs; *Et quæ inhonesta sunt, abundantiorem honestatem habent*, scilicet per studiũ humanum. Dicuntur autem membra aliqua inhonesta in sanctis non propter aliquam peccati turpitudinẽ, sed ꝑ ꝑ inobedientiam membrorum genitalium subsecutam ex peccato originali. Vel etiam qa sunt ignobili vsui deputata, sicut omnia membra quæ deseruiunt emissioni superfluitatum, quibus abundãtior honestas adhibetur dum studiosius teguntur, quo non indigent membra nobilibus vsibus deputata. Vnde subdit; *Honesta autem nostra nullius egent*, scilicet exterioris honestatis: vnde nec faciei velamen apponitur. Et similiter in ecclesia illi qui sunt in aliquo capabiles, sunt admonendi & custodiendi, secundum illud Eccle. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Et Gal. 6. dicitur, Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. illi aũt qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandum ꝙ triplicem defectum

rit auris, quoniam non sum oculus non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit: quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnũ autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua nõ indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis; his honorem abundantiorem circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundãtiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed Deus temperauit corpus ei cui deerat, abundantiorẽ tribuendo honorẽ, ut non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicẽ solicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, cõpatiuntur omnia mẽbra. Siue gloriatur unum mẽbrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de mẽbro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primo, apostolos, secundo, prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nũquid oẽs doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunqd omnes gratiam habent curationũ? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autem charismata meliora: Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

non est de corpore? q.d. perfectio corporis nõ tota consistit in vno mẽbro, quàmuis nobiliori, sed ad eius perfectionem requiruntur etiam ignobiliora. Per membra autem deseruientia motui, designãtur in ecclesia homines dediti vitæ actiuæ, ita ꝙ pedes sũt subditi, de quibus dicitur. Ezech. 1. Pedes eorum pedes recti: per manus autem figurant prælati, ꝑ quos alii disponũtur. Vnde & Canti. 5. dicitur, Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis. Sunt aũt in ecclesia necessariæ nõ solum manus. i. prælati: sed etiã pedes, idest subditi. Vnde Prou. 14. dr̃. In multitudine populi dignitas regis. Secundo, exemplificat de membris seruientibus virtuti apprehẽsiuæ: & ponit oculum qui deseruit visui, & aurem quæ deseruit auditui. Nam isti duo sensus præcipue deseruiunt humanæ sapientiæ: visus quidem quantum ad inuentionem, eo ꝙ plures rerum differentias ostendit: auditus aũt quantum ad disciplinam quæ fit per sermonem. Horũ tamen sensuũ dignior est visus, q̃ auditus, quia & spiritualior est & plura demonstrat, ac per hoc oculus est dignior aure. Dicit ergo; *Et si dixerit auris* quę est ignobilius membrum; *Non sum de corpore, quia non sum oculus* qui est membrum nobilius; *Non ideo non est de corpore? &c.* Per membra ergo deseruientia virtuti apprehensiuæ, designantur in ecclesia illi, qui studẽt vitæ cõtemplatiuæ inter quos sunt sicut oculi, doctores, qui per seipsos veritatem inspiciunt. Vnde dicit Can. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ resident iuxta fluenta plenissima. Per aures aũt significant discipuli qui a magistris veritatẽ audiendo recipiunt. Vnde & Mat. 13. dicit, Qui habet aures audiendi, audiat. Sunt. n. in ecclesia necessarii nõ solum doctores, sed etiam discipuli. Vnde & Iob. 29. dr̃, Auris audiens beatificauit me. Deinde cũ dicit; *Si totũ corpus &c.* Probat ducendo ad inconueniens duplex, quorum primum est subtractio necessariorum a corpore: secundum est remotio integritatis corporis, ibi; *Quod si essent omnia &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit inconueniens qd̃ sequitur, dicẽs; *Si totum corpus esset oculus*, quod est mẽbrum nobilius; *Vbi esset auditus*. i. instrumentũ audiendi, q.d. si in ecclesia essent omnes magistri. Vnde dicit Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Et iterũ; *Si totum corpus esset auditus*. i. instrumentum audiẽdi; *Vbi esset odoratus? &c.* Per quem possunt in ecclesia intelligi illi, qui & si non sint capaces verborũ sapientiæ, percipiunt tã quædam eius iudicia a remotis quasi odorẽ. Vnde & Can. 1. dr̃. In odorẽ vnguentorũ tuorũ currimus. Secũdo, asserit contrariã veritatem. s. quòd nec visus, nec auditus corpori debet deesse, dicens; *Nunc autem Deus posuit*. i. ordinate disposuit; *Membra diuersa*. Nã & si mẽbrorum distinctio sit opus naturæ, hoc tã agit natura ut instrumẽtũ diuinæ prudentiæ. Et ideo primã causam dispositionis mẽbrorũ assignans, subdit; *Vnumquodque eorum in corpore*, q.d. Non sic posuit membra diuersa, vt vnũquodq; eorum ꝑ se separatim existeret, sed vt omnia conuenirent in vno corpore; *Et sicut voluit*. Nam prima causa institutionis rerum est voluntas diuina, secundum illud Psal. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Sic autem & in ecclesia disposuit diuersa officia, diuersos status secundum suam voluntatem. Vnde & Ephe. 1. dicitur, Prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Deinde cum dicit; *Quod si esset &c.* Ducit ad aliud incõueniens, quod est defectus integritatis corporis. Vnde primo ponit hoc inconueniens, dicens; *Quod si essent omnia unum membrum, ubi esset corpus?* idest, vbi esset integritas corporalis? quasi dicat, nõ esset. Ita si omnes in ecclesia vnius conditionis & gradus essent, tolleretur perfectio & decor ecclesię, quę in Psa. 44 describitur. Circumamicta varietate. Secundo asserit veritatem contrariam, dicens; *Nunc autem multa quidem sunt membra*, sed; *Vnum corpus* quod ex omnibus integratur. Sic ecclesia ex diuersis ordinibus constituitur. Vnde & Cant. 6. describitur, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Deinde cum dicit; *Non potest autem oculus &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem. Et primo, quantum ad necessitatem. Secundo, quantũ ad cultum membris adhibitum, ibi; *Et quæ putamus &c.* Tertio, quantum ad mutuam solicitudinem, ibi, *Sed in ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit omnia membra corporis esse necessaria, quàmuis quædã sint ignobilia. Secundo, ponit necessitatis cõparationem, ibi; *Sed multomagis &c.* Ostẽdit autem primo rationem necessitatis membrorum, secundum duplicem differẽtiam. Primo, quidem secundum differentiam membrorũ deseruientium motui. Vnde dicit; *Non potest autẽ oculus* qui deseruit cognitioni, & significat cõtemplatinos; *Dicere manui*, quæ deseruit motui, & significat actiuos; *Opera tua non indigeo*. Indigẽt enim contemplatiui per operaactiuorum sustentari. Vnde & Luc. 10. dicitur, Quod cum Maria secus pedes domini sederet audiens verba eius, Martha satagebat circa frequens ministerium. Secundo, ostendit idem secundum differentiam prælatorum, qui significãtur per caput, & subditorum, qui significantur per pedes. Et hoc est ꝙ subdit; *Aut*, iterũ; *Caput*, idest prælatus; secundum illud 1. Reg. 15. Caput in tribus Israel factus es; *Non potest dicere pedibus*, idest subditis; *Non estis mihi necessarii*, quia vt dr̃ Prou. 14. In multitudine populi dignitas regis. Deinde cũ dicit; *Sed multo magis &c.* Comparat diuersa membra adinuicem, quo ad necessitatem eorũ, dicẽs; *Quod membra corporis, quæ uidentur esse infirmiora sunt magis necessaria*, sicut intestina: ita etiã in ecclesia sine officio aliquarum abiectarũ personarum, puta, agricultorum & aliorum huiusmodi, præsens vita transiri nõ posset: quæ tamen posset duci sine aliquibus excellentioribus personis contemplationi & sapientiæ deputatis, quę ecclesię deseruiunt, ad hoc ꝙ sit ornatior & melius se habẽs. Ex hoc. n. aliquid dicitur necessarium, quod est vtile ad finem. Illa vero quæ sunt nobilissima non se habẽt in ratione vtilium, sed sunt per se ipsa appetenda vt fines. Et ideo dr̃ Iob 21. Si fructus terræ comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi. Deinde cum dicit; *Et quæ putamus &c.* Cõparat mẽbra quantum ad exteriorem cultum. Et primo, ponit diuersitatem quæ diuersis membris adhibẽtur. Secundo causam diuersitatis assignat, ibi; *Deus temperauit &c.* Cultus autem exterior mẽbris adhibitus ad duo pertinet, scilicet ad honorem, sicut ea quæ apponuntur ad ornatum, vt monilia, & inaures: & ad honestatem, sicut quæ apponuntur ad tegumentum, vt brachæ & alia huiusmodi. Quantum ergo ad primum cultum dicit primo; *Et quæ putamus esse ignobiliora membra corporis, his circundamus abundantiorem honorem*, idest maiorem ornatum: sicut auribus alicubi suspenduntur inaures, oculis autem nihil apponitur, & pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata: secundũ illud Can. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Manus autem nudæ habentur. Et similiter in ecclesia imperfectioribus sunt magis consolationes adhibendę, quibus perfectiores non egent. Vnde dicitur Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipsa portabit. Et 1. Petr. 3. dicitur, Viri quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ. Secũdo prosequitur quãtũ ad cultũ honestatis, dicẽs; *Et quæ inhonesta sunt, abundantiorem honestatem habent*, scilicet per studiũ humanum. Dicuntur autem membra aliqua inhonesta in sanctis non propter aliquam peccati turpitudinẽ, sed ꝑ ꝑ inobedientiam membrorum genitalium subsecutam ex peccato originali. Vel etiam qa sunt ignobili vsui deputata, sicut omnia membra quæ deseruiunt emissioni superfluitatum, quibus abundãtior honestas adhibetur dum studiosius teguntur, quo non indigent membra nobilibus vsibus deputata. Vnde subdit; *Honesta autem nostra nullius egent*, scilicet exterioris honestatis: vnde nec faciei velamen apponitur. Et similiter in ecclesia illi qui sunt in aliquo capabiles, sunt admonendi & custodiendi, secundum illud Eccle. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam. Et Gal. 6. dicitur, Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. illi aũt qui sunt absq; culpa his non egent. Et est notandum ꝙ triplicem defectum circa membra notauit, scilicet, inhonestatis, ignobilitatis, & infirmitatis. Quorum primum, in membris ecclesiæ pertinet ad culpam. Secundum, ad conditionem seruilem. Tertium, ad statũ imperfectionis. Deinde cum dicit; *Et Deus temperauit &c.* Ponit causam prædicti cultus, & primo assignat causam efficiẽtem primam: licet. n. homines taliter se habeãt ad cultum mẽbrorum, hoc tamen procedit ex ordinatione diuina. Vnde dicit; *Sed Deus temperauit corpus, abundantiorẽ honorem tribuendo ei mẽbro cui deerat.* Nam homines hoc faciunt ex quodam diuino istinctu, secũdum illud Iob. 33. Aperit aures virorum & erudiens eos, instruit disciplina. Secũdo ponit causam finalem, dicens; *Vt non sit schisma in corpore.* Quod quidem sequeretur, si defectui membrorum non subueniretur. hoc autem schisma quantum ad membra corporis mystici manifeste vitatur, dum pax ecclesiæ custoditur per hoc, quòd singulis ea quæ sunt necessaria attribuuntur. Vnde & supra dictum est cap. 1. Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Sed quantum ad membra corporis naturalis, schisma esset in corpore, si debita proportio membrorum tollerẽtur. Deinde cum dicit; *Sed in idipsum &c.* Ponit comparationem membrorum adinuicem, quantum ad mutuam solicitudinem. Et primo proponit eam, dicens, Non solum prædicta membra operantur adinuicem; *Sed etiam per se inuicem sunt solicita in idipsum*, idest, in vnitatem corporis conseruandi. Et hoc quidem manifeste in corpore naturali apparet. Nam quodlibet membrum, naturalem quandam inclinationem habet ad iuuamentum aliorum membrorum. Vnde & naturaliter homo opponit manum ad protegendum alia membra ab ictibus. Et similiter alii fideles qui sunt membra corporis mystici, pro se inuicem solicitudinem gerunt, secundum illud Eccle. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate. Secundo specificat hanc solicitudinem: & primo in malis, in quibus magis est manifestum. Vnde dicit; *Et si quid*, scilicet; *Mali, patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Quod quidem manifestum est in corpore naturali. Nam vno membro languente, totum corpus quasi languescit, & ad locũ languoris confluũt spiritus & humores quasi ad subueniendum. Et similiter debet esse in fidelibus Christi, vt vnus, malo alterius compatiatur, secundum illud Iob. 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur. Secũdo in bonis, Vnde subdit; *Siue gloriatur*, idest quocunque modo vigoratur; *Vnum membrum, congaudent omnia membra.* Quod etiam manifestum est in corpore naturali, in quo vigor vnius membri, in iuuamentum cedit aliis membris. Sic debet etiam esse in membris ecclesiæ, vt vnusquisque bonis alterius congaudeat. Phi. 2 Gaudeo & congratulor omnibus vobis. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Deinde cum dicit; *Vos autem estis.* Adaptat similitudinem ad propositum. Et primo, quantum ad corporis vnitatem, dicens; *Vos autem*, scilicet, qui estis in vnitate fidei congregati; *Estis corpus Christi*, secundum illud Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quæ est corpus eius. Secundo, quantum ad membrorum distinctionem, cum subdit; *Et estis membra de membro.* Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo, sic, Estis membra dependentia de Christo membro, quod quidem dicitur membrum secundum humanitatem, secundum quam præcipue dicitur ecclesiæ caput, nam secundum diuinitatem non habet rationem membri aut partis, cum sit commune bonum totius vniuersi. Alio modo, sic; *Vos estis membra dependentia de membro*, inquantum per me, Christo acquisiti estis: secundum illud supra. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Tertio modo, posset exponi vt designaretur distinctio, & series membrorum, vt sit sensus; *Vos estis membra de membro*, idest ita distinguimini & ordinamini adinuicem, sicut vnum membrum ad aliud. Deinde cum dicit; *Et quosdam quidem &c.* prosequitur de distinctione ministrationum. Circa qd̃ tria facit. Primo, assignat ordinem ministrationum: Secundo, manifestat earum distinctionem, ibi; *Nunquid apostoli omnes &c.* Tertio, ordinat eorum affectionẽ circa diuersas administrationes & gratias, ibi; *Æmulamini autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit maiores, seu principales administrationes. Secundo, ministrationes secundarias, ibi; *Opitulationes &c.* Maiores autem ministri in ecclesia sunt apostoli, ad quorum officium tria pertinẽt, quorum primum est, authoritas gubernandi fidelem populum, quæ proprie pertinent ad officium apostolatus: secundo facultas docendi: tertio, potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrinæ: & de his tribus habetur Luc. 9. vbi dicitur, Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super oia dæmonia, & vt lãguores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei. In omnibus autem potestatibus, seu virtutibus ordinatis, illud quod est principale, reseruatur supremæ potestati. Alia vero, etiam inferioribus communicantur. Potestas autem faciendi miracula, ordinatur ad doctrinam sicut ad fidem: secundum illud Mar. vlt. Sermonẽ confirmante sequẽtibus signis. Doctrina autem ordinatur ad gubernationem populi sicut ad finem, secundum illud Hiere. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos in scientia & doctrina. Et ideo primus gradus inter ecclesiastica ministeria est apostolorum, quibus specialiter competit ecclesię regimen. Et propter hoc dicit; *Et Deus posuit*, idest ordinate collocauit in ecclesia; *Quosdam*, scilicet in determinatis ministeriis, secundum illud Ioann. 15. Posuit vos vt eatis. Primum; *Quidem apostolos*, quorum regimini cõ misit ecclesiã, secũdũ illud Lucæ. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Vnde & Apoc. 21. Super duodecim fundamenta ciuitatis, describuntur. 12. apostolorum nomina. Propter quod & ipsi inter cæteros fideles, primatum in spiritualibus gratiis obtinuerunt, secundum illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes. Et quàmuis ad apostolos præcipue pertineat doctrinæ officium, quibus dictum est Mar. vlt. Euntes docete omnes gentes, tamen alii in communionem huius officii assumuntur, quorum quidam per seipsos reuelationes a Deo accipiunt, qui dicuntur prophetæ: quidam vero de his, quæ sunt aliis reuelata populum instruunt, qui dicuntur doctores. Vnde subdit secundo; *Prophetas*, qui etiam in nouo testamento fuerunt. Quod enim dicitur Mat. 11. Lex & prophetæ, vsque ad Ioannem: intelligitur de prophetis, qui futurum Christi aduentum prænuntiauerunt. Tertio; *Doctores*. vnde & Act. 13. dicitur, Erant in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores. Similiter etiam & gratia miraculorũ fuit aliis communicata, quæ primitus a Christo data fuit apostolis. Vnde subdit; *Deinde virtutes*, qui scilicet miracula faciunt circa ipsa elementa mundi. Gal. 3. Operatur virtutes in nobis. Quantum autem ad miracula, quę fiunt in corporibus humanis, subdit; *Exinde gratias curationum*, secundum illud Lucæ 9. Vt languores curarent. Deinde cum dicit; *Opitulationes &c.* Ponit minores siue secundarias administrationes, quarum quædam ordinant ad regimen ecclesiæ, quod, ad apostolatus dignitatem pertinere diximus. Quædam vero ad doctrinam. Ad regimen ecclesiæ pertinent in generali quædam opitulationes, idest illi qui opem fuerunt maioribus prælatis in vniuersali regimine, sicut archidiaconi episcopis, secundum illud Philip. 4. Adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. In speciali autem ponit; *Gubernationes*, sicut sunt parochiales sacerdotes, quibus committitur gubernatio aliquarum particularium plebium. Prouerb. 11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Ad doctrinam autem pertinet secundario, quod subdit; *Linguarum genera*, quantum ad illos qui variis linguis loquuntur magnalia, vt dicit Act. 2. Ne scilicet propter varietatem idiomatum euangelica doctrina impediretur. Quantum vero ad ammouendum impedimentum doctrinæ, quod posset prouenire ex oscuritate sermonum, subdit; *Interpretationes sermonum*, infra 14. Qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Deinde cum dicit; *Nunquid omnes apostoli? &c.* Manifestat distinctionem prædictarum ministrationũ, dicens, *Nunquid omnes in ecclesia sunt apostoli?* quasi dicat, Non; *Nunquid omnes prophetæ &c.* Ex quo patet diuersitas harum administrationum. Eccle. 33. In multitudine disciplinæ domini separauit eos & 37. Non omnia omnibus expediunt. Deinde cum dicit; *Æmulamini autem &c.* Ordinat eorum affectum, circa prædicta spiritualia dona, dicens, Cum multa sint dona spiritussancti, vt dictum est; *Æmulamini*, idest desiderate; *Charismata meliora*, idest gratias potiores, vt scilicet magis desideretis ea, quæ sunt meliora, puta, prophetiam quàm donum linguarum, vt infra. 13. dicetur. 2. ad Thess. vlt. Omnia probate, quod bonum est tenete. Et ne in præmissis donis eorum affectus quiesceret, subdit; *Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro*, scilicet charitatem, qua directius in Deum itur. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea.

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS gratiarum gratis datarum distinctionem assignauit, & ministrationum in quibus membra ecclesiæ distinguntur: hîc agit de charitate quæ inseparabiliter concomitatur gratiâ gratum facientem. Et quia promiserat eis se demonstraturum viam excellentiorẽ, ostendit præeminentiã charitatis ad cætera gratuita dona. Et primo quantum ad necessitatẽ, quia scilicet sine charitate alia dona gratuita non sufficiunt. Secundo, quantum ad vtilitatem, quia scilicet per charitatem omnia mala vitantur & omnia bona agũtur, ibi; *Charitas patiens est &c.* Tertio, quantum ad permanentiam, ibi; *Charitas nun quam excidit &c.* Omnia aũt dona gratuita reducere videt Apostolus ad tria. Nam primo ostendit ꝙ donum linguarum quod pertinet ad locutionem, sine charitate non valet. Secundo, ꝙ etiam non valent ea quæ ptinent ad cognitionem, ibi; *Et si habuero prophetiam &c.* Tertio ostendit idem de his, quæ ptinent ad operationẽ, ibi; *Et si distribuero in cibos pauperum &c.* Erat aũt apud Corin. multum desiderabile donũ linguãrum, vt infra 14. patebit: & iõ ab eo incipiens, dicit. Promisi me demõstraturum excellentiorem viã: & hoc primo patet in dono linguarum, quia; *Si linguis hominum.* s. omnium; *Loquar*, idest si habuero donum gratiæ, per quod loqui possim linguis omnium hominum, & ad maiorem abundantiã, subdit; *Et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cimbalum tinniens*, re sta cõparatione vtitur. Anima. n. per charitatem viuit, quæ viuit Deo, qui est animæ vita ℓm illud Deut. 30. Ipse est vita tua. Vnde & 1. Io. 3. dr, Translati sumus de morte ad vitam, qm diligimus fratres: qui nõ diligit manet in morte. Recte ergo cõparat loquelã charitate carentem, sono rei mortuæ s. æris aut cimbali, qui licet clarum sonũ reddat & nõ tñ est viuus sed mortuus, ita et locutio hominis charitate carẽtis, quantũcunq; sit disserta, tñ habetur pro mortua, qa non pficit ad meritum vitæ æternæ. Est aũt differentia inter ęs sonans & cimbalum tinniens, quia æs cũ sit planum, ex percussione simplicem sonum emittit. Cimbalum autem cum sit concauum ex tua percussione sonum multiplicat, quod pertinet ad tinnitum. Aeri ergo comparantur qui veritatem simpliciter pronuntiãt, cimbalo vero qui veritatem multiplicant & pronuntiant multas rõnes & similitudines apponendo, & conclusiones plurimas eliciendo, quæ tñ omnia sine charitate habentur, vt mortua. Considerandum est aũt, quæ linguæ angelorum dicantur. Nam cũ lingua sit membrum corporeũ & ad eius vsum pertineat donum linguarũ, quod interdum lingua dicitur, vt patebit infra 14. neutrum videtur angelis competere qui membra non habent. Potest ergo dici, ꝙ per angelos intelliguntur homines angelorum officium habentes, qui s. aliis hominibus diuina annuntiant, secundũ illud Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt ex ore eius, quia angelus dñi exercituum est. Sub hoc ergo sensu dicitur. *Si linguis hominum loquar & angelorum.* i. non solum minorum, sed etiam maiorum qui alios docent. Potest etiam intelligi de ipsis incorporeis angelis, prout in Psal. 103. dicitur, Qui facit angelos suos spiritus. Et quãmuis non habeant linguã corpoream, per similtudinem tñ lingua in eis dici potest vis, qua manifestãt aliis quod habent in mente. Est aũt sciẽdum, ꝙ in cognitione mentis angelicæ aliquid est, de quo superiores angeli nõ loquuntur inferioribus, neq; econuerso. s. ipsa diuina essentia, quã omnes immediate videt, Deo se omnib⁹ mõstrante ℓm illud Hiere. 31. Nõ docebit vltra vir proximum suum & vir fratrẽ suum, dicẽs: Cognosce dñm. Omnes enim cognoscent me a minimo vsq; ad maximum eorum. Aliquid autem est in cognitione mentis angelicæ, de quo superiores loquũtur inferioribus, sed nõ econuerso. Et huiusmodi sunt diuinæ puidentiæ mysteria, quorũ plura cognoscũt in ipso Deo superiores, qui clarius eum vident quãm inferiores. Vnde superiores de huiusmodi inferiores instruũt vel illuminãt quod locutio potest dici. Aliquid vero est in cognitione mentis angelicæ, de quo superiores loquuntur inferioribus, & econuerso: & huiusmodi sunt occulta cordium: quæ ex libero arbitrio dependent, quæ soli Deo patent: & his quorum sunt: secundum illud supra 2. Quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Quæ in notiam alterius deueniunt, eo cuius sunt manifestante, siue sit inferior, siue superior. Fit autem huiusmodi manifestatio dũ inferior angelus superiori loquitur, non per illuminationem, sed per quẽdam significationis modum. Est enim in quolibet angelo aliquid quod naturaliter ab altero angelo cognoscitur. Dum ergo id quod est naturaliter notum, ponitur vt signum eius quod est ignotum, manifestatur occultũ: & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestant aliis per voces sensibiles, aut per quodcũq; aliud corporale exterius apparens. Vnde & ea quæ sunt in angelis naturaliter nota, inquãtum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa vel nutus. Potestas autem manifestandi conceptum suum hoc mõdo methaphorice lingua nominatnr. Deinde cum dicit; *Et si habuero &c.* ostendit idem de his quæ pertinẽt ad cognitionem. Est autem attendendum quòd supra proposuit quatuor dona gratuita ad cognitionem pertinentia scilicet, sapientiam, scientiam, fidem & prophetiam. Incipit ergo hic a prophetia, dicens; *Et si habuero prophetiam* per quam diuinitus occulta reuelantur: secundum illud 2. Petri. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Secundo quantum ad sapientiam, subdit; *Et nouerim omnia mysteria*, idest occulta diuinitatis, quod pertinet ad sapientiam: secundum illud supra 2. Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Tertio, quantum ad scientiam, dicit; *Et omnem scientiam*, siue humanitus acquisitam, sicut habuerunt philosophi: siue diuinitus infusam, sicut habuerunt eam apostoli. Sap. 7. Dedit mihi eorum quæ sunt veram scientiam. Quarto, quantum ad fidem, subdit; *Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam.* Potest autem exponi id quod dicit; *Omnem fidem*, idest omnium articulorum: sed melius est vt exponatur; *Omnem*, idest perfectam fidem, propter illud quod subditur; *Ita ut montes transferam.* Dicitur enim Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit. Et quamuis granum sinapis sit minimum quantitate, non tamen itelligitur parua, sed perfecta fides grano sinapis comparari. Dicitur enim Matth. 21. Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed etiam si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mari, fiet. Fides ergo quæ non hæsitat, grano sinapis comparatur, quod quanto magis atteritur, tanto magis eius fortitudo sentitur. Obiiciunt autem aliqui, quòd cum multi sancti perfectam fidem habuerunt, nullus legitur montes transtulisse, quod quidem soluitur per id, quod supra 12. dictum est, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Illo enim modo, loco & tempore miracula per gratiam spiritussancti fiunt, quo ecclesiæ requiritur vtilitas. Fecerunt autem sancti multa maiora, quãm transtationem montium, prout erat fidelibus vtile, puta suscitando mortuos, diuidendo mare & alia huiusmodi opera faciendo. Et hoc etiam fecissent, si necessitas affuisset. Potest etiam hoc transferri ad expulsionem dæmonum de humanis corporibus, qui montes dicuntur propter superbiam: Hier. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram. Attribuitur autem operatio miraculorum fidei non hæsitanti, quia fides innititur omnipotentiæ, per quam miracula fiunt; *Si*, inquam; *Habuero* omnia prædicta ad perfectionem intellectus pertinentia; *Charitatem autem non habuero*, per quam perficitur voluntas; *Nihil sum*, scilicet secundum esse gratiæ, de quo dicitur Ephe. 2. Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde & contra quendam dicitur Eze. 28. Nihil factus es & non eris in perpetuum. Quod quidem fit propter defectum charitatis, per quam homo bene vtitur intellectu perfecto. Sine charitate autem eius vsus bonus nõ est. Vnde & supra 8. dicitur, ꝙ scientia inflat, charitas ædificat. Est autem notandum ꝙ Apostolos hîc loquitur de sapientia & scientia, secundum ꝙ pertinent ad dona gratiæ gratis dataę, quæ sine charitate esse possunt. Nam secundum quòd computantur inter septem dona spiritussancti, nunquam sine charitate habentur. Vnde & Sap. 1. dicitur, In maliuolam animam non intrabit sapientia. Et Sap. 10. dicitur, Dedit illi scientiam sanctorum. De prophetia autem & fide, manifestum est, ꝙ sine charitate haberi possunt. Sed notandũ est hîc ꝙ fides firma, etiã sine charitate miracula facit, Vnde Mat. 7. dicẽtibus, Nõne in nomine tuo prophetauimus & multas virtutes fecimus? dicitur. Nunquã nouos Spiritus enim sanctus operatur virtutes etiã per malos, sicut & per eos loquitur veritatem. Deinde cum dicit; *Et si distribuero &c.* ostendit idem in his quæ pertinent ad opera que consistunt in hoc, quòd homo faciat bona, secundum illud Gal. 6. Bonum facientes, non deficiamus & in hoc ꝙ patienter sustineant mala, secundum illud Psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Inter cætera vero bona opera, magis commendantur opera pietatis, secundum illud ad Tim. 4. Pietas ad omnia vtilis est. Circa quod opus quatuor cõditiones designat. Quarum prima est, ꝙ opus pietatis nõ totum congregetur in vnum, sed diuidatur in plures, secundum illud Psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus. Et hoc designatur, cum dicitur; *Si distribuero.* Secundo, vt opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruiendum superfluitati: secundum illud Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & hoc designatur, cum dicitur; *In cibos pauperum.* Tertio, vt opus pietatis exhibeatur indigentibus, ℓm illud Luc. 14. Cum facis cõuiuium, voca pauperes: & hoc designatur, cum dicitur; *Pauperum.* Quarto, ad perfectionem pertinet, vt homo omnia bona sua in opera pietatis expendat, ℓm illud Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & hoc designatur, cum dicitur; *Omnes facultates meas.* Inter mala vero quæ quis sustinet patienter, potissimum est martyrium. Vnde dicitur Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quod etiam quadrupliciter commendat. Primo quidem, quia laudabilius est, quòd necessitate imminente, puta propter defensionem fidei, seipsum offerat passioni, quàm si deprehensus patiatur. Et ideo dicit; *Si tradidero.* Sicut & de Christo dicitur Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Secundo, quia grauior est corporis humani iactura, quàm rerum, de quo tamen quidam commendãtur. Heb. 4. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinuistis. Et ideo dicit; *Corpus.* Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus. Tertio, laudabilius est quod aliquis exponat corpus suum supplicio, q̃ corpus filii vel cuiuscunque propinqui, de quo tamen commendatur quædam mulier 2. Mach. 7. Supra modum videtur mirabilis & bonorum memoria dignaquæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore cõspiciens, bono animo ferebat. Et ideo dicit; *Meum.* Iudith. 5. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini pro domino. Quarto, redditur martyrium laudabilius ex acerbitate pœnæ, de quo subditur; *Ita ut ardeam*, sicut Laurentius. Eccle. 48. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. *Si*, inquam, prædicta opera tam excellentia fecero; *Charitatem autem non habuero*, vel quia simul cum prædictis operibus adest voluntas peccandi mortaliter: vel quia fiunt propter inanem gloriam; *Nihil mihi prodest.* s. quantum ad meritum vitæ æternæ, quæ solis diligentibus Deum repromittitur: secundum illud Iob. 37. Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit. Et notandum ꝙ locutionem, quæ est vox animalis, si sit sine charitate, comparat non existenti, opera autem quæ fiunt propter fidem, si sint sine charitate, dicit esse in fructuosa. Sap. 3. Vacua est spes eorum & labores sine fructu.

CAPIT XIII. LEC. I.

SI linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cimbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidẽ ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest.

LECTIO II.

CHARITAS patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus ostendit charitatem esse adeo necessariam ꝙ sine ea nullum spirituale donum sufficiat ad salutem: hic ostendit eam adeo esse vtilem & efficacis virtutis, ꝙ per eam cuncta opera virtutis implentur. Et primo, prænittit duo quasi generalia. Secundo, subiungit in speciali virtutũ opera quæ per charitatẽ cõplentur, ibi; *Charitas non æmulatur &c.* Circa primũ duo facit. Nam omnis virtus cõsistit in hoc, ꝙ aliquis in operãdo, bene se habeãt in sustinendo mala, vel in operãdo bona. Quantum ergo ad tolerantiam malorum, dicit; *Charitas patiens est*, idest facit patienter tolerari mala. Cum enim homo diligit aliquem propter eius amorem, de facili tolerat quæcunque difficilia. Et similiter qui diligit Deũ, pp eius amorem patienter tolerat quæcunq; aduersa. Vnde & Cant. 8. dr. Aquæ multæ nõ poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Quantum autem ad operationem bonorum, subdit; *Benigna est*, Benignitas autem dicitur quasi bona igneitas, vt. s. sicut ignis liquefaciendo effluere facit, ita charitas hoc efficit, vt bona quæ homo habet, non sibi soli retineat, sed ad alios deriuet, secundum illud Prou. 5. Deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quod quidem charitas facit. Vnde 1. Io. 3. dicitur, Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, qũo charitas Dei manet in eo? Vnde & Eph. 4. dicitur, estote inuicẽ benigni & misericordes. Et Sap. 1. dicitur, Benignus est spiritus sapientiæ. Deinde eũ dicit; *Charitas non æmulatur &c.* Proponit in speciali virtutum opera, quæ charitas efficit, & quia ad virtutem duo pertinent, scilicet abstinere a malo & facere bonũ, secundũ illud Psal. 33. Declina a malo & fac bonum, & Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Primo ostendit quomodo charitas facit omnia mala vitare. Secundo, quomodo facit omnia bona efficere, ibi; *Congaudet autem veritati &c.* Malum autem efficaciter nõ potest homo Deo facere, sed tolum sibi & proximo, secundum illud Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et postea subditur, Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua. Primo ergo ostendit, quomodo per charitatem vitantur mala, quæ sunt contra proximũ. Secundo, quomodo vitãtur mala, quibus aliquis deordinaẽ in seipso, ibi; *Non inflatur &c.* Malũ aũt qd est cõtra proximũ põt esse in affectu & in effectu. In affectu aũt præcipue est, cũ per inuidiã quis dolet de bonis ꝓximi, qd directe contrariatur charitati, ad quàm pertinet ꝙ homo diligat proximũ sicut seipsum, vt habetur Leui. 19. Et ideo ad charitatẽ pertinet, vt sicut hõ gaudet de bonis ꝓpriis, ita gaudeat de bonis ꝓximi. Ex quo sequitur, ꝙ charitas excludat inuidiam. Et hoc est qd dicit; *Charitas non æmulatur*, idest nõ inuidet, qa. s. facit cauere inuidiã. Vnde & in Psal. 36. dicit. Noli æmulari i malignãtibus. Et Prouerb. 25. Non æmuletur cor tuũ peccatores. Quantũ ad effectũ, subdit; *Non agit perperam*, idest peruerse cõtra aliquẽ. Nullus. n. iniuste agit contra illũ, quẽ diligit sicut seipsum. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Deinde cũ dicit; *Non inflatur &c.* Ostẽdit quomodo charitas facit vitare mala quibus aliquis deordinatur in seipso. Et primo quantũ ad passiones. Secũdo quantũ ad electionẽ, ibi; *Non cogitat malum.* Ostendit ergo primo ꝙ charitas repellit inordinatã passionẽ quantũ ad tria. Primo quidẽ quantũ ad superbiã, q̃ est inordinatus appetitus ꝓpriæ excellẽtiæ. Tunc aũt inordinate suã excellentiã quis appetit, qñ non sufficit ei cõtineri in eo gradu, qui sibi est a Deo præstitus. Et ideo dicitur Eccle. 10. Initiũ superbię hoĩs, apostatare a Deo. Quod quidẽ fit, dum homo nõ vult cõtineri sub regula ordinationis diuinæ. & hoc repugnat charitati, qua quis super oĩa Deum diligit. Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenẽs caput &c. Recte aũt superbia inflationi cõparatur. Nã id qd inflatur, nõ habet solidã magnitudinẽ, sed apparentẽ: ita superbi videntur quidẽ esse sibi magni, cum tñ vera magnitudine careãt, quæ non põt esse absq; ordine diuino. Sap. 4. Dirumpet illos inflatos siue voce. Est aũt prĩcipalis superbiæ filia, ambitio, per quàm aliquis quærit præesse: quàm etiam charitas excludit, quæ potius proximis eligit ministrare: secundũm illud Gal. 5. Per charitatẽ spiritus seruite inuicẽ. Et ideo subdit; *Non est ambitiosa*, idest facit hominẽ ambitionẽ vitare. Eccle. 7. Noli quærere ab homine ducatum, neq; a rege cathedram honoris. Secundo, ostendit quomodo charitas excludit inordinationẽ cupiditatis, cum dicit; *Non quærit quæ sua sunt*, vt intelligatur cum præcisione. i. neglectis bonis aliorũ: nam qui diligit alios sicut seipsum, bona aliorum quærit, sicut & suipsius. Vnde & supra. 10. Apostolus dixit, Non qnerẽs quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Contra qd de quibusdam dicitur Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Potest & aliter intelligi, nõ quærit quæ sua sunt. i. non repetit ea quæ sunt sibi ablata. s. in iudicio cũ scandalo: quia magis amat salutẽ proximi, quàm pecuniam: ℓm illud Phil. vlt. Non quæro datum, sed requiro fructũ abundantẽ in iustitia vestra. Quod tñ qualiter intelligendum sit, supra. 6. dictũ est. Tertio ostendit quomodo charitas excludat inordinationem irę, dicens; *Non irritatur*, idest non prouocatur ad iram. Est enim ira inordinatus appetitus vindictæ. Ad charitatem autem pertinet magis remittere offensas, quàm supra modũ aut inordinate vindicari: secundũ illud Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam. Iaco. 1. Ira viri iustitiã Dei nõ operatur. Deinde cum dicit; *Non cogitat &c.* ostendit quomodo per charitatem excluditur inordinatio electionis. Est autem electio, vt dicitur in tertio Ethic. appetitus præconsiliati. Tunc ergo homo peccat ex electione, & nõ ex passione, quãdo ex consilio rationis affectus eius prouocatur ad malum. Charitas ergo primo quidem excludit peruersitatem consilii. Et ideo dicit; *Non cogitat malum*, idest non permittit excogitare quomodo aliquis perficiat malum. Mic. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel; *charitas non cogitat malum*, quia non permittit hominem per varias suspitiones & temeraria iudicia cogitare malum de proximo,

Cap. 5.

Matt. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Secundo, charitas excludit inordinatum affectum malorum, cum dicit; *Non gaudet super iniquitate*. Ille enim qui ex passione peccat, cum quodam remorsu & dolore peccatum committit, sed ille qui peccat ex electione, gaudet ex hoc ipso quòd peccatum cõmittit, secundum illud Prouer. 2. Qui lætantur cum male fecerint & exultãt i rebus pessimis. Hoc autem charitas impedit inquãtum est amor summi boni, cui repugnat omne peccatum. Vel dicit; Quod charitas *non gaudet super iniquitate*, scilicet a proximo commissa, quinimo de ea luget, inquantum contrariatur proximorum saluti quam cupit 2. Cor. 12. Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt. Deinde cum dicit; *Congaudet autem &c.* Ostendit quomodo charitas facit operari bonum. Et primo, quantum ad proximum. Secundo, quãtum ad Deum, ibi; *Omnia credit &c.* Quantum ad proximum autem, homo operatur bonum dupliciter. Primo, quidem gaudendo de bonis eius. Et quantum ad hoc dicit; *Congaudet autem ueritati*, scilicet proximi, vel vitæ, vel doctrinæ, vel iustitiæ, ex eo ꝙ proximum diligit sicut seipsum: in secunda Ioan. Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut in charitate ambulas. Secundo, in hoc ꝙ homo mala proximi sustinet prout decet. Et quantum ad hoc dicit; *Omnia suffert*, idest absque turbatione sustinet omnes defectus proximorum, vel quæcunq; aduersa. Rom. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere Gala. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, scilicet charitatem. Deinde cum dicit; *Omnia credit*. Ostendit quomodo charitas faciat operari bonum in cõparatione ad Deũ. quod qnidem fit præcipue per virtutes theologicas, quæ habent Deum pro obiecto. Sunt autem præter charitatem duæ virtutes theologicæ, vt infra dicetur. s. fides & spes. Quantum ergo ad fidem dicit; *Omnia credit*. s. quæ diuinitus tradũtur. Gen. 15. Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Credere vero omnia quæ ab homine dicuntur, est leuitatis, secundum illud Eccl. 11. Qui cito credit, leuis est corde. Quantum aũt ad spem dicit; *Omnia sperat*, quæ scilicet promittuntur a Deo. Eccle. 12. Qui timetis Deum sperate in eum. Et ne spes frangat per dilationẽ, subdit; *Omnia sustinet*. i. patienter expectat quæ ꝑmittuntur a Deo q̃uis dilata, ꝓm illud Abac. 2. Si morã fecerit expecta eum. Psal. 26. Confortetur cor tuũ & sustine dominũ.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit, quòd charitas excellit alia dona spiritussancti necessitate & fructuositate: hîc ostendit excellentiam charitatis ad alia dona, quantum ad permanentiam. Et circa hoc tria facit. Primo proponit differentiam charitatis ad alia dona spiritussancti, quantum ad permanentiam. Secundo, probat quod dixerat, ibi; *Ex parte enim cognoscimus &c.* Tertio, infert cõclusionem intentam, ibi; *Nunc autem manent &c.* Circa primũ duo facit. Primo, proponit permanentiam charitatis. Secundo cessationem aliorũ donorum, ibi; *Siue prophetiæ &c.* Dicit ergo primo; *Charitas nunquam excidit*. Quod quidã male intelligentes, in erroré exciderunt, dicentes, ꝙ charitas semel habita, nunquã potest amitti, cui videtur consonare quod dicitur. 1 Io. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniã semen ipsius in eo manet: sed huius dicti primo quidem sentẽtia falsa est: potest enim aliquis charitatem habens, a charitate excidere per peccatum ꝓm illud Apoc. 2. Charitatem tuã primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam. Et hoc ideo est, quia charitas recipitur in anima hominis ꝓm modum ipsius, vt scilicet possit ea vti, vel non vti. Dũ vero ea vtitur homo peccare nõ potest: quia vsus charitatis est dilectio Dei super omnia: & ideo nihil restat, propter quod homo Deum offendat: & per hunc modum intelligitur verbum. Io. inductum. Secundo, prædicta sententia non est secundũ intentionem Apostoli, quia non loquitur hic de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale, sed potius de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hanc vitam per gloriã superuenientẽ. Vnde sensus Apostoli est; *Charitas nunquam excidit*, quia. s. sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patrię, & cum augmẽto, secundum illud Esa. 31. Dixit dominus cuius ignis est in Sion. s. in ecclesia militãte, & caminus eius in Ierusalem. i. in pace cælestis patriæ. Deinde cũ dicit; *Siue prophetiæ &c.* proponit cessationem aliorum donorum spiritualium, & specialiter eorum quæ præcipua videntur. Primo quantum ad prophetiam, dicit; *Siue prophetiæ euacuabuntur*, idest cessabunt, quia scilicet in futura gloria, prophetia locum non habebit propter duo. Primo quidem, quia prophetia respicit futurum: status autem ille non expectabit aliquid in futurum, sed erit finale complementũ omniũ eorum quæ ante fuerant prophetata. Vnde ĩ Psal. 47 dicitur, Sicut audiuimus, scilicet per prophetas, ita & vidimus præsentialiter in ciuitate domini virtutum. Secundo quia prophetia est cum cognitione figurali & enigmatica, quæ cessabit in patria. Vnde dicitur Nume. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini per somniũ, aut in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illũ. Et Osee. 12. In manibus prophetarũ assimilatus sum. Secundo, quantum ad donum lingnarum, dicit; *Siue linguæ cessabunt*. Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa membra corporea, quæ linguæ dicuntur, vt dicitur infra. 15. Mortui resurgent incorrupti. i. absq; diminutione membrorum. Neq; autem intelligendum est quantum ad vsum linguæ corporeæ. Est enim futura in patria laus vocalis, secundum illud Psal. 49. Exultationes Dei in gutture eorũ, vt glosa ibidem exponit. Est ergo intelligendum quantum ad donum linguarum, quo scilicet aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur, vt dicitur Act. 2. In futura enim gloria, quilibet, quamlibet linguam intelliget. Vnde non erit necessarium variis linguis loqui. nam etiam a primordio generis humani, vt dicitur Gen. 11. Vnus erat sermo, & vnum labium omnibus, quod multo magis erit in vltimo statu, in quo erit vnitas consummata. Tertio, quantum ad scientiam, subdit; *Siue scientia destruetur*. Ex quo quidam accipere voluerunt, quòd scientia acquisita, totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet, quòd duplex est vis cognitiua, scilicet vis sensitiua, & vis intellectiua. Inter quas est differentia, quia uis sensitiua est actus organi corporalis: & ideo necesse est ꝙ desinat corpore corrupto: vis autem intellectiua nõ est actus alicuius organi corporei, vt probat in tertio de anima, & ideo necesse est, ꝙ maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid scientiæ acquisitæ conseruetur in parte animæ intellectiuæ, necesse est, ꝙ id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt quòd species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili, nisi quandiu intelligit. Conseruantur aũt species phantasmatum in potẽtiis animæ sensitiuæ, puta in memoratiua & imaginatiua, ita scilicet, ꝙ semper intellectus possibilis qñ de nouo vult intelligere, etiã quæ prius intellexit, indiget abstrahere a phantasmatibus ꝑ lumẽ intellectus agẽtis, & ꝓm hoc consequẽs est ꝙ scientia hic acquisita non remaneat post mortẽ. Sed hæc positio, est primo quidem contra rationem. Manifestum est. n. quòd species intelligibiles in intellectu possibili, recipiũtur ad minus dum actu intelligit. Quod aũt recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Cum ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis & fixa, consequens est, quòd species intelligibiles remaneant in eo immobiliter. Secundo est cõtra authoritatẽ Aristotelis in tertio de Anima, qui dicit ꝙ cum intellectus possibilis est sciens vnũquodq; tunc etiam est intelligens in potẽtia. Et sic patet, quòd habet species intelligibiles ꝑ quas dicitur sciens, & tamen adhuc est in potentia ad intelligendum in actu, & ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etiam quando non intelligit actu. Vnde etiam ibidem Philosophus dicit, quòd anima intellectiua est locus specierũ, quia scilicet in ea conseruantur species intelligibiles. Indiget tamẽ in hac vita cõuertere se ad phantasmata, ad hoc quòd actu intelligat, non solũ vt abstrahat species a phãtasmatibus, sed etiã vt species habitas fant asmatibus applicet: cuius signum est, quòd læso organo virtutis imaginatiuæ, vel etiam memoratiuæ, non solum impeditur homo ab acquisitione nouæ scientiæ, sed etiã ab vsu scientiæ prius habitæ. Sic ergo remanet scientia in anima post corporis mortẽ, quantũ ad species intelligibiles, non autem quantum ad inspectionẽ phantasmatũ, quibus anima separata nõ indigebit, habens esse & operationem absq; corporis communione. Et ꝓm hoc Apostolus hic dicit, ꝙ scientia destruetur. s. secundum conuersionẽ ad phãtasmata. Vnde & Esa. 29. dicitur, Peribit sapiẽtia a sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur. Deinde cũ dicit; *Ex parte enim cognoscimus* probat, quod dixerat. Et primo inducit probationem. Secundo manifestat ea, quæ in probatione continẽtur, ibi; *Cum essem paruulus &c.* Inducit ergo primo ad probandum propositum, talem rationem. Adueniente perfecto cessat imperfectum, sed dona alia præter charitatem habent imperfectionem. ergo cessabunt superueniente perfectione gloriæ. Primo ergo proponit minorem propositionem quo ad imperfectionem scientiæ, cum dicit; *Ex parte enim cognoscimus*, idest imperfecte. Nam pars habet rationem imperfecti. Et hoc præcipue verificatur quantum ad cognitionem Dei, secundum illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincẽs scientiam nostram. Et 26. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Proponit etiam imperfectionem prophetiæ, cum subdit; *Et ex parte*, idest imperfecte; *Prophetamus*. Est enim prophetia cognitio cum imperfectione, vt dictum est. Tacet autem de dono linguarum, quod est imperfectius his duobus, vt infra 14. patebit. Secundo, ponit maiorem, dicens; *Cum autem uenerit quod perfectum est*, idest perfectio gloriæ; *Euacuabitur quod ex parte est*, idest omnis imperfectio tolletur. De qua perfectione dicitur 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet. Sed secundũ hoc videtur, quòd etiam charitas euacuetur per futuram gloriã, quia ipsa est imperfecta in statu viæ per comparationem ad statum patriæ. Dicendum ergo, quòd imperfectio dupliciter se habet ad id, quod dicitur imperfectum. Quandoque enim est de rõne eius, quãdoq; vero nõ, sed accidit ei: sicut imperfectio est de ratione pueri, non autem de ratione hominis. Et ideo aduenientẽ perfecta ætate, cessat quidem pueritia, sed humanitas fit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hic de Deo habetur, inquantum scilicet cognoscitur ex sensibilibus: & similiter ratione prophetiæ, inquantum est cognitio figuralis, & infuturum tendens: non est autem de ratione charitatis ad quã cognitum bonum diligere pertinet: & ideo superueniente perfectione gloriæ cessat prophetia & scientia. charitas autem non cessat, sed magis perficitur: quia quanto perfectius cognoscetur Deus, tanto etiam perfectius amabitur. Deinde cum dicit; *Cum essem paruulus &c.* manifestat ea, quæ præmissa sunt. Et primo manifestat maiorem, scilicet, quòd veniente perfecto, cessat imperfectum. Secundo manifestat minorem, scilicet, quòd scientia & prophetia sint imperfecta, ibi; *Videmus nunc &c.* ostendit autem primum per similitudinem perfecti & imperfecti, quod inuenitur in ætate corporali. Vnde & primo describit imperfectum ætatis corporalis, dicens; *Cum essem paruulus*, scilicet ætate; *Loquebar ut paruulus*. i. prout congruit paruulo scilicet balbutiendo. Vnde propter naturalem defectum locutionis qui est in paruulis, cõmendatur sapientia. Sap. 10. Quòd linguas infantium facit disertas, & vt paruulus loquitur, qui vana loquitur. Psal. 11. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximũ suum. Quantum vero ad iudicium subdit, *Sapiebam ut paruulus*, idest approbabam, vel reprobabam aliqua stulte, vt faciunt paruuli, qui quandoq; pretiosa cõtemnunt, & vilia appetunt, vt dicitur Prouer. 1 Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient? Sapiunt ergo vt paruuli, qui spiritualibus contẽptis, terrenis inhærent: de quibus dicitur Phil. 3. Gloria in cõfusione eorum, qui terrena sapiunt. Quantum autem ad rationis discursum dicit; *Cogitabam ut paruulus*, idest aliqua vana. unde & in Psal. 93. dicitur, Dñs scit cogitationes hominũ, quoniã vanæ sunt. Et videtur Apostolus ordine præpostero hæc tria ponere. Nam locutio præexigit iudiciũ sapientiæ: iudiciũ vero præsupponit cogitationes rõnis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine iudicio: & iudicium sine deliberatione. Potest autem referri quod dicit; *Loquebar ut paruulus*, ad donum linguarum, cum dicit; *Sapiebam ut paruulus* ad donum prophætiæ: quod autem subdit; *Cogitabam ut paruulus*, ad donum scientiæ. Secundo, ponit id quod pertinet ad perfectionem ætatis, dicẽs; *Quando autem factus sum uir*, idest quando peruenio ad perfectam & virilem ætatem; *Euacuaui*, idest abieci ea; *Quæ erant paruuli*: quia vt dicitur. Esa. 65. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et est attendendum, quòd Apostolus hic comparat statum præsentem pueritiæ propter imperfectionem: statum autem futuræ gloriæ propter perfectionem virili ætati.

LECTIO QVARTA.

HIC loquitur de visione quæ est cognitio Dei. Vnde omnia præcedentia dona euacuanda, sunt intelligenda secundum quòd ordinantur ad cognitionem Dei. Circa hoc duo facit. Primo enim probat id quod intendit in generali. Secundo, in speciali de seipso, ibi; *Nunc cognosco &c.* Dicit ergo, dixi quòd ex parte cognoscimus, quia; *Nunc uidemus per speculum in ænigmate*, sed; *Tunc*, scilicet in patria videbimus; *Facie ad faciem*. Vbi primo considerandum est, quid sit videre per speculum in ænigmate. Secundo quid sit videre facie ad faciem. Sciendum est ergo, quòd sensibile aliquid potest tripliciter videri, scilicet aut per sui præsentiam in re videntę, sicut ipsa lux quæ præsens est oculo: aut per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediate deriuatam ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete videtur, non existẽte ipsa albedine præsentialiter in oculo, sed eius similitudine, licet ipsa similitudo non videatur ab eo: aut per præsentiam similitudinis non immediate deriuatæ ab ipsa re, sed deriuatæ a similitudine rei in aliquid aliud: sicut cum videtur aliquis homo per speculum. Non enim similitudo hominis immediate est in oculo, sed similitudo hominis resultantis in speculo. Per hunc ergo modum loquendo de visione Dei, dico quòd naturali cognitione solus Deus videt seipsum: quia in Deo idem est sua essentia & suus intellectus. Et ideo sua essentia est præsens suo intellectui. Sed secundo modo forte angeli naturali cognitione Deum vident, inquantum similitudo diuinæ essentiæ relucet immediate in eos. Tertio vero modo cognoscimus nos Deum in vita ista, inquantum inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, vt dicitur Roma. 1. Et ita tota creatura est nobis sicut speculum quoddam: quia ex ordine, & bonitate, & magnitudine, quæ in rebus a Deo causata sunt, venimus in cognitionem sapientiæ, bonitatis, & eminentiæ diuinæ: et hæc cognitio dicitur visio in speculo. Vlterius autem sciendum est, quòd huiusmodi similitudo, quæ est similitudinis in alio relucentis, est duplex: quia aliquando est clara & aperta, sicut illa quæ est in speculo: aliquando obscura & occulta, & tunc illa visio dicitur ænigmatica: sicut cum dico, me mater genuit, & eadem gignitur ex me. Istud est per simile occultum: et dicitur de glaciæ, quæ gignitur ex aqua congelata, & aqua gignitur ex glaciæ resoluta. Sic ergo patet, quòd visio per similitudinem similitudinis est in speculo per simile occultum in ænigmate: sed per simile clarum & apertum facit aliam speciem allegoricæ visionis. Inquantum ergo inuisibilia Dei per creaturas cognoscimus, dicimur videre per speculum. Inquantum vero illa inuisibilia sunt nobis occulta, videmus in ænigmate. uel aliter; *videmus nunc per speculum*, idest per rationem nostram, & tunc ly; *Per*, designat virtutem tantum. Quasi dicat; *videmus per speculum*, idest, virtute animæ nostræ. Circa secundum vero sciendum est, quòd Deus, secundum quòd Deus, non habet faciem: & ideo hoc, quod dicit; *Facie ad faciem*, metaphorice dicitur. Cum enim videmus aliquid in speculo, non videmus ipsam rem, sed similitudinem eius: sed quando videmus aliquid secundum faciem, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cum dicit; *videbimus* in patria; *Facie ad faciem*, quàm quòd videbimus ipsam Dei essentiam 1. Ioã. 3. Videbimus eum sicuti est &c. Sed contra est, quia Gen. 32. dicitur Vidi Dominũ facie ad faciem &c. Sed constat, quòd tunc non vidit essentiam Dei. ergo videre facie ad faciem, non est videre essentiam Dei. Responsio, dicendũ est, quòd illa visio fuit imaginaria: visio autem imaginaria est quidam gradus altior, scilicet, videre illud quod apparet in ipsa imagine, in qua apparet: et alius gradus infimus, scilicet, audire tantum verba. Vnde Iacob vt insinuaret excellentiam visionis imaginariæ sibi ostensæ, dicit, Vidi Dominum facie ad faciem, idest, vidi Dominum imaginarie apparentem in sua imagine, & non per essentiam suam. Sic enim non fuisset visio imaginaria. Sed tamen quidam dicũt, quòd in patria, ipsa diuina essentia videbitur per similitudinem creatam: sed hoc est omnino falsum & impossibile, quia nunquàm potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem, quæ non conueniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secundum illud quod est, nisi per speciem lapidis, quæ est in anima. Nulla n. similitudo ducit in cognitionem essentiæ alicuius rei, si differat a re illa secundũ speciem, & multo minus si differt secundũ genus. Non enim per speciem equi, vel albedinis potest cognosci essentia hominis, & multo minus essentia angeli. Multo ergo minus per aliquam speciem creatã, quæcunq; sit illa, potest videri diuina essentia, cũ ab essentia diuina plus distet quæcũq; species creata in anima, quàm species equi, vel albedinis ab essentia angeli. Vnde ponere, ꝙ Deus videatur, solum per similitudinem, seu per quandam resulgentiam claritatis suæ, est ponere diuinam essentiam non videri. Et præterea, cum anima sit quædam similitudo Dei, visio illa non magis esset specularis & enigmatica, quæ est in via, quàm visio clara & aperta, quæ repromittitur sanctis in gloria, & in qua erit beatitudo nostra. Vnde Augu. † dicit hic in Glo. ꝙ visio Dei, quæ est per similitu-

De Trin. li 15. cap. 9.

similitudinem pertinet ad visionem speculi & enigmatis. Sequeretur etiam, quòd beatitudo hominis vltima, esset in alio quàm in ipso Deo, quod est alienum a fide. Naturale etiam hominis desiderium, quod est peruenienda ad primam rerum causam, & cognoscendi ipsam per seipsam, esset inane. Sequitur; *Nunc cognosco ex &c.* Hic illud quod probauit in generali, probat in speciali de cognitione suiipsius, dicens; *Nunc*, idest in presenti vita, ego Paulus; *Cognosco ex parte*, idest obscure & imperfecte; *Tunc autem*, scilicet in patria; *Cognoscam sicut & cognitus sum*, idest sicut Deus cognouit essentiam meam, ita Deum cognoscam per essentiam: ita quòd, ly sicut, non importat hic qualitatem cognitionis, sed similitudinem tantum. Consequenter infert principalem conclusionem, cum dicit; *Nunc autem manet &c.* Causa autem quare non facit mentionem de omnibus donis, sed de istis tribus tantum est, quia hæc tria coniungunt Deo: alia autem non coniungunt Deo, nisi mediantibus istis. Alia etiam dona sunt quædam disponentia ad gignendum ista tria in cordibus hominũ. Vnde & solum ista tria scilicet fides, spes, & charitas, dicuntur virtutes theologicæ, quia habent immediate Deum pro obiecto. Sed cum dona sint ad perficiendum, vel affectum, vel intellectum: & charitas perficiat affectum, fides intellectum, non videtur, quòd spes sit necessaria, sed superflua. Ad hoc sciendum est ꝙ amor est quædam vis vnitiua, & omnis amor in vnione quadam consistit. Vnde & secundum diuersas vniones, diuersæ species amicitiæ a Philosopho distinguuntur. Nos autem habemus duplicem coniunctionem cum Deo. Vna est quantum ad bona naturæ, quæ hic participamus ab ipso: alia quantum ad beatitudinem, inquantum nos hic sumus participes per gratiam supernæ fœlicitatis, secundum ꝙ hic est possibile: speramus etiam ad perfectam consecutionem illius æternæ beatitudinis peruenire, & fieri ciues cœlestis Hierusalem. Et ꝛm primã communicationẽ ad Deum, est amicitia naturalis, secundum quam vnumquodque, secundum quòd est, Deum vt causam primam & summũ bonum appetit & desiderat, vt finẽ suum. Secundum vero cõmunicationem, secũdam est amor charitatis, qua solum creatura intellectualis Deum diligit. Quia vero nihil potest amari nisi sit cognitum, ideo ad amorem charitatis exigitur primo cognitio Dei. Et quia hoc est supra naturam, primo exigitur fides, quæ est non apparentium. Secundo, ne homo deficiat, vel aberret, exigitur spes, per quam tendat in illũ finem, sicut ad se pertinentẽ: & de his tribus dicit Eccl. 2. Qui timetis Deũ, credite in illum, q̃tum ad fidẽ: qui timetis Deũ, sperate in illũ quantum ad spẽ: qui timetis Deũ, diligite eum, quantũ ad charitatem. Ista ergo tria manẽt nũc, sed charitas maior est omnibus, propter ea, quæ dicta sunt supra.

LECTIO PRIMA.

POSITA excellentia charitatis ad alia dona, hic consequenter Apostolus comparat alia dona adinuicem, ostendens excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Secundo, quomodo sit vtendum dono linguarum, & prophetiæ, ibi; *Quid ergo est fratres &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quòd donum prophetiæ est excellentius quàm donum linguarum, rationibus sumptis ex parte infidelium. Secundo, ex parte fidelium, ibi; *Fratres mei &c.* Prima pars diuiditur in duas. Primo, ostendit, quòd donum prophetiæ est excellentius dono linguarum quantum ad vsum eorum in exortationibus, seu prædicationibus. Secundo, quantum ad vsum linguarum, qui est in orando. Ad hæc enim duo, est vsus linguæ, ibi; *Et ideo loquitur &c.* Circa primũ duo facit. Primo, enim præmittit vnum, per quod continuat se ad sequentia: & hoc est quod dicit, Dictum est, quòd charitas omnia dona excellit: si ergo ita est; *Sectamini*, scilicet viribus; *Charitatem*, quæ est dulce & salubre vinculum mentium 1. Pet. 4. Ante omnia charitatem &c. Col. 5. Super omnia autem charitatem habete &c. Secundo, subdit illud per quod continuat se ad sequentia. Et hoc est quod dicit; *Aemulamini &c.* Quasi dicat. Licet charitas sit maior omnibus donis, tamen alia non sunt contemnenda. Sed; *Aemulamini*, idest feruenter ameris; *Spiritualia* dona spiritus sancti 1. Pet. 3. Quid est, quod vobis noceat? &c. Licet aũt æmulatio quandoque sumatur pro ferenti dilectione: quandoq; pro inuidia, tamen nõ est æquiuocatio: immo vnũ procedit ab alio: zelari enim & æmulari designat feruentẽ amorem alicuius rei. Con

CAPIT. XIIII. LEC. I.

SECTAMINI charitatẽ, æmulamini spiritalia, magis autẽ, ut prophetetis. Qui. n. loquitur lingua non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo. n. audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationẽ, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ẹdificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat.

tingit autem, quòd res amata, ita diligatur feruenter ab aliquo; quòd non patitur ibi consortem, sed ipse vult eam solus & singulariter: et iste est zelus, qui secundum quosdam est amor intensus, non patiens consortium in amato. Hoc tamen non contingit in spiritualibus, quæ possunt perfectissime a multis participari: sed solum in illis, quæ non possunt a multis participari. Vnde in charitate non est huiusmodi zelus, non patiens consortium in amato, sed tantum in corporalibus, in quibus prouenit, ꝙ si aliquis habet illud quod ipse zelat, deeat: & ex hoc consurgit æmulatio, quæ est inuidia: sicut si ego amo dignitatem, seu diuitias, doleo quòd aliquis habet eas; vnde & ei inuideo. Et sic patet, quòd ex zelo surgit inuidia. Cum ergo dicitur, æmulamini spiritualia, non intelligitur de inuidia, quia spiritualia possunt a multis haberi, sed dicit, æmulamini, vt inducat ad feruenter amandum Deum. Et quia inter spiritualia est gradus quidã, quia prophetia excedit donum linguarum, ideo dicit; *Magis autem, vt prophetetis*, quasi dicat, Inter spiritualia magis æmulamini donum prophetiæ. 1. Thes. 5. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Ad explanationẽ autem totius cap. prænotanda sunt tria, scilicet: quid sit prophetia, quot modis dicatur in Scriptura Sancta prophetia, & quid sit loqui linguis. Circa primũ sciendũ est, quòd propheta dicitur, quasi procul videns, & ꝛm quosdam dicitur a for faris, sed melius dicitur a pharos, quod est videre. Vnde. 1. Reg. 9. dicitur, ꝙ qui nunc dicitur propheta, olim videns dicebatur. Vnde visio eorum, quæ sunt procul, siue sint futura contingentia, siue supra rationem nostrã, dicitur prophetia. Est igitur prophetia visio, seu manifestatio futurorum cõtingentiũ, seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi autem visionem quatuor requiruntur. Cum. n. cognitio nostra sit per corporalia & per fantasmata a sensibilibus accepta, primo exigitur, ꝙ in imaginatione formẽtur similitudines corporales eorũ, quæ ostenduntur: vt Dionysius dicit, ꝙ impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Secũdum qd̃ exigitur, est lumen intellectuale, illuminans intellectum ad ea, quæ supra naturalem cognitionẽ nostrã ostenduntur cognoscenda. Nisi enim ad similitudines sensibiles in imaginatione formatas intelligendas ad sit lumen intellectuale, ille cui similitudines huiusmodi ostenduntur, nõ dicitur propheta, sed potius somniator, sicut Pharao, qui licet viderit spicas & vaccas, quæ erant indicatiua futurorum quorundam: quia tamen non intellexit, quod vidit, non dicitur propheta, sed potius ille, scilicet Ioseph, qui interpretatus est: et similiter est de Nabũchodonosor, qui vidit statuam, & non intellexit. Vnde nec propheta dicitur, sed Daniel. Et propter hoc dicitur Dan. 10. Intelligentia opus est in visione. Tertium quod exigitur, est audacia ad annunciandum ea, quæ reuelantur, ad hoc enim Deus reuelat, vt aliis denuntientur. Hier. 1. Ecce dedi verba mea in ore. Quartum est operatio miraculorum, quæ sunt ad certitudinem prophetiæ. nisi enim facerent aliqua, quæ excedunt operationem naturæ, non crederetur eis in his, quæ naturalem cognitionem transcendunt. Secundum ergo hos modos prophetiæ, dicuntur aliqui diuersis modis prophetæ. Aliquando enim aliquis dicitur propheta, qui habet omnia ista quatuor scilicet, quòd videt imaginarias visiones, & habet intelligentiam de eis, & audacter annuntiat aliis, & operatur miracula: & de hoc dicitur Num. 12. Siquis fuerit inter vos propheta &c. Aliquando autem dicitur propheta ille, qui habet solas imaginarias visiones, sed tamen improprie, & valde remote. Aliquando enim dicitur propheta, qui habet intellectuale lumen ad explanandum etiam visiones imaginarias, siue sibi, siue alteri factas: uel ad exponendum dicta prophetarum, vel scripturas Apostolorum. Et sic dicitur propheta omnis, qui discernit doctorum scripturas, quia eodem spiritu interpretatæ sunt, quo æditæ sunt. Et sic Solomon & Dauid possunt dici prophetæ, inquantum habuerunt lumen intellectuale, ad clare & subtiliter intuendum. Nam visio Dauid intellectualis tantum fuit. Dicitur etiam propheta aliquis solum ex hoc, quòd prophetarum dicta denuntiat, seu exponit, seu cantat in ecclesia: & hoc modo dicitur. 1. Reg. 19. quòd Saul erat inter prophetas, idest inter canentes dicta prophetarum. Dicitur etiam aliquis propheta ex miraculorum operatione, secundum illud Eccl. 48. quòd corpus Helisei mortuũ, prophetauit, idest miraculum fecit. Quòd ergo dicit hic Apostolus per totum cap. de prophetis, intelligendum est de secundo

secundo modo scilicet, quòd dicitur prophetare, qui per lumen intellectuale diuinum visiones sibi, & aliis factas, exponit. Et secundum hoc planum erit, quod hic dicitur de prophetis.

Circa secundum sciendum est, quòd quia in ecclesia primitiua pauci erant, quibus imminebat fidem Christi prædicare per mundum, ideo Dominus, vt commodius & pluribus verbum Dei annuntiarent, dedit eis donũ linguarum, quibus omnibꝰ prædicarẽt, non quòd vna lingua loquẽtes ab omnibus intelligerentur, vt quidã dicũt, sed ad literã, quòd linguis diuersarum gentium, immo omnium loquerentur. Vnde dicit Apostolus. Grãs ago Deo, ꝙ omnium vestrum lingua loquor. Et Act. 1. dicitur, Loquebantur variis linguis &c. Et hoc donum multi adepti sunt a Deo in ecclesia primitiua. Corinthii autem, quia curiosi erant, ideo libentius volebant illud donum quàm donum prophetiæ. Quod ergo dicitur hic loqui lingua, vult Apostolus intelligi lingua ignota, & non explanata: sicut si lingua Theutonica loquatur quis alicui Gallico, & non exponat, hic loquitur lingua. Vel etiam si loquatur visiones tantum & non exponat, loquitur lingua. Vnde omnis locutio non intellecta nec explanata, quęcunque sit illa, est proprie loqui lingua. His ergo visis ad expositionem literæ accedamus, quæ plana est. Circa hoc ergo duo facit. Primo probat, quòd donum prophetiæ excellentius est dono linguarum. Secundo excludit quandam obiectionem, ibi; *Volo autem uos &c.* Quod autem donum prophetiæ excedat donum linguarum, probat duabus rationibus, quarum prima sumitur ex comparatione Dei ad ecclesiam. Secunda ratio sumitur ex comparatione hominum ad ecclesiam. Prima autem ratio talis est. Illud per quod facit homo ea non solum quæ sunt ad honorem Dei, sed etiam ad vtilitatem proximorũ est melius, quàm illud quod fit tantum ad honorem Dei: sed prophetia est non tantum ad honorem Dei, sed etiam ad proximi vtilitatem: per donũ vero linguarum solum illud fit quod est ad honorem Dei. ergo &c. Huius autem rationis ponit medium, & primo quantum ad hoc quod dicit, quòd; *Qui loquitur lingua*, honorat tantum Deum. Et hoc est quod dicit; *Qui loquitur lingua*. s. ignota; *Non loquitur hominibus*, idest ad intellectum hominum; *Sed Deo*. i. ad honorem Dei tantum. Vel; *Deo*, quia ipse Deus solus intelligit. Sap. 5. Auris zeli Dei audit omnia &c. Et ꝙ non loquatur homini, subdit; *Nemo enim audit*, idest intelligit. Sic enim frequenter accipitur non audire, pro non intelligere. Matt. 13. Qui habet aures audiendi audiat. Quare autem soli Deo loquatur, subdit quòd ipse Deus loquit. Vnde dicit; *Spiritus autem Dei loquitur mysteria*. i. occulta. Mat. 10 Non enim vos estis qui loquimini &c. Supra. 2. Nemo nouit, quæ sunt spiritus Dei &c. Secundo, probat id quod dicit, quòd prophetia est ad honorem Dei & vtilitatem proximorum. Vnde dicit; *Nam qui prophetat &c.* idest explanat visiones seu scripturas; *Loquitur hominibus*, idest ad intellectum hominum, & hoc; *Ad ædificationem* incipientium; *Et ad exhortationem* proficientium 1. Thess. 5. Consolamini pusillanimes. Titum 2. Loquere & exortare; *Ad consolationem* desolatorum. Vel ædificatio pertinet ad spiritualem affectionem, quia ibi primo incipit ædificium spirituale. Ephe. 2. In quo & vos coædificamini &c. Exhortatio vero ad inductionem ad bonos actus, quia si affectus est bonus, tunc actus est bonus Tit. 2. Hæc loquere & exortare. Consolatio vero inducit ad tolerantiam malorum. Roma. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad hæc enim tria inducunt prædicantes diuinam scripturã. Secunda ratio talis est. Illud quod est vtile soli facienti, est minus quàm illud quod prodest etiam aliis: loqui autem linguis est vtile soli ei qui loquitur, prophetare vero aliis prodest. Igit &c. Huius autem rationis ponit medium, & primo quantum ad primam partem medii, & hoc est quod dicit; *Qui loquitur lingua, semetipsum &c.* Psal. 38. Concaluit cor meũ intra me &c. Secundo quantum ad secundam partẽ, & hoc est qd̃ dicit; *Qui autem prophetat, ecclesiam*. i. fideles; *Aedificat* instruendo Ephs. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

LECTIO II.

VOLO autem uos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt uocẽdantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mũdo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis.

LECTIO SECVNDA.

HIC Apostolus excludit obiectionem, seu falsum intellectũ qui posset esse circa præmissa: possent enim aliqui credere, quòd ex quo Apostolus præfert prophetiam dono linguarum, quòd donũ linguarum esset contenendum. Vnde vt hoc excludat, dicit; *Volo autem uos &c.* Vbi primo ostendit quid intenderit insinuare. Secundo, rationem horum assignat, ibi; *Nam maior &c.* Dicit ergo. Licet hæc quę dicta sunt, supra dixerim, non tamen volo vos donum linguarum spernere, sed; *Volo uos omnes loqui linguis*, tamen; *Magis uolo ut prophetetis*. Num. 11. Quis tribuat, vt omnis populus &c. Cuius rationem assignat, cũ dicit; *Nam maior &c.* Quasi dicat, Ideo volo vt magis prophetetis, quia; *Maior est &c.* Et huius ratio est, quia aliquando aliqui mouentur a Spiritu sancto loqui aliquid mysticum, quod ipsi non intelligunt: unde isti habent donum linguarum. Aliquando aũt non solum loquũtur linguis, sed etiam ea quæ dicunt, interpretãtur. Et ideo dicit; *Nisi forte interpretetur.* Nam donũ linguarum cum interpretatione est melius, quàm prophetia: quia sicut dictum est, interpretatio cuiuscũq; ardui pertinet ad prophetiam. Vnde qui loquitur & qui interpretatur, propheta est, & donũ linguarũ habet, & interpretatur vt ecclesiã Dei ædificet, iõ dicit; *Vt ecclesia &c.* idest non solũ intelligat se, sed etiam vt ecclesia ædificetur. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt, inuicẽ custodiamus, & Rom. 15. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum ad ædificationem; *Nunc autem fratres &c.* Hic probat donum prophetiæ esse excellentius, q̃ donum linguarum per exẽpla, & hoc tripliciter. Primo per exemplum a seipso sumptum. Secundo, per exemplum sumptũ a rebus inanimatis, ibi; *Tamen quæ sine anima &c.* Tertio, per exemplum sumptũ ab hominibus diuersimode loquentibus, ibi; *Tam multa &c.* Ex seipso aũt argumentatur sic. Cõstat ergo, quòd ego non minus habeo donũ linguarũ, quàm vos: sed si loquerer vobis solum linguis, & nõ interpretarer, nihil vobis prodessem. ergo nec vos ab inuicem. Et hoc est qd̃ dicit; *Nunc autem fratres si uenero ad uos linguis loquẽs.* Hoc dupliciter põt intelligi. s. vel linguis ignotis, vel ad literam quibuscũq; signis nõ intellectis; *Quid uobis prodero, nisi loquar uobis aut in reuelatione &c.* Vbi notandum, ꝙ ista quatuor scilicet; *Aut in reuelatione &c.* possunt dupliciter distingui. Vno modo penes ea de quibus sunt. Et sic sciendum est, quòd illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, quia vel est de diuinis, & hæc illustratio pertinet ad donum sapientiæ. Diuinorum. n. vt supra dictum est 2. est reuelatio, quia quæ sunt Dei, nemo nouit &c. Et ideo dicit; *In reuelatione* qua. s. illuminatur mens ad cognoscendum diuina: Vel est de terrenis, & non de quibuscunq; sed de illis tantum, quæ sunt ad ædificationem fidei: & hoc pertinet ad donum scientiæ, & ideo dicit; *In scientia* non geometriæ nec astrologiæ, quia hæc non pertinent ad ædificationem fidei, sed in scientia, quæ est sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum &c. Vel est de euentibus futurorum, & hoc pertinet ad donum prophetiæ. Et ideo dicit; *Aut in prophetia* Sap. 8. Signa & monstra scit antequàm fiant, & euentus temporũ & seculorum. Notandum autem, quòd prophetia non accipitur hic cõmuniter, scilicet, secundum ꝙ supra dictum est: sed accipitur hic particulariter, prout est manifestatio futurorum tantum. Et ꝛm hoc diffinitur a Cassiodoro, Prophetia est diuina inspiratio rerum futura immobili veritate denuntians. Ecclesia. 24. Adhuc doctrinam, quasi prophetiam effundam &c. Vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Et ideo dicit; *Aut in doctrina.* Rom. 12. Qui docet, in doctrina. Prouerb. 13. Doctrina bona dabit gratiam. Alio modo possunt hæc distingui penes diuersos modos acquirendi cognitionem. Et sic sciendum est, ꝙ omnis cognitio, aut est a supernaturali principio, scilicet Deo, aut naturali, scilicet lumine naturali intellectus nostri. Si autem a supernaturali principio, scilicet lumine diuino infuso, hoc potest esse dupliciter: quia aut infunditur subito cognitio, & sic est reuelatio: aut infunditur successiue, & sic est prophetia,

tia, quàm non subito habuerunt prophetæ, sed successiue & per partes, vt eorum prophetiæ ostendunt. Si vero cognitio acquiratur a naturali principio, hoc est aut per studium propriũ, & sic pertinet ad scientiam: aut traditur ab alio, & sic pertinet ad doctrinam; *Tamen quæ sine anima &c.* Hic ostendit idem per exempla, sumpta ex rebus inanimatis, scilicet per instrumenta, quæ videntur vocem habere. Et primo per instrumenta gaudii: secundo per instrumenta pugnę, ibi; *Etenim si incertam &c.* Dicit ergo Hoc non solum patet per ea, quæ supra dicta sunt, sed etiam quantum ad ea, quæ sine anima vocem dant, quòd loqui linguis non solum non prodest aliis; *Et quæ sine anima sunt vocem dantia.* Contra, Vox est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus. Non ergo ea, quæ sunt sine anima, dant vocem. Dicendum est, quòd licet vox non sit nisi animalium, tamen potest dici per quandam similitudinem, scilicet secundum quòd quædam, sicuti instrumenta, habent quandam consonantiam & melodiam: & ideo de illis facit mentionem scilicet; *de cithara*, quæ dat vocem tactu; *& tibia*, quæ flatu. Si ergo hæc dant vocem sine distinctione; *quomodo scietur &c.* Cum enim homo per instrumenta aliquid intendat exprimere, scilicet aliquos cantus, qui ordinantur vel ad fletum, vel ad gaudium. Esa. 30. Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solẽnitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini. Vel etiam ad lasciuiam, non poterit diiudicari ad quid canitur tibia, aut ad quid cithara, si sonus sit confusus & indistinctus. Ita si homo loquitur linguis, & non interpretatur, non poterit sciri quid velit dicere; *Etenim si incertam vocem dederit &c.* Hic ostendit idẽ per exempla inanimatorum, scilicet per instrumenta ad pugnam ordinata. Et sumitur hæc similitudo ex libro Nume. 10. Ibi enim legitur, quòd dominus præcepit Moysi, vt faceret duas tubas argenteas, quæ essent ad conueniendum populum ad mouendum castra, & ad pugnandum. Et pro quolibet istorum habebant certum modum tubandi: quia aliter dabant vocem quando debebant conuenire ad concilium, aliter quando mouebant castra, & aliter quando pugnabant: & ideo arguit Apostolus, quòd sicut; *Si tuba det incertam vocem*, idest indistinctam, nescitur vtrum se debeant parare ad bellum, & ita vos si loquimini tantum linguis, nisi distinctum sermonem dicatis interpretando, vel exponendo, non poterit quis scire quid loquamini. Per tubam potest intelligi prædicator. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. Ratio autem quare nõ potest sciri quid loquamini, est quia; *eritis in aera loquentes*, idest inutiliter. Supra. 9. Sic pugno non quasi aera verberans &c. *Tam multa &c.* Hic sumit exemplum a diuersis linguis loquentium. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersitatem linguarum. Secundo inutilitatem loquentium sibi ad inuicẽ in linguis extraneis, ibi; *Si ergo nesciero &c.* Tertio concludit quod intendit, ibi; *Sic & vos quoniam æmulatores &c.* Dicit ergo primo, Multæ & diuersæ linguæ in mundo sunt, & quilibet potest loqui quacunq; vult, si tamen non loquatur determinate, non intelligitur. Et hoc est quod dicit; *Tam multa &c.* hoc potest dupliciter exponi, quia potest continuari cum præcedentibus, vt dicatur; *Eritis in aera loquentes*, &; *tam multa vt puta &c.* quasi dicat, Ideo; *in aera*, idest, inutiliter loquemini omnibus linguis, quia loquimini sine intellectu, quæ tamen proprias significationes vocum ad hoc habent, vt intelligantur. Nihil enim sine voce est. Vel potest sic punctuari; *Eritis in aera loquentes*, Tam multa; *vt puta sunt genera linguarũ*, idest singulis linguis; *Si ergo nesciero etc.* Hic ostendit horum inutilitatem. Et hoc est quod dicit; *Si loquar omnibus linguis, sed si nesciero virtutem vocis*, idest significationem vocis; *Ero cui loquar barbarus.* Hier. 5. Adducam super te gentem de longinquo, gentem cuius ignoras linguam. Nota quòd Barbari secundum quosdam dicuntur illi, quorum idioma discordat omnino a Latino. Alii vero dicunt, quòd quilibet extraneus est barbarus omni alii extraneo, quando scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia secundum Isidorum, Barbaria est specialis natio. Col. 3. In Christo Iesu non est Barbarus & Scitha &c. Sed secundum quod verius dicitur, Barbari proprie dicuntur illi, qui in virtute corporis vigent, in virtute rationis deficiunt, & sunt quasi extra leges, & sine regimine iuris. Et huic videtur consonare Aristoteles in politicis suis. Consequenter cum dicit; *Sicut &c.* concludit quod intendit: & hoc potest dupliciter construi. Primo vt punctetur hoc modo, quasi dicat; *sic ego ero barbarus vobis, si loquar*, sine significatione & interpretatione, sicut & vos eritis barbari adinuicem: & ideo quærite; *Vt abundetis &c.* & hoc, quoniam estis æmulatores &c. Vel alio modo, vt totũ ponatur sub distinctione, quasi diceret, Ne ergo sitis barbari, sic scilicet sicut ego facio, quoniam; *Estis æmulatores spirituum*, idest donorum spiritus sancti; *Quærite a Deo; Vt abundetis.* Prouerb. 15. In abundanti iustitia, virtus maxima est, quæ quidem iustitia ẽ ædificare alios. Mat. 7. Petite, & dabit vobis: quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

F

LECTIO III.

ET IDEO qui loquit' lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mẽte, psallam spiritu, psallam & mẽte. Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locũ idiotæ, qũo dicet, Amen, super tuã benedictionẽ? qm̃ quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ędificatur.

LECTIO TERTIA.

G

SVPRA Ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis; hic vero ostendit idem rationibus sumptis ex parte orationis. hæc enim duo per linguam exercemus, orationem scilicet, & exhortationem. Et circa hoc duo facit. Primo enim probat excellentiam prophetiæ ad donum linguarum rationibus. Secundo, exemplis, ibi; *Gratias ago Deo meo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit necessitatem orationis. Secundo, ostendit quomodo in oratione plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum; *Nam si orem lingua &c.* Dicit ergo primo, Dixi quòd donum linguarum sine dono prophetiæ non valet: & ideo quia interpretari est actus prophetiæ, quæ est excellentior illi; *Qui loquitur lingua* ignota, vel extranea, vel aliqua mysteria occulta; *Oret*, scilicet Deum; *Vt interpretetur*, idest, vt interpretandi gratia detur sibi. Colos. 4. Orantes vt Deus aperiat ostium. Glosa aliter exponit; *Oret*, Orare enim dicitur dupliciter, scilicet, vel deprecari Deum, vel persuadere: quasi dicat; *Qui loquitur lingua oret*, idest ita persuadeat; *Vt interpretetur*, & sic accipit orare hic Glosa per totum capitulum. Sed non est hæc intentio Apostoli, sed pro deprecatione ad Deum; *Nam si oret &c.* Hic ostendit, quòd in orando plus valet prophetia, quàm donum linguarum, & hoc dupliciter. Primo, ratione sumpta ex parte ipsius orantis. Secundo, ratione sumpta ex parte audientis, ibi; *Cæterum si benedixeris &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit rationem ad propositum ostendendum. Secundo remouet obiectionem, ibi; *Quid ergo &c.* Circa primum sciendum est, quòd duplex est oratio. Vna est priuata, quando scilicet quis orat in seipso, & pro se. Alia publica, quando quis orat coram populo, & pro aliis: & in vtraque contingit vti & dono linguarum, & dono prophetiæ. Et ideo vult ostendere, quòd in vtraque plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum. Et primo, in oratione priuata, dicens, quòd si sit aliquis idiota, qui faciat orationem suam, dicens Psalmum, vel Pater noster, & non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, & non refert vtrum oret verbis sibi a spiritu sancto concessis, siue verbis aliorum. Et si sit alius, qui orat, & intelligit quæ dicit, hic quidem orat, & prophetat: constat quòd plus lucratur qui orat & intelligit, quàm qui tantum lingua orat, qui scilicet non intelligit quæ dicit. Nam ille, qui intelligit, reficitur & quantũ ad intellectum, & quantum ad affectum: sed mens eius, qui nõ intelligit, est sine fructu refectionis. Vnde & cum melius sit refici quantum ad affectum & intellectum, quàm quantum ad affectum solum, constat quòd in oratione plus valet prophetiæ donum, quàm solum donum linguarum. Et hoc est quod dicit, Dico quòd; *Oret ut interpretetur, Nam si orem lingua*, idest orando vtor dono linguarum, ita quòd proferã aliqua quæ non intelligo: Tunc; *Spiritus meus*. i. spiritus sanctus mihi datus; *Orat*, qui inclinat & mouet me ad orãdum. Et nihilominus mereor in ipsa oratione, quia hoc ipsum, ꝙ moueor a spiritu sancto, est mihi meritum. Rom. 8. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus sanctꝰ postulare nos facit. Vel, *Spiritus meus*, idest ratio mea; *Orat*, idest dictat mihi, ꝙ ego loquar ea, quæ ad bonũ sunt, siue verbis ꝓpriis, siue aliorum sanctorum. Vel; *Spiritus meus*, idest virtus imaginatiua; *Orat*, inquantum voces seu similitudines corporalium sunt tantũ in imaginatione absq; hoc ꝙ intelligãtur ab intellectu: & iõ subdit; *Mens autem mea*. i. intellectus meus; *Sine fructu est*: quia non intelligit. Et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio, q̃ donum linguarũ. Sed nunquid quandocunq; quis orat, & nõ intelligit quæ dicit, & sine fructu orationis? Dicẽdũ, quòd duplex est fructus orationis. Vnus fructus est meritum, quod homini prouenit. Alius fructus est spiritualis consolatio & deuotio concepta ex oratione. Et quantum ad fructum deuotionis spiritualis priuatur, qui non attendit ad ea quæ orat, seu

seu, non intelligit, sed quantum ad fructum meriti, non est dicendum, quòd priuetur: quia sic multæ orationes essent sine merito, cum vix vnum Pater noster, potest homo dicere quin mens ad alia feratur. Et ideo dicendum est, quòd quando orans aliquando diuertit ab his, quæ dicit, seu quando quis in vno opere meritorio non cõtinue cogitat in quolibet actu, quòd facit hoc ꝓpter Deũ, nõ perdit rationem meriti. Cuius ratio est, quia in omnibus actibus meritoriis, qui ordinantur ad finem rectũ, nõ requiritur, quòd intentio agentis cõiungatur fini secundum quemlibet actum: sed vis prima, quæ mouet intentionem, manet in toto opere, etiam si aliquando in aliquo particulari diuertat: & hic prima vis facit totum opus meritorium, nisi interrumpatur per contrariam affectionem, quæ diuertat a fine prædicto ad finem contrarium. Sed sciendum est, quòd triplex est attentio. Vna est ad verba, quæ homo dicit, & hæc aliquando nocet, inquantum impedit deuotionem. Alia est ad sensum verborum, & hæc nocet, non tamen est multum nociua. Tertia est ad finem, & hæc est melior & quasi necessaria. Tamen id quod dicit Apostolus, *Mens est sine fructu*, intelligitur de fructu refectionis; *Quid ergo est &c.* quia posset aliquis dicere, ex quo orare lingua est sine fructu mentis, sed tamen spiritus orat, nunquid ergo non est orandum spiritu? ideo Apostolus hoc remouet dicens, quòd vtroq; modo orandũ est, & spiritu & mente: quia homo debet seruire Deo de omnibus, quæ habet a Deo: sed a Deo habet spiritum & mentem, & ideo debet de vtroq; orare. Eccles. 47. De omni corde suo laudabit Dominum &c. Et ideo dicit; *Orabo spiritu, orabo & mente: Psallam spiritu &c.* Et sic dicit orabo, & psallam: quia oratio, vel est ad deprecandum Deum, & sic dicit orabo: vel ad laudandum, & sic dicit, psallam. De istis duobus, Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo & psallat. Psal. 91. Psallite domino &c. *Orabo ergo spiritu*, idest imaginatione; *& mente*, idest voluntate; *Cæterum si benedixeris &c.* Hic secundo ostendit, quòd donum prophetiæ plus valet, quàm donum linguarum, etiam in oratione publica, quæ est quando sacerdos publice orat, vbi aliquando dicit quædam, quæ non intelligit, aliquando aliqua quæ intelligit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo exponit eam, ibi; *Quomodo dicet &c.* Tertio probat, quod supposuerat, ibi; *Quoniam quid &c.* Dicit ergo, Dixi ꝙ donũ ꝓphetiæ in oꝛone priuata plus valet; *cæterũ*, ꝓ sed: & in publica, q̃a; *Si benedixeris*, idest si benedictionẽ dederis; *Spiritu*, i. in lingua, q̃ nõ intelligãt, seu imaginatiõe & motꝰ a spũ sancto; *quis supplet locum idiotæ?* Idiota ꝓprie dicit, q̃ scit tãtũ linguã ĩ qua natꝰ est: quasi diceret. Quis dicet illud qd̃ dẽt dicere ibi idiota? qd̃ est dicere; *Amen.* Et ideo dicit; *Quomodo dicet super tuam benedictionem*: vbi Glo. exponit idest quomodo consentiet benedictioni a te factæ in ꝑsona ecclesię? Esa. 65. Qui benedictus est sup terrã benedicet ꝓ in Deo, amẽ; *Amen* idẽ est, qd̃ fiat, vel verũ est. q.d. si nõ intelligit, quę dicis, quomodo cõformabit se dictis tuis? põt quidẽ se cõformare etiã si non intelligat, sed in generali tantũ, non inspeciali, quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi ꝙ benedicas tantũ. Sed quare non dantur benedictiones in vulgari, vt intelligãtur a populo, & cõformẽt se magis eis? Dicendũ est, ꝙ hoc forte fuit in ecclesia primitiua, sed postquã fideles instructi sunt, & sciunt, q̃ audiunt in cõmuni officio, fiunt benedictiones in Latino. Consequenter probat, quare non potest dicere; *Amen*, cum dicit; *Nam tu quidem*, idest licet; *tu gratias agas bene* Deo inquantum intelligis; *Sed alter* qui audit, & non intelligit; *Non ædificatur*, inquantum non intelligit in speciali, & si in generali intelligat & ędificetur. Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed siquis bonus est ad ædificationem fidei. Et ideo melius est, vt non solum lingua benedicat, sed etiam, vt interpretetur & exponat, licet tu qui gratias agis, bene agas.

A

B

C

D

LECTIO QVARTA.

HIC ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum, per rationes sumptas ex parte suiipsius. Et circa hoc duo facit. Primo, agit gratias de dono linguarum, sibi a Deo dato. Secundo, se eis in exemplum proponit, ibi *Sed in ecclesia volo &c.* Dicit ergo; *Gratias ago &c.* Quasi dicat. Non ideo vilipendo donũ linguarũ, quia ego dico, quòd donum prophetiæ sit excellentius, sed debet earum haberi. Vnde & ego; *Gratias ago &c.* Est ergo de omnibus gratias agẽdum 1. Thes. 5. in omnibus gratias agite &c. Vel; *Gratias ago*, quasi dicat. Non ideo vilipendo donum linguarum, quasi eo carens, immo etiã ego habeo: & ideo dicit; *Gratias ago &c.* Et sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec exaudiẽt me dicit Dominus. Itaque linguæ in signũ sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus.

LECTIO IIII.

GRATIAS ago Deo meo, quòd omnium vestrũ linguas loquor. Sed in ecclesia volo quinq; verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibꝰ, ne intelligatur, ꝙ omnes loquerẽt vna lingua dicit; *Quod omnium uestrum lingua loquor.* Act. 2. Loquebantur variis linguis Apostoli &c *Sed in ecclesia.* Hic ponit se in exemplum, quasi dicat. Si ego habeo donũ linguarum sicut & vos, debetis facere illud qd̃ facio. Sed ego volo idest magis volo loqui; *In ecclesia quinque*, idest pauca verba; *Sensu meo* idest intellectu, vt scilicet ego intelligam, & intelligar, & ex hoc instruam alios; *Quam decem milia*, idest quamcunque multitudinem; *Verborum in lingua*, quod est loqui non ad intellectum quocunque modo fiat, vt supra expositum est. Dicunt quidam quòd ideo dicit; *Quinque*, quia Apostolus videtur velle, quòd magis velit dicere solum vnam orationem ad intellectum, quàm multas sine intellectu. Oratio autem secundum grammaticos ad hoc, quòd debeat facere perfectum sensum, debet habere quinque scilicet, Subiectum, Prædicatum, Copulam verbalem, Determinationem subiecti, & Determinationem prædicati. Aliis videtur melius, ꝙ quia ad hoc loquendum est cum intellectu, vt alii doceantur: ideo ponit quinque, quia doctor debet quinq; docere scilicet Credenda. Titum 3. Hæc loquere & exhortare &c. Agenda Mat. vlt. Euntes in mũdum &c. Vitanda. s. peccata. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge &c. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera &c. Speranda. s. mercedẽ æternam. 1. Pet. 1. De qua salute exquisierũt &c. Timenda. s. pœnas æternas. Mat. 25. Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. *Fratres* mei; *Nolite &c.* Hic ostendit excellentiam doni prophætiæ ad donũ linguarũ, rationibus sumptis ex parte infidelium. Et circa hoc duo facit. Primo, excitat attentionẽ & reddit attentos. Secũdo, arguit ad propositũ, ibi; *In lege quid scriptum est?* Circa primum vt Apostolus excludere pallium excusationis aliquorũ, qui ideo docent quædã rudia & superficialia, quasi ostẽdant se volentes viuere in simplicitate, & ideo non curantes de subtilitatibus ad quas ꝛm rei veritatem non attingunt, habẽtes verbum dominii ad hoc Mat. 18. Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli &c. sed hoc Apostolus exeludit, cum dicit; *Nolite pueri effici sensu*, idest nolite puerilia & inutilia & stulta loqui & docere. Supra 3. Cum essem paruulus &c. Sed quomodo debetis effici pueri? affectu, non intellectu. Et ideo dicit; *Sed malitia*. Vbi sciendum est, quòd paruuli deficiunt in cogitando mala, & sic debemus effici paruuli: & ideo dicit; *Sed malitia paruuli estote*: & deficiunt in cogitando bona, & sic non debemus esse paruuli, ĩmo viri perfecti. Et ideo dicit; *Sensibus autem perfecti &c.* idest ad discretionem boni & mali, ꝓ perfecti sitis. Vnde Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus &c. Non ergo laudatur in vobis simplicitas, quæ opponitur prudentię, sed simplicitas, quæ astutiæ. Et ideo Dominus dicit. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Rom. 16. Volo vos sapientes esse in bono, simplices in malo. Consequenter cum dicit; *In lege quid scriptum est?* arguit ad propositum. ubi sciendum est, quòd hoc argumentum, sicut patet per Glo. distinguitur per multa: sed secundum intentionem Apostoli, non videtur quòd attẽdatur in loco hoc, nisi vna ratio. Et ratio sua ad probandum, quòd donum prophetiæ est excellentius, quàm donum linguarum, est talis; Omne quod plus valet ad illud, ad quod alterum principaliter ordinatur, est melius illo altero ordinato ad hoc: sed tam donum prophetiæ, q̃ donum linguarum, ordinatur ad conuersionem infidelium. sed prophetiæ plus valent ad hoc, quàm donum linguarũ. ergo prophetia est melior. Circa hanc ergo rationem duo facit. Primo, ostendit ad quid ordinatur donum linguarum, & ad quid ordinatur donum prophetiæ. Secundo, quòd plus valet donum prophetiæ, ibi; *Si ergo conueniat uniuersa &c.* Circa primum duo facit. Primo, inducit authoritatem. Secundo, ex authoritate arguit ad propositum, ibi; *Itaque linguæ &c.* Circa primũ sciendũ est, ꝙ hoc qd̃ dicit; *In lege quid scriptum est?* potest legi vel interrogatiue, quasi dicat, nõ debetis effici pueri sensibus, sed perfecti, & hoc est videre & scire legem. Vnde si estis perfecti sensibus, sciatis scilicet legem: & in lege quid scriptum est? de linguis, quæ sunt inutiles aliquando ad id ad quod ordinatæ sunt, quia licet in diuersis linguis loquar, scilicet populo Iudæorum, tamen homo non exaudit &c. Potest etiam legi remissiue

A

B

C

D

E

In lege quid scriptum est. Quasi dicat, Nolite moueri sicut pueri ad aliquid appetendum non discernentes, vtrum bonum, vel minus bonum sit: quod affectatis, & præponatis meliori bono sed estote perfecti sensibus, idest discernatis inter bona & magis bona, & sic affectetis. Et hoc fit si cogitatis quid scriptum est in lege; *Quoniam in aliis &c.* Sap. 6. Cogitare ergo de illa, sensus ē consummatus. Et dicit; *In lege*, non accipiendo legē stricte p quinque libris Moysi tātum, sicut accipitur. Luc. vlt. Necesse est impleri omnia, quę scripta sunt de me in lege &c. sed pro toto veteri testamento, sicut accipitur. Ioann. 15. Vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quod tamen in Psal. 119. scriptum est. Accipitur tamen hæc authoritas ex Esa. 28. vbi litera nostra habet, In loquela labii, & lingua altera loquetur ad populum istum. Hoc igitur scriptum est; *Quoniam in aliis linguis*, idest in diuersis generibus linguarum; *Et labiis*, idest in diuersis idiomatibus & modis pronuntiandi; *Loquar populo huic*, scilicet Iudaico: quia hoc signum specialiter fuit datum ad conuersionem populi Iudęorum; *Nec si exaudiet*, quia scilicet signis visis non crediderunt. Esa. 6. Excæca cor populi huius &c. Sed quare Deus dedit eis signa, si non debebant conuerti? Ad hoc sunt duo rationes. Vna ratio est, quia licet non omnes conuersi fuerint, tamen aliqui sunt conuersi, eo quòd non repellit Dominus plebem suam &c. Alia ratio est, vt iustior appareat eorum damnatio, dum manifestius apparet eorum nequitia. Ioann. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem &c. Consequenter cum dicit; *Itaque linguæ &c.* Ex inducta authoritate argumentatur ad propositum, quasi dicat. Ex hoc manifeste apparet, quòd donum linguarum datum est; *Non fidelibus* ad credendum, quia iam credunt. Ioann. 4. Non propter tuam loquelam &c. *Sed infidelibus*, vt conuertantur. In Glosa autem ponuntur duæ expositiones Ambrosii hoc in loco, quæ non sunt literales, quarum vna est, vt dicatur, Sicut in veteri testamento locutus sum populo Iudæorum per linguas, idest per figuras & per labia, idest promittendo bona temporalia: sic adhuc in nouo testamento loquar huic populo in aliis linguis, idest apertę & clare, & aliis labiis, idest spiritualibus, nec tamen sic exaudient me, scilicet quantum ad eorum multitudinem; *Itaque linguæ datæ sunt non infidelibus, sed fidelibus*, ad manifestandum, scilicet eorum infidelitatem. Alia est; *In aliis linguis*, idest obscure & parabolice loquar, vt quia sunt indigni; *Non exaudient*, idest non intelligent. Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia, scilicet ad instructionem fidelium, qui iam credunt. Et ideo quòd; *Prophetiæ datæ sunt non infidelibus*, qui non credunt. Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro? *Sed fidelibus*, vt credant & instruantur. Ezech. 3. Fili hominis speculatorem dedi te &c. Prouer. 29. cū defecerit prophetia &c. dissipabitur populus.

LECTIO QVINTA.

GLOSA vult, quòd hic incipiat alia ratio ad propositum ostendendum. Sed secundum quod dictum est, non est nisi vnum posita ratione, & est quasi manifestatio mediæ ipsius rationis, scilicet quòd prophetia plus valet ad illud, ad quod specialiter ordinatur donum linguarum. Vnde circa hoc duo facit. Primo ostendit inconueniens, quod sequitur quantum ad infideles ex dono linguarum, ibi; *Si autem omnes linguis*. Secundo ostendit bonum, quod sequitur ex dono prophetiæ, etiam ad infideles, ibi; *Si autem omnes*. Inconueniens, quod sequitur ex dono linguarum, sine prophetia, etiam quantum ad infideles est, quia reputantur insani, qui sic loquuntur solis linguis, cum tamen donun linguarum ordinetur ad conuersionem infidelium, vt iam patet, & hoc est quod dicit; *Si autem omnes &c.* quasi dicat. Ex hoc patet, quòd linguæ non sunt præferendæ prophetiis: quia; *Si conueniant*, scilicet omnes fideles; *In unum*, non solum corpore, sed etiam mente. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor &c. *Et omnes*, qui iam conuenerunt; *Loquantur linguis* ad literam extraneis, vel loquantur ignota & obscura: & dum sic confuse loquūtur; *Intret aliquis idiota.* i. qui nō intelligit nisi linguam suam; *Vel infidelis*, propter quem datæ sunt linguæ; *Nonne dicent* his, qui sic loquuntur; *Quid insanitis?* Quod enim non intelligitur, reputatur insanitio: quòd si intelligatur, nihilominus quæ loquuntur sunt occulta, tamen malū est si non exponatur, quia poterunt credere de vobis si occulta loquimini, quæ creduntur de Gentilibus, qui occultabant ea, quæ faciebant in ritu eorum, propter eorum turpitudinem. Et hæc etiam insanitio quædam est. Contra, Idem est loqui linguis, & loqui literaliter quantū ad idiotas: cum ergo omnes loquantur literaliter in ecclesia, qa omnia dicunt in latino, videtur quòd similiter sit insania. Dicendū est ad hoc, quòd ideo erat insania in primitiua ecclesia, quia erant rudes in ritu ecclesiastico. Vnde nesciebant, quæ fiebant ibi, nisi exponeretur eis. Modo vero omnes sunt instructi: vnde licet in latino omnia dicantur, sciunt tamen illud quod fit in ecclesia. Consequenter autem cum dicit; *Si autem omnes prophetent &c.* ostendit quòd bonū sequitur ex dono prophetiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit quid per bonum prophetiæ sequatur quantum ad infideles. Secundo ostendit, quomodo hoc sequatur, ibi; *Occulta enim &c.* Tertio, subinfert quis effectus inde proueniat, ibi; *Et ita cadens in faciem &c.* Dicit ergo, cōstat quòd ex dono linguarum non conuincuntur infideles; *Autem*, pro sed, si hi, qui conueniunt; *Prophetent*, idest omnes ad intellectum loquantur, vel exponant scripturas, vel etiam reuelationes eis factas interpretentur. Omnes dico non simul, sed vnus post alium sic prophetent; *Intret autem*, scilicet ecclesiam; *Idiota aliquis*, scilicet non habens nisi linguam maternam, hoc est bonū, quod inde sequitur, quia conuincitur de aliquo errore, qui ostenditur sibi. Hær. 31. Postquam ostendisti mihi, confusus sum; *Ab omnibus*, qui prophetant; *Diiudicatur*, quasi dicat, damnabilis ostenditur de malis moribus & vitiis suis 1. Cor. 2. Spiritualis, idest doctor, omnia diiudicat &c. Ad hæc enim duo valet prophetia scilicet ad confirmationē fidei, & instructionem morum. Quomodo autem hoc bonum sequatur ex prophetiæ dono, subdit cū dicit; *Occulta enim cordis*. Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo ex hoc ad literam, quòd aliqui in primitiua ecclesia gratiam habuerunt, vt secreta cordium & peccata hominum scirēt. Vnde legitur de Petro Act. 5. p damnauit Ananiam de fraudato pretio agri. Et secuudum hoc legitur; *Occulta enim &c.* quasi dicat, ideo conuincitur, quia; *Occultæ*, idest secreta peccata sua; *Manifesta fiunt ab illis*, qui ea reuelant. Alio modo, ex hoc quòd aliquando quis in prædicatione tangit multa, quæ homines gerunt in corde, sicut patet in libris beati Gregorii, vbi quilibet inuenire potest fere omnes motus cordis sui. Et secundum hoc legitur; *Occulta cordis*, quasi dicat. Ideo conuincūtur, quia; *Occulta cordis sui*, idest ea quæ gerunt in corde. Prouer. 17. Quomodo in aquis resplendet vultus aspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus; *Manifestantur*, idest tangūtur ab eis. Alio modo, quia aliquando occultum cordis dicitur illud, quod est alicui dubium, & non potest per se certificari. Et secundum hoc legitur; *Occulta cordis sui*, idest ea de quibus in corde suo dubitabat, & quæ non credebat manifestantur, dum scilicet vadens ad ecclesiam frequenter fiunt sibi manifesta, sicut de seipso dicit August. † quòd ipse ibat ad ecclesiam solum pro cantu, & tamen ibi multa de quibus dubitabat, & propter quæ non iuerat, manifestabantur sibi. Ex hoc enim sequebatur reuerentia quia conuictus reuerebatur Deum. Et hoc est, quod dicit; *Et ita cadens*, idest ex quo ita conuincebatur & manifestabantur occulta cordis sui; *Cadens in faciem adorabit Deum*. Matth. 2. Procidentes adorauerunt eum: quod signum est reuerentiæ. De reprobis autem legitur, quòd cadunt retrorsum. Prouer. 14. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruent. Electus vero in faciem cadit, quia videt vbi prosternitur: quod signum est reuerentiæ. Matth. 2. Et Leuit. 9. Laudauerunt Deum ruentes in facies suas. Psal. 71. Coram illo procident Aethiopes. Et non solum exibebit reuerentiam Deo, sed etiam ecclesiæ, quia; *Pronuntians dicet, quod uere Deus est in uobis*, qui prophetatis in ecclesia. Zachar. 8. Ibimus vobiscum: audiuimus enim, quòd Deus est vobiscum. Apparet igitur quòd donum prophetiæ est vtilius, quantum ad infideles; *Quid ergo est fratres?* Hic ordinat eos ad vsum donorum dictorum. Et circa hoc duo facit: Primo, ostendit qualiter se debeāt habere ad vsum horum donorū. Secundo, concludit principale intētum ibi; *Itaque fratres æmulamini prophetare &c.* Circa primū duo facit. Primo, ostendit quomodo ordinate se debeant habere in vsu dictorum donorum. Secūdo, exprimit eorum præsumptionem, ibi; *An a uobis sermo &c.*

Circa

Circa primum tria facit. Primo ostendit in generali, quomodo se debēt habere in omnibus donis. Secundo, quomodo se habeāt quantum ad donū linguarum, ibi; *Sine lingua quis loquatur &c.* Tertio ostendit quomodo se habeant quantum ad donum prophetiæ, ibi; *Prophetent duo aut tres &c.* Dicit ergo, prophetare est melius, quàm loqui linguis; *Quid ergo fratres* agendū est? hoc scilicet agēdum est. Nam; *cum conuenitis*, cōstat p vnus non habet omnia dona: & ideo nō debet vti aliquis vestrum omnibus donis, sed eo dono, qd specialius accepit a Deo, & quod melius sit ad ædificationē; *Nam vnusquisq; vestrum habet* aliquod donum speciale; *Alius habet psalmum*, idest, ad canticum laudandum nomen Dei, vel psalmos exponit. Abac. 3. Super excelsa mea deducet me &c. *Alius* vero; *Doctrinam*, idest habet prędicationem ad instructionem morum, vel expositionem & spiritualem sensum. Prouer. 12. Doctrina sua cognoscitur vir; *Alius Apocalypsim habet*, idest reuelationem, vel in somniis, vel in visione aliqua. Daniel. 2. Est Deus in cælo reuelans mysteria. &c. *Alius linguam habet*. idest donum linguarum, vel legendi prophetias. Act. 2. Et cœperunt loqui variis linguis &c. *Alius interpretationem*. Supra. 12. Alii interpretatio sermonū &c. Hæc autem sic ordinantur, quia vel sunt ex ingenio naturali, vel ex solo Deo. Si sunt ex solo ingenio naturali, vel sunt ad laudem Dei, & sic dicit; *psalmum habet*. vel ad instructionem proximi, & sic dicit; *doctrinam habet*. Si sunt a solo Deo, sic dupliciter: vel sunt aliqua occulta interius, & sic dicit; *Apocalypsim habet*: vel occulta exterius, & sic dicit; *linguam habet*. Et ad horum manifestationem est tertium, scilicet; *interpretatio*. Et debet fieri; *Vt omnia ad ædificationem fiant*. Roma. 15. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationē.

LECTIO SEXTA.

HIc Apostolus ordinat eos quomodo se habeant ad vsum donī linguarum: & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter debent vti dono linguarum. Secundo, quando debent cessare ab vsu, ibi; *Si autem non fuerit &c.* Dicit ergo primo, p modus vtendi dono linguarum talis sit inter vos, vt; *Siue quis*, idest, si aliquis; *Loquatur lingua*, idest, dicat visiones, vel somnia, huiusmodi locutio non fiat a multis propter occupationem temporis in linguis, & non restet locus prophetiis, & confusionem generet. Sed; *Secundum duos*, idest, duobus, & si necesse fuerit secundum; *Multum tres*, vt sit satis a tribus. Deut. 17. In ore duorum, vel trium &c. Sed notandum, quòd hæc consuetudo adhuc partim seruatur in ecclesia. Nam lectiones & epistolas, & euangelia habemus loco linguarū &: ideo in Missa; *Secundum duos* seruatur, quia solum duo dicuntur, quæ pertinent ad donum linguarum, scilicet epistola & euangelium. In matutinis secundum multa fit, scilicet, tribus lectionibus dictis in vno nocturno. Antiquitus enim dicebantur nocturna diuisim secundum tres vigilias noctis, nunc vero dicuntur simul. Nō solum autem debet seruari ordo quantū ad numerū loquentium, sed etiam quantū ad modū: & hoc est, quod dicit; *Et per partes*, idest, vt illi qui loquuntur, succedant sibi ad inuicem scilicet, p vnus post aliū loquatur. Vel; *Per partes*, idest, intercise, vt i. loquatur vnam partē visionis, seu instructionis, & eam exponat, & post aliam & ipsam exponat, & sic deinceps, quem modum cō sueuerunt seruare prædicatores, quando prædicant per interpretationem hominibus ignotæ linguæ, & ideo dicit; *Et vnus interpretetur*. Consequenter cum dicit; *Si autem non fuerit &c.* Ostēdit quando non est vtendum linguis, dicens, p loquendum est per partes, & vnus debet interpretari; *Sed si non fuerit* aliquis *Interpres*, idest, qui interpretetur, ille qui donum habet linguarum; *Taceat in ecclesia*, idest, non loquatur, seu prædicet multitudini in lingua ignota, quia non intelligitur ab eis, sed; *sibi loquatur*, quia ipse se intelligit, & hoc tacite orando, vel meditando. Iob. 10. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, &c. *Prophetæ autem duo &c.* Hic Apost. ordinat eos, quomodo se habeāt ad vsum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter vtendum est dono prophetiæ; & quantum ad numerum & ad ordinem. Secundo ostendit, quibus vsus prophetiæ interdicitur, ibi; *Mulieres in ecclesia &c.* Circa primum tria facit. Primo docet ordinem vtendi dono prophetiæ. Secundo huius rationē assignat, ibi; *Potestis enim omnes &c.* Tertio obiectionem excludit, ibi; *Spiritus prophetarum &c.* Circa primum duo facit. Primo determinat ad numerum vtentium dono dicto. Secundo, docet modum seu ordinem vtendi, ibi; *Quod si alii &c.* Circa primum sciendum est, quòd vsus prophetiæ secundum quod hic videtur accipere Apostolus, est proponere verbum exhortationis ad plebē exponendo scripturas sacras & qa erāt in primitiua ecclesia plures, qui a Deo hoc donū habebant, & fideles non erant adhuc multiplicati, ideo ne esset confusio & tædium, vult Apostolus, quòd nō omnes qui sciunt exponere ꝓphetias, & sacram scripturam, prophetent, sed aliqui & determinati: & hoc est quod dicit; *Prophetæ &c.* Quasi dicat, Nolo quòd omnes, qui conueniunt, sed; *Duo* tantum; *Aut* ad plus, *Tres*, prout hoc loquendi necessitas exigit; *Dicant*, idest, exhortentur. Et hoc etiam consonat scripturæ. Deut. 17. & Matth. 18. In ore duorum, vel trium &c. *Cæteri uero*, scilicet, illi qui non debent; *Diiudicent* ea quæ ab his proponuntur, vtrum scilicet bene, vel male dicta sint, bene dicta approbando, & male dicta retractari faciendo, supra 2. Spiritualis homo, omnia diiudicat. Est etiam seruandus ordo in vtendo dicto dono, vt si alteri illorum, qui sedebant, & tacebant, & diiudicabant, fuit aliquid melius reuelatum, quàm illi qui exhortatur & stat prior, tunc iste qui stat, debet sedere, & ille cui melius reuelatum est, debet surgere & exhortari. Et hoc est, quod dicit; *Quod si alii sedenti*; *Reuelatum fuerit*, scilicet per spiritum sanctum; *Prior stans*; *Taceat* & cædat ei. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Et ratio huius est, quia secundum hunc modum; *Potestis* successiue prophetare; *Per singulos*, idest, omnes scilicet; *Vt sic omnes*, idest maiores; *Discant, & omnes*, idest minores; *Exhortentur*. Prouerb. 1. Audiens sapiens &c. Et si aliquis dicat, o Apostole, ego non possum tacere dum alius prophetat, vel cedere sedenti ex quo incepi, quia non possum retinere spiritum, qui in me loquitur, secundum illud Iob. 4. Conceptum sermonem tenere quis potest? Ideo Apostolus hoc remouet cum dicit; *Et spiritus prophetarum &c.* Quasi dicat, immo bene potest tacere, vel sedere quia; *Spiritus prophetarum*, idest, spiritus qui dat prophetias, & ponitur in plurali numero propter multas reuelationes eis instinctas; *Prophetis subiecti sunt*, quidem quantum ad cognitionem, quia sicut dicit Grego. † quòd non semper spiritus prophetiæ adest prophetis. Vnde non est habitus, sicut scientia. Sic enim sequeretur, quòd etiam quantum ad cognitionem eis subiectus esset, & possent vti eo quando vellent, & non vti: sed est quædam vis aut impressio a Deo, illuminans & tangens corda prophetarum, tunc solum quando tanguntur, cognoscunt. Vnde non est sic eis subiectus, nec secundum hoc intelligitur verbum Apostoli, sed spiritus prophetarum sunt subiecti prophetis quantum ad pronuntiationem, quia scilicet, in eorum potestate est pronuntiare ea, quæ reuelantur eis, quando volunt, & non pronuntiare. Et sic nihil valet excusatio, quia non cogit te spiritus quin tacere possis. Et quòd hoc sit verū, probat cum dicit; *Non enim est dissensionis &c.* Et facit talem rationem. Deus nunquam cogit ad id, vnde oriatur rixa, vel dissensio: quia Deus non est dissensionis, sed pacis: sed si cogeret homines spiritus prophetiæ ad loquendum, tunc esset causa dissensionis: quia sic vellet semper loqui, vel non docere, vel tacere alio loquente, de quo alii turbarentur. Ergo spiritus sanctus non cogit homines ad loquendum. 2. Cor. vlt. Deus pacis & dilectionis erit vobiscum &c. Veruntamen, quia adhuc posset obiicere, quòd hoc non faceret, quia solum eis ista mandabat, & non aliis ecclesiis vnde & in grauamē posset videri, ideo Apostolus subdit, hoc non solum in eis, sed etiam in omnibus ecclesiis docere: & hoc est, quod dicit; *Sicut in omnibus ecclesiis* sanctorum doceo. I. de vsu linguarum & ꝓphetiæ, supra primo: Idipsum dicatis omnes.

Mor. lib. 2. cap. 41.

LECTIO

LECTIO SEPTIMA.

HIc Apostolus ponit personas quibus interdicit vsum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quibus prophetiæ vsus interdicitur. Secundo, remouet obiectionem, ibi; *Si quid aũt uolũt &c.*

Circa primum duo facit, Primo, ponit mandatum de interdicto. Secundo, huius rationem assignat, ibi; *Non enim permittitur &c.* Dicit ergo. Volo vt viri hoc modo vtantur dono prophetię, sed; *Mulieres in ecclesia* nolo loq., sed; *Taceant in ecclesiis.* 1. Timo. 2. Mulierẽ docere in ecclesia nõ permitto. Et rationẽ huiꝰ assignat Chrysostomus, † dicens, quòd semel est locuta mulier, & totũ mundum subuertit. Sed contra hoc videtur, quia de multis mulieribus legitur, quòd prophetauerunt, sicut de Samaritana. Ioan. 4. Et de Anna vxore Phanuel. Luc. 2. Et de Delbora. Iudi. 4. Et de Oldam propheta vxore Sellum. 4. Regum 22. Et de filiabus Philippi. Act. 12. Supra. 10. etiam dicitur, Omnis mulier orans; vel prophetans &c. Responsio, dicendum quòd in prophetia sunt duo, scilicet, reuelatio, & manifestatiò reuelationis, sed a reuelatione non excluduntur mulieres, sed multa reuelantur eis sicut & viris. Sed annuntiatio est duplex. Vna publica, & ab hac excluduntur. Alia est priuata, & hæc permittitur eis, quia non est prædicatio, sed annuntiatio: huius autem rationem assignat, dicens; *Non enim permittitur eis loqui* scilicet ab ecclesiæ authoritate, sed hoc est officium earum, vt sint subditæ viris. Vnde cum docere dicat plationem & præsidentiã, non decet eas, quæ subditæ sunt. Ratio autem quare subditæ sunt, & non præsunt, est, quia deficiunt ratione, quæ est maxime necessaria præsidenti. Et ideo dicit Philosophus in Politica sua, quòd corruptio regiminis est, quando regimen peruenit ad mulieres. Consequenter cum dicit; *Si quid uolunt &c.* Quia possent aliqui dicere, quòd ad minus de dubiis possunt quærere in ecclesia: ideo Apostolus hoc excludit. et circa hoc duo facit. Primo enim remouet obiectionem. Secundo, rationem assignat, ibi; *Turpe est &c.* Dicit ergo, Dico qnòd mulieres taceant in ecclesia, sed si aliquæ de quibus dubitant; *Addiscere uolunt, interrogent uiros suos domi.* 1. Timo. 2. Mulier in silentio discat cum omni &c. Huius autẽ ratio est, quia turpe est non solum indecens: in mulieribus enim commendatur verecundia. Ecclesia 26. Gratia super gratiam &c. Si ergo in publico quæreret, & disputaret, signum esset inuerecundiæ: & hoc est ei turpe, & inde est etiã, quòd in iure interdicitur mulieribus officium aduocandi. Consequenter cum dicit; *An a uobis sermo Dei &c.* Confutat contradicentes, & quia possent omnes simul contradicere, vel ad minus sapientes inter eos: ideo circa hoc duo facit. Primo enim confutat eos quantum ad totam eorum ecclesiam. Secundo, quantum ad sapientes tantum, ibi; *Si quis autem uidetur &c.* Circa primum sciendum est, quòd causa quare populus consueuit contradicere Domino, vel rectori, est singularitas. Singularitas enim potest causari, vel ex prioritate in aliquo bono, vel excellentia. Et ideo Apostolus volens contradicentes Corinthios confutare, excludit primo ab eis prioritatem, cum dicit; *An a uobis sermo Dei processit.* q.d. non, sed a Iudęis. Esa. 2. De Sion exibit lex &c. q. d. si in ecclesia Iudæorũ facerem aliquas ordinationes cõtra ordinationes suas, possent cõtradicere, quia ipsi prius habuerunt verbũ Dei, sed vos non, quia nõ pcessit; a vobis sermo Dei. Secundo, excludit ab eis excellentiã; *An in uos solos &c.* q. dicat, non solum vos credistis, sed etiam alii. Vnde vos non excellitis eos. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. et ideo debetis facere, vt alii faciunt. Consequenter cum dicit; *Si quis autem uidetur &c.* In speciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit. Primo, confutat eos. Secundo, respondet cuidam tacitæ obiectioni, ibi; *Si quis autem ignorat &c.* Dicit ergo: esto quòd tota ecclesia non contradicat, sed *aliquis qui uidetur esse propheta &c.* Et dicit, videtur, quia si contradicit, non vere est propheta, vel sapiens seu spiritualis, quia non contradiceret. Dicit etiam, propheta & spiritualis, quia multi sunt spirituales, qui non sunt prophetæ, licet omnes prophetæ sint spirituales. Ille inquam, qui sic videtur propheta & spiritualis non contradicat, sed cognoscat, idest scilat, quia ea, quæ scribo vobis, sunt mandata Dei, & non tantum mea. Quasi dicat, ex quo nullus aliis est mandatis Domini contradicere, & ea, quę scribo sunt mandata Dei, non audeat aliquis contradicere. 2. Corinthiorum vltimo. An experimentum quæritis &c. Et ex hoc possumꝰ colligere, quòd verba Apostolorum sunt ex familiari reuelatione spiritusſancti & Christi, & ideo seruanda sunt sicut præcepta Christi. Vnde & signanter apostolus distinguit illa, quæ ex se mandat, cum dicit, De virginibus aũt mandatum Domini non habeo. Sed posses dicere, O Apostole, quomodo ego cognoscam, quòd hæc sint mandata Dei

Ad Tim. 1. ca. 2. Homilia 9.

Polit. lib. 4. ca. 2.

LECTIO VII.

MVLIERES in ecclesijs taceant. Nõ enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit, Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogẽt. Turpe est. n. mulieri loqui in ecclesia. An a vobis verbũ Dei processit, aut in vos solos peruenit? Si quis vĩ propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. Si quis aũt ignorat, ignorabit. Itaq; fratres, æmulamini pphetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia aũt honeste & secundum ordinem fiant in uobis.

CAPIT XV. LEC I.

NOTVM uobis facio fratres, euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, ĩ quo & statis, per qd & saluamini: qua rõne prædicauerim non possum hoc scire. hoc Apostolus excludit, dicens, Non valet tibi hoc, quia non debes ignorare. Quare? *Quia omnis ignorans &c.* Matth. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Ex quo patet, quòd omnes tenentur scire ea, quæ sunt de necessitate salutis, quæ ipse prius mandat, & Apostoli, & prophetæ. Vel aliter, Si quis videtur &c. Vt sit confirmatio præcedentium, quasi dicat, Ita scribo, sed vos non potestis ea agnoscere propter eorum difficultatẽ, & quia simplices estis, sed vt sciatis, quòd ea, quæ scribo, iuxta sunt & honesta. Volo adducere testimonium prophetarum & spiritualium virorum, qui sunt inter vos, & ideo dicit; *Si quis autem &c.* supra secundo, Spiritualis iudicat omnia. Et ne aliquis dicat, non curamus scire ista, subdit quòd tenentur scire; *Quia omnis ignorans &c.* Esai. 5. Propterea captiuus ductus &c. Psal, 81. Nescierunt neque intellexerunt &c. *Itaque fratres mei &c.* Apostolus hic concludit generalem ammonitionem. Et circa hoc tria facit. Primo, monet eos ad appetitum omnium donorum, dicens, Itaque & loqui linguis & prophetare est bonum; *Aemulamini*, idest, desideretis; *Prophetare*, cuius causa est, quia sicut dicitur Prouerb. 29. Deficiente Prophetia dissipabitur populus. Et accipitur prophetare hic, secundum quod totum capitulum expositum est, & tamen licet desideretis prophetare, nolite prohibere loqui linguis, ne fiat dissensio. Secundo inducit ad modum debitum, cum dicit; *Omnia autem honeste*, vt scilicet vno loquente alii taceant, & mulieres in ecclesia non loquantur, & similia. Roman. 13. Sicut in die honeste ambulemus &c. Tertio, inducit eos ad congruum ordinem, cum dicit; *Et secundum ordinem*, vt scilicet primo vnus, & postea alius loquatur, & per partes, & similia quæ dicta sunt. Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sysaram pugnauerunt.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus instruxit Corinthios de ipsis sacramentis, & de re contenta, & significata in sacramentis, scilicet de gratia & eius effectibus: hic consequenter instruit eos de re non contenta, sed significata in sacramentis, scilicet de gloria resurrectionis, quæ non est contenta in sacramento, cum non statim habeat eam, qui suscipit sacramenta, sed significatur gloria resurrectionis in ipsis, inquantum confertur in eis gratia, per quam ad beatitudinem peruenitur. Circa hoc autem duo facit. Primo, præmittit tractatum de resurrectione. Secundo, per hoc probat resurrectionem communem omnium hominum, ibi; *Si autem Christus prædicatur &c.* Circa primum duo facit. Primo commendat euangelicam doctrinam. Secundo annuntiat, quæ oportet scire circa resurrectionem Christi, ibi; *Tradidi enim uobis &c.* Commendat enim eminentiam euangelicæ doctrinæ quantum ad quatuor. Primo, quantum ad predicantium authoritatem; quia ipsi Apostoli. Et hoc est quod dicit, O fratres; continuando se ad præcedentia; *Facio uobis notum euangelium*; quod idem est, quòd bona annuntiatio, quæ incipit a Christo. Vnde quicquid pertinet ad Christum, vel est de ipso Christo, dicitur euagelium; *Quod prædico uobis*, quasi dicat; Illud quod prædicaui vobis de Christo, notum facio vobis

vobis, idest, reduco vobis ad memoriam, quasi non sint noua ea quæ scribo. Philip. 3. Eadem scribere vobis &c. Prædicaui, ego scilicet, vobis: & alii Apostoli, aliis. Et in hoc apparet authoritas huius doctrinæ, quia a Christo, a Paulo, & ab aliis Apostolis. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrandi. Secundo, quãtum ad communem fidem omnium populorum, & ideo dicit; *Quod & accepistis* omnes: sed hoc August. dicit pertinere ad eminentiam huius fidei, faciens tale argumentum. † Ad credenda ea quæ sunt fidei, aut sunt miracula facta, aut non. Si sunt facta miracula, habeo propositum, quòd dignissima & certissima est. Si non sunt facta, hoc est maximum omnium miraculorum, quòd per quosdã paucos conuersi sunt ad fidem infinita multitudo hominum: per pauperes prædicantes paupertatem, diuites: per idiotas prædicantes ea, quæ rationem excedunt, conuersi sunt sapientes & philosophi. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Sed si obiiciatur, quòd etiam lex Machometi recepta est a multis. Dicendũ est quòd non est simile, quia ille opprimendo & vi armorum subiugauit eos, sed isti Apostoli moriendo ipsi alios ad fidem duxerunt, & faciendo signa & prodigia. Ille enim præponebat quædã, quæ ad delicias & lasciuias pertinent: sed Christus & Apostoli terrenorum contemptum 1. Thes. 2. Cum accepissetis a nobis verbũ Dei &c. Tertio, quantum ad virtutem: quia confirmat & eleuat ad cœlestia. Ideo dicit; *In quo statis*, scilicet, eleuati ad cœlestia. Ille enim dicitur stare qui rectus est, & hoc sola lex Christi facit. Ro. 5. Iustificati ergo per fidẽ &c. Lex enim vetus faciebat stare, sed curuabat ad terrena. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Quarto, quãtum ad vtilitatem, quia sola noua lex perducit ad finem salutis: vetus autem non. Heb. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Et ideo dicit; *Per quod & saluamini*. Hic iam ex certitudine spei per inchoationem, quæ est per fidem, saluamini, & in futuro in veritate rei & spei. Iacob 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum &c. Ioan. 20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, & vt credentes &c. Et apponit hic duas conditiones. Prima cum dicit; *Si tenetis &c.* Glo. sic exponit; *Si tenetis qua ratione prædicaui uobis* illud euangelium, idest, resurrectionem mortuorum ea ratione, qua confirmaui vobis, idest, per resurrectionẽ Christi. Vel aliter, Saluamini ita tamen si tenetis, idest, si seruatis ea ratione qua prædicaui vobis euangelium Christi. Secundam conditionem ponit, cum dicit, nisi frustra credidistis. Quasi dicat, Saluamini per fidem; *Si non frustra credidistis*, idest, si fidei adduntur bona opera, quia fides sine operibus mortua est. Iacob. 2. Illud enim dicitur esse frustra, quod est ad finem quem non consequitur. Finis autem fidei est visio Dei. Vnde si non saluamini, frustra credidistis, non simplicitet, sed inquantum non peruenit ad finem: vel aliter, si tenetis, quasi dicat, teneatis, nisi frustra &c. *Tradidi enim*. Hic ostendit propositum &c. Circa hoc tria facit. Primo, ostendit originem doctrinæ de resurrectione Christi. Secundo, ostendit ea, quæ in doctrina huiusmodi continentur, ibi; *Quoniam Christus mortuus*. Tertio, consonantiam, seu conuenientiam prædicantium ad hanc doctrinam, ibi; *Siue enim ego &c.* Dicit ergo primo, Istud debetis tenere, idest, memoria habere; *Quod tradidi uobis in primis*, & adhuc trado. Et dicit; *In primis*, idest, inter prima credenda. Credenda enim vel pertinent ad Trinitatem, vel fidem incarnationis. Et primo debet homo credere ea, quæ ad fidem incarnationis pertinẽt, & postea quæ ad Trinitatem pertinent. Vnde quod tradidi vobis in primis, scilicet, de incarnatione, & non a me, vel ex mea authoritate tradidi, sed; *Quod accepi* a Christo, vel a Spiritu sancto. Gal. 1 Paulus Apostolꝰ &c. supra 11. Ego accepi a Domino &c. Esa. 21. Quæ audiui a Domino exercituum &c. Ea autem quæ accepit & tradidit, sunt quatuor; scilicet mors, sepultura, resurrectio, apparitio Christi. Dicit ergo primo, tradidi vobis primo mortẽ Christi, & ideo dicit. Quoniam Christus mortuus est. In quo remouet duplicem suspicionem, quæ suboriri posset circa mortem Christi. Prima est, quòd mortuus esset pro peccatis suis actualibus, vel originali. Et hoc excludit, cum dicit, Pro peccatis nostris, non suis. Esa. 33. Propter scelus populi mei percussi eum 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris &c. Alia suspitio est, quòd mors Christi esset casualis, vel violentia Iudæorum: & hoc excludit cum dicit; *Secundum scripturas*, scilicet veteris & noui testamenti. Et ideo signanter specialiter dicit secundum scripturas. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ductus est Hie. 11. Ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimã &c. Mat. 20. Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Tradidi enim vobis. secundo, sepulturã Christi: & ideo dicit; *Et quia sepultus est* Sed nunquid sepultura est articulus fidei specialiter, quia facit hic mentionẽ specialiter de ea? Dicẽdum, quòd secundum illos, qui numerant articulos secũdum credenda, non est specialis articulus fidei, sed includitur cum articulo passionis & mortis Christi. cuius ratio est, quia fides est eorum, quæ sunt supra rationem. Vnde ibi incipit articulus fidei, vbi deficit ratio. Hoc autem primum est, quòd Dominus sit conceptus, & ideo conceptio est articulus fidei. Secundum, quòd Deus est natus de virgine, & ideo hic est alius. Tertium, quòd impassibilis Deus patiatur & moriatur, & hic est alius, & cum hoc intelligitur etiam de sepultura: unde non est specialis articulus. Facit autem Apostolus hic mentionem de sepultura propter tria. Primo, vt ostendat veritatem mortis Christi. Euidens enim mortis signum alicuius est, quòd sepeliatur. Secundo, ad ostendendum veritatem resurrectionis: quia si non fuisset sepultus, nec custodes fuissent iuxta sepulchrum illis diebus, possent dicere, quòd discipuli fuissent eum furati. Tertio, quia Apostolus vult eos inducere ad fidem resurectionis, & hoc videtur magis difficile, ꝙ sepultus resurgat. Et de hoc dicitur Esa. 11 Et erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 53. Dabit impios &c. Tradidi etiam vobis resurrectionem, quia resurrexit tertia die. Oseæ 6, Viuificabit nos post &c. Et etiam dicit; *Tertia die*, non quod fuerint tres dies integri, sed duæ noctes, & vna dies per synedochen. Et huius causa fuit, sicut dicit Aug. † quia Deus per suum simplum, idest, per malum pœnæ, quod significatur per vnum diem, destruxit nostrum duplum, idest pœnam & culpã, quod significatur per duas noctes. Tradidi etiam vobis quarto Christi apparitiones, quia visus est Cephæ. Et ponit primo apparitiones factas aliis. Secundo, apparitiones factas sibi soli; ibi; *Nouissime*. Sciendum est autem circa primum, quòd apparitiones Christi non sunt factæ omnibus communiter, sed aliquibus specialibus personis. Act. 10. Dedit eum manifestum fieri &c. Et huius ratio fuit, vt seruaret ordo in ecclesia, vt per quosdam speciales, fides resurrectionis deueniret ad alios. Notandum autem est, quòd apparitiones Christi non ponuntur hic omnes, nec ille quæ factæ sunt mulieribus. Ponuntur autem hic quædam, quæ non leguntur in euangeliis. Et horum ratio fuit: quia Apostolus vult ex ratione confutare infideles, & ideo noluit ponere testimonia nisi authentica, & ideo tacuit apparitiones mulieribus factas: & posuit quasdam quæ non inueniuntur, vt ostendat, quòd etiam aliis pluribus apparuit: sed facit mentionem specialem de Petro & Iacobo, quia erant quasi columnæ, vt dicitur Gal. 2. Dicit ergo; *Tradidi uobis, quia uisus est Cephæ* idest Petro. Luc. vlt. Surrexit Dominus vere &c. Et creditur, quòd inter viros primo apparuit Petro, quia erat in maxima tristitia. Vnde & Angelus dixit Marc. vlt. Ite, dicite discipulis eius & Petro &c. *Postea*, idest, in alia vice; *Visus est undecim Apostolis*. Semel quidem visus est decem tantũ, quando Thomas erat absens, & post octo dies vndecim, quando Thomas erat cum eis, Aug. † dicit, quòd debet dicere duodecim, sed corruptum est vitio scriptorum, & dicit quòd non refert, quòd Iudas iam obierat, & Matthias nondum erat electus: quia consuetum est, quòd quando maior pars collegii facit aliquid, dicitur quòd totum collegium hoc facit. Vnde quia Dominus elegerat duodecim, ideo potest dici, ꝙ visus est duodecim, idest toti collegio Apostolorum: sed nõ est vitium, siue dicatur duodecim, siue vndecim; *Deinde* iterum; *Visus est plusquam quingentis fratribus*. Sed de hoc nihil legimus in sacra scriptura, nisi hoc quod hic dicitur. Potest tamen dici, ꝙ hæc apparitio fuit de qua loquitur Dionysius in tertio de diuinis nominibus, quando omnes discipuli conuenerunt ad videndum corpus, quod ferebat principem vitæ. Sed contra hoc videtur esse, quia hoc fuit ante ascen

De Ciuita. Dei lib. 22. cap. 5.

De Trin. li. 4. cap. 3.

De cõsens. euang. lib. 13. cap. 25.

ascensionem, qñ scilicet Christus apparuit Iacobo. Sed cõgregatio discipulorum ad videndum beatã Virginem, de qua vt lo qui Dionysius, fuit multum post. Et ideo melius videtur dicendum, quòd apparuit quingentis fratribus simul ante ascensionem suam, & non refert, quòd dicitur discipuli erant centũ viginti: quia licet illi qui erant in Hierusalem essent centum viginti, tamen ĩ Galilæa erãt multi discipuli, & forte oẽs congregati sunt simul cũ apparuit. Et vt huius testimonium sit magis certum, dicit quòd ex eis adhuc multi manent, idest viuunt, quidam autem ex eis dormierunt, idest mortui sunt in spe resurrectionis. Et vocat sanctorum mortem, dormitionem: quia moriuntur carne corruptibili, vt resurgant incorruptibiles. Ro. 6. Christus resurgẽs &c. *Deinde*, idest post; *Visus est Iacobo* scilicet Alphæi. Et ratio huius potest assignari, quia vt legitur, Iacobus vouit se non sumpturum cibum, nisi prius videret Christum: sed secundũ hoc nõ seruaretur ordo apparitionis, quia si post omnes numeratas apparitiones apparuisset Iacobo, nimis fuisset sine cibo, & hoc est difficile. Et ideo dicendum est, ꝙ ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialem deuotionem Iacobus ad Christũ habuit. Et de ista etiam apparitione nihil habetur in euangelio. Deinde post hoc scilicet, visus est omnibus Apostolis in ascensione, vt legitur Mat. vlt. & Act. 1. *Nouissime autem omnium &c.* Hic Apostolus commemorat apparitionem factam sibi soli. Et circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit ordinem apparitionis. Secundo, rõnem eius assignat, ibi; *Ego enim sum &c.* Dicit ergo ita, Dixi ꝙ omnibus manifestatus est Christus; *Nouissime*, idest vltimo: & post ascensionem; *Visus est & mihi tanquam abortiuo*, & ideo nouissime. Dicit autem tanquàm abortiuo propter tria. Abortiuus dicitur aliquis fœtus, vel quia nascitur extra tempus debitum, uel cum violentia educitur, uel quia non perducitur ad debitã quantitatẽ. & quia hæc tria videbat in se Apost. ideo dicit tanquàm abortiuo. Primo enim ipse extra tempus aliorum Apostolorum renatus est Christo. Nam alii Apostoli renati sunt Christo ante aduentum spiritussancti, Paulus vero post. Secundo, quia alii Apostoli spontanee conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Act. 9. Postrauit eum ad terram &c. Et hoc multum valet contra hæreticos, qui dicunt, ꝙ nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et sicut dicit Aug. † Plus profecit in fide Paulus cum coacte conuersus est, quàm multi qui spontanee venerunt. Tertio, quia reputat se aliis minorem, & non peruenisse ad virtutem aliorũ Apostolorum. Et ideo quasi rationẽ assignans, dicit; *Ego enim sum minimus &c.* Circa hoc duo facit. Primo enim ostendit suam paruitatem. Secundo, rationem huius exponit, ibi; *Quoniam persecutus sum &c.* Paruitatem aũt suam manifestat primo in comparatione ad Apostolos cum dicit. Ego enim sum minimus. Esa. 60. Minimus erit in mille, & Paruulus in gentem fortissimam. Ecclesia. 3. Quanto, maior es &c. Et licet sit minimus in comparatione ad Apostolos, possent tamen dici, quòd est magnus in comparatione ad alios, quia est Apostolus: & ideo secundo ostendit suam paruitatẽ in comparatione ad alios, cum dicit; *Qui non sum dignus*, non solum esse, sed; *Vocari Apostolus*, licet vocer. 2. Corinth. 3. Non quòd sufficientes &c. *Sed* posses dicere, O Apostole propter humilitatem nullus debet dicere fallum: cum ergo tu sis magnus, quare vocas te minimum? & ideo cum dicit; *Quoniam persecutus &c.* ostendit quomodo sit minimus, & quomodo non minimus: minimum autem dicit se, considerando præterita facta sua & dicit, Non sum dignus &c. Quare? *Quia persecutus sum ecclesiã Dei*, quod alii Apostoli non fecerunt. Galat. 1. Supra modum persequebar &c. 1. Tim. 1. Qui fui blaphemus, & persecutor &c. Et licet ex me sim minimus, tamen ex Deo non sum minimus: & ideo dicit; *Gratia Dei sum id quod sum*. Et circa hoc duo facit. Primo, commendat condicionem suam quantum ad statum. Secundo, quantum ad executionem status, ibi; *Et gratia eius &c.* Dicit ergo primo, ex me nihil sum, sed id quod sum, gratia Dei sum, i. ex Deo, non ex me. Ephe. 3. Cuius factus sum minister &c. Et dicit, id quod sum, quia homo sine gratia nihil est. supra 13. Si habuero omnem prophetiam &c. Sed qualiter vsus sit & executus statum suum ostendit dicens; *Et gratia eius &c.* Vbi primo ostendit quomodo vsus sit gratia ista, quia ad bonum, & ideo dicit, In me vacua non fuit idest, otiosa, quia ea vsus est ad id ad quod data est sibi. Gal. 2. Non in vacuum cucurri &c. Secundo, manifestat quomodo alios excessit: & ideo subdit; *Sed abundantius illis omnibus*, idest

Epist. 50. post med.

LECTIO II.

SI autem Christus prædicatur, quòd resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autẽ & falsi testes Dei, quoniam testimoniũ diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, uana est fides uestra, Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

LECTIO III.

NVNC autem: Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. quoniã quidem per hominem mors, & ꝑ hominem resurrectio mortuorũ.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus astruxit fidem per resurrexionem Christi, hic vero probat per resurrectionem Christi, resurrectionem mortuorum futuram. Et primo probat futurã resurrectionem. Secundo ostendit qualitatem resurgentium, ibi; *Sed dices aliquis &c.* Tertio vero describit ordinem resurrectionis, ibi; *Ecce mysterium vobis dico &c.* Circa primum duo facit. Primo probat resurrectionem mortuorum futuram ratione sumpta ex resurrectione Christi. Secundo ratione sumpta ex vita sanctorum, ibi; *Alioquin quid facient &c.* Probat autem mortuorum resurrectionẽ ex resurrectione Christi tali ratione. Si Christus resurrexit: ergo & mortui resurgent. Circa ergo hanc rationem tria facit. Primo ponit conditionalem, scilicet, si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Secundo vero probat antecedens ipsius conditionalis, ibi; *Si autem resurrectio mortuorum &c.* Tertio probat conditionalem esse ueram, ibi; *Nunc autem Christus resurrexit &c.* Dicit ergo primo, Dixi quòd siue ego ꝑdicauerim, siue illi. i. alii Apostoli, sic credidistis: sed si prædicatur a nobis, ꝙ Christus resurrexit a mortuis, quomodo *quidam in uobis*, idest, inter vos dicunt &c. q.d. Si Christus resurrexit a mortuis ꝗm ꝙ nos prædicamus. 1. Thes. 4. Si credimus, ꝙ Christus &c. nullus debet dubitare resurrectionem mortuorũ futuram. Vnde Rom. 8. Qui suscitauit Iesum &c. Sed videtur, quòd hæc argumentatio non valeat, cum sit locus a maiori affirmando: qa licet Christus resurrexerit specialiter ex virtute diuinitatis suæ, nõ sequitur ꝙ alii homines resurgant. Sed ad hoc dicũt aliqui, quòd nõ est locus a maiori, sed a simili. Mori enim & resurgere competit Christo ꝗm humanã naturã, & dicunt quòd est simile argumentũ, sicut si dicerẽ, Anima sortis est immortalis: ergo omnes, scilicet animæ hominum sunt immortales. Videtur autem quòd sit melius dicendũ, ꝙ sit locus a causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Et ideo ꝗm. Glo. dicendum est; *Si Christus*, qui est causa efficiens nostræ resurrectionis; *Resurrexit, quomodo dicunt &c.* Sed tũ non est dicendum, ꝙ sit causa efficiẽs tantũ per modũ meriti, quia resurgendo non meruit eam, cũ iam esset cõprehensor, & viueret vita gloriosa, nisi forte meritum resurrectionis mortuorũ referatur ad passionẽ Christi. Nec est causa exemplaris tantũ, vt quidam dicunt: sed est causa efficiẽs & exemplaris. Vnde August. dicit super Ioan. ꝙ verbũ caro factũ viuificat animas, & resuscitat mortuos. Sic ergo patet, ꝙ si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Sed contra, Resurgere a mortuis est supra naturam

tract. 19

turam: hoc autem non est nisi virtutis infinitæ, quæ Deus est. non ergo resurrectio corporis Christi est causa efficiens resurrectionis mortuorum, cum humanitas Christi, seu corpus sit creatura: licet de Christo, vel de homine non possit dici, ꝙ est creatura. Responsio. dicendum, quòd inquantum Deus, siue inquantum diuinitas est in Christo, Christus est & exemplar, & causa efficiens resurrectionis mortuorũ per humanitatẽ suã sicut per instrumentum diuinitatis suæ. Ad illud quod obiicitur, dicendum, ꝙ caro Christi seu humanitas, nõ dicitur facere effectum virtutis infinitæ inquãtum caro, vel humanitas, sed inquantum caro Christi, vel humanitas Christi. Sed quæritur adhuc. Nam posita causa sufficienti, statim ponitur effectus: si ergo resurrectio Christi est sufficiens causa resurrectionis mortuorum, statim deberent mortui resurgere, & non tantum differre. Responsio dicendum, quòd effectus sequitur ex causis iustrumentalibus secundum conditionem causæ principalis. Et ideo, cum Deus sit principalis causa nostræ resurrectionis: resurrectio vero Christi sit instrumentalis, resurrectio nostra sequitur resurrectionem Christi secundum dispositionem diuinam, quæ ordinauit vt tali tempore fieret. Sed nunquid si Deus non fuisset incarnatus, homines resurrexissent? Dicendum videtur quòd non, quia Christus non fuisset passus, nec resurrexisset. Dicendum est autem ad hoc, quòd hæc obiectio nulla est: quia quando aliquid ordinatur ab aliqua causa, debet argumentari ad illud, seruato ordine illius causæ. Et ideo dicendum est, quòd Deus ordinauit resurrectionem mortuorum fore per istum modum: potuisset tamen & alius modus adhuc inueniri a Deo, si voluisset. Deinde cum dicit; *Si autem resurrectio mortuorum non est &c.* Probat antecedens scilicet, quòd Christus resurrexit: & hoc ducendo ad inconuenientia. Et circa hoc duo facit. Primo, ducit ad inconuenientia. Secundo, ostendit illa esse inconuenientia, ibi; *Inuenimur autem & falsi testes &c.* Circa primum facit deductionem suam supponendo, quòd si Christus non resurrexit, neque mortui resurgent: quod si ita est, sequuntur duo inconuenientia. Vnum est, quòd inanis est prædicatio Apostoli & inutilis. Aliud est, quòd inanis est fides Corinthiorum. Vnde dicit; *Si autem Christus non resurrexit, inanis est &c.* Et hoc est quod dicit, Ex hoc quòd siue ego, siue illi, si sic prædicant &c. Dicit ergo, Si autem Christus non resurrexit, inanis est, idest falsa prædicatio nostra, quia si credidistis: & hoc magnum est inconueniens, quòd prædicationem eorum non suffulserit veritas, cum Apostolus dicat Philiph. 2. Non in vacuum cucurri, neque laborauì; *Inuenitur autem &c.* Hic ostẽdit illa duo esse inconuenientia. Et primo ostendit, ꝙ sit inconueniens, si prædicatio Apostolorũ esset inanis, seu falsa. Secũdo ostendit, ꝙ sit inconueniens, si fides illorum esset inanis, ibi; *Quod si Christus non resurrexit &c.* Ostenditur autem primum esse inconueniens, quia essent falsi testes non solum dicendo aliqua vana, vel aliqua contra aliquem hominem false, quod est mortale peccatum: sed falsi testes aduersus Deum, quod est sacrilegium. Quia si Deus non suscitauit Christum a mortuis secũdum quod nos prædicamus; *Inuenimur falsi testes: & si mortui non resurgunt, Deus non resuscitauit Christum a mortuis.* Iob. 13. Nunquid Deus indiget vestro mẽdacio? &c. Et hoc est pessimum, scilicet, ꝙ aliquid attribuatur Deo, quod non facit, & laudare in eo, quod non est. Vnde dicit August. † Non minori, sed maiori fortasse scelere in Deo laudatur falsitas, quàm vituperetur veritas. Cuius ratio est, quia intellectus noster nunquàm potest tantum laudare Deum, quin deficiat a perfectione eius: & ideo si non totaliter intellectus omnẽ veritatẽ possit de Deo intelligere, hoc est ad excellentiã Dei. sed si attribuitur aliquid Deo, quod nõ habet, vel non facit, videtur ꝙ intellectus noster est maior Deo, & intelligat aliquid maius eo, quod sibi false attribuit. Et hoc contra illud primæ Ioan. 3. Deus maior est corde nostro; *Quod si Christus* Hic ostendit, quòd incõueniens sit, si fides illorũ esset inanis. Et hoc ostendit per tria incouenientia, quæ sequuntur inde. Primum est, quia cõstat, ꝙ falsitas non habet virtutẽ purgandi, sed constat ꝙ fides purgat peccata Act. 15. Fide purificans &c. Si ergo fides nostra sit inanis, quod esset si Christus non resurrexerit, quia sic credidistis, scilicet quòd resurrexit, peccata vestra non sunt vobis dimissa. Et hoc est, ꝙ dicit; *Adhuc estis in peccatis uestris*. Sed quia posset aliquis dicere, licet fides non purget peccata, possunt tamen purgari ab eis per bona opera: ideo addit secundum inconueniens, scilicet quòd mortui, qui non possunt purgari in alia vita, perierunt absque spe salutis, & ideo quasi concludens, dicit; *Ergo qui in Christo*, idest, in fide Christi; *Dormierunt*, idest, mortui sunt in spe salutis; *Perierunt*: quia in alia vita nulla sunt opera meritoria. Sed quia posset adhuc dicere, Nõ curo de peccatis, nõ curo de mortuis, dũmodo habeam in vita ista quietẽ & tranquillitatem: ideo addit tertium inconueniens cum dicit; *Si in hac tantũ uita &c.* Et inuitur tali argumento. Si resurrectio mortuorum non est, sequitur quòd nihil boni habeatur ab hominibus, nisi solum in vita ista: & si hoc est, tunc illi sunt miserabiliores, qui in vita ista multa mala & tribulationes patiuntur. Cum ergo plures tribulationes Apostoli & Christiani patiantur, sequitur quòd sint miserabiliores cæteris hominibus, qui ad minus perfruuntur huius mundi bonis. Sed circa hanc rationem, videntur duo dubitanda. Vnum, quia non videtur, quòd sit verum vniuersaliter quòd Apostolus dicit scilicet, ꝙ Christiani sunt confidentes in hac vita tantum, quia possent dicere illi, quòd licet corpora non habeant bona nisi in vita ista, quæ est mortalis, tamen secundum animam habent multa bona in alia vita. Ad hoc obuiatur dupliciter. Vno modo, quia si negetur resurrectio corporis, non de facili, immo difficile est sustinere immortalitatem animæ. Constat enim, ꝙ anima naturaliter vnitur corpori, separatur autem ab eo contra suam naturam, & per accidens. Vnde anima exuta a corpore, quandiu est sine corpore, est impefecta. Impossibile autem est, quòd illud quod est naturale & per se, sit finitum, & quasi nihil: & illud quod est contra naturam, & per accidens sit infinitum, si anima semper duret sine corpore. Et ideo Platonici ponentes immortalitatem, posuerunt reincorporationem, licet hoc sit hæreticum: & ideo si mortui non resurgunt, solum in hac vita confidentes erimus. Alio modo, quia constat quòd homo naturaliter desiderat salutẽ suiipsius, anima autem cum sit pars corporis hominis, non est totus homo: & anima mea non est ego. vnde licet anima consequatur salutem in alia vita, non tamen ego, vel quilibet homo. Et præterea cum homo naturaliter desideret salutem etiam corporis, frustraretur naturale desiderium. Secundum dubium est, quia videtur, quòd dato quòd corpora non resurgant, non essemus nos Christiani miserabiliores cæteris hominibus, quia illi qui sunt in peccatis, sustinent maximos labores. Hier. 9. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Et Sap. 5. Dicunt impii, Ambulauimus vias difficiles. At vero de bonis & iustis dicitur Galat. 5. Fructus antem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Ad hoc dicendũ, ꝙ mala quæ sunt in hoc mundo, nõ sunt ꝗm se appetenda, sed ꝗm quod ordinantur ad aliquod bonum. Apostoli aũt & Crhistiani multa mala passi sunt in hoc mundo. Nisi ergo ordinarentur ad aliquod bonum, essent miserabiliores cæteris hominibus. Aut ergo ordinantur ad bonum futurum, aut ad bonum præsens: sed ad bonum futurum non ordinantur, si non est resurrectio mortuorum. Si autem ordinantur ad bonum præsens, hoc vel est bonum intellectus, sicut philosophi naturales paupertates, & alia multa mala passi sunt, vt peruenirent ad veram veritatem. Sed ad hoc non possunt ordinari, si non est resurrectio mortuorum: quia sic fides eorum esset falsa, quia ipsi prædicauerunt resurrectionem futuram: falsitas autem non est bonum intellectus. uel est bonum moris, sicut morales philosophi multa mala passi sunt, vt peruenirent ad virtutes & famam. Sed nec ad hoc ordinari possunt: quia si resurrectio mortuorum non sit, non reputatur virtus & gloria, velle omnia delectabilia dimittere, & sustinere pœnas mortis & contemptus, sed potius reputatur stultitia. Et sic patet, quòd miserabiliores essent cæteris hominibus

Epist. 8.

LECTIO TERTIA.

HIC probat positam superius conditionalem esse veram, scilicet si Christus resurrexit, mortui resurgunt. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo se habeat resurrectio Christi ad resurrectionem aliorum. Secundo ostendit ordinem resurrectionis, ibi; *Vnusquisque autem in suo ordine &c.* Tertio, ostendit finem resurrectionis, ibi; *Deinde finis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit habitudinem resurrectionis Christi

Christi ad resurrectionem aliorum, per conditionalem prædictam probans hoc. Secundo, probat ipsam habitudinem, ibi; *Quoniam quidem &c.* Dicit ergo; *Nunc*, idest, ex quo dicta inconuenientia sequuntur; *Si Christus non resurrexit*, ideo ad ipsa vitanda dicamus, quòd; *Christus resurrexit*. Hoc autem verum est secundum quod Matth. vlt. dicitur, & aliis locis euangeliorum. Sed resurrectionis Christi habitudo ita se habet ad resurrectionem aliorum, sicut primitiæ fructuum ad sequentes fructus, quæ excedunt alios fructus tempore & melioritate, seu dignitate: & ideo dicit, quòd resurrexit, non sicut alii, sed; *Primitiæ*, idest, primo tempore & dignitate. Apoc. 1. Primogenitus mortuorum. Primitiæ dico dormientium, idest, mortuorum, qui in spe resurrectionis quiescunt. Ex hoc potest inferri conditionalis posita, quia sicut dicimus, & verum est, Si Christus, qui est primitiæ dormientium resurrexit, ergo & alii dormientes. Sed contrarium videtur, scilicet ꝙ Christus nõ resurrexit primitiæ dormientium, quia Lazarus fuit resuscitatus a Christo nõdum passo, & aliqui prophetæ suscitauerunt alios a mortuis, vt habetur in veteri testamento. Ad hoc dicendum, ꝙ duplex est resurrectio. Vna est ad vitam mortalem, & ad istam Lazarus, & alii qui suscitati fuerunt, resurrexerunt ante Christum. Alia ad vitam immortalem, & de hac loquitur hic Apostolus. Sed contra Mat. 27. dicitur, quòd multa corpora sanctorum surrexerunt. Cũ ergo hoc legatur ante Christi resurrectionem, & cõstet, ꝙ nõ resurrexerunt ad vitã immortalem, videtur ꝙ adhuc restet quæstio prima. Responsio, Dicendum, ꝙ hoc qã Mat. dicit de resurrectione illorum, dicit per anticipationem, qa licet dicatur in tractatu de passione, nõ tunc resurrexerunt, sed postquàm Christus resurrexit; *Quoniam quidem &c.* Hic probat habitudinem positam, scilicet, ꝙ Christus sit primitiæ dormientium. Et primo, probat in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Et sicut in Adam &c.* Probat in generali tali ratione. Deus voluit reintegrare humanã naturã: sed humana natura corrupta est ꝑ hominẽ, qa mors intrauit per hoiem. pertinebat ergo ad dignitẽ humanę naturæ, vt reintegraretur per hominẽ: hoc aũt est, vt reducatur ad vitã. conueniens ergo fuit, sicut mors intrauit per hominẽ, scilicet per Adam, ita; *Resurrectio mortuorum* fieret; *Per hominem*, scilicet per Christũ. Rom 5. Si enim vnius delicto &c. *Et sicut in Adam.* Hic probat idem in speciali dicens, ꝙ sicut in Adam omnes morimur morte corporali, ita & omnes viuificamur in Christo. Rom. 5. Per vnum hominem &c. Et non dicit per Euam, quod videtur contra illud Eccle. 25. Per illam omnes morimur. Dicendum, quòd hoc est per illam Euam. s. suggerentem, sed per Adam sicut causantem. Nam si solũ Eua peccasset, peccatum originale non fuisset traductum in posteros; *Viuificabuntur* inquàm, in Christo scilicet, boni, & mali vita naturæ: sed vita gratiæ nõ nisi boni: sed tamen Apostolus loquitur hic de resurrectione ad vitam naturæ, ad quã omnes viuificabuntur. Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere, idest, viuificãdi virtutem. Io. 5. Omnes, qui in monumentis sunt &c. *Vnusquisque autem in suo ordine &c.* Hic ostendit ordinem resurrectionis. Et primo: insinuat ipsum ordinem: Secundo, manifestat id quod dixerat, ibi; *Primitiæ Christus &c.* Dicit ergo quòd verum est, quòd omnes in Christo viuificabuntur, sed tamen differenter, quia differentia erit inter caput, & membra: & differentia quantum ad bonos, & malos. Et ideo dicit quòd; *Vnusquique* resurget; *In suo ordine*, scilicet dignitatis. Rom. 13. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Sed hunc ordinem consequenter manifestat, quia; *Primitiæ Christus*, quia ipse est prior tempore, & dignitate, quia plus de gloria. Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum &c. Deinde resurgent omnes; *Qui sunt Christi* posteriores tempore, & dignitate: isti sunt qui carnem suã crucifixerunt cũ vitiis &c. Gal. 4. At vbi venit plenitudo 1. Tim. 6. Serues mandatum sine macula, inreprehensibile vsque in aduentum domini nostri. Qui autem Christi, exponit, dicens; *Qui crediderunt* per fidem, per dilectionem operantem. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. *In aduentum eius*, primo & secundo. Sed sciendum, quòd inter alios sanctos nõ erit ordo temporis, quia omnes resurgent in ictu oculi, sed bene secundum dignitates, quia Martyr resurget, vt Martyr: Apostolus vt Apostolus, & sic de aliis; *Deinde finis*. Hic ostendit finem resurrectionis, & hunc duplicem, Vnum quantum ad adeptionem boni; Alium quantum ad remotionem mali, ibi; *Oportet illum regnare &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd adeptio ipsius boni consistit in inhærentia ad Deũ. Secundo ostendit, quòd in immediata inhærentia, ibi; *Cum euacuerit &c.* Dicit ergo quòd deinde, idest, post hoc, erit finis resurrectionis: & finis huiusmodi non erit, vt viuant vita corporis & voluptatibus, vt Iudæi & Saraceni fingunt, sed quòd inhæreant Deo per immediatam visionẽ & beatam fruitionẽ, & hoc est tradere regnum Deo & patri. Et ideo dicit; *Cum tradiderit*, idest, perduxerit; *Regnum*. i. fideles suos, quos proprio sanguine acquisiuit. Apoca. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo; *Deo & patri*, idest, ante conspectum Dei, idest, creatoris sui inquantum est homo, & patris inquantum est Deus. Et hoc est quod petebat Philippus Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem &c. Sed sic tradet, vt sibi non adimat, immo ipse vnus Deus cum patre & sancto spiritu regnabit. Vel; *Cum tradiderit regnum Deo & patri*, idest, cum ostendet Deum patrem regnare. In scriptura enim tunc dicuntur aliqua fieri, quando primo innotescunt, & huiusmodi innotescentia fit per Christũ. Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui &c. *Cum euacuerit* Hic ostendit immediationem dictæ inhærentiæ. Sicut enim dicitur Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est, est sub tutoribus &c. Sed quando iam est magnus & perfectus, tunc immediate absque pædagogo & tutore sub patre est in domo. Status autem huius vitæ præsentis assimilatur pueritiæ, & ideo in vita ista sumus sub angelis, sicut sub tutoribus, inquantum præsunt nobis & dirigunt nos: sed quando tradetur regnum Deo, & patri, tunc immediate erimus sub Deo, & cessabunt omnia alia dominia: & hoc est quod dicit; *Et cum euacuerit omne principatum, & potestatem, & uirtutem*, idest, cum cessauerit omne dominum tã humanum, quàm angelicum, tunc immediate erimus sub Deo. Esa. 2. Exaltabitur dominus solus in die illa. Hier. 31. Nõ docebit vltra. vir proximũ suũ &c. Sed nũqd nõ remanebunt ordines angelorum distincti? Dicendum quòd sic, quantum ad eminentiam gloriæ, qua vnus alteri præeminet, sed non, quantum ad efficaciã executionis ad nos: & ideo illos dicit euacuari, quorũ nomina pertinẽt ad executionẽ, scilicet principatus, potestas, & virtutes. Illos autem qui sunt de superiori hierarchia non nominat, quia non sunt exequentes: nec angelos, quia est nomen cõmune. Dominationes autem non dicit euacuari, quia licet sint de exequentibus, nõ tamen ipsi exequuntur, sed dirigũt & imperãt. Dominorum enim est dirigere & imperare, non exequi. Archãgeli vero intelliguntur cum principatibus: archos enim idem est quòd princeps. Hi tres ordines secundum Grego. † Homil. 34. super euã. leguntur de descendendo, quia secundum ipsum, principatus sunt super potestates, & potestates super virtutes: sed ꝑm Dio. ascendendo, quia vult quòd virtutes sint super potestates, & potestates super principatus. Vel aliter, *cum euacuauerit &c.* idest, tunc erit notũ ꝙ principatus & potestates, & dominationes nihil potestatis habuerũt ex seipsis, sed a Deo, ex quo sunt omnia. Deinde cũ dicit; *Oportet autem illum &c.* Ostẽdit Apostolus finem resurrectionis, quo ad remotionem mali: quod quidem ostendit per destructionem omnium inimicorum ad Christum. Et primo, ponit ipsorum destructionem. Secundo. subiectionis perfectionem, ibi; *Nouissime autem &c.* Tertio, subiectionis finem, ibi; *Cum autem subiecta fuerint.* Dicit ergo primo, Dixi quòd finis erit, cum tradiderit regnum Deo, & patri. Sed nunquid Christus habet regnum, ita ꝙ oportet illum regnare? sic enim dicitur Mat. vltimo; Data est mihi &c. Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob; *Oportet*, inquam; *Donec ponat inimicos suos sub* pedibus eius. Sed nunquid modo nõ sunt inimici eius sub pedibus eius, idest sub potestate Christi? Dicendũ, quòd modo inimici Christi sunt sub potestate eius, sed dupliciter. Vel inquantũ per ipsum conuertũtur, sicut Paulus, quem prostrauit Act. 9. Vel inquantũ Christus facit voluntatem suam, etiam de his, qui faciunt hic contra voluntatem Christi. Sic ponit inimicos suos sub pedibus suis, puniẽdo eos: sed infuturo ponet sub pedibus. i. sub humanitate Christi. Sicut. n. per caput deitas Christi intelligit, quia caput Christi, Deus 1. Cor. 11. ita per pedẽ, humanitas. Psal. 131. Adorabimus in loco vbi stererũt pedes eius &c. Sic ergo inimici erũt nõ solũ sub deitate, sed etiã sub humanitate Christi. Ph. 2. In nomine Iesu omne genu &c. Sed quid est quod dicit? Donec ponat &c.

Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine. primitiæ, Christus: deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cũ tradiderit regnum Deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatum, & potestatẽ, & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia. n. subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eũ, qui subiecit ei omnia. Cũ aũt subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectꝰ erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.

nat &c. Nunquid nõ regnabit priusquam posuerit inimicos sub pedibus? Dicendum, quòd hoc potest intelligi dupliciter, nam ly Donec, quãdoque determinat tempus, & ponitur pro finito: sicut si dicerem: non videbo Deum donec moriar, quia vsque tũc non videbo, sed postea videbo. Quandoque ponitur pro infinito sicut cum dicitur, Non cognouit eam donec peperit filium suum. Non quòd velit dicere, quòd non cognouit eam solum vsque ad partum filii, sed nec etiam postea vnquam cognouit: sicut dicit Hier. Iste modus seruatur quando aliqui intendunt excludere illa solum de quibus est dubium. Vnde euangelium exclusit illud solum, quod videtur esse dubium, scilicet, ꝙ Ioseph cognouisset beatam virginem ante partum. Hoc vero, quòd post partum non cognouit eam, nulli erit dubium, cum tot mysteria pueri viderit, & toties ab angelis monitus sit, & adoratus etiã a Magis Iesus fuisset: vnde poterat eã iam Dei matrem cognoscere, & ideo nõ curauit hoc excludere: sic etiam loquitur hic Apostolus. Quòd enim aliquis regnet adhuc inimicis non subiugatis, videtur esse dubium: sed ꝙ regnet postquam inimici subiugati sunt, nulli est dubium: & ideo illud excludit principaliter, dicens; *Donec ponat &c.* Quasi dicat, verum est, ꝙ Christus habet regnum, & licet sint aliqui inimici, dum non faciunt voluntatem suam, tamen regnat donec ponat &c. Potest etiã alio modo intelligi, donec ponat &c. vt ly; *Donec*, determinet tempus, & ponatur pro futuro: vt dicatur sic; *Oportet illum regnare*. Sed quando? *Donec ponat &c.* Quasi dicat, vsque tunc regnabit, quousque ponat inimicos sub pedibus, postea vero nõ regnabit. Sed secundum hanc expositionem, regnare non importat regnũ habere, sed in regnando proficere, & regnum augeri: & hoc quãtum ad manifestationem perfectam regni Christi q.d. Regnum Christi paulatim proficit, inquãtum scilicet manifestatur & innotescit, *donec ponat inimicos sub pedibus*, idest quousque omnes inimici regnare eum fateantur. Boni quidẽ cum gaudio beatitudinis: mali vero cũ confusione & postea non regnat, idest regnum suum non proficit, & non amplius manifestatur, quia iam plene manifestum erit. Sic ergo patet omnium aduersantium subiectio: quæ quidẽ subiectio perfectissima erit, quia etiam illud quod maxime inimicatur, subiicietur sibi: hoc autem est mors, quæ maxime contrariatur vitæ: & ideo dicit, Nouissime aũt &c. vbi tria facit. Primo, ponit subiectionem mortis. Secundo probat hoc per authoritatem, ibi; *Omnia enim subiecit &c.* Tertio, ex ipsa authoritate arguit, ibi; *Cum autem dicat &c.* Dicit ergo, dixi, quòd omnes inimicos subiecit sub pedibus eius. Sed qualiter? perfectissime, inquam, quia; *Nouissime inimica mors destruetur*, scilicet in fine, quia non poterit esse cum vita, vbi omnes per resurrectionem viuent. Oseæ 13. Ero mors tua, o mors. Esa. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum. Sciendum est autem quòd Origenes ex hoc verbo sumpsit occasionẽ erroris sui, quẽ ponit in Periarchon. Ipse enim voluit, ꝙ pœnæ damnatorum essent purgatoriæ & non æternæ, & voluit, quòd omnes, qui sunt in inferno, quandoque conuerterentur ad Christum & saluarentur, & etiam diabolus. Et hoc confirmat per ista verba; *Donec ponam inimicos &c.* Et intelligit, ꝙ hoc, quod dicitur inimicos sub pedibus: solum intelligitur de subiectione, quæ fit per cõuersionem peccatorum ad Deum, non de subiectione qua sunt subiecti Christo etiam illi, qui nunquam conuertuntur ad Christũ inquantum punit eos in inferno. Et ideo dicit; *Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus*, quia tunc omnes damnati & qui sunt in inferno saluabuntur, inquantum, scilicet conuertentur ad ipsum, & seruient ei, & non solum ipsi homines damnati; *Autem* pro, sed; *Nouissime ipsa mors*, idest diabolus; *Destruetur*, non quòd non sit omnino, sed ꝙ non sit mors, quia etiam ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est hæreticum & damnatum in concilio. Iterum sciendum est, ꝙ Apostolus signanter posuit hoc quod dicitur; *Nouissime autem &c.* Ad remouendum duas quæstionem, quæ possent fieri circa prædicta de resurrectione, scilicet: vtrũ Christus posset viuificare mortuos? Et hoc soluitur, quia omnes inimicos posuit sub pedibus eius, & etiam ipsam mortẽ. Et quare nõ statim oẽs resuscitauit? Ad quod respondetur, ꝙ oportet, quòd primo subiiciat inimicos sub pedibus, & nouissime cum destruetur ipsa mors, tunc resurgent omnes ad vitam. Non ergo differt, quia non potest, sed vt seruet ordinem, quia quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Quòd aũt ipsa mors subiiciatur Christo, probat per authoritatem Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus, idest sub humanitate eius, scilicet Christi. Phi. 2. Omnis lingua &c. Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. Ex hac autem authoritate argumentatur, dicens; *Cum autem dicat &c.* Et est ratio sua talis. Propheta dicit omnia subiecisti &c. Sed dicendo omnia, constat, quòd nihil exclusit nisi illum, qui subiecit. ergo subiecta sunt Christo omnia & ipsa mors. Dicit ergo; *Cum autem dicat* psalmista, scilicet; *Omnia subiecta sunt ei*. Christo, inquantum homini præter eum, scilicet patrem, qui subiecit sibi omnia. Heb. 2. In eo, qui omnia sibi subiecit &c. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Sed cõtra, si pater subiecit omnia filio. ergo filius est minor patre. Responsio, Dicendum est, quòd pater subiecit omnia filio inquantum est homo, vt dictum est, & sic pater est maior filio. Est enim minor patre secundum humanitatem, æqualis vero secundum diuinitatem. Vel dicendum, quòd etiam ipse filius inquantum Deus subiecit sibi omnia, quia sic potest cũa, quæ pater põt. Phil. 3. Saluatorem expectamus &c. secundum operationem qua potens est subiicere omnia. Consequenter cum dicit; *Cum autem subiecta fuerint illi omnia &c.* Ostendit finem huius resurrectionis non esse in humanitate Christi, sed vlterius perducetur rationalis creatura ad contemplationem diuinitatis & in ea est beatitudo nostra, & finis noster ipse Deus est, & ideo dicit; *Cum autem subiecta &c.* Quasi dicat. Nondum Deus subiecit omnia Christo, sed cum omnia fuerint ei subiecta, scilicet Christo, tunc ipse filius secundum humanitatem subiectus erit illi, scilicet patri. Ioa. n 14. Pater maior me est: & subiectus est, nunc etiã Christus secundum quòd homo patri: sed hoc tunc manifestatus erit. Et ratio huius subiectionis est; *Vt sit Deus omnia in omnibus*, idest vt anima hominis totalitet requiescat in Deo, & solus Deus sit beatitudo. Modo enim in vno est vita, & virtus in alio, & gloria in alio, sed tunc Deus erit vita, & salus, & virtus, & gloria, & omnia. Vel aliter ita; *Vt sit Deus omnia in omnibus*, quia tunc manifestabitur, quòd quicquid boni habemus, est a Deo.

LECTIO IIII.

ALIOQVIN quid faciẽt, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui nõ resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habẽt. Ad reuerentiam vobis loquor.

LECTIO QVARTA.

OSTENSA resurrectione mortuorum, ex resurrectione Christi, hic consequenter ostendit resurrectionem mortuorum ex vita sanctorum. Et circa hoc duo facit. Primo, probat propositum. Secundo, subiungit ammonitionem, ibi; *Nolite seduci &c.* Probat autem propositum ducendo ad tria inconueniẽtia. Primũ inconueniens est, quòd frustraretur deuotio hominũ ad baptismum. Secundum est, quòd frustraretur labor sanctorũ & hoc ponit, ibi; *Vt quid & nos periclitamur &c.* Tertium est, ꝙ daretur ocasio fruendi voluptatibus. Et hoc ponit, ibi; *Manducemus & bibamus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit primum inconueniens. Secundo, explicat illud, ibi; *Si omnino mortui &c.* Dicit ergo primo. Dixi quòd mortui resurgunt; *Alioquin* scilicet si non est resurrectio mortuorum futura, vt nos prædicamus; *Quid facient, qui &c.* hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt per hoc, quòd dicit mortui, intelligantur opera peccati, quæ sunt mortua, quia carent vita gratiæ & ducunt ad mortem Heb. 9. Sanguis Christi emundabit &c. Et secundum hoc plana est litera; *Quid* scilicet *Facient illi qui baptizantur pro mortuis*, idest pro peccatis abluendis, si non sint vitam gratiæ habituri? Alio modo, quia quidam tunc temporis volebant, quòd homines possent prmo baptizari, vt sibiipsis remissionem peccatorum consequerentur, & iterũ baptizabantur pro aliquo consanguineo suo defuncto, vt etiam post mortem dimitterentur ei peccata. Et secundum hoc sit litera; *Quid facient; qui baptizantur pro mortuis*, scilicet consanguineis, pro quorum salute baptizantur, si non sit resurrectio mortuorum? sed isti in aliquo commendari possunt, scilicet in hoc, quòd fidem resurrectionis videbantur habere, sed in aliquo possunt reprehendi, in hoc. s. quòd vnum credebant posse pro alio baptizari. Sed tunc est quæstio. Si oratio vnius prodest alteri, quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio: vna est, quòd opera, quæ faciunt viui, prosunt mortuis propter vnionem charitatis & fidei. Et ideo non prosunt nisi illis, qui decedunt cum charitate & fide. Vnde infidelibus, nec oratio, nec baptismus viuorum prosunt, tamen oratio prodest illis, qui sunt in purgatorio. Alia

F responsio, & melior, quia bona opera valent mortuis, non solū ex vi charitatis: sed etiam ex intentione facientis. Sicut si ego dicerem psalterium pro aliquo, qui est in purgatorio, qui tenebatur dicere, vt satisfaciam pro eo, valet quidem quantum ad satisfactionem solum illi, pro quo dico. Dicendum est ergo secundum hoc, quòd baptismus non habet virtutem ex intentione nostra, sed ex intentione Christi. Intentio autē Christi est, vt baptismus illis proficiat, qui in Christi fide baptizantur. Consequenter istud incōueniēs explicat, dicens; *Si omnino &c.* Et ista explicatio videtur magis conuenire G secundæ expositioni supra positæ quasi dicat. Vt quid baptizantur pro illis, idest pro mortuis, si non resurgunt? sed si secundum primam expositionem exponatur, tunc sic potest dici; *Si omnino mortui non resurgunt* vt quid etiam baptizantur pro illis, idest pro peccatis cum ipsa non dimittantur? *Vt quid periclitamur &c.* Hic ponit secundum incoueniens, & circa hoc duo facit. Primo, ponit inconueniens in communi. Secundo, in speciali, ibi; *Quotidie &c.* Dicit ergo. non solum frustra baptizantur aliqui pro remissione peccatorum, sed nos etiam frustra affligimur, si resurrectio mortuorum non est: & hoc est quod dicit; *Vt quid.* & nos sancti Apostoli; *Periclitamur*, idest pericula patimur omni hora 2. Corint. 11. Periculis fluminum, periculis &c. Constat enim, quòd sancti exponunt se tribulationibus & affligunt seipsos propter spem vitæ æternæ, secundum illud Roma. 5. Non solum autem, sed & gloria- H mur &c. *Spes autem non confundit &c.* Si ergo resurrectio mortuorum non sit, totaliter spes perit. Frustra ergo affligerent se, si mortui non resurgunt. Nec obstat si dicatur, quòd anima separata præmiatur, quia vt probatum est supra, non posset probari, quòd anima esset mortalis. Consequenter cum dicit; *Quotidie &c.* Enumerat pericula in speciali, & primo quantum ad personam. Secundo, quantum ad locum, ibi; *Si secundum hominem ad bestias &c.* Manifestat ergo in speciali pericula, quantum ad personam suam. vnde dicit; *Quotidie morior &c.* Quasi dicat. Non quæcunque pericula patimur, sed etiam mortis, quia; *Quotidie morior*, idest sum in periculis mortis. Psal. 43. Propter te mortificamur tota die. Et hoc ostendit Apostolus Roma. 8. in persona Apostolorum esse dictum. 2. Corinth. 4. Semper mortificationem &c. *Propter gloriam uestram*, idest, vt ego acquiram gloriam, quam expecto ex vestra conuersione ad fidem 1. Thes. 2. Vos estis gloria nostra, & gaudium habeo, idest spero me habiturum in Christo Iesu domino nostro, idest I per charitatem Christi. Alia litera habet per gloriam &c. Et tunc ly; *Per glroiam* est verbum iurantis. Quasi dicat; *Per gloriam uestram*, quam scilicet expectatis, quæ est Deus. ac si diceret. Iuro per Deum, quem habeo in spe in Christo Iesu, idest per passionem &c. Ex quo apparet, quòd etiam Apostolus iurauit, & quòd in viris perfectis iurare non est peccatum; *Si secundum hominem &c.* Hic specificat pericula quantum ad locum. Vbi sciendum est, quòd hoc legitur. Act. 19. vbi dicitur, quòd cum Paulus apud Ephesum multos conuertisset ad fidem, quidā concitauerunt cōtra eum populum, intantum, quòd non esset ausus exire in theatrum, & quòd multa pericula sit ibi passus. Ergo forte facit hic de hoc mentionem, quia e vicino passus hoc fuerat. Dicit ergo; *Si secundum hominem*, idest secundum rationem, ex qua homo est, hoc disputando de resurrectione concludens, quòd homo non moritur sicut bestia; *Pugnaui ad bestias*, idest ad homines bestialiter viuentes apud Ephe- K sum. Vel; *Si pugnqui ad bestias Ephesi*, & hoc dico non ex reuelatione diuina, sed *Secundum hominem*, idest ex instinctu humano si tot pericula passus sum &c. Deinde cum dicit; *Manducemus &c.* Ponit tertium inconueniens, quod est: si resurrectio mortuorum non esset, daretur occasio fruendi voluptatibus. Quasi dicat. si non est alia vita, stulti sumus si affligimus nos, sed; *Manducemus & bibamus*, idest vtamur deliciis & fruamur voluptatibus. Sap. 2. Non est qui sit agnitus &c. Venite fruamur &c. *Cras enim*, idest in proximo; *Moriemur*, totaliter enim deficiemus in anima & corpore, si mortui non resurgunt. Deinde cum dicit; *Nolite seduci.* Ex prædictis concludit ammonitionem, & primo, quantum ad infirmos. Secundo vero quantum ad perfectos & iustos, ibi; *Vigilate iusti &c.* Circa primum duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens; *Nolite seduci.* Quasi dicat. dictum est, quòd si resurrectio mortuorum non fit, stultum esset non vti lasciuiis & voluptatibus: Ne ergo ad lasciuias inducamini, nolite seduci ab his, qui negant resurrectionem. Colos. 2. Videte ne quis vos seducat &c. Secundo, rationem attentionis assignat, dicens; *Corrumpunt &c.* quasi dicat. Ideo nolite seduci, quia; *Colloquia mala* illorum scilicet, qui negant resurrectionem; *Corrumpunt bonos mores.* 2. Timo. 2. Sermo eorum serpit, vt cancer. Hiero. dicit, quòd hoc est sumptum ex dictis gentilium, & est versus cuiusdā Menandri. Et ex hoc, vt ipse dicit, argumentum habemus, quòd licet nobis q̃doque in sacra scriptura vti authoritatibus gentiliū. Deinde cum dicit; *Vigilate &c.* Ponit ammonitionem quantum ad perfectos. Posset G enim dicere, quòd a colloquiis illorum debent cauere infirmi, qui de facili seducuntur: perfecti autem non sic seduci possunt Apostolus antem vult, quòd etiam perfecti sint cauti. Vnde circa hoc duo facit. Primo reddit eos attentos, dicens; *Vigilate iusti*, idest, vos qui reputamini iusti, vigilate, idest soliciti sitis Matth. 24. vigilate, quia nescitis &c. Apoc. 16. Beatus qui vigilat &c. Secundo, rationem assignat, dicens; *Nolite &c.* Et hanc duplicem, quarum vnam propter seipsos. Nullus enim est adeo perfectus quin debeat sibi cauere a peccatis. Inertia autem & torpor frequenter inducit ad peccatum, vnde ne peccent inducit eos ad vigiliam, & ideo dicit; *Et noli te peccare*, idest ne peccetis. Tob. 4. In mentem habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias. Aliam rationem inducit propter alios: quia non solum propter seipsos sint soliciti, sed propter alios ne illi seducantur, & hoc est, quod dicit; *Quidam enim* H *habent ignorantiam Dei*, idest non rectam fidem. Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam &c. *Et hoc loquor uobis ad reuerentiam uestram*, vt sitis cauti. uel ad verecundiam vestram, quia verecundum est vobis, qui reputamini sapientes, & instructi in fide, quòd sint aliqui inter vos ignorantiam Dei habentes, idest non rectam fidem.

LECTIO. V.

SED dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur: & quid seminas? Non corpus, quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus.

LECTIO QVINTA.

SVPERIVS Apostolus probauit resurrectionem mortuorum. hic ostendit qualitatem & modum resurgentium. Et circa hoc duo facit. Primo, mouet quæstionem circa qualitatem resurgentium. Secundo, soluit, ibi; *Insipiens tu &c.* Circa resurrectionem fuerunt duo errores. Quidam enim totaliter negabant resurrectionem mortuorum futurā. Cum enim non considerarent nisi principia naturæ & posse, & viderent, quòd secundū principia naturæ & posse, nullus de morte potest I redire ad vitam, nec cæcus potest recuperare visum: ideo totaliter negauerunt resurrectionem, ex quorum persoua dicitur. Sap. 2. Vmbræ transitus est tempus nostrum &c. Et ibidem, de nihilo nati sumus &c. Iob. 14. Putasne mortuus homo rursum viuat? &c. Alii autem dixerunt resurrectionem mortuorum futuram esse, sed dicebāt quòd resurgebantad eundem modum viuendi, & ad eosdem actus. Et hoc etiam posuerunt quidam Philosophi, qui dicunt post multa annorum curricula, Plato adhuc resurget, & habebit eosdem scolares Athenis, quos aliquando habuit. Hoc etiam asserunt Pharisæi. Matth. 22. de muliere septem virorum, vnde dicebant. In resurrectione cuius erit? Saraceni etiam fingunt, quòd habebunt post resurrectionem vxores, & voluptates, & delicias corporales. Iob. 20. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Contra quos dicitur Matth. 22. Quod erunt sicut angeli Dei in cœlo. Has ergo duas quæstiones mouet hic Apostolus, Pri- K mam cum dicit; *Quomodo resurgunt mortui?* quomodo est possibile quòd mortui qui sunt cinis possint resurgere? Secundam cum dicit; *Quali autem corpore uenient?* quasi dicat. Nunquid cum tali corpore resurgent cum quali sumus modo? Has duas quæstiones soluit cum dicit; *Insipiens &c.* Primo, soluit secundam. Secundo, vero soluit primam, ibi; *Ecce mysterium uobis dico &c.* Ad intellectum autem eorū quæ Apostolus ponit in prima parte, oportet inuestigare quid Apostolus intendat. Intendit autē in ista parte Apostolus ostendere ꝙ mortui resurgūt & quòd erit eadem substantia. Vbi primo, ponit similitudines. Secundo, adaptat, ibi; *Sic etiam resurrectio mortuorum &c.* Tertio, probat, ibi; *Si est corpus animale &c.* Circa primū duo facit. Primo, ꝓponit similitudines in vna specie. Secundo, in diuersis speciebus, ibi; *Non omnis caro, eadem caro &c.* Circa primū sciendū est, ꝙ videmus in vna & eadē specie, ꝙ vna res ĩ via generationis habet diuersas qualitates & formas. sicut granum aliā formam & qualitatē habet quando seminatur, aliā quādo pullulat, aliam quando iam est in herba. Et ideo, ex hac similitudine Apostolus intendit ostendere qualitatem resurgentium. Vnde circa hoc tria facit. Primo, comparat ordinem seminationis ad pullulationem. Secundo, differentiam qualitatis in semine, & in pullulatione, ibi; *Tu quod seminas &c.* Tertio, causam qualitatis in pullulatione, ibi; *Deus autem &c.* Dicit ergo; *Insipiens &c.* Sed contra Mat. 5. Qui dixerit fatri suo Racha &c. Dicendum, quòd dominus prohibet dici fratri, Racha, seu fatue, ex ira, non ex correctione. Causa autem quare dicit insipiēs, est q̃a hæc obiectio contra resurrectionem, procedit ex principiis humanæ sapientiæ, quæ tandiu est sapientia, quandiu est subiecta sapientiæ diuinæ, sed quando recedit a Deo, tunc vertitur in insipientiam, vnde cum contradicat sapientiæ diuinæ, vocat eum insipientem. Quasi dicat; *Insipiens*, nonne quotidie experiris; *Tu*, quia; *Quod seminas in terra*; *Non uiuificatur*, idest vegetatur, *Nisi prius moriatur*, idest putrescat? Io. 12. Nisi granū frumenti &c. Ex hoc videtur apostolus facere comparationem, quòd quando corpus hominis ponitur in sepulchro in terra, tunc est quædam seminatio: q̃n vero resurgit, tunc est quædam viuificatio. Vnde ex hoc opinantur aliqui, resurrectionem mortuorum esse naturalem, propter hoc quòd apostolus hic resurrectionem comparat pullulationi seminis, quæ est naturalis. Opinantur enim in pulueribus resolutis in quos resoluuntur humana corpora, esse quasdam virtutes seminales actiuas ad corporum resurrectionem. Sed istud non videtur esse verum. Fit enim resolutio corporis humani in elementa, sicut & aliorum mistorum corporum: vnde pulueres in quos humana corpora resoluuntur, nullam aliam habent virtutē actiuam quàm alii pulueres, in quibus constat non esse aliam virtutem actiuam ad corporis humani constitutionem, sed solum in semine hominis: differunt autem pulueres in quos humana corpora resoluuntur ab aliis pulueribus, solum secūdum ordinationem diuinam, prout huiusmodi pulueres sunt ex diuina sapientia ordinati, vt iterum ex eis humana corpora reintegrentur. Vnde resurrectionis actiua causa, solus Deus erit, & si ad hoc vtatur ministerio angelorum, quantum ad puluerum collectionem. Propter quod Apostolus infra, modum resurrectionis exponens, attribuit sono tubæ, & supra attribuit Christo resurgenti, non autem alicui virtuti actiuæ in pulueribus. Non ergo intendit hic probare Apostolus, quòd resurrectio sit naturalis, per hoc, quòd semen naturaliter pullulat, sed intendit hic manifestare per exempla quædam, quòd non sit eadem qualitas corporum resurgentium, & corporum morientium: & primo per hoc, quòd non est eadem qualitas seminis & pullulationis, vt ex sequentibus manifeste ostendetur. Nam consequenter cum dicit; *Et quod seminas &c.* Ostendit qualitatem seminis, differentem esse a qualitate pullulationis, cum dicit; *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*, idest non quale futurum est seminas. Quod exponens subdit; *Sed nudum granum, puta, tritici uel alicuius caeterorum*, scilicet seminum, quia seminatur nudum semen, pullulat autem ornatum herba, & aristis & huiusmodi. Et similiter corpus humanū aliam qualitatē habebit in resurrectione, q̃ nunc habet, vt infra exponetur. Est tamen differentia inter resurrectionem humani corporis, & pullulationem seminis: nam surget idem corpus numero, sed habebit aliam qualitatem, sicut infra dicit Apostolus, quòd oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Et Iob. 19. dicitur, Quem visurus sum ego ipse, & non alius. Sed in pullulatione, nec est eadē qualitas, nec idem corpus numero, sed solū idem specie. Et ideo signāter Apostolus de pullulatione loquens dixit; *Non corpus quod futurum est, seminas*, dans intelligere ꝙ nō sit idem numero. Et in hoc opus naturæ deficit ab opere Dei. Nam virtus naturæ reparat idem specie, sed non idem numero: virtus aūt Dei reparare potest etiam idem numero. Et sic etiā ex hoc qđ hic dicitur, potest sumi probatio ad hoc ꝙ resurrectionem futurā fieri nō est impossibile, sicut insipiens obiiciebat: quia si natura ex eo ꝙ mortuum est potest reparare idem specie, multo magis Deus potest reparare idem numero: quia & hoc ipsum ꝙ natura facit, opus Dei est. Habet. n. hoc natura a Deo, ꝙ hoc facere possit. Et ideo consequenter describens qualitatem pullulationis, attribuit eam primum quidem Deo, secundo proportioni naturæ. Dicit autem primo; *Deus autem dat illi corpus sicut vult*, quia scilicet ex ordinatione diuinæ volūtatis procedit, ꝙ ex tali semine talis planta ꝓducatur, quæ quidem planta est quasi corpus seminis. Vltimus enim fru- A ctus plantæ, est semen. Et hoc, ideo attribuit operationi diuinæ, quia omnis operatio naturæ est operatio Dei. secundum illud supra. 12. Idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et hoc sic post considerari. Manifestum est enim, quòd res naturales absq; cognitione, operantur ad finem determinatum, alioquin nō semper vel in maiori parte eundē finem consequerentur. Manifestum est etiam, quòd nulla res cognitione carens in certum finē tēdit, nisi directa ab aliquo cognoscēte, sicut sagitta tendit ad certum signū ex directione sagittantis. Sicut ergo si aliquis videret sagittam directe tendere ad certum signum, quàmuis sagittantē non videret, cognosceret statim quòd dirigeretur a sagittante. ita cum videamus res naturales absq; cognitione tēdere ad certos fines, possumus ꝑ certo cognoscere, ꝙ operatur ex volunte alicuius dirigentis, quem dicimus Deum. Et sic dicit Apostolus quòd Deus dat semini corpus, idest ex semine producit plantam sicut vult. Sed rursus, ne aliquis crederet huiusmodi naturales effectus ex sola Dei voluntate prouenire absq; operatione & proportione naturæ, subiungit; *Et vnicuique seminum proprium corpus*, puta, ex semine oliuæ, generatur oliua, & ex semine tritici, generatur triticum. Vnde & Gen. 1. Germinet terra herbam virentem & facientem semen, iuxta genus suum. Sic ergo & in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgen- C tis, quæ tamen proportionabitur meritis morientis.

LECTIO VI.

NON omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Et corpora cęlestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cęlestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarū. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione, surget ĩ incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget ĩ virtute. Seminatur cor- B pus animale, surget corp⁹ spiritale.

LECTIO SEXTA.

HIC Apostolus ponit exemplū de diuersitate qualitatis corporis resurgentis, in diuersis speciebus. Et primo, comparando cælestia ad terrestria. Secundo, terrestria ad cælestia, ibi; *Sunt corpora cælestia &c.* Tertio corpora cælestia ad inuicem, ibi; *Alia claritas solis &c.* Quia posset aliquis dicere, qūo est possibile, ꝙ mortui resumant corpus & carnem, si non sint habituri eandem corporis qualitatem: ideo ad hoc excludendum, introducit diuersas qualitates corporis & carnis, vt sic manifestum sit, quòd non oportet si nōn erit eadem qualitas, ꝙ non resumatur idem corpus, vel eadem caro. Dicit ergo primo, ꝙ; *Non omnis caro est eadem caro*, ſm formam; *Sed alia* est caro; *Hominum, alia piscium, alia pecorum, alia volucrum &c.* Et similiter est alia morientis, & alia resurgentis: sicut autem exemplū superius inductū de semi- D ne & pullulatione deficiebat in hoc, ꝙ in seminatione, & pullulatione non est idem numero, nec eadē qualitates, ita hæc exempla deficiunt, quia in his exemplis, nec est eadē species, nec eadē qualitas: sed caro hominis resurgentis est eadē ſm speciē cū carne morientis, sed tñ erit alia ſm qualitatē. Erit. n. eiusdem naturæ, † sed alterius gloriæ: vt Greg. de corpore Christi dicit. Hom. 26. super. Eu. si quis aūt hæc quę dicta sunt ad diuersum statū resurgētiū referre vellet, posset dici, ꝙ per homines intelliguntur boni secundum rationem viuentes: secundum illud Ezec. 34. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Per pecora vero intelliguntur luxuriosi, secundum illud. 2. Pe. 2. Hi vero velut irrationabilia pecora & cætera. Per volucres, superbi, per pisces cupidi: secundum illud Psal. 8. Volucres cæli, & pisces maris &c. Ad idem autem introducit diuersitatem cælestium, & terrestriū coporum, cū subdit; *Sunt corpora cælestia*, vt sol, & luna, & huiusmodi; *Et sunt corpora terrestria*, vt ignis, aqua, &c. *Sed alia quidem* E *est gloria*, idest pulchritudo & decor; *Cælestium* corporum; *Alia autem terrestrium*, Eccl. 43. Species cæli, gloria stellarū. Et possunt per cælestia corpora intelligi contemplatiui. Phil. 3. Nostra cōuersatio in cælis est. Per terestria actiui, qui circa terrena occupātur. vnde Marthæ dictū est, Turbaris erga plurima. Lu. 10. Et ad idē vlterius introducit diuersam qualitatē cælestiū corporū, cū dicit; *Alia claritas solis &c.* Similiter inter stellas est differentia; *Stella enim differt &c.* Et potest intelligi per solem Christus, Malach. vlt. Orietur vobis timentibus nomen meū sol iustitiæ &c. Per lunam beata virgo, de qua Cantic. 6. Pulchra vt luna. Per stellas, adinuicem ordinatas, cæteri sancti. Iudith. 5. Stellæ manentes in ordine suo &c. Consequenter cum dicit; *Sic erit resurrectio mortuorum.* Adaptat prædicta exempla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est quantum ad literalem expositionem, quòd Apostolus hoc dicat ad designandum in resurgentibus generis diuersitatem, propter id quod præmiserat, Stella differt &c. Sed hoc refert ad omnia præcedentia, vt ostendatur ex omnibus præmissis, quòd sicut in rebus inueniūtur diuer-

ſæ qualitatis corporum: ita erit diuerſa qualitas reſurgentium a qualitate morientium. Vnde ſequitur, Seminatur corpus &c. Vbi Apoſtolus maxime oſtendit aliam eſſe qualitatem corporis morientis, & corporis reſurgentis. Et agit hic de corpore reſurgente glorioſo, cuius propriæ qualitates, dotes corporis glorioſi dicuntur. Quæ quidem ſunt quatuor, quas hic Apoſtolus tangit. Primo enim tangit dotem impaſſibilitatis, cũ dicit; *Seminatur ĩ corruptione &c.* Et quàmuis ſeminatio accipi poſſet pro prima corporis origine, ſecundũ quod generatur ex ſemine, tamen conuenientius eſt, ſecundum intellectum Apoſtoli, vt ſeminatio referatur ad mortem & ſepulturam, vt reſpondeat ei, quod ſupra dictum eſt. Quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Dicitur autem mors & reſolutio, ſeminatio, non quòd in corpore mortuo, vel in cineribus ex eo reſolutis ſit aliqua virtus ad reſurrectionem, ſicut eſt virtus actiua in ſemine ad generationem, ſed quia a Deo talis ordinatio eſt deputata, vt ex eo iterato reformetur corpus humanum. Sicut igitur corpus humanum quando ſeminatur, ideſt, quando moritur, eſt in corruptione, ideſt, ſecundum ſuam proprietatem eſt corruptioni ſubiectum, ſecundum illud Rom. 8. Corpus quidẽ mortuum eſt propter peccatum; *Sed reſurget in incorruptione.* Dicitur autem hic incorruptio, non ſolum ad excludendum ſeparationem animæ a corpore: quia hanc incorruptionem & corpora dãnatorum habebunt, ſed ad excludendum tam mortẽ quàm quãlibet noxiàm paſſionem, ſiue ab interiori ſiue ab exteriori. Et quantum ad hoc intelligitur impaſſibilitas corporis glorioſi: ſecundum illud Apoc. 7. Non eſurient, neque ſitient amplius &c. Secundo, tangit dotem claritatis, cum dicit; *Seminatur in ignobilitate*, ideſt, corpus quod ante mortem, & in morte eſt deformitatibus, & miſeriis multis ſubiectum: ſecundum illud Iob. 14. Homo natus de muliere &c. Sed; *Reſurget in gloria*, quæ claritatem ſignificat, vt Auguſt.† dicit ſuper Io. Erunt enim corpora ſanctorum clara & fulgentia, ſecundum illud Matt. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol &c. Tertio, tangit dotem agilitatis, cum dicit; *Seminatur in infirmitate*, ideſt, corpus animale, quod ante mortem eſt infirmum & tardum, & ab anima non facile mobile, ſecundũ illud Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Sed; *Surget in uirtute*, qua ſcilicet fiet, vt ex tãta virtute, ab anima moueri poſſit, vt in nullo difficultatem ad motum exhibeat, quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas, quanta fœlicitas, vt Aug. dicit. Vnde dicitur Sap. 3. de iuſtis, Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. & Eſ. 40. Qui ſperant in domino habebunt fortitudinem, aſſument pennas &c. Quarto, tangit dotem ſubtilitatis, cum dicit; *Seminatur corpus animale &c.* quam quidam ad hoc referre volunt, quòd corpori glorioſo, ſecundum hanc dotem competat, vt poſſit ſimul eſſe cum corpore non glorioſo in eodẽ loco. Quod quidem ſuſtineri poſſet, ſi corpori ſecundum ſtatum præſentem cõpeteret, quòd non poſſet ſimul cum alio corpore eſſe in eodem loco ſecundum aliquid, quod a corpore remoueri poſſet. Nunc autem, ſi diligenter conſideretur, quòd ſecundum hoc nihil aliud corpori competit, niſi ſecundum quod habet dimenſiones corporales. Vnde videmus corpora quantuncunque ſubtilia, non compati ſecum alia corpora, vt patet in aere & in igne: & vlterius, ſi eſſent corpora ſeparata omnino abſque materia, ſicut quidam poſuerunt, non poſſent ſimul cum corporibus naturalibus eſſe in eiſdem locis, vt Philoſophus dicit. Remanentibus igitur dimenſionibus in quocunque corpore, eſt contra ſuam naturam, quòd ſit cum alio corpore in eodem loco. Vnde ſi hoc aliquando contigit, erit ex miraculo. Propter quod Greg. † & Auguſt. miraculo aſcribunt, quòd corpus Chriſti, ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit. Nulla enim virtus terminata poteſt facere miraculum: hoc enim ſolius Dei eſt. Relinquitur ergo, quòd eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco, non poſſit eſſe ex dote ſeu ex qualitate corporis glorioſi: non tamen negandum eſt, quin corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Chriſti poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, cui corpus noſtrum in reſurrectione cõformandum ſperamus: ſed ſicut corpus Chriſti hoc habuit non ex proprietate corporis, ſed ex virtute diuinitatis vnitæ, ita corpus cuiuſlibet alterius ſancti hoc habebit, non ex dote, ſed ex virtute diuinitatis exiſtentis in eo. Per quem modum corpus Petri habuit, quòd ad vmbram eius ſanarentur infirmi, non per aliquam proprietatem ipſius. Eſt ergo dicendum, quòd ad dotem

Tract. 109.

Homil. 26. ſuper æua.

F ſubtilitatis pertinet; quod hic Apoſtolus tangit, dicens; *Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.* Quod quidam male intelligentes dixerunt, quòd corpus in reſurrectione vertetur in ſpiritum, & erit ſimile aeri aut vento, qui ſpiritus dicitur. Quod maxime excluditur per illud, quod ad apoſtolos dicitur Luc. vlt. Palpate & videte, qa ſpũs &c. Vnde & hic Apoſtolus nõ dicit, quòd reſurgat ſpiritus, ſed ſpirituale corpus. Ergo in reſurrectione ſpirituale erit, nõ ſpiritus, ſicut nũc eſt animale, nõ anima. Ad horum autẽ differentiã cognoſcendam conſiderandũ eſt, quòd vnum & idem in nobis eſt, quod dicitur & anima & ſpiritus: ſed anima dicitur ſecundum qd̃ perficit corpus, ſpiritus aũt proprie ſ̃m mentẽ, ſ̃m quam ſpiritualibus ſubſtantiis aſſimilamur: ſecundum illud Ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Item conſiderandũ eſt, q̃ triplex eſt differentia potentiarũ in anima: quædam.n. potentiæ ſunt, quarum operationes ad bonũ corporis ordinantur, ſicut generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Quædam vero ſunt, quæ quidem corporeis organis vtuntur; vt omnes potentiæ ſenſitiuæ partis: ſed earum actus ad corpus non ordinantur directe, ſed magis ad perfectionẽ animæ. Quædam vero ſunt potentiæ, quæ neq; vtũtur corporeis organis, neq; directe ad bonum corporis ordinantur, ſed magis ad bonũ animæ: ſicut quæ pertinent ad intellectiuam partem. Primæ ergo potentiæ pertinent ad animã, inquantum animat corpus: ſecundæ vero maxime pertinent ad animã, inquantum eſt ſpiritus: tertię vero medio modo ſe habent inter vtraſq; H quia tamen iudicium de potentia aliqua magis debet ſumi ex obiecto & fine, quàm ex inſtrumento, ideo ſecundæ potentiæ magis ſe tenent cum tertiis, quàm cum primis. Item conſiderandum eſt, q̃ cum vnaquæq; res ſit propter ſuam operationẽ, corpus ad hoc perficitur ab anima, vt ſit ſubiectum operationibus animæ. Nũc autem in ſtatu iſto, corpus noſtrum eſt ſubiectum operationibus, quæ pertinent ad animam, inquantum eſt anima, prout generatur & generat, nutritur, creſcit, & decreſcit. Quantum autem ad ſpirituales animæ operationes, corpus, licet aliquo modo ſubſeruiat, tamen multum impedimentum affert: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt dicitur Sap. 9. Sed in ſtatu reſurrectionis ceſſabunt operationes animales a corpore, quia non erit generatio, nec augmentũ, aut nutrimentũ, ſed corpus abſq; aliquo impedimẽto & fatigatione, in ceſſanter ſeruiet animæ ad ſpirituales operationes eius, ſecundũ illud Pſal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine &c. Sicut ergo nunc eſt corpus noſtrum animale, tunc vero erit ſpirituale. Cauſam autem harum proprietatum, quidam attribuunt luci, quam dicunt eſſe de natura quintæ eſſentiæ, & venire in compoſitionem humani corporis, quod quia friuolũ eſt & fabuloſum, ſequentes Auguſtinũ, dicimus, q̃ procedunt ex virtute animæ glorificatæ. Dicit enim Auguſtinus in epiſtola ad Dioſcorum† Epiſt. 56
Tam potenti natura Deus fecit animam, vt eius pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporũ promittitur ſanctis, redundet etiã in inferiorem naturam, quæ eſt corpus non beatitudo, quę fruentis eſt ꝓpria, ſed plenitudo ſanitatis, ideſt, incorruptionis vigor. Videmus autem ex anima quatuor corpori prouenire, & tanto perfectius, quanto anima fuerit virtuoſior. Primo quidem dat eſſe. unde quando erit in ſummo perfectionis, dabit eſſe ſpirituale. Secundo conſeruat a corruptione. unde videmus homines, quanto ſunt fortioris naturæ, minus a calore & frigore pati. K Cum ergo anima fuerit perfectiſſima, conſeruabit corpus omnino impaſſibile. Tertio, dat pulchritudinem & claritatem: infirmi enim & mortui propter debilitatem operationis animæ in corpus, efficiuntur diſcolorati: & quando erit in ſumma perfectione, faciet corpus clarum & fulgidum. Quarto, dat motum, & tanto facilius, quanto virtus animæ fuerit fortior ſupra corpus. Et ideo, quando erit in vltimo ſuæ perfectionis, dabit corpori agilitatem.

LECTIO SEPTIMA.

HIC Apoſtolus differentiam qualitatis corporum morientium, ad corpora reſurgentium ſupra exemplis oſtenſam, oſtendit ratione. Circa autem hoc, duo facit. Primo enim præmittit quod probare intendit. Secundo, præmiſſum probat, ibi; *Sicut ſcriptum eſt &c.* Dicit ergo primo. Dixi, quòd id quod ſeminatur animale, ſurget ſpirituale: & quòd hoc ſit verum, ſcilicet, quòd ſit aliquod corpus ſpirituale, oſtendo: quia ſi eſt corpus animale, eſt & ſpirituale: & non intendit Apoſtolus ex hoc arguere ad propoſitum, ſed hoc ſupponit, intendens probare ipſum quod dicit; *Si eſt corpus &c.* Eccl. 23. Intuere in omnia opera altiſſimi, duo contra duo, & vnum contra vnum; *Sicut ſcriptum eſt &c.* Hic probat propoſitum. Eſt autem ſua probatio talis. Duo ſunt principia humani generis. Vnum, ſecundũ vitam naturæ, ſcilicet Adam: aliud, ſecundum vitam gratiæ. ſ. Chriſtus: ſed animalitas eſt deriuatiua in omnes homines a primo principio, ſcilicet Adam, ergo conſtat quòd multo amplius a ſecundo principio, ſcilicet Chriſto, ſpiritualitas deriuabitur in omnes homines. Huius rõnis, primo probat primã diuerſitatem principiorum. Secundo, mediam. ſ. determinationem ſimilitudinis ex vtroq; principiorum ibi; *Qualis terrenus &c.* Circa primum tria facit. Primo, oſtendit principiorum differentiam. Secundo, principiorum ordinẽ ad inuicem, ibi; *Sed non prius quod ſpirituale &c.* Tertio, rõnis ordinẽ aſſignat, ibi; *Primus &c.* ponit ergo primo, conditionem primi principii, ſ̃m vitam naturæ, ſumens authoritatem. Gen. 2. Vnde dicit, Sicut ſcriptũ eſt; *Factus eſt* a Deo; *Primus homo Adam in animam uiuentem*, vita. ſ. animali, qualẽ anima pot dare, cum. ſ. ſpirauit dñs in faciem eius ſpiraculum vitæ, Gen. 2. Forma.n. humana, & anima dicitur & ſpiritus. Inquantum.n. intendit curæ corporis. ſ. vegetando, nutriendo, & generando, ſic dr̃ anima: inquantũ aũt intendit cognitioni. ſ. intelligẽdo, volendo, & huiuſmodi, ſic dr̃ ſpiritus. Vnde cum dicit; *Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem.* intendit hic Apoſtolus de vita, qua anima deſeruit circa corpus, non de ſpiritu ſancto, ſicut quidã fingunt; p̃ hoc quod præcedit, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, dicẽtes hoc eſſe ſpiritum ſanctũ. Secundo, ponit conditionẽ ſecundi principii dicens; *Nouiſſimus uero Adam* i. Chriſtus, & dicitur nouiſſimus, quia Adam induxit vnũ ſtatũ, ſcilicet culpæ, Chriſtus vero gloriæ & vitæ. Vnde cum poſt ſtatũ iſtum, nullus alius ſequat̃ in vita iſta, ideo dr̃ nouiſſimus Eſa. 53. Deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimũ virorũ. Et alibi. ſ. Apoc. 1. Ego primus & nouiſſimus. Et alibi, Ego ſum alpha & o &c. Dicit aũt Adam, quia de natura Adæ factus, in ſpiritum viuentem. Et ex hoc, conditionibus principiorum viſis, apparet eorum diuerſitas, quia primus homo factus eſt in animã, nouiſſimus in ſpiritum. Ille aũt in animam viuentem ſolum, iſte vero in ſpiritũ viuentem & viuificantẽ. Cuius rõ eſt: quia ſicut Adã conſecutus eſt perfectionem ſui eſſe per animam, ita & Chriſtus perfectionem ſui eſſe inquantum homo per ſpiritũ ſanctum. Et ideo, cum anima non poſſit niſi proprium corpus viuificare, ideo Adam factus eſt in animam, non viuificantem, ſed viuentẽ tantum: ſed Chriſtus factus eſt in ſpiritum viuẽtem, & viuificantẽ: & ideo Chriſtus habuit poteſtatem viuificandi Ioan. 1. De plenitudine eius &c. & Ioan. 10. Veni vt vitam habeant, & abũdantius habeãt. Et in ſimbolo. Et in ſpiritũ ſanctum viuificantẽ. Sed ne aliquis diceret, ſi Chriſtus factus eſt in ſpiritum viuificãtem, quare dr̃ nouiſſimus? Ideo conſequenter cũ dicit; *Sed non prius &c.* Oſtendit ordinem principiorum. Videmus.n. in natura, q̃ in vno & eodem prius eſt imperfectum quàm perfectũ. Vnde, cũ ſpiritualitas ſe habeat ad animalitatem, ſicut perfectũ ad imperfectum, ideo in humana natura non prius debet eſſe ſpirituale, quod eſt perfectum, ſed vt ſeruetur ordo, prius debet eſſe imperfectum, ſcilicet quod animale eſt: deinde perfectum, ſcilicet quod ſpirituale eſt: ſupra 13. Cum venerit quod perfectum eſt &c. Sicut dicit Augu.† Huius ſignum eſt, quòd primogeniti antiquitus conſueuerunt eſſe animales, ſicut Cayn ante Abel natus: Iſmael ante Iſaac: & Eſau ante Iacob. Rationem autem dictæ diuerſitatis aſſignat, dicens; *Primus homo &c.* quaſi dicat. vere primus homo factus eſt in animam viuentem, quia de terra. Gen. 2. Formauit Dominus hominem de limo terræ: & ideo dicitur eſſe terrenus, ideſt animalis: ſecundus homo, ſcilicet Chriſtus, factus eſt; *In ſpiritum uiuificantem*, quia de cœlo: quia diuina natura quæ fuit huic naturæ vnita, de cœlo eſt. Et ideo debet eſſe cæleſtis, ideſt, talem perfectionem debet habere, qualem decet de cœlo venire, ſcilicet perfectionem ſpiritualem. Ioan. 3. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Dicit autem primum hominem de terra, ſecundum modum loquendi, quo res de illo eſſe dicuntur: qu ia prima pars eſt in eorum fieri: ſicut cultellus dicitur de ferro, quia prima pars vnde eſt cultellus, eſt ferrum. Et quia prima pars vnde Adam factus eſt, terra eſt: ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de cœlo: non q̃ attulerit corpus de cœlo, cum de terra aſſumpſerit, ſcilicet de corpore beatæ virginis; ſed quia diuinitas (quæ naturæ humanæ

A vnita eſt, de cœlo venit, quæ fuit prior quàm corpus Chriſti. Sic ergo patet principiorum diuerſitas, quòd erat maior propoſitio rationis principalis. Conſequenter cũ dicit; *Qualis terrenus &c.* Oſtendit deriuationem ſimilitudinis horum principiorum ex vtroq; & primo in communi. Secundo, diuidit eam per partes, ibi; *Igitur ſicut portauimus &c.* Dicit ergo; *Qualis terrenus &c.* q.d. Primus homo, quia terren?, fuit & mortalis, iõ deriuatũ eſt, vt omnes eſſent & terreni & mortales: ſupra eodem. Et ſicut in Adam omnes moriuntur. Zach. 13. Adam exemplum meũ &c. B Quia vero fuit ſecundus homo cæleſtis, ideſt ſpiritualis & immortalis: ideo omnes, & immortales & ſpirituales erimus. Rom. 6. Sed complantati facti ſumus ſimilitudini &c. *Igitur ſicut portauimus &c.* Hic concludit, qualiter in ſpeciali debeamus conformari homini, ſcilicet cæleſti. Poſſumus autem dupliciter conformari cæleſti in vita, ſcilicet gratiæ & gloriæ, & vna eſt via ad aliam: quia ſine vita gratiæ, non peruenitur ad vitam gloriæ, & ideo dicit; *Sicut portauimus &c.* ideſt quandiu peccatores fuimus, in nobis fuit ſimilitudo Adæ. 2. Re. 7. Iſta eſt lex Adam domine Deus &c. Vt ergo poſſimus eſſe cæleſtes, ideſt peruenire ad vitam gloriæ; *Portemus imaginem cæleſtis*, per vitam gratiæ. Col. 3. Exuentes veterem hominem, induite nouum hominem, ſcilicet Chriſtum. Rom. 8. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes &c. Sic ergo debemus conformari cæleſti in vita gratiæ, quia alias non peruenietur ad vitam gloriæ. Et hoc eſt quod dicit; *Hoc autem dico fratres.* q.d. Niſi viuatis, ſcilicet uita gratiæ, non poteritis peruenire ad regnum Dei, ſcilicet ad C vitam gloriæ: Quia caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebũt. Quod quidem non eſt intelligendum, ſicut quidam Hæretici dicunt, quòd non reſurget caro & ſanguis ſecundum ſubſtantiam, ſed quòd totum corpus, uel uertetur in ſpiritum, uel in aerẽ, quod eſt hęreticũ & falſum: nam Apoſtolus dicit, quòd conformabit corpus noſtrum corpori claritatis ſuæ. Vnde cum Chriſtus poſt reſurrectionẽ habuerit carnẽ & ſanguinẽ, ſicut dicitur Lucę ultimo, Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet &c. conſtat quòd & nos in reſurrectione carnem, & ſanguinem habebimus. Non eſt intelligendum caro & ſanguis; ideſt ſubſtantia carnis & ſanguinis, regnum Dei non poſſidebunt, ſed caro & ſanguis, ideſt carni & ſanguini operam dantes, ſcilicet homines dediti uitiis & uoluptatibus, regnum Dei non poſſidebunt. Et ſic accipitur caro, ideſt homo carnaliter uiuens. Rom. 8. Vos autem non in carne &c. Vel caro & ſanguis, ideſt opera carnis & ſanguinis, regnum Dei non poſſidebunt, quod eſt contra Iudæos & Saracenos, qui fingunt ſe habituros poſt reſurrectionem uxores, fluuios mellis & lactis. Vel; *Caro & ſanguis*, ideſt corruptio carnis & ſanguinis; *Regnum Dei non poſſidebunt*, ideſt, poſt reſurrectionem, corpus non ſubiacietur corruptioni carnis & ſanguinis, ſecũdum quam uiuit homo. Vnde, & ſecundum hoc ſubdit; *Neq; corruptio incorruptionem poſſidebit*, ideſt neq; corruptio mortalitatis quæ nomine carnis hic exprimitur, poſſidebit incorruptionem, ideſt, incorruptibile regnum Dei, quia reſurgemus in gloria. Rom. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis &c.

omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.

LECTIO OCTAVA.

HIC Apoſtolus poſtquã reſpondit quæſtioni de qualitate reſurgentium: reſpondet cõſequenter quæſtioni, qua quærebatur de modo & ordine reſurgẽdi. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtẽdit modũ & ordinẽ reſurrectionis. Secundo, cõfirmat per authoritatẽ, ibi; *Cum autem mortale hoc &c.* Circa primũ duo facit. Primo enim proponit intentum. Secundo, oſtendit quo ordine fiat, ibi; *In momento, in ictu oculi &c.* Primo igitur reddit eos attentos, oſtendens id quod proponit eſſe arduum & occultum, dicens; *Ecce myſterium*, ideſt, occultum quoddam *Dico vobis*, ideſt, aperio uobis fratres, quod debet uobis aperiri, & omnibus credentibus. Lucę. 8. Vobis datum eſt noſſe &c. ſupra ſecundo. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et poſt, Sed loquimur Dei ſapientiam, quę abſcondita eſt &c. Quid autem ſit iſtud myſterium, ſubdit. Omnes quidem, &c. Circa primum ſciendum eſt, quòd ſicut Hieronymus dicit in quadam epiſtola ad Mineruium & Alexandrum monachos. † Hoc To. 3.
quod hic dicitur, Omnes quidem reſurgemus &c. In nullo libro Græcorum habetur, ſed in quibuſdam habetur, Omnes quidem dormiemus, ideſt omnes moriemur. Et dicitur mors ſomnus, propter ſpem reſurrectionis. Vnde idẽ eſt, ac ſi diceret;

De ciuitate dei lib. 15. cap. 1.

E

Secundo, ostẽdit quid alii faciãt ipsis, ibi; *Salutat uos ecclesia &c.* Circa primum duo facit. Primo, instruit eos de his quæ debẽt facere ad absentes. Secundo vero de his, quæ debent facere ad præsentes, ibi; *Vigilate, & state in fide &c.* Circa primum tria facit, Primo, instruit eos de his quæ pertinent ad absentes pauperes sanctos, q̃ sunt in Ierusalem. Secundo, de his quæ pertient ad Apostolum ibi; *Veniam ad uos cum &c.* Tertio, de his quæ pertinẽt ad discipulos, ibi; *Si autem ueneris &c.* Circa ea quæ debẽt fieri sanctis qui erant in Ierusalem, de tribus instruit eos Apostolus. Primo, qualiter eleemosyna sanctis facienda, sit colligenda. Secundo, qualiter sit conseruanda, ibi; *Vnusquisque autem uestrum &c.* Tertio, qualiter sit in Ierusalem transmittenda, ibi; *Cum autem præsens fuero &c.* Circa primum sciendum est, quòd sicut legitur. Act. 4. mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidem, venderent possessiones & omnia quæ habebant, & pretium ponerent ad pedes apostolorum, & de eis vnicuique (prout erat opus) prouideretur, vt sic nullus haberet propriũ, sed essent illa oia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum, omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contigit autem vt fame per valida exorta, pauperes sancti qui erãt in Ierusalem, inopia maxima laborarẽt: unde factum est, vt Apostoli ordinarent ad ipsorum subuentionem q̃ per alias ecclesias Christi collectæ fierent, & hæc cõmissio facta est Paulo & Barnabæ. Gal. 2. Dederũt mihi & Barnabæ &c. Et quia Aposto. super hoc solicitus erat, monebat illos, quos cõuerterat vt eis subuenirent, quia sicut ipse ad Ro. dicit, Iustum est vt a quibus spiritualia receperãt, tẽporalia ministrent. Et hoc est qd̃ dicit; *De collectis autem quæ fiunt* per ecclesias; *In sanctos.* i. in vsum sanctorũ & non quorũlibet. Eccl. 12. Da iusto & ne recipias peccatorẽ: non q̃ peccatoribus non sit aliquid dandũ, sed quia magis debet quis dare eleemosynam iusto indigenti q̃ peccatori; *Sicut ordinaui in ecclesia Galatiæ, ita & uos facite.* i. colligite; *Per unam*, scilicet, *Diem sabbati.* i. septimanæ. Et hoc ideo ordinatũ est, vt paulatim qualibet hebdomada aliquid paruũ soluerẽt, ne si simul totum soluissent, grauarentur. Et licet eis paululum videretur & quasi insensibile paulatim dare, tamẽ cõpleto anno, eleemosynæ in simul collectæ, magnæ erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum. s. dies Dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit Apostolus, quia iã inoleuerat cõsuetudo, vt populus in dominicis diebus ad Ecclesiã cõueniret. Leu. 23. Dies primus celeberrimus erit atq; sanctissimus &c. Et post. Est. n, cœtus atq; collectæ &c, De huiusmodi eleemosyna dicit, Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Et Eccl. 29. Eleemosyna viri quasi sacculus &c, Quia vero nõ solum debet apponi modus in colligendo, sed etiam in conseruando, ideo consequenter instruit qualiter collectæ conseruentur, cum dicit; *Vnusquisque autem uestrum &c.* In quo ostenditur maxima industria Apostoli ne aliqui crederent, q̃ Apostolus faceret collectas istas magis causa quæstus proprii, q̃ propter necessitatem sanctorum, ideo suspitionem hanc vitans, & quantum ad se, & quantum ad suos ministros, noluit dictam pecuniam a se, seu a suis ministris custodiri, sed ordinauit q̃ quilibet illud quod sibi placebat elargiri, reportaret domi, & cõseruaret seorsum, faciens sic per totum annũ. Et huius rẽ erat; q̃a Apostolus nolebat q̃ qñ veniret Corinthũ, vacarẽt collectis sed doctrinę & rebꝰ spiritualibus. Et ideo dicit; *Vt nõ cũ uenero &c.* Act. 6. Nõ est æquũ nos relinquere &c.

{ Notandum est ergo, quòd quilibet debet cauere sibi, ne videatur aliquid spirituale facere propter quæstum. & inde est quòd Dominus Matth. 10. voluit prædicatores nihil habere. Romanis etiam mos erat, vt nullus assumeretur ad Senatus officium, nisi prius probatus fuisset in officio Quæstoris, q̃a virtutis est magnæ, res tẽporales custodire.] qualiter autem debeant mitti in Ierusalem, subdit, dicens; *Cum autem præsens fuero &c.* q.d. Nec in hoc volo aliquos specialiter onerare; *Cum præsens fuero*, s. ad portãdum pecuniam, sed mittã illos quos probaueritis. i. approbaueritis mittendos, mittã, inquã; *Per epistolas*, idest cũ epistolis missis a vobis & a nobis, laudatoriis & commẽdatoriis, s. in quibus contineatur quantitas pecuniæ, cõmendatũ studium nostrum, & charitas. Mittã, inquã; *Perferre gratiam uestram.* i. quod gratis dabitis sanctis pauperibus in Ierusalem. 2. Cor. 8. Notam facimus vobis gratiam Dei &c. In Ierusalem. i. sanctis qui sunt in Ierusalem, & non solum mittam illos quos probaueritis; *Sed si dignum fuerit &c.* idest si magna quantitas fuerit; *Mecum ibunt*, in quo inducit eos ad bene & liberaliter soluendum. Rom. 15. Nunc igitur proficiscar Ierusalem ministrare sanctis &c. Consequenter Apostolus instruit eos de his quæ pertinent ad seipsum. Et circa hoc tria facit. Primo premittit eis suam præsentiam, dicens; *Veniam ad vos cum Macedoniam pertransiero &c.* Secundo dicit se facturum apud eos diutinam morã. Tertio, excusat suæ præsentię dilationẽ. Circa primum sciendum est, quòd sicut dicitur Acto. 16. Vir Macedo apparuit Apostolo cum esset in Troade, deprecans eum, & dicens ei. Transiens in Macedoniam libera nos. Vt ergo Apostolus iussa impleret, disposuit se Macedoniã iturum. Et quia Macedonia erat media inter Asiam & Achaiam, in qua est Corinthus: ideo dicit; *Cum per transiero in Macedoniam, veniam ad vos*, immo veniam ad vos inde, scilicet quia tunc ero vobis propior. Secundo, promittit se facturum apud eos diutinam moram, dicens, Apud vos forsitam manebo, idest moram contraham; *Vel etiam hyemabo*, idest per totam hyemen permanebo vobiscum, quia multa corrigenda sunt in vobis. Vel causam quare ad eos vadit, subdit, cum dicit; *Vt vos me deducatis quocunque iero*, Et dicit quocunq;, quia nesciebat determinate quo iret, nisi secundnm quòd spiritus sanctus inspirabat sibi. Deducatis, inquam, non defendatis me, sed vt doceatis vias. Tertio cum dicit; *Nolo enim vos &c.* Excusat dilationem suæ præsentiæ dupliciter. Vno modo, quia Corinthii possent dicere: non est necesse quòd tantum differas venire, & quòd primo vadas in Macedoniam, quia tu potes venire in Achaiam & permanere, ita quòd nõ transeas per Macedoniam. Et ad hoc dicit licet sic possem venire ad vos: tamen non diu possem manere vobiscum, quia statim oportet me esse in Macedoniam, vel redire in Asiam. Vnde quia nolo vos modo in transitu videre, ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquam moram contrahere vobiscũ; *Si dominus permiserit.* Dicit si dns pmiserit, quia forte vel antequam esset ibi, vel postquam iam esset ibi, dominus inspiraret ei quòd iret ad alium locum, vbi faceret maius bonum. Alio modo excusat se, & hoc videtur magis literale, quia oportebat eum diu manere apud Ephesum, quæ est in Asia, & ideo dicit; *Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecostem &c.* Forte hæc epistola missa fuit in hyeme, seu in vere, & tunc post Pentecostem debebat ire in Macedoniam & morari ibi vsq; ad hyemem, & tunc ire Corinthum & hyemare. Rationẽ autem quare volebat morari Ephesi vsq; ad Pentecostem, subdit cum dicit *Ostium autem &c.* idest magnum fructum facio in Epheso. Et dicit ostium esse apertum magnum, idest multa corda hominum ad credendum parata, *Et euidens*, quia sine cõtradictione. Col. 4 Orantes simul & pro nobis vt Deus aperiat nobis ostium &c. Sed quia sunt; *Multi aduersarii*, qui conantur impedire vel subintrare: si ergo absentarem me, tantus fructus posset: de facili impediri, ideo nolo recedere quousq; sitis bene firmati, Apoc. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum.

LECTIO II.

SI autem uenerit Timothæus, videte vt sine timore sit apud uos: opus .n. domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace ut ueniat ad me, Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo aũt fratre, uobis notum facio, quoniam multum rogaui eũ ut ueniret ad uos cũ fratribus: & utiq; non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret, Veniet autẽ cum ei uacuum fuerit. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & confortamini: omnia enim uestra in charitate fiant, Obsecro aũt uos fratres, nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniã sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: & ut uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti, & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim, & meum spiritum, & vestrum Cognoscite ergo, qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multũ Aquila, & Prisca, cum domestica sua ecclesia, apud quos, & hospitor. Salutãt vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dñm nostrũ Iesum Christũ, sit anathema maranata. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea, cũ omnibus vobis, in Christo Iesu Amen.

LECTIO SECVNDA.

HIc instruit eos de his quæ pertinent ad discipulos suos, Et primo de his quæ pertinent ad Timo. Secundo de his quæ pertinent ad Apollo, ibi; *De Apollo &c.* De Timothæo tria mandat. Primo vt secure custodiatur. Vnde dicit. *Si autem uenerit ad uos Timot.* videte, studeatis ut sine timore sit apud vos. Forte aliqua commotio fuerat ibi propter pseudoapostolos. 2. Corin. 7. Foris pugnæ, intus timores &c. Et hoc debetis facere quia opus domini operatur, sicut & ego, prædicando. 2. Timo. 4. Tu vero vigila, in omnibus labora. Secundo, vt in honore habeatur, & ideo dicit, Ne quis ergo illum spernat. Et ratio huius est forte, quia iuuenis erat. 2. Timo. 4. Nemo adolescentiam tuam spernat. Lucæ. 10. Qui uos spernit me spernit. Tertio, ut pacifice deducatur, & hoc est quod dicit; *Deducite autem illum &c.* Et ratio huius est, quia expecto illum cum fratribus qui sunt cũ eo; *De Apollo &c.* Iste est ille Apollo, de quo habetur Act. 18. quòd Iudæus quidam &c. & iste fuit in Achaiam, & fuit quasi specialis doctor eorum post Apostolum. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. & ut Glo. dicit, Episcopus erat. Et quia Cor. male se habuerãt, recesserat ab eis, & iuerat ad Apostolum.

Postmodum

Postmodum vero Cor. rogauerunt Apostolum, vt remitteret illuc ipsum, ad quod respondet eis, dicens De Apollo autem fratre, quem rogastis remitti ad vos, notum vobis facio tria. Primo præces in ea sibi factas, quoniam multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. Et dicit, rogaui eum, licet possit præcipere, quia magnis viris non de facili debet fieri præceptum 1. Tim. 5. Seniorem obsecra &c. Eccles. 32. Rectorem te posuerunt &c. Sed nũquid licuit sibi relinquere populũ suũ? Ad hoc dicendũ, q̃ sicut Gregorius dicit, quando omnes subditi male se habent, & nolunt corrigi, licet episcopo recedere ab eis. Vnde, qa isti erant tales, licuit ei. Vel dicendũ est, quòd forte non erat episcopus eorum, sed specialiter prædicauerat eis. Secundo, responsum Apollinis, quia renuit venire ad eos, ibi; *Et utique non fuit uoluntas eius ut nunc &c.* Et ratio huius est, quia forte nondũ erant bene correcti. Vel quia ipse erat in aliis arduis occupatus. Tertio, promittit eum aliquando ad eos iturum. Vnde dicit; *Veniet autem cum ei uacuum*, idest opportunum fuerit, scilicet, quando vos eritis correcti. Consequenter postquam instruxit eos, quid debeant facere absentibus, hic instruit eos qualiter se habeant ad præsentes. Circa hoc duo facit. Primo, ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes in communi. Secundo, quantum ad quosdam in speciali, ibi; *Obsecro autem uos fratres.* Instruit autem eos Apostolus in communi de tribus, scilicet, de fide de bona operatione, & de modo bene operandi. Sed tamen istis tribus præmittit vnum, quod est omnibus necessarium, idest solicitudo. Vnde dicit, Vigilate, & orate. Luc. 12. Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes &c. & Matt. 26. Vigilate, & orate &c. De fide ergo instruit, cum dicit; *State*, scilicet; *In fide*, Ephe. 6. State succincti &c. De bona operatione, cum dicit; *Viriliter*, idest fortiter agite, quia fides sine operibus mortua est, Iac. 2. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis, sed Deo: ideo subdit; *Et confortamini in domino.* Psal, 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum &c. De modo agendi, cum dicit; *Omnia uestra in charitate fiant*, idest omnia debent referri ad finem charitatis, scilicet, vt fiãt propter Deum, & proximum. Col. 3. Super omnia charitatem &c. Consequenter cum dicit; *Obsecro autem &c.* Instruit eos qũo se habeant ad quosdam in speciali. Et primo, quantum ad illos, qui videntur habere aliquam prærogatiuam in spiritualibus. Secundo, quantum ad illos qui in corporalibus operibus, ibi; *Gaudeo autem &c.* Dicit ergo; *Obsecro autem uos fratres nostis*, idest approbastis; *Domum Stephanæ, & Fortunati & Achaici:* Approbastis inquam, propter duo, & quia sunt primitiæ idest primo conuersi, quia ab ipso Apostolo in primis baptizati, supra 1. Baptizaui autem &c. Et quia magis deuoti, & prompti ad ministeria sanctorum. Vnde dicit; *Et in ministerio sanctorum ordinauerunt seipsos.* Rom. 12. Necessitatibus sanctorum &c. Et ideo obsecro vt & vos subditi &c. Heb. 12. Obedite præpositis &c. Et omni cooperanti. Phil. 4. Adiua eos, q̃ mecũ laborauerũt. Sap. 3. Bonorũ laborũ gloriosus &c. Hic instruit eos quãtum ad illos qui præeminent in ministeriis, & potest dupliciter exponi, Vno modo, vt dicatur, Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, Fortunati, & Achaici, qui sunt præsentes vobis, quorum præsentia, est vobis proficua. Quoniam ipsi id quod vobis deerat, suppleuerunt, docendo vos. Et in hoc quidem, refecerunt spiritum meum, inquantum gaudeo de bono vestro: & spiritum vestrum, inquantum instructi estis. Phil. 4. Gauisus sum valde, quia inueni &c. Et ideo, quia sic se habuerunt, ergo agnoscite, idest honorate eos &c. Alio modo, vt dicatur, Gaudeo ĩ pręsentia Stephanę, Fortunati, & Achaici, quia scilicet personaliter mecũ sunt, & seruiunt mihi, in quo supplent, quod deerat vobis, idest, quod vos non poteratis mihi corporaliter exibere. In quo quidem refecerunt spiritum meum, inquantum mihi seruierunt, & pauerunt me: & vestrum, inquantum de bono meo gaudetis, & ideo cognoscite &c. Salutat vos &c. Hic Apostolus insinuat, quid alii faciant Corinthiis. Et circa hoc duo facit. Primo, insinuat quomodo salutentur ab aliis. Secundo, subdit suam salutationem, ibi; *Salutatio mea &c.* Circa primum tria facit. Primo, insinuat quomodo salutat eos tota ecclesia Asiæ in communi. Vnde dicit; *Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ* Rom. vlt. Salutant vos oẽs ecclesiæ Christi. Secundo, qũo salutant eos specialiter hospites Pauli. Vnde dicit; *Salutant uos in domino multum Aquila &c.* Isti erãt hospites Apostoli, & de his habetur Ro. 16. Act. 18. Tertio qũo salutant eos apostoli, & familiares sui, Vnde dicit; *Salutant uos omnes fratres* qui scilicet mecum sunt. Phil. vlt. Salutant vos, qui mecũ sunt fratres. Ex quo ergo omnes salutant vos, & vos etiam salutate inuicem in osculo sancto, non libidinoso, quo mulier apprehensum deosculatur iuuenem. Proue. 7. Non fraudulento, quo Iudas osculatus est Christũ, Mat. 26. & Mar. 14. Salutatio &c. Hic suam salutationem subdit, & circa hoc duo facit. Primo, ponit titulum salutationis, dicens; *Salutatio mea*, scilicet scripta est manu mea Pauli. Et hoc faciebat in epistolis suis, propter quosdam, qui sub specie Apostoli, scribebant falsas literas, Vnde vt non deciperentur, postquam scripta erat epistola per aliquem, in fine consequenter scribebat Apostolus manu sua. Secundo, ponit ipsam salutationem, in qua primo, maledicit malis, dicens; *Siquis non amat &c. Anathema sit*, idest separatus vel excommunicatus, maranatha, idest dominus veniet, quasi dicat. Qui non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema in aduentu dñi. Sed nunquid sunt excõmunicandi, omnes qui nõ sunt in charitate? Respõdeo. Dicendũ, q̃ hoc intelligitur, siquis non amat dominum Iesum Christum, idest fidem Christi: & isti sunt hæretici, & sunt excommunicati. Vel siquis vsque ad finẽ mortis, non perseuerat in amore domini Iesu Christi. in aduentu erit separatus a bonis. Secundo benedicit bonis, bene optans eis, scilicet, gratiam Christi. cum dicit; *Gratia Domini nostri Iesu Christi.* Et hoc optans, optat eis omne bonum: quiæ in gratia domini nostri Iesu Christi, continetur omne bonum. Optat etiam eis charitatem suam, dicens; *Charitas mea &c.* Vt vos inuicem, & Deum diligatis ea charitate, qua ego vos diligo, & non propter aliquod aliud, nisi in Christo Iesu. i. propter amorem Christi; *Amen.* Idest fiat.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER SECVNDAM EPISTOLAM
S. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

PROLOGVS S. THO.

MINISTRI Dei nostri dicetur vobis. Esai. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius secundæ epistolæ ad Corinthios. Nam in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramentorum, tam bonis, quàm malis. Ratio autem hanc epistolam scribendi fuit, quòd Corinthii post prædicationem eius admiserant pleudo apostolos, quos Apostolo preferebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolam, in qua cõmẽdat Apostolos & ostendit verorum apostolorum dignitatem: ostendit etiam & vituperat falsorum apostolorum falsitatem: commendat autem verorum apostolorum dignitatem, ex hoc quòd sunt ministri Dei. Ministri (inquit) Dei dicetur vobis, scilicet apostolis, qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria. Primo, quantum ad dispensationem sacramentorum 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt mini. &c. Christus enim institutor est sacramentorum, sed Apostoli & eorum successores ea dispensant, & ideo subditur in prædicta authoritate, & dispensatores mysteriorum Dei. Secundo, quantum ad gubernationem, scilicet inquantum gubernant populum Dei. Sap. 6. Cum essetis ministri, non recte iudicastis &c. Deus enim gubernat omnia per prudentiam. Vnde quicunque aliquid gubernat, dicitur minister Dei. Tertio, quantum ad humanæ salutis operationem, inquantum, scilicet eorum ministerio & prædicatione, homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis solus Deus est author, quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat: Apostoli vero ministri 1. Cor. 3. Quid ergo est Apollo? quid Paulus? ministri eius, cui credidistis &c.

CAPIT. 1. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi p uoluntatẽ Dei: & Timotheus frater: ecclesię Dei quæ est Corinthi cũ omnibus sanctis, qui sunt in uniuersa G Achaia: gratia uobis & pax a Deo patre nostro & dño Iesu Christo.

LECTIO II.

BENEDICTVS Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni præsura sunt per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo: quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christnm abundat consolatio nostra.

LECTIO III.

SIVE autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas B tæderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quẽ speramus, quoniã & adhuc eripiet adiuuantibus uobis in oratione pro nobis: ut ex multarũ psonis facierũ, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

CAPVT I. 93

eundo, cap. ibi; *Statui autem &c.* Circa primum duo facit. Primo enim reddit eos beneuolos. Secundo, excusationem ponit, ibi; *Et hæc confidentia &c.* Circa primum duo facit. Primo, captat eorum beneuolentiam recitando quædam in generali. Secundo quędam in speciali, ibi; *Non enim &c.* Beneuolentiam autem eorum captat Apostolus ostendendo, ꝙ quicquid facit, totum facit ad eorum vtilitatem. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit vtilitatem quæ ex ipso aliis prouenit, Secundo, rationem eorum assignat, ibi; *Quoniam sicut abundant &c.* Circa primum tria facit. Primo enim ponitur gratiarum actio. Secundo, actionis gratiarum modus, ibi; *Qui consolatur &c.* Tertio, causa, ibi; *Vt possimus & ipsi consolari.* Agit ergo gratias toti trinitati a qua prouenit omne bonum, Et ideo dicit; *Benedictus Deus* idest tota trinitas. Item personæ patris, cum dicit; *Et pater domini nostri Iesu Christi*, per quẽ. s. Christum, pater nobis omnia donauit. Sed sciendum, quòd nos benedicimus Deum, & Deus benedicit nobis, sed aliter, & aliter. nam dicere Dei, est facere. Psal. 150. Dixit & facta sunt. Vnde benedicere Dei est bonum facere, & bonum infundere: & sic habet rationem causalitatis, & Gen. 1. & 22. Benedicens benedicam tibi &c. Dicere autem nostrum non est causale, sed recognoscitiuum, seu expressiuum. unde benedicere nostrum, idem est quòd bonum recognoscere. Cum ergo gratias agimus Deo, benedicimus sibi, idest recognoscimus eum bonũ & datorẽ omniũ bonorũ. Tob. 12. Benedicite Deum cœli &c. Dan. 3. Benedicite omnia opera &c. Recte ergo gratias agit patri, quia misericors est. Vnde dicit; *Pater misericordiarum.* Et quia consolator. unde dicit; *Et Deus totius consolationis.* Et agit gratias de duobus, quibus homines maxime indigent. Primo enim indigent vt auferantur ab eis mala: & hoc facit misericordia, quæ aufert miseriam: & misereri est proprium patri. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum &c. Secundo, indigent vt sustententur in malis quæ adueniunt. et illud est proprie consolari, quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quando superueniunt mala, non subsisteret. Tunc ergo aliquis consolatur aliquem, quando affert ei aliquod refrigerium, in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis homo possit in aliquo consolari & quiescere & sustentari, tamen solus Deus est, qui nos consolatur in omnibus malis. & ideo dicit; *Deus totius consolationis*: quia si peccas, consolatur te Deus, quia ipse misericors est. Si affligeris, consolatur te, vel eruendo ab afflictione per potentiam suam, vel iudicando per iustitiam. Si laboras, consolatur te remunerando. Gen. 15. Ego merces tua &c. Et ideo dicitur Matth. 5. Beati qui lugent &c. Materiam autem gratiarum actionis subdit, dicens; *Qui consolatur &c.* quasi dicat. Ideo benedictus, quia; *Consolatur nos in omni tribulatione*, infra 7. Qui consolatur &c. Causam autem huius ponit cum dicit; *Vt possimus & ipsi consolari.* Vbi notandum est, quòd in donis diuinis est ordo. Ad hoc. n. Deus dat aliquibus specialia dona, vt ipsi effundãt illa in vtilitatem aliorum. non enim dat lumen Soli vt sibi soli luceat, sed vt toti mundo. Vnde vult quòd de omnibus bonis nostris, siue sint diuitiæ, siue potentia, siue scientia, siue sapientia, accrescat aliqua vtilitas aliis. 1. Pet. 4. Vnusquique gratiam quam accepit &c. Hoc est ergo quod Apostolus dicit; *Consolatur nos in omni tribulatione* Sed quare? nõ vt solũ nobis hoc sit ad bonũ, sed vt ẽt aliis ꝓsit. Vnde dicit; *Vt possimus & ipsi consolari eos &c.* possumus. n. cõsolari alios per exẽplũ. cõsolationis nostræ. qui enim non est consolatus, nescit consolari. Eccle. 34. Qui non est tentatus, qualia scit quæ sunt in omni, idest in qualibet præsura. Esa. 61. Spiritus domini mi sit me &c. vt consolarer omnes lugentes &c. Eccle. 48. Consolatus est lugentes &c. Possumus, dico consolari per exhortationem ad tolerantiam passionum, promittendo præmia æterna, qua scilicet exhortamur vos ꝑ scripturas & internas inspirationes, vt patienter sustineamus, & alios exhortemur exemplo nostro & per ipsas scripturas. 1. Corint. 11. Ego enim accepi a domino &c. Esa. 21. Quæ audiui a domino &c. Posita vtilitate quæ ex Apostolis aliis prouenit, dictorum consequenter rationem asignat, dicens; *Quoniam sicut abundant &c.* Et quia duo dixerat, scilicet quòd Deus consolatur nos in omni tribulatione quòd possimus & ipsi &c. Hic rationem horũ duorum exponit, & primo ostendit quomodo Deus consolatur nos in omni tribulatione. Secundo, quomodo consolatio nostra conuertitur in consolationem aliorum, ibi; *Siue autem tribulamur &c.* Dicit ergo: recte dico quòd consolatur nos in omni tribulatione nostra; *Quia secundum quod abundant passiones Christi in nobis &c.* dicit Christi, idest inchoatæ a Christo. Ezechi. 9. A sanctuario meo icipite. In Christo enim inceperunt passiones pro peccatis nostris, quia ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum 1. Pe. 2. Deinde per Apostolos, qui dicebant, Mortificamur tota die, Psal. 43. &c. Deinde per martyres qui secti sunt, tentati sunt &c. Hebræo. 11. Vltimo ipsi peccatores pro suis peccatis patienter iram domini portabunt, quia peccauerunt ei. Vel passiones Christi, idest quas sustinemus propter Christum. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. & Psal. 43. Propter te mortificamur &c. Sicut, inquam huiusmodi; *Passiones abundant*, sic; *Abundat per Christum consolatio nostra*, Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum &c.

LECTIO PRIMA.

DE istis ergo ministris tractat hîc Apostolus, ostendens in hac epistola eorum dignitatem etiam scribens Corinthiis. In qua quædam præmittit. Primo, salutationem. Secundo, prosequitur epistolam, ibi; *Benedictus Deus &c.* In salutatione autem tria ponit. Primo enim describit personas salutantes. Secundo, personas salutatas, ibi; *Ecclesiæ quæ est &c.* Tertio, bona optata, ibi; *Gratia uobis &c.* Circa primum, primo describitur persona salutans principalis, quia Paulus. Secundo, persona adiuncta, quia; *Thimotheus.* Persona salutans describitur ab humilitate, quia Paulus (qui latine dicitur modicus) Iste est ille modicus de quo Esa. 60. Minimus erit in mille &c. Vel a doctrina, quia Paulus dicitur os tubæ. Ista est illa tuba de qua Zach. 9. Dominus in tuba canet &c. Et competit quod dicitur. Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. A dignitatis authoritate, quia *Apostolus &c.* Vbi tria ponuntur. Primo, quòd sit legatus. Vnde dicitur Apostolus, idest principaliter missus. Soli enim duodecim Apostoli electi missi sunt a Christo. Lucæ 9 Elegit duodecim quos & Apostolos &c. Alii autẽ discipuli non missi sunt principaliter sed secunduario. Et inde est, quòd apostolis succedunt episcopi, qui habent specialem curam gregis domini. Alii autem sacerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis qui gerunt vices cõmissas sibi ab episcopis. Est ergo eius dignitas, quia; *Apostolus* 1. Cor. 9. Si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro &c. Sed quare vocat se hic Apostolum dicens, Paulus apostolus, cum in epistola ad Romanos scribit se seruum? Ratio huius est, quia Romanos reprehendit de dissensione & superbia quæ est mater dissensionis, quia inter superbos semper iurgia sunt. Vnde vt eos reuocet a dissensione, inducit eos ad humilitatem vocando se seruum. Corinthii vero erant pertinaces & rebelles, & ideo vt reprimat eorum proteruiam, vsus est hic nomine dignitatis, dicens se Apostolum. Secundo, ponitur cuius sit legatus, quia; *Iesu Christi*, infra 5. Pro Christo legatione fungimur. Tertio, ponitur modus quo adeptus est legationem, quia non iniecit se vt pseudo. Hiere. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant. Non est datus populo ex diuino furore, iuxta illud Iob. 34. Qui facit regnare hypochritã &c. Oseæ 12. Dabo tibi regem, sed in furore meo. Est adeptus apostolatum ex voluntate Dei & beneplacito. Act. 9. Vas electionis est mihi iste. Et ideo dicit; *Per uoluntatem Dei.* Persona autem adiuncta est Timotheus. Vnde dicit; *Et Timotheus frater.* Frater, inquam, propter fidem Matth. 23. Omnes vos fratres estis &c. Et propter dignitatem, quia Episcopus: & inde est, quòd Papa vocat omnes episcopos fratres. Connumerat autem sibi Timotheum, quia cum ipse transisset per eos, sicut dixit in prima Epistola vltimo cap. possent credere, quòd malitiose retulisset Apostolo ea de quibus ipse scribit ad eos. Consequenter ponuntur personæ salutatæ; & primo, principales: secundo, adiunctæ principalibus, in hoc quod dicit; *Ecclesiæ Dei*, quæ est totus populus fidelis tam clerici, quàm laici 1. Timo. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari; *Quæ est Corinthi*, quia Corinthus erat metropolis Achaiæ. Sed adiunctæ personæ sunt omnes sancti, qui sunt vnius spiritus sancti gratia renati 1. Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati &c. *Qui sunt in Achaia*, cuius metropolis est Corinthus. Istis autem personis salutatis optat Apostolus bona. unde dicit, *Gratia uobis &c.* & circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsa bona. Secundo ipsorum authorem ibi; *A Deo patre &c.* Ponit autem ista duo extrema bona, vt in eis intelligantur media. Primũ enim bonum est gratia, quæ est principium omnium bonorum. nam ante gratiam nihil est nisi diminutum in nobis. Vltimum autem omnium bonorum est pax, quia pax est generalis finis mentis. nam qualitercunque pax accipiatur, habet rationẽ finis & in gloria æterna, & in regimine, & in conuersatione finis est pax. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Quis autem sit author horũ bonorum ostendit, subdens; *A Deo patre &c.* Et hæc duo possunt dupliciter distingui, quia cum dicit a Deo patre, potest intelligi pro tota trinitate. nam licet persona patris dicatur pater Christi per naturam, tamen tota trinitas est pater noster per creationem & gubernationem. Esa. 63. Et nunc Domine pater noster es tu. Hie. 3. Patrem vocabis me. A Deo ergo patre nostro, idest a tota trinitate proueniunt bona. Matth. 7. Si vos cum sitis mali &c. Sed si Deus pater noster accipiatur pro tota trinitate, quare additur persona filii, cum dicit; *Et domino Iesu Christo*, nunquid est alia persona a trinitate? Dicendum, quòd additur non propter aliam personam, sed propter alia naturam, scilicet humanitatis assumptæ a filio in personam diuinam: quam quidem trinitati connumerat, quia omnia bona proueniunt nobis a trinitate per incarnationem Christi. Et primo, gratia. Io. 1. Gratia & veritas &c. Secundo, pax. Ephesio. 2. Ipse est pax nostra &c. Item cum dicit; *A Deo patre nostro.* Potest intelligi persona patris solum, & licet tota trinitas sit pater noster vt dictum est, tamen persona patris est pater noster per appropriationem, & sic hoc, quod dicit; *Et domino Iesu Christo*, intelligitur de persona filii. De persona autem spiritussancti non fit hic mentio, quia sicut dicit; *Augustinus*, cum sit nexus patris & filii vbicunque ponitur persona patris & persona filii, intelligitur persona spiritussancti.

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistola, in qua Apostolus duo facit. Primo enim excusat se De eo quòd non iuerat ad eos, sicut promiserat. Secundo, prosequitur intentionem suam cap. 3. ibi; *Incipimus iterum &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit excusationem de mora. Secundo, moræ assignat causam, secundo

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus ostendit quòd Deus consolatur seruos suos in tribulationibus, scilicet ministros fidei & prędicatores: hic consequenter manifestat, quòd eorum consolatio cedit ad bonum aliorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eorum consolatio sit ad aliorum vtilitatem & salutem. Secundo ordinem huius consolationis & salutis insinuat ibi; *Quæ operantur tolerantiam &c.* Circa primum aduertendũ est, quòd tria dicit Apostolus se recepisse. Tribulationem, cum dicit, In omni tribulatione nostra. Consolationem cum dicit, Qui consolatur nos. Exhortationem, cum subdit; *Vt possimus & ipsi &c.* Accipiendo ergo hæc tria passiue dicimus, quòd Apostoli consolantur, tribulantur, & exhortantur. Vnde & tria ostendit Apostolus cedere ad cõsolationem aliorum: & hoc in quodam ordine. Et primo eorum tribulationem, cum dicit; *Siue*, inquit, *tribulamur &c.* Quasi dicat, vere quicquid recipimus est in bonum vestrum: quia siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, quia scilicet nostro exemplo monet vos Deus ad passionum tolerantiam, vnde prouenit vobis salus æterna. Vnde. 1. Mach. 6. legitur, quod ostenderunt Elephantis sanguinem vuæ, & mororum, vt acuerent eos ad bellum. quod fit, quando tepidis & pigris adhibentur passiones sanctorum in exemplum. Secundo, ostendit, quòd eorum consolatio in aliorum vtilitatem cedit, cum dicit; *Siue consolamur.* quasi dicat: ipsa nostra consolatio, qua nos, spe præmii consolamur, est ad consolationem vestram, inquantum exemplo nostro vos etiam eandem spem præmii habentes, gaudetis. Tertio, ostendit quòd eorum exhortatio passiua est ad bonum aliorum, dicens; *Siue exhortamur* per internam inspirationem, vel per flagella, hoc est pro vestra exhortatione, scilicet vt vos ad maiora animemini, & salutem speretis. unde dicitur. 2. Mach. vltimo, quòd exhortati sermonibus Iudæ &c. *Adiuuantibus autem nobis &c.* Huius autem consolationis & salutis ordinem insinuat, cum subdit; *Quæ operantur tolerantiam &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo, manifestat fructum qui ex patientia prouenit, ibi; *Vt spes firma &c.* Dicit ergo. Dico, quòd hæc ad vestram salutem cedunt, quæ salus est vobis in hoc, inquantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantiã passionum, & vt patienter sustineatis passiones quas

& nos

& nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 5. Exemplum accipite fratres mei &c. Ex qua quidem patientia prouenit vobis fructus: quia ex hoc spes nostra firma est pro vobis, q̃ vos efficiamini hæredes vitæ æternæ. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia vero spem. Greg. Tãto spes in Deum solidior surgit, quãto quis grauiora pro nomine eius pertulerit. Nam ex passionibus quas sustinent sancti Dei pro Christo, consurgit eis spes vitæ æternæ: & causa spei huius est, quia sumus sciẽtes, quia sicut estis socii nostri in passionibus, eritis socii & consolationis, idest vitæ æternæ 2. Tim. 2. Fidelis sermo. nam si cõmortui sumus, & conuiuemus &c. 1. Pet. 4. Cõmunicantes Christi passionibus, gaudete &c. Cõsequenter cũ dicit; *Non enim uolumus uos* Captat eorũ beniuolentiã, recitando quædã in speciali. Et circa hoc tria facit. Primo, n. describit persecutionem quã passus est in Asia. Secundo speciale ei consolationem collatã, ibi; *Qui de tantis*. Tertio subdit consolationis causam, ibi; *Nam gloria &c.* Dicit ergo primum. Non solũ ea quæ dicta sunt de tribulationibus in generali, bonum est vos scire, sed; *Non uolumus uos ignorare*, quia scire est vtile vobis inq̃tũ exemplo nostri patientiores estis; *Nolumus*, inquam; *Vos ignorare de tribulatione nostra &c.* Tren. 3. Recordare paupertatis meæ &c. Hæc est illa persecutio de qua legit. Act. 19. quæ facta est Apostolo ab Asiano quodam argentario, concitante plebem contra eũ, quam quidẽ Apostolus exaggerat a tribus. Ex loco, quia in Asia, & hoc est qd̃ dicit; *Quæ*. s. tribulatio; *Facta est in Asia*. i. apud Ephesum, quæ est in Asia, vbi debuisset magis honorari & cõsolari. Ex acerbitate, quia supra consuetudinẽ humanarum passionũ, & ideo dicit; *Quoniam supra modum sumus &c.* Item; *Supra posse*, & ideo dicit *Supra uirtutem*. Sed cõtra. 1 Cor. 10. Fidelis Deus qui nõ patietur vos tẽtari supra &c.

Respondeo. Dicẽdũ q̃ pati supra virtutem potest intelligi dupliciter: uel supra virtutem naturalẽ, & de hac loquitur hic, supra quã Deus aliquando permittit sanctos tentari: uel supra virtutem gratiæ, & de hac intelligitur illud 1. Corint. 10. Fidelis Deus &c. supra quã non permittit aliquem Deus tentari. Et q̃ Apostolus loquatur hic de virtute naturali, ostẽdit consequenter cum dicit; *Ita ut tæderet nos uiuere*. Constat. n. quòd inter alia, viuere magis desideratur. quãdo ergo est tanta persecutio, vt & ipsa vita reddatur tædiosa, manifestum est, q̃ est supra virtutem naturæ. & hoc est qd̃ dicit. *Ita ut &c.* q.d. Sic erat grauis persecutio, vt vita esset nobis tædiosa. Iob. 10. Tædet animam meã vitæ meæ. Contra, Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei &c. Respondeo. Dicendum q̃ tribulatio potest considerari dupliciter. uel ẽm se, & sic est tædiosa: vel in comparatione ad finem, & sic est iucunda, inquantũ p̃p Deum & spem vitæ æternæ sustinetur. Et non solum erat nobis tædiosa vita, sed eramus certi de morte. unde dicit; *Sed ipsi in nobis responsum mortis*. i. certitudinem mortis; *Habuimus*. q.d. Opinio mea dictabat mihi hoc, q̃ deberem mori. Vel aliter, responsum mortis. i. ipsa ratio diceret & eligeret mori propter tædium vitæ Exaggerat etiã tribulationem ex causa. unde dicit; *Vt non simus in nobis &c.* s. vt reprimatur humana superbia Hier. 16. Domine fortitudo mea & robur &c. Sed in omnibus confidamus de Deo. Hie. 17. Bene dictus qui confidit in domino &c. Et ideo dicit; *Sed in Deo qui suscitat &c.* 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat. Sed q̃a dñs non relinquit sperantes in se, ideo subdit Apostolus consolationem ei factam a domino, dicens; *Qui de tantis periculis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, describit cõsolationem præsentem, contra mala præterita. Secundo, consolationem futuram. Tertio causam spei dicit. Dicit ergo. Cõsolati sumus a Deo qui eripuit nos in præterito de tantis periculis & eruit in præsenti quia non cessat liberare. Esa. 43. Cũ trasieris per aquas &c. In quẽ speramus q̃m eripiet, & adiecit in futuro. Eccl. 2. Qui timetis dñm sperate in illum. Huius aũt spei causam, nobis præbẽt orationes vestræ. Vnde dicit; *Adiuuantibus uobis nos in orationibus* quas pro nobis facitis. Prou. 18. Frater qui iuuat a fratre &c. Ro. 15. Obsecro vos fratres per dñm Iesum Christũ, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris &c. Quæ quidẽ orationes necessariæ sunt, quia Deus multa bona confert vni ad præces multorum: cuius ratio est, quia Deus de bonis quæ confert vult exhiberi sibi gratias, & quòd multi ex hoc teneantur ad gratiarum actiones. hoc aũt fit quando ex eo quod dat vni ad præces multorum, obligat sibi omnes ad quorum præces confert bonum aliquod, vt sic non solum ille cui confert, sed etiam ipsi rogantes gratias referant Deo. Et hoc est quod dicit; *Vt ex multarum personis*. Et dicit; *Ex multarum facierum*, vel quantum ad ætatẽ, vel quantũ ad conditionem, vel quantum ad diuersitatem gentium vel morum. ; *Eius quæ in nobis est donationis*, idest pro illa donatione, scilicet fidei quæ in nobis est. *Per multos agantur gratiæ Deo pro nobis*. Ephe. 5. Gratias agentes Deo & patri. Vel aliter. Vt ex multarum personis facierum, idest conditionum personis. *Dico eius donationis quæ est in nobis*, idest quę habent idẽ donum, scilicet fidei vel charitatis. i. ex multis psonis illorũ, qui sunt in fide Christi; *Agantur &c.* Et sic secundũ hanc expositionẽ p diuersas facies, intelliguntur diuersæ uirtutes, vt facies vnius dicatur illa virtus in qua præeminet: sicut facies Iob, patientia: facies Dauid, humilitas, & sic de aliis.

LECTIO IIII.

NAM gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & in sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autẽ ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.

LECTIO QVARTA.

POSITA consolatione Apostolo a Deo facta post persecutionem, hic consequenter consolationis causam assignat, quę est de spe diuini auxilii. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit causam spei. Secundo, adducit ad hoc testimonium eorum, quibus scribit, ibi; *Non enim alia &c.* Dicit ergo, Dico quòd speramus adhuc eripi a domino & consolari; *Nam gloria &c.* q.d. causa huius est bona conscientia nostra. Spes enim est expectatio futurorum ex gratia & meritis prouenientes. Vnde & circa hoc tria facit. Primo, ostendit gloriam quàm habet de testimonio puræ conscientiæ. Secundo, causam huius gloriæ insinuat, ibi; *Quod in simplicitate*. Tertio, manifestat vnde prouenit hæc causa, ibi; *Et non in sapientia carnali*. Dicit ergo. Ideo spero & confido de Deo; *Quia gloria nostra*, idest glorior ex testimonio & puritate; *Conscientiæ nostræ*: ex quibus secure potest considere de Deo. 1. Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit &c. Rom. 8. Ipse spiritus testimonium &c. Notandum autem, quòd conscientiæ testimonium verum est, quia non decipit. Multi enim exterius videntur boni, qui in conscientia sua non sunt boni, & semper durat. Sed non dicit conscientiæ aliorum, sed nostræ, quia semper homo plus debet stare testimonio cõscientiæ suæ de se, quàm testimonio aliorum, quod non faciunt illi, qui reputant se bonos ex hoc, quòd alii sunt mali, non ex hoc, quòd ipsi in veritate boni sint. & illi qui gloriantur de bonitate alicuius boni viri, qui eis aliqua affinitate coniungitur. Causam autem huius gloriæ insinuat, dicens, quòd *In simplicitate &c.* quę cõsistit in duobus. In duobus enim consistit puritas conscientiæ, vt scilicet ea quæ facit sint bona, & quòd intentio facientis sit recta: & ista dicit Apostolus de se. Primo, quòd habet intentionẽ rectam ad Deum in operibus suis, & ideo dicit; *Quod in simplicitate*, idest in rectitudine intentionis. Sapien. 1. In simplicitate cordis &c. Prouerb. 11. Simplicitas iustorum &c. Secundo, q̃ ea quæ facit sunt bona, & ideo dicit; *Et sinceritate operationis*. Phil. 1. Vt sitis sinceres & sine offensa, Vnde autem proueniat huius gloriæ causa, manifestat subdens. Sed non in sapientia carnis. Hoc potest dupliciter legi. Primo, vt referatur ad hoc, quòd immediate præcedit, scilicet Dei. Et tunc est insinuatiuum, vnde veniat ei sinceritas & simplicitas, quasi dicat. Multi antiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena, sicut Philosophi, & multi Iudæi pure vixerũt confidentes in iustitia legis, sed nos non in sapientia carnali, quę secundũ naturas rerum, vel desideria carnis est, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, Rom. 8. Prudentia carnis mors est &c. 1. Corint. 2. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis &c. 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Vel etiã secundum hunc modum; *Non in sapientia &c.* idest quasi innixus humanæ sapientiæ, sed gratiæ Dei. Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Alio modo potest exponi, vt hoc quod dicit; *In simplicitate &c.* referatur ad puritatem vitæ: hoc vero quod dicit; *Non in sapientia &c.* referatur ad veritatem doctrinæ, quasi dicat. sicut vita nostra est in simplicitate & sinceritate Dei, sic doctrina nõ est in sapiẽtia carnali, sed in gratia Dei. Sed tamen duæ primæ magis valent. Et licet sic bene conuersati simus in mundo isto, tñ abundantius quantum ad vos, quia scilicet ab aliis ecclesiis receperat sumptus, ab eis non, infra. 11. Alias ecclesias expoliaui. Et ratio huius potest esse, quia auari erant: unde ne contristaret eos, noluit ab eis recipere sumptus. Consequenter huius sanctæ suæ conuersationis, testimonium eorum inuocat, dicens; *Non enim alia &c.* quasi dicat. hæc quæ scribimus vobis, non sunt vobis incognita, quia

iam legistis ea in prima epistola & cognouistis per experientiam operum. 2. Ioan. 2. Non mandatum nouum. Et licet non perfecte cognoueritis, quia comparastis vobis pseudo apostolos: spero tamen, quòd vsque in finem, scilicet vitæ cognoscetis, scilicet p̃fecte, sicut vsque modo cognouistis nos ex parte. Cuius ratio est, quia cum quis videt aliquem aliquid bene incipere, debet sperare quòd semper bene proficiat. Et quare? quia qui cœpit in vobis opus bonum &c. vt dicitur. Phil. 1. Et cognoscetis quia nos sumus gloria vestra, idest p̃ nos debetis consequi gloriam æternam, ad quam homo peruenit per fidem Christi, quã prædicamus vobis. Pro. 17. Gloria filiorum sunt patres eorum. Ita dicosumus gloria vestra, sicut &; *Vos gloria nostra estis*, quia per vos a nobis instructos habere speramus præmium æternæ gloriæ 1. The. 2. Quæ est spes nostra, aut corona gloriæ nostræ, nonne vos? Et hæc gloria erit nobis ex vobis; *In die domini nostri Iesu Christi*, idest in die iudicii, qui dicitur Christi, quia tunc faciet voluntatem suam cum peccatoribus, puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt voluntatem suam, contra Christi Domini uoluntatem peccando Psal. 74. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo &c. Apoc. 20. Libri aperti sunt &c.

LECTIO V.

ET hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis: & per uos transire in Macedoniam, & iterum a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudęam. Cum ergo hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo, est & non, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in illo est & non, sed est in illo, fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est, ideo & per ipsum amen Deo ad gloriã uestram. Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, & qui unxit nos, Deus: qui & signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens uobis non veni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri: nam fide statis.

LECTIO QVINTA.

APOSTOLVS captata beniuolentia Corinthiorum, consequenter exscusationem suam addit, & circa hoc tria facit. Primo, enim ponit intentum. Secundo, sub quæstione accusationem contra eum ab eis factam exponit ibi; *Cum ergo hoc &c.* Tertio, exscusat se, ibi; *Fidelis autem Deus*. Circa primum scien dum est, quòd Apostolus in prima epistola (quam nos non habemus) missa ab eo Corinthiis, vel per nuncium promiserat eis q̃ primo iret ad eos antequam iret in Macedoniam, & per eos iret in Macedoniam, & iterum inde rediret in Achaiam in qua est Corinthus, & de Achaia in Iudæam, postmodum in secunda epistola, quam nos habemus primam, scribit eis quòd primo iret in Macedoniam, & postmodum iret in Corinthũ. Quia ergo videtur secundum hoc contrarium primæ promissioni, Apostolus exscusat se modo de hoc: ponens primo, ipsam promissionem primo factam, & ideo dicit; *Et hac confidentia*, quasi dicat, vos scitis puritatem & sinceritatem meam, & estis testes mei & gloria mea, ideo in hac confidentia, idest in hoc confisus, quia per alterutrum glorificari speramus; *Volui primo uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis*: quia secunda visitatio & confirmatio in fide, dicitur secunda gratia respectu conuersionis, quam primo habuerunt ministerio & prædicatione ipsius; *Et per uos transire in Macedoniam, & iterum a Mãcedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudæam*. Iste est ordo primæ promissionis, sed in præcedenti epistola est ordo contrarius, sicut dictum est. Consequenter huius mutationis accusationem qua accusabant eum Corinthii ponit sub quæstione, dicẽs; *Cum ergo hoc uoluissem &c.* Duo imponebant ei ex hoc, leuitatem, quia mutauerat propositum. Eccles. 27. Stultus vt luna mutatur. Et carnalitatem, q̃a visum erat eis quòd ex aliquo carnali & humano affectu hoc fecisset. Vnde hæc duo tangit & primo leuitatem, vnde dicit; *Nunquid leuitate usus sum*? si non feci quod aliquando volui? Absit. Hester. 16. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi leuitate venire. Psal. 34. In populo grani &c. Secundo, tangit carnalitatem, cum dicit; *Aut nunquid ea quæ cogito* facienda vel dimmittenda; *Secundum carnem cogito*, idest secundum aliquem carnalem affectum; *Vt sit apud me est & non*, idest affirmatio & negatio, infra 10. Arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. Iac. 1. Vir duplex animo &c. Exposita eorum accusatione, consequenter exscusat se, dicens; *Fidelis autem Deus &c.* & circa hoc duo facit. Primo, insinuat se non fuisse mentitum. Secundo, ostendit modum quomodo non fuit mentitus, ibi; *Qui autem confirmat &c.* Quòd autem non fuerit mentitus, exscusat se dupliciter scilicet ex consuetudine, & ex causa. Ex consuetudine quidem, quia non debet credi quòd aliquis de facili mentiatur, qui nunquam inuentus est mendax secundum hanc expositionem; *Fidelis Deus &c.* accipitur in viiuramenti, quasi testis sit mihi Deus; *Quod sermo meus*, scilicet prædicationis, *Qui fuit apud vos, non est in illo, est & non*? idest non est in illo falsitas. Deu. 32. Deus fidelis & absque vlla &c. Si autem sumatur fidelis Deus &c. pro veritate diuinæ promissionis, tunc est sensus; *Fidelis est Deus*, idest seruat promissa sua. Promiserat autẽ mittere ad uos prædicatores veritatis. Hie. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor &c. Et ideo cum sim missus ab eo, sermo noster q̃ fuit &c. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit, *Dei enim filius*. & hoc duplicitet, scilicet motiua & efficiente, ibi; *Qui autem confirmat &c.* Causa autem motiua ad non mentiendum est, quia qui assumit aliquod officium, naturaliter mouetur ad ea, quæ congruunt illi officio, & non ad contraria. Sed constat quòd officium apostolicum est prædicare veritatem: non ergo mouetur ad contrarium veritatis, quod est mentiri. Et circa hoc tria facit. Primo, probat veritatem dicti sui per dictum Christi. Secundo, veritatem Christi per dictum Dei, ibi; *Quotquot autem &c.* Tertio, concludit suum propositum, ibi; *Ideo & per ipsum &c.* Dicit ergo primo, dico quòd dicta nostra debent reputari vera, & vera sunt, quia prædicauimus Christum in quo non fuit aliqua falsitas. & hoc est quod dicit, *Dei enim filius Christus*, qui est prædicatus per nos in vobis; *Per me*, scilicet principaliter; *Et Syluanum* secundario. Iste est Sylas de quo habetur. Act. 18. &; *Timotheum* de quo supra: isti enim duo fuerunt cum Apostolo, quando primo conuertit eos; *In illo*, scilicet filio Dei; *Non fuit, est & non*, idest falsitas, vel non fecit quod non conuenit; *Sed fuit in illo est*, idest veritas, nam verum & ens conuertuntur. Ioann. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Sed quia posset videri dubium hoc qd̃ dicit, quòd in Christo non fuit falsitas, ideo statim hoc probat, subdens; *Quotquot autem &c.* & probat hoc modo. Constat quòd in illo quod est manifestatiuũ diuinæ veritatis, non potest esse falsitas: filius Dei venit ad manifestandum diuinam veritatem in promissionibus a Deo factis complendis per ipsum. ergo in ipso non est falsitas. Et hoc est quod dicit; *Non est in filio Dei est & non*. sed, *est*, quia *quotquot promissiones Dei*, scilicet sunt factæ hominibus; *In illo*, idest in Christo est, idest in Christo verificantur & complentur, Ro. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse &c. Ad confirmandas &c. Ex his ergo concludit, quòd postquam dicta sua vera sunt, quia prædicat filium Dei in quo est veritas: ideo & per ipsum scilicet Christum dicimus; *Amen Deo*, idest verum. Apoc. 1. Hæc dicit amen testis fidelis &c. Esa. 65. Qui benedictus est in terra, benedicetur in Deo amen &c. Et istam veritatem dicimus Deo, idest ad honorem Dei, scilicet manifestantes eius veritatem & gloriam nostrã quia gloria nostra est conuersio vestra, vel gloria nostra, quia gloria nostra est ostendere & prædicare verbum Dei. Consequenter cum dicit; *Qui autem confirmat nos &c.* Probat Apostolus quòd non est mentitus per causam efficiẽtem sic. Licet enim homo ex libero arbitrio possit vti lingua sua ad verum vel ad falsum loquendum: nihilominus tamẽ, Deus potest confirmare hominem sic in vero, vt non nisi vera loquatur. Si ergo Deus aliquem confirmaret in vero, manifestum est quòd non diceret falsum, sed Deus confirmat nos in veritate, ergo &c. Et ideo dicit, quòd Deus est qui confirmat vos nobiscum in Christo, idest in vera prædicatiõe Christi, quasi dicat: si Christus esset extra nos, possemus mentiri, sed ex quo est nobiscũ & nos sumus in Christo, non mentimur. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Sumus ergo in Christo dupliciter scilicet per gratiam & per gloriam. Per gratiam quidem sumus, inquantum vncti sumus spiritu sancti gratia, & effecti sumus membra Christi & iuncti sibi, qua ẽt gratia Christus vnctus est secundum quod homo Ps. 44. Vnxit te Deus &c. Et ex plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos, sicut vnguentum in capite scilicet Christo, quod descendit &c. Et idẽo dicit quòd; *Vnxit nos Deus*, Vnxit inquam, in reges & sacerdotes. Apoc. 5. Fecisti nos Deo &c. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum &c. Vnionem autem quæ est

est per gloriam non habemus in re, sed in spe certa, inquantum habemus firmam spem vitæ æternæ. Et habemus duplicem certitudinem spei huius vnionis consequendæ. Vna est per signum, alia per pignus. Per signum euidens, quia fidei. Vnde dicit *Si signauit nos signo fidei Christi.* Item signum Crucis. Ezech. 9. Signa thau, idest signum crucis. Apoc. 7. Quoadusque signemus seruos Dei nostri &c. Et hoc p spiritum sanctũ Ro. 8. Siquis spiritum Chri non habet &c. Et ideo speciale, & certum signum est vitæ æternæ consequendæ configurari Cristo. Can. 8. Pone me vt signaculum &c. Vel signauit signo vitæ per pignus, vero maximũ, quia spiritus sancti. & ideo dicit; *Dedit pignus spiritus in cordibus nostris*. De quo certum est, quòd nullus potest eum accipere a nobis. Sed nota, in pignore duo sunt considerandã, scilicet quòd faciat spem habendæ rei, & quòd valeat tantum quantum valet res vel plus. & hæc duo sunt in spiritusancto, quia si considerẽmus substantiam spiritussancti, sic valet tantum spiritussanctus, quantum vita æterna quæ est ipse Deus, quia scilicet valet quantum omnes tres personæ. Si vero consideretur modus habendi, sic facit spem, & non possessionem vitæ æternæ, quia nondum perfecte habemus ipsum in vita ista. Et ideo non perfecte beati sumus, nisi quãdo perfecte habebimꝰ in patria. Ephe. 1. Signasti estis spiritu. Consequenter cum dicit; *Ego autem testem &c.* Excusat se de eo quòd non venit: & hoc per iuramentum quod maius est. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit suam excusationem. Secundo, respondet tacite quæstioni, ibi; *Non quia dominamur*. Tertio, exponit quod dicit, ibi; *Nam fide statis.* Excusat se autem per iuramentum duplex. Vnum attestationis, cum dicit; *Ego autem testem Deum inuoco*. Aliud execrationis cum dicit; *In animam meam*, idest contra animam meam. Rom. 1. Testis est mihi Deus &c. Testem, inquam, inuoco Deũ quia; *Non ueni ultra*, idest post primam vicem, vel postquam discessi a vobis, & hoc feci parcens vobis, scilicet quia ipse sciebat eos incorrigibiles. Vnde si iuisset tunc, aut puniuisset, & sic forte recessissent totaliter a fide: aut non puniuisset, & sic dedisset occasionem magis peccandi. Sed quia aliquis posset dicere, quare dicis; *Parcens uobis*. Nunquid dominus noster es? Ideo consequenter hoc remouet, dicens; *Non dico quia dominamur fidei uestra, sed adiutor &c.* quasi dicat non dico hoc, vt dominus, sed vt coadiutor 1. Pet. 5. Non enim dominantes in cleris &c. Adiutor, inquã; *Gaudii uestri*, vel emendationis vestræ. Quare autem dicat, fidei vestræ, exponit consequenter, dicens; *Nam fide statis*, idest statis in gratia ista Christi per fidem.

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS supra posuit excusationem in generali de mora eundi ad Corinthios, hîc vero insinuat causam tantæ moræ, & quomodo eis pepercit. Circa hoc autem duo facit. Primo enim insinuat vnam causam dilationis fuisse, ne in aduentu suo tristitiam inferret eis. Secundo, ostendit aliã causam fuisse, ne fructus quem apud alios sperabat, & inceperat facere, impedieretur, ibi; *Cum uenissem autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit causam dilationis esse in communi, ne tristitiam inferret. Secundo, loquitur in speciali de quodam, qui eum contristauerat, ibi; *Siquis autem contristauit me.* Circa primum tria facit. Primo assignat rationem, quare uenire distulit. Secundo, causam dicti assignat; *Si enim ego contristatus &c.* Tertio, manifestat quæ dixit, ibi; *Nam ex multa tribulatione.* Dicit ergo, dixi ꝙ non veni ad vos parcens vobis, in hoc, scilicet, quia nolui vos contristari, & ideo; *Statui*, idest firmiter disposui; *Hoc ipsum apud me*, quod proposui, cum aliam epistolam misi. Eccles. 37. Ante omnia verbum verum &c. *Ne iterum*, idest alia vice; *In tristitia uenirem ad uos*, idest vos contristem. Et ratio quare noluit eos contristare, est illa qua dominus noluit ieiunare discipulos suos, scilicet ad hoc, vt amore & non timore afficerentur ad Christum, & iungerentur sibi. Voluit enim eos dominus firmare & nutrire in fide in omni dulcedine & desiderio cordis, & sic firmati ex amore, non de facili auellerentur propter tribulationes, quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Cant. 8. Similiter Aposto. non vult eos propter hoc

CAPIT. II. LEC. I.

TATVI autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirẽ ad uos. Si enim ego contristo uos, & quis est q̃ me lętificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uobis nt non cum uenero tristitiã super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia gaudium meum omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis.

LECTIO II.

Siquis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi, qui contristare. Rationem huius dicti, scilicet quòd non vult eos contristare, assignat cum dicit; *Si enim ego contristo &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, assignat causam quare noluit eos contristare. Secundo, manifestat quare hoc significet eis, ibi; *Et hoc ipsum scripsi.* Dicit ergo, Ratio quare nolui in tristitia venire, est, quia tristitia vestra redundat in tristitiam meam, & de consolatione vestra gaudeo, & solũ vos consolamini me cum sum apud vos: vnde si venirem, & contristarẽ vos, ego ex tristitia vestra tristarer, & sic nullus esset q̃ lætificaret me inter vos, qui contristamini ex me, quia contristatus non de facili alium consolatur Prou. 10. Filius sapiens &c. Prou. 29. Vir qui amat sapientiam &c. Vel aliter, est duplex tristitia. Vna secundum mundum: alia secundum Deum, quæ pœnitentiam in salutem operatur. Aposto. non loquitur de prima, sed de secunda. Et dicit ex hoc ipso ego consolabor *Si contristo uos*, idest, si increpando reduco ad pœnitentiam: sed si venirem, & viderem vos non pœnitere de peccatis: tunc nullam consolationem haberem, quia nullus contristatur, & pœnitet ex me idest mea correctione, & increpatione. Causa autem quare hoc scribo vobis est, vt ita disponatis uos, quòd quando uenero non habeam tristitiam, de eo quòd viderim uos incorrectos. super tristitiam quam habui, quando audiui uos peccasse. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, spem de impletione admonitionis ostendit, ibi; *Confidens in omnibus uobis &c*, Ammonitio est ista. Ideo; *Scripsi uobis hoc*, scilicet ꝙ tristor de peccato uestro commisso 2. Pet. 2. Iniquis operibus animam iusti cruciabant &c. Vt paretis & disponatis uos corrigendo: ut cum uenero ad uos nõ habeam tristitiam de peccatis, de quibus scilicet uobis oportuerat me gaudere, idest debebam lætari, & congratulari scilicet de præsentia uestra. Lucæ. 15. Gaudium est angelis Dei &c. Qualem autem spẽ habeat de impletione suæ ammonitionis, subdit dicens; *Confidens de omnibus uobis &c.* quasi dicat, hanc fiduciam habeo de uobis, taliter disponi uos, ut cum uenero, omnes detis mihi materiam gaudii, & hoc debetis libenter facere; *Quia gaudium meum &c.* idest cædit ad gaudium uestrum, uel est propter gaudium uestrũ, quod habetis de recuperatione gratiæ 1. Tim. 2. Quod est gaudium meum &c. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus &c. Sed quia posset aliquis dubitare de hoc quod dicit; *Ne cum uenero tristitiam super tristitiam habeam*, & quærere quam tristitiam habuit de eis, ideo consequenter hoc exponit dicens, *Nam ex multa tribulatione &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, manifestat tristitiam iamdudum habitam. Secundo, respondet cuidam taciturnæ quæstioni, ibi; *Non ut contristemini &c.* Dicit ergo primo, quia haberem tristitiam si non inuenirem uos correctos super tristitiam quam habui, quando peccastis, & oportuit me contristare uos redarguendo dure; *Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi* primam epistolam; *Per multas lachrymas*, quas fudi pro uobis iam mortuis, per peccatum Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquas &c. Eccl. 22. Confusio est patri de filio indisciplinato Esa. 57. Iustus perit & non est qui recogitet &c. Sciendum est autem quòd duo ponit ad exaggerationem tristitiæ, tribulationem scilicet, & angustiam: quia unum additum alteri, aggrauat tristitiam. Nam aliquando quis tribulatur, sed sine angustia, tunc scilicet quando aliqua aduersitate quasi acutissimo tribulo pungitur, & tamen uidet sibi patere uias euadendi, quia si non pateat, tribulationi angustia iungitur. Dicit ergo, Ex multa tribulatione, qua pugnebar de facto, & malo uestri, & angustia cordis, quia non uidebam unde de facili posset poni remedium; *Scripsi &c.* Psal. 118. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Sed quia possent dicere. O Apostole, etiam hæc scribis nobis ut tristemur, & iõ hoc remouet dicẽs; *Non ut cõtristemini.* s. scribo vobis illa, sed ut sciatis quã charitatem habeã in uobis. Duo. n. sunt signa dilectionis, s. ꝙ gaudeat quis de bono alteriꝰ, & tristetur de malo eius: & hæc ego habeo ad uos: infra. 5. Charitas Christi urget nos; *Abundantius* quàm credatis, uel abundantius q̃ ad alios.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Apostolus insinuauit causam dilationis, ne scilicet tristitiam inferret, & de eius contristatione tractauit, hic

hic consequenter tractat de contristante. Et circa hoc tria facit. Primo enim, exaggerat culpam contristantis. Secundo, pœnam eius pro culpa inflicta, ibi; *Sufficit illi &c.* Tertio, hortatur eos habere misericordiam ad cõtristantẽ, ibi; *Ita & econtrario &c.* Dicit ergo primo, Scripsi vobis per multas lachrymas quas fudi propter tristitiam conceptam, & propter pœnam infligendam peccanti. Sed; *Siquis contristauit me*, ille scilicet fornicarius, enormis, de quo dicit 1. Cor. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio &c. Iste inquam & si contristauit; *Non contristauit me, sed ex parte*, idest nõ contristauit me scilicet solum, sed vos & nos. non omnes; *Sed ex parte.* Et hoc dico; *Non ut onerem uos omnes*, idest vt vobis hoc onus omnibus non imponam derisorie loquendo, quasi dicat, non ita estis boni & diligitis me, ꝙ pro tristitia mea & pro peccato fratris omnes doleatis. Vel vt nõ onerẽ omnes vos, non tantum illos qui non doluerunt de peccato. Vel aliter dicendum & melius; *Non me contristauit, sed ex parte &c.* Sciendum est enim, quòd aliquis aliquando tristatur totaliter, & aliquando non totaliter. Totaliter quidem tristatur quis, quando præ tristitia absorbetur a dolore: & hæc tristitia est quæ mortem operatur, vt dicitur infra 7. Quæ quidem secundum Philosophum, non cadit in sapientem. Non totaliter autem tristatur quis, quando licet ex aliquo modo quod patitur seu videt fieri, tristatur, tamen ex aliis causis bonis gaudet, & ista tristitia est secundum Deum, & cadit in sapientem. Quia ergo Apost. dicit se contristatum, ne credatur totaliter a tristitia absorptus, quod non est sapientis, dicit se contristatum ex parte, quasi non totaliter. Et secundum hoc legitur sic; *Contristauit me*, scilicet fornicarius propter peccatum suum: sed non me contristauit totaliter, quia licet in ipso propter peccatum habuerim tristitiam, tamen in vobis propter multa bona quæ facitis, & in ipso propter pœnitẽtiam quam fecit, habeo gaudium, Et dico ex parte; *Vt non onerem omnes uos*, idest vt non imponam vobis hoc onus, quòd scilicet contristaueritis me. Sed ne isti propter tristitiam Apostoli adhuc vellent eũ magis punire, subdit eis pœnam sufficientem fuisse dicens; *Sufficit illi qui eiusmodi est*, quòd scilicet contristauit me, tam grauiter peccando: obiurgatio quæ fit a pluribus, idest tam manifesta & publica correctio, quæ fuit, quòd separatus fuit ab omni communione, idest excommunicatus ab ecclesia & traditus sathanæ, vt habetur 1. Cor. 5. Est ergo sufficiens hæc pœna propter dictas causas. Vel potest dici sufficiens, non quantum ad Dei iudicium, sed quantum expediebat tempori & pærsonæ. Melius enim est sic seruare lenitatis spiritum in corrigendo, vt per pœnitentiam correctionis fructus sequatur, quàm si durius corrigatur, ut desperet peccare, & maioribus peccatis immergatur. Et ideo dicitur Ecc. 21. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam. Quia ergo pœna sufficiens fuit, & pœnitentiam egit: ideo consequenter inducit eos ad miserendum, dicens, *Ita ut econtrario magis &c.* Vbi tria facit. Primo, mandat, vt ei scilicet peccanti parcant. Secundo, huius rationem assignat, ibi; *Ne forte &c.* Tertio, inducit eos ad obseruãtiam huius monitionis, ibi; *Propter quod &c.* Dicit ergo primo, Dico, quòd sufficiens pœna est illi, & intantum, vt velim vt econtrario magis donetis, idest remittatis Luc. 6. Dimittite & dimittetur vobis. Ephe. 4. Donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Et non solum donetis, sed quod plus est, consolemini: & hoc proponendo sibi exempla peccantium, qui restituti sunt ad statum gratiæ, sicut dicitur de Dauid, Petro, Paulo, & Magdalena, & per verba Dei. Ezec. 18. Nolo mortem peccatoris &c. 1. Thess. vlt. Corripite inquiete os, consolamini pusillanimes &c. Rationem autem huius ammonitionis subdit; *Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est.* Aliquis enim propter peccatum & pœnam peccati, aliquando sic mergitur tristitia, quòd absorbetur, dum nullum habet consolatorem: & hoc est malum, quia non sequitur ex hoc pœnitentiæ fructus, qui speratur, scilicet correctio, sed potius desperans tradit se omnibus peccatis, sicut Cayn, cum dixit, Maior est iniquitas &c. Genes. 4. & Ephes. 4. Qui desperantes, tradiderunt se &c. Et propter hoc dicitur 2. Regum 2. quòd periculosa res est desperatio. Et ideo dicebat Dauid in Psal. 61. Neque absorbeat me profundum &c. Et ideo ne hoc contingat, dicit; *Consolamini*, vt scilicet cesset a peccato. Esa. 27. Hic est omnis

eiusmodi est obiurgatio hæc, quæ fit a pluribus: ita ut econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim, & scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis: cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui (siquid donaui) propter vos in persona Christi, vt non circunueniamur a Sathana. nõ enim ignoramus cogitationes eius.

LECTIO III.

VM uenissem aũt Troadẽ propter euãgelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui fructus vt auferatur peccatum. Contra Apost. non solum per rationem, sed ex aliis causis inducit eos ad hoc, cum dicit, *Propter quod obsecro &c.* Et inducit eos a tribus modis. Primo, precibus, dicens; *Propter quod*, scilicet ne absorbeatur; *Obsecro*, qui possum præcipere. Phylem. Multam fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi &c. Cõtrarium faciunt mali prælati Ezec. 34. Cum austeritate imperabatis eis &c. *Vt confirmetis in illum charitatẽ*, quod fit si ostenditis charitatem vestrã ad eum, & nõ abhominamini eum propter peccata, nec contemnitis: sed propter cõsolationem vestrã facitis eum habere odio peccatum suũ, & diligere iustitiam Luc. 22. Et tu conuersus confirma fratres tuos &c. Secundo, inducit eos præcepto, dicens; *Ideo enim scripsi hoc*, scilicet; *Vt cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis.* Et dicit, in omnibus, scilicet siue in his quæ placent vobis: siue in his quæ displicent. Primo enim mandauerat eis, ꝙ excommunicarent eũm, & sic fecerunt mandatum Apostoli: nunc vero secundo mandat eis ꝙ parcant. & ideo dicit; *An in omnibus obedientes sitis*. Tertio, ex commemoratione beneficii, cum dicit; *Cui autem aliquid donastis &c.* quasi dicat, Vos debetis hoc facere, quia etiam ego feci. Sic enim vos remisistis alicui & rogastis me, ꝙ ego remitterem, & ego remisi. Et hoc est quòd dicit; *Cui autem aliquid donastis uos, & ego*, scilicet donaui. Et hoc patet; *Nam & ego quod donaui &c.* Vbi quatuor tanguntur ad huiusmodi donationem seu remissionem necessaria. Primum est discretio, vt scilicet non passim & temere remittatur. Et ideo dicit, Si quid, scilicet in debito modo. Prouer. 4. Palpebræ tuæ præcedant &c. Secundũ est finis, quia non pp amorem vel odium debet fieri, sed propter vtilitatem aliquam ecclesiæ vel aliquorum. Et ideo dicit; *Propter uos.* Tertium, est authoritas; quia non debet fieri authoritate propria, sed Christi, qui remittit peccata authoritatiue: alii vero quibus cõmissum ẽ, ministerio, & sicut membra Christi. & ideo dicit; *In persona Christi*, scilicet non mea authoritate. Et tamen quodcunque remittitur, Christus remittit. Io. 20. Quorũ remiseritis peccata &c. Quartum est necessitas: Vnde dicie; *Vt non circumueniamur a Sathana.* Diabolus. n. multos decepit, quosdam, scilicet trahẽdo ad peccatorum perpetrationem, quosdam vero ad nimiam rigiditatem contra peccantes, vt si non poteſt eos habere per perpetrationem facinorum, saltem perdat quos iam habet per prælatorum austeritatem, qui eos non misericorditer corrigentes in desperationẽ inducunt, & sic hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. Eccle. 7. Noli esse nimis iustus 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Et hoc continget nobis, si non remittamus peccantibus. Et ideo vt nõ circũueniamur a sathana, ego donaui si quid donaui; *Non enim ignoramus cogitationes eius.* s. sathanæ: verũ est ĩ generali, sed in speciali, nullus põt scire eius cogitationes nisi solus Deus. Iob. 41. Quis reuelauit faciẽ induméti eius? &c.

LECTIO TERTIA.

POSITA prima causa suæ dilationis ne. s. cum tristitia ĩret ad eos, hic ponit causam secundam, quæ est ex fructu quem alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit sui itineris processum. Secundo, ipsius processus effectum, ibi; *Deo autem gratias &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit impedimẽtum fructificandi, quod habuit in Troade. Secundo, subiungit ꝙ cessum suum in Macedoniam, ibi; *Sed uale faciens &c.* Dicit ergo; *Cum uenissem Troadem propter euangelium.* i. ad prædicandum Christum Io. 15. Posui vos vt eatis &c. *Et ostium mihi apertum esset*, idest mentes hominum paratæ, & dispositæ essent ad recipiendum prædicationis verba & Christum 1. Cor. 16. Ostium mihi apertum est &c. Apoc. 3. Ecce sto ad ostium &c. Sed non in quocunq;, immo in domino: quia ipsa præparatio mentis humanæ est ex virtute diuina. Nam licet facilitas qua mentes præparantur, sit causa conuersionis, tamen ipsius facilitatis & præparationis causa est Deus. Tren. vlt. Conuerte nos domine ad te & conuertemur, Cum inquam, ita esset apertum mihi ostium in domino; *Non habui requiem spiritui meo.* i. non potui facere qd̃ spiritus meus volebat. i. dictabat. Tunc enim dr̃ habere spiritus requiem, quando efficit quod vult: sicut tunc dicitur caro requiescere, quando habet qd̃ concupiscit Luc. 12. Anima mea habes multa

multa bona &c. Apostolus non dicit, Non habui requiem carni meæ vel corpori, sed spiritui meo, idest voluntati meæ spiritualiquæ est, vt Christum firmem in cordibus hominum. Et impediebar, quia videbam corda parata & disposita, & non poteram prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit; *Eo quod non inueni Titum fratrem meum*, idest, propter absentiam Titi, & hoc duplici de causa. Vna causa est, quòd licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebræa, quàm in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eũ habere præsentem, vt prædicaret in Troade. Et quia erat absens, nã Corinthii detinuerant eum, dicit; *Non habui requiem spiritui meo*: sed quia dona Dei non sunt imperfecta & donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad prædicandum per totum mundum. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Apostolo imminebant in Troade multa facienda. Nam ex vna parte imminebat ei prædicare his, qui parati erant recipere Christum per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersariis qui impediebant: & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui institisset prædicationi & conuersioni bonorum, & Apostolus restitisset aduersariis. Et specialiter etiã hoc scribit eis, vt innuat, quòd non solum prima causa dilationis suæ fuit ex eis, sed etiam secunda. nam ipse propter duritiam & dissensionem eorũ, detinerat tanto tẽpore Titum, & ideo dicit; *Eo quod non inueni Titum fratrem* vel in Christo, vel coadiutorem. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remansi ibi; *Sed malefaciens eis* qui erant conuersi, & in quibus ostiũ apertum erat; *Profectus sum in Macedoniam*, vbi credebam eum inuenire. Causa autem essendi in Macedonia, legitur Act. 26. vbi dicitur, ℣ vir Macedo &c. Consequenter cũ dicit; *Gratias autem Deo &c.* Ponit profectum sui processus: & circa hoc duo facit. Primo, describit ordinem sui processus. Secundo, excludit ab isto processu pseudo apostolos, ibi; *Ad hoc quis tam idoneus &c.* Circa primum duo facit. Primo, insinuat profectũ quem faciebat. Secundo, exponit quoddam quod dixerat, ibi; *Christi bonus odor &c.* Circa primum sciendum, quòd Apostolus profectũ & fructum quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ virtuti, sed Deo 1. Cor. 15. Abundantius omnibus laboraui non ego, sed gratia &c. & ideo dicit, Gratias aũt Deo. scilicet 1. Thes. 5. In omnibus gratias agite. Eph. 5. Gratias agentes &c. *Qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* 1. triumphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciendũ est, ℣ prædicatores veritatis duo debẽt facere. scilicet exhortari in doctrina sacra, & contradicentem deuincere: & hoc dupliciter: disputatione hæreticos: patientia vero persecutores. Vnde per ordinem ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit; *Qui triumphat nos*, Quantum ad contradicentes Ro. 8. In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 3. Non in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo &c. *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*; quantum ad exhortationem sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit *Glo.* idest filium suum: sed melius est vt hoc dicatur ad differentiam notitiæ de Deo, quam faciunt aliæ scientiæ, & quam facit fides. Nam notitia de Deo quæ habetur per alias scientias, illuminat intellectum solum, ostendens ℣ Deus est causa prima, ℣ est vnus & sapiens &c. Sed notitia de Deo quæ habetur per fidẽ, & illuminat intellectum, & delectat affectum: quia non solum dicit quòd Deus est prima causa, sed quòd est saluator noster, quod est redẽptor, & quòd diligit nos quòd est incarnatus pro nobis, quæ omnia affectum inflammant. Et ideo dicendum, quòd odorem notitiæ suæ, idest notitiam suæ suauitatis, credenti per nos in omni loco manifestat: quia iste odor longe lateque diffundit. Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui &c. Gen. 27. Ecce odor filii &c. Quia vero aliqui possent dicere quid est odor Dei in omni loco? nam multa loca sunt in quibus non recipitur prædicatio nostra: ideo Apostolus exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiãt prædicationem: siue non: tamen notitia Dei manifestatur vbique per nos; *Quia sumus bonus odor Christi Deo*. i. ad honorem Dei: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quòd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum Deo,

requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrẽ meũ, sed ualefaciens eis: profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs aũt odor vitæ in vitam. Et ad hęc, quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPIT. III. LEC. I.

INcipimus iterũ nosmetipsos cõmendare? Aut nunqd egemꝰ sicut qdã, cõmendatijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus manifestati ℣ epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

quasi dicat, Nos sumus holocaustum, quod offertur Deo in odorem suauitatis. Et tam; *In his qui salui fiunt*, vt scilicet non pereãt, quod est eis a Deo, quàm; *In his qui pereunt*, quod est eis ex seipsis: Vnde Oseæ 13: Perditio tua Israel ex te &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodẽ modo? Non, sed; *Alijs quidem est odor mortis in mortem*. i. inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortẽ eternam, illis, scilicet q̃ inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi, & conuersionem fidelium Luc. 2. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ &c. *Alijs autem odor uitæ* dilectionis & bonæ opinionis, ducentis eos; *In uitam* æternam, scilicet illis qui gaudẽt & cõuertuntur ad prædicationẽ Apostoli 1. Cor. 1. Verbũ crucis pereuntibus &c. His autem qui salui &c. Sic ergo, ex odore Apostoli, boni viuũt, mali moriuntur: sicut legitur quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. Consequenter cũ dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus &c.* excludit ab isto profectu pseudo apostolos, dicens, Quis illorum pseudo apostolorum, est tam idoneus ad ista scilicet, quæ nos apostoli veri facimus? quasi dicat: nullus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Sed contra Prou. 27. Laudet te alienus &c. Ad hoc respondet Greg. super Ezech. ℣ sancti duplici ex causa seipsos laudant: & non propter gloriã suam & vanitatem. Prima causa est, vt non desperent in tribulationibus, sicut Iob, quando amici nitebantur eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam sua bona quæ fecerat, vt confortatus non desperaret; *Vnde dicebat*, Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Legitur etiam de quodam sancto patre, quòd quando tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriam bona quæ fecerat, vt confortaretur: quando tentabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, vt humiliaretur. Secunda causa est, propter vtilitatẽ, vt scilicet haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ suæ. Et propter hanc causam hic Apostolus laudat se. Nam Corinthii præferebant sibi pseudo apostolos & condemnabant eum, & ideo non sic obediebant sibi. Vt ergo non vilipenderent eum, sed obedirent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus*, sicut nos? non pseudo apl̃i: quia licet ipsi prædicent, tñ adulterãt verbum Dei quod nos non facimus. Vnde dicit; *Non sumus, sicut plurimi*, scilicet pseudo apl̃i; *Adulterantes uerbum Dei*, admiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet confiteantur Christum, tamen non dicunt eum esse verũ Deum: sic faciunt pseudo apl̃i qui dicũt cũ euangelio debere obseuari legalia. Itẽ; *Nõ adulterantes uerbum Dei*. i. prẽdicantes, vel ꝓp quæstum, vel propter fauorẽ laudis. Sic. n. mulieres adulteræ dicuntur, q̃ recipiunt semen ex alio viro, ad propagationem prolis. In prædicatione autem, semẽ nihil aliud est, quàm finis seu intentio tua, vel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus: si intentio tua est fauor gloriæ propriæ: adulteras verbum Dei. Hoc faciebant pseudo apl̃i, qui ꝓp quæstũ prædicabant. infra 4. Neque adulterantes verbum Dei &c. Apostoli autem prædicabãt, neque propter quæstum, neque gloriam propriam, sed propter laudem Dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit; *Sed ex sinceritate*, idest sincera intentione: non propter quæstum, & sine admistione corruptionis. supra 1. Ex sinceritate &c. Ponit aũt triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Nuntium enim veritatis decet vera loqui: Et ideo dicit; *Ex Deo*, idest illa sinceritate, quæ est digna nuntio Dei 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Secunda sumit ex authoritate præsidẽtis cui astat. Ideo dicit; *Coram Deo*, corã quo ex sinceritate loqui debemus 3. Reg. 17. Viuit dominus in cuius conspectu sto &c. Tertio, sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nam prædicatio apostolorum est de Christo: & ideo debet esse sincera: sicut & ipse Deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solum, non de legalibus, vt pseudo apl̃i faciunt 1. Corint. 2. Neque existimaui me scire aliquid inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus suã excusationẽ posuit, in qua beneuolentiã captauit auditorum, hic consequẽter prosequi suam intentionem, scilicet tractans de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat dignitatem bonorum

bonorum ministrorum. Secundo vero, exaggerat malitiam malorum ministrorum: & hoc a 10. cap. & deinceps. Circa primum duo facit. Primo enim commendat ministerium noui testamenti. Secundo, commendat vsum huius ministerii in aliis, exhortando eos ad hoc, ibi 6. cap. *Adiuuantes autem &c.* Circa primum cõmendat hmõi ministeriũ noui testamenti ex tribus Primo, ex dignitate in isto ca. Secũdo, Ex vsu, ca. 4. ibi; *Ideo habentes &c.* Tertio, ex præmio 5. ca. ibi; *Scimus autem quoniam si &c.* Circa primum duo facit. Primo, remouet quandam obiectionem. Secundo, commendat ministros noui testamenti, ibi; *Qui & idoneos nos fecit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus intendit commendare ministros noui testamenti, quorum ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthii obiicerent sibi, quòd in hoc vellet commendare seipsum, statim excludit, dicens; *Incipimus iterum nosmetipsos &c.* ubi duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo, respondet, ibi, scilicet, *Aut nunquid egemus &c.* Quæstio sua talis est, Dico, quòd non sumus adulterantes verbum Dei, sicut pseudo, sed ex sinceritate, sicut ex Deo. Sed nunquid hoc dicendo; *Incipimus iterum nos commendare*, idest, dicimus ista, vt velimus nostram gloriam quærere, & non Dei? Et dicit iterum, quia in epistola prima commendauerat se satis, cum dixit, Vt sapiens architectus &c. Non ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriã nostram, sed Dei. Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Huic autem quæstioni respondet, cum dicit; *Aut nunquid egemus &c.* & ostendit quòd non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quòd non indiget commendatione hominum. Secundo quòd neque etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi; *Fiduciam autem talem &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd non indiget commendatione eorum ad gloriam propriam. Secundo, huius causam assignat, ibi; *Epistola nostra uos estis &c.* Dicit ergo, Dico quòd non incipimus cõmendare nosmetipsos, quia non indigemus commendatione. Et hoc est q̃d dicit; *Aut nunquid egemus nos* veri ministri; *Sicut quidam* scilicet pseudo; *Commendatitiis epistolis*, idest laudibus missis; *Ad nos* ab aliis; *Aut ex nobis* aliis missis? Sed contra Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mãdatũ &c. Etiam legati Papæ semper portant literas commendatitias. nõ est ergo malum. Respondo. Dicendum, quòd accipere literas huiusmodi a personis famosis, vt solum per illas commendentur & honorentur, quousque ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiam: hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. Apostolus vero, ita iam erat notus, & commendatus apud istos per opera sua, quòd non indigebat literis commendatitiis. Et ideo statim causam huius assignans, subdit; *Epistola nostra uos estis*. quasi dicat. Ego habeo bonas literas, non indigeo aliis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo enim ostendit, quæ sit ista litera quam habet. Secundo, exponit hoc idem, ibi; *Manifestati &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quæ sit illa litera. Secundo, ostendit eam esse sufficientem ad commendationem propriam, ibi; *Scripta &c.* Dicit ergo sic, epistola nostra vos estis, idest epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos commendamur, ita vt epistolis aliis non indigeamus: supra 2. Gloria nostra vos estis. Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia; *Scripta &c.* ubi duo tangit, sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est, quòd intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, aliàs adhuc quæreret, nisi sciret se eam habere. Et quantum ad hoc, dicit; *Scripta in cordibus nostris*: quia semper vos habemus in memoria, habentes de vobis specialem curam. Phil. 1. Eo quòd habeam vos &c. Secundum est, quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam: aliàs non curaret, de commendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit; *Quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur inquam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem, quia exemplo nostri etiam alii imitantur vos. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas vt percurrat, qui legerit eum. Quomodo autem scitur hæc epistola, exponit, dicens; *Manifestati &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, exponit cuius sit hæc litera. Secundo, quomodo sit scripta: & tertio in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit; *Manifestati quoniam estis Christi*, idest a Christo informati & inducti, scilicet principaliter & authoritatiue. Matth. 23. Vnus est magister vester. Sed a nobis secundario, & instrumentaliter. Et ideo dicit; *Ministrata a nobis* 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo &c. 1. Cor. 3. Quid igitur Cephas &c.

Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia; *Non atramento*, i. non ad mixta erroribus, sicut pseudo apostolorũ, non mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex; quæ neminẽ ad perfectũ adduxit. Heb. 7. Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error: & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Non inquam atramento est scripta; *Sed spiritu Dei uiui*, idest spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instructi estis Ephe. 1. In quo signati estis &c. Vbi autem sit scripta insinuat, subdẽs; *Nõ in tabulis lapideis* sicut lex vet?, vt excludat duritiem: quasi dicat, Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi Act. 7. Dura ceruice &c. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, idest, in cordibus latis ex charitate: & carnalibus, idest mollibus ex affectu implẽdi & intelligendi. Ezech. 36. Auferam a vobis cor lapideũ, &c. *Fiduciam autem talem &c.* Apostolus supra excusauit se, quòd non quærebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hic vero probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immo omnia bona quæ facit, non attribuit sibi, sed Deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona, quæ habet, & facit, Deo. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Non quod sufficientes &c.* Dicit ergo primo: Dico quòd non egemus epistolis commendatitiis, & quòd vos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostram, sed Christi: & 3. *Fiduciam talem*, idest, dicendi talia; *Habemus ad Deum*, idest, referimus in Deum. Vel fiduciam tendentem in Deum, ex cuius viribus hoc dico: quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciam habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem, vt dicitur Rom. 5. Qui vniuit nos Deo. Hiere. 17. Benedictus vir &c. Et quia vnitus Deo per Christum, habeo hanc fiduciam. Psal. 11. Fiducialiter agam &c. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, etiam ipsum principium operis Deo attribuo. Et ideo dicit; *Non quod sumus sufficientes cogitare*, saltem non dicere, vel implere. Nam in quolibet processu operis, primo est assensus qui fit cogitando, deinde collatio per verbum, & postmodum impletio per opus: vnde fit, vt sic nec cogitare quis a se habeat, sed a Deo: non est. n. dubium, quòd non solum perfectio operis boni est a Deo, sed etiam inchoatio. Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum &c. & hoc est contra Pelagianos dicentes, quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est a Deo Esaia. 26. Omnia opera nostra &c. Sed ex hoc ne videatur tollere libertatem arbitrii, dicit; *A nobis, quasi ex nobis*, quasi dicat, Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc q̃d facio non est ex me, sed a Deo, qui hoc ipsum posse confert, vt sic, & libertatem hominis defendat, cum dicit, A nobis, idest, a nostra parte, & diuinam gratiam commendat, dum dicit; *Quasi ex nobis*, scilicet, procedat, sed a Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere, sine adiutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, ꝓp quod facimus. Non est autem procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliquid primum, puta ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est a Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt ad actiones suas, sed aliter & aliter. Cum enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet quòd hoc fiat secundum modum suæ naturæ, idest, rei motæ. & ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet libere ad operationes suas, sicut creaturas rationales & intellectuales. Alia autem non libere, sed secundum modum suæ naturæ: licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis: tamen habemus aliquam sufficientiam, qua scilicet bonum possumus velle & credere incipiamus, & hoc a Deo est 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti?

Eth. 6. c. 10

LECTIO

multa bona &c. Apostolus non dicit, Non habui requiem carni meæ vel corpori, sed spiritui meo, idest voluntati meæ spiritali, quæ est, vt Christum firmem in cordibus hominum. Et impediebar, quia videbam corda parata & disposita, & non poteram prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit; *Eo quod non inueni Titum fratrem meum*, idest, propter absentiam Titi, & hoc duplici de causa. Vna causa est, quòd licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebræa, quàm in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eũ habere præsentem, vt prædicaret in Troade. Et quia erat absens, nã Corinthii detinuerant eum, dicit; *Non habui requiem spiritui meo*: sed quia dona Dei non sunt imperfecta & donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad prædicandum per totum mundum. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Apostolo imminebant in Troade multa facienda. Nam ex vna parte imminebat ei prædicare his, qui parati erant recipere Christum per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersariis qui impediebant: & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui institisset prædicationi & conuersioni bonorum, & Apostolus restitisset aduersariis. Et specialiter etiã hoc scribit eis, vt innuat, quòd non solum prima causa dilationis suæ fuit ex eis, sed etiam secunda. nam ipse propter duritiam & dissensionem eorũ, detinerat tanto tẽpore Titum, & ideo dicit; *Eo quod non inueni Titum fratrem* vel in Christo, vel coadiutorem. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remansi ibi; *Sed uale faciens eis* qui erant conuersi, & in quibus ostiũ apertum erat; *Profectus sum in Macedoniam*, vbi credebam eum inuenire. Causa autem essendi in Macedonia, legitur Act. 26. vbi dicitur, ꝙ vir Macedo &c. Consequenter cũ dicit; *Gratias autem Deo &c.* Ponit profectum sui processus: & circa hoc duo facit. Primo, describit ordinem sui processus. Secundo, excludit ab isto processu pseudo apostolos, ibi; *Ad hoc quis tam idoneus &c.* Circa primum duo facit. Primo, insinuat profectũ quem faciebat. Secundo, exponit quoddam quod dixerat, ibi; *Christi bonus odor &c.* Circa primum sciendum, quòd Apostolus profectũ & fructum quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ virtuti, sed Deo 1. Cor. 15. Abundantius omnibus laborani non ego, sed gratia &c. & ideo dicit, Gratias aũt Deo. I. ago 1. The. 5. In omnibus gratias agite. Eph. 5. Gratias agentes &c. *Qui semper triumphat nos in Christo Iesu*. i. triumphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciendũ est, ꝙ prædicatores veritatis duo debẽt facere. s. exhortari in doctrina sacra, & contradicentem deuincere: & hoc dupliciter: disputatione hæreticos: patientia vero persecutores. Vnde per ordinem ista tangit hic Apostolus: & ideo dicit; *Qui triumphat nos*, Quantum ad contradicentes Ro. 8. In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 3. Non in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo &c. *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*; quantum ad exhortationem sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit *Glo.* idest filium suum: sed melius est vt hoc dicatur ad differentiam notitiæ de Deo, quam faciunt aliæ scientiæ, & quam facit fides. Nam notitia de Deo quæ habetur per alias scientias, illuminat intellectum solum, ostendens ꝙ Deus est causa prima, ꝙ est vnus & sapiens &c. Sed notitia de Deo quæ habetur per fidẽ, & illuminat intellectum, & delectat affectum: quia non solum dicit quòd Deus est prima causa, sed quòd est saluator noster, quod est redẽptor, & quòd diligit nos quòd est incarnatus pro nobis, quæ omnia affectum inflammant. Et ideo dicendum, quòd odorem notitiæ suæ, idest notitiam suæ suauitatis, credenti per nos in omni loco manifestat: quia iste odor longe lateque diffunditur Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui &c. Gen. 27. Ecce odor filii &c. Quia vero aliqui possent dicere: quid est odor Dei in omni loco? nam multa loca sunt in quibus non recipitur prædicatio nostra: ideo Apostolus exponit, dicens, Non curo, quia siue recipiãt prædicationem: siue non: tamen notitia Dei manifestatur vbique per nos; *Quia sumus bonus odor Christi Deo*. i. ad honorem Dei: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quòd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum Deo,

F quasi dicat, Nos sumus holocaustum, quod offertur Deo in odorem suauitatis. Et tam; *In his qui salui fiunt*, vt scilicet non pereãt, quod est eis a Deo, quàm; *In his qui pereunt*, quod est eis ex seipsis. Vnde Oseæ 13: Perditio tua Israel ex te &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodẽ modo? Non, sed; *Aliis quidem est odor mortis in mortem*, ii. inuidiæ & malitiæ, occasionaliter ducentis eos in mortẽ æternam, illis, scilicet q̃ inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi, & conuersionem fidelium Luc. 2. Positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ &c. *Aliis autem odor uitæ* dilectionis & bonæ opinionis, ducentis eos; *In uitam* æternam, scilicet illis qui gaudẽt & cõuertuntur ad prædicationẽ Apostoli 1. Cor. 1. Verbũ crucis pereuntibus &c. His autem qui salui &c. Sic ergo, ex odore Apostoli, boni viuũt, mali moriuntur: sicut legitur quòd ad odorem vinearum florentium moriuntur serpentes. Consequenter cũ dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus &c.* excludit ab isto profectu pseudo apostolos, dicens, Quis illorum pseudo apostolorum, est tam idoneus ad ista scilicet, quæ nos apostoli veri facimus? quasi dicat: nullus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Sed contra Prou. 27. Laudet te alienus &c. Ad hoc respondet Greg. super Ezech. ꝙ sancti duplici ex causa seipsos laudant: & non propter gloriã tuam & vanitatem. Prima causa est, vt non desperent in tribulationibus, sicut Iob, quando amici nitebantur eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam sua bona quæ fecerat, vt confortatus non desperaret; *Vnde dicebat*, Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Legitur etiam de quodam sancto patre, quòd quando tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriam bona quæ fecerat, vt confortaretur: quando tentabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, vt humiliaretur. Secunda causa est, propter vtilitatẽ, vt scilicet haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ suæ. Et propter hanc causam hic Apostolus laudat se. Nam Corinthii præferebant sibi pseudo apostolos & condemnabant eum, & ideo non sic obediebant sibi. Vt ergo non vilipenderent eum, sed obedirent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit; *Sed ad hæc quis tam idoneus*, sicut nos? non pseudo apli: quia licet ipsi prædicent, tñ adulterãt verbum Dei quod nos non facimus. Vnde dicit; *Non sumus, sicut plurimi*, sc. pseudo apli; *Adulterantes uerbum Dei*, admiscendo contraria, sicut hæretici, qui licet confiteantur Christum, tamen non dicunt eum esse verũ Deum: sic faciunt pseudo apli qui dicũt cũ euangelio debere obseuari legalia. Itẽ; *Nõ adulterantes uerbum Dei*. i. prædicantes, vel pp quæstum, vel propter fauorẽ laudis. Sic. n. mulieres adulteræ dicuntur, qñ recipiunt semen ex alio viro, ad propagationem prolis. In prædicatione autem, semẽ nihil aliud est, quàm finis seu intentio tua, vel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus: si intentio tua est fauor gloriæ propriæ: adulteras verbum Dei. Hoc faciebant pseudo apli, qui pp quæstũ prædicabant. infra 4. Neque adulterantes verbum Dei &c. Apostoli autem prædicabãt, neque propter quæstum, neque gloriam propriam, sed propter laudem Dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit; *Sed ex sinceritate*, idest sincera intentione: non propter quæstum, & sine admistione corruptionis. supra 1. Ex sinceritate &c. Ponit aũt triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Nuntium enim veritatis decet vera loqui. Et ideo dicit; *Ex Deo*, idest illa sinceritate, quæ est digna nuntio Dei 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Secunda sumit ex authoritate præsidẽtis cui astat. Ideo dicit; *Coram Deo*, corã quo ex sinceritate loqui debemus 3. Reg. 17. Viuit dominus in cuius conspectu sto &c. Tertio, sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nam prædicatio apostolorum est de Christo: & ideo debet esse sincera: sicut & ipse Deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solum, non de legalibus, vt pseudo apli faciunt 1. Corint. 2. Neque existimaui me scire aliquid inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum.

odor vitæ in vitam. Et ad hęc, quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.

CAPIT. III. LEC. I.

G INcipimus iterũ nosmetipsos cõmendare? Aut nunqd egemꝰ sicut qdã, cõmen

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus suã excusationẽ posuit, in qua beneuolentiã captauit auditorum, hic consequẽter prosequit suam intentionem, scilicet tractans de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat dignitatem bonorum

bonorum ministrorum. Secundo vero, exaggerat malitiam malorum ministrorum: & hoc a 10. cap. & deinceps. Circa primum duo facit. Primo enim commendat ministerium noui testamenti. Secundo, commendat vsum huius ministerii in aliis, exhortando eos ad hoc, ibi 6. cap. *Adiuuantes autem &c.* Circa primum cõmendat hmõi ministeriũ noui testamenti ex tribus Primo, ex dignitate in isto ca. Secũdo, Ex vsu, ca. 4. ibi; *Ideo habentes &c.* Tertio, ex præmio 5. ca. ibi; *Scimus autem quoniam si &c.* Circa primum duo facit. Primo, remouet quandam obiectionem. Secundo, commendat ministros noui testamenti, ibi; *Qui & idoneos nos fecit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus intendit commendare ministros noui testamenti, quorum ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthii obiicerent sibi, quòd in hoc vellet commendare seipsum, statim excludit, dicens; *Incipimus iterum nosmetipsos &c.* vbi duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo, respondet, ibi, scilicet, *Aut nunquid egemus &c.* Quæstio sua talis est, Dico, quòd non sumus adulterantes verbum Dei, sicut pseudo, sed ex sinceritate, sicut ex Deo. Sed nunquid hoc dicendo; *Incipimus iterum nos commendare*, idest, dicimus ista, vt velimus nostram gloriam quærere, & non Dei? Et dicit iterum, quia in epistola prima commendauerat se satis, cum dixit, Vt sapiens architectus &c. Non ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriã nostram, sed Dei. Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Huic autem quæstioni respondet, cum dicit; *Aut nunquid egemus &c.* & ostendit quòd non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit, quòd non indiget commendatione hominum. Secundo quòd neque etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi; *Fiduciam autem talem &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit, quòd non indiget commendatione eorum ad gloriam propriam. Secundo, huius causam assignat, ibi; *Epistola nostra uos estis &c.* Dicit ergo, Dico quòd non incipimus cõmendare nosmetipsos, quia non indigemus commendatione. Et hoc est qd̃ dicit; *Aut nunquid egemus nos* veri ministri; *Sicut quidam*' scilicet pseudo; *Commendatitiis epistolis*, idest laudibus missis; *Ad nos* ab aliis; *Aut ex nobis* aliis missis? Sed contra Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mãdatũ &c. Etiam legati Papæ semper portant literas commendatitias. nõ est ergo malum. Respondo. Dicendum, quòd accipere literas huiusmodi a personis famosis, vt solum per illas commendentur & honorentur, quousque ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiam: hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. Apostolus vero, ita iam erat notus, & commendatus apud istos per opera sua, quòd non indigebat literis commendatitiis. Et ideo statim causam huius assignans, subdit; *Epistola nostra uos estis.* quasi dicat. Ego habeo bonas literas, non indigeo aliis. Et ideo citra hoc duo facit. Primo enim ostendit, quæ sit ista litera quam habet. Secundo, exponit hoc idem, ibi; *Manifestati &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quæ sit illa litera. Secundo, ostendit eam esse sufficientem ad commendationem propriam, ibi; *Scripta &c.* Dicit ergo sic, epistola nostra vos estis, idest epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos commendamur, ita vt epistolis aliis non indigeamus: supra 2. Gloria nostra vos estis. Gala. 4. Filioli mei quos iterum parturio &c. Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia; *Scripta &c.* vbi duo tangit, sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est, quòd intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, aliàs adhuc quæreret, nisi sciret se eam habere. Et quantum ad hoc, dicit; *Scripta in cordibus nostris*: quia semper vos habemus in memoria, habentes de vobis specialem curam. Phil. 1. Eo quòd habeam vos &c. Secundum est, quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam: aliàs non curaret, de commendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit; *Quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur inquam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem, quia exemplo nostri etiam alii imitantur vos. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas vt percurrat, qui legerit eum. Quomodo autem scitur hæc epistola, exponit, dicens; *Manifestati &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, exponit cuius sit hæc litera. Secundo, quomodo sit scripta: & tertio in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit; *Manifestati quoniam estis Christi*, idest a Christo informati & inducti, scilicet principaliter & authoritatiue. Matth. 23. Vnus est magister vester. Sed a nobis secundario, & instrumentaliter. Et ideo dicit; *Ministrata a nobis* 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo &c. 1. Cor. 3. Quid igitur Cephas &c.

datijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus manifestati ꝙ epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

A Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia; *Non atramento*, i. non ad mixta erroribus, sicut pseudo apostolorũ, non mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex: quæ neminẽ ad perfectũ adduxit. Heb. 7. Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error: & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Non inquam atramento est scripta; *Sed spiritu Dei uiui*, idest spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instructi estis Ephe. 1. In quo signati estis &c. Vbi autem sit scripta insinuat, subdẽs; *Nõ in tabulis lapideis* sicut lex vetꝰ, vt excludat duritiem: quasi dicat, Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi Act. 7. Dura ceruice &c. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, idest, in cordibus latis ex charitate: & carnalibus, idest mollibus ex affectu implẽdi & intelligendi Ezech. 36. Auferam a vobis cor lapideũ, &c. *Fiduciam autem talem &c.* Apostolus supra excusauit se, quòd non quærebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hic vero probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immo omnia bona quæ facit, non attribuit sibi, sed Deo. Et circa hoc duo facit. Primo enim attribuit omnia bona, quæ habet, & facit, Deo. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Non quod sufficientes &c.* Dicit ergo primo: Dico quòd non egemus epistolis commendatitiis, & quòd vos estis epistola nostra ministrata a nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostram, sed Christi: & ; *Fiduciam talem*, idest, dicendi talia; *Habemus ad Deum*, idest, referimus in Deum. Vel fiduciam tendentem in Deum, ex cuius viribus hoc dico: C quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciam habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem, vt dicitur Rom. 5. Qui vniuit nos Deo. Hiere. 17. Benedictus vir &c. Et quia vnitus Deo per Christum, habeo hanc fiduciam. Psal. 11. Fiducialiter agam &c. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, etiam ipsum principium operis Deo attribuo. Et ideo dicit; *Non quod simus sufficientes cogitare*, saltem non dicere, vel implere. Nam in quolibet processu operis, primo est assensus qui fit cogitando, deinde collatio per verbum, & postmodum impletio per opus: vnde fit, vt sic nec cogitare quis a se habeat, sed a Deo: non est. n. dubium, quòd non solum perfectio operis boni est a Deo, sed etiam inchoatio. Philip. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum &c. & hoc est contra Pelagianos dicentes, quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est a Deo Esaia. 26. Omnia opera nostra &c. Sed ex hoc ne videatur tollere libertatem arbitrii, dicit; *A nobis, quasi ex nobis*, quasi dicat, Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc qd̃ facio non est ex me, sed a Deo, qui hoc ipsum posse confert, vt sic, & libertatem hominis defendat, cum dicit, A nobis, idest, a nostra parte, & diuinam gratiam commendat, dum dicit; *Quasi ex nobis*, scilicet, procedat, sed a Deo. Hoc etiam Philosophus vult, quòd nunquam homo per liberum arbitrium potest quoddam bonum facere, sine adiutorio Dei. Et ratio sua est, quia in his, quæ facimus, quærendum est illud, pp quod facimus. Non est autem procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliquid primum, puta ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est a Deo. Vnde dicit, quòd consilium boni est ab aliquo, quod est supra hominem, mouens eum ad bene operandum. Et hoc est Deus, qui & homines mouet, & omnia, quæ agunt ad actiones suas, sed aliter & aliter. Cum enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet quòd hoc fiat secundum modum suæ naturæ, idest, rei motæ. & ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo quorum natura est, vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet libere ad operationes suas, sicut creaturas rationales & intellectuales. Alia autem non libere, sed secundum modum suæ naturæ: licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid a nobis, tanquam ex nobis; tamen habemus aliquam sufficientiam, qua scilicet bonum possumus velle & credere incipiamus, & hoc a Deo est 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti?

Eth. 6. c. 10

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

COMMENDATO ministerio noui testamenti, hic consequenter commendat ministros eius. Et primo, ponit duo, quæ respondent verbis præmissis. Præmiserat enim donum a Deo acceptum, cum dixit; *Sufficientia nostra &c.* Et fiduciam ex dono cõceptam, cum dixit; *Fiduciam talem &c.* Primo ergo, determinat ea, q̃ pertinent ad donum perceptum. Secundo ea, quæ ad fiduciam conceptam, ibi; *Habentes igitur talẽ &c.* Circa primum, tria facit. Primo, ostendit donum a Deo suscepturn, scilicet ministerium noui testamenti. Secundo, describit nouum testamentum, ibi; *Non litera sed spiritu.* Tertio, ex dignitate noui testamenti, ostendit dignitatem ministrorum eius, ibi; *Si ministratio &c.* Dicit ergo, Dico q̃ sufficientia nostra ex Deo est; *Qui & fecit nos idoneos ministros noui testamenti.* Esa. 61. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus locum angelorum. Psal. 103. Qui facit angelos &c. Sed non solum fecit nos ministros, sed idoneos. Deus enim cuilibet rei dat ea, per quę possit consequi perfectionem suæ naturæ. Vnde, quia Deus constituit ministros noui testamẽti, dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exercendum, nisi sit impedimentum ex parte recipientium: supra 2. Et ad hæc quis tam idoneus, scilicet, sicut Apostoli a Deo institũti? Hoc autem nouum testamentum quid sit describit, subdens; *Non litera &c.* Et describit ipsum quantum ad duo, scilicet quantum ad illud in quo consistit, & quantum ad causam propter quam datum est, ibi; *Litera enim occidit &c.* Circa primum sciendum est, quòd Apostolus loquitur profunde: dicitur enim Hier. 31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris. Et post. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorũ superscribam eam &c. Vetus ergo testamentũ scribitur in libro post modum sanguine aspergendo, vt dicitur Heb. 9 Accepit sanguine & aspersit librum &c. dicens, Hic est sanguis &c. Et sic patet, quòd vetus lex est testamentum literæ, sed nouum testamentum, est testamentum spiritus sancti, quo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, vt dicitur Ro. 5. Et sic dum spiritussanctus facit in nobis charitatem, quæ est plenitudo legis, est testameneum nouum; *Non litera*, idest per literã scribendum; *Sed spiritu*, idest, per spiritum, qui viuificat Rom. 8. Lex spiritus vitæ, idest, viuificantis. Causa autem, quare datum sit nouum testamentum, per spiritum, subditur, Quia; *Litera occidit* occasionaliter. Nam litera legis dat solam cognitionem peccati. Ro. 3. Per legem autem cognitio peccati. Ex hoc autem, quòd cognosco peccatum, solum duo sequuntur. Nam lex dum per eam cognoscitur, non reprimit concupiscentiam, sed magis occasionaliter auget, inquantum concupiscentia feruentius fertur in rem prohibitam. Vnde huiusmodi cognitio, nondum destructa causa concupiscentiæ, occidit. hinc vero addit præuaricationẽ. Nam grauius est peccare contra legem scriptam & naturalem simul, q̃ contra legem naturalem solum Rom. 7. Occasione accepta, non data, peccatum &c. Licet autem occasionaliter occidat, inquantum scilicet auget concupiscentiã: & addit præuaricationem, nõ tamen est mala lex vetus, quia ad minus prohibet mala. Est tamen imperfecta, inquantũ non remouet causam. Est ergo lex sine spiritu interius imprimens legem in corde, occasio mortis. Et ideo necessarium fuit dare legem spiritus, qui charitatem in corde faciens viuificet: Ioan. 6. Spiritus est, qui viuificat. Consequenter ex his ostendit dignitatem sui ministerii. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit, quòd ministerium noui testamenti, præfertur ministerio veteris testamenti. Secundo, quòd non solum præfertur, sed quòd ministerium veteris testamenti, quasi nihil habet de gloria in cõparatione ad nouum, ibi; *Nam nec glorificatum &c.* Circa primum, duo facit. Primo, ostendit quòd ministerium noui testamenti præfertur veteri. Secundo, rõnem huius assignat, ibi; *Nam si ministratio &c.* Circa primũ sciẽdum est, q̃ Apostolus argumentatur ex hoc, quod habetur. Exo. 24. Vbi litera nostra habet, q̃ Moyses habebat faciem cornutã, ita quòd non possent &c. Alia litera habet faciem splendidam, quod melius dicitur. Non enim intelligendum est, eum habuisse cornua ad literam, sicut quidam eum pingunt: sed dicitur cornuta propter radios qui videbantur esse quasi quædam cornua. Arguitur autem ex hoc, sic & primo per vnũ simile, & est locus a minori.

LECTIO. II.

GVI & idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu, Litera enim occidit, spiritus autẽ uiuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi propter gloriã uultus eius, quę euacuatur: quõ non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio dãnationis ĩ gloria est, multomagis abuudat ministeriũ iustitię in gloria. Nam nec glorificatũ est, quod claruit in hac parte pp excellentem gloriam. Si enim, quod euacuatur per gloriam est, multo magis, quod manet, in gloria est.

Constat enim, quòd si aliquid quod minus est, habet aliquid de gloria, quòd multo magis illud quod est maius. Sed vetus testamẽtum est minus quàm nouum. cum ergo illud fuerit in gloria, ita vt non possent &c. Videtur q̃ multo magis nouum est in gloria. Quod aũt vetus testamentum minus sit nouo, probat tripliciter. Primo, quantum ad effectũ: quia illud est testamentũ mortis, istud vitæ, vt dictum est. Et quantũ ad hoc, dicit, q̃ si ministratio mortis, idest vetus, quæ est occasio mortis: & hoc respõdet ei quo dicitur; *Litera occidit &c.* Secũdo quantum ad modum tradẽdi, quia vetus fuit tradita literis in tabulis lapideis: noua vero, fuit impressa spiritu, in cordibus carnalibus: & hoc innuit, cum dicit; *Literis deformata*, idest perfecte formata; *In lapidibus*, idest in tabulis lapideis. Et hoc ei respondet, quo dicitur; *Non litera sed spiritu &c.* Tertio, quantum ad perfectionem, quia gloria veteris testamenti sine fiducia est, quia neminem ad perfectum adduxit lex. In nouo uero, est gloria cũ spe melioris gloriæ, scilicet sempiternæ. Esa. 51. Salus mea in sempiternum erit. Et hoc innuit cum dicit, *Quae euacuatur.* Gal. 5. Quod si circuncidimini, Christus nihil &c. Conclusio ponitur, cum dicit; *Quomodo non magis* quod planum est. Horum autem rationem assignat consequenter, cum dicit; *Nam si ministratio &c.* Et est ratio sua talis, Gloria magis debetur iustitiæ, quàm damnationi: sed ministerium noui testamenti est ministerium iustitiæ, quia iustificat interius viuificando. Ministerium autem veteris testamenti, est ministerium damnationis occasionaliter: supra eodem; *Litera occidit spiritus autem uiuificat.* Cum ergo ministratio damnationis, idest ministratio veteris testamenti, quæ occasionaliter est causa damnationis, vt dictum est, est in gloria, quæ apparuit in facie Moysi, constat, quòd multo magis abundat in gloria, idest dat abundantem gloriam ministris eius; *Ministerium iustitiae*, idest noui testamenti, per qd datur spiritus per quẽ est iustitia & consummatio virtutũ. Pro. 3. Sapientes gloriam possidebunt. Consueuerunt hoc in loco, fieri quæstiones de comparatione Moysi & Pauli: sed si recte considerentur verba Apostoli, non sunt necessariæ: quia hic non fit comparatio personæ ad personam, sed ministerii ad ministerium. Sed quia possent pseudo apsi dicere, q̃ licet maius ministerium sit noui testamenti, quàm ministerium veteris testamenti: non tamen est multum maius, & ideo bonum est, quòd illi ministerio & isti intendamus, quod & faciebant, quia simul seruabant legalia cum euangelio. Ideo hic consequenter Apostolus hoc improbat, cum dicit; *Nam nec glorificatum &c.* Et circa hoc, duo facit. Primo enim ostendit, quòd ministerium noui testamenti absq; aliqua comparatione excedit ministerium veteris. Secundo, causam huius assignat, ibi; *Si enim quod euacuatur &c.* Dicit ergo, Dixi quòd ministerium iustitiæ abundat in gloria, & intantum quòd gloria veteris ministerii, non est dicenda gloria: quia nec glorificatum &c. quod dupliciter exponitur. Primo modo, sic; *Quia nec &c.* idest illa gloria nihil est in comparatione ad istam noui testamenti, quia illa gloria non est omnibus ministris collata, sed solum Moysi & non claruit in toto Moyse, sed in parte, idest in facie solum particuliariter. Et ideo; *Nec glorificatum est*, idest nec glorificari debet; *Propter excellentem gloriam*, idest comparatione excellentis gloriæ noui testamenti, quæ abundat gratia, vt per eam purificati homines possent videre non gloriam hominis, sed Dei. Secundo modo, vt punctetur sic, nec glorificatum est quod claruit: quasi dicat, Nam in hac parte, idest in respectu huius naturæ particularis, qui sumus serui, non est glorificatum idest non gloriosum illud, quod claruit in veteri testamento: & hoc propter excellentem gloriam, quæ est in nouo, quia illa est gloria Dei patris. Huius autem causam, assignat consequenter, cum dicit; *Si enim quod euacuatur &c.* Et est ratio sua talis. Illud quod datur, vt transeat, nihil est in respectu ad illud quod datur, vt semper maneat. Si ergo testamentum vetus, qd euacuatur, tollitur 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est &c. Per gloriam enim Moysi ministratum saltem per particularem gloriam, constat q̃ testamentum nouum manet: quia hic inchoatur & perficitur in patria. Luc. 21. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea nõ transibunt; *Erit multo magis in gloria* æterna, in qua perficietur. Erit, inquam, nobis qui sumus eius ministri.

LECTIO

LECTIO TERTIA.

POSITIS his, quæ pertinent ad commendationem doni percepti a Deo: hic consequenter ponit ea, quæ pertinent ad commendationem fiduciæ de ipso dono conceptæ. Circa hoc autem duo facit. Primo, ponit fiduciam ex dono conceptam. Secundo vero, comparat fiduciam veteris, & noui testamẽti, ibi; *Et non sicut Moyses.* Dicit ergo primo; *Habentes igitur talẽ spem* ex hoc scilicet, quod nobis dictum est, scilicet videndi gloriã Dei. Rom. 8. Spe. n. salui facti sumus; *Multa fiducia utimur*, idest, cõfidẽter operamur ea, q̃ ptinẽt ad vsum huius ministerii, ex quo cresci nobis spes. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens absq; terrore erit. Hier. 17. Benedictus vir qui confidit in Domino. Consequenter, sicut prætulit donum dono, ita præfert fiduciam noui testamenti fiducię veteris testamenti, cum dicit; *Et non sicut Moyses &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, proponit factum in veteri testamento. Secundo exponit, ibi; *Quod euacuatur &c.* Factum autem, quod proponit legitur. Exod. 24. vbi dicitur, quòd Moyses quando loquebatur ad populum, velabat faciem suam, quia propter claritatem vultus eius, non poterant respicere in eum filii Israel. Et ideo dicit; *Et non sicut Moyses &c.* Quasi dicat. Dico quòd vtimur multa fiducia, & tanta, quòd non accidit nobis, sicut Moyses faciebat eis, scilicet non reuelando faciem suam populo, quia nondum venerat tempus reuelandi claritatem veritatis. Habemus ergo nos fiduciam absque velamine. Consequenter exponit hoc quod dixerat de velamine, dicens; *Quod euacuatur &c.* velamen enim illud erat obscuritas figurarum, quæ per Christum euacuata est. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit euacuationem huius velaminis. Secundo, quomodo hæc euacuatio habet locum in Iudæis, ibi; *Sed obtusi &c.* Tertio, quomodo non habet locum in ministris noui testamenti, ibi; *Nos uero reuelata &c.* Dicit ergo, quòd *Moyses ponebat velamen*, scilicet figuræ; *Super faciem suam*, *quod* scilicet velamen; *Euacuatur*, idest tollitur per Christum, scilicet implendo in veritate, quod Moyses tradidit in figura: quia omnia in figura contingebant illis: sic enim Christus per mortem suam remouit velamen de occisione agni paschalis. Et ideo statim cum emisit spiritum, velum templi scissum est. Item, in mittendo spiritũ sanctum in corda credentium, vt intelligerent spiritualiter, quod Iudæi carnaliter intelligunt. Et hoc velamen remouit, cum aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Qualem autẽ effectum habeat in Iudæis hæc euacuatio, ostendit dicens; *Sed obtusi &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd remotum ab illis nõ fuit in statu infidelitatis. Secũdo, ostendit q̃ remouebitur in eorum conuersione ibi; *Cum autem conuersus fuerit &c.* Circa primum duo facit. Primo ostẽdit rationem, quare hæc euacuatio non habet locum in Iudæis. Secundo, ex hoc ostendit eos adhuc habere velamẽ, ibi; *Sed usq; in hodiernũ diẽ &c.* Dicit ergo, q̃ euacuatur in his qui credunt, sed non quantum ad Iudæos infideles, & ratio huius est, quia obtusi sunt sensus eorum, idest ratio eorum hebes est, & sensus eorum imbecilles & obtusi sunt, nec possunt videre claritatem diuini luminis, idest diuinæ veritatis absque velamine figurarum. Et huius ratio est, quia claudunt oculos, vt non videant, quia velum templi scissum est. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis, non ex defectu veritatis, quia remoto velamine oĩbus aperiẽtibus oculos mentis, per fidẽ clarissime ueritas manifestatur. Roma. 11. Cæcitas ex parte cõtingit in Israel. Ioan. 9. In iudicium veni in hunc mundũ &c. Sic. n. prophetauerat. Esa. 6. ca. Excæca cor populi huius &c. Et vere intantum obtusi sunt sensus eorum, vt veritatem nobis manifestatam; *Vsque in hodiernum diem* non intelligant. Sed idipsum velamen, quod erat in veteri testamento, antequam velum templi scissum esset in lectione veteris testamenti, quia non aliter intelligunt illud, quàm ante, qui adhuc inniuntur figuris, vt veritatem non reuelent, idest non intelligant; sic velamen Dei, non figuram, sed veritatem credunt, quod scilicet euacuatur quantum ad fideles, & quãtum in se est omnibus per Christum, idest in fide Christi, sed in eis non manet, quia non credunt venisse Christũ. Consequẽter cũ dicit; *Sed usq; in hodiernum diẽ &c.* Ostendit quomodo adhuc apud Iudeos est velamen quantum ad infideles, licet remotum sit per Christum. Circa quod sciendum est, quòd velamen dicitur apponi alicui dupliciter. Aut, quia apponitur rei visæ, ne possit videri. Aut, quia apponitur videnti ne videat, sed Iudæis in veteri lege vtroq; modo appositum erat velamen. Nam & corda eorum excæcata erant, ne cognoscerent veritatẽ propter eorum duritiem, & vetus testamentum nondũ cõpletũ erat, quia nondum veritas venerat. Vnde in signum huius, velamen erat in facie Moysi, & non in faciebus eorum: sed veniente Christo, velamen remotum est a facie Moysi, idest a veteri testamento: quia iam impletum est, sed tamen non est remotũ a cordibus eorum. Et hoc est, quod dicit; *Sed usque in hodiernum diem.* Quasi dicat amotum est a fidelibus veteris testamenti velamen. Sed adhuc; *cum legitur Moyses*, idest, cum exponitur eis vetus testamentum. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis &c. Velamen. i. cæcitas est positum super cor eorum. Ro. 11. Cæcitas ex parte contigit &c. Quando autem, & quomodo remouetur ab eis illud velamen, ostendit consequenter, cum dicit; *Cum autem conuersus &c.* Et primo, describit modum remouendi hoc velamen. Secundo, rationem huius reddit, ibi; *Dominus aũt spiritus &c.* Dicit ergo, q̃ illud velamẽ adhuc est i eis, sed non q̃ vetus testamentum sit velatum, sed quia corda eorum velata sunt. Et ideo ad hoc, vt remoueatur, nihil restat, nisi q̃ conuertantur, & hoc est, qd̃ dicit; *Cum autem conuersus fuerit*, scilicet aliquis eorum ad Deum per fidem in Christum, ex ipsa conuersione; *Auferetur velamen.* Esa. 10. Reliquiæ conuertentur &c. Et hoc idem habetur. Ro. 11. Et nota, q̃ cum ageret de cæcitate, loquitur in plurali. Vnde dicit, Super corda eorum: cum vero loquitur de conuersione, loquitur in singulari, dicens; *Cum autem conuersus*, vt ostendat eorum facilitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, quasi pauci conuertantur. Ratio autem quare cõuertantur, & velamẽ remoueatur, hoc modo est, quia Deus vult. Posset enim dicere, q̃ velamen illud appositum est ex precepto Domini, & ideo non potest remoueri. Sed Apostolus ostendit, q̃ non solum potest remoueri, immo, quia remouetur per eũ, qui est Dominus: & hoc est, quod dicit; *Dominus enim &c.* Quod põt dupliciter legi. Vno modo, vt spiritus teneatur ex parte subiecti, vt dicatur spiritus, idest spiritussanctus scilicet, qui est author legis, est Dominus, idest operatur ex proprio libertatis arbitrio. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat. 1. Cor. 12. Diuidens singulis prout vult; *Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.* Quasi dicat, Quia spiritus est Dominus, potest dare libertatem, vt possimus libere vti scriptura veteris testamẽti absq; velamine. Et iõ, qui non habent Spiritum sanctũ, nõ possunt libere vti. Galat. 5. Vos in libertatem vocati estis. 1. Pet. 2. Quasi liberi, & nõ quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Alio modo, ut per Dominum intelligatur Christus, & tunc legitur sic; *Dominus*, idest Christus; *Est spiritualis*, idest spiritus potestatis, & ideo; *Vbi est spiritus Domini*, idest lex Christi spiritualiter intellecta, non scripta literis, sed per fidem cordibus impressa; *Ibi est*; *Libertas* ab omni impedimento uelaminis. Sciendum est autem, quòd occasione istorum uerborum scilicet, Vbi spiritus Domini, ibi libertas: & illorum scilicet. Iusto lex non est posita: aliqui erroneę dixerunt, q̃ uiri spirituales non obligantur præceptis legis diuinæ: sed hoc est falsum: nam præcepta Dei sunt regula uoluntatis humanæ. Nullus autem homo est, nec etiam angelus, cuius uoluntatem non oporteat regulari & dirigi lege diuina. Vndẽ impossibile est aliquem hominem præceptis Dei nõ subdi. Hoc autem, quod dicitur, Iusto lex non est posita, exponitur, idest propter iustos, qui interiori habitu mouentur ad ea, quæ lex Dei præcipit, lex non est posita: sed propter iniustos, non quin etiam iusti ad eam teneantur. Et similiter, Vbi spiritus Domini ibi libertas, intelligitur: quia liber est, qui est causa sui; seruus autem est causa Domini: quicunq; ergo agit ex seipso, libere agit: qui uero ex alio motus, non agit libere. Ille ergo, qui uitat mala, non quia mala, sed propter mandatum Domini, non est liber: sed qui uitat mala, quia mala, est liber. Hoc autem facit spiritussanctus, qui mentem interius perficit per bonum habitum, ut sic ex amore caueat, ac si præciperet lex diuina, & ideo dicitur liber, non quin subdatur legi diuinæ, sed quia

LECTIO III.

HABENTES igitur talẽ spem, multa fiducia vtimur: Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciẽ suã, vt non intenderent filij Israel in faciẽ eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quod in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses velamẽ positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem, spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu.

quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum, quod lex diuina ordinat. Deinde cum dicit; *Nos uero omnes &c.* Ostendit, quomodo Christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico quòd ab illis aufertur velamen hoc, cum aliquis conuersus fuerit sicut nos: non aliquis, sed omnes qui sumus Christi fideles.

Luc. 8. Vobis datũ est &c. *Reuelata facie* non habentes velamen supra cor, sicut illi: & intelligitur per faciem, cor, seu mens, quia sicut per faciẽ videt quis corporaliter, ita per mentem spiritualiter. Psal. 118. Reuela oculos meos &c. *Gloriam Domini* non Moysi: gloria enim significat claritatem, vt dicit August. Iudæi autem videbant quandã gloriam in facie Moysi ex hoc, q̃ locutus est cũ Deo: sed hæc gloria est imperfecta, quia non est claritas ex qua ipse Deus est gloriosus: & hoc est cognoscere ipsum Deum: vel gloriam Domini, idest filiũ Dei Prouer. 10. Gloria patris, filius sapiens &c. Speculantes nõ sumitur hic a specula, sed a speculo, idest ipsum Deum gloriosum cognoscentes per speculum rationis, in qua est quædam imago ipius: hunc speculamur quando homo ex consideratione suiipsius assurgit in cognitionem aliquam de Deo, & transformatur. Cum enim omnis cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitum, oportet quòd qui vident, aliquo modo trasformentur in Deum. Et siquidem perfecte vident, perfecte transformantur: sicut beati in patria per fruitionis vnionem 1. Ioan. 3. Cum autem apparuerit &c. Si vero imperfecte, imperfecte, sicut hic per fidem 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. & ideo dicit; *In eandem imaginem*, idest sicut videmus. Transformamur, inquam; *A claritate in claritatem*, in quo distinguit triplicem gradum cognitionis in discipulis Christi. Primus est, a claritate cognitionis naturalis, in claritatẽ cognitionis fidei. Secundus est, a claritate cognitionis veteris testamenti, in claritatem cognitionis gratiæ noui testamenti. Tertius est, a claritatẽ cognitionis naturalis & veteris & noui testamenti, in claritatem visionis æternæ. infra 4. Licet is, qui foris est &c. Sed vnde est hoc? Non ex litera legis, sed; *Tanquam a spiritu Domini.* Roma. 8. Quicunque spiritũ Dei aguntur. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet &c.

LECTIO PRIMA.

OSTENSA dignitate ministerii noui testamenti, hic consequenter Apostolus determinat de vsu ministerii. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit vsum huius ministerii, qui debet esse in agendis bonis. Secundo illum, qui debet esse in malis patienter tolerandis, ibi; *Habemus autem thesaurum &c.* Circa primum, duo facit. Primo, ponit huius ministerii vsum. Secundo, obiectionem excludit, ibi *Quod si &c.* Dicit ergo. quia igitur huiusmodi ministerium est tantæ dignitatis in se & in ministris; *Ideo habentes hanc administrationem*, idest hanc dignitatẽ administrandi spiritualia 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros &c. Rom. 11. Quandiu sum Gentium Apostolus ministerium &c. Habentes inquam, non ex nobis, seu ex meritis nostris, sed; *Iuxta quod misericoriam consecuti sumus a Deo*, idest, ex misericordia Dei, quam in hoc consecuti sumus a Deo. 1. Timo. 1. Misericordiam consecutus sum &c. Consequenter cum dicit; *Non deficimus &c.* describit vsum huius ministerii, qui debet esse circa bona agenda: & hoc quantum ad duo. Primo, quantum ad vitationem malorũ. Secundo, quantũ ad operationem bonorum; *In manifestatione &c.* Docet autem vitari mala in vsu huius ministerii, & quantum ad vitam & quantum ad doctrinam. Sed quantum ad vitam dupliciter, scilicet quantum ad operationem & quantum ad intentionẽ. Nam siquis vitat mala operari & bona intentione, perfecte vitat mala. In operatione autem vitatur malum, in aduersitate patienter mala sustinendo: & ideo dicit; *Non deficimus* per impatientiam. Gal. 6. Bonum autem facientes nõ deficiamus 2. Cor. 1. Cum infirmor, tunc fortior sum & potens. Vitatur etiam in prosperitate temperatẽ vtendo eis, quæ prospere succedunt: & ideo dicit; *Sed abdicamus occulta dedecoris*, i. amouemus a nobis, quæ hominem turpẽ & dedecorosum faciũt, scilicet immunda & turpia, & etiam occulta, non solum manifesta Iaco. 1. Abiiciamus omnem immunditiam. Ephe. 5. Quæ in occulto ab eis fiunt turpe &c. in intentione autem vitatur malum vitæ, si est intentio recta, & quantum ad hoc dicit; *Non ambulantes in astutia* idest in astutia & simulatione & hypocrisi, quod faciunt pseudo, qui aliud prætendunt exterius, & aliud gerunt interius in corde. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. In doctrina autem vitatur malum, quando verbum Domini debito modo proponitur, & quantum ad hoc, dicit; *Non adulterantes verbum.* Quod dupliciter exponitur, vt patet supra. 2. Et primo, non permiscentes doctrinæ Christi, falsam doctrinã, quod faciebant pseudo, dicentes legalia debere seruari cum euangelio. Secundo, non prædicãtes: propter lucrum, vel gloriam propriam. Et istorum primus, est lupus. Secũdus, mercenarius. Sed qui vera prædicat, & propter gloriam Dei, est pastor. Vñ Aug. Pastor est amandus, lupus vitandus, sed mercenarius ad tẽpus tolerãdus. Sed quia nõ sufficit ad perfectã iustitiã solũ vitare mala, sed requiritur operatio bona, ideo cõsequenter subiungit de operatione bonorũ, in ipso vsu huius ministerii. Et ponit triplex bonũ, q̃d facit cõtra triplex malũ. Primũ bonũ contra malũ doctrinæ. Secundũ, cõtra malũ operationis. Tertiũ, contra malũ intentionis. Cõtra malũ doctrinæ, q̃d debet vitari, facit bonũ manifestæ veritatis. Et quantũ ad hoc dicit; *In manifestatione veritatis.* Quasi dicat. non deficimus, sed vitantes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis. i. veritatẽ purã manifestam. Ioã. 19. Ad hoc natus sum, vt testimoniũ perhibeã veritati. Eccl. 24. Qui elucidãt me, vitã æternã habebũt. Contra malũ operationis, faciũt bona opera: & quantũ ad hoc dicit; *Commendantes nos &c.* Et hoc non facimus, dicendo de nobis bona: quia non de facili creditur ei, qui seipsum commendat, sed operãdo bona: quia talia opera facimus, vt ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos commendabiles; *Ad omnem conscientiam hominum.* 1. Pet. 2. Conuersationẽ vestram inter Gentes &c. Contra malum intentionis, facimus bonũ, reddendo nos cõmendabiles, non solum ad omnem conscientiã hominum, sed etiã coram Deo, qui intuetur corda. infra. 10. Non. n. qui seipsum commendat, ille probatus est &c. Roma. 12. Prouidentes bona, non solum coram &c. Et secundum Aug. in Glo. Apostolus implet in hoc mandatum Domini. Mat. 5. Sic luceat &c. Item. 6. Attendite ne iustitiã &c. Primũ in hoc, quod dicit; *Commendantes nos &c.* Secundum vero in hoc, quod dicit; *Coram Deo.* Rom. 2. Non enim, qui in manifesto &c. Vel potest totum hoc, magis secundum continuationem literæ legi, sic, vt dicatur: ideo habentes hanc administrationem, iuxta quod &c. Non deficimus, supple a bene operando, sed abdicamus &c. Et iterum, non deficimus in manifestatione veritatis, seruato tamen eodem modo exponendi, sicut in prima lectura.

CAP. IIII. LEC. I.

DEo habẽtes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris: non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei: sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

LECTIO II.

VÒd si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum: in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominũ nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.

LECTIO III.

HABEMVS autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Et loquitur ad similitudinem

seculariter viuentium non creatione, sed imitatione, qua seculares eum imitantur. Sapien. 2. Imitantur eum, qui sunt &c. Et hic excæcat suggerendo, trahendo, & inclinãdo ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis, operiuntur in tenebris peccatorum ne videant. Ephe. 4. Tenebris obscuratum habẽtes intellectum &c. Tertio modo sic, Deus habet rationem vltimi finis, & complementum desideriorũ totius creaturæ. Vnde quicquid aliquis sibi pro fine vltimo constituit, ĩ quo eius desiderium quiescit, potest dici Deus illius. Vnde cum habes pro fine delitias, tunc delitiæ dicuntur Deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis, vel honores. Et tunc exponitur sic, Deus huius seculi, idest illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine constituunt, vtputa, voluptates, vel diuitiæ & huiusmodi. Et hic Deus excæcat mentes inquantum impedit, ne homines lumen gratiæ hic, & gloriæ in futuro videre possint. Psal. 57. Supercecidit ignis, scilicet concupiscentiæ, & non viderunt solem. Sic ergo excæcatio infidelium non est ex parte euangeli, sed ex culpa infidelium. Et ideo subdit; *Vt non fulgeat &c.* Vbi sciendum est, quòd Deus pater est fons totius luminis. 1. Ioan. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt &c. Ex hoc autem fontanoso lumine, deriuatur imago huius luminis, scilicet filius verbum Dei. Hebr. 1. Qui cum sit splendor &c. Hic ergo splendor gloriæ, imago fontanosæ lucis, carnem nostram accepit, & multa gloriosa & diuina in hoc mundo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium: vnde, & euangelium dicitur notitia claritatis Christi, quæ quidem notitia virtutem habet illuminatiuam. Sap. 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia &c. Et quidem quantum est de se, in omnibus refulget & omnes illuminat, sed ili q̃ præbent impedimentum, non illuminantur, & hoc est quod dicit, Ideo; *Excæcauit mentes infidelium* vt scilicet non; *Effulgeat* in eis scilicet, in mentibus infidelium, licet in se effulgens sit *Illuminatio euangelii* illuminantis quod quidem est illuminans, quia est gloria Christi, idest claritas Io. 1. Vidimus gloriam &c. Quæ quidem gloria prouenit Christo ex eo, quòd; *Est imago Dei* Colo. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Nota secundum Glo. quòd Christus perfectissima imago Dei est. Nã ad hoc quòd aliquid perfecte sit imago alicuius, tria requiruntur, & hæc tria perfecte sunt in Christo. Primum, est similitudo. Secundum, est origo: Tertium, est perfecta æqualitas. Si enim inter imaginem, & eum cuius est imago esset dissimilitudo, & vnum non oriretur ex alio, similiter etiam, si non sit æqualitas perfecta, quæ est secundum eandem naturam, non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis, quia deest ibi æqualitas ſm eandem naturam, sed similitudo regis in filio dicitur perfecta imago regis, quia sunt ibi illa tria, quæ dicta sunt. Cum ergo ista tria sint in Christo filio Dei, quia scilicet est similis patri, oritur a patre & æqualis est patri, maxime, & perfecte dicitur imago Dei. Cõsequenter cum dicit; *Non enim nosmetipsos &c.* Remouet Apostolus quoddam dubium. Posset enim aliquis contra prædicta dicere Apostolo. Supra dixisti, euangelium vestrum esse opertũ, modo dicis, euangelium Christi illuminare: si ergo detur, quòd euangelium Christi sit illuminans, non potest hinc sequi, quòd opertum sit euangelium vestrum. Et ideo ad hoc remouendum, duo facit. Primo ostendit, quòd idem est euangelium suum & Christi. Secundo ostendit vnde sit, q̃ euagelium suum sit illuminatiuum, ibi; *Quoniam Deus, qui dixit &c.* Dicit ergo primo, Dico, q̃ manifestatio claritatis Christi, est euangelium Christi & nostrum. Nostrũ quidem, tanquam per nos prædicatum: Christi vero, tanquam in ipso euangelio prædicati. Et hoc est quòd; *Non prædicamus nosmetipsos*, idest non commendamus nos, nec ad nos, idest, ad laudem, vel lucrum nostrum conuertimus prædicationem nostram, sed ad Christum totum referimus, & laudem eius 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum &c. Psal. 72. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, non meas, in portis &c. Sed Iesum Dñm nostrũ, nos aũt seruos vestros per Iesum q.d. *Iesum prædicamus*, vt Dominũ; *Nos autem seruos*, Et huius ratio est: quia principaliter quærimus laudẽ Christi, & non nostram. Nam seruus est, qui est propter vtilitatem Dñi. Et inde est, quòd minister ecclesiæ, qui non quærit honorẽ Dei & vtilitatẽ subditorum, non dicitur verus rector, sed tyrannus. Nam quicunque bene regit, debet esse sicut seruus quærens honorem, & vtilitatem subditorum Gen. 25. Maior seruiet minori 1. Cor. 9. Cum essem liber, omnium vestrum me seruum feci. Consequenter cum dicit; *Quoniam Deus, qui dixit &c.* Ostendit, vnde euangeliũ suum habet virtutem illuminatiuam. Vbi nota ordinem procedendi seruatum ab Apostolo, qui talis est. Nos aliquando, scilicet antequam conuersi essemus ad Christum, eramus tenebrosi sicut & vos, & alii ĩ quibus nõ fulget claritas gloriæ Christi. Nunc vero, postquã Christus vocauit nos per gratiam suam ad se, tenebræ istæ remotæ sũt a nobis, & iam fulget in nobis virtus gloriæ claritatis Christi, & in tantum refulget in nobis, quòd non solum illuminamur ad hoc, quòd videre possimus, sed etiam, quòd alios illuminemus. Ex spirituali ergo gratia & abundanti refulgentia claritatis gloriæ Christi in nos, habet euangelium nostrum virtutem illuminatiuam: & hoc est quod dicit, Dico quòd ideo illuminat euangelium nostrum, quoniam; *Deus, qui dixit*, idest præcepto solo fecit; *Lucem splendescere*, quod fuit in separatione elementorum, quando chaos tenebrosum illuminauit per lucem quam fecit. Gen. 1. Dixit, Fiat lux. Eccle. 24. Ego feci, vt in cælis oriretur lux &c. Iste inquam Deus illuxit in cordibus, idest in mentibus nostris prius tenebrosis per absentiam luminis gratiæ, & obscuritatem peccati. Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris &c. *Illuxit*, inquam non solum, vt nos illuminaremur, sed; *Ad illuminationem*, idest vt & alios illuminemus. Ephe. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est &c. Mat. 5. Vos estis lux &c. Ad illuminationem dico; *Scientiæ*, idest vt faciamus alios scire. Dico; *Claritatis Dei*, idest claræ diuinæ visionis; *In facie Iesu Christi.* Glo. idest, per Iesum Christum, qui est facies patris, quia sine ipso non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic, Ad illuminationem sanctæ claritatis Dei, quæ quidẽ claritas fulget in facie Christi Iesu, idest, vt per ipsam gloriam & claritatem cognoscatur Christus Iesus q.d. in summa, ad hoc Deus illuxit nobis ad illuminationem, vt ex hoc Iesus Christus cognoscatur, & prædicetur in gentibus.

LECTIO TERTIA.

SVPRA tractauit de vsu ministerii noui testamenti quantũ ad bona agenda: hic consequenter tractat de vsu eius, quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit tolerantiam malorum, quæ patiebantur. Secundo vero, hoc manifestat, ibi; *Semper enim nos qui uiuimus &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit causam quare tribulationibus exponantur a Deo. Secundo ostendit, quòd in istis tribulationibus patienter se habeant, ibi; *In omnibus tribulationem patimur &c.* Tertio vero, rationem huius patientiæ assignat, ibi; *Semper mortificationem Iesu &c.* Dicit ergo, Deus illuxit mẽtibus nostris ad illuminationem aliorum, quæ quidem lux est maximus thesaurus. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus &c. Esai. 33. Diuitiæ salutis sapientia &c. Istum autem maximum thesaurum non habemus in prætioso loco, sed in re vili & fictili: & ratio huius est, vt scilicet Deo efficacia eius tribuatur. Et hoc est, quod dicit; *Habemus thesaurum istum*, idest, lucem illam qua alios illuminamus; *In uasis fictilibus*, idest in corpore fragili & vili. Psal. 102. Ipse cognouit figmentum nostrum Hier. 18. Sicut lutũ in manu figuli, sic & uos in manu &c. Esa. 64. Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum. Ideo; *Habemus in uasis fictilibus, ut sublimitas* istius lucis; *Sit uirtutis Dei*, idest Deo attribuatur; *Et non ex nobis* credatur esse. Nam si essemus diuites, si potentes, si nobiles ſm carnem, quicquid magnum faceremus, non Deo, sed nobisipsis attribueretur. Nunc vero, quia pauperes & contẽptibiles sumus, huiusmodi sublimitas Deo, & non nobis attribuitur. Et ideo vult nos Deus contemptui haberi, & tribulationibus exponi. Deut. 32. Ne diceret manus nostra excelsa &c. Et. 1. Cor. 1. Vt nõ glorietur omnis caro &c. Sap. 12. Misisti antecessores tuos, ne dicerent &c. Consequenter cum dicit: *In omnibus tribulationem patimur &c.* Ostẽdit eorum patientiã in his, quæ patiuntur. Et circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit mala, quæ patiuntur in generali. Secundo, enumerat ea in speciali, ibi; *Aporiamur sed non destituimur &c.* Dicit ergo. Vere habemus hũc thesaurũ in vasis fictilibus: quia; *In omnibus tribulationem patimur* quasi dicat, Nullus modus tribulandi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Nec mirum, quia vt dicitur Lucæ vltimo, Oportuit Christum pati, & sic intrare &c. Et licet sic tribulemur, nõ tamen angustiamur. Et loquitur ad similitudinem

dinem viatoris, qui quandò non patet ei via, qua exeat de aliquo arcto loco, angustiatur. quasi dicat. Homines, qui solum in mundo confidunt, angustiantur, si vndique a mundo tribulantur: quia non patet eis via remedii, cum non sperent nisi de mundo. Sed nos, licet tribulemur in mundo, quia tamen confidimus de Deo, & speramus in Christo, patet nobis via euasionis & auxilii a Deo, & ideo nō angustiamur. Consequenter cum dicit; *Aporiamur &c.* Enumerat tribulationes in speciali. Sunt autē quatuor, in quibus homines consueuerunt tribulari, & in istis tribulati sunt Apostoli, scilicet ī rebus exterioribus, in quietudine status, in læsionæ famæ, & in afflictione ꝓprii corporis.

sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

LECTIO IIII.

Semper enim nos, qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi ꝓpter quod locut⁹ sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes, quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscū. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

Quantum ergo ad primū dicit; *Aporiamur*.i.depauperamur. Aporos.n.Græce, Latine dicitur pauper q.d. Adeo pauperes sumus, vt necessaria desint 1. Cor. 4. Vsq; in hanc horam esurimus &c. *Sed non destituimur* a Deo, qui est thesaurus noster. Diuitiæ.n.non quæruntur propter se, sed ꝑꝑ sufficientiam vitæ. Vnde homines, qui sine Dei auxilio & spe sunt, si careāt diuitiis, destituuntur: sed qui solum de Deo confidunt, & sperant, quantūcunq; aporiātur, non destituuntur infra 6. Tāquam nihil habentes & omnia possidentes. Sed nec sufficit, immo cum hoc inquietamur; *Persecutionem patimur*.s.de loco ad locum Matt. 14. Persequentur vos; *Sed non derelinquimur* a Deo, quin præbeat auxiliū. Heb. vlt. Nō te deseram &c. Psal. 9. Sperent in te, qui nouerunt te &c. Sed & cum hoc lædimur in fama, quia; *Humiliamur*.i.contemnimur, & pro nihilo reputamur. Io. 16. Venit hora, vt omnis qui interficit vos &c. Mat. 5. Beati eritis cum vos oderint &c. Sed quia quando quis contemnitur, & causa contemptus subest, ille qui contemnitur, consueuit confundi, qñ vero causa non subest, non confunditur, & istis non suberat causa contemptus: ideo dicit; *Non confundimur*. Quasi dicat. Quia non subest causa, non curamus. Psal. 30. In te Domine speraui nō confundar &c. Sed quasi hæc pauca sint, addit ad tribulationis exaggerationem, dicens; *Deiicimur* ad mortis pericula; *Sed non perimus* idest a bono non cessamus, vel non perimus: quia Deus substētat nos Iob. 11. Cū te consumptū putaueris &c. 1. Cor. 4. Tanquā purgamenta huius mundi &c. Psal. 43. Aestimati sumus sicut oues &c. Consequenter cum dicit; *Semper mortificationem &c.* Subdit rationem huius patientiæ. Circa quod sciendum est, ꝙ in Christo talis fuit processus. Nam a principio suæ conceptionis carnē habens passibilē, & passus mortuus fuit, sed tñ interius viuebat spirituali vita. Post resurrectionem vero, illa spititualis & gloriosa vita vsq; ad corpus deriuata est, & factum est ipsum corpus gloriosum & immortale: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur &c. Vnde ex hoc accipitur duplex status in corpore Christi, scilicet mortis & gloriæ. Et ideò dicit, Quòd ideo pericula mortis & passiones patienter sustinemus, vt perueniamus ad gloriosam vitā. Et hoc est, qđ dicit, Ita sustinemus; *Semper*, i. in omnibus, & vbique; *Mortificationem*, i. propter Iesum, vel ad similitudinem mortis Iesu. Gal. vlt. Stigmata Dñi Iesu &c. Quia ꝑꝑ veritatem passi sumus, sicut & Iesus *In corpore nostro* non solum in mente. Psal. 43. Propter te mortificamur tota die; *Vt uita Iesu*, i. vita gratiæ quam Iesus dat: Vel vita gloriæ ad quā Iesus ꝑ passiones peruenit. Luc. 24. Nonne oportuit Christū pati, & ita intrare in gloriā, i. manifeste appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura, s. resurrectione, vel etiā nūc vita gloriæ; *In corporibus nostris*, non solū in animabus. Iudi. 7. Fractis lagunculis, apparuerūt lucernæ, Et idcirco dicit Amb. Non timebat mori ꝑꝑ resurrectionē promissam. *Circunferentes*, i. vbique portantes & sustinentes, quia quocunq; eamus, patimur, & non cedimus. Et hoc ideo, *Vt vita Iesu*, quæ latet nunc in corde nostro, in corporibus nostris; *Manifestetur*, quando scilicet reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Phil. 3. Col. 3. Mortui estis & vita vestra &c. 2. Tim. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus.

LECTIO QVARTA.

Posita patientia Apostolorum in malis, & causa patientiæ ostensa; hic Apostolus consequenter manifestat ea, & primo manifestat id, quod dixit de spe gloriæ. Secūdo vero id, quod dixit de sua patientia, ibi; *Propter quod non deficimus &c.* Circa primum duo facit. Primo, manifestat spem gloriæ quam habet. Secundo, ostendit vnde hæc spes sibi proueniat, ibi; *Habentes autem eundem &c.* Circa primum, tria facit. Primo ostendit, quomodo mortificationem Iesu in corpore suo portet; Secundo vero, manifestat quomodo portet vitam Iesu, ibi; *Vt & vita &c.* Tertio, manifestat quid ex hoc sibi & aliis proueniat, ibi; *Ergo mors &c.* Dicit ergo primo. Dico, ꝙ portamus mortificationem in corporibus nostris, non ꝙ moriamur, sed quia nos; *Qui viuimus* corporali vita, vel virtutibus, semper; *Tradimur in mortem*, vel in pericula mortis. Et hoc quidem; *Propter Iesum*. Psal. 43. Aestimati sumus sicut oues &c. Qualiter autē vitam Iesu portemus in corpore, exponit subdens, ita.s. *vt vita Iesu* immortalis & impassibilis; *manifestetur in carne nostra*, nunc; *mortali*, ita vt caro nostra mortalis, recipiat immortalitatem in resurrectione. 1. Cor. 14. Oportet autem mortale hoc induere &c. Sed ex hoc quid proueniat, subdit, dicens; *Ergo mors operatur*, idest exercet dominium suum; *in nos. Vita autem*. s. præsens operatur; *In vobis*, quia estis in ꝓsperitate, iuxta illud. 1. Cor. 4. Nos stulti &c. Vt mors operetur in nobis magnū bonū. s. consecutionē vitæ spiritualis. Psal. 115. Præciosa est in cōspectu Dñi mors sanctorū eius &c. Sed vita terrena quam amatis, operatur in vobis magnū malū. s. mortem ęternā. Prouer. 10. Opus iusti ad vitam &c. Ioan. 12. Qui amat animā suā in hoc mundo &c. Vel aliter. Duo fuerunt in Christo, mors corporalis, & vita spiritualis. Dicit itaq; *Ergo mors &c.* Quasi dicat. *In nobis* nō solū vita spiritualis operatur, inquantū imitamur spiritualiter, sed ēt mors. *Operatur*.i. propter spem resurrectionis, & propter amorē Christi, vestigia mortis Christi in nobis apparent, inquantū passionibus mortis exponimur. Psal. 43. Propter te mortificamur tota die, sed in vobis operatur solum vita Christi, per quam vitā fides plantatur in vobis & vita spiritualis. Vnde autē proueniat Apostolo hæc spes certitudinis, subdit, dicēs, *Habentes autem &c.* Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit causam certitudinis. Secundo, cōcludit ipsam certitudinē, ibi; *Scientes quoniā qui &c.* Causa aūt huius certitudinis est, spiritus infundēs fidē in cordibus eorū. Vnde, primo ponit causam hanc. Secundo vero, manifestat eā per exemplū, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Dicit ergo, ex hoc speramus, & nō deficimus, quia sumus; *Habentes eundem spiritum fidei*, quem antiqui habuerunt: quia licet tempora mutata sint, spiritus tamen & fides non est mutata, nisi quòd illi credebant Christum venturum & passurum, nos autem credimus ipsum venisse & passum fuisse. Et hic spiritus, est spiritussanctus, qui est spiritus fidei. 1. Cor. 12. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus &c. Et ibidem, Alteri fides in eodem spiritu. Hūc ergo spiritum habentes, quem antiqui habuerunt, facimus eadē, quæ illi, & credimus. Illi autem quid fecerint, dicit Psal. 115. Credidi scilicet Deo, & perfecte. Et hoc omnes antiqui fecerunt. Hebræ. 11. Hi omnes testimonio fidei &c. *Propter quod*, scilicet; *credidi*, *locutus sum*, id est confessus sum fidem. Roma. 10 Corde creditur ad iustitiam &c. Quod etiam; *nos* facimus, quia; *propter* hoc, quod; *credimus*, *loquimur*, & confitemur fidem, & prædicamus. Act. 4. Non enim possumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Spiritus ergo sanctus, est causa huius certitudinis. Vltimo ergo concludit conclusionem intentam, scilicet ipsam certitudinem. Et primo de salute propria. Secundo de salute aliorum, ibi; *Et constituet vobiscum &c.* Dicit ergo; *Scientes*, idest certam scientiam habentes; *Quoniam qui suscitauit Iesum*, idest Deus pater, vel tota trinitas; *Et nos cum Iesu suscitabit*, vt scilicet sumamus eandem gloriam cum Iesu: quia cum simus membra eius, debemus esse cum capite. Ioan. 12. Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus &c. Ro. 8. Qui suscitauit Dominum Iesum a mortuis suscitabit &c. Et non solum sum certus de salute nostra, sed etiam de vestra: quia; *constituet* nos; *vobiscum*, idest simul erimus: quia sicut nos sumus membra Christi, ita & vos per nos. 1. Thess. 4. Et sic semper cum Domino erimus. Matt. 24. Vbicunq; fuerit corpus &c. Et ideo dicit vobiscum, vt animet eos ad bonum, inquantum ostendit eos non esse inferiores, sed pares. Et bene hoc possum certe dicere, quia omnia sunt propter vtilitatem vestram. Nam omnia, quæ sustinemus, omnes gratiæ quas recipimus a Deo, sunt; *Propter uos*, scilicet instruendos nostro exemplo. Et hoc ideo; *Vt gratia abundans a nobis, in uos, abundet per multos in gloriam Dei*, idest multi agāt gratias Deo super beneficio tāto. Eph. 5. Gratias agentes Deo & patri &c.

LECTIO V.

Propter quod non deficimus: Sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momētaneū, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis, nō contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quę.n.videntur, temporalia sunt: quæ autē nō vidētur, æterna sunt.

LECTIO V.

Posita patientia, quā Apostoli habebant in tribulationibus, & præmio, quod expectabant manifestato: hic consequenter agit de patientiæ causa, & patientiæ modo, seu ratione. Et circa hoc tria facit. Primo.n. insinuat sanctorum patientiam. Secundo, patientiæ causam, ibi; *Non contemplantibus nobis &c.* Tertio, patientiæ remunerationem, ibi; *Id enim &c.* Circa primum intendit ostendere, quòd sanctorum patientia est inuincibilis. Et hoc est, quod dicit; *Propter quod*, scilicet, quia sumus scientes, quòd qui suscitauit Iesum a mortuis, suscitabit nos, & constituet uobiscum, ideo; *Non deficimus*, scilicet in tribulationibus, idest non deducimur ad hoc, quòd non possimus propter Christum amplius ferre & sustinere. Nam deficere, idem est qđ ferre non posse. Hier. 20. Defeci, ferre non sustinui. Causa autem quare non deficimus est, quia licet quantū ad aliquid deficiamus, scilicet quantum ad exteriorem hominem, tamen quantum ad aliquid semper renouamur. s. quantum ad interiorem hominem: Et hoc est quod dicit; *Sed licet is, qui foris est &c.* Vbi sciendum est, quòd occasione istorū verborum hæreticus, Tertulianus nomine, dixit ꝙ anima rationalis, quæ est in hominis corpore, habet corpoream figurā, & membra corporea, sicut & corpus habet: & hoc dicitur homo interior: corpus vero cū sensibus suis dicit̄ homo exterior. Quod quidem falsum est. Vnde ad intellectum huius verbi, sciēdū est, ꝙ etiam ſm Philosophum; In Ethi. & ſm cōsuetudinem loquēdi. Vnumquodque dicitur esse illud, quod est principalius in ipso, puta, quia in ciuitate principalius est potestas & concilium, id quod facit potestas & concilium, dicitur tota ciuitas facere. Principalius autem in homine potest aliquid iudicari, & secundum veritatem, & secundum apparentiam, secundum veritatem quidem, principalius in homine est ipsa mens. Vnde secundum iudicium spiritualium virorum, mens dicitur homo interior: secundum apparētiam vero, principalius in homine est corpus exterius cum sensibus suis: vnde secundum iudicium illorum, qui tantum corporalia & sensibilia considerant, & terrena sapiunt, quorum Deus venter est: corpus cum sensibus dicitur homo exterior: Et ideo secundum hunc modum loquitur hic Apostolus, dicēs; *Licet homo noster*. s. corpus cū natura sensitiua; *Corrumpatur* in tribulationibus, ieiuniis, & abstinentiis, & vigiliis. Rom. 6. Vetus homo noster simul &c. Aba. 3. Ingrediatur putredo &c. Tamen is homo; *Qui intus est*, scilicet mens, seu ratio munita spe futuri præmii, & firmata munimine fidei; *Renouatur* Quod sic intelligendum est. Vetustas enim est via ad corruptionem. Hebr. 8. Quod antiquatur & senescit &c. Natura autem humana fuit in integritate cōdita, et si in illa integritate ꝑmāsisset, semper esset noua: sed per peccatum incepit corrumpi: quo fit, quòd quicquid consecutum est, sicut ignorantia, difficultas ad bonum, & pronitas ad malum, pœnalitas & alia huiusmodi, totum pertinet ad vetustatem. Cum ergo natura humana huiusmodi peccatum sequentia deponit, tunc dicitur renouari. Quæ quidem depositio hic incipit in sanctis, sed perfecte consumabitur in patria. Hic enim deponitur vetustas culpæ, nam spiritus deponit vetustatem peccati, & subiicitur nouitati iustitiæ. Hic, intellectus deponit errores & assumit nouitatem veritatis: & secundum hoc, is, qui intus est homo, scilicet anima, renouatur. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Sed in patria tolletur etiam vetustas pœnæ, Vnde ibi erit consumata renouatio. Psal. 102. Renouabitur, vt aquilæ &c. Sed quia sancti quotidie proficiunt in puritate conscientiæ, & in cognitione diuinorum, ideo dicit; *De die in diem*. Psal. 84. Ascensiones in corde suo. Sic ergo patientia est inuincibilis, quia renouatur de die in diem. Tertium principale, scilicet huius patientiæ causa, est recogitatio præmii, quæ est efficacissima, quia secundum Gre. Recogitatio præmii diminuit vim flagelli. Et hoc est qđ dicit; *Id enim quod &c.* Quasi dicat nihil sunt tribulationes quas hic patimur, si respiciatur ad gloriam, quam ex eis consequimur. Vnde comparat statum sanctorum, qui sunt in vita istā, ad statū eorum, qui sunt in patria, & ponit quinq; in vtroq; statu, correspondentia sibiinuicem. Nam primo, status istius vitæ in sanctis, est status quantū in se est, paruus, & quasi imperceptibilis. Vñ dicit, Id.i. minimum. Esa. 54. Ad punctum, in modico dereliqui te. Item transitorium. Vñde dicit; *In præsenti*, idest ī vita ista, quæ est in afflictionibus & erūnis. Iob. 7. Militia est vita hominis &c. Item temporis breuitas. Vnde dicit; *Momentaneum*. Esa. 54. In momento indignationis abscondi faciē meam parumper a te &c. Nā totū tēpus huius vitæ cōparatū ad æternitatē, nō est nisi momentaneū. Itē est leuis: vnde dicit; *Leue*. Nam licet supra. 1. dicatur, Grauati sumus supra modū, quia. s. graue est corpori, tñ spiritui charitate feruēti leuissimū est. Aug. Omnia grauia & immania, facilia & prope nulla facit amor. Itē est pœnosus, & ideo dicit; *Tribulationis*. Mich. 7. Iram Dñi portabo &c. Sed quantū ad statū beatitudinis ponit quinq;: quia cōtra hoc, quod dicit, Id, ponit supra modū. i. supra mensuram. Roma. 8. Existimo, ꝙ nō sunt cōdigne passiones &c. Sed contra, Mat. 16. Reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Nō ergo supra mēsurā. Respondeo, dicendū est, ꝙ ly sed, nō designat æqualitatem quantitatis, vt. s. quantū quis meruit, tantū præmietur, sed designat æqualitatē proportionis, vt. s. qui plus meruit, plus præmii accipiat. Itē cōtra id, quod dicit; *In præsenti* ponit; *In sublimitate*, i. in statu sublimi absq; perturbatione. Esa. 58. Sustollā te super altitudinē nubiū &c. Contra id, quod dicit, momentaneum, ponit æternū. Esa. 35. Lætitia sempiterna super capita eorū &c. Contra id, quod dicit, leue, ponit pondus. Et dicit; *Pondus*, propter duo. Pondus enim inclinat, & trahit ad motum suum, quæ subsunt sibi. Sic gloria æterna erit tanta, ꝙ totum hominē faciet gloriosum, & in anima, & in corpore, nihil erit in homine, quod non sequatur impetum gloriæ. Vel dicitur; *Pondus*, propter prætiositatem. Nam prætiosa solum ponderari consueuerunt. Contra hoc, quod dicit, tribulationis, ponit *Gloriæ*, vel hoc, quod dicit, gloriæ, potest esse commune ad alia quatuor, quæ de statu patriæ dicuntur. Hoc vero, quod dicit; *Tribulationis*, ad quatuor, quæ de statu præsentis vitæ dicta sunt; *Operatur supra id*, scilicet, quòd tribulationes patimur: nam hæc sunt causa & meritum, quare Deus istam gloriam nobis conferat. Est ergo sanctorum patientia inuincibilis, eorū remuneratio ineffabilis: sed remunerationis eorum recompensatio, recta & delectabilis. Vnde dicit; *Non contemplantibus nobis &c.* Quasi dicat. Licet hæc, quæ speramus sint futura, & interim corpus nostrum corrumpatur, nihilominus tamen renouamur, quia non attendimus ad ista temporalia, sed ad cælestia. Et hoc est, quod dicit; *Operatur in nobis pondus gloriæ*, nobis, dico; *Non contemplantibus*, idest non attendentibus ad; *Ea quæ videntur*, idest ad terrena: sed ad ea, quæ non videntur scilicet cœlestia. Philipen. 3. Quę retro sunt obliuiscens &c. 1. Cor. 2. Oculus non vidit &c. Et quare cælestia contēplamur? quia; *Ea quæ videntur*. i. terrena; *Sunt temporalia*, & trāsitoria; *Ea autem, quæ non videntur*, s. cœlestia; *Sunt æterna*. Esa. 49. Salus autem mea in sempiternum erit.

CAP. V. LEC. I.

Scimus autem, quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non ma-

LECTIO PRIMA.

Postquam Apostolus commendauit ministerium noui testamenti, & quantum ad dignitatem, & quantum ad vsum: consequenter hic commendat illud quantum ad præmiū, licet de præmio quantum ad aliquid, aliqualiter & incomplete supra tractauit: hic tamen de hoc complete tractat. Circa quod tria facit. Primo enim agit de præmio. Secundo vero, de præparatione & præmii susceptione, ibi; *Et ideo contendimus siue &c.* Tertio vero, de causa vtriusq; scilicet, prȩparationis & prȩmii, quod expectatur, ibi; *Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit præmium, quod expectatur. Secundo, exprimit desiderium præmii expectati, ibi; *Nam in hoc ingemiscimus &c.* Sed quia præmium, quod expectatur est inæstimabile, scilicet gloria cælestis, & ideo dicit; *Scimus quoniā &c.* Quasi dicat, secūdum Glo. Vere operatur in nobis pondus gloriæ, quia in corporibus erit hæc gloria, non tan-

tum in animabus. Enim idest quia; *Scimus*, idest certi sumus quia iam habemus in spe; *Quoniam si terrestris domus nostra*, idest corpus. Homo enim, vt dictum est, dicitur mens, cum sit principalius in homine: quæ quidem mens se habet ad corpus, sicut homo ad domum. Sicut enim destructa domo non destruitur homo eam inhabitans, sed manet, sic destructo corpore, non destruitur mens seu anima rationalis, sed manet. Corpus ergo terrestre dicitur domus; *habitationis*, idest in qua habitam⁹ Iob. 4. Qui habitant domos luteas &c. *Dissoluatur*, idest destruatur; *Scimus*, inquam; *Quod habemus ædificationem*, idest ædificium; Ex *Deo*, idest paratum a Deo. Aedificium, dico, domum; *Non manufactam*, idest non opere hominis, : nec opere naturæ: sed corpus incorruptibile, quod assumemus: quod quidem non est manufactum, quia incorruptibilitas in corporibus nostris prouenit solum ex operatione diuina. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. *Domum æternam*, idest domum ab æterno præparatam. Esai. 33. Tabernaculum quod nequaquam destruetur in cœlis. Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Hanc aũt commutationem, vt s. pro terrestri domo, habeant cælestẽ, desiderabat Iob dicens 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expositio est secundum Glo. Sed tamen non est ſm intellectum Apostolicum, nec præcedentibus, nec sequentibus concordat. Nam ipse cum habeat vnam materiam continuã de qua loquitur, non in exponit aliã. Et ideo videamus quid intendat Apostolus dicere. Sciendum est aũt, quòd Apostolus vult hic ostendere ꝙ sancti rationabiliter sustinent tribulationes, ex quibus vita p æsens corrumpitur: quia ex hoc statim perueniunt ad gloriam, non ad gloriosum corpus, vt dicitur in Glo. Et ideo dicit, Ideo sustinuimus enim idest quia scimus .i. pro certo habemus; *Quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis*, idest corpus dissoluatur, idest corrumpatur per mortem; *Habemus*, sta:im non in spe, sed in re meliorẽ domum. s. ædificationem; *Domum non manufactam*. i. gloriam cœlestẽ, non corpus gloriosum. De hac aũt domo dicitur Io. 14 In domo patris mei, mãsiones multæ &c. Quæ quidem est ex Deo nõ manufacta, quia gloria æterna est ipse Deus. Psal 30. Esto mihi in Deũ protectorem & in domum &c. *Et æternam*. ad literam, quia ipse Deus est æternus; *In calis* i. in excelsis, quia statim corrupto corpore, anima sancta cõsequitur hãc gloriam non in spe, sed in re. Nam & antequam corpus dissoluatur, habemus hanc domum in spe. Sic ergo præmium sanctorum est admirabile & desiderabile, quia gloria cœlestis est: ideo cõsequenter subiungit desiderium sanctorum ad ipsum præmiũ, dicẽs; *Nam in hoc ingemiscimus &c.* Vbi tria facit. Primo, exprimit desideriũ gratiæ ad præmium ipsum. Secũdo, ostendit ꝙ desiderium gratiæ retardat a desiderio naturæ, ibi; *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo &c.* Tertio, ostendit quomodo desiderii gratiæ vincit desiderium naturæ, ibi; *Audentes igitur &c.* Sed desiderium gratiæ est cum feruore: *Nam in hoc ingemiscimus &c.* q.d. hæc est vera probatio, ꝙ habemus domum non manufactã. quia si desiderium naturæ nõ est frustra, multo minus desiderium gratiæ frustra est. Cũ igitur nos habeam⁹ feruentissimũ desideriũ grẽ de gloria cęlesti, impossibile est, ꝙ sit frustra: & hoc est q̃d dicit; *Ingemiscimus*, idest ingemendo desideramus; *In hoc*, scilicet animæ desiderio retardati. Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus &c. In hoc. n. quòd; *Cupientes sumus*, idest cupimus; *Superindui habitationẽ nostram*, idest fruitionẽ gloriæ; *Quæ de cælo est*, idest cœlestis, quæ dicitur habitatio, quia in ipsa gloria, sancti habitant sicut in suo cõsolatorio. Mat. 25. Intra in gaudium Dñi tui. Per hoc aũt quod dicit; *Superindui*, dat intelligere, ꝙ illa domus cœlestis de qua supra dixerat, nõ est aliquid ab homine separatũ, sed aliquid homini inhærens. Non. n. dicitur homo induere domũ, sed vestimẽtum: domũ aũt dicitur aliquis inhabitare. Hæc ergo duo coniungit, dicens; *Superindui habitationem*, per quod ostendit, ꝙ illud desiderium est aliquid inhærens, quia induitur: & aliquid continens & excedens, quia inhabitatur. Sed quia nõ simpliciter dixit, indui sed superindui, rõnem sui dicti subdit, dicens; *Si tamen uestiti & non nudi inueniamur*. q.d. si anima indueretur habitatione cœlesti, ꝙ non exueretur habitatione terrena. i. non corrumperetur corpus nostrum per mortem, sed cœlestis adeptio illius habitationis esset superinduitio. Sed quia oportet, ꝙ euacuetur habitatione terrena, ad hoc, ꝙ induatur cœlesti, nõ potest dici superinduitio, sed induitio simplex, Et ideo dicit; *Si tamen uestiti & non nudi inueniamur*. q.d. superindueremur quidem, si inueniremur induti, & non nudi. Nudus enim non dicitur superindui, sed indui tantum. Glo. vero aliter exponit de vestimento spirituali, dicens, Cupimus superindui, quod vtiq; fiet, tamen hac conditione, si nos inueniamur; *vestiti*, scilicet virtutibus; *& non nudi*, scilicet virtutibus. De istis vestibus dicitur Col. 3. Induite vos sicut electi Dei &c. q.d. Nullus ad illam gloriã pueniet nisi habeat virtutes, quæ quidẽ expositio non videtur cõcordare intentioni Apostoli. Sic ergo, desiderium gratiæ feruet ad præmium, sed tamen retardatur a desiderio naturæ, quod ostendit, cum dicit; *Nam dum sumus in tabernaculo isto &c.* Vbi primo, ponit conditionem desiderii naturalis. Secundo ostendit, quòd etiam hic status desiderii naturalis est a Deo, ibi; *Qui autem efficit nos &c.* Conditio autem desiderii est naturalis, retardans desiderium gratiæ, quia vellemus inueniri vestiti & non nudi, idest ita vellemus, quòd anima peruenireat ad gloriam, quòd corpus non corrumperetur per mortem. Cuius ratio est, quia naturale desiderium inest animæ, esse vnitam corpori, alias mors non esset pænalis, & hoc est, quod dicit; *Nam nos qui sumus in hoc tabernaculo*, idest, qui habitamus in isto mortali corpore. 2. Pet. 1. Scio quòd velox sit depositio tabernaculi mei; *Ingemiscimus*, idest intus in corde, non solum extra in voce gemimus. Esa. 59. Vt columbæ meditantes gememus, quia durum est cogitare mortem, & tamen grauati, quasi aliquo existente contra desiderium nostrum, eo quòd non possumus peruenire ad gloriam, nisi deponamus corpus, quod est ita contra naturale desiderium: vt dicit Augustinus, quòd nec ipsa senectus a Petro timorem mortis auferre potuit. Et ideo dicit; *Eo quod nolumus spoliari*, scilicet tabernaculo terreno; *Sed superuestiri* gloria super cœlesti. Vel secundum Glo. corpore glorioso. Sed quia posset videri indecens, quòd corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura, si non fuisset ante dissolutum: & ex parte gloriæ esset gloriosum, subdit modum quomodo fieri vellet, dicens, *Vt absorbeatur, quod mortale est &c.* Quasi dicat. Non sic superuestiri volumus, quòd corpus remaneat mortale, sed ita quòd gloria auferat ex toto corruptionẽ corporis absq; corporali dissolutione. Et ideo dicit; *Absorbeatur, quod mortale est*, idest ipsa corruptio corporis; *A vita*, scilicet gloriæ. 1. Cor. 15. Absorpta est mors in victoria &c.

sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est, a vita.

LECTIO II.

VT autẽ efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, & scientes,

LECTIO SECVNDA.

HIc ostendit authorem supernaturalis desiderii de habitatione cœlesti. Causa enim naturalis desiderii, quòd nolumus expoliari est, quia scilicet anima naturaliter vnitur corpori, & econuerso. Sed hoc, quòd cœlestem inhabitationem superindui cupiamus, non est ex natura: sed ex Deo. Et ideo dicit; *Qui autem efficit nos in hoc &c.* q.d Volumus superinduere cœlestem habitationem, ita tamen, quòd non spoliemur terrena, & tamen hoc ipsum, quòd volumus sic superuestiri, efficit in nobis Deus. Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis &c. Cuius ratio est, quia quamlibet naturam consequitur appetitus conueniens fini suæ naturæ, sicut graue naturaliter tendit deorsum, & appetit ibi quiescere. Si autem sit appetitus alicuius rei supra naturam suam, illa res non mouetur ad illum finem naturaliter, sed ab alio quod est supra naturam suam. Constat autem, quòd perfrui cœlesti gloria & videre Deum per essentiam, licet sit rationalis creaturæ, est tamen supra naturam ipsius. non ergo mouetur rationalis creatura ad hoc desiderandum a natura, sed ab ipso Deo, qui in hoc ipsum efficit nos &c. Sed quomodo hoc efficit subdit, dicens; *Qui dedit pignus &c.* Circa quod sciendum est, quòd Deus efficit in nobis naturalia desideria & supernaturalia. Naturalia quidem, quando dat nobis spiritum naturalem conuenientem naturæ humanæ. Genesi. 1. Inspirauit in faciem eius &c. Supernaturalia uero dat, quando infundit in nobis supernaturalem spiritum, scilicet spiritum sanctum. Et ideo dicit; *Dedit nobis pignus spiritus*, idest spiritum sanctum causantem in nobis certitudinem huius rei, qua desideramus impleri. Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto &c. Dicit autem pignus, quia pignus debet tantum ualere, quantum ualet res pro qua ponitur: sed in hoc differt a re pro qua ponitur, quia pleniori iure possidetur res, quando iam habetur quàm pignus: quia res possidetur, ut quid suum, pignus uero seruatur & te-

& tenetur, quasi pro certitudine rei habendæ. Ita est de spiritu sancto, quia spiritus sanctus tantum valet, quantum gloria cœlestis, sed differt in modo habendi: quia nunc habemus eum quasi ad certitudinem consequendi illam gloriam. In patria vero habebimus, vt rem iam nostram, & a nobis possessam. Tunc enim habebimus perfecte, mõ imperfecte, Sic ergo retardatur desiderium gratiæ, a desiderio naturæ. Sed nunquid impeditur? Non, sed desiderium gratiæ vincit. Et hoc est, quod dicit; *Audentes igitur &c.* q.d. Duo desideria sunt in sanctis. Vnum, quo desiderant cœlestem habitationem, aliud, quo nolunt expoliari. Et si hæc duo essent compossibilia, non essent contraria, & vnum non retardaretur ab alio. Sed Apostolus ostendit ea esse incompossibilia, & quòd oportet, ꝙ vnũ vincat alterum. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim ostendit incompossibilitatem dictorum desideriorum. Secundo, interponit quandam probationem, ibi; *Per fidem enim &c.* Tertio, ostendit quod horum vincat, ibi; *Audemus autem &c.* Incompossibilitatem ostendit cum dicit; *Audentes igitur &c.* Audere, proprie est immiscere se in pericula mortis, & non cedere propter timorem. Licet autem sancti naturaliter timeant mortẽ, tamen audent ad pericula mortis, & non cedunt timore mortis. Prouerb. 28. Iustus quasi leo confidens. Eccl. 48. In diebus suis non pertimuit principem; *Et scientes*, scilicet sumus hoc, quod cõfirmat in nobis audaciam, vt pro Christo mori non timeamus, quoniam; *Dum sumus in hoc corpore mortali peregrinamur*, idest elongamur a Deo Psal. 119. Heu mihi, quia incolatus &c. Peregrinamur, inquam, quia sumus extra patriam nostram, qui Deus est, alias non diceremur peregrinari ab eo. Et hoc, non est ex natura nostra, sed ex eius gratia. Quòd autem peregrinamur a Domino, probat cum dicit; *Per fidem enim ambulamus*, idest procedimus in vita ista per fidem; *Et non per speciem*, idest, non per perfectam visionem. Fides enim verbum, est sicut lucerna a qua illuminamur ad ambulandum in vita ista. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum &c. In patria aũt, non erit huiusmodi lucerna, quia ipsa claritas Dei, idest ipse Deus illuminabit illam. Et ideo tunc per speciem, idest per essentiam videbimus eum. Dicit autem; *Per fidem ambulamus*, quia fides est de non visis. Est enim fides substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Heb. 11. Quandiu autem anima corpori mortali vnitur, non videt Deum per essentiam. Exo. 33. Non videbit me homo &c. Vnde inquantum assentimus, credendo his, quæ non videmus, dicimur ambulare per fidem; *Et non per speciem*. Sic ergo patet, duorum desideriorum incompossibilitas: quia non possumus cum hoc corpore superindui cœlestem habitationem: & probatio huius, quia per fidem ambulamus. Sequitur consequenter victoria vnius desiderii de duobus, scilicet desiderium gratiæ, cum dicit; *Audemus &c.* Et debet resumi, scientes supra positum, quia litera suspensiua est, vt dicatur sic. Hoc, inquam, scientes, quia dum sumus in hoc corpore &c. *Audemus & bonam uoluntatem habemus* Duo dicit, quorum vnum importat repugnatiam, quam habet in volendo, quæ fit per timorem mortis. Vbi enim non est timor, non est audacia. Nam ex appetitu naturæ, surgit timor mortis, ex appetitu gratiæ, surgit audacia. Ideo dicit; *Audemus*. Aliud importat imperfectionem animi in desiderando, quia nisi bene desideraretur, non vinceretur timor mortis, cum sit valde naturalis. Et ideo, non solum oportet audere, sed bonam voluntatem habere. i. cum gaudio uelle. Licet. n. ſm Philosophũ, in actu fortitudinis non requiratur gaudiũ ad perfectionẽ uirtutis, sicut in aliis uirtutibus, sed solũ non tristaritũ quia fortitudo sanctorum perfectior est, nõ solũ non tristantur in periculis mortis, sed etiã gaudent Phil. 1. Habens desideriũ dissolui &c. Sed quid audemus? *Magis peregrinari a corpore*. i. remoueri a corpore ꝑ corporis dissolutionem, quod est contra desiderium naturæ; *Et præsentes esse ad Dominum*. i ambulare per specie, quod est desideriũ gratiæ. Hoc desiderabat. Psal. 41. qui dicebat, Sitiuit anima mea ad Deum &c. Et nota, quòd hic concludit eadem duo, quæ proposuit in principio supra secũdo scilicet, ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod idem est, quod hic dicit peregrinari a corpore, & quòd habemus habitationem in cęlis non manufactam, & hoc quod idem est, præsentes esse ad Deum. Confutatur per hæc verba, error dicentium, animas sanctorum decedentium non statim post mortem deduci, ad visionẽ Dei & eius præsentiam, sed morari in quibusdã mansionibus vsq; ad diẽ iudicii. Nã f ustra sancti anderẽt, & desiderarẽt peregrinari a corpore, si separati a corpore nõ essent ꝑsentes ad Deũ. Et ideo dicendum est, quòd sancti statim post mortem vident Deum per essentiam, & sunt in cœlesti mansione. Sic ergo patet, quòd præmium, quod sancti expectãt, est inestimabile. Sequitur de præparatione ad præmium, quæ fit per pugnam contra tentationes, & per exercitium bonorum operum, & hoc est, quod dicit; *Ideo contendimus &c.* Præparantur autem sancti ad hoc præmium tripliciter, scilicet placendo Deo. Secundo, proficiendo proximo. ibi; *Scientes autem timorem Dei*. Tertio, abdicando a se carnales affectus ibi; *Itaque nos &c.* Deo autem placent, resistendo malis, & ideo dicit; *Ideo*, quia scilicet totum desiderium nostrum est, quòd simus præsentes Deo; *Contendimus*; idest cum conatu nitimur seu studemus cum pugna & lucta, contra tentationes diaboli, carnis, & mundi Luc. 13. Contendite intrare per angustam portam &c. *Placere illi*, scilicet Deo ad quẽ desideramus esse ꝑsentes, & hoc; *Siue absentes, siue præsentes* illi sumus: quia nisi studeamus ei placere in vita ista dum sumus absentes, non poterimus ei placere, nec esse ei ꝑsentes in alia vita. Sapien. 4. Placens Deo factus dilectus &c. Consequenter cum dicit; *Omnes enim nos manifestari &c.* Subdit causam, quare sancti contendunt placere Deo, quæ quidem causa sumitur ex consideratione futuri iudicii, vbi nos omnes manifestari oportet. Ponit autem Apostolus quinque conditiones futuri iudicii. Primo enim, ponit ipsius vniuersalitatem: quia nullus excipietur ab illo iudicio. Et ideo dicit; *Omnes nos* idest omnes homines, bonos & malos, magnos & paruos. Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Apocaly. 20. Vidi mortuos pusillos & magnos, stantes in conspectu agni &c. Sed contra hoc, obiicitur dupliciter. Primo, quia videtur, quòd infideles non venient ad iudicium: nam Qui non credit iam iudicatus est, vt dicitur Ioan. 3. Secundo, quia quidam erunt, ibi vt iudices. Matth. 19. Sedebitis super sedes &c. Non ergo omnes erunt ante tribunal, vt iudicentur Responsio. Dicendum, quòd in iudicio duo erunt, scilicet prolatio sentẽtiæ, & discussio meritorum, & quantum ad hoc, non omnes iudicabuntur. quia illi qui totaliter abrenunciauerũt sathanæ & pompis eius, & per omnia adhæserunt Christo, non discutientur, quia iam dii sunt. Illi vero, qui in nullo adhæserunt Christo, nec per fidem nec per opera, similiter non indigent discussione, quia nihil habent cum Christo: sed illi qui cum Christo aliquid habent, scilicet fidem, & in aliquo recesserunt a Christo, scilicet per mala opera & praua desideria, discutientur de his, quæ contra Christum commiserunt. Vnde quantum ad hoc, soli Christiani peccatores manifestabuntur ante tribunal Christi. Item, erit in iuditio prolatio sententiæ, & quantum ad hoc omnes manifestabuntur. Sed de pueris non videtur, quia dicitur, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit: sed pueri nihil gesserunt in corpore. ergo &c. Sed hoc soluit Glo. quia non iudicabuntur pro his, quæ ipsi gesserunt per se, sed de his quæ gesserunt per alios, dum per eos crediderunt, vel non crediderunt, baptizati, vel non baptizati fuerunt. Vel damnabuntur, pro peccato primi parentis. Secundo vero, ponit iudicii certitudinem. In iudicio hominum multi decipi possunt, dum quidam iudicantur mali, qui tamen sunt boni, & econuerso. Et huius ratio est, quia non manifestantur corda, sed in illo iudicio perfectissima certitudo erit, quia erit ibi manifestatio cordium. Vnde dicit; *Manifestari*. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare &c. Tertio, ponit iudicii necessitatem; quia nec per interpositam personam, nec per contumaciam poterit quis effugere iudicium illud. Vnde dicit; *Oportet*, idest necessarium est, Iob. 19. Scitote esse iudicium Eccl. vlt. Cuncta quæ fiunt adducet Deus &c. Quarto, ponit iudicis authoritatem. Vnde dicit; *Ante tribunal Christi*, vt scilicet veniat ad iudicandum homines in eadẽ forma, in qua iudicatus est ab hominibus, vt existens in forma humana videatur a bonis & malis. Mali. n. non possunt videre gloriam Dei. Io. 5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere &c. Tribunal autem dicit iudiciariam potestatẽ, & sumptũ est ab antiqua consuetudine Romanorũ, qui elegerunt tres tribunos plebis, ad quorũ officium pertinebat diiudicare excessus Consulum & Senatorũ, & loca istorum vocabantur tribunalia. Quinto, ponit iudicis æquitatẽ, quia secundum merita propria, erunt præmia, vel pœnæ. Vnde dicit; *Vt referat unusquisque &c.* Rom. 2. Reddet vnicuique ſm opera sua. Et dicit; *Corporis* nõ solum pro his quæ fecit motu corporis, sed pro his quæ mente gessit, alias infideles non punirentur. Et ideo cum dicit; *Corporis*, intelligendum est, idest pro his, quæ gessit dum vixit in corpore.

quoniam dum sumus, in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidẽ enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dñm. Et iõ contẽdimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; ꝓpria corporis ꝓ ut gessit, siue bonum, siue malum.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO qualiter sancti se præparant ad præmiũ eternæ gloriæ placendo deo: hic ostendit consequenter quomodo præparant se ad duo facit. Primo, ostendit solicitudinem suam quam habet de salute proximorum. Secundo, vero huius solicitudinis causam assignat, ibi; *Charitas Christi &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit curã quã habet de salute proximorum persuadẽdo eis. Secundo, excludit quãdam falsam suspitionem, ibi; *Non iterum nos &c.* Tertio, ostendit quòd etiam in modo docendi, proximorum vtilitatem inrendat, ibi; *Siue enim mente &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit studium suum de vtilitate proximorum. Secundo, manifestat hoc, ibi; *Deo autem &c.* Dicit ergo, dico quòd oportet nos manifestari ante tribunal &c. Et hæc consideratio inducit homines ad timendum iudicium. Et ideo dicit; *Scientes ergo timorem Domini*, idest quàm pure & caste timendus sit Dñs Iesus Christus; *Suademus hominibus*, vt timeãt & credant Iob. 23. Considerans eum timore solicitor. Hier. 10. Quis non timebit te o rex gentium? Esa. 8. Dñm exercituũ ipsum sanctificate &c. Sed quia aliquis posset dicere, ꝙ non ex conscientia bona, sed ex commodo suo suadebat hominibus. Et ideo manifestat hoc esse falsum duplici testimonio, scilicet, Dei, Vnde dicit; *Deo autem manifesti sumus* qd. s. ex timore Dei loquimur Deus. n. videt intentionem cordis nostri Hier. 17. Prauũ est cor hominis & inscrutabile & quis cognoscet illud? Ego Dominus &c. Io. 2. Ipse sciebat &c. Item testimonio conscientiarũ ipsorum. Vnde dicit; *Spero autem in conscientiis uestris &c.* Et vere spero, quia sic me exibui, vt vos scire possitis nos esse probatos: & firmiter hoc tenere, & si non consiteamini ore: supra 4. Cõmendantes nosmetipsos ad omnẽ conscientiam &c. Consequenter, quia possent credere ꝙ hoc dixerit Apost. ad cõmendationem propriam, remouet hanc suspitionem falsam, dicens, *Non iterum nos commendamus uobis*, idest non dicimus hoc ad cõmendationem nostram, vt quasi iterum velimus nos cõmendare: supra. n. 3. & etiam 1. Cor. 3. aliqua dixerat ad commendationem suam. Et ideo dicit, iterum infra 10. Non. n. qui seipsum cõmendat &c. Sed hoc dicimus pp vtilitatem vestram q. d. *Damus uobis occasionem gloriandi*, idest materiã gloriãdi. Pseudo apsi. n. per elationem gloriabãtur, dicẽtes se fuisse doctos ab Apostolis qui fuerũt a Domino, s. a Petro & Iacobo, qui erant columnæ fidei detrahẽtes in hoc Apostolo, quasi non fuerit cum Dño Iesu, & volentes eius doctrinã destruere. Vt ergo & Corinthii haberẽt in quo gloriarenẽ cõtra ipsos pseudo apsos. s. de gratia Apostolo data, vt eos & refellant, & nõ seducãtur ab eis: ideo dicit hoc. Vnde subdit; *Vt habeatis ad eos*, idest contra eos, vel ad eos reprimẽdos quid possitis dicere. Ad eos dico; *Qui in facie gloriantur, & non in corde*. Quod tripliciter exponitur sic; *In facie gloriantur*, idest, exterioribus obseruantiis legalibus, quia ad literam docebant seruare legalia. Et in corde. i. in virtute Christi, q̃ est in corde, quia in spiritualibus, sicut Apost. q in virtute crucis Christi dicebat, Mihi aũt absit gloriari &c. Item; *In facie gloriabantur*, idest in conspectu hominum, sicut hypochritæ faciũt, &; *Non in corde*, idest in testimonio conscientiæ, sicut Apostolus Vnde dicit, Gloria nostra hæc est &c. Vel *In facie gloriantur*, qa aliqua prætendebant exterius, quæ tamen non ita sentiebant interius in corde. s. quòd dicebant se doctos ab Apostolis, & sequerẽtur eorũ doctrinã, quã tñ nitebãtur destruere. Patet ergo, qualiter Apostolus in docendo, proximorũ salutem procurabat. Sequitur videre qũo ipsorum salutem procurabat, etiam in modo docendi. Vnde dicit; *Siue enim mente &c.* Quod exponitur dupliciter: vno modo sic, vt Apost. dicat se excedere qñ loquitur eis cõmendando se sobrium esse, qñ loquitur de commendatione propria ꝛm hoc dicit, Quocunq; modo doceamus, vel est honor Dei, vel vtilitas proximi, quia si excedimus mente. i. cõmẽdamus nos Deo. s. est, idest ad honorem Dei, vel de seruãdo iudicio Dei; *Siue sobrii sumus*, id est non alta dicamus de nobis. Hoc est vobis, idest ad vtilitatem vestram. Sed aliter, & est magis literalis sensus. Dico quòd, *Damus uobis occasionem gloriandi pro nobis*, quia nos in omnibus quæ facimus, & etiam in modo faciendi, intendimus bonum vestrum. Vnde sciendum, ꝙ Apostoli sunt medii inter Deũ & populum. Deut. 5. Ego sequester medius fui. &c. Oportebat ergo, quòd haurirent a Deo, quod effunderent populo. Et ideo necessarium erat, quòd quandoq; eleuarent se per contemplationem in Deum ad percipiendũ cælestia, quandoq; conformarent se populo ad tradendum, quæ à Deo perceperant, & hoc totum in eorum vtilitatẽ cedebat. Et ideo dicit, *Siue enim excedimus mente*, id ẽ eleuamur ad hoc, ꝙ percipiamus dona gratiarũ, & hoc *vt deo*, scilicet vniamur, quod fit per cessum rerũ temporaliũ. Psal. 115. Ego dixi in excessu meo. Diony. Est enim extasim faciens diuinꝰ amor, &c. *Siue sobrii sumus*, id est commẽsuremus nos vobis tradẽdo diuina præcepta. Hoc est *Vobis*, idest ad vtilitatem vestram. Sobrietas enim idem est, ꝙ commensuratio. Bria enim in Græco, idem ꝙ mensura. Hæc sobrietas nõ opponitur ebrietati, quæ est de vino, quæ ad bella trahit in terra, sed opponitur ebrietati, quæ est à spiritu sancto, quæ rapit hominem ad diuina, de qua dicitur Can. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. Nam illa. s. sobrietas est ꝑpter vtilitatẽ proximi: sed hæc ebrietas, est: propter amorẽ Dei. Huiusmodi autem discensus, signatus est per discensum angelorum per scalam quam vidit Iacob. Gen. 28. Io. 1. Videbitis cœlum apertum, &c. Consequenter cum dicit, *Charitas autem Christi &c.* Subiungit Apostolus causam præmissæ solicitudinis, quæ quidem est charitas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primò ostendit se vrgeri à charitate Christi, ad procurandam salutem proximorum. Secundò ostendit, vnde prouocetur charitas Christi in ipso, ibi *Æstimantes hoc &c.* Dicit ergo. Dico ꝙ siue excedimus Deo, siue sobrii simus vobis, est ad vtilitatem vestram. Et huius causa est, quia *Charitas Christi vrget nos* ad hoc. Et dicit, *Vrget*, quia vrgere idem est, quòd stimulare. q. d. Charitas Christi quasi stimulus, stimulat nos ad faciendum ea quæ charitas imperat, vt scilicet procuremus salutem proximorum. Hic est effectꝰ charitatis. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, idest agitantur, &c. Can. 8. Lampades eius, vt lampades ignis, &c. Vnde autem proueniat iste stimulus charitatis, ostendit consequenter subdens, *Æstimantes hoc, quoniam si vnus &c.* Et primò assignat rationem huius. Secundò exponit, ibi, *Et pro omnibus mortuus est &c.* Dicit ergo, Dico quòd omnia pro vobis facimus, quia *Vrget nos charitas Christi*, quia *æstimamus, quod si vnus*, scilicet Christus, pro omnibus mortuus est, quòd etiam nos ita viuamus, id est ad vtilitatem vestram, quòd etiam nobis mortui simus, id est nihil curemus de nobis, sed de Christo, & de his, quæ Christi sunt. Et hoc est, quod dicit, *Si vnus*, Roma. 5. Commendat deus suam charitatem in nobis, &c. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, &c. Quod ergo infertur, *Ergo omnes mortui sunt*, exponitur tribus modis. Primò vt dicatur *Omnes mortui sunt*, morte peccati in Adam. Non enim esset necessarium, quòd Christus pro omnibus moreretur, nisi omnes mortui fuissent morte peccati in Adam. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes, &c. Secundò vt dicatur, *Omnes mortui sunt*, scilicet veteri vitæ. Christus enim mortuus est ad delenda peccata, ergo omnes debent mori veteri vitæ, scilicet peccati, & viuere vita iustitiæ. Ro. 6. Quòd enim mortuus est peccato, &c. ita & vos æstimate vos mortuos esse, &c. Tertiò, & magis literaliter. *Ergo mortui sunt omnes*, id est ita debet se quilibet reputare, ac si esset mortuus sibiipsi. Col. 3. Mortui estis, &c. Et hũc modum exponit consequenter cum dicit. *Et pro omnibus mortuus est Christus.* 1. Io. 2. Mortuus est, vt viuamus Christo. Vnde subdit, *Vt & qui uiuit*, scilicet vita naturali, *Iam non sibi viuat*, id est non propter seipsum, & propter bonum suum tantum, *Sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit*. s. Christo; id est totam vitam suam ordinet ad seruitium, & honorem Christi. Gal. 2. Viuo ego iam non ego, &c. Ecclesias. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, &c. Et horum ratio est, quia vnusquisq; operans, sumit regulam operis sui à fine. Vnde si Christus est finis vitæ nostræ: vitã nostram debemus regulare, non ꝛm voluntatem nostram, sed secundum volũtatem Christi. Sic enim & Christus dicebat. Io. 6. Descendi de cœlo, non vt facerem voluntatem meam, &c. Nota autem, quòd duo dicit, scilicet, quòd mortuus est Christus, & ꝙ resurrexit pro nobis; vbi duo exiguntur à nobis. Quia. n. mortuus est pro nobis, & nos debemus mori nobisipsis. i. pro ipso abnegare nosipsos. Vnde dicebat. Luc. 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum, &c. Quod idem est ac si diceret, moriantur sibiipsi. Quia vero Christus resurrexit pro nobis, & nos debemus ita mori peccato, & veteri vitæ, & nobisipsis, quòd tamen resurgamus ad nouam vitam Christi. Rom. 6. Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate &c. Et propter hoc Dominus non dixit solum, abneget semetipsum & tollat crucem suam, sed addit, & sequatur me, scilicet, in nouitate vitæ, proficiẽdo in virtutibus. Psal. 83. Ibũt de virtute in virtutem &c.

LECTIO III.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, deo aũt manifesti sumus. Spero aũt & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non. n. iterũ cõmendamus nos uobis, sed occasionẽ damus uobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos æstimantes hoc: quoniam si vnus pro oĩbus mortuus est. ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui uiuunt: tam nõ sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuꝰ est, & resurrexit.

CAPVT V.

LECTIO IIII.

POSITO quomodo sancti præparant se ad susceptionem gloriæ cœlestis, placendo Deo & proficiendo proximo. hic consequenter ostendit quomodo præparant se ad hoc idem, abdicando a se carnalem affectum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit abdicationem carnalis affectus. Secundo, excludit instantiam, ibi; *Et si cognouimus &c.* Tertio, concludit intentum, ibi; *Si qua ergo in Christo &c.* Dicit ergo primo, Ex quo ergo adeo certi sumus de gloria æterna, ita quòd; *Nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus.* Vbi nota, quòd secundum carnem, est quædam determinatio, & potest dupliciter exponi, secundum quod dupliciter constructio fieri potest. Vno modo, vt ly; *Secundum carnem*, construatur cum hoc accusatiuo, neminem, & sic exponit Glo. *Neminem secundum carnem*, idest carnaliter viuentem approbamus. Ex quo. n. quilibet debet mori, non approbamus eum, qui carnaliter viuit. Et hoc modo accipitur caro Rom. 8. Vos autem in carne non estis &c. Alio modo; *Neminem secundum carnem*, idest secundum carnales legis obseruantias, viuentem; *Nouimus*. i. approbamus. Et hoc modo, accipitur caro. Phil. 3. Qui confidunt in carne, idest in carnalibus legis obseruantiis &c. Tertio; *Neminem secundum carnem*, idest secundum carnis corruptionem; *Nouimus*, idest reputamus. Licet enim fideles, adhuc carnem corruptibilem gerant, tamen in spe iam habent corpus incorruptibile. Vnde non reputant se secundum quod, modo carnem corruptibilem habent, sed secundum quod habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipitur caro. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Alio modo, potest cõstrui vt ly; *Secundum carnem*, construãt cum hoc verbo; *Nouimus*. Et sic est sensus. Dico, quòd ex quo non debemus nobis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est: itaque nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus. i. non sequimur in aliquo carnalem affectũ, nec aliquẽ hoc modo reputamus. Et hoc modo accipiẽ illud Deut. 33. Qui dixerit patri suo & matri, nescio vos &c. Et sic ly *Secundum carnem*, refertur ad cognoscentem, sed in prima expositione referebatur ad cognitum. Quia vero aliquis posset dare instantiam de Christo, quòd saltem cognouisset eum secundum carnẽ: ideo consequenter hoc remouet, dicens; *Quod si cognouimus &c.* Circa hoc sciendum est, ꝙ Manicheus adducebat verba ista pro se in fulcimentum sui erroris. Ipse enim dicebat, Christum non habuisse verum corpus, nec fuisse ex semine Dauid natum. Et sic Aug. dicit in lib. cõtra Faustũ, Siquis contra eum allegaret verbum Apostoli ad Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. & illud 1. Timo. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatũ est in carne &c. & 2. Timo. 2. Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid &c. Respondebat, quòd Apostolus aliquando fuerat huius opinionis. s. quòd fuisset ex semine Dauid, & ꝙ verum corpus habuisset: sed postea hanc opinionem mutauit & correxit se hic. Vnde dicebat; *Et si cognouimus secundum carnem Christum*, idest si fuerimus aliquando huius opinionis, ꝙ Christus habuisset veram carnem; *Sed nunc iam non nouimus*, idest modo mutauimus illam opinionem & non credimus ita. Quod quidem dupliciter improbat; Aug. Primo quia de eo, quod falso putamus nullus dicit, nouimus, sed opinamur. Cum ergo Apostolus vtatur hic hoc verbo, cognouimus, videtur ꝙ non aliquando falso putauerit. Secundo, quia supra Apostolus dicit, Neminem nouimus secundum carnem. Si ergo verum esset, quod dicit Manicheus, Apostolus nullum cognosceret habere verum corpus, quod est falsum. est ergo falsum, qd Manicheus dicit. Et ideo aliter exponendum secundum veritatẽ & dupliciter. Vno modo, vt sumatur hic, caro, pro corruptione carnis 1. Cor. 15. Caro & sanguis &c. et tunc est sensus; *Et si cognouimus aliquando Christum secundum carnem*, idest habere eum carnem corruptibilem ante passionem; *Sed nunc iam non nouimus* scilicet eum habere carnem incorruptibilem, quia Rom. 6. dicitur, Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur &c. Alio modo secundum Glo. vt ly; *Si aliquando secundum carnem Christum cognouimus*, referatur ad statum Pauli ante conuersionem ad Christum. Quod vero sequitur; *Sed nunc iam non nouimus* referatur ad statum eius post conuersionem. Et sic est sensus. Et ego & alii Iudæi infideles aliquando, idest ante conuersionẽ meam, cognouimus Christum secundum carnem, idest secundum quod carnaliter opinati sumus de Christo; scilicet eum esse tantũ hominẽ, & quòd venit tantũ ad carnales obseruãtias legis; *Sed iam*, idest postquam conuersus sum; *Non nouimus*. i. hæc opinio cessauit, immò credo, ꝙ sit verus Deus, & quòd non sit colẽdus per carnales obseruantias. Vnde dicebat Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Potest & aliter exponi, vt hoc, quod dicit; *Et si cognouimus &c.* Dicat Apostolus in persona omnium Apostolorum Christi, & sic videtur respondere vltimæ expositioni huius, quod dicitur; *Neminem cognouimus.* Vnde sciendum est, quòd; August. exponens illud Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadã. vbi ratio Domini ad hoc subditur. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos, dicit, quòd hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amãtes Christum, afficiebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalem amicum: & sic non poterant eleuari ad spiritualem dilectionem, quæ etiam pro absente, multa facit pati. Vt ergo radicarerur in eis affectus spiritualis, qui est à spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis Dominus, Pax vobis &c. Hoc ergo Apostolus in persona omnium discipulorum commemorans dixit; *Et si cognouimus*, idest si adhæsimus Christo aliquando, scilicet, quando nobiscum erat presentia corporali; *Secundum carnem*, idest secundum carnalem affectum; *Sed iam non nouimus*, idest, iam iste affectus cessauit a nobis per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Consequenter cum dicit; *Si qua igitur in Christo &c.* Ex præmissis conludit quendam effectum esse consecutum, scilicet nouitatis in mundo, & ideo dicit; *Si qua igitur*, idest si aliqua; *In Christo*, idest in fide Christi, vel per Christum; *Noua creatura est facta.* Gal. 5. In Christo Iesu, neq; præputium neq; circuncisio &c. Vbi notandum, ꝙ innouatio per gratiam dicitur creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad eẽ. Est aũt duplex esse, s. esse naturæ, & esse gratiæ. Prima creatio facta fuit, qñ creaturæ ex nihilo productæ sunt a Deo in esse naturæ, & tunc creatura erat noua, sed tamen per peccatum inueterata est. Tren. 3. Vetustam fecit pellem meam &c. Oportuit ergo esse nouam creationem, per quam producerentur in esse gratiæ, quæ quidem creatio est ex nihilo, quia qui gratia carent, nihil sunt 1. Cor. 13. Si nouerim mysteria omnia &c. charitatem autem non habeam &c. Iob. 18. Habitent in tabernaculo illius socii eius, qui nõ est, idest peccati; Aug. dicit. Peccatum enim nihil est & nihil fiunt homines cum peccant. et sic patet, quòd infusio gratiæ, est quædam creatio; *Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum, uetera transierunt ei.* Hoc quidem sumptum est, Leui. 26. vbi dicitur, Nouis superuenientibus, vetera proiicietis. ex quo sic argumentatur. Si omnia noua facta sunt & secundum legem nouis superuenientibus vetera sunt proiicienda, ergo si qua creatura est; *Vetera transierunt ei*, idest transire debent ab eo, vetera autem, quæ transire debent, sunt legalia. Rom. 7. Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Item errores gentilium. Esa. 26. Vetus error abiit. Item corruptiones peccati. Ro. 6. Vetus homo noster &c. Quibus quidem in nobis transeuntibus, virtutes contrariæ his vitiis debẽt in nobis innouari Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

LECTIO V.

Taque nos ex hoc neminẽ nouimus ꝛm carnem. Et si cognouimus secundũ carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium recõciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & po-

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM Apostolus in superioribus tractauit de præmio sanctorum & de præparatione ad susceptionem eius. Hic consequenter agit de causa vtriusque. Et circa hoc tria facit: quia primo, ostendit authorem omnium prædictorum esse Deum. Secundo, commemorat beneficium a Christo collatum, ibi; *Qui reconciliauit &c.* Tertio, beneficii vsum, ibi; *Pro Christo ergo legatione*. Dicit ergo, Dixi quòd intendimus salutem proximorum, & vetera transierunt, sed hæc omnia sunt nobis ex Deo patre, uel ex Deo authore. Rom. 11. Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Iac. 1. Omne datum optimum &c. Sequitur beneficium susceptum a Deo, ibi; *Qui reconciliauit &c.* Vbi primo, ponit ipsum beneficium collatum. Secundo, exponit, ibi; *Quoniam quidem Deus &c.* Commemorat

suit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanq̃ Deo exortãte per nos. Obsecram⁹ pro Christo, reconciliamini Deo. Eũ q nõ nouerat peccatũ, ꝑ nobis peccatũ fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

morat autem, duplex beneficium per Christum collatum. Vnũ commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo, scilicet reconciliationis ad Deum, & hoc est, quod dicit; *Qui* scilicet Deus pater; *Reconciliauit*, idest pacificauit; *Nos sibi*, & hoc; *Per Christum*, idest per incarnatum verbum. Homines enim erant inimici Dei ꝑpter peccatum, Christus autem hanc inimicitiã abstulit de medio, satisfaciẽs ꝑ peccato. Et fecit cõcordiam. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis &c. Et ideo dicit; *Per Christum* Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem &c. Speciale autem beneficium est Apostolis collatum, scilicet quòd ipsi sint ministri huius reconciliationis. Vnde dicit; *Et dedit nobis* Apostolis vicariis Christi; *Ministerium* huius; *Reconciliationis*, supra 3. Ministros nos elegit &c. Psal. 71. Suscipiant montes, idest Apostoli, pacem populo, scilicet a Domino. Consequenter cum dicit; *Quoniam &c.* Exponit quæ dixit. Primo, primum. Secundo, secundum, ibi; *Posuit in nobis &c.* Dicit ergo. Dico quòd Deus reconciliauit nos sibi, hoc modo. Inimicitiæ enim inter Deum & hominem erant propter peccatum, vt dictum est, secundum illud Esai. 59. Peccata vestra diuiserunt &c. Destructo ergo peccato per mortem Christi, inimicitię iam solutæ sunt. Et hoc est, quod dicit; *Quoniam quidem Deus erat in Christo* per vnitatem essentiæ. Ioan. 14. Ego in patre & pater in me est. Vel; *Deus erat in Christo*, per Christum; *Mundum sibi reconcilians*. Roma. 5. Reconciliati sumus Deo &c. Et hoc; *Non reputans illis delicta ipsorum*, idest non habens in memoria illorum delicta tam actualia, quàm originalia ad puniendum, pro quibus Christus plene satisfecit: Et secundum hoc dicitur nos reconciliasse sibi, inquantum non imputat delicta nostra nobis. Psal. 31. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Consequenter cum dicit; *Et posuit in nobis &c.* Exponit secundum, scilicet de beneficio Apostolis collato, quasi dicat. Hoc modo dedit nobis ministerium reconciliationis; *Quia posuit in nobis uerbum reconciliationis*, idest, dedit virtutem & inspirauit in cordibus nostris: vt annuntiemus mundo, hanc reconciliationem esse factam per Christum. Et hoc faciendo inducimus homines, vt conforment se Christo per baptismum. Hier. 1. Ecce dedi verba mea. Consequenter cum dicit; *Pro Christo ergo legatione &c.* Ostendit vsum beneficii. Et primo, quantum ad secundum beneficium collatum Apostolis. Secundo, quantum ad primum collatum omnibus, ibi; *Obsecramus pro Christo &c.* Dicit ergo. Ex quo Deus posuit verbum reconciliationis, debemus eo vti. Et hoc est ergo quod; *Fungimur legatione pro Christo*, idest sumus legati Christi. Eph. 6. Pro quo legatione fungimur in cathena ista &c. Et idoneitas ad hanc legationem est nobis ex virtute Dei, quæ est in me. Et ideo dicit; *Tanquam Deo exhortante per nos*, quia Deus, qui in nobis loquitur, dat nobis idoneitatem ad hac legationem. Mat. 10. Non uos estis qui loquimini &c. infra 13. An experimentũ quæritis eius, qui in me &c. Consequenter cum dicit; *Obsecramus &c.* Subdit quantum ad vsum primi beneficii. Et primo, inducit ad vsum. Secundo ostendit, vnde adsit nobis facilitas ad ipsum vsum, ibi; *Eum qui non &c.* Dicit ergo. Ex quo Deus fecit reconciliationem, & nos sumus legati Dei in hoc *Obsecramus &c.* Blande alloquitur cum posset imperare 2 Tim. vlt. Argue, obsecra, increpa &c. Ad Phile. 1. Potestatam habens imperandi &c. *Obsecramus*, inquam; *Pro Christo*, idest propter amorem Christi; *Reconciliamini Deo.* Videtur autem hoc esse contrarium ei quod dicit, quòd Deus reconciliauit nos sibi, Si ergo ipse reconciliauit, quid necesse est, vt nos recõciliemur? Iam enim reconciliati sumus. Ad hoc dicendum, quòd Deus reconciliauit nos sibi: vt causa efficiens, scilicet ex parte sua: sed vt sit nobis meritoria, oportet etiam ꝙ fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidem in baptismo & in pœnitentia, & tunc cessamus a peccatis: Vnde autem adsit nobis huiusmodi facultas reconciliandi Deo, ostendit ex hoc, scilicet quòd dedit nobis potestatem iuste uiuendi qua possumus abstinere a peccatis, & hoc faciendo, reconciliamur Deo. Et ideo dicit; *Eum qui non &c.* quasi dicat. Bene potestis reconciliari, quia Deus scilicet pater; *Eum* scilicet Christum; *Qui non nouerat peccatum*. 1. Pet. Qui peccatum non fecit &c. Io. 8. Quis ex vobis arguet me &c. *Pro nobis fecit peccatum.* Quod tripliciter exponitur. Vno modo, quia consuetudo veteris legis est, vt sacrificium pro peccato, peccatum nominet. Osee 4. Peccata populi mei comedent, idest oblata pro peccato. Tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest hostiã, vel sacrificium pro peccato. Alio modo, quia peccatũ aliquando sumitur F pro similitudine peccati, vel pro pœna peccati. Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem peccati &c. idest de similitudine peccati, damnauit peccatum. Et tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest fecit eum assumere carnem mortalem & passibilem. Tertio modo, quia aliquando dicitur hoc esse hoc, vel illud, non quia sit: sed quia opinãtur hoĩes ita esse. Et tunc est sensus; *Fecit peccatum*, idest fecit eũ reputari peccatorem. Esa. 53. Cũ iniquis reputat⁹ est. Et hoc quidẽ fecit; *Vt nos efficeremur iustitia*, idest, vt nos qui peccatores sumus, efficeremur nõ solum iusti, immo ipsa iustitia, idest iustificaremur a Deo; *vel iustitia*, G quia non solum nos iustificauit, sed etiam voluit, quòd per nos alii iustificarentur; *Iustitia*, dico; *Dei*, non nostra. Et *In Christo*, idest per Christum, Vel aliter, vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tunc est sensus; *vt nos efficeremur iustitia*, idest vt inhęreremus Christo per amorem & fidem, quia Christus est ipsa iustitia. Dicit autem; *Dei*, vt excludat iustitiam hominis, quæ est, qua homo confidit de propriis meritis. Rom. 10. Ignorantes Dei iustitiam &c. *In ipso*, scilicet Christo, idest per Christum, quia ipse factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1.

CAP. VI. LEC. I.

ADIVVANTES aũt exhortamur, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tẽpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis. Nemini dãtes ullã offensionẽ, ut non uituperetur ministeriũ nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus commendauit ministerium apostolatus: hic consequenter ipsum ministerium sibi commissum ad vtilitatẽ subditorũ exequitur. Et circa hoc, duo facit. Primo, hortatur eos in generali ad omnia, quæ cõmuniter sunt necessaria ad bonã vitã. Secundo, hortatur eos de quodam speciali suffragio, fiendo H sanctis in hierusalem, & hoc. 8. ca. ibi; *Notum autem vobis facimus fratres &c.* Circa primum autẽ, duo facit. Primo, hortatur eos ad bona præsentia. Secundo, cõmendat eos de bonis in præterito factis, & hoc. 7. ca. ibi; *Has igitur habentes promissiones &c.* Circa primũ, tria facit. Primo, hortatur in generali, ꝙ gratia Dei nõ vtatur in vanũ. Secundo, ostendit gratiã Dei eis esse collatã, ibi; *Ait enim tempore accepto &c.* Tertio, docet eos in speciali, modũ vtendi dicta gratia, ibi; *Nemini dantes vllam offensionem &c.* Dicit ergo primo. Ex quo facultas adest nobis ad bene operandũ, & hæc est gratia Dei, nos autẽ ad hoc pro Christo legatione fungimur. Ideo; *Adiuuantes*, nos. s. prædicationibus, exemplis & exhortationibus. Prouer. 18. Frater qui adiuuatur a fratre &c. Vel; *Adiuuantes*, scilicet Deum. 1. Cor. 3. Adiutores Dei sumus. Sed contra. Esa. 40. Quis adiuuit spiritũ Domini &c. Nõ ergo bene dicitur, Adiuuãtes Deũ. Responsio, ꝙ iuuare Deũ potest intelligi vel ei I vires ministrare ad aliquid agendum, & sic nullus iuuat Deum, nec iuuare põt. Vel eius mandatũ exequi, & sic sancti homines Deum iuuare dicuntur, exequendo eius mandata. Nos inquam, sic iuuãtes; *Hortamur vos*. Ro. 12. Qui exhortatur &c. Hoc. s. exhortamur; *Ne in vacuum gratiã Dei recipiatis* q. d Ne receptio gratiæ sit vobis inutilis & vacua. quod tunc cõtingit. qñ ex perceptione gratiæ, quis non sentit fructũ. Qui quidẽ duplex est. s. remissio peccatorũ Esa. 27. Hic est omnis fructus &c. Et vt homo iuste viuẽdo ꝑueniat ad gloriã cœlestẽ. Ro. 6 Habetis fructũ vestrum. Quicunq; ergo gratia percepta nõ vtitur ad vitandũ peccata, & consequendũ vitam æternam, hic gratiam Dei in vanum recipit. Phil. 2. Non in vacuũ cucurri &c. Et ne aliquis dubitaret de ꝑceptione huius gratiæ a Deo, ideo cõsequẽter Apostolus probat eos iam recepisse gratiã hanc, vel paratam habere ad recipiendũ, dicens; *Ait enim, Tempore &c.* Et circa hoc, duo facit. Primo, inducit authoritatẽ prophetę. Secundo, inductã adaptat K ad propositũ, ibi; *Ecce nunc tempus &c.* Dicit ergo primo. Dico quòd paretis uos ad fructuose percipiendũ gratiã, quæ uobis est collata, uel parata. Ait. n. Dñs per Esa. 49. *Tempore accepto &c.* Circa quod sciendũ est, ꝙ Dñs dicitur facere nobis gratiam, uel exaudiendo nos in petitionibus nostris, uel iuuãdo in operationibus nostris, sed exaudit, ut percipiamus qđ petimus. Ia. 1. Si quis indiget sapientia postulet &c. Adiuuat, ut perficiamus, quod operamur. Psal. 93. Nisi quia Dñs adiuuit me &c. Et hæc duplex est gratia, præueniens, scilicet & cooperans, uel subsequens, quæ quidem necessaria est nobis ad obtinendum. Et primo gratiam præuenientem, quam optare debemus, ut simus accepti Deo. Psal. 31. Pro hac orabit ad te oĩs sanctus. Et quantum ad hoc dicit; *In tempore accepto*, idest acceptionis & gratificationis, hoc enim tempore accepto fit, quod gratis fit. Roma. 4. Beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam &c. *Exaudiui te*, idest acceptaui te. Vel; *Tempore accepto*, idest in tempore gratiæ. Et hoc modo, gratia præueniens dicitur illa per quam liberamur a peccatis. Gratia uero subsequens

dicitur, per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono A conferuntur. Secundo, necessaria est nobis gratia cooperans, & hanc petebat. Psal. 22. Et misericordia eius subsequatur me &c. Et quantum ad hoc dicit; *In die salutis adiuui te.* Tempus enim ante Christum non fuit dies, sed nox. Rom. 13. Nox præcessit &c. Sed tempus Christi dicitur dies, & non solũ dies, sed dies salutis. Ante. n. non erat salus, quia nullus ad finem salutis perueniebat, scilicet ad visionem Dei. sed modo quando iã nata est salus in mundo, homines salutem sequuntur. Matt. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum &c. 1. Pet. 4. Operamini vestram salutem. Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis, qua per nostra opera peruenimus ad vitam æternam. Phil. 2. Deus est qui operatur &c. Consequenter, authoritatem inductam adaptat ad propositum, dicens; *Ecce nunc &c.* Quasi dicat. Hæc quæ dixit Dominus de tempore gratiæ per prophetam, implẽtur modo, quia; *Ecce nunc tempus acceptabile*, idest gratificationis per quam exaudimur a Deo, quia iam venit plenitudo temporis, scilicet incarnationis Christi. Gal. 4. Et hoc quantum ad primam partem authoritatis. Psal. 68. Tempus beneplaciti Deus; *Ecce nunc dies salutis.* in quo scilicet adiuti gratia cooperante possumus operari ad consequendum salutem æternam. Ioan. 9. Me oportet operari &c. Gal. 6. Dum tẽpus habemus &c. Consequẽter cũ dicit; *Nemini dantes &c.* Docet modum vtendi gratia eis collata. Et primo in generali, qualiter scilicet in vacuum nõ recipiatur. Secundo, in speciali, ibi; *In multa patientia &c.* Dicit ergo, Sic vtendum est gratia, vt; *Dantes nemini ullam offensionem.* Nam gratia ad duo datur. s. ad vitandum mala, & ad operandũ bona. Et ideo duo docet, vt. s. vitemus mala, & quantũ ad hoc dicit; *Nemini dantes &c.* Quod potest dupliciter exponi. Vno mõ, vt referatur ad Apostolos q. d. Nos adiuuãtes vos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem, quia si per malam vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium nostrũ, & cõtemneretur prædicatio nostra. Ro. 2. Nomen dei per vos blasphematur; Grego. Cuius vita despicitur restat, vt eius prædicatio cõtemnatur. Vnde publicus & famosus peccator, cauere debet sibi ne prædicet, alias peccat. Psal. 49. Peccatori aũt dixit Deus &c. Alio modo, ut referatur ad subditos q. d. Hortamur vos, ne in uacuum &c. Vos dico; *Nemini dantes ullam &c.* idest non facientes aliquid, vnde alii scandalizentur. 1. Cor. 10. Sine offensione estote &c. Rom. 14. Non ponatis offendiculum &c. Et ratio huius est; *Vt non uituperetur &c.* idest, ita irreprehensibiliter vos habeatis, vt; *Ministerium nostrum*, idest apostolatus noster, non vituperetur. Quando enim subditi male se habent, vituperium est prælatis 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes &c. Vel; *Vt non uituperetur* commune; *Ministerium*, quo ad vos, & nos, qui sumus ministri Dei. Nos dico sumus ministri Dei ad exequendum voluntatem eius in nobis & in aliis. Sed vos ad exequendum volũtatem eius in vobis tantum Esai. 61. Vos sacerdotes Domini Vocabimini &c. Consequenter cũ dicit; *Sed in omnibus exhibeamus &c.* Docet eos modum vtendi percepta gratia, quantum ad bona operanda. Dicit ergo. nemini demus vllam offensionem; *Sed exhibeamus nos* & vos opere, & sermone in omnibus, quæ ad virtutes pertinẽt tales, quales debent esse ministri Dei, vt scilicet conformemur nos Deo faciendo eius voluntatem. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros &c. Cõsequenter cum dicit; *In multa patientia &c.* Ostendit in speciali, quomodo nos debemus exibere sicut Dei ministros in vsu gratię collatæ. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad exteriorẽ operationem. Secundo, quantum ad maiorem deuotionem, ibi; *Os nostrum patet &c.* Tertio, quantum ad infidelium vitationem ibi; *Nolite iugum ducere &c.* Circa primum tria facit, secundum tria in quibus consistit operatio exterior. Primo. n. consistit in sufferentia malorum. Et quantum ad hoc dicit; *In multa patientia &c.* Secũdo, ĩ operatione bonorũ: & q̃tum ad hoc dicit; *In castitate &c.* Tertio, in mutua cooperatione bonorũ ad mala, & quantum ad hoc dicit; *Per arma iustitiae &c.* Est ergo necessaria in malis sustinendis virtus patiẽtiæ. Vnde dicit; *In multa patientia &c.* Vbi tria facit. Primo, inducit ad patientiam. Et hoc, quia in Ps. 91. legitur, Bene patientes erunt, vt annuntiẽt. Et quantum ad hoc dicit; *In multa patientia* Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Dicit; *In multa*, idest ꝓp multas tribulationes, quæ occurrunt. Secundo, ostendit materiam patientiæ in generali: & hoc dupliciter, scilicet in superuentione malorum. Vnde dicit; *In tribulationibus*. Rom. 12. In tribulatione patientes Act. 14. Per multas tribulationes &c. Et in defectu necessatiorum. Vnde dicit; *In necessitatibus*, scilicet eorum, quæ sunt necessaria ad vitam. Psal. 24. De necessitatibus &c. Tertio, ostendit materiã patientiæ in speciali. Et primo in his, quæ pertinent ad tribulationes, quę sunt uoluntariæ, & hoc quantum ad tribulationes, quæ pertinẽt ad animam, & sic dicit, *In angustiis*, s. cordis, quando. s. sic arctatur aduersis, ut non pateat uia euadendi. Heb. 11. Angustiati, afflicti &c. Item inquantum ad tribulationes, quæ sunt in corpore, & sic dicit; *In plagis*, s. illatis ab aliis; *Et carceribus*. Act. 16. Cũ multas plagas ei intulissent &c. infra 11. In carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. *In seditionibus*, s. totius populi commoti. Act. 19. Periclitamur argui seditionis hodiernæ &c. Secundo in his, quæ pertinent ad necessitates. Necessitas autem aliquando est uoluntaria. Et sic dicit; *In laboribus*, propria manu operando apud Corinthios, quia auari erãt, ne eos grauaret sumptibus. Et apud Thessal. quia erant ociosi, ut daret exemplũ exercitii. Act. 11. Ad ea quæ mihi opus erant &c. *In uigiliis* ꝓp prædicationes: infra. 11. In uigiliis, in ieiuniis aliquando voluntariis, aliquando inuoluntariis propter penuriam. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra est, quod dicitur Matt. 11. Iugum C meum suaue est. Hic vero dicitur in tribulationibus multis &c. Non ergo suaue sed grauissimum. Respondeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorem & interiorem feruorem spiritus dulcorantur. Vnde Augu. Omnia grauia & immania, facilia & prope nulla facit amor.

LECTIO II.

IN castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in B charitate non ficta, in uerbo ueri-

LECTIO SECVNDA.

POSITIS his, quæ pertinent ad tolerantiam malorum, ponit consequenter ea, quæ pertinent ad obseruantiam bonoruu. Bonitas autem operis, consistit in tribus. In perfectione virtutum, & hoc pertinet ad cor. In veritate locutionis: & hoc pertinet ad oş. In vitute operis: & hoc pertinet ad opus. Primo ergo, ostendit Apostolus qualiter se habeant in his, quæ pertinent ad perfectionem virtutum, quæ consistunt in corde. Secundo, in his, quæ ad virtutem oris, ibi; *In uerbo ueritatis*. Ter D tio, in his quæ pertinent ad perfectionem operis, ibi; *In uirtute Dei.* Circa primũ, ponit quatuor virtutes. Et primo, virtutem castitatis, quæ maximum locum tenet. in virtute temperantiæ, & quantum ad hoc dicit; *In castitate*, scilicet mentis & corporis. Vbi notandum est, ꝙ immediate post multos labores, vigilias & ieiunia, subdit de castitate, qa qui vult habere virtutem castitatis, necesse habet laboribus dari, vigiliis insistere, & macerari ieiuniis 1. Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo &c. Heb. 12. Pacem sequimini &c. Si autem quæratur, quare non facit mentionem de aliis virtutibus, nisi solum de temperantia. Dicendum est, quòd sic facit, sed implicite, quia hoc, quod dicit; *In multa patientia, in tribulationibus, &c.* pertinet ad virtutem fortitudinis. hoc vero quod dicit, *Per arma iustitiæ*, pertinet ad virtutem iustitiæ. Secundo, ponit virtutem scientiæ. Vnde dicit; *In scientia.* Et si quidem scientia referatur ad scientiam qua aliquis scit bene conuersari in medio nationis prauę & peruersæ, sic E refertur ad virtutem prudentiæ. Si vero scientia referatur ad certitudinem, qua fideles certi sunt de his, quæ pertinent ad cognitionem Dei, sic pertinet ad virtutem fidei. Et vtraque necessaria est Christianis: quia sine scientia primo modo, siue secundo modo accepta, homines de facili ruunt in peccatis. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum. Tertio, ponit virtutem spei. Vnde dicit; *In longanimitate*, quæ pertinet ad perfectionẽ spei. Nihil aũt aliud est longanimis, quàm qui arduũ aliquod ex spe semper, ac diu dilatum patienter expectat, & hoc a spiritu sancto. Gal. 5. Fructus aũt spiritus, charitas &c. Lõganimitas &c. Colos. 1. In omni patientia & lõganimitate. Quarto, ponit virtutem charitatis. Charitas aũt duo habet. s. effectum exteriorem & interiorẽ. Sed in effectu exteriori, habet suauitatẽ ad proximum. Non. n. conuenit, ꝙ aliquis non sit suauis ad eos quos diligit. Et ideo dicit; *In suauitate*, idest dulci cõuersatione ad proximos, vt scilicet blandi simus. Prouer. 12. Qui suauis est, viuit in moderationibus &c. Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat

tiplicat amicos &c. Sed non in suauitate mundi, sed in ea, quæ causatur ex amore Dei, scilicet, ex spũ sancto, & ideo dicit; *In spiritu sancto*, idest, quam spiritus sanctus causat in nobis. Sap. 12. O quam bonus & suauis &c. In effectu autem interiori habet veritatem absque fictione, vt scilicet non prætendat exterius contrarium eius, qd habet interius. Et ideo dicit; *In charitate non ficta* 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua sed &c. Col. 3. Super omnia charitatẽ habentes. Et huius ratio est, quia vt dicitur. Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Consequenter ostendit quomodo se habeant in his quæ pertinent ad veritatem oris, vt scilicet, sint veraces. Et ideo dicit; *In uerbo ueritatis*, scilicet vera loquendo & prædicando. Quomodo autẽ se habeant in perfectione operis, subdit dicens; *In uirtute Dei*, idest non in operibus nostris confidamus, sed solum in virtute Dei, & non in propria. 1. Cor. 4. Regnũ Dei non est in sermone &c. Consequenter cum dicit; *Per arma iustitiæ &c.* Ostendit qualiter se habeant in operatione bonorũ & malorum, inter bona & mala, prospera & aduersa, & non p tinet ad virtutem iustitiæ. Et primo, ostendit hoc in generali. Secundo, exponit in speciali. Dicit ergo primo, ꝙ exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia. Et qd plus est; *Per arma iustitiæ.* Vbi sciendum est, ꝙ iustitia ordinat & facit hominem tenere locum suum; *A dextris*, idest in prosperis, vt. s. non eleuetur; *Et a sinistris*. i. in aduersis, vt. s. non deiiciatur. Phil. 4. Vbique et in omnibus &c. scio abundare &c. Consequeter hoc exponit per partes prosperorum, & aduersorum, dicens; *Per gloriam &c.* Vbi sciendum est, quòd in rebus temporalibus prospe ritas, vel aduersitas in tribus consistit. In superbia vitæ, in concupiscentia carnis, in concupiscentia oculorum. Iuxta illud. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis &c. Et hæc prosequitur ordine suo, quia primo dicit quomodo se habeãt in aduersis & prosperis, quæ pertinẽt ad superbiam vitæ dicens; *Per gloriam &c.* Secundo, quomodo se habeant in his, quæ pertinent ad cõcupiscentiam carnis, ibi; *Quasi morientes &c.* Tertio, quomodo se habeant in his, quæ pertinẽt ad concupiscentiam oculorum, ibi; *Sicut egentes &c.* Sunt autẽ duo, quæ ad superbiam pertinent, scilicet sublimitas status, & operum. Et ideo dicit; *Per gloriam*. i. per statum excellentiæ q.d. Exibeamus nos Dei ministros. s. per Dei gloriam, idest in prospe ritate Esa. 23. Dominus exercituum cogitauit &c. Et ꝙ Apostoli gloriosi appareant, patet Act. 14. Quòd Paulus & Barnabas credebantur esse dii; *Et ignobilitatem*, quæ est in sinistris q.d. nec in gloria eleuemur, nec si contemptibiles sumus, deiiciamur 1. Cor. 1. Ignobilia huius mundi elegit Deus &c. quantum ad famam operum dicit; *Per infamiam & bonam famam.* Vbi sciendum est, ꝙ sicut Gre. dicit, Homo non debet ex se dare causam infamiæ suæ, sed potius debet procurare bonam famã, iuxta illud Eccl. 41. Curam habe de bono nomine, & hoc propter alios: quia oportet nos bonum testimoniũ habere ad eos, qui foris sunt 1. Tim. 3. Si vero contingat aliquem incurrere in infamiam iniuste, non debet esse ita pusillanimis, vt propter hoc derelinquat iustitiam. Si vero sit in bona fama apud infideles, non debet tamen superbire, sed debet inter vtrunque, medio modo incedere. Consequenter exponit ista duo quæ posuit. Et primo quam infamiam habuerunt, & ostendit quòd magnam, quia; *Vt seductores &c.* Quasi dicat. A quibusdam habemur, vt seductores, a quibusdam vero habemur; ut ueraces. Nec mirum, quia etiam de Christo, alii dixerunt, quia bonus est, alii vero quòd non, sed seducit turbas, vt dicit Ioan. 7. Secundo, ostendit quomodo fuerunt gloriosi & ignobiles, quia; *Sicut ignoti & cogniti*, idest approbati a bonis, & incogniti, idest despecti a malis 1. Cor. 4. Tanquam purgamenta &c. Consequenter prosequitur ea, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Et ponit tria, quæ concupiscit caro. Primo, enim concupiscit longam vitam, & quantum ad hoc dicit; *Quasi morientes*, idest, licet exponamur periculis mortis, infra 11. In mortibus frequenter &c. tamen; *Ecce uiuimus*, virtute & fide. Et ideo Abacuc. 2. Iustus ex fide viuit. Ps. 117. Non moriar, sed viuam &c. Secundo, concupiscit incolumitatem & quietem. Et quantum ad hoc dicit; *Vt castigati & non mortificati*, quasi dicat, licet diuersis flagellis castigemur a Domino, non tamen tradit nos morti Psal. 11. Castigans castigauit me Dominus &c. 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt &c. Tertio, concupiscit gaudium & iocunditatem, & quantum ad hoc dicit; *Quasi tristes semper autem gaudentes*: quia licet in exterioribus, & quæ ad carnem sunt patiamur tristitiam: & amaritudinem: interius tamen continuum gaudium habemus, quod crescit in nobis ex consolationibus spiritus sancti, & spe remunerationis æternæ. Iac. 1. Omne gaudium existimate &c. Ioan. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium &c. Consequenter prosequitur de his, quæ pertinẽt ad concupiscentiã oculorum. Et circa hoc ponit duo, quorum vnum est, in comparatione ad alios: & secundum hoc prosperum in diuitiis, est quòd homo abũdet, ita quòd possit aliis ministrare de diuitiis suis. Sinistrum autem in hoc est, quòd homo sit ita pauper, quòd oporteat eum ab aliis mendicare. Et ideo dicit, quòd in his temporalibus sumus; *Sicut egentes*, idest ab aliis accipientes, sed tamen quantũ ad spiritualia, sumus; *Multos locupletantes*, & non dicit omnes; *Quia non sunt* omnes locupletari parati. Prouer. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Secundum est, in comparatione ad seipsos, & ꝙ in hoc prosperum in diuitiis est multa possidere, sinistrum autem, vt nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ in exterioribus sunt; *Tanquam nihil habentes*. s. in tẽporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christum. Matth. 16. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus; *Omnia possidentes*, scilicet p interiorem magnitudinẽ cordis. Et hoc ideo est, quia ipsi viuebant, non sibi, sed Christo. Et ideo omnia, quæ sunt Christi, reputabant vt sua. Vnde cum Christo omnia sint subiecta, omnia possidebant, & omnia tendebant in eorum gloriam. Iosue 1. Et omnem locum quem calcauerit pes vester, uester erit. Nota autem circa præmissa, quòd Apostolus vtitur in præmissis miro modo loquendi. Nam ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & tẽporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam conditionem, pura, vt, sicut, quasi, tanquam, sed in opposito, spirituali nihil addit. Cuius ratio est: quia temporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparentia habent tñ similitudinem, vel boni vel mali. Et ideo dicit; *Vt seductores, & quasi ignoti* quia non erant in rei veritate sic, sed in opinione hominum, & si erant transitoria, erant bona, aut mala, Bona autem spiritualia, existentia sunt & vera, & ideo non addit eis conditionem aliquam.

locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

LECTIO III.

OS nostrum patet ad uos, o Corinthi, cor nostrũ dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus uestris, Eandem autem in hoc est, quòd homo sit ita pauper, quòd oporteat eum ab aliis mendicare. Et ideo dicit, quòd in his temporalibus sumus; *Sicut egentes*, idest ab aliis accipientes, sed tamen quantũ ad spiritualia, sumus; *Multos locupletantes*, & non dicit omnes; *Quia non sunt* omnes locupletari parati. Prouer. 13. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit. Secundum est, in comparatione ad seipsos, & ꝙ in hoc prosperum in diuitiis est multa possidere, sinistrum autem, vt nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit, ꝙ in exterioribus sunt; *Tanquam nihil habentes*. s. in tẽporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christum. Matth. 16. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus; *Omnia possidentes*, scilicet p interiorem magnitudinẽ cordis. Et hoc ideo est, quia ipsi viuebant, non sibi, sed Christo. Et ideo omnia, quæ sunt Christi, reputabant vt sua. Vnde cum Christo omnia sint subiecta, omnia possidebant, & omnia tendebant in eorum gloriam. Iosue 1. Et omnem locum quem calcauerit pes vester, uester erit. Nota autem circa præmissa, quòd Apostolus vtitur in præmissis miro modo loquendi. Nam ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & tẽporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam conditionem, pura, vt, sicut, quasi, tanquam, sed in opposito, spirituali nihil addit. Cuius ratio est: quia temporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparentia habent tñ similitudinem, vel boni vel mali. Et ideo dicit; *Vt seductores, & quasi ignoti* quia non erant in rei veritate sic, sed in opinione hominum, & si erant transitoria, erant bona, aut mala, Bona autem spiritualia, existentia sunt & vera, & ideo non addit eis conditionem aliquam.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus docuerat vsum gratiæ collatæ quantum ad bonas operationes exteriores, Hic cõsequenter instruit eos circa vsum prædictum quantum ad interiorem deuotionem, quæ consistit in letitia cordis, quæ latitudinem cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primo. enim exibet se eis in exemplum latitudinis. Secundo, ostendit quòd ab ipso non habent contrarium exemplum, nec possunt accipere, ibi; *Non angustiamini in nobis &c.* Tertio, exhortatur eos ad cordis latitudinem ibi; *Eandem aũt habentes &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit signum latitudinis cordis. Secundo, ponit ipsam latitudinem cordis quam habebat Apostolus, ibi; *Cor nostrum dilatatum est &c.* Signum autẽ latitudinis est os latum, quia os immediate adhæret cordi. Vnde, quæ per os exprimimus, sunt expressa signa cõceptionum cordis Mat. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et hoc est qd dicit; *Os nostrum patet ad uos.* Os. n. clausum est aliquando, tunc. s. quando ea quæ sunt in corde non patẽt exterius, sed apertum & patens est, quãdo ea quę in corde sunt, manifestãtur Iob. 3. Post hæc aperuit &c. Mat. 5. Aperiens os suũ &c. Et ne hoc videatur pertinere ad vitium vanitatis, quia manifestat se, subdit rationem dicens; *Ad uos*, idest propter vtilitatem vestram, manifestamus vobis secreta cordis nostri. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile sit &c. Causa aũt huius dilatationis pcedit ex dilatatione & latitudine cordis. Et ideo dicit; *Cor nostrum dilatatum est &c.* Pro. 21. Exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Cor aũt aliquando est strictum, tunc scilicet, quando cõprimitur & cõcluditur in modico, sicut cum quis nõ curat nisi de terrenis, & contẽnit cœlestia, non valens ea intellectu capere. Aliquando autem est latum, tunc. s. quando quis magna appetit & desiderat. & talis erat Apostolus, qui non reputans ea quæ videntur, desiderabat cœlestia. Et ideo dicit; *Cor nostrum dilatatum est*, idest ampliatũ ad magna appetenda. Consequenter ostendit quòd non habent ab Apostolo contrarium exemplum. dicẽs; *Non angustiamini &c.* quasi dicat. Ex quo ostẽdimus vobis latitudinem cordis nostri, non habetis a nobis exemplum nec

nec causam vnde angustiamini. Sed si hoc facitis, tunc quidem angustiamini, sed non in nobis, immo ex visceribus vestris, idest ex vobis. Vbi sciendum est, quòd angustiari, idem est ꝙ includi in aliquo, vnde non patet alius aditus euadendi. isti autem erãt seducti adeo a pseudo, quòd non credebant posse salutem consequi, nisi in obseruantiis legalibus. Et iõ efficiebantur serui, cum essent liberi secundum fidẽ Christi. Vnde angustiatio huius seruituris, non proueniebat eis ab Apostolo, sed ex visceribus eorum, i. ex duritia cordium ipsorum. Lucæ. 23. Nolite flere sup &c. Consequenter hortatur eos ad latitudinem cordis, dicens; *Eandem autem habentes &c.* quasi dicat, si aliquando decepti a pseudo angustiati estis, non omnino remaneatis in angustiatione, immo studeatis habere latum cor, sicut nos habemus, quia eandem habebitis remunerationem quam nos habemus. Et ideo dicit; *Eandem remunerationem habentes*, scilicet sicut & nos. supra. 1. Sicut estis socii passionum &c. Tãquam filiis, non inimicis, dico vobis: vel tanquam filiis Dei, quasi dicat; *Eandem remunerationem habentes* quam filii Dei, scilicet hæredes vitæ æternæ. Roma. 8. Si filii & hæredes, eandem inquam; *Habentes remunerationem dilatamini & uos*, idest habeatis cor magnum & liberum libertate spiritus, quæ est in fide Christi & non coangustiamini in seruitute obseruantiæ legalis. Consequenter cum dicit; *Nolite iugum ducere &c.* docet eos vsum collatæ gratiæ quantum ad infidelium vitationem. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur Apostoli exhortatio. Secundo, exhortationis ratio, ibi; *Quæ enim participatio &c.* Tertio, rationem huius authoritate confirmat, ibi; *Vos enim estis templum Dei &c.* Dicit ergo; *Nolite iugum ducere &c.* Vbi est sciendum, quòd iugum dicitur omne illud quod ligat plures ad aliquid faciendum. Vnde quia aliquando aliqui conueniunt ad faciendũ aliquid boni, quod est ex Deo, & aliqui ad faciendũ aliquid mali quod est ex diabolo, ideo dicitur iugum Dei & iugum diaboli. Iugum quidem Dei est ipsa charitas, quæ ligat hominem ad seruiendum Deo. Mat. 10. Tollite iugum meum &c. Iugum vero diaboli est ipsa iniquitas, quæ ligat ad malum & ad male faciendum. Esa. 9. Iugum oneris eius. Hoc ergo dicit; *Nolite iugum ducere*, idest nolite communicare in operibus infidelitatis, cum infidelibus. Et hoc propter duo. Primo, quia aliqui erãt inter eos, qui reputabantur sapientiores, non abstinentes ab idolotitis: & ex hoc scandalizabant inferiores. Alii autem erant qui communicabant cum Iudæis in traditionibus seniorum. Vnde Apostolus hortatur eos cum dicit; *Nolite &c.* vt non communicent cum Iudæis in traditionibus legis, neque cum Gentibus in cultu idolorum: utrique enim infideles sunt. Rationem autem huius assignat dicens; *Quae enim participatio &c.* Quæ sumitur ex distinctione duplici. Vna distinctio est, quantum ad causam, sed alia est quantum ad statum. Distinctio quantum ad causam, duplex est. s. quantũ ad causam habitualem, & quantum ad causam efficientẽ. Causa aũt habitualis est duplex. Vna quantum ad effectum, & hoc est quod dicit; *Quae enim participatio iustitiae &c.* q.d. Non debetis iugum ducere cum infidelibus, quia alius habitus est in vobis, alius in illis: in vobis quidem est habitus iustitiæ, in illis vero est habitus iniquitatis. Maxima autem iustitia est reddere Deo quod suum est, & hoc est colere ipsum. Vnde cum vos colatis Deum, est in vobis habitus iustitiæ: Summa autem iniquitas est auferre a Deo quod suum est, & dare diabolo. Esai. 1. Iniqui sunt cœtus vestri. Hier. 23. Quid paleis ad triticum? Alia causa habitualis est quantum ad intellectum, & hæc distinctio est, quia fideles sunt illuminati lumine fidei, sed infideles sunt in tenebris errorum. Et quantum ad hoc dicit; *Aut quae societas luci ad tenebras.* q.d. nõ est conueniẽs quòd eis communicetis, quia non est aliqua societas cõueniens, quia vos estis lux per scientiam fidei. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino &c. Illi vero tenebræ sunt per ignorantiam. Prou. 4. Via impiorum tenebrosa &c. Vnde dominus a principio diuisit lucem a tenebris, vt dicitur. Gen. 1. Quantum vero ad causam efficientem, dicit; *Quae autem conuentio Christi ad Belial?* q.d. Vos estis serui Christi & mẽbra eius 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, illi autem sunt mẽbra diaboli. Et dicitur diabolus Belial absq; iugo, quia noluit subiici iugo Dei Hier. 2. A seculo fregisti &c. Quòd aũt non possit esse cõuentio Christi ad Belial, patet ex verbis Christi Io. 14.

tem habentes remunerationem (tãquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templũ Dei viui: sicut dicit Deus, quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deum, & ipsi erũt mihi populus. Propter quod, exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

A Venit princeps mundi huius &c. Et etiam ex verbis diaboli? Matth. 8. Quid nobis & tibi Iesu &c. Alia distinctio est quantum ad statum fidei, & hoc quantum ad duo: scilicet quantum ad statum fidei, & secundũ hoc dicit; *Aut quae pars est fidelis &c.* quasi dicat, non eadem est pars vtriusque, quia pars fidelis est ipse Deus quem habet præmium, & vt finem suæ beatitudinis. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ &c. Sed pars infidelis sunt bona terrena Sap. 2. Hęc est sors nostra &c. Matth. 24. Diuidit eum & partem &c. Item, quantum ad statum gratiæ, & secundum hoc dicit; quis autem consensus &c. quasi dicat. Non est aliqua conuenientia templo Dei, & idolis. Vnde vos estis templum Dei per gratiam 1. Cor. 3. Templum Dei &c & 6. Nescitis quoniã membra vestra tẽplum sunt &c. Non debetis ergo communicare cũ infidelibus; qui sunt templa idolorum. Sed notandũ quòd Dñs prohibet p Ezechielem, ꝙ in templo Dei non colantur idola. Ezech. 26. Multo ergo magis prohibẽtur homines, quorum animæ sunt templũ Dei, ne violent illa per participationem idolorum 1. Cor. 3. Siquis templum Dei violauerit &c. Consequenter cum dicit; *Vos enim estis &c.* Confirmat rationem propositam per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim confirmat quod induxit rationem ammonitionis. Secundo vero, confirmat ipsam ammonitionem, ibi; *Propter quod exite &c.* Circa primum duo facit. Primo, resumit quod probare intendit. Secundo vero, inducit authoritatem ad propositum, ibi; *Sicut dicit dominus quoniam &c.* Dicit ergo. Recte dico ꝙ non est consensus templo Dei cum idolis, idest non debetis cũ eis participare quia vos estis templum Dei viui, & non mortui sicut idolatræ. ad hoc probandum adducit authoritatẽ probans hoc ipsum per vsum tẽpli vsus, n. templi est, vt Deus habitet in eo: nam templũ est locus Dei ad inhabitandum sibi consecratus. Psal. 10. Dñs in tẽplo sancto suo &c. Quæ quidẽ authoritas sumitur ex Leui. 26. quæ talis est. Ponã tabernaculũ meum in medio vestri &c. In qua authoritate quatuor tangit, quantum ad hunc vsum pertinet. Primum pertinet ad gratiam operationum: quod est Deum esse in aliquo per gratiam. Et hoc est quòd dicit; *Inhabitabo in eis*, s. in sanctis per gratiam excolẽs eos: licet aũt Deus in omnibus rebus dicatur esse p præsentiam, potentiam & essentiam, non tamen dicitur in eis inhabitare, sed in solis sanctis per gratiam. Cuius ratio est, quia Deus est in omnibus rebus per suã actionẽ, inquantum cõiungit se eis vt dans esse, & conseruans in esse. In sanctis autem est per ipsorum sanctorum operationẽ, qua attingunt ad Deum, & quodam modo comprehendunt ipsum, quæ est diligere & cognoscere: nam diligens & cognoscens dicitur in se habere cognita & dilecta. Secundum pertinet ad gratiam cooperantẽ, quo scilicet proficiunt sancti auxilio Dei, & quantum ad hoc dicit; *Inambulabo in eis*, idest promouebo eos de virtute in virtutem: nam hic profectus sine gratia Dei esse non potest 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum: nã sicut gratia operans facit nos esse aliquid inesse iustitiæ, ita & gratia cooperans facit nos in ipso esse proficere. Tertium pertinet ad Dei beneficium, & hoc vel protectionis per prouidentiam, & hoc tangit dicens; *Ego ero illorum Deus*, idest prouidentia mea protegam eos. Psal. 143. Beatus populus cuius dominus &c. Vel beneficium remunerationis, vt sic dicatur, *Ero illorũ Deus*. i. dabo eis meipsum in mercedem. Gen. 15. Ego ero merces tua &c. Et Heb. 11. Non cõfunditur Deus eorum vocari Deus. Quartum pertinet ad debitum cultum & seruitium sanctorum, & quantum ad hoc dicit; *Et ipsi erunt mihi in populum*, idest me colent & mihi obedient vt mei, & non alterius. Psal. 94. 99. Nos autem populus eius & oues &c. Vel possunt ad præsentiam corporalem referri, & tunc exponitur sic; *Quoniam inhabitabo in illis* per carnis assumptionem Io. 1. Verbũ caro factum est &c. *Et ambulabo inter illos*, corporaliter cum eis conuersando Bar. 3. Post hæc in terris visus est &c. *Et ero illorum Deus*, per gloriam Deut. 4. Non est alia natio tam grandis &c. *Et ipsi erunt mihi populus*, idest per fidẽm me colent. Consequenter cum dicit; *Propter quod exite &c.* Confirmat ipsam ammonitionem per aliam authoritatẽ. Et circa hoc duo facit. Primo, confirmat ammonitionem per authoritatem. Secundo, ostendit præmium promissum seruantibus monitionem, ibi. Ego recipiã vos &c. Dicit ergo; *Propter quod*, idest quia estis templum Dei; *Exite de medio eorum*. & sumit de Esa. 52. Recedite, recedite inde, & pol-

& pollutum nolite tangere. Vbi tria dicit, Exite, separamini, & immundum nolite tangere: quia tripliciter debemus nos habere ad infideles. Primo, vt exeamus ab eis relinquendo peccata. Zacch. 2 O, o, o fugite de terra Aquilonis &c. Sed Donatistæ dicunt quòd debemus corporaliter deserere malam societatem, quod non est verũ.

Vnde quod Apostolus dicit, intelligendum est de separatione spirituali. Et ideo sic exponit, Exite spiritualiter, non sequendo vitam eorum. Can. 2. Sicut liliũ inter spinas &c. Et hoc ideo, vt vitemus ipsas peccatorũ occasiones ab eis datas. Et ideo dicit; *Separamini*, idest, longe ab eorum consensu sitis. Mat. 10. Veni enim separare &c. Numé. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum &c. Tertio, vt arguamus eos, cum male agunt. Et ideo dicit; *Immundum ne tetigeritis*, scilicet consentientes eis in malis. Ro. 1. Non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt &c. Eph. 5. Nolite communicare operibus infructuosis. Et hoc quia qui tangit picem &c. Eccl. 13. Præmium autem repromissum seruantibus monitionem est duplex, scilicet, diuina familiaritas, & diuina adoptio. Diuina familiaritas, quia ego recipiam vos, quasi dicat. Secure exeatis, quia ego recipiam vos in meos. Psal. 26. Quoniam pater meus, & mater mea &c. Psal. 64. Beatus quem elegisti &c. Esa. 42. Ecce seruus meus &c, Sed diuina adoptio, quia adoptat nos in filios, quia dicit; *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios*. Rom. 8. Non accepistis &c. Et dicit; *Filios* quantum ad perfectos, & *Filias*, quantum ad imperfectos, & hoc sumitur ex 2. Reg. 7. vbi dicitur de Salomone, Ego ero ei in patrem &c.

LECTIO PRIMA.

MONVIT Apostolus Corinthios qualiter se in futuro debeant habere. Hic commendat eos de bonis præteritis. Sed vt hæc quædam cont inuatio præteritorum ad futura, Primo, concludit ammonitionem. Secundo vero, commendat eos, ibi; *Multa mihi fiducia &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit ammonitionem. Secundo, inducit exemplũ suiipsius ad ammonitionem seruandã, ibi; *Capite nos &c.* Tertio, ponit ammonentis intentionẽ, ibi; *Non ad condemnationem uestram &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit motiuũ ad obseruantiã ammonitionis, & hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit; *Has igitur habentes promissiones charissimi*, s. quòd Deus habitet in nobis, & recipiat nos &c. Secũdo, ponit ammonitionẽ cum dicit; *Mundemus &c.* Et hoc ideo, quia promissiones istæ nõ danẽ nisi mundis, & ideo; *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, i. carnalium & spiritualium vitiorũ Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini &c. Vbi sciendum est, quòd omne peccatũ quod consumatur in delectatione carnis, est carnale, illud vero qd̃ cõsumatur in delectatione spiritus, est spirituale. Et inde est ꝙ peccata carnalia, si considerentur quantum ad sui consumationem, sunt duo tantum, s. gula & luxuria: cætera vero peccata sunt spiritualia. Si vero considerentur quantum ad sui originem, sic omnia peccata possunt dici carnalia, quia omnia ex conceptione carnis originẽ habent, & hoc modo loquitur ad Gal. 5. Manifesta sunt autem opera carnis &c. Tertio, ponit modum implendi ammonitionẽ, ibi; *Perficientes &c.* Posset. n. aliquis dicere. Nunquid non sumus mundati in baptismo? Et ideo addit; *Perficientes sanctificationem*. i. perficimus emundationem inchoatam in baptismo. Sanctus enim idem est quod mundus. Leui. 11. & 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum &c. Perficiamus inquam, quia philosophi conati sunt perficere, & nõ potuerunt, quia nõ potuerunt omnia peccata vitare: quantumcunque. n. aliqua peccata vitarẽt & exercerẽt actus virtutũ, adhuc tamen remanebat in eis peccatũ infidelitatis. Et ideo in vero cultu Dei solum perficitur emũdatio, & hoc est qd̃ dicit; *In timore*, i. in cultu *Dei*. Eccl. 25. Timor domini &c. Sed contra Col. 3. Super omnia charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis. Non igitur perficitur sanctificatio in timore Dei, sed in charitate Dei. Respondeo. Dicẽdũ est, quòd hic loquitur de timore filiali qui est charitatis effectus, & non de seruili, qui contrariatur charitati. Dicit autem in timore, vt doceat nos habere affectum ad Deum, cũ quadam reuerentia & solicitudine. Amor. n. causat securitatẽ, quæ qnq; negligentiã parit, sed qui timet, semper est solicitus. Consequenter cum dicit; *Capite nos &c.* In exemplũ se præbet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplum. 1. Cor. 11. Imitatores mei estote &c. Ego. n. mihi caui ab immũditia per sanctificationem, quia neminem læsi. Vbi notãdum, quòd tripliciter potest aliquis lædere proximum, & nullo istorum modorum læsit aliquem. Primo, in persona, & quantũ ad hoc dicit; *Neminem læsimus*, s. in persona sicut faciũt mali dñi. Mich. 3. Violenter tollitis pellẽ eorum &c. Secũdo, quãtum ad famam, inducendo eos, vel exemplo, vel persuasionib̃ ad malũ, & quantum ad hoc dicit; *Neminem corrupimus*. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores. Tertio, quantum ad subtractionem bonorum, & quantum ad hoc dicit; *Neminem circunuenimus*, idest in bonis fraudauimus. 1. Thessal. 4. Ne quis circumueniat &c. Consequenter cum dicit; *Non ad condemnationem vestram &c.* Aperit suam intentionem, q. d. non dico hoc condemnando vos, sed vt emendemini. Mala enim præterita propter duo consueuerunt commemorari. Aliquando ad condemnationem, & hoc quando non est vltra spes correctionis. Aliquando autem ad emendationem, vt scilicet corrigatur, & hoc modo loquitur hic; *Non ad condemnationem vestram &c.* 1. Cor 4. Hæc ad vtilitatem vestram dico &c, Et ratio huius est, quia gaudeo de bono vestro, prædixi enim quòd vos estis &c. supra. 3. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris Phil. 1. eo quòd habeam vos &c. *Estis*, inquam; *In cordibus nostris*, scilicet; *Ad commoriendum & ad conuiuendum*. Quod potest intelligi de morte culpæ, & de morte naturali. De morte culpæ, vt nõ intelligatur ꝙ nos simus parati ad commoriendum vobiscum. i. quando vos peccatis, nos volumus peccare, sed quòd mortem culpæ vestram, eo dolore accipimus, quo nostram. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? 1. Corin, 15. Quotidie morior &c. *Et ad conuiuendum*, qa ita gaudeo de bona vita vestra in grã, sicut & de nostra. De morte vero naturali, vt intelligatur; *Ad commoriendum*, i. paratus sum mori pro vobis, infra. 12. Libẽtius impẽdar, & sup impẽdar &c. Et ad conuiuendum, idest vt desiderem vos esse socios in vita æterna. 2. Timo. 2. Si cõmortui sumus, & conuiuemus.

LECTIO SECVNDA.

APOSTOLVS posuit supra ammonitionem ex præmissis conclusam. Hic subdit suam commendationem Et circa hoc duo facit, Primo, ponit eorum commendationem. Secundo, ipsam exponit, ibi; *Nam & cum venissem &c.* Commendationẽ autem ipsorum ponit ostendendo affectum suum, qui consurgit ex bonis operibus, quæ Corinthii faciebant. Consueuit. n. quadruplex affectus in cordibus diligentium consurgere ex bonis quæ dilecti operantur, & hos quatuor se Apostolus concepisse de eis ostendit. Et primo affectum fiduciæ. Vnde dicit; *Multa mihi fiducia est apud vos*, Inquantum, scilicet confido ꝙ qui bene cæpistis, semper proficietis in melius, Vnde ex bonis auditis, de vobis, spero maiora in futurũ. Phil. 1. Cõfido de vobis ꝙ qui cœpit in uobis opus bonũ &c. Heb. 6. Confidimus de vobis charissimi &c. Et hæc fiducia bona est, & salubris. Heb. 10. Nolite amittere fiduciam &c. Secundo, ex hoc concipit affectũ gloriationis. Ex quo enim quis bona amici, sicut sua diligit: consequens est vt de bonis amici, sicut de propriis glorietur. Et hoc specialiter, quoniam ipse est causa illorum bonorũ, sicut magister est causa doctrinæ discipuli. Et ideo dicit; *Multa mihi gloriatio pro vobis est &c.* Prouer. 10. Gloria patris filius sapiens. Tertio, ex prædictis concipit affectum consolationis, quando is qui lætatur, & gloriatur de bonis suis vel amici, habet remediũ contra tristitias. Consolatio enim est remedium contra tristitias. Naturale autem est, quòd semper delectatio, & gaudium, tristitiæ opponitur. Et secundũ Philosophũ. Omnis delectatio debilitat, vel totaliter tollit tristitiã. Si delectatio sit contraria tristitiæ, totaliter absorbet tristitiã: si autẽ nõ sit cõtraria, debilitat & diminuit eam. Et inde est, quòd qñ quis est in tristitia, quãdocũq; nuntiãtur sibi aliqua læta, diminuitur tristitia. Et ideo

ideo quia audit læta de Corinthiis, dicit; *Repletus sum consolatione*, audita scilicet, correctione vestra. supra 1. Sicut abundant Christi passiones &c. Phil. 2. Si qua consolatio &c. Implete gaudium meum &c. Quarto, consurgit ex prædictis affectus exuperantis gaudii: licet enim ex aliquibus delectationibus diminuatur tristitia, non tamen totaliter tollitur, nisi gaudium sit magnũ. Quãmuis autem Apostolus multas tribulationes sustineret, qa tamen multum gaudebat de bonis Corinthiorum, ideo nõ solum non abtorbebatur tristitia totaliter, sed etiam superabũdabat gaudio. Et ideo dicit; *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*, idest gaudium meum superat omnem tribulationem, quę erat in animo meo. 1. Thess. 2. Quæ est enim spes nostra, aut gaudium &c. Rom. 12. In tribulatione patientes. Consequenter cum dicit; *Nam cum uenissem &c.* exponit suam commendationem. Duo autem dixerat, scilicet se accepisse gaudium & habuisse tribulationem. Primo ergo, manifestat suam tribulationem. Secundo vero, suam consolationem ibi; *Sed qui consolatur &c.* Tribulationem autem aggrauat ex duobus, scilicet ex subtractione remedii, & ex tribulationis multiplicitate. Ex subtractione remedii, cũ dicit; *Nam & cum uenissem &c.* q. d. Vere tribulationem habeo, quia in nullo consolor: Nam cũ venissem Macedoniam; *Nullam requiem habuit caro nostra*, hic facit mẽtionem de persecutione quã passus est in Macedonia; qñ liberauit ancillã Phytonissam, vt legiẽ Act. 16. Dicit aũt; *Nullam requiem habuit caro nostra*, & non dicit, spiritus noster: quia sancti semper habent pacem spiritus, cũ etiam in aduersis, anima quæ in corpore patitur, spe futuri præmii quiescat, quanquã multa sustineat affectui carnis cõtraria. Ex multiplicitate vero tribulationũ aggrauat, cum dicit; *Omnem tribulationem passi sumus*. i. omne genus tribulationis secundum corpus, & secundum animam. supra 4. In omnibus tribulationẽ patimur &c. Ioa. 16. In mundo pressuram &c. Et quòd omnem tribulationem passus fuerit, exponio consequenter cum dicit; *Foris pugnæ, intus timores*. *Foris*, i. extra meipsum; *Pugnæ* persecutionum, sed tamen; *Intus*, i. in corde, est timor de malo, timens persecutionem in futuro. Deut. 32. Foris vastabit eos gladius &c. Sed contra Prou. 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Respondeo. Est sine timore quantum ad spiritum, non tamen quantum ad carnem. Vel; *Foris*. i. extra ecclesiam; *Pugnæ* illatæ ab infidelibus, sed; *Intus timores*, ne. s. illi qui intra ecclesiam sunt, excidãt a fide ꝑ persecutores. Vel foris. i. in manifesto pugnæ, quibus impugnant a manifestis inimicis. Intus timores, qui iniiciuntur nobis ab illis, qui dicunt se amicos, & non sunt: quia vt dicit Boetius de conso. Nulla pestis efficacior ad nocendũ, quàm familiaris inimicus Mat. 10 Inimici hominis domestici eius. Consequenter cum dicit; *Sed qui consolatur &c.* Ponit materiam suæ consolationis, quam extollit ex duobus, scilicet ex grata præsentia Titi, & ex consolatione Titi, ibi; *Non solum autem &c.* Dicit ergo. licet hic grauiter afflicti fuerimus; *Sed qui*. s. Deus; *Consolatur humiles, consolatus est &c.* Cuius præsentia, vtpote mihi gratissima est, & in adiutorium. supra. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Dicit aũt qui cõsolatur humiles, quia superbos nõ consolat, sed eis resistit: vt dr̃ Iac. 4. & 1. Pet. 5 Consolatur aũt humiles dãdo eis gratiam, quæ est consolatio spiritus sancti. Esa. 61. Vt cõsolarer omnes lugentes &c. *Non solum autem &c.* Hic ponitur alia materia consolationis Apostoli, scilicet consolatio Titi. Et materia huius cõsolationis est duplex. Prima, emendatio Corinthiorum, quam habuerunt in præsentia Titi. Secunda est deuotio Corinthiorum, quam ostendit ad Titum, ibi; *In consolatione autem uestra &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit consolationem de pœnitentia Corinthiorum. Secundo, exponit quædam quæ dixit ibi; *Contristati enim estis &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit consolationem Titi. Secundo, materiam consolationis, ibi; *Referens nobis &c.* Tertio, effectum consolationis in mente Apostoli, ibi; *Ita ut magis gauderem &c.* Dicit ergo. Non solum cõsolatur nos Deus in aduentu Titi, sed etiam in consolatione; qua ipse Titus consolatus est de vobis, & in vobis. Et huius consolationis materia est, quia ipse Titus; *Consolatus est, referens nobis uestrum desiderium &c.* Vbi tria ponit laudabilia propter tria reprehensibilia, quæ fuerunt in eis. Fuerunt enim pigri ad bonum, & contra hoc dicit; *Referens nobis uestrum desiderium*, de proficiendo in melius. Item, erant proni ad malum, & contra hoc dicit; *Vestrum fletum*, scilicet de peccatis commissis. Hier. 6. Luctum vniigeniti fac &c. Item, erãt faciles deceptioni pseudorum, & contra hoc dicit; *Vestram æmulationem* cõtra pseudos habitam, pro amore mei. Nã ante æmulabamini contra me pro eis. Cõsequenter cũ dicit; *Ita ut magis &c.* Ponit affectum, conceptum ex consolatione Titi, qui quidẽ affectus est gaudiũ. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ponit conceptum gaudium. Secundo, ostẽdit suæ æstimationis imitationẽ. Tertio, subdit rationem gaudii. Dicit ergo, intantum gauisus sum de his quæ Titus retulit mihi, ita; *Vt magis gauderem* de hoc, quàm de tribulatione mea doluerim, Nam spiritualia præferenda sunt temporalibus. Vel, vt magis gauderem de hoc, ꝙ contristaui vos quàm doluerim olim. Peccauerũt enim faciendo fornicationem, & Apostolus increpauerat eos, vt patet in prima Epistola 5. & 6. Tunc autem incertus erat Apostolus, quem euentum deberet habere illa tristitia; bonum scilicet, an malum. Et ideo dubitans pœnituit: sed videns postmodum quòd bonum inde prouenerat, gaudebat: ideo dicit; *Quoniam etsi contristaui*. vos increpando in prima epistola, non me pœnitet modo, quia correcti estis: & si olim pœniteret, quando. l. eram incertus, vtrum tristitia induceret vos ad correctionem vel desperationem, videns ꝙ epistola illa, etsi ad horam vos cõtristauit, nũc gaudeo, quia estis cõuersi. Et rõnem gaudii assignat: quia nõ gaudeo de hoc, quia; *Contristati estis*: sed de effectu. s. de correctione, quia, s. *Contristati estis* nõ ad desperationẽ, sed; *Ad pœnitentiam*, sicut medicus nõ gaudet de amaritudine medicinæ, sed de effectu, s. de sanitate: supra 6. Quasi tristes: semper aũt gaudentes.

LECTIO III.

CONtristati enim estis secũdum Deum, vt in nullo detrimẽtum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deũ tristitia est, pœnitentiam in salutẽ stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos quantam in vobis operatur solicitudinẽ, sed defensionẽ, sed etiam in consolatione eius, sed etiam in consolatione in qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam, etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet, Etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (& si ad horam) vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

LECTIO TERTIA.

POSITA consolatione Apostoli & Titi de tristitia Corinthiorum, eo quòd fuerit ad pœnitentiam, & non ad desperationem: hic consequenter huius consolationis ratio assignatur, eorum tristitiam commendando. Et circa hoc duo facit. Primo enim commendat eorum tristitiam. Secundo, ex hoc concludit propositum, ibi; *Et si scripsi uobis &c.* Commendat autem Corinthiorum tristitiam ex duobus. Primo, ex causa: secundo ex effectu, ibi; *Quæ enim tristitia est &c.* Causa autem ex qua commendatur eorum tristitia hæc est, quia est secundum Deum, & ideo dicit, Licet ad horam contristauerim vos per epistolam, tamen gaudeo. i. quia; *Contristati estis secundum Deum.* Vbi sciendum est, ꝙ tristitia & gaudium, & communiter omnis affectio ex amore causatur. Tristatur. n. quis, quia caret eo quod amat. Qualis autẽ est amor, talis est tristitia ex amore causata. Est aũt duplex amor. Vnus, quo diligitur Deus, & ex hoc causatur tristitia, quæ est ẽm Deum. Alius amor, quo amatur seculum, & ex hoc causatur tristitia seculi. Amor quo diligimus Deũ, facit nos libenter seruire Deo, solicite quærere honorem Dei, & vacare Deo dulciter. Et quia peccando impedimur a seruitio Dei, & ideo ei non vacamus, nec eius honorem quærimus, ideo amor Dei causat tristitiam de peccato, & hæc est tristitia secundum Deum, quæ quidem tristitia non fuit nobis ad malum, nec detrimentum, sed potius ad fructum & meritum. Et ideo dicit; *Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis*, quia non solum bona, & grata quæ vobis impendimus, vobis prosunt: sed etiam hoc ipsum quòd vos corrigimus & contristamus. Hebr. 12. Omnis disciplina in præsenti &c. Consequenter cum dicit; *Quæ enim tristitia &c.* Commendat eorum tristitiam ex effectu, qui quidem est præmium vitæ æternæ. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit effectum in generali. Secundo, experimentum specialiter in eis consecutũ, ibi; *Ecce enim hoc ipsum &c.* Circa primum duo facit. Primo. n. ponit effectũ tristitiæ, quæ est ẽm Deum. Secundo ponit effectum tristitiæ, quæ est ẽm mundum, ibi; *Seculi autem &c.* Dicit ergo primo. Dico, ꝙ tristitia nostra non fuit vobis detrimentum; *Enim*, idest quia; *Tristitia quæ est secundum Deum, operatur pœnitentiam*, pœnitentiã aũt dico; *In salutem stabilem*, i. sempiternam, quæ est salus stabils, & est beatorum: de qua Esai. 49. Salus autem mea in sempiternũ erit. Et hanc operat pœnitentia. Mat. 3. Agite pœnitentiã, appropinquabit enim regnum

cœlorum

cœlorum. Et dicit ſtabilem, vt excludat ſalutem temporalem, quæ eſt tranſitoria, & cõmunis ipſis hominibus & iumentis, de qua in Pſal. 35. Homines & iumenta ſaluabis domine &c. Sed contra hoc quod dicit, quòd triſtitia quæ eſt ſecundum Deum pœnitentiam operatur, videtur eſſe, quia ipſa triſtitia ſecundum Deum, eſt pœnitentia. Pœnitere enim eſt triſtari de malo, & ſecũdum Deum. Non ergo operatur pœnitentiam. Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd pœnitentia hẽt tres partes, quarum pars prima eſt triſtitia, ſcilicet dolor & cõpunctio de peccatis. Aliæ duæ ſunt confeſſio & ſatisfactio. Cum ergo dicit, quòd triſtitia operatur pœnitentiam, intelligẽdum eſt, ꝙ compunctio, ſeu dolor de peccato operet in nobis pœnitentiam. i. alias partes pœnitentiæ. ſ. confeſſionẽ & ſatisfactionẽ. Vel dicendum eſt, ꝙ triſtitia ſm Deum, eſt cõmunior quàm pœnitẽtia: quia pænitentia eſt de proprio peccato, ſed triſtat quis ſm Deum, & de peccatis propriis & de alienis. Sic ergo effectus triſtitiæ, quæ eſt ſecundum Deum, eſt ſalus æterna, effectus vero triſtitiæ, quæ eſt ſm mundũ, eſt mors. Quia. n. qui diligit ſeculum, inimicus Dei cõſtituitur, vt dr. Iac. 4. Ideo ex amore ſeculi mors cauſatur. Triſtatur. n. ſm ſeculum quis, nõ quia peccãs Deum offendit, ſed deprehẽſus in peccato, punitur de eo & detegitur. Et hæc triſtitia eſt vitãda in peccatis. Eccl. 30 Triſtitiam longe fac a te &c. Conſequẽter manifeſtat effectũ prædictũ per experimentum ſumptũ in ipſis, cum dicit; *Ecce enim hoc ipſum &c.* q.d. Vere ſalutem ſtabilem, quia experimento patet, ꝙ in nobis multa quæ ad ſalutẽ ducunt, operatur. Ponit aũt ſex ad hoc pertinẽtia, quorũ vnum eſt generale. ſ. ſolicitudo, qñ enim homo eſt in lætitia, de facili cõmittit aliquas negligentias: ſed quando eſt triſtis & in timore ſolicitatur, & ideò dicit; *Ecce enim* ſcilicet in vobis experti eſtis; *Hoc ipſum* ſcilicet; *Secundum Deum contriſtari uos, quantam in uobis operatur ſolcitudinem* ad vitandum mala, & ad faciendum bona. Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, qd ſit bonum &c. Et infra ſolicitum &c. Alia vero ſunt ſpecialia, quorum quædam pertinent ad effectum interiorem; quædam ad actum exteriorẽ. Eorum vero quæ pertinent ad effectum exteriorẽ, quædam ſunt ad peccati remotionẽ, quædã vero ad boni adeptionem. Nam verus pœnitens debet recedere a malo, & facere bonum. Quantũ autem ad remotionem mali, ponit tria. Primum eſt, vt deſiſtat facere malum. Et quantum ad hoc dicit; *Sed defenſionem,* cõtra illos qui nos ad malũ inducunt. 1. Pet. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Vel ſm. Glo. vt contra pſeudo me defendatis. Ephe. vlt. Accipite armaturam Dei &c. Secundum eſt, ꝙ homo indignetur contra ſe, pro peccatis quæ fecit: & quantũ ad hoc dicit; *Sed indignationem,* Indignatio autem ſui operatur triſtitiam ſecundum Deum. Eſa. 63. Indignatio mea auxiliata eſt mihi. Tertium eſt, ꝙ ſit in continuo timore de futuro, vt caueat, & quantum ad hoc dicit; *Sed timorem,* de recidiuo, ne. ſ. in futuro ſimiliter cõtingat. Ecc. 25. Timor dñi oĩa &c. Quãtũ aũt ad hãc boni adeptionẽ, duo ponit. Primo deſiderium, quo ad bonum aſſicitur, & quantum ad hoc dicit; *Sed deſiderium* quo bonum facere affectetis. Prou. 11. Deſideriũ iuſtorũ omne bonum. Secundo, æmulationem bonã, qua bonos imitari conatur, & quantum ad hoc dicit; *Sed æmulationem,* vt. ſ. me & alios bonos imitemini. 1. Cor. 14. Sectamini charitatẽ, æmulamini chariſmata meliora. Eorũ vero quæ pertinent ad exteriorẽ actũ, duo ponit. Primũ eſt, vt vindicent in ſeipſis quod peccauerunt, & hoc vtile eſt. Cum enim omne malum neceſſarium ſit puniri, vel ab homine, vel a Deo, ſi hoc nõ punit, melius eſt ꝙ homo malũ in ſe puniat, quod fecit, quàm ꝙ Deus: quia vt dr Heb. 10. Horrendũ eſt incidere in manus Dei &c. Et quantũ ad hoc dicit; *Sed uindictam.* i. quia peccãtes punitis, & etiã voſipſos 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meũ &c. Eſa. 26. Iuſtitiã non fecimus &c. Secundũ eſt, ꝙ totaliter abſtineat a malo. Et ideo dicit; *In omnibus exibuiſtis* duce, ſcilicet fide; *Incontaminatos eſſe negocio*, ſcilicet Chriſtiano, ſupra 5. In omnibus exhibeamus. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi cõſtitutionem, vt eſſemus ſancti. Pſal. 100. Ambulans in via immaculata &c. Vel negocio de quo, ſcilicet correcti eſtis, puta de fauore quem dediſtis fornicatori, ſed poſtmodum puniendo & condemnando ipſum, oſtendiſtis vos in hoc incontaminatos eſſe.

F

G

H

I

K

LECTIO QVARTA.

HIc aſſignata ratione, quare gaudet Apoſtolus de ipſorum triſtitia, conſequenter inducit concluſionem ſuam, in qua duo facit. Primo enim, oſtendit intentionem ſuam quam habuit in ſcribẽdo. Secundo, manifeſtat gaudium quod habuit de ipſorum correctione, ibi; *Ideo conſolati &c.* Dicit ergo primo, ex quo incontaminati eſtis, igitur apparet quòd; *Et ſi ſcripſi uobis* per epiſtolam increpando, non ſcripſi; *Propter eum tantum, qui fecit iniuriam* inceſtu maculando cubile patris ſui, vt dicitur 1. Cor. 5. *Nec propter eum tantum, qui paſſus eſt*, ſcilicet propter patrem, quaſi non propter zelum vindictæ ſolum, ſed hoc feci; *Ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtram, quam pro uobis habemus*, ideſt vt ſcireris, q̃ ſoliciti ſimus pro vobis, & hoc dico; *Coram Deo*, vt ſit iuramentum. i. Deo teſte. Vel ad manifeſtandã corã vobis, Deo. ſ. de omnibus ſolicitudinẽ noſtrã. Col. 2. Volo vos ſcire quam ſolicitudinem &c. Vel aliter. Non ſcripſi tantũ pp eum, qui fecit iniuriã, vt. ſ. corrigeretur. Vel pp eum, qui paſſus eſt, vt placaretur, ſed ad manifeſtandã &c. vt. ſ. vos qui indignati fuiſtis pro contumelia, & pœna inflicta fornicatori, reconciliaremini Deo. Conſequẽter concludit gaudiũ, quod habuit de eorum correctione, cum dicit; *Ideo & conſolati ſumus &c.* q.d. Quia hoc cõſecutus ſum ex eo, qd. ſcripſi. ſ. quòd eſtis correcti, ideo cõſolati ſumus. i. conſolationem acceepimus. Gaudium. n. hominis eſt, cum conſequitur, quod cum deſiderio intẽdit. ſupra 1. Abundantius aũt &c. Conſequenter cum dicit; *In conſolatione autem &c.* Ponit ſecundã cauſam ſuæ cõſolationis, quę ſumitur ex deuotione quã oſtẽderunt ad Titum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit gaudiũ ſuum de gaudio Titi conceptũ. Secundo, gaudii rõnem aſſignat, ibi; *Et ſi quid apud illum &c.* Tertio, materiã gaudii Titi aſſignat, ibi; *Reminiſcentis omnium ueſtrum &c.* Dicit ergo primo; *Gauiſi ſumus*, de correctione veſtra aũt, i. ſed in conſolatione noſtra, abundãtius magis gauiſi ſumus, q̃ turbati fuerimus de tribulatione; *Super gaudio Titi.* Vel magis gauiſi ſumus. i. magis gaudiũ attulit conſolationi noſtræ gaudiũ Titi, & hoc; *Quia refectus eſt ſpiritus eius* Tunc. n. reficitur animus prælati, quãdo ſubditi eius ſunt obediẽtes ei, & eum reuerentur. Ad Phile. Refice viſcera &c. Refectus, inquã; *Ab omnibus uobis*, quia omnes, vel correcti eſtis, vel eſt ſpes correctionis. Rationẽ aũt huius gaudii aſſignat, quantũ ad duo. Vnum eſt, ex parte Apoſtoli, quia, ſ. ipſe inuentus eſt verax. Nã Apoſtolus cõmẽdauerat Corinthios Tito, antequã iret ad eos. Quia vero nũc ita inuenit Titus, ſicut Apoſtolus dixit, gaudet Apſtus, verba ſua vera fuiſſe, & hoc eſt qd dicit *Et ſi quid apud illum de uobis gloriatus ſum* cõmendãdo vos. Dicit aũt gloriatus ſum, qa gloria Apoſtoli erat bonũ illorũ; *Non ſum confuſus.* i. nõ erubeſco me falſa diſſiſſe. Quando. n. aliquis inuenitur mendax, confunditur. Eccl: 37. Ante omnia ſermo verax &c. *Sed ſicut omnia in ueritate uobis locutus ſum.* i. ſicut prædicaui vobis veritatem; Ita *gloriatio noſtra, quæ fuit ad Titum de uobis, ueritas facta eſt.* i. inuẽta eſt vera. Alia ratio eſt ex parte Corinthiorũ. Nã amici deſiderant, vt illi quos diligunt ab omnibus diligantur. Quia ergo Titus diligebat Corinthios pp eorum deuotionẽ, ideo de hoc Apoſtolus gaudebat. Et ideo dicit Apoſt. *Et uiſcera eius &c.* q.d. Non ſolũ gaudeo, qa inuentus ſum verax, ſed etiã quia viſcera eius. i. viſcerоſa charitas eius, & nimius amor abundantius, q̃ antea in vobis eſſet, ex quo vidit profectũ veſtrũ. Vel abundantius q̃ in aliis. Epheſ. 6. Induite vos ſicut electi Dei &c. Materiã aũt gaudii manifeſtat ex duobus. ſ. ex obediẽtia & reuerẽtia. Ex obedientia quidẽ, cum dicit; *Reminiſcentis omnium ueſtram obedientiam*, qua obediẽter ſibi obtẽperaſtis. In quo etiã & laudauit vos 1. Reg. 15. Melior eſt obediẽtia &c. Eccl. 3. Filii ſapientiæ eccleſia iuſtorũ. Ex reuerẽtia aũt, cũ dicit; *Quomodo cum timore*, ſ. filiali, non ſeruili cũ timore animi; *Et tremore* corporis; *Excepiſtis eum.* Gal. 4. Teſtimonium enim vobis &c. Et quia ita habuiſtis vos ad eum, gauiſus ſum, quia verax inuentus ſum, & ipſe diligit vos. Vnde; *Gaudeo quod in omnibus confido de uobis*. Non ſolum in bona voluntate, ſed etiam in bonis operibus in futuro, quòd bene vos habeatis. Heb. 6. Confidimus de vobis meliora, & viciniora ſaluti.

LEC-

LECTIO PRIMA.

POSITA iam exhortatione ad bonum in generali: hic conſequenter exhortatur eos ad quoddam bonum particulare, ſcilicet ad largitionem collectarum pro ſanctis, qui erant in Hierusalem. Nam ſicut Act. 15. dicitur, & Apoſtolus tangit ad Gal. 2. Apoſtoli impoſuerunt Paulo, & Barnabæ, vt proponerent verbum ſalutis Gentibus, exhortando eos ad ſubueniẽdum ſanctis, qui erãt in Hieruſalem, qui venditis omnibus, & poſitis ad pedes apoſtolorum in maxima erant paupertate: & ad hoc inducit eos ad preſens. Vbi duo facit. Primo, inducit eos ad dandum. Secundo, monet ad modũ dandi, vt, ſ. cito & abundanter dent. & hoc 9. ca. ibi; *Nam de miniſterio &c.* Circa primũ duo facit. Primo, tractat de collectis dãdis. Secundo, de miniſtris per quos huiuſmodi collectę fiãt, ibi; *Gratias autem Deo qui dedit &c.* Circa primũ duo facit. Primo, inducit eos ad dandum. Secundo, excludit excuſationẽ, ibi; *Si enim uoluntas prompta eſt &c.* Inducit autem eos ad dandũ tripliciter. Primo, exemplo aliorum qui dederunt. Secundo, exẽplo Chriſti, ibi; *Scitis enim gratiam domini noſtri &c.* Tertio, ex ipſorum propria vtilitate, ibi; *Hoc enim uobis utile &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit exemplum. Secundo, oſtendit ſe per motum ab hoc exemplo, ibi; *Ita ut rogaremus Titum &c.* Tertio, monet, vt ipſi hoc exemplũ ſequãtur, ibi; *Sed ſicut in omnibus abundatis &c.* Circa primum ſciendum eſt, ꝙ Apoſtolus ad hoc vt Corinthii liberaliter tribuãt, proponit eis Macedones in exẽplum. Et cõmendat eos quantũ ad duo, ſ. quantum ad patientiam in aduerſis. Secundo, quantũ ad liberalitatem in donis, ibi; *Et altiſſima paupertas &c.* Circa primũ ſciendũ eſt, ꝙ Apoſtolus inducit eos ad eleemoſinas, vt merita ipſorũ creſcant, & ideo in illo tẽpore hoc fecit, quando poſſunt mereri, ſ. tẽpore gratiæ: tunc enim eleemoſinæ meritoriæ ſunt. Et hoc eſt quod dicit; *Notam uobis facimus gratiam*, ideſt gratuitum donum Dei, ſ. elemoſinarũ largitionem, & dicit hoc eſſe gratiam, quia quicquid boni facimus eſt ex gra Dei; *Quæ* quidem gratia non eſt data iſtis, ſed; *Mihi*, inquantum, ſ. ex mea procuratione & ſolicitudine, & monitione Macedones ad hoc moti ſunt. Ephe. 3. Mihi aũt omniũ ſanctorum minimo &c. *Data eſt*, inquã; *Mihi in eccleſiis Macedoniæ*, i. apud fideles Macedoniæ, quæ quidẽ gratia eſt quantum ad duo, ſ. quantum ad patientiam, quia in multo experimento &c. Vbi ponit conditiones patientiæ perfectæ. Vna eſt, ꝙ homo ſit conſtans, ita ꝙ nec timore tribulationis deiiciatur, ſed nec etiam in ipſo tribulationis experimento. Et ideo dicit ꝙ; *In multo experimento tribulationis*, ſ. conſtantes fuerunt. Alia eſt, ꝙ in ipſis tribulationibus gaudeãt: ſicut legitur de beato Laurentio: Et quãtũ ad hoc dicit; *Abundantia gaudii ipſorum*, ſ. Macedonum fuit. Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate &c. Ro 13. In tribulatione gaudentes &c. Vel in multo experimento tribulationis, non quam ipſi paſſi fuerunt, ſed quam viderunt pati in Macedonia, abundantia gaudii ipſorum fuit. Item ſecundo, gratia eſt quantum ad liberalitatem in eleemoſinis. Et quantum ad hoc dicit; *Et altiſſima &c.* Vbi duo facit. Primo, ponit eorum liberalitatẽ. Secundo, exponit quod dixerat, ibi; *Quia ſecundum uirtutem &c.* Dicit ergo primo. Non ſolum fuerunt patientes in tribulationibus, ſcilicet Macedones: ſed etiam fuerunt liberales, quia; *Altiſſima*, ideſt maxima; *Paupertas eorum*, vel nobiliſſima. Secundum Glo. facit paupertatem altã eleuatio ſpiritus, ſupra res temporales, & contemptus earum. Et ſic iſtorum paupertas altiſſima erat, quia non habebãt diuitias, & contemnebant eas. Iac. 5. Nonne Deus elegit pauperes in mundo &c. *Hæc*, inquã; *Paupertas abundauit*, ideſt excreuit in diuitiis copioſe dando. Sed hæc expoſitio Gloſæ non videtur eſſe ſm intẽtionem Apoſtoli: & ideo aliter dicendũ eſt. Altiſſima paupertas &c. Vbi ſciendũ eſt, ꝙ homo ex duabus cauſis habet promptum animum ad dandum ſatis, ſcilicet ex abundantia diuitiarum, ſicut diuites, vel ex cõtemptu diuitiarum: & ſic idem facit in paupere contemptus, quod facit in diuite abundantia, & ideo dicit altiſſima paupertas ſic ſupra abundauit, ideſt effectum abundantiæ fecit in diuitias ſimplicitatis eorum, quia cor eorum erat ſolum ad Deum, & ex hoc prouenit contemptus diuitiarum. Prouer. 10. Simplicitas iuſtorum &c. Conſequenter cũ dicit; *Quia ſecundum uirtutem &c.* Exponit quod dixit, commẽdando ipſorum liberalitatem quantum ad tria. ſ. quantum ad quantitatem dati, quantum ad voluntatem dandi, & quantum ad ordinem dationis. Quantum ad quantitatem dati, quia dederũt ſupra virtutem, & ideo dicit; *Vere abundauit in diuitias*, quia ego reddo illis teſtimonium, ꝙ fuerunt voluntarii ad dandum ſm virtutem rerum ſuarum, & ſupra virtutem: quia in tantũ dederunt, quòd poſſe egerunt. Vel dicendũ eſt & meliũs, ꝙ eſt virtus interior animi, & virtus exterior. ſ. facultas rerũ temporaliũ. Virtus interior, eſt promptitudo animi ad dandum, & ideo dicit; *Teſtimonium illis reddo, quod fuerunt voluntarii*, ad dandũ ſm virtutẽ animi interiorẽ, & ſupra virtutẽ exteriorẽ ſ. diuitiarũ Thob. 4. Si multũ tibi fuerit &c. Contra. Quicunq; dat ſupra virtutẽ, dat immoderate. nõ ergo ex hoc eſt dignus laude. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ virtus in dando põt conſiderari dupliciter. ſ. ſimpliciter, ſeu abſolute, & ſm proportionẽ aliorum. Quando ergo dat plus quàm alii ſuæ proportionis, nõ peccat: ſed ſi ſimpliciter dat ſupra virtutẽ, tũc immoderate dat. Sic ergo cõmendat eorum liberalitatẽ, quantũ ad quantitatẽ dati. Cõmendat aũt eam quantũ ad voluntatẽ dandi, cum dicit; *Quia voluntarii fuerunt.* Exo. 25. Ab omni qui vltroneus offert. In hoc aũt fuerũt voluntarii, quia; *Rogauerunt nos cum multa exhortatione, obſecrantes*, i. rogantes. q.d. Non ſolum rogauerũt, ſed etiam per rationes nos induxerunt; *Vt habeant gratiam & communicationem miniſterii &c.* i. vt liceret eis dare ſua pauperibus ſanctis qui ſunt in Hieruſalẽ, non reputãtes ſe facere gratiã nobis, ſed ꝙ eis gra fiat. Heb. vlt. Beneficentiæ aũt & cõmunionis &c. Cõmendat etiã eorũ liberalitatẽ quantũ ad ordinẽ dandi, quia non ſolum ſua dederunt, ſed primo ſeipſos, quia talis debet eſſe ordo in dando, vt primo homo ſit acceptus Deo, [quia niſi homo ſit Deo gratus, non ſunt accepta munera eius.] Geneſi. 4. Reſpexit dominus ad Abel, ſcilicet primo, & ad munera eius conſequenter. Eccle. 30. Miſerere animæ tuæ &c. & ideo dicit; *Non ſicut ſperauimus.* q.d. Vere voluntarii fuerunt, quia non ſicut ſperauimus, ideſt non ea intentione qua putabamus, vt ſcilicet darent pro culpis redimendis: ſed ſemetipſos dederunt primum domino, emendando vitam ſuam, & deinde nobis obediendo per omnia, per voluntatem Dei, quæ eſt, vt ſubdantur homines vicariis ſuis. Heb. vltimo. Obedite præpoſitis veſtris &c. Gloſa dicit, quòd non aliter erat ab eis recipiendum, niſi ſcilicet prius ſeipſos dediſſent Deo. ergo videtur quòd non ſint recipiendæ eleemoſinæ a peccatoribus. Sed dicendum eſt, quòd non eſt ab eis recipiendum, quando dant ea intentione, vt foueantur in peccatis. Sic ergo poſito exemplo Macedonum, oſtendit ſe conſequenter permotum eſſe hoc exemplo, cum dicit; *Ita vt rogaremus Titum.* quaſi diceret, Intantum nos permoti fuimus hoc exemplo de liberalitate Macedonum, ut ſcilicet; *Rogaremus Titum, vt etiam vos ſitis participes ipſius gratiæ*; ut ſcilicet Titus quemadmodum cœpit uos monere ad beneficiẽdum, poſtquam uidit uos correctos, & inducere uos ad cõmunionem, ita perficiat in uobis, & ſpiritualiter gratiam iſtã de largitione eleemoſinarum, ut non deſit uobis. Philip. 2. Qui cœpit in uobis &c. Conſequẽter admonet eos, ut hoc exẽplo ipſi indu cantur, cum dicit; *Sed ſicut in omnibus &c.* Vbi duo dicit. Primo monet, ut ipſi exemplo Macedonũ ſint prompti ad eleemoſinas faciendum. Secundo, quandã ſuſpitionem aufert, ibi; *Et non quaſi imperans dico &c.* dicit ergo; *Sed ſicut in omnibus &c.* q.d. Sicut uos ſuperatis Macedones in omnibus aliis gratiis, ita debetis eos ſuperare etiam in iſta, ſcilicet eleemoſinis faciendis. Et hoc eſt quod dicit; *Sicut in omnibus aliis abundatis.* Et primo in his quę pertinent ad intellectum, & quantum ad hoc dicit; *In fide*, qua creditur; *Et ſermone*, quo confitemur. Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, quantum ad fidem: ore autem confeſſio fit ad ſalutem, quantum ad ſermonem &; *In ſcientia* ſcripturarum. 1. Cor. 1. In omnibus diuites facti eſtis &c. Secundo, in his, quæ pertinent ad opus: & quantum ad hoc dicit; *Et in omni ſolicitudine*, ſcilicet bene operandi. Rom. 12. Solicitudine non pigri. Ter-

A

B

C

D

E

CAPIT. VIII. LEC. I.

NOtam autem vobis facimus fratres gratiam Dei, quæ data in eccleſijs Macedoniæ, & quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorũ fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorũ. Quia ſecundum virtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerũt, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & cõ-

tio in his quæ pertinent ad affectum, & quantum ad hoc dicit; *In charitate nestra* spirituali habita in nos superabundatis. Colo. 4. Super omnia charitatem habentes &c. Sicut inquam, in omnibus istis abundatis, ita scilicet rogaui Titum, vt in hac gratia, scilicet eleemosynarum abundetis. Et quia posset haberi suspitio ꝙ quasi ex imperio mandaret, vt darent eleemosynas. Contra quod, est qd dicitur Eze. 34. Vos autem cum austeritate &c. Et ideo contra remouet dicens; *Non quasi imperans dico*. hoc est quod rogaui Titũ, vel quòd ego ipse hoc dico vobis, idest nõ feci quasi imperant 1. Pet. vl. Non vt dominantes in cleris. Sed dico hoc comprobans, i. volens comprobare per aliorum solicitudinem, scilicet Macedonum; *Vestræ charitatis ingenium*. Vbi sciendum est, quòd ingenium bonum sumitur, non solum pro aptitudine ad sciendum faciliter, sed etiam ad bene operandum. Cuius ratio est, quia ad hoc quòd aliquis bene operetur, exigitur scientia dirigens. Et ideo sicut in addiscendo dr̃ boni ignenii esse, qui cito capit verba magistri, ita in operando boni ingenii dicit̃, qui exẽplo aliorũ cito mouet̃ ad bene operandum: & ideo dicit Apostolus; *Comprobans*, i. probare volens; *Bonum ingenium uestrum*, idest, quàm promptam voluntatem habeatis ad dandum moti exemplo Macedonum. 1. Corinth. 4. Non vt confundam vos, hæc scribo.

LECTIO SECVNDA.

HIc inducit Corinthios ad dandum eleemosynas exemplo Christi, dicens, Volo comprobare ingenium vestrum bonum ad dandum scilicet pauperibus, & hoc facere debetis exemplo Christi, *enim* idest; *Quia scitis gratiam domini nostri Iesu Christi*, quam quidem humano generi contulit. Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum &c. Et hæc dicitur gratia, quia quicqd filius Dei pœnalitatũ nostrarum assumpsit, totum gratiæ est imputandum: quia nec preuẽtus alicuius bonitate, nec alicuius virtute coactus, nec inductus sua necessitate. Est autem gratia ista; *Quoniam propter nos egenus factus est*. Et dicit; *Egenus*, quod plus est, quàm pauper. Nam egenus dr̃ ille, qui nõ solum parum habet, sed qui indiget seu eget. Pauper vero ille, qui parum habet. Ad significandum ergo maiorem paupertatem dicitur egenus factus est, s. in temporalibus. Luc. 9. Filius hominis nõ habet &c. Tre. 3. Recordare paupertatis &c. Est autem factus egenus, non ex necessitate, sed ex voluntate, quia gratia ista iam nõ esset gratia: & ideo dicit; *Cum diues esset*, scilicet in bonis spiritualibus. Ro. 10. Idem Deus diues in omnes &c. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ &c. Dicit autem esset, non fuisset, ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales, cum assumpsit paupertatem. Sic. n. assumpsit hanc paupertatem quòd illas inestimabiles diuitias nõ amisit Psal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Diues in spiritualibus, pauper in temporalibus. Causam autem quare voluit fieri egenus, subdit, cum dicit; *Vt illius inopia diuites essemus*, i. vt illius paupertate in temporalibus; *Vos essetis diuites* in spiritualibus. Et hoc est propter duo, s. propter exemplum, & propter sacramentum. Propter exemplum quidem, quia si Christus dilexit paupertatem, & nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autẽ paupertatem in temporalibus, efficimur diuites in spiritualib⁹. Iac. 2. Nonne Deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide &c. & ideo dicit; *Vt illius inopia &c.* Propter sacramentum aũt, quia omnia quæ Christus egit vel sustinuit, fuit pp nos. Vnde sicut per hoc quod sustinuit mortem, liberati sum⁹ a morte ẹterna & restituti vitæ, ita p hoc ꝙ sustinuit inopiã in temporalibus, liberati sumus ab inopia in spiritualibus, & facti diuites in spiritualibus 1. Cor. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia &c. Consequẽter cum dicit; *Consilium in hoc do &c.* Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit ipsorum vtilitatem, quæ ex hoc prouenit. Secundo, ostendit quòd hoc etiam ab ipsis volitum est, scilicet vt darẽt eleemosynas, ibi; *Qui non solum &c.* Dicit ergo, considerans hoc beneficium, consilium vobis do, idest hortor vos ad hoc, scilicet ad dandum eleemosynas, scilicet non solum propter vtilitatem sanctorum, qui sunt in Hierusalem, sed & ꝑpter vtilitatẽ vestrã. Prou. 27. Boni amici cõsiliis anima dulcorat̃ &c. Et hoc, *quia usi le est vobis*, Bonum enim pietatis, plus est vtile facienti, quàm illi cui fit: quia faciens reportat inde commodum spirituale, recipiens vero temporale, & sicut spirituale præferri debet temporali, sic in operibus pietatis, vtilitas dantis, præfertur vtilitati accipientis. 1. Timo. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis vtile, sed etiã ipsi hoc voluerunt: & ideo dicit; *Qui non solum &c.* Vbi tria facit. Primo, cõmemorat bonum principium in eis. Secundo, hortatur eos ad debitum finem, ibi; *Nunc vero & facto &c.* Tertio, exponit qd̃dam quod dixerat, ibi; *Si enim voluntas &c.* Dicit ergo, Vere debetis libenter dare eleemosynas, quia non solum est vobis vtile, sed etiam hoc ipsum velle sponte cæpistis, scilicet dare eleemosinas a priori anno quo, s. veni ad vos. Vel a *Priori anno*, i. præcedẽti. q.d. plus est velle, q̃ facere iuxta illud Eccl. 18. Verbum melius est quàm datum &c. Et ideo debetis esse prompti ad dandum. Et quia estis prompti ad dandũ, ideo nunc qd̃ habuistis in animo, perficite facto, alioquin, illa voluntas esset frustra. 1. Ioan. 4. Non diligamus verbo, neq; lingua &c. Phil. 1. Qui cæpit in vobis &c. Et hui⁹ ratio est, vt quẽadmodũ promptus est animus voluntatis. i. discretio volũtatis ſm Glo. prompta est, ita sit prompta discretio perficiendi. Vel aliter, vt animus sumatur pro volũtate. Et tũc dicitur. Quẽadmodũ prompti fuistis ad volendũ, ita prõpti ad perficiendũ, & hoc ex eo quod habetis. i. ſm facultatẽ vestrã. Consequenter exponit hoc quod dicit, Ex eo quod habetis, dicens; *Si enim &c.* q.d. Dico ꝙ debetis esse prompti ad dandũ, & in hoc non intẽdo vos grauare, vt. s. detis supra facultates vestras, quia forte voluntas prompta ad hoc inducit vos, sed in hoc, opus non potest imitari uoluntatem, & ideo dicit; *Ex eo quod habetis*. Enim, pro quia, si uoluntas prompta est ſm id quod habet, accepta est. Et huius ratio est, quia uolũtas acceptatur in perfectione operationis, opus autem non perficitur, nisi ex eo quod habetur, & ideo dicit; *Secundum quod habet, accepta est*. Thob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue &c. Consequenter cum dicit; *Non enim vt aliis &c.* Remouet suspitionem quandam. Possent enim dicere isti: Si damus eleemosynas pauperibus sanctis, qui sunt in Ierusalem ipsi ociosi uiuent, & nos damna patiemur, & sic efficiemur miseri. Ideo Apostolus primo hanc suspitionem excludit. Secundo, suam intentionem manifestat. Tertio uero, confirmat per authoritatem, & remouet suspitionem cum dicit; *Non enim vt aliis &c.* q.d. Non enim ita moneo uos eleemosynas dare, ut aliis sit refrigerium, dum otiose uiuerent de eleemosynis uestris: uobis autem sit tribulatio, idest paupertas, quia vos affligeremini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia aliis, & ipsi postea paupertate affliguntur? Et uidetur quòd sic per hęc uerba Apostoli. Respondeo, dicendum est ſm Glo. ꝙ melius esset totum dare pauperibus: & affligi pro Christo. Illud autem quod dicit hic, cõdescendẽdo fecit, quia infirmi erãt, & forte deficerẽt, si egestate præmerentur. Intentionem suam manifestãt, cum dicit; *Sed ex aequalitate &c.* q.d. Non intendo tribulationem uestram, sed quandam æqualitatem, ut. s. uestra abundantia &c. Quod potest exponi tripliciter. Primo, de æqualitate quantitatis. Secundo, de æqualitate proportionis. Tertio, de æqualitate uoluntatis. De æqualitate quantitatis, quia isti, scilicet Corinthii, abundabãt in tẽporalibus, & deficiebãt in spiritualibus. sancti uero qui erãt in Hierusalem, abundabant in spiritualibus & deficiebant in temporalibus. Vult ergo ut fiat inter eos æqualitas quantitatis, ut. s. illi qui abundant in temporalibus, dent medietatem omnium illis, qui deficiũt in eis, & isti dent medietatem spiritualium eis, ut sic sint æqualiter diuites. Et ideo hoc potius dicit, ut. s. *Ex aequalitate quantitatis*, idest dimidia parte bonorum uestrorum in presenti tempore, quod breue est, uestra abundantia terrenorum; *Suppleat illorum inopiam*, qui deseruerunt omnia mundi; *Et vt illorum abundantiam*, scilicet in spiritualibus; *Sit supplementum vestræ inopiæ* in spiritualibus, idest ut sitis participes uitæ æternæ. Luc. 16. Facite uobis amicos &c. Eccl. 14. In diuisione sortis da, & accipe, da temporalia, & accipe spiritualia. De æqualitate autem proportionis exponitur sic, & melius. Vos Corinthii habetis abundantiam temporalium, sancti qui sunt in Hierusalem abundantiam spiritualium

tualium. Volo ergo ex quadam æqualitate, non quæ sit secundum quantitatem, sed secundum proportionem: vt scilicet sicut illi sustentantur eleemosynis vestris, ita vos ditemini præcibus illorum apud Deum. Sicut enim illi non ita ditantur de bonis vestris temporalibus, sicut vos estis diuites, ita nec vos bonis illorum spiritualibus ditemini sicut illi. Et ideo dicit. *Sed ex aequalitate &c.* prædicta vestra abundantia terrenorum; *Illorum*, scilicet sanctorum; *Inopiam* in temporalibus; *Suppleat*, vt & illorum abundantia in spiritualibus &c. 1. Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus &c. De æqualitate autẽ voluntatis exponitur sic; *Sed ex aequalitate &c.* idest volo quòd sit in vobis æqualitas volũtatis, *vt* scilicet sicut illi habẽt voluntatem communicãdi vobis ea in quibus abundant, ita vos habeatis voluntatem communicandi illis ea, in quibus abundatis. Consequenter confirmat hoc ꝑ authoritatem. Vnde dicit; *Sicut scriptum est*, s. Exo. 16 *Qui multum*, s. collegerat de manna, i. qui amplius habuit quàm Gomor; *Non abundauit*, i. non habuit vltra sufficientiam suam; *Et qui modicum non minorauit*, i. non defecit ei, quia omnes æqualiter abundabant vt dicitur Exod. 16. Et sic, nec qui plus collegerat plus habuit, nec qui minus parauerat, repperit minus.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM tractauit de collectis dandis, hic consequenter tractat de ministris per quos collectæ fiant. Et circa hoc duo facit. Primo, nominat eos. Secundo, recommendat eos Corinthiis, ibi; *Ostensionem ergo quæ est &c.* Circa primum tria facit. Primo. n. nominat Titũ: secundo, Barnabam, ibi; *Misimus etiam cũ illo fratrem &c.* Tertio, Apollo, ibi; *Misimus autem cum illis &c.* Circa Titum duo commendat, s. eius solicitudinem, & solicitudinis signum, ibi; *Quoniam exhortationem &c.* Dicit ergo primo. Dixi supra, ꝙ rogaui Titũ vt perficeret gratiam istam de eleemosinis colligendis, quod imminet solicitudini meæ ex ordinatione Apostolorum, de quo inueni etiam ipsum solicitũ. Et ideo; *Ago gratias Deo, qui dedit eandem solicitudinem* quam ego habeo; *Pro uobis* exhortandis & promouendis ad opera misericordiæ; *In corde Titi*: quia ipse etiam solicitus est, sicut & ego vt pficiat in vobis hãc gram. Heb. 6. Cupimus vnumquẽq; vestrum, eandem ostentare solicitudinem &c. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Signũ aũt huius solicitudinis est: quia quando rogaui eum, ipse consensit exhortationi meæ. Et ideo dicit; *Quoniam exhortationem quidem suscepit*. Et quia prosecutus est qd̃ petii. Vnde dicit, *Sed cũ solicitior esset* sua volũtate q̃ mea exhortatiõe, profectus est ad vos: qui tn̄ primo recusabat venire propter peccata vestra Ro. 12. Solicitudine non pigri. Consequẽter cũ dicit; *Misimus autem &c.* Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primo, cõmendat ipsum. Secundo, subdit rationem quare mittit tam solennes nuntios, ibi; *Deuitantes &c.* Frater iste secundum quosdam est Lucas, vel secundum alios Barnabas: quem quidem commendat ex tribus, s. ex fama; *Quia laus eius* scilicet Lucæ; *Est in euangelio* ab eo scripto; *Per omnes ecclesias*, quia est approbatum per Apostolos. Vel cuius laus s. Barnabæ est in euangelio prædicato abipso ꝑ omnes ecclesias: quia Iudæis & Gentibus. Vnde dr̃ de Barnaba Act. 10. ꝙ erat vir bonus plenus fide, & spiritu sancto. Item, cõmendat ipsum ex societate sua, quia; *Non solũ est famosus; Sed & ordinatus est ab ecclesiis* Iudeæ; *Comes peregrinationis meæ*, i. prædicationis meæ, qua vt peregrini mundum circuimus, supra. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a Deo &c. Et hoc est uerum de Luca, quia ipse fuit unus de 72. discipulis & socius Pauli. De Barnaba similiter, quia per spiritum sanctum dr̃ Act. 13. Segregate mihi Barnabã & Paulum in opus &c. *Et factus est comes in hanc gratiam*, s. collectionis eleemosynarum. Vel in hanc gratiam s. prædicationis de qua dr̃ Ephe. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo &c. Item, cõmend at eum ex officio, quia est minister gratiæ; *Quæ ministratur a nobis* 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, supra 3. Qui & idoneos nos &c. Ministratur autem gratia ista; *Ad domini gloriam*: vt scilicet dominus noster glorificetur, s. de eleemosynis factis de cõuersione plurimorũ populorũ prædicationis nostræ: quia vt dicitur. Prouẽ. 14. In multitudine populi &c. Item ministratur, vt voluntas nostra impleatur, quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit; *Et uoluntatem nostram destinatam*, idest prædestinatam a Deo, qui ꝑdestinauit ab æterno nos talem voluntatem habere. Consequenter cum dicit; *Deuitantes &c.* Assignat causam, quare mittat tam solennes nuntios. Et primo, huius rationem assignat. Secundo, probat, ibi; *Prouidemus ergo &c.* Dicit ergo. Causa quare tam solennes nuntios mittimus, est ista, vt sciatis nego ium huiusmodi, inesse cordi nostro. Et ideo dicit; *Deuitantes hoc*, scilicet; *Nequis &c.* quasi dicat. vt vitemus vituperium quod posset mihi impingi ab aliquibus: vel negligentiæ, si non mitterem strenuos: vel fraudis, si non mitterem securos. Et isti strenui erant & prompti & securi, quia dati ab ecclesiis, & electi per spiritum sanctũ: supra 6. Nemini dantes vllam offensionem. &c. Dicit autem *In hac plenitudine*, s. eleemosynarum vel conuersionis gentium 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum &c. Et hoc probat dicens; *Prouidemus enim &c.* q.d. Bene dico deuitantes, quia prouidemus, i. prouidere debemus bona, i. vt opera nostra bona sint; *Non solum coram Deo*: vt ei placeamus; *Sed etiam coram hominibus*, vt, s. eis bona videantur. Et hoc facit solicite ꝑcurando & bonos imitando. Rom. 12. Adhærentes bono &c. Consequẽter cũ dicit; *Misimus autem cum illis & fratrem nostrum &c.* Tractat de tertio nuntio, s. de Apollo. Vbi duo facit. Primo, commendat eum de solicitudine, cũ dicit; *Quem*, s. Apollo; *Probauimus sæpe solicitum esse* de salute vestra; *Nunc autem multo solicitiorem*. Nam sicut supra apparet, Apollo fuit primus, qui post apostolum prædicauit apud Corinthum. 1. Corin. 3. Ego plantaui Apollo rigauit. Hic aũt turbatus de peccato ipsorũ recessit, & solicitudinẽ quam ante pro ipsis habebat, postposuit. Nunc vero, audita conuersione eorũ, factus est de salute ipsorum solicitior, q̃ antea esset. Eph. 4. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus &c. Ro. 12. Qui præest in solicitudine &c. Secũdo, subdit causam solicitudinis quã assumpsit: qa Apollo cõfidit de vobis ex his quæ Titus dixit de vobis cõmendans vos. Vnde dicit; *Multa confidentia in uobis siue pro Tito qui est socius meus* & quia libenter venit in societatẽ Titi, & Lucæ seu Barnabæ: & quia ad hoc inductus fuit ab Apostolis ecclesiarũ, quæ sunt in Iudæa. Et ideo dicit; *Siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum* Iudææ, s. induxerunt eum ad solicitudinem habendam pro vobis, quæ quidem ecclesiæ; *Sunt gloriæ Christi*, idest ad gloriam Christi. Consequenter cum dicit; *Ostensionẽ ergo quæ est &c.* Recommendat istos nuntios Corinthiis, dicens. Quia tales misim⁹ ad vos, ergo; *Ostensionem &c.* idest ostẽdatis opere, ꝙ charitatem habetis ad eos, & ꝙ vere commendaui vos, & quòd ego vere gloriatus sim de vobis; *In faciẽ ecclesiarum* ad quas peruenì, & quibus prædicaui. Vel; *In faciem omnium ecclesiarum*, quia quod facitis eis, innotescet omnibus ecclesiis.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus induxit Corinthios ad dandum eleemosynas sanctis, qui sunt in Hierusalẽ: hic vero inducit eos quantum ad modum dandi, vt scilicet hilariter & abundanter dent. Vnde ad hoc quòd bene darent, misit tam solennes nuntios. Circa hoc autem, duo facit. Primo, excludit opinatam causam de missione nuntiorum. Secundo vero, assoluit veram, ibi; *Misimus autem fratres &c.* Circa primum tria facit. Primo, excludit suspitionem. Secundo, ad hoc causam assignat, ibi; *Scio enim promptum &c.* Tertio, causam probat, ibi; *Ora quæ de uobis &c.* Quantum ad primũ, quia posset aliquis dicere Apostolo,

stolo, tu mones nos quòd bene recipiamus nuntios quos mittis. Sed quare nõ potius mones, quòd bene largiamur eleemosynas? Et ideo hoc remouens dicit, Non est necessarium quòd hoc moneam; *Nam*, idest quia; *De ministerio quod sit in sanctos ex abundanti est*, idest superfluum est; *Mihi scribere uobis*, & huius causa est, quia; *Scio promptum animum uestrum* ad subueniẽdum eis. Psal. 107. Paratum cor meum Deus &c. Quòd autẽ sit promptus animus uester, probo ex duob⁹. Primo, ex gloriatione nostra de uobis. Nã nisi scirem vos esse promptos ad hoc nõ fuissem gloriatus de vobis apud alios. Et ideo dicit; *Pro quo*, scilicet promptitudine animi vestri, supra 1. Gloria nostra &c. Et supra 7. Multa mihi fiducia &c. *Glorior apud Macedones*, de hoc scilicet; *Quoniam & Achaia* in qua Corinthus metropolis est; *Parata est ab anno praeterito* ad largiendum. Secundo ex effectu, quia vos prouocastis exemplo vestro multos ad hoc. Et iõ dicit; *Et uestra aemulatio*, idest amor & studium imitandi vos prouocauit plurimos, quia enim audierunt vos bene correctos proficere: prouocantur plurimi, scilicet ad proficiendum. Prouerb. 27. Ferrum ferro acuitur &c. Gal. 4. Bonum autem æmulamini &c. 1. Cor. 12. Æmulamini charismata &c. Consequenter cum dicit; *Misimus autem fratres &c.* Ponit veram causam, quare miserit tam solennes nuntios. Et primo, ponit in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Vt quemadmodum dixi &c.* Circa primum duo facit. Primo, assignat veram causam, dicens, Causa autem quare istos misi, est non quòd credam vos nolle subuenire pauperibus, sed; *Vt ne quod gloriamur de uobis*, id est ne gloria nostra quam habemus de vobis; *Euacuetur* si scilicet, deficeretis 1. Cor. 9. Bonum est mihi mori &c. *Euacuetur* inquam; *In hac parte* quia bene constat mihi quòd in aliis virtutibus, & bonis non euacuabitis gloriam meam. Secundo, cum dicit; *Vt quemadmodum &c.* hortatur eos ad debitum modũ dandi. Et primo hortatur, vt dent prompte. Secundo, vt dent abundãter; ibi; *Necessarium ergo &c.* Tertio, vt dent hylariter ibi; *Vnusquisque prout destinauit &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit modũ dandi. Secundo, rõnem assignat ibi; *Ne cum uenero &c.* Modus dandi est, vt, s. prompte detur. Et ideo dicit, ideo misi ministros, vt sitis parati ad dandum quemadmodum dixi, scilicet exemplo Macedonum. Mat. 25. Quæ paratæ erant &c. Prou. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi &c. Ratio aũt huius est; *Ne cum uenerint mecum*, scilicet ad vos; *Macedones & inuenerint uos imparatos erubescamus nos*, quasi dicat. Vobis erit confusio, si promisistis, & non soluistis. Sed esto quòd sustineatis, & non curetis de confusione vestra, ad minus caueatis erubescentiæ nostræ, qui dicimus vos esse paratos. Consequenter cũ dicit; *Necessarium ergo &c.* Hortatur eos, quòd dent abundanter. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secũdo, admonitionis rationem assignat, ibi; *Hoc autem dico &c.* Dicit ergo. Ne ergo euacuetur gloria nostra, & vos non erubescatis; *Necessarium existimaui rogare fratres*, scilicet Lucam, Titum & Apollo; *Vt perueniant ad uos & praeparent repromissam benedictionem hanc*, scilicet eleemosynã quæ dicitur benedictio, quia est causa æternæ benedictionis. Nam per actionem dandi, homo benedicitur a Deo. Psal. 23. Hic accipiet benedictionem a Domino &c. Et ab hominibus. Ecclesi. 13. Splendidum in panibus &c. Proue. 22. Qui pronus est ad misericordiam &c. Et dicit hanc benedictionem; *Paratam esse quasi benedictionem*, idest abundanter, & ; *Non quasi auaritiam*, idest parce. Ratio autem quare debeant abundanter dare, est, quia; *Ego dico* quod; *Qui parce seminat*, idest qui parum dat in mundo isto; *Parce & metet* idest parum recipiet in alio seculo. Et dicit seminat, quia semina nostra sunt quicquid boni fecerimus. Et iterum, quia parum seminatur, non multum colligetur. Gal. 5. Quæ seminaverit homo, hæc & metet, sed multiplicata; *Et qui seminat in benedictionibus*, idest abundanter; *Metet & de benedictionibus*, scilicet Dei largam retributionem. Sed nunquid nõ metent omnes abũdanter? Dicendum est sic, quantum ad quantitatem præmii, quia omnes affluent, & nullus ibi parce metet. Sed dicit abundanter, quasi ad proportionem & bene seminantium 1. Cor. 15.

F Stella a stella differt. Abundanter omnes, quantum ad præmiũ substantiale, sed parce in comparatione ad præmium accidẽtale, in quo est sanctorum differentia. supra 8. Qui multum non abundauit, & qui modicum non minorauit. Exod. 16. Quia aliquando aliquis parce dat, & cum magna charitate & abundanter metet. Consequenter cum dicit; *Vnusquisque enim &c.* Hortatur eos, vt dent hylariter & gaudẽter. Et circa hoc duo facit. Primo enim, monet eos ad gaudẽter dandum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Hilarẽ .n. datorẽ &c.* Dicit ergo, Dico ꝙ paretis illud, qd vultis dare; *Quasi benedictionem*, idest, abundanter, & dignum benedictione; *Non quasi auaritiam*, idest non parce. Et hoc dicit, quia illud quod sponte fit, non potest auare fieri. Et ideo subdit; *Vnusquisque enim &c.* quasi non auare, quia vnusquisque scilicet vestrum, det eleemosynas; *Prout destinauit*, idest prædeliberauit; *In corde suo*, scilicet secum conferens; *Non ex tristitia &c.* quasi dicat. Vnusquisque voluntarie det, non coacte. Ponit autem duo oppolita voluntario, scilicet tristitiam & necessitatem. Voluntarium enim, tollitur per violentum. Est autem duplex violentum, scilicet simplex & mistum. Simplex, quando absolute quis cogitur ad aliquid contra voluntatem suam faciendum. Ad remouendum ergo illud violentum, dicit; *Non ex necessitate*, quod fieret, si darent coacti mandato Apostoli, quasi dicat. Non cogat vos ad dandum mandatũ nostrũ, sed moueat uos ad hoc prompta voluntas vestra. Exod. 35. Omnis voluntarius &c. Violentum mistum est, quando quis non absolute cogitur ad faciendum aliquid contra voluntatem suam, sed secundum quid, scilicet quòd nisi faciat incurrit maius damnum, sicut si non proiiciantur merces in mari, nauis submergitur. Et ideo aliquo modo fit sponte, & aliquo modo violenter, inquantum scilicet, cogiuntur timore maioris damni. Vt ergo hoc remoueat dixit; *Non ex tristitia*, idest, non ita quòd sit violentum mistum, quasi dicat. Non ex timore confusionis, ne scilicet erubescatis, sed ex gaudio quod concepistis propter amorem quem habetis ad sanctos. Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi &c. Consequenter cum dicit; *Hilarem enim datorem &c.* rationem assignat, & est talis. Omnis remunerator remunerat ea quæ sunt remuneratione digna: hæc aũt sunt solum actus virtutum: in actibus autem virtutum duo sunt, scilicet species actus & modus agendi, qui est ex parte agẽtis. Vnde, nisi in actu virtutis vtrunque istorum concurrat, non dicitur actus ille simpliciter virtuosus, sicut non dicitur perfecte iustus secundum virtutem qui operatur opera iustitiæ, nisi delectabiliter & cum gaudio operetur. Et licet apud homines qui non vident nisi ea quæ patent, sufficiat ꝙ quis operetur actum virtututis secundum ipsam speciem actus, puta, actum iustitiæ, tamen apud Deum, qui intuetur cor, nõ sufficit ꝙ solum operetur actum virtutis secundum speciem, nisi etiam secundum debitum modum operetur, scilicet delectabiliter & cum gaudio. Et ideo non datorem tantum, sed; *Hilarem datorem diligit Deus*, idest approbat & remunerat, & non tristem & remurmurantem. Psal. 99. Seruite domino in lætitia. Ecclesi. 35. In omni dato hylarem &c. Roma. 12. Qui miseretur in hylaritate &c.

LECTIO SECVNDA.

HIc rationem trium modorũ assignat. Et circa hoc duo facit. Primo, assignat rationem sumptam ex parte ipsorum. Secundo, rõnem sumptam ex parte Dei, ibi; *Et in omnibus locupletati &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ponit rationẽ. Secundo, ipsam cõfirmat, ibi; *Sicut scriptum est &c.* Ratio est talis. Quicunque dat aliquid quod multiplicatur sibi, debet prõpte, abundãter, & hilariter dare; sicut videmus, ꝙ homines abundanter & prompte, & cum gaudio seminant semen, quia multiplicatum illud recolligunt. Cum ergo eleemosynæ multiplicentur dantibus, debetis illas prompte, gaudenter & abundanter facere. Et quòd multiplicentur, patet, quia; *Deus potens est omnem gratiam &c.* quasi dicat. Nõ timeatis dare, ne indigentia grauati, pœniteat aliquã vos dedisse, quia; *Potens est Deus facere abundare omnem*

omnem gratiam spiritus sancti, qua scilicet semper gaudeatis de bono opere qd fecistis. Et ideo dicit; *Abundetis in omne opus bonum*, idest abundantem affectum habeatis ad dandum eleemosynam, sicut habetis ad alia opera virtutum, & tamen habeatis plenam sufficientiam bonorum exteriorum. Et ideo dicit; *Semper omnem sufficientiam habentes*, idest vos reputantes habere. Iaco. 1. Qui dat omnibus affluenter. & 1. Timo. 6. Habentes alimenta &c. De ista sufficientia dicitur infra 12. Sufficit tibi gratia mea &c. De multiplicatione vero dicitur. Esa. 30. Dabitur pluuia semini tuo. Matt. 19. Omnis qui reliquerit &c. centuplum accipiet &c. Consequenter cum dicit; *Sicut scriptum est &c.* probat positam rationem dupliciter, scilicet authoritate, & experimento. ibi; authoritate, dicens. Recte debet vos mouere prædicta ratio. Quia; *Sicut scriptum est &c.* Sed Glo. in alio sensu adducit hanc authoritatem, quàm sit intentio Apostoli. Nam Glo. sic adducit, Dico quòd abundetis; *In omne opus bonum*, scilicet largitione eleemosynarum: quia scriptum est; *Dispersit dedit pauperibus*. Sed Apostolus videtur hoc velle referre ad illud, quod dicit abundare facere omnem gratiam. Et hoc, quia ille qui dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Ecclesia. 12. Bene fac iusto, & inuenies retributionem &c. In authoritate autem proposita notatur quibus sit dandum, quia pauperibus, idest indigentibus &c. Lucæ. 14. Cum facis prandium &c. Quomodo dandum, quia dispersit: quia non totum vni, sed diuisim multis 1. Corinthio. 12. Si distribuero &c. Esai. 58. Frange esurienti panem &c. *Iustitia eius*, idest virtus iustitiæ; *Manet in æternum*: quia ex quo dat, augetur voluntas ad dandum: vel iustitia eius, idest merces iustitiæ eius manet in æternum. Prouerbiorum. 11. Seminanti iustitiam merces fidelis &c. Experimento autem confirmat rationem prædictam, dicens; *Qui autem administrat &c.* Quasi dicat Experti estis, quia hoc ipsum quod datis in eleemosynas, habetis a Deo. Et ideo debetis libenter dare amore Dei 1. Paral. vltimo, Tua sunt omnia quæ de manu &c. Et insinuat tria circa hoc. Primum est, quòd aliquis posset dicere, Si nos damus modo, quod habemus, deficient nobis necessaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet, quia non solum; *Semen ministrat seminati, sed panem*, idest necessaria vitæ; *Præstabit ad manducandum*. Psal. 135. Qui dat esam omni carni. Secundum est: quia posses dicere quòd si multum daremus, deficient nobis quæ habemus ad dandum iterum. Et hoc Apostolus remouet dicens, quòd non deficiet, sed; *Multiplicabit semen uestrum*, vnde, scilicet plures eleemosynas facitis. Tertium est, quia posset aliquis dicere, quòd si modo damus deficiet nobis voluntas ad dandum, & pœnitebit nos dedisse, & sic totum amittemus. Et hoc remouet dicens; *Et augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ*, idest in tantum augebit facultatem, & voluntatem dandi eleemosynas ex quibus procedit iustitia vestra, quòd semper parati & prompti eritis ad dandum eleemosynas, & quòd fruges maxime erunt in comparatione ad paruum semen. Prouerbior. 3. De primitiis frugum tuarum da pauperibus. Leui. 25. Dabo benedictionem &c. 1. Timo. 4. Pietas ad omnia valet: Dein de cum dicit; *Vt in omnibus locupletati &c.* Assignat rationem, quare prompte, abundanter & hylariter dare debeat ex parte ipsorum dantium. hic assignat rationem ex parte ipsius Dei, pro quo dare debent. Et primo, assignat rationem. Secundo, manifestat eam, ibi; *Quoniam ministerium huius officii &c.* In ratione autem assignanda, tria considerantur: quorum primum est ipsorum locupletatio, quod respondet præmissis. Dixerat enim supra, Multiplicabit semen vestrum & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. & hoc primo resumit, dicens; *Et ut in omnibus locupletati*, idest tam in corporalibus, quàm in spiritualibus bonis. Primæ Corinthior. 1. Diuites facti estis &c. Sed ne aliquis crederet, quòd finis ponendus sit in abundantia diuitiarum temporalium: aut quòd diuitias spirituales aliquis otiosẽ absque vsu possidere deberet, refert hoc primum ad aliud secundum, dicens; *Abundetis in omnem*, idest perfectam; *Simplicitatem*, idest largitatem simplici animo factam, vt largitio procedat ex diuitiis temporalibus, simplicitas autem ex spiritualibus. Prouerbiorũ. 10. Simplicitas iustorum &c. Sed & hoc ipsum ad alium finem referendum est, scilicet ad Deum. Et ideo tertio subdit *Quæ* scilicet largitio simplex; *Operatur per nos*, idest mediantibus nobis; *Gratiarum actionem Deo*. Primæ Thessa. 5. In omnib⁹ gratias agite &c. Deinde cum dicit; *Quoniam ministerium &c.* manifestat rationem supra positam, scilicet quomodo eorum largitio operetur gratiarum actionẽ Deo. Et primo hoc ostendit. Secundo, ponit gratiarum actionis materiam, ibi; *Glorificãtes Deũ &c.* Tertio, ipse prorumpit in gratiarum actionem, ibi; *Gratias Deo &c.* Dicit ergo. Dico quod largitio vestra operatur gratiarum actiones Deo; *Quia ministerium huius officii uestri* quo subuenitis sanctis, multa bona habet, quia; *Non solum supplet ea quæ desunt sanctis*, quantum ad temporalia. supra 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat &c. Non solum ergo hoc bonum sequitur inde, sed etiam quòd ipsi orant pro vobis, & agunt gratias Deo, probantes & approbantes ministrationem vestram. Et hoc est quod dicit; *Sed etiam abundat*, idest excrescit; *In actione gratiarum*, quæ fit per multos, non solum perfectos, sed per alios fideles pauperes, qui inde agunt gratias Deo in Domino, qui eos ad hoc mouet, videntes & probantes ministerium vestrum. supra primo. Vt ex multarum personis facierum, &, cætera. Huius quidem gratiarum actionis materia, est propter tria. Primo, porpter eorum fidem quam acceperunt, & ideo dicit; *Dico quod abundat in gratiarum actione*. *Glorificantes*, scilicet fideles; *Deum in obedientia confessionis uestræ*, idest de confessione fidei vestræ, quam confitemini & creditis in Christum. Matth. 5. Sic luceat lux vestra &c. Prouerbiorum. 21. Vir obediens loquetur victorias. Secundo, propter eorum largitionem. Et ideo dicit; *Glorificantes & in simplicitate communicationis uestræ*, i. pro largitione vestra; *In illos*, scilicet sanctos pauperes; *Et in omnes*, scilicet fideles qui indigent simplici, & puro animo facta. Galat. 6. Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat &c. Et iterum operemur bonum ad omnes &c. Tertio, propter hoc quod ipsi viri sancti habent a Deo, vt pro eis agant gratias Deo, Et ideo dicit; *Glorificantes etiam Deum in ipsorum obsecratione pro uobis*, idest glorificant Deum de hoc quòd ipsi viri sancti obsecrant pro nobis: ipsorum dico; *Desiderantium uos uidere* in æterna beatitudine, & hoc; *Propter eminentem gratiam Dei in uobis*. Ex his ergo Apostolus prorumpit in gratiarum actionem Deo, dicens, *Gratias &c.* idest quia tot bona inde pueniũt de ministerio vestro, ego; *Ago gratias Deo &c.* scilicet charitatis, quæ maxime videtur vigere in vobis qui subuenitis etiam illis, qui sic agunt gratias Deo, & orant pro vobis. Et hoc donum est inenarrabile: quia non potest dici, quantum vtile sit, quia oculus non vidit, nec auris audiuit &c.

CAP. X. LEC. I.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinẽ & modestiã Christi, qui in facie quidẽ humilis sum mino per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in euãgelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes: & ĩ ipsorum obsecratione pro vobis desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis, gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

LECTIO PRIMA.

POstquam tractauit de bonis ministris Christi, & fidei, consequenter Apostolus inuehit contra falsos ministros, & Pseudo prophetas. Et primo inuehit contra eos. Secundo, vero contra illos, qui decepti ab eis adhærebant eis, in Decimo tertio cap. ibi; *Ecce Tertio &c.* Circa primum duo facit. Primo, excusat se de eis quæ imponuntur sibi, per rationem. Secundo vero, per facti euidentiam, ibi; *Quæ autem secundum faciem sunt &c.* Circa primum duo facit. Primo, recusat se excusare per experimentum, cum tamen posset. Secundo, vero excusat per rationem; ibi; *Qui arbitrantur &c.* Circa primum tria facit; Primo, præmittit obsecrationem. Secundo, interponit illud quod imponitur sibi a Pseudo, ibi; *Qui in faciem quidem &c.* Tertio, recusat experimentũ, ibi; *Rogo aũt.* Dicit ergo

Ipse ego autem Paulus qui vos & alios ad eleemosynas exhortor, ego, inquam, ipse; *Obsecro uos per mansuetudinem & modestiam Christi*. De mansuetudine Christi habetur Matt. 11. Discite a me quia mitis sum &c. De modestia. Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti &c. Modestia enim nihil aliud est quàm modum seruare in agendis. Facit autem specialiter hic mentionem de mansuetudine & modestia Christi, q̃ a pseudo & Corinthii specialiter imponebant Paulo, quòd cum esset præsens apud eos conuersaretur humiliter, & cũ esset absens scriberet eis valde dure. Et ideo posuit illa duo, q̃ Christus habuit, vt sciãt quòd Apostolus hęc etiam ostendit & seruauit exemplo Christi. Et ideo consequenter interponit vitium sibi impositum, dicens; *Ego ipse Paulus*, idest vere humilis: quia Paulus humilis & quietus interpretatur. 1. Cor. 15. Ego sum minimus &c. Vnde ego ipse, idest vere Paulus. Psal. 101. Tu quidem ipse es. Eccle. 19. Est qui nequiter humiliat se &c. Et Iac. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. *Ego*, inquam; *Obsecro qui in facie*, idest extetius vt dicitis; *Humilis sum inter uos*, idest humiliter conuersatus, cum sum vobis præsens; *Absens autem*, idest cum sum absens a vobis, quando scilicet non timeo lædi ab aliquo vestrum; *Confido in uobis*, idest confidenter ago, aspere vobis per epistolam scribens. Prou. 28. Iustus quasi leo confidens &c. Consequẽter cum dicit; *Rogo autem &c.* Recusat sumere experimentum: isti enim credebant, quòd Apostolus ex timore ductus conuersaretur humiliter inter eos, & ideo dicit, Vos ita creditis, sed ego; *Rogo uos*, qui & ipse obsecro vt velitis experiri, vtrum ego si necesse sit, faciam in præsentia, quomodo facio in absentia. Et ideo dicit; *Ne præsens*, idest cum fuero apud vos; *Audeam* facere in vobis si necesse sit; *Per eam confidentiam*, idest ita confidenter sicut; *Existimor* a vobis; *Audere*. idest audacter & confidenter agere; *In quosdam* incorrectos dure reprehendendo, per literas etiã corrigendo. Iob. 31. Exaltat audacter &c. Deinde excusat se per rationem, dicens; *Qui arbitrantur &c.* quasi dicat, Et licet nolim experimento me excusare propter vos: tamen ratio in promptu est ad excusandum me sufficienter. Circa hoc ergo, tria facit. Primo, ponit causam, quare imponunt ei, quod dictum est. Secundo, destruit causam illam. Tertio, confirmat per rationem. Causa autem quare hoc sibi imponitur, scilicet quòd præsens sit humilis, absens autem sæuerus & austerus, est quia isti arbitrabantur Apostolum; Secundum carnem ambulare. Et quia vnusquisque secundum regulam operis operarur, finis autem habet rationem regulæ, ideo quilibet dirigit opus suum ad finem quem intendit. Qui ergo ponunt finem suum in bonis carnalibus, dicuntur ambulare secundum carnem. Et inde est, quòd ita regulant opera sua, vt consequantur ea, quæ sunt carnis: quæ quidem, quia possunt subtrahi ab hominibus, ideo homines qui in carnalia tendunt, blande se habent ad homines & humiliter. Et ideo, quia credebant Apostolum ambulare secundum carnem: ideo credebant quòd propter hoc humiliter conuersatus sit inter eos. Sed hæc ratio nulla est & vana, Et ideo destruit eam, dicens; *In carne enim &c.* Quasi dicat quòd nos simus in carne non possumus negare, quia Roma. 8. dicitur, Debitores sumus non carni &c. sed quòd nos regulemur secundum carnem, ponendo in bonis carnalibus finem, siue intentionem nostram, hoc est falsum: quia; *Non secundum carnem militamus*, idest vitam nostram quæ est quædam militia, vt dicitur Iob. 7. non regulamus secundum carnem. Et quòd non militemus secundum carnem, probat cum dicit; *Nam arma nostra &c.* Et primo, ex militaribus armis, sicut vnusquisque pugnator habet arma accõmoda militiæ & pugnæ suæ. Sed constat quòd arma eorum, qui pugnant secundum carnem seu militant, sunt diuitię, voluptates, honores, & potentiæ mundanæ, & temporales. cum ergo arma nostra non sint huiusmodi; *Quia arma militiæ nostræ non sunt carnaliæ, sed potentia Deo*, idest secundum Deum vel ad honorem Dei. ergo nos non militamus secundum carnem. Secundo vero cum dicit; *Ad destructionem &c.* Ponit virtutem amorum spiritualium. quorum quidem virtus patet ex triplici effectu eorum. Primus effectus est, quòd per ipsa arma confunduntur rebelles. Et quantum ad hoc dicit; *Ad destructionem munitionum*, Quasi dicat. Bene sunt potentia Deo, vt destruant rebelles, infra Titum. 1. Vt sit potens exhortari &c. Hier. 1. Vt euellas & destruas &c. Muniunt autem se aliqui contra Deum dupliciter. Aliqui astutis consiliis, sicut sunt tyranni, qui machinantur prauis consiliis suis, destruere quæ Dei sunt, vt ipsi tyrannizent. Et quantum ad hoc dicit; *Consilia destruentes*, scilicet, tyrannorum Iob. 5. Qui apprehendit sapiẽtes &c. Aliqui vero per superbiam, vel altitudinem ingenii proprii. Et quantum ad hoc dicit; *Et omnem altitudinem*, scilicet suæ superbiæ. Ro. 11 Nõ alta sapiẽtes &c. idest superba. Siue profunditatem intellectus, tam legisperitorũ, quàm philosophorum. Rom. 8. Nec altitudo, neq; profundum. Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Altitudinem, dico, extollentẽ se; *Aduersus scientiam Dei*, scilicet fidem quæ est scientia Dei: quia quæ de Deo dicuntur, impugnant, scilicet partum virginis, & alia Dei mirabilia. Esa. 11. Repleta est terra scientia Dei. Apoc. 2. Quam dicunt altitudinem sathanæ. Apoc. 2. Qui non cognouerunt altitudinem sathanæ. Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Secundus effectus est, conuersio infidelium ad fidem. Et quantum ad hoc dicit; *Et in captiuitatem redigentes &c.* quod quidem fit, quando id quod homo scit, totum supponit ministerio Christi & fidei Psal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus &c. Eccl. 6. Iniice pedem tuum in compedes illius, idest in documenta fidei &c. Tertius effectus est, correctio peccantium. Et quantum ad hoc dicit; *Et in promptu habentes*, idest promptum & liberum animũ habentes ad puniendũ oẽm inobedientiã. Psal. 149. Gladii ancipites in manibus &c. Et hoc erit; *Cum impleta fuerit uestra obedientia*, idest cum vos perfecte obedientes eritis; quia si vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiam aliorum & vestram. Vel tunc vlciscemur vos de inobedientia, quando impleta fuerit obedientia vestra: idest quando destruetur inobedientia vestra. contraria enim contrariis curantur.

inter vos absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne præsens audeã per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, cõsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiũ Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cũ impleta fuerit vestra obedientia.

LECTIO II.

G VAE secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterũ apud se: q̃a sicut & ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam, Vt autem non existimer tanquã terrere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis,) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Nõ enim audemus inserere aut comparare nos quibusdã, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.

LECTIO III.

B NOs autem non in immensum gloriabimur, sed f̃m mẽsuram regulæ, qua mẽsus est nobis Deus mensurã pertingendi vsq; ad vos. Non.n. quasi nõ pertingentes ad vos, superextẽdimus nos. Vsq; ad vos.n. puenimus vltimo. Vnusquisque opus suum probet &c. Sed contra 4. dicitur, Commendantes nosmetipsos ad omnem cõscientiam. &c. Ergo non bene dixit. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est commendare seipsum ad conscientiam, & aliud ad aures. Nã ad conscientias hominum commendamus nosipsos, cum bene agimus, & hoc est bonum. Ad aures autem commendamus nosmetipsos verbis tantum, & hoc est malum. Primo modo, commendant se iusti & Apostolus. Secundo modo, Pseudo & Hypocritæ.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit rationem eorum quæ dixerat: hic consequenter ipsam rationem manifestat. Dixerat enim, quòd commensurabat se sibi, & non excedebat mensurã suã. Potest autem aliquis in gloriãdo & cõmendando se excedere dupliciter. primo, quantum ad id, de quo gloriatur, puta siquis gloriatur de eo q̃d non habet. Secundo, quantum ad id, in quo gloriatur, puta, siquis habẽs aliquid ex alio, gloriatur in ipso tanquam a se haberet. Et ideo apostolus ostendit q̃ neutro istorum modorum excedit mensuram, gloriando vel laudando se. Et primo, quantum ad primũ. Secundo, quantum ad secundum, ibi; *Qui autem gloriatur &c.* Circa primum duo facit. Primo, probat quòd non excedit mensuram suam, quantum ad gloriam de præteritis. Secundo, quantum ad gloriam de futuris, ibi; *Spem autem habentes &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, propositum probat, ibi; *Non enim quasi non &c.* Tertio, concludit, ibi; *Nec in immensum gloriantes &c.* Dicit ergo primo, Dico quòd metimur, & comparamus nosmetipsos nobis, facientes, s. secundum q̃d officium nostrum exigit. Hoc aũt nos agẽtes; *Non in immensum gloriamur*, i. non excedimus mensuram nostrã exercendo potestatem nostram, & commendando nos. Leui. 19. Nolite facere iniquũ &c. *Sed gloriamur secũdũ mẽsurã regulæ, quæ mensus est nobis Deus.* Glo. hic exponit de mensura prælationis Apostoli, & dicit, secundum mensuram, idest secundum mensuratum mihi a Deo populũ, cuius ego sum prælatus & regula ad dirigendum. Sed hoc idem potest vniuersalius accipi, vt mẽsura regulæ dicatur quantitas gratiæ. & tunc est sensus. Sed gloriamur; *Secundum mensuram, quæ mensus est nobis Deus*, idest secundum quantitatem gratiæ quam dedit nobis Deus. Ephe. 4. Vnuicuique data est gratia &c. Quæ quidẽ gratia est nobis regula, ne extollamur & deuiemus a Deo. Qua mensus est nobis Deus, quia quicquid boni facimus in euangelizando, & in cõuersatione vestra & aliorum, totum est ex Deo, mihi in vobis & aliis concessum. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. *Mensuram* dico; *Pertingendi usque ad uos*: quia vos estis sub mẽsura gratiæ mihi datæ, per quam conuersi estis ad Christum, & obeditis euangelio. Hoc est ergo quod proponit, s. quòd non excedit mensurã suam gloriando se, quòd sit eorum prælatus & q̃ per eum conuersi sunt. Et q̃ ita sit, scilicet, quòd pertingat vsque ad eos, probat consequenter cum dicit; *Non enim quasi non pertingentes &c.* quasi dicat. Vere gloriamur. non enim superextendimus nos in gratia vel gloria, vel in potestate nostra, quasi non simus pertingentes vsque ad vos potestate nostra, & ministerio. *Nam usque ad uos peruenimus in euangelio Christi*, idest in prædicatione euangelii Christi 1. Corinth. 4. in Christo Iesu per euangelium ego vos genui &c. & supra 9. Nonne opus

I SVPRA excusauit se Apostolus per rationem: hic excusat se per facti euidentiam. Et circa hoc duo facit. Primo enim, committit auditoribus iudicium suæ excusationis. Secundo, prosequitur suam causam, ibi; *Si quis confidit &c.* Dicit ergo primo. Licet appareat per rationem, falsum esse quod imponunt mihi pseudo, tamen si aliqui sint inter vos, qui ratione non vincantur & noluerint rationi acquiescere, saltem; *Videte*, idest considerate ea; *Quæ sunt secundum faciem*, idest in manifesto apparent de me euidenter. Committit autem eis iudicium causæ suæ, ad ostendendam securitatem cordis sui. Iob. 6. Respondete obsecro, absq; contradictione. Sed contra Ioan. 7. Nolite secundum faciem iudicare. Non ergo bene dicitur hic; *Quæ secundum faciem sunt videte*. Respondeo. Dicendum est, quòd ibi accipitur secundum faciem pro his, quæ exterius apparent in homine, scilicet, pro sola veritatis apparentia, secundum quæ non debet homo iudicare, quia aliquando conrrarium latet in corde. Vnde dicitur Mat. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, inrrinsecus &c. Hic vero accipitur secundum faciem pro ipsa veritate euãgelica & facti euidentia, secundum quam potest fieri iudicium. Glo. aliter exponit, scilicet secundum faciem, idest, pseudo. *videte* idest, attendite. Quasi dicat. Considerate facta eorum, quia impossibile est, quin inter multa bona, quæ prætendunt, non faciant aliqua ex quibus poteritis cognoscere intentionem ipsorum prauam. Matt. 7. Ex fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit; *Si quis autem confidit &c.* prosequitur causam suam. Contingit autem, quòd aliquis mouetur contra aliquem, deceptus authoritate alicuius, qui se magnum facit. Et sic Corinthii commoti erant contra Apostolum, decepti a Pseudo, qui se dicebant maioris authoritatis, quàm Paulus, quia venerant a Iudæa, & quia erant primo conuersi. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, euacuat authoritatem illorum Pseudorum. Secundo prosequitur causam suam, ibi; *Vt autem non existimer &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, q̃ pseudo non sint sibi præferendi. Secundo, quòd ipse est præferendus eis, ibi; *Nam & si amplius &c.* Dicit ergo. Hoc inquam, secundum faciem videte, quòd siquis de Pseudo confidit; *Se Christi esse* propter aliquod magnum quod fecerit, vel propter aliquod donum spirituale quod a Christo receperit; *Hoc cogitet apud se*, idest, consideret diligenter in corde suo: q̃a sicut; *Ipse Chri est, ita et nos.* quasi dicat. Quicquid inuenie in eis, totum inuenitur in nobis, vnde debeamus dici & eẽ Christi. 1. Cor. 7. Puto, quòd & ego spiritũ Christi habeam. Rom. 8. Siquis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Non solum autem nos sumus Christi sicut & ipsi, sed multo plus possum' gloriari q̃ sumus Christi quàm ipsi. Et hoc est quod dicit; *Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam*, scilicet potestatem; *Dedit nobis dominus*. Act. 9. Vas electionis est mihi iste Gala. 2. Qui operatus est Petro &c. dedit, inquam, mihi potestatem hanc specialem ad conuertendum Gentes; *In ædificationem*, scilicet ecclesiæ; *Et non in destructionem* sicut faciunt Pseudo, abutentes potestate eis data in contrarium, ad quod data est. Nam licet potestas detur in ædificationem ecclesiæ in fide & charitate, isti tamen quærunt gloriam suam & non Christi, & ideo destruunt. Et hoc faciebant prædicando obseruari legalia & faciendo quæstum. Si ergo amplius glorior de hac potestate quam habeo, & in qua gloriam Christi quæro, & non meam; *Non erubescam*, scilicet de huiusmodi commendatione mea, quia non facio ad ostendendum me, sed causa necessitatis, scilicet vt ostendens authoritatem meam esse magnam, & Pseudo nullam, non decipiamini ab eis de cætero. Vbi nota, quòd secundũ Gregoriũ, duabus de causis potest se aliquis commendare absque peccato, scilicet quando aliquis prouocatur opprobriis & conculcatur: & hoc vt non desperet videns se conculcari; & vt confutet aduersarios. Sic Iob. commendauit se multum, sicut patet vigesimoseptimo cap. vnde dicit. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea &c. Item, quando aliquis prædicans veritatem, & alius aduersarius veritatis cõtradicit sibi, & impedit manifestationem ueritatis, tunc huiusmodi prædicator debet se commendare & ostendere authoritatem suam, vt confutet illum, & vt trahat auditores ad veritatem. Et hoc facit Apostolus in multis locis & hic etiam. Consequenter cum dicit; *Vt autem non existimer &c.* prosequitur causam suam ex facti euidentia. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit falsum esse, quod sibi imponitur. Secundo, rationem dicti assignat, ibi; *Non enim audemus &c.* Tertio, exponit rationem ipsam, ibi; *Nos autem non &c.* Circa primum sciendum est, quòd sicut dictum est, imponebatur Apostolo, quòd in præsentia esset humilis propter timorem, vel propter gratiam & fauorem captandum, & in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit Apostolus, quòd non est ita, sed si bene volunt considerare quæ apparent, ita inuenient eum facto, qualem habuerunt scripto, & hoc possunt experiri si volunt. Et hoc est quod dicit; *Vt autem non existimer* a Pseudo seu a vobis; *Tanquam terrere uos*, vel timorem vobis incuterem; *Per epistolas nostras*, quas vobis mittimus, quem quidem timorem non incutiebam vobis in præsentia. Et hoc ideo est; *Quoniam* ipsi, scilicet Pseudo; *Inquiunt epistolæ*, scilicet Pauli; *Graues sunt*, idest dure & grauiter punientes; *Et fortes*, idest absque timore; *Sed præsentia non talis*, immo; *Infirma*, idest debilis & humilis: quod respondet ei quod dicit, fortes; *Et sermo*, scilicet prædicatio sua & collocutio, & exhortatio; *Contemptibilis*, quod respondet ei quod dicitur, graues; *Sed qui est huiusmodi*, idest qui talia dicit; *De nobis cogitet*, idest sciat certe quia; *Quales sumus &c.* idest tales erimus præsentes cum venimus ad vos; *Quales sumus per epistolas absentes* si necesse fuerit. Causam autem quare Apostolus se habuit humiliter ad eos, manifestat Apostolus 1. Cor. 2. Et ego fratres cum timore multo & tremore &c. quod faciebat, quia non erant firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinem suæ conuersationis firmare. Quare autem locutus fuerit sibi plana & prædicauerit eis non subtilia, insinuat 1. Corinth. 3. dicens, Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis &c. Nondum enim erant capaces altioris doctrinæ. Consequenter cum dicit; *Non enim audemus &c.* Ostendit rationem dicti sui, dicens, Dico quòd non sumus similes Pseudo, nec etiam est verum quod imponitur nobis: quia ego non dico alia, quàm facere est necesse. Et ideo dicit; *Non enim audemus nos inserere*, idest dicere nos esse vnum ex eis; *Aut comparare*, idest similem facere; *Quibusdam*, scilicet Pseudo; *Qui seipsos* vobis tantum; *Commendant* & tamen ab aliis, & a factis suis non commẽdãtur, contra illud. Prouerb. 27. Laudet te alienus, & nõ os tuum &c. *Sed ipsi in nobis &c.* idest secundum ea, quæ sunt in nobis commensuramus facta nostra & dicta, quasi dicat. Illa dicimus de nobis, quæ sunt apportionata nobis, idest commensurata factis nostris. Gala.

meum vos estis &c. Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum &c. Et ideo concludit dicens. Igitur cum glorior de vobis, non glorior in immensum. Vnde dicit; *Non in immensum gloriantes &c.* Vbi alius fundamentum fidei posuisset. Consequenter cum dicit; *Spem autem habentes &c.* Ostendit, quòd non excedit mensuram suã quãtum ad gloriam de futuro. Sciendum est autem, quòd prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione sua. Vnum est, vt cõuersi ad prędicationem suam ꝓficiãt ĩ meli'. Aliud, vt per ipsos conuersos, alii cõuertantur: quia vt dicit. Exod. 36. Cortina cortinã trahit &c. Et Apoc. vltimo. Qui audit, dicat veni. Nam quando quis videt alios conuerti, facilius conuertitur. Et quantum ad ista duo, Apostolus sperat augeri gloriam suam de Corinthiis: primo scilicet, de profectu eorum in melius. Et ideo dicit, Dico quòd nec in immensum gloriamur de conuersione vestra per nos causata olim. Sed adhuc habentes, scilicet sumus *Spem*, magnificari in futuro, idest augeri gloriam nostram; *Crescentis fidei uestræ in uobis*, idest de fide vestra crescente & proficiente in melius per bona opera 1. Petri. 2. Lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem &c. Et iterum secundo, Speramus magnificari in conuersione aliorum per vos. Et ideo dicit; *In abundantia &c.* idest, in abundantia prædicationis, non solum in vobis, sed etiam in illa loca quæ vltra vos sunt: & hoc secundum *Regulam nostram*, idest secundũ quod iniunctum est nobis a Christo, non solum euangelizare vobis, sed omnibus gentibus. Mar. vltimo. Euntes in mundum vniuersum &c. Nec tamen sumus habentes spem in aliena regula, idest, non speramus gloriari nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quasi dicat; *Non in illis quæ præparata sunt ad aliis*, idest, quos alii duxerunt ad fiden., sed faciam fructum in illis, in quibus ab aliis non est prædicatum. Roma. 15. Prædicaui euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus. Contra est, quòd Petrus prædicauit Romæ antequam prædicaret ibi Paulus. Respondeo. Dicendum est, quòd non dicit hoc, recusans prædicare, vbi alius prædicasset, sed dicit quòd intendit prædicare etiam, vbi non prædicasset aliquis. Consequenter cum, dicit; *Qui autem gloriatur &c.* Ostendit quòd non excedit mensuram suam, quantum ad id in quo gloriatur, dicens, Quia si ego glorior in eo in quo gloriandum est, non excedo. Cum autem gloriandum sit in Deo; *Qui gloriatur in domino glorietur*. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur &c. Potest autem hoc exponi tripliciter. Vno modo, in domino glorietur vt ly, domino, denotet obiectum gloriandi, quasi dicat: ex hoc glorietur, quòd habet dominum amando & cognoscendo. Hier. 9. In hoc glorietur &c. Alio modo, glorietur in domino, idest secundum Deum: & hoc modo gloriatur, qui gloriatur de his, quæ Dei sunt, & non de malis, sicut ille de quo dicitur in Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Alio modo, in domino glorietur, idest, vt gloriam suam reputet se habere a Deo, totum quod cedit ad gloriã suã referens in Deum 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti &c. Et sic accipitur hic cum dicitur; *Qui gloriatur in domino glorietur*. Quasi dicat, glorior de prædictis, sed non quasi hoc a me habeam, sed a Deo. Et hoc etiam est mensura vestra: quia totum bonum vestrum habet ortum a nobis. Et vere in domino debemus gloriari, non nobis imputare gloriam nostram, sed Deo. Nam non; *Est probatus*, idest comprobatus a Deo vel hominibus ille; *Qui seipsum commendat*, Prou. 27. Laudet te &c. Sed ille; *Quem Deus commendat*, idest, commendabilem facit, bonis operibus & miraculis. Nam Deus est causa totius boni operis per homines facti.

in euangelio Christi: nõ in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari, secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa, quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quæ p̃parata sunt gloriari. Qui autẽ gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, ille ꝓbatus est, sed quẽ Deus cõmẽdat.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus excusauit se de his quæ falso imponebantur sibi a Pseudo: hic consequenter vt confutet eos, scilicet Pseudo, & reddat authoritatem suam honorabilem, commendat se Corinthiis. Circa hoc autem duo facit. Primo, rationem suæ commendationis assignat. Secundo, ponit suam commendationem, ibi; *In quo quis audet &c.* Circa primum tria facit. Primo, petit vt eius insipientia supportetur. Secundo, subdit necessitatem suæ commendationis, vt non insipiens videatur, ibi; *Æmulor enim vos &c.* Tertio innuit quòd dato ꝓ sit insipiens, supportare debẽt, ibi: *Iterum dico ne quis &c.* Circa primum duo facit. Primo, præmittit suum desiderium, vt petitio sua facilius exaudiatur. Secundo, ponit suam petitionem, ibi; *Sed & supportate me.* Desiderium autem Apostoli est, vt Corinthii sustineãt Apostolum commendantem se. Et ideo per aduerbiũ optandi incipit, dicens; *Vtinã sustineretis &c.* Circa quod sciendũ est, quòd præcepta moralia sunt de agẽdis, quæ cũ sint particularia & variabilia, non possunt determinari vna communi ratione & regula indefinite, sed oportet qñq; præter regulam communẽ aliquid facere, in aliquo casu emergente. Quando autem hoc modo fit aliquid præter communem regulam, sapientes qui causam huius considerant non turbantur, nec reputant insipienter factũ esse. Indiscreti vero & minus sapientes, non considerãtes ex qua causa hoc ita fiat, turbantur, & reputant stulte factum fore, sicut patet: quia præceptum morale est, Non occides. aliquando tã necesse est malos occidere. Et quando hoc fit, sapientes commendant, vel nõ reputant male factum. Stulti autem & hæretici damnant, dicentes hoc esse male factum. Quia ergo communis lex moralis est, ꝓ homo non commendet seipsum, secundum quod dicitur Prouer. 27. Laudet te alienus &c. Potest fieri in aliquo casu præter hanc communem regulam, vt homo commendet se, & laudabiliter hoc facit, & tamen indiscreti hoc reputant insipientiam. Vnde cum immineret casus, quo Apostolus deberet se cõmendare, hortatur eos ad hoc, quòd istud non reputent ei ad insipientiam, dicens; *Vtinam sustineretis*, scilicet patienter; *Modicum insipientiæ meæ* supportando me. Et dicit modicum, quia si commendaret se sine causa, esset maxima insipientia. Et iterum, si commendaret se ex causa omnino vrgente, tunc nihil esset ibi insipientiæ. Sed quia commendat se, licet ex causa, non tamen omnino vrgente, cum alio modo posset confutare Pseudo: & quia commendat se multum, videtur ibi esse aliquid insipientiæ, & hoc est quod dicit; *Modicum insipientiæ meæ*, infra. 12. Factus sum insipiens &c. Et licet sic sim insipiens; *Tamen supportate me.* Et hoc debent facere, quia subditi debent supportare prælatos, & econuerso Gal. 6. Alter alterius onera &c. Ephe. 4. Supportantes inuicem in charitate. Necessitatem autem commendationis ostendit, dicens; *Æmulor &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit huiusmodi commendationem prouenire ex zelo, vt excludat insipientiam. Secundo, dicit hunc zelum non esse inordinatum, vt vitet indiscretionem, ibi; *Timeo autem &c.* Tertio, excludit eorum excusationem, ibi; *Nam si is qui venit, &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit zelum quem habet ad eos sanctum, quia Dei. Secundo, ostẽdit causam huius zeli, quia incumbebat sibi ex officio, ibi; *Despondi vos &c.* Est ergo zelus sanctus, quia; *Æmulor vos*, idest diligo vos feruenter; *Dei æmulatione*, idest, ad honorem Dei, non meum. Circa quod nota, quòd æmulatio, prout est idem ꝓ zelus, non aliud est quàm quidam motus animi bonus vel malus, tendentis in statum proximi, & importat feruorem amoris. Et ideo consueuit sic definiri. Zelus est amor intensus, non patiens consortium in amato. Et siquidem non patiatur consortium in aliquo bono, puta, vitii vel alicuius imperfectionis, sed singulariter illud, solus vult habere, tunc zelus est bonus & æmulatio bona, de qua dicitur. 1. Corinth. 12. Æmulamini charismata &c. Galatarũ. 4. Æmulamini bonum in bono &c. 3. Regum. 17. Zelo zelatus &c. Psalm. 68. Zelus domus tuæ &c. Si vero non patiatur consortium in aliqua excellentia, vel in aliqua prosperitate mundi, quia aliquis singulariter vult eam sibi, tunc zelus est malus & æmulatio mala. Hoc autem bono zelo, seu æmulatione, aliquando quis æmulatur alios pro se, sicut vir zelatur pro vxore sua, quam sibi soli vult seruari. Aliquando vero zelatur aliquis pro alio, sicut eunuchus zelatur vxorẽ domini sui, vt custodiat eam sibi. Sic Apostolus populum suum, quem videbat paratum ad præcipitium, & cum sponso Christo velle prostitui diabolo, æmulabatur, ne Christus sponsus verus, in eis aliquod diaboli consortium pateretur. Et ideo dicit; *Dei æmulatione*, quasi dicat. non pro me, sed Christo, qui est sponsus. Ioan. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino &c. Vnde autẽ Apostolo incumbebat huiusmodi

CAP. XI. LEC. I.

VTINAM sustineretis modicũ quid insipiẽtiæ meę, sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei ęmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginẽ castam exhibere Christo. Timeo autẽ, ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua: ita corrũpãtur sensus vestri, & excidant a simplicate, quæ est in Christo Iesu.

huiusmodi æmulatio, ostendit dicens; *Despondi enim uos &c.* Quasi diceret: merito vos æmulor Dei æmulatione, quia ego sum paranymphus huius matrimonii, quod est inter vos & Christum, quia ego despondi vos, idest feci sponsalia, quæ sunt per fidem & charitatem. Oseæ 2. Sponsabo te mihi &c. Et ideo pertinet ad me custodire vos. Quicunque ergo conuertit populum ad fidem, & ad iustitiam, despondet eos Christo. Despondi, inquam, non multis, q̃a quę multis adhæret, polluitur. Hier. 3. Tu autem polluta es &c. Sed vni Christo, scilicet viro ꝑfecto virtutis plenitudine. Zachariæ 6. Oriens nomen eius. Hiere. 31. Nouum faciet dominus super terram &c. Et dicitur Christus vir vnus, quia singularis & quantum ad modum cõceptionis, & quãtum ad modum nascendi, & quantum ad gratiæ plenitudinem. Eccles. 7. Vnum de mille &c. Isti, inquam, viro despondi vos exhibere virginem. Nota quòd a plurali ad singulare descendit, dicens; *Desponsaui uos* in plurali; *Et exhibere Virginem*, in singulari, volens ostendere quòd ex omnibus fidelibus fit vnum corpus & vna ecclesia, quæ debet esse virgo in omnibus membris suis. Et ideo dicit; *Virginem castam.* In omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis, castitas pro integritate mentis: nam aliquando aliqua est virgo corpore, quæ non est casta mente. Sic ecclesia exhibet se Christo virginem, quando perseuerat in fide, & infra sacramenta absque corruptione alicuius idolatriæ, & infidelitatis. Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum &c. Castam exhibet se, quando existens infra sacramenta & in fide Christi, exhibet puritatem corporis & operis. Ephes. 5. Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rugam &c. Sed quia Corinthii possent dicere, non necesse est quòd custodias nos, & zelus tuus non est rationabilis, quia nos bene seruabimus nosmetipsos: ideo consequenter causam huius zeli ostendit, dicens; *Timeo autem &c.* Vbi sciendum est, quòd in paradiso fuit coniugium Adam & Euæ. Sed Eua corrupta fuit per serpentem non violenter, sed astute, inquãtum promisit falsum & suasit iniquũ. Falsum quidem, cum dixit, Eritis sicut dii, & nequaq̃ moriemini: cum tamen ex hoc ipsi incurrerint necessitatem mortis. Iniquum vero, vt transgederetur & præteriret mandatum Dei. Et secundum hanc similitudinem Apostolus loquens, dicit ecclesiam esse sicut Euam, quam diabolus aliquando persecutus est, manifeste per tyrãnos & potestates, & tunc sicut leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, vt dicitur 1. Pet. 5. Aliquando molestat ecclesiam latenter per Hæreticos, qui promittunt veritatem & simulant se bonos, & tunc sicut serpens seducit astutia sua promittendo falsa. Et ideo dicit; *Timeo ne sicut serpens Euam seduxit* a paradiso eam eiiciens; *Astutia sua* promittendo falsa 1. Tim. 2. Adam non est seductus, sed mulier; *Ita.* idest, per similes deceptiones Hæreticorum; *Corrumpantur sensus uestri*. Et dicit sensus vestri, quia sicut in matrimonio carnali cauet sponsus, ne coniux corrumpatur carnaliter, ita Apostolus in hoc matrimonio spirituali, timet ne corrũpatur spiritualiter sensus cordis 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores &c. Vel sensus spirituales de quibus. Sapien. 1. Sentite de domino &c. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus; *Et excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu.* Simplex enim est illud, quod compositione caret. Pseudo ergo componebant vnam sectam ex Iudaismo & euangelio, mandantes simul cum euangelio seruari legalia. Illi ergo excidunt a simplicitate Christi, qui seducti a Pseudo, simul cum Euangelio seruant legalia: & hoc timebat Apostolus de Corint. Eccles. 2. Væ peccatori ingredienti terram duabus viis: & econtra. Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos.

LECTIO SECVNDA.

POSITO zelo quem ad Corinthios habebat Apostolus, & ostenso zelum esse rationabilem: hic consequenter remouet eorum excusationem. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit eorum excusationem. Secundo vero, remouet eam, ibi; *Existimo enim me &c.* Circa primum sciendum est, quòd Corinthii possent suspicari quòd ideo zelũ haberet de eis, quia timeat ne dimittant doctrinam suam propter doctrinam Pseudo: vnde possent dicere: constat quòd minus bona sunt dimittenda propter magis bona. ergo si Pseudo meliora doceant, non debes turbari, si acquiescimus eis. Et ideo hanc excusationem ponit ostendendo, quòd nihil maius quàm Apostolus, docent & prædicant. Nam Apostolus tria prædicauit eis, & docuit eos. Primo, quòd essent Christi: supra 4. Non enim prædicauimus nosmetipsos, sed Christum Iesum. Secundo, quòd haberent spiritum Christi. Roma. 8. Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Tertio, vt reciperent euangelium Christi Rom. 1. Non enim erubesco euãg. &c. Si ergo Pseudo meliora vobis prædicarent & vos docerẽt, recte faceretis, et excusabiles essetis: sed hoc non faciunt. Et hoc est quod dicit; *Nam & si is qui &c.* quasi dicat. Timeo ne Pseudo qui venit ad vos non missus, sed ex se, sicut fur & latro. Ioan. 10. Quotquot venerunt, fures sunt & latrones. Hier. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant Roma. 10. Quomodo prædicabunt nisi &c. Si, inquam, talis prædicator prædicat vobis; *Alium Christum*, scilicet excellentiorem quàm illum quem nos prædicauimus, quod non potest esse, quia vt dicitur Corinth. 8. Vnus dominus noster Iesus Christus per quem omnia &c. Et hoc quantum ad primum; *Aut alium spiritum*, scilicet meliorem; *Accepistis*, scilicet per talem, quàm accepistis, scilicet per nos, idest ministerio nostro, quod non potest esse, quia vt dicitur. 1. Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus &c. Et hoc quantum ad secundum. Aut prædicat vobis; *Aliud euangelium*, idest aliam prædicationem vel doctrinam, quam per nos; *Non recepistis*. Gal. 1. Miror quòd sic tã cito transferimini &c. Si inquã, alia & meliora facerent vobis, recte; *Pateremini*, idest faceretis excusando vos. Et quia non potest eis aliud euangelium, idest melius tradi: ideo Apostolus excommunicat Galatas, si aliud euangelium recipiãt. Galata. primo, Siquis aliud vobis euangelizauerit &c. Consequenter cum dicit; *Existimo &c.* Remouet hanc excusationem. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd ipse non minus fecit eis quàm alii. Secundo, quòd plus, ibi; *Aut nunquid &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quòd nihil minus fecit facto, quàm alii Apostoli. Secundo, innuit quòd non defuit ei facultas ad hoc faciendum, ibi; *Nam & si imperitus sermone &c.* Tertio, ostendit euidentiam vtriusque, ibi; *In omnibus autem &c.* Dicit ergo, Recte pateremini vos seduci ab eis, si melius prædicarent vobis: sed hoc non est verum; *Enim*, idest, quia; *Existimo me nihil minus fecisse in his a magnis Apostolis*, idest, quàm Petrus & Ioannes, quos isti habebant magnos. Et comparat se magnis Apostolis, tum, quia Paulus videbatur & reputabatur ab eis minor quàm illi, eo quòd illi fuerant cum Iesu, & Paulus non: tum etiam, quia Pseudo dicebãt se missos ab eis, & ideo ostendendo se parem magnis Apostolis, istorum errorem remouet & Pseudo confutat. Et non solum nihil minus fecit, sed plus. primæ Corinthiorum 15. Plus omnibus laborui. Et ne forte dicerent ei: Vnde tibi est facultas ad hoc faciendum cum sis imperitæ linguæ? Ostendit, quòd ei facultas affuit ex magnitudine scientiæ, dicens; *Licet sim imperitus sermone, tamen non sum imperitus scientia*. secundæ Petri vltimo, Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum sapientiam. Sed hoc sciendum est, quòd Pseudo quærentes gloriam propriam & lucra sectantes, nitebantur attrahere populum per ornata & subtilia & exquisita verba, non attendentes nisi solum aures permulcere. Apostolus vero, quia non quærebat vtilitatem propriam, sed solum dilatationem fidei Christi & profectum eius, ita proponebat verbum fidei, vt omnes possent capere, conformans se conditioni audientium & capacitati. Vnde, quia isti in principio non erant capaces altæ doctrinæ, proposuit eis fidem, non in subtilitate sermonis, sed eo modo quo capere possent, scilicet plane & aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitũ sermone. 1. Cor. 1. Non in sapientia verbi &c. Et propter hoc dicit Apostolus, licet sim imperitus sermone, vt vobis videtur, hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter vos ex quadam dispensatione: quia tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis &c. Vel dicendum ad literam, quòd Apostolus fuit balbus, & ex hoc Pseudo deridebãt eum. Et ideo dicit; *Et si imperitus sermone*, idest impeditæ linguæ, non tamen sum; *Imperitus scientia*. Exod. 4. Impeditioris & tardioris linguæ sum. Quòd autem nihil minus fecerim a magnis Apostolis, euidenter apparet per ea, quæ feci vobis. Et ideo dicit; *In omnibus prædictis manifestatus sum in uobis*, qui experti estis quæ per me fiunt 1. Cor. 9. Signaculum Apostolatus mei vos estis in domino. Et infra 12. Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos &c.

se a magnis apostolis. Nã & si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autẽ manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatũ feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis euangelium Dei euãgelizaui vobis, alias ecclesias expoliaui, accipiens stipẽdia ad ministerium vestrum.

NAm si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, quem nõ accepistis: aut aliud euangeliũ qd̃ non recepistis, recte pateremini. Existimo. n. nihil me minus feci-

Conse

Consequenter cum dicit; *Aut nunquid peccatum &c.* Ostendit ꝙ plus fecit q̃ omnes aliis, & hoc, quia prædicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primo, ponit factum. Secundo causam facti assignat, ibi; *Quare? quia non diligo uos? &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit factum quantum ad præteritum. Secundo, quantum ad futurum ibi; *Et in omnibus &c.* Factum aũt præteritum ostẽdit dupliciter. Primo, in generali. Secũdo, in speciali, ibi; *Quoniam gratis &c.* Dicit ergo. Recte dico quòd nihil minus feci ab illis, nisi forte hoc reputetis male & minus factum, quia diminui de authoritate mea nõ accipiẽs sumptus a vobis: sed si hoc esset malum, minus fecissem. Et ideo ostendit quòd non est malum. Et hoc est quod dicit; *Aut nunquid peccatum feci*, idest, nunquid peccaui; *Humilians meipsum* & diminuens de authoritate mea? Quasi dicat, non. Ecclesi. 3. Quanto maior es &c. 1. Cor. 9. Cũ essem liber &c. Mat. 18. Qui humiliauerit se &c. Ratio autem humiliationis meæ est, non propter lucrum proprium, sed propter promotionem vestrã. Vnde dicit; *Vt uos exaltemini*. idest in fide confirmemini. Corinthii autem auari erant, & ideo si a principio accepisset sumptus, forte destitissent a fide. Item, Pseudo prædicabant propter quæstum. Vt ergo Corinthii reciperent apostolum, & Pseudo auferret occasionem quæstus, gratis prædicauit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali, manifestat in speciali, ibi; *Quoniam gratis &c.* Et facit duo. Primo, ostendit quomodo sine sumptibus prædicauit eis in primo aduẽtu ad eos. Secũdo, ostendit quòd idem fecit in mora, quam apud eos contraxit, ibi; *Et cum essem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intẽdit. s. humiliationem dicẽs; *In hoc humilians meipsum quoniam euangelizaui uobis gratis*, idest sine sumptu, non autem sine mercede: quia hoc non est laudis. licet enim omnes possent capere sumptus personæ ab eis, quibus proponunt verbum Dei, nullus tamen prædicare debet pro mercede & quæstu. Secundo, quia possent dicere isti. vnde ergo accepisti sumptus? Respondet, quòd ab aliis ecclesiis, dicens; *Ecclesias alias expoliaui accipiens ab eis stipendium administerium uestrum.* Ex hoc conuincit eos, ꝙ non possint dicere Apostolo, quòd non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab aliis ad seruitium eorum, multo magis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet, quòd legatus papæ visitãs vnã partem legationis, potest accipere stipendia. Et ꝙ dominus Papa pro necessitate vnius patriæ, potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. Ratio est, qa ecclesia est sicut vnum corpus. Videmus autem in corpore naturali, quòd natura quando deficit virtus in vno membro, subministrat humores & virtutem, accipiens ab aliis membris.

LECTIO TERTIA.

OSTENSO quòd quãdo primo eis prædicauit in ipso aduentu, euagelizauit eis gratis: hic ostẽdit ꝙ nec etiam contrahendo morã apud eos, accepit ab eis sumptus. Et primo hoc ostẽdit. Secũdo vero, respondet cuidã taciturnæ quæstioni, ibi; *Nam quod mihi &c.* Dicit ergo. Non solum qñ primo veni ad vos, nõ accepi a vobis sumptus: sed etiã; *Cum essem apud uos* diu; Et etiã; *Egerem*, vt ostendat ꝙ non dimisit eis sumptus pp diuitias; *Nulli onerosus fui* aliquid ab aliquo accipiẽdo. In quo apparet causa, quare dimisit: quia Corinth. pp auaritiam eis innatam, reputabant sibi onus ministrare sumptus 1. Cor. 9. Non sumus vsi hac potestate: sed omna sustinemus &c. Sed possent isti dicere. vnde ergo habuisti necessaria? Et ideo respondet dicens, ꝙ ab aliis ecclesiis. Ideo. s. nihil accepi; *Quia* illud; *Quod mihi deerat*, s. a pretio quod lucrabatur nocte laborando manibus suis, apud Aquilã & Priscam. erat. n. scænofactoriæ artis per quã lucrabatur sibi necessaria. Act. 2. Ad ea quæ mihi opus erant &c. Illud ergo quod deerat non dedistis vos, sed; *Suppleuerunt fratres qui uenerunt a Macedonia* scilicet Philippenses qui erant valde liberales. Vnde, de hoc in epistola ad Pphilippenses commendat eos. Phil. 4. Nulla ecclesia communicauit mihi in ratione dati & accepti, nisi vos. Sed Corinthii erant auari. Consequenter cum dicit; *Et in omnibus sine onere &c.* Ostendit, quomodo se habebit in hoc ad eos in futurum dicens, quòd etiam sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit suam rõnem communem. Secũdo confert eam, ibi; *Est veritas Christi &c.* Dicit ergo. non solum feci hoc. s. quòd gratis vobis euãgelizaui & nulli onerosus fui, sed etiam in omnibus seruabo me vobis sine onere, sicut usq; modo seruaui, nõ dure reprehendẽdo, nõ seuere corrigendo, nec vestra accipiendo. Act. 3. Argentum, & aurum, & vestem nullius cõcupiui. Num. 16. Tu scis, quòd nec asellum quidem acceperim ab eis, dicit, Moyses ad dominum. Samuel dicit. 1. Reg. 12. Loquimini de me si oppressi &c. Et ꝙ ita factus sit, confirmat ex duobus. Primo ex eo, qui loquitur in ipso. s. Christo qui est veritas, a qua nõ potest esse falsum. Et ideo dicit; *Est veritas Christi in me &c.* Quasi dicat: Hoc quod dixi verum est, quia veritas Christi loquitur in me &c. Hoc infra vltimo, An experimentum quæritis eius qui in me &c. Vel hoc potest accipi per modum iurantis, Quasi dicat. Deus qui est veritas & est in me scrutans corda, sit mihi testis, quòd ita seruabo me. Rom. 1. Testis est mihi Deus &c. Secundo ex eo, quòd non intendit minuere gloriam suam, sed augere. Apostolus enim attribuebat sibi apud Christum ad magnam gloriam, quòd ipse solus inter Aposto. sine sumptu prædicabat Corinth. Et ideo dicit; *Ideo seruabo me sine onere. Quoniam non infringetur.* idest non minuetur *In me hæc gloria*, quòd, scilicet gratis prædico vobis, & quòd a licitis abstineo, propter salutem vestram, quæ quidem est gloria Christi: quia ipse glorificatur per hoc in me, vel quia ego hanc gloriam habeo specialiter apud Christum: quæ quidem refringeretur; *In regionibus Achaiæ*, vbi Corin. erat metropolis, si recipisset ab eis, quia auari erant: habitabant enim in maritimis, & erant intenti mercationibus, & tales consueuerunt esse auari, 1. Corin. 9. Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Consequenter cum dicit; *Quare? quia non &c.* Ponit causam, quare non accepit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit falsam causam. Secundo astruit veram, ibi; *Quod autem facio &c.* Circa primũ sciendum est, quòd Pseudo imponebant Apostolo, quòd ideo non recipiebat a Corinth. sumptus, quia non diligebat eos, & quia non intendebat eis benefacere & seruire. Dicit ergo; *Quare?* scilicet hoc facio; *Quia non diligo vos?* idest pro odio quod habeo ad vos, sicut dicunt Pseudo? *Deus scit* quòd diligo vos, & quòd nõ pro odio hoc facio. Ioan. vlt. Domine tu scis, quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa, sequitur vera, ibi; *Quod autem facio &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ponit veram causam. Secundo rationem huius assignat, ibi; *Nam eiusmodi pseudo &c.* Circa primum sciendum est, quòd Pseudo, vt dictum est, quærebant lucra & gloriam propriam. Et ideo, vt in reuerentia haberentur, nitebantur exterius sequi vestigia Apostoli, vel etiam si potuissent, excellere ipsum. Dicit ergo Apostolus; *Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur*; vt nihil accipiant. Et quia sciebat, quòd Pseudo prædicabant, vt acciperẽt, & per consequens, quòd non prædicarent si deficeret eis lucrum, dicit, *Quod facio*, ideo facio; *Et faciam hoc*, non propter odium, sed; *vt amputem occasionem eorum*, scilicet Pseudo, accipiendi vestra, eorum scilicet Pseudo; *Qui volunt*, supple meo exemplo, habere; *Occasionem* accipiendi vestra. Sciebat enim secundum Ambro. quòd si non acciperent, non diu prædicarent. E contrario dicitur. Prouer. 9. Da occasionem sapienti &c. Et hoc; *Vt tales inueniantur*, scilicet Pseudo; *Sicut & nos*, scilicet non accipientes pecunias, sicut & nos non accipimus. In quo quidem ipsi gloriantur. s. quòd imitantur nos, & ego nolo si perfecte volunt nos imitari, quòd accipiãt. 1. Cor. 7. Volo omnes homines esse sicut & me, scilicet non accipientes; *Vt in quo &c.* Hoc legitur tripliciter. Vno modo sic, vt inueniantur tales, supple sicut & nos, non accipiendo sicut nec nos accipimus, & per consequens a prædicatione cessando; *In quo*, scilicet esse tales, sicut & nos gloriantur: contendebant enim esse similes veris Apost. Secundo modo sic, vt in eo in quo gloriantur scilicet accipiendo, quia hoc solum quærebant, inueniantur sicut & nos, idest similes nobis, cessando scilicet, & desistendo ab acceptione, vt nobis assimilentur. Tertio modo sic; *Vt in eo in quo gloriantur*, scilicet in non acccipiendo, dicunt enim se nihil accipere, inueniantur sicut & nos, idest non meliores nobis, ne scilicet possint se in hoc nobis præferre. *Nam eiusmodi*, hoc continuatur tripliciter. Primo modo sic,

LECTIO III.

ET cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerũt fratres qui venerant a Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Christi in me, quoniã hæc gloriatio non infringet in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio & faciam, vt amputem occasionem eorum, qui volũt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi Pseudo apostoli, sunt oparii subdoli, trãsfigurãtes se in apostolos Chri. Et nõ mirũ, ipse. n. Sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius trãsfigurẽtur velut ministri iustitiæ, quorũ finis erit secundũ opera ipsorum.

LECTIO IIII.

ITerum dico (ne quis me putet insipientẽ esse: alioquin velut insipiẽtem accipite me, vt & ego modicũ quid glorier) quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipiẽtia, in hac substantia gloriæ. Quoniã multi gloriantur ſm carnẽ, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipiẽtes, cũ sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis. n. siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollit, siquis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

sic, ita gloriantur & contendunt, non sicut nos. Nam eiusmodi &c. Secundo modo sic. & vere desistunt accipere, Vt nobis assimilentur. Nam eiusmodi &c. Tertio modo sic, Ita in non accipiendo gloriantur, vt nobis similes videantur. Posita autem vera causa, probat eam consequenter, dicens: *Nam eiusmodi &c.* Ostendens quomodo student assimilari Apostolo. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit causam. Secundo, probat eam, ibi; *Sed non mirum*. Tertio, consequenter ostẽdit differentiã Pseudo, ad veros Apostolos, ibi; *Quorum finis &c.* Dicit ergo: Recte dico, quod hoc facio, vt amputem eis occasionem accipiendi. Nam eiusmodi Pseudo Apostoli sunt operarii, scilicet falsi. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. *Subdoli*, idest callidi & vulpini sub specie religionis decipientes. Ezeh. 13. Quasi vulpes in desertis &c. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas &c. Cant. 2. Matt. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium &c. Et hoc est quod dicit; *Transfigurantes se in Apostolos Christi*, idest exterius portantes signa bonorum Aposto. 2. Tim. 3. Habentes quidem speciem pietatis &c. Et hoc probat: quia sicut veri Apost. mittuntur a Deo & informantur ab ipso, sic; *Sathanas transformat se in angelum lucis*, qui est dux & incentor eorum. ostendens se esse, vel angelum Dei, vel aliquando Christum; Non est ergo mirũ neq; magnũ si ministri eius. s. Pseudo; *Transformant se* in ministros iustitiæ, idest simulant se esse iustos. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & minister eius &c. Notandum autem est, quòd Sathanas transfigurat se aliquando visibiliter, sicut beato Martino, vt deciperet eũ, & hoc mõdo multos decepit. Sed ad hoc valet & necessaria est discretio spirituũ, quam specialiter Deus contulit beato Antonio. In hoc tamen potest cognosci, quòd Sathanas sit, quia bonus angelus in principio hortatur ad bona, & perseuerat in eis: sed malus in principio quidem prætendit bona, sed postmodum volens explere desiderium suum, & quod intendit, scilicet decipere, inducit & instigat ad mala 1. Ioa. 4. Omni spiritui nolite credere &c. Et ideo, Iosue cum videret angelum in campo suo dixit. Iudicum 5. Noster es, an aduersaiorum? Aliud etiam signum est, quòd bonus angelus & si terreat in principio, tamen statim consolatur, & confortat sicut Zachariam. Luc. 1. Ne timeas Zacharia. Et ad Beatam virginem dixit, Ne timeas Maria &c. Malus autem angelus stupefacit & desolatum dimittit. Et hoc ideo, vt stupefactum facilius decipiat & persuadeat sibi. Aliquando autem trãsfigurat se inuisibiliter: & hoc quando ea, quæ in se mala sunt, facit apparere bona, peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiam. Prouer. 14. Est via quæ videtur homini recta &c. Sic decepit monachum quendam: qui cum proposuisset in animo suo nunquam exire cellam, suggessit ei diabolus, quòd bonum esset, quòd exiret ad ecclesiam & reciperet corpus Christi. Cui suggestioni consentiens, propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse diabolum gloriatus est monachus, quòd non deceperat eum, quia ad bonum iuerat, & tamen iam remouit eum a proposito continue standi in cella. Postmodum vero, iterum suggessit ei, quòd pater suus esset mortuus, & dimiserat sibi multas diuitias distribuendas inter pauperes, quòd iret ad ciuitatem, ad quam cum iret, nunquam rediit ad cellam, & mortuus est in peccato. Vnde, valde difficile est, quòd homo caueat sibi, & ideo recurrendum est ad adiutorium diuinum. Iob. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius &c. Quasi dicat, Nullus nisi Deus. Consequenter ponit ministrorum, & malorum, & bonorum differentiam, quæ consistit in hoc quòd; *Finis illorum*, scilicet ministrorum Christi, & Sathanæ erunt; *Secundum opera eorum*. Nã finis bonorum erit bonus, & malorum erit malus, & boni inducuntur ad bonum, & mali ad malum. Phil. 3. Quorum finis interitus &c. Item boni recipient bona, & mali mala. supra 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

LECTIO QVARTA.

SVPRA Apostolus induxit Corinthios, vt patienter sustinerent suam commendationem, ostendens, quòd hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos, & quia zelus ille erat rationabilis & ordinatus: hic autem consequenter ponit aliam rationem, per quam ostendit, quòd dato, quòd insipienter ageret, nihilominus tamen deberent eum supportare. Vnde in ista ratione procedit, ex suppositione stultitiæ, In hac autem parte duo facit. Primo enim, proponit suam petitionem. Secundo, rationem dictorum assignat, ibi; *Quod loquor &c.* In petitione autem sua duo facit. Primo enim petit, quòd non reputent eum insipiẽtem, quod pertinet ad præmissam rationem. Et ideo dicit; *Iterum dico*, ꝙ ex quo zelus meus est rationabilis & ego rationabiliter commendo me; *Ne quis*, scilicet vestrum; *Me reputet insipientem*. Secundo, petit, quòd dato, ꝙ insipienter agat, tamen supportẽt eum, & hoc pertinet ad rationem hãc. Et ideo dicit; *Alioquin*, idest si non rationabiliter commendo me, & penitus velitis me ex hoc insipientem reputare, tamen; *Accipite*, idest, supportate me; *Velut insipientem*. Et dicit; *Velut*. Quia licet ipsi reputent eum insipientem, in hoc tamen in rei veritate non est insipiens. Accipite me, inquam, velut insipientem; *Vt & ego modicum quid glorier*. Et dicit modicum, quia infra commendauit se de gloria, quæ est secundum carnem, quæ valde modica est. Iob. 25. Homo putredo & filius hominis vermis. Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? Rationem aũt dictorũ assignat; dicens; *Quod loquor &c.* Dixerat autem tria. Primo, quia supponit insipienter commendasse seipsum. Secundo, ꝙ vult gloriari. Tertio, ꝙ sustineant eũ. Et horum trium rationem assignat. Et primo de hoc, quòd supposuit insipienter commendare se. Secundo, quare vult gloriari, ibi; *Quoniam multi gloriantur &c.* Tertio, ꝙ debeant eum supportare, ibi; *Libenter enim suffertis &c.* Dicit ergo primo, Ratio quare debetis insipientem accipere me, est: quia illud quod loquor. in hac substantia gloriæ, idest cõmendatione carnis, quæ a quibusdam appetitur, ac si per eam debeant subsistere; *Non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia*. Et dicit ex hypostasi, sicut illud quod supra dixit, velut insipientem. Vnde ibi posuit, velut, hic ponit, quasi. Ad si diceret. si non rationabiliter commendarem me, tunc illud; *Quod loquor* in commendatione mea; *Non est secundum Deum*, idest secundum rationem diuinæ sapientiæ. Et tunc merito acciperetis me, non secũdum Deum loqui, sed insipienter. supra 10. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est &c. Prou. 27. Laudet te alienus &c. Rationem autem suæ commendationis & gloriæ ostendit, subdens; *Quoniam multi gloriantur &c.* Vbi sciendum est, quòd Pseudo, quia ex Iudæis erãt, gloriabantur secundum carnem, dicẽtes se esse filios Abrahæ, & ex hoc volebant haberi in reuerentia a Corinthiis & authoritate. Dicit ergo Apostolus. dato quòd sit insipientia, ꝙ glorier ſm carnem, tamen quoniam multi, s. Pseudo; *Gloriantur secundum carnem*, & ego etiam gloriabor ſm carnem. Prou. 26. Responde stulto scdm stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Sed contra est, quia Seneca dicit, Summa malorum est, quòd ad exemplum viuitur malorum. Et Exod. 23. Non sequaris turbã, ad faciendum malum. Non ergo apostolus debet gloriari secundum carnem, eo quòd Pseudo gloriantur. Respondeo. Dicendũ est, quòd licet sit eadem materia gloriationis non tamen est eadem intentio & idem finis: quia Pseudo commendabant se propter gloriam propriam, & vt ipsi haberentur in authoritate, & possent lucrari, Apostolus autem gloriabatur, vt verbum Dei per eum prædicatum esset maioris authoritatis, & ponderis, & fructum faceret Christo. Rationem autem, quare debeant eum supportare, subdit dicẽs; *Libenter. n. suffertis &c.* Et primo ponit rationem hanc, quòd scilicet debeant eum supportare. Possent enim dicere: Quare debemus te supportare si es insipiens? Et dicit Apostolus, quòd ideo, quia cum vos ipsi sitis sapientes in oculis vestris & in vestra reputatione; *Libenter suffertis*, i. estis cõsueti supportare; *Insipientes*, Pseudo scilicet. Secundo, ostendit in quo supportent insipiẽtes. Et ponit quinq; grauia, quæ sustinebant a Pseudo. Primũ est iugum seruitutis. Et quantũ ad hoc dicit; *Sustinetis enim si quis*, i. aliquis Pseudo; *Redigit uos in seruitutem*. q. d. per Christũ liberati fuistis a seruitute legis, quæ est in timore, & reducti estis in libertatem filiorũ Dei, quæ est in charitate. Gal. 4. Nõ sumus ancillæ filii, sed liberæ. Et tamen vos sustinetis Pseudo, qui ex huiusmodi libertate redigunt vos in seruitutem legis: quia cogunt vos seruare legalia. Gal. 5. Nolite iugo seruitutis &c. Multo ergo magis debetis sustinere me, qui volo vos præseruare in libertatẽ Christi, q̃ Pseudo, qui volũt vos reducere in seruitutẽ legis. Secundũ est graue valde, s. quòd Pseudo viuunt de bonis vestris laute, nos vero nõ, supra 8. Non vt aliis sit remissio &c. Et ideo dicit; *Siquis deuorat*. Mat. 23. Væ qui comeditis domos viduarum, &c. Tertiũ graue est, depræda-

liatio:quia isti ad literam blandis verbis & prætextu pietatis accipiebant eis omnia: & quantum ad hoc dicit; *Siquis accipit*, idest blande decipit subtrahendo vestra. Rom. 16. Per blandos sermones seducunt corda insipientium. Quartum graue est, nimia iactantia super eos cum Corinthiorũ contemptu. Ideo dicit; *Siquis extollitur* iactando se importune. Eccl. 6. Non te extollas ĩ cogitatione &c Quintũ graue est, illatio opprobriorũ. Nam Pseudo non solum tam grauia eis inserebant, sed super hoc addebãt improperia dicẽtes eis iniurias, & maxime de ignobilitate. Nã quia ipsi erant Iudei, & cultores vni Dei, dicebant se nobiles esse, & Corinthios ignobiles, quia nõ erãt de semine Abrahæ, nec circuncisi, & quòd de idolatris. Et quantum ad hoc dicit; *Siquis in faciem nos caedit*, idest coram vobis infert contumelias & dicit iniurias. Et hmõi iniuriæ sunt ꝓm ignobilitatẽ, quã vobis obiiciunt, uel ignominiã quam inferunt. & tñ illos sustinetis, & nos nõ; *Quasi nos fuerimus infirmi in hac parte* gloriæ, quam attribuistis eis, præferendo eos nobis, præsertim cũ Pseudo dicãt quòd ideo nos non dicimus, nec facimus vobis ista, quia nos sumus infirmi in hac parte, idest, quia sumus ignobiles 1. Corin. 4. Nos infirmi, vos fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.

LECTIO QVINTA.

POSITIS rationibus suæ commendationis & causis quare supportandus est: hic consequenter incipit se commendare. Et circa hoc duo facit. Primo enim adæquat se Pseudo, & aliis, qui commendabant se. Secundo, præfert se eis, ibi; *Vt minus sapiens &c.* Adæquat autem se Apostolus eis in gloria. Est autem gloria duplex. Vna secundum carnem, quæ modica est, & contemnenda. Vnde ipse dicit Phil. 3. Sed quæ mihi fuerũt lucra arbitratus &c. Alia est secundum Christum: quia magna gloria est sequi Dominum. Eccl. 23. Et hæc est quærenda. Gal. vlt. Mihi absit gloriari nisi in cruce &c. Et ideo Apostolus adæquat se eis quantum ad vtranque gloriam. Et primo, quantum ad primam. Secundo, quantum ad secundam, ibi; *Ministri Christi &c.* Et primo adæquat se eis in generali, dicens, Recipiatis me insipientem, si tamen insipientia est. Ex hypothesi enim loquor, quia siquis ausus est præsumere de se, & commendare se & ego possum bene audere & commendare me in eodem, in quo ipse commendat se: quia non subest eis maior causa suæ commẽdationis, quàm mihi. Et hoc; *Dico in insipientia*, idest dico, ꝓ insipienter agam, cum tamen ipse sapienter ageret, cum hoc non faceret pro sui iactantia, sed vt pseudo humiliaret, supra eodem, Existimo me non minus fecisse a magnis Apostolis &c. Secũdo, cum dicit; *Hebræi sunt &c.* Adæquat se eis in speciali, ostendens per singula se parem eis esse, in quibus pseudo gloriabantur. Commendatio autem istorum & gloria erat de tribus. Primo, de natione & lingua, quia dicebant se Hebræos. Secundo, de genere, quia dicebant se esse de genere Israel. Tertio, de promissione, quia dicebant se esse participes promissionis Abrahæ, cum essent de semine eius. Et quantum ad hæc tria adequat se eis. Primo, quantum ad nationem & linguam, dicens; *Hebraei sunt & ego*, scilicet lingua & natione, quasi dicat, ita sicut & illi. Et notandum est ꝙ secundum quod quidam dicunt. Hebræi dicuntur ab Abraham, quia ante eum de facili non inuenitur illud nomen. Potest tamen dici & forte melius, quòd dicuntur a quodam Heber, de quo habetur Gen. 11. Vixit Sale triginta annis & genuit Heber, Et sequitur, Vixit Heber triginta tribus annis & genuit Phalech. Et tempore eius fuerunt diuisæ linguæ, & lingua Hebræorum remansit in familia sua. Secundo adæquat se eis quantum ad genus, dicens; *Israelitae sunt & ego*, scilicet secundum ritus. Tertio, quantum ad tertium, dicens; *Semen Abrahae sunt & ego.* Et de istis tribus simul dicitur. Phil. 3. Siquis alius sibi confidere videtur, ego magis, circuncisus octauo die. Quantum ad tertium, ex genere Israel de tribu Beniamin, quantum ad secundum, Hebræus ex Hebræis, quantum ad primum. Rom. 11. Nam ego Israelita sum ex semine Abrahæ &c. Sic ergo patet, quòd non sum minor eis quantum ad gloriam: quæ est secundum carnem. Sed nec etiam quantum ad gloriam, quæ est secundum Christum, quia; *Ministri Christi sunt*, idest, dicunt se sic, vt decipiant vos, & ego sum minister Christi 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. supra 3. Qui & nos idoneos fecit &c. Consequenter cum dicit; *Vt minus sapiens &c.* Præfert se omnibus Apostolis & pseudo. Et primo quantum ad mala perpessa. Secundo, quantum ad beneficia recepta & hoc. 12. cap. ibi; *Si gloriari oportet &c.* Circa primum duo facit. Primo præfert se quantũ ad mala, quæ pertulit. Secundo, quantum ad modum quo mala vitauit, ibi; *Damasci praepositus.* Circa primum tria facit. Primo, proponit se aliis præferendum. Secundo, ostendit in quo sit præferendus, ibi; *Quia ĩ laboribus &c.* Tertio, cõfirmat quedam dictorum, ibi; *Si gloriari oportet &c.* Dicit ergo, Si videor insipiens vobis, quia commendo me, & adæquo me aliis, quanto magis videbor vobis minus sapiens, si præferam me eis? Et ideo dicit, Non solum sum minister Christi sicut & illi, sed vt minus sapiens, secundũ vestrũ iudiciũ, dico, quòd ego sum plus minister Christi, quàm illi, & quantum ad hoc dicit se præferendum esse. Rom. 11. Ministerium meum honorificabo, præponendo scilicet, illud ministerio aliorum. In quo autem sit præferendus, ostendit, dicens; *Quia in laboribus &c.* Quasi dicat, in hoc plus ego, quia sum magis ostensus minister Christi. In hoc primo, quantum ad mala illata. Secundo, quantum ad mala sponte assumpta, ibi; *In itineribus sæpe.* Mala autem illata primo ponit in generali dicens; *Plus ego*, sum scilicet ostensus minister in laboribus pluribus, quàm illi, & si aliquos labores pertulerint. 1. Cor. 15. Abundantius omnibus illis laboraui. Secundo, enumerat ista mala in speciali, & hoc primo quantum ad carceris squalores. Quia *In carceribus abundantius*, scilicet, quàm illi. Act. 16. Cum multas plagas illis intulissent, scilicet Paulo & sociis, miserunt in carcerem. Secundo, quantum ad flagellorum dolores, quia; *In plagis*, scilicet ostensus sum; *supra modum*, aliorum. i. modum humanæ virtutis, vel supra modum humanæ consuetudinis, supra. 11. In plagis, in carceribus &c. Sed contra. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari supra id &c. Non ergo supra modum humanæ virtutis. Respondeo, Dicendum est, quòd Deus non permittit nos tentari sine adiutorio gratiæ diuinæ. Et ideo dicebat Apostolus. 1. Cor. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et quantum ad mortis terrorem. Vnde dicit; *In mortibus frequenter*, idest in periculis & terroribus mortis. Vnde dicebat ipse. Rom. 8. Mortificamur tota die. 1. Cor. 15. Quotidie morior propter gloriam vestram. Sed consequenter cum dicit; *A Iudaeis quinquies &c.* Manifestat duo vltima pericula quæ perpessus est. Et primo, periculum plagarum. Secundo, periculum mortis. Plagarum autem periculum manifestat per ipsa perpessa a suis scilicet, Iudæis. Et ideo dicit; *A Iudaeis quinquies &c.* Notandum est autem sicut dicitur Deut. 25. Pro mensura delicti erit plagarum modus. Ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedat &c. Ex quo habetur, quòd homines pro minoribus peccatis debent flagellari. Ita tamen, quòd flagellatus non reciperet vltra quadraginta plagas. Iudæi autem, vt viderentur misericordes semper faciebant citra mandatum legis, dantes pauciores, quàm quadraginta secundum, quòd eis videbatur. Quia ergo odio habebant Paulum, quando flagellabant eum, dimittebant sibi de numero prædicto quantum poterant, scilicet vnam tantum minus, dantes sibi trigintanouem. Et hoc est, quòd quinq; vicibus accepit, idest recipit quadraginta plagas; *Minus vna* plaga, idest trigintanouem. Secundo, manifestat pericula perpessa ab extraneis, scilicet a gentibus, dicens; *Ter virgis cæsus sum.* Act. 16. Magistratus scissis eorum tunicis, iussit eos virgis cædi. Item, 22. Iussit eũ tribunus duci in castra & flagellis cędi & torqueri eum &c. Pericula vero mortis illata, & primo pericula mortis illata ab hominibus ostendit, dicens; *Semel lapidatus sum*, hoc fuit in ciuitate Licaonia, vbi obrutus lapidibus, fuit quasi mortuus. Act. 14. Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credentes eum mortuum. Secundo, pericula mortis illata a periculis naturæ, & hæc sunt specialiter maris, & aggrauat ea. Primo, ex numero; *Quia ter naufragium feci*, idest pertuli. Secundo, ex continuitate, quia; *Nocte & die in profundo maris fui*, quod est grauius, quia ad literam dicit, quòd cum pluries passus sit naufragium, tamen semel stetit sub aqua per diem & noctem, diuina eum virtute protegente. Vnde poterat dicere illud Iob

tibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

næ 2. Et proiicite me in profundum &c. Enumeratis autem malis illatis, enumerat consequenter etiam mala assumpta, cum dicit; *In itineribus.* Et primo, exteriora. Secundo, interiora, ibi; *Praeter illa quae extrinsecus &c.* Mala exteriora exprimit, & quantum ad mala, quæ contingunt in itineribus. Secundo, quantum ad ea, quæ euenjunt in domibus. Quantum ad primum, Primo, ponit multiplicitatem itinerum, dicens; *In itineribus sæpe*, scilicet ostensus sũ minister Christi, sustinendo multa dura & grauia patiẽter. Roma. 15. Ab Hierusalem vsque ĩ Illiricum &c. Et cũ hoc multas alias vias fecit & Romam & Hyspaniam vadens. Psal. 16. Propter verba labiorum tuorum &c. Secundo, enumerat periculum itinerum. Et primo, prę mittit minora. Secundo, subdit grauius periculum, quod in falsis fratribus. Præmittit autem tria, secundum quæ multa pericula passus est. Primo, pericula secundum causas. Et hoc vel ex causa naturali: & ideo dicit; *Periculis fluminum.* Naturaliter. n. flumina hyeme excrescũt & sunt rapida & valde periculosa &c. Vel ex malitia violenta, & quantum ad hoc dicit; *Periculis latronum* quos excitabat ei diabolus, vt vel vestes ei auferrent. Iob. 9. Simul venerunt latrones &c. Secũdo, enumerat pericula metum inferentia, & hoc vel ex suis. Vnde dicit; *Periculis ex genere* idest a Iudæis procuratis. Vel ab extraneis, & ideo dicit; *Periculis ex gentibus* propter vnius Dei prædicationem, qui eum capere volebant, & sic in suis & in aliis non habebat requiem. Hier. 15. Vt quid me genuisti mater mea, virum doloris?. &c. Tertio, enumerat pericula quantum ad loca, & hoc vel quãtum ad ciuitates. Vnde dicit; *Periculis in ciuitate*, idest in commotionibus ciuitatum contra me. Sicut fuit Ephesi & apud Corinthum, vt patet Act. 18. & 19. vel quantum ad solitudines: & quantum ad hoc dicit; *Periculis in solitudine.* Quæ erant; vel a bestiis malis, sicut quando vipera momordit manum suam. Act. vlt. quando congregauit sarmenta. Vel ex penuria ciborum. vel quantum ad maria, & ideo dicit; *Periculis in mari* non ex mari, sicut supra. Sed in mari, vt pericula quæ prouenjunt ex prædonibus, & pyratis. Eccl. 43. Qui nauigant mare &c. Sed grauius periculum subdit dicens; *Periculis in falsis fratribus*, idest in falsis Christianis & hæreticis & in pseudo. Hier. 9. Vnusquisque a fratre suo se custodiat.

LECTIO SEXTA.

HIC consequenter enumerat mala sponte assumpta, quæ sustinentur in domibus. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis, quæ sunt necessaria ad vitam domesticam. Primum bonum est, requies somni. Secundum est, sustentatio cibi. Tertiũ est, fomentum vestis. Requiei ergo somni opponit laborem & vigilias. Quantum ad laborem, dicit; *In labore*, scilicet manuum. Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erant &c. Et ideo dicit supra 6. In laboribus, quia ad literam, vt dictum est supra, manu sua victum quærebat. Et 2. Thess. 3. Nocte & die laborantes &c. Quantum ad laboris defectum, dicit; *Erumna* Quæ est defectus & languor consequens ex labore, vel ex morbo naturali. Psal. 31. Conuersus sum in erumna &c. Quantum vero ad vigilias, dicit; *In vigiliis multis.* Vel in vacando prædicationibus de nocte. Vel operi manuali. Act. 20. dicitur, quòd protraxit sermonem vsque ad mediam noctem. Sustentationi vero cibi, opponit duplicem subtractionem cibi, vnam quæ est ex necessitate. Vnde dicit; *In fame & siti*, Quia scilicet ad literam deficiebat sibi aliquando cibus & potus 1. Cor. 4. vsque in hanc horam &c. Aliam quæ est ex voluntate. vnde dicit; *In ieiuniis multis*, scilicet voluntarie assumptis, & propter exemplum bonum, & propter macerationem carnis 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Sed contra Matth. 6. Hæc omnia adiicientur vobis, scilicet temporalia. Quare ergo in fame & siti? Respondeo, Dicendum est, quòd quando expedit, adiiciuntur nobis, scilicet temporalia, & propter vtilitatem nostram, sed aliquando expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit duo, vnum ex parte naturæ. Vnde dicit; *In frigore* Aliud ex parte inopiæ. Vnde dicit; *Et nuditate*, scilicet ostensus sum, scilicet minister Christi 1. Cor. 4. Nudi & instabiles &c. supra 6. In necessitatibus &c. Consequenter cum dicit; *Praeter illa &c.* Enumerat mala assumpta interiora, quæ causatur ex solicitudine cordis pro pseudo. Bonus autem prælatus, dupliciter affligitur pro subditis. Et primo, solicitudine conseruationis subditorum. Secundo, pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionem passus est Apostolus. Primam cum dicit; *Praeter illa, quae extrinsecus &c.* Quasi dicat. Præter omnia, quæ exterius patior & passus sum, angit me grauius interior afflictio, scilicet solicitudo subditorum. Et ideo dicit; *Instantia.* Omnium ecclesiarum magna est & multũ grauat, quia multum solicitat. Luc. 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima &c. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Secundam afflictionem, passus est pro defectu subditorum: & hoc dupliciter, scilicet pro defectu spiritualium. Vnde dicit; *Quis infirmatur*, scilicet, in fide & bono; *Et ego non infirmor*? in corde dolens deo eo, sicut de me. 1. Corinthi. 9. Factus sum infirmis infirmus &c. Hierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam &c. Item, pro defectu corporaliũ. Vnde dicit; *Quis scandalizatur*, malo pænæ, idest quis patitur tribulationes; *Et ego non vror*? igne compassionis. Iste est ignis, quem Dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende, quòd congrue vtitur hoc verbo; *Vror*: quia compassio procedit ex amore Dei & proximi, qui est ignis consumens, dum mouet ad subleuandas miserias proximorum, & purgat ex affectu compassionis, & per quem nobis peccata relaxantur: charitas autem illius compassionis, operit multitudinem peccatorum. Vel aliter, Aliquando enim labitur homo in peccatum ex seipso, & tunc infirmatur. Aliquando autẽ, ex malo exemplo aliorum, & tunc scandalizatur. Luc. 17. & Matth. 18. Væ homini illi per quem scandalum venit &c. Deinde cum dicit; *Si gloriari oportet &c.* Confirmat quædam dictorum superius. Vel dic quòd supra loquitur quantum ad mala, quæ pertulit commendabiliter: hic autem quantum ad mala, quæ vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula, quæ surgunt propter fidem, videtur pertinere ad infirmitatem, ideo primo præmittit, quòd in illis, quæ infirmitatis sunt, vult gloriari. Secundo, proponit iuramentum ad confirmationem dicendorum, ibi; *Deus & pater &c.* Tertio, ostendit modum vitandi, ibi; *Damasci &c.* Proponit ergo primo de quibus gloriatur, si debet gloriari, dicens; *Si* pro quia; *Oportet gloriari: quae sunt infirmitatis meae gloriabor*, q.d. Alii gloriantur in genere, & in aliis mundanis rebus. Phil. 3. Gloria in confusione &c. Et ego etiam coactus, gloriatus sum in eis. Tamen si gloriari oportet, gloriabor in infirmitatibus meis: infra. 12. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Secundo subdit, quòd non mentitur inuocans testimonium diuinum per modum iuramenti, vt credatur sibi, dicens; *Deus & pater &c.* Vbi tria ponit. Vnum, per quod inducit ad amorem. Vnde dicit; *Deus.* Hier. 9. Quis non timebit te &c. Aliud, per quod excitauit ad amorem. Vnde dicit; *Pater.* Iac. 1. Omne datum optimum &c. Mal. 1. Si ego pater, vbi est amor meus. Vel secundum aliam literam, honor meus. Tertium, per quod mouet ad reuerentiam & laudem. Vnde dicit; *Qui est benedictus Deus in secula.* supra primo, Benedictus Deus & pater &c. Iste ergo tam reuerendus, tam diligendus, tam timendus; *Scit, quod non mentior*, scilicet in his, quæ dixi & dicturus sum, supra primo. Non enim est apud nos est, & nõ &c. Consequenter cum dicit; *Damasci praepositus &c.* Ostendit quanta mala vitauit, & hoc in quodam particulari periculo. Vbi sciendum est, quòd Apostolus primo cœpit prædicare Christum in Damasco, vbi dum pergeret Christianos capere, prostratus est & ad fidem conuersus. Et ideo Iudæi ad præpositum illius ciuitatis, qui erat ibi pro Aretha rege confugerunt, vt Paulum caperent & occiderent. Et ideo, ille faciebat custoditi nocte & die portas ciuitatis, vt dicitur Act. 9. Christiani autem, qui erant ibi volentes seruare Paulum, eum submiserunt in sporta per murum, & sic euasit. Hunc ergo modum euadendi, tangit Apostolus, dicens, Vere non mentior de hoc, quod dico etiam modo; *Nam Damasci &c.* idest; *Praepositus*, qui sub Aretha rege, genti Damascenorum præerat, custodiri faciebat, inductus a Iudæis; *Ciuitatem Damascenorum*, ad hoc solicet; *Vt me comprehenderet*, & comprehensum assignaret Iudæis, ne amplius prædicarem: sed ego; *Per fenestram submissus sum per murum, & sic effugi manus eius*, scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato Domini dicentis. Matt. 10. Si vos persecuti fuerint &c. Sic Michol Dauid deposuit per fenestrã, ne caperetur a Saule. 1. Reg. 1.

& ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior. Damasci, Præpositus gentis Arethæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorum, vt me cõprehẽderet, & p fenestrã in sporta dimissus sũ per murũ, & sic effugi manus eius.

1. Reg. 19. Sic Rahab exploratores dimisit cum fune per fenestram Iosuæ 2. Sed hic obiicitur contra Apostolum, primo, quia videtur quòd non fuerit sufficienter confisus in Domino, sed fugit. Respondeo. Dicendum est, quòd quandiu adest humanum auxilium, homo nõ debet cõfugere ad auxilium diuinum, quia hoc esset tentare Deũ, sed debet illo vti auxilio quãtũ potest. Apostolo autem, nõdum deerat humanum auxiliũ.

CAPIT. XII. LEC. I.



I gloriari oportet (non expedit quidẽ) veniã autẽ ad visiones: & reuelatiões Dñi. Scio hominẽ in Christo ante annos quatuor-

Secundo obiicitur, quia Ioan. 10. dicitur, Mercenarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit. Vnde videtur, quòd non fuerit bonus pastor. Respondeo. Dicendum est, quòd aliquando quæritur persona prælati tantum, aliquando cum prælato totus populus. Quando ergo queritur prælatus solus, tunc debet committere curam alteri & absentare se. Et sic fecit hic Paulus. Et ideo dicit Glo. quòd licet fugeret, G tamen fuit ei cura de ouibus, bono pastori in cœlo sedenti eas commendando, & vilitati eorum se, per fugam, præseruando. Quando vero quæritur totus grex, tunc debet preponere vtilitatem & salutem gregis, saluti corporis sui. Nota autem, quòd est quædam fuga humilitatis, quando quis fugit honores, sicut Christus fugit. Ioann. 6. Cum vidisset, quòd vellent eum eligere in regem, fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domi 1. Regum 10. Quædam vero fuga est cautelæ, quando scilicet, fugit pericula, vt præseruetur ad maiora. Sic Helias fugit propter Iezabel 3. Regum 16. Et sic Apostolus hic fugit manus præpositi.

LECTIO PRIMA.

POSITA sua commendatione quantum ad mala perpessa, hic consequenter Apostolus commendans se, ostendit præeminentiam suæ dignitatis, quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio, fuit de infirmitatibus, ista vero est de bonis eius. Vnde circa hoc duo facit. Primo, commendat se de bonis susceptis diuinitus. Secundo, excusat se de hac commendatione, ꝙ hoc fecerit quasi coactus, ibi; *Factus sum insipiens &c.* Circa primum duo facit. Primo, extollit magnitudinem eorũ, quæ sunt sibi collata a Deo. Secundo, manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum, contra periculum superbiæ, ibi; *Et ne magnitudo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit bonum sibi diuinitus collatũ. Secundo, ostendit quomodo se habuit in gloriãdo de huiusmodi bono, ibi; *Pro huiusmodi &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit ꝙ hoc sit sibi collatũ diuinitus in generali. Secundo vero, in speciali, ibi; *Scio hominem &c.* Bonum autem Apostolo collatum diuinitus, sunt reuelationes sibi diuinitus factæ, & de istis vult hic gloriari. Vnde dicit; *Si gloriari oportet*, I idest, quia gloriari oportet propter vos, tamen secundum se non expedit: quia qui gloriatur de bono recepto, incidit in periculum amittendi, quod habet Eccle. 43. Aperti sunt thesauri, s. vîrtutum per gloriationem inanem, & euanuerunt nebulæ sicut aues. Et hoc significatur in Ezechia. Esa. 39. quando ostendit thesauros domus Domini nuntiis regis Babylonis. Et licet simpliciter non expediat gloriari, tamen aliquando propter aliquã specialem causam potest homo gloriari, sicut expremissis manifestum est. Et ideo dicit, Quia gloriari oportet: ideo dimissis commendationibus de infirmitatibus; *Veniam* commendando me; *Ad visiones & reuelationes Domini*. Vbi notandum est, quòd differentia est inter visionem & reuelationem. Nam reuelatio includit visionem, & non econuerso. Nam aliquando videntur aliqua, quorum intellectus & significatio est occulta videnti, & tunc è visio solũ. Sicut fuit visio Pharaonis & Nabuchodonosor Daniel. 2. & Gen. 41. Sed quando cum visione habetur significatio intellectus eorum, quæ videntur, tunc est reuelatio. K Vnde quantum ad Pharaonem & Nabuchodonosor, visio de Spicis & de Statua, fuit solum visio: sed quãtum ad Ioseph & Danielẽ, qui significationem visorum habuerunt, fuit reuelatio & prophetia. Vtrunque tamen, s. visio & reuelatio quandoq; quidem fit a Deo. Danie. 2. Est Deus in cælo reuelans mysteria. Oseæ 12. Ego visiones multiplicaui eis. Psa. 118. Reuela oculos meos &c. Quandoq; vero a malo spiritu. Hie. 23. Prophetæ prophetabant in Baal. Apostolo aũt, facta est & visio & reuelatio, quia secreta quæ vidit plene intellexit a Dño, nõ a malo spiritu. Vnde dicit. Veniam autem ad visiones, & reuelationes Dñi. Est autem reuelatio, amotio velaminis. Potest autem esse duplex velamen. Vnũ, ex parte videntis, & hoc est infidelitas, vel peccatum, vel duritia cordis, & de hoc supra tertio. Vsque in hodiernum diem velamen &c. Aliud, ex parte rei visæ quando, scilicet res spirituales proponitur alicui sub figuris rerum sensibiliũ, & de hoc dicitur Numer. 4. Quod sacerdotes tradebant Leuitis vasa sanctuarii, velata, quia scilicet debiliores, non possunt spiritualia capere, secũdum ꝙ in seipsis sunt. Et ideo Dominus loquebatur turbis in parabolis. Matt. 13. Consequenter visiones & reuelationes huiusmodi, manifestat Apostolus in speciali, loquens de se tãquam de alio. Vnde dicit; *Scio hominem in Christo &c.* Et ponit duas visiones. Prima, incipit hic. Secunda vero, incipit, ibi; *Et scio huiusmodi hominem in Christo &c.*

Circa primam autẽ visionem, vtitur Apostolus quadam distinctione. Dicit enim, se circa huiusmodi reuelationem scire quædam, & quædam nescire. Dicit autem se scire certe, scilicet videntis cõditionem. Vnde; *Scio hominem in Christo.* Visionis tempus, quia; *Ante annos quatuordecim*, & visionis fastigium, quia; *Raptus vsque ad tertium cælum.* Dicit autem se nescire videntis dispositionem, quia; *Siue in corpore, siue extra corpus, nescio.* Videamus ergo ea, quæ sciuit, vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus. Et primo, videntis conditionem, quæ est laudabilis, quia in Christo, idest conformẽ Christo. Sed contra. In Christo nullus est, nisi qui habet charitatem, quia. 1. Ioan. 4. dicit. Qui manet in charitate, in Deo manet. Ergo sciuit se habere charitatem, quod est contra illud, Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit &c. Respondeo, quòd esse in Christo potest intelligi dupliciter. Vno modo, per fidem & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli Galat. 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis, scilicet per fidem & fidei sacramentum. Et hoc modo, sciuit se Apostolus in Christo esse. Alio modo, dicitur aliquis esse in Christo per charitatem, & hoc modo nullus scit se esse in Christo certitudinaliter, nisi per quædam experimenta & signa, inquantum sentit se dispositum & coniunctum in Christo: ita quòd nullo modo etiã propter mortem permitteret se separari ab eo. Et hoc de se experH tus erat Apostolus, cum dicebat. Rom. 8. Certus enim sum, quòd neq; mors, neq; vita &c. separabit nos a charitate. Vnde potuit habere hũiusmodi signa, quod esset in charitate Christi. Secundo, visionis tempus, quod fuit conueniens, quia; *Ante annos quatuordecim*, quia quatuordecim anni transacti erant ab eo tempore quo viderat visionem, vsque ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit, nondum Apostolus erat positus in carcerẽ. Et sic videtur, quòd fuit circa principium imperii Neronis, a quo post multum tẽpus occisus fuit. Vnde si cõputemus annos descendentes a principio imperii Neronis, vsq; ad quatuordecim annos, manifeste apparet, quòd Apostolus habuit has visiones in principio suæ cõuersionis. Ipse enim conuersus fuit ad Christum, anno quo Christus passus est. Christus autem passus est, circa finem Tyberii Cæsaris, quo mortuo successit ei Gaius imperator, qui vixit quatuor annis, post quem, Nero factus est imperator. Et sic inter Tyberium, & Neronem, fluxerunt quatuor anni. Et sic additis duobus annis de tempore Tyberii, quia nondum mortuus erat quando Paulus fuit conuersus, & octo de tempore Neronis, quod fluxerat vsq; ad tempus quando scripsit hanc epistolam, relinquitur quòd a tempore suæ conuersionis, vsq; ad tempus quo hanc epistolam scripsit, fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt, satis probabiliter, quòd Apostolus has visiones habuit in illo triduo, quo post prostrationem suam a Domino stetit, neq; videns, neq; manducans, neq; bibens. Actuum. 9. Commemorat autem tempus suæ cõuersionis Apostolus, ut ostendat, quòd si a tempore suæ conuersionis tãtum erat gratus Christo, ut talia sibi ostenderet; quanto magis post quatuordecim annos, cum profecerit, & in authoritate apud Deum, & in virtutibus & gratia? Tertio, videamus fastigium visionis, quod quidem est excellens, quia raptus vsq; ad tertium cælum. Sed sciendum, quòd aliud est furari, & aliud rapi. Furari quidem proprie est, cũ res alicui latenter aufertur. Vnde Gen. 41. dicebat Ioseph. Furtim sublatus sum. Sed rapi proprie dicitur, quod subito & per violentiam aufertur. Iob. 6. Sicut torrens raptim, idest subito, & rapide transit in conualibus. Inde est, quòd prædones, qui violenter expoliant, dicuntur raptores. Sed attẽde, quòd aliquis homo dicitur rapi ab hominibus, sicut Enoch. Sapien. 4. Raptus est ne malitia &c. Aliquãdo rapit anima a corpore. Luc. 12. Stulte hac nocte animam tuam &c. Aliquando aliquis dicitur rapi a se ipso, quando propter aliquid homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem, quod extasis. Sed & extra seipsum efficitur homo, & per appetitiuam virtutem & cognitiuam. Per appetitiuam enim virtutem, homo est solum in seipso, quando curat quæ sunt sua tantum. Efficitur vero extra seipsum, quando non curat, quæ sunt sua, sed quæ peruenium ad bona aliorum, & hoc facit charitas. 1. Corinthi 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Et de hac extasi dicit Diony. 4. cap. de diuinis nominibus. Est autem extasim faciens diuinus amor non

nõ sinens amatorẽ suiipsius esse, sed amatorũ. s. rerũ amatarũ. Secũdum cognitiuam vero, aliquis efficitur extra se, quando aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum, & de isto raptu loquitur hic Apostolus. Sed sciendum, quòd modus naturalis humanæ cognitionis est, vt cognoscat simul per vim mentalem, quæ est intellectus, & corporalem, quæ est sensus. Et inde est, quòd homo non habet in cognoscendo liberum iudicium intellectus, nisi quando sensus fuerint in suo vigore bene dispositi, absque aliquo ligationis impedimento, alias cum impediuntur, etiam iudicium intellectus impeditur, sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se secundum cognitiuam, quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis, quæ est, vt intellectus ab vsu sensuũ & sensibilium rerum abstractus ad aliqua videnda moueatur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per defectum virtutis, vndecunque talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis & aliis mente captis, & hæc quidem abstractio a sensibus, non est eleuatio hominis, sed potius depressio, quia virtus eorum debilitatur. Alio vero modo, per virtutem diuinam, & tunc proprie dicitur eleuatio: quia cum agens assimilet sibi patiens, abstractio quæ fit virtute diuina, & est supra hominem, est aliquid altius, quàm sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus, diffinitur sic. Raptus est ab eo, quod est secundum naturam in id, quod est supra naturam, in vi superioris naturæ eleuatio. In qua quidem definitione tangitur eius genus, dum dicitur, eleuatio. Causa efficiens, quia vi superioris naturæ. Et duo termini motus, scilicet a quo, & in quem, cum dicitur ab eo, quòd est secundum naturam in id, quod est supra natuarm. Sic, ergo patet de raptu. Sequitur de termino raptus, scilicet ad quem, cum dicitur; *Vsque in tertium* C *cælum*. Notandum est autem, quòd tertium cœlum tripliciter accipitur. Vno modo secundum ea, quæ sunt infra animam. Alio modo, secundum ea quæ sunt in anima. Tertio modo, secundum ea, quæ sunt supra animam. Infra animam sunt omnia corpora, vt dicit August. in lib. de vera religione. Et sic possumus accipere triplex cœlum corporeum, scilicet aereum, sydereum & empyreum. Et hoc modo dicitur, quòd Apostolus erat raptus vsque ad tertium cœlum, idest vsque ad videndum ea, quæ sunt in cęlo empyreo, non vt existeret ibi, quia sic, sciret si fuisset siue in corpore, siue extra corpus. Vel secundum Damascenum, qui non ponit cœlum Empyreum, possumus dicere, quòd tertium cœlum ad quod raptus est Apostolus, est supra octauam spheram: vt scilicet euidenter videret ea, quæ sunt supra totam naturam corporalem. Si autem accipiamus cœlum secundum ea, quæ sunt in ipsa anima, sic cœlum debemus dicere aliquam altitudinem cognitionis, quæ excedit naturalem D cognitionem humanam. Est autem triplex visio, scilicet corporalis per quam videmus & cognoscimus corpora spiritualia: siue imaginaria, qua videmus similitudines corporum: & intellectualis, qua cognoscimus naturas rerum in seipsis. Nam proprie obiectum intellectus est, quod quid est. Huiusmodi autem visiones si fiant secundum naturalem modum, puta, si video aliquid sensibile, si imaginor aliquid prius visum, si intelligo per phantasmata nõ possunt dici cœlum. Sed tunc quælibet istorum dicitur cœlum, quando est supra naturalem facultatem humanæ cognitionis. puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem naturæ, sic es raptus ad primum cœlum. Sicut Balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete, vt dicitur Daniel 5. Si vero eleueris per imaginationem, vel per spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendũ, sic es raptus ad secundum cœlum. Sic raptus fuit Petrus quando vidit lintheum immissum de cœlo, vt dicitur Act. 10. Sed si aliquis videret ipsa E intelligibilia & naturas ipsorũ non per sensibilia, nec per phantasmata, sic esset raptus vsque ad tertium cœlum. Sed sciendum est, quòd rapi ad primum cœlum est alienari a sensibus corporalibus. Vnde cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis, manifestum est quòd nullus potest dici simpliciter raptus in primum cœlum, sed secundum quid, inquantum contingit aliquando aliquem sic esse intentum ad vnum sensum, ꝙ abstrahitur ab actu aliorum. Rapi ad secundum cœlũ est, quando aliquis alienatur a sensu ad videndum quædam imaginabilia, vnde tales semper consueuerunt fieri in extasi. Et ideo Act. 10. quando Petrus vidit lintheum, dicitur quòd factus fuit in extasi. Paulus vero dicitur raptus ad tertium cœlum, quia sic fuit alienatus a sensibus, & sublimatus ab omnibus corporalibus, vt videret intelligibilia nuda & pura eo modo, quo vident angeli & anima separata: & quod plus est, etiã ipsum Deum per essentiam, vt Augu. expresse dicit 12. super Gen. ad literam, & in Glo. & ad Paulinam in lib. de videndo Deum. Nec etiam

A est ꝓbabile, vt Moyses minister veteris testaméti ad Iudæos viderit Deum, & minister noui testamenti ad Gentes & doctor Gentium, hoc dono fuerit priuatus. Vnde dicit ipse supra 3. Si ministratio damnationis fuit in gloria &c. De Moyse autem quòd viderit Deum per essentiam, patet. Nam ipse a Domino petiuit. Exod. 33. Ostẽde mihi faciem tuam. Et licet tunc negatum fuerit sibi, non tamen dicitur,

ptũ huiusmodi vsque ad tertium cœlum.

quòd Dominus finaliter negauerit ei. Vnde dicit Augu. quòd concessum fuit ei, per hoc quod dicitur Numeri 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini &c. At verò non tãlis seruus meus Moyses &c. palam enim & non per enigmata vidit Deũ. Sed numquid fieri potuisset Paulo ut non raptus videret Deũ? Dicendum, quòd non. Nam impossibile est, quòd Deus videãtur in vita ista ab homine nõ alienato a sensibus, quia nulla imago nullum phantasma est sufficiens medium ad Dei essentiam ostendendam, ideo oportet, quòd abstrahatur, & alienetur a sensibus. Tertio modo, accipiendo cœlum secundum ea, quæ sunt supra animã, & sic triplex cœlum est triplex hierarchia angelorum. & secundum hoc Apostolus; *Raptus fuit usque ad tertium cælum*, idest ad hoc, vt videret essentiam Dei, ita clare sicut videnteum angeli superioris & primæ hierarchiæ, qui sic videnr Deum, quòd immediate in ipso Deo recipiunt illuminationes, & cognoscunt diuina mysteria. Et sic vidit Paulus. Si ergo, sic vidit Dei essentiam, sicut angeli superioris hierarchiæ, ergo bene videtur, quòd Apostolus fuerit beatus & per consequens fuerit immortalis. Respondeo, quòd licet viderit Deum per essentiam, non tamen fuit beatus simpliciter, sed solum secundum quid. Sciendum est autem, ꝙ visio Dei per essentiam fit per lumen aliquod, scilicet per lumen gloriæ de quo dicitur in Ps. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed aliquod lumen communicatur alicui per modum passionis, alicui vero per modum formæ inhærentis, sicut lumen solis inuenitur in carbunculo & in stellis, vt forma inhærens, idest connaturalis effecta, sed in aere inuenitur vt forma transiens, & non permanens, quia transit ab eunte sole. Similiter & lumen gloriæ dupliciter menti infunditur. Vno modo per modum formæ connaturalis factæ & permanentis, & sic facit mentem simpliciter beatam. Et hoc modo, infunditur beatis in patria, & ideo dicuntur comprehensores, & vt ita dicam, visores. Alio modo contingit lumen gloriæ in mentem humanam, sicut quædam passio transiens, & sic mens Pauli fuit in raptu, lumine gloriæ illustrata, vnde etiam ipsum nomen, raptus ostendit, transeundo hoc esse factum: & ideo nõ fuit simpliciter glorificatus, nec habuit dotem gloriæ, cum illa claritas non fuerit effecta proprietas. Et propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus, nec in hoc statu perpetuo permansit. Vnde, solum actum beati habuit in ipso raptu, sed non fuit beatus. Sic per hoc patet quid Apostolus sciuit in suo raptu, scilicet videntis conditionem, visionis tempus, & visionis fastigium. Sequitur quid nesciuit, scilicet, vtrum esset in corpore, vel extra corpus, quòd tamen dicit Deum scire. Vnde dicit; *Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit*: quod quidam intelligere voluerunt, vt raptus, referatur ad corpus dicentes Apostolum dixisse se nescire, non quidem an anima esset coniuncta corpori, in illo raptu an non, sed esset raptus secundum animam & corpus simul, vt simul corporaliter portaretur in cœlum, sicut Abachuc portatus fuit. Dan. vltimo. An secundum animam tantum esset in visionibus Dei, vt dicitur Ezec. 8. In visione adduxit me in terram Israel. Et iste fuit intellectus cuiusdam Iudæi, quem exprimit Hieronymus in prologo super Danielem, vbi dicit. Denique & Apostolum nostrum, dicit non fuisse ausum affirmare se raptũ in corpore, sed dixisse siue in corpore &c. Sed hũc intellectũ Aug. maxime improbat secundo super Gene. ad literã, quia nõ cõueniunt cum aliis verbis Apostoli. Apostolus. n. dicit se raptum vsq; in tertiũ cœlum. Vnde sciuit pro certo illud fuisse verum cœlum. Sciuit ergo an illud cœlum esset corporeum an incorporeum, idest res incorporea. Sed si fuit incorporeum sciuit quòd corporaliter ibi rapi non potuit, quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat, sciuit ꝙ non fuit ibi anima sine corpore: quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco vbi nõ est corpus, nisi cœlum incorporeũ dicatur similitudo cœli corporei. Sed si sic, Apostolus non dixisset se scire, quòd esset; *Raptus in tertium cœlum*, idest in similitudinem cœli, quia pari ratione dicere potuisset, quòd fuisset raptus in corpore, idest in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum August. quòd diuinam essentiam nullus in hac vita positus, & in hac mortali vita viuens, videre pot. Vnde dicit Dominus Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet, idest non videbit me homo, nisi totaliter separetur a corpore, ita scilicet, ꝙ anima eius non insit corpori, vt forma, vel si inest ut forma,

ma, tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et ideo dicendum est, quòd hoc, quòd apostolus dicit se nescire, vtrum scilicet, in illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore. Vnde dicit; *Siue extra corpus* vel vtrum anima eius extiterit in corpore, vt forma, tamen mēs eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Vnde dicit; *Siue in corpore*. Et hoc etiam alii concedūt.

LECTIO II.

POsito primo raptu, ponit consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo, ponitur raptus. Secundo, raptus excellentia, ibi; *Audiuit arcana &c.* Sed notandum; quòd Glo. dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur, bis legitur aliquid de Apostolo, ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legitur de eo, quòd stetit tribus diebus non videns, & nihil manducans neque bibens, & ad hoc potest referri primus raptus, vt scilicet tunc fuerit raptus vsque ad tertium cœlum. Sed Act. 22. legitur, quòd factus est in templo in stupore mentis, & ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile: quia quando in stupore mentis factus fuit, missus iam fuerat in carcerem Apostolus, sed hanc epistolam scripsit Apostolus diu ante, vnde prius scripta fuit hæc epistola, quàm Apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est, quòd differt iste raptus a primo quantum ad id, quòd raptus est. Nam in primo, raptus est in tertium cęlum. In secundo vero, in paradisum Dei. Si vero aliquis tertiū cœlum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem cęlorum superius positam, vel si fuerit visio imaginaria, posset similiter dicere paradisum corporalem, vt diceretur, quòd fuerit raptus in paradisum terrestrem: sed hoc est contra intentionem Augustini, secundum quem dicimus, quòd fuit raptus in tertium cęlum, idest visionem intelligibilium, secundum quod in seipsis & in propriis naturis videntur vt supra dictum est. Vnde secundum hoc, oportet non aliud intelligere per cœlum, & aliud per paradisum, sed vnum & idem per vtrunque, scilicet gloriam sanctorum, sed secundum aliud & aliud. Cœlum enim dicit altitudinem quandam cum claritate, paradisus vero quandam iucundam suauitatem. In sanctis autem beatis & Angelis Deum videntibus, sunt excellenter hæc duo, quia est in eis excellentissima claritas, qua Deum videnr: & summa suauitas, qua Deo fruuntur. Et ideo dicuntur esse in cœlo quantum ad claritatem, & in paradiso quantum ad suauitatem. Esa. 66. Videbitis & gaudebitis &c. Fuit ergo vtrunq; collatum Apostolo, vt scilicet sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis, & hoc significat, cum dicit. Ad tertium cœlum, & vt sentiret suauitatem diuinæ dulcedinis, vnde dicit in paradisum. Psal. 30. Magna multitudo dulcedinis tuæ &c. Apoc. 2. Vincēti dabo manna absconditum &c. Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione, de qua Matt. 25. dr, Intra in gaudium Dñi tui. Sic ergo patet terminus, raptus: quia; *In paradisum*, i. in eam dulcedinem, qua indeficienter reficiūtur illi, qui sunt in cœlesti Hierusalem. Sequitur consequenter, ipsius raptus excellentia, quia; *Audiuit arcana, quæ non licet homini loqui*. Et hoc potest dupliciter exponi. Vno modo, vt ly homini, construatur, cum licet, & loqui, & sensus est; *Audiuit arcana verba*, idest percepit intima cognitione de secreta Dei essentia quasi per verba, quæ scilicet verba non est licitum, vt homini dicantur. Alio modo, vt ly; *Homini*, construatur solum, cum; non licet, & tunc est sensus; *Audiuit verba &c.* quæ verba; *Non licet homini loqui*; homini scilicet imperfecto. Sciendum autem, quòd secundum Augustinum Paulus est raptus ad videndum diuinam essentiam, quæ quidē non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Vnde manifestū est, quòd illud quod Paulus vidit de essentia diuina, nulla lingua humana potest dici: alias Deus non esset incomprehensibilis. Et ideo secundum primam expositionem dicendum est, audiuit, idest consideraut arcana verba, idest magnificentiam diuinitatis, quam nullus homo potest loqui: dicit autem, audiuit pro vidit, quia illa consideratio, fuit secundum interiorem actum animæ, in quo idem est auditus & visus, secundum quod dicitur Nume. 12. Ore ad os loquitur ei & palam &c. dr autem illa cōsideratio visio; inquātum Deus videtur in hoc, & locutio, inquantum homo in ipsa instruitur de diuinis. Et quia huiusmodi spiritualia non sunt pandenda simplicibus & imperfectis, sed perfectis, secundum quod dicitur 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: ideo secundo modo, exponit, cp secreta, quæ ibi audiuit, non licet mihi loqui homini, idest imperfectis, sed

F spiritualibus inter quos loquimur sapientiam. Prouer. 25. Gloria Dei est celare verbum, idest hoc ipsum, quod necesse est celare magnalia Dei, pertinet ad Gloriam Dei. Psalmus secundum translationem Hierony. Tibi silet laus Deus, idest, quòd in cōprehensibilis est verbis nostris. Deinde cum dicit; *Pro huiusmodi gloriabor &c.* Ostendit, quomodo se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit se non gloriari de huiusmodi reuelationibus. Secundo, insinuat se habere aliquid prēter illud vnde gloriari possit, ibi

non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me aūt nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nā & si voluero gloriari nō ero insipiēs. veritatē. n. dicam. Parco aūt ne qs me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

G *Nam & si uoluero &c.* Tertio, assignat causam, quare non gloriatur de omnibus, ibi, *Parco autem ne quis &c.* Circa primum sciendum est, quòd hoc quod dicit, Pro huiusmodi autem gloriabor &c. potest dupliciter legi. Vno modo, vt Apostolus ostendat se esse ipsum pro quo gloriatur, vt scilicet ipse sit, qui vidit has visiones. Alio modo, vt ostendat, quòd alius sit, qui vidit has visiones. Sciendum est enim, quòd in homine duo possunt considerari, scilicet donum Dei, & humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono Dei, vt a Deo accepto illa est bona gloria: quia sic in Domino gloriatur, vt dictum est supra 10. Sed si gloriatur de illo dono sicut a se habito, tunc mala est gloriatio huiusmodi 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dicit ergo Apostolus, secundum hoc; *Pro huiusmodi*, scilicet visionibus & donis Dei mihi collatis; *Gloriabor* Pro me autem non, idest nō gloriabor inde quasi a me acceperim, quia a Deo habui.

H Sed si pro me oportet gloriari, nihil gloriabor; *Nisi in infirmitatibus meis*, idest non habeo vnde possim gloriari, nisi de infirma conditione mea. Si autem exponatur, vt ostendat alium esse, qui vidit, & si ipse sit, tunc est sensus, vt quasi loquatur de quodam alio, dicens; *Pro huiusmodi gloriabor*, idest pro illo homine, qui hoc vidit, & qui hæc dona recepit, gloriabor; *Sed pro me*, quasi velim manifestare me esse talem; *Nihil* gloriabor; *Nisi in infirmitatibus meis*, idest de tribulationibus, quas patior. Sed quia isti possent sibi dicere, O Apostole non est mirum si nō gloriaris, quia non habes vnde glorieris: ideo Apostolus ostendit, quòd etiā prēter illas visiones habet aliquid, vnde possit gloriari, dicens, Licet pro huiusmodi homine glorier, & non pro me, tamen etiam bene pro me possum gloriari, nam si voluero gloriari &c. vel pro huiusmodi tribulationibus, vel pro alis mihi a Deo collatis, vel etiam pro infirmitatibus, non ero insipiens, idest non insipienter agam. Et quare? veritatem enim dicam de aliis, de quibus prēter dictas visiones gloriari possum. Dicit autem; *Non ero insipiens*. quia gloriabatur de his, quæ habebat. Quando enim gloriatur quis de his, quæ non habet, stulte gloriatur. Apoc. 3. Dicis quia diues sum, & nullius egeo & nescis &c. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti, vt ex prædictis est manifestum. Consequenter autem cum dicit; *Parco autem &c.* Ostendit rationem, quare non gloriatur de omnibus si potest gloriari: quæ quidem ratio est, vt eis parcat. Vnde dicit; *Parco autem &c.* Quasi dicat. Possem de pluribus aliis gloriari, sed parco, idest parce glorior, vel parco vobis commendando me, nolens esse onerosus vobis. Nam talia mihi Deus concessit, quæ si sciretis, reputaretis me multo maiorem, & hæc sunt dona gratuita multa, quæ habebat Apostolus. Ex quibus homines huius mundi consueuerunt plus cōmendare homines & maiores eos reputare quàm ex gratum facientibus. Et ideo dicit, Nolo ex gratuitis commendari. Et ideo; *Parco*, idest non glorior. Et quare? *Nequis existimet me* commendare, vel gloriari; *Supra id quod uidet &c.* Vel aliter. homo dupliciter cognoscitur, per conuersationem, & doctrinam suam. Apostolus autem nolebat aliqua de se dicere, licet posset, quæ excedebant, & vitam, & doctrinam suam. Et ideo parco autem ne quis existimet me esse supra id, quod videt de conuersatione mea exteriori; *Aut audit aliquid ex me*, idest ex doctrina prædicationis & exhortationis & instructionis meæ: quia forte crederent eum esse, vel immortalem, vel angelum. Prouerb. 11. Vir prudens tacebit. Prouerb. 29. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt &c. Vel dicit; *Parco autem &c.* Pro detractoribus scilicet Pseudo, qui dicebant eum gloriari ex elatione, & non ex causa, neque de his, quæ in ipso erant. Et ideo dicit, parco autem, idest parce glorior, ne quis Pseudo existimet me excedere elationis spiritu, supra id, idest in aliquid quod videt in me, vel audit ex me, idest supra posse meritorium. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meum &c. Eccle. 3. Quanto magnus es &c.

LEC-

LECTIO TERTIA.

HIC agit de remedio adhibito contra superbiam. Et circa hoc tria facit. Primo enim, ponit remedium adhibitum. Secundo, manifestat suam orationem de remedio remouendo, ibi; *Propter quod ter Dominum &c.* Tertio, insinuat Domini responsionem assignātis rationē de adhibito remedio, ibi; *Et dixit mihi Dominus &c.* Circa primum sciēdum est, quòd plerunque sapiens medicus procurat, & permittit superuenire infirmo minorem morbum, vt maiorem curet, vel vitet, sicut vt curet spasmum, procurat febrem: hoc euidenter in se beatus Apostolus a medico animarum Domino nostro Iesu Christo factum ostendit. Christus enim, velut medicus animarum summus, ad curandum graues animæ morbos permittit plurimos electos suos, & magnos, in morbis corporum grauiter affligi, & quod plus est, ad curandum maiora crimina, permittit incidere in minora, etiam mortalia. Inter omnia vero peccata, grauius peccatū est superbia. Nam sicut charitas est radix & initium virtutum, sic superbia est radix & initium omnium vitiorum. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. quod sic patet: Charitas enim ideo dicitur radix omnium virtutum, quia coniungit Deo, qui est vltimus finis. Vnde, sicut finis est principium omnium operabilium, ita charitas est principium oīum virtutū. Superbia autem auertit a Deo. Superbia enim est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. Si enim aliquis appetit aliquam excellētiam sub Deo, si moderate quidem appetit, & propter bonum, sustineri potest. Si vero non debito ordine, potest quidem alia vitia incurrere, scilicet ambitionis, auaritiæ, seu inanis gloriæ, & huiusmodi: tamen non est proprie superbia, nisi quando quis appetit excellentiam non ordinando illam ad Deum. Et ideo superbia proprie dicta, separat a Deo, & est radix omnium vitiorum: & pessimum omnium, propter quod Deus resistit superbis: vt dicitur. Iac. 4. Quia ergo in bonis est maxime materia huius vitii, scilicet superbiæ, quia eius materia est bonum, permittit aliquando electos suos impediri ex aliqua sui parte, vt per infirmitatem, vel per aliquēm defectū, & aliquādo etiā per peccatū mortale ab huiusmodi bono, vt sic ex hac parte humilienē, cp ex illa non superbiant, & homo sic humiliatus recognoscat se suis viribus stare non posse. Vnde dicitur Roma. 8. Diligentibus Deū oīa &c. nō quidē ex eorū peccato, sed ex ordinatione Dei. Quia igitur Apostolus magnā habebat superbiendi materiā, & quantum ad specialē electionē, qua a Domino electus est. Act. 9. Vas electionis est &c. Et quantū ad secretorum Dei cognitionem, quia hic dicit se raptū in tertiū cœlū, & in paradisum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, & quantū ad malorū perpessionē, quia supra. 11. In carceribus plurimis, in infirmitatibus, ter virgis cæsus sum &c. Et quantum ad virginalem integritatem: quia volo omnes esse sicut & ego. 1. Cor. 7. Et quantum ad bonorum operationem, quia supra, plus omnibus laboraui. Et specialiter quantum ad maximam scientiam qua emicuit, quæ specialiter inflat: ideo Dominus adhibuit ei remedium, ne in superbia extolleretur. Et hoc est, quod dicit; *Et ne magnitudo* reuelationis mihi factæ; *Extollat me* in superbiam. Ecclesi. 6. Non te extollas in cogitatione aīæ tuæ velut taurus &c. Psal. 87. Exaltatus autē humiliatus &c. Et dicit, vt ostendat sibi factas fore reuelationes prædictas; *Datus est mihi*, idest ad meam vtilitatē & humiliationem. Iob. 30. Eleuasti me, & quasi super ventum pones &c. Datus est, inquam, mihi; *Stimulus*, crucians corpus meum per infirmitatem corporis, vt anima sanetur, quia ad literam dicitur, quòd fuit vehementer afflictus dolore yliaco. Vel; *Stimulus carnis meæ*, idest concupiscentiæ surgentis ex carne mea, a qua multum infestabatur. Rom. 7. Non enim, quod volo &c. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei &c. Vnde. August. dicit, quòd inerant ei motus concupiscentiæ: quos tamen diuina gratia refrenabat. Iste, inquam, stimulus est; *Angelus sathanæ*, idest angelus malignus. Est autem angelus a Deo missus seu permissus, sed sathanæ: quia sathanæ intentio est, vt subuertat: Dei vero, vt humiliet & probatum reddat. Timeat peccator si Apostolus & vas electionis securus non erat. De remotione autem huius stimuli remouendi, solicitus erat Apostolus. unde propter hoc orabat. Et hoc est, quod subdit; *Propter quod, ter &c.* Vbi sciendum est, cp infirmus nesciens processum medici apponētis mordax emplastrū, rogat medicū, vt remoueat, quod tamen sciens medicus causam quare faciat, scilicet propter sanitatem, non exaudit eum, quantum ad voluntatem petentis, magis curans de eius vtilitate. Sic Apostolus sentiens stimulum sibi grauem esse, ad singularis medici confugit auxilium, vt eum remoueat. Ter enim expresse & deuote rogauit, vt Deus tolleret ab eo, scilicet stimulum. 2. Para. 20. Cū ignoremus quid agere debeam? &c. Forte pluries hoc petiit, sed expresse & instanter ter eum petiit, vel ter, idest multoties. Ternarius enim est numerus perfectus. Et vere ipse rogandus est, quia ipse vulnerat;

A

B

C

D

E

mea. Nam virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus in angustijs pro Christo. Cū enim infirmor, tunc potens sum.

LECTIO III.

ET ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dominum rogaui, vt discederet a me & dixit mihi, Sufficit tibi gratia

& medet. Iob. 5. & Luc. 22. Orate ne intretis in tentationē &c. Sequitur responsio Domini; *Et dixit mihi Dominus &c.* Vbi duo facit. Primo, ponit Domini responsionem. Secundo, responsionis rationem assignat, ibi; *Nam virtus &c.* Dicit ergo, Ego rogaui, sed Dominus dixit mihi; *Sufficit tibi &c.* Quasi dicat. Non est tibi necessarium, quòd infirmitas corporis recedat a te, quia non est periculosa: quia non duceris ad impatientiam, cum gratia mea confortet te: nec infirmitas concupiscentiæ, quia non protrahet te ad peccatum, quia gratia mea proteget te. Rom. 3. Iustificati gratis &c. Et vere sufficit gratia Dei ad mala vitanda, ad bona facienda, & ad vitam consequendā æternam. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum &c. Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed contra. Ioā. 15. Quicquid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis &c. Aut ergo Paulus discrete petiuit, & tunc debuit exaudiri: aut indiscrete, & tunc peccauit. Respondeo Dicendum est, cp de vna & eadē re potest homo dupliciter loqui. Vno modo, secūdū se & natura illius rei. Alio modo, secundū ordinē ad aliud. Et sic contingit, cp illud quod est malum secundum se, est vitandum: secundum ordinem ad aliud est appetendum: sicut potio inquantum secundum se est amara, est vitanda: tamen qui cōsiderat eam secundum ordinem ad sanitatem, appetit eam. Ergo & stimulus carnis secundū se est vitandus vt affligens: inquantum vero est via ad virtutem & exercitium virtutis, est appetendus. Apost. autē quia nondum reuelatum ei erat illud secretum diuinæ prouidentiæ, vt ad vtilitatem suam cederet: considerabat sibi malum quantum in se est, & ideo petierat suam amotionem, nec in eo peccauit: sed Deus, qui ordinauerat hoc ad bonum humilitatis suæ, non exaudiuit eum quantum ad eius volūtatē: quod tamen sciens postmodum Apost. gloriabatur cum diceret, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Et licet non exaudierit eum quantum ad voluntatem, exaudiuit tamē eum, & exaudit sanctos suos quantum ad eius vtilitatem. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, Bonus Dominus, qui sæpe non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Rationem autem suæ responsionis, subdit consequenter, cum dicit; *Nam virtus &c.* Mirus modus loquendi; *Virtus in infirmitate perficitur.* Ignis in aqua crescit. Intelligi vero potest hoc, quod dicitur, Virtus perficitur in infirmitate dupliciter, scilicet, materialiter, & occasionaliter. Si accipiatur materialiter, tunc est sensus, Virtus in infirmitate perficitur, idest infirmitas est materia exercendæ virtutis. Et primo humilitatis, vt supra dictum est. Secundo, patientiæ. Iac. 1. Tribulatio patientiam operatur. Tertio temperantiæ: quia ex infirmitate debilitatur fomes, & temperatus efficitur quis. Si vero accipiatur occasionaliter, tunc virtus in infirmitate perficitur, idest occasio peruenienti ad perfectam virtutem: quia homo sciens se infirmum, magis solicitatur ad resistendum, & ex hoc, quòd magis resistit & pugnat, efficitur exercitatior, & per consequens fortior. Et ideo Leu. legitur & Iudic. 3. Quòd Dominus noluit destruere omnes habitatores terræ: sed aliquos reseruauit, ut scilicet, filii Israel exercitarentur pugnando cum eis. Sic etiam Scipio nolebat destructionem ciuitatis Carthaginensis, ut scilicet, dum Romani haberent hostes exterius, non sentirent hostes interiores, contra quos durius bellum est, quàm contra exteriores, ut ipse dicebat. Consequenter, ponit Apostolus effectum huius responsionis Dominicæ, dicens; *Libenter gloriabor &c.* Ponit autem duplicem effectum. Vnus est gloriationis. Vnde dicit, Quia uirtus mea perficitur in infirmitatibus, igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis, idest mihi ad utilitatem meam datis. Et hoc, quia magis coniungitur Christo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce &c. Galat. ultimo Ecclesi. 10. Qui in paupertate gloriatur &c. Et ratio, quòd libenter gloriabor; *Vt habitet in me uirtus Christi*, ut scilicet, per infirmitates inhabitet & consumetur in me gratia Chri

sti Esai. 40. Qui dat lapso virtutem &c. Alius effectus est gaudii. Vnde dicit, Propter quod compláceo &c. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit huiusmodi effectum. Secundo huius effectus rationem assignat, ibi; *Cum enim infirmor &c.* Ponit autem effectum gaudii & materiam gaudii. Dicit ergo, proprer quod, quia virtus Christi habitat in me in infirmitatibus & in tribulationibus omnibus, & ideo complaceo mihi, idest multum delector & gaudeo dictis infirmitatibus meis. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres &c.

LECTIO IIII.

Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim a uobis debui cõmendari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamẽ Apostolatus mei facta sunt sup vos, in omni patiẽtia, in signis & prodigijs & virtutibus. Quid est enim, quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quòd ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.

Defectus autem, in quibus propter gratiam Christi abundanter delectatur, enumerat. Et primo illos: qui sunt a causa interiori & huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit; *In infirmitatibus.* Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, scilicet, ad gratiam. Secundo illos, qui sunt a causa exteriori. Et hos quidem quantum ad verbum, cũ dicit; *In contumeliis* scilicet, mihi illatis. Act. 5. Ibant Apostoli gaudẽtes &c. Et quantum ad factum, & hoc, vel quantum ad defectum bonorum, cum dicit; *In necessitatibus*, idest in penuriis necessariorum, & in paupertate qua præmebatur. Et hoc modo accipitur necessitas, cum dicitur. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vel quantum ad experimentum malorum illatorum: & hoc quantum ad exteriora. Matt. 5. Beati qui persecutionem &c. cum dicit; *In persecutionibus* scilicet corporis, quas de loco ad locum, & vbiq; experimur. Et quantum ad interiora, dicens; *In angustiis*, idest in anxietatibus animi. Dan. 13. Angustiæ sunt mihi vndiq; &c. Sed materia omnium horum, quæ faciunt ad gaudium est, quia pro Christo, quasi dicat, Ideo complaceo, quia propter Christum, patior. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, vel fur. Et huius gaudii rationem assignat, dicens; *Cum enim infirmor &c.* Quasi dicat. Merito compláceo mihi in illis: quia quando infirmor &c. Idest, quãdo ex his, quæ in me sunt, vel ex persecutione aliorum incido in aliquod prædictorum, adhibetur mihi auxilium diuinum, per quod confirmor. Psal. 93. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Ioel. 3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. supra. 4. Licet is qui foris est, noster homo cortumpatur &c. Exodi. 1. legitur: quòd quanto plus premebantur filii Israel: tanto plus multiplicabantur.

LECTIO QVARTA.

Posita commendatione sua, consequenter Apostolus excusat se de his, quæ dixit: ostendens se coactum hoc dixisse, quæ ad gloriam suam pertinent. Et circa hoc duo facit. Primo, imponit Corinthiis causam eiusmodi gloriationis. Secũdo, exponit & manifestat hanc causam, ibi; *Ego enim debui &c.* Dicit ergo, Confiteor quòd in his omnibus commendationibus meis; *Factus sum insipiens*, idest videtur vobis, quòd opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me, nec sponte, immo coactus feci, & uestra culpa fuit, quia; *Vos me coegistis*, idest, dedistis mihi occasionem. Frequenter enim, subditi cogunt prælatos aliqua facere, quæ insipienter facta esse iudicari possunt: sed tamen pro loco & tempore sapienter facta sunt. Hoc autem, quod dixerat in communi, scilicet quòd ipsi fuerunt causa suæ commendationis, exponit consequenter, cum dicit; *Ego enim debui &c.* Vbi dicit, quòd ipsi fuerunt causa suæ commendationis. Primo omittendo bona, quæ facere debuissent. in quo exaggerat eorum ingratitudinem. Secundo committendo mala, in quo detestatur eorum malitiam, ibi; *Timeo enim ne forte &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorat quid facere debuissent, ostendens causam, ibi; *Nihil enim minus &c.* Tertio, remouet ipsorum excusationem, ibi; *Quid est enim quod minus &c.* Dicit ergo, vere vos me coegistis: quia vos debuistis facere illud quod ego feci. Vnde dicit; *Ego debui commendari a uobis*, quod non fecistis quando necesse erat, scilicet quando pseudo vilipendendo me & præferendo se, reddebant vilem doctrinam & euangelium Christi a me prædicatum. Vnde, quia vos non commendastis me, ne deperiret fides Christi in vobis, prorupi in commendationem propriam. Sed contra. supra. 3. dicit, Nunquid egemus commendatitiis epistolis &c. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo, Dicendum est, quòd Apostolus propter se non egebat commendationibus, sed propter alios: vt scilicet, dum commendaretur, doctrina sua esset in maiori authoritate, & pseudo confutarentur. Sed quia possent isti dicere, ideo non commendauimus te, quia non est in te aliquid commendatione dignum, propter hoc Apostolus probat eis; quòd bene poterant eum commendare, cum dicit; *Nihil enim &c.* Ostendens esse in se, multa commendatione digna. Et primo, quantum ad præterita bona, quæ fecit. Secundo, quantum ad futura, quæ facere intendit, ibi; *Ecce tertio hoc paratus &c.* Ostendit autem præterita commendabilia quę fecit: Primo in generali, quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali, quantum ad ea, quæ egit apud eos, ibi; *Tametsi nihil &c.* Tertio excludit obiectionem, ibi; *Quid est enim &c.* Dicit ergo, Merito debui commendari a uobis, quia multa sunt in me commendatione digna. Nam; *Nihil minus feci ab eis* scilicet, Petro, & Iacobo, & Ioanne; *Qui sunt supra modum Apostoli*, idest, qui videntur a quibusdam digniores Apostoli, quàm ego sum. Pseudo enim dicebant, quòd erant docti a Petro & Ioanne, qui fuerunt docti a Christo. & quòd Petrus & Ioannes seruabant legalia: vnde & ipsi debebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis, nec quantum ad prædicationem, nec quantum ad conuersionem fidelium, ostensiones miraculorum, & perpessionem laborum, immo plus: quia (vt supra) plus omnibus laboraui. 1. Corinth. 15. Abundantius omnibus &c. Ideo magis sum commendandus. Vel dicuntur supra modum Apostoli scilicet, Petrus, Ioannes & Iacobus, quia fuerunt primo conuersi ad Christum. 1. Corint. 15. Nouissime autem visus est, & mihi &c. Si secundum hoc acccipiatur, nihil tamen minus fecit eis, quia in modico tempore: & postquam conuersus fuit, plus laborauit. Sed esto quòd nihil fecerim quantum ad ecclesias, per quod possem commendari, multa tamen specialia egi apud vos, de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit; *Tametsi nihil*, idest dato quòd nihil fecerim in comparatione ad eos, tamen effectus meæ virtutis manifeste apparent in vobis: & primo quantum ad prædicationem nostram, qua conuersi estis ad fidem. Et sum Apostolus vester. Et ideo dicit; *Signa Apostolatus mei*, idest meæ prædicationis; *Facta sunt supra uos* a Deo, inquantum credentes, conuersi estis. 1. Corinth. 9. Signaculum Apostolatus mei vos estis. 1. Corint. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Secundo, per conuersationem per quam confirmatur fides: quia quando vita concordat doctrinæ, maioris authoritatis est doctrina. & virtus prædicatoris magis apparet per patientiam. Prouer. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et ideo dicit; *In omni patientia*. Tertio, quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit; *In signis &c.* Marci. vlti. Illi autem profecti &c. Et hæc tria distinguuntur, quia virtus est commune ad omnia miracula. nam virtus est vltimum de potentia. & ideo aliquid dicitur virtuosum, quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute scilicet diuina, ideo dicuntur virtutes. Signum vero, refertur, ad minus miraculum. Prodigium autem, ad maximum. Vel dicit signa, quantum ad miracula facta de præsenti, prodigia quantum ad miracula de futuris. Vel signa & prodigia dicit miracula, quæ fiunt contra naturam, sicut illuminatio cæci, suscitatio mortui &c. Virtutes vero dicit, quæ sunt secundum naturam, sed non eo modo quo natura facit: sicut quòd ad impositionem manus statim sanentur infirmi, quod etiam natura facit, sed successiue. Vel virtutes, dicit virtutes mentis, sicut est castitas & huiusmodi. Consequenter, excludit obiectionem cum dicit; *Quid enim est, quod minus &c.* Possent enim Corinthii respondere ad prædicta & dicere, verum est, quòd multa bona fecisti & magna, & tamen alii fecerunt plura & maiora quàm tu, & ideo apud eos & in eorum comparatione nolumus te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens quòd nihil minus fecit quàm illi, sed plus. Et ideo dicit; *Quid est enim, quod minus habuistis a me præ cæteris eccles.* idest, quàm aliæ ecclesiæ Christi, habuerunt per illos, quãtum ad spiritualia? quasi dicat. Nihil, quia ipsi prædicauerunt fidem & Apostolus prædicauit. Illi ostenderunt signa & virtutes, & Apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis, sed plus, quia alii Apostoli viuebant de sumptibus illorum, quibus prædicabant: sed Apostolus non, quia nihil accepit a Corinthiis. Et ideo dicit; *Nisi quod ego ipse non grauaui uos?* accipiendo vestra: quasi dicat, nihil habuistis minus, nisi hoc forte reputetis minus: quia nihil accepi a vobis, quod tamen plus est. Act. 20. Ad ea, quæ mihi opus erãt, & his, qui mecum sunt, necessaria ministrauerunt &c. 2. Thess. 3. Nocte ac die laborantes &c. Esa. 23. Qui excutit manus suas &c. Quòd si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet, quòd nolui vestra recipere, quòd feci: quia non dilexi vos, & videtur vobis, quòd male fecerim, parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo; *Donate*; idest, parcite; *Mihi hanc iniuriam.* Hoc modo accipitur donare, Ephes. 4. Donantes inuicem, sicut & Christus vobis donauit.

LECTIO V.

Hic ostẽdit se esse commendabilem, quantum ad bona futura, quæ facere intendit. et tria facit. Primo, ostendit suum propositũ de futuro bono; quod intẽdit. Secundo, propositi huius rationem assignat, ibi; *Non enim quæro quæ uestra sunt &c.* Tertio, ad rationem similitudinem adhibet, ibi; *Nec enim debẽt &c.* Sciendum est circa primum, q̃ aliquando contingit, quòd ideo aliqui non accipiunt vno tempore, vt reseruent se ad aliud tempus, in quo possint & plus recipere & audacius. Ne ergo isti simile crederent de Apostolo, vt ideo noluisset prima vice recipere ab eis, vt postmodum reciperet plus, dicit, q̃ non solum hoc fecit olim, sed etiam paratus est facere in futurum. Vnde dicit; *Ecce iam tertio*, idest tertia vice, *Paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis*, quasi dicat, nec etiam tunc grauabo vos, accipiendo vestra. supra. 11. In omnibus sine onere me seruaui & seruabo. Iob. 27. Iustificationem quam cœpi tenere &c. Dicit autem; *Tertio paratus sum venire*. Et non dicit, tertio venio, quia bene ter paratus fuit ire ad eos, sed tamen non iuit nisi bis. Paratus enim fuit ire prima vice, & tunc iuit, & conuersi sunt. Secunda vice fuit paratus, & fuit impeditus propter peccatum eorum, & tunc non iuit, de quo excusat se in principio huius epistolæ. Modo est paratus ire tertio, & iuit: vnde bis iuit, & ter fuit paratus ire. Rationem autẽ huius boni propositi subdit, dicens; *Non enim quæro &c.* Quæ talis est, Constat q̃ artifex disponit opus suum secundum finem quem intendit: prædicatores autem in prædicando, aliqui intendunt quæstum & bona temporalia, & ideo totam prædicationem ad hoc ordinant & disponunt: aliqui vero intendunt salutem animarum, & ideo hoc modo disponunt prędicationem suam, secũdum quod vident expedire saluti illorum, quibus prædicant. Quia ergo Apostolus intendebat in prædicatione sua salutem Corinthiorum, & videbat, q̃ non expediebat, q̃ reciperet ab eis sumptus: tum vt confutaret pseudo: tum etiam quia auari erant, ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assignat, dicens, Ideo non grauabo vos, sumptus accipiendo: quia non quæro quæ vestra sunt in prædicatione mea; *Sed vos* & vestram salutẽ procurare intendo. Philip. 4. Non quæro datum, sed fructum. Et ideo Dominus dixit Apostolis, Faciam vos fieri piscatores hominum, non pecuniæ. Hoc etiam figuratur Gen. 47. ubi legitur, q̃ Ioseph emit Aegyptios in seruitutem regis, quia bonus prædicator debet ad hoc studere, vt infideles conuertat ad seruitium Christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinem, cum dicit, Nec enim debent &c. Et primo, ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam, ibi; *Ego autem libentissime &c.* Tertio, arguit eorum ingratitudinem, ibi; *Licet plus uos &c.* Dicit ergo, quòd autem non quærã vestra, patet per simile. Videmus enim, quòd parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus: quia; *Filii non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.* Cum ergo ego sim pater vester spiritualis, & vos sitis filii mei, nolo quòd vos thesaurizetis mihi, sed ego vobis. Sed hic est quæstio de patribus carnalibus. nam Exod. 20. dicitur, Honora patrẽ tuum &c. In quo etiam præcipitur nobis, quòd ministremus eis necessaria. ergo filii tenentur thesaurizare parentibus. Respondeo, dicendum est, quòd ex præcepto tenentur filii ministrare & subuenire parentibus in necessariis, non autem cõgregare & thesaurizare eis. nam thesaurizatio & cõgregatio fit in posterum. Sed nos videmus, quòd secundum naturam filii succedunt parentibus, & non econuerso, nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parentum est ad hoc, vt congregent filiis. Et hoc modo loquitur Apost. Exod. autem. 20. loquitur Dominus de subuentione in necessariis. Item quæstio oritur de hoc, quòd dicit, Parentes filiis &c. ergo cum prælati sint parentes nostri spirituales, videtur quòd male fecerint principes & alii, dando diuitias prælatis. Responsio, Dicendum est, quòd non dederunt prælatis propter se, sed propter pauperes. Et ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Et hoc Dominus moner Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlis &c. Prælatis autem dantur tanquam pauperum dispensatoribus. Consequenter posita similitudinem adaptat. In similitudine autem, duo proposuit. Vnum est, q̃ filii non debent thesaurizare parẽtibus, & hoc iam patet. Et aliud est, quòd parentes debent thesaurizare filiis & dare. Et quantum ad hoc dicit; Quia ergo ego sum pater uester, ideo parat sum dare uobis. Et hoc est, quod dicit; *Ego libentissime impẽdam* vobis bona, non solum bona spiritualia prædicando & exempla monstrando, sed etiam temporalia, quod & faciebat, inquantum prædicabat, & seruiebat eis cum sumptibus aliarum ecclesiarum. Hæc tria ministrare debet quilibet prælatus suis subditis. Vnde Dominus dixit ter Petro Ioa. 21. Pasce oues meas, idest pasce verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio. et non solum ista impendam vobis, sed paratus sum mori pro salute animarum vestrarum. unde dicit; *Et superimpendar pro animabus uestris.* Ioan. 15. Maiorẽ charitatem nemo habet &c. 1. Ioan. 3. Si Christus animam suam pro nobis posuit, & uos debetis &c. Ioan. 10. Bonus pastor animã suam &c. Ingratitudinem istorum increpat consequenter, dicẽs; *Licet plus uos diligens &c.* Quasi dicat. Libenter impendar pro vobis, licet sitis ingrati, quia licet plus vos diligens &c. Et hæc comparatio potest exponi dupliciter. Vno modo sic, licet plus diligam vos quàm pseudo, tamen; *Minus diligor*, scilicet, a vobis, quàm diligantur pseudo: quos plus diligitis, quàm me. Et sic patet, quòd ego plus vos diligo, quàm illi, quia ego quæro salutem vestram tantum, illi vero bona vestra solum. Alio modo, si licet plus diligam, scilicet vos quàm alias ecclesias, tamen minus diligor a uobis, quàm ab aliis ecclesiis. Philip. 1. Testis est mihi Deus quomodo cupiam &c. Et quòd plus dilexerit Corinthienses, quàm alias ecclesias patet, quia plus pro eis laborauit. Illud autem in quo plus laboramus, magis consueuimus diligere. Consequenter cum dicit; *Esto ego vos &c.* Remouet suspicionem. Et primo, ponit suspitionem ipsam. Secũdo, excludit eam; ibi; *Nunquid per aliquem &c.* Tertio, rationem exclusionis assignat, ibi; *Olim putatis, quod excusemus &c.* Posset autẽ esse istorũ suspicio talis, quòd ideo ipse ab eis per seipsum non acceperit, vt per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit, hoc ponẽs; *Esto*, idest dato & concesso, quòd ego in persona mea & eorum, qui mecum sunt aliquid accipiendo non grauaui vos; *Sed sicut credidistis; Cum essem astutus, dolo &c.* Idest per alios detraxi vobis bona vestra plurima: sed hoc est falsum, quia nihil ex dolo feci. 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Nam ipse erat vere Israelita in quo dolus non fuit. Ioan. 1. Hanc ergo suspicionem excludit consequenter, cum dicit; *Nunquid per aliquem &c.* Et primo, in generali. Secundo, in speciali. In generali sic, Si per alios voluissem surripere vestra, misissem aliquos, qui hoc procurarent apud vos, *Sed nunquid per aliquem eorum quem misi ad vos circumueni vos?* extorquendo pro eos vestra? quasi dicat, non. supra. 7. Neminem circumuenimus &c. 1. Thess. 4. Ne quis circumueniat in negotio fratrem suum. In speciali vero, excludit suspitionem prædictam, cum dicit; *Rogaui Titum &c.* quasi dicat, Nullus eorum in speciali quem misi ad vos, circumuenit vos. Titum enim cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit; *Rogaui Titum &c.* De isto habetur supra. 8. *Misi etiam cum illo fratrem*, scilicet Barnabam, vel Lucam. supra. 8. Misimus cum illo scilicet Tito, fratrem, (scilicet alterum dictorum) cuius laus est in euangelio: *Sed nunquid Titus circumuenit vos? &c.* quasi dicat, Non. supra. 8. Gratias ago Deo meo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi &c. Et quòd Titus non circumuenerit eos, probat per conformitatem Titi ad se ipsum Apostolum, & ponit duplicem conformitatem, scilicet cordis. Et ideo dicit; *Nonne eodem spiritu ambulauimus?* idest eandem voluntatem habemus? Vel eodem spiritu instigamur ad bene & recte agendum? supra. 4. Habentes autem eundem spiritum &c. Item conformitatem operis. Et ideo dicit; *Nonne eisdem vestigiis?* idest operibus intendimus, scilicet vestigiis

stigiis Christi. nam ego sequor vestigia Christi. Iob. 23. Vestigia eius. s. Christi, secutus est pes meus &c. 1. Pet. 2. Christus passus est &c. ut sequamini vestigia eius. Et Titus sequitur vestigia mea 1. Corin. 11. Imitatores mei estote &c. et sic patet, quòd si conformis est mihi in voluntate & opere, & ego non circũueni vos, nec intendo circũuenire: quòd autẽ nec ipse circũuenerit vos patet per illud Mat. 7. A fructibus eorũ cognoscetis &c. Rõnẽ aũt exclusionis, subdit, dicẽs; *Olim* (seu rursus) *putatis &c.* Et primo, ponit eorum opinionem. Secundo, excludit eam. Opinio autem istorum erat, quòd Apostolus quasi reus & culpabilis, omnia verba ista epistolæ diceret ad excusationem suam, & quòd non essent vera, sed ad excusandum tantum inuenta: & ideo ponens hanc opinionem ipsorum, dicit; *Vos putatis olim*, idest a principio huius epistolæ; *Quod excusemus nos apud nos*, idest, quòd hæc verba non sint vera, sed sint ad excusandum conficta. Hanc autem excludit sic, qui enim sic excusat se, duo habet. Vnum est, quòd nõ vtitur verbis veris, sed confictis: aliud est, quia non vult pati detrimentum famæ suæ & gloriæ. Vnde specialiter propter dispendium famæ, aliqui excusant se: sed neutrum istorum est in nobis. non ergo vera est opinio vestra. Quod autem neutrum istorum sit in nobis, patet. non enim dicimus verba falsa, quod probo. Primo, per testimonium Dei, quia; *Coram Deo loquimur*. quasi dicat, Teste Deo, hoc in veritate dico. Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus &c. Secundo, per testimonium Christi, quia *In Christo loquimur*, idest per Christum, in quo nulla est falsitas. supra 2. Ex sinceritate sicut ex Deo in Christo loquimur. Item, non quærimus gloriam nostram, nec timemus infamiam; *Quia omnia*, quæ dixi & de reuelationibus & de tribulationibus, facio, seu dico; *Propter uestram ædificationem*, vt scilicet, permaneatis in virtute, & expellatis Pseudo. Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem &c. 1. Corint. 14. Omnia ad ædificationem fiant. Ioann. 12. Non propter me hæc vox venit, sed propter vos &c.

LECTIO SEXTA.

POSITA vna causa commendationis, quæ prouenit ex omissione Corinthiorum, quantum ad ea bona, quæ facere debuissent, in qua detestatur eorum ingratitudinem: hic consequenter ponit aliam causam, quæ prouenit ex eorum cõmissione quantum ad mala, quæ debuissent vitare, in qua exaggerat eorũ malitiã. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit eorum culpam in generali. Secundo, explanat eam in speciali, ibi; *Ne forte &c.* Dicit ergo. nõ solum laudaui me p̃ hoc, quòd vos omisistis me laudare, sed etiam propter periculum vestrũ, quod est in hoc, quòd vos ad hæretis pseudo, quia dũ fouent vos in peccatis, exponunt vos in magno periculo: & ideo dicit; *Timeo*, scilicet; *Ne forte cum uenero ad uos* personaliter; *Non inueniam uos quales uos uolo*, scilicet iustos, sed peccatores & incorrectos, & displiceatis mihi & ego vobis; quia iusto non placent peccatores, inquantum peccatores; *Et inueniar talis a uobis*, scilicet contristatus & puniens; *Qualem me non uultis habere*. Mali. n. odiunt correctionem, & veritatem: ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis &c. Galat. 4. Sic patet eorum malitia in generali, scilicet, quòd timebat ne nondum plene pœnituerint. In speciali etiam, manifestat eorum malitiam, cum dicit; *Ne forte contentiones &c.* Et circa hoc duo facit. Primo enim, enumerat eorum mala præsentia. Secundo, commemorat præterita mala, de quibus nondum pœnituerunt, ibi; *Ne iterum cum uenero &c.* Sciendum est autem circa primum, quòd Corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatum carnale, vt patet de illo, qui vxorem patris habuit, & de hoc in hac parte correcti sunt per primam epistolã, non tamen plene, sed adhuc aliquid in eis remansit, & supra hoc remanserunt in eis multa peccata spiritualia, quæ proprie opponuntur charitati. Charitas vero, duo facit. Primo. n. facit corda hominum adinuicem consentientia. Secundo, inducit homines ad mutuum profectum. Et ideo peccata spiritualia econtrario. Primo faciũt homines adinuicem dissentientes. Secundo, faciunt eos inuicem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata spiritualia, quæ pertinent ad dissensionem. Secundo ea, quæ faciunt ad offensionem, ibi; *Detractiones &c.* In dissensionibus autem, procedit ordine retrogrado. Nam secundum rectum ordinem, homines primo dissentiunt, inquantũ vnus vult vnum, alius vult contrarium. Secundo, ex hoc procedunt ad inserendum documenta, inquantũ quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio, quando non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit, accenditur zelo inuidiæ. Quarto, ex hoc prorumpit ad contentiones verborum, & ab isto vltimo incipit Apostolus, dicẽs; *Ne forte contentiones &c.* quasi dicat, Nno solum timeo mala vestra in generali, sed in speciali, ne forte sint in vobis contentiones de meritis prælatorum, & de baptismis &c. Prouer. 20. Honor est homini, qui separat se a contentionibus &c. Ambrosius, Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Et hæc cõtentio venit ab æmulatione, & ideo dicit; *Et æmulationes*, idest inuidiæ, in his, qui minores sunt & minus habent. Iacob. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. Iob. 5. Parvulũ occidit inuidia &c. Sapien. 2. Inuidia diaboli &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit; *Animositates*, in vltione & illatione nocumenti. Ecclesiast. 8. Cum audace ne eas &c. Et animositas venit ex dissensionibus. et ideo dicit; *Dissensiones*, id est, odia, & contrarietas animorũ. Romano. vlt. Obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, & cætera: 1. Corinth. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Consequenter enumerat eorum mala præsentia, quantum ad offensionem. et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verborum, & non factorum: ideo dimissis nocumentis factorum, enumerat nocumenta verborum, in quibus etiã procedit ordine retrogrado, incipiens a posteriore. et hoc est, cum quis expresse malum dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit; *Detractiones*. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles &c. Si vero in occulto, tunc est susurro. et ideo dicit; *Susurrationes*. Sunt. n. susurrones, qui latenter seminant discordias. Ecclesiast. 28. Susurro & bilinguis, maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorumpere facit in mala verba. et ideo dicit; *Inflationes*. 1. Corinth. 4. Tanquã non sim venturus ad uos sic inflati &c. Et hæ inflationes ueniunt ex seditionibus, quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prouer. 13. Et ideo dicit; *Seditiones*, idest, tumultus ad pugnam. Prouerbio. 17. Semper iurgia quærit malus. Sic ergo patet eorum malitia, quantum ad mala præsentia, quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam, quantum ad mala præterita, de quibus non pœnituerunt, cum dicit; *Ne iterum cum uenero humiliet me Deus*, id est, affligat apud vos: ita quòd; *Et lugeam multos uestrum, ex his qui ante peccauerunt*. i. ante primam epistolam; *Et non egerunt pœnitentiam*, plene post primam epistolam. et merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio patris est confusio filiorum. sic Samuel lugebat Saul. 1. Regũ. 15. Vsque quo lugens Saul &c. 1. Reg. 16. et hoc, quia; *Non pœnituerunt, nec egerunt pœnitentiam* de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam. et ideo dicit; *Super immunditia*, idest, luxuria contra naturam. Quædam sunt, quæ committuntur cum mulieribus corruptis; scilicet, uiduis seu coniugatis. et ideo dicit; *Et fornicatione*. Quædam sunt, quæ fiunt in corruptione uirginum. et ideo dicit; *Et impudicitia quam gesserunt assidue*. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immnnditia, impudicitia &c.

Imeo enim, ne forte cum venero, non quales volo inueniã vos: & ego inueniar a vobis, qualem non vultis: ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint iter vos: ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quã gesserunt.

CAPIT. XIII. LEC. I.

Ecce tertio hoc uenio ad vos: In ore duorum, vel triũ testiũ, stabit oẽ verbũ. Honor est homini, qui separat se a contentionibus &c. Ambrosius, Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. Et hæc cõtentio venit ab æmulatione, & ideo dicit; *Et æmulationes*, idest inuidiæ, in his, qui minores sunt & minus habent. Iacob. 3. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia &c. Iob. 5. Parvulũ occidit inuidia &c. Sapien. 2. Inuidia diaboli &c. Et æmulatio venit ab animositate. Vnde dicit; *Animositates*, in vltione & illatione nocumenti. Ecclesiast. 8. Cum audace ne eas &c. Et animositas venit ex dissensionibus. et ideo dicit; *Dissensiones*, id est, odia, & contrarietas animorũ. Romano. vlt. Obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, & cætera: 1. Corinth. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Consequenter enumerat eorum mala præsentia, quantum ad offensionem. et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verborum, & non factorum: ideo dimissis nocumentis factorum, enumerat nocumenta verborum, in quibus etiã procedit ordine retrogrado, incipiens a posteriore. et hoc est, cum quis expresse malum dicit de aliquo, & siquidem in manifesto, sic est detractor. Et ideo dicit; *Detractiones*. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles &c. Si vero in occulto, tunc est susurro. et ideo dicit; *Susurrationes*. Sunt. n. susurrones, qui latenter seminant discordias. Ecclesiast. 28. Susurro & bilinguis, maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorumpere facit in mala verba. et ideo dicit; *Inflationes*. 1. Corinth. 4. Tanquã non sim venturus ad uos sic inflati &c. Et hæ inflationes ueniunt ex seditionibus, quæ sunt præparationes partium ad pugnam, quia inter superbos semper iurgia sunt. Prouer. 13. Et ideo dicit; *Seditiones*, idest, tumultus ad pugnam. Prouerbio. 17. Semper iurgia quærit malus. Sic ergo patet eorum malitia, quantum ad mala præsentia, quæ multa sunt & in dissensionibus, & in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam, quantum ad mala præterita, de quibus non pœnituerunt, cum dicit; *Ne iterum cum uenero humiliet me Deus*, id est, affligat apud vos: ita quòd; *Et lugeam multos uestrum, ex his qui ante peccauerunt*. i. ante primam epistolam; *Et non egerunt pœnitentiam*, plene post primam epistolam. et merito lugeam, quia sicut gloria patris est gloria filiorum, ita confusio patris est confusio filiorum. sic Samuel lugebat Saul. 1. Regũ. 15. Vsque quo lugens Saul &c. 1. Reg. 16. et hoc, quia; *Non pœnituerunt, nec egerunt pœnitentiam* de peccatis carnalibus prædictis, quorum quædam sunt contra naturam. et ideo dicit; *Super immunditia*, idest, luxuria contra naturam. Quædam sunt, quæ committuntur cum mulieribus corruptis; scilicet, uiduis seu coniugatis. et ideo dicit; *Et fornicatione*. Quædam sunt, quæ fiunt in corruptione uirginum. et ideo dicit; *Et impudicitia quam gesserunt assidue*. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immnnditia, impudicitia &c.

LECTIO PRIMA.

IN præcedentibus, Apostolus multa locutus est ad detestationem pseudo, hic consequenter loquitur contra illos, qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. Primo, increpat seductos. Secundo, consolatur persistentes, ibi *De cætero fratres gaudete &c.* Circa primum, primo comminatur sententiæ seueritatem. Secundo. ostendit suam iudiciariam potestatem, ibi; *An experimentum quæritis &c.* Tertio, monet ad correctionem, ibi; *Vosmetipsos tentate &c.* Circa primum, primo promittit suam præsentiam. Secundo, prædeterminat sui iudicii formam, ibi; *In ore duorum, vel trium &c.*

Tertio, comminatur seueram sententiam, ibi; *Prædixi enim & prædico &c.* Promittit ergo primo suum aduentum, dicens; *Ecce ego uenio*; quasi dicat. Certum sit vobis, quòd venio ad vos. Et ideo cauete vobis ne inueniam vos imparatos: & dicit, tertio, non quòd tertio iuerit, sed quia tertio iam parauerat ire, & si nõ iuerat nisi semel, in secundo apparatu impeditus 1. Cor. 4 Veniam ad vos cito &c. Veniam, inquã, & iudicabo malos secundum ordinem tamen, ita scilicet, quòd; *In ore duorum, uel trium testium* accusantium, seu testantium contra aliquem; *Sit omne uerbum* accusatorum: quod quidem dicitur Deuterono. 17. Nemo occidetur vno teste dicente testimonium: & eiusdem 19. Non stabit testis vnus contra aliquem. Vel aliter, In ore duorum &c. Quasi dicat. Hoc quod dico de aduentu meo ad vos, ita est certum, sicut testimonium duorum, vel trium. Sic ergo ordo iudicii erit. Sed seueritatem sententiæ comminatur, dicens; *Prædixi enim &c.* Vbi primo, insinuat ordinem iudiciarium quo est procedendum, in quo exigitur, vt præcedat trina ammonitio. Et quantum ad hoc, dicit, Prædixi vobis, vt præsens, bis, quando scilicet eram vobiscum; *Et* nunc absens; *Præedico* vt sic ter admoneat: prædico, inquam, his; *Qui ante peccauerunt & omnibus aliis*, quasi dicat, omnes moneo. Secundo, præmissa monitione, comminatur sententiam. Vnde dicit; *Quoniam si uenero, non parcam iterum*. quasi dicat. Illis qui peccauerunt peperci prima vice, sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pœnitentiam, non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit: quia ille cui semel remittitur & iterum peccat, si remitteretur sibi, crescceret in malitia & efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens. Prouerbior. 13. Qui parcit virgæ, odit filium &c. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia, vt præcedat trina monitio, antequam quis sententiam excommunicationis fulminet: quia contingit, quòd aliqui, licet sint in peccatis & offendunt, tamen ex solo verbo admonitionis corriguntur & satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semper incipiendum est, quòd si admonitione non ducitur, ne magis insolescat, adhibenda est seueritas sententiæ. Eccles. 8. Ex eo, quòd non profertur cito contra malos sententia &c. Consequenter, ne possent calumniari de potestate Apostoli, ostendit Apostolus suam iudiciariam potestatem, dicens; *An experimentum &c.* Vbi tria facit. Primo, ostendit se habere legationem & potestatem iudicandi a Christo. Secundo, ostendit virtutem Christi, ibi; *Qui in uobis non infirmatur &c.* Tertio, ostendit quòd virtus Christi etiam ad alios deriuatur, ibi; *Nam & nos infirmi sumus in illo*. Dicit ergo, Si venero non parcam, immo seuerissime iudicabo: & hoc bene possum, quia habeo authoritatem Christi in puniendo & remittendo. supra 2. Nam siquid donaui vobis &c. supra 5. Pro Christo legatione fungimur &c. Et ideo dicit; *An experimentum &c.* Quasi dicat. Non est dubitandum de potestate mea, quia quicquid ego loquor, vel proferendo sententias, vel remittendo, vel prædicando, loquor a Christo, Exod. 4. Perge ergo, ego ero in ore tuo. Lucæ 21. Ego dabo vobis os & sapientiam &c. Quæ ergo homo facit ex instinctu spiritussancti, dicitur quòd spiritussanctus facit: ideo Apostolus quia a Christo motus hoc loquebatur, attribuit Christo tanquam principali, dicens; *Qui in me loquitur Christus &c.* Sed ne dubitetur de potestate & virtute Christi, ideo consequenter Apostolus ostendit virtutem Christi, cum dicit; *Qui in uobis &c.* Vbi primo, ostendit virtutem Christi, quantum ad ea, quæ in eis apparuerunt. Secundo, quantum ad eam, quæ in Christo sunt, ibi; *Nam etsi &c.* Dicit ergo, Habeo potestatem iudiciariam a Christo; *Qui* in me loquitur, qui magnæ virtutis est; *In uobis*, dando dona gratiarum, distributionem spiritus, & alia multa, quæ experti estis, & non solum; *Non infirmatur, sed potens est in uobis*, quia potenter vos liberauit a peccato, potenter vos conuertit ad bonum. Psalm. 23. Dominus fortis & potens &c. Sapien. 12. Subest tibi cum volueris posse. & paulo ante, Virtutem enim ostendis tu &c. Et non solum potentia Christi apparuit in vobis, sed etiam in seipso, scilicet, in quantum a morte crucis, quam sustinuit ex infirmitate humana, quam assumpsit infirmatam in paupertate, surrexit, & viuit ex virtute Dei, quæ est ipse Deus. Talis enim erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum 1. Corinthiorum 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus &c. Vel; *Ex uirtute Dei*, scilicet patris, qui est etiam virtus Christi, quia eadem est virtus patris & filii. Apoc. 1. Fui mortuus &c. Hæc etiam virtus Christi deriuatur ad nos; *Nam & nos infirmi &c.* Quasi dicat. Ad nos etiam pertinet illa virtus, quia & nos infirmi sumus in illo, idest ad intentionem illius, inquantum propter ipsum multa patimur, & mortificamus nosmetipsos & humiliamus nos. 1. Cor. 4. Nos infirmi propter Christũ &c. supra. 10. Præsentia corporis infirma. Supra. 4. Semper mortificationem &c. Et ideo; *Viuemus*, idest viuificabimur ex virtute Dei, in vobis in dicandis. Galat. 1. Qui suscitauit Iesum Christum &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuit, resuscitamur, & illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc *Ex virtute Dei*, quæ quidem virtus Dei est; *In vobis*, idest in conscientiis vestris.

Prædixi enim & prædico: vt præsens vobis, & nunc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nã & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nã & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

LECTIO II.

VOSMETIPSOS tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesum Christum &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuit, resuscitamur, & illa virtute habemus etiam potestatem iudicandi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc *Ex virtute Dei*, quæ quidem virtus Dei est; *In vobis*, idest in conscientiis vestris.

LECTIO SECVNDA.

POST comminationem seueri Dei iudicii, subdit Apostolus admonitionem ad præparationem, vt iudiciũ seuerum non pariantur: & primo ponit ipsam admonitionem. Secundo, rationem admonitionis assignat, ibi; *Ideo hæc absens scribo &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, excludit falsam suspitionem, ibi; *Oramus autem ad Deum &c.* Circa primum duo facit. Primo, monet vt se examinent. Secundo, innuit quid per huiusmodi examinationẽ inuenire possint, ibi; *An non cognoscitis &c.* Circa primum sciendum est, quòd ille qui secure vult comparere in iudicio, debet se primo examinare de factis suis, & sic poterit scire vtrum tute cõpareat. & ideo Apostolus monet, vt antequam veniãt ad iudicium, quod erit in aduentu suo ad eos, examinent se, dicens; *Vosmetipsos tentate*, idest examinate & considerate actus vestros. 1. Thess. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete &c. Monet autem, vt de duobus se examinent, scilicet, de fide. unde dicit; *Si estis in fide*, scilicet, quam prædicaui vobis, & a me accepistis de Domino Iesu Christo, an excideritis ab ea & sitis prolapsi in aliam. & hoc necessarium est, quia. 1. Corin. 11. dicitur, Si nosmetipsos iudicaremus &c. Hier. 2. Vide vias tuas &c. Item, de operibus, unde dicit; *Ipsi vos probate*, scilicet, an sitis in operibus bonis, & vtrum conscientia remordeat vos aliquid mali fecisse. Et hoc vtile est, quia. 1. Cor. 11. dicitur, Probet autem seipsum homo &c. Gal. 6. Opus suum probet vnusquisq;. Consequenter cum dicit; *An non cognoscitis &c.* Ostẽdit, quid per huiusmodi examinationem inuenire poterunt. Et primo, quid inueniant in seipsis. Secundo, quid inueniant in Apostolo, ibi; *Spero autem &c.* In seipsis autem duo inuenire poterunt per examinationem, quia aut scient se tenere fidem, & sic inuenire poterunt, & cognoscere, quòd Christus sit in eis, & hoc est, quod dicit; *An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est?* idest nunquid si examinaretis vos, sciretis vos habere fidem, & cognosceretis, quòd Christus est in vobis? quasi dicat, sic, quia vbi est fides Christi, ibi est Christus. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem &c. 1. Cor. 6. Nescitis quia corpora vestra templum &c. aut scient se non tenere fidem, & sic inuenient, quòd sint reprobi. & ideo dicit; *Nisi forte reprobi estis*, idest vere inuenietis vos habere Christum, nisi forte dimiseritis fidem & reprobi sitis ab eo, quod prius habuistis per fidem. Hiere. 15. Reliquisti me, retrorsum abiisti. Hiere. 6. Malitiæ eorum non sunt cõsumptæ, argentum reprobum &c. Sed hic quæstio est literalis de hoc, quòd dicit; *An cognoscitis &c.* nam Christus in eis solum manet, qui habent charitatem, vt dicitur. 1. Ioan. 4. Deus charitas est &c. Si ergo cognoscimus, quòd Christus per fidem sit in nobis, oportet quòd hoc sit per fidem formatam. Cognoscentes ergo hoc modo Christum esse in nobis, sciemus nos habere charitatem qua informatur fides, quod est contra illud Eccles. 9. Nemo scit, vtrum odio &c. Respondeo. Dicendum est, quòd habitare Christum in nobis, potest accipi dupliciter. Vel quantum ad intellectum: vel quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum, sic ipse habitat in nobis per fidem informem. & hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire, quòd Christus habitet in nobis, scilicet, cum scimus nos tenere fidem, quam ecclesia catholica docet & tenet. Si vero quantum ad affectum, sic habitat Christus in nobis per fidem formatam, & hoc modo nullus potest scire, quòd Christus

stus habitet in nobis, vel quòd habeamus charitatem nisi per re-
uelationē & speciale gratiam alicui concedatur ꝑ certitudinē,
per quandam tamen coniecturam nihil prohibet nos scire posse,
quòd in charitate sumus: quando scilicet, quis inuenit se tali-
ter paratum & dispositum, vt nullo modo propter aliquod tem-
porale vellet aliquid
facere contra Christum 1. Io. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos &c. Patet ergo, quòd Apostolus loquitur quantum ad primum modum. Vel etiam loquitur de cognitiōe, quæ est per coniecturam quandam, vt dictum est, Argumentum autem procedit quantum ad secundum modum, & de cognitione, quæ est per certitudinem. Quid autē in Apostolo possint inuenire, subdit, dicens; *Spero autem &c.* Nam quia isti Corinthii possent dicere, Nos non sumus reprobi, sed ideo non tenemus documenta tua, quia non sunt recta, sed reprobanda. Et ideo dicit, Quicquid sit de vobis, tamen spero, quòd ex vita & doctrina nostra quam ostendi vobis; *Cognoscetis quia non sumus reprobi*, & non docuimus mala, nec exclusi sumus a potestate quam dicimus nos habere. Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir. Matth. 7. A fructibus eorum &c. Consequenter cum dicit; *Oramus &c.* Excludit suspitionem. Comminatus enim fuerat eis iudicium seuerum, cum ostenderat potestatem suam in iudicando, & indixerat examinationem, credens Christum in eis esse, nisi ipsi essent reprobi. Sed tamē hoc dimittit sub dubio, vtrum sit Christus in eis. Et quia ipsi possent credere & suspicari, quòd Apostolus gauderet de hoc quòd essent reprobi, vt ipse in comparatione ad eos maior appareat: & vt in eis posset exercere seuerius iudicium: ideo Apostolus hanc suspitionem remouet hic. Primo, per orationem, quā pro eis ad Deum dirigit. Secundo, per gaudium, quod de eis concepit, ibi; *Gaudemus enim &c.* Orat autem, vt ipsi inueniantur innocentes, quia examinantur ex seueritate iudicii. Et ideo dicit; *Oramus autem*, scilicet; *Deum, ut uos nihil mali faciatis.* q.d. nō credatis quòd velimus, ꝙ sitis reprobi, sed oramus vt nihil &c. Item orat, quòd ipse appareat infirmus, per quod excluditur appetitus excellentiæ Apostoli in comparatione ad eos. Et ideo dicit; *Non*, scilicet; *Oramus, ut probati appareamus*, idest, nō vt nos commendemur probati in comparatione ad vos; *Sed* magis; *Vt uos quod bonum est faciatis.* Galat. 6. Bonum autem facientes &c. Psal. 26. Viriliter agite & confortetur cor vestrum. Nos autem vt reprobi simus, ammitendo potestatem puniendi & iudicandi, quia vbi non est culpa, omnes sumus pares, & vnus non habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo vult Apostolus, vt sint boni, quàm vt subiaceant potestati iudicii sui. Et quòd careat potestate iudicandi si boni sint, ostendit cū dicit; *Non enim possumus &c.* q. d. nos nō laboramus nisi pro veritate & pro ipsa stamus. Constat autem ꝙ si puniremus innocentes, faceremus contra veritatem, & contra iustitiam. Vnde cum Apostolus nō possit facere contra veritatem, sed pro veritate, idest pro iustitia manifestum est, quòd non puniet innocentes. Notandum est (secundum August. in Glosa) quòd ad vitandum peccata, necessaria sunt duo, scilicet liberum arbitrium, & gratia Dei. Si enim liberum arbitrium non esset necessarium, nunquam darentur homini præcepta, nec prohibitiones, nec exhortationes. Frustra etiam darentur pœnæ. Gratia etiā est necessaria, quia nisi Deus omnes regeret per grām suam, non posset homo stare. Frustra etiam oraremus, quòd non inducat nos in tentationem. et ideo Apostolus ostendens vtrumque esse necessarium, & orat Deum pro gratia obtinenda, & monet, vt per liberum arbitrium recedant a malo & faciant bonum. Vnde dicit; *Oramus*, quantum ad primum; *Vt nihil mali faciatis*. quantum ad secundum. Consequenter cum dicit; *Gaudemus &c.* Remouet falsam suspitionem, propter gaudium de bono ipsorum conceptum. Et primo, ponit gaudium, quod de ipsorum innocentia concepit. Secundo, orationem quam pro ipsorum perfectione emittit, ibi; *Hoc autem oramus uestram &c.* Dicit ergo, Oramus quòd vos probati appareatis, sed nos infirmi: & hoc apparet ex affectu nostro, qa gaudemus, quòd, s. aliqui sint inter vos boni & innocentes, ex quo subtrahatur nobis potestas iudicandi & videamur infirmi. Et hoc est, quod dicit *Gaudemus, quoniam nos infirmi sumus*, idest non exercentes potestatē nostram; *Vos autem potentes*, idest sic bene agentes & vitia vincentes, quòd subtrahitis vos a potestate

sus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem, quòd cognoscetis, quia non sumus reprobi. Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos, quod bonum est, faciatis. Nos autem vt reprobi simus. Non possumus. n. aliquid aduersus veritatē, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus

F nostra iudicandi. Cum enim aliquis male agit, subdit se potestati iudicis, sed bene faciendo repellit illam a se. Roma. 13. Vis non timere potestatem? Benefac &c. 1. Cor. 4. Nos infirmi, vos fortes. De isto gaudio dicitur. Phil. 2. Gaudeo & cōgratulor vobis &c. Et non solum de his gaudemus, sed etiam super

vestram consumationem. Ideo. n. hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatē, quam Dominus, dedit mihi in ædificationē & nō in destructionē.

LECTIO III.

G DE cætero fratres, gaudete, perfecti estote, & exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & Deus pacis &

hoc; *Oramus uestram cōsummationem*, idest perfectionem. In rebus enim naturalibus videmus, quòd quelibet res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem, ad quam habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei datur virtus naturalis, vt ad suam perfectionem naturalem possit peuenire. Gratia aūt datur homini a Deo

per quam homo perueniat ad suam vltimam & perfectam consumationem, idest beatitudinem, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quando aliquis non tendit ad suam perfectionem, signum est, quòd non habet satis de gratia Dei. Et ideo Apostolus, vt isti possint in gratia crescere, orat vt perficiantur. Et Phil. 1. Oro vt charitas &c. Ephe. 6. Vt possitis resistere in die malo &c. Consequenter posita admonitione, causam admonitionis assignat dicens; *Ideo hæc absens scribo &c.* idest, ideo absens scribo vobis hæc monendo vos, ne scilicet cogar aliquid facere contra voluntatem meam, quæ est, vt nihil dure agam contra

H vos, nisi quatenus per vos compellar. Et ideo dicit; *Vt non præsens uobis, durius agam* contra vos, quàm velim, vel quàm velitis Sap. 11. Hos quidē tanquā pater monens probasti &c. supra. 10, Absens confido in vobis. Rogo aūt vos, ne præsens audeā &c. Sed quia Corinthii possent dicere, nunquid etiam si bene fecerimus non poteris contra nos o Apostole, dure agere? Ideo respōdet, dicens, Non: quia non propono nec possum agere, nisi secundum quod recepi a Deo potestatem. Deus autem dedit mihi hāc potestatē, scilicet ligandi, atque soluendi; *In ædificationem, non in destructionem*, idest, vt vos ædificemini, & non vt destruamini. Et si dure vos corrigerem, nō ædificarem, sed destruerem: supra 10. De potestate nostra, quam dedit nobis Dominus ad ædificationem &c. Hanc autem potestatem dedit Dominus Paulo Act. 9. & 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus &c.

LECTIO TERTIA.

I IN præcendentibus Apostolus increpauit seductos a Pseudo: hic vero consolatur persistentes in fide & doctrina sua. Et primo, ponit monitionem. Secundo, subdit salutationem, ibi; *Salutate in osculo &c.* Circa primum, primo ponit monitionem. Secundo, præmium impletæ monitionis, ibi, *Et Deus pacis &c.* Monet aūt ad tria. Primo, qualiter se habeāt in seipsis. Secūdo, qualiter se habeāt ad ꝓximos. Tertio, qualiter debēt esse oēs adinuicē. In seipsis aūt dēnt bona duo habere. Primo, gaudiū de bono habito, & q̄tum ad hoc dicit; *De cætero fratres* q̄ cōstantes fuistis; *Gaudete* in his, quæ ad seruitiū Dei facitis. Et hoc est necessariū ad hoc, ꝙ sitis iusti & virtuosi, quia nullus est virtuosus, seu iustus, qui non gauder iusta & virtuosa operatione. Et ideo dicitur in Psal. 99. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lętitia. Phil. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete &c. Et vere semper est gaudēdum: quia gaudium cōseruat hominem in bono habitu: quia nullus potest esse diu in eo, quod

K cōtristat. Secundo, debent habere boni in seipsis æmulationē pfectionis, & quantum ad hoc dicit; *Perfecti estote*, idest, semper tendatis ad profectū. Heb. 6. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem &c. Non est autem hoc, quod hic dicitur præceptum scilicet, quòd homo sit perfectus, sed hoc quòd semper tendat ad perfectionem, & hoc est necessarium, quia qui non studet ad proficiendum, est in periculo deficiendi. Videmus enim, quòd nisi remiges conentur ascendere, nauis semper descendit. Et ideo dicebat Dominus. Marci. 6. Estote perfecti &c. Proximis autem est impendenda exhortatio ad bona et quātū ad hoc dicit; *Exhortamini &c.* Ec. 17 Vnicuiq; mandauit Deus de proximo &c. Ro. 12. Qui exhortat, in exhortando. Apoc. vltimo. Qui audit, dicat, veni. Communia autē omnibus debent esse duo, scilicet, vt idem sapiant. Et ideo dicit; *Idem sapite*, & vt pacem habeant, & ideo dicit; *Pacem habete*. Et hæc duo ita se habent, quòd vnum est exterius, aliud interius. Constat. n. quòd corpora non possunt seruari & ordinari, nisi membra

membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec ecclesia, nec ec-
A clesiæ membra, nisi ordinentur & vniantur ad inuicem. Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesiæ vniendā. Vna est interior, vt scilicet, idem sapiant per fidem, quantum ad intellectum, idem credendo, & per amorem quantum ad affectum, idem diligendo. Et
ideo dicit; *Idem sapite*, idest idem sentiatis de fide, & idem diligatis affectu charitatis: quia tunc est

dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini

vera sapientia, quando operatio intellectus perficitur & consumatur per quietationem & delectationem affectus. Vnde sapientia dicitur, quasi sapida scientia. Ro. 15. Vt sic unanimes, vno ore honorificetis Deū &c. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis &c. Phil. 2. Idem sapiatis &c. Alia est exterior, scilicet pax. Et ideo dicit; B *Pacem habete* inter vos. Heb. 12. Pacem sequimini &c. Psal. 33. Inquire pacem 2. Thess. 3. Ipse Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Consequenter cum dicit; *Et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum.* Ponit præmium, quod redditur impletibus monitionem prædictam, quasi dicat. Si seruabitis pacem inter vos, Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Circa quod notandum est, quòd apud Gentiles consuetum erat, quòd aliqui ex donis denominabāt Deos, quia licet esset vnus Deus tantum, tamen singula dona sua denominabant Deos ex illis donis, sicut ex dono pacis denominabant Deū pacis: & ex dono salutis, Deum salutis. Huic vocabulo alludens Apostolus dicit; *Deus pacis &c.* Non quòd pax sit vnus Deus, sicut illi dicebant: sed ideo Christus dicitur Deus pacis, quia est dator pacis & amator. Io. 14. Pacem meam do vobis &c. 1. Cor. 14. Non est Deus dissensionis, sed pacis. Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Ipse etiam est author pacis. Ioan. 16. In me pacem C habebitis &c. Ipse in pace habitat. Psal. 75. In pace factus est locus eius &c. Item non solum est Deus pacis, sed etiam dilectionis. Et ideo dicit; *Deus pacis & dilectionis erit uobiscum* & hoc ideo est, quia qui est in vera pace cordis & corporis, est in charitate: & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, vt dr 1. Io. 4. Et quia homo non meretur nisi ꝑ pacem & dilectionē. Ioan. 14. Si quis diligit me &c. Consequenter cum dicit; *Salutate inuicem in osculo &c.* Ponit salutationem, & circa hoc primo, indicit eis mutuam salutationem. Secundo, salutat eos ex parte aliorum, ibi *Salutāt uos &c.* Tertio, salutat eos ex parte sua, ibi; *Gratia Dei &c.* Mutuam salutationem indicit faciendam per osculum. Vnde dicit; *Salutate inuicem uosipsos in osculo sancto.* Vbi notandum est, quòd osculum est signum pacis. Nam per os, in quo datur osculum, homo respirat. Et ideo, quando homines dant sibi mutua oscula, signum est, ꝙ vniunt spiritum suum ad pacem. Est autem pax simulata, & hæc est eorum, qui loquūtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū &c. vt dicitur in Psal. 27. Quæ quidem fit per osculi fraudulentiam,

A Prou. 27. Meliora sunt verbera diligentis &c. Est & pax mala & turpis, quando scilicet, conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magno viuentes inscientiæ bello &c. Et hæc fit per osculum libidinosum. Proue. 7. dicitur de mala muliere, quòd apprehensum deosculatur iuuenem &c. Est & pax sancta quam

nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sanctispiritus, sit semp cum omnibus vobis. Amen.

facit Deus. Philip. vltimo. Et pax Dei quæ exuperat &c. Et hæc fit per osculum sanctum, quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic, In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo, quòd fideles & sancti viri in signum charitatis, & vnionis seinuicem osculantur. Et datur pax in ecclesiis in osculo sancto. Ex parte autem aliorum salutat eos, dicens; *Salutant uos sancti omnes*: quia omnes sancti & fideles sperant & desiderāt, ac orationibus procurant salutē nostram: vnde omnes fideles Christi, adinuicem sperant & desiderant sibi salutem. Psal. 118. Participem me fac Deus &c. Ex parte autē sua salutat eos Apostolus, dicens; *Gratia Domini nostri &c.* Vbi sciendum ē, ꝙ duplex est modus appropriandi aliquid diuinis ꝑsonis. Vnus est essentialiter, alius causaliter: essentialiter autem appropriatur diuinis personis, sicut patri potentia: quia ipse est potentia essentialiter, inquantum est principium. Filio sapientia, inquantum est verbum. Spiritui sancto amor, inquantum est bonitas. Hic vero Apostolus nō appropriat ista hoc modo, scilicet ꝑ essentiam, quia sic omnia appropriarentur spiritui sancto, sed appropriat per causam. Et ideo cum gratia sit donum, quo dimittuntur nobis peccata. Rom. 3. Iustificati gratis &c. Et remissio peccatorum fit nobis facta per filium, qui carnem nostram accipiens, pro peccatis nostris satisfecit. Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est &c. propter hoc Apostol. attribuit gratiam Christo: vnde dicit; *Gratia Domini nostri &c.* Charitas autem est nobis necessaria, quia oportet nos vniri Deo 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet &c. Et quia hoc est a Deo patre inquantum ipse sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. vt dicitur Ioan. 3. Ro. 5. Commendat autem Deus suam charitatem. Ideo sibi, vt principio istius charitatis, attribuit charitatem, cum dicit; *Et charitas Dei*, s. patris. Communicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum: quia est distributor donorum spiritualium. 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit cōmunicationem, cum dicit; *Et communicatio sancti spiritus.* Vel attribuit sibi hoc, qa ipse est cōis aliis duabus ꝑsonis. Sic ergo Apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria cū dicit; *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio spiritus sancti, sit semper cū omnibus uobis, Amen.* Gratia Christi, qua iustificamur & saluamur, charitas Dei patris, qua sibi vnimur, & cōmunicatio spiritussancti, diuina nobis dona destribuētis. Amē.



DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI
AD GALATAS.

PROLOGVS S. THO.

VETERA nouis superuenientibus proiicietis. Leui. 26. Hæc verba competunt præsenti epistolæ. In qua Apostolus redarguit Galatas, qui intantum seducti fuerant a Pseudo, vt simul seruarent legalia & euangelium, quod Apostolus improperat eis in verbis præmissis, dicens, Vetera nouis superuēientibus proiicietis. In quibus verbis innuit dominus quadruplicē vetustatem. Prima vetustas est erroris, de qua Esai. 26. Vetus error abiit, & hęc remota est per nouitatē doctrinæ Christi Mar. 1. Quæ est hæc noua doctrina. Secunda vetustas est figuræ, de qua Heb. 8. Consummabo super domū Dauit, & super Iuda testamentū nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum. Vbi primo, ostendit primum testamentum esse vetustum, & hoc renouari per nouitatem gratiæ, seu, veritatis præsentiæ Christi. Hiere. 31. Nouum faciet Dominus super terram &c. Tertia est vetustas culpæ: de qua Psal. 31. Quoniam tacui (confitendo, scilicet peccata mea) inueterauerumt &c. Et hæc renouatur per nouitatem iustitiæ. Rom. 6. In nouitate vitæ ambulemus &c. Quarta est vetustas penæ. Tren. 3. Vetustam feci pellem meam, & hæc renouabit per nouitatem gloriæ, de qua nouitate. Esaiæ. vltimo. Ecce ego creo cœlum nouum &c. Apocaly. 21. Dixit, qui sedebat in trono, Ecce noua facio omnia.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres ecclesijs
G Galatiæ, gratia vobis, & pax a Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

LECTIO PRIMA.

SCRIBIT ergo Apostolus Galatis hanc epistolam, in qua ostendit, ꝗ veniente gratia noui testamenti, debet proiici vetus testamentum; & impleta veritate deseratur figura, quibus duabus scilicet, gratia & veritate adeptis, perueniatur ad veritatem iustitiæ & gloriæ. Acquiruntur autē illa duo, si obseruantia legalium dimissa, obseruantiæ euangelii Christi feruenter insistamus. Ordo autem huius epistolæ congruus est, vt post duas epistolas ad Corinthios, in quarum prima agitur de sacramentis ecclesiæ: in secunda de ministris horum sacramentorum, necessariæ sequatur epistola ad Galatas, in qua agitur de cessatione sacramentorum veteris testamenti. Diuiditur autem hæc epistola, in duas partes, in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi; *Miror quod &c.* In salutatione autem primo ponitur persona salutantis. Secundo, ponuntur personæ salutatæ, ibi; *Ecclesiis Galatiae &c.* Tertio, bonum optatum, ibi; *Gratia uobis &c.* Circa primum, primo ponitur persona salutans principaliter, quæ describitur ex nomine, & ex authoritate. Ex nomine quidem, cum dicit *Paulus*, quod congruit humilitati suæ, quia interpretatur humilis. Vnde dicitur 1. Cor. 15. Ego sum minimus Apostolorum &c. Item congruit officio suo, quia secundum alium modum interpretatur os tubæ, in quo specialiter est officium prædicationis significatum. Esai. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam &c. Ex authoritate autem describitur, cum dicit; *Apostolus*. Vbi duo ponuntur, scilicet eius authoritas, & authoritatis origo. Authoritas, quia Apostolus, qui missus. Sciendum est autem quòd Apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruum, ostendens nomen humilitatis, vt in epistola ad Romanos. In quibusdam vero, scribit se Apostolū ostendens authoritatem suam, cuius ratio est: quia Romani superbi erant, & ideo Apostolus, vt inducat eos ad humilitatem scribit se seruum, in exemplum humilitatis. Galatis vero, quia stulti erant & superbi, vt frangat eos, nominat se Apostolum: & ideo hic ponit authoritatem suam. Originem autem authoritatis suæ describit, cum dicit; *Non ab hominibus &c.* Et primo remouet originem æstimatam. Secundo, assignat veram, ibi; *Sed per Iesum Christum &c.* Origo autem æstimata erat, quia intantum Galatæ seducti erant a Pseudo, ꝗ crederent Apostolum non esse eiusdem authoritatis, qua alii apostoli erant, quia non fuit doctus a Christo, vel conuersatus cum eo, sed esset missus ad eis, quasi minister eorum. Opinionem ergo istam remouet, cum dicit; *Non ab hominibus &c.* Quidam enim mittebātur a toto collegio Apostolorum & discipulorum. Et ideo ostendens se non esse ab eis missum, dicit, Non ab hominibus. Quidam enim mittebantur ab aliquo Apostolorum speciali, sicut Paulus aliquando mittebat Lucam & Titum. Et ideo ostendens, quòd nec sic missus sit, dicit; *Neque per hominem*, idest per aliquem Apostolorum in speciali, sed per spiritum sanctum, qui dicit Act 13. Segregate mihi &c. Causa autem originis huius authoritatis vera, est Christus Iesus. Et ideo dicit; *Sed per Iesum Christum & Deum patrem.* Hæc
H autem distinctio, cum dicit, per Iesum Christum & Deum patrem; potest accipi, vel quantum ad personam patris, & personam filii, & tunc alius est in persona Deus pater, & alius Iesus Christus: ab vtroque autem missus est beatus Paulus ad prædicandum, & a tota trinitate, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non fit autem mentio de persona spiritus sancti; quia cum sit vnio & nexus duorum, positis personis duabus, scilicet patris & filii, intelligitur etiam spiritussanctus. Vel potest sumi distinctio prædicta quantum ad naturam assumptā, scilicet humanam, quia secundum naturam diuinam non est distinctio inter Deum patrem & Iesum Christum. Et tunc missus est Paulus per Deum patrem, sicut per authorem. Et per Iesum Christum, sicut per ministrum. Roma. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse &c. Quia vero Galatæ derogabant Apostolo, quòd non fuisset conuersatus cum Christo sicut alii, nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter magnificat se, quia il-
I li fuerunt missi per Christum adhuc viuentem in carne mortali. Ipse vero a Christo iam glorificato missus est. Ideo dicit; *Qui* scilicet Deus pater; *Suscitauit eum*, scilicet Iesum Christum (inquantum hominem) *A mortuis*. Quasi dicat, Apostolus sum non ab hominibus, scilicet collegio Apostolorum nec per hominem, scilicet Christum in mortali carne viuentem: sed sum Apostolus per Christum iam suscitatum & glorificatum. Roma. 6. Christus resurgens a mortuis &c. Et quia præsens vita significatur per sinistram: futura vero per dexterā, inquantum ista est cœlestis & spiritualis: illa vero temporalis: ideo Petrus, qui vocatus fuit a Christo adhuc in carne mortali posito, ponitur in bulla Papæ in sinistra parte. Paulus vero, qui vocatus fuit a Christo iam glorificato, ponitur in parte dextera. Consequenter cum dicit; *Et qui mecum sunt &c.* Ponuntur personæ adiunctæ salutantes, quas describit a dulci familiaritate, quia mecum sunt, scilicet ad solatium & adiuto-
K rium. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Psal 132. Ecce q̄ bonum &c. Item ab inseparabili charitate, cum dicit; *Fratres* Io. 13. In hoc cognoscent omnes &c. Item ab vniuersalitate, cū dicit; *Omnes* quod ideo addit, quia isti forte erant intantum seducti, ꝗ dictum Pauli non reputarent. Et ideo dicit, Omnes qui mecū sunt, vt ostēdat eos testes esse veritatis suæ. Et facile intelligant se errare, dum ab omnibus reprehenduntur. 2. Cor. 2. Sufficit illi qui eiusmodi ē obiurgatio hæc quæ fit a plurib⁹ &c. Personas aūt salutatas ponit, cū dicit; *Ecclesiis Galatiæ &c.* Vbi sciendum, ꝗ sicut in Glo. tangitur, Brennus dux Senonū olim congregato exercitu intrauit Italiam, qua pertransita venit in Græciam ante tempus Alexandri Magni, vbi cū essent aliqui de gente sua remanentes, in vna parte Græciæ miscuerunt se Græcis; vnde illa prouincia Gallogræcia dicta est. Deinde illi, Galatæ sunt appellati, quasi albi. Et licet Græci sint acuti ingenii, tamen illi Galatæ stulti erant, & instabiles & ad intelligendum tardiores, sicut & indociles Galli, vnde originē traxerūt. Et ideo infra dicit eis. O insensati Galatæ &c. Istis ergo scribit episto-
lam

lam hanc, & isti sunt personæ salutatæ. Consequenter cum dicit; *Gratia uobis &c.* ponit bona quæ eis optat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo, ipsorum bonorum authorem, ibi; *A Deo patre &c.* Bona autem quæ eis optat sunt duo, in quibus omnia spiritualia includuntur. Primum est gratia, quæ est principiū vitæ spiritualis, cui i Glosa ascribitur remissio peccatorum, quæ est primū i vita spirituali. Nullus enim potest esse in vera vita spirituali, nisi prius moriatur peccato. Secūdum est pax, quæ est quietatio mentis in fine, quæ in Glo. dicitur esse reconciliatio ad Deum: & sic dum optat principium & finem omnium bonorum spiritualium, includit Apostolus tanquam inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendum Psalm. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus 2. Cor. vlt. Gratia domini nostri &c. Bonorū aūt ipsorum author est Deus pater, & ideo dicit: *A Deo patre &c.* Vbi primo, ponitur bonorū causa. Secūdo, causandi modus, ibi; *Qui dedit*. Tertio, gratiarum actio pro ipsis bonis, ibi; *Cui est honor &c.* Causa aūt & authoritas bonorum, est Deus pater tanquā author, inquantū Deus, & tota Trinitas, quæ dr̄ Deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu aūt pater gubernas &c. Et ideo dicit; *A Deo patre &c.* Item author est dn̄s Iesus Christus, sicut minister. & hoc inquantū homo. Ro. 15. Dico Iesum Christū ministrū &c. Et ꝗ per Christū sit nobis gr̄a, patet Io. 1. Gratia & veritas ꝑ Iesum Christū facta est. & Ro. 5. Iustificati gratis &c. Pax etiā est nobis ꝑ ipsum. Io. 14. Pacem meā do vobis &c. Modus aūt causandi huiusmodi bona ponitur, cū dicit, Qui tradidit &c. Vbi primo ponit causā efficiens, quæ est mors Xpi. et quantum ad hoc dicit, *Qui dedit semetipsum &c.* q.d. Ideo Christus ē author gratiæ & pacis, qa ipse morti dedit se, & sustinuit crucē. unde ipsa mors Christi ē causa efficiēs gratiæ Ro. 5. Iustificati gratis &c. Et Col. 1. Pacificans quæ in cęlis &c. Et dicit primo; *Qui dedit &c.* i. sponte se obtulit Ephe. 5. Dilexit nos Chr̄s & tradidit &c. Heb. 2. Vt pro omnib⁹ nobis gustaret mortem: Titū 2. Qui dedit semetipsum &c. Ex quo manifeste Ap̄lus arguit cōtra eos, ꝗ si mors Christi est sufficiēs causa salutis nostræ, & in sacramētis noui testamēti, quæ efficaciā habent ex passione Christi cōfertur gr̄a, ꝗ sit superfluū simul cū nouo testamēto seruari legalia in quibus gratia nō confert, nec salus acquiritur, quia neminē ad perfectum adduxit lex: vt habet Heb. 7 Secūdo ponitur finis & vtilitas ipsorum bonorū, quæ est causa finalis. & est duplex. Vnus est, vt liberemur a peccatis ꝑteritis. Et quantū ad hoc dicit; *Pro peccatis nostris*, s. præteritis delendis & expiandis, qđ est initiū nostræ saluationis. Apoc. Dilexit nos &c. Alius finis est, vt liberaret nos a potestate mortis, & quantū ad hoc dicit; *Vt eriperet nos de præsenti &c.* Col. 1. Eripuit nos a potestate &c. Et ponit tria. l. *Vt eriperet* (inquit) *De praesenti* & seculo & nequam. Vt eriperet de præsenti trahendo nos ad æterna, ꝑ desiderium & spē; *De seculo*, i. de coformitate huius mundi qui nos allicit, vt non ei conformemur Ro. 12. Nolite conformari huic seculo &c *Nequam*, reducens nos ad veritatē iustitiæ. Et dr̄ seculum nequam, non ꝑꝑ sui naturam, cum bonū sit creatum a Deo, sed propter mala quæ in eo fiunt: sicut illud. Ephe. 5. Dies mali sunt &c. Gen. 47. Dixit Iacob, Dies peregrinationis vitæ meæ 130. annorum sunt parui & mali &c. Et licet hæc sint nobis per Christum, nō tamen excluditur Deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuinæ voluntatis. Vnde dicit; *Secundum uoluntatem Dei & patris*. Patris, inquam, Christi per naturam, qua ab æterno procedit, vt verbum. Psal. 2. Ego hodie genui te Ioan. 1. In principio erat verbum &c. Item patris nostri per adoptionem. Ioann. 1. Dedit eis potestatem &c. Primo modo, ly Deus pater, accipitur pro sola persona patris. Secundo modo. pro tota trinitate. Et quia a Deo patre nostro (scilicet a tota trinitate) hæc omnia proueniunt nobis per Christum, ideo ipsi, scilicet toti trinitati; *Gloria* in se, honor aliis sit, vel est; *In secula seculorum*, idest semper; *Amen*, est nota confirmationis. Habes ergo in summa in salutatione prædicta authoritatem Apostoli, qua eorum superbiam frangit: uirtutem gratiæ, qua eos ad obseruantiam euangelii prouocat, & insufficientiam legalium, vt ab eis eos reuocet.

LECTIO II.

MIror quòd sic tā cito transferimini ab eo q vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euāgelium, qđ non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant & volūt cōuertere euangeliū Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit. sicut prædiximus, & nūc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit ꝑter id qđ accepistis, anathema sit. Modo. n. hominib⁹ suadeo, an Deo? an quęro hominib⁹ placere? Si adhuc hominibus pla-
B cerem, Christi seruus non essem.

LECTIO SECVNDA.

IN superioribus præcessit salutatio, sequitur in sequentibus epistolaris narratio: in qua arguit Apostolus eorum errorem.
A Secundo, eos monet ad correctionē. 5. cap. ibi. State ergo &c. Errorem autem eorum arguit dupliciter, & per authoritatē euāgelici documenti, & per rationē ueteris testamēti. 3. cap. ibi; *O insensati &c.* Arguit autem errorem ipsorum, ostendendo authoritatem euangelicæ doctrinæ. Primo ostendendo ipsorum leuitatē quantum ad leuem dimissionem euangelicæ doctrinæ. Secundo, commendando authoritatem ipsius doctrinæ euangelicæ: ut sic quanto dignius est quod dimittunt, tanto corū error appareat maior, ibi; *Notum enim vobis facio &c.* Circa primum duo facit. Primo enim exaggerat culpam. Secundo infligit pœnam, ibi; *Sed licet nos &c.* Culpam autem exaggerat & seductorum & seducentium ibi; *Nisi sunt &c.* Circa primum tria facit. Primo, enim aggrauat culpam seductorū ex animi leuitate: unde dicit; *Miror*, q.d. cum sciatis tot bona, quæ dicta sunt prouenire vobis per Christum, & quòd cum fueritis ita bene instructi per me, tamen; *Sic*, idest intantum, & tam vehementer; vt videamini iam obliti, tam; *Cito*, idest in tam breui tempore; *Transferimini*, vt alludat nomini: Galatia enim, translatio dicitur. q.d. Vos estis Galatæ, quia tam cito transferimini. Eccle. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Secundo, aggrauat eorum culpam ex eo quod dimiserunt. Si enim ratio recedit & transfertur a malo, commendabilis est & benefacit: sed quando recedit a bono, tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erant. Et ideo dicit eis,
C Et si mirandum sit, quòd tam cito, & sic transferimini, addit tamen materiam admirationis, quòd scilicet transferimini; *Ab eo*, scilicet a Deo, & fide eius; *Qui vos vocauit in gratiam Christi*, idest in participationem æterni boni, quàm habemus per Christum. 1. Pet. 2. Gratias agentes Deo, qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Item. 2. Pet. 2. Melius erat eis viam veritatis nō agnoscere, quàm &c. Secūdo, aggrauat eorum culpam ex eo, ad quod conuersi sunt, quia non sunt conuersi ad bonum, sed ad malum. Vnde dicit; *In aliud euangelium*, idest veteris legis, quæ annunciatio bona est, inquantum annunciat quædam bona, scilicet tēporalia & carnalia. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me &c. Sed tamen non est perfecta & simpliciter, sicut euangelium: quia non annunciat perfecta & maxima bona, sed parua & minima. Sed lex noua est perfecte & simpliciter euangelium, idest bona annunciatio, quia annunciat maxima bona, scilicet cælestia, spiritualia, & æterna. Et licet sit aliud euangelium secundum tra-
D ditionem Pseudo, tamen secundum meam prædicationem, non. Est enim aliud in promissis, sed non est aliud in figura, quia idē continetur in veteri testamento, & in nouo: in veteri quidem, vt in figura, in nouo vero, vt in re & expresse. Et sic est aliud euangelium, quantum ad ea quæ exterius apparent, sed quantū ad ea quæ interius sunt & continentur, non est aliud: licet autē non sit aliud in se, tamen potest esse aliud ex culpa aliorum, scilicet seducentium. Et ideo eorum culpam exaggerans, dicit; *Nisi sunt aliqui*, scilicet seductores; *Qui vos conturbant*, idest puritatem sensus vestri, qua imbuti fuistis per fidei veritatem, obfuscant: quia licet idem contineatur quantum ad interiorem intellectum per vetus & nouum testamentum, vt dictum est, tamē si post susceptionem noui testamenti reiteratur vetus, videtur ostendi quòd nouum non sit perfectum, & quòd illud sit aliud ab isto. Et ideo dicit; *Quod non est aliud, nisi sunt &c.* quia isti Pseudo post fidei euangelicæ susceptionem cogebant eos circū-
E cidi, ostendēdo per hoc, quòd circumcisio est aliquid aliud quàm baptismus, & efficit aliquid quod baptismus non potest efficere: & ideo isti conturbant vos. infra. 5. Vtinam abscindantur qui vos conturbant &c. Et vere conturbant: quia; *Volunt conuertere euangelium Christi*, idest ueritatem euangelicæ doctrinæ in figuram legis, quod est absurdum & turbatio maxima. In illud enim debet aliquid conuerti ad quod ordinatur: nouum autem testamentum & euangelium Christi non ordinatur ad uetus: sed potius econuerso, lex uetus ordinatur ad legem nouam, sicut figura ad ueritatem: & ideo figura conuerti debet ad ueritatem, & lex uetus in euangelium Christi, non autem ueritas in figuram, neq; euangelium Christi in legem ueterem: quod patet ex ipso usu loquendi. Non enim dicimus, quòd homo sit similis imagini hominis, sed potius econuerso, imago est similis homini. Hiere. 15. Ipsi conuertentur ad te &c. & Leui. 26. Nouis superuenientibus &c. Consequenter post exaggerationem culpæ, ponitur inflictio pænæ, cum dicit; *Sed licet &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, promulgat sententiam. Secundo, ra-
tionem

tionem sententiæ assignat, ibi; *Modo enim hominibus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit authoritatem suæ sententiæ. Secundo, profert eam, ibi; *Sicut prædixi &c.* Ostendit autem authoritatem suæ sententiæ multam esse: eo quòd non solum in peruersores & in seductores subditos, sed etiam in pares, sicut sunt alii Apostoli: & etiã in superiores, sicut sunt angeli, si huius criminis, scilicet conuersionis euãgelii in veterẽ legẽ rei essent, efficaciam haberet. Et ideo dicit, Quia nostræ sententiæ authoritas quam ego promulgo (quæ est excommunicatio) non solum in illos qui talia intendunt, efficaciam habet; *Sed licet nos*, scilicet Apostoli; *Aut angelus*, bonus vel malus; *De cœlo* veniens; *Euangelizet præterquam quod euangelizauimus est a nobis, Anathema sit*, idest, reus erit huius sententiæ quam promulgamus. Ad euidentiam autem dictorum tria inquirere oportet. Primo, quid significat hoc nomen, anathema. Circa quod sciendum est, ꝙ anathema est nomen Græcum, & componitur ab ana, quod est sursum, & thesis positio, quasi sursum positio. Et est ortum ex quadam antiqua consuetudine. Antiqui enim quando pugnabant, capiebant aliquando aliquam prædam ab hostibus quã nolebãt cõuertere in vsum proprium, sed suspendebant illam in templis, vel in aliquo loco publico ciuitatis, quasi separatam a communi vsu hominum, & omne tale sic suspensum nominabant Græci, Anathema: & ex hoc inoleuit consuetudo, quòd omne illud quod excludebatur ab vsu communi, diceretur anathematizatum. Vnde dicitur Iosue 6. de Hierico & omnibus quæ in ea sunt, quòd Iosue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia inoleuit, vt illi qui excluduntur a communi societate ecclesiæ, & a participatione sacramentorum ecclesiæ, dicantur anathematizati. Secundo, inquirenda est ratio eorũ quæ dicit; *Licet nos, aut angelus &c.* Vbi sciendum est, quòd est triplex doctrina. Prima est Philosophorum, qui ex ductu rationis propriæ, in cognitionem suæ doctrinæ deuenerunt. Quædam alia doctrina est, quæ est tradita per angelos, sicut lex vetus. Lex enim non est allata voluntate humana (sicut dicitur ad Galat. 3.) sed per angelos in manu mediatoris, vt dicitur infra. 3. Quedam vero doctrina tradita est a Deo immediate, sicut doctrina Euangelii. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam &c. Hebreorum. 1. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Et post, Quæ cum initium accepisset &c. Doctrina ergo quæ traditur per hominem, potest mutari & reuocari per alium hominem, qui melius nouit, sicut vnus philosophus reprobat dicta alterius. Item, per angelum qui perspicacius videt veritatem. Doctrina etiam quæ traditur per angelum, posset forte remoueri per alium angelum superiorem, seu per Deum. Sed econtra, doctrina quæ immediate a Deo traditur, non potest neque per hominem neque per angelum irritari. Et ideo, si contingat quòd homo vel angelus diceret contrarium illi, quæ per Deum tradita est, dictum suum non est contra doctrinam, vt per hoc irritetur & repellatur: sed potius doctrina est contra eum: quia ipse qui dicit, debet excludi & repelli a communione illius doctrinæ. Et ideo dicit Apostolus, quòd dignitas doctrinæ euangelicæ, quæ est immediate a Deo tradita, est tantæ dignitatis, quòd siue homo, siue angelus euangelizet aliud præter id, quod in ea euangelizatum est, est anathema: idest abiiciendus & repellendus est. Tertio, soluere oportet obiectiones quæ circa hoc occurrunt. Quarum vna est. cum par in parem non habeat imperium, & multo magis non habeat in superiorem, videtur quòd Apostolus non potuit excommunicare apostolos, qui erant sibi pares, & minus angelos qui sunt superiores. Matth. 11. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendũ est, quòd Apostolus hãc ꝓtulit sententiã, non propria authoritate, sed authoritate euangelicæ doctrinæ, cuius minister erat, cuius doctrinæ authoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi & repellendi sunt. Ioann. 10. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die &c. Alia quæstio est, quia ipse dicit, præterquam quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neque prædicare, nisi quod scribitur in epistolis, & in euangelio. Sed hoc est falsum. quia 1. Thess. 3. dicitur, Vt compleamus ea, quæ desunt fidei nostræ &c. Respondeo, Dicendum, quòd nihil aliud euangelizandum est, quàm illud quod continetur in euangeliis & in epistolis, & in sacra scriptura implicite vel explicite. Nam sacra scriptura & euangelium, euangelizat esse credendum Christo explicite. Vnde quicquid continetur in eis implicite, quod facit ad doctrinam eius, & ad fidem Christi, euangelizari & doceri potest. Et ideo cum dicit; *Præter id &c.* idest omnino alienum addendo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, aut addiderit, scilicet omnino alienũ, apponat Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et Deu. 4. Non addetis quicquam &c. scilicet cõtrarium, seu alienũ, nec minuetis &c. Consequenter cum dicit; *Sicut prædixi &c.* Sententiam suã profert in malo, dicens, Sicut prædixi de angelis, & apostolis, idẽ dico de seductoribus, siquis seductor; *Euangelizauerit præter id quod accepistis a me, anathema sit*, idest excõicatus. Et hæc est sententia quã profert. Sed nunquid ex hoc sunt excommunicati omnes hæretici? videtur quòd nõ, quia dicitur Tit. 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita &c. Respõdeo, Dicẽdum est, quòd hæreticus potest dici aliquis: vel quia simpliciter errat ex ignorantia, & ex hoc nõ est excommunicatus. Vel quia errat ex pertinacia, & alios nititur peruertere, & tunc incurrit in canonem latæ sententiæ. Vtrum autem ex tunc his verbis sententiam in hæreticos protulerit, dubium est. cum tamen sententia iam lata sit contra hæreticos in conciliis. Potest tamen dici quòd forte hic ostenduntur excommunicatione digni. Consequenter cum dicit; *Modo enim hominibus &c.* ostendit rationem sententiæ. Vbi primo ponit rationem ipsius sententiæ. Secundo manifestat hic propositum, ibi; *An quæro &c.* Posset enim aliquis dicere. Quare sic excommunicas? Forte aliqui sunt amici vel alicuius authoritatis. non ergo sic faciendum est. Ideo respondens Apostolus, dicit, Immo sic faciendum est, quia ea quæ modo dico, non sunt ad fauorẽ hominum, sed vt placeam Deo, & hoc est quod dicit; *Modo enim*, idest post conuersionem, vel in ista epistola; *Suadeo hominibus*, idest tendit ad hoc appetitus meus, vt placeam hominibus; *An Deo?* q.d. Hæc quæ facio, ideo facio, vt complaceã soli Deo. 1. The. 2. Loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo &c. Nec etiam loquimur authoritate hominum, sed diuina. Quòd autem non intendam placere hominibus, patet ex intentione & ex proposito meo. Nam ego; *Non quæro hominibus placere*, idest non est intentionis meæ homines conuertere, vt placeam hominibus tantum, sed propter honorem Dei. Et hoc patet, quia; *Si adhuc* intenderem; *Placere hominibus*, vt olim placui; *Non essem seruus Christi*. Cuius ratio est, quia hæc sunt contraria. Ita duntaxat, vt scilicet velim placere hominibus propter homines, non referendo illud in Deum. Si enim ideo intendam aliquando placere hominibus, vt eos traham ad Deum, non pecco. Sed si primo modo, non sum seruus Christi. Esa. 28. Coangustatum est stratum; ita vt alter decidat &c. Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire &c. Psal. 52. Confusi sunt, qui hominibus placent.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus redarguit Gal. de leuitate animi, eo ꝙ sic cito dimiserant doctrinam euangelii: hic vero ipsius euangelicæ doctrinæ dignitatem ostẽdit. Et circa hoc duo facit. Quia primo commendat authoritatem doctrinæ euangelicæ secundũ seipsam. Secundo ex parte aliorum apostolorum, & sua simul. 2. ca. ibi; *Deinde post annos quatuordecim &c.* Iterum prima pars diuiditur in duas: quia primo proponit intentum. Secundo manifestat propositum, ibi; *Audistis enim &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat quod proponit, ibi; *Neque enim &c.* Intendens ergo commendare veritatem euangelicæ doctrinæ, dicit; *Notum vobis &c.* q.d. Ita sum certus de authoritate euangelii, quòd non solum hominibus, immo etiam angelis contrarium non crederem, sed eos, si contrarii essent, anathematizarem. Quam quidem certitudinem ex hoc habeo, quia magis credendum est Deo quàm hominibus, seu angelis. Et ideo, cum ego habuerim illud euangeliũ a Deo, maximam certitudinem habere debeo, & habeo. Et ideo dicit; *Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est a me*, vobis & aliis ecclesiis; *Quia non est secundum hominem*, idest secundum humanam naturam discordantem a regula, seu reuelatione diuina. Et sic ly; *Secundum hominem*, sonat in vitium. 1. Cor. 3. Cum enim sit inter vos zelus & contentio &c. Et sic accipit hic Apostolus. Et ideo dicit; *Non secundum hominem* docentem me vel mittentem. q.d. Nullo modo potest hoc euangeliũ haberi ab homine, sed a Deo. Et ideo subdit;

Neque enim ego ab homine &c. Vbi duplicem modum acceptionis excludit. Primo, quòd non habuit ab homine authoritatem euangelizandi: & quantum ad hoc dicit; *Neque ab homine*, scilicet puro; *Accepi illud*, idest authoritatem euangelizandi euangelium, sed a Christo. Roma. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Esa. 42. Dedi te in lucẽ gentium &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Scẽdo, ꝙ non accepit scientiam euangelizandi ab homine. Et ideo dicit; *Neque didici*, scilicet euangelium per hominem purum; *Sed per reuelationem Iesu Christi*, idest per Iesum Christum, omnia clare ostendentem 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus &c. Esai. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem &c. & ibidem. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam &c. Hæc autem reuelatio facta fuit Apostolo, cum raptus fuit in paradisum, vbi audiuit arcana verba quæ nõ licet homini loqui 2. Corinth. 12. Consequenter cum dicit; *Audistis enim &c.* Probat propositum, scilicet quòd non accepit ab homine euangeliũ, neq; ante conuersionem, neq; post conuersionẽ ad Christum, ibi; *Cum enim placuit &c.* Quòd aũt non acceperit ab homine ante conuersionẽ suam, ostẽdit, & per odium quod habebat ad fidem Christi, & ad Christianos, & per feruorem quẽ habebat ad Iudaismum, ibi; *Et proficiebam &c.* Dicit ergo, Dico, ꝙ non accepi ab homine & hoc ante cõuersionem meã, quod patet ex factis illius tẽporis, & ex odio qd habebam ad fidem. Nam vosipsi; *Audistis*, infra eodem, Tantũ aũt auditũ habebãt &c. *Conuersationem meam aliquando* (dũ infidelis erã) *In Iudaismo*, quo iudaice viuebã. Et dicit, *meam*, quia hoc quod male facimus ex nobis est, ex Deo autem quicquid boni facimus. Osee 13. Ex te perditio tua Israel, tantũmodo in me auxilium tuum. Istud. s. audistis; *Quoniam supra modum*, s. aliorum, quia non solũ per se, sed prouocabat principes ad hoc. Alii. n. forte a principibus inducti persequebanẽ, sed iste eos inducebat. Act. 9. Saulus adhuc spirãs minarũ &c. accessit &c. Et quia non solũ in Hierusalem, sed etiam ꝑ totam regionẽ. unde accepit literas in Damascũ &c. Vnde de eo potest intelligi illud quod dr̃ Gen. 49 Beniamin lupus rapax &c. *Persecutus sum ecclesiam Dei*, s. inquirendo Christianos & fugãdo 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus &c. *Et expugnabam illam*, non quidem spiritualiter, quia corda fidelium non poteram a fide auertere, sed corporaliter affligẽdo eos pœnis corporalibus, & ponendo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui &c. Psal. 128. Sæpe expugnauerũt me &c. Sic ergo patet per odiũ quod habebat ad fidem Christi ante conuersationem, s. quòd non accepit euãgeliũ ab homine. Patet hoc etiam per amorẽ & feruorem zeli, quem habuit ad Iudaismum, & hoc, quantum ad profectum exteriorem. Vnde dicit; *Et proficiebam &c.* Vbi tria ponit, quæ exprimunt profectus magnitudinẽ, quia; *Supra multos* nõ supra paucos proficiebat, nõ supra senes ineptos ad profectũ sciẽtiæ, sed; *Coætaneos*, s. adolescẽtes acutos, & aptos ad profectum. Tren. 3. Bonũ est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Item, non supra coætaneos extraneos, quasi ignotæ linguæ, sed illos qui sunt; *In genere meo*, scilicet Iudæorũ Act. 22. Ego sum vir Iudæus, secus pedes Gamalielis eruditus &c. Item, quantum ad zelũ interiorẽ quem habebat ad legem. Et ideo dicit; *Abundantius præ aliis æmulator existens*, nõ solum legis, sed; *Paternarum mearum traditionum*, s. quas habent Iudæi licitas, quas boni patres addiderunt: vt dr̃ in Glo. quas quidẽ traditiones vocat suas, q̃a ita reputabat eas, ac si suæ fuissent. Phi. 3. Secundũ legem pharisęus, ꝑm æmulationẽ persequẽs &c. Sed quæstio est super hoc, qd̃ dicit Glo. Boni patres addiderunt. Videtur, ꝙ non fuerint boni: quia Deut. 4. dr̃, Non addetis ad verbũ quod ego loquor vobis &c. Ergo fecerunt cõtra mandatum dñi, addẽtes traditiones, & sic non fuerũt boni. Dicẽdum est, ꝙ verbũ illud dñi intelligendum est sic, Nõ addetis aliquid contrariũ seu extraneũ verbis, quæ ego loquor &c. Addere aũt aliqua q̃ nõ sunt contraria, licuit eis. s. aliquos dies solẽnes, & alia similia: sicut factũ est tempore Mardochei, & tẽpore Iudith, in memoriã beneficiorũ quæ a Deo recipiebant. Contra Mat. 15 Dñs reprehendit eos, dicẽs, Irritum fecistis mandatum domini ꝑ traditiones hominũ. non ergo sunt licitæ traditiones. Respõdeo, Dicẽdũ est ꝙ nõ arguũtur, ꝙ tenẽt traditionẽs hominũ, sed quia propter traditiones hominum, dimittunt mandata Dei.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM autem Apostolus ostendit, quòd ipse non accepit ab homine euangelium ante suam conuersionẽ: nunc hic probat, quòd non accepit ipsum ab homine post conuersionem suam. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd non recepit euangelium ab homine tempore conuersionis suæ. Secũdo, quòd nec etiam post conuersionem suam, ibi; *Deinde post annos tres &c.* Circa primum duo facit. Quia primo ostendit, quòd non accepit euangelium ab Apostolis, neq; didicit. Secundo, quòd nõ ab aliis fidelib⁹, ibi; *Sed abii in Arabiam &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit causam efficientem suæ conuersionis. Secundo, finem, ibi; *Vt reuelaret &c.* Tertio, modũ, ibi; *Continuo non acquieui &c.* Circa primum notat causam suę conuersionis, quæ duplex est, scilicet beneplacitum Dei, quod est diuina electio, & conuertentis vocatio. Quantum ad primum, dicit; *Cum autem placuit*, scilicet Deo, non quando volui ego, sed quandò placitum fuit sibi: quia non est volentis, neq; currentis &c. vt dicitur Roma. 9. Psal. 146. Beneplacitum est domino &c. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis &c. *Qui*, scilicet Deus; *me*, scilicet rebellem. 1. Corin. 15. Ego sum minimus apostolorum &c. quoniam persecutus sum &c. Act. 9. Saulus adhuc spirans minarum &c. Persecutorem, Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Blasphemum. 1. Thi. 1. Qui fui blasphemus &c. Me talem, inquam; *Segregauit ex vtero matris meæ.* uel ad literam. qui fecit me nasci ex ventre matris meæ. Et vere dicitur Deus segregare ex vtero, licet sit opus naturæ, quæ est quasi instrumentum Dei, quia opera etiam nostra attribuuntur Deo, sicut principali authori. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis &c. Sicut & effectus principali agenti attribuuntur. Ideo dicitur Iob. 10. Pelle & carnibus vestisti me &c. Et ab hoc vtero segregatus est ad iustificationem, quia eiusdem est iustificare, cuius est condere. Psal. 21. De ventre matris meę &c. Vel; *Ex vtero matris meæ*, scilicet Sinagogæ, cuius vterus est collegium Pharisęorum, qui nutriebant alios in Iudaismo. Mat. 23. Circuitis mare & aridam, vt faciatis &c. Sic ergo mater sua fuit Sinagoga. Can. 1. Filii matris meæ pugnauerunt contra me &c. Vterus eius sunt Pharisęi. Ex hoc ergo vtero est segregatus per spiritum sanctum ad fidem euangelii. Ro. 1. Segregatus in euangelium Dei. uel mater sua est ecclesia Christi. Vterus eius, collegium apostolorum. Segregauit ergo Deus ipsum ab vtero Ecclesiæ, idest a collegio apostolorum in officium apostolatus, & prædicationis ad Gentes, quando dixit apostolis Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Paulum &c. Vocat autem synagogam matrem suam, quia pharisęus erat, quasi magnus in ea, dum dicitur pharisęus & ex pharisęis, quia zelator legis erat. supra, Abundantius autem æmulator &c. Quantum autem ad aliam causam, dicit; *Et vocauit &c.* Est autem duplex vocatio. Vna est exterior, & sic dicit, vocauit me cælesti voce. Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? &c. Vade in ciuitatem &c. sic etiam alios apostolos vocauit. Alia est interior, & sic vocauit per quendam instinctum interiorem, quo Deus per gratiam tangit cor, vt conuertatur ad ipsum, & sic vocauit a mala via in bonam, & hoc; *Per gratiam suam*, non nostris meritis. Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit &c. Esa. 45. Suscitauit eum ad iustitiam &c. Amos. 5. Qui vocat aquas maris &c. Finis autem conuersionis ponitur, cum dicit; *Vt reuelaret filium &c.* Qui quidem finis est Christus. Ordinatur autem conuersio sua ad Christum dupliciter, scilicet facto, & sic dicit; *Vt reuelaret filium suum*, idest in eo quod circa me fecit, conuertendo me, & dimittendo peccata mihi, reuelaret quanta sit mihi facta misericordia. 1. Tim. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere &c. Sed ideo misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans &c. Sic ergo reuelauit in eius conuersione filium suum, & hoc inquantum filius dicitur gratia Dei. Item, reuelauit eum in eius operatione. Vnde dicebat ipse Rom. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, in verbo, in factis, & virtute &c. Et hoc inquantum filius virtus est Dei. Item, reuelauit eum in eius prædicatione. Vnde ipse. 1. Corinth. 1. dicebat, Nos prædicamus &c. vsq; & Dei sapientiam. Et hoc inquantum filius eius dicitur Dei sapientia. Item, ordinatur ad Christum sua conuersio, verbo. Et sic dicit; *Vt euangelizarem illum in Gentibus*, quia aliis apostolis euangelizantibus Christum Iudæis: Paulus de mandato domini iuit ad Gentes cõuertendas. Esa. 49. Parum. n. est mihi, vt sis mihi seruus &c. Dedi te in lucẽ &c. Act. 13. Sic enim præcepit &c. infra. Esa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducẽ ac præceptorem gentibus. Modus autem suę conuersionis est perfectus, & quantum ad effectum

fectum. Vnde dicit; *Continuo non acquieui carni & sanguini*, idest statim ita perfecte fui conuersus, quòd omnis carnalis affectus recessit a me Eccles. 11. Facile est enim in oculis domini, subito honestare pauperem. Et accipitur hic caro & sanguis, pro vitiis carnalibus 1. Corin. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt &c. infra. 5. Caro cõcupiscit &c. Vel pro affectu & amore ad carnaliter sibi coniũctos. Mat. 16. Caro & sanguis ñ reuelauit tibi &c. Sic Apostolus & vitia sua superauit, & suos Iudæos contempsit. Item, quantũm ad intellectum, quia ita fuit instructus a Christo, quòd non fuit ei necesse instrui ab apostolis. Et ideo dicit; *Nec ueni Hierosolymam*, vt scilicet ab eis instruerer. Item, non fuit necesse instiui ab aliis fidelibus. Et ideo dicit; *Sed abii in Arabiam &c.* Quasi dicat, non iui ad loca vbi erant alii fideles, vt me instruerent, sed iui in Arabiam, vbi non erant edocti in fide, sed infideles; *Et iterum reuersus sum Damascum*, scilicet ad parentes. Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum &c. Sed contra dicitur Act. 9. Quòd demiserunt eum de muro per sportam &c. Cum autem venisset Hierusalem, tentabat se iungere discipulis. Venit ergo Hierusalem. Dicendum est, quòd venit, sed non vt instrueretur. Vel melius dicendum est, quòd non statim venit, sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur; *Deinde post annos &c.*

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM superius Apostolus ostendit se non accepisse euangelium ab homine, ante conuersionem suam, nec tempore suæ conuersionis, hic probat quòd nec etiam post conuersionem accepit ipsum ab homine, sed potius hic ostendit, quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata, Et circa hoc duo facit. Primo enim manifestat, quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo, ostendit qualiter fuit approbata ab aliis fidelibus, ibi; *Deinde ueni in partes &c.* Et primo narrat factum. Secundo, confirmat veritatem dicti, ibi; *Ecce coram Deo &c.* Dicit ergo; licet non iuerim ad apostolos vt instruerer ab eis circa principiũ meæ conuersionis, quia iam eram instructus a Christo, tamen ex affectu charitatis compulsus; *Post annos tres*, scilicet conuersionis meæ; *Veni Hierosolymam*, quoniam iandiu desideraui; *Videre Petrum*, non vt discerem ab eo, sed vt visitarem eum. Iob. 5. Visitans speciem tuam &c. *Et mansi apud eum diebus quindecim*, repertus ab eo, vt verax Apostolus. Et dicit; *Diebus quindecim*, quia numerus iste componitur ex octo & septẽ. Octonarius autem, est numerus noui testamenti, in quo expectatur octaua resurgentium. Septenarium autem, numerus veteris testamenti, quia celebrat septimam diem. Mansit autem apud Petrum diebus quindecim, conferens cum eo de mysteriis veteris testamenti & noui. Et ne credatur quòd licet non sit instructus a Petro, esset tamen etiam instructus ab aliis, subdit, quòd nec ab aliis fuit iustructus. Vnde dicit; *Alium autem Apostolorum*, a quo instruerer; *Vidi neminem*, idest nullum; *Nisi Iacobum fratrem domini*. Illum enim vidit in Hierusalem. Circa istum Iacobum sciendum est, quòd iste fuit episcopus Hierosolymorum, & fuit vocatus Iacobus minor, eo quòd vocatus fuerat post Iacobum alium. Dicuntur autem multa de isto Act. 19. Ipse etiam fecit epistolam canonicam. Quare autem dicatur frater domini, a diuersis, diuersimode dicitur. Eluidius enim dicit, quòd ideo dicitur frater domini: quia fuit filius beatæ virginis. Dicit enim, quòd beata virgo Christum concepit & peperit, & post partum Christi, cõcepit de Ioseph, & peperit alios filios: sed hic error est damnatus & reprobatus. Item, patet esse falsum, quia Iacobus non fuit filius Ioseph, sed Alphæi. Alii vero dicunt quòd Ioseph ante beatam virginem habuit aliam vxorem, de qua habuit filium Iacobum & alios, qua mortua, accepit in vxorem beatam virginem, de qua natus est Christus, non tamẽ cognita a Ioseph, sed per spiritum sanctum, vt in euangelio dicitur. Quia ergo ex patre nominantur cognationes, & Ioseph putabatur pater Christi, ideo iste Iacobus, licet non fuit filius virginis, tamen vocabatur frater domini. Sed hoc est falsum: quia si dñs matrem virginem noluit nisi virgini commendare custodiendam, quõ sustinuisset sponsum eius, virginem non fuisse, & sic perstitisse? Ideo alii dicunt & in Glo. tangitur, quòd Iacobus iste fuit filius Mariæ Cleophæ, quæ fuit soror virginis. Dicũt enim, quòd Anna mater beatæ virginis nupsit primo Ioachin, ex quo peperit Mariam matrem domini, quo mortuo, nupsit Cleophæ fatri Ioachin, ex quo peperit Mariam Cleophæ, & ex hac natus est Iacobus minor, Iudas & Simon, quo mortuo dicitur quòd nupsit adhuc cuidam tertio, qũi vocatus est Salome, ex quo concepit & peperit aliam Mariam, quæ dicta est Salome: & de hac natus est Iacobus maior, & Ioannes frater eius. Sed huic opinioni, dupliciter contradicit Hieron. Primo, quia Salome non est nomen viri, vt etiam in Græco apparet, sed est nomen mulieris, quæ fuit soror beatæ virginis, & ex Zebedeo genuit Iacobum maiorem & Ioannem: sicut Maria Cleophæ, ex Alphæo genuit Iacobum minorem, Iudam & Simonem. Dicitur autem frater domini iste Iacobus, specialiter inter alios suos consobrinos, & hoc propter duo. Primo, propter similitudinem effigiei, quia similis erat Christo in facie. Et propter similitudinem vitæ, quia imitabatur Christum in moribus. Vel quia Alpheus pater eius fuit de cognatione Ioseph. Et ideo quia Iudæi cognationis lineam texere solent a maribus, & Crhistus putabatur filius Ioseph, vt dicitur Luc. 3. ideo specialiter dictus est frater domini, & non alii, qui solum ex matre coniuncti erant ei. Accipitur autem hic frater, cognatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura Mat. 1. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Cognatione, sicut omnes consanguinei sunt fratres. Genes. 13. Ne quæso sit iurgium inter te & me, fratres enim sumus. Gente, & sic omnes vnius linguæ, dicuntur fratres. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Affectione, & sic omnes amici, & qui habent eundem affectum, dicuntur fratres 2. Co. 2. Eo q̃ non inuenerim Titum fratrem meum &c. Religione, & sic omnes Christiani qui habent vnam regulã vitæ, dicũtur fratres. Mat. 23. Fratres estis &c. Psal. 132. Ecce q̃ bonũ & q̃ iucundum habitare fratres in vnum &c. Communiter autem omnes homines dicuntur fratres, quia ab vno Deo gubernati & educati. Mal. 2. Nunquid non vnus est pater omnium nostrum &c. Consequenter cum dicit; *Quæ autem dico uobis &c.* Confirmat per iuramentum quod dixerat, quasi dicat. Ea quæ nunc scribo vobis de me; *Ecce* in manifesto sunt, ita q̃ satis constat; *Quia non mentior*. Et hoc dico; *Coram Deo* idest teste Deo Iurat autem hic Apostolus non ex leuitate, sed ex necessitate istorum, quibus necessariũ erat, vt crederent. Nisi, n. hoc faceret, nõ crederẽt ei 2. Cor. 2. Corã Deo in Christo loquimur. Ro. 1. Testis est mihi Deus &c. Quid ergo dicit dñs, Sit sermo vester, est est, nõ non, qd̃ amplius est, a malo ẽ? Dicẽdũ est, q̃ est a malo eius qui nõ credit, vel a malo pœnæ, quo cogitur q̃s iurare. Consequenter cũ dicit; *Deinde ueni &c.* ostẽdit, quomodo fuit approbatus ab aliis ecclesiis Iudææ. Vbi tria facit. Primo, ostendit vbi fuit conuersatus, quia in Cilicia. Vnde dicit; *Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ* scilicet patriæ. vnde etiam fuit raptus quia dicitur Act. 22. Erat autem Paulus a Tharso Ciliciæ &c. Secundo, quomodo fuit cognitus ab eis, quia non facie, sed auditu tantum & fama. Vnde dicit; *Eram enim ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ erant in Christo*, idest in fide Christi 2. Cor. 6. Sicut q̃ ignoti & cogniti. Vnde patet, quòd ecclesiæ Iudææ non docuerunt me; *Tantum enim auditum habebant*, scilicet de me per famam; *Quoniam qui persequebatur &c.* Tertio, quomodo approbatus est ab eis, quia; *In me glorificabant Deum*, idest in mea conuersione magnificum probabant, qui gratia sua me conuertit. Esa 43. Glorificabit me bestia &c.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus in præcedenti cap. commendauit authoritatem euangelicæ doctrinæ secundum seipsam: nunc in isto cap. commendat ipsam ex parte aliorum apostolorum & sua simul. Et circa hoc duo facit. Primo, commendat authoritatem suæ doctrinæ ex approbatione aliorum apostolorũ. Secundo, ex exemplo sui & aliorum apostolorum, ibi; *Nos natura Iudæi, non ex Gentibus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit, quòd alii apostoli approbauerunt suam doctrinam. Secundo ostẽdit, quòd libere reprehẽdit alios apostolos in his quę contrarium suæ doctrinæ dicebant, ibi; *Cum uenisset Petrus &c.* Circa primum duo facit. Primo, agit de collatione quam habuit

cum apostolis. Secundo, insinuat quid inde secutum sit, ibi; *Sed neque Titus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit circunstantias ipsius collationis. Secundo, ponit ipsam collationem ibi; *Et contuli cum illis &c.* Quantum ad primum tangit quatuor circunstantias, scilicet tempus, locum, testes, & motiuum ipsius. Describit autem tẽpus, cum dicit; *Deinde post annos quatuordecim*. Sed contra est: quia Apostolus fuit conuersus primo anno post pasionẽ Christi, & post tres iuit in Hierusalem, & sic sunt quatuor, & hic dicit, post annos quatuordecim, iterum iuit in Hierusalem, & sic fiunt decẽ & octo: & tunc inuenit Petrũ in Hierusalẽ. Et hoc nõ põt esse, quia Petrus sedit in Anthiochia septẽ annis: in Roma vero 25. annis. et sic essent duodeuiginti, & septẽ (qui sunt 25. anni) anteq̃ iret Romã, & Romæ moratus est 25. annis, ergo vixisset Petrus post passionem Christi 50. annis: quod est falsum, quia quadragesimo anno a passione Christi, passus est Petrus Romæ, vt in historia habet: quod fuit tempore Neronis. Respondeo: dicendũ quòd cum dicitur, *Deinde &c.* non est intelligendum quòd post tres annos, iterum elapsi sint quatuordecim anni antequam iret in Hierusalem: sed q̃ anno quartodecimo suæ conuersionis, iterum ascendit: nec sunt addendi supra istos quatuordecim, septem anni, quibus Petrus rexit ecclesiam Antiochenam, quia ante istos annos incepit regere: & cum Antiochia sit prope Hierusalem, potuit esse vt aliquando Petrus iuisset in Hierusalem, & tunc Paulus inuenerit eum ibi. Et sic colligitur ex historia, quòd post annos quatuordecim, Petrus venit Romam tempore Claudii imperatoris, & existens ibi 25. annis, compleuit numerum 39. annorũ, & mortuus est 40. anno post passionem domini. Dicit autem signanter quatuordecim, vt ostendat quòd non indigebat Apostolorũ instructione, si quatuordecim annis fuit sine eis. Locum vero describit, cum dicit; *Hierosolymam*. Et dicit; *Ascendi*, quia in alto posita est. Ascendit autem Hierosolymam, vt ostenderet se cõcordare cũ prophetia, quæ dicit Esai. 2. De Sion exibit lex &c. Testes describit, cum dicit; *Cum Barnaba, assumpto & Tito*, Barnabas Iudæus erat, Titus vero Gentilis. Cum eis ergo ascendit, vt haberet testes suæ doctrinæ, & vt in nullam partem, siue Iudeorum, siue Gentilium ostendat declinare. Deut. 17. In ore duorum vel trium stat omne verbum. Motiuum autem describit cum dicit; *Secundum reuelationem Dei*, idest Deo reuelante, & præcipiente sibi quòd ascenderet in Hierusalem. Ex quo colligi potest, quòd omnes actus apostolorum & motus, fuerũt secundum instinctum spiritusancti. Iob 37. Nubes spargunt lumen suum &c. Consequenter cum dicit; *Et contuli &c.* agit de ipsa collatione, vbi tria facit. Primo, manifestat materiam super quã contulit. Secundo, personas cum quibus contulit. Et tertio, causam propter quam contulit. Materia de qua contulit, fuit euangelium. et ideo dicit; *Contuli cum illis euangelium Dei &c.* Personæ cum quibus contulit, sunt maiores & excellẽtiores inter Apostolos; *Seorsum autem cum his &c.* Sed causa vtilis & necessaria, ne scilicet; *In uacuum &c.* quantum ad primum, dicit, Ascendi Hierosolymam, vbi contuli cum illis, tanquam cum amicis & paribus, euangelium quod prædicaui in Gentibus, non vt addiscerem, quia iam doctus eram a Christo, non vt certificarer, quia sic certus sum, quòd si angelus diceret contrarium, non crederem, vt patet supra 1. cap. Sed contuli propter duo, scilicet ad insinuandam vnitatẽ doctrinæ meę cum doctrina aliorum apostolorum 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes &c. Contulit ergo cum eis quasi idem verbum cum eis, sed non pares habuit. Item ad vitandum calumniam aliorum. Apostolus enim, quia non fuerat conuersatus cum Christo, nec edoctus ab apostolis: sed statim post conuersionem suam incepit prædicare quæ erant odiosa Iudæis: & specialiter de vocatione Gentium, & quòd non debebant seruari legalia. Sic ergo contulit euangelium: sed cum quibus hoc fecerit, ostendit subdens; *Seorsum autem his &c.* Quasi dicat, non cum omnibus, sed cum his qui erant inter alios alicuius authoritatis & momenti, scilicet cum Petro, Iacobo, & Ioanne, & aliis magnis. Eccle. 9. Cum sapientibus & prudentibus tracta &c. Sed; *Seorsum &c.* non quòd turpia vel falsa cum eis tractaret ac conferret, sicut hæretici faciũt, sed quia sciebat ibi esse Iudæos calumniantes, propterea quia de legalibus docuerat. et ideo ne veritas pateret calumniæ, cum illis seorsum contulit, qui nõ calumniarentur. Prou. 25. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretũ extraneo ne reueles &c. Eccle. 8. Coram extraneo ne facias consilium &c. Sic ergo patet & materia collationis, & personæ. Sequitur causa, quæ fuit scilicet; *Ne in uacuum currerem, aut cucurrissem*, idest ne reputaret prædicasse inutiliter. Vocat autem prædicationem suam, cursum, propter velocitatem suæ doctrinæ, quia in modico tempore a Hierusalem vsque in illiricum, & vsque in Hispaniam, prędicauit euãgeliũ. Vnde posset dici de eo illud Psalm. 147. Velociter currit sermo eius & 2. Thess. 3. Fratres orate pro nobis, vt sermo domini currat &c. Sed nunquid dubitabat, quòd in vacuum cureret? Dicendum est, quòd sibi non dubitabat, sed illis quibus prædicauerat, quia nisi ab illis firmiter teneretur sua doctrina, quantum ad illos in vacuum cucurrisset, & ideo voluit conferre cum eis, vt dum scirent auditores, quòd doctrina sua concordaret cum doctrina aliorum apostolorum, & approbaretur ab eis, firmius eius doctrinam tenerent, & sic quantum ad eos non in vanum cureret 1. Corinth. 9. Ego sic curro, non quasi in incertum. Consequenter cum dicit; *Sed neque Titus &c.* ostendit quid secutum sit ex collatione cum apostolis habita. Et ponit tria, quæ inde secuta sunt, scilicet quòd a sua sententia non recessit, & quòd sua doctrinæ nihil superadditum fuit, ibi; *Ab his autem qui uidebantur &c.* Tertio, quòd sua doctrina approbata est, ibi; *Sed contra cum uidissent &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd non recessit a sua sententia in quodam particulari. Secundo, ostendit quod etiam in nullo alio recessit ab ea, ibi; *Sed propter introductos &c.* Dicit ergo, Dico quòd ita contuli cum eis de doctrina euangelii quod ex hoc secutũ est, quòd doctrina mea & sententia firma permansit, scilicet de legalibus non obseruandis: sic quòd Gentiles non cogerentur ad seruandum legalia, in tantum; *Quod neque Titus, qui mecum erat, cum esset etiam Gentilis, compulsus est* rationibus eorum; *Circuncidi*, sed susceptus est ab apostolis in societatem incircuncisus. Vnde, tunc data est sententia ab apostolis de legalibus non obseruandis, sicut habetur Act. 15. Ratio autẽ, quare post passionem Christi non debent seruari legalia, assignatur a Chrisostomo talis, Manifestum est enim, quòd instrumentum quod fit de aliqua promissione seu fœdere tenet tantum, quousque cõpleatur fœdus & promissio, quibus completis, instrumentum prædictum in hoc non tenet. Circuncisio autem est quoddam instrumentum promissionis & fœderis, inter Deum & fideles homines: Vnde & Abraham accepit circuncisionem insignum promissionis: vt dicitur Gene. 17. Et quia Christi peracta passione, soluta fuit promissio & completum fœdus, ideo post passionem non tenet, nec valet circuncisio. Sic ergo patet, quòd non recessit a sententia sua in hoc, quòd non permitteret circuncidi Titũ. Consequenter ostendit quòd in nullo alio etiam recessit ab ea, cum dicit; *Sed propter sub introductos &c.* Litera autem ista est diuersa in diuersis & obscura, & legitur sic, Tu dicis quòd non permisisti circuncidi Titum, sed quare non permisisti? Nonne alibi permisisti Timotheum, sicut legitur Act. 16. Ad hoc potest sic respondere Apostolus: quia tunc temporis quãdo Timotheus fuit circuncisus, indifferens erat circuncisio, vtrum, scilicet seruaretur vel non: sed modo cum ageretur de Tito, erat specialis quæstio de circuncisione quam ego dicebam non debere seruari. Vnde si permisissem eum circuncidi, cum egomet diffiniuissem quæstionem, fuisset factum in contrarium, nec licebat vltra de hoc mouere quæstionem, vel facere difficultatem, vtpote iam determinatam. Et ideo dicit, Dico quòd non solum non permisi ipsum circuncidi ab illis; *Quibus neque ad horam cessimus subiectione*, scilicet vt Gentes subderentur legi. Et hoc propter subintroductos a diabolo, vel a pharisæis; *Falsos fratres*, qui se fingunt amicos 2. Corint. 12. Periculum in falsis fratribus; *Qui*, scilicet fratres falsi; *Subintroierunt*, in locum, vbi erant Apostoli; *Latenter explorare*, idest ad explorandam; *Libertatem nostram* a peccato & lege 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ro. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. infra 4. Vt eos, qui sub lege erant redimeret; *Quam*, scilicet libertatem; *Habemus in Christo Iesu*, idest per fidem Christi. infra 4. Non estis ancillæ filii, sed Liberæ. Et ad hoc subintroierunt; *Vt in seruitutem* legis & carnalium obseruantiarum; *Redigerent* sicut ante passionem Christi, quod non est faciendum, quia Fundamẽtum aliud nemo potest ponere &c. 1. Corin. 3. Et hoc vt veritas euangelii permaneat apud vos quasi dicat. In nullo cessimus eis propter hoc, ne scilicet; *Occasionem daremus eis* qui sine circuncisione dicebant vos non posse saluari, qd̃ est contra veritatem euangelii; quod prædicaui vobis. Ambro. autem aliter legit, secundũ præmissa

naba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium quod prædico in Gentibus, Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subĩtroierũt explorare libertatẽ nostrã, quã habemus in Xpo Iesu, vt nos in serui tutẽ redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectione: vt veritas euãgelij pmaneat apud vos.

missa enim habetur, quòd ideo ad horam non cessit propter subintroductos. Ex quo sequitur, quòd nisi fuissent subintroducti falsi fratres, cessisset eis de legaliū obseruatione. Et ideo propter hoc nō fuit: quia propter hoc non cessisset eis, sed propter ipsam veritatem. Ideo dicit Ambr. quòd litera est falsa, & superfluit ibi, NEQVE. Vnde vult, quòd nō sit ibi, NEQVE. Et tunc est sensus. Non permisi circuncidi Titum, sed Timotheū permisi circuncidi; *Propter subintroductos falsos fratres*, in loco vbi eram cum Timotheo & aliis qui subintroierunt &c. Quod cū facere nequiuissent, populum in seditionem cōtra nos incitare moliebantur. Quibus, scilicet falsis fratribus propter hoc; *Cessimus ad horam subiectionis*, in facto circuncisionis, circuncidendo Timotheum, ibi; *Vt veritas euangelii permaneat &c.* Quæ habet, quòd nec circuncisio aliquid confert, neque præputium, sed fides. Fuit autem specialis causa, quare Timotheus circuncisus fuit & non Titus, quia Timothæus fuit ex patre Gentili, & matre Iudæa, Titus vero, ex vtroque parente Gentili. Et sententia Apostoli erat, quòd qui ex aliquo parente Iudæo nati fuerant, circunciderentur, qui vero totaliter ex Gentilibus parentibus nati essent, nullo modo debeant circuncidi.

LECTIO II.

AB his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi .n. qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed ecōtra, cum vidissent quòd creditum est mihi euangeliū præputij, sicut & Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatū circuncisionis, operatus est & mihi inter gētes.) & cū cognouissent gratiā q̄ data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioānes, q videbātur columnę esse, dextras dederūt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus. Quod et solicitus fui hoc ipsum facere.

LECTIO SECVNDA.

OSTENSO quòd Apostolus in nullo recessit a sententia sua in collatione prædicta: hic cōsequenter ostēdit, quòd nihil suæ doctrinæ per alios Apostolos superadditum fuit. Et circa hoc, duo facit. Primo enim, describit conditionem Apostolorum, nihil ei addere valentium. Secundo, prosequitur propositum, ibi; *Mihi enim qui &c.* Conditionem autem illorum describit ex tribus. Primo, ex authoritate quam habebant in ecclesia quæ est magna, et quantum ad hoc dicit; *Ab his autem &c.* Litera defectiua est. unde debet suppleri sic. Ab his autem, scilicet Petro & Ioanne. q. d. Licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinæ. Et si ab his nihil accepi, multo minus ab aliis. Sed notandum est, quòd hoc quod dicit; *Qui videbantur aliquid esse*, si hoc intelligatur secundum gratiam Dei quæ in ipsis erat, sic verum est, quòd secundū hanc magni erāt, quia quos iustificauit, hos & magnificauit, vt dicitur. Rom. 8. Si vero intelligātur aliquid esse secundum seipsos, sic falsum est, quia secundum hoc, nihil erant. Nam si secundum se aliquid esse viderentur, semper fuissent magni, quia quod per se inest, semper inest. Vnde, cum non fuerint semper magni, non secundum se videbantur aliquid esse. Secundo, describit eorum conditionē ex statu eorum ante conuersionem, quam habuerunt in Synagoga. Et hunc statum caute ostendit fuisse abiectum & vilem. Vnde dicit; *Quales aliquando fuerint*, quia rustici, pauperes, idiotæ & sine literis erant. 1. Cor. 1. Non multi sapientes secūdum carnē &c. Sed quales fuerint; *Nihil*, idest non; *Mea interest*, scilicet referre. Et hoc forte introducit, vt considerantes statum quē illi habuerunt in Synagoga (qui nullus fuit,) & statum Pauli (qui magnus fuit) manifeste cognoscant, quòd Paulus in sententia quantum ad legalia sit eis præferendus, & præsertim cum Paulus in statu ecclesiæ Christi eis æquaretur, ita quòd Paulus eos in statu Synagogæ ante conuersionem præcedebat, in statu post cōuersionem, eis æqualis erat. Vnde cum agebatur de Synagoga, magis erat standum sententiæ Pauli, quàm aliorū: sed cum de euangelio ageretur, standum erat sententiæ suæ: sicut sententiæ aliorum. Et sicut alii non erant magni per legalia, sed per Christum, sic & Apostolus per Christum magnus erat in fide; & nō per legalia. Tertio, describit eorū cōditionem ex diuina electione, & quātum ad hoc dicit; *Deus enim personam &c.* q. d. Ideo magni sunt, quia Deus eos magnificauit, non attendens ad merita vel demerita eorum, sed ad ipsum quod facere intendit. Et ideo dicit; *Deus personam hominis non accipit*, idest nō considerat magnā vel paruā. Sap. 6. Pusillum & magnū ipse fecit &c. Sed sine personarū acceptione ad salutē oēs vocat, nō imputans illis delicta eorū, & hoc quia transierūt. 2. Cor. 5. Vetera trāsierūt &c. Ps. 15. Nec memor ero nominū eorū &c. Et ideo dicit Petrus. Act. 10. In veritate cōperi, q̄ nō est personarū acceptio &c. Circa hoc sciēdū est, q̄ accipere personā proprie est in aliquo negotio attēdere, quasi regulā ipsius negotii, cōditionē personæ nihil faciēte ad negotiū, puta, cū ideo do bñficiū alicui, quia est nobilis, siue pulcher. Nobilitas .n. seu pulchritudo nil facit ad hoc, q̄ habeat bñficiū. Si vero cōditio personæ facit ad negotiū, sic cōsiderando illā conditionē in facto illo, non accipio personā: sicut si ideo do beneficium alicui, quia bonus est & bene deseruiet ecclesiæ, quia bñ literatus & honestus, nō sū acceptor personę. Nil ergo est proprie accipere psonam, q̄ considerare condicionē personæ, nil facientē ad negotium. Cū ergo Deus in operibus suis, & beneficiis, nihil præexistēs ex parte creaturæ respiciat, quia ipsum, qđ est creaturæ ē effectus suæ electionis, sed respiciat solū quasi pro regula beneplacitū voluntatis suæ, s̄m quā oīa operatur, & nō s̄m aliquā conditionē personæ, vt dr̄ Eph. 4. manifestū est, q̄ nō accipit personā hoīs. Consequenter descripta conditione eorū, ostendit propositū. s. q̄ nil ei addere potuerūt. Et ideo dicit; *Mihi enim qui videbātur aliquid esse, nihil contulerunt*, q. d. Licet essent magnæ authoritatis, tn̄ nil addiderunt doctrinæ meæ, nec potestati: quia sicut supra dictū est, neq; ab hoīe accepi euāgeliū, neq; per hoīem didici. Glo. aūt aliter legit, quales aliqn̄ fuerunt &c. q. d. Non pertinet ad me referre statum eorum ante conuersionē, quales .s. fuerunt, quia & hoc nihil refert, cū & ego fuerim ipsius ecclesiæ persecutor, & tn̄ Deus suæ beneplacito voluntatis, elegit me & magnificauit, & hoc quia dn̄s personam hoīs non acceptat. Consequenter cum dicit; *Sed contra cum vidissent. &c.* Ostendit quō eius sententia sit approbata ab Apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam approbationis. Secundo, insinuat ipsam approbationem, ibi; *Iacobus & Cephas &c.* Tertio, addit quandam conditionem approbationi interpositā, ibi; *Tantum vt pauperes &c.* Causam autē approbationis (quæ mouit apostolos approbare sententiam Apostoli) ponit duplicem, scilicet prædicationis officium Apostolo iniunctum a Christo, & effectum iniuncti officii, ibi; *Et cum cognouissent &c.* Circa primum, primo ponit officium iniunctum, quod mouit eos ad approbādum. Secundo, officii manifestationem, ibi; *Qui enim operatus est &c.* Dicit ergo, Dico q̄ illi: *Qui videbantur aliquid esse, nihil mihi contulerunt*, sed potius contra opinionem aduersariorum, qui ascenderant contra me in Hierusalem ad apostolos pro ipsa quæstione, me ipsi apostoli approbauerunt, & hoc; *Cum vidissent quod creditum est mihi euangelium*, idest officium prædicationis; *Præputii*, idest iniunctum prædicare incircuncisis, scilicet Gentibus. Hier. 9. Omnes Gentes habent præputiū, oīs autem domus &c. Sicut Petro commissa est authoritas, vt prædicaret Iudæis tantū, & Paulus Gentibus, sed postmodum & Petrus prædicauit Gentibus, & Paulus Iudæis. Sed quia aliquis posset dicere, vnde constat nobis, quòd tibi sit commissum euangelium in Gētibus, ideo interponens dicit? quòd per operationes Christi. Sicut enim patet quòd Petrus accepit euangelium a Christo propter mirabilia quæ Christus fecit per eum, ita patet, quòd ego ab ipso accepi propter miracula quæ Christus operatus est, & operatur in me. Et ideo dicit: *Qui operatus est Petro &c.* idest, qui Petrum fecit Apostolum in Iudæa. s. Christus, ipse me fecit Apostolum in Gētibus. Et hæc est causa, quæ mouet eos. Sed quia nō sufficit iniunctio & authoritas prædicandi, nisi homo per bonam scientiam & discretam eloquentiam ipsam exequatur, & per bonam vitam commendet, ideo addit usum suæ authoritatis, seu officii effectum dicēs; *Et cum cognouissent gratiam Dei. &c.* Et est litera suspensiua. i. cum vidissent q̄ gratiosa & fructuosa esset prædicatio mea; *Tunc Iacobus, & Cephas, & Ioannes &c.* In quo notatur approbatio, seu societas facta cum eis & Paulo. Et primo, ponuntur personæ inter quas facta est societas, quæ sunt; *Iacobus, & Cephas*, idest Petrus & Ioannes. Et præmittitur Iacobus, quia erat eps Hierosolymorum, vbi hæc facta sunt. Ioānes autē iste, fuit Ioannes euangelista, qui non deseruit Iudæam usque ad tempus Vespasiani; *Qui videbantur columnæ esse* Metaphorice dicitur hoc. i. sustentatio totius ecclesiæ. Sicut enim totum ædificium sustentatur per columnas, ita per istos tota ecclesia Iudæorum sustentabatur & regebatur. Et de istis columnis dicitur in Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius, i. Apostolos ecclesiæ. Can. 5. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Isti. s. ex una parte, *Dederunt dexteras societatis*. i. consenserunt in societatem; *Mihi & Barnabæ* in quo designātur personæ ex alia parte. Per hoc autem, q̄ dederunt sibi dexteras,

teras, significatur quòd per manus se acceperunt, in signum coniunctionis & vnitatem opinionis. Secundo, ostenditur societatis tenor, seu conditio, cum dicit; *Vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem*, scilicet prædicarent. q. d. Facta fuit inter nos coniunctio & vnio, ita tamen quòd sicut omnes fideles obediunt Petro in circuncisione, idest in ecclesia Iudęorum fidelium, ita omnes Gentiles qui conuersi fuerunt ad Christum, obedirēt Barnabæ & Paulo: hoc tamen apposito; *Vt nos essemus memores pauperū Christi*, qui scilicet vendiderant omnia bona sua, & pretium eorum ad pedes Apostolorum posuerant, propter Christum pauperes effecti; *Quod quidem solicitus fui hoc idem facere*, non minus affectus, quàm ipsi qui ordinauerunt, sicut apparet. Ro. 15. & 1. Cor. 6. & 2. Cor. 8. & 9. Ratio autem, quare consuetudo primitiuæ ecclesiæ de venditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circuncisione, & non in ecclesia ex Gentibus, hæc est, quia fideles Iudæi congregati erant in Hierusalem, & in Iudæa quæ destruenda in breui a Romanis erat, vt postmodum rei probauit euentus: & ideo voluit Dominus vt ibi possessiones non reseruarentur, vbi permansuri non erant. Ecclesia vero Gentilium firmanda erat & augenda: & ideo cōsilio spiritussancti factum est, vt in ea possessiones non venderentur.

LECTIO III.

CVm autem uenisset Petrus Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehēsibilis erat. Prius enim quám uenirent q̄dam a Iacobo cum Gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circuncisione erāt. Et simulationi eius, cōsenserunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceret ab eis ī illā simulationē. Sed cū uidissem, q̄ nō recte ambularent ad ueritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis & nō Iudaice, quomodo Gētes cogis Iudaizare?

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit, quòd ipse nil vtilitatis accepit ex collatione habita cum dictis Apostolis, hic uero ostendit quòd ipse aliis profuit. Et primo ostendit, quomodo profuit Petro in corrigendo eum. Secundo manifestat ea, quæ dixit, ibi; *Prius enim quam uenirent &c.* Dicit ergo, Vere ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego potius contuli eis, & specialiter Petro: quia; *Cum uenisset Petrus Antiochiam* vbi erat ecclesia Gentium ego; *Restiti ei in faciem*, idest manifeste. Eccle. 4. Ne reuerearis proximum in casu suo, ne retineas verbum &c. Vel; *In faciem*, idest non in occulto, tanquam detrahens & timens, sed publice & vt par ei. Leui. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum &c. Et hoc ideo; *Quia reprehensibilis erat.* Sed contra: quia hoc fuit post acceptam gratiā spiritussancti: sed post gratiam spiritussancti nullo modo peccauerunt apostoli. Respondeo: Dicendum, quòd post gratiam spiritus sancti nullo modo peccauerunt mortaliter apostoli, & hoc donum habuerunt per potentiam diuinam, quæ eos confirmauerat. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius &c. Peccauerunt tamen venialiter, & hoc fuit eis ex fragilitate humana. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus scilicet veniale, ipsi nos seducimus &c. Quod vero dicitur in Glo. Restiti ei tamquam par, Dicendum est, quòd Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis. Ex prædictis ergo habemus exemplum, prælati quidem humilitatis, vt non dedignentur a minoribus & subditis corrigi: subditi vero, exemplū zeli & libertatis, vt non vereantur prælatos corrigere, præsertim si crimen est publicum & in periculum multitudinis uergat. Consequenter cum dicit *Priusquam uenirent &c.* Manifestat ea quæ dixit. Et primo hoc, quòd dixit eum reprehensibilem esse, Secundo vero hoc, quòd dixit Petrum reprehendisse, ibi; *Sed cum uidissem &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid Petrus sentiebat. Secundo, quid faciebat, ibi; *Cum autem uenisset &c.* Tertio, quid inde sequebatur, ibi; *Et simulationi eius &c.* Dicit ergo circa primum, quòd Petrus sentiebat legalia non esse seruanda. Et hoc, facto ostendebat, quia; *Priusquam uenirent quidam Iudaei*, scilicet zelantes pro legalibus a Iacobo Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopo; *Edebat*, scilicet Petrus; *Cum gentibus*, idest indifferenter vtebatur cibis gentilium. Et hoc faciebat ex instinctu spiritussancti, qui dixerat ei, Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris, vt habetur Act. 10. vt ipse ibidem sequenti cap. dixit Iudæis, qui contra eum insurrexerunt: quia cum incircuncisis comedisset, quasi rationem reddens. Quid autem faciebat, ostendit hic Paulus dicens, quòd cum erat cum Iudæis; *Subtrahebat se* a consortio fidelium, qui fuerant ex Gentibus, adhærens Iudæis tantum, & congregans se cum eis. Et ideo dicit; *Cum autem uenisset*, scilicet a Iudæa; *Subtrahebat se* Petrus a Gentibus conuersis; *Et segregabat se ab eis*. Et hoc ideo, quia erat; *Timens eos, qui ex circuncisione erant*, idest Iudæos, non quidem timore humano siue mundano, sed timore charitatis, ne scilicet scandalizarentur, sicut dicitur in Glo. Et ideo factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans se cum infirmis idem sentire, sed tamen inordinate timebat, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandali. Quid autem ex hac simulatione sequebatur, subdit dicens; *Quod simulationi eius* scilicet Petri; *Consenserunt cæteri Iudæi* qui erant Antiochiæ discernentes cibos & segregātes se a Gentibus, cum tamen ante simulationē huiusmodi, hoc non fecissent. Et non solum illi consenserunt Petro, sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium; *Vt etiam Barnabas*, qui mecum erat doctor Gentium & contrarium fecerat & docuerat; *Duceretur ab eis in illam simulationem*, subtrahens se ab eis, scilicet Gentibus. Et hoc ideo, quia secundum quod dicitur. Eccle. 10. Qualis est rector ciuitatis &c. Et ibidem, Secundum iudicem populi &c. Consequenter cum dicit; *Sed cum uidissem &c.* Manifestat ea, quæ dixerat de reprehensione sua, qua Petrum reprehendit. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit causam reprehensionis. Secundo, reprehendendi modum. Tertio, reprehensionis verba. Occasio autem reprehensionis est non leuis, sed iusta & vtilis, scilicet periculum euangelicæ veritatis. Et ideo dicit, Sic Petrus reprehensibilis erat, sed ego solus cum vidissem quòd, *Non recte ambularent* illi qui sic faciebāt; *Ad ueritatem euangelii*, quia per hoc peribat veritas, si cogerentur Gentes seruare legalia, ut in fra patebit. Quòd autem recte non ambularent, ideo est, quia veritas, maxime vbi periculum imminet, debet publice prædicari, nec fieri contrarium propter scandalum aliquorum. Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Modus autem reprehendendi fuit conueniens, quia publicus & manifestus. Vnde dicit; *Dixi Cephæ*, idest Petro; *Coram omnibus*, quia simulatio illa in periculum omnium erat, 1. Thi. 5. Peccantem coram omnibus argue. Quod intelligendum est de peccatis manifestis, & non de occultis, in quibus debet seruari ordo fraternæ correctionis. Cuiusmodi autem verba Apostolus dixerit Petro, cum eum reprehenderet, subdit, dicens; *Si tu Iudæus cum sis &c.* quasi dicat, O Petre; *Si tu cum Iudæus sis* natione & genere; *Gentiliter & non Iudaice uiuis*, idest Gentium & non Iudæorum ritum seruas, cum scias, & sentias discretionem ciborum nihil conferre; *Quomodo cogis Gentes* non quidem imperio, sed tuæ conuersationis exemplo; *Iudaizare?* Et dicit cogis, quia secundum quod Leo Papa dicit, Validiora sunt exempla quàm verba. In hoc ergo Paulus reprehendit Petrum, quòd cum ipse esset instructus a Deo, cum Iudaice prius viueret, ne postea amplius cibos discerneret. Act. 10. Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris, ipse cōtrarium simulabat.

Sciendum est autem, quòd occasione istorum verborum, non parua controuersia est orta inter Hieronymum & Augu. Et secundum quod ex eorum verbis aperte colligitur, in quatuor discordare uidentur. Et primo in tempore legalium, quando scilicet seruari debuerunt. Nam Hieronymus duo tempora distinguit, vnum, ante passionem Christi, aliud, post passionem. Vult ergo Hieronymus quòd legalia ante passionem Christi, viua essent, idest habentia virtutem suam, inquantum scilicet, per circuncisionem tollebatur peccatū originale, & per sacrificia & hostias placabatur Deus. Sed post passionem non solum dicit ea non fuisse viua uel mortua, sed quod plus est, ea fuisse mortifera, & quòd quicunque post passionem Christi ea seruauit, peccauit mortaliter. August. vero distinguit tria tempora. Vnum tempus ante passionem Christi, & concordans cum Hieronymo dicit isto tempore legalia viua fuisse. Aliud tempus est post passionem Christi immediate, ante gratiam diuulgatam) sicut tēpus Apostolorum in principio) in quo tempore dicit Aug. legalia mortua fuisse, sed tamen non mortifera Iudæis conuersis, dummodo ipsa seruantes, spem in eis non ponerent, ita quòd etiam ipsi Iudæi ea seruantes tunc non peccarent. Si vero in eis spem posuissent, quicunque conuersi ea seruantes, peccassent mortaliter: quia si posuissent in eis spem, quasi essent necessaria ad salutem, quantum in eis erat, euacuassent gratiam Christi. Aliud tempus dicit esse, post veritatem, & gratiam Christi diuulgatam, & in isto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea seruantibus. Ratio autem dictorum est, quia si Iudæi statim post conuersionem fuissent prohibiti ab obseruantiis legalium, visum fuisset eos pari passu ambulare cum idolatris, qui

qui ſtatim ab idolorum cultura prohibebantur, & legalia non fuiſſe bona, ſicut nec idolatriam. Et ideo inſtinctu ſpiritus ſancti permiſſum eſt, vt legalia modico tempore ſeruarentur, ea intentione, quæ dicta eſt, vt per hoc oſtenderetur legalia tunc bona fuiſſe. Vnde dicit Auguſtinus, quod per hoc oſtendebatur, quòd mater Synagoga cum honore deducēda ad tumulum erat, dum non ſtatim poſt paſſionē Chriſti, legalia prohibita ſunt. Quicunque verò non eo modo ipſa ſeruaret, non honoraret matrē Synagogam, ſed eam extumularet.

LECTIO IIII.

NOs natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem, quòd nō iuſtificatur homò ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod, ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

Secundo, diſcordant prædicti Hieronymus & Auguſtinus de obſeruatione legalium, quantum ad ipſos Apoſtolos. Hieronymus enim dicit quòd Apoſtoli nunquam ſecundum veritatem ſeruabant legalia, ſed ſimulauerunt ſe ſeruare, vt vitarent ſcandalum fidelium, qui fuerant ex circunciſione. Et hoc quidem modo dicit ſimulaſſe Paulum, quando perſoluit votum in templo Hieroſolimytano, vt habetur Act. 21. & quando circuncidit Timotheum, vt habetur Act. 16. & quando a Iacobo monitus quædam legalia ſuſcepit, vt habetur Act. 15. Et hoc quidem facientes, non deludebant alios, quia faciebant hoc non intendentes legalia ſeruare, ſed propter aliquas cauſas, ſicut quòd quieſcebant in ſabbato, non propter obſeruantiam legis, ſed propter quietem. Item, abſtinebant ab immundis ſecundum legem, non propter obſeruantiam legis, ſed propter alias cauſas, vtpote propter abhominationem & aliquid huiuſmodi. Auguſtinus vero dicit, quòd Apoſtoli ſeruabant ipſa legalia, & hoc intendentes, ſed tamen non ponentes in eis ſpem, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem. Et hoc quidem licebat eis, quia fuerunt ex Iudæis, Ita tamen, quòd hæc ſeruarent ante gratiam diuulgatam: vnde ſicut eo tempore alii Iudæi conuerſi ſine periculo ſeruare poterant, abſque eo quòd eis in ſpem ponerent, ita & ipſi. Tertio, diſcordant de peccato Petri. Nam Hieronymus dicit in ſimulatione prædicta Petrum non peccaſſe, quia hoc ex charitate fecit, & non ex aliquo timore mundano, vt dictum eſt. Auguſtinus vero, dicit eum peccaſſe, venialiter tamē, & hoc propter indiſcretionem quam habuit nimis inhærendo huic parti, (ſcilicet Iudæorum) ad vitandum eorum ſcandalum. Et validius argumentum Auguſtini contra Hieronymum eſt, quia Hieronymus adducit pro ſe ſeptem doctores, quorum quatuor, ſcilicet Laudicenſem, Alexandrum, Origenem, & Didimum, excludit Auguſtinus, vtpote de hæreſi infames. Aliis vero tribus opponit tres quos pro ſe & pro ſua opinione habet, ſcilicet Ambroſium, Cyprianum & ipſum Paulum, qui manifeſte dicit, quòd reprehenſibilis erat Petrus. Si ergo nephas eſt dicere in ſcriptura ſacra aliquod falſum contineri, non erit fas dicere Petrum reprehenſibilē non fuiſſe. Et propter hoc, verior eſt opinio & ſententia Auguſtini, quia cum dictis Apoſtoli magis concordat. Quarto, diſcordant in reprehenſione Pauli. Nam Hieronymus dicit, quòd Paulus vere non reprehendit Petrum, ſed ſimulatorie, ſicut & Petrus ſimulatorie legalia ſeruabat, vt ſcilicet ſicut Petrus nolens ſcandalizare Iudæos ſimulabat ſe legalia ſeruare, ita Paulus vt non ſcandalizaret Gentes, oſtendit ſibi diſplicere, quod Petrus faciebat, & ſimulatorie reprehendit, facientes, hoc quaſi ex condicto, vt veriſq; fidelibus ſibi ſubditis prouiderent. Aug. vero dicit, ſicut Petrū vere ſeruaſſe legalia, ita dicit Paulum eum vere reprehendiſſe & non ſimulatorie. Sed & Petrus quidem ſeruando peccauit, quia inde erat ſcandalum apud Gentiles, a quibus ſe ſubtrahebat. Paulus vero non peccauit reprehendendo, quia ex eius reprehenſione nullum ſcandalum ſequebatur.

LECTIO QVARTA.

SVPRA oſtendit veritatem doctrinæ Apoſtolicæ prædicatæ per eum ex authoritate aliorum Apoſtolorum, hic oſtendit idem ex eorum conuerſatione & exemplo. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit propoſitum per Apoſtolorum conuerſationem. Secundo, aduerſantium obiectionem; *Quod ſi quærentes iuſtificare &c.* Circa primum tria facit. Primo, præmittit Apoſtolorum conditionem. Secundo, inſinuat eorum conuerſationem, ibi; *Scientes autem quòd non iuſtificatur &c.* Tertio, intentam conditionem, ibi; *Propter quod ex operibus legis &c.* Conditio autem Apoſtolorum & etiam ipſius Pauli hæc eſt, quòd ſecundum naturalem originem ex Iudæis proceſſerunt. Et hoc eſt quod dicit; *Nos*, ſcilicet ego & apoſtoli alii ſumus; *Natura*, ideſt naturali origine; *Iudæi* non proſeliti. 2. Corinth. 11. Hebræi ſunt & ego &c. Et hæc eſt magna laus, quia vt dicitur. Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt; *Et non Ex Gentibus peccatores*, ideſt non ſumus peccatores, vt Gentes ydolatræ & immundæ. Sed contra eſt quod dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus &c. ergo Iudæi ſunt peccatores Reſpondeo, Dicendum eſt quòd aliud eſt peccantem eſſe, aliud peccatorem. Nam primum denominat actum: ſecundum vero promptitudinem ſiue habitum ad peccandum. Vnde ſcriptura, iniquos & grauibus peccatorum ſarcinis oneratos, peccatores appellare cōſueuit. Iudæi ergo propter legem ſuperbiētes, quaſi per eā coerciti a peccatis, Gentes quæ ſine freno legis erāt, & ad peccandū pronæ, peccatores vocabāt. Eph. 4. Non circunferamur omni vento doctrinæ &c. Cū ergo dicat Apoſtolus, nō ex Gētibus peccatores, exponitur. i. non ſumus de numero peccatorū, qui ſunt inter Gētiles &c. Cōſequenter cū dicit; *Scientes autem quod non iuſtificatur homo etc.* Ponit Apoſtolorū cōuerſationē, quæ quidē non eſt in legalibus, ſed in fide Chriſti. Et circa hoc duo facit. Primo, exprimit rōnem Apoſtolicæ cōuerſationis. Secūdo, ponit ipſam Apoſtolicam cōuerſationem, ibi; *Et nos in Chriſto &c.* Erat ergo Apoſtolica cōuerſatio in fide, & nō in legalib⁹. Cuius ratio eſt, quia licet fuerimus Iudæi natura & in legalibus nutriti, tñ ſcientes pro certo; *Quod non iuſtificatur homo ex operibus legis*, ideſt per opera legalia; *Niſi per fidem Ieſu Chriſti*, ideo deſerentes illā, conuerſamur in præceptis fidei, Rom. 3. Arbitramur enim hominē iuſtificari per fidē ſine operibus legis. Act. 4. Non eſt aliud nomen &c. Sed contra. Rom. n. 2. dicitur, Non. n. auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabūtur &c. Videtur ergo, ꝙ ex operibus legis iuſtificetur homo. Reſpondeo. Dicendum eſt, ꝙ iuſtificari poteſt dupliciter accipi, ſiu ſtitiam exequi, & iuſtum fieri. Primo autē modo, homo iuſtificatur, qui opera iuſtitiæ facit. nō autē iuſtus fit aliquis niſi a Deo, per gratiam. Sciendum eſt ergo, quòd opera legis quædam erant moralia, quædam vero ceremonialia. Moralia autem, licet continerentur in lege, non tamen poterant proprie dici opera legis; cum ex naturali inſtinctu, & ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed ceræmonialia dicuntur proprie opera legis. Quantūcunq; ergo homo, quo ad executionem iuſtitiæ ex moralibus iuſtificetur, & etiam ex ceræmonialibus, inquantum ſeruare eā eſt opus obedientiæ, vt ad ſacramenta pertineant, & ſic accipitur ſecundum dictum Apoſtoli ad Roma. 2. Quantum tamen ad iuſtum fieri, ex operibus legis non iuſtificari homo per hæc videtur, quia ſacramenta veteris legis non conferebant gratiam, infra. 4. Conuerſi eſtis ad egena elementa, ideſt gratiam non conferentia, neq; gratiam in ſe continentia. Sacramenta vero nouæ legis, licet ſint elementa materialia: nōn tamen ſunt elementa ægena, quia in ſe gratiam continent, vnde & iuſtificare poſſunt. Si qui autem in veteri lege iuſti erant, nō erant iuſti ex operibus legis, ſed ſolum ex fide Chriſti, quem Deus propoſuit propitiatorem per fidem, vt dicitur Roma. 3. Vnde & ipſa ſacramenta veteris legis, non fuerunt niſi quēdam proteſtationes fidei Chriſti, ſicut & noſtra ſacramenta, ſed differenter: quia illa ſacramenta gratiam Chriſti configurabant, quaſi futuram: noſtra autem ſacramenta proteſtantur, quaſi continentia gratiam preſentem. Et ideo ſignanter dicit quòd; *Ex operibus legis non iuſtificatur homo niſi per fidem Ieſu Chriſti*: quia, & ſi olim aliqui ſeruantes opera legis iuſtificarentur, non tamen hoc erat niſi per fidem Ieſu Chriſti. Ex hac autem ſcientia apoſtolorum, quam habebant, quòd iuſtificatio non eſt per operationem legis, ſed per fidem Chriſti, concludit conuerſationem apoſtolorum eſt gentium fidem Chriſti & dimittentium opera legis. Vnde ſequitur; *Et nos in Chriſto Ieſu credimus*: quia vt dicitur Actuum. 4. Non eſt aliud nomen datum &c. Vnde ſequitur; *Vt iuſtificemur ex fide Chriſti.* Rom. 5. Iuſtificati ergo ex fide &c. Et ne aliquis credat, quòd ſimul cum lege Chriſti opera legis iuſtificent, ſubiungit; *Et non ex operibus legis.* Rom. 3. Arbitramur. n. iuſtificari hominem per fidem &c. Ex hoc concludit principale intentum, dicens quòd ſi apoſtoli qui ſunt naturaliter Iudei non quærunt iuſtificari per opera legis, ſed per fidem, quòd; *Non iuſtificatur omnis caro ex operibus legis*; nec homo quicunq; poteſt iuſtificari per opera legis. Sumitur enim hic caro, pro homine, ſcilicet pars pro toto. ſicut Eſa. 40. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. Dicens autem; *Propter quod &c.* Concludit quaſi a maiori. Magis enim videtur naturale vel rationabile de Iudeis, quòd per opera legis non per fidem iuſtificarentur quām alii, ſed hoc non eſt. Quare &c.

LEC-

LECTIO QVINTA.

POSTEQVAM Apoſtolus oſtendit per conuerſationem apoſtolorum legalia non eſſe obſeruanda, quod ipſe dicebat, hic mouet quæſtionem in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quæſtionem. Secundo, ſoluit eam, ibi; *Abſit &c.* Tertio, ſolutionem eius manifeſtat, ibi; *Ego enim per legem &c.* Primum dupliciter poteſt exponi, ſecundum Gloſam. Primo, ſic. Poſſet enim aliquis dicere, quòd Apoſtoli deſerentes legem, veniēdo ad fidem Chriſti, peccaſſent. Sed ex hoc Apoſtolus introducit quaſi quoddam inconueniens, ſcilicet Chriſtum eſſe authorem peccati, eo quòd homines ad ſuam fidem vocat. Et hoc eſt quod dicit; *Quod*, ideſt, ſed; *Si* nos Apoſtoli; *Quærentes iuſtificari in ipſo*, ideſt per ipſum, ſcilicet Chriſtum; *Inuenti ſumus*, ideſt manifeſte comprobamur; *Et ipſi* Apoſtoli; *Peccatores* propter legis dimiſſionem; *Nunquid Chriſtus eſt miniſter peccati?* ideſt inducens nos ad peccandum, qui nos a ſtatu legis ad ſuam fidem vocauit? infra. 4. Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, ſcilicet ab onere legis. Reſpondet Apoſtolus; *Abſit*. Quia magis eſt miniſter iuſtitiæ. Roman. 5. Per vnius obedientiam, iuſti conſtituuntur multi 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit &c. Et quòd Chriſtus non ſit miniſter peccati, abſtraheus a lege veteri, patet, quia ſi ego ipſe; *Quæ deſtruxi*, ſcilicet, ſuperbiam gloriantem de lege; *Iterum reædifico* volens redire ad gloriandum de lege; *Præuaricatorē meipſum cōſtituo*, reſumens quæ deſtruxi 2. Petri 2. Canis reuerſus ad vomitum &c. Ioſue 2. Maledictus homo, qui reædificauerit Hierico. Dicit autem, Quæ deſtruxi, non ipſam legem, vt Manichei volunt, quia lex ſancta eſt. Romanorum, 7. ſed ſuperbiam de lege, de qua dicitur. Romanorū. 10. Quærentes ſuam iuſtitiam ſtatuere &c. Si quis aūt obiiciat, quòd cū ipſe olim deſtruxerit fidē Chriſti, præuaricatorem ſe faciebat, eam ædificans, patet reſponſio, quia fidem Chriſti conatus fuit quidem deſtruere, ſed non præualuit propter veritatem. Act. 9. Quid me perſequeris? durum eſt tibi &c. Sed ſuperbia legis vana erat, & ideo deſtrui poterat, & reædificanda non erat. Secundo modo, poteſt exponi, vt quod dicit, Inuenti ſimus & ipſi peccatores, vt referatur, non ad dimiſſionem legis, ſicut nunc expoſitum eſt, ſed magis ad ipſam legis obſeruantiam. Manifectum enim eſt, quòd quicunque quærit iuſtificari, profitetur ſe nō eſſe iuſtum, ſed peccatorem. Eſt ergo ſenſus. Si nos quærentes iuſtificari in Chriſto, ex hoc ipſo quòd quærimus nos iuſtificari, inuenti ſumus, ideſt ratione comprobamur & ipſi peccatores fuiſſe, propter hoc quòd legem obſeruabamus, nunquid Ieſus Chriſtus miniſter peccati eſt? vt ſcilicet mandauerit homines poſt ſuam paſſionem legalia obſeruare, quod ſine peccato fieri non poteſt? Et attendendum eſt, quòd hæc expoſitio procedit ſecundum opinionem Hieronymi, qui ponebat ſtatim poſt paſſionem Chriſti legalia fuiſſe mortifera. Tertio modo, poteſt exponi, vt quod dicit, Inuenti ſumus & ipſi peccatores, pertineat quidem ad ſtatum, quo lex obſeruabatur: non tamen quòd ipſi offenderent propter legis obſeruantiam, ſed propter legis defectum, quæ peccatum auferre non poterat, vt ſit ſenſus. Si quærentes iuſtificari in ipſo, inuenti ſumus & ipſi peccatores, ideſt peccatum habentes, lege peccatum non auferente, ſecundum illud. Romanorum 3. Cauſati ſumus Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato eſſe, nunquid Ieſus Chriſtus peccati miniſter eſt? vt reducat nos ad obſeruantiam legis in qua ſub peccato eramus? Et hæc expoſitio procedit ſecundum expoſitionem Auguſtini. Et reſpondet, ſecundum vtranque expoſitionem; *Abſit*, quia ego deſtruxi legem carnaliter intellectam, ſpiritualiter iudicando & docendo. Vnde, ſi iterum vellem ædificare carnalis legis obſeruantias, eſſem præuaricator legis ſpiritualis. Poteſt & quarto modo, ſic exponi. Dixeram, hominem non iuſtificari ex operibus legis. Poſſet aliquis dicere, quòd nec etiam per fidem Chriſti, quia multi poſt fidem Chriſti acceptam, peccant. Et hoc eſt quod dicit, Si quærentes iuſtificari in Chriſto, ideſt per fidem Chriſti, inuenti ſumus poſt fidem Chriſti ſuſceptam etiam ipſi nos fideles peccatores, ideſt in peccatis viuentes, nunquid Ieſus Chriſtus miniſter peccati eſt & damnationis: ſicut miniſter veteris legis, eſt miniſter peccati & damnationis? non quòd lex induceret ad peccatum, ſed occaſionaliter: quia prohibebat peccatum & non conferebat gratiam adiuuantem ad reſiſtendum peccato. Vnde dicitit. Romanorum ſeptimo. Occaſione accepta, peccatum per mandatum &c. Sed Chriſtus dat gratiam adiuuantem. Ioannis primo. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Vnde nullo modo, eſt miniſter peccati, nec directe, nec occaſionaliter.

LECTIO V.

QVòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nūquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim q̄ deſtruxi iterum reædifico, præuaricatorem me conſtituo.

LECTIO VI.

EGo enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuā: Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

LECTIO VI.

HIc Apoſtolus ſolutionem ſuperius aſſignatam manifeſtat. Et primo, ponit ſolutionis manifeſtationem. Secundo, concludit principale intentum, ibi; *Non abijcio gratiam Dei &c.* Sed attendendum eſt, quòd Apoſtolus inquirendo procedens, nullum dubium indiſcuſſum relinquit. Et ideo verba eius, licet videantur intricata, tamen ſi diligenter aduertantur, nihil ſine cauſa dicit, & hoc apparet in verbis propoſitis. Vbi tria facit. Primo, manifeſtat ſolutionem. Secundo, explicat ſolutionis manifeſtationem, ibi; *Chriſto confixus ſum cruci &c.* Tertio, remouet dubitationem, ibi; *Quod autem viuo &c.* Quia ergo Apoſtolus dixerat. Si enim quæ deſtruxi &c. quod intelligitur de veteri lege, poſſent enim ab aliquo reputari legis deſtructor, & per conſequens iniquus ſecundum illud. Pſal. 158. Diſſipauerunt iniqui legem tuam. ideo Apoſtolus vult oſtendere quomodo legem deſtruat, & tamen non eſt iniquus, dicens; *Ego enim per legem &c.* Vbi ſciendum eſt, quòd quando aliquis diſſipat legem per ipſam legem, talis eſt præuaricator legis, non iniquus. Diſſipatur autem lex per legem, quando in lege datur aliquod præceptum locale ſeu temporale, vt ſcilicet lex illa tali tempore, ſeu tali loco ſeruetur, & non alio, & hoc ipſum exprimatur in lege. Si quis tunc in illo tempore, ſeu in illo loco lege nō vtitur, deſtruit legem, per ipſam legem, & hoc modo Apoſtolus deſtruxit legem. Vnde deſtruxi, inquit, quodammodo legem, tamen per legem: quia ego; *Mortuus ſum legi per legem*, ideſt per authoritatem legis ipſam dimiſi, quaſi legi mortuus. Authoritas enim legis, per quam mortuus eſt legi, in multis ſacræ ſcripturæ locis habetur. Hierem. 31. tamen ſub aliis verbis, Confirmabo teſtamentum nouum ſuper domum Iſrael &c. Deuteronom. 18. Prophetam ſuſcitabit dominus de fratribus veſtris &c. Et multis aliis locis, non eſt ergo tranſgreſſor Apoſtolus, legem deſtruendo. Vel aliter. Ego per legem, ſcilicet ſpiritualem, mortuus ſum legi carnali. Tunc enim moritur legi, quando abiicit legem ſolutus a lege, iuxta illud Roma. 7. Mortuo viro, ſoluta eſt mulier a lege viri. Inquantum vero Apoſtolus ſubiectus erat legi ſpirituali, dicit ſe mortuum legi, ideſt ſolutum a legis obſeruatione. Roman. 8. Lex ſpiritus vitæ &c. Alius modus dimittendi legem, ſine præuaricatione eſſe poteſt: quia videlicet lex aliqua quando eſt ſcripta in carta, tūc dicitur lex mortua, & quando eſt in mente legiſlatoris, tunc dicitur lex viua. Conſtat autem, quòd ſi aliquis ſecundum verbum legiſlatoris operaretur contra legē ſcriptam & ſolueret legem, & ſolueretur a lege mortua, & ſeruaret legem viuam, ſecundum imperium legiſlatoris. Dicit ergo, ſecundum hoc; *Mortuus ſum legi* ſcriptæ & mortuæ, ideſt ſolutus ſum ab ea; *Vt Deo viuam*, ideſt motus meos ſecundum dicta ipſius dirigam, & ad honorem eius ordiner. Lex enim ſtatuta in ſcriptis aliquid tradit propter extraneos, & eos qui ab eo verbotenus audire non poſſunt, ſed his qui coram eo ſunt, non dicit eam ſcriptis, ſed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant, ad Deum accedere non valentes. Et ideo neceſſe fuit eis præcepta legis in ſcriptis dare, vt per legem quaſi per pædagogum manuducerentur ad hoc, quòd ab eo præcepta eius audirent, ſecundum quod dicitur infra 3. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto &c. Sed poſtquam habemus acceſſum ad patrem per Chriſtum, vt dicitur. Romanorum 5. non inſtruimur per legem de mandatis Dei, ſed ab ipſo Deo. Et ideo dicit, Per legem manuducentem, mortuus ſum legi ſcriptæ, vt viuam Deo, ſcilicet ipſi factori legis, ideſt, vt ab ipſo inſtruar & diriga r. Conſequenter cum dicit; *Chriſto confixus ſum &c.* Explicat quæ dixit. Dixerat autem, ꝙ eſt mortuus legi, & quòd viuit Deo, et iſta duo manifeſtat. & primo, quòd ſit mortuus

legi, per hoc quod dicit; *Christo confixus sum cruci*. Secundo, quòd viuit Deo, cum dicit; *Viuo ego iam non ego &c.* Et primum quidem potest exponi dupliciter. Vno modo sicut in Glosa, sic. Quilibet homo secundum carnalem originem nascitur filius iræ. Ephes. 2. Eramus enim natura filii iræ &c. Nascitur etiam in vetustate peccati. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena &c. Quæ quidem vetustas peccati tollitur per crucem Christi, & confertur nouitas vitæ spiritualis: dicit ergo Apostolus; *Christo confixus sum cruci*, idest concupiscentia, seu fomes peccati & omne huiusmodi, mortuum est in me per crucem Christi. Roma. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. Item, ex quo cum Christo confixus sum cruci & mortuus sum peccato, & Christus resurrexit, cum resurgente etiam resurrexi. Romanorum 4. Traditus est &c. Sic ergo Christus in nobis renouat vitam nouam, destructa vetustate peccati. Et ideo dicit; *Viuo autem*, idest, quia Christo confixus sum cruci, vigorem bene operandi habeo, iam non ego secundum carnem, quia iam non habeo vetustatem quam prius habui, sed; *Viuit in me Christus*, idest nouitas, quæ per Christum nobis data est. Vel aliter. Homo quantum ad illud dicitur viuere, in quo principaliter firmat suum affectum, & in quo maxime delectatur. Vnde & homines, qui in studio seu in venationibus maxime delectantur, dicunt hoc eorum vitam esse: quilibet autem homo habet quendam priuatum affectum, quo quærit quod suum est: dum ergo aliquis viuit, quærens tantum quod suum est, soli sibi uiuit: cum vero quærit bona aliorum, dicitur etiam illis viuere. Quia ergo Apostolus proprium affectum deposuerat per crucem Christi, dicebat se mortuum proprio affectu, dicens, Christo confixus sum cruci, idest per crucem Christi remotus est a me proprius affectus siue priuatus. Vnde dicebat infra vltimo. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri &c. 2. Corinthiorum 5. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei &c. Viuo autem, idest iam non viuo ego quasi in affectu habens propriũ bonum, Sed viuit in me Christus, idest tantum Christum habeo in affectu, & ipse Christus est vita mea. Philip. 1. Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Consequenter autem cum dicit; *Quod autem nunc viuo &c.* Respondet dubitationi quæ poterat esse duplex ex præmisso verbo. Vna est, quomodo ipse viuit & non est ille, scilicet qui viuit. Secunda, quomodo confixus est cruci. & ideo hæc duo aperit. Et primo primum, quomodo, scilicet viuit & non ipse viuit, dicens; *Quod autem nunc viuo in carne &c.* Vbi notandum est, quòd illa proprie dicuntur viuere, quæ mouentur a principio intrinseco. Anima autem Pauli constituta erat inter Deum & corpus, & corpus quidem viuificabatur & mouebat ab anima Pauli, sed anima eius a Christo. Quantum ergo ad vitam carnis, viuebat ipse Paulus. Et hoc est quod dicit; *Quod autem nunc viuo in carne*, idest vita carnis, sed quantum ad relationem ad Deum, Christus viuebat in Paulo. Et ideo dicit; *In fide viuo filij Dei*, per quam habitat in me, & mouet me. Abachuc. 2. Iustus autem meus ex fide viuit. Et nota quòd dicit, In carne, non ex carne, quia hoc malum est. Secundo, ostendit quòd confixus est cruci, dicens, Quia amor Christi quem ostendit mihi in cruce moriens pro me, facit vt semper ei configar. Et hoc est quod dicit; *Qui dilexit me* 1. Ioann. 4. Ipse prior dilexit nos. Et in tantum dilexit me, quòd; *Tradidit semetipsum pro me*, & non aliud sacrificium. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Eph. 5. Sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea &c. Sed attendendum est, quòd ipse filius tradidit se, & pater tradidit filium. Romanorum 8. Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & Iudas tradidit eum, vt dicitur Matt. 26. Et totum vna res est, sed non vna intentio, quia pater ex charitate, filius ex obedientia, simul cum charitate, Iudas vero ex cupiditate, & proditorie. Consequenter cum dicit; *Non abijcio gratiam Dei*, Infert conclusionem principalem. Et primo, inducit conclusionem. Secundo, manifestat modum. Dicit ergo. Ex quo tantam gratiam recepi a Deo quòd tradidit se, & ego viuo in fide filii Dei, non abiicio gratiam filii Dei, idest non repudio nec ingratum me exhibeo 1. Corinthiorum 15. Gratia Dei in me vacua non fuit &c. Vnde & alia litera habet, Non sum ingratus gratiæ Dei. Hebr. 12. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, s. per ingratitudinem se indignum fatendo. Modus autem abiiciendi & ingratitudinis est, si dicerem, quòd lex esset necessaria ad iustificandum. Et ideo dicit; *Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis est mortuus*, idest, si sufficiens

CAPIT. III LEC. I.

Insensati Galatæ, qs vos fascinauit non obedire veritati, ante, quorum oculos Iesus Xps ꝓscriptus est, & in vobis crucifixus?

sit lex, idest opera legis sufficiunt ad iustificandum hominem, Christus sine causa mortuus est & frustra, quia ad hoc mortuus est, vt nos iustificaret 1. Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est &c. Quòd si hoc per legem fieri posset, superflua fuisset Christi mors. Sed nõ gratis mortuus, nec in vacuum laborauit, vt dicitur. Esai. 49. Quia per ipsum solum gratia iustificãs, & veritas facta est: vt dicitur Ioan. 1. Si qui ante passionem Christi iusti fuerunt, hoc etiam fuit per fidem Christi venturi in quem credebant, & in cuius fide saluabantur.

LECTIO PRIMA.

SVPRA confutauit Apostolus vanitatem & mutabilitatem Galatarum per authoritatem euangelicæ doctrinæ, ostendens suam doctrinam authenticam fuisse ab aliis Apostolis: hic vero per rationem & authoritatem ostendit hoc idem, scilicet quòd legalia non sunt seruanda. & hoc dupliciter. Primo, ex insufficientia legis. Secundo, ex dignitate eorum, qui ad Christum conuersi sunt, & hoc quarto capitulo, ibi; *Dico autem quanto tempore &c.* Circa primum duo facit. Primo, præmittit obiurgationem. Secundo, prosequitur suam probationem, ibi; *Hoc solum a vobis volo &c.* Circa primum duo facit. Primo, obiurgat eos ostendens eorum fatuitatem. Secundo, rationem obiurgationis assignat, ibi; *Ante quorum oculos &c.* Primo ergo eos de fatuitate obiurgat, vocans eos insensatos. Vnde dicit; *O insensati &c.* Insensatus autem proprie dicitur, qui sensu caret. Sensus autem spiritualis est cognitio veritatis, qui ergo veritate caret, proprie insensatus dicitur Mat. 5. Et vos sine intellectu estis. Sap. 5. Nos insensati vitam illorum &c. Sed contra Matth. 5. dicitur, Qui dixerit fratri suo fatue &c. sed fatuus idem est quod insensatus, ergo Apostolus reus est gehennæ ignis. Sed dicendum est, vt Aug. dicit, quòd intelligẽdum est, si dixerit sine causa, & animo vituperandi, sed Apostolus ex causa dixit & animo corrigendi. Vnde dicitur in Glo. Hoc dolendo dicit. Secũdo cũ dicit; *Quis vos fascinauit &c.* Ostendit modum quo insensati erant effecti. Vbi primo, notandum est, ꝙ insensatus fit aliquis multis modis. uel quia nõ proponitur sibi aliqua veritas quam cognoscere possit, vel quia, & si proponatur sibi, tamen nunquam eam acceptat, uel quia veritatem propositam, & acceptam deserit a via veritatis recedens, & tales erant isti Galatæ: qui veritatem fidei quam acceperant deserentes, veritatem propositam renuerunt. Supra 1. Miror ꝙ sic tam cito &c. Et ideo istum gradum insensationis in eis reprehendit, dicens; *Quis vos fascinauit &c.* Ad sciendum autem quid sit fascinatio, sciendum est, quòd secundum Glo. Fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus, quæ per artes magicas fieri consueuit, puta, cum hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutum, & huiusmodi. Et hoc etiam per dæmones potest fieri, qui habent potestatem mouendi fantasmata & reducendi ad principia sensuum, ipsos sensus immutando. Et secundum hanc acceptionem satis proprie dicit Apostolus; *Quis vos fascinauit*, q. d. Vos estis sicut homo ludificatus, qui res manifestas aliter accipit, quàm sint in rei veritate: quia, scilicet vos estis ludificati per deceptiones & sophismata; *Veritati non obedire*, i. veritatem manifestam, & a vobis receptam non videtis, nec obediendo recipitis. Sap. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esai. 5. Væ qui dicunt bonum malum &c. Alio modo accipitur fascinatio secundum quod aliquis ex aspectu maliuolo læditur, & hoc maxime in vetulis quæ visu vrenti, & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur & vomunt cibum. Huius causam volens assignare Auicenna in libro suo de Anima, dicit, quòd materia corporalis obedit substantiæ intellectuali, magis quàm qualitatibus actiuis & passiuis in natura. Et ideo ponit quòd ad apprehensionem substantiarum intellectualium (quas vocat animas seu motores orbium) multa fiunt præter ordinem motus cœli & omnium corporalium agentium. Eodem modo dicit, quòd quando anima sancta depurata est ab affectibus terrenorum & a carnalibus vitiis, accedit ad similitudinem substantiarum dictarum & obedit ei natura. Et hinc est, quòd aliqui sancti viri operantur quædam mira præter naturę cursum, & similiter, quia anima alicuius, fœdata passionibus carnalibus, habet fortem apprehensionem in malitia, obedit ei natura ad transmutationem materiæ, in illis maxime, in quibus materia habilis est: sicut in pueris teneris contingit. Et sic contingit secundum eum, quòd ex forti apprehensione vetularum in malitiam immutatur puer, & fascinatur. Hæc autem positio satis videtur vera, secundum opinionem Auicennæ. Nam ipse posuit formas omnes corporales

porales in istis inferioribus influi a substantiis incorporalibus separatis, & quòd agentia naturalia non habent se ad hoc, nisi vt disponentia tantum. Sed hoc quidem improbatur a Philosopho. agens enim, oportet esse simile subiecto. Non fit autem forma tantum, nec materia, sed compositum ex materia & forma. Id ergo quod agit ad esse corporalium oportet, quòd habeat materiam, & formam. Vnde dicit quòd transmutare materiam & formam non potest, nisi id, quod habet materiam & formam, & hoc quidem vel virtute sicut Deus: qui actor est formæ & materiæ: vel actu, sicut agens corporeum. Et ideo materia corporalis quantum ad huiusmodi formas, nec angelis nec alicui puræ creaturæ obedit ad nutum sed soli Deo, vt Augustinus dicit. Vnde non est verum, quod Auicenna dicit de huiusmodi fascinatione. Et ideo dicendum, quòd ad immaginationem seu apprehensionem hominis quando fortis est, immutatur sensus, seu appetitus sensitiuus: quæ quidem immutatio non est sine alteratione corporis & spirituum corporis: sicut nos videmus, quòd ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam, & exinde corpus calefit. Similiter ex apprehensione timendi, frigescit. Immutatio autem spirituum maxime inficit oculos, qui infecti rem per aspectum inficiunt, sicut patet in speculo mundo, quod ex aspectu menstruatæ inficitur. Sic ergo, quia vetulæ obstinatæ in malitia & duræ sunt, ex forti apprehensione immutatur appetitus sensitiuus, & ex hoc sicut dictum est, infectio maxime fit a venis ad oculos, & ex oculis ad rem perspectam. Vade quia caro pueri mollis est, ad earum inuidum aspectum inficitur & fascinatur. Et quandoque quidem ad hunc effectum, dæmones operantur. Dicit ergo, Quis vos fascinauit veritati non obedire? quasi dicat. Vos aliquando obedistis veritati fidei: sed modo non: ergo estis sicut pueri, qui ex aliquo inuido aspectu infecti, cibũ receptũ vomitis. Rationem autem obiurgationis assignat dicens; *Ante quorum oculos &c.* Quod potest tripliciter legi. Vno modo secundum Hieronymum vt respondeat primæ acceptioni fascinationis, quasi dicat. Dico vos fascinatos. quia ante quorum oculos &c. idest proscriptio Christi, qui damnatus est in mortem adeo vobis manifesta fuit, ac si ante oculos vestros fuisset; *Et in vobis crucifixus*, idest in intellectibus vestris erat crucifixio Iesu Christi, ita vt sciretis, qualiter facta esset: vnde si eam non videtis modo, nec obeditis, hoc contingit, quia estis ludificati & fascinati. Contra quod dicitur Can. vlti. Pone me vt signaculum super cor tuum &c. Alio modo secundum Augustinum. q.d. Recte fascinati estis, quia veritatem quam recepistis, scilicet Christum per fidem in cordibus vestris, euomitis sicut pueri. Et hoc, quia ante oculos vestros, idest in vestra præsentia *Iesus Christus proscriptus est*, idest expellitur & eiicitur de hæreditate sua, quod molestum deberet esse vobis, quia quem non deberetis pati, quòd ab aliis proscriberetur, & expelleretur, in vobis proscriptus est, idest hæreditatem suam amisit in vobis, idest vosipsos. Et tunc hoc, quod sequitur, scilicet Crucifixus, legi debet cum pondere & ostensione doloris, quia hoc addit vt considerent quo pretio Christus emerit possessionem, quam in eis amittebat, & ex hoc mouerentur magis, quasi dicat. Christus proscriptus est in vobis, scilicet qui crucifixus, idest qui cruce sua & sanguine proprio, acquisiuit hanc hæreditatem 2. Cor. 6. Empti enim estis prætio magno &c. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento &c. Tertio modo secundum Ambrosium, quasi dicat. Verre fascinati estis Ante quorum oculos, idest in quorum reputatione, scilicet secundum iudicium vestrum Iesu Christus proscriptus est, idest damnatus non alios saluans. Et in vobis, idest secundum quod vos intelligitis Crucifixus est, idest mortuus tantum, non autem alios iustificans, cum tamen de eo dicatur. 2. Cor. vltimo. Quod si mortuus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei. Potest & quarto modo exponi secundum Glosam, vt per hoc designet Apostolus grauitatem culpæ eorum: quia in hoc, quòd Christum deserunt legem obseruantes, æqualiter quodam modo peccabant Pilato, qui Christum proscripsit, idest damnauit: ut dum insufficiẽtem Christum credunt ad saluandũ, similes in peccando crucifixoribus Christi sint, qui ipsum in ligno suspenderunt, morte turpissima condemnantes & afficientes. Aequalitas tamen est accipienda ex parte eius, in quem peccatur, quia in Christum Galatæ peccabant, sicut Pilatus & crucifixores Christi.

LECTIO II.

HOc solum a vobis uolo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nũc carne cõsummamini? Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

LECTIO SECVNDA.

POSITA obiurgatione, consequenter Apostolus procedit ad insufficientiam legis, & virtutem fidei ostendendam. Et primo, ostendit insufficientiam legis. Secundo, mouet quæstionẽ & soluit, ibi; *Quid igitur lex &c.* Et circa primum duo facit. Primo, probat defectũ legis & insufficientiam per ea, quę ipsi experti sunt. Secundo per authoritates & rationes, ibi *Sicut Scriptum est.*

Circa primum duo facit: quia primo probat propositum experimento sumpto ex parte ipsorum. Secundo, probat idem experimento sumpto ex parte ipsius Apostoli, ibi; *Qui ergo tribuit vobis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit donum quod receperunt. Secundo, defectum in quem inciderunt, ibi; *Sic stulti estis &c.* Donum autem quod receperunt ostendit, quærendo ab eis vnde illud receperunt. Vnde susceptum donum supponens, interrogans, quærit ab eis, dicens, Quamuis fascinati & stulti sitis, tamen non tãtum estis ludificati, quin vnum quod valde manifestum est, me docere possitis, Et ideo *Solum hoc volo a vobis discere*, quia hoc solum sufficit ad probandum quod intendo: hoc, inquam est, quia constat ꝙ spiritum sanctum accepistis: quæro ergo an accepistis illum; *Ex operibus legis an ex auditu fidei?* Ad quod sciendum est: ꝙ in primitiua ecclesia ex diuina dispositione, vt fides Christi promoueretur & crescceret, statim post prædicationem fidei ab Apostolis, manifesta signa spiritusſancti fiebãt super audientes. Vnde de Petro dicitur Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritusſanctus &c. Ipsi etiam Galatæ ad prædicationem Pauli, manifeste spiritum sanctum acceperãt. Quærit ergo Apostolus ab eis, vnde habuerint spiritum sanctum. Constat autem ꝙ non per opera legis, quia tum essent gentiles, ante receptionem spiritusſancti legem non habebant. ergo habuerunt spiritum sanctum, idest dona spiritusſancti, ex auditu fidei. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, qui scilicet dabatur in lege (vnde & cũ tremore lex data est) sed accepistis spiritum filiorum, qui datur per fidem, quæ est ex auditu, vt dicitur Roma. 10. Si ergo hoc potuit fidei virtus, frustra quæritur aliud per quod saluemur: quia multo difficilius est de iniusto facere iustum, quàm iustum in iustitia conseruare. Si ergo fides de iniustis Galatis, sine lege iustos fecerat, non est dubium, quòd sine lege poterat eos in iustitia conseruare. Magnum ergo erat donum, quod per fidem acceperant. Consequenter cum dicit; *Sic stulti estis &c.* Ostendit defectum in quem prolapsi sunt, et exaggerat duplicem defectum in eis Apostolus, scilicet quantum ad dona, quæ a Christo acceperant, & quantum ad mala, quæ pro ipso pertulerunt, ibi; *Tanta passi estis &c.* Circa primum sciendum est, quòd isti Galatæ deserentes quod magnum erat, scilicet spiritum sanctum, adhæserunt minori, scilicet carnali obseruantiæ legis, & hoc stultum est. Et ideo dicit; *Sic stulti estis*, adeo *Vt cũm cœperitis* instinctum sancti spiritus, idest initium perfectionis vestræ habueritis a spiritu sancto; *Nunc* dum perfectiores estis; *Consummamini carne*, idest quæratis conseruari per carnales obseruantias legis, a qua nec initium iustitiæ potest haberi? Ioan. 6. Caro non prodest quicquam &c. Et sic ordinem peruertitis: quia via perfectionis est ab imperfecto tendere ad perfectum. Vos autem quia eeconuerso facitis, stulti estis. Eccles. 27. Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol, stultus vt luna mutatur. Similes isti sunt his, qui incipiunt seruire Deo cũ feruore spiritus, postmodũ deficiũt. in carne: qui ẽt assimilantur statuæ Nabuchodonosor, cuius caput aureum, & pedes lutei. Dan. 2. Et ideo dicitur Roma. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et infra. 6. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Consequenter cum dicit; *Tanta passi estis &c.* Exaggerat eorum defectum quantum ad mala, quæ pro Christo pertulerunt: qui enim aliquid sine labore recipiunt, illa minus chare custodiunt: sed illud quod cum labore acquiritur vilipendere & non custodire, stultum est. Isti autem cum labore & tribulatione magna quam passi sunt a contribulibus suis, propter fidem, receperunt spiritum sanctum. Et ideo dicit; *Tanta passi estis sine causa*, quasi dicat. Non contemnatis tantum donum, quod cum labore accepistis, alias illa sine causa, idest sine vtilitate passi estis, quia hæc sustinuistis vt peruenireris ad vitam æternam. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem &c. vnde si præcluditis vobis aditum vitæ æternæ, deserentes fidem, quærentes conseruari carnalibus obseruantiis; *Sine causa*,

idest inutiliter passi estis. Et hoc dico; *Si tamen sine causa.* Quod ideo dicit, quia in eorum potestate erat pœnitere si vellent, q̃diu viuerent. Ex hoc autem habetur, quòd opera mortificata reuiuiscunt. Sapien. 3. Labores eorum sine fructu &c. Galat. 4. Timeo autem ne sine causa laborauerim &c. Si vero accipiatur de malis qui non pœnitent, potest dici quòd patiũtur sine causa conferente, scilicet vitam æternam.

LECTIO III.

SIcut scriptum est. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Cognoscite ergo quia q ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura (quia ex fide iustificat Gẽtes Deus) ꝓnuntiauit Abrahę, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Consequenter cum dicit; *Qui ergo tribuit vobis &c.* probat ꝓpositũ experimẽto, sumpto ex parte Apostoli: possent enim dicere, quòd verum est nos recepisse spiritum sanctum ex auditu fidei, tamen propter deuotionem quam ad legem habuimus, accepimus fidem quam prædicabas. Et ideo dicit, Non curo quicquid sit ex parte vestra, tamen illud quod ego feci tribuens vobis ministerio meo spiritum sanctum; *Qui operatur in vobis virtutes*, i. inter vos miracula, Sed nunquid facio hoc sic; *Ex operibus legis an ex operibus fidei?* Non vtique ex operibus legis, sed ex fide. Sed nunquid aliquis potest dare spiritumsanctum? Augustinus enim 15. de Trinit. dicit, quòd nullus homo purus spiritum sanctum dare potest, nec ipsi Apostoli dabãt, sed imponebant manus super homines, & accipiebant spiritum sanctum. Quid ergo est, quod hic dicit Apostolus de se loquens, Qui tribuit vobis spiritum sanctum? Respondeo. Dicendum est, quòd in datione spiritussancti tria per ordinem se habentia occurrunt, scilicet spiritussanctus inhabitans, donum gratiæ & charitatis cum cæteris habitibus, & sacramentum nouæ legis, cuius ministerio datur. Et sic potest ab aliquibus tripliciter dari. Ab aliquo enim datur sicut authoritatem habente quantum ad tria prædicta, scilicet respectu spiritussancti inhabitantis, respectu doni, & respectu sacramenti: & hoc modo spiritussanctus datur a solo patre & filio, secundum quod eius authoritatem habent, non quidem dominii, sed originis, quia ab vtroque procedit. Sed quantum ad gratiam seu donum, & quantum ad sacramenta spiritussancti, dat etiam se, secundum quod datio importat causalitatem spiritussancti respectu donorum ipsius, quia vt dicit Apostolus 1. Corinthio. 12. ipse diuidit singulis prout vult. Secundum autem quod in datione importatur authoritas, non potest proprie dici spiritumsanctum seipsum dare. Quantum vero ad sacramentum quod ministerio ministrorum ecclesiæ datur, potest dici quòd sancti per ministeriũ sacramentorum dant spiritum sanctum. Et hoc modo hic loquitur Apostolus, secundum quod tangiuur in Glosa. tamen huiusmodi modus non est consuetus neque extendẽdus. Dicit etiam Glo. quòd facere miracula attribuitur fidei, quia ex hoc quòd credit quæ supra naturam sunt, supra naturam operatur. & quia Apostoli prædicabant fidem, quæ quædam rationem excedentia continebat, ideo oportebat ad eorum crudelitatem aliqua testimonia adducere, quòd missi essent a Deo: quod rationem excedit. Vnde Christus dedit eis signum suum ad hoc ostendendum. Est autem duplex signum Christi. Vnum est, quòd est Dominus omnium. Vnde dicitur in Psal. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum &c. Aliud est, quòd est iustificator & saluator, secundum illud Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus &c. Dedit ergo eis duo signa. Vnum est, quòd facerent miracula, per quod ostenderent quòd missi sunt a Deo domino creaturæ omnis. Lucæ 10. Dedit eis potestatem & virtutem super omnia dæmonia &c. Aliud, quòd darent spiritum sanctum ministerio, per quod ostenderent, quòd missi sunt ab omnium saluatore. Act. 8. Tunc imponebant manus super eos &c: Et tunc cum imposuisset illis manus Paulus, spiritussanctus venit super illos &c. Et de his duobus modis dicitur Hebreor. 2. Contestante Deo signis, & portentis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus, secundum suam voluntatem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA probauit Apost. experimento, virtutẽ fidei & insufficientiã legis: hic vero probat idẽ per authoritates & rõnes. Et primo, probat virtutẽ fidei in iustificando. Secundo, in hoc ostẽdit legis defectũ, ibi; *Quicunque enim ex operibus legis &c.* Primum autem probat vtẽs quodã syllogismo. Vnde circa hoc tria facit. Primo, ostẽdit minorem. Secundo, maiorẽ, ibi; *Prouidẽs autem scriptura &c.* Tertio, infert conclusionẽ, ibi; *Igitur qui ex fide &c.* F Circa primum duo facit. Primo, proponit quandam authoritatem ex qua elicit minorem. Secundo, concludit eam, ibi; *Cognoscit ergo &c.* Dicit ergo. Vere iustitia & spiritussanct' est ex fide, sicut scriptũ est Genesis. 15. Et introducitur Rom. 4. Quòd; *Credidit Abraham Deo &c.* Vbi notandum est, quòd iustitia consistit in redditione debiti: homo autem debet aliquid Deo, & aliquid sibi, & aliquid proximo. Sed quòd aliquid debeat sibi & proximo, hoc est propter Deum. Ergo summa iustitia est reddere Deo, quod suum est.

LECTIO IIII.

G QVICVNQVE enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptũ est

Nam si reddas tibi, vel proximo, quod debes, & hoc non facis propter Deum, magis es peruersus quàm iustus, cum ponas finem in homine. Dei autem est quicquid est in homine: & intellectus & voluntas & ipsum corpus: sed tamen quodam ordine, quia inferiora ordinantur ad superiora, & exteriora ad interiora, scilicet ad bonum animæ: supremum autem in homine est mens. et ideo primum in iustitia hominis est, quòd mens hominis Deo subdatur, & hoc fit per fidem. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Sic ergo dicendum est in omnibus, quòd Deus est primum principium in iustitia: & qui Deo dat, scilicet summum, quod in se est, mentem ei subdendo perfecte est iustus. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Et ideo dicit; *Credidit Abraham Deo*, idest mentem suam Deo per fidem subdidit. Eccle. 2. Crede Deo H & recuperabit te &c. Et infra. Qui timetis dominum credite illi &c. *Et reputatum est ei ad iustitiam*, idest ipsum credere & ipsa fides fuit ei, & est omnibus aliis sufficiens causa iustitiæ, & quòd ad iustitiam reputetur ei exterius ab hominibus: sed interius datur a Deo, qui eos qui habent fidem, per charitatem operantem iustificat, eis peccata remittendo. Ex hac autem authoritate, concludit minorem propositionem, dicens; *Cognoscite ergo &c.* quasi dicat. ex hoc aliquis dicitur filius alicuius, quòd imitatur opera eius: si ergo vos filii estis Abrahæ, opera Abrahæ facite. Ioan. 8. Abraham autem nõ quæsiuit iustificari per circuncisionem: sed per fidem. ergo & illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filii Abrahæ. Et hoc est, quòd dicit. Quia Abraham iustus est ex fide, per hoc, quòd Deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam; *Ergo cognoscite* quòd illi; *Qui ex fide sunt*, idest qui ex fide credunt se iustificari & saluari; *Hi filij sunt Abrahæ*, scilicet imitatione & instructione, Roma. 9. Qui filii sunt pro- I missionis æstimantur in semine &c. Luc. 19. dicitur Zacheo, Hodie huic domui salus a Deo facta est, eo quòd & ipse sit filius Abrahæ &c. Et Matt. 3. Potens est Deus de lapidibus istis, idest de Gentibus, suscitare filios Abrahæ, inquantum scilicet, facit eos credentes. Consequenter cum dicit; *Prouidens autem scriptura &c.* Ponit maiorem, quæ scilicet est, quòd Abrahæ prænuntiatũ est, quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes. Et hoc est quod dicit; *Prouidens autem scriptura.* Inducens Deum loquentem Abrahæ dicit Gen. 12. *Quod Deus prænuntiauit Abrahæ quod in te*, idest in his qui ad similitudinem tuam filii tui erunt, imitatione fidei; *Benedicentur omnes gentes*, Mat. 8. Multi venient ab oriente & occidente &c. Consequenter cum dicit; *Ergo qui ex fide &c.* Infert conclusionem ex præmisis. Vnde sic potest formari argumentum. Deus pater nuntiauit Abrahæ, quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes: sed illi qui quærunt iustificari per fidem, sunt filii Abrahæ; *Ergo qui ex fide sunt*, idest qui quærunt iustificari per fidem; *Benedicentur* K *cum fideli*, idest credente *Abraham*.

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit Apostolus virtutem fidei: hic consequenter ostendit defectum legis. Et primo, per authoritatem legis. Secundo, per humanam consuetudinem, ibi; *Fratres secundum hominem dico &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit damnum occasionaliter ex lege consequutũ. Secundo, legis insufficientiam ad ipsum damnum remouendum, ibi; *Quoniam autem in lege &c.* Tertio, Christi sufficientiam qua ipsum damnum est remotum, ibi; *Christus autem nos redemit &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit intentum. Secundo, probat propositum, ibi, Scriptum est enim; *Maledictus &c.* Dicit ergo; *Quicunque enim &c.* Nam quia dixerat, quòd qui ex fide sunt, benedicentur, cum sint filii Abrahæ, posset quis dicere, quòd propter opera legis & propter fidem benedicuntur, & ideo

enim. Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.

& ideo hoc excludens; dicit; *Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* Sed contra. Antiqui patres fuerunt in operibus legis, ergo sunt maledicti, & per consequens damnati, quod est error Manichæi. Ideoque hoc est sane intelligendum. Et attendendum est, quòd Apostolus non dicit, quicunque seruant opera legis sub maledicto sunt, quia hoc est falsum pro tempore legis, sed dicit, quicunque ex operib' legis &c. idest, quicũq; in operibus legis confidunt & putant se iustificari per ea, sub maledicto sunt. Aliud enim est esse in operibus legis, & aliud est seruare legem, nam hoc est legem implere, & qui eam implet, nõ est sub maledicto. Esse vero in operibus legis, est in eis confidere & spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt; *Sub maledicto sunt*, scilicet transgressionis: quod quidem non facit lex, quia concupiscentia non venit ex lege, sed cognitio peccati, ad quod proni sumus per concupiscentiam per legem prohibitam. Inquantum ergo lex cognitionem peccati facit & non præbet auxilium contra peccatum, dicũtur esse sub maledicto, cum nequeant illud per ipsa opera euadere. Sunt autem quædam opera legis cæremonialia, quæ in obseruationibus fiebant. Aliæ sunt opera quæ pertinent ad mores, de quibus sunt mandata moralia. Vnde secundum Glo. hoc quod hic dicitur, Quicunque ex operibus legis sunt &c. Intelligendum est de operibus cæremonialibus, & non de moralibus. Vel dicendum quòd loquitur hic Apostolus de omnibus operibus tam cæremonialibus quàm moralibus. Opera enim non sunt causa quòd aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executiones & manifestationes iustitiæ: nam nullus per opera iustificatur apud Deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitum, sed infusum. Et ideo quicunque ex operibus iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata non remouentur, nec aliquis quo ad Deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum. Hebreorũ. 11. Hi omnes testimonio fidei &c.

Consequenter cum dicit; *Scriptum est enim &c.* Probat propositum, & hoc primo quidem secundum Glosam ostenditur per hoc, quòd nullus potest legem seruare hoc modo, quo lex præcipit. Deut. 28. Quòd omnis qui non permaserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea, idest, qui non impleue it totam legem, sit maledictus. Sed implere totã legem est rimpossibile, vt dicitur Act. 15 Vt quid tentatis imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo nullus est ex operibus legis, quin sit maledictus. Potest etiam accipi hoc quod dicitur, Scriptum est enim &c. Non vt probatio propositi, sed vt ostendatur eius expositio. Quasi dicat. Dico quòd sunt sub maledicto, sub illo, scilicet de quo dicit lex; *Scriptum est enim. Maledictus est omnis &c.* Vt intelligatur de peccato, idest de maledicto. nam lex imperat bona facienda, seu mala vitanda, & imperando obligat, sed non dat virtutem obediendi. Et ideo dicit, Maledictus, quasi malo adiectus, omnis, nullum excipiẽdo, quia vt dicitur Act. 10. Non est personarum acceptio apud Deum; *Qui non permanserit* vsque in finem. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem; *In omnibus*, non inquibusdam tantum, quia vt dicitur Iaco. 2. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus; *Quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea*, non solum vt credat, seu velit tantũ, sed vt opere impleat. Psal. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sancti autem patres, & si in operibus legis erant, saluabantur tamen in fide venturi, cõfidentes in eius gratia, & saltem spiritualiter legẽ implentes. Moyses. n. vt in Glo. dicitur, multa quidem præcepit, quæ nullus implere potuit ad domandã Iudæorum superbiam: dicentium, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Sed hic est quæstio de hoc quod dicitur, Maledictus omnis &c. Dicitur enim Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Respondeo. Dicendum est, quòd maledicere nihil aliud est, quàm malum dicere, possum ergo dicere bonum esse malum, & malum esse bonum: & rursum bonum esse bonum, & malum esse malum. Et primum quidem prohibet Apostolus dicens, Nolite maledicere, idest nolite dicere bonum esse malum, & econtra, sed secundum licet, & ideo cum vituperamus peccatũ, maledicimus quidem, sed non dicendo bonum malum, sed dicimus malum esse malum. Et ideo licet peccatorem maledicere, idest dicere eum esse malo addictum, vel esse malum. Consequenter cum dicit; *Quoniam autem in lege &c.* Ostendit insufficientiam legis, non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc, quòd iustificare non poterat. Ad quod ostendendum vtitur quodam syllogismo in secunda figura, & est talis. Iustitia est ex fide: sed lex ex fide non est, ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo pri- A mo ponit conclusionem cum dicit; *Quoniam autem in lege nemo iustificatur.* Secundo autem maiorem cum dicit; *Quia iustus ex fide uiuit.* Tertio, minorem cum dicit; *Lex autem non est ex fide.* Dicit ergo. Dico quòd per legem maledictio inducta est, nec tamẽ ab illa maledictione lex eripit, quia manifestum est quòd nemo in lege iustificatur apud Deum, idest per opera legis. Circa quod intelligẽdum, quòd illi qui negauerunt uetus testamentum, ex hoc uerbo occasionem sumpserunt. Et ideo dicendum est, quòd nemo iustificatur in lege, i. per legem. Nam per eam cognitio quidem peccati habebatur, ut dicitur Roma. 5. Sed non habebatur per eam iustificatio. Roma. 3. Ex operibus legis nullus iustificabitur. Sed B contra. Iac. 2. dicitur, Nõne Abrahã ex operibus iustificatus est? Respondeo. Dicendum est, ꝙ iustificare potest accipi dupliciter, uel quantum ad executionem iustitiæ & manifestationẽ, & hoc modo iustificatur homo, idest, iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitum iustitiæ infusum, & hoc modo nõ iustificatur quis ex operibus, cum habitus iustitiæ qua homo iustificatur apud Deum, non sit acquisitus: sed per gratiam fidei infusus. Et ideo signanter Apostolus dicit; *Apud Deum*, quia iustitia, quæ est apud Deum, in interiori corde est: iustitia aũt quæ est ex operibus, idest quæ manifestat iustum, est apud homines; & hoc modo Apostolus accipit apud Deum. Roma. 2. Non enim auditores, sed factores &c. Roma. 4. Si ex operibus Abraham iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum &c. Sic ergo patet conclusio, ratione, scilicet, quòd lex iustificare non põt. Consequenter cum dicit; *Quia iustus &c.* Ponit maiorem, quæ est ex authoritate scripturæ. Abacuch. 2. Et introducitur etiã Rom. 1. C & ad Heb. 10. Circa quod notandum est, quòd in homine est duplex vita, scilicet vita naturæ & vita iustitiæ. Vita quidem naturæ est per animam. Vnde anima a corpore recedente, corpus remanet mortuum. vita vero iustitiæ est per Deum, habitantem in nobis per fidem. et ideo primum, quo Deus est in anima hominis, est fides: ad Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem &c. Et sic dicimus quòd in anima, prima indicia vitæ apparent in operibus animæ vegetabilis; quia anima vegetabilis, est quæ primo aduenit animali generato, vt Philosophus dicit: ita quia primum principium quo Deus est in nobis, est fides, ideo fides dicitur principium viuendi. et hoc est, quod hic dicitur, Iustus meus ex fide viuit. Et intelligendum est de fide per dilectionem operante. Minor autem ponitur, ibi; *Lex autem non est &c.* Et primo ponitur ipsa minor. Secundo probatur, ibi; *Sed qui fecerit &c.* Dicit ergo; *Lex non est ex fide.* Sed contra: lex mandat D credere quòd sit vnus Deus, & hoc pertinet ad fidem, ergo lex habebat fidem. quòd autem sit vnus Deus, mandatur Deũt. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus &c. Respondeo. Dicendum est, quòd hic loquitur de obseruationibus mandatorum legis, secundum quod lex consistit in mandatis & præceptis cæremonialibus, & dicit, quòd talis lex non est ex fide. Fides enim vt dicitur Heb. 11. est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et ideo proprie implet mandatum de fide qui non sperat ex hoc aliqua præsentia & visibilia consequi: sed bona inuisibilia & æterna. Lex ergo quia promittebat terrena & præsentia, vt dicitur Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ideo non est ex fide: sed ex cupiditate potius, vel ex timore, secundum illos præcipue, qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamen spiritualiter viuebant in lege: sed hoc non erat ex ea, sed ex fide mediatoris. Et quòd lex non sit ex fide, probat cum dicit; *Sed qui fecerit ea*, E idest opera legis; *Viuet in illis*, scilicet vita præsenti, idest immunis erit a morte temporali & conseruabitur in vita præsenti. Vel aliter. Dico, quòd; *Lex non est ex fide*, & hoc patet; quia; *Qui fecerit &c.* q.d. Præcepta legis non sunt de credendis, sed de faciendis, licet aliquid credendum annuntiet. Et ideo virtus eius non est ex fide: sed ex operibus: & hoc probat, quia Dominus quando voluit eam confirmare, non dixit, qui crediderit, sed, qui fecerit ea; *Viuet in illis.* Sed noua lex ex fide est. Mar. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Lex tamen est quoddam effigiatum & effectum ex fide, & ideo comparatur lex vetus ad legem nouam, sicut opera naturæ ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus naturæ apparent quædam opera intellectus, non quòd res naturales intelligant, sed quia aguntur & ordinantur ab intellectu, vt finem consequantur. Sic & in veteri lege aliqua continentur, quæ fidei sunt: non quòd Iudæi ea prout erant fidei haberent: sed habebant ea in figura tantum fidei Christi, & protestatione, ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

LECTIO QVINTA.

LECTIO V.

CHristvs autem nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationẽ spiritus accipiamus p fidẽ.

Posito damno a lege illato, & defectu legis ab illo eripere non valentis, hic consequenter ostendit virtutem Christi ab ipso damno liberantis. Et primo ostendit quomodo per Christum ab ipso damno liberamur. Secundo, quomodo etiam super hoc auxiliũ a Christo acquirimus, ibi; *Vt in gentibus &c.* Circa primum tria facit. Primo enim ponit liberationis authoritatem. Secũdo, liberationis modum, ibi; *Factus pro nobis &c.* Tertio, testimonium propheticum, ibi; *Quia scriptum est &c.* Dicit ergo primo, Quicunque seruabant opera legis erant sub maledicto (sicut dictum est) nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere, qui nos liberaret, & iste fuit Christus. Et ideo dicit; *Christus redemit nos de maledicto legis &c.* Ro. 8. Quod ĩpossibile erat legi &c. Deus mittens filium suum, scilicet Christum &c. Redemit, inquam, nos scilicet, Iudeos, pretioso sanguine suo. Apoc. 5. Redemisti nos ĩ sanguine &c. Esa. 43. Noli timere, q̃a redemi te &c. De maledicto legis, idest, de culpa & pœna infra. 4. Vt eos qui sub lege erant redimiret. Oseæ. 13. De morte redimam eos. Modum liberationis ponit cũ dicit; *Factus pro nobis maledictum.* Vbi notandum est, ꝙ maledictum est, quod dicitur malum. Et secundum duplex malum potest dici duplex maledictum, scilicet maledictum culpæ, & maledictum pœnæ. Et vtroque modo potest hoc legi dupliciter; *Factus est pro nobis maledictum,* Et primo quidem de malo culpæ. Nam Christus redemit nos de malo culpæ. Vnde sicut redemit nos de morte mortuus, ita redemit nos de maledicto culpæ, factus maledictum, scilicet culpæ, non quidem quòd in eo peccatum esset aliquod, qui peccatum non fecit nec dolus &c. vt dicitur 1. Pet. 2. sed secundum opinionem hominum, & præcipue Iudæorum, qui reputabant eum peccatorem. Ioan. 18. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Et ideo de hoc dicitur 2. Corin. 5. Eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum. Dicit autem maledictum, non maledictus, vt ostendat, quòd Iudæi eum sceleratissimum reputabant. Vnde dicitur Ioan. 9. Non est hic homo a Deo &c. Et Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te: sed de peccato & de blasphemia. Et ideo dicit; *Factus est pro nobis maledictum* in abstracto. q. d. Factus est ipsa maledictio. Secundo, exponitur de malo pœnæ. Nam Christus liberauit nos a pœna, sustinẽdo pœnam & mortem nostram, quæ quidem in nos prouenit ex ipsa maledictione peccati. Inquantum ergo hanc maledictionem peccati suscepit, pro nobis moriendo, dicitur esse factus pro nobis maledictum. Et est simile ei, quod dicitur Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. i. mortalis. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum. s. Christum, qui peccatum non fecit Deus scilicet pater, pro nobis fecit peccatum. i. fecit pati peccati pœnam, quando. s. oblatus est propter peccata nostra. Consequẽter ponit scripturę testimonium cũ dicit; *Quia scriptum est, Maledictus omnis &c.* Et hoc Deut. 27. Vbi sciendum secundum. Glo. quòd in Deut. vnde accipitur hoc verbum tam in nostris, quàm in Hebræis codicibus habet, Maledictus a Deo omnis &c. Quod quidem, scilicet a Deo in antiquis Hebræorum voluminibus nõ habetur, vnde creditur, quòd a Iudęis post passionem domini appositum sit ad infamiam Christi. Potest autem exponi authoritas de malo pœnæ & de malo culpæ. De malo quidem culpæ sic, *Maledictus omnis qui pendet in ligno,* non propter hoc, quòd pẽdet in ligno: sed pro culpa pro qua pendet. Et hoc modo Chr̃s æstimatus maledictus in cruce pendens, propter hoc, quòd maxime tali pœna punitus fuit, Et secundum hoc continuatur ad præcedentia. Dñs enim præcepit in Deut. vt qui suspẽsus fuerit, in vespera deponatur. & ratio huius est, quia hæc pœna erat cæteris abiectior & ignominiosior. Dicit ergo vere factus est pro nobis maledictum: quia ipsa mors crucis quam sustinuit, sufficit ad maledictionem, hoc modo exponendo de malo culpæ: sed solum æstimatione Iudæorum, quia scriptum est; *Maledictus omnis &c.* De malo vero pœnæ, sic exponitur. Maledictus omnis qui &c. quia ipsa pœna est maledictio, scilicet, quòd sic mortuus est. Et est hoc modo exponendo vere maledictus a Deo, quia Deus ordinauit quòd hanc pœnam sustineret vt nos liberaret. Consequenter cum dicit; *Vt in gentibus benedictio &c.* Ponit spem quam per Christum super hoc, quòd per eum liberamur de maledicto acquirimus, vt dicitur Roma. 5. Non si- F cut delictum, ita & donum, immo multo maius, scilicet, quia liberat a peccato, & confert gratiam. Primo ergo ponit fructum, & quibus datur, dicens; *Vt in gentibus benedictio Abrahæ &c.* quasi dicat. Factus est pro nobis maledictum, non solum vt maledictionem remoueret, sed vt in Gentibus, quæ non sub maledictione legis erãt, fieret bñdictio Abrahæ promissa. Gen. 22. In semine, tuo benedicentur omnes gentes &c. Et hæc quidem benedictio facta est nobis, idest implera est per Christũ, qui est de semine Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones & semini tuo, qui est Christus, vt dicitur infra eodem cap. Quæ quidem benedictio & fructus est; *Vt pollicitationem spiritus accipiamus,* idest, promissiones quas spiritus sanctus facit in nobis, scilicet de beatitudine æterna, qui quasi arra & pignus nobis traditus, ipsam nobis promittit, vt habetur Ephe. 1. & 2. Corinthiorum. 6. Et quidem in pignore datur ad certitudinem. Nam pignus est quædam certa promissio de re accipienda. Roma. 5. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. & infra, Si filii & hæredes. Vel; *Pollicitationem spiritus accipimus,* idest spiritum sanctum, quasi dicat. Accipiamus pollicitationẽ de spiritusancto factã semini Abrahæ. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo &c. Quia per spiritum sanctũ coniungimur Christo, & efficimur semen Abrahæ, & digni benedictione. Secundo, ostendit per quid proueniat nobis iste fru- H ctus, dicens; *Per fidem,* per quam quidem & hæreditatem æternam acquirimus. Ad Hebr, 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Per fidẽ etiam acquirimus spiritum sanctum, quia vt dicitur Actuum. 5. Dominus dat spiritum sanctum obedientibus sibi. s. per fidem.

LECTIO VI.

FRatres (secundũ hominem dico) tamen hominis cõfirmatũ testamentũ nemo spernit, aut superordinat. G Abrahæ dictæ sunt ꝑmissiones: & semini eius. Non dicit, & seminibꝰ, quasi in multis, sed quasi vno, & semini tuo q̃ est Christus Hoc autẽ dico testamentũ confirmatũ a Deo: quæ post quadringẽtos & triginta annos facta est lex, non irritũ facit ad euacuãdã promissionẽ. Nã si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per B repromissionem donauit Deus.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM Apostolus probauit per authoritates, quòd lex nõ iustificat, nec ad iustificationẽ, quæ est per fidẽ est necessaria: hic consequenter ostendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primo, humanam consuetudinem ponit. Secundo, assumpsit promissionem diuinam, ibi; *Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.* Tertio infert conclusionem, ibi; *Hoc autem dico &c.* Quarto, ostendit conclusionem sequi ex præmissis, ibi; *Nam si ex lege &c.* Dicit ergo, Aperte quidem prius I locutus sum secundum authoritatem scripturæ, non allatæ volũtate humana, sed spiritu sancto, vt dicitur. 2. Pet. 1. Sed nunc; *Secundum hominem dico,* & secundum ea, quæ humana ratio & consuetudo habet. Ex quo quidem habemus argumentũ, ꝙ ad conferendum de his, quæ sunt fidei, possumus vti quacunq; veritate cuiuscunq; scientiæ. Deut. 21. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eam, volueris; habere in vxorem, introduces eam in domum tuam, idest, si sapientia & scientia secularis placuerit tibi, introduces eam infra terminos tuos, quæ radet cæsariem &c. Idest, resecabis omnes sensus erroneos. Et inde est, quòd Apostolus in multis locis in epistolis suis vtitur authoritatibus Gentilium, sicut illud. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores &c. Et illud Tit. 1. Cretenses malæ bestiæ &c. Vel quàmuis huiusmodi rationes vanæ sint & infirmæ, quia vt dicitur in Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt; *Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat,* quia nihil humanum tantam firmi- K tatem habet, sicut vltima voluntas hominis: sperneret aũt illud aliquis si diceret, ꝙ testamentũ hominis confirmatũ in morte testatoris, & testibus non valeret. Si ergo testamentum huiusmodi nemo spernit, dicens non esse seruandum, aut spernit aliquid mutando, multo magis testamentum Dei nullus spernere debet, aut superordinare, infringendo illud, vel addẽdo, vel diminuẽdo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus sup illũ plagas scriptas in isto libro & si quis diminuerit de verbis prophetię huius, auferet Deus partẽ eius &c. Deu. 4. Nõ addetis ad verbũ, quod vobis loquor, neq; auferetis ex eo &c. Consequenter cum dicit; *Abrahæ dictæ sunt promissiones &c.* Assumit promissionem diuinam Abrahæ factã, quæ est quasi quoddam testamentum Dei. Et primo, exponit hanc promissionẽ, seu testamẽtum. Secundo vero aperit veritatem testamenti, ibi; *Non dicit in seminibus &c.* Dicit ergo primo; *Abrahæ dictæ sunt promissiones.* Quasi dicat. Sicut testamentũ hominis est firmũ: ita promissiones diuinæ firmæ sunt. Sed nunquid Deus aliquas promissiones

nes fecit ante legem? Vtiq;, quia Abrahæ, qui fuit ante legem, A scilicet, quòd non falleret Deus, dictæ, idest factæ sunt promissiones; *Et semini eius* a Deo. Sed Abrahæ factæ sunt, vt cui erant implendæ: semini vero, vt per quod impleretur. Dicit autem promissiones pluraliter, quia promissio de benedicendo semine multa cõtinebat. Vel quia frequenter idem, i. æterna beatitudo sibi promissa est, sicut Genes. 12. In te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ. Item. 15. Suspice cœlum & numera stellas &c. Item, eodem, Semini tuo dabo terrã hanc &c. Item. 22. Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. Iste ergo promissiones, sunt quasi testamentum Dei, quia est quædam ordinatio de hæreditate danda Abrahę & semini suo. Veritatem autem testamenti aperit cum dicit; *Non dicit & seminibus &c.* Quam quidem aperit eodem spiritu, quo testamentum conditum est. Et hoc patet ex verbis testamenti; *Non,* inquit; *Dicit & seminibus quasi in multis,* idest sicut faceret, si de multis illud valeret; *Sed quasi in vno quod est Christus,* quia ipse solus est per quem & in quo omnes poterũt benedici. Nam ipse solus & singularis est, qui non subiacet maledictioni culpæ, & si maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Vnde dicitur in Psalmis. 140. Singulariter sum ego &c. Item non est, qui faciat bonum &c. Eccle. 7. Virum de mille vnum reperi, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato: mulierem autem ex omnibus nõ inueni, quæ omnino a peccato immunis esset, ad C minus originali, vel veniali. Conclusionem autem infert consequenter, cum dicit; *Hoc autem dico testamentum &c.* Vbi videamus per ordinem, quid sit quod dicit. Dicit ergo, quòd hoc promisit Deus Abrahæ: sed hoc est testamentum scilicet, ista promissio de hæreditate adipiscenda. Hiere. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum &c. *Confirmatum.* Quod ideo ponit, vt concordet cum præmissis. Nam supra dixerat, Testamentum hominis confirmatum &c. *A Deo,* scilicet, qui promisit. Et confirmatum dico iureiurando, Gen. 21. Per memetipsum iuraui &c. Heb. 6. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum &c. Hoc, inquam, testamentum, lex non facit irritum; *Quæ* quidem lex facta est, & data a Deo per Moysen. Ioan. 1. Lex per Moysen data est &c. *Post quadringentos & triginta &c.* Et quasi exponens, quod dixerat, subiungit, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Sic enim irritum fieret prædictum testamentum, si pro- D missio facta Abrahæ euacueretur, idest in vacuum facta esset, quasi non sufficeret semen Abrahæ repromissum ad gentium benedictionem. Per Christum autem non sunt euacuatæ promissiones patribus factæ, sed confirmatæ. Roma. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Et. 2. Cor. 1. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est &c. Hoc autem, quod dicitur; *Post quadringentos & triginta annos,* concordat ei, quod habetur Exod. 12. Habitatio filiorũ israel qua manserũt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Et Act. 7. Locutus est Dominus scilicet Abrahæ, quia erit semẽ eius accola in terra aliena & seruituti eos subiicient annis quadringentis triginta. Sed contra est, quod dicitur Gen. 15. Scito prænoscens, quòd peregrinũ futurum sit semen tuum, & seruitute eos subiicient, & affligent eos annis quadringentis. Respõdeo. Dicendum, quòd si fiat computatio annorũ a prima promissione facta Abrahæ, quæ legitur. E Gen. 12. vsq; ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex, sic sunt anni quadringenti triginta, sicut hic scribitur, & Exod. 12. & Act. 7. vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, quando data est lex. Si autem incipiat computatio a natiuitate Isaac (de qua legitur Gen. 21.) sic sunt tantum quadringenti & quinq; anni. Nam viginti quinq; anni fuerunt a promissione facta Abrahæ vsq; ad natiuitatem Isaac. Abraham .n. erat septuaginta quinq; annorum, quando exiuit de terra sua & facta est ei prima promissio, vt habetur Gen. 12. Centenarius autem fuit, quando natus est Isaac, vt habetur ibidem. 21. Quòd autem a natiuitate Isaac vsq; ad exitum filiorum Israel de Aegypto, fuerint quadringẽti quinq; anni, probatur per hoc, quòd Isaac fuit sexaginta annorum, quando genuit Iacob, vt habetur Gen. 25. Iacob autem erat. 130. annorum quando intrauit Aegyptum, vt habetur Gen. 47. Et sic a natiuitate Isaac vsq; ad introitum Iacob in Aegyptum, fuerunt. 190. anni. Ioseph autem fuit triginta annorum, quando stetit coram Pharaone, vt habetur Gen. 41. Et postea transierunt septem anni fertilitatis & duo sterilitatis, vsq; ad ingressum Iacob in Aegyptum, vt habetur. 45. Vixit autem Ioseph. 110. annis, vt habetur Gen. vltimo. A quibus, si subtrahantur triginta & nouem anni, remanent septuaginta & vnus annus. Fuerunt ergo a natiuitate Isaac vsque ad mortem Ioseph ducenti & sexaginta vnus annus. Fuerunt autem in Aegypto filii Israel post mortem Ioseph. 144. annis, vt Rabanus dicit in Glo. Act. 7. Fuerunt ergo a natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorũ Israel de Aegypto & legẽ datam. 405. anni, Scriptura autem Gen. 17. non curauit de minutis. Vel potest dici, quòd quinto anno Isaac expulsus fuit Ismael, & remansit solus Isaac hæres Abrahæ, a quo tempore fuerunt quadringenti anni. Deinde cum dicit; *Nam si ex lege &c.* Ostendit quomodo sequatur ex præmissis, quòd lex euacuaret promissiones, si lex necessaria esset ad iustificationem siue benedictionem gentium. Dicit ergo, vere promissio euacuaretur si lex necessaria esset; *Nam si hæreditas,* scilicet benedictionis Abrahæ esset; *Ex lege, iam non esset ex repromissione,* idest ex semine repromisso Abrahæ. Si enim semen promissum esset sufficiens ad hæreditatem benedictionis consequendã, non fieret iustificatio per legem. Destruit autem consequens, cum dicit; *Abrahæ autem donauit Deus &c.* Idest promisit se daturum, quod ita certum erat acsi statim daret; *Per repromissionem,* idest per semen repromissum; *Non ergo est ex lege hæreditas,* idest benedictio, de qua dicitur. 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.

LECTIO VII.

QVid igitur lex? Propter trãsgressionẽ posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius non est, Deus autẽ vnus est.

LECTIO SEPTIMA.

POSTQVAM ostendit Apostolus, & authoritate scripturæ, & consuetudine humana, quòd lex iustificare non potuit, hic mouet duas dubitationes & soluit. Secunda dubitatio incipit, ibi; *Lex ergo aduersus promissa Dei &c.* Circa primum tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi; *Propter transgressiones &c.* Tertio, quoddam in solutione positum manifestat, ibi; *Mediator autem &c.* Potest autem esse dubium ex præmissis tale, Si lex iustificare non poterat, an esset omnino inutilis. Et hanc dubitationem mouet, dicens; *Quid igitur lex &c.* sit, idest, ad quid lex vtilis fuit? Et hanc punctuationem magis approbat Augustinus, vt habetur in Glo. quàm aliam quæ sibi primitus melior videbatur, vt distinguatur. Quid igitur? & postea dicatur. Lex propter transgressiones &c. Similis dubitatio proponitur. Rom. 3. vbi sic dicitur, Quid igitur amplius Iudæo &c. Deinde cum dicit; *Propter transgressiones.* Soluit dubitationem motam, vbi quatuor facit. Primo, proponit legis vtilitatem. Secundo, legis fructum, ibi; *Donec veniret semen &c.* Tertio, legis ministros, ibi; *Ordinata per angelos.* Quarto, legis dominium, ibi; *In manu mediatoris.* Circa primum notandum est, quòd lex vetus data est propter quatuor, secundum quatuor ex peccato consecuta, quæ enumerat Beda scilicet, propter malitiam, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam. Est ergo lex primo data ad reprimendam malitiam, dum scilicet, prohibendo peccatum & puniendo, retrahebãtur homines a peccato, & hoc tangit, dicẽs; *Propter transgressiones posita est lex,* idest ad transgressiones cohibendas: & de hoc habetur. 1. Tim. 1. Iusto lex non est posita, sed iniustis. Cuius ratio potest sumi a Philosopho in. 4. Ethic. Homines enim bene dispositi ex seipsis mouentur ad bene agendum; & sufficiunt eis paterna monita, vnde non indigent lege: sed sicut Roma. 2. dicitur, Ipsi sibi sunt lex, habentes opus legis scriptum in cordibus suis. Sed homines male dispositi, indigent retrahi a peccatis per pœnas. Et ideo quantum ad istos fuit necessaria legis positio, quæ habet coartatiuam virtutẽ. Secundo, lex data est ad infirmitatem manifestandã. Homines enim de duobus præsumebant. Primo quidem, de scientia, secundo, de potentia. Et ideo Deus reliquit homines absq; doctrina legis, tempore legis naturæ. In quo dum in errores inciderũt, conuicta est eorum superbia de defectu scientiæ. Sed adhuc restabat præsumptio de potentia. Dicebant enim: non deest qui impleat, sed deest qui iubeat, vt dicitur in Glo. super illud Exod. 24. Quicquid præceperit Dominus, faciemus & erimus obedientes. Et ideo data est lex, quæ cognitionem peccati faceret. Per legem enim cognitio peccati. Roma. 3. quę tamen auxilium gratiæ nõ

dabat ad vitandum peccata, vt sic homo sub lege constitutus, & F vires suas experiretur, & infirmitatem suam recognosceret, inueniens se sine gratia peccatum vitare nõ posse, & sic auidius quereret gratiam: Et hæc etiã causa potest ex his verbis accipi, vt dicatur, quòd lex posita est propter transgressiones adimplendas, quasi illo modo loquendo, quo Apostolus dicit. Roma. 5. Lex subintrauit, vt abũdaret delictum: quod non est intelligendum causaliter, sed cõsecutiue: quia lege subintrante, abundauit delictum, & trãsgressiones sút multiplicatæ, dum concupiscentia nondum per gratiam sanata, in id, quod prohibebatur, magis exarsit, & factum est peccatum grauius, addita præuaricatione legis scriptæ. Et hoc Deus permittebat, vt homines imperfectionem suam cognoscentes, quærerent mediatoris gratiam. Vnde signanter dicit, Posita est, quasi debito ordine collocata inter legem naturæ & legem gratiæ. Tertio, data est lex ad domandam concupiscentiam populi lasciuientis, vt diuersis ceremoniis fatigati, neq; ad idolatriam, neq; ad lasciuias declinarent. Vnde dicit Petrus. Act. 15. Hoc est onus, quod neque nos &c. Quarto, ad instruendum ignorantiam data est lex in figuram futuræ gratiæ, secundum, illud Heb. 10. Vmbram habens lex &c. Deinde cum dicit; *Donec veniret semen &c.* Idest Christus de quo promiserat Deus, per eum benedicendas omnes gentes. Matt. 11. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem &c. Gen. 12. In semine tuo &c. Ministri autem legis ponuntur, cum dicit; *Ordinata*, idest ordinanter data; *Per* H *angelos*, idest per nuntios Dei, scilicet, Moysen & Aaron. Malach. 2. Legem requirent ex ore eius &c. Angelus enim Domini &c. Vel per angelos, idest ministerio angelorum. Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum &c. Et est data per angelos, quia lex non debebat dari per filium, qui maior est. Heb. 2. Si enim, qui per angelos factus est sermo &c. Dicit autem; *Ordinata*, quia ordinabiliter data est, scilicet inter tempus legis naturalis, qua homines conuicti sunt, quòd se iuuare non poterant, & tempus gratiæ: nam antequam gratiam acciperent, conuicendi erant de lege. Dominus autem legis dicitur Christus. Et ideo dicit; *In manu mediatoris*, idest in potestate Christi. Deut. 33. In dextera eius ignea lex. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominum &c. Iste mediator significatus est per Moysen, in cuius manu est lex data. Deut. 5. Ego sequester & medius fui inter Deum & vos &c. Deinde cum dicit; *Mediator autem &c.* Exponit quod dixit, In manu mediatoris, quod potest tripliciter exponi. Vno modo, quia mediator non est vnius tantum, sed duorum. Vnde cum iste sit mediator Dei & hominis, oportet quòd sit Deus & homo. Si enim esset purus homo, vel Deus tantum, non esset verus mediator. Si ergo est verus Deus, & nullus est mediator suiipsius, potest videri alicui, quòd præter ipsum sunt alii dii, quorum est mediator: & hoc remouet dicens, quòd; *Mediator* iste & si; *Non est vnius* tantum, non propter hoc sunt alii dii, sed; *Deus vnus est*, quia licet ipse alius sit in persona a Deo patre, non est tamen aliud in natura. Deute. 6. Audi Israel. Dominus Deus tuus &c. Ephes. 4. Vnus Deus &c. Secundo modo, quia posset credi, quòd iste esset mediator Iudæorum tantum: ideo dicit, Dico quòd Christus est mediator, sed non vnius, scilicet Iudæorum, sed vnus est omnium, idest sufficiens ad omnes reconciliandos Deo, quia ipse Deus est. Roma. 3. Vnus Deus, qui iustificauit circumcisionem ex fide & præputium per fidem &c. 2. Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi &c. Tertio modo, quia non est mediator vnius populi tantum scilicet, Iudæorum, sed etiam Gentilium. K Ephesiorũ. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Et hoc ex parte Gentium auferendo idololatriam, & ex parte Iudæorum obseruantiam legis. Specialiter autem mediator est filius non pater, non spiritus sanctus, nihilominus tamen vnus est Deus.

LECTIO OCTAVA.

HIc mouet Apostolus aliam dubitationem, vtrum scilicet lex, noceat gratiæ. Et primo mouet dubitationem, dicens; *Lex ergo &c.* Quasi dicat, si lex posita est propter transgressiones, nunquid lex facit aduersus promissa Dei scilicet, vt id quod Deus promisit se facturum per semen repromissum, per alium faciat? *Absit*, Quasi dicat, Non. Nam supra eodem, Lex non irritum facit testamentum ad euacuandas promissiones &c. Roma. 7. Lex sancta & mandatum sanctum. Secundo, cum dicit; *Si enim lex esset data &c.* Soluit dubitationem. Et primo ostendit, quòd lex non est contra promissa Dei. Secundo, quòd est in obsequium promissorum, ibi; *Sed conclusit &c.* Dicit ergo, quòd licet lex sit posita propter transgressiones, non tamen contrariatur promissioni Dei, quia transgressiones ipsas remouere nõ potest. Si enim eas remoueret, tunc manifeste esset contra promissa Dei, quia iustitia esset per aliũ modum, quam Deũ promisit, quia esset per legem & nõ per fidem, cum tamẽ dicat Abac. 2. Iustus G meus ex fide viuit. Rom. 3. Iustitia Dei est per fidẽ Iesu Christi. Et ideo dicit; *Quod si lex esset data* talis; *Quæ posset uiuificare*, idest tantæ virtutis esset, quòd posset vitam gratiæ, & æternam beatitudinem conferre, tunc; *Vere*, & non apparenter; *Iustitia esset ex lege*, si lex faceret, quod fides facere dicitur, & sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat, quia litera, scilicet legis, occidit, vt dicitur. 2. Cor. 3. & Rom. 8. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu &c. Deinde cum dicit; *Sed scriptura conclusit &c.* Ostendit, quòd lex non solum non contrariatur gratiæ, sed est ei etiam in obsequium. Et primo ostendit, quòd lex obsequitur promissis Dei. Secundo, quomodo hoc obsequium manifestatũ est in Iudæis, ibi; *Prius autem quam veniret fides &c.* Tertio, quomodo Gentiles etiam sine lege consecuti sunt promissa Dei, ibi; *Omnes enim filii Dei estis &c.* Circa primum sciendum est, quòd lex obsequitur promissis Dei in generali, quantũ ad duo. Primo, quia manifestat peccata. Roma. 3. Per legem cognitio peccati. Deinde, quia manifestat infirmitatem humanã, inquantum homo non potest vitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem non dabatur. Et sicut ista duo, scilicet cognitio morbi & impotentia infirmi, multum inducunt ad quærendum medicum: ita cognitio peccati & propriæ impotentiæ, inducunt ad quærendum Christũ. Sic ergo lex obsequuta est gratiæ, inquantum præbuit cognitionem peccati & experiẽtiam propriæ impotentiæ. Et ideo dicit; *Scriptura*, idest lex scripta; *Conclusit*, idest tenuit inclusos Iudæos; *Sub peccato*, idest ostendit eis peccata, quæ faciebant. Roma. 7. Concupiscentiam nesciebam &c. Item conclusit, quia veniente lege sumpserunt occasionẽ peccati. Ro. 11. Cõclusit Deus omnia in incredulitate &c. Et hoc ideo, vt homo quæreret gratiam. Et ideo dicit; *Vt promissio*, idest gratia, repromissa; *Daretur non* solum Iudæis, sed omnibus; *Credentibus*, quia illa gratia poterat liberare a peccatis, & hæc gratia est; *Ex fide Iesu Christi.* Deinde cum dicit; *Prius* I *autem quam veniret &c.* Ponit experimentum huius obsequii, manifestatum in Iudæis. Et primo, ponit obsequium Iudæorum. Secundo, concludit quoddam corollarium, ibi; *Itaque lex pedagogus &c.* Dicit ergo, si scriptura, idest lex scripta, detinuit omnia sub peccato, quas vtilitates habebãt Iudæi ex lege, antequàm veniret fides ex gratia? Respõdet & dicit; *Nos Iudæi* ante aduentũ fidei; *Custodiebamur sub lege*, inquantum faciebat nos vitare idolatriã & multa alia mala, custodiebamur inquam, nõ sicut liberi, sed quasi serui sub timore, & hoc sub lege. i. sub onere legis & dominio. Roma. 7. Lex in homine dominatur, quanto tempore viuit, &c. Et custodiebamur; *Conclusi*, idest seruati ne defluere mus a vita, sed præpararemur; *In eam*, idest iam bonam; *Fidem, quæ reuelanda erat.* Esa. 56. Iuxta est salus mea, vt veniat, & & iustitia mea, vt reueletur. Et dicit reuelanda, quia cum fides excedat omne humanum ingenium, non potest per propriũ sensum haberi, sed ex reuelatione & dono Dei. Esa. 40. Reuelabitur gloria Domini &c. Vel in eam fidem, quæ reuelanda erat tempore gratiæ, in antiquis temporibus multis signis latens. Vnde & tempore Christi velum templi scissum est. Matth. 27. Consequenter cum dicit; *Lex pedagogus &c.* Concludit quoddam corollarium. Et primo, ostẽdit legis officium. Secundo, officii testationem, ibi; *At vbi venit plenitudo temporis &c.* Officium autem legis, fuit officiũ pedagogi. Et ideo dicit; *Lex pedagogus noster &c.* Quamdiu enim hæres non potest consequi beneficium hæreditatis, vel propter defectum ætatis, seu alicuius debitæ perfectionis, conseruatur & custoditur ab aliquo instructore, qui quidem instructor pedagogus dicitur, a pedos quod est puer, & goge quod est ductio. Per legẽ enim Iudæi tanq̃ imbecilles pueri, p timorẽ penæ retrahebant a malo, & promouebant amore & promissione tẽporariorũ, ad bonũ. Iudæis autem promissa erat benedictio futuri seminis de hæreditate obtinẽda, sed nondum aduenerat tempus ipsius hæreditatis consequendæ. Et ideo necessarium erat, quòd conseruarentur vsq; ad tempus futuri seminis

Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur cõclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaq; lex, pedagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.

minis & cohiberentur ab illicitis, quod factum est per legem. Et iõ dicit; *Itaque &c.* Quasi dicat. Ex quo sub lege custodiebamur; *Lex fuit noster pedagogus*, idest dirigens & conseruans; *In Christo*, idest in via Christi. Et hoc ideo; *Vt ex fide Christi iustificaremur.* Oseæ. 11. Puer Israel & dilexi eum. Hier. 31. Castigasti me Domine: & eruditus sum &c. Roma. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem &c. Et quis lex pedagogus noster esset, non tamen ad perfectam hæreditatem ducebat, quia vt dicitur Hebr. 7. Neminem ad perfectũ adduxit lex &c. Sed hoc officium cessauit, postquam venit fides. Et hoc est, quod dicit; *At vbi venit fides*, scilicet Christi; *iam non sumus sub pedagogo*, idest sub coactione: quæ non est necessaria liberis. 1. Cor. 15. Cum essem paruulus &c. Cum autem factus sum vir &c. 2. Cor. 5. Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt &c.

LECTIO NONA.

HIc ostendit Apostolus, q̃ ad fructum gratiæ Gentiles sine obsequio legis peruenerunt, ad quem tamen Iudæi perducti sunt per legis custodiam & obsequium. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit intentum. Secundo, manifestat propositum, C ibi; *Quicunque enim in Christo &c.* Tertio, ex hoc argumentatur, ibi; *Si autem vos Christi &c.* Dicit ergo. vere non sumus sub lege, idest sub pẽdagogo & coactione, quia sumus filii Dei. Similiter & vos neque sub lege, neque sub pædagogo estis, quia, scilicet ad gratiam peruenistis. Ideo; *Omnes estis filii Dei per fidem*, non per legem. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis, scilicet timoris, qui dabatur in lege veteri: sed accepistis spiritum filiorũ, scilicet charitatis & amoris, qui datur in nouo lege per fidem. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Si ergo filii Dei estis per fidem, quare vultis esse serui per legis obseruantias? nam sola fides homines facit filios Dei adoptiuos. Nullus siquidẽ est filius adoptiuus, nisi vniatur & adhæreat filio naturali. Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius &c. Fides enim facit nos in Christo Iesu filios. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et hoc; *In Christo Iesu*, idest filii Dei estis per Iesum Christum. Consequenter cum dicit; *Quicunque enim in Christo &c.* Manifestat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit propositi manifestationem. Secundo, manifestationis expositionem, ibi; *Non est Iudæus &c.* Tertio, assignat manifestationis rationem, ibi; *Omnes enim uos unum estis &c.* Manifestat autem circa primum, quomodo sumus in Christo Iesu filii Dei. Et hoc est, quod dicit; *Quicunque enim in Cristo Iesu &c.* Quod potest quadrupliciter exponi, vno modo vt dicatur, Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, idest institutione Christi ad baptismum instructi estis. Marci vlt. Euntes in mũdum vniuersum, prædicate euangeliũ omni creaturæ &c. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Alio modo; *Quicunque in Christo Iesu baptizati estis*, scilicet per similitudinem, & per configurationem mortis Christi. Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Vel in Christo Iesu, idest in fide Iesu Christi. Nam baptismus non fit, nisi in fide, sine qua, effectum baptismi nullum cõsequimur. Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit &c. Vel in E Christo Iesu, idest in virtute & operatione eius. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem, hic est, qui baptizat. Quicũque ergo istis quatuor modis baptizati estis; *Christum induistis.* Vbi sciendum est, quòd qui induitur aliqua veste, protegitur ac cõtegitur ea, & apparet sub colore vestis, colore proprio occultato. Eodem modo, & qui induit Christum, protegitur & contegitur a Christo Iesu, contra impugnationes & æstus, & in eo nihil aliud apparet nisi quæ Christi sunt. Roma. 13. Induite Dominum Iesum Christum. Et sicut lignum accensum induitur igne, & participat eius virtutẽ, ita & qui Christi virtutes accipit induitur Christo. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute &c. Quod in illis locum habet, qui interius Christi virtute informãtur. Ephes. 4. Induite nouum hominem, qui secundum &c. Et nota, quòd Christum aliqui induunt exterius per bonam conuersationem, & interius per spiritus renouationem, & secundum vtrunquẽ, per sanctitatis configurationem, vt tangitur in Glosa. Expositionem autem manifestationis ponit, cum

A dicit; *Non est Iudæus &c.* Quasi dicat. uere dixi, quòd quicunq; in Christo Iesu &c. Quia nihil potest esse in hominibus, quod faciat exceptionẽ a sacramento fidei Christi & baptismi. Et ponit tres differentias hominum, ostendens quòd per eas nullus excipitur a fide Christi. Prima differentia est quantum ad ritum, cum dicit; *Non est Iudæus, neque Græcus.* Quasi dicat. Ex quo ĩ Christo Iesu baptizatus est, non est differentia, quòd ꝓpter hoc sit indignior in fide, ex quocunq; ritu ad eam uenerit, siue ex ritu Iudaico, siue Græco. Rom. 3. An Iudæorum Deus tãtum? Nonne & Gentium? Immo & Gentium: quoniam quidẽ vnus est Deus, qui iustificauit circũcisionẽ ex fide, & præputiũ per fidẽ. Et Rom. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci &c. Sed contra est, quod dicitur Roma. 3. Quid ergo amplius est Iudæo? Multum quidem per omnem modum. Respõdeo. Dicendũ est, quòd Iudæi & Græci possunt considerari dupliciter. Vno modo, secundum statum in quo erant ante fidem, & sic amplius fuit Iudęo, propter beneficium legis. Alio modo, quantum ad statum gratiæ, & sic non est amplius Iudæo: & de hoc intelligitur hic. Secunda differẽtia est, quãtum ad statum & conditionẽ, cum dicit; *Non est seruus, neque liber*, idest neq; seruitus, neq; libertas, neq; nobilitas, neq; ignobilitas differentiam facit ad recipiẽdum effectum baptismi Iob. 3. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a Domino suo. Roma. 2. Non est personarum acceptio apud Deum. Tertia differentia est, quantum ad naturam, cum dicit; *Non est masculus, neque fœmina*, quia sexus nullam differentiam facit, quantum ad participandum baptismi effectũ. Gal. 3. Non est masculus aut fœmina, &c. Expositionis vero rationem ponit, cum dicit; *Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* Quasi dicat. vere nihil horum est per quod differentia fiat in Christo, quia uos oẽs, scilicet fideles vnum estis in Christo Iesu, qui in baptismo omnes estis effecti membra Christi, & vnum corpus, & si inter vos sitis diuersi. Roma. 12. Omnes vnum corpus sumus in Christo &c. Ephes. 4. Vnum corpus, vnus spiritus &c. Vbi autem est vnitas, differentia non habet locum. Pro hac vnitate orat Christus. Ioan. 17. Volo pater, vt sint vnũ, &c. Consequenter cum dicit; *Si autem vos estis &c.* Arguit ad principale propositum hoc modo. Dixi, quòd Abrahæ dictæ sunt D promissiones & semini eius: sed vos estis Abrahæ. ergo ad vos pertinet promissio Abrahæ de hæreditate consequenda. Minorẽ sic probat, Vos estis filii Dei adoptiui, quia estis vniti per fidem Christo, qui est filius Dei naturalis: sed Christus est filius Abrahæ, vt supra eodem, Quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. ergo si vos estis Christi, idest, in Christo; *Estis semen Abrahæ*, idest filii, cum Christus filius eius sit. Et si filii *Estis & hæredes*, idest ad vos pertinet hæreditas; *Secundum promissionem* Abrahæ factam. Roma. 9. Non qui filii sunt carnis, hi filii Dei, sed qui sunt filii promissionis, æstimantur in semine.

LECTIO IX.

MNes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicũq; enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. Nõ est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neque fœmina, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo

CAP. IIII. LEC. I.

DIcõ autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum B sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre: Ita & semen Abrahæ estis, secundum promissionem hęredes.

LECTIO PRIMA.

POstqvam ostendit Apostolus legis defectum: hic consequenter ostendit gratiæ dignitatem. Et primo, per exemplum humanum. Secundo, per exemplum scripturæ, ibi; *Dicite mihi qui sub lege vultis esse &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit dignitatem gratiæ supra primitiuum statũ veteris legis, per similitudinem a lege humana sumptam. Secundo ostendit, quòd ipsi facti sunt participes huius dignitatis per fidem, ibi; *Quoniam autem estis filii dei &c.* Tertio arguit ipsos, eo quòd hanc dignitatem contemnebant, ibi; *Sed tunc quidem ignorantes Deum &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit similitudinem. Secundo, adaptat eam ad propositum, ibi; *Ita & nos cum essemus &c.* Notandum est, quòd in proposita similitudine quatuor tangit Apostolus. Primo quidem dignitatem, quia non est seruus, sed hæres. Vnde dicit; *Quanto tempore hæres &c.* Quod aptatur & refertur ad populum Iudæorum, qui fuit hæres promissionis Abrahæ. Psal. 134. & 46. Elegit nos in hæreditatem sibi, & ad Christum, qui est hæres omnium. Heb. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum. Secundo, eius paruitatem. Vnde dicit; *Paruulus est*, quia & Iudæi paruuli erant, secundum statum legis. Amos. 7. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Similiter & Christus paruulus factus est per incarna-

incarnationem. Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Sed nota, quòd Apostolus aliquando assimilat paruulo statum legis, sicut hic. Aliquãdo statum præsentis vitæ. 1. Cor. 13. Cum essem paruulus &c. Cuius ratio est, quia status veteris legis est sicut paruulus, propter imperfectionem cognitionis in ipsa comparatione ad statum gratiæ & veritatis: quæ per Christum facta est. Sic & status præsentis vitæ in qua videmus per speculum in ænigmate, est sicut paruulus, comparatus statui futuræ vitæ, in qua est perfecta Dei cognitio, quia videtur sicuti est.

nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi eramus seruientes.

LECTIO II.

At ubi uenit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

Tertio, eius subiectionem: cum dicit; *Nihil differt a seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus &c.* Proprium enim serui est, quòd sit subiectus alicui Domino. Puer autem quandiu paruulus est, quia non habet cognitionem perfectam, & vsum liberæ voluntatis, propter defectum ætatis; committitur custodiæ aliorum, qui & bona sua defendant, & hi dicuntur tutores, & negotia agant, & hi actores nominantur. Et ideo licet sit Dominus omnium rerum suarum, tamen inquantum subiicitur aliis, nihil differt a seruo quia, nec voluntatem liberam habet, immo cogitur: & hæc adaptantur ad populum Iudaicum. Esa. 44. Et nunc seruus meus Iacob &c. Sed notandum est, quòd in populo Iudaico aliqui erant simpliciter serui, illi scilicet, qui propter timorem pœnæ & cupiditatem temporalium, quæ lex promittebat, legem seruabant. Aliqui vero erant, qui non erant serui simpliciter, sed quasi serui existentes, erant vere filii & hæredes: qui licet attẽderent exterius ad temporalia & vitarent pœnas, nihilominus tamen in eis finem non ponebant: sed accipiebant ea, vt figuram spiritualium bonorum. Vnde licet viderentur nihil exterius differre a seruis, inquantum ceræmonias & alia legis mandata seruabant, tamen erant Domini, quia non ea intentione eis vtebantur, vt serui, quia illis vtebantur amore spiritualium bonorum, quæ præfigurabant: serui vero principaliter timore pœnæ & cupiditate terrenæ commoditatis. Christus erat etiam quasi seruus, quia licet sit Dominus omnium, secundum illud Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo &c. tamen nihil videbatur differre a seruo in exterioribus, inquantum homo. Phi. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & habitu inuentus, vt homo. Sub tutoribus autem & actoribus erat, quia sub lege factus erat: vt dicitur infra eodem, Factũ sub lege. Et hominibus subditus, vt dicitur Luc. 2. Erat subditus illis. Quarto ponit temporis congruitatem, cum dicit; *Vsque ad præfinitum tempus a patre,* quia sicut hæres secundum determinationem patris præfinito tẽpore sub tutoribus est, ita & lex determinatũ tempus habuit a Deo, quandiu deberet durare: & quandiu hæres, scilicet populus Iudæorum esset sub ea. Similiter & præfinitum tempus fuit a patre, quo Christus non erat facturus miracula & ostensurus dominium potestatis diuinæ. Ioan. 2. Nondum venit hora mea. Hanc similitudinem adaptat, cum dicit consequenter; *Ita & nos &c.* Et Primo adaptat eam, quantum ad Iudæos. Secundo, quantum ad Christum, ibi; *At ubi uenit plenitudo temporis.* Dicit ergo, Dico, ꝙ; *Quanto tempore hæres paruulus &c.* Et ita nos Iudæi cum essemus paruuli in statu legis veteris; *Sub elementis mundi eramus seruientes,* idest sub lege, quæ temporalia promittebat. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, & comminabatur pœnas temporales. Vel lex vetus dicitur elementum, quia sicut pueris, qui sunt instituendi ad scientiam, primo proponuntur elementa illius scientiæ, per quæ manuducuntur ad illam scientiam: ita lex vetus proposita est Iudæis, per quam manuducerentur ad fidem & iustitiam. supra. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. Vel sub elementis, idest corporalibus rerum ritibus quos seruabant, sicut lunares dies, neomenias, & sabbatum. Nec tamen instandum est, quòd propter hoc non differrent a Paganis, qui elementis seruiebant huius mundi, cum eis non seruirent Iudei seu cultum impenderẽt, sed sub eis Deo seruiebant, & eum colebant, Gentiles vero elementis seruientes, eis diuinum cultum impẽdebãt. Roma.. 1 Seruierunt creaturæ potius, quàm creatori &c. Fuit autem necessarium, quòd Iudei sub elementis huius mundi deseruirent Deo, quia iste ordo est congruus naturæ humanæ, vt a sensibilibus ad intellectualia perducantur.

LECTIO SECVNDA.

HIC adaptat Apostolus similitudinẽ propositam ad Christum. Et primo, ponitur adaptatio. Secundo finis rei, in qua similitudo adaptatur, ibi; *Vt eos qui sub lege erant &c.* Sciendum est autem, quòd supra in similitudine proposita quatuor osten- F dit per ordinem, sicut dictum est. Hic autem illa quatuor adaptans ad Christum, incipit ab vltimo, scilicet a determinatione temporis: cuius ratio est: quia idem tempus fuit in quo Christus fuit humiliatus, & in quo fideles fuerunt exaltati. Et ideo dicit; *At vbi venit plenitudo temporis,* idest postquam tempus, quod fuerat præfinitum a Deo patre de mittendo filio suo, erat completum, & hoc modo accipitur Luc. 2. Impleti sunt dies &c. Dicitur autem plenum tẽpus illud, propter plenitudinem gratiarum, quæ in eo dantur, secundum Psalm. 64. Flumen Dei repletum est aquis &c. Item, propter impletionem figurarum veteris legis. Matt. 5. Non veni soluere legem &c. G Item, propter impletionem promissorum. Dan. 9. Confirmabit autem pactum multis, hebdomada vna. Hoc autem, quod dicit; *At vbi venit plenitudo temporis &c.* Similiter, & in aliis scripturæ locis, vbi tempus circa Christum impleri dicitur, non est referendum ad fatalem necessitatem, sed ad diuinam ordinationem, de qua dicitur in Psal. 118. Ordinatione tua perseuerat dies &c. Assignatur autem duplex ratio, quare illud tempus præordinatum est ad aduentum Christi. Vna sumitur ex magnitudine. Quia enim magnus est, qui venturus erat, oportebat & multis indiciis & multis præparationibus homines ad aduentum eius disponi. Heb. 1. Multifarie multisq; modis &c. Alia ex conditione venientis. Quia enim medicus erat venturus, oportebat quòd ante aduentum suum conuincerentur homines de morbo, & quantum ad defectum scientiæ in lege naturæ, & quantum ad defectum virtutis in lege scripta. Et ideo H oportuit vtrunq; scilicet, & legem naturæ, & legem scripturæ aduentum Christi præcedere. Secundo, adaptat quantum ad hæreditariam dignitatem, cum dicit; *Misit Deus filium suum,* scilicet, proprium & naturalem. Et si filius, ergo & hæres. Dicit autem filium suum, idest, proprium naturalem & vnigenitum, non adoptiuum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt &c. *Misit,* inquam, eum non a se separatum, quia missus est per hoc, quòd assumpsit humanam naturam, & tamen erat in sinu patris. Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris æternaliter. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo, qui licet descenderit per assumptionem carnis, tamen est in cœlo. Item, misit eum, nõ vt esset vbi prius non erat: quia licet in propria venerit per præsentiam carnis, in mundo tamen erat per præsentiam deitatis, vt dicitur in euang. Ioan. 1. similiter non misit eum quasi ministrum, quia sua missio fuit assumptio carnis, non depositio maiestatis. Misit ergo Deus filium suum ad sanandum, inquam; I deuiationem concupiscibilis, & ad illuminandum ignorantiam rõnalis creaturæ. Psa. 106. Misit verbum suũ &c. Misit etiam ad liberandum a potestate dæmonis, cõtra infirmitatem irascibilis. Esa. 19. Mittet eis saluatorem, qui liberet eos. Item, ad remedium ab obligatione æternę mortis. Oseę. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Item, ad saluandum ab eorum peccatis. Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum &c. Tertio, adaptat similitudinem quantum ad paruitatem, cum dicit; *Factum ex muliere.* Esa. 9. Paruulus natus est nobis &c. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum &c. Paruum se fecit, non dimittendo magnitudinem, sed assumendo paruitatem. In hoc autem quod dicit; *Factum ex muliere,* cauendi sunt duo errores, scilicet Fotini, qui dixit Christum purum hominem esse, & ex virgine principium essendi sumpsisse, & ideo ita dicit ipsum factum ex muliere, quasi totaliter initium ex ea sumpserit. K Sed hoc est falsum, quia est contra illud quod dicitur Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, non dicit secundum personam, quæ est ab æterno, scilicet ipsa hypostasis filii Dei. Vnde, sicut cum scutum fit album de nouo, non oportet dicere, quòd ipsa substantia scuti de nouo fiat, sed quòd ei de nouo albedo accesserit, ita ex hoc, quòd filius Dei de nouo carnem assumpsit non oportet dici, quòd persona Christi de nouo sit facta: sed quòd natura humana ei de nouo aduenit, sicut corpori cum absq; sui mutatione quædam accidunt. Aliqua enim adueniunt alicui & immutant ipsum, sicut formæ & qualitates absolutæ: quædam vero absq; mutatione adueniunt, & huiusmodi est assumptio carnis, secundum quod dicit relationem. Vnde per hoc, persona verbi in nullo mutatur. Et inde est, quòd in diuinis vtimur his, quæ relationem significant etiam ex tempore. Vnde dicimus illud Psal. 89. Domine refugium factus es nobis: & quòd Deus factus est homo. Non autem vtimur formis & qualitatibus absolutis, vt Deus factus est bonus, sapiens, & huiusmodi. Item vitandus est error, Hebionis, qui dicit, Christum ex Ioseph semine esse natum, motus ad hoc ponendum, per hoc quod dicitur, Ex muliere. Nam secundum eum, mulier tantum importat corruptionem. Sed hoc est falsum, quia hoc nomen mulier, in sacra scriptura designat etiã sexum naturalem, secundum illud Genes. 3. Mulier quam dedisti mihi &c. Vocat enim eã mulierem, quæ tamen adhuc erat virgo.

LECTIO III.

QVONIAM autem estis filii Dei: misit Deus spiritum filii sui in corda vestra, clamantem, abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deum.

Per hoc etiam quod dicitur, ex muliere factus, destruuntur duo errores, scilicet Valentini, dicentis Christum non sumpsisse corpus de virgine, sed attulisse illud de cœlo, & per beatam virginem sicut per fistulam, seu canale transiuisse. Sed hoc est falsum, quia si verum esset quod dicit, non fuisset factus ex muliere, vt Apostolus dicit. Hæc enim præpositio; *Ex,* causam materialem designat. Item error Nestorii dicentis, beatam virginem non esse matrem filii Dei, sed filii hominis, quòd falsum esse ostenditur, per hoc quod dicit Apostolis hic. Quòd; *Misit Deus filium suum factum ex muliere.* Qui enim fit ex muliere, est filius eius. Si ergo filius Dei est factus ex muliere, scilicet ex beata virgine, manifestum est quòd beata virgo est mater filii Dei. Licet autem posset dici, natus ex muliere, signanter tamen dicit, factum, & non natum. Nasci enim aliquid, est ipsum produci non solum ex principio coniuncto, sed fieri etiam ex principio separato. Arca enim fit ab artifice, sed fructus nascitur ex arbore. Principium autem humanæ generationis est duplex, scilicet materiale, & quantum ad hoc Christus processit ex principio coniuncto, quia materiam sui corporis sumpsit ex virgine. Vnde secundum hoc dicitur nasci de ea. Matt. 1. De qua natus est Iesus &c. Aliud est principium actiuum, quod quidem in Christo quantum ad id quod principium habuit, idest quantum ad formationem corporis, non fuit coniunctum, sed separatum, quia virtus spiritus sancti formauit illud. Et quãtum ad hoc, nõ dicitur natus ex muliere, sed factus, quasi ex principio exteriori. Ex quo patet, quòd hoc quod dixit ex muliere, non dicit corruptionem, quia dixisset natum, & non factum. Quarto, adaptat similitudinem quantum ad subiectionem, cum dicit; *Factum sub lege.* Sed contra est quod dicitur infra. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Si ergo Christus non solum est spiritualis, sed etiam dator spiritus, inconuenienter videtur dici, quòd sit factus sub lege. Respondeo. Dicendum est, quòd esse sub lege dicitur dupliciter. Vno modo, vt ly; *Sub,* denotet solam obseruantiam legis, & sic Christus fuit factus sub lege, quia circumcisus fuit, & in templo præsentatus. Matt. 5. Non veni legem soluere &c. Alio modo, vt ly; *Sub,* denotet oppressionem. Et hoc modo ille dicitur esse sub lege, qui timore legis opprimitur & hoc modo, nec Christus, nec viri spirituales dicũtur esse sub lege. Consequenter cum dicit; *Vt eos, qui sub lege &c.* Ponit fructum rei in qua similitudo adaptatur, scilicet quòd ideo voluit isto tempore fieri subiectus, vt hæredes fierent magni & liberi. Et hæc duo ponit, & primo fructum liberationis contra subiectionem. Et ideo dicit; *Vt eos, qui sub lege erant,* idest sub maledicto & onere legis liberaret. supra. 3. Christus nos redemit de maledicto legis &c. Secundo, fructum exaltationis, inquantum adoptamur in filios Dei per hoc, quòd accipimus spiritum Christi, & conformamur ei. Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet &c. Et hæc adoptio specialiter competit Christo, quia non possumus fieri filii adoptiui, nisi conformemur filio naturali. Roma. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius &c. Et quantum ad hoc dicit; *Vt adoptionem filiorum reciperemus,* idest, vt per filium Dei naturalem efficeremur filii adoptiui secundum gratiam per Christum.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus ostendit beneficium Iudæis exhibitum: hic ostendit hoc beneficium etiam ad Gentiles pertinere. Et primo, proponit ipsum beneficium. Secundo, modum adipiscendi, ibi; *Misit Deus spiritum &c.* Tertio, manifestat eius fructum, ibi; *Itaque iam non est &c.* Dicit ergo. Quòd beneficium adoptionis filiorum Dei, non solum pertinet ad eos, qui sub lege erant, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicit; *Quoniam estis filii Dei,* idest, quòd sitis filii Dei, ista de causa factum est, quia non solum Iudæi, sed etiam omnes alii, qui in filium Dei credunt, adoptantur in filios &c, Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Modus autem adipiscendi illud donum, est per missionem spiritus filii Dei in corda vestra. Augustinus autem dicit, quòd Christus in carne existens prædicauit Iudæis principaliter: Gentibus autem perfunctorie. Roman. 15. Dico A Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis &c. Et ideo quicquid pertinet ad statum Iudæorum conuenienter attribuitur Christo. Et quia possent dicere isti, Galatas non esse adoptatos in filios Dei, cum Christus ex eis carnem non sumpserit, nec eis prædicauerit, vnde non videbantur in aliquo, Christo coniungi, Ideo Apostolus modum huius adoptionis demonstrans, dicit, ꝙ & si non fuerunt cõiuncti Christo secundum carnem; scilicet, quantum ad Gentem, neq; secundum prædicationem: tamen fuerunt coniuncti per spiritum, & ex hoc adoptati sunt in filios Dei. Vnde conuersio Gentilium specialiter attribuitur spiritui sancto. Et ideo Petrus quando fuit reprehẽsus a Iudęis, B quòd iuisset prædicare Gentibus, excusauit se per spiritũ sanctũ, dicens. Act. 11. Non posse resistere spiritui sancto, cuius instinctu, hoc fecerat. Et ideo quia; *Misit Deus pater Spiritum filii sui in corda nostra* (Iudæorum, s. & Gentiũ) cõiungimur Christo, & ꝑ hoc adoptamur in filios Dei. Sed sciendũ est, ꝙ si alicubi in scriptura inuenitur spiritus sanctus mitti a patre. Ioan. 14. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater &c. Aliquando vero a filio. Ioã. 15. Cum venerit paracletus, quẽ ego mittam vobis &c. Nihilominus tamẽ spiritus sanctus cõmunis est patri & filio, & ab vtroq; procedit, & ab vtroq; datur. Et ideo est, ꝙ vbicunq; inuenitur, ꝙ pater mittat spiritũ sanctũ, fit mentio de filio: sicut in ꝓmissa authoritate dicitur, Quẽ mittet pater in nomine meo. Et similiter vbi dicitur, mitti a filio, fit mentio de patre. Vnde dicit, Quem mittam vobis a patre. Et etiam hic cũ dicit, Misit Deus pater spiritum sanctum, statim fit mentio de fi- C lio, cum dicit; *Filii sui.* Nec refert, si alicubi dicatur spiritus sanctus solum a patre procedere, quia ex quo filius mittit eum, manifestum est, quòd ab ipso procedit, vnde spiritus sanctus dicitur spiritus filii, sicut mittentis, & sicut a quo procedit, & sicut a quo habet spiritus sanctus quicquid habet sicut & a patre. Ioan. 15. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet &c. Dicit autem in corda, quia duplex est generatio. Vna carnalis, quæ fit per semen carnale missum in loco generationis: quod quidẽ semen licet sit quantitate paruum, tamen virtute continet totũ. Alia est spiritualis, quæ fit per semen spirituale transmissum in locum spiritualis generationis: qui quidem locus est mens, seu cor hominis, quia in filios Dei generamur per mentis renouationem. Semen autem spirituale, est gratia spiritus sancti. 1. Ioã. vlt. Qui natus est ex Deo, non peccat: quoniam generatio Dei conseruat eum &c. Et hoc semen est virtute continens totã perfectionẽ beatitudinis. Vnde dicitur pignus & arra beatitudinis. Ephe. 1. Ezec. 39. Dabo spiritũ nouũ &c. *Clamantem,* idest clama- D re facientem; *Abba pater,* non magnitudine vocis, sed magnitudine, & feruore affectus. Tunc. n. clamamus; *Abba pater,* quando per affectum accendimur calore spiritus sancti ad desideriũ. Dei. Rom. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis &c. *Abba pater &c.* Idẽ autem est in significatiõe, Abba, quod est Hebræũ, & pater, quod est Latinũ, & patir, quod est Græcũ. Et vtrũq; ponit, vt ostẽdat, ꝙ gratia spiritus sancti cõmuniter se habet, quantũ ad vtrunq; populũ, quantũ est ex se. Consequẽter cũ dicit; *Itaque iam non est seruus &c.* Ponit fructũ huius beneficii. Et primo quantũ ad remotionẽ omnis mali, a quo liberamur per adoptionẽ spiritus sancti & hæc est liberatio a seruitute. Et quantum ad hoc dicit; *Itaque,* scilicet, quia spiritus clamat in nobis pater; *Iam* a tempore gratiæ; *Non est* aliquis nostrum, qui in Christum credimus; *Seruus* in timore. s. seruiens. Ioan. 15. Iam non dicã vos seruos, sed amicos &c. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. *Sed est filius.* Ro. 8. Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quòd E sumus filii Dei. Licet. n. cõditione serui simus, quia dicit Luc. 17 Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus: tamen non sumus serui maliuoli, ex timore, scilicet seruientes, quia tali seruo debentur tortura & compedes: sed sumus serui boni & fideles, & amore seruientes, & ideo libertatem per filium consequimur. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Secundo, ponit fructum quantum ad consecutionem omnis boni, & quantum ad hoc dicit; *Quod si filius, & hæres per Deum.* Ro. 8. Si filii & hæredes, hæredes quidẽ Dei &c. Hæc autem hæreditas est plenitudo omnis boni, cum nihil aliud sit quàm ipse Deus, secundum illud Psalmus. 15. Dominus pars hæreditatis meæ &c. Gen. 15. Dixit ad Abraham. Ego ero merces tua magna nimis &c. Dicit aũt; *Per Deum,* quia sicut Iudæi hæreditatem adepti sunt per Dei repromissionem & iustitiam, ita & Gentiles per Deum, idest per Dei misericordiam. Romanorũ. 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum &c. Vel per Deum, idest per Dei operationem. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

L E-

LECTIO QVARTA.

POSITA dignitate beneficii gratiæ, & ostensa per exemplum humanum: hic Apostolus arguit Galatas, qui hanc gratiam contemnebant, vtpote ingrati tanto beneficio. Et primo, arguit eos de ingratitudine. Secundo, excusat se quòd hoc non facit ex odio & liuore, ibi; *Fratres, obsecro vos, non me læsistis &c.* Circa primum tria facit. Primo, cõmemorat statum pristinum. Secundo, extollit & commendat beneficium susceptum, ibi; *Nunc autem cum cognoueritis &c.* Tertio, exaggerat peccatũ commissum, ibi; *Quomodo conuertimini &c.* Dicit ergo; *Sed tunc &c.* Quasi dicat, Nunc estis filii & hæredes per Deum: sed tunc quidem, cum Gentes essetis. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ &c. *Ignorantes Deum*, per infidelitatem; *Seruiebatis* cultu latriæ; *His qui non sunt natura dij*, sed opinione hominum 1. Corinthiorum 12. Cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eunt̃es &c. Roman. 1. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori &c. Hoc autem quod dicit, Qui natura non sunt dii, est ad confutationem Arrianorum, dicẽtium, Christum Dei filium, nõ esse Deum per naturam. quod si verum esset, non esset ei exhibendus cultus latriæ, & quicunq; exhiberet ei, esset idolatra. Sed potest obiici, quia nos adoramus carnem & humanitatem Christi, ergo sumus idolatræ. Sed dicendum est, quòd licet adoremus carnem seu humanitatem Christi, adoramus tamen eam, vt vnitam personæ diuini verbi, quod quidem verbum, est suppositum diuinum. Vnde cum adoratio debeatur supposito diuinæ naturæ, quicquid in Christo adoratur absque errore fit. Consequenter cum dicit; *Nunc autem cum cognoueritis &c.* Cõmemorat acceptum beneficium: quasi dicat. Si ignorantes eratis & peccabatis, tolerari poterat: nam cæteris paribus grauius est peccatum in Christiano, quàm in Gentili. Sed nunc cum cognoueritis Deum, idest sitis conducti ad Dei cognitionem, grauius peccatis, quàm olim, seruiendo & ponendo spem in his, in quibus non debetis. Hier. 31. Omnes cognoscent me &c. Sed hoc quod dicit; *Immo cogniti sitis a Deo*, videtur contrarietatem habere, cum deus ab æterno omnia cognouerit. Eccl. 23. Domino enim deo antequam crearentur oia sunt agnita &c. Sed dicendum, hoc causaliter esse dictum, vt sit sensus; *Immo cogniti sitis a Deo*, idest Deus fecit, q̃ vos cognosceretis eum. sic. n. Deus dicitur cognoscere, inquantum est causa cognitionis nostrę. et iõ quia supra dixit, Cum cognoueritis Deũ, quæ fuit vera locutio, statim corrigit & explicat eam præfiguratam, innuendo, quòd non possumus Deum cognoscere ex nobis, nisi per ipsum. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus qui est in sinu patris &c. Consequenter exprobat peccatum commissum, dicens; *Quomodo conuertimini &c.* Et primo, exaggerat eorum peccatum. Secundo, ostendit imminens periculum, ibi; *Timeo vos ne forte &c.* Tertio, reducit eos ad salutis statũ, ibi; *Estote sicut ego &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit peccatum commissum. Secundo, de peccato commisso eos conuincit, ibi; *Dies obseruatis &c.* Sciendum est autem, quòd hæc litera dupliciter legitur. Vno modo, quia isti Galatæ a fide conuertebantur ad idolatriam, & ideo dicit; *Quomodo conuertimini* a fide; *Iterum*, idest denuo 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post &c. Esai. 42. Conuersi sunt retrorsum &c. *Ad elementa*, s. mundi, quæ sunt; *Infirma*, per se subsistere nõ valentia, quia in nihilum deciderent, nisi ea manus cuncta regentis teneret: s̃m illud Heb. 1. Portãs omnia verbo virtutis suæ &c. *Et egena*, quia egent Deo, & seipsis ad inuicem, ad complementũ vniuersi; *Quibus*, scilicet elementis; *Denuo*, idest iterum; *Seruire vultis*, seruitute scilicet latrię. Probatio huius manifeste apparet, quia; *Obseruatis dies*, scilicet faustos & infaustos; *Et menses, & tempora, & annos*, idest constellationes & cursum corporũ cœlestium, quæ omnia ortum habent ab idolatria. Contra quod dicit. Hier. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ gentes &c. Et quòd obseruationes huiusmodi malæ sint, & contra cultũ Christianæ religionis, patet: quia distinctio dierũ, mensium, annorũ, & temporum, attenditur s̃m cursum solis & lunæ. Et ideo tales temporum distinctiones obseruantes, venerantur corpora cœlestia, & disponunt actus suos s̃m iudicium astrorum, quæ nullã directam impressionem habent in voluntate hominis, & in his quæ dependẽt a libero arbitrio. Et ex hoc imminet graue periculum. Vnde dicit: *Timeo ne forte sine causa*, idest inutiliter; *Laborauerim in vobis.* Et ideo cauendum est fidelibus talia obseruare, sed nulla debet esse eis suspitio harum rerum, quia prospere potest cedere quicquid sub Dei deuotione simpliciter agitur. Sed nunquid licet in aliquo cursum stellarum seruare? Dicendum est, quòd corpora cęlestia quorundam quidem esse causũ causa sunt, scilicet corporalium, & in istis licet ipsorum cursum attendere: quorundam aũt non sunt causa, scilicet eorum, quæ dependent a libero arbitrio, seu a fortuna, vel infortunio, & in istis seruare cursum astrorum pertinet ad idolatriã. Sed licet hæc lectura sustineri possit, nõ tamen est secundum intentionem apostoli. Cum enim ipse in tota præcedenti serie huius epistolæ, & in sequenti arguat Galatas de hoc, quòd a fide transtulerunt se ad obseruantiam legis, ideo magis ad propositum exponitur de hoc, quod ad legales obseruantias conuertuntur. Vnde dicit, Cum cognoueritis Deum per fidem, quomodo conuertimini a fide ad elementa, i. ad literalem legis obseruantiã? quæ dicitur elementa, quia lex fuit prima institutio diuini cultus, elementa dico infirma, quia non perficit iustificando. Heb. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex, *Egena*, quia non confert virtutes & gratiam adiuuando per se. Sed quid est quod dicit, Conuertimini? Et videtur hoc inconuenienter dictum. Similiter & hoc quod dicit, denuo. nam isti nec Iudæi fuerant, nec aliàs legalia seruauerãt, Ad quod dicendum est, quòd cultus Iudæorum medius est inter cultum Christianorum & Gentilium. nam Gentiles colebant elementa ipsa tanquam viua quædam: Iudæi vero elementis quidem non seruiebant, sed Deo sub ipsis elementis, inquantum obseruationibus corporalium elementorum Deo cultum exibebant. supra eodem, Sub elementis huius mundi eramus seruientes. Christiani vero seruiunt Deo sub Christo, idest in fide Christi. Quando autẽ aliquis peruenit ad terminũ transacto medio, si iterum redire velit ad medium, idem videtur ac si velit redire ad principium. Et ideo Apostolus, quia isti iam peruenerant ad terminum, scilicet ad fidem Christi, & tunc redierunt ad medium, scilicet ad cultum Iudæorum, inde est, q̃ propter quandam conformitatẽ medii ad principiũ, dicit eos conuerti ad elementa, & denuo eis seruire. Et q̃d ita sit probat, cum dicit, dies obseruatis, Iudaico ritu, s. sabbata, & decimũ primi mensis, & huiusmodi, quæ dicũtur in Glo. Menses, i. neomenias, vt primum & septimum mensem, vt habetur Leui. 23. Tempora, scilicet egressionis de Aegypto, & quòd Hyerosolimam tribus vicibus veniebant per singulos annos. Item annos Iubilei & septimum annũ remissionis. Et ex hoc sequitur periculũ, quia ex hoc nihil prodest fides Christi. Vnde dicit, Timeo vos ne forte sine causa, idest inutiliter in vobis laborauerim. infra 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Consequenter cum dicit; *Estote sicut ego &c.* Reducit eos ad statum salutis. quasi dicat. Ita timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis, sed ne ita sit, estote sicut ego. Hoc in Glo. tripliciter legit. Primo modo, sic; *Estote sicut ega*, s. legem deserentes, sicut ego dimisi. Secundo modo sic. Estote sicut ego, errorem, scilicet pristinum corrigentes, sicut ego errorem meũ correxi. Et hoc potestis; *Quia ego* supple; *Sum sicut vos*, & tamen de errore meo correctus sum. Tertio modo sic, Estote sicut ego, scilicet sine lege viuentes, quia ego, supple, qui legem habui, & in lege natus sum, modo sum sicut vos, supple fuistis, scilicet sine lege.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM reprehendit Apost. Galatas, hic ostendit se hoc non ex odio fecisse. Et primo, ostendit se non habere verã causam odii ad eos vllam. Secundo, q̃ nec habet causam æstimatã, ibi; *Ergo inimicus factus sum vobis &c.* Tertio, assignat causam p̃missæ reprehensionis, ibi; *Filioli mei &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit q̃ nõ habet causam odii ad eos. Secũdo, q̃ magis habet causam amoris, ibi; *Scitis aũt, quod p̃ infirmitatẽ &c.* Circa primum notandum est, q̃ consuetudo est boni pastoris in correctione subditorum asperis dulcia miscere: ne, s. ex nimia seueritate frangantur. Luc. 10. legitur de Samaritano, q̃ in curatione sauciati, infudit vinũ & oleum. Econtra de malis pastoribus dicitur. Ezec. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Et iõ Apostolus sicut bonus prælatus ostendit, q̃ nõ ex odio increpat eos, blande loquendo eis quantum ad tria, primo quantum ad charitatis nomen. Vnde dicit; *Fratres.* Psal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Secundo, quantum ad modestiæ verbum. Vnde dicit; *Obsecro vos.* Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Tertio, quantum ad excusationẽ. Vnde dicit; *Nihil me læsistis* & ego non sum talis, quòd habeam odio illos, qui me nõ offendunt. Secundo, ostendit se ad eos habere causam amoris cum dicit; *Scitis autem, quod per infirmitatem &c.* Vbi tria ponit, ex quibus homines se diligere cõsueuerunt: primum est mutuum societatis auxilium, & ex hoc etiam amor in hominibus confirmatur: secundum illud Luc. 22. Vos estis, qui permansistis mecum &c. Et quantum ad hoc dicit; *Scitis autem &c.* Vbi primo, commemorat tribulationem quam passus est apud eos. Secundo, ostendit quomodo ei astiterunt, ibi; *Et tentationem nostram &c.* Dicit ergo quantum ad primum, Dico, quòd nihil me læsistis, immo seruiuistis mihi. Scitis enim, idest recordari poteritis; *Quòd euangelizaui vobis iampridem*, idest transacto tempore, per infirmitatem carnis, idest cum infirmitate & afflictione carnis meæ, vel cum multis tribulationibus quas patiebar a Iudæis (qui sunt de carne mea) me persequentibus 1. Cor. 2. Cum timore & tremore multo fui apud vos 2. Corin. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et licet hæc infirmitas fuerit causa spernendi me, & tentationis vestræ, secundum illud Zacha. 13. Percute pastorem & dispergentur oues &c. Vos tamen; *Tentationem vestram*, quæ erat; *In carne mea*, idest tribulationem meam, quæ erat vobis causa tentationis; *Non spreuistis.* Eccle. 11. Non spernas hominem in visu suo. Quia vt dicit Dñs. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit &c. *Neque respuistis* doctrinam meã & me, quin velletis esse socii tribulationum. Esa. 33. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? &c. Secundũ autem, quod confirmat inter homines dilectionem, est mutuus amor & mutua dilectio adinuicem: s̃m illud Prou. 8. Ego diligentes me diligo &c. Et quantum ad hoc dicit; *Sed sicut angelum Dei excepistis me*, i. ita honorifice sicut nuntiũ verba Dei nuntiantẽ. 1. Thess. 2. Cum accepistetis a nobis verbum auditus Dei &c. Et inde est, quòd prædicatores dicuntur angeli, Mala. 2. Legem requirent ex ore eius &c. Et nõ solum sicut angelum recepistis; *Sed sicut Iesum Christum*, idest, ac si Christus ipse venisset, Qui Christus profecto in ipso ad eos venerat, & in eo loquebatur secundum illud 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquit̃ Christus? Mat. 10. Qui vos recipit, me recipit &c. Deinde increpat eos, quòd sic deteriorati erant. Vnde dicit; *Vbi est ergo beatitudo vestra?* Quasi dicat, Nonne ex hoc homines beatificabant vos, quòd me honorastis, & prædicationem meam recepistis? Iob. 4. Vbi est timor tuus, & fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Tertium quod amorem confirmat, est mutua beneficentia. Et quantum ad hoc dicit; *Testimonium perhibeo, quod si fieri posset*, idest iuste fieri potuisset. Illud enim fieri potest, quòd iuste fit, vel ad vtilitatẽ ecclesiæ fuisset; *Oculos eruuisetis & dedissetis mihi.* Quasi dicat, Ita me diligebatis, q̃ non solum mihi vestra exteriora, sed etiã oculos vestros dedissetis mihi. Consequenter cũ dicit; *Ergo inimicus factus sum vobis &c.* Ponit causam æstimati odii: & primo vnã ex parte apostoli. Secundo, aliam ex parte pseudo, ibi; *Aemulantur vos &c.* Dicit ergo, Ex quo mihi tot bona fecistis, est ne credendum, q̃ factus sim inimicus vobis, verũ dicens vobis? Verbum aũt hoc, quod dicit inimicus, dupliciter potest intelligi. Vno, s. modo, q̃ ipse habeat eos odio, & isto modo legitur sic tũc, Factus sum inimicus, idest habeo vos odio. Et sic, hoc quod sequitur; *Verum dicens vobis* potest æstimari, vt signum odii, quod tamen est signum dilectionis, scilicet dicere verum, suo tamen loco & tempore. Alio modo, potest intelligi inimicus passiue. s. quòd ipse habeatur odio ab eis. Et tũc sic legitur. Ego factus sum inimicus vobis. i. habetis me odio, & hoc ideo: quia dico vobis verum, vt sic dicens verũ vobis, ponatur vt sit causa odii. Nam homines veritatem dicentes, a malis odio habentur. Veritas. n. odium parit. Amos 5. Odio habuerunt in porta corripientem &c. Sed contra est, quod dicitur. Prou. 28. Qui corripit hominem, gratiã postea inueniet apud eum, magis q̃ qui per linguæ blandimẽta decipit. Sed dicendum est, quòd solutio hæc potest haberi ex hoc quod dicitur Prouerbio. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te, argue sapientem & diliget te. Bonitatis enim signum est, si iste qui corripitur, corripientem diligit. Et econuerso si eum oderit, signum est malitiæ. Cum enim homo naturaliter odiat illud quod contrariatur ei quod diligit, si tu odis eum qui corrigit te de malo, manifestum est quòd malum diligis. Si vero diligis eum, ostendis te odire peccata. Quia enim homines a principio cum corripiuntur, per amorem ad peccata afficiuntur: inde est, q̃ in principio peccator corripientem odit: sed postquam iam correctus est & affectũ peccati deposuit, corripiẽtem diligit. Et ideo signanter in proposita authoritate dicitur: quòd postea inueniet gratiam apud eum. Consequenter cũ dicit; *Aemulantur vos &c.* Ponit aliam causam æstimatam ex parte, scilicet pseudo. Et primo, ponit eam. Secundo, excludit eam, ibi; *Bonum autem æmulamini &c.* Quantum autem ad primum, sciendum est, quòd sicut dictum est supra, quidam Pseudo ex Iudæis conuersi, circumeuntes ecclesias Gentium prædicabant seruari legalia. Et quia Paulus contrarium dicebat, ideo isti detrahebant ei. Et hoc magis faciebant, vt excluderent Paulum, quàm pro salute eorum. Et ideo dicit; *Æmulantur vos*, idest non patiuntur in vobis (quos diligunt potius amore concupiscentiæ, quàm amicitiæ) *Consortium nostrum.* Aemulatio enim est zelus ex amore quocunque proueniens, non patiens consortium in amato. Sed quia amor eorum ad istos non erat bonus, tum quia non amabant eos propter vtilitatem ipsorum, sed propter commodum proprium: & hoc patet, quia volebant excludere Apostolum ab eis, vtpote propriæ vtilitati contrarium: tum quia hoc cedebat in damnum Galatarum, quia quærebant in eis lucrum, per q̃d ipsi damnificabantur: ideo dicit, Aemulantur vos, sed non bene, quia non amant bonum vestrum. Et hoc apparet; *Quia volunt vos excludere, vt æmulemini illos*, idest, vt nullum recipiatis nisi eos. Prouerb. 3. Ne æmuleris hominem iniustum &c. Et Prouer. 31. Non æmuletur cor tuum peccatores. Hoc autem excludit consequeter cum dicit; *Bonum autem æmulamini &c.* Quasi dicat, Non debetis eos æmulari in doctrina eorum: sed æmulamini bonum doctorem, me scilicet, & huiusmodi 1. Pet. 3. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed quia aliquis potest esse bonus doctor, in quo potest esse aliquid mali, ideo addit, Aemulamini bonum doctorem; *Sed* dico, tamen; *In bono*, idest in eo, quod bonum est 1. Cor. 14. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia. Licet autem Apostolus de se loquatur, secundum Glo. cum dicit; *Æmulamini bonum*, addit tamen in bono, quia sicut ipse dicit 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sed quia aliqui æmulantur doctorem bonum in sua præsentia solum, ideo addit semper, & non tantum cum præsens sum apud vos: quia æmulatio in bonum, est signum q̃ ex amore & timore Dei qui omnia videt, procedat; si etiam in absentia doctoris perseuerat. Colos. 3. Serui obedite per omnia dominis vestris &c.

LECTIO SEXTA.

SVPRA Apostolus remouit falsam causam correctionis Galatarum: hic consequenter Apost. dictæ correctionis assignat causam veram, quæ est dolor de eorũ imperfectione. Et ideo primo dolorẽ cordis ex quo loquebatur, exprimit. Secundo, ponit desideriũ de manifestatione huius doloris, ibi; *Vellem autem &c.* Tertio, ponit causam doloris, ibi; *Quoniam confundor &c.* Dolor aũt iste ex charitate procedebat, quia dolebat de peccatis eorũ. Psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescebam &c. Et iõ verbum charitatis proponit, dicẽs; *Filioli mei.* Signanter aũt non eos filios vocat, sed filiolos, vt designet eorũ imperfectionẽ, quasi minuti sunt 1. Cor. 3. Tanquã paruulis in Christo &c. Sed notandum est, q̃ puer dum est in parturitione dicitur filiolus. Et isti tales erãt, quia indigebant iterata parturitione, cũ tamen parẽtes carnales semel tantũ parturiãt filios. Et ideo dicit eis; *Quos iterum parturio.* Nã semel eos parturierat in prima cõuersione, sed q̃a iam auersi erãt ab eo, qui eos vocauit in aliũd euangeliũ, indigebãt, q̃ iterato parturirer eos. Ideo dicit; *Parturio*, i. cũ labore & dolore ad lucẽ fidei reduco. In quo apparet dolor Apostoli. Vnde conuersio hominis, partus dr. Iob. 39. Incuruãtur ad fœtum & pariũt. Apoc. 12. Clamabat parturiẽs, & cruciatur, vt pariat. Et inde

Et inde est, ꝙ Apostolus ex dolore dure eos corrigit, sicut mulier ex dolore part⁹ dure clamat. Esa. 42. Quasi parturiẽs loquar &c. Et ratio iteratæ parturitionis est, quia non estis perfecte formati: Vnde dicit; *Donec Christus formetur in vobis*, idest recipiatis similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis. Et non dicit, formemini in Christo, sed formetur Christus in vobis, vt hoc terribilius insonet auribus eorum. Nam Christus per fidem formatam formatur in corde. Eph. 3. Habitare Christum per fidem &c. Sed quando quis non habet fidem formatam, iam in eo moritur Christus. 2. Pet 1. Donec dies illucescat &c. Et sic secundum hominis profectum in fide, Christus in homine proficit, & econuerso, secũdum defectum, deficit. Quando ergo fides in homine efficitur in formis per peccatum, Christus non est in eo formatus. & ideo quia in istis non erat fides formata, indigebant iterum parturiri, donec Christus in eis formaretur per fidem formatam, scilicet, quæ per dilectionẽ operatur. Vel donec Christus formetur ĩ vobis, idest, formosus aliis per vos appareat. Posset autem aliquis dicere, Absens tu dicis talia, sed si esses apud nos, hæc non diceres, secundum illud. 2. Corin. 10. Præsentia quidem corporis infirma, & sermo contemptibilis &c. Et ideo ponit desiderium manifestandi dolorem suum asperius, dicens; *Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam.* quasi dicat. Modo blandis verbis vtor, vocans vos fratres & filios in absentia: sed si essem presens asperius corriperem. Nã si quæ per literas scribo, nunc præsens & ore proferrem, durior esset correctio, vtpote, quia magis possem vocem obiurgãtis expri mere, & irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris, magis quàm per literas explicare, & magis cor vestrum viua vox ad confusionem de errore vestro & mea turbatione moueret. Et causa huius doloris est; *Quia confundor in vobis*, idest, erubesco apud alios pro vobis. nam sicut Eccle. 22. dicitur, Confusio est patris de filio indisciplinato. nam cum filius sit res patris, & discipulus, inquãtum huiusmodi, res magistri, magister gaudet de bono quod videt in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur, & econuerso de malo dolet & confunditur. Vnde quia isti mutati erant de bono in malum, Apostolus confundebatur inde.

LECTIO SEPTIMA.

e Supra Apostolus probauit dignitatem gratiæ per consuetudinem humanam: hic autem probat eam authoritate scripturæ. Et primo proponit factum. Secundo exponit mysterium, ibi; *Quæ sunt per allegoriam dicta &c.* Tertio, concludit propositum, ibi; *Itaque fratres mei non sumus &c.* Circa primum duo facit. Primo, excitat ad attentionem. Secundo proponit suam intentionem, ibi; *Scriptum est enim &c.* Dicit ergo; *Dicite mihi &c.* quasi dicat. Si vos estis sapientes, attendite ad ea quæ obiicio, & si nõ potestis contradicere: cedatis. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione &c. Facio uobis autem hanc obiectionem, Aut legistis legem: aut non legistis. Sed si legistis, scire debetis ea quæ in ea scripta sunt: sed ipsa probat se dimittendam, si autem non legistis, non debetis recipere, quod nescitis. Prouerb. 4. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dicit autem; *Sub lege*, idest sub onere legis. Nam subire aliquod leue non est vis, sed subire graue onus sicut est onus legis, magnæ stultitiæ signum esse videtur. Actuum 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus &c. quod est intelligendum de illis, qui volunt carnaliter esse sub lege. Consequenter cum dicit; *Scriptum est enim &c.* Proponit suam intentionem dicens, Ideo quæro an legistis legẽ, quia in ipsa continentur quædam, quæ manifeste dicunt legem non esse tenendam. & specialiter Apostolus facit mentionem de duobus filiis Abrahæ. Et primo ponit vnum in quo cõueniunt. Secundo duo in quibus differunt. Cõueniunt quidem in vno patre. Vnde dicit; *Scriptum est, quoniam Abraam duos filios habuit.* Habuit etiam alios, quàm istos duos filios, quia post mortem Saræ alios genuit de Cæthura, vt dicitur Gene. 25. de quibus mentionem non fecit Apostolus, quia non pertinent ad hanc significationem. Possunt tamen per istos duos scilicet, filium ancillæ & filium liberæ duo populi scilicet, Iudæorum & Gentium designari: per alios vero filios Cæthuræ, scismatici & hæretici. qui quidem duo populi conueniunt in vno patre, quia Iudæi sunt filii Abraham secundum carnem: Gentiles vero secundum imitationem fidei. uel sunt filii Abrahæ, idest Dei, qui est pater omnium. Malac. 2. Nonne Deus pater omnium &c. Roma. 3. An Iudæorum tantum? Differunt autem in duobus scilicet, in conditione matris, quia vnus est de ancilla, vt dicitur Gene. 21. Nec tamẽ

F peccauit Abraham ad eam accedens, quia accessit ad eam coniugis affectu & ordinatione diuina. Alius autem est de libera, scilicet Isaac quem genuit ei Sara vxor sua. Gene. 18. Veniam ad tempore isto vita comite & Sara vxor tua &c. Item differunt in mõ generationis, quia *qui de ancilla*, scilicet Ismael, *Secũdum carnem natus est, qui autem de libera*, scilicet Isaac; *Per repromissionem*. Sed vitandus est hic duplex falsus intellectus. Vnus, ne intelligatur per hoc quod dicit, secundũ carnẽ natus ẽ, vt accipiatur hic caro, pro actu peccati, secundum illud Roma. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini &c. 2. Cor. 10. In carne ambulantes non secundum carnem militamus, quasi Abraham peccãte natus sit Ismael. Alius intellectus, vt per hoc quod dicitur, Per repromissionem, credatur Isaac non secundum carnem natus, idest secundum carnalẽ commistionem: sed per spiritum sanctum. Est ergo dicendum, ꝙ secundum carnem, idest secundũ naturã carnis natus est Ismael. Nã naturale est in hoĩbus, ꝙ ex muliere iuuencula fęcunda, sicut erat Agar, & sene, nascatur filius. Et quòd ꝑ repromissionẽ, idest supra naturam carnis natus est Isaac. Non enim ad hoc se extendit natura carnis, vt ex viro sene & vetula sterili, sicut fuit Sara, filius nascatur. Per Ismael significatur populus Iudæorũ, qui secundum carnem natus est. Per Isaac vero, intelligitur populus Gentium, qui natus secundum repromissionem, qua promissum est Abrahæ, quòd esset futurus pater multarum gentiũ. Gene. 22. In semine tuo benedicentur &c. Mysterium autem exponit, cum dicit; *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Et primo ponit modum mysterii. Secundo exemplificat, ibi; *Hæc enim duo sunt testamenta &c.* Dicit ergo. Hæc quæ sunt scripta de duobus filiis &c. Sunt per allegoriam dicta, idest, per alium intellectum. Allegoria enim est tropus, seu modus loquẽdi, quo aliquid dicitur & aliud intelligitur. Vnde allegoria dicitur ab alos, quod est alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendum est, ꝙ allegoria sumitur aliquando pro quolibet mystico intellectu, aliquando pro vno tantum ex quatuor qui sunt, hystoricus, allegoricus, mysticus, & anagogicus, qui sunt quatuor sensus sacræ scripturæ, & tamen differunt quãtum ad significationẽ. Est enim duplex significatio. Vna est per voces: alia est per res, quas voces significant. Et hoc specialiter est in sacra scriptura & non in aliis. Cũ enim eius actor sit Deus in cuius potestate est, quòd non solum voces ad designandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo in aliis scientiis ab hominibus traditis, quæ non possunt accommodari ad significandum nisi tantum verba, voces solum significant. Sed hoc est proprium in ista scientia, vt voces & ipsæ res significatæ per eas aliquid significent. & ideo hæc scientia potest habere plures sensus. Nam illa significatio qua voces significant aliquid, pertinet ad sensum literalem, seu hystoricum. Illa vero significatio qua res significatæ per voces, iterum res alias significãt, pertinet ad sensum mysticum. Per literalem autem sensum potest aliquid significari dupliciter, scilicet, secundum proprietatem locutionis: sicut cum dico, homo ridet: vel secundum similitudinem seu metaphoram, sicut cum dico, pratum ridet. Et vtroque modo vtimur in sacra scriptura, sicut cum dicimus quãtum ad primum, quòd Iesus ascendit, & cum dicimus, quòd sedet a dextris Dei, quantum ad secundum. Et ideo sub sensu literali includitur parabolicus, seu metaphoricus. Mysticus autem sensus, seu spiritualis diuiditur in tres. Primo nanque sicut dicit Apostolus, lex vetus est figura nouæ legis. Et ideo secundum ea q̃ sunt veteris legis, significant ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. Item secundum Dionysium in libro de cœlesti Hierarchia, Noua lex est figura futuræ gloriæ. Et ideo ſm quòd ea quę sunt in noua lege & in Christo, significãt ea, quę sunt in patria, est sensus anagogicus. Item in noua lege, ea quæ in capite sunt gesta, sunt exempla eorum, quæ nos facere debemus, quia Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: & ideo secundum ea quæ in noua lege facta sunt in Christo, & in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos facere debemus, est sensus moralis. Et omnium horum patet exemplum. Per hoc enim, quod dico, fiat lux, ad literam de luce corporali pertinet ad sensum literalem. Si intelligatur, fiat lux, idest nascatur Christus in ecclesia, pertinet ad sensum allegoricum. Si vero dicatur, fiat lux, idest, vt per Christum introducamur ad gloriam, pertinet ad sensum anagogicum. Si autẽ dicatur, fiat lux, idest per Christum illuminemur in intellectu & inflammemus in affectu, pertinet ad sensum moralem.

legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionẽ. quæ sunt per allegoriam dicta.

esse apud vos mõ, & mutare vocẽ meam, quoniã cõfundor in vobis.

LECTIO VII.

Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non

LBC-

LECTIO OCTAVA.

Superius posuit Apostolus intellectum mysticum: hic aperit mysterium. Et primo, quantum ad matres. Secundo, quantum ad filios, ibi; *Nos autem fratres &c.* Per duas autem matres, intelligit duo testamenta. Et ideo primo ponit significatum. Secundo, exponit, ibi; *Vnũ quidem in monte &c.* Dicit ergo, Hæ scilicet, duę vxores, ancilla, & libera; *Sunt duo testamenta*, vetus & nouum. Hier. 31. Feriam domui Israel fœdus nouum. Ecce nouum testamentum, non secundum pactum &c. Ecce testamentum vetus. Libera enim significat testamentum nouum, ancilla vero vetus. Ad sciẽdum autem quid sit testamentum, attendi debet, quòd testamentum idem est, ꝙ pactum seu fœdus eorum, quæ testibus confirmantur. Vnde in scriptura multoties loco testamenti ponitur fœdus vel pactum. Vbicunque autem interuenit fœdus, vel pactum, fit aliqua promissio. Et ideo secundum diuersitatem promissionum, est diuersitas testamentorum. Duo antem sunt nobis promissa, scilicet temporalia in veteri lege: & æterna in noua. Mat. 5, Gaudete & exultate &c. Hæ ergo duæ promissiones sunt duo testamenta. Vnde Apostolus consequenter cum dicit; *Vnum quidem &c.* Exponit ipsa. Et primo, quantum ad vetus. Secundo, quantum ad nouum, ibi; *Illa autem, quæ sursum &c.* Ad euidentiam autem literæ sciendum est circa primum, quòd quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicitur esse filius illius, & ipsa ciuitas est sicut mater eius. Luc, 23. Filiæ Hierusalem nolite flere &c. Tren. vlt. Filii Syon incliti &c. Per hoc igitur, quòd aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues, efficiuntur filii eius. Duplex autem est ciuitas Dei. Vna terrena, scilicet Hierusalem terrestris. Alia spiritualis, scilicet Hierusalem cœlestis. Per vetus autem testamentum homines efficiebantur ciues ciuitatis terrestris, per nouum autem, cœlestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo, proponit mysterium expositum. Secundo, expositionis mysticæ rationem assignat, ibi; *Syna enim &c.* Dicit ergo primo, dico quòd significat duo testamenta, scilicet vetus & nouum. Et quantum ad hoc dicit; *Primum quidem in monte Syna &c.* Vbi primo ponitur locus in quo datum fuit, quia ad literam in monte Syna, vt dicitur. Exod. 20. Cuius secundum Glo. mystica ratio est, quia Syna interpretatur mandatum. Vnde & ab Apostolo vetus lex, vocatur lex mandatorum. Ephes. 2. Mons autem significat superbiam. Hier. 31. Antequã offendant pedes vestri ad montes caliginosos &c. Vnde per montem istum in quo data est lex, significatur superbia Iudæorum duplex, Vna, qua superbiebant contra Deum. Deut. 31. Ego scio contentionem tuam &c. Alia, qua superbiebant contra alias nationes abutentes eo, quod dicitur in Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi &c. Secundo vero proponit, ad quid sit datum, quia non ad faciendum liberos, sed filios matris ancillæ; *Generans in seruitutem, quæ est Agar*, idest significatur per Agar, quæ quidem in seruitutem generat, scilicet vetus testamentum. Et hoc tripliciter, scilicet quantum ad affectum, quantum ad intellectum, & fructum. Quantum ad intellectum quidem secundum cognitionem, quia in homine est duplex cognitio. Vna libera, quando scilicet, rerum veritatem secundum seipsam cognoscit. Alia vero ancilla, idest subiecta velaminibus figurarũ. Et talis fuit cognitio veteris testamenti. Quantum ad affectum vero, quia noua lex generat affectum amoris, qui pertinet ad libertatem. Nam qui amat ex se mouetur. Vetus autem generat affectum timoris, in quo est seruitus. Qui enim timet, non ex se, sed ex alio mouetur. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Sed quantum ad fructum, quia lex noua generat filios quibus debetur hæreditas, sed illis quos vetus generat, debentur munuscula, sicut seruis. Ioan. 8. Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in domo in æternum. Rationem mysterii assignat cũ dicit; *Syna enim mons est in Arabia &c.* Vbi primo oritur dubitatio, quia cum Syna distet a Hierusalem per 20. fere dietas, videtur falsum, quòd Syna iunctus sit Hierusalem, vt hic Apostolus dicit. Sed ad hoc mystice respondetur in Glo. sic, vt Syna sit in Arabia. Arabia enim humilitas, vel afflictio interpretatur, in qua datum est vetus testamentum, quia homines quasi serui & alieni sub ea affligebantur carnalibus obseruantiis. Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri neque nos &c. Qui mons coniunctus est non per spatii continuitatem, sed per similitudinẽ; *Ei quæ nunc est Hierusalem,*

A idest Iudaico populo: quia sicut ipsi terrena diligunt, & pro temporalibus seruiunt sub peccato, ita & mons ille in seruitutem generabat. Sed hæc nõ videtur intentio Apostoli. Nam ipse vult quòd vetus testamentum, quod in monte Syna datum est, ex ipso loco seruitutis in seruitutem generet: quia illud dabatur in Syna, non tamen ibi remanẽtibus filiis Israel, sed proficiscentibus ad terram promissionis. Hierusalem enim etiam generat filios seruitutis, & ideo quantum ad hoc coniungitur mons Syna cũ illa. Et hoc est quod dicit; *Qui coniunctus est ei*, scilicet per continuationem itineris euntium in Hierusalem. *Quæ nunc est Hierusalẽ & seruit cum filijs suis*, seruitute scilicet legalium obseruantiarum (a qua redemit nos Christus) & seruitute diuersorũ peccatorum. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati & (ad literam) a seruitute Romanorum, qui eis dominabantur. Deinde cum dicit; *Illa autem, quæ sursum est Hierusalem &c.* Hic consequenter aperit mysterium de libera. Et primo exponit mysterium. Secundo, inducit prophetiam, ibi; *Scriptum est enim &c.* Primum quidem potest dupliciter intelligi, secundum quod hanc matrem possumus intelligere. Vel illam per quam generamur, quæ est ecclesia militans. Vel illam matrem in cuius filios generamur, quæ est ecclesia triumphans. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam &c. Sic ergo generamur in præsenti ecclesia militante, vt perueniamus ad triumphãtem. Hoc ergo modo illud exponentes a quatuor describitur mater nostra, scilicet a sublimitate cum dicit; *Sursum.* Secundo a nomine cum dicit; *Hierusalem.* Tertio a libertate cum dicit; *Libera est.* Quarto, a fœcunditate cum dicit; *Mater nostra.* Est ergo sublimis per apertam Dei visionem, & per perfectam Dei fruitionem: & hoc quãtum ad ecclesiam triunphantem. Esa. 60, Vide bis & afflues &c. Col. 3. Quæ sursum sunt sapite &c. Item sublimis per fidem & spem quantum ad ecclesiam militãtem. Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis &c. Cant. 3. &. 8. Quæ est ista, quæ ascendit &c. Sed est etiam pacifica, quia Hierusalem, idest visio pacis. Quod quidem competit ecclesiæ triumphanti, vt habenti pacẽ perfectam. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ &c. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item competit ecclesiæ militanti, quæ in Christo pacem habens quiescit. Ioan. 6. In me pacem habebitis. Est etiam libera. Roma. 8. Ipsa creatura liberabitur &c. Et hoc quantum ad triumphantem, & etiam quantum ad militantem, vt Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Sed fœcunda est, quia mater nostra. Militans quidem vt generans: triumphans, vt in cuius filios generamur. Psal. 86. Nunquid Syon dicet homo &c. Esa. 60. Filii tui de longe venient &c. Scriptum est enim, scilicet Esa. 54. Secundum enim septuaginta hic ponitur prophetia, per quam primo probatur libertas matris prædictæ. Secundo eius fęcunditas, ibi; *Quia multi filij &c.* Sciendum est autem circa primum, quòd in muliere fœcunda, Primo quidem est tristitia in pariendo. Secundo, subsequitur gaudium in susceptа prole, secundũ illud Io. 16. Mulier cum parit &c, Sed mulier sterilis, nec patitur in partu, nec gaudet in prole. Differunt autem parere & parturire: quia parturire dicit conatum ad partum, parere vero dicit eductionẽ fœtus iam facti. In parturitione ergo dolorem experitur fœcunda, & in partu gaudium: sterilis autem dolore parturitionis & gaudio partus priuatur. Sed hæc duo propheta indicit sterili dicens; *Lætare sterilis &c.* Vbi loquitur de Hierusalem, quam dicit liberam, significatam per Saram sterilem. Nam ecclesia sterilis erat, scilicet ecclesia militãs gentium ante conuersionem, quæ non offerebat filium Deo, sed diabolo. Vnde ad Babilonem dicitur Esa. 47. Sterilitas & viduitas venerunt tibi &c. Et ecclesia triumphans ante passionem Christi sterilis erat: quia non generabantur aliqui in filios eius per introitum gloriæ, nisi in spe. Posita enim erat romphea ante ianuam paradisi, vt nullus intrare posset. Huic ergo sterili dicitur; *Lætare quæ non paris &c.* Quasi dicat. Steriles vt dictum est, non dolent de partu, sed de eo quòd non pariunt. 1. Reg. 1. Cũ esset Anna amaro animo &c. Sed tu lætaberis in multitudine filiorum. Esa. 60. Tunc dilatabitur & mirabitur cor tuum, scilicet lætitiam mentis extra ostendens. Duo enim sunt in partu, scilicet dolor ex eruptione reticulorum quibus continentur fœtus in matrice, & clamor ex ipso dolore. Et ideo dicit; *Tu quæ non parturis*, scilicet, ecclesia militans, quæ non conaris ad partum per desiderium: & triumphans quæ non parturis dolendo, uel quia nondum uenit tempus recipiendi filios; *Erumpe*, idest lætitiam quam interius habes manifesta

LECTIO VIII.

Hæc enim sunt duo testamenta, Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans: quæ est Agar (Syna enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nũc est Hierusa-

B

C

D

E

nisesta exterius; *Et clama* voce laudis. Esai 57. Clama necesse &c. Et hæc duo ad libertatem pertinent, scilicet clamare & erũpere: sic ergo apparet libertas matris. Sequitur fœcunditas *Quia multi filij &c.* Sed cum supra dictum sit ecclesiam liberam significari per Saram, videtur esse dubium, an Sara fuerit deserta. Ad quod sciendũ est, quòd deserta fuit ab Abraham, vt hic dicitur, non per diuortium, sed quantũ ad opus carnale. Nam Abraam vacabat quidẽ operi carnali, non propter cõcupiscentiam, sed ꝑpter prolẽ suscipiendam. Cũ ergo innotuit ei Sarram sterilẽ esse, deseruit eam, nõ frangẽs coniugalem thorum: sed quia nõ vtebatur ea ab illo præcise tempore, quo Sara introduxit ei ancillam. Per quod datur intelligi, ꝙ ecclesia Gentium deserta erat a Christo, quia nõdum venerat Christus: & ꝙ ecclesia triumphans deserta erat ab hominibus, quibus ad eam nondum patebat accessus. Huius ergo desertæ, s. ecclesiæ Gẽtium sunt multi filii, i. plures; *Magis quàm eius*, s. Synagogæ; *Quæ habet virum*, s. Moysen 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos filios habebat &c. Et hoc veniẽte sponso. s. Christo, a quo deserta erat non dilectione, sed partu postposito.

LECTIO IX.

NOs autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum: spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius. Non. n. G hæres erit filius ancillæ cum filio libere. Itaque fratres, non sumus ancille filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

LECTIO NONA.

EXPOSITO mysterio quantum ad matres: hic exponit illud quantum ad filios. H Et primo ponit filiorum distinctionem. Secundo, principalem conclusionem, ibi; *Itaque fratres mei &c.* Distinctionem autem filiorum ponit, quantum ad tria. Primo, quantum ad modum originis. Secundo, quantum ad affectum dilectionis, ibi; *Sed quomodo tunc &c.* Tertio, quantũ ad ius hæreditatis, ibi; *Sed quid dicit scriptura &c.* Modus autem originis quo aliqui nascuntur filii Abrahæ est duplex: quidã origine carnali, sicut Ismael de ancilla: quidam autem non carnali origine, sicut Isaac de libera: non quòd naturali opere natus nõ fuerit, sed quia (sicut dictum est) supra naturalem virtutem carnis fuit, vt de vetula sterili, filius nasceretur. Per hos autem filios intelligitur duplex populus. Nam per Ismaelem intellitur populus Iudæorum, qui carnali propagatione est ab Abraham deriuatus. Per Isaac autem, populus Gentium, qui per imitationem fidei ab Abraham descendit. Et ideo dicit; *Nos autem fratres*, scilicet, fideles, tam Iudæi quàm Gentiles; I *Secundum Isaac*, idest in similitudine Isaac; *Promissionis filij sumus* facti Abrahæ. Genes. 12. Roma. 9. Qui sunt filii promissionis, æstimantur in semine. Sed nota, quòd filii carnis Abrahæ ad literam sunt Iudæi, mystice autem, qui propter carnalia & temporalia bona ad fidem veniunt. Secundum affectum aũt distinguntur, quia; *Qui natus erat, secundum carnem persequebatur illum, qui natus erat secundum spiritum*. Sed hic est quæstio. Primo, q̃a non legitur, quòd Ismael persequutionem aliquam fecerit contra Isaac, sed quòd tantum luserit cum eo. Gen. 21. Cum vidisset Sara filium ancillæ Agar ludentem &c. Responsio. Dicendũ est, ꝙ Apostolus illum ludum dicit persecutionem, quia ludus magni ad paruum est quædam illusio, cum maior cum paruo ludens intendit eum decipere. Vel etiam vt dicunt quidam, Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas faciebat. Per hoc autem docebat eum auerti a cultu vnius Dei, quod est magna persecutio, cum maius malum sit inferre mortem spiritualem, quàm corporalem. Quod tamen ideo in Genes. appellatur K ludus, quia sub specie ludi hoc faciebat. Est etiã quæstio, quomodo filii secundum carnem persecuti fuerint & persequantur filios, secundum spiritum. Sed ad hoc est responsio, quia a principio primitiuæ ecclesiæ Iudæi persecuti sunt Christianos, vt patet in Actibus Apostolorum, & facerent etiam nunc si possent. Nunc etiam carnales persequuntur in ecclesia spirituales viros etiam corporaliter, illi scilicet, qui quærunt gloriam & temporalia lucra in ecclesia. Vnde dicitur in Glo. Omnes, qui in ecclesia terrenam facultatem quærunt a Dño, ad hunc Ismaelẽ pertinent. Ipsi sunt, qui contradicunt spiritualibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent labia iniqua & linguas dolosas, & subdolosas. Spiritualiter autem persequuntur spirituales filios, superbi & hypocritæ. Nam aliquando aliqui manifeste carnales & mali culpam suam recognoscentes, bonis se humiliant, fa sui vero bonitatem quam ipsi non habent, persequuntur in aliis. Est etiam quæstio, quia Hæretici quos nos persequimur, dicunt F se natos secundum spirtum, nos vero secundum carnem. Sed dicendum est, quòd duplex est persecutio. Vna bona, qua aliquis persequitur alium, vt reducat eum ad bonum, & hanc viri iusti faciunt malis, & spirituales carnalibus, vel vt eos corrigant, si conuerti volunt, vel si obstinati sunt in malo destruant, ne gregem Domini inficiant. Alia persecutio est mala, qua quis ꝑsequitur aliũ, vt peruertat ad malum, & hanc qui secundum carnem nati sunt, faciunt his, qui nati sunt secũdũ spiritum. Quantum vero ad ius hæreditatis, distinguuntur per authoritatẽ scripturæ. Genes. 21; *Eijce ancillam & filium eius.* In quo datur intelligi, quòd Iudæi & persecutores fidei Christianæ, & etiam carnales & mali Christiani, eiicientur a regno celesti. Matt. 8. Multi venient ab oriente &c. Apoc. 22. Foris canes & venefici &c. Ancilla etiam, idest malitia, & ipsum peccatum eiicietur. Eccl. 18. Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subditur, quia; *Non erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ.* In mundo enim isto boni sunt malis permisti, & mali bonis. Can. 2. Sicut lilium inter spinas &c. Sed in æterna patria nõ erunt nisi boni. Iudic. 11. Dicitur ad Iepthe. Hæres in domo patris nostri esse nõ poteris, quia de adultera natus es. Quam quidem libertatem habemus a Christo. Vnde dicit; *Qua libertate &c.* Io. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

CAPIT. V. LEC. I.

STATE ergo: & nolite iterũ iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus

LECTIO PRIMA.

SVpra ostendit Apostolus, quòd per legem non est iustitia: hic vero reducit eos ab errore ad statum rectitudinis. Et primo, quantum ad diuina. Secundo, quantum ad humana. 6. ca. ibi; *Et si præoccupatus fuerit homo &c.* Circa primum duo facit Primo, proponit admonitionem. Secundo, eius rationem assignat, ibi; *Ecce ego Paulus &c.* Et in admonitione etiam duo ponit. Quorum vnum, est inductiuum ad bonum. Secundum, est prohibitiuum a malo. Inducit quidem ad bonum, cũ dicit; *State ergo.* Quasi dicat. Ex quo per Christum liberati estis a seruitute legis, state firma fide, & fixo pede permanentes in libertate. Sic ergo, cum dicit state, inducit ad rectitudinem. Qui enim stat, rectus est. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare &c. Inducit etiam ad firmitatem. 1. Cor. 15. Stabiles estote & immobiles &c. Ephe. vlt. State succincti lumbos vestros &c. Prohibet vero & retrahit a malo, cum subdit; *Et nolite iterum iugo seruitutis contineri*, idest non subiiciamini legi, quæ in seruitutem generat. De quo iugo dicitur Act. 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri, neque nos &c. a quo tamen per Christum liberati estis. Esa. 9. Virgam humeri eius &c. Ideo autem addit, iterum, non quia prius sub lege fuerint: sed quia vt Hierony. dicit post euangeliũ seruare legalia, adeo peccatum est, ut sit sicut seruire idolatriæ. Vnde, quia isti idolatræ fuerant, si subiiciant se iugo circuncisionis & aliarum legalium obseruationum, quasi ad eadem reuertuntur, quibus antea in idolatria seruierant: secundum. August. vero, vt supra dictum est, circa legalium obseruantias triplex tẽpus distinguit. s. tẽpus ante passionẽ, ante gratiã diuulgatã, & post gratiam diuulgatã. [Inter Epistolas Aug. Epla 11. / Epla 19.] Post ergo gratiam diuulgatã seruare legalia, est peccatum mortale, etiam ipsis Iudæis. Sed in tempore medio, scilicet, ante gratiam diuulgatam, poterant quidem absque peccato etiã illi, qui ex Iudæis conuersi fuerant, legalia seruare, dum tamen in eis spem non ponerent, conuersis vero ex gentibus, non licebat ea seruare. Quia ergo Galatæ ex Iudæis non erãt, & tamen legalia seruare volebant & ponebant in eis spem: ideo reuertebantur in iugum seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio, erat eis sicut idolatria, inquantum non recte sentiebant de Christo, credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. Deinde cum dicit; *Ecce ego &c.* Exponit prædicta duo. Et primo secundum, secundo primum, ibi; *Nos autem spiritu &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quid sit iugum seruitutis, quod non debent subire. Secundo, probat, ibi; *Euacuati estis &c.* Circa primum duo. facit. Primo, ostendit iugum illud esse valde nociuum. Secundo, valde onerosum, ibi; *Testificor autem &c.* Nociuum est quidem iugum legis, quia aufert dominicæ passionis effectũ. Et ideo dicit; *Nolite contineri iugo seruitutis*, quia *Ecce ego Paulus* q. supple, vocæ authoritatis dico & bene; *Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit:* idest fides Christi. Sed contra Act. 16. dicitur, quòd Paulus circuncidit Timotheum, ergo fecit, quòd

A quòd Christus ei nihil prodesset, ergo decepit eum. Respondeo; Dicendum est secundum Hieronymum, quòd Paulus non circumcidit Timotheum quasi legem seruare intenderit, sed simulauit se circuncidere, faciendo opus circumcisionis. [Epistola 11 vt supra.] Nam secundum ipsum, Apostoli simulatoriè seruabant legalia ad vitandum scandalum fidelium ex Iudæis, Faciebant autem actus legalium, non tamen cum intentione seruandi legalia, & sic non exibant a fide. Vnde non decepit Timotheum. Secundum vero August. [Epist. 19.] dicendum est, quòd Apostoli secundum veritatem seruabant legalia & cum intentione ea seruandi, quia secundum Apostolorum sententiam, licebat fidelibus ex Iudæis illo tempore, scilicet, ante gratiam diuulgatam ipsa seruare.

dico vobis, quoniam si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. B

Et ideo quia Timotheus fuit ex matre Iudæa, circumcidit eum Apostolus, cum intentione seruandi legalia. Quia uero Galathæ ponebant spem in legalibus post gratiam diuulgatam, quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutem, & ideo ea seruare volebant, ideo dicit eis Apostolus, *Si circumcidimini &c.* Sequebatur enim ex hoc, quòd non reputarent Christum, in cuius signum data fuit circuncisio. Gen. 17. Vt sit in signum fœderis inter me & vos &c. Qui ergo circuncidebantur, credebant adhuc signum durare, & tũc signatum nondum venisse, & sic excidebant a Christo. Sic ergo patet onus legis esse nociuum. Est etiam valde onerosum, quia obligat ad impossibile, & hoc est, quod dicit, *Testificor autem &c.* C quasi dicat. Dico quòd *si circuncidimini Christus vobis nihil proderit.* Sed adhuc *Testificor enim omni homini* scilicet, Iudæo & Gentili, &c. Nam quicunque profitetur in aliqua religione, facit se debitorem omnium, quæ ad obseruantiam illius religionis pertinent. Et sicut dicit August. Nunquam fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo, ad quod obligarentur, qui in ipsa Religione viuunt, sicut in religione Christiani, signum visibile est Baptisma, ad quod omnes Christiani tenentur quo ad cultum. Obligantur etiam ad omnia, quæ ad cultum Christianæ religionis pertinent. Signum autem legis Mosaycæ, fuit circuncisio. Quicunque ergo circumcidebat se, obligabatur ad omnia legalia seruanda ac implenda, & hoc est, quod dicit. *Quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Iac. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus; Quam tamen nullus seruare poterat secundum illud Act. 15. Hoc est onus, quod neq; partes nostri, neque nos portare potuimus &c. D Sed dato, quòd aliquis circuncideretur, ergo secundum prædicta obligat se ad seruandum legalia: sed hoc est peccatum mortale, ergo tenetur peccare mortaliter & sic videtur esse perplexus. Respondeo, Dicendum est, quòd eadem conscientia durante, tenetur seruare legalia, puta si aliquis haberet conscientiam, quòd nisi circumcideretur peccaret mortaliter, & circuncisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter, si non obseruaret legalia: cuius ratio est, quia habere conscientiam de re aliqua facienda, nihil aliud est, quàm æstimare, quòd faciat contra Deum, nisi illud faciat. Facere autem contra Deum est peccatum. Sic ergo dico, quòd nisi faceret hoc ad quod inducit conscientia, peccaret mortaliter, non quidem ex genere operis, sed ex intentione operantis. Et similiter si facit, peccat: quia huiusmodi ignorantia non excusat, cum sit ignorantia iuris. Nec tamen est perplexus simpliciter, sed secundum quid, quia potest deponere erroneam conscientiam. Et hoc modo hic Apostolus testificatur omni circuncidenti se, quòd tenetur ad seruandum legem. E Consequenter cum dicit *Euacuati estis &c.* Probat quæ dixit, scilicet quòd non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam præsentis, quod est duplex. Vnum est amissio Christi. Secundum est, amissio gratiæ Christi. Primum, est causa secundi, ibi, *Qui in lege &c.* Dicit ergo, *Euacuati &c.* quasi dicat. Verè Christus vobis nihil proderit, quia euacuati estis à Christo: idest habitatione Christi. Secundum damnum est, amissio gratiæ, ideò dicit, *A gratia excidistis*, qui scilicet: prius eratis pleni gratia Christi, quia de plenitudine eius accepimus omnes. Ioan. 1. De plenitudine Christi nos omnes accepimus, &c. Et Ecclesi. 21. Cor fatui, quasi vas confractum & omnem sapientiam non tenebit. Vos dico, *Qui in lege iustificamini*, idest creditis iustificari *A gratia* scilicet habenda futuræ beatitudinis: vel etiam a iam habita, *Excidistis*. Apocalip. 2. Memor esto vnde excideris & age pœnitentiam.

LECTIO SECVNDA.

EXplicanit Apostolus secundum documentum, scilicet, quòd non esset subeundum iugum seruitutis legis, hic autem redit ad primum, ostendens, quòd stare debent. Et primò, proponit standi exemplũ. Secũdo, remouet stationis impedimentum, ibi *Currebatis &c.* Tertiò, assignat standi causam ibi *Vos autem in libertatem &c.* Circa primum duo facit. Primò, proponit stãdi exemplum. Secũdò, causam eius assignat, ibi *Nam in Christo Iesu &c.*

LECTIO II.

NOs aũt spũ ex fide, spẽ iustitiæ expectamꝰ. Nã in xpo Iesu, neque circũcisio aliquid valet: neq; ꝑputiũ, sed fides, quę ꝑ charitatẽ operat. currebatis bene: qs vos impediuit veritati nõ obedire? Nemini cõsẽseritis. Persuasio hęc nõ ẽ ex eo, q vocat vos. Modicũ fermen-

Dicit ergo, Qui in lege volunt iustificari, Christus eis nihil prodest, quia excidunt à gratia, Sed *Nos* scilicet, Apostoli stamus per spem, quia scilicet, *Expectamus spem iustitiæ*, idest iustitiam & spem, scilicet æternam beatitudinem .i. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Vel *Spem iustitiæ*, idest Christum, per quem est nobis spes iustitiæ, quia per eum iustificamur. Philip. 3. Saluatorem expectamus, &c. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, &c. Vel spem iustitiæ, idest spem, quæ est de iustitia: vt iustificentur non per legem, sed per fidem. Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem, sine operibus legis. Vel *Spem iustitiæ*, idest rem speratam in quam tendit iustitia, scilicet vitam æternam 2. Tit. vlt. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Et hoc ex fide, quia iustitia Dei est per fidem Iesu Christi, vt dicitur Roma. 3. Quæ quidem fides non est ab homine, sed a spiritu sancto, qui eam inspirat. Rom. 8. Accepistis spiritum filiorum, in quo clamamus; Abba pater, &c Sicut ergo fides est ex spiritu, ita ex fide est spes, ex spe iustitia, per quam peruenimus ad vitã æternam. Hæc autem spes, non venit ex circuncisione; neque ex gẽtilitate, quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit *Nam in Christo Iesu*, idest in his, qui sunt in fide Christi: *Neque circuncisio, neque præputium &c.* Id est, indifferentia sunt, *Sed fides* non informis, sed ea *Quæ per dilectionem operatur*, Iac. 2. Fides sine operibus mortua est &c. Nam fides est cognitio verbi Dei. Eph. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Et hoc verbum nec perfecte habetur, nec perfecte cognoscitur, nisi etiam habeatur amor quem sperat. Hic sunt duo dubia, circa Glosam. Primum est, quòd dicit præputium & circuncisionem esse indifferentia, cum supra dixerit, Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit, Sed dicendum est: quòd ex genere operis sunt indifferentia: scilicet illis, qui non ponunt spem in eis, sed ex intentione operãtis non sunt indifferentia. Nam ponentibus in eis spem, mortifera sunt. Secundum dubium est de hoc: quod dicit, quòd illi, qui non credunt, peiores sunt, quàm dæmones: cum dæmones credant & contremescant. Respondeo, Dicendum est, quòd peiores quidem sunt ex specie operis, sed non quantum ad affectum. Nam dæmonibus displicet hoc, ꝙ credunt, nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit, quanta in dæmone, qui odit: quod credit. Consequenter cum dicit *Currebatis bene &c.* Agitur de impedimento stationis. Et primò ponit impedimentum. Secundò docet eius remotionem, ibi *Nemini consenseritis &c.* Impedimentum stationis eorum magnum erat & nociuum, nam tantò aliquid est magis nociuum, quanto maius bonum priuat. Quando ergo aliquis multis bonis spiritualibus priuatur: signum est habuisse magnum impedimentum. Et ideò, vt ostendat eos Apostolus magnum impedimentum habuisse, commemorat eis bona spiritualia, quæ amiserunt cùm dicit *Currebatis bene &c.* s. per opera fidei formatæ per charitatẽ, quæ instigat ad currendum. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum. Et hoc quidem fuit olim in vobis, sed dum sic currebatis, estis impediti: & ideo subdit, Quis vos fascinauit? de quo dictum est supra 3. ca. & ideo supersedeo ad præsens. Quis ergo vos fascinauit: idest impediuit veritati: scilicet euangelicæ, *Non obedire.* Et hoc congruè dicit. Nam obedire est voluntatis applicandę ad consensum præcipientis Et ideò fides est voluntatis & intellectus scientia. Oportet ergo voluntati fidei obedire, hoc autem est volendo credere: ꝙ gratia fidei Christi sufficiat ad salutem sine legalibus obseruantiis. Excludit autem impedimentum, cum dicit *Nemini &c.* Et hoc, ex triplici parte. Primo, ex parte eorum. Secundo, ex parte Dei, ibi *Ego confido &c.* Tertiò, ex parte Apostoli, ibi Ego *autem fratres si &c.* Ex parte eorum, cum dicit *Nemini &c.* Vbi primò ostendit, quid requiratur ex parte eorum, vt vitent hoc nocu-

mentũ, scilicet, ꝙ nemini Pseudo deinceps consentiant 1. Thes. 5. Non sumus noctis neq; tenebrarum, &c. Ephes. 5. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, &c. Et. 2. Timot. 2. Et sermo eorum, vt cancer serpit, &c. Ex quo datur intelligi, ꝙ nondum erant corrupti, sed solicitabantur de hoc. Secundò assignat rationẽ huius cùm dicit. *Persuasio enim, &c.* Et hæc est duplex. Prima, quia homo cum dat se alicui, nihil debet facere nisi quod vtile duxerit sibi: sed vos traditi estis Christo, ergo non debetis audire, vel consentire, nisi his, quæ sunt ab ipso, ergo hæc persuasio qua vos volunt mittere sub iugo legis, quia non est ex eo, scilicet ex Deo, *Qui vos vocauit*. ad vitam, sed ex diabolo, inquantum scilicet deficiens est. Et ideo non consenseritis eis. Vel non ex eo, idest contra ipsũ. Secunda ratio est, quia posset dici, ꝙ non est magnum si paucis consentiatur, cum ex hoc non sit periculum, & ideo dicit, ꝙ non est eis consentiendum, nec eorum insidiæ sunt cõtemnendæ, sed debent principijs obstare, quia. *Modicum fermentum, &c.* Idest illi pauci, qui vobis persuadent. Vel hæc persuasio parua in principio. *Totam massam corrumpit*, idest cõgregationem fidelium. Leuit. 2. Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Dñi. Consequenter cũ dicit. *Ego confido in vobis, &c.* Remouet impedimentũ ex parte Dei, qui auxilium ad hoc præbet, & ponit duplex auxiliũ. Vnũ, quantum ad seducentes. Aliud, quantum ad conturbantes, ibi. *Qui autem conturbant, &c.* Dicit ergo, *Ego confido*, *&c.* quasi dicat: Dixi quòd non consentiretis pseudo, *Et confido in vobis.* 1. Cor. 7. Gaudeo, ꝙ in omnibus confido in vobis. Heb. 6. Confidimus aũt de vobis dilectissimi meliora & vicintora saluti. Confido, inquam, in hoc scilicet, *Quod nihil aliud sapietis, quam quod vos docui*, supra. 1. Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus, Anathema sit. Philip. 1. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, &c. Et hoc ex auxilio diuino. Et ideo dicit. *In domino Deo*, scilicet operante. 2. Cor. 3. Fiduciam talẽ habemus per Christum ad Deum, &c. Quia Dominus dabit vobis sapere secundum sobrietatem catholicæ veritatis. Psal. 91. Bonum est confidere in Dño, &c. Quãtum autem ad conturbantes dicit, *Qui autem conturbat, &c.* Idest, qui remouet vos à debito ordine, vt. I. à spiritualibus cõuertamini ad corporalia, cum debeat esse contrarium. 1. Cor 15. Non prius, quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod, &c. Et cũ talis ordo sit peruersus, vt dicitur suprà. 3. Sic stulti facti estis, vt cum spiritu cœperitis, &c. Ideo. *Portabit iudicium*, idest condemnationem sustinebit. Sicut enim qui inducit aliquem ad bonum, remuneratur, Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, &c. ita qui inducit aliquem ad malum, condemnatur, Iosuæ. 7. Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in hac die. Deute. 27. Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Et hoc. *Quicunque est ille*, idest quantæcunq; sit authoritatis, nõ parcetur ei. Sed Porphyrius & Iulianus in hoc reprehendunt Paulum de præsumptione dicentes, ꝙ hoc dicit lacerãs Petrum (cum supra in faciem se restitisse scripserit) vt sit sensus, quicunq; sit ille, idest etiam si Petrus esset, puniretur. Sed vt August. dicit, non est credendum, ꝙ Paulus cum maledicto de ecclesiæ principe loqueretur, cum scriptum sit. Exod. 22. Principẽ populi tui non maledices: nec etiam ꝙ Petrus sic offenderit, quòd esset dignus condemnatione. Dicit ergo Apostolus de quodam alio, qui de Iudæa veniens, dicebat se fuisse discipulum magnorum Apostolorum, & sub ista authoritate corrumpebat Galatas ipse cum a iis falsis prædicatoribus, suprà. 2. Propter subintroductos falsos fratres, &c. Consequenter cùm dicit *Ego autem fratres, &c.* Remouet impedimentum ex parte sua. Et primò ponit excusationem. Secundò eorum, qui eum infamabant obiurgationem, ibi *Vtinam abscindantur, &c.* Excludit autẽ falsum quod ei imponebatur. Et primò aliquid pertinens ad ipsum tantum. Secundò aliquid pertinens ad omnes, ibi *Ergo euacuatum est, &c.* Sciendum est circa primum, ꝙ Pseudo, Galatis excusantibus se de eo, ꝙ non seruabant legalia, quia ita edocti erant ab Apostolo; & dicebant, ꝙ Apostolus deceperat eos, & quòd in seruitutem eorum, hæc persuaserat eis, & confirmabant, dicentes Paulũ prædicasse in Iudæa, & docuisse legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc Apostolus, dicens *Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico*, sicut imponũt mihi Pseudo, *Quid adhuc persecutionem patior?* scilicet à Iudæis. 1. Cor. 4. Persecutionem patimur, &c. Nam Iudæi specialiter propter hoc persequebantur Paulũ, ꝙ prædicabat legalia non debere seruari. Act. 21. dicit Iacobus Paulo, Audierunt de te quia discessionem doceas à Moyse eorũ, qui per Gentes sunt Iudæorum, dicens eos non debere circuncidere filios, &c. Patet ergo, quòd nõ est verum, quod mihi imponunt, alioquin persecutiones adhuc non paterer: Falsum est etiam id, quod mihi imponunt per id qd cõmuniter est apud alios, quia si circuncisionẽ prędico euacuatum est scandalum crucis. Nam nõ solum ego, sed etiam omnes Apostoli prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, & cætera, ut dicitur 1. Corinthio. primo. Et de hoc maximè scandalizantur, quia prædicamus, ꝙ per crucem Christi legalia euacuantur. Si *Ergo* prædico circuncisionem, *Euacuatum est scandalum*, idest, non erit scãdalum apud Iudæos vltra de cruce. Nam patienter sustinerent, immo libenter vellent, ꝙ prædicaremus crucem & legalia simul debere seruari. Vel secũdum August. Euacuatum est scandalum crucis, idest euacuata est crux, quæ est scandalum, quasi dicat. Crux perdidit effectum suum & virtutem. supra. 2. *Si* enim ex lege esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Dicit autem Apostolus specialiter euacuatũ est, &c. ut det intelligere, quòd propter hoc Iudæi occiderunt Christum, quia legalia non seruabat, & ea non esse seruanda docebat. Ioan. 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Consequẽter obiurgat Pseudo, qui eum infamauerant dicens. *Vtinam abscindantur, &c.* quasi dicat. Ipsi conturbant vos in hoc, ꝙ volunt vos circuncidi, sed vtinam non solum circuncidantur, sed totaliter castrentur. Sed contra. Ro. 12. Benedicite & nolite maledicere, &c. Ad hoc est duplex responsio Prima est, quòd non maledixit Apostolus eis, sed potius benedixit, quia optauit eis, vt spiritualiter castrentur, vt seruarent spiritualem castitatem cassando cęremonialia, secundũ illud Matth. 19 Sunt quidam eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Secundo, quòd optat eis sterilitatem prolis quam habeat Eunuchi, vt scilicet non generent. Vnde ait, *Vtinam & abscindantur &c.* Idest vim generandi perdant in vobis, vel aliis. Et hoc merito, quia generant filios in errorem, & redigunt eos in seruitutem legis. Oseæ. 9. Dabo eis vuluã sine liberis, & vbera arentia.

LECTIO TERTIA.

PROPOSITO exemplo standi, & rem eius impedimento: hic innuit modum ipsius. Et primò ponit modum standi. Secundo exponit, ibi; *Omnis enim lex, &c.* Circa primum tria facit. Primò, ponit conditionem status. Secundò, remouet abusum standi. Tertiò, innuit standi modum. Conditio quidem standi est libertas. Omnis status conditio pertinet ad seruitutem, vel ad libertatem: sed status fidei Christi ad quem inducit Apostolus ad libertatem pertinet, & est ipsa libertas. Et ideo dicit, *Vos enim, &c.* quasi dicat. Rectè conturbant vos, quia abducunt à meliore in peius, quia vos *vocati estis*, scilicet à Deo *in libertatem* gratiæ. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, &c. suprà. 4. Nõ sumus ancillæ filii, sed liberę, &c. Vos, inquam, qui liberi estis per Christum, volunt ducere in seruitutem. Abusus autem status est, si in deterius prolabatur, & libertas spiritus peuertatur in seruitutem carnis. Galatæ autem iam liberi erant à lege. Sed ne credant eis licere peccata committere, quæ lex prohibebat, ideo Apostolus subdit abusum libertatis, dicens, *Tantum ne, &c.* q.d. Liberi estis, ita tamen, quòd non abutamini libertate vestra, impunè vobis peccandum esse arbitrantes. 1. Cor. 8. Videte ne fortè hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis, Modus autem standi est per charitatem. Vnde dicit, *Sed per charitatem spiritus, &c.* Status autem totus est in charitate, sine qua homo nihil est. 1. Cor. 13. Et secundum diuersos gradus charitatis, distinguuntur diuersi status. Sic ergo status gratiæ est non per affectum carnis, *Sed per charitatem spiritus*, idest, quæ procedit à spiritu sancto, per quem debemus inuicem esse subiecti & seruire infrà. 6. Alter alterius onera portate, &cęt. Romano 12. Honore inuicem præuenientes, &c. Sed cum superius dicat quòd sint vocati in libertatem, quid est quod modo dicit, *Seruite inuicem?* Ad quod dicendum est, ꝙ hoc exigit charitas, vt inuicem seruiamus, & tamen libera est. Sciendum est tamen, quòd sicut Philosophus dicit, Liber est, qui est causa sui: seruus autem est causa alterius, vel vt mouentis, vel vt finis;

nis: quia seruus nec a se mouetur ad opus, sed a Domino, & propter vtilitatem domini sui. Charitas ergo quantum ad causam mouentem, libertatem habet, quia a se operatur 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos, spontanee, scilicet ad operandum: seruus autem est, cum postpositis ꝓpris vtilitatibus, accommodat se vtilitatibus ꝓximorum. Consequẽter cum dicit; *Omnis lex &c.* Exponit quæ dicit, & primo de dilectione. Secundo, de libertate non danda in occasionẽ carnis, ibi; *Spiritu ambulate etc.* Circa primũ monet ad charitatem sectandam. Primo, propter vtiliratem quã consequimur in impletione. Secundo, propter damnum charitatis neglectæ, quod incurrimus, ibi; *Quod si inuicem &c.* Vtilitas autem, quam consequimur ex impletione charitatis maxima est, quia in ea implemus totam legem. Et ideo dicit; *Omnis enim &c.* quasi dicat, Ideo charitas est habenda, quia; *Omnis lex in vno sermone impletur*, scilicet in vno præcepto charitatis. Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et in eodem cap. dicitur, Plenitudo legis est dilectio. Et ideo dicit 1. Tim. 1. Finis præcepti est charitas. Sed contra, quia dicitur Mat. 12. In his duobus mandatis scilicet, de dilectione Dei & proximi, tota lex pendet & prophetæ, non ergo in vno præcepto tantum impletur. Respondeo. Dicendum est, quòd in dilectione Dei includitur dilectio proximi 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suũ. Et econuerso ꝓximum diligimus propter Deum, impletur ergo tota lex in vno præcepto charitatis. Præcepta enim legis reducuntur ad illud præceptum. Nam omnia præcepta, vel sunt moralia, vel sunt cerimonialia, vel iudicialia. Moralia quidem sunt præcepta decalogi, quorum tria pertinent ad dilectionem Dei, alia septem ad dilectionem proximi. Iudicialia autem sunt, vt quicunque furatur aliquid, reddat quadruplum, & his similia, quæ similiter ad dilectionem proximi pertinent. Ceremonialia vero sunt sacrificia & huiusmodi, quæ reducuntur ad dilectionẽ Dei. Et sic patet, quòd omnia in vno præcepto charitatis implentur; *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, & est scriptum. Leuit 19. Dicit autem, Sicut teipsum non quantum teipsum, quia homo, secundũ ordinem charitatis, magis debet se diligere quàm aliũ. Exponitur autẽ tripliciter. Vno modo vt referatur ad veritatem dilectionis. Amare enim, est velle bonum alicui. Et ideo dicimur amare aliquem cui volumus bonum, & etiam bonum illud amamus, quod ei volumus, sed diuersimode, quia cum volo bonum mihi, me diligo simpliciter propter me: bonum autem illud quod mihi volo, diligo non propter se, sed propter me. Tunc ergo diligo proximum sicut meipsum, idest eodem modo quo meipsum, quando volo ei bonum propter se, non quia est mihi utilis, vel delectabilis. Secundo modo, vt referatur ad iustitiam dilectionis. Vnaqueque enim res est inclinata velle sibi illud, quod potissimum est in ea, potissimum autem in homine est intellectus & ratio, ille ergo diligit se, qui vult sibi bonum intellectus & rationis. Tunc ergo diligis proximum sicut teipsum, quando vis ei bonum intellectus & rationis. Tertio modo, vt referatur ad ordinem, scilicet vt sicut te diligis ꝓpter Deum, ita & proximum propter ipsum diligas, scilicet vt ad Deum peruenias. Cõsequẽter cum dicit; *Quod si inuicem &c.* Inducit ad charitatem sectandam, ex damno quod incurrimus si eam negligamus. Vbi loquitur Galatis adhuc quasi spiritualibus, abstinens a commemoratione maiorum vitiorum & eorum, quæ minora videntur mentionem facit, scilicet de vitiis linguæ. Et ideo dicit; *Quod si inuicem &c.* quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur, quod; *Si vos inuicem mordetis.* i. in parte famam proximo detrahendo, aufertis: qui enim mordet, non totum accipit, sed partem; *Et comeditis*, idest totam famam aufertis, & totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit, totum absorbet Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum fratres mei &c. Si ita, inquam, charitatem negligitis; *Videte dãnum*, quod imminet vobis, scilicet quòd; *Abinuicem consumamini.* Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios &c. Esa 49. Et vane fortitudinem meam consumpsi &c. Nam sicut Aug. dicit, Vitio contemptionis & inuidiæ, perniciosa iurgia inter homines nutriuntur, quibus consumitur societas & vita.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus manifestauit in quo consistit status spiritualis, quia scilicet in charitate: consequenter hic agit de causa status scilicet, de spiritu sancto, quem dicit esse sequendum. Vbi ponit triplex beneficium spiritus sancti Quorum primum est, liberatio a seruitute carnis. Secundum est, libertas a seruitute legis. Et tertium est collatio vitæ, seu securitas a damnatione mortis. Secundum, ibi; *Quod si ducimini &c.* Tertium, ibi; *Si spiritu uiuimus &c.* Circa primũ duo facit. Primo ponit primũ beneficium spiritus. Secũdo beneficii necessitatem ostendit ibi; *Caro enim &c.* Dicit ergo, *Dico* ꝙ debetis per charitatem spiritus inuicem seruire, quia nihil Prodest sine charitate. Sed hoc dico; *In Christo*, idest per fidem Christi; *Spiritu ambulate*, idest mẽte & ratione. Quandoq; n. mẽs nostra spiritus dicitur, ꝓm illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ & 1. Corint 4 Psallam spiritu, psallam & mente. Vel Spiritu ambulate, idest spiritu sancto proficite bene operando. Nã spiritus sanctus mouet & instigat corda ad bene operandũ. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Ambulandum est ergo spiritu, idest, mente, vt ipsa ratio siue mens legi Dei concordet, vt dicitur Roma. 7. Nã spiritus humanꝰ per se vanus est & nisi regatur aliunde, fluctuat hac atq; illac, vt dicitur: Eccle. 34. Et sicut parturientis cor tuũ fantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio &c. Vnde de quibusdã dr̃ Ephes. 4. Ambulãt in vanitate sensus sui &c. Non ergo perfecte stare potest ratio humana, nisi ꝓm ꝙ est recta a spiritu diuino. Et ideo dicit Apostolus, Spiritu ambulate, idest per spiritũ sanctum regentem & ducentem, quem sequi debemus sicut demonstrantem viã. Nam cognitio supernaturalis finis non est nobis nisi a spiritu sancto. 1. Cor. 2. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Et sequitur, Nobis autẽ reuelauit Deus per spiritum suum. Itẽ, sicut inclinantẽ. Nam spiritus sanctus instigat, & inclinat affectũ ad bene volendũ. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur &c. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo aũt spiritu ambulandũ est, quia liberat a corruptione carnis. Vnde sequitur; *Et desideria carnis non perficietis*, idest delectationes carnis quas caro suggerit. Hoc desiderabat Apostolus dicens. Romano. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei &c. Et postea conclusit in octauo capite. Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Huius rationem ibidem subiungit dicens Quia lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege &c. Et hoc est speciale desiderium sanctorum, vt non perficiant desideria ad quæ caro instigat, ita tamen, quòd in hoc non includantur desideria, quæ sunt ad necessitatem carnis, sed quæ sunt ad superfluitatem. Consequenter cum dicit; *Caro enim concupiscit &c.* Ponit necessitatem huius beneficii, quæ est ex impugnatione carnis & spiritus. Et primo ponit ipsam impugnationem. Secundo manifestat eam per euidens signum, ibi; *Hæc enim inuicem aduersantur &c.* Dicit ergo, Necessarium est, quòd per spiritum, carnis desideria superetis. Nam; *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Sed hic videtur esse dubium, quia cum concupiscere sit actus animæ tantum, nõ videtur, quòd competat carni. Ad hoc dicendum est secundũ August. quòd caro dicitur concupiscere inquantum anima secũdum ipsam carnem concupiscit, sicut oculus dicitur videre, cum potius anima per oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit, quando ea quæ delectabilia sunt, secundum carnem appetit. Per se vero anima concupiscit, quando delectatur in his, quæ sunt secundum spiritum, sicut sunt opera virtutum, & contemplatio diuinorum, & meditatio sapientiæ. Sapien. 6. Concupiscẽtia itaq; sapientiæ deducet ad regnum perpetuum &c. Sed si caro concupiscit per spiritum, quomodo concupiscit aduersus eum? In hoc scilicet, quòd concupiscentia carnis impedit concupiscentiam spiritus. Cum enim delectabilia carnis sint bona quæ sunt infra nos: delectabilia vero spiritus bona quæ sunt supra nos, contingit quòd cum anima circa inferiora quæ sunt carnis occupatur, retrahitur a superioribus, quæ sunt spiritus. Sed videtur etiam dubium de hoc, quod dicit scilicet, quòd; *Spiritus concupiscit aduersus carnem.* Si enim accipiamus hic spiritum pro spiritu sancto: concupiscentia autem spiritus sancti sit contra mala, consequens videtur, quòd caro aduersus quã concupiscit spiritus sit mala, & sic sequitur error Manichei. Respondeo: dicendum est, ꝙ spiritus non concupiscit aduersus naturam carnis, sed aduersus eius desideria, quæ scilicet sunt ad superfluitatem. Vnde & supra dictũ est, Desideria carnis scilicet superflua non perficietis. In necessariis enim spiritus non contradicit carni, quia vt dicitur.

Ephe. 5. Nemo carnem ſuam odio habuit. Conſequenter cum dicit; *Hæc enim &c.* Ponit ſignum compugnationis, quaſi dicat, Experimento patet, quòd contra ſeinuicem pugnant &; *Aduerſantur*, intantum; *Vt non quæcunque vultis* bona, ſcilicet, vel mala; *Illa faciatis*, ideſt facere permittamini. Rom. 7. Nõ quod volo bonum, hoc ago, ſed qd &c. Non tamen tollitur libertas arbitrii. Cũ enim liberum arbitriũ ſit ex hoc, quòd habet electionem: in illis eſt libertas arbitrii quæ electioni ſubſunt. Non autem omnia quæ in nobis ſunt, ſimpliciter ſubſunt noſtræ electioni, ſed ſecundum quid. In ſpeciali enim poſſum vitare hunc, vel illum motum concupiſcentiæ ſeu iræ, ſed in generali omnes motus iræ, vel concupiſcentiæ vitare non poſſumus, & hoc propter corruptionem fomitis, ex primo peccato introductam. Sed notandumm eſt, quòd quatuor ſunt genera hominum circa cõcupiſcentias, quorum nullus facit quæcunque uult. Nam intemperati, qui ex propoſito ſequuntur carnales paſſiones, ſecundum illud Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, faciunt quidem quod volunt, inquantum ipſas paſſiones ſequuntur, ſed inquantum ipſa eorum ratio remurmurat & ei diſplicet, faciunt qnæ non volunt. Incontinentes autem, qui habent propoſitum abſtinendi & tamen a paſſionibus vinculntur, faciunt quidem quod non volunt, inquantum ipſas paſſiones contra eorum propoſitum ſequuntur, & ſic intemperati faciunt plus de eo, quod volunt. Continentes autem, qui vellent omnino non concupiſcere, faciunt quod volunt dum non concupiſcunt, ſed quia omnino non concupiſcere non poſſunt, faciunt quod nolunt. Temperati vero, quod volunt quidem faciunt, inquantum in carne domata non concupiſcunt, ſed quia non ex toto domari poteſt, quin in aliquo repugnet ſpiritui, ſicut nec malitia intantum creſcere poteſt, quin ratio remurmuret, ideo cum aliquando concupiſcunt, faciunt quod nolunt, plus tamen de eo, quod volunt.

F ſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aũt aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM oſtendit Apoſtolus, quòd per ſpiritum liberamur a deſideriis carnis: hic conſequenter oſtendit, quòd ꝑ ipſum liberamur a ſeruitute legis. Et primo proponit beneficiũ ſpiritus. Secundo, manifeſtat per effectum, ibi; *Manifeſta ſunt opera carnis &c.* Dicit ergo, Dico quòd ſi ſpiritu ambuletis, nõ ſolum deſideria carnis non perficietis, ſed quod plus eſt; *Si ſpiritu ducimini* (quod fit quando facitis quod ſpiritus ſuggerit, vt director & gubernator, non autem id ad quod ſenſus & affectus proprius inſtigat) *Non eſtis ſub lege*. Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. non quidem vt coactor, ſed vt gubernator. Ex his autem verbis vult Hierony. ꝙ poſt aduentum Chriſti nullus habens ſpiritum ſanctum tenetur ſeruare legem. Sed ſciendum eſt, ꝙ hoc quod dicit, ſi ſpiritu ducimini, iam nõ eſtis ſub lege, poteſt referri ad præcepta legis, vel ceremonialia, vel moralia. Siquidem referatur ad ceremonialia, ſciendum eſt, ꝙ aliud eſt ſeruare legem, aliud eſt eſſe ſub lege. Seruare legẽ, eſt facere opera legis non habẽdo ſpem in eis: ſed eſſe ſub lege, eſt ponere ſpem in operibus legis. In primitiua autẽ eccleſia erant aliqui iuſti ſeruantes legem, ſed non ſub lege, inquantum ſeruabant opera legis, ſed non erant ſub lege, quaſi in eis ſpem ponentes. Sic etiam Chriſtus ſub lege fuit. ſupra 4. Factum ſub lege &c. & ſic excluditur opinio Hieronymi. Si autẽ referatur ad moralia, ſic eſſe ſub lege poteſt intelligi dupliciter, vel quantum ad obligationem, & ſic omnes fideles ſunt ſub lege, quia omnibus data eſt. Vnde dicitur Matt. 5. Non veni ſoluere legem &c. Vel quantum ad coactionem, & ſic iuſti non ſunt ſub lege, quia motus & inſtinctus ſpiritus ſancti, qui eſt in eis, eſt proprius eorum inſtinctus. nam charitas inclinat ad illud idem quod lex præcipit. Quia ergo iuſti habent legem interiorem, ſponte faciunt, quod lex mandat ab ipſa non coacti. Qui vero voluntatem maleſaciendi habent, comprimuntur tamen pudore, vel timore legis, iſti cogunt. & ſic iuſti ſunt ſub lege obligante tantum, non cogente, ſub qua ſunt ſolum iniuſti 2. Corin. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. 1. Tit. 1. Iuſto non eſt lex poſita, ſcilicet, cogens. Conſequenter cum dicit; *Manifeſta ſunt autem opera &c.* Probat quæ dixit per effectum. Et primo, ponit opera carnis, quæ contrariantur ſpiritui ſancto. Secundo, oſtendit quomodo opera ſpiritus non prohibẽtur a lege, ibi; *Aduerſus huiuſmodi &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit opera carnis, quæ prohibentur a lege. Secundo, ponit opera ſpiritus, quæ ab ea non prohibẽtur, ibi; *Fructus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo, proponit opera carnis. Secundo, ſubdit nocumentum quod ex his ſequitur, ibi; *Quæ prædico &c.* Dubitatur autem circa primum. Primo quidem de hoc, quòd Apoſtolus hic quædam ponit, quæ non pertinẽt ad carnem, quæ tamen dicit eſſe opera carnis, ſicut idolorum ſeruitus, ſectæ, æmulationes, & huiuſmodi. Reſpondeo. Dicẽdum eſt ſecundum Aug. lib. 4. de ciuitate Dei, cap. 2. quòd ſecundum carnem viuit, quicunque viuit ſecũdum ſeipſum. Vnde caro hic accipitur pro toto homine. Quicquid ergo prouenit ex inordinato amore ſui, dicitur opus carnis. Vel dicendum eſt, quòd aliquod peccatum poteſt dici carnale dupliciter, ſcilicet quantum ad conſummationem, & ſic dicuntur carnalia illa tantum, quæ conſummantur in delectatione carnis ſcilicet luxuria, & gula: & quantum ad radicem, & ſic omnia peccata dicuntur carnalia, inquantum ex corruptione carnis anima aggrauatur, vt dicitur Sap. 9. Ex quo intellectus debilitatus, facilius decipi poteſt, & impeditur a ſua perfecta operatione. Vnde & ex hoc ſequuntur vitia, ſcilicet hæreſes, ſectæ, & alia huiuſmodi. & hoc modo dicitur quòd fomes eſt principium omnium peccatorum. Secundo, dubitatur, quia cum Apoſtolus dicat, qui talia agunt regnum Dei non conſequentur, & nullus excludatur a regno Dei, niſi pro peccato mortali, ſequitur ergo, quòd omnia quæ enumerat, ſint peccata mortalia. Cuius contrarium videtur, quia inter iſta enumerat multa quæ non ſunt peccata mortalia, ſicut eſt contentio, æmulatio, & huiuſmodi. Reſpondeo. Dicendum eſt quòd omnia hæc enumerata ſunt aliquo modo mortalia: ſed quædam quidem ſecundum genus ſuum, ſicut homicidium, fornicatio, Idolorum ſeruitutus, & huiuſmodi: quædam vero ſecundum ſuam conſummationem, ſicut ira, cuius conſummatio eſt in nocumentum proximi. Vnde ſi accedit conſenſus de ipſo nocumento, eſt peccatum mortale. Et ſimiliter comeſtio ordinatur ad delectationem cibi: ſed ſi in huiuſmodi delectationibus ponat quis finem ſuum, peccat mortaliter, & ideo non dicit comeſtiones, ſed comeſtationes: & ſimiliter intelligendum eſt de aliis ſimilibus. Tertio dubitatur de ordine & numeratione eorum. Circa quod dicendum eſt, quòd cum Apoſtolus in diuerſis locis, diuerſa vitia, & diuerſimode enumerat, non intendit enumerare omnia vitia ordinate & ſecundum artem: ſed illa tantũ, in quibus abundãt & in quibus excedunt illi ad quos ſcribit. Et ideo in eis non eſt quærenda ſufficientia, ſed cauſa diuerſitatis. His ergo habitis, ſciendum eſt, quòd Apoſtolus enumerat quædam vitia carnis, quæ contingunt circa ea quæ non ſunt neceſſaria vitæ: quædam vero circa ea quę ſunt neceſſaria vitæ. Circa primum ponit quædam vitia quæ ſunt hominis ad ſeipſum, quędam contra Deum, quædam contra proximum. Cõtra ſeipſum ſunt quattuor, quæ ideo primo ponit, quia manifeſte ex carne procedunt, quorum duo pertinent ad actum carnalem luxuriæ, ſcilicet; *Fornicatio*, quæ eſt quando ſcilicet accedit ſolutus ad ſolutam, vel quantum ad naturalem vſum luxuriæ. Aliud eſt; *Immunditia* quantum ad vſum contra naturam. Eph. 5. Omnis fornicator aut immundus &c. 2. Corin. 13. Qui non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia &c. Alia duo ordinantur ad ipſos actus. Vnum, ſcilicet exterius ſicut tactus, aſpectus, oſcula, & huiuſmodi. Et quantum ad hoc dicit; *Impudicitia*. Eph. 4. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ &c. Aliud interius, ſcilicet in cogitationibus immundis. Et quantum ad hoc dicit; *Luxuria*. 1. Tim. 5. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt &c. Contra Deum ponit duo: quorum vnum eſt per quod impeditur ab hoſtibus Dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit; *Idolorum ſeruitus*. 1. Corin. 10. Neque Idolatræ efficiamini &c. Sapiẽ. 14. Infandorum enim Idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis. Aliud eſt per quod initur pactum cum dæmonibus. Et quantum ad hoc dicit; *Veneficia*, quæ fiunt per magicas artes: & dicuntur veneficia a veneno, quia fiunt in nocumentum hominum. 1. Corin. 10. Nolo vos fieri ſocios dæmoniorum. Apoc. vlt. Foris canes & venefici &c. Contra proximum autem ponit nouem, quorum primum eſt inimicitia, vltimum vero homicidium, quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo eſt inimicitia in corde, quæ eſt odiũ erga proximum. Matt. 10. Inimici hominis domeſtici eius. Et ideo dicit; *Inimicitiæ*, Ex hac autem oritur diſſenſio in verbis. Et ideo dicit; *Contentiones*, quæ eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Prouer. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a contentionibus. Secundum eſt æmulatio quæ conſiſtit in hoc, quod ad idem obtinendum cum alio contendit. Vnde dicit; *Æmulationes*, quæ ex contentione oriuntur. Tertium eſt cum vnus impeditur per aliũ ad rem eandem tendentem, & ex hoc irascitur contra eum: & ideo

LECTIO V.

VÒd ſi ſpiritu ducimini, nõ eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt aũt opera carnis, quę ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulatiões, iræ, rixę, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

LECTIO VI.

RVCTVS autem ſpiritus

ideo dicit; *Iræ*, Iaco. 1. Ira enim viri &c. Ephe. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, Quartum, cum ex ira animi perueniatur ad percuſſiones. Et quantum ad hoc dicit; *Rixæ*. Prou. 4 Odium ſuſcitat rixas. Quintum ex his. ſ. *Diſſenſiones*, & ſiquidem in rebus humanis ſint, dicuntur diſſenſiones, quando. ſ. partialitates fiunt in eccleſia Rom. 16. Obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula prꝙter doctrinã quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Si in rebus diuinis, ſic dicuntur *ſectæ*, i. hæreſes. 2. Pet. 2. Introducent ſectas perditionis &c. Et ibidem, Sectas non metuunt introducere, blaſphemantes. Ex his autem ſequitur; *inuidia*, quando illi quos æmulantur, proſperantur. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia &c. Ex his autem ſequuntur; *homicidia* cordis & operis. 1. Io. 4. Qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Quantũ vero ad vitia quæ pertinent ad ordinationem circa vitæ neceſſaria, ponit duo, vnum, quantũ ad potũ. Vnde dicit; *Ebrietates*, ſ. aſſiduæ. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate &c. Aliud vero quantum ad cibum, & quantum ad hoc dicit; *Comeſſationes*. Rom. 13. Non in comeſſationibus & ebrietatibus.

F Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Patet ergo ex dictis? quòd fructus ſpiritus dicuntur opera virtutum, & quia habent in ſe ſuauitatem, & dulcedinem, & quia ſunt quoddam vltimum productum, ſecundum conuenientiam donorum. Accipitur autem differentia donorum, beatitudinum, virtutum, & fructuum ad inuicem, hoc modo. In virtute enim eſt conſiderare habitum & actum. Habitus autem virtutis perficit ad bene agendum. Et ſiquidẽ perficiat ad bene operandum humano modo, dicitur virtus. Si vero perficiat ad bene operandum ſupra modum humanum, dicitur donum. Vnde Philoſophus ſupra commu nes virtutes, ponit virtutes quaſdam hæroicas: puta, cognoſcere inuiſibilia Dei ſub enigmate, eſt per modum humanum. Et hæc cognitio pertinet ad virtutem fidei. Sed cognoſcere ea perſpicue & ſupra humanum modum, pertinet ad donum intellectus. Actus autem virtutis, vel eſt perficiens, & ſic eſt beatitudo, vel eſt delectans, & ſic eſt fructus. Et de iſtis fructibus dicitur Apoc. 22. Ex vtraque parte lignum vitæ afferens fructus duodecim &c. Dicit ergo; *Fructus ſpiritus*: qui. ſ. conſurgit in anima ex ſeminatiõe ſpiritualis gratiæ; *Eſt charitas &c.* qui quidem ſic diſtinguuntur, quia fructus aut perficiunt interius, aut exterius. Primo ergo ponit illos, qui perficiunt interius. Secundo illos, qui perficiunt exterius, ibi; *Bonitas &c.* Interius autem homo perficitur & dirigitur, & circa bona, & circa mala 2. Cor. 6. Per arma iuſtitiæ a dexttis & a ſiniſtris.

G

H Circa bona autem perficiunt, primo quidem in corde per amorem. Nam ſicut inter motus naturales primus eſt inclinatio appetitus naturæ ad finem ſuum, ita primus motuum interiorum eſt inclinatio ad bonum, qui dicitur amor, & ideo primus fructus eſt charitas. Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c. Et ex charitate perficiuntur aliæ, & ideo dicit Apoſtolus. Col. 3. Super omnia charitatem habentes &c. Vltimus autem finis quo homo perficitur interius, eſt; *Gaudium*, quod procedit ex præſentia rei amatæ. Qui autem habet charitatẽ, iam habet quod amat. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo maner, & Deus in eo. Et ex hoc conſurgit *Gaudium*. Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper &c. Gaudium autem iſtud debet eſſe perfectum. Et ad hoc duo requiruntur. Primo, ut res amata ſufficiens ſit amanti, propter ſuam perfectionẽ. Et quantum ad hoc dicit; *Pax*. Tunc enim amans pacem habet, quando rem amatam ſufficienter poſſidet. Cant. vlt. Ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens &c. Secundo vero, vt adſit perfecta fruitio rei amatæ, quod ſimiliter per pacem habetur, quia quicquid ſuperueniat, ſi perfecte aliquis fruatur re amata, puta Deo, non poteſt impediri ab eius fruitione. Pſal. 119. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalũ. Sic ergo, gaudium dicit charitatis fruitionem, ſed pax, charitatis perfectionem. Et per hæc homo interius perficitur quantum ad bona. Circa mala etiam perficit ſpirituſſanctus & ordinat, & primo contra malum quod perturbat pacem, quæ perturbatur per aduerſa, ſed ad hoc perficit ſpirituſſanctus per patientiam, quæ facit aduerſa patienter tolerare. & ideo dicit; *Patientia* Luc. 21. In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras: Iac. 1. Patientia opus perfectum habeat. Secundo, contra malum impediens gaudium, eſt dilatio rei amatæ, ad quod ſpiritus opponit longanimitatem, quæ expectatione non frangitur. Et quantum ad hoc dicit; *Longanimitas*. Abach. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia &c. 2. Corin. 6. In longanimitate &c. Et ideo dicit Dominus Mat. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem &c. Cõſequenter cum dicit, *Bonitas &c.* Ponit fructus ſpiritus, qui perficiunt quantum ad exteriora. Hominis autem exteriora ſunt, vel id quod eſt iuxta ipſum, vel id quod eſt ſupra ipſum, vel id quod eſt infra ipſum. Iuxta ipſum eſt proximus, ſupra ipſum Deus, infra ipſum natura ſenſitiua & corpus. Sic ergo quantum ad proximum perficit primo quidem in corde per rectam & bonam voluntatem. Et quantum ad hoc dicit; *Bonitas*, ideſt rectitudo & dulcedo animi. Si enim homo omnes alias potentias bonas habeat, non poteſt dici bonus homo, niſi habeat bonam voluntatem, ſm quam omnibus aliis bene vtitur. Cuius ratio eſt, quia bonum dicit aliquod perfectum. Eſt autem duplex perfectio. Prima ſcilicet, quæ eſt ipſum eſſe rei. Secunda vero eſt eius operatio, & hæc eſt maior quàmprima. Illud ergo dicitur ſimpliciter perfectum, quod pertingit ad perfectam ſui operationem, quæ eſt ſecunda eius perfectio. Cum ergo homo per voluntatem exeat in actum cu-

LECTIO SEXTA.

POSITIS operibus carnis: hic conſequenter Apoſtolus manifeſtat opera ſpiritus. Et primo, manifeſtat ea. Secundo, oſtendit quomodo lex ſe habet ad opera ſpiritus, & ad opera carnis ibi; *Aduerſus huiuſmodi &c.* Circa primũ enumerat bona ſpiritualia quæ nominat; *Fructus*. Ex quo incidit quæſtio, Quia illud dicitur fructus, quo fruimur: ſed actibus noſtris non debemus frui, ſed Deo ſolo. ergo huiuſmodi actus quos enumerat hic Apoſtolus, non debent dici fructus. Item Glo. dicit quòd huiuſmodi opera ſpiritus ſunt propter ſe appetenda: quod autem propter ſe appetitur, non refertur ad aliud. ergo virtutes & earum opera non ſunt referenda ad beatitudinem. Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd fructus dicitur dupliciter. ſ. vt acquiſitus, puta ex labore vel ſtudio. Sap. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Et vt productus, ſicut fructus producitur ex arbore. Mat. 7. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Opera autem ſpiritus dicuntur fructus, non ut adepti ſiue acquiſiti, ſed vt producti, fructus autem qui eſt adeptus, habet rationem vltimi finis, non autem fructus productus: Nihilominus tamen fructus ſic acceptus, duo importat. ſ. quòd ſit vltimum producentis, ſicut vltimum quod producitur ab arbore eſt fructus eius, & quòd ſit ſuaue ſiue delectabile. Can. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutum, & ſpiritus ſunt quid vltimum in nobis. Nam ſpiritus ſanctus eſt in nobis per gratiam, per quã acquirimus habitum virtutum, & ex hoc potentes ſumus opera ri ſecundum virtutem. Sunt etiam delectabilia, & ſunt etiam fructuoſa. Rom. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, ideſt in operibus ſanctificatis, & ideo dicuntur fructus. Dicuntur etiam flores, reſpectu futuræ beatitudinis, quia ſicut ex floribus accipitur ſpes fructus, ita ex operibus virtutũ habetur ſpes vitæ æternæ & beatitudinis. Et ſicut in flore eſt quædam inchoatio fructus, ita in operibus virtutum eſt quædam inchoatio beatitudinis, quæ tunc erit, quando cognitio, & charitas perficientur. Et per hoc patet reſponſio ad illud, quod ſecundo obiicitur. Nam aliquid poteſt dici propter ſe appetendum, dupliciter, quia ly, propter, poteſt deſignare cauſam formalem, vel finalem. Opera virtutum propter ſe ſunt appetenda formaliter, ſed non finaliter, quia habent in ſeipſis delectationem. Nam medicina dulcis appetitur propter ſe formaliter, quia habet in ſe vnde ſit appetibilis. ſ. dulcedinem, quæ tamen appetitur propter finem. ſ. propter ſanitatem. Sed medicina amara non eſt appetenda propter ſe formaliter, quia non delectat ratione ſuæ formæ, ſed tamen propter aliud appetitur finaliter. ſ. propter ſanitatem quæ eſt finis eius. Ex his apparet ratio, quare Apoſtolus effectus carnis vocat opera, Fructus autem ſpiritus, vocat fructus. Dictum eſt enim, quòd fructus dicitur aliquod finale, & ſuaue ex re productum. Quod autem producitur ex aliquo præter naturam eius, non habet rationem fructus, ſed quaſi alterius germinis. Opera autem carnis & peccata ſunt præter naturam eorum, quæ Deus naturæ noſtræ inſeruit. Deus enim humanæ naturæ quædam ſemina inſeruit. ſ. naturalem appetitum boni & cognitionem: & addidit etiam dona gratiæ. Et ideo, quia opera virtutum ex his naturaliter producuntur, fructus dicuntur non autem opera carnis. Et propter hoc Apoſtolus dicit, Rom. 6.

iuslibet potentiæ,voluntas recta facit bonum vsum omnium potentiarum,& per consequens ipsum hominem bonū. Et de hoc fructu dicitur. Ephes. 5. Fructus enim lucis est in omni bonitate &c. Secundo vero, in opere,vt scilicet sua communicet proximo, & quantū ad hoc dicit; *Benignitas*, idest largitas rerum. 2. Cor. 9. Hylarem enim datorem &c. Benignitas enim dicit̄ quasi bona igneitas, quæ facit hominem fluere ad subueniēdum necessitatibus aliorum Sap. 1. Benignus est enim spiritus sapiētiæ &c. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti,& dilecti, viscera misericordiæ, benignitatē &c. Itē,

est charitas, gaudium, pax,patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,māsuetudo,fides, modestia, continentia, castitas.

LECTIO VII.

ADuersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi,carnem suam crucifixerunt cum vitijs,& concupiscentijs. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

perficiunt etiam quantum ad mala ab aliis illata, vt mansuete ferat,ac sustineat proximi molestias,& quātum ad hoc dicit; *Mansuetudo*. Mat. 11. Discite a me,quia &c. Prou. 3. Mansuetis dabit gratiam. Ad id vero,quod est supra nos, scilicet Deus,ordinat spiritus per fidem, vnde dicit, *Fides*, quæ est cognitio quædam inuisibilium cum certitudine.Gen.15. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere &c. Et ideo Eccl. 1. Beneplacitū est deo fides & mansuetudo &c.Ad id quod est infra nos.s.corpus dirigit spiritus, & primo quantum ad actus exteriores corporis:qđ fit per modestiam, quæ ipsis actibus,seu dictis modum imponit. Et quantum ad hoc dicit; *Modestia*. Phil. 4. Modestia vestra &c. Secundo vero, quantum ad appetitum sensitiuum interiorem,& quantum ad hoc dicit; *Continentia*, quæ etiam a licitis abstinet; *Et castitas*, quæ licitis recte vtitur,secundum Glo. Vel aliter,cōtinentia dicitur ex eo,quòd licet homo impugnetur a prauis cōcupiscentiis, tamen per rationis vigorem se tenet, ne abducatur & ideo continentiæ nomen sumptum est ab eo, quòd aliquis in impugnatione tenet se. Castitas vero dicitur ex eo, quòd quis nec impugnatur, nec abducitur, & dicitur a castigando. Nam illud dicimus bene castigatum, qui in omnibus ordinate se habet. Circa hoc duo dubitantur. Primo, quia cum fructus spiritus aduersentur operibus carnis, videtur quòd Apostolus debuerit ponere tot fructus spiritus,quot posuit opera carnis,quod non fecit. Ad quod dicendum est, quòd ideo non fecit,quia plura sunt vitia,quàm virtutes. Secundo dubitatur, quia fructus spiritus hic positi,non respondent operibus carnis. Ad hoc dicendum est,quòd Apostolus non intendit hic tradere artem virtutū & vitiorum,& ideo non ponit vnum cōtra aliud, sed aliqua enumerat de istis, & aliqua de illis, secundum quod expediens videtur præsenti intentioni: nihilominus tamen, si diligenter consideretur, aliqualiter sibi contra respondent. Nam fornicationi,quæ est amor illicitus, contra respondet charitas: immunditiæ vero,impudicitiæ & luxuriæ, quæ sunt carnales illecebræ,& ex fornicatione proueniunt, contra ponitur gaudium, quod est spiritualis delectatio,consequens ex charitate,vt dictum est. Ei vero,quod est idolorum seruitus,contra ponitur pax.Ei vero,qđ dicit veneficia &c. Vsque ad dissensiones,patientia, longanimitas,& bonitas. Ei vero,quod dicitur sectæ, contra ponitur fides. Ei vero,qđ dicit̄ inuidiæ,benignitas.Ei aūt,quod dicitur homicidia,māsuetudo. Ei quod dicitur ebrietas,comessationes,& his similia, contra ponitur modestia, continentia,& castitas.

LECTIO SEPTIMA.

ENVMERATIS operibus carnis,& spiritus, hic consequenter ex vtrisque concludit,quòd qui spiritum sequuntur, non sunt sub lege. Et vtitur tali probatione. Ille est sub lege,qui est obnoxius legi,idest qui facit cōtraria legi,Sed illi, q aguntur spiritu,non faciunt opera contraria legi, Ergo non sunt sub lege. Primo ergo ostendit propositum ex parte operum spiritus. Secundo, ex parte operum carnis ibi; *Qui autem sunt &c.* Dicit ergo. Dico,quòd qui aguntur spiritu, non faciunt opera contraria legi, quia aut faciunt opera spiritus, *Et aduersus huiusmodi non est lex*, idest contra opera spiritus, sed spiritus docet ea. Nam sicut lex exterius docet opera virtutum, ita & spiritus interius mouet ad illa. Rom. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem &c. aut faciunt opera carnis, & hæc in his,qui spiritu Dei aguntur, non sunt contraria legi. Vnde dicit; *Qui autem sunt Christi*, idest qui spiritum Dei habent, Ro. 8. Qui spiritum Dei non habet,hic nō est eius. Illi ergo spiritu Dei aguntur, qui sunt Christi. Isti. inquam; *Carnem suam crucifixerunt &c.* Non autem dicit vitia,& concupiscentias vitant: quia bonus medicus tunc bene curat, quando adhibet remedia contra causam morbi. Caro autem est radix vitiorum. Si ergo volumus vitare vitia, oportet domare carnem. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum &c. quia vero caro domatur per vigilias,ieiunia, & labores. Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura,& cōpedes &c. Ad hæc autem opera mouentur ex deuotione,quā habent ad Christum crucifixum: ideo signāter dicit; *Crucifixerunt*, idest Christo crucifixo,se conformauerunt,affligendo carnem suam &c. Ro. 7. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. supra 2. Vt Deo viuam,Christo cōfixus sum cruci &c. Quia vero non crucifigunt carnem,destruendo naturam:quia Nemo carnem suam odio habuit, vt dicitur. Ephe. 5. sed quantum ad ea,quæ contrariantur legi, ideo dicit; *Cum vitijs*, idest cum peccatis; *Et concupiscentijs*, idest passionibus, quibus anima inclinatur ad peccandum: non.n. bene crucifigit carnem, qui etiam passionibus locum non aufert. Aliter cum ratio non semper inuigilet ad peccata vitandū, vt oportet,posset quandoq; cadere. Eccl. 18. Post cōcupiscentias tuas non eas &c. Rom, 13. Carnis curā ne feceritis in desideriis &c. Consequenter cum dicit; *Si spiritu viuimus &c.* Ponit tertiū beneficiū spiritussancti,quod confert vitā. Et primo,ponit beneficium spiritus Dei. Secundo, excludit vitia spiritus mundi,ibi; *Non efficiamur &c.*Dicit ergo,cōnumerans se eis,quibus scribit. Dico,quòd debemus ambulare per spiritum, quia & per ipsum viuimus,& non per carnem. Rom. 8. Debitores sumus,non carni &c. Si ergo spiritu viuimus,debemus in omnibus ab ipso agi. Sicut.n.in vita corporali corpus non mouetur nisi per animam, per quam viuit, ita in vita spirituali,omnis motus noster debet esse a spiritu sancto. Io. 6. Spiritus est,qui viuificat. Act.17. In ipso viuimus,mouemur & sumus. Et ne ea,quæ dicta sunt de spiritu,intelligantur de spiritu mundi,de quo dicit̄ 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mūdi accepimus. ideo hoc consequēter remouet Apost. dicēs; *Non efficiamur &c.* Vbi tria excludit propria spiritus mundi,s.inanem gloriā, iracundiam,& inuidiā, quibus tribus conuenienter aptari potest nomen spiritus: significat enim spiritus quandam inflationem,Vnde secundum hoc, illi dicuntur magni spiritus, qui sunt inflati per inanē gloriam. Esa. 25. Spiritus robustorum,quasi turbo impellens parietē &c. Et quantum ad hoc dicit; *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, idest gloriæ secularis, Cum enim vanum sit,quod nec solide firmatur,nec veritate fulcitur, nec vtilitate amatur. Ideo gloria huius mundi vana est, quia caduca,& non solida. Esa. 40. Omnis caro fœnum &c. Et quia falsa 1. Mach. 2. Gloria hominis peccatoris, stercus & vermis &c. Sed vera gloria est in propriis bonis hominis,quæ sunt bona spiritualia, & hanc habent sancti. 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ &c. Et quia inutilis & infructuosa: nam quantuncunque gloriam habeat quis ex testimonio secularium,nō potest propter hoc consequi finem suum, quem consequitur testimonio Dei 1. Cor. 2. Qui gloriatur,in Domino glorietur. Non autem dicit, Non habeatis inanem gloriam,sed non efficiamini cupidi, quia gloria sequitur aliquando fugientes eam, & si eam oportet recipi, non tamen ametur. Item,significat quandam impetuositatē Prou. 27. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?Et significat iracundiam.Et quantum ad hoc,dicit; *Inuicem prouocantes*, scilicet ad contentionem, vel litem, vel alia illicita. Rom. 13. Non in contentione & æmulatione &c. Item,est spiritus tristitiæ, de quo dicitur. Proue. 17. Spiritus tristis exiccat ossa. Et quantum ad hoc,dicit; *Inuicem inuidentes*. Pro. 14. Putredo ossium,inuidia &c. Cuius ratio est,quia ipsa sola crescit ex bono.

CAPIT. VI. LEC. I.

FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque,& sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Apostolus reduxit Galatas ad statum veritatis, quantum ad res diuinas: hic consequenter reducit eos,quantum ad res humanas,instruens eos qualiter se habeant ad homines. Et primo, qualiter se habeant ad rectos. Secundo, quomodo ad peruersos, ibi; *Videte qualibus literis &c.* Circa primum tria facit. Primo, docet qualiter superiores se habeant ad inferiores. Secundo, qualiter æquales ad coæquales, ibi; *Alter alterius &c.*Tertio,qualiter inferiores ad superiores,ibi; *Communicet autem is &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, assignat admonitionis rationem,ibi; *Considerans teipsum &c.* Quia ergo de peccatis multa dixerat, ne aliquis a peccato immunis in peccatores deseuiret, ideo admonitionem de mansuetudine, & misericordia eis proponit, dicens; *Fratres,& si præoccupatus fuerit homo &c.* Vbi tria ponit,quæ faciunt admonitionem. Primum est surreptio. Nam qui aliq ex malitia peccant, minus digni sunt venia. Iob. 34. Qui quasi de industria recesserunt &c. Sed quando aliquis præoccupatur tentationibus, & inducitur ad peccandum, facilius debet ei venia concedi, & ideo dicit. Et si præoccupatus fuerit &c. idest imprudenter & ex surreptione lapsus, vt nequeat vitare. Secundum est peccatorum paucitas. Nam aliqui ex consuetudine peccant. Oseæ 4. Maledictum,& mendacium, & homicidiū,& furtū,& adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit &c. Et contra tales seuerius est agendum. Et hoc excluditur, cum dicit; *In aliquo*, quasi non vsu quotidiano peccans. Tertium est peccatorum qualitas. Nam quædam peccata consistūnt in trāsgressione, quædam vero in omissione. Grauiora autem sunt prima secundis: quia illa opponuntur præceptis negatiuis,quæ obligant semper & ad semper:hæc vero opponuntur præceptis affirmatiuis, quæ cum non obligent ad semper,non potest sciri determinate quando obligant. Vnde dicitur in Psal. 18. Delicta quis intelligit &c. Et quantū ad hoc dicit; *Delicto*. Vel ſm glo. Delictum est peccatum ex ignorantia. His ergo præmissis, ad misericordiam eos qui corrigunt, monet, & hi sunt spirituales, ad quos pertinet correctio. Vnde dicit; *Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite* 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia,& ipse a nemine iudicatur &c.Et huius ratio est,quia rectum iudicium habet,de omnibus,qui circa vnumquodq; recte dispositus est,sicut qui sanum gustum habet,recte iudicat de sapore:solus aūt spiritualis bene dispositus est circa agenda:& iō ipse solus de eis bene iudicat. Sed quia nomen spiritus rigorem quendam,& impulsum designat,ſm illud Esai. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem &c.Non tamē est credendum quòd viri spirituales sint nimis rigidi in corrigēdo. Nā hoc spiritus huius mundi facit, sed spiritussanctus suauitatem quandam,& dulcorem efficit in homine. Sap. 12. O quam bonus & suauis est spiritus tuus Domine &c. Et ideo dicit; *In spiritu lenitatis*. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia &c. Contra quod dicitur de quibusdam Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis &c. Dicit autem instruite,& non corrigite, quia loquitur de præoccupatis delinquentibus, qui indigent instructione. Vel quia omnis peccans, & ignorans. Prou. 14. Errant qui operantur malum.Rationem autem ammonitionis subdit, dicens; *Considerans teipsum &c.* quasi dicat. Ita fiat vt dixi, quia tu fragilis es. Nā quandiu in hac vita mortali sumus,proni sumus ad peccandum. Nihil autē ita frangit hominis seueritatē in corrigendo, quàm timor proprii casus. Eccle. 31. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Qualiter autem se habeant ad æquales ostendit,dicens; *Alter alterius &c.* Et primo,proponit admonitionem. Secundo,assignat eius rationem,ibi; *Et sic adimplebitis &c.* Tertio, excludit admonitionis implendæ impedimentum, ibi; *Nam si quis existimat &c.* Admonet autem ad mutuā supportationem,dicens. Alter alterius onera portate. Et hoc tripliciter. Vno modo, defectum alterius corporalem, seu spiritualem patienter tolerando. Ro. 15. Debemus autem nos firmiores &c.Alio modo,necessitati mutuæ subueniēdo &c.Ro. 12.Necessitatibus sanctorum communicantes &c.Tertio modo, pro pœna sibi debita satisfaciēdo orationibus & bonis operibus. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre &c. Ratio autem admonitionis est adimpletio legis Christi, quæ similiter est charitas. Ro. 13. Plenitudo legis, est dilectio. Vnde dicit; *Et sic adimplebitis legem Christi*, idest charitatem. Dicitur autem charitas specialiter lex Christi,triplici ratione. Primo, quia per hoc distinguitur lex noua a lege veteri. Nam illa est timoris,hæc vero amoris. Vnde Aug. dicit, Parua differentia est veteris legis,& nouæ,timor,& amor.Secūdo,quia per charitatē specialiter Christus legē suā promulgauit.Io. 13. In hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli, si dilectionē &c. Et iterū, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem &c. Tertio, quia ipsam impleuit Christus,& exemplum eam implendi nobis reliquit: nam ipse ex charitate peccata nostra tulit.Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum &c. Esa. 40. Fætas ipse portabit. Sic ergo debemus alter alterius onera portare ex charitate, vt sic impleamus legem Christi: Impedimentum autem implendæ admonitionis prædictæ,est superbia. Ideo hoc excludens. dicit; *Nam si quis existimat &c.* Et primo vituperat ipsam superbiam. Secundo, ostendit modum vitandi eā,ibi; *Opus autem suum &c.* Tertio,vitandi rationem assignat, ibi; *Vnusquisq; enim &c.* Dicit ergo. Facite vt dixi. Sed contingit aliquem onus alterius non portare, quia præfert se aliis. Vnde dicebat ille Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum &c. Et ideo dicit; *Nam si quis existimat se aliquid esse*, idest,in mente sua superbe iudicat se magnum esse in comparatione peccantis; *Cum nihil sit* ex se,quia quicquid sumus, hoc est ex gratia Dei, secundum illud Apost. 1. Corin. 15. Gratia Dei sum id, quod sum.Qui,inquam, tale aliquid facit: *Ipse se seducit*, idest a veritate se diuidit. Esa. 40 Omnes gentes quasi non sint &c. Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite:serui inutiles sumus &c. Remedium autem vitandi,est propriorum defectuum consideratio: nam ex hoc quòd aliquis alienos & non suos defectus considerat, videtur sibi aliquid esse in comparatione ad alios.in quibus defectus intuetur, & suos non considerans,superbit.Et ideo dicit; *Opus autem*, scilicet interius & exterius; *Suum*, idest proprium; *Probet*, idest diligenter examinet; *Vnusquisque* 1. Cor. 11. Probet seipsum homo &c. *Et sic in seipso*, idest in propria conscientia; *Gloriam habebit*, idest gloriabitur & gaudebit. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ; *Et non in altero*, idest non in laude alterius, vel sic:in semetipso,idest per ea quæ suiipsius sunt,gloriam habebit, idest gloriabitur in consideratione sui,& non in altero, idest non consideratione alterius. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Vel in semetipso,idest in Deo qui in eo habitat,gloriabitur,idest eius erit gloria,& nō in altero quam in Deo. 2. Cor. 10. Qui gloriatur in Domino glorietur. Ratio vitandi superbiam est præmium vel pœna vnicuique pro merito vel demerito reddenda.Vnde dicit; *Vnusquisque enim onus suum portabit.* Quod videtur contrarium ei,quod dixerat:alter alterius onera portate.Sed sciendum est,quòd ibi loquitur de onore sustinendæ infirmitatis,quod debemus mutuo portare;hic loquitur de onere reddendæ rationis, quod quilibet pro se portabit,siue sit onus præmii,siue pœnæ.Nam onus aliquando quidem pondus pœnæ, aliquando præmii significat, 2.Cor.4. Aeternum gloriæ pondus operatur &c. Esa. 3. Dicite iusto,quoniā bene,quoniam fructum adinuentionum suarum comedet,væ impio in malum &c. Si autem dicantur aliqui rationem reddere pro aliis,puta prælati pro subditis,secundum illud Ezec. 3. Sanguinem eius de manu tua requiram &c. Et Heb. vlt. Obedite præpositis vestris,ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: Non est contrarium dicto Apostoli:quia nō puniuntur pro peccatis subditorū, sed pro propriis quæ in custodia subditorum commiserunt. Est ergo vitanda superbia & peccatum, quia vnusquisque onus suum,idest mensuram gratiæ suæ offert Deo in die iudicii,tanquam manipulos bonorum operum. Psal. 125. Venientes aūt venient cum exultatione:Et hoc quātū ad bonos. vel;*Onus suum portabit*, i. pœnā pro pprio pctō.

LECTIO II.

COMMVNICET autem is, qui catechizat verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare:

LECTIO SECVNDA.

POstquam Apost. ostēdit qualiter superiores se habeant ad inferiores,& æquales æqualibus;hic cōsequenter ostendit,qualiter inferiores se habeant ad superiores,dicens,inferiores debere superioribus ministrare & obsequi. Et circa hoc tria facit.Primo monet,vt ministrent prompte.Secundo,vt ministrent perseuerāter,ibi; *Bonum autem facientes,non deficiamus &c.* Tertio,vt ministrent communiter, ibi; *Ergo dum tempus habemus &c.* Circa primum duo facit.Primo, ponit monitionem ministerii. Secundo, excusationem excludit, ibi; *Nolite errare &c.* Dicit ergo. Dictū est supra,quomodo superiores se debeant habere ad inferiores.s. leniter corripiendo & instruendo: nunc autem restat videre,qualiter inferior superiori obsequatur. & ideo dicit; *Communicet autem is,qui catechizatur*, idest docetur verbo Dei; *Et qui se cathechizat*,idest,qui eum docet,communicet, inquā, in omnibus bonis. Sed notādū est,ꝙ discipulus potest dupliciter cōmunicare se docenti. Primo, vt accipiat bona doctoris, & sic dicitur; *Communi-*

tet is qui catechizatur, idest commune sibi faciat quod est docentis, eum imitando 1. Cor. 11. Imitatores mei estote &c. Sed quia contingit doctores aliquando minus bona facere, ideo non sunt in hoc imitandi. Et ideo subdit; *In omnibus bonis*, Matth. 23. Quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite facere. Secundo, vt communicet bona sua docenti. Hoc.n.a Domino præcipitur 1. Cor. 9. Vbi dicitur, Qui euangelio seruiunt, de euangelio viuant. Vnde Matt. 10. Dignus est operarius cibo suo. Et Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua, & Apost. dicit 1. Cor. 9. Si vobis spiritualia seminamus &c. Et ideo hic dicit; *Communicet autẽ is &c.* idest, doctus doctori in omnibus bonis quæ habet: nam etiam tẽporalia bona quædam dicuntur. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ commedetis. Mat. 7. Si vos cũ sitis mali, nostis bona data &c. Dicit autem, In omnibus, quia non solum communicare debet indigenti, sed & sentẽtiã, & consilium, potentiã & quicquid habet, generaliter debet proximo communicare 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes &c. De ista communicatione dicitur. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Eccle. 14 In diuisione, sortis da, & accipe. Consequenter cum dicit; *Nolite errare &c.* Excusationem excludit: & primo, excludit eam. Secundo, rationem exclusionis assignat, ibi; *Quæ enim seminauerit homo &c.* Dicit ergo; *Nolite errare, Deus non irridetur.* quod quidem dupliciter intelligi potest, secundum duas præmissas expositiones: Secundum primam quidem sic, Tu dicis, quòd debemus imitari doctores etiam in bonis, sed non possum eos imitari, nisi in his, quæ faciunt: nihil autem video in ipsis, nisi malum: ergo debeo eos imitari in malo. Sed hoc excludit, dicens, Nolite errare, Deus non irridetur. Error est hoc dicere: nam mala prælatorum non excusant nos. non enim sunt subditis in exemplum, nisi in his quibus imitantur Christum, qui est pastor absque peccato; vnde & signanter dicit. Io. 10. Ego sum pastor bonus &c. Et Apost. 1. Corin. 4. & 11. dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi q.d. In his me imitamini, in quibus ego imitor Christum. Et si per mala prælatorum excusatis vos apud homines, tñ Deus nõ irridetur. i non potest falli. Iob. 13. Aut decipiet vt homo fraudulentiis vestris? Vnde dicitur Pro. 3 Delusores ipse deludet. Secundum autem secundam expositionẽ, sic introducitur, Possent enim dicere, Pauperes sumus, nihil habemus qđ communicare possimus. Sed hoc excludit dicẽs; *Nolite errare*, idest nemo excusatum vane se existimet, paupertatem prætendendo; *Deus non irridetur*, idest non potest falli. Scit enim corda nostra. & non ignorat facultates. Excusatio verisimilis hominem potest fallere & placare, Deum non potest fallere. Rationem autem huius assignat, dicens; *Quæ enim seminauerit homo &c.* Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Quoniam qui seminat &c.* Dicit ergo secundum primam expositionẽ. Vere erratis, hoc credentes, quia Deus reddet singulis pro meritis propriis. nam; *Quæ seminauerit homo, hæc & metet*, idest secundum opera sua bona vel mala, parua vel magna, præmiabitur vel punietur. Secundum autem secundam expositionẽ, Quæ seminauerit homo, i. secundum beneficia sua parua, vel magna, & quantum ad qualitatem operum, & quantum ad quantitatem beneficiorum præmiabitur 2. Corin. 9. Qui parce seminat, parce & metet &c. Rationem aũt specialiter assignat, dicens; *Quoniam qui seminat in carne sua &c.* Quæ quidem ratio habet duas partes: secundum duas seminationes carnis & spiritus. Primo ergo agit de seminatione carnis. Vbi dicendum est, quid sit seminare in carne. Secundo, quid est de carne metere corruptionem. Seminare quidem in carne, est operari pro corpore vel pro carne: sicut si dicam, Ego multum expendi in isto homine, idest multa feci pro eo. Ille ergo in carne seminat, qui ea quæ facit, etiam si quæ bona videantur, facit in fomentum & vtilitatem carnis. De carne autem metere corruptionem, dicit & infert, quia semen fructificat vt plurimum secundum conditionem terræ. Vnde videmus, ꝙ in aliquibus terris semen frumenti degenerat in siliginẽ, vel in aliquod aliud. Conditio aũt carnis est, vt sit corruptibilis, & ideo; *Qui in carne seminat*, idest studiũ suum ponit & opera, oportet quòd ipsa opera corrumpãtur & pereant. Eccl. 14. Omne opus corruptibile, in fine perdetur. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Secundo, agit de seminatione spiritus dicẽs; *Qui autem seminat in spiritu*, i. ordinat studium suum ad seruitutem spiritus, ex fide & charita

Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Qm̃ qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam ęternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tẽpore enim suo metemus non de

te seruiendo iustitiæ; *Metet* quidem de spiritu secundum conditionem eius. Conditio autem spiritus est, quòd sit actor vitæ, Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat. Non autem cuiuscunque vitę sed vitæ æternæ, cum spiritus sit immortalis, & ideo; *Metet de spiritu vitam æternam*. Prou. 11. Seminanti iustitiam merces fidelis, quia nunquam deficcatur. Sed nota, quòd cum agit de seminatione carnis, dicit, In carne sua, q̃a caro est nobis de natura nostra: sed cum loquitur de semine spiritus, non dicit, suo, quia spiritus nõ est nobis a nobis, sed a Deo. Deinde cum dicit; *Bonum autem facientes &c.* monet ad ministerii perseuerantiam, quia non ad horam tantum, sed semper debemus bene facere: quod quidem potest referri ad ea quæ dicta sunt, s. ad superiores, & ad æquales, & ad inferiores, quasi dicat. Quicunq; sumus, siue prælati erga subditos, siue æquales erga æquales, siue subditi erga prælatos; *Bonum facientes non deficiamus*, scilicet in bene operando, quia; *Nõ deficiemus* in metẽdo. Eccle. 9. Quodcunque facere potest manus tua instanter operare 1. Corin. 15. Stabiles estote & immobiles. Et merito non est deficiendũ, q̃a expectamus remunerationem æternam & indeficientem. Vnde subdit; *Tempore enim suo metemus non deficientes*, Vnde dicit Aug. Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi. Mat. 25. Ibunt hi in vitam æternam. Sed nota ꝙ dicit, Tempore suo: quia sicut agricola non statim de illo quod seminat, fructum colligit: sed tẽpore congruo. Iac. vlt. Agricola expectat gloriosum fructũ terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneũ & serotinum &c. De ista messione dicitur 2. Cor. 9. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Deinde cum dicit; *Ergo dum tempus habemus &c.* monet ad ministrandum cõmuniter, dicens, Quia metemus non deficientes; *Ergo dum tempus habemus*, idest in hac vita, quæ est tempus seminandi. Ioannis. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox &c. Eccl. 9. Quodcunque potest facere manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Dum, inquam, illud habemus; *Operemur bonum*, & hoc; *Ad omnes*, scilicet homines qui iuncti sunt nobis in diuina similitudine, inquantum omnes ad imaginem Dei facti sumus. Sed contra Eccl. 12. dr, Da iusto, & ne recipias peccatorẽ. Non ergo debemus operari bonum ad omnes. Respondeo, Dicendum est, ꝙ in peccatore duo sunt, natura, s. & culpa. Natura quidem est in eo amanda, & sustentanda, etiam inimici Mat. 5. Diligite inimicos vestros &c. Culpa vero in eo est expellenda. Sic ergo dictum est, Da iusto & non recipias peccatorem, vt, s. peccatori nõ ideo benefacias, quia peccator est, sed quia homo. Vnde Aug. Non sis ad iudicandum remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Persequamur ergo in malis propriam iniquitatem, miseremur in eisdem communem conditionem. Sed quia non possumus omnibus benefacere, ordinem benefaciendi subdit; *Maxime autem ad domesticos fidei*, qui scilicet non solum natura nobis sunt similes, sed etiam sunt vniti fide & gratia. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei &c. Ergo omnibs impendenda est misei icordia, sed præponendi sunt iusti, qui sunt ex fide: quia 1. Tim. 5. dicitur, Qui suorũ & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Sed dubitatur hic: vtrum liceat plus vnum diligere, quàm alium. Ad quod sciendum, quòd amor potest dici maior vel minor dupliciter. Vno modo, ex obiecto. Alio modo, ex intentione actus. Amare enim aliquem, est velle ei bonum. Potest ergo aliquis alium magis alio diligere, aut quia vult ei maius bonum, quod est obiectum dilectionis, aut quia magis vult ei bonum, i. ex intensiori dilectione. Quantum ergo ad primum, omnes æqualiter debemus diligere, quia omnibus debemus velle bonum vitæ æternæ. Sed quantum ad secundum, non oportet, quòd omnes æqualiter diligamus: quia cum intensio actus sequatur principium actionis, dilectionis autem principium sit vnio & similitudo, illos intensius & magis debemus diligere, qui sunt nobis magis similes & vniti.

ficientes. Ergo dum tempus habem⁹, operemur bonũ ad omnes, maxime autẽ ad domesticos fidei.

LECTIO III.

IDETE qualibus literis scripsi vobis mea manu.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Apostolus monuit Galatas qualiter se habeant ad homines rectos & iustos: hic docet quomodo se habeant ad hæreticos, & peruersos: Et primo insinuat modum scribendi monitionem. Secundo, ipsam monitionem subiungit, ibi

ibi; *Quicunque enim &c.* Circa primum sciendum, quòd cõsuetudo erat apud hæreticos deprauandi & falsificandi scripturas canonicas, nec non & permiscendi aliqua eorum quæ hæresim sapiant, propter hoc consuetudo fuit ab Apostolo seruata, quòd quando aliqua contra eos scribebat, in fine literæ aliqua scriberet, vt deprauari nõ posset, & ita innotesceret eis de eius conscientia processisse: sicut 1. Cor. vlt. dicit, Salutatio mea manu Pauli. Totam enim epistolam per aliũ eo dictante scribi faciebat, & postea in fine aliquid propria manu addebat. Et secundum hunc modum ea, quæ sequuntur, ab isto loco scripsit Paulus manu propria. Vnde dicit; *Videte qualibus literis scripsi vobis manu propria*, vt. s. prædicta firmius teneatis, vt scientes a me hanc epistolam missam, magis obediatis. Sic ergo prælati debent propria manu scribere, vt quod docent verbo & scripto, ostendant exemplo. Ideo dicitur Esai. 49. In manibus 1. in operibus meis descripsi te &c. Exo. 32. dicitur de Moyse, quòd descendit portans duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Monitionem autem subiungit, dicens; *Quicunque enim placere volunt &c.* Et primo, aperit seducentium intentionẽ. Secundo, ostendit suam intentionem eis esse contrariam, ibi; *Mihi autem absit gloriari &c.* Tertio, subdit suam admonitionẽ ad subditos, ibi; *Quicunque hanc regulam &c.* Circa primum duo facit. Primo, aperit seducentium malam intentionem. Secundo, probat quod dicit, ibi; *Neque enim circuncisionem &c.* Circa primum ponit vnum factum, & duas intẽtiones ad inuicem ordinatas. Factum autem, erat istorum qui circuncisionem inducebant, & ex hoc duo intendebant. Vnum propter aliud, scilicet vt placerent inde Iudæis, ex hoc quòd carnales obseruantias legis introducebant in Ecclesia Gentium, & hoc est quod dicit; *Quicunque volunt placere*, scilicet Iudæis infidelibus; *In carne*, idest carnalibus obseruantiis; *Hi cogunt vos circuncidi*, non coactione absoluta, sed quasi ex conditione dicentes, Quia nisi circuncidamini, non poteritis salui fieri, vt habetur Act. 15. Intendebant autem ex hoc vlterius quãdam securitatem habere. Iudæi enim persequebantur discipulos Christi propter prædicationẽ crucis 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum &c. Et hoc quia per prædicationem crucis euacuabantur legalia. Nam si Apostoli simul cum cruce Christi prædicassent debere seruari legalia, nullam persecutionem Iudæi Apostolis intulissent. Vnde dicebat supra 5. Ego autem fratres, si adhuc circuncisionẽ prædico, quid adhuc persecutionem patior &c. Vt ergo non haberẽt persecutionem a Iudæis, inducebant circuncisionem. Et ideo dicit. Et etiam hoc propter hoc; *Tantum* faciunt; *Vt crucis Christi persecutionem non patiantur*, quæ scilicet pro cruce Christi infertur. Vel hoc etiam faciebant ad vitandam persecutionem, non solum Iudæorum, sed etiam Gẽtilium infidelium. Nam Romani Imperatores, Gaius Cæsar, & Octauius Augustus promulgauerunt leges, vt Iudæi vbicunque essent, proprio ritu, propriis cæremoniis seruirent. Et ideo quicunque in Christum credebat, & circuncisus non erat, persecutionibus tam Gentilium quàm Iudæorum fiebat obnoxius. vt ergo non inquietarentur de fide Christi, & in quiete viuerent, cogebant eos circuncidi secundum quod habetur in Glo. Sed quia possent dicere pseudo, quòd non propter hoc circuncisionem inducunt, sed zelo legis solum, ideo hoc excludens, probat quod dixit, cum dicit sic; *Neque enim qui circuncidunturẽ &c.* Cõstat enim, quòd si propter legis zelum aliquos ad legis obseruantias inducerent, mãdarent etiam legẽ in aliis impleri. Sed neque illi qui circuncidunt, neque pseudo in aliis, scilicet in moralibus quæ potiora sunt in lege & in aliis obseruantiis, custodiunt. Ioan. 7. Nemo ex vobis facit legem. non ergo ex zelo legis circuncisionem inducunt. Rom. 2. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues; *Sed* ideo; *Volunt vos circuncidi, vt in carne vestra*, idest in carnali vestra circuncisione; *Glorientur* apud Iudæos, eo quòd tam multos proselytos faciant Matth. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum &c.

Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circuncidunt, legem custodiunt, sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Apostolus exposuit prauã seducentium intentionem: hic insinuat suam. Et primo ponit suam intentionem. Secundo, ostendit intẽtionis huius signũ, ibi; *Per quem mihi mundus &c.* Tertio, rationem intentionis assignat, ibi; *In Christo Iesu &c.* Dicit ergo, Intentio seducentium apparet, quia illi gloriantur in carne, sed ego aliam gloriam quæro, scilicet in cruce. Et hoc est quod dicit; *Mihi absit gloriari &c.* Vide, ꝙ ubi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit. Quod illi uisum est stultitia, Apostolo factum est sapientia, & gloria, ut dicit August. Vnusquisque enim in ea re gloriatur, per quam reputatur magnus. Sic qui reputat se magnum in diuitiis, gloriatur in eis, et sic de aliis. Qui.n. in nullo alio se magnum reputat, nisi in Christo, gloriatur in solo Christo. Talis autem erat Apostolus. Vnde dicebat supra 2. Viuo ego, iã, nõ ego, viuit vero in me Christus. Et ideo non gloriatur nisi in Christo, præcipue autem in cruce Christi: & hoc, quia in ipsa inueniuntur omnia de quibus homines gloriari solent. Nam gloriantur aliqui de magnorum (puta regum aut principum) amicitia: & hoc maxime Apostolus inuenit in cruce, quia ibi ostẽditur euidens signum diuinæ amicitiæ. Rom. 5. Commendat autem suam charitatem Deus in nobis &c. Nihil enim sic charitatem suam ad nos ostendit, sicut mors Christi. Vnde Gre. O inæstimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres, filium tradidisti. Item, gloriantur aliqui de scientia. Et hanc Aposto. excellentiorem inuenit in cruce. 1. Cor. 2. Nõ enim æstimaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Chistum &c. Nam in cruce est perfectio totius legis & tota ars bene viuendi. Item, gloriantur aliqui de potentia, & hanc Apost. maximam habuit per crucem. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereũtibus stultitia est, his autem qui salui fiũt, idest nobis, virtus Dei est. Item, gloriantur aliqui de libertate adepta, & hanc Aposto. consecutus est per crucem. Roma. 6. Vetus noster homo crucifixus est, vt vltra non seruiamus peccato. Item, aliqui gloriantur in assumptione ad aliquod magnum collegium. Sed per crucem Christi assumũtur ad collegium cœleste. Col. 1. Pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Item, quidam gloriantur in triumphali signo victoriæ. Sed crux triumphale signum est victoriæ Christi contra dæmones. Col. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos &c. Sap. 14. Benedictum lignum, per quod fit iustitia. Signũ autem suæ intentionis subdit, dicens; *Per quem mihi mundus &c.* Quia autem hoc, quod dicit; *Mihi absit gloriari, nisi in cruce &c.* est propositio exceptiua includens vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam: ideo duplex signum ponit, probans vtranque propositionem. Et primo quidem probat negatiuam, scilicet, quòd non gloriatur nisi in cruce: & hoc, cum dicit; *Per quem mihi mundus crucifixus &c.* Illud enim in quo quis gloriatur: non est mortuũ in corde eius: sed magis illud, quod contemnit. Psal. 30. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Manifestum est autem, quòd mundus & omnia quæ in mundo sunt, mortua erant in corde Pauli. Phil. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Ergo non gloriatur in mundo, neque in his quæ in mundo sunt. & hoc est quod dicit, Vere in nullo alio glorior, nisi in cruce Christi, per quẽ, scilicet Christum crucixfium, mihi mundus crucifixus est, idest mortuus est in corde meo, vt nihil in eo cupiam. Secundo, probat affirmatiuam, scilicet, quòd in cruce Christi gloriatur, dicens se crucifixum mũdo. Qui enim gloriatur in aliquo, illud in se prætendit, & manifestare desiderat: sed Apost. nihil in se prætendit, nec manifestare desiderat, nisi quod pertinet ad crucem Christi, & ideo tantum in ea gloriatur: & hoc est quod dicit; *Et ego mundo*, scilicet sum crucifixus, quasi dicat. Porto insignia crucis, & sum reputatus vt mortuus. Et ideo sicut mũdus horret crucem Christi, ita horret me. Col. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo &c. Rationem autem, quare non in alio gloriatur, ostendit subdens; *In Christo enim Iesu &c.* In illo siquidem maxime gloriatur, quod valet, & adiuuat ad coniungendum Christo, hoc enim Apostolus desiderat, scilicet cum Christo esse. Et quia non valet ad hoc ritus Iudaicus, nec Gentilium obseruantia, sed crux Christi solum, ideo solum in ea gloriatur, & hoc est quod dicit; *In Christo, neque circuncisio aliquid valet*. idest ritus Iudaicus; *Neque præputium*. idest gentilitatis obseruantia, idest ad iustificãdum, & adiungẽdum Christo: sed ad hoc valet; *Noua creatura*. Quod quidem patet ex his quæ dicta sunt supra 5. (quasi eisdem verbis,) In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata, est noua creatura. Creati nanque & producti sumus in esse naturæ per Adam: sed illa quidem creatura vetusta iam erat, & inueterata, & ideo Dominus producens nos, & constituens in esse gratiæ, fecit quandam nouam creaturam. Iac. 1. Vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et dicitur

LECTIO IIII.

MIHI autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu ne-

dicitur noua: quia per eam renouamur in vitam nouam, & per spiritum sanctum. Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et per crucem Christi 2. Cor. 5 Si qua est in Christo, noua creatura &c. Sic ergo per nouã creaturam, scilicet per fidem Christi & charitatem Dei, quæ diffusa est in cordib⁹ nostris, renouamur, & Christo coniungimur.

que circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.

LECTIO V.

APERTA intentione seducẽtiũ, & insinuata sua, hic cõsequenter apostolus monet eos: & primo ad sui imitationem. Secundo, vt desistant ab eius molestatione, ibi; *De cætero nemo &c.* Tertio, implorat eis gratiæ auxilium ad prædictorum impletionem. Dicit ergo primo, Intentio mea est, vt non nisi in cruce Christi glorier, quod & vos debetis facere, quia; *Quicunque hanc regulam*. quam ego scilicet teneo; *Secuti fuerint*, scilicet hanc rectitudinem gloriandi 2. Cor. 10. Non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ &c. *Pax super illos*. scilicet gloriantes: quia non nisi in Christo gloriantur: pax, inquam, qua quietentur, & perficiantur in bono. Pax enim est tranquilitas mentis. Cant. 8. Ex quo facta sum coram illo, quasi pacem reperiens. Col. 3. Pax Christi exultet in cordib⁹ vestris, in qua &c. *Et misericordia*. per quam liberentur a peccatis. Tren. 3. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. Sap. 4. Gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Qui scilicet, sunt Israel. Rom. 2. Non enim qui in manifesto Iudæus est. Ille ergo est; *Israel Dei*, qui est spiritualiter Israel coram Deo. Ioann. 1. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Roman. 9. Nõ enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ &c. sed qui filii sunt promissionis, existimantur in semine. Vnde & ipsi Gentiles facti sunt Israel Dei, per mentis rectitudinen. Israel rectissimus interpretatur. Gen. 32. Israel erit nomẽ tuũ &c. Consequenter cum dicit; *De cætero nemo &c.* monet, vt desistant a sui molestatione. Et primo, ponit admonitionem. Secundo, rationem eius assignat, ibi; *Ego enim stigmata*. Dicit ergo; *De cætero &c.* quod potest dupliciter exponi. Vno modo, vt de cætero, accipiatur in vi vnius dictionis, vt sit sensus, De cætero, idest ammodo. Alio modo, vt accipiatur in vi duarum dictionum, vt sit sensus. De residuo, nemo &c. quasi dicat. Ego gloriabor tantum in cruce, de omnibus aliis; *Nemo mihi molestus sit*, quia ego de nullo curo. Sed prima melior est. Quod autem dicit; *Nemo mihi molestus sit*. potest referri ad pseudo qui molesti erãt apostolo, mouendo quæstiones, & murmurando de obseruantiis legalibus. Psal. 34. Ego aũt dũ mihi molesti essent, indue bar cilicio &c. Vel potest referri ad auditores, non recte sentientes, vt dicat, Nemo mihi molestus sit, i. nullus auditor exhibeat se talem, vt rursum in eo necessitatẽ habeam laborandi, scilicet aliter sentiendo quàm doceam. Rationem autẽ horum, assignat dicens; *Ego enim stigmata &c.* Stigmata enim proprie sunt, quædam notæ impressæ alicui cum ferro candenti, sicut cum seruus ab aliquo domino signatur in facie, vt nullus cũ sibi vendicet, sed quiete dimittat domino suo, cuius stigmata portat. Hoc etiam modo Apost. dicit se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit vt seruus Xpi. Et hoc, quia portabat insignia passiõis Christi, patiens pro eo multas tribulationes in corpore suo, secundum illud 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exẽplũ &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationem domini Iesu in corpore nostro circunferentes &c. Et secundum hoc, dupliciter potest continuari ad præmissa. Vno modo, vt dictum est, Nemo mihi molestus sit. Nã ego porto insignia Domini nostri Iesu Christi in corpore meo, & sic nullus super me ius habet nisi Christus. Alio mõ, Nemo mihi molestus sit, quia ego habeo multos alios cõflictus & stigmata, quæ in persecutionibus quas patior me molestant, & graue est addere afflictionem afflicto. Vnde conqueritur Iob. 16. Conscidit me vulnere super uulnus. Sed prima melior est. Implorat autem auxilium gratiæ Dei, dicens; *Gratia domini nostri Iesu Christi &c.* per quã prædicta implere possitis; *Sit cum spiritu vestro*, i. cum ratione vestra, vt veritatem intelligatis. Vel cum spiritu vestro, quo scilicet debetis legem obseruare, & non carnaliter. Romanorum, 8. Non enim accepistis &c.

LECTIO V.

ET quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super Israel Dei. De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego. n. stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Finis expositionis. D. Tho. Aquinatis in Epistolam ad Galatas.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

PROLOGVS S. THOMAE.

IGo confirmaui columnas eius. Psal. 74. Sicut dicit Sapiens, Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri. Ideo non immerito commendatur Apostolus, quia & si Ephesios in fide non fundauit, tamen fundatos in fide confirmauit, vt ipse loquens de Ecclesia Ephesiorum, vere possit dicere. Ego cõfirmaui colũnas eius: ego videlicet, Israelita natiõe, Christianus religione, Apostolo. dignitate. Israelita dico natione. nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ de tribu Beniamin. 2. Co. 11. Item Christianus religione Galat. 2. Ego enim per legem mortuus sum legi, vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci: viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chrs: quod autem nũc viuo in carne, in fide viuo filii Dei. Item, Apostolus dignitate. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum. De his tribus. 2. Cor. 11. Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. Talis debet esse prædicator sapiẽtiæ salutaris, scilicet Israelita quo ad contemplationem Dei. Christianus quo ad religionem fidei, Apostolus quo ad authoritatem officii. Ego ergo Iudæus per originem, quærens Deum per fidem, Apostolus Dei per imitationẽ, confirmaui &c. Confirmaui ne a fide vacillarent, sicut artifex confirmat ædificium ne cadat. Vnde dictum est Petro, Lucæ, 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. quod fecit Paulus. unde ei competit illud. Iob. 4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui: Confirmauit item ne pseudo timerẽt, sicut Episcopus confirmat puerum ad robur contra pusillanimitatem. unde dictum est de Dauid in Psal. 88. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, nihil proficiet inimicus in eo &c. Psal. 32. Verbo domini per Paulum scripto, cœli 1. Ephesii firmati sunt &c. s. ne præmium gloriæ amitterent sicut ꝑlatus vel priceps cõfirmat donũ ne postea auferatur. Psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. has confirmationes petebat Psal. 32. dicens, Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis &c. has promittebat Apost. 2. Thess. vlt. fidelis autem Deus qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Ego ergo confirmaui columnas eius, scilicet fideles Eccles. Ephes. Fideles enim Ecclesiæ dicuntur columnæ, quia debent esse recti, erecti, & fortes. Recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem. Recti dico per fidem, fides enim ostendit rectam viam veniendi ad patriam. unde significatur per columnam nubis, de qua Exod. 13. Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis. Fides enim ad modum nubis habet obscuritatem, quia cum enigmate: dissolutionem, quia euacuatur: humiditatem, quia excitat ad deuotionem. Erecti per ꝑem, spes. n. dirigit ad superna. unde significatur per columnam fumi, de qua dicitur Iudic. 20. Viderunt quasi columnam fumi de ciuitate ascendentem. Spes enim ad modum fumi ex igne, i. ex charitate prouenit, in altum ascendit, in fine deficit, idest in gloria. Fortes per charitatem, fortis enim est vt mors dilectio: vt dicitur Cant. 8. unde significatur per columnam ignis qui omnia consumit: de quo. Sap. 18. Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Sicut enim ignis illuminat diaphana, examinat metalla, exterminat cremabilia, sic charitas illuminat opera, examinat intentionem, & omnia vitia exterminat. Iam apparet quæ sit causa huius epistolæ efficiens, quia Paulus: quod notatur ibi, Ego. Finalis, quia confirmatio, quod notatur, ibi, Confirmaui. Materialis, quia Ephesii, quod notatur, ibi, Columnas eius. Formalis patet in diuisione epistolæ, & modo agendi. Huic epistolæ præmittit glosator prologum siue argumentum, vbi principaliter duo facit. Primo, describit eos. Secundo, rationem & modum scribendi subdit, ibi. Hos collaudat Apostolus &c. Ephesinos vero quibus scribit, describit a tribus. Primo, a regione, quia Ephesii sunt Asiani ab Asia minore. Secundo, a religione, quia hi accepe runt verbum veritatis Christianæ. Tertio a stabilitate, quia perstiterunt in fide. Primum, respicit patriam. Secundum, gratiam. Tertium, perseuerantiam, Hos collaudat Apostolus &c. Hic subdit etiam rationem & modum scribendi, vbi implicat quatuor. Primo, scripturæ rationem. Secundo, actorem, qui est Apostolus scribens. Tertio, locum a quo scribit; quia a Roma de carcere. Quarto, nuntium ꝑ quẽ scribit, quia ꝑ Tichicum diaconũ, litera satis patet.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et

LECTIO PRIMA.

HANC epistolam scribit Apost. Ad Ephesios. Ephesii sunt Asiani, ab Asia minore, quæ est pars Græciæ: hi non fuerunt per Apostolum Paulum in fide fundati: sed cõfirmati. Iam enim antequam veniret ad eos, erant conuersi, vt haberi potest Act. 19. Factum est cum Apollo esset Corint. &c. Post conuersionem vero suam & Apostoli confirmationem, in fide perstiterunt, nec pseudo receperunt. Non ergo reprehensione, sed consolatione digni erant. Ideo Paulus eis non increpatoriam, sed consolatoriam scribit epistolam. Scribit autem eis ab vrbe Roma per Tichicum diaconum. Intentio vero eius est, eos in bonis habitis confirmare, & ad altiora prouocare. Modus autem agendi patet in diuisione epistolæ. Primo ergo ponit salutationem, in qua suum affectum ad eos demonstrat. Secundo, narrationem, in qua eos in bonis habitis confirmat, ibi; *Benedictus Deus &c.* vsq; ad 4. cap. Tertio, exhortationem, in qua eos ad vlteriora bona prouocat, a cap. 4. vsque ad locum illum cap. 6. *De cætero fratres confortamini in Domino &c.* Quarto, epistolæ conclusionem, in qua eos ad certamen spirituale confortat a loco isto, De cætero, vsque in finem. In salutatione primo ponitur persona salutans. Secundo personæ salutatæ, ibi; *Sanctis omnibus &c.* Tertio, forma salutationis, ibi; *Gratia vobis &c.* In prima, primo nominat personam, ibi; *Paulus*, Secundo, personæ authoritatem, ibi; *Apostolus Christi*, Tertio authoritatis datorem, ibi; *Per uoluntatem Dei*, Dicit ergo, *Paulus Apostolus*. Paulus nomen est humilitatis, Apostolus vero nomen est dignitatis, quia qui se humiliat, exaltabitur, Luc. 14. & 18. Apostolus, inquam; *Iesu*, non sathanæ, sicut pseudo. 2. Cor. 11. Non est ergo magnum si ministri eius, scilicet sathanæ, transfigurentur velut ministri iustitiæ &c. Apostolus, inquam, & hoc non meis meritis, sed per voluntatem Dei. Econtra est in multis. Osee. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me &c. *Sanctis omnibus*, scilicet qui sunt *Ephes*, & fidelibus supple scribit. Vel ego Paulus scribo sanctis exercitio virtutum quo ad mores; *Fidelibus*, rectitudine cognitionis quo ad finem: vel sanctis, idest maioribus & ꝑfectis: fidelibus, idest minoribus, & imperfectis; *Et fidelibus*, inquam; *In Christo*, non in factis suis; *Gratia vobis & pax &c.* Hic subditur salutationis forma, in qua implicantur tria, donum quodlibet gratificantia, doni sufficientia, ibi; *Gratia vobis & pax*. Datoris potentia, ibi; *A Deo patre*. Mediatoris excellentia, ibi, *Et domino Iesu Christo*. Tunc enim gratum est donum quando sufficiens est quod datur, quando a potente datur: vt quãdo a rege, vel principe datur, quando per solẽnem nuntium datur, vt per filium. Dicit ergo; *Gratia*, scilicet, iustificationis a culpa; *Et pax*, idest tranquillitas mẽtis, vel reconciliatio ad Deum, quo ad liberationem a debita pœna pro offensa; *Vobis*, supple sit, ex hoc scilicet; *A Deo patre nostro*, a quo bona cuncta procedunt. Iac. 1. Omne datum optimum &c. *Et Domino Iesu Christo*, sine quo nulla bona dantur. Ideo fere omnes orationes finiuntur Per Dominum nostrum Iesum Christum. Spiritum sanctum non nominat, quia cum sit nexus patris & filii, intelligitur in extremis, vel intelligitur in donis sibi appropriatis, quæ sunt gratia & pax. Deinde cum dicit

dicit; *Benedictus Deus &c.* Hic gratias agendo, eos in bono confirmat, & hoc tribus modis. Primo, ratione sumpta ex parte Christi, a quo multa bona adepti sunt, capite isto. Secundo, ratione sumpta ex parte ipsorum, qui de præterito statu malo, ad bonum præsens translati sunt, capit. 2. ibi; *Et vos cum essetis mortui &c.*

Tertio, ratione sumpta ex parte Apostoli, cuius ministerio & diligentia in bono statu positi, confirmati sunt cap. 3. ibi; *Huius rei gratia &c.* Iterum prima in tres diuiditur: quia primo gratias agendo, tangit beneficia generaliter. Secundo, beneficia exhibita ipsis Apostolis specialiter ibi; *Quæ superabundauit in vobis &c.* Tertio, beneficia exhibita ipsis Ephesiis specialiter, ibi; *In quo & vos cum audissetis &c.* Beneficia vero exhibita generaliter humano generi tangit sex. Primum benedictionis, in certitudine futuræ beatitudinis, ibi; *Benedictus &c.* Secundum electionis, in præordinata separatione a massa perditionis, ibi; *Sicut elegit nos in ipso &c.* Tertium prædestinationis, in præordinata associatione cum bonis. s. cum filiis adoptionis, ibi; *Qui prædestinauit nos &c.* Quartum gratificationis, in collatione gratiæ, ibi; *In quo gratificauit nos &c.* Quintum redemptionis, in liberatione a pœna. i. a diaboli seruitute, ibi; *In quo habemus redemptionem &c.* Sextum remissionis, in deletione culpæ, ibi; *Remissionem peccatorum &c.* Circa beneficium benedictionis, tangit duo. Primo, præconium, quod debet impendi, ibi; *Benedictus Deus &c.* Secundo, beneficium, propter quod debet impendi, ibi; *Qui benedixit nos &c.* Dicit ergo; *Benedictus*, scilicet a me, a uobis, & ab aliis. s. corde, & ore, & opere. i. laudatus; *Deus & pater*, idest ille, qui est Deus per essentiam diuinitatis, & pater propter proprietatem generationis. Incidit autem copulatio, non ratione suppositionis, quia idem est suppositum, sed ratione significationis essentialiter & relatiue. Pater, inquam; *Domini nostri Iesu Christi*, idest filii, qui est Dominus noster secundum diuinitatem: Iesus Christus secundum humanitatem. Qui. s. Deus; *Benedixit nos in* ipe in præsenti, sed in futuro benedicet in re. Ponit autem præteritum pro futuro propter certitudinem. Benedixit, inquam, nos, licet nostris meritis maledictos; *In omni benedictione spirituali*, scilicet quantum ad animam, & quantum ad corpus. Tunc. n. erit corpus spirituale. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Benedictione, inquã, habita; *In cœlestibus*, i. in cęlo. Et hoc; *In Christo*, 1. per Christum, vel in Christo operante, Ipse. n. est, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Phil. 3. Valde appetenda est benedictio hæc. Et ratione efficientis: quia Deus est benedictio hæc. Et ratione materiæ, quia nos benedicit. Et rõne formę, quia in omni benedictione spirituali benedicit. Et ratione finis, quia in cœlestibus benedicit. Psal. 127. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dñm. Deinde cum dicit; *Sicut elegit nos &c.* Tangitur beneficium electionis, vbi cõmendatur electio ista, quia libera, ibi; *Sicut elegit nos in ipso*, quia æterna, ibi; *Ante mundi constitutionem*, quia fructuosa, ibi; *Vt essemus &c.* Quia gratuita, ibi; *In charitate*. Dicit ergo, Ita benedicet nos, non nostris meritis, sed ex gratia Christi, sicut elegit nos, & gratis a massa perditionis separando, præordinauit nos in ipso. i. per Christũ. Ioã. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Et hoc; *Ante mundi constitutionem*, i. ab æterno, antequam fieremus. Roma. 9. Cum nondum nati fuissent &c. *Elegit*, inquam, nõ quia sancti essemus (quia nec eramus) sed ad hoc elegit nos; *Vt essemus sancti* virtutib⁹; *Et immaculati* a vitiis. Vtrũq;. n. facit electio ꝗm duas partes iustitiæ Psal. 33. Declina a malo, & fac bonũ. Sancti, inquã; *In conspectu eius*, i. interius in corde, vbi ipse solus conspicit. 1. Reg. 16. Deus autẽ intuetur cor. Vel; *In conspectu eius*, i. vt eum inipiciamus, quia visio est tota merces, ꝗm August. Et hoc fecit, non nostris meritis, sed in charitate sua, vel nostra, qua nos formaliter sanctificat. Deinde cũ dicit; *Qui prædestinauit &c.* Subdit tertium beneficium. s. prædestinationis, in præordinata associatione cũ bonis. Vbi circa prædestinationẽ implicat sex. Primo, actum æternũ, ibi; *Prædestinauit*. Secundo, temporale obiectum, ibi; *Nos*. Tertio, præsens cõmodum, ibi; *In adoptionem &c.* Quarto, fructũ futurũ, ibi; *In idipsum*. Quinto, modum gratuitum, ibi; *Secundum propositum*. Sexto, effectũ debitũ, ibi; *In laudem gloriæ &c.* Dicit ergo, Qui. s. Deus; *Prædestinauit nos*, idest sola gratia præelegit in adoptionem filiorum, idest, vt associaremur cum aliis filiis adoptionis in bonis, quæ habituri sunt: ideo dicit; *In adoptionem filiorum*. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Et infra, Adoptionem filiorum expectantes. Quia vero illud quod fit ignitum, per ignem hoc oportet fieri, quia nihil consequitur participationem alicuius, nisi per id quod est per naturam suam tale: ideo adoptionem filiorum oportet fieri per filium naturalem. Et ideo addit Apost. *Per Iesum Cristum*. Et hoc est tertium, quod tangitur in isto beneficio, scilicet mediator alliciens. Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. vt adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc; *In ipsum*; idest, inquantum ei conformamur, & in spiritu seruimus. 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filii Dei nominemur, & simus. Et sequitur ibidem, Et scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Vbi notandum est, quòd duplex est similitudo prædestinatorum ad filium Dei, quædam imperfecta, quæ est per gratiam, & dicitur imperfecta. Primo quidem, quia solum est secundum reformationem animæ, de qua Col. 3. Reformamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem &c. Secundo, quia etiam secundum animam habet quandam imperfectionem. Ex parte enim cognoscimus, vt dicitur. 1. Cor. 13. Alia vero similitudo erit perfecta, quæ erit in gloria, & quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum &c. & secundum animam, quia Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. 1. Cor. 13. Quod ergo dicit Apostolus, quòd prædestinauit nos in adoptionem filiorum, potest referri ad imperfectã assimilationem filii Dei, quæ habetur in hac vita per gratiam: sed melius est, quòd referatur ad perfectam filii Dei assimilationem, quæ erit in patria, de qua adoptione dicitur Roma. 8. Ingemiscimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Causa prædestinationis diuinæ non est necessitas ex parte Dei, nec debitum ex parte prædestinatorum: sed magis est secundum propositum voluntatis suæ. In quo quarto commendatur beneficium, quia ex amore puro prouenienS, quia prædestinatio secundum rationem præsupponit electionem, & electio dilectionem. Duplex tamen hic causa huius beneficii immensi assignatur. Vna est efficiens, quæ est simplex Dei voluntas, ibi; *Secundum propositum voluntatis suæ* Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Iac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis suæ. Alia vero causa est finalis, quæ est, vt laudemus & cognoscamns bonitatem Dei, quæ notatur, ibi; *In laudem gloriæ gratiæ suæ*. Et hoc iterum est, a quo commendatur istud excellens beneficium, scilicet, seruitium sibi conuenicns. Causa enim diuinæ prædestinationis, est voluntas mera Dei, finis vero, cognitio eius bonitatis. Vnde notandum est, quòd Dei voluntas nullo modo habet causam, sed est prima causa omnium. Nihilominus tamen potest ei aliqua ratio assignari dupliciter, scilicet, vel ex parte volentis, & sic quædam ratio diuinæ voluntatis, est eius bonitas, quæ est obiectum voluntatis diuinæ, & mouet eam. Vnde ratio omnium eorum quæ Deus vult, est diuina bonitas. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Ex parte autem voliti, ratio diuinæ voluntatis potest esse aliquod esse creatum, sicut dum vult coronare Petrum, quia legitime certauit: sed hoc non est causa volendi, sed est causa, quòd ita fiat. Sciendum tamen est, quòd effectus sunt ratio voluntatis diuinæ ex parte voliti, ita scilicet, quòd effectus prior sit ratio vlterioris, sed tamen cum venitur ad primum effectum, non potest vltra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina, puta, Deus vult hominem habere manum, vt seruiat rationi, & hominem habere rationem, quia voluit eum esse hominẽ, & hominem esse voluit propter perfectionem vniuersi. Et quia hic est primus effectus in creatura, non potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creaturæ, sed ex parte creatoris, quæ est diuina voluntas. Ergo secundum hunc modum, nec prædestinationis potest ex parte creaturæ ratio aliqua assignari, sed solum ex parte Dei. Nam effectus prædestinationis sunt duo, scilicet gratia, & gloria. Effectuũ autem qui ad gloriam ordinantur, potest quidem ex parte voliti assignari ratio, scilicet gatia, puta, Petrum coronauit, quia legitime certauit, & hoc quia fuit firmatus in gratia: sed gratiæ quæ est primus effectus, non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis, quòd sit ratio prædestinationis, quia hoc esset ponere, quòd principium boni operis sit in homine ex seipso & non per gratiam, quod est hæresis Pelagiana, quæ dicit principium boni operis esse ex parte nostra. Sic ergo patet, quòd ratio prædestinationis est simplex Dei voluntas: propter quod dicit Apostolus, secundum propositum voluntatis suæ. Qualiter autem intelligatur, quòd Deus omnia facit & vult propter suam bonitatem, sciendum est, quòd aliqua operari propter finem, potest intelligi dupliciter. Vel propter finẽ adipiscẽdum, sicut infirmus accipit medicinã ,ppter sanitatẽ, vel pp amorẽ finis diffundẽdi, sicut medic⁹ operat pp sanitatẽ alteri cõmunicãdã. De⁹ aũt nullo exteriori a se bono ĩdiget, ꝗm illud Psal. 15. bonorũ meorũ nõ

Christum, in ipsum: secũdum propositum voluntatis suæ, in laudẽ gloriæ gratiæ suæ.

immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum

eges. Et ideo cum dicitur, quòd Deus vult & facit omnia propter bonitatem suam, non intelligitur, quòd faciat aliquid propter bonitatem sibi communicandam, sed propter bonitatem in alios diffundendam. Communicatur autem diuina bonitas creaturæ rationali proprie, vt ipsa rationalis creatura eã cognoscat. Et sic omnia, quæ deus in creaturis rationalib⁹ facit, creat ad laudem & gloriã suam, secundum illud Esa. 43. Omnẽ qui inuocat nomen meũ in gloriã meam creaui eum, vt scilicet cognoscat bonitatem, & cognoscendo laudet eam. Et ideo subdit Apostolus. In laudem gloriæ gratiæ suæ, idest, vt cognoscat quantum Deus sit laudandus & glorificandus. Non dicit autem, In laudem iustitiæ. Nam iustitia ibi locum habet, vbi inuenitur debitum, vel etiam redditur: quod autem prædestinatur ad vitam æternam non est debitum, vt dictum est, sed gratia pure gratis data. Nec solum dicit gloriæ, sed addit gratiæ, quasi gloriosæ gratiæ, quæ est gratia, in qua ostenditur magnitudo gratiæ, quæ consistit etiam in magnitudine gloriæ, & modo dandi: quia nullis meritis præcedentibus: sed adhuc immeritis existentibus eam dat. Vnde Rom. 5. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est &c. et parum post, Cũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Patet ergo, quòd prædestinationis diuinæ nulla alia causa est, nec esse potest, quàm simplex Dei voluntas. Vnde patet etiã quòd diuinæ voluntatis prædestinantis non est alia ratio, quàm diuina bonitas filiis communicanda.

LECTIO SECVNDA.

HIc ponit Apostolus quartum beneficiũ, scilicet gratificationis in collatione gratiæ. Circa quod duo facit. Primo, tangit huius beneficii collationem. Secundo, ostendit conferendi modũ & conditionem, ibi; *In quo habemus redemptionem &c.* Dicit ergo primo, Ego dico, quòd prædestinati sumus in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ, & dico gratiam in qua; *Gratificauit nos &c.* Circa quod sciendum est, quòd idẽ est aliquid esse gratum alicui, & esse dilectum ei. Ille enim est mihi gratus, quem diligo. Cum ergo Deus dilexerit nos ab æterno: nam elegit nos ante mundi cõstitutionem in charitate, sicut dictum est, quomodo ergo in tempore gratificauit? Et dicendũ est, quòd illos quos ab æterno in seipso dilexit, in tempore prout sunt in naturis propriis gratificat: & illud quidem quod ab æterno est, factum non est, quod vero in tempore est, fieri dicitur. Vnde hic Apostolus dicit; *Gratificauit*, idest gratos fecit, quòd sumus digni dilectione sua. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatem dedit nobis Deus pater, vt filii Dei nominemur, & simus. Consueuit autem distingui duplex gratia, scilicet, gratis data, quæ sine meritis datur. Roma. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia: & gratia gratum faciens, quæ nos facit Deo gratos & acceptos, de qua dicitur hic. Notandum est autem, quòd aliqui diliguntur propter aliũ, & aliqui propter seipsos. Cum enim aliquem multum diligo, diligo illum, & quicquid ad illum pertinet: nos autem a Deo diligimur, sed non propter nosipsos, sed in eo, qui per seipsum dilectus est patri. Et ideo Apostolus addit; *In dilecto filio*, pro quo scilicet, nos diligit, inquantum sumus ei similes: dilectio enim fundatur super similitudine. Vnde dicitur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Filius autem est per naturam suam similis patri: & ideo principaliter & per se dilectus est: & ideo naturaliter & excellentissimo modo est patri dilectus. Nos autem sumus filii per adoptionem, inquantum scilicet, sumus conformes filio eius, & ideo quandam participationem diuini amoris habemus. Ioan. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius: qui credit in filium habet vitam æternam. Col. 1. Transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ. Deinde cum dicit; *In quo habemus redemptionem &c.* Ponit modum ipsius. Circa hoc autem duo facit. Quia primo, proponit modum ex parte Christi. Secundo, ex parte Dei, ibi; *Secundum diuitias gratiæ eius &c.* Ex parte Christi, ponit duplicem modum: nam Christus per duo nos gratificauit. Sunt enim duo in nobis, quæ repugnant gratificationi diuinæ, scilicet peccati macula & pœnæ noxa. Et sicut mors repugnat vitæ, ita peccatum repugnat iustitiæ: ita vt per hoc elongati a Dei similitudine, Deo grati non essemus. Sed per Christum nos gratificauit. Primo quidem,

LECTIO II.

EN qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius,

ablata pœna: & quantum ad hoc dicit, quòd in Christo habemus redemptionem, scilicet a seruitute peccati 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine &c. Apoc. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Secundo, dicimur redempti, quia a seruitute qua propter peccatum detinebamur, nec p nos plene satisfacere poteramus, per Christũ liberati sumus, quia moriendo pro nobis satisfecit Deo patri, & sic abolita est noxa culpæ. Vnde dicit; *In remissionem peccatorum*. Ioan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Luc. vlt. Oportebat Christũ pati & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum. Modus autem ex parte Dei ponitur, cum dicit; *Secundum diuitias &c.* quasi dicat, quòd Deus gratificans nos, non solum culpam remisit nobis, sed filium suum dedit, qui pro nobis satisfecit: & hoc fuit ex superabundanti gratia, qua voluit per hoc honorẽ humanæ naturæ conseruare, dum quasi per iustitiam homines a seruitute peccati & mortis voluit liberare per mortem filii sui. Et ideo dicit; *Secundum diuitias gratiæ eius*. Quasi dicat. Hoc quòd redempti sumus & gratificati sumus per satisfactionem filii eius, fuit ex abundanti gratia & misericordia, prout immeritis tribuitur misericordia, & miseratio. Hæc autem quæ dicta sunt, prosecuti sumus secundum expositionem Glosæ: quæ quidem expositio videtur extorta, quia idem continetur in vno, quod in alio. Nam idem est dictu, elegit nos & prædestinauit nos. Et idem dicitur per hoc, quod dicit, vt essemus sancti & immaculati, & per hoc, quòd dicit, in adoptionem filiorum. Propter quod sciendũ est, quòd est consuetudo Apostoli, vt cum loquitur in aliqua difficili materia, quæ immediate sequũtur, sunt præmissorũ expositio, nec est ibi inculcatio verborum, sed expositio, & hunc modum seruat hic Apost. Vnde seruato eodem verborum pondere, aliter a principio, diuidam⁹, & dicam⁹, ꝙ pars ista; *Benedictus Deus &c.* diuiditur primo in tres partes: quia Apostolus primo reddit gratiarum actionem, ibi; *Benedictus Deus &c.* Secundo, recitat omnium beneficiorum simul largitionem, ibi; *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali &c.* Tertio, ponit diuinorum beneficiorum in speciali apertam expressionẽ, ibi; *Sicut elegit &c.* Et hæc diuiditur in duas partes: quia primo, beneficia distincte exprimit: secundo, ea exponit, ibi; *Qui prædestinauit nos &c.* Explicat autem beneficia. Primo, quantum ad electionem. Secundo, quantum ad ea, quæ sequuntur, ibi; *Vt essemus sancti &c.* Exponit autem primo, de electione. Est enim duplex electio, s. præsentis iustitiæ, & prædestinationis æternæ: de prima. Ioan. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Et de hac Apostolus non intendit hic, quia ista non fuit ante mundi constitutionem: & ideo statim manifestat de qua intelligit: quia de secũda, scilicet de æterna prædestinatione propter quod dicit; *Prædestinauit nos &c.* Et quia dicit; *In Christo*, scilicet, vt Christo essemus similes & conformes, secundum quod adoptamur in filios: ideo subdit; *In adoptionem filiorum per Iesum Christum*. Hoc vero quod dixit; *In charitate*, exponit, cum dicit; *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius*. quasi dicat. Nos habemus &c. Quod vero dicit; *Et immaculati*, exponit cũ dicit; *In remissionem peccatorum*. Hoc vero quod dicit; *In conspectu eius*, exponit dicens; *In laudem gloriæ gratiæ suæ*.

LECTIO III

VE superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia: vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in di-

LECTIO TERTIA.

POSITIS beneficiis communiter omnibus collatis: hic Apostolus ponit beneficia specialiter Apostolis collata. Diuiditur autem hæc pars in duas, quia primo proponit beneficia singulariter Apostolis collata. Secundo, ostendit causam eorum ibi; *In quo & nos sorte vocati &c.* Circa primum tria facit: quia primo, proponit singularia Apostolorum beneficia quantum ad excellentiam sapientiæ. Secundo, quantum ad specialem reuelationem sacramenti absconditi, ibi; *Vt notum faceret &c.* Tertio, exponit quod sit illud sacramentum, ibi; *Secundum beneplacitum &c.* Dicit ergo primo, Dico quòd secundũ diuitias gratiæ eius omnes fideles communiter tam vos quàm nos, habemus redemptionem & remissionem peccatorum per sanguinem Christi, quæ quidem gratia; *Superabundauit in nobis*, idest abundantius fuit, quàm in aliis. Ex quo apparet temeritas illorum (vt non dicam error) qui aliquos sanctos præsumunt comparare Apo-

Apostolis, in gratia & gloria. Manifeste enim patet ex verbis istis, quòd Apostoli habent gratiam maiorem quàm aliqui alii sancti, post Christum & virginem matrem. Si vero dicatur alios sanctos tantum mereri posse, quantum & Apostoli meruerũt & per consequens tantam gratiam habere, Dicendum est, quòd bene argueret, si gratia pro meritis daretur: quod si ita esset, iam non esset gratia: vt dicitur Roma. 11 Et ideo, sicut Deus prœordinauit aliquos sanctos ad maiorem dignitatem, ita & abundantiorem gratiam eis infudit, sicut Christo homini, quem ad vnitatem personæ assumpsit, contulit gratiam singularem. Et gloriosam virginẽ Mariam, quam in matrem elegit, & quantum ad animam & quantum ad corpus gratia impleuit: & sic Apostolos, sicut ad singularem dignitatem vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit: propter quod dicit Apost. Ro. 8. Nosipsi primitias spiritus habentes. Glo. tempore prius, & cæteris abundantius. Temerarium est ergo, aliquem sanctum Apostolis comparare. Superabundauit ergo gratia Dei in Apostolis in omni sapientia. Nam Apostoli præpositi sunt ecclesiæ sicut pastores. Hier. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Duo autem spectant ad pastores, scilicet vt sint sublimes in cognitione diuinorum, & industrii in actione religionis. Nam subditi instruendi sunt in fide, & ad hoc necessaria est sapientia, quæ est cognitio diuinorum, & quantum ad hoc dicit; *In omni sapientia* Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiã, cui non poterunt resistere, nec cõtradicere omnes aduersarii vestri. Item gubernandi sunt subditi in exterioribus, & ad hoc necessaria est prudẽtia. Dirigit enim in temporalibus, & quantum ad hoc dicit; *Prudentia* Matt. 10. Estote ergo prudentes &c. Sic ergo apparet beneficium Apostolorum, quantum ad excellentiã sapientiæ. Sequitur eorum beneficium quantum ad excellentiã reuelationis, ibi; *Vt notum faceret sacramentum &c.* quasi dicat Sapientia nostra non est, vt sciamus naturas rerum, & syderum cursus, & huiusmodi, sed in solo Christo 1. Cor. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum &c. Vnde hic dicit; *Vt notum faceret sacramentum*, idest sacrum secretum, scilicet mysterium incarnationis, quod fuit ab initio absconditum. Causam autem huius sacramenti absconditi subdit, dicens; *Voluntatis*. Nam effectus futuri non cognoscunt nisi cognitis causis, sicut eclipsim futuram non cognoscimus, nisi cognoscendo causam eius. Cum ergo causa mysterii incarnationis sit voluntas Dei: quia propter nimiam charitatem quam Deus habuit ad homines, voluit incarnari: Ioann. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Voluntas autem Dei occultissima est 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Causa ergo incarnationis occulta fuit, nisi quibus Deus reuelauit p spiritũ scm: sicut Apost. dicit 1. Cor. 2. Dicit ergo *Vt notum faceret sacramentum* idest sacrũ secretũ, quod ideo est secretũ, quia voluntatis suæ. Mat. 11. Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Item Col. 1. Mysteriũ quod absconditum fuit a seculis & generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. Quid autem sit hoc sacramẽtum exponit dicens; *Secundum beneplacitum &c.* Quæ quidem sententia intricata est, & debet sic construi; *Vt notum faceret &c.* Quod quidem sacramentũ est instaurare omnia in Christo, idest per Christum, Omnia dico; *Quæ in cœlis & in terris sunt.* Instaurare, inquam in eo, scilicet Christo, cum; *Dispensatione plenitudinis temporum*, & hoc secundum beneplacitum eius. Vbi tria tangit, scilicet sacramenti causam, temporis congruitatem, & sacramenti vtilitatem. Causam quodammodo tangit, cum dicit, Secundum beneplacitum. Licet autem quicquid Deo placet, bonum sit: hoc tantum beneplacitum Dei, anthonomastice bonum dicitur, quia per ipsum ad perfectam fruitionem bonitatis perducimur. Ps. 146. Beneplacitũ est Domino super timentes eum &c. Rom. 12. Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Congruitas temporis fuit in dispensatione plenitudinis, de qua dicitur Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Vnde Apost. hic excludit quæstionem friuolam, quam Gentiles quærere consueuerunt: vt enim dicitur Iob. 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Vnde sicut omnia ordinat & dispensat; ita & tempora, dispensando & accommodando ea effectibus quos producit secundum congruentiam eorum. Sicut autem aliis effectibus ab eo productis tempora ordinata sunt, ita & certum tempus præordinauit ab æterno mysterio incarnationis; quod quidem tempus secundum Glo. existens fuit postquã

spensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, & quæ in cœlis & quę in terra sunt, in ipso.

F homo conuictus fuit de sua insipientia ante legem scriptam, dũ scilicet creaturas colebat, vt creatorem: vt dicitur Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: & de impotentia per legem scriptam, quam implere non poterat: vt sic homines aduentum Christi de sua sapientia & virtute non præsumentes, nõ contemnerent: sed quasi infirmi & quodammodo ignari, Christum audius affectarent. Et effectus huius sacramẽti est; *Instaurare omnia* Nã inquantum facta sunt propter hominem, omnia instaurari dicũtur. Amos 9. Suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & ræedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo; *Omnia* inquam; *Quæ in cœlis*, idest angelos: non q̃ G pro angelis mortuus sit Christus, sed quia redimendo hominem reintegratur ruina angelorum. Psal. 109. Implebit ruinas &c. vbi cauendus est error Origenis, ne per hoc credamus angelos damnatos, redimendos esse per Christum, vt ipse finxit; *Et quæ in terris*, inquantum cœlestia terrenis pacificat. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt: quod est intelligendum quantum ad sufficientiam, & si omnia non restaurentur quantum ad efficaciam.

LECTIO II II.

IN quo etiã nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium volũtatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo.

LECTIO QVARTA.

SVPRA posuit Apost. abundantiam gratiæ, quam ipse & alii Apostoli a Christo receperunt: ne autem crederet aliquis eos propriis meritis eam recepisse: ideo consequenter ostendit, quòd gratis eam receperunt, vocati a Deo non propriis meritis. Diuiditur autem pars ista in tres, quia primo proponit gratuitam vocationem. Secundo, voluntariam Dei prædestinationem, ibi; *Prædestinati secundum propositum eius* &c. Tertio, vtriusque finem, ibi; *Vt simus in laudem gloriæ eius &c.* Dicit ergo, Dixi quòd huiusmodi gratia superabundauit in nobis, & quòd in Christo omnia restaurata sunt; *In quo etiam*. i. per quẽ Christum; *Nos sorte sumus vocati*, idest non nostris meritis, sed diuina electione. Colo. 1. Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine &c. Psal. 30. In manib⁹ tuis sortes meæ. Ad huius autẽ intellectũ sciendũ est, q̃ multa fiunt inter homines, quæ fortuita videntur & contingentia: quæ tamen sunt secundum diuinam prouidentiam ordinata. Sors nihil aliud est, quàm exquisitio prouidentiæ diuinæ de aliquo contingenti & humano. Vnde Aug. super illud Psal. 30. In manibus tuis sortes meæ dicit, quòd sors non est aliquod malum, sed in rebus dubiis diuinam exquirens voluntatem. Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum. Primo quidem I superstitionis: nam omnis vana & illicita religio superstitio est. Tũc ergo in sortibus incurritur peccatum illicitę superstitionis, quando in eis initur aliquod pactum cum dæmonibus. Vnde dicitur Ezech. 21. Stetit res Babylonis in biuio, in capite duarũ viarum diuiationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit. Commiscere enim sagittas ad sortilegium pertinet: & interrogare idola, ad superstitionem. Et ibi sortilegium damnatur inter peccata ad superstitionem pertinentia. Secundo vitandum est peccatum tentationis Dei, nam quãdiu per se homo aliquid potest facere & scire quid debeat facere, si tunc a Deo sorte, vel aliquo alio loco tali exploret quid facere debeat, Deum tentat. Quando autem necessitas imminet, neque ipse per seipsum iuuari potest, tunc licite a Deo inquirit quid facere debeat 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertio, vitandum est peccatum vanitatis: q̃d K fit si de inutilibus & impertinentibus ad nos inquiramus, vtputa, de futuris contingentibus. Vnde dicitur Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate. Potest ergo secundum hoc triplex sors accipi, scilicet quædam diuisoria, quædam consultoria, & quædam diuinatoria. Diuisoria est, cũ aliqui diuidentes hæreditatem & concordare non valentes mittunt sortes, puta, anulum, vel cartam: vel aliquid tale ostendendo dicentes: ille cuicunque euenerit, habebit partem istam in hæreditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licite. Prou. 18. Contradictiones comprimit sors: & inter potentes quoque diiudicat, idest inter volentes diuidere. Consultoria aut fit, quando quis dubitans quid facere debeat consulit Deum mittens sortes: Ionæ 1. dicitur, quòd quando superuenit tempestas illa in mari, cõsuluerunt Deum, sortem mittentes, vt scirent cuius peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est, maxime in necessitatibus & in electionibus potestatum secularium. Vnde faciunt rotulos de cera, inquorũ quibusdam ponũt aliquas cartas & in quibusdam non, quos bussulos

los vocãt, vt illi quibus veniunt bussuli cũ cartis, habeant voces A in electione. Sed hoc ante aduentum spiritus sancti, Apostoli fecerunt etiam in electione spirituali. Acto. 1. quando sors cecidit super Mathiam: sed hoc post aduentum spiritus sancti, amplius non licet in prędictis electionibus, quia hoc faciendo, iniuriaretur spiritui sancto.

Credendũ est enim, quòd spiritus sanctus prouidet ecclesiæ suæ de bonis pastoribus. Vnde post aduentũ spiritus sancti, quãdo Apostoli elegerunt septem dyaconos, non miserunt sortes, & ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria autem sors, B est inquisitio de futuris soli diuinæ cognitioni reseruatis. Et hæc semper habet vanitatem admistam, nec potest sine vitio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est, quàm inquisitio rerum, quæ ex diuina voluntate fiunt: gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet, inde est, quòd gratia diuinæ electionis dicitur sors, quia Deus per modum sortis secundum occultam prouidentiam, non ex alicuius meritis, per gratiam internam vocat. Deinde cum dicit, *Prædestinati, &c.* Ponit voluntariam Dei prædestinationẽ de qua dicitur Rom. 8. Quos prædestinauit hos & vocauit. Cuius quidem prædestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas, propter quod subdit, *Secundum propositum eius.* Roma. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quòd autem secundũ propositũ prędestinauerit, probat: quia non solum hoc, sed etiam omnia alia, quę Deus facit, operatur secundum consilium voluntatis suæ. Psal. 134. Om- C nia quæcunque voluit Dominus fecit. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Non autem dicit secũdum voluntatem, ne credas quòd sit irrationabilis, sed *Secundum consiliũ voluntatis suæ*, idest secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione, non secundum quòd ratio importat discursum, sed secundum quòd designat certam & deliberatam voluntatem. Vltimo autem tangit finem vtriusque scilicet prædestinationis & vocationis, scilicet laudem Dei. Vnde dicit, *Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo*, & per nos, qui credimus in Christo laudetur gloria Dei Esa. 55. Montes & colles cantabunt corã Deo laudem. Laus autem gloriæ Dei (vt dicit Ambrosius) est, cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est cum multos acquirit & curat. Eccle. 2. Qui timetis Dominum sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia.

LECTIO QVINTA.

POSTQVAM enarrauit apostolus beneficia collata cõmuniter omnibus fidelibus, exhibita specialiter Apostolis: hic D consequenter enumerat beneficia ipsis Ephesiis collata. Diuiditur autem pars ista in duas, quia primò proponit beneficia eis exhibita. Secundò insinuat affectum suum ex ipsis beneficiis excitatum, ibi; *Propterea & ego audiens, &c.* Prima iterum in tres diuiditur, secundum tria beneficia eis exhibita: quia primò proponit beneficium prædicationis. Secundo, beneficium conuersionis ad fidem, ibi; *In quo & credentes signati estis.* Tertiò beneficium iustificationis, ibi *Signati estis, &c.* Dicit ergo quantum ad primũ, *In quo*, scilicet, Christo *& nos cum audiuissetis*, id est, cuius beneficio & virtute audiuistis *Verbum veritatis*, idest verbum prædicationis, inquantum ipse Christus ad vos prædicatores misit. Rom. 10. Quomodo audient sine prædicante? quomodo vero prędicabunt, nisi mittantur? Item eodem infra, Ergo fides ex auditu, E auditus autem per verbum Dei. Eius ergo beneficio audiũt, qui prædicatores eis mittit. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Hoc verbum prædicationis tripliciter commendat Apost. Primo à veritate, cum dicit, Verbum veritatis, Quippe quia accipit originem à Christo: de quo dicitur Ioann. 17. Sermo tuus veritas est. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suę. Secundo, quia est annuntiatio bona. Vnde dicit, *Euangelium*, quod quidem annuntiat summum bonum & vitam æternam: & anthonomatice verbum fidei, Euangelium dicitur, quasi annuntiatio summi boni. Esa. 52. Quam pulchri pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. Eodem. 41. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon. Et hoc est quantum ad futura bona. Tertio de scribitur & commendatur quantum ad bona præsentia, quia saluat. Vnde dicit, *Salutis vestræ*, idest, quod creditum dat salutem. Roma. 1. Non enim erubesco euanglium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 1. Cor. 15. Notum autem vobis facio fratres euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. Quantum autem ad beneficium conuersionis ad fidem, dicit, *In quo* scilicet, Christo, idest, in cuius operatione vos credentes *Signati estis.* Quod quidem beneficium ideo apponitur fidei, quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbum veritatis, si non crederet, & ipsum credere est per Christum: infra. 2. Gratia enim estis saluati per fidem. Et hoc non ex vobis, donũ enim Dei est. Quantum vero ad beneficium iustificationis, dicit *Signati estis.* Et hoc *Per spiritum sanctum, qui*

LECTIO V.

IN quo & vos, cùm audiuissetis verbum veritatis (euãgeliũ salutis vestræ) in quo *datus est vobis*, de quo dicit tria, scilicet, quòd est signum, & quòd est spiritus promissionis, & quòd est pignus hæreditatis. Signum quidem est, inquantum per eum infunditur charitas in cordibus nostris, qua distinguimur ab his, qui non sunt filii Dei, & quantum ad hoc dicit, Signati estis, id est, diuisi à grege diaboli. Infra cap. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, &cæt. Sicut enim homines gregibus suis apponunt signa, vt ab aliis distinguantur, ita Dominus gregem suum, idest, populum suum spirituali signo voluit signari: Dominus autem populum peculiarem habuit, in veteri quidem testamento Iudæos. Ezech. 34. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Vnde Psal. 94. Nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius. Sed quia hic grex in pascuis corporalibus pascebatur, scilicet in doctrina corporali & in bonis temporalibus. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: ideo eum Dominus corporali signo, scilicet circuncisionis, ab aliis separauit & distinxit. Gene. 17. Eritque pactum meum in carne vestra. Prius autem dicitur, Circũcidetis carnem C præputii vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. In nouo autem testamento gregem habuit populum Christianum. 1. Pe. 2. Conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. Ioan 10. Oues meæ, vocem meam audient, &c. Sed grex iste pascitur in pascuis doctrinæ spiritualis & spiritualibus bonis: ideo cum signo spirituali ab aliis Dominus distinxit: hoc autem est spiritus sanctus, per quem illi, qui Christi sunt, distingunturab aliis, qui non sunt eius: quia autem spiritus sanctus amor est, ergo tunc spiritus sanctus datur alicui, quando efficitur amator Dei & proximi. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Signum ergo distinctionis est charitas, quæ est à spiritu sancto. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. Spiritus verò promissionis dicitur triplici ratione. Primò, quia promissus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritum nouum ponam in medio vestri. Et Ezec. 37. Dabo vobis spiritum nouum. Secundò, quia datur cum quadam promissione, ex hoc enim ipso, quod datur nobis, efficimur filii Dei. Nam per spiritum sanctum efficimur vnum cum Christo. Rom. 8. Si quis autem spiritum Dei non habet, hic non est eius, & per consequens efficimur filii Dei adoptiui, ex quo habemus promissionem hæreditatis æternæ: quia si filii, & hæredes. Rom. 8. Tertiò dicitur pignus, inquantum facit certitudinem de promissa hæreditate Nam spiritus sanctus inquantum adoptat in filios Dei, est spiritus promissionis, & ipsemet est signum promissionis adipiscendæ. Sed vt dicitur in Glo. alia litera habet, Qui est arra hæreditatis: & fortè melius, quia pignus est aliud à re p qua datur, & redditur postquam ille qui pignus recipit, rem sibi debitam recipit. Arra autem non est aliud a re pro qua datur, nec redditur: quia datur de ipso pretio, quod non est auferendum, sed complendum. Deus autem dedit nobis charitatem tanquàm pignus, per spiritum sanctum, qui est spiritus veritatis & dilectionis. Et ideo huiusmodi non est aliud, quàm quædam particularis & imperfecta participatio diuinæ charitatis & dilectionis, q̃ quidẽ non ẽ auferẽda, sed perficienda, ideo magis proprie dicitur arra quàm pignus. Tamen potest nihilominus & pignus dici. Nã per spiritum sanctum Deus nobis diuersa dona largitur, quorum quædam manent in patria, vt charitas, quę nunquam excidit. 1. Cor. 13. quædam vero propter sui imperfectionem non manent, sicut fides & spes, quæ euacuabuntur, vt ibidem dicitur. Sic ergo spiritus sanctus dicitur arra per respectum ad ea, quæ manent: pignus vero per respectum ad ea, quæ euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit, dicens, *In redemptionem.* Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret, & adderet gregi suo, imponeret eis signa acquisitionis illius. Christus autem acquisiuit populum ex Gentibus. Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, &c. Et ideo impressit eis signum acquisitionis. 1. Pet. 2. Gens sancta, populus acquisitionis. Act. 20. Quam acquisiuit sanguine suo. Sed quia Christus acquisiuit populum istum, non sic quòd nunquam fuerit suus, sed quia aliquando fuerat suus, sed opprimebatur a seruitute diaboli,

diaboli inquã peccando se redegit, ideo non dicit simpliciter, acquisiuit: sed addit; *In redemptionem*. quasi dicat. Non simpliciter de nouo acquisiti, sed quasi a seruitute diaboli per sanguinẽ eius redempti. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis &c. Acquisiuit ergo Christus nos redimendo, non quòd accrescat inde aliquid Deo: quia bonorũ nostrorum non indiget. Iob. 35. Si iuste egeris, quid donabis ei? aut q̃d de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuerit nos Christus, subdit; *In laudem gloriæ ipsius*. i. vt ipse Deus laudeẽ. Esaie. 43. Qui inuocat nomẽ meum, in gloriam meam creaui eum.

& credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignº hæreditatis nostræ in redẽptionẽ acquisitionis, ĩ laudẽ glorię ipsius.

LECTIO VI.

PROPTEREA & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cessо gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Dñi nostri Iesu Chri pater glorię, det vobis spũm sapientiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus.

LECTIO SEXTA.

POSTQVAM enumerauit Apostolus beneficia Ephesiis collata per Christum: hic ostendit quomodo affectus suus creuit ad eos. Diuiditur autem hæc pars in tres partes: quia primo præmittitur bonorum, quæ audiuit de eis commemoratio. Secundo, de perceptis beneficiis gratiarum debita actio, ibi; *Non cessо gratias agens &c.* Tertio subditur pro futuris beneficiis eius oratio, ibi; *Memoriam vestri faciens &c.* Bona autem quæ de eis audiuit, sunt duo, vnum, quo ordinantur ad Deum, & hoc est fides. Et quantum ad hoc dicit; *Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu*, quæ quidem facit habitare Deum in homine. infra. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Item, corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Item, sine lege iustificat. Rom 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundum, quo ordinantur ad proximum, & hoc est dilectio, & quantum ad hoc dicit; *Et dilectionem*, idest opera charitatis, quæ quidem dilectio est spirituale signum, quòd homo sit discipulus Christi. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem &c. Et ibidem, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem &c. Dilectionem, dico; *In omnes sanctos*. Nam omnes quos ex charitate diligimus, debemus eos diligere, vel ideo quia sancti sunt, vel vt sancti sint. Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei &c. Deinde cum dicit; *Non cessо &c.* Agit Apostolus gratias de bonis & beneficiis huiusmodi auditis, dicens; *Non cessо gratias agens &c.* Contra, quia non semper poterat continue pro eis gratias agere. Respondeo, Apost. dicit; *Non cessо* idest horis debitis, vel non cessо, quia affectus gratias agendi pro vobis sine cessatione habitualiter est in me. Colo. 1. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes &c. Rom. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Consequenter orat Apostolus pro beneficiis eis in futurum concedendis, & quantum ad hoc dicit; *Memoriam vestri &c.* Et hæc diuiditur in tres, quia primo proponit quædam, quæ eis petit. Secundo exponit ea, ibi; *In agnitionem eius &c.* Tertio ostendit exemplar & formam illorum: ibi; *Secundum operationem potentiæ &c.* Dicit ergo quantum ad primum, Non solum gratias ago, quantum ad beneficia præterita quæ recepistis & quantum ad bona audita de vobis: sed etiam oro, vt omnino in futurum accrescant; *Memoriam uestri faciens in orationibus meis* pro his scilicet; *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ &c.* Vbi sciendum, quòd Dominus noster Iesus Christus & Deus & homo est. Et inquantum homo est, Deum habet, cum sit compositus ex anima & corpore, quorum vtrique, cum sint creaturæ, competit Deum habere: secundum autem quod Deus est, patrem habet. Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: Deum meum & Deum vestrum. Similiter etiam secundum quod est Deus: est gloria patris. Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, &c. Est etiam gloria nostra: quia ipse est vita æterna. 1. Ioan. vlti. Simus in vero filio eius, hic est verus Deus: & vita æterna. Sic ergo dicit; *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi*, secundum quod est homo: & pater eiusdem secundum quod est Deus, pater inquam gloriæ scilicet Christi, qui est gloria eius. Prouer. 23. Gloria patris filius sapiens &c. Et gloriæ nostræ, inquantum dat omnibus gloriam. Deinde cum dicit; *Det uobis &c.* Ponit ea quæ petit, quæ sunt duo. Vbi sciendum est, quòd quædam sunt dona communia omnibus sanctis, scilicet illa quæ sunt necessaria ad salutem: vt fides, spes, charitas, & hæc habebant, vt iam patet. Alia autem sunt dona specialia, & quantum ad hoc pro eis orat, primo quidem pro dono sapientiæ, & quantum ad hoc dicit *Vt det uobis spiritum sapientiæ*, quem nullus potest dare nisi Deus. Sapien. 9. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Secũdo, orat pro dono intellectus, & hoc consistit in reuelatione spiritualiũ secretorum, propter quod dicit. *Et reuelationis*, quæ etiam a solo Deo est. Dan. 2. Est Deus in cœlis reuelans mysteria. Exponit autem quę sint ista quæ petit, Et primo quod pertinet ad donum sapientiæ: secundò quod pertinet ad donum intellectus, ibi *Vt sciatis, quæ sit spes &c.* Ad donum autem sapientiæ pertinet cognitio diuinorum. Vnde petere donũ sapientiæ est petere quòd habeant cognitionem Dei. Et hoc petit, ibi *In agnitionem Dei &c.* quasi dicat. Hoc peto, vt per spiritum sapientiæ habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitionem, scilicet clariorem eius, scilicet Dei. Psal. 12. Illumina oculos meos, &c. Hoc est contra eos, qui habent oculos illuminatos tantum ad temporalia cognoscenda, cum magis tamen sit necessarium & etiam gloriosum cognoscere Deum. Hier. 9. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Ad donum autem intellectus, tria pertinentia ponit. Vnum, quantũ ad statum præsentem, & duo quantum ad futurum. Ad statum vero præsentem pertinet spes, quæ est necessaria ad salutem. Ro. 8. Spe enim salui facti sumus &c. Et quantum ad hoc dicit, *Vt sciatis, quæ*, idest, quanta sit, *Spes uocationis eius*, idest virtus spei, & de quanta re sit. Quæ quidem & maxima est, quia de maximis 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis &c. Et fortissima virtutum. Heb. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancorã habemus animæ, &c. Sed quia ea quæ speramus sunt de futura vita: ideo alia duo pertinent ad vitam futuram, vnum quidem pertinet ad omnes iustos communiter, quod est præmium essentiale. Et quantum ad hoc dicit, *Et quæ diuitiæ gloriæ &c.* Vbi ponit quatuor ad illa dona pertinẽtia. Primum est; quòd sunt copiosissima, & quantum ad hoc dicit *Diuitiæ*. Prou. 1. Abundantia perfruetur, terrore malorum sublato. Psal. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius, &c. Prouer. 8. Mecum sunt diuitiæ & gloria, &c. Secundò quòd sunt clarissima. Et quantum ad hoc, dicit *Gloriæ*. Roma. 2. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, &c. Tertiò, quòd sunt stabilissima, & quantum ad hoc: dicit *Hæreditatis*. Ea enim quæ hæreditaria sunt, stabiliter possidentur. Eccle. 31. Stabilita sunt bona illius in Domino. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis: &c. Quartò, quòd erunt intima. Et quantum ad hoc, dicit *In sanctis*. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. 2. Cor. 4. Supra modum in sublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. Aliud quod ponit pertinens ad futuram gloriam, est quod specialiter pertinet ad Apostolos. Vnde dicit, *Et quæ sit* (supple sciatis) *Supereminens magnitudo virtutis eius in nos*. scilicet Apostolos: quasi dicat. Licet omnibus sanctis abundanter diuitias gloriæ tribuat, supereminentius tamen tribuet Apostolis. Magnitudo enim virtutis ostenditur in effectu. Vnde quanto magis effectus virtutis diuinæ in aliquo inuenitur, tanto ibi virtus diuina maior ostenditur, licet in seipsa sit vna & indiuisa. Et ideo, quia maior effectus virtutis diuinæ est in Apostolis, ideo magnitudo virtutis erit in eis. Et quòd maior sit in eis effectus, ostendit dicens, *Qui credimus*, idest, qui sumus primitiæ credentium 2. Cor. 4. Nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quòd ille qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Proprer quod dicebat 2. Timo. 1. Scio cui credidi, &c. Ideo illi inter vos per quos alii instructi sunt & vocati ad fidem: sicut doctores præeminentius præmiabuntur, quia vt dicitur in Glo. quoddam incrementum gloriæ habebunt summi doctores vltra illud, quod communiter omnes habebunt: propter quod Dan. 12. docti assimilantur splendori firmamenti, sed doctores assimilantur stellis. Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

LEC-

LECTIO SEPTIMA.

ENVMERATIS beneficiis, quæ Apostolus conferenda optat Ephesiis in futurum: hic consequenter ponit formam, & exemplar illorum beneficiorum. Sicut autem vita Christi est forma, & exemplar iustitiæ nostræ, ita & gloriæ, & exaltatio Christi est forma & exemplar gloriæ & exaltationis nostræ. Ideo hic Apostolº duo facit: quia primo proponit formam exaltationis beneficiorum & donorum in generali. Secundo, manifestat eam in speciali, ibi; *Suscitans illum a mortuis &c.* Forma autem & exemplar operationis diuinæ in nos, est operatio diuina in Christo. Et quantum ad hoc dicit; *Secundum operationem*, idest ad similitudinem operationis; *Potentiæ virtutis eius*, idest virtuosæ potentiæ Dei; *Quam operatus est in Christo*, exaltans caput illud, supple, ita virtuosæ operabitur in nobis. Phil. 3. Saluatorẽ expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. nos autem exaltari ad similitudinem exaltationis Christi frequenter legimus in scriptura. Rom. 8. Si compatimur, vt & glorificemur. Item, Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Consequenter explicat formã & exemplar in speciali, manifestans ea, quæ pertinent ad exaltationem Christi, loquendo de Christo, inquantum est homo, dicens; *Suscitans illum &c.* Circa quod tria beneficia ponit exaltationis Christi. Primum est, transitus de morte ad viram. Et quantum ad hoc dicit; *Suscitans illum a mortuis*. Secundum est, exaltatio ad gloriam altissimam, & quantum ad hoc dicit; *Constituens illum ad dexteram suam*. Tertium est, sublimatio ad potentiam maximam, & quantum ad hoc dicit; *Et omnia subiecit sub pedibus eius*. Dicit ergo quantum ad primum, dico quòd hoc erit secundum operationem, quã operatus est in Christo, scilicet Deus pater eadem virtute, quam habet cum Christo. Vnde & ipse Christus seipsum resuscitauit, & Deus pater eum resuscitauit. Roma. 8. Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Quãtum vero ad secundum dicit; *Constituens illum &c.* Quæ quidẽ celsitudo gloriæ potest tripliciter considerari, scilicet per comparationem ad Deum, per cõparationem ad corporales creaturas, & per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo considerẽtur per comparationem ad Deum, sic constitutus est ad dexterã suam, quæ quidem dextera, non est intelligenda pars corporalis quia vt dicitur. Ioan. 4. Spiritus est Deus: sed metaphorice dicitur, vt sicut per dexterã intelligitur nobilior & virtuosior pars hominis, ita cum dicimus Christum Iesum constitutum ad dexteram Dei, intelligatur secundum humanitatem constitutus in potioribus bonis patris, & secundũ diuinitatẽ intelligatur æqualis patri. Vnde Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sed ea de xtris meis &c. Itẽ Mar. vlt. Et Dominus quidem Iesus, postquã locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet ad dexterã Dei. In comparatione vero ad corporales creaturas dicit; *In cælestibus* Nam corpora cælestia tenẽt supremum locum in comparatione ad alia corpora. infra. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. In comparatione vero ad spirituales creaturas. Primo dicit, Christum exaltatum super aliquas specialiter. Secũdo, super omnes generaliter, ibi; *Et super omne nomen &c.* Ad horum autem intelligentiam sciendum est, quòd nouem sunt ordines angelorum: quorũ quatuor Apostolus tangit hic, qui quidẽ sunt medii. Nam supra eos sunt tres superiores, scilicet throni, Cherubin, & Seraphin. Sub eis autem sunt duo inferiores, scilicet archangeli, & angeli. Qui quidem nouem ordines distinguũt in tres hierarchias, idest sacros principatus. In quarum qualibet assignantur tres ordines: sed in assignatione ordinum hierarchiæ prinę cõueniunt omnes doctores in hoc, scilicet quòd supremus ordo ipsius sit Seraphin, secundus Cherubin, tertius throni. In assignatione vero ordinum aliarum duarum hierarchiarum, scilicet mediæ & infimæ, discordãt Dionisius & Gregori. Nam Dionysius in supremo ordine medię hierarchiæ ponit dominatiões, in secundo virtutes, in tertio potestates, descendendo. In supremo vero ordine infimæ hierarchiæ posuit principatus, in secundo archangelos, in tertio angelos. Et hæc assignatio ordinum concordat literæ præsenti. Nam Apostolus ascendendo, incipit a supremo infimæ hierarchiæ, qui est septimus. Gregorius autem aliter ordinat: quia ponit principatus in medio dominationum, & potestatum, quod pertinet ad secũdũ ordinem mediæ hierarchiæ, virtutes vero ponit in medio potestatum, & archangelorum, quod pertinet ad supremum ordinem infimæ hierarchiæ. Et hæc assignatio, etiam fulcimentum habet ex verbis Apostoli. Colos. 3. Vbi dicit, Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, vbi illos ordines enumerat, descendendo. Sed, reseruata ordinatione Gregorii (vsque quo legamus epistolam ad Col.) ad præsens via Dionysii magis cõpetẽtem præsenti literæ, prosequemur. Ad cuius intellectũ sciendum est, quòd, potest cõsiderari tripliciter, ordo rerum. Primo quidem, secundum quod sunt in prima omnium causa, scilicet, in Deo. Secundo vero, secundum quod sunt in causis vniuersalibus. Tertio, secundum determinationem ad speciales effectus. Et quia omnia, quæ fiunt in creaturis ministrantur per angelos, ideo secundum triplicem acceptionem ordinis rerum, distinguuntur tres angelicę hierarchiæ, ad quarum vnam pertinet accipere rationes rerum, in ipso rerum uertice, scilicet Deo: ad aliam vero, pertinet accipere rationes rerum in causis vniuersalibus: ad aliam vero, in propriis effectibus. Nam quanto mentes angelicæ sunt superiores, tanto diuinam illuminationem in maiori vniuersalitate recipiunt. Et ideo ad supremam hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad Deum. Propter quod, ordines hierarchiæ istius denominãtur per cõparationẽ ad Deum: quia Seraphin dicuntur ardentes & vniti Deo per amorem. Cherubin vero quasi lucentes, inquantum supereminenter diuina secreta cognoscunt. Throni vero dicuntur sic, inquantũ in eis Deus tua iudicia exercet. Et de istis tribus ordinibus nullam facit hic Apostolus mentionem. Ad mediam hierarchiam pertinet rerum administratio per comparationem ad causas vniuersales. Vnde dominantur ordines hierarchiæ illius nominibus ad potestatem pertinentibus, cum causæ vniuersales sint virtute, & potestate in inferioribus & particularibus. Ad potestates autem, quæ habent vniuersale regimen, tria pertinent. Primo, quòd sit aliquis per imperium dirigens. Secundo, quòd sint aliqui, qui impedimenta executionis repellant. Tertio, quòd sint aliqui, qui ordinent, qualiter alii imperium exequantur. Horum autem primum, pertinet ad dominationes, quæ vt dicit Dionysius, sunt liberæ ab omni subiectione, nec ad exteriora mittuntur: sed eis, qui mittuntur imperant. Secundum vero, pertinet ad virtutes, quæ præbent facilitatem ad imperium implendum. Tertium vero, pertinet ad potestates imperium exequentes. Ad infimam autem hierarchiam, pertinet administratio rerum in comparatione ad speciales effectus, vnde nominibus ad eos pertinentibus nuncupantur. Vnde angeli dicuntur illi, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem singulorum. Archangeli vero, qui exequuntur ea, quæ pertinent ad salutem & vtilitatem magnorum. Principatus vero, dicuntur illi, qui præsunt singulis prouinciis. His ergo expositis, Christus super omnes est. De his vero quatuor Apostolus specialem mentionem facit. Cuius ratio est. quia horum quatuor ordinum nomina a dignitate imponuntur: & quia agit de dignitate Christi, ideo hic specialiter eos nominat, vt ostendat Christum omnem dignitatem creatam excedere. Consequenter cum dicit; *Et omne nomen, quod nominatur &c.* Ostendit Christum exaltatum esse communiter supra omnem creaturam spiritualem: dixerat enim supra, Christum esse exaltatum, super omnes creaturas spirituales, quæ a potestate dominantur. Sed quia præter illos angelorum ordines, in sacra scriptura, quidam alii ordines cælestium spirituum inueniũtur, scilicet Seraphin. Esa. 6. Et Cherubin. Ezech. 10. &. 11. &. 41. Et throni, in Psal. Et de istis non facerat mentionem: ideo ostendit Christum, secundum quod homo supra omnes huiusmodi ordines esse exaltatum: propter quod subiungit, dicens; *Et super omne nomen &c.* Idest, non solum super principatus: sed super omne nominabile. Sciendum est enim, quòd nomen imponitur ad cognoscendum rem, vnde significat rei substãtiam, cum significatum nominis sit diffinitiua ratio rei. Cum ergo dicit; *Et omne nomen, quod nominatur*, dat intelligere, quòd exaltatus est supra omnem substantiam, de qua potest haberi notitia, & quæ posit nomine comprehendi. Quod dico, vt excludatur substantia diuinitatis, quæ incomprehensibilis est. Vnde Glo. dicit; *Supra omne nomen*, idest nominabile. Et ne intelligatur, quòd sit supra nomen Dei, ideo subdit; *Quod nominatur*. Nam maiestas diuina nullo nomine concludi, vel nominari potest. Addit autem; *Non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro:* quia multa fiunt in hoc seculo, quæ notitia comprehendimus & nominamus: quædam tamen sunt in futu-

ro seculo, qui hic comprehendi nõ possunt, nec etiam nominari: quia vt dicitur. 1. Corinthio. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nominantur tamen hæc a beatis, qui sunt in futuro seculo. Huiusmodi autem sunt, de quibus dicit Apostolus. 2. Cor. 12 quòd audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et tamen super hæc omnia exaltatus est Christus. Philip. 2 Dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

LECT. VIII.

SVPRA egit Apostolus de exaltatione Christi, & quãtum ad eius transitum de morte ad vitam, ĩ illa particula; *Suscitans illum &c.* Et de eius exaltatione ad gloriam altissimam, in illa particula; *Et constituens ad dexteram &c.* Hic agit de eius exaltatione, quãtum ad potestatem maximam. Circa quod duo facit, quia primo agit de Christi potestate respectu totius creaturæ. Secundo, de eius potestate respectu ecclesiæ. ibi; *Et ipsum dedit &c.* Dicit ergo, quòd respectu totius creaturæ habet vniuersalem potestatem, quia *omnia subiecit*, scilicet Deus pater *sub pedibus eius*. Vbi sciendum est, quòd hoc, quod dicit; *Sub pedibus*, potest accipi dupliciter. Vno modo, vt sit locutio figuratiua & similitudinaria, vt, scilicet per hoc detur intelligi, quòd omnis creatuta totaliter est subiecta potestati Christi. Illud enim est a nobis omnino subiectum, quod pedibus conculcamus. Et de ista potestate, dicitur Matt. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Heb. 2. In eo enim, quòd ei omnia subiiciuntur, nihil dimisit non subiectum ei. Alio modo, vt sit locutio metaphorica. Nam per pedes intelligitur infima pars corporis, per caput vero suprema. licet autem in Christo diuinitas & humanitas non habeant rationem partis, tamen diuinitas, quæ est supremũ in Christo intelligitur per caput 1. Cor. 11. Caput vero Christi Deus, humanitas vero, quæ infima est, intelligitur per pedes. Psal. 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Est ergo sensus, quòd omnia creata non solum subiecit pater Christo, inquantum est Deus, cui ab æterno omnia sunt subiecta: sed etiam humanitati eius. Aduertendum est autem hic, quòd Christo subiiciuntur aliqua dupliciter, quia quædam voluntarie, & quædam inuoluntarie. Hoc autem Origenes non intelligens, sumpsit ex hoc verbo Apostoli occasionem erroris, dicens. quòd omnia, quæ subiiciuntur Christo participant salutem, quia ipse est vera salus. Et ideo dixit, quòd omnes dæmones & damnati aliquando saluabuntur, cum subiiciantur sub pedibus Christi, hoc autem est cõtra sententiam Domini. Matt. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: & concludit in fine capituli, Ibunt hi in supplicium æternum. Dicendum est ergo, quòd omnia subiecit sub pedibus eius: sed quædam voluntarie tanquam saluatori, puta, iustos qui in vita præsenti implent voluntatem Dei, & isti subiiciuntur ei, vt impleat eorum desiderium & voluntatem, expectantes illud, quod dicitur de bonis. Prouer. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Quædam vero subiiciuntur ei inuite, tanquam Iudici, vt Christus de his suam voluntatem faciat. Et isti sunt mali, de quibus potest intelligi illud Luc. 19 Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se: adducite huc & interficite coram me. Deinde cum dicit; *Et ipsum dedit caput &c.* Agit de potestate Christi respectu ecclesiæ. Circa quod tria facit, quia primo ponit habitudinem Christi ad ecclesiam. Secundo, habitudinem ecclesiæ ad Christum. Tertio, exponit illam habitudinem. Quantum ad primum dicit; *Et ipsum dedit* Deus pater; *Caput super omnem ecclesiam*, scilicet, tam militantem, quæ est hominum in præsenti viuentiũ, quàm triũphantẽ, quæ est ex hominibus & angelis in patria. Christus enim secundum quasdam communes rationes caput est etiã angelorum. Col. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis: sed secundum speciales rationes est Christus caput hominum spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinem habet ad membra. Primo quidem, quo ad præeminẽtiam in situ. Secũdo, quo ad diffusionem virtutum, quia ab eo omnes sensus deriuantur in membra. Item, quo ad conformitatem in natura. Sic ergo quantum ad præeminẽtiam, & quantum ad diffusionem, Christus est caput angelorum. Nam Christus præest angelis, etiam secundũ humanitatem. Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto, præ illis differentius nomen hæreditauit. Item, Christus etiam

LECTIO VIII.

ET omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAPIT. II. LEC. I.

ET vos cum essetis mortui delictis, & peccatis vo-

secũdum quod homo, angelos illuminat & in eis influit, vt Dionys. probat ex verbis Esa. 63. scilicet, Quis est iste, qui venit de Edon &c. Dicens hæc verba esse supremorum angelorum. Quod autem sequitur, Ego qui loquor iustitiam, dicit esse verba Christi, eis immediate respondentis. Ex quo datur intelligi, quòd non solum inferiores, sed etiam superiores angelos Christus illuminat. Quãtum autem ad naturæ conformitatem, Christus non est caput angelorũ, quia non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, vt dicitur Heb. 1. Sed est caput hominum tantum. Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea. s. per naturam, & sponsa per gratiam. Quantum ad habitudinem ecclesiæ ad Christum, dicit *Quæ est corpus eius*, scilicet inquantum est ei subiecta, & recipit ab eo influentiam, & habet naturam cõformem cum Christo. 1. Cor. 12. Sicut enim corpus vnum est, & habet multa membra, omnia autem membra corporis cũ sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus, vt enim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. Exponit autem: quod dixit, *Quæ est corpus ipsius*, subdens *Et plenitudo eius* &c. Quærenti enim, cur in corpore naturali sint tot mẽbra, .s. manus, pedes, os, & huiusmodi, respondetur hoc esse ideo, vt deseruiant diuersis operibus animæ, quarum ipsa potest esse causa, principium, & quæ sunt virtute in ipsa. Nam corpus est factum propter animam, & non econuerso. Vnde secundum hoc, corpus naturale est quædam plenitudo animæ. Nisi enim esset membra cum corpore completa, non posset anima suas operationes plenè exercere. Similiter itaque est hoc de Christo, & de ecclesia, & qa ecclesia est institura propter Christum, dicitur φ ecclesia est plenitudo eius. s. Christi. i. vt omnia, quæ virtute sunt in Chro, quasi quodãmodo in mẽbris ipsius ecclesiæ impleãtur, dum. s. omnes sensus spirituales, & dona, & quicquid potest esse in ecclesia, quæ omnia superabundanter sunt in Christo, ab ipso deriuentur in mẽbra ecclesiæ & perficiantur in eis. Vnde subdit *Qui omnia in omnibus adimpletur*, scilicet dum hunc quidem, qui est membrum ecclesiæ facit sapientem, secundum perfectam sapientiam; quæ est in ipso: illum vero iustum, secundum perfectam iustitiam, & sic de aliis.

istis, in quibusaliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri.

LECTIO PRIMA.

SVpra enumerauit Apostolus beneficia humano generi per Christum communiter exhibita; hic Apostolus commemorat eadem per comparationem ad eorum statum præteritum. Status antem eorum præteritus dupliciter considerari potest. Primo quidem, quantum ad statum culpæ. Secundo, quantum ad statum Gentilitatis eorum. Apost. ergo duo facit, quia primo cõmemorat beneficia quantũ ad primũ statũ eis exhibita, Secundo, commemorat ea per comparationem ad statum secũdum, ibi *Propter quod memores estote &c.* Prima iterum in duas, quia primo recitat Apostolus statum culpæ ipsorum. Secundo, beneficiũ gratiæ iustificationis, ibi. *Deus autẽ qui diues est &c.* Prima iterum in duas, quia primo commemorat statum culpæ quantum ad Gentiles. Secundo, quantũ ad Iudæos ibi, *In quibus & nos &c.* Prima iterum in duas, quia primo premittit beneficii generalitatem. Secundo, subdit huius necessitatem ibi, *Cum essemus mortui &c.* Dicit ergo, Dico, quòd Deus magnifice operatur in fidelibus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, & hoc, quia suscitauit illum a mortuis, secundum hanc ergo operationem ad huius operationis exemplum conuiuificauit nos, vita. s. gratiæ de morte peccati. Osea 6. Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos &c. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite &c. Necessitatem verò huius beneficii ostendit, cum dicit *Cum essetis mortui &c.* Vbi optime describit eorum culpam. Primo, quantum ad multitudinem, quia *cum essetis mortui*. s. morte spirituali, quæ pessima est. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Peccatum enim mors dicitur, quia per ipsum homo a Domino, qui est vita, separatur. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. *Mortui*, inquam, *In delictis, & peccatis vestris*, ecce multitudo. *In delictis* quidem, quantum ad omissa. Psal. 18. Delicta quis intelligit, &c. *& peccatis* quantum ad commissa, *In quibus aliquando ambulastis*. Quod ideo dicit, ut multitudinem peccatorum

rum exaggeret. Nam aliqui, si ad horam mortui sunt in peccatis & in delictis, cessant tamen aliquando, & peccare desinunt, sed isti de malo in peius procedẽtes & ambulantes, proficiebant. Simile habetur Phil. 3. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis, nunc autem & flens dico &c. Hier. 2. Ambulauerunt post vanitatem suã, & vani facti sunt. Secũdo, describit eorum culpam quantũ ad causam, quæ ponit duplex. Vna, ex parte huius mundi, quia allicieb tur à rebus mundi, & quantum ad hoc, dicit *Secundum seculum mundi huius*, idest secundum secularem vitam rerum mundanarum, quæ vos alliciunt. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo Propter quod præmittit, Nolite diligere mundum. Alia causa est ex parte demonum, quibus seruiebant, de quibus dicitur. Sapien. 14. Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est & initium. Et quantum ad hoc, dicit *Et secundum principem potestatis*, Quam quidem causam describit tripliciter Primo quidem, quantum ad potestatem, dicens *Secundum principem potestatis*, idest potestatem exercentem, non quòd habeat eam naturaliter, cum nec dominus, nec creator sit ex natura, sed inquantum dominatur hominibus, qui se ei peccando subiiciunt. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et 14. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Secundo, quantum ad habitationem, quia *Aeris huius*, idest qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. Vbi sciẽdum est, quòd de istis dæmonibus duplex est opinio apud doctores. Quidam enim dixerunt, dæmones qui cæciderunt, non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferioribus, qui præsunt corporibus inferioribus. Constat autem totam creaturam corporalem administrari a Deo, ministerio angelorum. Et hæc est opinio Ioannis Damasceni, scilicet quòd primus eorũ qui ceciderunt, præerat ordini terrestrium, quod forte sumptũ est ex dicto Platonis, qui ponebat quaidam substantias cælestes, seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hoc quod dicit *Aeris huius*, idest ad hoc creati, vt præsiderent aeri huic. Alii vero volunt & melius, quòd fuerint de supremis ordinibus, ita φ, hoc quod dicit, aeris huius, sit ad ostendendum ipsum aerem esse habitationem ipsorum in pœnam eorum. Vnde Iudas in sua canonica dicit. Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium Dei magni, vinculis æternis, sub caligine reseruauit. Ratio autem, quare non statim post eorum casum retrusi sunt in infernum, sed dimittuntur in aere, est, quia Deus noluit quòd ipsis peccantibus eorum ratio totaliter frustraretur, & ideo dedit eos hominibus in exercitium, quo bonis præpararent coronam, malis autem æternam mortẽ, & quia vsque ad diem iudicii est nobis tẽpus belli & merendi, ideo vsq; tunc in aere permanebunt, post diem vero iudicii retrudentur in infernum. Aduertendum etiam quòd vna litera habet, spiritus, & sic est genitui casus, & ponitur singulare pro plurari q. d. spirituum. Alia litera habet spiritum, & tunc est accusatiui casus, vt dicatur, Secundum principem spiritum, idest qui princeps est spiritus. Tertio, quantum ad operationem, ibi cum dicit. *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ*, idest in illos qui a se repellunt fructum passionis Christi. qui erant filii diffidentiæ. Vel quia de æternis non habent fidem, nec spem salutis per Christum, Et in talibus princeps potestatis aeris huius, libere operatur ducens eos quo vult, de quibus infra 4. dicitur, Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immunditiæ. Vel *Diffidentiæ*, idest de quibus eis est diffidendum, idest qui ex malitia peccant, in quibus princeps huius mundi etiam operatur ad nutum. De his enim qui ex ignorantia, & infirmitate peccant, non est diffidendum, nec in eis princeps iste operatur ad nutum. Sed contra, de nemine est desperandum quandiu viuit. Respondeo, Dicendum est, quòd de aliquo potest esse duplex spes. Vna ex parte hominis, alia ex parte diuinæ gratiæ, & sic de aliquo potest desperari ex parte sua, de quo tamen desperandum non est ex parte Dei: sicut desperandum erat de Lazaro iacente in sepulchro, quòd resurgeret ex parte sua, de quo tamen desperandum non erat ex parte Dei, a quo resuscitatus est. De illis ergo, qui ex malitia, sunt multum in peccatis demersi, si attendatur eorũ virtus, desperari potest, Psal. 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia: non tamen si attendatur virtus diuina. De istis autem filiis diffidentiæ, dicitur infra 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Deinde cum dicit *In quibus & nos omnes &c.* comme

morat Apostolus statum culpæ quantum ad Iudæos, ostendens eos omnes in peccato fuisse, secundum illud Rom. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Attendenda est tamen differentia circa hoc, quia Apostolus agens de culpa gentilium, assignauit duas causas culpæ fuisse. Vnam scilicet, ex parte mundi, aliam ex parte dæmonũ, quos colebant. Quia ergo Iudæi erant similes gentilibus in statu culpæ quantũ ad primam causam, nõ autem quantum ad secundam, ideo Apostolus non facit mentionem de culpa eorum. nisi quantum ad causam, quæ est ex parte mundi. Circa quod tria facit. Primo, commemorat eorum culpam, quantum ad peccatum cordis. Secundo, quantum ad peccatũ operis. Tertio, quantum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis, & quantum ad hoc dicit, *In quibus*, scilicet peccatis & delictis nos omnes, scilicet Iudæi aliquando conuersati sumus, agentes vitam nostram *In desideriis carnis nostræ*, idest carnalibus. Tit. 3. Eramus enim aliquando & nos insipientes & increduli, errantes & seruientes desideriis & voluptatibus variis &c. Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Peccatũ uero operis nihil aliud est quàm expressio interioris cõcupiscentiæ. Est autem quædam concupiscentia carnis, sicut sunt concupiscentiæ naturales, puta cibi, per quam conseruatur individuum, & venereorum, per quam conseruatur species, & quantum ad hoc dicit. *Facientes voluntatem, &c.* idest ea in quibus caro delectatur Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, Quædam vero est concupiscentia cognitionis eorum .s. quæ non veniunt ex desideriis carnis; sed ex ipso appetitu animæ, vt honoris ambitio & propriæ excellẽtiæ & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit, *Et cogitationum*, idest exequentes illas concupiscentias, quæ causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatum vero originis insinuat, dicens. *Et eramus natura filii iræ*. Quod quidem peccatum ex primo parente, non solum in Gentiles, sed etiam in Iudæos transfunditur. Roma. 5. Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit. & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt, Et sicut homines per baptismum mundantur a peccato originali solum quantum ad personas proprias, vnde generant filios baptizandos, ita circuncisio mundabat ab originali personas solum, sed generabant adhuc circuncidendos. Et hoc est quod dicit *Eramus natura*, idest per originem naturæ, non quidem naturæ, vt natura est, quia sic bona est, & a Deo, sed naturæ, vt vitiata est. *Filii iræ*, idest vindictæ, pœnæ, & gehennæ, & hoc *Sicut & cæteri*, idest Gentiles.

Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos, in Christo Iesu.

LECTIO SECVNDA.

POstquam exaggerauit Apostolus statum culpæ inficientis, hic commendat beneficium gratiæ iustificantis. Circa quã duo facit. Primo ipsum beneficium ponit. Secundo, seipsum exponit, ibi *Gratia enim estis &c.* Beneficium autem illud describit, quantũ ad tres causas. Primo, quantum ad causam efficientem. Secundo, quantum ad causam formalem seu exemplarem. Tertio, quantum ad causam finalem. Efficiens autem causa beneficii diuini iustificantis, est charitas Dei. Et quantum ad hoc dicit. *Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem.* Dicit autem propter nimiam Charitatem, quia dilectionis diuinæ possumus considerare quadruplicem bonitatem, & efficientiã. Primo, quia nos in esse produxit. Sap. 11. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, &c. Secũdo, quia ad imaginem suam nos fecit & capaces beatitudinis suæ. Deu. 33. Cum eo sanctorum millia in dextera illius ignea lex, dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Tertio, quia homines per peccatum corruptos reparauit. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo &c. Quarto, quia pro salute nostra filium propriũ dedit. Io. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium suũ vnigenitũ daret. Vnde Gre. O, inestimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres filiũ tradidisti. Dicit aũt. Qui diues est in misericordia, quia cum amor hominis causetur ex bonitate eius qui diligitur, tunc homo ille qui diligit, diligit ex iustitia, inquantum iustum est, φ talem amet. Quando veto amor causat bonitatem in dilecto, tunc est amor procedens ex misericordia. Amor autem, quo Deus amat nos, causat in nobis bonitatem.

& ideo misericordia ponitur hic quasi radix amoris diuini. Esa. 63. Largitus est in eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Ibidem, Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me. Dicitur autem Deus diues in misericordia, quia habet eam infinitam & indeficientē, quod non habet homo. In tribus enim homo miseretur cū termino & limitatione. Primo quidem largiendo beneficia temporalia, & hæc misericordia est finita, non excedens limites propriæ facultatis. Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors, sed Deus diues est etiam in omnes qui inuocant illum, vt dicitur Ro. 10. Secundo, est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriam, & in hoc etiam modus esse debet, vt scilicet non sic passim remittat, vt ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilior ad iterum offendendum. Eccle. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filii hominū perpetrant mala. Deo autem nihil nocere potest, & ideo potest omnem offensam remittere. Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et parum post, Porro si iuste egeris, quid donabis ei? Tertio, homo miseretur pœnam remittendo, & in hoc etiam est modus seruandus, scilicet vt non facias contra legis superioris iustitiam, Deus autem pœnam omnium remittere potest, cum non obstringatur aliqua superioris lege. Iob. 34. Quem constituit alium super terram, & quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita, quia non coarctatur angustiis diuitiarum, neque timore nocumenti restringitur, & neque lege superioris. Causa vero exemplaris beneficii est, quia in Christo collata. Et quantum ad hoc dicit. *Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo &c.* Vbi tangit triplex beneficium, idest iustificationis, resurrectionis a mortuis & Ascensionis in cælum, per quæ tria Christo assimilamur. Dicit ergo quantum ad primum, vt legatur litera suspensiue, Deus aūt qui diues est, &c. *Cū essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Christo*, idest simul viuere fecit cum Christo. Osee. 6. Viuificauit nos post duos dies, &c. Conuiuificauit inquam, hic scilicet per viam iustitiæ. Psal. 65. Qui posuit animam meam ad vitā, & hoc in Christo, idest per gratiam Christi *Cuius*, scilicet Christi, *Gratia estis saluati*. Ro. 8. Spe enim salui sumus. Quantū vero ad secundum, dicit. *Et conresuscitauit* nos cum Christo: quantum ad animam in re, & spe, quantum ad corpus. Romanorum 8. Qui suscitauit ipsum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Quantum vero ad tertium dicit. *Et consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu*. scilicet nunc per spem, & tandem in futuro in re, quia vt dicitur Io. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, &c. Item, Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vtitur autem in his Apostolus præterito pro futuro, enuntians tanquam iam factum quod futurum est, pro certitudine spei. Sic ergo conuiuificauit quantum ad animam, tandem resuscitabit quantum ad corpus, consedere fecit quantum ad vtrunque. Consequenter cum dicit. *Vt ostenderet &c.* Ostendit causam finalem collati beneficii. Quod quidem potest dupliciter legi, quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista, vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista, tunc seculum est quædam mensura temporis, & periodus vnius generationis, vt dicatur sic, Dico quòd nos qui sumus primitiæ dormientium *Conuiuificauit in Christo*, & hoc *ut ostēderet in sæculis superuenientibus*. i. in his qui futuri sunt post nos, *abundantes diuitias gratiæ suæ*, & hoc non meritis nostris, sed bonitate sua, quæ est, scilicet *Super nos in Christo Iesu*, idest per Christum Iesum, 1. Ti. 1. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus omnem patientiam ad informationem illorum, qui credituri sunt illi vitam æternam. Sic ergo Deus largitus est sanctis primitiuis abundantia dona gratię, vt posteri facilius conuertantur ad Christum. Vel potest aliter áccipi seculum, scilicet in alia vita, de quibus dicitur Eccle. 24. Et vsque ad futurum seculum nō desinam. Sed licet ibi sit vnum seculum, quia ibi est æternitas, dicit tamen in seculis superuenientibus, propter multitudinem sanctorum participantium æternitatem, vt dicantur ibi tot secula, quot sunt æternitates participatæ. De his seculis dicitur in Psa. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum. Dicit ergo secundum hunc sensum, Dico quòd viuificauit nos in spe, scilicet per Christum, vel in gratia, vt ostenderet in seculis superuenientibus, idest in alia vita compleret *abundantes diuitias gra-*
F *tiæ suæ*, idest abundantem gratiam, quam etiam in hoc mundo dum multa dimittit peccata, & maxima dona concedit, dicit, quæ quidem superabundat in vita alia, quia ibi deficienter habetur Io. 10. Ego veni vt vitam. s. gratiæ habeāt, in hoc mundo, & abundantius habeant, scilicet gloriæ in patria. Et hoc *In bonitate sua*. Psal. 72. Quàm bonus Israel Deus. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. *Et hoc supra nos*, idest, supra nostrum desiderium, supra nostrum intellectum, & supra capacitatem nostram, Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectanti-
G bus te, *Et hoc in Christo Iesu*, idest per Christum Iesum, quia sicut gratia nobis confertur per Christum, ita & gloria consumata. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Per ipsum enim beatificamur per quem iustificamur. Dicit autem, *Vt ostenderet*, quia thesaurus gratiæ in nobis est occultus, quia habemus ipsum in vasis fictilibus, vt dicitur 2. Cor. 4. & 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur & simus. Et parum post, Nunc filii dei sumus, & nondum apparuit, &c. Sed ille thesaurus occultus, quia nondum apparuit in seculis superuenientibus ostenditur, quia in patria omnia erunt nobis aperta quæ ad manifestam sanctorum gloriam pertinent. Ro. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

LECTIO III.

GRATIA enim estis saluati per fidem, (&hoc nō ex vobis, Dei enim donū est) nō ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

LECTIO TERTIA.

H Supra commemorans Apostolus beneficium Dei, quo liberati sumus a peccato, interposuerat quòd gratia Christi eramus saluati, nunc autem illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo enim, proponit intentionem suam. Secundo, manifestat propositum, ibi. *Et hoc non ex vobis &c.* Dicit ergo primo, bene dixi, *Cuius gratia estis saluati*, Et certe adhuc dico secure. *Enim*, pro quia, *Estis saluati gratia*. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Idem enim est saluari, & iustificari. Salus enim importat liberationem a periculis. Vnde perfecta salus hominis erit in vita æterna, quando ab omnibus periculis immunis erit, sicut nauis dicitur esse saluata, quando venit ad portum. Esa. 60. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Huius autem salutis spem suscipiunt homines, dum in præsenti iustificātur a peccato, & secundum hoc dicuntur saluati esse, secundum illud Ro. 8. Spe enim saluati sumus. Hæc autem saluatio gra-
I tiæ est per fidem Christi. Concurrit enim ad iustificationem impii simul cum infusione gratiæ motus fidei in Deum, in adultis. Luc. 8. Vade in pace, fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Iustificati enim ex fide pacem habeamus. Deinde cum dicit. *Et hoc non ex vobis &c.* Manifestat quod dixerat, & primo quantum ad fidem, quæ est fundamentum totius spiritualis ædificii. Secundo quantum ad gratiam ibi. *Ipsius enim sumus factura &c.* Circa primum excludit duos errores, quorum primus est: quia dixerat quòd per fidē sumus saluati, posset quis credere, quòd ipsa fides esset a nobis, & quòd credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit: *Et hoc non ex vobis*. Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium, eo quòd ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem. Eccle. 3. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi 1. Co. 2. Quæ dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei, &c. Et ideo quòd homo credat, hoc non potest ex se habere nisi Deus det, secundum illud Sapientiæ 9. Sensum
K autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Propter quod subdit: *Dei enim donum est*, scilicet ipsa fides, Phil. 1. Vobis autem donatum est pro Chisto, non solum vt in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini & 1. Cor. 12. Alii enim datur fides in eodem spiritu. Secundo, excludit alium errorem. Posset enim aliquis credere quòd fides daretur nobis à Deo, merito operum præcedentium, & ad hoc excludendum, subdit, *Non ex operibus*, scilicet præcedentibus, hoc donum meruimus aliquando, quòd saluati sumus, quoniam hoc ex gratia, vt supra dictum est, secundum illud Ro. 11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Subdit autem rationem, quare Deus saluat homines per fidem absque meritis præcedentibus. *Vt ne quis glorietur*. in seipso, sed tota gloria in Deum referatur. Psal. 113. Non nobis domine non nobis, &c. 1. Corinthior. 1. Vt non glorietur omnis caro

ro in conspectu eius: ex ipso aūt vos estis in Christo Iesu. Deinde cum dicit. *Ipsius enim factura sumus &c.* Manifestat quod dixerat quantum ad gratiam. Circa quod duo facit. Primo, manifestat gratiæ infusionem. Secundo, declarat gratiæ prædestinationem, ibi. *Quæ præparauit Deus &c.* Duo autem ad rationem gratiæ pertinēt, quæ etiam iam dicta sunt, quorum primum est, vt id quod est per gratiam, non insit homini per seipsum, vel à seipso, sed ex dono Dei. Et quantum ad hoc dicit. *Ipsius enim factura sumus*, quia scilicet quicquid boni nos habemus non est ex nobisipsis, sed ex Deo faciente. Psal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus qui possedit, fecit, & creauit te? & continuatur immediatè cum præcedenti, vt dicatur, Ne quis glorietur, quia, scilicet ipsius factura sumus. Vel potest continuari cum eo quod supra dixerat. Gratia enim saluati sumus. Secundo, pertinet ad rationem gratiæ, vt non sit ex operibus præcedentibus, & hoc exprimitur in hoc quod subdit. *Creati*. Est enim creare, aliquid ex nihilo facere. Vnde quando aliquis iustificatur sine meritis præcedentibus, dici potest creatus, quasi ex nihilo factus. Hæc autem actio, scilicet creatio iustitiæ, fit virtute Christi, spiritum sanctum dantis. Propter quod subdit. *In Christo Iesu*. idest per Christum Iesum. Gal. vlt. in Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Psal. 103. Emitte spiritum tuum & creabuntur. Vlterius non solum datur nobis habitus virtutis, & gratiæ, sed interius per spiritum renouamur ad bene operandum. Vnde subdit. *In operibus bonis*, quia scilicet ipsa bona opera sunt nobis a Deo. Esa. 36. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et quia quos prædestinauit, hos & vocauit, scilicet per gratiam, vt dicitur Ro. 8. Ideo subdit de prædestinatione, dicens, *Quæ*, scilicet bona opera *Præparauit Deus*. Nihil enim aliud est prædestinatio, quàm præparatio beneficiorum dei, inter quæ beneficia computantur & ipsa bona opera nostra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare, inquantum disposuit se nobis daturum. Psa. 64. Parasti cibum illorum &c. Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis præparata à Deo, vt nihil ad illa per liberum arbitrium cooperaremur, ideo subdit. *Vt in illis ambulemus*. quasi dicat, Sic nobis ea præparauit, vt ea nosipsi nobis per liberum arbitrium impleremus. Dei enim adiutores sumus, vt dicitur 1. Cor. 3. Propter quod dicebat de seipso Apostolus 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Signanter autem dicit. *Ambulemus*, vt designet boni operis profectum, secundum illud Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. infra 5. Vt filii lucis ambulate.

LECTIO IIII.

PROPTER quod memores estote, quòd aliquando, vos qui Gentes eratis in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamētorū, promissionis spē non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi.

LECTIO QVARTA.

Prosecuto beneficio dei Gentilibus exhibito quantum ad liberationem a peccato: hic recitat Apostolus beneficium eis exhibitum a liberatione a statu Gentilitatis. Circa quod duo facit. Primo commemorat conditionem status præteriti. Secundo, recitat beneficia eis exhibita in statu præsenti, ibi. *Nunc autem in Christo Iesu &c.* Circa primum duo facit. Primo, commemorationis status præteriti ponit exhortationem. Secundò, ipsemet status præteriti declarat conditionē ibi *Qui aliquando &c.* Dicit ergo. *Propter quod*, vt scilicet aduertere possitis quòd omnia sint nobis data ex dei gratia, *Memores estote* Deuter. 9. Memento & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum &c. Deuter. 16. Memineris diei egressionis tuæ de Aegipto, omnibus diebus vitæ tuæ. Secundo cum dicit. *Qui aliquando* Commemorat præteriti status conditionē & primo quantum ad mala quæ habebant. Secundo, quantum ad bona quibus priuabantur, ibi. *Qui eratis in illo tempore &c.* Circa primum ponit tria mala. Primo gentilitatis crimen, quo idolis seruiebant, cum dicit. *Quia aliquando vos gentes eratis* 1. Cor. 12. Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Quidam vero libri habent, *Vos qui gentes eratis*, & tunc pendet constructio vsque ibi, *Nunc autem in Christo Iesu &c.* Secundo, recitat eorum carnalem conuersationem cum dicit. *In carne*, idest carnaliter viuentes. Ro. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Tertio, recitat contemptus eorum vilipensionem, qua a Iudeis vilipendebantur. Vnde dicit. *Qui dicebamini præputium*, idest, in circun-
A cisio, *Ab ea* .s. circuncisione, *Quæ dicitur circuncisio manufacta in carne*. i. a Iudæis tali circuncisione circuncisis. Et dicit manufacta, ad differentiam circuncisionis spiritualis, de qua dicitur Col. 2. In quo circuncisi estis circuncisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi consepulti ei in baptismo. Et sequitur parum post, Vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, cōdonans vobis omnia, &c. Deinde cū dicit. *Qui eratis in illo tēpore &c.* Cōmemorat bona, quibus priuabantur, & pri-
B mo, participatione sacramentorum. Secundo, Dei cognitione, ibi. *Et sine Deo in hoc mundo*. Circa primum ponit tria sacramenta, quorum participatione priuabantur. Primo Christi dignitate. Vnde dicit. *Qui eratis illo tempore sine Christo*, idest sine promissione Christi, quæ facta est Iudæis. Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustum &c. Zach. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Secundo, tāgit societatem sanctorum, qua priuabantur, quandiu in gentilitate permanebant, cum dicit, *Alienati à conuersatione Israel*, quia. s. Iudæis cum Gentibus non erat licitum conuersari. Deuter. 7. Non inibis cum eis fœdus, non misereberis eorum, neque sociaberis cum eis coniugia, &c. Io. 4. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Et quantū ad illos qui in Iudaismo recipiebantur contemptibiliter, cum fiebant proseliti. Vnde subditur, *Et hospites testamentorum*. q.d. Huiusmodi proseliti, quando conuertebantur ad Iudæos, & fiebant proseliti, non sicut ciues, sed sicut hospites recipiebantur ad percipiendum testamen-
C ta Dei. Dicit autem *Testamentorum* in plurali, quia Iudæis vetus testamētum erat exhibitum, & nouum erat promissum, quia vt dicitur Eccle. 44. Testamentum suum confirmauit super caput Iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Promiserat enim Deus dare aliud testamentum. Baruch. 2. Statuam illis testamentum alterum sempiternum. Hoc autem reddidit illis, quorum adoptio est filiorum dei, & gloria & testamentum, vt dicitur Ro. 9. Ponit etiam aliud beneficium quo priuabantur .s. spem futurorum bonorum, cum dicit. *Promissionis spem non habentes*. Quia vt dicitur Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Vlterius ponit summam damnificationem qua damnificabantur. s. ob Dei ignorantiam, ibi *Et sine Deo in hoc mundo*. i. sine cognitione dei Psal. 75. Notus in iudea Deus: non autem gentibus vt dicitur 1. Thes. 4. Non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum, quod tamen intelligitur de cognitione quæ est per fidem. Nam de cognitione naturali dici-
D tur Ro. 1. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, &c. Consequenter cū dicit. *Nunc autem in Christo &c.* Commemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per Christum. Circa quod duo facit, quia primo ostendit quomodo facti sunt participes bonorum, quibus ante priuabantur. Secundo, ostendit quòd ad illa bona non sicut hospites, sed sicut ciues recipiuntur, ibi, *Ergo non estis hospites &c.* Prima iterum in duas, quia primo commemorat huiusmodi beneficia in generali, Secundo, in speciali, ibi, *Ipse enim est pax nostra &c.* Dicit ergo primo, dixi quòd in illo tempore eratis sine Christo, alienati a cōuersatione Israel, *Nunc aūt* i. postquā cōuersi estis ad Christum, *Vos qui estis in Christo*. i qui ei adhæretis per fidē, & charitatem 1. Io. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Gal. vlt. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. *Vos*, inquam, *Qui aliquando eratis longe*, i. elongati a Deo, non loco, sed merito. Psal. 118.
E Lōge a peccatoribus salus, & a conuersatione sanctorum, & participatione testamentorum, vt dictum est, Iam *Facti estis prope*, Deo scilicet & sanctis eius, & testamentis. Esa. 6. Filii tui de longe venient, &c. Mar. 8. Quidam n. ex eis scilicet gentibus, de longe venerunt, scilicet de regione dissimilitudinis, & statu gentilitatis: vos autem modo facti estis prope, scilicet *In sanguine Christi*. i. per sanguinem eius, quo vos Christus attraxit. Ioa. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Et hoc propter nimiam charitatē, quæ potissime in morte crucis manifestatur. Hie. 31. In charitate perpetua dilexit te, ideo attraxi te miserans.

LECTIO QVINTA.

COmmemoratis beneficiis collatis ipsis Ephesiis in generali per Christum : hic ea commemorat in speciali . Circa quod duo facit . Primo ostendit qualiter appropinquauerunt populo Iudaico. Secundo qualiter propinquiores facti sunt Deo, ibi. *Vt reconciliet ambos &c.* Prima iterum in tres , quia primo ostendit causam appropiquationis. Secundo modum. Tertio finem. Secunda, ibi *Et mediũ parietẽ &c.* Tertia,ibi . *Vt duos &c.* Causa autem appropinquationis est Christus , propter quod dicit, *Ipse enim est pax nostra &c.* Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressionem . quasi dicat, Benedico quòd facti estis prope,sed hoc factũ est per Christum, quia *Ipse est pax nostra,* idest causa pacis nostræ . Vnde dicebat Ioan. 14. Pacem meam do vobis. Hic autem modus loquendi fieri consueuit, quando totum quod est in effectu,dependet ex causa, sicut cum dicimus de Deo,q̃ ipse est salus nostra, q̃a quicquid salutis est in nobis causatur à Deo . Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur a Christo , & per consequens quicquid appropinquationis , quia homo quando pacificatus est cum alio, secure potest ambulare,seu appropinquare ad ipsum , ideo dicit quòd est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annuntiauerunt pacem. Luc.2. Gloria in altissimis Deo,& in terra pax &c. Ipso etiam Christo in corpore existente, mundus maximam pacẽ habuit,qualem ante nõ habuerat. Psal.71. Orietur in diebus eius iustitia,&c.Ipse etiam resurgens pacem annunciauit . Luc. vlt.dixit eis , Pax vobis . Sequitur,*Qui fecit vtraque vnum,*quia scilicet Christus vtrunque populum,videlicet Iudæorum colentium Deum verum , & Gentilium ab huiusmodi Dei cultura alienatorum,coniunxit in vnum . Io.10 Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili &c. vsque ibi, Et fiet vnum ouile & vnus pastor . Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans , &c. Modus autem appropinquationis ostenditur,cum subdit.*Et medium parietem* &c.Hic autem modus est per remotionem eius,quod diuidebat . Debemus autem ad intellectum literæ imaginari vnũ magnum campum , & multos homines ibi congregatos, in quo quidem per medium protendatur & eleuetur vnus paries diuidens eos,ita quòd non videatur populus vnus,sed duo . Quicunque ergo remoueret parietem , coniungeret illorum hominum congregationem in turbam vnam , & efficeretur populus vnus . Sic intelligendum est quod hic dicitur , Mundus enim iste est sicut ager. Math. 13. Ager est mundus , hic autem ager , scilicet mundus,plenus est hominibus . Gen.2. Crescite & multiplicamini & replete terram . In isto autem agro est paries,quia quidã sunt ex vna parte , quidam ex alia , hic autem paries potest dici lex vetus,secundum carnales obseruantias , in qua Iudæi conclusi custodiebantur , vt dicitur Gal. 3. Sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem,quæ reuelanda erat. Can. 2. Ipse stat post parietem nostrum , quia videlicet Christus per veterem legem figurabatur. Christus autem hunc parietem remouit , & ita cum nullum remanet intersticium , factus est populus vnus Iudæorũ, & Gentium . Et hoc est quod dicit.*Dico quod fecit vtraque vnum.* hoc modo,scilicet *Soluens medium parietem* . Parietem dico,maceriæ non muri . Tunc enim est paries maceriæ , quando lapides in eo non conglutinantur cemento,nec ad hoc erigitur , vt duret in perpetuum , sed vsque ad tempus præfinitum . Vetus ergo lex est paries maceriæ propter duo . Primo,quia non conglutinabatur charitate ; quæ est quasi cementum conglutinans singulos subinuicem , & omnes simul Christo, infrà. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis . Vetus.n.lex , est lex timoris,inducens homines per pœnas , & comminationes ad obseruantias mandatorum . Et si qui illo tempore legis eam ex charitate obseruabant , iam pertinebant ad nouum testamentum,vt dicit Aug.quòd est lex amoris . Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Secundo vetus lex est paries maceriæ , quia non fuit data vt perpetuò duraret , sed vsque ad tempus præfinitum . Gal.4. Quanto tempore hæres parvulus est , nihil differt a seruo , cum sit dominus omnium , sed sub tutoribus & actoribus est,vsque ad præfinitum tempus a patre , ita & nos cum essemus , &c. Sed hic incidit quæstio , quia dicit , parietem maceriæ soluens , contrarium dicitur Mat. 5. Non veni soluere legem , sed adimplere . Respondeo, Dicendum est , quòd in veteri lege erant præcepta moralia & ceremonialia . Moralia quidem præcepta Christus non soluit , sed ad-

LECTIO V.

IPse .n. est pax nostra , qui fecit vtraq; vnum,& medium parietẽ maceriæ soluens,inimicitias in carne sua legẽ mandatorũ decretis euacuans , vt duos condat in semetipso in vno nouo homine faciẽs pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucẽ, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens, euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis,& pacem his qui prope,quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ.

impleuit , superaddendo consilia , & exponendo ea quæ Scribæ & Pharisei male intelligebant . Vnde dicebat Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum , & cætera. Et iterum , Dictum est antiquis , Diliges proximum tuum , & odio habebis inimicum tuum . Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros &c. Cerimonialia verò præcepta soluit quidem quãtum ad eorum substantiam,sed adimpleuit quantũ ad qd figurabãt, adhibens figuratum figuræ . Est ergo intelligendum , quòd hic dicit soluens , scilicet, quantum ad obseruantiam legis carnalis . Et soluere hoc , scilicet, parietem maceriæ , est soluere inimicitias quæ erant inter Iudæos & Gentiles , quia isti volebant legem seruare , illi verò minimè, ex quo oriebatur inter eos ira & inuidia . Sed certè has inimicitias Christus soluit in carne sua assumpta . Nam in eius natiuitate statim pax hominibus annuntiata est . Luc. 2. Vel in carne sua scilicet , immolata , quia vt dicitur infra 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo . In quo quidem sacrificio impleta sunt omnia illa sacrificia & cessauerunt. Hebr. 10. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos . Quid autem sit iste paries insinuat , dicens . *Quod est lex mandatorum* , quasi dicat , Soluens parietem , hoc est legem mandatorũ &c. Dicitur aũt lex uetus lex mandatorũ : non quia aliæ leges mandatis careant . noua enim lex, mandata habet. Io. 14. Mandatum nouum do vobis : sed propter duo. Primo quidem propter magnum numerum mandatorum legalium, intantum quòd ab hominibus seruari possunt , secundum illud Act.15. Hoc est onus quod neq; nos, neque patres nostri portare potuimus . Iob. 11. quòd multiplex sit lex eius , &c. Vel dicitur , Mandatorum,idest factorum . Ro. 3. Vbi est ergo gloriatio tua ? Exclusa est . Per quam legem ? Factorum ? Non,sed per legem fidei . Vnde sicut Baptismus Ioannis dicitur baptismus aquæ , quia tantum exterius mundabat , interius autem non sanctificabat , ita & lex vetus dicitur lex factorum , quia præcipiebat tantum quid facere deberent , sed non conferebat gratiam , per quam ad legem implendam iuuarentur . Lex vero noua dirigit in agendis præcipiendo,& iuuat ad implendum, gratiam conferendo . Euacuans dico sicut imperfectum euacuatur,per perfectum,& vmbra per veritatem 1.Corint.13.Cum autem venerit quod perfectum est , euacuabitur quod ex parte est, scilicet ĩperfectio & vmbra veteris legis,de qua.Heb.10. Vmbrã enim habens lex futurorum bonorum, &c. Et hoc decretis:idest præceptis noui testamenti,per quæ excluditur lex . Leui 26. Comedetis vetustissima veterum,idest præcepta legis naturæ simul cum noua lege , & præceptis eius susceptis , vetera proiicietis, idest cerimonialia præcepta veteris legis quantum ad eorum substantiam , vt dictum est . Finem vero appropinquationis ostendit dicens . *Vt duos condat in se &c.* Qui quidem finis est vt dicti duo populi efficiantur vnus populus . Quæ autem vniuntur oportet vniri in aliquo vno,& quia lex diuidebat non poterant in lege vniri , Christus autem in lege succedens & fides eius(sicut veritas figuræ) eos in semetipso condidit . Ioan. 17. Vt sint vnum,sicut & nos vnum sumus . Matth. 18. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo , ibi ego sum in medio eorum . Et hoc *In vno nouo homine faciens pacem* , idest in semetipso Christo , qui dicitur nouus homo propter nouum modum suæ conceptionis . Hier. 31. Creauit dominus nouum super terram , fœmina circundabit virum . Item,propter nouitatem gratiæ , quam contulit . Gal. vlt. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet , neque præputium , sed noua creatura. infra. 4.Renouamini spiritu mentis vestræ , & induite nouum hominem qui &cæt. Item propter noua mandata, quæ attulit . Io. 13 . Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem &c. Et licet ista videatur esse intentio Apostoli , tamen in glossa paries duplicatur , quia ex parte Iudæorum ponitur lex quasi obstaculum , ex parte vero Gentium est idolatria . Consequenter cum dicit , *Vt reconciliet ambos &c.* Ostendit qualiter Deo appropinquauerunt . Circa quod duo facit . Primo manifestat eorum reconciliationem ad Deum . Secundo,ponit manifestationem reconciliationis ibi *Et veniens euangelizauit* & cætera . Sciendum est,quòd dilectio proximi est via ad pacem Dei, quia vt dicitur .1. Io. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt , Deum quem non videt,quomodo potest diligere? & August. dicit quòd nullus putet habere pacem cum Christo, si discors fuerit cum Christiano . Primo ergo ponit pacem hominum

minum inuicem factam per Christum , & ex inde pacem hominum ad Deum: propter quod dicit; *Vt reconciliet ambos* iam vnitos in vno corpore ecclesiæ , scilicet in Christo . Ro. 12. Multi vnum corpus sumus in christo; *Reconciliet*, inquam, *Deo* per fidem & charitatem. 2. Corint.5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et hoc fecit ; *Per crucem,interficiens inimicitias in semetipso,* q̃a iudæorum , & Gentilium,quæ erant per legem inimicitias , interfecit , implens figuras veteris testamenti : sed inimicitias quæ erant inter Deum & homines per peccatum, interfecit in semetipso, quando per mortem crucis deleuit peccatum.Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris . Heb. 10. Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata . Dicit ergo ; *Interficiens inimicitias* idest peccata ; *In semetipso* in immolatione corporis sui . Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius , siue quæ in cælis , siue quæ in terris sunt . Roma. 5. Cum inimici essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filii eius . Item Col.1. In Christo complacuit omnem plenitudinem habitare , & per eum reconciliare omnia in ipso. Quia ergo Christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris , consequens fuit , vt soluto pretio fieret reconciliatio . Manifestationem vero huius reconciliationis ponit , dicens . *Et veniens euangelizauit &c.* Ponit autem primo pacis , seu reconciliationis annunciationem . Secundo pacis causam & rationem , ibi ; *Quoniam per ipsum habemus ,accessum &c.* Est ergo manifesta Dei reconciliatio ad hominem per Christum , quia ipse Christus non solum reconciliauit nos Deo , & interfecit inimicitias: sed etiam ; *Veniens,* scilicet in carne ; *Euangelizauit,* idest annunciauit ; *Pacem.* Vel veniens post resurrectionem , quando Stetit in medio discipulorum & dixit eis , Pax vobis . Luc. vlt. & Ioan. 20. Esa. 61. Ad annunciandum mansuetis misit me &c. Et. 52. Quàm pulchri pedes supra montes annuntiantis & prædicantis pacem , annuntiantis bonum , prædicantis salutem &c. *Euangelizauit,* inquam,non vni populo tantum , sed vobis gentibus ; *Qui longe fuistis,* quibus & si non in persona propria , tamen per apostolos suos annuntiauit pacem . Matth. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes &c. Esa. 33. Audite qui longe estis , quæ fecerim , & cognoscite &c. *Et pacem his qui prope* , supple annuntiauit Christus in persona propria . Roma. 15: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum . Esa. 54. Ecce, accola veniet qui non erat mecum , aduena quondam tuus adiungetur tibi . Causam autem pacis & formam ostendit , dicens ; *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo,* idest duo populi ; *In vno spiritu,* idest vniti vnione spiritus sancti . infra. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus &c. 1. Co. 12. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus . Sic autem habemus accessum ad patrem per Christum , quoniam Christus operatur per spiritum sanctum . Roma. 8. Si quis autem spiritum Christi non habet , hic non est eius , & ideo quicquid fit per spiritum sanctum , etiam fit per Christum . Per hoc etiam quod dicit ; *Ad patrem,* intelligendum est , quòd etiam pertinet ad totam trinitatem , quia propter essentiæ vnitatem in patre est filius & spiritussanctus, & in spiritu sancto pater & filius.Ideo cum dicit ad patrem specialiter ostendit , quòd quicquid filius habet, a patre habet,& ab eo etiam se habere recognoscit.

LECTIO VI.

ERgo iam non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorũ & domestici Dei, superedificati super fundamẽtum Apostolorum &Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu , in quo omnis ædificatio cõstructa,crescit in tẽplũ sctm̃ in dño.In quo & vos coædificamini,inhabitaculũ Dei,ĩ spiritu sctõ.

quòd collegium fidelium quandoque in scripturis vocatur domus , secundum illud 1. Timo. 3. Vt scias quomodo in domo Dei oporteat te conuersari , quæ est Dei ecclesia . Quandoque autem vocatur ciuitas , secundum illud Psal. 121. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas . Ciuitas enim habet collegium politicum , domus autem œconomicum , inter quæ quidem duplex differẽtia inuenitur. Nam qui sunt de collegio domus , communicant sibi in actibus priuatis , qui vero sunt de collegio ciuitatis,communicant sibi in actibus publicis,Item,qui sunt in collegio domus, reguntur ab vno,qui vocatur paterfamilias,sed qui sunt in collegio ciuitatis, regũtur à rege.Ita enim est paterfamilias in domo, sicut rex in regno.Sic igitur collegiũ fideliũ aliquid habet de ciuitate,& aliquid de domo.Sed si cõsideretur rector collegii , pater est.Mat.6.Pater noster qui es in cœlis,&c. Hic.3. Patrẽ vocabis me,& post me ingredi nõ cessabis,& sic collegiũ est domus: si vero ipsos subditos cõsideres,sic ciuitas est,quia cõmunicãt sibi in actibus præcipui.s.fidei,spei,& charitatis.Et hoc modo si fideles cõsiderẽtur in se,est collegiũ ciuitatis,si vero rector collegii attẽdatur,est collegiũ domus.Et ideò Apostolus duo verba ponit hic .s.*Hospites et aduenæ.*Hoc.n.sunt hospites ad domũ,quod aduenæ ad ciuitatem. Hospes enim dicitur,quasi extraneus a domo . Ecclesiast. 29. Vita nequam , hospitandi de domo in domum. Aduena vero est,qui extraneus venit ad ciuitatem . Ac si dicat Apostolus ; olim eratis extranei a collegio fidelium, sicut hospites a domo , & aduenæ ad ciuitatem , quemadmodum & proselyti ad legem veterem , sed nunc non est ita ; quia iam non estis hospites , & cætera Esa. 54. Ecce accola veniet, qui non erat mecum , aduena quondam tuus adiungetur tibi . Consequenter cũ dicit. *Sed estis ciues sanctorum &c.* Concludit quod conuenit statui præsenti , dicens . Sed estis ciues sanctorum , &c. q.d. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas in cõparatione ad subditos , & domus in comparatione ad rectorem , collegium ad quod vocati estis,est ciuitas sanctorum , & domus Dei Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te , ciuitas dei . Vnde August. Duas ciuitates,faciunt duo amores . Nam amor Dei vsque ad contemptũ sui , scilicet hominis amantis , facit ciuitatem Hierusalem cælestem , amor vero sui vsque ad contemptum Dei , facit ciuitatem Babylonis . Quilibet ergo vel est ciuis sanctorum,si diligit Deũ vsque ad contẽptum sui . Prouerb. vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus , si vero diligit se vsque ad contemptum Dei , est ciuis Babylonis . Consequenter cum dicit , *Superedificati &c.* manifestat propositum . Consuetum est in scripturis ; quòd in figura quæ methonimia dicitur , continens ponatur pro contento , sicut quandoque domus pro his qui sunt in domo : secundum hũc ergo modum loquitur Apostolus de his qui sunt in domo Dei , scilicet de fidelibus , sicut de vna domo , & comparat eos ædificio . Et circa hoc duo facit , quia primo proponit intentum . Secundo,ostendit quòd huius ædificii participes facti sunt ipsi Ephesii , ibi . *In quo & vos coedificamini , &c.* Circa primum duo facit . Primo proponit huius ædificii fundamentum . Secundo,ipsius constructionem seu complementum , ibi , *In quo omnis ædificatio constructa &c.* Fundamentum autem ponit duplex . Vnum secundarium , & aliud principale . Secundarium quidem fundamentum, sunt Apostoli & prophetæ . Et quantum ad hoc dicit,eos non esse hospites, sed ciues , quia iam pertinent ad ædificium spirituale , vtpote Superædificati supra fundamentum Apostolorum , & Prophetarum , id est,qui sunt Apostoli & prophetæ.i.super doctrinam eorum . Vel aliter *Supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum* , , idest supra Christum qui est fundamentum Apostolorum, & prophetarum: q.d.in eodem fundamento superædificati estis , in quo Apostoli & Prophetæ sunt ædificati , qui ex Iudæis fuerunt . Hæ autem expositiones duæ , tantum quo ad verba differunt : sed prima conuenientior est , quia si alia conuenientior esset , tunc pro nihilo adiungeret , *Ipso summo angulari lapide Christo Iesu* , cum ipse Iesus sit summum fundamentum . Secundum ergo primum modum,magis consonat,ita tamen quod præcipuus lapis & summum fundamentum sit Christus . Quantum vero ad sententiam nihil differunt,quia idem est dicere Christũ esse fundamẽtum , & Doctrinam Apostolorum , & prophetarum , cum Christum tantum , non seipsos prædicauerint , vnde accipere eorum doctrinam est accipere Christum Crucifixum . 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum Crucifixum , idest Pe. 1 Quibus reuelatum est , quia non sibiipsis , & cætera . Item 1. Corint. 2. Nos autem sensum Cristi habemus . Notandum.

est, quòd Apostoli dicuntur fundamenta. Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. Esa. 54. Fundabo te in saphyris, idest in caelestibus viris. Expresse autem dicuntur fundamenta. Apo. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta. 12. & in ipsis nomina 12. Apostolorum. Qui in tantū dicuntur fundamenta, inquantum eorum doctrina Christū annuntiant. Mat. 16. Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Dicit autem apostolorum & prophetarum, vt designet quòd vtraque doctrina est necessaria ad salutem. Math. 13. Scriba doctus in regno caelorū similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Item, vt ostendat concordiā inter vtranque alterius ad alteram, dum idem est vtriusque fundamentum. Nam quod prophetae praedixerunt futurum, Apostoli praedicauerunt factum. Rom. 1. Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos. Principale vero fundamentum tātum est Christus Iesus, & quantū ad hoc dicit, *Ipso summo*, &c. Vbi tria dicit de eo, scilicet ꝙ sit lapis, quòd angularis, & quòd summus. Lapis quidem est propter fundamenti firmitatem. Vnde dicitur Math. 7. Quòd domus quae fundata erat supra petrā firmiter aedificata erat, intantum quod nec pluuia, nec flumina, nec venti potuerunt eam destruere. Non sic autem de domo fundata super arenam. Dan. 2. Lapis abscissus de monte sine manibus. Angularis autem dicitur propter vtriusque coniunctionem. nā ut in angulo duo parietes vniuntur: sic in Christo, populus Iudaeorum & Gentium vniti sunt. Psal. lapidem quem raeprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Act. 4. Hic est lapis qui reprobatus est, à vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus. Et hoc idem de se introducit. Matt. 21. nunquid legistis in scripturis, Lapidem quem raeprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? &c. Summus autem dicitur, propter dignitatis celsitudinem. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum: sed non est idem de fundamento in aedificio spirituali, & in aedificio materiali. Materiale nāque aedificium fundamentum habet in terra, & ideo oportet vt principalius fundamētum sit magis infimum. Spirituale vero aedificium fundamentum habet in caelo, & ideo oportet quòd fundamentum quanto est principalius, tanto sit sublimius: vt sic imaginemur ciuitatem quandam descendentem de caelo, cuius fundamentum in caelo existens, & aedificium demissum ad nos, videatur inferius: secundum illud Apo. 21. Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem descendentē de caelo, &c. Consequēter cum dicit. *In quo omnis aedificatio, &c.* agit de constructione aedificii. In qualibet autem aedificii cōstructione quatuor requiruntur. Primo aedificii fundatio. secundo constructio. tertio augmentatio. quarto consumatio. quae quidem breuiter tangit. Primum cum dicit *In quo*.s. fundamento, qui Christus est principaliter, & doctrina Apostolorum, & prophetarū, Secundario, quia vt dicitur. 1. Cor. 3. Fundamētum aliud nemo potest ponere pter id, &c. Secūdo vero tangit scd̄m cū dicit. *Omnis aedificatio constructa.* Et quidem si intelligatur allegorice, designat ipsam ecclesiam, quae tunc construitur, quando homines ad fidem conuertuntur. Si autem moraliter intelligatur, significat animam sanctam, & tunc eiusmodi aedificatio construitur quando bona opera superaedificantur super Christum. Prouer. 14. Sapiens mulier aedificat domum suam. 1. Cor. 3. Vnusquisq; videat quomodo superaedificet. In hoc ergo fundamento.s. Christo, omnis aedificatio spiritualis construitur, Iudaeorum, vel Gentilium, à Deo per authoritatem. Psal. 126. Nisi dominus aedificauerit domū, &c. Heb. 3. Omnis nāque domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit, Deus est, sed instrumentaliter construitur aedificium, vel ab homine qui seipsum aedificat, vel a praelatis. Tertium tangit, cūm dicit. *Crescit in templum &c.* quod quidem fit, quando multiplicantur qui salui fiunt. Act. 6. Verbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde. Crescit etiam quando homo crescit in bonis operibus, & in gratia crescit quātum ad hoc, quòd fit templum sanctum. Templum enim à Deo inhabitatur, & ideo oportet quòd sit sanctum. Psal. 45. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus, Et quia nos debemus inhabitari à Deo, vt Deus in nobis habitet, ad hoc nos parare debemus, vt sancti simus. 1. Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?

F Apoc. 12. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Sed nunquid statim à principio, cum charitatem habemus templum Dei sumus? Respondeo, dicendum est quòd sic. Et quanto magis proficimus, tanto magis Deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc aedificium quarto requiritur perfectio & consummatio, quod ostendit, cum dicit, in domino. Consequenter cum dicit *In quo & uos &c.* Ostendit quomodo Gentiles facti sunt participes huius aedificii dicens. *In quo*.s. aedificio, non solum superaedificantur Iudaei, sed etiam vos Ephesii *Coaedificamini* .i. ad similitudinem aliorum aedificamini. 1. Pet. 2. Ad quem accedētes lapidem viuū, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superaedificamini domos spirituales. Et ideo subdit. *In habitaculum Dei*, vt.s. Deus in vobis inhabitet per fidem. infra. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hoc autem non potest fieri sine charitate, quia qui manet in charitate, in Deo manet, &c. 1. Io. 4. Charitas autem datur nobis per spiritum sanctum. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo subdit, *In spiritu sancto*.

CAPIT. III. LECT. I.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gētib⁹, si tamē audistis dispensationē gratiae Dei quae data ē mihi in vobis, quoniā ſm reuelationē notum mihi factū est sacramentū, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legētes intelligere prudentiā meā in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitū filiis hominū, sicut nunc reuelatum est sanctis a-G postolis eius, & prophetis in spiritu, esse gentes cohaeredes, & concorporales, & cōparticipes promissionis in Christo Iesu per euāgeliū.

H

LECTIO PRIMA.

SVPRA commemorauit Apostolus multa Dei beneficia humano generi, & ipsis Apostolis collata: hic commemorat specialia Dei beneficia sibi tradita. Primo ergo proponit intentionem suam in generali. Secundo exponit per partes in speciali ibi. *Quoniam secundum reuelationem &c.* Circa primum duo facit. Primo ponit suam conditionem quantum ad patientiam, & tribulationes quas pertulit. Secundo quantum ad dona gratiae quae Deus sibi contulit, ibi. *Si tamen audistis &c.* Dicit ergo. Dixi in quo & vos coaedificamini &c. *Huius rei gratia*, idest vt aedificemini & conuertamini ad Christum, *Ego Paulus* qui tantus sum, quia Apostolus Iesu Christi, & magister gentium in fide & veritate, nunc *Vinctus* Romae. Nam hanc epistolam de vrbe scripsit vbi in vinculis tenebatur 2. Thimo. 2. Laboro vsque
I ad vincula quasi male operans. infra 4. Obsecro vos itaque ego Paulus vinctus in domino. Ex quo apparet eius tribulatio & passio in squalore carceris. Sed quia poena non facit martyrem, sed causa, ideo addit suarum tribulationum causam. Duplex est aūt causa pro qua quis martyrii causam prosequitur. Vna si patiatur pro fide Christi, vel pro quacunque alia virtute 1. Petr. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem vt Christianus, non erubescat. Et quantum ad hoc dicit, *Vinctus Christi Iesu*. Alia, si patiatur pro ecclesiae vtilitate: et quantum ad hoc ait *Pro vobis Gentibus*, idest tantum intendo conuersionem vestram, & verbum salutis vobis praedico, quòd traditus sum carceri. 2. Cori. 1. Tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Col. 1. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis. Consequenter cum dicit. *Si tamen audistis &c.* ponit donum gratiae sibi commissum q.d. Dico quòd sum pro vobis Gentibus vinctus. *Si tamen audistis*, idest itellexistis *Dispensationē gratiae, quae data est mihi pro vobis.* Quod
K potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt dispensatio accipiatur passiue, & sit sensus: si tamen audistis dispensationem gratiae &c. idest si intellexistis, quod mihi hoc donum, scilicet Apostolatus in Gentibus est dispensatum. Nam vt dicitur infra 4. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et infra, Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, &c. Vnde mihi dispensatum est a Domino Christo, idest venit in sortem gratia Dei haec, vt in vobis fructum faciam. Colo. 1. Factus sum ego minister, &c. Dico *Dispensationem Dei quae data est mihi in vobis*, idest eorum dispensatio tradita est mihi. Alio modo, vt dispensatio accipiatur actiuè, vt sit sensus. Si tamen audistis dispensationem, &c. i. si intellexistis quòd mihi datum sit, vt dona gratiae dispensem per communicationem sacramentorum, & hoc in vobis 1. Co. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Consequenter dicit *Quoniam secundum reuelationem &c.* manifestat conditionem suam per partes & in speciali. Circa quod duo facit, quia primo ponit quod pertinet ad dignitatē officii.s. dispensationem gratiae. Secūdo, illud quod pertinet ad experientiam patientiae, scilicet tribulationis, ibi; *Quapropter peto ne deficiatis &c.* Prima iterum in duas. Primo ostendit gratiae dispensationem quantum ad diuersorum mysteriorum cognitionem. Secundo, quantum ad ipsorum executionem, ibi; *Cuius factus sum minister &c.* Prima iterum in duas. Primo ponit mysteriorū Christi sibi datam cognitionem. Secūdo, exponit quod sit illud mysterium, ibi; *Esse gentes cohaeredes &c.* Circa cognitionem suam tria facit. Primo, quòd sit certa. Secūdo, quòd sit plena. Tertio, quòd sit excellens. Certa quidem est, quia non est per humanam industriam, nec per humanam intentionem, quae falli potest. Sapien. 9. Cogitationes enim mortalium timidae & incertae prouidentiae nostrae: sed per legem diuinam quae certissima est. Et ideo dicit. Quoniam secundum reuelationem &c. Gal. 1. Neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi. 2. Corint. 3. Nos vero reuelata facie gloriam domini speculantes &c. Item plena est, quia perfecte reuelatum est mihi, & committo vestro iudicio, quia ego in verbis paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis quòd perfectam cognitionem habeam de mysteriis fidei. Et quantum ad hoc dicit; *Sicut scripsi in breui.* idest in paucis verbis, ita aperte, quòd eo modo; *Hoc potestis legentes intelligere.* Cant. 4. Fauus distillans labia tua &c. Labium quidem breue quid est. Et sic labia doctoris sunt fauus distillans, quando breuibus, & paucis verbis multa & magna insinuat. Sed attende, vt dicit Augu. quòd debet intendere hoc doctor, quòd scilicet intelligatur. Et quandiu ad hoc laborat, verba sua non sunt superflua, sed si postquam intelligitur eis immoratur, superflua sunt eius verba. Dicit autem; *Prudentiam meam*, secundum illud Prouer. 9. Scientia sanctorum prudentia. Quae quidem non est mundana: sed diuina & caelestis: propter quod dicit; *In mysterio Christi.* Est etiam excellens, quia solis Apostolis est reuelata, vnde subdit; *Quod aliis generationibus non est agnitum.* Licet enim mysteria Christi, Prophetis & Patriarchis fuerint reuelata, non tamen ita clare sicut Apostolis. Nam prophetis & patriarchis fuerunt reuelata in quadam generalitate: sed apostolis manifestata sunt quantum ad singulares & determinatas circunstantias. Hoc autem quod dicit, quòd; *Aliis generationibus &c.* Potest dupliciter exponi. Vno modo vt per generationes tempora generationum accipiantur. iuxta illud Psal. 144. Dominatio tua in omni generatione, & generatione. Et tunc est sensus, quòd aliis generationibus idest temporibus; *Non est agnitum filiis hominū*, idest rationalibus creaturis, scilicet nec hominibus, nec angelis. Mat. 11. Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis; *Sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu*, ipsis scilicet in eo spiritu noui testamenti interpretantibus scripturas, & explanantibus legem. Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem &c. Luc. 10. Beati oculi qui vident quae vos videtis. Et infra, Dico autem vobis, quòd multi reges & prophetae voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt &c. Alio modo potest exponi vt per generationes accipiantur homines generati, secundum illud Mat. 23. Venient haec omnia super generationem istam &c. Et tunc est sensus, quòd aliis generationibus, idest hominibus in praecedentibus generationibus generatis, non est cognitum &c. sicut prius. Vnde Esa. 53. Quis credidit auditui nostro, & brachiū domini cui reuelatum est? Sed hoc quidem sacramentum fidei, reuelatum est aliquibus patribus veteris testamenti. secundum illud Io. 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Et etiam prophetis, secundum illud Ioel. 2. Post haec effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae. Sed eis quidem reuelatū est in quadam generalitate, Apostolis vero clare & perfecte. Et hoc propter tria. Primo quia ipsi Apostoli habuerunt reuelationem immediate a filio dei, secundum illud Ioan. 1. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enerrauit. Prophetae vero, & patres veteris testamenti ipsi edocti sunt per angelos, vel per aliquas similitudines. Vnde dicitur Esa. 6. Volauit ad me vnus de seraphim & in manu eius calculus quem &c. Et ideo isti apostoli clarius acceperunt. Secundo, quia nō in figuris, & in aenigmatibus sicut Prophetae viderunt: sed reuelata facie gloriam domini speculantes. Lu. 10. Beati oculi qui vident quae vos videtis. Tertio, quia apostoli constituti fuerunt executores & dispensatores huius sacramenti, & ideo oportebat, quòd melius ipsi essent instructi quàm alii Io. 4. Alii laborauerunt, & vos in labores eorū introi-
A stis. Consequenter cum dicit. *Esse gentes &c.* manifestat quid sit illud sacramentum. Circa quod sciendum est, ꝙ Iudaei triplicem praerogatiuam habebant respectu Gentilium.s. promissionis haereditatis. Ro. 4. Non enim per legem promissio Abrahę, aut semini eius, vt haeres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Psal. 15. Dominus pars haereditatis meę &c. Item, per specialem a gentibus aliis distinctionem, & electionem. Deu. 7. Te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terrā. Vnde Psal. 99. Nos autem populus eius & oues pascuae eius. Cant.
B 6. Vna est columba mea, perfecta mea &c. Item per Christi promissionem Gen. 12 In te benedicentur vniuersae cognationes terrae. Haec autem tria, gentes non habebant supra 2. Qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, sed ad haec tria recepti sunt per fidem. Primò quidem, quantum ad participationem haereditatis, & quantum ad hoc dicit *Cohaeredes* scilicet ipsis Iudaeis in haereditate caelesti. Math. 8. Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno caelorum &c. Secundo ad speciale collegium fidelium. Et quantum ad hoc dicit *Et concorporales*, idest in vnū corpus, Io. 10. Alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili.i. gētes, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Tertiò, ad participationem gratiae repromissae. Et quantum ad hoc dicit, *Et comparticipes* .s. promissionum quae factae sunt Abrahae. Ro. 15. Dico autem Christum fuisse ministrum circuncisionis propter veritatem Dei ad confir-
C mandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum. Et haec omnia consecutae sunt Gentes non per Moysem, sed *In Christo* Io. 1. Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, &c. Item, nec per impletionē legis, quia Hoc est iugum quod neque patres nostri, neq; nos portare potuimus, vt dicitur, Act. 15. sed *Per Euangelium* per quod omnes saluantur. Ro. 1. Non enim erubesco euāgeliū, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. 1. Cor. 15. Notū vobis facio euangelium quod praedicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini.

LECTIO II.

CVIVS factus sum ego minister ſm donū gratiae Dei quae data est mihi ſm operationē virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia haec, in Gētibus euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, qui oīa creauit.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM ostendit Apostolus esse sibi gratiam dispēsatam quantum ad mysteriorum diuinorum cognitionem, hic ostendit hoc idem quantum ad ipsorum mysteriorum executio-
D nem. Et circa hoc duo facit. Primò commemorat auxilium gratiae praestitum sibi ad exequendum. Secundo, ostendit sibi commissum officiū ministerii, ibi. *Mihi omnium sanctorum minimo &c.* Prima in duas: Primo tangit ministeriorum diuinorum executionem. Secundo ostendit auxilium sibi datum ad exequendum ibi, *Secundum donum gratiae &c.* Executio aūt diuinorū sibi commissa est per modum ministerii, & quantum ad hoc dicit, Dico ꝙ hoc ministeriū est mihi commissum.s. Gentes esse cohaeredes per euāgelium p qd̄ Gētes participes fiūt promissionis Dei in Christo Iesu, *Cuius ego* Paulus *Factus sum minister &c.* q.d. Non ego impleo vel exequor vt a me vel vt meum, sed sicut ministerium quod Dei est. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, &c. Vnde Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Deinde cum dicit. *Secundum donum gratiae &c.* tangit auxilium sibi praestitum ad ministeriorū executionem. Huiusmodi autem auxilium duplex fuit. Vnum
E quidem ipsa facultas exequendi, aliud, ipsa operatio, siue actualitas. Facultatem autem dat Deus infundendo virtutem, & gratiā per quas efficitur homo potens, & aptus ad operandum, sed ipsam operationem confert inquantum operatur in nobis interius mouendo, & instigando ad bonum. Et ideo hoc accipiens Apostolus à Deo, dicit quantum ad primum, Dico quòd factus sum minister, sed certe non meis meritis, nec virtute propria, sed *Secundum donum gratiae Dei quae data est mihi*, quia scilicet idoneus efficior ad executionem diuinorum ministeriorum qui fui prius persecutor. 1. Cor. 15. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum Quantum ad secundum dicit, *Secundum operationem*, quam Deus efficit, inquantum virtus eius operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Potest autem hoc aliter exponi secundum Glo. vt quod dictum est modo, referatur ad praecedentia, scilicet dicatur ꝙ esse gentes cohaeredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius.s. Dei patris: hoc quidem donum dedit Deus Gentibus in Christo, idest per Christum

ſtum, & hoc ſecundum operationem virtutis eius,ideſt per hoc, quod potenter operatus eſt ſuſcitando Chriſtum a morte. Conſequenter cum dicit. *Mihi enim ſanctorum minimo &c.* oſtendit officium commiſſum, cuius quidem commiſſionis gratia, commendatur ex tribus. Primo quidem ex perſonæ ſuæ conditione. Secundo,ex commiſſorum magnitudine,ibi, *Euangelizare inueſtigabiles etc.* Tertio,ex fructus vtilitate, ibi *Vt innoteſcat &c.* Commendat igitur officium ſibi cõmiſſũ,ex perſonæ conditione.

LECTIO III.

VT innoteſcat principatibus,& poteſtatibus,in cęleſtibus, p eccleſiam,multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quã fecit in Chriſto Ieſu dño nr̃o, in quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia,per fidem eius.

Si.n. rex aliquis aliquod quidem magnum officium alicui magno principi, & excellenti committeret, non multum ei magnam gratiam faceret, quantum ad hũc magnum ſi poneret in magno officio, ſed ſi magnum, & arduiſsimum officium alicui paruo committat, multum eum magnificat, & magnam gratiam facit ei, & tanto magis,quanto officii excellentia excedit ipſum. Secundum ergo hunc modum, Paulus gratiam ſibi commiſſi officii commendat dicens, *Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc*. Et vocat ſe minimum, non ex poteſtate ſibi commiſſa, ſed ex conſideratione ſtatus præteriti 1. Cor. 15. Ego ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus: quoniam perſecutus ſum eccleſiam Dei. Eſa. 60. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimam. Et hoc,*In gentibus* (ideſt inter gentes) Gal. 2. Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis,operatus eſt mihi inter Gentes. Et cum cognouiſſent gratiam dei,quæ data eſt mihi inter Gentes, &c. Secundo commendatur huiuſmodi commiſſionis gratia ex officii magnitudine, quod eſt reuelare, & manifeſtare ſecreta Dei, quæ ſunt magna, & occulta, puta, de magnitudine Chriſti, & de ſalute fidelium facta per eum. De his autem duobus eſt totum euangelium. Quantum ad primum dicit, *Euangelizare &c.* q. d. Hæc gratia data eſt mihi vt annuntiem bonũ 1. Cor. 1. Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. Et ibidem 9. Væ enim mihi,ſi non euangelizauero, & bonum hoc, ſcilicet *Inueſtigabiles Chriſti diuitias* quæ ſunt veræ diuitiæ. ſupra 2. Deus autem qui diues eſt in miſericordia, &c. Ro. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ,& longanimitatis contemnis? &c. Ro 10. Diues in omnes qui inuocant illum. q.d Diuitiæ iſtæ vere inueſtigabiles ſunt, quia tanta eſt miſericordia eius. quòd intelligi vel inueſtigari non poſſet. Eſſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, timor domini ipſe theſaurus eius, ſcilicet Chriſti, quia in Chriſto abundantiſſime fuit timor domini. Eſa. 11. Replebit eũ ſpiritus timoris dñi. In Chriſto enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Col. 2. & hęc ſunt inueſtigabiles, quia perfectè ſapientia, & ſcientia Chriſti inueſtigari non poſſunt. Iob. 11. Reperies forſan veſtigia Dei, & vſque ad perfectè omnipotentem? q.d. non. Nam per creaturas in quibus relucet veſtigium creatoris,perueniri non poteſt ad perfectam eius cognitionem. Huiuſmodi autem diuitias ſtupens admiratur Apoſtolus dicens, Rom 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei quàm: &c. Eccle. 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia,quis inueſtigabit? Quantum ad ſecundum, ideſt ad manifeſtandum ſalutem fidelibus ex Chriſto prouenientem dicit,*Et illuminare omnes.* non ſolum Iudæos, ſed etiam Gentiles per prædicationem, & miracula. Eccle. 24. Illuminabo omnes ſperantes in domino. Act. 9. Vas electionis eſt, &c. Math. 5. Vos eſtis lux mundi. Illuminare inquam, quantum in me eſt omnes, ſcilicet credere volentes 1. Timo. 2. Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ad hoc.ſ.vt intelligant (*Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti,*) quia nihil valent iſta,niſi diſpenſentur. q.d. de hoc illuminabo.ſ quàm mirabilis & ex quanta dilectione ſit facta adimpletio archanæ redẽptionis. Huiuſmodi autem diuitiæ inueſtigabiles, per Chriſtum vobis diſpenſatæ ſunt. Sed quia dici poſſet; iſtud quod dicis, & ſi ſit magnum: omnes tamen hoc ſciunt, ideo ad hoc rñdet Apoſtolus dicẽs, ꝙ non,quia abſcõditi a ſeculis. Vbi ſciendum eſt,ꝙ oĩa quæ ſunt in effectu, latent virtute in ſuis cauſis,ſicut in virtute ſolis continentur oĩa quæ ſunt in generabilibus,& corruptibilibus.Sed tamẽ ibi quædam ſunt abſcondita, quædam manifeſta. Nam calor eſt manifeſtè in igne, aliquorum vero ratio, quæ occulto modo producit, latet in eo. Deus autem eſt omnium rerum cauſa efficiens, ſed producit quædam quorum ratio poteſt eſſe manifeſta: illa.ſ. quæ mediantibus cauſis ſecundis producit. Aliqua vero ſunt in eo abſcondita, illa.ſ. quæ immediatè per ſeipſum producit. Et quia ſacramentum humanæ redemptionis per ſeipſum operatus eſt Deus, ideo in eo ſolo,hoc ſacramentum eſt abſconditum. Et hoc eſt quod dicit, *Abſconditi a ſæculis in Deo*, ideſt in ſola noti-

F tia Dei. Inueſtigare autem ſecreta primæ cauſę, maximum eſt 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius ſeculi, neque principium huius ſeculi,qui deſtruũtur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt,quã prædeſtinauit Deus ante ſecula,*Qui*,inquã,*Omnia creauit*

LEC. III.

POſita dignitate officii ex magnitudine commiſſorũ, hic commendat Apoſtolus officii dignitatem ex vtilitate effectus, quæ quidem eſt reuelatio magnarum rerum magnis perſonis. Sunt autem circa hoc, tria conſideranda. Primo quidem,quibus ſi reuelatum, & quantum ad hoc G dicit. *Vt innoteſcat principibus &c.* Secundo, per quem reueletur, *Quia per eccleſiam*, Tertio, quid reueletur, *Quia multiformis ſapientia Dei.* Ad cuius quidem ſapientiæ deſcriptionem quatuor tangit Apoſtolus. Primo, eius multiplicitatem; ibi; *Multiformis ſapientia Dei.* Secundo,modum multiplicitatis, ibi. *Præfinitionem ſeculorum*. Tertio,multiplicitatis authoritatem. Vnde ſubdit. *Quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro*. Quarto authoritatis effectum ibi. *In quo habemus fiduciam, & acceſſum.* Eſt ergo ſapientia, quæ reuelatur multiformis, & hæc quidem multiformitas tangitur Iob. 11. Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi, vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quàm multiplex ſit lex eius &c. Sap. 7. Eſt enim in illa, ſcilicet ſapientia diuina, ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, & multiplex &c. Multiplex, ſcilicet in effectibus, vnicus, ſcilicet in eſſentia. Modus autem multiplicitatis reuelatæ ſcientiæ eſt ſecundum præfinitionem ſeculorum, ideſt diſtinctio- H nem, & determinationem diuerſorum temporum. Deus enim ordinat alia eſſe in vno tempore, alia in alio, & ſecundum hoc huiuſmodi ſapiẽtia multiformis dicitur, ſecundum præfinitionẽ ſeculorum, quia diuerſa tempora diuerſis ornat effectibus. Author aut huius multiplicitatis eſt Chriſtus, Vnde dicit. *Quam fecit Deus in Chriſto Ieſu domino noſtro*, ideſt per Chriſtum. Ipſe enim mutat tempora; & ſtatum eorum. Heb. 1. Multipharię multiſque modis,&c. Per quem fecit, & ſecula. Poteſt autem hoc quod dicit, *Quam fecit &c.* referri, vel ad ęternam prædeſtinationem, nam ipſam fecit pater in filio ſuo, ſupra 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti. Ipſe enim filius eſt ſapientia patris, nihil autem diffinit vel pręordinat aliquid,niſi per ſapientiam. Vel poteſt referri ad prædeſtinationis æternæ completionem, quam Deus pater per filium conſumauit 1. Cor. 10. In quos fines ſeculorum deuenerunt, ſuple ſumus. Effectus autem authoris eſt magnitudo fructus, qui nobis a Chriſto prouenit; quod ponitur cum dicit, *In quo habemus fiduciam &c.* Circa quod duo facit. Primo ponit bona, quæ I recipimus. Secundo,appropriatum, per quod recepimus, *Per fidem eius*. Bona autem quæ recipimus, ſunt duo. Vnum, quod pertinet ad ſpem obtinendi, & quantum ad hoc, *In quo*, ſcilicet Chiſto habemus fiduciã ſ. veniẽdi ad cælum, & æternam hæreditatem. Ioan. 16. Confidite,ego vici mundũ 2. Cor. 3. Fiduciam talẽ habemus per Chriſtum ad Deum. Aliud bonum, pertinet ad obtinendi facultatem, & quantum ad hoc dicit. *Et acceſſum in confidentia*, ſcilicet habemus. Heb. 4. Adeamus cũ fiducia ad thronum gloriæ eius. Hier. 3. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Ro. 5. Per quem acceſſum habemus per fidem in gratia iſta, in qua ſtamus,& gloriamur in ſpe glorię filiorum Dei. Per quid autem hæc dentur nobis, ſubdit,dicens, *Per fidem eius*, ſcilicet Chriſti. Rom. 5. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vt ergo breuiter comprehendamus, dico quòd reuelata eſt ſapientia Dei moltiformis varietatis, ſecundum diſtin- K ctionem, & præfinitionem ſeculorum, quæ dedit nobis fiduciã, & acceſſum ad patrem per fidem eius. Quibus autem reuelata ſit iſta multiformis ſapientia Dei oſtendit, & tunc ſumitur iſta litera ſuperius dimiſſa. *Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus*, ex qua apparet magnitudo. Et quia ẽt in terris ſunt principes,& poteſtates addit, *In cæleſtibus*,ideſt ĩ cælo, vbi nos erim⁹. Notandum eſt autem hic, quòd principatus, & poteſtates ſunt duo ordines, qui ex ipſorum nomine præeminentiam in operando deſignant. Poteſtatis ordo ordinatur ad reprimendum impedimenta ſalutis: ſed ordo principatuum præeſt, & iniungit ad bene exequendum. Quòd autem ad ordinem principatus pertineat regulare, patet per illud Pſal. 67. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus &c. Item Principes Iuda duces eorũ &c. Quòd autem ad poteſtates pertineat reprimere, patet Roma. 13. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis

laudem

laudem ex illa, Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malefeceris,time. Non enim ſine cauſa gladium portat &c. Magni ergo ſunt quibus innoteſcit: quia ſanctis angelis per quos diriguntur, & defenduntur ſancti. Per quid autem eis innoteſcat multiformis ſapientia Dei ſubdit dicens; *Per eccleſiam*, quod quidem habet magnam difficultatem. Nã Glo. habet,ideſt per Apoſtolos in eccleſia prædicantes. Vnus quidem intellectus eſſe poteſt, ꝙ ſcilicet angeli didicerunt ab Apoſtolis, & hoc videtur quandam rationem habere.

LECTIO IIII.

PROPTER quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,ex quo omnis paternitas in cælis,& in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuę,virtutem corroborari per ſpiritum eius in interior hoĩe,Chriſtum habitare per fidẽ in cordibus veſtris: in charitate radicati, & fundati.

Videmus enim,quòd in cælo inter angelos ſuperiores, qui immediate a Deo illuminantur: illuminant, & docent inferiores B angelos,qui non immediate illuminantur a Deo. Non videtur ergo irrationabile dici, quòd doceant angelos Apoſtoli,qui immediate a Deo ſunt edocti,ſecundum illud Io. 1. Vnigenitus filius,qui eſt in ſinu patris ipſe enerauit. Sed hoc quidem ſatis ſufficienter dici poſſet,niſi alius occurreret. Cum enim in Chriſto ſint duæ naturæ, diuina ſcilicet & humana: edocti quidem ſunt Apoſtoli a Chriſto immediate,quantum ad humanam naturam Angeli autem immediate naturam diuinam vident,etiam inferiores, alias non eſſent beati, cum in ſola viſione diuinæ eſſentiæ,rationalis creaturæ beatitudo conſiſtat. Non eſt ergo conueniens, nec ratio aliqua, vt dicamus ſanctos qui ſunt in patria doceri a quantumcunque perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, tamen Qui minor eſt in regno cælorum,maior eſt illo, vt dicitur Luc. 7. Dicere autem, quòd dæmones doceantur ab hominibus hoc abſque præiudicio credibile eſt. Sed, quòd beati immediate verbum conſpiciunt, quòd eſt ſpeculum ſine macula, in C quo relucent omnia, a viatoribus doceantur, dici non debet, nec conueniens videtur. Dicendum eſt ergo, quòd innotuit Angelis per eccleſiam. 1. per Apoſtolos prædicantes, vt dicit Glo. Non quòd angeli hoc didicerint ab eis: ſed in eis. Nam ſicut dicit Auguſt. ſuper Gen. ad literam, Deus antequam creaturas crearet, ante dico ordine naturæ, non ordine temporis: cum ſecundum tempus ſimul omnia creata ſint, rationes rerum naturalium indidit mentibus angelorum, quo fit vt angeli dupliciter res naturales cognoſcerent, quia cognouerunt eas in verbo, & hæc cognitio dicitur matutina. Item,cognouerunt eas in naturis propriis, & hæc dicitur cognitio veſpertina. Vlterius notandum eſt, quòd ſunt quædam rationes myſteriorum gratiæ,totam creaturam excedentes,& huiuſmodi rationes non ſunt inditæ mentibus angelorum: ſed in ſolo Deo ſunt occultę. Et ideo angeli non cognoſcunt eas in ſeipſis, nec etiam in Deo: D ſed cognoſcunt eas ſecundum quod in effectibus explicantur. Cum igitur rationes pertinentes ad multiformem ſapientiam Dei ſint huiuſmodi, ſcilicet in ſolo Deo abſconditæ, & poſtmodum in iſtis forinſecis effectibus explicatæ, manifeſtum eſt, quòd angeli eas, nec in ſeipſis, nec in ipſo verbo, nec etiam ab apoſtolis, nec a viatoribus aliis cognouerunt: ſed in ipſis apoſtolis explicatas, prius in mente diuina latentes,cognouerunt, ſicut domus quæ eſt in mente artificis, vel conceptu de domo facienda, nullus ſcire poteſt quàmdiu latet in mente,niſi ſolum ille qui ſolus illabitur animabus, ſcilicet Deus: ſed poſtquam conceptus eſt iam in effectu extrinſeco ex plicatus: quia domus iam facta eſt, ſic aliquis de domo iã facta quæ prius latebat in mente artificis edocetur, non autem edocetur per domum: ſed in domo. Vnde iam reſtat vt aliter exponatur hoc, quod dicit; *Vt innoteſcat principatibus &c.* vt illa coniunctio; *Vt*, accipiatur non cauſaliter: ſed quodammodo conſecutiue,& legatur ſic,Illuminare quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in Deo, qui omnia creauit, ita tamen abſconditi, vt innoteſcat principatibus &c. ideſt iſtud ſacramentum ita fuit abſconditum in Deo, quòd inde innotuit principatibus, & poteſtatibus,non ab æterno: ſed a ſeculo,quia omnis creatura principium habet. Et hoc non per eccleſiam terrenam, ſed cæleſtem, quia ibi eſt vera eccleſia,quæ eſt mater noſtra,& ad quam tendimus, & a qua noſtra eccleſia militans eſt exemplata. Et ſic ly; *Per*, deſignat ordinem naturæ tantum,vt dicatur per eccleſiam cæleſtem ideſt de vno in aliud: ſicut dicitur illud factum eſt notum per totum regnum vel ciuitatem, quia noua currunt ab vno in alium, ſecundum quod verba currunt: ſicut dicitur, Act. 9. de ſuſcitatione Thabitæ beghinæ ſancti Petri. Notum autem factũ eſt per vniuerſam Ioppen,& crediderunt multi &c. Magiſter tamen aliter recitat lecturam Auguſtini hoc,modo. Illuminare quæ ſit diſpenſatio &c. & hoc per eccleſiam,ideſt mo-

A nes; qui ſunt in eccleſia terrena, ſed hoc non eſt ſecundum intẽtionem Auguſt. Hic poſſet quæri, vtrũ Angeli a principio mũdi cognouerint myſteriũ incarnationis. Reſpõdet Magiſter dicẽs ꝙ Angelis maioribus notum fuit, ſed non minoribus. Vnde ipſi .ſ. angeli minores interrogant, Eſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſra? Sed opinio hæc, eſt cõtra beatum Dyoniſium Dyoniſius .n. duas interrogationes angelorum de Chriſto factas ex ſacra ſcriptura accipit. vnã ex Pſ. 23. Quis eſt iſte rex gloriæ? Item,accipit aliam ex Eſa. 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edon &c. Prima autem B interrogatio ſecundum eum,eſt inferiorum angelorum,ſecũda ſupremorum: quod patet,quia primæ non Deus reſpondet, ſed alius. Vnde dicit,Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ: ſecundæ vero reſpondet ipſe Deus immediatè. Vnde dicit, Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Vult ergo Dionyſius ꝙ vtrique aliquid ignorauerunt, & aliquid ſciuerunt, quia a principio omnes ſciuerunt myſterium incarnationis in generali, ſed rationes in ſpeciali didicerunt, tempore procedente,ſeu proceſſu temporis,ſecundum quod in effectibus extrinſecis explicabantur.

LECTIO QVARTA.

POſtquam egit Apoſtolus de dignitate officii, quod pertinet ad ſuam conditionem,hic conſequenter agit de his, quæ pertinent ad ſuam afflictionem.ſ.de paſsionibus ſuis. Circa quod duo facit. Primo,exhortatur eos ne pro ſuis tribulationibus con- C turbentur, ſed habeant patientiam. Secundo,quia ad hoc ꝙ nõ homo conturbentur,neceſſarium eſt diuinum auxilium, præmittit orationem,vt impleant hoc per diuinam gratiam ibi, *Huius rei gratia &c.* Dicit ergo primo, Ex magnitudine officii mei, & firmitate eius,quam habeo per fidem Chriſti, accidit quòd tribulationes patior, nec me conturbant, nec a Chriſto auellere poſſunt. Ro. 8. Quis nos ſeparabit a Charitate Chriſti? Tribulatio,&c.q.d.Nihil. *Propter quod* induco vos & *Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis*,ne.ſ.occaſione tribulationum mearum deficiatis omnino a fide,& ab operibus bonis. Heb. 12. Non fatigemini animis veſtris deficientes: Dico autem, quòd vos non debetis deficere, quia ſunt. *Pro uobis*.i.pro vtilitate veſtra 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro veſtra exhortatione, & ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione,& ſalute, quæ operatur tolerantiam paſsionem earumdem,quas & nos patimur, vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quoniam ſicut ſocii paſsionum eſtis D ſic eritis & conſolationum. Vel dicit *Pro uobis*.i. pro veſtra probatione. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, &c. *Quæ eſt gloria ueſtra &c.* ſ.ſi nõ deficiatis,ſed ſtetis fortes in tribulationibus. Nam qui perſeuerauerit vſque in finẽ &c. Alio modo quæ eſt gloria veſtra.i.tolerantia paſsionum noſtrarũ eſt pro vobis ad gloriam, in hoc quòd Deus expoſuit apoſtolos ſuos,& prophetas tribulationibus,& paſsionibus propter ſalutẽ veſtram Oſee. 6. Propterea dolaui in prophetis,& occidi eos &c. 2. Cor. 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut vos noſtra,&c. Conſequenter cum dicit. *Huius rei gratia &c.* implorat eis auxilium per orationem,ut per exhortationem ſuam proficiant. Et primo,orationem promittit. Secundo,quaſi ſecurus de exauditione gratias agit,ibi. *Et autem qui potens eſt &c.* Item,prima in tres, quia primo proponit orationis obiectum. Secundo,orationis intentum, ibi. *Vt det uobis ſecundum diuitias &c.* Tertio orationis fructum, ibi. *Vt poſsitis comprehendere &c.* Oratio autem redditur exaudi- E bilis per humilitatem. Pſal. 101. Reſpexit in orationem humilium &c. Eccle. 35. Oratio humiliantis ſe,nubes penetrabit &c. Et ideo ſtatim orationem ſuam ab humilitate incipit, dicens. *Huius rei gratia*, ſcilicet ne deficiatis a fide,*Flecto genua mea ad patrem &c.* Quod eſt ſignum humilitatis propter duo. Primo, quia qui genua flectit quodammodo paruificat ſe, & ſubiicit ſe ei, cui genua flectit. Vnde,per huiuſmodi oſtenditur recognitio propriæ fragilitatis, & paruitatis. Secundo,quia in genu eſt fortitudo corporis. Quando ergo quis genua flectit, proteſtatur debilitatem ſuæ virtutis. Et inde eſt,quòd exteriora ſigna corporalia exhibentur Deo ad conuerſionem,& exercitium ſpirituale animæ interioris 2. Par. vlt. in oratione Manaſſes, Flecto genua cordis mei &c. Eſa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. Deinde deſcribit orationis obiectum quod eſt Deus, & deſcribit eum ex duobus. Primo, ex affinitate. Secundo,ex authoritate. Ex affinitate enim,erigimur ad orandum cum fiducia. Et quantum ad

hoc

hoc dicit, *Ad patrem domini nostri Iesu Christi*. s. cuius nos filii sumus. Iac. 1. Omne datum optimum &c. Esa. 63. Tu enim domine pater noster &c. Ex authoritate autem confirmatur obtinendi, quod petimus fiducia, quia ipse est; *Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur*. Hic posset quæri: vtrum in cœlo sit pa-

LECTIO V.

VT possitis comprehendere cum oibus sanctis, quæ sit latitudo & lōgitudo, & sublimitas, et profundũ. Scire etiā supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi [G] seculorum. Amen.

ternitas. Posset dici breuiter, ꝙ in cœlo, idest in Deo, vel in diuinis est paternitas, quæ est principium omnis paternitatis. Sed de hac nō quæritur ad pręsens, quia cuilibet fideli nota est: sed quæritur: vtrum in cœlis, idest vtrum in angelis sit aliqua paternitas. Ad hoc dico, quòd paternitas est tantum in viuentibus & cognoscentibus. Est autem duplex vita. Vna secundum actum: alia secundum potentiam. Vita quidem secundum potentiam, est habere opera vitæ in potentia. Vnde dormiens quantum ad actus exteriores, dicitur viuere in potentia. Viuere autem secundum actum est, quando excercet quis opera vitæ in actu. Sic autem non solum qui dat potentiam vitæ pater est eius cui dat, sed qui dat actum vitæ, ille etiā pater dici potest. Quicunque ergo inducit aliquem ad aliquem actum vitæ, puta, ad bene operandum, intelligendum, volēdum amandum, pater eius dici potest. 1. Cor. 4. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres &c. Cum ergo inter angelos, vnus alterum illuminet, perficiat, & purget, & isti sint actus Hierarchici, manifestum est, quòd vnus angelus est pater alterius, sicut magister est pater discipuli. Vtrũ autem paternitas quæ est in cœlis, & in terra deriuetur a paternitate, quæ est in diuinis, dubitatur: & videtur quòd non, quia nomina sic imponimus secundum, quod res nominatas cognoscimus, quicquid autem cognoscimus est per creaturas, ergo nomina imposita a nobis rebus ipsis, plus & prius conueniunt creaturis quàm ipsi Deo. Respondeo & dico, quòd nomen alicuius rei nominatæ a nobis dupliciter potest accipi, quia vel est expressiuum, aut significatiuum conceptus intellectus: quia voces sunt notæ, vel signa passionum, vel conceptuum qui sunt in anima, & sic nomen prius est in creaturis, quàm in Deo. Aut inquantum est manifestatiuum quidditatis rei nominatæ exterius, & sic est prius in Deo. Vnde hoc nomen paternitas, secundum quod significat conceptionem intellectus nominantis rem, sic per prius inuenitur in creaturis quàm in Deo, quia per prius creatura innotescit nobis quàm Deus: secundum autem, quod significat ipsam rem nominatam, sic per prius est in Deo quàm in nobis, quia certe omnis virtus generatiua in nobis, est a Deo. Et ideo dicit. *Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur* q.d. Paternitas quæ est in ipsis creaturis, est quasi nominalis seu vocalis: sed illa paternitas diuina, qua pater dat totam naturam filio absque omni imperfectione, est vera paternitas. Consequenter cum dicit. *Vt det vobis &c.* ostendit orationis intentum. Et primo facit hoc. Secundo, ostendit per quid posset impetrare suum propositum, ibi. *Per spiritum eius &c.* Dicit ergo, dico, quòd peto ne deficiatis, sed stetis viriliter. Scio tamen, ꝙ hoc ex vobis facere nō potestis sine dono Dei, ideo peto; *Vt det vobis* Iacob. 1. Omne datum optimum &c. *Et hoc quidem secundum diuitias gloriæ suæ*, idest, secundum copiam maiestatis eius, & magnificentiæ. Psal. 111. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Prouerb. 8. Mecum sunt diuitiæ, & glorie; *Diuitiæ*, inquam quæ faciunt; *Virtutem corroborari*. Esa. 40. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Et hoc in interiori homine, quia nisi in interioribus fortificetur homo, faciliter ab hoste superatur. Esa. 9. Confirmet illud & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, & vsque in sempiternum. Tūc resumatur illa particula interposita, scilicet; *Per spiritum*. in qua ostendit per quid obtinere potest, quod petit. Ipse enim spiritus qui roborat, est spiritus fortitudinis, & est causa non deficiendi in tribulationibus, quem obtinemus per fidem quæ est fortissima, quia Fides est substantia rerum sperandarum, idest facit in nobis subsistere res sperandas, Vnde. 1. Pet. 4. Cui resistite fortes in fide. Et ideo subiungit; *Habitare Christum per fidem*. Et hoc; *In cordibus vestris*. 1. Pet. 3. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Per, quod? Dico, quòd non solum per fidem quæ vt donum est fortissima; sed etiam per charitatem quæ est in sanctis. Et ideo subdit, *In charitate radicati & fundati*, 1. Cor. 13. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia substinet. Charitas nunquam excidit. Cant. vlt. Fortis est vt mors dilectio. Vnde sicut ardor sine radice, & dom⁹ sine fundamēto de facili ruit: ita spiritua- [F] le ędificiũ nisi sit in charitate fundatũ & radicatũ, durare nō pōt.

LECTIO QVINTA.

SVPRA ostendit Apost olns petitionis suæ pro Ephesiis, & orationis intentum, scilicet corroborationem spiritus in fide, & charitate: hic consequenter ostendit eius quam petiit corroborationis per fidē & charitatem fructum, qui est quædam cognitio. Ideo primo proponit ipsam notitiam. Secundo, ipsius notitiæ & cognitionis efficaciam, ibi; *Vt impleamini in omnem plenitudinē Dei*. Dicit ergo. Ita sitis charissimi in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere &c. Quod quidem dupliciter legi potest, primo modo, vt magis sequamur intentionem Apostoli. Sciendum est ergo, quòd tam in futuro quàm in præsenti cognitio Dei est nobis necessaria: nam in futuro gaudebimus, & de cognitione Dei, & de cognitione assumptæ humanitatis. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant, &cet. Ioan. 10. Ingredietur, scilicet in contemplatione diuinitatis, & egredietur, scilicet in contemplationem humanitatis, & pascua inueniet. Et quia fides est inchoatio illius futuræ cognitionis, quia est substantia rerum sperandarum &c. vt dicitur Heb. 11. quasi iam in nobis res sperandas per modum cuiusdam inchoationis facit subsistere: inde est, quòd fides nostra in his duobus consistit, scilicet in diuinitate, & hu- [H] manitate Christi. 1. Cor. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum &c. Secundũ hoc ergo, primo præmittit eis cognitionem diuinitatis. Secundo, cognitionem mysteriorum humanitatis, ibi; *Scire etiam supereminentem scientiæ &c.* Cognitionem autem diuinitatis manifestat eis sub his verbis; *Vt possitis &c.* quasi dicat. Corroboramini per fidem, & charitatem, quia si sic estis, peruenietis ad vitam æternam, vbi habebitis Deum præsentem, & perfecte eum cognoscetis. Quòd autem Deus manifestetur amanti, patet. Ioan. 14. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum: quòd vero manifestetur credenti, patet prout dicitur Esa. 7 secundum aliam literam, Nisi credideritis, non intelligetis. Oportet enim vt secundum fidem, & charitatem corroboremini; *Vt possitis comprehendere*. Vbi sciendum est, quòd comprehendere quandoque ponitur pro includere: tunc oportet, quòd comprehendens contineat in se totaliter comprehen- [I] sum. Quandoque autem ponitur pro apprehendere, & tunc dicit remotionē distantiæ, & insinuat propinquitatem. Primo autem modo a nullo intellectu creato Deus comprehendi potest. Iob. 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? q.d. Non: quia sic posset eum perfecte cognoscere quantum cognoscibilis est. Et de hac cognitione non intelligitur, quod dicitur, Vt possitis comprehendere, sed secundo modo. Et est vna de tribus dotibus, & de hac loquitur Apost. cum dicit. Vt possitis comprehendere, idest Deum habere præsentem, & præsentialiter cognoscere. Phil. 3. Sequor autem si quomodo comprehendam, in quo &c. Et hæc comprehensio est communis omnibus sanctis eius. Ideo subdit; *Cum omnibus sanctis*. Psal. 149. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Talibus autem dicitur illud. 1. Co. 9. Sic currite vt comprehendatis &c. *Quæ sit latitudo &c.* Notandum, quòd verba ista vidētur ortũ habere ex verbis Iob. 11. Forsan (inquit) [K] vistigia Dei comprehendes? q. d. incomprehensibilis est: huius autem incomprehensibilitatis causam assignat, dicens, Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior inferno est, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Ex quo videtur, quòd Iob. ostendat eum esse comprehensibilem, attribuens ei quadruplicem differentiam dimensionum. His enim verbis alludens Apost dicit; *Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo &c.* q.d. Habeatis tantan fidem, & charitatem, vt possitis tandem comprehendere, quod comprehensibile est. Et hoc modo exponit Dionys. Non est tamen aliquo modo intelligendum, has dimensiones corporaliter esse in Deo, quia spiritus est Deus: vt dicitur Ioh. 4. Sunt tamen in Deo metaphorice. Vnde per latitudinem designatur dimensio, seu extensio virtutis, & sapientiæ diuinæ super omnia. Eccle. 1. Effudit illam, scilicet sapientiam super omnia opera sua. Per longitudinem designatur æterna eius duratio. Psal. 101. Tu autem domine æternum permanes, & Psal. 9. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Per sublimitatem, vel celsitudinem vero, perfectio, & nobilitas naturæ eius, quæ in infinitum excedit creaturam Psal. 112 Excelsus super omnes gentes Dñs; *Et profundum*, idest

.i. incomprehensibilitas sapientiæ eius. Eccle. 7. Alta profunditas, scilicet sapientiæ diuinæ, quis inueniet eam? Sic ergo patet quòd finis fidei & charitatis nostræ est, vt perueniamus ad perfectā fidei cognitionē, qua cognoscamus infinitā suæ virtutis extensionē, æternā & infinitā eius durationē, suæ perfectissimæ na-

CAP. IIII. LEC. I.

OBSECRO itaq; vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cũ omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes iuicē in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnũ corpus & vnus spiritus, sicut uocati estis in vna spe vocationis vestræ.

turæ celsitudinē, suæ sapientię profunditatē, & in cōprehēsibilitatē, eo modo sicut est attingendũ. Cōsequenter, quia adhuc alia cognitio est necessaria .s. cognitio mysteriorũ humanitatis, ideo subdit. *Scire etiam supereminentem scientiæ &c.* Vbi sciēdũ est, ꝙ quicquid est in mysterio redēptionis humanæ, & incarnationis Christi, totum est opus charitatis. Nam quòd incarnatum est, ex charitate processit. supra 2. Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, &c. Quia vero mortuus fuit, ex charitate processit. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. infra. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo, propter hoc dicit Greg. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. Et ideo scire charitatem Christi, est scire omnia mysteria incarnationis Christi, & redemprionis nostræ, quæ ex immensa charitate Dei processerunt, quæ quidem charitas excedit omnem intellectum creatum, & omnium scientiam, cum sit incomprehensibilis cogitatu. Et ideo dicit. *Supereminentem scientiæ*, scilicet naturali, & omnem intellectum creatum excedentem. Phil. 4. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. *Charitatem Christi*, idest quàm Deus pater fecit per Christũ. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Alio modo potest legi, vt referatur ad perfectionem charitatis nostræ q.d. Corroboramini in charitate radicati, & fundati, & hoc vt possitis comprehendere, non solum cognoscere, cum omnibus sanctis, quia hoc donum, scilicet charitatis commune est omnibus, cum nullus possit esse sanctus sine charitate, vt dicitur Ephe. 3. Possitis, inquam, comprehendere. Quæ sit latitudo, scilicet charitatis quæ se extendit vsque ad inimicos Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis. Lata est enim charitas ad suam diffusionem. Psal. 17. Eduxit me in latitudinem dominus. Longitudo autem eius attenditur quantũ ad sui perseuerantiam, quia nunquam deficit, sed hic incipit, & perficitur in gloria 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit. Cant. vlt. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Sublimitas autem eius attenditur, quantum ad intentionem cælestium; vt scilicet Deus non diligatur propter temporalia, quia huiusmodi charitas esset infirma, sed vt diligatur propter se tātum. Iob. 40. In sublime erigere, et esto gloriosus. Profundum vero attenditur, quantum ad originem ipsius charitatis. Nā hoc quòd Deum diligimus non est ex nobis, sed a spiritu sancto, quia vt dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Hoc ergo quòd vnus habet charitatem longam, latam, sublimē & profundam, & alius non, venit ex profundo diuinæ prædestinationis. Eccl. 1. Profundum abyssi quis dimensus est? Ergo vt possitis comprehendere, idest perfecte consequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsque ad inimicos, quæ sit longitudo, vt, scilicet nunquam deficiat, quæ sit sublimitas, vt scilicet propter seipsum Deus diligatur, & quid sit profundum, scilicet prædestinationis &c. Sciendum autem hic, quòd Christus in cuius potestate fuit eligere genus mortis, quod vellet, quia ex charitate mortem subiit, elegit mortem crucis, in qua prædictæ quatuor dimensiones sunt. Ibi est latitudo, scilicet in ligno transuerso, cui affixæ sunt manus, quia opera nostra debent per charitatem dilatari vsque ad inimicos. Psal. 17. Eduxit me in latitudinem dominus. Ibi est longitudo in ligno erecto, cui innititur totum corpus, quia charitas debet esse perseueratiua, quæ sustinet & saluat hominem. Matt. 10. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori, cui caput inhæret: quia spes nostra debet eleuari ad æterna, & diuina. 1. Cor. 11. Caput viri Christus est. Ibi etiam est profundum in ligno, quod latet sub terra, & sustinet crucem, & tamen non videtur: quia profundum amoris diuini sustinet nos, nec tamen videtur, quia ratio prædestinationis (vt dictum est) excedit intellectum nostrum. Sic ergo debemus comprehendere virtutem charitatis nostræ, & Christi, & adhuc scire charitatem Christi supereminentem scientiæ, scilicet humanæ, quia nullus potest scire quantum Christus dilexit nos, vel scire etiam charitatem scientiæ Christi quæ habetur cum scientia Christi. Charitatem dico supereminentem, scilicet alii charitati, quæ est sine scientia. Sed nunquid est

[A] verum, quòd charitas quæ est cum scientia, supereminiat charitati quæ est sine scientia? & videtur quòd non: quia sic malus theologus esset supereminētioris charitatis quàm sancta vetula. Respondeo. Dico, quòd hoc intelligitur de scientia afficiente. Nā ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendum, quia quanto Deus magis cognoscitur, tāto & magis diligit. Propter qđ petebat Augu. Nouerim te, nouerim me. Vel hoc dicitur propter quosdā qui habent zelum Dei: sed non secundum scientiam. Talium enim charitati supereminet charitas, cum habetur prædicta scien- [B] tia Christi. Consequenter cum dicit; *Vt impleamini &c.* Ponit cognitionis diuinæ efficaciam, dicens; *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei*, idest vt habeatis perfectam participationē omnium donorum Dei, vt scilicet hic habeatis plenitudinem virtutum, & postea beatitudinis, quæ quidem efficit charitas. Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me &c. Consequenter sequitur illa pars; *Ei autem qui potens &c.* In qua Apostolus agit Deo gratias de suæ petitionis exauditione. Circa quod tria facit, quia primo ponit potestatem Dei, qua postulata concedit. Secundo, potestatis exemplum, ibi; *Secundum virtutem quæ operatur in nobis &c.* Tertio, materiam gratiarum actionis, ibi; *Ipsi gloria &c.* Potestatem autem Dei describit infinitam, dicens; *Ei autem*, scilicet Deo Christo & Deo patri; *Qui potens est omnia facere &c.* Exod. 15. Omnipotens nomen eius. Roman. vlti. Ei autem qui potens est vos cōfirmare iuxta euangelium &c. Et hoc; *Superabundanter* facere in nobis omnia, quàm sciamus [C] petere per affectum, aut intelligere per intellectũ: & hoc est, qđ dicit; *Quam petimus aut intelligimus*. Exemplum autem huiusmodi abundantiæ in nobis exhibitæ ostendit dicens. *Secundum uirtutem quam operatur in nobis*. q. d. Apparet si attendamus ea quæ operatus est in nobis, scilicet hominibus, Nam nec affectus nec intellectus humanus potuissent considerare, vel intelligere, vel petere a Deo, quòd fieret homo, & homo efficeretur Deus & consors naturæ diuinæ, quæ tamen secũdum virtutem operatur in nobis, & hoc in incarnatione filii sui. 1. Pet. 1. Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Vnde de his dicitur Eccl. 18. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia illius? Virtutem autem magnitudinis, quis annuntiabit? Vel operatus est in nobis, scilicet apostolis, quibus dedit gratiam euangelizandi inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, vt supra eod. ca. & ibi dictum est. Materia autē gratiarum actionis dicitur esse duplex beneficium, quod nobis contulit Deus. [D] Primum, est ecclesiæ institutio. Secundũ, est filii incarnatio. Dicit ergo; *Ipsi*, scilicet Deo patri; *Gloria*, sit supple; *In Ecclesia*, idest pro his quæ fecit in ecclesia, quam instituit quoad primum; *In Christo*, idest per Christum vel pro Christo, quem nobis dedit. Ipsi, in quam, sit gloria, vt gloriosus appareat non solum in præsenti; *In omnes generationes seculi seculorum*, idest seculi omnia continentis. 1. Timo. 1. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

LECTIO PRIMA.

[E] SVPRA commemorauit Apostolus diuina beneficia, per quæ vnitas ecclesiæ constituitur, & conseruatur; hic monet eos Apost. ad permanēdum in ecclesiæ vnitate. Circa quod duo facit, quia primo monet eos vt in ipsa vnitate perseuerent. Secũdo, instruit eos quomodo in ea permaneant, ibi; *Hoc ergo dico, & testificor in domino &c.* Item, prima in duas, quia primo monet eos ad seruandam ecclesiasticam vnitatem. Secundo, proponit ipsius ecclesiasticæ vnitatis formā, ibi; *Vnus dominus, vna fides &c.* Prima iterum in tres. Primo, præmittit quædam inductiua ad seruandam ecclesiasticam vnitatem. Secundo, ponit monitionē, ibi; *Cum omni humilitate &c.* Tertio, ostendit monitionis finem, ibi; *Soliciti seruare &c.* Inducit autem ex tribus ad seruandam ecclesiasticam vnitatem. Primo ex charitatis affectu. Secundo, ex cōmemoratione suorum vinculorum. Tertio, ex consideratione diuinorum. Charitatis autem affectum insinuat per obsecrationē. Vnde dicit, itaq; ex quo tot beneficia a dño recepistis; *Obsecro uos* cum tamen imperare possem: sed propter humilitatem non impero, magis autem obsecro. Prou. 18. dicitur, Cum obsecrationibus loquitur pauper. Item, propter charitatem, quæ magis mouet ad opus, quàm timor. Phil. 1. Fiduciam multam habens in Christo imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro &c. Ex commemoratione vero suorum vinculorum, inducit

ducit eos dicens *Ego uinctus in domino* Ex quibus inducit eos ad F seruandam sic unitatem, propter tria. Primo, quia amicus magis compatitur amico afflicto, & nititur in pluribus facere voluntatem suam, vt vel sic eum consoletur. Eccle. 12. Non agnoscetur in bonis amicus & non abscondetur a malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est. Secũdo, quia Apostolus ipse vincula patiebatur pro ipsorum vtilitate. & ideo inducit eis ad memoriam quasi volens eos obligare. 2. Cor. 1. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione, & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione, & salute; quæ operatur toG lerantiam earundem passionum, quas & nos patimur. Tertio, qa vt supra dictum est cap. 3. in illa Parte. Quæ est gloria vestra huiusmodi erant eis ad magnam gloriam, dum Deus pro eis amicos, & electos suos exposuit tribulationibus pro ipsorum salute. Et ideo addit, In domino, idest propter dominum. Vel ideo dicit hoc, quia erat ad gloriam Apostoli, quod non vt fur, aut homicida: sed vt Christianus, & propter dominum nostrum Iesum Christum vinculatus erat, iuxta illud Ezech. 3. Ecce data sunt super te vincula & ligabunt te in eis &c. Ex consideratione vero diuinorum beneficiorum inducit eos, dicens; *Vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis*, idest attendentes dignitatem ad quã vocati estis, ambuletis secundum quod ei conuenit. Si enim quis vocatus esset ad nobile regnum, indignum esset, quòd faceret opera rusticana. Sic monet Ephe. Apostolus. q d. Vocati estis vt sitis ciues sanctorum & domestici Dei, vt dictum est supra cap. 2. non est ergo dignum vt faciatis opera terrena, nec vt de munH danis curetis. Ideo dicit, Digne &c. Col. 1. Ambuletis digne, Deo per omnia placentes. Philip. 1. Digne euangelio Christi cõuersamini: & quare? quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumen suum. 1. Pet. 2. Consequenter cum dicit; *Cum omni humilitate &c.* Ponit modum suæ monitionis, docens quomodo digne poterunt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes, & excludit quatuor vitia eis opposita. Primum autem vitium, quod excludit est superbia: dum enim vnus superbiens vult alii præesse, & alius similiter superbus non vult subesse, causatur dissensio in societate, & tollitur pax. vnde Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ad quod excludendum, dicit; *Cum omni humilitate*, scilicet interiori, & exteriori. Eccl. 3 Quanto magnus es, humilia te in omnibus &c. Philipp. 2. In humilitate superiores inuicem arbitrantes. I Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Secundum est ira Iracundi enim sunt propinqui ad iniuriam inferendam verbis, vel factis, ex quo turbationes oriuntur. Prouerb. 15. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Ad hoc excludendum dicit; *Et mansuetudine*, quæ mitigat rixas & pacem conseruat Prouerb. 3. Mansuetis dabit gratiam. Psal. 36. Mansueti autem hæreditabunt terram. Eccle. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris. Tertium est impatientia. Quandoque enim aliquis humilis est & mansuetus in se, abstinens a molestiis inferendis, non tamen patienter sustinet molestias sibi illatas vel attentatas. Ideo subdit; *Cum patientia*, scilicet aduersorum. Iac. 1. Patientia autem opus perfectum habet. Eccl. 2. In humilitate tua, patientiam habe. Heb. 10. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes &c. Quartum, inordinatus zelus. Cum enim inordinate zelantes, omnia quæ vident iudicant, nec tempus, nec locum seruantes concitaK tur turbatio in societate. Gal. 5. Si mordetis inuicem & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Et ideo dicit; *Supportantes inuicem in charitate*, scilicet mutuo sustinentes defectus aliorum, & hoc ex charitate: quia quando deficit aliquis, non debet statim corrigi nisi assit locus & tempus: sed misericorditer expectari, quia charitas omnia sustinet. 1. Cor. 13 Non autem debent huiusmodi deffectus supportari ex negligẽtia vel ex consensu & familiaritate, vel carnali amicitia: sed ex charitate. Gala. 6. Alter alterius onera portate &c. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Consequenter cum dicit; *Soliciti seruare &c.* Ostendit monitionis finem, qui quidem est vt seruetur vnitas inter fideles. Circa quod, tria facit. Primo ponit ipsam vnitatem, quæ est finis. Secundo, describit modum vnitatis ibi; *In vinculo pacis.* Tertio, ponit rationem seruande vnitatis ibi; *Sicut vocati estis &c.* Dicit ergo primo. Dico, quòd digne ambuletis &c. Et hoc faciatis; *Soliciti seruare vnitatem spiritus*, Et autẽ duplex vnitas. Vna ad male faciendum, quæ est mala, & potest dici vnitas carnis. Eccl. 11. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Alia est vnitas spiritus, quæ est bona ad faciendum bonum. Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum &c. Io. 17. Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, Modus autem seruandæ vnitatis est in vinculo pacis. Charitas enim est coniunctio animorum. Nulla autem rerum materialium coniunctio stare potest, nisi ligetur aliquo vinculo. Eodem modo, nec coniunctio animorum per charitatem stare potest, nisi ligetur, huiusmodi autem verum ligamen est pax, quæ est secundum August. tranquilitas modi, speciei, & ordinis, quando. s. vnusquisque habet quod suũ est. Propter quod dicit,

LECTIO II.

VNvs dominus, vna fides, vnum baptisma. Vn⁹ Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

In vinculo pacis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, &c. quæ quidem pax seruatur per iustitiam. Esa. 32. Opus iustitiæ pax. Eccle 6. Ne accedieris vinculis eius. Et quare? quia certe vt dicitur ibidem, Vincula illius alligatura salutis. Nunc autem quia in homine est duplex vnitas, una scilicet, membrorũ adinuicem simul ordinatorum, alia corporis & animæ, tertium constituentium. Apostolus autem loquitur hic de vnitate ecclesiæ ad modum vnitatis, quæ est in homine, ideo subiungit. *Vnum corpus*. q d. Ligemini vinculo pacis vt sitis vnum corpus quantum ad primam vnitatem, vt. s. omnes fideles sint ordinati adinuicem sicut membra vnum corpus constituentia. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo &c *Et vnus spiritus*. quantũ ad scd̃m, vt videlicet vnũ habeatis spũalẽ cõsensum p vnitatẽ fidei & charitatis. Vel vnũ corpus, quo ad proximũ, & vnus spiritus, quo ad Deũ, quia Qui adhæret Deo vn⁹ spiritus est 1. Cor. 6. Deinde cũ dicit. *Sicut vocati estis &c.* Subdit rationem huius vnitatis, quia sicut videmus quód quando aliqui sunt vocati simul ad aliquid pariter habendum, & mutuo percipiendum, solent simul etiam manere, & simul ire, ita spiritualiter dicit, Quia vos estis vocati ad vnum, scilicet finale præmium, ideo debetis simul cum vnitate spiritus ambulare *In vna spe vocationis vestræ*, idest vnam spem speratam quæ est effectus vocationis. Hebr. 3. Fratres facti vocationis cælestis participes, 1. Cor. 1. Videte vocationem vestram, &c. Sed posset aliquis dicere. Quis vocabit nos, & ad quid? Respondetur. 1. Pet. 5. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternã gloriã suam, &c. vbi est beatitudo vestra. Apo. 19. Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati sunt.

LECTIO SECVNDA.

Posita eorum exhortatione pro seruãda ecclesiastica vnitate, in hac parte apostolus formam dictæ vnitatis ipsis Ephesiis insinuat. Vbi sciendum est, quod cum ecclesia Dei sit sicut ciuitas, est aliquod vnum & distinctũ, cum non sit vnum sicut simplex, sed sicut compositum ex diuersis partibus. Et ideo Apostolus duo facit. Primo, ostendit id quod est communæ ecclesiæ. Secundo, ostendit id quod est distinctũ in ipsa ibi, *Vnicuique autẽ nostrum data est gratia &c.* In qualibet autẽ ciuitate ad hoc vt sit vna, quatuor debent esse communia. s. vnus gubernator, vna lex, eadem insignia, & idem finis: hæc autem quatuor dicit Apostolus esse in ecclesia. Dicit ergo, Dico ꝙ debetis habere vnũ corpus & vnum spiritum; quia estis in vnitate ecclesiæ quæ est vna. Primo quia habet ducem vnum. s. Christum. Et quantum ad hoc dicit. *Vnus dominus*, non plures, pro quorum diuersis voluntatibus oporteat vos discordare. Dicitur. n. Heb. 3. Christus est tanquam filius in domo sua. Act. 2. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia & dominum eum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. 1. Cor. 8. Vnus dominus noster Iesus Christus. Zach. 14. In illa die erit dominus vnus, & nomen eius vnũ. Secundo, qu a lex eius est vna. Lex. n. ecclesiæ est lex fidei Ro. 3. Vbi est ergo nunc gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Sed fides quandoque sumitur pro ipsa re credita, secundũ illud, Hæc est fides chatolica, &c. i. ista debent credi. Quãdoque vero sumitur pro habitu fidei, quo creditur in corde. Et de vtroque hoc potest dici. De primo vt sit sensus, *Vna est fides*. i. idem iubemini credere, & eodem modo operari, quia vnum, & idem est quod creditur a cunctis fidelibus, unde vniuersalis seu catholica dicitur. vnde 1. Cor. 1. Idipsum dicatis. i. sentiatis oẽs, &c. Alio modo vna est fides. i. vnus habitus fidei quo creditur: vna inquam, non numero, sed specie, quia idem debet esse in corde omnium, & hoc modo idem volentium dicitur vna voluntas. Tertio, eadem sunt insignia ecclesiæ. s. sacramenta Christi, inter quæ primum baptisma, quod est ianua omniũ aliorum. Et ideo dicit. *Vnum baptisma* Dicitur autẽ vnum, triplici ratione. Primo, quia baptismata nõ differunt secundum baptizantes, quia à quocunque conferãtur, vniformem virtutem habet, quia qui baptizat interius, vnus est, scilicet Christus. Ioan. 1. Super quem videris spiritum descẽdẽtem, & manentẽ super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto, Secundo dicitur vnum, quia datur in nomine vnius, scilicet trinitatis. Matth. vlti. Baptizantes eos, In nomine patris, & filii

filii & spiritussancti. Tertio, quia iterari non potest. Pœnitentia autem, matrimonium, eucharistia, & extrema vnctio, iterari possunt, non autem baptismus. Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati (. s, per baptismum) gustauerunt autẽ donum cæleste & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerũt nihilominus bonum Dei verbũ, virtutes que seculi venturi & prolapsi sunt (. s. p peccatũ) renouari rursus ad pœnitentiam. Non iteratur aũt vel propter caracterẽ, vel quia causa eius non iteratur. Roma. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem &c. Nunc autem Christus semel pro peccatis mortuus est, vt dicitur 1. Pet. 3. Quarto, in ecclesia est idem finis qui est Deus. Filius enim ducit nos ad patrem 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuerit omnem principatum, & potestatem & virtutem, oportet autem illum regnare, &c. Et quantum ad hoc subiungit dicens. *Vnus Deus &c.* Vbi primo ponit Apostolus eius vnitatẽ. Secundo, eius dignitatem, ibi. *Qui est super omnes &c.* Circa primum duo dicit. Primum pertinet ad naturam diuinam. Vnde dicit, *Vnus Deus*. Deuter. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus, vnus est. Aliud pertinet ad eius beniuolentiam ad nos, & ad pietatem. Vnde dicit, *Et pater omnium* Esa. 63. Tu domine pater noster, & redemptor noster. Mala. 2. Nunquid non pater omnium nostrum? nunquid non Deus creauit nos? Dignitatẽ autem eius commendat ex tribus, Ex altitudine diuinitatis, cum dicit. *Qui est super omnes*. Psal. 112. Super omnes gentes dominus &c. Ex amplitudine eius potestatis cum dicit, *Per omnia* Hiere. 23. Cælum & terram ego impleo, &c. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus &c. Luc. 10. & Mar. 11. Omnia mihi quippe tradita sunt. quippe quia oĩa per ipsũ facta sunt. Io. 1. Sed modo quo dicitur Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & mensura disposuisti. Ex largitate gratiæ cum dicit, *Et in omnibus vobis*. s. per gratiam Hier. 14. Tu autem in nobis es domine &c. Sed primum appropriatur patri, qui est fontale principiũ diuinitatis, & omnes creaturas excellit. Secundum, filio qui est sapientia attingens a fine vsque ad finem fortiter. Sap. 8. Tertiũ vero, spiritui sancto, qui replet orbem terrarum. Sap. 1.

LECTIO TERTIA.

VNicuique autẽ nostrum data est gratia secundum mẽsurã donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hoĩbus. Quod autẽ ascendit quid est, nisi quia, & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.

LECTIO TERTIA.

Svpra ostendit Apostolus ecclesiasticam vnitatem quantum ad id, quod in ecclesia est commune, hic idem ostendit quantum ad hoc, quod singulis fidelibus membris ecclesiæ est propriũ & speciale. Circa quod tria facit, primo proponit distinctionem. Secundo inducit ad hoc authoritatem, ibi. *Propter quod dicit, &c.* Tertio, ponit authoritatis, expositionẽ, ibi. *Quod aũt ascendit, &c.* Dicit ergo, habemus in ecclesia vnum Deum, vnam fidem &c. sed tamen diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus, quia *Vnicuique nostrum data est gratia*. q. d. Nullus nostrũ est qui non sit particeps diuinæ gratiæ, & communionis, Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sed certe ista gratia, non est data omnibus vniformiter seu æqualiter sed, *Secundum mensuram donationis Christi*. i. secũdum quod Christus est dator, & eam singulis mensurauit. Rom. 12. Habentes donationes secundum gratiã quæ data est nobis differentes. Hæc differentia, non est ex fato, nec a casu, nec ex merito, sed ex donatione Christi. i. secundum quod Christus nobis commensurauit. Ipse. n. solus recepit spiritũ non ad mensurã. Io. 1. Cæteri autem sancti ad mẽsuram recipiunt. Ro. 21. Vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet &c. Math. 25. Vnicuique secundum propriam virtutem &c. Quia sicut in potestate Christi est dare, vel non dare, ita dare tantum vel minus. Sequitur. *Propter quod dicit, &c.* Hic ponit quandam authoritatem assumptã de Psal. 67. & refertur ad hoc quod dixit. Secundum mensuram donationis Christi, vbi tria facit. Primo commemorat Christi Ascensionem. Secundo humani generis liberationem. Tertio ponit donorũ spiritualium collationem. Partes consequuntur se. Ostendit ergo primum, dicens sic, *Propter quod* scilicet significandum *Dicit*, scilicet Propheta Dauid in Ps. 67. *Ascendens Christus in altũ &c.* Micheæ. 2. Ascẽdit ante eos pãdens iter &c. Iob. 39. In altũ alas erigit &c. Ascẽdẽs inq̃, sed nõ solus, quia *Captiuam ducit captiuitatem*, eos s. quos Diabolus captiuauerat, humanũ. n. genus captiuatum erat, & A sancti in charitate descẽdẽtes qui meruerãt gloriã, in captiuitate diaboli detinebantur quasi captiui in lymbo. Esa. 5. Ductus est captiuus populus meus &c. Hãc ergo captiuitatẽ Christus liberauit, & secũ duxit in cælum. Esa. 49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captum fuerit a robusto saluabitur ac saluum poterit esse? quia hæc dicit dominus, Equidem & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Sed certe hoc non verificatur solũ quantum ad iã mortuos, sed etiã quantum ad viuẽtes, qui captiui tenebantur sub peccato, quos a peccato liberans seruos fecit iustitiæ, vt dicitur Ro. 6. & sic quodammodo eos in captiuitatem duxit, non ad perniciem, sed ad salutem. Lu. 5. Ex hoc iam homines eris capiens. Non solũ aũt homines a diaboli captiuitate eripuit, & suæ seruituti subiecit, sed ẽt eos spiritualib⁹ bonis dotauit. Vnde subditur, *Dedit dona hominibus*. s. gratiæ, & gloriæ. Psal 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus 2. Pet. 1. Per quem & pretiosa nobis promissa donauit &c. Nec est contrarium quod in littera præcedenti dicitur. Accepit dona in hoĩbus, quia certe ipse dedit, vt Deus, & accepit vt homo in fidelibus, sicut in membris suis. Dedit in cælo sicut Deus, & accepit in terra secundum modum loquendi quo dicitur Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde cum dicit. *Quod aũt ascendit &c.* Exponit propositam authoritatem, & primo quantum ad Ascensionẽ. C Secundo, quantum ad materiam donationis, ibi. *Et ipse dedit, &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quomodo descendit, ibi *Qui descendit*. Secundo, quomodo ascendit, ibi. *Qui ascendit &c.* Circa primum considerandũ, ꝙ cũ Christus vere sit Deus, inconueniens videbatur ꝙ sibi conueniret descendere, quia nihil est Deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationem excludendam subdit Apostolus, *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum* &c. Ac si diceret, Ideo postea dixi, ꝙ ascendit, quia ipse primo descenderat, vt ascenderet, aliter. n. ascendere non potuisset. Quomodo aũt descendit subdit, dicens, *Quia in inferiores partes terræ*. Quod põt intelligi dupliciter. Vno modo, vt per inferiores partes terræ intelligantur istæ partes terræ, in quibus nos habitamus, quæ dicuntur inferiores, eo ꝙ sunt infra cælum & aerẽ. In has aũt partes terræ dicitur descendisse filius Dei, non motu locali, sed assumptione inferioris, & terrenæ naturæ, secũdũ illud Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, &c. Alio modo, potest intelligi D de inferno qui ẽt infra nos est. Illuc. n. descendit oĩbus secundũ animam, vt inde sanctos liberaret. Et sic videtur hoc eis cõuenire qd̃ dixerat, Captiuã duxit captiuitatẽ. Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamẽti tui, eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo nõ erat aqua, Apo. 10. Vidi aliũ angelũ fortem descendentẽ de cælo &c. Exo. 3. Vidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, &c. Et sequitur, Et descẽdi liberare eũ. Deinde cũ dicit. *Qui descendit &c.* Manifestat eius ascẽsionẽ quantũ ad tria. Primo, quantũ ad personã ascendentis cũ dicit. *Qui descendit, ipse est qui ascendit &c.* In quo designatur vnitas personæ Dei & hominis, Descẽdit. n. sicut dictũ est filius Dei assumendo humanã naturã, ascẽdit aũt filius hoĩs secundũ humanã naturã ad vitæ immortalis sublimitatẽ. Et sic est idem filius Dei, qui descendit, & filius hoĩs, qui ascẽdit Io. 3. Nemo ascẽdit in cælum nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cælo, vbi notatur, ꝙ humiles qui voluntarie descendunt, spiritualiter Deo sublimante ascẽdunt, quia qui se hu- E miliat exaltabitur, Lu. 14. & 18. Secundo, ostendit terminũ ascẽsionis cũ dicit. *Super omnes cælos*, Psal. 57. Qui ascendit super oẽs cælos ad orientẽ. Nec solũ intelligendũ est, ꝙ ascẽderit super omnes cælos corporales, sed ẽt super omnem spiritualem creaturã. supra cap. 1. Constituens illum ad dextram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatẽ, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur &c. Tertio, ponit ascensionis fructum cum dicit, *Vt adimpleret omnia* i. omne genus hominũ spiritualibus donis repleret. Psal. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Eccle 24. A generationibus meis adimplemini. Vel *Adimpleret*. i. vt ad effectum perduceret *Omnia*, quæ de ipso erant scripta. Luc. vlti. Oportet implere omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis, & Psalmis de me.

LECTIO QVARTA.

ET ipse dedit quosdã quidem apostolos, quosdam B autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pa-

LECTIO QVARTA.

HIc exponit Apostolus quod supra dixerat de donatione donorum. Circa quod duo facit. Primo ostendit, quòd dominus

nus singulis fidelibus dedit donorum diuersitatem. Secundo, ostẽdit illorum donorum fructum, & vtilitatem ibi. *Ad consumationem sanctorum &c.* Et quia per dona Christi diuersi status & munera in ecclesia designantur, considerandum est, quod inter dona Christi, primo ponit Apostolos. Vnde dicit. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos*

Luc. 6. Elegit ex ipsis, quos & apostolos nominauit. 1. Cor. 12. Quosdam quidẽ posuit in ecclesia. Primũ, Apostolos. Secundo, prophetas Tertio, doctores.

stores, & doctores ad cõsummationẽ sanctorũ in opꝰ ministerii, in ędificationẽ corporis Chri: donec occurramꝰ oẽs in vnitatẽ fidei, & agnitionis filii Dei, ĩ virũ pfectũ, in mẽsurã ætatis plenitudinis Christi.

Quarto, virtutes. Apostoli primo loco ponuntur, quia ipsi priuilegiati fuerunt in omnibus donis Christi. Habuerunt enim plenitudinem gratiæ & sapientiæ, quidam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum. Luc. vlt. Aperuit eis sensum, vt intelligerent, &c. Marc. 4. & Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, &c. Ioan. 15. Omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Habuerunt etiam copiam eloquentiæ ad enuntiandum euangelium. Lucæ 21. Dabo vobis os & sapientiam, cui non potuerunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c. Habuerunt etiam prærogatiuam authoritatis & potentiæ, quantum ad curam dominici gregis. Ioan. vlti. Pasce oues meas. 1. Cor. 10. De potestate nostra quã dedit nobis Deus in ædificationem, nõ in destructionem vestram &c. ideo Apostolus subiungit hic tres gradus ecclesiasticos, secũdum participationem singulorum præmissorum. Nam quantum ad reuelationem diuinorum mysteriorum, subdit. *Quosdam autem prophetas*, qui prænuntiatores fuerunt incarnationis Christi, de quibus dicitur. 1. Pet. 1. Prophetæ, qui de futura in vobis gloria prophetauerunt. Matt. 11. Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Sed Apostoli prophetantes fuerunt post aduentum Christi gaudia vitæ futuræ. Apoc. 1. Beatus q legit, & q audit verba prophetiæ huius, &c. Item, fuerunt exponẽtes antiquorum prophetarum prophetias 1. Corint. 14. Aemulamini spiritualia, magis autem vt prophætetis, Mat. 25. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes &c. Quantum vero ad annuntiandum euangelium, subdit. *Alios vero Euangelistas*, qui scilicet, habent officium prædicandi euangelium, vel etiam conscribendi, quàmuis non essent de principalibus Apostolis. Ro. 10. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem &c. Esa. 41. Dabo Hierusalem euangelistam. Quantum vero ad curam ecclesiæ, subdit, *Alios autem pastores*, curam scilicet, dominici gregis habentes. Et sub eodem addit. *Et doctores*, ad ostendendum quòd proprium officium pastorum ecclesię, est docere ea, quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Dispensare autem temporalia, non pertinet ad episcopos qui sunt Apostolorum successores, sed magis ad Diaconos, Act. 6. Non est æquũ nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Tit. primo, Amplectentẽ eum, qui ſm doctrinã est, fidelem sermonem. Dr̃ de episcopis, Hieremiæ tertio, Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. Deinde cũ dicit. *Ad cõsumationẽ sanctorũ &c.* Oñdit fructũ prædictorũ donorũ, seu officiorũ. Et circa hoc duo facit, quia primo assignat fructũ. Secũdo, oñdit qualiter fideles ad hũc fructũ possent aduenire, ibi. *Vt iam non simus paruuli &c.* Prima iterum in duas. Primo, proponit effectum proximum. Secundo, ostendit fructum vltimum, ibi. *Donec occuramus omnes &c.* Effectus proximus prædictorum donorum seu officiorum, potest attendi quantum ad tria. Vno modo, quantum ad ipsos, qui sunt in officiis constituti, quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia, vt ministrarent Deo & proximis. Et quantum ad hoc dicit, *In opus ministerii* per quod. s. procuratur honor Dei, & salus proximorum. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Esaiæ, 61. Ministri Dei dicetur vobis. Alio modo, quantum ad perfectionem iam credentium, cum dicit. Ad consumationem. i. perfectionem sanctorum. i. eorum, qui iam sunt sanctificati per fidem Christi. Etenim specialiter debent intendere prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducãt, vnde & ipsi perfectiores sunt, vt dicit Dionysius in ecclesiastica hierarchia. Heb. 6. Ad perfectionem feramur &c. Esa. 10. Consumatio abbreuiata innundabit iustitiam. Consummationem enim, & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet, &c. Tertio, quantum ad conuersionem infidelium, & quantum ad hoc, dicit, *In ædificationem corporis Christi*. i. vt couertantur infideles ex quibus ædificatur ecclesia Christi, quæ est corpus eius 1. Cor. 14. Ad ædificationem & exhortationem, & consolationem. Et sequitur ibidem, Nam maior est qui prophetat, quàm qui linguis loquitur; nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat, & ibidem, Omnia ad ædificationem fiant. Deinde cum dicit; *Donec occuramus &c.*

F Assignat fructum vltimum. Et potest intelligi dupliciter. Vno modo de fructu simpliciter vltimo, qui erit in resurrectione sanctorum. Et secundum hoc, duo declarantur. Primo quidem congregatio resurgentium, & corporalis, & spiritualis. Corporalis quidem, erit cõgregatio in hoc, quòd omnes sancti congregabuntur ad Christũ.

LECTIO V.

G Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in

Matth. 24. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Et quantum ad hoc, dicit; *Donec occurramꝰ omnes &c.* Quasi dicat; vsque ad hoc extenditur prædictum ministerium, & consummatio sanctorum, & ædificatio ecclesiæ, donec in resurrectione occurramus Christo. Matth. 25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Amos. 4. Præparare in occursum Dei tui Israel &c. Et etiam occurramus nobis inuicem. 1. Thess. 4. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Philip. 3. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Spiritualis autem congregatio attenditur, quantum ad meritum, quod est secundum eandem fidem, & quantum ad hoc dicit; *In vnitatem fidei*. supra, Vnus Dominus, vna fides. Item supra in eodem. Solliciti seruare vnitatem spiritus &c. Et quantum ad præmium, quod est secundum Dei perfectam visionem & cognitionem, de qua. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et quantum ad hoc dicit; *Et agnitionis filii Dei*. Hier 31. Omnes enim H cognoscent me. Secundo, declaratur prædictum fructum quantum ad perfectionem resurgentium. Et primo ponit ipsam perfectionem, cum dicit; *In uirum perfectum*. Vbi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt, quod scilicet feminæ mutentur in sexum virilem in resurrectione, quia vterque sexus permanebit, non quidem ad commistionem sexuum, quæ tunc de cætero non erit, secundum illud Matth. 22. In resurrectione enim non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli: sed ad perfectionem naturæ & gloriæ Dei, qui talem naturam condidit. Dicit ergo, Virum perfectum, ad designandum omnimodã perfectionem illius status. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et propter hoc vir magis sumitur secundum quod diuiditur contra puerum, quàm secundum quod diuiditur contra feminam. Secundo, ostendit exemplar huius perfectionis, cum dicit; *In mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Vbi considerandum est, quòd corpus Christi verum, I est exemplar corporis mystici: vtrunque enim constat ex pluribus membris, in vnum collectis. Corpus autem Christi fuit perductum ad plenam ætatem virilem, scilicet triginta trium annorum, in qua mortuus fuit. Huiusmodi ergo ætatis plenitudini conformabitur ætas sanctorum resurgentium, in quibus nulla erit imperfectio, nec defectus senectutis. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ. Alio modo, potest intelligi de fructu vltimo præsentis vitæ, in qua quidem sibi occurrent omnes fideles ad vnam fidem, & agnitionem veritatis. Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili &c. In qua perficitur etiam corpus Christi mysticum spirituali perfectione, ad similitudinem corporis Christi veri. Et secundum hoc, totum corpus ecclesiæ dicitur corpus virile, secundum illam similitudinem, qua vtitur Apostolus. Gal. 4. Quãto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo &c.

LECTIO QVINTA.

K POSITA donorum spiritualium diuersitate, & fructu eorũ, hic ostendit Apostolus, quomodo ad fructum illum perueniamus. Circa quod, duo facit. Primo, duo impedimenta remouet. Secundo, modum veniendi docet, ibi; *Veritatem facientes &c.* Dicit ergo, Bene dictum est, quòd hic est fructus vltimus istorũ donorum, quòd, scilicet occurramus Domino in virum perfectum &c. Ergo oportet nos videre; *Vt iam non simus paruuli*, sed certe viri perfecti, quia quandiu aliquis est puer, non est perfectus vir. Oportet ergo, quòd deserat pueritiam, qui Domino debet occurrere. Sic faciebat Apost. 1. Cor. 13. Quando autẽ factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Conditio autem pueri est, quòd non est fixus, vel determinatus in aliquo, sed credit omni verbo. Si ergo volumus exhibere nos, vt viros perfectos, oportet quòd deferamus cogitationem fluctuantem, idest instabilem. Et hoc est quod dicit, *Fluctuantes*. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Dicuntur autem fluctuantes a fluctu, quia tales ad modum fluctus non sunt firmi in fide. Iac. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circunfertur. Nunc autem necesse est nos stabiles esse, & non fluctuare. Et quia ventus est praua doctrina,

doctrina, de qua merito dicitur Prouerb. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuias. Matt. 7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna: ideo dicit, *Et non circunferamur omni vento doctrinæ; &c.* quasi dicat. Nulla doctrina peruersa perflante ad commotionem cordis, & ruinam spiritualis edificii debemus moueri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus. Primo, ex eius principio, quod est. *In nequitia hominum*, ideo non est bona doctrina, sed falsa, & nequam, q̃ dogmatizat aliquis ad perditionem animarum, vt obtineat principatum; sicut doctrina Arrii nequissimi, qui crepuit medius, vt de ipso possit exponi illud Ecclesi. 31. Testimonium nequitiæ eius verũ est. Item, talis doctrina peruersa est, quod patet. Secundo, ex eius processu, qui est astutia, quia cum dolo. i. vnum intendit, & aliud simulat, propter quod Apostolus dicit. 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpẽs Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Tertio patet hoc idem ex effectu, quia effectus talis doctrinę est *circunuentionem erroris*, non ad denarios, vel alia temporalia acquirenda, sed ad seminandos errores seducunt, & circunueniunt tales doctores: de quibus dicitur. 2. Tim. 3. Mali hoĩes & seductores proficient in peius, errantes, & in errorẽ alios mittentes, Deinde cum dicit. *Veritatem autem facientes, &c.* Ostensis impedimentis per quæ a fructu donorum spiritualium impeditur quis: hic ostendit qualiter ad fructum debitum perueniatur. & arguit sic. Statim dictum est, quòd si volumus ad spiritualium donorum fructum peruenire, oportet vt iam non simꝰ paruuli, &c. Sed tandiu sumus paruuli quandiu uirilem statũ non attingimus nec crescimus. ergo nobis necessarium est, vt crescamus. Et hoc est, quod dicit *Veritatem autem facientes, &c.* Duo ergo facit. Primo, ostendit in quo debemus crescere. Secundo, per quem, ibi *In illo per omnia, &c.* Dicit ergo quantum ad primum, *Veritatem facientes crescamus*, & hoc in duobus. s. in bono opere, & forma boni operis, quæ duo sunt veritas, & charitas. Veritas autem quandoque dicitur omne opus bonum, vt Thob. 1. In captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit. Faciamus ergo veritatem. s. omne opus bonum, uel ueritatem doctrinæ: q̃a nõ sufficere nobis debet audire, uel docere veritatẽ, sed oportet facere, propter hoc dicebat Apo 1. Timo. 4. Hoc enim faciens, & teipsum saluũ facies, & eos qui te audiũt. Estote ergo fact. &c. vt dicitur Iac. 1. quia Factores iustificabuntur, vt habetur Roma. 2. Et hoc si fiat in charitate, quæ est forma boni operis. 1. Cor. 16. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, & omnia opera vestra in charitate fiant: quia certe aliter nihil valerent. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, Sed quia in via Dei non progredi est regredi, ideo subdit Apostolus, *Vt crescamus in illo, &c.* Vbi tria facit. Primo, ostendit authorem nostri augmenti. Secundo, eius veriatem. Tertio, modũ augmenti. Secunda, ibi *Ex quo totum corpus*. Tertia, ibi *Secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri*. Dicit ergo, Crescamus in illo. s. in Christo, de quo. 1. Pet. 2. In eo crescatis in salutem. In illo, inquam, qui est caput nostrum Christus, & in ecclesia, quæ est corpus ipsius, vt dicitur Col. 1. Crescamus, inquã, non in possessionibus, sicut dicitur Iob. 1. Possessio eius creuit in terra, sed in spiritualibus. Nec in vno tantum, sed. *Per omnia*: idest in omni bono, fructificantes, & crescentes. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite, &c. Et ibi sequitur, sicut & ego per omnia omnibus placeo. De hoc commendat Corinthios Apostolus, dicens 1. Cor. 11. Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, omnia præcepta mea tenetis. Consequenter cum dicit *Ex quo totũ corpus, &c.* Ostẽdit veritatẽ Christi, per quem crescere debeamus. Vbi sciendum est, quòd corpus naturale tria habet. s. compactionem membrorum ad inuicem, ligationem per neruos, & mutuam subministrationem 1. Cor. 12. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, &c. Si totum corpus est odoratus, vbi auditus? Spiritualiter ergo, sicut vnum corpus efficitur ex multis his tribus modis, scilicet per cõpactionem seu adunationem, per ligationem, & per mutuam operatio-

astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum cor B poris facit in ædificationem sui in charitate.

A nem, & subuẽtionem: ita & omnia quæ sunt a capite corporali, scilicet cõpactio, neruorũ ligatio, ad opus motio, fluunt a capite nostro Christo in corpore ecclesiæ. Et primo compactio per fidem. Vnde dicit; *Ex quo*, scilicet Christo qui est caput nostrũ (vt modo dictum est) *Totum corpus compactum est*, idest coadunatum.

LECTIO VI.

Hoc ergo dico & testificor in Domino: vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati a vita Dei p ignorantiã, quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum:

Psal. 146 Dispersiones Israel congregabit. Abac. 2. Cõgregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos. De hoc dicitur Col. 2. Caput ex quo totum corpus p nexus & coniunctiones subministratum & constructũ, crescit in augmentum Dei. Secũdo, fluit a Christo capite in corpus ecclesiæ suæ mysticum connexio & colligatio, quia oportet adunata aliquo nexu, vel vinculo necti, vel colligari. Et propter hoc dicit; *Et connexum per omnem iuncturam subministrationis*, idest, per fidem & charitatem, quæ connectunt, & coniungunt mẽbra corporis mystici, ad mutuam subministrationem. Eccle. 39. Omnia opera Dñi bona, & omne opus hora sua subministrabit. Vnde ipse Apostolus confidens de ista mutua subministratione, quæ est inter mẽbra ecclesiæ per diuinam coniunctionem, dicebat Philip. 1. Scio enim, quia hoc proueniet in salutẽ per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi. Tertio, a capite Christo in mẽbris, vt augmententur spiritualiter, influitur virtus actualiter operandi. Vnde dicit; *Secundum mensuram* C *vniuscuiusque membri*, augmentum corporis facit, quasi dicat, Non solum a capite nostro Christo est membrorũ ecclesiæ compactio per fidẽ, nec sola connexio, vel colligatio per mutuã subministrationẽ charitatis, sed certe ab ipso est actualis membrorum operatio, siue ad opus motio ſm mensurã & cõpetentiam cuiuslibet membri. Vnde dicit; *Quod facit augmentum corporis, secundum operationem & mensuram vniuscuiusque membri*, debite mẽsurati, quia non solum per fidẽ corpus mysticũ cõpaginatur, nec solũ per charitatis subministrationem connectentẽ augetur corpus, sed per actualem cõpositionem ab vno quoq; mẽbro egredientẽ, ſm mensuram gratiæ sibi datæ, & actualẽ motionem ad operationẽ, quã Deus facit in nobis. Vnde Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Idẽ vero Deus, qui operatur oĩa in omnibus, vt dicitur. 1. Corin. 12. Et hæc expositio concordat glosatori. Sed ad quid augmentat Deus vnumquodq; mẽ D brũ? vt corpus ædificet. supra. 2. In quo oĩs ædificatio cõstructa, crescit in tẽplũ sanctũ in Dño, in quo & vos coædificamini &c. Vnde. 1. Corin. 3. Dei ædificatio estis. Et hæc omnia fiunt in charitate, quia vt dicitur. 1. Corint. 8. Charitas ædificat. uel in charitate facit Deus hæc omnia, idest ex mera dilectione. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursusque, Aedificabo, & ædificaberis. Hoc est ergo quod dicit; *In ædificationem sui in charitate.*

LECTIO SEXTA.

SVPRA monuit Apostolus Ephesios, vt manerent in ecclesiastica vnitate, describendo modum eius & formã: in hac parte docet eos viam, per quam possint manere in ecclesiastica vnitate. Et circa hoc duo facit. Primo proponit præcepta, p quæ possunt manere in ecclesiastica vnitate. Secundo, ostendit potestatem hãc ad implenda præcepta in fine epistolæ, ibi; *De cætero* E *fratres, confortamini &c.* Prima in duas. Primo, proponit præcepta ad omnes. Secundo, pertinentia ad singulos gradus ecclesiæ, ibi; *Mulieres viris suis subditæ sint &c.* Prima in duas. Primo, ponit quædã præcepta generalia, ad quæ reducuntur omnia alia. Secundo ponit specialia, ibi; *Propter quod, deponentes mendacium &c.* Prima iterum in duas, quia cum intentio Apostoli sit eos reuocare a veteri consuetudine ad nouam Christi doctrinam, Primo, ostendit doctrinam Christi esse contrariam antiquæ peruersitati gentilitatis. Secundo, inducit eos, vt eam deponant, & eã quæ Christi est assumant, ibi; *Deponite vos secundum pristinam &c.* Prima in duas, quia primo describit conuersationem gentilium. Secundo, ostendit quòd ei contrariatur doctrina Christi, ibi; *Vos autem non ita &c.* Prima in tres. Primo, hortatur eos, vt declinent conuersationem gentiliũ. Secundo, describit eam quantum ad interiorẽ animũ, ibi; *Tenebris obscuratum &c.* Tertio, quantum ad exteriorẽ modum, ibi; *Qui desperantes &c.* Dicit ergo ad hoc, quòd possitis implere ea quæ dicta sunt; *Dico*, idest, non obsecro, vt prius, sed dico; *Et te-*

ſtificor hoc quod dixi Gal.5. Teſtificor autem omni homini, rur ſum circuncidenti ſe,quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdæ. 2.Timo. 4.Teſtificor corã Deo,& Chriſto Ieſu,&c.Et qd? *Vt iã*, ſcilicet, tempore fidei, & conuerſionis ad Chriſtum, quia iam vos mundi eſtis Ioan.15.*Non ambuletis*, ideſt,viuatis. Gal.5. Si ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus, &c. Et hoc, *Sicut & Gentes ambulant*. 1. Corint. 12. Scitis, quoniam cum gentes eſſetis,ad ſimulachra muta,proutducebamini eũtes, &c. Non ſic igitur ambuletis.Proue.1.Fili mi,ne ambules cũ eis, prohibe pedem tuum a ſemitis eorum,&c. Conſequenter cum dicit *In uanitate ſenſus ſui*. Reddit cauſam huius prohibitionis. Vbi notandum eſt, quòd cum ambulare ſpiritualiter,ſit proficere, ſecundum illud Eſa.26.Rectus callis iuſti ad ambulãdum,&c. Gen.17.Ambula coram me,& eſto perfectus,dicitur Abrahæ. Ad hoc ergo, vt homo iuſte ãbulet.1.ſpiritualiter proficiat,oportet tria, quæ in ipſo ſunt regulari,& ordinari.In homine enim eſt ratio, iudicans de particularibus agendis. Item,intellectus vniuerſalium principiorum,qui eſt ſindereſis. Tertio, lex diuina ſeu Deus. Quandocunque ergo aliquis ſecundum iſta tria ſibi inuicem ordinata dirigitur, ita quòd actio ordinetur ſecundum iudicium rationis, & hæc.ſ.ratio iudicet ſecundum intellectum rectum, vel ſindereſim : & hæc.ſ. ſindereſis ordinetur ſecundum legem diuinam,tunc actio eſt bona,& meritoria. Sed vita gentiliũ nõ eſt talis, immo deficit in prædictis tribus, quia primo deficit a ratione iudicante,quia ambulant in vanitate ſenſus ſui. Senſus autem eſt vis apprehenſiua;per quam iudicamus ſingularia.Vnde aliquis homo rectus dicitur,quando bene iudicat de agẽdis. Sed ſenſus iſte,quandoque eſt rectus,quandoque eſt vanus. Rectus dicitur,quando debita regula regitur,qua venit ad debitũ finem.Vanus autem,quando indebita regula ductus,non venit ad debitum finem. Sapien.13.Vani ſunt omnes homines,in quibus non ſubeſt ſcientia Dei,&c. Roma.1.Euanuerunt in cogitationibus ſuis,&c.Hiere.2. Ambulauerunt poſt vanitates ſuas, & vani facti ſunt. Quare ? quia certe ratio iſtorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, ſed erroneo, Et hoc eſt, quod ait, *Tenebris obſcuratum habentes intellectum*. Rom. 1. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Pſal.81 .Neſcierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulant.Et ratio eſt, quia tales non ſunt participes diuini luminis,ſeu legis diuinæ illuminantis,& regulantis: propter quod ſubdit,*Alienati a uita Dei*,ideſt a Deo, qui eſt vita animæ.Ioan.14.Ego ſum via,veritas, & vita. Vel *A uita Dei*, ideſt a charitate,& gratia ſpirituali,qua anima viuit formaliter.Rom.6.Gratia aũt Dei vita æterna.Iſti aũt erãt ſine ſpe vitæ æternæ,quia ponebant mortalitatem animæ,contra fidem,& ſpem.Sapien.2.Neſcierunt ſacramenta Dei, neque ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, neque iudicauerunt honorem animarum ſanctarum,&c.Vel *A uita Dei*, ideſt a vita ſancte viuendi, quæ eſt per fidem. Galat.2.Viuo ego,iam non ego, &c. Iuſtus autem ex fide viuit,vt dicitur Rom. 1. Vel quæ eſt per charitatem.1.Ioan.3.Nos ſcimus,quia translati ſumus de morte ad vitam,quoniam diligimus fratres,&c. Non ſic aũt iſti,ſed magis alienati. Modum autem huius alienationis tangit,*Scilicet per ignorantiam*, non ſtellarum,vel curſus ſyderum, ſed naturæ diuinæ.1.Cor.15.Ignorantiam quidem Dei quidam habent,quia certe tunc ſolum in Iudea notus erat Deus, ſed modo,ut dicitur Act.17.Tempora huius ignorantiæ deſpiciẽs Deus;nunc annuntiat hominibus, vt omnes ubique pœnitentiam agant,&c.Huius autem ignorantiæ Deus non erat cauſa,quantũ de ſe erat, vt dicitur Rom.1.Deus.n.illis reuelauit, ſed certe cauſa erat illis; *Propter cæcitatem cordis ipſorum*. Et uere dicit cæcitatem, eo quòd ex creaturis non poterant venire in notitiam creatoris : quia vt dicitur Sapien.2. Excæcauit eos malitia eorum, & ſequitur, Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Et hoc eſt, quod ſequitur, *Qui deſperantes &c.* Vbi oſtendit Apoſtolus quales erant in exteriori conuerſatione : quoniam ſine ſpe, & hoc, quia alienati a vita. Iob. 7. Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam,&c.Hier. 18. Deſperaulmus, poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſque poſt prauitatem cordis ſui, malefaciemus. Et hoc eſt,quod ſequitur. *Tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ &c.* Et hoc legi poteſt dupliciter, vel ſeparatim, vt dicatur,in auaritia,quia auari erant.Rom.1.Repletos omni iniquitate, & malitia,fornicatione,auaritia,&c.Heb.13.Sint mores ſine auaritia,

qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt,impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.

LECTIO VII.

OS autem non ita didiciſtis Chriſtum : ſi tamen illũ audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, deponite vos ſecundum priſtinã conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.

&c.Quia vt dicitur Eccle.10.Auaro nihil eſt ſceleſtius.Propter quod Abach.2.Veh qui congregat auaritiam malam domui ſuę &c.Poteſt etiam legi coniunctim cum præcedentibus, vt dicat, in auaritia,ideſt auare,ita ut ſit modificans præcedentia. Et ẽm hoc aggrauat eorum vitam tripliciter: quia primo peccauerunt, non ex paſſione, ſed potius ex electione. Vnde dicit : *Tradiderunt ſemet ipſos impudicitiæ*. Quaſi dicat. Non paſſionibus, vel infirmitate peccauerunt. ſed ſemetipſos tradiderunt &c. Iudith.7. Spõte tradamus nos omnes,populo Oloferni,&c. 2.Cor.12. Non egerunt pænitentiam ſuper immunditia,quam geſſerunt,&c. Secũdo,ex actuali effrenatione.1.Pet. 2.Poſt carnem in concupiſcentiam immunditiæ ambulant,&c. Et ideo dicit, *In operationem omnis immunditiæ*. Ezec.14.Iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis,&c. Tertio,aggrauatur eorum peccatum ex continuatione,quia inceſſanter peccabant.Oſeæ.4.Fornicati ſunt,& non ceſſauerunt, quoniam Dominum reliquerunt,vnde dicit, *In auaritiam*, ideſt,ardenter,& appetitu continuo,& inſatiabili.2.Pet.2.Oculos habentes plenos adulterii,& inceſſabilis delicti,pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatũ in auaritia habentes, maledictionis filii, &c.

LECTIO SEPTIMA.

OSTENSA peruerſitate gentilis conuerſationis: hic oſtendit Apoſtolus, quòd doctrina Chriſti totaliter contraria eſt iſti conuerſationi,& ſtatui. Et quia peruertentes quidam doctrinam Chriſti,dixerunt,non eſſe aliam vitam poſt iſtam, ſed animam mori cum corpore,vt animalia : ideo Apoſtolus oſtendit, Primo,doctrinam Chriſti cõtrariam eſſe vitæ,& ſtatui præcedenti.Secundo,oſtendit conditiones debitas doctrinæ Chriſti ibi *Deponite uos, &c.* Dicit ergo.Ita dictum eſt, quòd illi deſperantes,&c. *Vos autem non ita*, didiciſtis Chriſtum.ſ.eſſe imitandum.Quomodo ergo?Ipſi enim vos a Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.1.Theſſ.2.Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas credidiſtis.Et.2.Theſſ.2.Quomodo tenebim°?Et.1.Theſſ. 2.Quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei,accepiſtis illud non vt verbum hominum,ſed ſicut eſt vere verbum Dei,&c.Col.2.Radicati,& ſuperædificati in ipſo,& confirmati in fide, ſicut didiciſtis abundantes in illo in gratiarum actione. Et hoc certe. *Si tamen illum audiſtis*, quia auditus deſeruit diſciplinæ. Si, pro quia. Quia hæc eſt annuntiatio quam audiſtis, vt dicitur.1.Ioan.1.Et hoc,quantum ad prædicationem fidei.Eccle.24. Qui audit me,non cõfundetur. Prouer.15. Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio ſapientiũ commorabitur,&c. *Et in illo edocti eſtis*, ſcilicet, quomodo pertinentia ad fidem,ſunt cuſtodiẽda,& adimplenda.Mar. vlti. Fecerunt ſicut erant edocti,&c. Et hoc. *Sicut eſt veritas in Ieſu*. quaſi dicat. Si audiuiſtis fidem Chriſti prædicari, & quomodo prædicata debeat adimpleri,eſtis edocti,ſicut Ieſus, de quo prædicatur vobis,qui eſt veritas. Vos autem non ita,ſcilicet, oportet ambulare ſicut aliqui deſperantes.Sed quomodo?ſubdit, *Deponite uos &c.* Quæ quidem litera poteſt legi dupliciter. Vno modo,vt dicatur deponite, & tunc conſtruitur cum præcedentibus ſic,ita ẽ veritas,in qua edocti eſtis in Ieſu deponere vos,&c. Si autem dicatur deponite,quæ litera communis habetur, dicemus,quòd quia contraria eſt,& vita,& doctrina Gentilium, vitæ,& doctrinæ Ieſu,in qua edocti eſtis,reſtat vt deponatis,&c. Duo ergo facit,quia cum primo extirpanda ſint vitia, quàm inſerantur virtutes,Primo,docet eos ſtatum priſtinæ ac veteris cõuerſationis deponere.Secundo,nouum ſtatũ Ieſu aſſumere,ibi. *Renouamini autem ſpiritu &c.* Dicit ergo, *Deponite &c.*Vbi tria ſunt conſideranda, Primo quid intelligitur per veterem hominem.Dicunt aliqui,quòd hic homo vetus exterior, nouus vero dicitur interior. Sed dicendum eſt, quòd homo vetus dicitur tam interior quàm exterior, qui ſubiicitur vetuſtati quantum ad animam per peccatum,& quantũ adcorpus,quia mẽbra corporis ſunt arma peccati. Et ſic ſubiectus homo peccato ſecundum animam,& corpus,dicitur uetus homo, ſecundum quod illa vetuſta ſunt, quæ ſunt in via corruptionis; vel in ipſo corrumpi,quia quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitũ eſt : vt dicitur Hebr. 8.Et ſic homo ſubiectus peccato,dicitur vetus: quia eſt in via corruptionis; propter quod ſubdit : *Qui corrumpitur*

rumpitur ſecundum deſideria erroris. Nam vnumquodque corrumpitur, cum recedit ab origine naturæ ſuæ. Natura autem hominis eſt,vt deſiderium eius tendat ad id quod eſt ſecundum rationem. Perfectio autem,& bonum rationis eſt veritas.Quãdo ergo ratio tendit ad errorem, & deſiderium ex hoc errore corrumpitur, tunc vetus homo dicitur. Dicit autem ſecundum deſideria.ſ.mala.Rom.13. Carnis curã ne feceritis in deſideriis, 1. Tim. 6. Deſideria multa & nociua, & inutilia,quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem,&c. Quia autem hæc deſideria in quibuſdam tranſhuntur ex infirmitate, in quibuſdam vero ex malitia, ſicut in illis,qui dicunt Deum prouidentiam non habere,ideo dicit,*Erroris* : quia in talibus ſic errantibus corrumpitur intellectus, & affectus. Vel ſecũdum deſideria erroris,ideſt quæ homines faciunt errare,ſecundum illud Sapien.2.Hæc cogitauerunt, & errauerunt,&c.Proue.14. Imprudentia ſtultorum errans.Sed quomodo deponendus ſit, docet Apoſtolus dicens, Col.3.Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,&c. Non ergo ſubſtantialiter debet deponi,vel expoliari,ſed ſolum quo ad opera mala,vel conuerſationem. 1.Petr. 2. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam. 1. Timo. 4. Exemplum eſto fidelium in verbo,& conuerſatione. Deinde cum dicit,*Renouamini,&c.* Oſtendit,quòd debemus nouum ſtatum induere. Circa quod tria facit. Primo,oſtendit per quid conſequi poſſumus hanc nouitatem. Secundo,in quo hæc nouitas conſiſtat. Tertio, quæ ſit. Quantum ad primum dicit,*Renouamini ſpiritu, &c.* Vbi notandum eſt,quod licet ſpiritus multipliciter dicatur in homine,tamen triplex ſpiritus inuenitur.ſ. Spirituſanctus.1. Cor. 3. Neſcitis, quod templum Dei eſtis & ſpiritus Dei habitat in vobis? Item,ſpiritus rationalis. Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.Item, Spiritus fantaſticus. Oſeæ. 14. Scitote Iſrael,ſtultum prophetã,inſanum virum, ſpiritualem,ideſt fantaſticum.Hoc ergo,quod dicit,Spiritus mentis,ſumitur pro Spirituſancto. Dicit autem cauſam renouationis eſſe Spiritumſanctum,qui habitat in mente noſtra.Gal. 5. Miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda,&c. Pſal. 103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, &c. Vel poteſt accipi ſpiritus pro ſpiritu rationali, & tunc ſpiritus idem eſt, quod mẽs noſtra,& eſt ſimile huic,quod dicitur Coloſ.2. In expoliatione corporis carnis i.corporis,quæ eſt caro,ita hic ſpiritu mentis.i.ſpiritu,qui eſt mens: hoc autem dicit,quia in nobis eſt alius ſpiritus,qui non eſt mens,qui. ſ. eſt communis nobis,& brutis.Dicit autẽ, *Renouamini ſpiritu mẽtis* quia illud quod non eſt corruptum,eſt nouum; nec renouatione indiget. Nam ſi Adam corruptus non fuiſſet,renouatione nõ indiguiſſet,nec nos etiam. Sed quia corruptus fuit, renouatione indiguit,& eius poſteriores. Et ideo oportet renouari nos in præſenti ſecundũ animam,& in futuro, ſecundum corpus,quãdo Corruptibile hoc,induet incorruptionem,& mortale immortalitatem,vt dicitur.1.Cor.15. Dicit ergo, *Renouamini ſpiritu*, hic ſcilicet,quia niſi in præſenti ſpiritus renouetur, nunquam corpus eius innouabitur. Vel poteſt exponi ſpiritu mentis. i. mente veſtra ſpirituali facta,& in idem redit.In quo autem hęc renouatio conſiſtat quantum ad ſecundum ſubdit, cum dicit. *Et induite nouum hominem, &c.* Hic aduertendum eſt,quòd ſicut vniuſcuiuſque rei primum vetuſtatis principium fuit Adam ꝑ quem peccatum in omnes intrauit, ita principium primum nouitatis,& renouationis Chriſtus eſt : quia Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabantur. vnde Gal. vlt.In Chriſto Ieſu,neq; circuncifio,neque præputium aliquid valet,ſed noua creatura.Induimini ergo Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Roma. 13. Quæ autem ſit renouatio oſtendit, cum dicit, *Qui ſecundum Deum creatus eſt, &c.* Hoc autem poteſt intelligi tripliciter.Vno mõ ſic,vt ly, *Qui*,referatur ad ſpiritum,ideſt ſpiritus : qui eſt mens noſtra,creatus eſt a Deo,ſcilicet in originali iuſtitia ſcilicet in ſui nouitate. Vel recreatus noua creatione,vt eſſet iuſtũs. ſupra. 2. Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.vel ly,*Qui*, poteſt referri ad nouum hominem, ſcilicet Chriſtum.Et tunc conſtruetur ſic *Qui creatus eſt*, ideſt, formatus in utero virginis ſecundum Deum,ideſt, non ſemine humano, ſed Spirituſancto. Vel creatus eſt ſecundum eſſe gratiæ,& plenitudinis,& hoc *In iuſtitia*, quo ad homines,*Et in ſanctitate*, quo ad Deum,& hoc *Veritatis*,non falſitatis. Luc. 2. In ſanctitate,& iuſtitia.Vel ut ſanctitas ſit in corde,veritas in ore, iuſtitia in opere.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA poſita generali monitione, vt nouitatem induerent : hic Apoſtolus ponit præcepta ſpecialia. Circa quod duo facit. Primo, inhibet eis peccata interiora corrumpentia ſpiritum Secundo, peccata exteriora, quæ corrumpũt carnem, ibi ; *Fornicatio autem &c.* Prima in duas Primo,prohibet peccata, quæ in deordinatione propria conſiſtunt. Secundo, peccata, quæ conſiſtunt in deordinatione alterius, ibi ; *Omni: ſermo malus &c.* Prima iterũ in tres, quia primo prohibet peccatum corrumpens rationalem. Secundo, peccatum deordinans iraſcibilem, ibi ; *Iraſcimini & nolite peccare &c.* Tertio,peccatum pertinens ad concupiſcibilem,ibi; *Qui furabatur &c.* Circa primum tria facit. Primo, quia vnũ iſtorum prohibet. Secundo, inducit ad aliud. Tertio, rationẽ aſſignat. Prohibet ergo illud primo, quod ad veterem hominẽ pertinet, ita vt iſta litera, ſit expoſitiua huius, quod prædixerat; *Induite nouum hominem*, ad quem induendũ primo, prohibet mendacium : quia per hoc peccatum oris, corrumpitur veritas rationis. Vnde dicit ; *Propter quod*, ſcilicet, nouum hominem induendum, ſitis ſupple ; *Deponentes mendacium*, quia vt dicitur in Pſal. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ, ſcilicet perniciouſum. Et poſtea inducit ad nouitatem, dicens Zachar. 4. *Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo*. Et quare ? *Quoniam ſumus inuicem* membra. Membra enim ſeinuicem diligunt,& ſe iuuant mutuo in veritate. Roman.12. Vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Sequitur ; *Iraſcimini &c.* Vbi prohibet peccatum, corrumpẽs iraſcibilem. Circa quod tria facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, eam exponit, ibi ; *Sol non occidat &c.* Tertio, rationem reddit, ibi ; *Nolite locum &c.*Monitionem auttem ponit, cum dicit : *Iraſcimini &c.* Quod poteſt exponi dupliciter,quia duplex eſt ſpecies iræ, quædam bona, quædam mala. Mala quidem,quando inordinate tendit in vindictam ſcilicet, contra iuſtitiam : bona vero quando in vindictam debitam, quando ſcilicet quis iraſcitur quando oportet, cum quibus, & quantũ oportet. Et de vtraque poteſt exponi. Si de mala, ſic eſt ſenſus. Non præcipit, ſed permittit, quaſi dicat. Si ſic eſt, quòd motus iræ inſurgat, quod humanum eſt, nolite peccare, ideſt nolite perducere ad effectum per conſenſum. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat niſi humana : quia certe, qui aliter iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, vt dicitur Matth. 5. De hac ira monebat Ioſeph fratres ſuos. Gen. 45. Ne iraſcimini in via. Si autem exponatur de bona, ſic tenetur non ſolũ permiſſiue, vt primo, ſed imperatiue, iraſcimini ſcilicet, contra peccata veſtra : quoniam duplex eſt vindicta, quam homo appetit. Vna de ſeipſo peccante & ſic pœnitentia eſt quædam vindicta,quam homo facit, & capit de ſeipſo. & hæc eſt bona ira, & de hac dicitur imperatiue, iraſcimini ſcilicet cõtra peccata veſtra, & nolite peccare ſcilicet de cætero, nec talia committere contra quæ iterum oporteat iraſci.Modo credunt aliqui, quòd homo ſecure poſſit ſibiipſi iraſci propter peccata ſua, ſed non proximo ſuo propter ſua,ſed non eſt ita:ſicut .n.contra ſeipſum quis iraſcitur propter peccara propria, ita proximo ſuo propter ſua,ergo iraſcimini contra vitia aliena, & hoc cũ zelo. Num. 25. Phinees auertit iram meã a filiis Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos.Sic Helyas. 3. Reg. 19. Zelo zelatus ſum pro Dño Deo exercituũ,quia dereliquerunt pactum Dñi filii Iſrael &c. Et nollte peccare præueniendo rationem, ſed potius ſequendo. Iac. 1. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram &c. Sequitur;*Sol non occidat &c.*Vbi exponit quod dixerat,& ſecundũ tres prædicetas expoſitiones põt tripliciter exponi,quia ſi de mala ira,tunc ſic,*Sol* &c. Ideſt non perſiſtatis in ira concepta, ſed ante ſolis occaſum deponatis,quia licet permittatur motus,propter fragilitatem,non permittitur mora. Si de bona, & hoc contra peccata propria,tunc ſic;*Sol*, ideſt Chriſtus.Malac.4.Orietur vobis timentibus nomẽ meũ ſol iuſtitiæ &c. *Non occidat ſuper iracundiam veſtram*, ideſt ſuper peccata veſtra,pro quibus iterum oportet vos iraſci & voſmetipſos punire. Si cõtra peccata aliena ſic accipitur ſol.ſ.rationis.Eccle.12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas,non mihi placent,antequam tenebreſcat ſol &c. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, ideſt non obtenebretur dictamen rationis. Iob: 5. Virum ſtultum interficit iracundia. Sequitur ; *Nolite locum dare diabolo*, vbi aſſignat rationem monitionis. Diabolus enim habet lo

cum in nobis per peccatum, vel per consensum. Ioan. 13. Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, &c. Et sequitur ibidem, quòd Post buccellam introiuit in eum sathanas. Nunc autem huiusmodi passiones multum inclinant ad consensum, & maxime quando peruertunt iudicium rationis, & hoc specialiter facit ira, quæ consistit in accensione sanguinis, quæ quidem ratione velocitatis sui motus, precedit iudicii rationis. Et qa sic nobis perturbatis, diabolus incipit locum habere in nobis, ideo dicit, *Nolite locum dare diabolo:* Quasi dicat. Non persequeretis in ira, quia per hoc datis locum diabolo, quia totus diabolus iracundus est, Psal. 17. Liberator meus de inimicis meis iracundis. Intrat autē hominem cum furore, & ira, Apoc. 12. Descendit diabolus ad vos, habens iram magnā. Hoc autem non potest facere saltem in anima, quandiu homo iustus est. Hæc autem iustitia per irā amittitur, quia Ira viri iustitiam Dei non operatur, vt dicitur. Iac. 1. Si ergo non vultis locum dare diabolo, saltem in anima, sol non occidat super iracundiā vestram. Ecclesia. 11. Aufer iram a corde tuo.

LECTIO NONA.

EXCLVSA supra vetustate hominis, quantum ad vim rationalem, & irascibilem: hic prohibet eam quantum ad concupiscibilem prouenientem ex rerum inordinata concupiscentia. Circa quod duo facit. Primo prohibet concupiscibilis vetustatem. Secundo, hortatur ad eius nouitatem, ibi *Magis autem laboret &c.* Ad vetustatem autem concupiscibilis pertinet furtum, quod prouenit ex corrupto, & inordinato appetitu rei temporalis. Ideo dicit *Qui furabatur, iam non furetur &c.* Quasi dicat: Qui habebat concupiscibilem corruptam, & vetustam, ex corrupto appetitu rerum temporalium, iam non furetur. s. si vult concupiscibilem renouare, quia vt dicitur Eccle, 5. Super fu rem confusio: propter hoc dicitur Exod. 20. Non futurū facies. Et quia aliquis posset se excusare præ paupertate, ideo dicit *Magis autem laboret &c.* Sicut ipse fecit. Apostolus, vt dicitur Act. 20. Argentum, & aurum nullius concupiui aut vestem, vosipsi scitis, quoniam ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Item. 2. Thess. 3. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat vos imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte ac die laborantes, ne quem vestrum grauaremus, &c. Vnde notandū est, quod opus manuale ad tria inducitur. Primo, ad necessitatem victus acquirendam. Gen. 3. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Et ideo, qui non habet vnde licite viuat, tenetur manibus laborare. 2. Thes. 3, Si quis non vult operari, non manducet; quasi dicat. Sicut qui non comedit in necessitate peccat, ita & si non laborat. & sic ponitur hic ad excludendum furtum, Quandoq; vero, inducitur contra ocium, quia Multa mala docuit otiositas. Eccle. 33. Et ideo qui habēt vitam otiosam, tenentur manibus laborare. 2. Thes. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. His autem, qui huiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes suum panem manducent. Quandoq; enim inducitur ad carnis macerationem, & domationem: unde ponitur inter alia opera continentiæ. 2. Cor, 11. In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, &c. Triplex ergo est ratio iniungendi laborem corporalem, sed prima omnibus necessaria est, & hoc de necessitate præcepti, quia aliis modis potest excludi ocium, similiter, & lasciuia carnis potest alio modo domari, & refrenari, & sufficit quomodocunque fiat. Sequitur *Quod bonum est*, quod dupliciter potest intelligi. Vel in vi accusatiui, & sic construetur: Magis autem laboret operando manibus, & quidem non illicita, sed quod bonum est. Gal. vlti Bonum autem facientes nō deficiamus. Esa 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Vel potest intelligi in vi nominatiui, laboret, &c. Quod bonum est, quasi hæc sit ratio, quare laborandum est, quasi dicat. Non solum est necessarium laborare, immo etiam bonum est laborare, vt laborans possit viuere, & *Vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti*. Ecclesi 29 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, &c. Deinde cum dicit *Omnis sermo malus, &c.* Ponit

LECTIO IX.

Vi furabatur iam non furetur; magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus,

pertinentia ad veterem hoīem in deordinatione ad aliū, & facit duo: quia primo prohibet vetustatem, & inducit nouitatē. Secundo, inducit exēplū, in principio quinti capitis, ibi: *Estote ergo &c.* Ad proximū autē, potest quis male se habere duplr. Vno modo, ledendo eū verbis malis. Alio modo, malis exemplis. Primo, prohibet primum. Secūdo, secd̄ 3, ibi; *Et nolite cōtristare &c.* Primo, iterū in duas. Primo, prohibet vetustatē. Secundo, inducit ad nouitatem, ibi; *Sed si quis, &c.* Dicit ergo; *Omnis sermo malus &c.* Sermo oris prætēdit & annuntiat, quæ sunt in anima, quia Voces sūt earū, quæ sunt in anima passionū notæ. Ille est bonus sermo, qui indicat bonam dispositionem interiorē, malus vero, qui malā. Triplr aūt hō ordinatur interius. s. ad se, vt. s. oia sint rationi subiecta: ad Deū, vt ratio sit ei subdita: ad proximū, qn diligit eū, vt seipsum. Est ergo qnq; sermo malus, qn indicat hoīem inordinatum in se, & hic est sermo falsus eius, qui aliud loquitur, aliud intendit: & similiter sermo inutilis & vanus. Item, est sermo malus, qui indicat hoīem inordinatum cōtra Deū: sicut periuria, blasphemiæ, & hmōi. Item, etiam est sermo malus, qn est contra proximum suum: sicut iniuriæ, doli, & fallaciæ. Et ideo dicit; *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Ois nō vero, æquipollet huic signo, Nullus. Sapiē. 1. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguæ, quia sermo obscurus in vacuum non ibit: quia certe Deū non præterit omnis cogitatus & non abscondit se ab eo; vllus sermo, vt dr̄ Eccl. 42. Nunc aūt deponite & vos oia, iram, indignationē, malitiam, blasphemiā, turpem sermonē de ore vestro. Col. 3. Sequit; *Sed si quis bonus est &c.* Inducit ad nouitatem, quia sermo bonus benedicendus est pro loco & tpe. Prouer. 15. Sermo oportunus est optimus. Si quis ergo loquit, quasi sermones Dei. 1. Pe. 4. Et ad quid? subdit, *Ad ædificationem fidei*, i. vt corroboretur fides in cordibus infirmorū. 1. Cor. 14. Oia ad ædificationē fiant, & hoc, vt det gratiā audientibus. s. si talis bonus sermo sit probatus, vel talis sermo est cōferēs: quia frequenter hō ex bono sermone & per virtutem boni sermonis auditi, compūctus disponitur ad gratiam. Act 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Sic loquebatur Dominus de quo dicitur Luc. 4. Mirabantur ex verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Eccle. 10. Verba oris sapientis, gratia.

LECTIO DECIMA.

SVPRA monuit Apostolus abstinere a verbis malis & nociuis: hic monet abstinere a verbis & factis turbatiuis, seu contristatiuis proximorum. Circa quod duo facit. Primo, prohibet, quod pertinet ad vetustatem. Secundo, persuadet, quod pertinet ad nouitatem, ibi; *Estote autem inuicem benigni &c.* Prima iterum in duas: quia primo prohibet, quod ad vetustatem pertinet in generali. Secundo, in speciali, ibi; *Omnis amaritudo &c.* Dicit ergo; *Nolite contristare spiritum &c.* Contra. Spiritussanctus est Deus, in quo non cadit passio aliqua nec tristitia. Respondeo. Spiritussanctus dicitur contristari, quando contristatur ille, in quo est Spiritussanctus. Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Esa. 63. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & afflixerunt Spiritumsanctum eius: & conuersus est eis in inimicum. Vel dicendum est, quòd est metaphorica locutio, Sicut enim Deus dicitur irasci propter similitudinem effectus, ita etiam dicitur contristari: quia sicut quando aliquis contristatur, recedit a contristante, ita Spiritussanctus a peccante. Et sic est sensus. *Nolite contristare Spiritumsanctum Dei*, idest, nolite eum fugare, vel expellere per peccatum. Sapient. 1. Spiritussanctus enim disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Igitur non est contristandus Spiritussanctus, & hoc propter beneficium signi salutaris. Ideo subiungit; *In quo signati estis*, idest reformati estis, & ab aliis distincti. Qui autem habebit hoc signum secum, habebit vitam æternam, Ideo ergo est custodiendus, & nullo modo contristandus, quia sine eo non est vita æterna. 2. Cor. 1. Qui signauit nos Deus, & dedit nobis pignus spiritus. Et quando? *In die redemptionis*, idest baptismi. Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto,

LECTIO X.

Et nolite contristare spiritū sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cū oī malitia. Estote aūt inuicē benigni, misericordes, donātes inuicē sicut & Deus in Christo donauit vobis.

ro &c. Act. 1. Vos aūt baptizabimini spūsancto, non post multos hos dies. Dicit autem redemptionis, quia in baptismo fit homo particeps redemptionis factæ per Christum. Sequitur; *Omnis amaritudo &c.* Vbi ostendit in speciali, quæ pertinent ad vetustatem. Quandoque enim homo contristat amicum suum ex ira, aliquando ex industria. Sed in ira est triplex gradus, quia aliquando retinetur, & manet solū in corde, sicut qui tantum interius irascitur. Aliquando vero, exprimitur in voce, sine tamen cōtumeliæ prolatione: sicut qui dicit, Racha. Aliquando fit etiam, addita contumeliæ prolatione, sicut qui dicit, Fatue. Primo ergo ponit quod pertinet ad iram cordis. Secundo, qd pertinet ad inordinatam prolationem. Tertio, quod pertinet ad contumeliam. In ira autem cordis ista se consequuntur. Primo, quòd ira est effectus tristitiæ, & hæc in sacra scriptura dicitur amaritudo. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo, & oraret Deum flens &c. Et ideo dicit; *Omnis amaritudo &c.* Quæ est per memoriam iniuriæ præteritæ. Eccle. 21 Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Secundo, quòd statim appetit vindictā, ideo dicit; *Et ira*, quæ est appetitus vindictæ. Iac. 1. Ira enim viri, Dei iustitiam non operatur. Tertio, quòd iratus indignum reputat, quòd ei parcat, & indignum esse, qp sine punitione transeat, ideo sequitur. *Et indignatio*. Sed quantum ad inordinatam prolationem, sic est clamor. Esa. 5. Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas: & iustitia, & ecce clamor. Ideo dicit; *Et clamor*. Similiter & blasphemia est, vel contra Deum, vel contra sanctos. Leuit. 24. Quicunq; blasphemauerit nomen Dñi, morte moriatur. Ideo dicit; *Et blasphemia*. Et addit; *Tollatur a vobis cū omni malitia* s. operis. 1. Pet. 2. Deponentes oēm malitiam, & omnē dolum, & simulationem. Deinde cū dicit; *Estote autem &c.* Ponit pertinentia ad nouitatem contrariam passionibus præmissis, contra amaritudinē, & benignitatē. Vnde dicit; *Estote autem inuicem benigni*. Quia benignus est spiritus sapientiæ &c. Contra iram, misericordiam. Vnde dicit; *Misericordes*. Luc. 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. Contra indignationē, cōdonationē. Vnde dicit; *Donantes inuicem &c.* Col. 3. Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam, sicut & Dominus donauit nobis, ita & vos. Roma. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit. Et paulo post, sequitur. Quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit?

LECTIO PRIMA.

POSITA exhortatione ad benignitatem & misericordiā, quæ sunt effectus charitatis: hic ostendit eis exemplum. Circa quod duo facit. Primo, inducit eos ad imitationem exemplaris. s. Dei. Secundo, ostendit in quo debent ipsum imitari, ibi; *Et ambulate &c.* Dicit ergo, Dixi, qp debetis donare inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis, ergo estote imitatores Dei, quia hoc necessarium est, licet difficile sit. Eccle. 2. Quid est, inquam, homo, vt possit sequi regem factorem suum? Nunquam tamen perficietur natura humana, nisi in coniunctione ad Deū. Vnde Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Ergo imitandus est taliter, quomodo habemus posibilitatem, quia ad filiū pertinet patrem imitari. Et ideo subdit; *Sicut filij patrem*, scilicet, per creationem. Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? Et addit: *Charissimi*. quos, scilicet elegit ad participationem suiipsius. Sequitur; *Et ambulate &c.* Vbi primo ponit imitandi modum, quia in charitate. Secundo, ostendit immensæ charitatis signum, ibi; *Et tradidit &c.* Quòd ergo simus filii charissimi, hoc facit charitas Dei. Roman. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum; in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei. Debemus ergo ipsum in dilectione imitari. Et dicit; *Ambulate*, idest semper proficite. Genes. 15. Ambula coram me, & esto perfectus. Et hoc; *In dilectione*, quia dilectio est tale bonum, in quo debet homo proficere, & tale debitum, quod debet homo semper soluere. Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Vel in dilectione, quæ est via sequendi Deum magis de propinquo. 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum &c. Col. 3. Super omnia hæc, charitatem habentes &c. Et hoc exemplo Christi. Vnde subdit,

CAPIT. V. LEC. 1.

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut, & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Sicut, & Christus dilexit nos. Ioan. 13. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et quia secundum Gregō. Probatio dilectionis, exhibitio est operis: ideo subdit, *Et tradidit semetipsum pro nobis*, Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris. Gal. 2. In fide viuo filii Dei, qdilexit me, & tradidit in mortem seipsum pro me. Esa. 55. Tradidit in mortem animam suā, &c. Hæc autem mors, fuit nobis vtilis, & necessaria, ideo subdit, *Oblationē, & hostiam, &c.* Loquitur autem hic Apostolus more veteris legis, in qua, vt dicit Leuit. 4. Quādo quis peccauerat, offerri debebat pro eo hostia, & oblatio, quæ dicitur ꝑ peccato. Itē, quando quis agebat gratias Deo, vel aliquid consequi vlebat, oportebat offerri hostiā pacificam, vt dicitur Leuit. 3. Quæ quidem erat in oblationē suauissimi odoris Domino, vt dicitur ibidē. Hæc aūt facta sunt per Christū, quia vt a peccatis mundaremur, & gloriā consequeremur, tradidit semetipsum pro nobis in oblationem, per ea, quæ in vita gessit. Esa. 53. Oblat' est, quia ipse voluit, &c. *Et hostiam Deo pro peccato.* Et hoc *In odorem suauitatis.* Alludit autem huic, quod dicitur Leuit. 3. Sed certe ille odor nō erat tunc Deo acceptus secundum se, sed secundū suam significationem, in quantum significabat oblationem odoriferam corporis Christi filii Dei. Gen. 2. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Sic autem debemus nos sacrificare Deo spiritualiter. Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus, &c.

Homil. 50. super Ioā.

LECTIO II.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quę ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA posita monitione Apost. docuit, vt deposita vetustate, Ephesii nouitatem assumerent, prohibendo vitia spiritualia: hic prohibet eisdem vitia etiam carnalia. Diuiditur aūt in duas. Primo. n. prohibet vetustatem vitiorum carnalium. Secundo, inducit ad nouitatem, ibi *Videte itaque fratres, &c.* Prima iterum diuiditur in tres. Primo, excludit vetustatem vitiorum. Secundo, proponit pœnam eorum, ibi *Hoc autem scitote, &c.* Tertio, excludit fallaciam, ibi, *Nemo uos seducat, &c.* Prima iterum in duas. Primo, excludit quædam vitia principalia. Secundo, excludit quædam adiuncta, ibi, *Aut turpitudo, &c.* Excludit autem tria vitia, scilicet luxuriam naturalem, quæ est, cum non sua. vnde dicit, *Fornicatio.* Oseæ. 4. Spiritus enim fornicationum decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Sic faciebat Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem de virgine. Dicitur autem fornicatio a fornice, idest arcu triumphali, iuxta quem erant lupanaria. Prouer. 20. Intrauit super eos fornicatio &c. *Et omnis immunditia*, idest omnis pollutio contra naturā. s. quæ non ordinatur ad generationē. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, &c. Tertio, excludit auaritiam, dicendo, *Aut auaritia.* Sed quare hoc? Nunquid est idem cum peccatis carnalibus? Respondeo. Dicendum est quòd non, nec totaliter est diuisa, sed mediū inter spiritualia & carnalia peccata: quod patet sic. In peccato sunt duo. s. obiectum peccati, & delectatio in obiecto. Quædam ergo sunt peccata, quorum obiectū, & delectatio est spiritualis, sicut ira. Nam vindicta, quæ est obiectum iræ, & delectatio eius, est quid spirituale, & similiter inanis gloria. Quædam vero sunt omnino carnalia, & obiectū, & delectatio: sicut gula, & luxuria, sed auaritia tenet mediū, quia eius obiectū est carnale. s. pecunia, sed delectatio ē spiritualis: quia animo quiescit quis in pecunia. Et ideo cōnumerarur auaritia cum peccatis carnalibus, ratione obiecti, cum spiritualibus vero, ratione delectationis. Hebr. vlti. Sint mores sine auaritia. Vel dicendum est, quòd auaritia opponitur iustitiæ, vnde ponitur pro specie luxuriæ, quæ est adulteriū, quod est iniustus vsus mulieris alterius: sicut auaritia iniustus vsus pecuniæ. Sed supra dixit, Qui furabatur. &c. Hic autem dicit, quòd nec nominetur, &c. Quia in pugna spirituali, vitia carnalia primo occurrunt vincenda: quia frustra pugnat quis contra intrinseca, nisi primo vincat extrinseca, scilicet carnalia, contra quæ semper remanet bellum. Et ideo dicit, *Nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos*, scilicet: abstinere a factis: a cogitationibus, & a dictis. Esa. 1. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem: & germen. Eccle 41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet sanctos. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, &c. Sequitur,

Aut turpitudo, &c. Vbi ponit quædam vitia adiuncta. Circa qđ duo facit. Primo, adiuncta vitia excludit. Secundo ad contraria eorum inducit, ibi; *Sed magis gratiarum actio, &c.* Tria ergo vitia excludit. s. turpitudinem, quæ est in tactibus turpibus, & amplexibus, & osculis libidinosis. Prouer. 6. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suã, & turpitudinem, & ignominiam cogregat sibi. Item; *Stultiloquium*, idest, verba prouocantia ad malum. Eccl. 9. Colloquium illius, quasi ignis exardescit, scilicet malę mulieris. *Et scurrilitatẽ.* idest verbũ ioculatoriũ, per quod aliqui volunt inde placere aliis. Matt. 12. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Et hæc omnia sunt mortalia, inquãtum ad mortalia peccata ordinantur, quia aliquid etiam si bonum sit ex genere, inquantum ad mortale ordinatur, est mortale. Deinde inducit ad contraria, scilicet gratiarum actiones. Vnde dicit, *Sed magis gratiarum actio.* Esa. 51. Gaudium, & lætitia inueninietur in ea, gratiarum actio, & uox laudis.

LECTIO III.

HOc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim, venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.

LECTIO TERTIA.

SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, hic comminatur pœnam damnationis, quę peccatoribus infligitur. Circa quod duo facit. Primo enim de hoc eos certificat. Secundo, singillatim peccata recitat, ibi *Quod omnis fornicator, &c.* Dicit ergo, H*oc scitote intelligentes*, idest, actualiter, non solum habitualiter, pro certo habete. 1. Ioan. 3. Hæc scripsi vobis, vt sciatis, &c. Et quid? *Quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Nota, quòd vocat hic auaritiam idololatriam, quoniam idololatria est, quando honor soli Deo debitus, impenditur creaturæ. Nunc autem Deo dupliciter honor debetur, scilicet, vt in eo finem nostrum constituamus, & vt in eo fiduciam nostrã finaliter ponamus, ergo qui hoc in creaturis ponit, reus est idololatriæ. Hoc autem facit auarus, qui finem suum in re creata ponit, & etiam totam suam fiduciam. Oseæ. 8. Argentum suũ, & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. Et hoc: quia, vt dicitur Prouer. 11. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Sed cum in aliis peccatis ponat homo finem suum in creatura, cui amore inhæret, quare etiam in illis non dicitur peccator idolatra? Respondeo, idolatrare est aliquid exterius indebite colere. Nunc autem in aliis peccatis ponitur finis in interiorioribus, quasi in propria exaltatione. Sed qui ponit finem in diuitiis, ponit in eis finem, vt in re exteriori, sicut idololatra. Sed nunquid auari honorem Deo debitum exhibentes creaturæ, realiter sunt idololatræ, & per se? Dico quòd non: quia in moralibus, actus, seu opera iudicantur ex fine. Ille ergo per se est idololatra, qui intendit per se cultum exhibere creaturæ. Hoc autem non intendit auarus per se, sed per accidens hoc facit, inquantum superflue, & inordinate diligit. Et quid de tali? Non habebit hæreditatem, quippe: quia filii, & hæredes, vt dicitur Roma. 8. Nũc autem tales non sunt filii, qui sic carnales sunt. ergo hæreditatem non habent: quia vt dicitur. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei nõ possidebunt. i. Deum, qui dicit Ezec. 44. Ego hæreditas eorum. Sed posset quæri: si hæreditas ista est ipse Deus, cum sit indiuisibilis, & impartibilis, quare dicit, in regno Christi, & Dei diuisiue, ac si hæreditas ista sit diuisibilis? Respondeo. Hæreditas nostra cõsistit in fruitione Dei: nunc autẽ Deus aliter se fruitur, & nos eo: quia Deus seipso perfecte fruitur: quia seipsum perfecte cognoscit, & totaliter diligit quantum cognoscibilis, & diligibilis est: non autem sic nos, quia licet ipsum perfecte cognoscamus in patria, & per consequens diligamus: quia qui aliquid simplex attingit, ipsum totum cognoscit, & si non totaliter, sicut lux solis si esset punctalis, humanus oculus ipsam totam apprehenderet, nõ totaliter, oculus vero aquilæ ipsam totaliter comprehenderet. Sic, & si Deum perfecte cognoscimus in patria, & perfecte diligimus, sed ipsum totaliter nõ cõprehẽdim⁹, ideo videtur ibi esse quædã impfectio & particularitas. Et ideo dicit: Xpi, & Dei cõiũctim, quasi partẽ cũ parte ponendo. i. quia p Christũ, & nõ per aliũ habetur hæreditas.

F Deinde cũ dicit. *Nemo vos seducat.* Hic excludit fallaciã seductorũ. Et circa hoc duo facit. Primo. n. ponit admonitionẽ. Secũdo, subiũgit ipsius rationẽ, ibi *Eratis enim aliquando tenebræ, &c.* Prima iterũ in duas: quia primo monet eos, vt nõ seducãtur verbis, eis credẽdo. Secundo vt nõ cõmunicẽt eis mala faciẽdo, ibi *Nolite cõmunicare, &c.* Prima adhuc ĩ duas qa primo remouet seductiones, secũdo ostẽdit seductiõis signũ, ibi, *Propter hoc. n. venit ira, &c.* Notandũ est. ergo ꝙ in vitiis in carnalibus, solũ docuit cauere seductionem, quia a principio, vt hoĩes possẽt libere frui cõcupiscentiis, cogitauerunt inuenire rationes, ꝙ fornicationes, & hmõi venerea nõ essent peccata. Et ideo dicit. *Inanibus verbis*: qa sine ratione sunt talia verba, quæ dicunt, ꝙ hmõi nõ sint peccata, nec excludant a regno Dei, & Christi. Colos. 2. Videte ne qs vos seducat per propheciã, & inanẽ fallaciã. Et ꝙ tales sint seductores, & talia verba seducentia ostẽdit, quia nisi peccata carnalia essent peccata, nõ punirẽtur a Deo: qa cũ Deus sit iustus, nõ infligit pœnam sine culpa: nunc aũt talia puniuntur a Deo. ergo peccata sunt. Minorẽ probat, cũ dicit, *Propter hæc enim venit ira Dei,* scilicet, pp peccata carnalia, *In filios diffidentiæ,* vt pa- H tuit in diluuio. Gen. 6. Item, in sodomitis. Gen. 19. Item, tribus Beniamin fere tota consumpta fuit pp hæc. Iudicũ. 20. Dicit aũt filios diffidentiæ, quia sic peccantes, diffidunt de vita æterna: quia si sic faciens speraret vitam æternam, magis esset præsumptio, quàm spes, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, &c. Vnde supra. 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Sapien. 7. Nullum pratũ sit, ꝙ non pertranseat luxuria nostra, &c. *Et sequitur in fine capitis.* Quia tales nõ sperauerũt mercedem iustitiæ, &c. Dicit ergo, ꝙ *In filios diffidentiæ,* idest, qui non confidunt de gaudiis æternis, venit ira Dei, scilicet pp peccata, vel diffidentiæ, id est, de qnibus non est confidendum, quãtum est ex parte meritorũ. Et ideo concludit; *Nolite ergo effici participes eorum,* communicando scilicet eis in talibus operibus I 2. Cor. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ cõmunicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli?

LECTIO IIII.

ERatis enim aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino, Vt filii lucis ambulate, fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & ve- G ritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

LECTIO QVARTA.

SVpra prohibuit Apostolus peccata carnalia, comminando pœnam, & remouendo fallaciam: hic assignat rationẽ sumptam ex eorum conditione, & duo facit. Proponit. n. primo eorum conditionem. Secundo, ex eis duas conclusiones inducit, ibi *Vt filij lucis sitis, &c.* Ponit autem duas conditiones. Primo præteritam. Secundo, cõditionem præsentem ibi, *Nunc autem lux, &c.* Dicit ergo, *Eratis aliquando tenebræ,* idest excæcati ignorantia, & errore. supra. 4. Tenebris obscuratũ habentes intellectũ. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulãt. K Item, tenebrosi per peccatum. Prouer. 4. Via impiorũ tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Sed notandum est, ꝙ indeterminate non dicit tenebrosi, sed tenebræ: quia sicut quilibet videtur esse id quod principaliter est in eo, sicut tota ciuitas videtur esse rex, & quod rex facit, ciuitas dicitur facere, ita quando peccatum regnat in homine, tunc totus homo dicitur peccatum, & tenebræ.

Sequitur *Nunc autem lux, &c.* Vbi ponit conditionem præsentem, quasi dicat: Nunc aũt habetis lucem fidei. Phi. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Matt. 5. Vos estis lux mundi. Sed contra dicitur de Ioannem baptista, Non erat ille lux, quomodo ergo fideles alii, lux dicuntur? Respondeo. Non dicũtur lux per essentiã, sed per participationem. Deinde cũ dicit *Vt filij lucis ambulate, &c.* Concludit duas conclusiones. Dixerat. n ꝙ tenebræ fuerunt, & quod nunc sunt lux. Et ideo primo concludit, vt se cõforment ei, quod nunc sunt. Secũdo vt vitent ea, quæ prius fuerunt ibi *Et nolite communicare.* Prima in duas. Primo ponit admonitionem. Secundo eam exponit, ibi, *Fructus enim lucis, &c.* Dicit ergo: quia nunc lux estis, faciatis opera lucis: ergo vt filii lucis ãbulate. Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis, &c. Hoc autem exponit, cum dicit, *Fructus enim, &c.* Ambulat autem quis vt filius lucis, dupliciter. Primo quãtum ad substãtiã, vel genus operis. Secundo, quãtum ad modũ, vel

vel intentionem facientis. Primo ergo ponit opera, quæ oportet facere. Secundo, qua debent fieri intentione, ibi *Probantes, &c.* Dicit ergo, Dixi vt ambuletis vt filii lucis: fructus autem lucis, sunt opera fructifera, & clara. Eccle. 24. Flores mei fruct⁹ honoris, &c. *Et hoc in omni bonitate, &c.* Vbi aduertendum est, quòd omnis actus virtutis ad tria reducitur. Nam oportet, quòd agens ordinetur in se, ad proximum, & ad Deũ. In se, vt sit bonus in seipso, & propter hoc dicit, ĩ oĩ bonitate. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiã doce me, &c. Itẽ, ad proximum per iustitiam. Ideo dicit, *In iustitia.* Psal. 118. Feci iudicium, & iustitiam, &c. Ad Deum per cognitionem, & confessionem veritatis. Et ideo dicit, *Et veritate.* Zacha. 8. Veritatem enim, & pacem diligite. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iustitia ad opus, veritas ad os. Supra. 4. & Zacha. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Deinde cũ dicit *Probantes, &c.* Ostendit, qua intentione debeant operari, quia non ex abrupto, sed probantes, idest, ratione discernentes. Opus suum probet vnusquisque. vt dicitur Gal. 6. Et hoc *Quid sit beneplacitum Deo,* idest, vt intendatis facere, quod placet Deo. Roma. 15. Probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Deinde cum dicit, *Et nolite communicare, &c.* Hortatur eos ne redeant ad statum quem reliquerunt, quia vt dicitur Gal. 2. Si enim quæ destruxi, hæc iterum rædifico, prævaricatorem me constituo. 2. Pet. 2. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Diuidit autem ista pars in duas. Primo, ponit monitionem. Secundo, assignat rationem, ibi *Quæ autem in occulto, &c.* Prima iterum in duas. Primo, monet eos ne malefaciant. Secundo, vt mala reprehendant, ibi *Magis autem redarguite, &c.* Dicit ergo, *Probantes, quid sit beneplacitum Deo, Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum,* idest operibus carnalibus ducentibus ad tenebras perpetuas: quæ quidem sunt infructuosa: quia non habent nisi momentaneam delectationẽ citissime transeuntẽ. Roma. 6. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis? Iudæ. 1. Arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, &c. Item, tenebrosa loca quærunt propter turpitudinem: quia communicant in eis cũ brutis. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Nõ me videbit oculus, & operiet vultum suum, perfodit in tenebris domos, &c. Istis ergo nolite communicare, imitando, coadiuuando, consentiendo. Eccle. 13. Quæ communicatio homini sancto ad carnem? Sed certe hoc non sufficit nisi etiam eos reprehendatis, quia vt dicit August. aliquando Deus punit communicantes insontes; quia aliqui boni non reprehendunt malos. Ecclesi. 7. Mandauit autem vnicuique de proximo suo. Et ideo dicit, *Magis autem redarguite* 2. Timo. 4. Argue, obsecra, increpa, &c. Sed nunquid semper peccamus, si non reprehendimus? Respondet August. Quòd enim non reprehendis ex timore charitatis, ne scilicet peior efficiatur, & scandalizatus affligat bonos, non peccas. Si autem ex timore cupiditatis, ne scilicet, indignetur; & perdas beneficia tua, sic peccas.

LECTIO V.

QVæ autem in occulto fiũt ab ipsis, turpe est, & dicere. Omnia autem, quæ arguuntur a lumine, manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumẽ est. Propter quod dicit, Surge q dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

LECTIO QVINTA.

SVPRA posuit Apostolus monitiones: Hic assignat rationes earum. Duas autem monitiones posuit. Prima, vt non communicarent operibus tenebrarum. Secunda, vt redarguerẽt peccatores. Secundum hoc ergo, duo facit. Primo ponit rationem primæ monitionis. Secundo rationem secundæ, ibi *Omnia enim, quæ arguuntur, &c.* Dicit ergo, Bene dixi, nolite communicare: immo debetis, & tales increpare, & redarguere. Quare? *Quia quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere,* hoc autem est de vitiis carnalibus in quibus est turpido magna: quia minimum est ibi de bonis rationis, cũ hmõi actus cõmunes sint nobis, & brutis.

Sequitur *Omnia quæ arguuntur, &c.* Hic ponit Apostolus rationem secundæ monitionis, & facit duo. Primo enim, ponit rationem; Secundo, assignat confirmationem, ibi *Propter quod dicit &c.* Quantum ergo ad primum, vult probare, quòd eos decet delinquentes arguere, & hoc probat sic. Quicquid ostenditur malum, esse redarguitur: omnis. n. redargutio manifestatio quædam est: sed omnis manifestatio fit per lumen. vos aũt estis

A lux: ergo decet vos arguere, & eos manifestare. Ponit autem huius rationis maiorem, ibi *Omnia autem quæ arguuntur, &c.* Minorem aũt ponit, ibi *Omne quod, &c.* q. d. Ideo decet eos arguere, quia vt dicitur. 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Vnde Glo. sic exponit. *Omnia.* s. peccata *Quæ arguuntur a lumine,* id est a bonis, & sanctis hominibus, qui sunt filii lucis, *Manifestantur.* s. per confessionem. Prouer. 28. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Omne autem.* s. malũ *Quod manifestatur,* per confessionem. *Lumen est,* i. in lumine vertitur. Deinde confirmat hoc per authoritatem, dicens *Propter quod dicit. Surge. &c.* Glo. sic exponit. Propter hoc, quod sit lumen dicit. s. Spiritusanctus, O tu qui dormis surge, &c. Sed hæc non est cõsuetudo Pauli. Et ideo dicendum est, quòd Apostolus introducit figuram positã. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalẽ, &c. Dicens: Propter quod dicit. s. scriptura, Surge a neglıgẽtia boni operis, tu scilicet, *Qui dormis.* Prouer. 6. Vsquequo piger dormies? Psal. 40. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? *Et exurge a mortuis,* idest ab operibus mortuis, seu mortificantibus. Heb. 9. Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. Esa. 26 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Exurge ergo, *Et illuminabit* C *te Christus.* Psal. 26. Dominus illuminatio mea, &c. Idẽ 12. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte. Sed nunquid possumus per nos resurgere a peccato, quia dicit, Surge, & illuminabit te Christus? Respondeo. Dicendum est, quòd ad iustificationem impii duo requiruntur. s. liberum arbitrium cooperans ad resurgendum, & ipsa gratia, Et certe hoc ipsum habet liberum arbitrium a gratia præueniẽte, & postea meritorie operari a gratia subsequente. Vnde dicitur Tren. vlti. Conuerte nos Deus, & conuertemur.

LECTIO VI.

VIdete itaq; fratres quomodo caute ambulatis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam mali sunt. Propterea nolite fieri impru- B dentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei.

LECTIO SEXTA.

SVPRA prohibuit fallaciarum carnalium vetustatẽ, hic hortatur ad contrariam nouitatem. Et primo, hortatur ad nouitatem contrariam fallaciæ. Secundo, ad nouitatem contrariam, D luxuriæ, ibi *Et nolite inebriari, &c.* Prima in tres. Primo, inducit ad cautelam contrariam fallaciæ. Secundo, ostendit nouitatem cautelæ, ibi *Redimentes tempus, &c.* Tertio, docet modum cautelæ, ibi *Propterea nolite fieri, &c.* Dicit ergo. *Itaq;* s. ex præmissis, *Videte quomodo caute ambuletis.* Cautio est quædam conditio prudentiæ, per quam aliquis vitat impedimenta agendorum; & hãc cautelam debent omnes habere. Prouer. 4 Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Hoc autem pertinet ad sapientes, & ideo dicit *Non quasi insipientes,* qui. s. nesciũt vitare impedimenta. Psal. 75. Turbati sunt omnes insipientes corde. *Sed ut Sapientes.* Eccle. 2. Sapientis oculi, in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Quidam dicunt, Si non caste, tamẽ caute. Sed sic non accipit Apostolus, sed dicit caute, ac si diceret, cauete ab hominibus contrariis castitati. Necessitatem autem huius cautelæ ostendit, cum dicit *Redimentes tempus, &c.* Quod potest exponi dupliciter. Redimit enim aliquis quandoque rem suam, dando enxenia vel aliquid pro ea, sicut dicitur aliquis re- E dimere vexationem suam dando enxenia, vel pecuniam, vel quãdo dimittit de iure suo. Dicit ergo, Totũ tempus, hoc est tẽpus calumniæ, & ideo sitis redimẽtes tẽpus, *Quoniã dies mali sũt* Ex quo peccauit Adã, ex tũc semp paratæ sunt insidiæ impellẽtes ad peccatũ. Nõ sic aũt in statu innocentiæ, in quo nõ oportebat hoĩem ab aliquo licito abstinere, qa in eius volũtate nõ erat impellẽs aliqd ad peccatũ. Modo aũt, oportet nos tẽpus redimere, *Quoniam dies mali sunt,* idest debemus malitiã dierũ vitare, diẽ malũ pcauere, vt dicit Eccl. 7. & ẽt a quibusdã licitis abstinere. 1. Cor. 10. Omnia mihi licẽt, sed non oĩa ædificãt. In hũc aũt modũ dicit aliqs vexationẽ suã redimere: quia dimittit aliquid de iure suo pire. Vel aliter, Redimẽtes tẽpus, &c. Cõtingit quãdoque ꝙ aliquis per magnũ tẽpus vitæ viuit in peccato, & hoc est tẽpus perditum. Sed quomodo redimet, cũ homo nõ sufficiat ad debita persoluenda? Respondeo. Dicendum est, quòd tanto magis debet vacare operibus bonis, quanto prius institit malis. 1. Pet. 4. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consumendam his, qui ambulauerunt in luxuriis,

vinolentiis, desideriis &c. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit; *Propterea, nolite fieri &c.* Docet modum cautelæ, dicens, propterea, scilicet, vt possitis tempus redimere, nolite fieri imprudentes. Nota, quòd differentia est inter sapientiam & prudentiam. Prudentia enim est quædam sapientia, sed non vniuersalis sapientia. Prouer. 10. Sapientia autem est viro prudentia. Sapiens enim simpliciter dicitur, qui habet de omnibus ordinare: sapiens autem secundum quid dicitur, qui habet ordinare de his, de quib' est sapiens. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamãtum posui, quia sapientis est ordinare, vt dicitur. 1. Metaphi

LECTIO VII.

ET nolite inebriari vino, in quo ē luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & cãticis spiritalibus, cantantes & psallẽtes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro oĩbus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi.

ficæ, Omnis autem ordinator respicit finem: ille ergo simpliciter est sapiens, qui cognoscit finem, vel qui agit propter finem vniuersalem, scilicet, Deum. Deute. 4. Hæc est enim sapientia vestra &c. Sapientia enim est diuinarum rerum cognitio, vt dicit Aug. 4. de Trini. Prudentia vero, est particularis rei prouidẽtia, quando scilicet, quis ordinat facta sua. Et ideo sapientia est viro prudentia. Propter hoc ergo dicit, *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes &c.* Sicut ratio speculatiua ordinat de agendis, & iudicat: oportet autem conclusiones habere & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primum principiũ, per quod debemus iudicare oĩa & regulare, est voluntas Dei, & ideo intellectus in moralibus & diuinis, debet habere pro principio voluntatem Dei, quia, si hanc habeat pro principio, fit prudẽs intellectus. Deut. 32. Vtinã saperent, & intelligerent &c. Hoc autem docuit Dominus. Matt. 6. Fiat voluntas tua.

LECTIO SEPTIMA.

SVPRA induxit ad nouitatem contra vetustatem fallaciæ: hic hoc idem facit contra vetustatem vitiorum carnalium. Vel dicamus, quòd prius reprehenderit peccata carnalia, quantum ad luxuriam, hic autem, quantum ad gulam. Duo autem facit. Primo enim prohibet vetustatem. Secundo, inducit statũ ad nouitatem, ibi; *Sed impleamini &c* Dicit ergo: Dixi quòd fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis, sed ad hoc cauendum debetis a vino superfluo abstinere, quia cibus & potus superfluus, est causa luxuriæ, & præcipue vinum, quod calefacit & mouet. Prouerb. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Hester. 1. Cum esset rex hilarior, & post nimiã potationem incaluisset mero &c. Oseæ. 4. Fornicatio, & vinũ, & ebrietas auferunt cor. Vnde Hiero. Quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, Loth; *Nolite ergo &c. Sed impleamini spiritu sancto.* Inter omnia, quæ multos spiritus generant, est vinum, vnde generat animositatem, & facit homines, per talenta loqui, vt dicitur. 2. Esdræ. 3. Et ideo conuenienter docet eos contra hoc, repleri spiritu sancto, qui generat feruorem deuotionis. Roma. 12. Spiritu feruentes. Item, etiam generat gaudium & lætitiam spiritualem. Roma. 14. Iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Item, facit audacter loqui. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui &c. Et ideo, qui eos loquentes audiebant, credebant eos ebrios. Sed nunquid habemus spiritum sanctum in nostra potestate? Respondeo, & dico, quòd habere spiritum sanctum est dupliciter, vel receptiue, & sic non est in nostra potestate eum recipere, sed ex dono Dei eũ recipimus. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est ĩ cordibus nostris &c. Vel dispositiue, & sic adhuc non sumus sufficientes eum recipere, idest nos disponere sine gratia Dei. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vel aliquis dicitur recipere spiritum sanctũ, non tamen plenus esse spiritu sancto, quando scilicet, habet gratiam spiritus sancti, quantũ ad aliquam, & non quantum ad omnem hominis operationem. Tunc autem dicitur plenus spiritu sancto, quando eo vtitur generaliter. Modus autem repletionis est in dilectione Dei & proximi. Et ideo, cum dicit, Loquentes &c. Primo, tangit modum repletionis ex parte Dei. Secundo, ex parte proximi, ibi; *Subiecti inuicem &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponitur spiritualis meditatio. Secundo, spiritualis exultatio, ibi; *Cantantes &c.* Tertio, gratiarum actio, ibi; *Gratias agentes &c.* Prima in duas, quia primo ponit modum meditationis, secundo, materiam eius, ibi; *In psalmis &c.*

F Dicit ergo; *Loquentes vobis &c.* Est autem duplex locutio. Vna exterior, hominis ad homine: alia interior, hominis ad seipsum. Talis autem debet esse compunctiua. Iob. 10. Loquar in amaritudine animæ meæ. Item, debet fieri in secreto. Matt. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrẽ tuũ. Et Sapien. 8. Intrãs in domum meam, conquiescam cum illa. Materiam vero meditationis tãgit, cum dicit; *In psalmis &c.* Psallere, est vti psalterio. Et sic in psalmis, idest bonis operationibus. Psal. 80. Sumite psalmum & date tympanum, psalterium iucundum &c. *Et hymnis*, idest laudibus diuinis. Psal.

LECTIO VIII.

MVLIERES viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ, Ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit

148. Hymnus omnibus sanctis eius &c. Et canticis spiritalibus, scilicet de spe æternorum. Roma. 12. Spe gaudentes. Psal. 91. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Psal. 97. Cantate Domino canticum nouum &c. Meditemur ergo de recta operatione, quid faciendum, de diuina laudatione, quid imitandum, de cœlesti iucundatione, quid & quomodo seruiendũ. Sic ergo effectus spiritus sancti primo est sacra meditatio, secundo, spiritualis exultatio: quia ex frequenti meditatione ignis charitatis in corde accenditur. Psal. 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis &c. Et hinc generatur lætitia spiritualis in corde. Et ideo dicit; *Cantantes & psallentes*, idest, vt affectus vestri afficiantur gaudio spirituali ad operanda bona. 1. Cor. 14. Psallam spiritu, psallam & mẽte. Col. 3. In omni sapientia docentes & commonentes vosmet ipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritalibus, in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. Ex hoc, error hæreticorum confunditur dicentium, quòd vanum est cantare Domino cantica vocalia, sed spiritualia tantum. Nam in laudibus ecclesiæ est aliquid per se considerandum, & hoc est, quod Apostolus dicit; *In cordibus*. Aliquid vero propter duo, scilicet propter nos, vt mens nostra incitetur ad deuotionem interiorem: sed si ex hoc aliquis commoueatur ad dissolutionem, vel in gloriam inanem, hoc est contra intentionem ecclesiæ. Item, propter alios, quia per hoc rudes efficiuntur deuotiores. 4. Reg. 3. Cunque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini. Tertius effectus, est gratiarum actio: quia ex hoc, quòd aliquis sic affectus est ad Deum, recognoscit se omnia habere a Deo. Quanto enim aliquis magis afficitur ad Deum, & ipsum cognoscit, tanto videt eum maiorem, & se minorem: immo prope nihil, in comparatione ad Deum. Iob. 42. Oculus meus videt te, idcirco me reprehendo &c. Et ideo dicit; *Gratias agentes semper pro omnibus*, scilicet donis, vel prosperis, vel aduersis. Psal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore &c. Quia hæc etiam sunt nobis dona in via. Ia. 1. Omne gaudium existimate &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Thes. 2. In omnibus gratias agite. Sed hoc *In nomine Domini nostri Iesu Christi*, quia omnia bona proueniunt per eum. Rom. 5. Pacem habemus ad Deũ p Dnm nostrũ Iesum Christum, per quem accessum &c. Sed addit *Deo*, inquantum actor noster est per creationem; *Et patri*, inquantum misit nobis Christũ, per quem regenerauit nos. Et sic gratias Deo, quantum ad bona naturæ: patri, quantum ad bona gratiæ. Sed quantum ad proximnm, ponit modum repletionis dicens; *Subiecti inuicem in timore Christi*, idest non propter timorem humanum, sed Christi.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA Apostolus posuit præcepta generalia ad omnes, hic ponit ea, quæ pertinent ad speciales quasdam personas & status. Et quia secundum Philosophum in politicis, Domus habet tres cõnexiones, sine quibus non est perfecta, scilicet, viri & mulieris, patris & filii, Domini & serui. Ideo hæc tria prosequens instruit. Primo, mulierem & virum. Secundo, patrem & filium cap. 6. ibi; *Filij obedite &c.* Tertio, seruos & Dominos, ibi; *Serui obedite &c.* Prima in duas. Primo enim, monet mulieres de subiectione. Secundo, viros de dilectione, ibi; *Viri diligite &c.* Prima in duas. Primo, ponit ammonitionem. Secundo, eius rationem, ibi; *Quoniam uir caput est &c.* Dicit ergo *Mulieres viris suis subditæ sint*, quia certe mulier, si primatũ habeat contraria est viro suo: vt dicitur Eccles. 25. Et ideo specialiter

cialiter monet eas de subiectione. Et hoc; *Sicut Domino*; quia proportio viri ad vxorẽ, quodãmodo est sicuti serui ad Dnm quãtum debet regi mandato Domini: sed differentia est in hoc, quòd Dominus vtitur seruis suis quo ad id, quod est sibi vtile: sed vir vtitur vxore, & liberis ad vtilitatem communem. Et ideo dicit; *Sicut Domino.* Non, quòd vere sit Dominus: sed sicut Dominus. 1. Pet. 3. Mulieres subditæ sint vires suis &c. Deinde subdit rationem suam. Circa quod tria facit. Primo, eam proponit. Secundo, exemplum inducit, ibi. Sicut Christus &c. Tertio, ex exemplo intentum concludit, ibi; *Sed sicut &c.* Ratio autem hæc est, quoniam vir est caput mulieris. in capite autem viget sensus visus. Eccle. 2. Sapientis oculi in capite eius: & ideo vir debet gubernare mulierem, vt caput eius. 1. Cor. 11. Caput quidem mulieris vir. Deinde ponit exemplum, cum dicit; *Sicut Christus caput est ecclesiæ.* Supra. 1. Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Et hoc non ad vtilitatem suam: sed ecclesiæ: quia; *Ipse est saluator corporis eius.* Act. 4. Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus &c. Ex hoc autem concludit intentionem cum dicit; *Sed sicut &c.* Quasi dicat. Non est conueniens, quòd membrum repugnet ipsi capiti in aliquo: nunc autem sicut Christus caput est ecclesiæ suo modo, ita vir est caput mulieris, non debet ergo mulier inobediens esse viro; *Sed sicut ecclesia subiecta est Christo.* Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea &c. *Ita & mulieres viris suis.* Gene. 3. Sub viri potestate eris, & hoc; *In omnibus*, scilicet, quæ non sunt contra Deum, quia dicitur Actuum 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, Deinde cum dicit; *Viri diligite vxores vestras &c.* Monet viros ad dilectionem vxorum. Et primo, facit hoc. Secundo, assignat rationem huius, ibi; *Sicut Christus &c.* Dicit ergo; *Viri diligite vxores vestras*, quia certe ex amore, quem habet vir ad vxorem, magis caste viuit, & pacifice vterque se habet. Si aũt vir aliam magis diligit, quàm suam: se & suam discrimini exponit. Colos. 3. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Tangit autem rationem huius triplicem. Primam sumit ex exemplo Christi, cum dicit; *Sicut & Christus &c.* Secundam, ex parte viri, ibi; *Qui suam vxorem diligit &c.* Tertiam, ex parte mandati diuini, ibi; *Propter hoc relinquet &c.* Circa primum tria facit. Primo, proponit exemplum dilectionis Christi. Secundo, signum ibi; *Et tradidit &c.* Tertio, concludit intentum; *Ita, & viri &c.* Dicit ergo; *Sicut & Christus dilexit ecclesiam.* Supra eodem, Estote imitatores Dei sicut filii carissimi &c. Signum autem dilectionis Christi ad ecclesiam, ostenditur; *Quia tradidit semetipsum pro ea.* Gala. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me &c. Esa. 53. Tradidit in mortem animam suam &c. Sed ad quid? *Vt illam sanctificaret* Hebr. vlrim. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum &c. Io. 17. Sanctifica eos in veritate. Iste est effectus mortis Christi. Effectus autem sanctificationis, est mundatio eius a maculis peccatorum. ideo subdit dicens, *Mundans eam lauacro aquæ.* Quod quidem lauacrum habet virtutem a passione Christi. Roma. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Ezech. 39. Effundam super vos aquam mundam &c. Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid &c. Et hoc; *In verbo vitæ*, quod adueniens aquæ, dat ei virtutem abluendi. Matthe. vlti. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Finis autem sanctificationis est puritas ecclesiæ. Ideo dicit; *Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam* q.d. Apostolus: indecens est, quòd immaculatus sponsus, sponsam duceret maculatam. Et ideo sibi exhibet eam immaculatam: hic per gratiam, sed in futuro per gloriam. Vnde dicit, Gloriosam. ſ. per claritatem animæ, & corporis. Philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Et ideo addit; *Non habentem maculam* Psalm. 100. Ambulans in via immaculata &c. Psal. 118. Beati immaculati in via &c. *Neque rugam*, idest, sine defectu passibilitatis, quia, vt dicitur Apoca. 7. Non esurient, neque sitient amplius; *Aut aliquid huiusmodi: sed, vt sit sancta.* Per confirmationem gratiæ; *Et immaculata* Ab omni immunditia. Et hæc omnia intelligi

A po sunt de exhibitione, quæ erit in futuro per gloriam. Si autem de exhibitione per fidem: tunc diceretur, Vt exhiberet sibi, scilicet per fidem, ecclesiam gloriosam: quia gloria magna est sequi dominum, vt dicitur Eccles. 23. *Non habentem maculam*; scilicet criminis mortalis. Maculata es in iniquitate tua. Hierem. 2. *Neque rugam*, idest duplicitatẽ intentionis, quã non habent, qui recte coniuncti sunt Christo, & ecclesiæ. Iob 16. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me &c. Sed magis sanctam per intentionem, & immaculatã per omnimodam puritatẽ. Ex hoc tertio, concludit intentum dicens; *Ita, & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua.*

pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita, & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. B

LECTIO IX.

QVI SVAM uxorem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquã carnẽ suam odio habuit, sed nutrit & fouet eã sicut & Christus ecclesiã: quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.

LECTIO NONA.

SVPRA induxit viros ad dilectionem vxorũ ex parte Christi, vel exemplo dilectionis, quam habet Christus ad ecclesiam: hic ostendit idem ex parte ipsiusmet viri. Et facit duo. Primo, ponit rationem. Secundo, confirmat eam per exemplũ, ibi; *Sicut, & Christus &c.* Ratio est talis. Vir & mulier sunt quodammodo vnum, vnde sicut caro subditur animæ, ita mulier viro, sed nullus vnquam habuit carnem suam odio: ergo, nec vxorem. Dicit ergo; *Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit.* Matth. 19. Itaque non sunt duo, sed vna caro. Et ideo, sicut peccaret contra naturam, qui seipsum odio haberet, ita qui vxorem. Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. Quòd autem sic debeant se diligere, probat dicens. Quia; *Nemo enim carnem suam vnquam odio habuit*, quod patet per effectũ, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis. Nam id, quod pro viribus conseruamus, diligimus; *Sed* quilibet; *Nutrit, & fouet carnem suam* propter conseruationem 1. Tim. vlt, Habentes autem alimenta, & quibus tegamur &c. Sed contra. Luc. 14. Qui non odit vxorem &c. non potest meus esse discipulus. Respondeo, Dicendum est, quòd (vt Apostolus dicit) sic homo vxorẽ debet diligere, sicut se. se autem debet homo diligere infra Deũ. sic ergo vxorem debet diligere, scilicet infra Deum. Dicit autem, Qui non odit vxorem: non quia præcipiat eam odire, quod esset peccatum mortale præcipere, sed præcipit eam ita vt se diligere, nunc autem minor dilectio est, quasi quoddam odium respectu eius, quod summe, & plus diligitur, scilicet respectu Dei, ita nemo carnem suam odit &c. Sed contra. Qui diligit aliquẽ, non vult, nec appetit ab eo separari: sed sancti uolunt a carne separari. Roman. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Philip. 1. Desiderium habens dissolui &c. Præterea, nullus affligit quod diligit: sed sancti affligunt carnẽ suam in hoc mundo. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum &c. Præterea, quidam occidunt se, sicut auditum est frequenter. Item, de Iuda. Respondeo. Caro potest considerari in se: & sic non habetur odio, sed naturaliter quilibet appetit eam esse, & fouet eam, vt sit. Vel potest considerari caro, inquantum est alicuius impeditiua, quod volumus, & sic odio quodammodo habetur per accidens. Nam omne quod volumus, aut est bonum, aut malum: si bonum, vel est, vt finis vltimus, scilicet vita æterna, a qua impedimur per carnem. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Et quia naturaliter appetimus finem nostrum, & bene esse, nec hoc possumus quandiu in hac carne sumus, ideo vellemus eam abiicere: non sicut malum odio habitum, sed sicut bonum minus dilectum impediens maius bonum. Et sic exponendæ sunt authoritates supra inductæ. Infœlix &c. Item, desiderium habens &c. vel consimiles. Vel illud quod volumus est bonum, non vt finis, sed disponens ad finem: sicut sunt habitus virtutum: hoc autem bonum impeditur per carnis lasciuiam. Et ideo sancti affligunt, & macerant carnem suam, vt subdatur spiritui ad repressionem concupiscentiarum: quia caro concupiscit impediens acquisitionem virtutum, nos disponentium ad bonum vltimum. Et ideo, qui sic affligit carnem suam, vt subdatur spiritui, non odit eam, sed procurat bonum eius, quia bonum eius est, quod subiiciatur spiritui, sicut bonum hominis est, quòd subiiciatur Deo. Psal. 72. Mihi autem adhærere Deo, bonum est. Et sic intelligitur. Castigo corpus meũ &c. & consimiles. Vnde, hoc non oportet

bat

bat fieri in ſtatu innocentiæ, quandiu homo ſubditus fuit Deo, & caro totaliter ſubdita fuit ſpiritui, in qua quidem mutua ſubiectione, conſiſtebat donũ originalis iuſtitiæ Sed aliquando illud quod volumus eſt malum, & ideo, ſicut boni carnẽ affligunt, vel deponere volunt, inquantum impeditiua eſt boni, quod appetunt, ita mali, inquãtum caro eſt impeditiua mali, quod appetũt, eam occidũt, & ſe ſuſpendunt ſicut Iudas. Deinde oſtẽdit, quòd virum oportet vxorem diligere & hoc per exẽplum. Vnde dicit; *Sicut & Chriſtus eccleſiam*; ſcilicet dilexit, ſicut aliqd ſui; *Quia membra ſumus corporis* ſupra 4. Sumus enim inuicem membra. Dicit autẽ *De carne eius*, propter eandem participationem naturæ. Luc. vlt. Spiritus autem carnem, & oſſa non habet &c. Vel dicit de carne, myſtice, quantum ad debiles qui, ſunt carnei; *Et de oſſibus eius*, quantum ad fortes, qui ſunt oſſei.

LECTIO DECIMA.

SVPRA exhortatus eſt Apoſtolus Epheſios ad amorem vxorum dupliciter. ſ. exemplo dilectionis Chriſti ad eccleſiã, itẽ, ex amore hominis ad ſeipſum: hic tertio hortatur eos per authoritatem ſcripturæ. Et circa hoc tria facit. Primo, authoritatem inducit. Secundo, eã myſtice exponit, ibi; *Sacramentum hoc &c.* Tertio, adaptat eam ſecundum literalem ſenſum ad propoſitum ſuum, ibi; *Veruntamen & vos &c.* Authoritas hæc Gen. 2. dicta eſt ab Adam vidente vxorẽ. ſ. de coſta ſua formatã. Sed contra, dicitur Matt. 19. ꝓ Deus hoc dixit. Rñdeo. Adam, vt a Deo inſpiratus hoc dixit, Deus autem, vt Adam inſpirans & docens. Nos autem hoc idem dicimus & multa alia, quæ dixit Dñs, ſpiritu Dei docente: vnde dr Matt. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini &c. Notandum hic eſt, ꝓ in prædicta authoritate, triplex coniunctio viri ad mulierem deſignatur. Prima, per affectum dilectionis, quia eſt tantus affectus vtriuſque, vt patres relinquant. 2. Eſdræ. 9. Diligit homo vxorem ſuam magis, quàm patrem, & multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas &c. Ibi multa. Hoc autem naturale eſt, quia appetitus naturalis eſt concors debitæ actioni. Conſtat autem, ꝓ omnibus gentibus ſuperioribus ineſt appetitus, vt propinent & communicent inferioribus, & ideo amor naturalis ineſt eis verſus inferiora. Et quia homo reſpectu patris & matris eſt inferior, non ſuperior, ideo ad vxorem, cuius eſt ſuperior, & ad filios, naturaliter plus afficitur, quàm ad parentes, & etiam quia vxor ſibi coniungitur ad actum generationis. Secunda coniunctio eſt, per conuerſationẽ. Vnde dicit; *Et adhærebit vxori ſuæ &c.* Eccle. 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo &c. Tertia eſt, per carnalem coniunctionem, ibi; *Et erunt duo in carne vna*, ideſt in carnali opere. In qualibet enim generatione eſt virtus actiua & paſſiua, ſed in plantis vtraque eſt in eodem, in perfectis autem animalibus diſtinguuntur. Et ideo in actu generationis, ita ſe habent maſculus & femina in animalibus, ſicut in plantis ſolo eodem vno corpore ſit. Conſequenter exponit eam myſtice & dicit; *Sacramentum hoc magnum eſt*, ideſt ſacræ rei ſignum, ſcilicet coniunctionis Chriſti & eccleſiæ. Sapien. 6. Non abſcondam a vobis ſacramentum Dei. Notandum eſt hic, quòd quatuor ſacramẽta dicuntur magna: ſ. Baptiſmus ratione effectus: quia delet culpam, & aperit ianuam paradiſi. Confirmatio, ratione miniſtri, quia ſolum a pontificibus & non ab aliis confertur. Euchariſtia, ratione continentiæ, quia totum Chriſtum continet. Item, matrimonium ratione ſignificationis, quia ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Et ideo, ſi myſtice exponatur, debet ſic exponi litera præcedens: *Propter hoc relinquet homo*, ſcilicet Chriſtus, patrem & matrem. Reliquit, inquam patrem, inquantum eſt miſſus in mundum & incarnatus. Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mundum &c. Et matrem, ſcilicet ſynagogam. Hiere. 12. Reliqui domum meam, & dimiſi hæreditatem meam &c. Et adhærebit vxori ſuæ, eccleſiæ. Matth. vlti. Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus &c. Conſequenter, argumentatur ſecundum ſenſum literalem, exponendo prædictum exemplum. Quædam enim ſunt in ſacra ſcriptura veteris teſtamenti, quæ tantum dicunt de Chriſto, ſicut illud Pſal. 21. Foderunt manus meas &c. Et illud Iſai. 7. Ecce virgo concipiet. &c. Quædam vero de

F Chriſto, & aliis exponi poſſunt, ſed de Chriſto principaliter: de aliis vero in figura Chriſti, ſicut prædictum exemplum. Et ideo primo exponendum eſt de Chriſto, & poſtea de aliis. Et ideo dicit. *Veruntamen, & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam diligat*, Quaſi dicat. De Chriſto dicitur principaliter, & ſi non ſingulariter, quia exponendum, & implendũ eſt in aliis, in figura Chriſti. Dicit autẽ. *Sicut Semetipſum*, qa ſicut vnuſquiſque ſe diligit in ordine ad Deũ, ita debet vxorem diligere, non in quantum trahit ad peccatũ. Luc. 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ, & matrem, & vxorem ſuã &c. Sequitur, non poteſt meus eſſe diſcipulis. Sed quid de vxore? *Vxor autem, ut uirum ſuum timeat*, ſcilicet timore, & reuerentiæ, & ſubiectionis, quia debet ei eſſe ſubiecta.

CAPIT. VI. LEC. I.

FILII obedite parentibus veſtris in Domino. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & G ſis longeuus ſuper terram. Et uos patres, nolite ad iracũdiã prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correctione Dñi.

LECTIO PRIMA.

SVPRA monuit virum, & vxorem, quæ eſt vna connexio familiæ: hic monet patrem, & filios, quæ eſt ſecunda connexio domus. Et primo, facit monitionẽ, quomodo filii ſe debeãt habere ad parentes. Secundo, quomodo econuerſo, patres ad filios, ibi *Nolite, &c.* Prima in duas. Primo, proponit monitionẽ. Secundo, oſtendit rationem, ibi *Hoc enim eſt iuſtum, &c.* Dicit ergo. *Filii obedite, &c.* Notandum eſt hic, quòd patres debent naH turaliter inſtruere filios moribus, filii autem inſtruentibus parentibus, naturaliter debent eis obedire, ſicut infirmi obediunt medicis. Vnde proprium filiorũ eſt obedientia. Col. 3. Filii obedite. ſ. patribus per omnia, hoc eſt enim beneplacitum Domino &c. Dicit autem. *In Domino* quia non eſt obediendum parentibus nec alicui in his. quæ ſunt contra Deum. Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Et per hoc ſoluitur authoritas modo allegata. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem, &c. Quia hoc intelligitur in quantum ſunt contra Deum. Rationem autem aſſignat ex duobus. ſ. ex iuſtitia, & vtilitate: quod autem ſit iuſtum, patet ac probatur: quia lex diuina nihil mandat, niſi iuſtum. Pſal. 18. Iuſtitię Domini, &c. Sed hoc mandat lex diuina. Exod. 20. & Deut. 5. Honora patrẽ tuum, & matrem tuam, &c. Eccle. 3. Qui timet Deum honorat patrem, &c. Honor autem importat exhibitionem reuerentiæ his, qui ſupra nos ſunt: ſed quia parẽtes habemus ſupra nos, I vtitur nomine honoris. Dicit ergo, *Hoc enim iuſtum eſt, Honora patrem tuum, & matrem, &c.* Eccle. 3. Qui honorat patrem ſuum vita viuet longiore, & qui obedit patri refrigerabit matrem. Et hoc intelligitur triipliciter, quòd filii debent parentes honorare, quia debent eis reuerentiam, ſicut maioribus, obedientiam, ſicut inſtructoribus, ſuſtentamenta, ſicut nutrientibus cum fortes erunt. Deinde aſſignat dignitatem huius præcepti, dicens *Quod eſt mandatum primum.* Contra, immo mandatum primum eſt, quòd eſt colendus vnus Deus. Reſpondeo, Mandata continentur in duabus tabulis. Prima, continent ea, quæ ordinantur ad Deum. Secunda, ea quæ ad proximum, & in hac ſecunda primum mandatum eſt de honore parentum. Et hoc duplici de cauſa. Primo, quia in illa ſecunda tabula nullum eſt præceptum affirmatiuum niſi iſtud, quia naturale eſt nobis, vt parentibus ſeruiamus, non autem ſic aliis proximis, ideo nullum eſt aliud affirmatiuum. Sed natura dictat, vt nõ inferat homo proximis nocumentum, & ideo prohibetur: quia ergo primum, plus, & prius habet de debito, ideo primum. Secundo: K qa Deus honorãd⁹ eſt ſicut principiũ nr̃i eſſe, & qa parẽtes ſũt et principiũ nr̃i eſſe, & qa vt dicit 6. Ethic. Tria habemus a parẽtibus. ſ. eſſe, viuere, & diſciplinã, ideo conueniẽs eſt, vt poſt mãdata ordinata ad Deũ, primũ eſſet ordinatũ ad parẽtes. Vel primũ quo ad ꝓmiſſionẽ, qa iſti ſoli addit promiſſio Et huius ẽ duplex ratio, Vna ẽ, quia hoies in aliis, q̃ agũt quærũt vtilitatẽ propriã, & quia a parẽtibus, iã ſenibus nullã expectãt vtilitatẽ, niſi a Deo prouenientẽ Secũda rõ eſt: ne aliquis credat, ꝓ honoratio parẽtũ nõ ſit meritoria, quia naturalis ẽ, ideo addit, Vt ſis lõgeuus ſup terrã. In veteri aũt teſtamẽto promittebãtur promiſſiones tẽporales. qa populus ille paruulus erat, & ideo gratioſe iſtruẽdus ſub pedagogo ſicut paruulus erat. Tamẽ in illis paruis munuſculis populum illum paruum decẽtibus, figurabãtur magna bona. ſ. ſpiritualia. Et ideo poteſt hoc referri ſm ſenſum literalem

teralem ad bona temporalia. Et ſic dicit; *In promiſſione, vt bene ſit tibi*, ideſt, vt bonis promiſſis abundes. Nam, qui gratus eſt in minoribus beneficiis, meretur maiora recipere, maxima autem beneficia habemus a parentibus, ſcilicet eſſe, nutrimentũ, & diſciplinam. Quando ergo quis gratus eſt his, fit dignus, vt maiora recipiat. Et ideo dicit; *Vt bene ſit tibi*, quia, vt dicitur. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Et ideo addit; *Vt ſis longeuus ſuper terram*, quaſi ſuper gradus & beneficium vitæ, quam habes a parentibus. Prouer. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Sed contra. Multi deuoti parentibus cito moriuntur. Et ideo ſciendũ, quòd hæc temporalia, non ſunt bona abſolute, niſi inquantum ordinata ad ſpiritualia, & ideo intantum homini bona, inquantum per ea iuuatur ad ſpiritualia. Vnde fortuna non eſt dicenda bona, ſi eſt impediens a virtute. Et ideo longitudo vitæ in tantum eſt bona, inquantũ ad ſeruitia Dei eſt ordinata. Et ideo quandoque ſubtrahitur, ne impediat. Sapient. 4. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. Vel poteſt referri ad ſenſum ſpiritualem: vt ſis longeuus in terra viuentium. Pſal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine viuificabis me. Conſequenter inſtructis filiis, inſtruuntur parentes. Circa quod duo facit. Primo, ponit vnum prohibitiuum. Secũdo, aliud inductiuum, ibi; *Sed educate eos &c.* Dicit ergo; *Et uos patres nolite prouocare filios veſtros ad iracundiam*, non quòd in omnibus aſſentiatis voluntati eorum. Vbi notandum eſt, quòd alius eſt principatus patris ad filium, & Domini ad ſeruum, quia Dominus vtitur ſeruo ſuo ad vtilitatem propriam, ſed pater vtitur filio ad vtilitatem filii. Et ideo eſt neceſſe, quòd patres inſtruant filios propter vtilitatem ſuam, non tamẽ nimis arcendo, aut ſubiiciendo. Et ideo dicitur Col. 3 Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros: vt ſcilicet, non puſillo animo fiant, quia talis prouocatio nõ animat ad bonum. Quomodo ergo? ſubdit; *Sed educate illos in diſciplina*, ſcilicet, verD berum; *Et correctione*, ſcilicet verborum, ideſt corripite eos, & educate, vt ſeruiant Domino. Vel in diſciplina, eos ad bonum inducendo, & correctione, a malis retrahendo.

LECTIO SECVNDA.

INSTRVCTIS duabus cõnexionibus. ſ. viri & mulieris, patris & filii: hic inſtruit connexionẽ ſerui ad Dñm. Et circa hoc facit duo. Primo, inſtruit ſeruũ. Secũdo, Dominũ, ibi; *Et uos domini &c.* Iterum prima in tres. Primo. n. ponit monitionem. Secundo, exponit, ibi; *Non ad oculum ſeruientes &c* Tertio, oſtendit retributionem, ibi; *Scientes quoniam vnuſquiſque &c.* Iterũ prima in tres. Quia primo, monet ad obedientiã. Secundo, ad reuerentiã. Tertio, ad cordis ſimplicitatẽ, Secũda, ibi; *Cũ omni timore &c.* Tertia, ibi; *In ſimplicitate &c.* Monet. n. eos ad obedientiam ex imperio Dñi. Vnde dicit, *Serui obedite Dominis carnalibus.* Monet E eos ad reuerẽtiã, dicẽs; *Cum timore* interi⁹, Malac. 1. Si ego Dñs, vbi eſt timor meus? *Et tremore* exterius. Pſal. 2. Seruite Dño in timore &c. *Et in ſimplicitate cordis.* Sapien. 1. In ſimplicitate cordis quærite illum. Luc. 12. Fidelis ſeruus, &c. Iob. 1. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob &c. et paulo poſt. Vir ſimplex &c. Sic enim ſeruiendum eſt Chriſto. Vnde dicit; *Sicut Chriſto.* Sapien. 1. In ſimplicitate cordis quæritæ illum. 1. Paralip. 29. Dñe Deus, in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa. Dicit etiã, Sicut Chriſto, quia a Dño Chriſto eſt, quòd Dñs aliquid poſſit. Rom. 13. Qui poteſtaci reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et ideo ſeruiẽdum eſt eis, ſicut Chriſto, in his quæ non ſunt cõtra fidem, nec contra ipſum. Exponit autem, In ſimplicitate, & primo remouet, quod ſimplicitati contrariatur. Secundo, docet modum conuenientem, ibi; *Facientes voluntatem Dei &c.* Contrarium autem ſimplicitatis eſt, quòd ſeruus habeat reſpectum ad oculum, & non ad complacentiam Dñi. Talis enim ſeruus, non habet ſimplicitatem, & rectam intentionem.

A Et ideo hoc prohibet, dicens. *Non ad oculum ſeruientes*, ſcilicet Domino, propter lucrum temporale tantum. *Quaſi hominibus placentes*, ideſt complacere volentes. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem *Sed ut ſerui Chriſti.* Col. 3. Domino Chro ſeruite. Et quomodo? *Facientes voluntatem Dei*, ſcilicet implẽdo mãdata ei⁹ opere. Pſal. 102. Facientes verbũ illius: ſicut Chriſtus Ioã. 6. Deſcẽdi de cœlo, non vt facerem voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas eius, qui miſit me. ſ. vt obediam hominib⁹ ꝓ Deum. Et ideo dicit, *Sicut ſerui Chriſti*, & ſicut ſeruiẽtes Domino non hominibus. ſ. nõ propter ſe, ſed propter Dominũ. Quomodo? *Ex animo.* Col. 3. Quodcunque facitis ex animo, operamini ſicut Domino, & nõ hominibus. Itẽ, idem ſubiungit hic dicens. *Sicut Domino, & non hominibus. Cum bona voluntate*, ideſt recta intentione. Col. 4. Stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. Deinde ſubiungit remunerationem, dicẽs, *Scientes.* 1. Ioã. 5. Scripſi vobis, vt ſciatis, &c. *Quoniam vnuſquiſque ſiue ſeruus, ſiue liber*, Sine perſonarum acceptione. Non C enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Gal. 3. Non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque femina, omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Act. 10. In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiã, &c. Eccle. 9. Quodcunq; põt facere man⁹ tua, inſtãter operare, &c. *Recipiet a Domino* pro remuneratione. Col. 3. Sciẽtes, ꝓ a Domino accipiẽt retributionem hæreditatis. Deinde cum dicit, *Et vos Domini, &c.* Inſtruit Dominos, & facit duo. Primo, ponit monitionem. Secundo, ſubdit rationem, ibi *Scientes quia, & illorum, &c.* Dicit ergo, *Et vos Domini eadem faciatis*, eadem. ſ. identitate proportionis, vt ſicut illi ex animo, & bona volũtate, ita & vos faciatis. Eccle. 33. Si eſt tibi aliquis ſeruus fidelis, ſit tibi ſicut anima tua *Remittentes minas*, non ſolum verba, vel flagella. Et quare? Rationem ſubdit, dicens, *Scientes quia, & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis.* Nã idem Dominus omnium. Rom. 10. Quaſi dicat conſerui eſtis, & D ideo debetis vos bene habere ad eos. Matt. 18. Oportuit, & te miſereri conſerui tui *Et perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Roma. 2. Idem dicitur. Luc. 20. Non accipis perſonam hominum. Act. 10. idem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA poſuit Apoſtolus multa præcepta generalia, & ſpecialia ad deſtruendam vetuſtatem peccati, & inducendam nouitatem gratiæ: hic oſtendit, qua virtute debent vti ad præcepta hæc implenda, quia fiducia auxilii diuini. Circa quod duo facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, in ſpeciali explicat eam, ibi *Quoniam non eſt nobis colluctatio, &c.* Prima in duas, quia primo oſtendit, de quo debemus conſidere, ſicut de interio ri. Secundo, oſtendit de quo debemus conſidere, ſicut de exterio E ri, ibi *Induite vos, &c.* Illud autem interius, de quo debemus conſidere, eſt auxilium diuinũ. Et ideo dicit, *De cætero fratres, confortamini.* Hiere. 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, &c. Duplici autem ratione confidit quis de aliquo. Vna eſt, quia ad eum pertinet ſua defenſio. Alia eſt, quia potens eſt, & paratus eſt eũ defendere. Et hæc duo ſunt in Deo reſpectu creaturæ ſuæ, quia cura eſt Deo de vobis, vt dicitur. 1. Pet. vlti. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Item, ipſe potens eſt, & promptus auxiliari. Et ideo dicit, *De cætero fratres, &c.* quaſi dicat. Poſtquam vos inſtruxi ſupra de præceptis implendis. iam confortamini, non in vobis, ſed in Domino, qui curam habet de vobis. Pſal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, &c. Eſa. 35. Dicite, puſillanimes confortamini, &c. Hiere. 20. Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis, idcirco, qui me perſequuntur, cadent, &c. *Et in potentia, &c.* Luc. 1. Qui potens eſt. Et licet in Deo virtus, & potentia ſint idem; tamen, quia virtus

eſt

est vltimum de potentia, & quasi perfectio potentiæ, ideo dicit, *In potentia virtutis eius*, idest in potentia virtuosa. Philip. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Sed posset dici: si Deus potest, & vult, debemus esse securi. Ideo respondens dicit, quòd non, immo debet quilibet facere quod in se est, quia si inermis iret ad bellum, quãtuncunque rex protegeret eum, esset in periculo. Et ideo dicit, *Induite vos armaturam Dei*, idest dona, & virtutes. Roma. 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, &c. Quia per virtutes, homo protegitur contra vitia. Sed contra. Dominus est rex, ita potens, quòd nullus potest eum impugnare. Respondeo, verum est per violentiam, sed per insidias, & fallaciam impugnat eum diabolus in membris suis, non in se: quia, vt dicitur Eccle. 11. Multæ sunt insidiæ dolosi, &c. Et ideo subdit. *Vt possitis stare contra insidias diaboli*. 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate, &c. Psal. 9. Insidiatur in abscondito quasi leo, &c. Consequenter cum dicit. *Quia non est nobis colluctatio, &c.* Explicat in speciali monitionem. Et primo de insidiis inimicorum. Secundo, de armatura sumenda, ibi *Propterea accipite, &c.* Tertio, de fiducia Christi habenda, ibi *Per omnium orationem, &c.* Describit autem insidias, quia quando aliquis hostis imminet, si sit debilis, stultus, & huiusmodi, non est multum cauendum nec timendum de eo. Sed quando est potens, nequam, & callidus, tunc est timendus. Hæc tria sunt in diabolo. Primo, quia non est debilis. Et propter hoc dicit, quòd *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, &c.* Per carnem, & sanguinem intelliguntur vitia carnis. 1. Cor. 15. Caro & sanguis, regnũ Dei non possidebunt, & homines carnales. Gal. 1. Continuo non acquieui carni & sanguini, idest hominibus carnalibus. Dicit ergo, *Non est nobis colluctatio, &c.* Quod videtur esse falsum qualitercunque accipiatur: quia vt dicitur Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Psal. 118. Multi qui persequuntur me. Respondeo dupliciter. Primo vt dicamus, *Non est nobis colluctatio aduersus, &c.* Supple tantum, quin etiam aduersus diabolum. Vel aliter: quia actio quæ instrumento aut tributitur, est principaliter agentis, sicut accipitur illud Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, quasi dicat. Quòd vultis aliquid, vel facitis, a uobis non est, sed aliunde, scilicet a Deo: sic hic, *Non est nobis colluctatio, &c.* Exponatur, idest quòd nos impugnent scilicet caro, & sanguis, hoc non est eorum principaliter, sed a superiore mouente, scilicet a diabolo. Consequenter describitur a potentia: quia *Aduersus principes, & potestates tenebrarum harum*. Ioan. 14. Venit enim princeps huius mundi, &c. Dicitur autem princeps mundi, non creatione, sed imitatione mundanorum. Ioan. 1. Et mundus eum non cognouit, idest principes mundani. Vel dicit princeps, quasi primatũ capiẽs. Vnde principes, quasi primi duces ad aliquid. Psal. 67. Principes cõiũcti psallẽtibus. Gen. 23. Princeps Dei es apud nos. Ad potestatẽ autẽ pertinet iustitiam exercere. In quantum ergo aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellandum Deo, dicuntur principes: inquantum vero habent potestatem puniendi illos, qui eis subiiciuntur, dicuntur potestates. Luc. 22. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ, &c. Sed cum ex ordinibus omnibus ceciderint aliqui, quare mẽtionem facit Apost. de illis duobus ordinibus, denominans dæmones? Respondeo, In nominibus ordinum sunt tria. In quibusdam enim importatur ordo ad Deum: in quibusdam vero potestas: in quibusdam vero Dei ministerium. In nominibus enim Cherubim, & Seraphim, & thronorum, importatur cõuersio ad Deum. Dæmones autem aduersi sunt Deo, & ideo eis nõ competunt hæc nomina. Item, quædam nomina important ordinem ad ministerium Dei, sicut angeli, & archangeli, & ista etiam nomina non competunt dæmonibus, nisi cum adiuncto, scilicet sathanæ. Tertio etiam: quia virtutes, & dominationes important ordinem ad seruitium Dei: ideo eis non conueniunt hæc nomina, sed tantum ista duo, quæ communia sunt bonis & malis, scilicet principatus, & potestates. Sũt ergo, & potentes, & magni, ideo habent magnum exercitum: contra quẽ habemus pugnare aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, scilicet peccatorum supra 5. Eratis enim aliquando tenebræ, &c. quia quicquid est tenebrosum, totum est de ordine istorũ, & subiectũ eis. Glo. Mali hoĩes sunt equi, diaboli equites, ergo occidamus equites, & equos possideamus. Ioã. 1. Et tenebræ eũ nõ cõprehẽderũt. Sũt ẽt astuti, quia *Contra spiritualia nequitiæ*, idest contra spirituales nequitias, emphatice loquendo, per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. Dicit autem spiritualia nequitiæ: quia quanto est altior secundum naturam, tãto, quãdo conuertitur ad malum, est peior, & nequior. Vnde Philosopus dicit, quòd homo malus, est pessimus omnium animaliũ. Et ideo dicit, *Spiritualia nequitiæ*, quia spirituales, & nequissimi sunt. Et dicit, *In cælestibus*, duplici de causa. Vel vt ostendat virtutem, & auantagium, ad superandum nos: quia nos in terra, ipsi autem in alto, scilicet in aere caliginoso, & ideo habent partem meliorem. Luc. 8. Volucres cœli comederunt illud. Vel dicit, *In cælestibus*: quia pro cœlestibus est ista pugna: & hoc debet animare nos ad pugnã.

LECTIO I IIII.

Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

LECTIO QVARTA.

SVPRA exposuit Apostolus, quod dictum est de insidiis diaboli: hic monet nos de armatura sumenda. Et circa hoc facit duo. Primo concludit ex præmissis armaturæ necessitatẽ. Secundo, armorum diuersitatem describit, ibi, *State ergo, &c.* Dicit ergo, habetis hostes malos, nequissimos, & potentes, & pro re ardua pugnantes: quia pro cœlestibus: *Propterea accipite armaturam Dei*, idest armamini spiritualibus armis. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostrę nõ sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c. Et hoc *Vt possitis resistere*. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide, &c. Ia. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Quanto magis enim ei ceditur, tanto plus insequitur. *In die malo*. Et hoc propter mala, quæ in die fiunt. supra. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Eccl. 7 Diem malam præcaue, &c. Item, accipite non solum ad resistendum, sed etiam ad proficiendum. *Et in omnibus perfecti stare*, idest in aduersis, & prosperis immobiliter stare. Iac. 1. Sitis perfecti, in nullo deficientes. De hoc. 1. Pet. 1. Perfecti sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, &c. Sed nunquid omnes debent perfecti esse? Respondeo, Triplex est perfectio: vna sufficientiæ, quam habet homo, secundum quod sibi est necessarium ad salutem; sicut illud, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quasi dicat, vt nihil sit in corde tuo, quod sit contra Deum. Et hoc est de necessitate salutis. Iac. 1. Vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes, &c. Alia est perfectio totalis abundãtiæ, quæ est perfectio patriæ, quæ est consummata gloria, in hoc, quòd perfectus totaliter inhæreat Deo. Matt. 22. In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. Et de hac loquebatur Apostolus Phil. 3. Non quod iam acceperim, aut quòd iam perfectus sim. Et paulo post, Fratres, ego non arbitror me comprehendisse. Alia est media scilicet consilii, qua homo nititur se abstrahere ab his, & ire ad illas. Deinde cum dicit, *State ergo, &c.* Describit diuersitatem armorum. Est autẽ triplex genus spiritualium armorum, ad similitudinem corporalium, quorum quædam sunt similia indumento ad tegendum, quædam vero ad protegendum, & quædam ad impugnandum. Indumento autem tria sunt necessaria. Primo, quòd cingatur. Et quantum ad hoc dicit. *State ergo succincti lumbos vestros, &c.* Sed prius induit se homo quàm se cingat. Apost. autem accipit hæc secundum ordinem armaturæ spiritualis. In bello autem spirituali prius est necesse concupiscentias carnis restringere, sicut vicinus hostis est prius vincendus: hoc autem fit per restrictionem lumborum, in quibus viget luxuria, quod fit per temperantiam, quæ gulæ, & luxuriæ contrariatur. Luc. 12 Sint lumbi vestri præcincti, &c. Iob. 38. Accinge sicut vir lumbos, &c. Sed *In veritate*, idest in rectitudine intentionis, & nõ simulate. Alia litera habet, *In charitate*. 1. Cor. vlti. Omnia vestra in charitate fiant. Secundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex autem inuenitur armatura contra eas, scilicet iustitia, & abrenũtiatio rerum temporalium. Et ideo primo præcipit, vt eas non iniuste vsurpemus, quod facit iustitia. Et ideo dicit *Induti loricam iustitiæ* scilicet, propter quam homo abstinet a rebus alienis. Dicitur autem iustitia lorica, quia sicut lorica tegit membra, ita iustitia virtutes omnes. Sapien. 5. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Secundo, præcipit vt rerum temporalium curam superfluam deponamus, quia dum his nimis intendimus, non habemus pedes paratos ad diuina negocia, & mysteria annuntianda. Et propter hoc dicit, *Et calciati pedes*, idest affectus dispositisint supple *In præparatione euangelii pacis*. In signum huius misit Apostolos Dominus. Mar. 6. calciatos sandaliis, quæ habent subtus soleas: p quod significatur eleuatio mentis a terrenis: & aperti sunt superius, p qd significat promptitudo ad diuinam sapientiam. Dicit autem pacis, qa p euangelium, pax nobis annuntiatur. Matt. 10. In quamcunque domum intraueritis, dicite, pax huic domui. Itẽ secundo, sunt arma ad ptegendum. Duo autẽ in nobis sunt protegenda, q̃ sunt principia vitæ, s. pectus in quo est cor, & caput in quo ẽ cerebrũ. Pro pectore aut ẽ scutũ. Et iõ dicit, *In oĩbus sumentes scutũ fidei*, qa sicut scutũ supponit oĩbus armis, ita fides oĩb⁹ aliis virtutibus. Alia sunt enim arma virtutum moralium. s. temperantiæ, idest succinctio lumborum, & iustitiæ. i. induitio loricę, & hoc genus armorum. s. scutum, est virtutis theologicæ. s. fidei: quia sicut p scutum repelluntur tela, ita p fidem oĩa contraria, & habetur victoria. Heb. 11. Sancti p fidem vicerunt regna: sicut p virtutes morales vincimus potestates terrenas. Et ideo ait *In quo possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere*. s. diaboli, cuius tela sunt quædã immissiones p angelos malos. Ignea sunt, qa adurentia prauis concupiscentiis. Psal. 75. Supercecidit ignis, &c. Hæc aut p fidẽ extinguntur: quæ tentationes psentes, & transitorias extinguit p bona spũalia, & æterna, q̃ pmittit sacra scriptura. Vnde Dñs Matt. 4. diabolo tentanti pducebat, & opponebat authoritates sacræ scripturæ. Et sic debemus facere, si tentat de gula, ꝓm illud Deute. 8. Nõ in solo pane viuit hõ. Vel illud, Non est regnũ Dei, esca & potus. Roma. 14. Si de luxuria, Non mœchaberis. Si de furto. Nõ furtũ facies: & sic de aliis. Dr aut scutum fidei, qa sicut p tegit totũ pectus, ita fides debet esse in pectore. Spes autẽ dicit galea, qa sicut galea ẽ in capite, ita caput virtutũ moraliũ est finis: & de hoc est spes. s. de fine. Et ideo dicit, *Et galeam salutis assumite*. Itẽ tertio, sunt arma ad pugnandũ, qa nõ solũ sufficit se defendere, sed ẽt oportet aduersariũ impugnare. Hoc aut, sicut fit p gladiũ materialẽ corporaliter, ita p verbũ Dei, qd est Spũsancti gladius spũaliter. Et p hoc dicit, *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei*. s. assumite. Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, pertingẽs vsq; ad diuisionẽ animæ, & spũs. Et pdicatio dr gladius spiritus, qa nõ penetrat vsq; ad spũm, nisi ducat a Spũ sancto. Mat. 10. Non. n. vos estis q loquimini, sed spũs patrise vstri, q loqui tur in vobis. Sic ergo habemus arma, q bus defendamur a carnalib⁹ hostibus. s. a gula, & luxuria, qd̃ fit p tẽperãtiã, ibi *State ergo succincti lumbos vestros, &c.* Item, q bus vincamus cupiditates terrenas. s. arma iustitiæ, q̃ abstinere nos faciunt, ab illicitis, ibi, *Induti loricam iustitiæ*. Et puritatẽ affectus, seu pauptatẽ, q̃ nos retrahit ẽt a licitis, ibi, *Calciati pedes, &c* Itẽ, habemus arma q b⁹ protegamur ab erroribus. s. arma fidei, ibi, *In omnibus sumentes scutum fidei*. Et ẽt ab hostibus generis humani, ibi *Quo*. s. scuto fidei *Possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*. Itẽ, habemus arma q bus in bonis spũalib⁹ confirmamur. s. arma spei, ibi, *Et galeam salutis assumite*. Galea ponit in capite, sic spes in fine. Nũc aut caput virtutũ moraliũ est ipse finis, de quo est spes. Vnde nihil est aliud galeã salutis assumere, q̃ spẽ de vltimo fine habere. Item, habemus arma ad impugnandũ ipsos dæmones. s. *Gladium spiritus, quod est verbum Dei*: qd̃ fit frequẽter ĩ sermonib⁹, in q b⁹ verbũ Dei penetrãs corda peccatorũ expellit congeriẽ peccatorũ, & dæmonũ.

LECTIO QVINTA.

SVPRA posuit Apost. q̃ dixerat de insidiis, & armaturis: hic exponit illud, qd̃ ẽt dixerat de cõfirmatione, & cõfortatione in potentia Dei: & hoc fit p orationẽ ad Deũ sup auxilio diuino. Facit aut tria. Primo, monet eos ad orãdũ p seipsis. Secũdo, pro aliis. Tertio, p ipsomet Apostolo. Circa primũ ponit septem conditiones orationis. Primo, ꝓ debet esse perfecta. Vnde dicit: *Omnem orationem*, qd̃ fit cũ in omnibus recurrit qs ad orationẽ, vel orat pro omni bono. Secundo, quòd sit humilis, non præsumptuosa. Psal. 101. Respexit in orationem humilium, &c. Quod fit, quãdo homo non putat se exaudiri pp merita sua sed pp misericordiã diuinã. Et ideo dicit, *Obsecrationem*. i. p sacræ rei acceptionẽ. Phil. 4. In omni oratione, & obsecratione, cum gratiarũ actione, petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Tertio, ꝓ sit cõtinua, ibi *Omni tempore*. 1. Thes. 5. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Psal. 33. Benedicam Dñm in oĩ tẽpore. s. statuto. Quarto, ꝓ sit denota, *Quia in spiritu*. 1. Cor. 14. Psallã spũ, psallã & mẽte, i. nõ vt vag⁹. Quinto, ꝓ sit vigilãs, ibi *Vigilantes*. 1. Pet. 4. Estote prudẽtes, & vigilate ĩ orationib⁹. Sexto, ꝓ sit instans, ibi *In omni instantia*. Roma. 12. Orationi instantes, &c. Septimo, charitatiua, vt s fiat p omnibus aliis sanctis, ibi *Et obsecratiõe, pro omnibus sanctis*. 1. Timo 2. Obsecro. n primũ, omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, &c. Deide vltimo, p se petit orationes fieri, ibi *Et p me*. Vbi tria petit p se, q̃ cuilibet pdicatori sunt necessaria, scilicet quòd os aperiat, & ad prædicandũ se pparet, quãtum in se est, & detur sibi gratia. Et vt hæc tria sibi dentur, petit, vt oretur p se, dicens, *Vt detur mihi sermo in apertione oris mei*. Non. n. potero loqui, nisi qd̃ dederit mihi Dñs, d̃cebat ille Balaã Num. 22 Vnde Dñs Matt. 10 Non. n. vos estis qui loquimini, sed spiritus, &c. Vnde dicitur ibidem, Dabitur. n vobis in illa hora, qd loquamini Hoc aut dictum, primo ponit Apostolus, vt detur, inquit, mihi sermo in aperitione oris mei. Col. vlt. Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis. Et ad qd Paule? Respondet, vt. s. possim, *Cum fiducia notum facere euangelii mysterium*, p quo legatione fungor in catena Et hoc est scdm qd petit: qa non solum est necessarium prædicatori, vt detur ei sermo in aptione oris, seu scientia: sed vt sermonẽ sibi datũ pdicet audacter, & cũ fiducia. Et hoc ẽ, qd dicit *Cum fiducia, &c.* Et sic prædicabant apostoli: de q bus Act. 4. quòd loquebãtur cũ fiducia verbum Dei. Cõmendat aut Apostolus officium prædicationis ab excellentia, & altitudine. Vnde dicit, *Mysterium euangelii*. Secundo ostendit, quòd p ipso libenter sustinuit tribulationem, & ignominiam. Vnde dicit. *Pro quo legatione fungor in catena*, De his duob⁹ simul. Col. vlt. Vt De⁹ aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendũ mysterium Christi, pp quod, & vinctus sum, Et quia dr Eccle. 20. Ex ore fatui reprobãt parabola, non. n dicit eam tempore suo: ideo Apostolus non solum petit, quòd detur sibi sermo, seu pdicandi scientia, sed gratia loquendi cum fiducia, vt. s. non desisteret ab incæpto p catenis, q bus catenatus erat, ab incæpto, & commisso sibi officio fiducialiter, & fideliter psequendo. Tertio petit, vt detur sibi temporis, seu modi congruentia, qa tempus loquendi, & tempus tacendi, vt dr Eccle. 3. Et ideo dicit, *Vt in ipso audeam, prout oportet me loqui*. Et certe in oĩbus modus, & qualitas facit gratũ. Et hoc idẽ petebat Apostolus. Col. vlt. Vt manifestem illud, ita vt oportet me loq: quia vt dr Proue. 15. Sermo oportunus, optimus. In fine aut huius epistolæ, Apostolus statum suum Ephesiis manifestat, cum dicit, *Vt autem, & vos sciatis &c.* Vbi primo, facit, qd̃ dictum est. Secundo, eos more solito salutat, ibi *Pax fratribus, &c.* In prima parte tria facit Primo, ponit stat⁹ sui manifestatio, ibi *Vt autem, & vos sciatis &c.* Secũdo, discipuli nuntiãtis multiplex cõmẽdatio, ibi *Tychicus frater meus charissimus, & fidelis &c.* Tertio, ostẽdit finẽ, p quo eis manifestat statũ suũ, qa. s. est ipsorũ cõsolario, ibi *Et consoletur corda uestra*. Dicit ergo, *Vt aut uos sciatis: q̃ circa me sũt: quid agã: oĩa nota vobis faciet: &c.* Quasi dicat Apl̃us, p mysterio euãgelii, p quo catenat⁹ sũ, volo ꝓ sciatis, ꝓ catena, & oẽs tribulationes, & oĩa supplicia, q̃ in credito officio iferũtur, nõ me ãgũt, nec cor mutãt, nec puertũt ĩteri⁹, nec attingũt: sed certe sic ango de istis, ꝓ oĩa circa me sũt, nõ intra. Et qa nõ possũ ire ad ãnũtiãdũ vobis, vt pote catenatus. *Oĩa nota faciet vobis Tychicus frater me⁹ charissim⁹, & fidelis minister in Dño*. Et ideo secure credatis ei de oĩb⁹. Luc. 12. Quis putas est fidelis seru⁹, & prudẽs? &c. Et iste certe est talis. *Quẽ misi ad uos in hoc ipsũ, vt cognoscatis: q̃ circa nos sũt*. Et hęc ẽ discipuli cõmẽdatio. Et ad qd? *Vt cõsolentur corda uestra*. Deinde cũ dicit *Pax fratrib⁹ &c.* Ponit Apost. cõsuetã salutationẽ. Et aduertẽdũ ẽ, ꝓ licet gr̃a pcedat pacẽ, & charitatẽ mutuã hominũ ad se inuicẽ, & ad Deũ, quo ad collationẽ (qa nõ ẽ pax impiis, dicit Dñs;) tamẽ quo ad executionem gr̃æ, & veritatis, & charitatis cõseruationẽ, pax pcedit suo mõ. Et ideo primo optat eis pacẽ ad se inuicẽ, & charitatẽ ad Deũ, dicens, *Pax fratrib⁹, & charitas cũ fide*. Et quia licet pax, & charitas multum faciant ad gratiæ conseruationem, tamẽ, quia semper supponũt ipsam gratiam, sine qua haberi non possunt, ideo optat eis gratiam. Vnde dicit, *Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum*, in incorruptione. **Amen.**

LECTIO V.

Per omnem orationẽ, & obsecrationẽ orantes omni tẽpore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium euangelii, pro quo legatione fungor in catena ista, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis, quę circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in Domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis, quæ circa nos sũt, & consolentur corda vestra, Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominũ nostrum Iesum Christum in corruptionẽ Amen.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

HVSTORVM semita, quasi lux splendens, &c Prouerb. 4. In hac authoritate describitur vita sanctorum ex tribus. Ex eorum arctitudine, ibi *Semita*, quia Matt. 7. Arcta est via, &c. Iob. 28. Semitam ignorauit auis, &c. Ex claritate, ibi *Lux splendens*. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Iusti .n. sunt lucẽtes, & ideo eorũ via est lucida. Ex profectu: quia semp crescit. 1. Pet. 2. In eo crescatis, &c. Et hoc, vsque ad perfectum diem, scilicet gloriæ. 1. Cor. 13. Cum venerit qd̃ perfectum est, euacuabitur, & cætera. Econuerso malorũ via est lata, obscura, tenebrosa, & deficiens. Vnde Prouerb. 4 subditur, Via impiorum tenebrosa, &c. Et Matth. 7. Lata porta, & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, &c. Ex his verbis, trahi potest materia huius epistolæ. Erant enim Philippenses in Christi ꝛecta semita, tribulationes multas pro Christo sustinentes. Item, illuminati per fidem. infra. 2. Inter quos lucetis, &c. Item, proficiebant, vt patet per totam epistolam Item, conuenienter post epistolam ad Ephesios, in qua fit instructio qualiter seruanda sit ecclesiastica vnitas: hi proponuntur in exemplum seruandæ ecclesiasticæ vnitatis, qui optime eam seruauerunt.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationẽ, & epistolarem narrationem. Secunda, ibi *Gratias ago, &c.* Circa primum tria facit. Quia primo, describuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi *Omnibus sanctis, &c.* Tertio, bona optata, ibi *Gratia uobis, &c.* Circa primum, primo ponuntur personæ salutantes. Secundo, eorum conditio, ibi *Serui &c.* Circa primum primo ponitur persona principalis, cum dicit *Paulus*. Et interpretatur, Paulus, quasi modicus. In quo notatur eius humilitas. Esa. 60 Minimus erit in mille, & paruus in gentem fortissimam. Secundo, ibi & *Timotheus*. Ponitur persona adiuncta: quia fuerat eorum prædicator, infra. 2 Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Deinde cum dicit, *Serui &c.* Ponitur conditio eorũ 2. Corint 4. Nõ enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum, &c. Sed contra, Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo, duplex est seruitus ſm duplicem timorem. Timor. n. pœnæ causat malam seruitutem, & de hac intelligitur dictum præmissum, Ioan 15. Timor vero castus causat seruitutem reuerentiæ, & de hac loquitur Apostolus hic. Personæ salutatæ sunt omnes de ecclesia Philippensi. Et primo minores. Vnde dicit. *Omnibus sanctis, qui sunt Philippis*. quæ est ciuitas, quam Philipus condidit, & dicit sanctis: & hoc ꝑp baptismum. Roma. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo, morte in ipsius baptizati sumus. Maiores autem tangit, dicens, *Cum episcopis, &c.* Quæstio est, quare minores præponit maioribus? Quia prius est populus, quàm prælatus. Ezec. 34. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Greges .n. pascendi sunt a pastoribus, non econuerso. Item, cur inter mittit presbyteros? Respondeo. Dicendum est, ꝙ comprehendũtur cum episcopis, quia in vna ciuitate nõ sunt plures episcopi: vnde dicens in plurali, dat intelligere etiam presbyteros. Et tamen est alius ordo, quia ex ipso euãgelio hoc legitur, quòd post designationem duodecim Apostolorum (quorum personas gerunt episcopi) designauit septuaginta duos discipulos, quorum locum sacerdotes tenent. Dionysius etiam distinguit episcopos & sacerdotes. Sed in principio, licet ordines fuerint distincti, non tamen nomina ordinum, vnde hic comprehendit presbyteros cum episcopis. Deinde ponit bona optata, ibi *Gratia, &c.* Et sunt duo, quæ includunt omnia Primũ, est gratia Dei remittens peccata. Ephes. 2. Gratia saluati estis &c Vltimũ est pax hominis. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, &c. Et per consequens optat bona media, & hoc a *Deo patre*. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Item, per meritum humilitatis Christi. Et ideo addit, Et *Domino Iesu Christo*. Ioa. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Ephes. 2. Ipse .n. est pax nostra, &c. Consequenter, ponit epistolarem narrationẽ. Et circa hoc duo facit. Quia primo, agit gratias de præteritis. Secundo, hortatur ad profectum in futurum, ibi *Scire autem uos uolo, &c.* Circa primum, primo præmittit gratiarum actionem pro eis. Secundo materiam eius, ibi *Super communicatione, &c.* Gratias aũt agit sup adiuncto gaudio, & deprecatione Et ideo hæc tria tangens, dicit *Gratias Deo nostro*. Gratias agere, est recognoscere gratiam sibi factam. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. *In omni memoria uestri*: quia in eis nihil occurrit Apostolo, quod non esset dignum gratiarum actione. Et hoc est valde magnum. Prouer 10. Memoria iusti cum laudibus, &c. *Pro omnib⁹*. Esa. 60. Populus autem tuus, omnes iusti in perpetuũ, &c. Agit ergo gratias pro eorum bono, orationem, & deprecationem pro custodia: totum tamen pro gaudio. 1. Reg. 12. Absit autem a me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis. Deinde cum dicit, *Super communicatione, &c.* Tangit de materia tũ prædictorum Et primo, ponit materiam gratiarum actionis. Secundo, gaudii de futuris, ibi *Confidens, &c.* Tertio deprcationis, ibi *Testis, &c.* Dicit ergo, Super cõmunicatione. s. qua communicastis doctrinæ euangelii, credẽdo, & ope implẽdo. Hæc est .n vera cõmunicatio. Heb vlt. Beneficiẽtiæ aũt, & cõmunionis nolite obliuisci, &c. *A prima die, &c.* Ecclesi. 27. Homo sanctus i sapiẽtia, manet sicut sol, &c. Et hoc ipsũ confidẽs de vobis gaudeo, *Quia qui cœpit, &c.* Hier. 17, Maledictus hõ, qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ suũ, Benedictus vir q̃ cõfidit in domino, & erit domin⁹ fiducia eius. Et hoc in virtute Dei. Et ideo dicit *Qui cœpit, &c.* Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Quod est contra Pelagianos, q̃ dicũt principiũ boni operis esse ex nobis, sed consummationẽ ex Deo. Sed hoc nõ est verũ: q̃a principiũ boni operis ĩ nobis est cogitare de bono, & hoc ipsũ est a Deo. 2. Cor. 3 Non ꝙ sufficiẽtes simus cogitare aliq̃d a nobis, quasi ex nobis &c. *In diem Christi Iesu*: quo remunerabit singulos. 2. Timo. vlti m. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã redder mihi dominus, &c. 1. Cor. 1. Confirmabit vos vsq; in finẽ sine crimine &c. Ratio gaudii ponit, cũ dicit *Sicut est mihi, &c.* quia. s. id iustũ est, q̃a cõgaudetis mihi de bonis meis *Eo ꝙ habeã uos, &c.* Quasi dicat, Habeo de vobis hanc conscientiam tales vos esse, ideo gaudeo, ut scilicet gaudeatis de his, de quibus & ego, quod est; *In uinculis meis*, quia tũc ꝙ Christo fuit ligatus, de quo gaudebat Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in varias tentationes incideritis, sciẽtes, &c. Act. 5. Ibãt apl̃i gaudẽtes a conspectu cõcilii, quoniã digni habiti sunt ꝙ nomine Iesu cõtumeliã pati, &c. *Et in defensione, & in cõfirmatione euangelii.* s. audacter ꝑdicando cõtra tyrannos, & hæreticos, & confirmando euangelium in cordibus fidelium. Act. 18. Perambulans ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

Vel

Vel aliter secundum Glo. *In corde*, idest, desiderio, vt socii sitis sempiterni gaudii. Ioan. 16. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et hoc non potest abstrahi a corde meo, quia etiam in vinculis existens, & intentus confirmationi, & defensioni euangelii, solicitudo de vobis non recedit de corde meo.

LECTIO II.

POSITA materia gaudii de spe futura: hic ostendit super quo deprecationem pro eis facit. Et primo, præmittit suum desiderium, quod ostendit omnino feruens. Secundo, materiam deprecationis, ibi; *Et hoc oro &c.* Et q̃a cordis desiderium soli Deo est manifestum, ideo inuocat Deum testem, quòd pro eis deprecetur cum desiderio. Iob. 12. Ecce in cælo; *Testis* meus; *Est* scilicet; *Deus &c. Quomodo cupiam vos*, scilicet ego, existens; *In visceribus Iesu Christi*. Vel quomodo cupiam vos esse in eis. quasi dicat, quomodo cupiam vestram salutem, & participationem visceroſæ charitatis Christi. Luc. 1. Per viscera misericordiæ Dei &c. quasi dicat q̃a ad profunda & intima cordis, virtus amoris pertingit. Vel cupiam, vt sitis in visceribus Iesu Christi, idest vt ipsum intime diligatis, vt & diligamini ab eo: in hoc enim vita hominis consistit. Deinde cum dicit; *Et hoc oro &c.* Ponit deprecationem, & tria bona optat. Primo quantum ad interioris charitatis augmentum. Affectus enim interior perficitur per charitatem: & ideo non habenti charitatem, optandum est vt habeat: habenti vero, vt perficiatur. Vnde dicit; *Vt charitas &c.* Pro augmẽto autem charitatis orandus est Deus, quia solus Deus hoc in nobis operatur. 2. Corint. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ &c. Et hoc necessarium est vt petamus, & nos, quia Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Secundo, quantum ad intellectum. Vnde dicit; *In omni scientia*. Sed nunquid ex charitate prouenit scientia? Sic, quia dicitur. 1. Io. 2. Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio ei⁹ docet vos de omnibus &c. Item charitas est spiritus de quo dicitur Ioan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem &c. Cuius ratio est, quia qui habet habitum, si rectus est habitus: sequitur inde rectum iudicium de his quæ pertinent ad illum habitum, si vero corruptus, falsum. Sicut circa venerea, temperatus habet bonum iudicium: intemperatus non, sed falsum. Omnia autem quæ a nobis fiunt, sunt informanda charitate, & ideo habens charitatem, habet rectum iudicium, & quantum ad cognoscibilia. Et sic dicit. *In omni scientia*, qua scilicet agnoscat veritatẽ, & inhæreat circa ea quæ sunt fidei. Hæc est scientia sanctorum, de qua dicitur Sapien. 10. & quantum ad operabilia, & sic dicit; *Et in omni sensu*. qui est vis cognoscitiua circa exteriora obiecta. Et proprium eius est, vt statim iudicet de proprio sensibili recte. Et ideo hoc nomen translatũ est ad interius iudicium rationis, vnde sensati dicuntur, qui habent rectum iudicium circa agibilia: Sapien. 1. Sentite de domino in bonitate &c. Sapien. 6. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus &c. Sed hic sensus, debet esse non tantum consideratiuus: sed etiam discretiuus inter bonum & malum, & inter bonum & melius. Vnde subdit; *Vt probetis &c.* Nota quòd charitas perficit sensum, vt probet bona, sed perfecta charitas vt probet meliora. 1. Cor. 12. Aemulamini meliora charismata, & infra cap. 14. Sectamini charitatem &c. Et ideo dicit; *potiora*. Tertio, quantum ad effectum. Et primo ponit immunitatem a malo. Secundo, perfectionem in bono. Primum in hoc quod dicit; *Vt sitis synceri*. Est enim duplex peccatum vitandum, scilicet interioris corruptionis, qua homo corrumpitur in se, & hoc excluditur per sinceritatem. 1. Cor. 5. In azimis sinceritatis &c. Aliud est in proximum, scilicet offensa. Et ideo dicit, *Et sine offensa*. 1. Cor. 4. Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego &c. Et 2. Corinth. 6. Nemini dantes vllam offensionem &c. *In diem Christi Iesu* idest, vsque in finem vitæ. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quantum ad gratiam, dicit; *Repleti fructu iustitiæ*, vt opera iustitiæ quædam fructus sint. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione &c. Vel fructu iustitiæ, idest præmio iustitiæ, scilicet corona. 2. Timoth. 4. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ &c. Sap. 4. Bonorũ enim laborũ, gloriosus est fructus &c. & hoc habetur per Christum, quia omnia, quę facimus, sunt bona per ipsum. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere &c. Et hæc faciẽda sunt, hoc fine, scilicet; *In gloriam & laudem Dei*: quia ex operibus sanctorum Deus clarificatur, cum inde alii prorumpunt in laudem Dei. Psal. 150 Laudate dominum in sanctis eius &c. Hier. 33. Erit mihi in nomen, & in gaudiũ, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona &c. Deinde cum dicit; *Scire autem &c.* Admonet ad futura. Et primo ponit exempla exequenda, & vitanda. Secundo, cõcludit moralẽ monitionẽ in 4. ca. ibi; *Itaq: fratres mei charissimi &c.* Circa primũ duo facit, q̃a primo ondit q̃ sunt imitanda: secundo, quæ sunt vitãda: 3. ca. ibi; *De cætero &c.* Item, prima diuiditur in duas, quia primo inducit se eis imitandum: secundo alios, secun. cap. *Si qua ergo &c.* Item, prima in tres, quia primo ponit exemplum profectum suum. Secundo, gaudium, quod haber ex profectu, ibi; *Quid enim &c.* Tertio, fructum ex profectu suo, ibi; *Scio enim &c.* Item, prima in duas. Primo, præmittit profectum: secundo modum, ibi: *Ita vt vincula mea &c.* Dicit ergo, Monui vos ad profectum, & vt formam habeatis profectum meum; *Scire vos volo, & quæ circa me sunt*. exterius, quia tribulationes: & si exterius essent, non immutabant interius, sed; *Magis ad profectum venerunt*, quia ex eis fides prædicata magis profecit 2. Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione &c. Et ostendit profectum. Primo quantum ad se, secundo quantum ad alios, ibi *Vt plures, &c.* Quantum ad se quidem manifestum fuerat, quòd talia pro Christo pateretur constanter. *Ita Vt uincula, &c.* Quod est gloriosum pro Christo. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, &c. In omni prætorio, sicut in curia Cæsaris, &c. Ex parte vero aliorum fides crescebat in cõmuni. Vnde dicit, *Vt plures, &c.* 1. Macha. 4. De eleꝑhãtibus. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, &c. Prouerb. 18. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit, &c. Ex parte tamen aliorum est diuersitas, quia quidam bene loquebantur, quidam male. Et qui bene, quidam ex generali charitate, & quidam ex speciali amore ad apostolum. Et qui male, quidam ex generali malitia, quidam ex speciali odio ad Apostolum. Sed vt mihi videtur, Apostolus duplicem ostendit causam, propter quam quidam prædicabant. Primo, propter inuidiam. Et ideo Apostolus eorum prauam intentionem ostendit, dicens. *Quidam quidem, propter inuidiam &c.* Iac. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. 1. Corinth. 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Secundo, propter amorem Christi, & Euangelii. Vnde dicit; *Quidam propter bonam &c.* Psal. 50. Benigne fac in bona voluntate &c. Sed Apostolus addit. dicens; *Quidam vero ex charitate*, scilicet quæ facit bonam voluntatem &c. quia vt supplerent defectum mei docentis, prædicauerunt. Deinde Apostol. exponit quod dixerat, dicens, quòd quidam non secundum sanam intentionem, sed ex contentione. Corrupta eorum contentio dupliciter patuit. Vno modo, vt publice prædicando, turbationem facerent in populo Gentili contra Apostolum, supra illam quam habuit. Alio modo, quia credebant, quòd Paulus audiens eos vsurpare officium sibi commissum, turbaretur, & ex hoc adderetur afflictio, afflicto.

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apost. descripsit profectum ex ipso subsecutum: hic agit de gaudio concepto ex hoc profectu. Et ponitur primo materia gaudii: secũdo ipsum gaudium, ibi. *Et in hoc gaudeo, &c.* Contingit autem quadoq; q̃ aliquod gaudium prouenit ex bona causa, & hoc directe, & p se. & quãdoque ex mala causa, & hoc indirecte, & per accidẽs. Quãdo.n. est ex bona cã, gandendum est de effectu, & de causa, sicut de eleemosyna facta propter Deũ. Sed quando est ex causa mala, tunc est gaudendum de effectu, sed de causa nõ, & sic de redẽptione per Christũ, licet fuerit ex scelere Iudæ, & Iudeorum. Ita cõtingit in ecclesia, vbi prouenit vtilitas quandoque per bonos p̃dicatores quo ad bonam intentionem, quandoque p̃ malos quo ad malam: & de vtraque gaudendum est, sicut dictum est. Et ideo dicit. *Quid enim, &c.* Per occasionem annũtiat Christum, q̃ non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, puta lucrum vel gloriam. Prouerb. 18. Occasiones quærit, qui recedere vult ab amico. Per veritatem autem, quando ex rectã intentione. Esa. 36 Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, &c. Sed hoc vtroq; modo fit ad vtilitatẽ ecclesiæ, ideo dicit, *Si Christus annuntietur, &c.* Quia si aliud annuntiaret quàm Christum, tunc multũ interesset: quod fit, quando falsa doctrina docetur. Aug. Pastor qui propter veritatem annuntiat, est amandus: mercenarius qui propter lucrum, est tolerandus: qui falsus expellendus. Deinde ponit gaudium consequens, dicens. *Et in hoc*, scilicet, quòd uincula mea manifesta sunt propter Christum, quòd Christus annuntiatur, *Gaudeo*, in præsenti. Ioan. 14. Si diligeritis me, gauderetis vtique &c. *& gaudebo*, in futurum. Esa. 51. Gaudium, & lætitiam obtinebunt, &c. Deinde cum dicit. *Scio enim, &c.* Ponit fructum ex profectu suo prouenientem. Et primo ponit ipsum fructum. Secundo, mouet quandam dubitationem ibi. *Quod si uiuere, &c.* Item primo, proponit fructum. Secundo, auxilium ipsum consequendi, ibi *Per uestram orationem &c.* Tertio, assignat materiã fructũ, ibi, *Sed non in omni, &c.* Dicit ergo, gaudeo de his, & hoc propter fructum prouenientem ex eis in salutem æternam. Esa. 45. Saluatus est Israel in Domino, salute æterna, &c. Et hoc ideo quia quando nos aliqua bona facimus cooperando saluti aliorum, redundat in salutem nostram. Si enim, vt dicitur Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, &c. quanta gloria dignus est qui salutem multorum procurat? Auxilium autem est triplex. s. ex parte aliorum mutua oratio. Vnde dicit. *Per uestras orationes*, scilicet ex q̃bus spero adiuuari a Deo. Iacob. vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini, &c. Ex parte Dei de quo habemus spem salutis. Esa. 26. A facie tua domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Et ideo dicit, *Et subministrationem spiritus Iesu Christi.* Ro. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. & loquitur similitudinarie. Quando.n. aliqs est debilis, indiget releuante vt sustentetur; & hoc est subministrare: & nos debiles sumus, ideo indigemus subministratione spiritus. Ioan. 14. Et suggeret vobis omnia, &c. s. quasi vobis subministrando. Ex parte nostra est spes in Deo: quia Prouerb. 11. Qui confidit in diuitiis, corruet. Oportet ergo quòd spes nostra sit in Deo, &c. Psal. 124. Qui confidunt in domino sicut mons Syon, &c. & ideo dicit. *Secundum expectationem, & spem meam.* Sed nonne spes est expectatio futuræ beatitudinis? Dicendũ est, quòd spes est motus appetitus in bonum arduum. Et hoc dupliciter, quia quando quis sperat adipisci per se, sic spes est sine expectatione, quando autem per alium, tunc est spes cum expectatione, & sic nos expectamus, spem habentes aliquid consequi per alium. Psal. 39. Expectans expectaui dominum, &c. Roma. 8. Spe salui facti sumus. Sed dicit, *Scio*, Et postea, *Spero, & expecto.* Nunquid certa est hæc spes? Respondet Apostolus. dicens, Ita, quia *In nullo confundar.* 1. Machab. 2. Omnes qui sperant in illo, non infirmantur. Roma. 5. Spes autem non confundit. Eccl. 2. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Huius primo rationem assignat: secundo exponit eã, ibi, *Mihi enim uiuere, &c.* Ratio hæc sumitur ex hoc, quòd ipse totaliter ordinatur ad seruitium Christi. quasi dicat; Ideo hęc mihi prouenient in salutem, quia totaliter sum ad seruitium Christi. Et primo ponit fiduciam: Secundo perseuerantiam: tertio certitudinem intentionis. Dicit ergo, *Sed in omni fiducia. &c.* quasi dicat, Multi persequuntur me, sed ego confido in Deum. Esa. 12. Fiducialiter agam, & non timebo. Psalm. 11 Fiducialiter agam in eo. *Sicut semper*, idest, a principio conuersionis. Act. 9. Quomodo in Damasco fiducialiter egerit, &c. *Ita, & nunc.* Iob. 27. Iustificationem meã quã cæpi tenere, non deseram. Tertio, ostendit quòd sit eius recta intẽtio, quia *Magnificabitur Christus* qui cum sit verus Deus, non potest in seipso magnificari, vel minorari, sed in nobis, idest, in cognitione aliorum: tunc ergo q̃s magnificat Christum, quando eius cognitionem dilatat. Ecclesiast. 43. Quis magnificabit eũ sicuti est a principio? Et hoc, & verbo, & facto, quando magnitudo diuini effectus ostendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iustificatio est hæc, quandiu est in corde hominis latens, non magnificabitur per eam Christus, nisi quantum ad cor illius, non quantũ ad alios, sed quãdocũq; prorumpit in exteriora per actus corporales apparentes, tunc vere, & proprie magnificatur. Et ideo ait, *In corpore meo*, in corpore nostro Christus duplicirer magnificatur. Vno modo inquantum corpus nostrum deputamus ad obsequium eius, ministeria eius corporaliter exequendo. 1. Corinthior. 6. Glorificate; & portate Deum in corpore vestro. Alio modo corpus nostrum exponendo pro Christo. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, &c. Sed primus modus fit per vitam: secundus vero per mortem. Ideo dicit, *Siue per vitam*: quia viuendo operatur, *Siue per mortem.* Roman. 14. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus, &c. Quod etiam intelligi potest de morte spirituali. Col. 3. Mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram, &c. Deinde exponit quomodo mortificabitur per vitam, & per mortem, dicens *Mihi. n. uiuere, &c.* Vita enim importat motionem quandam. Illa enim viuere dicuntur, quæ ex se mouentur. Et inde est, quòd illud videtur esse radicaliter vita hominis, quod est principium motus in eo: hoc autem est illud, cui affectus vnitur sicut fini: quia ex hoc mouetur homo ad omnia. Vnde aliqui dicunt illud ex quo mouentur ad operandum, vitam suam, vt venatores venationẽ, & amici amicum. Sic ergo Christus est vita nostra, quoniam totum principium vitæ nostræ, & operationis est Christus. Et ideo dicit Apostolus *Mihi.n.uiuere, &c* quia solus Christus mouebat eum: *Et mori lucrum.* hic Apostolus proprie loquitur. Quilibet .n. sibi ad lucrum reputat, quando vitam quam habet imperfectam, potest perficere. Sic infirmus ad lucrum reputat sanam vitam. Vita nostra Christus est. Cor. 3. Vita vestra absclõdita est cum Christo in Deo: sed hoc est imperfecta. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a domino, & ideo quando morimur corpore, perficitur nobis vita nostra. s. Christus, cui tunc præsentes sumus. Psal. 126. Cũ dederit dilectis suis somnũ, &c. 2. Timoth. 4. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, &c. Deinde cum dicit, *Quod si uiuere, &c.* Ponit dubitationem quandam circa ea quæ dicta sunt. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit dubitationem: secũdo soluit eam, ibi, *Et hoc confidens, &c,* Item prima in duas, q̃a primo ponit dubitationem, secundo proponit rationes ad vtranq; partem, ibi, *Coarctor autem, &c.* Dicit ergo. *Si uiuere in carne, hic mihi est fructus, &c.* verũ est quòd in corpore meo, dum viuo, magnificatur Christus. Ergo vt uere meum in carne. i. vita mea in carne, est huiusmodi fructus. *Vnde prædicat* effectum de causa. i. si uita affert mihi hunc fructum, vt Christus magnificetur, vita in carne est bona, & fructuosa. Roma. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, &c. Si ergo ita est, ignoro quid eligam, vtrum mori, vel viuere. Romo. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, &c. Sap. 9. Cogitationes n.mortalium sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sed quare dubitas? quia *Coarctor, &c.* Primo, ponit rationem ad partẽ vnam: secundo ad aliam. In homine.n.duplex est motus, naturæ. s. & gratiæ. Naturæ ad nõ moriẽdũ. 2 Cor. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. &c. Ioan. vlti. Et alius ducet te, quo tu non uis, &c. Et gratiæ, quam suggeret charitas, quæ mouet ad dilectionẽ Dei, & proximi. Hic affectus ad dilectionem Dei mouet, vt simus cum Christo. Et ideo dicit, *Desiderium habens dissolui*, non simpliciter, *Sed esse cum Christo*, 2. Cor. 5.

LECTIO II.

VID enim? Dum omni modo, siue p occasionẽ, siue per veritatem Christus annũtietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutẽ per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem, & spem meam: quia in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum: quòd si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: coarctor autẽ e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.

2. Cor. 5. Audemus autem, & bonam voluntatẽ habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad dominum &c. In quo notatur falsitas opinionis Græcorum, quòd animæ sanctorum post mortem, non statim sunt cum Christo. Et hoc ideo opto, quia. *Est multo melius esse cum Christo.* Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo, &c. Defecit caro mea, & cor meũ, scilicet ad habendum bonum. Psal. 83. Melior est dies vna in atriis tuis super millia, &c. Dilectio autem proximi mouet ad profectum proximi: & ideo dicit. *Permanere autem, &c.* i. necessaria ẽ vita mea p̃p̃ vtilitatem vestram. 2. Cor. 5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumꝰ vobis &c. Vel aliter, coarctor, &c. idest, ex duplici parte insurgit desiderium dissolui, &c. melius &c. Sententia non mutatur. Sed hoc non videtur dubitabile, quinimo videtur etiam Apost. in peiorem partem declinare. Primum. n. desiderium excitat in nobis dilectio dei, secundum dilectio proximi. Maius autem & melius est desiderium primum, igitur, &c. Respondeo, Dicendum est, quòd duplex est dilectio dei, s. dilectio concupiscentiæ, qua uult frui deo, & delectari in ipso, hoc est bonum hominis *Item*, est dilectio amicitiæ, qua homo præponit honorem Dei, etiam huic delectationi, qua fruit deo; & hæc est perfecta charitas. Vnde Rom. 8. Neque mors, neque vita, neque angeli &c. Et subdit. 9. cap. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis, &c. Et hoc dixit, vt ostendat se esse perfectioris charitatis, quasi sit paratus propter amorem Dei, & gloriam, carere delectatione visionis Dei, & ideo hoc elegit, & bene, tanquam magis perfectum.

LECTIO QVARTA.

POsita dubitatione, & rationibus hinc inde, hic soluit dubitationem. Et primo quasi eligens vnam partem, prænuntiat post futurum aduentum suum ad eos quantum ad se, secũdo, ostendit quid requiratur ex parte eorum, ibi. *Tantum digne, &c.* Item prima in tres, quia primo præmittit futurum aduentum: secundo ostendit fructum: tertio illum fructum exponit. Dicit ergo. Postquam supradictum est, quòd permanere in carne necessarium est propter vos. Et hoc quòd mea vita est fructuosa vobis, *Scio*, ideo, scilicet. *Quia permanebo*, sed. *Hoc*, quasi. *Confidens de Deo.* Prou. 18. Iustus quasi leo confidens &c. *Manebo, & permanebo.* i. viuam, & diu viuam. Sed contra, statim occisus est a Nerone. Respondeo, Dicendum est, quòd epistola est facta vel scripta primo anno incarcerationis, quod fuit primo anno Neronis. Vnde postea vixit septem annis. *Omnibus uobis.* i. ad vtilitatem omnium vestrum. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant, Et hoc. *Ad profectum uestrum*, idest, vt per meam exhortationem proficiatis in fide, & gaudeatis de mea vita quam audistis, sed magis gauderetis si essem præsens, Rom. 1. Desidero autem videre vos &c. Deinde exponit quod dixerat, dicens. *Vt gratulatio uestra: &c.* 1. si deẽ ut iterum ueniam ad uos est, ut gaudium abundans sim uobis. Ephe. 3. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus, aut intelligimus &c. Et hoc *In Christo Iesu*, quia hoc ipsum quod gaudebant de eo, erat propter Christum: Philem. Fruar te in domino, &c. Deinde cũ dicit. *Tantum digne &c.* Ostẽdit quid requiratur ex parte eorum. Et circa hoc tria facit, quia primo facit hoc, secundo manifestat vtilitatem inde consequentem: tertio explicat. Dicit ergo: quòd tantum ex parte eorũ requiritur quòd in euangelio Christi digne conuersentur, scilicet secundum quod doctrinæ tali congruit. 1. Thessal. 2. Testificati sumus, vt ambuletis digne deo, qui uocauit uos in suum regnum, & gloriam &c. Col. 1. Ambuletis digne deo, &c. *Vt siue cum uenero ad uos, & uidero uos, siue absens audiam de uobis bona.* Et hoc gaudium est mihi, 1. Io. 3. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in ueritate ambulare &c. Et nunc in speciali expetit ab eis. Primo vnitatem: secundo constantiam, ibi. *Et in nullo &c.* Est autem sanctis necessaria vnitas triplex. s. amoris. unde dicit. *Audiam de uobis*, quod. s. *Statis in uno spiritu*, quod est per amorem. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et. 1. Cor. 6. Qui autem adhæret domino, unus spiritus est. Item, concordia: Vnde dicit. *Vnanimes*, idest, vnam voluntatem, & animum habentes. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna Psal. 67. Qui inhabitare facit unius moris in domo, &c. Item, cooperationis. Vnde dicit. *Collaborantes, &c.* vt scilicet, vnꝰ adiuuet aliũ. Ad hoc facit, quod dicitur. 1. Re. 25. Congregatus est Israel vniuersus, & planxerunt eum. s. Samuelem. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Secũdo expetit constantiam ibi. *Et in nullo, &c.* Et primo inducit ad fortitudinem: secundo ponit rationem. Dicit ergo, *Et in nullo, &c.* quia nihil possunt, nisi quantum Deus permittit Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit. Psal. 1. Folium eius non defluet, &c. Esa. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? Ratio aũt est triplex. Prima, sumitur a fructu tribulationis. Secunda, ex dono duplici Dei. Tertia, ab actore. Dicit ergo, *Non terreamini, quia est vobis fructus*, idest, ipsa persecutio. *Quæ.* In illis. s. persequentibus, *Est causa perditionis.* Sed, *Vobis est causa salutis.* Matth. 16. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, &c. Io. 12. Qui amat animã sua perdet eã. Osee. 12. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum &c. *Et hoc a Deo*, a quo pro munere *Donatum est uobis*, quòd sustineatis tribulationes patienter. Secunda ratio. *Vt in eum credatis.* Ephe. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, quod est magnum, & primum donum. *Et etiam, ut pro illo patiamini*, quod est maius donum, vt. s. curam Christi agatis, quasi athletæ eius. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, &c. Sic ergo vtile est, & honorificum.: ideo agatis fortiter. Tertia ratio sumitur ex exemplo: qa ita tractat eosdem, sicut nos qui sumus primitiæ fideliũ. Et ideo dicit, *Idem certamen habentes, quale & uidistis in me.* s. apud vos, quando nudus, fui verberatus Philippis, propter Phitonissam liberatam. Act. 16. *Et nunc audistis de me.* Qui sum in vinculis.

LECTIO IIII.

ET hoc confidẽs scio, quia manebo, & pmanebo omnibus uobis, ad profectũ uestrum, & gaudium fidei, ut gratulato uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum digne euãgelio Christi cõuersamini: ut siue cũ venero, & videro uos, siue absens, audiam de uobis quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euangelii. & in nullo terreamini ab aduersariis, quę est illis causa perditionis, uobis autẽ salutis. Et hoc a Deo: quia uobis donatum est pro Christo, non solũ ut in eum credatis, sed ut etiã pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

CAPIT. II. LEC. I.

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera

LECTIO PRIMA.

SVPRA præbuit se in exemplum patientiæ, & sanctitatis, hic ad idem adducit exempla aliorum. Et primo, ponit exẽplum Christi; secundo, exempla suorum discipulorum, quos ad eorum confirmationem mittere promittit, ibi *Spero autem in domino, &c.* Circa primum tria facit: quia primo præmittit exhortationem: secundo inducit exemplum; ibi. *Hoc enim sentite, &c.* Tertio, concludit propositum ex exemplo Christi, ibi. *Itaque charissimi mei, &c.* Circa primum, primo est considerandum medium quo eos inducit: secundo ad quod inducit, ibi. *Implete gaudium, &c.* Vtitur autem circa primum quadruplici medio. Primo, ex deuotione ad ipsum Christum, secundo, ex charitate proximi: Tertio, ex speciali societate: quarto, ex miseratione. Dicit ergo, *Si qua ergo consolatio, &c.* Hæc quatuor media quæ hic consequenter ponuntur, omnia referuntur ad hoc quod subdit. *Implete, &c.* Et est sensus, quasi dicat. Consolari volo in vobis. *Si qua ergo consolatio.* Idest, si quam consolationem mihi afferre vultis. *In Christo, implete meum gaudium.* Esa. 61. Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, &c. 2. Corinth. 1. Consolatur nos in omni tribulatione, vt & ipsi possimus consolari, &c. Ex parte vero charitatis fraternæ, dicit. *Si quod solatium charitatis*, scilicet est, implete gaudium meum. Galat. 3. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, &c. Psal. 132. *Ecce* quàm bonum, &c. Item ex speciali societate, & hæc est inter homines, qui communicant in rebus, sicut socii in bellicis armis: ita boni spirituales, quæ sibi communicant in spiritualibus bonis. Et ideo dicit, *Si qua societas spiritus*, scilicet est mihi ad vos, implete meum gaudium. Quasi dicat, Exhibui ego vobis multam consolationem vestram: si ergo socii mei estis, exhibete, idem, & uos mihi. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, &c. Prouerb. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater. Item ex mi-

ex miseratione, cum dicit. *Si quæ viscera miserationis.* Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ &c. Deinde ponit ea, ad quæ inducit. Et primo in generali, dicens. *Implete &c.* q.d. Gaudeo in vobis propter bona quæ vidi, & audiui de vobis: sed quando hæc perficientur, tunc gaudium meum crescet, & tandem perficietur. Vnde illud implete. ſ. proficiendo in bonum. Secundo in speciali monet ad mutuam charitatē, cuius vnitas in duobus consistit. ſ. interius in affectu, & exterius in effectu. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere & veritate. Prima designatur in obiecto charitatis, cum dicit, *Idem sapite.* Sapientia enim est cognitio altissimarū causarum, quia eius est iudicare, quod nullus potest sine causa altissima. Et ideo sapientia est cognitio de diuinis. *Idem ergo sapite &c.* q.d. Idem sapiatis circa ea quæ sunt fidei. Rom. 15. De autem patientiæ & solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum, secūdum Iesum Christum, vt vno ore glorificetis Deum. Sed hoc fit per charitatem eandem: ideo sequitur. *Eandem charitatem habentes.* Col. 3. Super omnia charitatem habentes, qd est vinculum perfectionis. Item quantum ad effectum sunt duo necessaria. ſ. consensus duorum in idem ex parte affectus, & iudicium rationis concors in eodem. Quantum ad primū, dicit. *Vnanimes*, scilicet in agendis. Psal. 67. Qui inhabitare facit vnimoris in domo. Roma. 15. Vno ore honorificetis Deum. Quantum ad secundum, dicit. *Idipsum sentientes.* Quod ita differt ab hoc quod dicit. *Idem sapite.* Sicut hoc quod dicit *Vnanimes.* ab eo quod dicit, *Eandem charitatem habentes.* Secundo monet ad humilitatē, circa quam primo excludit contraria humilitati: secundo monet ad eam. Contraria autem humilitati sunt, q̄ oriuntur ex superbia. Hæc autem sunt proprie exterior contentio, quia humiles sibi cedunt. Prouerb. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, &c. Iacob. 3. Vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. ideo dicit. *Nihil per contentionem.* Aliud est inanis gloria. Superbus enim inordinate appetit suam excellentiam, etiam in opinione aliorum. Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, &c. Ioan. 8. Ego autem non quæro gloriam meam, etc. Ideo hic dicit. *Neque per inanem gloriam.* Et sequitur monitio, sed in humilitate, superiores inuicem arbitrantes. Sicut enim pertinet ad superbiam q̄ homo se extollat supra se, ita ad humilitatem, quòd homo se subiiciat secundum suam mēsuram. Sed quomodo superior poterit hoc implere? Aut enim non cognoscit se esse superiorem, & virtutem suam, & sic non est virtuosus, quia non est prudens. Aut scit, & sic non potest alium existimare superiorem se. Respōdeo Dicendum est, quòd nullus est sic bonus, quin in eo sit aliquis defectus, & nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde non oportet, quod eum præponat sibi simpliciter, sed quantum ad hoc dicat in mente sua, sic. Forte in me est aliquis defectus, qui non est in illo. Et hoc ostendit August. in libr. de virginitate, quomodo virgo præferat sibi coniugatam, quia forte seruentior. Sed detur quòd quantum ad omnia sit ille bonus, & ille malus, nihilominus tu, & ille geritis duplicem personam, scilicet tui, & Christi. Si ergo illum nō præponas ratione suæ personæ, præponas ratione imaginis diuinæ. Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Tertio, monet ad mutuam solicitudinem, dicens. *Non quæ sua &c.* Corinth. 12. Pro se inuicem solicita sunt membra &c. 1. Corinth. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt.

LECTIO SECVNDA.

POstquam Apost. posuit exhortationem suam: hic hortatur ad virtutem humilitatis, exemplo Christi. Et primo, inducit ad imitandum Christi exemplum. Secundo, ponit eius exemplum, ibi *Qui cum in forma, &c.* Dicit ergo, Sitis humiles, vt dixi, ideo. *Hoc sentite*, idest, experimento tenete quod fuit. *In Christo Iesu.* Notandum, quòd quinque modis debemus hoc sentire, scilicet quinque sensibus. Primo uidere eius claritatem, vt ei conformemur illuminati. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt &c. 2. Corinth. 3. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes &c. Secundo, audire eius sapientiam, vt beatificemur. 3. Reg. 10. Beati uiri tui, & beati serui tui, hi qui stant coram te, & audiunt sapientiam tuam. Psal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertio, odorare gratias suæ mansuetudinis, vt ad eum curramus. Can. 1. Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum. Quarto, gustare dulcedinem eius pietatis, vt in Deo semper dilecti simus. Psal. 33. Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Quinto, tangere eius uirtutem, ut saluemur Matt. 9. Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero. Et sic sentite quasi tangēdo per operis imitationem. Deinde cum dicit; *Qui cum informa Dei &c.* Ponit exemplū Christi. Et primo præmittit Christi maiestatem. Secundo, ponit eius humilitatē, ibi; *Semetipsum &c.* Tertio, exaltationem, ibi; *Propter quod &c.* Et primo maiestatem Christi præmittit, vt magis humilitas commendetur. Et duo proponit pertinentia ad Christi dignitatem, scilicet diuinæ naturæ veritatem. Secundo, æqualitatem, ibi; *Non rapinam.* Dicit ergo; *Qui*, scilicet Christus; *Cum informa &c.* Vnumquodq; enim dicitur in natura generis vel speciei per suā formā, unde forma dicitur natura rei. et sic esse in forma Dei, est esse in natura Dei, per quod intelligitur quòd sit verus Deus 1. Io. vltimo. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Sed non est intelligendum q̄ aliud sit forma Dei, & aliud ipse Deus: quia in simplicibus & materialibus idem est forma, & id cuius est, maxime in Deo: sed quare potius dicit in forma, quàm in natura? Quia hoc competit nominibus propriis filii, tripliciter. Dicitur enim & filius, & uerbum, & imago. Filius enim est qui generatur, & finis generationis est forma. Et ideo, vt ostendatur perfectus Dei filius, dicit, in forma, quasi habens perfecte formam patris. Similiter verbum non est perfectum, nisi quando ducit in cognitionem naturæ rei, & sic uerbum Dei in forma Dei dicitur, quia habet totam naturam patris. Similiter nec imago dicitur perfecta, nisi habeat formam cuius est imago. Hebreorum 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius &c. Sed nunquid habet eam perfecte? Sic. quia; *Non rapinam &c.* Quod posset dupliciter intelligi. Vno modo de humanitate, & ita non intelligebat Paulus, quia hoc esset hæreticum, quia hoc esset rapina, si referretur ad humanitatem. Ideo exponendum est alio modo, scilicet de diuinitate, secundum quam dicitur de Christo. Repugnat etiam rationi aliter dicere: quia natura Dei non est receptibilis in materia: quòd autem aliquis existens in natura aliqua, magis vel minus participet eam, est ex materia, sed ibi non est. ergo dicendum est, quòd; *Arbitratus est non esse rapinam, scilicet se esse æqualem Deo*, quia est in forma Dei, & cognoscit bene naturam suam. Et quia cognoscit hoc, ideo dicitur Ioann. 5. Aequalem se Deo facit, sed hoc non fuit rapina: sicut quando diabolus, & homo uolebant ei æquari. Esai. 14. Ero similis altissimo &c. Et Genes. 3. Eritis sicut dii. Hæc autem fuit rapina: ideo pro hac Christus venit satisfacere. Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebā.

Deinde cum dicit; *Sed semetipsum &c.* Humilitatem Christi commendat. Primo, quantum ad mysterium incarnationis, secundo, quantum ad mysterium passionis, ibi; *Humiliauit se &c.* Circa primum, ponit humilitatem: secundo, eius modum, & formam. Dicit ergo; *Sed semeipsum &c.* Sed quia erat plenus, diuinitate nunquid ergo euacuauit se diuinitate? Non: quia quod erat, permansit: & quod non erat, assumpsit, sed hoc est intelligendum, secundum assumptionem eius quod non habuit, sed non secundum assumptionem eius quod habuit. Sicut enim descendit de cælo, non quòd desineret esse in cælo, sed quia incæpit esse nouo modo in terris, sic etiam se exinaniuit, non deponendo diuinam naturam, sed assumendo naturam humanam. Pulchre autē dicit, exinaniuit. Inane enim opponitur pleno. Natura autem diuina satis plena est, quia ibi est omnis bonitatis perfectio. Exod. 33. Ostendam tibi omne bonum. Natura autem humana, & anima non est plena, sed in potentia ad plenitudinem: quia est facta quasi tabula rasa. Est ergo natura humana inanis. Dicit ergo; *Exinaniuit*, quia naturam humanam assumpsit. Tangit ergo primo naturæ humanæ assumptionem, dicens; *Formam serui accipiens.* Homo enim ex sua creatione est seruus Dei, & natura humana est forma serui. Psalm. 99. Scitote quoniam dominus ipse est Deus &c. Esa. 42. Ecce seruus meus &c. Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es &c. Cur dicitur conuenientius formam serui, quàm seruum? Quia seruus est nomen hipostasis, vel suppositi, quod non est assumptum, sed natura: quod enim suscipitur distinguitur a suscipiente. Non ergo filius Dei assumpsit hominem, quia daretur intelligi, quòd homo esset aliud a filio Dei, cum tamen filius Dei factus sit homo. Accepit ergo naturam in persona sua, vt esset idem in persona filius Dei, & filius hominis. Secundo, tangit naturæ conformitatem, dicens, *In similitudinē hominum factus*, scilicet secundum speciem. Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. Et si dicas, quòd in domino Iesu Christo non conuenit speciem accipere, verum est, qua resultet ex diuinitate, & humanitate, quasi diuinitas, & humanitas conuenissent in vnam naturam communem. Vnde sequeretur, quòd diuina natura (vt ita loquar) mutaretur. Tertio, naturæ humanæ conditiones ponit, dicens, *Et habitu inuentus vt homo.* Quia defectus omnes, & proprietates continentes speciem, præter peccatum suscepit. Et ideo habitu inuentus vt homo, scilicet in exteriori conuersatione, quia esuriit, vt homo: fatigatus fuit, & huiusmodi. Heb. 4. Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est. Et sic habitum possumus referre ad exteriores habitudines. Vel *Habitu*, quia ipsam humanitatem accepit quasi habitum. Est autem habitus quadruplex. Vnus mutat habentem, & ipse non mutatur, vt stultus per sapientiam. Alius mutatur, & mutat, vt cibus. Alius qui, nec mutat, nec mutatur, vt anulus adueniens digito. Alius qui mutatur, & non mutat, vt vestimentum. Et per hanc similitudinem natura humana in Christo dicitur habitus, quia sic aduenit diuinæ personæ, quòd non mutauit ipsam: sed mutata est in melius, quia impleta est gratia, & veritate. Ioa. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ, & veritatis. Dicit ergo, In similitudinem hominum factus, ita tamen quod non mutatur, quia habitu inuentus est vt homo. Sed aduertēdum est, quòd ex hoc verbo habitu, &c. aliqui errauerunt, Vnde tangitur triplex opinio 6. distinctio. 3. sententiarum. Prima est, q̄ humanitas Christi aduenit ei accidentaliter, quod est falsum: quia suppositum diuinæ naturæ factum est suppositum humanæ naturæ, & ideo accidentaliter non aduenit ei, sed substantialiter, non quòd diuinitas naturaliter non aduenit ei, sed substantialiter prædicetur de ipso. Et per hoc etiā excluditur error Fotini, qui dixit quòd Christus esset purus homo, non de Virgine: quia dicitur cum in forma Dei esset. Ergo prius in forma Dei erat, quàm acciperet formam serui, ex qua est minor patre, quia non rapinam, &c. Vincitur ergo, quòd per formam serui meruit. Item, excluditur error Arrii, qui dixit, quòd esset minor patre, quia non rapinam &c. Item Nestorii, qui dixit quòd vnio esset intelligenda secundum inhabitationem, inquantum scilicet Deus inhabitauit hominem, & quòd alius est filius hominis, & alius filius Dei. Sed Rabanus dicit, quòd Aposto. incarnationem nominat exinanitionem. Constat autem quòd pater inhabitat, & spiritus sanctus, ergo, & isti sunt exinaniti, quod est falsum. Item dicit, semetipsum exinaniuit, ergo idem est qui exinanitus est, & exinaniens. Sed huiusmodi est filius Dei, quia ipse semetipsum exinauit, ergo est vnio in persona. Item Euthicetis, qui dixit quòd ex duabus naturis resultat etiam vna natura. Ergo non accepit formam serui, sed quandam aliam, quod est contra hoc. Item Valentini, qui dixit quòd attulit corpus de cælo. Item Appollinaris, qui dixit, quòd non habuit animam. Sic enim non esset in similitudinem hominum factus. Deinde cum dicit. *Humiliauit semetipsum &c.* Commendat humilitatem Christi, quo ad mysterium passionis eius. Et primo, ostendit humilitatem Christi: secundo modum, ibi. *Factus obediens, &c.* Est ergo homo, sed valde magnus, quia idem est Deus, & homo, & tamen humiliauit se Eccle. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus. Matth. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Modus humiliationis, & signum humilitatis est obedientia: quia proprium superborum est sequi propriam voluntatem: quia superbus quærit altitudinem, ad rem autem altam pertinet: quòd non reguletur alio, sed ipsa alia regulet, & ideo obedientia contraria tur superbiæ. Vnde volens ostendere perfectionem humilitatis, & passionis Christi, dicit quòd factus est obediens, quia si fuisset passus non ex obedientia, non fuisset ita commendabilis: q̄a obedientia dat meritum passionibus nostris. Sed quomodo factus est obediens? Non voluntate diuina, quia ipsa est regula, sed voluntate humana, quæ regulata est in omnibus secundum voluntatem paternam. Matt. 26. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. & conueniēter introducit in passione obedientiam, quia prima præuaricatio est facta per inobedientiam. Roman. 5. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiam vnius hominis, iusti constituūtur multi. Prouerbiorum, 21. Vir obediens loquetur victorias. Sed quòd magna & commendabilis sit hæc obedientia. patet: quia tunc est obedientia magna, quando sequitur imperium alterius contra motum proprium: motus autem uoluntatis humanæ ad duo tendit, ad vitam & ad honorem, sed Christus non recusat mortem 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Item, non fugit ignominiā. Vnde dicit; *Mortem autem crucis*: quæ est ignominiosissima. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Sic ergo, nec refugit mortem, nec genus ignominiosæ mortis.

arbitrantes, nō quæ sua sunt, singuli considerantes, sed ea quæ aliorū.

LECTIO II.

HOc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs in similitudinē hoīum factus. & habitu inuentus, vt hō, Humiliauit semetipsū factus obediens vsq; ad mortē, mortē āt crucis.

LECTIO III.

PRopter qd, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium,

LECTIO TERTIA.

SVPRA commendauit Christi humilitatem: Hic commendat eius præmium: quod est exaltatio, & gloria. Luc. 14. & 18. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabit. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Nota triplicem exaltationem Christi, scilicet quantum ad gloriam resurgentis, ibi; *Propter quod &c.* Quantum ad notificationem suæ diuinitatis, ibi; *Et donauit &c.* Et quantum ad reuerentiam totius creaturæ, ibi; *Vt in nomine &c.* Dicit ergo; *Propter quod & Deus exaltauit illum*, scilicet, vt de morte resurgeret. Item de mortalitate ad immortalitatem. Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Psalm. 117. Dextera domini exaltauit me, non moriar, sed uiuam. Item, exaltauit eum in dexteris suis constituendo. Ephes. 1. Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen &c. Sed verum est, quòd alii exaltantur in gloria, & in immortalitate, sed ille plus; *Quia dedit ei nomen &c.* Nomen autem imponitur ad significandam rem aliquam, & tanto nomen est altius, quanto res significata per illud est altior, & ideo nomen diuinitatis est altius. Psalm. 8. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum &c. Ergo hoc nomen, vt Deus diceretur, & esset, dedit isti, scilicet Christo pater, tanquam vero Deo: sed Fotinus dicit, quòd hoc ponitur hic sicut præmium humilitatis Christi: & dicit, quòd non est verus Deus, sed quòd sit sibi data quædam eminentia creaturæ, & similitudo diuinitatis: quod non est verum, quia dictum est supra, Cum informa Dei esset &c. Dicendum ergo est, quòd in Christo est duplex natura, & vnum suppositum. Hęc enim persona Deus est, & homo: & ideo potest hoc dupliciter exponi. Vno modo, vt donauerit ei hoc nomen pater, inquantum est filius Dei, & hoc ab æterno per generationem æternam: quæ donatio nihil est aliud quàm æterna eius generatio. Ioann. 5. Sicut pater habet vitā in semeipso: sic dedit & filio vitam habere in semeipso &c. Alio modo de Christo homine, & sic pater dedit illi homini nomen, vt Deus esset, non per naturam, quia alia est natura Dei, & alia hominis: sed vt esset Deus per gratiam, non adoptionis, sed vnionis, qua simul esset Deus, & homo. Romanorum 1. Prædestinatus est filius Dei in uirtute, ille scilicet, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et hæc est expositio Augustini, secundum intentionem Apostoli. Similiter habetur Act. 2. Certissime sciat omnis domus &c. Prima autem est Ambrosii. Sed quæris quantum ad vtranque expositionem obiiciendo, cur postquam dixit, Humiliauit semetipsum &c. sequitur hic; *Porpter quod &c.* cum præmium non præcedat meritum? Non ergo æterna generatio nec in carnatio est præmium passionis Christi: quia præcedunt. Sed dicendum est, quòd in sacra scriptura dicitur aliquid fieri, quando innotescit. Donauit ergo, idest fecit manifestum mundo, quòd hoc nomen haberet. Hoc enim manifestatum est in resurrectione, quia ante non erat sic nota diuinitas Christi. Et huic concordat textus sequens, quasi non donauerit quod non haberet: sed ut hoc omnes uenerentur. Et ponitur duplex veneratio, scilicet in subiectione operis, & in confessione oris, ibi; *Et omnis lingua &c.* Dicit ergo; *Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen*, Etiam secundum quòd homo. Ideo subdit; *Vt in nomine Iesu*, Quod est nomen hominis; *Omne genu flectatur.* Philip. 2. & Esa. 45. Mihi curuabitur omne genu &c. sed hic errauit Origenes, quia est audiuit, q̄ omne genu flectatur, quod est reuerentiam exhibere, credidit futurum quandoque, q̄ omnis creatura rationalis, suæ angeli

angeli, siue homines, siue dæmones subiicerentur Christo subie- F ctione charitatis. Sed contra hoc est illud Matt.25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Sed dicendum est, quòd est duplex subiectio: una uoluntaria, & alia inuoluntaria. Et est futurum, ꝙ omnes angeli sancti Christo subiiciantur uoluntarie, & ideo dicit, *Omne genu flectatur*, Et ponitur signum pro signato. Psal.96. Adorate eũ omnes angeli eius. Itẽ, ꝙ homines beati, & sancti ac iusti hoc modo subiicientur. Psalm.85. Oẽs gentes quascunque fecisti, ueniẽt, & adorabunt coram te domine, & glorificabũt nomen tuum. Sed dæmones & damnati non sic: sed inuolũtarie subiiciuntur. Iac.2. Dæmones credunt, & cõtremiscũt &c. Deinde cũ dicit *Et omnis lingua confiteatur, &c.* Ponitur exhibitio reuerentiæ in confessione oris. Omnis lingua. s. cælestium, terrestriũ, & infernorum. Non de confessione laudis dicitur hoc respectu infernorum, sed de coacta, quæ fit per recognitionẽ Dei. Esa.40 H Videbit omnis caro pariter, quòd os domini locutum est &c. Psalm 98. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & sanctum est, &c. Et hoc. *Quia dominus Iesus Christus &c.* Iste scilicet homo. *In gloria &c.* Non dicit, in simili, quia in eadem, Ioan.5. Omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et notandum est, quòd in principio dicit. Qui cum in forma, &c. Hic dicit in gloria, quia futurum erat, quòd illud quod ab æterno habuit, omnibus innotesceret, vt Ioan.17. Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquã mundus fieret apud te. Deinde cum dicit, *Itaque fratres, &c.* Concluditur exhortatio. Et circa hoc tria facit: quia primo hortatur ad bene agendum: secundo ostendit, quomodo debent agere, ibi. *Omnia autem &c.* Tertio, quo fructu, ibi, *Vt sitis &c.* Item, prima in tres. Quia primo commemorat præteritam obedientiam: secundo ostendit, quid agere debeant, ibi. *Non in præsentia, &c.* Tertio, dat fiduciam adimplendi, ibi, *Deus enim, &c.* Dicit ergo, *Itaque.* Ex quo Christ⁹ sic se humiliauit, & propter hoc est exaltatus, debetis scire quòd si humiliemini, exaltabimini, & hoc debetis facere, quia semper obediuistis. I Et facit mentionem de obedientia, commendando bona eorum, & hoc ideo, quia per obedientiam intelligitur omnis virtus: quia ex hoc est homo iustus quòd mandata Dei custodit. Rom.6. Serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiã &c. Itẽ, omne bonum quantuncunque bonum est per se, per obedientiã redditur melius. Pro.21. Vir obediens loquetur victorias. Item, quia obedientia inter alias est maxima. Nam offerre de rebus exterioribus est magnum, sed maius si de corpore, maximũ autẽ si de anima, & uoluntate tua, quod fit per obedientiam. 1. Regũ 15. Melior est obedientia, quàm victimę, & auscultare magis q̃ offerre adipem arietum, &c. Sed si sic fecistis, hortor vt adhuc sic faciatis de cætero. Deinde cum dicit. *Non in præsenti, &c.* Ostendit quid agere debeant. Et primo monet, vt agant fideliter: qa seruus infidelis non seruit, nisi quando dominus videt: quia non curat, nisi placere, sed fidelis semper bene operatur: & ideo dicit K *Non in præsentia mea tantum*, qa sic videretur ꝙ nõ faceretis ex instinctu bonæ uoluntatis. Ephe.6. Non ad oculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes domino, & non hominibus. Secundo, vt humiliter, ibi *Cum metu, & tremore, &c.* Superbus.n. non timet, sed humilis. 1. Cor.10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Prou. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Psal.2. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Tertio, salubriter, ibi *Vestram salutem operamini.* Matt. 10: & 24. Qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Deinde cum dicit *Deus enim &c.* Confirmat fiduciam, & excludit quatuor falsas existimationes. Vnam hominum credentium, quòd homo per liberum arbitrium possit saluari absque diuino auxilio. Contra hoc dicit. *Deus &c.* Io.14. Pater in me manens, ipse facit opera. &. 15. Sine me nihil potestis facere. Alii omnino negant liberum arbitrium: dicentes quòd homo necessitatur a fato vel a prouidentia diuina. Et hoc excludit, cum dicit; *In uobis*, Quia interius per instinctũ mouet uoluntatem ad bene operandum. Esai. 26. Omnia.n. opera nostra operatus es in nobis. Tertia Pelagianorũ, sicut & primi dicentium electiones, eẽ in nobis sed ꝓsecutiones operũ in Deo, quia velle est a nobis, sed ꝑficere a Deo. Et hoc excludit, dicens; *Et uelle & perficere.* Ro. 9. Non est uolentis. s. uelle sine auxilio Dei, neque currentis. s. currere, sed miserẽtis est Dei. Quarta, quòd Deus facit omne bonum in nobis, & hoc per merita nostra. Hoc excludit, cum dicit; *Pro bona voluntate.* s. sua, non pro meritis nostris, quia ante grãm Dei, nihil boni meriti est in nobis. Psal. 50. Benigne fac domine in bona voluntate tua &c.

terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Itaque charissimi mei (sicut semper obedistis) non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu, & tremore uestram salutẽ operamini. Deus est.n. qui operatur in uobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. G

LECTIO IIII.

OMnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, vt sitis sine quærela, & simplices filii dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos luceatis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi: quia nõ in vacuum cucurri, neque in vacuũ laboraui: sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & cõgratulor omnib⁹ vobis: idipsum aũt & vos gaudete & congratulamini mihi. Spero autem in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos, vt ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem.n habeo tam vnanimẽ, qui syncera affectione ꝓ vobis solicitus sit. Omnes enim q̃ sua sunt, quærũt, nõ quæ Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quoniã sicut patri filius, mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito. Necessarium autẽ existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meũ, B vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mæstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est eius: non solum autem eius, verumetiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, vt uiso illo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum, cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens aĩam suã, ut impleret id, quod ex uobis deerat erga meũ obsequiũ.

LECTIO IIII.

SVPRA Apost. induxit ad faciendum opera salutis: hic docet eos modum faciẽdi. Et primo, docet ipsum modum. Secũdo, assignat rationem eius, ibi; *Vt sitis &c.* Docet duplicem modum faciendi, ut. s sine murmure & sine dubitatione. Opera.n. uirtutum sunt difficillima, & in his habet locum murmuratio. 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et ne dubitetis an fiant Iac. 1. Qui.n. hæsitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur, & circunfertur &c. Ponit aũt huius rationem, & primo ex parte eorum, secundo ex parte Apostoli, ibi; *Ad gloriam &c.* Circa primum ponitur triplex rõ. Prima in comparatione ad fideles, cum dicit; *Vt sitis sine querela.* Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela &c. Sine peccato autem nullus esse potest, sed bene sine querela. Vnde ad hoc monet. Secundo, in cõparatione ad Deum, ibi; *Simplices &c.* Filius enim est similis patri. Deus autem simplex est: vnde simplices simus sicut filii Dei, quod est, quando intentio est ad unũ. Iac. 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Tertio, in comparatione ad infideles, ibi; *Sine reprehensione &c.* idest, ut bene se habeant ad infideles, ut. s. sint sine offensione; *In medio nationis prauæ*, quantum ad mala opera; *Et peruersæ*, quantum ad infidelitatem: & hoc est, quando non possunt infamari ab eis 1. Timo. 5. Nullam occasionem date aduersario maledicti gratia. Et huius ratio ponitur, ibi; *Inter quos &c.* Quia qualitercunque mundus uarietur, luminaria cæli clara manent. Matth. 5. Vos estis lux mundi &c. Lucens non quantum ad essentiam, quia sic tantum Deus lux est, Ioan. 1. Et uita erat lux hominum &c. At uero sancti non sic. Ioan.1. Non erat ille lux &c. Sed sunt lux, inquantum habent aliquid lucis illius qui erat lux hominũ s. uerbi Dei irradiantis nobis. Et iõ dicit; *Verbum uitæ continentes.* s. verbũ Christi. Io. 6. Dñe ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Psal. 118. Lucerna pedib⁹ meis verbũ tuum &c. Deinde ponit rationem ex parte Apostoli, ibi; *Ad gloriam meam.* Secundo, manifestat rationem, quia subditi debent bene agere, etiam ut cedat in gloriam prælatorũ. Eorum enim est gloria, quando subditi sunt bene instructi. Prou 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. 1. Thess. 2. Vos enim estis gloria nostra &c. Et hoc; *In diem Christi*, quando. s. adducet secum fideles. Et hoc propter duo est ad gloriam. s. propter laborem in prędicatiõe, & propter passionẽ mortis quã sustinuit. Et iõ dicit; *Quia non in uacuum cucurri, neque in uacuum laboraui.* Cursum dicit prædicationem, propter agilitatem, quia a Hierusalem vsq; in Hispaniam. Item labores, propter conditiones & pænas quas pertulit, & hoc non in vacuum, immo in multum fructum. 1. Cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit. Item, propter passionem, ibi; *Sed & si immolor* Conuertens enim aliquos, quasi de illis quos conuertit, offert sacrificium Deo. Sed quandoque offerentes a tyrannis occisi sunt supra sacrificiũ, sicut habetur. Luc. 13. Et ideo dicit; *Offero Deo sacrificium de uobis*, sed si cõtingat ꝙ & ego supra hoc immoler, idest occasione sacrificii conuersionis vestræ

vestræ occidar *Gaudeo* propter me. Ia. 1. Omne gaudium existi- A mate fratres mei, cum in tẽtationes uarias incideritis &c. *Et congratulor uobis*, quòd habetis fidem, etiam cum periculo personæ meæ, cui & in hoc cõgratulamini. Et ideo dicit. *Idipsum gaudete, & congratulamini mihi.* Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus.

Deinde cum dicit *Spero autem &c.* Proponit in exẽplũ discipulos suos: Et primo Tim. scdo Epaphroditũ, ibi, *Necessarium autem &c.* Circa primum, primo præmittit missionem Timothei: secundo, cõmendat eum, ibi, *Neminem &c.* Tertio, innuit tempus missionis, ibi, *Hunc igitur &c.* Dicit. ergo, *Spero &c.* Notandum est, quòd Apostolus sic habuit fiduciam in Deo, ꝙ etiã minima attribuebat Deo. 2. Cor.3. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Litera est plana. Deinde commendat eum, & primo ex charitate ad eos: secundo ex deuotione ad Apostolum, ibi, *Experimentum &c.* Et sic facit bonus mediator, quia illos diligit, hunc veneratur. C Item, primo ponit commendationem, secundo exponit, ibi, *Omnes enim quæ &c.* Dicit. ergo, *Mitto &c.* Quia neminem, &c. Scilicet in profectum vestrũ. Psal 67. Inhabitare facit unius moris in domo. *Qui solicitus sit.* Ro.12. Qui præest in solicitudine. *Syncera affectione*, quia solum propter Deum 2. Corin.1 Ex synceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Ratio autem quare, Neminem &c. Quia omnes quæ &c. Idest, non quæ ad salutem proximorum sunt, & ad honorem Dei, quærũt, sed quæ ad lucrum & gloriam, & quæ sua sunt. Sed nunquid Lucas & Epaphroditus, & alii qui erant cum Apostolo quærebant quæ sua sunt? Respondeo, Dicendum est, ꝙ in societate Apostoli plures erant, qui hoc quærebant, qui & deseruerunt eũ 2. Ti.4. Demas.n. me dereliquit, diligẽs seculũ, & abiit Thessalonicã: Crescens in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum solus. D Sed consuetudo est, ꝙ aliquando scriptura loquitur de nonnullis, sicut de omnibus. Hier. 6. A minori quippe usque ad maiorem, omnes auaritiæ student, & a propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum, &c. Et ideo est distributio accommoda. Et si vultis scire, quomodo se habet ad me? Respõdeo, Experimentum &c. Id est, quasi esset specialis filius. 1. Cor.4. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Dño &c Hũc ergo, sic solicitũ pro uobis, sic mihi charum, spero &c. Sed quare nõ statim? Et sciẽdũ, ꝙ aliter est de Christo, & de aliis sanctis. In Christo.n. est plenitudo gratiarũ, vnde habuit semper notitiã omniũ: nõ sic alii sancti. Vnde Apostol⁹ præuidebat aliqua de futuris circa se, aliqua ignorabat et sic non reuelatum erat sibi, an deberet liberari de vinculis. Et ideo dicit *Mox. &c.* Quia si detur facultas, personaliter ueniam. *Et ideo confido &c.* Sed tamen liberatus a vinculis non fuit. Psal.17. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Semper enim aliquid tenebrosum est in sanctis. E Deinde cum dicit *Necessarium &c.* Proponit in exemplũ, alium suum discipulum. s. Epaphroditum. Et primo describit ipsum, secundo ostendit, quomodo suscipiatur, ibi, *Excipite &c.* Circa primum duo facit, quia primo commendat eum, secundo, ostendit causam missionis, ibi, *Quoniam quidem &c.* Tertio, eã exponit, ibi, *Nam & infirmatus est &c.* Dicit ergo, *Necessarium &c.* Nominat autem eum fratrem, propter fidem. Matthe.23. Omnes vos fratres estis &c. Cooperatorem, scilicet in labore prædicationis. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. *Et commilitonem &c.* Quia simul passi tribulationem. 2. Timo.2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu &c. *Apostolum*, idest, doctorem. Hic fuit episcopus Philippensium, & missus ab eis, ut seruiret Apostolo, & ideo dicit, *Ministrum necessitatis meæ.* infra.4. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quẽ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placẽtem Deo. Sed quare? ad satisfaciendũ desiderio, quo desiderio desiderabat videre uos. Ro.1. Desidero enim uos &c. Item, ad subueniendũ suæ tristitiæ, quia tristis erat de vestra tristitia, quam conceperatis, quando audistis eum infirmari: & exponit causam, dicens, *Nam & infirmatus est usque ad mortem*, scilicet secundum iudiciũ medicorum, non autem secundum prouidentiam diuinã, sed ad honorem Dei. Ioan.11. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Ideo sequitur, *Sed Deus misertus est eius.* Psal. 6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum &c. *Et non solum &c.* Quia tristitiam temporalem & naturalem habuit de afflictionibus suis: sicut & Christus legitur aliquãdo habuisse. Consequenter concludit missionẽ: & patet litera, & ostẽdit quomodo recipiatur, & secundo huius causam. Recipiendus est honorifice in Domino, cuius ẽ minister. Gal. 4. Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. 1. Tim. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina &c. Et hoc *Propter &c.* Idest, propter Deum, & salutem fidelium vsque ad mortem accessit. Io.15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, &c. *Tradens.* Io. 10. Bonus pastor animã suã ponit pro ouibus suis. Et hoc, *Vt impleret, &c.* Quod vos ꝑsonaliter non potuistis, circa meũ obsequiũ.

CAP. III. LEC. I.

DE cætero fratres mei, gaudete in Dño. Eadem uobis scribere: mihi quidẽ

LECTIO PRIMA.

PRoposuit exempla, quæ sequi deberent: hic ostendit quorum exempla debent vitare. Et circa hoc tria facit: quia primo, præmittit quos vitare debent: secundo, exemplum vitandi per conuersationem sanctorum, ibi *Vos enim &c.* Tertio, inducit ad vitandum eos, quos illi reputabant imitabiles, ibi *Imitatores &c.* Iterum, prima pars diuiditur in tres particulas: quia primo præmittit finem huius doctrinæ: secundo, scribendi necessitatem, ibi *Eadem vobis &c.* Tertio, necessitatis rationem, ibi. *Videte, &c.* Intentio admonitionis est, remouere fideles gentes a legalibus, ad quæ quidam eos inducebant. Et ideo dicit, *O fratres*, scilicet per fidem, *De cætero*, idest, postquam vos monui, vt supra, *Gaudete in Domino*, tantum, non in legalibus obseruantiis. Abac.3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo &c. Et hoc: quia *Eadem*; quę dixi in præsentia. *Non est mihi pigrum uobis scribere*, in absentia. Verba enim de facili transeunt, sed scripta manent. Eccle.38. Sapientiã scribe in tẽpore vacuitatis &c. Iudæ.1. Omnem solicitudinem faciens scribendi vobis, de communi vestra salute necesse habui scribere vobis &c. Ro.15. Audacius scripsi vobis fratres, ex parte tanq̃ in memoriã vos reducens, &c. Et causa huius necessitatis est, qa instant seductores: & ideo oportet instãtius veritatẽ scribere: vnde dicit, *Videte*, idest obseruate &c. Et tria de his dicit. s. sæuitiã cordis irrationabilẽ, vnde dicit, *Canes* Glo. Natura canis est, vt statim ex ira latret, non ex ratione, sed ex consuetudine. Sic, & illi. Esa.56. Canes impudentissimi nescierunt saturitatẽ, ipsi pastores nesciuerunt intelligẽtiã &c. Apoc. vlt, Foris canes &c. Secundo, peruersæ doctrinæ seminationẽ, ibi *Malos operarios*, qa non fideliter in vinea Domini laborant, nec bonũ semẽ in agro mittunt. Matt.13. Inimicus homo hoc fecit, &c. 2. Tim. 2. Cura teipsum probabilem exhibere Deo, &c. Tertio dissensionis, ibi, *Concisionem.* Et hoc verbo vtitur in eorum suggillationẽ. Prædicant.n. circuncisionem, quæ non potest stare cum gratia Christi Gal.5. Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit: vnde alludens vocabulo, dicit, Concisionem. quasi non circuncisionẽ sed concisionem habeant. Deinde cum dicit. *Nos autem &c.* Ostendit, quomodo vitentur a sanctis. Et primo, quomodo ab omnibus. Secundo, quomodo ab ipso, ibi. *Quapropter, &c.* Dicit ergo, Ego dico, quòd illi sunt concisio, sed nos vera circũcisio. Qui spiritu, &c. Est autem duplex circuncisio, scilicet corporalis, & spiritualis. Rom. 2. Non enim, qui in manifesto Iudæus est, neque quę in manifesto in carne, est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera & c. Circuncisio enim carnis est, quæ est de superfluo carnis: sed circuncisio spiritus, per quam Spiritussanctus abscindit superfluas interiores concupiscentias. Et ideo dicit, *Nos sumus: &c.* Idest, qui interius circuncidit nos Deo: Ro.2. Testis enim est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo in euan-

gelio filii eius &c. 1.Cor. 14.Psallam spiritu, psallā, & mente: orabo spiritu, orabo, & mente &c. Data est autem circuncisio, vt ostenditur Roma.4. Vt signum fidei Abrahæ ostenderetur, vt s.eius fides ostenderetur vera, quæ fuit fides de futuro semine. Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, &c. Est ergo circuncisio

non pigrum, vobis autem necessarium: videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio: qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & nō in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeo confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circūcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiā Dei, ẽm iustitiā, quę

signum fidei Abrahæ de Christo. Ille ergo circunciditur, qui interius per Spiritumsanctum renouatur in Christo, q. est veritas circuncisionis Co. 2. Circuncisi estis circūcisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi &c. *Et non habentes fiduciam in carne,* idest, in carnali circuncisione: quia vt dicitur Io.6. Spiritus est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. Sumitur autem caro aliquando in nobis, pro carnali concupiscentia, quādoque pro carnis cura: & quandoque pro carnali obseruantia. Et vtrunque debemus circuncidere, nec in eis gloriari. Deinde cum dicit. *Quanquam ego, &c.* Ponit exemplum propriū: & primo præmittit eminentiam suam, quam habebat in statu legali. Secundo, ostendit quomodo eam contempsit, ibi. *Sed quæ &c.* Primum proponit primo in generali. Secundo, explicat per partes, ibi *Circuncisus, &c.* Circa primum duo facit: quia primo ostendit fiduciam, quam habere potuit in legalibus, dicens, Nō debemus habere fiduciam in legalibus. *Quanquam habeam,* idest possem habere, si vellem, quia, In quo quis audet, in insipientia dico, audeo, & ego, &c. Vt dicitur. 2.Cor.11. Et hoc etiam excellentius: quia, ego magis. 2.Cor.11. Vt minus sapiens dico, plus ego &c. Et hoc totum adducit, vt efficacius destruat obseruationes legales. Multi enim contemnunt, quæ nesciunt, vel non habent, & hoc non valet, sed tunc quando aliquis habet, & contemnit, & non gloriatur in eis. Sic, si Apostolus non habuisset locum in statu legalium, poterat dici, quòd ideo ad statum euangelii venit. Et ideo ostendit per hoc eminentiam suam in statu illo. Et primo quantum ad genus: secundo, quantum ad conuersationem: ibi *Secundum legem, &c.* Quantum ad primum tripliciter, quantum ad generis sacramentum, quia circūcisus octauo die. Gen. 17. Vt sit signum fœderis inter me, & vos &c. Et dicit, *Octaua die,* quia hæc erat differentia inter proselytos, & eos qui erant de genere Abrahæ, quia illi non octaua die, sed iā adulti quando conuertebantur: sed isti secundum legem octaua die. Gen.17. Infans octo dierum circuncidetur ex vobis. Sic ergo non vt proselytus, sed vt vere Israelita fuit. Secundo, quantum ad ipsum genus, & primo quantum ad gentem, cum dicit. *Ex genere Israel.* Ex Abraham enim, duæ gentes descenderunt. Vna per Isaac: & alia per Ismael. De primo, duæ. Vna per Esau & alia per Iacob. Sed duæ. s. quæ ex Esau, & Ismaelitæ nō sunt consecutæ hæreditatem: sed solus Iacob, qui, & Israel. Ideo dicit, Ex genere Israel. 2.Cor.11. Israelitæ sunt, & ego. Item, quantum ad tribum: quia in tribu Israel erant quidam de ancillis s. de Bala, & Zelpha: quidam de liberis. s. Lia, & Rachel Et inter istos, quidam semper erāt in cultu Dei. s. Leui, Iuda, & Beniamin. Aliæ tempore Hieroboam conuersæ sunt ad idola. Et ideo tribus Beniamin priuilegiata erat, quia in fide, & dilectione vxoris, & in ea templum Deut.33. Beniamin amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet, &c. Gen. 49. Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Quo figurabatur Paulus, qui fuit quandoque contra Ecclesiam. Tertio, quantum ad nomen, & linguam, cū dicit, *Hebræus.* Aliqui dicunt, quòd Hebræus dicitur ab Abraham: & hoc dicit Augustinus, sed postea retractat. Sed dicitur ab Heber de quo Gen.11. Quod autem non Abraham, patet: quia etiam Abrahā dicitur Hebræ⁹. Gen.14. Nuntiauit Abrahæ Hebræo. Dicit Glo. super Gen.11. Quòd tempore Heber, diuisum est labium gentium omnium, & illa lingua, quæ prius erat, remansit in familia Heber, & in cultu vnius Dei, & inter omnes Hebræos. Natus est etiam ex parentibus Hebreis, & ideo dicit, Ex Hebræis. Deinde ostendit suam eminentiam, quo ad conuersationem. Et primo quantum ad sectam, cum dicit. *Secundum legem pharisæus.* Apud Iudæos siquidem erant tres sectæ. s. Pharisæo-

F rum, Saducæorum & Hesseorū. Sed pharisæi magis ad veritatē accedebant, quia saducæi negabant resurrectionē, neq; credebāt esse angelos, neq; spiritus. Pharisæi aūt vtrunque confitentur: vt dr̄ Act. 23. Et ideo in hoc cōmendabilior est secta pharisæorū. Qūo autem pharisæus fuerit, dicitur Act. 26. Qm̄ ẽm certissi-

in lege est, cōuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerūt lucra, hæc arbitratus sum pp Christum detrimenta, veruntn̄ existimo oīa detrimentū esse pp eminentē scientiam Iesu Christi Dn̄i mei, pp quem oīa detrimentū feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, vt

G & inueniar in illo,

LECTIO II.

NON habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illā quæ ex fide est Chr̄i

mam sectā nostræ religionis vixi pharisæus. Secundo, quantum ad æmulationē quam habuerunt Iudæi, licet non secundū scientiā, in persequēdo Christianos: iō dicit; *Persequēs ecclesiam Dei*: Gala. 1. Qui persequebatur nos aliquando, nunc aūt euangelizat fidē quam aliqn̄ expugnabat. Et Act. 26. Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni, debere multa contraria agere, qđ & feci Hierosolymis, & multos sanctorum, ego in carceribus inclusi &c. 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus, qm̄ persecutus sum ecclesiā Dei. Tertio, quantū ad innocentiā conuersationis. Ideo dicit; *Secundum iustitiam &c* Hæc iustitia consistit in exterioribus, sed iustitia fidei est cordis. Act.15. Fide purificans corda eorū. Nā quantū ad iustitiā exteriorē, Apostolus innocēter vixit. Et ideo dicit; *Sine querela.* Non aūt ait, sine peccato, quia querela est peccatū scandali proximorū in his, quæ sunt exteriora. Luc.1. Ince-
H dētes in oībus mandatis & iustificationib⁹ Dn̄i, sine querela &c. Et ideo nō est contrariū, quod dr̄ Ephe. 2. In quibus & nos ambulauimus, quia veram iustitiā fidei, quæ facit hoiem purum, tunc non habuit, sed solū legis. Deinde cum dicit; *Sed quæ mihi &c.* Oñdit contemptū suæ eminentiæ in legalibus. Et primo, ostendit propter quid legalia contempsit in generali: secundo in speciali, ibi; *Veruntamen &c.* Dicit ergo; *Hæc quæ fuerunt &c.* Idest reputabā magna. s. ꝙ pharisæus &c. Hæc sum arbitratus propter Christū mihi detrimenta. i. reputo ꝙ sunt mihi in detrimentum. Legales .n. obseruantiæ, quæ tempore legis erant efficaces, post Christū factæ sunt noxiæ. Et ideo dicit; *Detrimenta.* Et finis huius est Christus. Et ideo dicit; *Propter Christum.* Et exponit, quia primo propter Christū cognoscendū: secundo pp Christum adipiscendū. Quantū ad primum, dicit; *Veruntamen existimo omnia detrimenta esse*: verum est, si eis inniteretur. Et hoc quod aliqn̄ feci, reputo mihi detrimentū, & hoc propter deside-
I rium rectæ scientiæ Christi Dn̄i mei. 1.Cor. 2. Nihil reputaui me scire nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. Et hoc; *Propter eminentem scientiam &c.* Quia hæc superat oēs alias scientias. Nihil.n. melius pōt sciri, q̄ verbum Dei, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Coloss. 2. Quantum ad secundum dicit; *Propter quem omnia &c.* Et primo, ostendit quòd propter Christum adipiscendum contempsit legalia. Secundo, ostendit quòd possit Christum adipisci, ibi; *Non habes &c.* Dicit ergo; *Omnia detrimentum facio,* habendo me ad ea sicut ad detrimentum, & vilia: & hoc; *Vt Christum lucrifaciam,* idest adipiscar ipsum & adiungar ei per charitatem.

LECTIO SECVNDA.

OSTENDIT supra, præterita lucra contēnere pp Christū, & oñdit ꝙ intēdebat Christum cognoscere, & Christū lucrari, & hoc intendit hic specialiter exponere. Et primo, qūo deside-
K rat Christum lucrari & inueniri in eo per iustitiā. Secundo, per passionis tolerantiā, ibi; *Configuratus &c.* Circa primum, primo oñdit, quæ sit iustitia, quā dereliquit. Secundo, quæ sit quā quærit; ibi; *Sed &c.* Sciendū est aūt, ꝙ iustitia qn̄q; sumitur, vt est specialis virtus, per quā hō ponit rectitudinē in his, quæ sunt ad cōmunē conuictum, & ẽm quod est in his directiua: nā tēperantia est circa interiores passiones. Iustitia autē est ad alterū. Alio modo iustitia dicitur virtus generalis, ẽm qđ hō seruat legē propter bonū cōmune: & hoc modo frequenter in scriptura sacra ponit pro obseruātia diuinæ legis. Psal.118. Feci iudiciū & iustitiā. i. legē, quā seruabat ex amore, quasi motus ex se: & sic est virtus Non aūt si alio modo. i. ex aliqua exteriori causa. s. vel propter lucra, vel propter pœnas, & si obseruatio ei displiceat. Et secundum hoc est duplex modus iustitiæ: vnus est iustitiæ moralis: alius est iustitiæ legalis, per quam, legem non ex amore,

se, sed timore seruat. Et ideo dicit; *Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est*: quia ut dicit Aug. Breuis differentia legis & euangelii est, amor & timor. Rom.8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis &c. Sed si tua est, quomodo est ex lege? Respōdet, immo est mea, quia hu-

Iesu, q̄ exDeo est iustitia in fide, ad cognoscēdū illū, & uirtutē resurrectionis eius, & societatē passiōis illius cōfigurat⁹ morti eius, si qūo occurram ad resurrectionem, est ex mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autē, si quomodo compre-

mana uirtute absq; habitu gratiæ interioris iustificantis facio talia opera, sed ex lege est, sicut a docente. Vel mea est, quòd præsumo p me eam seruare. Roma. 10. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quę ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. De hac iustitia, quā quærit tria dicit. s. modum adipiscendi, actorem, & fructū. Modus est, quia non adipiscitur, nisi ex fide Christi. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dn̄m nostrum Iesum Christum. Ro. 3. Iustitia aūt Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt Actor aūt est Deus, & non homo. Ro. 8. Deus q. iustificat. Rom. 4. Credenti autem in eum, qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiā, ẽm propositum gratiæ Dei. Et ideo dicit; *Quæ ex Deo est &c.* Act. 5. Et Spiritussanctus quem dedit Deus omnibus &c. Fructus est cognitio eius, & virtus resurrectionis eius, & societas sanctorum eius. Et de huiusmodi, secundum duplicem cognitionem, potest dupliciter agi. Vno modo, exponendo de cognitione viæ, & sic oportet tria cognoscere de eo. Primo, eius personam s. ꝙ est verus Deus, & verus homo. Et ideo dicit, ad cognoscendum illum. Io.14. Tanto tpe vobiscum sum, & non cognouistis me &c. Secundo, gloriam resurrectionis eius. Vnde dicit, *Et virtutem resurrectionis eius.* i. resurrectionem virtuosam factam propria virtute, Tertio, qualiter eum imitentur, ibi *Et societatem,* scilicet, vt ei sociemur in passione. 1. Pet.2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exēplum, vt sequamini vestigia eius. Secundo, de cognitione experimentali, & incipit a posteriori, quod est vltimum in executione, & primum in intentione. Primum est agnitio Dei per essentiam, ad quam ducit fides. Hier.31. Omnes cognoscent me, a minimo eorū vsque ad maximum, dicit Dominus &c. Et ideo dicit ad cognoscendum illum. Secundo, quia non solum anima glorificatur, sed ex hoc etiam corpus erit gloriosum. Ideo dicit, *Et virtutem resurrectionis eius,* scilicet ex qua resurgemus. 1.Cor. 15. Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra &c. Tertio, societatem, quia per experientiam habebimus quantum valeat societas passionis eius. 1. Cor. 1. Fidelis autem Deus, per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domini nostri.

Deinde cum dicit *Configuratus &c.* Ostendit, quomodo velit lucrari & inueniri in eo per tolerantiam passionis. Et primo ponit tolerantiam: secundo fructum, ibi *Si quo modo &c.* Dicit ergo, Inueniar non solum habens iustitiam, sed configuratus morti eius, vt patiar propter iustitiam & veritatem, sicut Christus. Gal. vlti. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Fructus uero est, si quo modo &c. Ex passionibus enim hic toleratis, homo peruenit ad gloriam. Rom. 6. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. 2. Timo. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Ro. 8. Si tamen compatimur, vt & cōglorificemur. Et dicit *Si quo modo* propter difficultatem, arduitatem & laborem. Matt. 7. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam &c. Amos.4. Præpara te in occursum Dei tui Israel &c. Christus enim surrexit per potentiam propriam: homo autem non propria potestate, sed gratia Dei. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Vel potest intelligi de occursu sanctorum, quando occurrent Christo descendenti de cœlo ad iudicium. Deinde cum dicit *Non quod iam &c.* Ostendit quomodo differtur suum desiderium. Et primo ostendit, quid de se sentit: secundo hortatur alios, vt idem de se sentiant, ibi *Quicunque enim perfecti &c.* Iterum prima in duas, quia primo ostendit, quomodo deficit a perfectione interna. Secundo hoc exponit, ibi *Fratres, ego me &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit se non peruenisse ad perfectionem. Secundo, quòd ad eam tendit; *Sequor autem &c.* Tendens in aliud, duo intendit, scilicet adipisci quæsitum, & frui illo. Frustra enim quæreret, si non eo frueretur & inhereret. Et ideo dicit; *Non quod iam acceperim,* scilicet gloriam quam quęro. Sap. 5. Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dei sui. Aut iam perfectus sim: 1. Cor. 13. Cūm venerit quod perfectum est, euacuabitur qđ

A ex parte est. Sed contra: Estote perfecti. Matth. 5. & Genes. 17. Esto perfectus. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est perfectio, scilicet patriæ & viæ. Perfectio namque hominis consistit in hoc, quòd adhæreat Deo per charitatem: quia vnūquodque est perfectum secundum modum, quo adhæret suæ per-

hendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres. ego me non arbitror cōprehendisse. Vnū autem (quæ quidē retro sunt obliuiscens, ad ea vero quę sunt priora extendens meipsum) ad destinatū persequor brauium superne vocationis Dei in Christo Iesu.

fectioni. Anima autem potest adhærere Deo dupliciter perfecte. Vno modo, vt totam actionem suā referat in Deū actualiter: & cognoscat, vt cognoscibilis est: & hæc est patriæ. Sed inhæsio uiæ est duplex. Vna de necessitate salutis ad quā omnes tenentur, scilicet ut in nullo cor suum quis applicet ad
B id, quod est contra Deum, sed habitualiter referat totam vitam in eum. Et isto modo dicit Dominus. Matth. 22. Diliges Dominum deum tuum &c Deut.6. Alia est supererogationis, quando quis vltra communem statum inhæret Deo, quod fit remouendo cor a temporalibus, & sic magis appropinquat ad patriam, quia quanto deficit cupiditas, tanto plus crescit charitas. Quod ergo hic dicitur, intelligitur de perfectione patriæ.

Deinde cum dicit, *Sequor autem, &c.* Ostendit conatum ad eam, dicens, *Sequor,* scilicet Christum. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris &c. Io.10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur. Et hoc. *Si quo modo comprehendam.* 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis Sed contra, quia Deus est incomprehensibilis. quia Hier, 31, dicitur, Si mensurari potuerint cœli desursum, & inuestigari fundamanta terræ deorsum &c. Re-
C spondeo, Dicendum est, quòd comprehendere, vno modo est includere: sicut domus comprehendit nos. Alio modo idem est, ꝙ attingere, & tenere. Primo ergo modo est incomprehensibilis: quia non potest includi in intellectu creato, cum sit simplicissimus, quia non perfecte vides eum nec amas, sicut est visibilis, & amabilis: sicut qui nescit demonstrationem, nescit demonstratiue, sed opinatiue. Deus autem perfecte seipsum cognoscit, ut cognoscibilis est. Cuius ratio est, quia res cognoscitur secundū modum sui esse, & veritatis: Deus autem lux est, & veritas infinita, sed nostrum lumen est finitū Et ideo dicit, *Sequor, si quo modo comprehendam:* hoc intelligendo, secundo modo scilicet attingendo Cant. vlti Tenui eum, nec dimittam &c. In quo, & comprehensus sum. Quod tripliciter intelligitur. Nam tota gloria est in dicta Dei comprehensione, vt scilicet Deus sit præsens animæ nostræ. Sed non omnes habent æqualem beatitudinem:
D quia quidam clarius vident, sicut etiam quidam ardentius amabunt, & plus gaudebunt. Vnde quilibet habebit certam mensuram, & hoc ex prædestinatione diuina. Et ideo dicit, *In quo, & comprehensus sum.* Quasi dicat, in tali mensura intendo comprehendere, secundum quod mihi dispositum est a Christo. Vel sequor vt comprehendam, sicut comprehensus sum. Quasi dicat, Vt videam eum sicut ipse me videt. 1. Ioan.3. Videbimus eum sicuti est i. non per similitudinem, sed per essentiam. Vel comprehendam videndo Christum gloriosum. In quo comprehensus sum. i in illa gloria, qua apparuit quando conuersus sum. Deinde cum dicit. Fratres ego, &c. Exponit quæ dixerat: & primo de defectu perfectionis: secundo de sequela, ibi *Vnum autem &c.* Dicit ergo, *Ego, &c.* Quasi dicat, Non sum sic superb⁹, quòd attribuam mihi, quod non habeo, sed sequor, &c. Quod tripliciter legitur. Vno modo sic, *Vnum arbitror,* scilicet ꝙ *Quæ retro sunt, &c.* Vel nō arbitror me comprehendisse, sed prosequor
E vnum s. ad destinatum, &c. Vel non arbitror me comprehendisse illud, supra. Psal.26. Vnā petii &c. Et tunc ostēdit quid deserit, quia vel temporalia lucra, vel temporalia bona, vel merita præterita: quia non debet homo comparare Deo merita præterita. Secundo ostendit ad quid tendit scilicet, *Ad ea &c.* Idest, vel quæ pertinent ad fidem Christi, vel maiora merita, vel cœlestia. Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit &c. Et dicit, *Extendens.* Qui enim aliquid vult capere, extendit se quantum potest. Sed debet cor extendere se per desiderium. Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ ducit ad regnum perpetuum &c. Sed ad quid tendit? *Ad destinatum brauium,* quod est præmium solius currentis. 1.Cor.9. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Dico autem ad hoc brauium destinatum mihi a Deo, *Quod est supernæ uocationis Dei.* Roma. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. Et hoc. *In Christo Iesu,* idest, per fidem Christi.

LECTIO TERTIA.

SVPRA ꝓposuit quomodo ab vltima perfectione deficiebãt: nunc horratur alios ad idem sentiendum. Et primo ponit exhortatio: secundo, quid ab eis necessario exigatur, ibi *Veruntamen ad quod peruenimus &c.* Dicit ergo, *Quicunq; &c.* scilicet, quod ego sentio. s. quòd non sum perfectus. Quomõ ergo si perfecti sumꝰ sentimus, quasi non perfecti? Respõdeo. Dicẽdum, quòd ꝑfecti ꝑfectione viæ, sed non perfecti perfectione comprehensionis, quando. s. tota intentio fertur actu in Deũ. In via vero habitualiter, ꝙ scilicet nihil contra Deum faciamus. Et dicit. *Quicunq;*: qa quanto quis est perfectior, tanto imperfectum se magis cognoscit. Iob. vlt. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere, &c. Heb. 5. Perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni, & mali. *Et si quid aliter, &c.* In Glo. quatuor modis dicitur: & primo, ponuntur duo sensus magis literales. Vnus talis, dico quòd vos sentiatis quod ego. s. vos esse imperfectos. tamen si quid aliter, idest, melius de uobis sapiatis quàm ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationem diuinam donatum. Et quando altius est vobis reuelatum aliquid quod non mihi, non contradico, sed cedo vestræ reuelationi. *Veruntamen nolo*, quòd propter hanc reuelationem ab unitate ecclesiæ discedatis: sed teneamus, ex vnitate illud. *Ad quod peruenimus ut idem sapiamus, &c.* Quæ vnitas ecclesiæ, consistit in unitate veritatis fidei, & rectitudinis bonæ operationis. Et utraque seruanda est 2. Cor. vlti. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c. et eadem regula bonæ vitæ. & operationis. Gal. vlti Quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia &c. Vel aliter: dico etiam si uos propter ignorantiam, vel infirmitatem aliter sapitis, quàm ueritas habet, humiliter confiteamini nec proterue defendatis. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis &c. Vel aliter, dico, quòd idem sentiamus. s. nondum comprehendisse, sed si quid aliter nunc sapiatis, q̃ sapiendum sit in futuro, quia Nunc videmus in speculo, tunc autem facie ad faciem Deus reuelabit in futuro. Psal. 28. Reuelabit condensa &c. Vel aliter, siue sapiatis hic obscure, siue in futuro manifeste, Deꝰ reuelabit, quia fides ex Deo est, *Veruntamen &c.* Non mutatur. Deinde cum dicit *Imitatores, &c.* Inducit ad sui, & aliorum imitationem, vt caueãt malos. Et primo proponit intentionem; secundo rationem, ibi *Multi enim &c.* Dicit ergo, Quia hæc reputo, vt stercora &c. In hoc imitatores &c. Io. 10. Vocem eius audient &c. Ego sum pastor, vos oues meæ per imitationem. 1 Corint. 4. &. 11. *Imitatores mei estote*, sicut & ego Christi &c. Et *obseruate*. i. diligenter considerate, *Qui ita ambulant, sicut ego*. Et uos scire potestis ex regula, & doctrina mea. 1. Timo. 4. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate 1. Pet. 5. Forma facti gregis ex animo. Deinde cum dicit. *Multi &c.* Ponitur ratio monitionis: & primo ex parte vitandorũ: secdo, ex parte imitandorum, ibi. *Nostra autem conuersatio etc.* Ne autem hæc videatur ex odio dicere, præmittit suam affectionem. Secundo ostẽdit, quales sunt vitandi, ibi. *Inimicos &c.* Dicit ergo, Dico quòd imitandi indigent obseruatione, quia quidam aliter incedunt. s. de malo in peius. Psal 81 In tenebris ambulant &c. *Quos &c.* Vobiscum præsens, *Nunc autem, & flens* præ cõpassione. Hier. 9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et huius rationem ostendit, dicens, *Inimicos &c.* Quod describit. Primo ex opere: secundo, ex intentione, ibi *Quorum Deus &c.* Item, circa primum, primo proponit opus: secundo euentum operis ostendit, ibi *Quorum finis &c.* Opus eorum, est exercitium inimicitiæ contra crucem Christi. s. dicentium, quòd nullus põt saluari sine legalibus, in quo euacuant virtutem *Crucis Christi*. Gal. 2. Si enim ex lege iustitia, ergo Christus gratis. i. sine vtilitate mortuus est. 1. Cor. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his aũt, qui salui fiũt. i. nobis virtus Dei est. Et qd euenit? Certe nobis vita per crucem Christi: illis autem cõtrariũ, quia incurrent mortem. Vnde dicit. *Quorum finis, interitus.* s. mortis æternæ. Iob. 28. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidit &c. Deinde describit eos, quantum ad intentionem. Et primo manifestat eorũ intentionem, secundo ostendit, intẽtionis euentum, ibi *Et gloria &c.* Dicit ergo, *Quorũ Deus: &c.* Quasi dicat, Ideo disseminant. s. legalia esse obseruanda ꝑ lucrũ, & gloriã propriam, vt satisfaciant ventri. Roma. vlti. Domino nõ seruiunt, sed suo vẽtri, & per dulces sermones, & bñdictiones seducũt corda innocentiũ. Eccle 6. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Et dicit Deus, quia

Vicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamꝰ; & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formã nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitꝰ, quorum Deus uenter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio, in cęlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationẽ virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

LECTIO III.

CAP. IIII�. LEC. I.

Taque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudiũ meũ, & corona proprium Dei est, vt sit principium primum, & finis vltimus. Vnde, qui pro fine habet aliquid, illud est Deus suus. Itẽ, quæ runt gloriam suam contra illud Ioan. 8. Ego gloriam meam nõ quæro, est qui quærat, & iudicet &c. Sed euentus eorum erit in confusione, Oseæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et hoc eorum, qui terrena sapiunt. i. quibus terrena placent, & ea quærunt. Et hi confundentur, quia status eorum transit. Rom. 8. Si ꝓm carnem vixeritis moriemini, &c. Glo. Quorum Deus. &c. Dei proprium est iustificare: qui ergo in cibis iustificationem ponebant, dicebant, Deum ventrem. Item, est in confusione: quia in confusibilibus. s. in circuncisione pudendorum, & occisione brutorum. Consequenter ostendit, quales sunt imitandi; ibi *Nostra autem conuersatio, &c.* Et primo describit in eis cœlestem conuersationem. Secundo expectationem, ibi. *Vnde et saluatorem, &c.* Tertio, vtilitatem, ibi *Qui reformabit corpus humilitatis.* Dicit ergo, Illi terrena sapiunt, sed nõ est sic de nobis, quia Nostra conuersatio in cælis est, idest perficitur per contemplationem. 2. Cor. 4. Non contemplantibus nobis, quæ videtur, sed quæ non videntur, &c. Item, per affectionẽ, quia sola cælestia diligimus. Item, per operationem, in qua est cælestis repræsentatio. 1. Cor. 5, Sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis, sed quare est ibi conuersatio? quia inde expectamus optimum auxilium. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes &c. Mat. 6. Vbi est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Vnde dicit, *Vnde expectamus saluatorem nostrũ.* Esa. 30. Beati oẽs qui expectãt eũ. Lu. 12. Similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptiis &c. Tria autẽ facit, iste aduentus. Primo, cõmunem resurrectionem. Ideo dicit, *Reformabit corpus humilitatis.* i. abiectionis, quia est mortalitati subiectum. Iob 25. Homo putredo & filius hominis vermis. 1. Cor. 15. Seminat in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute: Hoc corpus sic abiectum reformabit i. ad propriã formam reducet. Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Secũdo, sanctorũ imitationem. Ideo dicit, *Configuratum corpori claritatis suæ.* Corpus siquidem Christi, est glorificatum per gloriã diuinitatis suę & hoc meruit per suam passionem: quicunque ergo participat virtutem diuinitatis per gratiam, & passionem Christi imitatur, glorificabitur. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. 1. Ioan. 3. Similes ei erimus. Matth. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit, *Secundum operationem diuinitatis suæ*, id est, per uirtutem in ipso, *Per quam possit subiicere omnia*, Omnes enim Christo subiicientur, quidam quantum ad salutem, quidã quantum ad pœnam: in primis exercebit misericordiam, in secundis iustitiam. Psalmus. 8 Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. 1. Corinth. 15. Pater subiecit omnia filio. Ioannis 5. Quæcunque pater facit & filius similiter facit.

LECTIO PRIMA.

SVPRA proposuit eis exẽpla sequenda, hic ꝑ admonitionẽ moralem, ostendit qualiter se debeant habere. Et primo ostendit, qualiter se habeant in futurum. Secundo, commendat eos de preterito, ibi, *Gauisus sum autem &c.* Circa primũ duo facit. Primo, monet ad persistẽdum in iam habito. Secundo, ad proficiẽdum in melius, ibi, *Gaudete in Domino semper &c.* Ite rũ prima diuiditur in duas partes. Quia primo inducit ad perseuerandũ in generali. Secundo ponit speciales modos ad singula res personas, ibi, *Euchodiam rogo &c.* Circa primũ, primo cõmemorat ad eos suũ affectum. Secundo ponit monitionem, ibi, *Sic state &c.* Affectum autem suum commendat quintupliciter. Primo secũdum fidẽ, ostendens eos sibi dilectos. Vnde dicit, *Fratres*. s. per fidem. Matt. 23. Omnes uos fratres estis. Secundo, per charitatem. Vnde dicit, *Charissimi*. 1. Corin. 10. Charissimi mihi &c. Tertio, secũdum desiderium. Vnde dicit, *Desideratissimi*. supra. i. Testis est mihi Deus quomodo cupiã &c. Et dico desideratissimi, quia desidero vos, uel quia me desideratis. Quarto, per gaudium. Vnde dicit, *Gaudium meum.* Et hoc. s. quia estis boni Prouer. 10. Filius sapiens lætificat partem &c. Quinto per rationem gaudii. Vnde dicit *Corona mea* 1. Thes. 2. Quæ est enim spes nostra aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne uos? &c. Deinde cum dicit, *Sic state &c.* Ponit monitionem de perseuerantia, dicens, *Sic state &c.* i. sicut ego, perseuerate, vel sic, sicut statis. Matt. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Deinde cum dicit, *Euchodiam rogo &c.* Singulares monitiones ponit. Et primo de concordia. Secundo, de solicitudine aduitorii, ibi, *Etiam rogo te &c.* Hæ duæ mulieres sanctæ ministrabant sanctis in ciuitate Philippensi, & forte erat aliqua discordia inter eas, ideo eas ad concordiam reuocat. 2. Cor. vlt. Idem sapite. Deinde cum dicit, *Etiam rogo te &c.* Quendam rogat vt adiuuaret quasdam personas. Et dicit compar, quia socius erat prædicationis eius. Prou. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas fortis. *Adiuua illas &c.* Et ad hoc rogo omnes, quorum nomina &c. Quod ponit, ne si alios non nominaret, turbarẽtur. q. d. Non est magnum, si non scribo omnium nomina, quia sunt scripta in meliori loco. Matt. 5. Gaudete & exultate &c. Liber vitæ secundum Glos. est prædestinatio sanctorum, & hoc est uerum secundum rem: sed differt ratione. Sciendum est autem, quòd olim erat consuetudo, ꝙ qui ordinabantur ad aliquod officium, uel dignitatem, scribebantur in matricula, sicut milites & senatores, qui palatio cõscripti erant. Omnes autem sancti prædestinati eliguntur a Deo ad magnũ. s. ad uitã æternã. Et hæc ordinatio est prædestinatio. Conscriptio huius ordinationis dicitur liber vitæ: & hæc cõscriptio est in memoria diuina, quia inquantum ordinat, prædestinat. Inquantum uero immobiliter scit, dicitur esse præscriptio. firma ergo notitia de prædestinatis, dicitur liber uitæ. Sed nunquid aliqui inde delentur? Sciendum est, quòd aliqui sunt scripti simpliciter, aliqui inde delentur. Sciẽdũ est, quòd aliqui secũdũ quid. Sunt. n. aliqui prædestinati a Deo, vt habituri simpliciter vitam æternam, & isti sunt scripti indelebiliter. Aliqui, vt habeant vitam æternam non in se, sed in sua causa, inquantum ordinantur ad iustitiam præsentem, & tales dicuntur deleri de libro vitæ, quando excedunt a præsenti iustitia. Deinde cum dicit *Gaudete in Domino &c.* Hortatur eos ad proficiẽdum in melius, & primo ordinat eorum animum ad proficiendum in melius. Secundo actum eorum, ibi *De cætero &c.* Animum autem, ordinat tripliciter, & primo quantum ad spirituale gaudiũ, secdo quantum ad spiritualem quietem, ibi *Nihil soliciti &c.* Tertio, quantum ad pacem, ibi *Et pax &c.* Circa primum, primo describit quale debeat esse nostrum gaudium. Secundo, ostendit gaudii causam, ibi *Dominus prope &c.* Necessarium est enim cuilibet volẽti proficere, quòd habeat spirituale gaudiũ. Prouer. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, &c. Conditiones autẽ quatuor, veri gaudii tangit Apostolus, & primo quòd debet esse rectum, quod est, quando est de proprio bono hominis, quod nõ est quid creatum, sed Deus. Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonũ, est, &c. Tunc autem rectum est, quando in Domino. Ideo dicit, *In Domino*. Nęemiæ. 8. Gaudium Domini est fortitudo vestra. Item, continuum. Vnde dicit. *Semper*. 1. Thes. vlt. Semper gaudete, quod fit qñ non interrumpitur peccato: tunc enim est cõtinuum. Aliquando vero interrumpitur per tristitiam temporalem, quod significat imperfectionem gaudii. Cum. n. qs perfecte gaudet, non interrumpitur eius gaudium, quia parum curat de re, parum durante. Et dicit, *Semper*. Item, multiplicatum debet esse, si. n. gaudes de Deo, imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Luc. 1. Euangelizo vobis gaudium magnũ, quia natus est, &c Item, vt gaudeas de actione. Prouer. 21. Gaudiũ est iusto facere iudicium &c. Imminet etiam tibi gaudium de contemplatione. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuersatio illiꝰ. Itẽ, si gaudes de bono proprio imminet tibi gaudere similiter de bono aliorũ. Itẽ, si d̃ ꝑsenti imminet ẽt de futuro, & ideo dicit, iterum, &c. Item, debet esse moderatũ, ne s. effluat per voluptates, sicut facit gaudium mundi. Et ideo dicit *Modestia uestra, &c.* Quasi dicat, Ita sit moderatum gaudium vestrum, quòd non vertatur in dissolutionem. Iudith vlti. Populus erat iucundus ꝓm faciẽ sanctorum &c Proue. 12. Qui suauis est, viuit in moderationibus. Et dicit. *Nota sit omnibus hominibus*. q. d. Vita uestra sic moderata sit in exterioribus, vt nullius offendat aspectum: impediret. n. cõuersationem vestram. Deinde cum dicit. *Dominus enim prope est.* tangitur causa gaudii. Homo. n. gaudet de propinquitate amici. Dñs qdem prope est, præsentia maiestatis. Act. 17 Non lõge est ab vnoquoq;. Item, est prope ꝑ propinquitatem carnis. Ephe. 2. Qui eratis longe, facti estis prope. Item, est prope per inhabitantem gratiam. Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Item, per exauditionis clemẽtiam. Psal. 144. Prope est Dñs inuocantibus eum. Item, ad remunerandum. Esa. 14. Prope est, vt veniat tẽpus eius, & dies eius non elongabuntur, &c. Deinde cum dicit *Nihil soliciti. &c.* Ostendit, quòd mens nostra debet esse qeta: & primo oñdit superfluam solicitudinem. Secundo oñdit, quid loco eius in mente succedat, ibi *Sed in omni oratione &c.* Et satis conuenienter subdit. *Nihil soliciti &c.* Ad hoc quod dixerat. Dñs prope est. q. d. ipse oia tribuet, vnde non necesse est, quòd sitis solliciti. Matth. 6. Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, qd induamini &c. Sed contra, qa dicitur Rom. 12. Qui præest, in solicitudine. Respondeo. Dicẽdum est, quod solicitudo, qñq; importat diligẽtiã q̃rendi qd deest, & hoc est commendabile, & opponitur negligẽtiæ: qñque anxietatẽ animi cum defectu spei, & timore de obtinendo id circa qd̃ solicitatur, & hanc prohibet Dñs. Matt. 6. Et hic Apo. qa nõ debet desperare, quin Dñs det necessaria. Sed loco solicitudinis debemꝰ habere recursum ad Deũ. 1. Pet. vlt. Omnẽ solicitudinẽ proiiciẽtes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis, Et hoc fit orando. Et ideo dicit, *Sed in omni &c.* Et conueniẽter postq̃ dixit, Dñs prope est, subdit de petitione. Nouo. n. Dño veniẽti, porriguntur petitiones Et ponit quatuor, quæ necessaria sunt in qualibet oratione. Oratio. n. importat ascensũ intellectus in Deũ. Et ideo dicit, *In omni oratione* Eccle. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit &c. Item, debet esse cum fiducia impetrãdi, & hoc ex Dei misericordia. Dan. 9. Neq; s. n. in iustificationibus nostris prosterminus preces ante faciẽ tuã, sed in miserationibus tuis multis &c. Et ideo dicit, *Obsecratione*, quæ est contestatio per Dei gratiam, & eius sanctitatẽ, & ideo se humiliantis est, Prouer. 18. Cum obsecratione loquitur pauper. Et hoc fit cum dicimus, Per passionẽ, & crucẽ tuam &c. Quia vero ingratus de beneficiis accepris, indignꝰ est, vt alia accipiat, ideo subdit. *Cum gratiarum actione*. 1. Thes. vlti. In omnibus gratias agite. Et tunc ꝓponit petitionem. Et ideo dicit, *Petitiones uestræ.* Mat. 7. Petite, & accipietis. Et hæc quatuor si bene considerem⁹, habẽt oẽs orationes ecclesiæ. Primo. n. inuocatur Deus, secdo cõmemoratur diuinum beneficiũ. Tertio, petit beneficiũ. Quarto, ponitur obsecratio, Per Dñm nostrũ &c. Sed notandũ, quòd dicit, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Nunqd Dñs nescit hoc? Ideo hoc tripliciter exponit in Glo. Primo. *Innotescant*, .i. approbentur ante Deum, & appareant quasi dignæ, & sanctæ Psal. 140. Dirigatur domine oratio mea sicut incẽsum in cõspectu tuo &c. Vel innotescant nobis ipsis, quod semper sint apud Deum. q. d. Non oretis propter fauorem populi. Matt 6 Tu autẽ cum orauerís intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio, ora patrẽ tuum in abscondito &c. Vel innotescant his, qui sunt apud Deum

Deum .i. angelis per quorum ministerium deferuntur Deo, non quasi ignoranti, sed quia intercedunt p̄ nobis. Apoc.8. Ascēdit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli corā Deo &c. Deinde cum dicit. *Et pax, &c* Ordinat animū quātum ad pacē p̄ illa supradicta, dispositū. Et hanc per modū orantis optat. Pax s̄m Augustinū, est tranquillitas ordinis, p̄turbatio. n. ordinis est destructio pacis. Hæc ordinis tranquillitas tripliciter cōsideratur. Primo, p̄ut est in principio ordinis. s. in Deo. Ro. 13. Quæ a Deo sūt, ordinata sunt, &c. Ab isto profundo in quo est pax, deriuatur primo, & pfectius in beatos in quibus nulla est p̄turbatio, & nec culpæ, nec pœnæ, & cōsequēter deriuatur ad sanctos viros. Et quāto est magis sanctus, tāto minus patitur p̄turbationē mentis. Ps. 118. Pax multa diligentibus legē tuā, & nō est illis scandalum, sed pfecta ē in beatis. Esa. vlt. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuiū pacis, &c. Quia vero cor nostrū ab omni perturbatione nō potest esse alienū nisi per Deū, oportet q̄ p ipsum fiat. Vnde dicit, *Dei*. Et hoc s̄m q̄ cōsideratur in ipso pricipio, exuperat omnē sensū creatū, qa vt dr .1. Ti. vlt. Lucē habitat inaccessibilē. Iob. 36. Ecce Deus magnus vincēs sciētiā nostrā &c. Et s̄m q̄ est in patria, superat omnē sensum angelorū, sed s̄m quod est in sanctis in via, exuperat omnē sensum humanū nō habentiū gratiā. Apoc.2. Vincēti dabo manna absconditū, & dabo illi calculum &c. Hæc ergo pax *Custodiat corda uestra*. i. affectus vestros, vt ī nullo declinetis a bono. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Item. *Intelligentias vestras*. s. vt in nullo deuietis a vero. Et hoc. *In Christo* Iesu. Per cuius. s. charitatē cōseruatur affectus a malo, & p̄ cuius fidē intellectus pseuerat in vero. Deinde cum dicit. *De cætero &c.* Ordinat actum, & primo inducit eos ad bene agendum, vbi ponit actionis obiectū. s. bonū. quod agitur. Scd̄o, motiuum actus. Tertio, actum. Quarto, fructū act⁹. Hæc quatuor sunt hic. Obiectū aūt boni actus, vel est obiectū cognitionis, vel affectionis. Quantū ad intellectū est verū, quātū ad effectū est bonum. Et ideo dicit, *De cætero*. i. ex quo sic estis firmati, *Cogitate quæ sunt vera per fidem*. Zacha.8. Pacē & veritatē diligite &c. Quantū aūt ad affectū, sciendū est, quòd q̄dam sūt de necessitate virtutis, q̄dam superaddita. De necessitate virtutis sunt tria. Primo, vt integer sit in se, & quantū ad hoc dicit, *Quæcunque pudica*. i. casta. Iacob.3. Quæ de sursum est sapientia, primū q̄dem pudica est, &c. Item, quòd sit directus ad p̄ximū. Vnde dicit, *Quæcumque iusta &c.* Matt.5. Beati q̄ esuriunt, & sitiunt iustitiam &c. Item, ordinatus ad Deū. Vnde dicit. *Sancta*. Luc.1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, oībus diebus nostris &c. Obiecta aūt necessitati superaddita sunt duo, primo, q̄ sit inductiuū ad amicitiā; Secūdo, q̄ sit cōseruatiuū bonæ famæ. Quātū ad primū dicit. *Quæcunq; amabilia* i. q̄ inducūt ad mutuā amicitiā. Ecc.7. Nō te pigeat visitare īfirmū. Ex his. n. ī dilectione firmaberis. Prou.18. Vir amicabilis ad societatē, magis amicus erit q̄ frater. Quātū ad scd̄um dicit. *Quæcūq; bonæ famæ*. Multa. n. possent fieri cū bona cōsciētia, q̄ tn̄ p̄p famā sunt dimittenda. Eccle.41. Curam habe de bono nomine. Hoc. n. magis permanebit, q̄ mille thesauri magni, & p̄tiosi. Motiuū ad operandum est duplex. Primo, inclinatio interioris habitus. Secundo, exterior disciplina, seu instructio. Quantū ad primum dicit. *Si qua virtus*. i. habitus virtutis est in vobis. s. inducat uos ad hoc. Eccle.44. Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificātes in domibus suis. Quantū ad scd̄um dicit, *Si qua laus* .i. laudabilis disciplina. s. est in vobis, facite bona. Psal.118. Bonitatē, & disciplinā & scientiā doce me, &c. Et exponit qualis sit ista disciplina dicens. *Hæc cogitate*. s. quæ didicistis, me docente. Matt.11. Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde &c. &. 1. Thess.2. Cū accepissetis a nobis verbū auditus Dei, accepistis illud, non vt verbū hoīum, sed sicut est vere verbū Dei &c. Et vidistis per exempla. Sic. n. patet motiuū actus, & obiectum, quia disciplina habet p doctrinā. Et oportet, q̄ primo capiat. vnde dicit. *Hæc cogitare*. Item, q̄ ei assentiat. Vnde dicit. *Et didicistis, & accepistis*. Itē habetur p auditū, & visū. Vnde dicit *Quæ audistis, & uidistis*. Bon⁹ act⁹ est duplex. s. vn⁹ interior q̄ ponitur, ibi *Hæc cogitate*. 1. Ti.4 Hæc meditare: exterior, ibi. *Agite*. Esa.1. quiescite agere puerse, discite bn̄facere &c. Fructus est Deus, ibi *Et Deus pacis &c.* quasi dicat: Si hoc feceritis, erit vobiscū De⁹. 2. Cor. vl. Pacē habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscū.

Lectio II.

Gauisus sum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico: ego. n. didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat. Veruntamen benefecistis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem, & vos Philippenses, quòd in principio euāgelii, quādo profectus sū a Macedonia, nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, qa & Thessalonicam semel, & bis in usū mihi misistis. Non quia quęro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia, & abundo: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desideriū uestrum, secundum diuitias suas in gloria in Christo. Deo autem, & patri nostro gloria in secula seculorum Amen. Salutate oēm sanctū in Christo Iesu, Salutant vos oēs qui mecū sunt fratres. Salutāt uos omnes sancti, maxime aūt q̄ de Cæsaris domo sunt. Gratia Dn̄i nostri Iesu Christi cū spiritu uestro. Amē.

LECTIO SECVNDA.

Superius ostendit Apostolus qualiter fideles se debeant habere in futurum, hic commendat eos de præterito sibi impenso beneficio. Et primo ponit commendationem: scd̄o terminat epistolam in oratione, & salutatione ibi, *Deus autem &c.* Circa primum duo facit. Primo commēdat eos de beneficio impenso: secūdo beneficiū diffusius exponit, ibi, *Non quasi &c.* Item, prima pars diuiditur ī tres particulas, quia primo ponit gaudiū cōceptum ex eorū bn̄ficio: Scd̄o commendat eorum beneficiū ibi *Quoniam tandem &c.* Tertio, excusat tarditatem, ibi *Occupati, &c.* Dicit ergo: moneo vt gaudeatis, sed ego gauisus sum propter ea quæ fecistis, non in rebus, sed in Domino. Abac.3. Ego autem in Domino gaudebo &c, Gauisus sum inquam, vehementer, q̄a p̄p filios meos, Deinde ponitur materia gaudii, ibi *Quoniam tandem, &c.* Bona opera sunt opera misericordiæ, & dicuntur flores, quia sicut ex flore fructus prouenit, ita ex eis fruitio vitæ beatæ percipitur. Eccle.24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Quando ergo opus bonum intermittitur, & postea resumitur, dicitur reflorere. Isti autem aliquando prouiderāt Apostolo, & iterum nunc prouiderunt, ideo dicit eos refloruisse, & hoc exponit cū subdit. *Pro me sentire*, idest, mihi compati, supra.1. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis &c. 1. Mach.10. Quæ nostra sunt, sentias nobiscum, vt conserues amicitias ad nos &c. Sicut & olim sentiebatis. s. quando mihi prouidistis. Et hoc tandem aliquando, quia licet tarde, tamen aliquando fecistis. Rom.1. Si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam &c. Deinde cum dicit, *Occupati &c.* Excusat tarditatem q. d. Non imputo negligentiæ vel culpæ, sed necessitati, quia eratis occupati propter tribulationes quas passi estis. Eccl.40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus &c. Deinde cum dicit *Non quasi propter*. Beneficium exponit, & primo causam gaudii. Secundo beneficium quo floruerunt, ibi *Scitis autem, & uos*. Tertio commemorat beneficium præsens, ibi, *Habeo autem omnia*. Item primo, excludit causam gaudii æstimatam. Secundo, declarat propriam mentis constantiam, ibi. *Ego enim didici &c.* Tertio, approbat beneficentiam, ibi, *Veruntamen bene fecistis*. Dicit ergo, Non gaudeo propter penuriam a uobis propulsam, quæ grauis erat. Esa.48. Elegi te in camino paupertatis. Sed tamen non deprimit animum, nisi eorum qui in diuitiis delectantur, aut qui gloriantur in substantia. Et ideo, Apostolus non tristatur de paupertate, cuius ratio est constantia mentis eius, quam primo ponit. Secundo causam eius, ibi *Omnia possum, &c.* Item primo, ponit constantiam in speciali casu. Secundo, generaliter in omnibus, ibi, *Vbique &c.* Dicit ergo, paupertatem non timeo, quia didici &c. Nihil demonstrat ita mētem sapientis perfecti, sicut q̄ sciat vti quolibet statu. Sicut enim est bonus dux, qui in quolibet exercitu operatur s̄m exigētiā eius, & coriarius, q̄ ex quolibet corio facit optimos sotulares, sic ille perfectus est, qui scit vti quolibet statu, vt si sit in magno non eleuetur, & si in minimo non deiiciatur. Et ideo dicit, *Didici &c.* Esa. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii, &c. Et hoc sufficit si parum habeo: si multum, scio me contemperare. Et ideo se exponit, dicens. *Scio humiliari*. Humilitas autem quandoque dicit uirtutem quandam. Luc. 14. & 18. Qui se humiliat exaltabitur. Quandoque deiectionem. Psal. 104. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Et sic loquitur hic, dicens, *Scio humiliari*, idest abiectionem sustinere moderate, sicut oportet. Et quia homines exaltantur per diuitias, & deprimuntur per paupertatem, ideo exaltationem vocat abundantiam. Et in vtroque est periculum, quia ex abundantia erigitur animus contra Deum, ex paupertate deiicitur. Et ideo dicitur Prouerb.30. Paupertatem, & diuitias ne dederis mihi. Sed Apostolus loquitur melius, quia virtute in utroque scit uti, & hoc vbique, idest, in omni loco, negotiis, statibus, & conditionibus institutus sum. 2. Cor.6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, &c.

Deinde cum dicit. *Omnia possum &c.* Ponit causam suæ constantiæ, dicens. *Omnia possum*. quasi dicat, Non possem hos insultus sustinere, nisi manu Dei me confortante. Ezec.3. Manus Domini erat mecum. Esa.40. Qui sperant in Domino, habebunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ &c. Sed nunquid

nūquid superfluit quod misimus, cū scias egere? Non, quia licet sciam, *Penuriam pati*, quod est virtus, tamē non debet mihi subuentio subtrahi. Rom.12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Heb.10. Nā, & vinctis cōpassi estis: & sic patet causa gaudii. Secundo, commemorat præteritum beneficium, ibi, *Scitis autem*. A quibusdam enim nihil accipiebat. s. Corinthiis, & Thessalonicensibus, & q̄a Corinthii erāt auari, & cum turbatione ministrassent, & quia Thessalonicenses erant otio dediti, laborabat dans eis exemplum laborandi. Isti vero erāt boni in absentia, & præsentia. Vnde dicit. 2. Cor. 11. Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. In ratione dati spiritualis, & accepti temporalis. 1. Cor.9. Si nos vobis spiritualia seminauim⁹, nō magnū est si nos carnalia vestra metamus? Quia & Thessalonicam, &c. Et hoc est argumentum, quòd Papa pōt ab vna ecclesia accipere in subsidium aliarum, non autem sine quacunque causa. Sciendum est autem, quòd cum quis dat aliquid alicui, duo sunt consideranda s. substantia muneris, & meritum dantis. Qui gaudet de temporalibus, gaudet de substantia muneris, nec quærit nisi dantem, & hic est mercenarius. Qui autem quærit dantis meritum, quęrit fructum virtutis, & iustitiæ, & talis est pastor. Fructum inquam, qui abundat in ratione vestra. Ratio dicitur dupliciter, vel secūdum quod est virtus animæ, & sic omnis virtus est rationis. Roma 12. Rationabile obsequium vestrum. Quandoque est ratiocinatio, & computatio. Matth.18. Qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Ideo dicit abundantiam in ratione, quia plus dabant, quàm tenerentur quia quidam tantum in præsentia, sed isti etiam mittebant Romam. Habeo autem, quæ misistis. Repletus sum acceptis. s. his q̄ misistis. *In odorem, &c.* Leuit.3. & .4. Offerte holocaustum in odorem suauitatis Domino. Est enim odor Deo suauis, deuotio offerentium, & inter omnes hostias multum valent eleemosinæ. Heb.13. Beneficientiæ autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Deinde cū dicit, *Deus aūt &c.* Finit epistolam in oratione, & primo ponit orationē, *Deus autem meus*. Vnus Deus est omnium per creationem, & potentiam, sed meus, q̄a singulariter ei seruio. Rom. 1. Testis enim est mihi Deus cui seruio. Impleat, &c. Quia implestis meū. Et hoc potest Dominus, quia abūdat secundum diuitias. Rom. 10. Item, Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocāt illum, &c. Et hoc verum, in gloria. s. sua, quia ibi implebitur totum desiderium. Psal. 16. Statiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et hoc in Christo, idest, per Christum. 2. Pet.1. Per quem maxima nobis, & pretiosa donauit Et de omnibus his sit Deo trinitati, & patri nostro gloria. 1. Tim.1. Soli Deo honor, & gloria in secula seculorum. Seculum est spacium, seu duratio generationis aut memoriæ hominum. Posita primo oratione, & secundo gratiarum actione, tertio ponit salutationem dicens. *Salutate omnem sanctum*, idest, fideles in Christo, quia per Christum sanctificati. Heb.13. Vt sanctificaret per suum sanguinē populum, extra portam passus est. *Maxime, &c.* Et per hoc intelligitur, q̄ multos de familia Cæsaris conuertit. supra primo, Vt vincula mea manifesta in Christo fierent in omni prætorio, & cæteris hominibus, &c. Quàmuis aūt Matt.11. dicat, Qui mollibus vestiuntur in domibus regū sunt, tamen ad p̄mouendum bonos, & impediendum malos, videtur licitum sanctis in curiis regum commorari, sed non propter delitias, & concupiscentiam voluptatum. Et dicit, q̄ de Cæsaris domo sunt, vt eos animet ad gaudium, & ad fidē. Deinde ponit suam salutationem de manu sua dicens. *Gratia Domini, &c.*

Finis expositionis. D. Tho. Aquinatis in Epistolam ad Philippenses.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

ROTEGEBAT castra gladio suo &c. 1. Mach. 3 Hæc verba congruunt materiæ huius epistolæ ad Colossenses, quia totus status huius vitæ est in pugnatione militantium, quorum habitacula castra dicuntur. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram: ideo habitacula fidelium, nomine castrorũ figurantur. Vnde ecclesia similitudinẽ habet castrorũ Gen. 32. Castra Dei sunt hæc. Hæc castra tripliciter impugnantur. A quibusdã quasi obedientibus, qui manifeste se erigunt contra Ecclesiam. Apoc. 20. Ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierũt castra sanctorũ, & ciuitatẽ dilectã. Ab aliis latenter decipit sicut ab hæreticis. Ro. vlti. Per dulces sermones, & bñdictiones, seducũt corda hoium &c. 2. Ti. 3. Mali aũt hoies, & seductores proficient in peius, errãtes & in erroré mittẽtes, &c. A quibusdam, scilicet domesticis, per diuersas corruptelas peccatorũ, quæ sunt ex corruptione carnis. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes &c. Prælati ecclesiæ sunt duces. Psal. 67. Principes Iuda duces eorum. Ad quorum officium pertinet, contra omnia prædicta castra ecclesiæ munire. Contra peccata quidem, per exhortationes. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Cõtra hæreticos, per sanam doctrinam. 1. Tim. 1. Amplectentem eũ, qui secundũ doctrinã est fidelem sermonem &c. Contra persecutores, exemplo scilicet patienter tolerando. Sic Paulus protexit gladio spirituali, qa in suis epistolis corripiebat peccata, confutabat hæreses, animabat ad patientiam. De primo, Ephe. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. De secundo, Tim. 3. Hæreticum hominem, post primam, & secundam correptionem deuita &c. De tertio. 2. Cor. 11. per totum patet, quomodo animabat ad patientiam. Et sic tanguntur duo in verbis propositis, scilicet ecclesiæ status, cum dicitur Castra, & Apostoli studium; ibi, Protexit. In castris autem, debet esse solicitudo ad mala vitanda. Deut. 23. Vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis. Item, ordo ad ducem, & ad se. Can. 7. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Gene. 32. Castra Dei sunt hæc. Item, terror ad hostes. Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Sed Apostolus circa protectionem erat solicitus tanquam pastor: cuius est dirigere oues diligenter ne errent. Ioan. 10. Ante eas vadit &c. Et sic Apostolus faciebat. Philip. 3. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Item, pascere abundanter, ne deficiant: 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est Domini gregem, &c. Et sic Apostolus faciebat 1. Corinth. 3. Tanquam paruulis lac dedi vobis. Item, defendere potenter, ne pereant. Eccle. 7. Noli velle fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, & vel vrsus &c. Et ideo dicit, quòd Apostolus Protegebat castra, idest ecclesiam Dei gladio, quod est verbum Dei, vt dicitur Ephes. 6. Hebr. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti &c. Sic ergo materia huius epistolæ est hæc. Quia in epistola ad Ephesios ostendit mo dum Ecclesiasticæ vnitatis. In epistola ad Philippenses ostendit, eius profectum & conseruationẽ. In hac autem, agit de eius conseruatione cõtra hæreticos, q̃ deprauauerãt eos se ducendo, &c.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: his qui sunt Colossis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

LECTIO PRIMA.

G DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationem, & tractatum, ibi. *Gratias, &c.* Item, primo ponuntur personæ salutantes. Secundo, personæ salutatæ, ibi *His qui sunt*. Tertio, bona optata, ibi. *Gratia uobis*.. Circa primũ, primo ponitur principalis persona. Secundo adiũcta, ibi. *Et Timotheus*. Principalis primo tangitur ex nomine Paulus, idest humilis. Tales, n percipiunt sapientiam. Matt. 11. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Et ideo docet eam. Secundo ab officio scilicet, Apostolus, idest missus scilicet, ad procurandum salutem fidelium. Act. 13. Segregate mihi Saulũ, & Barnabã in opus, ad quod assũpsi eos. Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et Apostolus, non cuiuslibet, sed Iesu Christi, cuius gloriã quærit, nõ suiipsius 2. Cor. 4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Sed quidam aliquando perueniunt ad officium ex ira Dei propter peccatum populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Osee. 13. Dabo tibi regẽ in furore meo. Et ideo dicit. *Per uoluntatem Dei* scilicet, eius beneplacitum. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Persona adiuncta est Timotheus, vt scilicet In ore duorum, vel trium, stet omne verbũ, vt dicitur Deute. 17 Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Personæ salutatæ ponuntur, ibi *His, &c.* Sancti dicuntur maiores. Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso. Fideles dicuntur minores, qui saltem veram fidem tenent, quia Sine fide impossibile est placere Deo, vt dicit Heb. 11. *Vel sanctis*, idest, in baptismo sanctificatis, *& fidelibus*, idest permanentibus in fide accepta. Prouer. 28. Vir fidelis multum laudabitur, &c. Deinde ponuntur bona optata, scilicet gratia, q̃ est principium omnis boni Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Pax quæ est finale bonum omniũ. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Et per consequens optat omnia bona media. Et hoc. *A Deo*. Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. *Patre Domini, nostri Iesu Christi*, scilicet per naturam, sed nostro per gratiam. *Et Domino Iesu Christo*, & sic patre nostro, scilicet Deo in trinitate, & Domino Iesu Christo, quantum ad naturam assumptam.

LECTIO II.

GRatias agimus Deo, & patri Domini nostri Iesu Christi, semp pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quã habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est uobis in cælis; quam audistis in verbo

LECTIO SECVNDA.

HIc accedens ad propositum, incipit epistolarem tractatũ. Et primo, commendat euangelii veritatem. Secundo, contra contrariantia protegit veritatem status huius in. 2. cap. ibi, *Volo enim scire uos*. Circa primum duo facit. Primo, commẽdat euangelicæ fidei veritatem. Secundo, actorem huius status, ibi *Qui est imago*. Item, prima in duas, quia primo agit gratias pro beneficiis specialiter exhibitis Colossensibus. Secundo, pro exhibitis generaliter ecclesiæ, ibi *Gratias agentes*. Circa primum duo facit, qa primo, commendat gratiarum actionem Deo pro istis. Secundo, ostendit orationis materiam, ibi *Audientes*. Iterum, prima in duas, quia primo præmittit gratiarum actionem. Secundo, orationem, ibi *Orantes* Dicit ergo, *Gratias agimus Deo*, actori gratiarum. 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite. Et hoc, *Semper*, pro præteritis, & futuris. Licet enim non continue in actu possimus orare, tamen semper ex habitu charitatis debemus orare, 1. Thes. vlt. Sine intermissione orate. Luc. 18. Oportet semper orare. Deinde ponitur materia: & primo gratiarum actionis.

Secundo

Secundo orationis, ibi, Ideo, & nos. Circa primum, primo commemorat bona eorum. Secundo, quomodo fuerunt ea adepti, *Quam audistis*. Bonum nostrum principaliter, est in fide, spe, & charitate, per fidem enim habemus notitiam Dei, per spem, eleuamur in ipsum, sed charitate vnimur ei. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc &c. Et ideo de istis tribus gratias agit: primo quòd fidem habent. Non enim ipse prædicauerat eis, sed quidã discipul⁹ Epaphras nomine: & postea Archippus. Et ideo dicit, *Audientes fidẽ*. quæ est principium spiritualis vitæ. Abac. 2. Iust⁹ me⁹ ex fide viuit. Heb. 11. Accedẽtẽ ad Deũ oportet credere &c. Sed hæc fides sine dilectione operãte, est mortua vt dicit Iac. 2. Et ideo oportet, q̃ adsit dilectio opans. Gal. vlt. in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet neque præputium, sed noua creatura. Et ideo dixit. *Et dilectionem quam habetis*, *&c.* Est aũt q̃dam dilectio charitatis, & q̃dã mũdana, sed mũdana nõ se extendit ad omnes, quia dilectio talis ad illos est, cum quibus est communio, quæ est causa dilectionis, & hæc causa in dilectione mundana, non se habet ad omnes, sed tantum est cum consanguineis, & mundanis, sed dilectio charitatis se extendit ad omnes. Et ideo dicit. *In omnes*. Nam, & si peccatores diligantur per charitatem, hoc est ut sint aliquando sancti. 1. Ioan. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Item, dilectio mundi habet fructum in hoc mundo, sed charitas habet in vita æterna. Et ideo tertio subdit, de spe, dicens. *Propter spem quæ reposita est*, idest, propter gloriam æternam, quæ ideo dicitur spes, quia pro certo custoditur. Iob. 19. Reposita est hæc spes mea in sinu meo Deinde cum dicit. *Quam ante audistis* Ostendit, quomodo adepti sunt ista. Et primo, commendat doctrinam euangelicam. Secundo, ministerium, ibi. Sicut didicistis. Item, primo commendat doctrinam a veritate. Secundo, ab eius dilatatione, ibi, *Quod peruenit*. Tertio, a profectu, ibi. *Et fructificat*. Dicit ergo. *Quam audistis*. Scilicet spem, vel rem sperãtam. Et hoc *In verbo ueritatis euangelii*. Hec enim excedit omnia. 1. Cor. 2. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Et ideo Deus eam reuelat. Matt. 3. Pænitentiam agite, approp inquabit enim regnum cælorum. Hæc autem est spes vera, non autem est uana (sicut quando promittens est mendax) quia in verbo veritatis. Ioan. 17. Sermo tuus veritas est. Deinde cum dicit. *Quod peruenit*. Commendatur doctrina Christi a dilatatione: quia non solum peruenit ad vos, sed in uniuerso mundo. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Matt. 24. Oportet hoc euãgelium regni prædicari in uniuerso orbe, & tunc erit consummatio. Sed quomodo nõdum est consummatio, cum sit prædicatum in vniuerso mundo? Respondeo: Aliqui dicunt, quod euangeliũ Christi non est euangelium regni. Sed hoc est falsum. quia Dominꝰ dicit, hoc euangelium regni. Sed dicendum est secundum Chrysostomum, quod adhuc uiuentibus apostolis, euangelium Christi est diuulgatum per totum mundum, saltem quantum ad famam, quod est valde miraculosum, quod in quadraginta annis sic creuerit doctrina Christi. Et sic dicit. *In uniuerso mundo*. Quantum ad famam, & tunc erit cõsummatio, idest, destructio Hierusalem. Secundum August. autem, hoc non est uerum, qa adhuc tempore suo erant aliquæ gentes, in quibus nondum erat ecclesia. Et ideo ipse dicit hoc esse intelligendum, quando prædicabitur: ita quòd, quando in omnibus Gentibus ecclesia erit fundata, licet aliqui sint credentes, aliqui non, tunc erit finis, & hoc non tempore Apostoli, sed circa finem mundi, & sic quando hic dicitur in vniuerso mundo, loquitur Apostolus de futuro sicut de præsenti propter certitudinem euentus. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Potest tamen dici, quòd secundum famam est diuulgatum per totum mundum, sed nõ secundum fundationem. Deinde commendat doctrinam Christi quantum ad fructum per bona opera, ibi. *Et fructificat*. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis &c. Matt. 13. Fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. *Et crescit*, scilicet in multitudine credentium. Actuum. 2. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Et hoc magnæ potestatis fuit, quia sicut in uobis, ita & in aliis. Audistis prædicationem, & cognouistis ap-

A probando. Cõsequẽter cõmẽdat ministeriũ triplicíter. Primo, p cõparationẽ ad se. Scdo, p cõparationẽ ad ipsos. Tertio, quantũ ad vtrosq;. Dicit ergo. *E docti estis*, p euangeliũ. *Sicut ab Epaphra didicistis cõseruo*. Apocalip. vltimo, Conseruus tuus sum, & frãtrum tuorum. *Qui est fidelis minister*. Scilicet non quærens quæ sua sunt. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Chri, & dispensatores mysteriorũ dei, & cætera. Qui est fidelis, scilicet mediator inter Apostolum, & istos. *Qui etiam manifestauit*, idest, significauit, &c.

LECTIO III.

SVPRA posuit materiam gratiarum actionis, ostendens pro quibus bonis gratias egit: hic ostendit orationem innuens quid pro eis petit. Et primo, præmittit conditiones orationis. Secundo, subdit bona petita, ibi *Vt impleamini*. Oratio tres habet conditiones. Primo, quod sit tempestiua. Vnde subdit. *Ex qua die, &c.* supple cepimus orare. Hiere. 31. Ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius &c. Secundo, quòd sit continua, ibi. *Non cessamus, &c.*. 1. Regum. 12 Absit autem a me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro uobis. Rom. 1. Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Tertio, multiplex & perfecta, ibi, *Orantes, & postulantes*. Oratio est ascensus mentis in deum. Postulatio est rerum petitio. Oratio debet præcedere vt deuote petens exaudiatur, sicut petentes præmittunt persuasionem ut inclinent, sed nos debemus præmittere deuotionem, & meditationem dei, & diuinorum, non vt eum flectamus, sed vt nos erigamus in eum. Tria autem petit, s. cognitionem veritatis, ibi. *Vt impleamini*. Operationem virtutis, ibi. *Vt ambuletis*. Tolerantiam malorum, ibi. *In omni patientia*. Triplicem vero cognitionem optat, scilicet agendorum. Vnde dicit. *Vt impleamini agnitione. &c.* idest, ut plene cognoscatis voluntatem dei. 1. Thessa. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis &c. Ille ergo cognoscit voluntatem dei, qui in sanctitate uiuit. Qui ergo peccat, non cognoscit volũtatem dei: quia omnis peccans est ignorans. Roma. 12. *Vt probetis* quæ sit uoluntas dei &c. Item, cognitionem diuinorum, ibi. *In omni sapientia*, quæ est cognitio diuinorum, secundum August. Sapien. 1. Sentite de domino in bonitate. Item, spiritualium donorum, ibi *Et intellectu spiritaliũ*, idest, non harum corporalium rerum. 1. Cor. 2, Nos aũt non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et apte coniunguntur hæc duo, sapientia, & intellectus, quia minor est sapientia si intellectu careat (vt dicit Gregorius.) Et inutilis est intellectus sine sapientia, quia sapientia iudicat, & intellectus capit: & non valet capere nisi iudicet, & econuerso. Glosa dicit, quòd primum sumitur generaliter. Secundum pertinet ad actiuam uitam. Tertiũ, ad contemplatiuam. Nec sufficit cognoscere, quia scienti bonũ & non operanti, peccatum est illi, ut dicitur Iaco. 4. Vnde oportet, quòd adsit virtuosa operatio, quam primo tangit, ibi. *Vt ambuletis digne deo*. Indigne enim ambulat, qui non viuit sicut decet filium dei. 2. Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia &c. 1. Thessa. 4. Sicut prædiximus, & testificati sumus Secundo tangit rectam intentionem, ibi *Per omnia placentes*. Sapien. 4. Placens deo factus est dilectus. Tertio, studium proficiendi, ibi. *In omni opere bono &c.* Semper enim homo debet niti ad vlterius bonum. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Roma. 6. Habetis fructũ vestrum in sanctificationem &c. Ad fructificationem sequitur augmentum scientiæ, ideo dicit. Et crescentes, &c. Ex hoc enim quòd aliquis studet implere mandata, disponitur ad cognitionem Psalmus. 118. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sapien. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis. Et dicit dei, non mundi. Sapien. 10. Dedit illi scientiam sanctorum, &c. Deinde tangit tolerantiam malorum: quia ad uirtutem non sufficit, scire vel velle, nisi immobiliter operetur: quòd non põt esse sine patientia, & malorum tolerantia. Et ideo dicit. *In omni uirtute confortati*. Ecclesiast. 47. Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Quæ virtus est a deo. Vnde dicit *Secundum potentiam claritatis eius*. Ephe. 6. Confortamini in domino, sed addit *Charitatis eius*, idest Christi, qui est claritas patris, quia pergere ad peccatum, est pergere ad tenebras. Sapien. 7. Vapor est enim virtutis dei, & emanatio quædã est claritatis

omnipotenti

omnipotentis dei sincera. Deinde cum dicit. *In omni patientia, &c.* Petit eis tolerantiã in aduersis. Quidam enim deficiũt vel pp difficultatẽ aduersorũ, & ideo oportet habere patiẽtiã. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel pp dilationem præmii. Et ideo dicit, *Et longanimitate*, quæ facit sustinere rem promissam Abac.2, Si moram fecerit, expecta eũ &c. Heb.6, Longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Sed aliqui hæc duo vitant, sed cum tristitia. Contra hoc dicit *Cum gaudio*. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tẽtationes inciderritis, &c. Deinde cum dicit. *Gratias agentes, &c.* Agit gratias pro beneficiis exhibitis omnibus fidelibus. Et hoc pro beneficio gratiæ, quod primo ponit. Secundo, pro fructu gratię, ibi *Qui eripuit*. Dicit ergo, *Oramus pro uobis agentes gratias Deo*, scilicet creanti: *Et patri*, scilicet adoptanti, *Qui dignos, &c.* Dixerunt aliqui quòd dona gratiarum dantur pro meritis, & quòd deus dat dignis gratiã, non autem indignis, ideo hoc excludit Apostolus, quia quicqd habes dignitatis & gratiæ, hoc deus fecit in te, ergo, & effectus gratiæ. Et ideo dicit. *Qui dignos nos fecit &c.* 2. Corinth. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis &c. In partem sortis sanctorum, &c. Omnes homines de mundo ẽm naturam sunt boni. Et ideo iustum est eos aliq̃ partẽ habere dei. Mali quidem, partem habent voluptates, & temporalia. Sapientiæ. 2. Hæc est pars nostra, & hæc sors nostra: Sancti uero habent ipsum deũ partẽ. Tren. 3, Pars mea dominus. Ps. 15. Dñs pars hereditatis meæ. Et ideo dicit. *Qui dignos &c.* Et addit, *Sortis*, quia dupliciter aliquid diuidunt. Quandoque p electionem, quando vnus hanc, alius illam partẽ elegit. Aliquando sorte. Pro. 18, Cõtradictiones comprimit sors. Hæc aũt pars cedit sanctis, non per electionẽ propriam. Ioan. quintodecimo, Non vos me elegistis, sed ego elegi uos, sed quia ipse deus elegit uos. Sors.n. nihil aliud est q̃ committere aliquid diuino iudicio. Sors aũt triplex est, s. consultoria, diuinatoria, & diuisoria, Prima autem in temporalibus non est mala. Scda vana est, & mala. Tertia in necessitatibus aliquando ꝑmittenda, sed hæc per se est possessio luminis. 1. Timot. vlt. Lucem habitat inaccessibilẽ. Iob. 36. In manibus abscondit lucem &c. Et ex hac parte seqtur effectus gratiæ, s. transtatio de tenebris ad lucem. Et ideo primo ponit translationem. Scdo, modum in quo homines ante gratiam sunt serui peccati. Nam cum peccatum sit tenebra, ideo sũt in potestate tenebrarum: siue dæmonum, siue peccatorum. Eph. vlt. Aduersus rectores mundi tenebrarum harum, &c. Esa. 49. Captiuitas a forti tollitur, &c. *Et transtulit &c.* idest vt essemus regnum dei. Io. 19. Regnum meum non est de hoc mundo &c. Et hoc fit quando liberamur a peccato. Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum &c. vel ad literam, vt vitam æternam, Mat. 3. &. 4. & 10 Appropinquabit regnum cælorum. Et hoc est quod dicit. *Regnum filii dilectionis suæ*. Dilectio, vt dicit Aug. in Glo. quandoq; dicitur Spiritusanctus qui est amor patris, & filii. Sed si dilectio sic semper teneretur personaliter, tunc filius esset filiꝰ Spiritussancti, sed quandoque dicitur essentialiter, vt dicitur in Glo. Filii ergo dilectionis suæ, dr. 1. filij sui dilecti, vel filii essentiæ suæ. Sed nunq̃d hæc est vera. Filius ẽ filius essentiæ patris? Dicendum est, quòd si genitiuus designat habitudinem causæ efficientis. est falsum: quia essentia non generat, nec generatur. Si autem designat formam, idest habens essentiam suam, quasi materialitet, sicut dicitur aliquid ægregiæ formę, idest habens ægregiam formã, sic est uera. Ioan. 3. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Deinde cum dicit. *In quo habemus, &c.* Ostẽdit modum translationis. Homo enim existens in peccato, dupliciter tenebatur subditus, s. per seruitutem. Ioan. 8, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Item, erat reus pęnæ, & auersus a deo. Es. 59, Iniquitates vestrę diuiserũt inter vos, & deũ uestrũ, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. Hæc duo remouet Christus, quia inquantum homo, factus est pro nobis sacrificiũ, & redemit nos in sanguine suo. Et ideo dicit, In quo habemus redemptionem. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno. Sed inquantum est deus, habemus per eum peccatorum remissionem, quã reatus peccati solutus est per eum.

ni virtute confortati secũdum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, cum gaudio gratias agentes deo, & patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum filii dilectionis suę, in quo habemus redẽ-

LECTIO QVARTA.

POstquàm superius commemorauit gratiæ beneficia specialia, & vniuersalia: hic commendat authorem huius gratiæ, scilicet Christum. Et primo per comparationem ad deum, secdo generaliter, per comparationem ad totam creaturam, ibi. *Primogenitus*, tertio specialiter, per cõparationem ad ecclesiam ibi. *Et ipse est caput*. Circa primum notãdum est, quòd deus dicit inuisibilis, quia excedit capacitatem visionis cuiuscunq; intellectus creati, ita quòd nullus intellectus creatus naturali cognitione põt pertingere ad eius essentiam. Iob. 36, Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. 1. Timo. vlti. Lucem habitat inaccessibilẽ. Videtur ergo a beatis, ex gratia, non ex natura. Ratio huius assignatur a Dionysio, quia omnis cognitio terminatur ad existens, idest, ad aliquam naturam participantem esse. Deus autem est ipsum esse, nõ participans, sed participatum, ergo est incognitus. Huius ergo dei inuisibilis, filius est imago. Sed videndum est, quomodo dicatur imago dei: & quare dicatur inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria, scilicet, quòd sit ibi similitudo, q̃ deducta sit, vel expressa ex eo, cum quo est similitudo, & quòd deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vel signum speciei. Si enim sunt duo similia quorum unum non deriuetur ab alio, neutrum dicimus alterius imaginem, sicut ouum non dicitur imago oui. & ideo ab imitando dicitur imago. Itẽ, si sit simile, sed nõ quãtum ad speciem, vel signum speciei, tunc nec imago dicitur, sicut in homine multa sunt accidentia, vt color, quantitas, & huiusmodi, & secundum nullum horum dicitur imago, Sed si figurã eius accipiat, sic potest esse imago, quia figura est signũ speciei, filius autem est similis patri, & pater similis filio, sed filius habet hoc a patre, pater autem non a filio. Et ideo proprie loquendo, dicimus filium imaginem patris, & non econuerso, quia deducit & deriuatur hæc similitudo a patre. Item, hæc similitudo est secundum speciem, quia filius in diuinis representatur aliquo modo, sed deficienter per verbum mentis nostræ. Verbum autẽ mentis nostræ est, quando formamus actu formam rei cuius notitiã habemus, & hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptum, est quædam rei similitudo quam in mente tenemus, & simile secundum speciem. Et ideo verbum dei, imago dei dicitur. Quantum ad secundum sciendum est, quòd Arriani hoc verbum male intellexerunt, iudicantes de dei imagine secundũ imagines, quæ fiebant ab antiquis vt viderent in eis charos suos subtractos sibi, sicut, & nos facimus imagines sanctorum, vt quos non videmus in substantia, videamus in imagine. Et ideo dicunt, quòd inuisibile est proprium patri, filius autem est primum visibile in quo manifestatur bonitas patris, quasi pater sit vere inuisibilis: filius vero visibilis, & sic alterius essent naturæ. Hoc autem excludit Apostolus ad Hebræos. 1. dicens, Qui cum sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Et sic est imago, non solum dei inuisibilis, sed etiam ipse est inuisibilis, sicut pater. Colos. primo, Qui est imago inuisibilis dei. Deinde cum dicit. *Primogenitus, &c.* Commendat Christum per comparationem ad creaturam. Et primo facit hoc, secũdo exponit, ibi *Quia in ipso*. Circa primum sciẽdum est, q̃ Arriani sic intelligũt, quasi dicatur primogenitus, quia sit prima creatura, sed hic non est sensus, vt patebit. Et ideo duo sunt videnda, scilicet, quomodo hæc imago sit genita, & quomodo primogenita creaturæ. Quãtũ ergo ad primũ, sciẽdũ est, q̃ in vnaquaq; re generatio est ꝑm modũ sui esse, & suæ naturæ. Alius .n. modꝰ generationis est in hominibus, & alius in plantis, & sic de aliis. Natura aũt dei est, ipsũ esse intelligere, & sic oportet q̃ eiꝰ generatio, vel conceptio, intellectualis, sit generatio vel cõceptio naturæ eiꝰ. In nobis aũt conceptio intelligibilis non est conceptio naturæ nostræ, quia ĩ nobis aliud ẽ intelligere, & natura nostra. Et ideo, cũ hæc imago sit verbum, & cõceptio intellectꝰ, oportet dicere, q̃ sit germẽ naturæ, & sic de necessitate genitꝰ, q̃a accipit naturã ab alio. Secũdo vidẽdum ẽ, qũo dicat primogenitus. Deus.n. non alio se cognoscit, & creaturã, sed oĩa in sua essẽtia, sicut in prima causa effectiua. Filius aũt ẽ cõceptio intellectualis dei, ꝑm qd cognoscit se, & p cõsequẽs oẽm creaturã. Inquãtũ ergo gignit, videt quod dã verbũ representans totã creaturã, & ipsũ ẽ principium omnis creaturæ. Si enim non sic gigneretur, solum verbum patris esset primogenitus patris, sed non creaturæ. Ecclesiasti. 24, Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam

turam, &c. Deinde cum dicit, *Quia in ipso &c.* Exponit quod dixerat. s. quòd sit primogenitus, quia scilicet, est genitus vt principium creaturæ. Et hoc quantum ad tria. Primo, quantũ ad rerum creationem. Secundo, quantum ad earum distinctionem ibi *In cælis*. Tertio, quantum ad conseruationem in esse, ibi, *Et omnia in ipso &c.* Dicit ergo, Est primogenitus creaturæ: quia est genitus vt principium omnis creaturæ. Et ideo, dicit. *Quia in ipso &c.* Circa quod sciendum est, quòd Platonici ponebant ideas dicentes: quòd quælibet res fiebat ex eo quòd participabat ideam, puta, hominis vel alicuius alterius speciei. Loco enim harum idearum, nos habemus vnum, scilicet filium, verbum dei. Artifex enim facit artificium ex hoc, quòd facit illud participare formam apud se conceptam quasi inuoluens eam exteriori materiæ: sicut si dicatur quòd artifex facit domum per formam rei, quam habet apud se conceptam. Et sic deus omnia in sua sapientia dicitur facere, quia sapientia dei se habet ad res creatas, sicut ars ædificatoris ad domum factam. Hæc autem forma, & sapientia est uerbum, & ideo omnia in ipso condita sunt, sicut in quodam exemplari. Gene 1. Dixit, & facta sunt, quia in verbo suo æterno creauit omnia vt fierent. Quantum autem ad rerum distinctionem sciendum est, quòd aliqui sicut Manichei errauerunt dicentes hæc corpora terrena, quia corruptibilia, facta esse a malo deo: cælestia vero, q̃a incorruptibilia a bono deo, scilicet patre Christi. Sed mentiuntur, quia in eodem sunt vtraque creata. Ideo dicit. *In cælis, &c.* Et hæc est distinctio, secundum partes naturæ corporeæ. Gen. 1. In principio, idest in filio, creauit deus, &c. Platonici etiam dicunt, quod deus per se creauit creaturas inuisibiles. s. angelos, & per angelos creauit naturas corporeas. Sed hoc excluditur hic, quia dicitur. *Visibilia, & inuisibilia*. De primo Heb. 11. Fide intelligimus esse aptata secula, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. De secundo autem. Eccle. 43. Pauca vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit, &c. Hæc autem distinctio est secundum creaturarum naturam. Tertia distinctio est ordinis, & gradus in inuisibilibus, cum dicit. *Siue throni, &c.* Platonici etiam errant hic: dicebant enim in rebus diuersas esse perfectiones, & quamlibet attribuebant vni primo principio, & secundum ordines earum perfectionum, ponebãt ordines principiorum, sicut ponebant primum ens, a quo participant omnia esse, & illud principium ab isto, scilicet primum intellectum: a quo omnia participant intelligere, & aliud principium vitam, a quo omnia participant viuere. Sed nos non sic ponimus, sed ab, vno principio res habent quicquid in eis perfectionis est. Et ideo dicit. *Siue throni, &c.* Quasi dicat, Non dependent ab aliis principiis ordinatis, sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est qd̃ dicit Ephe. 1. Ipsum dedit caput, &c. Vbi quædam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic enim enumerat descendendo, quia ostendit progressum creaturæ a deo, ibi ascendendo, quia ostendit quòd filius dei secundum quod homo, super omnes creaturas est. Sed tamen ibi principatus ponũtur sub potestatibus: & uirtutes inter dominationes, & potestates: hic principatus super potestates, & principatus medium inter dominationes, & potestates. Et secundum hoc, diuersæ sunt sententiæ Gregorii, & Dionysii. Dionysius enim ordinat eos secundum quòd dicitur ad Ephesios: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, virtutes, & potestates, Gregorius vero ordinat eos sicut hic habetur: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, principatus, & potestates. in tertia vero virtutes, archangelos, & angelos. Sed sciendum est, quòd sicut Gregorius, & Dionysius dicunt, hæc dona spiritualia ex quibus nominantur hi ordines, communia sunt omnibus, tamen quidam nominantur a quibusdam, quidam ab aliis: cuius ratio accipitur ex dictis Platonicorum, quia omne quod conuenit alicui, conuenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participatiue, aut causaliter. Essentialiter quidem, quod conuenit rei secundum ꝑportionem suæ naturæ, sicut homini rationale. Participatiue autem, quod excedit suam naturam: sed tamen aliquid de illo participat, sed imperfecte, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale, & est essentiale angelorum, & idem aliquid participat homo. Causaliter vero, quod conuenit rei superuenienter, sicut homini artificialia, quia in eo non sunt sicut in materia, sed per modum artis. Vnumquodque autem denominatur solum ab eo, quod conuenit ei essentialiter. Vnde homo non dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autem donis in angelis: ea quę conueniunt superioribus essentialiter, inferioribus conueniunt participatiue: quæ vero inferioribus essentialiter conueniunt, superioribus causaliter conueniũt.

principatus, siue potestates, omnia per ipsũ, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Et ideo superiores denominantur a superioribus donis. Supremum autem in creatura spirituali est, quod attingit deũ, & quo dammodo participat eum. Et ideo denominantur superiores ex hoc, quòd attingunt deum. Seraphin, quasi ardentes deo vel incendentes Cherubin, quasi scientes deum. Throni, quasi habẽtes in seipsis sedentem deum. Tripliciter enim aliquid potest ab alio participare Vno modo accipiendo proprietatem naturæ eius. Alio modo, vt recipiat ipsũ per modum intentionis cognitiuæ. Alio modo, vt deseruiat aliqualiter eius virtuti, sicut aliquis medicinalem artem participat a medico, vel quia accipit in se medicinæ artem, vel accipit cognitionem artis medicinalis, vel quia deseruit arti medicinæ. Primum est maius secundo, & secundum tertio. In sacra autẽ scriptura significatur aliquid diuinum per ignem. Deute. 4. Dominus deus tuus ignis consumens est &c. Et ideo supremus ordo dicitur Seraphin, quasi ardentes deo, & continentes aliquã diuinam proprietatem. Secundus ordo est Cherubin, consequentes eum cognitiue. Et tertius Throni, eius virtuti deseruiẽtes. Alii autem ordines, non nominantur ex attingendo deum, sed per aliquam eius operationem. Et aliqui vt dirigentes, & sic sunt dominationes. Alii exequentes: Et horum quidem vt principaliores, vt principatus. Psal. 67. Præuenerunt principes, &c. Alii secundum executionem, & sic sunt exequentes supra spirituales creaturas, vt sunt potestates quæ arcent dæmones: si supra naturalia, sunt uirtutes quæ miracula faciunt: si supra homines, sunt archangeli ad magna: si angeli, ad minima. Et sic cõcludẽdo, dicit, *Omnia per ipsum*, sicut per causam effectiuam, *Et in ipso*, sicut per causam exemplarem. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, &c. Sed quia posset aliquis dicere Nunquid omnia sunt æterna? Ideo Apostolus quasi respondens ad hoc, dicit quod non, sed ipse est *Ante omnia*, scilicet tempora, & res alias Prou 8. Dominus possedit me in initio viarum suarũ, antequam quicquam faceret a principio &c. Vel ante dignitatem. Pal. 88. 82. Quis similis deo, &c. Quantum ad conseruationem dicit, *Et omnia in ipso constant*, idest, conseruantur. Sic enim se habet deus ad res, sicut sol ad Lunam, quo recedente deficit lumen lunę. Et sic si deus subtraheret suam virtutem a nobis, in momento deficerent omnia. Hębr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

LECTIO V.

ET ipse est caput corporis ecclesiæ, qui ẽ principium, primogenitus

LECTIO QVINTA.

POstquam Apostolus commendauit Christum per comparationem ad deum, & ad totam creaturam, hic commendat ipsum in comparatione ad ecclesiam. Et primo generaliter. secundo specialiter, quantum ad Colossenses, ibi. *Et vos cum essetis* Tertio, quantum ad suam personam singulariter, ibi *Cuius factus sum*. Circa primum duo facit, quia primo proponit habitudinem Christi ad totam Ecclesiam, secundo exponit, ibi. Qui est principium. Dicit ergo, Iste in quo habemus redemptionẽ, Christus est, & primogenitus creaturæ. Sed secundum quòd huiusmodi factus est caput ecclesiæ, duo occurrunt hic exponenda Et primo, quomodo corpus sit ecclesia, & secũdo quomodo Christus est caput. Ecclesia dicitur corpus ad similitudinem vnius hominis, & hoc dupliciter, scilicet, & quantum ad distinctionem membrorum. Ephe. 4, Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas &c. et quantum ad seruitia, q̃ licet sint distincta, tamen vnum seruit alteri. 1. Cor. 12. Pro inuicem solicita sint mẽbra. Gal. 6. Alter alterius onera portate &c. Item, sicut constituitur vnum corpus ex vnitate animæ, ita ecclesia ex vnitate spiritus. Ephe. 4, Vnum corpus, & unus spiritus. 1. Cor. 10, Vnus panis, & vnum corpus multi sumus &c. Item, est alia consideratio membrorum ad caput ecclesiæ, scilicet ad Christũ. Ipse enim Christus est caput ecclesiæ. Psal. 3. Tu exaltas caput meum &c. Et exponit quid est esse caput, dicẽs. *Qui est principiũ &c.* Caput enim respectu aliorum membrorum, habet tria priuilegia Primo, quia distinguitur ab aliis ordine dignitatis, quia est principium, & pręsidens. Secundo, in plenitudine sensuum, qui sunt omnes in capite. Tertio, in quodam influxu sensus, & motus ad membra. Et ideo primo ostendit, quomodo Christus est caput ratione dignitatis, secundo, ratione plenitudinis gratiarum, ibi *Quia in ipso complacuit*. Item tertio, ratione influentiæ, ibi *Et per eum*. Ecclesia quidem habet duplicẽ statũ, scilicet gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & est eadẽ Ecclesia, & Christus est caput secundum vtrunque statũ: quia primus in gratia, & primꝰ in gloria. Quãtũ ad primũ dicit, *Qui est principiũ* quia non solum est in gratia secundum quod homo, sed etiam omnes sunt iustificati per fidẽ Christi. Rom. 5, Per obedientiam vnius hominis, iusti constituuntur multi. Et ideo dicit.

Qui

Qui est principium, scilicet iustificationis & gratiæ in tota ecclesia, quia etiam in ueteri testamento sunt aliqui iustificati per fidem Christi. Ioan. 8. Ego principium qui & loquor &c. Psalm. 109. Tecum principium &c. Item, est principium quantum ad statum gloriæ. Ideo dicit; *Primogenitus ex mortuis*. Quia enim resurrectio mortuorum est quasi quædã secunda generatio, quia homo in ea ad vitam æternam reparatur. Matt. 19. In regeneratione, cum sederit filius hominis &c. & præ omnibus primus est Christus: ideo est primogenitus ex mortuis, idest eorum, qui sunt geniti p resurrectionem. Sed contra de Lazaro. Ioann. 11. Respõdeo, Dicitur, quòd iste & alii non resurrexerunt ad illam uitam immortalem, sed ad mortalem, sed Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ut dicitur Roma. 6. Apo. 1. Primogenitus mortuorum &c. 1. Cor. 15. Nunc aũt Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Et hoc; *Vt in omnibus sit ipse principatum tenens*, quantũ ad dona gratiæ, quia ipse est principium: quãtum ad dona gloriæ, quia ipse est primogenitus. Eccl. 24. In omni gẽte & in omni populo primatum habui &c. Deinde cum dicit; *Quia in ipso &c.* Ostendit dignitatem capitis, quantum ad plenitudinem gratiarum omnium. Alii. n. sancti habuerunt diuisiones gratiarum, sed Christus habuit omnes. Ideo dicit; *Quia in ipso &c.* Singula verba pondus suum habẽt; *Complacuit*, designat quòd dona hominis Christi non erãt ex fato seu meritis, vt dicit Fotinus, sed ex diuinæ uoluntatis complacentia assumentis hunc hominem in unitatem personæ Matt. 3. Hic est filius meus &c. Item dicit; *Omnem*, quia alii habent hoc donum, alii aliud Ioan. 13. Omnia dedit in manus eius. Item dicit; *Plenitudinem*, quia aliquis aliquod habuit donum, sed non plenitudinem eius, seu virtutis, quia forte inuitus in aliquo defecit. Sed Ioan. 1. dicitur de Christo, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Eccle. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Item, dicit habitare. Alii enim acceperunt usum gratiæ ad tempus, q̃ spiritus prophetarum non semper adest prophetis: sed in Christo est habitualiter, quia semper ad uotum in Christo est dominium huius plenitudinis Io. 1. Super quem uideris spiritum descendentem, & in eo manentem &c. Deinde cum dicit; *Et per eum &c.* Ostẽdit Christum esse caput ecclesiæ ratione influxus. Et hæc est tertia ratio capitis. Et primo ostendit influxum gratiæ. secundo, exponit quod dixerat, ibi; *Pacificans*. Dicit ergo primo, Dico, quòd complacuit non solum quantum ad hoc q̃ haberet in se, sed etiam vt per eum ad nos deriuaret. Vnde dicit; *Et per eum reconciliare omnia in ipsum.* 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Exponit autem qualis sit ista reconciliatio: & quomodo oia reconciliata. In reconciliatione autem, sunt duo consideranda. Primo, in quo conueniunt qui reconciliantur. Discordes enim, diuersas habent uoluntates. Reconciliati autem cõsentiunt in aliquo uno. Et sic uoluntates prius discordes, cõcordãt in Christo. Et huiusmodi uoluntates sunt & hominum, & dei, & angelorum. Hominum, quia Christus homo est: dei, quia deus est. Item, discordia erat inter Iudæos, qui uolebant legem, & Gentiles qui nõ uolebant legem, sed vtrosque Christus cõcordat, quia ex Iudæis est, & quia absoluit obseruantias legis. Et hæc concordia est facta p sanguinem &c. Inter deum enim & hominem, causa discordiæ fuit peccatum; inter Iudæos & Gentiles lex. Christus per crucem destruxit peccatum, & impleuit legẽ. Et ita remouit causam discordiæ. Heb. 12. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatẽ dei uiuentis Hierusalem &c. Et sic reconciliati sumus. Et ista sunt pacata; *Siue quæ in cælis*, vt angeli & Deus; *Siue quæ in terris*, scilicet Iudæi & Gentiles. Ideo Christo nato dr̃ Luc. 2. Gloria in altissimis Deo. Et in terra pax hominib⁹ &c. Item, in resurrectione dixit, Pax uobis &c. Vt habeẽt Io. 20. Ephe. 2. Ipse. n. est pax nostra, q̃ fecit vtraq; unũ &c. Deinde cum dicit. Et uos &c. ponitur commendatio Christi per dona eis collata. Vbi primo commemorat statum præteritum, secundo, Christi beneficium, ibi; *Nunc autem &c.* Tertio, quid exigatur ab eis ibi; *Si tamen &c.* Status. n. præteritus habuit tria mala. Quantum enim ad intellectum erant ignorantes: quantum ad affectum, inimici iustitiæ: quantũ ad actum, in multis peccatis. Quantũ ad primum dicit. *Alienati, &c.* Quantum ad secundum. *Et inimici sensu*. Secundũ vnam literam, & ostendit defectum sapientiæ, quam prædicabant Iudæi de vno deo. Ioan. 3, Dilexerunt magis tenebras q̃ lucem. Sed nunquid tenebantur ad legem Moysi? Dicendum est quòd sic, quantũ ad cultũ vnius dei. Vel alienati sensu. i. ex electione contradicentes ei ex malitia, Iob. 34, Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantum ad tertium dicit. *In operibus malis* Ioan. 3. Erant enim eorum opera mala, &c. Deinde cum dicit *Nunc autem*, ponit beneficia Christi. Et primum est reconciliatio in corpore eius. Et dicit. *In corpore carnis*, nõ quòd aliud sit corp⁹ & aliud caro, sed ad ostendendum, quòd accepit corpus in esse naturę. Io. 1, Et verbũ caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8, Deus filium suum mittens in similitudinem peccati &c. Secundũ est sanctificatio. Vnde dicit. *Exhibere uos sanctos*. Heb. 13. Iesus vt sanctificaret populum suum &c. Tertium est, ablutio a peccatis, ibi *Et immaculatos*. Hebr. 9, Sanguis Christi per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emũ dabit conscientiam nostram, &c. Item, quantum ad futura, ibi *Et irreprehensibiles*. 2. Pet. 3. Satagite immaculati, & inuiolati, ei inueniri in pace &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16, Homo videt quę foris patent, dominus autem intuetur cor. Exigit a nobis firmitatem fidei, & spei. Ideo subiungit, dicens. *Si tamen permanetis in fide fundati*. Fides est sicut fundamentũ, ex cuius firmitate tota firmat̃ ecclesiæ structura. Item, *Et stabiles*. In spe non moti a seipsis. *Et immobiles*, quasi non excidentes a spe per alios *A spe*, inquam, *Euangelij*, idest, quam dat euangelium de bonis regni cælorum. Mat 4. Pænitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Nec est excusatio. *Quia est prædicatum*, videlicet per apostolos. Vt itur præterito pro futuro, propter certitudinem eius. *In vniuersa creatura quæ sub &c.* i. omni creaturæ nouæ, idest, fidelibus quibus paratum erat.

ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso cõplacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu ĩ operibus malis: nũc aũt reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, vt exiberet uos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe euãgelii quod audistis, quod prædicatum est in uniuersa creatura, quę sub cælo est.

LECTIO VI.

G Vius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego & aliud caro, sed ad ostendendum, quòd accepit corpus in esse naturę. Io. 1, Et verbũ caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8, Deus filium suum mittens in similitudinem peccati &c. Secundũ est sanctificatio. Vnde dicit. *Exhibere uos sanctos*. Heb. 13. Iesus vt sanctificaret populum suum &c. Tertium est, ablutio a peccatis, ibi *Et immaculatos*. Hebr. 9, Sanguis Christi per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emũ dabit conscientiam nostram, &c. Item, quantum ad futura, ibi *Et irreprehensibiles*. 2. Pet. 3. Satagite immaculati, & inuiolati, ei inueniri in pace &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16, Homo videt quę foris patent, dominus autem intuetur cor. Exigit a nobis firmitatem fidei, & spei. Ideo subiungit, dicens. *Si tamen permanetis in fide fundati*. Fides est sicut fundamentũ, ex cuius firmitate tota firmat̃ ecclesiæ structura. Item, *Et stabiles*. In spe non moti a seipsis. *Et immobiles*, quasi non excidentes a spe per alios *A spe*, inquam, *Euangelij*, idest, quam dat euangelium de bonis regni cælorum. Mat 4. Pænitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Nec est excusatio. *Quia est prædicatum*, videlicet per apostolos. Vt itur præterito pro futuro, propter certitudinem eius. *In vniuersa creatura quæ sub &c.* i. omni creaturæ nouæ, idest, fidelibus quibus paratum erat.

LECTIO SEXTA.

I POSTQVAM commendauit Christum in comparatione ad deum, & ad vniuersam creaturam, ad totam ecclesiam, & ad ipsos Col. hic cõmẽdat eũ in cõparatione ad seipsum, ostẽdẽs se eius ministrũ. Et primo ponit ministeriũ: secũdo, ostendit fidelitatẽ in ministrãdo, ibi *Qui nunc gaudeo*. Tertio, ministerii magnitudinem, ibi *Cuius factus sum*. Dicit ergo, Dico quòd prædicatum est in vniuersa creatura, *Cuius*, euangelii. *Factus sum minister*, prædicandi, non mea authoritate sed prædicationi ministerium exhibens. 1. Cor. 4 Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores, &c. Sed est minister fidelis, quod patet quia non refugit pati pericula, quin diligenter exequatur. Vnde primo ostendit, quo affectu sustinet passiones: secundo, quo fructu, ibi *Adimpleo &c.* Affectu quidem læto, quia. *Nunc gaudeo &c. pro uobis*. i. propter uestram vtilitatem. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione, & salute &c. Et propter gaudium vitæ æternæ, quod inde expecto, quod ẽ fructus ministerii eius. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes, &c. Philip. 2. Si immolor super sacrificium fidei uestræ, gaudeo, & congratulor &c. Et etiã hoc fructu. *Vt adimpleam ea, quæ desunt passionũ Christi &c.* Hæc verba secundum superficiem malum possent habere intellectum. s. quòd Christi passio non esset sufficiens ad redemptionem, sed additæ sunt ad complendum passiones sanctorum. Sed hoc est hæreticum, quia sanguis Christi est sufficiens ad redemptionẽ, etiam multorum mundorum. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. Sed intelligendum est, quòd Christus, & ecclesia est una persona mystica, cuius caput est Christus, corpus omnes iusti, quilibet autem iustus, est quasi membrum huius capitis. 1. Cor. 12. Et membra de membro. Deus autem ordinauit in sua prædestinatione quantum meritorium debet esse per totam ecclesiam, tam in capite quàm in membris, sicut & prædestinauit numerum electorũ. Et inter hæc merita præcipue sunt passiões sanctorũ sed Christi scilicet capitis merita sunt ĩfinita quilibet

quilibet vero sanctus exhibet aliqua merita secundum mensuram suam. Et ideo dicit, *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi*, idest totius ecclesiæ, cuius caput est Christus, *Adimpleo*, idest addo mensuram meam Et hoc *In carne*, idest ego ipse patiens. Vel, quæ passiones desunt in carne mea. Hoc enim derat, q̃ sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pateretur in Paulo mẽbro suo, & similiter in aliis. Et pro corpore, quod est ecclesia, quæ erat redimẽda per Christum. Ephe 5. Vt exhiberet ipse sibi ecclesiã gloriosam, nõ habẽtem maculam neq; rugam. Sic etiam omnes sancti patiuntur propter ecclesiã: quæ ex eorũ exẽplo roboratur. Glosa. Passiones adhuc desunt, eo quòd paritoria meritorum ecclesiæ non est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitum. Paritoria autem est vas, vel domus, vbi pariter multa inferuntur. Deinde cum dicit. *Cuius sum &c.* Ostendit dignitatem ministerii tripliciter. Primo ex materia adoptionis: secũdo ex fine, ad quem ducitur, ibi *Vt impleamus &c.* tertio ex vsu, ibi *Quoniam vos cum &c.* Sed diceret aliquis. Est magnum hoc misterium? Et respondet dicens, Ita est, quia *Trãditum est mihi, secundũm dispensationem.* Quod dupliciter potest exponi, scilicet actiue: & hic est sensus, idest vt dispensem vobis diuina, fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi. Vel passiue, & tunc est sensus, idem q̃ m q̃ mihi dispensatũ est a deo. Eph. 4. Dedit quosdã quidẽ apostolos: quosdã ꝓphetas &c. Act. 13. Segregate mihi Barnabã & Paulũ in opus, ad qd̃ assũpsi eos &c. Ecce q̃s ẽ finis, certe nõ pecunia, nec gloria propria, sed aliquod magnum ad quod accepi, quia vt impleam &c. Et primo ostendit dignitatem eius ad quod accepit: secundo ostendit quod est illud, quod est Christus. Item primo, cõmendat magnitudinem eius ex diffusa prædicatione: & occultatione: & manifestatione. Accipitur autem ad conuersionem Gentilium, Vnde *Vt adimpleam verbum*, nõ prædicationis, sed dispensationem æternã dei. i. vt mea. prædicatione impletum ostendã verbum dei, idest dei dispensationem, & præordinationem & promissionem de verbo dei incarnando, vel dispensationem dei æternã, qua disposuit, vt Gentes per Christũ conuerterentur ad fidem veri dei. Et hoc oportebat impleri. Nũ. 23. Dixit ergo, & nõ faciet, locutus est, & non implebit? Esa. 55. Verbum quod egredietur de oro meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunq; volui, & prosperabitur &c. Sed hoc disposuit impleri per ministerium Pauli, vnde dicit: *Vt impleam hoc mysterium*, scilicet inquantum est res abscondita: quia mysterium quod est abscõditum est, hoc verbum. Esa. 24. Secretum meum mihi est &c. *Quod absconditum fuit a seculis*, idest a principio seculorũ, *Et omnibus generationibus*. hominũ qui hoc scire non potuerunt. Ephe. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo. Nam & si philosophi antiqui quædã de Christi deitate videãtur dixisse vel propria, vel appropriata, sicut Aug. inuenit in lib. Platonis, In principio erat verbũ &c. tamen quòd verbum caro factum est, nullus scire potuit. Sed dicis. Nonne fuit scitum per prophetas? Respondeo: dicendũ est q̃ sic, tamen inquantum pertinebat ad euangelium, vel non ita aperte sicut apostoli sciuerunt. Deinde cum dicit *Nunc autem &c.* Agit de manifestatione eius: & primo ostendit, quibus manifestatum est, secundo ostendit, quare manifestatum est eis, ibi *Quibus voluit*. Dicit ergo *Manifestatum est nunc*, scilicet tempore gratiæ. 2. Cor. 3. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc autem est scientia sanctorum. Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctorum &c. Iob. 36. Annuntiat de ea amico suo &c. Sed hoc non propter eorum merita, sed propter beneplacitũ suum. Vnde dicit: *Quibus voluit deus &c.* Io. 15. Quæ audiui a patre meo, nota feci vobis &c. Et subdit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Mat. 11. Ita placitum fuit ante te *Notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius*. quia per hoc, q̃ ista fuerunt occulta, deus apparet abundanter gloriosus. Nam olim notus in Iudæa deus, sed per hoc sacramentem conuersionis gentilium gloria dei notificatur per totum mundum. Io. 17. Ego te clarificaui &c. Et hoc *In gentibus*, scilicet quod completur in eis Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Et Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Hoc verbum est *Quod est Christus* idest, quod per Christũ adipiscimur, scilicet spẽ gloriæ, quæ olim videbatur promissa solum Iudæis. Act. 10. Mirabantur quòd, & in nationes diffusa est gratia &c. Ro. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus &c. Et post, Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei &c. Esa. 11 Radix Iesse qui stat in signum populorum &c. Sic ergo ostenditur origo ministerii, & finis. Sed subdit vsum eius, cum dicit. *Quem nos &c.* Et circa hoc tria facit; quia primo ostendit vsum eius. secundo fructum, ibi. *Vt exhibeamus &c.* Tertio, auxilium sibi impensum ad consequendũ vsum, ibi. *In quo & laboro.* Vsus eius, est nũtiare Christũ. Et ponit vsũ, & modum vtendi. Psal. 9. Annuntiate inter gẽtes studia eius, &c. Io. 1. Quod vidimus & audiuimus, annũtiamus uobis &c. Modus ponitur, ibi. *Corripientes &c.* Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini, non solum Iudæis. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Modus etiam eius est docere veritatẽ, & refellere falsitatem. Et ideo dicit. *Corripientes omnem hominẽ*, vt infideles ĩ vita. 2. Co. 10. Arma militiæ nostræ nõ sũt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes &c. *Et docentes oẽm hominẽ in omni sapientia*. s. quæ est cognitio dei. Sap. 15. Nosse. n. te, cõsummata iustitia ẽ, & scire iustitiam, & ueritatem tuam, radix est immortalitatis, &c. Et. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur &c. Fructus autem hic est, quòd homines ducuntur ad perfectum, Vnde dicit. *Vt exhibeamus omnem hominem*, scilicet cuiuscunque conditionis, *perfectum*, non in lege, sed *In Christo*. Mat. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti, scilicet ut in corde uihil admittat contrariũ deo. Matt. 22. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo &c. Alia de necessitate consilii, ut abstineat etiam a licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliũ a deo. Vnde dicit *In quo laboro certando*, contra infideles, & peccatores. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi &c. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui &c. Et hoc. *Secundum operationem eius.* 1. Cor. 15. Gratia dei mecum. *Quam operatur in me*, quia hoc facit deus in me. *In uirtute*, miraculorum, scilicet præbendo virtutem. Luc. vltimo. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

minister secundum dispensationem dei, quæ data est mihi in uobis, vt impleam verbis dei mysterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus: nunc autẽ manifestatũ est sanctis eius, quib⁹ voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gẽtibus, quod est Christus in uobis spes glorię, quẽ nos anũtiam⁹ corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominẽ perfectum in Christo Iesu: in quo, & laboro certando, secundum operationẽ eius, quam operatur in me in uirtute.

CAPIT. II. LEC. I.

VOlo enim uos scire, qualem solicitudinem habeã pro uobis, & pro his qui sũt Laodiceæ, & quicũq; & audiuimus, annũtiamus uobis &c. Modus ponitur, ibi. *Corripientes &c.* Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini, non solum Iudæis. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Modus etiam eius est docere veritatẽ, & refellere falsitatem. Et ideo dicit. *Corripientes omnem hominẽ*, vt infideles ĩ vita. 2. Co. 10. Arma militiæ nostræ nõ sũt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes &c. *Et docentes oẽm hominẽ in omni sapientia*. s. quæ est cognitio dei. Sap. 15. Nosse. n. te, cõsummata iustitia ẽ, & scire iustitiam, & ueritatem tuam, radix est immortalitatis, &c. Et. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur &c. Fructus autem hic est, quòd homines ducuntur ad perfectum, Vnde dicit. *Vt exhibeamus omnem hominem*, scilicet cuiuscunque conditionis, *perfectum*, non in lege, sed *In Christo*. Mat. 5. Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autem duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti, scilicet ut in corde uihil admittat contrariũ deo. Matt. 22. Diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo &c. Alia de necessitate consilii, ut abstineat etiam a licitis, & hæc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliũ a deo. Vnde dicit *In quo laboro certando*, contra infideles, & peccatores. 2. Timo. 2. Labora sicut bonus miles Christi &c. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui &c. Et hoc. *Secundum operationem eius.* 1. Cor. 15. Gratia dei mecum. *Quam operatur in me*, quia hoc facit deus in me. *In uirtute*, miraculorum, scilicet præbendo virtutem. Luc. vltimo. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.

LECTIO PRIMA.

SVPRA commendauit statum fidelium, qui est gratiæ, & actorem, scilicet Christum: hic protegit eos contra contrariantia huic statui: & primo contra doctrinam corrumpentem, secundo contra peruersos mores, 3. cap. ibi *Igitur si consurrexistis* Circa primum duo facit, quia primo ostendit solicitudinem de eorum statu: secundo tuetur eos contra malam doctrinam, ibi. *Hoc autem dico*. Iterum prima pars diuiditur in tres particulas. Quia primo ponit solicitudinem; secundo personas, de quibus solicitatur. ibi *Pro uobis*, tertio, de quo sit solicitus, ibi *Vt consolentur*. Dicit ergo, *Volo enim uos scire, qualem habeam solicitudinem*, scilicet magnam. Et hoc pertinet ad bonum prælatum. Rom. 12: Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erant in eadem regione vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ: *Et* non solum pro a se conuersis, & sibi præsentibus: sed etiam pro aliis: Vnde dicit, Pro uobis, scilicet, quos non vidi corpore, sed mente, & non solum pro istis, *Sed etiam pro illis, qui non uiderunt, &c.* Solicitus quippe erat pro toto mundo. Sap. 18. In uestẽ poderis Aaron, totus erat orbis terrarum &c. Sic in mente Apostoli. 2. Cor. 11. Præter ea, quæ extrinsecus sunt instantia mea, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum &c. Sed de quibus magis solicitatur? Respondeo, de non visis, quantum ad aliquid, quia nesciebat quid fieret circa eos: non autem simpliciter. Deinde cum dicit *Vt consolentur*, ostendit de quo solicitus sit, scilicet de eorum consolatione. Et primo, hoc ponit, secundo, quomodo posit hoc haberi, ibi *Instructi*; Dicit ergo, *Vt consolentur*, idest per me habeant consolationem spiritualẽ, cuius consolationis factiuum est bonum. Est enim factiuum gaudii, vt qui tristatur de aliquo, consoletur de alio, eque bono, Duo autem sunt quę consolantur nos, scilicet meditatio sapientiæ: Sap. 8. Erit alloquutio cogitationis, & tedii mei: Aliud est oratio. Iaco. 5. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo, & psallat; Consequenter cum dicit, *Instructi &c.* ponit

ponit specialiter sapientiæ instructionem. Duplex est hic litetera, scilicet quæ dicta est, & quæ habetur in glosa sic, Vt consolentur corda ipsorum instructorum &c. ad cognoscendū &c. Et est idem sensus, Instructio ergo sapientiæ consolatur contra mala temporalia. Debet autem hic esse instructus de via, & iō dicit, *In charitate*, quę.s.est via ad deū. 1.Corin.12. Adhuc excellentiorem viā vobis demonstro, Si linguis &c. Instructi ergo ī charitate, qua de⁹ nos diligit, & qua nos eum diligimus. Vtrumque enim nos cōsolatur. s. & quia dn̄s diligit nos. Gala.2. Viuo ego &c. Et post. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me &c. Ephe.2. Diues in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos &c. Itē, qua nos deum diligimus, nos consolamur, quia consolatio est amici, si pro eo sustineat mala. Eccl.22. Et si euenerint mihi mala, propter illum sustinebo. Et subdit: *Et in omnes diuitias*, idest in omni capacitate. Intellectus enim noster est in potentia ad aliquid cognoscendum, sed intellectus angeli in sua creatione impletus est scientia intelligibiliū. Et ideo oportet, quòd nostro intellectui humano superueniat scientia, vel per disciplinam: sed hæc est insufficiens, quia numquam aliquid tantum potest sciri sic, quòd capacitatem eius impleat: vel per reuelationem diuinam & donum dei. Et hæc est sufficiens. Eccl. 15. Impleuit eum dominus spiritu sapientiæ, & intellectus &c. Et ideo dicit. *Plenitudinis intellectus*, idest in copiam. Sap.8. Quid sapientia locupletius? Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Instructi ergo in copia diuinæ sapientiæ, quæ copia implet intellectum. Et hoc habebimus cognoscēdo deū. Et ideo dicit, *In agnitionē mysterij &c.* idest ad cognoscendum veritatem sacramenti huius occulti. s. quòd deus sit pater Iesu Christi. Vel *Mysterij dei patris*, quod est Christus. Ideo dicitur Mat. 11. de Apostolis, Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vel in agnitione æternæ generationis & incarnationis Christi. Sap.6. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus. Augu. Beatus qui te nouit, infœlix qui te nō nouit: p cognitionē dei habet homo omnem plenitudinem. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum &c: Sed nunquid per cognitionem Christi impletur intellectus? Respondeo sic, *Quia in eo sunt omnes thesauri &c.* Deus habet omnium rerum notitiam, & hæc notitia comparatur thesauro. Sap.7. Infinitus enim thesaurus est hominibus &c. Thesaurus est diuitiæ congregatæ, sed effusæ nō dicuntur thesaurus, sed quæ in vno sunt. Deus.n. sapientiam suam sparsit super omnia opera sua. Eccl. 1. Et secundum hoc non habet rationem thesauri, sed secundum quòd huiusmodi rationes vniuntur in vno, scilicet sapientia diuina: & omnes huiusmodi thesauri sunt in Christo. Sapientia enim est cognitio diuinorum: scientia vero est creaturarum cognitio. Quicquid autem de deo potest sciri pertinens ad sapientiam, totum deus abundanter in se cognoscit. Item, quicquid potest cognoscide creaturis, cognoscit in se supereminenter. Quicquid autem in sapientia dei est, est in verbo suo vno: quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, quia in eo non est scientia in potentia, nec in habitu. Et ideo in isto verbo sunt omnes thesauri &c. Sed addit, *Absconditi*, quia quòd mihi aliquid absconditur, contingit dupliciter, scilicet, vel propter debilitatem intellectus mei, vel propter velamen oppositum, sicut quis non videt candelam, vel quia cæcus est, vel velata est. Ita in verbo dei, sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, sed absconditi nobis, qui non habemus limpidos oculos, sed lippos. Ioan. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est: & quia est velatum duplici velamine, scilicet creaturæ, quia intellectus noster nunc ad illam cognitionem non potest, nisi per similitudinem creaturarum. Rom.1. Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur &c. Secundo est velatum in carne. Ioan. 1. Et verbum caro factum est. Et si aliquid videmus de deo, non tamen totum. Esai. 45. Vere, tu es absconditus. Nū.20. Aperi eis thesaurū tuū. Ponamus, ꝙ aliquis habeat candelā velatā, non quæreret aliunde lumen: sed potius qđ habitū ab eo reueletur, & ideo non oportet sapientiā quærere nisi in Christo. 1. Cor. 1. Nō existimaui me aliquid scire, nisi Chr̄m Iesum &c. 1.Io.3. Cū apparuerit.i.reuelabitur, similes ei erimus.s.oīa sciētes, sicut qui haberet librū vbi esset tota scientia, nō quęreret, nisi vt sciret illū librū, sic & nos nō oporet amplius quærere, nisi Chr̄m. Deinde cū dicit, *Hoc autem di-*

non viderunt faciem meā in carne, vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem misterij dei patris, & Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in subli- G mitate sermonum.

F *co &c.* Instruit, & monet eos contra doctrinā corrūpentē. Seducebantur autem a quibusdam philosophis contra fidē, & ab hæreticis, qui docebāt obseruantias legalium. Ideo primo, instruit eos contra philosophos: secundo contra iudaizantes, ibi. *In quo, & circuncisi*. In scientia uero mundana duo continentur, quia est quædam scientia loquendi, & quædam scientia rerum, & ideo dupliciter possunt decipere. Ideo primo munit eos contra philosophos decipientes eos per scientiam loquendi: Secundo, contra decipientes eos per scientiā rerū, ibi

LECTIO II.

NAM & si corpore absens sum, sed spiritu uobiscū sum: gaudens, & uidēs ordinem uestrum, & firmamētum, eius quę in Christo est fidei ue-

Videte, ne quis. Primo manifestat deceptionem: secundo assignat rationem, ibi. *Nam si corpore*. Dicit ergo, Dico, quòd in Christo est omnis scientia. Et hoc dico, ne quærentes alibi sciētiā, decipiamini. Et dicit. *Vt nemo*. i. nec Demosthenes, nec Tullius uos decipiat. *In sublimitate sermonis*. Esa.33. Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis &c. Sed nunquid est peccatū vti sermonibus sublimibus? Respondeo. Non, quia etiā sancti viri elegantius loquuntur quàm etiam rethores mundi, sicut Ambrosius, Hieronymus, & Leo papa. Nam, si licet vti ad persuadendum in malo ornata lectione: multo magis in bono.

LECTIO SECVNDA.

H SVpra monuit ne per aliquam fallaciam sermonis decidant a fide: hic ponit rationem monitionis, quæ sumitur ex bonis quæ in istis erant: quæ non debebant perdere, sed proficere in eis. Et primo cōmemorat bona habita: secundo ostendit quomodo in eis proficiant, ibi. *Sicut ergo*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit qualiter sunt sibi nota bona eorū. Secundo, quæ bona in eis sunt, ibi. *Gaudens*. Dicit ergo. *Nam, & si &c.* q. d. Licet non prædicauerim uobis, nec vestra facta oculis uideam, tn̄ spiritu vobis intersum per affectionem, gaudens de bonis uestris. 1.Co.5. Absens quidem corpore, præsens vero spiritu. Pro. 10. Filius sapiens lætificat patrem &c. Et hoc, quia reuelabatur sibi per spiritum sanctum, & ideo dicit. *Sed spiritu uobiscum sum*. 4.Reg.5. Nonne cor meū in præsēti erat, quādo reuersus est homo de curru in occursum tui &c. *Gaudens*. inquam, sum, quia. *Videns sum ordinem*, idest ordinatam vestram conuersationem. 1 Cor.14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Iudic.5, Stellæ manentes in ordine, & cursu suo &c. *Et firmamen* I *tum &c.* 1.Tim.2. Firmum fondameutum dei stat &c. Et hoc. *In Christo*. Eph.3. Habitare Christum per fidem in cordib⁹ uestris &c. Ecclesia.n.est spirituale ædificiū. Eph.2. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. Huius autem bonitas consistit in debito fundamento, quod est fides, & in debita superædificatione. Et ideo hæc duo posuit. Deinde cum dicit. *Sicut ergo &c.* Monet eos ad hæc seruanda. Et primo ad proficiendum: scđo ad persistendum: tertio ad gratias agēdū. Dicit ergo. *Sicut accepistis Christum dominum nostrum* nō peruertēdo *in ipso ambulate*. Ro.12, Adherentes bono. Ecclesia quandoque comparatur spirituali ædificio. 1. Cor.3, Templum dei sanctum est, quod estis uos. Quandoque arbori, quia fert fructū. Et eadem est comparatio fundamenti ad domum, & radicis ad arborem: quia vtriusque firmitas est radix, & fundamentū Christus. Esa.11. Erit radix Iesse, quæ stat in signū populorū. 1.Cor.3 Fundamentum aliud nemo potest ponere, prēter id quod positū K est, quod est Christus Iesus. Ideo dicit. *Radicati*, scilicet sicut boni rami. *Et superædificati in ipso, & confirmati*, scilicet, sicut boni lapides, hoc est, si perstiteritis. *In fide*, eius. 1.Petr.vlti. Aduersarius uester &c. Et post, Cui resistite fortes in fide &c. Et hoc. *Sicut, & didicistis*, scilicet in uera fide. Gal.1. Si quis uobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit &c. *Abundantes in illo in gratiarum actione*. i. gratias agētes abūdanter. 1, The. vlt. In omnibus gratias agite. 2.Machab, 1. De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi &c. Deinde cum dicit. *Videte*, monet, ne decipiantur per vanam sapientiam. Et primo ponit monitionem: secundo rationem, ibi. *In ipso*. Circa primum, primo, docet vitare quod potest decipere: secundo, ostēdit, quare illud decipiat, ibi. *Secundum traditiones*. Sed quòd aliquis decipiatur per sapientiam secularem, dupliciter contingit, scilicet quandoq; per principia realia philosophiæ, quandoque per sophisticas rationes. Et utrasque docet cauere. Vnde dicit. *Ne quis &c.* i. per philosophica documenta, Esa.47. Sapientia tua, & scientia hęc, decepit te. Multi enim sunt propter philosophiam

losophiam decepti, a fide deuiantes. Hiere. 10. Stultus est factus omnis homo a scientia sua. Quantum ad secundum dicit, *Et inanem fallaciam*. Quæ non fundatur nisi super apparenti inuolutione uerborum. Ephe 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quomodo seducens? Qui seducit, oportet habere aliqđ apparens, & aliquid non existens. Ideo primo, ponit principium apparētiæ: Secūdo, defectum existentiæ. Principium apparentiæ est duplex .i. authoritas philosophorum, & quantum ad hoc dicit. *Secundum traditionem hominum* .i. secundū ea, quę aliqui tradiderunt propria ratione. Psalm. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Aliud est adinuentio rationis, quando, scilicet aliquis uult metiri ea quæ sunt fidei, secundum principia rerum, & non secundum sapientiam diuinam. Ex hoc enim multi decipiuntur. Et ideo dicit. *Secundum elementa mundi &c.* Sap. 13. Neque operibus attendentes, cognouerunt quis esset artifex &c. Quanto enim causa est altior, tanto habet superiorem effectum. Vnde, qui uoluerit considerare effectus superiores secūdum causas inferiores, decipitur, vt si quis considerat motum aquæ secundum virtutem aquæ, non potest scire causam refluxus maris, sed sic, si considerat eum, secundum virtutem lunæ. Vnde multo magis decipitur q cōsiderat proprios dei effectus, secundum elementa mundi. Et hęc est causa apparentiæ. Sed nunquid sunt semper respuendæ traditiones hominum, & rationes? Respondeo: Non, sed tunc quando procedit physica ratio secundum illas, & non secundum Christum. Infra eodem, Non tenentes caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum, & cōstructum, crescit in augmentum dei. Vel potest exponi secundum elementa mundi, mēsurando.s.veritatem fidei secundum veritatem creaturarum. Vel hoc dicit, propter idolatras colentes idola: & dicentes, Iouem cælum. Vel secundum Iudæos, vt sit sensus: *Per philosophiam* .i. per rationem volentium trahere ad legalia, secundum elementa mundi, idest secundum obseruationes corporales. Gala.4. Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melior. Deinde cum dicit. *Quia in ipso &c.* Ponit rationem prædictorum dicens, Quicquid non est secundum Christum, respuendum est. Sed nunquid est Christus tantus, vt pro eo omnia respui debeant? Et respondet, quòd ita: quod ostendit tripliciter. Primo per comparationem ad diuinitatem: secūdo per comparationem ad fideles, ibi *Et estis*. Tertio, per comparationem ad angelos, ibi. *Qui est caput*. Dicit ergo, Ideo respuendum est quod est contra eum, quia ipse est deus: vnde plus est eistandum, quàm omnibus. *Quia in ipso habitat &c.* Deus enim est in omnibus, sed in quibusdam per participationem similitudinis suæ bonitatis, vt in lapide, & aliis huiusmodi. Et talia nō sunt deus, sed habēt in se aliquid dei, non eius substantiam, sed similitudinem eius bonitatis. Et ideo non habitat in eius plenitudo diuinitatis, quia non est ibi secundum substantiam. Itē, est in mentibus sanctis per operationem quę per amorem, & cognitionem attingunt deum. Et ideo deus est in eis secundum gratiam, sed non corporaliter, sed secundum effectum gratiæ: nec est plenitudo, sed secundum aliquos effectus terminatos. Sed in Christo est corporaliter, quod exponitur tripliciter. Corpus. n. diuiditur contra vmbram, infra eodem, Quæ sunt umbra futurorum, &c. Et sic deum contingit dupliciter inhabitare, vel secūdum vmbram, vel corporaliter i.realiter. Primo modo, inhabitabat in ueteri lege, sed ī Christo inhabitabat corporaliter, idest realiter, & secundum veritatem. Secundo modo exponitur, q a alii sancti inhabitantur solum secundum animam, non secundū corpus. Ro.7. Scio, quòd nō habitat in me i.in carne mea bonū, sed in Christo diuinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio dei, qua sanctos inhabitat, est per operationem, idest per amorē, & cognitionem, quod est opus solius mentis rationalis, sed in Christo inhabitat per assumptionem hominis, in vnitatem personæ. Vnde quicquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur a deo: & ideo caro, & mens inhabitatur, quia ambo sunt vnita verbo. Io. 1. Et uerbum caro factum est. Sed tertio modo, est sensus. Tribus enim modis est deus in rebus. Vnus est communis, per potentiam, præsentiam, & essentiam. Alius per gratiam, in sanctis. Tertius modus est singularis in Christo per unionē. Corpus autem tres dimensiones habet. Et plenitudo diuinitatis

strę. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati, & superædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarū actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanē fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non B secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, q est caput omnis principatus, & potestatis,

LECTIO III.

IN QVO, & circuncisi estis, circūcisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circūcisio-

A his modis in Christo superabundat, ideo corporaliter dicitur in eo esse. Et primus quidem modus est quasi longitudo, quia se extēdit ad omnia. Itē, latitudo est, per charitatem. Item, quantum ad profundum, inconprehensibilis. Sed ex hoc Nestorius errat, dicens vnionem factam per inhabitationem tm̄, dicens verbum inhabitasse carnem. Sed contra hoc est, quod Apostolus dicit Philip.2. Exinaniuit semetipsū &c. Habitare aūt hominem non est exinanire, sed hominē fieri, & subdit: in similitudinem hominum factus, & ideo habitabilis dicit Christus, non quasi alius sit q habitat, & qui inhabitatur, sed ipse est & homo, & deus, in quo habitat plenitudo diuinitatis. Deinde cum dicit. *Et estis in illo* &c. Ostendit idem, per comparationem ad alios. Quasi dicat, omnia accepistis. Ion. 1, De plenitudine eius &c. Sciendum est autem, quòd Platonici dicunt, quòd diuina dona perueniunt ad homines mediantibus substantiis separatis Et hoc est verum, etiam s̄m Dionys. sed hoc est quoddā speciale, quia ab eo immediate qui replet angelos. Io.1. Vnigenitus dei filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit &c. Heb.2. Cū initium accepisset enarrari per dominum ab his, qui audierunt &c. Et ideo dicit. *Qui est caput omnis principatus & potestatis*. Inquantum est rex eorū, & dominus: non per conformitatem naturæ, quia sic caput est hominum. Et tangit istos ordines, qui uidentur habere quandam præeminentiam.

C LECTIO TERTIA.

SVPRA muniuit fideles contra deceptiones secularis sapientiæ: hic instruit & munit eos contra hæreticos, volentes eos ad legalia trahere: quos primo docet vitare: secundo, excludit eorum falsam seductionem, ibi; *Nemo &c.* Iterum, prima in duas, quia primo ostendit legalia esse impleta in Christo; secundo, ea excludit ostēdens, quòd non tenentur ad ipsa, ibi, *Nemo uos*. Inter legalia autem, primum est circuncisio, in quā Iudæi profitebantur obseruantiam veteris legis: sicut nos in baptismo profitemur obseruantiam nouæ legis. Ga.5. Testificor omni circuncidenti se, qm̄ debitor est uniuersæ legis faciendæ. Vn̄ dicit, quòd fideles sunt circuncisi quadam spirituali circūcisione. Ex quo sequitur ꝙ illa cessat. Vn̄ primo ostendit, quali circuncisione sunt circuncisi. Secundo, in quo accipitur hæc circuncisio, ibi. *Consepulti*. Tertio, assignat rationem huius circuncisio- D nis, ibi. *Et uos cum mortui*. Circa primum sciendum est, quòd duplex est circuncisio. s. carnalis, & spiritualis. Per Christum uero sumus circuncisi, non circuncisione carnali, sed spirituali. Et ideo primo excludit carnalem: secundo astruit spiritualem. Dicit ergo, *In quo*, scilicet Christo. *Circuncisi estis circuncisione non manufacta*. Ro.2. Non.n. qui in manifesto Iudæus est: neq; quæ in manifesto in carne est circūcisio, sed qui in abscōdito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera &c. *In expoliatione corporis carnis*. Hoc dupliciter potest legi. Vno modo sic, Dico, *Circuncisi, non manufacta circuncisione*, vos dico manentes. *In expoliatione &c.* i. carnalis corruptionis, secundū illud. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum dei non possidebunt &c. quasi dicat, Ideo circuncisi, quia non habetis iam uitia carnis, infra, 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, &c. Vel dico circuncisione non manufacta, quæ circuncisio manufacta consistit in expoliatione corporis carnis, quæ abscinditur ab alia: Vnde alia littera habet. Cutis carnis, scilicet cor- E poris carnis, idest particulæ corporis, quæ est caro, non quòd aliud sit corpus, & aliud caro. Et dicit carnis, alludens legi, vbi fit mentio de carne. Genes. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, &c. Et hoc, ut ostenderet, quòd est quædam carnalis obseruantia. Sed nos non tal sumus circuncisi, sed circuncisione Christi. Sicut enim Christus assumpsit similitudinem carnis peccati, idest carnem passibilem, ut a peccato liberaret, ita, & remedia legis, ut a legis obseruantia liberaret. Vel quam Christus facit in nobis, quæ est spiritualis circuncisio, ut dicitur. Rom. 2. Non litera, sed spiritu. Secundo ostendit, quòd adepti sumus eam in baptismo, & sic baptismus est spiritualis circuncisio. Et primo ostendit, quòd in baptismo exhibetur figura mortis Christi. Secundo, quòd in eo accipitur conformitas ad resurrectionem Christi, ibi. *In quo & resurrexistis*. Dicit ergo

Consepulti &c. Quia in eo exprimitur similitudo mortis Christi, vt sicut Christus ponitur primo in cruce, & postea in sepulchro: ita qui baptizatur, ponitur sub aqua, & ter, sicut stetit Christus triduo in sepulchro; *Consepulti etiam* idest baptizati ad similitudinem mortis Christi, vt sicut in ea destruxit peccatum, ita & in baptismo. Et sicut resurrexit de sepulchro: ita & nos a peccatis in re, & a corruptione carnis spe. Et hoc; *Per fidem operationis dei*. quia virtute dei resuscitatus est. Psal. 40. Resuscita me, & retribuam eis &c. Et credens hanc resurrectionē fit particeps huiꝰ resurrectionis. Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Sed & Christus resuscitauit se. Eadem est enim operatio patris & filii. Psal. 107. Exurgam diluculo &c. Deinde cum dicit; *Et uos cum &c.* Ostendit rationē similitudinis: & primo ostendit similitudinem: secundo modum dictorum, ibi; *Delens &c.* Litera non est difficilis. Dixi vos circuncisos, quia consepulti estis Christo in baptismo. Et comparauit baptismum sepulturæ & morti. Sed potest dici, ꝙ ad propositum magis esset si dicatur, quòd primo ostenditur ꝙ baptismus sit circuncisio: secundo ostendit rationem quare: quia. s. peccatum est superfluitas, & caro præputii est superfluitas. Idem ergo est deponi peccatum, & præputium. Sed in baptismo deponitur peccatum, ergo est idem ꝙ circuncisio. Et ideo dicit; *Cum essetis mortui in delictis*, idest propter delicta vestra. Psal. 33. Mors peccatorum pessima; *Et præputio carnis uestræ* idest carnalis concupiscentiæ, quod pertinet ad originale, quasi astricti reatu malorum actuum & peccati mortalis, hoc faciens Christus conuiuificauit &c. Ephe. 2. Cum essetis mortui delictis & peccatis vestris &c. Et hoc remouens a vobis omne peccatum, condonans & remittens vobis omnia delicta. Idem est igitur circuncidi & conuiuificari, & hoc in baptismo per remedium mortis peccati, & cum circuncidimur per remotionem peccati originalis. Sed quomodo condonauit? Respondeo. Dicendū est, quòd homo peccando duo incurrit scilicet reatum culpæ, & seruitutem diaboli. Et ideo dicit quomodo sunt peccata condonata. Primo, quātum ad remotionem seruitutis diabolicæ: secundo, ponit ablationem reatus culpæ, ibi; *Expolians &c.* Dicit ergo; *Delens &c.* Quod decretum dupliciter potest intelligi. Vno modo lex vetus. Ephe. 2. Legem mandatorum decretis euacuans &c. Et sic loquitur hic ad Iudæos quasi dicat; *Et uos conuiuificauit* Chirographum est scriptura manualis, & proprie fit pro cautione contractuum. Quicunque frangit decretum dei, efficitur reus culpæ. Et hic reatus consistit & in memoria hominis inde perturbata & maculata, & in memoria dei iudicaturi, & dæmonum qui cruciaturi sunt. Hoc ergo remanens in memoria, vocatur chirographū: Christus ergo est qui condonauit omnia, & hoc: *Delens Chirographum*. i. memoriam transgressionis; *Quod* chirographum, vel decretum; *Erat aduersus nos*, quia vtrumque erat contra nos. Lex quidem, quia faciebat cognitionem peccati, non iuuabat. Chirographum autem, quia memoria transgressionis ad puniendum erat. Et dicit; *Decreti*, quia non mittit, sic vt faciat quòd non peccaueris, sed quia non est in memoria dei ad puniendū, nec in dæmonis memoria ad accusandum, nec in te ad contristandum. Psal. 31. Beati quorum remissæ &c. & quorum tecta sunt peccata &c. Vel communiter loquitur, non solum ad Iudæos, sed ad omnes. Vnum decretum factum est primo homini. Genes. 2. Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque die comederis, morte morieris. Sed huiusmodi decretum est homo transgressus, & propter hoc in memoria est chirographum contrarium nobis, quod Christus delevit. Et quomodo? *In cruce*, quādo tulit ipsum de medio &c. Consuetudo enim erat quòd solueus omnia ad quæ quis tenebatur, scindebatur chirographū. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis patiendo. Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et ideo simul cum morte Christi, hoc chirographum est destructum, & ideo dicit; *Tulit de medio*, idest sustulit de rerum natura, & hoc affigens illud cruci, per quam satisfaciens deo, tulit peccatum nostrum. Deinde cum dicit; *Expolians &c.* Ostendit quomodo liberauit a seruitute peccati. Detur enim, quòd vsuratius propter cautionem teneat hominem captum, nō sufficeret destructio cautionis nisi liberaretur: sic, & Christus. Et ideo dicit, *Expolians &c.* Hæc expoliatio refertur ad sanctos mortuos, ante passionem Christi, & sic Christus eos de inferno expoliando liberauit. Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Esa. 49. Equidē de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in seipso.

ne Christi, consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, cōuiuificauit cū illo: donans vobis omnia delicta, delēs quod aduersus nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit

LECTIO IIII.

NEmo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut īparte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit, a robusto saluabitur. Si autem intelligatur de viuis, sic expoliauit eos, scilicet a dæmonibus. Luc. 11 Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuet. Io 12. Princeps huius mūdi eiicietur foras. Dicit ergo. *Expolians principatus, & potestates*, idest ipsos dæmones. Ephes. vlti Aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum &c. *Traduxit*, ipsos sanctos, *confidenter*. tanquam authoritatem habens, in cœlum quantum ad mortuos: & quantum ad viuos, in regnum gloriæ vel gratiæ suæ. Vel traduxit. i. extra duxit, idest expulit principatus ex homine. Esa. 51. Induere fortitudinem brachium domini &c. *Palam*. i. euidenti iudicio, quo cognoscatur quòd traducti sunt. Olim. n. totus mundus seruiuit idolis, nunc nō. Vel Palam, i. corā multitudine angelorum, tum quia descendit ad infernum sanctorum, tum quia ascendit in cælum, Et hoc. *Triumphans in semetipso*. i. in sua virtute. Philip. 3. Secundū operationem, qua possit etiam subiicere sibi omnia. Alia litera sic habet. *Et exuens se carne, principatus, & potestates exemplauit fiducialiter triumphans*. Et exponitur sic: *Exuens se carne*. i. mortalitate. 1. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum dei non possidebunt. i. mortalitas carnalis corruptionis. Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. 2. Co. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. *Exemplauit*, idest, in se exemplum præbuit, quomodo sunt vincendi. Reliqua non mutantur.

LECTIO QVARTA.

SVPRA ostendit legalia esse impleta in Christo, propter circuncisionem in eo impletam, quæ est legalium professio; hic concludit eos nō obligari ad legalia præcepta cæremonialia. Cæremonialia uero erāt quatuor, scilicet sacrificia, sacra, sacramenta, & obseruantiæ. Sacrificia immolabantur deo, vt oues, vitulī & huiusmodi. Sacra erant, sicut vasa, & solemnia tempora. Sacramenta erant tria, scilicet circuncisio, agnus paschalis, & cōsecratio sacerdotum. Obseruantiæ autem erant ea, quæ pertinebant ad singulare in conuersationem populi Israel, vt cibi, vestes, & huiusmodi. Quædam vero prædictorum pertinebant ad quosdam, vt sacrificia, vasa, & alia huiusmodi: quædam ad omnes. De primis autem non facit mentionem, sed de tangentibus totū populum sicut nunc baptismus. Facit autem mentionem de obseruantiis, quia abstinebant a certis cibis. Leuit. 11. vt de quadrupedibus, ab his qui vngulam non diuidunt. In potu etiam, quia quod non haberet operculum immundum erat, & quicquid in eo erat. Et ideo quantum ad hoc dicit. *Nemo uos iudicet in cibo*. i. condemnabiles putet in hoc, quòd vtimini cibis vel potibus prohibitis in lege. Rom. 14. Qui non manducat, manducantē non iudicet &c. Item facit mentionem de sacris, ad temporum solemnitatem pertinentibus. In veteri autem lege erat solemnitas iugis, vt sacrificium vespertinum, & matutinum, quædam autem quę certis temporibus fiebant: & horum, quædam fiebāt pluries in anno, quædam semel tantum sicut Pascha, Scenophegia, & Pentecosten: sed sabbatum, & neomenia pluries: quia istud qualibet hebdomada, illud semel in mense. Et huius ratio erat, quia omnia festa tendunt ad honorem dei. Impendimus autem deo honorem, uel propter aliquod æternum, & sic est iugesacrificium, uel propter aliquod temporale, & hoc quantum ad totū hominum statum: & sic sunt duo, scilicet creationis beneficium, & sic est sabbatum. Exod. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices. Et ratio ponitur ibi, quia septimo die requieuit. Et ratio allegorica est, quia significat quietē Christi in sepulchro. Et anagogice, quietem animæ in deo. Aliud est beneficium propagationis, & conseruationis, quod etiam fit per tempus. Et quia Iudæi obseruabant tempora a luna, ideo dicit: Festum neomeniæ, idest nouę lunæ. Sūt etiam alię causæ, s. liberationis specialis, & sic superadditæ sunt aliæ solemnitates, & ideo dicit. *Aut in parte diei festi, aut neomeniæ*. Quæ fit quolibet mense. Leuit. 3. aut sabbatorum, pro qualibet septimana. Et dicit. *Sabbatorum*. quia sabbatum est requies, & isti habebant plura sabbata, quia septimum diem, & septem septimanas scilicet pentecosten, quæ in septima septimana est a pascha: quæ est principium anni, & septimum mensem, & septimum annū in quo fit remissio debitorum. Item, septima septimana annorum, idest in iubileo. Et ideo dicit, *Sabbatorum*, quasi dicat. Nullus vos condēnet, quia hæc non obseruatis. Et hoc, quia sunt vmbræ futurorum, scilicet Christi. Et ideo veniente veritate, debet cessare vmbra. *Corpus autem Christi*. i corpus pertinens ad Christum. Quando quis videt vmbram, sperat quod corpus sequatur. Legalia autem sunt vmbra præcedens Christum, & eū figurabant venturum. Et ideo dicit, *Corpus*, idest veritas rei pertinet ad Christum, sed vmbra ad legem. Deinde cum dicit. *Nemo uos seducat, &c.* Loquitur cōtra seductores, & deceptores. Et primo, monet vt non decipiantur: secundo arguit deceptos, ibi. *Si ergo mortui*. Item, primo reddit cautos a seductione: secundo, ostendit per quid seducantur, ibi, *Volens in humilitate*. Tertio, in quo deficiat, ibi. *Quæ non uidit*. Dicit ergo. *Nemo uos seducat*, scilicet a ueritate quam dixi. Ephes. 5 Nemo vos seducat inanibus verbis. Seducūt. n. in humilitate isti pseudo apli, introducentes legalia: quia utebantur simulata sanctitate. Sanctitas autem in duobus consistit, scilicet in humili conuersatione, & cultura dei. Isti autem ostendebant humilem conuersationem, cum apparebat eos non curare de rebus mundi. Et ideo dicit. *In humilitate*. Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo Item dicebāt se prædicare ad reuerentiam dei, Et ideo dicit. *Et religione angelorum*. Religio enim est secundum Tullium, quæ cuidam naturæ, quam diuinam vocant, cultum & cæræmoniam affert. 2. Timo. 3. Habentes quidē speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et secundum Glo. legitur sic *In religione* &c. Quia per hoc intendunt quod videantur esse angeli idest nuntii dei. Matt. 7. Attendite a falsis prophetis &c. Vel in religione angelorum ad literam: quia uetus lex est tradita per angelos in manu mediatoris, ut dicitur Gala. 3. Hebr. 2. Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus &c. Et isti dicebant cultum legis obseruandum, quia tradita erat per angelos. Sed tamen triplex est eorum defectus, scilicet scientiæ, iustitiæ, & fidei Et quantum ad primum dicit. *Volens quæ non uidit*, idest, intellexit persuadere, & semper repetere, Nemo uos seducat. Isti enim nesciebant quo fine data esset lex 1. Timo. 1. Volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Quantū ad secūdum dicit. *Ambulans frustra inflatus*. Licet sic humilitatem prætendant. Et ponit duo, s. ꝙ religio eorum sit inutilis, quia ambulant frustra, s. operantes opera, quæ non prosunt ad uitam æternā. Sap. 3. Inutilia sunt opera eorum Iob. 39. Frustra laborauit, nullo timore cogente. Item, quòd prætendunt falsam humilitatem. Vñ dicit. *Inflatus &c.* Differentia est inter inflatum, & pinguem: quia pingues, veritatis sunt pleni: inflati vero vacui, sed uento extensi. Qui ergo vere sunt humiles sunt pleni, sed qui apparent tantum inflati, sunt vacui. Sap. 4. Dirumpe illos inflatos sine voce. Hoc sensu intelligitur illud, Scientia inflat. 1. Cor. 8. Hæc sapientia est grauis, scilicet, qa inflat, non quæ est ex deo. Matt. 16. Caro, & sanguis non reuelauit tibi &c. Quantum ad tertium dicit. *Non tenens caput*. scilicet Christum, per fidem. Et talis decipitur quia sine Christo est in tenebris. 1. Timo. 6. Si quis non acquiescit sanis verbis, &c. Sed quare est caput? Respondet, dicens, Quia ab eo dependet totum bonum corporis, scilicet ecclesiæ. In corpore enim naturali sunt duo bona, scilicet compactio membrorum, & augmentum corporis. Et hoc habet ecclesia a Christo. Ex eo enim dependet totum corpus. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et ideo dicit. *Coniunctiones*. In corpore. n. est duplex cōiunctio membrorū, s. fm contactū, qa manus est coniuncta vlnæ, hæc pectori, & sic de aliis. Alia est connexio seu coniunctio neruorum. Et ideo dicit, *Coniunctum, & connexum*. Sic in ecclesia est coniunctio per fidem, & scientiam. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Sed hoc non sufficit, nisi sit connexus charitatis, & connexio sacramentorum, & ideo dicit *Subministratum per nexus*, quia per charitatem, unus subministrat alteri. Augetur etiam per Christum, qui Crescit scilicet corpus *Constructum*, sic. *In augmentum dei*, idest qd deus facit in nobis. Psal. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit &c. Vel *Dei*, idest, Christi. qui deꝰ corpus auget: dum augetur ecclesia. Eph. 4 Ad consummationē sanctorum in opus ministerii in ædificationē corporis Christi &c. Deinde cum dicit. *Si ergo mortui &c.* Arguit etiā deceptos. Et primo, ponit rationem redargutionis ex cōditione deceptorum. Secō, ex conditione eorum in quibus decipiebantur, ibi. *Quæ omnia sunt*. Conditio eorum erat libertas, quia sicut erant mortui peccato, ita & legi. Vnde seruare eam non debebant. Dicit ergo. *Si ergo mortui estis cum Christo*. Mortui legi. *Ab elementis mundi*, idest a legalibus obseruantiis: quia Iudæi seruiebant deo vero, non tamen sub elementis: sed Gentiles sub ipsis elemētis. *Quid adhuc*, veritate cognita. *Tanquam uiuentes in mundo*, vt Iudæi. *Discernitis*, tangenda, & comedenda, scilicet dicentes. *Ne tetigeritis hoc*, quia peccatum est. *Neque gustaueritis*, de porco, & anguilla. Leuit. 11. Deinde cum dicit. *Quæ omnia &c.* Ostendit qualia sunt ex parte legalium, dicens, quòd sunt noxia, & vana, & grauia. Vnde dicit. *Quæ omnia sunt in interitu*, quia mortifera post passionem Christi, ponentibus spem in eis, sed post tempus gratiæ diuulgatæ, simpliciter omnibus sunt mortifera. Quod dico propter opinionem Hieronimi, & Augustini, quæ supra ad Gala. 2. cap. ponitur. Ad interitum ergo, & in mortem perducentia sunt. Et si dicatur quare ergo legimus vetus testamētum? dico, ꝙ legimus ad testimonium, non ad vsum. Et ideo dicit. *Sunt in interitu ipso usu*, idest, non assumuntur ad testimonium, sed ad vsum. Itē sunt vana, quæ non innituntur rationi nec authoritati, sed hæc non innituntur authoritati diuinæ, sed humanæ. Vnde dicit. *Secundum præcepta*: Sed nunquid nō sūt præcepta a deo? Respondeo, sic ad tempus, quousque veniret veritas. Matth. 15. Irritum fecistis mandatum dei, propter traditiones vestras. Item, non innituntur rationi, *Quia sunt habentia rationem sapientiæ in superstitione*. q. d. Non habent rationem, quæ inducat nisi ad superstitionem. i. ad religionem supra modum. & extra tempus ipsorum obseruatum. *Et in humilitate*. s. simulata tantum secundum deiectionem, quia qui liberatur ꝑ Christum a seruitute legis, non debet se iterum supponere seruituti. Galatha. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis contineri. Seruantur tamen aliqua, quæ, & si non authoritate diuina, tamen humana ratione sunt utilia, sed hoc deficit hic. Sunt enim grauia hæc, fm se considerata. Tria autem de sideramus s. quietem, honorem, & sufficiētiam, quæ hæc legalia non habent. Subtractio enim ciborum contraria est saturitati: Inducunt etiam laborem, propter obseruātias multiplices. Nec sunt ad honorem, sed ad confusionem multam, vt illa aspersio cineris, & huiusmodi. *Act.* 15: Hoc est onus, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus. *Non ad parcendum corpori*, idest ecclesiæ. *Non in honore aliquo*, idest, non ad honorem dei, sed, *Ad saturitatem carnis*, idest, ad implēdum carnalē affectum.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus monuit fideles contra seducentes: hic instruit eos contra peruersitatem morum. Et primo proponit generalem doctrinam. Secundo specialem, ibi. *Mulieres subditæ* Circa primum duo facit: quia primo instruit eos de habenda recta intentione finis, Secundo, de rectitudine humanæ actionis, ibi *Mortificate* Iterum, prima diuiditur in duas partes, quia primo ponit modū instructionis. Secundo assignat rationem, ibi. *Mortui enim*. Circa primum, primo ponit susceptū beneficiū. Secūdo, ex hoc concludit instructionis documentū, ibi. *Quæ sursum*. Beneficium est, ꝙ surreximus cum Christo resurgente, sed hoc dupliciter: Vno modo per spem corporalis resurrectionis. cor. 15. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis quomodo quidam dicunt in uobis, quoniā resurrectio mortuorum

sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione angelorum, q̄ nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & nō tenens caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & cōstructū crescit in augmētū dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemētis huius mundi, quid adhuc tanquā viuentes in mundo discernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secū dum ptæcepta, & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientię in superstitione & humilitate, & non ad parcē dum corpori, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis.

CAPIT. II. LEC. I.

IGITVR si consurrexistis cū Christo, q̄ sursum sunt quærite, ubi Chrīus est, in dextera dei sedēs: quæ sursū sunt

nit rationem redargutionis ex cōditione deceptorum. Secō, ex conditione eorum in quibus decipiebantur, ibi. *Quæ omnia sunt*. Conditio eorum erat libertas, quia sicut erant mortui peccato, ita & legi. Vnde seruare eam non debebant. Dicit ergo. *Si ergo mortui estis cum Christo*. Mortui legi. *Ab elementis mundi*, idest a legalibus obseruantiis: quia Iudæi seruiebant deo vero, non tamen sub elementis: sed Gentiles sub ipsis elemētis. *Quid adhuc*, veritate cognita. *Tanquam uiuentes in mundo*, vt Iudæi. *Discernitis*, tangenda, & comedenda, scilicet dicentes. *Ne tetigeritis hoc*, quia peccatum est. *Neque gustaueritis*, de porco, & anguilla. Leuit. 11. Deinde cum dicit. *Quæ omnia &c.* Ostendit qualia sunt ex parte legalium, dicens, quòd sunt noxia, & vana, & grauia. Vnde dicit. *Quæ omnia sunt in interitu*, quia mortifera post passionem Christi, ponentibus spem in eis, sed post tempus gratiæ diuulgatæ, simpliciter omnibus sunt mortifera. Quod dico propter opinionem Hieronimi, & Augustini, quæ supra ad Gala. 2. cap. ponitur. Ad interitum ergo, & in mortem perducentia sunt. Et si dicatur quare ergo legimus vetus testamētum? dico, ꝙ legimus ad testimonium, non ad vsum. Et ideo dicit. *Sunt in interitu ipso usu*, idest, non assumuntur ad testimonium, sed ad vsum. Itē sunt vana, quæ non innituntur rationi nec authoritati, sed hæc non innituntur authoritati diuinæ, sed humanæ. Vnde dicit. *Secundum præcepta*: Sed nunquid nō sūt præcepta a deo? Respondeo, sic ad tempus, quousque veniret veritas. Matth. 15. Irritum fecistis mandatum dei, propter traditiones vestras. Item, non innituntur rationi, *Quia sunt habentia rationem sapientiæ in superstitione*. q. d. Non habent rationem, quæ inducat nisi ad superstitionem. i. ad religionem supra modum. & extra tempus ipsorum obseruatum. *Et in humilitate*. s. simulata tantum secundum deiectionem, quia qui liberatur ꝑ Christum a seruitute legis, non debet se iterum supponere seruituti. Galatha. 5. Nolite iterum sub iugo seruitutis contineri. Seruantur tamen aliqua, quæ, & si non authoritate diuina, tamen humana ratione sunt utilia, sed hoc deficit hic. Sunt enim grauia hæc, fm se considerata. Tria autem desideramus s. quietem, honorem, & sufficiētiam, quæ hæc legalia non habent. Subtractio enim ciborum contraria est saturitati: Inducunt etiam laborem, propter obseruātias multiplices. Nec sunt ad honorem, sed ad confusionem multam, vt illa aspersio cineris, & huiusmodi. *Act.* 15: Hoc est onus, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus. *Non ad parcendum corpori*, idest ecclesiæ. *Non in honore aliquo*, idest, non ad honorem dei, sed, *Ad saturitatem carnis*, idest, ad implēdum carnalē affectum.

LECTIO PRIMA.

SVpra Apostolus monuit fideles contra seducentes: hic instruit eos contra peruersitatem morum. Et primo proponit generalem doctrinam. Secundo specialem, ibi. *Mulieres subditæ* Circa primum duo facit: quia primo instruit eos de habenda recta intentione finis, Secundo, de rectitudine humanæ actionis, ibi *Mortificate* Iterum, prima diuiditur in duas partes, quia primo ponit modū instructionis. Secundo assignat rationem, ibi. *Mortui enim*. Circa primum, primo ponit susceptū beneficiū. Secūdo, ex hoc concludit instructionis documentū, ibi. *Quæ sursum*. Beneficium est, ꝙ surreximus cum Christo resurgente, sed hoc dupliciter: Vno modo per spem corporalis resurrectionis. cor. 15. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis quomodo quidam dicunt in uobis, quoniā resurrectio mortuorum

rum non est? Item, cùm eo resurgente reparamur ad vitam iustitiæ. Rom. 4, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, quasi dicat. Si Christo resurgente, & vos resurrexistis. 2. Cor. 4. Qui suscitauit dominũ Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Deinde cum dicit. *Quæ sursum &c.* Cõcludit documentum debitũ fini. Et primo p comparationẽ ad finẽ, & ut finẽ principaliter aliquis intendat. secundo, vt secundum finem de aliis iudicet. Dicit ergo. *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursũ sunt quærite.* Matt. 6. Primum quærite regnũ dei, & iustitiam eius &c. Hic enim est finis. Psal. 26. Vnã petii a domino &c. Et ideo hoc quærite. *Vbi Christus sedet in dextera.* Mar. vlti. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis assũptus est in cælum, & sedet a dextris dei. Psal. 109. Sede a dextris meis. Et intelligenda est dextra, non pars aliqua corporalis, sed similitudinaria. Dextera .n. est potior pars hominis. Christus ergo sedet ad dexteram, quia secundum quod homo in potioribus bonis patris est, sed secundum quòd deus, in æqualitate eius est. Et sic sit ordo in uobis, vt quia Christus est mortuꝰ & surrexit: & sic est assumptus a dextris dei, ita, & vos moriamini peccato, vt postea viuatis vita iustitiæ, & sic assumamini ad gloriam. Vel nos resurreximus per Christum, ipse autẽ ibi sedet: ergo desiderium nostrum debet esse ad ipsum. Mat. 24. Vbi fuerit corpus, illuc cõgregabuntur, & aquilæ &c. Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Item debemus, iudicare de aliis secundum ipsum. Et ideo dicit. *Quæ sursum sunt sapite &c.* Astruit vnum, & aliud negat. Sapit autem, quæ sursũ sunt, qui secundum supernas rationes ordinat vitam suam, & de omnibus iudicat secundum eam. Iac. 3. Hæc est sapientia de sursum descendens. Sapit autem, quæ sunt super terram, q̃ secundum terrena bona omnia ordinat, & iudicat, iudicans ea summa bona. Philipp. 3. Et gloria in confusione eorum, q̃ terrena sapiunt. Deinde cum dicit. *Mortui enim &c.* Ponit rationem monitionis. Et primo, commemorat quandam mortem, Secundo, innuit occultationem cuiusdam vitæ, ibi. *Et uita.* Tertio docet huius vitæ manifestationem, ibi. *Cum autem Christus.* Prius enim vnum prohibuit, & aliud astruxit: & nunc ad hæc duo redit. primo sic: Non sapite, quæ sunt terrena, q̃ a mortui estis terrenæ conuersationi. Mortuus enim huic uitæ, nõ sapit ea, quæ sunt huius mundi: ita, & vos si mortui estis cum Christo, ab elementis huius mundi. Rom. 6. Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo. Esa. 26. Morientes non viuant, gigantes non resurgant &c. Cum autem dixit, Existimate &c. Subdit, *Viuentes.* Et ideo alia vita est occulta. Vnde etiam hic dicit, *Et uita uestra, &c.* Et hanc vitam acquirimus nobis per Christum. 1. Pet. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis &c. Quia vero hæc vita est per Christum, Christus autem est occultus a nobis, quia est in gloria dei patris. Et similiter vita, quæ per eũ nobis datur, est in occulto, vbi scilicet, Christus est in gloria dei patris. Prouerb. 3. Longitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ, & gloria. Psal. 30 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te &c. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, &c. Ideo cum dicit. *Cum autem Christus &c.* Ostendit quomodo manifestatur. s. sicut & Christus, quia dicitur in Psalmis 49. Deus manifeste veniet. Et ideo dicit. *Cum autem apparuerit Christus uita uestra.* Quia ipse est actor vitæ vestrę, & quia in amore eius, & cognitione consistit vita vestra. Galath. 2. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. *Tunc & uos apparebitis.* 1. Io. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, scilicet in gloria. Abac. 3. Ab austro veniet, & sanctus de monte Pharam &c. Deinde cum dicit. *Mortificate ergo.* Ordinat humanam actionem. Primo per cohibitionem peccatorum. Secundo, per instructionem bonorum morum, ibi. *Induite uos.* Circa primum duo facit, quia primo præmittit monitionem: secundo eius rationem exponit, ibi. *Expoliantes uos.* Iterum prima in duas, quia primo prohibet vitia carnalia: secundo rationem assignat, ibi. *Propter quæ.* Circa primum duo facit, quia primo ponit generalẽ prohibitionem, secundo explicat in speciali, ibi. *Quæ sunt.* Dicit ergo, Non debetis sapere. *Quæ sunt super terram,* sed mortificate quicquid terrenum. & specialiter membra quæ sunt, &c. Quod potest exponi similitudinarie. quia conuersatio nostra est continens multos actus, sicut corpus multa membra, & in-

sapite: non quæ sunt super terrã. Mortui.n. estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra; tunc, & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-

conuersatione bona, prudentia est sicut oculus dirigens: fortitudo autem sicut pes portãs. In mala vero, astutia sicut oculus, pertinacia uero sicut pes. Hæc ergo membra sunt mortificanda. Vel aliter de membris corporis carnalibus dixit; *Mortui estis &c.* scilicet terrenæ conuersationi. Quomodo? Et respondens dicit; *Mortificate &c.* In tantum ergo morimur culpæ, inquantum viuificamur per gratiam. Vita enim gratiæ reparat nos quantum ad mentẽ, non totaliter quantum ad corpus propter fomitem. Ro. 7. Ego ipse mentem seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

scentiam malã, & auaritiã, quæ est simulacrorum seruitus: propter quę, uenit ira Dei in filios incredulitatis: in quibꝰ ambulastis aliquãdo. cum uiueretis in illis.

LECTIO II.

NVnc aũt deponite & uos omnia iram, indignationem, malitiã, blaspemiã,

Et paulo ante, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ &c. Qui ergo mortui estis quantum ad mentem, mortificate concupiscentiam in membris, quæ sunt super terrã, inquantũ sunt super terrã, & terrena corpora 1. Co. 6. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. i. non permittendo ei se pertrahi ad carnalia. Et iõ ponit peccata in specialis. Et primo pure carnalia. Secundo, media ibi; *Et auaritiam.* Inter carnalia maxime concupiscentia inclinat ad luxuriã, vbi est actus turpis. Et hoc, vel secundum naturam animalis, non dicam rationis, quia omne peccatum est contrarium rationi. Et iõ dicit; *Fornicationem.* Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione &c. vel contra naturam, & sic dicit; *Immunditiam.* Item delectatio est immunda, unde dicit; *Libidinem.* Item concupiscentia praua, vnde dicit; *Concupiscentiam malam.* Secundo, ponit peccata media. Et primo auaritiã, cuius obiectum est corporale, scilicet pecunia: & completur in delectatione spirituali, scilicet dominio talium. Et ideo cõmunicat cum carnalibus peccatis. Et subdit; *Quæ est idolorum seruitus.* Eph. 5. Aut auarus, q̃ est idolorum seruitus. Sed nũquid auaritia ex suo genere est species idolotriæ, & auarus peccat tanquam idolatra? Respondeo, dicendum est, Non ex speciem, sed secundum similitudinem: quia auarus ponit vitam suam in pecunia. Idolatra est quando quis exhibet alicui imagini honorem debitum deo. Auarus autem honorẽ debitum Deo, exhibet pecuniæ: quia tota sua vita circa hoc est. Quia vero auarus non intendit circa pecuniam se habere vt ad Deum, sicut idolatra, ideo est minus peccatum. Deinde cum dicit; *Propter quæ uenit ira Dei.* Ostendit rationem, quare uitanda sunt hæc peccata: & est duplex. Vna, quę mouet omnes, & alia, quæ specialiter istos. Prima est uindicta Dei, quia propter carnalia uenit ira, idest uindicta Dei; *In filios diffidentiæ* idest peccatores qui diffidunt de Deo, quia luxuria est filia desperationis: quia multi ex desperatione spiritualium dant se totaliter carnalibus. Vel diffidentiæ, quia quantum est de se, non est confidendum vt corrigantur, & ideo venit ira Dei, sicut in Gen. 6. & 7. in diluuio: & 18. & 19. de Sodomitis. Alia rõ est, quia illi aliqñ fuerunt tales. Vnde dicit; *In quibus & uos ambulastis aliquando.* s. de malo in peius. Et ponit hanc rationem pp duo. s. & propter id quod Petrus dicit. 1. Pet. 4. Sufficit præteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxuriis &c. & quia experti estis quòd in eis non est vtilitas, sed confusio Roman. 6. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apost. monuit fideles contra vitia carnalia: hic monet eos contra vitia spiritualia. Et primo ponit vniuersalem admonitionem. Secundo, per partes distinguit. Dicit ergo aliqñ ambulastis in illis, sed; *Nunc deponite & vos omnia,* nõ solum carnalia, sed omnia 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiã & oẽm dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones &c. Distinguit aũt uitia spiritualia in duo. Primo in peccatum cordis. Secũdo, oris, ibi; *Blasphemiam &c.* Et primo ponit irã. Ira.n. viri iustitiã Dei nõ operat Iac. 1. & hæc est deponẽda. Secũdo; *Indignationem,* quæ oritur ex ira, q̃ est quando quis reputat aliquẽ indignum eorum, quæ habet uel ut cõparetur alii Esa. 27. Indignatio non est mihi; *Malitiam,* quæ cõsequit ad hæc duo. s. quando quis molit malũ proximo inferre Iac. 1. Abiicientes oẽm immũditiã & abundantiam malitiæ in mansuetudine &c. Deinde ponit peccata pertinẽtia ad peccatũ oris. Et sunt tria genera peccatorum oris. Per hoc.n. peccatum designatur inordinatio mentis. Et primo in comparatione ad Deum, & hæc est blasphemia. Leuitic. 24. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuer-

vniuersus. Et sic quæcunque blasphemia, est peccatum mortale. Sed quid si sit subito? Respondeo Dicendum est, quòd si sit subito, ita quòd non percipit se blasphemare: non peccat mortaliter. Sed credo quòd quantuncumque subito, si tamen percipit quòd dicit verba blasphemiæ, peccat mortaliter. Secundo, designat inordinationẽ circa cõcupiscentiã, dicens; *Turpem sermonem de ore uestro,* Ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat &c. Tertio, inordinationem contra proximum, & hoc est mẽdacium. Prou. 19. Qui loquitur mendacium, nõ effugiet. Deinde cum dicit; *Expoliantes &c.* Ostendit rationem, quare sunt vitanda prædicta vitia, quia, scilicet deposita vetustate, debet indui nouitas. Mat. 9. Nemo mittit commissuram panni rudis, in uestimentum vetus &c. Et primo ponit depositionem vetustatis Secundo, assumptionem nouitatis, ibi; *Et induentes.* Dicit ergo; *Deponite* hoc expoliantes &c. Nam hoc inueteratur per peccatum Heb. 8. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Hæc vetustas propinquat corruptioni, quia peccatum est uia ad corruptionẽ. Item, per peccatum perditur virtus & decor spiritualis, quæ quidem vetustas est introducta per peccatum primi parentis. Ro. 5. Sicut.n. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, ita & in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hunc ergo veterem hominem. idest vetustatem peccati. Rom. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato &c. *Exuite cum actibus suis.* Ephe. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris &c. Nouus homo est animus interius renouatus: quia homo ante gratiam, habet mentem interiorem peccato subiectam, & quando reparatur per gratiam, habet nouitatem. Psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Gal. vlti. In Christo Iesu neque circuncisio neque præputium aliquid valet, sed noua creatura. Noua creatura est gratia innouans, sed adhuc vetustas remanet in carne. Sed si sequaris iudicium noui hominis, tunc induis nouum hominem: si uero concupiscis secundum desideria carnis, induis vetustatem. Ephe. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Deinde cum dicit; *Et induentes &c.* Describit nouum hominem. Et primo, ostendit renouationis modum. Secundo, vbi renouetur. Tertio, secundum quid renouatur. Ostendit ergo, quòd interior homo vetus per ignorantiam dei, renouatur per fidem & agnitionem dei. 2. Cor. 3: In eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Sed vbi est hæc renouatio? Ibi scilicet, vbi est imago dei, quæ non est in potentiis sensitiuæ partis, sed in mẽte. Vnde dicit; *Secundum imaginem,* idest ipsa dei imago, quæ est in nobis renouata & hoc; *Secundum imaginem eius,* scilicet dei; *Qui creauit eum,* Dicitur autem nouus creatus, quia anima rationalis non est extraduce, sed a deo creata. Deinde cum dicit; *Vbi non est &c.* Ostendit hanc innouationem esse omnibus communem, alias non pertineret ad hominem inquantum homo. Et hoc, quia facta est secundum aliquid, quod conuenit omnibus. Quintuplex autem hic cadit distinctio inter homines. Vna, secundum sexum corporeum, & hanc excludit, dicens, Vbi non est masculus & fœmina: quia non differunt mente, sed secundum sexum corporeum. Secunda, per nationes, & hanc excludit, ibi; *Gentilis & Iudæus.* Isti enim ex fidelibus, illi ex infidelibus, & tamen vtrique mente rationales. Rom. 3. An Iudæorum deus tantum? Nonne & Gentium? Tertia, secundum ritum certum & proprium, quia quidam legis professionem, & quidam ritum eundem non habebant. Rom. 10 Idem dominus omnium &c. Alia secundum linguã, ibi; *Barbarus & scyta.* Scythia est versus septentrionem: barbarietas autem extraneitatem dicit. Vnde barbari, quasi extranei: Et simpliciter est barbarus, qui extraneus est ab homine inquantum homo, & hoc est inquantum rationalis. Et ideo illi barbari sunt, qui non reguntur ratione & legibus, & ideo barbari naturaliter sunt serui, & in Christo non differunt, quia & si ius ciuile non habent, tamen legem habent Christi. Alia secundum conditiones, quia quidam serui, quidam liberi: in Christo autem sunt omnes similes. Iob. 3. Paruus & magnus, ibi sunt &c. Ergo non sunt hæ differentiæ in Christo; *Sed est omnia & in omnibus Christus.* Non enim est circuncisio nisi per Christum & libertas per Christum: si non es liber, libertas tua est Christus. Si non es circuncisus, circuncisio tua est Christus, & sic de aliis. *Et in omnibus,* quia omnibus beneficia sua dat.

turpem sermonem de ore vestro, Nolite mentiri inuicem: expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induẽtes nouum, eum qui renouatur in agnitionẽ dei, secũdum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non est masculus & fœmina, Gentilis, & Iudæus, circuncisio & præputium,

LECTIO TERTIA.

barbarus, & scytha: seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.

SVPRA Apostolus induxit fideles ad vitandum mala: hic inducit eos ad operãdum bona: & primo ad opera particularium virtutum. Secũdo, ad opera virtutum principalium perficientũ animas, ibi. *Super omnia.* Et primo commemorat eorum cõditionem. Secundo subdit virtutum connumerationem, ibi *Viscera misericordiæ.* Dicit ergo, Si induistis nouum hominem, debetis induere noui hominis partes. Ro 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, quibus induimur, quando quicquid exterius apparet, est uirtutibus ornatum. Sed quibus uirtutibus? Aliter induuntur milites, aliter sacerdotes. *Ergo induite* vobis conuenientia vestimenta. *Sicut electi dei sancti* Et quod dicit electi, pertinet ad remotionem a malo, quod dicit sancti, ad donum gratię. 1. Cor. 6. Abluti estis, sed sanctificati estis. Leuit 11, & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Quod dicit. *Dilecti,* pertinet ad præparationẽ futuræ gloriæ. Io. 13. In finem dilexit eos, scilicet vitæ æternę. Et describit hic vestimenta quæ protegunt nos in aduersis, & prosperis. 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris. Et primo, quæ habẽda in prosperis. Secundo, quæ in aduersis, ibi *Patientiam.* In prosperis aliquid debemus, & primo proximo misericordiam. Et ideo dicit viscera misericordiæ. Luc. 1. Per viscera misericordiæ dei nostri, &c. Philip. 2. Si qua viscera miserationis, &c. idest misericordiam ex affectu procedentem. Ad omnes vero consequenter est habenda benignitas, quæ est quasi bonaigneitas. Ignis enim liquefacit, & effluere facit humida. Si in te est bonus ignis, liquefacit: quicquid humiditatis habes, & dissoluet. Hanc facit Spiritusanctus. Sap. 1. Benignus est spiritus sapientiæ. Ephe. 4. Estote autem inuicem benigni, misericordes, &c. In corde debes habere humilitatẽ. Eccle. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus &c. In exterioribus debes modestiã, quæ ponit modũ; ne in psperis excedas. Philip. 3. Gaudere in domino semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus. In aduersis tria sunt arma habenda, scilicet patientia, quæ facit quòd animus propter aduersa non amoueatur ab amore dei, & rectitudine iustitiæ. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas uestras. Sed quia quandoque contingit, quòd aliquis a iustitia nõ declinat quantum est de se, tamẽ aliorum mores sunt ei importabiles, ideo dicit. *Supportantes inuicem.* 2. Petr. 2 Habitans apud eos qui de die in diem, iustam animam iniquis operibus cruciabant. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecilitates infirmorum sustinere. Tertio, condonationem, ibi. *Et donantes &c* idest parcentes, 2. Cor. 2. Nam, & ego quid donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. Cõdonat autem quis iniuriam, quando non habet rancorem ad eũ, nec malum contra ipsum procurat. Sed quando necessitas punidi est, tunc puniendus est. Et addit rationẽ. *Sicut & dominus donauit uobis.* Eccle. 28. Homo homini seruat iram, & a deo quærit medelam &c. Matt. 18 Omne debitum dimisi tibi, &c. Et post, Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui sicut &c. Deinde cum dicit. *Super omnia &c.* Inducit ad principales virtutes p ficiẽtes alias. Et principalior est charitas inter virtutes, sapiẽtia vero inter dona. Charitas quidem, informat omnes uirtutes. sapientia uero, dirigit, primo igitur inducit ad primum. Secundo, ad secundũ ibi. *Verbum Christi.* primo inducit ad charitatem habendam. Secundo ad charitatis effectus, ibi. *Et pax.* Dicit ergo. Super omnia induatis charitatem, quę omnibus prædictis maior est, vt dicitur 1. Cor. 13. *Super omnia,* idest, magis quàm omnia, quia est finis omnium virtutum. 1. Timo. 1. Finis autem præcepti est charitas, &c. Vel super omnia debemus habere charitatem, quia est super omnia alia. 1. Cor. 11. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro &c. Et hoc, quia sine ipsa nihil valent alia, Et hæc charitas figuratur per tunicam inconsutilem Io. 19. Et ratio huius quare est habenda, subditur, scilicet, q̃ *Est uinculum.* Ex Glo. per omnes virtutes homo perficitur, sed charitas connectit eas adinuicem, & facit eas perseuerantes, & ideo dicitur vinculum. Vel ex natura sua est vinculum, quia est amor qui est vniens amatum amanti. Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis &c. Sed addit

Perfectionis, quia est vnumquodque perfectum, quando adhæret fini vltimo, scilicet deo, quod facit charitas. Deinde cum dicit. *Et pax &c.* Monet ad actus charitatis. Et ponit duos actº, scilicet pacem, & gratitudinem, & certium innuit, scilicet gaudium. Dicit ergo Et pax Christi &c. Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundum August. tranquilitas ordinis, sibi a deo instituti, quod facit charitas. Qui enim aliquem diligit, concordat cum eo in uoluntate. Psal. 118. Pax multa diligentibus legē tuam. *Exultet*, quia charitatis effectus est gaudium, quod sequitur ex pace, Pro. 12, Qui pacis ineunt cōsilia, sequitur eos gaudium. Sed nō dicit simpliciter pax, qa ē pax mūdi, quā deº nō uenit facere, sed Chri, quā fecit inter deum, & hoīem. Mar. 9. Pacē habete inter vos, quam annuntiauit. Luc. vltimo. Stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis; Pax uobis. Et debetis habere, quia *In ista uocati estis*. 1. Cor. 8. In pace uocauit nos deus. Et hoc est qd subdit. *In uno corpore*. i. vt sitis i uno corpore. Esse actus alius est, ut sitis grati. ideo sequitur. *Et grati estote*. Sapien. 16. Ingrati spes tanquam hibernalis glacies tabescet, & dispeniet tanquam aqua superuacua. Deinde cum dicit. *Verbum Christi*. monet ad sapientiā, & primo docet sapientiæ originem. Secundo sapientiæ vsum, ibi. *Docentes*. Ad hoc etiam quod quis habeat patientiam veram, oportet considerare unde oriatur. Ideo dicit. *Verbum Christi*. Eccl. 1. Fons sapientiæ, uerbū dei in excelsis, ergo ex uerbo Christi hauriatis eam. Deut. 4, Hæc est sapientia uestra, & intellectus coram populis &c. 1. Co. 1. Qui factus est nobis sapientia a deo &c. Sed aliqui non habent uerbum, ideo nec sapientiam. Et ideo dicit. *Habitet*. Pro. 3. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, &c. Aliquibus sufficit modicum quid de uerbo Christi: sed Apostolus uult, quòd habeamus multum. Et ideo dicit. *Abundanter*. 2. Cor. 9. Potens est deus omnem gratiam abundare facere in uobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Prou. 2. Sicut thesauros effoderis eam, &c. Et addit. *In omni sapientia*. i. in omnibus pertinentibus ad sapientiam Christi, debetis studere scire. Act. 20, Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Eccl. 21. Cor fatui, quasi uas confractum, & omniem sapientiā non tenebit &c. Triplex autem est vsus huius sapiētiæ, scilicet, instructionis, deuotionis, & directionis. Instructio duplex, scilicet ad cognoscendum vera. Vnde dicit. *Docentes*, quasi dicat. Habitet ita abundanter in uobis, ut de omnibus sitis instructi per ipsum. 2. Timo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum &c. Item, ad cognoscendum bona, ideo dicit. *Et commonentes uosmetipsos*, idest exhortantes vos ad bona opera. 2. Petri. 1. Suscitare vos in commonitione &c. Secundo ponit vsum deuotionis. Vnde dicit. *In psalmis, & hymnis*. In psalmis qui designant iucunditatem bonæ operationis. Psalm. 148. Laudate eum in uoce exultationis &c. Hymnus est laus cum cantico. Psalm. 148. Hymnus omnibus sanctis eius, &c. *Et canticis spiritualibus, &c.* quia quicquid nos facimus debemus referre ad bona spiritualia, ad ꝓmissa æterna, & ad reuerentiā dei. Et ideo dicit. *In cordibus*, & non in labiis tantum 1. Cor. 14, Psallam spiritu, psallam & mente. Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorū longe est a me. Et addit. *In gratia*, scilicet recognoscentes gratiam Christi, & beneficia dei. Sunt autem cantica ecclesiæ cordis principaliter, sed oris sunt, vt excitetur canticum cordis, & pro simplicibus, & rudibus. Tertio, ponit vsum directionis in opere, dicens. *Omne quodcunque facitis &c.* Quia etiam locutio opus quoddam est. 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite &c. Sed contra, Aut hoc est præceptum, aut consilium: si præceptum, peccat, quicunque hoc non facit: sed peccat venialiter quando qs hoc non facit: ergo quicunque peccat venialiter, peccat mortaliter. Respondeo: quidam dicunt quòd hoc est consilium, sed hoc non est uerum, Sed dicendum est, quòd non est necessarium quòd omnia in deum referantur actu, sed habitu: qui enim facit contra gloriam dei, & præcepta eius, facit contra hoc præceptum. Venialiter autem peccans, non facit contra hoc præceptum simpliciter: quia licet non actualiter, tamen habitualiter refert omnia in deum.

benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquē habet quærelam, sicut, & dominus donauit uobis, ita, & uos, Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est uinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris in qua, & uocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commonentes uosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus uestris deo. Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo, & patri per ipsum.

LECTIO IIII.

Vlieres subditæ estote uiris, sicut oportet in domino. Viri, diligite vxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia: hoc.n. placitū est in dño. Patres nolite ad indignationē pro

LECT. IIII.

POSITA generali instructione ad omnes: hic incipit ponere specialem. Primo, dat quædam specialia documenta, pertinentia ad singulos status in ecclesia. Secundo, quædam communia omnibus statibus respectu certarum cōditionum, in. 4. cap. ibi *Oratione instante*. Prima in tres, secundum tres connexiones ex quibus domº constituitur secundum Philosophum, quarum vna est viri, & vxoris: secunda patris, & filii: alia domini, & serui. Secunda, ibi. *Filij*. Tertia, ibi. *Serui*. Vna quæque earum diuiditur in duo, secundum quod monet subditos vt obediant, superiores vt moderate imperent. Dicit ergo *Mulieres &c.* & dicit, *Sicut oportet*, quia hæc subiectio ex lege diuina ordinata. Gen. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesis taceant. Non.n. permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut, & lex dicit. Et ratio huius est, quia regere est rationis: uiri autem magis uigēt ratione, & ideo præsidere debent. Item addit. *In domino*. Quia omnia ordinata ad aliquos fines, sunt referenda finaliter in deum. Deinde monet viros vt diligant eas, dicens. *Viri diligite uxores*. Hoc enim est naturale: quia uir, & uxor quodammodo sunt vnum. Ephe. 5. Viri, diligite vxores vestras, &c. Et prohibet ne eis sint amari. Mich. 1. Infirmata est in bonum, quę habitat in amaritudinibº. Ephe. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur a uobis, cum omni malitia. Deinde cum dicit *Filij &c.* Agit de secundo, & dicit. *Filij obedite per omnia*, scilicet quæ non sunt contra deum. Hebr. 12. Parentes quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, &c. Si vero præcipiant in his, quæ sunt cōtra deum, sic intelligitur illud, quod dicitur. Luc. 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. & hoc, quia hoc est placitum domino, idest in lege domini, quia lex charitatis non remouet legem naturæ, sed perficit. Est autem lex naturalis, quòd filius subdatur curæ patris. Exod. 10. Honora patrem tuum, & matrē tuam &c. Deinde cū dicit *Patres nolite, &c.* instruit parentes. Ephe. 6. Et uos patres, nolite ad iracundiā prouocare filios vros, &c. & hoc. *Vt non pusillo animo fiant*. Idest, vt non pusillanimes fiant, & huius ratio est, quia homines retinent impressionem quam a pueritia habuerunt. Naturale autem est quòd qui in seruitute nutriuntur, semper sint pusilanimes. Vnde ratio est cuiusdam, quare filii Israel non statim in terram promissionis sunt perducti: quia fuerant nutriti in seruitute, & non habuissent audaciam contra inimicos pugnandi. Esaie. 35. Dicite pusil. &c. Deinde dicit. *Serui obedite*. Agit de tertio, & primo de seruis ponit monitionem. Secundo, ostendit rationem, ibi. *Scientes*. Tertio, excludit dubitationem, ibi. *Qui enim*. Circa primum duo facit: quia primo monet eos ad obedientiam. Secundo determinat obediendi modum, ibi. *Non ad oculum*. Dicit ergo. *Serui*. Secundum carnalem conditionem. *Obedite per omnia*, quæ scilicet, non sunt contra deum. 1. Pet. 2. Non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis, &cætera. 1. Timothei vltimo. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos, omni honore dignos arbitrentur. Deinde cū dicit. *Non ad oculum*. Docet modum obediendi. Et ostendit duos modos obediendi. Primo, quòd simpliciter, & sine dolo. Secundo, ostendit quòd voluntarie. Dicit ergo. *Non ad oculum*, scilicet quantū potest videri a domino. Eph. 6. simile. Et dicit, Quasi hominibus placentes, quia non seruiunt hoc modo, nisi vt placeant hominibus. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. Ideo addit; *Sed in simplicitate cordis &c.* i. absque dolo; *Timentes dominum* sicut Iob. 1.

Erat

Erat uir ille simplex, & rectus, ac timens Deum Prou. 11. Simplicitas iustorum diriget eos &c. Item volūtarie, unde dicit; *Quodcunque facitis ex animo*, idest promꝑte; *Operamini*. Et hoc; *Sicut domino* quia qui seruit alicui propter ordinem iustitiæ, facit hoc propter Deum a quo est hic ordo Rom. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Eph. 6. Facientes uoluntatē dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes, sicut &c. Deinde dicit; *Scientes*, ostendit duplicē rationem huius, & vna est, ex parte remunerationis, alia, ex parte deuotionis ad deum. Dicit ergo. Seruiatis prompte, quia; *A domino accipietis retributionē hæreditatis* æternæ Psa. 15. Funes ceciderūt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea pclara ē mihi. Ephe. 6 Scientes, quoniam vnusquisque quodcūque fecerit bonū, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Quorundam enim fuit opinio, ꝙ actus iustitiæ non est meritorius, quia hoc uidebatur esse debitū, & hoc nō est meritorium alicui dare quod suū est. Sed sciendū est, ꝙ ex hoc, ꝙ uolūtarie facis, ex hoc ponis aliquid de tuo, quia de potestate tua est uelle & nō uelle, & sic ē meritoriū. Serui aūt ex debito seruiūt dño, & ideo, vt habeāt mercedē, hoc faciunt volūtarie. Sed sic seruite eis, ꝙ a deo nō recedatis. Itē alia rō est, quia sic seruitis domino Christo Ro. 12. Spiritu seruētes, dño &c. Deinde dicit; *Qui enim* remouet dubitationē. Posset.n. dicere seruus. Qūo seruiam ei, qui facit mihi iniuriā. Et ideo dicit, Non est tuū ut uindices te, subtrahendo ei quod suū est, sed expecta ab eo, qui potest, quia; *Qui iniuriam facit &c.* 2. Cor. 5 Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Eph. 6. Et personarū acceptio non est apud deum. Act. 10. Nō est personarum acceptor deus. Deinde cū dicit; *Domini* ostēdit qualiter dñi se habeāt ad seruos. Et circa hoc duo facit, quia primo dat doctrinam Secundo, reddit rationem eorum ibi; *Scientes*. Dupliciter autem potest dominus grauare seruos, scilicet faciendo contra eos, quod iustitia legis prohibet, quia secundum leges, non licet domino seuire in seruum. Ideo dicit; *Quod iustum est*. Itē, si exigeret totū debitū, quod mānsuetudo christiana mitigat. Ideo dicit; *Et æquum*. Iob. 31. Si contempsi subire &c. Deinde cum dicit; *Scientes &c.* Ponitur ratio, quia sicut tu te habes ad eos, ita dominus ad te. Eph. 6. Scientes &c.

LECTIO PRIMA.

SVPRA posuit specialia documenta ad singulos status hominum, hic ponit pertinentia ad omnes, tamen respectu diuersorum. Et primo ostendit qualiter se habeant ad alios. Secundo qualiter ad ipsos alii se habeant, ibi; *Quæ circa me &c.* Iterum, prima in duas, quia primo ostendit qūo se habeant ad ipsummet Apostolū, eorum prælatum. Secundo, quomodo ad alios, maxime infideles, ibi; *In sapientia*. Circa primum duo facit, quia primo incitat eos uniuersaliter ad orandum. Secundo, ut orent ꝓ eo, ibi; *Orantes*. Debet autem oratio habere tria. s. quòd sit assidua, grata, & vigilās. Assidua. vnde dicit; *Orationi instantes* 1. cū perseuerantia orate 1. Thess. 5. Sine intermissiōe orate. Luc. 18 Oportet semper orare, & nunquā deficere. Item vigilās, vt animus non sit præssus. Ideo subditur; *Vigilantes* 1. Pet. 4. Vigilate in orationibus &c. Luc. 6. Erat pernoctans in oratione &c. Itē grata, idest in gratiarum actione, alias non meretur beneficia noua, si de acceptis esset ingratus. Vnde sequitur. *In gratiarum actione*. Phil. 4. Cum gratiarum actione. 1. Thes. 5. In omnibus gratias agite. Consequenter rogat, vt orent pro ipso, dicens. *Orantes &c.* Quia hoc est debitum, quòd subditi pro prælatis orent, quia prælati custodiunt eos, & eorum bonum est commune omnium. 2. Tes. 3. Orate pro nobis, vt sermo domini currat &c. Et hoc. *Vt deus aperiat ostium*. i. os, per quod sermo a corde exit, & quòd deus det gratiam digne proferendi verbum suum. In operatione ēt significatur aliqd magnum. Matt. 5. Aperiens os suum, docebat eos &c. Et ideo subdit. *Ad loquendū* 1. Cor. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria. Et his indigeo, quia propter verbum Christi &c: Et tribulationes patior. Ideo orandum est, ut libere possim. 2. Tim. 2. Laboro vsque ad uincula. Et hoc modo, vt aperiat idest. *Vt manifestet &c.* Tria possunt esse impedimēta verbi, scilicet uel propter timorem, ideo dicit. *Vinctus*. vel propter altitudinem, ita quòd subditi nequeant intelligere, ideo dicit. *Vt manifeste*. Vel propter incongruitatem temporis vel modi. ideo dicit. *Vt oportet*. 1. Cor. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus &c. Luc. 12. Fidelis dispensator, & prudens, quem cōstituit &c. Consequenter cū dicit. *In sapientia &c.* Ostendit qūo se habeāt ad extraneos, & primo in cōuersatione. Scdo, qūo in locutione, ibi. *Sermo uester*. Dicit ergo. *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt*. Idest infideles in sapiētia. i. sapienter. Sap. 7. Neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia inhabitat &c. Et huius causa est *Redimentes &c.* Redimit vexationem suam, qñ quis dimittit quod est de iure suo, vt vitet eam. Isti vexabantur ab eis, ideo vult quòd redimant eam per sapientiam. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonā &c. Item docet secundo, quomodo se habeant loquendo. Et primo, vt sermo sit gratus. Vñ dicit. *Sermo uester, semper in gratia*. Eccl. 6. Lingua eucharis in bono homine abundabit. Scdo, vt sit discretus. Vñ dicit. *Sale conditus*. ꝑ salem intelligitur discretio: qa ꝑ ipsum omnis cibus cōditus est sapidus, ita oīs actio indiscreta est insipida, & inordinata, Mat. 9. Habete in uobis sal, & pacē habete inter uos. Et hoc. *Vt sciatis &c.* Aliter.n. est respondendum sapientibus, aliter insipientibus. Prou. 26. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis &c 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem oī poscenti uos rationē &c. Deinde cum dicit. *Quæ circa me &c.* Ostēdit, quid alii agant ad ipsos, & & primo ostēdit, qd ad eos agāt illi, quos ad eos mittit. Scdo, qd cū Apostolo. remanētes, ibi. *Salutant*. Mittit aūt ad eos legatū, quē primo describit tripliciter, & primo a dilectione, dicēs. Charissimus frater. s. ꝑ charitatē, q̄ facit hoīem auro pretiosiorē. Esa. 13. Pretiosior erit uir auro, & hō mundo obrixo &c. Itē a fide. Vñ dicit *Fidelis in ministerio*. 1. Cor. 4. Hic iam q̄ritur inter dispēsatores, vt fidelis qs inueniat. Itē ab humilitate, Vñ dicit *Et cōseruus*. s. in esecutione ministerii, sed *In domino*: qa plātus q̄rere debet vtilitatē eorū, qbus ꝓfertur, & dei honorē. Sed ad qd mittitur? Vt cognoscat statū subditorū. Gen. 37. Vade, & uide si cūcta ꝓspera sūt erga fratres tuos & pecora & renūtia mihi qd agat &c. 1 Re. 17. Fratres tuos uisitabis, si recte agant, & cū qbus ordinati sūt disce. Itē vt cōsoleē. Ro. 1. Desidero.n. videre uos, ut aliqd impartiar uobis gr̄æ spūalis ad cōfirmādos uos. i. simul cōsolari in uobis &c. Et dñs missus a patre, ad hoc venit. Esa. 61. Vt cōsolarer oēs lugētes &c. Itē describit eiº societatē cū Onesimo. *Qui oīa q̄ hic agūt, &c.* Et vestra mihi, vt corrigā, & mea uobis, ut exēplū habeatis. Deinde cū dicit. *Salutat &c.* Ostēdit, qūo salutātur a rema-

uocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui, obedite ꝑ omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcūque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus: scientes quòd a domino accipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id qd inique gessit: Et non est personarum acceptio apud Deum. Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes, quoniam & vos dominum habetis in cælo.

CAPIT. IIII. LEC. I.

Rationi instate, vigilantes in ea in gratiarū actione: orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiū sermonis ad loquendū mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) vt manifestem illud, ita vt oporteat me loqui. In sapien-

tia ambulate ad eos q̄ foris sunt, tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat uos vnicuique respondere. Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tichicus frater, & fidelis minister & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa uos sunt, & cōsoletur corda uestra. Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex uobis est: qui omnia quæ hic agūtur nota facient uobis, Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, si venerit ad uos, suscipite illum) & Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerūt solatio. Salutat uos Epaphras, q̄ ex vobis est seruus Christi Iesu, semp solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis pfecti, & pleni in omni voluntate dei. Testimoniū.n. illi phibeo, ꝙ habet multū laborē ꝑ uobis, & ꝑ his q̄ sūt Laodiciæ, &

a remanentibus cum Apost. & litera satis patet. *De quo accepistis &c.* Act. 13. dicitur, quòd cum Paulus, & Barnab. simul irẽt quidam Io. Marcus sic se eis coniunxit quòd postea recessit, & iterum rediit. Et Paulus quidem noluit eum recipere, sed Barna. Et ideo Paulus recessit a Barna. Et propter hoc Apo. scripsit Collossensibus, de Marco, quòd non receperent eũ, sed nũc quia conuersus erat scribit, vt eum recipiant: & hoc est, *Accepistis &c.* Vel fratrem Barnab. de quo Barnaba accepistis, &c. *Et Iesus qui dicitur iustus.* qui quidem erat uir sanctæ conuersationis. Ed ideo dicitur iustus. *Qui sunt ex circuncisione*, missi ad prædicandum euangelium Christi. Philipp. 1. Quid enim, cũ omni modo siue per occasionem, siue per veritatẽ Christus annuntiẽt. Et sic primo Gẽtiles scẑo Iudęos ponit. *Epaphras qui ex uobis &c.* Quia Asianus erat. Et ad hoc salutant. *Vt stetis perfecti.* Iac. 1. Sitis perfecti &c. *Pleni &c.* Idest in omnibus, quæ pertinent ad volũtatem dei. Item, ponit Lucam, qui nõ fuit natus ex Iudæis, Vt videtur. quia fuit Antiochenus, medicus arte, quem specialiter nominat, q̃a fuit homo bonæ authoritatis in ecclesia propter euangelium quod scripsit, Apostolo adhuc viuente. Deinde dicit *Salutate &c.* ostendit quos salutent, & primo quomodo alios alienæ ecclesiæ. Secũdo, quomodo eos qui sunt de sua, ibi. *Et eam quæ est Laodicensium* Ex quo habetur, quòd scripsit alias epistolas: quia istam, de qua fit mentio hic .s. Laodicensium, & vnam aliam ad Cor. præter qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres, qui sunt Laodiceę & Nymphã, & quæ in domo eius est ecclesiã. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc: facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur, & ea quę Laodicensium est, vobis legatur, Et dicite Archippo. Vide ministerium, quod accepisti in domino, vt impleas illud. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorũ meorũ. Gratia domini nr̃i Iesu Chr̃i vobiscũ. Amẽ.

E primam, & secundam: quia in prima epist. cap. 5. dicit, Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicatiis &c. Sed ratio est duplex, quare non sunt in canone: quia non constabat de earum authoritate, quia forte eranr deprauatæ, & perierant in ecclesiis. Vel quia non continebant aliud quàm ista. *Et dicite Archippo* hic fuit prælatus eorum, & mandat vt moneãt ipsũ dicentes *Vide &c.* 2. Tim. 4. Ministerium tuum imple. Et quidem tunc ministeriũ implet, quando facit illud ad quod accepit. Sed videtur q̃ nõ pertineat ad subditum monere prælatũ. Exo. 19. Dicendum, quòd irreuerenter arguere, & vituperare est prohibitum, sed monere charitatiue potest, sicut Paulus Petrum. Gal. 2. Sed quare non scripsit G prælato? Quia prælatus est propter ecclesiam, & non econuerso. *Salutatio, &c.* Consuetudo Apostoli erat quòd totam epistolam faciebat aliquem scribere: sed in fine ponebat aliquid de manu sua. 2. Thes. vlt. vbi dicit, Salutatio mea manu Pauli, idẽ, & hic, ne falsarientur. Et dicit. *Memores &c.* quia Romæ vinctus erat: quia Iac. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt in nomine domini, &c. Heb. vl. Mementote præpositorũ vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuẽtes exitũ conuersationis, imitamini fidem. Tãdem concludens optat eis bonũm, dicens. *Gratia &c.* Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, cui sit laus, & gloria, nunc, & semper Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam ad Colossenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM. S. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

MVLTIPLICATAE sunt aquæ &c. Gen 7. Hæc verba competunt materiæ huius epistolæ. Ecclesia enim figuratur per arcam, sicut dicitur. 1. Pet. 3. q̃a sicut in arca cęteris pereũtibus, paucæ animæ salua tæ sunt, ita in ecclesia pauci. i. soli electi saluabuntur. Per aquas autem significantur tribulationes. Primo, quia aquæ impellũt irruẽdo sicut tribulationes. Matt. 7. Venerunt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerunt in domum illam. Sed impulsu fluminum ecclesia non mouetur. Vnde subdit, Et nõ cecidit. Secũdo aqua extinguit ignẽ. Ecc. 30. Ignem ardentẽ extinguit aqua, sic tribulationes extingunt impetus concupiscentiarum, ne homines ad libitũ eas sequantur, sed non extingunt verã charitatem ecclesiæ. Can. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Tertio aquæ submergunt per inundationem. Treñ. 3. Inundauerunt aquæ sup caput meum, sed ecclesia non per has submergitur. Io. 2. Circũdederunt me aquæ usque ad animam meam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum &c. Et post, Rursum videbo templum sanctum tuum &c. Non ergo deficit, sed subleuatur. Et primo per eleuationem mentis ad deum. Greg. Mala quæ nos hic præmunt, ad deum nos ire compellunt. Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Secundo per spiritualem consolationem. Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animã meã. 2. Cor. 1. Sicut abundant pasiones Christi in nobis, ita p̃ Christum abundat consolatio nostra. Tertio, per multiplicationem fidelium, quia tempore persecutionum, deus multiplicauit ecclesiam. Exod. 1. Quantoq; magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. Sic ergo conuenit huic epistolæ, quia isti multas tribulationes passi, steterunt fortes, Videamus ergo textum.

B pax quæ est finis, quia tunc est pax, quando appetitus totaliter pacatur. Deinde cum dicit. *Gratias agimus*: Incipit epistolaris narratio, & primo commendat eos de præterita perseuerantia. Secundo, monet eos ad bene agendum in futurum. 4. cap. ibi. *De cætero.* Item, primo agit gratias vniuersaliter de bonis eorum. Secundo, ea commemorat in speciali, ibi, *Scientes fratres, &c.* Circa primum duo facit, quia primo ponit gratiarum actionem. Secundo, eius materiam, ibi. *Memores*. Item primo, pro eis gratias agit: Scẑo, pro eis orat ibi, *Memoriam uestri.* Quantum ergo ad primum dicit tria, quæ debent esse in gratiarũ actione. Primo, quòd sit ordinata, scilicet ad Deum. Ideo dicit. *Gratias agamus Deo.* Psalm. 83. Gratiam & gloriã dabit Dominus. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminum. Item assidua, quia *Semper.* Item vniuersalis, ibi. *Pro omnibus uobis.* Infra. 5. In omnibus gratias agite. Deinde orat pro eis, dicens *Memoriam uestri faciens &c.* quasi dicat, *Q*uandocunque oro, habeo uos in memoria. Rom. 1. Sine intermissione memoriam uestri facio semp̃ in orationibus meis. Deinde cum dicit. *Memores operis*, Ponit bona de quibus agit gratias .s. fidem, spem, & charitatẽ. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, &c. Fidẽ præmittit: quia est substantia sperandarum rerum, &c. Accedẽ tem enim ad Deũ oportet credere &c. Hebr. 11. Hæc autem nõ est sufficiens nisi habeat operationem, & laborem. Et ideo dicit *Operis fidei uestræ, & laboris.* Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Item, quia qui in laborando propter Christum deficit, nihil valet. Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ideo dicit. *Operis & laboris.* quasi dicat, Memores fidei vestræ operantis, & laborantis. Item, *Charitatis*, in cuius operibus abundabãt. infra. 4. Charitatem fraternitatis &c. Itẽ spei quæ facit patienter sustinere aduersa. Rom. 12. *S*pe gaudentes, in tribulatione patientes. *Et sustinentiæ*, quam spes facit. Iac. 5. Patientiam Iob audistis, &c. *Spei*, inquam, *Domini nostri*, idest, quam habemus de Christo, vel quam Christus dedit nobis. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam, &c. Hæc spes est. Ante deum, nõ ante oculos hominũ Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Heb. 6. Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, &c. Spes enim in ueteri testamento non induxit ad Deum. Deinde cum dicit. *Scientes fratres*. In speciali commemorat eorum bona, quos primo commẽdat, quod deuote, & prompte susceperunt prædicationem, non obstante tribulatione. Secundo, quòd propter tribulationem ab ea nõ recesserunt in 2. cap. ibi. *Nam ipsi scitis*. Iterũ prima pars diuidit in duas: quia primo, ostendit qualis fuit ista prædicatio. Scẑo, qualiter ab eis recepta, ibi. *Et uos imitatores.* Circa primũ tria facit: quia primo ostendit quid circa eos sciebat. Scẑo modum prædicationis suæ, ibi, *Quia euangelium*. Tertio, quid ipsi sciebãt de Apostolo, ibi *Sciẽtes*, Dicit ergo. *O fratres dilecti a Deo.* Non solum communiter in quantum dat esse naturæ, sed inquantum specialiter ad bona æterna estis uocati. Mala. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, &c. Deut. 33. Dilexit populos, &c. *Electionem uestram*. quasi dicat, Certitudinaliter cognosco vos esse electos: quia hanc electionem non meruistis,

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicẽsium in deo patre nostro, & domino Iesu Christo, gratia uobis, & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrę, & laboris, & charitatis, & sustinentię spei domini nostri Iesu Christi ante deum, & patrem nostrum. Scientes fratres dilecti a Deo electionem uestram: quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum: sed & in uirtute, & in Spiritusancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerim° in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini excipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritussancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia, A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia, & in Achaia, sed in omni loco, fides uestra, quæ est ad Deum, perfecta est, ita, ut non sit nobis necesse

C

LECTIO PRIMA.

APOSTOLVS vult munire hic Ecclesiam contra tribulationes, & primo contra tribulationes præsentes, et hoc in prima epistola. Secundo contra futuras tempore Antichristi, & hoc in secunda. Prima diuiditur in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi. Gratias agimus. Item, primo tangit p̃sonas salutantes. Secundo ecclesiam salutatam. Tertio bona optata. Notandum est autem, quòd quia vbi non delinquim° omnes pares sumus, ideo quia istis bonis scribit, non facit mentionem de officio suo, sed solum de nomine humilitatis, quod est, *Paulus.* Sap. 7. Et innumerabilis honestas per manus illius. Et adiungit duos, qui eis prædicauerunt cum eo, scilicet *Siluanum*, qui, est Sylas, *& Timotheum*, quem circuncidit, vt dicitur. Act. 16. Salutat autem ecclesiam, quæ est congregatio fidelium & hoc, *In Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo*, idest in fide trinitatis, & diuinitatis, & humanitatis Christi, quia in horum cognitione erit nostra beatitudo. Tangit autem personam patris, & filii incarnati, in quibus intelligitur Spiritusanctus, qui est nexus amborum. Bona optata sunt gratia, quæ est principium omnium bonorum. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et

E

stis, sed a Deo estis gratuite electi. Et hoc scio, quia Deus dedit mihi magnum argumentum in prædicatione, scilicet quòd illi, quibus loquor, sunt a Deo electi, scilicet quando Deus dat eis, gratiam fructuose audiendi uerbum eis prædicatum vel mihi gratiam copiose prædicandi eis. Contra videtur esse quod dicitur. Ezech. 3. Et linguã tuã adhærere faciam palato tuo &c. Ideo primo commemorat, quàm uirtuose eis prædicauit. Secundo, inducit eorũ testimonium, ibi; *Sicut scitis*. Virtuose quidẽ: quia non fuit in sublimitate sermonis; *Sed in uirtute* 1. Cor. 2. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed ostensiõe spiritus & uirtutis 1. Corin. 4. Nõ enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Vel potest referri ad confirmationem prædicationis, vel ad modum prædicandi. Si ad primum, sic confirmata fuit prædicatio mea vobis, non argumentis, sed virtute miraculorum. Vnde dicit Marc vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Item in datione spiritussancti, vnde dicit; *Et spiritui sancto* Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant verbum &c. Heb. 2. Contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus; *Et in plenitudine &c.* Et hoc addit, ne crederent se minus recepisse quàm Iudæi. quasi dicat Spiritussanctus non est personarum acceptor: sed in ea plenitudine fuit apud uos, sicut apud Iudæos. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto &c. Sed si ad secundum, sic; *In uirtute*, idest virtuosam vitam uobis ostendens Act. 1. Cœpit Dominus facere & docere. Et in spiritu sancto scilicet, suggerente. Matt. 10. Non estis uos qui loquimini &c. *Inplenitudine multa*, scilicet, quia instruxi vos de omnibus ad fidem necessariis. Inducit autẽ eorum testimonium ad hoc cũ dicit; *Sicut uos scitis &c.* Idest, qualia dona & uirtutes ostendimus in uobis 2. Cor. 5. Spero autem in conscientiis vestris manifestos nos esse. Deinde cum dicit; *Et uos imitatores &c.* Ostendit quomodo prędicationem suam uirtuose receperunt, nec propter tribulationes recesserunt. Et primo ostendit eorum virtutẽ in hoc, quòd alios imitati sunt. Secundo, quòd aliis se imitabiles præstiterunt, ibi; *Ita ut facti estis*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit quos sunt imitati. Secundo, in quibus sunt imitati, ibi; *Excipientes*. Circa primũ dicit, quòd imitati sunt eos quos debuerunt, scilicet prælatos. Et ideo dicit; *Imitatores nostri facti &c.* Philip. 3. Imitatores mei estote fratres. Sed imitati sunt non eo in quo delinquimus sicut homines, sed in quo imitamur Christum. Vnde & dicitur. 1. Corinth. 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi, idest in quo imitatus sum Christum, scilicet in patientia tribulationis Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, vt sequamini uestigia eius. Et ideo dicit; *In tribulatione multa cum gaudio*, idest quamuis multa tribulatio immineret propter verbum, tamen illud accepistis cum gaudio. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis &c. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati; *Cum gaudio* inquã; *Spiritußancti* nõ alio quocunque qui est amor Dei, qui facit gaudiũ patientibus propter Christum, quia amant eum. Can. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Et sic estis imitatores nostri; quòd, scilicet aliis estis imitabiles. Vnde dicit; *Ita ut facti estis &c.* Circa quod tria facit: quia primo ostendit eos esse imitabiles. Secundo, quomodo eorum fama diuulgata est, ibi; *A uobis enim diffamatus*. Tertio, quomodo ab omnibus laudantur populis; ibi; *Ipsi enim annuntiant*. Dicit ergo, Ita perfecte nos imitati estis, *Vt fitis facti forma*, idest, exemplum vitæ non solum in terra vestra, sed in aliis. Matt. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera vestra &c. Sed credentibus forma facti estis quibus fides vestra innotuit. Ad quod bonitas vestra accessit. *A uobis enim diffamatus est sermo Domini*, idest prædicandi Dominum. i. vestra fama diffusa est nõ tãtum in Macedonia, & Achaia, quæ sunt vobis vicinæ, sed, *Fides uestra ad Deum perfecta*, idest, quam Deus acceptat, & q̃ coniungit vos Deo, quæ etiã est in oi loco diuulgata. Rom. 1. Fides vestra annũtiatur in uniuerso mundo &c. Et signũ huius est, *Quia non est necesse &c.* Boni enim prædicatoris est, bona aliorum in exemplum adducere. 2. Cor. 9. Vestra enim æmulatio prouocauit plurimos. Deinde cũ dicit. *Ipsi enim &c.* Ponit eorũ laudem qua ab aliis laudabantur. quia. *De uobis annuntiant &c.* Prouerb. vltim. Laudent illam in portis opera eius. Laudant autem in uobis meam prædicationem, & uestram conuersionem. Annuntiat ergo qualem introitum habuerimus ad vos, quia cum magna difficultate, & in tribulationibus. Laudant etiam vestram conuersionem. Et ostendit quomodo, a quo, & ad quid conuersi sunt. Quo ad primũ dicit. *Et quomodo conuersi estis ad Deum*, idest, quam faciliter, & perfecte. Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem Quo ad secundũ dicit. *A simulachris*. 1. Cor. 12. Scitis quoniam cũ gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebam ni euntes. Quo ad tertium dicit. *Seruire Deo*, scilicet seruitute latriæ: non creaturæ. *sed Deo.* Contra quod dicitur. Roman. 1. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori &c. Et dicit. *Viuo*, vt excludat idolatriæ cultum quia idolatræ colebant quosdã mortuos, quorũ aiãs dixerũt deificatas, sicut Romulũ, & Herculem. Et ideo dicit, *Viuo* Deut. 32. Viuo ego in æternum. Item quia Platonici putabant, quasdam substantias separatas Deos esse participatione: dicitur uero non participatione diuinæ naturæ, sed quia seruientes ei sunt remunerandi. Ideo quia sic estis, restat ut remunerationem expectetis. Vnde dicit. *Et expectare filium eius*, scilicet Dei, *De cælis*, descendentem. Luc. 12. Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum quãdo reuertatur a nuptiis. Esa. 30. Beati omnes, qui expectant. Illi autem sunt, qui sunt lũbis præcincti. Duo autem expectamus scilicet resurrectionem, ut scilicet ei conformemur. Vnde dicit. *Quem suscitauit ex mortuis Iesum.* Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra &c. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Item liberari a pœna futura, quæ imminet reis. A causa autem pœnæ scilicet, à peccato, liberamur per Christum. Vnde dicit. *Qui eripuit nos &c.* Apoc. 6. Abscondite uos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni &c. Ab hac ira nullus potest nos liberare nisi Christus. Matth. 3. Quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira?

quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad Deum a simulachris, seruire Deo uiuo & vero, & expectare filium eius de cælis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum qui eripuit nos ab ira uentura.

CAPIT. II. LEC I.

NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrũ ad uos, quia non inanis fuit, sed ante passi multa & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad uos euangeliũ Dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nostra, non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis euangelium; ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab aliis. Cum possemus uobis oneri esse, ut Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio uestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes uos, cupide uolebamus tradere vobis non solum euangelium Dei, sed ẽt animas nostras. quoniam charissimi nobis facti estis. Memores .n. facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus prædicauimus in vobis euangeliũ Dei. Vos testes estis & Deꝰ, quàm sancte, & iuste, & sine quærela uobis, qui credidistis affuimus; sicut scitis qualiter vnumquemque uestrũ sicut pater filios suos deprecantes uos, & consolantes, testificati sumꝰ vt ambularetis digne Deo, qui uocauit vos in suum regnum, & gloriam.

LECTIO II.

GDeo, & nos gratias agimꝰ Deo sine intermissione, quoniã cũ accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbũ Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Vos.n. imitatores facti estis fratres ecclesiarũ Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & uos a contribulibus uestris: sicut & ipsi a Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum & ꝓphetas, & nos ꝑsecuti sũt, & Deo nõ placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibꝰ loqui vt salui fiant, vt impleãt peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos, vsque in finẽ. Nos haberemus vnde posse mus gloriari, & accipere, immo oneri esse, & quia debebant ei, unde dicit. *Cum possemus*, gloriam, & sustentationẽ. Et vocat onus, quia ꝑuerse eis prędicantes, ultra modum hæc ab eis quærebant. Esa. 3. Vos enim depasti estis vineam meam, &c. Deinde cum dicit. *Sed facti sumus* &c. Manifestat hæc duo; & primo quòd non quærit humanam gloriam, secũdo quòd nec occasionẽ auaritiæ, ibi. *Memores enim estis*. Circa primũ duo facit: quia primo ostendit suam humilitatem, secundo sub similitudine ostendit suam solicitudinẽ, ibi. *Tanquam si nutrix*. Ponit ergo primum dicens quòd, *Facti sumus paruuli &c.* Idest, humiles. Eccle 32 Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine, dicens. *Tanquam si nutrix*, quæ scilicet condescendit infanti balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiam condescendit. 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum. 1. Cor 3. Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã *Etiam animas*. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis &c. *Quoniam charissimi &c.* 2. Cor. 12. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse ꝓ animabus vestris &c. Deinde cum dicit. *Memores enim estis*. Ostendit secundum, qd̃ supra dixerat scilicet. *Item neque per occasionem auaritiæ*, quia nihil a vobis sumpsimus, sed de labore, q̃a laboris &c Et aliqui laborãt quidẽ, sed ex solatio, sed nos nõ, sed cũ labore. Ideo dicit. *Laboris nostri*, nõ propter exercitationẽ corporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit. *Et fatigationis*. Aliqui etiam laborãt de die, nos vero nocte, & die. Per hoc enim voluit arcere pseudo, qui nimis accipiebant, & propter ociosos inter eos. 1. Corint. 4. Laboramus operantes manibus nostris &c. Deinde cum dicit. *Vos enim estis*. Ponit puritatem suæ conuersationis, & primo quomodo sancta quo ad vitam, secundo, quomodo solicita quo ad doctrinam, ibi. *Qualiter unumquenque*. Dicit ergo: scitis, *Quam sancte*, idest pure Leuit. 11. & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, *Iuste*, quo ad proximum, Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sine q̃rela. *Vobis qui credidistis*, idest ex quo credidistis nihil agentes, vnde quis posset scandalizare vnumquenque vestrum singulariter. Nota quòd singularis prædicatio quandoque multum valet. Tanquã pater. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. *Deprecantes*. Philem. Multa fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro. Et *consolantes*. per verba lenia. Contra quod dicitur Ezech. 34. Cum austeritãte imperabatis eis cum potentia. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Et quid prædicasti? *Vt digni*, idest, vt vestra conuersatio esset talis, qualis decet ministros Christi. Colos. 1. Ambuletis digne Deo per omnia placentes. Deo qui uos &c. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.

LECTIO SECVNDA.

SVpra ostendit Apostolus, qualis fuit ad eos introitus suus; hic ostendit qualis fuit eorum conuersio. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, quòd perfecte conuersi sunt per fidem firmam: secundo, quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus, ibi. *Vos enim*. Ponit ergo primo bona eorum pro quibus gratias agit, & reddit rationem: Dicit ergo. *Ideo*. Quia solicite vobis prædicaui sicut pater filiis, ideo de bonis uestris. *Gratias ago*, sicut pater de bonis filiorum. Io. 2. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Phil. 4. Cum gratiarum actione. Sed de quo? *Quoniam cum accepisseris a nobis &c.* Gratias debet agere prædicator quando verbum eius in auditoribus proficit. Et dicit. *Verba auditus Dei a nobis*, idest, per nos. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus

suam constantiam, quam habuit antequam ad eos veniret. Secundo synceritatem doctrinæ per quam eos conuertit, ibi. *Exhortatio enim nostra*. Tertio, synceritatem suæ conuersationis cũ conuersis, ibi. *Vos enim*. Iterum prima in duas, quia primo præmittit tribulaitones, quas passus est antequam ad eos veniret. Secundo, quomodo fiduciam ex hoc non amisit, ibi. *Fiduciam habuimus*. Dicit ergo: Dico quòd annũtiat introitum nostrum, quem, & uos scitis, quoniam. *Non fuit inanis &c.* Idest, leuis sed difficilis, quia ꝑ multas tribulationes. Vel non inanis, idest uacuus, sed plenus. Gen. 1. Terra erat inanis, & vacua &c. Vel non inanis, idest, mobilis, sed stabilis. Philip. 2. Non in vanum cucurri, neque in uacuum laboraui. Sed ante sumus passi passiones corporales. Prouerb. 19 Doctrina viri per patientiam noscitur. Psal. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Item, spirituales, quia contumeliis ex hoc affecti in Phil. vbi propter curationem phitonissæ passus est tribulationes. Et hæc ciuitas est Macedoniç. Nec tamen propter hæc, fiducia prædicandi est extincta. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agã, & non timebo. Et hæc fiducia fuit prædicandi. *Ad uos euaagelium Dei in multa solicitudine*, de vestra conuertione. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. 2. Cor. 11. Præter ea quæ extrinsecus sunt instãtia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. Deinde cum dicit. *Exhortatio*. Ostendit synceritatem suæ prædicationis. Et circa hoc duo facit, quia primo probat synceritatem suæ doctrinæ, secundo quædam quæ dixerat, exponit, ibi. *Non quasi hominibus*. Circa primum duo facit, quia primo excludit corruptionem doctrinæ, secundo ponit synceritatem, ibi. *Sed sicut probati*. Doctrina autem corrumpitur, vel propter rem quæ docetur, vel propter intentionem docentis. Propter primum dupliciter corrumpitur doctrina. s. vel per errorem, sicut docens salutem esse per Christum cum legalibus. 2. Timo. 3. Mali homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem alios mittentes. Ideo dicit. *Exhortatiõ enim nostra non est*, sicut aliquorum, *De errore*, vel propter immunditiam, sicut dicentium vãdum esse uoluptatibus, quæ doctrina est a quodam Nicolao, qui permisit promiscua matrimonia, cõmunicans aliis suã vxorem, ideo dicit. *Nec immunditia*. Apoc. 2. Permittis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit propheram, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolotitis &c. Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem. Itẽ, nec ẽ exhortatio in dolo sicut quorundam, qui licet verum dicant, habent tamen intentionẽ corruptam, quia non profectum auditorum neque Dei honorẽ, sed suum querunt honorem. Contra quod dicit. *Neque in dolo*. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est &c. Sua ergo prædicatio non est corupta, sed syncera. Syncerum autem aliquid est, quod seruat suam naturam. Tunc autem est prædicatio syncera, quãdo q̃s docet eo tenore, & fine quo Christus docuit. Et ideo dicit. *Sed sicut probati*, idest eo modo, & ea intentione qua Deus nos elegit, & approbauit ad prædicandum euangelium loquimur. Gal. 2. Creditum est mihi euangelium præputii, sicut Petro circuncisionis. Act. 9 Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Deinde cum dicit. *Non quasi hominibus &c.* Ostendit quòd sua prædicatio non est in dolo. Primo excludens illud per quod videretur esse dolosa: secundo manifestat per signum, ibi. *Neque aliquando*. Tertio, per causam, ibi. *Neque in occasione*. Propter primum dicit. Prædicatio mea non est quasi hominibus placens s. finaliter. Psal. 52. Dissipata sunt ossa eorum, qui hominibus placent. Gal. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Aliquando tamen debent velle placere hominibus propter gloriam Dei, vt prædicatio magis fructificet, sicut dicit. 1. Cor. 10. Ego per omnia omnibus placeo &c. *Sed Deo &c.* Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius. Huius autem signum est, quia non adulati sumus, loquentes eis placentia. Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, &c. Prouer. 24. Nõn lactes quenquam labiis tuis &c. Et idem ostendit per causam. Propter duo enim aliquis quẽrit hominibus placere, scilicet uel propter beneficia, vel propter gloriam. Hoc autem hic excludit & primo primum dicens. *Neque fuimus &c.* Quia nõ solum adulationem deuitamus, sed etiã omnem occasionẽ auaritiæ. 1. Timo. 6. Existimantium quæstum esse pietatem. Hier. 6. A minori quippe vsque ad maiorẽ, omnes auaritiæ student. Secundo secundum, ibi. *Neque quærentes a uobis, neque ab aliis gloriam*, de doctrina, cum

duo facit: quia primo ostendit suam humilitatem, secundo sub similitudine ostendit suam solicitudinẽ, ibi. *Tanquam si nutrix*. Ponit ergo primum dicens quòd, *Facti sumus paruuli &c.* Idest, humiles. Eccle 32 Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine, dicens. *Tanquam si nutrix*, quæ scilicet condescendit infanti balbutiendo ei loquens, vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiam condescendit. 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum. 1. Cor 3. Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã *Etiam animas*. Io. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis &c. *Quoniam charissimi &c.* 2. Cor. 12. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse ꝓ animabus vestris &c. Deinde cum dicit. *Memores enim estis*. Ostendit secundum, qd̃ supra dixerat scilicet. *Item neque per occasionem auaritiæ*, quia nihil a vobis sumpsimus, sed de labore, q̃a laboris &c Et aliqui laborãt quidẽ, sed ex solatio, sed nos nõ, sed cũ labore. Ideo dicit. *Laboris nostri*, nõ propter exercitationẽ corporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit. *Et fatigationis*. Aliqui etiam laborãt de die, nos vero nocte, & die. Per hoc enim voluit arcere pseudo, qui nimis accipiebant, & propter ociosos inter eos. 1. Corint. 4. Laboramus operantes manibus nostris &c. Deinde cum dicit. *Vos enim estis*. Ponit puritatem suæ conuersationis, & primo quomodo sancta quo ad vitam, secundo, quomodo solicita quo ad doctrinam, ibi. *Qualiter unumquenque*. Dicit ergo: scitis, *Quam sancte*, idest pure Leuit. 11. & 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum, *Iuste*, quo ad proximum, Tit. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Sine q̃rela. *Vobis qui credidistis*, idest ex quo credidistis nihil agentes, vnde quis posset scandalizare vnumquenque vestrum singulariter. Nota quòd singularis prædicatio quandoque multum valet. Tanquã pater. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. *Deprecantes*. Philem. Multa fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro. Et *consolantes*. per verba lenia. Contra quod dicitur Ezech. 34. Cum austeritãte imperabatis eis cum potentia. Esa. 61. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. Et quid prædicasti? *Vt digni*, idest, vt vestra conuersatio esset talis, qualis decet ministros Christi. Colos. 1. Ambuletis digne Deo per omnia placentes. Deo qui uos &c. Sap. 6. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum.

autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ: aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos, Ego quidem Paulus & semel & iterum: sed nos impediuit Sathanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius?

nus Deus. Roma. 10. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi *Accepistis illud*, idest firmiter in corde tenuistis. *Non vt verbum hominum*, quia vana verba hominis. 2. Cor. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana, allata est aliquando prophetia: sed Spiritu-sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et quare gratias agitis, q̃a *Hoc ipsum quod credidistis, Deus in vobis operatus est*. Phil. 2. Deus est, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Dñe. Deinde cū dicit. *Vos enim*. Ostendit, quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus. Et circa hoc duo facit. [illegible] primo ponit tribulationes eorum in quibus steterunt, [illegible] quòd remedium proposuit adhibere, ibi *Nos autem* [illegible] diuiditur in duas, quia primo comendat eorum pa[illegible] in aduersis, secundo reprehendit eos, qui intulerunt ad[illegible] ibi *Qui Christum*. Dicit ergo. Accepistis verbum, non vt [illegible] hominum *Sed sicut est vere verbum Dei*, quia exposuistis vos pro illo vsque ad mortem. Per hoc enim, q̃ homo moritur propter Christum, testificatur, q̃ verba fidei, sunt verba Dei. Et ideo martyres, idē est, q̃ testes *In Iudæa* Ibi enim fides Christi, primo est annuntiata. Esa. 2. De Sion exibit lex, & verbum Dñi de Hierusalē. Ibi etiam, primo persecutio fidei facta fuit. Act. 8. Facta est autē in illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, &c. Heb. 10. Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et isti similes passiones passi sunt. Et ideo dicit *Eadem passi a contribulibus vestris*, idest ab infidelibus Thessalonicensibus. Matt. 10. Inimici hominis &c. Deinde cum dicit. *Qui & dominum*. Vituperat Iudæos a quibus incœpit persecutio. Et primo commemorat eorum culpam, secundo rationem culpæ, ibi *Vt impleant*. Circa primum tria facit, primo eorum culpam ponit in comparatione ad Dei ministros, secundo ad ipsum, tertio ad totum genus humanum. Ministri Dei sunt prædicatores. Prædicatio autem principaliter est a Christo, figuraliter a prophetis, executiue ab Apostolis. Contra hos tres insurrexerunt Iudæi. Et primo dicit de Chr̃o, ibi *Qui & dominū*. Matt. 21. Hic ē heres, venite occidamus eū. Nec obstat, si Gētiles occiderūt eū, q̃a ipsi suis vocibus petierūt eū occidi a Pilato. Hier. 12. Facta est hæreditas mea mihi, quasi leo in silua, dedit cōtra me vocē &c. Scd̃o dicit de prophetis, ibi *Et prophetas*. Act. 7. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prenunciabant de aduentu iusti: cuius vos nunc proditores & homicidę fuistis. Tertio dicit de Apostolis *Et nos*, scilicet Apostolos. Matt. 10. Tradent vos in conciliis &c. Secundo, ponit culpam in comparatione ad Deum, ibi *Deo non placent*. licet crederent in hoc se obsequium præstare Deo. Io. 16. Sed quia zelum Dei habent, nō secundum scientiam. ideo Deo non placent, quia non faciunt recta fide, et sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Esa. 5. Iratus est furor Domini in populo suo &c. Tertio ostendit eorum culpam in comparatione ad totum genus humanum, cum dicit *Omnibus hominibus aduersantur*. Gen. 16. Manus eius contra omnes &c. Aduersantur autem in hoc, quia prohibent & impediunt predicationem Gentilium & conuersionem. *Act.* 11 Reprehenditur Petrus, q̃ iuit ad Cornelium. Item Luc. 15. Filius maior, scilicet populus Iudæorū turbatur: quia filius minor idest, populus Gentilium recipitur a patre. Esa. 45. Væ qui dicit patri, quid generas? Nume. 11. Quis det, vt omnis populus prophetet? Ratio autem huius culpæ est ex diuina permissione, qua vult vt impleāt peccata sua. Omnium enim, quæ fiunt siue bona, siue mala est quædam certa mensura, quia nihil est infinitum: et omnium istorum mensura est in præscientia. Bonorum quidem in eius præparatione. Ephe. 4. Quia vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Malorum vero in permissione, quia si aliqui sunt mali, non tamen quantum volunt, sed quantū Deus permittit. Et ideo tamdiu viuunt, quandiu perueniant ad hoc, qd̃ Deus permittit. Matt. 23. Implete mensurā patrū vestrorū &c. Et ideo dicit, *Vt impleant &c.* Deus .n. dedit Iudæis post passionem Christi spatium pœnitentię per quadraginta annos, nec conuersi sunt, sed addebant peccata peccatis. Et ideo deus non

F plus permisit. Vnde dicit hic. *Peruenit ira Dei &c.* 4. Reg. 22. Ira Dei magna succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius &c. Luc. 21. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic &c. Et non credas, quòd hæc ira sit per centum annos, sed. *Vsque in finem*, mundi, quando plenitudo gentium intrauerit, &c. Luc. 19. & 21. & Matth. 24. Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Deinde cū dicit. *Nos autem*. Ostēdit remedium, quod eis proposuit adhibere, scilicet q̃ personaliter iret ad eos. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit propositū suę visitationis, secundo impedimentum, ibi. *Sed impediuit*. Tertio, causam quare volebat ire, ibi. *Quæ autem est*, Dicit ergo. *Nos autem fratres desolati a vobis*. A quibus eramus separati, vel propter tribulationes vestras. *Hore*. idest, carentes collocutione. *Et aspectu*, idest, carentes visione, propter hæc enim duo, necessaria est amici præsentia, quia est consolatiua, sed. *Non corde*, quia corde sumus præsentes. 1. Corinth. 5. Ego absens quidem corpore, presens autem spiritu. *Abundantius festinauimus faciem &c.* Vt sicut corde, sic & corpore præsens esset. Roman. 15. Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis H iam præcedentibus annis, &c. *Festinauimus*. Dicit pluraliter, quia scribit ex persona trium, scilicet sui, Siluani, & Timothei. Ideo etiam. *Voluimus uenire ad uos*. Omnes, forte semel sed ego *Paulus semel, & iterum*, idest his proposui. *Sed impediuit nos Sathanas*; idest procurauit impedimenta. forte per aeris tempestates. Apoc. 7. Isti sunt angeli, qui tenent uentos [illegible]. Deinde cum dicit; *Quæ est enim*, Ostendit causam propositi: Primo, quantum ad futurum. Secundo, quantum ad præsens; ibi; *Nos enim &c.* Dicit ergo, Desidero videre vos, & gratias ago de bonis vestris, quæ sunt spes nostra. Nam pro his speramus a Deo præmia, quando reddere venerit vnicuique secundū opera sua. Maxima enim est retributio prædicatori, ex his quos conuertit; *Aut gaudium*: quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum eorum, est bonum Apostoli, bonum enim effectus reducitur in bonum causæ; *Aut* I *corona gloriæ*, quia pro certaminibus eorum & iste, qui induxit ad certandum coronatur: Dux enim, qui induxit milites ad pugnam, coronabitur. Eccles. 30. Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur &c. *Hæc* inquam; *Spes*, quæ est? *Nonne uos*? Immo sic. In futuro *Ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius*, sed etiam in præsenti; *Vos enim estis* apud omnes fideles; *Gloria nostra*. 1. Corint. 9. Melius est mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet; *Et gaudium*, quo lætor de bonis vestris in præsenti.

Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

CAP. III. LEC. I.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit remanere Athenis, solis, & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in G euangelio Christi, ad confirmandos uos, & exhortandos pro fide uestra: ut nemo moueatur

LECTIO PRIMA.

COMMEMORAVIT tribulationes quas passi erant, & remedium, quod proposuit eis impendere: hic ostendit quomodo eis subuenisset visitando per Timotheum. Et primo K agit de missione nuntii: secundo de relatione, facta per eum, ibi; *Nunc autem*. Tertio, de effectu relationis in Apostolo, ibi; *Ideo consolati*. Item, prima in tres, quia primo promittit causam quare misit eum, secundo qualem misit, tertio, causam propter quam misit. Dicit ergo; *Propter quod*, idest, quia impediuit nos Sathanas, tamen Vos estis gloria nostra, ideo; *Non sustinentes*, pondus amoris inclinantis ad vos. Esai. 1. Facta sunt mihi molesta, &c. Gene. 45. Non se poterat vltra cohibere. *Placuit nobis*, scilicet, Paulo, & Siluano. *Remanere Athenis solis, & misimus Timotheum*, qui erat Apostolo conuenientissimus. Philipp. 2. Neminem habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. 1. Corinth. 4. Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis Domino. *Fratrem*, per charitatem adiuuantem. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma; *Et ministrum*. Ecclesiæ dignitas est. 2. Cor. 11. Ministri Christi sunt & ego &c. Mittit autem ad confirmandos eos, & referendum sibi. Deinde cum

in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus. Nam, & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut, & factum est, & scitis. Propterea, & ego amplius nō sustinens, misi ad cognoscendum fidem uestram, ne forte tentauerit uos is, qui tentat, & B inanis fiat labor noster. Nunc autem ueniente Timotheo ad nos a uobis, & annuntiante nobis fidē & charitatem vestram: & quia memoriam nostri habetis bonā, semper desiderantes nos uidere, sicut & nos quoque vos: ideo consolati sumus fratres in uobis, in omni necessitate, & tribulatione nostra per fidem uestram: quoniā nunc viuimus, si uos statis in Domino. Quam enim gratiarū actionem possumus Deo retribuere p̃ C vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante Deum nostrum nocte ac die, abundantius orantes, vt uideamus faciem vestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei uestræ? Ipse autem Deus, & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat uiam nostrā ad uos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes, quemadmodū, & nos in uobis, ad confirmanda corda uestra sine querela, & sanctitate, ante Deum, & patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

cum dicit. *Ad confirmandos &c.* Ostendit, quòd mittitur ad cō A firmandum. Et primo facit hoc: secundo ponitur ratio confirmationis, ibi. *Ipse enim* Dicit ergo, *Ad confirmandos uos, & exhortandos*, quia per exhortationes animus huminis cōfirmatur. Iob. 4. Vacillantes confirmauerūt sermones tui. Luc. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et indigetis exhortari pro fide vestra, *Vt nemo moueatur in his tribulationibus*. Eccle. 10. Si spiritus potestatē habentis ascenderit super te, locum tuū ne dimiseris. Est aūt ratio duplex confirmans. Vna ex ordinatione diuina. *Ipsi* .n. *scitis* &c. Quasi dicat, Ita voluit Deus, vt per tribulationes in cœlum intraretis. Act. 14. Per multas tribulationes oportet uos intrare in regnum Dei &. 2. Ti. 3. Omnes qui pie volunt uiuere in Christo Iesu, persecutionē patientur Per hanc viam iuit Christus. Luc. vltimo. Oportebat Christum pati & resurgere, & sic intrare in gloriam suā. Alia ratio ē ex parte prænuntiationis, quia præuisa minus feriunt. Vnde dicit, *Nam, & cum apud &c.* Idest, quia ego prædixi uobis tribulationes quas estis passi in istis annis, *Misi ad cognoscendum &c.* Qualiter, s. essetis fortes in fide. Pro. 27. Diligēter agnosce uultū pecoris D tui, & greges tuos cōsidera. *Is qui tentat*. s. diabolus. Mat. 4. Accedens tentator. Glosa, Cuius officium est tētare. Sed cōtra. Tētat mundus, & caro. Iac. 1. Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua &c. Item Gene. 22 Tentauit Deus Abraham &c. Respondeo. Tentare est experimentum de aliquo sumere. In hoc considerandum est ad quid velit sumere, & quomodo. Nam hoc est dupliciter. Vel vt ipse cognoscat. uel vt alium cognoscere faciat. Primo modo Deus non tentat, ipse enim scit quid est in homine. Ioan. 2 Secundo modo sic, Deus enim tentauit Abraham scilicet vt alii scirent fidem eius. Sed primo modo tentare est dupliciter s. vt promoueat ad bonum, sicut Episcopus promouēdos examinat, vel aliquis tentat ut decipiat, & hoc est diaboli, quia scilicet inquirit conditionem hominum, vt s̃m diuersas cōditiones ad diuersa vitia ad quæ proni sunt, inducat. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Officium ergo eius est tentare ad decipiēdū. Mūdus aūt, & caro dicunt tentare materialiter, quia per ea, ad quæ ipsa inclinant, sumitur experimentum de homine, utrum firmus sit ad mandata Dei, & dilectionem. Si enim vicerit concupiscentia, non perfecte diligit Deum. Et similiter E quando res mundi, vel terrent, vel afficiunt. *Et inanis*, quia si tētationi non resistitis, labor vester esset inanis. Gal. 4. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Ezec. 18. Omnes iustitiæ eius quas operatus est, non recordabuntur. Inanis autem dicitur, respectu mercedis æternæ, tamen bona ante peccatum cōmissa ad aliquid ualent, quia post pænitentiam reuiuiscunt, & disponitur quis faciliter ad conuertendum. Deinde cum dicit. *Nunc autem &c.* Ostendit quomodo retulit Timotheus bona eorum, pertinentia ad Deum & Apostolum. Ad Deum, fidem & charitatem. Gal. 6. In Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed noua creatura. Sed fidē, etiā ad Apostolum: vñ dicit, *Et quia memoriam*. Eccle. 49. Memoria Iosiæ in compositione operis facta, opus pigmentarii &c. Pro. 10. Memoria iusti cū laudibus &c. *Desiderantes uidere nos, sicut & nos quoq;*

uos. Au. Durus est animus, qui dilectionē, & si nō velit impēdere, nolit rependere. Esa. 51. Attendite ad Abraham patrem vestrū &c. Deinde cum dicit. *Ideo consolati*. Ponit effectus relationis triplex. s. spūalis consolationis, gratiarum actionis, ibi. *Quā .n.* Et orationis multiplicatæ, ibi *Nocte*. Dicit ergo, Quia talia audiuimus de uobis, licet necessitates tēporaliū imineāt & tribulationes corporales: tñ cōsolati sumus Ps. 93. Secundū multitudinē dolorū meorū i corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerūt animam meā &c. 2. Co. 1. Bñdictus Deus, & pater Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, pater misericordiarū, & Deus totius cōsolationis &c. Et hoc. *Per fidem uestrā* .i. audiēs firmitatē fidei uestræ. *Quoniam uiuimus &c.* Quasi dicat, Tantū diligo statū uestrū, q̃ reputo me p̃ ipsū uiuere. Gen. 45. Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit. Deinde cū dicit. *Quam .n. &c* Ponit scd̃us effectus relationis factæ s. gratiarū actio, quasi dicat. Nō sufficio, q̃ aliquam cōdignā grarū actionē agam Deo p̃ vobis. Mich. 6. Quid dignū offerā Dño? &c. Ps. 115. Quid retribuā Dño p̃ oībus? &c. Referēdæ sunt tamen gratiarum actiones. *In omni gaudio*, q̃ omnino nō ē exterius sed. *Quo gaudemus p̃p̃ uos* In cōsciētia. *Ante Dominū*, q̃ videt eā. Vel āte Dñm: q̃a de p̃ximo placet Deo. 1. Cor. 13. Congaudet veritati &c. Deinde cum dicit. *Nocte &c* Ponitur tertius effectus relationis, & primo p̃ ponit multiplicitatē orationis: scd̃o ostēdit, quid orando optet ibi. *Ipse autem &c.* Dicit ergo, Gratias agimus de præteritis, nec tñ deficimus quin oremus pro futuris, imo *Nocte ac die*, i. aduersis, & p̃speris. Ps. 54 Vespere, & mane ac meridie narrabo, &c. *Quæ desunt &c.* Nō q̃dē q̃ erāt de necessitate fidei, sed aliqua secreta, q̃ nec dū Ap̃lus eis p̃dicauit in sua nouitate. 1. Co. 3. Non potui loq̃ vobis quasi spūalibus: sed quasi carnalibus &c. Io. 16. Multa habeo vobis loq̃, q̃ nō &c. Deinde cū dicit. *Ipse autem Deus &c.* Demōstrat q̃d optet eis. Et circa hoc primo ōndit q̃d petat, ibi *Ad confirmanda*. Petit aūt duo Vnū ex parte sua, vt posset ire ad eos. Vñ dicit. *Ipse Deus, & pater noster &c.* Io. 20. Ascēdo ad patrē meū, & patrē uestrū &c. Pro. 16. Hominis est p̃parare animū, & Dñi gubernare linguā. Aliud ex parte eorū Vñ dicit *Vos autem multiplicet*. s. in fide. 2. Re. 24. Adaugeat Dñs populū suū cētuplū, q̃ sunt &c. Et vt augeāt merita. Vñ dicit. *Et abundare faciat charitatem uestram*, q̃ semp̃ in via crescere pōt. Col. 3. Sup̃ omnia charitatē habete, q̃d ē vinculū p̃fectionis. Et primo. *Inuicem*, scd̃o. *In omnes*. Gal. 6. Operemur bonū ad oēs: maxime aūt ad domesticos fidei. Et ponit exēplū de seipso, dicēs *Quemadmodum &c.* quasi dicat, Sicut, & ego diligo uos. 2. Cor. 7. In cordibus nostris estis ad cōmoriēdū, & ad cōuiuendum. Sed ad q̃d petit? *Ad confirmāda corda uestra sine quærela*, i. vt nullus possit conq̃ri de uobis Luc. 1. Incedētes in oībus mandatis, & iustificationibus sine q̃rela; *Et sanctitate ante Deum*, s. q̃ cor videt. Lu. 1 In sanctitate, & iustitia corā ipso &c. E hoc apparet. *In aduentu Domini nostri Iesu Chr̃i*, vt vos inueniat sāctos, q̃ aduētus erit, *Cū oībus sanctis eius*. i. sitis ī cōspectu eius, sicut sūt oēs sancti ante eū.

CAPIT. IIII. LEC. I.

DE cætero ergo fratres, rogamus uos, & obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodū accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis .n. quæ præcepta dederim uobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio uestra, vt abstineatis uos a fornicatione, vt sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorāt Deum. Et ne quis supergrediatur, neque circūueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque, qui hæc sper

LECTIO PRIMA.

SVpra commendauit Apost. fideles de constantia in tribulationibus, & aliis bonis: hic in futurū monet ad bene agendum.

dum. Et primo proponit generalem ammonitionem, secundo specificat, ibi. *Vt abstineatis.* Circa primum duo facit, quia primo proponit intētum, secundo rationē monitionis assignat ibi *Vt abundetis.* Dicit ergo. Audiui bona vestra præterita, sed in futurum rogamus &c. Inducit autem eos primo ex parte sua. Et ideo dicit. *Rogamus.* Psal. 121. Rogate, quæ ad pacem sunt &c. Itē ex parte Christi, & sic dicit. *Obsecramus &c.* Obsecrat autem, qa erant perfecti. 1. Timo 5. Senioré te ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed quid rogat? *Vt quem admodum &c.* Docuerat eos Apostolus, quomodo oporteret eos ambulare in via communi iusticiæ, quæ est per mandata. Vnde dicit. *Accepistis, &c.* Psalm. 118. Viam mandatorum tuorū &c. Item, quomodo placerent Deo in uia consiliorum. Sap. 4 Placēs Deo, factus est dilectus. Vel quomodo ambuletis, scilicet per rectam operationem. Ioan 12. Ambulate dum lucem habetis. *Quomodo placeatis*, scilicet per rectam intentionem. *Sic, & ambuletis*, idest, vt seruetis primam doctrinam, non recedendo ab ea. Gal. 1. Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet uobis præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Ratio monitionis accipitur primo ex fructu seruatæ monitionis, secō ex ipsa monitione, ibi. *Scitis enim quæ, &c.* Dicit ergo. Licet sitis boni, tamen per exercitium mandatorum, & consiliorum abundabitis, & proficietis 2. Cor. 9. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in uobis. Est enim charitas tam magna, quod semper restat quo proficiēdum sit. Item, quæ ex monitione accepistis, honesta sunt, & utilia. Psal. 18. Lex Domini immaculata, &c. Prouer. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux, & uia vitæ. Ideo dicit. *Quæ præcepta*, idest qualia Et hoc. *Per Dominum Iesum*, accepta ab eo 1. Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis &c. Hebr. 2. Quę cum initium accepisset enarrari per Dominum ab his, qui audierunt &c Et hæc sunt ista. *Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra*, Quasi dicat, Omnia præcepta Dei sunt ad hoc, quòd sitis sancti Sāctitas enim dicit munditiā & firmitatem. Et omnia Dei pręcepta inducunt ad ilta, vt quis mundus sit à malo, & firmus in bono. Roman. 12. Probetis, quæ sit uoluntas Dei, scilicet explicata per præcepta. Deinde cum dicit. *Vt abstineatis*, Monet in speciali. Et primo corrigit eos de quibusdam inordinationibus inter eos: secundo promouet ad obseruantiam bonorum. 5. cap. ibi. *De temporibus.* Tres autem inordinationes erant inter eos, scilicet carnalium vitiorum, quantū ad quosdam. Item curiositatis. Item tristitiæ de mortuis, & ideo de istis agit. Secūda ibi. *De charitate autem.* Tertia ibi. *Nolumus uos.* Circa primum duo facit, quia primo monet abstinere ab immoderato appetitu carnalium. Secundo ponit rationem, ibi. *Quoniam vindex.* Iterum prima in duas, quia primo prohibet luxuriam: secundo auaritiam. Et coniungit hæc semper: quia utrunque est circa obiectum corporale, licet hoc compleatur in delectatione spirituali. Item primo docet cauere luxuriam quātum ad non suam, secundo quantum ad uxorem propriam, ibi. *Vt sciat.* Dicit ergo. *Vt abstineatis a fornicatione.* Voluntas. n. Dei est abstinere à fornicatione, ergo est peccatum mortale, quia est cōtra præceptū, & uoluntatē Dei. Tob. 4 Attende tibi ab omni fornicatione. Sed & respectu uxoris, abstineatis honeste. *Vt sciat unusquisque uas suum*, idest vxorem. *Possidere in sanctificatione*. cessando ad tempus. *Et in honore, non in passione*, vt scilicet passio præcedat. *Sicut, & Gentes*, quia hoc est Gentilium, quærere delectationes præsentes, nō aūt futuræ vitæ. *In sanctificatione, & honore*, quia hic est debitus vsus matrimonii, qa est ad bonū prolis, uel ad reddendū debitum, & sic potest esse sine peccato, sed aliquando est veniale peccatum, si non efferatur concupiscentia vltra limites matrimonii, scilicet quando licet, concupiscentiam habeat, non tamen vteretur ea nisi esset uxor sua. Sed quādo est extra limites matrimonii, sequitur mortale, & hoc quando si non esset sua vxor, adhuc vteretur ea, & libentius cum alia. Heb. ulti. Sit honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores autem, & adulteros iudicabit Deus. 1. Pet. 3. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ, & vitæ, vt non impediantur orationes vestræ. Deinde cū dicit. *Et ne quis.* Prohibet auaritiam. Vnde dicit. *Et ne quis supergrediatur*, idest, violentiam inferat auferendo aliena per potentiam. Iac. 2. Nonne diuites per potentiam vos opprimunt? *Neque circumuenias.* Per dolum. Hier. 5. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorū plenæ dolo. Deinde cū dicit. *Quoniā uindex, &c.* Ponitur ratio monitionis, quam primo assignat ex diuina ultione: secundo ostendit hanc ultionem esse iustā, ibi. *Non enim uocauit.* Dicit ergo, Abstineamus ab his, quia. *Dominus est uindex* Gal. 5. Prædico uobis sicut prędixi, quoniam qui talia agūt, regnum Dei non consequentur. Nam certe iuste vlciscitur, cuius una est ratio ex Deo vocante, secunda ex contrarietate doni. Si Dominus uocat te ad vnum, & tu agis contrarium, dignus es pœna. Et ideo dicit. *Non enim uocauit &c.* Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Rom. 8. Quos uocauit, hos & iust. &c. Ideo dicit. *Itaque &c.* Quasi dicat, Hæc est vna ratio specialis, quam dixi. Alia est ratio, quia contrariatur hæc uitia spiritui, qui datus est nobis. Vnde qui hæc agit, iniuriam faciet spiritui sancto. Ideo dicit. *Qui etiam &c.* Heb. 10. Irritam quis faciēs legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Deinde cum dicit. *De charitate autem &c.* Retrahit ab otiositate. Sciēdum est autem, quòd sicut dicit Hiero. in epi. ad Gal. Thes. erant liberales, & erat cōsuetudo apud eos diuites dare multū, & ideo pauperes otiose inhærebāt beneficio eorū, nō curātes labores: sed discurrere, per domos. Et ideo primo commendat liberalitatem dantium, secundo otium accipientium dissuadet, ibi. *Et operam detis.* Dicit ergo primo, quòd non indigent moneri ad charitatem: secundo monet, quòd in ea proficiant, ibi *Rogamus autem*. Dicit ergo. *De charitate autem fraternitatis*, idest, quòd diligatis fratres. *Non est necesse scribere uobis.* Roma. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Heb. vlt. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et ratio est, qa. *Ipsi didicistis a Deo*, scilicet præceptum in lege. Leui. 19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Item, in euangelio Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem &c. Vel didicistis interiori disciplina. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me &c. Et hoc addiscit per spiritum sanctum. Deinde cum dicit. *Rogamus autem.* Hortatur eos ad proficiendum in charitate, dicens: Et quia habetis charitatem ad omnes: ideo rogamus, vt proficiatis. Et licet alii abutantur, uos tamen insistatis. Prou. 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est. Deinde cum dicit. *Et operam detis.* Arguit otiosos, & primo eorum ingetudinem: secundo ostendit quomodo eam reprimant, tertio, quare. Dicit ergo. *Operam detis, ut quieti sitis.* Prou. 7. Garrula, & uaga quietis impatiens, nec ualens pedibus suis in domo consistere &c. 2. Thes. 3. Non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes &c. Otium reprimentes, exercendo negotia. Vnde dicit. *Et ut uestrum negotium agatis.* Prouer. 24. Diligenter exerce agrum, vt postea ædifices domum tuam. Dicit autem uestrum. Sed nunquid non alienum negotium est agendū? Et videtur quòd sic. Rom. vlti. Assistatis ei in quocunque negotio. Respondeo. Dicendum est, quòd omnia possunt inordinate fieri, si fiant pręter ordinem rationis, tunc. s. quando aliquis se improbe ingerit, & ordinate. s. quando seruatur ordo rationis, & in necessitate, & hoc est commendabile. *Et operemini manibus uestris*, idest, operando manibus uestris. Eccle. 33. Multa mala docuit otiositas &c. Ezech. 16. Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum ægeno, & pauperi non porrigebāt &c. Et hoc est in præcepto omnibus illis, qui non habent alia vnde licite viuere possunt: quia de præcepto naturæ est, quòd homo sustentet. 2. Thess. 3. Qui non vult operari, nec manducet. Huius est duplex ratio. Prima propter exemplum aliorum. Vnde dicit, *Vt & honeste &c.* Infideles enim videntes conuersationem uestram, sic otiosam detestantur. 1. Timo. 3. Oportet autem illum testimonium habere bonū ab his, qui foris sunt &c. Secunda ratio, vt non desideretis ea, quæ sunt aliorum, unde dicitur. *Et nullius aliquid desideretis.* Prouerb. 21. Desideria occiduit pigrum. Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur, &c. Et ideo hæc inquietudo si reprimatur, est in bonum exemplum, & in repressionem desiderii.

donia. Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operādetis, vt quieti sitis, & ut uestrū negotiū agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

SVPRA induxit ad continentiam a cupiditatibus, & compescuit ab ociositate, hic compescit ab inordinata tristitia. Primo præmittens monitionem, secundo assignat rationem, ibi *Sicut & cæteri.* Prohibetur ergo ne. s. inordinate tristētur. Vnde dicit. *Sicut & cæteri.* Videtur autē Apostolus bene cōcedere tristari pro mortuis, aliquid tamē prohibere, ne. s. inordinate tristētur Vnde dicit *Sicut & cæteri*, quòd enim aliquis tristetur, scilicet de mortuis habet pietatem. Primo propter defectum corporis deficientis. Debemus enim eos diligere & corpus propter animam. Eccl. 41. O mors quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti &c. Secundo, propter discessum & separationem, quæ dolorosa est amicis. 1. Reg. 15. Siccine separat amara mors? Tertio, quia per mortem fit commemoratio peccati. Roma. 6. Stipendia peccati mors. Quarto, quia fit commemoratio mortis nostræ. Eccl. 7. In illa enim finis cunctorum ammonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit &c. Sic ergo tristandum, sed moderate. Vnde Eccle. 22. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit &c. Et ideo dicit, *Sicut & cæteri, qui spem non habent* scilicet, quia isti credunt huiusmodi defectus perpetuos, sed nos, non. Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Vnde signanter dicit, *De dormientibus.* Ioa. 11. Lazarus amicus noster dormit. Dormiens enim tria facit. Cubat in spe surgendi Psal. 10. Numquid qui dormit non adiiciet, vt resurgat? Sic & qui moritur in fide. Item in dormiente anima vigilat. Canti. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat &c. Item postea homo resurgit magis refectus & vegetus. Sic sancti resurgent incorruptibiles. 1. Corinthiorum. 15. Deinde cum dicit *Si enim credimus.* Ponitur ratio monitionis. Et primo astruit resurrectionem: secundo excludit dilationis suspitionem, ibi. *Hoc enim vobis.* Tertio ponit resurrectionis ordinem, ibi *Quoniam ipse Dominus.* Sciendum est autem: quòd Apostolus. 1. Corinthiorum. 15. Ex resurrectione Christi astruit nostram, quia illa est causa nostræ, vnde arguit per locum a causa. Et resurrectio Christi non est causa solum, sed etiam exēplar, quia Verbum caro factum, suscitat corpora, verbum vero simpliciter, animas. Etenim eo, quòd Christus accepit carnem, & in ea resurrexit, est exemplar nostræ resurrectionis. Nec solum hoc est, sed & causa efficiens. quia quæ humanitate Christi gesta sunt, non solum sunt gesta secūdum virtutem humanitatis, sed virtute diuinitatis sibi vnitæ. Vnde, sicut tactus suus curabat leprosum inquantum instrumentum diuinitatis: sic resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis non inquantū corporis, sed inquantum resurrectio corporis vniti verbo vitæ. Et ideo Apostolus hoc firmiter supponēs, sic arguit. *Si enim credimus firmiter quòd Christus resurrexit, ita et eos qui dormierūt &c.* Illi dormierunt *Per Iesum*, qui facti sunt conformes morti eius per baptismum, vel per Iesum, quòd secum *Adducet*, scilicet *Cum ipso* Christo. Zach. 14. Et veniet Dominus Deus meus omnesque sancti eius cum eo &c. Esai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Deinde cū dicit *Hoc enim.* Excludit dilationē resurrectionis. Quasi dicat, Scimus quòd resurgent, & venient cum Christo, ideo non debemus tantum dolere. Non enim illi, qui inuenientur viui, prius consequentur resurrectionis gloriam, quàm mortui. Et ideo, *Hoc enim vobis dicimus* non ex coniectura hominis, sed *In verbo Domini*, cuius verba non deficient *Quia nos qui viuimus*, idest illi, qui sunt viui, non prius sortientur consolationem ex aduentu Christi, quàm mortui. Et ideo dicit, *Nos qui viuimus.* Ex quo videtur non intelligentibus, quòd Apostolus hic dicat, quòd adhuc Apostolo viuente, hoc fieret, & hoc etiam Thessalonicensibus videbatur. Et ideo scribit eis aliam epistolam in qua dicit. 2. Thessalonicensi. 2. Non moueamini a vestro sensu &c. Sed non loquitur ex persona sua, & tunc existentium, sed eorum qui tunc viui reperientur *Qui residui sumus*, idest erunt residui post persecutionem Antichristi *Non præueniemus eos*, idest, non prius recipient consolationem. 1. Corin. 15. In momento enim, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Deinde cum dicit. *Quoniam ipse &c.* Ostendit ordinem resurrectionis, & modum. Primo, proponit resurrectionis causam, Secundo, eius ordinem, & modum, ibi. *Et mortui.* Tertio, concludit eorum consolationem ibi. *Itaque consolamini inuicem.* Primum ostendit dicens. *Ipse dominus.*

LECTIO SECVNDA.

NOLVMVS autē vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non cōtristemini, sicut & cæteri qui spem nō habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierūt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur

Vbi notandum est, quòd sicut dictum est, causa communis resurrectionis, est resurrectio Chri. Sed si dicas, quòd iam fuit, quare ergo nō sequitur effectus eius? Respōdeo, Dicendū est, quòd est causa resurrectionis nostræ secundum quòd operatur in virtute diuina. Deus autem operatur per ordinē suæ sapientiæ, Tunc ergo erit nostra resurrectio, quando hoc disposuit ordo diuinæ sapientiæ. Vt ostendat, quòd Christus sit causa, ostendit quòd ad præsentiam Christi omnes mortui resurgent. Ad resurrectionem autem communem faciendam triplex causa cōcurrit. Vna principalis, scilicet virtus diuinitatis, secunda instrumentalis. s. virtus humanitatis Christi. Tertia, quasi ministerialis, scilicet virtus angelorum, qui habebunt aliquem effectum in resurrectione. August. enim probat, quòd ea quæ fiunt nunc per creaturas corporales, fiunt a Deo eis mediātibus, in resurrectione vero aliqua per eos sunt agenda, sicut collectio pulueris. Sed reintegratio corporum, & vnio animæ ad corpus, erit immediate per Christum. Has ergo tres causas ponit. Primo, humanitatem Christi gloriosam, dicens. *Ipse Dominus &c.* Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet. *In iussu.* In primo aduentu venit vt obediens. Philippens. 2. Factus est obediens vsque ad mortem. Et hoc, quia ille fuit aduentus humilitatis, sed iste erit gloriæ. Luc. 21. Venit cum potestate magna, & maiestate. Secundo virtutem angelorum, cum dicit. *In voce archangeli*: non, quòd operetur in voce eius, sed ministerio eius. Et dicit archangeli, quia omnes angeli sub vno archangelo ministrant ecclesiæ. Apocalip. 12. Hic est Michael princeps ecclesiæ. Vel in voce archangeli, idest, Christi principis angelorum. Esai. 9. Magni consilii angelus. Et in vocce eius corporali, vel spirituali, erit resurrectio. Ioan. 5. Audient vocem filii Dei, scilicet, Surgite mortui, & uenite ad iudicium, & illi uoci corporali obedient. Tertio uirtutem diuinitatis, cum dicit. *In tuba Dei.* Hæc est virtus diuina, quia dicitur uox archangeli, inquantum fiet ministerio archangelorum, & tuba Dei inquantum uirtute diuina fiet. Et dicitur tuba propter eius sonoritatem, quæ prouenit a Deo, suscitans mortuos. Item tuba congruit ad officia, cuius usus fuit multiplex in ueteri testamento, ut ad bellum. Et tunc pugnabit pro eo orbis terrarum. Sapien. 5. Item fiebat usus eius ad solemnitates, sic ista ad cœlestem Hierusalem. Item ad mouendum castra, & tunc sancti mouebunt castra. Vnde si sit uox corporalis, dicitur tuba propter has rationes, uel non erit uox corporalis, sed uirtus diuina Christi præsens, & manifesta toti mundo. Deinde cum dicit. *Et mortui.* Ponitur ordo resurrectionis, & circa hoc tria facit, quia primo ponit resurrectionem mortuorum, secundo occursum uiuorum, ibi. *Deinde.* Tertio, beatitudinem sanctorum utrorumque ibi. *Et sic semper.* Occasione horum uerborum, crediderunt aliqui op futuri in fine nunquam morerentur, vt dicit Hieronymus in epistola, pp hoc, qd dicit. *Deinde nos &c.* Aliàs. n. fruſtra distingueret viuentes a morientibus. Sed contra. 1 Corin. 15. Omnes quidem resurgemus. Item, sicut in Adam oēs moriuntur &c. vt habetur. Rom. 5. Ergo mors ad omnes pertransiit. Dicendum est ergo, quòd aliqui inuenientur uiui in tēpore illo, quo Christus ueniet ad iudicium: sed in illo momento temporis morientur, & statim resurgent. Et ideo, pp modicā interpolationem reputantur uiuentes. Sed tunc est quæstio, quia dicitur hic. *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. & deinde nos &c.* Ergo prius resurgent mortui, quàm uiui occurrant Christo, & in hoc occursu morientur. Ergo prius aliqui resurgēt & si non erit omnium resurrectio simul, quod est contra illud. 1 Cor. 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, &c. Respondeo, dicendum est, quòd duplex est hic opinio: quidā enim dicunt, quòd resurrectio non erit simul, sed primo mortui venient cum Christo. Et tunc in aduentu Christi, viui rapientur in nubibus, & in illo raptu morientur, & resurgent. Et ideo quod dicitur esse in momento, intelligitur, quia in modico

tempore fiet. Et si dicatur, quòd erit in instanti, tunc non est hoc referendum ad totam resurrectionem omnium, sed ad resurrectionem singularium, quia singulus resurget in instanti. Alii verò dicunt, quòd omnes simul & in instanti resurgent. Quòd ergo dicit, resurgent primi, denotat ordinem dignitatis non temporis. Sed videtur hoc difficile, qa de viuis multi erũt probati in persecutione Antichristi, qui dignitate præcellẽt multos prius defunctos. Et ideo videtur aliter esse dicendum, quòd omnes morientur, & omnes resurgẽt, & quòd simul. Nec Apostol⁹ dicit hic, quòd illi prius resurgent, quàm isti, sed quòd illi prius resurgent, quàm isti occurrant. Apostolus enim non ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem, sed ordinem ad raptum, vel ad occurrentiam. Nam primo veniẽte Domino morientur, qui inuenientur viui, & tunc statim cum illis, qui prius mortui fuerant resurgentes rapientur in nubibus &c. Vt Apostolus hic dicit. Est autẽ hæc inter bonos & malos differentia, quia mali remanebunt in terra, quam dilexerunt, boni rapientur ad Christum, quem quæsierunt. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. In resurrectione etiam sancti cõformabuntur Christo, non solum quantum ad gloriam corporis. Philip. 3. sed etiam quantum ad situm, quia Christus erit in nube. Act. 1. Et nubes suscepit eum. Et quemadmodum vidistis eum &c. Sic & sancti a nubibus rapientur. Et quare hoc? Ad ostendendum eorum deformitatem. In veteri enim testamento gloria Domini apparuit per modum nubis 3. Reg. 8. Dominus venit in nebula. Hæ nubes erunt præparatæ virtute diuina ad ostensionem gloriæ sanctorum. Vel ipsa fulgentia corpora gloriosorum videbuntur malis quædam nubes, qui erunt in terra. Matt. 25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Deinde cum dicit *Et sic semper*. Ostendit beatitudinem sanctorum, quia semper erunt cũ Domino, eo fruentes. Ioan. 14. Iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, ut vbi ego sum, & vos sitis. Hoc sancti desiderant. Philip. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Deinde cum dicit, *Itaque &c.* Concludit cõsolationem habendam esse de mortuis dicens, Ex quo sancti resurgunt, & nullum detrimentum consequuntur, ergo de mortuis consolamini. Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.

cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

CAPIT. V. LEC. I.

DE temporibus aũt & momentis fratres, non indigetis vt scribam⁹ vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem fratres, nõ estis i tenebris, vt vos dies ille tanq̃ fur comprehendat: omnes enim uos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum.

LECTIO PRIMA.

SVPRA correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurum, & primo ponit monitionem, secundo orationem, ibi, *Ipse autem Deus*. Hæc autem duo sunt nobis necessaria. Nam quia bona quæ facimus, sunt ex libero arbitrio, ideo indiget homo monitione, & quoniam sunt etiam ex gratia, ideo oratione. Circa primum duo facit, quia primo hortatur, vt præparent se ad futurum iudicium: secundo ostendit præparandi modum, ibi *Propter quod consolamini*. Iterũ prima in duas, quia primo ostendit, qualis sit conditio futuri iudicii: secundo qualiter præparent se ad illud, ibi, *Igitur non dormiamus*. Item prima in duas, quia primo præmittit conditionem futuri iudicii. secundo exponit, ibi, *Cum enim*. Item primo quietat eorum solicitudinem circa scientiã futuri aduentus, secundo ostendit quid circa illum sciant, ibi, *Ipsi enim*. Dicit ergo: Necesse erat, quòd scriberem de præmissis, quia indiguistis. Sed *De temporibus*, scilicet æstate, hyeme, vel potius quæ tempora futura sint, non erat necesse, quia quædam de his sunt soli diuinæ scientiæ reseruata. Matth. 24. & Marc. 13. De die illa, vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater &c. Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta &c. Ecclesia. 6. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret, quid conducat sibi in vita numero dierum vitæ suæ? &c. Et ideo hoc *Non est necesse scribere*, quia illud quod sciendum est, *Vos scitis*, quia scilicet *Dies domini sicut fur in nocte &c.* Sunt autem omnes dies Domini. Psalm. 118. Ordinatione tua perseuerant dies. Sed iste specialiter est Domini, quia facit in omnibus suam voluntatem, quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præscitum a Deo, scilicet salutem. 1. Timo. 2. Vult omnes homines saluos fieri &c. In malis, quia punientur. Psalm. 74. Cum accepero tempus, ego iustitiãs iudicabo. Iste veniet sicut fur, idest ex impræmeditatione. Luc. 12. Si sciret pater familias, qua hora fur veniret &c. 2. Pet. 3. Aduenet dies Domini sicut fur. Appoc. 3. Veniam tibi tanquam fur. Quomodo autem dies dicitur venire in nocte? Sed sciendum, quòd vtrũque est, quia in die venit ꝓpter manifestatione cordiũ 1. Corinth. 4. Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium, sed in nocte propter incertitudinem. Matt. 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit &c.

Incertum enim est, qua hora erit. Deinde cum dicit. *Cum enim dixerint*. Exponit quæ dixerat, & primo quantum ad malos, secundo quantum ad bonos, ibi. *Vos autem*. Circa primũ duo facit. Primo describit præsumptionem malorum, secundo periculum moræ. Dicit ergo, Veniet sicut fur, quia ex improuiso. *Cum enim dixerint pax*. Quantum ad præsentia, idest, dũ tranquille viuunt, sic decipiuntur. Sap. 14. In magno viuentes in scientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. *Et securitas*, quantum ad futura. Luc. 12. Anima mea multa habes bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Sed contra. Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi, &c. Ergo nulla securitas. Solutio est duplex. Vna quæ est Augustini, quæ talis est, In tempore illo aliqui erunt boni, & afflientur, lugebunt, & expectabunt. Et de hoc dicitur Luc 21. Arescentibus ex carentia voluptatum, & abundantia malorũ, &c. Sed in malis erit pax, & securitas. Alia datur solutio in Glosa. Deinde cum dicit *Tunc repentinus*. Describit periculum a quatuor. Primo, quia subitum, ibi. *Repentinus*. Esa. 30. Subito dum non speratur, veniet contritio eius: secundo quia mortiferum, ibi. *Interitus*. Iob. 18. Calcet super eum quasi rex interitus, &c. Tertio, afflictiuum, ibi. *Dolor*. Psalm. 47. Ibi dolores, vt parturientis. &c. Quarto, ineuitabile, ibi. *Et non effugient*. Iob. 11. Effugium peribit ab eis. Ab ira Dei, nunc est effugere ad eius misericordiam, ibi vero non est tempus misericordiæ, sed iustitiæ. Deinde cum dicit. *Vos autem*. Exponit quæ dixerat quo ad bonos, & duo facit, qa primo excipit bonos a consortio malorum, secundo rationem assignat, ibi. *Omnes enim uos*. Dicit ergo. *Non est in tenebris*, quia illuminati estis per Christum de illo die, ideo vobis non est improuisus. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, & huius ratio est, ibi. *Omnes enim vos filii lucis estis*. Astruit enim, quòd sunt filii lucis. & diei. Filii autem alicuius rei in scriptura dicuntur aliqui, propter abundãtiam in re illa. Esa. 5. In cornu filio olei, idest, habente multum oleum. Qui ergo participant multum de die, & luce, dicuntur eorum filii. Hæc lux est fides Christi. Ioan. 8 Ego sum lux mundi, &cæt. Ioan. 12. Credite in lucem, vt filii lucis sitis. Item, *Diei*. Sicut enim ex luce fit dies, ita ex fide Christi fit dies, scilicet honestas bonorum operum. Roman. 13. Nox præcessit, &c. Et ideo. *Non sumus filii noctis*, idest, infidelitatis. *Neque tenebrarum*, idest, peccatorum. Roman. 13. Abiiciamus ergo a nobis opera tenebrarum, &c. Deinde cum dicit. *Igitur non dormiamus &c.* Ostendit qualiter se præparent ad illum aduentum, & primo qualiter per vltionem malorum: secundo per obseruantiam bonorum ibi. *Induti*. Circa primum duo facit: quia primo ponit monitionem, secundo eius rationem, ibi. *Qui enim dormiunt*. Dicit igitur, Ex quo dies Domini est sicut fur. Luc. 12. Si sciret pater familias, qua hora fur ueniret: vigilaret vtique. Ergo vos, quia scitis, vigiletis. Vnde dicit. *Igitur non dormiamus*. Somno peccati. Eph. 5 Surge qui dormis, & exurge a mortuis Itẽ nec pigritiæ. Prouerb. 6. Vsquequo piger dormis? &c. *Sed vigilemus per solicitudinem*. Matth. 24. Vigilate itaque, &c. Et ad hoc est necessarium, quòd. *Sobrii simus*, vt & corpus, & mens sint sobria, idest, non occupata voluptatibus, & curis mundi. Luc. 21. Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate. 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate. Ratio autem huius est, ex temporis congruitate: quia qui dormiunt, vel ebrii sunt, aliquid faciunt in nocte. Sed nos non sumus in nocte. *Ergo &c.* Dicit ergo. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt*, idest, tempus noctis deputant quieti: diem verò operationi. Ps. 103. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Et rursum ibi. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad uesperam. Item abstinent aliqui a vino in die propter negocia exercenda: sed de nocte tantũ non curãt. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Somn⁹ ergo, & ebrietas est nocti conueniẽs, eo quòd nocte infidelitatis, & tenebris peccatorum occupati, sunt ebrii, p amorem præsentium nõ habentes spem futurorum. Ephe. 4. Desperantes tradiderũt se impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritia &c. *Nos autem qui diei sumus*, id est pertinẽtes ad diẽ honestatis, & fidei. *Simus sobrii*. Ro. 13. Honeste ambulem⁹ in die. Deinde cum dicit. *Induti &c.* Ostendit, quomodo se præparẽt per bona, & primo ponit monitionem generalem: secundo specialem, ibi. Propter quod. Itẽ prima in duas, quia primo ponit ipsam monitionem: secundo rationem, eius, ibi. *Quoniam non posuit*. Sunt autem in homine duo principalia membra, quæ consueuerunt in bellis protegi scilicet cor, quod est principium uitæ, & caput scilicet, principium motus exterioris, a quo sunt sensus, & aliquo modo nerui. Et protegitur cor lorica: caput galea. Spiritualis vita in nobis est Christus, per quem anima uiuit, & Dominus in nobis per fidem habitat. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Habitat ẽt per charitatẽ. 1 Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: quæ informat fidem. Et ideo debemus habere fidem, & charitatem. Vnde dicit. *Loricam fidei, & charitatis*, quia protegit vitalia. *Et galeam, spem salutis*, quæ est principium motus spiritualis, quod est ex intentione finis, quẽ speramus assequi. Deinde cum dicit. *Quoniam non posuit nos*. Ostendit rationem quomodo in nobis operatur. Et primo ex præordinatione diuina: secundo ex gratia Christi: tertio ostendit modum consequendæ salutis. Dicit ergo, *Quoniam non posuit*, idest, non ordinauit. Io. 15. Posui uos, scilicet sanctos, vt eatis &c. *Deus in iram*, idest, ad hoc, vt consequamur eius irã. Sap. 2. Deus mortem non fecit. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus &c. *Sed in acquisitionem*, idest, vt acquiramus salutem. Matt. 11. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 1. Pet. 2. Vos estis gen⁹ electũ, regale sacerdotium, &c Et hoc per gratiam Christi: ideo dicit. *Per Dominum nostrum &c.* Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. *Qui mortuus est pro nobis*, idest, saluauit nos moriendo pro nobis. 1 Pet. 3. Mortuus est iustus pro iniustis, vt offerret nos Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Et modus perueniendi est, quia Christus docuit nos, operando salutem nostram: & hoc moriendo, & resurgendo. Roma. 4. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo dicit. *Siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus*. Ro. 14. Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. Deinde cum dicit. *Propter quod*, docet nos quomodo præparemus nos, quãtum ad speciales conditiones personarum Et circa hoc tria facit: qa primo ostendit quomodo se debeant habere ad æquales: secundo quomodo subditi se habeãt ad prælatum, ibi. *Rogamus autem*. Tertio quomodo prælati ad subditos, ibi. *Rogamus autem*. Debemus autem æqualibus consolationem in aduersis. Vnde dicit. *Consolamini inuicem*. Item ædificationem in exemplis. Vnde dicit. *Et ædificate &c.* Rom. 14. Quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Subditi autem ad prelatos, primo debent beneficiorum recognitionem: secundo charitatem: tertio pacem. Vnde. *Vt noueritis*, idest, vt recognoscatis beneficia eorum. Heb. vlt. Mementote præpositorum vestrorum &c. Noueritis, inquam, primo ex parte eorum, quia maximum laborem ferunt pro uobis. Vnde dicit. *Eos qui laborant inter vos*, pro bono uestro. 2. Ti. 2. Labora sicut bonus miles Christi, &c. Secundo ex parte Dei. Et ideo est habenda reuerentia ad eos, sicut ad Deum. Vnde dicit. *Et præsunt uobis in Domino*, idest, vice Domini. 2. Corinth. 2. Ego si quid donaui uobis in persona Christi. Tertio, ex parte vestra, quia sunt vobis vtiles. Vnde dicit. *Et monent uos, vt habeatis &c.* Ideo secundo debetis eis charitatem abundantius, idest, præ aliis: Quarto. *Pacem propter opus illorum*. Sed contra hoc quidam agunt. Amos. 5. Odio habuerunt in porta corripientem, &c. Eccle 19. Qui odit correctionem, minuetur uita. *Sed vos habete pacem propter opus*, correctiõis, qd proprie spectat ad eorum officium. Ps. 119. Dũ loquebar illis, impugnabant me gratis.

Igitur nõ dormiamus sicut, & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeã, spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut, & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monẽt vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

LECTIO II.

ROgamus autem vos fratres: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malũ pro malo alicui reddat, sed semper quod bonũ est sectamini inuicem, & in oẽs. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnib⁹ gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos, Ipse aũt De⁹ pacis sãctificet

SVPRA ostendit, quomodo subditi debent se habere ad prelatos: hic ostẽdit econuerso. Et circa hoc duo facit, qa primo docet quomodo prælati ad sacerdotes subditos se debeant habere, secundo generaliter quomodo se debant habere ad omnes, ibi. *Videte ne quis*. Sciendum est autem, quòd cura prælatorum ad duo debet tendere, scilicet ad retrahendum alios a peccatis, & ad custodiendum seipsos. Quantum ad primum, tria Apostolus dicit. Tripliciter enim subditi possunt pati defectum. Primo in actu: secundo in voluntate: tertio in virtute. In actu autem, quando prorumpunt in actum peccati, & tunc sunt corrigendi. Et quamuis de omni peccato, specialiter tamen corrigendi sunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit. *Corripite inquietos*. 2. Thessal. 3. Non inquieti fuimus inter uos. Ecclesiast. 19. Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori. In voluntate vero, quando non aggreditur magna, quia deiicitur propter aduersa, & peccata præcedentia. Vnde dicit. *Consolamini pusillanimes* Pusillanimis est non habẽs animũ ad magna, timẽs ne deficiat. Esa 35. Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Iob. 4. Vacillantes confirmauerũt manus tuæ &c. In uirtute autem, quando vel ex infirmitate peccant, vel debilitantur in bono actu, & isti sunt fouendi. Vnde dicit. *Suscipite*, scilicet in visceribus charitatis fouendo. *Infirmos*, quorum est virtus debilis, vel ad resistendum malis, vel ad faciendum bona. Rom. 15 Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Prælatus autem debet se custodire a defectu cuiuscunque modi, & maxime ab impatientia, quia ipse portat totum pondus multitudinis. Num. 11. Non possum solus sustinere omnem hanc multitudinem, quia grauis est mihi, &c. Et ideo dicit. *Patientes estote ad omnes*. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Psalm. 91. Bene patientes erunt, vt annuntient. Deinde cum dicit. *Videte ne quis*. Ostendit generaliter quomodo se habeant ad omnes. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit, qualiter omnes in quibusdam debeant se habere. Secundo quid in omnibus, ibi. *Omnia autem*. Circa primũ tria facit: quia primo ostendit quomodo se debeant habere ad proximum: secundo quomodo se habeant in his, quæ ad Deũ sunt, ibi. *Semper gaudete*. Tertio, quomodo se habeant ad eius dona, ibi. *Spiritum nolite*. Quantum ad proximum debent se habere, vt non inferant ei mala, & vt studeãt ei benefacere. Vnde dicit. Dixi supra in speciali, sed nunc in generali dico. *Ne quis malum &c.* Psalm. Si reddidi retribuentibus mihi mala Sed cõtra, multotiens vindicta petitur coram iudice. Respondeo, Sicut actus moralis sumitur secundum intentionem finis, sic ad duo potest esse intentio, vel ad malum illius, ita quòd quiescat ibi, & hoc est illicitum, quia ex liuore vindictæ: vel ad bonum correctionis seu iustitiæ, & conseruationis reipublicæ, & sic non reddit malum pro malo, sed bonum, scilicet eius correctionem. Quantũ ad secũdum, dicit. *Sed semper quod bonũ est &c.* Et dicit. *Sectamini*, & non faciatis, quia tu ex te debes sumere occasionẽ benefaciendi ad proximum tuum, & non expectare, quòd ipse det tibi occasionem benefaciendi sibi. Vnde Psal. 33. Inquire pacem, & persequere eam. Roma. 12. Noli vinci a malo, vt scilicet, sis tra-

ctus ab eo ad malefaciendum : ſed vince in bono malum, retrahendo eum ad bonum. Gal. vlti. Dum tempus habemus, operemur bonum ad oẽs. Deinde cum dicit. *Semper gaudete.* Oſtendit, quomodo ſe debeant habere quoad *Deum*, ad quẽ tria oportet habere. Primo, gaudere de ipſo Vnde dicit, *Semper gaudete*, ſ. de Deo : quia quicquid malum proueniat, eſt incomparabile bono, quod eſt Deus. Et ideo nullum malũ, illud interrumpat. Vnde dicit. *Semper gaudete.* Secundo, orare pro beneficiis ſuſcipiendis, ibi. *Sine intermiſſione orate*. Luc. 18. Oportet ſemper orare, & nunquam deficere. Sed quomodo poteſt hoc eſſe? Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd hoc poteſt eſſe tripliciter. Primo, quòd ille ſemper orat, qui ſtatutas horas non intermittit. Simile habetur. 2. Reg. 9. Tu comedes panem in menſa mea ſemper. Secundo ſic, *Semper*, ideſt, continue orate : ſed tunc oratio ſumitur pro effectu orationis. Eſt enim oratio, interpretatio ſeu explicatio deſiderii, quia quando deſidero aliquid, tunc illud orando peto. Vnde, & oratio eſt petitio decentium a Deo; & ideo deſiderium habet vim orationis. Pſal 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Omnia ergo quæ facimꝰ, ex deſiderio proueniũt. ergo oratio in bonis, quæ facimus, manet in virtute : quia bona, quæ facimus, ex deſiderio bono proueniunt. Glo. Non ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere. Tertio, quo ad cauſam orationis, ſcilicet faciendo eleęmoſinam. In vitis patrum, Ille ſemp orat, qui eleęmoſinas dat. quia qui elæemoſinam accepit, orat pro te, etiam te dormiente. Item tertio, orare pro beneficiis ſuſcipiendis : & gratias agere pro ſuſceptis. Ideo dicit. *In omnibus*, ſ. bonis, & aduerſis. *Gratias agite.* Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Coloſ. 2. Abundantes in illo in gratiarum actione. Philipp. 4. Cum gratiarũ actione. Hæc eſt. n. voluntas &c. 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Deinde cũ dicit *Spiritũ nolite &c.* Oſtendit quomodo ſe habeant ad dona Dei. Et primo quòd ea non impediant. Secundo, quòd ea non contemnant, ibi. *Prophetias*. Spiritus aũt ſanctus eſt perſona diuina incorruptibilis, & ęterna, vnde in ſua ſubſtantia extingui non poteſt. Sed tñ dicit quis extinguere ſpiritum, vno modo feruorem eius extinguendo, vel in ſe, vel in alio. Roma. 12. Spiritu feruentes. Cum enim aliquis aliquid boni ex feruore Spiritusſancti vult facere: vel ẽt cum aliquis bonus motus ſurgit, & ipſe impedit, extinguit ſpiritum ſanctum. Act. 7. Vos ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis. Alio modo mortaliter peccando. Spiritus enim ſanctus in ſe ſemper viuit, ſed in nobis viuit, quando facit nos in ſe uiuere: ſed quando quis peccat mortaliter, non viuit in ipſo ſpiritusſanctus. Sap. 1. Spiritus. n. ſanctus diſciplinæ effugiet fictum &c. Tertio modo occultando, quaſi dicat, Si donum ſpiritusſancti habetis, vtimini eo ad vtilitatem proximorum. Eccle. 20. Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq;? Matt. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio &c. *Prophetias nolite ſpernere.* Aliqui enim apud iſtos ſpiritu prophetię erant pollentes, qui ab iſtis reputabantur inſani. 1. Cor. 14. Aemulamini ſpiritualia, magis autem, vt prophetetis. Vel prophetias. i. diuinam doctrinam. Exponentes enim diuinam doctrinam, dicuntur prophetæ, quaſi dicat, Non ſpernatis verba Dei, & prædicationes. Hie. 20. Factus eſt ſermo Domini in opprobrium, & in deriſum tota die. Deinde cum dicit. *Omnia autem probate.* Oſtẽdit qualiter ſe habeant ad omnia, & vnum eſt, quòd in omnibꝰ vtantur diſcretione. Roma. 12. Rationabile obſequium veſtrũ.

vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt, qui vocauit vos : qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. Adiuro uos per Dominum, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

F In hac materia debet eſſe diligens examinatio, boni electio, mali abiectio Quantum ad primum dicit. *Prophetias nolite ſpernere*, tamẽ, *Omnia probate*, ſcilicet, quæ ſunt dubia. Manifeſta enim, examinatione non indigent. 1. Ioan. 4. Omni ſpiritui nolite credere. Iob. 12. Nonne auris verba diiudicat? Quantum ad ſecundum dicit. *Quod bonum eſt tenete*, Gal. 4 Bonum autem æmulamini in bono ſemper. Quantũ ad tertium, dicit. *Ab omni ſpecie mala abſtinete uos.* Eſa. 7. Vt ſciat reprobare malũ, & eligere bonum. Et dicit, ſpecie, quia etiam quæ habent ſimilitudinem malitiæ vitare debemus, quæ, ſcilicet non poſſemus ſeruare coram hominibus abſque ſcandalo eorum. Deinde cum dicit. *Ipſe autem.* Sub-

G dit orationem, & circa hoc tria facit : quia primo orat pro eis, ſecundo dat ſpem de exauditione : tertia dat ſpeciales monitiones. Dicit ergo. Ita moneo, ſed nihil ualet, niſi Deus gratiã det. Vnde. *Ipſe Deus pacis, ſanctificet uos.* Leui. 21. Ego Dominus, q ſanctifico uos &c. *Per omnia*, ideſt, vt ſitis totaliter ſancti. Et hoc *Vt integer &c.* Occaſione. n. verborũ iſtorũ dixerũt quidã, ꝙ in homine aliud eſt ſpiritus, & aliud anima : ponentes duas in homine animas. Vnam quæ animat, aliam quæ ratiocinatur. Et hæc ſunt reprobata in Eccleſiaſticis dogmatibus. Vnde ſciendũ, quòd hæc non differt ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum potentiam. In anima enim noſtra ſunt quædam vires, quæ ſunt actus corporalium organorum, ſicut ſunt potentiæ ſenſitiuæ partis. Aliæ ſunt, quæ non ſunt actus talium organorum, ſed ſunt abſtractæ ab eis, ſicut ſunt potentiæ intellectiuæ partis. Et hæ dicũtur ſpiritus, quaſi immateriales, & ſeparatæ aliquo mõ a corpore, inquantum non ſunt actus corporis, & dicuntur etiã mẽs. Ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Inquantum autem animat, dicitur anima, quia hoc eſt ei proprium. Et loquitur hic Paulus proprie. Nam ad peccatum tria concurrunt, ratio, ſen-

H ſualitas, & executio corporis. Optat ergo, quòd in nullo horum ſit peccatum. Non in ratione. Vnde dicit. *ſpiritus*, ideſt, mens veſtra ſeruetur integer. In omni enim peccato ratio corrumpitur, ſecundum quod omnis malus eſt ignorans. Item nec in ſenſualitate. Vnde dicit. *Anima.* Item nec in corpore: & ideo dicit. *Et corpus.* Hoc autem ſic fit quando ſeruatur immune a peccato. Et dicit. *Sine quærela*, non ſine peccato, quod eſt ſolius Chriſti : ſed eſſe ſine quærela, eſt etiam aliorum, qui, & ſi venialia, non tamẽ committunt grauia, & quibus proximus ſcandalizatur. Luc. 1. Incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela. Et addit. *In aduentu &c.* ſcilicet, perdurando vſque in finem vitæ. Vel integer ſpiritus refertur ad donum ſpiritusſancti, quaſi dicat, Donum Spiritusſancti, quod habetis ſit integrũ. Deinde cum dicit. *Fidelis &c.* Dat ſpem exauditionis, quaſi dicat, Vt ego ſpero, ſic fiet quia, & ipſe qui uocauit faciet, ideſt, cõplebit. Pſal. 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis &c. Roman. 8. Quos vocauit, hos, & iuſtificauit &c. Vltimo, ſubiungit familiares monitiones, ſcilicet orationem, ibi. *Orate.* Item

I mutuam pacem, ibi. *Salutate omnes fratres in oſculo ſancto*, non proditorio, ſicut Iudas. Matt. 26, Nec libidinoſo, vt libidinoſa mulier. *Pro. 7. Vt legatur &c.* Timebat enim, ne pręlati propter aliqua quæ erant hic, eã occultarent. Prouer. 11. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis &c. Vltimo concludit Epiſtolam in ſalutatione.

Finis expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis in Epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI, AD THESSALONICENSES.

PROLOGVS S. THOMAE.

CONGREGAMINI, vt annuntiem, quæ ventura ſunt vobis, diebus nouiſſimis &c. Gen. 49. Hæc verba competunt huic epiſtolæ. Duo enim tãguntur, quæ ei conueniunt, ſcilicet fructus, & eius materia. Vnde dicitur, Vt annuntiem &c. Agitur enim in ea de his. quæ ventura ſunt in diebus nouiſſimis : quæ ſunt tria ſcilicet, pericula eccleſiæ, tempore Antichriſti. 2. Timo. 3. In nouiſſimis diebꝰ inſtabunt tempora periculoſa &c. Item malorum ſupplicia. Pſalm. 72. Donec intrem in ſanctuariũ Dei &c. Veruntamẽ propter dolos poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuarentur. Item præmia bonorũ. Prou vlt. Fortitudo & decor, indumentum eius. Et de his agitur in hac epiſtola. Vtilitas oſtenditur, quia congregamini. Sic acquiritur ex hac epiſtola congregatio, ſcilicet concordantium in veritate, quia diſcordabant de iudicio futuro : propter hoc quod dicit in prima epiſt. *Deinde nos qui viuimus &c.* Pſalm. 146. Diſperſiones Iſraelis congregabit. Item voluntatum, quia cum conſiderant, ꝙ quæcunque temporalia ſunt, in nouiſſimo mundi peribunt, datur intelligi, quòd eos congregant ad vnum quærendum, ſcilicet cœleſte præmium. Eccle. 30. Congrega cor tuum in ſanctitate eius. Item cogitationum ad vnam ſtabilem veritatem. Eſa. vlti. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem &c. Sic ergo patet fructus & materia : quia in prima muniuit eos contra perſecutiones præteritas : hic munit eos contra futuras.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS & Siluanus & Timotheꝰ, eccleſię Theſſalonicẽſium in Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chr̃o. Gratia vobis & pax a Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper pro vobis fratres, ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem, ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicii, vt digni habeamini in regno Dei pro quo, & patimini.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR hæc epiſtola in ſalutationem, & epiſtolarẽ narrationem, ibi, *Gratias agere debemus &c.* It ẽ primo ponuntur perſonæ ſalutantes. Secundo perſonæ ſalutatæ. Tertio bona optata. Sunt autem eædẽ perſonæ, quæ & in prima. Tres autẽ perſonæ ſalutantes ponuntur, vt authoritas epiſtolæ robuſtior appareat. Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur, *Eccleſiæ Theſſalonicenſium &c.* Et eccleſia congregationẽ dicit, quæ debet eſſe in Deo, aliàs eſt mala. De bona dicitur Pſal. 49. Congregate illi ſanctos eius &c. *In Chriſto* ideſt, in eius fide. Rom. 5. Per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam. Deinde optat eis bona : & primo pacem. Ipſa eſt enim principiũ oĩum ſpiritualiũ donorũ. 1. Cor. 15. Gratia Dei, ſũ id qđ ſũ. Item, pacem quæ eſt finis hominum. Pſal. 147 Qui poſuit fines tuos pacem &c. Et hoc *A Deo &c.* Iac. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum &c. *Et Domino Ieſu &c.* 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretioſa nobis donauit *Gratias agere debemus &c.* Hæc eſt epiſtolaris narratio. Et primo inſtruit eos de futuris in nouiſſimis diebus. Secundo admonet eos familiariter de quibuſdã, in tertio cap. ibi *De cætero fratres &c.* Item primo monet, ſicut dictum eſt, quantum ad præmia donorum, & pœnas malorum. Secundo, quãtum ad pericula tempore Antichriſti. 2. cap. ibi *Rogamus autem vos &c.* Item primo agit gratias de præparatione ad futurum iudicium. Secundo, deſcribit ipſum iudicium, ibi *Si tamen iuſtum.* Item primo gratias agit de profectu. Secundo oſtendit fructum profectus. Tertio ſignum. Dicit ergo, Gratias agere debemus &c. Nam quia in prima epiſtola cõmendauit eos de fide & charitate, & aliis bonis in quibus abundabant : ideo dicit *Gratias agere debemus ſemper pro vobis*, quia bonum, quod habetis, reputo meũ 2. Ioan. 3. Maiorem horũ non habeo gratiã, q̃ vt audiam filios meos in ueritate ambulare. Et hoc *Deo*, ſine

B quo nihil boni poteſt fieri. Et hoc dignum eſt, quia de magnis bonis agimus gratias. 2. Mach. 1. De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agamus. Quare? *Quia ſupercreſcunt*, bona ſpiritualia. Periculoſe enim cuſtodiuntur, niſi proficiat in eis homo. In his donis autem Dei, primum eſt fides, per quam Deus habitat in nobis, & in hac proficimus ſecundum intellectum. Epheſ. 4. Habitare Chriſtum per fidem in cordibꝰ veſtris. Et ſic proficit homo per cognitionem, deuotionẽ, & inhæſionem. Secũdum eſt charitas, per quam Deus eſt in nobis ſecundum effectum. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deꝰ in eo. Et ideo dicit. *Et abũdat.* Pro. 15. In abundanti iuſtitia, virtus eſt maxima &c. 1. Theſſ. 4. De charitate autem fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere vobis: ipſi enim a Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem &c. Et tũc ponitur profectus, cum dicit, *Ita quod ego glorior inde apud alios*, quia ueſtra reputo mea. Bonum enim diſcipulorum, eſt gloria prælatorum. Prouer. 10. Filius ſapiens lætificat patrem &c. Prouer. 17. Corona ſenum, filii filiorum &c. 2. Cor. 9. Pro quo, de uobis glorior. Et tũc ponit ſignũ ꝓfectus, ſcilicet patientiã, quæ oſtenditur maxime in tribulationibus. Iac. 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem &c. In tribulationibus ſunt duo ſeruanda, ſci-

D licet patientia, ne diſcedat a fide. Iac. Patientia opus perfectum habet. Et fides in perſecutionibus. 1. Corint. 4. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Vnde dicit. *In fide, in omnibus perſecutionibus ueſtris, & tribulationibus.* Quæ quidem tribulationes dicuntur a tribulis, quibus interius per afflictiones pũgimur. Gen. 3. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Pſ. 24. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt. Et hæc ſancti ſuſtinẽt ꝓp duo. ſ. ꝓp terrorem malorũ. Si. n. Deus non parcit bonis in hoc mundo, quomodo parcet malis in futuro? 1. Pet. 2. Si aũt primũ a nobis, qs finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? &c. Hie. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicẽ, &c. Secundo, ad augendum meritum. Vnde dicit. Vt digni &c. Nã vt dicitur Matt. 11. Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et Luc. vl. Nonne hæc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuã? Ro. 8. Si tñ conpatimur, vt & glorificemur. Vnde dicit. *Pro quo & patimini.* Tribulatio enim, quę fert pro Deo, facit dignũ regno Dei. Mat. 5. Beati qui per ſecutionem patiuntur &c. 1. Pet. 4, Nemo ueſtrum patiatur quaſi homicida; aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

LECTIO II.

C SI tamen iuſtum eſt apud Deũ retribuere tribulationẽ his, q uos tribulant, &

E

LECTIO SECVNDA.

SVPRA egit de eorũ idoneitate ad futurũ iudiciũ: hic agit de forma iudicii. Et primo ponit iudiciũ, quãtũ ad punitionẽ malorũ, & præmia bonorũ. Secũdo de utraq; parte ſingillatim, ibi. *In flãma*. Itẽ primo ponit iudiciũ q̃tũ puinitonẽ malorũ. Secũdo, quãtũ ad, præmia bonorũ, ibi *Cum venerit.* Quãtũ ad primũ dicit, Suſtinetis in exemplum &c. Hic ſubinfert. *Si tamen iuſtum eſt.* ſi, pro quia. Vnde alia litera habet, Si quidem. Vel, ſi tamen, referatur, in exemplum iuſti iudicii : quaſi dicat, Iuſtum eſt, ꝙ hæc patiamini, ſi tamen ex hoc mereamini, ſed prima litera, & expoſitio eſt melior. *Iuſtum eſt retribuere.* Pſal. 93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis. Eſa: 33: Ve qui prędaris, nonne & tu prędaberis? *Retributionẽ*, ſcilicet; æternæ damnationis: Roma. 8. Tribulatio, an anguſtia &c: *Et vobis qui tribulamini, requiem*, Lucæ. 16. Recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala : Nunc autem hic conſolatur, tu uero

eruciaris. Apoc. 14. A modo enim, iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis *Nobiscum*, idest, æqualem gloriam. Sed nunquid hoc est verum? Respondeo: duplex est æqualitas, scilicet absoluta, quantitatis, & proportionis. Et prima nõ est æqualis quantum ad participationem hominis, sed æqualis quantũ ad beatitudinẽ participatam, quæ est Deus: homo enim participat secundũ magis, & minus, scilicet, secundũ quòd ardentius, vel minus ardenter amat Deũ. Sed secundum secũdam, omnimoda æqualitas erit, quia ita est gloria Petri ad gratiam sibi datã & meritum suum, sicut gloria Lini ad suam. Hoc, inquam, erit in reuelatione, &c. Io. 5. Pater oẽ iudiciũ dedit filio suo, & hoc inquantum filio hominis: vnde sequitur; Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia in forma, humana omnibus apparebit, sed modo non apparet, quia humanitas eius latet in gloria Dei, sed tunc apparebit. Esa 40. Et reuelabitur gloria Domini &c. Et hoc. *Cum angelis virtutis eius.* Ministris suis. Matt. 25. Cũ uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo &c. Deinde cũ dicit. *In flamma ignis*, agit de vtraque scilicet, punitione malorũ, & præmiatione bonorum: sed in punitione malorum ostendit acerbam, iustam, & diuturnam. Dicit ergo. *Dantis uindictam*, idest iudicantis puniendos in flamma ignis, faciem orbis comburẽtis, & inuoluẽtis reprobos, & detrudentis in perpetuum. Psa. 96 Ignis ante ipsũm præcedet, &c. Item erit iusta propter duplicẽ culpam, scilicet infidelitatis, & malæ vitæ. Quantum ad primũ dicit. *Qui non nouerunt*, idest, noluerũt cognoscere *Deum*. Iob. 21 Scientiam viarum tuarum nolumus. 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur &c. Quantum ad secundum, dicit. *Qui non obediunt euangelio Domini nostri Iesu Christi.* Roman. 10. Non omnes obediunt euangelio. Inobedientia enim est tantum peccatum, quòd per eam mors venit in hunc mundum, vt dicitur, Roma. 5. Item est diuturna, quia pœnas dabunt in inteæter. Et potest legi dupliciter, secundum quòd duplex est pœna, scilicet sensus, & damni. De pœna sensus potest intelligi sic. *Dabunt*, idest sustinebunt. *Pœnas æternas*, non finiendas. & hoc. *In interitu*, quia semper morientur. Aliter enim est de pœnis huius vitæ, & illis. Nam hic, quanto plus acerbiores, tanto sunt breuiores, quia extinguuntur: sed illæ sunt grauissimæ, qa sunt pœnæ mortis: & sunt interminabiles: Vnde dicitur, quòd semper erunt quasi in morte Ps. 48. Mors depascet eos. Es. vlt. Vermis eorũ nõ morietur. Pœna autem damni est duplex, quia separabuntur à visione Dei. Vnde dicit. *A facie Domini*, s. remoti. Iob. 13. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Alia est priuatio visionis gloriæ sanctorum. Esa. vlt. Tollatur impius ne videat gloriam sanctorum &c. Vel aliter *A facie Domini &c.* In hoc ostenditur causa acerbitatis pœnę sensus. Sensus enim alicuius euacuatur, vel propter superiorem iudicem, vel propter superioris potentiam: sed hoc non erit, quia hoc iudicium procedet a facie Domini. Psal. 16. De vultu tuo iudicium meum prodeat &c. Et ideo dicit, Dabunt pœnas, idest, sustinebunt a facie Domini. Deinde cum dicit. *Cum uenerit.* Agit de præmiatione sanctorum. Et primo ponit præmium: secundo meritum, ibi. *Qui crediderunt.* Gloriam sanctorum commendat, & quantum ad essentiam, per participationem gloriæ Dei, cum dicit. *Glorificari &c.* Et quantũ ad eius excessum, ibi *Et admirabilis.* Dicit ergo, *Cum uenerit.* Christus certe gloriosus est. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia Dns Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Glorificari in sanctis eius.* Quia bonum, sui est communicatiuum, vel glorificari in sanctis eius, qui sunt membra sua in quibus habitat, & in quibus glorificatur, quando sua gloria, scilicet capitis, deriuatur vsque ad sua membra. Esa. 49. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et hoc excedet omnem admirationem. Vnde dicit. *Admirabilis &c.* Si quidem admiratio, est stupor procedens ex magna fantasia. Tanta vero sanctorum gloria non potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit, Admirabilis. Sap. 5. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis &c. Deinde ponit meritum, ibi. *Qui crediderunt &c.* Et ponit primo meritũ fidei. Secũdo suffragiũ orationis, ibi. *In quos.* Dicit ergo, Hæc erit gloria, quia creditum est nostrum testimonium super uos, quòd credidimus de Christo. *In illo die*, idest propter illum diem: quia bona quæ agimus sunt propter illum diem. Et dicit. *Hoc testimonium est super uos*, idest, super sensum humanum. Eccle. 9. Plurima super sensum hominis, &c. Fides. n. non habet meritũ, vbi humana ratio prebet experimentum. Nisi. n. esset supra vos, non esset magni meriti credere. Vel dicit super uos. 1. dominatur vobis subiicientibus intellectum vestrum humiliter ad credendum. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Sic exponit Glo. Vel aliter, & magis secundum literam: Dico, quòd glorificabitur Christus in vobis, qui credidistis in die iudicii, quando Apostoli iudicabunt: & tũc testimonium, quod est super vos. i. de promptitudine fidei uestræ, erit certum, & creditum, idest credibile. Deinde cum dicit. *In quo oramus &c.* Subiungit suffragium orationis. & primo proponit quod petit: secundo quo fine, ibi *Vt dignetur.* Tertio, per quod posset assequi petitum, ibi. *Secundum gratiam.* Petit autem vnum ex parte Dei: & duo ex parte nostra. Dicit ergo. *In quo*, idest, propter quem diẽ *Etiam nos oramus semper.* Roman. 1. Sine intermissione, memoriã vestri facio semper in orationibus meis. 1. Reg. 13. Absit autem hoc peccatum à me in Domino, vt cessem orare pro vobis. Sed ad quid? *Vt dignetur uos uocatione sua Deus*, i. faciat vos in mundo digne conuersari suæ vocationi. Ephe. 4. Digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Item ex parte nostra duo petit, ex parte voluntatis, ut plene fruantur omni bonitate. Vnde dicit. *Vt impleat omnem uoluntatem bonitatis*, idest, impleat in uobis uoluntatem omnis boni. Phil. 1. Qui operatur in nobis uelle, & perficere pro bona voluntate. Item ex parte intellectus, vt perfecte credant, ideo dicit *Et opus fidei.* Rom. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et hoc operemini *In virtute*, idest in constantia & fortitudine, vt nullo timore cessetis a confessione eius. Vel sic, *In quo*, idest, propter quem diem oramus, vt Deus dignetur vobis dare illud ad quod vocauit vos 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Et impleat omne bonum, quod desideratis, quod est in vita æterna, quando habebimus Deum. Psal. 102. Qui repleat in bonis desiderium tuum. Item impleat opus fidei, quod erit, quando id quod hic per speculum & in enigmate videmus, videbimus tunc facie ad faciem. Sed quo fine? *Vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi, &c.* idest ad gloriam Christi sit, & per vos tam in prelenti, quàm in futuro nomen Christi glorificetur in bonis vestris. Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Econuerso de malis dicitur. Esa. 52. & Roma. 2. Nomen Dei per vos blasphematur. Sed per quid poterimus illud consequi? *Secundum gratiam Dei nostri*, quę est radix omnium bonorum nostrorum. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum &c.

vobis qui tribulamini, requiem nobiscum, in reuelatione Domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dãtis vindictam his, qui non nouerũt Deũ, & qui non obediunt euãgelio Domini nostri Iesu Christi, qui pœnas dabunt in interitu, æternas a facie Domini, & a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: quia creditũ est testimonium nostrũ super uos in die illo. In quo ẽt oramus semper vobis, vt dignos vos faciat vocatione sua Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in uirtute, vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAPIT. II. LEC. I.

ROgamus autem uos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsũ: vt nõ cito

LECTIO PRIMA.

SVperius Apost. ostendit futura, quãtum ad pœnas malorum, & præmia bonorum: hic annuntiat futura, quantum ad pericula Ecclesiæ, quæ erunt tempore Antichristi. Et primo nuntiat veritatem de futuris periculis. Secundo monet, vt in veritate permaneant, ibi *Itaque fratres* Circa primum duo facit, quia primo excludit falsitatem. Secundo instruit de veritate, ibi, *Quoniã nisi*, Iterum prima in tres, quia primo commemorat illud ex quo debent induci. Secundo ostendit ad quid debent induci, ibi *Vt non cito.* Tertio remouet illud quod eos mouere posset, ibi, *Neque per spiritum.* inducit autem ex tribus, scilicet propriis precibus ibi *Rogamus* non præceptis. Philem. 1. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Secundo, ex aduentu Christi, desiderabili bonis, licet terribili malis. Amos 5. Væ desiderantibus diem Domini, &c. 2. Thimo. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius &c. Apoc. vlt. Veni Domini Iesu &c. Tertio ex desiderio & amore totius congregationis sanctorum. *In idipsum*, scilicet vbi Christus est, quia Matt. 24. Vbi erit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Vel in idipsum, idest, in idem, quia omnes sancti loco & gloria erunt in eodem Psal. 49. Congregate illi sanctos eius. Sed ad quid inducit?

Vt non cito moueamini a uestro sensu. Est autẽ aliud moueri, aliud terreri. Mouetur autem a suo sensu, qui prætermittit quod tenebat, quasi dicat, Non cito dimittatis doctrinã meam. Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde. Terror autem est quædam trepidatio, cum formidine contrarii. Et ideo dicit *Ne terreamini.* Iob 15. Sonitus terroris, semper in auribus eius. Item, si pax, illi semper insidias suspicatur. Sapi. 17. Cum enim sit timida nequitia, dat testimonium condẽnationi &c. Deinde cum dicit *Neque per spiritum.* Remouet qd̃ eos mouere posset: primo in specialis: secundo in generali, ibi *Ne quis.* Seducitur autem quis per falsam reuelationem. Vnde dicit *Neque per spiritum*, idest, si quis dicat sibi reuelatum per Spiritũ sanctum, vel a Spiritu sancto aliquid quod est contra doctrinã meam *Non terreamini.* 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere. Ezechi. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritũ suũ, & nihil vident. Aliquando etiam sathanas transfigurat se in angelum lucis, vt dr̃ 2. Cor. 11 & 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Secũdo, per ratiocinationem, vel falsam expositionem scripturę: ideo dicit *Neque per sermonem.* 2. Tim 2 Sermo eorum, vt cancer serpit. Eph. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Tertio, per authoritatem inductam in malo intellectu. 2. Pet. vlti. Sicut charissimus frater noster Paulus, secundum sibi datam sapientiam scripsit vobis, sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depruauant, sicut & cæteras scripturas &c. Sed de quo seducebantur? *Quasi instet dies Domini.* Et dicit *Neque per epistolam, tamquam per nos missam.* Quia in prima epistola nisi bene intelligitur, videtur dicere, instare Domini aduentum, vt illud, Deinde nos qui viuimus &c. Deinde cũ dicit *Ne quis &c.* facit idẽ in generali. Luc. 21. Videte, ne seducamini &c. 1. Cor. 15. Nolite seduci. Ratio autẽ, quare hæc remouet Apostolus, scilicet de aduentu Domini est, quia prælatus nullo modo debet velle, qp̃ per mẽdacium aliqua bona procurentur. 1. Cor. 15. Inuenimur autem & falsi testes &c. Item, quia res credita erat periculosa, qp̃ scilicet instaret dies Domini. Primo, quia daretur occasio maioris seductionis: quia futuri erant post tempora Apostolorum aliqui, qui dicerent se esse Christum. Luc. 21. Multi dicẽt, ego sum &c. Et ideo Apostolus noluit. Item, dæmon frequẽter prętendit se esse Christum, sicut patet de beato Martino. Et ideo ne seducantur, noluit. Aug. autem ponit aliam rationem, quia immineret periculũ fidei, vnde diceret aliquis, tarde veniet Dominus, & tunc præparabo me ad eum. Alius diceret, Veniet cito, & ideo nunc me præparabo. Alius diceret, Nescio. Et hic melius dicit, quia concordat Christo. Sed ille plus errat, qui dicit, cito: quia elapso termino homines desperarent, & crederẽt falsa esse, quæ scripta sunt. Deinde cum dicit *Quoniam, nisi venerit discessio &c.* Astruit veritatẽ: & primo ostẽdit, quæ ventura sunt ad antichristi aduentũ. Et sunt duo, quorũ vnũ præcedit aduentũ antichristi. Aliud est ipse aduẽtus eius: primũ est discessio, quod multipliciter exponitur in Glo. Et primo a fide, quia futurũ erat, vt fides a toto mũdo reciperetur. Matt. 24. Et prædicabitur hoc euãgeliũ regni in vniuerso orbe. Istud ergo præcedit qd̃ (ꝛm Aug.) nondum est impletum: & post multi discedent a fide &c. 1. Tim. 4. In nouissimis temporibus discedent quidam a fide &c. Matt. 24. Refrigescet charitas multorũ. Vel discessio a Romano imperio, cui totus mundus erat subditus. Dicit autem August. quòd hoc figuratur Dani. 2. In statua, vbi nominantur quatuor regna: & post illa aduentus Christi, & qd̃ hoc erat cõueniẽs signum, quia Romanum imperiũ firmatum fuit ad hoc, quòd sub eius potestate prædicaretur fides per totum mundũ. Sed quomodo est hoc? quia iamdiu Gentes recesserunt a Romano imperio, & tamen necdum venit Antichristus? Dicendum est, quòd nondum cessauit, sed est commutatum de temporali in spirituale: vt dicit Leo Papa in sermone de Apostolis. Et ideo dicendum est, quòd discessio a Romano imperio debet intelligi, non solum a tẽporali, sed a spirituali. scilicet a fide catholica Romanæ ecclesiæ. Est autem hoc conueniens signum, qp̃ Christus venit qñ sicut Romanum imperiũ omnibus dominabitur: ita econuerso signum Antichristi, est discessio ab eo. Secundo prædicit secundum futurum, scilicet Antichristum. Et primo, quantum ad eius culpam & pœnam. Secundo, quantum ad eius potestatem. ibi. *Eum cuius aduentus.* Item primo communiter, & implicite tangit culpam eius, & pœnam. Secundo explicat vtrunque, ibi. *Qui aduersatur.* Dicit ergo, *Discessio primo veniet, & tunc reuelabitur.* Dicitur autem esse. *Homo peccati, & filius perditionis*, secundum Glo. quia sicut in Christo abũdauit plenitudo virtutis, ita in Antichristo multitudo omnium peccatorum. Et sicut Christus est melior omnibus sanctis, sic ille peior omnibus malis. Et propter hoc homo peccati dicit, quòd totaliter erit peccatis deditus. Sed nõ dicitur sic homo peccati, quin posset esse peior: quia nunquam malum corrumpit totum bonum, licet quantum ad actũ non poterit esse peior. Christo autem nullus homo potuit esse magis bonus. Dicitur aũt. Filius perditionis, i. deputatus extremæ pditioni. Iob. 21. In die pditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Vel, *Perditionis*, idest diaboli non per naturam, sed per suæ malitiæ complementum, quæ in eo complebitur. Et dicit. *Reuelabitur.* Quia sicut omnia bona, & virtutes sanctorum, qui præcesserunt Christum, fuerunt figura Christi: ita in omnibus persecutionibus ecclesię tyranni fuerunt, quasi figura Antichristi, & latuit ibi Antichristus: & ita tota illa malitia, q̃ latet in eis, reuelabitur in tempore illo. Deinde cum dicit. *Qui aduersatur* explicat quæ dixerat. Et primo ostendit, quomodo sit homo peccati. Secundo, quomodo filius perditionis, ibi. *Et tunc reuelabitur.* Item primo prænuntiat eius futuram culpam. Secũdo assignat eius causam, ibi *Et tunc.* Item primo describit culpã. Secundo dicit se non annuntiare doctrinam nouam, ibi. *Nonne.* Item primo ostendit culpã. Secundo eius signum, ibi. *Ita ut &c.* Duplex est autem eius culpa, s. contrarietas ad Deum. Vnde dicit. *Qui aduersatur*, omnibus spiritibus bonis. Iob. 15, Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice, armatus est, sicut & membra eius. Esa. 3. Lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Secunda est, quia præfert se Christo, ideo dicit. *Extollitur &c.* Dicitur autem Deus tripliciter. Primo, naturaliter. Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Secundo, opinatiue. Psalm. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Tertio, participatiue Psal. 81 Ego dixi dii estis. Omnibus autem his se præferet Antichristus. Dan. 11. Eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica. Signum autem culpę est, cum dicit, *Ita, ut in templo &c.* Superbia enim Antichristi maior est superbia omnium præcedentiũ. Vnde sicut de Cayo Cæsare legitur. quòd cũ in vita ista adhuc esset, coli voluit, statuam suam ponens in quolibet templo, & Ezech. 28. De rege Tyri dicit, Dixisti, quia Deus ego sum &c. Ita credibile est, qp̃ sic eis faciet Antichristus, dicens se Deum esse, & hominem. & in huius signũ sedebit in templo. Sed in quo templo? Nõne ẽ destructũ a Rom. Et ideo dicunt quidã, quòd Antichristus est de tribu Dan, cui pertinet inter alias duodecim nõ nominatur. Ap. 7. Et ideo Iudæi primo eum recipient, & reædificabũt templũ in Hierusalẽ, & sic implebitur illud Dan. 9. Erit in tẽplo abhominatio, & idolũ. Mat. 24. Cũ vero videritis abhominationẽ desolationis, q̃ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, q̃ legit intelligat. Quidã vero dicũt, qp̃ nunq̃ Hierusalẽ, nec tẽplũ reædificabitur, sed vsq; ad consumationẽ, & finẽ perseuerabit desolatio. Et hoc ẽt aliq; Iudæi credũt: ideo exponit. *In templo Dei.* i. in ecclesia, quia multi de ecclesia eum recipient. Vel ꝛm Aug. *In templo Dei sedeat.* i. principetur, & dominetur, tãquã ipse cum suis nuntiis sit templũ Dei, sicut Christus est cum suis. Deinde cũ dicit. *Non retinetis.* Ostẽdit, qp̃ nihil noui scribet, q. d. Olim, cũ essem apud vos, dixi hoc. 1. Ioan. 2. Non mãdatũ nouũ scribo vobis sed mandatũ vetus, qd̃ habuistis ab initio, 2. Cor. 10: Quales fuimus verbo p epistolas absẽtes, tales & psentes in facto &c.

dicitur, Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanq̃ sit Deus. Non retinetis, quòd cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

LECTIO II.

T nunc quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tẽpore, Nã mysteriũ iã opera moueamini a uestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tamquã per nos missã, quasi instet dies Domini, Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod

LECTIO SECVNDA.

SVperius Apost. prænuntians narrauit aduentum. & culpam Antichristi: hic ostendit causam dilationis. Et primo ostendit eos habere hui us scientię causam. Secundo causam illam obscure proponit, ibi. *Nam mysterium.* Dicit ergo, Dico quòd oportet reuelari hominem peccati. *Et quid nunc detineat*, idest quæ sit causa: quòd tardet *Scitis.* Quia ego dixi vobis: ita qp̃ sic ad præsens detinet. *Vt suo tempore*, i. congruo tẽpore. *Reueletur.* Eccl. 8.

Omni negotio tempus, & opportunitas est. Et ibidem.3. Omnia fecit Deus bona in tempore &c. Deinde cum dicit *Nam mysterium &c.* Causam eius ponit. Et hæc litera multipliciter exponitur: quia hoc mysterium potest esse nominatiui casus, vel accusatiui. Si primo modo, est sensus: Dico, *ut suo tempore*, quia et iam mysterium .i. figuraliter occultatum operatur in sictis, qui videntur boni, & tamẽ sunt mali. Et hi operantur officium Antichristi. 2. Tim. 3. Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Sed secundo modo est sensus. Nam diabolus, in cuius potestate veniet Antichristus, iam incipit operari occulte iniquitatem suam, per tyrannos, & seductores: quia persecutiones ecclesiæ huius tẽporis sunt figuræ illius vltimæ persecutionis contra omnes bonos, & sunt sicut imperfectæ, comparando ad illam. *Tantum, ut qui tenet &c.* Hoc exponitur multipliciter. Vno modo, secundum Glo. & Aug. 20 de Ciui. dei qui dicunt, quòd quidam opinati sunt Neronem, qui primo, persecutus est Christianos esse Antichristum, & ꝓ non fuerat occcisus, sed subtractus, & quandoque restituendus. Vnde Apost. hoc euacuans, dicit. *Tantum vt qui tenet nunc.* Romanum imperium. *Teneat, donec de medio fiat*, idest, donec moriatur. Sed hoc modo, non est conueniens: quia multi anni sunt ꝓ Nero mortuus est, illo. s. anno quo Apostolus, sed melius est, ꝓ referatur ad Neronem, prout est persona publica Romani imperii, donec de medio fiat, idest, tollatur Romanum imperium de hoc mundo. Esa. 23. Dñs exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiã &c. Vel aliter, Tantum vt qui tenet, idest, detinet modo aduentum Antichristi, teneat, ne veniat: quasi sit necessarium, quòd adhuc aliqui veniant ad fidem, & aliqui recedant q.d. Vt discessus, & accessus, qui nũc tenet, donec veniat, teneat donec tollatur ille obscenus. Vel sic, Tantum qui nunc tenet fidem. teneat, idest, firmus sit in ea. Apoc. 2. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Donec de medio fiat. i. congregatio malorum permixta, separetur, & fiat seorsum, quod erit in persecutione Antichristi. Vel, *Tantum &c.* Idest, vt mysterium iniquitatis. i. iniquitas mystica, quæ detinet, detineat donec fiat de medio, idest, donec iniquitas reducatur in publicum: & fiat quasi aliquid existens in publico de medio. Multi enim modo occulte peccant, sed tñ ꝓnque fiet in aperto: quia Deus sustinet peccatores quandiu sunt oculti, donec publice peccent, & tũc nõ sustinebit, vt patet de Sodomitis. Gen. 19. Sed tamen Aug. confitetur se nescire, quid Apostolus illis loquitur, qui iam sciebant. Vnde dicit. *Quid nunc detineat scitis.* Et præterea hoc non erat multum necessarium ad sciendum. Deinde cum dicit. *Et tunc &c.* Ponitur aduentus iniqui, & pæna eius. Primo manifestatio: Secundo eius pæna. Quantum ad primum, dicit, *Ille* singulariter iniquus *Reuelabitur*, quia manifesta erit eius culpa. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Esa. 11. Zelus Domini exercituum faciet hoc, idest, zelus iustitiæ, qui est amor. Spiritus enim Christi, est amor Christi, & hic zelus est Spiritussanẽti, quem habet ad ecclesiam. Vel *spiritu oris sui*, idest, mandato suo: quia Michael interfecturus est eum in monte Oliueti: vnde Christus ascendit: sic & Iulianus manu diuina extinctus est. Et hæc est pæna præsens, licet futura etiam æternaliter punietur, qa *Destruet illustratione &c.* i. in aduentu suo omnia illustrante. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum &c. Et destruet, inq̃, æterna s. damnatione. Psal. 27. Destrues illos &c. Et dicit illustratione, qa ipse visus est ecclesiã obtenebrate, & tenebræ expelluntur illustratione, qa qcqd Antichristus ostenderit, ostendetur fuisse mendaciũ. Deinde cũ dicit. *Eum cuius est aduentus.* Prædicit potestatẽ Antichristi. Et circa hoc duo facit. qa primo, ponit potestatem eius ad seducendũ. Secundo huius causam ex Domini iustitia, ibi. *Eo quòd charitatem.* Iterum prima in tres: quia primo, ponit actorem huius potestatis. Secundo, modũ seducendi. Tertio, ostendit seducendos. Actor huius potestatis est diabolus, & ideo destruet eum Christus. 1. Io. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideo dicit, quòd. *Aduentus antichristi erit secundum operationem sathanæ*, i. ex instinctu eius. Apoc. 20. Soluetur sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gẽtes &c. Operatur. n. aliquid secundum operationẽ Sathanæ, sicut arreptitius, in quo non solum instigat volũtatem, sed ẽt impedit vsũ rationis, quod tamen non imputatur ad culpam eius, quia non habet vsum liberi arbitrii. Antichristus autem non sic: sed habebit vsum liberi arbitrii, in quo est diabolus suggerens, sicut dicitur de Iuda. Ioan. 3. Introiuit in eum sathanas suggerendo. Decipiet autem hoc modo, primo per potentiam secularem. Secundo per virtutem miraculorum. Quantum ad primum, dicit *In omni virtute*, scilicet sęculari Dani. 11. Dominabit thesaurorũ auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. Vel virtute, scilicet simulata. Quãtum aũt ad secũdũ, dicit *In signis &c.* Signa sunt quædam mira, etiam parua. Prodigia vero magna, quæ aliquẽ prodigiosum ostendũt, quasi procul a digito. Apoc. 13. Fecit signa, magna ita vt & igne faceret descẽdere de cœlo &c. Matt. 24. Dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducãtur, si fieri potest ẽt electi. Et dicit *Mendacibus*. Miraculum mendax dicitur, vel quia deficit a vera ratione facti, vel a vera ratione miraculi, vel a debito fine miraculi. Primum fit in præstigiis, quando per dæmones illuduntur aspectus: vt aliud videatur, quàm est: sicut Simon magus fecit decollari arietem, & postea ostensus est viuus & homo decollatus est: & postea homo, qui credebatur decollatus, ostensus est viuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt homines commutando fantasmata & decipiendo. Secũdo modo, illa dicuntur miracula improprie, quæ plena sunt admiratione, quando effectus videtur & ignoratur causa. Quæ ergo habent causam occultam alicui, & non simpliciter, dicuntur quidem mira, & non miracula simpliciter. Sed quæ simpliciter causam occultam habent, sunt proprie miracula, quorum est ipse Deus gloriosus, quia totum ordinem naturæ creatæ transcendunt. Aliquando vero fiunt aliqua mira, sed non præter ordinem naturæ, sed occultas causas habent: & hæc multo magis faciunt dæmones, qui virtutes naturæ sciunt, & qui habent determinatas efficacias ad speciales effectꝰ, & hæc faciet Antichristus: sed non qui habent veram rationem miraculi, quia non possunt in illa quæ sunt supra naturam. Tertio modo, dicuntur miracula secundum quòd sunt ordinata ad attestandum veritati fidei, ad reducẽdum fideles in Deum. Mar. vlti. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & non vratur eis ad hoc, miracula quidem sunt vera quo ad rationem rei factæ, & quo ad rationem miraculi, sed sunt falsa quantum ad finem debitum, & intentionem Dei. Sed tamẽ hoc non erit in Antichristo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia Deus non est testis falsitatis. Vnde aliquis prædicans falsam doctrinam non potest facere miracula, licet aliquis habens malam vitam posset. Deinde ostendit seducendos, cum dicit *His qui pereunt*, idest in præscitis ad perditionem. Ioan. 17. Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et hoc ideo, quia Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt.

ratur iniquitatis: tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem sathanę in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in seductione iniquitatis his qui pereunt.

LECTIO III.

ESO quòd charitatem veritatis nõ recepunt, vt salui fierẽt. Ideo mittet illis Deꝰ operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti a Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: in quã & vocauit vos ꝑ euãgeliũ nostrũ, ĩ acquisitione glorię Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

CAP. III. LEC. I.

BE cætero frẽs, orate ꝑ nobis, vt sermo Dei currat, & clarificet, sicut & apud

Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Deinde cum dicit. *Nos autem.* Ostendit, quare fideles Christi liberentur. Et primo agit gratias pro eis. Secundo commemorat diuina beneficia, q- bus a talibus liberantur. Dicit ergo sic, Illi decipiuntur, sed. *Nos debemus gratias agere.* Rom. 1. Primum quidem gratias ago Deo meo semper ꝑ vobis per Dominũ, &c. Duplex autem ponit Dei beneficiũ, scilicet electionem Dei, quę est æterna, & vocationem quæ est tẽporalis, ibi. *In qua, & vocauit nos.* Dicit ergo *Quod*, pro quia, *Elegit nos*, scilicet Apostolos & vos, scilicet fideles. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti &c. Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi vos. Circa electionem tria tangit, scilicet ordinem electorum, finem electionis, & medium consequendi finem. Electi sunt omnes sancti a principio mundi. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt Sed Apostoli specialiter sunt primitiæ. Roman. 8 Nosipsi primitas spiritus habentes, &c. Et ideo dicit. *Primitas fidei.* Finis item electionis est salus æterna, & ideo dicit. *In salutem.* 1. Tim. 2. Omnes homines vult saluos fieri &c. Hoc autem fit primo ex parte Dei per gratiam sanctificantem. Vnde dicit. *In sanctificatione spiritus*. Secundo, ex parte nostra est contentus liberi arbitrii per fidem. Ideo subdit. *Et in fide ueritatis*. Deinde cum dicit. *In quam & uos uocauit, &c.* Ponit secundũ beneficiũ, quod est vocatio temporalis Christi, quæ sequitur electionem. Rom. 8: Quos vocauit, hos & iustificauit &c. Et de hac vocatione nota parabolam. Luc. 14 De eo, qui fecit cęnam magnam &c. Et addit. *Per euangelium nostrum*, idest a me prædicatum. Sed ad quã cænam? *In acquisitione gloriæ.* i. vt acquiramus Christi gloriam. Deinde cum dicit. *Itaque &c.* Monet tenere veritatem: & primo ponit monitionem: secundo orationem, ibi. *Ipse autem Dominus &c.* Et facit primum, quia opus nostrum dependet a libero arbitrio. Secundum uero, quia indiget auxilio gratiæ. Et primo monet ad standum, cum dicit. *State in veritate.* Galat. 5. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Secundo docet modum standi, ibi. *Et tenete traditiones*, idest, documenta, quæ a maioribus traduntur. Nam documenta, quæ traduntur a minoribus, quandoque non sunt seruanda, quãdo scilicet, contrariantur documentis fidei. Matt. 15. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Sed seruãda sunt, quæ ordinantur ad mandata Dei. *Quas didicistis.* Act. 16. Paulus docebat, vt tenerent traditiones, & documenta, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Hierosolymis &c. Et has traditiones dupliciter ediderunt: quasdam verbis, vnde dicit. *Per sermonem* Quasdam in scripturis: ideo addit. *Siue per epistolam.* Vnde patet, quòd multa in ecclesia non scripta, sunt ab Apostolis docta, & ideo seruanda. Nam multa secundum iudicium Apostolorum melius erat, vt occultarentur, vt dicit Dionysius. Vnde Apostolus. 1. Cor. 10. dicit, Cætera cum venero, disponiam. Deinde ponit orationem, ibi. *Ipse autem Dominus noster Iesus Christus &c.* Quasi dicat. Sic moneo, sed nihil ualet, nisi assit diuinum auxilium. Et ideo ponit primo duplex Dei beneficium. Primum est amor eius ad nos, quo alia nobis impendit: ideo dicit. *Dilexit nos.* Secundum est spiritualis consolatio, ibi. *Et dedit consolationem æternam.* 2. Cor. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Esa. 40. Consolamini, consolamini po- pule meus, dicit Dominus Deus vester, &c. Et dicit consolationem æternã. s. cõtra omnia mala imminentia, & futura. Et ideo expectamus. *Spem bonam*, idest, bonorum æternorum infallibilitatem. 1. Pet. 1. Qui secundum magnã misericordiã suã regenerauit nos in spem viuã Et hoc. *In gratia*, s. per quã speramus consequi vitã æternã. Rom. 6. Gratia Dei vita ęterna. Petit aũt pro eis exhortationem, quæ est monitio ducens animũ ad volendũ. Et hanc potest facere homo exterius, sed non esset efficax, nisi esset interiꝰ spũs Dei. Vnde dicit. *Exhortetur corda uestra*, i. instiget Osęe. 2. Ducã eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. Itẽ petit cõfirmationẽ. Vnde dicit. *Et confirmet.* Ps. 67, Cõfirma hoc Deꝰ, qd̃ operatus es in nobis, q.d. Exhortet ꝑ gratiã, vt velimus, & cõfirmet, vt efficaciter velimus. Et hoc. *In omni opere bono & sermone.* Præcedit opus sermonẽ, quia cæpit Iesus facere, & docere Act. 1.

LECTIO PRIMA.

SVpra instruxit eos de futuris in nouissimis: hic instruit eos de quibusdam, quæ particulariter eis agenda erant. Vbi primo ponitur instructio. Secundo epistolæ cõclusio, ibi. *Ipse autem Deus pacis*, Item primo, monet qualiter se habeant adipsũ. Secundo ostendit, quid de eis confidat ipse, ibi. *Fidelis autem Deus*. Tertio, quomodo se habeãt ad alios, qui inordinate ambulant, ibi. *Denuntiamus autem vobis.* Circa primũ, primo ponit orationem. Secundo, quid in oratione est petẽdum, ibi. *Vt sermo.* Dicit ergo. *De cætero* s. quia estis sufficienter instructi. *Orate pro nobis*. Roma. 15, Obsecro igitur uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritussanẽti, vt adiuuetis me orationibus vestris pro me ad Deum. Et hoc est debitum: quia curati habent curam vtilitatis gregis: Heb. 13. Mementote præpositorum vestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum dei, &c. Secundo, ostendit quid petendum est, vt. s. tollantur impedimenta prædicationis. Et ideo dicit. *Vt sermo dei currat.* quia non potest totaliter impediri, sed retardari. Ideo dicit, *Currat.* Coll. 4. Orantes simul etiam pro nobis, vt dominus aperiat nobis ostiũ sermonis: ad loquendum mysterium Christi. Item. *Vt clarificetur.* s. per claram, & lucidam expositionem apud rudes, & sapientes. *sicut, & apud uos*. Rom, 1. Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Prou. 14. Doctrina prudentium facilis. Item per miracula, quæ sunt demonstrationes fidei. Est enim omnis scientia clara per demonstrationes, & hoc est orandum. Act. 4. Da seruis tuis cum omni fiducia loqui, verbum tuum &c. Item, secundo orandum est pro prædicatoribus, *Vt liberentur ab importunis, & malis hominibus.* Scilicet pseudo apostolis, qui sunt importuni in disputando. mali in seducendo. Vel a persecutoribus qui cogitauerunt iniquitatem in corde. Et ratio petitionis est, quia, *Omnium non est fides.* Quia licet videantur habere eam, non tamen habent veram. Esa. 53. Domine, quis credidit auditui nostro? Ro. 10. Non omnes obediunt euangelio. Deinde cum dicit. Fidelis &c. ponit fiduciam quã habet de eis. Et primo facit hoc. Secundo, orat pro eis, ibi. *Dominus autem &c.* Fiducia autem pendet ex deo, qui gratiam dat, & ex hominibus qui sunt liberi arbitrii, vt dirigantur in gratia: dicit primo ex parte dei, *Confido*, quòd orabitis, & exaudiemini, quia, *fidelis est dominus, qui confirmabit.* in bonis, quæ in uobis est operatus. 1. Pet. vlt. Perficiet, confirmabit, consolidabitq; &c. *Et custodiet a malo*. Culpæ, & pænæ. Si tamen in mala pænæ incidant, est eis in bonum, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ, vt dicitur. Ro. 8. Secundo, ex parte eorum dicit. *Confidimus autem de vobis fratres.* s. ex gratia quam accepistis, sed in domino, non in virtute vestra. Heb. 6. Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora & vicinora salutis &c *Quoniam quæcunque præcipimus &c.* idest, quoniam perseuerabitis Exo. 24. Omnia verba, quæ locutus est dominus faciemus. Deinde cum dicit. *Dominus &c.* pro eis orat, dicens, *Dominus autem dirigat.* s. vt peruenias. Est autem hominis animum præparare, & domini linguã gubernare, vt dicitur. Prouerb. 16. Et paulo post, Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. s. ad destinatum brauiũ. Et ideo dicit, *Dirigat corda nostra*. Non solum exteriora opera, & hoc. *In charitate Dei.* Duo autem sunt, per quæ in via salutis incedimus s. bona quæ facimus, & mala quæ sustinemus. Sed opera non sunt bona, nisi directa in finẽ charitatis. 1. Tim. 1. Finis præcepti, est charitas &c. Item nec patientia, nisi per Christum. Lu. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Matth. 5. Beatis eritis, cũ maledixerint vobis homines &c. Et ideo dicit: *Et patientia Christi.* i. tolerantia malorum propter Christum, vel ad exemplum eius. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Deinde cum dicit. *Denuntiamus &c.* Ostendit, quomodo se habeant ad homines inordinatos. Et primo, proponit edictum. Secundo, exponit ibi. *Ipsi enim &c.* Tertio, ostẽdit necessitatẽ edicti proponẽdi, ibi. *Audiuimus.* Dicit ergo, Sic uos viuitis, & sic confido. Sed quia sunt quidã mali intenuos. *Denuntiamus &c.* s. perfectis. *In nomine &c.* Hoc. n. ad platũ pertinet.

epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

CAP. III. LEC. I.

BE cætero frẽs, orate ꝑ nobis, vt sermo Dei currat, & clarificet, sicut & apud

pertinet. Esa. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum &c. Ezech. 3. Sanguinem illius de manu tua requiram. Et sequitur edictum, dicens. *Vt subtrahatis &c.* Ex hoc introductum est in ecclesia, quòd mali vitentur, & hoc ne infirmiores ex eorum consortio maculentur. Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. 1. Corinth. 5. Modicum fermentum totam massam corrũpit. Item ad sanationem peccantis, vt confusio cedat ei in salutem. Eccle. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Nec hoc debet fieri passim, sed cum deliberatione, & maturitate. 1. Corint. 5 Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitũ, &c. Et sic hic dicitur, *Vt subtrahatis &c.* Nec debet fieri excommunicatio, nisi pro aliquo peccato: quia hic dicitur. *Inordinate &c.* Et hoc est quando aliquid est secundum se malum, & contra ordinem iuris naturalis, vt glosa exponit. 1. Corinth. 14. Vt omnia honeste, & secundum ordinem fiant in uobis. Roman. 13. Omnia quæ sunt a deo, ordinata sunt. Vel quia est prohibitum, & contra doctrinam ecclesiæ. Vnde dicit. *Et non secundum traditionem, &c.* Supra secundo huius, Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolã nostram. Deinde cum dicit. *Ipse enim &c.* Exponit quantum ad vltimum quod dixerat, scilicet secundum traditiones, ostendens quæ sit traditio hæc: & quomodo acceperunt ab ipso. Est autem hæc traditio, vt non essent otiosi, vel curiosi. Et primo ostendit quomodo acceperunt verbo. Secundo quomodo exemplo. Item, primo ostendit quòd vitauit inquietudinem. Secundo quomodo. Tertio assignat causam. Dicit ergo. *Traditionẽ quã acceperunt, scitis &c.* Quia prælati sunt imitandi non in omnib⁹ sed in his, quæ sunt ꝓm regulã Christi. 1. Corin. 4. & 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et in quo? *Quoniã non inquieti fuimus inter uos.* Erant enim Thessalonicenses valde liberales. 1. Thessal. 4. De charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis, ipsi enim didicistis &c. Et hac ratione pauperes otiose viuebant, & ex otio dabant se operibus indebitis, nec pertinentibus ad eos. Et hoc erat inquietudo. Et ideo dicit. *Quoniam non inquieti &c.* 1. Thessalon. 4. Operam detis, vt quieti sitis, &c. Item, *Ne grati s panem manducauimus, &c.* Quia operibus manuum operabatur, Act. 20. dicitur, Ipsi scitis quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Et Prou. vltimo. Panem ociosa non comedit. Num. 16. Tu scis, quia nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis &c. *Sed in labore, & fatigatione.* Non parum, sed. *Nocte & die.* i. continue, quia aliquando oportebat eum prædicare, & docere: & residuum ponebat in labore. *Ne quem vestrum grauaremus.* 2 Cor. 12, Quid est quod præ cæteris minus habuistis, nisi quod non grauaui vos? Deinde cum dicit. *Non quasi &c.* Assignat causam sui operis manualis. Vbi exclu dit primo causam falsam. Secundo ponit veram. Falsa quidem causa esset si quis diceret, quòd ei non liceret accipere ab eis sumptus. Et ideo dicit. *Non quasi non habuerimus.* Immo habuimus potestatem viuendi de sumptibus fidelium. 1. Corinth. 9. Qui altario deseruiunt, cum altari participant. Mat. 10. Dignus est operarius cibo suo. 1. Corinth. 9. Sic, & dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Et sic ex euangelio sunt duo genera hominum potestatem habentium viuere ex aliorum sumptibus, qui, scilicet altari deseruiunt, vt prædicatores. Deinde cum dicit. *Sed ut nos &c.* Ponit verã causam. Nã duplicẽ cãm inuenim⁹ quare Apo. manibus laborauit. Vna apud Corin. alia hic. Illi. n. erãt auari, & grauiter tulissent sicut ibi dr. Causa aũt quare laborauit, hic fuit horum ocium. Et ideo dicit. *Vt nos formam daremus &c.* s. laborãdi. 1. Ti. 4. Exẽplũ esto fideliũ in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 1. Pet. 5. Forma facti gregis. Alia causa ponitur in glosa. 1 Cor. 4. s. quãdo non inuenimus qui det nobis, & tunc laborabat. Quarta causa erat, vt sicut monachi Aegypti nõ essent ociosi. Eccle. 33. Multam malitiam docuit ociositas. Vnde qui non habẽt exercitiũ officii vel studii, vel lectionis, periculose viuũt ociosi.

F

G

H

I

K

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus quid eis suo exemplo tradidit, vt scilicet non essent inquieti, sed ut operarentur: hic ostendit quomodo hoc p̃ sens verbis, & factis tradidit. Vnde dicit *Cum essemus.* Quasi dicat. Vt formam daremus vobis, fecimus quod docuimus: q̃a *Hoc denũtiabamus, quoniã si quis &c.* Hæc verba sicut dicit Gl. & Au. in li. de operibus monachorũ, quidam peruertebant quòd nõ sit licitum seruis dei manibus operari, propter hoc quod dicitur. Matt. 6. Nolite soliciti esse &c. Nam dicunt hanc operationem pertinere ad solicitudinem victus. Et propter hoc, istud referebant ad spiritualia opera. quasi dicat, Si quis non vult facere opera meritoria, & spiritualia, non est dignus manducare. *Sed* hoc est contra intentionem Apostoli, qui dicit. *Denuntiabamus*, nos sic fecisse, scilicet in labore, & fatigatione. Sed quid est, quoniã si quis non vult &c. Est ne hoc consilium vel præceptum? Et vr esse præceptum, quia infra dr, Si quis non obedierit verbo nostro &c. Ergo omnes tenentur manibus operari. Qui igitur nõ operatur manibus, sed stat ociosus, peccat mortaliter. Respondeo: dicendum est quòd est præceptum: sed aliquid præcipitur dupliciter, simpliciter, vel sub conditione. Simpliciter præcipitur, quod per se est necessarium ad salutem: & hæc sunt opera virtutum. Sub conditione vero, vt quando talis est casus, ꝙ sine opere manuali præceptum seruari non potest. Præcipitur autem homini ꝙ corpus suum sustentet, aliàs. n. est homicida suiipsius. Genesis scdo, De omni ligno paradisi comede &c. Ex præcepto ergo tenetur homo corpus suum nutrire, & similiter ad omnia, sine quibus corpus non potest viuere, tenemur. Vnde q̃cunque non habet aliàs vnde corpus sustentet licite, vel possessione, vel licito negocio, tenetur laborare, ne furetur. Ephe. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, &c. Est ergo præceptum, quando aliter non potest licite viuere. Vnde dicit, Si quis non vult operari, nec manducet. Est ergo alterum duorum necessarium, vt homo possit manducare, s. vel ꝙ habeat possessionem, vel ꝙ licite ꝓcuret. Psal. 127. Labores manuũ tuarũ, q̃a mãducabis &c primæ Thessalonic. quarto. Operamini manibus vẽstris, sicut præcepim⁹ uobis &c. Deinde cũ dicit. *Audiuimus &c.* Ponit necessitatẽ huius præcepti, quia Apl̃us dicit hoc nõ tã ex officio docentis, q̃ ꝓp vitium gentis. Ideo primo ponit culpã quæ inducit necessitatẽ præcepti. Scdo adhibet remediũ: ibi. *His autem qui &c.* Dicit ergo, *Audiuimus &c.* q. d. Ideo non occulto hoc præceptũ, quia audiuimus quosdã &c. Anima. n. hominis semper oportet ꝙ circa aliquid occupet, & ideo necesse est, ꝙ ociosi inquietudinẽ patiantur circa illicita. 1. Thessalon. 4. Operam detis vt quieti sitis &c. Et addit. *Sed curiose agentes*, s. de negotiis aliorum. Pro. 21. Desideria occidunt pigrum. Deinde adhibet remediũ, cũ dicit. *His autẽ qui &c.* Et primo, ex parte peccantiũ. Scdo ex parte aliorũ ibi. *Vos autẽ &c.* Dicit ergo. *His qui sunt huiusmodi denuntiamus.* seuere, vt ꝓlatus, *Et obsecramus*, charitatiue, vt pater eorũ, vt *Panem suum*, nõ alienũ, sed debitũ sibi, s. licite acquisitũ. *Cum silentio* .i. sine inquietudine non discurrendo manducet. Esa. 30. Cultus iustitiæ, silentiũ. Ezec. 33. Multã malitiã docuit ociositas. Deinde cũ dicit. *Vos autem &c.* ex parte aliorũ non peccantiũ duplex adhibet remediũ. Primo, s. ꝙ non cẽssent benefaciendo: secundo ꝙ illos corripiant, ibi. *Quod si quis &c.* Dicit ergo. *Vos autem &c.* quasi dicat, Nolite deficere benefaciendo, licet ocisi abutantur. Ga. 5. Bonũ facientes, nõ deficiamus &c. Et hoc necessariũ est ẽt si operentur manibus, & non deesset illis aliq d, q̃a necessaria est aliis subuẽtio. Deinde cũ dicit. *Quod si quis &c.* Inuit ꝙ corrigãtur: & primo ostendit quo ordine puniantur: scdo ostendit effectum penæ, ibi. *Vt confundantur.* Tertio, finem, ibi. *Et nolite, &c.* In ordine vero primo, ponit culpam: secundo eius manifestationem: Tertio, eius punitionem. Culpa est inobedientia: & ideo dicit. *Quod si quis non obedierit.* 1. Regum 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle

vos: Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: nõ enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit uos, & custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in Domino, quoniam quecunque præcepimus & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionẽ, quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi nõ habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

LECTIO II.

NAM cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus

G

CAPVT III.

nolle a: quiescere. Manifestatio, & conuictio ponitur, cum dicit. *Hunc per epistolam notate* i. manifestate: sed per ueritatis inquisitionem. Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Pœna eorum est sententia excommunicationis. Vnde dicit. *Et non commisceamini cum illo &c.* 1. Cor. 5. Cum hmõi, nec cibum sumere. 2. Ioan. Nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis. Hic nota, quòd excommunicatio infligitur pro inobedientia: debet tamen esse conuictus. Vnde dicit. *Si quis non obedierit, per epistolam vestrã, hunc notate*, idest, significate nobis, vt puniatur, & tamen vos interim ne commisceamini cum illo, sed effectus pœnæ est, vt condatur, & ex hoc resipiscat. Eccl. 4 Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Finis autem & intentio debet esse eius correctio, quam intendit charitas. Vnde dicit. *Et nolite inuicem existimare*, quia non debet fieri ex liuore odii, sed ex studio charitatis. Quasi dicat. Quòd ipsum vitatis, non fiat ex odio inimicitiæ. Matth. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his q̃ oderunt uos. Et ideo dicit. *Sed corripite ut fratrem.* In quo ostenditur charitas. Psal. 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum, &c. Deinde cum dicit. *Ipse autem &c.* concludit epistolam. Et primo ponitur conclusio: secundo salutatio, quæ est quasi epistolæ sigillum, ibi. *Salutatio &c.* Iterum prima in duas, quia eis primo optat dona dei: secundo ipsum deum, ibi. *Dominus sit &c.* Quantum ad primum, dicit. *Ipse &c.* Deus dicitur esse pacis, quantum ad duo. Pax. n. consistit in duobus, ut. s. homo concordet ad seipsum, & ad alios. Et neutrum potest haberi sufficienter nisi in deo: quia sibi nõ concordat ad seipsũ in seipso, quãdo q̃d appetitur secundũ vnum, sufficit quantũ ad omnes, quod nihil potest esse præter deum. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Quæcunque. n. alia præter deum, nõ sufficiunt ad omnes: sed deus sufficit. Io. 16. In me pacem habebitis &c. Item homines non vniuntur inter se, nisi in eo q̃d est cõmune inter eos, & hoc est maxime deus. Et ideo dicit. *Deus pacis det*, non pacẽ temporalem, sed sempiternam, idest, spiritualem, quæ hic incipit, & ibi perficitur. Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacẽ &c. Et hoc. *In omni loco*, & in toto mundo apud fideles. Quantum ad scdm, dicit. *Dominus sit cum omnibus uobis*, quia nihil aliud bene habetur, nisi ipse habeatur per fidem, & charitatem. *Salutatio mea*, hoc dicit propter infideles peruertentes epl̃as eius. Gal. vl. Videte qualibus literis scripsi vobis manu mea &c. *Quod est signũ &c.* gratia. i. gratuitũ donũ dei, q̃d gratos vos reddit deo &c. Ioan. 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.

vobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdã ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicũ existimare, sed corripite ut fratrẽ. Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam ĩ omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis Salutatio, mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus uobis. Amen.

B

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Thessalonicenses.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM PRIMAM. S. PAVLI APOSTOLI, AD TIMOTHEVM.

PROLOGVS S. THOMAE.

IN manu dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tẽpore super illam. Eccl. 10. Hæc verba, materiæ huius epistolæ conueniunt. Prius.n. instruxit ecclesiam in his, quæ ad eius vnitatem pertinent. Hic instruit ipsos rectores ecclesiæ, qui sunt quasi principalia mẽbra eius. Circa quod videda est ista instructio, & utilitas. Instructio est in Deo, qa in manu dei &c. Et hoc tripliciter, quia ab ipso exoritur. Rom. 13. Non ẽ potestas nisi a deo. Item quòd secundũ deum debet regulari. Prouer. 8. Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Item, quia secundum dei dispositionem, eorum potestas fundatur. Dan. 2. Et ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna atque constituit. Item utilitas eorũ ostenditur, quia est ad cohibendam nequitiam hominum: quia execrabilis omnis iniquitas gentium. infra primo, Iusto non est lex posita. Rectores legis tripliciter debent se habere ad mala. Primo, vt ea corde odio habeant. 2. Macab. 3. Animo odio habentes mala &c. Secundo, vt prohibeant ea ne fiant. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum. Tertio, ut facta puniant. Rom. 13. Minister enim dei est, uindex in irã eius qui male agit. Quarto, uidenda est utilitas, ibi. *Vtinam rectorem &c.* Et ad tria est uti lis rector, quæ notantur Eccle. 49. Ioseph princeps fratrum, vt gentem sustentet per potentiam. Esa. 19. Et rex fortis dominabitur eorum &c. Rector fratrum dirigendo per sapientiam. Esa. 32. Princeps ea, quæ sunt digna principe cogitabit &c. Eccle. 10. In medio fratrum rector illorum. Stabilimentum populi, vt cohibeat ab iniustis per iustitiam. Psal. 17. Tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis &c. Et sic patet materia harum epistolarum, quia est ad instructionem rectorum populi fidelis, in quo quidam præferuntur in spiritualibus, sicut prælati ecclesiarũ, quos primo instruit. quidam uero in temporalibus, quos secundo monet, Et hoc in epistola ad Philem. Circa primum, tres sunt epistolæ, secundum tria quæ competunt prælato: quorum primum est, ut gubernet populum. Secundum, vt pro populo subdito patiatur: Tertium, vt malos coerceat. Primum in prima ad Tim. Secundum in secũda, vbi agit de martyrio. Tertio in epistola ad Titum, vbi agit ac docet, quomodo uitet hæreticos, ut etiam patet in argumentis epistolarum.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR hæc epistola in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi. *Sicut rogaui.* Circa primũ tria facit, quia primo ponitur persona salutans: Secundo, psona salutata: Tertio, bona optata. Describit autem personam salutantem, primo ex nomine *Paulus*, quod conuenit authoritati propter duo. In apostolatu enim duo sunt, scilicet altitudo potestatis, ad quam exaltantur humiles. 1. Reg. 13. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Et Paulus, dicitur modicus. Item claritas sapientiæ, & hanc dominus prebet paruulis. Matt. 11. Reuelasti ea paruulis &c. Secundo ex authoritate: quia *Apostolus.* idest missus. Io. 10. Sicut misit me pater. 1. Cor. 9. Signaculum apostolatus mei, vos estis in domino: tertio ex origine huius authoritatis. Vnde dicit, *Iesu Christi secundum imperium dei &c.* Act. 13. Segregate mihi Barnabam & Saulũ in opus ad quod assumpsi eos. 1. Reg. 13. Quęsuit sibi dominus virum iuxta cor suum &c. Ex quo patet ꝙ prælati ex necessitate præcepti tenentur ad ea, quæ sunt propriũ officii. 1. Cor. 9. Væ mihi enim est, si non euangelizauero. *Et Christi Iesu, spei nostræ,* qui est spes nostra, vt ad eum veniamus Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo &c. Vel, spei nostræ, quia per ipsum speramus adipisci bona æterna. 1. Pet. 1 Regenerauit nos in spem viuam &c. Ro. 15. Per consolationem scripturarum spem habeamus. Personam salutatam describit tripliciter. Primo ex nomine, cum dicit. *Timotheo,* de quo Actor. 16 Itẽ ex affectione dicẽs, *Dilecto* Phil. 2. Neminẽ habeo tã vnanimẽ &c. Itẽ ex filiatione, dicens, *Filio in fide.* scilicet a se conuerso. 1 Cor. 4. Misi ad vos Timothæum filium meum charissimum, & fidelem in domino &c. Tunc autem primo ponit bona optata: & deinde ostendit a quo sunt. Sciendum est autem, quòd in aliis epistolis duo ponuntur: hic tria, quia prælati pluribus indigent. Et ideo dicit, *Gratia & misericordia.* primo sibi, & deinde aliis. Et sumitur hic misericordia pro remissione peccatorũ, quia hęc est ex dei misericordia: Gratia vero pro munere gratiarũ, quo indigent prælati. Vel gratia sicut in aliis, pro gratia iustificante: sed misericordia, pro munere diuino in spiritualibus charismatibus exaltante. Sap. 4. Gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. *Et pax.* s. tecum & per te aliis. Psal. 71. Suscipiant montes pacem. Sed vnde? *A deo,* vt dent populo. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. *Et Christo Iesu domino nostro.* scilicet per quem maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. 2. Pet. 1.

CAP. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide: Gratia, & misericordia, & pax a deo patre, & Christo Iesu dño nostro.

LECTIO II.

SICVT rogaui te, vt remaneres Ephesi, cũ irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderẽt fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quàm ædificationem dei, quæ est in fide. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistolaris narratio. Et est hæc epistola quasi pastoralis regula, quam Apostolus tradit Thimotheo instruens de omnibus, quæ spectant ad regimen prælatorum, & eo ordine quo debet esse intentio. Primo ergo instruit eum de spiritualibus ministrandis: secundo de temporalibus, in 4. cap. ibi, *Spiritus autem.* Item ad prælatum pertinet primo, quòd doceat de forma fidei: ne fides subditorum corrumpatur. Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Secundo, vt instruat eos de pertinentibus ad cultum dei, quod non potest esse, nisi fides sit recta. Ideo primo instruit de fide: secundo, de cultu dei. 2. cap. ibi, *Obsecro igitur.* Tertio agit de institutione officiorũ. in 3. cap. ibi, *Fidelis sermo.* Sciendum est autem quòd in primitiua ecclesia error fuit periculosus quorundam dicentium, legalia debere seruari simul cum euangelio, quod Apostolus excludit. Primo, ostẽdens legis conditionem: secundo, probat per experimentum in seipso, ibi, *Gratias ago.* Circa primum tria facit, quia primo ostendit quid de lege sit repudiandum: secundo, quid in ea acceptandum, ibi, *Finis autem præcepti.* Tertio, concludit legis conditionem, ibi, *Scimus autem quia.* Repudiandum est autem in lege quod alii male addiderunt, non quod a Deo est datum, nisi iam secundum carnalem intellectum. Et primo docet falsas fabulas, & traditiones esse repudiandas: secundo rationem assignat, ibi. *Quæ quæstiones.* Dicit ergo, Dico quòd debes facere *Sicut rogaui te,* cum tamen possem imperare. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex illis. *Vt denunciares quibusdam.* Vel aliter, Duo pertinent ad prælatum, vt cohibeat docentes falsa. Et ideo dicit, *Ne aliter docerent* Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Deu. 4. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis, neque auferetis ex eo: secundo, vt si contingat ꝙ aliqui falsa docerent, prohibeat populum ne eis intendant. Vn de dicit *Neque intenderẽt fabulis & gen. inter.* Fuerunt autem quidam hæretici, qui detestantes vetus testamentum, exponebant, quòd Apostolus ipsum repudiabat, deridendo historias eius, dicens, *Fabulis & genealogijs interminatis &c.* Contra qd dicit Aug. ꝙ Apostolus vtitur historiis & genealogiis veteris testamenti. Gala. 4. Abrahã duos filios habuit &c. Si ergo reprobaret, non eis vteretur. Dicit ergo *Fabulas*, non datam legem in scriptis, sed in ore, scilicet Thalmuth. non quę Moyses ore tradidit, sed quæ alii addiderũt, vt sunt stultæ fabulæ. s. ꝙ Adã habuit aliam vxorẽ, ex qua dicunt natos dæmones. Matt. 15. Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. 2. Tim. 4. Ad fabulas autem conuertentur. Ratio huius est, quia *Præstant quæstiones.* i. cõtentiones. 2 Tim. 2. Noli verbis contendere. Prou. 20. Honor est homini, qui se separat a contentionibus *Magis quàm ædificationem dei, quæ est in fide* quando, scilicet aliquis est confirmatus in veritate fidei, ad quod debet omnis doctrina tendere. Deinde cum dicit, *Finis autem.* ostendit quid de lege sit tenendum. Et circa hoc duo facit: quia primo ostendit hoc: secundo, quod periculum est his qui hoc non tenent, ibi *A quibusdam &c.* Circa primum sciendum est, quòd lex vetus dicitur lex mandatorum: quia mandatis & præceptis continetur. Ephes 2. Legem mandatorum, decretis euacuans. Illud ergo ad quod ordinantur omnia mandata legis, est præcipue tenendum: hoc autem est charitas Mat. 22. Diliges deum tuum ex toto corde tuo &c. Et paulo post, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Sed quomodo charitas est finis præcepti? Ad hoc sciendum, duo sunt considerandа. Pimo, quòd omnia præcepta legis, sunt de actibus virtutum, & quòd per omnes actus virtutũ ordinatur homo vnus ad aliũ. Secundo, ꝙ obiectũ vnius virtutis, est finis alterius: quia quandocunq; vna potentia est circa aliquẽ finem, ad illam ordinantur oĩa, quæ sunt eiusdẽ, sicut ad finẽ, sicut frenefactiua ad equestrẽ: quia officiũ equestris est eius finis, hæc autem ad ducem. Virtutes autem theologicæ, vltimũ finem habent pro obiecto. Aliæ autem sunt circa ea, quæ sunt ad finem. Virtutes ergo omnes respiciunt theologicas, sicut finem. Inter theologicas vero, illa plus habet de ratione finis, quę propinquius se habet ad vltimum finem. Fides autem ostendit eum, spes facit tendere in eum, charitas vnit. ergo omnes ordinantur ad charitatem: & sic dicitur, *Charitas finis præceptorum.* Sed cum ea, quæ sunt ad finem, disponunt ad finem: præcepta autem sunt ad charitatem, ideo disponunt ad eam. Ideo dicit *De corde puro.* Ad hoc enim quòd sit purum, dantur præcepta virtutum, quarum quædam ordinantur ad modum rectificandi passiones, quarũ scilicet, virtutum materiæ sunt passiones: sicut temperantia quæ ordinat concupiscentiam: mansuetudo iras: fortitudo timores & audacias. Per has autem passiones turbatur puritas cordis. Et ideo istæ uirtutes faciunt cor purũ. Sed numquid hoc requiritur ad charitatem? Respondeo, Dicendũ est, quòd sic; quia impossibile est, quòd cor impurum sit promptum ad charitatem, quia vnicuique est diligibile quod sibi est conforme. Cor impurum diligit illud, quod competit ei secundum passionem, ergo necesse est quòd sit expeditum a passionibus: Can. 1. Recti diligunt te. Aliæ virtutes sunt, quæ rectificant hominem ad proximum: & ex hoc sequitur quòd habeat conscientiam bonam: quia non facit alteri: quod sibi non vult fieri. Matth. 7. Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Et ideo quæ contra proximum sunt, sunt contra conscientiam IVnde dicit *Et conscientia bona.* Qui ergo non habuerit conscientiam bonam, non potest deum pure diligere, quia qui non habet conscientiam bonam, timet pœnam. Timor autem non est in charitate, sed fugit deum, & non vnitur ei. Et ideo præcepta, quæ conscientiam rectificant, bene disponunt ad charitatem. Aliæ sunt virtutes ad habendam veram fidem, scilicet virtutes quibus deum colimus, scilicet latriæ & huiusmodi, quæ sunt ordinata ad remouendum errores, & ad confirmandum in cordibus fidei firmitatem de deo. Qui enim non habent veram fidem, non possunt deum diligere: quia qui falsò credit de deo, iam non diligit deum. Non enim diligit, qui non credit: quia nõ figitur affectus, nisi in illo quod ostendit intellectus. Et ideo quæ faciunt fidem veram, ordinantur ad charitatem. Et ideo dicit. *De corde puro,* quia faciunt hoc, Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et *conscientia bona.* 2. Cor. 1, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostrę. Et *fide non ficta,* idest vera. Et ideo virtutes, & præcepta ordinantur ad finem qui est charitas, quæ sumitur secundum ista tria, &cætera.

LECTIO III.

QVIBVS quidã aberrantes, conuersi sunt in vani loquiũ, volẽtes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime vtat, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & nõ subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ adtas doctrinæ in quam incidunt. Secundo, conditio falsa docentium, ibi. *Volentes esse.* Dicit ergo, Finis præcepti &c. Et hæc sũt principalia legis, a quibus quidam discedunt. Psal. 11. Vana locuti sunt &c. Et nota quòd recessus a charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium. 2. Thess. 2. Qui non crediderunt veritati, sed consenserũt iniquitati. Similiter qui dimittunt cordis puritatem. Habentes enim cor infectum passionibus, iudicant secundum affectum earum, & non secundum deum. 1. Cor. 2. Animalis homo, non percipit, quæ dei sunt &c. Similiter habentes conscientiam malam, quia non possunt quiescere in ueritate. Et inde est quòd quærũt falsa, vt in eis quiescant. infra eodem, Habens fidem, & conscientiam bonã. Similiter qui habet fictam fiduciam. Esa. 21. Qui incredulus est, infideliter aget. Deinde cum dicit. *Volentes &c.* ponitur conditio falsa docentium: & primo inordinata ambitio: secundo defectus eorum. Quantum ad primum, dicit. *Volentes esse &c.* Matt. 23. Amant primos recubitus in cænis, & vocari ab hominibus, Rabbi &c. Ia. 3 Nolite plures Magistri fieri &c. Quantum ad secundum, dicit. *Non intelligẽtes.* Psal. 81. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Sap. 5. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. *Neque quæ loquuntur*, per authoritates, quas non intelligunt. *Neque de quibus affirmant*, s. concludendo. Deinde cum dicit. *Scimus autem &c* Ponit legis conditionem quantum ad duo, Primo, quantum ad bonitatem legis: secundo, quantum ad finem, & intentionem legislatoris, ibi, *Scientes.* Dicit ergo, *Scimus*, scilicet, per certitudinem. *Quod lex bona est*, nõ mala, vt hæretici dicunt, Psal. 18. Lex domini immaculata &c. Rom. 7. Lex quidem sancta est, & mãdatum sanctum, & iustũ, & bonũ. Sed contingit quòd aliquis bono vtatur male Quum ergo lex sit bona, requiritur quòd homo ea bene vtatur. Et ideo dicit. *Si quis recte ea vtatur.* Alias fit ei mors, vt dicitur. Rom. 8, In lege. n. sunt q̃dã moralia, q̃dã ceremonialia. Ceremonialia q̃dẽ in figura Christi, & ecclesiæ sũt data, sed indigẽt, vt intelligãtur non solum carnaliter, sed etiam spiritualiter, & in figura futurorum, & vt scias quòd non sunt perpetuo seruanda, sed cessant veritate veniente. Hier. 31. Et feriam domui Israel, & domui Iuda fædus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris &c. Et sic exponit glosa. Sed Apostolus videtur loqui de moralibus, qa subdit, quòd lex posita est propter peccata, & hæc sunt præcepta moralia. Horum legitimus vsus est, vt homo non attribuat eis plus q̃ quod in eis continetur. Data est lex vt cognoscatur peccatum. Roma. 7. Quia nisi lex diceret, Non concupisces, concupiscentiam nesciebam &c. Quod dicitur in decalogo, Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide. Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. Deinde cũ dicit. *Scientes.* ostẽdit conditionem legis, quantum ad legislatoris intentionem, & primo ponit existimatam: secundo ponit veram intentionem, ibi. *Sed iniustis.* Existimata intentio excluditur, cum dicit. *Iusto &c.* Vbi posset esse duplex falsus intellectus. Vnus, quòd iustus legem non seruat, quod falsum est, quia nisi seruaret eam quantum ad moralia, iustus non esset. Vnde & Christus factus est sub lege. Alius, quòd iustus non obligatur ad præcepta legis, & non peccaret, si faceret contra ea. Sed verus est sequens sensus, supponendo, quia quod imponitur alicui, imponitur sicut onus: lex. n. iustis non imponitur, sicut onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex, & ideo nõ est onus eis. Rom. 2. Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter, *Lex non est posita*, pro iustis, sed pro iniustis, quasi dicat, Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset dãdi legẽ, quia omnes essent sibi lex. Intentio bonorum debet esse, vt alios

LECTIO III.

SVpra ostẽdit virtutum dignitatẽ & vtilitatem: hic declarat harum necessitatem, quia qui cunque ab his discedit, in periculũ falsæ doctrinę cadit. Et circa hoc duo facit: qa primo ponitur falsi

alios inducant ad virtutes. Quidam autem per se sunt bene dispositi ad virtutes: alii habent mentem bene dispositam, sed per alium: & de istis sufficit paterna monitio, non coactiua. Alii autem nec per se, nec per alium bene disponuntur, ideo eis omnino est necessaria lex, vt patet in Ethicis. Deinde cum dicit.

uersatur, qu e st secundum euangelium gloriȩ beati dei, quod creditũ est mihi. Gratias ago ei, qui me cõfortauit in Christo Iesu dño nr̃o, quia fidelem me existimauit potẽs in ministerio. Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & cõtumeliosus, sed misericordiam dei cõsecutus sum, quia ignorãs feci in incredulitate. Superabundauit autẽ gratia domini nostri cũ fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.

Sed iniustis &c. Ponit veram intentionem: & Primo describit eos in generali, quibus necessaria est lex. Secundo in speciali, ibi *Patricidis*. Sciendum est autem, quòd sicut 1. Ioã. 3. dicitur, Omne peccatum est iniquitas, & ideo repugnat alicui iuri. Cũ autẽ sit duplex ius, scilicet naturale, & positiuum. naturali repugnat, quod secundum se est malum: positiuo autem repugnat, quod est malum, quia prohibitum. Quantum ad primum, dicit *Sed iniustis*. qui scilicet agunt contra ius naturale. Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum &c. Quantum ad secundum, dicit *Non subditis*. scilicet præcepto humano. Ro. 1. Parentibus non obedientes. Et hæc duo respiciunt rationem peccati. Ponit autem alia, quæ sumuntur per comparationem ad illud: & hoc est, vel contra deum, vel contra proximum, vel in seipsum. In deum dicitur impietas, quia pietas importat cultum dei: ideo dicit *Impiis*. In proximum sic dicit *Peccatoribus*. Psal. 1. Non resurgent impii in iudicio &c. Gala 2. Nos enim natura Iudei, & non ex Gentibus peccatores. Sed secũdum Aug. de doct. Christ. Peccata distinguntur in duo, scilicet in spiritualia, quæ dicuntur facinora: & in carnalia, & hæc dicuntur flagitia: & ideo dicit *Sceleratis*. quantum ad spiritualia. Prou. 17. Qui abscondit scelera &c. Quantum ad carnalia dicit *Contaminatis*. Macha. 2. Cõtaminauit Iudas sanctificationem domini &c. Deinde communerat peccata in speciali. Et primo nominat quædã in speciali, secũdo colligit alia in generali, ibi *Et si quid aliud &c.* Primo ponit peccata operis, Secundo peccata oris, ibi *Mendacibus &c.* Circa primum primo pònit quantum ad facinora, secundo quantum ad flagitia. Facinora dicuntur, quæ sunt in nocumentum proximi. Et quanto est proximi⁹ coniunctus: tanto est eorum peccatum grauius, quia plus eis tenemur. Et ideo primo dicit de patre: secundo de matre. Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam &c. Et postea 21. Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Deinde prosequitur de aliis proximorum homicidiis, dicens Exo. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum &c. Deinde ponit flagitia, & primo quæ secundum naturam sunt, cũ dicit *Fornicariis*. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Secundo contra naturam, dicens *Masculorum concubitoribus*. 1. Cor. 6. Neque masculorum concubitores, regnum dei possidebunt. Deinde ponit nocumenta oris, & primò quantum ad simplex mendacium: dicens *Mendacibus*. Ephes. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem &c. Secundo quantum ad iuramentum, dicens *Periuris*. Et tunc colligit alia in generali, dicẽs *Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur &c.* Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit &c. Tim. 2. Loquere, quæ decent sanam doctrinam. Deinde cum dicit *Quæ est secundum euangelium*: ostendit quòd euangelium communicat sanam doctrinam: quod tripliciter describit, Et primo a fine, cum dicit *Gloriæ*. scilicet quam annuntiat Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius: secundo ab actore gloriæ, cum dicit *Beati dei*. Infra vltim. Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens rex regum &c. Tertio ministro, cum dicit *Quod creditum est mihi*. Galat. 2. Cum vidissent quòd creditum est mihi euangelium præputii &c. Deinde cum dicit *Gratias ago*. probat per experimentum in seipso, quid fuerit ipse tempore legis, & quid consecutus sit tempore gratiæ. Et primo ostendit quid circa se vtroq; tpe sit actũ: secũdo inducit Timo. ad imitãdũ se, ibi *Hoc præceptum*. Circa primũ duo facit: quia primo ostẽdit quid datũ sibi fuit in lege: & quid sibi sit datũ in euangelio: secundo rationẽ assignat, ibi *Fidelis sermo*. Itẽ prima pars diuiditur in tres particulas: qa primo ponit dignitatẽ quã cõsecutus est in euãgelio: scd'o peccata quibus subiacuit in statu legis, ibi *Qui prius fui*. Tertio qũo liberatus fuit, ibi *Sed misericordiam &c.* Sed ad hoc q aliquis sit minister euangelii, tria requiruntur. Primo q sibi cõmittatur. Rom. 10. Quomodo prædicabũt, nisi mittãtur &c. Secundo ido-

F neitas, idest vt sit fidelis. 1. Cor. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Item vt sit fortis ad prosequẽdum, Et hæc tria ponit ordine retrogrado: & primo tertium, dicens. *Qui me confortauit &c.* s. ad prosequendum officium iniunctum. Ezec. 3. Manus domini erat mecum, confortans me. Secundum ponit, ibi. *Quia fidelẽ me, &c.* 24. Fidelis seruus, & prudens. quem constituit dominus super familiam suam. Et hoc, quia quærebat solum, quæ dei erant. Primum vero ostendit, cum dicit, In ministerio. i. committens mihi ministerium hoc. Act. 13 Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos. 2. Co. 11

LECTIO IIII.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecu- G tus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorũ, qui credituri sunt illi in vitam ęternã.

Ministri Christi sunt, & ego. Sed qualis erat in statu legis? Peccator. Et primo in deum, cum dicit. *Qui prius fui blasphemus*, scilicet nominis Christi. Leu. 24. Educ blasphemũ extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vnde sibi illud competebat. Item in proximum, cum dicit, *& persecutor*. 1. Cor. 15. Non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiã dei. Item, *& contumeliosus*, verbis, & factis. Hie 20. Audiui contu- H melias multorum &c. Deinde cum dicit. *Sed misericordiam dei*. Ostendit quomodo fuit liberatus per Christum. Et circa hoc duo facit: quia primo ponit misericodiam liberantem: secundo ostendit quòd superabundanter in bonis repletur, ibi. *Superabundauit autem*. Quantum ad primum, dicit. *Sed misericordiam dei consecutus sum*. Treñ. 3 Misericordiæ domini, quòd non sum⁹ consumpti. Ro. 9. Cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat. Sed ex parte mea aliqua ẽ excusatio peccati. Quia ignorãs feci. Minus dicit, pl⁹ significat: qa aliud est ignorãter agere, aliud per ignorãtiã: q a ignorãter facit aliqd, qui nescit quod facit, tñ si sciret, etiam faceret illud, sicut credens se interficere feram, occidit inimicum suum, quem tamen occidisset, etiam libentius, si nouisset eum. Sed per ignorantiã facit, q facit aliquid quod non faceret, si nosset, sicut occidens patrem, quem si sciret, non occideret eum, quem tamen occidit, quia eum credit inimicum. Sed Paulus fecit per ignorantiam: quia si sciuisset quòd Christus esset filius dei, hoc non fecisset. Sed Iudæi per ignorantiam non occiderunt Christum, sed ignoranter; quia si sciuissent ipsum es- I se Christum, libentius occidissent eum. Lucæ. 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius. vapulabit multis, &c. Quantum vero ad scd'um, dicit. *Superabũdauit, &c.* Ro. 5. Vbi abũdauit delictum, superabundauit, & gratia. *Cum fide, & dilectione.* Nã fecit ibi effectũ fidei p dilectionẽ operantẽ, quæ est in Christo Iesu. Ga. 3. In Christo Iesu, vt pollicitationẽ spirit⁹ accipiam⁹ p fidẽ.

LECTIO QVARTA.

Supra ostendit conditionem suam, & quantum ad peccata sub lege, & quantum ad bona tempore gratiæ: hic ostendit rationem horum beneficiorum, quæ sumitur ex diuina miseratione. Et primo proponit diuinam miserationem in communi: secundo aptat ad se ibi. *Quorum primus*. Tertio, ponit gratiarũ actionem, ibi. *Regi autem seculorum*. Circa primum duo facit, K quia primo comendat veritatem proponendam: secundo proponit diuinam miserationem, ibi *Quia Christus Iesus*. Quantũ ad primum. dicit. *Fidelis sermo &c.* Duo autem sunt in sermone commendanda. s quòd sit verus, & quòd sit acceptabilis. Aliquã do enim sermo verus, est durus, & odia concitãs. Gal. 4. Inimicus factus sum vobis, verum dicens uobis. Sed hic sermo primo quidem habet veritatem. Vnde dicit. *Fidelis sermo*. Apoc. vltim. Hæc verba fidelissima, & vera sunt. Item acceptabilis est, quia de salute nostra. Ideo dicit. *Et omni acceptione dignus*. Zachariæ. 1. Et respondit dominus angelo, qui loquebatur &c. Alia litera habet: humanus sermo, quia de susceptione hominum. Titum. 3 Apparuit benignitas, & humanitas saluatori nostri &c. Et hic sermo est talis. *Quia Christus uenit &c.* Quòd in mundum venit, exprimit duplicem naturam, scilicet diuinitatis, in qua erat antequam in mundo appareret. Io. 16. Exiui a patre, & ueni in mũdum, &c. & humanitatis, in qua apparuit. Et quia deus est, cœlum, & terram implet. Hier. 23. Ideo non competit ei secundum diuinam naturam in aliquo loco esse, sed competit ei secundum

humanam

humanam naturam. Ioan. 1. In mundo erat, & mundus &c. In propria venit &c. Sed ad quid venit? *Peccatores saluos facere*, idest, propter salutem populorum. Ioan. 3. Non enim misit deus filium in mundum, vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum. Ioan. 12. Non. n. veni, vt iudicem mũdum. Sed, si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus non fuisset? Videtur quòd non: quia venit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Itẽ glo. Tolle morbum, & medicinæ non opus

Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor, & gloria in secula seculorum, Amẽ. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam malitiam, habẽs fidem, & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidẽ naufragauerũt, e qb⁹ est Hymneæus, & Alexãder: quos tradidi sathanæ, vt discãt nõ blasphemare.

erit. Respondeo: Dicendum est, quòd ex verbis sanctorum satis hoc patet. Sed hæc quæstio non est magnæ authoritatis: quia deus ordinauit fiẽda, secundum quòd res fiendæ erant. Et nescimus quid ordinasset, si non præsciuisset peccatum, nihilominus tamen authoritates videntur expresse sonare quòd non fuisset incarnatus, si non peccasset homo, in quam partem ego magis declino. Deinde cum dicit. *Quorum primus*, adaptat hoc ad se. Primo confitens se peccatorem: secundo dicit se saluatum, ibi. *Sed misericordiam*. Dicit ergo. *Quorum primus ego sum*. Hic dicit hæreticus, quòd anima Adæ fuit in Paulo, & transiuit de corpore in corpus. Quasi dicat, Ego primus peccator, quia anima Adæ est anima mea, sed hoc est contra Apostolum. Roman. 9. Cum nondum nati essent &c. Ergo anima non est ante corpus. Primus ergo non tempore, sed peccatorum magnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. Prou. 18. Iustus, prior est accusator sui. Prouer. 30. Stultissimus sum virorũ &c. Sed nunquid fuit Apostolus maximus peccator? Et videtur quòd Iudas fuit maior. Sed quidam dicunt quòd peccatũ Pauli generalius fuit, quia cõtra totam ecclesiam. Sed hoc nihil est: quia Paulus in incredulitate, & multi Iudæi persequebantur ex malitia. Dicendum est ergo, quòd est primus, non quòd inter peccatores maximus, qui tunc erant: sed maximus inter peccatores saluatos, quasi dicat. *Venit peccatores saluos facere, quorum*, scilicet peccatorum saluatorum. *Ego sum primus*, quod est de illis intelligẽdum, qui pręcesserant Apostolum. quia prius etiam multi alii sunt ecclesiam persecuti. Et hoc dicit, vt ostẽderet quòd omnia, quæ deus facit, facit ad ostensionem bonitatis suæ. Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Eccle. 42. Gloria domini plenum est opus eius. Item propter nostram vtilitatem: & ideo dicit. *Ideo saluauit me*. Primo propter gloriam suam. Vnde exponitur primum tempore, vel primum, idest potissime. *Omnem patientiam*. idest, perfectam, quia prouocatus, non puniuit: sed potius aduersarium exaltauit, & hoc ad vtilitatem nostram. Vnde dicit. *Ad exemplum*, idest ad informationem, & eruditionem, quasi dicat. Vt non diffidant peccantes ad eum accedere. 1. Pet. vltimo. Forma facti gregis. Deinde cum dicit. *Regi &c.* Ponit gratiarum actionem, & circa hoc duo facit: quia primo commendat eum, cui gratias agit: secundo gratias refert, ibi. *Honor*. Commendat autem eum primo ex potestate: secundo ex naturæ proprietate. Quantum ad primum dicit. *Regi*. Dominium suum est maximum, quia solus dominatur, & habet liberam potestatem, nõ secundum statuta, vt pelliticus: deus autem vnus est dominus omnium. Et ideo dicit. *Deo*. Apoc. 1. Rex Regum, & dominus dominantium. Psalm. 46. Quoniam rex omnis terræ, deus. Item alicuius regis potestas, vt plurimum, non vltra quàm quinquaginta annis durat, sed iste est omnium seculorum. Psalm. 144. Regnum tuum, regnum omnium seculorum &c. Eccles. 10. In manu dei potestas terræ. Cui etiam conuenit proprietas naturæ dei. Circa quod sciendum est, quòd in rebus prima differentia rerum naturalium est corruptibile, & incorruptibile. Et incorruptibilium quædam visibilia, & corporalia, vt corpora terrestria: quædam autem inuisibilia, & spiritualia, vt angeli. Et hæc diuiduntur secundum Platonicos: in deos, qui per naturam supremi sunt, & in intellectus qui nõ sunt dii, sed diuini: & in animas, sed apud nos est vnus solus deus. Deut. 6. Audi Israel, dominus deus tuus. Dicit ergo primo. *Immortali*. Vt distinguat a corruptibilibus. *Inuisibili*. vt ad inuisibilem ostendat pertinere: & vt distinguat ab aliis visibilibus. Dicit. *Soli deo*, & non soli immortali, vel inuisibili: quia solus est deus per naturam: licet posset dici solus immortalis, & solus inuisibilis, idest, specialis præ aliis. Infra vltim. Qui solus habet immortalitatem. Deinde cum dicit. *Honor, & gloria*. Agit gratias. Quasi dicat, Exhibendus est ei honor ex subiectione totius creaturæ, & in manifestationem excellentissimæ ipsius bonitatis, claritatis, & gloriæ. Apocal. 7. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor,

A virtus, & fortitudo deo nostro. *In secula seculorum*. Quia seculum aliorum est modico tempore. Esa. 40. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius vt flos fœni. Deinde cum dicit. *Hoc præceptum &c.* Instruit Timotheum permanere in his, quæ dicuntur. Primo commemorans quid sit ei commissum. Secundo, monet ad debitum vsum. Et tertio, docet vtendi modum. Dicit ergo. *Hoc præceptum*. Vt. scilicet, tu custodias finem legis, idest, charitatem. conserues semper, non autem fabulas Iudæorum. *Commendo tibi*. Sicut fidele depositum, quia tibi ideo est commissum. Et quomodo? *Secundum præcedẽtes, &c.* idest, quia hoc euangelium non discordat a prophetiis, quas ante dedicerat: quia fuit filius mulieris Iudææ. 2. Pet. 1. B Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco &c. 1. Thess. vltimo. Prophetias nolite spernere &c. Vel secundum præcedentes, idest secundum quòd ego, & alii sancti de te per spiritum prophetiæ cognouerunt tradendum esse tibi. *Vt in illis milites*. scilicet prophetiis. *Bonam militiam*. Militia est duplex, quædam spiritualis, quædam carnalis. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia deo &c. In bona militia requiruntur duo ex parte militis, scilicet, vt nihil agat contrarium disciplinæ militari, vt non marcescat otio. 1. Corinth. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet &c. Item ex parte militiæ duo requiruntur, scilicet, vt expugnet contrarios reipublicæ, & vt subiiciat eos qui debent esse subie- C cti. Sic, & in militia spirituali est, quia ordinatur ad destruendum omnes extollentes se, & ad subiiciendum omnem intellectum in obsequium Christi, vt dicitur. 2. Corinth. 10. Et hæc est vera militia: de qua dicit, Milites &c. Vbi etiã primo modus vtendi ponitur: & secundo eius necessitas, ibi. *Quam quidam*. Dicit ergo. *Milites &c.* Quasi dicat. Potes quidem facere bonam militiam. Primo, per fidem bonam quam habes. 1. Ioan. vltimo. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides, &c. Item per conscientiam bonam, quia de facili homo recedit ab eo quod mordet eum: vnde remorsus conscientiæ, est sicut quidam stimulus, qui habentem malam conscientiam pungit, & ideo cito a peccatis per bonam conscientiam, & rectam fidem recedit. Act. 23. Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum, vsque in hodiernã diem. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ no- D strę. Necessitas bonæ conscientię, consequenter ostenditur, cum dicit. *Quam quidam &c.* Vbi primo ponit culpam: secundo pœnam: tertio fructum pœnæ. Culpam, ibi. *Quam*, scilicet, conscientiam bonam. *Quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt*. Qui enim contra fidem errat, perdit omnia quæ habet. Hebr. 11. Sine fide, impossibile est placere deo. Item moritur, quia Iustus meus ex fide viuit. Abac. 2. & Rom. 1. *Ex quibus est Alexander, & Hymenæus*. 2. Timoth. 4. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, &c. Deinde ponitur eorum pœna, cum dicit. *Quos tradidi, &c.* Quia excommunicauit eos, vt fideles vitent eos ne coinquinent ipsos. Fuit autem excommunicatio Apostoli tantæ virtutis quòd excommunicati mox corripiebantur a diabolo, & corporaliter vexabantur. 1. Corinth. 5. Congregatis vobis, & meo spiritu in virtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Tamen etiam modo traduntur ad vexandum spiritualiter, quia amittunt suffragia eccle- E się, quæ multum iuuant contra diabolum. Et tradidi, sicut deus tradidit in reprobum sensum. Roman. 1. Quasi subtrahendo suum auxilium, & communionem ecclesiæ, & suffragia. Et hoc non ex odio, sed ex charitate ad profectum eorum. 1. Corinth. 5. Vt spiritus saluus fiat. Vnde dicit. *Vt discant*, saltem per pœnam. *Non blasphemare*. Discit autem quis recedere à peccato tripliciter, quandoq;. ex pœna, quando corporaliter vexatur. Item ex confusione excommunicationis. Item ex hoc, quòd cum ecclesia tradit aliquem sathanæ, ruit in peccata manifesta. Vnde confusus, humiliatur, & abstinet etiam ab occultis, quæ prius non cognoscebat se habere.

LECTIO

LECTIO PRIMA.

SVPRA docuit Timotheũ, quomõ reducat populũ ad formã veræ fidei, hic agit de pertinẽtibus ad cultũ fidei, ſ. orationibus, & obſeq;is, & primo ponit doctrinam orationis in cõmuni: ſecundo deſcendit ad determinatas cõditiones hominũ, ibi. *Volo ergo*. Item primo, diſtinguit diuerſos modos orationis: ſecundo oſtendit, pro quibus ſit orandum, ibi *Pro omnibus*. Tertio, aſſignat rationem, ibi. *Hoc enim bonum*. Dicit ergo. Quia ita eſt quòd Chriſtus venit peccatores ſaluos facere. Igitur. *Primum omnium obſecrõ &c.* In quo aperte oſtendit, quòd inter omnia neceſſaria ad vitam chriſtianam præcipua eſt oratio, quę valet cõtra pericula tentationis, & ad proficiendum in bono. Iacob. vltimo. Multum valet oratio iuſti aſſidua. Diſtinguit ergo orationem in quatuor, ſ *Obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones*, quorum tria pertinent ad beneficia impetranda, vltimum ad beneficia accepta. In impetrandis autem beneficiis, tria requiruntur. Primo, vt ſcilicet impetrans aſſignet cauſam, quare deberet concedi. Secundo, oportet quòd oſtendat cauſam eſſe rationabilem. Tertio, concludit peritionem. Et ſicut rhetores faciunt, ſic & nos in orando debemus facere. Primo excogitare cauſam, quare ſit concedendum, & hoc non merita noſtra, ſed miſerationem diuinam. Dani. 9. Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis &c. Et ad hoc eſt obſecratio, quæ eſt atteſtatio per ſacra, ſicut: Per paſſionem & crucem tuam, libera nos domine. Hac cauſa excogitata, neceſſe eſt quòd meditemur ꝙ hoc ſacrum eſt cauſa ſalutis. Et ideo requiritur oratio, quę eſt aſcenſus mentis in deum. Pſalm. 68. Ego vero orationem meam ad te domine &c. Dicitur autem oratio quaſi oris ratio. Perſuaſiones enim rhetorum, dicuntur orationes, quia perſuadent, ſed aliter ibi, aliter in noſtra ad deum, quia non intendimus quòd animum dei flectamus, qui ſemper ad bonum eſt paratus, ſed vt noſtrum cor ſit in oratione ad deum eleuatum. Tertio, *Poſtulatio* Iaco. 1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Item de acceptis donis gratiarum actiones 1. Theſſ. vltim. In omnibus gratias agite. Philipp. 4. In omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcãt ante deum. Vnde iſte modus orandi eſt in eccleſia dei, Omnipotens ſempiterne deus, ecce aſcenſus mentis qui eſt oratio. Qui dediſti eccleſiæ tale beneficium, ecce gratiarum actio. Præſta quæſumus, ecce poſtulatio. Per dominum, ecce obſecratio. Similiter in miſſa eſt obſecratio vſque ad conſecrationem corporis, & ſanguinis, quia in eis eſt commemoratio ſacrorum ex quibus eſt fiducia impetrandi. In myſterio conſecrationis eſt oratio, quia meditatio eorum, quæ Chriſtus egit. In aliis vero vſque ad communionem, eſt poſtulatio pro viuis, & mortuis, & pro ſe. In fine autem eſt gratiarum actio. Vel hæc quatuor referuntur ad quatuor, quæ nos volumus in oratione obtinere, vt obſecratio referatur ad difficilia impetranda, vt ad impiorum conuerſionem. Oratio, quando jam conuerſis imploramus gratiam, vt proficiant. Poſtulatio, vt præmia pro meritis retribuantur. Et pro beneficiis iam acceptis, eſt gratiarum actio. Deinde cum dicit. *Pro omnibus*. oſtendit pro quibus eſt orandum. Et circa hoc duo facit, quia primo oſtẽdit orandum eſſe pro omnibus, ſecundo aſſignat fructum orationis, ibi. *Vt quietam*. Circa primum ergo dicit eſſe orandum. *Pro omnibus hominibus*. Cuius ratio eſt, quia oratio eſt interpres deſiderii noſtri. Orando enim, petimus quod deſideramus. Charitas autem requirit quòd deſideremus bonũ omnibus, ad quos ſe extendit. Iacob. vltim. Orate pro inuicem, vt ſaluemini &c. Sed pro quibus ſpecialiter? *Pro regibus &c.* Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babiloniæ, & pro vita Balthaſar filii eius. Et Apoſtolus dicit: Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. 1. Pet. 3. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum, ſiue regi quaſi præcellẽti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis. Subiecti quippe oportet quòd impendant dominis ſuis de ſuis officiis, vtilitas autem eſt, quia per hoc etiam procuramus bonum noſtrum. In pace enim eorũ eſt pax noſtra. Vnde dicit. *Vt quietam & tranquillam &c.* In his duobus eſt pax mundi: Eccleſia ſiquidem habet pacem propriã, in qua non eſt mundus, quia non eſt pax impiis. Sed quædã eſt pax communis vtriſque, & hac indiget eccleſia. Hieremiæ. 29.

CAPIT. II. LEC. I.

OBſecro igitur primũ omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redẽptionẽ ſemetipſum pro omnibus.

F Quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci. Pax terrena, quandoque perturbatur ab interiori, quãdoq; ab exteriori. 2. Cor. 7. Foris pugnæ, intus timores. Quantum ad primũ dicit, *Vt quietam*. Quantum ad ſecundum dicit, *Et tranquillam vitam*. Et licet pax terrena communis ſit bonis, & malis, tamen diuerſimode vtrique illa vtũtur. Mali enim tunc ad duo ea vtebantur. ſ. ad cultum dæmonum: quia illã proſperitatem falſis diis attribuebant. Itẽ ad laſciuiam: quia tempore pacis vitia carnalia abundabãt. Sap. 14. In magno

G viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Sed ſancti econuerſo ea vtũtur, quia in cultu veri dei, & in caſtitate. Et ideo dicit. *In omni pietate, & caſtitate*. Tit. 2. Sobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo. Deinde cum dicit. *Hoc enim bonum*, ponitur ratio orationis. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit rationes, ſecundo probat quoddam propoſitum, ibi. *Vnus enim deus*. Item primo aſſignat rationem ex ſpecie operis, ſecundo ex parte dei, ibi. *Et acceptum*. Ponit ergo rationem ex operis ſpecie, quia quando aliquid eſt ſecundum ſe bonum, illud debemus facere, ſed pro aliis orare eſt huiuſmodi, quia eſt actꝰ charitatis. Et ideo dicit. *Hoc enim bonum eſt*. Pſalm. 51. Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum. Item ex parte dei, quia eſt. *Et acceptum coram deo*. Pſalm. 50. Tunc acceptabis ſacrificium, &c. Et

H hoc, non niſi in charitate fuerit oblatum. Et dicit, *Saluatore*, quia ſolus deus ſaluat. Eſa. 43. Non eſt abſque me ſaluator. Et probat quòd ſit acceptum, ibi. *Qui vult &c.* 2. Petri 3. Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pęnitentiam reuerti. Sed contra. Omnia quæcunque voluit fecit, ergo omnes ſaluat. Sed ſi dicis quòd non, quia homo non vult, videtur inconueniens quòd omnipotens impediatur per voluntatem non omnipotentis. Reſpõdeo, Velle ponitur qñque ꝑ voluntate beneplaciti, quãdoq; pro volũtate ſigni. Pro uoluntate ſigni vult ſaluare oẽs, quia omnibus ꝓpoſuit ſalutis præcepta, cõſilia, & remedia. Pro volũtate beneplaciti, ſic exponi põt quatuor modis. Vno modo, vt ſit locutio cauſalis, ſicut deus dicitur aliquid facere, quia facit alios illud facere, ſicut Rom. 8. Spiritus poſtulat. i. poſtulare nos facit, Sic ergo deus vult, quia ſcilicet facit ſuos ſanctos velle, quòd omnes ſalui fiant. Hoc velle enim debet eſſe in ſanctis, quia neſciunt qui ſunt prædeſtinati, & qui non. Alio modo, vt ſit diſtributio accommoda, ideſt, omnes qui ſaluabuntur, quia nullus ſaluatur

I niſi per uoluntatem eius, ſicut in vna ſcola Magiſter docet omnes pueros huius ciuitatis, quia nullus docetur niſi ab eo. Alio modo vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, ideſt nullum genus hominum excipit a ſalute, quia olim tantum Iudæis, ſed modo omnibus præbetur. Et hoc magis facit ad intentionem Apoſtoli. Alio vero modo ſecundũ Dam. vt intelligatur de voluntate antecedente, non conſequente. In voluntate enim dei, licet non ſit prius, & poſterius, dicitur tamen voluntas antecedens, & conſequens. Item ſecundum ordinem volitorum, ſecundum quòd voluntas poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet in vniuerſali, vel abſolute, & ſecundum aliquas circunſtantias, & in particulari. Et prius eſt abſoluta conſideratio, & in vniuerſali quàm in particulari, & comparata. Et ideo voluntas abſoluta eſt quaſi antecedens, & voluntas alicuiꝰ rei in particulari, eſt quaſi conſequens. Exemplum de mercatore qui vult oẽs merces ſuas ſaluare abſolute, & hoc voluntate

K antecedente. Sed ſi conſideret ſalutem, non vult omnes merces per comparationem ad alia ſaluare, ſ. quando cum ſalute ſequitur ſubmerſio nauis. Et hęc voluntas eſt conſequens. Sic in deo, ſalus omnium hominum ſecundum ſe conſiderata habet rationẽ, vt ſit volibilis. Et Apoſtolus hic ita loquitur, & ſic eius voluntas eſt antecedens. Sed ſi conſideretur bonũ iuſtitiæ, & quòd peccata puniantur, ſic non vult. Et hæc eſt voluntas cõſequens. Et ſubdit. *Ad agnitionem veritatis*. Quia ſalus non eſt niſi per agnitionem veritatis. Io. 8, Agnoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde cum dicit. *Vnus &c.* probat quod dixerat per rationẽ, & ſunt tres probationes. Vna ex parte dei, alia ex parte hominis Chriſti. Tertia ex parte teſtiũ Chriſti. Dicit, ergo quòd deus velit omnes &c. patet. *Quia vnus eſt deus*. omnium, qui ſaluat. Ro. 3. An Iudæorum deus tantum? an non & Gẽtium? immo & Gentium, quoniam quidem vnus deus &c Tunc ponitur ratio ex parte hominis Chriſti, ibi. *Vnus, & mediator &c.* Vbi primo probat intentum, ſecundo inducit ſignum, ibi. *Qui dedit* Dicit ergo. *Homo Chriſtus Ieſus eſt mediator dei, & hominum*, Non

quorundam,

quorundam, ſed inter deum & omnes homines, & hoc non fuiſſet niſi vellet omnes ſaluare. Et poteſt dici quòd Chriſtus mediator eſt ſimilis vtrique extremo, ſcilicet Deo & homini inquãtum deus, & inquantum homo, quia medium debet habere aliquid de vtroque extremorum. Et hæc ſunt homo & deus. Sed quia medium eſt diſtinctum ab vtroq; extremorum, & hilius non eſt alius deus a patre, ideo melius eſt dicendum, ꝙ mediator eſt ſecundum quòd homo. Sic enim comunicat cum vtroque extremorũ. In deo enim ſunt duo, ſcilicet iuſtitia & immortalitas, in hominibus vero eſt iniuſtitia & mortalitas. Media ergo ſunt duo. Vnum in quo eſt iuſtitia & mortalitas. Aliud in quo eſt immortalitas & iniuſtitia. Et vtrumq; eſt medium, ſed primum medium conuenit Chriſto, ſecundũ vero diabolo. Et ideo diabolus eſt medium diſiungens, quia per iniuſtitiam ſuam diſiungit nos a diuina iuſtitia, ſed Chriſtus eſt medium coniungens, quia eſt iuſtus & mortalis & per ſuam mortem coniungit nos dei iuſtitiæ. 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, pro aliquibus efficaciter, ſed pro omnibus ſufficienter, quia pretium ſanguinis eius, eſt ſufficiens ad ſalutem omnium: ſed non habet efficaciam niſi in electis propter impedimentum.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA dixit ꝙ deus vult omnes ſaluos fieri, & probauit hoc ex parte dei, qui eſt vnus omnium, & ex parte Chriſti qui eſt vnus mediator omnium: hic probat idem ex parte teſtimonii. Et primo inducit alios teſtes: ſecundo ſuum teſtimonium, ibi *In quo poſitus ſum*. Dicit ergo, dedit ſe pro omnibus. Sed numquid ſubito deo in mentem venit, vt qui elegerat ſaluare Iudæos ſolum, vellet ſaluare totum mundum? hoc excludens dicit *Cuius teſtimonium temporibus ſuis*. quaſi dicat, Hæc lex non eſt ſubita, ſed antiquitus atteſtata per legem, & per prophetas. Eſa. 44. Vos eſtis teſtes mei. Act. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibẽt &c. *Confirmatum eſt*. ſcilicet impletione & oſtenſione ſignorum, & prędicatione apoſtolorum. *Temporibus ſuis*. ſcilicet quibus prædeterminatum erat fieri. Eccl. 3. Omnia tempus habent. Vel teſtimonium apoſtolorum confirmatũ eſt temporibus determinatis. Act. 1. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ &c. Deinde cum dicit, *In quo poſitus ſum*. ponit teſtimonium

D ſuum, Et primo oſtẽdit ſuũ officiũ: ſecundo officii ſui vſum, ibi *Veritatem*. Dicit ergo, *In quo* ſcilicet officio teſtificandi. *Poſitus ſum* ſcilicet a deo. Ioan. 15. Poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, *Ego prædicator*, quia ad hoc me poſuit, vt prædicarem. Mar. vlti. Euntes in mundũ vniuerſum prædicate euangeliũ omni creaturæ. Sed in quolibet artificio ſunt duo, quidã miniſterialiter operantes, quidam qui diſponunt de aliis, ſcilicet architectores: ſed in officio eccleſiæ diſponẽtes ſunt apoſtoli, & ideo dicit *Apoſtolus*, quaſi cum authoritate. 1. Cor. 9. Signaculum apoſtolatus mei vos eſtis in domino. Vſus autẽ officii eſt prædicare veritatem, & hoc eſt officium prædicatorũ vt veritatem dicant. Prou. 8. veritatẽ meditabitur guttur meũ. Ephe. 4. Loquimini veritatẽ Sed non eſt aliqua doctrina, quæ non habeat aliquã veritatem: ſed in hoc dãnatur aliqua doctrina, quia miſcet veritati falſitatem. Et ideo dicit *Veritatem dico, non mentior*. Prou. 8. Recti ſunt omnes ſermones mei. Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et hic eſt vſus officii. ſ. veritatem ſine mendacio prædicare, qui competit meo officio qui ſum, *Doctor gentium*. Doctor autem generat ſcientiam in anima diſcipuli. Scientia autẽ non eſt de falſo: vndẽ docens falſum non eſt doctor. Sed contra, Matt. 23. Nolite vocari rabbi. Reſpondeo. Non prohibet miniſteriũ doctrinæ, ſed ambitionem officii. Actu. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum &c. Eſa. 49. Dedi te in lucem gentium &c. Et debeo eas docere. *In fide & veritate* quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit in fide, ideſt, de his quæ pertinent ad ſtatum præſentem in quo ſecundum fidem viuimus, & in veritate quantũ ad ſtatum gloriæ. Deinde cum dicit *Volo*. Deſcendit ad ſpeciales gradus hominum. Et circa hoc duo facit, quia primo monet viros de oratione: ſecundo mulieres, ibi, *Similiter & mulieres*. Dicit ergo, *Volo, &c.* Tria exigit a viris in orando, primo quòd oratio ſit aſſidua, ſecundo pura, tertio quieta. Aſſidua vt in omni tempore & in omni loco. Et dicit *Volo*, quia bonum eſt quòd

A homo oret, & ego doctor. *Volo viros orare in omni loco*, non in Hieruſalem tantum, vt Iudæi, nec in monte Garizim, vt Samaritani. Ioan. 4. In omni loco poteſt homo ſpiritualiter, & mẽtaliter orare. Soph. 2. Adorabunt eum viri de loco ſuo: omnes inſulæ Gentium &c. Sed quomodo dominus reprehendit Phariſæos ſtantes in angulis? Matth. 6. Reſpondeo. Oratio mentalis vbique poteſt fieri, ſed ſigna orationis exterius, non debent fieri in omni loco, quia homo non debet ſingularis apparere in exterioribus, quia propter hoc poſſet habe

B ri inanis gloria Sed quare nunc ſunt factæ Eccleſiæ? Reſpõdeo: Non quòd locus ſit de neceſſitate orationis, ſed ad bene eſſe eiꝰ, quia oratio requirit ſolitudinem & quietem. Item pura. Ideo dicit, *Leuantes puras manus*. Aug. quod exterius orando agimus, facimus vt affectus noſter interius excitetur. Genuflexiones. n. & huiuſmodi non ſunt per ſe accepte deo, ſed quia per hæc tã quam per humilitatis ſigna homo interius humiliatur, ſicut eleuatio manus ſignificat eleuationem cordis. Treñ. 3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlo. *Leuantes &c.* ideſt, orantes cum deuotione cordis. Iob. 8 Si diluculo conſurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Item quieta. Ideo dicit. *Sine ira & diſceptatione*. Et ponit duo. primo vt ſcilicet mens ſit ſine ira, quæ animum inquietat ad inferendum nocumentum proximo,

C a qua oportet liberum eſſe animum orantis. Eccle. 28. Homo homini ſeruat iram, & a Deo quærit medelam. Item liber debet eſſe homo a diſceptatione, quod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſecundum glo. vt non diſceptemus contra deum increduli verbis eius, & murmurando contra eius ordinationem. Rom. 9. O homo tu quis es qui reſpondeas deo &c. Item contra proximum, vt non rumpamus pacem cum eo, quod fit per diſceptationem. Pax enim eſt neceſſaria oranti. Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quam petierint, fiet illis a patre meo. Deinde cum dicit. *Similiter & mulieres*. Ordinat mulieres, & primo quantum ad orationem: ſecundo quantum ad doctrinam, ibi. *Mulieres in ſilentio*. Item primo oſtendit quid requiratur a muliere orante, ſecũdo exponit quæ dixerat, ibi *Non in tortis*. Circa primum ſciendum eſt, quòd omnia, quæ requiruntur ad virum orantem, requiruntur, & ad mulieres. Et ideo dicit. *Similiter, & mulieres*, Quaſi dicat: Omnia ſeruẽt, quæ dicta ſunt. Sed addit duo, ſcilicet ornamenta, & verecundiam, dicens. *In habitu ornato cum uerecundia*. Cuius ratio eſt, quia naturale eſt quòd ſicut mulieres ſunt mollioris corporis quàm viri, ita, & debilioris rationis. Rationis autem eſt ordinare actus, & effectus vniuſcuiuſque rei. Ornatus vero conſiſtit in debita ordinatione, & diſpoſitione. Sic in interiori decore niſi ſint omnia ordinata ex diſpoſitione per rationẽ, nõ habent pulchritudinem ſpiritualem. Et ideo, quia mulieres deficiunt a ratione, requirit ab eis ornatum. Item verecundia eſt de turpi actu, & ideo eſt laudabilis in illis, qui facile ſolẽt declinare in actus turpes, cuiuſmodi ſunt iuuenes, & mulieres, & ideo hoc in eis laudatur, non autem ſenes, & perfecti. Eccleſia, 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Item ſobrietatem requirit, vnde ſequitur. *Et ſobrietate*. Quia enim in mulieribus ratio eſt debilis, ſobrietas autem conſeruat virtutem

E rationis, & ideo in mulieribꝰ maxime reprehenditur ebrietas. Vnde antiquitus apud Romanos eis non dabatur vinum. *Non in tortis crinibus & auro &c.* Exponit quod dixerat, & primo de ornatu: ſecundo de verecundia, ibi, *Sed quod decet*. Circa primũ, primo excludit ornatum corporalem: ſecundo ponit ſpirituale, ibi. *Sed quod decet*. Circa primum dicit. Quod dixi de habitu ornato, non intelligo de exteriori, quia. *Non in tortis crinibus*, ideſt, non ornata capite vel toto corpore. Sed præcipue mulieres ornant caput quod eſt naturale mulieri, vt dicitur. 1. Corinthiorum. 11. Et ideo ornamenta in capite habent. In capite vero eſt duplex velamentum. Vnum eſt naturale, ſcilicet capilli, vt dicitur. 1. Corinthiorum. 11. Item artificiale, & in vtriſque ſe ornant, quia capillos torquent. Vnde dicit, Non in tortis, ideſt, in criſpatis. Eſa. 3. Erit pro criſpanti crine caluitium. Item artificialia prohibet, cum dicit. *Aut auro, aut margaritis*. 1. Pet. 3. Non extrinſecus capillatura, & circundatio auri, aut indumenti, aut veſtimentorum cultus &c. Vel non in tortis crinibus, & auro, ideſt, non habentes crines tortos auro, vel margaritis, Quantum vero ad totum

corpus, dicit. *Vel veste pretiosa*, hoc enim damnat Apostolus hic, & Esaiæ. 3. Sed nunquid hoc est peccatum? Respondeo. Dicendum est quòd secundum Augustin. duo sunt consideranda in ornatu mulierum, scilicet simplex ornatus, & fucatus. Simplex ornatus, puta in veste, & auro, & huiusmodi, quod potest fieri cum peccato tribus modis, scilicet, ex praua intentione, vt si intendant commotionem cōcupiscentiæ: ostentationem, vel inanē gloriam. Prouerbiorum. 7. Præparata ad capiendas animas. Secundo, si fiat præter consuetudinem patriæ, quod fit diuersimode. Quod enim excedit modum consuetum patriæ, hoc ex leuitate animi est. Tertio, si conditionem sui status excedit. Sed seruata recta intentione, consuetudine patriæ, & conditione status, non est peccatum. De fucato autem semper est peccatum. Mulieribus enim non permittitur ornari nisi propter viros, & viri nolunt decipi, vt fucatæ eis appareant. Sit ergo non talis ornatus. *Sed qualis decet mulieres, promittentes pietatem*. Exteriora enim opera hominis sunt quasi quædam professio interioris hominis, sicut religiosi ad hoc habent habitū, & clerici similiter. Vnde, nisi concordet interior cum exteriori, est fictio. Ita etiam de aliis operibus interioribus. Interioribus enim debemus colere pietatem, idest, cultum dei habere, exterius vero promittere, & per bona opera, quæ concordant pietati, & similiter habere interius, sicut ostendimus exterius. Vel dico, quòd debent se ornare non exterius, *Sed secundum quod decet eas, promittentes*, idest, quæ promittere debent. *Pietatem per opera bona*. Ecclesia. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo.

LECTIO III.

Mulier in silentio discat, cū omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virū, sed esse in silentio. Adā.n. primus formatus est, deinde Eua, & Adā nō est seductus, mulier aūt seducta in prævaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationē: si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione, & cum sobrietate.

LECTIO TERTIA.

SVPERIVS Apostolus ordinauit mulieres quo ad orationem: hic ordinat eas quantum ad doctrinam, & primo ponit suam ordinationem circa earum doctrinam: secundo rationem ordinationis assignat, ibi. *Adam enim primus*. Tertio, respondet tacitæ quæstioni, ibi. *Saluabitur autem*. Item, primo ostendit, quid mulieribus conueniat: secundo, quid eis non competat, ibi. *Docere autem*. Circa primum, tria ponit eis competere, scilicet taciturnitatem, disciplinam, & subiectionem, quæ tria ex vna ratione procedunt, scilicet ex defectu rationis in eis, quibus primo indicit silentium, dicens. *Mulier in silentio discat &c.* Iac. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. & 1. Corinthiorum. 14. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, &c. Nam verba mulieris sunt inflammantia. Ecclesi. 9 Colloquium illius quasi ignis exardescit. Secundo, vt discant, quia eorum qui deficiunt ratione, proprium est addiscere. 1. Corinth. 14. Si quid volunt discere, domi viros suos interrogent &c Viris autem datur, quòd doceant. Tertio, indicit subiectionem, q̄a naturale est quòd anima dominetur corpori, & ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut Philosophus docet. Quandocunque aliqua duo ad inuicem sic se habent, sicut anima ad corpus, & ratio ad sensualitatem, naturale dominium est eius, qui abundat ratione, & illud est principans, aliud autem est subditū, quod scilicet deficit ratione. Gene. 2. Sub viri potestate eris. Item excludit ea, quæ eis nō cōpetunt, dicēs. *Docere autem &c.* Et sunt duo scilicet, vt non doceant. Sed contra, Prouerbio. vltimo. Erudiuit eum mater sua &c. Respondeo, Dicendum est quòd doctrina, alia est publica, & hæc non competit mulieri, & ideo dicit, *In Ecclesia*. Alia est priuata, & hac, mater erudit filium. Sed contra. Iudi. 5. Delbora erudiuit populum Israel. Respondeo, illa eruditio est per spiritum prophetiæ, & gratia Spiritussancti non discernit inter virum, & mulierem, non tamen publice prædicabat, sed instinctu Spiritussancti consilia dabat. Secundo, interdicitur eis dominium in virum. Ecclesia. 25. Mulier, si primatum habeat contraria est viro suo. Et Philosophus dicit quòd dominium mulierum, est corruptio familiæ, sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo, contra duo, quæ competunt eis, sed primum repetit, scilicet. *Sed esse in silentio*. Deinde cum dicit. *Adam enim*. Assignat rationem eius quod dixerat, & primo ex ordine creationis, secundo ex ordine culpæ, ibi. *Et adam non est seductus*. Circa primū, sciendum est quòd in ordine rerum, perfectum, & imperfectum diuersimode ordinantur, quia in vno, & eodem imperfectum præcedit tempore, & perfectum præcedit natura: quia natura tendit ad perfectum, sed in diuersis perfectum est prius tempore, & natura, quia natura semper incipit a perfectis. Et hunc ordinem agit hic, quia vir perfectus est in natura humana, mulier vir occasionatus. Vnde primo, formatus est Adam. Genes. 2. Formauit deus hominem de limo terræ. Secundario, mulier sicut quoddam imperfectum a perfecto originatum, scilicet de costa. 1. Corinthiorum vndecimo. Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro est. Et inde est, quòd homo non dicitur factus propter mulierem, sed ad similitudinem dei. Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Mulier autem propter virum, ideo vir debet præesse. Item, ex parte culpæ. Ordo enim generationis, & corruptionis est contrarius, quia quod est primum in generatione, est vltimum in corruptione. Peccatum autem est corruptio naturæ, & ideo generatio incipit primo ab Adam, sed corruptio a muliere. Vnde dicit, Adam non est seductus, scilicet primo, quia fortior erat, sed tentator incepit a debiliori, vt facilius seduceretur fortior. Alludit autem hic verbis Adæ. Genes. 3. Cum enim dominus reprehendit Adam, dixit, Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit mihi, &c. Et ideo dicit. *Adam non est seductus, sed mulier*. Seductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & in particulari eligibili, quæ est ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali, quando, scilicet credidit quod serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quòd gerendus esset mos vxori, & cum ea comedere deberet, & inexpertus diuinæ seueritatis credidit quòd facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia est pæna peccati, ergo pæna præcessit culpam. Respondeo, Dicendum est quòd non præcessit, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo quòd alius esset de ea solicitus, & ex illa elatione seducta est, vnde elatio præcessit. Deinde cum dicit. *Saluabitur autem* Respondet cuidam tacitæ quæstioni, quia diceret quis, quòd si mulier non est propter virum, & ex ea est initium peccati, ergo viro est nociua, sed si aliquid non est propter aliud, sed est ei nociuum, debet tolli, ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo, quòd duplex est salus: scilicet temporalis, & hæc est communis, etiam brutis. Alia est æterna, & hæc est propria hominum. Esaiæ. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Vtranque autem salutem mulier non amisit. Non temporalem, quia statim non priuatur sexu muliebri propter generationem prolis, nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ, & gloriæ. Et ideo quantum ad primum dicitur. *Saluabitur*, idest, non extirpabitur & hoc. *Per generationem filiorum*, ad quam est a deo ordinata. Quantum ad secundum, dicit. *Si permanserit*. Sed quia, *Si* importat causam, nunquid quæ non permansit non saluabitur, cum Apostolus dicat, quòd mulier melius facit, si non nubat? Respondeo, vno modo, potest esse locutio figuratiua: & sic per virum, ratio superior intelligitur. ratio inferior est mulier: opera bona sunt filii inferioris rationis, & charitas, quam per virum concipit, & per hæc saluabitur. Alia est expositio literalis, vt ly. *Per*, non dicat causam, sed repugnantiam. Et est sensus. *Mulier saluabitur*, etiam, si incedat per generationem, scilicet, si nubat, & non sit virgo. Et tunc ly. *Per*, dicit augmentationem salutis, quasi per generationem filiorum ad cultum dei, magis saluabitur. Ecclesiastici septimo, Filii tibi sunt, erudi illos, & incurua illos a pueritia illorum. Quo ad salutem æternam consequendam, tria ponit. Primo, aliquid quo ad intellectum. Secundo, quo ad effectum. Tertio, quo ad exteriorem actum. In intellectu est fides per quam intellectus Christo subiicitur. Vnde dicit. *In fide*. Hebræorum vndecimo. Sine fide impossibile est placere deo. Et quia fides nihil valet sine dilectione, ideo quo ad effectum statim subiungit, dicens. *Et dilectione*. Primæ Corinthiorum, tertiodecimo, Si habuero omnem fidem, ita, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, & cætera. In exteriori autem, ponit duo contra lasciuiam, quæ consistit in duobus, scilicet in luxuria. Et quantum ad hoc dicit. *In sanctificatione*, idest, in castitate, 1. The. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, &c. Item in crapula, contra quod dicit. Cum sobrietate. Tit. 2. Sobrie, iuste & pie, viuamus in hoc sæculo.

LECTIO PRIMA.

SVPRA instruxit Timotheum de pertinentibus ad fidem rectam, & cultum dei. hic agit de instructione, officiorum ecclesiasticorū. Et primo, ponitur institutio. Secundo, suæ institutionis occasio seu necessitas, ibi. *Hæc tibi scribo*. Item primo, instruit de pertinentibus ad episcopum. Secūdo, quo ad diaconos, ibi. *Diacones similiter*.

CAPIT. III. LEC. I.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, nō uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

Sed cum secundum Dionysium tres sint ordines, scilicet episcoporum, qui præficiunt, præsbyterorum, qui illuminant, diaconorū, qui purgant: quare nō facit mētionem de presbyteris? Respōdeo, Dicendū est ꝙ præsbyteri intelliguntur cum episcopis: non quòd sit indistinctio inter ordines quantum ad rem, sed quantum ad nomina: quia præsbyter idē est quod senior: & episcopus superintendens. Et ideo presbyteri, & episcopi quantum ad nomen vocabantur, & episcopi, & præsbyteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniendi ad episcopatum. Secundo describit conditionem episcopi, ibi. *Oportet autem*. Præmittit ergo suæ institutionis assertionem, dicens. *Fidelis sermo*, scilicet, quem dicam vel dixi. Apoc. vlti. Hæc verba fidelissima & vera sunt. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Ex hoc sumpserunt aliqui occasionem ambitionis episcopatus, & prælationis Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus enim hic voluit ostendere quid pertineat ad episcopum. Episcopus est nomen græcum; scopos enim idem est quod intendens, epi. i. supra, episcopus ergo dicitur quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo, scilicet gradus superior, & actio plebi vtilis. Aliqui enim proiiciunt forte oculum ad ea, quæ circunstant eum, s. quòd qui præest honoratur, & quòd habet potestatem. Et qui propter ista desiderat episcopatum, nescit quid sit episcopus. Et ideo dicit Apostolus quid sit episcopus, & quid desiderat, qui episcopatum desiderat, quia bonum opus, Non dicit bonum desiderium habet, sed bonum opus, scilicet vtilitatem plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit quod non. Glo. Locus superior sine quo regi non potest populus, & si teneatur, & administretur decenter, tamen indecenter appetitur. Et idem dicit. 19. de ci. Dei, Cuius ratio est, quòd nullus debet appetere aliq̄d supra vires suas non sibi proportionatum, aliàs esset stultus. Horatius, Ludere q̄ nescit, campestribus abstinet armis, Ille ergo bene episcopatum desiderare posset, cuius facultas episcopatui esset proportionata. Ad hoc autem nullus est idoneus: quia prælatus secundū gradum, & conuenientiam debet omnes alios excedere in conuersatione, & contemplatione: ita vt in respectu sui, alii sint grex. Et hanc idoneitatem de se præsumere, est maxime superbiæ, aut ergo appetit circunstantias, & tunc nescit quid appetat, quia nō est hic episcopatus, vel ipsum opus, & hoc est superbiæ. Et ideo non est accipiendum nisi impositum. Glo. si dicis, status episcoporum est perfectior statu religiosorum, hunc autem licet appetere, igitur. Respondeo. Perfectio aliter se habet in hoc, & in illo, q̄a status episcoporū præsupponit perfectionem, & ideo nullus appetere debet nisi habeat eā, sed status religiosorum est via, & ideo non requiritur perfectio iam habita, sed quòd teneatur acquirere eam nisi habeat, & hoc patet. Ioann. vlti. Vbi dominus Symoni, non dicit, Si vis perfectus esse pasce &c. Et iuueni dicit, Si vis perfectus esse &c. Sic ergo intelligendum est in nomine episcopatus bonum opus. 1. Pet. 5. Non vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis &c. Quasi dicat: Si tu episcopatum desideras, hoc est quod desideras, quia bonū opus. Sed qualis debeat esse episcopus ostendit, cum subdit. *Oportet episcopum &c.* Quem primo instruit in generali. Secundo, in speciali, ibi. *Vnius vxoris*. Dicit ergo. Dico quòd bonum opus desiderat, sed ad hoc, non omnis est idoneus, sed oportet quòd sit talis: primo irreprehensibilis. Vnde de Zacharia dicitur Luc. 1. quòd incedebat in omnibus mandatis, & iustificationibus sine querela. Leu. 21. Qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Nec intelligendum est, quòd omnino sit sine p̄cō: q̄a dr̄. 1. Io. 1. Si dixerimus &c. Nec est dicēdū sicut aliq̄ dixerūt, ꝙ quicunq; peccauit mortaliter post baptismū, nō est idoneus, q̄a pauci essent tales: sed irreprehensibilis. i. nō subiectus alicui p̄cō, vnde ab aliis rephendi posset, q̄a indecēs est, si rephēsibilis sit rephensor. Mat. 37. Eiice primū trabē &c. Deinde cū dicit. *Vnius vxoris &c.* Instruit eū in speciali, & primo quātū ad se. Scd̄o quantū ad multitudinem, ibi. Filios habentem. Iterū prima in duas, quia primo, ostendit quibus virtutibus ornetur. Secundo a quo mens debet esse immunis, ibi. *Non uinolentum*. Omnis autem moralis virtus, est primo circa passiones, & sunt duo quæ faciunt sanctitatem, s. castitas, & sobrietas: quia per delectationem, vel delectabilia carnis, maxime inquietatur anima. Et iō primo ponit q̄d pertinet ad castitatem, dicens. *Vnius uxoris uirum*. Simile Tit. 1. In hoc autē discordia videtur esse inter Augustinū, & Hieronymū. Hieronymus. n. dicit ꝙ hoc ītelligiē post baptismum, q̄a si ante baptismum duas habuit vxores, vel vnam primo, & aliam postea, nō impeditur ab ordinatione, q̄a per baptismū omnia delentur. Augustinus, & Ambrosius contrariū dicunt, quia siue ante, siue post, si duas habuit non ordinatur. Et nunq̄d baptismus omnia delet? Respondeo, sic, quo ad peccata, non aūt quo ad irregularitatē, q̄ interdum ēt sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutione, sed matrimonium non est peccatum, ēt in paganis. Sed quæ est causa huius institutionis? Nunq̄d non magis impeditur q̄ multas concubinas habet? Respondeo, Dicēdum ꝙ hoc fit non p̄p incontinentiā tātum, sed propter representationē sacramenti, q̄a spōsus ecclesiæ est Christus, & vna est ecclesia. Can. 5. Vna est columba mea. Scd̄o agit de sobrietate dicens, *Sobrium*. Tit. 2. Sobrie, & pie, & iuste viuamus in hoc seculo, &c. Hic enim docet episcopum, qui dicitur superintendens, vt vigilet. Luc. 1. Pastores aūt erant &c. Et ebrietas obstat vigiliis. 1. Pet. vlt. Sobrii estote &c. Tertio, ordinat rationē, dicens. *Prudentem*, quia hæc est regitiua omnium virtutū, & episcopus eligitur, vt alios regat. Mat. 10. Estote prudentes. Mat. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens &c. Cōsequenter ponit virtutes, q̄ ordinant actiones exteriores. Primo, quantū ad se. Scd̄o, quantum ad alios. Quantū ad se, dicit. *Ornatum, pudicum*. Ornatus est quando bene componitur in actibus, & dictis. Ornatus. n. importat pulchritudinem quæ consistit in proportione. Vnde tunc est ornatus, quando agit, & loquitur, vt decet. Ecclesia. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Hoc requiritur in episcopo, quia per exteriora iudicamus de interioribus. Ecclesia. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiant de illo: quia prælatus ponitur in aspectu hominum, oportet ꝙ sit ornatus. Vnde dicitur de Ambrosio, ꝙ quosdam ordinare nolebat, quia dissolute incedebant. Item quandoque contingit, ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in aliis vel agentibus vel dicentibus, & ad hæc debet habere pudicitiam, vt verecundetur, si videat vel audiat. Aug. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Ecclesiast. 7. Gratia n. verecundiæ illius super aurum. Deinde cū dicit. *Hospitalē &c.* agit de episcopo in comparatione ad alios. Imponitur aūt episcopo, vt pascat oues. Ioā. vlt. & 1. Pet. vlt: Et duplex est eleemosyna, s. corporalis, & spiritualis. Ergo debet in vtraque pascere. Quantum ad primum dicit. *Hospitalem* s. peregrinorum, & hospitum. Rom. duodecimo. Hospitalitatem sectantes. Heb. vlt. Hospitalitatem nolite obliuisci, &c. Iob. 31. Ostium meum viatori patuit &c. Quantū ad scd̄m dicit *Doctorem*. Eph. 4. Alios pastores, & doctores &c. Et hoc est officium propriū prælati. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina &c. Consequenter cum dicit. *Non vinolentum &c.* Remouet vitia opposita. Tria āt remouet. Vnum q̄d pertinet ad concupiscentiam carnis aliud ad iram aliud ad cupiditatem, Quantum ad primum dicit. *Non vinolentum* Minus dicit, & plus significat. Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. q. d. non gulosum, non luxuriosum. Quantum ad iram duo ponit, primo, quantum ad actum dicit. *Non percussorem*. Decenter p̄hibet hoc post vina, quia ebrii de facili p̄cutiunt. *Sed modestum*, idest patientem. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Psalm. 91. Bene patientes erunt vt annuntient. Christus passus non percutiebat. Secundo, quantum ad uerba, cum dicit. *Non litigiosum*. 2. Tim. 2. Seruum dei non oportet litigare. 1. Corinthio. 11, Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Et hoc, quia episcopi sunt successores apostolorum, quos Christus instruxit, ut pacem annuntiarent. Item in passione sua Christus dixit, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Quantum ad res temporales dicit. *Non cupidum*, quia ponitur iudex, & ordinator ecclesiæ, q̄ si sit cupidus de facili declinat a iustitia. Exo. 23. Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum, sed heu. Hier. 6. A maiore vsque ad minorem, omnes auaritiæ student.

In Regula ad Monachos.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus, qualis debet esse episcopus secundum se. hic ostendit, qualis debet esse in comparatione ad multitudinem. Et primo, quo ad multitudinẽ domesticæ familiæ. Secundo, quo ad multitudinem ecclesiæ, ibi. *Non neophitum.* Tertio, ad multitudinẽ infidelium, ibi. *Oportet autem.* Item primo ostendit, qualis debet esse in comparatione ad familiam domesticam. Secundo, rationem huius assignat, ibi. *Si quis autem.* Item primo ostendit, quòd ab episcopo requiritur gubernatio debita familiæ. Secundo, bona instructio filiorũ ibi. *Filios habentem.* Dicit ergo, Oportet episcopum bene præesse domui, idest, familię suæ, vt eam bene gubernet. Bona autem gubernatio non solum est acquisitio diuitiarum, quia ea non sunt finis yconomiæ, sed instrumẽta: sed finis eius est recta vita. Eccle. 44. Pacificantes in domibus suis. Specialiter autem in domestica familia præcipui sunt filii. Et ideo dicit de eis specialiter. *Filios habentem subditos*, idest, quòd suis filiis dominetur, nõ emolitus ex teneritudine amoris, quam quandoque extendit ad filios. Inter alia autem, quæ requiruntur in filiis episcoporum, quos habuerunt antequam essent episcopi, requiritur, quòd sint casti. Ideo subditur. *Cum omni castitate*, quia mala eorum vita, esset testimonium contra parentem, & prælatum. Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Sap. 4. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitię aduersus parentes in interrogatione sua. Secunda ratio est, quia ad domum episcopi concurrit populus, ideo oportet eos esse castos. Contra illud, primi Regum secundo, vbi filii Hely non casti, corrumpebant mulieres venientes ad templum: vnde, & Hely a domino est punitus. Deinde cum dicit. *Si quis autem.* Dicti sui rationem assignat. Posset enim dici: Quid ad episcopum, quod bene regat familiam, cui imminet cura communis? Et ideo dicit. *Si quis autem domui suæ &c.* propriæ familiæ. Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est. Contingit tamen frequenter, q̃ aliqui non sunt bene regitiui in paruis domesticis, qui tamen bene regunt in maioribus. Sed quod dicit. *Nescit*, hæc nescietia refert ad negligẽtiã. Nã q̃ parua negligit, de facili magna negligit, licet qui non curat de paruis, aliquãdo bene se habeat in maiorib⁹. Cõsequẽter ostẽdit, qualiter se habeat ad multitudinẽ ecclesiæ i qua nõ debet eẽ nouitius in fide, sed antiqu⁹. Vnde dicit, *Non neophitum*, idest, nouam fidem habentem. Actum. 1. Oportet eligere vnum ex his, qui nobiscum &c. Item, Nume. 11. Congrega mihi. 70. viros de senioribus, quos tu nosti quòd senes sint populi, ac magistri, & duces &c. Sed sicut dicitur. Sap. 4. Senect⁹ venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Contingit enim quandoque, quòd in aliquibus nouis superabundet gratia, & habent simul cum ætate iuuenili morũ senectutem, qui dispensatiue promouentur; sicut Ambrosius diuina inspiratione. Vnde hoc, quod dicit hic, ad eos pertinet, q̃ non solum ætate neophiti, sed & qui neophiti sunt perfectione. Et huius est ratio. *Ne in superbiam &c.* Quando enim aliquis de nouo veniens ad fidem, & ad conditionem aliquam promouetur, reputat se aliis meliorem, & valde necessarium, quasi nisi ipse esset, nõ haberent vnde prouideretur ecclesiæ. Et dicit. *Diabo li*, quia ipse condemnatus fuit propter peccatum superbiæ. Deinde cum dicit. *Oportet autem illum &c.* ostendit qualiter se habeat ad multitudinem infidelium, & ponit documenta. Primo, vt sit bonæ famæ. Collossen. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Et hoc necessarium est prælato, quia conuersatio totius congregationis iudicatur ex prælato. Sed contra. 2. Cor. 6. Per infamiam, & bonam famam. Respondeo, infamia insurgit quandoque ex culpa eius qui infamatur, & hanc prohibet hic, quandoq; ex malitia detrahentium, & in hac oportet habere patientiam, & de hac loquitur Apostolus ibi. Sed hic loquitur de assumendo in episcopum, qui, & si sit bonus, & infamatur falso, debet patienter ferre. Secundo assignat rationem. Vnde subdit. *Vt non in opprobrium, &c.* Vbi tangit duplex periculum, scilicet, ne fiat opprobriosus, & per hoc eius authoritas minuatur, & p̃ consequens auferatur audacia corrigendi. Matt. 7. Eiice primum trabem &c. Secundo, *Ne incidat in laqueum diaboli*, quandoque, scilicet, impatienter sustinendo, per quod, infamis cõcitetur ad odia, & desperet, & huiusmodi. Et quòd prælatus sit odiosus laycis, contingit, si negligit cultum diuinæ laudis. Malach. 2. Irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum, propter quod dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Deinde cũ dicit *Diaconos &c.* Ostendit pertinentia ad diaconos, quod in græco idẽ est, quod ministri. In primitiua enim ecclesia solum erant tres ordines, vt dicit Dionysius, scilicet, episcoporum, præsbyterorum, & ministrorũ, & non diuidebantur per diuersos gradus, sed omnia erãt in vno ordine, propter paucitatẽ ministrorũ, & ꝓꝑ nouitatẽ ecclesiæ. Primo ergo ostendit, quales debent esse secundũ se. Secundo, quãtũ ad alios ibi, *Mulieres.* Itẽ primo ostendit quales debent esse. Secundo quomodo examinandi sunt, ibi, *Et hi.* Itẽ primo ostendit, quales debent esse quantũ ad eorũ proprium corpus. Secundo, quantũ ad res exteriores, ibi, *Non turpe.* Tertio, quãtum ad alia ibi, *Habentes &c.* Item quantum ad corpus, primo ostendit, quo ad totius corporis qualitates. Secundo, quantum ad oris refrenationem. Dicit ergo: Dico, quòd episcopi debent esse pudici, similiter oportet diaconos esse, quia contrarium pudicitiæ facit ineptum ad spiritualia, quia denegat animum a spiritualibus, quẽ necesse est tales habere eleuatum. Esai. 52. Mundamini, qui ferris vasa domini. Lucæ duodecimo, Sint lumbi vestri præcincti. Deinde ostendit, quales debent esse in ore. Os seruit locutioni, & gustui. Quantum ad primum dicit, *Non bilingues.* Ecclesia. 28. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos a gente in gentem. Bilinguis est habens duas linguas. Non erunt tales diaconi ministri pacis. Quantum ad secundum dicit, *Non multo.* Prouerb. vigesimotertio, Cui veh? Cuius patri veh? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffossio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Esa. 5. Væh qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Deinde cum dicit, *Non turpe lucrum sectantes.* Ostendit, quomodo se habeant ad res exteriores. Non solum enim diuertitur a iustitia, quandoque propter cupiditatem lucri, sed etiam a veritate, dicentes, quæ non oportet. Et ideo prohibetur eis temporale lucrum, in quo intelligitur omne lucrum inhonestum. Sed quantum ad affectionem dicit *Habentes &c.* Et instruit eos. Primo, quantum ad fidem. Secundo, quantum ad conscientiæ puritatem. Vnde dicit *Mysterium fidei.* non fidem, idest, non tantũ fidem simplicem, sed intelligentiam eius, quod in fide occultum est. Mysterium enim idem est quòd occultum: quia ministri debent scire non tantum ea de fide, quæ & populus intelligit, sed & mysteria, quia debent alios instruere. 1. Petr. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe &c. Item, conscentiam puram, quia impura facit in fide errare: supra primo. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Deinde cum dicit; *Et hi probentur primum, & sic &c.* Ostendit, quomodo examinentur. Posset enim dicere aliquis: Puto omnes bonos: hoc enim debet esse in tua reputatione. Sed quantum ad eorum promotionem omnes sunt examinandi. Vnde etiam ipsi examinantur, vnde dicit, *Et hi &c. Nullum crimen.* idest, peccatum mortale, non autem intendit de peccato veniali: quia vt dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Nec dicit, qui habuerunt, sed *Habentes*, idest, qui sunt notabiles & habet infamiæ crimen. Alioquin hoc esset derogare clauibus ecclesiæ. Deinde cum dicit, *Mulieres &c.* Ostẽdit, qualiter se habeant ad alios. Et primo ponit suam instructionem. Secundo rationem, ibi *Qui enim habent.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit, qualiter se habeant ad vxores, quas habebant in primitiua ecclesia, & loquitur pro statu illo. Secundo, quomodo ad filios, ibi *Qui filijs*, Iterum prima in duas, quia primo ostendit, quales debent esse eorum vxores. Secũdo, qualiter ipsi habeant se ad illas, ibi *Diacones.* In vxoribus eorum requirit quatuor, scilicet pudicitiam, modestiam, sobrietatem, & fidelitatem. Dicit ergo, similiter sicut dixi de diaconibus, dico de mulieribus, quia oportet eas esse *Pudicas.* Ecclesiast. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata.

LECTIO II.

SEd suæ domui bene præpositum, filios habentẽ subditos cum omni castitate. Si quis aũt domui suę ꝑesse nescit, quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? Non neophitum, ne in superbiam elatus, in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autem, & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, nõ bilingues, nõ multo vino deditos, nõ turpe lucrum sectãtes, habentes mysteriũ fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrẽt, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahẽtes, sobrias, fideles in omnibus.

Item modestas in lingua *Non detrahentes.* Ecclesia. 10. Quomodo si serpens mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Item *Sobrias*, quæ est maximum ornamentum mulierum: supra. 2. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate. Item *Fideles*, vel deo quantum ad veram fidem, vel viris suis. Sed quæ culpa est diaconi, si eius vxor est mala? Respõdeo: Aliquis a ministerio repellitur non solum propter culpã, sed etiã propter aliquod impedimentum ministerii. Et ideo si præter culpam eorũ possent mulieres esse malæ, tamẽ præstãt impedimentum dupliciter. Primo, quia cum malę sunt, indigent maiori cura, & per hoc earum viri minus vacarent ecclesiasticis ministeriis. Secundo, quia viri deprauantur ex vxoribus. Item esset in periculum, quia ministrorum ecclesiæ multi frequentant domos. Dixerunt autem Cathaphrigæ, quòd ex quo inter diaconos agitur de mulieribus, mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendum est, quòd in iure, aliquæ mulieres aliquando vocantur diaconissæ: non quia habeant huiusmodi ordinem, sed propter aliquod ministerium ecclesiæ: sicut in greco dicitur diaconus quilibet minister.

LECTIO TERTIA.

SVPRA ostendit Apostolus, quales debent esse diaconi & eorum vxores, hic ostendit, quomodo diaconi se habeant ad vxores, & ad filios & familiam. Et primo ponit documentum. Secundo eius rationem, ibi *Qui enim bene.* Dicit ergo. Dixi quòd mulieres diaconorum sint pudicæ. Et si in vxoribus est pudicitia habenda propter eos, amplius in ipsis est necessaria, vt sint omnino a contactu mulierum immunes. Sed quia secundum hoc pauci essent ministri, concedit quòd saltem sint vnius vxoris viri, quia habuisse plures est signum incontinentię & contra significationem sacramenti. Et inde est, quòd dominus instituit matrimonium vnius ad vnum. Vnde & prima vxor benedicitur, non secunda. Deinde monet qualiter se habeant ad filios, dicens *Qui filijs suis bene præsint.* scilicet bene erudiendo in disciplina bona & vita. Ecclesia. 7. Filii tibi sunt, erudi illos, &c. Consequenter hortatur eos bene præesse toti domui, idest familię, scilicet cum mansuetudine. Ecclesiast. 4. Noli esse sicut leo in domo tua &c. Et huius ponit rationem, dicens, *Qui enim bene ministrauerint &c.* quasi diceret, Quod requiris ab episcopis rationabile est, quia ipsi sunt prælati. Sed quare a diacono qui est minister? Respondet, dicens, *Qui enim &c.* Et primo ostendit quòd bonus vsus huius ministerii est via ad maiorem dignitatem. Secũdo etiam quòd est via ad vitã æternam. Quantum ad primum dicit *Qui enim bene ministrauerint.* exercendo officium diaconi. Quod enim est in græco dyaconus, in latino dicitur minister, *Gradum bonum sibi acquirent*, idest, promoueri merentur ad gradum altiorem. Matth. 25. Quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam &c. Et dicit bonum, quia supra eodem, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nec tamen in hoc est eorum finis, sed cum hoc remunerationem habent a deo. Ioan. 12. Volo, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Et ideo dicit *Multam fiduciam*, scilicet auxilii gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & hoc *In fide &c.* idest, per fidem Christi. 2. Corin. 3. Fiduciam talem habemus &c. Esa. 12. Fiducialiter agam & non timebo. Deinde cum dicit, *Hæc tibi scribo.* Ponit rationem omnium prædictarum monitionum. Et primo excludit causam opinatam. Secundo astruit veram, ibi, *Si autem.* Tertio assignat rationem ibi, *Quæ est ecclesia.* Circa primum sciendum est, quòd posset Timotheus credere quòd ex quo scripsit, de cætero eum non visurus esset, aliàs superfluum videretur eũ literis monere. Et ideo dicit *Hæc tibi scribo fili.* Et nominat eũ filium, quia sibi charissimus erat. 1. Corin. 4. Ideo misi ad vos Timo. qui est filius meus charissimus. Et dicit *Sperans.* quasi non certus. 2. Ioan. 1. Plura habens vobis scribere nolui per cartam & attramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui. Scribo igitur, licet spem habeam, quia spes in longum protrahi potest. Prouer. 16. Hominis est præparare animum, & domini linguam gubernare. Et ideo dicit, *Si autem tardauero &c.* 1. Thessal. 2. Sed sathanas impediuit nos. Ego igitur scribo. *Si tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari* Psalm. 67. Habitare facit vnius moris in domo, &c. Deinde cum dicit. *Quæ est ecclesia.* Assignat rationem, quare sic conuersandum in ea. Et assignat rationem huius causæ, quæ est duplex. Primo, commendando ipsam ecclesiam. Secundo, veritatem ecclesiæ, ibi. *Et manifeste.* Circa primum duo facit, quia primo commẽdat ecclesiam ex parte eius, cuius est ecclesia. Secundo ex ueritate ipsius ecclesiæ ibi. *Columna.* Ex parte eius cuius est ecclesia, quia est dei viui. Ecclesia dr̃ quasi adunatio, quia in ecclesia est adunatio fidelium. Ro. 8. Quos vocauit &c. Et adunantur in deum. Ioa. 17. Vt & ipsi in nobis sint vnum &c. Et ideo dicit. *Quæ est dei.* Et addit. *Viui*; ad distinctionem aliorum deorum ad quos congregantur gentes. Nã hi sunt mortui, sed deus ecclesiæ est viuus Io. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso &c. Est ergo sic in ea conuersandum, vt spiritualiter viuamus. Psalm. 92. Domum tuam domine decet sanctitudo &c. Secunda ratio est ex ueritate ecclesię. Naturale est enim homini vt desideret cognitionem veritatis, cum sit perfectio intellectua. Vnde Aug. dicit quòd beatitudo est finis hominis, quæ nihil aliud est quàm gaudium de veritate. Hoc innotuit philosophis per creaturas. Rom. 1. Sed in hoc vacillabant, quia non habebant certitudinem veritatis, tum qui erant corrupti erroribus, tum quia vix inuenitur apud eos quòd in veritate concordent. Sed in ecclesia est firma cognitio, & veritas. Vnde dicit. *Columna.* Eccl. 24. Thronus meus in columna nubis &c. Eccl. 26. Columnæ aureæ &c. Et dicitur aurea, quia in se sancta. *Et firmamentum*, scilicet quantum ad alios, quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclesiæ sacramenta. Luc. 22. Tu aliquando conuersus, confirma &c. Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius. Quia igitur ecclesia congregat in deo, & dat cognitionem veritatis, debemus esse in ea. Deinde cum dicit. *Et manifeste.* Commendat veritatem ecclesię. Et primo Christum, ad cuius manifestationem apparuit. Secundo de eius exaltatione agit ibi. *Assumptum.* Commendat autem Christum dupliciter. Primo, quantum ad naturam diuinam. Secundo quantum ad humanam, ibi, *Quod manifestatum est.* Dicit ergo. *Et manifeste &c.* Quia sacramentum idem est quod sacrum secretum. Nihil autẽ tam secretum quàm id, quod in corde gerimus. Multo ergo magis quod in corde dei, & secretum est, & sacrum. 1. Cor. 2. Quæ sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei &c. Esa. 24. Secretum meũ mihi. Esa. 45. Tu es deus absconditus. Et hoc est verbum dei in corde patris. Psalm. 44. Eructauit cor meũ verbum bonum. Hoc siquidem secretum est sacramentum pietatis, secretum autem hominis aliquando est vanum. Psalm. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In quantum ergo est restauratiuum mundi, est pietatis. Item magnum, quia est verus deus, cuius magnitudinis non est finis. Hoc ergo secretum quod latet in corde patris, factum est homo. Et ideo describit ipsum. Secundo quãtũ ad naturã humanã. Et primo, quãtũ ad carnẽ. Secundo quantũ ad animã. Quantum ad primũ dicit. *Quod manifestatum est in carne.* Sicut verbum quod latet in corde manifestatur verbo sensibili, ita verbum dei in corde dei latebat, sed in carne est manifestatum. Io. 1. Verbum caro factum &c. Quantum ad animam dicit. *Iustificatum est in spiritu.* Hoc dupliciter exponitur. Primo, ne credatur quòd caro prius sit concepta, dicit quòd non, quia in spiritu i. per spiritum sanctum conceptus est Mat. 1. Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Quod enim ex te nascetur vocabitur filius dei. Et hoc, quia Spiritussanctus superueniet in te &c. Vel in spiritu sancto humano, de quo Io. 19. Emisit spiritum. Et sic est manifestatum in carne, quod tamen est cum spiritu. Et dicò spiritu iustificato, scilicet, quia iustus est absque omni macula. Deinde cum dicit. *Apparuit.* Ostendit eius manifestationem, & primo factam angelis, secundo hominibus, ibi, *Prædicatum.* Dicit ergo sacramentum illud quod apparuit angelis, & excedit etiam cognitionem angelorum. Illud aũt dicitur apparere quod in potestate sua habet videri, & non videri, & non subest potestati videntis. Vnde non dicitur, lapis apparet mihi, sed video lapidẽ. Si ergo angel⁹ in sua natura vel potestate haberet q̃ videret verbum, non diceretur verbũ apparere sibi, sed q̃ ipse videret cũ uellet. Et ideo dicit Apostolus quòd apparuit angelis, quia non in sua natura viderunt ipsum. Et uerum est, quòd a principio apparuit angelis

LECTIO III.

DIACONI sint vnius vxoris viri, q̃ filijs suis bene prę̃sint, & suis domibus. Qui n. bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirẽt & multam fiduciã in fide, quę est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me venire ad te

lis, quando ex cõuersione ad se, ædificauit ipsos, sed quando est incarnatum, multa mysteria innotuerunt angelis, quæ non cognouerant antea. Et ideo dicit Beda, quòd in natiuitate apparuit angelis claritas, quæ non antea in veritate visa est hominibus. Et hoc dupliciter. Primo, quantum ad ministerium apostolorum. Secundo, quãtũ ad cognitionẽ populorũ, q̃ bus manifestatur. Olim siquidem solis Iudeis manifestabatur, sed nũc in Gentibus. Et ideo dicit *Prædicatum est Gentibus*. Matt. vlti. Euntes ergo, docete omnes gentes &c. Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriã eius. Et hoc efficaciter, quia *Creditum est in mundo*. Et hoc dominus orabat. Ioan. 17. Et hoc maxime mirũ est, quòd per simplices pauperes & impotentes, totus mundus est conuersus. 1. Cor. 1. Non multi sapientes &c. Et hoc, vt non glorietur omnis caro &c. Secundo, manifestat quòd sola veritas dei hoc facit, quia *Assumptum est in gloria*. Christus, scilicet, quia manifestatus, assumptus est in cœlis. Mar. vlr. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum. Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.

CAPIT. IIII. LEC. I.

SPIRITVS autẽ manifeste dicit, q̃a in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum: in hypocrisi loquentiũ mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentiũ nubere, & abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei, & orationem.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS instruxit Timotheum de pertinentibus ad ordinationẽ ecclesiæ in spiritualibus. Secundo, quantũ ad documenta fidei, cultũ dei, & dispositionẽ ministeriorũ. hic instruit eum de ordinatione ecclesiæ, quantũ ad exteriora. Et primo, quantum cibos. Secundo, quantũ ad status hominum & diuitias, ibi *Quicumque sub iugo*. Item primo agit de vsu ciborum. Secundo de dispensatione ciborum. 5. cap. ib. *Viduas honora*. Item primo excludit superstitiosam abstinentiam. Secundo, præfert pietatẽ abstinentiæ licitæ, ibi *Exerce te*. Item primo prænuntiat falsam doctrinam de illicita abstinentia. Secundo, instruit eũ hæc proponere fratribus, ibi *Hæc proponens*. Item primo errorem manifestat. Secundo excludit ipsum, ibi *Quos deus*. Item primo prænuntiat errorem futurum ex parte deceptorum. Secundo ex parte decipientium, ibi, *In hypocrisi*. Item ponit actorem denuntiationis. Secundo fidei defectum, ibi. *Quia in nouissimis* Tertio causam defectus, ibi *Attendentes*. Dicit ergo, Magnũ est pietatis sacramentum, quod iustificatum est in spiritu, sed supra hoc sacramentum Spiritusanctus aliquid prænuntiat futurum, ad eũ enim pertinet reuelare mysteria. 1. Cor. 15 & Ioã. 16. Quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Spiritus ergo prænuntiat prius secreta in corde patris futura. Sed olim loquebatur in similitudinibus. Num. 12. Si quis fuerit inter vos prophęta domini, in visione apparebo ei, vel per somnũ loquar ad illũ Oseę. 12. Ego visione multiplicaui, & in manu prophetarũ assimilatus sum. Sed in nouo testamento *Spiritusanctus manifeste dicit*. Ioan. 16. Et palam, de patre meo annuntiabo vobis. Et prænuntiat defectum fidei futurũ. Vnde dicit *In nouissimis temporibus &c.* Nouissimũ tẽpus dicitur vltima ętas, quia nos sumus, in quos fines seculorũ deuenerunt. Tamen in hoc tẽpore, tãto amplius nouissimum est, quanto magis propinquũ nouissimæ diei. Et sicut in primitiua ecclesia, propter propinquitatẽ ad Christũ, & sacramenta recenter instituta, fuit feruentissima fides: sic in nouissimis tẽporibus, in cõparatione ad tẽpus apostolorum *Discedent quidam a fide*. quia carnales erunt, sed magis in fine abundabũt errores. Gene. 49. Cõgregamini, vt annuntiẽ quæ ventura sunt vobis nouissimis diebus &c. Causa defectus est duplex. Vna ex parte diaboli seducentis. 2. Cor. 11. Timeo, ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua &c. Et ideo dicit *Attendentes spiritibus erroris*. s. dæmonibus, quorũ est officiũ in errorẽ mittere. Ioan. 8. Mẽdax ẽ, & pater eius. 3. Reg. vlt. Egrediar, & ero spiritus mẽdax &c. Et dicit *Spiritibus*, quia dęmon maior multos habet ministros. Sed quomodo attẽdent eis? Nũquid eos videbũt? Nõ, sed loquetur in eis. Et ideo addit secundã causã s. fallam doctrinã. Et sm glosam, dicit hic fallos doctores, dæmones, nec immerito. Sicut enim boni homines interdũ dicũtur angeli: sic isti pp excellentẽ malitiã dæmones dicuntur. Ioã. 6. Nonne ego duodecim vos elegi? & vnus ex vobis diabolus. Ex parte decipiẽtiũ est duplex causa. Vna, eorũ falsitas. Alia, peruersitas conscientiæ eorũ. Quantũ ad primum dicit *Dæmoniorum*. i. hominum a dæmone possessorũ, & horũ dico. *Loquentium mendacium*. Hier. 23. Vsque quo istud est in corde prophetarum vaticinantiũ mendaciũ, & prophetantium seductiones cordis sui? Et nota, q̃ p mendaciũ simplex absque pallio apparentiæ, non posset aliquis decipere quempiam. Et ita hi neminem possent fallere, nisi prætenderent aliquod palliũ, vel bonæ intentionis, vel simulationis, vel falsæ authoritatis. 1 Cor. 3. Nemo vos seducat &c. 2. Tim. 3. Habentes quidẽ speciem pietatis. i. fictã pietatem. Et dæmoniorum dico. *Habentium conscientiam cauteriatam*. Cauterium est corruptio in carne per ignẽ, ex qua egreditur continue putredo. Ita ex igne peruersæ voluntatis, iræ, odii, concupiscentiæ, vlceratur conscientia, & dæmoniorũ egreditur falsa doctrina. Titum. 1. Coinquinatæ sunt eorum mentes. Deinde ostẽdit, quæ sit ista falsa doctrina, & tangit hæresim Manicheorum, qui damnant matrimonium, contra illud Mat. 19. Quos deus cõiunxit, homo non separet. 1. Cor. 7. Mulier non peccat, si nubat. Itẽ Manichei prohibent vsum ciborum, i. mãdant abstinere a cibis. Abstinere autem a cibis potest quis licite, intentione domandi carnem, sicut Timotheus abstinebat a vino, vel propter scandalum, sicut dicit Apo. 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meũ, non manducabo carnes in æternum. Itẽ illicite. Vno modo, propter legis præceptum, quasi legalia adhuc essent seruanda, contra qd loquitur ad Gal. 2. Alio modo, sm hæresim Manicheorũ, non q̃a prohibitũ lege (quã damnant) sed q̃a dicunt q̃ in carnibus, ouis, & vino, & hmõi. i. in aliqua talium particula, diuina natura est cõmixta, qd non potest de deo putari. Non vr autem hoc dicere de cibis legalibus, q̃a dicit, in nouissimis diebus, sed de prohibitis a Manicheis. Et istos Manicheos dæmones vocat, quia inter oẽs hæreses, plus dant diabolo de honore, quia ponũt eum principium ex æquo cum deo bono, ponentes eum principium visibilium. Improbat aũt Apls hanc erroneam doctrinã dupliciter, s. ex intentione dei creantis cibos. Sc̃do, ex conditione creaturæ, ibi. *Omnis creatura*. Dicit ergo, quòd prohibent abstinere, & hoc contra intentionem dei, qui. *Creauit eos ad percipiendum*. Gen. 1. & 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnia &c. Sed dicis, Nunquid plantæ pp animalia, & animalia pp homines? Respondeo, Dicendum est q̃ sic, sm etiam Philosophũ in. 1. Pol. quia imperfectum ordinatur ad perfectius. Et ideo sicut in generatione est multiplex perfectio, primo, s. plantarum, deinde animalium, & vltimo humana, ita in vsu rerum. Et ideo, *Ad percipiendum*, sed. *Cum gratiarum actione*. 1. Thes. vl. In omnibus gratias agite, quia, s. concessa sunt nobis a deo. Psa 21. Edent pauperes &c. Et subdit. *Fidelibus*, quia illi q̃ percipiunt cum gratiarum actione, sunt fideles. Nullus. n. potest gratias agere Deo in eo, qd illicitum est. Stultus. n. est qui agit gratias de fornicatione deo, quia deus non est actor malorũ. Ergo ille gratias agit, qui habet hoc, q̃ vsus ciborum sit licitus. Et hoc quidem innotescit per fidem solam. Et ex ista ratione dicit, *Fidelibus*. Deinde cum dicit. *Qui cognouerunt veritatem. Quia omnis &c.* Improbat errorem ex conditione creaturæ. Et primo proponit creaturam esse bonam sm se. Sc̃do, quantũ ad vsum. Dicit ergo. *Omnis creatura Dei, est bona*, s. in sua natura Gen. 1. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. A bono ẽt actore, nihil est nisi bonum. Sed q̃a multa sunt in se bona, quorũ tamen vsus non est bonus, ideo, probat omnem creaturam esse bonam, non solum in se, sed & quantum ad vsum. Et primo, ponit intentum. Secundo probat, ibi, *Sanctificatur enim*. Dicit ergo, Nihil reiiciendum est, s. ex debito diuinæ legis, quãmuis ex alia causa, sicut venenum comedere, in quantum cibus, non est peccatum, sed reiiciendum est, inquãtũ est mortiferum. Similiter nec alii cibi, inquantum res tales sũt, non sunt reiiciendi, sed inquantum incitant ad lasciuiam. Ergo secundum discretionem rationis, & ordinationem charitatis, nõ sunt reiiciendi. Mat. 15. Omne quod intrat in os, nõ coinquinat hominem &c. Quare ergo aliqui cibi in veteri lege sunt prohibiti? August. ponit rationem contra Faustum: quia in illo statu, non solum per verba, sed etiam per acta præfiguratus est Christus, Et ideo in cibis, vestibus, & sacrificiis fuerunt figuræ futuri status. Non ergo prohibentur secundum se, sed quia immundum figuræ sunt, sicut porcus est signũ immundæ vitæ. Et ideo prohibitio carnis eius, est signum q̃ in lege Christi est prohibita omnis immunditia. Et est exẽplum Augustini. Hoc nomen fatuus potest considerari secundum quòd est vox composita ex

ex literis, & sic est bona: vel inquantum signum, & significatiua talis rei, & sic mala est, & prohibita. Omnis ergo creaturæ vsus secundum se, est bonus. Cuius ratio est, quia si esset malus, hoc non posset esse, nisi inquantum diabolus post peccatũ hominis accepisset potestatem super eos: quia ex quo homo peccauit, accepit in hominem potestatẽ, & in ea, quæ sunt eius. Sed per Christum est ablata hæc potestas, & hæc vocatur sanctificatio. Vnde omnia quęcunque benedicim⁹, exorcizãtur primo, & ibi est oratio expellens diabolum. Et ideo dicit. *Sanctificatur enim per uerbum dei* i. per Christum, qui omnes sanctificat. Ioã. 17. *Et per orationem*, fidelium. Iacob. vltimo. Multũ valet deprecatio iusti assidua.

LECTIO II.

HAec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem, & aniles fabulas, deuita. Exerce autem teipsum ad pietatẽ. Nã corporalis exercitatio, ad modicũ vtilis est, pietas aũt ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & oĩ acceptione dign⁹. In hoc. n. laboram⁹, & maledicimur, q̃a speram⁹ in deũ viuũ ciuitate dei. Vnde eusebia est idem quod pietas. Iob. 28. Ecce pietas, ipsa est sapientia, secundum aliam translationem, ubi nostra sic habet. Ecce timor domini, ipsa est sapientia. Titum. 1. In agnitione ueritatis, quæ est secundum pietatem. Sed quantum ad terrenam pietatem, competit pietati, ut homo sit beneuolus cõpatriotis, sed quãtũ ad Christianam pietatem requiritur, ut homo omnibus hominibus sit beneuolus, quia omnes sumus eiusdem patriæ. Et ideo pietas sumitur pro misericordia. Cum ergo dicit, Exerce te ipsum ad pietatem: potest accipi: secundum quod pertinet ad cultum dei, & ad opera misericordiæ exhibenda. Glosa, ad pietatem, idest ad cultum omnipotentis dei, & ꝓpera misericordiæ. Et dicit, Exerce, non fac: quia exercitium dicit promptitudinem, & hoc ideo, quia exercitatus facit leuius, delectabilius, & stabilius. Prouer. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Deinde cum dicit. *Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est*. Præfert eam abstinentiæ. Et primo ostendit, ad quid ualet exercitatio corporalis. Secundo, ad quid pietas, ibi, *Pietas autem*. Corporalis exercitatio ieiunii, & huiusmodi, in sua natura non sunt bona, sed pœnalia, & si homo non peccasset, nihil horum fuisset, sed sunt bona medicinalia. Sicut. n. reubarbarũ est bonum, in quantum releuat a colera, sic, & ista, inquantum comprimunt concupiscentias, ergo ad istud, modicum sunt vtilia. 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo &c. Coll. 3. Mortificate mẽbra vestra, q̃ sunt super terrã. Et ideo, si homo esset in statu, in quo non posset peccare: non indigeret ieiunio, & hmõi Vnde Chrisostomus sup illud Matt. 16. Venit Iesus &c. Dicit, Ioãnes purus homo, indigebat medicina ieiunii: Christus deus erat, & non purus homo, & ideo huiusmodi non indigebat, ergo ad modicum vtilis est, quia tantum ad morbum peccati carnalis, non spiritualis: quia aliquando propter abstinentiam homo iracundiam, inanem gloriam, & huiusmodi incurrit. Deinde cũ dicit. *Pietas autem*. Præfert abstinentiæ pietatem, & accipitur hic vtroque modo, scilicet pro cultu dei, & misericordia. *Et est ad omnia vtilis*, quia ad omnia peccata delenda. Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleæmosyna resistit peccatis. Item ad bona promouenda. Ecc. 17. Eleæmosyna hominis, quasi sacculus &c. Item prometetur specialem Dei misericordiam. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et ideo ad hoc designandum, dominus. Matth. 25. specialiter commemorat opera misericordiæ. Quod probat subdens. *Promissionem habens*. In præceptis enim decalogi vnum solum inuenitur, quod pertinet ad pietatem, scilicet, honorare patrem, & matrem, & sub illo continentur omnia præcepta, ad quodcunque beneficium impendendum proximo, & hoc est solum præceptum inter ea, quæ sunt ad proximum habens promissionem, scilicet, vt sis longeuus &c. Exod. 20. Et Apostolus hic interpretatur longeuus, secundum vitam præsentem, & futurã. Vnde dicit. *Vitæ, quæ nunc est, & futuræ*. Proue. 3. Longitudo dierum in dextera eius. Sed tunc est quæstio, quia aliquando inuenitur aliquis pietatem sequens, qui tamen non est longeuus. Respondeo, sicut dicit Philosophus, hęc bona temporalia, intantum sunt bona, inquantum vtilia ad felicitatem. Vnde si quis haberet tãtum de temporalibus, quòd propter ipsa impediretur a bono virtutis, & felicitatis, hoc non esset sibi ad bonã fortunam, sed ad malam, vt dicitur. 10. Ethic. Et longitudo vitæ est vnum de temporalibus, intantum bonum, inquantum coadiuuat ad virtutem. Aliquando autem est occasio ad peccandum, & ideo deus aliquando subtrahit eam homini, non quia deficiat a promissione, sed quia dat quod melius est. Sapien. 4. Raptus est, ne malitia immutaret intellectum eius. Alia est quęstio, quia Apostolus præfert pietatem corporali exercitationi, quia habet spem vitæ præsentis, & futuræ. Sed nunquid corporalis exercitatio non habet spem? aliàs ieiunans non mereretur vitam æternam Respondeo, quando duæ virtutes sunt, & vna continet aliam, illud quod est superioris virtutis per se, competit per accidens inferiori, uirtus autem cui competit per se mereri vitam æternam, est charitas, cuius proprius, & immediatus effectus est pietas. Et ideo secundum propriam rationem, attingit ad merendam uitam æternam. abstinentia autem non, nisi inquantum ordinatur ad charitatem, & pietatem: quia si ieiunans non refert hoc ad dilectionem dei, non meretur uitam æternam. Tertia quæstio est, quia dicit hic Ambrosius in glosa, Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est.

LECTIO SECVNDA.

SVpra reprobauit superstitiosam ciborum abstinentiam: hic mandat Timotheo vt doctrinam præmissam proponat fidelibus, & primo ostendit, quid debet proponere. Secundo, quid debet vitare, ibi. *Ineptas autem*. Proponit ergo duas rationes, quare debet proponere præmissa. Vnam, ex commisso sibi officio. Secundam, ex eius educatione. Dicit ergo. Hæc quæ dixi supra scilicet, quòd omnis creatura est bona, & quòd nihil reiiciẽdũ &c. *Proponens &c.* Timotheus enim constitutus erat in officio ministerii Christi, quia omnes habentes officium prædicandi, & regendi, constituuntur ministri Christi. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c. Ille autem est bonus minister, qui sequitur intentionem domini sui, Christus autem hoc docuit. Matt. 15. Nihil quod intrat in os, coinquinat. Et ideo hoc officium requirit illud docere. Item ipsa educatio hoc requirit. Pro. 22 Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Et ideo inconueniens est, quòd aliqui nutriti veritate doctrinæ, recedãt ab ea. Vnde recedens a doctrina, qua ecclesia suos paruulos instruit, non est bonus minister Christi. Et ideo dicit. *Enutritus verbis fidei &c.* Verbum enim dei est spirituale nutrimentum quo sustentatur anima, sicut corpus p cibum. Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Hoc verbum fidei instruit primo, circa credenda, & sic dicit. *Enutritus verbis fidei*. Secundo, circa agenda, & sic subiungit. *Et bonæ doctrinæ*. Vel fidei verbum, quod & simplices habent, & bonæ doctrinæ quam spirituales magistri. Deinde cum dicit. *Ineptas &c.* Ostendit, quid vitandum sit, quia fabulæ ineptæ, & inanes. Fabula enim secundum Philosophum, est composita ex miris, & fuerunt in principio iuentæ (vt dicit Philosophus in poætria,) quia intentio hominum erat, vt inducerent ad acquirendum virtutes, & vitandum vitia. Simplices autem melius inducuntur repræsentationibus, quàm rationibus. Vnde in miro bene repræsentato videtur delectatio, quia ratio delectatur in collationẽ. Et sicut repræsentatio in factis est delectabilis, ita repræsentatio in verbis, & hoc est fabula, s. dictum aliquod repræsentans, & repræsentando mouens ad aliquid. Antiqui enim habebant aliquas fabulas accommodatas aliquibus veris, qui veritatem occultabãt in fabulis. Duo ergo sunt in fabula, quòd, s. contineat verum sensum, & repræsentet aliquid vtile. Item quòd conueniat illi veritati. Si ergo, proponatur fabula, quæ non potest repræsentare aliquam veritatem, est inanis, sed quæ non proprie repræsentat, est inepta, sicut fabulæ de thalmuth. Deinde cum dicit. *Exerce &c.* Exclusa superstitiosa abstinentia. hic comparat abstinentiam virtuosam aliis virtutibus. Et sciendum est, quòd iste Timotheus erat homo valde abstinens. Vnde dicit infra. 5. Quòd modico uino utatur, & forte, vt sit solicitus de his, quæ ad misericordiam pertinent. quia qui non parcunt sibi, frequenter nec aliis parcunt. Et ideo inducit eum, vt pietatem præferat abstinentiæ. Et primo, inducit eum ad pietatem. Secundo, præfert eam abstinentiæ, ibi, *Nam corporalis*. Tertio, confirmat quoddam dictum, ibi, *Promissionem*. Quarto, dat formam docendi pietatem, ibi, *Præcipe hæc*. Dicit ergo. *Exerce teipsum ad pietatem*. Pietas est, per quam parentibus, patriæque beniuolentiæ officium impendimur, sicut religio per quam cultum debitum deo exhibemus. Pietas enim importat quandam affectionem ad suum principiũ. Principium autẽ generationis, est pater, & patria. Et ideo oportet, quòd homo circa eos sit beneuolus. Pater autem omnium est deus. Mala. 1. Si ego pater, vbi est honor meus? Et ideo nomẽ pietatis, est deriuatum ad cultum dei, ut dicit Augustinus 4. de

quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit. Vbi primo est dubium de prima eius parte, quia misericordia, & pietas immediate ordinantur ad charitatem, in qua est summa Christianæ religionis. Respondeo, quo rundam fuit opinio, sicut Aug. dicit. n. 10. de ciui dei, ꝙ exercentes pietatis opera, quantumcunque faciant peccata carnalia, finaliter nõ pereunt æternaliter. Et ad hoc est authoritas ista. Itẽ, quod habetur Matth. 25. Vbi damnandis solum improperat defectũ misericordiæ, ergo debetur pæna æterna solum immisericordibus. Augu. autem dicit contrariũ, quia Apostolus dicit, qui talia agũt regnum dei &c. Quantumcunque. n. exercitetur quis in misericordia, si in morte est in peccato mortali, nõ intrabit ĩ regnũ. Ad opposita dicendum est, quòd non est misericors, qui sibi non misereturſ, secundum illud Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placẽs deo, & hoc fit, si homo coniungatur deo per amorem, aliàs non est misericors. Ad illud euangelii respondet Aug. quòd non qui cunq; peccat detruditur in infernum statim, quia remanet ei locus pænitentiæ, sed ille detruditur, qui finaliter moritur in peccato, & pertinet pænitentia ad misericordiam. Sed quid dicit, Si lubricum &c. Respondeo, Dicẽdum est, quòd loquitur de Lubrico mortali. Et quod dicit, non peribit, licet hoc non sit ex condigno, tamen est ex cõgruo, inquantum disponitur animus ad bonum: unde dominus post lapsum hominem reparat. Et hoc præcipue videtur esse in pietate, quia homo benefaciendo aliis, inducit alios ad orãdum pro se, & Dominus donat aliquãdo veniam peccatoribus, precibus sanctorum: inquantum impetratur eis venia peccatorum, & donum gratiæ: quia homo potest mereri ex congruo alteri primam gratiam, aliàs pro nihilo oraret ecclesia pro peccatoribus. Deinde cũ dicit, *Fidelis sermo.* Ostendit quòd promittitur nobis futura vita, & primo ostendit hoc ex labore sanctorum. Secundo, ex eorum spe, ibi. *Quia speramus.* Tertio, ex benignitate Dei, ibi. *Qui est.* Dicit ergo. *Sermo,* quòd scilicet, pietas habet promissionem. *Est fidelis.* Quod supra expositum est. Et quare? *In hoc enim,* idest propter hoc, vt consequamur vitam æternam. *Laboramus.* 2. Timo. 2. Laborantem agricolam, oportet primũ de fructibus percipere. Itẽ, vt benefaciamus, licet mala sustineamus, unde dicit. *Benedicimus & maledicimur.* Iac. 1. Patiẽtia opus perfectũ habet, & Rom 5. Patiẽtia probationem operatur &c. Et sustinem⁹ p p spem vitę. *Quia speramus in Deum uiuum, qui est saluator,* vitæ præsentis, & futuræ. Itẽ ex officio Dei cuius est saluare. Es. 43. Non est absq; me saluator. Et iõ ĩcarnatus est Deus, & vocatus est Iesus. Mat. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, & Iesus idem est quòd saluator, quia saluat, salute corporali, quo ad omnes. Et ideo dicit. *Omnium hominum.* Item spirituali, quo ad bonos. Et ideo dicit. *Et maxime fidelium.*

qui est saluator omnium hominũ, maxime autem fidelium.

LECTIO III.

Præcipe hæc, & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide in castitate. Dum uenio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum præsbyteri. Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnib⁹. Attẽde. n. tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate.

Sed esto &c. vt scilicet talem exhibeas te, vt sis exemplum faciendi, quod verbo doces. Et notãdum, quòd in his, in quibus prælatus est exemplum, est multiplex differentia. Quædam enim ordinantur ad proximum, quædam ad Deum, quædam ad se. Quãtũ ad proximũ dicit, *Exemplo esto fidelibus,* vt scilicet, quod verbo præcipis, impleas opere. 1. Petr. vlti. Forma facti gregis &c. Et hoc in locutione. Vnde dicit *In verbo,* scilicet, põderato, ordinato, & circunspecto. Collo 4. Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus. 1. Pet. 4. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Item *In conuersatione.* exteriori, vt sicut excellit loco, & dignitate, ita & honesta conuersatione. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam &c. Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Quantum ad Deum ordinatur charitate, quæ perficit affectum. Vnde dicit, *In charitate.* 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &c. Collo. 3. Super omnia charitatem habentes. Item per fidẽ, quæ illuminat intellectum. Vnde dicit *In fide.* Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Quod specialiter competit prælatis, qui sunt custodes fidei. Vnde Luc. 22. Specialiter Dominus orat pro fide Petri, dicẽs, Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua. Quãtũ ad se, uitã & mẽtẽ ordinat castitas, quia indecẽs est nimis, vt vita ministrorum discordet a vita Domini. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Christus autem sic castitatem dilexit, vt de virgine vellet nasci, & ipse eam seruauit, ideo sequitur, *In castitate* Deinde cũ dicit, *Dum venio &c.* Ostendit, quomodo sit idoneus ad docendũ, & primo facit hoc. Secundo assignat rationem præmissæ monitionis, ibi, *Noli negligere.* Per duo autem est idoneus ad docendum, scilicet per lectionem, in qua acquirit scientiam, & per exercitium, in quo efficitur promptus. Et ideo dicit *Dum venio, attende lectioni,* scilicet librorũ sanctorũ. 1. Mach. 12. Habentes solatio libros sanctos Ioan 5. Scrutamini scripturas. Et hoc significatur. Exod. 2. Vbi dicitur, ꝙ semper in arca Dñi debebant esse vectes in circulis, & circuli in angulis: quasi semper parati ad portandũ. Ad exercitiũ aũt necessaria ẽ exhortatio nostra, quãtũ ad agẽda, doctrina, quãtũ ad cognoscẽda. Ideo addit *Exhortationi & doctrinæ.* Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos sciẽtia & doctrina. Deinde cum dicit *Noli.* Ponit rationem monitionis præmissæ, & primo ponit causam, ex dono suscepto. Secũdo causam, ex præmio expectato, ibi *Attende tibi.* Itẽ primo ponit rationem. Secundo ostendit, quomodo quod in ratione continetur, impleri põt, ibi, *Hæc meditare.* Dicit ergo *Noli &c.* Quasi dicat, immo attende, quia qui recipit gratiam non debet in ea negligẽs esse, sed ex ea fructificare debet. Matt. 25. Seruus abscõdens in terra pecuniam, punitur propter negligentiã. *Noli ergo negligere gratiam &c.* Per hoc intellige, vel dignitatem episcopalem, vel donum scientiæ, vel prophetiæ, vel miraculorũ, quorũ nihil debet negligi. 2. Cor. 6. Ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Dico gratiam, *Quæ data est tibi per prophetiam.* idest per diuinam inspirationẽ. Nã in primitiua ecclesia, vbi pure & p p Deum electiones fiebant, nullus assumebatur ad episcopatũ, nisi per electionẽ diuinã, sicut electus est Ambrosius & Nicolaus. Et hanc inspirationẽ, vocat hic prophetiam. Vnde Glo. dicit. 1. per sanctorũ electionẽ, quia sancti non eligebant, quẽ a Deo nõ sciebant electũ. Itẽ apostolus præuidebat hũc profuturũ esse populo. Prou. 29. Cũ prophetia defecerit. 1. talis modus electionis dissipabitur populus. Et quomodo? *Cum impositione manus præsbyteri.* Alia littera habet. *Manuum præsbyterij.* Et sicut dictũ est, nomina præsbyteri, vel episcopi sunt p̃miscua, quia sacerdotes & præsbyteri. i. episcopi erant, qui recipiebãtur cum manus impositione. Num. 27. Voca Iosue, & impone manũ tuã super eum &c. Dñs ẽt imposuit manũ pueris, vt dicitur Matt. 19. Itẽ Apostoli septẽ diaconibus. Act. 6. Et ideo ordinãdis in episcopos imponuntur manus. Sed quæstio est, cum episcopus debeat ordinari a tribus, quare hic dicitur singulari numero præsbyteri? Respondeo, hoc ideo dicit, quia & si conueniant multi, tamen vnus est principalis, & alii coassistentes. Tamen potest dici, quòd tunc hæc constitutio nondum erat, & tunc pauci erant episcopi, qui non poterant congregari. Alia litera habet, præsbyterii. i. illorum, qui sibi imposuerunt manus, non inquantum homines, sed inquantum præsbyteri. Et hæc impositio significat collationem gratiæ, non quòd ministri dent gratiam, sed quòd significant gratiam datam a Christo. Vnde illorum est solum, qui sunt ministri Christi. Et ideo dicit. *Presbyterij, uel præsbyteri,* quia manus impositio, alia est quæ fit a diaconib⁹, & alia quæ fit a p̃sbyteris. Deinde cum dicit. *Hæc meditare.* Ostẽdit, quomõ impleatur, quod dictũ est, vt scilicet continue meditetur ea, quæ spectant ad officiũ suum. Heb. vlt. Ipsi. n. peruigilãt, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. *Hæc ergo meditare,* i. frequenter cogita, quæ sunt ad curã gregis tui. *In his esto,* idest tota virtus tua sit ad hoc. Et quare? *Vt profectus tuus manifestus sit omnibus.* Matt. 5. Nemo accendit lucernam: & in absconditio ponit &c. Phil. 4 Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et hæc debet seruare propter præmium expectatum, propter quod subdit, dicens. *Attende tibi, & doctrinæ.* Aliqui sic attendunt doctrinæ, quòd sui curam negligunt: sed Apostolus dicit, quòd primo, attendat sibi, & postea doctrinæ. Eccle. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Vnde Iesus cæpit facere, & docere. *Insta in illis,* idest, instanter exerce. 2. Timo. 4. Insta oportune. Et fructus erit ex hoc copiosus, quia. *Hoc. n. faciens, & teipsum &c.* Et hoc est magnum. Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam a morte Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ &c. Vnde doctoribus debetur præmium aureolę. Deinde cum dicit. *Seniorem &c.* Ostendit, quomodo diuersimode diuersis suam doctrinam debet tradere, & ponit duas diuersitates. Vnam, secundum ætatem. Aliã, secundum sexum. Secundum ætatem primo, quantum ad viros. Secundo, quantum ad fœminas, ibi. *Anus &c.* Dicit ergo. *Seniorem &c. Sed obsecra, ut patrem.* Leui. 19. Honora personam senis. Et ideo non sunt mordaciter increpandi, sed obsecrandi. 1. Pet. 5. Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior. Et si Petrus senior hoc faciebat, quãto magis iuuenis hoc debet? Sed contra. Esa. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorũ maledictus erit. Respondeo, Dicendum est, quòd senex propter excedentem malitiam perdit honorem senectutis, & tunc increpandus. *Iuuenes ut fratres.* Matt. 23. Omnes vos fratres estis. Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis. Ex parte feminarum est differentia ætatum, *Quia anus ut matres,* maxime, quæ non sunt iuuenes. infra. 5. Viduas honora. *Iuuenculas, ut sorores.* Ex amore charitatis. Et hoc. *In omni castitate.* Quia amor spiritualis ad mulieres, nisi cautus sit, degenerat in carnalem, ideo in his, quæ ad iuuenculas pertinent, adhibenda est castitas, & ideo Apostolus addit hoc. Vnde Papa scribens eis, dicit. *Dilectis in Christo.* Sed uiris simpliciter dicit, Dilectis filiis.

LECTIO PRIMA.

Supra instruxit Timotheum de vsu ciborum, & de abstinentia: hic instruit eum de dispensatione ciborum, quæ fit spiritualibus personis, s. quæ dispensabantur viduis, & doctoribus. Primo ergo instruit eum de viduis. Secundo, de doctoribus ibi. *Et qui bene præsunt.* Circa primum, primo ostendit, quomodo viduis, & doctoribus sunt ministrãda alimenta per ecclesiã. Secundo, qualis uidua sit eligenda, ibi. Vidua eligatur. Item, primo ostendit qualibus viduis sit subueniendum. Secundo, manifestat quod dixit, ibi. *Si quæ autem.* Tertio, ostendit rationem dictorum, ibi. *Si quis.* Dicit ergo. *Viduas honora,* non solum reuerentiam exhibendo, sed necessaria tribuendo. Hæc enim duo intelliguntur in uerbo honoris. Vnde in præcepto honorandi parentes, intelligitur etiam de subuentione, q. d. In necessariis p̃uide, & hoc inchoatum est a principio ecclesiæ. Act. 6. Factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despiceren tur in ministerio quotidiano viduæ eorum. 2. Mach. 3. In templo pecunia posita erat ad alimoniam viduarum, & pupillorũ. Sed quas viduas? Illas, *Quæ uere sunt uiduæ.* Vidua dicitur qua si a uiro idua. i. diuisa. Nam vidua vere est illa, quæ non habet alias personas a quibus sustentetur, & huic necessaria dabantur de eleemosynis fidelium. Deinde cum dicit. *Si quæ autem.* Exponit, quæ sunt uere viduæ, & primo ostendit, quæ non sunt vere. Secundo, quæ sunt vere, ibi, *Quæ autem.* Circa primum, primo agit de institutione earum, quæ sunt vere viduæ. Secundo, rationem assignat, ibi. *Hoc enim.* Instruit ergo huiusmodi, quòd. *Discant domum suam regere.* Tob. 10. Docuerunt filiam suam regere familiam. Et dicit, *primum,* quia vidua quæ assumitur ad prouisionem sibi ab ecclesia fiendam, debet esse cum honestate uigilans. Et hoc est, quod dicit. *Discat.* Item debet suis parentibus seruire, & ideo dicit. *Mutuam &c.* Quasi dicat, Sicut parentes eã nutrierunt, ita & ipsa eos si habet. Et huiꝰ ratio assignatur, cũ subiungit, dicens. *Hoc enim est acceptũ &c.* Quia hæc non solum hominibus fiunt, sed Deo. Et hoc patet, quia Dominus de hoc specialem mandatum dedit Exod. 20. Quod etiam Dominus Iesus in euangelio noluit prætermitti. Item hoc natura docet, vt homo recompenset beneficia impendentibus. At nulli tantum impenderunt, quantum parentes. Deinde cum dicit. *Quæ autem vere.* Tractat de veris viduis. Primo, ostendens, quæ vere sint viduæ. Secundo, qualiter instruendæ sunt, ibi. *Speret in Deum.* Dicit ergo. *Quæ autem uere uidua est, & desolata,* idest, quæ non habet consolationem humanam. s. filios vel parentes, & talis quæ non habet aliud consolatium, *speret in Deum,* etiam quantum ad temporalia subsidia p ecclesiam sustentata. Et debet instrui primo, vt exercitetur in bonis. Secundo, vt caueat a malis, ibi. *Et hoc præcipe.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quibus debet occupari hæc vidua. Secundo, rationem assignat, ibi. *Nam uidua.* Dicit ergo. *Speret in Deum,* & actum spei conuenientem exerceat, quod fit per orationem, & obsecrationem, per quas obtinetur, quod speratur. Oratio enim eleuatio est mentis in Deum: obsecratio est postulatio per aliqua sacra. Et ideo subiungit. *Et instet obsecrationibus, & orationibus,* & dicit. *Die & nocte,* quia impossibile est, quòd animus hominis sit sine aliqua cura. Et ideo, ex quo vidua nihil habet in quo occupetur, debet vacare semper Deo. Luc. 2. Anna non discedebat de templo &c. Iudith. 8. Fecit cubiculum in superiori ad orandum. Deinde cum dicit. *Nam quæ.* Reddit rationem quare debet semper vacare orationi, scilicet, quia impossibile est, ꝙ animus non occupetur circa aliquam delectationem. Et cum animus otiosi non occupatur vtilibus, oportet, ꝙ occupetur carnalibus. Et ideo dicit, ꝙ vidua sic desolata vacet orationi: qa si nõ habet hãc occupationem, dat se deliciis, & sic mortua est morte peccati. Apoc. 3. Nomen habes, ꝙ viuas, & mortuus es. Esa. 38 Viuens, s. interius: viuens, s exterius, confitebitur tibi. Et licet deliciæ sint omnibus hominibus occasio mortis, specialiter tamen mulieribus, quia ex sui natura habẽt animi molliciem. Cum ergo deliciæ emolliant animum, necesse est, quòd mulieres multo plus emolliantur. Hiere. 31. Vsque quo deliciis dissolueris filia vaga? Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctũ. Deinde cum dicit. *Et hoc præcipe.* Ostendit, quòd instruẽdi debent cauere se a malis. Et ideo dicit, quòd etiam prohibeat hoc, præcipiens. *Quod mulieres,* quæ ab ecclesia sustentantur. *Sint irreprehensibiles.* Psal. 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Deinde cum dicit. *Si quis autem* Assignat rationem huius, quod dicit. *Discat primum &c.* Dicens, quòd oportet, quòd circa hoc instruatur vidua, quia hoc est de necessitate. Et ideo dicit. *Suorum,* quorum, s. cura ei incumbit. *Et maxime domesticorum.* Can. 2. Ordinauit in me charitatem. Et sicut Augu. dicit, possumus omnibus bene velle, sed illi qui sunt nobis coniuncti, æstimantur quasi quædam sors, & ideo magis diligendi. Ambr. in lib. de offi. dicit, quòd ratio huius est, quia forte his quibus non est verecundum suscipere a suis, esset verecundum suscipere ab aliis. *Fidem negauit,* per opera, quia si non seruat fidẽ his, quos sibi natura copulauit, consequẽns est, quòd nec aliis. Ti. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Sed nunquid est hoc verum? *Et est infideli deterior* Cuius contrarium videt per Aug. Io. 15. Si non venissem &c. Quia super hoc dicit, quòd ibi loquitur de peccato infidelitatis, quod est graui⁹ cæteris peccatis: quia peccata in Deum sunt grauiora, q̃ quę in proximũ. Respondeo, quòd status fidelis, ab infideli potest dupliciter considerari. Primo, quantum ad statum peccati, & sic infideles sunt in peiori statu, quia nihil agunt Deo acceptum. Secundo, quantum ad vnum peccatũ, & tunc econtra, fidelis, n. & infidelis si mæchentur, plus peccat fidelis, quia facit iniuriam fidei. Et sic dicit, ꝙ si fidelis contemnit curam parẽtum, grauius peccat, quàm

LECTIO TERTIA.

Superius Apostolus hortatus est Timotheum ad pietatem: hic dat ei formam docendi pietatem: cui primo iniungit, vt pietatem doceat. Secundo, quomodo sit idoneus ad docendum, ibi. *Nemo.* Tertio, quomodo diuersos diuersimode doceat, ibi. *Seniorem.* Doctrina uero pietatis in duobus consistit, s. in agendis, & credendis. Agenda autem non solum debent instruere, si sũt authoritatem habentes, sed etiam præcipere. Et ideo dicit. *Præcipe hæc.* Tit. 2. Argue cum omni imperio. Quantum ad credenda, dicit. *Et doce.* Matt. vlt. Docete omnes gentes. Iob. 4. Ecce docuisti plurimos. Deinde cum dicit. *Nemo.* Ostendit, quomodo possit esse idoneus ad prędicta, & primo ad præcipiendum. Secundo, quomodo ad docẽdum, ibi. *Dum venio.* Circa primum duo facit, quia primo docet, quomodo debet excludere contemptum. Secũdo manifestat, per quid excludendum sit, ibi. *Sed exemplum.* Præceptum efficaciam non habet nisi per authoritatem præcipientis, & ideo quando authoritas contẽnitur, præceptũ frustratur, quod maxime fit in adolescentia, quia tales non creduntur prudentes esse. Vnde secundum Philosophum, nemo iuuenes elegit duces. Et ideo dicit. *Nemo &c.* Quasi dicat, Licet sis iuuenis, mores tamen representent senectutem. Tob 1. Cũ esset iunior. Deinde ostendit, quomodo excluditur contemptus dicens.

CAP. V. LEC. I.

Viduas honora: quæ vere viduæ sunt. Si qua autẽ vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autẽ vere uidua est, & desolata: speret ĩ Deum, & instet obsecrationib⁹, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior.

quàm si hoc faceret infidelis. 2. Pet. 2. Melius erat eis non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum cõuerti &c.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit viduas ab ecclesia esse sustentandas: hic ostendit, quales sunt sustentandæ. Et primo ostendit, qualis sit eligenda: secundo, qualis vitanda, ibi. *Adolescentiores.* Circa primum, tria facit, quia primo ostendit esse eligendam ex tempore, secundo ex castitate: tertio ex bonorum operum exercitio. Ex tempore, quia. *Sexaginta annorum.* Sed de qua electione agit? Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo, quòd loqtur de electione, qua eligitur ad præsidendum gubernationi aliarum viduarum, quæ ab ecclesia nutriebantur, quæ sic antiqua præficiatur, vt de continentia eius nullus suspicetur. Num. 4. A triginta annis, & supra, vsque ad annos quinquaginta &c. Sed contra videtur, quia ecclesia facit contrarium, quia abbatissæ iuniores fiunt. Respondeo, Dicendum est, quòd inordinatum est, quòd nimis iuuenculæ fiant: sed tamen non est tanta diligentia ecclesiæ in eis, quę sunt inclusæ, vt in eis, quæ sunt liberæ. Alio modo, quòd loquatur de electione, qua eligitur ad hoc, quòd sustentetur stipendiis ecclesiæ, & talis eligatur non minus, quàm annorum sexaginta: qa iuuenes possunt laborare manibus, sicut & Apostolus, qui licet posset de euangelio viuere, tamen laborabat, sed vetulæ quiescunt. Ex castitate etiam eligenda est vidua, ideo dicit. *Quæ fuerit unius viri uxor.* Sicut. n. requiritur in episcopo, ꝙ sit vir vnius uxoris, ita in uetula, ꝙ sit uiri uni⁹ vxor. Glo. hoc dicit ꝑ ꝑdictũ sacramentũ. Hæc Glosa est magistralis, & parum valet. Nõ n. vr̃ ratio sumi ex aliquo sacramẽto, qa mulieres nõ suscipiunt aliqua sacramenta ministranda. Sed hoc dicit propter firmitatẽ vt, s. habeant continuum propositum seruandæ viduitatis. Sed Hieronymus in epistola ad Geruntiam, aliàs ad Eficiam, aliam rationem assignat, s. quòd apud Gentiles mos erat, quòd in sacris deorum nulla præerat, quæ haberet duos uiros. Et ideo Apostolus voluit, vt quæ alimentis ecclesiæ nutriebantur, nõ minus essent castæ. Iudith. 15. Eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris &c. Luc. 2. Vixit annis septem cum viro suo a virginitate sua. Et ideo est quasi laudabile signum castitatis, quòd vnius viri fuit vxor. Deinde cum dicit. *In operibus bonis &c.* Ostendit uiduam esse eligendam ex exercitatione bonorum operum, & primo in generali, secundo in speciali, ibi. *Si filios.* Tertio dat idem intelligere de omnibus bonis operibus, ibi. *Si omne opus.* Quantum ad primum, dicit. *In operibus bonis.* Prou. vlt. Laudent eã in portis opa eius. Et dicit. *Testimonium habens.* Ioan. 5. Opera quę dedit mihi pater, vt perficiam, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Exteriora enim opera ostendunt interiorem fidem. Iac. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Sed quæ opera? primo ad suos: secundo ad alios. Ad suos dicit. *Si filios educauit.* s. in timore Dei, & castitate. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. Quantũad alios, tãgit tria opa pietatis. Primo ad miam qa mulieres habentes cor molle, sunt naturaliter misericordes. Primo ergo docet hospitalitatem, ibi. *Si hospitio receperit.* Rom. 12. Hospitalitatem sectantes. Secundo, cum hoc simul ponit humilitatem, dicens. *Si sanctorum lauit pedes*, sic enim sunt sancti recipiendi, & honorifice tractandi. Luc. 10. Martha aũt satagebat circa frequens ministeriũ, sic Christus Io. 13. Si ergo ego laui pedes vestros Dñs, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Glo. Aug. sup Io. Faciunt hoc sibi inuicem fratres etiam in ipso opere visibili, & quod manu non faciunt, corde non faciunt. Multo aũt melius est, vt ẽt manibus fiat, nec dedignetur id quod fecit Christus, facere Christianus. Qui. n. ad pedes fratris inclinatur, ei in corde humilitas excitatur, vel si iam inerat, confirmatur humilitatis effectus. Tertio, fortitudinem, & constantiam, vt, scilicet, tribulatis assistat, vnde dicit. *Si tribulationem patientibus subministrauit.* Heb. 10. Vinctis compassi estis. Deinde cum dicit. *Si omne opus.* Concludit, in quibus debet esse bona, dicens. *Si omne opus bonũ subsecuta est*, idest prosecuta est. Galata. 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Deinde cum dicit. *Adolescentiores &c.* Ostendit, quæ sint vitandæ. Et primo hoc ostendit, secundo assignat rationem, ibi *Cum enim luxuriatæ.* Dicit ergo, Eligantur viduæ talis ætatis, sed deuita adolescentiores viduas, idest passim non recipias ad sustentationem in ecclesia, præcipue infames & dissolutas: vel *Deuita eas.* quantum ad consortium, & familiaritatem. Eccl. 42. Melior est iniquitas viri, idest, securior ad commorandum, quàm mulier benefaciens: vnde ibi subditur, & mulier confundens in opprobrium. Prima expositio est literalis. Deinde cũ dicit *Cum enim luxuriatæ fuerint &c.* Assignat duplex ratio, ex duplici periculo, quod imminet. Circa primum duo facit, quia primo proponit primum: secũdo respondet quæstioni, ibi *Habentes damnationem.* Si enim adolescentes assumantur ad sustentationem ecclesiæ, sunt duo consequentia scilicet, ꝙ habeant sufficiẽtiam, & ꝙ non cogantur manibus operari. Ex vtroque autem imminet periculũ. Ex primo periculum castitatis. Vnde dicit *Cum enim luxuriatæ fuerint.* Luxuria quandoq; sumitur pro superfluitate actus venerei, & sic est vnum de septem vitiis capitalibus: quandoque vero sumitur pro omni superfluitate rerũ corporalium: & sic sumitur hic, quasi dicat, Cum habuerint superabundantiam *In Christo*, idest per suffragium Christi, tunc *Nubere volunt.* Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Valerius dicit, quòd a cerere, idest cibo, & libero patre, propinquus est locus ad venerem Oseæ. 4. Comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerũt &c. Deinde cum dicit *Habentes &c.* Respondet tacitæ quæstioni. Posset enim aliquis dicere, Quid enim mali est, si nubant? Tu enim dicis. 1. Cor. 7. Mulier nõ peccat, si nubat. Ideo dicit *In hoc habent damnationem, quia primam fidem &c.* s. castitatis, quam vouerunt, aliàs enim non fuissent assumptæ ad alimoniã. Vnde dicit Aug. hic, ꝙ ex solo proposito quis incurrit dãnationẽ Verum est, si sit ad determinatũ & cũ consensu. Eccl. 4. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Luc. 9. Nemo mittens manum in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Ex secundo scilicet, quòd non laborant, tria mala incurrunt. Primum malum est otiositas. Eccles. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Prouer. 12. Qui sectatur otium stultissimus est. Ex otiositate sequuntur hæc mala. Cor mulieris non est firmum sicut viri, & propter hoc ad diuersa mouetur. Si ergo non astringatur ad operandum, oportet ferri ad diuersa. Et ideo est periculum, quòd mulieres sint otiosæ, vnde antiqui occupabant eas. Item efficiuntur instabiles quantum ad locum, quia discunt circumire domos. Prouer. 7. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Hierem. 14. Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Quantum ad verba dicit *Verbosæ.* Ex quo enim non occupantur, multum vacant nugis. Prouer. 7. Garrula, vaga, quietis impatiens. Quantum ad cor *Curiosæ*, quia ex quo non occupantur in suis, intromittunt se de alienis, & ideo *Loquuntur, quæ non oportet*, quia omnium facta diiudicant. Ecclesia. 9. Colloquium eius, quasi ignis exardescit. Deinde cum dicit *Volo ergo &c.* Ostendit, cui operi sit applicandæ scilicet vt nubant. Et proponit primo documentum, secundo assignat rationem, ibi, Iam enim. Dicit ergo. *Volo Iuniores.* scilicet viduas, *Nubere.* Contra. 1. Corin. 7. Bonum est eis, si sic permaneant, ergo debet melius dicere, Volo continere. Respondeo. Hieronymus dicit, quòd illud. 1. Corin. 7. Volebat ex principali intentione, sed vnusquisque habet proprium donum a Deo. Et ideo subdit, Melius est nubere, quàm vri, Et ideo in quo casu loquitur, videndum est, quia in hoc, ne primam fidem faciant irritam: & ideo quod hic dicit, volo, intelligitur non ex principali intẽtione *Filios procreare.* & nõ eos occulte occidere per abortsum, supra. 2. Saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ, si permanserit in fide *Matresfamilias esse.* vt. s. sint occupatæ, nec verbosæ discurrant per domos. Et etiam hoc volo, *Vt nullam occasionem dent aduersario*, idest vel diabolo, vel gentili *Maledicti gratia*, idest, vt possit maledicere ecclesiis Dei. In quo sic concludit vitam viduarum, vt sic viuant, quòd in nullo alios prouocent ad lasciuiam. 1. Pet. 2. Sic est voluntas Dei, vt bene facientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Et est eius hæc ratio, quia. *Quædam vouentes castitatem, conuersæ sunt retro*, votum irritantes. Et tales vadunt, *post Sathanam*, per imitationem, qui apostatauit de societate angelorum. Deinde cum dicit. *Si quis.* Ostendit, quæ viduæ sunt nutriendæ a priuatis personis, & primo ponit documentum: secundo rationem, ibi. *Et non grauetur.* Dicit ergo, ꝙ quę est vidua, uere speret in Deo, sed iam si qua habet fratres, vel parentes, sustentetur ab illis. Et ideo dicit. *Siquis fidelis &c.* Quia hoc est opus pietatis. Et hoc. *Vt ecclesia non grauetur &c.* Et hoc necessarium est, quia tunc ecclesia non habuit possessiones, sed modo habet possessiones deputatas ad hoc. 1. Thess. 1. Nocte, & die operantes, ne quem vestrũ grauarem⁹.

LECTIO TERTIA.

SVperius egit de viduis honorandis, quæ stipendiis ecclesiæ sustentabantur: hic agit de honoratione presbyterorum, & primo, instruit Timotheum qualiter se habeat ad eos. secundo ostendit, quomodo quædam dicta sunt intelligenda, ibi. *Quorundam hominum.* Item primo ostendit, quòd prẽsbyteri sunt honorandi: secundo, confirmat per authoritatem, ibi, *Dicit enim scriptura.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit ꝙ sunt honorandi: secundo ostendit, qua ratione debetur eis honor, ibi. *Maxime qui.* Dicit ergo, *Qui bene præsunt presbyteris.* Præsbyter idem est quòd senior, & sicut senes ætate, consueuerunt habere prudentiam. Iob. 12. In multo tempore prudentiã, ita qui sumitur ad regimen ecclesiæ debet prudens esse. Luc. 12. Fidelis seruus, & prudens &c. Et ideo prælati ecclesiæ, s. episcopi, & sacerdotes, vocantur prẽsbyteri. Et ideo dicit, *Qui præsunt &c.* Nec hoc tantum, sed oportet, quòd bene prẽsint, s. ad Dei honorem, & non ad propriam commoditatem. Ezech. 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Item, prudens sit, vt vnicuique det tempore suo. 1. Corinth. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Isti. *Duplici digni sunt honore*, quorum vnus est in ministratione necessariorum. Tob. 1. Ex his quibus honoratus fuerat a rege, habuisset decem talenta argenti &c. Prouer. 3. Honora Dominum de tua substãtia. Item, alius in exhibitione reuerentiæ. Eccle. 4. Præsbytero humilia animam tuam. Hebr. 12. Obedite præpositis vestris. Prouerb. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Es. 16. In terra sua duplicia possidebunt. Sed. *Maxime*, præcipue hic honor est illis exhibendus, qui hoc merentur suo labore, scilicet. *Qui laborant in uerbo*, prædicationis. Phil. 2. Inter quos luceris, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Col. 3. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes. Item. *In doctrina*, idest, in eruditione. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos sciẽtia, & doctrina. Et Ephes. 4. Iungit pastores, & doctores, quia hoc est officiũ Episcopi. Deinde cum dicit. *Dicit enim*, probat per duplicem authoritatem, & vnam introducit secundum sensum mysticum, aliam secundum literalem, ibi, *Dignus est.* Dicit ergo. *Dicit enim scriptura*, s. Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti.* 1. Cor. 9. Probat Apostolus hoc esse intelligendum de doctoribus, quia Deo nõ est cura de bobus, nõ quin subsint diuinæ puidẽtię, sed quia Deo nõ est cura, qualiter boies tractent boues, qui possunt eis vti vt volũt. Vñ illa lex non est de bobus, sed ꝑ similitudinẽ dr̃. q.d. Homini laboranti in officio ꝑdicationis & regiminis, nõ prohibeas, quin viuat de illo officio. Per boues, intelliguntur docentes. Prou. 14. Vbi plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Per messes, fideles. Matt. 9. Messis quidem multa &c. Ergo non sunt ꝓhibendi ꝑdicatores & doctores, qn sumptꝰ habeãt. Alia authoritas est. *Dignus est operarius cibo suo.* Mat. 10. Vel potius in veteri testamento est, licet non sic scripta sit. Nec consuetus Apost. de euangelio adducere authoritatem, nisi cum expressione dicentis, sed sumitur hæc de Leui. 9. Non morabitur apud te merces mercenarii tui vsque mane. Sed nunqd isti sumptus sunt merces? Dicit Aug. in Glo. quòd sic. Non tamen venale est euangelium, vt pro istis prædicetur. Merces. n. quãdoq; dicitur, ꝙ homini redditur pro præmio finali, & sic absit, ꝙ prædicatorum merces sint huiusmodi sumptus, quandoq; dicitur merces solum, quo quis fit dignus laborando. Et hoc modo, large hic dicitur merces. Et ideo dicit Aug. Accipiant ergo &c. Deinde cum dicit. *Aduersus presbyterum*, agit de correctione præsbyteri, dicens, quòd præsbyteri, qui bene præsunt, duplici honore sunt honorandi, sed mali sunt corrigendi. Circa quod tria facit. Primo dicit, quòd faciliter eorum accusatio non admittatur. Secundo, quòd culpabiles sunt publice corrigẽdi, ibi, *Peccantes.* Tertio, quòd nõ dãnentur temere, ibi. *Sine præiuditio.* Dicit ergo, Tu maior præsbyter. *Noli aduersus presbyterum accusationem &c.* Duo sufficiũt, si boni sũt. Cuius dicti ratio est in Glo. quia non est facile accusanda, tam alti ordinis persona, quæ sit vice Christi. Sed hoc non videtur sufficere, quia aliorum accusatio. *Non nisi sub duobus, vel tribus testibus.* admittitur. Deut. 17. In ore duorum aut trium testium peribit, qui occidetur. Vnde notandum, quòd aliud est accipere accusationem, & aliud condemnare accusatum, secundum non debet iudex, nisi cum testibus conuictus fuerit damnandus, & hoc in hominibus vulgi, sed in sacerdotem non debet accusationem recipere nisi sit euidens. Deinde cum dicit. *Peccantes &c.* Ostendit quomodo puniatur si sibi probetur, & primo ostendit, quòd publice corrigat eum: secundo adiurat eum, quòd obseruet ista, ibi. *Testor coram.* Dicit ergo. *Peccantes*, tam præsbyteros, quàm quoscunque. *Coram omnibus argue.* Et quare? *Vt cæteri timorem habeant.* Proceditur tamẽ aliter in correctione fraterna, aliter in iudiciaria, quia iudex gerit personam publicam, & ideo debet intendere bonum commune, quod læditur per peccatum publicum, quia multi scandalizantur. Et ideo iudex ecclesiasticus sic debet publice punire, vt alii ædificentur. Eccle. 8. Quia non cito profertur contra malos sententia, absq; vllo timore filii hominum perpetrant mala. Pro. 19. Pestilente flagellato, stultus sapiẽtior erit. Nota, quòd dicit. *Coram omnibus.* Sed cõtra Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuꝰ, corripe eum inter te, & ipsum solum &c. Respondet August. in Glo. distingue tempora, & peccatum, quia aliud est occultum, aliud publicum. Sed primum indiget occulto remedio, idest, occulte est arguendum, & de hoc loquitur Dominus. Vnde dicit in te, s. solo, quasi occulte. Sed Apostolus loquitur de peccato publico, quod publica pæna indiget. Et hoc significatur in mortuis, quos Dominus suscitauit. Matt. 9. Puellam suscitauit intra domum, per quod occultum peccatum intelligitur, vnde, & tũc eiecit turbam, sed Luc. 7. Filium viduę extra portam, coram omnibus, per quod ostenditur publicum peccatum publice puniendum. Deinde cum dicit. *Testor &c.* Quia iudex ecclesiasticus maxime gerit in iudicando personam Dei: ideo per Deum attestandus est, quòd iuste iudicet. Sic enim debet arguere corã omnibus, quòd non despiciat iudicium Dei. Vbi tria ostendit. Primum est authoritas diuina, quia Deus pater authoritate iudicabit, ideo dicit. *Coram Deo.* Gen. 18. Iudicas omnem terrã. Itẽ Christus homo sicut in iudicio cõparens. Io. 5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et ideo dicit, *Et Christo Iesu.* Item angeli sicut ministri Mat. 25. Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit sup sedẽ maiestatis suę. Ideo addit. *Coram angelis.* Iob. 10. Instauras testes tuos cõtra me. Deinde cũ dicit. *Sine præiudicio.* Remouet temerariũ iudiciũ, dicens. *Sine præiudicio.* Vt, s. nõ temere pcedas, sed cũ deliberatione nihil faciens, s. declinãdo ad aliq̃ partẽ. Vel sine piudicio, i sine pcedẽti discussioẽ. Eccl. 33. Sine iudicio nihil facias graue Iob. 29. Causam quã nesciebã diligẽtissime inuestigabã, alioqn nõ esses medius inter partes. Exo. 23. Nõ declinabis in iudicio pauperes. Deinde cũ dicit. *Manus cito nemini imposueris.* Agit de promotione, & hoc vr̃ esse ratio primi. Sicut. n. nõ debet cito punire, ita nec cito pmouere, i. ordinare de facili, ad sacros ordines. Supra. 2. Et hi pbentur primũ, &c. Nu. 11. Cõgrega ad me. 70. virros de senioribꝰ Israel, quos tu nosti, ꝙ senes sint populi ac magistri, q.d. illos quos tibi cõstat idoneos esse. Et quare? *Neque communicaueris peccatis alienis*, qa si inordinate pmoueas, & ex hoc cõtingat pctũm eis, vel in plebe, hoc tibi imputabit. Vel cõmunicat alienis, qa nõ corripis cũ pot. Ro. 1. Digni sunt morte, non solũ qui faciunt ea, sed ẽt qui consentiunt facientibus. Esa. 52. Pollutum noli tangere. Deinde cum dicit, *Teipsum &c.* Ostendit, quomodo habeat se, ad seipsum, & hoc

hoc ſaris rationabiliter, quia contingit quòd aliquis ita fertur ad alios quod ſe negligit. Vnde primo, hortatur eum ad caſtitatem: ſecundo, ex hoc reprimit immoderatam eius abſtinentiam, ibi. *Noli adhuc &c.* Dicit ergo. *Tu qui alios debes corrigere. Teipſum caſtum &c.* 1.Cor.9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cũ aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Iſte ſiquidem Timothe⁹ erat nimiæ abſtinentiæ, & ad vitandũ carnis peccata, corpus macerabat. Eccle. 2. Cogitans in corde meo, abſtrahere a vino carnẽ meam &c. Et quia propter hoc fuit infirm⁹ totaliter, ideo dicit: *Noli adhuc*, poſtquam es infirmus. *Aquam bibere*. Et quare? Quia Leui. 2. Quicquid obtuleris ſacrificii, ſale, ſi diſcretionis, condies: Roma. 12. Rationabile obſequium veſtrum Et ideo dicit. *Vtere uino, ſed modico.* Non ad ebrietatem. Eccle. 31. Exultatio animæ, & cordis vinum moderate potatum. *Propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas*, ſcilicet, quæ tibi ex abſtinentia prouenerunt. Glo. Laborandum enim eſt, vt ſi fieri poteſt, cœptum officium gradatim promoueatur: potius quàm per inconſiderationem diminuatur. Sed notandum eſt, quòd ſanabat Paulus infirmos, & mortuos ſuſcitabat, & tamen Timotheum curat conſilio medicinę, per quod datur intelligi, q̃ non ad omnes vtebatur miraculis, ſed quando expediebat propter fidem. Deinde cum dicit. *Quorundam &c.* Oſtendit qualiter intelligenda ſunt duo, quæ dixit, ſ. ſine præiudicio nihil in condemnationibus fiendum. Itẽ manus cito &c. Et primo, primũ: ſecundo ſecundum Quantum ad primum dicit. *Quorundam enim peccata &c.* Quaſi dicat, Superius dixi ſine præiudicio &c. Tamen debes adhibere conſiderationem: quia quędã peccata ſunt notoria, & hæc non indigent examinatione: quædam occulta, & hæc indigent. Vnde in iſtis vere intelligitur ſine præiudicio, & non in primis, quia illa præcedunt iudicium. iſta vero ſubſequuntur, f. manifeſtatio per diſcuſſionem non tunc publicãdã. Pro. 27. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Secundo, dicit. *Manus cito &c.* Quod dicit eſſe intelligendum in non manifeſte bonis, quia. *Similiter facta bona*, quorundã. *Manifeſta ſunt.* Matt. 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum. Io. 3. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifeſtentur eius opera. *Quæ aliter ſe habent*, i. quæ non ſunt manifeſta. *Abſcondi non poſſunt*, quia Matt. 10. Nihil opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur, q̃ a uel in futuro, vel ẽt hic omnis iniquitas manifeſtatur. Et in his nõ eſt facilis impoſitio iudicium, quorundam autem ſequuntur. Similiter, & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

CAPIT. VI. LEC. I.

Vicunque ſunt ſub iugo ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrẽtur: ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt, & dilecti, quia beneficii participes ſunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, cõflictationes hominũ mẽte corruptorum, & qui ueritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia.

Nihil enim intulimus in hunc mũdum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.

LECTIO II.

Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, q̃ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: per fidem viuit iuſtus. Item per eam vincitur mundus. Secundum eſt dignitas diuinæ dilectionis, ideo dicit. *Dilecti*, ſcilicet excellentius aliis creaturis, quia adoptantur in filios Dei. 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filii Dei nominemur, & ſimus. Tertiũ eſt beneficium gratiæ, ideo dicit. *Quia beneficii participes ſunt*, ſcilicet, quantum ad ſacramentum Domini. 1. Cor. 10. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini eſt? Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te. *Hæc doce*, ſcilicet neſcientes. *Et exhortare*, vt impleant ſcientes. Tit. 2. Hæc loquere &c. Deinde cum dicit. *Si quis*. Excludit contrariam aſſertionem. Et primo, modũ falſæ doctrinæ: ſecundo, radicem, ibi. *Superbus*. Tertio, effectum eius, ibi. Ex *quibus*. Si vis ſcire, quæ doctrina ſit erronea, hoc oſtẽdit ex tribus. Primo, ſi ſit contra doctrinam eccleſiaſticam. Et ideo dicit. *Si quis aliter docet*, ſcilicet, quàm ego, & alii Apoſtoli, quantum ad primum. Gal. 1. Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Doctrina enim Apoſtolorũ, & prophetarum dicitur canonica: quia eſt quaſi regula intellectus noſtri Et ideo nullus aliter debet docere. Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod loquor uobis, neque auferetis ex eo. Apo. vlt. Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Quantum ad ſecundum dicit. *Et non acquieſcit &c.* Nam Dominus Ieſus uenit, vt teſtimonium perhibeat veritati. Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Et ideo miſſus eſt a patre ſicut doctor, & magiſter. 1. Mach. 2. Ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater &c. Et ideo erroneus eſt q̃cunq; non acquieſcit ſermonibus eius. 1. Reg. 15. Quaſi peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. Et dicit. *Sanis*, quia in Chriſti ſermonibus nihil eſt corruptionis, nihil falſitatis, vel puerſitatis, q̃ a ſunt ſermones diuinæ ſapientiæ. Pro. 8. Iuſti ſunt ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiã. Quãtũ ad 3. Pro. 6. Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuę. Vnde dicit. *Et ei, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ*, ſcilicet eccleſiaſticæ. Hæc pietas eſt p̃ cultum Dei. Tit. 1. Secundũ agnitionẽ veritatis, quæ eſt ſẽdum pietatẽ: Radix aũt erroris eſt duplex, ſ. ſuperbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantũ ad primum dicit. *Superbus*. Dicitur aũt ſuperbia radix errorũ dupliciter. Primo, quia ſuperbi volunt ſe intromittere de his ad quę non attinguntur, & ideo neceſſe eſt, quòd erręt, & deficiant. *Eſ.* 16. Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plus q̃ fortitudo eius &c. Itẽ, q̃a nolunt intellectum alteri ſubiicere, ſed inniituntur ſuæ prudentiæ, & ideo nolunt obedire ſcripturæ ſacræ. Contra hoc dicitur Pro 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Pro. 11. Vbi humilitas, ibi ſapientia. Item defectus intellectus. Vbi ſciendum eſt, quòd ſicut in corpore ſanitas eſt quędam æqualitas humorum, ita ueritas eſt quædam æqualitas in intellectu, quia veritas eſt adæquatio rei, & intellectus. Vnde, ſicut infirmus quando non habet æqualitatem complexionis ad modica contraria accidentia læditur, ſic in intellectu quãdo homo non fundatur in veritate, nec habet virtutem p̃ quam poſſit iudicare veritatem, a qualibet queſtionis difficultate, incidit i errorẽ. Vnde dicit. *Languens circa quæſtiones, &c. Sap. 9.* Homo infirmus, & exigui tẽporis, & minor ad intellectũ iudicii, & legũ. Sicut dicit Boetius, ita ſe habet intellectus ad rationem, ſicut circulus ad centrum. Ratio enim diſcurrit, conſiderando actus ac defectus, & habitudinem vnius rei ad aliam. Et niſi reſoluat vſq; ad intellectum veritatis, vana eſt ratio. Vnde, quando accipit veritatem rei, habet eam quaſi centrum. Quidã autem diſcurrunt, & non attingunt. 2. Timo. 3. Semper diſcentes, & nunquã ad ſcientiam veritatis peruenientes. Et ideo dicit circa q̃ſtiones. i. nõ puenientes ad ipſum centrũ, & dicit. *Quæſtiones &c.* Quia in aliquibus dubitatio fit ex parte rei, in aliq̃bus ex parte verborũ, & nominum. Et ideo dicit. *Quæſtiones*, quantum ad primum, ſ. de rebus ſuprà. 2. Quæ q̃ quæſtiones p̃ſtant magis quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Quãtũ ad ſecundum, dicit, Pugnas verborũ. Prouerb. 19. Qui tm̃ verba ſectatur nihil habebit. Et dicit. *Pugnas verborum*, quod intelligitur quando fit diſſenſio ex verbis tantum orta: quia Dominus dicit Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis, & Matth. 17. Ergo liberi ſunt filii. Si ex hoc vellent aliqui inferre, quòd omnes catholici ſicut sũt filii Dei, ita eſſent etiam liberi, eſſet pugna verborum, quia Dominus loquitur ibi de libertate ſpirituali, non de carnali. Deinde cum dicit. *Ex quibus &c.* Ponit effectum erroris. Et primo, ponit ipſum effectum: ſecundo manifeſtat quædam quæ dixerat, ibi. *Eſt autem quæſtus*. Item primo oſtendit, quæ mala ſequantur ex falſa doctrina: ſecundo, in quibus, ibi. Hominum mente. Inter mala vero quæ ponit, quædam ſunt intus in corde, quædam exterius. Interius ſunt inordinati motus reſpectu boni, vel reſpectu mali. Reſpectu boni eſt inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alieno. Vnde dicit. *Inuidiæ*. Quod poteſt intelligi. vel in p̃poſito, vel uniuerſaliter, quia cum aliqui laborant non ad veritatem, ſed ſolummodo ad uerba, non vident æquo animo, ſi aliquis præualet. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Item in propoſito, quia ſi ſerui habentur, vt liberi, & non ſubditi, Domini inuidebunt, & dolebunt ſeruos ſibi æquari. Ex inuidia vero, homo inſurgit contra proximum cui inuidet. Et hæc eſt cõtentionibus. Vel inſurgit contra Deum, & hoc eſt blaſphemia. 2. Pet. 2. Quæ ignorant blaſphemantes &c. Reſpectu vero mali eſt ſuſpitio. Vnde dicit. *Suſpitiones malæ*, ſcilicet Dominorum aduerſus Chriſtianos, quaſi libertatem ad lucrum finxerimus. Vel quòd ſolum tota doctrina Chriſtiana eſſet inuenta, vt ſerui fierent liberi Eccle. 3. Multos ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſẽſus illorum. Et ex iſtis ſequuntur conflictationes aduerſus fideles. Gene. 13. Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham, & Loth. Sed hoc non eſt in cordibus omnium, ſed quorundam. Et ponit tres eorum conditiones, quarum prima pertinet ad defectũ luminis naturalis: ſcd̃a ad defectum cognitionis: tertia ad uitiũ inordinatæ affectionis. Quãtũ ad primum dicit. *Hominum mente corruptorum*, i. ratione etiã naturali, qui habent peruerſum iudicium. Pſalm. 13. Corrupti ſunt, & abhominabiles facti ſunt. Quantum ad ſecundum dicit. *A veritate*, ſ. cognitionis eius. *Priuati ſunt.* Oſeæ. 4. Non eſt ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Quantum ad tertium dicit. *Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem*, i. quòd cultus Dei ordinetur ad quæſtum, & acquiſitionẽ diuitiarum. Sap. 15. Exiſtimauerũt luſum eſſe uitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitã ad lucrum, & oportere vndecunque, etiam ex malo acquirere. Homines ergo huiuſmodi, qui hoc credunt, de facili contemnunt, & incidunt in mala prædicta. Deinde cum dicit. *Eſt autem*, Declarat ultimo dictum, ſ. quæſtum eſſe pietatem. Et primo oſtendit, quomodo pietas habet ſe ad quæſtum: ſecundo oſtendit, quòd non conſiſtit in quæſtu diuitiarum exteriorum, ibi. *Nam qui uolunt.* Item primo, oſtendit primum: Secundo, rationem aſſignat, ibi. *Nihil enim.* Dicit ergo, Iſti dicunt quæſtũ eſſe pietatem, ſed ego dico, quòd. *Pietas eſt quæſtus*, ideo addit *cum ſufficientia*, ſed illarum diuitiarum, quæ dant ſufficientiam Et hoc conſiſtit in duobus. In uno principaliter, ſcilicet pietate, q̃ ordinat alia in Deum, & proximum, & hæc ſunt virtutes, & dona gratiæ. Sap 7. Infinit⁹. n. theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Secundo in ſuſtentatione vitę. Vnde dicit, Cum ſufficientia, i. in his, quæ ſunt neceſſaria ad vitam. Matt. 6. Quęrite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius &c. Supra. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt. Deinde cum dicit. *Nihil enim &c.* Aſſignat rationem huius. Et primo, ex humana conditione: ſecundo, ex eius neceſſitate, ibi. *Habentes.* Conditionem autem ponit quantum ad duo, ſcilicet, quãtum ad principium, quia. *Nihil intulimus &c.* Quaſi dicat, Sufficit neceſſitas, non expedit ſuperfluitas, quia nihil intulim⁹ *In hunc mundum*. Iob. 1. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Item quantum ad finem, qui. *Nihil auferemus.* Pſal. 75. Dormierũt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ ſuis. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Eccle. 5. Quomodo venit, ſic reuertetur. Quantum ad neceſſitatẽ dicit. *Habentes alimenta, & quibus tegamur*, quia bona ſunt propter neceſſitatem, quibus indiget homo contra interiora conſumentia, & hæc ſunt alimenta, vel contra exteriora corrumpentia, & ſic indiget homo tegumentis veſtium, & domorum. Hebvlt. Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Eccle. 29. Iucũdum vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

LECTIO SECVNDA.

Supra oſtendit Apoſtolus, quid ſit queſtus Chriſtianis ex pediens: quia pietas cum ſufficientia: hic oſtendit, quòd quærentes ſuperfluum quæſtum diuitiarum, incurrunt damna multa. Et primo oſtendit mala, quę ſequuntur ex inordinato appetitu diuitiarum: ſecundo aſſignat rationem, ibi. *Radix enim:* Mala aũt, quæ ſequuntur, ſunt duplicia. Quædam enim oriuntur ex hoſte exteriori, quædam vero a concupiſcentia interiori, ibi. *Deſideria.* Dicit ergo, ſimus contenti alimentis &c. Quia. *Qui uolunt diuites fieri.* Non ad neceſſitatem, ſed ad abundantiã diuitiarum. *Incidunt &c.* Eccle. 10. Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Eccl. 5. Qui amant diuitias, fructum non capient ex eis. Et ponit duo, ſcilicet tentationes, & laqueum: quia primo tentant, inquantum diuitiæ alliciunt, & inducunt ad aliqua peccata. 1. Theſſ. 3. Ne forte tentauerit vos, qui tentat &c. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat niſi humana, & laqueo inuoluunt, quia diuitiæ ſunt non habentibus ad tentationem, habẽtibus in laqueum: quia non libenter reddunt eas quas auferunt. Prouer. 21. Qui congregat theſauros, lingua mendacii, vanus, & excors eſt. Ex parte interiori, ponit tria mala. Primo, quòd. *Incidit in deſideria multa*. Perfectio enim hominis eſt, q̃ cor eius congregetur in vnum: quia quanto aliquid eſt magis vnum, tanto eſt Deo ſimilius, qui uere vnus eſt. Pſal. 26 Vnam petii a Domino &c. Sed contra hoc patitur, quærens diuitias, q̃a cor eius trahitur ad diuerſa. Oſeæ. 10. Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibunt. Et hoc ideo, quia vbi eſt theſaurus tuus &c. Matth. 6. Item ſunt inutilia huiuſmodi deſideria multipliciter. Primo, quia, *Inutilia* ſunt ſpiritualiter, quia diuitiæ non ducunt ad beatitudinẽ. Sap 5. Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? &c. Eccle. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Item, temporaliter, quia non dãt, q̃uod promittunt. Eccl. 6. Eſt aliud malum, q̃ vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed extraneus homo deuorabit illud &c. Tertio, ſunt. *Nociua*, Eccle. 5. Diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui. Et oſtendit, quomodo ſunt nociuæ, *Quia mergunt in interitum*, ſcilicet in præſenti. Propter diuitias multi perierunt. Item, in futuro. Vnde dicit. *Et perditionem.* Act, 7. Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ. Vel vtrunque refertur ad ſpirituale damnum. Interitum, i. mortem æternam. Roma. 9, Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ, aptа in interitu &c. Et perditionem, i. pęnam æternam, quæ dicitur perditio propter pœnam damni, quia ſunt quaſi perditi damnati, dum non poſſunt redire in domum ſuam: ſcilicet æternitatis. Iob. 21. In diem perditionis ſeruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Deinde cum dicit: *Radix &c.* Oſtenditur

ditur ratio huius, & hoc ex duobus, scilicet ex natura cupiditatis, & experientia, ibi. *Quam quidam &c.* Dicit ergo. *Incidunt in tentationem &c.* Quare? Quia. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Vbi notandum est, quòd secundum quosdam, cupiditas sumitur tripliciter. Quandoque pro auaritia, secundum quod est speciale peccatū, scilicet inordinatus amor habendi diuitias. Quandoque, prout est genus peccatorum omnium, secundum quòd importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia peccatum est conuersio ad bonum commutabile. Sed sic nō est radix, sed genus oīum. Tertio modo, prout est quædā inordinatio animi ad cupiendum bona tēporalia inordinate, & hæc G est habituale tantum pecatum, & non in actu, sed est quædam radix omnium peccatorum. Et dicitur cupiditas radix, & superbia initium. Eccle. 10. Initium omnis peccati est superbia, qa superbia dicit corruptionem animi ad recedendum a Deo. Arbor autem a radice habet alimentum; & sic peccatum a cupiditate ex parte conuersionis ad bonum commutabile sumit nutrimentum. Sed credo, quòd loquitur de cupiditate, secundum quod est speciale peccatum. Vnde dicit, Qui uolunt diuites fieri &c. Et hæc est inordinatus amor pecuniarum. Et ideo dico, ꝙ auaritia est radix omnium. Omnia enim peccata consistunt in appetitu, & ideo origo peccatorum est secundum originem appetibilium. Origo enim appetibilium procedit ex fine. Et ideo, quanto aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tāto est peius. Finis autem alicuius peccati est desiderabilis pro- H pter duo, s. propter seipsum, & hæc est excellentia, quia ad hoc homo bonū illud vult, vt excellat. Et hæc est superbia, & ideo superbia est initium oīum peccatorū. Itē, propter aliud & hoc est quod ad omnia valet, & huiusmodi sunt diuitiæ, quia p hoc homines credunt se habere omnia. Ex ista parte auaritia est radix omnium malorum. Deinde cum dicit. *Quam quidam.* Ostendit idem per experientiam, & dicit, *Appetentes*, quia quanto magis habentur diuitiæ, tanto magis desiderantur. Ecclesia. 5. Auarus non implebitur pecunia. Et incidunt primo, in damnū spirituale, Vnde dicit. *Errauerunt a fide.* Cuius ratio est, quia p sanam doctrinam fidei prohibentur multa illicita lucra, a quibus desistere nolunt, & inueniunt sibi aliam doctrinam, vbi eis sit spes salutis Et hoc specialiter faciunt vsurarii; secundo, quia *Inseruerunt se doloribus multis*, etiam in præsenti, quia est solicitudo in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Iob. 10. Cum satiatus fuerit diuitiis, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet in eum. Et multo magis in futuro dolebunt. Deinde cum dicit. *Tu autem.* Monet ad sequendum sanam do- I ctrinam, & vitandā malam. Et primo, exponit viā quā sequatur, secundo alligat eum inductione præcepti, ibi. *Præcipio.* Item primo, hortatur ad vitandum peccata prædicta: secundo, ostendit quid agat, ibi. *Sectare uero.* Et quia seruus debet imitari Dominum suum, quia vt dicitur Eccle. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, ideo dicit. *O homo Dei.* Quasi dicat, Tu deditus seruituti dei. Psal. 115. Ego seruus tuus. 1. Ioann. 2. Qui dicit se in illo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si igitur tu es homo Dei, debes facere sicut Christus fecit, Qui, vt habetur Ioan. 6. Fugit cum eum volebant facere regem. Heb. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Ergo & tu. *Hæc fuge.* Psal. 54. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Quid ergo faciet? Ad duo hortatur, primo scilicet ad sectandum arma spiritualia: secundo, ad certandum in eis, ibi. *Certa bonum.* Arma autem spiritualia, aut sunt ad faciendum bonum, aut ad malum tolerandum. Primum au- K tem est, vel in comparatione ad proximum, cui per duo ordinamur. s. per iustitiam; & pietatem seu misericordiam: quia primum sine secundo, est seueritas, secundum sine primo, est remissio. Quantum ad primum dicit. *Sectare iustitiam*, quæ competit prælatis. Sap. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Itē quantum ad secūdum dicit. *Pietatem*, idest, misericordiam. Pro. 20. Misericordia, & iustitia custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. In comparatione autem ad Deum, primū est, quòd perficit intellectum, fidem. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Secundum quod perficit affectum, est charitas. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deꝰ in eo. Ad sustinenda mala sunt duæ virtutes, s. patientia, & māsuetudo: quia homo in malo duas passiones inordinatas incurrit, s. tristitiam inordinatam, & iram quæ est ex ea. Et ideo patientia est contra immoderatam tristitiam. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & māsuetudo est contra irā. Deinde inducit eū ad debitū certamen. Et primo, ostēdit quali-

Domini nostri Iesu Christi.

LECTIO III.

QVem suis tēporibus ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quē nullus hominum vidit, sed nec videre potest:

ter certet: secundo inducit rationē. Dicit ergo *Certa bonum certamen*, scilicet exemplo militū, qui dupliciter pugnāt. s. quandoque ad defendendum, quod habent, quandoq; ad acquirendum non habita, & hoc imminet sanctis: primum, vt custodiant habita. s. fidem & virtutes. Et ideo dicit *Fidei*, idest pro fide custodienda Eccl. 4. Vsque ad mortē certa pro iustitia &c. Vel *Fidei*, vt per fidem vites peccata. 1. Ioan. vlt. Hæc est victoria quæ vincit mundū, fides nostra. Vel *Fidei*, idest, vt alios ad eam cōuertas. Et dicit bonum, idest legitimum certamen. 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tunc est bonum quando abstinet se ab omnibus impedimentis. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui. Secundo certant ad acquirendū, quæ non habent. Et hæc est vita æterna, quæ acquiritur per pugnam. Matt. 11. Regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiūt illud. Et ideo dicit *Apprehende vitam æternam*, scilicet quasi tenēs, tuo certamine vincas. Vel certe certamen fidei. Et quo premio? Vt apprehendas vitam æternam. 1. Cor. 9. Nos autem incorruptam &c. Deinde cū dicit *In quam vocatus es.* Rationem ponit huius dicti. s. Apprehēde &c. Et primo respōdet obiectiōi, quasi dicat, Dicis ꝙ debeo apprehēdere, vellem quidem, sed non possum. Immo potes, quia debetur tibi de iure, quia vocatus es in eam a Deo & a rege illius regni. Et ideo debes conari potissime. 1. Pet 2. De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Secundo proponit obligationem, quasi dicat, Certa bonum certamen, quia dedisti iuramentū de hoc faciēdo, & ideo non licet tibi repugnare. Vnde dicit *Et confessus bonam confessionem corā multis testibus*, i. in consecutione bonū certamen professus es, quando ordinatus es episcopus. 1. Cor. 9. Nā si non euangeli zauero &c. Vsque dispensatio credita est mihi. Vel confessionem bonam. s. prædicando fidē, vt eam serues. Deinde cū dicit *Præcipio.* Obligat eum ad prædicta ex præcepto, quod primo ponit: secundo manifestat quædam dicta, ibi *Quem suis.* In præcepto autem primo testes inducit: secundo commendat pceptū: tertio ostendit quādiu seruet pceptū. Testes inducit Deū patrem, & Dñm nostrum Iesum Christū. Dicit ergo. Te monui, sed ne credas ꝙ liceat aliter facere *Præcipio tibi*, sicut tu debes præcipere subditis tuis *Coram Deo.* Ad duo induxerat, scilicet, apprehēde vitam, & confessus es &c. Et ideo induxit actorem vitæ, *Qui viuificat omnia.* Dicit autē *Deo*, qui est tota trinitas, qui est author vitæ. Item hominē Christum inducit etiā, qui confessus est se esse filium Dei, quod est bona confesio fidei nostræ. Item commendat mādatum, quia in se iustum, & rectū, & irreprehensibile ab aliis. Iob. 6. Nō inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et quandiu est seruandum? *Vsque in aduentum Domini*, ly, vsque, dicit finem intentionis, idest, vt per obseruantiā huius mandati ordines te ad aduentum. *Vel*, idest, vsque ad mortem tuam, quia qualis eris in illa, talis inuenieris tunc Matt: 24. Qui perseuerauerit vsque in finem &c.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus proponens præceptū Timotheo, præcepit vt seruet prædicta vsque ad aduentū Christi: & ideo agit hic de Christi aduentu, de quo tria manifestat. Primo ꝙ erit tēpore congruo: secundo ꝙ manifestus erit: tertio ostēdit authorē aduentus. Quantū ad primum dicit. *Quem suis temporibus ostendet.* 1. Pet. vlt. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores &c. Et ideo vult ostendere, ꝙ etsi videatur aduentus tardari, tñ suo tēpore ostēdet. Eccl. 3. Omnia tēpus habēt. Eccl. 8. Omni negocio tēpus est, & opportunitas. Cōgruū tēpus est finis mūdi, qa illud tēpus est tēpus messis, & collectionis fructꝰ. Et ideo oportet, ꝙ veniat in fine. Quātū ad scd̄m dicit *Ostendet*, idest manifestabit. Licet enim sit visibilis quantum ad carnem, tamen virtus eius est abscondita, sed tunc etiam diuinitas eius erit manifesta sanctis, reprobi vero solum videbunt gloriam carnis. Sed quantum ad tertium dicit, ꝙ ostendet eum Deus Trinitas. Et circa hoc duo facit: quia primo describit aduentum Christi: secundo in eius commendationem prorumpens, laudat eam, ibi, Cui honor &c. Item circa primum tria facit. Primo actorē aduentus describit ex perfecta operatione: secundo ex singulari potestate: tertio ex incomprehensibilitate naturæ: Primū, cū dicit *Beatus.* Beatitudo enim est operatio perfecta, quæ est supremæ virtutis operatiuę, optime dispositę. Et hæc est beatitudo nostra. Dei aūt beatitudo est qua cognoscit se. Si enim se nō cognosceret, Deus nō esset beatus Greg. Deus dum seipso perfruitur, perfecte gloriosus est. Et conuenienter de actore huius aduentus dicit, ꝙ beatus est: quia ad hoc est aduentus Christi, vt nos dedu-

deducat ab beatitudinem. Tob. 13. Beatus ero, si fuerint reliquię A seminis mei ad videndum claritatē Hierusalē. Quantū ad secūdum, dicit *Solus potens.* Psal. 88. Potens es Dñe &c. Sed quare dicit *Solus*? Nūquid non omnia habent potentiā, immo sed p participationē, sed solus Deus a se essentialiter. Vnde dicit *Rex regum, & Dominus dominantium.* Ambr. Dñs est nomen potestatis, & Rex similiter. Qui ergo habet Dñm, & regē supra se, ē subiectꝰ ptati, & talis nō est potēs a se, sed ab alio. Si ergo Chrs est rex regū &c. Necesse est, ꝙ solus habeat potentiā, non ab alio, sed oēs ab eo. Et signatur duplex potētia Dei. s. gubernatiua mūdi, cū dicit, Rex regum, quasi a regimine dicta. B Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat oē malū intuitu suo. Itē potētia creādi, cū dicit, Dñs dominātiū. Psa. 99. Scitote, qm̄ Dñs ipse est Deus, ipse fecit nos. Apoc. 19. Et habebat in vestiméto, & in femore suo scriptū, Rex regū, & Dñs dominātiū. Quantum ad tertium dicit. *Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Incomprehensibilitas Dei ex duobus patet. Primo, quia transcendit quicquid in creaturis est comprehensibile. Secundo, quia hoc ipsum, ꝙ Deus est, omnium cōprehensionem excedit. Primū, cū dicit, *Solus*, in qualibet enim mutatione est quædam corruptio, quia omne, quod mutatur inquātum huiusmodi, desinit esse tale. Illud ergo proprie & vere est incorruptibile, quod penitus est immutabile. Quælibet aūt creatura in se considerata, habet aliquam mutationē, vel mutabilitatem: Deus autē est omnino immutabilis. Sed si aliqua creatura est immutabilis, hoc cōuenit ei ex dono gratię. Et ex hoc ostē C dit, ꝙ natura Dei transcendit oē quod est in natura creata. Supra. 1. Regi seculorū immortali &c. Quantū ad secundū dicit, *Lucem &c.* Lux in sensibilibus est principium videndi, vnde illud, quo aliquid cognoscitur quocūque modo, dicitur lux. Vnūquodque autem cognoscitur per suam formam, & secundū ꝙ est actu. Vnde quantum habet de forma & actu, tantū habet de luce. Res ergo, quæ sunt actus quidam, sed non purus, lucentia sunt: sed non lux. Sed diuina essentia, quæ est actus purus, est ipsa lux. Ioan. 1. Non erat ille lux &c. Deus autem habitat apud se, & hæc lux est inaccessibilis. i. non visibilis oculo carnis, sed intelligibilis. Et tñ nullus intellectus creatus pōt ad eū accedere. Notandū est tñ, ꝙ dupliciter pōt intellectus accedere ad cognitioné naturę alicuius. s. vt cognoscat, & vt cōprehēdat. Ad comprehēdendum aūt deum impossibile est intellectū peruenire qa D sic cognosceret Deum, vt cognoscibilis est: Deus autem perfecte cognoscibilis est inquantum habet de entitate & luce: hæc autē sunt infinita, ergo est infinite cognoscibilis. Virtus autem intellectus creati est finita. Et ideo etiam intellectus Christi non cōprehendit Deum. Sed alius modus est cognoscendi Deum. s. attingendo Deum. Et secūdum hoc nullus intellectus creatus, per propria naturalia attingit ad cognoscendum id quod est Deus. Et ratio huius est, quia nulla potentia pōt in aliquid altius suo obiecto, sicut visus ad altius cognoscere. Proprium autem obiectum intellectus est, quod quid est, vnde quod superat quod qd est, excedit proportionem omnis intellectus. In Deo autem non est aliud esse, & quidditas eisu. Quomodo ergo cognoscibilis est? accedamus ad eum cognoscendum: hic per gratiā, & in futuro per gloriam. Psal. 33. Accedite ad eū, & illuminamini. Sed qualiter ergo Deus habitat lucem inaccessibilem? & in Psal. 96. Nubes & caligo in circuitu eius. Exod. 9. Moyses accessit ad ca E liginem in qua erat Deus. Respondet Dionysius. Omnis caligo est inaccessibile lumen. Est ergo idem quod hic lumen, & ibi caligo, sed caligo est inquantum non videtur, lumen vero inquantū videtur Sed aliquid est inuisibile dupliciter. Vno modo propter se, sicut opacū. Alio modo propter excedentiam eius, sicut sol ab oculo noctuę. Si quædam sunt nobis nō conspicua propter defectum sui esse, & quędam propter excedentiā eius: & sic Deus nobis quodammodo inacessibilis est *Quem nullus hominum vidit.* Si intelligatur de cōprehensione, sic absolute verum est, etiā de angelis: quia solus Deus comprehendit se. Si autem de visione, qua attingit, sic intelligitur tripliciter. Vno mō, nemo vidit oculo corporali. Alio modo, secūdū essentiā oculo mentis, viuens in carne, nisi Christus. Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Tertio mō, nemo vidit quid est Deus per seipsum. Matt. 11. Nemo nouit patrē &c. Matt. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Deinde prorumpit in laudem Dei, dicens *Cui honor.* Et ponit duo. Primum pertinet ad reuerentiæ exhibitionem, dicens, *Honor*, qui est exhibitio reuerētiæ. Mala. 1. Si ego pater, vbi ē honor meus &c. Scd̄m ad gubernatiōnē, cū dicit. *Imperium sempiternū.*

cui honor & imperium sempiternum. Amen.

LECTIO IIII.

DIVITIBVS huius sęculi pcipe non sublime sapere, neq; sperare ī incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates

LECTIO QVARTA.

SVpra egit de instructione personarum infirmi status: hic redit ad materiam suam, & instruit eum ad instruendum diuites. Et primo, facit hoc: secundo agit de instructione Timothei, ibi. *O Timothee.* Et semper quādo instruit eum ad instructionem aliorum, monet, vt non negligat se. Et circa primum, primo excludit vitia, quæ solent in diuitibꝰ abūdare: scd̄o inducit ad bona ibi. *Bene agere.* Itē circa primū, primo proponit uitia, quæ solent esse in diuitibus: secundo, excludit hæc, reddendo rationē huius, ibi. *In incerto.* Dicit ergo. *Diuitibus.* Diuitiæ abundantiam important. Est autem abūdantia spiritualium, & hæ sunt verę diuitiæ. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Quædam corporales, & hæ non sunt veræ diuitiæ, quia nō sufficiunt. Et ideo addit cum quadam diminutione. *Huius seculi.* Baruch. 3. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. His ergo. *Præcipe.* Quando de seruis egit non posuit præceptum, quia hoc est virtus, quòd homo vtatur authoritate ad maiores, non ad minores. Et ideo dicit, Non dimittas propter diuitias, & propter altum statum eorum, quin præcipias. Et quid debet præcipere? *Non sublime sapere*, idest, non sentire aliquid excelsum de se. Nunquid hoc est malum? Respondeo. Potest reddi malum ex duobus. Primo, si sublime sapit de se, propter ea, quæ non habent excellentiam veram. Et hoc est, si in rebus temporalibus, vnde qui propter exteriorē excellentiā sublime sapit de se, inordinate sapit: & hæc est superbia. Et tamen carnales non aliam sublimitatem curant nisi istā, & hæc acquiri potest per diuitias. Eccl. 10. Pecuniæ obediūt omnia. Vnde quia diuites huius mundi hæc habent, inaniter extolluntur. Item alio modo, quia sunt quædam, quæ habent sublimitatem, sicut dona spiritualia. Eccle 25. Quàm magnus est, qui inuenit sapientiam, & scientiam &c. In his enim aliquis potest inordinate sapere sublimitatem, non ex natura donorum, sed, vel attribuendo sibi quod non habet, vel non cognoscendo a Deo ea, quæ habet. Vnde in primo, est inordinatio propter defectum rerum. In secundo, propter inordinationem affectus. Secūdū vitiū in diuitibus est spes mūdanorū. Vñ dicit. *Neque sperare.* Iob. 31. Si putaui aurum robur meū, & obrizo dixi, fiducia mea. Prouerb. 10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Deinde cum dicit. *In incerto diuitiarum.* Assignat rationē monitionis. In eo. n. sperat aliq̄s, vñ credit auxiliū habere, sed auxiliū hr̄ a forti, & diuitiæ sunt fragiles, ergo nō est in eis sperādū. Matt. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, ac tinea demolitur, &c. *Sed in Deo viuo*, vbi ē vera spes ponēda. Hie. 17. Beatꝰ vir q̄ cōfidit in Dño, & erit Dñs fiducia eiꝰ Iac. 1. Dat oībꝰ affluēter. Sed hoc qd̄ dicit. *Abunde ad fruēdū.* dupliciter pōt exponi. Vno mō, vt fruitio sumat̄ p gaudio, & hoc mō est ēt in corporalibus. Vel expone. i. vt p hæc pueniamus ad fruitionē Dei. Deinde cū dicit. *Bene agere.* Monet ad operandum bonū. Qui aūt habent affectū ad diuitias, primo nitunt̄ ad acquirendū nō habitas: scd̄o vt vtantur habitis: tertio vt ad finem diuitiarum perueniant. Hic tria monet Aplus: primo, vt acq̄rant spūales diuitias quas nō habēt. & ideo dicit. *Bene agere &c.* Es. 1 Discite bñfacere. Quantū ad scd̄um, sciēdū est, ꝙ duplex est vsꝰ diuitiarū. Vnus est tenere, & alius est dare, sed principalis est dare. Et ideo ista duo ponit, primo vt dēt. Vñ dicit. *Facile tribuere*, i. sine grauitate cordis interiꝰ. 2. Cor. 9. Nō ex tristitia, aut ex necessitate &c. Et sine tarditate. Pro. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Iob. 31. Si oculos viduę expectare feci. Scd̄o, vt custodiat, nō q̄dē tm̄ ad suā vtilitatē, sed ad quoddā cōmune. Vñ dicit. *Communicare*, i. habere eas sicut cōmunes. Ro. 12 Necessitatibꝰ sanctorū cōmunicantes. Quātū ad tertiū, vt ad finē thesaurizādi pueniāt, ideo dicit. *Thesaurizate &c.* Thesaurus spūalis est cōgregatio meritorū. q̄ sunt fundamētū futuri ædificii, qd̄ nobis pparatur in cælo, qa tota pparatio futuræ gloriæ est p merita, q̄ acq̄rimus p gratiā, q̄ est principiū merēdi. Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neq; tinea &c. 1. Co 9. Sic currite, vt comprehendatis. Deinde cum dicit. *O Timothee.* Instruit ipsum Timotheum. Et primo, vt bona conseruet: secundo, vt mala deuitet ibi. *Deuitans* Dicit ergo. O *Timothee depositum custodi.* Depositum hominis est omne bonum, quod habet quilibet, quod sibi cōmissum a Deo, vt conseruet & multiplicet. Eccl. 17. Gratiam hominis, quasi pupillam

pupillam conseruabit. 1. Cor. 15. Et gratia eius in me uacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Et sic dicit ei, vt depositum custodiat, idest vt se in gratia Dei conseruet, & multiplicet. Qui enim abscondit talentum, punitur. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Et inutilem

F re contra consuetudines. Sed noua prophana non sunt audienda. Sed prophana nouitas est, quando inducitur aliquid contra fidem. Et dicitur nouum, per comparationem ad id quod est antiquum. Hoc fecit Nestorius quando dixit de virgine Maria Christotochos, vt inferret quòd non esset mater Dei. Et ideo sancti patres in Ephesino Cõcilio instituerunt, ꝗ diceret Theotochos. 2. Timoth. 1.

sursum eiicite i tenebras exteriores &c. Mat. 25. Et spãliter plati habẽt depositũ .s. curam proximorum, & fidelium. Ioan. vlti. Pasce oues meas. Heb. vlt. Ipsi pernigilant, quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. 2. Timo. 1. Bonum depositum custodi. Item quòd mala vitet, præcipue illa quæ sunt nata coinquiuare fidem, cuius ratio est, quia sicut Princeps secularis ponitur ad custodiendam vnitatem regni, ita spiritualis ad seruandam vnitatem spiritualem. Pax autem regni consistit in iustitia. & ideo ille ordinatur ad iustitiam. Sed vnitas ecclesiæ est in fide, & ideo principaliter monet ad custodiam fidei. Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua, & tu conuersus confirma fratres tuos &c. Similiter autem posset corrumpi fides per fallaciam, sicut etiam quælibet scientia. Sed sicut dicitur. 1. Elen. Fallacia fit quãdoq; ex voce, quandoque ex re. Vnde est fallacia in dictione, & extra dictionem. Et sic fides aliquando corrumpitur per aliquas uoces inordinatas, sicut dicit Hie. quòd ex verbis inordinate prolatis, fit hæresis. Et ideo dicit. *Deuitans prophanas vocum nouitates*. Quia non velle audire aliquid noui, est oblatra

& oppositiones falsi nominis sciẽtiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Formã habens sanorũ verborũ, quæ a me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu. Et ca. 2. *Prophana & vaniloquia deuita &c.* Quandoque vero corrumpitur per rationes reales sophisticas. Et istud vitandum est. Et dicit. *Et oppositiones scientiæ falsi nominis*, quia non est vera scientia, sed apparens. Scientia. n. secundum propriam ra-

G tionem non est nisi verorum. Impossibile autem est, quòd verũ sit vero contrarium, licet quandoque duo falsa sint sibi contraria, & ideo impossibile est, quòd illud quod repugnat veritati diuinæ, quæ est summa veritas, sit verum. Col. 2. Videte ne qs vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundũ elementa mundi, & non secundum Christum. *Promittẽtes*, idest, dicentes se habere. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua, quæ non est Dei, quia qui loquitur mendacium: ex propriis loquitur. Ioan. 8. Hie. 2. Filii Mempheos, & Taphneos, cõstuprauerunt te vsque ad verticem. Esa. 47. Sapientia tua, & scientia tua hæc, decepit te. *Gratia Dei*, tecum. Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Primam ad Timotheum.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM SECVNDAM S. PAVLI APOSTOLI, AD TIMOTHEVM.

PROLOGVS S. THO.

NOCTE & die æstu vrebar & gelu &c. Gen. 31. Verba sunt Iacob ostendentis & commendantis curã pastoralem, ac pastorale officium. In quibus circa hoc

B officium tria ponuntur, scilicet assiduitas, patientia, solicitudo, Primum est, quia sine intermissione debet curam gregis gerere. Vnde dicit, Nocte & die. Nocte orando, die erudiendo. Esa. 21. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiã ego sum stans totis noctibus. Vel per diem, idest, tempore prosperitatis, & per noctem, tempore aduersitatis. In quibus prælatus debet respicere curam gregis 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ, a destris & a sinistris. Prou.

C 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Secundum est, quia maxime prælato patientia necessaria est. Debet enim prælatus propter gregis salutem omnia sustinere. Ioan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Vnde dicit, Aestu, idest feruore instantis persecutionis. Iac. 1. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum. Gelu, idest timore futurorum 2. Corinth. 7. Foris pugnæ, intus timores, Tertium est, quia præest in solicitudine, vt dicitur Roman. 12. Et hoc expellit somnum negligentiæ. Vnde subditur Gen. 31. Fugiebatque somnus ab oculis meis. Prouerb 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne des oculis tuis somnum. Recte ergo hæc verba materiæ huius epistolæ conueniunt. In prima enim instruit eũ de ordinatione ecclesiastica. In hac aũt secunda agit de solicitudine tãta pastorali, vt ẽt martyriũ sustineat pro cura gregis, vt patet in prologo.

LECTIO PRIMA.

DIVIDITVR autem hæc epistola in salutationem, & narrationem secundam ibi; *Gratias ago*. Item primo ponitur persona salutans. Secundo, persona salutata. Tertio, bona optata. Persona salutans pescribitur ex nomine; *Paulus* quod sonat modicitatem, quod ei competit propter humilitatem mẽtis, & tribulationem, quæ faciunt hominem paruum. Intantum quòd Christus dicitur minoratus propter passiones. Heb. 2 Eum, qui in modico ab angelis minoratus est &c. Item ex dignitate quam primo ponit. Secundo, dignitatis originem. Tertio, fructum. Dignitas est magna, quia est; *Apostolus Iesu Christi*, idest missus est a Christo. Luc. 6. Elegit duodecim ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. Hanc dignitatem adeptus est, quia plus omnibus laborauit 1. Cor. 15. & Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Origo Apostolatus est voluntas Dei. Vnde dicit; *Per voluntatem Dei*, quam quidam præueniunt, quia se ingerunt: contra quos dicitur Hebr. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Item quidam permittuntur, propter peccata populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: sed hoc est per voluntatem Dei, quod dicit, quia nõ per voluntatem suam. Fructus autem non est aliquid terrenum, sed; *Secundum promissionem vitæ, quæ est &c.* Idest, ad consequendam vitam æternam promissam a Christo. Hic debet esse finis prælatorum 1 Corin. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Persona salutata est, Timotheus filius eius, ab eo cõuersus. Act. 16. Charissimus, quia sibi vnanimis. Phil. 2. Neminẽ habeo tam vnanimem &c. Bona optata sunt tria .s. *Gratia*, per quam est remissio peccatorũ; *Misericordia*, per quam consequimur finale bonum; *Pax*. Glo. idest tran-

D quillitas mentis, hæc competit prælato, qui ad hoc ponitur, vt pacem procuret. Io. 10. dixit Dñs, Pax vobis. Et præcepit intrantibus domũ, pacẽ offerre, vt habet. Matt. 10. Et hoc; *A Deo patre*, qui est dator omnis boni. Iac. 1. Item; *A Iesu Christo*, qui est mediator inquantum homo, Dei & hominũ. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis & prætiosa promissa donauit.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio. gratia, & misericordia, & pax a Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro,

LECTIO II.

GRATIAS ago Deo meo, cui seruio a progenitoribus meis in cõscientia pura,

LECTIO SECVNDA.

HIC incipit epistolaris narratio, in qua primo munit eum contra præsentes persecutiones. Secundo, contra futura pericula Ecclesiæ 3. cap. ibi; *Hoc autem scito*. Item primo, induc it ad instantiam prædicationis, quæ tunc erat causa & occasio persecutionis. Secundo, hortatur ad sustinendas tribulationes propter Christum, ibi; *Tu ergo &c. cap. 2.* Item primo, commemorat bona ipsius Timothei. Secundo, hortatur eum ad vsum horum bonorum per instantiã prædicationis, ibi; *Per quam &c.* Tertio, ponit se in exemplum, ibi; *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & Magister &c.* Item primo, ponit affectũ quem habebat ad Timotheum. Secundo ponit bona huius, quę prouocabant eum ad huiusmodi affectum, ibi; *Memor*. Affectus ostenditur per duo, scilicet per orationem & desiderium.

D Et ideo; *Gratias agit Deo* de affectu quem habet ad Timotheum, quia est charitatis, & charitas est principale donum, quasi dicat. Reputo me gratiam consecutum, quòd sic sincerum affectum habeo ad te. Et dicit; *Deo meo*, cui specialiter; *Seruio a progenitoribus meis*. non a parentibus carnalibus, quia 1. Tim. 1. Christus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed seruitio deriuato a progenitoribus meis, scilicet patriarchis & prophetis qui Deo sincere seruierunt. Et dicitur a progenitoribus, quia filii facilius imitantur perfectionem paternam, tum, quia instruunt ab eis, vt Thobias, tum quia etiam homo facilius imitatur amicos. Et quomodo seruio ei? *In conscientia pura*, quia vt habetur Abac. 1. Mundi sunt oculi tui Domine, ne videant malum, & respicere, ad iniquitatẽ non poteris 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. De quo agit gratias; *Quia sine intermissione*, siue die prosperitatis, siue nocte aduersitatis, oro pro te. Item ex desiderio. Ideo dicit;

E *Desiderans te videre*, scilicet propter consolationem vtriusque: Roma. 1. Desidero enim videre vos &c. Deinde cum dicit; *Memor*, ostendit bona, quæ erant in Timotheo. Et primo commemorat affectum eius ad se. Secundo, fidem ad Deum, ibi; *Recordationem*. Dicit ergo; *Memor lachrimarum*, quas, .s. Timotheus effudit, quãdo discessit Ephesum ab eo, paratus ad martyrium. Vel lachrimarũ quas fudit in orationibus, & hoc; *Vt gaudio implear*, idest hæc memoria replet me gaudio. Phil. 2. Implete gaudium meum &c. Item memor fidei ad Deũ. Fidem eius primo commemorat. Secundo, ostendit eam a parentibus deriuatam, & non nouitiam. Dicit ergo; *Recordationem &c.* Fides necessaria est prælato, qui est fidei custos. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et dicit; *Non ficta*. Vera enim per opera bona est. Iac. 2. Ostende mihi sine operibus fidem tuam, & ego

oſtendam tibi ex operibus fidem meam 1. Timo. 1. Finis præcepti eſt charitas &c Sap. 1. Effugiet fictum &c. Et hæc non noua, ſed; *Habitauit primum in auia tua Loide &c.* Act. 16. dicitur quòd fuit filius mulieris Iudeæ; *Certus autem*, uel per reuelationem, vel per indicia; *Quòd & in te*.

quòd ſine intermiſsione habeā tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die deſiderans te videre. Memor lachrimarū tuarū, ut gaudio implear, recordationē accipiēs eius fidei, quæ eſt in te non ficta, quę & habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunicę, certus G ſum autem, quòd & in te.

LECTIO III.

PRopter quam cauſam admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quę eſt in te per impoſitionem manum mearū. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris: ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum eius: ſed collabora euangelio, ſecundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecūdum propoſitū ſuū & gratiā, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tēpora ſecularia. Manifeſtata eſt autē nunc per illuminationē ſaluatoris nr̄i Ieſu Chr̄i, q̄ deſtruxit quidē mortē, illuminauit autē vitā, & incorruptionem per euangelium.

LECTIO III.

SVPRA cōmendauit eum de bonis gratuitis: hic hortat ad vſum gratuitorum ſibi datorum, præcipue in prædicatione euangelii. Et primo monet generaliter ad vſum datę ſibi gratiæ. Secundo, ſpecificat, qualis ſit vſus gratiæ, ibi; *Noli itaque erubeſcere*. Itē primo, ponit monitionem: ſecundo, eius rationem, ibi; *Non enim dedit nobis*. Dicit ergo; *Fides non ficta* ī matre & auia, & in te eſt; *Propter quam cauſam admoneo te*. Gratia Dei eſt ſicut ignis, qui quando obtegitur cinere, non lucet, ſic gratia obtegitur in homine per torporem, vel humanum timorem. Vnde & Timotheus effectus H pusillanimis, torpuerat circa prædicationem. Et ideo dicit; *Vt reſuſcites gratiam*, ſopitam. 1. Theſ. 5. Spiritum nolite extinguere. Et addit; *Quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*, a quo, ſcilicet ordinatus erat epiſcopus. In qua manus impoſitione, data eſt ei gratia Spiritusſancti. Deinde cum dicit; *Non enim*. ponitur ratio monitionis, & ſumitur ex conditione diuinorum munerum. Qui enim accipit munus, debet operari ſecundum concruentiam muneris. ergo ſecundum conditionem diuinorum munerum debemus Deo ſeruire. Eſt autem duplex ſpiritus huius mundi, & Dei. Et horum diſtinctio eſt: ſpiritus enim ſignificat amorem. quia nomen ſpiritus impulſionem importat, & amor impellit. Duplex autem eſt amor, ſcilicet Dei: & hic eſt per ſpiritum Dei, & amor mundi, & hic eſt per ſpiritum mundi 1. Corin. 2. Non enim accepimus ſpiritum huius mundi &c. Spiritus autem mundi facit amarę bona mundi, & timere mala temporalia, & ideo dicit; *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris*; ſcilicet mundani: quia hunc Deus aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Eſt alius ſpiri- I ritus timoris Domini & ſanctus: & iſte facit, vt timeatur Deus: hic autem eſt ſine pœna & ſine offenſa, Et hic eſt a Deo. Matth. 10. Timere eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Et addit; *Sed virtutis*, quia per Spiritum ſanctum dirigimur in malis, & hoc per virtutem, ſcilicet fortitudinis contra aduerſa mundi. Luc vlt. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Item dirigimur in bonis, quia quantum ad affectionem ordinamur per dilectionem charitatis, dum quis omnia quæ diligit, refert in Deum. Vnde dicit; *Et dilectionis* 1. Ioann. 3. Qui non diligit, manet in morte. Item quantum ad bona exteriora, & ideo dicit; *Et ſobrietatis*, ideſt omnis temperantiæ, ſeruando debitum modum & menſuram, vt ſcilicet temperate vtamur bonis mundi. Tit. 2. Sobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo. 1. Tim. 3. Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, vnius vxoris virum, ſobrium. Deinde cum dicit; *Noli*, K ſpecificat vſum gratiæ, & primo, excludit contraria huic vſui. Secundo, hortatur ad vſum gratiæ, ibi; *Sed collabora*. A ſolita autem prædicatione poterat impediri propter duo. Primo, per erubeſcentiam. Secundo, ex pœna Apoſtoli, quam patiebatur propter Euangelium, & ideo quantum ad primum dicit; *Noli itaq;*, ſcilicet, ex quo habes ſpiritum fortitudinis; *Erubeſcere &c.* Prædicatio enim Chriſti, ſi referatur ad ſapientiam mundi videbatur ſtulta, vnde erubeſcentiam habere videbatur 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Ro. 1. Non enim erubeſco Euangelium. Luc. 9. Qui me erubuerit & meos ſermones, hūc filius hominis erubeſcet. Quantum ad ſecundum ſciendum eſt, quòd ſi latro videt aliquem ſuſpenſum, erubeſcit ſe confiteri ſocium eius. Sic, quia Apoſtolus erat vinctus, poterat eum Timotheus erubeſcere, & ideo dicit; *Neque me uinctum eius*. Eph. 6. Pro quo legatione fungor in catena. Eccleſ. 4. Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo. Deinde cum dicit; *Sed collabora*, hortatur ad vſum gratiæ, & primo in generali. Secundo, oſtendit, ex qua fiducia hunc vſum aggrediatur, ibi; *Secundum vir-* F *tutem*. hic manifeſtat, quod dicit ibi, *Non ſecundum &c.* Sed collabora. Dicit ergo, ne erubeſcas, ſed *Collabora*, ideſt ſimul mecū labora. 1. Cor. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet. Et dicit *Euangelio*, quod poteſt eſſe ablatiui caſus, & hic in euangelio prædicando datiui caſus, & ſic ad laudem euangelii, vt ſcilicet creſcat. Sap. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus &c. Et hoc cum fiducia, non propria, quia nō ſufficiētes ſumus cogitare aliq̄d a nobis, quaſi ex nobis &c. Sed *Secūdum Dei virtutem*. ideſt, habendo fiduciam de virtute Dei. Eſa 40. Qui dat laſſo virtutem & his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Hæc virtus manifeſtat per duo, ſcilicet, quantum ad affectum, quia liberamur a malis. Et ideò dicit *Qui nos liberauit*. 1. Eſd. 8. Liberauit nos de manu inimici, & inſidiatoris in via. Ioā. 8. Si filius vos liberauerit. Et quantum ad hoc, quòd vocat nos ad bona. Vnde ſequitur *Et vocat vocatione ſua ſancta*, quia vocauit ad ſanctificandum. Rom. 8. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. 1. Pet. 2. Qui de tenebris nos vocauit, in admirabile lumen ſuum. Et manifeſtat quædam, quæ dicit, dicens *Non ſecundum opera noſtra*. Vbi oſtendit, quòd per virtutem Dei liberati & vocati ſumus, non per humanam. Et primo oſtendit cauſam vocationis noſtræ, & liberationis eſſe a Deo. Secundo, proceſſum cauſæ, ibi, *Quæ data eſt etiam*. Tertio commendat datorem cauſæ, ſcilicet gratiæ, & eius conſeruatorem, ibi, *Qui deſtruxit*. Dicit ergo, vocauit non per noſtram virtutem, quia ſcilicet non per opera noſtra, quæ ſunt effectus virtutis. Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Eſt autem duplex cauſa humanę ſalutis, quæ eſt a Deo. Vna eſt æterna, ſcilicet, eius prædeſtinatio. Alia eſt temporalis, ſcilicet, gratia iuſtificans. Quantum ad primum dicit *Secundum propoſitum*, ideſt prædeſtinationem, quæ eſt propoſitum miſerendi. Ephe. 1. Operatur omnia ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Roma. 8. His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Quantum ad ſecundum, dicit *Et gratiam*. Roma. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Circa proceſſum gratiæ primo oſtendit, quomodo eſt præparata gratia. Secundo, quomodo collata. Tertio per quem. Primum oſtendit, cum dicit *Quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu*, ideſt præuiſa eſt nobis dari *Ante tempora ſecularia*. Sicut dicit Philoſophus, Seculum nihil aliud eſt, quàm menſura durationis aliquarum rerum, vnde diuerſa ſecula, diuerſæ ſunt ætates hominum. Vnde vnum ſeculum durat mille annis: quia homo dicitur uiuere quandiu eſt in memoria hominum, quæ non excedit mille annos. Tempora ergo ſecularia ſunt, quæ menſurant res mutabiles, & hæc incœperunt cum mundo, ſed prædeſtinatio eſt ante mundum. Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi. Et dicit, *In Chriſto Ieſu*, quia non ſumus electi ſic, ut ſaluemur propriis meritis, ſed per gratiam Chriſti: quia ſicut prædeſtinauit ſalutem noſtram, ita modum ſalutis noſtræ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sed hæc prædeſtinatio prius erat occulta, ſed nunc eſt manifeſta. Et quomodo? ſicut conceptus cordis per opera, unde nunc in effectu operis, ſuis electis manifeſtauit, per illuminationem proprie loquitur: manifeſtare enim eſt in lucem ducere. Iob. 18. Abſcondita produxit in lucem. Sic ergo *Manifeſtata eſt nunc &c.* Per hoc, quòd miſit Chriſtum nos illuminantem. Eſai. 60. Surge illuminare Hieruſalem, quia uenit lumen tuum. Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis ſedent. Deinde cum dicit, *Qui deſtruxit*. commendat Chriſtum illuminatorem: & primo eius uirtutem, quantum ad mala, quæ abſtulit. Secundo, quantum ad bona, quæ contulit. Dicit ergo, *Chriſtus*, propter hoc, quòd pro nobis ad paſſus eſt *Deſtruxit mortem*, ideſt ſatisfecit Deo pro peccatis noſtris. 1. Petr. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt &c. Et peccatum erat cauſa noſtræ mortis corporalis. Roma. 6. Stipendia enim peccati, mors: & ideo deſtruendo peccatum, deſtruxit mortem. Oſeæ. 13. Ero mors tua o mors &c. Contulit etiam perfecta bona: primo animæ in præſenti, per gratiam fidei. Abach. 2. Iuſtus meus ex fide viuit. & eſt imperfecta in hac vita, ſed perficietur in gloria. Io. 17 Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te. Secundo, immortalitatem carnis reſultantem ex gloria animæ 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem &c. Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, ſcilicet iam per gratiam, & abūdantius habeant, ſcilicet per gloriam in futuro. Itē ibidem, Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

1.Cel.tex. com.100.

LECTIO IIII.

IN quo poſitus ſum ego p̄dicator, & Apoſtolus & magiſter Gentium. Ob quam cauſa ēt hæc patior, ſed nō cōfundor. Scio.n. cui credidi, & certus ſum, q̄a potēs eſt depoſitū meū ſeruare in illum diē. Formam habe B ſanorū verborū, quæ a me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitū cuſtodi per Spiritūſanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, q̄ auerſi ſunt a me omnes qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Philetus & Hermogenes. Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenā meā nō erubuit, ſed cum Romam veniſſet, ſolicite me quæſiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire miſericordiam a Deo in illa die Et quāta Epheſi miniſtrauit mihi, tu melius noſti.

LECTIO IIII.

SVPRA monuit ad ſolicitā Chriſti prædicationem: hic inducit ad hoc per exemplum, & primo, ponit hoc. Secundo, inducit ad ſui ſequelam, ibi; *Formam habens*. Tertio, oſtendit ſequendi neceſſitatem, ibi; *Scis hoc*. Item primo, ponit ſuum officium. Secundo, oſtendit quæ patitur pro ſui officii executione, ibi; *Ob quam cauſam*. Tertio, ſpei certitudinem, ibi; *Scio enim*. Deſcribit autem officium ſuum tripliciter: quia dicit ſe prædicatorem ad excitandum ad bonos mores. Infra 4. Prædica verbum, inſta opportune. Mar. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Apoſtolum ad regendum Eccleſiam: quia Apoſtoli ſunt prælati Eccleſiæ. Galat. 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt, C & mihi inter gentes. Et magiſtrum inſtitutum ad docendum fidei ſanctitatem, & cognitionem Dei 1. Tim. 2. Doctor Gentium in fide & veritate. Iohel. 2. Filii Sion exultate & letamini in Domino Deo noſtro, qui dedit uobis doctorem iuſtitiæ. Sed dicit; *In quo poſitus ſum ego*. Vbi nota tria. Primo, quòd ipſe non aſſumpſit ſibi, ſed ab illo poſitus eſt. Hebr. 5. Nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Secundo, in poſitione deſignatur ordo. Tertio, firmitas: quia ſecundum ordinem rationis inſtitutus, firmiter manſit. Ioan. 15. Poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Iudicum. 5. Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo. Deinde cum dicit; *Ob quam cauſam*, oſtendit, quæ patitur pro ſui officii executione, dicens; *Hæc aduerſa*; *Patior*, ſcilicet vincula & tædia, & hoc pro fide Chriſti. infra 2. Laboro uſque ad uincula. Et dicit, ob hanc cauſam, quia pati ſimpliciter non eſt laudabile, ſed propter iuſtam cauſam. Matt. 5. Beati, qui perſecutionē patiun- D tur propter iuſtitiam. Et ideo; *Sed non confundor*, quia non eſt ad confuſionem ei qui patitur propter iuſtitiam 1. Pet. 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat &c. Act. 5. Ibant Apoſtoli gaudentes &c. Deinde cum dicit; *Scio*. Ponitur certitudo ſpei quæ facit eum non confundi, etiam hoc prouenit ex magnitudine Dei promittentis. Et ideo dicit; *Cui credidi*. Et nota, quòd vno modo credere, eſt actus fidei, & eſt ſenſus; *Scio &c* Ideſt, ſcio quòd ille, qui promiſit eſt verax, & potens ad reddendam vitā ęternam, quam repromiſit homini fideli exiſtenti. Sed contra, ex hoc ſequitur, quòd eadem eſt ſcientia & fides, & idem eſt ſcitum & creditum, quod eſt impoſſibile: quia de ratione ſciti eſt, quòd videatur, de ratione crediti, quòd non. Reſpondeo: in fide duo ſunt, ſcilicet id quod creditur, & ille cui creditur. De eo quod creditur non poteſt eſſe ſcientia, quia ſic perderet crediti rationem, ſed de eo cui cre- E ditur, eſt ſcientia, quia per euidentiſſimam rationem eſt ſcitū, quòd Deus eſt verax. Et ſic dicit, Cui credidi 1. Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Prouerb. 14. Innocens credit omni verbo &c. Alio modo, dicit credere fidei eius, cui committit rem ſuam, & hic ſenſus eſt verior, quaſi dicat, Quia meipſum, labores & paſſiones credidi, ideſt commiſſi Deo. ſcio quòd; *Potens eſt depoſitum meum ſeruare &c.* Et nota, quòd depoſitum dicitur dupliciter. Vno modo, quòd ego depoſui. Et ſic homo deponit apud Deum ſalutem ſuam, quando ſe Deum totum committit 1. Pet. 5. Omnem ſolicitudinem veſtram in eum proiicientes, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Pſal. 54. Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Item deponit opera ſua, quando ſcilicet, non ſtatim recipit remunerationem ſuam, ſed in poſterum. Et ſic qui benefacit, deponit illud apud Deum, & hoc; *Vſque in illum diem*, quando iudicabit occulta hominum, quibus tunc reddet Deus mercedem laborum ſuorum. Sap. 10. & Eſa. 3. Dicite iuſto, quoniam A bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Vel depoſitum, ideſt, quod penes me poſitum eſt officium, ſcilicet officium euangelii. Act. 9. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum &c. Etiam Deus eſt potens conſeruare ſuum Apoſtolum vſque ad mortem ſuam. Deinde cum dicit *Formam habens*, inducit ad ſequelam ſui, & eſt duplex litera. Vna dicit *Habē*, altera *Habens*. Si dicit habēs, ſic primo ponit idoneitatem, quam proponit Timotheo ad imitandum exemplum Apoſtoli. Secundo hortatur ad imitantū, ibi *Bonum depoſitum*. Apoſtolus autem bonam idoneitatem habuit ſecūdum duo, ſcilicet, ſecundum eruditionem quantum ad cognitionem. Et ideo dicit *Sanorum verborum*. Item ſecundum virtutem. Vnde dicit *In fide & dilectione*. Dicit ergo, Non potes te excuſare, ſi patienter te non habeas vſque ad vincula, ſicut ego, quia tu es *Habens formam ſanorum verborum*, ſcilicet, quæ non continent falſitatis corruptionem. Tit. 2. Loquere quæ decent ſanam doctrinam. Et dicitur doctrina ſana nō corrupta, effectiue, quia nos ſanos facit. Et addit *Quæ a me audiſti*. Quaſi dicat, non es deceptus, quia hoc tibi tradidi, quod a Chriſto audiui. 1. Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Et hoc *In fide & dilectione*, quia ſi aliquis omnia verba ſane ſciret & non crederet, non eſſet idoneus, nec etiam diligeret, quia de facili recederet a doctrina, vel per aduerſa, vel per proſpera. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. 1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte. Et hoc *In Chriſto Ieſu*, quia vera fides eſt eorum quæ Chriſtus docuit, & vera dilectio eſt in Chriſto, qui dedit Spiritumſanctum, per quem Deum diligimus. Hæc igitur habens, *Cuſtodi bonum depoſitum*, quod ſcilicet dedi tibi, ideſt officium prædicationis, vt nunquam a veritate recedas, nec propter timorem, officium prædicationis vllo tempore dimittas. Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum &c. 1. Timo. 6. O Timothee depoſitum cuſtodi. Et hoc, *Cuſtodi* bono adiutorio, ſcilicet *Per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis*. 1. Corin. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Secundum aliā literam monet ad duo. Primo ad ſanam doctrinam. Secundo ad perſeuerantiam in ea. Deinde cum dicit *Scis hoc*, oſtendit neceſſitatem monitionis ex defectu, & profectu aliorum. Quādo enim aliquis videt aliquos ſociorum ſuorum proficere, & aliquos deficere, nititur ſequi bonos. Et ideo primo commemorat deficientes: ſecundo proficientes, ibi *Det miſericordiam*. Oſtendit ergo, quid caueat, aliàs eſt periculum. 1. Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat nec cadat. Et ideo dicit; *Auerſi &c*. Gloſ. iſti fallacia erant pleni. ſimulate enim fuerant cum Apoſtolo, vt ſcilicet addiſcerent, vnde facerent calumniam Apoſtolo. Iſti ergo, *Qui ſunt auerſi a me, ſunt modo in Aſia*, inter quos præcipue ſunt iſti duo, qui conuerſi ſunt per Iacobum. Deinde cum dicit, *Det miſericordiam*. Oſtendit aliorum profectum, & præcipue cuiuſdam Oneſiphori, commemorans primo bona, quæ ſibi contulit Romæ. Secundo, quæ in Aſia. Item primo optat ei Dei miſericordiam. Secundo, oſtendit meritum miſericordiæ. Tertio, tempus miſericordiæ. Primū, cum dicit *Det miſericordiam*. Recte optat ei miſericordiam, quia præſens vita miſeria eſt. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. Dicit *Det Oneſiphori domui*. non ſolum perſonæ, ſed familiæ, quia propter bonitatem vnius deriuatur gratia ad totam familiam. Mat. 10. Siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam. Meritum autem miſericordiæ, eſt miſericordia, quam habebant in Apoſtolum. Vnde dicit, *Quia ſepe me refrigerauit*, ſcilicet quietem præſtando. Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Eccle. 17. Non ardorem refrigerabit ros? Philipp. 6. Viſcera ſanctorum requieuerunt per te, frater *Et catenam meam*. infra 2. laboro vſque ad vincula quaſi male operans, *Non erubuit, ſed cum Romam veniſſet ſolicite* ut amicus *quæſiuit*. Eccle. 6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum. Prou. 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Optat autem miſericordiam futuri ſeculi, cum dicit, *In illa die*, in qua, ſcilicet Dominus iudicabit omnes, quando miſericordia eſt neceſſaria, non ſolum autem Romæ, ſed & Epheſ. Et ideo dignus eſt diuina miſericordia.

LECTIO PRIMA.

SVPRA induxit Thimotheum ad diligentem Euãgelii prædicationem: inducit eum hic ad constantem tolerantiã martyrii. Et primo inducit eum ad sustinendam passionem pro salute fidelium. Secundo docet eum, qualiter resistat infidelibus, ibi; *Noli uerbis*. Item primo inducitur præparatio ad martyrium sustinendum. Secundo, exhortatio martyrii, ibi; *Memor esto*. Præparatio martyrii præmittitur, quantũ ad tria. Primum est animi fortitudo. Secundum est bonorum dispensatio, ibi; *Et quæ audisti*. Tertium est fructuosus militiæ labor, ibi; *Labora*. Requiritur autem ad martyrium fortitudo, quæ est circa pericula mortis. Et ideo dicit; *Tu ergo fili mi*, scilicet quem per Euangelium genui; *Confortare in gratia*. Psal. 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum; *Quæ est*. non in te, scilicet cuius fortitudo est vana, sed; *In Christo Iesu*. Eph. 6. Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Vel in gratia &c. Idest gratuito Dei dono per Christum. Ioann. 1. Grãtia & veritas per Iesum Christum facta est. Secundum est dispensatio bonorum. Circa quod notandum est, quòd quando aliquis adducitur ad mortem, disponit de suis. Nõ ergo minus debẽt esse soliciti sancti de bonis spiritualibus sibi creditis, quòd non dispereant post eorum mortem, sed aliis credant, & ideo monet eum, vt si ad martyrium venerit, quòd dispenset doctrinam fidei. Et primo ponit, quomodo accepit, quia per auditum. Vnde dicit; *Quæ audiuisti a me*, & ego a Christo. Et dico a me, non singulariter, sed confirmata; *Per multos testes*, idest per legẽ, & prophetas. Roman. 3. Testificata a lege & prophetis. Vel per Apostolos 1. Corinth. 15. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis; *Hæc commenda*, inquantum sunt accepta. Sap. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico; *Fidelibus hominibus*, vt scilicet, non quærant lucrum temporale, sed gloriam Dei 1. Corin. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, quẽ constituit Dominus super familiam &c. Item, qui sunt idonei ad dispensandum. Ideo dicit; *Qui idonei &c.* Debent aũt esse idonei tripliciter. Primo, intellectu, vt sint sapientes ad intelligendum, Lucæ, 21. Ego dabo I vobis os & sapientiam &c. Item lingua, vt sint facundi ad docendum. Esa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam suscitare eum, qui lapsus est, verbo. Item opere, quia cępit Iesus facere, & docere. Act. 1. Deinde cum dicit; *Labora*, ponitur tertium, quod est legitimus militiæ labor, ad quem primo hortatur. Secundo, ponit laboris præmium, ibi; *Nam & qui*. Tertio, militiæ stipendia; *Laborantem*. Item primo hortatur ad legitimum laborem. Secundo exponit, quis labor sit legitimus, ibi; *Nemo*. Dicit ergo; *Labora sicut bonus miles Christi*. Est autem tripliciter aliquis miles Christi. Primo, inquantum pugnat contra peccata Iob. 7. Militia est vita hominis super terram, & 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto &c. Et hæc pugna est contra carnem, mundum, & diabolum. Ephe. vlt. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem &c. Secundo, est aliquis miles Christi, pugnando contra errores 2. Corin. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad K destructionem munitionum, consilia destruentes &c. Tertio, est militia martyrum contra tyrannos. Et hæc est laboriosior. Iob. 25. Numquid est numerus militum eius. Et non debet quiescere miles, quia dicitur a militia sustinenda. Deinde cum dicit; *Nemo*. Exponit, quid sit legitimus labor. Et primo, inducit eum ad laborem. Secundo ostendit, qualis debet esse bonus miles, ibi; *Vt ei placeat*. Primo, circa primum duo facit, quia exemplum ponit. Secundo, manifestat. Dicit ergo; *Nemo militans Deo &c.* Circa primum sciendum est, quòd alius est finis militiæ spiritualis, & alius est finis militiæ corporalis, quia finis militiæ corporalis est, vt obtineat victoriam contra hostes patriæ, & ideo milites debẽt abstinere ab his, q̃ abstrahũt a pugna, puta, a negociis & deliciis 1. Corinth. 9. Qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sed militiæ spiritualis finis est, vt victoriam habeat ab hominibus, qui sunt contra Deum, & ideo oportet, quòd abstineant ab omnibus, quæ distrahunt a Deo. Hæc autem sunt negocia sęcularia, quia solicitudo huius sęculi

CAP. II. LEC. I.

TV ergo fili mi, confortare in gratia, q̃ est in Christo Iesu, & in his quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negocijs sęcularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

LECTIO II.

G MEMOR esto Dominũ nostrum Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operãs, sed verbum Dei non est alligatũ, Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequãtur, q̃ est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus: si

F suffocat verbum. Et ideo dicit; *Implicat se*. Sed contra. Negocia secularia sunt temporalia, hoc autẽ Apostolus fecit, quãdo vixit de labore manuum suarum. Respondeo, Dicendum est, quòd Apostolus dicit; *Implicat*, & non dicit exercet. Ille autem eis implicatur, cuius cura & solicitudo iungitur circa ipsa. Et tunc proprie ipsa hæc interdicuntur militibus Christi, in quibus ostenditur non esse necesse implicari animum. Item non dicit, simpliciter implicatur, sed dicit implicat se, quia quãdoq; implicatur, & non se implicat. Implicat.n. se, qñ sine pietate & necessitate assumit negocia, sed qñ necessitas officii pietatis, & authoritatis exercetur, tunc non implicat se, sed implicatur huiusmodi necessitate. Roman 16. Assistatis ei, in quocumque negocio vestri indiguerit. Causa autẽm, quare non debet se implicare, est; *Vt ei placeat, cui se probauit*. 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Qui enim est miles Christi, deuouit se ad militandum Deo, & ideo debet conari, vt ei placeat, cui se deuouit. Deinde cum dicit: *Nam & qui*. Ponit laboris præmium. Et quia diceret aliquis, O Paule magna imponis: sed quis est eorum fructus? Respondet, assumatis exemplum in pugnis secularibus, vbi non omnes, sed H legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spiritualibus, quòd nullus coronabitur, nisi seruet debitas leges pugnæ. 1. Cor. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat. Deinde cum dicit; *Laborantem*. Ostendit stipendia, interdicitq; ei negocia sæcularia: Et primo proponit stipendia sub metaphora, secundo exponit, ibi; *Intellige*. Officium enim prædicatorum & doctorum, est officium militum, inquantum insurgunt contra hostes & vitia. Item agricolæ, inquantum fructum faciunt, promouendo ad bona. Huius ager est ecclesia, & principalis agricola est Deus, interius & exterius operans. Ioan. 13. Ego sum uitis vera, & pater meus agricola est. Homines autem exterius adhibent ministerium. 1. Corinth. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Isti sunt exteriores agricolæ. Iob. 31. Si animam agricolarum eius afflixi. Istũ ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus sunt opera virtutum. Eccles. 24. Flores mei, fructus honoris & honestatis. Gal. 5. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia. Inter hos fructus, sunt & fructus eleęmosynarum. Act. 9. Hæc erat plena fructibus bonis, & eleęmosynis quas faciebat. Isti ergo debent principaliter fructum percipere, vt ipsi gaudeant. Primo, de subditorũ fructibus. Phil. 4. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. Secundo, de subsidiis temporalibus, non pro præmio principali, sed stipendio. Gal. 5. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Matth. 1. Dignus est operarius cibo suo. Deinde cum dicit; *Intellige*. Exponit quæ dixerat, sequẽs modum Christi post parabolas. Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. q. d. Reduc hæc ad intellectum spirituale. Dan. 16. Intelligentia opus est in visione, quasi diceret aliquis, tu dicis: accipe stipendium o Timothee, sed tu non facis, quia de labore manuum vis viuere. Vnde; *Intellige quæ dico*, quia est necessaria discretio, quia ibi non sunt accipienda, vbi est occasio auaritiæ contra euangelium, vel propter cupiditatem, vel propter otium, & hoc poteris intelligere, quia; *Dabit &c.* 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos de omnibus.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ponitur præparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ipsum, & primo præmittit exemplum præmii: secundo exemplum martyrii, ibi; *In quo labore*. Tertio, manifestat consequentiam præmii ad martyrium, ibi; *Fidelis sermo*. Nam præmium mortis prætiosæ martyrii, est resurrectio gloriosa, cuius exemplum præcessit in capite nostro Christo. Et ideo dicit; *Memor ẽsto &c.* quasi dicat, Dñm nostrum Iesum Christũ supple habe in mẽte, contra tribulationes. Proue. 3. In oĩbus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Multa.n. sunt in eo cogitanda, sed specialiter resurrectio. Ad hanc omnia ordinantur, & præcipue totus Christianæ religionis status,

status. Roma. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus excitauit illum a mortuis, saluus eris. Et nota quòd dicit resuscitatum, quia & si pater eum suscitauerit, tamen propria etiam virtute resurrexit, & est primus resurgentium 1. Corinth. 15. Sed quia secundum naturam humanam, resurrexit, & mortuus est ex semine Dauid. Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem &c. *Secundum euangelium meum*, idest a me prædicatum 1. Cor. 15. Notum autem facio vobis euangelium, quod prædicaui vobis Qui prædicat euangelium, est minister euangelii, sicut qui baptizat, est minister baptismi. Tamen non potest dici baptisma meum, sed euangelium sic. Et hoc ideo, quia multum facit exhortatio & solicitudo. Deinde cum dicit; *In quo labore*, ostendit se in exemplum martyrii, & primo eius pœnam. Secundo, eius causam, ibi; *Ideo omnia*. Tria autem ostendit esse in pœna, scilicet acerbitatem, opprobrium, & constantiam. Acerbitatem cum dicit; *In quo*, scilicet euangelio prædicando, vel pro quo; *Laboro*, idest affligor, & hoc; *Vsque ad vincula*, quia quando hanc epistolam scripsit, erat Romæ in vinculis. Ephes. vltim. Mynisterium euangelii pro quo legatione fungor in catena. Opprobrium quantum ad infideles, cum dicit; *Quasi male operans* Christiani enim tunc reputabantur pessimi. Lucæ, 9. Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint, & exprobrauerint &c. Christus etiam fuit damnatus quasi male operans. Esai. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Constantiam autem ostendit, cum dicit; *Sed uerbum Dei &c.* Licet enim corpus sit alligatum, tamen verbum Dei non est alligatum, quia prædicatio fuit ex voluntate Apostoli, quæ libera est, præcipue propter efficaciam charitatis, quæ nihil timet. Roman. 8. Certus sum enim, quia neq; mors neque vita &c. Quia sicut 1. Ioann. 3 dicitur, Maior est Deus corde nostro. Et dicitur, quòd in vinculis existens multos conuertit. Deinde cum dicit; *Ideo omnia sustineo*. Ostendit causam, quia martyrem non pœna facit, sed causa. Duplex autem est causa martyrii, scilicet propter diuinum honorem, & salutem proximi. Propter Deum quidem, quia Roman. 8. Propter te mortificamur tota die. Propter salutem proximorum, quia dicit hic; *Propter electos*. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis 1. Ioann. 3. Quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter electos, quia quecumquæ bona fiunt specialiter cedunt in bonum electorum, non reproborum. Et quomodo? *Vt & ipsi salutem consequantur*. D Sed nunquid sufficit passio Christi? Dicendum est quòd sic, effectiue, sed passio Apostoli dupliciter expediebat. Primo, quia dabat ememplum persistendi in fide. Secundo, quia confirmabatur fides, & ex hoc inducebantur ad salutem. Et hoc; *In Christo*, idest, quæ venit nobis per eum, Matt. 1. Ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Et hoc non solum salutẽ gratiæ præstentem, sed etiam; *Cum gloria cœlesti*. Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Deinde cum dicit; *Fidelis sermo*. Ponit consequentiam præmii ad meritum martyrii. Et primo ponit attestationem. Secundo consequentiam, ibi; *Nam si commortui sumus*. Tertio confirmat per testimonium, ibi; *Hæc commone* Dicit ergo; *Fidelis sermo*, idest verbum quòd dicam est fidele. Apoc. vlt. Hæc verba fidelissima sunt &c. Deinde cum dicit; *Nam si &c.* Ponit consequentiam. Et primo de remuneratione bonorum. Secundo, de punitione malorum, ibi; *Si negauerimus*. In prẽmio bonorum sunt duo, scilicet reparatio per resurrectionem, & superadditio gloriæ ad quam resurgent. Et ideo primo ostendit, quòd per Christum venitur ad reparationem vitæ. Secundo, quòd per ipsum venitur ad resurrectionem, ibi; *Si sustinemus*: Dicit ergo; *Si commmortui sumus*, scilicet cũ Christo, & hoc per sacramenti susceptionem in baptismo. Ro. 6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Item per pœnitentiam nos macerando. Galat. 6. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Item pro confessione veritatis moriendo sicut & Christus Psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Si ergo commortui sumus; *Et conuiuemus*, idest, sicut ipse resurrexit sic & nos. Ro. 6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiõis erimus. Deinde agit de gloria quã

A sancti merentur per mortis ignominiam. Luc. vlt. Nonne hæc oportuit Christum pati. Et ideo dicit; *Si sustinuerimus*, scilicet, patienter afflictiones & opprobria; *Conregnabimus*, idest simul cum ipso perueniemus ad regnum. Matth. 5. Beati qui persecutionem &c. Deinde cum dicit; *Si negauerimus*. Ostendit consequentiam quantum ad pœnas. Dupliciter autẽ potest aliquis peccare contra fidem. Primo, exterius negando. Secundo, interius eam deponendo. Quantum ad primum dicit; *Si negauerimus*, scilicet coram alis; *Ipse negabit nos*, in iudicio. Matth 25. Amen dico vobis, ne B scio vos. Negare est non cognoscere eos esse de ouibus suis. Quantum ad secundum dicit; *Si non credimus*, idest si fidem a corde abiiciamus; *Ille fidelis permanet*, idest ipse fidem suam tenet. Vnde fidelis manet in sua fide, quia fides nihil aliud est, quàm participatio siue adhæsio veritati. Ipse autem est ipsa veritas, quæ negare se non potest. Ergo non est omnipotens. Respondeo ex hoc est omnipotens, quòd; *Seipsum negare non potest*. Posse enim deficere, magis est pertinens ad impotentiam, quia quòd aliquid deficiat a suo esse, est per debilitatem virtutis propriæ. Christum autem negare se ipsum, est deficere a seipso, hoc ergo ipsum, quod non potest negare se, est ratio perfectæ virtutis. Vnde nec peccatum cadit in eum, vt est dictum, nec potest negare suam virtutem & suam iustitiam quin puniat. Matth. vlt. Qui vero non crediderit condemnabitur. Sed numquid non potest Deus alicui remittere pœnam? Potest quidem secundum ordinem sapientiæ suæ, sed contra ordinem sa- C pientiæ & iustitiæ, non. Deinde cum dicit; *Hæc commone &c.* Confirmat per testimonium. Quasi dicat, Simul cum aliis admoneo, vt semper habeas in corde; *Testificans coram Deo*, idest testem adducens coram quo loquor. Deinde cum dicit; *Noli uerbis*. Ostendit quomodo resistat infidelibus, quia primo præmittit modum resistendi. Secundo, ostendit quæ sunt quibus resistat, ibi; *Prophana*. Item primo excludit indebitum modum resistendi. Secundo, ponit debitum, ibi; *Solicite*. Circa primum primo excludit indebitum modum. Secundo, rationem assignat, ibi; *Ad nihil*. Dicit ergo; *Noli contendere uerbis*. Contentio importat concertationem in verbis. Potest ergo secundũ duo intelligi, quia acrimoniam loquens depraauatur dupliciter. Vno modo, si per hoc accedit ad fauorem falsitatis, vt quando quis cum confidentia clamoris impugnat veritatem Alio modo propter inordinationem, vt quando vtitur acrimonia, vel vltra modum debitum, vel contra qualitatem personæ. Sed si moderate, & cum circunstantiis debitis, & pro veritate fiat, non est peccatum. Et sic in Rethorica est vnum instrumentum exhortationis. Tamen in sacra scriptura, accipitur secundũ quòd importat inordinationẽ. 1. Cor. 11. Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos nõ habemus talem consuetudinẽ, neque ecclesia Dei. Et dicit verbis, quia aliqui discepta nt solũ verbis improperii. Et hoc proprie est contendere. Si hoc fit non verbis tantum, sed veris rationibus, hoc est disputare, non contendere. Deinde cum dicit; *Ad nihil utile est*. Ostendit rationem documenti. Nam moderata disputatio quando cum ratione fit, est utilis ad instructionem, sed quando cum uerbis tantum, tunc est litigiosa. Ideo dicit; *Nisi ad subuersionem*, & hoc dupliciter. Vno modo, dum quod est certum uenit in dubium. Alio modo, quia audientes scandalizantur. Prouerb. 14. Vbi uerba sunt plurima, ibi frequenter egestas, unde Iac. 3. Vbi zelus & contẽtio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Sed nunquid non E sine contentione debet quis disputare coram populo de fide? Respondeo, distinguendum est ex parte audientium, quia aut sunt solicitati ab infidelibus, & tunc est utilis publica disputatio, quia per hanc simplices efficiuntur magis instructi, quando uident errantes confutari. Si uero non sunt solicitati ab infidelibus, tunc non est utilis disputatio, sed periculosa. Item est distinguendum ex parte disputantis, quia si disputans est prudens sic, quòd manifeste confutet aduersarium, tunc debet publice disputare: si uero non, nullo modo. Deinde cum dicit; *Solicite cura teipsum*, ponit debitum modum resistendi. Et primo quantum ad rectam intentionem. Secundo, quantum ad rectam operationem. Tertio, quantũ ad rectam doctrinam. Qui enim uult disputare, primo debet scrutari suam intentionem, utrum moueatur bono zelo. Ideo dicit;

Probabilem Deo exhibere, qui scilicet, probat cor. 2. Corint. 10. F Non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed quē Deus commendat. Psalm. 16, Probasti cor meum, & uisitasti nocte. Item, quòd doctrinam quam prædicat ore, stabiliat per opera, quod nisi faciat, est confusione dignus. Vnde dicit. *Operarium inconfusibilem*. Quasi dicat, Hæc facito, sic non confunderis. Item, quòd recte tractet verbum veritatis, vera docendo, & vtilia audientibus. Vnde subiungit. *Recte tractātē verbū veritatis* nō q̄rēs lucrū, & gloriā. 2. Cor. 2. Nō sum⁹ sicut plurimi, adulterantes verbū Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

LECTIO III.

PRophana autem, & vaniloquia, deuita. Multū .n. proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus, & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iā factam, & subuerterūt quorundā G

LECTIO TERTIA.

SVpra instruxit Timotheum, ostendens modum generalem, quo infidelibus est resistendum: hic ostendit in speciali, quibus sit resistendum. Et primo ostendit, quibus est resistendum. Secundo, quare, ibi, *Multum enim*. Tertio, quomodo, ibi, *Iuuenilia*. Dicit ergo. *Profana, & vaniloquia, deuita*. Vbi ostendit duo esse vitanda, scilicet prophana, & uaniloquia, & referuntur ad idem, vel ad diuersa. H Nam prophana dicuntur, quasi procul a phano, scilicet cultu diuino, & hæc sunt documenta hæresum, & hæc vitanda. Ideo dicit, Deuita prophana. Potest etiam dici, quòd hæc prophana sunt, quæ fidei repugnāt, sed vaniloquia fabulosa. Psalm. 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Deinde cum dicit *Multum enim*. Ostē dit, quare hæc sunt vitanda, & hoc dupliciter. Primo, ex nocumento, quod inferunt. Secundo, ex fructu vitationis, ibi, *Si quis*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit, quomodo noceant ad fidei subuersionem. Secundo, quomodo non possunt totaliter fidem subuertere. *Sed firmum*. Item primo, ponit documentum. Secundo, subdit similitudinem, ibi, *Et sermo*. Tertio, exemplum, ibi, *Ex quibus est*. Dicit ergo Hæc sunt vitanda, quæ impediunt pietatem, quæ cultus Dei dicitur. Vnde doctrina fidei, est doctrina pietatis. Impietas vero est doctina cōtra fidem. Vnde dicit. *Multum .n. proficiunt ad impietatem*, idest perducunt ad errorem siue ad erroneam doctrinam. Sed hic profectus est in malis abusiue. infra. 3. Mali homines, & seductores proficiunt in peius errantes, & in errorem alios mittentes. I Deinde ponit eorum similitudinem, dicens. *Sermo*. Hæretici .n. dicunt a principio quædam vera, & vtilia, sed cum audiuntur, immiscent quædam, quæ euomunt mortifera. Et ideo dicit. *Sermo eorum &c*. Ecclesia. 11. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Deinde, cum dicit. *Ex quibus*, ponit ad hoc exemplum. Hi enim duo, fidem suo tempore corrumpebant. A quibus quidam errantes, conuersi sunt in vaniloquiū &c. De Phileto dicitur supra. 1. Auersi sunt a me omnes, qui sunt in Asia. *Ex quibus est Philetus, & Hermogenes*. De Hymeneo autem, habetur. 1. Timo. 1. Ex quibus est Hymeneus. Et dicit, *Exciderunt*. 1. Ioann. 2. A nobis exierunt. Et hoc aggrauat, q̄a 2. Pet. 2. Melius enī erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Errabant autem. *Dicentes resurrectionem iam factam esse*. De qua Matt. 27. Multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. K Et dicebant, quòd non est alia resurrectio expectanda, sed tunc surrexerunt. Alio modo, & melius, ꝙ sicut est duplex mors, ita duplex est resurrectio, s. animæ, & corporis. De resurrectione animæ habetur. Apoc. 20. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. Dicebant ergo, quòd omnia, quæ dicuntur in scripturis, erant referenda ad resurrectionem animarum, quæ iam facta est. Colos. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærito. Et hic error est etiam hodiæ apud hæreticos, & per istum subuertunt quosdam. Et congrue dicit. *Et subuerterunt quorundam fidem*, quia destruunt fundamentum fidei. Act. 13. O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. Deinde cum dicit. *Sed firmum*. Ostendit, quomodo per hæreses fides non est totaliter subuertenda. Et primo, quòd per doctrinas hæreticas, non potest tota ecclesiæ fides corrumpi. Secundo ostendit, quare Deus permittit aliquos errare, ibi, *In magna autem*. Item primo, ostendit immobilitatem fidei electorum. Secundo, addit demonstrationem, ibi, *Habens*. Dicit ergo. *Subuertunt, sed firmum fundamentum Dei stat*. Hæc enim fundamenta sunt illa, quibus datur gratia immobiliter standi. Matt. 7. Fundata .n. erat supra firmā petrā *Firmum*, quia immobile, Vnde præmititur, ibi Matt. 7. Quòd venerunt flumina, & flauerunt venti & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Huius firmitas dependet primo, ex diuina prædestinatione. Secundo ex libero arbitrio nostro Et ideo quantum ad primum dicit, Hoc firmum fundamentū *Habens hoc signaculum*, idest hoc est signum huius firmitatis. Ioan. 3. Qui autē acceperit testimonium eius, signauit, quia De⁹ verax est. Et hæc est prima

fidem. Sed firmum fundamentū Dei stat, habens signaculum hoc. Cognouit Domin⁹, qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quędam autem in contumeliam.

pars signaculi, scilicet ex diuina prædestinatione, quia *Nouit Dominus, qui sunt eius*. Et hæc est notitia diuinæ prædestinationis. Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, & alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. Matt. 7. Non noui vos. Sed quantum ad secundum, dicit *Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat*. Quasi dicat, si prædestinati sunt a Deo, quòd per liberum arbitrium saluabuntur, quia ex hoc, quòd aliquis finaliter non adhæret peccato, ostendit se esse prædestinatum. Et ponit duo, quæ pertinent ad ordinationem in statu salutis. Primum, ꝙ confiteatur fidem. Ideo dicit, *Omnis qui &c*. Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. Secundum, quòd recedat a peccato. Matt. 7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum &c. Et ideo dicit, *Discedat &c*. Esa. 55. Derelinquat impius viā suā &c. Quod vero dicit *Inuocat nomen* nō intelligit, ꝙ solum nominet ore, sed interius per fidē, & extra per opus: Deinde cū dicit *In magna* ponit rationē, quare Deus permittit aliquos errare, licet omnes diligat. Dupliciter autē potest hoc intelligi, quia vel in generali, vel in speciali ad hunc, vel illum. Si enim quæras in singulari, quare dat huic donum perseuerantiæ & non illi, nō habet rationem, nisi solam Dei voluntatem. Augu. Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare &c. Sed si quęras in generali, quare quibusdā dat & quibusdam non, habet rationem, quā & assignat Apostolus Ro. 9. Et est eadem ratio cum ista, licet per alia exēpla. Ideo enim dicit, Sustinuit in multa patientia &c. Secundum enim, quòd omnia opera, quæ Deus fecit in natura & gratia, sunt facta ad manifestandum gloriam Dei. Eccl. 42. Gloria Domini plenū est opus eius. Sic etiam fecit diuersas creaturas, vt perfectio diuinæ bonitatis, quæ non potest manifestari per vnam, sufficienter manifestetur per aliam. Ita etiam considerandum est de vno artifice, in domo vna est vna fenestra, quæ est altera pulchrior. Si quis ergo quærat, quare non tota domus est fenestra, ratio est, quia tota domus esset imperfecta. Similiter dicit Apostolus. 1. Cor. 12. Si totum corpus esset oculus, vbi auditus? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratiæ, quia oportuit, quòd Deus manifestaret iustitiam & misericordiam. Si enim omnes saluaret, esset solum eius misericordia. Si omnes damnaret, solum esset iustitia. Et ideo Deus volens manifestare iram, idest iustitiam &c. Et similis est ratio de perfectione ecclesiæ, quam oportebat esse perfectam, quod non esset in ea diuersitas. In qua est triplex diuersitas, scilicet bonorum & malorum, bonorum & meliorum, malorū & peiorum. Et hanc assignans, dicit *In magna autem domo*, idest ecclesia. Baruch. 3. O Israel, quàm magna est domus dei, & ingēs locus possessionis eius. *Nō solum sunt vasa aurea &c*. vbi aurea & argentea distinguuntur a fictilibus. Item, argentea ab aureis. Itē, fictilia a ligneis. In primo, comparatio bonorum & malorum innuitur. In secundo, cōparatio bonorum & meliorū. In tertio, malorum & peiorum. Nam aurea & argentea sunt boni, sed aurea meliores, argentea minus boni. Similiter lignea & fictilia sunt mali, sed fictilia sunt peiores, lignea vero minus mali. Consequenter designat diuersitatem quantum ad vsum, vt boni sint vasa in honorem, sicut deputati ad honorabilem vsum: mali vero sint vasa fictilia & lignea, quasi deputati in contumeliam, idest ad vilem vsum. Sicut enim in hominibus quidam, scilicet sancti, quasi vasa pretiosa. Eccle. 50. Vas auri solidum &c. Act. 9. Vas electionis est mihi iste &c. Quidam vero sicut vasa inutilia, scilicet mali. Esa. 32. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ecclesiast. 21. Cor fatui, quasi vas confractum. Prima vasa sunt in honorem, quibus debetur vita æterna. Rom. 2. His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem, quærentibus vitam æternam. Secunda vasa

vasa sunt in cōtumeliam. 1. Reg. 2. Qui autem cōtemnunt me, A erūt ignobiles. Et prædicta diuersitas potest aliter applicari ad diuersitatem ecclesię, vt vasa aurea sint prælati, argentea vero, & lignea, & fictilia tenentes inferiorem gradum, inter quos est quidam gradus. Et quod subdit. *Quædam in honorem &c*. Non est tunc intelligendum, quòd vasa aurea, & argenta omnia sint in honorē, & fictilia in contumeliam, q̄a de quocunque statu quidā saluantur, & quidā damnantur.

LECTIO IIII.

SI quis ergo se emundauerit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem, & B sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruū autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilē, patientē, cū modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando deus det illis pænitētiā ad cognoscēdā veritatē, & resipiscāt a diaboli laqueis, a quo captiui tenent ad ipsius volūtatem.

LECTIO IIII.

SVpra ostendit ꝙ prophana sint vitanda per rationem sumptam ex nocumento: hic ostendit idem per rationem sumptam ex fructu. Et primo, proponit vitationem. Secundo, eius fructum, ibi, *Est uas*. Nam vitationem vocat emundationem. Dicit ergo, quædam sunt vasa in contumeliam. *Ergo si quis emundauerit se ab istis*, quia eorum consortia inquinant. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt. 2. Corinth. 9. Exite de medio, & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeretis &c. Fructus autem sequens, est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam. *Quia erit uas in honorem*, quia si sordidetur ab illis, erit in contumeliam, si emundat se, in honorem. Psal. 138. Nimis honorati sunt amici &c. Prouer. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Alii effectus sunt gratiæ, quorum primus est hominis sanctificatio. C Secundus, est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit. *Sanctificatum* 1. Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Sed quantum ad secundum dicit. *Vtile domino*. Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non. Psal. 15. Bonorum meorum non indiges. Sed dicit vtile domino, idest vtilitas suæ cedet ad honorem domini. Act. 9. Vt portet nomen meum coram gentibus, & regib⁹ & filiis Israel. Quantum ad tertium dicit. *Ad omne opus bonum paratum*. Psal. 118. Paratus sum, & non sum turbatus. Et dicit, Ad omne bonum, quia præcepta affirmatiua non obligant ad semper. Et ideo debet esse paratus, vt quando necesse est operetur. Deinde cum dicit. *Iuuenilia*. Ostendit qualiter prophana sunt vitanda. Et ponit duo vitanda. Primum est conuersatio praua. Secundum est doctrina mala, ibi, *Stultas autem*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit quid sit vitandum. Secū D do, quid sit sequendum, ibi. *Sectare*. Dicit ergo, Dico quòd debes vitare hęc, vt sis vas emundatum. Ideo iuuenilia &c. Considerandum est quòd dicit hoc, quia iste iuuenis erat. Et hæc sunt desideria vanitatum exteriorum, & carnalium voluptatum. Naturale est iuuenibus quòd hæc desiderent. Eccl. 11. Adolescentia & voluptas vana sunt. Cuius est duplex ratio. Vna, quia non sunt alia experti. Secunda, quia huiusmodi delectationes naturales, sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura vero in iuuenibus laborat, & ideo inclinantur ad eas. Deinde cum dicit *Sectare vero iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem*. Ostendit, quæ sunt sectanda. Et sunt quatuor, quorum primum ordinat ad subditos, & hæc est iustitia, quia princeps est custos iustitiæ. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Secundum, ordinat ad Deū, & hæc est fides, sine qua impossibile est placere deo. Hebr. 11. Tertium, est spes. Quartum, ordinat ad proximum vnumquenq;, s. charitas, & pax, quæ se extēdit ad inimicos. 1. Corin. 13. Si habuero fidem, E ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit. *Cum his qui inuocant &c*. Vno modo, exponi potest referendo ad immediate dictum, q.d. Sequimini pacem cum his &c. Quod autem dicit. *De corde puro*, ponitur, quia nō est speciosa laus &c. Sed Heb. 12. dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hic, cum his qui inuocant dominum de corde puro? Respondeo, dicendum est, quòd quantum in nobis est, debemus habere pacem cū omnibus, si fieri potest, sed nō potest esse pax inter bonos, & malos, quia pax dicit concordiam, quæ non potest haberi cum malis. Alio modo, legitur cum his &c. vt referatur ad totum præcedens. q.d. Ita sectare iustitiam, pacem, & omnia, sicut & illi qui inuocant &c. Deinde cum dicit. *Stultas autem*, hortatur ad vitandum doctrinam malam. Et primo, docet quid sit vitandum. Secundo, quid sit sectandum, ibi, *Sed mansuetum*. Circa primum, duo facit, quia primo proponit documentū, Secundo rationem assignat ibi. *Sciens quia*. Vitandæ sunt. *Quæstiones stultæ*, quantum ad materiam, quia sunt de stultis, idest de his, quæ contrariantur sapientiæ. i. de his, quæ sunt contra diuinam sapientiam. Has non debet homo mouere, sed eis resistere. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Dicit autem. *Sine disciplina*, quantum ad modum, quia clamosæ sunt. Vel sine disciplina ex parte eorū, de quib⁹ dubitatur, vt puta, si vertat in dubium id, quod tota ecclesia tenet. Iob. 34. Iob autem stulte locutus est, & verba eius nō sonāt disciplinam. Quæstiones autem intantum sunt amandæ, inquantum ducunt ad veritatem: per hoc quòd oportet quòd omnes vnum dicant. Quæstiones autem stultæ non ducunt ad veritatem. sed ad litem, quæ est vitanda. Esa. 58. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis &c. Et ideo dicit, *Seruum autem domini*, i. eum qui se dat seruitio domini. *Non oportet litigare*. 1. Timo. 3. Non litigiosum. Deinde cum dicit. *Sed mansuetum*, ostendit quid sit sectandum. Et primo, ponit documentum. Secundo rationē, ibi, *Ne quando det*. Item prima in duas, quia primo proponit quoddam generale ad omnes. Secundo, quædam necessaria ad singulos, ibi, *Docibilem*. Generale quod debet habere qui vult disputare, est quòd sit mansuetus. Psa. 24. Docebit mites vias suas. Est enim mansuetudo virtus compescens ab ira, quæ perturbat iudicium rationis, quæ necessaria est in quęstione, & iudicio veritatis. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem: respectu persecutorum, patientiam: respectu falsorum doctorum, correctionem. Quantum ad primū dicit. *Docibilem*. idest, paratum corrigi a quocunq;. Et hæc est sapientia cælestis. Iaco. 3. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde autem pacifica, modesta, suasibilis &c. Quantum ad secundum dicit. *Patientem*. Psal. 91. Bene patientes erunt vt annuntient. Prouerb. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Quantum ad tertium dicit. *Cum modestia corripientem*, quia correctio debet esse modesta. Gala. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis &c. Deinde cum dicit. *Nequando*, assignat rationem vitationis: & respondet cuidam tacitæ quæstioni. Posset .n. aliquis dicere, Isti resistūt veritati, & ideo imminet necessitas corrigendi. Respondeo, quòd deus pater eos potest reducere ad pænitentiam, & ad hoc debet iustus niti. Et primo præmittit pænitentiam, quam debet intendere contra aduersarios. Secundo, pænitentiæ fructus. Tertio, pænitentiæ necessitatem. Dicit ergo. *Ne quando*, idest, vt *Deus aliquando det eis pænitentiam*. Quia ex superbia resistunt, quibus difficile videtur dari pœnitentia. Hic excluditur error Pelagii, qui dicit dona gratiæ esse ex operibus nostris, quod per hoc patet esse falsum, quia etiam principium bonorum, scilicet pœnitentia, datur a Deo. Tren. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Esa. 26. A timore tuo concepimus. Fructus vero pænitentiæ duplex est, scilicet cognitio veritatis, liberatio a potestate diaboli. Quantum ad primū, dicit. *Ad agnoscendam ueritatem*, quia quando ex malitia resistitur veritati, ipsa malitia sua excæcat eos: quando ergo malitia aufertur, cognoscunt veritatem. Ioan 8 Et cognoscetis veritatē. E Quantum ad secundum dicit. *Et resipiscant a diaboli laqueis*, idest ab occasionibus errorum ex parte intellectus, sicut falsæ fantasiæ, & ex parte affectus, sicut sunt inuidia, superbia, & huiusmodi. Necessitas autem pænitentiæ, est magna, quā nisi habeāt, diabolus dominatur eis. Vnde dicit, *A quo captiui tenentur*, Quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Et dicit. *Ad ipsius voluntatem*, s. sectandam. Vel, ut de homine faciat uoluntatem suam. Sed contra. Non statim præcipitat sicut uellet. Dicendum est, quòd solum adipiscitur quātum permittitur sibi, sed difficile est, quòd ei auferatur id ꝙ tenet. Esa. 49. Nunquid tolletur a forti præda, aut quod captum fuerit a robusto, saluum esse poterit?

LECTIO PRIMA.

Supra instruxit eum, quomodo resistat tribulationibus & periculis præsentibus, hic ostendit, quomodo stet contra futura. Et primo prænuntiat futura pericula. Secundo ostendit idoneitatem suam ad resistendum, ibi *Tu autem assecutus*. Tertio ostendit, qualiter resistat, ibi *Testificor*. Circa primum duo facit, quia primo p̄nuntiat pericula nouissimorum temporum. Secundo ostēdit, quomodo eorū vitia sunt etiam modo vitāda, ibi, *Et hos deuita*.

CAP. III. LEC. I.

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erūt homines seipsos amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinētes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, ceci, & uoluptatū amatores, magis q̃ dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autē eius abnegātes.

Item prima in duas, quia primo prænuntiat esse futura pericula in nouissimis temporibus. Secundo causam periculorum, ibi *Et erunt homines*. Dicit ergo, Dixi, deuita prophana &c. Non solum autem sunt hæc modo vitanda, sed in futuro restant etiam quædam alia vitanda. Et dicuntur *Nouissimi dies*. quia sunt propinqui nouissimæ diei. Ioan. 5. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Gene. penultimo, Congregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et addit *Instabunt tempora periculosa &c.* Matt. 24. Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Causa horum est iniquitatis abundantia. Mat. 24. Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia fides & charitas, vel annullabitur, vel totaliter peribit: quia quanto magis aliquid elongatur a suo principio, tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides & charitas, quia plus elongantur a Christo. Luc. 19. Filius hominis veniēs, puta inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo, diuersas eius species. Radix autem totius iniquitatis, est amor sui ipsius. Duplex autem amor duplicem ciuitatem facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo, Dicendum est, quòd in homine duo sunt, scilicet natura rationalis, & corporalis. Quātum ad intellectualem seu rationalē, quæ interior homo appellatur, vt dicitur. 2. Cor. 4. homo debet plus se diligere quàm omnes alios, quia stultus esset, qui vellet peccare, vt alios a peccatis retrahat, sed quantum ad exteriorem hominem, laudabile est, vt alios plus diligat quàm se. Vnde illi, qui se sic tātū amant, sunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ex hac radice diuersæ sunt species iniquitatis. Vñ dicit *Cupidi, elati &c.* Et circa hoc tria facit, quia primo ponit peccata, q̃ sunt in abusu rerū exteriorū. Secundo, quæ pertinent ad inordinationē hominis ad alios, ibi *Blasphemi*. Tertio, quæ ad seipsum, ibi *Incontinentes*. Duo autē sunt in rebus exterioribus. s. abundantia diuitiarum, & excellentia honorū, Quantum ad primum, dicit *Cupidi*. Et cupiditas primo ponitur, quia est radix omnium malorū. vel est propinqua amori suiipsius, quæ est ad bona exteriora. Quantum ad secundum, dicit *Elati*. Elatio est species superbiæ, quæ sunt quatuor. Vna, quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secunda, quando quod ab alio habet, attribuit sibi, ac si haberet a se. 1. Cor. 14. Quid habes quod non accepisti &c. Tertia, quando attribuit sibi quod habet ab alio, sed meritis propriis. Lucæ. 18. Ieiuno bis in sabbatho &c. Quarta, quādo singulariter vult videri supra omnes, & hęc est elatio. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meū &c. Quod dicit, *Superbi*. reducitur ad alias species superbiæ. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Consequenter ponit vitia, quantum ad alios. Et primo, quātum ad superiores: secundo, quātum ad æquales, ibi *Scelesti*. Superior est triplex. s. Deus, & cōtra hunc dicit *Blasphemi*. Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Item parentes, & quantum ad hoc dicit *Parentibus non obedientes*. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolādi, est repugnare, & quasi scelus ydolatriæ, nolle acquiescere. Prouer. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Item benefactor, inquantum huiusmodi. Et quantum ad hoc, dicit. *Ingrati*. Psalm. 37. Qui retribuunt mala pro bonis &c. Corin. 3. Grati estote. Sap. 16. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua superuacua. Tunc ponit mala, quæ sunt ad æqualem, & proximum, & sunt tria. Primum pertinet ad opus. Vnde dicit *Scelesti*. idest, qui scelera grauia perpetrant in proximos. Esai. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis &c.

F Secundum ad effectum. Vnde dicit *Sine affectione*. idest sine affectu charitatis, & sine pace. Tertio, quantum ad verbum. Vnde dicit *Criminatores*. Leuit. 19. Non eris criminator, nec susurro in populis. Item, quantum ad seipsum, ostendit quædam alia, tripliciter. Primo, quantum ad corruptionem concupiscibilis, secundo, irascibilis, tertio, rationalis. Quantum ad primum, dicit. *Incontinentes*. Vnde dicitur incontinēs, qui se non tenet in bono proposito, propter prauas concupiscentias. Eccles. 26. Omnis autem ponderatio, non est digna continentis animæ.

LECTIO II.

G Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes, & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidē, sed ultra non proficient: Insipientia enim eorum manifesta erit B omnibus. sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinā; institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patiētiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, Listris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me dominus,

Quantum ad irascibilem, dicit proprie. *Immites*, idest non mansueti: hæc enim mansuetudo moderatur passiones iræ. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Psalm. 24. Docebit mites vias suas. Item ponit aliud, quod pertinet ad affectum irascibilis, scilicet, benignitatis exclusio. Vnde dicit. *Sine benignitate*. Hoc enim est naturale, quòd quando dominatur vnum contrariorum, excludit aliud. Ephes. 4. Estote inuicem benigni. Deinde ponit uitia, quę sunt ad corruptionem rationalis. Hæc autem potentia perficitur per prudentiam; prudentiæ autem opponitur aliquod uitium per abusum prudentiæ: & aliquod per eius priuationem, & vtrunque ponit. Quantum ad primum, dicit. *Proditores*. Ad prudentiam autem pertinet H sagacitas, qua quidam abutuntur in malum, & hi sunt proditores. Prouerbiorum. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Item constantia, qua quidam abutuntur, dum in malo proteruiunt. Vnde dicit. *Proterui*. Prouerbiorum. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Deinde ponit vitia, quæ sunt ad priuationem prudentiæ. Et primo ponit priuationis causam. Vnde dicit. *Tumidi*. Superbi enim inflantur in agendis, quia non metiuntur vires suas, & ideo deficiunt. Prouerbiorum. 11. Vbi superbia, ibi erit & contumelia; vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Secundo, ponit priuationis effectum; quia temporalia præponunt æternis. Vnde dicit. *Voluptatum amatores, magis quàm dei*. Esaiæ. 13. Syrenæ in delubris voluptatis. Sed nunquid est idem esse incontinentem, & voluptatum amatorem? Respondeo. Dicendum est quòd non, quia proprie incontinens dicitur, qui habet spem fugiendi, sed vincitur ab eis, sed proprie amator earum est intemperatus qui I habet corruptam æstimationem. Consequenter ponit simulationem: dicens. *Habentes quidem speciem pietatis*. 2. Corinthio. 11. Operarii subdoli. *Virtutem autem eius abnegantes*, virtutem, scilicet pietatis, quæ dicitur hic dupliciter. Vno modo, ipsa vis pietatis, idest eius virtus. Vnde dicit, *Abnegantes*, idest veritatem non habentes ad Titum. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Alio modo, quia virtus rei dicitur illud, ex quo dependet tota res. Tota autem virtus pietatis dependet ex charitate, ideo dicit *Virtutem eius*, scilicet charitatem abnegantes.

LECTIO SECVNDA.

Supra Apostolus descripsit pericula nouissimorum temporum, & causam assignauit: hic docet huiusmodi etiam in præsenti esse vitanda. Et primo præmittit monitionem de horum vitatione: secundo, ostendit in quibus hominibus in præ- K senti appareant prædicta, ibi. *Ex his enim*. Dicit ergo, Dixi, q̄ in nouissimis temporibus erunt homines pessimi. Sed non credas te in præsenti esse tutum; sed etiam nunc hos, & tales homines deuita; s. ne in similem errorem labaris. Tit. vl. Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem, deuita. Et licet quātum ad aliqua vitandi sint, sed non quantum ad sermonem exhortationis. Et tunc ostendit, quòd etiam modo sunt aliqui tales. Et primo ostendit nocumentum quod inferunt: secundo defectum quem patiuntur, ibi, *Homines reprobi*. Tertio, impedimentum quo arctantur, ibi, *Sed ultra*. Circa primum duo facit, quia primo ostendit impedimentum quod inferunt subditis, secūdo, impedimentum quod inferunt prælatis, ibi, *Quemadmodum autem*. Iterum prima in duas: quia primo ostendit eorum imprudentiam: secundo, eorum astutiam, ibi: *Et captiuas*. Quantum ad primum, dicit. *Deuita hos*, quia iam sunt aliqui tales. *Nam ex his enim*, idest eorum numero. *Sunt*. 1. Io. 2. Nunc antichristi multi sunt &c. Nec debetis intelligere, q̄ ex his fuerunt, sed sunt, s. scelesti, & ingrati &c. quia peccatores iam conuersi non debent

A dici peccatores. Psal. 15. Nec memor ero nominum eorū p labia mea. Deinde cum dicit. *Qui penetrant domos*, ostendit eorū malitiam. Et ad literam potest exponi, quasi inordinate ingerētes se, & circumeuntes propter lucrum. Contra quod. Eccle 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Sed propter hoc, non prohibentur aliqui visitare afflictos in domibus. Iac. 1. Religio munda, & immaculata apud deum, & patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, &c. Vel metaphorice potest exponi, dom⁹, idest conscientia. Sap. 8. Intrans in domum meam, cōquiescam &c. Illi ergo penetrant domos, qui cū astutia volunt scire secreta conscientiæ, vt decipiant alios. Ecclesia. 13. Ex multa loquela tentabit te, & subridens interrogabit te. Nihilominus tamen illis, qui curam habent licet inquirere statum conscientiæ. Proue 17. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Deinde cum dicit. *Et captiuas ducunt*. Ostendit eorū astutiam. Et primo tangitur eorum malitia, quia abducunt a libertate, & statu gratię. Iaco. 1. Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis &c. Et ducunt in statum seruitutis, qui est status peccati. Psalm. 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion &c. Hoc enim, nomē captiuitatis importat. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiā. Secundo, ostendit in quas personas exercent malitiam, quas describit primo, a fragilitate sexus: secundo, ex malitia conuersationis: tertio, ex vanitate affectionis, quarto, ex defectu discretionis. Quantum ad primum. dicit. *Mulierculas*, quæ sunt minoris discretionis, & sexus fragilioris. Et dicit, Mulierculas, q̄a magnæ dominæ habent aliquos consiliarios, vnde non possunt seduci. Sed hæ sunt tali auxilio destitutæ. Mat. 23. Comeditis domos viduarum. 1. Mach. 1. Captiuas duxerunt mulieres &c Quantum ad secundum. dicit. *Oneratas peccatis*. Peccatum est onus, quia non permittit libere incedere, nec erectum esse, & stare, sed incuruat. Psal. 37. Sicut onus graue, grauatę sunt sup me. Et ideo, ista specialiter decipiunt, quia peccatum parat viam seductioni. Item, quia malæ sunt, timent resistere, ne perdantur. Quantum ad tertium, dicit. *Quæ ducuntur variis desideriis*. idest aptæ sunt, vt seducantur propter uaria desideria, quæ habent. Iacob. 1. Vir D duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Et ideo prima mulier fuit seducta, quia non stetit constanter in verbis domini, sed dixit, Ne forte moriamur. Eccle 6. Ne respicias mulierem multiuolam. Quantum ad quartum dicit. *Semper discentes, & nunquam &c.* Curiositas semper noua nititur quærere, & nō vult insistere. Vnde dicit, *Semper discentes*. Proue. 9. Mulier clamosa &c. Tamen hoc quod dicit, Semper discentes, potest reduci ad penetrantes domos. Deinde cum dicit. *Quemadmodum*, ostēdit nocumentum quod afferunt prælatis, & nocumentū resistendi eorum doctrinæ, & inducit exemplum de Exodō, vbi magi Pharaonis restiterunt Moysi, quia a principio mūdi semper fuit pugna inter veritatem, & falsitatem. 2. Pet. 2. Fuerunt vero, & pseudo prophetæ in populo, sicut & in uobis &c. Sed in Exodo, isti magi non nominantur, sed hic sic, quod forte habuit ex aliquibus verbis Iudæorum. *Ita, & resistunt ueritati*, scilicet quam nos prędicamus. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Actuū. 17. Semper spiritui sancto restitistis. Consequenter cum, dicit. *Homines &c.* Ostendit eorum defectum in fide, & in opere. In opere. *Homines reprobi*. Glo. In operibus. i. qui per opera sua, se reprobos ostendunt. Hier. 6. Argentum reprobum vocate eos. Itē in fide. *Corrupti mente*, idest potentia rationali. Vnumquodque enim tunc dicitur corruptum, quando deficit a propria virtute. Propria autem mentis perfectio est cognitio veritatis. Vnde dicitur corruptus mente qui deficit a cognitione fidei. Consequenter, cum dicit. *Sed ultra*. Ostendit, quomodo arctantur, & primo ostendit eos esse impediendos; secundo, docet modum impediendi, ibi. *Insipientia*. Sciendum est autem circa primum, q̄ voluntas nocendi est homini a se ipso, sed potestas nocendi est a deo permittente. Et deus non permittit vt noceat quantum vult malus, sed imponit terminum. Iob. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic, & diabolus non læsit Iob, nisi secundum quod permissus fuit a deo. Sic Arrius non nocuit in ecclesia, nisi quantum dominus permisit. Apocalip. 7. dicit angelus, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos dei in frontibus eorum, &c. Et dicit. *Vltra*. Scilicet, quàm deus permittit. *Non proficient*. Modus impediendi est, ut tollatur eorum pallium, & occultatio, quæ sunt tollenda, quia nocent. Iob. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius &c. Et ideo dicit. *Insipientia eorum manifesta erit*. Deo detegente, quando illuminabit abscondita tenebrarum &c. vt dicitur. 1. Corinthiorum. 4. *Sicut, & illorum*, scilicet, magorū Pharaonis, quæ fuit manifesta, quia non potuerunt facere signa.

LECTIO III.

E Et omnes qui pie uolunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Deinde cum dicit. *Tu autem &c.* Ostendit idoneitatē Timothei ad resistēdum huiusmodi periculis. Et primo, ostendit, quòd erat idoneus ex institutione Apostoli: secundo ex experientia scripturarum, ibi. *Ab infantia*. Item primo ostendit, quomodo erat instructus sufficienter ab Apostolo: secundo, quomodo vniuersaliter instrui ab aliis poterat, ibi. *Omnis qui &c.* Circa primum, primo ostendit, quomodo instructus erat verbo: secundo, quomodo exemplo, ibi, *Propositum*. Sed sciendum est, quòd verbo aliquis instruitur dupliciter, vno modo, de veritate agnoscenda alio modo, de iustitia operanda. Quantum ad primum, dicit. *Tu autem assecutus es meam doctrinam*, idest, instructus es in fide catholica, ideo bene potes vitare eos. Quantum ad secundum dicit. C *Meam institutionem* Institutio est eruditio, quę est de aliquibus agendis, quæ subdunt operationi humanæ. Philip. 4. Vbique, & in omnibus institutus sum. Item, quomodo institutus erat exemplo. Et primo, quantum ad bona agenda: secundo, quantum ad mala toleranda, ibi, *Patientiam*. In bonis faciendis ponit duo. Primum est intentio recti finis. Et quantum ad hoc, dicit. *Propositum*, quod est de fine. Sap. 8. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuandum. Et ad hoc peruenitur p bona opera, quæ deriuantur a tribus virtutibus, scilicet fide, spe, & charitate. Et primo, ponit fidem, cum dicit. *Fidem*. Hebræ. 11. Sine fide, impossibile est placere deo. Secundo spem, cum dicit. *Longanimitatem*, quæ in longum expectat. 2. Corinthiorum. 6. In longanimitate. Tertio, charitatem, cum dicit. *Dilectionem*. 1. Ioan. 3 Qui non diligit manet in morte. Deinde de malis tolerandis instruit eum quantum ad tria, ea reducēdo ad memoriam. Primo, patientiam quam habuit. Item mala, quæ sustinuit. Item, diuinum auxilium, quod sibi affuit. Primo ergo ponit. *Patientiam* quæ opus perfectum habet. Iac. 1. & primo, ponit patientiæ materiam, scilicet. *Persecutiones*, in generali. Matth 10. Si vos persequuntur in vna ciuitate, fugite in aliam. Item in speciali, cum dicit. *Passiones*, quas, scilicet, passus est in proprio corpore. 2. Corinthiorum. 11. Ter virgis cæsum sum, &c. Tertio, in particulari, cum dicit. *Qualia facta sunt mihi Antiochiæ &c.* Act. 16. & 17. Iudæi persecuti sunt eum, præsente Timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. *Et ex omnibus eripuit me dominus*. 2. Corinthiorum. 1. Qui consolatur nos, in omni tribulatione nostra.

LECTIO TERTIA.

Supra proposuit Timotheo in exemplum persecutiones, quas ipse passus fuit. Et ne videatur ipse solus per huiusmodi passiones transisse, ostendit eas esse communes sanctis. Et primo docet, quomodo sancti patiuntur hic defectus pænales: secundo, quomodo mali proficiunt per defectū culpæ, ibi, *Mali autem homines*. Dicit ergo, Persecutiones sustinui, & non solum ego, sed & omnes. Pie sumitur dupliciter, quandoque pro uirtute pietatis ad cultum diuinum, supra eodem, Habentes speciē pietatis. Quandoque pro misericordia ad proximum. 1. Timo. 4 Pietas ad omnia ualet. *Omnis ergo, qui pie uolunt viuere in Christo &c.* idest, uolunt obseruare cultum religionis Christianæ. Timoth. 2. Sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo, &c. Et tales persecutionem patientur, & maxime in primitiua ecclesia, quando Christus vndique impugnabatur a Iudæis, & Gentibus. Et ideo Io. 16. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Matth. 24. Eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. Item, omnes q̄ pie volunt, &c. idest volunt per fidem Christi seruare misericordiam ad proximum, necesse est eos persecutionem pati; & si non ab extra, tamen ab intus, quando, scilicet compatiuntur de-

fectibus

fectibus proximorum, quorum culpas & pœnalitates vident. 2. Cor. 11. Quis scandalizatur, & ego non vror? &c. 2. Pet. 2. Habitãs apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescebam &c. Item sunt aliæ persecutiones, quæ sanctis omnibus deesse non possunt. s. carnis, mundi, & dæmonis: quia vt habetur Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Rom. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Psal. 33. multæ tribulationes iustorum Deinde cum dicit. *Mali autem homines*, ostendit, q̃ mali incidũt in peiora mala. s. culpæ. Dicit, mali in se. s. inquãtũ peccatis inhærent. Matt. 21. Malos male perdet &c. *Et seductores*. i. in proximorũ nocumẽtum, inquantum seorsum ducunt eos a via veritatis, quæ cõis est. Rom. vlti. Per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium. Sed isti non contenti malis quæ fecerunt; *Proficient in peius*. Apo. vlti. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Sed contra, supra eodẽ, vltra non proficient. Dicendũ est, q̃ qui proficiunt in peius, sunt permissi a deo: vel sic, q̃ proficiunt in peius ex intentione malitiæ eorum, quæ semper est ad malũ: sed ꝓ̃m prouidentiam diuinã prohibẽtur, ne possint implere qd̃ cæperunt. Proficiunt aũt in peius mali in seipsis, inquantum errant circa veritatem. Matth. 22. Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. Item opere errant, & hoc modo oẽs mali errant. Prou. 14. Errant oẽs, qui operantur malum. Itẽ in proximis, quia seductores. Vnde dicit; *In errorem mittentes*, suadẽdo. s. q̃ possint per prosperitates venire ad regnum cœlorũ, contra illud supra, Qui pie volunt &c. Et Esa 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Deinde cum dicit; *Tu uero*, monet eum, vt maneat in sua institutione Et hortatur eũ tripliciter. s. ex parte doctoris, ex parte ipsius Timothei, & ex parte eorũ, quæ accepit. Dicit ergo, Assecutus es meã doctrinã &c. vt supra: ergo; *Permane in his*. Eccl. 10. Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. 1. Cor. 15. Stabiles estote, & immobiles. Dicit ergo; *Quæ didicisti, & credita sunt tibi*. quia quilibet Christianus discit, quæ fidei sunt; & hæc est doctrina salutaris. Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre meo, & didicit, venit ad me &c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prælatis, inquantũ debent aliis ea dispensare. Gal. 2. Cum vidissent, q̃ creditum est mihi Euangelium præputii. Et quare oportet permanere? Quia ego a Magistro scientiæ habui, qui errare non potuit. 2. Corinth. 13. In me loquitur Christus. Et ideo in his firmiter permane; *Sciens a quo didiceris*, quia a Paulo, qui non ab homine, neq; per hominẽ didicit &c. Gal. 2. Secundo ex propria conditione. Turpe.n. est homini nutrito in bono a pueritia, in senectute deficere. Ecc. 26. Qui transgreditur a iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad rõpheã. Timotheus autẽ sic fuit nutritus, Pro. 22. Adolescens iuxta viã suã, et cum senuerit, non recedet ab ea. Vnde dicit; *Et quia ab infantia. Sacras literas nosti*. quæ sunt literæ veteris testamenti, quas didicit ab infantia, quia filius mulieris Iudeæ. Act. 16. Vnde mater sua fecit eũ erudiri in eis: quod est contra Manichæum: quia Apostolus vetus testamentum hic nominat, sacras literas, quæ non possunt intelligi de nouo testamento, quia ab infantia sua nõ erat edoctus literas noui testamẽti. Tertio, ex parte eorũ quæ accepit; & est tertia ratio. Nam si aliquis habet aliquam scientiã in qua non est vtilitas, deserit eam & transit ad aliam. Sed si scientia est valde vtilis, stultum est eam dimittere. Et primo facit rationem: secundo manifestat eã. ibi; *Omnis scripturæ*. Dicit ergo, Dico, quòd accepisti literas sacras, quæ non sunt cõtemnendæ, quia sunt vtiles. Esa. 48. Ego dominus deus tuus, docens te vtilia. Vnde subdit, dicens; *Quæ te possunt instruere*, Ioã. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et hæ literæ te possunt instruere ad salutẽ: sed nõ nisi; *Per fidem, quæ est in Christo Iesu*. Ro. 10. Finis enim legis est Christus, ad iustitiam omni credenti. Heb. 11. Sine fide.n. impossibile est placere deo. Rationem autem manifestat, dicens; *Omnis*. Vbi ostendit, q̃ sacræ literæ sunt viæ ad salutem. Et tria ponit. Nam commẽdat scripturas ratione principii, ratione effectus utilis, & ratione vltimi fructus & profectus. Si enim consideres eius principium, habet priuilegium super omnes: quia aliæ sunt traditæ per ra-

Mali autem homines, & seductores, proficient in peius: errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quę est in Christo Iesu. Omnis.n. scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiẽdum in iustitia, vt perfectus sit hõ dei, ad omne opus bonũ instructus.

tionem humanam, sacra autem scriptura est diuina: ideo dicit *Scriptura diuinitus inspirata*. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana, allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Iob. 32. Inspiratio omnipotẽtis dat intelligentiam. Sed dices, quomodo non alia omnis scriptura diuinitus inspiratur, cum secundum Ambrosiũ, omne verum, a quocunque dicatur, a Spiritusancto est? Dicendum est, quòd deus dupliciter aliq̃d operatur, scilicet immediate, vt proprium opus, sicut miracula. Aliquid mediãtibus causis inferioribus, vt opera naturalia. Iob. 10. Manus tuæ domine fecerunt me &c. Quæ tamen fiunt operatione naturæ. Et sic in homine instruit intellectum & immediate per sacras literas, & mediate per alias scripturas. Effectus huius scripturæ est duplex, scilicet, quia docet cognoscere veritatem, & suadet operari iustitiam. Ioan. 14. Paracletus autem Spiritussanctus docebit, scilicet cognoscenda, & suggeret operanda. Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatem, & vtilis est ad dirigendum in operatione. Est enim ratio speculatiua, & est etiam ratio practica. Et in vtroque sunt duo necessaria scilicet, quòd veritatem cognoscat, & errorem refellat. Hoc enim opus, est opus sapiẽtis, scilicet non mentiri, & mentientem refellere. Quantum ad primum, dicit *Vtilis est ad docendum*, scilicet veritatem. Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Quantũ ad secundum, subdit *Ad arguendum* Titum. 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Itẽ, quantum ad practicam sunt duo necessaria scilicet, vt reducat a malo, & ad bonum inducat. Psalm. 33. Declina a malo, & fac bonum. Quantum ad primum, dicit *Ad corripiendum* quod est corripere a malo. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Iob 5. Beatus homo, qui corripitur a domino. Quantum ad secundum, dicit *Ad erudiendum in iustitia*. Et hæc oia sacra scriptura facit. Esa. 8. In manu forti erudiuit me &c. Sic ergo quadruplex est effectus sacrę scripturæ, scilicet, docere veritatem, arguere falsitatem, quãtum ad speculatiuam eripere a malo, & inducere ad bonũ quãtum ad practicam: vltimus eius effectus est, vt perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercunque bonum facit, sed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et ideo dicit *Vt perfectus sit homo dei*. quia non potest homo esse perfectus, nisi sit homo dei. Perfectum enim est, cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus, quando est instructus, idest, paratus *Ad omne opus bonum* non solum ad ea, quæ sunt de necessitate salutis, sed etiam ad ea quæ sunt supererogationis. Bonum autem facientes, non deficiamus. Galat. vlt.

CAP. IIII. LEC. I.

G ESTIFICOR coram deo, & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per

LECTIO PRIMA.

PRæmissis periculis temporum nouissimorum, & idoneitate Timothei ad resistendum: hic ostendit, quomodo resistat. Et primo ponitur monitio, secundo eius necessitas, ibi *Erit enim*. Item primo ponitur eius contestatio; secundo admonitio, ibi *Prædica verbum*. In cotestatione sunt duo consideranda, scilicet coram quibus contestetur, & per quem. Contestatur autem coram duobus, scilicet coram eo, qui est nostra beatitudo, & corã eo, qui nos in beatitudinem introducit. Beatitudo autẽ nostra Deus est. Psal. 12. Beata gens, cuius est dominus deus eius. Et ideo dicit *Testificor coram Deo*. idest testẽ inuoco dũ, quòd hanc monitionẽ faciam. Hic enim testis non decipitur. 2. Cor. 1. Ego autẽ deum testem inuoco in animã meã. *Et Christo*. Cuius est introducere in beatitudinem. Ro. 5. Per quẽ & accessum habemus per fidem in gratiam istam. Vel aliter introducit quidem, quia *Ipse iudicaturus est viuos & mortuos*. Et tunc viuos dicit illos, qui viui reperientur in aduentu eius, qui morientur quidem, scilicet, quia in modico tempore resurgent, dicuntur viui. 1. Thess. 4. Nos qui viuimus: qui residui sumus in aduentu domini, nõ preueniemus eos qui dormierũt. Vel viuos dicit bonos, scilicet, qui viuunt vita gratiæ, & mortuos, malos. 1. Ioa. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et hos etiam iudicat. Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorũ. Sed cum Christus sit deus, quomodo vtitur hic, hac copula coram deo, & Christo? Respondeo: Potest dici quòd dicitur, corã deo. s. patre, & Christo, idest filio. Pater enim est fons diuinitatis.

tis. Deinde cum dicit. *Et per aduentum &c.* Contestatur per duo desiderabilia sanctis. Primum est aduentus Christi. Luc. 12. Si miles hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis. Apoc. vlti. Veni domine Iesu. Secundum, est regnum eius. Mat. 6. Adueniat regnum tuum. Regnat quidem secundum potestatem generalem sup omnem creaturam. Mat. vl. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Sed & specialiter, spiritualiter in sanctis regnat, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui sanctí non sunt de hoc mundo. Ioa. 18. Regnum meum nõ est de hoc mundo. Sed hoc regnum hic inchoatur, & in futuro consummabitur, quando omnia regna ei subiicientur, & volentia, & nolentia. Psal. 109 Donec ponam inimicos tuos &c. Consequenter cum dicit. *Prædica uerbum*. ponitur monitio, & hoc vt instet doctrinæ, quæ est duplex. Vna ad omnes, quam ponit primo. Alia ad aliquos, & hanc ponit secundo, ibi, *Argue*. Item primo monet eum ad generalem doctrinam exequendam, secundo, docet modum exequendi. Dicit ergo. *Prædica uerbum*, s. euangelii. Mar. vlt. Euntes in mundũ uniuersum, pdicate euangelium omni creaturæ. In prędicatione duo sunt, scilicet denuntiatio veritatis, & instructio ad mores. Et hæc duo debet prædicator facere. Luc. vlt. Incipiens a Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis &c. Modus est instantia, & continuatio. Vnde dicit. *Insta opportune, importune*. 2. Co. 11. Instantia mea quotidiana &c. Sed dicit, Importune. Contra. Eccl. 10 Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Item. Prou. 15. Sermo opportunus optimus est. Dicendum est, quòd prædicator secundum veritatem, semp debet prædicare opportune, sed secundum existimationem falsã audientium, debet prædicare importune, quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus, & malis importunus semper Io. 8. Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Eccl 6. Quàm aspera est nimium sapientia in doctis hominibus. Si homo enim vellet hanc seruare opportunitatem vt solum diceret his qui volunt audire, prodesset tantum iustis, sed oportet quòd aliquãdo etiam prædicet malis, vt conuertantur. Et ad hoc additur, importune. Esa 58. Clama, ne cesses &c Consequenter cum dicit. *Argue*, ponitur doctrina in speciali, quam primo ponit secundo modum, ibi. *In omni patientia*. Instituens autem aliquem specialiter potest eum instituere. Vel de pertinentibus ad fidem, puta vt doceat veritatem, & remoueat errorem. Et quantum ad hoc primum, dicit. *Argue*, Scilicet errores. Tit. 2 Argue cum omni imperio Vel de pertinentibus ad bonos mores, & ad hoc debet inducere aliquãdo bonum, & superiorem, & tunc debet placide, & benigne monere. Vnde dicit. *Obsecra*. 2. Tim. 4. Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem. Gal. 6, Vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter, si non peccat ex malitia. Si autem instruat vel instituat malum, debet eum increpare. Ideo dicit. *Increpa*. Tit. 1. Ob quam causam increpa illos dure, vt sani sint in fide. Iob. 5. Increpationem domini ne reprobes. Sed quis modus? *In omni patientia*, ne iratus appareas, & ex ira instruas, sed tranquille. Prou. 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Psalm. 91. Bene patiẽtes erunt, vt annuncient. Et *doctrina*, scilicet de his, quæ ad fidem. & in his quæ ad mores Hier. 3 Pascent uos scientia & doctrina. Deinde cum dicit. *Erit enim* Ostendit necessitatem monitionis præmissæ. Est autem triplex necessitas prædictorum. Et prima, ex parte audientium: secunda, ex parte Timothei, ibi, *Tu uero*. Tertia, ex parte Apostoli, ibi, *Ego enim iam*. Circa primum duo facit, quia primo proponit necessitatem secundo exponit dictum suũ, ibi. *Et a ueritate*. Necessitas prima est auditorũ peruersitas in audiendo, vt vtilia nolint audire, sed curiosa. Dicit ergo quantum ad primum, Insta, dum nolunt audire sanam doctrinam. Nam *Erit.n. tempus, cum sanam doctrinam &c.* quando erunt mali doctores Act. 20 Ego scio, quoniam lupi rapaces intrabunt in uos, post discessionem meam. Vnde dicit, *Non sustinebunt*, idest erit eis odiosa vestra doctrina, s. Christi. Prou. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Alia peruersitas, quia volũt iordinate audire curiosa, & noxia. Pro. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt sibi noxia cupiũt, & imprudentes odibunt scientiam? Ideo dicit. *Sed ad sua desideria coaceruabunt*, i. multiplicabunt &c. Contra

aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.

LECTIO II.

EGo enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen

A quos dicitur Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Et est coaceruatio, quando indigni, & insufficiẽtes multiplicantur, & magis coaceruatio est, si fiant quatuor indigni, quàm si centum boni: quia, vt habetur. Sap. 6. Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum. Esa. 30. Loquimini nobis placentia. Et hoc est secundũ suã desideria, quia vnus vult audire vnum, alius alium, & sic q̃runt diuersos magistros. Et dicit. *Magistros prurientes auribus*, scilicet auditores. Pruritum dicitur habere in pedibus, qui non vult quiescere. In

B auribus vero, qui semper audire vult noua, inaudita, & curiosa, & quandoq; noxia. Act. 17. Atheniẽses ad nihil aliud vacabãt, nisi aut discere, aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicatur doctrina hæretica. Prou. 19. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior &c. Consequenter, cum dicit. *Et a veritate*. exponit dictum, & primo exponit quod dixerat, quòd sanam doctrinam nõ sustinent, cum dicit. *A ueritate auditum auertent*. Sana doctrina est, quando non habet admixtam falsitatem, ergo sanam doctrinam non sustinent, dum veritatem nolunt audire, Oseæ. 4. Non est ueritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Secundo quod dixerat, Coaceruabunt &c. exponit, cũ dicit. *Ad fabulas aũt conuertentur*. Fabula est cõposita ex miris, in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritum, volunt audire. 1. Timo. 4. Ineptas, & inanes fabulas, deuita. Deinde cum dicit. *Tu uero*. Ponitur necessitas ex parte Timothei, cui erat officium commissum, & ideo necessariũ

C erat quòd prædicaret. Et primo, monet eum ad solicitudinem: secundo, inducit eum ad laborem: tertio, moderatur laborem. Dicit ergo. *Tu uero uigila*. q.d. Isti sic faciunt. *Tu uero &c.* Matt. 24. Vigilate; quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Lu. 2. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Sed quia solicitudo sine labore, inanis est: ideo primo, inducit ad.ymuersaliter laborandum: secundo, determinat in quo est laborandum: tertio, laborandi necessitatem. Dicit ergo, *Vigila*, sed sic, quòd aliquid facias: & ideo. *Labora*. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et hoc. *In omnibus*, idest in omni genere hominum. Esa. 32 Beati qui seminatis super omnes aquas. Mar. vl. Prædicate euangelium omni creaturæ. Vnde mox determinat in quo est laborandum, dicens. *Opur fac euangelistæ*, idest, euangeliza. Hoc enim est nobile opus, quia ad hoc Christus est missus. Lu. 4. A liis ciuitatibus oportet me euangeli-

D zare, quia ideo missus sum. Esa. 41. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Hierusalem euangelistam dabo. Euangelista autem dicitur aliquando, qui scripsit euangelium, & sic sunt quatuor, quãdoq; qui prædicat ipsum, & sic dicitur hic, Ephe. 4. Necessitas autem huius laboris, quia est. *Ministerium tuum*, tibi commissum Et ideo. *Imple*, s. prædicando. Collo. 4. Dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas. Ille autẽ implet officium euãgelistæ, qui uerbo prædicat, & opere implet. Act. 1. Cœpit Iesus facere, & docere. Consequenter inducit ad moderantiam, dicens. *Sobrius esto*. vel sobrietate corporali, quæ decet prædicatorem. Ebrietas enim est inimica sapientiæ. Eccle. 2. Cogitaui abstrahere a vino carnem meam. Vel potius sobrietas, ponitur hic pro discretione. Act. 26. Verba sobrietatis, & ueritatis eloquor. 1. Pet. 5: Sobrii estote &c:

LECTIO SECVNDA.

E SVpra monuit eum, vt instaret doctrinæ, & hoc propter audientes, & propter ipsum Timotheum: hic inducit tertiam necessitatem; s. ex parte Apostoli, & est, quia in breui erat subtrahendus de mundo. Et primo prænuntiat suam mortem imminere, secundo, mandat quòd visitet eum, ibi. *Festina*. Circa primum duo facit: primo, designatur instantia mortis eius: secundo, securitas morientis, ibi, *Bonum certamen*. Circa primum duo facit, quia primo nuntiat passiones quas patiebatur: secundo, prædicit mortem, quę expectabatur, ibi, *Et tempus meæ*. Quantum ad primum, dicit. *Ego.n. iam delibor*. q.d. Statim ego delibor. Sãctorum autem passio, dicitur immolatio. Phil 2. Sed, & si immolor super sacrificium, & obsequiũ fidei vestræ, gaudeo. Psa: 115.

Tibi

Tibi sacrificabo hostiam laudis, s. pro te patiendo. Antiquitus in sacrificiis, quæ ex humidis offerebantur, quædam fiebant pręgustationes: & hæ vocabantur delibationes Ro. 11. Quòd si delibatio sancta est, & massa &c. Et ideo vocat passiones imminentes, delibationes. Et quamuis iamdiu eas sim expertus; *Tempus tamen meæ resolutiõis instat.* Est autem duplex resolutio, scilicet animę a corpore. Eccl. vlt. Et reuertatur puluis in terram suam, vnde erat: & spiritus redeat ad deũ qui dedit illum. Itẽ est resolutio corporis in puluerem Genes. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Deinde cum dicit; *Bonum*, ostendit securitatem suæ mortis. Sed sciendum est, ꝙ est differentia inter mortẽ iusti, & peccatoris: quia vt dicitur Prou. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Quia enim spẽ habet in istis rebus transitoriis, ideo spem non habet in æternis, sed iustus habet spem in æternis, & non in terrenis. Primo ergo ponit meritum suæ securitatis. Secundo, securitatem de pręmio, ibi; *In reliquo.* Meritum huius vitæ est in tribus, scilicet in resistẽdo malis, in proficiẽdo in bonis, & in bene vtendo dei donis. Primum dicitur quoddam certamen. Vnde hic dicit; *Bonum certamen certaui*, Sed certamen dicitur bonum. Primo, si fit pro bonis, puta, si fit pro fide & iustitia, sicut Apostoli Iudæ 1. De communi vestra salute necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditę sanctæ fidei Ecc. 4. Pro iustitia agonizare ꝙ anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia. Secundo, propter modum certaminis, si scilicet solicite & legitime certetur: supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit 1. Cor. 9 Sic pugno, non quasi aerẽ verberans, sed castigo corpus meũ &c. Tertio propter difficultatem certaminis. Sap. 10. Et certamen fortẽ dedit illi, vt vinceret: Secundum, quod est profectus in bonis, dicitur cursus: vnde sequitur; *Cursum consumaui* 1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Et dicitur cursus, profectus sanctorum, quia cum festinatione currunt, vt meliorantes consument agitati stimulis charitatis. Heb. 4. Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Sed adhuc certamen & cursus mortis restabat. ergo non cõsumauerat cursum, nec certauerat, Dicendum est, quòd sicut homo qui bene incipit & intendit finire, habet opus perfecte, sic & Apostolus: iam enim incœperat, & finire intẽdebat. Bonus usus donorum dei est duplex, scilicet conseruatio fidei: & ideo dicit; *Fidem seruaui* quod facit qui vtitur donis dei, ad gloriam dei, & salutem proximorum Matt. 24. Qui sputas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam? 1. Tim. 1. Fidelem me existimauit ponens in ministerio. Vel seruaui in me virtutem fidei. Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatũ est. Propter quod Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes, idest custodite fidem, tamquã caput & fundamentũ virtutum. Deinde cum dicit; *In reliquo.* ponitur spes de præmio, quod primo ponit: secundo ostendit datorem eius. ibi; *Quam reddet.* Tertio, ponit participes præmii, ibi; *Qui diligunt.* Dicit ergo, Ex quo pugnaui, & cursum consumaui, nihil restat nisi quòd coroner, Corona iustitiæ dicitur, quam deus ex sua iustitia reddet: Sed contra, quia vita æterna ex gratia datur. Ro. 6. Gratia dei vita æterna. & cap. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, non ergo ex iustitia. Respondeo. Dicendum est, quòd est ibi; *Gratia*, quantum ad radicem merendi: iustitia quantum ad actum, qui procedit ex voluntate, vel corona iustitiæ est, quæ datur ex iustitia, quia datur iustis ſm opera iuxta. Esa. 3. Dicite iusto, quoniam bene fructum adinuentionum suarum comedet &c. Hęc corona duplex est, quædã principalis, quædam secundaria. Prima est præmium essentiale, quæ nihil est aliud quàm gaudium de veritate. Esa. 28. In illo die erit dominus exercituum corona glorię, & sertum exultationis residuo populi sui: Deus est ergo corona nostra. Secunda est corona, quæ debetur specialibus operibus, & hæc est aureola, & vna debetur martyribus: supra 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & ad hoc est quòd dicit; *Bonum certamen certaui.* Alia debetur virginibus. Sap. 4. In perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmiũ vincens. Et ad hoc est; *Cursum consumaui.* Apoc. 14. Hi sequuntur agnum &c. Tertia est doctorum. Prou. 4. Dabit capiti tuo augmenta gratiarũ, & corona inclita proteget te. Et ad hoc dicit; *Fidem seruaui.* Et dicit; *Repposita*, idest secundum æternam prædestinationem reseruata: supra 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est. depositum meum seruare in illum diem. Dator huius est deus; ideo dicit; *Quam reddet mihi dominus*, scilicet per suam iustitiã *In illa die.* Nam hæc est corona gloriæ, & hęc est duplex, s. animæ, & hæc redditur sanctis in illa die, scilicet in morte. Vnde hic dicit; *Tempus meæ resolutionis instat* 2. Cor. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex deo. Alia est corporis, & hæc reddetur in illa die, scilicet iudicii 1. Cor. 15. Seminatur in ignobilitate &c. Participes huius sunt omnes sancti. Vnde dicit; *Non solum autem mihi*, scilicet reponitur Apoc. vlt. Veni domine Iesu, Can. 5. veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Qui non diligunt deum, nihil habent, vt diligant aduentum eius. Amos 5. Væ desiderantibus diem domini, quia corona solum charitati debetur. Ioann. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

ECTIO III.

Festina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc sęculũ, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam,

LECTIO TERTIA.

ROGAT visitari: & primo vocat eum ad se: secundo significat suum statum, ibi, *Alexander.* Tertio, concludit epistolarem salutationem, ibi; *Salutant te.* Item primo mandat vt veniat: secundo, assignat ei socium, ibi; *Marcum assume.* Tertio, ostendit quid deferat, ibi; *Pennulam.* Circa primum duo facit, quia primo vocat eum: secundo, causam vocationis assignat, ibi; *Demas.* Dicit ergo, Quia in breui sum recessurus de mundo; *Festina ad me venire cito*, & hoc ut inuicem consolarentur, & ut iuuarent eum in prædicatione euangelii, pro quo erat solicitus in vinculis existens. Prou. 18. Frater qui adiuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Causa vocationis est, quia societate debita erat destitutus. Et primo a quodam qui propter suam culpam recesserat: secundo quia quosdam miserat ad prædicandum. Dicit ergo; *Demas enim &c.* idest præposuit amorem huius sęculi, amori meo 1. Ioann. 1. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Crescens quidam discipulus; *Abiit in Galatiam* missus ab Apostolo; *Titus*, etiam missus ab eo; *Abiit in Dalmatiam*, ubi finaliter dicitur fuisse episcopus. Iob. 38. Nonquid mittes fulgura & ibunt? *Lucas est mecum solus.* hunc retinuit in prædicatione euangelii, in qua fuit gratiosus 2. Cor. 8. Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Deinde cum dicit; *Marcum assume & addhuc.* Assignat ei sociũ: & circa hoc duo facit, quia primo assignat ei socium: secundo, huius rationem. Hic Marcus alio nomine dicitur, Ioannes: & consobrinus Barnabæ Act. 15. Dicitur quòd Barnabas uolebat assumere Marcum, sed Paulus nolebat. Et ꝓpter hoc dissensio facta est inter eos, ita ut discederet ab eis. Col. ult. Marcus consobrinus Barnabæ. ratio est, quia; *Est mihi vtilis &c.* Deinde cum dicit; *Pennulam &c.* Dicit quid portet. Carpus est sanctus quidam. Pennula secundum Hieronymum erat volumen legis, quod habebat in carta per modum rotuli, & hoc uocat, penuulam: uel pennula dr uestis alioua, sed ſm Chrysostomum erat uestis communis. Et quia Apostolus Romæ erat pauper, non accipiens ab aliis, ideo voluit vt sibi uestis portaretur. Haymo dicit, quòd erat specialis uestis in signum nobilitatis. Vnde Act. 22. Paulus dixit se ciuem Romanum. Pater enim Pauli seruiebat Romanis in Tarso Ciliciæ: & ex hoc factꝰ fuit ciuis Romanus: & Pennula erat uestis in signum consulis. Et forte pater suus erat ibi consul. Vel pennula dicitur mantica ubi erant libri, quod uidetur, quia sequitur; *Et libros.* Sed quid Apostolo de libris pleno Spiritusancto? Item instabat sua resolutio. Respondeo dicendum est, quòd propter duo. Primo ut in legendo haberet solatium 1. Machab. 12. Habentes solatio sanctos libros. In libris enim est remedium contra tribulationes. Vel dicit hoc ne perderentur, sed remanerent fidelibus. Itẽ quãto magis appropinquabat morti, tanto magis instabat seruitio scripturarum, sicut de Ambrosio dicitur, ꝙ usque ad ultimã ęgritudinem non cessauit scribere unde scribens illum Psal. 47. Magnus dominus & laudabilis nimis &c. mortuus est; *Maxime autem membranas.* Membranæ sunt cartæ non scriptæ, uel schedulæ ubi scripserat epistolas, uel prædicationes suas. Deinde cum dicit; *Alexander &c.* ostendit, quæ apud ipsum fuerũt, & q̃ apud ipsum sunt. Et primo ex parte hominum: secundo, ex parte dei, ibi; *Dominus autem mihi astitit.* Iterum prima in duas quia primo significat ei de quodam, qui ei aduersabatur. secundo, de negligentia eorum qui eum non iuuabant, ibi; *In prima mea defensione &c.* Item primo præmittit culpam inique impugnantis: secundo, ostendit pœnã eius futurã, ibi; *Reddet ei &c.* Tertio, ostẽdit quomodo sit etiam secundum Ecclesiam puniendus, ibi; *Quem*

Quem & tu deuita. Videtur ꝓ hic Alexander fuit artifex æris, uel custos ærarii: & erat de his, qui dixerunt legalia esse de necessitate salutis seruanda 1. Tim. 1. Circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander. Et dicunt quidã, quòd iste est, de quo dicitur Act. 19. Quia concitauit seditionem in Apostolum, sed nomen dissonat, quia ille Demetrius, hic Alexander, & Lucas quia ille Ephesi, iste Romæ fuit. Et subiungit; *Multa mala mihi ostendit.* Et nota, quòd non dicit, fecit, sed quòd ostendit: quia impii aduersus iustos animum ostendere possunt, sed non semper explent. Hier. 1. & 15 Bellabũt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecũ sum. Iob. 5. Qui dissipat cogitatiões malignorum, ne possint adimplere manus eorum, quod cœperunt. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Deinde cum dicit; *Reddet illi dominus &c.* ponit pœnam eius futurã. Sed nota, quòd non ponit verbum optatiuum, reddat, sed dicit reddet: quia significatur pœnam esse paratam a deo, quod præuidebat Apostolus ex eius pertinacia. Psal. 61. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Tamẽ cum hoc quòd reseruatur ei pœna in futurum, ecclesia debet etiam eum punire excommunicando. Vnde subiungit; *Quem & tu deuita*, scilicet tamquam hęreticum Tit. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita. Cuius etiam dicti reddit rationem, dicens; *Valde enim restitit uerbis nostris.* Act. 7. Vos semper Spiritui sancto restitistis. Consequenter ponit negligentiam non iuuantium eũ, & primo reprehendit eorum culpam: secundo, petit eis veniam, ibi; *Non illis imputetur.* Dicit ergo; *In prima mea &c.* Glo. dicit quòd Apostolus sæpe cotra Alexandrum praue docentẽ pugnauit, & in persona nullus ei affuit: sed hic non videtur esse sensus eius, quia iste Alexander non erat tantus, quòd Apostol. indigeret aliis ad disputãdum cum eo, sed dicendum est, quòd sicut dicitur Act. 25. Paulus appellans missus est Romam: & iõ oportuit, quòd præsentaretur Cæsari, vt discuteretur missionis suæ causa, & Iudæi venerunt contra eum. Et hoc Apost. appellat suam primam defensionem. In qua discipuli defuerunt ei, timentes ne a crudeli Nerone punirentur. Eccl. 51. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Esa. 63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Sed posset dici, quòd hoc fuit, quia a principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum, immo ex quadam pusillanimitate recesserunt. Psal. 87. Elongasti a me amicum, & proximum, & notos meos a miseria. Iob. 6. Fratres mei præterierunt me &c. Sed quia fecerunt ex infirmitate, orat pro eis, & non excommunicat, dicens, *Non illis imputetur.* Luc. 6. Orate pro calumniantibus vos. Deinde cum dicit; *Dominus autem.* Ostendit, quid agitur circa eum, ex parte dei, cuius auxilium primo ponit, secundo huius effectum, ibi; *Et audiant.* Dicit ergo. Omnes me dereliquerunt, sed vbi deest homo, offert se deus. Psal. 24. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autẽ suscepit me. Vnde dicit; *Dominus mihi astitit*, scilicet ad adiuuandum me. Hie. 20. Dominus mecum est, tanquam bellator fortis. Psal. 15. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniã a dextris est mihi, ne commouear. Et qũo? *Et confortauit me* fortitudinem animi dãdo, vt non stupescerem coram Cæsare. Ezech. 3. Manus domini erat mecũ, me confortans. Et hoc; *Vt per me &c.* Quod impletur, quando adꝰ plures diffunditur, & quando quod ore dicitur, opere impletur. Act. 9. Vas electionis &c. Deinde cũ dicit; *Et audiant*, ponitur effectus auxilii diuini. Et primo, q̃tũ ad ꝑterita: secũdo, quãtũ ad futura: tertio agit gratias: sed duplex est beneficiũ circa præterita, s. deliberationis a culpa & a pœna. Dicit ergo. Dñs mihi astitit, & ideo ĩ illa vocatiõe liberatus fui, quia nõ fui condẽnatus a Cæsare, sed pmissum est mihi, ꝙ iremꝰ quo vellem. Et iõ dicit; *Et audiant omnes gentes*, vt scilicet alii secũ confortentur ad veniendum. Psal. 95. Annuntiate inter gẽtes gloriam eius. Et vt Iudæorũ insultatio deprimeretur. Et subdit *Liberatus sum de ore leonis*, idest de crudelitate Neronis. Pro. 19. Sicut fremitus leonum, ita ira Regis. Prouer. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Secundo, liberatus fuit a culpa. Vnde dicit; *Liberauit me dominus ab omni opere malo.* Aliqui vero liberantur a pœna, incidentes in culpam negationis a fide. Psal. 17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis & ab his, qui oderunt me &c. Et hoc ꝑ deum. Sap. 8. Non possum esse continens, nisi deus det. In futuro; *Saluum facier.* Esa. 45. Israel saluatus est in domino salute æterna. Et dicit; *In regnum cæleste.* Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ. Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Et iõ agit gratias; *Cui gloria.* 1. Ti. 1. Regi sæculorũ. Deinde cum dicit; *Saluta &c.* iniungit ei aliorum salutationem, secũdo, eum salutat ex parte aliorum: tertio ex parte sua. Item circa primum, primo iniungit aliorum salutationem: secundo determinat tempus veniendi. Dicit ergo; *Saluta Priscam*, scilicet, quæ est mulier; *Et Aquilam* virum Priscę, quos præmittit, quia forte deuotiores; *Et Onesiphori domum.* Sed quare non eum, sed domum? quia forte mortuus erat: & ideo salutat familiam. Vel forte, quia erat cum eo Romæ. Determinans tempus veniendi: primo ostendit necessitatem: secundo, prosequitur propositum. Necessitas est propter alios remanentes in aliis locis. Item propter turbationem maris. Deinde ponit personas salutantes, vt patet. Et modo consueto, ne corrumpatur epistola, scribit manu sua. *Gratia autem vobiscum, Amen.*

Lucas est mecum solus. Marcus assume, & addhuc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. Tichicum autem misi Ephesum. Pennulam, quã reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecũ, & libros, maxime autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius: quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, & ꝑ me prædicatio impleatur, & audiãt omnes gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dñs ab omni opere malo, & saluũ faciet ĩ regnũ suũ cœleste: cui gloria in sęcula sęculorũ. Amen. Saluta Priscam, & Aquilã, & Onesiphori domũ. Erastus remãsit Corinthi. Trophimũ aũt reliqui infirmũ Milethi. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia: & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Finis expositionis Diui Thomæ Aquinatis in Epistolam Secundam ad Timotheum.

EXPOSITIO EIVSDEM
DIVI THOMAE AQVINATIS
SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI,
AD TITVM

PROLOGVS S. THOMAE.

SI sciret paterfamilias &c. Luc. 12. Per patremfamilias significatur prælatus Ecclesiæ propter tria, quæ debet exhibere, scilicet generationem ad fidem, eruditionem ad salutem, custodiam ad securitatem. Primũ G quidem, quia sicut est vita corporalis per animam, ita spiritualis per fidem. Abac. 2. Iustus autem meꝰ ex fide viuit. Et sicut ad vitam carnalem generatur quis, per emissionem seminis corporalis, ita ad vitam spiritualem per infusionem seminis spiritualis, quod est verbũ Dei. Mat. 13. & 1. Cor. 4. Per Euãgelium ego vos genui. Item ꝑ eruditionẽ. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. Esa. 48. Ego dñs deus tuus, docens te vtilia. Itẽ per ꝓtectionem ad tutelam. Deut. 32. Circumduxit eũ, & docuit &c. Cuilibet.n. prælato committitur cura subditorum 3. Reg. 20. H Custodi virũ hunc, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et Heb. 13. Ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed ad hãc generationẽ requiritur scientia. Oseæ. 4. Quia tu sciẽtiam repulisti, & ego repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et iõ dicit, Si sciret. Requiritur.n. quòd sciãt. Item vltra eruditionẽ, requiritur quòd sit solicitus. Ro. 12. Qui præest, in solicitudine. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Ad custodiam vero fortitudo requiritur ad protegendum 1. Mach. 3. de Iuda Machabæo, induit se loricam, sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis, & protegebat castra gladio suo. Et ideo dicitur, Et non sineret perfodi domum suam, idest Ecclesiã 1. Tim. 3. Vt scias, quomodo oporteat te cõuersari in domo dei quæ est Ecclesia dei. Hæc domus est Dei, sicut domini, & prælati sicut famuli. Heb. 3. Moyses quidem erat fidelis in tota domo illius, tamquam famulus. Christus vero tamquã filius in domo sua. Hæc ꝑfoditur a fure.i. hæretico. I Abdiæ ca. vnico, Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quõ cõticuisses? Qui dicitur fur, quia occulte venit, & graditur in tenebris. Vnde fur a furno dicitur, quòd est obscurus: sic isti per obscura dogmata. Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Item ex peruersa intentione, quia intendunt occidere. Ioann. 10. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Item ex modo intrandi, quia non per ostium 1. Ioan. 4. Et omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus &c. Sic ergo ex præmissis trahitur conuenienter intentio huius epistolæ, in qua Apostolus instruit Titum, quomodo regat Ecclesiam, vt patet in argumento.

CAPIT. I. LEC. I.

PAulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorũ dei, & agnitionem veritatis, quæ secũdum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus, ante tempora sæcularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei. Tito dilecto filio ꝑm cõmunẽ fidẽ, gratia, & pax a Deo patre, & Christo Iesu saluatore nostro.

LECTIO PRIMA.

HAEC epistola diuiditur in salutationem & epistolarẽ narrationem, ibi; *Huius rei.* In prima primo, ponitur persona salutans, quæ notificatur tripliciter, scilicet ex nomine, cũ K dicit; *Paulus*, quod significat humilitatem. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum &c. Item ex conditione: cum dicit; *Seruus Dei.* Psam. 115. Domine ego seruus tuus. Contra, Ioan. 14. Iam non dicam vos seruos, Respondeo, Sancti quandoque dicuntur serui, quandoque non, sed filii. Duplex enim est seruitus. Vna est ex timore, quæ non competit filiationi dei, sed condiuiditur contra eam. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore &c. Alia ex amore, quæ consequitur filiationem dei. Et ratio huius distinctionis est, quia liber est, qui est causa sui, qui operatur quod vult: seruus vero est, qui est causa alterius. Sed triplex est causa, quæ est principium operis, scilicet finalis, formalis, & efficiens. Si ergo propter causam finalem, sic omnes sancti sunt serui spei, quia propter deum faciũt. 1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et hoc est ex amore, a quo procedit, quòd omnia operemur propter deum. Si vero propter causam mouentem, quæ est extrinseca, & compellit, sic est seruitus timoris, & est malorum. Si propter causam formalem, sic est habitus inclinans: & sic quidam sunt serui peccati, quidam serui iustitiæ: qui secundum habitum inclinantur ad malum, vel ad bonum. Item ex authoritate, cum dicit; *Apostolus autem.* Luc. 6. Elegit, scilicet super omnes fideles, duodecim ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. Eph. 4. Primũ quidem apostolos. Et describitur primo ab authore, cum dicit; *Iesu Christi* quia ab ipso est electus. Gal. 1. Nõ ab hominibꝰ, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ &c. Item, quia solum Christum annuntiabat 2. Cor. 4. Non enim nosmetipsos predicamꝰ, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Item, quia legatus Christi, cuius authoritate vtebatur 2. Cor. 5. Pro Christo ergo legatione fungimur. Eph. 6. Legatione fungor in catena 2. Corin. 2. Si quid donaui propter vos in persona Christi. Item secundo, describitur ex idoneitate: nam Apostolus est annuntiator. Matt. vlt. Docete omnes gentes &c. Doctor autem debet habere fundamentum doctrinę & perfectionẽ. Primum pertinet ad quemlibet: secundum vero pertinet ad prædicatores, & ad doctores. Et sicut in aliis scientiis sunt principia, sic in hac sunt articuli fidei, qui innotescunt cuilibet fideli secundum lumen infusum, & articuli sunt fundamenta fidei, quæ est substantia rerum sperandarum &c. Heb. 11. Et ideo dicit; *Secundum fidem electorum dei.* Item requiritur perfectio doctrinæ. Vnde dicit; *Et agnitionem veritatis.* Duplex autem habetur cognitio veritatis, scilicet perfecta in patria, scilicet, quando videbimus facie ad faciem, & imperfecta, per fidem, quam habent sancti. Ioann. 8. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis? *In agnitionem eius, quæ est secundum pietatem* Religio enim & pietas secundum Tullium, sunt partes iustitiæ: & differunt, quia religio est cultus dei. Sed quia deus non solum est creator, sed etiam & pater, ideo non solum debemus ei cultum vt creatori, sed amorem & cultum sicut patri. Et ideo pietas, quandoque pro cultu dei sumitur. Iob. 28. Ecce pietas ipsa est sapientia, secundum aliam translationem, vbi nostra sic habet, Ecce timor domini ipsa est sapientia. Tertio, describitur ex fine: & primo, ponit ipsum finem: secundo, eius dignitatem, ibi; *Quam promisit.* Finis autem est spes vitæ ęternæ, quia & si Moyses possit dicit Apostolus, quia a domino missus, Exod. 4. sed tamen non in spem uitæ æternæ, sed terræ Euei & Amorrhei: sed Paulus est Apostolus; *In spem vitæ æternæ.* Ioann. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo &c. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem uiuam. Roman. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Promissio autem hæc, est firma dupliciter: primo, ex parte promittentis. Vnde dicit; *Qui non mentitur.* Deus enim veritas est, cuius contrarium est mendacium. Numer. 23. Non est deus quasi homo, ut mentiatur. Secundo, ex diuino proposito dandi. Vnde dicit; *Ante tempora sæcularia.* Seculum, secundum Philosophum, est mensura durationis vniuscuiusque rei. Tempora ergo sæcularia, sunt tempora distincta secundum diuersas successiones rerum: quasi dicat, antequam tempus successiuum inciperet esse. Et quia incepit hoc tempus cum mundo, ideo fuit ante principium mundi. Alia litera habet, æterna, idest antiqua. Sic enim aliquando accipitur æternum, idest antiquum. Vel æterna, non secundum veritatem, sed secundum imaginationem. Et ante ista promisit hoc, quia hæc sunt successiua. Sed promittere, est uerbo nuntiare suam uoluntatem de dando. Et deus ab æterno protulit uerbum suum in quo erat, ut sancti haberent uitam æternã. Eph. 1.
Elegit

Elegit nos ante mundi constitutionem. Confirmatur autem hæc A spes, ex manifestatione promissionis. Vnde dicit; *Manifestauit autem suis temporibus &c.* Et describitur hæc manifestatio tripliciter. Primo, ex tempore, Vnde manifestauit, quando verbum suum incarnari constituit. Vnde dicit; *Temporibus suis*, idest tempore congruo, quo homo esset conuictus de superbia, per quã peccauerat. Et sic primo medicus cõuincit ęgrotũ, vt eum cõgruentius sanet. Homo enim superbiebat de scientia, sed cõuictus est de ignorantia ante tempus legis, vbi peccauit in idolatria, & vitiis contra naturam. Item de uirtutibus, & de his conuictus est tempore legis. Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum &c. Item secundo, B describitur ex modo, quia per publicam prædicationem. Marc. vlt. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Vnde dicit; *In prædicatione* 1. Cor. 9. Dispẽsatio credita est mihi. Item tertio ex authore. Vnde dicit; *Secundum præceptum &c.* Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum &c. Persona salutata ponitur, cum dicit; *Tito.* quẽ describit tripliciter. Primo, ex nomine: secundo, ex dilectione: tertio, ex filiatione. Filius ergo est per dilectionem & fidem, quæ debet esse communis, vt idipsum dicant omnes. Et ideo dicit; *Communem fidem.* quæ etiam dicitur catholica, idest vniuersalis. Vnde dicitur. Ephes. 4. Vna fides, vnus dominus &c. Bona vero optata sunt; *Gratia & pax.* Hæc sæpe coniungit, quia omnium spiritualium donorum principium est gratia: & pax, finis. Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacem. *A deo &c.*

LECTIO II.

HVius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui. Siquis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habẽs fideles nõ in accusatione luxuriæ, aut nõ subditos. Oportet.n. episcopũ sine crimine esse, sicut dei dispensatorẽ: non superbum, non iracundũ, non vinolentum, non ꝑcussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ, benignum, sobriũ, iustum, sanctum, continentem.

LECTIO SECVNDA.

ACCEDIT ad narrationem: & sicut dictum est, intendit munire Ecclesiam contra hæreticos. Et primo, monet Titum quòd alios instruat ad resistendum hæreticis. Secundo, docet quomodo ipse eis resistat, ibi; *Tu autem loquere.* capit. 2. Item primo monet, vt instituat episcopos, qui hæreticis resistãt: secundo, ostendit necessitatem huius cõmissionis, ibi; *Sunt enim multi.* Item primo, ponit commissionem Tito factam de instituendo episcopo. Secundo, ostendit quales debent esse episcopi, ibi; *Siquis sine crimine.* Tertio, manifestat quæ dixit, ibi; *Oportet enim.* Quia ergo Apostolus habuit vniuersalem commissionem Ecclesiæ Gentium, & non poterat solus per se omnia exequi, ideo dicit; *Huius rei gratia reliqui te Cretæ.* in Creta, scilicet insula, vt loco Apostoli, Ecclesiæ Cretensi officium pastorale gerat. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Sed quod dicit; *Vt quæ desunt corrigas.* Videtur, D quòd deberet dicere, suppleas. Respondeo. Dicendum est, quòd glo. sic supplet, vt omnia quæ sunt in malis corrigas: & quæ de sunt in bonis, addas 1. Thess. 3. Impleamus ea, quæ desunt fidei vestræ. Vel dicendum est, quòd est quoddam peccatũ omissionis, & quoddam transgressionis, & vtrumque indiget correctione. In sanctis autem & perfectis, sicut Titus fuit, non abundauerunt transgressiones: & ideo non dicit, transgressiones corrigas, sed quæ desunt, idest omissiones; *Et constituas præsbyteros,* .i. episcopos. Vnde inferius, dicit, Oportet episcopum &c. Et vtitur indifferenter nomine episcoporum & presbyterorum. Vnde sumpsit occasionem hæreticus, qui ambiuit episcopatum, quem quia non poterat adipisci, diuisit se ab aliis, & multa falsa docuit. Inter quæ dixit, quòd episcopi in nullo differunt a sacerdotibus, quod est contra Dionysium in lib. de eccle. hierar. Vtitur ergo Apostolus eodem nomine in vtroque per identitatẽ rei, quia presbyter dicitur senior. Item quia pertinet ad supe- E riores episcopum constituere, licet eum canonici eligant. Et dicit; *Constituas*, non in villis, sed; *Per ciuitates*, sicut enim in republica reges sunt tantum in ciuitatibus, sic in spirituali regimine episcopi 1. Pet. 2. Regale sacerdotium. Item debent seniores esse. Eccl. 10. Væ tibi terra, cuius rex est puer. & intellige senes, non solum ætate, sed & moribus. Num. 11. Congrega mihi 70. viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes sint populi ac magistri &c. Item secundum formã Ecclesiæ. Vnde dicit; *Sicut ego disposui tibi.* Prouerb. 13. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Deinde cum dicit; *Siquis sine crimine*, describit eos tripliciter, scilicet, quantum ad seipsos, quantum ex parte vxoris, & ex parte filiorum. De primo dicitur; *Sine crimine.* Siquis talis erit 1. Ioann. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicendum est, quòd aliud est crimen, & aliud est peccatum. Peccatum dicitur quodcunque, siue magnum siue paruum, siue occultum. Crimen autem magnum & infame. Psal. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Et postea subdit, Qui ingreditur sine macula &c. Non quòd qui mortaliter peccat post baptismum, non possit eligi. Sed quòd eligendus, non sit infamis. Quo ad secundũ, dicit; *Vnius vxoris virum.* Quod orientales sic exponunt, idest quòd non habeat simul duas vxores, sicut quorundam est consuetudo. Sed secundum hoc nõ esset necessarium, quòd Apostolus hoc diceret, quia secundum leges Romanas, quibus Apostolus scribebat, etiam ante fidem, non licebat simul habere plures vxores. Item 1. Tim. 5. dicit de vidua, quæ fuit vnius viri vxor, & tamen numquam licuit, quòd vna plures viros simul posset habere. Et hoc modo vult illud etiam de vidua, scilicet quòd non habuerit nisi vnum virum. Sed Hierony. dicit oportere, quòd vnam tantum vxorem post baptismum habuerit, & quòd non est bis, si ante baptismũ alias habuisset. Sed Aug. & Ambro. dicunt, quòd per baptismũ delentur omnia crimina, sed quòd per baptismum, matrimoniũ non deletur. ergo secundum hos dicendum est & rectius, quòd vnam tantum, & non plures licet habuisset ante vel post. Secundum quosdam autem ratio huius est, quia signum esset incontinentiæ, si plures habuisset. Sed hoc non est verum: quia nihil repugnaret si plures habuisset meretrices, quæ sunt magis incontinentes. Sed est alia ratio altior, significato scilicet, quia ipse est dispensator sacramentorum, & ideo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo: sed sacramentum matrimonii est si- C gnificatiuum coniunctionis Christi & Ecclesiæ. ergo vt signum respondeat signato, sicut Christus est vnus, & Ecclesia vna, sic & hic: quod quidem deficeret, si episcopus plures vxores habuisset. In veteri autem lege, Patriarchæ significabant coniunctionem hanc, non vt coniunctam Christo, sed coniungẽdã, & cum ecclesia erat futura ex multis, ideo tunc non vna, sed plures habebantur. Et ideo multitudo vxorum ipsorum hoc significabat. Quantum autem ad tertium, scilicet ex parte filiorum, subiungit, dicens; *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ &c.* Episcopus enim constituitur, vt superintendat: & qui constituitur ad aliquid, debet esse exercitatus in illo, aliàs non prudenter institueretur. Præsumitur autem esse bene exercitatus, si bene alios rexit. Episcopus autem constituitur ad tria. Primo, vt fidẽ doceat. Matth. vlt. Docete omnes gentes &c. Et ideo dicit; *Fideles.* Secundo requiritur quòd populum instruat ad virtutes. Eccle. 7. Filii tibi sunt, erudi illos: peccata autem lasciuiæ magis abstrahunt a uirtute, Eccl. Lasciuus & imprudens non seruabunt tempus. Et ideo dicit; *Non in accusatione luxuriæ* 1. Re. 3. Hely condemnatur, quia filios de hoc non correxit. Tertio, oportet, quòd pertinaces corrigat. Vnde dicit; *Aut non subditos*, idest, non obedientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Deinde cũ dicit; *Oportet enim* exponit quod dixit: & primo, quod dixit; *Sine crimine.* Secundo, sine quibus debet esse, ibi; *Non superbum.* Causa autem primi est, quia debet dispensare diuina. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic &c. Deinde cũ dicit; *Non superbum.* ostendit a quibus debet esse immunis: & primo ostendit a quibus criminibus. Secundo, quibus virtutibus luceat, ibi; *Hospitalem.* Peccatorum autem quædam sunt carnalia, quædam spiritualia. De primis non facit mentionem, quia omnino debent mundi esse ab eis. Eph. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Sed tantũ de spiritualibus, quæ sunt quinque, quorum duo non habent locum in prælatis, scilicet inuidia, quod est peccatum paruulorum. Iob 5. Paruulum occidit inuidia. Prælatus autem est in summo. Item nec accidia, quia omnia ei ad uotum succedunt, sed superbia, quia est in summo, & ira & cupiditas occasione temporalium, quorum est dispensator. Quantum ad primum, dicit; *Non superbum.* Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Eccl. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli &c. Quantum ad secundum: primo, excludit iram, cum dicit; *Non iracundum.* Secundo, incentiuum iræ, quod est vinum, dicens; *Non uinolentum.* Prouer. 23. Cui suffossio oculorum, nonne his qui commorantur in uino? &c. Tertio, sequelam iræ, quod est percussio. Ideo dicit; *Non percussorem*, idest
non

non crudelem Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus &c. Vel non purcussorem, i. non percutientem conscientias aliorum prauis moribus 1. Cor. 8. Et percutientem conscientiã eorum infirmam. Quantũ ad tertium, dicit; *Non turpis lucri cupidum* 1. Tim. 3. Non turpe lucrum sectantes. Sap. 15. Sed æstimauerũt lusum esse vitam nostram, & cõuersationẽ vitę cõpositã ad lucrum, & oportere vndecũque etiam ex malo acquirere. Deide ponit bona, quæ debet habere. Et primo, q̃ pertinẽt ad conuersationem vitæ. Secundo, q̃ ad veritatẽ doctrinæ, ibi; *Amplectẽtes*. Et patent omnia.

LECTIO III.

AMplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potẽs sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam in obediẽtes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circũcisione sunt: quos oportet redargui, q̃ vniuersas domos subuertunt, docentes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius ipsorũ propheta. Cretenses semper mẽdaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.

LECTIO IIII.

VAM ob causã, increpa illos dure, vt sani sint in fide, nõ intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum aduersantium se a ueritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus, nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum, & mẽs & cõscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

LECTIO TERTIA.

SVPRA docuit, qualem oportet esse episcopum in vita: hic ostendit, qualem oportet esse in doctrina. Et primo ostendit, quòd ad ipsum requiritur diligentia studii. Secundo, ponit materiam studii. Tertio, eius vtilitatẽ. Quantũ ad primum, dicit; *Amplectentem*, Aliquid enim amplectẽs, illud diligenter constringit, & amplexus ex dilectione fit. Oportet. n. eum scientiæ inhærere cũ amplexu. i. firma adhæsione animi, & cordis dilectione. Sap. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Prou. 4. Arripe illam & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Materia studii non debẽt esse fabulæ, nec temporalia, sed sermo fidelis, idest verus. Psal. 144. Fidelis dñs &c Vel sermo fidelis, i. fidei, in qua oportet episcopum instrui. Sed aliqui student in eis dupliciter, vt scilicet addiscant solum & operentur. Sed hoc non sufficit episcopo, sed oportet, vt & alios instruat. Et ideo dicit; *Quæ secundum doctrinam est* 1. Tim. 4. dicitur. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed esto exemplum fidelibus in verbo, in conuersatione. Vtilitas, est facultas exequendi officiũ suum. Officium autem prælati est, sicut pastoris. Ioan. vlt. Pasce oues meas. Pastor vero duo habet facere, scilicet pascere gregem 1. Pet. 5. Pascite, qui in vobis est gregem dei. Item arcere lupum. Sic & episcopus pascere debet per doctrinam veram. Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Et ideo dicit; *Vt sit potens exhortari in doctrina*. Nõ dicit, vt exhortetur, sed vt potens sit exhortari. Quod est, q̃ habet in promptu exhortationes, quando est necesse exequi. Q̃d I figuratur Exod. 25. per vectes in circulis arcæ, vt archa, scilicet posset portari. Luc. vlt. Potens in opere & sermone. Et dicit; *Sana*, idest absq; corruptione falsitatis. infra 2 Tu autẽ loquere, quæ decent sanam doctrinam 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore, neq; de immunditia &c. Item, vt custodiant contra hæreticos. Et ideo dicit; *Et eos, qui contradicunt, arguere*, idest cõuincere, & hoc per studiũ sacræ scripturæ 2. Tim. 3 Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum. Iob, 6. Nec contradicã sermonibus sanctis. Et hęc duo secundum Philosophum pertinẽt ad opus sapientis, scilicet, non mentiri de quibus nouit, quantum ad primum: & mentientem manifestare posse, quantum ad secundum. Consequenter, cum dicit; *Sunt enim multi*. ponit necessitatem dictorum. Et primo, ex parte falsorum doctorum. Secundo, ex parte malorum auditorum, ibi; *Dixit quidam*. Circa primum, duo facit, quia primo describit conditionem falsorum doctorum. Secundo, peruersitatem studii ipsorum, ibi; *Qui uniuersas*. Item primo, ostendit eorum conditionem. Secundo, docet remedium contra eos, ibi; *Quos oportet*. Conditionem ostendit quadrupliciter. Et primo, ex numero, cum dicit; *Multi*. Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Secundo, ex vitio inobedientiæ, cũ dicit; *Etiam inobedientes* quantum ad deum, & suos superiores. Ro. 1. Parentibus non obedientes. 1. Reg. 15. Peccatum inobedientiæ, sicut idolatria dicitur esse. Tertio, ex vaniloquio, cum dicit; *Vaniloqui*, scilicet, quo ad se Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus non subest scientia dei, & præcipue vani sunt hæretici: ideo subiungit dicens; *Seductores*, scilicet quo ad inferiores. 2. Tim. 3. Mali homines & seductores &c. Quarto, ex loco, cum dicit; *Maxime qui de circuncisione*. Qui cogebãt hõines iudaizare. Phil. 3. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Contra quos ponit remedium. Non enim sunt tolerandi, quia corrumperetur populus, & imputaretur pastori. Exech. 13. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel &c. Timo. 4. Argue, obsecra, increpa, in omni patiẽtia & doctrina. Et ideo dicit. *Quos oportet redargui*. Deinde cũ dicit, *Qui vniuersas &c*. Describit horum studium: & primo describit eorum damno quod inferunt. Secundo, ex falso quod docent. Tertio, ex lucro quod concupiscunt. Damnum est, quia *Vniuersas domos subuertunt*. Doctrina enim catholica publice proponitur in ecclesia, sed hæretici latenter: & ideo quærunt latibula. Prouer. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis abscõditus suauior. Et iã circumeunt per domos, vt seducant præcipue mulieres. 2. Timo. 3. Ex his sunt q̃ penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. *Docentes quæ non oportet*. Idest, vana & inutilia: nec quærunt lucrum spirituale, sed temporale. Et ideo addit. *Turpis lucri gratia*. Scilicet temporalis, vel propriæ gloriæ. Sapien. 15 Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostram & conuersationẽ vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecumque etiam ex malo acquirere. Deinde cum dicit, *Dixit quidam*, describit auditores, quia isti erant Cretenses, & ad hos refert hoc opus. Et primo ostẽdit conditionem. Secundo, dat remedium, ibi *Quam ob causam*. Circa primum, primo describit conditionem per testimonium Secundo confirmat. Dicit ergo, Tales sunt doctores, sed & auditores sunt similiter seducibiles, iuxta testimonium cuiusdam poetæ eorum scilicet, Epimenidis, quẽ hic Paulus dicit *Eorum propheta*m Vbi nota, quòd propheta aliquis dicitur, qui a deo illuminatur secundum intellectum, ad cognoscendum aliqua supra cõmunem cognitionem. Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Item, qui exponit prophetias eodem spiritu, & eodem modo quo sunt traditæ. Item, qui profert aliquid propheticum. Vnde potest proferri aliquid propheticum ex quodam interiori instinctu, etiam præter suum intellectum. Ioan. 11. Caiphas cum esse pontifex, prophetauit. Non enim prophetauit secundum suam intentionem qui dicebat expedire eum mori, intelliges sic, ne seduceret populum. Nihilominus tamen, fuit motus ad id dicendum per spiritum. Et hic modus prophetandi est apud illos, quia accipiunt primum verbum aliquorum pro omine, quod etiam fit a dæmonibus. Et dicit; *Proprius*, quia proprie descripsit eorum conditiones. Deinde cum dicit; *Cretenses*, proponit testimonium, & notat eos de tribus, scilicet de corruptione rationalis, cum dicit; *Semper mendaces*. Psalm. 54. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item de corruptione irascibilis, cum dicit; *Malæ bestiæ*, idest crudeles: bestiæ dicuntur, quasi vastiæ, quia crudeles sunt. Prouer. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Et dicit; *Malæ*, quia secundum Philosophum in politicis, Homo quando secundum rationem operatur, est optimum animaliũ: sed quando declinat ad malitiam, est pessimum: quia si declinat propter crudelitatem, nulla bestia ita est crudelis. Vnde dicit, quòd decies milies est peior malus homo, q̃ mala bestia. Item de corruptione cõcupiscibilis, cum dicit, *Ventres pigri*, idest pigritiam habentes ex ventre: erant enim gulosi, & tales quærũt quietẽ. Luc. 12. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Confirmat asit testimonium, cum dicit, *Testimonium &c*. Gloss. Per hoc intelligimus, quòd doctor sacræ scripturæ accipit testimonium veritatis, vbicumque inuenerit. Vnde Apost. in pluribus locis recitat dicta Gentilium, sicut in. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Item Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Nec propter hoc approbatur tota eorum doctrina, sed eligitur bonum, quia verum a quocumque dicatur, est a Spiritusancto, & respuitur malum. Vnde dicitur Deut 21. In figura huius, quòd si quis viderit puellam in numero captiuorum, debet præcidere vngues, & capillos, idest superfluitates.

LECTIO QVARTA.

POSITA conditione Cretensis populi: hic ponit remedium & primo ponit remedium reprehensionis: secundo assignat dictorum rationem, ibi *Omnia munda*. Circa primum tria facit: quia primo hortatur Titum ad reprehendẽdum eos: secundo, reprehensionis finem ostendit, ibi, *Vt sani*. Tertio, docet debitum modum perueniendi ad finem, ibi *Non intendentes*. Dicit ergo, Cretenses sunt malæ bestiæ, quibus scilicet debetur flagellum, & castigatio. Et ideo; *Increpa illos dure*. Prouer. 6. Via vitæ, increpatio. Psalm. 67. Increpa feras arundinis. Sed contra 2. Tim. 4. In omni patientia. Respondeo: duplex est ratio exhortationis huius. Vna ex parte eorum qui reprehunduntur. Cretenses enim duri & pertinaces erant, & ideo dure eos reprehendi iubet, non autem Ephesii, quorũ archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehendentium, quia & Titus fuit lenis & mansuetus: & ideo inducitur quasi ad contrarium, sed Timotheus erat rigidus, & ideo inducitur ad patientiam. Deinde cum dicit; *Vt sani sint in fide*. tangit finem reprehensionis. Nam homo est sanus, in quo non est corruptio. Et sic sanus est in fide, qui in nullo habet eam corruptam. Horum autem fides uitiabatur per hæreticos 2. Cor. 11. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpãtur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu 1. Tim. 6. Si quis autem aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi &c. Modus peruenienti ad sanitatem est, si uitent errores Iudæorum. Vnde dicit; *Non intendentes Iudaicis fabulis*. In lege enim erant duplicia documenta fidei, scilicet quædam circa credenda. Item quædam mandata religionis, quæ erant seruanda circa cultum Dei. Et prima, uocat fabulas. Secunda, mandata hominum, & non dei. Ex quo uidetur quòd contemnet vetus testamentum, vt dicunt Manichæi. Sed quod dicit; *Fabulis*, potest referri ad eorum narrationes, præter doctrinam legis; quæ sunt fabulosa, vt Thalmuth. 1. Timoth. 1. Ne intenderent fabulis & genealogiis intermitatis. Vel ipsa doctrina, quæ fuit olim veritas, nunc secundum quod ipsi intelligunt, sunt fabulæ, sicut illud. Esa. 7. Virgo concipiet &c. fuit veritas: sed nũc quia ipsi dicunt adhuc hoc esse implendum, est fabulosum. Item mandata hominum possunt intelligi, non quæ sunt in lege Moysi, sed traditiones seniorum. Mat. 15. Sed nunquid mandatis hominum non est obediendum? Respondeo, quòd sic: quandiu non auertunt a ueritate dei. Et ideo subdit; *Aduersantium se a ueritate* 2. Tim. 4. A ueritate quidam auditum auertent &c. Simile habetur Mat. 15. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Simile dicitur. Marc. 7. Vel dicendum est, quòd mandata, quæ sunt in lege Dei, sunt facta mandata hominum. Quando enim seruantur in signum futurę ueritatis, sunt mandata dei: sed quando volunt ea seruare postquã corpus nostrum mortuum est legi, sunt mandata hominum. Deinde cum dicit; *Omnia munda*. in speciali ostendit dictorum rationem, scilicet quomodo auertunt se a ueritate, & quomodo discunt fabulas, & mandata hominum: quod est præcipue de discretione ciborum secundum legem, quam pseudo quidam dicebant esse seruandam. Et ideo primo ostendit, quomodo hi cibi habent se ad bonos: secundo, quomodo ad malos, ibi; *Coinquinatis autem*. Dicit ergo, Non intendentes Iudaicis fabulis, de cibis: quia; *Omnia*, scilicet cibaria; *Sunt munda mundis*. Sed infert, Ergo adulterium est mundum mundis. Respondeo, Dicendum est, quòd non: quia ex hoc ipso quòd adulterium est, immundat. Sed sunt munda mundis illa, quæ de se non immundant. Ad hæc Matth. 15. Ea quæ intrant in os, non coinquinant hominem. ergo omne quod non intrat in os, mundum est. Sed duplex est obiectio. Vnde quod Leuit. 11. dicitur, quòd quando aliquod animal non ruminat, uel non scindit ungulam, est immundum. Respondeo secundum Augu. contra Faustum: Aliquod est immundum, vel secundum rei naturam, vel secundum significationem, puta, si hoc nomen, stultus, secundum se sumatur, inquantum est vox quædam, sic nõ est immundum, sed bonum. Si uero secundum significationem, quia significat defectum sapientię, sic habet immunditiam. Actus autem illius populi erant actus prophetici. Vnde porcus secundum quòd res quędam, non est immundus, sed secundum quòd significat hominem uoluptatibus se inuoluentem. Sed nunc ueritate veniente cessant, & utuntur cibis homines, secundum suam naturam. Alia quæstio est, quòd Act. 15. mandauerunt Apostoli, quòd abstinerent se a sanguine & suffocato. ergo uidetur, quòd non sit licitum hoc comedere: non ergo omnia munda mundis. Respondeo: Aliqui credunt, quòd illud mandatum intelligatur ad literam, & quòd obligat vsque modo, vt apud Grecos, & etiam aliquando apud Latinos. Aliqui autem dicunt, quòd non intelligitur secundum literam, sed secundum mysterium, vt per sanguinem intelligatur homicidium, & a suffocato, idest oppressione pauperum. Et hoc bonum est, sed non est tota ratio præcepti: & ideo dico, quòd ad literam est præceptum, & tamen non obligamur. Quædam enim prohibentur quia mala sunt, & hæc simpliciter sunt vitanda. Aliqua vero, quæ non sunt mala simpliciter, sed pro tempore, & hæc sunt seruanda existente causa. Et hæc apostoli prohibuerunt, non quia mala secundum se, quia Matth. 15. dicit dominus contrarium. Sed rõ erat, quia cõuersi erãt, quidã ex Iudæis, quidã ex Gẽtib⁹: & ideo oportebat ad hoc, q̃ vn⁹ populus ex eis fieret, q̃ vni condescẽderet alius, vt Iudæis, quibus abhominabile erat comedere sanguinem & suffocatum, condescenderetur. Et ideo ad seruandam pacem, instituerunt apostoli hoc esse seruandum pro tempore illo. Deinde cum dicit; *Coinquinatis*. ostendit quomodo se habent ad malos: & circa hoc tria facit: quia primo ostendit hoc: secundo assignat causam, ibi; *Sed inquinatæ*. Tertio manifestat per signum, ibi; *Confitentur se nosse Deum*. Dicit ergo, Cibi isti mundi sunt mundis, sed immundi coinquinatis, idest his qui habent conscientiam coinquinatam. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *Et infidelibus*, idest qui habent malam fidem. Esai. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Sed numquid facit peccator &c, infidelis immundam eleemosynam? Dicendum est, quòd Apostolus non ponit affirmatiuam, sed negatiuam. Vnde non dicit, omnia, sed nihil mundum eis, quod est verum: quia nihil eis perfecte mundum est: quia nihil est mundum actibus, nisi in finem debitum ordinatum sit. Isti autem sunt extra finem. Sed numquid aliquid est eis mundum? sic. Sed contra: quia omne quod non est ex fide, peccatum est. Dicendum est, quòd malum numquam corrumpit totum bonum. Impossibile enim est, quò in peccatore quolibet sit aliquod bonum, scilicet naturæ, etiam in dæmonibus. quando ergo peccator facit aliquod bonum secundum quòd est peccator & infidelis, totum est peccatum ex radice. Sed si quid facit ex principio alicuius boni quod habet, vt fidei informis, vel naturæ, non est immundum. Et ideo signanter dicit; *Coinquinatis & infidelibus*, idest inquantum sunt huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide. Et ideo quod de natura sua est mundum, fecerunt sibi immundum. Cuius causa est, quia causa actuum eorum est immunda, scilicet voluntas & intellectus, quæ sunt in eis deprauata. Vnde dicit; *Sed inquinatæ sunt eorum mens*. scilicet per infidelitatem; *Et conscientia*. scilicet per peccatum. Baruc. 3. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis &c. Deinde cum dicit; *Confitentur &c*. ostendit fidem per signum. Si enim aliquis dicat, quòd eorum dicta sunt vera, immo, quòd habent fidem vnius dei & confitentur eum, hoc excludit. Et primo ostendit bonum quod erat in eis, scilicet quòd; *Confitentur*, scilicet labiis exterioribus; *Se nosse deum* Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Hier. 12. Prope es tu ori eorum. Secundo ostendit defectum interiorem: & primo quantum ad præsentia: secundo quantum ad futura, ibi; *Incredibiles*. Quò ad præsentia, quia; *Negant eum factis*. Qui enim peccat, inquantum est de se, negat eum factis: quia qui confitetur deum, confitetur & eius potestatem, scilicet, quòd est ei obediendum. Et ideo si non obedit peccando, negat factis, quod confitetur ore. Sed dicis, quicumque negat deum, est infidelis: peccatores negant deum factis. ergo peccatores sunt infideles. Respondeo, sicut habens scientiam in vniuersali, potest errare in particulari, ita habens fidem in vniuersali, in particulari tamen agibili corrumpitur, propter corruptionem affectus. 1. Tim. 5. Fidem negauit, & est infideli deterior. Quomodo autem quo ad futura deficiunt? Certe, quia non solum negant, sed sunt indispositi ad redeundum ad Deum. Sunt enim tria per quæ homo redit ad Deum, scilicet Dei gratia. Roma. 5. Iustificati gratia ipsius. Secundum est fides. Actu. 15. Purificans fide corda, eorum. Tertium, exercitium boni operis. Roma. 2. Factores legis iustificabuntur. Hæc tria excludit ab ipsis: primo gratiam, ibi; *Cum sint abominati*, idest, non accepti ad gratiam. Secundo fidem; cum dicit: *Incredibiles*. idest non apti ad credendum. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Tertio tertium, quia: *Ad omne opus bonum reprobi*. idest reprobandi. Hie. 6. Argentum reprobũ uocate eos.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS Apostolus instruxit Titum quales ministros instituat ad arcēdum hæreticos: hic docet quid ipse circa eos faciat. Et primo, proponit hoc in generali: secundo, distinguit per partes, ibi; *Senes*. Dicit ergo, Ita dixi, quòd oportet episcopos constituere: sed ne credas, q̄ tu sis ꝓpter hoc alienus a cura immo maior debet esse tibi solicitudo ad instruendum. Ideo; *Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam* scilicet per quæ fides in corrupta ædificatur. supra 1. Vt sis potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Deinde ostendit idem per partes: & primo, ponitur doctrina sana contra peruersitatem vitæ: secundo, contra hæreticos & errores, ibi; *Stultas autem quæstiones*. Circa primum duo facit: quia primo instruit singulas conditiones hominum. Secundo, generaliter omnes cap. 3. ibi; *Admone illos*. Iterum prima in duas, quia primo ostendit quomodo instruat liberos, secundo, quomodo instruat seruos, ibi; *Seruos*. Item primo, ostendit quomodo instruat liberos verbo: secundo, quomodo exemplo, ibi; *In omnibus teipsum*. Circa primum duo facit, quia primo, ostendit quomodo instruat senes: secundo, quomodo doceat iuuenes, ibi; *Adolescentulas*. Item prima in duas, quia primo, ostendit quomodo instruat senes mares: secundo, quomodo anus fæminas, ibi; *Anus*. Sciendum est autem, quòd quædam bona sunt ad quæ senectus disponit, quæ primo, ponit: secundo quædam bona quibus senectus contrariatur: & hæc secundo, ponit, ibi; *Sani in fide*. Inter bona uero ad quæ senectus disponit. Vnum est contemptus delectationum. Aliud est perfectio sapientiæ, & prudentiæ. Disponit quidem senectus ad contemptum delectationum. Iuuenum enim corpora feruent naturali calore, ex quo concitatur iuuentus ad delectationes corporales, quæ præcipue consistunt in cibis & potibus, & venereis. Sed ad uitandum hæc disponit senectus. Senes enim sunt mortificati 2. Regum. 19. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue, vel amarum? Et ideo dicit; *Vt sobrij sint*, quantum ad cibos et potus; *Et pudici*, quantum ad uenerea. Gen. 18. Postquam consenui & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Sed si senectus ad hoc disponit, quare hoc monet? Respondeo, aliquando contingit ex magna peruersitate quòd senex reducitur ad puerilia peccata. Esai. 65. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Et duplex est ratio quare hoc contingit. Aliter enim ad hoc mouetur senex, aliter iuuenis. Iuuenis enim incitatur ad hæc ex instinctu passionis, sed senex ex electione, propter duo. Nullus enim vult esse sine delectationibus, & tanto plus appetit eas quanto maiores molestias sentit. Senex autem patitur multa incommoda & defectus naturæ. Et ideo qñ non habet spirituales delectationes, quærit corporales. Secunda ratio est, quia iuuenis quandoque refrenatur per pudorem: senes autem secundum Philosophum sunt inuerecundi, quia sunt antiqui & multa experti. Iuuenes autem vani & verecundabiles naturaliter: & ideo refrenantur, sed non senes. Item senectus disponit ad prudentiam propter experimentum longi temporis. Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccle. 25. Quàm speciosa ueterani sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senum multa peritia. Vnde subdit; *Prudentes*. Contingit tamen aliquando senem esse fatuum. Eccl. 25. Senem fatuum & insensatum. Et hoc est ex duobus, quòd senex est fatuus, prudentia enim acquiritur per exercitium: quando ergo in iuuentute se in bonis non occupant, sunt in senectute imprudentes. Eccl. 25. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute tua? Item alia ratio est, quia in iuuentute quandoque affluunt voluptatibus, & maxime superfluitate ciborum: & ideo desiccatur eorum cerebrum. Prouerb. 20. Luxuriosa res est uinum, & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur, non erit sapiens. Deinde ponit ad quæ contrariatur senectus: & primum est fides: secundum dilectio: tertium patientia. Quantum ad primum, dicit; *Sani in fide*, quia sine ea, impossibile est placere deo. Hebr. 11. Sed quòd aliqui non sunt sani in fide, maxime in aliquo nouo quod proponitur senibus credendum, contingit ex duobus. Primo, quòd senes non sunt firmi in aliquo nouo propter præsumptionem sapientiæ: & ideo non credunt aliis. Iob. 12. Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitium senum est, quòd sint in-

CAPIT. II. LEC. I.

IV autem loquere, quę decent sanā doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices non multo vino seruientes: bene docētes, vt prudētiā doceant. Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudētes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt nō blasphemetur verbū dei. Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint.

F creduli: quia sunt experti se sæpius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper cum, forte, vel ferè, aduerbiis temperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. Quantum ad secundum dicit; *In dilectione*. Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo, quia in senibus parum ē amicitiæ, quia amor nutritur per conuictum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item, quia senes diligunt propter vtilitatem tantum, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustentatione. Quantum ad tertium, dicit; *In patientia*. & monet ad hoc propter tria. Primo, quia senes multa mala siue incōmoda circumueniunt: & ideo indigent patientia contra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorum: vnde semper dicunt antiqua, Iuuenes autem viuunt in spe magnorum: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouentur, propter bona, scilicet quæ habuerunt, & carent eis: vnde Boetius, Summa miseria est, fuisse fœlicem. Tren. 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. Item, quia viuunt in memoria, contingit, quòd aliqui, qui modo eos despiciunt, aliquando fuerunt peiores: & ideo turbantur. Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quanto senex appropinquat ad finem vitæ, tanto magis desiderat viuere. Vnde videns se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit; *Anus*. docet, qualiter vetulæ instruantur. Et primo docet, qualiter vetulæ instruantur in vita: secundo in doctrina. Item primo qualiter in habitu: secundo, qualiter in victu. Tertio, quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit; *In habitu sancto*. idest carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Petr. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorumque cultus &c. 1. Timot. 2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent: quia iuuencularum est, propter viros suos modeste se ornare, quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccles. 19. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quantum ad secundum dicit; *Non criminatrices*. Duo enim sunt in sene. Vnum, quod commune est senibus, scilicet quòd sunt suspitiosi, quia viderunt multa mala, quæ similiter præsumunt de aliis. Item, in mulieribus quæ specialiter sunt zelotipæ, & vtrumque contingit in vetula, quia ratione ætatis, est suspitiosa: ratione sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans. Et ideo, *Non criminatrices*. Quantum ad conuictum, dicit; *Non multo vino seruientes*. Et de viris dixit. *Vt sobrij sint*. Et dicit, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit; *Bene docentes*. Contra. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesiis taceant: non n.eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Respondeo, Dicendum est, quòd doctrina publica, quæ fit in populo interdicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Prouerb. 31. Visio, qua erudiuit eum mater sua. & Prouerb. 4. Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat &c. Et bene dicit; *Vt prudentiam doceant*. magis ad anus, quàm ad viros: quia quandoque docent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipse conuersantur cum pueris & cum familia, quàm viri. Deinde cum dicit; *Adolescentulas*. ostendit qualiter instituat iuuenes: & primo ostendit qualiter instruat iuuenes fœminas: secundo qualiter mares iuuenes, ibi; *Iuuenes similiter*. Item, prima in tres: quia primo ostendit, qualiter se habeant ad personas coniunctas: secundo ad seipsas, tertio ad subiectos. Quantum ad primum dicit; *Vt viros suos ament*. Viro enim debetur amor. Prouerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 25. in tribus beneplacitū est spiritui meo &c. & infra, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic vt prudentiam doceant adolescentulas & viros &c. Sed prima exposi-

tio

sitio est melior; *Et filios diligant*. hoc est naturale. Esa. 49. Nun A quid potest mulier obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio veteri sui? Et nota, quòd dicit, Vt uiros ament, & filios diligant: quia ad uiros est amor feruentior, sed ad filios naturalior. Sed quantum ad seipsas, tria dicit. Vnum, quo ad rationem, scilicet; *Prudentes*. Prouer. 19. Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino aút proprie vxor prudens. Et hoc necessariū est, quia iuuentus earum, & sexus cōtrariatur prudentiæ. Aliud est, quantum ad concupiscibilem, scilicet, cum dicit; *Castas*. Tertium vero, quantum ad irascibilem, cum dicit; *Sobrias*. Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Sed quantum ad subiectos, primo ponit curam eorum: secundo modum: tertio rationem assignat. De primo dicit; *Domus curam habentes*. Prou. 14. Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens vero, instructam quoque destruet manibus. In cura autem sunt duo obseruanda mulieri, sunt.n. ut plurimum iracundæ. Eccl. 23. Non est ira super iram mulierum. Et ideo dicit; *Benignas*. quasi dicat Cum mansuetudine regant. Aliud est, quia quando mulier potestatem habet, nititur in contrarium viro suo. Eccl. 25. Mulier si primatum habeat, contraria est uiro suo: ideo dicitur; *Subditas uiris suis*. Vnde dicitur. Gen. 3. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc ideo; *Vt non blasphemetur uerbum Dei*, idest non detis occasionem blasphemandi. Et omnia hæc notantur. Tob. 10. Vbi dicitur, quòd Raguel & Sara, monuerunt filiam suam honorare soceros, diligere maritum, regere familiā, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Consequenter ostendit, qualiter doceat mares iuuenes, scilicet; *Vt sobrij sint* quod repetit: quia ebrietas est principium uitiorum 1. Pet. 5. Sobrii estote &c. C

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus Titum docuit, de quibus instruat subditos liberos. Et quia non tantum verba prosunt, sed etiā exempla: ideo docet, ut se exemplum præbeat. Primo generaliter: secundo, specialiter, ibi; *In doctrina*. Tertio, rationem huius assignat, ibi; *Vt is qui ex etc*. Dicit ergo, Quia ætate iuuenis es; *Præbe te in exemplum omnibus bonorum operum*. Prælatus enim debet esse quasi forma existens discipulis 1. Cor. 11. Imitatores mei estote: sicut & ego Christi Ioann. 13. Exemplum dedi uobis &c. Deinde cum dicit; *In doctrina* ponit specialia, in quibus debet se præbere exemplum: primo ostendit, quis debeat esse eius actus, scilicet in doctrina. Vnde dicit; *In doctrina*. Hoc enim est proprium prælati. Hier. 3. Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Et ei maxime conuenit, ut D qui habeat alios episcopos sub se, ut dicitur supra 1. Episcopos constituas &c. Ideo debet alios docendo, eis exemplum doctrinæ præbere 1. Tim. 4. Attende tibi, & doctrinæ. Item, monet eum quantū ad uitam Et primo, declinare a malo. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. Et ideo dicit; *In integritate* per incorruptionem: sicut enim corpus perdit integritatem per corruptionem membrorum suorum, ita anima per corruptionem peccati. In prælato autem est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis per castitatem 1. The. vlt. Integer spiritus vester, & anima, & corpus sine quærela in aduentu domini nostri Iesu Chrsti seruetur. Secundo, quòd sit grauis quantum ad bona, quæ cum charitate fiunt. Graue autem duo habet, vnū quia descendit, & secundum hoc uituperatur. Psal. 4. Filii hominum vsquequo graui corde &c. Aliud est, quòd est stabile & firmum. Et ideo illi dicuntur graues, qui non de facili mouentur a bono: ita hic, cum dicit; *In grauitate*, & hoc commendatur. E Psal. 30. In populo graui laudabo te. Deinde ostendit, qualis debet esse eius doctrina & uerbum. Et dicit, quòd debet esse; *Sanum*, idest non corrumptum falsitate 2. Timoth. 1. Formam habe sanorum uerborum, quæ a me audisti in fide &c. Prouer. 17. Non decet principem labium mentiens. Item, quantum ad modum, cum dicit; *Irreprehensibile*, idest, ut proferatur tempore suo, & cum omni decentia & prouocatione ad correctionem Eccl, 20. Ex ore fatui reprobatur parabola. Non enim dicet illam in tempore suo. Finis autem doctrinæ est, *Vt is, qui ex aduerso est, uereatur &c*. quasi dicat. Si omnes bene se habeant, scilicet prælati & subditi, aduersarii non possunt vobis nocere. 1. Petr. 2. Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere facia tis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Timo. 5. Nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Deinde cum dicit; *Seruos*. docet, qualiter instruat seruos, & primo facit hoc, secundo eius rationem assignat, ibi; *Apparuit*. Circa primum tria facit: quia primo inducit seruos ad subiectionem: secundo determinat modum eius, ibi; *In omnibus*. Tertio, ostendit necessitatē doctrinæ huius, ibi; *Vt doctrinam*. Dicit ergo, Admone seruos dominis suis; *Subeße*. 1. Petr. 2. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis. Colos. 3. Serui, obedite B per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequēter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hæresis enim incœpit apud Iudæos, quòd serui dei non deberent seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quòd dixerunt, quòd per Christum filii dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Roman. 3. Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est, quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur a seruitute, quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam a corruptione, & seruitute corporali. 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum deo & patri &c. Sed quod dicit; *In omnibus*. potest referri primo ad hoc quod dicit; *Subditos*, vt intelligatur in omnibus, scilicet, ad quæ se extendit ius dominatiuæ potestatis: Vel ad hoc quod dicit, *Placentes*, Debet enim esse subiectio. Primo, vt seruiant sine offensione, non cum murmure & tarditate. Colos. 1. Per omnia placentes deo. 1. Corinth. 10. Ego per omnia omnibus placeo, Contra Gallat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum, est vituperabile, sed propter deum, est laudabile. Secundo, vt sint sine repugnantia: ideo dicit; *Non contradicentes*. Ecclesi. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertio, sine fraude. Vnde dicit; *Non fraudantes*. Vbi vnum remouet, & alterum astruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luc. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in omnibus bonitatē. Et ideo dicit: *Sed in omnibus fidem bonā ostendentes*. Sed quo fine sunt hęc fienda? Non quidem propter terrenum fauorem. sed propter gloriam dei. Vnde dicit: *Vt doctrinam Saluatoris nostri domini ornent &c*. Glo. Ornamentum doctoris, est honesta uita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. Matth. 5. Vt uideant opera vestra bona &c.

CAPIT. II. LEC. II.

IN omnibus teipsum prę be exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, inreprehensibile: ut his, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos, dominis suis subditos eē, in omnibus placentes, nō contradicentes, nō fraudātes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinā Saluatoris nostri Dei, ornent in omnibus.

LECTIO III.

APPARVIT enī gratia dei, & Saluatoris nostri, oībus hominibus: erudiēs nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare, & increpa cum omni imperio. Nemo te contemnat.

F creduli: quia sunt experti se sæpius esse deceptos. Et ideo loquuntur semper cum, forte, vel ferè, aduerbiis temperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. Quantum ad secundum dicit; *In dilectione*. Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo, quia in senibus parum ē amicitiæ, quia amor nutritur per conuictum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item, quia senes diligunt propter vtilitatem tantum, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustentatione. Quantum ad tertium, dicit; *In patientia*. & monet ad hoc propter tria. Primo, quia senes multa mala siue incōmoda circumueniunt: & ideo indigent patientia contra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorum: vnde semper dicunt antiqua, Iuuenes autem viuunt in spe magnorum: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouentur, propter bona, scilicet quæ habuerunt, & carent eis: vnde Boetius, Summa miseria est, fuisse fœlicem. Tren. 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. Item, quia viuunt in memoria, contingit, quòd aliqui, qui modo eos despiciunt, aliquando fuerunt peiores: & ideo turbantur. Iob. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quanto senex appropinquat ad finem vitæ, tanto magis desiderat viuere. Vnde videns se deficere, magis tristatur. Deinde cum dicit; *Anus*. docet, qualiter vetulæ instruantur. Et primo docet, qualiter vetulæ instruantur in vita: secundo in doctrina. Item primo qualiter in habitu: secundo, qualiter in victu. Tertio, quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit; *In habitu sancto*. idest carentes lasciuia & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Petr. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorumque cultus &c. 1. Timot. 2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent: quia iuuencularum est, propter viros suos modeste se ornare, quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccles. 19. Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quantum ad secundum dicit; *Non criminatrices*. Duo enim sunt in sene. Vnum, quod commune est senibus, scilicet quòd sunt suspitiosi, quia viderunt multa mala, quæ similiter præsumunt de aliis. Item, in mulieribus quæ specialiter sunt zelotipæ, & vtrumque contingit in vetula, quia ratione ætatis, est suspitiosa: ratione sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans. Et ideo, *Non criminatrices*. Quantum ad conuictum, dicit; *Non multo vino seruientes*. Et de viris dixit. *Vt sobrij sint*. Et dicit, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit; *Bene docentes*. Contra. 1. Corinth. 14. Mulieres in ecclesiis taceant: non n.eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Respondeo, Dicendum est, quòd doctrina publica, quæ fit in populo interdicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Prouerb. 31. Visio, qua erudiuit eum mater sua. & Prouerb. 4. Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat &c. Et bene dicit; *Vt prudentiam doceant*. magis ad anus, quàm ad viros: quia quandoque docent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipse conuersantur cum pueris & cum familia, quàm viri. Deinde cum dicit; *Adolescentulas*. ostendit qualiter instituat iuuenes: & primo ostendit qualiter instruat iuuenes fœminas: secundo qualiter mares iuuenes, ibi; *Iuuenes similiter*. Item, prima in tres: quia primo ostendit, qualiter se habeant ad personas coniunctas: secundo ad seipsas, tertio ad subiectos. Quantum ad primum dicit; *Vt viros suos ament*. Viro enim debetur amor. Prouerb. 12. Mulier diligens corona est viro suo. Eccl. 25. in tribus beneplacitū est spiritui meo &c. & infra, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic vt prudentiam doceant adolescentulas & viros &c. Sed prima exposi-

tio

Petr. 2. Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere facia tis imprudentium hominum ignorantiam. 1. Timo. 5. Nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Deinde cum dicit; *Seruos*. docet, qualiter instruat seruos, & primo facit hoc, secundo eius rationem assignat, ibi; *Apparuit*. Circa primum tria facit: quia primo inducit seruos ad subiectionem: secundo determinat modum eius, ibi; *In omnibus*. Tertio, ostendit necessitatē doctrinæ huius, ibi; *Vt doctrinam*. Dicit ergo, Admone seruos dominis suis; *Subeße*. 1. Petr. 2. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis. Colos. 3. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequēter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hæresis enim incœpit apud Iudæos, quòd serui dei non deberent seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quòd dixerunt, quòd per Christum filii dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Roman. 3. Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est, quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur a seruitute, quantum ad animam, sed non a seruitute, nec a corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam a corruptione, & seruitute corporali. 1. Corinth. 15. Cum tradiderit regnum deo & patri &c. Sed quod dicit; *In omnibus*. potest referri primo ad hoc quod dicit; *Subditos*, vt intelligatur in omnibus, scilicet, ad quæ se extendit ius dominatiuæ potestatis: Vel ad hoc quod dicit, *Placentes*, Debet enim esse subiectio. Primo, vt seruiant sine offensione, non cum murmure & tarditate. Colos. 1. Per omnia placentes deo. 1. Corinth. 10. Ego per omnia omnibus placeo, Contra Gallat. 1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Respondeo, Placere homini propter ipsum, est vituperabile, sed propter deum, est laudabile. Secundo, vt sint sine repugnantia: ideo dicit; *Non contradicentes*. Ecclesi. 4. Non contradicas verbo veritatis. Tertio, sine fraude. Vnde dicit; *Non fraudantes*. Vbi vnum remouet, & alterum astruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Luc. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in omnibus bonitatē. Et ideo dicit: *Sed in omnibus fidem bonā ostendentes*. Sed quo fine sunt hęc fienda? Non quidem propter terrenum fauorem. sed propter gloriam dei. Vnde dicit: *Vt doctrinam Saluatoris nostri domini ornent &c*. Glo. Ornamentum doctoris, est honesta uita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici. Doctor, curator est animarum. Si ergo nos ostendimus bona opera, laudatur doctrina Christi Esa. 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. Matth. 5. Vt uideant opera vestra bona &c.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apost. instruxit Titum, qualiter doceret seruos & liberos, & conclusit quasi rationem, ut scilicet doctrina Christi ornaretur, hic assignans plenam rationem dictorum exponit quod dixit, per bonam cōuersationem. Et primo præmittit gratiam & doctrinam Christi: secundo inducit eum ad gratiæ prę dicationem, ibi; *Hæc loquere*. Item primo proponit gratiæ apparitionem: secundo eius instructionem, ibi: *Erudiens nos*. Tertio eius operationem, ibi; *Qui dedit*. Sciendum est autem, quòd gratia importat misericordiam, quia gratia est de eo quod gratis datur, & quod gratis datur, hoc misericorditer datur. Misericordia autem semper in Deo fuit, tamen olim circa homines latebat. Psal. 35. Domine in cœlo misericordia tua. Ante Christum enim omnes, quantumcunque essent iusti, erant sub damnatione, sed Christo filio dei carnem assumēte. *Apparuit gratia*. 1. Timoth. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Psal. 79. Qui sedes super cherubin, manifestare. Sed quanto quis est potentior, tanto eius gratia magis desideratur. Vnde gratia Dei desideranda est. Et hoc est quod dicit; *Gratia dei*. Et hoc ad saluandum. Vnde dicit; *Et saluatoris nostri*. Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Hæc autē gratia non proponitur vni solūmodo popu

lo Iudæorum, sicut olim, sed; *Omnibus hominibus.* Esa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Esa. 52. Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 1. Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Et potest dici, quòd in natiuitate Christi apparuit, hæc gratia dupliciter. Vno modo & primo, quia per maximam Dei gratiã datus est nobis. Vnde eius conceptio cum sit operatio totiꝰ trinitatis, attribuit tamen specialiter spirituisancto, q̃ ẽ principium gratiarum. Et hæc gratia apparuit omnibus hominibus, & specialiter homini Christo. Io. 1. Plenum gratiæ & ueritatis. Ex hac gratia secundo, est consecuta instructio humani generis: quia ante Christum fuit mundus in ignorantia, & hæresi. Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Vnde dicit; *Erudiens nos*, scilicet sicut homo erudit filium. De duobus autem erudiuit nos, quia duo necessaria sunt homini, scilicet bonum opus, & recta intentio. Primo ostendit, quomodo Christus nos de primo erudiuit: secundo, de secundo, ibi; *Expectantes.* Dicit ergo; *Vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria.* Notandum est, quòd dicit, impietatem, & sæcularia desideria, quia omnia peccata vel consistũt in his, quæ sunt directe contra deum, quę dicuntur peccata impietatis. Pietas enim proprie est secundum quam colimus parentes & patriã: Sed q̃a deus est principalis pater noster, ideo pertinet ad cultum Dei pietas. Iob. 28. Secundum aliam literam, ubi nos habemus sic, Ecce timor domini ipsa est sapiẽtia, habetur, Ecce pietas ipsa est sapientia. Et ideo peccata cõtra deũ dicuntur esse impietates. Ro. 1. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem, & ibi loquitur de idolatria. Vel consistunt in abusu temporalium, & hæc sunt sæcularia desideria. Est autem sæculum spatium mensurans periodum rerum. Vnde per sæcularia intelliguntur res sæculares, & omnia peccata, quæ in proximum committuntur vel in se, per earum abusum. Deinde cum dicit; *Sobrie &c.* ostendit quid boni faciamus & dicit; *Sobrie* quantum ad se; *Iuste* ad proximum; *Pie* ad deum; *Sobrie* ad se, quasi mensurate. Bria enim mensura est, & hoc, si homo cum mensura rationis vtatur exterioribus rebus, & propriis passionibus. Vnde sobrietas accipitur pro quolibet mensurato vsu rerum exteriorum, & extrinsecarum passionum. Sap. 8. Sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam, & virtutem, quibus nihil utilius est in uita hominibus; *Iuste*, ad proximum. Psal. 10. Iustus dominus & iustitiam dilexit; *Pie*, ad deũ 1. Tim. 4. Exerce te ad pietatem. Deinde cum dicit; *Expectantes beatam spem.* Instruit eum de fine, qui consistit in duobus, scilicet in gloria animæ, in morte. Alius in gloria corporis, in aduentu Christi, Ioan. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii dei &c. Quantum ad primum dicit; *Expectantes beatam spem.* Contra illos qui ponunt finem hominis in actu virtutum, in hac uita. Sed hoc nõ est uerũ, quia & si sobrie, & pie & iuste uiuamus, adhuc sumus expectantes. Iob. 7. & 14. Sicut mercenarii dies eius. Esai. 30. Beati omnes, qui expectant eum. Et ideo dicit, Expectantes beatam spem; quod potest intelligi dupliciter: vel quia est spes de beatitudine, vel quia expectatio facit ipsos beatos. quantum ad secundum dicit; *Et aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi*, scilicet per quem surgent corpora nostra. Qui enim diligit amicum, cum desiderio expectat eum. 2. Timoth. 4. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Et dicit; *Aduentum gloriæ*, quia primus aduentus fuit humilitatis. Philipp. 2. Humiliauit semetipsum &c. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et ille erit gloriæ, quia sua diuinitas omnibus innotescet. Luc. 21. Et tunc videbunt filium hominis uenientem in nubibus, cum potestate magna & maiestate. Et dicit; *Magni dei.* contra Arrium, qui dixit filium non æqualem patri. Et bene magnus, quia dicitur. Romanorum, 9. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius &c. Item est saluator. 1. Timoth. 2. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri &c. Quia ad hoc uenit, & hoc importat nomen eius. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et addit; *Christi*, scilicet qui est unctus, in quo intelligitur vnio diuinitatis ad humanitatem. Aliqui enim dicuntur vniti: sed non ita, quòd habeant essentiam diuinitatis unitam, sed quia participant eius aliquid, sed Christo est unita diuinitas. Psalm. 44. Vnxit te deus, deus tuus, &c. Deinde cum dicit; *Qui dedit semetipsum.* ostenditur operatio gratiæ. Et primo, ostendit beneficium gratiæ passionis eius. Secundo, passionis fructum, ibi; *Vt nos redimeret.* Dicit ergo, Dico quòd est noster saluator, & quomodo? *Quia dedit semetipsum pro nobis.* Ephe. quinto. Ambulate in delectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum p nobis, oblationem & hostiam deo. Fructus eius dicitur liberatio & sanctificatio. Liberatio, cum dicit; *Vt nos redimeret ab omni iniquitate.* Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Primus enim homo ex peccato suo redactus est in seruitutem peccati, ex qua seruitute inclinabatur ad aliud peccatum, sed Christus satisfecit per suam passionem: & ideo sumus redempti a seruitute. Esai. 43. Noli timere, quia redemi te &c. Et non solum ab originali, sed ab omnibus, quæ quis sua voluntate superaddidit. Sanctificatio in bono ponitur, cum dicit; *Vt mundaret sibi populum.* idest vt sanctificaret populum, sic scilicet vt essemus populus eius, idest ei cõsecratus. Qui aliquando non populus eius, nunc autem populus eius. Osee. 1. & Rom. 9. *Acceptabilem.* scilicet deo per rectam fidem & intentionem. Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens. Vel acceptabilem, idest peculiarem. Deut. 7. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Sed oportet etiam, quòd extra sint opera bona. Vnde dicit; *Sectatorem bonorum operum.* Ro. 13. Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Gal. 6. Bonum autem facientes, nõ deficiamus. Deinde cũ dicit; *Hæc loquere &c.* inducit eum ad prædicationem gratiæ: & circa hoc duo facit: quia primo hortatur eũm ad prædicandum: secũdo instruit prædicandi modum, ibi; *Cum omni &c.* Dicit ergo, *Loquere*, spectantia ad credenda, *Exhortare*, ad agenda. 1. Thessal. 2. Exhortatio nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. *Argue* male agentes. 1. Tim. 5. Peccantes coram omnibus argue. Et hoc, *Cum omni imperio.* idest, cum authoritate, quia loquitur vt instrumentum, vel minister dei. Et ideo cum fiducia diuinæ authoritatis. Est tamen loquendum in exhortando quãdoque cũ prece, considerando infirmitatem propriam. Prouer. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Quandoque cum imperio, cõsiderando authoritatem commissam. 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Vel cum mansuetudine ad bonos, cum authoritate ad obstinatos: habet autẽ moneri, vt cum imperio arguat, quia naturaliter fuit mitis. 1. Tim. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat.

sectatorẽ bonorum operũ. Hæc loquere, & exortare: & argue cũ omni imperio. Nemo te cõtemnat.

CAPIT. III. LEC I.

ADMONE illos, principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus posuit particulares admonitiones pertinentes ad singulos status: hic ponit generales ad omnes. Et primo ponit ipsas. Secunda rationem ipsarum, ibi; *Eramus.* Tertio inducit Titum ad vtrorumque prædicationem, ibi; *Et de his volo te.* Circa primum duo facit, quia primũ monet omnes, qualiter se habeant ad superiores: secundo quomodo ad æquales, ibi; *Neminem blasphemare.* Item prima in duas, quia primo ostendit, quòd superioribus debent subditi reuerentiam subiectionis. Secundo, obedientiam iussionis, ibi; *Dicto obedire.* Dicit ergo. Dixi de quo moneas prædictos, sed; *Admone illos*, idest omnes; *Principibus*, idest, maioribus, scilicet regibus & huiusmodi; *Et potestatibus*, idest aliis officialibus; *Subditis esse.* 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum, siue regi, tamquam præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis. Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et hæc monitio necessaria est, primo ad tollendum errorem circa Iudæos, qui dicunt non esse obediendum mandatis hominum. Secundo, vt nullam inquietudinem facerent in ecclesia. Tertio, quia tenentur ad obedientiam iussionis. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis &c. Et dixit; *Dicto obedire*, idest, ad solum verbum præsidis. 1. Reg. 15. Melior est enim obedientia, quàm victimæ. 2. Thess. 3. Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam, hunc notate. Non solum autem est necessaria promptitudo, sed discretio. Vnde dicit; *Ad omne opus bonum.* alioquin non esset obediendũ: tunc enim magis Deo obediendũ est, quo maior est, Act. 4. Si iustũ est in conspectu Dei vos potius audire, q̃ Deum, iudicate. Vnde milites non tenentur obedire in bello iniusto. Deinde cum dicit; *Neminem.* Ostendit, qualiter se habeant erga æquales. Et primo, quo ad vitationem mali. Secundo, quo ad operationem boni, ibi; *Sed modestos.* Monet autem eos specialiter de verbis, quia in primitiua ecclesia pauci peccabant factis. Verbis autem aliquis peccat, primo contra personam alterius, si ei improperia inferat. Vnde dicit; *Neminem blasphemare.* Sed contra, quia blasphemia est relatio criminis ī Deum, non ergo est blasphemia in proximum. Respondeo, inquantum dilectio proximi refertur in dilectionem Dei, & honor proximi in honorem Dei, sic eius improperium est in Deum. Sumitur ergo hic blasphemare pro qualibet maledictione occulta, vel manifesta, 2. Pet. 2. Sectas non metuunt introducere blaspemantes. Secundo, quis peccat contra proximum propter res exteriores. Et ideo dicit; *Non litigiosos esse.* Vbi est sciendum, quòd tria sunt genera hominũ. Quidam eorum sunt virtuosi, & duo vitiosi. Quidam enim omnibus verbis auditis, in nullo contristantur, & hi sunt adulatores. Et quidam omni verbo resistunt, & hi litigiosi sunt. Contra hos loquitur hic. Ideo dicitur 2. Timo. 2. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Prouer. 20. Honor est homini, qui se separat a contentionibus. Sed medium tenens, vt quandoque delectetur verbis, quandoque contristetur, est virtuosus 2. Cor. 2. Si contristaui vos epistola, non me pænitet &c. Deinde cum dicit; *Sed modestos.* Ostẽdit, quomodo se habeant in operatione boni, & primo in exterioribus actibus, dicens; *Sed modestos.* Est autem modestia virtus, per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt non offendat cuiusquam aspectum. Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Prouerb. 22. Finis modestiæ, timor Domini, diuitiæ, gloria, & vita &c. Quanto autem quis est impetuosior in interioribus affectibus, tanto refrenatur difficilius, etiam in exterioribus. Talis autem est inter omnes affectus, ira. Et ideo contra hoc ponit mansuetudinem, quæ moderatur passiones iræ. Vnde dicit; *Omnem mansuetudinem ostendentes ad omnes homines.* Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, qd̃ potest saluare animas vestras. Deinde cum dicit; *Eramus enim & nos &c.* Assignat rationem prædictorum, & maxime huius vltimi, scilicet quòd sint mansueti. Possent enim dicere, quomodo erimus mansueti ad infideles? quomodo ad malos? Non enim hoc possumus. Respondet. Considera te qualis fueris. Et ideo contra iram optimum remedium est, recognitio fragilitatis propriæ. Et ideo primo, ponit statum eorum præteritum. Secundo, ostendit vnde venerunt ad statum perfectionis, ibi; *Cum autem benignitas.* Item primo ponit defectus pertinentes ad intellectum: secundo, ad affectum, ibi; *Seruientes.* Intellectus autẽ potest dupliciter deficere: vel quia deficit a vera cognitione, sicut per ignorantiam negationis: vel quia incidit in opinionem falsi. Verum autem in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiũt. Quidam enim solum per fidem, quidam prægustando per lumen sapientiæ, per apertam aliquam cognitionem. Vnde quantum ad secundum dicit; *Eramus enim insipientes*, idest priuati ista sapientia. Luc. 21. Dabo vobis os & sapientiam &c. Quantum ad primum dicit; *Et increduli*, idest infideles. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum. Sed eramus, incidentes incontrariam opinionem. Vnde dicit; *Errantes*, idest falsum pro vero tenentes. Esa. 19. Errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Deinde ponit ea, quæ pertinent ad corruptionem affectus: & primo quantum ad se: secundo, quantum ad alios, ibi; *In malitia &c.* Affectus autem hominis tunc est rectus, quando seruit rationi, & vtitur licitis delectationibus, secundum rationem. Quando ergo non sequitur rationem, sed sua desideria, tunc corrumpitur. Vnde dicit; *Seruientes desideriis, & voluptatibus uariis.* Voluptates respiciunt peccata delectationum carnalium, vt sunt luxuria & gula. Desideria vero, quælibet alia vitia, vt sunt ambitio, & auaritia, & huiusmodi. Eccle. 18. Post concupiscentias tuas nõ eas, & a voluptate tua auertere Ro. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius 2. Tim. 3. Voluptatum amatores magis q̃ Dei. Deinde cum dicit; *In malitia & inuidia agentes.* Ponit peccata in ordine ad alios: & primo malitiam, quæ est voluntas nocendi alteri, effectus. n. denominatur a fine. Qui ergo intendit inferre malum, dicitur malitiosus. Iac. 1. Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ. Secundo ponit inuidiam, quæ dolet de proximi bono, sicut malitia infert malum. Prouerb. 14. Putredo ossium, inuidia. Tertio ponit odiũ. Vnde dicit; *Odibiles* scilicet, vel Deo, per hoc, quòd faciunt peccatum. Sap. 14. Similiter odibiles sunt Deo, impius & impietas eius. Rom. 1. Detractores, Deo odibiles. Vel proximo, quando faciunt illud, vnde proximus eos odio habere debeat. Et addit; *Odientes inuicẽ.* quasi dicat, & nos etiã odiebamus alios. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Deinde cum dicit; *Cum autem benignitas.* Ostendit statũ salutis nostræ, cuius ordinem & processum primo describit. Secũdo confirmat dictum, ibi; *Fidelis sermo.* Circa primum quatuor facit, quia primo ostendit causam salutis: secundo rationem saluandi, ibi; *Non ex operibus iustitiæ.* Tertio modum eius, ibi; *Per lauacrum.* Quarto finem, ibi: *Vt iustificati.* Causa autẽ nostræ salutis est charitas Dei. Ephe. 2. Deus autem, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suã, qua dilexit nos &c. Hanc charitatem describit primo quantum ad affectum: secundo quantum ad effectum. Interior charitatis affectus designatur in benignitate, quæ dicitur bona igneitas. Ignis autẽ significat amorem. Cant. 8. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Benignitas ergo est amor interior, profundens bona ad exteriora. Hęc ab æterno fuit in Deo, quia amor eius est causa omnium. Ioel. 2. Benignus, & misericors est &c. Sed hoc quandoque non apparebat. Esa. 63. Vbi nunc zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. Sed per effectum apparuit, quod designatur, cũ dicit; *Humanitas*, quod dupliciter potest intelligi, vel secundum quod significat humanam naturam, quasi dicat *Apparuit benignitas & humanitas*, quando Deus ex benignitate est homo factus. Philip. 2. Habitu inuentus, vt homo. Psal. 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Vel secundum quòd designat virtutem, quæ consistit in exteriori subuentione in defectibus aliorum. Vñ humanum esse, est condescẽdere. Act. vlt. Barbari autem præstabant non modicam humanitatem nobis. Sic Deus cõdescẽdit nostris defectibus. Psal. 102. Ipse cognouit figmẽtũ nostrũ. Et hoc; *Saluatoris*, quia vt dicit Psal. 36. Salus autẽ iustorum a Domino. Deinde cum dicit; *Non ex operibus &c.* Ponit rationem saluandi: & primo excluditur ratio præsumpta: secundo ostenditur ratio vera. Ratio præsumpta, est quòd propter merita nostra simus saluati, quod excludit, cum dicit; *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos.* Rom. 11. Reliquiæ secundũ electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Deut. 9. Non propter iustitias tuas, & æquitates cordis tui ingredieris, vt possideas terram eorum &c. Sed vera ratio est, sola misericordia Dei. Vnde dicit; *Sed secundum suam misericordiam &c.* Tren. 3. Misericordiæ Domini, quòd non sumus consumpti. Luc. 1. Et misericordia eius a progenie in progenies. Modus salutis adipiscendæ est per baptismum, quem primo proponit: secundo effectum eius: tertio causam. Dicit ergo; *Per lauacrum*, idest saluati sumus per ablutionem spiritualem. Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Quantum ad effectus eius, subdit; *Regenerationis & renouationis.* Pro quo sciendum est, quòd homo indigebat duobus in statu perditionis, quæ consecutus est per Christum, scilicet participatione diuinæ naturæ, & depositione vetustatis. Erat enim separatus a Deo. Esai. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Et erat inueteratus. Baruc. 3. Inueteratisti in terra aliena. Sed primum consequimur per Christum, scilicet per participationem naturæ diuinæ. 1. Petr. 2. Vt per hoc efficiamur consortes diuinæ naturæ. Sed noua natura non acquiritur, nisi per generationem. Sed tamen hæc natura ita datur, quòd etiam remanet nostra, & ita superadditur. Sic enim generatur participatio in filium Dei, quod non destruitur homo. Ioan. 3. Oportet vos nasci denuo. Et ideo dicitur generatio. Iac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis suę. Homo etiam per Christum deposuit vetustatem peccati, renouatus ad integritatem naturæ, & hoc vocatur renouatio. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestrę. Sed quæ est causa huius effectus,

nitas apparuit saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum miseri cordiã suã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quẽ effuditī nos abunde, per Iesum Christũ saluatorẽ nostrũ: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo

paratos esse: neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & huma-

vt cor abluat? Hæc virtus eſt a ſancta & indiuidua Trinitate. F Matt. vlt. In nomine patris, & filii & ſpiritusſancti &c. Vnde & Chriſto baptizato pater in voce, filius in carne, Spiritusſanctus in columbæ ſpecie apparuerunt. Et ideo dicit; *Spiritusſancti*, ideſt, quã Spiritusſanctus facit. Pſal. 103. Emitte ſpiritũ tuũ &c. Item eſt generatio p ſpiritum. Gal. 4. Miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. Rom. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptiõis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.

eſt. Et de his volo te cõfirmare: vt curẽt bonis operibus præeſſe, qui credunt deo. Hæc ſunt bona & utilia hominibus.

LECTIO II.

STVLTAS autem quæſtiones, & genealogias, & G

Sed hunc ſpiritum dat Deus pater; *Quem effudit in nos abunde*, vt deſignet copiam gratiæ in baptiſmo, vnde fit plena peccatorũ remiſſio. Iohel. 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem &c. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum Et propter diuerſa dona gratiarum. Iac. 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Hoc etiam datur; *Per Chriſtum Ieſum*. Ioan. 16. Paraclitus, quem ego mittam vobis &c. In Chriſto enim duas naturas inuenimus, & ad vtramque pertinet, quòd Chriſtus det ſpiritum ſanctum. Quantum quidem ad diuinam, quia eſt verbũ, ex quo ſimul & a patre procedit ut amor. Amor autem in nobis procedit ex concepitone cordis, cuius conceptio eſt verbum. Quantum vero ad humanã, quia Chriſtus accepit ſummam plenitudinem eius, ita quòd per eum ad omnes deriua H tur. Ioann. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Et paulopoſt. Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, gratiam pro gratia. Et cap. 3. Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum &c. Et ideo baptiſmus & alia ſacramenta non habent efficaciam niſi ex virtute humanitatis, & paſſionis Chriſti. Deinde cum dicit; *Vt iuſtificati gratia ipſius*. Ponitur finis ſalutis noſtræ, quæ eſt participatio vitæ æternæ. Vnde dicit; *Hæredes*. Idem autem eſt iuſtificati, & quod prius dixerat, regenerati. In iuſtificatione impii ſunt duo termini, ſcilicet a quo, qui eſt remiſſio culpæ, & hæc eſt renouatio, & ad quem, qui eſt infuſio gratiæ & hoc ad regenerationem pertinet. Dicit ergo, Ideo verbum caro factum eſt, vt iuſtificati, ideſt renouati per gratiam, quia iuſtificatio nõ fit ſine gratia. Sed nunquid Deus poſſet remittere culpam ſine gratiæ infuſione? Videtur quòd ſic, quia a principio poterat conſtituere hominem eſſe ſine gratia & culpa. Reſpondeo, Dicendum eſt, quòd aliud eſt de homine, qui numquam offendit, quia ſic poteſt eſſe ſine gratia & ſine culpa, & aliud eſt de homine, qui iam peccauit, qui non poteſt eſſe quin odiatur, vel di- I ligatur, & ſi a Deo diligitur, oportet, quòd diligat, & ſi diligit, oportet, quòd præſtetur ei gratia: quia ſine gratia non diligit, & quòd etiam per hoc efficiãtur hæredes 1. Pet. 1. Hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſcibilem conſeruatam in cælis in vobis &c. Et hoc; *Vitæ æternæ*. Pſal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi &c. Sed quomodo hæredes? *Secundum ſpem*, quia iam non eſt ſpes huius vitæ. Roma. 5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Deinde cum dicit; *Fidelis ſermo eſt* probat dicta de ſalute noſtra & ſpe. quaſi dicat, Hoc dictum eſt fidele. Apocal. vlt. Hæc uerba, fideliſſima & vera ſunt. Deinde cum dicit; *Et de his volo*, mandat hoc prædicari. Et primo, ponit præceptum. Secundo rationem aſſignat, ibi; *Hæc ſunt*. Dicit ergo. *Et de his*, ſ. quæ ad Dei beneficia, reprehenſionem peccatorum, documenta fidei & morum; *Volo te confirmare*, ſcilicet alios. Iob. 4. Vacillan K tes confirmauerunt ſermones tui. Act. 15. Et confirmauerunt eos. Et ratio huius eſt; *Vt curent &c.* Quod poteſt intelligi de prælatis, quaſi dicat, Volo, quòd confirmes viatores, ideſt prælatos; *Vt ipſi curent præeſſe his, qui credunt Deo*, ſcilicet fidelibus in bonis operibus. 1. Pet. 2. Ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum. Matt. 5. Vt uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem veſtrum. Hæc uerba; *Sunt bona*, quia de bonitate Dei. Matt. 12. Bonus homo, de bono theſauro profert bona; *Et vtilia hominibus*. Eſai. 48. Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apoſtolus docuit Titum, qualia ad inſtructionem populi proponat, nunc oſtendit, quæ uitet in doctrina. Et primo facit hoc. Secundo, ſcribit quædam familiaria, ibi; *Cum miſero*. Item prima in duas, quia primo, oſtendit quomodo uitet inutilia & aliena dogmata. Secundo, quomodo uitet hæreticos ibi; *Hæreticum*. Circa primum duo facit, quia primo oſtendit, quæ ſunt vitanda in ſua doctrina. Secundo, rationem aſſignat, ibi; *Sunt enim*. Notandum eſt autem circa primum, quòd ad eum qui profitetur doctrinam alicuius ſcientiæ, primo pertinet, vt ſatisfaciat quæſtionibus, quæ mouentur in illa. Secundo, vt per ſe aliqua tractet. Tertio, vt diſputet cum reſiſtentibus. Et quarto, quòd doceat, quid circa eã ſit vitandum. In aliis autem ſcientiis nullus ſapiens cuilibet quæſtioni reſpondet, ſed tantum ad eas, quæ pertinent ad ſuam ſcientiam. Ita doctor veritatis non debet cuilibet quæſtioni reſponde-

contentiones, & pugnas legis, de uita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem poſt unam & ſecũdam correctionem, deuita: ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Cum miſero ad te Arthemam, aut Ty-

re. Stultitia enim ſapientiæ opponitur. Hæc autem doctrina eſt ſapientię. Deut. 4. Hæc enim ſapientia veſtra, & intellectus coram populis. Ideo dicit; *Stultas quæſtiones*. Quæſtiones ergo aduerſantes intentionibus doctrinæ iſtius, ſtultæ ſunt, Aduerſantur autem ei illa, quæ ſunt indiſciplinabilia. Iob. 34. Iob autem ſtulte locutus eſt, & uerba illius non ſonant diſciplinam. Item, quando manifeſtum proponitur vt dubium, ſcilicet quęcumque debet aliquis per ſe tenere in ſcientia. Et hæc ſunt quæ ſpectant ad inſtructionem fidei, & eruditionem morum. Et quędam ſunt, quæ debet vitare. Vnde dicit; *Genealogias*. Ponuntur enim genealogiæ in ſcripturis propter myſteria, & propter intellectum hyſtorialem. In reſiſtendo impugnantibus, debet vitare; *Contentiones, & pugnas*. Qñ .n. eſt diſputatio ad inquiſitionem veritatis, eſt laudabile, ſed qñ eſt contẽtio ad oſtẽdẽdũ quid ſit tenendum, & quid uitandum, tales ſunt vitandæ. Prouerb. 20. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe a contentionibus. 2. Timo. 2. Noli uerbis contendere. Pugnæ legis ſunt, quæ non ex uitio diſputantium, ſed quæ oriuntur ex contrarietate in ſcriptura, uel rationibus contrariis. Sed numquid huiuſmodi ſemper ſunt uitandę? Dicendum eſt: in ſcriptura ſacra ſm ueritatẽ nihil eſt contrariũ: ſed ſi aliquid apparet contrariũ, uel eſt, q̃a non intelligĩ, uel quia corrupta ſunt uitio ſcriptorũ, quod patet ſpecialiter in numeris & genealogiis. Et iõ hæc quia determinari nõ poſſunt, uult quòd uitenĩ. Et hoc ideo, qui a; *Inutiles ſunt*. Et doctor ad duo intendere debet, ſcilicet, ad utilitatem, & ad ueritatem. Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum &c. Eſa. 48. Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia. Non eſt ergo intromittendum ſe de inutilibus, & quæ non habent ſolidam veritatem. Scire enim ſingularia, ut ſunt genealogiæ, non eſt ad perfectionem intellectus, nec ad inſtructionem morum, nec fidei. Et ſunt; *Vanæ*, quia non habent ſolidam ueritatem. Deinde cum dicit; *Hæreticum*. Oſtendit qui ſunt uitandi inter homines, & primo oſtendit, quòd heretici: ſecundo oſtendit rationem huius, ibi; *Sciens quia*. Dicit ergo; *Hæreticum hominem*. Vbi notandum eſt, quid faciat eſſe hæreticum, & accipienda eſt prima ratio huius nominis, hæreticus. Non enim dicitur a diuiſione, ſed ab electione, ut dicit Hieronymus. In græco enim, hæreſis, dicitur electio. Vnde hereticus, ideſt electiuus, quaſi pertinaciter adhærens ſectę alicuius, quam elegit. Vnde ſciendum eſt, quòd omnis hæreticus eſt errans, & non econuerſo, propter duo. Primo, ex parte materię circa quam errat, puta, ſi non eſt circa finem uitæ humanæ, uel circa id quod ad fidem pertinet & bonos mores. Talis enim ſic errans, non eſt hæreticus. Si uero erraret circa ea quę ſunt ad finem uitæ humanæ, ſemper eſt hereticus. Et dico finem uitę humanę, quia apud antiquos erant ſectæ, ponentes diuerſum finem, ut patet de Stoycis & Epicureis. Vel circa fidẽ: & ſic, ſi aliquis diceret Deum non eſſe trinum & unum, & fornicationem non eſſe peccatum, eſt hæreticus. Secundo, ex parte electionis, quia eligens, ſi non eſt pertinax, ſed eſt paratus corrigi ſecundum eccleſiæ determinationem, & ſic non eſt ex malitia, ſed ex ignorantia, non eſt hæreticus; *Hunc ergo deuita* propter periculum. 2. Tim. 2. Sermo eorum, ut cancer ſerpit. Item ne aliquis communicet peccatis eorum, ne uideatur eis conſentire. 2. Ioan. ca. unico. Si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinam non affert &c. Item propter pœnam. Nume. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent &c. Vult tamen quòd moneatur, & ſi non dimittit, tunc eſt hereticus & uitandus. Et dicit; *Poſt primam & ſecundam correptionem*. Sic enim fit in eccleſia in excommunicationibus. Et ratio eſt, quia numerus omnis rei habet principium, medium, & finem. Ideo accipitur ut ſufficiens ad omnia. 2. Cor. ulti. Ecce iam tertio hoc uenio ad uos &c. Item propter perfectionem numeri ternarii. Ratio autem deuitationis eſt, quia cum errante agendum a principio, ut

vt corrigatur. Matt. 9. Non eſt opus valentibus medicus, ſed A male habentibus. Et ideo non eſt dimittendum quouſque videatur ſi curari poterit, ſed ſi non poteſt ſanari, tunc eſt dimittendus. Luc. 19. Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Deinde cum dicit; *Cum miſero*. Scribit quædam familiaria. Et primo quædã diſponenda circa ipſum: ſecundo, epiſtolam terminat in ſalute. Dicit ergo; *Cum miſero &c.* Hi duo diſcipuli erant Apoſtoli. Alios miſit, q̃a volebat quòd Titus

chicum, feſtina ad me venire Nicopolim. Ibi.n. ſtatui hiemare. Zenam legiſperitum & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit. Diſcant autem & veſtri bonis ope

iret ad eum, nec determinat ei tempus, ſed locum: eo enim indiguit in adiutorium prædicationis, voluit tamen præmitti; *Arthemam*, & oſtendit quid de eis diſponat: ſecundo obiectioni reſpondet, ibi; *Diſcant autem & veſtri*. Apollo iſte de quo. Act. 19. Erat epiſcopus Corinthiorum, propter quorum culpam dimiſit eos, & iuit Cretam ad Titum, ſed correctis Corinthiis Apoſtolus reuocat eum. Vocat autem; *Zenam legiſperitum*, licet & Apollo eſſet valde doctus, quia in Iudaiſmo habuit hanc dignitatem. Ratio autem quare iſtos vult præmitti, & non Titum eſt, quia Titus neceſſarius erat apud Cretam propter epiſcopatum, iſti autem non habebant aliquam curam. Et dicit; *Vt nihil illis deſit*. quaſi dicat Si non habes, prouideant ſubditi tui. Et ideo ſubiungit; *Sic diſcant veſtri*, ſcilicet fideles prouidere ſicut faciunt Iudæi. Et dicit veſtri, ſcilicet ſubditi diſcant excellere Iudeos, & alios de Aſiã, qui ſuis prædicatoribus & indigentibus prouideant. Et dicit; *Ad vſus neceſſarios*, ideſt, in caſibus neceſſitatis 1. Tim. 6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Ratio autem quare præſint: eſt; *Vt non ſint infructuoſi*. 1. Cor. 9. Quis plantat vineã, & de fructu eius nõ edit? &c. Populus ergo ſi eſt vt vinea Domini, debet ferre fructum, non ſolum ſpiritualem, ſed etiã

ribus peſſe ad vſus neceſſarios: vt nõ ſint infructuoſi. Salutãt te qui mecũ ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

temporalem, vt exinde cultores ſuſtententur, aliàs eſſent infructuoſi. Matt. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur &c. Deinde ſalutat eos primo ex parte aliorum: ſe- B cundo, rogat, quòd ſalutent alios: tertio ponit ſuam. Quantum ad primum dicit; *Salutant &c.* Ideſt ſalutem optant. Secundo, dicit; *Saluta eos qui nos amant in fide Chriſti exiſtentes*, quia non eſt conuentio fidelis cum infideli 2. Paralip. 19. Impio præbes auxilium & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris. Vel qui nos amant in fide, ideſt, fideli affectu. Eccl. 6. Amico fideli, nulla eſt comparatio; *Gratia Dei*, ſcilicet, quæ eſt principium omniũ bonorum. Ro. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et dicit; *Vobis*, quia non ſcribit vni propter vtilitatẽ ipſius tantum, ſed propter totam eccleſiam. Deo gratias.

Finis expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis in Epiſtolam ad Titum.

DIVI THOMAE AQVINATIS SVPER EPISTOLAM S. PAVLI APOSTOLI.

AD PHILEMONEM.

PROLOGVS S. THOMAE.

SERVVS si est tibi fidelis, sit tibi quasi anima tua &c. Eccle. 33. Ostendit sapiens tria circa Dominū & seruum, scilicet, quid requiratur ex parte serui. Itē, qualis debet esse affectus Domini ad seruum. Item, qualis G vsus serui. Ex parte serui requiritur fidelitas, in qua est bonum serui, quia & quod est, & omnia sua debet dare Domino. Matt. 24. Fidelis seruus & prudens &c. Et dicit, si ē fidelis, quia fidelitas apud paucos est. Prouerb. 20. Virum fidelem quis inueniet? talis ergo seruus debet haberi a Domino, sicut amicus in affectu. Vnde dicit, sit tibi sicut anima tua. Hoc enim est proprium amicorum, vt eorum anima, vna sit in nolendo & volendo. Act. 4. Multitudinis credentiū erat cor vnum, & anima vna. In quo datur intelligi, quòd est quidam consensus inter Dominum & seruum, quia seruus fidelis transit in amicum. Vsus eius est, vt tractetur vt frater, nam frater est, & quātum ad generationem naturæ, quia eodem auctore. Iob. 31. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo. Malac. 2. Nunquid non vnus pater omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus? Et quantū ad generationem gratiæ, quæ est eadem ad Gala. 3. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis: non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina, omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Matt. 23. Omnes uos fratres estis. Hæc autē verba conueniunt materiæ huius epistolæ. Sicut enim supra ostendit, qualiter spirituales prælati habeant se ad subditos, sic hic, qualiter temporales Domini ad temporales seruos, & quomodo I seruus fidelis quo ad Dominum eius.

CAPIT. I. LEC. I.

PAVLVS vinctus Christi Iesu: & Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo cōmilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in H orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos: vt communicatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui, & cōsolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorū requieuerūt ꝑ te frater. Propter qđ multā fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex.

LECTIO PRIMA.

EPISTOLAE occasio ex hoc est. Apud n. Colossenses q̄dā Christianus magnus habuit quendā seruū, qui furtim fugiens Romā, ab Apostolo est baptizatus, ꝓ quo & scribit. Et primo ponitur salutatio, secundo, epistolaris narratio. In salutatione primo ponit personas salutantes, secundo salutatas, tertio bona optata. Dicit ergo; *Paulus*, quod est nomen venerandum omnibus fidelibus, qui sunt docti ab eo; *Vinctus* 2. Tim. 2. Laboro vsque ad vincula. Nam tunc vinctus erat Romæ. Sed; *Iesu Christi*, vbi ostenditur causa vinculorum. Laudabile enim valde est vinctum esse propter Christum, in hoc enim est beatificandus. Matt. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam &c. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si aūt vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Act. K 5. Ibant Apostoli &c. *Et Timotheus frater*. Fratres sunt, quantū ad perfectam fidem. Phi. 2. Neminem habeo tam vnanimem, qui syncera affectione ꝓ vobis solicitus sit. Ipsum aūt Timotheū adiungit, vt facilius impetret, quia impossibile est preces multorum non exaudiri. Deinde ponit personas salutatas. Et primo, ponitur persona principalis salutata: secundo adiuncta. Itē primo, ponit maritum & vxorem, qui dominium domus habent, quibus obligatur seruus Philemoni dilecto nostro adiutori, & Appiæ sorori carissimæ; *Dilectum* dicit ꝓꝑ bona opera. Io. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem; *Adiutori*, quia subministrabat sanctis. Prouer. 18. Frater qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Secundo, ponitur persona adiuncta, cum dicit; *Archippo cōmilitoni nostro*, qui ita erat potens Colossis, quòd omnes Christiani erāt sub vmbra eius. Et ideo inducit totā Ecclesiam ibi, cuius erat episcopus, sic scribens. Col. vlt. Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti &c. Et dicit Archippo commilitoni, quia omnes prælati, sunt sicut spirituales milites ecclesiæ 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia &c. Et addit; *Et ecclesiæ &c.* Hos superinducit: vt moueant eum ad exaudiendum. Bona optata exponuntur, vt consuetum est. Deinde cum dicit; *Gratias ago*. Ponitur epistolaris narratio. Et primo ponitur gratiarum actio, secūdo petitio, ibi; *Propter quod*, tertio, conclusio, ibi; *Itaque fratres*. Item primo, gratiarum actio ponit, secundo, materia actionis gratiarum, ibi; *Audiens*, tertio, causa propter quam Deo gratias agit, ibi; *Gaudium enim magnum*. Dicit ergo; *Gratias ago Deo meo*. Coloss. 3. Et grati estote. Philipp. 4. Cum gratiarum actione, quasi dicat. Ita ago gratias de præteritis, vt orem tamen pro futuris. Et ideo dicit; *Semper memoriam tui faciens &c.* Phil. 1. Eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis. Esai. 49. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum &c. Ponendo aūt materiā gratiarū actionis, & orōnis ostendit quid pro eo petendo orat. Materia autem huius erat necessaria & bona Philemoni, scilicet & charitas, & fides, sine enim charitate nihil aliorum ualet, & per ea omnia habentur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &c. Item, sine fide nullus Deum amare pōt, quia non cognoscit vere Deum. De spe autem mentionem non facit, quia media est: & in his intelligitur. Sed in quo habes fidem & charitatem? *In Domino Iesu*. 1. Corinth. vlt. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. Et hoc est necessarium, quia ex Christo dulcius dilectio deriuatur dilectio ad membra, quia non diligit caput, qui non diligit membra. primæ Ioannis. 4. Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? *Et in omnes sanctos*, fides innititur doctrinæ, prout est manifestata ꝑ Christum, quia Deum nemo vidit vnquam. Ioann. 1. & 14. Creditis in Deum, & in me credite, & ideo per fidē habemus Christum. Sed quod ad sanctos pertinet, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia ex fide quā habent ad Christū procedunt obsequia impensa sanctis. Vel fides consistit in diuinitate principaliter, ꝓut est annuntiata per Christum, sed nō solum ꝑ Christū, sed etiam per sanctos. Matt. vlt. Euntes ergo, docete omnes gentes &c. Debemus ergo credere non solū dicta per Christum, sed etiam per sanctos. Hebr. 2. Quæ cum initiū accepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt in nos confirmata est; *Vt cōmunicatio fidei*, hoc continuatur dupliciter. Vno enim modo, vt sit signum. Et est sensus, vt communicatio &c. Idest, tanta est charitas tua, vt communicatio fidei tuæ &c. Vel aliter; *Gratias ago, & memoriam &c.* vt scilicet ostendat, quid pro eo petat orando. Et potest intelligi communicatio fidei dupliciter, vel quia in fide communicabat cum omnibus sanctis, non habens aliam fidem nouam, vt hæretici. 1. Cor. 1. Idipsum dicatis omnes &c. Vel communicatio, qua bona communicas sanctis, procedens ex fide 1. Tim. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui p̄stat nobis &c. *Euidens fiat*, idest, vt bonū latens in corde, euidens fiat per bona opera; *In agnitione omnis boni*, scilicet, quod a te fit. Et hoc; *In Iesu Christo*, idest pro Iesu Christo. Iac. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam. Vel aliter. Multa sunt opera in mundo, quæ sunt bona hominibus, & tamen Deo non sunt bona, quia non recte fiūt. Prou. 14. Est uia, quæ uidetur homini recta, nouissima autem eius deducunt ad mortē. Eccl. 8. Vidi impios sepul-

tos

tos, qui etiam cum adhuc viuerent in loco sancto erant, & lau- A dabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed hoc manifestatur per fidem rectam, quando consequitur præmium a Deo, qui non remunerat nisi recta. Et ideo dicit, In agnitione, idest, vt hoc euidens fiat, quòd cognoscas omne bonum. Vel quòd cognoscatur in te omne bonum, quod est fruitio diuinitatis. Exo. 33. Ostendam tibi omne bonum. Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Causa autem ꝓpter quā gratias agit, est gaudium. Et ideo dicit; *Gaudium enim magnum habui* 3. Ioan. cap. vnico. Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc enim gaudium alleuiabat pressuras suas. Vnde addit; *Et consolationem*. Psal. 93. Secūdum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę lętificauerunt animā meā. Cuius rationem assignat dicens; *Quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater*. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem &c. 3. Ioan. cap. vnico, Charissime, fideliter agis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos &c. Deinde cum dicit; *Propter quod &c.* Ponitur petitio, & primo fiducia petendi: secundo ipsa petitio, ibi; *Obsecro*, tertio, eius ratio, ibi; *Forsitan*. Dicit ergo, propter quod, idest, quia sic abundas charitate; *Multam fiduciam habeo in Christo Iesu*. quasi dicat, Non ex me, sed ex authoritate Iesu Christi, in cuius fide te genui. Et ideo possum tibi imperare, vt pater, sed; *Quod ad rem*, scilicet tuam; *Pertinet*, vel communem, aliàs prælatus non habet potestatem imperandi sibi quicquam, nisi quod vel est ad eius vtilitatem, vel Ecclesiæ, vel bonorum morum christianæ religionis. Tamen; *Propter charitatem magis obsecro*. Prou. 18. Cum obsecrationibus loquitur pauper. Et quare? Certe, cum sis talis &c. Sunt duo propter quæ quis debet obsecrari, scilicet ætas senectutis 1. Tim. 4. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem &c. Itē honestas virtutis, vbi enim non delinquimus pares sumus. Eccl. 32. Rectorem te posuerūt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Dicit ergo *Cum sis talis, vt Paulus senex*. Quasi dicat, Si esses puer pręciperem tibi hoc, sed tu es senex. Item, si leuis, sed talis es vitæ, quòd es mihi similis. Non quòd talis & tantus sit simpliciter, sed aliquo modo similis, quod dicit ex sua humilitate. Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Origenes, Paulus diu uixit in fide. Cōuersus enim fuit adolescens, nunc dicit *Vt senex*. Origenes, Raro vtilis doctor inuenitur in ecclesia, quin sit longæuus. Exemplum de Petro, & Paulo.

LECTIO II.

NVNC autem & vinctus Iesu Christi: obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea vi- B scera, suscipe. Quem ego uolueram mecum detinere, vt ꝓ te mihi ministraret in uinculis euangelij: Sine consilio autem tuo nihil uolui facere, vti ne velut ex necessitate bonū tuū esset, sed uoluntariū. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt in ęternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. ego reddam: vt non dicā tibi, quod & te-

LECTIO SECVNDA.

POSITA fiducia Apostoli de bonitate Philemonis: ponit hic suam petitionem. Et primo ostendit personam pro qua petit, secundo ex hoc petitionem concludit, ibi *Tu autem illum*. Circa primum duo facit, quia primo describendo personam, ostēdit eam sibi acceptam ex spirituali generatione: secundo ex morum mutatione. Dicit ergo, Vere sum exaudiendus, quia petitio continet honestatem & pietatem pro meo filio Onesimo, de quo est præsens mea solicitudo. Et acquirens filium tempore E defectus, magis eum diligit, vt senex filios in senectute genitos. Gene. 37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum. Hunc autem genuit in vinculis. Secundo est mutatio in moribus. Si enim in peccato perseuerasset, non fuisset dignus uenia. Et nota, ꝙ minus dicit, & plus significat. Docet enim Tullius, ꝙ quis factum suum debet attenuare quantum potest. Sic Apostolus leuiter de culpa huius loquitur dicens *Inutilis*, idest nociuus in subtrahendo res tuas, nunc autem cōuersus a malo ad statum virtutis, vtilis est ad seruitium Dei & hominum. 2. Timo. 2. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum. Prouer. 25. Aufert rubiginē de argento, & egredietur vas purissimum. Deinde, cum dicit, *Tu autem illum*. Ponit petitionem suā. Et primo ponitur petitio: secundo respondet quæstioni, ibi *Quē ego*. Dicit ergo. *Tu ergo illum. ut mea uiscera suscipe*. Et hoc ideo, quia uidi eum emendatum, cuius signum est, quia eum remisi tibi. Contra. Deut. 23. Non trades seruum Domino, qui ad te confugerit &c. Respondeo. Verum est, quando Dominus quęrit eum ad mortem, & ideo dicit, *Tu autem &c.* Philip. 1. Eo ꝙ habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione &c. Et respondet quæstioni, quia posset dicere, Si est vtilis tibi, quare non retines eum vsque ad mortem? ideo dicit, quæ est causa mittendi eum. Primo autem ostendit propositum retinēdi eum: secūdo, quare destitit a proposito, ibi; *Sine consilio autem tuo*. Dicit ergo Philemoni, qui licet esset magnus, tamē Apostolo solitus erat ministrare. Matth. 20. Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit uester minister. Vndę ex hac fiducia proposuit eum tenere, vt loco eius sibi ministraret. Vnde dicit *Quē ego volueram mecum detinere, vt pro te &c.* Quod erat maxime necessarium, quando erat in uinculis propter Christum. Est enim prouidendum, quando quis patitur pro Domino suo. Ratio autem, quare destitit, est, quia noluit uti re aliena ignorante Domino. Vnde dicit *Sine consilio &c.* Quasi dicat, Si retinuissem eum, iam placeret tibi non valenti resistere, & esset quædam coactio. Sed sic nolui, immo magis uolui. quòd uoluntarie fieret Exod. 25. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas scilicet, primitias. 2. Cor. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hylarem enim datorem diligit Deus. Deinde cum di- C cit *Forsitan enim*. Ponit rationem quare debet eum recipere benigne. Et primo ex parte Dei: secundo ex parte ipsius Apostoli, ibi *Si ergo habes*. tertio ex parte ipsius Philemonis, ibi, *Confidens*. Ex parte Dei, quia sæpe Dei prouidentia id quod uidetur malum permittit fieri, vt exinde sequatur bonum, ut patet de Ioseph uēdito, vt liberaret Aegyptum & familiam patris. Gen. 45. Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos. Et dicit *Forsitan*, quia incomprehensibilia sunt Dei iudicia. Roman. 11. Et dicit *Pro seruo*, idest loco serui. Matt. 25. Omnes autem uos fratres estis. Et non solum tibi; sed mihi in comparatione ad Deum, licet sit filius ministerio; *Quanto magis tibi, & in carne, & in Domino?* quod dupliciter potest exponi. Vno modo, quòd referatur ad primam originem diuinæ creationis, & sic est frater. Deut. 32. Nonne est ipse pater tuus, qui possedit & fecit, & creauit te? Malach. 2. Numquid non pater vnus omnium nostrum, num- D quid non Deus vnus creauit nos? Item in Deo per fidem, uel magis erat in bonum Philemoni, quia affinis eius secundum carnem, quia secundum eam erat seruus eius, quia hoc totū, quod erat ei carnaliter, erat suū. Vñ duplici rōne quis mouetur ex charitate, scilicet, ex amore secundum carnis originem, & ex amore spirituali. Ex parte autem Apost. Primo allegat suam amicitiam, sub cuius obtentu vult eum suscipi. Secundo fideiubet pro eo de danno. Tertio ostendit receptionis officium. Secundū, ibi, *Si autem*. Tertium ibi, *Itaque frater*. Dicit ergo. Si ergo habes me so. *Suscipe illum*. 1. Ioan. 1. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicem. Et dicit *Sicut & me*, quia iunctus est mihi. Matth. 10. Qui vos recipit, me recipit. Secundo autem obligat se pro eo satisfacturum pro damno. Dicit ergo *Si aliquid nocuit*, scilicet dimittens seruitium tuum, *Hoc mihi imputa*. Quasi dicat, Ego satisfaciam. Gal. vlt. Alter alterius onera portate. Et plus, quia primo promittit se soluturum. Secundo ostēdit eum esse debitorē ad hoc, non necessitatis, sed voluntatis. Dicit ergo. *Ego Paulus*. quasi dicat, ut certus sis de restitutione *Scripsi manu*. Et hoc non est necessitas, quia tu debes mihi teipsum, quem erui a morte æterna. Et talis debet se liberatori. Tob. 9. Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Et subiungit dicēs, *Itaque frater, ego te fruar*. quasi dicat. Si vis me habere socium, suscipe eum, & ego ita fruar te, frater, idest si feceris, implebis voluntatem meam gaudiis. Nam frui est vti fructu, & sicut est vti ad vtile, sic frui ad fructum. Importat autem fructus dulcedinem. Canti. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Item finem, quia vltimum de arbore est fructus. Et ideo proprie est habere aliquid, vt delectabile & finale. Et inde est, quòd dicit Augu. Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectatur propter dulcedinem. Itē frui est alicui inhærere propter se. Aliquando ergo accipiuntur frui & vti communiter, prout important delectationē absque contrario. Eccl. 8. Fruere magnatis sine querela. Dicit ergo, Sic fruar: quia in nullo mihi contrarius es. Et si in hoc

mihi

mihi satisfacies, nihil erit in corde meo de te, quod contristet me, & sic delectabis me. Si autem accipitur frui prout finale qd est, sic non est fruendum homine, sed solo Deo. Contra quòd est illud Sapien. 2. Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c. Vnde iste addit; *In Domino*, idest, fruar te in delectatione Dei, gaudes de bono diuino in te, quia eius actus est dilectio & fruitio effectus, scilicet charitatis. Ideo addidit; *In hoc reficе viscera mea*. Reficitur enim homo spiritualiter, quando satisfit desideriis animæ suæ. Ac si dicat, Imple desideria intima cordis mei, & non in malis, sed; *In Christo*, & ideo bona est impletio desiderii. Deinde cum dicit; *Confidens*. Sumitur ratio ex parte Philemonis, & est commendatio obedientiæ eius. Et primo ostendit quomodo confidit de obedientia eius, secundo iniungit ei aliud simile. Dicit ergo; *Confidens &c.* 2. Cor. 7. Gaudeo, q̃ in omnibus confido in vobis. 1. Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ. Sed plus caute scribit, quia homo magis exaudit aliquem, quando sperat iterum ipsum visurum, q̃ si desperat. Et ideo dicit; *Simul, & para mihi hospitium*. Solitus.n. erat cũ esset Colossis hospitari in domo sua. Chrys. Iucundum verbum, vt homo pauper diuiti mandet vltra tot terrarum spatia per epistolam præparationem hospitii. Quid enim pro eo parandum erat, qui pane & vili pulmento contentus erat? Dicendum ergo, quòd non propter hospitii præparationem, sed ad insinuandum familiaritatem, & dilectionem hoc dicit, & magis per hoc prouocat eum ad obediendum. Hæc ille. Non ergo hoc Apostolus dixit propter apparatum exteriorem, sed ad deuotionem eius; *Nam spero per orationes uestras &c* Contra, nunquã ipsum mihi debes. Ita frater, ego te fruar in Dño, refice viscera mea in Christo. Cõfidens in obediẽtia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super illud qd dico, facies. Simul & para mihi hospitiũ: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia dñi nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro. Amen.

F fuit eis redditus, sed Romæ est mortuus. ergo spes eius defecit. Respondeo. Duplex est spes iusti, s. principalis ad propriũ bonũ. Et in hoc numquam deficit pro se. Alia est secundaria, s. probatio aliorũ, & in hoc quandoque deficit, quia merita illorũ cõtrariãtur, sicut iusti quãdoque non exaudiuntur pro aliis. Sed nũquid fuit deceptus de sua fiducia? Dicẽdũ est, q̃ futura scire est solius Dei, nõ autem in cognitione humana nisi prophetica. Et nullus prophetarũ sciuit omnia futura de seipso, nisi solus Christus, G qui non habuit spiritum sanctum ad mensurã. Sic Isaac magnus propheta, fuit deceptus in Iacob. Vnde non est mirũ de Apostolo si nesciret. Tunc terminat epistolã in salutationẽ, & primo ex parte aliorũ, secundo ex parte sua. Dicit ergo. *Salutant &c.* De his omnibus habetur Colos. 4. Sed dubitatur de hoc, quod dicit *Demas*. Quomodo potest hoc esse, quia dicitur. 2. Tim. vlt. Demas dereliquit me, diligẽs hoc seculũ. Quomodo ergo vtitur nomine eius? Dicendum est, quòd iam redierat ad eum. Sed nec hoc videtur, quia hæc epistola præcesserat secundam epistolam ad Timotheum, quia hic dicitur, *Spero &c.* Ibi prænuntiat mortem suam, dicens. Et tempus meæ resolutionis instat. Et ideo dicendum est, quòd Paulus fuit Romæ fere nouem annis, & hæc epistola fuit facta in principio. Secunda vero ad Timo. in fine vitę suæ, & tunc Demas attediatus ex longis vinculis, dimisit eum. Et epistolæ Pauli non ordinantur secundum tempus, quia epistolæ ad Corin. fuerunt ante epistolam ad Roman. & H hæc fuit ante vltimam ad Timo. Et præmittitur illa propter materiam, quia de digniori. Saluratio sua eadem est cum secunda ad Timo. Deo gratias. Amen.

Explicit expositio Diui Thomæ de Aquino super epistolam sancti Pauli Ad Philemonem.

DIVI THOMAE AQVINATIS

SVPER EPISTOLAM PRIMAM

S. PAVLI APOSTOLI,

AD HEBRAEOS.

PROLOGVS S. THO.

NON est similis tui in Diis Domine, & non est secundum opera tua. Psal. 85. In uerbis istis, exprimitur Christi excellentia quantum ad duo. Et primo, quantum ad comparationem ad alios Deos, cum dicit; *Nõ est similis tui in Diis Domine*: secundo, per comparationem ad effectus cum dicit; *Et non est secundum opera tua*. Circa primum sciendum est, quòd licet sit tantũ unus Deus naturaliter, ut dicitur. Deut. 6. Dominus Deus tuus, Deus unus est: tamen participatiue & in cœlo & in terra sunt dii multi 1. Cor. 8. Sunt quidem dii multi, & domini multi. Nam dii quandoque dicuntur ipsi Angeli, ut patet. Iob. 1. & 2. Cum uenissent filii Dei, ut assisterent coram Domino: & quandoque prophetæ, ut dicitur de Moyse. Exo. 6. Constitui te Deum Pharaonis. Item de sacerdotibus dicitur. Exo. 22. Diis, idest sacerdotibus non detrahes. Item, ibi, Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos. Sed Angeli dicuntur Dii propter abundantissimam re fulgentiam diuinæ claritatis. Iob. 25. Super quem non fulget lumen illius. Angeli uero non sunt similes Christo in Diis, qui est splendor paternæ glorię, ut dicitur infra 1. Eph. 1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum &c. Prophetæ uero dicuntur Dii, quia ad ipsos sermo Dei fact⁹ est. Io. 10. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei fact⁹ est. ergo multo excellẽtius est De⁹ Christ⁹, qui est substãtialiter ipsũ uerbũ Dei. Io. 1. Sacerdotes uero dicũtur Dii, qa Dei ministri. Esa. 61. Vos sacerdotes Dñi uocabimini ministri Dei. sed Xps multo fortius, qui nõ est minister, sed Dñs uniuersorũ. Hester 14 Itẽ Apoc. 19 Dñs dominantiũ. Et infra 3. Tanquam Dominus in oĩ domo sua. Christus ergo Deus magnus super omnes Deos, quia splendor, quia uerbum, quia Dominus est. Secundo, manifestatur hæc excellentia per effectus, cum dicitur. Et non est secundum opera tua, ubi sciendum est, quòd triplex est opus D excellens Christi. Vnum, quod se extendit ad totam creaturam, scilicet opus creatoris. Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Aliud quidem tantum ad creaturam rationalem, quæ per Christum illuminatur quod est illuminationis. Ioan. 1. Erat lux uera &c. Tertium est iustificationis, quod pertinet tantum ad sanctos, qui per ipsum per gratiam uiuificantẽ uiuificantur & iustificantur. Ioan. 1. Et uita erat lux hominum. His enim tribus modis non possunt operari Dii prædicti. Angeli enim non sunt creatores, sed creaturæ. Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus &c. Prophetæ etiam sunt illuminati, non illuminantes. Ioa. 1. Non erat ille lux &c. Sacerdotes etiam non iustificabant, infra 10. Impossibile est enim sanguine hyrcorum & taurorum auferri peccata. ergo manifeste in uerbis istis demõstratur Christi excellentia, & hæc est materiæ huius epistolæ ad Hebræos, quæ ab aliis distinguitur, quia in quibusdam epistolis agitur de E gratia noui testamenti, quantum ad totum corpus mysticum ecclesiæ, & hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesiis, in ea, scilicet quæ est ad Rom. ad Cor. & ad Galatas & usque ad primam ad Timotheum. In quibusdam uero, quantum ad membra principalia, sicut in his quas mittit singularibus personis, scilicet ad Timotheũ, ad Titum, & ad Philemonem. In ista uero commendat ipsam gratiam quantum ad caput, scilicet Christum. In corpore enim ecclesiæ ista tria reperiuntur sicut & in corpore naturali, scilicet ipsum corpus mysticum, membra principalia, scilicet prælati & maiores, & caput a quo uita fluit in totum corpus, scilicet Christus. Sed antequam accedamus ad diuisionem, sciendum est, quòd ante synodum Nisenam quidam dubitauerunt, an ista epistola esset Pauli. Et quòd non, probant duobus argumentis. Vnum est, quia non tenet hunc modum quem in aliis epistolis. Non enim præmittit hic salutationem, nec nomen suum. Aliud est, quia non sapit stylum aliarum, immo habet elegantiorem, nec est aliqua scriptura, quæ sic ordinate pcedat in ordine uerborum & in sententiis, sicut ista. Vnde dicebant ipsam esse, uel Lucæ euangelistæ, uel Barnabæ, uel Clementis Papæ. Ipse enim scripsit Athenienſibus quasi per omnia, secundum stylum istum. Sed antiqui doctores præcipue Dionysius, & aliqui alii, accipiunt uerba huius epistolæ pro testimoniis Pauli. Et Hieronymus illam inter epistolas Pauli recipit. Ad primum ergo dicendum est, quòd triplex ratio fuit, quare non posuit nomen suum. Vna est, quia non erat Apostolus Iudæorum, sed Gentium. Gal. 2. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes &c. Et ideo non fecit mentionem de apostolatu suo in principio huius epistolæ, quia nolebat officium sui apostolatus insinuare, nisi ipsis gentibus. Secunda quia nomen suum Iudæis erat odiosum, C cum diceret legalia non debere seruari, ut patet Act. 22. Et ipsum tacuit, ne saluberima doctrina huius epistolæ abiiceretur. Tertia, quia Iudęus erat: Hebræi sunt & ego 2. Cor. 11. Et domestici non bene sustinent excellentiam suorum, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Matth. 13. Ad argumentum secundum, dicendum est, quòd ideo est elegantior in stylo, quia, & si sciebat omnem linguam 1. Cor. 14. Omnium uestrum lingua loquor, tamen melius sciebat Hebræã tanquam sibi magis connaturalem, in qua scripsit epistolam istam. Et ideo magis ornate potuit loqui, in idiomate suo, quàm in aliquo alio. Vnde dicit. Et si imperitus sermone, sed non scientia 2. Cor. 11. Lucas autem qui fuit optimus prolocutor, istum ornatum transtulit de Hebræo in Græcum.

MVLTIPHARIE multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime

CAPIT. I. LEC. I.

LECTIO PRIMA.

D SCRIPSIT autem epistolam istam contra errores quorundam, qui ex Iudaismo ad fidem Christi conuersi, uolebant seruare legalia cum euangelio, quasi non sufficeret gratia Christi ad salutem. Vnde & diuiditur in duas partes. Primo enim multipliciter commendat excellentiam Christi, ut per hoc pręferat nouum testamentum ueteri: secundo, agit de his per quæ membra iunguntur capiti, scilicet de fide, infra 11. cap. ibi; *Est autem fides*. Intendit aũt ostendere excellentiam noui ad uetus testamentum, per excellentiam Christi, quantum ad tres personas solemnes in ipso veteri testamento contentas, scilicet angelos, per quos lex tradita est. Gal. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris &c. Quantum ad Moysen, a quo uel per quem data est. Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et Deut. ult. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, cui locutus est Dominus facie ad faciem &c. Quantum ad sacerdotium, per quod ministrabatur infra 9. In priori tabernaculo semper introibant E sacerdotes sacrificiorum officia consumantes &c. Vnde primo, præfert Christum angelis, secundo Moysi 3. ca. ibi; *Vnde fratres* Sed tertio, sacerdotio ueteris testamenti 5. ca. ibi; *Omnis namque pontifex*. Circa primum duo facit, quia primo pręfert Christũ angelis in isto cap. Secundo concludit, qualis reuerentia exibenda sit nouæ legi 2. cap. ibi; *Propter hoc abundantius*. Adhuc circa primum duo facit, quia primo excellentiam Christi ostendit; secundo probat, quòd hoc uerum sit de Christo, & sic angelos deficere ab illa excellentia, ibi, *Tanto melior*. Hoc autem est in hac epistola singulare, quòd singula uerba habent singulas sententias, & seruant ordinem suum. Excellentiam uero Christi denotat quantum ad quatuor. Primo, quantum ad proprietatem originis, uocando eum uerum Dei filium naturalem, cum dicit; *Locutus est nobis in filio*. Secundo, quantum ad magnitudinem dominationis, ibi; *Quem constituit hæredem uniuersorum*. Tertio, quantum ad uirtutem operationis, ibi; *Per quem fecit & sæcula*

diebus istis locutus est nobis in filio, quem cõstituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula.

culs. Quarto, quantum ad sublimitatem dignitatis, ibi; *Qui cum sit splendor gloriæ*. Quia vero intendit commendare Christum, vt hoc redunder in nouum testamentum, per hoc præfert nouũ testamentum veteri. Circa autem vetus testamentum quinque ponit: primo, modum tradendi, quia multipharie multisque modis &c. Secundo, tempus cum dicit; *Olim*. Tertio authorẽ, siue datorem, quia Deus. Quarto, quibus sit traditũ, quia patribus nostris: Quinto, quibus ministris, quia in prophetis. Dicit ergo; *Multipharie* & hoc quantum ad diuisionem, quæ attenditur quantum ad tria. Primo quantum ad diuersas personas, quia non vni personæ, sed pluribus, scilicet Abrahæ, Noe, & sic de aliis. Secundo, quantum ad diuersa tẽpora, & hoc totum ad eius certitudinem. Vnde Matt. 20. Exiit primo mane, & circa horam tertiam &c. Item quantum ad ea, quæ ibi ostensa sunt, quia diuina. Exo. 3. Ego sum, qui sum &c. Item euentus futuri. Sap. 8. Signa & monstra scit antequam fiant &c. Item promissiones futurorum bonorum, saltem in figura. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata sunt tibi. Item multipharie quantum ad diuersas figuras, quia modo in figura leonis, modo in figura lapidis, sicut Dan. 2. Abscissus est lapis de monte sine manibus. Iob. 11. Et quòd multiplex sit lex oris eius. Sequitur; *Multisque modis*, quod refertur ad tria diuersa genera uisionum, scilicet ad uisionem corporalem, sicut Dan. 5. Apparuerunt digiti quasi manus scribentis in pariete &c. Aliquando aliquibus per visionem imaginariam. Esa. 6. Vidi Dominum sedentem &c. Aliquibus uero apparebat per visionem intellectualem, sicut Dauid. Psal. 118. Super senes intellexi. Vnde de istis dr̃. Osee. 12. Ego visionem multiplicaui eis. Refertur etiam ad diuersos modos loquendi, quia aliquando plane loquebatur, aliquando uero obscure, nec est aliquis modus loquendi, quo scriptura veteris testamenti non loquatur. Prouerb. 22. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia &c. Tertio, quia arguendo malos, alliciendo iustos, instruendo ignorantes. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendũ &c. Secundo, tangit tempus traditionis huius doctrinæ, quod est tẽpus præteritum, quia; *Olim*, idest non subito, quia tam magna erant, quæ de Christo dicebantur, quòd non poterant credi, nisi cum incremento temporum prius didicissent. Vnde dicit Beatus Gregorius, per successiones temporum creuit diuinæ cognitionis augumentum. Esa. 48. Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea &c. Tertio, tangit authorem, quia, Deus; qui loquitur. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. Hic est autem, qui non mentitur. Numer. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur. Ex his autem tribus commendat vetus testamentum, scilicet ab authoritate, quia est a Deo: a subtilitate & a sublimitate, quia; *Multipharie multisq; modis*. A firmitate, quia olim. Quarto, ostendit quibus traditum sit, quia; *Patribus*. Et Ideo est nobis familiare, & acceptum. Act. 13. Annuntiamus vobis eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est &c. Sed 5. ostendit quibus ministris, quia non ioculatoribus, sed; *In prophetis*, idest per prophetas. Rom. 1. Quod ante promiserat per prophetas. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium prehibent. Deinde cum dicit; *Nouissime*. Describit doctrinam noui testamenti, & ponit quinque, quorum quatuor sunt diuersa a quatuor præmissis: vnum autem est idem vtrobique. Quod enim dixerat, Multipharie multisque modis &c. Ostendit, quia omnis multitudo ordinata, ad vnũ debet referri. Ideo dicit, ꝙ licet sit modus multiplex, tẽ totũ ordinatum est ad istud nouissimũ. Prou. 23. In timore Dñi esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consumationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Item illud olim in tempore expectationis, & tenebrarum, sed istud; *In diebus istis*, idest tempore gratiæ. Roman. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit &c.

Vbi notandum est, quòd ibi dicit loquens, hic autem dicit locutus est, vt designet locutionem noui testamenti perfectiorem illa, quæ fuit in veteri. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd tria requiruntur ad locutionem nostram. Primo, verbi conceptio, qua scilicet præconcipiatur in mente, id, quod ore loquendum est. Secundo, ipsius verbi concepti expressio, qua insinuetur, quod conceptum est. Tertio ipsius rei expressæ manifestatio, qua res expressa euidens fiat. Deus ergo loquendo primo, concepit, cuius conceptio vna fuit & ab æterno Iob. 32. Semel loquitur Deus, & hæc æterna, fuit filii generatio de qua in Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Secundo, huiusmodi conceptum expressit, & hoc tripliciter. Primo, in creaturarum editione, cum scilicet verbum conceptum similitudo patris existens, sic etiam similitudo ad quam omnes creaturæ factæ sunt. Gen. 1. Dixit Deus fiat lux &c. Secundo, per quasdã notiones, puta, in mentibus angelorum, in quibus sepecies omnium rerum, quæ in verbo latebant indidit, & in mentibus hominũ sanctorum & hoc per reuelationes sensibiles, vel intellectuales, vel imaginarias. Et ideo omnis talis manifestatio procedens a verbo æterno, locutio nuncupatur. Hierem. 1. Factum est verbum Domini &c. Tertio, per carnis assumptionem de qua dicitur Ioann. 1. Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius &c. Et ideo dicit Augustinus, quòd hoc modo se habet verbum incarnatum, ad uerbum increatum, sicut uerbum uocis, ad verbum cordis. Prima autem expressio, scilicet in creatione, non ordinatur ad manifestationem. Manifestum est, quòd illa expressio non potest dici locutio, & ideo nunquam dicitur quòd Deus loquatur creando creaturas, sed quòd cognoscatur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Secunda vero expressio, quæ est edictio specierum in mente Angelica, vel humana, ordinatur tantum ad cognitionem sapientiæ diuinę, & ideo potest dici locutio. Tertia uero, quæ per assumptionem carnis, ordinatur ad esse, & ad cognitionem, & ad expressam manifestationem, quia per assumptionem carnis, & verbum factus est homo, & nos in cognitionem Dei perfectam (Io. 18. Ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati) & se nobis expresse manifestauit. Baruc. 4. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus, conuersatus est. Sic ergo licet Deus loquatur in nouo, & ueteri testamento, perfectius tamen nobis loquitur, quia ibi per reuelationes in mẽtibus hominum, hic per incarnationem filii. Vetus vero testamentum traditum est patribus, aspicientibus a longe, & intuentibus Deum procul: istud autem nobis, scilicet Apostolis, qui uidimus, tum in propria persona 1. Ioan. 1. Qui audiuimus, vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo vitæ. Deut. 5. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & vidimus, & facie ad faciem locutus est nobis. Vnde patet, quòd illa locutio fuit promissio. Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt repromissiones. Ista est exhibitio. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Iterum, ibi locutus est in Prophetis, hic in filio, qui est Dominus prophetarum. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse nobis narrauit. Sed nunquid omnes, per quos loquitur Deus sunt Prophetę? Ad qd̃ dicendum est, quod quinque requiruntur ad hoc, quod aliquis sit verus propheta. Primum est, reuelatio eorum quæ excedunt humanam cognitionem, aliàs non dicitur Propheta, sed sapiens, sicut Salomon, cuius mens illuminata est ad ea, quæ sunt secundum rationem humanam. Vnde nec a Iudæis propheta dicitur, sed sapiens. Secundum est, intelligentia reuelatorum, aliàs, nisi reuelata intelligerentur, non esset propheta. Dan. 10. Intelligentia opus est inuisibile, & inde est, quòd Nabucdonosor reuelationem sibi factam non intelligens, propheta non dicitur, sed Daniel, qui eam intellexit. Tertium est quod propheta in rebus uisis, quibus alienatur, non detineatur tanquam ipsis rebus, sed tanquã in figuris, aliàs non esset propheta, sed freneticus, qui imaginata apprehendit, ut ipsas res. Hier. 33. Qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem meum, narret sermonem meum. Quartum est, vt cum certitudine reuelata percipiat, quasi per demonstrationem sciens, aliàs esset somnium & non propheria. Esai. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Quintum est, ut adsit uoluntas adnunciandi, quæ reuelata sunt, unde & Dan. a quibusdam dicitur, quòd non est propheta, quia non accipit reuelata per modum enunciabilem, unde non dicitur, quòd factum est uerbum Domini ad Danielem, sicut de aliis prophetis dicitur. Hier. 20. Factum est uerbum Domini mihi in opprobrium, & in derisum tota die & dixi. Non recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius, & factus est in corde meo sicut ignis æstuans. Sed rursus quæritur: quare dicit in prophetis, cum potius debuisset dicere per prophetas? Ad hoc dicendum est, quòd hoc fecit, ut excluderet quorundam errorẽ, primo quidem errorem Porphyrii dicentis, quòd prophetæ ea quæ dixerũt, fingendo, non ex spiritu sancto dixerunt, & contra hoc dixit, In prophetis, quasi non ipsi locuti sunt ex se, sed Deus locutus est in eis. 2. Pet. 1. Non enim uoluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei

Dei homines. Secundo, ad excludendum errorem quorundam dicentium, prophetiam esse quid naturale, & haberi per naturalem dispositionem, sicut cum aliquis melancolicus est adeo fortis imaginationis, quòd imaginata apprehendat vt certa, & res ipsas & ideo dicit; *Locutus est in prophetis*, quasi dicat, Non habetur prophetia per modum naturalis dispositionis & passionis, sed per locutionem internam a Deo Io. 3. Spiritus vbi vult spirat. Tertio, contra errorem dicentiũ haberi prophetiam per modum habitus sicut scientia, vt scilicet quandocumque vult prophetet, quod non est uerum, cum prophetiæ spiritus non adsit prophetis semper, sed cum eorum mens illustratur diuinitus. Vnde 4. Reg. 4. dicit Heliseus. Anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, & ideo dicit; *In prophetis*. Quasi dicat, non quod habeatur ab omnibus, & semper, vt habitus, sed in illis, in quibus placet Deo loqui. Quarto, ad excludendum errorem Priscillæ, & Montani, dicẽtium prophetas non intelligere ea quæ dicebant, quod non est uerum. Vnde dicitur Aggei. 1. Factum est uerbum Domini in manu Aggei prophetæ, in manu, idest, in potestate. Et 1. Cor. 14. Spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt. Et ideo dicit; *In prophetis*, idest in intellectu, & potestate prophetarum. Sic ergo patet Christi proprietas, quia filius est naturalis. Ioan. 14. Pater in me est, & ego in patre. Sed nunquid est de illis filiis, de quibus dicitur in Psal. 81. Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes? Absit, quia illi dicuntur filii cum vniuersitate, iste est constitutus hæres, & Dominus vniuersorum. Numquid est de illis filiis de quibus dicitur Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c. Non quidem, quia illi dicuntur facti filii, iste vero est filius, per quem fecit & sæcula. Numquid est de illis filiis qui gloriantur in spe gloriæ filiorũ Dei? Roman. 5. Non quidem, quia illi sunt filii per spem gloriæ Dei, quam habent, iste vero ipsius gloriæ spelndor. Alii dicuntur filii, quia facti ad imaginem huius filii. Roman. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius, iste autem est ipsa imago, & figura substantiæ eius. Alii dicuntur filii, vt in se uerbum Dei continentes, secundum illud Philip. 2. Vt sint sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum uitæ continentes. Iste aũt filius portat omnia, uerbo uirtutis suæ. Ergo patet Christi excellentia quantum ad proprietatem originis, & diffuse quãtum ad alios filios Dei, per quod ostenditur eminentia noui testamenti ad uetus. Sed tamen utrobique dicit; *Locutus est, uel loquens* & denotat eundem esse actorem ueteris & noui testamẽti contra Manicheum. Ephe. 2. Per ipsum habemus accessum, ambo in uno spiritu &c. Roma. 3. An Iudæorũ Deus tantum? Nonne & Gentium? Item, illud fuit traditum patribus nostris, sed istud; *Nobis*, idest Apostolis, qui Christum in propria persona vidimus. Deuter. 5. Non cum patribus nostris iniuit pactum, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus, & vidimus. Item, illud per prophetas, sed istud; *In filio*, idest per filium, qui est Dominus prophetarum. Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ista occãsione Apostolus introducit eum esse filium. Consequenter ostendit magnitudinem dominationis Christi, cum dicit; *Quem constituit hæredem*, quia ut dicitur. Galat. 4. Si filius & hæres per Deum. In Christo autem sunt duæ naturæ, scilicet diuina & humana. Secundum ergo, quòd est filius naturalis, non est constitutus hæres, sed est naturalis: sed in quantum homo, factus est filius Dei. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Et secundum hoc, est constitutus hæres vniuersorum, sicut verus filius patris. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Et hoc quantum ad totam creaturam in qua accepit dominationem. Item, non tãtum quo ad unum genus hominum, sed; *Vniuersorum*, scilicet tam Iudæorum, quàm Gentium. Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi Gentẽs hæreditatem tuam &c. *Quem constituit hæredem uniuersorum*. ostensa excellentia Christi quãtum ad proprietatem originis, hic ostendit excellentiam eius quantum ad maiestatem dominii, & quidem congrue coniungit, locutus est in filio, & constitutus est hæres, quia si filii & hæredes. Roman. 8. Sciendum est autem, quòd in Christo sunt duę nature, diuina scilicet & humana, sed secundum diuinam naturam, sicut non est constitutus filius cum sit filius naturalis ab æterno, ita nec & constitutus hæres, sed ab æterno est hæres naturalis. Secundum vero naturam humanam, sicut est factus filius Dei. Roman. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, ita & factus est hæres uniuersorum. Et quantum ad hoc dicit; *Quem constituit hæredem*, idest Dominum uniuersorum. Matth. 21. Hic est hæres, uenite & occidamus eum. Mic. 1. Adhuc hæredem adducam tibi, qui habitas in Maresa, usque ad Odollam, ueniet gloria Israel. Et quidem secundum diuinam naturam competit Christo, quòd sit hæres genitus, & Dominus. Et primo quidem, quia ipse est Dei virtus, & Dei sapientia 1. Cor. 1. Per quem pater omnia facit. Et ideo si pater dicitur Dominus omnium, ratione creationis, similiter & filius, per quẽ oĩa producuntur in esse, Dominus est. Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Secundo, quia filius est patris sapientia, qua omnia gubernat. Sap. 8. Dicitur de sapientia. Attingit a fine vsque ad finem &c. Si ergo pater dicitur Dominus ratione gubernationis. Sapien. 13. Tu autem pater gubernas omnia &c. Et filio competit dominium. Item pater est Dominus, in quantum ad ipsum omnia ordinantur, sicut ad primum principium, & finem omnium, similiter & filius, qui est Dei sapientia, præcedens omnia, Dominus est. Eccle. 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Sapien. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Secundum humanam uero naturam competit etiam Christo, quòd sit constitutus hęres, & Dominus vniuersorum. Primo quidem ratione vnionis, ex hoc scilicet ipso, quòd assumptus est homo ille in persona filii Dei. Act. 3. Hunc Deus, Dominum saluatorẽ constituit. Ephe. 1. Constituit eum super omnem principatum, & potestatem &c. Secundo, ratione potestatis, quia omnia ei obediunt, & seruiunt. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo &c. Tertio, ratione subiectionis. Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur &c. Sed dicit vniuersorum, quod refertur ad totius naturæ vniuersitatem, in qua accepit dominium, secundum illud. Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item, refertur ad omne genus hominum, ut sit sensus. Vniuersorum, idest, tam Iudeorum, quàm etiam omnium aliorum hominum, secundum illud. Psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã &c.

Et de hoc dicitur. Hester 13. Dominus omnium tu es.

Consequenter cum dicit; *Per quem fecit & sæcula*. Ostendit uirtute operarionis Christi, quare sit constitutus hæres vniuersorum, non quòd ipse sit factus in tempore, & hoc meruerit merito bonæ vitæ, sicut dicit Fotinus, sed quòd æque omnia facta sunt per ipsum, sicut & per patrem. Per ipsum enim fecit pater sæcula. Sed sciendum est, quòd ista præpositio, Per, denotat causam actus. Sed hoc est dupliciter. Vno modo, quia est causa factionis ex parte facientis, ut cum scilicet causale cui adiungitur, est causa actionis, secundum quod exit ab agente. Semper enim factio, est medium inter faciens & factum. Potest ergo denotare circa agens causam finalem, ut artifex operatur per lucrum. Aliquando causam formalem, ut ignis calefacit per calorem. Aliquando uero causam efficientem, ut baliuus operatur per regem. Nullo istorum modorum, est filius causa patris quòd per illum operetur, sicut nec quòd ab ipso sit. Aliquando uero causale est causa actionis, secundum quòd terminatur ad factum, ut artifex operatur per martellum. Martellus enim non est causa artificis, quòd agat, sed est causa artificiato, quòd ab artifice procedat, ut ferro, quòd recipiat operationem ab artifice, sic filius est causa facti, & pater operatur per filium. Sed nunquid filius est minor patre? Videtur quòd sic, quia illud, quod est causa facti, vt fiat, videtur habere rationem instrumenti. Sed ad hoc dicendum est, quòd si non esset eadem virtus numero in filio & patre, & eadem operatio, teneret obiectio. Nunc ergo eadem est virtus & operatio patris & filii, sicut & eadem natura, & esse, & dicitur pater per eum facere sæcula, quia genuit eum operantem sæcula. Ioann. 6. Quæcumque pater facit, & filius facit. Sęculum dicitur spacium rei temporalis. Sæcula ergo sunt successiones temporum: non ergo fecit tantum tempora sempiterna, secundum quòd Philosophi aliqui dixerunt Deum tantum fecisse sempiternum, & angelos creasse temporalia, sed etiam fecit temporalia, quæ uocat hic sæcula. infra. 11. Fide intelligimus aptata esse sæcula. Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt, In hoc ergo remouet errorem Manichei dupliciter. Primo, in hoc, ꝙ dicit eũ actorẽ ueteris testamenti; secundo, quòd dicit ipsum fecisse tempo- ralia.

LEC-

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS ostendit Apostolus Christi excellentiã quantum ad originis proprietatem, quantum ad dominii maiestatem, & quantum ad operationis uirtutem: hic autem ostendit eius excellentiam, quantum ad gloriæ & dignitatis sublimitatẽ. Et pars ista diuiditur in duas. Primo enim ostendit Christũ esse idoneum ad dignitatem istam. Secundo, ponit ipsam dignitatem, ibi; *Sedet ad dexteram*. Idoneitatem vero ostendit ex duobus, quæ reddunt aliquem idoneum ad aliquid magnum, vnum est facilitas administrandi, aliud est industria & strenuitas exequendi. Primo ergo ostendit eius facilitatem, secundo, eius strenuitatem, ibi; *Purgationem peccatorum faciens*. Circa primum sciendum est, quòd tria requiruntur, quæ faciunt facilitatem ad dignitatem aliquam ministrandam. Primum quidem sapientia, ne erret gubernando. Eccl. 10. Est & malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens a facie principis positum stultum in dignitate sublimi. Prouer. 8 Per me reges regnant. Secundum est generis prosapia, ne contemnatur præcipiendo. Prou. vlt. Nobilis in portis uir eius, cũ sederit cum senatoribus terræ. Tertium, uirtutis potentia in exequendo. Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas uirtute errumpere iniquitates. Et qtum ad ista tria, Apostolus ostendit in Christo facilitatẽ ad dignitatem prædictã. Primo, quia nõ solum est sapiens, sed etiam ipsa sapientia. Vnde dicit; *Cum sit splendor gloriæ*. Secundo, quia non solum est nobilis, sed est ipsa nobilitas, quia est; *Figura substantiæ eius*. Tertio, quia non solum est potens, sed est ipsa potentia; *Portans omnia uerbo &c.* Tria autem sunt, vt supra dictum est, quæ faciunt hominem idoneũ, ut magnam dignitatem assequatur. Primum est sapientiæ claritas. Prou. 3. Gloriam sapientes possidebunt. Et ideo ostendit Christi sapientiam, dicens; *Qui cum sit splendor gloriæ*, Vbi est considerandum, quòd secundum Ambrosium, gloria est clara cũ laude notitia, quasi quædam manifesta notitia, quæ de bonitate alicuius habetur. Sed sicut dicitur. Matt. 19. Nemo bonus, nisi solus Deus. Et etiam. Luc. 18. Vnde ipse est bonitas antonomasice & per essentiã. Alia uero bona per participationẽ, & ita soli Deo conuenit gloria antonomasice. Esa. 42. Gloriã meam alteri non dabo 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor & gloria. Cognitio ergo diuinæ bonitatis excellenter & antonomasice dicitur gloria, idest clara cum laude notitia bonitatis diuinæ. Ista aliqualiter habetur ab homine: quia nunc cognosco ex parte 1. Cor. 13. Sed habetur excellentius ab angelis, sed a solo Deo perfecte. Deum. n. nemo uidit vnquam. Ioan. 1. Verum est, nec angeli comprehensiue, sed ipse solus seipsum comprehendit. Ergo sola cognitio Dei de seipso perfectẽ dicitur gloria, quia perfectam notitiam habet, & clarissimam de seipso. Quoniam autem splendor est illud, quod a fulgente primo emittitur. Sapientia uero est quiddam fulgens. Eccl. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Inde est, quòd prima conceptio sapientiæ est quasi quidam splendor. Verbum ergo patris, quod est quidam conceptus intellectus eius, est splendor sapientiæ, qua se cognoscit. Et ideo Apostolus filium vocat splendorem gloriæ, idest diuinæ claræ notitiæ. In quo ostendit ipsum non solum sapientem, sed sapientiam genitam. Esa. 62. Donec egrediatur, ut splendor iustus eius &c. Secundum, quòd facit hominem idoneum ad magnam dignitatem, est generis nobilitas. Et hoc ostendit esse in Christo, quia dicit, quòd est; *Figura substantiæ eius*. Decet enim cum sapientia, esse nobilitatẽ in principe. Deuter. 1. Tulique de tribus uestris sapientes, & nobiles, & constitui eos principes &c. Figura hic ponitur pro charactere, vel imagine, quasi dicat, imago substantiæ. Sciendum tamen, quòd licet imago dicat similitudinem, non tamen quælibet similitudo est imago. Albedo enim in pariete non est imago albedinis meæ, sed imago, & similitudo in specie. Illud ergo proprie dicitur esse imago alicuius, quod habet similitudinem speciei eius, uel expressum signum speciei. Inter accidentia uero, nihil ita est expressum signum, sicut speciei est figura. Vnde, qui describit figuram animalis, describit imaginem eius. Filius ergo, qui est imago inuisibilis Dei, Colossense 1. proprie dicitur figura. Sed cuius? *Substantiæ eius*. Imago enim alicuius est multiplex. Aliquando enim est signum representans speciem, in nullo cum ipsa conueniens, sicut imago hominis in pariete, quæ in nullo habet ueram speciem hominis. Aliquando uero assimilatur ei in specie, non tantum in repræsentando, sed etiam in essendo, sicut filius est imago uera patris. Genes. 5. Adam genuit filium ad imaginem suam, idest in natura speciei, & ideo addit substantiæ eius, quia secundum Augustinum, Filius dicitur imago patris, quia est eiusdem naturæ cum ipso. Dicit ergo, quòd est figura substantiæ. Sed quare non dicit, quòd est figura naturæ? Quia possibile est, quòd natura speciei multiplicetur ad multitudinem indiuiduorum in compositis ex materia & forma. Vnde filius Sortis non habet eandem naturam numero cum patre suo. Substantia vero nunquam multiplicatur. Non enim alia est substantia patris, alia filii. Nec enim diuiditur secundum diuersa indiuidua. Quia ergo vna, & eadem est numero natura in patre, & filio Dei. ideo non dicit naturæ, quæ diuiditur, sed substantiæ indiuisibilis. Ioannis, 10. Ego & pater, vnum sumus, & 14. Ego in patre, & pater in me est. Tertium, quod facit hominem idoneum, est virtus & potestas. Vnde Eccles. 7. Noli quærere esse iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Et ideo ostendit uirtutem, cum dicit; *Portansque omnia uerbo uirtutis suæ*. Proprium autem principum, & potentum est portare. Iob. 9. Sub quo curuantur, qui portant orbem. Ipse ergo portat, sed videndum est quid portat, & quo, vel per quid. Quantum ad primum, sciendum est, quòd id, quod de se nec stare, nec ambulare potest, indiget portari. Omnis autem creatura de se, nec subsistere, nec operari potest. primum patet, quia remota causa, remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantiæ, quia non minus est causa substantiæ rei, quantum ad fieri, quàm domificator est causa fieri domus, inde sicut ad absentiam domificatoris cessat fieri domus: & ad absentiam Solis cessat, fieri & esse luminis, in aere. Ita ad subtractionem uirtutis diuinæ cessat, & esse, & fieri, & subsistere omnis creaturæ. Portat ergo omnia quantum ad suum esse. Portat etiam omnia quantum ad operari: quia subtracta influentia, eius, cessat omnis motio causarum secundarum, cum ipse sit causa prima: & causa prima plus influit, quàm secunda. Iob. trigesimo octauo. Super quo bases illius solidatæ sunt. Sic ergo patet, quòd omnia portat. Sed per quid portat? Verbo uirtutis suæ. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum dixit, quòd Deus omnia fecit per filium: quia scilicet, dixerat, per quem fecit, & sæcula. Ille autem per quem aliquis operatur, non uidetur uirtute sua operari, sed uirtute eius, qui per eum operatur. sicut baliuus, per quem Rex operatur, non operatur virtute propria. Ergo per hoc uidetur, quòd filius non operetur uirtute propria. Ideo dicit Apostolus, quòd portat; *Verbo uirtutis suæ*, quia cum idem sit causa essendi, & conseruandi, cum dicit, quòd filius uirtute sua est causa conseruationis, ostendit, quòd etiam est causa essendi. Sed nunquid non uirtute patris? vtiquæ, & eius uirtute, quia eadem est uirtus vtriusque. Operatur ergo, & uirtute propria, & virtute patris, quia uirtutem suam habet a patre: nec tamen dicit Apostolus uirtute sua, sed uerbo uirtutis suæ: ad ostendendum, quòd sicut pater omnia per uerbum produxit. Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt, & cætera. In quo ostenditur maxima uirtus patris, ita filius eodem uerbo, quod est ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam virtutis suæ, quia eãdem habet cum patre, quia eadem operatur, & per idem, quo ille. Sed tunc est dubium: quia pater cum dicit, producit uerbum. Ergo filius, cum dicit, produceret verbum, & sic uerbum patris esset uerbum filii. Et ad hoc dicunt Græci, quòd sicut filius est imago patris, ita Spiritussanctus est imago filii. Et sic exponit Basilius, Portans uerbo uirtutis suæ, idest spiritu sancto, Nam sicut filius est uerbum patris, ita ut dicunt, Spiritussanctus est uerbum filii. Et ideo per ipsum facit filius, sicut per filium pater. Veruntamen proprie loquendo, uerbum non dicitur, nisi quod procedit, ut conceptus ab intellectu, ad quod sequitur procedere in similitudinem speciei. Spiritus autem sanctus, & si sit similis, non tamen habet hoc ex modo suæ processionis: quia non procedit vt conceptus ab intellectu, sed ut amor a uoluntate. Aliter autem exponit Glosa; *Verbo uirtutis suæ*, idest imperio suo. Sed hic adhuc est dubium de isto verbo quid sit, quia imperium hominis, vel est exterius per uocem prolatum, & hoc non potest dici in diuinis, quia nihil est extrinsecum a natura diuina, procedens a filio, per quod omnia portentur, vel illud imperium, est interius in corde conceptum, sed nec etiam hoc potest stare, quia nihil in mente Dei concipitur, nisi verbum æternum. Ergo istud imperium sic conceptum in mente filii, esset uerbum æternum, & sic essent duo uerba æterna, quod nephas est dicere. Ideo ad argumentum est dicendum,

LECTIO II.

Vi cum sit splendor glorię, & figura substantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

dicendum, sicut exponit Aug. illud Ioann. 12. Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum, idest ipse ego, qui sum verbum patris iudicabo eum. Et similiter in proposito, verbum uirtutis suæ, idest seipso, qui est uerbum uirtuosum. Per ista ergo tria, ostendit tria de Christo. Per hoc enim, quòd est splendor, ostendit eius coæternitatem cum patre. In creaturis enim splendor est coæuus, sed ille est coæternus. Et hoc est cõtra Arriũ. Sed cum dicit imago substantiæ eius, consubstantialitatem. Quia enim splendor non est eiusdem naturæ cum re splendente, ne forte aliquis credat, quòd non sit similis in natura, dicit quòd est imago, vel figura substantiæ. Sed quia filius & si sit eiusdem naturæ cum patre, si tamen sit infirmus, deficit a uirtute patris. Ideo subdit, Portans omnia verbo uirtutis suæ. Apostolus ergo in his tribus commendat Christum a tribus, scilicet a coæternitate, a consubstantialitate, & ab æqualitate potestatis. Deinde cum dicit; *Purgationem peccatorum faciens*, ostendit secundum, quod facit ad idoneitatem dignitatis eius, s. strenuitas, & industria, quam habuit in operando. Fuit enim hoc magnæ industriæ, vt quod ei competebat ex natura qua Deus est, ipse meruerit p passionẽ in natura assumpta. Vnde Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum. Purgare ergo peccata & si conueniat ei ex natura diuina, tamen conuenit ei etiam ex merito passionis. Vnde Eccl. 47. Christus purgauit peccata eius, & exaltauit in æternum cornu eius &c. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Conuenit etiam Christo purgare, ratione diuinæ naturæ, & ratione proprietatis filii: ratione diuinæ naturæ, quia culpa, seu peccatum, proprie est malum rationalis creaturæ, hoc autem malum, siue peccatum non potest reparari nisi per Deũ. Nam peccatum in uoluntate consistit, uoluntatem autem solus Deus potest mouere. Hier. 12. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus &c. Et huiusmodi ratio est, quia quod est immediatius fini, non reducitur ad ipsum finem, nisi a prima causa agente. Voluntas autem est ultimi finis, quia, s. ad fruendũ Deo, & ideo a Deo tantum mouetur, & reducitur. Cum ergo Christus sit uerus Deus, manifestum est, quòd purgationem peccatorum facere potest. Esa. 42. Ego sum qui deleo iniquitates uestras propter me &c. Mat. 9. Quis pôt peccata dimittere, nisi solus Deus? Ratione vero proprietatis competit etiam Christo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in peccato, primo quidem est transgressio legis æternæ, & iuris diuini, cum omne peccatũ sit iniquitas, quæ est transgressio legis. Esa. 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Cum ergo lex æterna & ius diuinum sit a uerbo æterno, manifestũ quòd ad Christum competit purgatio peccatorum, inquantum est uerbum. Psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Secundo, est in peccato, amissio luminis rationis, & per consequens sapientiæ Dei in homine, cum huiusmodi lumen sit participatio q̃dam diuinæ sapientiæ. Baruc. 4. Et quia non habuerunt sapientiam, ideo perierunt. Prou. 14. Errant omnes, qui operantur malum, & secundũ Philosophũ, omnis malus est ignorans. Rectificatio autem ad diuinam sapientiam, competit ei qui est diuina sapientia. Hic autem est Christus 1. Cor. 1. Prædicamus Christum, Dei uirtutem, & Dei sapientiã. Sap. 9. Nam per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi Domine a principio. Tertio, in peccato est deformatio similitudinis Dei in homine. Prou. 2. Cor stultorum dissimile erit. Vnde dicitur. Luc. 14. De filio prodigo, quod abiit in regionem longinquam. Et ideo competit huiusmodi deformationi rectificari per filium, qui est imago patris. 1. Cor. 14. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. Quarto, amissio æternæ hæreditatis, in cuius signũ homo post peccatum exclusus est a paradiso. Gen. 3. Reparatio autem ad hoc proprie conuenit filio, qui est hæres. Rom. 8. Si filii, & hæredes. Gal. 4. Misit Deus filium suum, natũ ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum Dei reciperemus. Sic ergo patet, quòd Christo competit purgare peccata, & ratione humanæ naturæ, & ratione diuinæ. Sed quomodo fecit purgationem peccatorum? Ex hoc patet. In peccato enim primo est peruersitas voluntatis, qua homo recedit a bono incommutabili, & ad hanc rectificandam, exhibuit Christus gratiam iustificantem. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Secundo, est macula relicta in anima ex peruersitate voluntatis, & ad hanc lauãdam præbuit sanguinem suum. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis &c. Tertio, est reatus pœnæ, cui homo adiicitur ex culpa, & ad satisfaciendũ per hãc obtulit semetipsum Deo hostiam, in ara Crucis. Ephes. 4. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Quarto, seruitur diabo. cui homo efficitur obnoxius peccando, quia qui facit peccatum, seruus est peccati, & ad eripiendum nos ab hac redemit nos. Psalm. 30. Redemisti me domine Deo veritatis. Consequenter cum dicit; *Sedet ad dexteram*. Subiungit ipsam dignitatem. Quasi dicat, Non uidetur indecens si sedet &c. Quia ipse est splendor, & figura & portat omnia &c. In uerbo autem sessionis tria solent importari. Vnũ est sedentis authoritas Iob. 29. Cumque sederem quasi rex circunstante exercitu &c. In diuina autem curia multi assistunt, quia Dan. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere. Quia omnes sunt ibi serui & ministri. infra eodem, Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi. Sed solus iste habet regiam dignitatem. Dan. 7 Et vsque ad antiquum dierum venit. Et postea sequitur. Et dedit ei potestatẽ, & honorem, & regnum &c. Mat. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et post sequitur, Tunc dicet rex his &c. Secundum, est sedentis stabilitas. Luc. vlt. Sedete in ciuitate &c. Daniel. 7. Potestas eius, potestas æterna, & infra 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse in sæcula. Item aliquando sedere importat humilitatem, quia sedens inferior est stãtibus. Psa. 138. Tu cognouisti sessionem meã. Et sic non accipitur hic, sed primis duobus modis, sed contra. Act. 7. Ecce uideo cœlos apertos, & Iesum stantem &c. Et dicendum est, quòd sedere & stare, & huiusmodi dispositiones de Deo dicuntur, secundum similitudinem. Et ideo secundum diuersa, dicitur & sedens, & stans. Sedens quidem propter immobilitatem, sed stans propter utilitatem ad fortiter resistendum. Vnde stabat quasi paratus iuuare Stephanum, in agone constitutum. Sed addit Apostolus, quòd; *Sedet ad dexteram*. quòd si referatur ad diuinam naturam est sensus, ad dexteram, idest ad æqualitatem patris. Si uero ad humanam, est sensus ad dexteram, idest in potioribus bonis patris. Marc. vlt. Sedet a dextris Dei. Psal. 109. & Matt. 22. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Sed inter eos, qui habent assessores, quidam sunt simpliciter maiores, vt rex uel imperator, quidam vero non simpliciter maiores, sed secundum quid, vt præpositi, uel baliui. Sed Christus non sedet ad dexteram alicuius inferiorum iudicum, sicut alicuius præpositi, ut baliui, sed simpliciter maioris, quia; *Ad dexteram maiestatis*. Maiestas proprie est summa potestas. Esa. 6. Plena erat omnis terra maiestate eius. Pro. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Christus autẽ & si sic sedeat ad dexteram maiestatis, habet tamen & ipse maiestatem, qui habet eandem cum patre. Matt. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Luc. 9. Hunc filius hominis erubescet, cũ uenerit in maiestate sua & patris. Dicit etiam non solum maiestatis, sed etiam; *In excelsis*. idest super omnem creaturam. Ecc. 24. Ego in altissimis habito, Sic ergo sedet in excelsis, quia eleuatus est super omnem creaturam. Psal. 8. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Et secundum quod dicit Chrysostomus, Apostolus in loco isto tenet modum uolentis instruere paruulũ, qui nõ statim proponit ei summa, sed paulatim pducit eũ, modo loquendo ardua, modo pponendo infima, ita etiam modo proponit diuina cũ dicit; *In filio*, modo humana, cũ dicit; *Quem constituit hæredem &c.* Et sic de aliis, ut patet in Glosa.

LECTIO III.

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrẽ

LECTIO TERTIA.

SICVT supra dictum est, Apostolus in toto capitulo intendit præferre Christum angelis quantum ad excellentiam, vnde posuit quatuor pertinẽtia ad excellentiam Christi, scilicet quantum ad originem: quia; *Filius*: quantum ad dominationem quia: Hæres: quantum ad operationem, quia; *Ipse fecit sæcula*. quantũ ad honorem, quia; *Sedet ad dexteram maiestatis*. Modo Apostolus in parte ista ostendit, quòd Christus quantum ad ista quatuor excedit angelos: & primo quantum ad filiationem; secundo, quantum ad dominationẽ, ibi; *Et cum iterum introducit*. tertio, quantum ad operationem creationis, ibi; *Et tu in principio Domine terram fundasti*. quarto, quantum ad patris confessionem, ibi; *Ad quem autem angelorum*. Circa primum duo facit: quia primo præmittit intentum: secundo, propositũ probat, ibi; *Cui enim dixit*. Dicit ergo; *Tanto melior angelis*, idest sanctior, & ideo propinquior, in quo proponit excellentiam Christi ad angelos. Eph. 1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestibus

bus super omnem principatum & potestatem. Sed tunc oritur quæstio: quomodo Apostolus hoc intelligit, vtrum secundum diuinam naturam, uel humanam: quia secundum diuinam non videtur verum, quia secundum illam genitus est, non factus: secundum uero humanam non est melior angelis, ut infra 2. cap. Eum autem, qui modico, q̃ angeli &c. Sed dicendum est, q̃ Christus secundum humanam naturam duo habuit in uita ista, scilicet infirmitatem carnis, & sic fuit minoratus ab angelis infra 2. cap. Eum qui modico &c. Item habuit gratiæ plenitudinem, & sic etiam in humanitate maior fuit angelis in gratia, & gloria. Ioan. 1. Vidimus eum quasi unigenitũ a patre, plenũ gratiæ & veritatis. Sed hic non est intellectus. Apostolus enim non intelligit, quòd melior fuerit quantum ad gratiam: sed propter unionem humanæ naturæ ad diuinam: & sic dicitur factus, inquantum per illius vnionis factionem peruenit ad hoc, quòd esset melior angelis, & diceretur & esset filius Dei. Et ideo subdit; *Quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Et quantum ad hoc nomen, ostendit differentiam quantum ad tria, scilicet quantum ad nominis significationem, quia proprium nomen angelorum est, quòd dicuntur angeli, quod est nomen ministri. Angelus enim idem est, quod nuntius. Nomen autem propriũ Christi est, quòd dicitur filius Dei: & hoc nomen est ualde differentius ab illo, quia quantamcumque differẽtiam ponis, adhuc est maiorem dare, cum distent in infinitum. Pro. 30. Quod nomen eius? & quod nomen filii eius si nosti? Est enim nomen filii eius sicut & patris, incomprehensibile. Philip. 2. Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed forte dices, quòd etiã angeli dicuntur filii Dei Iob. 1. & 2. Cum assisterent filii Dei coram domino &c. Dicendum est, quòd si dicuntur filii Dei, hoc non est essentialiter & per naturam, sed per quandam participationem. Ipse autem est essentialiter filius Dei, & ideo habet nomen differentius præ illis, & hoc est secundum: quia differunt quantum ad modum. Psal. 88. Quis est similis Deo in filiis Dei? quasi dicat, Nullus per naturam. Quantum ad tertium dicit, quòd illud nomen hæreditauit. Hæreditas enim cõsequitur originem. Vnde Christus, quòd filius sit, habet ex origine, & per naturam: angeli autem ex dono gratiæ. Matt. 21. Hic est hæres. Vnde ipse nomen hæreditauit, non autem angeli & hæc est tertia differentia. Deinde cum dicit; *Cui enim dixit aliquando angelorum* probat, quod dixit, & primo agit de nomine secundum quòd conuenit Christo secundum diuinitatem: secundo, secundum humanitatem, ibi; *Et rursus, Ego ero &c.* Quantum ad primum inducit authoritatem. Psal. 2. Dominus dixit a me &c. Et hoc est; *Cui enim angelorum &c.* Quasi dicat, Nulli angelorum dicta sunt hæc uerba, sed tantum Christo. Vbi tria possunt notari. Primo, modus originis in uerbo, Dixit. Secundo, singularitas filiationis, ibi; *Filius meus es tu.* Tertio, eius authoritas, ibi; *Ego hodie.* Modus iste non est carnalis, sed spiritualis & intellectualis. Deus enim spiritus est. Ioann. 4. Et ideo non generat carnaliter, sed spiritualiter & intellectualiter. Intellectus autem dicendo, generat uerbum, quod est conceptus eius, & ideo signanter dixit, quòd dominus dixit a me, idest pater dixit filio. Dicere ergo intellectus patris, nihil aliud est, q̃ in corde uerbum concipere. Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Iob. 33. Semel loquitur, & secundo idipsum nõ repetit. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodii. Sed quantum ad secundum, generatio ista est singularis, quia dicit; *Filius meus es tu.* Quasi dicat. Et si multi alii filii dicuntur, tamen esse filiũ naturalem est sibi proprium: alii autem dicuntur filii Dei, quia sunt participes verbi Dei. Ioann. 10. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, sed Christus est ipsum verbum. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus. Sed quantum ad tertium, ista generatio non est temporalis, sed æterna, quia hodie genui te. Differt autem tempus ab æternitate, quia tempus uariatur sicut motus, cuius mensura est in uariatione & successione. Et ideo nominatur per successionem præteriti & futuri. Aeternitas autem est mensura rei immobilis, & ideo non est ibi variatio per successionem, sed semper est præsens: & ideo notatur per aduerbium præsentis temporis, scilicet hodie, idest in æternitate. Verum quia illud quod fit, quia nondum est, incompletum per consequens est, quod autem factum est, completum est, & ita perfectum: ideo non dicit genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione, & per consequens in defectione, addit hodie & coniungit præsenti præteritum, scilicet hodie & genui, vt scias ipsam generationem semper esse, & perfectam esse, & sic in hodie permanentia, in genui uero perfectio designatur: vt sit sensus: perfectus es fili, & tamen generatio tua æterna est, & semper a me generaris: sicut lumen in aere perfectum est, & tamen semper procedit a Sole. Mich. 5. Egressus eius a principio a diebus æternitatis. Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Posset etiam hoc exponi de generatione temporali, ut dicat hodie, idest in tempore genui te. Consequenter cum dicit; *Et rursus, ego ero illi in patrem &c.* Propositum ostendit, secundum quod conuenit Christo, secundum humilitatem, & hoc per aliam authoritatem, secundum Glos. istud dicitur in Esa. Ego ero illi in patrẽ. Sed tamen non inuenitur aliquid huic simile in Esaia, nisi illud, Et filius datus est nobis. Sed 2. Reg. 7. & 1. Para. 28. Habentur ista eadem verba Domini dicentis ad Dauid de Salomone, per quem figurabatur Christus, Sciendum est autem, quòd in uetẽri testamento quædam dicuntur de eo quod est figura, non inquantum quædam res, sed inquantum est figura, & tunc non exponitur de illo, nisi inquantum refertur ad figuratum. Verbi gratia: in Psal. 71. quædam dicuntur de Dauid, vel de Salomone, inquantum figurabant Christum tantum: quædam uero etiam secundum quòd sunt homines quidam: & istorum dicta de ipsis possunt exponi & de Christo: sicut illum, Deus iudicium tuum regi da: quia illud potest conuenire Salomoni. Illa uero quæ dicuntur de ipsis inquantum sunt figura, nunquam de ipsis possunt exponi, sicut illud, Et dominabitur a mari vsque ad mare &c. Quia nullo modo verificari potest de Salomone, Sic & in prpopósito, licet ista dicta sint de Salomone, tamen possunt exponi de Christo qui præfigurabatur per illum. Dicit ergo; *Ero*, quod est futuri temporis, ad denotandum, quòd incarnatio filii futura erat in tempore. Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis &c. Supra uero cum loquebatur de æterna generatione, dixit; *Et tu*, quasi sine motu: hic autem cum loquitur de temporali, dicit, In filium: quod denotat terminum alicuius motionis. Assumptio enim importat motum in filiationem. Et quia omnis motio fit per operationem alicuius terminatam ad aliquem effectum, ideo primo, ponit operationem facientis, quia non uirtute humanitatis facta est assumptio, sed diuinitatis, cũ dicit; *Ego ero illi patrem*, idest assumam eum ad vnionem personæ filii. Et subiungit effectum consecutum, quia scilicet est susceptus in unitatem personalem filii; *Erit mihi in filium.* De primo dicitur Luc. 1. Virtus altissimi, scilicet facientis assumptionem, obumbrauit tibi. De secundo. Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Iterum: ego ero illi, idest ad honorem & vtilitatem suam clarificabo ipsum. Ioa. 14. Clarifica me pater. Et ipse erit mihi, idest ad honorem meum, manifestando nomen meum hominibus. Ioan. 14. Manifestaui nomen tuum &c. Deinde cum dicit; *Et cum iterum &c.* Agit de dominatione Christi, qua est hæres vniuersorum. Vbi tria facit, quia primo ostendit dominium eius, & præcipue super angelos: secundo, ponit rationem dominii illius ex parte angelorũ, ibi; *Et ad angelos.* Tertio, ex parte Christi, ibi; *Ad filium autem.* Quantum ad primum inducit authoritatem. Psal. 96. Cum dicit, Adorate eum omnes angeli eius, hoc habetur in Psal 96. Dominus regnauit exul. &c. Adoratio enim non fit nisi Domino. ergo si angeli eum adorant, Dominus illorum est. Volens Apostolus inducere hanc authoritatem. Primo tangit intentionem Psalmistæ, cum dicit; *Et cum iterum introducit &c.* Vt Psalmista loquatur de aduentu Christi in mundum. Et ideo dicit. Et cum scriptura introducit, idest introducendum dicit primogenitum &c. quasi dicat. Iam dictum est, quòd Christus est filius præ angelis. ergo est principaliter a patre genitus. Est ergo dicendus primogenitus. Roman. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hic autem primogenitus debebat introduci in orbem &c. Et uide quàm ordinate loquatur Apostolus. Primo enim dicit ipsum esse a patre ibi; *Ego ero illi in patrem.* Secundo, assumptum in unitate personæ, ibi; *Et ipse erit mihi in filium.* Sed modo proponit eum in notitiam hominum. Vocat autem incarnationem introductionem in mundum. Sed contra. Ipse Christus uocat eam exitum. Ioan. 16. Exiui a patre & veni in mundum. Et dicendum est, quòd exitus est etiam introductio, sicut si aliquis reconciliandus sit principi, primo, exit ad eum mediator, & post introducit eum. Simile habetur 1. Reg. 20. de Dauid ad Ionatam. Sic Christus mediator Dei & hominum, primo, exiit ad homines, & postea introducit eos reconciliatos. infra 2. Qui multos filios adduxerat in gloriam &c. Vel; *Introducit*, idest inducit eum usque in corda hominum, quia scriptura loquens de aduentu Christi, dicit eum suscipiendum intra corda hominum. Ista autem receptio fit per fidem. Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Psal. 95. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Quando enim scriptura dicit, quòd gentes debent credere, dicit quòd Christus intraturus est in corde

angeli Dei. Et ad angelos quidẽ dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammã ignis.

& ipse erit mihi in filiũ? Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terræ, dicit, Et adorẽt eum oẽs

in corde ipsorum. Hoc autẽ, quod dicit. *Iterum*, multipliciter exponitur. Dicit enim Chrysost. q̃ de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, non loquitur scriptura semel, sed iterum atque iterum. Vel aliter: quia ipse primo erat in mundo per potentiã diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eum in mundum, secundũ præsentiam humanitatis visibiliter. Vel aliter, quia supra dixerat, Ero illi in patrem, idest assumam in vnitatem personalem mei. Et cum iterum introducit eum, scilicet istum primogenitum & assumptum ad vnitatem personæ, quia non sufficeret dicere, quòd introducitur, nisi dicatur qualiter introducatur, quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorent eum omnes angeli. Nec. 9. Exercitus cæli te adorat. Apocal. 7. Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt & adorauerunt, &c. Deinde cum dicit. *Et ad angelos, &c.* Ponitur ratio ex parte angelorum, quare eum adorant, quasi dicat, Iustum est, quòd adorent, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminando intellectum. Ioan. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Aliquando vero mouet ad opus. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primum facit Deus in nobis mediantibus angelis. Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. Secundum etiam facit in nobis, ipsis mediantibus, sicut dicit Dionys. 4. capit. cælestis hierarchiæ. Inquantum ergo illuminat per ipsos, dicũtur nuntij. Nuntij enim est nuntiare ea, quæ sunt in corde Domini sui. Inquantum vero sunt mediatores operum diuinorum, dicuntur ministri. Psalm. 102. Ministri eius, qui faciunt voluntatem eius. Sunt ergo & nuntij & ministri, sed quales sint, describit eos per duas res corporales maxime ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietas multum conuenit nuntio. Ministro autem proprietas ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressionis. Item, optime reddit recepta. Item, habet velocem motum. Hæc autem debet habere bonus nuntius, vt scilicet bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrumque velociter faciat. Ista bene conueniunt angelis. Optime enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda secundum Dionysium. Matth. 18. Et angeli eorum in cælis, &c. Item optime reddunt, quod significatum est. Apocal. 1. Significauit Deus, quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, &c. Item, sunt veloces. Esa. 18. Ite angeli veloces, &c. Iti autem dicuntur spiritus, quia omnis substantia inuisibilis, dicitur spiritus: unde & aer dicitur spiritus. Item sunt ignis, inquantum ministri. Ignis autem inter omnia elementa est maxime actiuus, & efficax ad agendum. Vnde in Psalm. 103. de Angelis vbi dicuntur ministri eius, ibi additur. Et ministros tuos ignem vrentem. Item, ignis calorem causat per quod designatur charitas. Cant. 8. Lampades ignis atque flammarum. Vnde describuntur in igne, & dicuntur Seraphim. Esa. 6. Item, ignis semper mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quæ agũt, semper referunt in gloriam Dei, sicut patet de angelo. Thob. 12. Benedicite Deum cæli, &c. Non dicit, benedicite me, sed Deum cæli. Non sic de malo angelo, qui dicit Matth. 4. Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tamquam bonus minister dicit Apocal. vlt. Vide ne feceris, & sequitur, Deum adora.

LECTIO QVARTA.

SVPRA probauit Apostolus per authoritatem angelos esse ministros: hic probat hoc per rationem sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hic probare regiam dignitatem Christi, vbi duo facit. Primo enim, commendat regiam dignitatem ipsius Christi. Secundo, eius ad illam dignitatem ostendit idoneitatem, ibi. *Propterea unxit te Deus.* Circa primum tria facit. Primo, commendat Christi regiam authoritatem. Secundo eius regiminis æquitatem, ibi. *Virga æquitatis.* Tertio, regiminis bonitatem, ibi. *Dilexisti iustitiam.* Dicit ergo. *Ad filium autem.* Dicit. *Thronus tuus, &c.* Et sunt verba Dei patris loquentis per linguam prophetæ, sicut per calamum scribæ. Dicit ergo. O Deus fili, thronus tuus, &c. In quo denotatur regia maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistri, tribunal autem sedes iudicis, quæ omnia conueniunt Christo, quia ipse est rex noster Luc. 1. Regnabit in domo Iacob, & ideo

LECTIO II.

AD filium autem. Thronus tuus Deus in sęculum sęculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, ꝓpte-

conuenit ei thronus. Psalm. 88. Thronus eius sicut Sol. Ipse est magister Ioan. 3. Scimus, quia a Deo venisti magister, ideo competit ei cathedra. Ipse iudex noster Esa. 33. Dominus Iudex noster. Dominus legifer noster, & ideo congruit sibi tribunal. 2. Corrinth. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi &c. Competit autẽ thronus Christo secundum naturam diuinam, inquantum est Deus. Psalm. 46. Rex omnis terræ Deus, sed secundum quòd homo, conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo, Hic thronus est perpetuus. Luc. 1. Et regni eius non erit finis. Dani. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur. Patet autem, quòd regnum illud est æternum, & inquantum sibi conuenit ex natura, quia est Deus. Psalm. 144. Regnum tuum regnum omnium sæculorum. Item, inquantum sibi conuenit, vt homo, & hoc duplici ratione. Vna, quia regnum illud non ordinatur ad temporalia, sed ad æterna. Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat, vt homines dirigat ad vitam æternam: Non autem sic est de regno hominum, vnde regnum illorum finitur cum vita præsenti. Alia ratio est, quia ecclesia, quæ est regnum eius, durat vsque ad finem mundi, & tunc tradet Christus regnum Deo & patri consumandum, & perficiendum. Consequenter commendat regnum eius ab æquitate, cum dicit; *Virga æquitatis &c.* Conuenienter autem describitur regnum per virgam. Differt enim regimen tyrannicum a regimine regis, quia regimen tyrannicum est ad vtilitatem suam cum grauamine subditorum, regimen autem regis, principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorum. Et ideo rex est, pater, & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psalm. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Item, pastor vtitur virga in directione gregis. Mich. 7. Pasce populum tuum in virga tua. Virga etiam sustentat infirmos. Psalm. 22. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Item, virga conturbat hostes. Nume. 24. Consurget virga de Israel & percutiet duces Moab. Sed hæc est virga æquitatis. Esa. 11. Arguet in æquitate pto mansuetis terræ. Sed sciendum est; quòd aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea, quæ iusta sunt secundum se. Contingit autem, quòd aliquid de se iustum est, quod tamen comparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur, & ideo oportet, quòd ius commune ad hoc applicetur, & si hoc fiat, tunc est regimen æquitatis. Regnum veteris testamenti erat secundum rigorem iustitiæ. Act. 15. Onus, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Sed regnum Christi est regnum æquitatis & iustitiæ, quia in ipso non imponitur nisi suauis obseruantia. Matth. 11. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue & Psalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Consequenter cum dicit; *Dilexisti &c.* Bonitatem regentis commendat. Quidam enim seruant æquitatem, non tamen propter amorem iustitiæ, sed magis propter timorem, vel gloriam, vel metum, & tale regimen non durat. Sed iste seruat æquitatem propter amorem iustitiæ. Dicit ergo; *Dilexisti iustitiam.* Quasi dicat, Hoc quòd virga est æqua & directa, hoc est, quia dilexisti iustitiam. Sapien. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Non autem est iustus, qui non amat iustitiam. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Sed aliqui quidem diligunt iustitiam, sed sunt remissi in correctione iniquitatis, sed Christus odit, idest reprobat iniquitatem, Psalm. 118. Iniquos odio habui. Sapien. 14. Similiter odio sunt Deo, impius & impietas eius. Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores & misertus est pænitentibus & ideo dicit, & odisti iniquitatem. Deinde cum dicit; *Propterea unxit te Deus.* Ostendit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum, vbi dubitatio est de hoc, quod dicit, propterea &c. In verbis istis agitur de spirituali vnctione, qua Christus est repletus Spiritusancto. Numquid enim ideo repletus est, quia dilexit iustitiam? Ergo meruit gratiam, quod est contra illud Rom. 11. Si ex operibus iam non ex gratia, & hæc est ratio communis. Sed specialiter ad propositum, quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus Spiritusancto. Ioan. 1. Plenum gratia & veritate. Non ergo meruit. Respondeo. Hic est cauendus error Origenis. Voluit enim, quòd omnes spirituales creaturæ, etiã anima Christi a principio creatæ fuerunt, & secundum

ꝓ plus, vel minus adhæserunt Deo, vel diuerterunt ab ipso per libertatem arbitrij sui, facta est distinctio inter angelos & etiam animas. Vnde in Peryarchon dicit, quòd anima Christi, quia uehementius adhæsit Deo, diligẽdo iustitiam, & odiendo iniquitatem, quòd meruit maiorem plenitudinem gratiæ præ cunctis substantijs spiritualibus. Sed hoc est hæreticum dicere, quòd scilicet quæcũque anima, vel etiã anima Christi, creata fuerit ante corpus, quod etiam specialem rationem in Christo habet, quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatum corpus, & totum est assumptum a filio Dei. Quid ergo dicit, propterea? Vna Glo. videtur sentire cum Origene. Sed si volumus eam saluare, dicemus quòd in scriptura dicitur aliquid fieri quando innotescit, sicut cum dicitur Phil. 2. Factus est obediens, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi no.&c. Nunquid Christus merito passionis meruit esse Deus? Absit. Hic enim est error Fotini. Dicendum est ergo, quòd Christum esse Deum excedit omnẽ meritum, sed per passionem meruit, quòd manifestetur ubique esse Deum & quòd Deus dederat illi tale nomen, &c. Ita hoc quod dicit hic, propterea vnxit te Deus, &c. Vt sit sensus. Ex hoc quòd tu dilexisti iustitiam, meruisti quod hoc innotescat. Vel aliter & melius, ita qũòd ly propterea, non dicat causam meritoriam, sed finalem, quasi dicat. Ad hoc, quòd illa haberes, scilicet thronum perpetuũ uirgam æquitatis, &c. Quæ dicta sunt, propterea unxit te Deus oleo, scilicet sanctificationis, quod Dominus mandauit fieri Exod. 30. Quo ungebantur vasa & sacerdotes. Leuit. 8. & 9. & Reges, vt patet de Dauid. 1. Reg. 16. & Salomone. 3. Reg. 1. Item Prophetæ, vt patet de Heliseo. 3. Reg. 19. Sed quare fiebat ista sanctificatio per vnctionem? Ratio est literalis. Homines enim orientales pro celebritate vngebantur ne consumerentur, eo quòd sunt in regione multum calida. Pauperes etiam vngebantur ad festiuitatem. 4. Reg. 4. Non habeo ancilla tua, nisi parum olei quo ungar. In scriptura autem, diuina traduntur nobis per modum quo homines solent uti. Quia ergo tunc vngebantur homines, vel propter celebritatem festi, vel celebritatem personæ, ideo ad ostendendum excellentiam Christi, dicit eum unctum. *Oleo exultationis.* Ipse enim est rex. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Et. 33. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Est etiam sacerdos. Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Fuit etiam propheta. Deuter. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus. Et conuenit sibi ungi oleo sanctificationis & exultationis. Ab ipso autem sunt sacramenta, quæ sunt uasa gratiæ. Esa. 22. Suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius uasorum diuersa genera, &c. Conuenit etiam ista unctio Christianis. Sunt enim reges & sacerdotes. 1. Petr. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Item, habet spiritum sanctum, qui est prophetiæ spiritus. Iohel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c. Et ideo omnes uncti sunt inuisibili unctione. 2. Cor. 1. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, & qui signauit nos & dedit, &c. 1. Ioan. 2. Vos unctionem habetis a sancto & nostis omnia. Sed quæ comparatio est, inter Christum unctum, & Christianos vnctos? Ista scilicet, quia ipse habet eam principaliter & primò, nos autem & alij ab ipso effusam. Psalm. 127. Sicut unguentum in capite, &c. Et ideo dicit *Præ participibus tuis.* Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Vnde alij dicuntur sancti, ipse uero sanctus sanctorum. Ipse enim est radix omnis sanctitatis. Dicit autem oleo lætitiæ, vel exultationis, quia ex ista unctione procedit spiritualis lætitia. Roman. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Gal. 5. Fructus aut spiritus, est charitas, pax, gaudium. Psalm. 103. Vt exhilaret faciem in oleo. Esa. 61. Oleum gaudij pro luctu, &c. Illud autem, quod bis dicit. *Deus Deus.* Dupliciter exponitur. Vno modo, quòd repetatur nominatiuus casus, ut sit sensus, Vnxit te Deus per seipsum Deum, nos autem per te mediatorem Dei, & hominum hominem Christum. 2. Petr. 1. Per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit. Alio modo, quia secundum August. in Glo. alterum est nominatiui casus, alterum vocatiui, vt sit sensus. O Christe, qui es Deus filius, Deus pater vnxit te, &c. Et quòd debeat sic exponi magis patet in Græco. Sed cum Christus non sit unctus secundum quòd Deus, quia sic non conuenit sibi recipere Spiritum sanctum, sed magis alijs dare, secunda expositio non videtur esse vera. Respondeo, Dicendum est, quòd idem est in persona & Deus & homo, tamen vnctus est inquantũ homo. Et cum dicitur o Deus &c. & vngens est Deus & homo, & vnctus similiter est deus & homo, & vnum cum ipso in persona.

rea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

LECTIO V.

ET tu in principio Dñe ter

LECTIO V.

SVPRA præmiserat Apostolus quatuor, in quibus Christus excellit angelos & probauit duo illorum, scilicet & quòd excedit eos, quia est filius, & quia est hæres, nunc probat tertium, scilicet quòd excedit eos in virtute operationis, quia per eũ pater fecit & sęcula. Hoc autem probat Apostolus ex authoritate eiusdem prophetiæ, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit virtutem operationis, inquantum creator. Secundo, quantum ad differentiam creatoris ad creaturam, ibi; *Ipsi peribunt.* Circa primum duo facit, quia primo ponit creationem terræ, secundo cœlorum, ibi *Et opera manuum,* Sciendum est autem circa primum, quòd hoc potest dupliciter legi. Vno modo, vt sit sermo prophetæ directus ad patrem, vt sit sensus; *Tu Domine*, scilicet Deus pater; *Fundasti terram in principio*, idest in filio tuo qui est principium, Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor vobis. Et hoc tantum valet ac si dixisset, Tu fundasti terram per filium. Psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti. Filius autem est sapientia genita, vnde supra dixit eũ splendorẽ glorię. Et hoc qũod dicit hic, respondet huic quod supra dixit, Per quem fecit & sęcula. Alio modo, quòd sit sermo directus ad filium, sic *Et tu Domine*, scilicet fili, fundasti terram in principio, scilicet temporis, vt excludat opinionem ponentium æternitatem mundi, vel in principio, scilicet productionis rerum, vt excludat opinionem dicentium, corporalia non fuisse creata cum spiritualibus, sed post. Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Eccle. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Sciendum est autem, quòd tripliciter potest distingui terra a cœlo. Vno modo & ad literam, quòd per terram intelligatur elementum terræ, per cœlum autem superiora corpora, vt sicut Moyses non facit mentionẽ de aere, quia est cum aqua, ita hic intelligit per cœlum, ipsum cœlum & alia duo elementa, scilicet aerem & ignẽ quæ magis accedunt ad naturam cœli, quod patet ex loco ipsorum. Sic etam accipit Moyses. Genes. 1. Et dicit; *Fundasti,* Vt ostendat tria ad terram pertinere, primo quidem terræ quietem, omnia enim alia participant motum, sola autem terra secundum totalitatem suam immobilis perseuerat, vt sit sensus *Fundasti.* idest firmasti. Psalm. 103. Qui fundauit terram super stabilitatem suam. Secundo, vt ostẽdat terræ perpetuitatem, nam fundamentum ædificij inter alias eius partes stabilius est. Terra autem in æternum stat Eccles. 1. Et secundum hoc dicit *Fundasti terram.* idest perpetuo solidasti. Tertio, vt ostendat terræ ordinem, quia sicut fundamentum, quod est prima pars edificij est in imo, ita terra inter omnia elementa tenet locum imum. Esa. 48. Manus mea fundauit terram. Psalm. 94. Aridam fundauerunt manus eius. Non autem dicit fecisti cœlos. sed *Opera manuum tuarum, sunt cœli.* quia illud quod aliquis facit manibus, magis diligenter videtur facere. Et ideo sic loquitur ad designandum nobilitatem & pulchritudinem ipsorum. Esa. 48. Dextera mea mensa est cœlos. Aliter vero, quòd per terram intelligat totam naturam corporalem. Et sic terram fundasti, quia materia est locus & fundamentum formarum, per cœlos autem spirituales substantias. Psal. 148. Laudate eum cœli cœlorum Et hi sunt opera manuum eius, quia fecit eos ad imaginem & similitudinem suam. Vel per terram imperfecti in ecclesia, qui sunt fundamentum aliorum, quia nisi esset actiua in ecclesia, contemplatiua non subsisteret. Per cœlos contemplatiui. Et hæc facta in ecclesia, in principio, idest per filium. Esa. 51. Posui verba mea in ore tuo, vt fundes terram idest imperfectos & plantes cœlos, idest perfectos. Quantum autẽ ad cœlos dicit *Opera manuum tuarum sunt cœli.* Dicit autem opera manuum tuarum, & non simpliciter cœlos fecisti, propter quatuor rationes. Primo, vt excludat errorem dicentium Deum esse animam cœli, & per consequens totũ mũdũ & partes eius debere coli, vt Deus, quod & Idolatræ faciebãt, & hoc excludit cũ dicit *Opera manuũ tuarum sunt cœli,* quasi dicat, nõ sunt proportionati tibi, vt corpus animę. sed subiecti & proportionati virtuti, & volũtati tuæ. Deut. 4. Ne forte oculis ad cœlũ eleuatis, videas Solẽ & Lunã & omnia astra cęli, & errore deceptus adores ea. Secũdo, vt designet cœlorũ dignitatem & pulchritudinẽ, quia illud dicimus manibus facere, quod diligẽter facimus: vt ergo ostendat cœlos excellentiori modo, quàm alias creaturas corporales diuina sapientia conditos esse, dicit. Opera manuum tuarum sunt cœli, & hoc patet, quia diuersitas in istis inferioribus potest reduci ad dispositionem materiæ, sed diuersitas corporum cælestium, nullo modo potest reduci nisi ad sapientiam diuinã. Et inde est, quòd quandocũque fit mentio de creatione cæli, additur ibi, prudenter, vel intellectus, vel aliquid huiusmodi, secundũ illud Hier. 4. Stabiliuit cœlos prudenter, & secundum illud Psalmi 135. Qui fecit cœlos in intellectũ. Tertio vt ostendat, quòd in cœlis magis refulget virtus diuina creatoris secundum Glo. nihil enim est in creaturis, in cuius conditione appareat tantum uirtutis Dei, & hoc propter magnitudinẽ ipsorum & ordinem. Sap. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit horum creator videri. Quarto ad ostendendum, quòd inter omnia corpora, corpus cæleste immediatius recipit influentiam à Deo, & per ista deriuatur in ista inferiora. Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? quasi dicat. Si bene consideras dispositionem cæli, non potes attribuere causam dispositionis eius alicui rei terrenæ, sed Deo. Alio modo potest exponi, vt per terram accipiatur tota materia corporalis, per cœlos vero, spirituales substantiæ, & sic est sensus. In principio temporis, terram, idest materiam corporalem fundasti, idest, quasi fundamentum formarum stabilisti, & sic intelligitur illud Psalmi 148. Laudate Dominum de terra, &c. Sed cœli, idest substantiæ spirituales Psal. 148. Laudent illum cœli, &c. Sunt opera manuum tuarum, quia scilicet fecisti eos ad imaginem & similitudinem tuã. Tertio modo potest exponi, ut per terram intelligantur infimi in ecclesia, per cœlos uero supremi, & sic est sensus. In principio, idest per filium terram fundasti, idest actiuos & infimos in ecclesia, & dicũtur fundari, quia sunt quasi fundamentum aliorum, nam nisi essent actiui in ecclesia, viri contemplatiui non subsistentarentur, sed cœli, idest contemplatiui & perfectiores sunt opera manuũ tuarum, id est excellentiori præeminentia prædiri. Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & Esa. 1. Audite cœli, idest maiores, auribus percipe terra, idest minores. Confequenter cum dicit. *Ipsi peribunt.* Ostendit differentiam inter creatorem & creaturam, Et hoc quantum ad duo, quæ sunt propria creatori primũ est æternitas, secundum, est immutabilitas, de qua, ibi. *Et omnes ut uestimentum uetera scent &c.* Circa primũ duo facit, quia primo ponit terminationem creaturæ. Secundo interminationẽ Dei, ibi. *Tu autem permanebis.* Dicit ergo primo. *Ipsi*, scilicet cœli. *Peribunt.* Sed contra. Eccl. 1. Terra in æternum stat, ergo videtur, ꝓ multo plus cœli. Respondeo. Dicendum est, ꝓ secũdum Aug. & Philosophum, in qualibet mutatione est generatio & corruptio. Vnde quicquid mutatur, perit a statu in quo erat. Ergo quod dicit, ꝓ cœli peribunt, non intelligitur quantum ad substantiam, de qua Iob. 37. Qui solidissimi quasi ære fusi sunt, sed quantum ad statum quem nunc habent. Apoc. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam. 1. Cor. 7. Præterit figura mundi huius. Sed quomodo mutabunt statum? Diuersimode: quia cœli superiores mouentur quidem secundum locum, sed nõ alterantur. Inferiores uero, s. ignis & aer & mouentur & alterãtur & corruptioni sunt subiecti. Sic ergo status omnium cælorum est mutabilis, sed tũc motus cessabit in superioribus, & corruptio in inferioribus, quia aer igne cõflagrationis purgabitur. 2. Per. 3. Cœli qui nũc sunt & terra eodẽ uerbo reposita, sũt igni reseruati in die iudicij, &c. Omnes peribũt a statu in quo nũc sunt, & sic quodãmodo peribũt, sed tu Dñe permanebis. Psal. 101. Tu autẽ Dñe in ęternũ pmanebis. Hic ostendit permanentiam creatoris, quasi dicat: in te nulla est transmutatio nec vicissitudinis obũbratio, vt Iac. 1. dicitur. Psal. 102. Tu autẽ Dñe in æternũ permanebis, solium tuũ in generatione & generatione: quod potest etiã intelligi de Christo homine infra. vlt. Iesus Christus heri & hodie ipse & in sęcula. Deinde cum dicit. *Et omnes, &c.* Ostendit differentiã Dei ad creaturam, quantum ad immutabilitatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit mutabilitatem creaturæ. Secũdo, immutabilitatem Dei, ibi. *Tu autem idem.* Et adhuc circa primũ duo facit, quia primo describit rationem mutabilitatis creaturæ. Secundo subdit illam mutabilitatem, ibi. *Et uelut amictum.*

Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es

Circa primum autem sciendum est, quòd vetus & nouum, cõsequuntur tempus. Vnde veterascere non potest, nisi quod aliqualiter mensuratur tempore. Motus autem cælorum mensuratur tempore, sed ipsum mobile mensuratur ipso nunc tẽporis. ergo in cælo possunt inueniri nouitas & vetustas. vnde non veterascent cæli quasi substantia eorum minuatur, vel corrumpatur in aliquo, sed tantum quãtum ad diuturnitatem temporis, quo amplius non mensurabuntur. & ideo dicit. Sicut vestimentum &c. Quia causa mutationis cęlorum, non erit propter defectum virtutis ipsorum, quæ in aliquo minuatur, quia si motus ipsorum, cessaret propter defectum virtutis, iam cessatio haberet causam naturalẽ & posset deprehendi ratione naturali, cuius contrarium dicitur. Matth. 24. De die autẽ & hora illa nemo scit neq; Angeli in cælo &c. ergo erit propter necessitatẽ finis: quia omnes creaturæ corporales ordinantur ad spirituales, & totus motus deseruiens generationi & corruptioni ordinatur ad generationẽ hominis. Cessante ergo generatiõe hominis, quod erit quãdo cõpletus erit numerus electorũ & prædestinatorũ, cessabit motus ille. & ideo dicitur vestimentũ, quod sumitur ad vsum, & cessante vsu deponitur, sicut homo calidũ vestimẽtũ deponit veniente æstate, & frigidũ veniente hieme. Sic ergo status mundi, qui nunc est cõmodatus isti fini, cũ cõpletus fuerit numerus ille electorum, iam amplius non erit accõmodatus nec necessarius, & ideo sicut vestimentũ deponetur. Luc. 21. Cælum & terra transibunt. Consequenter ponit ipsam mutabilitatẽ, cũ dicit. *Et velut amictũ mutabis eos,* scilicet cælos: & bene dicit, Mutabis tu Deus, quia nõ propria virtute nec per se, sed virtute Dei mutabuntur a motu, sicut amictum, qui ad vsum sumitur, & post vsum deponitur ẽm congruentiã tẽporis & finis. Et dicit amictũ, quia per amictum gloria hominis & manifestatur & tegitur. Ita etiã Deus per creaturas & occultatur nobis & manifestatur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Sapien. 13. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit horũ creator videri &c. Et dicit mutabunt, quia in perpetuũ mutati permanebũt. Itẽ, quãtũ ad cælos spirituales, qui pereũt a vita præsenti per mortẽ corporis. Rom. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terrã, quæ nõ reuertẽtur. Esa. 57. Iustus perit & nemo ẽ &c. Itẽ veterascẽt, quia vt dicitur infra. 8 Qd antiquatur & senescit, ꝓpe interitũ est. *Et mutabis.* s. ẽm corpora, quãdo corporale hoc induet incorruptionẽ. 1. Cor. 15. Et mutabũtur ẽm mentẽ, quãdo a visione ęnigmatica assumẽtur ad speciei visionẽ. Iob. 14. Cũctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Deinde subiungit immutabilitatẽ Dei cũ dicit *Tu autẽ idem ipse es.* Vbi duo facit. Primo. n. ponit intẽtũ. Secũdo, ostẽdit hoc per signũ ibi *Et anni tui.* Dicit ergo, Ipsi peribũt *Tu autẽ.* s, Dei filij, & hoc cõtra Arrianos *Idem ipse es*, i. idẽ perseueras numquã mutaris. Malac. 3. Ego Deus & nõ mutor. Iac. 1. Apud quẽ nõ est trãsmutatio &c. Et signũ huiꝰ immutabilitatis ponit cũ dicit *Anni tui non deficient.* Vbi sciẽdũ est, ꝓ anni Dei licũtur duratio eius, sicut & anni hominis: duratio aũt hominis deficit dupliciter: scilicet secundũ partes & secundum totum, secundum partes quidem: quia cum sit temporalis, vna pars succedit alteri. & vna adueniente, deficit altera. Deficit etiam secundum totum, quia ex toto desinit esse. In duratione vero Dei neutrum horum est, quia non deficit secundum totũ, quia est semper. Psalm. 91. Tu autem altissimus in æternum Domine. Item, nec secundum partes, quia æternitas est tota simul, & quid stans. Iob. 36. Numerus annorum eius inæstimabilis &c. Sed cum sit vna & immutabilis, quare anni vocantur in plurali, & non annus in singulari? Ratio huius est, quia intellectus noster accipit cognitionem intelligibilium per sensibilia, quia omnis nostra cognitio incipit a sensu. Vnde & Deus, qui est omnino simplex, describitur sub similitudine corporaliũ. Esa. 6. Vidi Dñm sedentẽ &c. Ita ẽt duratio eius a nobis describitur per aliqua nobis nota, cũ tñ sit vniformis & simplex. Vñ aliquãdo dicitur annus, aliquando dies & mensis, quia omnes differentias temporis includit.

& anni tui non deficient.

LECTIO VI.

AD quem autẽ angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis, quoadusq;

LECTIO SEXTA.

SVPRA probauit Apostolus tria de Christo, in quibus excedit angelos, hic probat quartum quod præmiserat de ipso scilicet, ꝓ sedet ad dexterã maiestatis, quod pertinet ad dignitatem

gnitatem eius. Et circa hoc duo facit. Primò enim inducit authoritatem Dauid hoc ostendentem. Secūdo ostendit angelos ab hac dignitate deficere, ibi *Nonne omnes sunt administratorij spiritus.* Circa primum duo facit, quia primo describit dignitatem Christi, Secundo ostendit per signū, ibi *Quoadusque ponam.* Dicit ergo, *Ad quem autē angelorum dixit aliquādo Deus.* Quasi dicat, Non inuenitur, ꝙ hoc Deus dixerit angelo, sed dixit Christo, Et ipse Christus, Matth. 22. Inducit hoc de se dictum. Hoc autē, quod dicit: *Sede a dextris meis*, potest referri ad diuinam naturā in qua Christus æqualis est patri, quia habet & iudiciariam & regiam potestatem æqualem patri, Ioan. 16. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Ipse verò pater ab æterno dixit: quia dicendo filiū generauit, & generando dedit ei æqualitatem patris. Potest etiam referri quantum ad humanam naturam, secundū quam sedet in bonis potioribus patris. Tunc autem pater dixit, quādo humanæ naturæ uerbum suum uniuit. Hoc autem magis supra expositum est vbi dixerat, Sedet ad dexteram. Consequenter cum dicit *Quoadusque* ostendit per signum dignitatē Christi: vbi occurrit duplex dubitatio. Vna, quia ab æterno omnia sunt subiecta filio inquātū Deus. Item quia in resurrectione Christus dicit, Data est mihi omnis potestas. Quid ergo expectat subijciendum scabello suo? Et sciendum est, ꝙ aliquid potest esse in potestate alicuius dupliciter. Vno modo quantum ad authoritatē, & sic omnia ab æterno quantum ad præordinationem fiendorum, & in tempore quo fuerunt, subiecta sunt filio Dei inquantū Deus, sed a principio conceptionis inquantum homo. Alio modo quantū ad exercitium potestatis, & sic non sunt ei omnia subiecta, sed tātum in fine mundi, quia nondum exercet potestatem in omnia, subijciendo sibi omnia. Phil. 3. Secundum operationem qua possit etiam subijcere sibi omnia. Sed quid est, quòd dicit *Scabellum*? Potest dici, quòd per hoc nihil aliud intelligitur, quam plena & perfecta subiectio. Illud enim dicitur perfecte subiectum alicui quod ipse potest conculcare pedibus. Aliter etiam & faciendo vim in uerbo, quia sicut Deus est caput Christi. 1. Cor. 11. Caput Christi deus, ita pedes Christi, humanitas eius. Psal. 131. Adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius. Ponā ergo *Scabellum*, idest non solum subijciā inimicos tuos tuæ diuinitati, sed etiā humanitati tuæ. In hoc autē errauit Origenes. Ipse. n. uoluit & intellexit tantū vnū modū subiectionis, dicens. Sicut. n. nihil aliud est subijci luci, quam illuminari: ita cū Christus sit veritas, iustitia & bonitas, & quicquid tale pōt dici: nihil est aliud subijci saluatori, quā saluari. Et ideo voluit, ꝙ in fine omnia, etiā dæmones, saluarentur, quia aliter nō subijcerentur oīa Christo. Sed hoc est contra illud quod dicitur Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternū. Vnde sciēdum est, ꝙ duplex est modus subiectionis. Vnus per voluntatem subditorum, sicut boni ministri subijciuntur domino suo, puta regi, & sic soli boni subijciuntur Christo. Alius per voluntatem domini, & sic est quædam violentia ex parte subditorum. Et sic mali subijcientur Christo, non quòd velint dominium eius, sed quia Christus faciet de ipsis uoluntatem suam puniendo eos, qui noluerunt hic facere uoluntatem suam. Et hoc proprie designatur per scabellum, quia quod calcatur comprimitur, Esa. 66. Cœlum mihi sedes est, idest, cælestes, & boni, sed terra, idest, terreni & mali scabellum pedum meorum. Alia dubitatio est de hoc, quod dicit, *Quoadusque, &c.* quia si sedebit quoadusq; ponat: ergo cum posuerit non sedebit. Respondeo ꝙ huiusmodi dictiones donec &, quoadusq;, quandoq; ponuntur finite, quando scilicet, designant terminū eius cui coniunguntur, sicut cum dico, Sede hic donec ueniam. Aliquando autem tenentur infinite, quando scilicet non ponitur terminus ut cum dicitur, Iste non pœnituit donec uixit, quia nec post mortem pœnituit. Sicut enim dicit Hieron. illud oportet designari de quo posset esse dubium. Illud autem, quod non est dubium relinquitur intelligenti. Dubium autem est de aliquo utrum in uita sua pœniteat, sed quòd non post mortem suam, nulli est dubium. Sic & in proposito, cum enim modo multi impugnent & blasphement Christum, uidetur dubium utrum modo sedeat, sed non est dubium, utrum sedeat: quando omnia subiecta erunt ei, & ideo non exprimitur illud. Consequenter ostendit quòd dignitas hæc angelis non conuenit, cum dicit, *Nonne oēs sunt administratorij spiritus, etc.* Vbi tria facit, quia primo ostendit ipsorum officium. Secundo executionem officij, ibi *In ministerium*, Tertio fructus executionis, ibi *Vt hæreditatem*, Dicit ergo. Nonne omnes, &c. Psal. 102. Ministri eius qui facitis voluntatem eius. Sed contra. Dan. 7. Milia milium ministrabant ei, &c. Vbi dicit Greg. Aliqui ministrant,

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis?

F alii sunt qui assistunt. Non ergo omnes ministrant. Respondeo, dicendum est quòd sicut videmus in artificibus quòd duplex est genus artificum (quidam enim sunt quasi manu exequentes vt manu artifices: alii autem non exequuntur nec operantur manu, sed sunt artifices disponentes, & quasi pręcipientes, quid agendum) ita & in angelis est, quia quidam sunt quasi exequentes ea, quæ a diuina iussione procedunt circa nos agenda, quidam vero quasi præceptores præcipientes ea, quæ agenda sunt. Accipiendo ergo largo modo administratores tam pro exequentibus, quàm etiam pro imperātibus, sic omnes sunt administratores vel administratorij in quantū superiores exequūtur Dei volūtatem circa medios, medij circa infimos, infimi circa nos. Sed si dicātur administratorij qui exequūtur, alij aūt q īmediate accipiūt a deo assistētes, sic quidā ministrāt, quidā assistunt & tradunt alijs. G Assistētes igitur sunt qui immediate accipiūt illuminationes diuinas ab ipso Deo, vnde & nominibus relatis ad Deū nūcupātur sicut Seraphim. i. amātes Deū, Cherubim cognoscētes, Throni portātes. Ministrātes nō sunt qui ab istis accipiūt, & alij tradunt. Sed cōtra hoc esse videtur illud quod dicit Gregor. ꝙ assistere dicūtur, qui intima Dei contēplatione fruūtur. Cū ergo omnes Angeli videāt Deū per essentiā, ſm illud Mat. 18. Angeli eorū semper vidēt faciē patris mei: ergo videtꝰ ꝙ omnes sint assistentes. Respōdeo, dicēdū ꝙ quidā de primis studētibus in libris Dyonisij, volens saluare & dictū Apostoli & dictū Gregorij dixit ꝙ Angeli inferiores nō vidēt Deū per essentiā cū nō sint assistētes. Et iste fuit Iohan. Scotus, qui primo cōmentatus ē in libros Dyonisij. Sed hæc opinio heretica est, quia cū beatitudo perficiatur in visione Dei, sequeretur ꝙ Angeli inferiores nō uidentes Deum per essentiā nō essent beati. H Est ēt dictū Domini dicentis. Mat. 18. Angeli eorū &c. Et ideo dicēdū ꝙ omnes vident Deū per essentiā, nō tamē omnes assistunt. Ad cuius euidentiā sciendū est, ꝙ sicut Deus cognoscendo essentiā suā, etiā seipsum cognoscit & omnia alia a se, ita & Angeli vidētes Dei essentiā & ipsam cognoscūt & res omnes in ipso, in qua quidē visione, iō solū sunt beati: quia Deū vident, non ideo quia res in ipso cognoscunt. Vnde Augustinus in libro confessionum, Beatus qui te videt etiam si illa non videat. Qui autē te & illa cognoscit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. Visio autem qua Deum vident per essentiam, est omnibus beatis cōmunis. In visione autem qua res cognoscūt in Deo, vnus Angelorum præeminet alij, nam superiores, vtpote altioris naturæ & intellectus, plura vident in deo quàm medij, & medij quàm infimi. Vnde isti vident omnia, quæ ad eorū officium pertinent, & quæ sunt exequenda per alios, quæ I non ita perfecte vident inferiores, & ideo alijs exequēda tradunt & propter hoc isti solum assistunt, & tamen omnes vident deum, & in huius signū dicit Dionisius, quòd quibusdam angelis quærentibus, ipse Deus immediate respondet, sicut Esay. Quis est iste qui venit de Edom, & respondet ipse. Ego qui loquor iustitiam. Quibusdam vero respōdet per Angelos, sicut illud. Psalm. 23. Quis est iste rex gloriæ? Respondent Angeli & non deus, & dicunt. Dominus virtutū ipse est rex gloriæ, sic ergo patet angelorum officium. Sed contra hoc est, quia hic tangitur executio officij cum dicit *In ministerium missi*, ergo videtur per hoc, quòd omnes exequantur. Psalm. 33. Immittit angelus domini in circuitu eius &c. & Esa. 6. Volauit ad me vnus de seraphim, qui sunt i supremo ordine. ergo si illi mittuntur, multo fortius alij. Sed contra hoc est Dionisius, qui dicit quòd accepit ab Apostolo, quòd soli inferiores mittuntur & non superiores. Respondeo, quidam dicunt ꝙ superiores mittūtur & exierunt aliquando ali- K quibus causis subortis ad exteriora, sed videtur mihi ꝙ superiores quatuor, s. seraphim, cherubim, throni, et dominationes numquàm mittūtur, sed inferiores mittūtur, quod patet ex eorū nominibus. Virtutes enim mittuntur, ad mirabilia faciēda. potestates ad arcendum potestates aereas. Principatus ad gubernandum communitatē vel regnum, & sic de alijs. Dominationes autem dicuntur, quia ordinant omnia hæc inferiora. Alij autē tres ordines accipiūt nomina ex operatione, quā immediate exercent circa deum, & illā dispensant in alios. Quod ergo dicit, missi. Dicendum est ꝙ duplex est missio. Vna quæ motum localē importat, & sic mittuntur solū inferiores. Alia est missio, quæ fit per applicationem & directionem noui effectus in creatura, & sic mittuntur filius & Spiritussanctus, & hoc modo mittuntur superiores, quia virtus eorū immittitur in

in inferiores, immittenda alijs. Et quod dicit, uolauit, &c. Dicendum quòd inferiores utuntur nominibus illorum, quorū uirtute & authoritate agūt, & eis attribuūt operationes suas. Et quia ille inferior officium suum exequebatur in uirtute seraphim, ideo uocatꝰ ē nomine seraphim, nō ꝙ eēt natura seraphim. Deinde subiungit fructum officii cum dicit. *Qui hæreditatem capiunt salutis.* Et licet omnes sint uocati, nō tamen omnes capiunt hęreditatem. Qui ergo capiunt, illi percipiunt fructum missionis.

CAP. I I. LEC. I.

PROPTEREA abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tam neglexerimus salutem? Quæ cum initiū accepisset enarrandi per Dominum, ab eis qui

Hierem. 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Vel rursus cum dicit. *Propter eos qui hæreditatem &c.* ponitur executionis fructus, qui est ut homines hæreditatem B capiant salutis. Propter hoc enim est totus ordo actionis circa nos, ut compleatur numerus electorum. Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te &cæt. Et dicit. *Propter eos*. non propter omnes, quia licet omnes sint vocati, pauci tamen sunt electi, ut dicitur Matth. 24. Et dicit. *Hæreditatem*. quia ad ipsam soli filij perueniunt, Quòd si filij & hæredes. Dicit vero. *Capiunt*. quia oportet quòd labore, & studio, & solicitudine acquirāt regnum Dei. Matth. 11. Regnum cœlorum uim patitur. Illi ergo capient, qui student in se dominicas illuminationes & inspirationes immissas per Angelos bonos custodire, & effectui demandare, alias, dicetur eis, quod dicitur Hier. 41. Curauimus Babilonem, & non est sanata.

LECTIO PRIMA,

SVPRA ostendit Apostolus multipliciter eminentiam Christi ad angelos, hic ex hoc concludit, quòd magis obediendū est doctrinæ Christi, scilicet nouo testamento, quàm ueteri testamento. Et circa hoc tria facit. Primo enim ponit conclusionem intentam. Secundo inducit rationem ad conclusionem intentam. Tertio confirmat consequentiam rationis. Primum in principio. Secundum, ibi. *Si enim qui per angelos*. Tertium, ibi. *Non enim angelis*. Circa primum sciendum est, quòd Exodi. 23. Datis præceptis legis iudicialibus & moralibus, subiungit, Ecce ego mitto angelum meum. &c. Et sequitur, Obserua igitur, & audi uocem eius, &c. Si igitur mandatum angeli, per quem lex data est seruaretur, introitus disponeretur ad patriā: vnde & Matth. 19. dictum est. Si uis ad uitā ingredi, serua mādata. Oportet ergo seruare mandata illa legis, ergo oportet magis obedire mandatis eius, qui maior est angelis, per quos lex data est. Et hoc est quod dicit. *Propterea abundantius obseruare oportet ea, quæ audiuimus.* D Abdię. 1. Auditum audiuimus a dño. Abac. 3. Dñe audiui auditū tuum, & timui. Oportet ergo obseruare abundantius. Et dicit abundantius propter tria, primo propter dicentis authoritatem, quia iste creator & filius Dei, & ille creatura & Dei minister. Actu. 10. Obedire oportet magis Deo quàm hominibus, & etiā angelis. Secūdo propter dictorū utilitatem, quia sunt uerba uitæ æternę Io. 6. Domine ad quē ibimus? Verba uitæ habes, &c. illa, bonorum temporalium. Esa. 2. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. Tertio pp obseruantiæ suauitatem, quia hæc sunt suauia. 1. Io. 1. Mādata eius grauia non sunt, & Matth. 11. Iugum meum suaue est, &c. illa grauia. Act. 9. Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Secundo ostendit idem ex periculo imminente cum dicit. *Ne forte pereffluamus*. idest æternaliter damnemur. Vbi sciēdum est, quòd aliquis fluit per pęnas cor- E porales. 2. Re. 14. Quasi aquæ dilabimur super terrā; effluit per culpā, sed superefluit corporaliter per damnationem æternā, quia nec testa remanet Esa. 30. Comminuetur sicut cōminuitur lagena figuli contritione perualida, nec inuenietur de fragmentis eius testa. Consequenter inducit rationē adhoc, quæ continet unā conditionalē continentem cōparationē noui & ueteris testamenti. In antecedenti ponitur conditio ueteris testamenti. In consequenti conditio noui testamenti. Circa uetus autem tria ponit. s. legis authoritatem: secundo firmitatē ueritatis, ibi. *Qui factus est firmus*. Tertio necessitatem obseruādi, ibi. *Et omnis præuaricatio*. Primo ponit authoritatē, quia non humana rōne data est lex, sed per angelos. Gal. 3. Ordinata per angelos, &c. Actu. 7. Hic Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, &c. Nec hoc est mirū, quia ut probat Diony. reuelationes diuinarū

A illuminationū, ad nos perueniunt mediātibus angelis. Firmitatē uero ueritatis ostēdit, cū dicit. *Qui factus est firmus*, quia oē quod fuit prænunciatum in lege ueteri, totum impletū est Matth. 5. Iota unū, aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant, & Prou. 12. Labiū ueritatis, firmū erit in perpetuū, & Psalm. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Factus est ergo firmus, quia non fuit irritatus. Necessitatē ostendit qua puniuntur præuaricantes. Vnde dicit. *Et omnis præuaricatio & inobedientia, &c.*

Vbi ponit unū quod respondet duplici culpæ. s. peccato omissionis & transgressionis. Primum respondet præceptis affirmatiuis, aliud negatiuis. Primum notatur nomine inobedientię. Sed numquid inobedientia est peccatum generale? Et videtur ꝙ sic, per hoc quod dicitur hic. Ad quod dicendū est ꝙ peccatum dicitur esse speciale ex intentione specialis finis. Vnde qn aliquis non seruat præceptū hac intentione, ut contēnat præceptū, sic est speciale peccatū, sed qn ex aliqua causa, puta qn ex concupiscentia, tunc est conditio consequens peccatū, nō tamen speciale peccatum. Aliud autē uocatur præuaricatio. Psal. 118. Præuaricantes reputaui, &c. Item aliud ponit ex parte pœnę, cum dicit. *Accepit iustam mercedis retributionem.* Retributio. n. respicit quantitatem culpæ, ut qui magis peccauit, magis puniatur. Merces uero respicit qualitatem, vt qui igne libidinis peccauerit, igne crucietur. Accipiet ergo mercedē bonam pro bonis, & malam pro malis. Et sic merces accipitur in bonum & in malum, inquantum importat iustitiam distribuēdi. Iustum dicit propter æqualitatem pœnæ, ut. s. secūdum mē- C suram peccati, sit plagarum modus. De pęnis autē habetur Leuit. 26. & Deut. 28. Glo. dicit, Iustam, ne putetur perire iustitia propter misericordiam. Consequenter cum dicit. *Quomodo nos effugiemus, &c.* Ponit consequens suæ conditionalis, in quo describit conditionem noui testamenti vbi tria facit. Primo. n. ostendit necessitatem obseruandi. Secundo originem noui testamenti. Tertio firmitatem ueritatis ipsius. Secundū ibi. *Quæ cum initium accepisset*. Tertiū, ibi. *Contestante Deo*. Dicit ergo, Si sermo factus per angelos punit pręuaricatores & inobedientes, quomodo nos effugiemus, &c. In quo denotat periculum quod imminet non obseruantibus. Supra autem uetus testamentum uocauit salutem. Cuius ratio est, quia sermo ordinatur ad cognitionem tantum, hoc enim facit uetus testamentū quia per ipsum est cognitio peccati. Ro. 3. Per legem cognitio peccati. Item cognitio Dei. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Et alibi. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. Non tamen conferebat gratiam, sed in nouo testamento confertur gratia. Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, quæ ducit ad salutem æternam. Io. 6. Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum uehementer. Item, commendat ipsum ex quantitate. Et dicit. *Tantam*. i. ualde magnam. Et certe ualde magna est, si cōsideres a quibus periculis liberat, quia nō solū liberat a periculis mortis corporalis, sed etiā spiritualis. Matth. 1. Ipse. n. saluū faciet populum suū a peccatis eorū. Item magna est, quia est uniuersalis. i. nō unius populi tantū, nec ab uno periculo, sed est omniū hominū & ab hostibus omnibus. 1. Tim. 4. Qui est saluator omniū, maxime aūt fideliū. Luc. 1. Sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, &c. Itē magna est, quia æterna. Esa. 45. Saluatus est Israel in domino salute sempiterna. Et ideo non est negligenda, sed debemus esse soliciti ad obtinendū eā. Iudic. 18. Vidimus terrā ualde opulentā & uberē. Et sequitur, Nolite negligere, nolite cessare, &c. Et vere nō debemus negligere, quia si negligētes fuerimus, puniemur, non tantū perdendo bonū. sed etiam incurremus malum. s. æternæ dānationis, quod effugere nō poterimus. Ideo dicit *Quomodo nos effugiemus?* Mat. 3. Quis demōstrabit vobis fugere a ventura ira? Iob. 11. Effugiū peribit ab eis. Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Originem doctrinæ noui testamenti ostendit, cum dicit. *Quæ cum initium accepisset, &c.* Vbi ponit duplicem eius originem. Prima fuit non per angelos, sed per ipsum Christū, supra. 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et iō dicit *Quæ cum accepisset initium enarrandi per dominum*, quia hēt duplex initiū. Vnū simpliciter, & illud est ab æterno, & hoc est per ipsum verbū. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. Aliud est initiū enarrationis, & istud fuit in tpe per verbū incarnatū. Secunda origo fuit p apostolos qui audierunt a Christo. Vnde dicit. *Ab eis qui*

audierunt, idest per ipsorum prædicationem. 1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio quod vidimus & audiuim⁹, &c. Luc. 1. Sicut narrauerunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Firmitatem deinde eius ponit, quę maior ē quam firmitas veteris testamēti quod ostendit ex testimonio dei qui mentiri non potest. Vnde dicit, *Confirmata est deo cō testante, &c.* Sciendum est autem ꝙ testimoniū est per loquelam: loquela est signū sensibile. Deus autem duplici signo sensibili cōtestatus est, scilicet miraculis, & donis spiritussancti. Quantum ad primum dicit quòd; *Confirmata est contestante deo signis*; quo ad minora miracula, vt sanatio claudi vel febris. De primo Act. 3. & 14. De secundo autem Act vlt. *Portentis*; quantū ad maiora, sicut suscitatio mortui. Act. 9. Thabita surge, &c. Dicitur autē portentum quasi porro vel procūl tensum, quod scilicet aliquid in longinquum demonstrat. 2. Paral. 32. In legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portento, quod scilicet tuerat sol retrogressus &c. Præcipuum vero portentum est, quòd deus factus est homo. Esa. 8. Ego & pueri mei quos mihi dedit deus in portentum, quòd. s. Ego sum homo, & quod pueri mei hoc crederēt. Mirum enim fuit quòd cor humanum hoc potuit credere. Dicit *Variis virtutibus.* vt signa & portenta referantur ad ea, quæ excedunt virtutem naturæ vt signum dicatur quod est præter & supra naturam, non tamen contra. Sed portentum est, quod est contra naturam vt partus virginis, suscitatio mortui. Sed virtus referatur ad ea, quæ sunt secundum naturam quātum ad substantiam facti, sed non quantum ad modum fiendi, sicut sanatio febris, quod vtique possunt medici, licet non statim. Vel virtutes referantur ad virtutes mētis, quas dominus suis prædicatoribus dedit scilicet fides, spes, & charitas Sed quantum ad secundum scilicet quantum ad dona dicit *Et spiritussancti distributionibus.* Sed contra, vt dicitur Sap. 7. Spiritussanctus vnus est. Quomodo ergo distribuitur, Dicēdum est quòd non distribuitur secundum essentiam, sed inquantū dona eius distribuuntur. 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Omnes autem gratiæ attribuuntur Spirituisancto, quia dantur ex amore. Amor vero, appropriatur Spirituisancto. Grego. Certe spiritussanctus amor est. Vel distributionibus idest per distributiones, quæ fiunt a Spiritu sancto, quia alii datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii operatio miraculorum, alii prophetia, & sic de aliis. Et hoc totum non pro meritis, nec ex necessitate naturæ, sed per ipsius voluntatem. Ioan. 3. Spiritus vbi vult spirat, &c. & 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, &c. Matth. vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

audierunt, in nos confirmata est contestante deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritussancti distributionibus secundum suam uoluntatem.

LECTIO SECVNDA.

SVpra fecit Apostolus quandam comparationem ostendens esse maiorem necessitatem obseruandi præcepta Christi quam legis datæ per angelos: hic confirmat consequentiam, vbi duo facit. Primo enim confirmat dictam cōsequentiam, ostendens maiorem esse potestatem Christi quam angelorum. Secundo probat idem per authoritatem, ibi *Testatus est autem quidam.* Dicit ergo, quòd maiora supplicia sustinebunt, qui faciunt contra mandata Christi, quàm qui faciunt contra mādata angelorum, quia ipse Christus dominus est, & magis punitur qui peccat contra dominum, quam qui peccat contra seruos. Et quòd Christus sit dominus ostendit, quia nō subiecit deus orbem terræ futurum subiectum Christo, angelis. Et duo facit. Primo ostendit quia orbis non est subiectus angelis. Secundo ostendit de quo orbe intendit, ibi *De quo loquimur.* Orbis enim est subiectus angelis. Iob. 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Sed contra. Dan. 10. Dicitur, Angelus princeps regni Græcorum & Persarum. Et Deu. 32. Constituit fines populorum iuxta numerum filiorum dei, secundum aliam literam. Et dicendum est, quod non est eis subiectus vice dominii, sed vicæ cuiusdam ministerii. Tota enim creatura corporalis ministratur per angelos. Ps. 102. Ministri eius qui facitis, &c. supra. 1. Omnes ad ministratorii dicuntur. Vel non enim subiecit orbem terræ angelis, orbem dico futurum scilicet mūdum istum, qui dicitur futurus, quia in scriptura quandoq; dicitur futurū nō respectu nostri, sed respectu eius cui comparatur, sicut idē Apostolus dicit Ro. 5. de Adam respectu Christi, qui est forma futuri. Christus. n. non est futurus respectu sui, sed respectu Adę. Sic hic orbis futurus dicit nō respectu nostri sed respectu Christi, qui est ab æterno, cum orbis sit in tempore. Et quia Manichæi dicunt orbē subiectum malo deo, nō autem bono, ideo subdit: *De quo loquimur*, quia, non de alio, sed de isto. Vel quia supra. 1. dixerat, Ipsi peribunt. s. cœli & mutabuntur, quod sicut ibi dictū fuit, intelligitur quo ad statū, non quo ad substantiā: ita ꝙ duplex est status mundi. Vnus qui nunc est præsens, 2. Pet. 3. Cœli qui nunc sunt &c. eodē verbo repositi, sunt reseruati igni, &c. Et alius est futurus. In orbe autem isto, qui nunc est, nec omnia sunt ei subiecta, vt supra dictum est, & hoc per executionē potentiæ, licet subiecta sint per authoritatem: sed tūc in illo statu futuro erit ei orbis subiectus. Et Ideo subdit, de quo loquimur. Consequenter probat per authoritatē cū dicit. *Testatus est autem quidam.* Vbi tria facit. Primo enim commendat authoritatem testimonii inducendi. Secundo inducit testimonii veritatem, ibi *Quid est homo quòd memor es eius*, Tertio ex plicat sensum testimonii ibi *In eo enim quòd ei omnia:* Circa testimoniū vero ponit primo, ꝙ verba veteris testamenti sunt quędam testimonia Christi. Ioā. 5. Scrutamini scripturas &c. Et paulo post, Et illæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Et iō dicit, testatus est aūt. Secundo quia apud Iudæos erāt quædam scripturæ minus notæ, & quædā magis notæ, & ideo maioris dignitatis sunt scripturæ psalmorum, quibus ipsi vtebātur in omnibus sacrificiis suis. Et ideo dicit *In quodam loco*: noto, scilicet & manifesto. Tertio ponit authoritatem dicētis, scilicet Dauid, qui. s. fuit maximæ autoritatis. 2. Regum. 23. Dixit vir cui cōstitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel. Deinde inducit testimonium cū dicit *Quid est homo &c.* Vbi tria facit. Primo enim ponit misterium incarnationis. Secundo passionis, ibi *Minuisti eum paulominus ab angelis*: Tertio misterium exaltationis, ibi *Gloria et honore*: Circa primum duo tangit; primo causam incarnationis, secundo ipsam incarnationem ibi. Aut filius hominis. Causa autem incarnationis est memoria Dei de homine, & ideo dicit, Quid est homo, vt legatur despectiuæ. q. d. Homo valde modicum quid est respectu dei Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint sic coram eo & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei. Si enim aliquis diligit aliquem & dimittit eum diu in miseriis nec subuenit, videtur eius obliuisci. Deus autem humanū genus dilexit, & quia ipsum fecit ad imaginem suā, & quia in medio paradisi ipsum posuit. Sed post peccatum quia non statim ei subuenit, videtur eius fuisse oblitus. sed tunc videtur eius memor fuisse cum reparatorem misit. Psal. Memento nostri domine in beneplacito tuo, &c. Et ideo dicit, Quid est homo, &c. q. d. Si consideremus vtilitatem hominis, mirum est quòd memor es eius, qui tam vilis & paruus est: vilis inquam & paruus in natura, maxime quantum ad vilem substantiam. Gen. 1. Formauit Deus hominem de limo terræ. Esa. 64. Et nūc domine pater noster es tu, nos vero lutum &c. Vilis in culpa. Vnde Augu. super Ioan. Nihil fiunt homines cum peccāt. Abdiæ Ecce paruulum dedi te in gentibus cōtemptibilis tu es valde &c. Vilis & infirmus in pœna Iob. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore Amos. 7. Quis suscitabit Iacob. 5. prostratum, quia paruulus est. Secundo ponit ipsam incarnationem cum dicit *Filius hominis* vbi sciendum est, quòd in scriptura sacra Christus vocatur filius hominis, sicut patet Daniel. 7. Et in euangelio in multis locis, & huius ratio est, quia alij sunt filii hominum. Psal. Filii hominum usquequo graui corde. Sed Christus tantum filius est hominis, scilicet virginis beatæ. Et ipse a Deo visitatur. Aliquando visitatio in scriptura refertur ad beneficiū, sicut dicitur Genes. 21. Visitauit dominus Saram, &c. Quandoque autem ad pœnam Psal. Visitabo in virga iniquitates eorum. Hic autem refertur ad beneficium. *Visitas*, idest, excellentissimum beneficium ei confers, quia facis eum filium dei, ex hoc scilicet, quòd humanitas assumpta est a verbo in vnitatem suppositi. Vel hoc dicit propter plenitudinem Christi. Ioannis. primo, Plenum gratia, & veritate, &c. Vel referendum est vtrumque ad Christum, vt sit sensus, Memor es eius in incarnatione in qua humanitas assumpta est a Christo, sed visitas in resurrectione. Vel referendum est vtrumque ad humanum genus. Quilibet autem filius hominis est homo, non autem quilibet homo est filius hominis. Adam enim non fuit filius hominis. Dicitur ergo, Homo qui gerit imaginem hominis terreni, Adæ scilicet. Et iste homo dicitur peccator, sed filius hominis dicitur qui gerit imaginem hominis cœlestis scilicet Christi qui dicit filius hominis, primo Corit. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Homo ergo simpliciter dicitur peccator. Et quia iste longe est a deo (quia longe a peccatoribus salus) dicitur deus eius esse memor, sicut homo memoratur eius, quod longe est ab ipso. Sed cum de peccatore fit iustus, sic filius hominis visitatur per gratiam. Iob. 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meum, Consequēter ponit mysterium passionis, cum dicit; *Minuisti eum paulominus ab angelis*. Vbi sciendum est quòd ordine naturæ, corruptibilia ac passibilia minora sunt incorruptibilibus & impassibilibus. Angeli aūt secundum naturam sunt impassibiles & immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem & mortem sustinere, minoratus est ab ipsis, non ꝙ plenitudinem suam amiserit, vel in aliquo diminutus fuerit, sed paruitatem nostram sibi assumpsit. Et hoc significatum fuit. Luc. 22. Vbi dicit ꝙ apparuit illi angelus domini cōfortans eum, nō ꝙ indigeret ipso; sed vt ostenderet se minoratum ab ipsis per passionem. Dicit autem; *Paulominus* propter duo. Primo, quia omnis creatura corporea est modicū quid per comparationem ad rationalem, quia corporea comprehēditur certis limitibus quantitatis, non autem rationalis, sed semper plus potest in magis intelligibile: Christus aūt est minoratus ab angelis, nō quantum ad diuinitatem, nec quantū ad animam, sed solo corpore. Et sic dixit paulominus propter quantitatem. Secundo dicitur paulominus quantum ad durationem, quia modicum durauit. Esa. 54. in modico dereliqui te &c. Nec mirū est ꝙ in passibilitate corporis est minoratus ab Angelis, cum etiam in hoc sit minoratus ab homine secundum illud psalmistæ 21. Ego autem sum vermis & non homo & hoc propter turpitudinē mortis, de qua Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Si autem quod dictum est, Quid est homo &c. vtrumque referatur ad hominem, sic homo dicitur minoratus ab angelis tripliciter, primo quantum ad cognitionem, sed paulo minus, quia non quantum ad cognitionis genus, quia & homo & angelus communicant in vno genere cognitionis, sed quantum ad modum, quia excellentiori modo cognoscunt angeli q̄ homines. Secundo vero, quo ad corpus, quia licet angelus & anima sint vnius naturæ scilicet intellectualis, anima tā vnitur corpori, sed etiam in hoc modicum, quia non tollitur dignitas animę per huiusmodi vnionem, sed aliquo modo aggrauatur & impeditur ab altiori contēplatione. Sap. 9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Tertio, quātum ad dona, & hoc paulominus, non quantum ad dona gratuita. Matth. 22. erūt sicut Angeli dei in cælis, sed quātum ad naturalia. Deinde cum dicit; *Gloria & honore &c.* Ostēdit misterium exaltationis. Vbi tria facit. primo, ostendit eius gloriam, Secundo, honorem, ibi; *Et honore etc.* Tertio, potestatem ibi; *Constituisti eum etc.* Apocal. 5. Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriā & benedictionem in omnem creaturam &c. Dicit ergo primo; *Coronasti eum gloria*, idest claritate. Gloriam. n. claritatem importat. Christus aūt duplici gloria coronatus est, s. claritate corporis. Ad Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Ista claritas sibi promittitur. Ioan. 12. Et clarificaui, animam, scilicet implendo splendoribus gratiæ, & iterum clarificabo, scilicet corpus immortalitatis gloria. Alia claritas est in confessione omnium populorum. Philip. 2. Et omnis lingua confiteatur. Psa. 20. Gloriam & magnum decorem impones super eum. Consequenter ostendit eius honorem, cum dicit; *Et honore etc.* Differt autem honor a gloria, sicut effectus a causa. est enim honor reuerentia exhibita in testimonium excellentiæ, vnde est testificatio bonitatis eius. Honor ille est, vt omnis creatura reuereatur ipsum sicut & patrem. Ioann. 5. Vt omnes honorificēt filiū sicut & patrem. Et dicit; *Coronasti*, scilicet in signum victoriæ, quia corona datur vincenti: primæ. Corinthio. 9. Illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant &c. secundæ Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: Christus autem per certamen passionis meruit hanc gloriam & honorem. Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortē: & seqūtur, Propter quod & deus exaltauit illū &c. ista autem prout conueniunt Christo inquantum deus est, non sunt præminm, sed magis illi naturalia, sed inquantum homo est, sunt præmium victoriæ passionis, eius. Sed potestatem eius ostendit, primo quantum ad authoritatem eius. Secundo quantum ad effectum, ibi. *Omnia subiecisti etc.* Quātū ad primum dicit. *Constituisti.* quod potest tripliciter intelligi. Vno modo quòd constitutus est super omnia loca & hoc in ascensione. Ephe. 4. Ascēdit super omnes cœlos ut adimpleret omnia. Secundo dignitate. Ephe. 1. Cōstituēs eum ad dexteram suam super omnem principatum & potestatem, &c. Tertio potestate, quia super omnem creaturam. Matth. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cœlo, &c. Sed Christus inquantum Deus non est constitutus, sed natus, sed constitutus est inquantum homo. supra. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum, &c. Effectus potestatis est, quia *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Vtitur autem propheta præterito pro futuro propter maiorem certitudinem. Iam enim factum est in æterna dei prædestinatione. Et dicit sub pedibus eius. i. humanitate, vel cūm omnimoda subiectione. Psal. 109. Donec ponem inimicos tuos, &c. vel *Sub pedibus eius*: idest sub humanitate eius, sicut enim per caput Christi intelligitur Deus. 1. Cor. 11. ita etiam per pedes Christi intelligitur humanitas eius. Psal. Adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius. Si vero exponatur hoc sic, homo dicitur coronatus gloria quātum ad cognitionem intellectualem, qua præeminet cæteris animalibus. 1. Cor. 11. Vir quidem gloria & imago Dei est &c. Iob. 34. Qui docet nos super iumenta terræ. Item honore, in quantum ipse solus super omnia animalia est dominus suorum actuum, & non subijcitur necessitati rerum mutabilium quantum ad animam, cum sit liberi arbitrij. Item potestate, quia constituisti eum super omnia opera. vno modo vt per ly omnia intelligantur omnes creaturæ, quæ sunt infra hominem. Gen. 1. Præsit piscibus maris & volatilibus cæli &c. Alio modo vt ly omnia, supponat pro tota vniuersitate creaturæ, quia etiam cęlestia corpora & angeli deseruiunt homini. Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te vt custodiant te: &c. Consequenter cum dicit. *In eo enim, &c.* Exponit sensum testimonij. Vbi Apostolus duo facit Primo. n. exponit quantū ad eius sublimitātem. Secundo quantū ad minorationem, ibi *Enm autem qui modico.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit qualiter dictum prophetæ sit intelligendum. Secundo ostendit illud nondum esse impletum, ibi *Nunc autem.* Cū ergo dicit *In eo enim quòd ei subiecit.* Ostendit qualiter sit intelligendū, quia enim scriptura dicit omnia subiecta esse Christo *Nihil dimisit non subiectum ei.* Vnde ly omnia, non est distributio accommoda ad aliqua genera, sed absolute ad omnia, quia omnia generaliter ei & vniuersaliter subiecta sunt. Verū est præter eum qui subiecit sibi omnia, vt dicitur. 1. Cor. 15. sicut dicitur, Cœlum tegit omnia. Verum alia a se. Sed tunc arguit sic Arriūs. Pater omnia subiecit filio. ergo filius minor est ipso patre. Respondeo dicendum est, quod verum est quòd pater omnia subiecit filio secundum naturam humanam in qua minor est patre. Ioann. 14. Pater maior me est, sed secundum natuam diuinam ipse Christūs subiecit sibi omnia. Consequēter cū dicit. *Nunc aūt necdū uidemus oīa subiecta ei.* Ostēdit hoc nondum esse impletum, quia infideles peccatores & dæmones nondum sunt ei subiecti. Ro. 10. Sed non omnes obediunt Euangelio. Exo. 10. Vsquequo non uis mihi subiici, &c. Et sic peccatores nō sunt subiecti Christo, per rebellionem voluntatis, sed per potentiam omnes subijciuntur ei, modo quātum ad authoritatem, sed in futuro omnes quantum ad executionem. Vnde hæc est expositio eius quod supra dixit, orbem terræ futurum.

ON enim angelis subiecit de⁹ orbem terræ futurū de loquimur. Testat⁹ eo enim ꝙ omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectū ei. Nunc autē, necdū videmus oīa subiecta ei.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus volens probare excellentiam Christi super angelos induxit authoritatem prophetæ in qua aliquid erat quod pertinet ad Christi dignitatem, sicut illud, Omnia subiecisti, &c. Et ipse illud exposuit. Aliquid autem quod pertinet ad eius passionem, scilicet minuisti eum, &c. Istud autem videtur repugnare suo principali intento, quo scilicet, intendit Christum præferre angelis. Et ideo hoc in parte ista diffuse exponit. Vbi duo facit, quia primo ostendit secundum quid sit ista minoratio intelligenda, quia scilicet, secundum passionem: secundo agit de conuenientia passionis, ibi. *Decebat enim.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit illud, quod est dictum. Secundo describit ipsam passionem, ibi

VM autem qui modico quàm angeli, minoratus est, uidem⁹ Iesū propter

Vt gratia Dei. Dicit ergo, *Eum autem &c.* Continuetur sic, ita dictũ est quid est hõ &c. Gloria & honore &c. Omnia subiecisti &c. Minuisti eũ &c. Et hæc propheta de Christo prædixit, sed iam multa de itis uidemus impleta. Pro certo ergo tenemus quòd quæ restant sunt implenda, scilicet, quòd omnia subijcientur ei &c. *Greg.* Præteritorum exhibitio, futurorũ est certitudo. Et potest si cõstrui. *Nos eum, qui modico quàm angeli minoratus est, uidemus esse Iesum.* nec solum hoc sed *Gloria & honore coronatum propter passionem mortis.* quæ fuit causa illius exaltationis. Phili. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. *Et dicit mortis.* quia non qualemcumque passionem sustinuit, sed acerrimam & turpissimam. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Vel aliter. *Nos uidemus Iesum.* Et quasi quæreretur ab ipso quem diceret: ideo respondens dicit, scilicet eum qui per passionem mortis modico minoratus est quàm angeli, cum gloria & honore coronatum. q. d. Hæc minoratio non est intelligẽda in Christo nisi propter passionem mortis. Nec est mirum, quia quantum ad hoc non solum angelis sed etiam hominibus est minor. Esa. 53. Desiderauimus eum nouissimum uirorum &c. Dicit autem Glo. & est Augustini contra Maximum, quòd Christus non est minoratus ab angelis propter conditionem naturæ humanæ, sed propter passionẽ. Natura enim mentis humanæ. quã Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius quàm sola trinitas. Minor ergo angelis corpore, quia passio est secundum corpus, quod videtur esse contra Diony. qui dicit. 4. ca. angelicæ Hierarchiæ, quòd angeli naturali participatione luminis maiores sunt quàm homines. Et dicendum est, quòd de natura mentis humanæ & angelicæ dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum naturalia sola, & sic natura angelorum excellentior est & nobilior, quàm natura mẽtis humanæ, quia angelus accipit cognitionem diuinæ veritatis in quadam excellentia & plenitudine intellectualis luminis, sed homo ex creaturis. Alio modo possumus accipere naturã utriusque sine peccato, in ordine ad beatitudinẽ obtinendã, & sic sunt æquales. Luc. 20. Erũt sicut angeli in cœlo: Christus tamen quantum ad excellentiam gratiæ, secundum mentem humanam maior est angelis. Ista igitur minoratio non est secundum naturam diuinitatis, nec absolute secundum naturã humanam, nisi inquantum passus est secundum illam. Possumus autem dicere quòd Christus triplici gloria fuit coronatus, scilicet gloria sanctificationis, quam habuit in primo instanti suæ conceptionis. Item gloria diuinæ fruitionis, quia ab ipso instanti suæ conceptionis fuit comprehensor. Item gloria impassibilitatis, quam meruit post passionẽ: Deinde cũ dicit *Vt gratia Dei.* Describit ipsam passionẽ, & describit eam tripliciter. Primo ex causa, cum dicit. *Vt gratia Dei.* Secundo ex utilitate, cum dicit. *Pro omnibus.* Tertio ex modo, cum dicit. *Gustaret.* Causa enim fuit sola gratia Dei. Vnde continuatur sic, Videmus Iesum, qui minoratus est ex hoc: *Vt gratia dei &c.* Ex ipsa enim factum est, quòd filium suum unigenitum dedit. Ioann. 3. Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret. Rom. 5. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores &c. Vel secundum quòd dicit glossa. Augustini, ut gratia. idest ipse Christus qui est gratia Dei. Et sic gratia est nominatiui casus. Dicitur autem Christus gratia, quia author est gratiæ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel quia est gratis datus. Esa. 9. Filius datus est nobis. ut sit sensus, quòd ipse minoratus est, vt ipse qui gratia dei &c. Vtraque positio est secundum gloss. *Pro omnibus*, ecce utilitas. Pro omnibus autem dupliciter potest intelligi. Vel vt sit distributio accommoda scilicet, pro omnibus prædestinatis, pro istis etiam tantum habet efficaciam. Vel absolute pro omnibus, quantũ ad sufficientiam. Sufficiens enim quantum ad se omnibus est. 1. Tim. 4. Qui est saluator omnium, maxime autem fidelium. Chrysostom⁹. Pro omnib⁹ hominibus generaliter mortuus ẽ, quia omnibus pretium sufficit. Et si omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit. *Gustaret.* ecce modus. Gustat enim qui non multum comedit nec bibit. Quia ergo Christus non perseuerauit in morte, sed statim surrexit, ideo gustauit. Psalm. 109. De torrente in via bibit &c. Viator festinat. Item gustus est descretiuus saporis. Vnde qui gustat, magis discernit, quàm qui bibitut designet ꝙ mortem & dolorem sensit, & sic mors non fuit fantastica, ut dicit Manicheus & Apollinaris, ideo dicit, gustauit. Tren. 1. O vos oẽs, qui transitis per viã &c. Modus vero ponitur cum dicitur. *Gustaret.* Simile habetur Matt. 26. Pater, si possibile est transeat a me calix iste, & hoc propter tres rationes, Primo propter mortis amaritudinẽ exprimendam, cuius experientia est per gustum. Tren. 1. O uos omnes, qui transitis per uiam. Esa. 24. Amara erit potio bibentibus eam. Secundo, quia sicut gustare uel non gustare est in potestate gustantis, sic & passio Christi fuit uoluntaria. Io. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Tertio, quia gustare est parum sumere, Christus autem parum perseuerauit in morte. secundum illud Psalm. 15. Non derelinques animam meam in inferno, &cætera.

Deinde cum dicit. *Decebat enim eum &c.* Ostendit conuenientiã ex utilitate. Deus enim pater est, qui fuit causa mortis, Ipse enim est. *Per quem omnia*, scilicet per causam efficientem, & propter quem omnia, sicut per causam finalem. Propter ipsum. n. sunt omnia, quia propter bonitatem suam communicandam. & hæc fuit causa mouens ad producendum res, & ita finaliter sunt omnia ꝓpter Deũ. Prou. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sunt etiam effectiue per ipsum. Psalm. 145. Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Est ergo omnium principium, & finis. Apoc. 1. Ego sum alpha & o, principium & finis. Roma. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Decebat ergo ipsum, quia actor est omnium, omnibus prouidere. Sapien. 6. Aequaliter illi cura est de omnibus. Secundo conueniens fuit ex parte causæ, quę vt dictum est, fuit gratia dei, gratia vero ordinatur ad gloriã. Ro. 6. Gratia Dei uita æterna, Deus autem ab æterno prædestinauit, quos debet adducere in gloriam. Et isti sunt omnes illi, qui sunt participes filiationis filii eius, quia si filij, & hæredes. Ro. 8. Et ideo dicit. *Qui multos filios in glo. ad.* q. d. Ipse habet unũ filiũ perfectũ naturaliter. Mar. 12. Adhuc ergo habens filiũ vnũ charissimum &c. Qui est naturaliter splendor gloriæ: supra. 1. Alii autem sunt adoptiui, & ideo adducendi sunt in gloriam. Vnde dicit. *Qui adduxerat.* idest adducendos præordinauerat. Et quid decebat eum? Hoc scilicet, quòd ipse est qui est actor salũtis eorum &c. Salus ista in duobus consistit scilicet, quòd fiant filij, & quòd inducant in hæreditatem. Quòd autem sint filii, habent per filium naturalẽ. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Rom. 8. Gloriam autem & hæreditatem non consequuntur nisi per eum, cuius natura liter est hæreditas, qui est splendor gloriæ: quia ergo per filium consequimur ista duo, ideo ipse conueniente dicitur auctor salutis Mat. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum infra. 12. Aspicientes in auctorẽ fidei, & consummatorem Iesum. Decebat ergo quòd pater actorem salutis mitteret, scilicet filium. ut expositum est, qui multos filios adduxerat per ipsum in gloriam. & sic patet conuenientia ex parte causæ: *Per passionem consummari*, idest per fidem. Ipse enim inquantum est filius naturalis, est totaliter perfectus, sed quia in passione minoratus fuit, debuit per meritum passionis perfici. Ex ista ergo consummatione, patet conuenientia modi, de quo dixerat, ꝙ gustauit. Tãtum enim gustauit mortem, quia non accepit eã, nisi ut per meritum passionis consummaretur. Ipsa enim eius consummatio est eius glorificatio. Luc. vltimo, Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Gustauit etiam, quia cũ ipse adduxerit filios in gloriã, sicut medic⁹ gustat medicinã ne infirmus abhorreat, sed vt securius bibat, ita ipse gustauit mortem, ut quia sine morte ingrediente necessitate non est salus, nullus mortem refugiat. Consequẽter, cum dicit. *Qui enim sanctificat.* Probat quod dixerat. Vbi duo facit, quia primo probat propositũ suum ex parte patris consummantis. Secundo ex parte Christi consummati, ibi. *Quia ergo pueri.* Adhuc circa primum duo facit, quia primo proponit intentum. Secundo probat per authoritatem, ibi. *Propter quam causam.* Dicit ergo. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificãtur ex uno omnes.* Sciẽdum est autẽ, quòd supra Apostolus tria dixerat. Primo, quòd Christus est causa salutis, in quo ostendit nos dependere ab ipso, sicut a Saluatore. Secundo ostendit, quòd pater est consummator ipsius Christi per meritum passionis, & in hoc Christus dependet a patre. Tertio, quòd pater nos adducit in gloriam, in quo etiam nos dependere a Deo ostendit, & secundum hoc, Apostolus hic tria facit. Primo enim ostendit quòd dependemus a Christo. Sanctificatus enim dependet a sanctificato, Christus autem est sanctificans. infra. 13. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem &c. Bene ergo dictũ est, quòd quia est actor, & sanctificator, dependemus ab ipso, ipse vero a parte, a quo habet quòd sanctificet quod est secundum. Sed omnes, ipse scilicet, qui sanctificat nos, qui sanctificamur, ex uno scilicet, ex patre. quod est tertium. Romanorũ 8. Hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Consequenter ista tria probat per tres authoritates. Et primo ꝙ Christus tanquam mediator & actor salutis ea, quæ dei sunt in nos refert. Vnde dicit, *Propter quam causam.* quia scilicet, nos & ipse ex patre dependemus & sumus ex uno Deo patre. *Non confunditur eos uocare fratres.* quia scilicet, ex eodem patre. Malac. 2. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ideo dicitur in Psal. 21. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et Io. 2. Vade ad fratres meos. Sed nota quòd dicit, Non confunditur &c. Quia aliqui de vili plebe nati, si promouentur, confunduntur cognoscere consanguineos suos. Prouerb. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Non sic autem Christus, sed dicit. *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Ioan. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris &c. Istius annuntiationis ostendit fructum, cum dicit. *In medio ecclesiæ laudabo te.* quasi dicat, per hoc congregatur tibi magna Ecclesia, in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio, quia sicut columna in medio domus ipsã sustẽtat, lucerna in medio domus illuminat, cor in medio corpus viuificat, ita Christus in medio Ecclesiæ. Item in medio quia non ad unum populum tantum, sicut Moyses missus fuit. Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus, sed ad salutem totius mundi. Psa. 73. Operatus es salutem in medio terræ, & ideo dicitur Luc. vltimo. Stetit Iesus in medio discipulorũ. Sciendum est circa hoc, quòd ante legem consuetudo erat, quòd omnes primogeniti erant sacerdotes & hoc pertinebat ad ius primogenituræ. Christus autem est frater sicut primogenitus, & ideo est sacerdos. Sacerdos autem populum sanctificans, medius est inter Deum & populum. Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui. Et ideo pertinet ad ipsum nunciare quæ Dei sunt ad populum. Secundo, quæ populi sunt, referre in Deum, primum facit dicendo, & ideo dicit. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, idest, ducam eos in notitiam tui, & hoc est sanctificare eos. Ioan. 14. Sanctifica eos in ueritate &c. Secundum faciendo, dum facit homines ex affectu in Deum, prorumpere in laudem Dei, & ideo dicit, in medio ecclesiæ. Deinde cum dicit. *Et iterum, &c.* Ostendit quòd ipse Christus dependet ex patre per hoc quod dicit. *Ego ero fidens in eum.* Hoc secundum Hieronymum habetur. Esa. 8. Vbi nos habemus. Expectabo dominum, qui abscondit faciem suam a domo Iacob &c. Sed Esa. 12. expresse habetur. Fiducialiter agam, & non timebo. Ego ero fidens in ipso pro gloria capitis & membrorum, quod supra dixit consumationem. Psal. 30. In te domnie speraui. Ostendit autem quam spem habet, quia non quamcumque, sed firmam, quæ dicitur fiducia. Spes enim & si non sit de impossibili, tamen habet timorem coniunctum quandoque, & tunc proprie dicitur spes. Spes quando est firma & sine timore, & tunc proprie dicitur fiducia. et istam habuit Christus. Dicit ergo. Fidens ero in eum, idest habebo fiduciam in adiutorio eius, scilicet patris pro gloria corporis quod resuscitabit, & membrorum & animæ. Psal. 30. In te domine speraui &c. Hiere. 24. Beatus vir qui confidit in domino. Sed contra, sancti dicunt, quòd in Christo, nec fides nec spes est, sed sola charitas. Respondeo, dicendum, quòd aliud est species, aliud fiducia, nam spes est expectatio futuræ beatitudinis, & hæc non fuit in Christo, quia ab instanti suæ conceptionis beatus fuit. Fiducia autẽ est expectatio cuiuscunque auxilii, & secundum hoc fuit in Christo fiducia, inquantum secundum humanam naturã expectabat a patre auxiliũ in passione. Vnde scriibi inuenitur quòd Christus dicatur habere spem, non est intelligẽdum ratione principalis obiecti quod est beatitudo, sed ratione gloriæ resurrectionis, & gloriæ corpori collatæ. Deinde cum dicit. *Et iterum, &c.* Ostendit tertium scilicet, quòd refert nos in Deum, dicens. *Ecce ego.* Et habetur. Esa. 8. quasi dicat Relatus sum in Deum, ego, inquam, qui sum fidens. Et *similiter pueri mei* quos in Deum reduco, scilicet discipuli mei. Ioannis vltimo, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? *Quos dedit mihi Deus.* Ioannis. 17. Tui erant, & mihi eos dedisti. Isti dicuntur pueri propter puritatem. 1. Regum. 21. Si mundi sunt pueri & maxime a mulieribus, & paulo post ibidem sequitur, Fuerunt vasa puerorum sancta. Item propter simplicitatem. 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Item propter humilitatem. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli &c. Item pp facilitatem ad bonum. Sinite paruulos uenire ad me, & ostendit quòd non solum ipse est a Deo, sed etiam pueri, unde subdit: *Quos dedit mihi dominus*, & sic uerum fit qd dixit. Qui sanctificat, & qui sãctificantur ex uno omnes, quia Ioann. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ.

LECTIO IIII.

VIA ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter

LECTIO QVARTA.

SVpra ostendit Apostolus cõuenientiam mortis Christi ex parte patris, mortem deponentis, hic ostendit idem ex parte ipsius Christi, mortem patientis. De Christo vero dixit quòd erat actor salutis fidelium, ideo hic intendit ostendere quomodo per passionem effectus est actor salutis eorum. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditionem naturæ, per quem mori potuit & pati. Secundo ostendit vtilitatem quam per mortem attulit, ibi *Vt per mortem.* Tertio probat quod proposuerat, ibi *Nusquam enim angelos*: Dicit ergo primo. Ita dixi, quòd ipse & pueri sunt ex vno omnes, & quod vocauit eos fratres, ergo conueniens fuit quòd esset eis similis, non tantum quia impartitur eis participationem naturæ diuinæ quod est ex dono gratiæ, sed etiam quia ipse naturam eorum assumsit. Vnde dicit. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem*; vbi notandum est, quòd nomine carnis & sanguinis, aliquando ipsa natura carnis, & sanguinis intelligitur. Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, vt sic per carnem intelligas corpus, secundum illud. Iob 20. Pelle & carnibus vestisti me, per sanguinem vero intelligas animam, non quòd anima sit ipse sanguis, sed quia non conseruatur in corpore sine sanguine. Aliquando uero per carnem & sanguinem: intelliguntur uitia carnis & sanguinis. Matt. 19. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Aliquando vero ipsa corruptibilitas carnis & sanguinis. 1. Corinth. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, neque corruptio incorruptionem. Sed hic non intelligitur de vitiis: Christus enim assumpsit naturam sine peccato, sed cum passibilitate, quia assumpsit carnem similem peccatrici. Roma. 8. In similitudinem carnis peccati. Ipse ergo communicauit vel pueris, vel etiam carni & sanguini. & totum similiter, quia scilicet, non carni fantasticæ vt dixit Manichæus: nec accidẽtaliter vt dixit Nestorius, sed veræ carni & sanguini, sicut & pueri, & in vnitate personæ Quod autem hic dicitur quòd Christus communicauit carni & sanguini, non est intelligendum secundũ quod dicunt vitia carnis & sanguinis, quia non assumpsit culpam nec commisit, sed secũdum quod dicunt ipsam substantiam carnis animatę, quia carnem & animam assumpsit. Item est intelligendum de passibilitate carnis, quia assumpsit naturam nostram passibilem, vt sit sensus: *Quia pueri.* idest fideles habuerunt naturam passibilem: *Et ipse.* scilicet, Christus participauit eisdem, uel pueris scilicet, in natura carnis & sanguinis, uel eisdem idest, carni & sanguini, non quidem fantasticæ ut deliirat Manicheus, nec accidentaliter ut fingit Nestorius, sed similiter scilicet, nobis idest, eo modo quo nos participam⁹, idest secundum rei ueritatem, scilicet personaliter & substãtialiter. Nos enim participamus eis in persona, & Christus etiam similiter assumpsit eã in unitatem personæ. Ioann. 1. Verbũm caro factum est. Potest etiam per carnem & sanguinem intelligi caro & sanguis Christi, secũdũ illud Io. 5. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, quibus pueri scilicet, Apostoli communicauerunt in cœna Matt. 26. & Christus similiter participauit eisdem scilicet, carni & sanguini, quia ipse similiter sumpsit, vt Chrisostomus expresse dicit super Matt. 26. Ipse (inquit) Christus bibit sanguinem suum. Vnde Luc. 22. Desiderio desideraui, &c. Consequenter ostendit utilitatem quam per mortem attulit, cum dicit: *Vt per mortem destrueret &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit utilitatem istam ex parte diaboli, qui tenebat. Secundo ex parte nostra, qui tenebamur, ibi. *Vt liberaret eos.* Dicit ergo, Ideo participauit carni & sanguini, idest assumpsit naturam in qua posset pati & mori, quod non poterat in diuina. *Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest diabolum.* Sed quomodo habet diabolus mortis dominium? hoc enim est solius Dei. 1. Reg. 2. Dominus uiuificat, & mortificat. & Deu. 32. Ego occidam, & ego uiuere fa-

refaciam. Respondeo, Dicendum est quòd aliter habet dominium mortis iudex, quia scilicet quasi mortem infligens, cum per mortem punit, aliter latro quasi scilicet mortem sibi ex demerito acquirens. Primo modo Deus habet mortis imperium Gene. 2. Quacumque die comederis ex eo morte morieris. Secundo modo diabolus qui suadendo homini peccatum, morti ipsum addixit, Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Dicit autem destrueret, non quantum ad substantiam quam habet incorruptibilem, non quantum ad malitiam, ut aliquando diabolus bonus fiat (vt dicit Origenes) sed quantum ad potestatis dominium. Ioannes 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Col. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Vna est ex parte Christi. Iustitiæ enim est vera ratio, ut uictor victum sibi subijciat. 2. Pet. 2. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Christus enim vicit diabolum. Apocalip. 5. Vicit leo de tribu Iuda. Et ideo iustum est diabolum sibi esse subiectum. Luca. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, &c. Alia ratio est ex parte diaboli, Iustitia enim exigit, quòd qui male utitur potestate sibi concessa, amittat eam. Diabolo autem data est permissiue in peccatores quos seduxit, sed non in bonos. Quia ergo hanc extendere præsumpsit, etiam in ipso Christo, qui peccatum non fecit, Ioannes. 14. Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam, ideo meruit illam perdere. Tertia ratio est ex parte nostri, quia iustum est, quòd victus sit seruus victoris ut dictum est. Homo autem per peccatum seruus erat diaboli. Ioann. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, & ita subiectus diabolo, & obnoxius peccato. Christus autem soluit pretium pro peccato nostro. Psalm. Quæ non rapui tunc exoluebam. Sublata ergo causa seruitutis, scilicet peccato, per Christum est homo liberatus. Sciendum est autem, quòd nulla alia satisfactio fuit conueniens. Homo enim erat debitor, unus autem bene potest satisfacere pro alio ex charitate. Nullus autem pro tota humana natura, quia non habet potestatem super illam. Nec etiam ipsum humanum genus sufficienter poterat satisfacere, quia totum erat peccato obnoxium. Nec etiam angelus quia ista satisfactio est ad gloriam, quæ excedit facultatem naturæ angeli. Oportuit ergo esse hominem qui deberet satisfacere, & Deum qui solus habet potestatem super totum humanũ genus, qui posset pro toto humano genere satisfacere. Per mortem ergo Dei & hominis destruxit eum qui habet mortis imperium. Consequenter cum dicit. *Vt liberaret eos. &c* Ponitur alia utilitas ex parte nostra. Circa quod sciendum est, quòd homo intantum est seruus peccati, inquantum inducitur ad peccandum. Inter omnia uero duo sunt, quæ inducunt ad peccãdum efficacissime, scilicet præsentium bonorum amor malein flammans, præsentium etiam pœnarum, timor male humiliãs. De his Psalm. 79. Incensa igni, quantum ad primum, & suffossa, quantum ad secundum. Hæc autem duo in idem reducuntur, quia quanto quis amat bonum aliquod, tanto timet malum sibi contrarium. Ista sunt quibus homo ligatur & detinetur in peccato, magis tamen per timorem mouetur, quàm per amorem. Vnde videmus, quòd sæuæ bestiæ, pœnarum timore retrahuntur a maximis voluptatibus, & sic timor maxime ligat homines. Inter omnes autem, timor mortis est maximus. Est enim finis terribilium. Vnde si homo timorem istum superat, superat omnes, & hoc superato, superatur omnis amor mundi inordinatus. Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamen, quia abstulit timorem mortis, & per consequens amorem uitæ præsentis. Quando enim cõsiderat homo, quòd filius dei dominus mortis. mori uoluit, non timet mori. Et inde est quòd ante mortem Christi, dicebar ille in Ecclesia. 41. O mors quam amara est memoria tua. Sed post mortem Christi clamat Apostolus. Phil. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Vnde Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Dicit ergo. *Vt liberaret eos, qui timore mortis, obnoxij erant seruituti*, scilicet peccati, per totam uitãm quam nimis appetebant. Vel aliter. Homo enĩ duplici seruituti erat obnoxius scilicet legis & peccati. Vnde Act. 15. Lex dicitur iugum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Manus enim Moysi erant graues. Exod. 17. Gal. 4. Vt eos qui sub lege erant redimeret. Erant enim obnoxij seruituti peccati. Ab ista duplici seruitute Christus nos liberauit. Differentia autem inter nouum & vetus testamentum est timor & amor. In nouo est amor. Ioannes 14. Si diligitis me mandata mea seruate. Vetus autem fuit lex timoris Romano. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et ideo dicit. Vt liberaret eos qui timore mortis corporalis, quam infligebat lex, per totam uitam obnoxij erant seruituti legis. Sed quæritur cur statim non liberauit a morte, sed a timore mortis? Respõdeo, Dicendum est, q̃ statim liberauit nos a morte quantum ad causam, sed ab ipsa morte nondum: quàmuis liberauerit a timore mortis. Cuius ratio est, quia si liberasset a morte corporali, homines seruirent Christo tantum propter bonum corporale, & sic periret meritum fidei & spei: similiter etiam ipsæ pœnæ sunt nobis meritoriæ ad uitam æternam Act. 14. Per multas tribulationes &c. Et notandum, quòd liberauit nos a timore mortis, primo ostendendo futuram immortalitatem, & ex hoc homo paruipendit mortem temporalem. 1. Corinth. 3. Christus resurgens primitiæ dormientium, &c. Secundo prægustando uoluntarie mortem, ex quo promptiores efficimur ad subeundum mortem pro Christo. 2. Pet. 3. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Tertio aperiendo aditum ad gloriam, qui ante mortem suam non patebat, & ex hoc non solum non timemus mortem, sed desideramus eam. 2. Corinth. 5. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo, & cætera. Consequenter cum dicit. *Nusquam enim angelos apprehendit*. Probat Apostolus vtilitatem, quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit, quòd Christus per mortem nos liberauit, quod probat ex conditione naturæ passibilis quam assumpsit. Secundo concludit similitudinem, ibi. *Vnde debuit*. Tertio ostendit similitudinis vtilitatem, ibi. *Vt misericors fieret*. Dicit ergo, Ita dixi quòd Christus per mortem suam liberauit nos a peccato & morte. Nec est dubium, quòd quantum ad conditionem naturæ angelus maior est homine, sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti, nec dignus morte, ideo non assumpsit angelum. Quòd si assumpsisset angelũ, hoc utique fuisset propter dignitatem naturæ, sed nusquam legimus quòd assumpsit eum. *Sed tantum semen Abrahæ*. idest humanam naturam, non tamen idealem, sed in indiuiduo & athomo, & ex semine Abrahæ. Matth. primo. Filij Abraam, &c. Et hoc addit, vt Iudæi qui gloriantur se esse de genere Abrahę, magis uererentur Christum. Signanter vero dicit. *Apprehendit*. quia illud proprie dicitur apprehendi quod fugit. Non solum autem ipsa natura humana fugiebat a Deo, sed etiam ipsi filij Abrahæ. Zacha. 7. Auerterunt scapulam, &c. Ista autem apprehensio naturæ humanæ in unitatem personæ filii Dei, naturam nostram supra modum exaltat, vnde dicit. *Christo*. Magnum reuera & mirabile & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere & adorari ab angelis & archãgelis. Hoc ego sæpius in mente versans excessum patior, magna de genere humano imaginans. Sed videtur quòd magis debuerit naturam angelicam apprehendere, quàm humanam naturam, similitudo enim est ratio faciens ad congruitatem incarnationis diuinæ personæ. In natura autem angelica inuenitur expressior similitudo Dei quàm in humana, quia ipse est signaculum similitudinis Ezec. 28. Magis ergo videtur quòd debuerit apprehendere Angelum quàm semen Abrahæ. Præterea. In natura Angelica inuenitur peccatum sicut in humana Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem. Si ergo apprehendit naturam humanam ut liberaret eam a peccato, videtur quòd multo magis apprehendere debuerit Angelicam. Respondeo Dicendum, quòd assumptibilis dicitur aliqua natura a filio Dei secundum congruentiam ad vnitatem personæ. Ista autem congruentia attenditur quantum ad duo scilicet quantum ad dignitatem, ut illa natura sit assumptibilis, quæ nata est attingere ipsum verbum per suam operationem amando & cognoscendo ipsum, & quantum ad necessitatem ut scilicet subiaceat peccato remediabili. Primum & secundum sunt in humana natura, quæ apta nata est Deum amare & cognoscere, & peccatum ipsius remediabile fuit, & ideo est assumptibilis. Naturæ autem angelicæ licet adsit primum, deest tamen secundum, nam peccatum est irremediabile, non quidem ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ seu status. Quod est hominibus, mors est angelis casus ut dicit Damascenus. Manifestum autem quòd omnia peccata hominis. siue sint, parua, siue sint magna, ante mortem sunt remissibilia post mortem vero sunt irremissibilia & perpetuo manẽt, & ideo natura angelica inassumptibilis est. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quia licet in natura angelica sit congruẽtia dignitatis, deest tamen congruentia necessitatis. Deinde cum dicit. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari*. Ex prædictis cõcludit similitudinem, Quasi dicat, Quia ergo non apprehendit angelos, sed semen Abrahæ, ideo debuit per omnia assimilari fratribus.

LECTIO PRIMA.

SICVT supra dictum fuit, lex vetus ex tribus habuit authoritatem, scilicet ex angelo, ex Moyse, & Aaron pontifice. Apostolus autẽ supra prætulit Christum authorẽ noui testamenti angelis per quos lex data fuit, hic intendit ipsum præferre Moysi qui fuit promulgator, & quasi legislator veteris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo.n. præfert Christum Moysi. Secundo cõcludit ex hoc, quòd sit efficacissime obediendum Christo, ibi. *Quapropter sicut*. Circa primum duo facit. Primo præmittit dignitatẽ Christi. Secundo ostendit quid sit commune Christo & Moysi, ibi. *Amplioris*. Circa primum duo facit, quia primo ponit cõditionem eorum ad quos loquitur, secundo ponit cõditionem eius de quo loquitur, ibi. *Considerate*. illos autem ad quos loquitur describit tripliciter. Primo ex charitate. Vnde dicit. *Fratres*. quasi diceret, quia ex semine Abrahæ fratres estis & Christi, & inter uos adinuicem. Matth. 23. Omnes vos fratres estis, &c. Item fratres Christi. supra. 2. Non confunditur eos uocare fratres. Hanc autem fraternitatem facit Charitas. Psalm. 127. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, &c. Secundo etiam describit eos ex sanctitate, cum dicit. *Sancti*. Et hoc propter sacramentorum perceptionem qua sanctificamur a Christo. 1. Corinth. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Tertio describit eos ex vocatione cum dicit. *Vocationis cælestis participes*. Ista autem vocatio dupliciter potest intelligi cęlestis esse. Vel ratione finis, uel ratione principij. Ratione quidẽ finis quia vocati sunt non ad terrena, sicut in ueteri testamento, sed vocati sunt ad cœlestia regna. 1. Thesa. 2. Vocauit nos ad suum regnum & gloriam. 1. Pet. 2. Qui de tenebris vocauit in admirabile lumen suũ. Ratione vero principii, quia nõ est ex meritis nostris, nec ex humana adinuẽtione, sed sola cœlesti gratia. Gal. 1. Vocauit per gratiam suam. Roma. 8. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit. Esa. 41. Quis suscitauit ab oriente iustum, uocauit eum, ut sequeretur se, dicit autem. *Participes*. quia non solum iudæi vocati sunt ad gratiam fidei & noui testamenti, sed etiam gentes. Col. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Quia ergo estis in charitate, & sancti, & vocati ad cęlestia, debetis libenter audire loqui de eo, per quem ista vobis proueniunt. Consequenter describit illum de quo loquitur, cum dicit. *Considerate*. Infra. 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, &c. Sed quem? *Apostolum (inquit) & pontificem confessionis nostræ Iesum*. Apostolus enim in sequentibus præfert Christum Moysi & Aaron, & ideo ascribit ei utriusque dignitatem, Moysi scilicet, quia missus fuit a Deo. Psalm. Misit Moysem seruum suum. Aaron uero qui pontifex fuit. Exod. 28. Applica quoque ad te Aaron, &c. Christus autem excellentius missus fuit Apostolus, quàm Moyses. Exod. 4. Obsecro domine, mitte quem missurus es, quasi dicat aliũ digniorem missurus es. Item ipse est pontifex & sacerdos. Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quasi ergo præmittit hic cõditionem suam principalem, dicens. *Vnde*. idest ergo fratres. *Considerate Apostolum*. Quasi dicat, Prætermittatis considerare illum Apostolum idest missum Moysen & Pontificem Aaron, *Et considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ*. idest illum quem nos confitemur. Hoc est enim necessarium ad salutem, ut confiteamur eum. Romano. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; uel confessionis, id est, sacrificii spiritualis. Omnis enim sacerdos ordinatur ad sacrificia offerenda. Duplex autem est sacrificium, scilicet corporale uel temporale, Et ad hoc istitutus fuit Aaron. Aliud autẽ est sacrificium spirituale, quod est in fidei confessione. Psalm. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Et ad istud sacrificiũ institutus est Christus; non ad tauros. Esaiæ. 1. Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum uolui. Et paulo post ibidẽ sequitur, Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Deinde cum dicit. *Qui fidelis &c*. Comparat Christum Moysi, De Aaron infra facit mentionem

milari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicto populi. In eo enim in quo passus est, ipse & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari.

CAP. III. LEC. I.

NDE fratres sancti uocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ istæ præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo, eius tamquam famu-

Per omnia, inquam, in quibus sunt fratres non in culpa sed in pœna, & ideo debet habere passibilem naturam. Vnde infra 4. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, quantum, scilicet ad pœnam, non tentationem culpæ. Item sunt fratres quantum ad gratiã. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus pater, ut filij Dei denominemur & simus, Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri, &c. Consequenter ponit vtilitatem istius similitudinis, dum dicit. *Vt misericors fieret*. Vbi duo facit, quia primo ponit eam, secundo exponit ipsam, ibi. *In eo enim, &c* Nam Christus secundũ quòd mediator est, duplex habet officium. Vnum quòd preponitur toti humano generi sicut iudex. Ioann. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, &c. Aliud per comparationẽ ad Deũ, apud quem pro nobis quasi aduocatus interpellat, quia assistit uultui eius pro nobis, infra. 9. &. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, &c. In iudice autem maxime desideratur misericordia, & præcipue a reis. In aduocato desideratur fidelitas. In Christo autem insinuat Apost. illa duo esse per passionem eius. Humanum enim genus in Christo inquantum est iudex desiderabat misericordiam, inquantum aduocatus fidelitatem. Et ista duo exhibuit Christus per passionem. Vnde quantum ad primum dicit quòd per passionẽ. *Assimilatus est fratribus ut misericors fieret*. Sed nunquid non fuit misericors ab æterno? videtur quòd sic, quia miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. Item ab initio habuit misericordiam. Iob. 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. Respondeo. Dicendum est, quòd miseratio. dicitur quasi miserum cor super aliena miseria, & hoc est dupliciter. Vno modo per solam apprehensionem, & sic Deus sine passione nostram miseriam apprehendit. Ipse enim cognouit figmentum nostrum, vt dicitur in Psalm. 102. Alio modo per experientiam, & sic Christus potisme in passione expertus est miseriam nostram. Et sic dicitur ut qui erat misericors per apprehensionem nostræ miseriæ, fieret misericors per experientiam. Esa. 58. Clamabo & dicam ecce adsum quia misericors sum dominus deꝰ tuus. Et inde est, quòd misericordiam fecit, ut patet de muliere deprehẽsa in adulterio, Misericordiam docuit Matth. 5. Estote misericordes &c. Misericordiam mandauit Matth. 12. Discite quid est, misericordiam uolo & non sacrificium &c. Item ipse est fidelis aduocatus, Et ideo dicitur. *Fidelis pontifex*. infra 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Et requiritur quòd sit fidelis. 1. Cointh. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, & hoc totum. *Vt repropitiaret delicta populi*. scilicet pro quo mortem sustinere uoluit. Ipsa enim passio allegatio est, & fidelium interpellatio. Deinde cum dicit. *In eo enim &c*. Exponit istam utilitatem & continuatur sic. Quasi dicat, Non loquor de Christo inquantum Deus, sed inquantum est homo. Et ideo. *In eo*. idest in illa natura quam assumpsit, vt experiretur in se nostram causam esse suam. Vnde dicit. *Et tentatus, & passus est*. ideo. *Potens est & eis qui tentãtur auxiliari*. Vel aliter. Ideo factus est misericors & fidelis, quia in eo q̃ passus & tentatus est, habet quandam conuenientiam ad hoc quòd misereatur. *Et dicit tentatus*. non a carne, sed ab hoste. Matth. 4. Ductus est Iesus in desertũ a spiritu, ut tentaretur a diabolo. In ipso enim non fuit aliqua rebellio partis inferioris ad superiorem, sed passus est in carne pro nobis. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, &c. Et. 4. Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.

nem specialem. Et ponit primo hic, vt dictum est, illud, in quo conueniunt: secundo, in quo Christus superat Moysen ibi *Amplioris enim gloriæ*. Commune Christo & Moysi est fidelitas ad Deum, & ideo dicit, qui fidelis est, vbi sciendum est, quòd totum hoc, quod hic dicitur de Moyse, fundatur super illud quod habetur Numeri. 12. Vbi dominus ostendit excellentiã Moysi, postquam iurgati sunt cõtra ipsum Aaron & Maria, vbi ponuntur hæc uerba, quæ Apostolus hic allegat. Ibi enim dicitur sic. At non talis seruus meus Moyses, qui in õmni domo mea fidelissimus est, vbi si bene attẽdimus magis commendatur Moyses, quam in aliquo loco Bibliẹ, Et ideo Apostolus tamquam excellentissimum ad commendationem Moysi hoc accipit. Hoc autem potest conuenire & Christo & Moysi. De Moyse enim patet ex ipsa historia allegata. De Christo etiam intelligitur, quia ipse secundum ꝙ homo. *Fidelis est ei qui fecit eum*. scilicet Deo patri, qui fecit eum, scilicet Apostolum & pontificem, non secundum diuinam naturam, quia sic non est factus nec creatus, sed genitus. sed secundum humanam. Romanorum primo, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Fidelis autem fuit Deo patri. Primo, non attribuens sibi quod habebat sed patri Io. 5. Mea Doctrina nõ est mea. Secundo quia gloriam eius quærebat, non suam. Ioann. 8. Ego gloriam meam non quæro. Et. 7. dicitur, Qui quærit gloriam eius, qui eum mittit, hic uerax est, & iniustitia, in illo non est. Tertio quia perfecte obediuit patri Philip. 2. Factus obediens vsque ad mortem. Fidelis ergo est Christus ei. *Qui fecit eum sicut & Moyses*. & hoc *In omni domo eius*. quæ domus est uniuersitas fidelium de qua. Psalm. 92. Domum tũ ã decet sanctitudo domine, vel in omni domo eius. idest in toto mundo, non tantum in Iudæa sicut Moyses. Isa. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Deinde cum dicit. *Amplioris enim gloriæ*. Præfert Christum Moysi, & hoc quantum ad duo. Primo quantum ad potestatem: Secundo quantum ad conditionem, ibi. *Et Moyses*. Commendando autem Christum, commendat ipsum habuisse honorem in omni domo sicut Moyses, sed quòd Christus ipsum excellãt ostendit. Vbi primo ponit rationem. Secundo manifestat, ibi, *Omnis namque*. Ratio autem Apostoli est, quòd maior gloria debetur illi qui fecit domum, quam illi qui eam inhabitat, Christus autem fabricauit domum. Psalm. 73. Tu fabricatus es auroram & solem. Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domum idest ecclesiam. Ipse enim Christus per quem gratia & veritas facta est, tanquam legislator ædificauit ecclesiam. Moyses autem tanquam legis pronuntiator, & ideo solum ut pronuntiatori debetur gloria Moysi. Vnde & resplenduit facies eius, de qua Exod. 34. & 2. Cor. 3. Ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. Continuatur ergo sic litera, Tu dicis quòd Christus est fidelis sicut Moyses, quare ergo dimittemus ne consideremus? Certe quia. *Amplioris gloriæ dignus est habitus præ Moyse, quanto amplioremgloriam habet dominus domus, qui fabricauit illam*. Quasi dicat, Et, si Moyses multum sit honorabilis, tamen Christus honorabilior est sicut fabricator domus, & sicut legislator principalis. Iob. 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Si ergo debetur gloria Moysi. ampliori dignus est Christus. 2. Corinth. 3. Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis ministerium iustitiæ erit in gloria. Consequenter probat minorem suæ rationis cum dicit. *Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo*. Minor autem est quòd Christus fabricauit domum istam, & hoc probat primo quia omnis domus indiget fabricatore: secundo quia ista domus de qua loquitur, a Christo fabricata est, ibi. *Qui autem omnia*. Primo ergo probat, quòd ista domus, sicut & quælibet alia indiget fabricatore, quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo uno, sicut patet de domo artificiali, in qua ligna & lapides ex quibus composita est uniuntur ab aliquo. Aggregatio autem fidelium, quæ est ecclesia & domus dei, ex diuersis collecta est, scilicet Iudæis & Gentibus, seruis, & liberis. Et ideo ecclesia sicut & omnis domus ab aliquo uniente fabricatur. Huius rationis ponit tantum conclusionem, supponens veritatem præmissarum ex facti euidentia. 1. Pet. 2. Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, & cætera. Eph. 2. Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, & cætera. Deinde cum dicit: *Qui autem creauit omnia Deus*. Probat quòd Christus sit istius domus ædificator, ipse enim est Deus qui fecit omnia. Et si hoc intelligitur de toto mundo, planum est. Psalmus. 32. Ipse dixit & facta sunt, & cæ-

lus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus vero tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus.

Est autem alia creatio spiritualis, quæ fit per spiritũ. Psal. 103. Emitte spiritum tuũ & creabuntur, & renouabis faciem &c. Et hæc fit a deo per Christum: Iac. Primo, Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Ephe. secundo, Ipsius factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. *Deus* ergo istam domum scilicet ecclesiam ex nihilo, scilicet de statu peccati, in statũ gratiæ *Creauit*. ergo Christus per quem fecit omnia. supra. 1. Per quem fecit & secula. Ioann. primo, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso &c. est excellentior (vtpote quia habet potestatem factoris) quam Moyses qui solum fuit pronuntiator. Deinde cum dicit *Et Moyses quidem*. Præfert Christum Moysi, quantũ ad conditionem, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit rationem suam, secundo manifestat eam. ibi *Quæ domus*. Ratio autem sua talis est. Constat, quòd amplioris gratiæ est dominus & in domo propria, quàm famulus & in domo domini, Sed Moyses est fidelis sicut seruus & in domo domini. Christus vero sicut dominus & in domo sua. ergo &c. Circa quod sciendum est quòd Apostolus valde diligenter notat verba illa, scripta de Moyse, in quibus duo dicuntur de ipso, vocatur enim seruus, vocatur etiam fidelis non in domo propria, sed in domo dei nostri. Et quantum ad ista duo, præfert Christum Moysi. Primo enim ostendit quid conueniat Moysi. Secundo quid; conueniat Christo ibi; *Christus vero tamquam filius*. Dicit ergo *Quod Moyses fidelis erat tamquam seruus*. idest sicut fidelis dispensator. Matth. vigesimoquinto. Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Christus autem quodammodo seruus est, scilicet secundum carnem, Philip. secundo, Formam serui accipiens, sed Moyses fuit famulus dei in verbis dei proponendis filiis Israel. Ex quo patet, quòd quia erat fidelis famulus, illa quæ dicebat ordinabantur ad alium scilicet ad Christum. Et hoc erat *In testimonium eorum, quæ dicenda erant*. Ioan. quinto, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit Actu. decimo, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Quia ergo erat famulus, ideo erat nõ in domo propria, sed in aliena. Et quia ea, quæ dicebat, erant in testimonium eorum, quæ dicenda erant de Christo, ideo Moyses omniquaque minor fuit Christo. Deinde cum dicit *Christus vero*. Ostendit quid conueniat Christo, quia scilicet *Christus* non est sicut seruus, sed tamquàm *Filius in domo* patris, & per consequens *Sua*: quia hæres naturalis, supra primo, Quem constituit hæredem vniuersorũ &c. Ecclesia enim est domus Christi. Prouer. 14. Sapiens mulier ẹdificat domũ. Psal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu &c. Matth. 3. Filius meus dilectus &c. Est ergo non seruus, sed filius, & in domo sua, sed Moyses est seruus, & in domo aliena. Ioan. 8. Filius manet in æternum. Deinde cum dicit *Quæ domos sumus nos*. ostendit, quæ sit ista domus. Ista domus sunt fideles, & sunt domus Christi, qui credunt in Christum. 1. Tim. 3. In domo dei, quæ est ecclesia. Et etiam quia Christus habitat in ipsis. Philippen. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hæc ergo domus, nos fideles sumus. Ad hoc autẽ, ꝙ simus domus dei, quatuor oportet, quæ requirũtur circa domum, quæ non sunt in tabernaculo. Et ita tangit Apostolus Primo, quòd spes nostra & fides sit certa & permanens, tabernaculum autem, & si sit firmum, tamẽ cito moueri potest. Et significat illos qui ad tempus credunt, & in tempore tentationi recedunt, sed illi sunt domus, qui verbum Dei retinent. Et ideo dicit *Si retineamus fiduciam*, dictum est supra, quòd fiducia est spes cum expectatione firma & sine timore. 2. Corinth. 3. fiduciam talem habemus per Christum ad deum. Secundo quòd sit ordinate disposita. Et ideo dicit *Spei gloriam*, idest ad gloriam dei ordinate, ita quòd contemptis alijs, gloriemur in spe gloriæ. Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. Tertio quòd perseuerans. Vnde dicit; *Vsque in finem*. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsque in finẽ hic saluus erit, Quarto quòd sit firma, vt scilicet nulla aduersitate moueatur. Vnde dicit *Firmam*. infra 6. Confugimus ad tenẽdam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam.

Supra

LECTIO SECVNDA.

SVPRA probauit Apostolus quòd Christus est maioris excellentiæ quàm Moyses: hic concludit quòd magis est obediendum Christo. Et hoc facit per authoritatem prophetæ Dauid in Psal. 94. Vbi tria facit, quia primo ponit authoritatem, quæ continet quandam exhortationem: secundo exponit eam, ibi *Videte fratres*. Tertio ex authoritate & expositione arguit. 4. c. ibi. *Timeamus ergo*. Circa primum tria facit. Primo enim insinuat authoritatem verborum sequentium. Secundo ponit exhortationem, quæ est in authoritate, ibi. *Hodie si vocem*. Tertio ponit quandam similitudinẽ, ibi. *Sicut in exacerbatione, &c*. Authoritas uerborum est ex hoc, quòd non sunt prolata humana adinuentione, sed a Spiritu sancto. Vnde dicit *Quapropter sicut dicit Spiritussanctus*. q. d. Christus est amplioris gratiæ quàm Moyses, ergo si audiuimus Moysen, non debemus obdurare corda nostra, ad audiendum Christum. Ipse autem uerba ueteris testamenti allegat pro nouo, ne credatur, quòd tantum sint referenda ad uetus testamentum, immo etiam ad nouum, & ad aliud tempus referri debent. Et sunt uerba Spiritusancti, quia vt dicitur. 2. Petr. 1. Non humana uoluntate allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Ipse enim Dauid dicit 2. Reg. 23. de seipso, Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo ostendit authoritatem esse ueram, quia scilicet est a Spiritusancto, contra Manichæum. Deinde cum dicit. *Hodie si vocem, &c*. Ponit monitionem, ubi facit tria. Primo enim describit tempus cum dicit *Hodie*. Secundo subdit beneficium, ibi. *Si vocem*. Tertio subiungit monitionem suam, ibi. *Nolite obdurare*. Tempus est *Hodie*, scilicet tempus diei. Tempus enim legis ueteris dicebatur nox, quia erat tempus umbræ, infra 10. Vmbram enim habens lex futurorũ bonorum. Sed tempus noui testamenti, quia repellit umbram noctis legis, dicitur dies. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Dicitur etiam istud tempus dies, propter ortum solis iustitiæ. Matth. 3. Vobis timentibus, nomen meum orietur sol &c. Hunc diem non sequitur nox, sed clarior dies, quando scilicet ipsum solem iustitiæ uidebimus reuelata facie in rota sua, quando ipsum uidebimus per essentiam. Et in hac die exhibetur nobis beneficium. Nam sequitur *Si vocem eius audieritis*: quia audimus uocem eius, quod non erat in ueteri testamento, in quo audiebantur tantum uerba prophetarum, supra 1. Olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime uero diebus istis, locutus est nobis in filio. Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Can. 2. Sonet uox tua in auribus meis. In hoc enim exhibetur nobis beneficium tantum desideratum. Luc. 19. In hac die tua, quæ ad pacem tibi, &c. Si ergo tantum est beneficium, ecce monitio. *Nolite obdurare corda vestra*. Cor durum sonat in malum. Durum est quod non cedit, sed resistit impellenti, nec recipit impressionem. Et sic dicitur cor hominis durum, quando non cedit diuinæ iussioni: nec de facili recipit diuinas impressiones. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & cor tuum impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Hęc autem induratio ex duobus causatur. Ex uno quasi negatiue, scilicet ex deo non apponente gratiam. Rom. 9. Cuius uult deus miseretur: & quem uult indurat. Ex alio uero positiue, & hoc modo indurat peccator seipsum non obediendo deo, & non aperiendo cor suum gratiæ. Zacha. 7. Cor suum posuerunt ut adamantem: ne audirent legem & uerba, quæ misit dominus exercituum spiritu suo per manum prophetarum priorum. *Nolite ergo obdurare corda vestra*, idest nolite corda claudere spiritui sancto. Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis. Consequenter ponit similitudinem cum dicit *Sicut in exacerbatione*. Et hæc est similitudo, ex facto præterito, nam fideles instruuntur de his, quæ sunt agenda in nouo testamento ex ijs, quæ facta sunt in præterito, secũdum illud ad Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Facit autem duo circa hoc, quia primo proponit exemplum in generali ponendo culpam: secũdo in speciali, ibi *Vbi tentauerunt me, &c*. Vt autem sequamur expositionem Apostoli, oportet poneret in ista litera sensus, qui conueniunt expositioni. Legimus autem inter alias duas culpas filiorum Israel grauissime punitas. Vna fuit inobedientiæ quam habuerunt in facto exploratorum, de quo Num. 13. & 14. Pro quo facto indignatus dominus uoluit totum populum delere. Vnde iurauit ꝙ nullus intraret terram promissionis exceptis duobus, scilicet Caleph & Iosue. Istud autẽ uocat specialiter exacerbationem, quia licet per alia peccata offendissent deũ: tamen per illud exacerbauerũt ipsum, quia, sicut fructus acerbus, qui oppo nitur maturo, non est aptus ad cibũ: sic tunc ira dei fuit inflexibilis. Psal. 77. Exacerbauerunt eum in deserto & tentauerunt eũ in inaquoso. Baruch 4. Exacerbastis eum qui fecit uos. Aliud peccatum fuit peccatũ tentationis. Frequenter enim tentauerunt deum, quia quandoq; pro aqua, quandoq; pro carnibus, quandoq; uero pro pane: ita ꝙ decies tentauerunt ipsum. Num. 14. Tentauerũt me iam per decẽ uices. Iob. 19. En decies confunditis me. Et ideo dicit secundum diem tentationis. Posset autem aliquis putare ꝙ idem esset peccatum exacerbatio & tentatio: ita ꝙ uellet Apostolus dicere, Nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione, quæ fuit in die tentationis. Sed hoc est contra expositionem Apostoli. Ideo dicendum est sic, *Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione*: & iterum, sicut in die tentationis, ita quòd sint duo peccata. Vnde Psalm. 77. Conuersi sunt, & tentauerunt deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Consequenter prosequitur culpas in speciali, cum dicit *Vbi tentauerunt me patres vestri, &c*. Et circa hoc duo facit, quia primo ponit peccatum tentationis: secundo peccatum exacerbationis, ibi *Et dixi semper*. Circa primũ tria facit. Primo enim ponit peccatum tentationis. Secundo ostendit eius grauitatem, ibi *Probauerunt*. Tertio ponit pœnam, ibi *Propter quod offensus fui* Dicit ergo, ꝙ in eis fuit peccatum tentationis; in deserto, quia ibi tentauerunt me patres uestri & loquitur in persona domini. Vbi sciendum est, quòd tentare est experimentum sumere de re quam quis ignorat. Vnde ꝙ quis tentat deum, procedit ex infidelitate. Sed sciendum est ꝙ aliquando aliquis tentat deum, non cum intentione tentãdi & experiendi, ueruntamen se habet ad modum tentantis. Qui enim utitur re sua propter utilitatem, nõ tentat proprie; puta si aliquis fugiens currat super equum suum & si tentat, non tamen cum intentione tentandi. Sed quando ad nihil uti le est, quod facit, tunc tentat. Item si aliquis exponat se alicui periculo compulsus necessitate, sub spe diuini auxilij, non tẽtat deum. Si autem sine aliqua necessitate, tunc tentat deum. Et sic dicit ipse Matth. 4. Non tentabis dominum deum tuũ, quia necessitas nulla erat quòd mitteret se deorsum. Sic isti tentauerunt dominum, quia dubitauerunt de potestate dei, clamantes contra Moysen, ac si deus non posset eis dare cibum, cum potentiam suam in maioribus experti fuissent, & ideo erat peccatum infidelitatis, quod est maximum. Deinde ponitur grauitas culpæ cum dicit *Probauerunt me, &c*. Quanto enim aliquis maiora beneficia dei recipit, & maiorem certitudinẽ diuinæ potestatis habet, & postmodum dubitat, tanto grauius peccat. Isti uero uiderunt signa & prodigia in terra Aegypti, apertionem maris, & alia miracula, tamen non crediderunt. Vnde Nume. 14. Homines qui uiderunt maiestatem meam, & signa, quæ feci in Aegypto & in solitudine & tentauerunt me iam decem uices, &c. Et ideo dixit *Probauerunt*, idest experiri uoluerunt *Et viderunt*, idest experti sunt *Opera mea*, idest effectus qui non poterant esse, nisi uirtutis infinitæ esset ille qui opera faciebat. Et hoc totum non uno die, sed *Quadraginta annis* quibus .s. manserunt in deserto, quia semper habuerunt manna & columnam ignis & nubis, uel probauerunt ꝙ uiderunt me: quia scilicet, in nullo defeci eis. Illud tamen quod dicit, quadraginta annis, secundum intentionem Apostoli refertur ad priora, sed secundum intentionem Psalmistæ refertur ad sequentia, ut dicatur quòd offensus uel infensus ei fuit 40. annis. Et sic habet litera Hieronymi. Deinde cum dicit *Propter quod offensus fui*. Ponitur pœna peccati, & est duplex litera, scilicet offensus, uel proximus, & idem est *Propter quod*, idest propter peccatum, sui offensus, idest indignatus, non quòd ira sit in deo, nisi similitudinarie, quia punit sicut iratus: de qua pœna frequenter habetur in Exod. 22. Dimitte me, vt irascatur furor meus &c. & in lib. Numerorum, Sæpe enim prostrati sunt.

LECTIO II.

VAPROPTER sicut dicit spiritussanctus, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerũt, & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic: & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas: quibus iurauí in ira mea, si introibũt in requiem meam.

sunt, Vnde. 1.Cor.10. agit de pœna istius peccati, uel *Proximus sui*, scilicet puniendo ipsos. Quando enim dominus subuenit bonis, & punit malos, tunc est prope ipsos, sed quando dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, & dissimulat afflictionem iustorum, vt crescat ipsorum meritum, tunc uidetur etiam lõge.

Iob.22. Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perãbulat. Vel proximus, quantũ ad diuinam misericordiam, quia hoc ipsum, ꝙ punit eos tẽporaliter magnũ misericordiæ signũ est. Aug. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Deinde cum dicit, *Et dixi, &c.* Ponit peccatũ exacerbationis in speciali. Et hoc patet per hoc quod infra dicitur, *Quibus iurauì non introire, &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit culpam. Secũdo, subdit pœnam, ibi. *Quibus iurauì in ira mea, &c.* Culpam autem duplicem ponit. Vna est in obstinatione in malo. Alia est in recessu a bono. Et istam ponit ibi. *Ipsi uero non cognouerunt uias meas.* Dicit ergo. Ego sic fui eis proximus, scilicet puniendo eos. *Et dixi*, scilicet præuisione æterna. *Hi errant corde semper.* Deut.31. Semper contentiose egistis contra dominum. Hier. 13. Si potest Aethiops mutare pellem suam, &c. Sic ergo uno modo aliquis exacerbat deum, quando obstinate adhæret malo. Alio modo, quando contemnit bonum. Vnde dicit. *Ipsi uero non cognouerunt uias meas.* Hoc est, non quantum ad simplicem ignorantiam, sed ad affectatam, vt sit sensus: non cognouerunt, idest cognoscere noluerunt. Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum nolumus. Psalm. 35. Noluit intelligere ut bene ageret. Vel non cognouerunt, idest non approbauerunt, sicut dicit Apostolus, 2.Timoth.2. Cognouit dominus qui sunt eius. Consequenter ostendit pœnam cum dicit. *Quibus iurauì.* In quo uerbo ponit immobilitatem: in hoc ꝙ vult iuramenta firma: quando enim deus, uel angelus inueniuntur iurare, signum est immobilitatis eius de quo iurauit. Psalm. 109. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, &c. Veruntamen aliquando nõ iurat nisi sub conditione, quia. s. si non pœniteant, hæc mala euenient eis. Ponit etiã ꝙ pœna ista non est ad comminationem, sed magis ad exterminationem, quia dicit. *In ira.* Psal.6. Domine ne in ira tua corripias me. Iurauit ergo in ira. *Si introibunt in requiem meam.* Constructio est defectiua ad modum irati, qui truncat verba sua. Et accipitur ly si, pro non, idest, nõ introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Vna est temporalis, de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, &c. Secunda, est requies conscientiæ. Eccl.51. Modicum laboraui & inueni requiem mihi multam. Tertia, est requies gloriæ æternæ. Psal.4. In pace in idipsum dormiã & requiescãm. Potest ergo exponi illud, quod dicitur hic, de qualibet istarum, ut dicatur: ipsi uero nec in requiem terræ promissionis, nec in requiem conscientiæ, nec in requiẽ fruitionis æternæ introierunt.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus per authoritatẽ psalmistæ ostendit, ꝙ firmiter obediendũ est Christo. In authoritate uero posuit tria, monitionẽ, culpã, & pœnã: hic exponit ista tria p ordinẽ. Primum facit hic, *Videte*: secundum, ibi *Quidam.* Tertiũ, ibi. *Quibus autem iurauit* In admonitione uero sunt duo. s. ipsa monitio, & ipsius monitionis cõditio. Vnde ista duo exponit. Primo primũ hic. Secũdo secũm, ibi. *Participes enim Christi.* In prima vero admonitione ad duo hortatur. s. ad solicitã considerationẽ, secundo ad mutuã admonitionẽ, ibi. *Sed adhortamur.* Dicit ergo. *Videte.* Vnusquisq; .n. in se debet cõsiderare in quo statu sit. Gal.6. Opus suũ probet unusquisq;. Hier.2. Vias tuas in cõualle. *Videte ergo fratres.* Quantũ ad quẽlibet in se, qa quilibet est pars societatis, & Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Eccl.17. *Videte*, idest probate vnus aliũ, ne forte sit in aliquo uestrũ, &c. Q. d. Multi inter vos sunt in statu perfecto, tñ pp fragilitatẽ, & arbitrij libertatẽ posset esse malum in aliquo uestrũ, Iob.4. Ecce qui seruiunt ei, nõ sunt stabiles, & in angelis

F suis reperit prauitatẽ. Quanto magis hi qui habitãt domos luteas, & terrenũ habẽt fundamentũ? Io. 6. Nonne ego duodecim uos elegi, & vnus ex uobis diabolus est? Non ergo aliquis sit tñ solicitus de se: sed etiam de quolibet suæ sõcietatis. Sed quid? *Ne sit in aliquo uestrum cor malũ incredulitatis.* Ecce malũ de quo loquitur Apostol'. s. cor incredulũ. i. nõ firmũ in fide, in quo cõsistit malitia animę, quia sicut bonũ animæ est ĩ adhærẽdo deo, Psal. 72. Mihi autẽ adhærere deo bonũ est, quod. s. est per fidem, ita recedere a Deo p incredulitatẽ est malum hominis. Hier.2. Scito & vide Israel, quia malũ & amarũ est reliquisse te dñm, &c. Et ideo dicit. *Discedẽdi*, qa p incredulitatẽ recedit. *A Deo*

G durare corda uestra, quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidã enim audientes exacerbauerunt: sed nõ uniuersi, qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem iensus est quadraginta annis? Non ne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis, qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.

uiuo. Hier.2. Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Dicit autẽ. *A Deo uiuo.* quia & est uita in se, & est vita animæ, Io.1. In ipso vita erat, quod ideo dicit, ut ostendat ꝙ per recessum a Deo, homo incurrit mortẽ spiritualem. Sed si inueniatur istud malũ in aliquo, nũquid desperandũ est? Non, sed magis debet exhortari, idest admoneri. Ideo dicit. *Sed exhortamini uosmetipsos per singulos dies*, idest continue. i. discutiendo conscientiam suam, & inducẽdo ad bonum. *Donec hodie cognominatur*, idest, donec durat præsens tẽpus gratiæ, quod est totum sicut

H unus dies. Io.9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Et hoc ideo. *Vt non obduretur aliquis ex uobis fallacia peccati.* Sicut enim supra dictum est, Cor obduratur per obstinationem in malum. Sed per hoc, aliquis firmiter inhæret peccato, quia fallitur. Naturale enim est appetitui adhærere bono, sed recedit a bono quia decipitur. Prouerb. 14. Errant qui operantur malum, & Prouerb. 13. secundum aliam literam, Animę dolosæ errant in peccatis. Sapien.5. Ergo erraiimus a via veritatis. Consequẽter cũ dicit, *Participes, &c.* Exponit conditionem monitionis. Quasi dicat, Ista conditio magis est efficax quàm illam, quia illi tantum audierunt, nos autẽ, participes facti sumus Christi. Et loquitur proprie, quia in ueteri testamento erat tantum auditus, nec conferebatur gratia ex opere operato, sed in nouo testamento & est auditus fidei, & datur gratia ipsi operanti. Vnde sumus facti participes Christi. Io. 1. De plenitudine eius accepimus omnes. Sumus autem participes gratiæ. Primo, per susceptionem fidei.

I Ephe.3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Secundo, per sacramenta fidei. Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Tertio, per participationẽ corporis Christi. 1.Corinth.10. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Sciendum autem, quòd duplex est participatio Christi. Vna imperfecta, quæ est per fidem & sacramenta. Alia vero perfecta, quæ est per præsentiã & visionem rei, primam iam habemus in re, sed secundam in spe. Tamen cum hoc spes habet hanc conditionem, scilicet si perseueramus. Vnde dicit. *Si tamen initium, &c.* Quicumque enim in Christo baptizatur, suscipit quandam nouam naturam, & formatur quodammodo Christus in ipso. Gal.4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Hoc quidem in nobis vere perficietur in patria, sed hic tantũ initiũ & hoc per fidẽ formatã: quia informis mortua est. Iac.2. Fides sine operibus mortua est. Vnde ista non est nobis initiũ participationis Christi, sed fides formata. Infra.10. Est autem

K fides sperandarum substantia rerum. i. fundamentũ, & quasi initium. Dicit ergo, Sumus participes Christi (si tamen tenemus vsque in finem firmum, initium substantiæ eius) scilicet fidem formatã. Sed cõtra. Videtur ꝙ timor magis sit initium, quia dicit. Psal.110. Initium sapientiæ timor dni. Respondeo. Dicendum est, ꝙ fides formatur per charitatẽ. Charitas autem non est sine timore casto. Et ideo fides formata semper habet timorem istũ secũ annexũ. Vnde & fides & timor sunt initiũ. Illud autem quod addit, dum dicitur, hodie, &c. totum exposi tum est. Deinde cum dicit. *Quidam enim audientes.* Exponit quod dixerat de culpa illorum. Q. d. Vos estis effecti participes Christi, si non obduraueritis corda uestra sicut isti qui audierunt, sed exacerbauerunt. *Sed non uniuersi*, idest non tamen omnes. Duo enim, scilicet Caleph & Iosue pmanserunt, vt habetur

A betur Num.14. Et alios etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi quòd cum non tota ecclesia cadat, sed tantum aliqui, licet plures, quòd nihilominus mali punientur, sed non boni, sicut in istis duobus. 3.Reg. 19. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curũauerunt genua sua Baal. Rom. 11. Reliquiæ secundum electionem dei saluæ factæ sunt. Deinde cum dicit. *Quibus autem, &c.* Exponit illud quod dixerat de pœna. Et primo illud quod dixerat, offẽsus fui, secundo illud quod dixerat. Iurauì in ira, &c. ibi, Quibus autem iurauit, &c. Dicit ergo. *Quibus autẽ offensus est quadraginta annis? Non ne, &c.* Ex quo patet ꝙ istud quod supra dixit, quadraginta annis referẽ ad illud offensus fui. Vnde dicit, quòd fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Vnde sciendum est quòd omnes qui egressi sunt de Aegypto mortui sunt in deserto, sicut dicitur Iosue 5. Non tamen omnes prostrati sunt, sed aliqui vel a Deo, sicut quando aperta est terra, & deglutiuit Datam & Abiron, sicut dicitur in Psalmis 77. Et de hoc habetur Nu.16. Aliqui uero prostrati sunt a Moyse, sicut patet in conflatione uituli, sicut patet Exo.22. Aliqui uero ab hostibus, sicut patet in pluribus locis. Et ista satis habentur. 1 Cor.

C 10. Aliqui uero morte propria mortui sunt. Non ergo omnes prostrati sunt. Vnde non fuit pœna generalis, sed pœna specialis fuit. Et nullus præter illos duos, qui dicti sunt, introierunt terram promissionis. Et de ista terra dicit. *Quibus autem iurauit*, idest firmiter statuit, *non introire in requiem*: nisi illis qui fuerunt increduli uerbis, scilicet exploratorum? Vnde patet, quòd propter incredulitatem non potuerunt intrare in requiem ipsius, & propter hoc dicit. *Videmus*, quia experti sunt, quòd propter incredulitatem suam non potuerunt intrare. Vel uidemus nos, scilicet per pœnam illam, quæ dicta est, quia non potuerunt, &c.

LECTIO PRIMA.

PRæmisit supra Apostolus authoritatem Dauid & exposuit, nũc autem arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo. Primo enim inducit solicitudinem introeundi, secundo mo-

D net quòd properemus ingredi, ibi. *Festinemus ergo.* Circa primum duo facit. Primo enim incutit solicitudinem timoris. Secundo ostendit, quòd de hoc debet solicitudo immine re, ibi. *Etenim & nobis.* Dicit ergo. Dictum est ꝙ infensus est illis, qui non crediderunt, ita ꝙ iurauit ꝙ non introibunt in requiem eius. *Ergo & nos timeamus*, scilicet timore casto & solici tudinis. Prou.28. Beatus homo qui semper est pauidus. 1. Cor.10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Timor enim huiusmodi est vtilis admonitio ad bonũ, & est comes trium spiritualium virtutum, scilicet, spei, fidei, & charitatis. Ecclesia.24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis & sanctæ spei. Sed quid timere debemus? *Ne forte relicta pollicitatione, &c.* Beatitudo enim siue fœcilitas in hoc consistit, vt homo ingrediatur illam. Tob. 13. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Infra.12. Contemplantes ne forte quis desit gratiæ dei. Quia ut dicit Chrysostomus, Maior est pœna damnatis de hoc, quòd sunt exclusi a uisione dei, quàm aliæ pœnæ quas habent. Et dicit. *Existimetur*, scilicet diuino iudicio. Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum. Vel existimetur secundum humanam opinionem. Eph.5. Hoc scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Timendum est ergo, ne aliquis ex uobis existimetur deesse, quia uobis facta est promissio intrandi. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Apoc. 14. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Timendum est ergo ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione, idest promissione, quam relinquimus deserendo spem, fidem, & charitatem per quam possumus introire. Et hoc fit

per peccatum mortale. Consequenter cum dicit. *Etenim nobis.* Ostendit quòd nobis imminet ista solicitudo. Et circa hoc facit duo. Primo enim proponit intentionem suam. Secundo probat eam, ibi. *Ingrediemur.* Circa primum duo facit, quia primo ostendit quòd nobis facta est ista promissio, secundo ꝙ ista pmissio, nõ sufficit, ibi. *Sed non profuit*, Dicit ergo. *Etenim nobis nuntiatum.* Idest nobis pmissũ est. Vnde sciendum est ꝙ illa, quæ in ueteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Cor. 10. & Rom.15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Deinde cum dicit. *Sed non profuit, &c.* Ostendit, quòd nonsufficit promissio, quin nihilominus debeamus esse soliciti. Vnde dicit, quòd sermo auditus, & non creditus, in nullo eis profuit. Non enim auditores legis iustificabuntur, sed factores. Rom. 2. Et dicit. *Non admistus fidei.* Quia sicut ex intellectu & intellecto fit vnum, ita ex corde credentis, & ipsa fide formata fit unum. 1.Corin.6. Qui adhæret deo unus spiritus est. Illud autem quòd dicit. *Ex his quæ audierunt.* potest esse ratio, quare sermo non est admistus fidei. Hoc enim fuit ex his, quæ audierunt ab exploratoribus, quibus fuerunt increduli. Vel potest esse determinatio fidei, quæ debet esse ex his quæ audierunt. Fides enim ex auditu. Rom.10. Verba enim dei sic sunt efficacia: quòd statim audita debent esse credita. Psalm. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deinde cum dicit. *Ingrediemur enim, &c.* Probat propositum, & circa hoc facit tria. Primo enim ostendit, quòd nobis est necessarium credere sicut & illis. Secundo adducit duas authoritates ad probandũm intentum suum, ibi. *Et quidem operibus* Tertio ex illis arguit, ibi. *Quoniam ergo supereſt.* Dicit ergo, Nobis factus est sermo sicut & illis, quia. *Ingrediemur in requiem.* Psalm. 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Iob.11. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Est autem duplex requies. Vna in bonis exterioribus, & ad istam egreditur homo a requie mentis. Alia est in bonis spiritualibus, quæ est intima & ad istam ingreditur. Matth.25. Intra in gaudium domini tui. Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Deinde ponit authoritatem. *Sicut iurauì, &c.* & hoc expositum est. Deinde cum dicit. *Et quidem operibus, &c.* ponit duas authoritates. Vnam legis, quæ habetur Genes. 2. aliã quæ frequenter posita est, quæ habetur in Psalm. 94. dicit ergo quantum ad primum. *Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis dixit, &c.* Hoc potest legi dupliciter. Vno modo quòd non sit ibi, enim, sed dixit, in quodam loco, &c. Et est planior litera, ut sit sensus. Dico quòd ingrediemur in requiem, quæ præfigurata est ab institutione mundi, de qua re quie præfigurata per diẽ septimam. *Dixit*, scilicet Spiritussanctus qui loquitur in scriptura: quia Spiritusanctus inspirati locuti sunt sancti dei homines. 2. Pet. 1. *In quodam loco.* (Famoso) scilicet. Genes. 2. *De die septima.* Et sic requieuit deus ab operibus suis. Operibus, inquam ab institutione mundi perfectis. Vel dixit Spiritussanctus in quodam loco de die septima, & hoc dixit postquam narrauerat opera sex dierum ipsis perfectis ab institutione mundi. Si vero sit ibi. Dicit enim,

E sic est defectiua constructio, & est sensus. *Nuntiatum est nobis quòd ingrediemur*, & hoc. *Operibus ab institutione mundi perfectis*, Sed quando & quomodo nuntiatum est: quia dixit, in quodam loco, &c. Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum, quæ fuerunt perfecta. Dicit uero ab institutione mundi, quia primo constitutus est mundus, & post sex dies distincte perfectus est in singulis partibus suis. De distinctione autem istorũ dierum diuersimode loquuntur sancti. Aliter enim accipit August. ab alijs sanctis, sicut patet prima parte summæ quæst.74. Art.2.&.3. Tamen quomodocumque dicatur manifestum est, quòd opera illa perfecta fuerunt. Est enim in ipsis duplex perfectio. Vna, secundum partes mundi, quæ sunt cœlum, & quatuor elementa. Et hæc attenditur penes earũ essentias, sicut habetur in prima parte summæ quasi vbi supra. Et hoc fuit per opus creationis, quod fuit prima die.

die. Et per opus distinctionis, quod fuit secunda & tertia die, Et in hoc concordat August. cum alijs. Alia perfectio est, secundum singulas partes. Et hæc perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus quantum ad superiora fuit quarta die, quātum ad mediam, scilicet aerem & aquam, quint a die, quantum vero ad terram, quæ est infimum elementum, suit sexta die. Ista vero perfectio conuenit numero senario, qui consurgit ex suis partibus aliquotis simul sumptis, quę sunt vnū, duo, & tria, quia sexies vnū, sunt sex, similiter ter bis, & bis ter, & vnū, duo, tria, sunt sex, quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius conueniat aliqualiter his, quæ dicta sunt, quia ter vnum, tria sunt, & vnum & duo, tria sunt, tamen bis vnū nō faciunt tria: similiter semel duo, non faciunt tria, sed tātum duo: ideo per ipsum senarium, designatur perfectio rerum. Post perfectionem vero promittitur quies, quæ nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mundi, sicut in qualibet alia erat quædam variatio, unde in ipsa incœpit status propagationis, propter quod & connumeratur alijs, ideo in septima mundi ætate, est status quiescentium. Secundum August. tamē, ista septima dies nihil aliud est, quàm cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. Sed contra. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eam, si non est opus dei? Præterea. Io. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ergo operor. Respondeo, Dicendum est quòd accipitur ibi quies, non secundum quòd opponitur labori, sed secūdum quòd opponitur motui. Deus enim & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso non loquimur nisi per sensibilia, in quibus non est operatio sine motu, ideo omnis operatio large loquendo, dicitur motus, & sic dicitur quieuisse, quia cessauit nouas species producere: quia illa, quæ post ea facta sunt, fuerunt in illis rebus tūc productis: vel secundum virtutem actiuam sicut in animalibus perfectis, vel secundum rationes seminales, vel secundum materiam sicut materialia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit factum corpus quod posset suscitari. Quædam autem fuerunt tunc secundum similitudinem, vt animæ rationales, quæ tantum fiunt a deo. Sic ergo requieuit deus ab operibus producendis, quia omnia aliquo modo præcesserunt vt dictum est, tamen vsque modo operatur conseruando, & gubernando, quæ condidit. Et sic septimam diem deus fecit sicut quamlibet aliam, quia tunc fuit aliquid additum, quia tunc incœpit status propagationis. Quælibet autem additio uariabat statum mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diem. Vel secūdum Aug. non dicit simpliciter requieuit, sed, *Requieuit ab operibus suis*. Ab æterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiam requieuit non in operibus, sed ab operibus. Aliter enim operatur deus, & quilibet alius artifex, Artifex enim agit propter indigentiam suam, sicut domificator facit domum vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrū. unde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed non sic est de deo, quia non agit propter indigentiam suā, sed propter bonitatem communicandam. Vnde non quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem ponit authoritatem Dauid, quæ iam exposita est. Consequenter cum dicit. *Quoniam ergo superest, &c.* Arguit ex præmissis. Et circa hoc facit duo. Primo enim, accipit sensum secundæ authoritatis illius. *Si uocem eius audieritis, &c.* Secundo, arguit ex primo, ibi. *Itaque relinquitur, &c.* Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda authoritate, secundo, ostēdit quòd hæc duo intelliguntur in ipsa, ibi. *Nam si eis Iesus.* Accipit ergo duo, quæ intelliguntur in ipsa, ibi. *Nam iustum est*, scilicet, quòd antiqui patres non introierunt. Aliud est, quòd tempore Dauid adhuc restabat alia quies præstanda. Licet enim ipsis fuisset promissa requies præstanda in terra promissionis, tamen per hoc, quod post longum tempus dicit, Hodie si vocem, &c. ostendit quòd alia requies restat. Aliter enim non faceret mentionem de requie, dicens, Hodie, &c. Est ergo quædam requies in quam nobis intrandum est, in quam illi non intrauerunt, propter incredulitatem. Et ideo, quoniam illi non intrauerūt, restat ergo quosdam intrare quibus promissio facta est, quia hi quibus prius nuntiatum est non introierunt, idest Iudæi, quibus promissio facta est. Restat ergo quosdam intrare, cuius ratio est, quia si Deus creauit hominem ad æternam beatitudinem, quia ad imaginem & similitudinē suā creauit illum, ideo præparauit ei requiem. Licet ergo aliquis ex merito culpæ suæ excludatur, non tamen vult Deus quòd illa præparatio sit frustra. Et iō superest, vt quidam intrent, vt patet de vocatis ad nuptias Math. 21. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni &c. & ideo. *Terminat.* idest, determinat nobis diē septimam, idest diē gratiæ dicendo in Dauid, Hodie si vocem, &c. Et repetit authoritatem, quæ exposita est. Sciendum est autem, ꝙ deus homini præparauit beatitudinem pro requie, nec vult istam præparationem esse frustra, sed si vnus non intrabit, alius intrabit, sicut ostendit in illa parabola de nuptijs. Matth. 22. Vnde Apoc. 3. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Quasi dicat, Si tu non accipias, alius habebit. Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Deinde cū dicit. *Nam si eis Iesus, &c.* Probat quòd supersit alios intrare, quia si Iesus Naue, idest, Iosue filiis Israel. *Finalem requiem præstitisset, numquam de alia, &c.* Idest, non immineret nobis alia requies, nec de alia aliqua propheta Dauid loqueretur post illam diem. Vnde manifestum est, quòd illa requies fuit signum requiei spiritualis.

> dieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset: numquam de alia loqueretur post hac die.

LECTIO IIII.

> ITAQVE relinquitur sabbathismus populo Dei. Qui.n.ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illā requiem: ut ne ī idipsum quis incidat incredulitatis exemplum, Vnius est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertigens usque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ad medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem est nobis sermo.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus duas authoritates assumpsit, vnam de Gen. 2. Aliā vero de Psal. 94. & conclusit intentionē suam ex secunda authoritate. s. Psalm. hic concludit idē ex prima. Et circa hoc facit duo. Primo. n. ponit conclusionē, secūdo, ponit rationē consequentiæ, ibi. *Qui enim ingressus.* Circa primū sciēdum est, ꝙ Apostolus in serie omniū istorū verborū, facit mentionē de triplici requie. Prima, est requies dei ab operibus suis. Secunda, est requies tēporalis, quā habuerunt filij Israel in terra promissionis. Tertia, est requies æterna, quę per istas duas designatur. Sed Apostolus hic, anteꝗ̃ faciat mentionem de requie æterna, dicit ꝙ post terrenā adhuc. *Relinquitur*, idest remanet. *Sabbathismus populo dei.* qui in veteri lege per sabbathū, repræsentabatur. s. requies æterna. Esa. 58. Vocaberis sabbathū delicatū & sanctū dñi. Esa. 66. Erit mensis ex mense & sabbathū ex sabbatho. i. requies perpetua. Et dicit sabbathismus, quia sicut in veteri lege sabbathū repræsentabat requiē dei ab operibus suis, de qua dicitur Gen. 2. ita illa requies erit sanctorū ab operibus suis. Apoc. 14. Amodo iā dicit spiritus, vt requiescāt a laboribus suis. Vñ subdit. *Qui. n. ingressus est re. eius.* quia sicut deus sex diebus operatus est, & septima requieuit, ita per sex dies præsens tēpus ꝑ perfectū numerū significatur. Qui ergo perfecte operatur, in septima. *Requiescit ab operibus suis, sicut & a suis deus.* non aūt a quibuscumq; operibus, quia sunt ibi quædā opera perpetua, videre. s. amare, & laudare. Apoca. 4. Non habebāt requiē nocte ac die dicētia, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40. Qui sperant in dño, habebunt fortitudinē, assument pennas vt aquilæ, current & nō laborabunt, ambulabunt & non deficient. Deinde cum dicit. *Festinemus.* Inducit ad festinationē. Et circa hoc facit duo. Primo. n. ponit monitionē, secundo, subdit rationem de introitu illius requiei, ibi. *Viuus est.* Item circa primū duo facit. Primo enim, monet ad festinandū, secundo, ostendit tardantis periculū, ibi. *Vt ne in idipsum.* Dicit ergo, Quia igitur relinquitur sabbathismus, &c. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* Et signāter dicit ingredi, quia non est in bonis exterioribus, ad quæ est egressus, sed est in bonis interioribus. Exo. 15. Introduces eos, & plātabis, &c. Matth. 25. Intra in gaudiū dñi tui. Est ergo multiplex ratio, quare festinandū est intrare. Vna est, quia longinqua est via, Prouer. 7. Abijt via longissima, Luc. 19. Homo quidā nobilis abijt in regionē longinquā. Dicitur aūt longinqua, ꝑ distantiam status, quia ibidem plenitudo omnis boni, & immunitas ab omni malo: est etiam desideranti perfecta visio & tentio: hic autē sunt omnia contraria istis. Item festinandū est, quia tempus est valde breue. Iob. 14. Breues dies hominis sunt. Item, quia istud tēpus cum hoc, ꝙ est breue & modicum, est

est etiam incertum. Eccle. 9. Nescit homo finem suum. Item, propter vrgētem vocationem. Interior enim vocatio urget nos per stimulum charitatis. Esa. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit, &c. 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Item propter periculum tardantis, sicut patet de fatuis virginibus. Matth. 25. quæ tarde uenientes intrare non potuerūt. Et ideo dicit. *Vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplū.* Quasi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi propter incredulitatem. Vnde caueamus alienæ culpæ exemplo, ne simus increduli, & exemplo pœnæ, vt. s. non excludamur sicut ipsi. Luc. 1. Abijt in montana cum festinatione. Ad hoc enim ostenduntur nobis præteritæ pœnæ aliorum, vt caueamus. Prouerb. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Glo. Peius est nisi caueatis. Ex hoc videtur, quòd ille qui non corrigitur punitione alterius, grauius punietur. Sed contra, quia iam peccatum Adæ, q non peccauit exemplo alterius, esset minus graue. Respondeo: Dicendum est, quòd semper iste locutiones intelligendæ sunt cæteris paribus. Contingit enim duo peccata in se considerata, non esse unum grauius altero, tamen propter aliquam circunstantiā aduenientem, aggrauatur vnum, & non aliud: sicut duo adulteria de se æqualia sunt, tamen illud quod est ex certa malitia, grauius est, quàm illud quod est ex passione vel infirmitate. Et similiter uerbum otiosum grauius est, quando fit ex certa malitia.

Quomodo autem festinandum sit, docet Apostolus. 1. Cor. 9. quia, Qui currit, & qui certat ab omnibus se abstinet. Festinādum est ergo, deponendo impedimenta, non solum ut abstineamus a peccatis, sed etiam vt occasiones peccatorum vitemus. Pro 3. Ducam te per semitas &c. sed contra. Pro. 19. Qui festinus est pedibus offendet. Respondeo: duplex est festinantia, scilicet præcipitationis, & hæc est reprehensibilis, alia tenuitatis, & celeritatis, & hæc est laudabilis: nam sicut dicit, Phil. Omnes homines oportet consiliari diu, operari autē cō siliata festinanter. qn̄ ergo festinantiæ tollit consilium, tunc præcipitat, & est vitiosa, & secundum hanc uerificatur obiectio, sed festinantia, quæ est in executione consiliatorum, est virtuosa, & laudatur, & ad hanc hortatur hic Apostolus.

Deinde cum dicit. *Viuus est enim sermo dei &c.* Ponit rationem prædictæ monitionis, & præcipue quantum ad periculum. Hæc autem ratio sumitur ex parte Christi. In ipso autem est duplex natura. Vna, s. diuina secundum quam est uerbum patris. Alia est humana, secundum quam est pōtifex offerens se in cruce. Primo ergo, ponit rationem sumptam ex parte diuinitatis, secundo, rationem sumptam ex parte humanitatis, ibi. *Habentes igitur.* De filio autem dei dicit tria. Primo enim, assignat eius uirtutē, quia viuus est sermo dei. secundo eius cognitionem, ibi. *Et discretor.* Tertio, eius authoritatem, ibi. *Ad quem nobis sermo.* Virtutem eius ostendit, tripliciter. Primo, quantum ad naturam, secundo quantum ad potestatem, ibi. *Et efficax.* Tertio, quantum ad operationem, *Et penetrabilior.* Dicit ergo. *Viuus est sermo dei.* Ista litera de se uidetur habere difficultatem, tamen considerando aliam translationem planior est. Vbi enim nos habemus. *Sermo*, in Græco habetur, logos, quod est idem quòd uerbum. Vnde sermo, i. verbum. Et sic etiam exponit Aug. illud Io. 1. Sermo quem locutus sum, idest ego ipse, qui sum verbum. Sap. 18. Omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo, a regalibus sedibus uenit. Et similiter hic sermo dei est uiuus, idest verbum dei uiuum. Verbum enim dei ab æterno conceptum, in paterno intellectu est verbum primordiale. de quo Eccle. 3 dicitur, Fons sapientiæ uerbum dei in excelsis. Et quia est primordiale, ideo ab ipso deriuantur omnia alia uerba, quę nihil aliud sunt ꝗ quædam conceptiones expressæ in mente angeli, vel nostra. Vnde illud uerbum, est expressio omnium uerborum, quasi fons quidam. Et illa, quæ dicuntur de illo uerbo, quodammodo aptantur ad alia uerba, secundum suum modum. De illo autem dicitur, quòd est uiuus. Dicitur autem res uiua, quandiu habet motum, & operationem suam. Sicut enim fons scaturiens dicitur uiuus, sic & uerbum illud quod habet perpetuum uigorem. Psa. 118. In æternum domine, uerbum tuum permanet in cœlo. Io. 5. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso. Vel potest referri ad humanam naturam. Est enim uiuus, licet ab alijs reputetur mortuus, quia cū resurrexit, iam non moritur. Apocalip. 1. Fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Similiter etiam sermo scripturæ est uiuus, & indeficiens. Roman. 9. Non autem, quod exciderit uerbum dei. Consequenter cum dicit. *Et efficax.* Ostendit eius potestatem. Dicitur autem uerbum efficax propter maximam uirtutem, & infinitam uim effectiuam, quam habet. Per ipsum, n. facta sunt omnia Io. 1. & Psalm. 32. Verbo domini cæli firmati sunt. Item est efficax, quia ex ipso omnia uerba prolata a deo, mediante angelo vel homine, efficaciā habent. Eccl. 8. Sermo illius potestate plenus est, Esa. 55. Verbū quod egredietur de oro meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quodcūq; uolui &c. Deinde cū dicit. Et penetrabilior, ostendit eius operationē. Et circa hoc, facit duo. Primo, ponit eius operationem, secundo, exponit, ibi. *Et pertingens.* Dicit ergo. *Et penetrabilior.* Illud proprie dicitur penetrare, qđ ingreditur profunda rei. Hoc autem potest esse dupliciter. Vno modo, quia operatur in intimis rei. Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Alio modo, quia cognoscit intima rei Io. 2. Opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. Operatio enim dei & cognitio, pertingit, & penetrat intima rei. Vnde dicit. *Omni gladio ancipiti.* Inter omnia enim, gladius est penetrabilior propter acumen, & maxime gladius anceps, qui, scilicet est acutus ex duabus eius partibus. Et ideo, quia uerbum dei acutum est, & ad operandum, & ad cognoscendum, ideo comparatur gladio ancipiti. Eph. 6. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Esa. 27. In illa die visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti &c. Vel dicitur anceps, quantum ad operationem, quia habet aciem ad bona promouenda, & mala destruenda, Apoc. 1. Ex ore ipsius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus, uel quantum ad cognitionē;

& dicitur. *Omni gladio ancipiti*, idest omni humano intellectu, qui dicitur anceps, quia habet uiam ad vtranq; partem conclusionis, quousq; veniat ad finem perscrutationis, & ibi figit acumen suum, scilicet in ueritate.

In ordine enim causarum uidemus, quòd semper causa prior, intimius operatur ꝗ̃ causa posterior. Vnde illud quod natura producit est intimius, quàm illud quod producitur per artem. Quia ergo deus est prima causa simpliciter, ideo eius operatione producitur illud, quod est intimius ipsi rei, scilicet esse eius. Consequenter cum dicit. *Et pertingens &c* Manifestat quod dixerat de operatione. Et circa hoc facit duo, quia primo, ostendit hoc quantum ad spiritualia, secundo, quantum ad corporalia ibi. *Compagum quoq; & medullarum.* Secundum enim Apostolum, tria sunt in homine, scilicet corpus, anima, & spiritus. 1. Thes. 5. Integer spiritus uester, anima, & corpus &c. Quid enim sit corpus notum est. Anima autem est, quæ dat corpori uitam: spiritus vero in rebus corporalibus dicitur quid subtile, & ideo significat substantias immateriales. Esa 31. Aegyptus homo, & non deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Spiritus ergo in nobis dicitur illud, per quod communicamus cum substantijs spiritualibus. Anima uero illud, per quod communicamus cum brutis. Et sic spiritus est mens humana, scilicet intellectus, & voluntas: Ex hoc autem dicunt aliqui, quòd in nobis sunt diuersæ animæ. Vna scilicet, quæ perficit, & viuificat corpus, & ista dicitur anima proprie. Alia uero, est spiritus habens intellectum quo intelligimus, & voluntatem qua uolumus: & ideo ista duo magis dicuntur substantiæ, quàm animæ. Hoc autem damnatum est in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Et ideo dicendum est, quòd una & eadem est essentia animæ, quæ per essentiam suam uiuificat corpus, & per potentiam suam, quæ dicitur intellectus, est principium intelligendi. & per istam intellegit æterna: quod quomodo sit, sic patet. Videmus enim, quòd quanto forma est perfectior, tanto operatio eius minus subditur materiæ: sicut patet quòd formæ elementorum, quia sunt imperfectissimæ, non extenduntur vltra materiam. Cum ergo anima inter omnes formas sit nobilissima, oportet quòd habeat aliquam operationem, & præcipue anima rationalis, quæ omnino excedit potentiam materię. Et istam operationem vocamus intelligere, ad quam sequitur sua inclinatio, scilicet velle. Est autem triplex differentia inter operationes animę, ita quòd anima dicatur ad quam pertinent potentiæ, quibus anima operatur cum corpore. Ad spiritum uero ille, quibus operatur sine corpore. Prima autem differentia inter istas potentias, & operationes ab ipsis procedentes, est ipsius rationis ad sensualitatem, quæ est potentia, per quam anima operatur cum corpore, quia ratio apprehendit immaterialia: sensualitas uero materialia, & sensibilia. Secunda differentia est, partium sensualitatis: quia alium statum, & ordinem habet sensualitas, secundum quòd tendit in proprium obiectum ex natura sua, & alium secundum quòd regulatur a ratione. Ipsa enim concupiscibilis aliter consideratur ut est uis quædam in ordine ad obiectum suum, & aliter vt participat rationē. Tertia differentia est partium ipsius rationis,

secundum diuersa obiecta ipsius, quia vel tendit in deum; & hoc est supremum in ipsa, vel in effectus spirituales, vel in effectus temporales. Omnes autem istas diuisiones, & differentias operatur, & discernit verbum dei, scilicet, quomodo sensualitas distinguatur a ratione, differentiam etiam ipsius sensualitatis in se, differentiam etiam partium rationis, & quid proueniat in anima ex consideratione spiritualium, & terrenorum. Alio modo po-

LECTIO III.

Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cælos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionē. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris,

test exponi secundum Glossam, dupliciter, vt per animam intelligantur peccata carnalia, quæ fiunt actu, & delectatione corporis, vt luxuria, gula, & huiusmodi, per spiritum uero peccata spiritualia, quæ fiunt actu mentis, vt superbia, inanis gloria, & huiusmodi: vel per animam intelliguntur malæ cogitationes, per spiritum uero bonæ. Et sic est sensus, pertingens, idest discernens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus, idest, inter carnalia, & spiritualia peccata, vel inter bonas, & malas cogitationes. Consequenter cum dicit, *Compagum quoque & medullarum*, declarat illud quod dixerat de operatione dei, quantum ad temporalia. Sciendum est autem, quòd aliquid non potest penetrando pertingere ad aliquid propter duo. Vnum est, propter colligationem, Aliud autem est, propter inclusionem. Neutrum istorum potest impedire verbū dei. In nobis quidem sunt quædam colligationes, scilicet neruorum, & arteriarum. Quædam etiam sunt valde inclusa, & occulta, sicut medullæ quæ in ossibus includuntur, omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt, & subdita: & ideo nihil est ei difficile ad penetrandum. Vel per compages potest intelligi coniunctio, quæ est inter partes animæ adinuicem, vt inter animam, & spiritum. q.d. Non solum pertingit ad cognoscendū differentiam, & diuisionem animæ, & spiritus, sed etiam ad cognoscendum quomodo coniunguntur. Cognoscit enim, quomodo sensualitas regitur ratione. Medulla autem potest intelligi illud, quod latet in ratione, & sensualitate. Matt. 10. Timete eū, qui potest, & animam, & corpus mittere in gehennam. Deinde cum dicit. *Et discretor cogitationum*, agit de cognitione uerbi. Et circa hoc facit duo Primo enim ostendit, quòd omnia subduntur cognitioni eius. Secundo, ostendit quomodo cognoscit, ibi. *Omnia autem nuda*. Ex duobus autem contingit, quòd aliquid non cognoscatur, scilicet, aut quia est intra aliquod occultatum, & sic maxime sunt occulta, quæ latent in corde, quia ipsum est valde profundum, & inscrutabile. Hier. 7. Prauum est cor hominis, & inscrutabile Secundum vero septuaginta interpretes habetur sic, Profundum est cor hominis, &c. In corde vero latent cogitationes. Istas autem cognoscit verbum dei. Esa. 1. Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Et ideo, quantū ad hoc dicit. *Discretor cogitationum.* Alio modo non cognoscitur aliquid, quia est omnino ignotum, & inuisibile: & sic ea, quæ sunt in voluntate sunt ignota. In uoluntate autem est ipsa intentio finis, quæ de natura sua est inuisibilis. Quid enim homo facit uel cogitat, manifestatur per opus: sed qua intentione hoc faciat, penitus est incertum. Ista autem non sunt occulta deo. Ideo adiungit. *Et intentionum cordis*. Psalm. 7. Scrutans corda, & renes, idest cogitationes, & intentiones. Sciendum est autem, quòd illud quod dicit penetrans, referri potest ad operationem vt dictum est. Et sic differunt penetrans, & discretor. Si autem referatur ad cogitationem, tunc quod hic dicit, *Et discretor*, est expositio illius. q.d. Tu dicis quòd est penetrabilior, &c. Verum est, qa est etiam discretor compagum, & medullarum, i. cogitationum, & intentionum. Compages enim dicuntur quædam colligationes, & sic cogitatio, inqua est quasi quædam colligatio terminorum, potest dici, compago, dum de uno tendit in aliud, Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis. Item, Esa. 5. Væ qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Item, medulla est intima latēs in ossibus. Iob. 21. Medullis ossa illius irrigantur. Deinde cum dicit, *Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius*. Ostendit, quòd illud quod secundum naturam est inuisibile, non est occultum Deo. Quod enim aliquid nō uideatur a nobis, hoc est, quia simplicius, & subtilius est oculo nostro, siue corporali siue intellectuali: sicut sunt substantiæ separatæ, quas in uita ista videre non possumus. Diuino autem intellectu nihil est simplicius, vel subtilius, ergo nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Sed nunquid cognoscit in vniuersali tantum, sicut quidam uoluerunt? Non, sed. *Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius*. Per oculum autem, intelligitur vis cognitiua: intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signanter autem dicit in plurali, oculos, propter diuersitatem intellectorum, quia non cognoscit unum tantum, sed etiam multitudinem rerum. Dicit etiam nuda, & aperta. Dupliciter enim cognoscitur aliquid. Vno modo in superficie. Alio modo in profundo, sicut homo nudus videtur in superficie, nō autē vestitus, sed omnia Deo manifesta sunt, quæ videntur in superficie. Nihil enim est extra, quod impediat cognitionem Dei, sicut vestis impedit ne videatur homo. Et ideo dicit, *Nuda*. Iob. 26. Nudus est infernus coram illo. Dicit etiam aperta, quia nihil é ita occultum in re, quòd Dei cognitionem effugiat. Sed contra Abac. 1. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & aspicere ad iniquitatem non poteris: non ergo omnia nuda sunt. Respōdeo. Dicendum, quòd in Deo est scientia simplicis intelligentiæ, & scientia approbationis: primo modo cognoscit omnia, etiam mala, & ea quæ non sunt: secundo cognoscit bona, quantum ad ea, quæ sunt. Consequēter ostendit perfectionem authoritatis ipsius cum dicit; *Ad quem nobis sermo*. Ista vero authoritas est authoritas iudicandi. Act. 10. Ipse est, qui cōstitutus est a Deo iudex viuorum ac mortuorum. Ad istum ergo nobis sermo, vt scilicet reddamus rationem de operibus nostris. 2. Cor 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum sit. & ideo quia sicut est potens, sic sciens, & sic magnus, festinemus ergo ingredi &c. Ad iudicium enim faciendum, tria requiruntur, primo quidem, potestas subditos cohercendi. Eccle. 7. Noli fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Et hæc conuenit Christo, secundum illud Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas &c. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, vt scilicet aliquis non ex odio, vel liuore, sed ex amore iustitiæ, iudiciū proferat. Prouer. 3. Quem diligit Dominus corripit, & quasi patri &c. Et hic amor iustitiæ potissimum est in Christo. Esa 2. Et erit iustitia cingulum lumborum eius &c. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. Ecclesi. 10. Iudex sapiens, iudicabit populum suū &c. Christus autem est Dei virtus, & Dei sapientia. 1. Cor. 1. Hæc autem iudiciaria potestas, cōuenit Christo, secundum quòd est homo. Ioan 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: non quidem propter conditionem naturæ secundum Aug. quia sic, omnes homines, huiusmodi potestatē haberent, sed propter gratiam capitis, quam Christus in humana natura accepit Competit autem Christo hoc modo iudiciaria potestas secundum humanam naturam, propter tria: primo, propter conuenientiam, & affinitatem ipsius ad homines. Sicut enim Deus per causas medias, tamquàm propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Christum, homines, vt sit suauius iudicium. Non .n. habemus Pōtificem, qui non possit compati &c. vt dictū est. Secundo, quia in ānali iudicio, vt August. dicit super Ioan. erit resurrectio corporū mortuorum, quæ suscitat Deus per filium hominis, sicut per eundem Christum suscitat animas, inquantum est filius Dei. Tertio, quia vt Aug. dicit in libro de verbis Domini, rectum erat, vt iudicandi, viderent iudicem. Iudicandi autem sunt boni, & mali: restat ergo, vt in iudicio forma hominis, bonis & malis ostenderetur, & forma Dei, solis bonis seruaretur. Hæc autem potestas, primo homini competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis, & etiam ista ex meritis adeptus est. Quod quidem congrue factum est, vt secūdum Dei iustitiam iudex esset, qui pro Dei iustitia, pugnauit, & vicit, & iustitia reos dānaret qui iniuste iudicatus est. Apoc. 3. Vici, & sedi in Throno patris, p quē intelligitur iudiciaria potestas. Ps 9. Sedens super Thronum, qui iudicas iustitiam. Aug. de Verbis Domini. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice, damnabitque reos, qui falso reus factus est.

LECTIO TERTITIA.

SVPRA Apostolus monuit ad festinandum ingredi in requiem Dei, & ad hoc inducendum, posuit magnitudinem Christi, quantum ad diuinam naturam: hic ostendit idem quantum ad humanam naturam, & circa hoc tria facit. Primo enim, ponit eius dignitatem, secundo, ostendit eius pietatem, ibi *Non enim habemus*. Tertio, induxit ad habendum de eo fiduciam, ibi *Adeamus*. Dicit ergo. Ita dictum est quòd nobis est sermo ad eum, qui est viuus, sermo, verus iudex, & pontifex. *Ergo habentes pontificem magnum*. Psalm. 109. Tu es sacedos in æternum &c. Nec tantum pontifex, sed etiam magnus. Zach. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo &c. Hic autem dicitur magnus, quia non est pontifex, tantum bonorum temporalium, sed & futurorum. infra

fra. 9. Christus assistens pontifex futurorū bonorū &c. Duo aūt tinebant ad magnum pontificem. Vnum quo ad officium, scilicet semel in anno cum sanguine intrare in sanctæ sanctorum. sicut habetur, infra. 9. & Leuit. 16. Hoc autem præcipue conuenit Christo. Ille enim intrat cum sanguine in sancta figuralia, sed Christus per proprium sanguinē intrauit in sancta, idest sacra cœlestia, & ideo dicit. *Qui penetrauit cælos*, idest propria virtute penitus intrauit. Secundum est, quòd debebat esse ex certa tribu, scilicet de stirpe Aaron: sicut dicitur Exod. 29. & Nume. 16. & 17. Hoc autem competit Christo, qui est nobilioris originis. Vnde dicit filius Dei. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Psal. 2. Filius meus es tū &c. Quia ergo habemus hunc pontificem. *Teneamus confessionem*, idest inhæreamus corde, quia vt dicitur Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hanc autem confessionem, requirit a nobis Christus pontifex maximus. Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Sed dicit. *Spei nostræ*, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd confessio prout hic sumitur, sit confessio fidei. Fides autem est principium spei, sicut habetur ex glo. Matt. 1. Abraham autem genuit Isaac, idest, fides genuit spem, non quidē quantum ad habitum, sed quantum ad ordinem actus. Nullus enim potest sperare nec debet, nisi quod potest consequi. Quòd autem possimus consequi æterna, habemus per fidem. Vel. *Confessionem spei*, idest eius de quo speramus, scilicet videre primam ueritatem. Deinde cum dicit. *Non enim habemus pontificem*, ne forte credatur, quòd non possit aliquid agere præter id, quod exigit eius iustitia, ostendit in ipso etiam esse misericordiam, & pietatem, & ista respiciunt miseriam, & hoc præcipue conuenit Christo. Vnde dicit. *Qui nō possit compati infirmitatib nostris*. Sciēdum est autem, quòd ly posse, aliquando importat non nudam potentiam, sed promptitudinem, & aptitudinem Christi ad subueniendum: & hoc, quia scit per experientiam miseriam nostrā, quam, vt Deus, ab æterno sciuit per simplicem notitiam. Psalm. 102. Misericors est Deus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Vnde subdit. *Pro similitudine*, scilicet nostri. *Tentatum*. Est autem triplex tentatio. Vna quæ est a carne, quādo, s. Caro concupiscit aduersus spūm, vt dr Gal. 5. & ista non est sine peccato, quia vt dicit August. Nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum, quia hoc est carnem cōcupiscere. Sed hoc non fuit in Christo, & ideo dicit. *Absque peccato*, idest absque minimo motu peccati. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicitur, Agnus Dei. Ioa. 1. Alia est tentatio ab hoste, & a mundo, & hoc dupliciter. Vel alliciendo per prospera, vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tentatus Christus. Fuit enim allectus prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem huius vitæ, vel pertinet ad concupiscentiam carnis, vel ad concupiscentiam oculorum, vel ad superbiam uitæ. De primo enim tentauit eum diabolus, quando tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ. Mat 4. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Item, de inani gloria, cum dicit, Mitte te deorsum. Item, de concupiscentia oculorum dicens, Hæc omnia tibi dabo, &c. Luc. 4. Consumata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Item, fuit tentatus per aduersa, & insidias a pharisæis, quia volebant eum capere in sermone. Matt. 22. Item, per contumelias. Matt. 27. Vah, qui destruis templum Dei &c. Item per flagella, & tormenta. Excepta ergo tentatione, quæ est cum peccato, per omnia similis nobis tentatus est. Dicit autem secundum similitudinem, quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quòd ly secundum, denotet causam finalem, quasi dicat, Ideo tentatus est, vt daret nobis exemplum, vt secundum similitudinem eius, tentationem sustineremus, & omnia conaremur vincere. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Vel potest denotare consequentiam, quasi dicat, Ideo tentatus est, vt per omnia tam in temporalibus, quàm in omnibus aliis, nisi in solo peccato, similis esset nobis. Si enim fuisset sine tentationibus, non fuisset eas expertus, & sic non compateretur. Si vero habuisset peccatum, non potuisset nos iuuare, sed magis indiguisset adiutorio. Deinde cum dicit. *Adeamus ergo cum fiducia &c.* Inducit ad habendam fiduciā de ipso: q.d. Ex quo sic potest compati. *Adeamus cum fiducia*. Esa. 12. Ecce Deus saluator meus fiducialiter agam &c. *Adeamus*, dico. *Ad thronum*. Thronus dicit sedes regis, Christus aūt rex est. Hie. 23. Regnabit rex, & sapiēs erit &c. Hic aūt thronus duplicem habet statū. Vnū iustitiæ in futuro, Ps 9. Sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. Hoc

tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ eius: ut misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

erit in futuro. Psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Est alius thronus gratiæ, de quo hic. Ideo additur *Gratiæ eius*, scilicet in præsenti, quando est tempus miserendi. Zach. 4. Exequabit gratiam gratiæ. Per gratiam autem Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur a peccato, quod facit miseros populos. Prouer. 14. Et ideo dicit *Vt misericordiam consequamur*. Itē per gratiā Christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit; *Et gratiam inueniamus*. Lu. 1. Inuenisti gratiam apud Dominum. Et hoc *In auxilio opportuno*. quo addiuuemur ad bene operandum. Psal. 120. Auxilium meum a Domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15. Abundantius illis laborauī: non autē ego, sed gratia Dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dicit. *Auxilio opportuno*, Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccles. 8. Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

CAPIT. V. LEC. I.

OMNIS namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ

hoc *In auxilio opportuno*. quo addiuuemur ad bene operandum. Psal. 120. Auxilium meum a Domino. Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15. Abundantius illis laborauī: non autē ego, sed gratia Dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dicit. *Auxilio opportuno*, Omni enim negotio tempus & opportunitas. Eccles. 8. Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

LECTIO PRIMA.

SICVT a principio huius epistolæ dictū fuit, intentio Apostoli est, ostendere Christū excellentiorē esse omnibus his, ex quib lex habet authoritatē. s. angelis quorū ministerio data fuit Galat. 3. Ordinata per angelos &c. Et Moyse, qui fuit legislator. Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et sacerdotio & pōtificatu Aarō, per quē lex administratur. Expeditis ergo duobus primis, hic prosequitur de tertio. s. de eminentia sacerdotii Christi ad sacerdotiū Aaron. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit Christū esse pontificē. Secundo, ostendit ipsum esse excellentiorem pontifice veteris legis in. 7. cap. ibi *Hic enim Melchisedech*. Itē, in prima parte duo facit. Primo, ostendit Christū esse pontificem. Secundo, præparat aures auditorū ad cōsequētia, ibi *De quo nobis grādis*. Adhuc circa primū duo facit. Primo ostendit, quæ requirātur ad pontificē. Secundo ostendit illa cōuenire Christo, & sic concludit ipsum esse pontificē, ibi *Sic & Christus non semetipsum &c.* Item in prima parte tria facit. Primo, describit pontificale officium. Secundo, ostendit pietatem, quę pōtifici necessaria est, ibi *Qui condolere*. Tertio, ostendit modum peueniendi ad pontificatū, ibi *Neo quisquam sumit*. Circa officium quatuor ponit. Primo gradus altitudinē, ibi *Ex hominibus assumptus*. Secundo pontificatus vtilitatem, ibi *Pro hominibus*. Tertio materiā, ibi *In his quæ ad Deum*. Quarto actū, ibi *Vt offerat dona*. Istud autem officium conuenit homini, non angelo Et ideo dicit, q ita dictum est, q habemus pontificem magnum, & talis est Christus *Namque* pro quia *Omnis pontifex ex hominibus assumptus*, & sic debet etiā esse de numero hominū. Voluit autem Deus, vt homo habeat similem sui, ad quē curat. Vnde & ecclesia ordinauit, quòd quando vtilis inuenitur aliquis de collegio, non eligatur extraneus. Oseæ. 2. Dabo eis vinitores ex eodem loco. Deut. 17. Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Dicit autem assumptus, quia debet alios excellere, sicut patet de Saule. 1. Reg. 10. Et ideo Christus. Ioan. vlt. interrogat Petrum quem volebat præficere, si deligeret ipsum plus aliis. Finis & vtilitas est, quia *Pro hominibus constituitur*, idest pro ipsorum vtilitate. Non enim constituitur propter gloriam, nō propter cumulandas diuitias, nec propter consanguineos ditandos. 2. Corinth. 4. Nos autem seruos vestros per Iesum & vlt. Secundum potestatem, quam Deus dedit mihi in ēdificationem, & non in destructionem. Si vero aliquis quærit quod suum est, non est pastor, sed mercenarius. Materia dignitatis est, quia pontifex principatur. Nam sicut principatur dux vel rector in ciuitate, ita ille pontifex; *In his quæ ad Deum*, supple ordinantur. Exod. 4. Tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent &c. 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia &c. Sicut ergo illa, quæ pertinent ad Dei cultum excedunt temporalia, ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negotiis sæcularibus prætermittis his, quæ sunt ad Deum 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo &c. Actus pontificis est, *Vt offerat dona*, idest voluntarie oblata, non extorta. Exod. 25. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis; *Et sacrificia pro peccatis*, idest, quæ sibi offeruntur pro satisfactione peccatorum. Leuit. 4. Pro eis rogabit sacerdos, & pro peccatis eius, & dimittentur ei. In quo designatur, quòd omne, quod offertur siue voluntarium & votiuum, siue pro satisfactione, debet offerre secundum dispositionem prælati. Consequenter cū dicit *Qui condolere*. Ostēdit quid requiratur ad vsum, scilicet pa-

tas. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ ad vſum pontificis requiritur miſericordia, & pietas. Secundo, oſtendit quod requiritur miſericordiæ motiuum, ibi. *Quoniam, & ipſe*. Tertio, oſtendit miſericordiæ ſignum, ibi. *Et propterea*. Dicit ergo. dico, ꝙ debet eſſe in his, quæ ſunt ad Deum, tamen debet eſſe medius inter hominem, & Deum. Deu. 5. Ego medius, & ſequeſter fui inter Dominũ, & uos. Sicut ergo per deuotioné orationis debet tangere Deum, tanquã vnum extremum, ſic per miſericordiã, & compaſſionem debet tangere alterum extremum, ſcilicet hominem. Et ideo dicit. *Qui condolere poſſit*. 2. Corin. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? E contrario Amos. 6. Nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Duplex eſt autem defectus. Quidam enim, deficiunt ex ignorantia. Et ideo dicit. *His qui ignorant*. Eſt autem proprie ignorare, carere ſcientia eorum, quæ quis debet ſcire. Quidam uero, ex certa ſcientia. Et quantum adhoc dicit. *Et errant*. Motiuum pietatis ponit cum dicit. *Quoniam, & ipſe &c.* Iſtud motiuum eſt infirmitas. Et illi, qui præſunt aliquando infirmantur. 2. Cor. 4. Habemus theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus. Et ratio huius eſt, vt ex ſe aliorum infirmitatibus compatiantur: & ideo Dominus permiſit cadere Petrum. Eccl. 31. Intellige, quæ ſunt proximi tui, ex te ipſo. Et ideo dicit. *Quoniã, & ipſe circundatus eſt infirmitate*, ſcilicet quãtum ad pænalitates, & culpam. Pſal. 6. Miſerere mei Deus, quoniã infirmus ſum. Sap. 9. Homo infirmus, & exigui tẽporis &c. Et nota, quòd dicit. *Circundatus*. Carnales enim habent infirmitatem peccati in interioribus. Ratio enim, & voluntas in ipſis ſubditæ ſunt peccato. Sancti vero habent in exterioribus: quia non ſunt ſubiecti peccato, tamen ſunt circundati fragilitate carnis. Rom. 7. Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati: ſignum autem huius eſt, quia & in ueteri lege ſicut patet Leui. 9. & 16. & etiam modo, ſicut patet in canone miſſæ cum dicitur, Nobis quoq; peccatoribus, ſtatutum eſt, quòd ſacerdos offerat et pro ſe. quod non fieret, niſi eſſet infirmitas peccatorum, quibus eſt circundatus, non oppreſſus. Si enim ſit in mortali peccato, non debet celebrare. Et ideo dicit, *Propterea debet quemadmodum pro populo etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis*. Conſequenter ponit modum perueniendi ad pontificatum, cum dicit *Nec quiſquam*. Hoc eſt enim contra naturam, quòd aliquid per ſe ducat ſe ad ſtatum altiorem ſua natura, ſicut aer non facit ſe ipſum ignem, ſed fit a ſuperiore. Vnde diſciplina Dei non habet, quòd quiſquam ſibi ſumat honorem fauore, pecunia, potentia. Amos. 6. In fortitudine enim noſtra aſſumpſimus nobis cornua. Oſeæ. 8. Ipſi regnauerunt, & non ex me. Sed debet vocari a Deo ſicut Aaron. Exod. 28. Applica ad te Aaron. Et ideo Dominus confirmauit ſacerdotium eius, ſicut patet Num. 17. per virgam, quæ floruit. Tales ergo debent aſſumi, qui non ſe ingerunt. Vnde antiquitus ſigno uiſibili oſtendebant, ſicut patet de beato Nicolao, & multis aliis. Conſequenter cum dicit, *Sic, & Chriſtus &c.* Oſtendit, quomodo Chriſtus ſit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primo enim, oſtendit quomodo dicta conueniunt Chriſto. Secundo, ex hoc concludit intẽtum, ibi. *Appellatus eſt a Deo, &c.* Circa primum tria facit. Primo enim oſtendit, quòd Chriſtus factus eſt pontifex non a ſe, ſed a Deo. Secundo, agit de ipſius officio, ibi. *Qui in diebus carnis*. Tertio, de ipſius miſericordia, ibi. *Et quidem cum eſſet*. Circa primum duo facit, quia primo, oſtendit ꝙ Chriſtus non promouit ſeipſum. Secundo, oſtendit, a quo ſit promotus, ibi: *Sed qui locutus*. Dicit ergo. *Chriſtus non ſemetipſum clarificauit*. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ non dicit, non fecit ſeipſum pontificẽ, ſed dicit nõ clarificauit &c. Sunt. n. quidã qui ſe clarificant, vt fiant ſicut hypocritæ, qui demonſtrant in ſe aliqua, vt eligantur, vel præbendas conſequantur, nullus tamen facit ſe pontificẽ: Chriſtus uero non ſolum non fecit ſe pontificẽ, ſed nec clarificauit. *Vt pontifex fieret*. Io. 8. Ego gloriã meã non quæro. Et paulo poſt, ſequitur. Eſt pater meus, qui glorificat me. Et hoc eſt verũ inquantum homo, quia inquantum Deus habet eandem gloriã cũ patre. Deinde cũ dicit. *Sed qui locutus*, oſtendit a quo eſt promotus. Et primo, oñdit a quo eſt clarificatus. Secũdo, quomõ eſt põtifex deſignatus, ibi. *Et in alio loco*. Clarificat⁹ aũt eſt diuino iudicio, quia, ſ. *Dominus locutus eſt ad ipſum*, in Pſ. 2. *Filius meus es tu &c.* Et hoc eſt expoſitũ ſupra. Itẽ Mat. 3. Hic eſt filius me⁹ dilectus, in quo mihi cõplacui &c. Cũ ergo oñdit eũ ab

ſunt ad Deum: ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his, qui ignorant, & errant, quoniam, & ipſe circundatus eſt infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui uocatur a Deo, tanquam Aaron. Sic, & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eũ, qui poſſit illum ſaluum facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerẽs,
G **exauditus eſt pro ſua reuerentia.**

F æterno genitum, oſtendit gloriam eius, ſupra. 1. Qui cum ſit ſplẽdor gloriæ &c. Pontificatus etiam accipitur a Deo inquantum homo (*Quemadmodum in alio loco dicit*) ſcilicet, in Pſalm. 109. *Tu es ſacerdos &c.* Vtitur autem Apoſtolus authoritate. Pſalmorũ, tamquam magis famoſa & maioris authoritatis, vt pote magis frequentata. Dicit autem ſacerdos, quia ſe obtulit Deo patri. Epheſ. 5. Dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam Deo. Et ne credatur tale eſſe ſacerdotium Chriſti, ſicut fuit in veteri lege, diſtinguit ipſum quantum ad duo. Primo quantum ad dignitatem, quia *In æternum*. Illud enim fuit temporale: erat enim figurale, & ideo non eſt perpetuum, ſed tranſit veniente figurato. Sed ſacerdotium Chriſti eſt æternum, quia eſt de veritate, quæ eſt æterna. Item, hoſtia eius habet virtutem introducendi in vitam ęternam. Item, durat in æternum. Secundo, quantum ad ritum, quia offerebantur animalia, hic autem panis & vinum. Et ideo dicit. *Secundum ordinem Melchiſedech*. Iſtud autem infra exponetur, Deinde cum dicit *Qui in diebus &c.* Oſtendit, quòd illud quod pertinet ad officium pontificale conuenit Chriſto. Et primo, oſtendit eius conditionem. Secundo, actum eius, ibi *Preces*. Tertio efficaciam, ibi *Cum clamore valido*. Conditio eius eſt, ꝙ fuit vnus ex hominibus, quia vt dictum eſt, pontifex ex hominibus aſſumitur. Et ideo dicit *Qui in diebus carnis ſuæ*. Ponitur autem hic caro pro tota natura humana, ſicut illud Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. Sed numquid modo non ſunt dies carnis eius? Et videtur quòd ſic, per illud Luc. vlt. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Quare ergo magis dicitur tempus ante paſſionem & reſurrectionẽ ſuã, tempus, vel dies carnis, quàm nunc? Dicendum eſt, quòd caro quãdoque ſumitur pro fragilitate carnis ſicut 1. Cor. 15 Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Chriſtus autem tunc habuit carnem fragilẽ & corruptibilem. Et ideo dicit, In diebus carnis ſuæ, ideſt in quibus gerebat carnẽ ſimilem peccatrici, nõ peccatricẽ. Actus autem eius fuit, quia obtulit preces & ſupplicationes, hoc eſt ſpirituale ſacrificiũ, quod Chriſtus obtulit. Dicuntur autẽ preces, ideſt petitiones Iac. vlt. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Supplicationes vero dicuntur, quantũ ad humilitate orantis, ſicut genuflexiones. Matth. 26. Procidit in faciem ſuam orans. Ad quem? *Ad Deum*, ſcilicet Deum patrẽ, *Qui ſaluum illum facere poſſet a morte*. Hoc autem poterat facere dupliciter. Vno modo, ne moreretur. Vnde dicitur Matt. 26. Pater ſi fieri poteſt &c. Item, vt mortuũ reſuſcitaret. Pſal. 15. Non derelinques in inferno animã meã. Item. 40. Tu autẽ Domine miſerere mei & reſuſcita me. Ad iſtud ſacrificiũ ſpirituale ordinatur ſacerdotiũ Chriſti. Vnde reſpondet ei, quod dictũ eſt ſupra, *Vt offerat dona &c.* Pſal. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Oſeæ. 14. Reddemus vitulos labiorũ noſtrorum. Efficacia oſtenditur, ex modo orandi. Duo autem ſunt neceſſaria oranti: ſcilicet feruens affectio. item dolor & gemitus. De his duobus. Pſal. 37. Domine ante te omne deſiderium meum, quantum ad primum. Et gemitus meus a te non eſt abſconditus, quantum ad ſecundum. Chriſtus autem iſta duo habuit, ideo propter primũ dicit *Cum clamore valido*, ideſt cum intentione efficaciſſima. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat &c. Et 23. clamãs ait, Pater &c. Secundo cum dicit *Et lachrymis*. Per lachrymas enim exprimit Apoſtolus, interiorem gemitum orantis. Hoc autem non legitur in euangelio: ſed probabile eſt, quòd ſicut ipſe lachrymatus eſt in reſuſcitatione Lazari, ita & in paſſione ſua. Nam ipſe multa fecit, quæ non ſunt ſcripta. Non tamen fleuit pro ſe, ſed pro nobis, quibus paſſio ſua profuit. Sibi autem profuit, inquantum per ipſam meruit exaltari. Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Et ideo *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*, quam ſcilicet ſuper omnes habeat ad Deũ. Eſa. 11. Et replebit eum ſpiritus timoris Domini. Sed contra. Videtur quòd non fuit exauditus, primo pro ſe, quia non tranſiuit calix ab ipſo, quòd tamen petebat. Item nec pro aliis, quia nõ fuit indultum Iudæis, quibus petebat indulgeri. Luc. 23. Pater dimitte illis &c. Dicendum eſt, quòd Chriſtus in omnibus quæ voluit fieri fuit exauditus. Ipſe autem ſecundum appetitum ſenſualitatis & ſecundum voluntatem, inquantum eſt quidam appetitus naturalis, refugiebat mortem. Et quantum ad hoc

hoc orabat, vt oſtenderet ſe verum hominem. Sed voluntate A conſequente rationem deliberatam, volebat mori. Vnde dicit, Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Item nolebat, quòd ignoſceretur omnibus, ſed illis tantum, qui crediderunt. Et multi poſtea conuerſi ſunt.

LECTIO II.

ET quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſumatus; factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus a Deo põtifex iuxta ordinẽ Melchiſedech. De quo nobis grãdis ſermo, & interpretabilis ad docendum: quo-
B **niam imbecilles facti eſtis ad audiendum. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, ut uos doceamini, quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei: & facti eſtis quib⁹ lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitię: paruulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus**

SVPRA poſuit tria, quæ pertinent ad pontificem, & oſtendit duo illorum cõuenire Chriſto, ſcilicet officium & modum perueniẽdi ad ipſum: hic proſequitur tertiũ, ſcilicet pietatẽ & miſericordiã, quã põtifex debet habere. Et circa hoc duo facit. Primo, oſtendit illud quod paſſus eſt. Secundo, quæ vtilitas conſecuta eſt etiam aliis, ibi *Et conſumatus*. Dicit ergo: ita dixi, ꝙ pontifex debet eſſe talis, quòd poſſit cõpati. Talis autem eſt Chriſtus. Cum enim ſit filius Dei, ab æterno & ſecundum hoc nec pati poſſet, nec compati, aſſumpſit naturam in qua poſſet pati, & ſic etiam poſſet compati. Et hoc eſt, ꝙ dicit, Quia *Cum eſſet filius Dei*, ſcilicet ab æterno *Didicit obedientiam*, ex tempore. Contra: addiſcere eſt ignorantis, Chriſtus autem ab æterno, vt Deus, & ab inſtanti cõceptionis ſuę habuit plenitudinẽ ſcientiæ, inquantũ homo. ergo nihil ignorauit, nec per conſequens didicit. Reſpondeo. Dicendum eſt, quòd duplex eſt ſcientia, ſcilicet ſimplicis notitiæ. & quantum ad iſtam procedit argumentum: quia ſcilicet, ignorauit. Eſt etiam ſcientia experientiæ, & ſecundum iſtam didicit obedientiam. Vnde dicit *Didicit ex ijs, quæ paſſus eſt*, ideſt expertus eſt. Et loqui- C tur Apoſtolus ſic: quia qui didicit aliquid, voluntarie acceſſit ad illud ſciendum. Chriſtus autem voluntarie accepit infirmitatem noſtram. Et ideo dicit, quòd *Didicit obedientiam*. ideſt quàm graue ſit obedire: quia ipſe obediuit in grauiſſimis & difficillimis: quia vſque ad mortẽ crucis. Philip. 2. Et hic oſtẽdit, quàm difficile ſit bonũ obedientiæ. Quia, qui non ſunt experti obedientiã, & non didicerunt eã in rebus difficillibus, credũt, quòd obedire ſit valde facile. Sed ad hoc, quòd ſcias quid ſit obedientia, oportet quòd diſcas obedire in rebus difficilibus, & qui non didicit obediendo ſubeſſe, numquã nouit bene præcipiendo præeſſe. Chriſtus ergo, licet ab æterno ſciret ſimplici notitia quid eſt obedientia, tamen didicit experimẽto obedientiam ex iis, quæ paſſus eſt, ideſt difficilibus, ſcilicet per paſſiones, & mortem. Rom. 5. Per obedientiã vnius, iuſti cõſtituti ſunt multi. Deinde cum dicit *Et conſumatus &c.* Oſtendit fructum paſſionis, qui fuit duplex. Vnus in Chriſto, D alius in mẽbris eius. In Chriſto, fructus fuit glorificatio. Et ideo dicit, *Et conſumatus*. Nam ab inſtanti conceptionis ſuæ fuit conſumatus perfectus, quantum ad beatitudinem animæ, inquantum ferebatur in Deum: ſed tamen habuit paſſibilitatem naturæ. Sed poſt paſſionem habuit impaſſibilitatem. Et ideo quia ſecundum hoc, ex toto perfectus eſt, conuenit ſibi alios perficere. Hæc eſt enim natura perfecti, quòd poſſit ſibi ſimile generare. Et ideo dicit, quòd perfectus eſt. Quia enim per meritum obedientiæ peruenit ad iſtam conſumationem. Prouerb. 21. Vir obediens loquitur victorias. *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis*, non temporalis, ſed *æternæ*. Eſa. 45. Saluatus eſt Iſrael in Domino ſalute æterna. Et ideo dicit, Appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech, & hoc eſt ſupra expoſitum. Deinde cum dicit *De quo nobis grandis ſermo &c.* Præparat animos auditorum ad ſequentia, quæ dicenda ſunt de pontificatu Chriſti. Et circa hoc duo facit. Primo E enim, oſtendit eorum tarditatem. Secundo ſuam intentionem, cum dicit 6. cap. Quapropter intermittentes. Iterum, prima in duas: quia primo oſtendit tarditatem, ſecundo, oſtendit ipſam eſſe culpabilem, ibi; *Etenim cum deberetis*. Item, circa primam partem duo facit: primo oſtendit dicendorum magnitudinem, ſecundo, ipſorum tarditatem ad ea capienda, ibi; *Quoniam imbecilles*. Dicit ergo. Ita dixi, quòd appellatus eſt pontifex *De quo* ſcilicet pontificatu; *Grandis nobis ſermo* eſt, quia de magnis. Prouerb. 8. De rebus magnis locutura ſum. Item grandis, quia de vtili, ſcilicet de ſalute animarum. 1. Tim. 1. Fidelis ſermo & omniacceptione dignus: quia, Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. *Iſte ſermo eſt interpretabilis ad docendum*, quod poteſt dupliciter exponi. Vel quòd fiat ibi vis negationis interpretabilis, ideſt non exponibilis: quia non poteſt ad perfectum exponi. Quæ enim ad Chriſtum pertinent, nullus ſermo exprimere poteſt. Eccl. 43. Glorificantes Dominum quãtuncunq; potueritis, ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis, maior eſt. n. oĩ laude. Alio modo affirmatiue interpretabilis. i. indigens interpretatione propter altitudinem, & magnitudinem, & profunditatem eius. Prou. 1. Animaduertet parabolam, & interpretationem &c. Interpretatio enim ſcripturæ, numeratur inter dona Spirituſſancti. 1. Co. 12. Indiget etiam, vt dicatur interpretatio eius, propter tarditatem noſtrã. Et ideo ſubdit, ipſam tarditatem noſtram, cũ dicit. *Quoniã imbecilles factis eſtis ad audiendũ*. Illi q. ſunt debilis itellect⁹, nõ poſſunt alta itelligere, niſi eis exponat̃ ꝑ ſingula. Io. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo 1. Cor. 3. Nõ potui uobis loqui, quaſi ſpiritualib⁹ &c. Deinde cũ dicit. *Etenim cum deberetis*. Oſtendit iſtam tarditatem eſſe culpabilem: & circa hoc tria facit: primo enim, oſtendit culpam tarditatis: ſecundo, adhibet ſimilitudinem, ibi. *Et facti eſtis*. Tertio, exponit, ibi. *Omnis enim, qui lactis*. Culpa enim alicuius eſt quando diu audiuit, ſi adhuc ſit tardus: ſecus autem eſt, ſi ſit nouus auditor. Negligentia enim non eſt ſine culpa. Et ideo dicit. *Cum deberetis eſſe magiſtri*, ſcilicet aliorum. *Propter tempus*, quo, ſ. audierant legem, & prophetas. Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas &c. Item, ipſum Chriſtũ. Item Apoſtolos, & multos ab ipſis conuerſos. Ioann. 14. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me. *Rurſum indigetis*. Quaſi dicat. Magis deberetis docere, quàm doceri: tamen indigetis, *Vt uos doceamini quæ ſint elementa exordii ſermonis Dei*. Elementa enim dicuntur illa, quæ primo traduntur in grammatica, quando ponuntur ad literas: Iſta uero ſunt ipſe literæ. Exordia ergo ſermonum Dei, & prima principia, & elementa, ſunt articuli fidei, & præcepta decalogi. Qui ergo diu ſtuduiſſet in theologia, & illa neſciret, tempus curreret contra ipſum. Ideo dicit. *Indigetis ut doceamini quæ ſint elementa exordii ſermonis Dei*, ideſt, prima principia. 2. Timo. 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Eſa 65. Puer centum annorum morietur, peccator centum annorum maledictus erit. Deinde cum dicit. *Et facti eſtis*, Ponit ad hoc ſimilitudinem. Sciendum eſt ergo, quòd doctrina ſacra eſt ſicut cibus animæ. Eccl. 15. Cibauit illum pane uitæ, & intellectus. Et. 34. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Sacra ergo doctrina eſt cibus, & potus: quia animam potat, & ſatiat. Aliæ enim ſciẽtiæ tantum illuminãt intellectum, hæc autem illuminat animã, Pſal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et etiam nutrit, & roborat animam. In cibo autem corporali, eſt differentia. Alio enim cibo utuntur pueri, & alio perfecti. Pueri enim utuntur lacte, quaſi magis tenui, & connaturali, & de facili conuertibili: ſed adulti vtuntur cibo ſolidiori. Sic in ſacra ſcriptura illi, qui de nouo incipiunt, debent audire leuia, quæ ſunt quaſi lac: ſed eruditi debent audire fortiora. Et ideo dicit. *Facti eſtis quibus lacte opus ſit*, ſcilicet ſicut pueri. 1. Petr. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite &c. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcã: & hoc eſt, quod ſequitur. *Non ſolido cibo*, ideſt alta doctina, quæ eſt de arcanis, & ſecretis Dei, quę confirmant, & confortant. Deinde cum dicit. *Omnis enim qui lactis*, exponit ſimilitudinem: & primo exponit illud, quod dixit de lacte: ſecundo, illud quod dixit de ſolido cibo, ibi. *Perfectorum autem*, Circa primum duo facit: primo enim, ponit expoſitionem: ſecundo, expoſitionis rationem, ibi. *Paruulus enim*. Dicit ergo. Ita dico, quòd indigetis lacte ſicut pueri. *omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ*, ideſt omnis, qui indiget nutriri lacte, expers eſt, ideſt, non poteſt habere partem in ſermonibus iuſtitiæ perfecte intelligendis. Matt. 5. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum. Prou. 15. In abundanti iuſtitia, virtus maxima eſt. Huiuſmodi autem non ſunt participes pueri. Eſa. 28. Quem docebit ſcientiam, aut quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulſos ab uberibus. Sed contra: quia Apoſtolus ſuperius multa ualde difficilia tradidit eis, ſcilicet de myſterio trinitatis & de ſacramento incarnationis, & multa alia ardua, ergo vel non erant paruuli, vel talia tradenda ſunt paruulis. Reſpondeo. Dicendum eſt ſecundum Auguſtinũ, quòd non eſt intelligendum,

dum, quòd in doctrina fidei alia sunt tradenda maioribus, & perfectis, & alia imperfectis: non enim est inter eos ista differentia. Eadem enim vtrisq; sunt tradenda, sed paruulis proponenda sunt, sed non exponenda nec pertractanda: quia intellectus eorum magis deficeret, quàm eleuaretur. Lac secundū

cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI. LEC. I.

QVa propter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur: non rursum iacientes fundamentum pænitentiæ ab

glo. est, sicut verbū caro factum est. Cōtra Non minoris difficultatis est hoc intelligere, quam quomodo verbum erat apud Deum. Vnde August. dicit quòd istud inuenitur in libris Platonis, non tamen illud, Ipse autem August. nō poterat suspicari quid sacramenti haberet, Verbum caro factum est. Respondeo: Dicendum est, quòd cognoscere, verbum caro factum est per simplicem fidem, est satis facile, quia potest cadere in imaginatione, & aliqualiter in sensu, sed verbū apud Deum, omnino excedit omnem sensum; & non nisi per rationem potest, & cum multa, & maxima difficultate comprehendi. Consequenter assignat rationē cum dicit. *Paruulus enim est* non quidem ætate, sed sensu. Tripliciter autem aliquis dicitur paruulus. Est.n. aliquis paruulus per humilitatem. Matth. 11. Reuelasti ea paruulis. Aetate. Gal. 4. Quāto tēpore hæres paruulus est, &c. Sēsu. 1. Co. 4. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus aūt perfecti sitis. Et isto modo accipitur hic paruulus. Deinde cum dicit. *Perfectorum autem est, solidus cibus*, exponit illud quod dixerat de cibo solido. Hoc enim patet in corporalibus, quòd quando homo peruenit ad ætatē perfectam, vtitur fortiori, & nobiliori, & solidiori cibo. Sic spiritualis; quando peruenit ad perfectionem spiritualem, debet ei proponi doctrina solidior. Ista autē perfectio, duplex est. Vna, est perfectio secundū intellectū, quādo aliquis habet iudicium intellectus ad recte discernendum, & iudicandum de his quæ sibi proponuntur. Alia est perfectio secundum affectum, quam facit charitas, quæ est cum aliquis totaliter Deo inhæret, Vnde Matth. 5. post præcepta charitatis dicitur, Estote ergo perfecti &c. Est autem perfectio charitatis, vt dicit August. vbi nulla est cupiditas. Quanto enim quis magis ascendit in Deum, tanto plus contemnit temporalia. Psal. 72. Quid enim mihi est in cœlo &c. Hoc enim habet sacræ scripturæ doctrina, quòd in ipsa non tantum traduntur speculanda, sicut in geometria, sed etiam approbanda per affectum. Vnde Mat. 5. Qui autem fecerit, & docuerit &c. In alijs ergo scientijs sufficit, ꝙ homo sit perfectus secundum intellectum: in istis uero requiritur, quòd sit perfectus secundūm intellectum, & affectum. Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Vnusquisq; enim secundum quòd est dispositus, sic iudicat: sicut iratus aliter iudicat durante passione & aliter ipsa cessante. Et similiter incontinens, aliter iudicat aliquid esse bonum tempore passionis, aliter post. Et ideo dicit Philosophus, quòd Vnusquisque qualis est, talis sibi finis videtur: & quia quæ in sacra scriptura traduntur, pertinent ad affectum, & non tantum ad intellectum, ideo oportet esse perfectum in vtroq;. Et ideo Apostolus uolens ostendere qui sint perfecti, quibus sit tradendus iste solidus cibus, dicit ꝙ sunt illi, qui pro sua consuetudine habēt sensus exercitatos. Vnde, in ista pfectione quatuor sunt attēdenda. s. ipsa perfectio in se in quo cōsistat, & quātū ad hoc dicit. *Qui habent sensus exercitatos*. Et cōueniēter loqtur. In hoc.n. exprimit vtranq; perfectionē, quia (vt dicit Philosophus) intellectus prout iudicat de appetēdis, & agēdis dr̄ sensus: quia est relatus ad aliquid particulare. Vnde nō accipit hic sensus ꝓ sensu exteriori. Qui ergo sentit, quæ Dei sunt, perfectus est Philip. 3. Quicunq; perfecti sumus, hoc sentiamus. 1. Cor. 2. Nos aūt sensū Christi habemus. Qui vero nō sentiūt nisi carnalia, Deo placere nō possunt: vt patet Ro. 8. Secūdo, attēdenda est dispositio ei' in quo est, quia debet esse exercitatus. 1. Tim. 4. Exerce teipsū ad pietatē. Qui.n. nō est exercitatus, nō potest habere rectū iudiciū, ꝙ ad hoc requirit. Ecc. 34. Vir in multis expert' cogitabit multa. Itē, qui nō est expertus, pauca recognoscit. Tertiò, causa huius exercitationis, est cōsuetudo: nō s. otiū, sed frequētia actus. Et ideo dicit. *Pro consuetudine*, s. recte agēdi. Pro. 22. Adolescēs iuxta viā suā, ēt cū senuerit, nō recedet ab ea. Si ergo uis esse perfectus, nō des te otio, sed assuesce te bonis à iuuetute. Quarto, finis huius exercitij, quia scilicet. *Ad discretionem boni, & mali*.

F Tunc enim perfectus est, quando discernit inter bonū & malum. Esa. 6. Sciat eligere bonum, & reprobare malū. Hæc autem sunt tria, scilicet discretio inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius: multa enim sunt, quę videntur bona, & tamen sunt mala. Prouerb. 14 Est via quæ videtur homini recta, nouissima vero ei' deducūt ad inferos. In his ergo requiritur rectitudo iudicij.

operibus mortuis, & fidei ad Deū, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij ęterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit Deus. Impossibile enim est illos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritussancti, G gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; sæculi uenturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pænitentiam, rursum crucifigētes sibimetipsis filiū Dei, & ostētui habentes.

LECTIO I.

SVPRA Apost. fecit mentionem de pontificatu Christi secundum ordinem Melchisedech, & ostendit tarditatem eorum quibus scribebat: hic redit ad suū propositū. Et circa hoc tria facit quia Primo aperit intentionem suā. Secundo, ostendit eius difficultatem, ibi *Et hoc faciemus*. Tertio, declarat intentionem, ibi *Confidimus* Circa primum duo facit, quia primo manifestat suum propositū, secūndo exponit, quod dicit, ibi *Non rursum*. Propositum suum est, ꝙ prætermisis his, quæ pertinent ad inchoationem doctrinæ christianæ, vult prosequi alia altiora. Vnde dicit, Iam dictū est, ꝙ perfectis opus est solido cibo, *Quapropter intermittentes sermonem inchoationis doctrinæ Christi*. per quam Christus inchoat esse in nobis, quod est per doctrinā fidei. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus nostris *Feramur ad perfectionem*, idest, ad ea, quæ spe-H ctant ad perfectionem doctrinæ christi. 1. Corin. 13. Quando factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Hoc autem secūdum glo. ad duo referri potest: scilicet vel ad intellectū, vt scilicet ex quo homo protiectus est, debet intermittere puerilia & vacare perfectis. 1. Cor. 2. Sapiētiam loquimur inter perfectos. uel ad effectum. Et est sensus, ꝙ nō semper est standum in sensu incipientiū, sed oportet tendere ad statū perfectorum. Gen. 17. Ambula corā me & esto perfectus. Hic est duplex obiectio, & primo de hoc quod dicit, intermittentes inchoationē, quia numquā debet intermitti inchoatio. Psal. 76. Et dixi nunc cæpi. Iob. 27. Iustificationem quam cæpi tenere, non deseram. Respondeo. Dicendum est, ꝙ contingit dupliciter intermittere inchoationem. Vel quantum ad æstimationem, & sic semper debet homo esse sicut incedens & tēdens ad maiora. Philip. 3. Non ꝙ iam ceperim aut ꝙ iam perfectus sim, Vel quātum ad progressum ad perfectionem, & sic semper debet niti homo trāsire ad statum perfectum. Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, I ad ea, quæ priora sunt me extendens. In via enim Dei non progredi, ait Ber. est regredi. Alia est obiectio est de hoc, qd̄ dicit, Feramur ad perfectionem. Perfectio enim consistit in consilijs. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c. Nō omnes autem tenentur ad consilia, igitur. Respondeo. Dicendū est, ꝙ duplex est perfectio: Vna scilicet exterior, quæ consistit in actibus exterioribus, qui sunt signa interiorum, sicut virginita, voluntaria paupertas, & ad hanc non omnes tenentur. Alia est interior, quæ cōsistit in dilectione Dei, & proximi. Col. 3. Charitatē habete, quod est vinculū perfectionis, & ad perfectionē hmōi nō oēs tenētur, sed oēs tenētur ad eā tēdere, qa si qs nollet plus diligere Deū, nō faceret, qd̄ exigit charitas. Dicit aūt, feramur, & hoc s̄m impulsionē a Spiritusancto. Ro. 8. Qui spiritu agūtur, hi filij Dei sunt. Vel sicut portati a Deo, qui portat infirmitatē nostrā. Esa. 46. Audite me domus Iacob, & oē K residuū domus Israel, qui portamini a meo vtero. Vel sicut portati ab inuicē. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Deinde cum dicit *Non rursum*. exponit quod dixit, & intēdit ostēdere, quæ sunt illa, quæ faciūt ad inchoationē doctrinę christi. & vtitur similitudine. Per fidē.n. anima ędificatur in spirituali ædificio. Sicut ergo in corporali ædificio primo ponitur fundamentū, ita hic prima rudimēta doctrinæ christi, sunt quasi fundamenta. Sed cōtra: quia infra. 11. ponitur fides eē fundamētū, fides aūt vna est. Ephe. 4. Vnus Dn̄s, vna fides, vnū baptisma: hic aūt ponit sex fundamēta, ergo videtur ꝙ male. Respōdeo. Dicēdū est, ꝙ fides fundamētū ē virtutū. Ista aūt, quæ ponit hic, sunt fundamēta doctrinę christi, Et dicit *Non rursum iacientes funda. &c.* quasi ita firmiter ponamus, ꝙ nō oporteat iterato ponere. Vel quia dudū posuistis, & nō oportet iterare. Multū aūt signāter ordinat ista Apost. Sicut.n. in via generationis & cuiuscūque motus, prius est recessus a termino a quo, & post accessus ad terminū ad quē ita dicit hic, quia pœnitētia est recessus a peccato,

cato, & sic est quasi quoddam fundamentum in ista vita. Nemo A enim s̄m Aug. suæ voluntatis arbiter potest nouam vitā inchoare, nisi pæniteat eū præteritæ. Vnde Dominus in principio prædicationis dicit, Pænitentiam agite. Matth. 4. Et ideo dicit. *Pænitentiæ ab operibus mortuis*. Opera. n. mortua dicuntur, vel quæ s̄m se sunt mortua, vel quæ sunt mortificata. Res dr̄ uiua, qn̄ habet officiū ppriæ virtutis, a quo cū deficit, dr̄ mortua. Opera .n. nr̄a sunt ordinata ad beatitudinē, q̄ est finis hominis & ideo quando non ducunt ad beatitudinem, nec ordinari possunt, dicūtur mortua: & hæc sunt opera facta in peccato mortali. infra. 11. Sāguis Christi, qui per Spiritumsanctum obtulit seipsum immaculatū Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Opera vero facta in charitate, per peccatum mortificantur: vnde non habent virtutem, vt mereantur vitā æternā. Ezec. 18. Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabūtur. Pænitentia vero facit, ꝙ B ista reuiuiscunt: vnde tunc iterum reputantur ad vitā æternā. In accessu vero ad terminum, primo est fides. Et ideo dicit. *Fundamentum fidei ad Deum*. Propriū aūt fidei est, ꝙ credat hō & assentiat nō visis a se, sed testimonio alterius. Hoc aūt testimoniū, vel est hominis tm̄, & istud nō facit virtutē fidei: quia homo, & fallere, & falli pōt. Vel istud testimoniū est ex iudicio diuino, & istud uerissimū, & firmissimū est: quia est ab ipsa veritate, q̄ nec fallere nec falli pōt. Et ideo dicit. *Ad Deum*, vt, s. assentiat his, q̄ Deus dicit Io. 14. Creditis in Deū, & in me credite. Secundo, in isto processu sunt sacramenta fidei. Hæc autem sunt duo sacramenta intrantium: de his enim tantum agit hic Apostolus. Et ista sunt, baptismus primum, per quem regeneramnr, & scd̄m cōfirmatio, per quam confirmamur. Quantum ad primū dicit. *Baptismatum*. Sed cōtra. Eph. 4. Vna fides, vnum baptisma. Nō ergo plura sūt baptismata. Respondeo: Dicendum est, ꝙ triplex est baptismus, s. fluminis, flaminis, & sanguinis: sed duo vltima non habēt vim nisi referantur ad primū: quia illud oportet habere in proposito, C si non adsit facultas, in habentibus vsum liberi arbitri. Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentum per quod regeneramur ad salutem. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. Inter ista vero, baptismus sanguinis plus habet de effectu baptismi, si tm̄ primū fuerit in proposito, vel contrariū nō teneatur in mente, sicut patet de innocentibus, qui non erant in opposita dispositione. Baptismus enim virtutem habet ex merito passionis Christi. Rom. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Sicut ergo, qui baptizatur, conformatur morti Christi sacramentaliter, ita martyr realiter. Et ideo istud baptisma habet totum effectum baptismi, quā tum ad hoc, ꝙ purgat omnem culpā, & pœnā peccati, non tamē imprimit caracterem aliquē. Et ideo si recipiens martyriū sine baptismo aquæ resurgeret, esset baptizandus. Pęnitentia uero nō D tm̄ habet de effectu baptismi, quia non tollit omnem pœnam, licet tollat culpā. Sicut aūt martyr conformat se morti Christi ꝑ exteriorem passionem, ita pænitens per interiorem. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suā crucifixerunt cum vitiis, & concupiscētiis. ideo potest esse tānta, ꝙ tolleret omnem culpam, & pænam sicut patet in Latrone & Magdalena. Vnde pænitentia dicitur baptismus, inquantum supplet bapismi vicem. Et quia non licet illud iterari, ideo instituta est pænitentia. Ista ergo dicuntur baptismata, quia habent effectum baptismi: sed tantum unū baptisma, quia non agunt nisi illud habeatur in proposito. Secundum sacrameutum intrantium, est in ipsa manuum impositione. Ideo dicit, *Impositionis quoque manuum*. Hæc autem est duplex. Vna est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem curabat infirmos. Luc. 4. Singulis manus imponens curabat eos: & hæc non est sacramentalis. Alia, est sacramentalis & hæc est duplex. Vna, in sacramento ordinis. 1. Tim. 5. Manus E nemini cito imposueris. Alia, est in sacramento confirmationis ad renouationem. Ti. 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritussancti &c. In cōfirmatione enim datur Spiritussanctus ad robur, vt, s. audacter homo confiteatur nomen Christi coram hominibus. Sicut enim in esse naturæ prius generatur homo, & postea augetur, & roboratur, ita in esse gratiæ. Tertio, sequitur terminus motus, ad quem motus terminantur, & ille est duplex. Duo enim expectamus: primum est resurrectio corporum, & ista est fidei fundamentum: quia sine hac, Inanis est fides nostra. 1. Cor. 15. ideo dicit. *De resurrectione mortuorum*. Item, expectamus remunerationem, quæ fiet per iudicem. Eccle. 12. Cuncta quæ fiunt adducet Deum in iudicium. Et ideo dicit. *Iudicii æterni*. non ꝙ illud iudicium duret per mille annos, sicut uoluit Lactantius, sed totum erit in momento: sed dicitur, æternum, q̄a sententia, quæ ibi dabitur, in æternum durabit Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in uitam æternam. Et sciēdum est, quòd omnia ista, quæ dicit se velle hic tractare, sunt quasi quædam rudimenta fidei. Vnde prædicat ea nouitiis. Act. 17. & in multis aliis locis. Deinde cum dicit. *Et hoc faciemus*. Ostendit difficultatem propositi sui exequendi. Difficile enim est, & in se, & respectu auditorum Vnde tria facit. Primo innuit, quòd in hoc potissime indigeat diuino auxilio. Secundo, subdit quorundam imbecillitatem, ibi. *Impossibile est enim*. Tertio, adducit quādā similitudinē, ibi. *Terra enim*. Dicit ergo, *Feramur ad perfectū*, & hoc faciemus siquidem permiserit Deus. Minus autem dicit, & plus significat, Nam non est tantum necessarium, quod Dominus permittat: sed oportet, quòd omnia faciat. Sapien. 7. In manu Dei nos, & sermones nostri: & ideo debet omnia ponere sub confidentia diuini auxili Ioann. 6. Sine me nihil potestis facere. Iac 4. Pro eo vt dicatis, si Deus voluerit, & si vixerimus faciemus. Deinde cum dicit. *Impossibile est*, ostendit imbecillitatem eorum: erant enim imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corporalibus nullus status est ita periculosus, sicut recidiuantium, ita in spiritualibus, qui post gratiam cadit in peccatum, difficilius surgit ad bonum. Et circa hoc facit tria: primo, proponit bona, quæ perceperant: secundo, difficultatem causatam in eis ex recidiuo, ibi. *Et prolapsi sunt*. Tertio, assignat rationem, ibi. *Rursus crucifigentes*. Bona autem quædam sunt præsentia, quædam vero futura. Ipsi uero in præsenti habuerunt spiritualem regenerationem, & quantum ad hoc dicit. *Illuminati*, scilicet per baptismnm. Et congrue dicitur baptismus illuminatio, quia baptismus est principium regenerationis spiritualis, in qua intellectus illuminatur per fidem. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nnnc autem lux in Domino. Habent etiam bonorum Dei participationem, & quantum ad hoc dicit. *Et gustauerunt donum cæleste*. Donum istud est gratia, & dicitur cœleste, quia à cœlis Deus eam dat. Psal 67. Dedit dona hominibus: & Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminū. Est etiam in eis participatio diuinæ bonitatis. 2. Pet. 1. Per quem scilicet Christum, maxima nobis, & pretiosa promissa donauit. Ideo dicit. *Participes facti Spiritussancti*. Omnia enim dona dantur ex amore: & ideo istam participationem attribuit Spiritui sancto. Est autem participare, partem capere. Solus autem Christus Spiritum sanctum habuit ad plenitudinem. Ioann. 3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Alii enim sancti de eius plenitudine receperunt, & participes facti sunt, non quidem substantiæ, sed distributionum eius, supra. 2. Et variis Spiritussancti distributionibus. 1. Corinthior. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus &c. Item, in præsenti habuerunt doctrinæ eruditionem. Et quantum ad hoc, dicit. *Gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum*. Verbum istud dicitur bonū, quia est uerbum vitæ ęternæ. Io. 6. Dn̄e ad quem ibimus? uerba vitæ æternæ habes. Ps. 118. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit aūt, gustauerunt, quia non solū illuminat intellectum, sed ēt reficit affectū, in quo est quædam saporatio. Psa. 33. Gustate, & videte quoniā suauis est Dn̄s. Bona aūt futura habuerunt in spe. Ro. 8. Spe salui facti snmus. Et ideo dicit. *Virtutesque sæculi uenturi*. Horū aūt quædam habent non solum in spe, sed etiam in quadā inchoatione, & illæ sunt dotes animæ, s. visio, tentio, & fruitio, & illa habentur in quadam inchoatione, inquantum fides spes, & charitas, quæ istis respondent, habentur in præsenti. Alia autem sunt bona, quæ solum habentur in spe, vt dotes corporis, scilicet subtilitas, agilitas, impassibilitas, claritas. Consequenter cum dicit. *Et prolapsi sunt*, ostendit difficultatem ad resurgendum, causatam ex casu. Vbi notandum est, quòd non dicit, lapsi simpliciter, sed prolapsi, idest totaliter lapsi: quia si lapsi tantum essent, non ita difficile foret resurgere. Prou. 24. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Quòd si diceret Apostolus, illos, q prolapsi sunt impossibile est resurgere, tunc posset dici, quòd in hoc notat maximam difficultatem resurgendi, s. & propter peccatum, & propter superbiā, sicut patet in dæmonibus. Sed quia dicit illos, qui semel prolapsi sunt non posse rursus renouari ad pænitentiam, nec est aliquod peccatum in hoc mundo, a quo nō possit homo pænitere, ideo aliter est intelligendum. Vnde sciendum est, quòd ex hoc loco sumpsit Nouatus quidam, qui fuit presbyter ecclesiæ Romanæ, occasionem errandi. Voluit enim, quòd nullus post baptismum posset ad pænitentiam resurgere. Sed ista positio falsa est, sicut dicit Athanasius in epistola ad Serapionem: quia ipse Paulus recepit incestuosum Corinthium sicut patet. 2. Corinth. 2. Et similiter. Gal. 4. Quia dicit. Filioli mei quos iterū parturio &c. Est ergo intelligēdū sicut dicit August. quòd non dicit, quòd impossibile est pænitere, sed ꝙ impossibile est. *Rursus renouari*, idest baptizari. Ti. 3. Per lauacrū regenerationis, & renouationis &c. Nunquam enim posset homo sic pænitere, ꝙ posset iterum baptizari. Et hoc dicit Apostolus

lus, quia secundum legem, Iudæi multoties baptizantur, sicut patet Marc. 7. Et ideo ad istum errorem remouendum, dicit hoc Apostolus, Deinde cum dicit, *Rursus crucifigentes &c.* Assignat rationem, quare baptismus nõ iteratur: quia. s. baptismus est quędam configuratio mortis Christi, sicut patet Rom. 6. Quicũq; in Christo baptizati sumus. Hęc autem non iteratur, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, Roman. 6. Qui ergo iterato baptizatur, rursum Christum crucifigunt. Vel aliter, quòd denotetur repugnantia gratiæ Christi, vt. s. velint frequenter peccare, & post iterum baptizari, vt. s. nõ referatur ad iterationem baptismi, sed ad lapsum eorum, qui peccant. Qui scilicet quantum in ipsis est, rursus crucifigunt Christũ, quia Christus Pro peccatis nostris mortuus est semel. 1. Pet. 3. Cum ergo peccas baptizatus, quantum in te est, das occasionem, vt iterum Christus crucifigatur, & sic contumelia fit Christo, in cuius sanguine te lotum maculas. Apocalip. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

LECTIO II.

TErra enim sępe venientem super se bibens imbrem & germinans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius cõsummatio in cõbustionẽ.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus difficultatem ad suum propositum exequendum, prouenientem ex eorum culpa: hic adducit ad hoc quandam similitudinem. Et primò, quantum ad bonam terram. Secundò, quantum ad malã. ibi. *Proferens autem*, Sciendum est autem, quòd secundum vnam expositionem supra voluit Apostolus illos qui semel baptizati sunt, non posse iterum baptizari, vel renouari ad pænitentiam. Alia autem est expositio, quæ ibi dimissa fuit, quòd impossibile est eos, qui in hac vita semel illuminati sunt, rursum in alia vita renouari ad pænitentiam. Eccl. 9. Quicquid potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia, nec sciẽtia est apud inferos &c, Ioan. 9. Venit nox, quando nemo põt operari. Rursus ergo exponatur. i. post hanc vitam. Et huius ratio est, Duo enim causant pænitentiam. Vnum est, quod quod dat efficaciam, s. meritum passionis Christi. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exemplũ pænitendi, quod habemus in Christo per considerationem. s. considerando austeritatem, paupertatem, & tandem passionẽ. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Sic ergo intelligitur quod dicit, *Rursus crucifigentes*, idest, crucis Christi fructum percipientes: & hoc quantum ad id, quod dat efficaciam pænitentiæ. *Et ostentui habentes*, quantũ ad exemplum pænitendi, Et sic accipitur ostentum in bonum. Ista vero similitudo, quæ ponitur hic, de terra, potest referri, vel ad id quod suprà dictum est, Feramur ad perfectionem, & tũc erit sensus: quòd si feramur, habebimus benedictionem sicut terra bona. Vel potest continuari ad dictum immediate, secundum expositionẽ vtranq;, sicut de baptismo, siue de alia vita. Illa tamen de baptismo magis est literalis: & sic est sensus, Sicut terra culta, si iterato profert spinas, non colitur, sed comburitur; sic homo peccans post baptismum, vlterius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram, primo, beneficium impensum; secundo, fructum quẽ profert, ibi, *Et generans herbam.* tertio, præmium, ibi. *Accipit benedictionem*. Terra ista, est cor humanum. Luc. 8. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono, & optimo &c. Quod dicitur terra, quia sicut terra indiget pluuia, ita homo indiget gratia Dei 64. Psal. Visitasti terram, & inebriasti eam. Esa. 55. Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit &c. Sed beneficium, quod percipit, & doctrina fidei, est quasi imber superueniens, quam pluit in cordibus auditorum, mediantibus prædicatoribus, & doctoribus. Esa. 5. Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem, Iob. 36. Effudit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt &c. Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit: & ad illud afficitur. Esa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Ista doctrina est, *Super se*, idest, de super veniens, & hoc quantum ad principium huius doctrinæ; vel super se, quia quædam doctrina est de terra, qua s. homo inhæret terrenis. Alia est de cœlis, quæ, s. docet cælestia. Iaco. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica: & post sequitur ibidem, Quæ autem desursum est sapiẽtia, primum quidem pudica est, &c, Vel, *Super se*, idest, super fa-

F cultatem humanæ rationis: nam aliæ scientiæ sunt secundum humanam rationem inuentæ, hæc autem diuinitus inspirata. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata sunt tibi. Dicit autem non semper, nec rarò, sed *Sæpe*, quia vt dicit August. & habetur in Glo. Si semper, vilescit, si rarò, non sufficit, & negligitur. Iob. 16. Audiui frequenter talia. Fructus est, quia. *Generat Herbam opportunam cultoribus.* Ista sunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam susceptam. Ge. 1. Germinet terra herbam virentem, &c. Ista
G terra colitur primò a Deo. Ioa. 15. Pater meus agricola est, &c. Colitur etiam à prælato. 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit &c. Colitur etiam ab homine ipso. Proue. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Est autem opportuna Deo ad gloriam. 1. Cor. 10 Omnia in gloriam Dei facite, alijs ad meritum: & ad gloriã. 1. Thessalonicensium. 2. Vos enim estis gloria nostra, & gaudium. Ipsi vero operanti ad vitam æternam. Romanorum. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam æternam. Deinde cum dicit. *Accipit benedictionem a Deo.* Ostendit præmium. s. benedictionem diuinam. Ista autem benedictio nihil aliud est, quàm factio bonitatis in nobis: quæ quidẽ in præsenti vita fit imperfecta, sed in futuro erit perfecta 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Deinde cum dicit. *Proferens &c.* Agit de mala terra: vbi tria facit. Primò supponit beneficium, quod dictum est. Secundo, ponit malum fructum, dicens. *Proferens autem.* Tertio, ostendit pœnã, ibi. *Reproba est.* Fructus ergo sunt spinæ. i. mino
H ra peccata & tribuli. i. maiora q̃ pũgũt cõsciẽtiã ꝓpriã, q̃nq; ẽt alienam, illa, scilicet, quæ sunt contra proximos. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. In pœna vero ponit tria, scilicet diuinam reprobationem, iudiciariam condemnationem, ibi. *Maledicto proxima*. & finalem punitionem, ibi. *Cuius consummatio &c.* Quantum ad primam, dicit. *Reproba est.* Sicut enim prædestinatio est principium remunerationis, ita reprobatio signũ est condemnationis. Quòd ergo aliquis frequenter rigetur præceptis salutaribus, signum est reprobationis, si persistat in peccatis. Hier. 6. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Condemnatio est, quia. *Proxima maledicto.* Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Punitio est, *Cuius consummatio in combustionem.* Esa. 9. Vestimentum mistum sanguine, erit in combustione, & cibus ignis.

LECTIO III.

COnfidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem vnumquenq; uestrum eandẽ ostentare solicitudinẽ ad expletionem spei, usq; in finem, ut non segnes efficiamini, uerũ imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones.

LECTIO TERTIA.

I QVIA Apostolus multa, quæ dura videbantur de statu istorum dixerat, modo, ne ex illis disperarent, ostendit qua intentione hoc dixerit. s. vt ipsos à periculis retraheret. Vnde circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit fiduciã, quã de ipsis habebat: secundò, subdit rationem confidentiæ, ibi. *Non enim iniustus est Deus.* Dicit ergo, Ita dixi, quòd terra, quæ profert spinas, & tribulos &c. Et ne credatis, ꝙ ego tales vos reputem. *Confidimus de uobis dilectissimi*, & hoc propter fidem & charitatem. *Meliora & uiciniora saluti*. Vbi commendat statum ipsorum ex duobus. s. ex eo, quod iam erant: quia ex quo dicit, meliora, supponit quòd erant in bono statu, & ex eo, qđ expectabant in futurum, vnde dicit viciniora saluti. Rom. 13. Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Quanto enim quis proficit in bonis: tantò magis appropinquat saluti. Sequitur. *Tametsi ita loquimur*, idest, quia, & si sic loquimur, hoc est, vt reddamus vos cautos, & hoc procedit ex charitate. Psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia, & in-
K crepabit me &c. Deinde cũ dicit. *Non est enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur &c.* Ostendit rationem confidentiæ. quæ duplex est. Vna, ex bonis ipsorum præteritis. Alia, ex promissione Dei, ibi. *Abrahæ nanque &c.* Quia vero Apostolus duo dixerat: vnũ scilicet, quòd de ipsis confidebat. Aliud, quòd aspere ipsis loquebatur, ideo duo facit: primo enim, assignat rationẽ primi. Secundo, rationem secundi, ibi. *Cupimus &c.* Ratio autẽ quare ipse de his confidat, hæc est, quia recordatur multorum bonorum, quæ ipsi fecerunt, Vnde dicit, *Confidimus autem &c.* Et quare? *Quia non est iniustus Deus; vt obliuiscatur operis vestri.* Contra: Ezec. 18, Si auerterit se iustus à iustitia sua &c. Et paulo post ibidem sequitur, Omnes iustitiæ eius nõ recordabũtur, Et ibi subditur, Nõ est æqua via Dñi. Respõdeo. Dicẽdũ est, ꝙ hõ, qui cadit post gratiã, dupliciter potest se habere. Vno mo-

do, ꝙ

do, quòd in malo perseueret, & tunc Deus omnes iustitias eius A obliuiscitur. Alio modo, quòd pæniteat, & tunc bonorum præcedentium recordatur, quia reputantur sibi ad meritum, Vnde dicit glosa, quòd mortificata reuiuiscunt, Sed tunc videtur dubium, quia constat, quòd iustitia respicit meritum: si ergo iustitia Domini exigit, ꝙ Deus non obliuiscatur si pæniteat, sicut dicit Glo. ergo cadit sub merito, ꝙ resurgat à peccato, & sic meretur gratiã, quod est impossibile. Rñdeo. Dicendũ est, ꝙ duplex est meritum. Vnum, quod innititur iustitiæ, & istud est meritum condigni. Aliud, quod soli misericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit, quòd iustum est, idest congruum, quòd homo, qui multa bona facit, mereatur. Ista enim misericordia est adiuncta quodammodo iustitiæ. plusquàm in illo, qui nunquam aliud fecit. Et isto modo non obliuiscitur Deus operis, & dilectionis. Soli enim charitati debetur vita æterna. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quicquid enim non est ex charitate, nõ est meritorium. 1. Corinth. 13. Charitatem non habeam: nihil prodest. Et ideo, hic non dicit tantum, operis vestri, sed addit *Dilectionis*, quia etiam sicut dicit Grego. Non est amor Dei otiosus. Operatur enim magna si est, si operare renuit, amor non est. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate. Ideo subdit. *Quam ostendistis in nomine ipsius.* Colos. 3. C
Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi &c. Quid autem ostenderint, & in quo, ostendit, quia. *Ministrastis sanctis*, scilicet subueniendo necessitatibus sanctorum. Matth. 20. Quicunque voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Roma. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Et quia in omnibus est necessaria continuatio, ideo subdit. *Et ministrastis.* Et ideo si peccastis, ex diuina misericordia adiuncta iustitiæ dabit veniam. Consequenter cum dicit. *Cupimus autem*. Assignat rationem, quare ita dure locutus fuerat, scilicet ex desiderio salutis ipsorum. Vnde, circa hoc tria facit: quia primò ostendit suum desiderium. Secundo, subdit imminens periculum, ibi. *Vt non segnes efficiamini.* Tertiò, declarat per exẽplũ, ibi. *Verum imitatores.* Dicit ergo. Diximus ista non quasi desperãtes de vobis, sed magis. *Quia cupimus vnumquemque*, idest, de D
vnoquoq; *Vestrum.* Philippẽses. 1. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Sed quid cupimus? *Ostendere eandem solicitudinem*, idest, vt sitis soliciti ostendere per exhibitionem operis, hanc solicitudinẽ ad bona, quam semper habuistis. Vnde patet, quòd ad opera pietatis requiritur solicitudo. Luc. 10. Martha, Martha solicita es &c. Item, ad propriam salutem. 2. Timo. 2. Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. Et quare? *Ad expletionem spei*, scilicet adimplendo, quod cœpistis, consequamini quod speratis. Roma. 5. Spes non confundit. Et hoc totum. *Vsque in finem*. Qui enim perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Deinde cum dicit. *Vt nõ segnes efficiamini*, ostendit periculum quod est pigritia. Et est segnities, timor futuræ bonæ operationis propter timorem, scilicet uel ne deficiat, uel ne pæniteat. Prouerb. 22. Piger dicit, Leo est in via. Vnde pigri semper allegant impedimenta. Deinde cum dicit. *Verum imitatores &c.* E
Ponit exemplum, quasi dicat. Non sitis pigri, sed magis imitamini, accipiendo exemplum in prophetis. Iaco. 5. Accipite exemplum patientiæ &c. Et sequitur, Prophetas. Et in alijs sanctis, scilicet Apostolis. 1. Cor. 2. Imitarores mei estote, sicut & ego Christi. *Sitis ergo imitatores eorum, qui fide*, Sine qua impossibile est placere Deo. Infra. 11. *Et patientia*, contra aduersa. *Hæreditabunt promissiones.* Per fidem enim formatam, & patientiam, acquiritur hæreditas promissa. Infra. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt &c.

LECTIO IIII.

ABRAHAE nãque promittens Deus, quoniã neminem habuit per quẽ iuraret maiorẽ, iurauit per semetipsum dicens, Nisi benedicens benedicã te, & multiplicãs multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. B Homines enim per maiorem sui iurant,

LECTIO QVARTA.

SVPRA Apostolus ostendit causam quare de istis confidebat, & hoc propter bona, quæ fecerunt: hic ostendit idem ex promissione facta patribus. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim, præmittit promissionem, secundo, assignat rationem dictorum, ibi. *Homines enim*, Circa primum tria facit: primo enim, ostendit cui facta sit promissio, secundo, ostendit promissionis modum esse conuenientem, ibi *Quoniam neminem &c.* Tertio, promissionis effectum, ibi *Et sic longanimiter.* Promissio facta est Abrahæ, Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones &c. Et huius est ratio: quia per fidem inhæremus Deo, & ideo per fidem consequimur promissiones. Primum enim exemplum fidei fuit in Abraham, & hoc quia primus recessit a consortio infidelium, Genes. 12. Egredere de terra tua &c. Secundo, quia primus aliquid credidit, quod erat supra naturam. Roman. 4. Qui cõtra spem, in spem credidit, Vnde Genes. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Primus enim accepit signaculum fidei, scilicet circuncisionem. Rom. 4. Modus promissionis est quantum ad duo: primo, quantum ad iuramentum interpositum. Secundo, quantum ad verba promissionis, ibi; *Nisi benedicens benedicam tibi &c.* Dicit ergo, Deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem *Quia nõn habuit maiorem se per quem iuraret*. Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes Dñs &c. *Iurauit per semetipsum.* Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dicit Dominus &c. In quo habes exẽplum, quòd iuramentum de se non est illicitum, quia scriptura nihil Deo attribuit, quod de se sit peccatum. Intendit enim scriptura, nos ad Deum ordinare & ducere. Ephes. 5. Estote imitatores Dei sicut filij &c. Tamen interdicitur frequentia iuramenti. Eccl. 23. Iurationi non assuescat os tuũ &c. Item, iuramentũ in vanum. Exod. 20, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Consequenter cum dicit *Nisi benedicens &c* Ostendit modum promissionis, quasi dicat. Non credatur mihi, nisi benedicam tibi, vt sit modus iurandi, quasi per execrationem. Dicit autem *Benedicens*, quod pertinet ad bonorum collationem. Benedictio enim Domini diuites facit, sicut dicitur Prouer. 10. *Et multiplicans multiplicabo te*, quod etiam pertinet ad prolis numerositatem. Et vtrumque fuit Abrahæ promissum, sicut patet Gen. 14. & 25. Ingeminat autem dicendo *Benedicens benedicam*, vt designet bona temporalia & spiritualia, & continuitatem benedictionis. Vel benedicens benedicam in multitudine prolis sanctæ, quæ Gene. 22. designatur per stellas, cæli vbi dicitur, Suspice cęlum & numera stellas, si potes &c. Et multiplicans multiplicabo in numerositate prolis malæ & peruersæ, quæ ibidẽ, scilicet 22. cap. designatur per arenam maris. Ingeminatur etiam multitudo, quod est propter numerositatem prolis bonæ, vel malæ, uel propter continuitatem multitudinis. Vel benedicam in bonis gratiæ, & multiplicabo in bonis gloriæ. Psalm. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine &c. Effectus promissionis fuit, quia *Longanimiter ferens adeptus est repromissionem.* Longanimitas est, non solum in faciendo magnum aliquid, sed etiam in expectando in longum. Abraham autem promissionem habuit, nec vnquam passum pedis terræ possedit, vt dicitur Act. 7. & vsque in senectutem prolem non suscepit, & tamen a spe non decidit. Iac. 5. Accipite exemplum fratres mei mali exitus, & longanimitatis, & laboris, & patientie prophetas &c, Esa. 51. Attendite ad Abrahã patrẽ vestrum &c. Deinde cum dicit *Homines enim per maiorem sui iurant*, ponit rationem prædictorum, & circa hoc facit tria. Primo enim, ponit humanam consuetudinem, secundo, assignat rationem consuetudinis, ibi; *In quo abundantius*. Tertio, subdit fructum rationis, ibi *Vt per duas res immobiles*. Consuetudo enim humana duplex ponitur: vna, quantum ad id per quod iuratur. Alia, quantum ad effectum iuramenti, ibi *Et omnis controuersiæ*. Illud autem per quod iuratur, est maius, & hoc rationabiliter. Nihil enim aliud est iurare, nisi dubium confirmare. Sicut ergo in scientijs nihil confirmatur, nisi per id quod est magis notum, ita quia nihil certius est apud homines, quàm Deus, ideo per ipsum tanquàm per maius & certius iuratur. Sed contra, Quandoque enim iuratur per filium, qui minor est, vt cum dicitur per Christum, Aliquando vero per creaturam, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, Gen. 42. Respondeo. Dicendum est, quòd duplex est modus iurandi per Deum, vno modo per simplicem attestationem, cum absolute dicitur, Per Deum ita est, quasi dicat, Testis est mihi Deus, quòd ita est, sicut dico,

dico. Roma. 1. Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Aliquando vero execrationem: quod fit quando aliquid obligatur ad vindictam Deo, si non si ita, puta caput, vel aliquid huiusmodi, sicut iurauit Apost. 2. Cor. 1. Testem Deum inuoco in animam meam: quasi dicat. Obligo animam meam pro testimonio, pro quo ipsum nomen Dei assumo: & istud est grauissimum. Per creaturã autem iuratur non inquantum est talis, sed inquantum in ipsa relucet aliquod indicium diuinæ potestatis. Quia enim omnis potestas à Deo est. Roman. 13. inquantum aliquis exercet potestatem super aliquam multitudinem: si iuratur per ipsum iuratur per Deum, cuius potestas in ipso relucet. Et sic iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis. Hoc est ergo, quod dicit *Homines per maiores sui iurant*.

& omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes heredibus, immobilitatem cõsilii sui interposuit, iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam,

Sciendum est autem, quòd a iuramento sunt excludendi aliàs periuri, quia debet iuramento maxima reuerentia exhiberi, & ex retro actis præsumitur, quòd debitam reuerentiã iuramento non exhibebunt. Item, ad ipsum non sunt cogendi pueri ante annos pubertatis, quia nondum habent perfectum vsum rationis, quo sciant iurameuto debitam reuerentiam exhibere. Item, personæ magnæ dignitatis: quia iuramẽtum requiritur ab eis, de quarum dicto, vel facto dubitatur. Derogat autem hominibus magnæ authoritatis, vt dubitet de veritate eorũ, quæ dicunt. Vnde, & in decretis. 2. quæst. ca. 4. dicitur, quod sacerdos ex leui causa iurare non debet. Causæ autem in quibus liceat iurare hæc sunt. Pro pace firmanda: sic ut Laban iurauit Gen. 30. Secundo, pro fama conseruanda. Tertio, pro fidelitate tenenda, sicut Feudatarii iurant dominis. Quarto, pro obedientia implenda, si præcipitur a superiori aliquid honestum. Quinto, pro securitate facienda. Sexto, pro veritate attestanda. Sic iurauit Apostolus Romano. 1. Testis est mihi Deus &c. Deinde cum dicit. *Et omnis controuersiæ &c.* Ponit effectum iuramenti, qui in hoc consistit, quòd per iuramentum finitur omnis controuersia: sicut. n. in scientiis, quando resoluitur vsq; ad prima principia demonstrabilia, quiescitur: ita diuina lege introductum est, quòd cũ peruenitur ad primam veritatem est status: quod fit quando ipsa in testimonium inuocatur. Exod. 22. Applicabitur ad Deos, & iurabit, & sic sopitur omnis quæstio, & controuersia. Deinde cum dicit. *In quo abundantius*. Ponit rationem, quare Deus voluit iurare, s. ad ostendendam firmitatem promissionis suæ. Vnde dicit. *In quo*, idest eo ipso Deus interposuit iuramentum. *Volens abundantius ostendere, &c.* Abundans enim fuit, quod promisit: sed abundantius fuit, quod iurauit. *Volens*, inquam, *ostendere hæredibus pollicitationem*, idest rei pollicitæ. Rom. 9. Qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. *Ostendere*, inquam. *Immobilitatem*. Sciendum est, quòd in his, quæ a Deo procedunt, duo sunt consideranda: scilicet ipse processus rerum, & consiliũ Dei a quo talis processus causatur. Consilium Dei est omnino immobile. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam Dominus aliquãdo pronuntiat aliquid, secundum quod exigit ordo, & processus rerum, sicut patet Esa. 31. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Habebat enim cursus infirmitatis, quòd ex illa moreretur. Et similiter Ionæ. 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, quia ipsa meruerat submersionem suiipsius. Hie. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem. & destruam, & disperdam illud. Si pænitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pænitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et tunc prophetia est comminationis. Quandoque vero pronuntiatur aliquid, secundum quod respicit consilium Dei æternum: & super hoc Deus nunquam pænitet, nec illud retrahit. 1. Reg. 15. Triumphator in Israel non parcet, & pænitudine non flectetur. Tamen sciendum est, quòd quandocunque Dominus promittit aliquid sub iuramento, est prophetia prædestinationis, quæ est ostensiua diuini consilii: & ista promissio pænitus immutabilis est. Deinde cum dicit. *Vt per duas res &c.* Ostendit fructum promissionis: & primo, ostendit quis sit ille fructus: secundo, quis consequatur hunc fructum, ibi. *Quam sicut anchoram*. Fructus autem est,

vt spes nostra sit certa. Vnde dicit *Vt habeamus fortissimum*, idest firmissimum *Solatium* spei, *Per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri*, scilicet per Deum, qui promittit, qui non mentitur. Num. 23. Non est Deus, vt filius hominis, vt mentiatur, & per iuramentum, in quo est maior confirmatio veritatis. Sciendum est autem, quòd sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis, & memoria de præterito, ita spes de futuro. 1. Mach. 2. Omnes qui sperant in ipso, non infirmãtur. Esa. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumẽt pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt &c. *Habeamus*, inquam, nos *Qui confugimus*

& incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.

CAPIT. VII. LEC. I.

Hic enim Melchisedech, rex Salẽ, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso a cæde regũ, & bẽdixit ei

a malis, scilicet mundi, & ab ipugnatione hostis *Ad tenẽdum propositam nobis spem*. Psalm. 89. Domine refugium factus es nobis. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Domini. Ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Deinde cum dicit *Quam sicut anchoram*. ostendit quòd fideles promissionẽ istam consequantur, & vtitur quadam similitudine. Comparat enim spem ipsi anchoræ: quæ sicut in mari nauem immobilitat, ita spes animam firmat in Deo in hoc mũdo, qui est quasi quoddã mare. Psal. 103. Hoc mare magnum & spatiosum manibus. Ista tamen anchora debet esse secura, vt scilicet non deficiat: unde fit de ferro. 2. Tit. 1. Scio enim cui credidi, & certus sum &c. Item, debet esse firma, vt scilicet non cito a naui remoueatur: ita homo debet alligari isti spei, sicut anchora naui alligatur. Est autem differentia inter anchoram & spem, quia anchora in imo figitur, sed spes in summo, scilicet in Deo. Nihil enim in præsenti vita est firmum, vbi posset anima firmari & quiescere. Vnde Gen. 8. dicitur, quòd colũba non inuenit vbi requiesceret pes eius. Et iõ dicit, quòd debet *Incedere vsque ad interiora velaminis*. Apostolus enim per sancta, quæ erant in tabernaculo, intelligit statum præsentem ecclesiæ: sed per sancta sanctorum, quæ per velum distinguebantur a sanctis, intelligit statum futuræ gloriæ. In illo ergo vult quòd figatur anchora spei nostræ, qui est modo velatus ab oculis nostris. Esa. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectãtibus te. Psalm. 30. Quã magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam absconditi timentibus te. Hanc ibi fixit præcursor noster, qui ibi ingressus est. Vnde Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Mich. 2. Ascendit pandens iter ad eos. Et ideo dicit, quòd ipse tamquam; *Præcursor pro nobis ingressus est in interiora velaminis*, & ibi fixit spem nostrã, sicut dicitur in collecta, in vigilia, & in die ascensionis. Tamen, quia intra velum non licebat intrare nisi summo sacerdoti. Leuit. 16. ideo dicit, quòd *Iesus qui pro nobis ingressus est, factus est pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Ecce quàm eleganter redit Apostolus ad propositum suum. Ipse enim cœperat loqui de sacerdotio, & tamen fuerat multum digressus, sed nunc ad istud redit, sicut patet.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus. 5. cap. probauit Christum esse sacerdotem. In 6. autem cap. interposuit quædam ad præparandos animos auditorum, hic redit ad suum propositũ. Intendit enim probare excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum. Et circa hoc facit duo, primo enim, ostendit excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium veteris testamenti, secundo ostendit, quòd fideles debent sacerdoti Christo reuerenter subdi. Et hoc in medio decimi cap. ibi; *Habentes itaque fratres fiduciam*. Circa primum duo facit. Primo enim, ostendit prærogatiuam sacerdotii Christi super Leuiticum ex parte personæ ipsius sacerdotis: secundo, ex parte ministerii. 8. cap ibi; *Capitulum autem*. Circa primum duo facit: quia primo ostendit existentiam sacerdotii Christi ex promissione diuina, secundo, ostendit necessitatem sacerdotii eius, ibi; *Talis enim decebat*. Promissionem vero ostendit per illud. Psalm. 109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum &c. Vnde, tria ostendit ad propositũ suum probandum. Primo, illud quod dicitur, *Secundum ordinem Melchisedech*. Secundo, illud quod dicitur, *Iurauit*, ibi *Et quantum est non sine iureiurando*. Tertio, illud quod dicitur, *Tu es sacerdos*, ibi *Et alij quidem plures*. Circa primũ duo facit: quia primo

mo, ostendit similitudinem Christi ad Melchisedech. Secundo, ex hac similitudine præfert sacerdotium Christi Leuitico, ibi. *Intuemini autem*. Circa primum duo facit: quia primo describit conditiones Melchisedech. Secundo, ostendit quomodo conueniunt Christo, ibi. *Primum quidem*. Describit autem Melchisedech: primo ex nomine, cum dicit. *Hic autem Melchisedech*. Sic enim nominat eum scriptura Gen. 14. ubi habetur historia, quã Apost. hic supponit. Et secundum Glo. Hebræi dicunt ipsum fuisse Sem primogenitum Noe, & tunc quando Abraham habuit victoriã erat annorũ. 390. alias. 309. Et occurrit Abrahæ nepoti suo. Secundo, describit eum a dignitate. Erat enim rex & sacerdos. Quantum ad primum dicitur. *Rex Salem*. Et secũdum aliquos, Salem dicitur, Hierusalem. Sed contra est Hier. in quadam epistola: quia vt ipse dicit, non poterat esse, quòd ei occurreret a Hierusalem, quod probat ex situ. Alij autẽ dicũt, quòd Salem dicitur ille locus, de quo dicitur Ioan. 3. quòd iuxta illum Ioannes baptizabat, & mœnia illius loci erant adhuc tempore Hieronymi. Quantum ad secundum, dicit. *Sacerdos Dei summi*. Antiquitus enim ille, qui inter filios erat antiquior, erat sacerdos. Sed verum est, quòd tẽpore Abrahæ multum inualuerat cultus idolorum. Et ideo ne credant, quòd esset sacerdos idolorum additur, *Dei summi*, s. per essentiam, non per participationem, vel nuncupationem. Deus enim est creator omnium eorum, qui dicuntur dij, siue per participationẽ, siue per errorẽ. Psa. 94. Rex magnus super omnes Deos. Esd. 61. Vos sacerdotes Domini vocabimini, &c. Tertio, describit eum ab officio, ibi. *Qui obuiauit &c.* Sacerdos enim, medius est inter Deum, & populum. Debet enim aliquid populo conferre s. spiritualia, & aliquid ab ipso accipere, s. temporalia. 1. Cor. 9. Si nos uobis spiritualia seminauimus, non magnũ est si carnalia vestra metamus. Primo ergo, debet exhibere confortationem per bona monita: unde dicitur Gen. 14. quòd quatuor reges uicerunt quinq; reges, & captiuum duxerunt Loth nepotem Abrahæ. Isti quatuor reges sunt quatuor vitia principalia, opposita quatuor cardinalibus virtutibus, quæ captiuum detinent affectum nepotẽ rationis, victis quinq; sensibus corporis. Qui enim superat, & liberat affectum, debet confortari a sacerdote. Esa. 21. Occurrentes sitienti ferte aquam: & Esa. 35. Confortare manus dissolutas &c. Secundo, sacerdos debet cõfortare per sacramentorum administrationem benedicendo. Vnde *Benedixit ei*. Psal. 117. Benediximus vobis in nomine Domini. Hoc autem fit impendendo sacramenta per quæ cõfortatur homo in gratia. Num. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis: nam Deus benedicit authoritate, sed sacerdos ministerio. *Et decimas*, scilicet ad sustentationem, *Diuisit*, scilicet *Abraham*, idest recte distribuit. Sed contra: quia ut patet Numer. 18. Ex lege est datio decimarum, non ergo sunt ante legem. Respondeo: Dicendum est, quòd cęremonialia veteris testamenti, sunt quædam determinationes præceptorum iuris naturalis, & præceptorum moralium. Et ideo quantum ad hoc, quod habebant de iure naturali, seruabantur ante legem tantum pro uoto obseruantium, & sine aliquo præcepto. Quòd n. aliquid offerat Deo in recognitionẽ creationis, & Dominij, hoc est naturale: sed ꝓ offeratur vitul⁹, & hœdus, hoc est cæremoniale. Similiter de iure naturali est, quòd ministri seruientes Deo, sustententur à populo: sicut enim patet Gen. 47. hoc seruabatur etiam apud Gentiles. Vnde sacerdotes, quia pascebãtur de horreis publicis, nõ sunt compulsi vendere possessiones suas: & ideo fuerunt ante legẽ. Sed determinatio huius partis est per legem. Leu. 27. Omnes decimæ Domini sunt. Et in huius signum Iacob ante legem, in loco in quo postea fuit ædificatum templum, vouit se daturum decimas: & hoc specialiter, quia ad hoc Dei cultus proprie exhibetur, ut significet, quòd homo quicqid habet, a Deo accepit: & totam perfectionem suam ab ipso expectat. Numerus enim denarius est perfectus, quia consurgit ex partibus suis aliquotis, quia vnum, duo, tria, quatuor, faciunt decem. Vsq; etiam ad ipsum ascendit numerus, & omnes alij nõ sunt nisi quædam repetitio, & additio super denarium. Omnes ergo sunt imperfecti vsq; dum peruenitur ad ipsum. Et similiter a Deo est omnis perfectio. Vt ergo significaret, quòd à Deo est complementum omnis perfectionis, ideo dedit decimas. Deinde cum dicit. *Primum quidem*, ostendit similitudinem Christi, & Melchisedech: & circa hoc facit duo: primo enim, inducit similitudinem quantum ad conditionem personæ: secundo, quantum ad sacerdotium, ibi. *Assimilatus autem filio Dei*. Prima, in duas: quia primò ponit similitudinem quantum ad ea, quæ in

cui, & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidẽ, qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem, & rex Salem, quod est rex pa-

scriptura commemorantur. Secundo, quantum ad ea, quæ in ipsa tacentur, ibi. *Sine patre*. In scriptura autem duo dicuntur de ipso. Primum quidẽ nomen, scilicet Melchisedech. *Qui interpretatur rex iustitiæ*, & significat Christum, qui fuit rex. Hier. 23. Et regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Nec solum dicitur iust⁹, sed etiam rex iustitiæ: quia factus est nobis sapiẽtia, & iustitia. 1. Corinth. 1. Aliud qd dicitur de

cis: sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initiũ dierũ, neq; finẽ vitæ habens, assimilatus autẽ filio Dei, manet sacerdos in perpetuũ.

ipso, est conditio. Vnde dicitur. *Rex Salem, quod est rex pacis*, hoc autem conuenit Christo. Ipse enim est pax nostra. Ephe. 2. Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. & in hoc docet Apostol. vti interpretatione nominũ in prædicationibus. Et bene coniungit iustitiam, & pacem, quia nullus facit pacem, qui non seruat iustitiam. Esaiæ. 32. Erit opus iustitię, pax. In mundo isto gũbernantur in iustitia: sed in futuro in pace. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Deinde cum dicit. *Sine patre*, ponit similitudinem quantum ad ea, quæ tacentur de ipso, quia. In scriptura nõ fit mẽtio de patre, uel matre eius, nec de genealogia ps̃ius. Vnde ex hoc aliqui antiqui assumpserũt materiam erroris: ut quia solus Deus est sine principio, & sine fine, dicerent istum Melchisedech fuisse filium Dei: Istud autem damnatum est sicut hæreticum. Vnde sciendum est, ꝓ in veteri testamento, quandocunq; fit mentio de aliqua solemni persona, narrantur pater, & mater, & tempus natiuitatis, & mortis, sicut de Isaac, & multis alijs: hic autem subito introducitur Melchisedech nulla penitus facta mentione de generatione sua, & pertinentibus ad ipsam. Et hoc utiq; rationabiliter. Inquantum enim dicitur. *Sine patre*, significatur natiuitas Christi de virgine, quæ fuit sine patre. Matth. 1. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est Illud autem, quod est proprium Dei: non debet attribui creaturæ. Solius uero Dei patris est, esse patrem Christi. Ergo in natiuitate illius, qui ipsum præfigurabat, non debuit fieri mentio de patre carnali. Item, quantum ad generationem æternam, dicit. *Sine matre*. Et hoc ne intelligas istam generationem esse materialem, sicut mater dat materiam genito, sed est spiritualis, sicut splendor a sole: supra. 1. Qui cum sit splendor &c. Item, quando fit generatio à patre, & matre, non totum est a patre, sed materia administratur a matre. Ad excludendum ergo imperfectionem a Christo, & ad designandum, quòd totum, quod habet, est a patre, non fit aliqua mentio de matre. Vnde versus, Est sine matre Deus, est sine patre caro Psal. 109. Ex utero ante luciferum genui te, scilicet, ego solus. *Sine genealogia*. Et duplici de causa non ponitur genealogia eius in scriptura: una ad designandum, ꝓ generatio Christi est ineffabilis, Esa. 53. Generationem eius qs enarrabit? Alia ad designandum, quòd Christus, qui introducitur, vt sacerdos, non pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis. Et hæc est intentio Apostoli. Vnde subdit. *Neque initium dierum habens, neque finem vitæ*. Hoc autem dicit, non quia Christus non sit natus in tempore, neque mortuus, sed propter æternam eius generationem, in qua natus est sine initio cuiuscunq; tẽporis. Vnde Io 1. In principio erat uerbũ, idest, tempore quocunque dato, ante erat verbum, vt exponit Basilius. Est enim ante omnes dies, quia per ipsum factus est mundus, cum quo incœperunt dies. Item, nec finem vitæ: verum est quantum ad diuinitatem, quæ est æterna. Quantum etiam ad humanitatem, iam non habet finem vitæ: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Roma. 6. Et infra. 13. Christus Iesus heri, & hodie, ipse, & in secula. Deinde cum dicit. *Assimilatus autem filio Dei &c.* Ostendit similitudinem, quantum ad sacerdotium. Sciendum est tamen, ꝓ solet dici, quòd posteriora assimilantur prioribus, & nõ econuerso. Et ideo ne credatur, quòd sacerdotium Christi sit posterius sacerdotio Melchisedech hoc remouet Apostolus: quia, & si Christus inquantum homo natus sit post eum, & ex tempore, tamen inquantum Deus, & filius Dei est ab æterno. Et ideo Melchisedech ẽm omnia ista. *Assimilatus est illi, qui est filius Dei*, & hoc inquantũ. *Manet sacerdos in perpetuum*, quod potest dupliciter exponi. Vno modo, quia nõ fit mentio de fine sacerdotij eius, nec successore ipsius. Osee. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Item est *Sacerdos in perpetuum*, quia figuratũ eius, scilicet sacerdotium Christi, in perpetuum est. Vnde, & in scriptura pluries repetitur, ritu perpetuo. Exod. 27. Cultus perpetuus erit. Leui. 24. Cultu, ritũq; perpetuo: quia illud quod figurabatur per istud, perpetuum erat. Per hoc enim Apostolus continuat sequentia ad præcedentia.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA ostendit Apostolus, quomodo Melchisedech assimilatus est filio Dei: hic ostendit præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad sacerdotium Leuiticũ. Et circa hoc, facit duo. Primo enim, excitat attentionẽ: secundo, ostendit propositum, ibi. *Et quidem de filiis*. Excitat autẽ ipsos, quia grandia, & maxima dicturus erat. Prouerb. 8. Audite me, quia de rebus magnis locutura sum. Et ideo dicit. *Intuemini*, idest diligenter considerate. *Quantus*, idest, quàm magnæ dignitatis. *Sit hic, cui Abraham patriarcha decimas soluit*, & hoc de præcipuis. Malac. 1. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum: & votum faciens, immolat Domino debile. Dicitur autem Abraham patriarcha, idest princeps patrum: non quia non habuerit patrem, sed quia sibi facta est promissio de paternitate gentium. Gen. 17. Eris pater multarum gentium. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Roma. 4. Patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti. Deinde cũ dicit. *Et quidem de filiis*. Ostendit præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad Leuiticũ. Et circa hoc, facit duo. Primo enim, ostendit propositum: secundo, ex hoc concludit intentum scilicet, quòd sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico, ibi. *Si ergo consumatio*. Iterum, prima in duas: quia primo, ostendit propositum: secundo, remouet quandam responsionem, ibi. *Et ut ita dictum*. Prima iterũ in duas. Primo, ostendit præeminentiam quantum ad id, in quo ipse vsus est sacerdotio suo. Secundo, quantum ad conditionem sacerdotii, ibi. *Et hic quidem decimas*. Ad sacerdotem vero duo ptinent, vt dictum est supra, s. accipere, & benedicere. Duo ergo facit: quia primo, ostendit excellentiam quantum ad acceptionem decimarum: secundo, quantum ad benedictionem, ibi. *Et hunc qui habebat*. Circa primum, adhuc duo facit: quia primo, ostendit de quibus competit accipere decimas: secundo, quo modo hoc excellẽtius faciebat Melchisedech, ibi. *Cuius autem generatio*. Dicit ergo. *Et quidem accipientes sacerdotium de filiis Leui*. In hoc ostẽdit, quibus competit accipere decimas, quia sacerdotibus. Sciendum est autem, quòd illi de tribu Leui, erant deputati diuino cultui. Inter ipsos autem soli illi de stirpe Aaron, erant sacerdotes. Exod. 28. Applicabo Aaron, &c. Et isti, quia per Aaron erant de tribu Leui, sumebant decimas. Sed contra. Ergo secundum hoc, soli sacerdotes accipiebant decimas: quod est contra illud Nume. 18. Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis. Respondeo: Dicendum est, quòd Leuitæ non accipiebant eas, nisi quia ministrabant sacerdotibus. Et ita non propter se, sed propter sacerdotes dabantur eis. Item, Leuitæ accipiebant decimas decimatas, sicut Num. 18. Et ita soli sacerdotes accipiebãt, & nõ soluebãt. Secũdo, ostendit quo iure accipiebãt: quia ex mandato legis. Vnde dicit. *Mandatum habent decimas sumere*. Contra. Si hoc est mandatum legis, cum seruare mandata legis modo sit peccatum, videtur illicitum modo dare, vel accipere decimas. Respondeo: Dicendum est, ꝙ in lege fuerunt quædam pure cęremonialia, sicut circuncisio, immolare agnum, & huiusmodi. Et ista quia erant figuratiua tantum, nõ licet modo seruare: erant enim figura futuri. Vnde, qui modo seruaret, significaret Christum adhuc futurum. Quædam vero erant pure moralia, & ista modo seruanda sunt. & de talibus fuit datio decimarum, sicut supra dictum est. Vnde decimatio, & in lege data est, & in nouo testamento, Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua. Sed determinatio talis portionis modo, est ab ecclesia, sicut & in veteri testamento fuit ex lege. Alia vero fuerunt partim cęremonialia, & partim moralia, sicut iudicialia: & ista quantum ad id, quòd cæremonialia sunt non licet seruare: sed quantum ad morale, debent: tamen non est necesse in propria forma seruari. Alia obiectio, quia si esset mandatum, & adhuc est, ergo peccat, qui non accipit, & peccant vbi non accipiuntur. Respondeo: Dicendum est, quòd aliqui dicunt, quòd nulli licet abrenũtiare iuri accipiendarum decimarum: sed bene licet dimittere vsum accipiendi propter scandalum, & hoc exemplo Apostoli,

F qui sumptus non accipiebat ab aliquibus. Et sic dicunt mandatum esse, quòd iuri non renuntient. Melius tamen dici potest, ꝙ non est intelligendum, quòd eis præceptum sit sumere, sed pro se habent introductum hoc mandatum, quòd accipere possint, & alii teneantur reddere. Tertio, ostendit a quibus accipiebant, quia. *A populo scilicet, a fratribus suis secundum legem, quã quam ipsi*. Leuitæ. *Exierint de lumbis Abrahæ*. Quia enim aliquis posset dicere, quòd sicut Melchisedech accepit decimas ab Abraham, ita Leuitæ a filiis eius, ergo non præfertur illud sacerdotium isti. Ideo hoc excludit, & dicit ꝙ ipsimet Leuitæ erãt de semine Abrahæ, & sic erãt inferiores eo, cui decimas soluerũt, s. Abrahã. Deinde cũ dicit. *Cuius autem*, ostendit quomodo excellentius conueniebat Melchisedech accipere decimas: quia nec ipse erat de genere Abraham, vnde. *Generatio eius non annumeratur cum eis*, scilicet Leuitis. Item, ex mandato legis licebat eis sumere decimas: & sic eorum sacerdotium erat subiectum obseruantiis legis, sed ille non ex mandato cuiuscunq; legis, sed per se. *Sumpsit decimas*. ideo sacerdotium eius erat figura sacerdotii Christi, quod non est subditum legi. Item, ipsi accipiebant a populo infimo, scilicet a fratribus, ille autem a summo, scilicet ab Abraham. Deinde cum dicit. *Et hunc qui habebat &c.* Ostendit excellentiam eius ex parte benedictionis, & est sua ratio talis. Genesis. 14. Dicitur, quòd Melchisedech benedixit Abrahæ: sed maior est, qui benedicit, illo cui benedicitur. ergo &c. Et ideo dicit, quòd Melchisedech ipse benedixit Abraham. *Qui habebat repromissionem*. Cõtra, infra. 11. Non acceperunt repromissionem &c. Respondeo: Dicendum est, quod non accepit Abraham repromissionem, idest rem promissam, quia non fuit eam consecutus, habuit tamen ipsam in fide, & spe, & ad ipsum specialiter facta est repromissio. Deinde cum dicit. *Sine ulla autem contradictione, quod minus est a meliore benedicitur*. Ponit maiorem suæ rationis. Sed hic sunt tres obiectiones. Prima, est de hoc, quòd dicit, quòd minor a maiore benedicitur. Et ex isto loco pauperes Lugdunenses dicunt, quòd quicunque iustus, maior est peccatore: & sic iustus Laicus non benedicitur, à malo sacerdote: sed econuerso. Vnde uolunt, quòd omnis iustus est sacerdos, & nullus peccator, est sacerdos. Respondeo: Dicendum est, quòd iste error nimis perniciosus est: quia si bonitas ministri requiratur ad collationem sacramenti, in quo est ipsa salus, sequitur quòd nullus sit certus suæ salutis, nec sciret se recte baptizatum, quia non potest scire, si sacerdos sit iustus. Nullus etiam poterit esse minister, quia Nemo scit, utrum odio, vel amore dignus sit. Eccle. 9. Et ideo dicendum est, quòd aliquis potest aliquid facere dupliciter: aut authoritate propria, aut authoritate alterius. Quando autem authoritate propria, tunc requiritur quòd sit iustus. Sacerdos autem tantum est minister. Vnde non agit nisi in virtute Christi. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et ideo, non nocet siue bonus, siue malus fuerit: quia Christus est, qui in ipso benedicit, & sic sine vlla contradictione, qui benedicit, maior est. Secunda obiectio est, quia cum Christus sit maior omni sacerdote, quomodo potest corpus Christi a sacerdote consecrari? Respondeo. Dicendum est, quòd sacerdos benedicit materiam, non autem corpus Christi. Item, non agit authoritate propria, sed authoritate Christi, qui inquantũ Deus maior est corpore suo. Item, tertia obiectio est, quia non videtur verum, quòd maior benedicat semper minorem: quia Papa cõsecratur ab episcopo, & archiepiscopus a suffraganeo, qui tamen sunt minores. Respondeo: Dicendum est, nec episcopus consecrat papam, nec suffraganei archiepiscopum, sed hunc hominẽ, vt sit papa, uel archiepiscopus. Item, facit hoc minister Dei, qui maior est, quàm papa. Deinde cum dicit. *Et hic quidem &c.* Ostendit præeminentiam sacerdotii ex parte sacerdotis, ex conditione ipsius, & facit talem rationem, Illud est excellentius, qđ non corrumpitur, sed *In sacerdotio Leuitico homines morientes*, idest, per mortem succedentes. *Accipiunt decimas*, sed. *Ibi*, idest, in sacerdotio Melchisedech *Contestatur*, scriptura. *Quia uiuit*, idest, non facit mentionem de morte eius: non quia non mortuus sit, sed quia significat sacerdotium, quod manet in æternum. Christus enim resurgens a mortuis, iã nõ morit. Ro. 6. & Apoc. 1. Fui mortuus,

LECTIO II.

INtuemini autẽ quantus sit hic, cui, & decimas dedit de præcipuis Abrahã patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, idest, a fratribus suis: quanquam, & ipsi exierint de lũbis Abrahę. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur, quia uiuit. Et ut ita dictum sit, per Abraham, & Leui, qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lũbis patris erat, quãdo obuiauit ei Melchisedech.

mortuus, & ecce sum viuus &c. Consequenter cum dicit. *Et ut ita dictum sit &c.* Respondet cuidam obiectioni, Posset. n. dici: verum est, quòd Melchisedech maior est, quàm Abraham, qui ei dedit decimas, sed Leui maior est, quàm Melchisedech. Et ideo dicit Apostolus, quòd hoc non valet, quia. *Vt ita dictum sit per Abraham*, idest mediante Abraham. *Et Leui decimatus est*, ab eo supple. *Qui decimas accepit*, idest a Melchisedech. Et sic adhuc est ipse maior, quàm Leui. Sed contra: Si alicuius episcopi pr̃ dat decimas, non tamen propter hoc oportet, quòd episcopus sit minor illo, qui decimas recipit. ergo nec similiter in proposito. Respondeo: Dicendum est, quòd non est simile, quia tota dignitas illius generis, etiam sacerdotum, erat ex Abraham, non autem sic est de episcopo, quia tota dignitas eius ex Christo est, non ex patre suo. Deinde cum dicit. *Adhuc enim in lumbis &c.* Manifestat, quod dixerat, & dicit, quòd. *Leui adhuc erat in lumbis patris Abraham. quando dedit decimas Melchisedech, qui occurit sibi*, & sic Abraham decimato, decimatus est etiam Leui. Sed contra: quia sic etiam erat Christus in lumbis eius, sicut & Leui. Matt. 1. Filii Dauid, filii Abraham. Et ideo si propter hoc maior est Melchisedech, quàm Leui, quia Leui fuit decimatus, non uidetur ratio quare Christus non fuerit decimatus, & sic adhuc Melchisedech maior Christo erit. Et eadem difficultas est de peccato originali: quia vt dicitur Rom. 5. In quo omnes peccauerũt, idest in Adam. Et ideo videtur, quòd Christus, qui eodem modo fuit in ipso sicut nos, ipsum peccatum originale contraxerit. Respondeo: Dicendum est, quòd totum hoc intelligitur in his, qui in Abraham, siue in Adam fuerunt secundum rationem seminalem, & corpulentam substantiam, quo modo Christus non fuit ibi, sed tantum secundum corpulentam substantiam: Christus enim fuit conceptus quo ad corpus de materia purissima, & sanctissima beatæ uirginis, ut habetur declaratio, tertio sententiarum, tertia distinctione.

LECTIO TERTIA.

SVPRA probauit Apostolus præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad Leuiticum: hic ab eodem concludit excellentiam sacerdotii Christi, respectu sacerdotii Leuitici. Sicut etiam supra dictũ est a principio huius septimi cap. Apostolus per tria probat ex authoritate Psalmistæ propositum suum. 109. Et primo per illud, secundum ordinem Melchisedech. Probauit ergo præeminentiam Melchisedech ad Leui. Et ideo secundum ordinem sacerdotii Melchisedech, probat præeminentiam Christi ad sacerdotium Leuiticum. Vnde, facit hic magnam vim de isto verbo, secundum ordinem. Et facit duas rationes, quarum una concludit, quòd sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico. Secunda, quòd etiam euacuat illud, & illam ponit, ibi. *Et amplius adhuc manifestum est &c.* In prima ratione, quæ est conditionalis, ponit duo antecedentia. & per consequens duo cõsequentia, ibi. *Qui adhuc &c.* Et ratio sua talis est, Si sacerdotium Leuiticum fuisset perfectum, per cuius ministerium erat administratio legis, non fuit necessarium, quòd surgeret alius sacerdos secundum alium ordinem, per quem etiam alia lex ministraretur, sicut per Leuiticum, lex vetus. Sed surgit alius sacerdos secundum alium ordinem, scilicet secundum ordinem Melchisedech. ergo illud imperfectum erat. Sicut ergo surgit sacerdotium, ita necesse est surgere aliam legem. In ista ratione manifestam est, quòd sunt duo antecedentia. Vnum, pertinent ad sacerdotium: aliud ad legem. Dicit ergo quantum ad primum antecedens, quòd. *Si esset consumatio per sacerdotium Leuiticum*. Quantum vero ad secundum, dicit, quòd si per sacerdotium lex administraretur, quod probat. *Quia sub ipso*, idest, per eius administrationem. *Populus legem accepit*, non quòd sacerdotium præcederet legem, sed magis econuerso. Vnde istud secundum antecedens ponit ibi, cum dicit. *Sub ipso enim &c.* Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirent. Facit autem mentionem specialiter de sacerdotio, vt transferat se ad legem, quæ per officium sacerdotale administrabatur: non enim, vt dicit Glo. potest esse sacerdos sine testamento, & lege, & præceptis. Sacerdotium vero non consumabat, idest perficiebat. Tota enim perfectio. sua erat per legem, quam administrabat. Sed vt iam dicetur, Nullum ad perfectũ adduxit lex: quia nec ad perfectionem iustitię. Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarum &c. Item, non dabat consumationem patriæ, quia non introducebat in vitam. Et in huius signum, ipse legislator non potuit intrare terram promissionis. Deut. vlt. Has autem duas perfectiones habemus per

A Christum. Esa. 10. Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam. Roma. 9. Verbum consumans, & abbreuians in æquitate. Hæc sunt ergo antecedentia. Consequentia vero ponit, cum dicit. *Qui adhuc &c.* Et hoc quantum ad primum: quasi dicat. Si illud fuisset consumatum, & perfectum. *Quid adhuc fuit necessarium surgere aliũ &c.* Idest non dixisset, *Secundum, ordinem Melchisedech, sed secundum ordinem Aaron*: quod quia non fecit, ergo erat imperfectum. Hæc est tota prima ratio, per quam patet, quòd sacerdotium Christi præfertur Leuitico. Secunda ratio probat, quòd etiam ipsum euacuat, quia perfectum euacuat imperfectum. 1. Cor. 13. Cum uenerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. ergo sacerdotium Christi euacuat sacerdotium Leuiticum. Est ergo primum consequens, quòd sacerdotium Christi euacuat sacerdotium Leuiticum. Secundum consequens est, ꝙ etiam euacuatur lex, quæ per illud administrabatur: & istud ponit, cum dicit, quòd. *Translato. n. sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat*. Erat enim lex sub administratione sacerdotii: ergo mutato sacerdotio necesse est, quòd lex mutetur. Et huius ratio est: quia mutato fine, necesse est, quòd mutentur ea, quæ sunt ad finem, sicut qui mutat propositum eundi per aquã mutat propositum quærendi nauem. Omnis autem lex ordinatur ad conuersationem humanam secundum aliquod regimen. Vnde secundum philosophum in politicis, Mutata conuersatione, necesse est mutari legem. Sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanum, ita spiritualis, & diuina ad regimen diuinum. Hoc autem regimen designatur per sacerdotium. Translato ergo sacerdotio, necesse est transferri legem. Signanter autem loquitur: quia non dicit, sacerdote translato, Lex. n. non respicit personã sacerdotis. unde mortuo sacerdote, nõ mutatur lex, nisi forte sit illa introducta propter personam eius: sed mutato sacerdotio mutatur totus modus, & ordo regiminis. Et de ista mutatione habetur Hier. 31. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris &c. Rom. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati, & mortis. Lex enim vetus dicitur lex peccati, & mortis, per occasionem acceptam, quia, s. gratiam non conferebat ex opere operato: sicut sacramenta nouæ legis. Sed obiicit hic Manicheus: Si lex uetus fuit data per diuinam prouidentiam, cum illa sit immutabilis, etiam ipsa lex esset immutabilis, & per consequens non debuit mutari. Cum ergo mutata sit, ergo non est data per diuinam prouidentiam. Respondeo: Dicendum est, secundum ꝙ dicit Aug. contra Faustũ, Sicut sapiens dispensator, vna & eadem dispositione, & prouidentia, secundum diuersitatem temporum, & personarum dat alia, & alia præcepta: sicut & alia hyeme, alia estate, alia pueris, alia senibus, alia perfectis, alia imperfectis, & tamen est eadem prouidentia: ita diuina prouidentia immobili permanente, mutata est lex propter mutationem temporum: quia ante aduentum debuerunt dari præcepta, quæ figurarent venturum, sed post aduentum, quæ significent venisse. Item, data sunt illis præcepta sicut pueris: in nouo uero, sicut perfectis. Vnde lex dicitur pædagogus, quod est proprie puerorum. Vnde, si in lege dicitur aliquid quod sonet perpetuitatem, hoc est ratione figurati. Item glo. dicit hic, quòd ista translatio sacerdotii fuit figurata 1. Reg. 2. quando sacerdotium fuit translatum ad Samuelem: qui nõ fuit de tribu Leui. Contra: quia Samuel non fuit sacerdos, immo magis hoc fuit figuratum in translatione sacerdotii Abyathar ad Sadoch, qui etiam erat Leuita. Et dicendum est, quòd licet Samuel non esset sacerdos, tamen aliquid sacerdotale egit: quia, & sacrificium obtulit: & reges vnxit, s. Saul, & Dauid. Et quantum ad hoc, translatum est ad ipsum sacerdotium. Et sic dicitur in Psal. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomẽ eius. Item, contra illud qđ dicit glo. quòd non erat de tribu Leuitico: quia 1. Paralip. 6. Helcana, qui fuit pater eius, & ipse numeratur inter filios Leui. Respondeo: Dicendum est, quòd Samuel quantum ad aliquid fuit de tribu Iuda, & hoc quantum ad matrem, sed quantum ad patrem, de tribu Leui, non tamen de Aaron: sed quantum ad locum, fuit de monte Ephraim. Licet enim undecim tribus habuerint certas prouincias, non tamen tribus Leui, sed inter ipsas accepit possessionẽ, & sic habitabat in monte Ephraim. Deinde cum dicit. In quo enim &c. Manifestat, quod dixit: & primo, ꝙ sacerdotium sit translatum: secundo, hoc exponit, ibi. *Manifestum est enim*. Dicit ergo dictum est, quòd translatum est sacerdotium: quia ille cui dixit Propheta: *Tu es sacerdos* est de alia tribu, scilicet de Iuda, non de Leui: sicut patet Matth. 1. De qua tribu. *Nullus præsto fuit altaria*, idest altaris mini-

LECTIO III.

SI ergo consumatio per sacerdotiũ Leuiticũ erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech, alium surgere sacerdotem, & non secũdum ordinem

Aaron dici ? Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster:in qua tribu, nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est,si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virturem vitæ insolubilis. Contestatur enim, quoniā,Tu es sacerdos in æternum,secundum ordinem Melchisedech.Reprobatio quidem fit præcedentis mandati,propter infirmitatem eius,& inutilitatem.Nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.

ministerio,s.de Iuda.Sed contra : Rex Ozias ingressus est templum, vt poneret incensum.2.Paralip.26. Respondeo : Dicendum est, quòd licite nullus presto fuit altari, vel etiam nullus impune. Ipse enim Ozias grauiter fuit punitus, quia usque ad mortem,fuit leprosus.Et si dicas contra illud quod dicitur,nullus, ꝙ beata uirgo fuit de tribu,& stirpe Aaron, quia erat cognata Elisabet, quæ fuit de filiabus Aaron. Luc. 1. Respondeo : Dicendū est, quòd inter stirpes,sacerdotalis, & regia erant præclariores, vnde, & frequenter coniunctæ fuerunt per matrimonium,sicut patet de primo summo sacerdote, qui accepit vxorem filiam Aminadab sororem Naason, qui fuit dux in tribu Iuda. Exod.6. Et etiam.4 Reg.11. & 2. Paral.22.Ioiada sacerdos duxit in vxorem Iosabeth filiam regis Ioram : vnde potuit esse, ꝙ aliqua parte Elisabet esset de tribu Iuda. Deinde cum dicit. *Manifestum est*. Exponit, qđ dixit : dicens,quòd *Manifestum est,quod Dominus ortus est de tribu Iudæ.* Mat.1.Apoc.5.Vicit leo de tribu Iuda &c.*De qua nihil &c.* Lex enim mandauit nullum assumi ad ministerium tabernaculi,nisi tantum de tribu Leui,unde. *In tribu Iuda nihil de sacerdotibus locutus est Moyses*.Deinde cum dicit.*Et amplius adhuc &c.*Quia superius posuit vnam rationem ad probandum, quòd sacerdotiū Christi pfertur Leuitico,& ipsum euacuat, ideo hic ponit aliā, in qua ostendit rationem euacuationis,& trasmutationis illius : & vtitur quadam conditionali : in qua primo ponit duo antecedentia : secundo,duo consequentia,ibi. *Reprobatio.* Circa primū duo facit : quia primo ponit illa antecedentia : secundo, manifestat,quod dixit,ibi.*Contestatur enim.*Ratio sua talis, Si nouus sacerdos surgit, hoc non erit secundum legem carnalis mandati, sed secundum legem vitæ æternæ,& insolubilis. Et huius ratio est,quia primus fuit secundum legem illam: oportet ergo, quòd nouus sit secundum aliam legem,si tamen surgit aliquis nouus. Sed dicendum est, quòd surgit alius nouus. In maiori ergo sūt duo:quorum vnum pertinet ad vetus testamentum scilicet, ꝙ est mandatum carnale,& hoc quia habebat quasdam obseruantias carnales,sicut circūcisionem,& purificationes carnales. Itē, quia promittebat pœnas,& præmia carnalia.Esa.1.Si uolueritis & audieritis me,bona terræ comederis. Infra. 9. Iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis impositis.Et istud antecedens ponit cum dicit.*Amplius manifestum est &c.*Et patet, quòd pertinet ad nouum testamentum,quod non dispensatur per carnalia, sed cōsistit in spiritualibus.Est enim secundum spiritualem virtutem, per quam generatur in nobis vita perpetua. Et hoc, quia promittuntur in ipso bona,& pœnæ perpetuę.Infra.9.Christus assistēs pontifex,&c.Matt.25.Tunc ibunt hi in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.Item,non consistit in carnalibus obseruantiis,sed in spiritualibus. Ioan.6. Verba quæ ego locutus sum vobis,spiritus & vita sunt.Et dicit. *Quod est secundum uirtutem uitæ insolubilis.* Consequenter cū dicit. *Contestatur enim &c.* Manifestat quod dixerat,& facit vim in hoc,ꝙ dicit.*In æternum,* quia si sacerdotium est æternum,manifestum est, quòd dicit perpetuitatem. Deinde cum dicit. *Reprobatio quidem fit &c.* Ponit duo consequentia.Et primo,de euacuatione ueteris testamenti : secundo, de institutione noui,ibi.*Introductio uero.* Primum est, quòd vetus testamentum fuit per legem carnalis mandati, & introducitur aliud,ergo primum mutatur. Et hoc est,quod dicit, quòd fit prioris mandati reprobatio.Sed contra : Non reprobat nisi malum.Esa.11.Vt sciat reprobare malum : illud autem mandatum non est malum Ro.7.Lex quidem sancta, & mandatum sanctum,& iustū,& bonum. Respondeo: Dicendum est, quòd non erat malum sm se,sed vt incōueniens tempori: Nō. n. seruanda sunt in nouo sacerdotio, quæ fuerunt in antiquo.Psa.39.

F Holocaustū,& pro peccato non postulasti,tunc dixi,ecce venio. Et ideo dī, ꝙ illud reprobatur,& hoc pp infirmitatem,& inutilitatem. Illud autem dī infirmum,ꝙ non potest exequi effectū suum : proprius autem effectus legis,& sacerdoti est iustificare. Hoc aūt non lex potuit facere. Rō.8.Nā qđ erat impossibile legi, in quo infirmabatur sm carné. Gal.4 Quomodo conuertimini iterum ad infirma,& egena elementa,quib⁹ denuo vultis seruire. Item,inutile dicitur,qđ non valet ad finē consequendum.Hoc autē non potest lex, quia nō adducebat adbeatitudinem,quæ finis est hominis. Sed tamen suo tempore fuit vtilis, inquantum disponebat ad fidem infra. 11. Iuxta fidē omnes defuncti sūt, non acceptis repromissionibus. Quare autem sit infirmum, & inutile, ostendit cū dicit. *Nil enim ad perfectum*,nec, s.iustitiæ,nec patriæ. *Adduxit*. unde erat imperfecta,sed perfecta fuit per Christum. Consequenter cum dicit.*Introductio uero* H Ponit consequens secundum, ex secundo antecedente, dicens. *Introductio uero melioris spei*, supple fit per nouum sacerdotem. *Per quam proximamus ad Deum.*Si enim nouus surgit, est secundum uirtutē vitæ indissolubilis,hoc est antecedens, & introductio melioris &c. & hoc est consequēs.1.Pet.1.Regenerauit nos in spem viuā per resurrectionem Iesu.Item,per ipsum proximamus Deo.Per peccatum.n.disiungimur ab ipso.Esa.59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter uos,& Deum uestrum,& peccata vestra absconderunt faciem eius a uobis. Hic est ergo ille, qui hoc remouet,quod facit nos approximare Deo:hic autem est ille nouus sacerdos,scilicet Christus,qui tollit peccata mundi.Ioan.1. Ro.5.Iustificati ergo ex fide,pacem habeamus ad Deū per Dominū nr̄m Iesum Chr̄m, per quē accessū habem⁹ in gratiā istā.

LECTIO IIII.

Et quantū est nō sine iureiurando. Alii quidē, sine iureiurando sacerdotes facti sunt : hic aūt cū iureiurando p eum,qui dixit ad illum,Iurauit Dominus,& nō pænitebit eū: tu es sacerdos in æternū,intantū melioris testamenti spōsor factus est Iesus. G Et alii quidē plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autē, eo quòd maneat in æternū, sempiternū habet sacerdotiū.Vnde,& saluare in perpetuū potest, accedēs per semetipsum ad Deū:semper uiuēs ad interpellandum pro nobis.Talis enim decebat, vt nobis esset pōtifex, sanctus,innocēs,impollutus segregatus a peccatoribus,& excelsior cęlis factus. Qui non habet necessitatē quotidie (quēadmodū sacerdotes) pri⁹ pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit, semel se offerendo. Lex enim constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes : sermo autem iusiurandi, qui post legem est, filium in æternum perfectum.

LECTIO QVARTA.

I SVPRA Apostolus ex vna parte authoritatis Psalmistæ probauit, quòd sacerdotiū Christi præfertur Leuitico,& ipsum euacuat : hic idem probat ex aliis duabus : & primo ex hoc, qđ dicit,Iurauit Dominus.Secundo,ex hoc,quod dicit. Tu es sacerdos,ibi.*Et alii quidem plures &c.* Facit aūt primo talem rōnē:Illud quod instituitur sine iuramento,minus validum est, quàm quod instituitur cum iuramento : sacerdotium autem Christi institutum est cum iuramento,sicut patet : quia dicit, Iurauit Dominus,Sacerdotiū vero Aarō,nō,sicut patet Exod.28.Applica ad te Aaron, &c. ergo, &c. Quantum ad maiorem dicit. *Et quantum est*,supple,quod.*Non sine iureiurando alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt,hic autem &c.* Omnia ista ponūtur ad probandum,quòd sacerdotium Christi sit firmius: quia supradictum est,omnis promissio facta in veteri testamento per iuramentum,signum est consilii diuini immobilis,& ideo, quia ad Dauid, & ad Abraham facta fuit ista promissio de Christo K cum iuramento,specialiter dicitur Christus filius ipsorū. Mat.1. Istud autem iuramentum designat æternitatem potestatis Christi.Dani.7.Potestas eius,potestas æterna.Luc.1.Et regni eius nō erit finis. *Intantum melioris &c.* Quia sacerdotium est firmius: quod patet,quia per iuramentum ordinatum est : ideo oportet aliquid melius, & firmius per ipsum haberi. Vnde potest legi præcedens litera suspensiue usque huc: quòd,inquantum est nō sine iuramento, intantum melioris &c. Sciendum est autem, quòd sacerdos est medius inter Deum,& populum.Deut.5.Ego medius,& sequester fui. Et ideo, quia sequester est mediator, sacerdos debet Deum,& populum ad concordiam reducere. Et hoc fit ; quasi per pactum de bonis temporalibus, in quibus non conquiescebat affectus nisi carnalium,secundum illud Psal. 15. Quid enim mihi est in cœlo &c. Et ideo oportuit, ut superueniret

ueniret alius, sacerdos qui esset. *Sponsor*, idest, promissor. *Melioris testamenti,& melioris pacti*, quia de bonis spiritualibus & stabilibus. *Et hic est Iesus*. Hier.31.Feriam domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum,quod pepigi &c. Matth.4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Deinde cum dicit. *Et alij quidem plures &c.* Vtitur alia clausula p.sita in authoritate, Tu es sacerdos,in æternum. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ostendit quare hæc clausula, in æternum,apponitur.Secundo,ex hoc ostendit sacerdotium Christi esse maioris efficaciæ,quàm sacerdotium veteris testamenti,ibi.*Vnde,& saluare.*Ostendit autē, quòd iste sit uerus sacerdos,quia alii prohibebantur morte permanere,quia omnes necessitatem habebant moriendi.Vnde Aaron mortuo, successit Eleazar,sicut patet Num. 20. & sic deinceps.Sicut autem videmus in naturalibus, quæ sunt signa spiritualium,quòd incorruptibilia non multiplicantur suo eadem specie, unde non est nisi vnus sol,ita in spiritualibus in veteri testamento,quod fuit imperfectum,multiplicati fuerunt sacerdotes. Et hoc fuit signum,quòd illud sacerdotium erat corruptibile, quia incorruptibilia non multiplicantur in eadem specie,vt dictum est,sed iste sacerdos,s.Christus est immortalis.Manet enim in æternum,sicut uerbum patris æternum,ex cuius æternitate redundat etiam æternitas in corpus eius,quia,Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Roman. 6. Et idcirco. *Ex eo quod manet in æternum, habet sacerdotium sempiternum*. Et ideo solus Christus est uerus sacerdos,alii autem ministri eius.1. Cor.4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi. Deinde cū dicit, *Vnde & saluare &c.* Ostendit efficaciam eius.Et circa hoc duo facit,quia primo,ostendit efficaciam eius, secundo,modum ipsius efficaciæ,ibi.*Accedens &c.*Efficacia eius est,quia causa est semper potentior suo effectu, & ideo causa temporalis non potest producere effectum æternum. Sacerdotium vero Christi est æternum,non autem Leuiticum, vt est probatum. Ergo Christus. *Potest saluare in perpetuum.* Hoc autem non posset fieri,nisi haberet virtutem diuinam.Esa.45. Saluatus est Israel in Domino salute æterna. Modus autem est,quia. *Accedens &c.*Et describit istum modum a tribus,s.ab excellentia virtutis,naturæ, & pietatis. Virtutis quidem, quia. *Accedit per semetipsum*. Sed contra. Accedens ad aliquem distat ab ipso,Christus autem non distat a Deo.Respondeo.Dicendū est,quòd Apostolus in uerbis istis ostendit duplicem naturam, scilicet humanam, secundum quam conuenit ei accedere,quia in ipsa distat a Deo,non autem accedit a statu culpæ ad statum gratiæ : sed per contemplationem intellectus,& affectus, & adeptionem glorię. & naturam diuinam per hoc quòd dicit,eum per semetipsum accedere ad Deum.Si enim esset purus homo,nō posset per se accedere. Io. 6.Nemo potest venire ad me,nisi pater qui misit me traxerit eū. Et ideo cum Apostolus dicit, quòd per semetipsum accedit, ostendit virtutem eius. Esa. 63. Gradiens in multitudine fortitudinis suæ.Ergo accedit inquantum homo, sed per semetipsum inquantum Deus.Excellentiam uero natu æ ostendit inquantum dicit. *Semper uiua ens*. aliter enim sacerdotium eius finiretur.Apoc.1.Fui mortuus,& ecce sum uiuens in secula seculorum. Excellentiam pietatis ostendit, quia dicit. *Ad interpellandum pro nobis*, quia licet sit ita potens,ita altus : tamen cum hoc est pius,quia interpellat pro nobis.1.Corint.2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum &c. Interpellat autem pro nobis,primo humanitatem suam,quam pro nobis assumpsit representando. Item,sanctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimendo, cum quo interpellat, pro nobis. Alia litera habet,accedētes per ipsum,& tunc designantur illi quos saluat, quia accedentes per fidē eius ad Deum.Rom.5. Iustificati igitur ex fide,pacem habeamus ad Deum per Dominum Iesum Christum,per quem accessum habemus. Deinde cū dicit. *Talis enim decebat &c.*Ostendit ex excellentia Christi,excellentiam eius sacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ostendit, quòd ei conueniunt perfectiones conditionum,quæ requirebantur ad sacerdotium ueteris legis. Secundo, ostendit ꝙ sibi desunt imperfectiones eius, ibi. *Qui non habet necessitatem*, ponit autem quatuor conditiones de ipso, quæ debent esse in sacerdote legali. Primo,ꝙ sit sanctus Leu.21.Incensum enim Domini,& panes Dei sui offerunt,& ideo sancti erunt.Hanc autem perfecte habuit Christus.Sanctitas enim importat puritatem cōsecratam Deo.Christus autem a principio conceptionis suæ Deo consecratus fuit. Luc.1.Quod enim ex te nascetur, sanctum uo-

A cabitur.Matt.1. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto ēst.Et Dan.9.Vngetur sanctus sanctorum. Secundo, quòd sit, *Innocens*.Leuit.22. Custodiant præcepta mea,vt non subiaceāt peccato. Proprie autem dicitur innocentia, puritas ad proximum.Psal.23. Innocens manibus &c. Christus autem summe innocens fuit, vt pote qui peccatum nō fecit.Psa.25.Ego in innocentia mea ingressus sum.Tertio, quòd esset. *Impollutus*,& hoc quo ad se Leuit.21. Homo de semine tuo,qui habuerit maculam, nō offerat panes Dei sui De Christo aūt dr̄ ī figura.Ex.12.Erit aūt agn⁹ sine macula &c. Quarto,quòd non commisceretur cum coinquinatis. Leui. 21. B Non commisceat stirpem generis sui,vulgo gentis suę. Christus autem fuit perfectissime. *A peccatoribus segregatus*.Psal.1.Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum &c.Quod quidem verum est,quantum ad similitudinem vitæ. Sap.2. Dissimilis est aliis vita illius.Non tamen quantum ad conuersationem, quia Cū hominibus conuersatus est.Baruch. 3. Et hoc propter illorū conuersationem.Matth. 9. Quare cum peccatoribus manducat magister vester ? Et intantum segregatus est,quòd etiam. *Factus est excellentior cælis*,idest super oēm cælestē creaturā, sublimata est humana natura in ipso.Supra.3.Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis &c. Ergo iste est sacerdos valde sufficiens.Cōsequēter cum dicit.*Qui non habet &c.*Remouet ab eo,quod erat imperfectionis in sacerdote legali. Hoc autem erat,quia ille indigebat sacrificio expiationis : vt patet Leuit.16 Immolabit vitulum p se,& hircum pro populo.Ergo orabat pro se. Item,non tantum semel orabat pro se, sed frequenter.Et huius ratio est, quia. C *Lex instituit homines sacerdotes habentes infirmitatem.* Sap. 9. Homo infirmus,& exigui temporis &c.Sed sermo diuinus, qui post legem est,interposito iureiurando constituit filium, qui nullam de istis imperfectionibus habet,sed omnino perfectum, in æternum scilicet sacerdotem duraturum. Non enim obtulit pro peccatis suis,sed tantum pro nostris.Esa.53.Vulneratus est propter iniquitates nostras.Item,nec frequenter pro nobis, sed tantum. *Semel* 1.Pet.4.Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Vnica enim eius oblatio,sufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.

CAP. VIII. LEC. I.

Capitulum autem super ea, quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis: sanctorum mini-

LECTIO PRIMA.

SVPRA probauit Apostolus excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticum ex parte personæ: hic probat D idem ex parte ipsius sacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primo enim,ostendit sacerdotium Christi esse excellentius sacerdotio ueteris legis : & primo,hoc in generali : secundo,in speciali,ibi. *Habuit quidem,& prius* scilicet 9.ca.Prima in duas.Primo enim, ponit intentum : secundo, manifestat propositum suum, ibi. *Omnis enim pontifex.*Circa primum duo facit : quia primo,ponit modum tradendi : secundo, præmittit quæ debet dicere, ibi. *Talem habemus pontificem &c.* Dicit ergo. *Capitulum &c.* Capitulum est breuis complexio,continēs multa.Et dicitur a capite: quia sicut in capite uirtute,& quasi summarie continentur omnia,quæ sunt in corpore,sic in capitulo illa, quæ dicenda sunt. Ergo dicemus in quodam capitulo,& quasi in quadam summa. *Super ea quæ dicuntur*.ly super,potest dicere appositum, & tunc erit sensus, Quæ summarie dicenda sunt,superapponentur præmissis. Vel potest designare excessum,& tunc est sensus.Ea quæ dicenda sunt in summa, & capitulo,sunt maiora. Deinde cum E dicit. *Talem habemus pontificem,&c.* Præmittit,quæ debet dicere. Et primo, dignitatem huius sacerdotii : secundo, officium eius, ibi *Sanctorum minister*. Dignitas eius est,quia. *Talem habemus pontificem,qui consedit ad dexteram sedis magnitudinis in excelsis.* Sedes est iudiciaria potestas,quæ aliquibus conuenit tam quam ministris Dei, sicut omnibus regibus,quia Adorabunt eū omnes reges terræ, ut dicitur in Psal.71. & omnibus prælatis, 1.Corinth 4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi. Sedes ergo magnitudinis,est excellentissima potestas iudicandi. Item,pars dextera est potentior in animali, & significat bona spiritualia.Quia ergo Christus habet iudiciariam potestatem, dicitur sedere Pater enim omne iudicium dedit filio. Ioann. 5. Quia uero post Deum habet hoc, excellentissime, sedet in dextera magnitudinis in excelsis,idest in potioribus bonis : supra, 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Hoc autem, quòd dicitur consedere, vel consedet, potest referri ad Christum

stum secundum quòd est Deus, & sic consedet, quia habet eandem authoritatem iudicandi, quam habet pater, sed distinctus est in persona. Et sic, ly magnitudinis, accipitur pro persona patris. Vel secundum quòd homo, & hoc magis proprie ad intentionem Apostoli, quia loquitur de pontificatu Christi, qui est pōtifex inquantum homo. Et hic consedet, quia humanitas assumpta, habet quandam associationem ad deitatem, & consedet ad iudicandū. Psal. 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Et sic apparet dignitas sacerdotis. Consequenter cum dicit. *Sanctorum minister*, Ostendit dignitatē officii eius. Dicitur autem, *Minister sanctorum*; idest, sanctarum ædium, s. sanctuariorum. Ministri enim antiqui accipiebant ministerium, vt custodirent sacra, & seruirēt tabernaculo. Hoc autem excellentius habet Christus, qui est minister, non quidem inquantum Deus, quia sic est author, sed in quantum homo. Luc. 12. Transiens ministrabit illis. Humanitas enim Christi est, sicut organum diuinitatis. Est ergo minister sanctorum, quia ministrat sacramenta gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Item. *Est minister tabernaculi ueri*, quod est, vel eius ecclesia militans. Psal. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. uel triumphans. Es. 3. Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Homo autem Christus minister est, quia omnia bona gloriæ per ipsum dispensantur. Dicit autem. *Veri*, propter duo. Primo, propter differentiam ad ueros, quod erat figurale istius. 1. Cor. 10. Omnia in figura illis contingebāt. Istud autem est ueritas istius. Est ergo uerum, i. veritatem continens respectu figuræ. Secundo, quia illud factum est per hominē istud autem, scilicet vel gratiæ, vel glorię est a solo Deo. Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dominus. Rom. 6. Gratia dei, vita æterna. Et ideo dicit. *Quod fixit deus, & non homo.* 2. Corinth. 5. Scimꝰ quomam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ex deo habemus domum nō manufactam æternam in cœlis. Deinde cum dicit. *Omnis enim pontifex &c.* Explicat in speciali. Et circa hoc facit tria. Primo enim, ostendit Christum esse ministrum aliquorum sanctorum. Secundo, quòd non veteris legis. ibi. *Si ergo esset*. Tertiò, quòd aliquorum maiorum, ibi. *Nunc autem melius*. Facit autem primo, talem rationem. *Omnis pontifex ad hoc constituitur, ut offerat munera, & hostias*, & secundum hoc dicitur, Minister sanctorum. Christus autem est pontifex, vt supra probatum est. Ergo necesse est ipsum habere aliqua, quæ offerat. supra. 5, Omnis pontifex ex hominibus assumptus &c. Hostia est de animalibus, munera de quocunque alio. Leui. 2. Incensum, & panes dei sui offerunt. Quia vero necesse fuit Christum habere quod offerret, ipse seipsum obtulit. Fuit autem talis oblatio munda. quia caro eius nullam maculā peccati habuit. Exo 12. Erit agnus sine macula, masculus, anniculus. Item fuit congrua, quia congruum est, quòd homo pro homine satisfaciat. Infra 9, Obtulit semetipsum immaculatū deo. Item apta ad immolandum, quia caro eius mortalis erat Ro. 8. Mittens deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Item, est idem ei cui offertur. Ioā. 10. Ego, & pater vnum sumus. Item, vnit deo illos, pro quibus offertur. Ioan. 17. Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Deinde cum dicit. *Si ergo esset*, ostendit quòd Christus non est minister legalium. Et circa hoc facit tria: quia primo, inducit quandam consequentiam: secundo, ostendit ipsam rationem, ibi. *Cum essent*. Tertio, probat eam per authoritatem, ibi. *Sicut responsum est Moysi*. Consequentia uero, talis est. *Ergo si esset super terram*, hoc est antecedens. *Nec esset sacerdos*, & hoc est consequens. Vnde consequentia est una conditionalis. Et legitur multis modis. Primo sic, & est secundū glo. nec ponitur hic nominatiuus: & ideo sic intelligitur, Si enim illud quod offertur esset super terram, &c, quod dupliciter intelligitur. Vno modo, vt sit sensus, Si illud quod offertur esset aliquod terrenum. Christus nō esset sacerdos q.d. Nulla necessitas esset sacerdotii eius: quia multi essent qui talia offerrent. Sed nunquid caro Christi terrena nō erat? Respōdeo: Dicendum est, ꝙ materialiter est terrena. Iob. 9.

F Terra data est in manus impii. Sed dicitur non esse terrena, primo, ratione vnionis Ioan. 3. Qui de cælo venit, super omnes est, idest, filius dei qui illa n sibi vniuit. Iré, ratione virtutis actiuæ, scilicet Spiritusancti qui eā formauit. Item, ratione fructus: quia oblatio eius non ordinatur ad consequēdum aliquid terrenū, sed cæleste. Ioan. 8. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo: hæc est prima expositio & melior. Secūda talis est, Et si, idest, quàmuis illud qd offertur, *Esset super terram*, quia necessariū est aliqsid offerri, *Non esset sacerdos*, sed alius idoneꝰ, qa nullus posset idoneus inueniri ad offerēdū istud. Tres sunt aliæ lecturæ, in quibus subintelligitur offerens, & primo in generali, vt sensus sit, Si esset aliquis sacerdos terrenus, qui posset offerre pro cælestibus, Christus non esset sacerdos. Alia est de Christo specialiter, sic, Si Christus esse sacerdos terrenus, non competeret ei ius sacerdotii, *Cum essent qui secundum legem offerrent munera*. Aliter sic, Si Christus adhuc esse super terram, ita scilicet ꝙ nondum ascendisset, non esset sacerdos, quia non compleuisset sacerdotium suum. Sed secundū primā expositionem cōtinuatur litera sic, & probat, quia multi essent. *Qui secundum legem offerrent talia munera*, scilicet illi *Qui deseruiunt exemplari & vmbræ cælestium*. Sacramenta legalia fuerunt figura aliorum quantum ad duo, scilicet quantum ad cognitionem, & quantum ad rerum expletionem. Quantū ad cognitionem, cum dicit *Exemplari*. quia in veteri lege, quasi in quodam exemplari poterat legi id, ad quod nostra cognitio debet ferri. Sed videtur, ꝙ loquatur improprie. Exemplar enim prius est exemplato, quod proprie dicitur exēplum. Sed cælestia sunt propria, nec facta sunt ad similitudinem veteris legis, sed magis e cōuerso, Respondeo. Dicendum est, ꝙ prius dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic procedit obiectio. Vel quo ad nos, & sic verum est, ꝙ illa non sunt priora. Quantum ad secundum, dicit *Vmbra*. quia sicut vmbra repræsentat corpus; nec tamen illud attingit, ita & illa repræsentabant nouum testamentum. Infra. 10. Vmbram habens lex futurorum &c Consequenter probat per authoritatem, rationabilitatem consequentiæ cum dicit *Sicut responsum est Moysi*. scilicet, a domino Exod. 25. *Vide*, scilicet, diligēter cōsiderando *Et facito omnia secundum exemplar &c.* Quia naturaliter inferiora tendunt in similitudinem superiorum. Dominus enim per sensibilia voluit nos ad intelligibilia & spiritualia manuduci. Iob. 38. Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra &c.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Apostolus probauit Christū esse pōtificē, & per cōsequēs ministrū sacramētorū, nō tamē ſm veterē legē: hic ostendit ipsum esse ministrū maiorū & meliorū, q̄ illa fuerint. Et circa hoc facit tria; primo enim, præmittit intētū, secundo, assignat cām eius, tertio, probat sēdm, ibi. *Quāto & melioris*. Tertiū ibi *Nam si illud*. Dicit ergo Dico ꝙ nō hēt aliquid terrenū offerre *Sed nunc*, idest, tēpore gratię *Sortius est*. s. sorte accepit *Melius ministerium*, i. dignius sacerdotiū Dicitur sacerdotiū Christi, ministerium, quia no cōpetit, nisi inquātū homo fuit minister Ro. 15 Dico. n. Christū Iesum ministrū fuisse &c. Dicit aūt sortitus est, i. est, sorte accepit, quia illud quod habetur per sortē, expectatur a dño. Psa. 30 In manibus tuis sortes meæ Et ideo omnia, quæ fiunt ſm distributionē diuini arbitrii, dicuntur sorte dari, & talia sunt effectus gratiæ. Eph. 1. Sorte vocati sumus, idest, diuina electione: quia quādo contingit deficere iudiciū humanū, solent se homines conferre ad electionē & dispositionē diuinā, mittentes sortē, sicut pater Act. 1. de electione Mathiæ. Vnde Proue. 16 Sortes mittuntur in sinū, sed a domino tēperantur. Christus quidē istud ministerū, sorte, idest, dispositione diuina, cōsecutus est. Deinde cum dicit *Quanto & melioris &c.* assignat causam, quare ministerium hoc maius est. Omnis enim sacerdos mediator est. Iste autē mediator est melioris fœderis, scilicet hominis ad deum Mediatoris enim est extrema conciliare. Iste vero ad nos diuina attulit: quia per ipsum facti sumus diuinę consortes naturæ, vt dicitur. 2. Pet. 1. Ipse etiam nostra offert deo. Et ideo dicit Apostolus. 1. Tim. 2. Mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Ibi promittebātur temporalia.

Esa. 1. Si volueritis & audieriris me, bona terræ comedetis. Hic autem cælestia, sicut supra dictum est. Sic ergo istud melius, quantum ad id, quod dominus hominibus promittit. Item, in illo dicuntur quædam, quæ pertinēt ad cultum dei, & ista sunt cęremonialia: quædam vero, quæ ad rectitudinem vitæ, & ista sunt præcepta moralia, q̄ manent: alia vero non. In nouo autē addūtur cōsilia istis præceptis, quæ dantur perfectis, q̄ sunt capaces spiritualiū. Et sic manent præcepta eadem, sed ꝓmissa diuersa. Item, sacramenta sunt diuersa: quia ibi erat figura tantum, hic autem figuræ veritas expressa. Per omnia ergo, testamentum istud est melius. Deinde cū dicit; *Nam si illud &c.* probat, quòd illud testamentum cuius Christus mediator est, melius est: & facit talem rationem, Si primum testamentum non habuisset culpam, non quæreret aliud ad corrigendum defectum ipsius: sed quæritur. ergo &c. Antecedens ponitur, & patet in litera. Sed contra Roman. 7. Lex ergo peccatum est? Absit. ergo malē dicit, quòd non vacat a culpa. Respondeo, Dicendum est, quòd aliquid potest conuenire legi dupliciter. Vel secundū se, & sic erat bona, vel ratione illorum quibus data est, & sic dicitur habere culpam propter duo. Primo, quia non dabat virtutem ad purgandum commissa. Inf. a 10. Impossibile est sanguine taurorum aut hircorum, auferri peccata. Secundo, quia non dabat gratiam adiutricem ad vitandum peccata, sed ad cognoscendum tantum: & sic erat occasio peccati. Romanorum, 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, & sic dicitur non vacasse a culpa, quia homines in ipsa relinquebantur in culpa. Sed dicit; *Non inquireretur locus*. Sicut enim corpus numquam perfectē quiescit, sed semper mouetur, quousque pertingat ad locum suum: sic quandiu habetur aliquid imperfecte non quiescit desiderium, sed semper tendit vltra, vsque dum veniat ad perfectum. Inquirebatur ergo locus istius ab homine qui desiderabat, sed magis a deo, qui propter nostræ salutis desiderium dicitur inquirere. Deinde cum dicit; *Vituperans enim &c.* probat veritatem consequentis, scilicet quòd inquiritur locus testamenti, & hoc per authoritatem, Hier. 31. *Ecce venient dies &c.* Et circa hoc facit duo. Primo enim, præmittit authoritatem. Secundo, arguit ex ipsa, ibi; *Dicendo autem nouum*. Prima in duas. Primo enim, præmittit prophetiā de noui testamenti datione. Secundo, describit ipsum, ibi; *Non secundum testamentum &c.* Iterum prima in tres. Primo enim, ostendit temporis dationis opportunitatem. Secundo, noui testamenti perfectionē, ibi; *Consumabo testamentum nouum*. Tertio, quibus datum fuit, ibi, *super domum Iuda*. Dicit ergo, *Vituperans enim* dominus, non quidem legem, sed eos qui, scilicet erant sub lege dicit, *Ecce dies veniunt &c.* Hæc est authoritas, quæ est Hier. 31. Et non habetur omnino sub istis verbis, sed mutantur pauca, ibi enim dicitur sic, Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die qua extendi manum meam, vt edocerem eius de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum. Sic ergo patet, quòd pacta mutantur. Dicit ergo quantum ad temporis opportunitatem. *Ecce dies veniunt*, idest tempus gratiæ, quod comparatur diei, quòd illuminatum est a sole iustitiæ. Romanorum 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quantum ad perfectionem noui testamenti, dicit, *Consumabo nouum testamentum*. Et dicit consumabo, quod sonat ad perfectionem. Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Istud autem verbum, Consumabo, non habetur ibi, sed vtitur eo Apostolus ad designandum perfectionem noui testamenti. Esa. 10. Consumationem & abbreuiationem faciet dominus super terram. Fuit enim nouum testamentum perfectum, quantum ad eruditionem vitæ, quæ non extenditur tantum ad generalē iustitiæ eruditionem, sed ad perfectam. Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Item, in veteri testamento erant tantum figuralia: in nouo vero, veritas figurarum, & ita nouum consumat, & perficit vetus. Quantum ad tertium dicit, *Super domum Israel & Iuda*. Sed numquid datur tantum Iudæis? Non. Rom. 9. Non omnes, qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ. Et sequitur, Non qui filii carnis, hi sunt filii dei, sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Illi ergo, qui sortiti sunt gratiam dei, sunt Israel per fidem, & Iuda per confessionem. Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam &c. Dicitur autem, *Super domum &c.* triplici rōne. Vna, quia Christus in ꝓpria persona prædicauit Iudæis, nō Gentibus. Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Secunda, quia Gentiles facti sunt participes noui testamēti, sicut oleaster insertus in bonam oliuam participat pinguedinem eius. Ro. 11. Alia, quia tempore Roboam & Ieroboam diuisus fuit regnum Iuda, a regno decem tribuum, quæ quidem remanserunt in idolatria: sed regnū Iuda magis adhæsit deo, licet non ex toto. Et ideo vtrosque tetigit. Deinde cum dicit *Non secundum testamentum*. describit nouum testamentum: & primo per differentiam ad vetus: secundo per proprias conditiones, ibi *Quia hoc est testamentum*. Iterum, prima in duas. Primo, ostendit distinctionem noui & veteris testamenti Secundo, infirmitatem veteris, ibi *In die in qua*. Posset enim aliquis dicere, Numquid istud nouum est isti similē? Ideo quasi respondens dicit, Non: *Quia non secundum id, quod feci cum patribus eorum*. in quo ostendit, quòd non est seruandum vetus cum nouo Gal 5. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Matt. 9. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, &c. Et Rom. 7. Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quia si aliquid inueniatur in veteri, quod gentibus indicatur ad seruandum, referendum est ad intellectum spiritualem, sicut dicitur Esa. 19. Colent eum in hostiis, & muneribus: quod totum est spiritualiter intelligendum. Deinde cum dicit. *In die qua apprehendi &c.* ostendit defectum veteris testamenti. Et primo ex eius traditione, secundo ex euentu, ibi *Quoniam ipsi*. Vetus enim testamentum traditum est seruis, & infirmis. Seruis quidem, quia quandoque exierunt de seruitute Aegypti. Et quantum ad hoc dicit. *Vt educerem illos &c.* Gala. 4. Vnum quidem in seruitutem generans, &c. Item, quia erat lex timoris seruilis. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Aug. Breuis differentia veteris, & noui testamēti, timor, & amor. Item infirmis, quia per se non poterant se iuuare. Et quantum ad hoc dicit *Apprehendi manum eorum*, quod est infirmorum. Psal. 72. Tenuisti manum dexteram meam. Rom. 8. Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur. Dicit autem *Patribus eorum*, scilicet Abraham Isaac, & Iacob, cum quibus iniit fœdus speciale. Psal. 104. Memor fuit in seculum testamenti sui verbi, quod mandauit in mille generationes: quod disposuit ad Abraham, &c. Sed istis in exitu de Aegypto promisit carnalia. Deinde cum dicit *Quoniam ipsi non &c.* ostendit defectum veteris testamenti ex euentu, & primo quantum ad culpam, & ideo dicit *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo*, quia scilicet non erat scriptum in cordibus ipsorum. Vnde statim post legem datam, fecerunt vitulum constatilem. Exod. 32. Et Psal. 105. Fecerunt vitulū in Oreb, & adorauerunt sculptibile. Et quantū ad pœnam. Ideo dicit. *Et ego neglexi eos*. Illud enim aliquis dicitur negligere, quod permittit perire. Et sic neglixit eos, quia permisit eos perire ab exterminatore, vt dicitur. 1. Cor. 10. & Psal. 118 Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis. Alia litera *Et ego dominatus sum eorum*, idest, puniendo ostendi me esse dominum ipsorum. Deinde cum dicit *Quia hoc est testamentum &c.* Describit conditiones noui testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo, ponit modum editionis eius. Secundo, effectum ipsius, ibi *Et ero eis in deum*. Dicit ergo *Quia hoc est*, idest tale est, *Testamentum quod disponam domui Israel &c.* dispositio importat congruitatem ordinis. Et ideo dicit *Post dies illos*, idest post legem datam. Debuit enim post legem veterem dari noua lex, sicut primo datur pædagogus, postea magister, vt prius homo recognoscat infirmitatem suam. In hoc ergo patet congruitas temporis dandi nouum testamentum. Modus autem tradēdi duplex est. Vnus per exteriora, sicut proponendo verba ad cognitionem alicuius. Et hoc potest homo facere, & sic traditum fuit vetus testamētum. Alio modo, interius operando. Et hoc proprium est dei. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et hoc modo datum est nouum testamentum, quia consistit in infusione Spiritussancti, qui interius instruit. Non autem sufficit tantum cognoscere, sed requiritur operari. Et ideo, primo illuminat intellectum ad cognoscendum. Et ideo dicit *Dabo leges meas &c.* Et dicit in plurali, propter diuersa præcepta & consilia. Et hoc facit Spiritussanctus 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet vos. Io. 14. Ille vos docebit omnia, &c. Item, ad bene operandum inclinat affectum, vnde imprimitur cordi Et quantum ad hoc dicit. *In corde eorum superscribam eas*, idest super cognitionem, scribam charitatem. Super omnia autem charitatem habete, &c. Collo. 3. & Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Et hæc est epistola de qua subdit secundæ Cor. 3. Non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Tho. super Epłas P.

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus conditiones noui testamenti ex editione ipsius, nunc ponit tres effectus ipsius. Primus est hominis ad deum perfecta coniunctio. Secundus est dei perfecta cognitio, ibi, *Et non docebit*. Tertius est peccatorum remissio, ibi, *Quia propitius ero*. Circa primum sciendum est, quòd ad hoc, quòd homo iungatur deo requiritur auxilium diuinę gratiæ, quia ad hoc non potest propria virtute. Hier. 31. In charitate perpetua dilexit te, iō attraxi te miserās.

LECTIO III.

IT ero illis in deum, & ipsi erūt mihi in populū. Et nō docebit vnusquisq; proximū suum, & vnusquisque fratrem suū dicens, Cognosce dominū: quoniam omnes sciēt me a minore vsque ad maiorem, qa propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitum est.

CAPIT. IX. LECT. I.

HAbuit quidē & pri°, iustificatiōes culturę, & sctm̄ sæculare. Tabernaculum

Primo, ergo tangitur illa coniunctio ex parte dei. Secundo, ex parte hominis, ibi, *Et ipsi erunt*. Dicit ergo, *Ero illis in deum*. Nomen dei significat vniuersalem prouidentiam. Tunc ergo est nobis in deum, quando habet curam de nobis & corda nostra ad se trahit, & hoc est respectu iustorum specialiter. Ex hoc ergo, quòd ero eis in deum, sequitur secundum, scilicet, quòd, *Ipsi erunt mihi populum*, idest exhibebunt se mihi in populum. Sicut enim dicit Augustinus 2. de ciuitate dei cap. 21. Populus est cœtus multitudinis, iuris consensu & vtilitatis cōmunione sociatus. Quando ergo consentiunt in ius diuinę legis, vt sint ad inuicem vtiles & tendant in deum, tunc est populus dei. Apoc. 21. Ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Deinde cum dicit, *Et non docebit &c.* ponit secundum effectum noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit signum effectus illius. Secundo, effectum ipsum, ibi. *Quia omnes &c.* Signum perfectæ cognitionis est, quando quis non indiget doceri, quia doctrina est via ad acquisitionem scientiæ, & ideo cessat doctrina, acquisita perfecte scientia. Sed numquid in nouo testamento vnus non docet aliū? Et videtur, quòd non, per literam istam. Sed contra: quia Apostolus vocat se doctorem Gentium. Tir. 2. & Ephes. 4. Alios pastores & doctores. Roman. 12. Qui docet in doctrina. Respondeo. Dicendum est, quòd hoc quod dicitur hic, potest dupliciter intelligi. Vno modo de præsenti statu, & sic non verificatur vniuersaliter de omnibus, sed tantum de primis fundatoribus noui testamenti, scilicet Apostolis, qui immediate fuerūt instructi a deo, quando Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Apostoli ergo facti sunt perfecte cognoscentes, & non ab aliis instructi, sed simul a Christo acceperunt sapientiam infusam. Alio modo, quòd referatur ad statum patriæ futurum, ad quam per nouum testamentum introducimur, non per vetus. Et sic vniuersaliter verum est, quod dicitur hic. Sed contra. Homines beati sunt æquales angelis, non maiores, sed secundum Diony. unus angelus docet alium illuminando ipsum, ergo & homo beatus alium docebit. Respondeo. Dicendū est, quòd duplex est cognitio in beatis angelis. Vna quæ beatos facit, scilicet cognitio diuinitatis, quæ sola beatos facit, sicut dicit Augu. in lib. confes. Beatus qui te nouit &c. Alia est, quæ est omnium, quæ sunt aliud a deo, cuiusmodi sunt effectus dei, & ista non beatificant. Quantum ergo ad primam vnus non docet alium: qnia vnus non beatificatur mediante alio, sed a deo immediate. Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Sed quantum ad aliam, quæ est aliquorum misteriorum, vnus docet aliū. Et hoc forte vsque ad finem mundi, quandiu durat executio effectuum dei, & ideo addit, dicens, *Cognosce dominum* q. d. Non accipit dei cognitionem. Et dicit, *Proximum suum & fratrem suū* quia & si secundum Aug. omnes homines sint ex charitate diligendi, si tamen non possis omnibus prodesse, tamen illis specialiter debes prodesse, qui tibi coniunguntur, Vel naturaliter, sicut sunt consanguinei, quōs hic vocat fratres. Vel alia coniunctione, & sic proximus est, *Omnes enim scient me a minimo vsque ad maiorem eorum*. Hæc est causa quare vnus non docebit alium, quia omnes noscent dominum 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est. In hac vero visione consistit beatitudo. Ioann. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum &c. Hier. 9 In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Et hanc doctrinam habent beati, non ab aliquo alio, sed a solo deo tm̄. Esai. 54. Ponam vniuersos filios tuos doctos a domino. Illud autem, qd̄ dicit a minimo, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd dicātur maiores sancti antiquiores, & sic maior & minor dicuntur secundum ordinem temporis. Omnes ergo cognoscent, quia singuli accipient singulos denarios. Mat. 20. Vel hoc dicit ad ostendendum differentiam præmiorum, quia licet omnes cognoscāt, tamen vnus magis alio cognoscet. Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Præmium enim correspondet merito, & hoc contra illos, qui dicunt pœnas & omnia merita esse æqualia, & per cōsequens præmia æqualia. Contra quos dicitur. 1. Corinth. 15. Stella differt a stella in claritate. Deinde cum dicit *Quia propitius &c.* ponit tertium effectum, qui est culpæ remissio, quod non poterat vetus testamentum. infra 10. Impossibile est, sanguine taurorum & hircorum, auferri peccata. Dicit ergo; *Propitius ero*. Differunt autem iniquitas & peccatum, quia iniquitas opponitur iustitiæ, quæ quidem proprie semper est ad alium. Ideo iniquitas dicitur qua quis nocet alteri. Iob 35. Homini qui similis tui est, nocebit iniquitas tua. Peccatum autem dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem, & sic iniquitas proprie est in proximum, sed peccatum est in seipsum, & hoc proprie loquendo, large tamē idē est iniquitas & peccatū. Et quantum ad hoc dicit *Quia propitius ero iniquitatibus eorum*, scilicet in præsenti pœnam relaxando *Nec memorabor peccatorum eorum*, scilicet in futuro peccata puniendo. Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Psalm. 78. Propitius esto peccatis nostris &c. Item, Ne memineris iniquitatum nostrarum &c. Rom. 11. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei &c. idest Deus non pœnitet, quòd hic peccata remiserit, quasi iterum puniendo. Deinde cum dicit *Dicendo autem nouum &c.* quasi posita authoritate arguit ex ipsa, & facit talem rationem. Nouum non dicitur nisi in comparatione ad vetus: sed omne, quod dicitur vetus, significat quasi sit prope cessationem. ergo *Dicendo nouum, veterauit prius*. idest dedit intelligere quòd prius sit vetus *Quod autem antiquatur & senescit prope interitum est*. Si ergo illud est vetus, abiiciendum est Leuit. 26. Nouis superuenientibus, vetera proiicietis. Dicendo ergo nouum, designat cessationem veteris. Proprie autem nihil antiquatur, nisi, quod subiacet tempori, quæ autem subiacent tempori, cessanti in tempore. Oportet ergo illud vetus cessare. Dicit autē *Antiquatur* propter res inanimatas, sed *Senescit* propter animatas. Sciendum tamen est, quòd vbi habemus, peccatorum, alia litera habet, peccati, & tunc refertur ad peccatum originale, quod omnibus est commune.

LECTIO PRIMA A.

SVPRA ostendit Apostolus dignitatem noui testamenti respectu veteris in generali, hic ostendit idē in speciali, descendendo ad singula, quæ erant in vtroque testamēto. Et circa hoc facit duo. Primo enim cōparat ea, quæ sunt veteris testamēti ad ea, quæ sunt noui, vt super hoc ostendat dignitatē noui. Secūdo manifestat quædā, quæ supposuerat. 10. ca. ibi *Vmbram enim habens*. Circa primū tria facit, quia primo exponit illud, quod fuit in veteri testamento. Secundo, ostendit significatū suum, ibi *Hoc significante spiritu*. Tertio, ex his arguit ad propositum, ibi *Et ideo noui testamenti*. Iterū, prime in duas. Primo enim, describit conditionem veteris testamenti. Secundo, prosequitur, ibi *Tabernaculum enim factum*. Circa primū sciendum est, q̄ tam vetus quàm nouū testamentum ad hoc instituta sunt, vt per ipsa anima accedat ad Deum. Ad hoc autem duo sunt necessaria scilicet recessus a peccato, & vnio ad Deum. Primum fit per iustificationē. Secundū per sanctificationem, & in vtroque testamento fit iustificatio, & sanctificatio. Vnde dicit sic dictum est, quòd prius veterauit. Sed quale fuit illud vetus. Tale quòd *Habuit quidem & prius iustificationes culturæ*, scilicet latriæ secundum græcum. In veteri enim fuerunt quædam ablutiones per quas mundabātur, nō quidem a macula peccati sed a quibusdam irregularitatibus, quibus impediebantur a cultu Dei: sicut ex tactu mortui vel alicuius immundi non poterant intrare tabernaculum, nisi expiati per aliquas ablutiones. Et ideo dicebantur iustificationes culturæ, quia scilicet per ea fiebat idoneus ad cultum diuinum. Et de hoc habetur Luc. 22. Hiero. Iustificationes, idest ablutiones, quibus purificatis licebat accedere Sed sanctificatio eorum erat *Et sanctum sæculare*, Seculum quandoque sumitur, pro quacūque duratione Psal 110. In sæculū sæculi. Quādoq; significat mundū istum. 1. Tim. 4. Demas me dereliquit diligens hoc sæculum. Illa ergo sanctificatio potest dici sæcularis, quia temporalis erat, & non perpetua. Sed litera græca non sic accipit, qa dicit sanctum mundanū. Vnde est differentia inter nouum testamentum & vetus, quia licet vtrumque sit corporale, tamen nouum continet gratiam, & sacrum est, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus salutem secretius operatur, quod non erat in veteri testamento, quoniam in se nullā cō tinebat gratiā. Gal. 3. Quomodo iterum conuertimini ad infirma, & egena elementa? Deinde cū dicit, *Tabernaculum &c.* exponit illud, quòd dixit. Et primo, quantum ad dispositionem tabernaculi. Secundo, quantum ad ministerium sacerdotum, ibi, *His vero ita*. Circa primum propter intellectum literæ, sciendum est, quòd dominus in deserto præcepit fieri tabernaculum, quod haberet 30. cubitos, vel passus in longitudine, & decem in latitudine, ita quòd ostium erat ad orientem, ante quod dependebat velū super quatuor columnas, & quoddā tentorium in quo erat altare holocaustorum, sed de hoc nihil ad propositum, quia Apostolus de hoc non facit aliquam mentionem, sed in tabernaculo versus occidentem spacio decem cubitorum longitudinis, & decem latitudinis appendebatur velum super quatuor columnas, & istud diuidebat partem vnam decem cubitorum ab alia 20. cubitorum. Pars autem 20. cubitorum dicitur sancta, & tabernaculum primum, sed illa decem dicitur sancta sanctorum, & tabernaculum secundum. Ista distinctio, dupliciter potest exponi. Vno modo, quia ea quæ fuerunt in veteri testamento, fuerunt figura noui testamenti. Nouum etiam est figura cælestis patriæ. Sic ergo per primum tabernaculum, vetus testamentum: & per secundum, nouum. Alio modo, per primum tabernaculum, præsens ecclesia. per secundum, cælestis gloria. In quantum ergo significat vetus testamentum, est figura figuræ, sed inquantum significat præsentem ecclesiam, quæ adhuc significat futuram gloriam, est figura veritatis quantum ad vtrumque. Circa hoc ergo duo facit, quia primo describit illud, quod erat in primo. Secundo illud, quod erat in secundo, ibi, *Post velamentum*. In primo autem tria erant, scilicet candelabrum aureum ad meridiem, quod ita erat factum. Ex vno. n. longo hastili procedebant sex calami, quasi sex brachia, scilicet tres a dextris, & tres a sinistris. Et sic in sumitate erant septem rami, & in quolibet erat vna lucerna, quæ ardebat. Itē, in quolibet calamo erant quatuor, scilicet calamus, qui erat ex tribus partibus quasi tribus petiis, scilicet cyphi, spherulæ, & lilia: quia ibi duæ partes iungebantur. In fine cuiuslibet partis erat quasi quidam ciphus, in quo duo ciphi iunguntur in nucis modum, & duæ spherulæ volubiles, & duo quasi folia lilii hinc & inde. Item, in parte Aquilonari erat mensa aurea in modum altaris, super quam ponebantur in sabbato 12. panes calidi, & super quemlibet, thus lucidum in patena aurea. Et stabant illi panes, qui dicebantur propositionis vsque ad diem sabbati, vbi oportebat ilios amoueri & reponebantur alii loco illorum. Itē, in medio erat altare aureum ad adolendum thymiama boni odoris, & hoc ad literam, ne domus feteret propter multitudinem immolaticii sanguinis. Per cādelabrum autem quod illuminat, & per mensam designatur ad literam, quòd qui altari seruit de altari viuat. Dicit ergo, *Tabernaculum prius*, i. anterior pars tabernaculi, *Factum est, in quo erant candelabra*, quæ vnum erat, quantum ad substantiam, sed plura quantum ad ramos, & hoc ad meridiem, *Et mensa* ad Aquilonem, *Et propositio panum*, idest panes propositionis per ypallagen, sicut perflauit fistula buccas, & ista pars, *Dicitur sancta*. De hoc habetur diffuse Exo. 25. 26. & 27. Deinde cum dicit, *Post velamentum &c.* Describit ea, quæ erant in secundo tabernaculo, scilicet, *Archa testamenti*, de lignis sethin imputribilibus, *Circumtecta ex omni parte*, idest tam intus quàm extra, *Auro*. In arca autem erant tria scilicet, *Vrna aurea habens manna* & hoc in memoriā illius beneficii eis præstiti, Exod. 16. *Et virga Aaron quæ fronduerat*. Num. 17. In memoriam sacerdotii Aaron, ne alius extraneus præsumeret accedere, *Et tabulæ testamenti*. Exo. 25. In memoriam legis. Item, super arcam duo Cherubin, qui tangebant se duabus alis & tangebant aliis duabus latera tabernaculi. Inter duas autem alas quibus tāgebāt se, erat tabula aurea eiusdē longitudinis & latitudinis; & archa, s. duorū cubitorū in lōgitudine, cubiti & semis in latitudine, & erat superminens, quæ dicebatur propritiatorīū. Vnde erat quasi sedes, de qua deus exaudiret ad repropitiādum populo. Psal. 79. Qui sedes super Cherubim &c. Archa vero erat quasi scabellum pedum. Illi duo Cherubim versis vultibus ad seipsos respiciebant in propitiatorium. Hic autem addit Apostolus quartum, scilicet, *Thuribulum aureum*, de quo dicunt aliqui, quòd erat altare inter sancta, vt dictum est. In sancta, quod erat exterius introibāt sacerdotes omni die, ad expletionē misteriorum, sed in sancta sanctorum sacerdos summus semel in anno cum sanguine, & tunc implebat thuribulum illud thymiamate, ita quòd ex fumo ascenderet nebula, quæ operiret sancta sanctorū ne posset videri ab his, qui extra erant. Ista ergo sunt illa, quæ erant post velamentum quod erat secundum, quod dicitur sancta sanctorū pro dignitate, sicut dicit virgo virginum antonomasice, aureum habens thuribulum, & archa in qua erat vrna &c. super quam scilicet arcam, non quòd haberet super eam pedes, sed alas tantum, *Cherubin gloriæ*, idest gloriose facta, *Obumbrantia propitiatorium*, scilicet alis suis, *De quibus non est modo dicendum*, idest prosequendum, *Per singula*. Sed contra, quia 3. Re. 8. dicitur, quòd in archa non est aliud, nisi duæ tabulæ. Respondeo, Dicendum est, quòd verum est ex principali intentione, qa ad hoc fuit arca principaliter facta sicut patet. Exo. 25. Quid autem ista significent, Sciendum est, quòd omnes cæremoniæ legis, ordinabantur ad vtum secundum statum illum: ad aliud verò, secundum quòd erant figuratiua, prout scilicet representabant Christum. Quo ad primum, omnia instituta fuerunt ad representandum magnificentiam dei. Illa autem non representabantur, nisi in effectibus. Isti autem effectus, habent quasi duplex sæculum. Vnum superius, s. substantiarum incorporearum, & istud representatur per sancta sanctorum. Aliud est istius mūdi inferioris sensibilis, & istud representatur per sancta. In mundo autem superiori sunt tria, s. deus, rationes rerum, & angeli. Deus autem omnino est incomprehensibilis, & ideo erat sedes sine sedente, quia non potest comprehendi a creatura nisi ex effectibus. Illa autem sedes erat propitiatorium, vt dictum est. Angeli autem significantur per Cherubim, propter sapientiam: unde & Philosophi angelos dicunt substantias intellectuales. Erāt duo, ad designandum, q̄ non erant ibi positi ad colendum qa dictum erat eis. Deut. 4. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Quòd respiciunt in propitiatorium designat, q̄ non recedūt a contemplatione dei. Mat. 18. Angeli eorum in cælis, semper vident faciem patris &c. Rationes rerum signantur per archā. Illa vero, quæ sunt in hoc mundo, vel pertinent ad sapientiam, quæ per tabulas significatur, vel ad potentiam, quæ per virgā, vel ad bonitatem, quæ per manna, quod erat dulce, quia quicquid est dulcedinis in creatura, totum est ex bonitate dei. Quia vero rationes rerum, quæ sunt intelligibiliter in deo, sunt sensibiliter in creaturis corporalibus, ideo sicut in tabulis erat lumen intellectuale: ita in sanctis erat lumen corporale. Ibi manna, hic panes. Ibi virga, hic altare qd̄ pertinet ad officiū sacerdotis. Sed inquantum per ista figurabatur Christus, omnia ista inueniuntur in ipso. Et primo quantum ad sancta. Ipse enim est candelabrum luminis. Ioann. 8. Ego sum lux mundi. In isto sunt sex odines, tres a sinistris, scilicet perfecti veteris testamenti, & tres a dextris, scilicet noui testamenti. Isti designantur Ezech. 14. Per Noe prælati: per Daniel, contemplatiui: per Iob actiui. Isti calami lumen accipiunt & infunduntur, quia sicut dicitur 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Ciphi sunt propinantes potum sapientiæ. Spherulæ, propter promptitudinem obedientiæ. Lilia, propter finem vitæ æternæ. Septem lucernæ, sunt septem dona Spiritussancti. Item, Christus est mensa refectionis. Duodecim panes, sunt doctrina duodecim Apostolorū & successorum suorum qui ponūtur in sabbato spei vsque ad sabbatū spei, & si interim vnus remouetur per mortem, alter substituitur. Sed in magno sabbato remouebuntur omnes. In inferiori erat propitiatorium, & Christus est propitiatio pro peccatis nostris 1. Ioan. 2. Duo angeli, sunt duo testamenta concorditer Christum respicientia. Vel omnes angeli Christo seruientes concorditer & vnanimiter. Matth. 4. Accesserunt angeli & ministrabant ei. Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei. supra 1. Omnes sunt administratorii spiritus. Ipsi desiderāt in Christū prospicere 1. Pet. 1. Item, obūbrant propitiatorium. i. Christi ecclesiam custodiūt. Vel quia ipsorum ministerio fiebant visiones. & appariciones in quibus obūbratorie figurabatur Christus. Archa aurata de lignis sethin, est caro Christi pura & pretiosissima, quæ & dicitur vrna aurea propter sapientiā, plena dulcedine diuinitatis. Tabulæ sunt eius sapientia. Virga est sacerdotium eius æternum.

Vel virga est potestas Christi, Manna dulcedo gratiæ, quæ daf per sacerdotium Christi, vel per obediētiam mandatorum, sicut homo obedit potestati. Sed quia nullus habet sic gratiam quin peccet, excepto Christo & matre eius, ideo necesse est habere ꝓpiciatorium. Sciendum est aūt quòd glos. super locū istum multum diffuse ista exponit.

LECTIO II.

SVPRA descripsit Apostolus ea quæ pertinent ad vetus testamentū quātum ad dispositionē tabernaculi: hic ꝓsequit de officio ministrorum. Et primo de his, quæ spectant ad sancta. Secundo, autem de his, quæ spectant ad sancta sanctorū, ibi, *In secundo autem.* Ad intellectum autem literæ huius sciendum est, ꝙ sicut supra dictum est, in parte anteriori ipsius tabernaculi circa mediū, erat altare thymiamatis vel incensi, quod idē est, & candelabrū. Ex parte vero meridionali, & ex opposito, mensa propositionis. Sacerdos ergo quolibet die, mane & vespere intrabat sancta ꝑ duo, s. ad parandum lucernas, & adolendum thymiama, vt lumen & bonus odor iugiter esset in sanctis. Dicit ergo, *His vero*, scilicet, quæ pertinent ad speciem tabernaculi, *Ita compositis*. i. ordinatis, *Semper*, idest quotidie mane. s. & sero, *Intrabant sacerdotes consumantes officia sacrificiorum* nō ꝙ in sancta sacrificarēt, quia sacrificabant super altare holocaustorum, quod erat ante fores tabernaculi sub diuo, sed adoletionem thymiamatis & deuotionem offerentium, vocat sacrificium. Deinde cum dicit, *In secundo autem.* Ponit officium ministrorum, quantum ad sancta sanctorum. Circa quod sciendum est, ꝙ sicut dr Leui. 16. Summus Sacerdos in die expiationis, quæ fiebat decima die septimi mensis. s. Septembris qui septimus est a Martio nostro, qui apud Hebreos cōcurrit pro parte cum Aprili in quo incipiunt anni. Exo. 12. Mēsis iste principiū vobis mensium, primus erit in mensibus anni: ipsi. n. incipiunt mensem in lunatione, quæ semper incipit in Martio, nisi impediat embolismus, offerebat pro se & tota domo sua vitulum, & hircum pro peccato populi, & istis immolatis, accipiebat de sanguine ipsorum & implebat thuribulū prunis altaris holocaustorum, quod erat in atrio ante fores tabernaculi & cū omnibus his intrabat in sancta sanctorū, & cum sanguine expiabat tabernaculū aspergendo sanguinē contra velum, & post egrediebatur. Et cum eodē sanguine liniebat cornua altaris thymiamatis: hoc autē semel in anno faciebat. Vnde dicit: *In secundo autem*, s. tabernaculo, quod dicitur sancta sanctorum; *Semel in anno intrabat solus pontifex*. Glo. dicit ꝙ pluries poterat sine sanguine, sed non cum sanguine nisi semel. De hoc tamen nō habetur nisi tantum qñ mouenda sunt castra, quia tunc intrabāt Aaron & filii eius & inuoluebant & dispensabant onera Leuitarum, sicut patet Nu. 4. Semel tamē in anno intrabat summus sacerdos solus cum sanguine, quando offerebat, *pro sua & populi ignorantia*, idest pro peccatis nostris. Prou. 14. Errant qui operantur malum. Omnis enim malus ignorat, vt habetur 3. Ethicorum, De hoc habetur Leuit. 16. Vbi traditur ritus iste. Mystice vero per primum tabernaculum designatur præsens ecclesia, in qua fideles debent seipsos sacrificare. Roma. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem. Psal. 50. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Item, debēt sacrificare sua in eleemosinis. Infra. 13. Talibus. n. hostiis promeretur deus, sed in sancta sanctorum, i. in patriam cælestē intrat solus pontifex. s. Christus in anima & corpore. Tamen ſm literam intentio Apostoli est, ꝙ per sancta intelligatur vetus lex, per sancta sanctorum status noui testamenti & cælum, quia per nouam legem intratur in cælum. Et ideo subdit, *Hoc significante Spiritu sancto.* Vbi exponit, quid significatur per hoc. Et primo, quantum ad vetus testamentum. Secundo, quantum ad nouum, ibi, *Christus assistens.* Item in prima parte primo, ponit officium ministrorum quantum ad primum. Secundo, subdit positionis rationē, *Iuxta quam munera*. Sciendum autem, quòd in primo intrabant sacerdotes quotidie, sed in secundo quod erat vltra velum, non nisi pontifex solus semel in anno. Vnde, quantum ad ministro illos erant ibi duo. Vnum, quòd in primo, quotidie intrabant. Aliud, quòd ante secundum erat eis velum. Vnde interpositio veli significat, ꝙ cælestia erant eis velata. Item, ꝙ non intrabant, significat, ꝙ vetus testamentum non est via intrandi cælum ante aduentum Christi. Dicit ergo, Dico quod hoc sic perfectum est, hoc significante spiritu sancto 2. Pet. 1. Non humana voluntate allata est

F aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et hoc est contra hæreticos, qui dicunt vetus testamentum non esse a spiritu sancto, sed a deo malo. Quid significante? *Nondum propalatam esse sanctorum uiam adhuc priore tabernaculo*, idest veteri testamento significato per primum tabernaculum, *Habente statum*. Durante n. veteri testamento, via sanctorū. s. Christus qui dicit Io. 14 Ego sum via, nondū venerat: iste enim est ostium per quod patet introitus in sācta sanctorū. Io. 10. Ego sum ostiū, sed nō erat propalatus, quia adhuc latebat sub figuris literæ obumbratus infra 10

sancto, nondum propalatā esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statū. Quæ parabola est tēporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offerūt, q̄ nō possunt iuxta conscientiā perfectū facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis impositis.

Vmbram habens lex futurorum &c. *Quæ parabola est instantis*, i. præsentis, *Temporis*, vel instantis, idest ducens nos ad ea, quæ cōtingunt in præsenti tempore. Deinde cum dicit; *Iuxta quam.* Ponit rationem quare durante statu veteris legis nō patebat introitus in sancta sanctorum. In illa n. sancta nullus intrat nisi perfectus. Esa. 35. Via sancta uocabitur, nō transibit per eā pollutus. Et ideo ibi non erat mundatio & perfectio, nec erat introitus in illā. Sed vetus testamentū non poterat perfectum facere seruientem, quia nōdum erat oblatum sacrificium satisfaciens pro peccato totius humani generis. Et ideo dicit, Iuxta quam, s. vel parabolam vel figuram, *Offeruntur munera & hostiæ.* Quod refertur ad illud quod dicit, sacrificiorum officia consumantes, quia oblationes & munera, quæ sunt de omnibus, hostiæ aūt, quæ tātum sunt de animalibus, non offerebantur in sancta sanctorum, sed in sancta, vel ad fores tabernaculi. Ista autem non poterant mundare, quia, *Non potest facere perfectum seruientem* seruitute latriæ, quæ pertinent ad cultū diuinum. Perfectum dico; *Iuxta conscientiam.* Est. n. duplex mundatio. Vna a macula, & reatu peccati. Et quantum ad conscientiam, hoc non potest lex. Infra. 10. Impossibile est sanguine taurorū & hircorum auferri peccata. Esa. 1. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Mich. 6. Numquid placari potest deus in millibus arietum, aut in millibus hircorū pinguium? Alia mundatio erat quantum ad culturam, vt scilicet liceret eis ministrare in illis sacrificiis, & sic mundabat. Sed numquid in veteri lege fuerunt multi perfecti? Et vr̄ quòd sic dictū est. n. Abrahæ Gen. 17. Ambula corā me & esto perfectius. Moyses etiam & multi alii, valde sancti & perfecti fuerunt. Respondeo, Dicendum est, ꝙ licet tunc multi perfecti & sancti fuerint, hoc tamen non fuit ex operibus legis supra 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. sed hoc fuit per fidem Christi. Genes. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc ergo non erat virtute cęremoniarum aut legalium. Vnde frequenter ibi dicitur, Orabit pro eo sacedos & dimittetur illi. Leui. 5. Et in multis aliis locis. Quòd ergo mundaret, hoc erat ex fide. Sed in nouo testamento dicitur Matt. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Sine sacramentis enim nouæ legis non est salus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. Sed quare non mundabant conscientiam? quia consistebant in cibis & potibus, peccatum vero est in conscientia. Illud autem, quod est pure corporale non mundat animam, quia non agit in animam. In sacrificiis autem illis erant cibi & potus &c. quæ pertinent ad corpus, & ideo non poterant mundare conscientiā. Dicit ergo, *In cibis & potibus*, idest in discretione ciborum & potuum interdictorum in veteri lege, quia abstinere ab his non mundat cōsciētiam, vel vt hoc referatur ad vsum sacrificiorum, quia commedebantur a sacerdotibus illa, quæ offerebantur pro peccatis, & ab aliis, quæ pro aliis. Ista enim non mundabant conscientiam. Hierem. 9. Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas? *Et variis baptismatibus*, idest locutionibus, quia sicut dicitur Matth. 7. Iudæi seruabant baptismata calicum, & vrceorum, & a foro redeuntes non comedunt, nisi baptizentur. Contra quos dicit dominus Mat. 23. Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis, quòd de foris est calicis & paropsidis, intus autem estis pleni rapina & immunditia. Veruntamen Apostolus non loquitur hic de superstitionibus Pharisęorum, & ideo oportet currere ad alias lotiones præceptas in lege, sicut est de aqua in qua lauabantur sacerdotes, & de aqua purificationis in mundatione leprosi vel polluti. Vnde frequenter dicitur. Lauabant vestimenta sua &c. Et hæc dicūtur hic baptismata, *Et iustitiis carnis*, hoc addit vniuersaliter de omnibus. Vocat ista cæremonialia iustitias carnis, idest carnales, quia pertinebant tantum ad corporalem munditiam, nec erat in eis aliqua

qua virtus spiritualis. Et ne aliquis dicat, quare ergo instituta A sunt si non poterant perficere, quia iam videretur, ꝙ deus ea inutiliter instituerit. Hoc remouet cum dicit *Vsque ad tempus correctionis impositis*. q. d. Hoc verum est, quòd fuissent inutiliter instituta, si semper deberent durare. Sed sicut puero primo oportet dare pædagogū, quando autem iam peruenit ad ætatem perfectam, tunc datur ei modus se habendi secundum iudicium rectoris reipublicæ, ita in veteri lege ea, quæ spectant ad imperfectionem instituta fuerunt, sed quando uenit tempus perfectū, tunc debuerunt institui illa, quæ ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit, Vsque ad tempus correctionis, idest, in quo corrigeretur, non quidem sicut mala, sed sicut imperfecta. Lex enim bona est. Ro. 7. Psal. 109. Superuenit mansuetudo, & corripientur.

LECTIO III.

CHRISTVS autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum idest, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel B

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus significationem eorum, quæ pertinent ad vetus testamentum, & primum tabernaculum: hic ponit conditiones eorum, quæ pertinent ad secundum tabernaculum, quod repræsentabat nouum testamentum. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit illam significationem. Secundo, probat quoddam, quod supposuerat, ibi *Si enim sanguis hircorum*. Sciendū est autem, ꝙ si considerentur supradicta, quinque dicta sunt de secūdo tabernaculo. s. quis intrabat, quia solus pontifex: secundo dignitas & conditio loci quo intrabat, quia dicebatur sancta sanctorum: tertio quomodo intrabat, quia cū sanguine: quarto quando intrabat, quia semel in anno: quinto quare intrabat, quia pro expiatione peccatorum. Hic autem Apostolus C illa quinque explicat. Et primo, quis sit ille, qui intrat, quia Christus. Pontifex enim est princeps sacerdotum. Talis autem est Christus. primæ Petri quinto. Cum apparuerit princeps pastorum, &c. supra 4. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum, &c. Sed quilibet pōtifex dispensator est alicuius testamenti. In quolibet autem testamento duo considerandā sunt, scilicet finis repromissus in illo testamento, & ea, quæ traduntur in illo. Bona autem repromissa in veteri testamento erant bona temporalia, Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ille ergo pontifex erat bonorum temporalium, sed Christus est pontifex bonorum cœlestium. Matth. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. *Est ergo pontifex futurorum bonorum*. quia per pontificatum eius, introducimur in bona futura. Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Item, in veteri dispensabantur figuralia, sed Christus dispensat spiritualia, quæ per illa figurabantur. Lucæ vndecimo. Pater vester de cœlis, dabit spiritum bonum petentibus se. Sic ergo per bona futura possunt intelligi, vel bona cælestia, & hoc respectu noui testamenti, uel bona spiritualia respectu veteris, quod eorum figura erat, iste pontifex non est negligens, sed *Assistens*. Pontifex enim mediator est inter deum & populum: Christus vero mediator est. primæ Timo. 2. Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Deuteronom. 5. Ego medius & sequester fui inter dominum & vos. Et ideo ipse assistit patri ad interpellandum pro nobis: supra 7. Rom. 8. Christus Iesus, qui etiam interpellat pro nobis. Item assistens nobis ad auxiliandum. Psalm. 15. A dextris est mihi ne commouear. Act. 7. Ecce video cælos apertos, & Iesum stantē a dextris dei. Sic ergo patet quis intrabat. Secundo, ostendit dignitatem interioris tabernaculi, quia dicit *Per amplius* & conditionem, quia & *Perfectius* vtpote: quia est immobile. Esa. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, *Tabernaculum*, quod nequaquam vltra transferri poterit. Hoc autem est tabernaculum cœlestis gloriæ. Psalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Dicitur autem tabernaculum, quia est locus peregrinorum. Non enim debetur nobis ex conditione naturæ, sed tantum per gratiam. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Est ergo peramplius propter multitudinem bonorum immensam, quod designatur in authoritate prædicta, Sedebit, &c. Baruch. 3. O Israel quàm magna est domus dei? Illud autem, quod dicitur per amplius, dupliciter legitur. Vno modo, quòd sit vna dictio quasi. valde peramplius, & sic construitur

litera, Christus assistens pontifex futurorum bonorum introiuit in sancta sanctorum, dico quæ sunt tabernaculum per amplius. Alio modo, quòd ly per, sit præpositio quod magis exprimitur in greco, & tunc construitur sic: Christus introiuit in sancta per tabernaculum amplius, idest magis amplum & perfectum. Item perfectius, quia ibi cessabit omnis imperfectio 1. Cor. 13. Cū venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Item est alterius conditionis, quia istud factū fuit manu hominis, hoc autem non, sed manu dei. Exod. 15. Sanctuarium tuum domine, qd fundauerunt manus tuæ &c. 2. Cor. 5. Scimus enim, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationē habemus ex deo domum non manufactam, sed æternam in cælis. Infra. 11. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatē, cuius artifex est & conditor deus. Et ideo dicit, *Non manufactum*, idest non huius creationis, quia non est manufactum, sicut vetus, nec est huius creationis, idest in bonis sensibilibus creatis, sed est in bonis spiritualibus. Vel per tabernaculum potest Christi corpus intelligi, in quo contra diabolum pugnauit. Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum. Quod est per amplius, quia In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Collo. 1. Item perfectus est, quia Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Io. 1. Item, non manufactum, quia non ex virili semine. Dan. 2. Abscisus est lapis de monte sine manibus. Tertio, ostendit quomodo intrabat, quia non sine sanguine, sed ille cum sanguine vitulorum & hircorum, sicut dicitur. Leui. 16. Christus vero non sic, scilicet sanguine alieno, ideo dicit, *Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem*, quem pro salute nostra immolauit in cruce. Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dicit autem pluraliter, *Vitulorum & hircorum*. non quòd simul essent plures, sed quia per diuersos annos pluries intrabat. Christus autem significatur per hircū propter similitudinem carnis peccati. Roman. 8. Item, per vitulū propter fortitudinem: & quia vtitur duobus testamentis, tamq̄ duobus cornibus. Abacu. 3. Cornua in manibus eius. Quarto, quando intrabat: quia semel in anno, Christus aūt per totum tempus, quod est quasi vnus annus. *Introiuit semel in sancta*, & semel etiam fudit sanguinem suum 1. Pet. 3. Christus semel pro pro peccatis nostris mortuus est. Rom. 6. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Item semel intrauit, nā ex quo intrauit cælestia, semper est ibi. Et ideo dicit, quòd intrauit semel in sancta. Quinto, ostendit quare intrauit, q̄uia ad offerendum pro populi ignorantia, nō pro sua quia nō habebat. D Sanguis enim Christi magis quàm ille valet ad hoc, quia per ipsum, Inuenta est ęterna redemdtio q. d. Per istum sanguinem redempti sumus, & hoc in perpetuum, quia virtus eius est infinita. Infra. 10. Vna oblatione consumauit in sempiternū sanctificatos. Psal. 110. Redemptionē misit dominus populo suo. Hoc autem quod dicit, *Inuenta* ad duo potest referri. s. & ad desiderū dei, quod habebat de salute nostra. Iob. 33. Inueni in quo propitier. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad desiderium patrum, quo desiderabant redimi. Nullus autem inuenit modū ita congruum sicut Christus. Et ideo signanter dicit, inuenta. Deinde cum dicit, *Si enim sanguis &c.* Probat vnūm, quod supposuit. s. istud vltimum. Aeterna redemptione inuenta q. d. Ita dixi ꝙ per propriū sanguinem fecit ætenam redemptionem, in quo apparet eius maxima efficacia. Quòd autem ita sit, probo ꝑ locum a minori: quia si sanguis brutorum animaliuū faciebat E quod minus est, sanguis Christi poterit facere, quod maius est. Vnde circa hoc facit duo. Primo enim, ponit antecedens. Secundo, consequens, ibi, *Quanto magis sanguis Christi?* Circa primum sciendum est, ꝙ in veteri lege erat duplex mundatio. Vna q̄ fiebat in die expiationis, de qua habetur. Leui. 16. Et de ista iā dictum est. Et ista videbatur directe ordinati ad emundationem a peccato. Alia erat contra irregularitatē legis de qua dicitur. Numer. 16. Quod præcepit dominus, ꝙ eleazar acciperet vaccam ruffam a Moyse sine macula, ætatis integræ, quæ nō traxisset iugum, & eductam extra castra, immolaret in conspectu populi, & tingeret digitum in sanguine eius & aspergeret septies contra tabernaculum, & quòd combureret totam, scilicet carnē, pellem

& etiam

& etiam simum eius cum hyssopo, ligno cedrino & cocco bis tin F cto, quo facto vir mundus colligebat cineres & in loco mundo effundebat extra castra. Et de ipsis ponebant in aqua qua immũdus, qui scilicet tetigisset cadauer mortui, aspergebatur die tertio & septimo cum hyssopo, & ita mundabatur, nec aliter poterat mundari. Ita est sententia Apoli. Itaque quantum ad primum dicit; *Si enim sanguis hircorũ aut taurorum.* Quãtum vero ad secundum dicit, *Et cinis vitulæ aspersus sanctificat inquinatos* nõ gratiam conferendo sed; *Ad emundationem carnis*, idest ab irregularitate, qua carnaliter impediebantur, quasi immundi a cultu diuino, non tamen auferebant peccata, sed tm̃ vt dicit Augustinus, aliquãdo virtute illius aspersionis mundabantur a lepra corporali, Et ideo dicit, Ad emundationem carnis. Deinde cum dicit; *Quanto magis &c.* Ponit consequens: quasi dicat. Si sanguis & cinis hoc possunt, quid poterit sanguis Christi? Certe multo plus. Et ponit Apostolus tria, quæ ostendunt efficaciam sanguinis Christi. Primo, quis est ille cuius est sanguis iste, quia scilicet est Christus. Ex quo patet, quòd eius sanguis mundat. Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Secundo, causam quare Christus sanguinem suum fudit, quia hoc fuit Spiritussanctus, cuius motu & instinctu, scilicet charitate dei, & proximi, hoc fecit Esai. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Spiritus autem mundat. H Esi. 4. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicii & spiritu ardoris. Et ideo dicit, *Per spiritum sanctum obtulit semetipsum.* Eph. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semeipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Tertio, conditionem eius, quia est immaculatus. Exod. 12. Erit agnus absque macula, masculus, anniculus Ecclesiast. 34. Ab immũdo quis mundabitur? Sed numquid sacerdos immundus potest mundare? Respondeo, Dicendum est, quòd non, si ageret in propria virtute: sed agit virtute sanguinis Christi, qui est sicut causa prima. Et ideo non egisset, nisi fuisset immaculatus. Sciendum tamen, quòd sanguis illorum animalium mundabat tantum ab exteriori macula, scilicet a contactu mortui, sed sanguis Christi mundat interius conscientiam, quod fit per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. inquantum, scilicet facit credere, I quòd omnes qui Christo adherent per sanguinem eius mundantur. Ergo iste emundat conscientiam. Item, ille mundabat a tactu mortui, sed isto ab operibus mortuis, scilicet peccatis, quæ tollunt deum ab anima, cuius vita est per vnionem charitatis. Item, ille mundabat, vt possent accedere ad figurale ministeriũ, sed sanguis Christi ad spirituale obsequium dei. Psalm. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Et ideo dicit; *Ad seruiendum deo.* Item, deus est vita. Ioan. 14. Ego sum vita. Et Deut. 32. Viuo ego in æternum. Conueniens ergo est, vt seruiens ei sit viuens. Ideo dicit, *Viuenti.* Et secundum rectorem, vel iudicem populi, sic & ministri eius, vt dicitur Eclesi. 10. Qui ergo vult deo digne seruire, debet esse viuens sicut & ipse. Totam istam figuram diligenter exponit glo. & est Augustini de quæstionibus Numerorum.

LECTIO QVARTA.

SVPRA exposuit Apostolus illa, quæ agebantur in veteri testamento, & aperuit illorum mysticam expositionem: hic ex his arguit ad propositum, scilicet, quòd nouum testamentũ præfertur veteri, quia potest quod non poterat vetus. Et circa hoc facit duo. Primo enim, proponit conclusionem intentam. Secundo, probat quoddam quod supposuerat, ibi, *Vbi enim testamentum.* Iterum prima in duas. Primo enim, concludit ex dictis, q̃ Christus est mediator. Secundo, hoc ostendit non potuisse vetus testamentum, ibi, *Quæ erant sub priori.* Dicit ergo, *Et ideo*, quia scilicet Christus intrauit in sancta æterna redemptione inuenta, idest perducens ad æterna, quod vetus non poterat facere, vnde oportet quòd istud testamentum sit aliud ab illo, sicut nouum a veteri. Hier. 31. Feriam domui Israel & domui Iuda &c. Apor. 21. Ecce noua facio omnia; *Ideo huius noui testamenti mediator est Christus* inter deum & hominem 1. Tim. 2. Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. In omni autem testamento est aliquid, quod promittitur & aliquid per quod testamentum confirmatur. In nouo autem testamento, promittuntur cælestia & spiritualia. Item, ista promissio per mortem Christi confirmata est. Et ideo Christus mediator est noui testamenti, vt repromissionem æternæ beatitudinis ac hæreditatis æternæ; *Recipiant qui uocati sunt.* Et dicit uocati, quia hoc munus non est ex operibus, sed ex vocatione dei. Rom. 8. Quos autem prædestinauit hos & vocauit. 1. Thess. 2. Contestati sumus, vt ambuletis digne Deo, q̃ vocauit vos in suũ regnum & gloriam. Vnde dicit, Aeternę hęreditatis, idest æternæ gloriæ, quæ est hæreditas nostra

LECTIO III.

ET ideo noui testamentimediator est, vt morte intercedente, in redemprionem earum preuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi G enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorũ, cum aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoque librum & omnẽ populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione, non fit remissio.

1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionẽ Iesu Cristi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & inconta minatam & immarcessibilem, conseruatam in cælis. Psal. 126. Ecce hæreditas domini. Item, Dominus pars hæreditatis meæ. Istam autem hæreditatem habemus per mortem Christi. Vnde dicit; *Vt morte intercedente.* 1. Pet. 3. In hoc uocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Huius mortis effectus, est redemptio a præuaricatione peccati. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vestra vana conuersatione, sed prætioso sanguine agni immaculati. Sed numquid in veteri testamento poterit fierit ista redemptio a peccatis? Et respõdet, q̃ non: quia; *Illæ præuaricationes erant sub priori testamento*, q.d. Quia virtute sacramentorum prioris testamenti, remoueri non poterant. Roman. 3. Causati sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Sed contra: quia Dauid & multi alii sancti habuerunt remissionem peccatorum. Respondeo, Dicendum est, quòd quantum ad istud effectum, qui est introitus cæli nõ: quia per mortem Christi aperta est ianua vitæ. Nullus enim ante mortem Christi intrauit. Zach. 9. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua, sed quantum ad maculam, sic ipsi consecuti sunt: sed non virtute sacramentorum veteris legis, sed in fide Christi. Sic ergo nouum testamentum est excellentius quàm vetus, quia confirmatum est morte Christi, per quam remittuntur peccata, & quia exhibet promissionem. Deinde cum dicit; *Vbi enim testamentum.* Probat illud, quod supposuit, scilicet quòd nouum testamentum sit confirmatum per mortem Christi. Et primo, probat hoc per authoritatem legis humanæ. Secundo, per authoritatem legis diuinæ, ibi; *Vnde nec primum.* Dicit ergo. Dictum est, quòd nouum testamentum confirmatur per mortem Christi intercedentem, quia; *Ad hoc quod testametum valeat oportet, quod mors testatoris interueniat.* Et ideo nouũ testamentum non haberet robur, nisi interuenisset mors Christi. Vnde dicitur. Ioannis. 11. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. Mors autem testatoris ad duo necessaria est. Primo, vt testamentum habeat firmitatem, quia cum sit expresiuum vltimæ voluntatis, potest semper mutari ante mortem. Vnde dicit quòd; *Testamentum confirmatum est in mortuis*, idest per mortem. Et isto modo confirmatum est nouum testamentum per mortem Christi. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti, scilicet cõfirmator & dedicator. Secundo, necessaria est mors testatoris ad hoc, vt testamentum valeat & habeat efficaciam. Vnde dicit; *Alioquin nondum ualet*, quia nullus potest petere aliquid, nec etiam hæres hæreditatem ex vi testamenti, nisi post mortem testatoris. K Ideo Christus voluit mortem suã pro nobis interponere. Deinde cum dicit; *Vnde nec primum.* Hoc idem probat per authoritatem legis diuinæ, s. per illud quod habetur in veteri testamento. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit conuenientiam in ter vtrumque testamentum. Secundo, ostendit differentiam, ibi; *Necesse est ergo.* Circa primum duo facit, quia Primo proponit. Secundo, manifestat, ibi, *Lecto enim.* Dicit ergo. Ita dictũ est, q̃ ad hoc, q̃ testamentum valeat necesse est, q̃ mors testatoris interueniat. Nec hoc debet videri mirum, quia; *Nec primum testamentum dedicatum*, i. confirmatum est; *Sine sanguine.* Ille autem sanguis figurabat sanguinẽ Christi. Omnia enim in figura contingebant illis 1. Cor. 10. Deinde cum dicit, *Lecto enim.* Probat p̃ positum. s. quòd illud testamentum nõ est confirmatũ sine sanguine. Et probat hoc quantũ ad tria, in quibus fuit vsus sanguinis. Primo, q̃tum ad legis æditionẽ. Secundo, q̃tũ ad tabernaculi consecrationem, ibi, *Etiam tabernaculum.* Tertio, quantũ ad vasorum expiationem, ibi, *Et omnia pene in sanguine.* Circa primum sciendum est, q̃ Apostolus tangit hic historiã, quæ habet. Exod. 24. Vbi dicitur, quòd postquam Moyses legerat coram populo mandata domini, ipsisque respondentibus, Omnia quæ locutus A est dominus faciemus & erimus obedẽtes, Accepit Moyses sanguinem quem præceperat seruare de duodecim vitulis, & aspersit librum legis & populum, quasi in confirmatione testamenti. Et ideo dicit, *Lecto enim omni mandato &c.* quia necessarium fuit vt legeretur. Illa enim lectio fuit legis promulgatio. Oportebat enim legem promulgari, *Accipiens &c.* Hic est duplex obiecto literalis. Vna, quia Exod. 24. Nulla fit mentio de hirco, sed de 12. vitulis. Secunda, quia ibi etiã non fit mentio de aqua & cocco & hysopo. Responsio ad ista duo, est duplex. Vna scilicet, quia Apostolus nutritus erat in lege: unde sciebat quòd ille vsus erat in emundationibus secundum legem, quòd aspersio fiebat de sanguine hircorum & vitulorum & aqua admista cum hyssopo & lana coccinea tanquàm aspersorio, & ideo licet non agatur de his in Exodo, tamen Apostolus hoc accepit ex consuetudine ritus legalis. Vel potest dici, quòd ista fuit prima consecratio. Et ideo, quasi virtute continebãtur in ipsa aliæ sanctificationes futuræ, inter quas potissime fuit illa, quæ fiebat in die expiationis, de qua Leuit. 16. & alia de vitula rufa. Numer. 16. In prima autem, erat sanguis vituli & hirci: in secunda vero, aqua & lana coccinea & hyssop⁹. Quia ergo illa i prima continebat istas duas, ideo Apostolus totum retulit ad istam. Dicit ergo, *Accipiens sanguinem &c. librum & omnem populum aspersit dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos deus* scilicet confirmator testamenti Eccl. 24. Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iustitiarũ. Iste n. sanguis fuit figura sanguinis Christi, per quem nouum testamentum confirmatũ est. Et ideo Christus verbis istis vsus est. Mat. 26. Hic est sanguis C noui testamenti, s. confirmatiuus. Figurabatur autem per sanguinem hirci, propter similitudinem carnis peccati & vituli ꝓpter fortitudinem. Miscetur aũt; *Cum aqua*, quia baptismus a sanguine Christi efficaciam habet: aspergitur aũt *cum hissopo*, qui mundat pectus, per quod significatur fides. Act. 15. Fide purificans corda eorũ. *Et lana coccinea*, quæ est rubei coloris, per quã significatur charitas. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, quia per fidem & dilectionem passionis Christi mundatur populus. Aspergitur & liber legis, quia passio Christi adimpleuit legem. Ioan. 19. Consumatum est. Mat. 5. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Deinde cum dicit; *Etiam tabernaculum.* Ponit cõsecrationem tabernaculi, quia; *Tabernaculum & omnia vasa ministerii similiter aspersit sanguine.* Sed contra: quia nondum factum erat tabernaculum, sed 25. cap. mandatur de consecratione tabernaculi. Respondeo, Dicendum est, quòd licet non sit idem sanguis, quo aspersus est populus & tabernaculum, tamen D etiam tabernaculum: *Mundatum est sanguine.* Vnde, potest sic cõstrui: vsus est sanguine, etiam quando sanctificauit tabernaculum. Sed contra: quia Nume. & Leui. 8. dicitur quòd vnxit tabernaculum oleo. Rõdeo, Dicendum est, quòd nõ loquit̃ de illa sanctificatiõe, qua primo cõsecratũ est tabernaculũ & uasa eius, sed de illa quæ fiebat in die expiationis. Vel melius dicendum est, quòd etiam in prima vsus est sanguine, quia ibi dicitur, quòd vnxit illud oleo, & postea quòd aspersit. Oleum autem non est aspersiuum, vnde intelligitur, quòd primo vnxit illud: & postea aspersit sanguine. Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationem, scilicet virtus sanguinis Christi, & oleum misericordię, quibus sanctificatur tabernaculum, idest ecclesia, & vasa idest ministri. Deinde cum dicit; *Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur.* Exequitur de cæteris mundationibus legalibus. Erat autem duplex mundatio. Vna a corporali macula, sicut lepra. Alia a spirituali, scilicet peccato: prima poterat pertinere ad res inanimatas, sicut patet de lepra domorum. Et mundatio ab ista immunditia fiebat cum sanguine animalis immolati, vel aqua expiationis, quæ erat confecta cum sanguine vitulæ rufæ. Et ideo dicit; *Pene omnia* & non omnia simpliciter, vel pene omnia, ita quòd ly pene, sit determinatiuum de ly mundãtur, idest pene mundantur, quia non perfecte mundabantur: hoc n. tantũ fit per sacramentum nouæ legis, vel potest determinare ly omnia, non enim omnia mundabantur sanguine, quia vt dicitur. Num. 31. Quicquid potest ignem sustinere purgatur per ignem: quæ vero non poterant, purgantur aqua expiationis. Sed ad mundationem a macula peccati, necessaria est sanguinis effusio, quia requirebatur ad sacrificium. Et ideo dicit, quòd; *Sine sanguinis effusione non fit peccatorum remissio.* Per quod figurabatur, quòd remissio peccati erat fienda per sanguinem Christi. Vnde in veteri lege non virtute sacramenti, sed virtute fidei Cristi fiebat remissio peccatorum. Vnde frequenter, ibi dicitur. Rogabit ꝓ eo sacerdos, & remittet.

LECTIO V.

NEcesse est ergo exẽplaria quidẽ cælestium, his mundari: ipsa aũt cælestia, melioribus hostijs, q̃ istis. Nõ. n. in manufacta sãcta Iesus introiit, exẽplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nũc vultui dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quẽadmodũ pontifex intrat

LECTIO V.

SVPRA ostendit Apostolus quid sit commune nouo, & veteri testamẽto, inquãtum vetus & nouum cõueniunt: hic ostendit differentiam vtriusque. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit, q̃ in nouo est melior mundatio. Secundo, quòd perfectior, ibi, *Neque vt sæpe.* Iterum prima in duas. Primo enim, ostendit, quòd quantum ad illud, quod mundatur, & quantum ad id quod mundatio efficitur, sit melior mundatio in nouo. Secundo, manifestat quod dixit, ibi, *Non enim in manufacta.* Dicit ergo; *Necesse est ergo exemplaria cælestium*, s. ipsum tabernaculum quod quo ad nos, est exemplar, licet simpliciter sit exemplatum & figura illius, & ideo minoris dignitatis. quia figura ũ nobilius est quàm figura, sicut corpus quàm vmbra; *His scilicet sacrificiis mundari, ipsa autem cæelestia*, scilicet nouum testamentum; *Melioribus hostijs, quàm istis* melioribus quidem, quia alia mundabantur sanguine animaliũ, sed in nouo testamento fit mundatio sanguine Christi. Semper autem meliora melioribus mundantur. Ista autẽ erant cælestia idest figura cælestium. Si ergo illa mundabantur sanguine, oportet ista cælestia mundari meliori sanguine. Sed contra: In cælo nulla est immunditia. Respondeo, Dicendum est, q̃, cælestia intelligũtur secundum glo. ea, quæ pertinent ad statum præsentis ecclesiæ, quæ dicuntur cælestia. Item, homines fideles gerũt imaginem cælestium, inquantum mente conuersantur in cælis. Vel aliter & melius. quòd per cælestia intelligatur cælestis patria. Et loquitur hic Apostolus eo modo, quo in ueteri testamento dicebatur emundari tabernaculum, non quod haberet in se aliquam immunditiam, sed quia mundabantur quædam irregularitates, quibus impediebantur accedere ad sanctuarium. Et dicuntur mundari cælestia, inquantum per sacramentum nouæ legis purgantur peccata, quæ impediunt ab ingressu cælestium. Item dicit, Hostiis in plurali. Contra: quia tantum est vna hostia Christi, infra. 10. Vna enim oblatione, consumauit in æternum sanctificatos. Respondeo. Licet vna sit in se, tamen pluribus hostiis veteris legis figurabat. Ex hoc loco habet, quòd hostiæ veteris legis erant bonæ. Melius enim non dicitur, nisi respectu boni Deinde cum dicit; *Non enim in manufactis &c.* Ostendit, quòd cælestia mundantur melioribus hostiis. Pontifex enim expiabat sanctuarium, quod erat manufactum, sed *Christus intrauit non in manufacta sancta*, quæ erant quo ad nos; *Exemplaria verorum, sed in ipsum cælum*, quod non in se, sed quo ad nos expiauit, vt dictum est, sed non expiauit carnalibus hostiis, quia Christus non uenit ad offerendum talia. Psalm. 39. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Item, Holocaustis non delectaberis. Item, supa semptimo. Manifestum, quòd de tribu Iuda ortus est dominus, de qua nullus præsto fuit altario, sed in introiuit in ipsum cælum. Matth. vlti. Dominus quidem Iesus assumptus est in cælum. Actu. primo. Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum. Sed quare? *Vt appareat pro nobis, vultui dei.* Et loquitur Apostolus alludendo ritui veteris legis, secundum quam pontifex qui intrabat sancta sanctorum stabat coram propiciatorio, vt oraret pro populo: ita & Christus intrauit cælum secundum quòd homo, vt astaret deo pro salute nostra. Sed ista differenter, quia sacerdos impediente fumo, qui ascendebat de thuribulo non videbat sancta sanctorum, nec videbat aliquem vultum, sed Christus apparet vultui dei, non q̃ sit ibi facies corporalis, nec aliqua nebula, sed cognitio manifesta. Sed numquid Christus existens in terra, non poterat apparere vultui dei, cum Deus omnia videat? Respondeo, Dicendum, quòd sicut Augustin. loquens deo dicit, Mecum eras, & tecum non eram, quia scilicet deus est in omnibus per essentiam præsentiã, & potentiam, mali aũt non sunt cũ deo per gratiam, ita dicitur Christus introisse, vt appareat vultui dei: quia licet semper videret eum clara visione, vt perfecte beatus, tamẽ status viatoris, inquantum huiusmodi, non habet hoc, sed tantum status cælestis. Et ideo, quando ascendit perfecte beatus in cor-

pore & anima intrauit, vt appareat vultui dei, idest, intrauit locum vbi deus manifeste videtur, & hoc pro nobis. Ad hoc enim ascendit, vt pararet nobis viam. Ioan. 14. Vado parare vobis locũ. Iterũ autem veniam & assumã vos ad meipsum. Mich, 12. Ascẽdit pandens iter ante vos, Corpus enim debet sequi caput suum. Matth. 24. Vbicumque fuerit corpus ibi congregabuntur, & aquilæ. Deinde cum dicit, *Neque ut sæpe.* Ostendit, ꝙ mundatio noui testamenti est perfectior quàm veteris. Hoc autem ostendit per duo. Primo per hoc, ꝙ illa reiterabat quolibet anno, hæc autem tantum semel. Item quantum ad effectum, quia illa nõ poterat auferre peccata, quod ista potest. Circa hoc ergo duo facit. Primo enim, ostendit primũ. Secundo, secundum, ibi *Vmbram habens*. Sciendum est aũt, quòd Apostolus supra dixerat tria de Christo. Primo scilicet, ꝙ est Pontifex. Secundo, quæ sit dignitas loci quem intrauit. Tertio, quomodo introiuit, scilicet cum sanguine, ista autem tria iam declarauit: hic declarat quando intrauit, quia sicut Pontifex legalis semel in anno, Christus semel tantum. Et hoc erat quartum. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim, ostendit quid fiebat in veteri testamento. Secundo, quòd esset inconueniens istud fieri in nouo testamento, ibi *Alioquin*. Tertio, ostendit quid fiat in nouo testamento, ibi *Nunc autem semel*. In veteri enim testamento Pontifex licet non intraret nisi tantum semel in anno, tamen quolibet anno ex præcepto legis oportebat ipsum intrare cum sanguine alieno, sicut dicitur. Leui. 16. Christus autem intrauit non in manu facta, &c. *Nec vt sæpe offerat seipsum, quemadmodum Pontifex intrabat in sancta per singulos annos cum sanguine alieno*. Deinde cum dicit. *Alioquin oportebat &c.* probat quòd esset incõueniens istud fieri in nouo testamento, quia sequeretur maximum inconueniens: quia cum Christus intraret per proprium sanguinem, *Sequeretur quòd oportuisset eum frequenter pati ab origine mundi.* Non sic autem est de veteri hostia, quia illa offerebatur pro peccatis filiorum Israel. Ille autem populus incæpit spiritualiter quando data fuit lex, & ideo non oportet eam offerri ab origine mundi. Christus autem seipsum obtulit, pro peccatis totius mundi, quia ipse Propitiatio nostra factus est pro peccatis nostris, & totius mundi, primæ Ioannis secundo. Et sic, si sæpe offerretur, oportuisset ipsum nasci, & pati ab origine mundi, quod fuisset maximum inconueniens. Sed contra. Apocalyp. tertiodecimo. Agnus, qui occisus est ab origine mundi. Respõdeo. Verum est, occisus, idest, præfiguratus ab origine mundi occidi, sicut in occisione Abel. Deinde cum dicit *Nunc autem*. Ostendit quid fiat in nouo, & circa hoc facit duo. Primo, quare non iteratur hostia in nouo testamento, dat duas causas. Secundo, explicat eas ibi, *Et quemadmodũ, &c.* Dicit ergo. *Nunc ergo Christus semel apparuit in consumatione seculorum.* Primæ Corinth. 10. Nos sumus in quos fines sęculorum deuenerunt. Et hoc dicit propter numerum annorũ, quia iã sunt plus quàm mille anni ex quo hoc dixit. Aetates enim mũdi accipiuntur secundum ætates hominis, quæ principaliter distinguuntur secundum statum proficiendi, non secundum numerum annorum. Ita prima ætas fuit ante diluuium in qua nec lex scripta, nec punitio, sicut infantia. Alia a Noe vsque ad Abrahã, & sic de aliis, ita quòd vltima ætas est status præsens, post quem non est alius status salutis, sicut nec post sænium. Sicut autem in aliis ætatibus hominis est numerus annorum determinatus, non autem in senio, quia senium incipit a 60. anno, & aliqui viuunt per. 100. & viginti annos, ita non est determinatum, quantum iste status mundi debeat durare, tamen est consumatio sęculorũ, quia non restat alius ad salutem. In isto autem Christus semel apparuit, cuius ponit duas rationes, quia scilicet semel tantum offerebatur. Prima est, quia in veteri testamento non auferebantur peccata, quod fit per hostiam Christi. Alia est, quia sacerdos legalis non offerebat proprium sanguinem, sicut Christus. Vnde dicit quòd *Apparuit ad destitutionem peccati per hostiam*, scilicet suiipsius, & ideo illa reiteratur, non autem ista: primæ Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Deinde cum dicit *Et quemadmodum*. Explicat istas rationes, Et primo secundam. Secundo, primam, ibi *Vmbram habet lex*. Secundam explicat per similitudinem aliorum hominum. Vnde circa hoc facit duo. Primo ostendit, quid accidit aliis hominibus. Secundo ostendit, quid accidit Christo, ibi *Sic & Christus semel*. In quolibet enim homine duo inuenimus, scilicet necessitatem moriendi, itẽ quòd resurgat, non vt emundetur, sed vt iudicetur de factis eius.

F Primum tangit cum dicit; *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori*. Sed contra: videtur, quòd hoc non sit statutum, sed magis homo peccando hoc fecerit, quia Sapien. primo, dicitur, quòd Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Et paulo post. Impii autem manibus & verbis accesserũt sibi illam. Respondeo. Dicendum est, ꝙ in morte tria sunt considerandã, scilicet causã naturalis, & quãtum ad hoc ex conditione naturæ, statutum est hominem semel mori, inquantum componitur ex contrariis. Secundo, donũ inditum: & quantum ad hoc in conditione datum est homini beneficium originalis iustitiæ, per quam anima continebat corpus vt posset non mori. Tertio, meritum mortis, & sic homo peccando meruit illud beneficium amittere, & sic mortem incurrit. Vnde dicit, quòd Impii manibus, scilicet pomum veritum contrectando, accesserunt mortem. Homo ergo demerendo causa est mortis, sed deus vt iudex. Stipendia enim peccati mors, Romano. sexto. *Semel:* Quod quidem verum est de cõmuni consuetudine, licet aliqui fuerint resuscitati, sicut Lazarus & filius viduæ, qui postea mortui sunt. Quantum autem ad secundum dicit; *Post hoc autem iudicium*, quia postquam resurgent, non iterum morientur, sed statim iudicium sequetur. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, vt dicitur secundæ Corinthiorum quinto, Deinde cum dicit; *Sic & Christus &c.* Ostendit, quomodo hæc conueniunt Christo. Et quantum ad primum dicit quòd; *Sic & Christus semel oblatus est*. Et in hoc conuenit cum aliis. Sed differt in duobus; primo, quia cum Christus non descenderit ab Adam per rationem seminalem, sed quantum ad corpulentam substantiam, non contraxit peccatum originale, & ideo non fuit debitor illius status Genes. secundo, Inquacumque die comederis ex eo, morte morieris: sed propria voluntate mortem assumpsit. Ioannis decimo, Nemo tollit a me animam meam &c. Ideo dicit, quòd oblatus est. Esai. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Et primæ Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo differt, quia mors nostra est effectus peccati. Romanorum sexto, Stipendia peccati mors, Sed mors Christi est destructiua peccati. Ideo dicit; *Ad multorum exhaurienda peccata*, idest remouenda. Nec dicit omnium, quia mors Christi, & si sit sufficiens pro omnibus, non tamen habet efficaciam, nisi quantum ad saluandos. Non enim omnes subiiciuntur ei per fidem & bona opera. Quantum ad secundum dicit; *Secundo autem sine peccato apparebit*. De secundo aduentu, dicit duo. Primo, ponit differentiam eius ad primum, quia secundus erit sine peccato. In primo enim, & si peccatum non habuerit, tamen venit In similitudinem carnis peccati, Romanorum octauo. Item, in primo factus est hostia pro peccato. secundæ Corinthiorum quinto, Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. In secundo vero ista non erunt, ideo dicit, quòd apparebit sine peccato. Secundo, ponit illud, quod est proprium secundo aduentui, quia non apparebit, vt iudicetur, sed iudicet, remunerans pro meritis. Vnde dicit, quòd apparebit. Et quidem licet omnibus, etiam his qui eum pupugerunt, secundum carnem, tamen secundum diuinitatem solum electis; *Expectantibus se* per fidem; *In salutem* eorum. Esai. 30. Beati omnes, qui expectant eum. Philippen. 3. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę.

semel oblat⁹ ẽ ad multorũ exhaurienda peccata, secũdo sine pctõ apparebit oĩbus expectãtib⁹ se in salutẽ.

CAPIT. X. LEC. I.

G VMBRAM enim habẽs lex, futurorũ bonorum, nõ ip sam imaginẽ rerũ p singulos annos eisdẽ ipsis hostiis, quas offerunt indefinenter, numquam potest accedẽtes perfectos facere, alioquin cessassent offerri, ideo ꝙ nullam haberent vltra conscientiã peccati cultores semel mundati: sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum, auferri peccata. B Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti:

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus consideratis his, quæ aguntur in vtroque testamento, ostendit præeminentiam noui testamenti, ad vetus: hic probat vnum quod supponit, scilicet, quòd vetus non poterat mundare peccata. Et hoc est vltimum illorum quinque, quæ præmiserat de Christo. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ostendit defectum veteris testamenti circa abolitionem culpæ. Secundo, ex hoc comparat sacerdotem noui testamenti ad sacerdotem veteris testamenti, ibi; *Omnis quidem sacerdos*. Iterum, prima in duas. Primo enim, proponit quod intendit. Secundo, probat per authoritatem scripturæ, ibi

A ræ, ibi; *Ideo ingrediens mundum*. Item, prima in duas. Primo. n. proponit intentũ suum. Secundo, probat, ibi; *Alioquin cessassent*. Circa primum sciendum est, quòd Apostolus ex conditione & ritu veteris legis, concludit ipsum defectum. Per peccatum autem fit priuatio futurorum bonorum, & ideo quasi illud peccatum pertineat ad bona futura, scilicet cælestia, ad illa bona se habet lex vetus, sicut vmbra ad corpus, sed noua lex sicut imago. Vmbra autẽ & imago quantum ad hoc conueniunt, quòd vtrumque repræsentat: sed vmbra in communi & quãtum ad naturam speciei, imago vero in particulari, & quantum ad naturam indiuidui, & in speciali. Sic etiàm noua lex, quantum ad bona futura repræsentat expressius, quàm vetus. Primo, quia in verbis noui testamenti fit expressa mentio de bonis futuris & promissio, non autem in veteri, sed tantum de carnalibus. Secundo, quia virtus noui testamenti consistit in charitate, quæ est plenitudo legis. Et ista charitas licet sit imperfecta, ratione fidei cui inheret, tamen est similis charitati patriæ. Vnde noua lex dicitur lex amoris. Et ideo dicitur; *Imago*, quia habet similitudinem expressam bonorum futurorum. Sed lex vetus illam repræsentat per quædam carnalia, & valde a remotis. Et ideo dicitur; *Vmbra*. Coll. 2. Quæ sunt vmbra futurorum. Hæc est ergo cõditio veteris testamẽti; *Quod habet vmbram futurorum, non rerum imaginem*. Ritus autem erat, ꝙ per singulos annos offerebant in festo expiationis easdem hostias, scilicet sanguinem hircorum & taurorum pro eodem scilicet pro peccato sicut patet. Leui. 23. Ex his duobus concludit intentum, scilicet, quòd; *Lex habens vmbram futurorum bonorum non rerum imaginem, non potest facere perfectos accedentes*, scilicet pontifices; *Eisdem hostijs, quas offerunt indefinenter*, idest per singulos annos, supra 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Sed ista perfectio reseruatur nouæ legi, quæ consistit in charitate, quæ est vinculum perfectionis. Colos. 2. Ideo dicitur Matth. 5. Estote ergo perfecti. Deinde cum dicit; *Alioquin cessassent*. Probat ex duobus intentum: & primo ex ritu: secundo, ex conditione oblatorum, ibi; *Impossibile enim*. Ad probandum autem quòd lex non mundabat perfecte, assumit duo. Primum est, ꝙ in ipsa fiebat frequens reiteratio earundem hostiarum, & est ratio talis; Cultores si fuissent p easdẽ hostias semel mundati, quia nõ haberẽt vltra conscientiam peccati, cessassent offerre, & si cessassent, non offerre indigerent. Tunc autem non cessabant, D quia vt dictum est, per singulos annos easdem hostias offerebãt. Quia ergo non cessabant idem semper offerre, signum est, quòd non mundabantur. Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Sed contra. quia posset dici, quòd ratio non est efficax. Posset enim dici, quòd mundabat illa oblatio a præteritis, non a futuris, & ideo quia frequenter peccabãt, oportebat frequenter iterari oblationem. Respondeo, Dicendũ est, quòd modus loquendi Apostoli hoc excludit, quia cum peccatum sit quoddam spirituale, quòd opponitur cælesti, oportet illud per quod mundatur peccatum, esse spirituale & cæleste, & per consequens habere virtutem perpetuam: unde supra loquẽs de virtute sacrificii Christi, attribuit ei virtutem perpetuam, dicens, æterna redemptione inuenta. Quod autem habet virtutem perpetuam sufficit ad committenda, & commissa, & ideo non oportet ipsum amplius iterari. Vnde Christus Vna oblatione mundauit in æternum sanctificatos, sicut dicitur infra. Item E cõtra hoc quod hic dicitur, ꝙ nõ iteretur: contra, quia nos quotidie offerimus. Respondeo, Dicendum, quòd non offerimus aliam quàm illam, quam Christus obtulit pro nobis, scilicet sanguinem suum: unde non est alia oblatio, sed est commemoratio illius hostiæ, quam Christus obtulit. Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Secundum quod præmittit est, quia in veteri testamento fiebat commemoratio per singulos annos de peccatis suis & populi, ergo non erant abolita. Vnde dicit, quòd; *In ipsis fit commemoratio &c.* quod verum est. In generali enim fiebat mentio de peccatis, scilicet quòd erat conscius peccati, sed in speciali fit mentio in nouo. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Deinde cũ dicit; *Impossibile est. n. &c.* Probat idem, ex conditione oblatorum, Solemnius enim quod erat inter ipsa, erat oblatio hircorum & vitulorum, quæ fiebat in die expiationis. Et cum ista esset quædam repræsentatio obscura & imperfecta cælestium, sicut vmbra; *Impossibile est sanguine istorum auferri peccatum*. quod verum est propria virtute. Sed si alicui dimittebantur, hoc erat virtute sanguinis Christi, qui in illo præfigurabatur. Hier. 11. Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Quasi dicat. Non. Deinde cum dicit; *Ideo ingrediens mundum &c.* Inducit authoritatẽ scripturæ, & circa hoc facit duo. Primo enim, ponit eam. Secundo, exponit eã, ibi; *Superius dicens*. Ista authoritas potest diuidi in duas, secundum glos. quia primo agit de incarnatione Christi, præfigurata in legalib⁹. Secundo, de passione Christi, ibi; *Tunc dixi*. Tamen secundum intentionem Apostoli, potest aliter dici, quòd primo tangit illud, quod pertinet ad reprobationem veteris testamenti. Secundo, illud, quod pertinet ad acceptionem noui testamenti, ibi; *Tunc dixi*. Ista autem authoritas conuenit Christo, secundum quòd ingreditur in mundum. ergo quia illa non poterant auferre peccata, ideo; *Filius dei ingrediens in mundum, dicit*. Contra: quia dicitur. Ioann. 1. In mundo erat. Respõdeo. Dicendum est, quòd verum est quòd erat in mundo, quasi regens totum, inquantum dicitur esse in omnibus per essentiã, præsentiam, & potentiam, sed est extra mundum, quia a mundo non comprehenditur, sed habet bonitatem separatam a toto mundo, a quo causatur bonitas vniuersi. Sed quia propter nos C factus est humanæ naturæ suppositum, dicitur ingredi in mundum propter eius assumptionem, sicut supra 1. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ &c. Ingrediens ergo in mundum dicit. Sed quid dicit? *Hostiam & oblationem noluisti*. Ponuit autem quatuor, quæ erant in veteri testamento: quia sacrificium aut erat de inanimatis, puta, pane, vel thure, & tunc dicebatur oblatio: uel de animatis, & tunc vel ad placandum deum, & dicitur holocaustũm quod erat dignissimum, quia totum comburebatur, & cedebat in honorem dei: aut erat pro emundatione peccati, & dicitur sacrificium pro peccato. Et istud habebat duplicem partem, quia vna pars comburebatur in altari, altera cedebat in vsum ministrorum: aut erat pro beneficiis dei, & istud minus dignum, quia tantum tertia pars comburebatur, & dabatur ministris vna, alia offerentibus: & istud dicitur sacrificium pacificorum. Istis omnibus in nouo testamento respondet oblatio corporis Christi: quia per corpus Christi placatus est deus, scilicet in oblatione ipsius in cruce. Roman. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Item, per ipsum ablatum est peccatum. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortus est. Item, per ipsum introducimur in bona æterna, & promeremur ad beneficia dei. Dicit ergo; *Hostiam*, scilicet *sacrificium, & oblationem noluisti*. Et interponit post; *Corpus autem aptasti mihi*, idest aptum fecisti immolationi. Et hoc, quantum ad duo. Primo, quia fuit purissimum, vt deleret omne peccatum. Exod. 12. Erit agnus absq; macula. Item, quia fuit passibile, vt posset immolari. Rom. 8. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Istud autem corpus est vera hostia & vera oblatio. Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo, in odorem suauitatis; *Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt*. Maius est placere, quàm velle, quia illa placent, quæ in se habent aliquid vt ea velimus. Volumus autem aliquando aliqua non propter se, sed propter aliud. Quia ergo holocausta digniora erant de quibus tamen dicit, ꝙ non placuerunt, ergo multo minus alia. Sed contra: quia Leui. 1. dicitur, quòd adolebat ea sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem domino. Præterea si noluit ea, quare præcepit hæc sibi offerri. Respõdeo, Dicendum est, quòd hoc quòd deus dicit illa nolle, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ non vult ea pro tempore isto, in quo aduenientе veritate cessat vmbra, vnde modo peccaret, qui ea offerret. Alio modo, quòd non vult ea propter peccata offerentium. Esai. 1. Manus enim vestræ, sanguine plenæ sunt. Tertia responsio ad quam Apostolus tendit est; quia ista numquam secundum se placuerũt deo, nec accepta fuerunt, sed propter duo dicuntur accepta. Primo, quia erant figura Christi, cuius passio deo accepta fuit. Non enim delectabatur in occisione animalium, sed in fide passionis eius. Omnia enim in figura contingebant illis 1. Cor. 10. Secundo, vt nos ab idolatria reuocaret

caret per ista sacrificia, vnde in prima legis datione, nulla fit mentio de sacrificiis, sed tantum postquàm fecerunt vitulum. Vnde Hiere. 7. Non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustorum & victimarum. Deinde cum dicit, *Tunc dixi &c.* Prosequitur de approbatione noui testamenti, & secundum glo. sic legitur, *Tunc*, scilicet quando aptasti corpus mihi scilicet in conceptione dixi, *Ecce venio*, id est venire proposui, scilicet ad passionem. 1. Ioan. 5. Hic est qui venit per aquam, & sanguinẽ Iesus Christus. Vel melius est, quòd referatur ad aduentum in mũdum sic *Tunc*, scilicet quando holacausta non placuerunt tibi. *Dixi, venio* Per incarnationem. Ioan. 16. Exiui a patre, & veni in mundum. Et hoc vt offerram me ad passionem. Et ideo dicit *Ecce*. Sed nunquid istud sacrificium erit acceptum? Certe sic, quia *In capite libri scriptum est de me*. Iste liber est Christus secundum humanam naturam, in quo scripta sunt omnia necessaria homini ad salutem. Esa. 8. Sume tibi librum grandem. Caput autem Christi est deus. 1 Cor. 11. In capite libri, idest in ordinatione dei, qui est caput Christi, qui est liber: scriptum est, quòd filius dei incarnari deberet & mori. Vel liber idest psalterium, cuius primus psalmus est de Christo. Vel melius, liber vitæ, qui nihil aliud est quàm notia, quam deus habet de prædestinatione sanctorum, qui saluantur per Christum. Ergo in isto libro scriptum est de me, quia sancti per me prædestinati sunt. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Si ergo prædestinatio dicitur liber, manifestum est, quòd Christus caput est libri. Apoc. 21. Qui nõ sunt scripti in libro vitæ agni. Qui simpliciter est prædestinatus Roma. primo, Qui prædestinatus est filius dei in virtute. Ergo in capite libri, idest in me, secundum diuinam naturam, scriptum est de me secundum naturam humanam *Vt faciam uoluntatem*, scilicet *tuam*, idest hoc præordinatum est, vt per gratiam tuam faciam voluntatem tuam, offerendo meipsum ad redemptionem humani generis. Deinde cum dicit *Superius dicens*. Exponit authoritatem præmissam, & circa hoc facit duo. Primo enim, assignando ordinem dicendorum, ponit differentiam inter nouum & vetus testamentum. Secũdo, exponit specialiter quoddam suppositum in authoritate, ibi *In qua voluntate*. Dictum est aũt, ꝙ duo tangebantur in authoritate allegata. Vnum, quod pertinet ad reprobationem veteris testamenti. Aliud autem, ad approbationem noui testamenti. Reprobatur autem vetus testamentum, dupliciter: tum, quia deus sacrificia eins non vult: tum, quia sibi non placent, & sic Dauid propheta *Dicens superius*, idest in principio. Et quid dicit? *Quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti*. Esa. 1. Holocaustum arietum, & adipem pingium, & sanguinem vitulorum, & agnorum & hircorum, nolui &c. *Nsluisti* verum est secundum se *Nec placita sunt tibi. quæ secundum legem offeruntur*, idest in his non delectaris. Psalmo. 50. Holocaustis non delectaberis, nisi quia sunt figura, vel inquantum per ipsa retrahebantur ab idolatria. Hoc ergo primo dicens, subiungit *Tunc dixi*, scilicet quando carnem aptasti mihi ad passionem, vel quando ista non placuerunt *Ecce venio* vel ad incarnationem, vel ad passionem, sed ad quid? *Vt faciam voluntatem tuã*. Ioan. 6. Descendi de cælo, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Propheta ergo hoc dicens, *Aufert primum, vt sequens statuat*. in quo ostendit differentiam veteris & noui testamenti, quia loquens de veteri dicit quòd non vult, nec placent deo scilicet secundum se. Ergo auferuntur: sed quando de nouo loquitur, dicit quòd vult, quia ad hoc venio vt faciam voluntatem tuam. Ergo nouum statuitur, idest firmatur esse secundum voluntatem dei Leui. 16. Vetera, nouis superuenientibus, proiicietis. Deinde cum dicit *In qua voluntate*. Exponit illud quod dixerat de voluntate dei ad quam implendam venit Christus, scilicet, quæ sit illa voluntas. Hæc autem est sicut dicitur primo. Thessal. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, ideo dicit. *In qua uoluntate sanctificati sumus*, & hoc *Per oblationem corporis Christi Iesu*, scilicet factam. Ephe. quinto, Obtulit semetipsum oblationem & hostiam deo. Et hoc *Semel*. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Deinde cum dicit. *Et omnis quidem sacerdos &c.* Ostendit comparationem sacerdotis, noui, & veteris testamenti. Sciendum autem, quòd in lege erant duo solemnia sacrificia. Vnum in die expiationis, quod fiebat per solum summum pontificem, de quo multa iam dicta sunt. Aliud erat iuge sacrificiũ, in quo vnus agnus offerebat in mane, & alius in vespere, de quo Num. 28. De isto etiam intẽdit hic Apostolus, & circa hoc tria facit. Primo enim, ponit illud quod pertinet ad sacerdotẽ veteris testamenti. Secundo, ponit illud, quod pertinet ad sacerdotem noui. Tertio, confirmat p authoritatem, Secundum, ibi; *Hic autem vnam*. Tertium, ibi; *Contestatur autem*. Dicit ergo; *Omnis sacerdos &c.* Dicit; *Omnis*, ad differentiam sacrificii expiationis, quod tantum per summum sacerdotem fiebat, sed in isto; *Omnis sacerdos præsto est tota die ministrans, & sæpe offerens easdem hostias*, quia semper offerebat agnum, Quæ, scilicet hostiæ feriales; *Non poterant auferre peccata*, quia iterabantur. Hier. 11. Nũquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Per istud iuge sacrificium figuratur Christus, & æternitas eius, qui est agnus immaculatus. Deinde cum dicit; *Hic autem vna pro peccatis*. Ostendit illud, quod pertinet ad sacerdotium Christi. Et circa hoc facit duo. Primo enim, ponit iutentum. Secundo, assignat rationem, ibi, *Vna enim*. Dicit ergo; *Hic autem*, scilicet Christus; *Offerens vnam hostiam pro peccatis*, auferentem, scilicet peccata. Illa vero vetus lex multas offerebat hostias non expiantes peccata: *Hic ergo*, scilicet Christus, *Offerens vnam hostiam*, quia semel pro peccatis nostis semeipsum obtulit, *Sedet*, non tamquã minister sicut sacerdos legalis, qui semper præsto est, sed tamquam dominus. Psal. 109. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Matth. vlt. Sedet a dextris dei; In dextera dei patris, quantum ad æqualitatem potestatis secundum diuinitatem, sed in potioribus bonis secundũ humanitatem. supra 1. Sedet ad dexteram maiestatis &c. Et hoc *In sempiternum*. Non enim iterum morietur, quia Christus resurgens ex mortuis &c. Rom. 6. Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna; *De cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius*. Ista expectatio non innuit aliquam anxietatem in Christo, sicut in hominibus, Spes quæ differtur affligit animam, vt dicitur Prouerb. 13. sed designat voluntatem miserendi, quã deus habet erga nos. Esai. 30. Expectat dominus, vt misereatur nostri. Subiiciunt ergo pedibus eius, idest humanitati Christi aliqui volentes, & in hoc salus ipsorum consistit. s. in faciẽdo voluntatem eius, Exod. 10. Vsquequo non vis mihi subiici? Sed mali, nolentes ipsi subditi sunt, quia, etsi voluntatem eius p se non implent, tamen de ipsis impletur quantum ad opus iustitiæ. Et sic, omnia sunt ei subiecta, aliquo istorum modorum. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Deinde cum dicit; *Vna enim oblatione*. Assignat rationem scilicet, quare sedet tamquàm dominus, & non tanquam minister sicut sacerdos legalis: quia ille per hostiam vnam non auferebat peccata, & ideo oportebat plures alias offerre & frequenter. supra. 5. Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur: sed hostia quam Christus obtulit, aufert omnia peccata supra 9. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Et ideo dicit, quòd; *Vna oblatione consumauit*, idest perfecit, quod fecit reconciliando & coniungendo nos deo tanquam principio; *Sanctificatos in sempiternum*, quia hostia Christi qui deus est & homo habet virtutem æternam sanctificandi. infra 13. Iesus vt sanctificaret p suum sanguinem populum &c. Per Christum enim perficimur, & coniungimur deo. Rom. 5. Per quem accessum habemus ad deum. Deinde cum dicit; *Contestatur autem*. Confirmat quod dixerat per authoritatem, quæ sumpta est ex Hier. 31. quæ quia supra octauo exposita est, ad præsens intermittatur. Et tamen potest diuidi in duas partes. Primo, ponit authoritatem. Secundo, ex ea arguit, ibi; *Vbi autem horum remissio*. Et facit tale rationem, In nouo testamento remittuntur peccata per oblationem Christi; quia in remissionem peccatorum effusus est sanguis Christi. ergo in nouo testamento, in quo peccata & iniquitates remittunt, vt dictũ est in authoritate; *Non est oblatio pro peccato* supple, amplius iteranda. Mat. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, *Vbi ergo est horum remissio iam non est &c.* Fieret enim iniuria hostiæ Christi.

tuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi Iesu, semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei: de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, consumauit in sempiternum sanctificatos. Cõtestatur autẽ nos & spiritussanctus. Postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos dicit dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum, iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

I. E C.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM ostendit Apostolus multiplicem eminentiã sacerdotii Christi respectu sacerdotii legalis: hic iuxta consuetudinem suam concludit, monendo ꝙ isti sacerdotio fideliter inhærendum est. Hoc enim semper supra fecit, quòd; post commendationem ponit ammonitionem, quia ad hoc susceperat cõmendare gratiã Christi, vt alliciat eos ad obediendum Christo & recedẽdum a cæremonialibus legis. Circa hoc ergo, duo facit: quia primo ponit monitionem, secundo, assignat rationem, ibi *Voluntarie enim*. Sciẽdum est autem circa primum, quòd duo dixerat de sacerdotio Christi, scilicet, virtutem ritus eius, quia per proprium sanguinem, item dignitatem ipsius, quia Pontifex in æternum. Et ideo in monitione sua, resumit ista duo. Vnde monendo, quòd fideliter obediendum est deo Christo, Primo, ponit illa duo. Secundo, ponit suam monitionem, ibi *Accedamus cum bono corde*. Item prima in duas: quia primo resumit ritum sacerdotii eius: secundo dignitatem, ibi *Et sacerdotem magnum*. Dicit ergo. *Itaque fratres*, scilicet per mutuam charitatem. *Habentes fiduciam in introitu, &c.* Ephes. 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, & cætera. Exod. decimoquinto Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo, &c. Psal. 121. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domũ domini ibimus. Et hoc *In sanguine Christi*, quia Hic est sanguis noui testamenti, idest nouæ promissionis. s. cælestiũ. Sed quomodo habeamus fiduciam introeũdi, ostendit, quia Christus per suũ sanguinem *Initiauit*. i. inchoauit. *Nouam viam nobis*. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Io. 14. Si abiero & præparauero vobis locum, &c. Esa. 35. Sancta via vocabitur, & pollutus non transibit per illam. Hæc est ergo via eundi in cælum. Et est *Noua*, quia ante Christum nullus iuuenit eam, quia Nemo ascendit in cælũ nisi qui descendit de cælo. Io. 3. Et ideo qui vult ascendere, debet ipsi, tanquam membrum capiti suo, adhærere. Apo. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso dei mei. Et ca. 3. Et scribam super eum nomen nouum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, quia. s. de nouo introducuntur *Viuentem*. i. semper perseuerantem, in quo apparuit virtus deitatis, quia semper viuit. Sed quæ sit ista via ostendit subdens, *Per velamen. i. carnem suam*. Sicut. n. sacerdos per velum intrabat in Sancta Sanctorum, ita si volumus intrare sancta gloriæ opportet intrare per carnem Christi qui fuit velamen deitatis. Esa. 45. Vere tu es deus absconditus. Non enim sufficit fides de deitate, si nõ adsit fides de incarnatione. Io. 14. Creditis in deum, & in me credite. Vel per velamen. i. per carnem suam, datam nobis sub velamento speciei panis in sacramento. Non. n. proponitur nobis sub specie propria, propter horrorem, & propter meritum fidei. Consequenter commendat diguitatem sacerdotis cum dicit. *Et sacerdotem magnum*, qui scilicet nobis initiauit viam q. d. Habentes fiduciam intrandi per sacerdotem. s. Iesum. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum. Qui dicitur magnus, quia sacerdotiũ eius non est tantum super vnũ populum, sicut Aaron, sed *Super domum Dei* totam scilicet ecclesiam militantem, & triumphantem. 1. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est ecclesia. Et dicit super, quia Moyses fuit fidelis in omni domo, tanquam famulus. Num. 12. Sed Christus super totam domum, sicut filius qui est dominus omnium. Mat. vl. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De hoc etiam supra 3. Deinde cum dicit *Accedamus* ponit monitionem suam, ut. s. ex quo talis & tantus est, fideliter est ei adhærendum, quod fit tribus modis. s. per fidem, spem, & charitatem. 1. Cor. 13. Nunc autem manẽt fides, spes, charitas. Primo ergo monet ad ea, quæ sunt fidei. Secundo ad ea, quæ sunt spei, ibi *Teneamus spei*. Tertio ad ea, quæ sunt charitatis, ibi *Et consideremus*. Sed quantum ad primum, duo sunt necessaria. s. ipsa fides, quia Sine fide impossibile est placere deo. & fidei sacramentum Quantum ad primum dicit *Accedamus* ad ipsum *Cum vero* nõ ficto *Corde*. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Memento, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. Hoc autem fit, quando opus concordat cordi. Accedamus et in plenitudine fidei. Infra. 11. Accedentem ad deum oportet credere, &c. Nec sufficit qualiscunque fides, sed requiritur fides plena, quod fit duobus modis. s. & quantũ ad materiam fidei, vt credantur omnia, quæ ꝓponuntur ad credendũ, & quòd sit fides formata, quæ est per charitatem. Rom. 15. Plenitudo enim legis est dilectio. Quantum ad sacramentum fidei dicitur, *Aspersi corda* vestra, quod alludit ei, quod dicitur Num. 19. Vbi ponitur ritus vitulæ rufæ, de cuius aqua aspergebatur mundandus die tertio, sed die septimo alia aqua lauabatur corpus eius & vestimẽta. Per aspersionem aquæ vitulæ rufæ, figurabat passio Christi, quia die tertia, scilicet in fide trinitatis in baptismo, mundamur a peccatis. Et quantum ad hoc dicit, *Aspersi corda*, non corpora. Infra, 12. Accessistis ad sanguinis aspersionem. Aspersi ergo corda non a tactu mortui sicut per aquam vitulæ rufæ, sed, *A conscientia mala*. De ablutione aũt, q̃ fiebat septima die dicit, *Et bluti corpus aqua munda*. Non enim in baptismo operatur tantũ virtus passionis, sed etiam infunduntur in ipso dona Spiritussancti. Vnde in septima die, idest in plenitudine donorum Spiritussancti, totus homo abluitur intus & extra ab omni peccato tam actuali quàm orignali, quod est quasi corporale, quia anima ipsum contrahit per vnionem ad carnem fædam. Dicitur autem Spiritussanctus aqua, quia mundat. Act. 5. Fide purificans corda ipsorum. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Zac. 13. Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti. Et in huius signum super Christum baptizatum, descendit Spiritussanctus in corporali specie. Deinde cum dicit; *Teneamus spei nostræ*. Ponit illud, quod pertinet ad spem. Et circa hoc facit duo. Primo enim, hortatur ad spei certitudinẽ. Secundo, subdit rationem, ibi. *Fides enim est quæ*. Sciendum est autem, quòd per fidem Christi datur nobis spes salutis æternæ, & introitus in cælum 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuã. Vnde dicit. *Teneamus*, & non dicit spem, sed, *Spei nostræ confessionem*, quia non sufficit habere spem in corde, sed etiam oportet confiteri ore. Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item, oportet confiteri eam non solum verbo, sed etiam factis: contra quosdam, de quibus Titi. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Fit autem ista confessio per opera, per quæ tenditur ad res speratas. Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, *Indeclinabilem*, idest vt ab ista confessione non declinemus, neque per prospera, neque per aduersa. Psal. 124. Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Esai. 30. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et ratio huius est, quia, *Ille qui repromisit est fidelis* & ideo mentiri non potest. Ps. 104. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Deut. 32. Deus fidelis, & absque illa iniquitate. Consequenter cum dicit, *Et consideremus &c.* ponit illud quod pertinet ad charitatem, & circa hoc facit tria. Primo enim, facit quod dictum est. Secundo, remouet contrarium charitati, ibi, *Non deserentes*. Tertio, assignat rationem ex congruitate temporis, ibi, *Et tanto magis &c.* Circa primum sciendum est, quòd licet charitas principaliter inhæreat deo, tamen manifestatur per charitatem proximi. 1. Ioan. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Ergo ad charitatem pertinet, quòd diligatur proximus. Ideo dicit; *Consideremus inuicem*, vt scilicet ea, quæ sunt proximi solicite faciamus. Eccles. 17. Et vnicuique mandauit deus de proximo suo. Sed quia aliqui ea, quæ sunt propximi considerãt zelo inuidiæ, aliqui vero zelo odii, contra quos dicitur. Prouerb. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, ideo dicit; *In prouocationem charitatis*, idest vt prouocemus eos ad charitatem. Roman. 11. Quandiu Apostolus Gentium sum, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Ista autem prouocatio procedit ex dilectione, quæ extenditur ad opus exterius 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sicut enim dicit Grego. Non est amor dei otiosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari renuit, amor non est. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Ideo subdit, *Et bonorum operum* Collos. 1. In omni opere bono fructificantes. Deinde remouet contrarium m

LECTIO II.

HABENTES itaque fratres fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per velamen, id est carnem suam: & sacerdotem magnum super domum dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ cõfessionem indeclinabilem, Fidelis enim est qui repromisit, & consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deserentes collectionẽ nostram, sicut consuetudinis est quibusdam: sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

trarium charitati cum dicit; *Non deserentes &c.* Quia enim charitas est amor, proprium autem amoris est vnire, quia vt dicit Dionysius, Amor est vis vnitiua. Ioa. 17. Vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus & cognoscat mundus, quia dilexi eos, sicut & me dilexisti: ideo recedere ab inuicẽ, est directe oppositum charitati. Et ideo dicit, *Non deserentes collectionẽ nostram*, scilicet ecclesiæ, quã aliqui deserunt tripliciter: scilicet propter persecutiones apostatantes a fide. Et isti significantur per illos de quibus dicitur. Ioan. 6. quòd Abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant. Matth. 13. Facta tribulatione & persecutionibus propter verbum, continue scandalizantur. Luc. 8. Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Secundo, mali prælati, qui dimittunt oues in periculo. Ioan. 10. Mercenarius fugit, quia mercennarius est. Aliqui vero ex superbia, quia cum possent esse vtiles ad regendũ, cum nota superbiæ ab aliis se separant. Iudæ. 1. Hi sunt qui segregant se ab aliis, animales, spiritum non habentes, quasi sub specie maioris perfectionis. Et forte tales erant in tempore illo. Ideo sequitur; *Sicut consuetudinis est quibusdam*, contra quos dicitur 1. Cor. 11. Si quis vt contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus in ecclesia Dei. Sed quid debent facere, subdit, *Sed consolantes*, quasi dicat. Si videas, quòd socius tuus male se habet, non deseras eum, sed consolare, non sicut illi qui deserunt collectionem de quibus dicit; *Sicut est consuetudinis quibusdam &c.* Consequenter cum dicit: *Et tanto magis* assignat causam huius. Posset enim aliquis dicere, quare debemus nos in fide proficere. quia motus naturalis, quãto plus accedit ad terminum, magis intenditur: contrarium est de violento. Gratia autem inclinat in modum naturæ. ergo qui sunt in gratia quanto plus accedunt ad finem, plus debent crescere. Et ideo dixit, *Non deserentes*, sicut quidam, sed consolantes. Et hoc; *Tanto magis quanto videritis appropinquantem diem*, idest terminum. Romanorum, 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Prouerbiorum, 4. Iustorum semita, quasi lux splendens proficit, & crescit vsque ad perfectum diem.

LECTIO TERTIA.

SVPRA Apostolus posita commendatione excellentiæ sacerdotii Christi, & subiuncta admonitione, vt illius sacerdotio adhæreãt per fidem & charitatem, hic probat monitionem suã per rationem. Et hoc facit dupliciter: primo, terrendo, secundo demulcendo, ibi, *Rememoramini autem pristinos dies*. Circa primum duo facit, quia primo, terret eos ad obseruandum monitionem suam propter subtractionem remedii, secundo, propter expectationem iudicii, ibi; *Terribilis autem*. Dicit ergo; *Voluntarie &c.* Quod dupliciter exponitur. Vno modo, secundum glos. quæ videtur facere differentiam inter peccantes volentes & voluntarie, ita quòd uolens peccat, qui quasi passione ductus consentit in peccatum de quo ante non cogitauit: voluntarie autẽ qui ex certa malitia, cuius voluntas prona est ad peccandum, vt statim cedat. Hier. 8. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus vadens impetu ad prælium, nec postea pænitet. Prou. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Ergo; *Voluntarie peccantibus*, idest in volũtate peccandi permanentibus. Et exaggerando subdit; *Post acceptam notitiam veritatis* 2. Pet. 2. Melius erat illis viam iustitiæ non agnoscere, quàm post agnitionem retrorsum conuerti; *Iam non relinquitur hostia pro peccatis*, idest hostia quam Christus obtulit pro remissione peccatorum, non est nobis vtilis, quia illis dimittuntur peccata, qui de ipsis pænitent. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur, scilicet efficaciter: sed de malis dicitur. Esaiæ. 49. In vacuum laboraui, sine causa, & vane, fortitudinem meam consumpsi. Hier. 6. Frustra conflauit conflator, malitiæ eius non sunt consumptæ. Sed melius potest dici, & secundum intentionem Apostoli, quia secundum August. Liberum arbitrium habet multiplicem statum, quia in statu extra gratiam antequam reparetur per gratiam, non est in potestate nostra peccare mortaliter, vel non peccare, & hoc propter præconceptionem finis, & habitum inclinantem: quod quidem verum est, secundum magnum tempus, sed per aliquam moram, si operetur ex præmeditatione, potest vitare hoc peccatum, vel illud. Sed postquam per gratiam reparatus est homo, omnino in potestate eius est vitare peccatum mortale, & etiam veniale in particulari, non autem omnino in vniuersali, & hoc est propter auxilium gratiæ saluantis. Et ideo dicit; *Nobis peccantibus voluntarie post acceptam notitiam veritatis*, idest post acceptam gratiam per quam habetur notitia peccati, quia ante notitiã peccati, peccatum nostrum a Deo nobis non imputatur: vnde quasi dicitur ipsum ignorare, quia non imputat nobis. Sed post. *Iam non est pro peccatis hostia* ante enim reparationem, quæ facta est per Christum, relinquebatur hostia ista, quę expectatur, sed nunc iam nõ expectatur alia mors eius, ita nec post baptismum semel accepta expectarut alius baptismus. Deinde cum dicit; *Terribilis autem* deterret, expectatione diuini iudicii. Et circa hoc duo facit, primo enim, terret, secundo, subdit rationem, ibi, *Irritam quis faciens*. Sic ergo dictum est, quòd non relinquitur vltra hostia. Quid ergo? Illud quod supra dictum est 9. cap. quòd Post mortem est iudicium. Iob 19. Scitote esse iudicium. Istius iudicii expectatio est valde terribilis, tum propter conscientiam peccatorum. Iacob. 3. In multis offendimus omnes, tum etiam, propter imperfectionem iustitiarum nostrarum. Esa. 64. Iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Psal. 118. A iudiciis tuis timui. Abac. 3. Audiui & conturbatus est venter meus. Est afflictiua. Vnde dicit; *Et ignis æmulatio*, idest pœna ignis, quæ infligitur ex zelo & æmulatione diuinæ iustitiæ. Exod. 20. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes &c. Zelus autem est amor sponsi. Sicut ergo sponsus non parcit sponsæ malæ, sic nec deus animæ peccatrici. Prouerb. 6. Zelus & furor vir, non parcet in die vindictæ. Sequitur; *Quæ consumptura est aduersarios*. Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, quia ignis qui præcedet faciem iudicis, corpora viuentium incinerabit & reprobos detrudet in infernum, & corpora eorum consumet, non totaliter consumendo, sed imperpetuum cruciando. Consequenter cum dicit; *Irritam quis faciens*. Probat quod dixerat de terrore iudicii, & primum per locum a minori, secundo, per authoritatem, ibi, *Scimus autem illum*. Primum accipit ex lege. Tanto enim aliquis est reus maioris pœnæ, quanto rem magis sacram contemnit. Cum ergo vetus testamentum non sit ita sanctum sicut nouum, & transgressor illius grauissime puniebatur. ergo transgressor noui, longe grauius debet puniri. Circa istud argumentum duo facit. primo enim, ponit istud quod fiebat in veteri, secundo illud, quod fiendum est in nouo, ibi, *Quanto magis*. Quantum ad vetus ponit culpam & pœnam. Culpam cũ dicit, *Irritam quis faciens legem Moysi*. Irritũ dicitur, quod non fortitur debitum finẽ. Lex aũt non solũ vetus, sed etiam quælibet datur, vt inducat homines ad virtutem, & faciat abstinẽtes a vitiis. Et ideo qui transgreditur legẽ, & vacat vitiis, q̃tum est in se, legẽ irritã facit. Mat. 15. Irritum fecistis mandatũ dei ꝑ traditiones vestras. Gen. 17. Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Et pœnam ostendit cum dicit, *Sine vlla miseratione*. Et ista pœna est valde grauis, quia infligit mortem. Vnde dicit, *Moritur*. Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Item, quia irremiscibilis. Vnde dicit. *Sine vlla miseratione*. Deut. 19. Morietur, nec misereberis eius. Sed numquid lex dei excludit misericordiam? Cõstat quòd non. Oseæ 6. Misericordiam volui, & non sacrificium. Respondeo, Dicendum est, quòd differunt misericordia, clementia & venia: quia misericordia est, quando homo ex quadam passione cordis & animi mouetur ad remittendum pœnam, & hoc aliquando est contra iustitiam, & istam prohibet. Venia autem est quando propter aliquam vtilitatem publicam, remittit aliquid de pœna debita. Clementia est, quando non solum de pœna aliquid, sed etiam de culpa remissius iudicat. Ista duo non prohibentur, sed misericordia primo modo dicta, quia est contra iustitiam, & inducit dissolutionem. Moritur ergo & hoc, *Duobus vel tribus testibus*, supple conuictus. Deut. 17. In ore duorum, vel trium testium, stat omne verbum. Causa autem quare lex numerum testium determinat secundum August. est, vt per hoc designetur immobilitas veritatis, quę est in sancta Trinitate. Nec refert si nominentur duæ personæ vel tres, quia semper in duabus intelligitur tertia, scilicet spiritussanctus qui est nexus amborum. Ista ratio mystica est, sed literalis est, vt quia in iudicio vnus affirmat, alter negat, non plus credendum est vni quàm alteri. Multitudini autem est credendum. Omnis autem multitudo completur numero ternario. Et ideo sufficit, ꝑ sint duo cum accusante, sed tertius testis superadditur ex abundãti. Deinde cum dicit, *Quanto magis*. ponitur id quod spectat ad nouum

LECTIO SECVNDA.

Moluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur ꝑ peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quę consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quãto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificat⁹ est, & spiritui gr̃æ contumeliã fecerit? Scimus, n. qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuã. Et iterum quia iudicauit dn̄s populum suũ. Horrendũ est incidere ĩ man⁹ dei viuẽtis.

LECTIO TERTIA.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamẽ sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis, & tribulationum testamentum. Et primo, ponit pœnam, secundo, culpam, ibi, *Qui filium dei*. Quantum ad pœnam dicit. *Quanto magis putatis deteriori mereri supplicia*. Quia enim in nouo testamento per Christum prædicatum est, ideo peccans in ipso, grauius punitur. Matth. 11. Veruntamen dico vobis, quòd Tyro, & Sydoni remissius erit quàm vobis in die iudicii. Sed numquid plus punitur peccator Christian⁹, q̃ infidelis? Quia si sic, melius esset, ꝑ omnes essent infideles. Respondeo, Dicendum est, quòd aliud est de illis qui fidem contemnunt, quia isti propriæ sunt contẽptores, Aliud de illis, qui ex ignorantia fidem non annuntiatam, non tenent, & talibus peccatum infidelitatis non imputatur. Sed qui fidem annuntiatam contemnit, grauius punitur, quia peccatum infidelitatis maximum est, Si ergo comparamus Christianum & Iudęũ qui non contemnit, & vterque sit adulter, tum grauius punietur Christianus quàm Iudæus, quia non solum pro adulterio, sed etiã quia magis ingratus est. Sed numquid vniuersaliter verum est, quòd semper idem peccatum in specie, grauius punitur in maiori. Respondeo, Dicendum est, quòd dupliciter peccatur. Vno modo, ex surreptione. Et sic quando aliquis dat se operibus diuinis, si ex surreptione peccat, minus punitur 2. Paralip. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt deum patrum suorum. Psalm. 36. Cum ceciderit non collidetur. Sed si ex contemptu, magis peccat, quia cum sit in statu altiori, magis contemnit. Et de talibus loquitur hic, qui sunt magis ingrati. Quantum vero ad culpam dicit; *Qui filium dei conculcauerit*. Sciendum vero est, quòd Apostolus grauitatem culpę eorum, qui peccant in nouo testamento, ostendit ex beneficiis nobis a deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximum & prætiosum habebat, s. filium suum vnigenitum. 2. Pet. 1. Per quem maxima nobis & prætiosa promissa donauit. Dedit etiam Spiriritum sanctum Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ingratitudo autem super tantis beneficiis, aggrauat peccatum. Circa ingratitudinem vero super datione filii duo considerandа sunt ac ponderanda, scilicet mysterium incarnationis, in qua datus est nobis. Esa. 9. & sacramentum passionis, in qua pro nobis se obtulit. supra 6. Sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo &c. Et iõ quantum ad primum dicit; *Qui filium dei*, scilicet pro nobis incarnatum; *Conculcauerit*, idest vilipenderit, scilicet non credendo, quòd fides filii Dei sit sufficiens ad salutem, sicut illi qui legalia seruabant. Gal. 3. Ante quorum oculos Christus proscriptus est. Item, non obiendo eius mandatis, nec viuendo secundum doctrinam eius. 1. Reg. 10. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quantum ad secundum dicit. *Et sanguinem testamenti*, idest Christi sanguinem confirmatiuum noui testamenti. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti &c. *Pollutũ duxerit* idest reputauerit pollutum, vt scilicet non possit mundare, sicut pollutus in se non mundat. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur? q. d. Nullus, scilicet secundum quòd mundatio, tantũ fiebat per sanguinem animalium. Item, pollutum duxit, qui virtute eius in baptismo ablutus, peccat redeundo ad vomitum. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et ideo dicit; *In quo sanctificatus est &c.* idest per quem sanctificatus est 1. Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Malac. 1. In omni loco offertur oblatio munda nomini meo, quia magnum est nomen meum in gentibus. Item, qui peccat post alia sacramenta, etiam potest dici Sanguinem Christi pollutum ducere. Item, aggrauatur peccatum ex contemptu Spiritussancti. Et ideo dicit; *Et spiritui gratiæ, iniuriam fecerit*, idest contumeliam quam facit, qui non credit, quòd gratia spiritussancti sit data per Christum, vt habetur Ioann. 14. Rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, sufficiat ad salutem sine legalibus, vt scilicet remissionem peccatorum ascribat obseruantiis legis. Vel conculcat Christum, qui libere absque timore sanguinem Christi poluit, qui eo indigne communicat *Spiritui* gratis dato, Eph. 2. Donũ enim dei est, & nõ ex operibus *Contumeliã*. Iniuriam facit qui Christum per peccatum a se abiicit. Sapien. 1. Corripietur, idest expelletur a superueniente iniquitate. Eph. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum dei. 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Deinde cum dicit, *Scimus enim &c.* probat quod dixit per authoritates. Et circa hoc facit duo: primo enim, probat ponendo authoritates: secundo, concludit ex eis, ibi *Horrendum est*. Dicit ergo, Scimus illum qui dixit Deut. 32. secundum aliam literam *Mihi uindictam* supple seruate. Litera nostra habet. Mea est vlt. Et nunquid reddes? immo *Et ego retribuam*. Sed contra. Si soli deo seruatur vindicta, quare iudices vindicant? Respondeo, ad hoc respondet Apostolus Rom. 13. quòd iudex est minister dei. Vnde non iudicat, propria authoritate, sed dei. Secunda authoritas est ibidem *Iudicabit dominus populum suũ*. Si suum, ergo multo magis inimicos.

LECTIO QVARTA.

SVpra Apostolus monuit ad inhærendum Christo per fidem, spem, & charitatem, ad quod induxit per rationes terrentes: hic ponit rationes demulcentes, sicut bonus medicus postquam secuit, ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim commendatio de bene gestis, est vnum, quod maxime prouocat ad bonũ incęptum continuandum. Virtus enim laudata crescit in immensum. Pondus & immensum gloria calcar habet. Et circa hoc facit duo: primo enim, commemorat eis bona, quæ fecerant. Secundo, hortatur ad implendum, quod restat, ibi *Nolite itaque amittere*. Circa primum facit tria: primo enim, in generali commemorat tribulationes, quas pro fide passi sunt: secundo, describit tribulationum modos ibi, *Et in altero*, Tertio, exponit eas in spãli, ibi, *nam & uinctis*. Quia ergo ex bene gestis homo exercitatur ad melius, sicut aliquando ex malis econtrario desperat de seipso, ideo recitat bona eorum, dicens *Rememoramini*. Hierem. 2. Recordatus sum tui, idest bonorum, quæ egisti *Dies pristinos*, idest primordia conuersionis vestræ *In quibus illuminati* per fidem, quæ illuminat animam, & purgat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem. Hoc autem est per fidem Christi. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedẽt. Primum enim lumen animæ est fides *Sustinuistis magnum certamen passionum*, idest magnas passiones contra vos certantes, vobis illatas ab his, qui Christum persequebantur in vobis. Act. 9. Saule, Saule quid me persequeris? me, inquam, in membris meis, quia vt dicit August. in sermone super verbo isto, Membris in terra positis, caput de cælo clamat. Sap. 10. Certamen forte dedit illi, vt vinceret. 1. Timo. 4. Certaui bonum certamen. Sicut enim dicitur Act. 8. Facta est persecutio magna in ecclesia post mortem Stephani. 1. Thessal. 2. Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, quoniam eadem passi estis, & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudæis. Si ergo a principio incæpistis sustinere, vituperabile esset modo deficere. Consequenter cum dicit *Et in altero*. ostendit, quæ fuerint

fuerint illæ tribulationes. Dupliciter enim patitur aliquis, scilicet & in se tribulationem sustinendo, & in alio alienæ tribulationi compatiendo. Vtroque autem modo illi passi sunt Quantum ad primum dicit; *In altero*, scilicet quantum ad vos *Facti estis spectaculum opprobriis*. Quod grauissimum est sapienti. Quòd enim vnus fatuus irridetur nõ est graue, etiam si multa ei irrisio ab aliis inferatur: sapienti vero graue est, sed si tribuletur & irrideatur a tribulante, hoc grauissimũ est. In hoc ergo, ostendit magnitudinem afflictionis ipsorum, quia facti erant spectaculum, idest quia nullus eis compatiebatur, immo magis irrisori congaudebant in afflictionibus ipsorum, scilicet in opprobriis. Psal. 68. Opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me, Et *tribulationibus*. Psa. 33. Multæ tribulationibus iustorum. 1. Corinth. 4. Spectaculum facti sumus mundo, scilicet ad irrisionem, & angelis ad cõgratulationem, & hominibus, scilicet ratione utentibus, ad imitationem. Quantum ad secundum dicit, quòd, *In altero effecti sunt socij taliter conuersantium*, idest eorum, qui talia patiebantur: & hoc per compassionem, & per subministrationem. Rom. 12. Necessitatibus san: Deinde cum dicit, *Nam & vinctis compassi estis* ponit quod dixerat, & primo, quantum ad secundum, scilicet quomodo sunt compassi. Inter Iudæos enim multi erant vincti, sicut de Paulo dicitur Act. 8. quòd deuastabat ecclesiam rradens in custodiam viros & mulieres. Istis compassi sunt ministrando necessaria. Mat 25. In carcere eram, & venistis ad me. Quantum ad primum dicit; *Et rapinam bonorum vestrorum*. s. pro hac causa factam, quia, s. vinctis ministrabant, *Cum gaudio suscepistis*. Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres &c. Act. 5. Ibãt Apostoli gaudentes &c. Sed quare cum gaudio? Nunquid amãdæ sunt tribulationes? Certe videtur, quòd non: quia dicit Aug. Tolerari iubes eas, non amari. Respondeo, Dicendum est, quòd non amãtur propter se, sed propter aliud, & sic isti amabant eas. Vnde subdit; *Cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam*, scilicet alias diuitias, principaliores, quæ augentur ex subtractione istarum, quibus dicuntur meliores. Temporales. n. vanæ sunt, quia sunt in his quæ sunt infra hominem, spirituales autem in ipso Deo, scilicet in fruitione Dei. Esa. 33. Diuitiæ salutis, sapientia & scientia, timor Dñi &cet. Itẽ sunt manentes, quia istæ deficiunt in se & auferri possunt, ille vero non. Mat. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effo. &c. Deinde cum dicit. *Nolite itaque*, ostendit quid eis restat faciendum, scilicet confidentiam acceptã ex bonis operibus conseruare. Et circa hoc facit tria, primo. n. ponit monitionem, secũdo, docet modum monitionem seruandi ibi, *Patientia enim*: Tertio, probat per authoritatem, ibi *Adhuc enim modicum*. Dicit ergo, Ex quo tot bona in primordiis conuersationis vestræ operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum; *Nolite itaque amittere confidentiam vestram*, quod profecto sequeretur, si a bonis desisteretis, *Quæ magnam habet remunerationem*. Matth. 5. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces copiosa est in cælis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Modus seruandi est patientia. Vnde dicit, *Patientia enim vobis necessaria est*. Sicut autem mansuetudo est moderatiua iræ, ita patientia ponit modum in tristitiis, vt scilicet non excedant modum rationis. Contingit autem aliquando tristitia ex malis illatis, aliquando vero ex bonis dilatis. Prouer. 13. Spes quæ differtur afflig it animam. Quantum autem ad primum dicitur patientia, sed quantum ad secundum dicitur longanimitas: hic accipitur patientia pro vtroque, & quantum ad sufferentiam malorum, & quantum ad longanimitatem bonorum dilatorum. Dicit ergo, quòd quantum ad vtrũque, patientia nobis necessaria est. Prou. 16. Melior est patiens forti viro. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Et ad quid est necessaria? *Vt voluntatem Dei facientes reportetis repromissionem*, idest implentes uoluntatem Dei, quod fit per impletionẽ mandatorum Dei, quia mandata sunt signa uoluntatis Dei, vnde facientes voluntatem Dei, scilicet voluntatem signi, Sic. n. aliquando accipitur uoluntas Dei in scriptura. Psal. 102. Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Et sic reportabitis promissionem, idest rem promissam, quæ operantibus datur. Matth. 20. Voca operatios: & redde illis mercedem. Luc. 21. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Matth. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hier. 18. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum vt eradicem & disperdã

F illud, &c. Deinde cum dicit *Adhuc autem modicum* probat, quod dixit per authoritatem. Et circa hoc facit duo: primo enim ponit eam: secundo, applicat ad propositum, ibi *Nos autem*. Prima in tres. Primo enim, proponit proximum aduentum remunerationis. Secundo, ostendit conditionem remunerationis, ibi *Iustus autem meus*. Tertio, declarat periculum, ne perdatur remuneratio, ibi *Quod si subtraxerit*. Circa primum sciẽdũ est, quòd authoritas ista sumpta videtur de Abac. 2. Tamẽ principium sumptũ est de Aggeo. 2. ca. Qd

G ideo forte fecit, quia vtrunque intellexit de eodem aduentu. Abacuh enim sic dixit. Adhuc visus procul. Aggeus autem, Adhuc modicum. Et ideo vtitur verbis vnius, quasi verbis alterius, Vel melius, quia Apost. loquitur de tempore suo, scilicet post incarnationem, & resurrectionem a quo minus restat, vsque ad iudicium, quàm a tempore prophetæ. Et ideo magis vtitur verbo Aggei quantum ad principium, tamen in fine authoritatis concordant. Vel etiam potest dici, quòd loquitur quasi ex seipso, cui non minus credendum est, quàm prophetæ. Est autem duplex aduentus Domini, secundum duplex iudicium. Vnus generalis. s. in fine in vniuersali iudicio. Alius specialis i morte vniuscuiusq;. Quantum ergo ad vtrunque dicit *Adhuc modicum* quantum ad breuitatem temporis. Et quidem quantum ad primum, & si multum sit quantum ad tractum temporis, & quo ad nos, breue tamen est quantum ad æternitatem. Psal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hæsterna, quæ præteriit. Apoca. vlti. Ecce venio cito. Sed quantum ad specialem, qui est in morte, de quo Io. 14. Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum: non multum refert vtrum sit parum, vel multum, quia talis erit vnusquisque in iudicio qualis exibit. Et ideo studendum est, vt

H i morte appareamus boni, quia Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Et ideo dicit *Modicum & aliquantulum*, quia tribulationes non sunt multum magnæ duratione, quia si multum præmunt, interimunt. si vero parum præmunt, non cito finiuntur. 2. Cor. 4. Id enim quod in præsenti est tribulationis momentaneum, & leue, supra modum operatur in nobis æternum gloriæ pondus. Veniet ergo cito *Et non tardabit*. siue in morte, siue in iudicio. Iac. 5. Ecce iudex ante ianuam assistit. Qui sunt etiam remunerandi, ostendit cum subdit. *Iustus autem meus ex fide uiuit*. Hæc eadem authoritas habetur Roma. 1. & Gal. 3. Solis autem iustis debetur remuneratio. Ptal. 36. Salus autem iustorum a Domino.

I Est autem duplex iustitia, Vna, quo ad humanum iudicium Roman. 10. Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere. Alia, quo ad diuinum. Luc. 1. Erant autem iusti ante Deum. Istã autem iustitiam requirit Deus. Et ideo dicit *Iustus meus*, scilicet iustitia, quæ ad me ordinatur, idest, qui est mihi iustus, & propter me. Illud autem per quod homo iustificatur est fides Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Cuius ratio est, quia per hoc est homo iustus, quòd ordinatur in Deum: illud autem per quod primo homo ordinatur in Deum, est fides. Et ideo dicit, Iustus meus Ex *fide*. infra, 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Nec solum per fidem iustitia, sed etiam per fidem iustificatus *uiuit*. Sicut enim per animam viuit corpus, ita anima per Deum. Vnde sicut per illud, per quod primo vnitur anima corpori, viuit corpus. ita per id per quod primo vnitur Deus animæ, viuit anima. hoc autem est fides, quia fides est principiũ in uita spirituali. Esa. 7. Si non credideritis, non permanebitis:

K sicut domus non permanet destructo fundamento. Gal. 2. Quòd aũt nunc viuo in carne, in fide uiuo filii Dei. Fides autem si non est formata charitate, mortua est, & ideo non viuificat animam sine charitate. Gala. 5. Fides quæ per charitatem operatur. 1. Ioann. 3. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam dil igimus. Vel Iustus meus ex fide viuit, idest apud me reputatur, & habet uitam gloriæ, sine actuali passione, si non datur opportunitas patiendi. Deinde cum dicit *Quod si subtraxerit se*. ostendit periculum imminens non permanenti in iustitia fidei. Quia enim in potestate habentis fidem est ipsam perdere, vel seruare, ideo dicit *Si subtraxerit se*, scilicet a fide, & a iustitia *Non placebit animæ meæ*. Litera nostra habet. Non erit recta anima eius. Et est idem sensus. Dicit Hieron. quòd vbicunque aliter scriptum est in Hebræo, quàm in septuaginta, Apostolus vtitur, sicut didicit a Gamaliele. ad cuius pedes didicit legem. Non placebit ergo animæ meæ, idest uoluntati meæ. Voluntas enim Dei, debet esse regula actionum nostrarum. Qui ergo non concordat uoluntati Dei, non est recta anima eius. Deinde cum dicit. *Nos autem non sumus*. Adaptat ad propositum, quasi

quasi dicat. Sic erit his, qui se fidei subtrahunt. Sed, *Nos non sumus filij subtractionis in perditionem* Ille dicitur filius alicuius, quod in ipso dominatur. Et sic dicitur aliquis filius mortis, scilicet in quo dominatur illud per quod a Deo reprobatur. Canonica Iudæ, Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales spiritum non habẽtes. In perditionem, scilicet animæ. Psalm. 72. Perdidisti oẽs, qui fornicantur abs te. Psal. 1. Et iter impiorum peribit, *Sed filij dei*, idest renati in Christo per fidem, *In aquisitionem*, idest in salutem, *Animæ*. Qui enim mandata dei custodit, saluat animam suam. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 1. Thess. 5. Non sumus filii noctis neque tenebrarum. ergo non deficiamus a fide.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus multipliciter ostendit excellentiã Christi præferens ipsũ angelis, Moysi & Aaron, & monuit fideles debere coniungi ipsi Christo, quæ coniunctio, quia præcipue & inchoatiue fit per fidem. Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ideo apostolus procedit ad commendationem fidei. Et circa hoc facit tria: primo enim, describit fidem: secundo, ponit exempla diuersa de ipsa, ibi; *In hac enim*. tertio, hortatur ad ea, quæ sunt fidei. 12. cap. ibi; *Ideoque vos tantam*. Diffinionem fidei ponit complete quidem, sed obscure. Vnde sciendum est, quòd volens perfecte diffinire virtutem aliquam oportet, quòd tangat materiam eius propriã circa quã est, & finem eius, quia habitus cognoscitur per actum, & actus per obiectum. Et ideo, oportet tangere actum & ordinem ad

C obiectum & finem. Sicut volens diffinire fortitudinem, oportet tangere propriam eius materiam circa quam est, scilicet timores & audacias, & finem, scilicet bonum reipublicę vt dicatur, quod fortitudo est virtus moderatiua illorum, propter bonum reipublicæ. Cum autẽ fides virtus theologica habeat idem pro obiecto & fine, scilicet Deum, primo ergo ponit ordinem, & finem, secundo materiam propriam, ibi, *Argumentum non apparentium*. Sciendum vero est, quòd actus fidei est credere, q est actus intellectus determinati ad vnum, ex imperio voluntatis. Vnde credere est cum assensu aliquid cogitare, vt dicit August. in lib. de prædestinatione sanctorum. Et ideo obiectum fidei & finis voluntatis, oportet sibi correspondere. Veritas autem prima est obiectum fidei, in quo quidem consistit finis voluntatis, scilicet beatitudo, quæ differenter est in via & in patria: qa in via veritas prima non est habita, & per cosequens nec visa, quia in his, quæ sunt supra animam, idem est videre & habere,

D vt dicit Aug. 83. Question. sed tantum est sperata. Roman. 8. Quod enim non videmus, speramus. Quod enim videt quis, qd sperat? Ergo veritas prima non visa, sed sperata est finis voluntatis in via, & per consequens obiectum fidei, quia idem est sibi pro fine & obiecto. Finis autem vltimus simpliciter ipsius fidei in patria, quem intendimus ex fide, est beatitudo, quæ in aperta visione Dei consistit. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te solum verum Deum &c. Et 20. Beati qui non viderunt & crediderunt. Huiusmodi autem est spes fidelium 1. Pet. Regenerauit nos in spem viuam. Finis ergo fidei in via, est assecutio rei speratę, scilicet beatitudinis æternæ. Et ideo dicit, *Sperandarum rerum*. Sed quæritur hic, quare cũ fides sit prior q̃ spes diffinitur per ipsam: quia posterius debet diffiniri per prius, & non econuerso? Respondeo, Dicendum est, quòd ex iam dictis patet solutio, quia dictum est, quòd idem est obiectum & finis fidei, Cum ergo affectio rei speratæ sit finis eius, oportet, quòd etiam sit obiectum ipsius. Dicebat autem supra, quòd omnis habitus debet diffiniri per ordinem actus ad obiectum. Verum autem & bonum, & si in se considerata conuertantur quantum ad supposita, tamen inquantum differunt rõne, diuerso ordine se habent ad inuicem, quia & verum est quoddam bonum, & bonum est quoddam verum. Et similiter intellectus & voluntas, quæ distinguuntur penes distinctionem veri & boni, habent inter se diuersum ordinem. Inquantum. n. intellectus apprehendit veritatem & quicquid in ipsa cõtinetur, sic verum est quoddam bonũ, & sic est bonum sub vero. Sed inquantum voluntas mouet, sic verum est sub bono. In ordine ergo cognoscendi, intellectus est prior, sed in ordine mouendi, voluntas est prior. Quia ergo intellectus mouetur ad actũ fidei ex imperio voluntatis, vt dictũ est, in ordine mouendi uoluntas est prior: ideo non diffinitur prius per posterius, quia vt dictum est in diffinitione fidei, oportet ponere ordinem actus ad obiectum, quod idẽ est, quòd finis, Finis

A autem & bonum idem sunt, vt habetur. 2. Physicorum. In ordine autem ad bonum, voluntas, cuius est spes, sicut subiecti, est prior. Quare autem non dicit diligendarum, sed sperandarum? Ratio est, quia charitas est præsentium, & absentium. Quia ergo finis non habitus, est obiectum fidei, ideo dicit sperandarum rerũ. Nec obstat, q̃ res speranda est obiectum spei. Quia oportet, quòd fides sicut ad finem ordinetur ad obiectum illarum virtutũ, quibus perficitur voluntas, cum fides pertineat ad intellectum, secundum quòd imperatur a voluntate. Sed cum fides sit vna, quia ab vnitate obiecti dicitur habitus vnus, quare non dicitur rei sperandæ, sed rerum sperandarum?

B Respondeo, Dicendum est, quòd beatitudo, quæ in se essentialiter est vna, quia cõsistit in Dei visione, quæ in se est vna, est principium, & radix beatitudinis ex qua multa bona deriuãtur, quæ sub ipsa continentur: sicut dotes corporis, societas sanctorum, & multa alia. Vt ergo ostendat omnia ista pertinere ad fidem, loquitur in plurali. Illud autem, quod dicitur *Substantia* potest multipliciter exponi. Vno modo causaliter, & tunc habet duplicem sensum. Vnum, quòd est substantia, idest faciens in nobis substare res sperandas, quod facit duobus modis. Vno modo, quasi merendo. Ex hoc enim, quòd captiuat, & submittit intellectũ suum his, quæ sunt fidei, meretur quòd aliquando perueniat ad videndum hoc, quod sperat. Visio enim est merces fidei. Alio modo, quasi per suam proprietatem præsentialiter faciat, quòd id quod creditur futurum in re, aliquo modo iam habeatur, dum modo credat in Deum. Alio modo exponi potest, substantia essentialiter, quasi fides sit substantia, idest essentia rerum sperandarum. Vnde in Græco habetur hypostasis rerum sperandarum. Essentia enim beatitudinis nihil aliud est, quàm visio Dei. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Vnde primo de Tri cap. 10. dicit August. Hæc contemplatio promittitur nobis, actionum omnium finis, &c. Ipsa ergo plena visio Dei est essentia beatitudinis. Hoc autem uidemus in scientiis liberalibus, quòd si quis aliquam uelit addiscere, oportet eum primo accipere principia ipsius, quę oportet credere cũ sibi traduntur a magistro. Oportet enim credere eum, qui discit, vt habetur primo Poster. Et in illis principiis quodam modo continetur tota scientia, sicut conclusiones in præmissis, & effectus in causa. Qui ergo habet principia illius scientiæ, habet substantiam eius, puta geometriæ. Et si geometria esset essentia beatitudinis, qui haberet principia geometriæ, haberet quodam modo substantiam beatitudinis. Fides autem nostra est, vt credamus, quòd beati videbunt, & fruentur Deo. Et ideo si volu-

D mus ad hoc peruenire, oportet ut credamus principia istius cognitionis. Et hæc sunt articuli fidei, qui continent totam summã huius scientiæ, quia beatos nos facit visio Dei trini, & vnius. Et hic est unus articulus. Vnde hoc credimus, & ideo dicit. *Substantia rerum sperandarum* 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: quasi dicat. Tunc erimus beati quãdo uidebimus facie ad faciem, illud quod nunc uidemus in speculo, & in ænigmate. In his ergo verbis, ostenditur ordo actus fidei ad finem, quia fides ordinatur ad res sperandas, quasi quoddam inchoatiuum, in quo totum, quasi essentialiter continetur, sicut conclusiones in principiis. Consequenter cum dicit *Argumentum non apparentium* tangit actum fidei, circa propriam eius materiam. Actus autem proprius fidei, & si sit in ordine ad uoluntatem, vt dictum est, tamen est in intellectu, sicut in subiecto, quia obiectum eius est uerum, quod proprie pertinet ad intellectum. In actibus autem intellectus,

E differentia est. Quidam enim sunt habitus intellectus, qui important omnimodam certitudinem ad completam uisionẽ eius, quod intelligitur, sicut patet de intellectu, qui est habitus primorum principiorum, quia qui intelligit, quòd omne totum est maius sua parte, uidet hoc & est certus. Hoc etiam facit habitus scientię, & sic talis habitus intellectus, & scientia, faciunt certitudniem, & visionem. Quædam uero alia sunt, quę neutrum faciũt. s. dubitatio, & opinio. Fides uero tenet medium inter ista, quia dictum est, quòd fides facit assensum in intellectu, quod potest esse dupliciter. Vno modo, quia intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia obiecti, quod est per se cognoscibile, sicut in habitu principiorum, uel cognitum per aliud, quod est per se cognoscibile, sicut patet in scientia astronomiæ. Alio modo assentit alicui, non propter euidentiam obiecti a quo nõ mouetur sufficienter, unde non est certus, sed uel dubitat, scilicet quando nõ plus habet rationem ad unã partem quàm ad aliam, uel opinatur, si habet quidem rationem ad unam partẽ, non omnino

nino quietintem ipsum, sed cum formidine ad oppositum. Fides autem neutrum horum dicit simpliciter, quia nec cũ primis est sibi euidens, nec cum duobus vltimis dubitat, sed determinatur ad alteram partem, cum quadam certitudine & firma adhęsione per quandam electionem voluntariam. Hanc autem electionem facit diuina authoritas, per quam electionem determinatur intellectus, vt firmiter ihęreat his, quę sunt fidei, & eis certissime assentiat. Et ideo credere, est cum assensu cognoscere. Propria ergo materia habitus fidei, sunt non apparentia. Apparentia enim agnitionem habent, non autem fidem, vt dicit Gre. Actus autem fidei est certa adhęsio, quam vocat Apostolus argumentum, accpiens causam pro effectu, quia argumentum facit fidem de re dubia. Est enim argumentum, Ratio rei dubiæ faciens fidem, vt dicit Boet. Vel si sequamur ethimologiam nominis qua dicitur, argumentum quasi arguens mentem, tunc accipit effectum pro causa, quia ex certitudine rei prouenit, quòd mens cogatur ad assentiendum. Vnde, argumentum dicitur non apparentium, idest, certa apprehensio eorum, quæ non videt. Quòd si quis velit verba ista ad debitam formam reducere, posset dicere, quòd fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Vbi enim nos argumentum habemus, habet alia litera conuictio, quia per authoritatem diuinam conuincitur intellectus ad assentiendum his, quæ non videt. Patet ergo, quòd Apostolus complete diffinit fidem, licet obscure. Per istam enim diffinitionem distinguitur fides ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Per hoc enim, quod dicitur argumentum, distinguitur fides ab opiniõe, dubitatione, & suspitione, quia per ilta non habetur firma adhæsio intellectus ad aliquid. Per hoc autem, quod dicitur non apparentium, distinguitur ab habitu principiorum & scientia. Et per hoc, ꝙ dicitur rerum sperandarum, distinguitur a fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem. Nam per propriam diffinitionem vnumquodque innotescit, & distinguitur a quolibet alio sicut est hic. Vnde & ad istam omnes aliæ reducuntur. Sed videtur, quòd male dicat, non apparentium, quia vt dicitur Ioan. 20. Thomas uidit & credidit. Item, credimus esse Deum vnum, quod tamen demonstratur a philosophis. Respondeo, Dicendum est, quòd fides dupliciter accipitur. Vno modo proprie, & sic est non visorum, & non scitorum, ut patet ex prædictis. Et propterea, quòd non potest maior certitudo haberi de conclusione, quàm de principio a quo elicitur: quia semper principia sunt notiora conclusionibus, ideo cum principia fidei non habeant euidentiam, nec per consequens conclusiones. Et ideo intellectus non assentit conclusionibus tanquam scitis, nec tanq̃ visis. Alio modo, cõmuniter, & sic excludit omnẽ certam cognitionem, & sic loquitur Augu. in q. euangelii, quòd fides est de quibusdam, quæ videntur. Apost. autem loquitur de prima. Et quidem de Thoma dicendum est, quòd sicut dicit Gregor. Aliud uidit, aliud credidit: quia uidit humanitatem, & credidit diuinitatem. Ad istud de demonstratione, Dicendum est, quòd nihil prohibet aliquid esse visum uni, quod est creditum alteri, sicut patet in diuersis statibus. Quod enim non est visum in via videtur in patria. Vnde quod ego credo, angelus videt. Similiter, quod est visum a prophetis, vt quòd Deus est vnus, incorporeus, hoc est credendum ab idiotis, sicut idiota credit eclypsim, quam astrologus videt. Et de talibus est fides, secundum quid tantum. Quædam autem sunt, quæ simpliciter excedunt statum præsentis viæ, & de talibus est fides simpliciter.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA posuit descriptionem fidei: hic ostendit eam p exẽplũ. Et circa hoc facit duo. Primo.n. in generali manifestat propositum suum. Secundo, in speciali, ibi, *Fide intelligimus*. Quantum ad primum, sic continuatur. Sic ergo describo & cõmendo fidem, nec hoc est de nouo, *In hac enim*, scilicet fide, *Senes*, i. sancti patres, *Testimonium consecuti sunt*, idest circdiderunt, & per fidem instituti sunt. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Psal. 115. Credidi propter qd̃ locutus sum. Inter omnes autem patres veteris testamenti, illi duo specialiter, i. Dauid & Abraham habent testimonium fidei, *Fide intelligimus &c.* In speciali declarat propositum per exempla antiquorum. Et primo, quantum ad id quod crediderunt & docuerunt. Secundo, quantum ad id quod fecerunt, ibi, *Fide*

LECTIO II.

IN hac enim testimonium cõsecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse sęcula verbo Dei: ut ex inuisibilib⁹ uisibilia fierent. Fide, plurimã hostiã Abel q̃ Cayn, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illã defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch trãslatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia

F *Abel*. Tertio, quantum ad id quod passi sunt, ibi, *Alij autem distenti sunt*. doctrina autem in veteri testamento duplex fuit. Vna aperte posita. Alia vero, sub velamine figurarum & misteriorum velata fuit. Prima, de vnitate Dei & creatione mundi. Secunda de misterio incarnationis & reparationis. Vnde sicut ipsi in memoriam creationis colebant sabbata, ita nos in memoriã resurrectionis seruamus dominicam. Quantum ergo ad doctrinam de mundi creatione, dicit *Fide intelligimus &c.* Quod pot dupliciter legi. Vno modo,

G quòd verbo Dei sit ablatiui casus. Et est sensus, *Nos* sicut antiqui, *Fide*, i. per doctrinã fidei. s. veteris testamenti, Gen. 1. Dixit Deus, fiat &c. Psal. 32. Ipse dixit & facta sunt. Intelligimus sęcula esse aptata, i. disposita, *Verbo Dei*, i. per imperium Dei. Hoc autem pertinet ad fidem, quod, s. hoc intelligimus, quia cum fides sit de inuisibilibus, etiam sæcula facta sunt de inuisibilibus, s. de materia prima, quę nuda & priuata omni forma inuisibilis est & omni specie & dispositione carens. Ideo dicit, *Vt ex inuisibilibus visibilia fierent*. Sed hoc est satis ruditer dictum, licet sit uerũ. Secundo modo, quòd verbo sit datiui casus. Et tunc est sensus, Intelligimus per fidem, ut prius sæcula essent aptata, i. conueniẽtia & correspondentia verbo, vt ex inuisibilibus &c. Propter qd̃ sciendum est, ꝙ verbum Dei est ipse conceptus Dei, quo seipsum & alia intelligit. Deus autem cõparatut ad creaturam, sicut opifex ad opus suum. Hoc autem videmus, quòd artifex, illud qd̃ producit extra, producit in similitudinem conceptus sui. Vnde facit domum in materia ad similitudinem domus, quam in mente sua formauit, ꝙ si domus extra conueniat domui præconceptæ, est opus debito modo ordinatum, si non, non. Quia vero tota creatura optime disposita est utpote producta ab artifice in quo non potest cadere error, uel aliquis defectus, ideo plenissime secundum modum suum conuenit diuino conceptui. Vnde Boetius de consolatione, Pulchrum pulcherimus ipse, mundum mẽte gerens, similique imagine formans. Ideo dicit, *Intelligimus fide sæcula*, idest totam vniuersitatem creaturæ. *Aptata*, idest conuenienter respondentia, *Verbo*, idest conceptui Dei, sicut artificiatum arti suæ. Eccl. 1. Effudit illam, s. sapientiam suam, super omnia opera sua. Sequitur, *Vt ex inuisibilibus &c.* Sed quia apud antiquos cõmunis animi cõceptus erat, quòd ex nihilo nihil fit 2. Physic. ideo quando uidebant aliquod nonum opus, dicebant, quòd esset factum ex aliquibus inuisibilibus. Vnde, uel ponebant quodlibet esse in quolibet, sicut Empedocles, & Anaxagoras, de quo nihil ad præsens. Alii uero latitationem formarum, sicut ipse Anaxagoras. Alii ab idæis, sicut Plato. Alii ab intelligentia, sicut Auicenna. Vnde secundum omnes istos, uisibilia facta sunt ex inuisibilibus rationibus idæalibus. Nos autem dicimus secundum modum prædictum, quòd ex inuisibilibus rationibus idæalibus in uerbo Dei per quod omnia facta sunt, res visibiles sunt productæ. Quæ rationes, & si realiter idem sunt, tamen per diuersos respectus connotatos respectu creaturæ, differunt secundum rationem. Vnde alia ratione conditus est homo, & alia equus, ut dicit August. in lib. 83. q. Sic ergo sæcula aptata sunt uerbo Dei, *Vt ex inuisibilibus* rationibus idæabus in uerbo Dei, *Visibilia*, idest omnis creatura *Fierent*. Omnia autem ista uerba, expresse sunt contra Manicheos. Ipsi enim dicunt, quòd non est curandum quid homo credat, sed tantum quid faciat. Sed Apostolus principium omnis operis ponit fidem. Vnde dicit, quòd est substantia, idest fundamentum. Sine fide ergo frustra sunt opera. Item dicunt, quòd non est credendum, nisi unde habetur ratio. Contra quod dicit,

K non apparentium. Item damnat vetus testamentum dicens, quòd a malo principio, scilicet a diabolo conditum sit. Cõtra quod dicit, quòd in hac fide testimonium consecuti sunt senes. Deinde cum dicit, *Fide Abel &c.* Ostendit quid patres antiqui fecerunt. Et primo hoc ostendit de patribus, qui fecerunt ante diluuium. Secundo, de patribus, qui fuerunt ante legem, ibi, *Fide, qui uocatur Abraham*. Tertio, de his, qui fuerunt sub lege, ibi, *Fide, Moyses* Ante diluuiũ fuerunt tres specialiter Deo accepti s. Abel. Gen. 4. Enoh, Gen. 5. Noe. Gen. 6. Primo ergo, ponit fidem Abel. Secũdo fidẽ Enoch, ibi, *Fide, Enoch*. Tertio, fidẽ Noe, ibi, *Fide, Noe*. De Abel aũt ostendit quid p fidẽ fecerit, & quid inde cõsecutus sit. Per fidẽ Abel obtulit sacrificium. Vnde, sicut cõfessio est testimoniũ fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio cõmendatur fides eius. Et ex eo, ꝙ obtulit sacrificium electum, quia de primogenitis gregis & de adipibus eorum, ostenditur electa fides eius. Optimum enim sacrificium, signum fuit electæ fid. i,

fidei, & probatæ. Malach. 1. Maledictus fraudulentus, qui habet in grege suo masculum, & uotum faciens immolat debile Domino. De sacrificio autem Cain nulla fit mentio, quantum ad excellentiam, sed solum, ꝙ obtulit de fructibus terræ. Dicit ergo, quòd. *Abel fide obtulit plurimam hostiam*, non quantitate sed pretiositate. *Quam Cain*, idest, meliorem hostiã obtulit, quàm Cain, s. *Deo*, quia ad honorẽ Dei. Aliter enim nõ placuisset Deo. Glo. dicit, Fide plurima, sed hoc non habetur in Græco, quia plurima est ibi accusatiui casus: ꝙ patet ex modo loquẽdi, qui est cõparatiuus, nisi dicat fide plurima, i. meliore, & præstãtiore, quàm Cain obtulisse, quia ut dictum est, sacrificium exterius signum fuit fidei interioris. Ex fide autem duo consequuntur, vnum in vita, s. testimoniũ iustitiæ Vnde dicit. *Consecutus est testimonium esse iustus*, scilicet per fidem. Matt. 23, A sanguine Abel iusti &c. Tamen non propter hoc testimonium Christi, dicit ipsum consecutum fuisse testimonium iusticiæ, quia non intendit hic introducere nisi authoritates ueteris testamenti, s. propter id quod dicitur Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, qa respectus Domini est specialiter super iustos. Psal. 33. Oculi Domini super iustos. Et hoc. *Testimonium perhibente Deo muneribus eius*. Quod forte fuit, quia igne cœlesti incedebantur munera. Et hoc, fuit respectus Dei. Prius tamen respexit ipsum offerentem, quàm oblationem eius, quia ex bonitate offerentis acceptatur oblatio, quæ non est sacramentalis, quia sacramentalem bonitatẽ non immutat malitia ministri: quantum autem ad offerentem vt sibi prosit oblatio, requiritur bonitas in ipso. Aliud testamentum consecutus est post mortem. Vnde dicit. *Et per illam defunctus adhuc loquitur*, quia ut dicit Glo. post mortem adhuc commendatur fides eius, quia datur nobis materia loquendi de ipso, vt de fide eius, & patientia, demus exempla ad exhortandũ alios ad patientiam. Sed hæc non est intentio Apostoli, quia omnia, quæ accipit hic sumit ex scripturis. Vnde intelligitur de eo, qd̃ dicit Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, infra. 11. Melius loquentem quàm Abel. Hoc enim accepit per illã. i. per meritum fidei, quòd defunctus, idest sanguis defuncti clamet ad Deum, & loquatur Deo. Deinde cum dicit. *Fide Enoch &c.* Commendat Enoch. Et primo, ponit intentum suum. Secundo, probat, ibi. *Et non inueniebatur*. Non facit autem Apostolus mentionẽ de operibus eius, quia scriptura modicũ loquitur de hoc, sed tantum ostendit quid ei fecerit Deus, quia. *Fide*, idest, p meritum fidei. *Translatus*, a conuersatione huius uitæ, in alia conseruatur a morte. Vnde dicit. *Ne uideret mortem*, Gen. 5. Non apparuit, quia tulit eum Deus. Et uerum est, ꝙ nondum est mortuus, sed tamen quandoque morietur, quia sententia, quam Dominus primis parentibus peccantibus inflixit, Quocunq; die comederis &c. in oẽs qui quocunq; modo nascuntur ex Adam pmanebit, sicut etiam in Christo. Psal. 88. Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? Mors autem duorum dilata est, s. Enoch, & Eliæ. Et ratio est, quia doctrina ueteris testamenti ordinatur ad promissa noui testamenti, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur, Matt. 4. Pænitentiam agite, appropinquabit. n. regnum cęlorum. Et ideo data sententia mortis, uoluit Dominꝰ ducere homines in spem uitæ: quod fecit in patribus utriusq; status, s. naturæ, legis, & gratię. Vnde in primo statu dedit spem euadendi necessitatem mortis, & hoc in Enoch. In lege, in Elia. In tempore gratiæ, in Christo, per quem datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alii morientur, sed Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur. Sed duo primi morientur per antichristũ. Sic ergo trãslatus est ne uideret mortẽ, nõ solũ, ut nõ sentiret mortẽ & hoc i illa generatione. Deinde cũ dicit. *Et non inueniebatur &c.* Probat ꝙ hoc habuit per meritum fidei: & primo probat, quòd translatus est: secundo, quòd hoc propter fidem habuit, ibi. *Ante translationem enim*. Et primum probat per authoritatem. Gen. 5. Quam sub aliis uerbis ponit, quia ibi dicitur, nõ apparuit, quia tulit eum Deus. Hic autem dicit *Et non inueniebatur, quia transtulit eum Deus*. Et idem est sensus. Sap. 4. Placens Deo factus est dilectus, & uiuens inter peccatores trãslatus est. Sicut enim conueniens fuit, ꝙ homo propter peccatum expelleretur de paradiso, ita ꝙ iustus introduceretur. Iste enim p Seth, septimus ab Adam optimus fuit, sic Lamech per Cain septimus ab Adam pessimus fuit, vt pote, qui contra naturam primus introduxit bigamiam, Deinde cum dicit. *Ante translationem*. Probat, ꝙ propter meritum fidei fuerat translatus: quia anteq̃ transferretur dicit de ipso scriptura, ꝙ Ambulauit cum Deo, quod est consentire, & placere Deo: propter hoc autem tulit eum Deus,

A sed sine fide impossibile est ambulare cum Deo, & Deo placere, ergo &c. Totam istam rationem, quantum ad premissas ponit. Et primo maiorem, quia. *Habuit testimonium ante translationem placuisse Deo*. Et ideo. *Ttransfulit eum Deus*. Eccl. 44. Enoch enim placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Quòd autem placuerit ostendit scriptura, quæ dicit, ꝙ Ambulauit cum Deo. Malac. 2. In pace, & æquitate ambulauit mecũ Psal. 100. Ambulãs in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Minorem subdit, dicens. *Sine fide autem impossibile est placere Deo*. Eccl. 1. Beneplacitum est illi fides. Rom. 3 Arbitramur iustificari hominem per fidem. Probat autem minorem cum dicit. *Accedentem ad Deum oportet credere*. Nullus .n. potest Deo placere, nisi accedat ad ipsum. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nullus accedit ad Deum nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus. Ergo nullus potest Deo placere, nisi per fidem. Accedẽtem autem per fidem oportet credere Domino. Sicut enim uidemus in quolibet motu naturali, ꝙ oportet, ꝙ mobile ex motu duo intendat ne motus sit frustra, s. aliquem certum terminum, & certam causam, quare moueatur, prius autem est terminus, q̃ effectus motus consequatur, sic etiã in motu quo aliquis accedit ad Deum, terminus motus est ipse Deus. Vnde dicit. *Oportet credere accedentem, quia est*. Quod dicit, propter eius æternitatem. Exod. 3. Qui est, misit me. Secundo, ꝙ sciat, ꝙ Deus habeat prouidentiam de rebus. Aliter enim nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Vnde dicit. *Et inquirentibus se remunerator sit*. Esa. 40. Ecce dominus ueniet, ecce merces eius cum eo. Merces aũt est illud, quod homo quærit in labore. Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Quæ merces nihil est aliud q̃ Deus, quia nihil extra ipsum debet homo quærere. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Deus enim nihil aliud dat, nisi seipsum. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meę, & calicis mei. Tren. 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea &c. Et ideo dicit, *Remunerator*, est inquirentibus eum. Non aliud Psa. 104. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. Sed nunquid duo hæc sufficiunt ad salutem? Respondeo Dicendum est, ꝙ post peccatum primi parentrs, nemo potuit saluari a reatu culpæ originalis, nisi per fidem mediatoris: sed ista fides diuersificata est quantum ad modum credendi, secundum diuersitatem temporum, & statuum. Nos autem quibus est tantum beneficium exhibitum, magis tenemur credere, quàm illi, qui fuerunt ante aduentum Christi: tunc etiam aliqui magis explicite: sicut maiores, & illi, quibus facta fuit aliquando reuelatio specialis. Illi etiam, qui sub lege, magis explicite, quam ante lege, quia data fuerunt eis aliqua sacramenta, quibus quasi per figuram representabatur Christus: sed gentiles, qui fuerunt saluati, sufficiebat eis, quòd crederent Deum esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christum. Vnde, implicite credebant in mediatorem. Cõtra aũt illud qd̃ dicit, ꝙ oportet credere, ꝙ Deus est, instat: quia dictum est supra, ꝙ creditum non potest esse scitum nec uisum, Deum autem esse, est demonstratum. Respondeo, Dicendũ est, ꝙ de Deo potest multipliciter haberi notitia. Vno modo per Christum, inquantum, s. est pater unigeniti, & consubstantialis, & alia quæ specialiter Christus de Deo patre, & filio, & Spiritu sancto docuit quantum ad unitatem essentiæ, & æternitatem psonarum. Et hoc tantum est creditum, nec in ueteri testamento fuit explicite creditum, nisi a maioribus tantum. Secũdo modo, quòd solus Deus colendus est, & sic etiam erat creditum a Iudæis. Tertio modo, ꝙ est vnus Deus, & hoc notum est etiam ipsis philosophis, & non cadit sub fide Deinde cum dicit. *Fide Noè*. Ostendit quid Noè fecit per fidem, & quid inde consecutus est, ibi. Et *iustitiæ*, de ipso autem narrat quinq;, quæ fecit. Primo ꝙ dictis Dei credidit de futuro iudicio, quod tamen nondum uidebatur. Vne dicit. *Fide, Noè responso accepto de his, quæ adhuc non uidebantur*, supple crediderat. Secundo, ex fide timuit. Fides enim est principium timoris. Eccl. 25. Timor Dei initium dilectionis eius, fidei autem initium agglutinandum est ei, s. timori. Et ideo dicit. *Metuens*, scilicet diluuium promissum, quod tamen non uidebatur. Ergo fides est de inuisibilibus. Tertio, mandatum Dei impleuit faciendo archã. Vnde dicit. *Aptauit archam*, idest, secundum dispositionem Dei conuenientem fecit. Quarto, a Deo salutem sperauit. Vnde dicit. *In salutem domus suæ*, idest, familiæ suæ, quia illi soli salui facti sunt. 1. Pet. 3. Pauci, idest, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quinto, ex hoc quòd pro-

pter fidem prædictam fecit. Damnauit mundum, idest, mundanos damnabiles ostendit. Reuelatio autem sibi de fabricanda arca, et spontaneum suum desiderium eius, & iustitiæ, quæ est per fidem. Deinde cum dicit. Et iustitiæ quæ. Ostendit, quid per fidem consecutus est. Sicut enim post mortem alicuius, aliquis succedit in hæreditaté eius, sic etiam quia a principio mūdi nō totaliter defecit ac iustitia in mundo, quia adhuc durabat mundus, sed in diluuio quasi tot⁹ periit mundus, ideo ipse Noe quasi hæres factus est propter fidē suā. Vel iustitiæ, quæ habetur per fidem. Vel sicut patres sui iustificati fuerunt per fidem, ita ipse factus hæres est iustitiæ per fidem, scilicet imitator per fidē paternæ iustitiæ.

LECTIO III.

Fide, qui uocatur Abrahā obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens

LECTIO TERTIA.

SVPRA posuit Apostolus exemplum fidei in patribus, qui fuerunt ante diluuium, qui fuerunt communiter patres tā Gentilium, quam Iudæorum; hic specialiter descendit ad patres, qui fuerunt post diluuium, qui specialiter fuerunt patres Iudæorum. Et primo, ponit exemplum fidei Abrahæ, qui fuit pater credentium. Vnde, & primus accepit signaculum fidei ante legem. Et primo, ostendit quid fecerit Abrahā. Secundo, quid fecerit Isaac. Tertio, quid fecerit Iacob. Quarto, quid fecerit Ioseph. Secundum, ibi. *Fide de futuris*. Tertium, ibi. *Fide Iacob*. Quartum, ibi. *Fide, Ioseph*. Iterum, prima in duas. Primo. n. ponit quid fecerit quantum ad exteriorem, & humanam cognitionem. Secundo, quid fecerit, quantum ad Deum, ibi. *Fide obtulit*. Circa primum tria facit. Primo enim, ostendit quid fecerit quantum ad habitationem. Secundo, quid fecerit quantum ad generationem, ibi. *Fide, & ipsa Sara*. Tertio, quid fecerit quantum ad suam conuersationem, ibi. *Iuxta fidem*. Item, quantum ad habitationem duo ostendit: primo, quid fecerit quantum ad primam loci mutationem: secundo, quantum ad alterius inhabitationem, ibi. *Fide, moratus*. Vt autem ostendat exēplum suum de Abrahā, ꝙ magnæ authoritatis esset Primo, ponit celebritatem nominis eius, dicens. Ille qui uocatur, s. a Deo. Gen. 17. Vocaberis Abraham. Item, uocatur ab hominibus. Eccle. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. Talis ergo a Deo uocatus & ab hominibus prædicatus, dignus est exemplo. Secundo, ponit exemplum eius, dicens. *Quia fide obediuit*. Per fidem enim, informamur ad obediendum Deo de inuisibilibus. Rom. 1. Ad obediendum fidei &c. *Exire in locum quem accepturus erat in hæreditatem*, de quo Gen. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrā, quā monstrauero tibi. Dominus autem terram illam debebat sibi dare in hæreditatem. Gen. 13. Omnem terram, quam conspicis tibi dabo. Sed nunquid non ipse cum patre suo Thare, exierat de terra sua? Ergo non exiuit ex pręcepto Domini, sed per patrē. Respondeo. Dicendum est, quòd cum patre exiuerat reuersurus iterum, sed ex præcepto Domini exiuerat in Mesopotamiā Syriæ, vbi mortuo patre intendebat remanere, sed ex mandato Domini uenit in terram Chanaam. Et nunquid erat hoc mirabile, vt sic de hoc oporteret habere fidem, & credere Deo? Sic, quia. *Exiuit, nesciens quo iret*, idest, ut iret ad rem ignotam. Quod autem est ignotum, est inuisibile. Per illam obedientiam Abrahæ, nobis designatur, quòd debemus ab omni affectione carnali exire, si uolumus hæreditatem nostram habere. Psal. 44. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Esa. 64. Oculus non uidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Vnde hæreditas ista est nobis ignota. Deinde cum dicit. *Fide, demoratus est &c.* Ostendit quid per fidem fecerit, quantum ad inhabitationē. Et primo, quid fecerit, ostendit. Secundo, subdit causam quare, ibi. *Expectabat enim*. Videmus enim, ꝙ aliquando aliquis exit de terra natiuitatis suæ, & vadit alibi, ut faciat mansionem suā perpetuam. Sic non fecit Abraham, sed sicut aduena fuit in terra Chanaam, & sicut aduena mortuus est in ipsa: quod patet, quia non fecit ibi domum nec firmam mansionem, sed habitauit in casulis, & tabernaculis, quæ sunt habitacula mobilia: unde semper fit mentio de tabernaculis, quando loquitur de Abrahā. Vnde, ex pręcepto Domini habitauit ibi vt aduena. Act. 7. Non dedit illi in ea hæreditatem nec passum pedis. Gen. 21. Fuit colonus terrę Philistinorum diebus multis. Quod quidē uerum est, quantum ad id quod Domin⁹ ei gratis donaturus esset, nō quātum ad id quod emit. Vnde dicit, quòd. *Fide demoratus est in terra repromissionis*, quia fuit ei frequenter promissa, sicut patet Ge. 12. vsq; ad 21. ca. *Tanquam in aliena*, quod patet, quia. *Habitando*

in casulis, quæ dicuntur a cadendo, & in tentoriis mobilibus, & quia animo non redeundi in patriam suam, etiam si plus vixisset, patet quia. *Cum Isaac, & Iacob habitauit*, nō quidem simul, sed successiue, qui erant filii promissionis quia ipsis facta est promissio. Gen, 17. & 28. Et dicit. *Cohæredibus repromissionis*, in quo

quo iret. Fide, demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitādo cū Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatē: cuius

datur nobis intelligi, ꝙ in mundo isto debemus conuersari sicut alieni, & aduenæ. 1. Cor. 7. *Qui* utuntur hoc mūdo, tanquam non utantur, infra. vlt. Nō n. habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Deinde cum dicit. *Expectabat enim*, ostendit quare morabantur sicut aduenæ, quia, s. non reputabant se aliquid habere super terram, sed quærebant hæreditatem cælestem ciuitatem. Psalm. 121. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ędificatur ut ciuitas. Esaiæ. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem habitationem opulētam, tabernaculum quod nequaquam ultra transferri poterit. Non tabernaculum mobile. Et dicitur ciuitas, primo propter ciuium vnitatem, quæ unitas est per pacem. Psal. 147, Lauda Hierusalem Dñm &c. Et sequitur, Qui posuit fines tuos pacem Es. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Io. 17. Vt sint unum, sicut & nos unum sumus. Secundo, est ordinata, quod fit maxime propter iustitiam, & non ad malum faciendum. Ibi autem est perpetua iustitia. Ezec. 48. Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus, ibidē. Tertio, per se sufficiens ad omnia, quæ sunt necessaria. Quodcunque enim necessarium perfectissime ibi erit, quia ibi est stat⁹ bonorum omnium, aggregatione perfectus. Psal. 121. Hierusalē, quæ ædificatur, ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Ista ciuitas habet fundamenta, in quo significat eius stabilitatē. Esa. 33. Tabernaculum, quod nequaquam ultra transferri poterit. Sunt autem fundamenta prima pars ædificii. Vnde angeli sunt eius ciuitatis fundamenta. Psal. 86. Fundamēta eius in mōtibus sanctis: homines enim assumentur ad ordines angelorū. Ecclesiæ uero fundamenta sunt apostoli. Apoc. 21. Author autē huius ciuitatis est ipse Deus, non humanæ artis sapientia, 2. Cor. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ędificationem a Deo habemus, domum nō manufactam, sed æternam in cęlis. Ad cuiuslibet autem ciuitatis ædificationem, duo requiruntur. Primū est, authoritas principis, qua mediante firmetur: qui dicitur conditor eius a quo, & ipsa nomé accipit, sicut a Romulo Roma. Et sic illi⁹ ciuitatis, dicitur Deus conditor eius. Psal. 47. In ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Secundum est modus disponendi ipsam, qui cōmendat sapiētiam artificis. Et sic Deus dicitur artifex eius, quia ordinata est secundum dispositionem, & sapientiam Dei Ps. 47. Magnus Domin⁹, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri &c. Debita enim dispositio operis, commendat opificem. Nusquam autem ita relucet diuina sapientia, sicut ibi. Et ideo, ibi nimis laudabilis dicitur. Deinde cum dicit. *Fide, & ipsa Sara*, ostendit quid ibi per fidem vxor eius consecuta est. Et circa hoc duo facit, quia primo, ostendit quid consecuta est ipsa: secū do, quid consecutum est in filiis: ibi. *Propter quod & ab uno*. In vxore autem eius Sara duo defectus erant, propter quos omnino uidebatur quasi impossibile ipsam posse concipere. Vnde credere illa fuit magnæ fidei. Vnum erat, quia sterilis. Gen. 11. Erat autem Sara sterilis. Aliud, quia iam propter defectum ætatis, nō erat naturaliter apta ad generationem. Gen. 18. Desierant Saræ fieri muliebria. Item, ipsa dicit ibidem, Ego iam senui, & Dominus meus uetulus est. Istos duos defectus tangit Apostolus. Primum cum dicit. *Sara sterilis*. Secundum, cum dicit. *Et præter tempus ætatis*. Tamen his non obstantibus. *Ipsa accepit uirtutem in conceptione seminis fide*, s. vel sua, vel Abrahæ, quia, & si erat impossibile secundum naturam, ꝙ nonagenaria de centenario conciperet, tamen vterq; credidit Deo, cui nihil est difficile. Vnde dicit, quòd. *Fidelem credidit esse eum, qui repromiserat*, sed contra: quantum ad Abraham, & uidetur, ꝙ nō credidit, quia Ge. 17. Dicitur, ꝙ risit dicens in corde suo, Putas ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Iterum, quantum ad Saram. Gen. 18. dicitur, ꝙ risit occulte, dicens, Postquam ego cō senui, & Dominus meus vetulus est: uoluptati operam dabo? Respondeo, Dicendum est, ꝙ quantum ad Abraham, risus eius nō fuit dubitationis, sed admirationis. Vnde Ro. 4. Non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide dans gloriā Deo plenissime: sciens ꝙ quicquid promisit Deus, potens est & facere. Vnde nec reprehenditur risus eius a Deo, qui corda omniū nouit. Sara aūt primo dubitauit in prima promissione, sed quando angelus recurrit

recurrit ad potentiam Dei, cum dixit, Nunquid Deo quicquam est difficile? tunc credidit, & hæc fuit quasi secunda promissio. Et ideo dicit, ꝙ repromisit, quia in promittendo, primo, non credidit, sed in repromittendo. Sed sciendum est, ꝙ omnes conceptus miraculosi, qui fuerunt in ueteri testamento, fuerunt quasi figura illius maximi miraculi, quod fuit in Christi incarnatione. Oportuit enim, natiuitatem eius ex uirgine per aliqua præfigurari, ad præparandos animos ad credendum. Non tamen potuit pfigurari ex ęquo, quia necessario figura deficit a figurato. Et ideo scriptura partū uirginis ostendit per partum sterilium, s. Saræ, Annæ, & Elisabeth. Sed differentia est, quia Sara a Deo miraculose accepit uirtutem concipiendi, sed tamen ex humano semine. Et ideo dicitur hic, in conceptione seminis. Beata uero uirgo, sine semine. Vnde in Sara uirtus diuina præparauit materiam ad concipiendum tantum ex semine: sed in beata virgine etiam præparauit illam purissimā materiam ex sanguine, & cum hoc fuit ibi virtus Spiritussancti loco seminis. Non enim ex virili semine, sed mystico spiramine factum est uerbum Dei caro. Deinde cum dicit. *Propter quod & ab uno*, ostendit quid consecutum est in filiis ex uirtute Dei, scilicet multiplicatio seminis, Vbi primo consideranda est radix huius multitudinis, quæ fuit una, s. Abraham, vnde dicit. *Propter quod*, scilicet meritum fidei. *Ab uno*, s. Abraham. Esa. 51. Vnum uocaui eum. & benedixi ei, & multiplicaui eum. Secundo, consideranda est conditio eius, quia iam emortuis. Vnde dicit. *Et hoc emortuo*, quia iā uetulus erat, vt supra dictum est. Sed cōtra, quia mortua Sara multos filios genuit ex alia uxore, sicut patet Gen. 13. Ergo male dicit. *Emortuo*. Respondeo. Dicendum est, ꝙ uetulus bene generat ex iuuencula, non autem ex uetula. Et sic erat in ipso mortua uirtus generandi quantum ad Saram, non tñ ad alias. Vel dicendum est, quòd intelligitur ab uno, s. utero Saræ, iam emortuo. Roma. 4. Et emortuam vuluam Saræ. Esa. 51. Attēdite ad Abrahā patrē uestrū, & ad Sarā, quæ peperit vos. Tertio, consideranda est differentia inter illos, qui ex Abrahā processerunt. Sicut. n. non oēs, vt dicitur Roma. 9. qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, sic nec hi, qui sunt ex semine Abrahæ, oēs sunt filii, sed qui filii sunt promissionis æstimātur in semine. Ideo ei⁹ progenies diuiditur in duas, s. in bonos, & malos. Boni significantur per stellas de quibus dicit, quòd orti sunt tanq̃ sidera cæli in multitudinē. Bar. 3. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt. Mali uero significantur per arenam maris contiguā, quia mali Iudæi de semine Abrahæ conformantur gentilitati. Arena autem fluctibus maris vndiq; concutitur, ita, & mali turbinibus mundi. Esa. 57. Cor impii quasi mare feruens. Iudæi autem non omnino fuerunt arena, sed quasi arena, quia communicabant cum Gentibus in malis. Vnde possunt dici terminus maris. Hier. 5. Posui arenam terminum mari. Item, arena sterilis est & infructuosa. Ita etiā peccatores sunt steriles, ab omni opere boni fructus. Vnde dicit, quòd ēt. *Orti sunt sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis*. Et est sermo hyperbolicus. Vel dicitur innumerabilis, non quia non possit numerari, sed quia non de facili potest numerari. Gen. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & uelut arenam, quæ est in littore maris.

artifex, & conditor, Deus. Fide, & ipsa Sara sterilis, uirtutem in cō ceptione seminis accepit, etiā præter tempus ætatis, quoniam fidelē credidit esse eum, qui repromiserat Propter quod, & ab uno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.

LECTIO QVARTA.

SVPRA commendauit Apostolus fidem Abrahæ, quantum ad habitationem, & generationem: hic commendat ipsum quantū ad suā conuersationē vsque ad mortem. Et circa hoc facit tria: primo enim, ostendit quid per fidē fecit: secundo, ponit vnū, qđ pertinet ad fidē, ibi. *Qui enim hoc dicunt*, tertio, ostendit quid per fidem recepit, ibi. *Ideo non confunditur Deus*. Fidē Abrahæ, & filiorū eius cōmendat ex perseuerātia, quia usque ad mortē perseuerauerūt in fide. Mat. 10. & 24. Qui autem perseuerauerit vsq; in finē, hic salu⁹ erit: ideo dicit. *Iuxta fidem omnes isti defuncti sunt*, præter Enoch. Vel oēs isti, s. Abrahā, Isaac, & Iacob. Et hoc est melius dictū, quia istis solum facta est promissio. Item commendat eos a longa promissorum dilatione. Vnde dicit. *Non acceptis repromissionibus*. Sed contra, Videtur ꝙ receperint promissionē. Ezec. 33. Vnus erat Abrahā, & hæreditate possedit terrā. Respondeo, Dicendum est, qđ possedit, i. possidendi prim⁹ promissionē accepit, nō tñ actu possedit, ut patet Act. 7. Sequitur *Sed a longe eas aspicientes*, qđ erat p fidē. q. d. Intuētes uisu fidei,

Et forte de loco isto sumptū est illud responsoriū in prima Dñica aduentus, Aspiciens a longe &c. Esa. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo *Et salutantes*. idest venerantes. Et loquitur secundum Chrys. ad similitudinem nautarū, qui quando primo vident portum, prorūpunt ad laudē, & salutant ciuitatē ad quā

LECTIO IIII.

Iuxta fidem, defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissióibus, sed a longe eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicūt, significant se patriā inquirere. Et siquidē

vadūt. Ita sancti patres, videntes per fidē Christū venturū, & gloriā quā per ipsum cōsecuturi erāt, salutabant. i. venerabantur ipsum. Psal. 117 Benedictus, qui venit in nomine Domini. Deus Dñs &c. Io. 8. Abrahā pater vester exultauit, vt videret diē meū, vidit & gauisus ē. Itē, cōmendat fidē ipsorū ex sincera confessione, quia vt dicitur. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore aūt confessio fit ad salutē. Et ideo dicit *Et confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram*. isti enim tres vocauerunt se aduenas & peregrinos. Nā Gen. 23. dicit Abraham, Aduena sum & peregrinus apud vos. Dicitur etiā a Domino ad Isaac. Gen. 26. Quiesce in terra quā dixero tibi, & peregrinare in ea. Iacob etiā. 47. dicit, Dies peregrinationis vitæ meę. Dicitur autē peregrinus, qui est in via tendēdi ad alium locū. Esa. 23. Ducent eam longe pedes sui ad peregrinandū. Sed aduena est ille, qui habitat ī terra aliena, nec intēdit vlterius ire. Isti aūt nō solū confitebantur se esse aduenas, sed etiā peregrinos. Sic etiam sanctus vir nō facit māsionē suā in mūdo, sed semper satagit tendere ad cælū. Psal. 38. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Deinde cū dicit *Qui enim hoc dicunt*. ostendit ꝙ ista cōfessio pertineat ad fidē. Nullus. n. est hospes & peregrinus, nisi qui est extra patriam & tēdit ad illam. Cum ergo isti confitentur se esse hospites & peregrinos super terrā, significant se tendere ad patriam suam, scilicet cælestem Hierusalē. Gal. 4. Illa quæ sursum est Hierusalem libera est. Et hoc est, quod dicit *Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere*. Sed quia forte posset aliquis dicere, quòd verum est, quòd ipsi erāt peregrini in terra Philisteorum & Chananeorum inter quos habitabāt, tamē intendebant redire in terram vnde exierant, hoc remouet, dicens *Et siquidem ipsius*, scilicet patriæ suæ *Meminissent de qua exierāt*, habebāt vtiq; tēpus reuertēdi, quia prope erāt. *Nunc autem meliorem appetunt, idest cælestem*. vnde Gen. 24. Dixit Abrahā seruo suo, Caue, ne quando filiū meū reducas illuc. Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorū. Iré. 26. Vnā petii a Domino, hāc requirā, vt inhabitē in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ. Ipsi ergo patriā istā inquirebant, non domū paternā vnde exierunt. In quo significatur, ꝙ illi qui exeunt de vanitate sæculi, nō debent illuc redire mēte. Ps. 44. Obliuiscere populū tuū, & domū patris tui. Luc. 9. Nemo mittens manū ad aratrū & respiciens retro, aptus est regno Dei. Philip. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, in anteriora me extendēs. Patet aūt, ꝙ ista eorū verbo & facto cōfessio, pertinet ad fidē, quia ipsi illud quod solum eis promissum fuerat nō exhibitū, firmissime crediderunt, etiā vsque ad mortē. Vnde *Iuxta fidem*, idest iuxta se habētes fidem suam quasi sociam & inseparabilem *Defuncti*. Apoc 2. Esto fidelis vsque ad mortem. Deinde cum dicit *Ideo non confunditur*. ostendit quid ex fide sua meruerunt accipere, hoc autē fuit honor maximus. Reputatur autē maximus honor, quando denominatur aliquis ab aliquo solēni officio, vel seruitio, magni & excellentis Dñi, vel principis, sicut notarius Papæ, vel cancellarius regis. Maior autē honor est, quādo ille magnus Dominus vult nominari ab his, qui seruiunt ei. Sic autem est de istis tribus Abraham, Isaac, & Iacob, quorū Dominus rex magnus super omnes Deos, specialiter vocat se eorum Deum, vnde Exod. 3. Ego sum Deus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob, vnde dicit *Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum*. Et huius, pōt triplex ratio assignari. Prima, quia Deus per fidem cognoscitur. Isti autem leguntur primo separasse se per cultum specialē ab infidelibus, vnde & Abraham primus accepit signaculum fidei. Rom. 4. ut fieret pater multitudinis gētiū. Et ideo proponuntur nobis in exēplum, sicut illi per quos Deus primo cognitus est: & per eos Deus nominatus est, vt obiectum fidei. Et idcirco ab eis voluit nominari. Secunda, secundum August. in gloss. quia in istis latet aliquod mysterium. In istis enim inuenimus similitudinem generationis, qua Deus regenerauit filios spirituales. Videmus autem in ipsis quadruplicem modum generandi. Primus modus est liberorum, per liberas, sicut Abraham per Saram genuit Isaac, qui genuit per Rebeccam Iacob.

cob. Iacob autem octo patriarchas per Lyam, & Rachelem. Secundus modus fuit liberorum per ancillas, sicut Iacob per Balam, & Zelpham genuit Dan, & Neptalin, Gad, & Aser. Tertius modus fuit seruorum per liberas, sicut Isaac genuit per Rebeccam Esau, de quo dictum est, Maior seruiet minori. Quartus modus fuit seruorum per ancillam, sicut per Agar genuit Abrahã Ismael. In hoc ergo designatur diuersus modus, quo Dominus spirituales filios generat, quia aliquando bonos per bonos sicut Timotheum per Paulũ, Aliquando bonos p malos, & ista est generatio liberorum p ancillas. Aliquando malos per bonos, sicut Simonem magum per Philippum. Et ista est generatio seruorum per liberas. Malorum autem generatio per malos, reputatur in semine. Vnde Gal. 4. Eiice ancillam, & filium eius. Tertia ratio, & uidetur magis secundum intentionem Apostoli, quia consuetum est, quòd rex uocatur a principali ciuitate, uel a patria tota, sicut rex Hierusalem, rex Romanorum, rex Franciæ. Et ideo Deus proprie uocatur rex, & Deus illorum, qui specialiter spectant ad ciuitatem illam Hierusalem cælestem, cuius artifex, & conditor est Deus. Et quia isti uerbo, & facto ostendebant se ad illam ciuitatem pertinere, ideo dicitur Deus illorum, unde dicit. *Parauit enim illis ciuitatem*, idest, conditor ciuitatis illius, quam ipse habebat propriam. Deinde cum dicit. *Fide, obtulit*, ponit vnum aliud exemplum insigne, circa fidem Abrahæ, inquantum respicit Deum, s. illud maximum sacrificium eius, quando ad mandatum Domini, uoluit vnigenitum suum immolare filium. Gen. 22. Et de hoc ostendit tria. Primo, quid fecerit. Secundo, p hoc ad fidem pertinet, ibi. *Et unigenitum*. Tertio, quid ex hoc recepit, ibi. *Vnde eum, & in parabolam*

ipsi meminissent, de qua exierũt, habebant vtiq; tempus reuertẽdi. Nunc aũt meliorẽ appetunt, idest, cęlestẽ. Ideo nõ cõfunditur Deus vocari Deus eorũ, Parauit, n. illis ciuitatẽ. Fide, obtulit Abrahã Isaac, cũ tentaret: & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones (ad quẽ dictũ est, quia In Isaac uocabitur tibi semen) arbitrans quia & a mortuis suscitare potẽs est Deus. Vnde eũ, & in parabolã accepit.

Dicit ergo. *Abraham cum tentaretur, obtulit*, idest, offerre uoluit. *Fide Isaac*, sicut patet per totum duodecimum ca. Gen. Hic est duplex quæstio. Vna, quia innocentem occidere est contra legem naturæ, & ita peccatum, ergo uolendo offerre peccauit. Respõdeo, Dicendum est, p ille qui ex mandato superioris interficit, si ille licite præcipit, ali° licite obedit, & potest licite exequi ministerium suum. Deus autem habet mortis, & uitæ authoritatem, 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & uiuificat. Deus autẽ subtrahendo uitam alicui etiam innocenti, nulli facit iniuriam. Vnde, & quotidie dispositione diuina multi nocentes, & innocentes moriuntur. Et ideo Dei mandatum licite poterat exequi. Item, quæritur de hoc, quod dicit. *Cum tentaretur*. Deus enim nullum tentat, quia tentare est ignorantis. Respondeo, dicendum est, quòd diabolus tentat, ut decipiat. 1. Thess. 3. Ne forte tentauerit vos, qui tentat, Hoc patet in tentatione qua tentauit Christum. Matt. 4. Homo uero tentat, vt cognoscat. 3. Reg. 10. dicitur de regina Saba, quæ uenit ad Salomonem, vt tentaret eum in ænigmatibus. Sic non tentat Deus, qui omnia nouit, sed tentat, vt homo sibi ipsi innotescat, quãtæ fortitudinis, & fragilitatis sit in se. Deut. 8. Vt tentaret te, & nota fierent, quæ in animo tuo uersabantur. 2. par. 32. de Ezechia tentato, ut cognosceretur cor eius. Item, ut alii tentatũ cognoscãt, qui ex hoc eis proponitur in exemplum, sicut Abraham, & Iob. Eccle. 44. & 1. Mach. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Deinde cum dicit. *Et unigenitum &c.* Multum subtiliter ostendit, quod illa obedientia pertinebat ad fidem. Sicut enim supra dictũ est, Abraham licet multum senex, credidit Deo promittẽti, quòd in Isaac benedicturus esset in semine, credebat etiam Deum posse mortuos suscitare. Cum ergo præcipiebatur ei, quòd occideret, non erat spes ultra iam de Sara iam valde antiqua, quia Isaac erat iam adolescens, posse habere filium. Et ideo cum crederet obediendum mandato Dei, non restabat nisi quòd crederet resuscitari Isaac, per quem debebat ei uocari semen. Vnde dicit. *Et unigenitum*, scilicet Saræ, *In quo*, scilicet filio nato, debebat Deus, pactũ promissum complere, sicut patet Gen. 17. Vel unigenitum, Cinter liberos. Gen. 22. Tolle filium tuũ vnigenitum Isaac *In quo susceperas repromissiones. Ad quem etiam dictum est*, i. ratione cuius &c. *Arbitrans*, i. firmiter credens. *Quia à mortuis potens est Deus eum suscitare*. Hoc ergo fuit argumentũ fidei maximũ, quia articulus resurrectionis est vnus de maioribus. Deinde cũ dicit. *Vnde eum, & in parabolam accepit*. Ondit quid p fidẽ meruit, qa cũ iã nõ restaret aliud nisi immolari ipsum, vocauit eũ angelus, & arietẽ hærentẽ cornibus, loco filii immolauit. Hoc aũt fuit parabola. i. figura Christi futuri. Aries enim hærens cornibus inter vepres, est humanitas cõfixa cruci, quæ passa est. Isaac. i. diuinitas, euasit cũ Christus vere mortuus est & sepultus. Et sic patet, p ista figura valde complete adæquat figuratum. Accepit ergo eũ. s. Isaac in parabolã. i. figuram Christi crucifigẽdi & immolandi.

LECTIO V.

VIDE, & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a parẽtibus suis: eo p

LECTIO V.

SVPRA posuit Apostolus exemplũ de fide Abrahæ: hic ponit exẽplũ de fide Isaac, Iacob, & Ioseph. Et primo, de fide Isaac. Dicit ergo p *Isaac fide, de futuris*, idest, quæ se extẽdebat ad futura *Benedixit Iacob & Esau*. Vel *Benedixit de futuris*. i. pro futuris, vel benedictione, quæ se extẽdebat ad futura. Verba enim sua non habebãt efficaciã, nisi ex virtute Dei, per quã quidẽ benedictionẽ, minor prælatus fuit maiori. Quod nõ fuit quãtũ ad personas eorũ, sed quantũ ad duos populos, qui ex ipsis exierũt. Psalm. 107. In Idumæã extendã calciamentũ meũ. Fuerunt enim Idumæi, qui egressi sunt de Esau, subiecti filiis Israel. In quo significabatur p minor populus. s. gẽtiũ, per fidẽ debebat præuenire populũ maiorẽ. s. Iudæorũ. Matth. 8. Multi ab oriente & occidẽte veniẽt & recũbent cũ Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cælorũ, filii autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Ista vero benedictio, q̃ erat de fide Gentiũ futura, per fidẽ facta fuit, quia respicit aliquid futurũ. Deinde cũ dicit *Fide, Iacob moriens singulos filiorum benedixit*. Prosequitur de fide Iacob, & ponit illud, qd ipse fecit in benedicendo duobus filiis Ioseph, sicut habetur Gen. 48. ubi dicitur, p cũ nuntiatũ fuisset Ioseph, p pater eius egrotaret, adduxit duos filios suos, quibus Iacob benedixit cancellatis manibus, in hoc præferens Effraim Manasse, quãtũ ad dignitatẽ, quia de Effrain fuit dignitas regalis scilicet Ieroboam. Hæc autem benedictio fuit per fidem, quia reuelatum ei fuit, quòd ita futurum erat. Quæ quidẽ benedictio referebatur ad populũ, qui egressus est ab ipsis, non ad personas ipsorum. Item *Per fidem adorauit fastigium virgæ eius*. hoc habetur Gen. 50 Vbi dicitur, quòd fecit Ioseph iurare, quòd sepeliret eum in sepulchro patrum suorum, & post iuramentum, tamquàm securus de promisso, adorauit ad caput lectuli, vt dicit litera nostra. Vel fastigium virgę eius, vt dicũt. 70. Vel super fastigiũ, vt habetur in Græco. Et totũ hoc põt stare, qa ipse erat senex, & iõ portabat virgã, vel recepit sceptrum Ioseph donec iurasset, & anteq̃ redderet ei adorauit, nõ ipsã virgã, nec Ioseph, vt qdã male putauerũt, sed ipsũ Deũ innixus ad cacumẽ, vel super fastigiũ virgæ eius. Ad quod mot° fuit ex cõsideratione potestatis Christi, quã potestas Ioseph prefigurabat. Ipse enim tamq̃ præfectus Aegypto, portabat sceptrũ, in signũ potestatis Cgristi. Psal. 2. Reges eos in virga ferrea. Vel si adorauit fastigiũ, idẽ est sensus, quia adorauit Christũ significatũ per virgã illã, sicut & nos adoramus crucifixũ & crucẽ rõne Christi passi in ipsa. Vnde proprie nõ adoramus crucem, sed Christũ crucifixũ in ipsa. Deinde cũ dicit *Fide, Ioseph*. Prosequitur exẽplũ de fide Ioseph, vbi ponit duo, quæ habẽtur Gen. vlt. Vbi dixit fratribus suis. Visitauit vos Dñs, & mandauit ossa sua inde portari. Vnde fides eius fuit quãtũ ad duo: primo, quia credidit promissionẽ factã debere impleri p reditũ filiorũ Israel in terrã promissionis, secũdo quia in ipsa credebat Christum esse nasciturũ, & resurrecturũ, & multos cũ ipso, vñ desiderabat habere partẽ in illa resurrectione. Et hoc est, quod dicit, p *Ioseph moriens fide*, i. per fidẽ memoratus est de profectione filiorũ Israel & hoc quãtũ ad primũ *Et de ossibus suis mandauit* q̃tũ ad scdm. Sed quare nõ fecit se statim portari sicut pater suus? Respõdeo Dicẽdũ, p hoc nõ potuit, quia nõ habebat tũc tantã potestatẽ sicut habebat in morte patris. Et ideo tũc poterat hoc facere, quod tamẽ circa mortẽ suã nõ potuit. Secundo, quia sciebat, p multas afflictiones debebant sustinere filii Israel post mortẽ eius. Vt ergo haberent certã spẽ de liberatione sua, & reditu ad terrã promissionis, voluit ad solatium corpus suũ remanere cum ipsis. Vnde & Moyses tulit illud secum, sicut & quælibet Tribus, corpus patris sui, vt dicit Hiero. Deinde cum dicit *Fide, Moyses*. Prosequitur de patribus, qui fuerunt sub lege. Hoc n. tempus incœpit a Moyse. Eccle. 24. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. Ioan. 1. Lex. per Moysen data est. Istud autem tempus distinguitur in tria scilicet ante exitũ de Aegypto, in exitu, & post exitum.

tum. Vnde tria facit. Primo enim, ostendit quid factum sit ante exitum. Secundo, quid in exitu, ibi. *Fide, reliquit Aegyptum*. Tertio, quid in terra promissionis, ibi. *Quid adhuc dicam*. Circa primum duo facit. Primo enim, ostendit quid sit factum in natiuitate Moysi. Secundo, quid ipse fecit, ibi. *Fide, Moyses*. Vbi tangitur hystoria, quæ ponitur Exod. 1. Quod Pharao mandauit occidi masculos, ne multiplicarentur. Secundo, habetur quòd parẽtes Moysi videntes ipsum elegantem, absconderunt eum mensibus tribus, quod attribuit Apostolus fidei ipsorũ. Credebant enim aliquem nasciturum, qui liberaret eos ab illa seruitute. Vnde ex elegantia pueri, æstimabant aliquam uirtutem Dei esse in illo. Ipsi enim erant rudes, & rustici: sudantes in operibus luti, & lateris. Eccl. 19. Ex visu cognoscitur. Ex quo habetur, p licet fides sit de inuisibilibus, tamẽ per aliqua signa visibilia possumũ niti ad ipsam. Mar. vlt. Sermonem confirmante, sequentibus signis. Quòd autem ipsi hoc fecerunt ex fide, non ex affectu carnali patet, quia non timuerunt regis edictum. Vnde exponebant se periculo personarum, quod non fecissent, nisi credidissent aliquid magnum futurũ de puero. Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. Sed contra, quia ipsi postea ex posuerunt ipsum: ergo non propter fidem seruabant ipsum. Respondeo: Dicendum est, p posuerunt ipsum non ad necandum, sed ne surriperetur eis, unde posuerunt eum in fiscella, committentes eum diuinæ prouidẽtiæ. Credebant enim probabiliter, quòd fusset interfectus si fuisset apud eos inuentus. Deinde cum dicit. *Fide, grandis effectus*. Ostendit, quid ipse Moyses per fidem fecerit. Et primo, quid fecit. Secundo, ostendit, quòd illud factum pertinebat ad fidẽ, ibi. *Aspiciebat enim*. Tangit enim hystoriam, quæ habetur Exod. 2. Vbi dicitur, p filia Pharaonis fecit ipsum a matre pueri nutriri, & quòd adoptauit eum in filium. Ipse autem. *Negauit se esse filium eius*, non quidem uerbo, sed facto, quia contra voluntatem Pharaonis interfecit Aegyptiũ, qui lædat Hebræum. Et hoc est quod dicit. *Grandis effectus*, per fidem. *Negauit se esse filium filiæ Pharaonis*. Quo autem affectu hoc fecerit, ostendit cum subdit. *Magis eligens*. In quo ostenditur mirabilis virtus eius. Duo. n. sunt quæ maxime homines appetunt, s. iucunditatem, & delectationem circa bona exteriora, & his contraria maxime fugiunt s. dolorem & afflictionem, quæ opponitur primo: paupertatem & abiectionem, quæ opponitur secundo. Ista autem duo elegit Moyses, s. quia præposuit dolorem, & afflictionem iucunditati peccati temporalis, quæ, s. semper est cum peccato. Item, paupertatem præposuit diuitiis propter Christum. Prouerb. 16. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. Ps. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quantum ergo ad primum dicit. *Magis eligens affligi cum populo Dei*, scilicet quem Pharao affligebat. *Quam habere iucunditatem peccati temporalis*, idest transitorii. Quod fusset, si cum Aegyptiis afflixisset filios Israel. Quantum autem ad secundum, s. quòd pręelegit paupertatem dicit. *Maiores diuitias æstimans improperium Christi*, idest pro fide Christi, eadem enim est fides antiquorum, & nostra. Vel improperium Christi. quod, s. sustinuit a fratribus suis, sicut dictũ est, Nunquid interficere tu me uis, sicut occidisti heri Aegyptiũ? Quod improperium fuit figura, p Christus suscipere deberet improperium a Iudæis. Psal. 68. Improperium expectauit cor meũ, & miseriam. *Maiores autem diuitias credidit esse duo prædictæ thesauris Aegyptiorum*. Esa. 33. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia. Deinde cum dicit. *Aspiciebat enim*. Ostendit quòd prædicta facta Moysi pertinebant ad fidem Christi. Sciendum est autem, quòd quædam sunt secundum se bona, & delectabilia, quædam autem secundum se tristia, & mala. Mala autem nullus propter se prælegit, sed propter finem: sicut infirmus prælegit potionem amaram, & tristia delectabilibus, ratione alicuius maioris boni, quod per hoc potest consequi. Et sic sancti propter spem finis ultimi æternæ fœlicitatis, prælegunt afflictiones, & paupertatem diuitiis, & uoluptatibus, quia per ista impediuntur a consecutione finis sperati. Matt. 5, Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint &c. Et sequitur, Gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Gen. 15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et ideo dicit, quòd hoc faciebat, quia, *Aspiciebat*, oculis, scilicet fidei. *In remunerationem*, quam, scilicet ex hoc sperabat. Vnde, fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium ut supra dictum est &c.

uidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filię Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias estimãs thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem.

LECTIO SEXTA.

LECTIO VI.

VIDE, reliquit Aegyptum: non ueritus animositatem regis, Inuisibiliem enim, tanquam uidens sustinuit. Fide, celebrauit pascha: & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare ru-

SVPRA posuit Apostolus fidem Moysi, quantum ad id quod fecit in Aegypto: hic quantum, ad id quod fecit in exitu, de Aegypto. Et circa hoc facit tria. Primo enim, ostendit quid fecerit in exitu de Aegypto. Secundo, ostendit modũ exeũdi, ibi. *Fide celebrauit*. Tertio, quid per fidem factum est cum populo infideli, ibi. *Fide, Raab*. Dicit ergo, p. *Moyses fide*, i. per fidem. *Reliquit Aegyptum*. Sicut autem habetur Exod. 12. Primo, fugit de Aegypto interfecto Aegyptio. Secundo, autem exiuit, quando simul omnes filios Israel eduxit. Glo. autem exponit de secundo exitu, quia sequitur. *Non ueritus animositatem*, idest indignationem. *Regis*. In primo enim, exitu legitur. Exod. 2. eum timuisse. Prouerb. 14. Iracundiam regis inuitis sustinebit. In secundo uero, non timuit. Prouer. 8. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Potest tamen referri ad primum. Sed nunquid tunc nõ timuit? Respondeo, Dicendum est, quòd in timore duo considerandi sunt. Vnum, quod aliquando potest esse uituperabile, s. quando propter timorem facit aliquid non faciendum, vel dimittit faciendum. Et sic non timuit Moyses, quia propter timorem non dimisit iuuare fratres suos. Aliud est, quod potest esse laudabile, quando, s. salua fide, refugit periculum propter timorem instantem. Matt. 10. Cum persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Si. n. aliquis salua honestate sua posset uitare periculũ, & non uitaret, stultus esset, & tentaret Deum, quod est diabolicum. Et sic Iesus cessit uolentibus ipsum lapidare, nec ad suggestionem diaboli uoluit se præcipitare: ita & Moyses confidens de diuino auxilio, fugit propter timorem regis ad tẽpus. Et probat, quòd hoc fecit ex fide, quia fides est de inuisibilibus. *Et ista sustinuit*, idest expectauit. *Deum inuisibilem*, & eius adiutorium. *Tanquam uidens*. Psal. 26. Confortetur cor tuum, & sustine Dominum. 1. Tim. 1. Regi autem sæculorum immortali, inuisibili &c. Moyses enim in utroq; exitu expectabat Dei adiutorium, unde in primo dicit Exod. 2. Deus patris mei adiutor meus. In secundo uero Exod. 14. Vos tacebitis, & Dñs pugnabit pro uobis. Deinde cum dicit. *Fide, celebrauit pascha*. Ostendit quid fecerit quantum ad modum transeundi. Et primo, ponit illud quod fuit factum ad præparationem transitus. Secundo, quantum ad ipsum transitum, ibi. *Fide, transierunt*. Tertio, quantum ad id quod per fidem factum fuit, quantum ad introitum terræ promissionis ibi. *Fide, muri Hierico*. Quantum ad primum ponit hystoriam, quæ habetur Exo. 12, ubi Dñs mandauit illis ante exitũ filiorum Israel, s. eadẽ nocte immolari agnum, & de sanguine eius vtrũq; postem. & superliminare liniri. Carnes eius assas cum azimis, & lactucis agrestibus comedi, cũ multis aliis, quæ obseruãda erant, ut ibi habet uideri. Et hoc uocabatur pascha, s. esus agni, & effusio sanguinis, quæ duo concurrebant ad transitum illum, quem facturi erant in proximo. Dicitur pascha a paschin Grece, quod Latine est, passio, uel a phase, quod Hebraice idem est, quod transitus. In hoc autem figurabatur, quòd Christus per passionem transiret ex hoc mundo. Io. 13. Vt transeat ex hoc mundo, Itẽ, p nos per meritum mortis eius, a terrenis ad cælestia, ab inferno transimus ad cęlum. Eccles. 24. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me. Quod quidem fuit per uirtutem sanguinis Christi, supra 10. Habentes itaq; fiduciam fratres in introitu sanctorum, in sanguinem Christi. Fuit autẽ in illo paschate, duplex transitus. Vnus, quo transibat Dominus percutiens Aegyptios, alius, quo populus transibat. Sic etiam sanguine Christi, qui est agnus immaculatus, debent liniri postes fidelium, intellectus, scilicet & affectus. Dicit ergo. *Fide*, idest, per fidem. *Celebrauit pascha*, idest esum agni. *Et sanguinis effusionem*, ad liniendum postes domorum. Et quare hoc faciebat? *Ne scilicet, qui uastabat primogenita*. Aegyptiorum. *Tangeret eos*. it Psalm. 77. Percussit omne primogenitum in terra Aegypti. Sed quæritur, quorum ministerio hoc factum sit, vtrum, scilicet bonorum, uel malorum angelorum, quia uidetur quòd per malos. Psal. 77. Immissionem par angelos malos, Respondeo, Dicendum est, quòd non est inconueniens de quibuscunq;

Vnde sciendum est, quòd pœnarum inflictio, fit interdum per bonos angelos, Sicut enim dicit Dionysius. 4. cap. de di. no. Punire malum, non est malum, sed malum facere, est malum. Punitio enim, est opus iustitiæ, sicut patet de angelo, qui contriuit castra Assyriorum. Esa. 37. qui creditur fuisse bonus angelus. Vnde talis punitio indifferenter fit per bonos & malos, sed differēter a bono, & a malo: quia bonus non punit, nisi exercendo iustitiā diuinam in malos, & in scripturis, operatio, tā diaboli, quàm boni angeli, cuiusmodi est hæc, attribuitur Deo Malus autem, & si obsequatur diuinæ iustitiæ, tamen non ex intentione iustitiæ hoc agit, sed ex peruersitate uolūtatis suæ affligit bonos, & malos, & libentius bonos, si permittatur, sicut patet de Iob. Iste angelus, qui dixit Moysi, Transibit Dominus pcutiēs Aegyptū, bonus angelus fuit, cum ipse aliquādo loquatur in persona sua. Bono autem angelo aliquando subministrat spiritus nequam, vnde adhibitum fuit ibi ministerium, eius malæ, & peruersæ uoluntatis, uoluntarie operantis ad cædem. Et ideo dicit iram & tribulationem immissionem per angelos malos. Non ergo tangebat eos, qui erant sanguine signati malus angelus, terrore, & timore Dei, vt pote non permissus. Bonus autem inde terrebatur, admirando uirtutem Dei. Deinde cum dicit. *Fide, transierunt &c.* Ostendit, quid egit in ipso transitu. Et primo, ostendit hoc. Secundo ostendit, quòd illud pertinebat ad fidem, ibi. *Quod experti.* Dicit ergo, ꝙ. *Fide*, idest, per fidem. *Transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram.* Duo enim ibi per fidem facta sunt. Vnum, quod homo fecit, s. quòd commiserunt se ad transeundum, quod non fuit nisi per fidem. Aliud fuit, ex parte Dei, ſcꝙ aquæ fuerunt eis pro muro. Hoc ēt fuit per fidem. Operatio enim miraculorum attribuitur fidei. Mat. 17. Si haberitis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, ergo hoc fide factum est, idest, hoc meruit fides. Et hoc habetur Exod. 14. & 15. Deinde ostendit, ꝙ hoc pertinet ad fidem, quia. *Aegyptij hoc experti*, idest, uolentes experiri. *Deuorati sunt*, quia, s. non habuerunt fidem. Exod. 15. Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Deinde cū dicit *Fide, muri Hiericho corrueruxt, circuita dierum septem.* Agit de eo, quòd per fidem factū est in introitu terræ promissionis. De hoc habetur. Iosue. 6. Vbi dicitur, quòd ad mandatum Dñi, sacerdotes septem diebus cum arca testamenti circuierunt primam ciuitatē vltra Iordanē, s. Hiericho, & septima die septimo circuitu, muri eius corruerunt: hoc fuit aliquid ex parte hominis, s. ꝙ ex mandato Domini circuierunt, credentes mandatum Domini debere impleri. Aliquid autem ex parte Dei, s. ꝙ sic ad circuitū eorum muri corruerūt. Moraliter, Hiericho interpretatur luna, sive defectus, & significat mundum istum. Muri eius sunt impedimenta, quibus aliquis detinetur in mundo. Per buccinas, quibus Leuitæ, & sacerdotes intonabant, vox prædicatorum significat. Per circuitum septem dierum, totus designatur decursus præsentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi, quòd omnia impedimenta mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ, non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. Deinde cum dicit. *Fide, Raab meretrix.* Ostendit, quid factum sit per fidem ab aliquo de populo infideli, s. a Raab, de qua Iosue. 5. & 6. Cum enim Iosue misisset exploratores ad explorādum Hiericho, ipsi euaserunt auxilio istius mulieris, quæ dicitur meretrix. i. idolatra. Vel ad literam, meretrix erat, ad quā ingressi sunt non ad peccandum, sed ad latendum. Domus enim talium patent, maxime de nocte. Isti etiam uenerant de nocte. Domus etiam eius coniuncta erat muro. Meretrices autem absque exceptione accipiunt indifferenter, & ideo melius poterant apud eam occultari. Ista ergo per fidem liberata fuit. Vnde dicit *Raab meretrix fide*, i. per fidem. *Recipiens exploratores cum pace non periit cum incredulis*, qui corporaliter perierunt, quia exploratores iurauerant ei ipsam liberare, & omnem domum patris sui, quod, & fecerunt. Quare autem magis declinauerint ad ipsam potest dici, quia ut ipsa minus posset inculpari, indifferenter omnes recipiens. Nec erat conueniens, ut salus ipsorum fieret alicui saluanti ipsos, occasio mortis. In hoc autem, quòd ex ipsa receptione ipsorum liberata est, designatur quòd recipientes prædicatores euangelii liberantur a morte æterna. Matth. 10. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.

F

LECTIO SEPTIMA.

SVPRA posuit Apostolus ea, quæ facta sunt a patribus per fidem ante introitū, & in ipso introitu terræ promissionis, hic accedit ad narrandum exempla illorum, qui fuerūt in ipsa terra promissionis, quę qa multa sunt, ideo breuiter præmissis nominibus patrum, ponit in generali præcipua facta ipsorū, ponens causam illius breuitatis. Et circa hoc facit tria. Primo ponit nomina patrū & causam, quare breuiter vult eorum facta pertransire. Secundo ostendit, quid fecerunt per fidem, ibi *Qui per fidem vicerunt*. Tertio quid per fidem receperunt, ibi *Adepti sunt*. Dicit ergo *Quid adhuc dicam?* Quasi dicat. Peruenit vsque ad tempus introitus terræ promissionis, in quo pauca respectu dicendorum dicta erant. Remanēt enim tot dicēda, ꝙ non possent explicari *Deficiet enim tempus me enarrantem*, idest si velim enarrare non sufficiet mihi tempus epistolaris enarrationis, quæ debet esse succincta. Vnde Hier. ad Paulinum. 6. cap. Neque enim epistolaris angustia, longius euagari patiebatur. Vel tempus intellige vitæ. Isto modo loquitur Ioan. vlt. Sunt quidem & alia multa, quæ fecit Iesus &c. Vbi dicit Glo. ꝙ loquitur hyperbolice, nec tamen est falsum, sed est figuratiua locutio. Psal. 39. Vbi nos habemus Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Dicitur litera Hieronymi, Si annuntiare voluero, plura sunt, quàm narrati queāt. Sciendum tamen, ꝙ aliqui istorum aliqua mala fecerunt, & aliqua bona, vnde non numerātur hic nisi quantū ad bona, quę fecerunt, vel receperūt. Tamen probabile est, ꝙ omnes fuerint finaliter sancti, ex quo Apostolus nominat eos in cathalogo sanctorū.

G

LECTIO VII.

ET quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Sanson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii, cōualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra uerterūt exterorum: accepérunt mulieres de resurrectione mortuos suos.

H Primo ergo ponit Gedeonē, de quo Iudc. 6. Quē præmittit, & qa nihil mali fecit, & quia fecit factū multū insigne, & forte ēt, quia accepit maximū signū incarnationis Christi in vellere & tore, de quo dicitur in Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus. Secundo ponit Barach, de quo Iudic. 4. Qui non fuit ita insignis sicut Gedeon, cui etiam illa victoria non fuit reputata, sed magis mulieri, & ideo forte postponit ipsum. Tertio ponit Sanson, de quo Iudic. 13. De quo specialiter uidetur, ꝙ non deberet hic numerari, quia in morte peccauit interficiendo se. Aug. autem 1. de ciuit. Dei dicit, ꝙ excusatur, quia creditur hoc fecisse mandato Dei, cuius signū est, quia non potuisset domum tantam propria virtute subuertere, sed virtute Dei, quę non addiuuat ad malum. Quarto, ponit Iepte, de quo Iudic. 11. Istum postponit Sansoni, quia non fecit tot facta insignia sicut ille. Dubitatur autem de Iepte, si immolando filiam suam ex voto peccauerit, videtur ꝙ non, quia dicitur ibi. Irruit spiritus Dñi in Iepte. Et post hoc, sequitur votum suum & victo ia. Contra. Dicit Hero. ꝙ fuit in

I

vouendo indiscretus, & in reddendo impius. Respondeo, Dicendum est, quòd fuit ibi aliquid a Spiritusancto. s. motus ad uouendū ingenerali, quòd scilicet immolaret quicquid occurreret sibi immolabile, aliquid autē ex proprio suo spiritu. s. quòd immolauit, puod nō debuit, & in hoc peccauit, sed post pænituit. Si militer Gedeon peccauit faciendo Ephot, & in tentando Deum in petitione signi in vellere, & postea pœnituit, sicut & Dauid, de quo subdit, dicens, Et Dauid & Samuel, de quibus. s. in libris Regum agitur, Et aliis prophetis, de quibus si vellē dicere, tempus deficiet. Sed tunc quæstio est, vtrū omnes isti, qui dicti sunt, fuerunt prophetæ. Respondeo, Dicendum est, quòd Spiritussanctus mouet mentē prophetæ, sicut agens principale mouet instrumentum suum. Potest aūt Spiritussanctus mouere ad tria. s. ad cognoscendum, ad loquendum, & ad faciendū. Et quodlibet istorū dupliciter. Ad cognoscendum. s. quandoque cum intellectu, eius quod videtur, sicut fuit Esaias & alii prophetæ, vnde dicti sunt

K

& videntes. 1. Reg. 19. Qui hodie dicitur propheta, olim dicebatur videns. Aliquando autem sine cognitione eius, quod videtur, sicut patet in somnio Pharaonis, & in visione Balthasar. Ad loquendum etiam mouet dupliciter, quandoque ad sciendum id de quo loquitur, sicut patet de Dauid, quandoque autem nescit, sicut Cayphas, & forte Balaam. Similiter etiam quandoque mouet ad faciendum, & scit quid facit, sicut Hieremias, qui abscondit lumbare suum super Euphratem. Quandoque autem nescit, sicut dicit Augu. super Ioan. de militibus, qui diuiserunt sibi vestimēnta Christi, non tamen cognoscebant misterium ad quod illa diuisio ordinabatur. Hoc est ergo de ratione prophetæ, ꝙ cognoscat illud quod videt, vel dicit, vel facit. Quando autē non cognoscit, non est vere propheta, sed participatiue tantum. Et sic dicit Ioannes Caypham prophetasse, quia habuit aliquid prophetiæ. Iste autem motus Spiritussanc-

A ti dicitur instinctus secundum Augustinum. Deinde cum dicit *Qui per fidem uicerunt regna*. Ostendit, quid sancti, de quibus locutus est, fecerunt, & primo ostendit hoc in generali. Secundo, descendit ad quædam specialia, ibi. *Obturauerunt ora leonum.* Primo, autem ponit facti ipsorum meritum. Secundo, præmiū, ibi. *Adepti sunt.* Circa primum sciēdum est, ꝙ inter omnes actus exteriores virtutum moralium, actus fortitudinis, & iustitiæ videntur esse præcipui, quia maxime pertinent ad bonum commune. Per fortitudinē enim, respublica defenditur ab hoste, per iustitiam uero conseruatur. Vnde Apostolus, ex utroq; actu commendat sanctos patres. Ab actu quidem fortitudinis, cum dicit, quòd isti. *Per fidem uicerunt regna*, i. reges, vel etiam regna ipsorum, sicut Dauid, & Iosue. Nihilominus tamen sancti spiritualiter per fidem vicerunt regna, s. regnum diaboli, de quo Iob. 41. Ipse est rex super uniuersos filios superbiæ. Item, carnis. Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Item, regnum mundi. Ioan. 18. Regnū meū non est de hoc mundo. Isti autem uincunt per fidem. i. Ioan. 5. Hæc est victoria, quæ uincit mundum fides nostra. Nullus enim potest præsentia contemnere, nisi propter spem futurorum bonorum. Per contemptum enim principaliter uincitur mundus. Et ideo quia fides ostendit nobis inuisibilia, propter quæ contemnitur mundus, ideo, Vincit mundum fides nostra. Ab actu autem iustitiæ commendat eos cum dicit. *Operati sunt iustitiam*. Aliqñ autem iustitia est uirtus generalis, quando, scilicet obedit legi diuinæ. Psal. 10. Iustus Dñs, & iustitias dilexit. Et. 2. Mac. 9. Iustum est subditum esse Deo. 1. Ioan. 3. Qui iustitiam facit; iustus est. Aliqñ aūt est uirtus specialis, & ista consistit in actionibus, & cōmunicationibus humanis, qñ, s. reddit quis unicuiq; quod suum est. Vtranq; autem iustitiam habuerunt sancti. Esa. 54. Hæc est hereditas seruorum Dei, & iustitia apud me, dicit Dñs. Eccl. 1. Concupiscens sapientiam, serua iustitiam, s. obediendo mandatis. Itē, ipsam exercendo in populo. Psal. 118. Feci iudiciū, & iustitiā &c. Deinde cū dicit. *Adepti sunt*. Ostendit, quid receperunt, quia. *Adepti sunt repromissiones*. Promissio

B

n Dei efficax est, quia nunquam deficit Deus in promissis. Ro. 4. Quæcunq; promisit Deus, potens est, & facere. Psal. 144. Fidelis Deus in omnibus uerbis suis. Sed contra. Supra eodem, Iuxta fidem defuncti sunt, non acceptis repromissionibus. Respondeo: Dicendū est, ꝙ illud quod hic dr, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ promissio Dei sit illa specialis, qua promittit sanctis uitam æternam. Et istam nullus accepit ante aduentū Christi. Ro. 15. Ad confirmandas promissiones patrum. Secundo, pro promissione terra promissionis habenda. Et istam non acceperūt priores patres tres, s. Abraham, Isaac, & Iacob, sed tātum patres posteriores, sicut Iosue, & alii sancti. Tertio, pro promissione particulari, s. eius quod vnicuiq; promissum fuit, sicut Dauid regnum, & Ezechiæ sanitas. Et istas promissiones consecuti sunt. Deinde cum dicit. *Obturauerunt ora leonum.* Ponit quædam particularia benefacia aliquibus collata. Et primo, quæ pertinent ad remotionem mali. Secundo, illa quæ pertinent ad executionem boni, ibi. *Fortes facti sunt in bello* Malum autem nociuum hominis est duplex. Vnum exterius, aliud interius. Secundum, ponit ibi. *Conualuerunt*. Exterius autem malum est duplex, quia aut illatum est a creatura irrationali, aut rationali. Secundum ponit, ibi. *Effugauerunt.* Ab irrationali duplex, s. vel ab inanimata vel ab animata. Nocumentum illatum ab inanimata tangit, ibi. *Exinxerunt impetum.* Quantum ergo ad animata, dicit. *Obturauerunt ora leonum*. Loquitur autem in plurali, licet non fuerit nisi unus, s. Daniel: sicut etiam dicitur. Matt. 2. Defuncti sunt. n, qui quærebant animam pueri. Nullus autem tunc quærebat Christum occidere, nisi solus Herodes. Cuius ratio est, quia loquitur de omnibus sanctis communiter, quasi de uno collegio sanctorū. Et quod unus facit imputatur aliis, & etiam omnibus, quod fit per uirtutē Spiritussancti, quæ est communis omnibus. Vnde ēt in isto contextu loquitur tanquam de pluribus. Potest etiam dici, ꝙ hoc completum est in Dauid, qui sicut ipse dicit. 1. Reg. 17. Leonem, & ursum interfecit. Et ēt Sanson Iudicū. 14. Per Leonē aūt spiritualiter intelligitur diabolꝰ. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. Qui ergo insultus eius reprimit, os leonum obturat. Iob. 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebā prædā. Nocumentū a re inanimata remouet, cum dicit. *Exinxerunt impetum ignis*, sicut habeē de tribꝰ pueris in Dan. 3. Itē, ad preces Moysi, & Aarō extinctꝰ est ignis, qui missus a Dño de uorabat populum murmurantem, sicut patet Num. 11. 16. Ignis iste, est interior motus concupiscentiæ, vel iræ. Qui ergo refrenat illum motum, extinguit impetum ignis. Psal. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Remotionem nocumenti per rationalem creaturam illatam, tangit cum dicit *Effugauerunt aciem gladij*, idest, aciem hostis cū gladiis acutis. Hoc autem frequentissime factum fuit per ipsos, sicut patet de Iosue, Gedeone, & Dauid. Per gladium autē malasuasio intelligitur. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus, Istos gladios fugat,

C

qui malam linguam tacere facit. Eccle. 28. Sepi autes tuas spinis, & noli audire linguā nequā. Prouer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentē. Nocumētū interius est infirmitas, de cuiꝰ remotione dicit *Conualuerunt de infirmitate* sicut specialiter apparet de Ezec. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Ista autē infirmitas est peccatū. Psal. 6. Miserere mei Dñe qm infirmus sum. Conualescit ergo, qui resurgit. Deinde cū dicit *Fortes facti sunt.* Ponit beneficia quantū ad assecutionē boni, & ponit tria. Primū pertinet ad hoc, quòd fortiter egerūt. Vnde dicit *Fortes facti sunt in bello* sicut patet de Iosue, Eccl. 46. Fortis in bello Iesus naue, successor Moysi in prophetis &c. Sic patet etiā de multis aliis. Secūdū, pertinet ad effectū illius fortitudinis. Vnde dicit *Castra uerterunt exterorum.* sicut patet de Machæbeis, & de Dauid. Psal. 26. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū. Sed tertiū pertinet ad effectū fortitudinis diuinę. Vnde dicit *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*, idest p resurrectionē. Quod

D

aliqui male intelligentes, exposuerunt mortuos suos. i. viros suos rususcitatos, per hoc asserētes, ꝙ per mortē non soluitur matrimonium, quod falsum est, etiā si resurgeret. Et est contra Apost. Rom. 7. Si dormierit vir eius, liberata est a lege viri. Vnde sciendū est, ꝙ etiā in effectibus sacramentorū est quædā differentia. Quædā enim sacramenta imprimunt caracterē, sicut baptismus, confirmatio, & ordo. Et quia caracter in anima perpetuo manet, ideo baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, si resuscitaretur non debet iterari aliquod illorū sacramentorum. Alia vero sacramentanō imprimunt caracterē, sicut pæniten tia, extrema vnctio, & sic de aliis, quia sunt contra aliquid iterabile, & ideo iterari possunt. Inter illa aūt est matrimoniū, & ideo non dicit viros, sed mortuos, quia matres filios suos mortuos receperunt per resurrectionem, quorum resurrectio fuit quoddam præsagiū futuræ resurrectionis inchoatæ per Christum. De istorum resurrectione, vel magis resuscitatione, habetur 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4.

E

Tamen isti sic resuscitati, sunt iterum mortui, Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6. Vnde resurrectio eius fuit initium futuræ resurrectionis 1. Corinth. 15. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Sicut autē ista temporalia beneficia illis data sunt tamquam infirmis, ad sustentationem per meritum fidei ipsorum, ita fuerunt figura futurorum bonorum, quæ nobis ex merito fidei dabuntur. Matth. vlt. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur &c. Quæ Grægorius exponit de bonis spiritualibus.

LECTIO OCTAVA.

SVPRA posuit Apostolus exempla sanctorum patrum antiquorum, qui multa magna fecerunt propter fidem: hic ponit exempla illorū, qui multa propter fidē passi sunt. Et circa hoc facit duo. Primo. n. ostendit, quomodo passi sunt propter fidem. Secundo ostendit, quomodo promissiones eis factæ, dilatę sunt, & quare ibi *Et hi omnes testimonio.* Circa primū duo facit, quia primo ponit mala ab aliis eis illata. Secundo mala, propria voluntate assumpta, ibi *Circuierunt in melotis* Ab aliis autē illata sunt eis mala dupliciter, quia quædam in vita, quædam vero in morte. Et ista duo ponit, ibi *Lapidati sunt.* In vita vero mala tripliciter illata sunt eis: quia quædā quantum ad corporalem afflictionem, quædam quantum ad irrisionem, quædā quantum ad inclusionem. Quantum ad primum dicit, Alii autē &c. Quasi dicat. Ita dictū est, ꝙ quidam multa bona receperunt propter fidē, vel in amotione mali, vel in executione boni tēporalis, in quibꝰ figuratur vetus testamentum, quod conferebat bona temporalia. Sed alii multa propter fidem passi sunt, quorū *Quidam distenti sunt* in æculeis, sicut dicitur. 1. Mach. 2. & 2. Mach. 6. de pueris suspensis ad ceruices matrum. & 7. de septem fratribus. In istis sanctis primo figurabatur nouum testamentū. Vnde dicit *Non suscipientes redemptionem*, idest, liberationē. Qui enim subiicitur

pœnæ, est quodammodo seruus pœnæ. Et ideo liberari a pœna, dicitur redemptio. Psal, 77. Die qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare nõ fuerunt liberati, ostendit, quia hoc non fuit propter hoc, quin Deus haberet prouidentiam de ipsis, sed ut inuenirent vitam æternam, quæ melior est, quam liberatio in quacunque pœna præsenti, uel quecunq; resurrectio vitæ præsentis, & ideo dicit. *Vt meliorem inuenirent resurrectionem*, Iob. 19. In nouissimo die, de terra resurrecturus sum, Es. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Vel dicit meliorem, quia ex hoc ipso, quòd maiora pro Christo passi sunt, maius premiũ recipient. Sicut, n, dicitur. 1. Cor, 15, Stella differt a stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum, Qui enim fuerunt maiores in merito, maiores erunt in præmio. Et ideo Apostoli preferuntur martyribus, martyres uero omnibus aliis, Maiores, n, merito, maiores sunt præmio, Precipua uero sunt merita martyrum, Io, 16. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore, sed aliquis martyr potest esse maior aliquo confessore, & econuerso aliquis confessor aliquo martyre, licet non uniuersaliter. Potest enim comparari unus alteri, uel quantum ad genus operis, vel quantum ad gradus charitatis Nullus aũt actus quantum est de se, est ita meritorius, sicut quo quis moritur pp Christũ, quia dat illud quod habet carius, s. vita propriã, Mat. 5. Beati qui pseccutionẽ patiuntur pp iustitiã. Si uero consideretur radix omnis meriti, quæ est charitas, 1. Cor. 13. sic opus procedens ex maiori charitate, est magis meritoriũ. Et sic pôt unus simplex confessor, esse maioris meriti apud Deũ. Aplus aũt loquitur in genere operis, dicẽs, Vt, s, meliorẽ, i, maiorẽ, & clariorẽ inuenirent resurrectionem. Vñ, ly meliorẽ, importat cõparationẽ status præsentis vitæ ad futurã resurrectionẽ, vel comparationẽ claritatis resurrectionis unius resurgentis ad claritatẽ alterius. Deinde cũ dict. *Alij ludibria*. Ponit mala illis illata in vita, quantũ ad irrisionem factã in uerbis, dicens, q. *Alii experti sunt ludibria*, sicut patet de Sãson. Iudic, 16. De Thobia & Iob, & Elaia. Eli. 50. Faciẽ meã nõ auerti ab increpãtibus, & cõspuẽtibus in me, Hieremias etiam dicit, Hie. 20. Factus est mihi sermo Dñi in opprobriũ, & derisum. Quantũ vero ad facta dicit, q. *Experti sunt uerbera*, sicut patet de Michęa, de quo. 3. Reg. vl. & 2 Par. 18. Dicit q Percussit eũ Sedechias in maxillã. In quibus oĩbus præsignabantur passiones noui testamenti. 1. Co. 4. Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Deinde cũ dicit. *Insuper & uincula*, Ponit mala sanctis illata, quantũ ad inclusionẽ. Vnde dicit. *Insuper & uincula*, sicut Hieremias, de quo Hi. 20. Dicitur q positus fuit in nerue, Nec solũ vincula, sed, Etiã *carceres*, sicut Hieremias. Hier. 37. &. 38. Et Michęas. 3. Reg. vltimo. Consequenter ostendit mala illata, quã tũ ad mortẽ, cũ dicit. *Lapidati sunt*. Qd quidẽ genus mortis tũc erat cõe apud oes Iudæos. Mat. 23. Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, Sic lapidatus est Naboth. 3 Reg. 21. Et Hieremias, de quo legitur, q Iudæi lapidauerunt eũ in Aegypto lapidibus, quos absconderat sub muro latericio domus ipsius Pharaonis. Et licet Epiphanius dicat, q fuit tractus, tñ cum muniter ponitur, quòd fuit lapidatus. Zacharias ẽt filius Ioiadæ fuit lapidatus, vt legitur, 2. Par, 24. Secundũ genus mortis inconsuetum, & crudele ponit, cum dicit. *Secti sunt*. Hoc dicit propter Esaiã, quẽ Manasses fecit secari serra lignea. Et loquitur pluraliter, licet non fuerit nisi unus ꝓm consuetudinem scripturæ, propter causam supradictam. Tertium genus, cum dicit. *Tentati sunt* vt, s, consentirent. Quod dicit propter Matathiã, & filios eius. 1. Mach. 2. Et propter Eleazarum. 2. Mach. 6. Et propter historiam de septem fratribus. 7. cap. Et tandem occiderunt eos. Tren. 4. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame. Specialiter tñ Vrias fuit occisus a Dauid. 2. Reg. 11. Et Iosias. 4. Reg. 23. Deinde cũ dicit. *Circuierunt in melotis*, ponit mala voluntarie assumpta. Et ista ad tria reducuntur, s. ad exteriorem cultum, ad personæ statum, ibi. *Egentes*, & ad habitationis locum, ibi. *In solitudinibus*. Quantum ergo ad cultum, dicit. *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis*. Melota est vestis facta de pilis camelorum, vt quidã dicunt. Vel melius, q taxus habet pellem hirsutam, de qua fit uestis, quæ dicitur melota. Pellis caprina, cum hoc, q est hirsuta, est etiam vilis. Et hæc dicuntur de Elia. 4. Reg. 1. quòd erat uir-

F pilosus, & zona pellicæa accinctus renibus. Et de talibus uestibus dicit Aug. in lib. de sermone Dñi, quòd potest esse in tali ueste intentio mala, si quis vtatur ad uanam gloriam, bona autem, si ad contemptum mundi, & macerationem carnis. Præcipue autem, qui profitentur statum pænitentiæ, debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis uti talibus uestibus, non tamen ad ostentationem, & sic utebantur prophetæ. Quantũ aũt ad statum personæ dicit. *Egentes*, quia carebant diuitiis, in quo præfigurabant statum perfectionis noui testamenti, de quo dicitur Matth. 19. Si uis perfectus esse, vade, & uende omnia, quę possides. Et hoc fuit specialiter de Elia, quia pastus fuit a coruis, & a muliere uidua. 3. Re. 17 Psa. 87. Pauper ego sum in laboribus. Idem. 69. Egenus, & pauper ego sum. Item. *Angustiati*, sicut patet de Elia, qui fugit a facie Iezabel. 3. Reg. 19. Et de Dauid qui fugit a facie Absalon. 2. Re. 15. Item afflicti labore corporali, sicut de Elia, qui dormiuit lassus subter vnam iuniperum. Et subdit *Quibus dignus non erat mundus*. Sicut dicit Dionysius in epistola ad Ioannem Euangelistã, Mali aliquando per ea, quæ faciunt, ostendunt indicia suæ damnationis, unde dicit, q per hoc, q mali separauerunt a se beatum Ioannem, ostendebat Deus, q erant indigni societate eius. Et

H ideo dicit Apostolus, q. *Mundus non erat dignus eis*. Quasi dicat, Quia mundani non erant digni societate iustorum. Ioa. 15. Ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Deinde cum dicit. *In solitudinibus*. Ostendit hoc, quantum ad locum, quia propriam mansionẽ non habebãt, sed, Errabãt *in solitudinibus & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ*, quæ sunt loca apta ad contemplationem, & pænitentiam. Dicitur autem spelunca, quæ fit arte, sed cauerna, quæ est a natura, vel ab aliquo accidente, sicut ex corrosione aquarum. Ista patent de Dauid. 1. Reg. 22. & 23 Et de Elia. 3. Reg. 19. Deinde cum dicit. *Et hi omnes*. Ostendit, quòd eis dilatæ sunt promissiones. Et ne putetur, quòd hoc fuerit propter defectum meritiũ ideo secundo, designat rationẽ illius dilationis, ibi. *Deo pro nobis*. Dicit ergo, quòd. *Hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt*, idest, per fidem habent testimoniũ, quòd sunt probati, i. approbati a Deo, 2. Cor. 10. Non, n. qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit eos. Et tamen. *Non acceperunt repromissionem*, scilicet gloriæ, vel promissam vitam usque ad Christum. Psal. 1. Distulisti Christum. Temporales, n. acceperunt, non autẽ spirituales: supra eodem, Defuncti sunt, non acceptis promissionibus. Deinde cum dicit. *Deo pro nobis*, Ostendit rationem dilationis, ex quo aliqui sumpserunt causam, uel occasionem erroris, qui dicunt, q nullus in paradisum intrabit vsq; ad ultimã consumationem, quæ erit per finalem resurrectionem. Sed hoc est contra Apostolum. 1. Cor. 5. Scimus, quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Ista ergo consumatio, de qua loquitur Apost. potest referri ad præmium essentiale, s. ad beatitudinẽ, quæ habetur per Christum Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos: quam non habuerunt sancti ueteris testamenti. Vel potest referri ad stolã corporis, quæ non dabitur uniuersaliter, vsque

K post resurrectionem vniuersalem, licet forte aliqui iam habeant ipsam ex speciali priuilegio. Non ergo sine nobis consumantur, sed perficiuntur duplici stola, vt sicut dicit glo. in cõi gaudio omnium, maius fiat gaudium singulorũ. Vnde in hoc nobis Deus prouidit. Et ideo dicit. *Deo pro nobis aliquid melius prouidente*. Psa. 132. Ecce quàm bonum, & quam iucũdũ habitare fratres in vnũ Magis enim gaudet homo cum pluribus gaudẽtibus. Glo. Si isti tenuerunt fidem, qui tãdiu expectauerũt, multo magis teneamꝰ nos, q statim recipimus. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso.

LECTIO PRIMA.

SVPRA Apostolus multipliciter commendauit fidem per quam membra Christo capiti coniunguntur: hic ponit moralem monitionem exhortans, vt fidem quam tenent corde, operibus demonstrent: sicut etiam monet Ia c. cap. 2. Canonicæ suæ. Et primo, docet quomodo se debeant habere circa mala. Secundo, quomodo debeant se habere circa bona. cap. 13. ibi. *Cha-*

CAPIT. XII. LEC. I.

Deoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam, curramus ad propositum nobis certamen,

G aspicientes in authorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sũt tẽtati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierũt ĩ melotis, in pellibꝰ caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumarentur.

Charitas fraternitatis. Est autem duplex malum, s. pœnæ, & culpæ. Primo ergo, docet quomodo se debent habere circa mala pœnalia toleranda. Secundo, circa mala culpæ uitanda, ibi. *Propter quod remissas &c.* Ad tolerandum autem malum pœnæ, Primo, inducit exemplo antiquorum, Secundo, exemplo Christi, ibi. *Aspicientes in authorem*. Tertio, authoritate scripturæ, ibi. *Et obliti estis*. Quantum ergo ad primũ dicit. *Ideo nos habentes tantam nubem testium interpositam*. Quasi dicat, Ita dictum est, quòd sancti testimonio fidei probati, nec tamen habuerunt repromissiones, & tñ cũ hoc non defecerunt in expectando, ergo nos qui habemus tantam nubem testium interpositam &c. Sancti dicuntur testes Dei, quia uerbo, & facto glorificabatur Deus per eos. Mat. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est Es. 44. Vos testes mei dicit Dominus. Dicuntur autem sancti, nubes, Primo, propter conuersationis sublimitatem. Esa. 60. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant. Secundo, propter doctrinæ fœcunditatem. Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. Et. 36. Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt. Tertio, propter spiritualis consolationis utilitatem. Sicut, n. nubes præstant refrigerium, sic exempla sanctorum. Esa. 18. Et sicut nubes roris in die messis. Hanc ergo nubem testium habemus impositam, quia ex uita sanctorum, quodammodo inducitur nobis necessitas ad imitandum. Iac. 5. Exemplũ accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientię, prophetas. Aug. Sicut Spiritussanctus loquitur in scriptura, ita in gestis sanctorum, quę nobis sunt forma, & præceptum uitæ. Hoc est ergo exemplum sanctorum, quod inducit. Sed quia ad cõformandum se ad aliquod exemplar, interdum ex impedimento superueniente impeditur homo, ideo remouet illud quod potissime potest impedire. Illud autem est pondus peccati. Tribulatio autem est, quasi quidam agon. 1. Cor. 9. Omnis, qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sicut autem in cursu, & certamine oportet omnia aggrauantia deponere, ita & in agone tribulationis. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum consumaui. Qui ergo in tribulatione vult bene ad Deum currere, oporet impedimenta deponere. Ista, impedimenta vocauit ipse Apostolus pondus, & circunstans peccatum. Per *Pondus*, autẽ potest intelligi peccatum perpetratum, quod dicitur pondus, quia animam deprimit ad infima, & inclinat ad aliud. Psal. 32. Sicut onꝰ graue, grauatæ sunt super me. Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Per *Circunstans peccatum*, potest intelligi occasio peccandi, quæ quidẽ est in omne, quod circunstat, s. in mundo, carne, proximo dæmone. *Deponentes ergo omne pondus*, idest, peccatum, perpetratum, qd dicitur pondus. *Et circunstans nos peccatum*, s. occasionem peccandi 1. Pet. 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum. Vel pondus, potest intelligi tædium tribulationis. Sic enim frequenter tribulatio dicitur onus per prophetas, sicut onus damasci, id est, tribulatio. q. d. Non sit uobis graue pati pro Christo. Circunstans peccatum dicitur tentatio nobis immissa, ex circuitu hostis 1. Pet. 5. Aduersarius uester diabolus &c. Vel pondus affectio terrena: per circũstans, aũt peccatũ affectio carnalis, quæ, s. causatur in nobis a carne circunstante. q. d. Deponatis affectionem tã temporalium, quàm carnalium, in uultis libere currere. Vnde subdit monitionem dicens. *Curramus per patientiam ad certamen nobis propositum*, non solum illatum, quod tamen sustineamus patienter. Sed nos ipsi uoluntarie curramus. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Hoc autem certamen uobis propositum est cum iustitia. Eccli. 4. Vsq; ad mortem certa pro iustitia. Deinde cum dicit. *Aspicientes &c.* Ponit exemplum Christi. Et circa hoc duo facit. Primo, n. ostendit quare passio Christi habenda est in exemplum, & quid in ipsa considerandum est. Secundo, ostendit fructum istius consideration s, ibi. *Recogitate eum*. Sicut, n. dicitur Ephe. 2. Gratia saluati estis per fidem: Christus autem est author fidei Si ergo vis saluari, debes intueri exemplar illud. Vnde dicit. *Aspicientes in Iesum*, passum. Hoc significatum fuit per serpentem ęneum eleuatum pro signo, in quem aspicientes curabãtur. Num. 21. & Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Si ergo uis saluari, respice in faciem Christi tui. Ipse enim est author fidei dupliciter. Primo, eãm docendo uerbo. supra. 1. Locutus est nobis in filio. Io. 1. Vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Secundo eam in corde imprimẽdo. Ph. 1. Vobis donatum est pro Christo non solum, ut in ipsum credatis &c. Item, ipse est consumatio fidei dupliciter. Vno modo ipsam miraculis confirmando. Io. 10.

A Si mihi non uultis credere, operibus credite. Item, fidem præmiãdo. Cum, n. fides sit imperfecta cognitio, eius præmium consistit in ipsius cognitionis perfectione. Io 14. Ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hoc aũt significatum fuit. Zach. 4. Vbi dr, Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, s. ecclesiam, cuius fundamentum est fides, & manus eius perficiẽt eam. Nam manus Christi, qui de genere Zorobabel descendit, fundat ecclesiam in fide, & fidem

B gloria consumat. Videmus, n. nunc in speculo, & ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. 1. Co. 13, Aug. 1. de trin. ca. 10. Cõtẽplatio est merces fidei, cui mercedi p fidẽ corda mũdantur, sicut scriptũ est, Fide mũdãs corda eorũ. In passiõe, n. Christi tria cõsiderãda sũt. Primo, quid contempsit. Secundo, quid sustinuit. Tertio, quid promeruit. Quãtũ ad primũ dicit. *Qui proposito sibi gaudio*, istud aũt gaudiũ, fuit istud gaudiũ terrenum quo a turba quã pauerat, quærebatur, ut facerent eũ regẽ, q ipse, contempsit fugiẽdo in mõtẽ. Io. 6. Vnde Ecc. 2. Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, quid frustra deceperis? Vel proposito sibi gaudio æternæ vitæ pro præmio. *Sustinuit crucem*, hoc est secundũ: s. quid sustinuit, quia crucẽ Ph. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens, vsq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. In quo onditur, & cruciatus acerbitas, quia ibi affixus fuit manibus, & pedibus, & mortis vilitas, & ignomia, quia hoc erat ignominiosũ genus mortis. Sap. 2. Morte turpissima cõdẽnemus eũ. Quãtũ aũt ad tertiũ, 1. quod promeruit, quia sessionẽ ad dexterã patris. Vnde dicit. *Atque in dextera sedis Dei sedet*. Exaltatio, n. humanitatis Christi, fuit præmiũ passionis eiꝰ Hebreorum. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis Deinde, cũ dicit. *Recogitate eum*, ostẽdit, quis sit fructꝰ huiꝰ cõsiderationis Et primo, monet ad diligẽtẽ exẽplũ cõsiderationẽ. Secũdo, ostẽdit vtilitatẽ, ibi *Vt non fatigemini*. Tertio, subdit rationẽ, ibi. *Non, n, usque*. Dicit ergo. Ita dictũ ẽ. *Aspicientes &c.* Nec hoc solũ, sed ẽt *Recogitate eum*, i iterũ cogitate. Pro. 3. In oĩbus uiis tuis cogita illũ. Et huius rõ est, quia in quacũq; tribulatione, inuenit eius remediũ in cruce. Ibi. n. est obediẽtia ad Deũ. Philip. 2. Humiliauit semetipsũ factus obediẽs. Itẽ, pietatis affectꝰ ad parẽtes. Vnde ibi gessit curã de matre sua. Itẽ charitas ad proximum, vnde ibi pro transgressoribus orauit. Luc. 23. Pater dimitte illis, nõ. n. sciũt qd faciũt. Eph. 5. Ambulate in dilectiõe sicut Christꝰ dilexit nos, & trradidit semetipsum pro uobis. Itẽ fuit ibi patientia in aduersis. Psal. Obmutui, & humiliatus sũ, & silui a bonis, & dolor meus renouatꝰ est. Es. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducet, & quasi agnus corã tondẽte se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Itẽ in oĩbus finalis perseuerãtia. unde, usq; ad mortẽ perseuerauit. Luc. 23. Pater in manus tuas cõmendo spm meum. Vnde in cruce inuenitur

D exemplũ omnis uirtutis. Au. Crux nõ solũ fuit patibulũ patientis, sed ẽt cathedra docentis. *Recogitate ergo eum, qui sustinuit*. Sed quid cogitandũ? Tria, s. genus passionis, unde. *Sustinuit contradictionem*, i. afflictionem in uerbis. Vnde dicebant, Vah qui destruis templũ Dei. Ps. 17. Eripies me de contradictionibus populi. Ro. 20. Expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Luc. 2. Et in signum cui contradicetur. Et *Contradictionem talem*, idest, tam grauem & ignominiosã. Tren. 1. O uos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. Secundo, a quibus passus est, quia. *A peccatoribus*. pro quibus patiebantur. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuꝰ est, iustus pro iniustis. Tertio, persona patientis, Ante passionem enim ab origine mundi, passus est in mẽbris suis, sed tunc in propria persona. Vnde dicit. *Adversus semetipsum*. Esa. 46. Ego feci, & ego feram. Psal. 68. Quę non rapui, tũc exoluebam. 3. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo

E super lignum. Vtilitatem ostendit cum dicit. *Vt non fatigemini*. Consideratio enim passionis Christi facit nos non deficere. Gre. Si passio Christi ad memoriam reuocatur, nihil a deo durum est, quod non æquanimiter toleretur. Vnde non deficiatis, tanquam fatigati animo, a ueritate fidei. Esa. 40. Current, & non laborabunt, ambulabunt. & non deficient. 2. Thessalonicens. 2. Nolite deficere benefacientes. Rationem autem huius, ponit dicens. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis*. Quasi dicat, Non debetis deficere in tribulationibus uestris pro uobis, quia nondum tantum sustinuistis sicut Christus. Ipse enim sanguinem suum fudit pro uobis. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur. Vos autem rapinam bonorũ uestrorum sustinuistis, Maius autem est de genere operis uitam dare, quàm substantiam corporalem. licet aliquando ex radicẽ operis, scilicet ex charitate possit esse minus, sicut supra dictũ est, unde dicit, Nondum enim restitistis repugnantes aduersus peccatum. *Vsque ad sanguinem*, scilicet fundendum pro Christo.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA induxit Apostolus ad mala patienter sustinenda, exemplo antiquorum patrum, & Christi: hic monet ad idē ex authoritate scripturæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo enim, ponit authoritatem. Secundo, ostendit sensum eius, ibi. *In disciplina perseuerate*. Tertio, arguit ad propositum ex præmissis, ibi. *Quod si extra disciplinam*.

LECTIO II.

Et obliti estis consolationis, quæ uobis tanquam filiis loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnē filium quem recipit. In disciplina perseuerate, Tanquam filiis, uo-
G bis offert se Deus. Quis enim fili⁹, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis, Deinde, patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos, num multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundū uoluntatem suam erudiebāt nos, hic aūt ad id qđ utile est in recipiēdo sanctificationē eius. Oīs aūt disciplina in præsenti quidē uidetur nō esse gaudii, sed mœroris: postea aūt fructū pacatissimū exercitatis per eam, reddet iustitiæ.

Ponit authoritatē, quæ habetur Prou. 3. Sed sub aliis verbis, quàm litera nostra habeat. Ibi .n. habemus sic, Disciplinam Domini fili mi ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem,n. diligit Dominus corripit, & quasi pater ī filio cōplacet sibi. Quia uero Apl⁹ inducit authoritatem istā, cā cōsolationis, ideo vtit̄ aliis uerbis. Vnde dicit. *Et obliti estis consolationis*. Quasi dicat, Mirū est, si obliti estis. Psa. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Idem, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Dicit autem, consolationis, idest Dei consolantis, & est emphatica locutio. 2. Cor. 1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Sequitur. *Quæ uobis*, idest Deus consolationis. *Loquitur tanquam filiis*. Ergo si punit, non odit: sed eius punitio ordinatur ad bonum, quia loquitur vobis tanquam filiis. Verba autem authoris ponit, dicens. *Fili mi &c.* Et subdit rationem, ibi. *Quem enim diligit &c.* In authoritate vero, prohibet odium disciplinæ, & impatientiam ad ipsam. Propter primum, dicit. *Fili mi, noli negligere*. sicut quidam qui odiunt disciplinam, de quibus dicitur Prou. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Amos. 5. Odio habuerunt loquentem in porta, & corripientem perfecte abominati sunt. Dicit ergo Apostolus. Noli negligere disciplinam Domini: quasi dicat. Cum Deus te flagellat causa disciplinæ, noli negligere, idest negligenter habere fastidiendo. Sap. 3. Sapientiā, & disciplinam, qui abiicit, infœlix est. Propter secundum dicit. *Et ne fatigeris, dum ab eo argueris*. Quidam enim, & si correctionem duram non odiant, tamen impatienter portant. Et ideo dicit, Neq; fatigeris &c. Tunc enim, homo spiritualiter fatigatur, quando contristatur intantum, ꝙ deficit. supra eodem, Vt non fatigemini animis vestris deficientes. Eccle. 6. Ne accidieris in uinculis illius. Deinde cum dicit. *Quem enim diligit Dominus castigat*. assignat causam, sicut autē dicit Philosophus, Verbum castigationis communiter accipitur in pueris, & in concupiscentia: dicimus enim castum, cuius concupiscentia castigata est. Similitec puer dicitur castigatus, qui est bene disciplinatus: quod enim de se habet pronitatem ad malum, indiget refrenante. Talis autem est concupiscentia, & puer, qui de se sequuntur impetus suos. Ideo indigent castigante. Ille ergo, qui castigat, ideo hoc facit ne tendant in malū. Et quia sensus nostri, & cogitatio nostra prona sunt ad malum vt dicitur Gen. 8. Ideo Dominus castigat nos, vt retrahat nos a malo. Psal. 117. Castigans castigauit me Dominus, & morti nō tradidit me. Hier. 31. Castigasti me, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. In hoc autem castigat, quia flagellat, non quidem ad condemnationem, sed ad salutem. Vnde dicit, quòd flagellat omnem filium quem recipit. Et ideo, qui non flagellantur, non sunt de numero filiorum. Psal. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabūtur. Vnde est signū, quasi æternæ reprobationis. Ezec. 16. Auferetur zelus meus a te. Nec mirum si flagellat omnem filium, quem recipit per adoptionē: quia Proprio filio suo non pepercit. Luc. ult. Oportuit Christum pati. Consequenter cū dicit *In discipslina perseuerate*. Ostendit sensum authoritatis præallegatæ: & primo, ostēdit sēsum monitionis. Secūdo, sensum rationis assignat, ibi. *Tanquam filiis*, Tertio, ostendit rationē istā esse conuenietē, ibi. *Quis enim filius*. Monitio aūt Apostoli, fuerat, ꝙ nō debebāt negligere disciplinam Dñi, nec ēt fatigari. Vtrūq; aūt cōprehēdit in his uerbis. Nō negligere .n. nec ēt fatigari sub disciplina, nō est aliud q̄ in disciplina ꝑseuerare. Vnde Iob. 6. Hæc mihi sit cōsolatio, ut affligēs me dolore, nō parcat. Ps. 2. Apprehēdite disciplinā &c. Quare aūt nō debem⁹ negligere, dixerat: q.a Quē diligit Dñs &c. Vnde hic dicit

F *Tāquam filiis vobis se offert Deus*. Quasi dicat, Ideo perseuerate, quia offert se tāquàm filiis. Hier. 3. Patrē vocabis me, & post me ingredi nō cessabis Consequenter ostendit istā rationē esse cōuenientē, dicens *Quis enim filius quem non corripit pater?* Ad patrē enim pertinet corrigere filiū suū Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filiū suum: qui aūt diligit illū, instāter erudit. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & fili⁹ remissus euadet pręceps. Et ideo necessaria est correctio: sicut Paulo datus stimulus carnis, ne per superbiam corrueret. 2. Corinth. 12. Deinde cū dicit *Quod si extra disciplinam &c.* Arguit ex præmissis, & primo deducēdo ad inconueniēs. Secundo, ex quodā exēplo ibi *Deinde patres &c.* Tertio, ex vtilitate cōsequēte, ibi *Omnis autem disciplina &c.* Circa primū facit talē rōnē. Omnes sancti, qui Deo placuerūt per multas tribulationes transierūt, per quas filii Dei facti sunt. ergo qui in disciplina nō perseuerat, non est filius, sed magis adulter. i. de adulterio natus. Istius rōnis ponit tm̄ cōclusionē, dicēs. Si estis extra disciplinā, non estis filii sed adulteri: quia disciplinæ facti sunt participes oēs, scilicet, sancti 2. Timo. 3. Oēs, qui pie viuere volūt in Christo, persecutionē patiētur. Iudith. 8. Oēs, qui Deo placuerūt, per multas tribulationes trāsierūt fideles. Nec oportet, ꝙ semp san-
H cti habeāt exteriores tribulationes, cū interius affligūtur ex mala cōuersatione puersorū. 2. Pet. 2. Habitās Loth apud eos, qui de die in diē animā iustā iniquis operibus cruciabāt. Filius autē ꝓprie dr̄, qui est ex legitimo patre. Mater nostra est ecclesia, cui⁹ spōsus est ipse Deus Oseæ. 2. Spōsabo te mihi in fide. Adulter aūt est diabolus & mūdus. Qui ergo nati sunt ex spiritu diaboli, vel mūdi, sunt filii adulterini. Esa. 57. Accedite huc filii auguratricis & adulteri, & fornicariæ. Patet ergo, ꝙ ꝓprie nō sunt filii, nisi de ligitimo patre nati. Consequēter cum dicit *Deinde patres &c.* Ponit secūdā rōnē sumptā ex eo, qđ experti sumus. s. ex correctione paterna. Quæ quidē rō, procedit ex duplici differētia, q̄ est inter Deū patrē, & patrē carnalē. Est aūt hæc prima differētia, Dei patris ad patrē carnalē. Homo. n. generat hominē quātū ad corpus, nō quātū ad aīam, q̄ est per creationē, & nō traducitur. 2. Mach. 7. Neq; n. ego spiritū & aīam donaui vobis. Vñ dicit, ꝙ *Nos habuimus patres carnis uostræ eruditores*. Eccl. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. *Et reuerebamur eos*. Exod. 20. Honora patrē
I tuū & matrē &c. Deus aūt excellētius est pater noster. s. quātum ad animā: quā immediate creat. Eccl. vlt. Spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū. Itē, iustificat animā adoptādo nos in filios. Ro. 8. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, ꝙ sumus filii Dei. Ideo dicit *Num multo magis obtemperabimus patri spirituum*, idest animarū nostrarū, quæ dicūtur spiritus: quia nō sunt ex materia *Et viuemus?* Finis. n. obediētiæ, est vita æterna. Ioan. 8: Si quis sermonē meū seruauerit, mortem nō gustabit in ęternū supra. 5. Factus est omnibus obtēperātibus sibi, causa salutis æternæ. Secūda vero differentia est correctionis humanæ ad diuinā: quæ in duobus differūt, & primo quantū ad finē, quia finis humanæ correctionis est aliquid transitoriū. Est enim ad bene conuersandū in hac vita, quæ est paucorum dierum. Secundo, quantum ad rationem: quia homo corrigit s̄m voluntatem, quæ falli & errare potest, & tamen obedimus ei. In correctione autem diuina nō sic: quia erudit nos ad aliquid vtile in sempiternū, scilicet ad recipiēdum sanctificationē, quæ scilicet est ipsemet Deus. Esa. 8. Domi-
K num exercituum, ipsum sanctificate. Ipse pauor vester, ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem. Et ideo dicit *Et illi quidem erudiebant nos in tempore paucorum dierum*. Et hoc quantum ad primum. *Et secundum voluntatem suam*. Et hoc quātū ad secundū *Hic autem ad id quod vtile est*. Esa. 48. Ego Dominus docēs te vtilia. Et hoc *In recipiendo sanctificationem*. idest, in sanctificationē ab ipso recipiendā: & ideo debemus magis recipere disciplinam eius. Sequitur *Omnis autem disciplina &c.* Hæc est tertia ratio, quę sumitur ex vtilitate correctionis. Cum autem pęnæ sint quædam medicinæ, idem iudicium videtur esse de correctione, & de medicina. Sicut autem medicina in sumptione amara est quidem & abhominabilis, tamen eius finis est valde dulcis & desiderabilis, ita & disciplina: quia grauis est ad sustinendum, sed adducit fructum optimum. Sciendum est autem,

aūt, ꝙ disciplina dicitur à discendo. Pueri aūt, qui addiscunt, flagellis erudiuntur. Et ideo disciplina aliqñ sumitur pro scientia, vt in principio primi posteriorum. Omnis doctrina, & omnis disciplina &c. Quæ Grece dicitur Epistemon. Aliqñ autē sumitur pro correctione, & Grece dicitur pædia, sed in Latino non habet nomina ita distincta.

LECTIO III.

Propter quod, remissas manus, & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo uidebit Deum: contemplantes ne quis desit gratię Dei, ne qua radix amaritudinis sursū germinās

Dicit ergo, quòd. *Omnis desciplina*, quę, s. est eruditio ꝑ flagella, & molestias. *In præsenti videtur esse non gaudij sed mœroris*, quia exterius habet tristitiam in sustinendo, sed interius habet dulcedinem ex intentione finis. Et ideo dicit. *Videtur*, & non dicit est. 2. Cor. 6. Quasi tristes, semper autē gaudentes. Io. 16. Mulier cū parit, tristitiā habet &c. Cor. 4. Id enim qđ in præsenti est momentaneū, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. *Postea reddit fructum*. Fructus. n. importat dulcedinē. Vnde frui est delectari in fine adepto. *Pacatissimum*. Fructus. n. habetur hic, cum perturbatione exteriorū incommodorū, & tentationū interiorū, & ideo non est pacatissimus, sicut ibi. In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiā, nec impellēs ad culpā, nec exterius contristans. Ibi. n. vt dicit Aug. erit quicquid uoles: ergo ille fructus est pacatissimus. Pacatus quidē in tranquillitate conscientiæ, pacatior in susceptione primæ stolæ, sed pacatissimus in susceptione secundæ. Esaiæ. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ: in requie opulenta. Prouerb. tertio, Primi, & purissimi fructus eius. *Reddet ergo fructum iustitiæ*, idest quem meretur iustitia. Seminanti. n. iustitiam merces fidelis. Prou. 11. Ibidē, Fruct⁹ iusti, lignū vitæ. Vel iustitię, ad iustitiā, apphendēdā. Oseæ. 10. Seminate uobis in veritate iustitiæ, & metite in ore misericordiæ. Ps. 125. Eūtes ibāt, & flebāt &c. Sed nō reddit̄ fruct⁹ nisi. *Exercitatis per eam*, i. per disciplinā supra. 5. Perfectorū est cibus solidus eorū, q pro consuetudine exercitatos habent sensus.

LECTIO TERTIA.

SVPRA monuit Apl̄us, qualiter nos debemus hr̄e ad mala pęnalia sustinēda: hic monet qualiter nos debemus hr̄e ad mala culpæ uitāda. Et circa hoc duo facit. Primo. n, ponit monitiones suas. Secūdo, assignat rationes ipsorū, ibi. *Non enim accessistis* Circa primū duo facit. Primo. n, monet hominē peccātē. Secūdo, nondū peccantē, ibi. *Pacem sequimini*. Est aūt duplex peccatū, s. omissionis, & trāsgressionis. Primo ergo, monet ad dimittendum peccatū omissionis. Secundo, ad dimittendū peccatū transgressionis, ibi. *Et gressus rectos*. Peccatū aūt omissionis, duplex est. Vnū, qñ quis omittit bonū facere. Aliud, omittendo mala, & aduersa tolerare Quantū ad primū, dicit. *Propter quod*, s. quia disciplina affert fructum pacatissimum: ideo ut uos hunc fructū percipere possitis. *Erigite manus remissas* Manus, n. cum sit organū organorū remissa dicitur, qñ vacat a bonis operibus, & ideo erigēda est per rectā intentionem ad operandum, quæ Deo placent. Trenorū tertio. Leuemus corda nr̄a cū manibus ad Deū. Ps. 140 Eleuatio manuū mearū &c. Manus. n. remissa inducit egestatē, & seruitutē. Pro, 10 Egestatē operata est manus remissa, manus aūt fortium diuitias parat. Item cap. 12. Manus fortium dominabitur, quæ aūt remissa est, tributis seruiet. In huius signū, quando Moyses eleuabat manus, vincebat Israel: quando uero remittebat, superabat Amalech. Exod. 17. Quantū ad aliud peccatum omissionis, dr̄. *Erigite genua dissoluta*. In genibus totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta, qui non habent fortitudinē fortiter tolerandi aduersa: hæc ergo remissio abiicienda est Iob. 4. Manus lassas roborasti, & genua trementia cōfortasti: vacillantes confirmauerunt sermones tui. Esa. 35. Cōfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Manus ergo, & genua erigite, vt nec ocio torpeatis, nec debilitate hæsitetis. Deinde cū dicit. Et gressus rectos. Improbat peccatū trāsgressionis. Istud āt peccatum est obliquitas quædam, & curuitas. Rectū. n. dicitur, cuius medium non exit ab extremis, i. cuius operatio nō recedit ab intentione, & fine debito. Triplex aūt est obliquitas, s. in affectu, in operatione, & intellectu. Istas tres monet declinare. Ex affectione autē iniqua, sequitur obliquitas in intellectu, & deprauatio in affectu. Et ideo quantum ad primū, quod est aliorum radix, dicit. *Facite greßus rectos pedibus uestris*, idest, rectas affectiones. Sicut, n. pedes portant corpus, ita mentem portant affectiones. Recti ergo pedes, sunt affectiones rectæ. Ezech. 1. Pedes eorū, pedes recti. Rectificatæ ergo affectiones, quibus totū corpus portatur spiritualiter. Es. 40. Rectas facite in solitudine semitas Dei

A uestri. Hoc est: quantum in uobis est, date operam ad hoc. Sed proprie rectificare est solius Dei. Psa. 20. Dirige gressus meos in semitis tuis. Quantum ad secundum, dicit. *Vt ne claudicans quis*, quantum ad actionem exteriorem. Sicut enim tibia dicitur clauda, qñ non sequitur regulam potentiæ gressiuæ, ita operatio claudicat, quando siue ad dexteram, idest, in prosperis, siue ad sinistram, i. in aduersis non sequitur regulam legis diuinæ, Esa. 30. Hęc est uia, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram neque ad sinistram. Vel claudicat, qui cæremonialia obseruat cum euāgelio. Quantum ad obliquitatem intellectus dicit. *Erret*. Malā,
B n. operationem sequitur error intellectus. Pro. 14. Errant omnes, qui operantur malum. Sap. 2. Hoc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim eos malitia eorū. Qui ergo uult illas duas curuitates cauere, habeat pedes, & affectiones rectas. Et ideo dicit. *Magis autem sanetur*. Sicut enim sanitas corporis consistit in cōtemperatione humorum, ita sanitas spūalis in ordinatione affectuum. Hier. 17. Sana me Domine, & sanabor. Deinde cum dicit *Pacem sequimini &c.* Monet non peccantem ad uitandum peccatum: & circa hoc duo facit. Primo n. præmittit quædam remedia, quæ valent ad omnia peccata uitanda. Secundo, specialiter monet ad vitationem eorum, ibi. *Ne qua radix*. Circa primū sciendum est, ꝙ actionum humanarum sunt diuersi fines. Quædam. n. ordinantur ad alium sicut iustitia, quæ ordinat hominē ad proximum, & istarum finis est pax. Vnde Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax. Quædam ad ipsum operantem, sicut ieiunare, & istorum finis est puritas. Non. n. ieiunamus, nisi propter munditiam
C & puritatem. Quantum ergo ad primum, dicit. *Pacem sequimini*, idest non solum habere, sed quæratis quomodo cum aliis habeatis. Rom. 12, Si fieri potest quod in uobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Ps. 33. Inquire pacē, & persequere eā. Quantum ad secundum dicit. *Et sanctimonia*. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Quod autem ista remedia sint necessaria, ostendit per duo damna, quæ incurrimus sine ipsis, s. damnum gloriæ in futuro, & gratiæ in pręsenti. Quantū ad primum dicit, quòd. *Sine pace, & sanctimonia nemo uidebit Deum*, in quo consistit beatitudo. Io. 17. Hæc est uita æterna &c. q. d. Sine pace quo ad proximum, & munditia, & puritate quo ad seipsum, nemo potest esse beatus. Matt. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Solum autem filiis, debetur hæreditas diuinæ visionis. Item Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Ps. 14. Domine quis habitabit in tabernacu-
D lo tuo &c. Item, Quis ascendet in montem Dñi &c. Quantum ad secundum damnum, s. gratiæ Dei in præsenti, dicit *Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei*. Gratia enim per discordiam, & immunditiam amittitur. 1. Cor. 14. Non est deus dissensionis, sed pacis. Psal. 75. In pace factus est locus eius. Abacuch. 1, Mundi sunt oculi tui dñe, ne uideant malum, & respicere ad iniquitatem nō poteris. Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum, & corripietur a superueniente iniquitate. Figuratiue autem loquitur Apl̄us. Gratia enim & si non habeatur ex meritis, alioquin gratia non esset gratia: tamen oportet quòd homo faciat, quod in se est. Deus autē uolūtate sua liberalissima, dat eam omni præparāti se. Apo. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. 1. Tim. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri. Et ideo gratia dei nulli deest, sed oībus quantū in se est, se cōicat: sicut nec sol deest oculis cæcis. Dicit ergo, Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. Sed contra: quia si gratia non datur ex operib⁹
E sed tm̄ ex hoc ꝙ aliquis nō ponit obstaculum, ergo habere grām depēdet ex solo libero arbitrio, & nō ex electione dei, ꝙ ē error Pelagii. Respōdeo: Dicēdū est, ꝙ hoc ipsum, ꝙ aliquis nō ponit abstaculū, ex grā procedit. Vñ si aliquis ponat, & tñ moueat cor eius ad remouendū illud, hoc est ex dono grǣ dei vocantis ꝑ misericordiā suā. Gal. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per grām suā &c. Hoc aūt donū grǣ, non est gratū faciens. Quòd ergo a quibusdā remouet̄ istud obstaculū, hoc est ex misericordia dei: ꝙ aūt non remouetur, hoc est ex iustitia eius. Non autem dicit, ne tu desis, sed ne quis, idest quicunq;: quia quilibet debet esse solicitus de proximo. Ec. 27. Vnicuique mandauit de proximo suo. Deinde cum dicit. *Ne qua radix*. Specialiter descendit ad monitionem vitationis peccatorum cōtrariorum unicuique prædictorum remediorum: & primo monet uitare peccata contraria paci. Secundo, contraria sanctimoniæ, ibi. *Ne quis fornicator*. Dicit ergo, Ne qua radix amaritudinis &c. Illud dr̄ amarū, ꝙ nō pōt gustari nisi cū offensa. Conuersatio ergo alicuius dr̄ amara, qñ non potest esse sine offensa

offensa eorum cum quibus conuersatur. Quod contra dicitur de sapientia. Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illi9, nec tedium conuictus eius, sed lætitiam, & gaudium. Qui ergo in sapientia scit conuersari, non est amaræ conuersationis, quod fit, qn nõ hẽt dura uerba vel facta. Et ideo dicit. *Contẽplantes ne qua radix amaritudinis*, idest, amaritudo paulatim inchoata, & in corde radicata. *Sursum germinans impediat*, pacem, & per consequens gratiam, & uisionem dei. Deut. 29. Ne sit inter uos radix germinans fel, & amaritudinem. Oseæ. 12.

impediat, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau, qui propter vnam escam uendidit primitiua sua. Scitote.n. qm̃ & postea cupiẽs hæreditare benedictionẽ, reprobatus est. Nõ.n. inuenit pænitẽtiæ locũ, quanq̃ cũ lachrymis inqsiuisset eã.

Ad iracũdiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Vel radix amaritudinis est mala cogitatio noxiæ delectationis, quę sursum germinat, quando per consensum ad opus uenitur. *Et per illam inquinantur multi*, quia nõ solum ille in quo est, sed, & alii malo eius exemplo. 1. Cor. 5. Modicum fermentum, totam massam corrumpit. Deinde cum dicit. *Ne quis fornicator*, Monet vitare peccata contraria sanctimoniæ, cui specialiter opponuntur peccata carnalia, s. luxuria, & gula, quæ perficiuntur in delectatione carnali, per quam meus inquinatur. Vnde ista mentem, & carnem inquinant. Et ideo specialiter monet ista uitari. Et primo luxuriam, dicens, Contemplantes. Et non solum quilibet in seipso, sed ne quis fornicator, ita quòd quilibet in ꝓximo suo hoc contempletur. Augu. Inuicem uestram pudicitiam custodite, & Eph. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Thob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione. Secundo, prohibet gulam, dicens *Aut prophanus*, & dicitur quasi procul a phano, & tales sunt gulosi, qui de uẽtre suo deum faciũt, *Sicut Esau*. Quod dixerat, ostẽdit in exemplo Esau, qui propter gulam uendidit primogenita. Sic etiã gulosus pro minima esca vendit hæreditatem æternam. Pro 6. Precium scorti, vix est unius panis. Esau autem non solũ fuit gulosus, sed etiam luxuriosus: quia contra uoluntatem parentum duxit uxores alienigenas. Ius autem primogeniti erat, ꝙ habebat duplicem portionem: & ante sacerdotium Aaron, habebat honorẽ sacerdotalem. Vnde in hoc commisit ipse symoniã. Ergo uidetur ꝙ etiam Iacob qui illud emit, similiter cõmisit symoniam, quod falsum est. Iacob.n. per Spiritum sanctum intellexit illud sibi deberi, iuxta illud Malac. 1. Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Et ideo non emit, sed quod sibi debebatur ab iniusto possessore redemit. Et hoc est, quod dicit. *Qui*, scilicet Esau. *Propter unam escam uendidit primitiua sua*, vel primogenita, vt dicitur Gen. 25. & 27. Et pœnam consecutam ostendit, subdens. *Scitote, n. quoniam, & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est*. Sicut, n. dicitur Gen. 27. Postquam Isaac benedixerat Iacob, venit Esau, & petiit benedictionem, quod tamen non obtinuit, licet pater fecisset ignorans, quia in illo stupore quem habuit, factus in extasi, edoctus est a Spiritusancto, quòd non retractaret quod fecerat. Vnde dicit, Benedixi ei, & erit benedict9. Et sic Esau, consilio Spiritussancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi, quòd nullus debet negligere dum adhuc uiuit benefacere, quantuncunq; sit reprobatus in præsciẽtia diuina quia post uitam ad hæreditatem dei, etiam si desideretur naturaliter, non peruenitur. Sequitur. *Non enim inuenit pænitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam*. Sicut.n. dicitur Gene. 27. Irrugiit clamore magno, &c. Sed contra: quia dicitur Ezech. 18. Quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Respondeo: Dicendum est, quòd quandiu præsens vita agitur, potest agi vera pænitentia. Interdum tamen aliquis pænitet, non propter amorem iustitiæ, sed propter timorem pœnæ vel damni temporalis. Et sic pænituit Esau: non quia uendiderat primogenita, sed quia perdiderat. Vnde, non dolebat de peccato uenditionis, sed de damno perditionis. Et ideo pænitentia eius non fuit accepta, quia non erat uera. Sic enim pænitent damnati in inferno, vt dicitur Sap. 5. Pænitentiam agentes, non quia peccauerũt, sed quia exclusi sunt. Tamen secundum glo. hoc quod dicit hic, fornicator, & prophanus, aliter intelligi potest, vt fornicator dicatur, qui cum fide carnales cæremoni obseruat: sicut habens concubinam cum uxore propria, Sed prophanus, idest, procul a phano sicut pænitus infidelis.

LECTIO QVARTA.

SVPRA posuit Apost. monitionem ad uitandum mala culpe: hic assignat istius monitionis rõnẽ, quã sumit ex cõparatione noui, & ueteris testamẽti. Et circa hoc duo facit: primo.n. ponit cõparationẽ illã: secundo, ex ipsa arguit, ibi. *Videte ne recusetis*. Circa primũ duo facit: quia primo proponit ea, quæ pertinẽt ad

F vetus testamentũ, secundo eã, quæ ad nouũ testamentũ, ibi *Sed accessistis*. Circa primũ sciendum est ꝙ, vt dicit Aug. Breuis differentia legis & Euãgelii est, timor & amor. Lex.n. tãquam pædagogus noster fuit in Christo: paruuli autẽ terroribus ducendi sunt. Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.

LECTIO IIII.

NON enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & uocem uerborum, quam qui audierunt,

Et ideo hic dicit Apostolus, ꝙ in datione legis, facta sunt quædã terribilia. Vnde primo ponit illa, quibus territi sunt hi, quibus lex dabatur: secundo, agit de terrore legislatoris, ibi *Moyses dixit*. Quãtũ ad primũ tria ponit. scilicet terrorẽ quã-

G tũ ad visa, secundo, quãtũ ad audita, ibi *Et procellam*. Tertio, quãtũ ad cõminationes, ibi *Et si bestia tetigerit*. Et ista tria referuntur ad tria, quæ ibi erãt terribilia. s. ex parte dei, ex parte legis datæ, & ex parte ministrorum legis. Quantũ ad primũ. s. ex parte dei, ponit tria terribilia. s. Zelum ad puniendũ, seueritatẽ pœnæ, & occultationẽ dantis legẽ. Zelus designatur per ignẽ. Deut. 4. Dñs deus tuus, ignis cõsumẽs est, deus æmulator. Malac. 3. Ipse enim quasi ignis conflans. Vnde ipse deus frequenter vocat se zelotẽ, quia crimẽ sponsę non dimittit inultũ. Exod. 20. Ego enim sum dominus deus tuus fortis zelotes. Et 34. Dñs zelotes nomen eius. Prouerb. 6. Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ. Vnde dicitur hic, Nõ enim accessistis sicut illi ad tractabilẽ & accessibilem ignẽ. Ille enim ignis, vt dicitur. Exo. 19. erat corporalis & ideo palbabilis & sensibilis, & etiã in certo loco, vt ad ipsum posset accedi. In noua autẽ lege, dat9 fuit ignis Spiritussancti. Act. 2. Sicut enim Iudæis quinquagesimo die ab egressu de Aegypto, apparuit ignis æmulationis, ita discipulis quinquagesimo die a

H die resurrectionis, ignis Spiritussancti non palpabilis, sed mente perceptibilis. Tren. 1. De excelso misit in ossibus meis ignem & erudiuit me. Iste ignis infinitus est natura & loco. Lucẽ enim habitat inacessibilẽ. 1. Tim 6. Et ideo non est accessibilis. Seueritas pœnæ significatur per turbinẽ, qui est ventus cũ aqua Iob. 9. In turbine cõteret me. Vel põt referri ad tentationes. Lex.n. non refrenabat concupiscentiã: quia non dabat gratiã adiutricem ex opere operato, sed tantũ cohibebat actũ: & ideo generabat turbinẽ tentationũ. Occultatio autẽ dantis legẽ, significatur per caliginẽ, in qua figurabatur ꝙ status legis occultus erat. i. velatus. 2. Corinth. 3. Visque in hodiernum diem, cũ legitur Moyses, velamen positum est super cor eorũ. Sed in noua lege istud velamẽ ablatum est, in cuius signũ in passione Christi velũ tẽpli scissum est: quia Nos reuelata facie gloriam domini speculamur, vbi supra. Item caligo illa, significabat diuinã excellentiã. Sicut enim illud quod in caligine est, clare videri non põt, & lux excellens hebetat oculum, ita & facit ipsum caligare qui lucẽ habitat inac-

I cessibilem. Deinde cum dicit *Et procellam*. ponit terribilia quantum ad auditum, quæ sumuntur ex parte legis. In lege autẽ tria erant valde terribilia, scilicet magnitudo comminationũ, grauitas præceptorũ, & multiplicatio ipsorum. Quantũ ad primũ, dicit, & procellam, quę proprie est conturbatio maris: large autẽ dicitur turbatio aeris cum turbine & pluuia: vnde significat austeritatẽ cõminationũ, quæ erãt in veteri lege. Deut. 29. Sonitus tubæ significat grauitatẽ præceptorum, ad quorum adimpletionẽ, indicebatur homini quasi bellum contra seipsum. Vox verborum significat multitudinem præceptorum. Verborũ, inqñ, dei, per subiectã creaturã. s. per angelũ. Galat. 3. Ordinata per angelos &c. Deus.n. per angelos ibi loquebatur, quæ omnia a deo terribilia fuerũt *Quod illi qui vocem illam audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum*. Vnde dicitur Exod. 20. Perterriti, atque timore percussi fuerũt, & steterunt procul dicẽtes Moysi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dñs, ne moriamur. Causam aũt huius excusationis subiungit, dicens, Quia non poterãt

K verba dei portare. Vnde *Non portabant*. idest nõ sustinebãt *Quod dicebatur*. Deut. 5. Quid est omnis caro, vt audiat vocẽ dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? Tunc autem dicuntur non portari verba dei, quãdo vel intellectu non capiuntur, vel excedunt affectũ. Consequenter ponit pœnæ cõminationẽ, dicens *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur*. Exod. 19. vbi dicitur, Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tangent eũ, sed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. Apost. autem ad maiorem terrorem non facit mentionem hic, nisi de iumẽtis, quæ iubẽtur in lege occidi ad ostendẽdũ grauitatẽ peccati. Tamẽ mystice mons est altitudo mysteriorum diuinorum, bestia vero est homo bestialiter viuens. Psalm. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipienti-

sipientibus &c. Hæc bestia duobus modis tangit montem. Vno modo, blasphemando. Psal. 72. Posuerunt in cœlum os suum. Leui. 24. Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum vniuersus populus. Alio modo, ingerendo se indigne diuinis. Prou. 25. Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.

excusauerunt se, ne eis fieret uerbum. Non enim portabant, quod dicebatur, Et si bestia tetigerit mõtem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebundus. Sed accesistis ad Sion montẽ, & ciuitatem dei uiuentis, Ierusalẽ cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui cõscripti

Ex his concludit, quod intendit, s. ꝙ ista ualde terribilia erãt, quia etiam nec iumentis parcebatur: unde dicit, quòd ita terribile est quod dicebatur: in quo designatur differentia noui & ueteris testamenti: quia uetus testamentum datum fuit in terrore, vt corda Iudæorum, quæ prona erant ad idolatriam terrerẽtur: nouum autem datum est in amore. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Vnde, & Christus non terrores in principio prædicationis suæ præmisit, sed regnũ cœlorum promisit. Mat. 4. Pænitentiam agite, appropinquabit n. regnum cælorum. Pro. vlt. Lex clementiæ in lingua eius. Deinde cum dicit. *Moyses dixit*, agit de timore legislatoris, scilicet Moysi. Lex enim per Moysen data est Io. 1, Si ergo ipse Moyses in legis datione territus fuit, ita vt diceret, vt dicit Apost. hic. *Exterritus sum*, s. interius. *Et tremebundus*, exterius, qui fuit perfectissimus inter omnes, signum erat quòd ipsa lex terribilis erat etiam ipsis perfectis, quia non dabat gratiam ut dictum est, sed tantum ostendebat culpam. Vnde ipsa fuit graue iugum, de quo dicit Petrus, Act. 15. ꝙ Hoc est iugum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, Sed lex Christi iugum suaue est, quia Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis Ro. 5. Vnde sciendum est, ꝙ ista litera quã ponit hic Apłus nõ est Ex. 20. Sed forte accepit eam Apost. Ex. 3. vbi in visione rubi territus fuit, & dixit, Non sum eloquẽs ab heri, & nudiustertius. Ex quo dixit uel facto saltẽ, & si non verbo, exterritus sum, & tremebundus. Vel forte Apost. vtit alia litera, quam nos non habemus. Ex quo apparet, quòd lex uetus fuit lex timoris. Deinde, ponit conditiones noui testamenti, dicens. *Sed accessistis*. Vbi ostendit, quæ nobis in ipso proponũtur. Et sunt tria nobis promissa, s. spes futuræ gloriæ, participatio ecclesiæ, & familiaritas dei. Secundum, ostendit cum dicit. *Et ecclesiam primitiuorum*. Tertium, ibi. *Et iudicem omnium deum*. In cælesti autem gloria duo sunt, quæ potissime bonos lætificabunt, s. fruitio deitatis, & cõis sanctorum societas. Nullius.n. boni possessio iucũda est sine socio ut dicit Boet. & Psal. 127. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Fruitio aũt in duobus consistit, s. in uisione intellectus, & in delectatione affectus. Vt.n. dicit Aug. Fruimur cognitis ĩ quibus uoluntas delectata cõquiescit. Propter uisionem, n. dicit. *Accessistis ad montem Sion*. Sion, n significat altitudinem diuinæ contemplationis. Es. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. Iucunditas, & delectatio affectus, significatur per, *Hierusalem, ciuitatem cælestem dei uiuentis*. Ibi, n. erit uisio experimentalis pacis, quia nihil erit perturbans siue interius siue exterius. Vnde, dicitur ciuitas dei, i. ciuium vnitas. Psal. 121. Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, Itẽ 147. Lauda Hierusalẽ dñm, lauda deum tuum Sion: sequitur, Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Gal. 4. Illa, quæ sursum est Hierusalem, libera est. Vnde nihil ultra erit desiderandum. Can. 8. Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Complementum autem sanctorũ est cõis societas, de qua dicit. *Multorum millium angelorum frequentiam*, idest, assiduitatem, quia semper ibi sunt, Mat. 18. Angeli eorum in cœlis, semper uident faciem patris mei, qui in cœlis est. Quod autẽ sint multa millia, patet Dan. 7. Millia milliũ ministrabãt ei, & decies centena millia assistebant ei, Iob. 25. Nunquid est numerus militũ eius. Apoc. 5. Erat numerus eorũ millia milliũ. Es. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. *Et ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis*. Hæc departicipatione ecclesiæ. Dicitur autẽ ecclesia domus dei. 1. Ti. 3. Primitiui sancti, sunt Apostoli, qui primitus, & abundantius dona gratiæ perceperunt, per quos deriuata sunt in posteros. Ro. 8. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes. Eph. 2. Superædificati super fundamentũ apostolorũ, & prophetarũ &c. Sicut autem antiquitus apud Romanos senatores, qui assumebantur ad magnas dignitates describebãtur, quos primus Põpilius in tabulis aureis scripsit, & dicebant patres cõscripti, ita Apo. hic ad ostẽdẽdũ dignita-

A tem Apostolorum, dicit ꝙ conscripti sunt in cælis, cuius scripturæ liber, est notitia quam deus apud se habet de saluandis. Vnde sicut ibi illud, quod scribitur non de facili a memoria labitur, ita illi qui ibi per finalem iustitiam scripti sunt, infallibiliter saluabuntur. Et dicitur liber ille, liber vitæ.

sunt in cælis, & iudicẽ omniũ deũ, & spiritum iustorum perfectorũ, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionẽ, melius loquentem quàm Abel.

LECTIO V.

B VIDETE ne recusetis loquẽtẽ. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui

Luc. 16. Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Deinde cum dicit *Et iudicem omnium*, ostendit quomodo consecuti sumus dei familiaritatẽ. Et primo, familiaritatẽ patris quia dicit *Accessistis ad iudicem omnium Deum*, patrem scilicet a quo est authoritas iudiciaria in diuinis. Quòd enim filius iudicet, habet a patre. Gen. 18. Nõ est hoc tuũ, qui iudicas oẽm terrã. Illud aũt, quod dicitur Ioã. 5. Quòd pater omne iudiciũ dedit filio, intelligitur quãtũ ad corporalẽ præsentiã: quia sola persona filii apparebit in iudicio. Iste autẽ accessus, est per fidẽ & charitatẽ. Rom. 5. Iustificati igitur per fidẽ, pacẽ habeamus ad deũ, per dñm nostrũ Iesum Christũ, per quẽ accessum habemus per fidẽ in gratiã istã &c. Secundo, familiaritate Spiritussancti, cũ dicit *Et Spiritumsanctum iustorum*. Sm glo. hic ẽ triplex litera. Vna est melior, quę habetur in Græco, & spiritum iustorũ perfectorũ. i. accessistis ad Spiritumsanctũ, qui facit perfectos in iustitia. Iob. 32. Vt video spiritus est in hominibus. 1. Corinth. 3. Nescitis quia tẽplũ dei estis vos, & spiritus dei habitat in vobis? Omnis enim iustitia & perfectio, est a Spiritusancto. Alia litera. Et spiritũ iustorũ perfectorũ, & est sensus, Ac-

C cessistis ad deũ, qui quidẽ ẽ iudex omniũ, sed est quasi hæreditas spirituũ iustorũ perfectorũ. Tren. 3. Pars mea, dominus, dicit aĩa mea. Tertia litera est, & spiritus iustorũ perfectorũ. idest vt habeamus societatẽ cũ spiritibus sanctorũ, qui sunt iusti & perfecti: sed prima melior est & planior. Tertio, quantũ ad familiaritatem filii, dicit *Et testamenti noui mediatorem Iesum*. q. d. Accessistis ad Christũ, qui est mediator illius noui pacti, in quo nobis promittuntur spiritualia. Nõ sic autẽ Moyses. Vnde supra 9. Ideo noui testamenti est mediator. 1. Tim. 2. Mediator dei & hominũ, homo Christus Iesus. Modus autẽ istius mediationis, fuit effusio sanguinis Christi: quia vt dictũ est supra 9. Sine sanguinis effusione, nõ fit peccatorũ remissio. Et ideo dicit *Accessistis ad aspersionem sanguinis* supra 10. Aspersi corda a conscientia mala. supra 9. Si.n. sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sãctificat &c. Et loquitur Apost. secundũ ritum veteris legis, vbi post dationẽ veteris legis: populus aspersus est sanguine, qui erat

D figura sanguinis Christi, quo fideles mundandi erant. Sequitur *Melius loquentem quam Abel*. Effusio enim sanguinis Christi figurata fuit in effusione sanguinis omnium iustorũ, qui fuerunt ab origine mũdi. Apoc. 13. Agnus qui occisus est ab origine mũdi, idest occidi præuisus. Et ideo effusio sanguinis Abel, signũ fuit istius effusionis. Sed Christi sanguis melius loquitur, quàm sanguis Abel: quia iste clamat vindictã, sed sanguis Christi ibi clamat veniã. Luc. 23. Pater ignosce eis. Esa. 53. Pro transgressoribus orauit. Mat. 26. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Vel melius loquentem, idest melius loqui facientem: quia sanguis Abel facit nos loqui Abel esse hominem purum, & iustum, sed sanguis Christi facit nos loqui Christum, verum deum, iustificantem.

LECTIO QVINTA.

E SVPRA posuit Apost. cõditionẽ vtriusq; testamẽti: hic ex hoc arguit, & circa hoc facit duo. Primo.n. arguit. Secũdo, inducit cõclusionẽ principaliter intentã ibi *Itaque regnum immobile*. Circa primũ duo facit. Primo.n. præmittit intentionẽ suã. Secundo, arguit ad propositũ ibi *Si enim illi*. Dicit ergo, Ita dictum est, ꝙ sanguis Christi melius loquitur quàm sanguis Abel *Videte ergo ne recusatis* vel condemnetis loquentẽ, idest, quod loquitur implete. Duo autẽ nobis loquitur sanguis Christi: primo enim, loquitur nobis commemorando suum beneficium, quo datur nobis remissio peccatorum. Qui ergo iterum peccãt, loquentem contemnit. Item, loquitur exhortans ad imitandum. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui ergo non tollit crucem suam ad ipsum sequendum, recusat loquentem. Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Deinde cum

de cum

de eum dicit. *Si enim illi*, arguit comparando locutionem ueteris teſtamenti ad locutionem noui teſtamenti. Et hoc quantũ ad duo, ſ. quantũ ad modum loquendi, & quantum ad efficaciã locutionis, Modus loquendi, quia ipſe loquebatur ſuper terram: hic aũt eſt de cælo. Vnde dicit. *Si illi*, ſcilicet antiqui patres. F

Recuſantes eum qui loquebatur ſuper terrã, i. Chriſtũ. Eſ. 52. Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum, ſ. p angelos vel prophetas, ſupra. 1. Multipharie, multisq; modis olim loquens patribus in prophetis. *Vel eum*, i. angelũ p quẽ lex data ẽ Moyſi. Gala. 3. Ordinata

ſuper terrã loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquẽtẽ nobis auertimus. Cuius uox mouit terrã tunc: nunc aũt repromittit, dicens, Adhuc ſemel, & ego mouebo non ſolũ terrã, ſed & cælum. Quòd aũt adhuc ſemel dicit: declarat mobiliũ translationẽ, tanquã factorum, ut maneant ea, quæ ſunt immobilia. G

per angelos, ſupra, 2. *Si*. n. qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus &c. Act. 7. Hic eſt Moyſes, qui fuit in eccleſia in ſolitudine, cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai &c. *Non effugerunt*, ſ. vltionẽ diuinę legis. Iob. 11. Effugiũ peribit ab eis, ſupra 2. Omnis p̄uaricatio, & inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionẽ. Sequit̃ concluſio p locũ a minori. Si illi qui recuſauerũt loquẽtẽ de terra nõ effugerũt. *Multo magis nos, qui auertimus nobis loquentem de cælo*, nõ debemus recuſare, q. d. ſ. minus poſſemus effugere. Ille. n. qui nobis loquit̃ in nouo teſtamẽto, Chriſtus, ſ. iã eſt in cælis Mar. vl. Dñs quidẽ Ieſus poſtq̃ locutus eſt eis, aſſũptus eſt in cælũ. Deu. 4. De cœlo audire te fecit uocẽ ſuã, ut doceret te. Doctrina ergo ueteris teſtamẽti eſt doctrina Chriſti loquẽtis de terra, pp duo. Primo, quia ibi ſub figura terrenorũ traduntur cęleſtia. Itẽ, ibi promittebant̃ terrena, ſed doctrina noui teſtamenti eſt Chriſti loquẽtes de cælo: quia terrena conuertimus in H ſignificationẽ cæleſtiũ, p intellectũ myſticũ. Itẽ, in ipſo promittuntur cæleſtia. Mat. 10. Ecce. n. merces ueſtra copioſa eſt in cælis. Io. 3. Si terrena dixi uobis, & non creditis, qũo ſi dixero uobis cæleſtia credetis? Conſequẽter comparat adinuicẽ vtrunq; teſtamentũ, quantũ ad efficaciã locutionis. Et de efficacia quidẽ locutionis ueteris teſtamenti dicit. *Cuius uox mouit terram tunc*, i. fecit commotionẽ in terra multipliciter: quia per ſigna in Aegypto, per diuiſionẽ maris, per motũ terræ in deſerto. Pſal. 67. Terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt &c. In quo ſignificatur, ꝙ tota illa locutio commouebat corda per terrena proſſima. Deinde cũ dicit. *Nunc autem repromittit*, ſubiungit quantum ad efficaciam noui teſtamenti. Et probat eã per authoritatẽ Prophetæ, & poſt exponit eam, ibi. *Quod autem dixit*. Authoritas illa ponitur Aggei. 2. Non tñ ẽm literam noſtrã. Nos. n. ſic habem⁹, Adhuc vnũ modicũ eſt, & ego mouebo &c. Apo. aũt accipit ſic. *Adhud ſemel, & ego mouebo, non ſolum terram ſed etiam cælum*, Et eſt ſenſus idẽ. I Et manifeſtũ ẽ ꝙ iſta prolata fuerũt tpe ueteris teſtamẽti circa finẽ eius, ſ. poſt reditũ trãſmigrationis eius, quo tpe nihil reſtabat de veteri teſtamento. Ergo manifeſtum eſt ꝙ illud qđ promittebatur, erat implendũ in nouo teſtamento, ſ. nouũ cęlum, & noua terra. Eſa. 65. Ecce ego creo nouos cælos, & terram nouam. Quæ quidem creatio oſtenſa eſt in ſpiritu Ioanni. Apo. 21. Et uidi cælum nouum, & terram nouam. In illa. n. innouatione mouebuntur cęli. Poteſt aũt cælũ dupliciter accipi. Vno modo cęlum aereum, & iſtud igne ultimæ flagrationis purgabitur, ut ſupra dictum eſt 10. cap. Alio modo cælum ſydereũ, & iſtud non purgabitur, ſed mutabitur quantum ad nouum ſtatum, quia ceſſabit a motu, & augebitur claritas partium eius: quia Lux lunæ erit vt lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter, vt dr̃ Eſaia. 30. Dicit ergo. *Nunc autem*, ideſt, per nouum teſtamentum. *Repromittit, dicens, Adhuc ſemel, & ego non ſolum mouebo terram, ſed etiam cælum*. Cõſequenter cum dicit. *Quod autem dicit &c.* Exponit uerba prophe- K tiæ, & facit magnam vim in hoc, qđ dicit. *Adhuc ſemel*. Quod, n. dicit. *Adhuc*, oſtendit ꝙ mobilia ſunt. Sed ꝙ dicit. *Semel*, oſtendit ꝙ a ſtatu mobilitatis, & corruptibilitatis mutanda ſunt ad ſtatum incorruptionis, & immutabilitatis. Si. n. poſt monitionem illam remanerent in ſtatu mutationis non diceret, ſemel, ſed iterum, & iterum, quod eſt contra Origenem, qui uoluit, ꝙ mũdus in infinitum renouabitur ac recuperabitur. Dicit ergo. *Quod autem dicit Adhuc ſemel, declarat translationem mobilium*, ad ſtatũ, ſ. immobilitatis. Et quaſi aliquis quæreret, vtrum deus hoc poſſit facere, ſubdit. *Tanquam factorum*. Omnia. n. facta, diuinæ poteſtati ſubiiciuntur. Vnde ſicut ex nihilo fecit ea deus, ita poteſt ea pro ſuæ voluntatis arbitrio immutare. Et hoc. *Vt maneant ea, quæ ſunt immobilia*, i. quantum ad eſſentias ſuas principales remaneãt immobilia, ſed quantum ad aliquas accidentales diſpoſitiones mutabuntur. Pſal. 101. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur &c. Quæ ſupra 1. ſunt expoſita. Ex his patet quòd iſta in ueteri teſtamento, & ſi mouebantur, non tamen ad ſtatum in corruptionis, & immutabilitatis, ſed hoc fit tantum in nouo, in ſignum ꝙ promiſſa ueteris teſtamenti erant mutabilia, non autẽ noui. Deinde cum dicit. *Itaq; regnum immobile*, ponit concluſionem principaliter intentam: poſtquam. n. multipliciter commẽdauit gratiam, & beneficia per Chriſtum nobis collata, & conferẽda, principaliter intendit nos inducere ad ſeruiendũ ei. Et hoc concludit, quòd ex quo nobis in nouo teſtamento promittuntur bona immobilia, debemus Chriſto, qui repromittit, ſeruire in timore, & reuerentia, Et hæc eſt concluſio principalis, vnde primo, reſumit beneficium exhibitum, dicens. *Itaq; ex quo*, ſcilicet deus nobis repromittit cælũ, & terrã immobilia, per q̃ deſignãt̃ bona futura ĩmobilia, & ſẽpiterna. *Habemus*, i. reddim⁹. *Gratiã*. i. gratiarum actionem. 2. Co. 9. Gratias ago deo ſuper inenarrabili dono eius. Et hoc. *Suſcipientes*, i. quia ſuſcipimus, & ſi non in re, tñ in ſpe promiſſionis. *Regnum immobile*. Pſal. 144. Regnũ tuũ regnum omnium ſeculorum. Luc. 1. Regni eius non erit finis. Vel per gratiam intelligitur donum gratiæ, quod in præſenti recipimus tanquam pignus æternæ gloriæ. Et ideo dicit. *Itaq; ſuſcipientes regnum immobile*, i. futuræ gloriæ, quod nobis promittitur Luc. 12. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Quod. n. ſperamus, habemus, ſ. gratiam quam tanquam quoddam gloriæ inchoatiuum accipimus. Sicut enim natura non deficit in neceſſariis, multo minus deus. Et ideo dat nobis ſpem illius regni, & per conſequẽns gratiam per quam perueniamus. Ro. 5. Acceſſum habemus per fidem in gratiam. Pſal. 83. Gratiam, & gloriã dabit dñs. Sequitur. *Per quam ſeruiamus placentes deo cum metu, & reuerentia*, ubi inducit ad obſequium, ut a nobis requiſitum. Dictat. n. ratio naturalis ꝙ ei a quo multa beneficia recipim⁹, obligamur ad reuerentiam, & ad honorẽ exhibendũ, ergo multo forti⁹ deo qui nobis maxima donauit, & infinita repromiſit. Et ideo dicit, ꝙ per iſtam grãm, ſ. nobis datam, & dandam, ſeruiamus deo placentes, cũ metu, & reuerentia. Non. n. ſufficit tm̃ ſeruire deo, quod poteſt fieri per actionem exteriorẽ, niſi ẽt placeamus ei per intentionẽ rectã, & per amorẽ. Sap. 4. Placens deo, factus eſt dilectus. Pſal. 114. Placebo dño in regione viuorũ. Maxime autem ſeruitur deo per obſequũ interius. Pſ. 50. Et Luc. 1. Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia. Deus autem propter creationẽ, dr̃ dñs: pp regenerationẽ uero, pater. Dño aũt debetur timor, ſed patri amor, & reuerẽtia. Mal. 1. Filius honorat patrẽ, & ſeru⁹ dñm timebit. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, ubi timor meus? Ergo deo ſeruiendum eſt cum metu, & reuerentia. Pſ. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore. Quòd autem ita debeamus ſeruire deo, probat per authoritatem ſumptam Deuter. 4. *Etenim deus noſter ignis conſumens eſt*. Hoc autem, quod deus dicitur ignis, non dicitur hoc ẽm Dionyſium, ꝙ ſit aliquod corporeum, ſed quia intelligibilia deſignantur per ſenſibilia, inter q̃ ignem reperimus habere maiorem nobilitatem, & maiorem claritatem. Item, maiorem actiuitatẽ. Item, maiorẽ altitudinem in ſitu. Item, eſt magis purgatiuus, & conſumptiuus, ideo deus præcipue nominatur ignis, propter eius claritatem, quia lucem habitat inaceſſibilẽ. 1. Ti. 6. Itẽ, quia maxime actiuus. Eſ. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Itẽ, altior eſt in ſitu. Pſal. 112. Excelſus ſup oẽs gentes dñs &c. Itẽ, purgat peccata, & quaſi conſumit. Vnde dicit hic ꝙ. *Eſt ignis conſumens*, ſ. peccata. Mal. 3. Ipſe. n. quaſi ignis conflans. Et ſequitur, Et purgabit filios Leui. ſupra 1. Purgationẽ peccatorũ faciens. Itẽ, conſumit peccatores puniendo, ſupra. 10. Terribilis aũt quædã expectatio, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Et ideo quia iſta nobis promiſſa ſunt. (Eſa. 10. Erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma. Pſ. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.) Ideo debemus ſtudere ad ſeruiendum, & placendum deo.

Itaq; regnum immobile ſuſcipiẽtes habem⁹ grãm: p quã ſeruiam⁹ placẽtes deo, cũ metu, & reuerẽtia. Etenĩ deus noſter, ignis conſumens eſt.

Cap. XIII. Lec. I.

Charitas fraternitatis maneat in nobis. Et hoſpita-

LECTIO PRIMA.

POſtquam ſupra monuit eos Apoſtolus, qualiter ſe debent habere ad perferenda mala: hic monet qũo ſe debeant habere ad operandum bona. Vnde ẽm glo. ab iſto loco incipit moralis inſtructio poſt commẽdationẽ, & exhortationẽ ad imitandum ipſum. Et circa hoc duo facit: primo. n. hortatur ipſos ad bona: ſecundo, orat pro eis, ibi. *Deus autem pacis*. Circa primum tria facit: primo enim, oſtendit qũo debent bonum operari quantum ad proximos: ſecundo, quantum ad ſeipſos, ibi. A *Honorabile connubium*. Tertio, quantum ad prælatos, ibi. *Mementote præpoſitorum*. Dicit ergo quantum ad primum ſic. Dictum eſt, ꝙ promiſſum eſt nobis regnum immobile, ad quod ſi uolumus peruenire, neceſſe eſt nos charitatem habere. Ergo.

Charitas fraternitatis maneat in nobis. 1. Io. 4. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, deum quẽ nõ videt, quomodo poteſt diligere? Item. 1 Pet. 2, Omnes inuicem honorate, fraternitatẽ diligite. Quia uero charitas nõ eſt ocioſa, vt dicit Gre. ideo hortat̃ ad opera charitatis. 1. Io. 3. Non diligamus uer-

litatem nolite obliuiſci: per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis. Memento te vinctorum, tanquam ſimul uincti: & laborantium, tanquam, & ipſi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thor⁹ immaculatus. Fornicatores, enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores ſine auaritia, contenti præ B ſentibus. Ipſe enim dixit, Nõ te deſeram, neque derelinquam: ita vt confidenter dicam⁹, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpoſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt uerbnm dei: quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus, heri, & hodie: ipſe, & in ſecula.

bo neque lingua, ſed opere, & ueritate, ideo dicit, quòd debemus oſtendere charitatem peregrinis per hoſpitalitatem, vinctis per compaſſionem, pauperibus per ſubuentionem, Et primum ponit ibi. *Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci*. Secundum, ibi. *Mementote uinctorum*. Tertium ibi. *Et laborantium*. Dicit ergo quantum ad primum. *Nolite obliuiſci hoſpitalitatem*. Et dicit, obliuiſci, q. d. iſti aliquando in proſperitate ſua multum fuerant hoſpitales, ſed modo depauperati erant: & ideo non ita bene poterant, tamen animat eos ad continuandum, ſecundum poſſibilitatem ſuam, Rom. 12. Hoſpitalitatem ſectantes. Et ſpecialiter facit mentionem de hoſpitalitate, quia qui peregrinos recipit, tria opera miſericordiæ ſimul implet, quia, & recipit, & cibat, & potat. 1. Io. 4. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Et ſubdit rationem. *Quia per hanc multi placuerunt, angelis hoſpitio receptis*, ſicut pa- C tet de Abraham, & Loth. Gen. 19. Alia litera habet, Per hanc, quaſi neſcientes receperunt angelos: quia non credebant eos eſſe angelos, quod verum eſt in principio: unde quòd Abrahã adorauit eos, putauit quòd eſſent uiri ſancti a deo miſſi: & adorauit eos adoratione duliæ, quæ exhibetur ſanctis, & quaſi hominib⁹ cibos obtulit. Sed poſtmodum intellexit eos, angelos, in quibus deus loquebatur, & locutus eſt eis ſicut deo, dicens, Non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, & ſimiliter Loth. Quantum ad ſecundum, dicit. *Mementote uinctorum*, illorum, ſ. qui propter deum miſſi ſunt in carcerem: mementote uiſitando, & redimendo, tanquam eſſetis ſimul corporaliter cum eis uincti. Hoc enim eſt aliud opus miſericordiæ. Mat. 25. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Contra quod Eſa. 14. dicitur, Vinctis eius non aperuit carcerem. Hoc ipſi aliquando fecerunt, ſicut patet ſupra 10. Specialiter autem hoc pertinet ad opus miſericordiæ, alienam D miſeriam ſuam reputare. Quantum ad tertium, dicit. *Et laborantium*. Siue labore corporali. Pſal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, ſiue ſolicitudine ſpirituali. 2. Tim. 2. Laborantem agricolam, oportet primum de fructibus percipere. Siue in malis ſuſtinendis. Eccl. 1. Et cognoui quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus. Breuiter tota præſens vita, labor quidam eſt. Iob. 5. Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatũ. Supple mementote. *Tanquam & ipſi in corpore morantes*. Per qđ experti eſtis, quid neceſſe ſit laborantibus. Eccl. 31. Intellige quę ſunt proximi tui ex teipſo. Mat. 7. Omnia quæcunque uultis ut faciant vobis homines, eadem, & uos facite illis. Deinde cum dicit. *Honorabile connubium*, monet bona facere quantũ ad ſeipſum: & circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem contra cõpiſcentias carnalium delectationum. Secundo, contra cupiditatẽ rerum exteriorum, ibi. *Sint mores ſine auaritia*. Primo ergo, ponit monitionem, dicens, Honorabile &c. Circa quod ſciendum eſt, E ꝙ circa uenerea contingit dupliciter peccatum. Vno modo per illicitam coniunctionem ſoluti cum ſoluta, & quantum ad hoc, dicit. *Honorabile connubium*, ſupple ſit in omnibus qui continere nolunt, non coniunctio fornicatoria. Et dicitur, honorabile, quãdo fit ſecundum debitas circunſtantias matrimonii. Ex quo patet, ꝙ actus matrimonialis poteſt eſſe ſine peccato, quod eſt contra hæreticos. 1. Cor. 7. Si nupſerit virgo non peccauit. Vnde dominus ad oſtendendum bonum eſſe actum matrimonii, primum ſignum fecit in nuptiis: & matrimonium nobilitauit præſentia ſua corporali: & naſci uoluit de coniugata. Alio modo per uiolentiam thori maritalis, quando, ſ. uir accedit ad alterius uxorem, uel mulier ad alterius uirum. Et quantum ad hoc, dicit. *Et thorus immaculatus*. Et Sap. 14. Neque uitam neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contriſtat. Itẽ cap. 3. Fœlix ſterilis, & in coinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Subdit autem Apoſt. rationem, dicens. *Fornicatores, n. & adulteros iudicabit deus*. In quo elidit errorem aliquorum dicentium, ꝙ deus peccata carnalia non punit, nec curat Eph. 5. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis, propter hęc. n. ſ. propter peccata carnalia, quæ præmiſerat, uenit ira dei in filios diffidentiæ. Ideo dicit, hic, Fornicatores: propter hoc ꝙ dixit, honorabile connubium, & adulteros, propter hoc ꝙ dixit, thorus immaculatus. *Deus iudicabit*, i. condemnabit. Eph. 5. Omnis fornicator autẽ immundus aut auarus, qđ eſt idolorum ſeruitus, non habet partem in regno dei & Chriſti. Deĩde cũ dicit. *Sint mores*. Prohibet, cupiditatem bonorum exteriorum: circa quæ contingit peccare duobus modis, Vno. n. modo per tenacitatem. Alio modo per cupiditatem. Liberalitas. n. eſt virtus, quæ ponit medium circa pecunias, quantum ad dationem, & quantum ad acceptionem. Quantum ad primum, ſ. contra tenacitatem, dicit. *Sint mores ſine auaritia*. Auarus. n. dicitur nimis tenax, quaſi auidus æris. Vnde Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quantum ad ſecundum dicit. *Contenti præſentibus*. Illi qui ſuper, his quæ habent, volunt alia cumulare, nõ ſunt contenti pręſentibus. 1. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Vel quod dicitur, *Sint mores ſine auaritia*, prohibet auaritiam quantum ad cupiditatem, & tenacitatem. Cum uero dicit. *Contenti præſentibus*, excludit cauſam auaritiæ. ſ. ſolicitudinem. Mat. 6. Nolite ſoliciti eſſe &c. Nõ enim prohibetur, quòd homo non ſolicitetur de rebus in poſterũ neceſſariis, ſed ꝙ cura, & ſolicitudo non præoccupet mentẽ. Sic. n. qui præoccupat futuram ſolicitudinem, ſolicitus eſt in craſtinum. Deinde cum dicit. *Ipſe enim dixit*, ponit monitionis rationem. Et eſt ratio, quare non debemus ſuperflue eſſe ſoliciti, ſed tamen facere quod in nobis eſt, ſ. cum fiducia diuini auxilii. *Ipſe enim dixit*. Ioſue, 1, *Non te deſeram*, ſ. quin miniſtrem tibi neceſſaria. *Neq: derelinquam*, ſ. fame perire. Pſal. 30. Non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Vel. *Non derelinquam quin liberem te a malis*. Et ex hoc cauſatur fiducia in corde, *Ita ut confidenter dicamus*. Eſa. 12. Fiducialiter agam, & nõ timebo. Et quid dicemus? illud Pſal. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Adiutor, inquantum a malis liberat. Pſal. 45. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt nos nimis. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo, i. aduerſarius quicũque carnalis. Eſ. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali? Vel diabolus, qui dr̃ hõ ab hoĩe uicto, ſicut Scipio Aphrican⁹ a deuicta Aphrica, dict⁹ ẽ Aphrican⁹ Mat. 15. Inimic⁹ hõ hoc fecit. Deinde cũ dicit. *Mementote propoſitorũ &c.* Oñdit, qũo debẽt bonũ operari quantũ ad prælatos. Et circa hoc facit duo: primo enim, oſtendit qũo ſe debent habere ad mortuos, ſ. vt eorũ ſequantur exempla: ſecundo qũo ad uiuentes, ſ. vt eis obediant, ibi. *Obedite præpoſitis ueſtris*. Quantũ ad primũ duo facit Primo enim, oſtendit qũo bonorũ doctrinã imitentur. Secundo, quomodo malorum doctrinam deuitent, ibi. *Doctrinis uariis*. Dicit ergo. *Mementote præpoſitorum ueſtrorum qui uobis locuti ſunt uerbum dei*, ideſt apoſtolorum qui uobis prædicauerunt. Eſa. 51. Attendite ad Abrahã patrẽ ueſtrũ &c. Non ſolũ aũt prædicauerunt uerbo, ſed ẽt facto oñderunt. Mat. vl. Sermonẽ confirmante, ſequentibus ſignis. Nõ ſolũ mementote uerborum, ſed ẽt intuemini exitũ, 1 Mac. 2. Mementote operũ patrũ, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriã magnã &c. Iac. 5. Exẽplũ accipite fratres mei mali exitus, & lõganimitatis, & laboris, & patiẽtiæ, prophetas qui locuti ſunt in nomine dñi &c. Sed nõ ſolũ hoc imitemini, ſ. exitũ, ut. ſ. pro Chriſto patienter ſuſtineatis, ſed ẽt. *Conuerſationem*, ad bonã. n. mortẽ uenitur per bonã conuerſationẽ. *Imitamini etiam fidem*, illorũ, vt ab illa non declinetis. Sequitur. *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula*, ſecundum glo. ſic introducitur litera iſta. Ipſe. n. ſupra dixerat, ꝙ. ſ. dictum eſt Ioſue. 1. Non te deſerã neq; derelinquã, poterãt iſti dicere. Ille cui hoc dictũ eſt bene debebat confidere de dei adiutorio, nos aũt non ſic, quibus nõ eſt dictũ. Hoc remouet Apl'us, dicens ꝙ Chriſtus qui hoc dixit Ioſue, manet in æternũ. Et ideo, ſicut tunc potuit ipſum iuuare, ita poteſt modo auxiliari nobis. Ideo dicit, Ieſus Chriſt⁹ heri et hodie &c. Vel poteſt referri ad immediate dictum. Iam enim dixerat ꝙ deberent imitari apoſtolos. Poterant dicere ꝙ non eſt ſimile, quia illi immediate inſtructi fuerunt a Chriſto, & ſeruierunt ſibi, nos autem non ſic. Et ideo dicit Apoſtolus, quòd Chriſtus manet: ideo & inſtruit nos ad ſeruiendum ſibi. Vnde dicit

dicit. *Iesus Christus heri*, s. in tempore primitiuorum apostolorũ. *Et hodie*, s. in tempore isto. *Ipse & in sæcula*. Mat. vlt. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consumationem sæculi. Apoc. 1. Dicit dominus deus qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Ps. 101. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. In hoc ergo ostendit, Apostolus æternitatem Christi.

LECTIO II.

SVPRA monuit Apostolus ad imitandum exẽpla, & conuersationem eorum qui decesserunt: hic monet ad insistendum doctrinæ eorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim, ponit monitionem suam.

LECTIO II.

DOctrinis uariis, & peregrinis nolite abduci. Optimũ est. n. gratia stabilire cor, nõ escis, quæ nõ profuerũt ambulãtib⁹ in eis. Habemus altare, de quo edere nõ habẽt potestatẽ, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animaliũ infertur sanguis pro peccata in sancta per pontificem, horũ corpora crematur extra castra. Propter quod, & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, idest, fructum labiorum cũfitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & cõmunionis, nolite obliuisci. Talibus enim hostijs, promeretur Deus.

Secundo, assignat rationẽ, ibi. *Habemus altare*. Iterum prima in duas. Primo. n. ponit monitionem suam in generali, Secundo, explicat ipsam, ibi. *Optimum. n. est gratia*. Dicit ergo. *Nolite abduci uariis, & peregrinis doctrinis*, q. d. Ita dixi ꝙ debetis imitari fidem apostolorum. Ergo a doctrina ipsorum per quamcunq; aliã doctrinam nolite abduci i. remoueri. Vbi sciendum est, ꝙ cum ueritas consistat in medio cuius est unitas, & ideo uni uero multa falsa opponi possunt, sicut uni medio multa extrema, doctrina ergo fidei una est, quia a puncto in punctum non conuenit ducere, nisi unam rectam lineam. Omnes aliæ doctrinæ multæ sunt, quia a recto multis modis contingit deuiare. Et ideo dicit. *Doctrinis uariis*, i, diuisis. Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hæ sunt illę doctrinæ de quibus. 1 Tim. 4. Doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. Itẽ sunt peregrinæ, s. a fide catholica, a nobis autem tales doctrinæ non sunt sustinendæ, quia Nõ sumus hospites, & aduenæ, sed sumus ciues sanctorum, & domestici dei. Eph. 2. Deinde cum dicit. *Optimum est. n. gratia*. Explicat in speciali, quæ sunt uariæ, & peregrinæ doctrinæ. Vnde sciendum est quòd in primitiua ecclesia fuit vnus error, ꝙ ad salutem necessaria erat obseruantia legalium, quæ præcipue consistebat in quibusdam cibis sumendis, puta agni paschalis. Exod. 12. & in abstinendo a quibusdam cibis, sicut patet. Leui. 11. & in aliis multis locis. Alius error fuit, quòd passim licebat uti delectationibus corporalibus: & iste fuit error Nicolaitarum. Et de vtroq; possunt hæc uerba exponi, sed magis proprie. de primo dicit ergo, Nolite abduci a ueritate fidei, per varias, & peregrinas doctrinas. 2. Thes. 2. Non cito moueamini a sensu uestro, Gal. 1 Miror quòd sic tam cito transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi in aliud euangelium. Deus, n. a nobis requirit cor. Pro. 23. Præbe fili mi cor tuum mihi, & ideo. *Optimum est gratia stabilire*. Nam debet esse firmum, & stabile. Contra quod dicitur in Psal. 39. Cor meum dereliquit me. Hoc autẽ non stabilitur escis corporalibus, sed per gratiam iustificantem. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem, quę est in Christo Iesu. Et ideo dicit. *Non escis, quæ non profuerunt*. Ro. 14. Non est regnum dei esca, & potus, sed iustitia & pax &c. Non est ergo stabilimentum cordis, in moderata uel superflua sumptione cibi, sed magis in gratia dei. Psal. 111. Paratum cor eius, non commouebitur donec, &c. Spes autem est qua si anchora, stabiliens corda. supra 6 Confugimus ad tenendam propositam nobis spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam. Et dicit quòd non profuerunt. *Ambulantibus in eis*, i. sperantibus in eis, quia illis qui eis vtuntur ad necessitatem prosunt ad salutem corporis, sed qui totum studium ponũt in eis, ambulant in ipsis, & talibus nec proficiunt ad salutem animæ nec corporis. Hier. 11. Nunquid carnes sanctę auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Deinde cum dicit. *Habemus altare*. Assignat rationem, & est valde subtilis. Sicut enim legit Leui. 16. Decima die septimi mensis, summus sacerdos sanguinem uituli, & hirci inferebat intra sancta, pro sua ignorantia, & illorum corpora cremabantur extra castra. Et quia erat oblatio sacerdotum, non comedebantur carnes eorum. Quod. n. offerebant pro peccato sacerdotum non comedebant, sed extra castra comburebant. Ex ista ergo figura trahit Apost. mysteriũ. Per sanguinem enim illum figurabatur sanguis Christi, vt supra dictum est. 9. cap. Vitulus. n. & hircus Christum figurabant, quia vitulus erat hostia sacerdotalis, & hircus immolabatur pro peccato. In quo figurabatur, quòd Christus debebat immolari pro peccato, non suo, sed populi. Vitulus ergo, & hircus immolatus, est Christus sacerdos seipsum offerens pro peccatis nostris. Sanguis ergo Christi illatus est intra sancta, & caro cremata est extra castra. Vbi duplex est significatũ. Vnũ, ꝙ Christus in ciuitate immolatus est linguis Iudæorũ. Vñ & Marc⁹ dicit ipsum hora tertia crucifixũ, licet hora sexta fuerit in cruce leuatus. Aliud, ꝙ per virtutẽ passionis suæ, Christus intra cælestia sancta nos introducit ad patrẽ. Quòd aũt, corpora illorum cremabantur extra castra, quãtũ ad caput nostrũ, significat ꝙ Christus passur⁹ erat extra portã: quantũ vero ad nos, qui sumus mẽbra, significat ꝙ p illis, q sunt extra castra legaliũ, vel exteriorũ sensũ, immolatur Christ⁹. Qui. n. erãt ĩ castris, de carnibus illis nõ comedebãt. Hæc est ergo figura quã ponit Apostolus, cuius primo ponit significatũ. Secundo, ponit figurã, ibi. *Quorum enim animalium*. Tertio, inducit cõclusionẽ *Exeamus igitur*. Dicit ergo, Stabiliamus corda nostra nõ escis, sed gratia. Aliter. n. nõ possumus: quia *Habemus altare*. Istud altare vel est crux Christi, in qua Christus pro nobis immolatus est, uel ipse Christus in quo, & per quẽ preces nostras offerimus. Et hoc est altare aureũ, de quo dicitur Apost. 8. *De isto ergo altari non habent potestatem edere*. idest fructũ passionis Christi percipere, & ipsi tãquãm capiti incorporari *Qui tabernaculo* legaliũ *deseruiunt*. Gal. 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Vel tabernaculo corporis deseruiunt, qui carnales delectationes sequũtur, Ro. 13. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Talibus. n. nihil prodest. 1 Corinth. 11. Qui. n. mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat & bibit. Dicitur aũt corpus tabernaculũ, quia in ipso tamquãm in bello habitamus cõtra hostes, & modicum manet. 2. Pet. 1. Velox est depositio tabernaculi mei. & iõ nõ est et deseruiẽdũ. Deinde cũ dicit *Quorum enim animalium*. Prosequitur figurã ipsam. Et primo figurã veteris legis, secũdo figurã nouitestamẽti, ibi *Propter quod & Iesus*. Quãtũ ad primũ, dicit *Quorum enim animalium &c*. Et põt legi litera ista duob⁹ modis. Vno modo sic *Horum animalium corpora cremantur extra castra*. s. vituli & hirci *Quorum sanguis infertur in sancta per pontificem, pro peccato* sacerdotũ & multitudinis. Aliter sic, vt per illa aĩalia intelligatur Christus vel sancti eius. Per omnes enim hostias veteris legis figurabatur Christus, & per consequẽs mẽbra eius. Christi ergo corp⁹, cuius sanguis illatus est in sancta cælestia ꝑ peccato totius mundi, igne passum in ara crucis, extra portas Hierusalem, quasi extra castra crematũ est. Vel ẽt sancti extra castra, idest extra cõm societatẽ hoium, igne charitatis, ieiuniis, orationibus, & aliis operibus misericordiæ se cremãt: Quorũ. i. pro quibus efficaciter sanguis Christi in sancta illatus est. Primus sensus literalis est. *Propter quod*. Adaptat figuratũ qd fuit in nouo &c. ĩ nouo testamẽto, figuræ veteris testamẽti, vt sit cõsonãtia inter ipsa: Vñ dicit *Propter quod, & Iesus &c*. Et patet totũ. Deinde cũ dicit *Exeamus igitur ad eũ*. inducit duas cõclusiones. Secũda, ibi *Per ipsum ergo*. Quãtũ ad primũ dicit, Ita dictũ est ꝙ nos habemus altare qd est extra castra, Duo igo debem⁹ facere. s. ad ipsum accedere, & super illud sacrificare, Modũ accedẽdi ponit primo, dicẽs ꝙ sicut Christus passus est, & improperiũ passionis extra portã sustinuit, sic & nos *Exeamus ad eum extra castra*. i. extra cõem societatẽ carnaliũ, vel extra obseruãtiã legaliũ. Vel extra sensus corporis *Portantes improperium eius*. i: Christi. i. signa passionis Christi, per quæ Christus Factus est opprobriũ hoium & abiectio plebis Psal. 68. Improperiũ expectauit cor meũ & miseriã. Vel improperiũ portemus. i. renuntiemus legalibus aduenientẽ veritate, p p quod sumus Iudæis improperiũ, idest p p signa pœnitentiæ, q a carnalibus improperãtur, supra 11. Maiores diuitias æstimans thesauris Aegyptiorũ, improperiũ Christi: Sicut. n. accusatus est Christus ꝙ subuerteret legẽ, ita Apostolo improperabatur, quòd prædicaret nõ deberet seruari legalia. Gal. 5. Ego aũt fratres, si circuncisionẽ adhuc prædico, quid adhuc persecutionẽ patior? Subdit aũt rõnem eius, dicens *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*. Homo enim libenter manet in loco suo proprio. Finis enim noster nõ sunt legalia, nec tẽporalia, sed finis noster Christus est. Rom. 10. Finis noster Christus est, ad salutẽ omni credẽti. Nõ ergo habemus hic manẽtẽ ciuitatem, sed vbi est Christus. ergo exeamus ad ipsum. Coloss. 3. Si cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs &c. Esa. 33. Respice Sion, ciuitatẽ solẽnitatis nostræ. supra 11. Expectabat fundamẽta habẽtẽ ciuitatẽ, cuius artifex, & conditor, deus. Item, meliorem ciuitatem appetunt, i. cælestem. Ad ipsum. n. intendimus transferri, sicut ad locum, & altare nostrum. *Ergo exeundum est ad illud*. Deinde cum dicit. *Per ipsum ergo offeramus*, ponit secundam conclusionem ꝙ, s. su per istud altare sacrificare debemus, & qualia sacrificia. Duplex est autẽ sacrificiũ, quod super altare Christi offerre debemus, s. deuotionẽ ad deum, & misericordiam ad proximum. Quantum ad primum, dicit, ꝙ postq̃ non sunt offerenda sacrificia legalia. Psal. 39. Sacrificium, & oblationem, noluisti. *Ergo per ipsum*, idest per Christum. *Offeramus semper deo hostiam laudis*. Ps. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Istud autem sacrificiũ laudis, uocat fructum labiorum, i. confessionem uocis. Melius, n. laudatur deus ore, quãm occisione animalium. Vnde dicit. *Fructum labiorum confitentium nomini eius*. Hoc est, n. necessariũ. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Osee. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Esaiæ. 57. Creaui fructum labiorum, pacem. Hoc autem sacrificium debet esse. *Semper*, i. continue: sicut in lege erat iuge sacrificium, sicut patet Nu. 28. Psal. 33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aliud sacrificium ponit cum dicit. *Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci*, q. d. Olim opere exhibebatis opera misericordiæ, modo autem saltem corde, si non potestis opere. Et ideo dicit: *Nolite obliuisci beneficentiæ*, i. liberalitatis, quantum ad ea quæ datis. Largus. n. beneficus dicitur. Gal. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus. Eccl. 1 Bene fac humili, & non dederis impio. *Et nolite obliuisci communionis*, quantum ad ea quæ seruatis, ut tempore suo cõmunicetis. Act. 2. Omnes ettam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Ro. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vel communionis, s. charitatis per quam sunt omnia communia. Quare autem istud duplex beneficium offerre debeamus, ostendit, dicens. *Quia talibus hostiis promeretur*, pasiue, *Deus*, i. possumus deum mereri talibus sacrificiis: ipse, n. est merces nostra, quam istis operibus possumus acquirere. Gen. 17. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Ps. 50. Tũc D acceptabis sacrificium iustitiæ &c. Esa. 19. Colent eum in hostiis & muneribus, & uota uouebunt domino, & soluent.

LECTIO TERTIA.

SVPRA monuit Apostolus, qũo se debent habere ad prælatos mortuos, ut, s. in fide ipsorum permaneant: hic monet eos qualiter se debeant habere ad uiuentes, & primo, qũo ad alios: secundo, qũo ad seipsum Paulum, ibi. *Orate pro nobis &c*. Dicit ergo. *Obedite præpositis uestris*. Vbi considerandum est, ꝙ duo debemus prælatis, s. obedientiam, ut ipsorum mandata impleamus. Vnde dicit. *Obedite*. 1 Reg. 15. Melior est obedientia, quãm uictima. Itẽ reuerentia, vt eos honoremus tamquam patres, & ipsorum disciplinam toleremus. Et ideo dicit. *Subiacete eis*. 1. Pet. 2, Subiecti estote omni humanæ creaturæ. Romanorum. 13. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Rationem subdit, B dicens. *Ipsi enim peruigilant*. Quare, n. debeamus obedire, & subiici prelatis, hoc est, ideo, quia incumbit eis labor, & periculum imminet. Vnde, quãtum ad laborem solicitudinis, qui eis incũbit de regimine subditorum, dicit, ꝙ *Ipsi peruigilant*, i. perfecte vigilant. Ro. 12. Qui præest in solicitudine. Vigilare, n. super gregem commissum, incumbit prælatis. Vnde Luc. 2. dicitur, Pastores, per quos designantur prælati, erant uigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, quia dum dormiunt homines, Inimicus homo superseminat zizania in medio tritici, ut dicitur Mat. 13, Quantum autem ad periculum quod imminet, dicit. *Quasi pro animabus uestris reddituri rationem*. Hoc est, n: maximum periculum hominem de factis alterius rationẽ reddere, qui pro suis non sufficit. 3. Reg. 20, Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Reddent. n. prælati, in die iudicii rationẽ, de sibi cõmissis, qñ fiet eis illa quæst. Hier. 13. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitum tuũ? Quid dices cum uisitauerit te? Tu. n. docuisti eos aduersum te, s. loquendo bona, & faciendo mala, & erudisti in capũt tuum, per mala tua exẽpla. Gre. Scire debent prælati, ꝙ tot mortib⁹ digni sunt, quot exempla perditionis ad subditos transmittũt. Pro 6. Fili, si spopõderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manũ tuã, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo qd dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicũ tuũ &c. Prælatus, n. manũ, i. exẽplo boni operis, & ore, i. prædicatione obligat se Christo pro subditis. Dicit aũt Christus extraneus, quia ut dicit Bernard. Amic⁹ est in sponsione, sed extraneus, in exigenda ratione. Sed non uidetur, ꝙ aliquis teneatur reddere rationem nisi prosetãtum: 2. Cor. 5. Oẽs nos manifestari oportet aĩ tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit. Respondeo, Dicẽdum est, ꝙ quilibet principaliter reddet rationem de factis suis. Sed inquantum actus sui, quodammodo pertinẽt ad alium, in tm reddet rationem de illo. Facta aũt prælati pertinent ad subditos, ẽm illud Eze. 3. Fili hoĩs speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo uerbũ, & annuntiabis eis ex me. Vbi sequitur, quòd si prælatus (qui nomine speculatoris intelligitur) non annuntiauerit impio, ipse quidẽ impius in iniquitate sua morietur: sed sanguis de manu speculatoris require- C tur. Si igitur peruigilant, quasi reddituri rationẽ pro nobis, & nos debemus quod in nobis est, facere, s. obedire, & non rebellare *Vt ipsi cum gaudio hoc faciant, & non gementes*, i. sustineant periculum, & laborem pro nobis cum gaudio, & nõ cum gemitu, quia bonus prælatus multum gaudet, qñ uidet subditos bene operantes, quia tunc labor suus non est inanis. 3. Io. Maiorẽ horũ nõ habeo gratiam, quãm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Phil. 4. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meũ & corona mea, sic state in dño charissimi. Ipsi aũt gemũt in rebellione uestra Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Hie. 9. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Gemunt ẽt compatiendo, qñ p p rebellionẽ nostrã non consequimur fructũ laborũ ipsorũ, qui est fructus æternæ hæreditatis. Es. 33. Ecce uidentes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt. Subdit aũt rõnem, quare debemus obedire eis, quia. *Hoc enim non expedit uobis*, ꝙ, s. ipsi gemant pro nobis ex rebellione nostra. Deus. n. uindicabit pro ipsis. Ps. 105. Irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctũ dñi. Aperta est terra, & deglutiuit Dathã, & operuit super congregationẽ Abiron. Es. 63. Ipsi aũt adiracundiã prouocauerunt eũ, & afflixerunt spiritum sanctum eius. Sequitur, Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Nota aũt ꝙ dicit, *Non expedit uobis*. Non. n. dicit, Non expedit illis. Gemere, n. pro cõmissis subditorũ, bene expedit prælatis. Sic gemebat Samuel super reprobatione Saulis. 1. Reg. 15. & 16. Deinde cũ dicit. *Orate pro nobis*, monet Apost. qualiter se debeant habere ad ipsum. Petit. n. ꝙ ipsi orent pro eo. Simile habetur Ro. 15. Obsecro uos fratres per dñm nostrũ Iesum Christũ, & p charitatẽ Spiritus sancti, ut adiuuetis me in orationibus uestris: quia sicut dicit glo. Impossibile est, i. ualde difficile, preces multorũ nõ exaudiri. Mat. 18. Si duo ex uobis consenserint super terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet eis a patre eo. In hoc ergo ꝙ Apost. qui certus erat ꝙ deo erat acceptus, petit orari pro se, percutit superbiam aliquorum, qui dedignantur ab aliis preces petere, ut dicit glo Rationẽ suæ petitionis assignat dicẽs, *Confidimus enim &c*. Quod põt duob⁹ modis intelligi. Vno mõ respectu ipsorũ, quorũ petit orationes: quia cũ Apost. Iudæis non prædicaret, sed tm Gentibus, non uidebatur eis acceptus. Et ideo poterant se excusare, ne exaudirent petitionẽ eius: & ideo dicit quasi se excusando, ꝙ ipse non habet conscientiã quin bonũ ipsorũ uelit. Vnde dicit. *Confidimus enim, quia habemus bonam conscientiam, uolentes uos etiam bene conuersari in omnibus*. Per qd dat intelligere, ꝙ intendit eis prodesse cũ poterit. Quia uero bonũ conscientiæ est a solo deo, iõ illud attribuit fiduciæ quã gerit de ipso. Vel põt referri ad ipsum Apo. quia cũ nõ prædicaret Iudæis, nõ uidebatur dignus ꝙ orationes pro ipso fierẽt, q a dñs nõ exaudiret eos, quia hostis fidei ipsorum uidebatur: sicut dr Hie. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudẽ, & orõnẽ, & non obsistas mihi, quia nõ exaudiãt. Hoc ergo remouet Apost. dicens. *Orate pro nobis*, quia nõ habemus cõscientiã alicuius peccati, nec alicuius malefacti, *sed confidimus*.

Nec

Nec ait, certi ſumus, quia Delicta quis intelligit? Eccl. 9. Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit. 1. Co. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non iuſtificatus ſum. Quia ergo *Bonam conſcientiam habemus benevolentes conuerſari in omnibus*, ideo nõ repugnat mihi, quin orones veſtræ ſint utiles. Deinde cũ dicit. *Amplius aũt deprecor*, aſſignat aliã rationẽ quare debent orare pro ipſo, quia, ſ. hoc erit eis vtile. Vñ dicit, Amplius, i. pp aliud. *Deprecor hoc uos facere*, ſ. orare. *Quo reſtituar uobis celerius*, qd̃ erit ad utilitatẽ veſtrã. Ro. 1, Deſidero uidere uos, ut aliqd impartiar uobis grãæ ſpiritualis. Apo. aũt, qui ſic pro omnibus factis ſuis recurrit ad oronem, inſinuat nobis ꝓ oẽs viæ eius, & facta ordinabãtur ab ipſo, ſm dei diſpoſitionẽ. Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum. quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocũq; eas voluntas gubernantis duxerit. Per nubes. n. prędicatores, & apoſtoli intelliguntur Eſ 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant? Deinde cum dicit *Deus autem pacis*, orat Apſus pro ipſis, & primo orat. Sed̃o, aliquid ab ipſis petendo, ſe excuſat, ibi. *Rogo autem uos fratres*. Circa primũ, prius deſcribit eũ quẽ orat, dicens. *Deus autem pacis*. Proprius. n. effectus dei, eſt facere pacẽ. Non. n. eſt deus diſſenſionis, ſed pacis. 1. Co. 14. Item, 2. Cor. 13. Pacẽ habete, & deus pacis, & dilectionis erit vobiſcũ. Pax. n. nihil aliud eſt, niſi vnitas affectuũ: quos vnire eſt propriũ ſolius dei, quia p charitatẽ, quæ a ſolo deo eſt, uniuntur corda Deus. n. nouit colligere, & unire, quia deus eſt charitas, quæ eſt vinculũ perfectionis. Vnde ipſe Habitare facit unanimes ĩ domo. Pſ. 67. Homo in ſe, & deũ, pacẽ fecit per myſteriũ Chriſti. Et ideo dicit. *Qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium*. Qñq; aũt dr̃ Chriſtus ſuſcitatus per uirtutẽ patris. Ro. 8. Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis. Qñq; uero dicitur ſeipſum ſuſcitaſſe. Pſ. 3. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. Quæ tñ non ſunt cõtraria, quia ſurrexit uirtute dei, quæ eſt vna, patris, & filii, & Spiritus ſancti. Eduxit ergo de mortuis, i. de ſepulchro quod eſt locꝰ mortuorũ. Ro. 8. Qũo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriã patris, ita, & nos in nouitate uitæ ambulemus. Dicitur autẽ Chriſtus magnus paſtor ouium, i. fideliũ, & humilium. Io. 10. Ego ſum paſtor bonus &c. Oues. n. ſunt, qui deo obediũt. Ibidẽ, Et oues meę vocẽ meã audiunt. Dicit aũt ipsum. *Paſtorem magnum*, quia oẽs alii ſunt uicarii eiꝰ, quia ipſe paſcit oues proprias: alii uero oues Chriſti. Io. vlt. Paſce oues meas. 1. Pet. 5. Cũ apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilẽ gloriæ coronã. Eduxit autẽ ipſum. *In ſanguine teſtamenti æterni*, i. in uirtute ſanguinis Chriſti, per quem confirmatur teſtamentũ nouũ, in quo æterna promittuntur, ad differentiam ueteris: Chriſtus. n. ſanguinem ſuum dicit ſanguinẽ noui teſtamẽti, Apoſtolus aũt dicit ęterni. Et ideo in conſecratione ſanguinis, in forma ponitur vtrunq;. Ipſe uero Chriſtus per paſſionem ſuam meruit ſibi, & nobis gloriam reſurrectionis. Ideo dicit, qꝰ. *Eduxit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum de mortuis in ſanguine teſtamenti æterni*. Phil. 2. Humiliauit ſemetipſum &c. Zac. 9. Tu uero in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti uinctos de lacu in quo non erat aqua. Conſequenter ſubiungit petitionẽ ſuã, cũ dicit. *Aptet uos in omni bono*. Voluntas, enim humana cum ſit quædam inclinatio rõnis, eſt principiũ actuum humanorum: ſicut grauitas eſt pricipiũ motus grauiũ deorſum, unde ſe habet ad actus rationis, ſicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res aũt naturalis dicitur apta ad illud, ad qd̃ habet inclinationẽ. Sic ẽt homo qñ habet uoluntatẽ benefaciendi, dicit̃ aptus eſſe ad illud. Deus ẽt qñ immittit homini bonam uoluntatem aptat, eum i. facit ipſum aptum. Et ideo dicit, Aptet uos in omni bono, vt faciatis eius uoluntatẽ, i. faciat uos uelle eũ bonũ, Pro. 11. Deſideriũ iuſtorũ omne bonũ. Hæc eſt. n. voluntas dei, ſ. quòd deus uult nos uelle. Aliter enim nõ eſt bona uoluntas noſtra. Voluntas aũt dei eſt bonũ noſtrum. 1. Theſ. 4. Hæc eſt uoluntas dei ſanctificatio veſtra. Ro. 12. Vt probetis q̃ ſit uoluntas dei bona, & bñplacens, & perfecta. Dupliciter aũt aptat̃ homo ad benefaciendũ. Vno mõ, exterius operando. Et ſic unus homo aptat aliũ perſuadendo, uel cõminãdo. Alio modo, aliquid interius exhibendo, & ſic ſolus deus aptat uoluntatẽ, qui ſolus ipſam poteſt immutare, Pro. 21. Cor regis in manu dñi, quocunque voluerit inclinabit illud. Vñ dr̃. *Faciens in uobis*. Phi. 2. Deus eſt qui operat̃ in nobis uelle, & perficere. Quid aũt faciet? *Quod placitum eſt coram ſe*, i. faciet uos uelle quod placet ei. Hæc autẽ ſunt fides, & manſuetudo, & timor dñi. Ecc. 1. Beneplacitũ eſt ei fides, & manſuetudo. Pſa. 32. Beneplacitũ eſt deo ſuper timentes eum. Hęc autem omnia habent. *Per Chriſtum*. Nihil enim a patre impetratur, niſi per filiũ. Io. 10, Si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis. Et ideo dicit, Per Ieſum Chriſtũ. 2. Pet. 1. Per quẽ maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit. Ro. 5. Per quem acceſſum habemus &c. *Cui*, ſcilicet Chriſto. *Eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen*. i. gloria ſempiterna. 1. Ti. 1. Regi ſæculorũ ĩmortali, inuiſibili, ſoli deo, honor, & gloria, i ſæcula ſæculorũ. Amen. Hæc. n. gloria ſibi debetur, inquantũ eſt deus. Deinde cũ dicit. *Rogo autem uos fratres &c.* ſubdit petitionẽ ſuã, in qua excuſat ſe: deinde concludit epiſtolam, ibi. *Gratia dei*. Circa primum tria facit: quia primo, ponit excuſationẽ ſuã, Secundo, recõmendationẽ nuntii per quem ſcribit. Tertio, ponit quaſdã ſalutationes. Dicit ergo quantum ad primũ. *Rogo uos fratres, ut ſufferatis uerbum ſolatii*, i. patienter portetis uerba epiſtolæ huius, in qua, & ſi in aliquo uos reprehendi, totũ eſt ad conſolationẽ veſtrã. Ro. 15. Quæcũq: ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt. Et quare debent patienter portare, oſtendit dicens. *Quia perpaucis*, i. ualde paucis. *Scripſi uobis*, quod uerum eſt reſpectu, myſteriorum, quæ in ipſo continentur. In iſta, n. epiſtola fere omnia myſteria ueteris teſtamenti continentur. Sermones autem breues valde accepti ſunt, quia ſi ſunt boni, inde auidius audiũtur: ſi uero mali, parum grauant. Ecc. 5. Pauci ſunt ſermones tui. Cõſequenter reccommendat illum, per quem ſcribit, dicit. *Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum*, ſ. a carcere, in quo cũ Apoſtolo erat: uel a me dimiſſum ad prædicandum. & ad uos miſſum *Cognoſcite*, i. gratioſe recipite: tum quia, vt habetur Actuum 16, fuerat circũciſus. Tũ ẽt quia. *Si celerius uenerit, cum ipſo uidebo uos* In quo oſtendit dilectionem, quam ad ipſos habebat. Hoc etiam dicit, quia & ſi ad ipſos non uenerit, quia Romæ paſſus eſt, tamẽ incertus erat, utrum vel ad tempus deberet dimitti. Conſequenter ponit ſalutationes ſuas. Et primo, iniungit eis ſalutationem aliorum, dicens. *Salutate omnes præpoſitos*, i. apoſtolos adhuc uiuẽtes. *Et omnes ſanctos*, ſ. alios diſcipulos. Iſtis aũt nõ ſcribit, quia nõ intẽdebat ſcribere, niſi cõtra obſeruãtes legalia. Et ideo, quia iſta epſa eſt inſtructiua, nõ intendebat inſtruere apſos, quia erãt anteceſſores ſui in fide. Secundo, ſalutat eos ex parte aliorũ, dicẽs. *Salutãt uos fratres de Italia*. Scripſit. n. epſam iſtã a Rom. Tertio, more ſolito concludẽs, & quaſi pro ſigillo ponit ſalutationẽ, dicẽs. *Gratia dei cum omnibus uobis. Amen*, i. pecatorũ remiſſio, & omnia alia dei dona, quæ per gratiã dei habentur, ſint firmiter cum omnibus uobis. Amen, Confirmatio eſt omnium.

ſcripſi uobis. Cognoſcite fratrẽ noſtrũ Timotheũ dimiſſum, cũ quo (ſi celerius uenerit) videbo uos. Salutate omnes præpoſitos veſtros, & oẽs ſãctos. Salutãt uos de Italia fratres. Gratia cũ omnibꝰ uobis. Amẽ.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, AABBCCDDEEFF.

Omnes ſunt Quaterniones, præter FF, qui eſt Quinterniones.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, SERMONES

Pro Dominicis diebus, & pro Sanctorum ſolemnitatibus, qui ex Bibliotheca Vaticana nunc primum in lucem prodeunt.

Dominica prima in aduentu Domini ex epiſtola.

DIES autem appropinquauit, Rom. 13. Poteſt intelligi hoc verbum de quadruplici die. Quadruplex enim dies appropinquauit, dies miſericordiæ, dies gratiæ, dies iuſtitiæ, & dies glorię. Hos quatuor dies facit ſol iſte, cuius aduentum ſancta modo colit Eccleſia. Dies miſericordiæ eſt dies natalis Domini, in quo ortus eſt nobis ſol iuſtitię vel veri⁹ qui fecit tã glorioſum diẽ: dies gratiæ, eſt tempus gratiæ: dies iuſtitiæ, eſt dies iudicij: dies glorię, eſt dies ęternitatis. De primo: dicit Ioel. 3. In illa die ſtillabunt montes dulcedinẽ. De ſecundo. 2. Corint. 6. Ecce nunc dies ſalutis. De tertio. Sophoniæ. 1. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis. De quarto, Zachariæ. 14. Erit dies vna, quæ nota eſt Domino. pſalm. 73. Melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper millia. Dies natalis appropinquauit, vt deuote celebretur, vel colatur: dies gratię, vt ſuſcipiatur: dies iudicij, vt timeatur: dies gloriæ, ut ad eũ curratur. Propter primum frequẽtat Eccleſia, Dominus prope eſt, Phil. 4. Iſa. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt ueniat. De ſecundo, 2. Cor. 6. Ecce nũc tempus acceptabile. De tertio, Iaco. 5. Ecce iudex ante ianuã aſſiſtit. De quarto, Apoc. vltimo. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt &c. Diei natalis Domini debemus occurrere cum miſericordia & veritate. His duabus vijs uenit Chriſt⁹ ad nos, & nos debemus ire ad eũ. pſalm. 24. Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia & veritas. Diei gratiæ cum puritate & humilitate: hæc. n. duo maxime faciunt ſuſceptibilem gratia. De primo, Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. De ſecundo, Iac. 4. Humilibus autem dat gratiam. Diei iudicij cum cogitatione & timore. Hieron. Siue comedam, ſiue bibam, illa vox in auribus meis ſemper videtur reſonare. Surgite mortui, uenite ad iudiciũ. Dicitur econtra de malis. Viri mali non cogitant iudicium, Prou. 28. Diei gloriæ debemus occurrere cũ iuſtitia & feſtinatione. Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem. Ad iſta quatuor hortatur nos Apoſtolus in epiſtola iſta. Ad miſericordiam & ueritatem, ibi. Induamur arma lucis. Arma lucis ſunt miſericordia & ueritas. Miſericordia enim eſt ſcutum, quo ab hoſtibus defendimur: veritas eſt virtus, qua omnia vincimus. De primo, Eccleſiaſt. 29. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam cõſeruabit, & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam pugnabit aduerſus inimicum tuum. De ſecundo, 3. Eſdræ. 4. Magna eſt veritas, & præualet: magna eſt, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum et ipſam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt propter eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominũ, & iniqua omnia illorum opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt, & ueritas manet. Ad puritatem & humilitatem, ibi. Non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione. Cubilia & impudicitiæ ſunt actus luxuriæ, qui immundum faciunt. Contentio & æmulatio procedunt a ſuperbia, prohibendo impudicitiam, ſuadet puritatem: prohibendo ſuperbiam ſuadet humilitatem. Ad cogitationem & timorem iudicij, ibi. Sicut in die honeſte ambulemus, hoc eſt, ita uiuamus ſicut cõdecet in die iudicij. Eſt homo in iudicio cogitando iudicium, honeſte uiuit iudicium formidando. Ad iuſtitiam & feſtinationẽ, ibi. Hora eſt iã nos de ſomno ſurgere: & ideo feſtinando a ſomno peccati ſurgere ad iuſtitiam faciendam: & reddit ibi rationem. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, Ad quam nos conducat. &c.

Sermo de eadem de quadruplici die.

DIES autem appropinquauit, Rom. 13. Eſt enim quadruplex dies, ſcilicet dies miſericordiæ, dies gratiæ, dies iudicij, & dies gloriæ. Primus dies admirabilis, ſecundus acceptabilis, tertius formidabilis, quartus deſiderabilis. Dies miſericordiæ, ideſt, dies natalis Domini admirabilis eſt, quia Deus humanatur, homo deificatur, uirgo prole fœcundatur. De primo, Phil. 2. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſe metipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽt⁹ vt homo. De ſecũdo Rom. 9. Ex quibus Chriſtus ſecundum carnẽ, qui eſt ſuper oĩa Deus benedictus in ſęcula. Amen. &c. De quibus duobus Auguſt. Hodie Deus factus eſt homo, ut homo fieret Deus. De tertio, Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Dies gratiæ eſt acceptabilis, quia abunde Dei gratia diffunditur, poteſtas diaboli tollitur, & uirtus peccati extinguitur: & ideo patet quòd homo facile & ſine impedimẽto poteſt ſeruire Deo. De primo

Tit. 2. Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei. De se-
cundo, Heb. 2. Vt per mortem destrueret eum qui ha
bebat mortis imperium, idest, diabolum. De tertio,
Rom. 6. Vetus homo noster crucifixus est, ut destrua
tur corpus peccati. Dies iudicij est formidabilis ma-
lis, quia districte a iusto iudice iudicabuntur, quia
ab omni creatura impugnabuntur, & quia æterno
supplicio damnabuntur. De primo, Prou. 6. Zelus, &
furor viri non parcet in die uindictæ. De secundo.
Sap. 5. Armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ &c.
De, Tertio, Iudit. 16. Visitabit eos, & dabit ignes &
vermes in carnes eorũ. Mat. 25. Et dicet his qui a si-
nistris ei⁹ erũt. Discedite a me &c. Dies gloriæ ẽ desi-
derabilis, quia cęlum restauratur, homo beatificatur,
& omnis creatura præter impios renouabitur. De
primo, Eph. 1. In quo proposuit restaurare vniuersa
siue quę in cęlis & q̃ in terra sunt ĩ ipso, idest, ĩ Chr̃o.
psa. 109. Iudicabit in nationib⁹, implebit ruinas &c.
De secundo, Phil. 3. Saluatorem expectamus Domi-
num nostrum Iesum Christũ, qui reformabit corpus
humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis
suæ. De tertio, Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in thro-
no. Ecce noua facio omnia. Est ergo dies ille desidera
bilis angelis, & hominibus, & oĩbus creaturis, Ad
quam diem nos perducat qui viuit in sæcula sæculo-
rum, Amen.

Sermo de eodem ex euangelio

ECCE rex tuus venit tibi mãsuetus, Matth.
21. Prophetia est de aduentu Domini nostri
Iesu Christi. Et nota hic circa aduentũ tria.
Primo, ẽ dignitas aduenientis: secũdo, vtilitas aduẽ-
tus: tertio, modus adueniẽdi. Primũ, ibi. Rex tuus,
rex clemens, rex iustus, rex sapiens, rex terribilis, rex
omnipotens, rex æternus. Rex clemens in parcendo,
iustus in iudicando, bonus in retribuendo, sapiens
in gubernando, omnipotens in bonos protegendo,
terribilis in malos puniendo, æternus æternaliter re-
gnando, & æternum conferendo. De primo, Isa. 16.
Et præparabitur in misericordia soliũ eius. De secun-
do, Isa. 34. Ecce in iustitia regnabit rex. Idem. 16. Sede
bit super soliũ excelsum Dauid in veritate. De tertio,
psal. 72. Quàm bonus Israel Deus iis qui recto sunt
corde. Diony. Optimi est optima adducere, vnde op-
timitas ei⁹ apparet, quia optima adduxit. De quarto,
Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustũ, & regnabit
rex, & sapiens erit. De quinto, Hest. 13. Dñe Deus rex
omnipotẽs in ditione tua cũcta sunt posita. De sexto,
Sap. 11. Illos autem tamquàm durus rex interrogans
condemnasti. De septimo, Hier. 10. Dominus autem
Deus ipse est, Deus viuẽs & rex sempiternus. Luc. 1.
Et regni eius non erit finis: ideo optimum est subesse
tali regi. De his septem. 2. Mach. 1. Domine Deus om
nium creator terribilis & misericors, solus bonus,
rex iustus, omnipotens & æternus. In creatore sapien
tia, in misericorde clementia, in bono bonitas, in iu-
sto iustitia, in terribili seueritas, in potente potentia,
in ęterno æternitas. Hic rex est qui venit tibi. i. ad vti-
litatẽ tuã. Vtilitas ergo aduẽtus notat hic, Venit tibi.
Fuit aũt vtilitas aduẽtus septuplex ad præsens. Prima
mundi illuminatio: secunda, inferni expoliatio: ter-
tia, cæli reparatio: quarta, peccati destructio: quinta,
diaboli superatio: sexta, hominis cũ Deo reconcilia-
tio: septima, hominis beatificatio. De primo, Io. 8.
Ego sum lux mundi. Idẽ. 1. Erat lux vera quæ illumi-
nat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundum. De se-

F cundo, Osee. 13. Ero morsus tuus, o, inferne. Zach. 9.
Tu autẽ in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos
tuos de lacu, in quo non erat aqua. De tertio, Eph. 1.
In quo ꝓposuit restaurare vniuersa, siue quæ in cælis
sunt, siue quæ in terra. De quarto, Heb. 1. Vt destrue-
ret eũ qui habebat mortis imperiũ. i. diabolũ, & libe-
raret eos qui timore mortis per totã vitam obnoxii
erant seruituti. De quinto, Ro. 10. Vetus homo no-
ster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati &c.
De sexto, Ro. 5. Si cũ adhuc inimici essemus, reconci
liati sumus Deo per mortẽ filii eius: multo magis re-
conciliati salui erimus in vita per ipsum &c. De septi
mo. Io. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnige-
G nitũ daret, vt omnis qui credit in ipsum non pereat,
sed habeat vitã ęternã. Propter hæc bona quæ futura
in eius aduentu videbant sancti patres cũ tãto deside
rio clamabant, Vtinã disrũperes cælos, & descẽderes.
De his septẽ, Isa. 61. Spirit⁹ Domini super me, ad anũ-
tiandũ misit me, ecce mundi illuminatio, prædicãdo
enim mũdũ pro nobis illuminauit. Vt mederet cõtri
tis corde, peccata destruendo: sic. n. medetur cõtritis
peccata destruendo. Prædicare captiuis indulgentiã,
ecce inferni expoliatio: expoliando. n. infernũ capti-
uã duxit captiuitatem. Clausis apertionẽ, ecce cęli re
stauratio, prædicare. s. apertionem cæli. Vt prædicaret
annũ placabilẽ, ecce hominũ cum Deo recõciliatio.
H Diẽ vltionis, diaboli destructio, sic. n. fecit vltionẽ de
oĩbus iniuriis quas fecerat diabolus sanctis. Dare co
ronã, ecce hominũ beatificatio. Modus veniẽdi no
tatur ibi, Mãsuetus: in mãsuetudine. n. voluit venire
Dñs Iesus Christus. Voluit aũt venire mãsuetus pro-
pter quatuor. Primo, vt malos facili⁹ corrigeret. psal.
89. Quoniã superuenit mãsuetudo, & corripiemur.
Secundo, vt oĩbus se amabilem exhiberet. Eccl. 3. Fili
in mansuetudine opera tua perfice, & super hominũ
gloriã diligeris. Tertio, vt oẽs ad se traheret, & popu
lũ sibi multiplicaret. 2. Re. 20. Mãsuetudo tua multi-
plicabit te &c Ber. Oĩno currimus post te, bone Iesus
I propter mansuetudinẽ tuã. Quarto, vt mãsuetudinẽ
doceret. Matth. 11. Discite a me quia mitis sum & hu
milis corde. Et sunt quatuor quæ maxime debent sua
dere mansuetudinẽ. Primũ est, quia a malo liberat: se
cũdũ, quia gratiã impetrat: tertiũ, quia animã seruat:
quartũ, quia meret terrã viuentiũ. De primo, Sapiens
mãsuetus est qui nullã animi amaritudinẽ sentit. De
secundo, Prou. 1. Mansuetis dabit gratiã. De tertio,
Eccl. 11. In mansuetudine serua animam tuam. De
quarto, Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi posside-
bunt terram. Rogemus ergo Dominum &c.

Sermo de eadem materia ex epistola.

INDVAMVR arma lucis. Ro. 13. Domin⁹
noster Iesus Christus assumpsit arma sua, &
venit in mundũ pugnaturus pro nobis cõ-
K tra aereas potestates Isa. 59. Indutus est iustitia vt lo-
rica: et quia indecorũ est rege armato milites remane
re inermes, Apostol⁹ monet vt armemur. Induamur,
inquit, arma lucis. Facit aũt tria in his verbis Apost.
Primo, vt induamur præcipit: secundo, quid debea
mus induere ostendit: tertio, motiuũ subiũgit. Primũ
ibi, Induamur: secundũ, ibi. Arma: tertiũ, ibi. Lucis.
Circa primũ sciendũ est ꝙ debemus nos induere ꝓp
quinq;. Primo, ne perpetuo frigore affligamur: secũ-
do, ne turpitudinis ostẽsione confundamur: tertio,
ne ab æternis nuptiis excludamur: quarto, vt ab isti-
bus diaboli protegamur: quinto, vt a domini exerci-
tu co-

tu cognoscamur. Istę rationes redduntur in textu. De
primo, & secundo Apoc. 16. Beatus qui custodit ve-
stimenta sua ne nudus ambulet, quo ad primũ: & vi-
deant turpitudinẽ eius, quo ad secundum. De tertio,
Matth. 22. Amice, qũo huc intrasti non habens vestẽ
nuptialẽ? De quarto, Eph. 6. Accipite armaturam Dei
vt possitis resistere in die malo, & in oĩbus perfecti
stare. State ergo succinti lũbos vestros in veritate in-
duti loricã iustitiæ, & calciati pedes in præparatione
euangelii pacis, in oĩbus sumentes scutũ fidei, & ga-
leã salutis assumite, & gladiũ spiritus, quod est verbũ
Dei. De quinto, Col. 3. Induite vos sicut electi Dei
sancti & dilecti viscera misericordię &c. Circa secũ-
dũ sciendũ est, ꝙ plura scriptura docet nos induere. B
Primo, vestimentũ innocentię. Apoc. 3. Vestimentis
albis induemur. i. ĩnocẽtia. Secũdo, viscera misericor
diæ. Col. 3. Induite viscera misericordiæ benignita-
tẽ. &c. Tertio, Christi cõformitatẽ. Ro. 13. Induimi-
ni Dominũ Iesum Christũ. Quarto, cõuersationis no-
uitatẽ. Eph. 4. Induite nouũ hominẽ. i. nouã cõuersa-
tionẽ. Quinto, cilicii asperitatẽ quo ad carnis mace-
rationẽ. psal. 34. Induebar cilicio. Sexto, debem⁹ in-
dui subtilibus per humilitatẽ. Eze. 16. Induite subti
libus. 1. Reg. 18. Ego sum vir pauper & tenuis. Septi
mo, saccum per habitus vilitatẽ, Isa. 1. Induã cęlos te
nebris, & ponã saccũ eorũ. Octauo, armorũ speciosi-
tatem, de quo hic induamur arma lucis. Circa arma C
ista sciẽdũ ꝙ sicut dicit Scriptura, debemus indui lo-
ricã charitatis, scutũ fidei, galeã spei, thoracẽ iustitiæ.
Fide debemus indui ad munimentũ rõnalis, spe ad
munimentũ irascibilis, charitate ad protectionẽ cõ-
cupiscibilis, iustitia ad protectionẽ totius animę. De
primis tribus armis. 1. Tim. 4. Induti lorica iustitiæ
1. Mac. 3. Induit se loricã sicut gigas, & succinxit se ar
ma bellica. Sap. 5. Induit pro thorace iustitiã. Ostẽdit
ergo hic quid induere debeamus. Motiuũ ad hoc q̃d
ponit, ibi. Lucis. i. Christi. Quis nõ libenter indueret
arma dñi sui? quanto magis debemus induere arma
cælestis & æterni regis? Dicit aũt Christus lux ꝓpter
sex effectus lucis, quorũ primus est illuminatio, secũ
dus fœcundatio, tertius cõseruatio, est. n. lux conser-
uatiua, quartus ornatio, quintus ordinatio. De his
duob⁹. Dionysius, Corpus inordinatũ ordinat & or D
nat, sextus sui effusio. Lux. n. est sui diffusiua per ra-
dios, hæc omnia fecit nobis Christus. *Quære in pro-
cessu de lumine in Natiuitate*. Induamur ergo arma lu-
cis, vt bene triumphantes æternaliter tãdẽ a rege no-
stro coronemur.

Dominica secunda de aduentu ex epistola.

QVAECVNQVE scripta sunt, ad nostram
doctrinam scripta sunt. Ro. 15. In pręceden
ti dominica docuit nos Apost. ad surgendũ,
in ista docet ad quid surgendũ, quia ad studendũ &
ad legendum scripta quæ fecit nobis magister noster
cælestis. Dominus. n. tãquã bonus magister fuit solli- B
citus facere nobis optima Scripta, vt nos pfecte erudi
ret. Quæcũq;, inquit, scripta sunt, ad nostrã doctrinã
scripta sunt. Consistunt aũt ista scripta in duplici li-
bro. s. in libro creaturæ, & in libro scripturæ. Prim⁹ li
ber quot habet creaturas, tot habet scripta optima,
quæ sine mẽdacio docent veritatẽ. Vnde Arist. inter-
rogatus a quo tot & tanta didicisset, respondit, a
rebus quę mẽtiri nõ nouerunt. Docẽt aũt duo cogno
scenda. Circa cognoscenda docẽ nos quatuor. Pri-
mo Deũ esse, secundo vnum Deũ esse, tertio trinum

A Deum esse, quarto summũ bonũ esse. Quia mundus
est, docet eũ esse sicut opus opificẽ Sap. 13. A magni-
tudine speciei & creaturæ potest cognosci eorũ crea-
tor. Quia vnũ sunt, & vno modo seruantur, docent
vnũ Deũ esse: si enim plures dii essent, iã mundus de-
structus esset, cũ diuisio sit cã destructionis. Matth.
12. Omne regnũ in se ipsum diuisum desolabit: quia
oĩa cõsistũt in numero, põdere, & mensura, siue secũ
dũ Aug. de trinitate, modo, specie, & ordine, docent
trinũ esse Dominũ. Sap. 11. Oĩa fecisti in pondere, nu
mero, & mensura. Quia oĩa bona sunt, docẽt summũ
bonũ esse illud, a quo tot bona procedunt. Aug. Ma-
gnũ inditiũ bonitatis est ꝙ quęlibet creatura cogitur
dare se ipsam. Ideo quia Deus bonus est, nos sumus.

Circa agenda, docẽt nos similiter quatuor. Primo
Domino obedire, secundo eũ timere, tertio eũ ama-
re, quarto eũ laudare. Domino obedire docent nos,
quia sibi oĩa obediunt. psal 138. Præceptũ posuisset,
non præteribit. Nihil inuenit in creaturis inobe-
diens creator, nisi peccatorẽ & diabolũ. Deũ amare
docent nos beneficiis & donis quæ nobis exhibent
quotidie. Augu. Cælũ, & terra, & oĩa quæ in eis sunt
vndique mihi dicunt, vt amem te, nec cessant dicere
oĩbus ita vt sim inexcusabilis. Deum timere docent
nos pœnis & suppliciis. Videmus enim ꝙ oĩs creatu
ra parata est punire rebelles suo creatori. Sapien. 16.
C Creatura tibi factori deseruiens exardescet aduersus
iniustos, & leuior fit ad benefaciendũ pro his qui in
te confidunt. Deũ laudare docent nos, quia oĩa lau-
dant eũ, & inuitant ad laudandũ. Aug. Mirũ est ꝙ ho
mo non semper laudat Deũ, cũ oĩs creatura inuitet
ad laudandũ eum, & sic patet qũo oẽs creaturę, quæ
sunt quasi quædam scripta Dei, docent nos quatuor
circa cognoscẽda, & quatuor circa agẽda. De scriptu
ra secundùm illud videlicet scripturæ. *Quære in se-
quenti processu.*

De eodem ex epistola.

QVAECVMQVE scripta sunt &c. Ro. 15. Si-
cut tactũ est superius, duo sunt libri qui scri-
pti sunt ad nostrã doctrinã, & de libro creatu
ræ dictũ est supra: nunc dicendũ est de libro scriptu-
D ræ, qui duo docet, bona & mala. Bona vt fiant, mala
vt non fiant. Circa bona docet tria. s. præcepta, consi
lia, promissiones, sicut triplex bonũ est. Est. n. bonum
honestũ, iucundũ, & vtile. Præcepta docent bonũ ho
nestũ, quia docent cultũ vnius Dei, & pulchritudinẽ
morũ, & virtutũ, quæ honestum faciunt hominẽ. In
consiliis est bonum vtile. Matth. 19. Si uis perfectus
esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus, & habebis thesaurum in cælo. In promissionib⁹
est bonũ delectabile, siue iucundũ. Ioa. 16. Iterũ vido
bo vos, & gaudebit cor vestrũ. Deute. 4. Audi Israel
verba vitæ. & postea, Et dabo tibi terrã fluentẽ lac &
mel. Circa mala ponit similiter tria. Prohibitiones,
E dissuasiones, & cõminatiões, & hoc ẜm triplex malũ.
Est. n. triplex malũ mortalis culpæ, & malũ venialis
culpæ, & malũ æternæ pęnæ. Prohibitiones respiciũt
malũ mortalis culpæ. Exo. 20. Nõ fornicaberis, & sic
de alijs prohibitionibus. Dissuasiones malum venia-
lis culpæ. Eccl. 19. Qui spernit modica, paulatim de-
cidet: & alibi. Vitasti grãdia, caue ne obruaris arena.
Comminationes respiciunt malum æternæ pœnæ.
Isa. ultimo. Vermis eorum non morietur. Bene er-
go dicit, quęcumque scripta sunt. s. in libro scripturę,
ad nostrã doctrinã scripta sunt. Rogemus ergo &c.

De eadem ex euangelio.

ERVNT ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, Lucæ. 21. In præcedenti euangelio dictũ eſt de aduẽtu miſericordiæ: in iſto vero agitur de aduentu iuſtitiæ. Ad iuſtitiã. n. pertinet malos punire, & bonos remunerare: ideo de vtroq; agitur hic. Primum in prima parte euangelii, ibi. Erunt ſigna: ſecundum, in ſecunda parte, ibi. Leuate capita veſtra. Circa pœnã malorũ oſtẽdit ꝙ creator & creatura cõueniẽt ad punitionẽ malorũ. Circa creaturã oſtẽdit ꝙ triplex creatura cõueniet ad punitionẽ malorũ. ſ. ſpũalis, corporalis, & cõpoſita. Spũalis angelus, compoſita homo. Corporalis vero duplex, ſuperior & iſerior: ſuperior corpora cæleſtia, iferior elemẽta. Oſtẽdit ergo Dominꝰ in euãgelio hoc, ꝙ mali recipiẽt pœnã a Dño, ab angelis, a corporibus cæleſtibus, ab elemẽtis, & a ſe ipſis. Primũ, ibi. Tunc videbũt filiũ hominis. Secũdũ, ibi. Nã virtutes cælorũ mouebuntur. Tertiũ, ibi. Erũt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, Quartũ, ibi. Præ cõfuſione ſonitus maris & fluctuũ. Quintũ, ibi. Areſcẽtibus hominibus præ timore. Circa primũ ſciẽdũ eſt, ꝙ Dñs tripliciter affliget malos in iudicio. Primo, diſceptãdo: ſecundo, cõuincendo: tertio, cõdẽnãdo. De primo, Nudus fui: de ſecũdo: Quãdiu nõ feciſtis vni ex minimis &c. de tertio, Diſcedite a me maledicti, Matth. 25. Angelus ſimiliter tripliciter affliget malos. Primo, ad iudiciũ trahẽdo: ſecundo, a bonis ſeparãdo: tertio, in ignẽ ęternũ mittẽdo. De his tribus Matth. 13. Exibunt angeli, vt. ſ. portẽt malos ante iudicẽ. Nõ. n. poſſent per ſe tã cito venire, cũ ſint corpora eorũ grauia, ecce primum: & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ, ecce ſm: & mittẽt eos in caminũ ignis, ecce tertium. Corpora cæleſtia ſimiliter affligẽt tripliciter malos. Primo, ſignis terrẽdo: ſecundo, tenebris affligẽdo: tertio, ſcelera eorũ referãdo. De primo, ibi. Erũt ſigna in ſole, luna, & ſtellis. Ioe. 2. Dabo prodigia in cęlo. De ſecũdo, Matth. 24. Sol oſcurabit, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ. De tertio, Iob. 20. Cæli revelabunt iniquitatem eius &c. Rogemus &c.

De eodem.

IN terris preſſura gentiũ præ cõfuſione ſonitus maris, & fluctuũ &c. Luc. 21. Dictũ eſt ſuperius quõ ſuperiores creaturæ puniũt malos, mõ dicẽdũ eſt quõ inferiores creaturæ: & oſtẽdit quõ punient ab igne, ab aere, ab aqua, a terra, & a ſeipſis. Primũ ibi. Areſcẽtibus hominibus. Ariditas aũt cõtingit ex ſiccatione humorũ, quod facit ignis. Secundũ ibi. Fluctuũ. Fluctus cõtingũt ex incluſione aeris in mare. Tertiũ, ibi, Maris. Quartũ, ibi. In terris preſſura gẽtiũ. Quintum, ibi. Præ timore & expectatione. Ignis tripliciter puniet malos. Primo, lucẽ abſcõdẽdo: ſecundo, incẽdẽdo: tertio, non conſumẽdo. Si. n. ignis cõſumeret eos, aliquod bonũ præſtaret eis: ſed cõburet, & nõ conſumet. De primo, pſal. 28. Vox Dñi intercidentis flãmã ignis. In flãma duo ſunt, ardor & ſplẽdor. Ira intercidet Dñs flãmã ignis, quia ſeparabit ſplẽdorẽ a calore, vt cõburat malos, & non illuminet. De ſecũdo. pſal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflãmabit. De tertio, Sap. 15. Ignis ſuæ naturæ oblitus eſt. Aer ſimiliter tripliciter affliget, ſiue puniet malos, fulguris emiſſione, grandinũ pluitione, & ventorũ cõmotione. De primo, Sap. 5. Ibũt directe emiſſiões fulgurũ, & tãquã a bene ſcuruato arcu nubiũ exterminabũt. De ſecũdo, ibidem. 5. A petroſa ira plenæ mittentur grãdines. De tertio ibidẽ. 5. Cõtra illos ſtabit ſpũs virtutis, & tãquã turbo venti. Aqua ſiꝰ tripliciter affliget malos. Primo, creaturã, quæ ad vſum erat, occidẽdo: ſecundo, fluctibus terrẽdo: tertio, cõtra peccatores excãdeſcẽdo. De primo, Apoc. 8. Oĩs creatura quę erat in mari, mortua eſt. De ſecundo, hic. Prę cõfuſione ſonitꝰ maris, & fluctuũ. De tertio, Sap. 5. excãdeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrẽt duriter. Terra ſimiliter tripliciter affliget malos. Primo, bñficia ſubtrahẽdo, vt impij affligant fame: ſecũdo, terræmotibus terrẽdo: tertio, deuorãdo. De primo, Matth. 24. Erunt peſtilẽtiæ & fames. De ſecundo ibidem. 24. Et terręmotus magni erunt per loca. De tertio, pſã. 105. Aperta eſt terra, & deglutiuit Datã. A ſemetipſis patiẽtur mali triplicia mala. Primo, ex defectu oĩum bonorũ: ſecundo, timore ex recordatione præteritorũ: tertio, ex expectatione inſtãtium oĩum malorum. De primo, Apoc. 1. Plãgẽt ſe ſuper eũ oẽs tribꝰ terrę &c. De alijs duobus hic Luc. 21. Areſcẽtibus hoĩbus p̃ timore, quo ad ſm: & expectatione, quo ad tertiũ. Hic tria notãtur. Primũ, ibi. Areſcẽtibus hominibus; ſecundũ, ibi. Prę timore: tertiũ, ibi. Et expectatiõe. Sunt aũt tres rõnes, pp quas oẽs creaturæ ſic excandeſcẽt cõtra malos. Primo, quia male vſi ſunt eorũ bñficijs: ſecundo, quia pulchritudinẽ earũ deuaſtauerunt malitijs & immunditiis ſuis: tertio, quia naturaliter eſt inſitus cuilibet creaturæ appetitus vindicãdi iniuriã Creatoris. De primo, Gregorius. Oĩa q̃ ad vſum vitæ accepimus, cõuertimus ad culpã &c. & poſt. Iure igitur nos oĩa feriunt. De ſecundo, pſal. 96. Cõmota eſt terra in operibus eorum. De tertio. Sap. 16. Creatura creatori deſeruiens exardeſcet in tormentis adverſus iniuſtos &c. hęc malis: bonis autẽ appropinquabit redemptio æterna, Ad quam nos &c.

Dominica tertia aduentus ex epiſtola.

SIc nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti. 1. Cor. 4. In pręcedenti epiſtola docuit nos Apoſt. Chriſtũ fuiſſe miniſtrũ pro nobis. Dico aũt Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circũciſionis &c. ideo ĩ iſta epiſtola docet nos debere eſſe miniſtros Chriſti, & dicunt in hac epiſt. ſex. Primo, ꝙ debemus nos Chriſti miniſtros facere: ſecundo, temerariũ iudiciũ fugere: tertio, humanum iudiciũ cõtẽnere: quarto in ꝓpria cõſciẽtia nõ cõfidere: quinto, omne iudiciũ Chriſto ut iudici tribuere: ſexto, laudes a ſolo Deo quærere. Primũ ibi. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: ſm, ibi. Nolite ante tẽpus iudicare: tertiũ, ibi. Mihi aũt ꝓ minimo ẽ vt a vobis iudicer: quartũ, ibi. Nihil mihi cõſcius ſum: quintũ, ibi. Quouſq; veniat Dñs: ſextũ, ibi. Tũc laus erit vnicuiq; a Deo. Circa primũ ſciendũ, ꝙ ꝓpter tria maxime debemus eſſe miniſtri Chriſti, & ei ſeruire. Primo, quia quiquid ſumus & poſſumus, ipſe dedit creãdo: ſecundo, quia ſeruiuit nobis nos redimẽdo: tertio, quia iterũ ſeruiet in gloriſicatiõe. De primo, Bernardus. Cui iuſtius ſeruire debeo, q̃ illi qui ſi voluiſſet, oĩno nõ eſſem? pſal. 99. Ipſe fecit nos. De ſecundo, Luc. 22. Ego in medio veſtrũ ſum tamq̃ qui miniſtrat. Seruiuit aũt tẽporaliter pedes abluẽdo, ſordes peccatorũ ſanguine ſuo mundãdo, & carnem ſuã miniſtrãdo. De primo, Io. 13. Cœpit lauare pedes diſcipulis ſuis &c. De ſecundo, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris ĩ ſãguine ſuo. Iſa. 24. Seruire me feciſtis in iniquitatibus veſtris. De tertio, Matt. 26. Accipit panẽ, benedixit, & fregit, & dedit. &c. Ber. Bonus miniſter qui carnẽ ſuã dedit in cibũ, ſanguinẽ in potum, & aĩam in pretiũ. Seruiet iterũ in glorificatione. Lu. 12. Amẽ dico vobis, ꝙ pręcingit ſe, & faciet illos diſcũbere, & trãſiẽs miniſtrabit illis. Iuſte ergo miniſtri eius eſſe debemus. Sunt autẽ tria quæ ipſe maxime odit in miniſtris ſuis. ſ. inmiſericordia, inobedientia, & inutilitas. De primo, Mat. 17. Serue nequã oẽ debitũ dimiſi tibi qm̃ rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ergo tui miſertꝰ ſum? &c. Mat. 24. Si aũt dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, morã facit dñs meus venire, & cœperit percutere ſeruos ſuos, mãducet autẽ & bibat cũ ebrioſis: veniet dñs ſerui illius ĩ die qua nõ ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ, partẽq; eius ponet cũ hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentiũ &c. De ſecundo, Luc. 12. Seruus ſciẽs voluntatẽ dñi ſui, & nõ facit ſm volũtatẽ eius, plagis vapulabit multis &c. De tertio, Mat. 25. Seruũ inutilẽ ꝓiicite ĩ tenebras exteriores &c. Sunt iterũ tria q̃ requirit Dñs in ſeruis. Primo, vt ſint ab oĩ ſorde peccati mũdati: ſecũdũ, vt ſint oĩbꝰ virtutibus ornati: tertiũ, vt ſint morũ honeſtate decorati. De 1. pſal. 100. Ambulãs in via immaculata; hic mihi miniſtrat. & 1. Tim. 4. Et ſic miniſtrẽt nullũ crimẽ habẽtes. De ſecũdo. 2. Cor. 6 In oĩbꝰ exhibeamꝰ nos ſicut Dei miniſtros. De tertio 1. Petri. 2. Cõuerſationẽ vr̃am inter gẽtes habẽtes bonã &c. De his tribꝰ Exod. 40. Applica Aarõ, & filios eius vt miniſtrẽt mihi, & lotos aqua indues ſacris veſtibus, vt vnctio eorũ proficiat. In lotione vero puritas, in ſacris veſtibus eorũ virtutũ varietas, in vlctione eorũ honeſtas, quia ex ea egreditur odor bonæ famæ. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus &c. Requirit aũt Deus ꝙ ſibi tribus modis miniſtremꝰ. Primo, eũ imitãdo: ſecũdo, in eius ſeruitio exultãdo: tertio, eũ timendo. De. 1. Io. 12. Siq̃s mihi miniſtrauerit, me ſequat. De ſecũdo, pſal. 99. Seruite Dño in lætitia. De tertio, pſa. 2. Seruite Dño in timore. Primũ, facit Dño ſeruitiũ acceptũ: ſecundũ, facit nos ſpeditos in ſeruitiũ: tertiũ, in ſeruitio nos cõſeruat. Promittit aũt tria Dñs ſeruis ſuis. ſ. felicitatẽ, dignitatẽ, et ęternitatẽ. De primo. 1. Tim. 3. Qui. n. bene miniſtrat, gradũ bonũ ſibi acquirit. De ſecundo, Mat. 25. Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper modico fuiſti fidelis. De tertio, Apoc. 7. Seruiet ei die ac nocte in tẽplo eius: & poſt. 7. Ad fontes aquarum vitæ deducet illos. Fons vitæ eſt æternitas. Dion. Æternitas eſt vitæ interminabilis tota ſimul & perfecta poſſeſſio. De his tribꝰ Io. 12. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Vbi eſt, ẽ iucunda ſublimitas & æterna iucunditas, & iucũda æternitas, Ad quam nos perducat dominus Deus.

De eadem ex euangelio.

QVmaudiſſet Ioãnes &c. Mat. 11. In p̃cedẽti euãgelio actũ eſt de aduẽtu iuſtitię: ĩ iſto de aduẽtu gratię. Vnde agitur hic de Ioãne, qui interpretatur gratia Dei, vel in quo eſt gratia Dei. Dicunt autẽ hic quatuor. Primo, Ioannis incarceratio: ſecundo, de Chriſti aduentu per miſſos diſcipulos interrogatio: tertio, Dñi reſponſio: quarto, multiplex Ioãnis cõmẽdatio. Cõmẽdatur aũt a quatuor. Primo, a cõſtãtiæ firmitate: ſecũdo, a veſtitus auſpritate: tertio, ab officij dignitate: quarto, a vitæ ſanctitate. Primũ, ibi. cũ audiſſet: ſecundũ, ibi. Tu es. Tertiũ, ibi. Ite renuntiate Ioanni, quæ &c. Quartũ, ibi. Cœpit illis dicere de Ioanne. Et iterũ. Primũ de cõmẽdatione, ibi. Quid exiſtis ĩ deſertũ videre? arũdinẽ vẽto agitatã? ſecũdũ, ibi. Hoĩem mollibus veſtitũ? tertiũ, ibi. Et iã plus q̃ ꝓphetã. Quartũ, ibi. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto angelũ meũ. Mox autẽ de vinculis ſciendũ eſt, ꝙ tres dicũtur eſſe in vinculis, iuſtus, impius, & dãnatus. Iuſtus ponit in vinculis pręceptorũ: impius in vinculis peccatorũ: dãnatus in vinculis tormẽtorũ. De primo, Eze. 4. Ecce circũdedi te vinculis. Oſee. 11. Trahã vos in vinculis charitatis. De ſecũdo, Pro. 5. Iniquitates ſuæ capiũt ĩpiũ, & funes pctõrũ ſuorũ cõſtringit. Iſa. 10. Ne icuruemini ſub vinculo. De tertio, Sap. 17. Vinculis tenebrarũ cõpediti. Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores. Prima vincula ſunt apetenda, ſecũda diſſoluẽda, tertia cauenda. Vincula pręceptorũ ſunt amplectanda propter tria. Primo, quia per ipſa ſalus oĩ malo aquiritur: ſecundo, quia ligatus eis a Dei ſapiẽtia protegit: tertio, quia de ipſis ad regimẽ egredit. De primo, Eccl. 6. Vincula illius alligatura ſalutaris. De ſecundo, Sap. 5. Et in vinculis nõ dereliquit illũ. De tertio, Eccle. 4. De carcere cateniſque interdum quis egreditur ad regnum. Sunt ergo vincula præceptorũ amplectenda, ſed peccatorũ diſſoluenda. Ligatur autẽ peccator vinculis ſuperbiæ, vinculis auaritię, vinculis luxuriæ, vinculis malæ linguæ. De primo, Iob. 39. Quis dimiſit onagrũ liberũ, & vincula illius quis ſoluit? Per onagrũ intelligitur ſuperbus. Iob. 11. Vir vanus in ſuperbiã erigitur &c. Vnde vincula onagri ſunt vincula ſuperbi. De ſecundo, Iſa. 5. Vę qui trahitis iniquitatẽ ĩ uinculis vanitatis. Vanitates diuitiæ ſunt. De tertio, Prou. 8. Statim q; ſequitur eã quaſi bos ductus ad victimã, & ignorat ſtultus ꝙ ad vincula trahatur. Vincula trahentia ſunt manus mulieris. Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte mulierẽ. & poſt Eccle. 7. Vincula ſunt manus illius. Iſta vincula ſunt ſoluẽda. Iſa. 51. Solue vincula colli tui. Soluitur autẽ quatuor modis. Primo, per gratiam iuſtificationis: ſecundo, per gratiã contritionis: tertio, per verecundiã confeſſionis: quarto per pœnã ſatisfactionis. De primo, pſal. 115. Dirupiſti vincula mea Domine, ſ. gratiã infundendo. De ſecũdo, Dan. 4. vbi dr̃, quòd ignis cõſumpſit vincula puerorũ. Per ignẽ contritio intelligitur. pſal. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. De tertio, Oſee. 5. Vidit Iudas vinculũ ſuũ. Iudas interpretat cõfitens: vnde Iudas vinculũ ſuum videt, qñ pœnitens videt ſe vinculis peccatorũ conſtrictum, clamat in confeſſione vt ſoluatur. De quarto, Naũ. 1. Afflixi te, & poſt. Vincula tua diſrũpã, ſic ſoluenda ſunt vincula peccatorũ. Vincula vero tormentorũ ſunt vitanda propter tria. Primo, quia tenebroſa: ſecundo, quia crudelia: tertio, quia ęterna. De primo, Sap. 17. Vinculis tenebrarũ cõpediti. De ſecundo, Eccl. 13. Et non parcet de malitia, & de vinculis. De vinculis iſtis Iſa. 38. Ne forte conſtringantur vincula noſtra. De tertio. Iud. 1. In vinculis ęternis ſub caligine reſeruauit. Loquitur de dæmonibus. A vinculis iſtis eripiat nos Deus, quod &c.

De Dominica tertia ex epiſtola.

GAVDETE in Domino ſemper, iterũ dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibus Phil. 4. In fine præcedentis epiſtolę monuit Apoſt. vt oĩa Chriſto vero iudici reſeruemus, ſed ne conqueramur de longa mora, dicit eũ in proximo venturũ. Dominus, inquit, prope eſt. Facit autẽ Apoſt. in pręmiſſis verbis tria. Primo, monet ad interiorẽ ſanctificationẽ: ſecundo, ad honeſtã cõuerſationem

ſationē: tertio, ſubiũgit rōnē. Interior ſanctitas cōſiſtit in duobus. Primo, vt mala affectio removeat: ſecundo, vt bona affectio habeat. Ber. Sanctũ facit affectio ſancta: mala affectio eſt gaudere in mundo. Eſt aũt gaudiũ mundi malum, quia de malis, de vanis, de turpibus. Gaudium de malis eſt gaudere in malitijs: gaudiũ de vanis eſt gaudere in diuitijs, quæ vanitas ſunt: gaudiũ de turpibus eſt gaudere de luxurijs. De Primo, Prou. 2. Lætant cũ malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis. De ſecũdo, pſal. 48. In multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriat. De tertio, Iob. 21. Gaudẽt ad ſonitũ organi. Iac. 5. Epulati eſtis ſuper terrã, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra. De iſtis trib⁹. Aug. Quid ē ſæculi gaudiũ? breuiter dico, ſęculi nequitia eſt ipunitas malitiæ, ī ſpectaculis nugari, luxuriari, oblectari, ingurgituri, & turpitudine fœtere: gaudere autē in Domino eſt gaudere, quia eſt potens ad ſaluandum, quia eſt miſericors Dominus ad iuſtificandum. Quia largiſſimus ad remunerandũ. Pro modico enim ſeruitio dat vitam æternã & regnũ cæleſte. Gaudẽdũ eſt ſine dubio in tali dño, qui ſaluat ſeruos ſuos redimẽdo, dimittit oĩa debita iuſtificãdo, coronabit æternũ regnũ cōferẽdo. De primo, pſal. 33. Dñs rex nr̄ ipſe veniet, & ſaluabit nos. Mat. 1. Ipſe Saluator ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eorũ. De ſecundo, Ro. 5. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius. De tertio, Apoc. 2. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, et dabo tibi coronã vitę. De his trib⁹, Iſa. 61. Gaudẽs gaudebo in Dño. Et quare? Quia induit me veſtimẽto ſalutis, ecce primũ: & idumẽto iuſtitiæ circũdedit, ecce ſecundũ: quaſi ſpõſã decorauit me corona, ecce tertium, Ad quã nos perducat &c.

De eadem epiſtola.

ODESTIA veſtra nota ſit oĩbus hominibus, Phil. 4. Hortatus ē Apoſt. ſuperius ad interiorẽ ſanctitatẽ: hic vero hortat ad cõuerſationis honeſtatẽ, ibi. Modeſtia veſtra. Ponit antẽ hic duo. Primo, hortat ad honeſtã conuerſationẽ: ſecundo, ſubiungit rōnẽ. Primũ, ibi. Modeſtia veſtra: ſecundũ, ibi. Dñs prope eſt. Sunt autẽ tria quæ nos mouere debent ad modeſtiã. Primo, creaturæ documẽtũ. Oĩa.n. ſicut dicit in libr. de trin. Aug. ſeruãt modũ, ſpecię, & ordinẽ. Sap. 11. Oĩa ī ordine, numero, & mẽſura diſpoſuiſti. Secũdo, magnũ qd̄ in eadẽ eſt cõfortamẽtũ: eſt.n. fruct⁹ ſpiritus valde ſuauis. Gal. 5. Fructus aũt ſpũs eſt charitas. & poſt, modeſtia &c. Tertio, magnũ qd̄ de ei⁹ abſentia prouenit nocumẽtũ. Sen. Si mediocria ſunt vtilia, inutilia vero ſunt ſemp nimia, ſuperflua.n. nocẽt. Eſt aũt habẽda modeſtia in ore, in corde, in manu. In corde, vt reſecet cogitationũ ſuperflitatẽ: in ore, vt reſecet verborũ inutilitatẽ: in manu, vt reſecet exceſſum in opere. De primo, Sene. Magni animi eſt magna cõtemnere, & media magis velle q̄ nimia. De ſecundo, Prou. 10. Qui moderatur labia ſua, prudentiſſim⁹ eſt. De tertio, Ro. 12. Rõnabile ſit obſequiũ veſtrũ. Rõnẽ aũt horũ duorũ ſubiungit dicẽs. Dñs prope eſt. Eſt aũt Dñs prope pœnitẽti, vt indulgeat: orãti, vt exaudiat: tribulationes patienti, vt ſubueniat. De primo, Ezec. 18. Quacũq; hora cõuerſus fuerit peccator, & ĝemuerit &c. De ſecũdo. pſal. 144. Prope eſt Dñs oĩbus inuocãtibus eũ. & Iſa. 65. Eritq;, anteq̄ clament ego exaudiã. De tertio. pſa. 90. Cũ ipſo ſum in tribulatiõe. & in Apoc. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecũ eſt retribuere vnicuiq; ſecundũ opera, malis pęnas ęternas, & iuſtis vitam ęternam, Ad quam nos perducat qui viuit in ſæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

OX clamãtis in deſerto. Parate viã Dño. Ioã. 1. In p̃cedẽti euãgelio ponit qualiter Chr̃s Ioãnẽ multipliciter cõmẽdauit: in iſto, qũo ſe ipſum humiliauit. Moraliter per deſertũ mundus iſte intelligitur. Deute. 8. Ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq; terribili, in qua erat ſerpens flatu adurens. i. ſuperbia: ſcorpio. i. luxuria: dypſas. i. auaritia. In iſto deſerto clamat creatura, Chriſtus, iuſtus, & prædicator. Creatura clamat tria, primo vt Deũ cognoſcamus: ſecundo, vt ipſum diligamus: tertio, vt laudes ei debitas reddamus. De primo, Aug. Oĩa clamãt, Deus me fecit. De ſecundo, idẽ. Cælũ, & terra, & oĩa quę in eis ſunt, vndiq; mihi dicunt vt amẽ te, nec ceſſant dicere oĩbus, vt ſint inexcuſabiles. De tertio, idẽ. Mirũ eſt ꝙ homo ceſſat a laude Dei, cũ oẽs creaturæ inuitẽt ad laudãdũ eũ. Chriſtus clamauit ſimiliter tripliciter. Primo, miracula faciẽdo: ſecũdo, vtilia prędicãdo: tertio, pro nobis moriẽdo. De primo, Ioa. 11. Clamauit voce magna dicẽs. Lazare veni foras. De ſecũdo, idẽ. 7. Stabat Ieſus & clamabat. Si quis ſitit, veniat ad me, et bibat. De tertio, Mat. 27. Chr̃s clamãs voce magna emiſit ſpũm. In primo, apparuit ei⁹ potẽtia: in ſecũdo, eius ſapiẽtia: in tertio, ineffabilis eius bonitas & charitas. Hæc tria erant neceſſaria ad redeptionẽ noſtrã; vt poſſet redimere, vt ſciret, vt vellet. De his tribus. 1. Cor. 1. Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei ſapiẽtiã, Chriſtus vnct⁹, & ideo bonus: virt⁹, & ideo potẽs: ſapiẽtia, & iõ ſapiẽs. Iuſtus clamat ſimiliter tripliciter. Primo orãdo, ſecũdo cõfitẽdo, tertio laudando. De primo, pſa. 76. Voce mea ad Dñm clamaui, & exauuit me. De ſecundo idẽ. pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã Dño, & tu remiſiſti &c. De tertio, Clamabo ad Deũ qui bene fecit mihi, ſupple, laudãdo illũ: quia pro beneficiis ei debemus gratias agere. Prædicator ſimiliter tria debet clamare. Primo hoĩum ſcelera: ſcdo, fragilitatis humanæ miſeriã: tertio, vt p̃parẽt Dño via. De his oĩbus. Iſa. 58. De primo, Clama ne ceſſes: & poſt. Annũtia populo meo ſcelera eorũ. De ſecundo. Iſa 40. Vox dicẽtis, clama: & dixi, quid clamabo? Oĩs caro fœnũ. De tertio ibidẽ. 40. Vox clamãtis in deſerto parate uiã Dño. Præparat aũt Dño viã. ſ. puritas, humilitas, & æquitas. De primis duobus. Iſa. 42 Præparate viã: & ſubdit modũ pręparandi. Planũ facite iter, mõtuoſitatẽ ſuperbiæ remouendo, qd̄ fit per humilitatẽ. Eligite lapides, cætera peccata remouendo, qd̄ pertinet ad puritatẽ. De tertio, Io. 1. Dirigite viã Dño, & aſpera in vias planas, p puritatẽ. Humilitas ordinat nos ad Deũ, æquitas ad proximum, puritas ad nos ipſos. Rogemus &c.

Dominica infra oct. Natiuitatis.

VT eos q̄ ſub lege erãt redimeret, Ad Gal. 4. Sciẽdũ ꝙ Chr̃s nos redemit a multis. Primo, ab iniquitate. Tim. 2. Vt nos redimeret ab oĩ iniquitate. Secundo, a diabolo, Deut. 7. Redemit nos de manu Pharaonis. i. diaboli. Tertio, de morte. Oſee. 13. De manu mortis redimã eos. Quarto, a legis ſeruitute & maledictione. Galat. 5. Redemit &c. Nota ꝙ bonitas Chriſti apparuit ī noſtra redẽptione ī multis. Primo, q̄a ſine meritis. Iſa. 52. Sine argento redimemini &c. Secundo, quia redemit magnis expẽſis. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argẽto redẽpti eſtis &c. Tertio, quia ex ſola abundantia charitatis. Iſa. 63. In dilectione ſua, & in indulgẽtia ſua ipſe redemit nos. Nota ꝙ Dñs quinq; requirit a nobis p redẽptione nr̄a.

Primo,

Primo, vt a peccatis ad eũ reuertamur. Hier. 4. Reuertere ad me, quia redemi te &c. Secundo, vt eũ diligamus. Aug. Miſer ego quãtũ debeo diligere Deũ meũ qui me fecit, cũ nõ eſſem: redemit cũ petierã, & abierã, & ī peccato vẽditus erã: venit ille & redemit me, & tm̃ dilexit me, ꝙ pretiũ ſanguinis ſui dedit p me. Tertio, vt ipſi ſoli ſeruiam⁹. 1. Cor. 6. Empti eſtis pretio magno &c. Quarto, vt tm̃ beneficiũ vbiq; prædicemus, vel diffundamus. Iſa. 48. Auditũ facite, hoc efferte illud vſque ad extrema terræ. Quinto, vt pro tanto beneficio gratias agamus. pſalm. 140. Labia mea & anima mea quam redemiſti &c.

De eadem ex euangelio.

VAM ipſius animam pertrãſibit gladius, Luc. 2. Verba iſta prophetica ſunt de paſſione Chriſti: & notant tria in verbis iſtis. Primo, magna beatæ Virginis ad Chriſtũ cõpaſſio, ibi. Tuã ipſius aĩam pertrãſibit gladius. Et ſciẽdũ ꝙ quatuor maxime fecerunt amatã paſſionẽ Chriſti beatæ Virgini. Primũ, filij bonitas. 1. Pet. 2. Qui peccatũ nõ fecit &c. Secundũ, crucifigentium crudelitas: qd̄ vel ex eo patet, ꝙ morienti ſaltẽ aquã dare noluerũt, nec a matre q̄ diligẽter dediſſet, dari permiſerũt. Tertiũ, pœnæ vilitas. Sap. 2. Morte turpiſſima condẽnemus eũ. Quartũ, tormẽti crudelitas. Tre. 1. O uos oẽs q̄ trãſitis p viã, atẽdite, & videte ſi eſt dolor &c. Scdo, amara Chriſti paſſio, ibi. Tuã ipſi⁹ aĩam ptrãſibit gladius, ſciẽdũ, ꝙ crux eius fuit gladi⁹ acut⁹. Ezec. 21. Gladius acut⁹ & limatus. Acutus fuit, quia maxime pupugit & vulnerauit. Itẽ, fuit ſplẽdidus. i. ſplẽdens fuit, eo ꝙ in ea pepẽdit ſplẽdor mundi. i. Dei patris. Heb. 1. Qui cũ ſit ſplẽdor gloriæ &c. Itẽ, fuit gladius gloriæ tuæ. Deut. 33. Scutum virtutis tuę, & gladius gloriæ tuæ. Dr̄ autẽ gladius gloriæ, quia per ipſum acquiſiuit nobis gloriã. Iſto gladio fuit a malis percuſſus per crucẽ, tn̄ percutiet malos gladiis ſuis. Primus eſt pœnæ præſentis aduerſitas. Ezec. 11. Gladiũ metuiſtis &c. Secũdus iudicialis ſentẽtia. Apoc. 1. Ex ore eius gladius &c. Tertius, infernalis pęnę acerbitas. Iſa. 1. Gladius deuorauit, quia os Dñi locutũ eſt. Gen. 3. Conſtituit gladiũ flãmeum &c. Tertio, paſſionis cõſecutio, ibi. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Quod cogitat reuelat aut ſacerdoti in cõfeſſione. pſa. 36. Reuela Dño viã tuã &c. Aũt in iudicio ad dãnationem, Oſee. 2. Reuelabo ſcelera tua &c. Nota, ꝙ in pręſenti debemus peccata reuelare pp quatuor. Primo, quia tali reuelatione dimittunt peccata. Pro. 28. Qui abſcõdit ſcelera ſua non dimittet: qui autẽ confeſſus fuerit ea, & reliquerit &c. Secũdo, quia a Deo abſcõdunt. Aug. Si reuelas ego celo, & ecõuerſo &c. Tertio, quia gratia infundit. Quarto, quia ex ea vita æterna acquirit. De his duobus. Eccl. 4. Eſt confuſio adducẽs gratiã & gloriã. Nota, ꝙ in futuro reuelabũt oĩa, qui nõ reuelat ea hic. Reuelabuntur aũt a tribus. Primo, a cælis. Iob. 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius &c. Secũdo, a ſe ipſis. Ro. 2. Teſtimoniũ reddẽte illis cõſciẽtia &c. Tertio, a Deo. 2. Cor. 3. Illuminabit abſcõdita tenebrarũ. Reuelabit aũt ira Dei ſuper oẽs, qui hic nolunt reuelare. Ro. 1. Reuelabit aũt ira Dei ſuper omnem impietatem, A qua ira liberet nos Dominus, qui viuit & regnat in ſæcula, Amen.

Dominica infra oct. Epiph. ex epiſtola.

NOLITE cõformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probẽtis q̄ ſit voluntas Dei, Ro. 12. In iſtis verbis ad tria hortat Apoſt. in quibus cõſiſtit tota perfectio hominis. Primo, vt ſęculi forma deponat: ſęcundo, vt forma nouæ vitæ aſſumat: tertio, vt Dei volũtas agnoſcat. Primũ, ibi. Nolite cõformari huic ſęculo. Secũdũ, ibi. Sed reformamini ī nouitate. Tertiũ, ibi. Vt probetis q̄ ſit volũtas Dei. Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ triplex ē forma ſæculi. Prima eſt terrenotũ cupiditas: ſcda, carnalis cõcupiſcẽtia: tertia, vitæ ſuperbia. De his tribus. 1. Io. 2. Oẽ qd̄ eſt in mũdo cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſupbia vitæ. Sciẽdum ꝙ iſta triplex forma dat triplex eſſe: q̄a prima forma dat eẽ terrenũ, ſcda aĩale, tertia diabolicũ. Auaritia facit hominẽ terrenũ: cõcupiſcẽtia carnis, aĩalẽ: ſupbia ẽt ſimilẽ facit diabolo. De his trib⁹, Iac. 3. Nõ eſt iſta ſapiẽtia deſup deſcẽdẽs, ſed terrena, aĩalis, diabolica. Primo mũ cõformãtur huic ſęculo auari: ſcdo guloſi & luxurioſi: tertio ſupbi, iõ pereũte ſæculo peribũt & ipſi. Grec. Qui labẽti inititur, neceſſe ē vt cũ labẽte ruat. 1. Io. 2. Nolite diligere mũdũ, quare? quia trãſit mundus, & cõcupiſcẽtia eius. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ forma vitæ nouę ē aſſumẽda tripliciter. Prima volũtatis ſẽctitas, ſcda locutionis veritas, tertia operis æquitas. Prima informat cor, ſcda os, tertia man⁹. De primo. Eph. 6. Faciẽtes volũtatẽ Dei ex aĩo cũ bõa volũtate. De ſcdo, Eph. 4. Loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ p̃ximo ſuo. De tertio, Gal. 6. Dũ tẽpus habem⁹ operemur bonũ ad oẽs. De his trib⁹, Eph. 5. Fructus aũt lucis eſt in oĩ bonitate, & iuſtitia, & veritate: in bonitate cordis, ī veritate locutionis, in iuſtitia opis. Prima forma dat eẽ ãgelicũ, ſcda dat eẽ diuinũ, tertia dat eẽ cęlicũ. Per bonitatẽ hõ fit ſimilis angelis, p veritatẽ Deo, p iuſtitiã ſẽctis. De his trib⁹ ī iſta epiſt. Ro. 2. Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuẽtẽ, ſẽctãm, Deo placẽtẽ. Viuẽtẽ p iuſtitiã qua hõ viuit. Ro. 1. Iuſt⁹ ex fide viuit: ſẽctãm p vitã: bonã: ſẽctã.n. idẽ eſt ꝙ mũda: Deo placẽtẽ p veritatẽ, q̄a De⁹ veritas ē. *Tertiũ mẽbrũ q̄re in ſequẽti proceſſu.*

De eadem.

VT probetis q̄ ſit volũtas Dei Ro. 12. Hoc ē, totũ bonũ hoĩs, vt cõformet ſe volũtati diuinæ. Et diſtiguit hic triplex volũtas Dei. Prima bona, ſcda placẽs, tertia pfecta. Et intelligit pluribus modis, ſed mõ tripliciter. Moraliter bona fuit volũtas Dei creãdo, bñplacẽs recreãdo, pfecta glorificãdo. Bona cõferẽdo eẽ naturæ, bñplacẽs cõferẽdo eẽ grãæ, pfecta largiẽdo eẽ gloriæ. De primo, Apoc. 4. Dign⁹ es Dñe accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ, q̄a tu creaſti oĩa & volũtate tua erãt, et creata ſunt. Erãt.n. ī idea in mẽte diuina, creata ſunt ī proprio eẽ. De ſcdo. pſal. 29. Dñe in volũtate tua p̃ſtitiſti decori meo virtutẽ: recreãdo.n. decorẽ diuinũ ī nobis reparauit, & ī virtute Spũs ſẽcti roborauit. De. 3. Io. 12. Volo pr̄, vt vbi ego sũ, illic ſit & miniſter me⁹, qd̄ erit in gloria. pſa. 72. In volũtate tua deduxiſti me, & cũ gloria ſuſcepiſti me. Secũdo mõ intelligit ſic. Volũtas Dei bona ī nr̄a ab oĩ ī puritate mũdatione: bñplacẽs in miſericordiæ exhibitiõe, pfecta ī charitatis feruore. De primo. 1. Theſſ. 4. Hæc eſt volũtas Dei, ſẽctificatio. i mũdatio. De ſcdo, Mat. 9. Miſericordiã volo, & nõ ſacrificiũ. De tertio, Luc. 12. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accẽdat? per ignẽ charitas intelligitur: Tertio mõ intelligit ſic. Volũtas ei⁹ bona eſt in coniugatis, bñplacẽs in cõtinẽtibus, pfecta in p̃latis, qui tenẽtur ad pfectionẽ. Volũtas.n. Dei in coniugatis eſt facere opa miſericordiæ: ī cõtinẽtibus, facere bonũ cõtinẽtiæ: in p̃latis, p ffibus aĩam ponere. De prima voluntate põt intelligi illud pſal. 142. Doce mẽ facere volũtatẽ tuã. De ſcda, 1. Theſſ. 4. Hæc eſt volũtas Dei vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ ſuum vas poſſidere in ſẽctificatione, ab

immũditia, quod fit maxime p cõtinẽtiam. De tertia, psalm. 102. Ministri eius qui faciũt voluntatẽ eius. Præmium illius voluntatis est vita æterna. psal. 29. Et vita in voluntate eius, Ad quam nos conducat &c.

De eadem ex euangelio.

EGo & pater tuus dolentes q̃rebam⁹ te, Luc. 2. In isto euãgelio multa docent, f̃m literã, sicut patet: sed in isto verbo docemur q̃rere Deum, ad qd̃ monemur frequẽter in scriptura. Notãtur aũt in istis verbis tria. Primo, q̃rẽtes: scdo, modus quẽrẽdi: tertio inquirendus, vel quẽsitus. Primũ, ibi. Ego & pr̃: f̃m, ibi. Dolẽtes: tertiũ, ibi. Quẽrebamus te. Quærẽtes erãt Maria & Ioseph, p quos duo genera hominũ designãtur, a q̃bus q̃rit Dn̄s, q̃rit a cõtẽplatiuis ĩ cõtẽplatione, & ab actiuis in actione. Maria interpretatur illuminata, & significat cõtẽplatiuos, qui in cõtẽplatione suscipiũt diuinas illuminatiões. Ioseph interp̃tat augmẽtũ, & significat actiuos qui debent habere augmẽtũ operũ misericordię. ab istis q̃rit Dn̄s: de vtroq;, psal. 85. Lætetur cor q̃rẽtiũ Dn̄m; q̃rite Dn̄m & cõfirmamini. Primũ ptinet ad cõtẽplatiuos, qui sunt in cõtinua lętitia & iubilo: f̃m, ad actiuos qui q̃nq; multũ indigẽt cõfirmari. Vel p Mariã stellã maris designabit fides, & p Ioseph augmẽtũ charitatis. Fides inquirit Deũ inquãtũ p̃rem nostrũ; charitas ĩquãtũ summũ bonũ. De his duob⁹ Cãticorũ. 5. Aĩa mea liquefacta ẽ, vt dilectus locutus est. Quæsiui, & nõ inueni. i. inquãtũ loquitur, ĩ tãtũ q̃siui, nã fides est ex auditu: inquãtum dilectus charitas q̃rit, q̃ ẽ vita copulãs diligentẽ cũ dilecto, vt dicit Aug. Sed plane si p charitatẽ hic q̃ritur, post inuenietur. Circa modũ inquirẽdi, nota q̃ septẽ modis debet inquiri, sicut põt colligi ex textu. Primo, cũ mẽtis puritate, vt simus ab oĩ labe pcti d̃purati. 1. Esd. 6. Oẽs qui se separauerãt a coinquinatiõe gẽtiũ terræ vt quærerẽt Deũ. Scdo, cũ intentionis simplicitate. Sap. 1. In simplicitate cordis quærite illũ. Tertio, quẽrendus est ex toto corde, vt solũ eũ cogitemus. Quarto, ex tota voluntate, vt eũ solũ velimus. De his duob⁹. Paral. 15. In oĩ corde suo, & in oĩ volũtate sua q̃sierũt Dn̄m, & inuenerũt. Quinto, quærẽdus est cũ festinatione anteq̃ trãseat tẽpus in quo iueniri possit. Isa. 55 Quẽrite Dn̄m dũ inueniri põt. Sexto, quærẽdus est cũ pseuerãtia sine cessatione. psal. 104. Quærite faciẽ ei⁹ semp. Septimo, quẽrẽdus est cũ dolore pctõrũ. Mich. 4. Dole & satage filia Sion quasi parturiẽs, quia redimet te Dn̄s d̃ manu inimicorũ tuorũ &c. Luc. 2. Ego & pr̃ tu⁹ dolẽtes &c. Circa tertiũ sciẽdũ est, q̃ debem⁹ quẽrere Deũ: vnde dicit, Quẽrebamus te. Est aũt inquẽdus pp quatuor. Primo, quia iustus: scdo, quia mãsuetus: tertio, quia bonus: quarto, quia vita. Iustus, vt inquirentibus se offerat. In hoc. n. est iustitia eius, quia nullus quærit sicut q̃rere debet qd̃ nõ inueniat. Mãsuetus est, vt q̃rentes se benigne suscipiat. De his duob⁹ Soph. 2. Quẽrite Deũ: & post, q̃rite iustũ, q̃rite mãsuetũ. Bon⁹ ẽvt q̃rẽtes se magnificet & remuneret. Ezec. 3. Bonus Dn̄s sperãtibus in se, aĩę q̃rẽti illũ. Vita est, qa q̃rẽtes se facit æternaliter viuere. psal. 68. Quærite Dn̄m, & viuet aĩa vestra, Ad quã nos pducat &c.

Dominica prima post Epiphaniam.

HOspitalitatẽ sectãtes &c. Ro. 12. In ista epist. cũ sit tota moralis, hortamur ad multam hospitalitatẽ, ad quã p̃cipue d̃bẽt nos quatuor mouere. Primo, Dn̄i p̃ceptũ: scdo, sctõrũ exẽplũ: tertio, si nõ fiat nocumẽtũ: quarto, si fiat multiplex pfectũ. Circa primũ sciendũ, quia Dn̄s triplici lege p̃cipit hospitalitates. s. lege naturę, lege veteri, lege noua. Lege naturæ q̃ p̃cepit vt sicut ab aliis hospitalitates nobis exhiberi volumus, ita exhibeamus aliis. Matt. 7. Oĩa quæcũq; vultis vt faciãt vobis homines &c. Lege veteri. Isa. 58. Egenos vagosq; induc in domũ tuã. Et Deut. 26. Vt comedas tu, & peregrin⁹, & aduena tecũ. Lege noua. Heb. 13. Hospitalitatẽ nolite obliuisci. Circa f̃m sciẽdũ q̃ exẽpla sctõrũ tria docẽt nos circa hospitalitatẽ. Primo, vt hospites quasi ad nos cogamur intrare: scdo, vt eos ab iniuriis defendamus: tertio, vt cũ hilaritate, & festinatione, & abundanter eis necessaria ministremus. De primo, Lu. vlt. Et coegerunt illũ dicẽtes, Mane nobiscũ, q̃m aduesperascit, & inclinata est iã dies. De scdo, Gene. 19. Nolite quæso iquit, f̃res mei, nolite hoc malũ facere, q̃m ingressi sunt sub umbra culminis mei: unde discatur q̃ mos erat hospites ab iniuriis defendẽr. De tertio, Gen. 18. Obsecro declinate ad seruũ uestrũ. & post, Et dixit Sarę, Accelera, tria sata farinę, cõmisce &c. & ipse cucurrit ad armẽtũ & tulit vitulũ, vt doceamur hilariter, & festinãter, & abũdãter hospitib⁹ ministrare. Circa tertiũ sciẽdũ q̃ tria mala incurrunt hii qui nolũt hic ho spitalitatẽ sectari. Primo, q̃a hic a Dn̄o puniũt: scdo, qa ĩ iudicio cõfundẽtur: tertio, qa in malũ hospitiũ ĩcludũtur. De primo, Sap. 19. Alii quidẽ ignotos non recipiebãt aduenas, alii aũt bonos hospites inseruitẽ accipiebant. Et nõ solũ hoc, sed & alius quidẽ erat aspect⁹ eorũ, q̃m inuiti recipiebãt extraneos: & post. Percussi sunt cæcitate. De scdo, Mat. 25. Hospes fui, & nõ collegistis me. De tertio, Matt. 25. Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Circa quartũ sciendũ, q̃ pp tria debemus sectari hospitalitatẽ. Primo, quia ex hoc gratiã acquirimus: secũdo, qa frequẽter sanctos & angelos recipim⁹: tertio, qa ĩ ęternũ cęleste & glõsũ hospitiũ recipiemur. De primo & scdo. Heb. 13. Hospitalitatẽ nolite obliuisci: p hãc. n. quidã placuerũt angelis hospitio receptis. De scdo, exẽplũ de Domina, q̃ credidit recipere pauperem, & recepit Christum. De tertio, Matt. 25. Hospes fui, & collegistis me: & post. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, Ad quod &c.

De eadem ex euangelio.

DIe tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilęæ, & erat mater Iesu ibi, Ioan. 20. Quatuor nuptiæ leguntur in scriptura. Primæ historicæ, secundæ allegoricæ, tertiæ tropologicæ, quartæ anagogicę. Historicæ, ĩter uirũ & vxorẽ carnalẽ: allegoricæ, inter Christũ & Ecclesiã: tropologicæ, inter Deũ & animã: anagogicæ, inter Deũ & Ecclesiã triumphãtẽ. De primo, Hester. 2. Fecit cõuiuiũ prẽparari, p coniũctione Hester & nuptias. De secũdis, Mat. 22. Simile est regnũ cælorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. De tertiis, Osee. 2. Spõsabo te mihi ĩ fide. De quartis, Matt. 25. Et quæ paratæ erant, intrauerũt cũ eo ad nuptias. Primas nuptias in paradiso Dn̄s ordinauit, verbo confirmauit, pn̄tia decorauit, & miraculo illustrauit. De primo. Gen. 2. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. De scdo, Matth. 19. Quos deus cõiunxit, homo nõ separet. De tertio & quarto hic. Vocatus est aũt Iesus, ecce tertiũ: ut aũt gustauit architiclinus aquã vinũ factã, ecce quartũ. In istis nuptiis debent esse tria bona, fides, vt torus non violetur: proles, vt filii Dn̄o generentur: sacramẽtum, vt nec vir ab vxore, & econuerso, sicut nec Christus ab Ecclesia separetur, vt primo viuente alteri nõ copuletur. De primo. 1. Cor. 7. Vir potestatẽ sui corporis non habet. De secũdo. 1. Tim. 2. Saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ. De tertio, Ephe. 5. Sacramẽtũ hoc magnũ est: ego aũt dico in Christo & Ecclesia. Primũ bonũ destruũt adulteri: f̃m, qui procurãt venena stelitatis, vel qui filios ad Dei cultum & seruitiũ nõ instruũt: tertiũ, qui viuent vxore alteri cõiungũtur. De primo, Heb. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, idest, cõdẽnabit. De secũdo, Isa. f̃m aliã trãslationem. Maledicta terra quæ nõ parturit. De tertio, Ro. 1. Si viuente viro fuerit cũ alio, vocabitur adultera. Potes hic prosequi de impedimẽto istarũ nuptiarũ. De nuptiis vero inter Deũ & animã, quæ intelligitur per istas nuptias, quæras in sequẽti processu &c.

De eodem.

DIe tertia nuptiæ factę sunt in Chana Galilęę, Io. 2. Tria notantur in istis verbis circa nuptias. Primo, tẽpus celebrationis ponitur: secũdo, locus in quo sunt celebratæ subditur: tertio, persona inuitata ad ipsarũ cõmẽdationẽ subiũgitur. Primũ, ibi. Die tertia: f̃m, ibi. In Cana: tertium, ibi. Et erat mater Iesu ibi. Moraliter per istas nuptias intelligit cõiunctio Dei ad animã, in quibus nuptiis tria cõcurrũt, primo iudiciũ, secundo iustitia, tertio misericordia. De his tribus. Osee. 2. Spõsabo te mihi in iudicio, iustitia, & misericordia. Iudiciũ quo ad se ipsũ, iustitia quo ad Deũ, misericordia quo ad proximũ. Iudiciũ quo ad se ipsum cõsistit in trib⁹. Primo, vt omne malũ deserat: scdo, vt omne bonũ faciat: tertio, vt aduersa patienter sustineat. De his tribus in epistola quæ cũ hoc euãgelio legitur. De primo, ibi. Odientes malũ: de secũdo, ibi. Et adhęrẽtes bono: de tertio, ibi. In tribulatione patiẽtes. Iustitia quo ad Deũ cõsistit simiter in trib⁹. Primo, vt hõ in Deũ tanq̃ in summã veritatẽ sup oĩa credat. Secũdo, vt in eũ tanq̃ in summã potestatẽ super oĩa speret. Tertio, vt eũ tanq̃ summã bonitatẽ pp se & super oĩa diligat. Per primũ coniungitur rationali, per secũdum irascibili, per tertiũ cõcupiscibili. Primũ fit per fidẽ, f̃m per spem, tertiũ per charitatẽ. De his tribus in epistola hodierna. Primũ, ibi. Secundũ rationẽ fidei: secũdũ, ibi. Spe gaudẽtes. Tertiũ, ibi. Dilectio sine simulatione. De his tribus. 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hęc &c. Misericordia quo ad proximũ similitẽr consistit in tribus. Primo, vt ignorantẽ doceat: secũdo, vt indigentibus subueniat: tertio, vt eũ offendentibus indulgeat. De his tribus in eadẽ epistola. De primo, ibi. Quis docet, in doctrina. De secundo, ibi. Qui miseretur, in hilaritate. De tertio, ibi. Nulli malũ pro malo reddẽtes. Ro. 12. Hæc oĩa notãtur in euãgelio præmisso, quæ ordinãt nos ad Deum. Nota, in die tertio. Primus dies fides, secundus spes, tertius charitas, & in isto fiunt nuptiæ, quia per eã copulat anima Deo. Dicit Augustinus. Quid est charitas nisi vita copulãs amantẽ cũ amato? Tria quę ordinãt ad proximũ. Nota. In Cana Galilęæ. Cana interpretatur zelus, vel possessio, Galilęa volubilis. In zelo notat, zel⁹ doctrinę: in possessione opera misericordiæ. Illa enim vere & sine timore amissionis possidemus, quę pauperibus largimur. Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi &c. In volubilitate pronitas ad indulgendum. Illa quæ ordinant ad se ipsum notantur ibi. Erat mater Iesu, ibi. Maria enim interpretatur illuminata, & stella maris, vel amarum mare. Illuminatur autem homo a malo recedendo, egressus enim a vitijs virtutis operatur ingressum, vt dicit Ambrosius. Stella maris est bona operatio quæ illuminat. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ, qui in cęlis est. Amarũ mare est passionũ tolerãtia. Qui sic celebrat nuptias istas, celebrabit æternas, de quibus dicitur Apo. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Ad has perducat nos Iesus Christus, Amen.

Dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

NOlite esse prudẽtes apud vos metipsos, Ro. 12. In verbis istis secũdum suam duplicem expositionem prohibentur duo mala, scilicet malum superbię, & auaritiæ. Primo modo exponitur sic. Nolite esse prudentes apud vos metipsos, idest, vos sapientes & prudentes reputantes, quod fit per superbiam. Isa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Alio modo exponitur sic. Nolite esse prudentes, idest, prudentiam vestram nõ tantum vobis teneatis, sed alijs communicetis. Vnde glosa, ne prudentiam vestram apud vos tantũ, sed aduersus proximos magis exerceatis. Et a malo superbiæ tria debẽt præcipue dissuadere. Primo, quia deordinat a Deo: secũdo, quia a proximo: tertio, quia a se ipso. A Deo deordinatur homo tripliciter. Primo, a Deo apostatando: secundo, eum impugnando: tertio, aduersus eum se erigendo. De primo. Eccl. 10. Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo. De secundo, psal. 27. Superbia eorum qui te oderunt, ascẽdit semper. De Tertio, Iob. 15. Cucurrit aduersus eum extenso collo &c. Ideo Dominus armatus est semper vt resistat superbiæ. Iaco. 4. Deus superbis resistit. A proximo deordinatur similiter tripliciter. Primo, eum iniuriis perturbando: secundo, malitiis vexando: tertio, eum contemnendo & despiciẽdo. De primo, Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Idem, Sẽper iurgia quærit malus, idest, superbus, qui dicitur malus. De secundo, Isa. 14. Contriuit Dominus brachiũ impiorũ, & cętera q̃ sunt ibi. De tertio, Iob. 12. Deridet iusti simplicitas: lãpas cõtẽpta apud cogitationes diuitum, idest, superborum. A se ipso deordinatur similiter tripliciter. Primo, se ipsum decipiendo: secundo, se ipsum stultum faciendo: tertio, se ipsum confundendo. De primo, Isa. 49. Superbia tua & arrogantia tua ipsa decepit te. De secũdo, Prouerbiorum. 21. Superbus & arrogans vocatur indoctus. De tertio, Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi & contumelia. Eccl. 10. Qui tenuerit eam, idest, superbiam, implebitur malis, & in fine subruet eum. A malo autem auaritiæ dissuadet creator, creatura, & natura. Et nota quòd dissuadet creator prohibendo, creatura se & sua dando, natura cohibendo. De primo, Luc. 12. Attendite vobis ab omni auaritia. De secundo, Augustinus. Magnum inditium diuinæ bonitatis est, q̃ quælibet creatura cogitur dare se ipsam. De tertio, Tob. 3. Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Isti sunt duo infirmi curati in euangelio quod legitur cum ista epistola. Leprosus, superbus est qui tumet: paralyticus est auarus propter multa, curantur autem per duo bona, ad quæ hortatur nos Apostolus in eadem epistola. Primum, ibi. Cum omnibus hominibus pacem habentes, vbi prohibet superbiam: superbus enim cum nullo pacem habet. Secundum, ibi. Prouidentes bona, vbi prohibet auaritiam, quæ non vult bona prouidere &c.

De eadem ex euangelio.

ECce leprosus veniens, adorabat eum dicens. Domine, si vis, potes me mundare, Matth. 8. Per istum leprosum moraliter intelligitur peccator: & hoc propter quatuor quę considerantur in lepra. Primo, quia lepra est corruptio: secundo, quia cõsũptio: tertio, quia infectio: quarto, quia separatio. Primo, est corruptio humorum, secundo consumptio membrorum, tertio infectio aliorum, quarto separatio hominum. Est ergò primo peccatum consumptio naturalium, secundo amissio gratuitorum, tertio infectio proximorum, quarto separatio a gaudiis sanctorum & angelorũ. Primo enim corrumpit naturalia: unde Aug. Peccatum est corruptio modi, & speciei, & ordinis. Aufert gratuita, quia gratia non potest simul esse cũ peccato mortali. Sap. 1. Nõ habitabit in corpore subdito peccatis. Inficit proximos & creaturas insensibiles. psal. 105. Contaminata est terra in operibus eorum. Ier. 3. Corrupisti terram in fornicationibus tuis. Item, separat hominẽ a Deo & angelorum consortio. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Et de istis quatuor similiter. psal. 13. Corrupti sunt, ecce naturalium corruptio: abominabiles facti sunt, ecce separatio, ponitur causa pro effectu, abominatio enim est causa separationis: non est qui faciat bonũ, ecce gratiæ amissio, amissa. n. gr̃a nemo potest bonũ meritoriũ facere: sepulcrũ patẽs est guttur eorum, ecce infectio. Leprosus n. maxime anhelitu inficit. Ista quatuor dicunt de leproso in Leuiti. 13. Quicũq; maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta, & caput nudatũ, os veste contectũ, & habitabit extra castra. Leprosus. i. peccator, habet vestimenta dissuta, quia est in naturalib⁹ dissutus & diffusus: caput nudũ. i. mentẽ a gratia: os debet habere contectũ, quia inficit: extra castra manere, quia separatur a castris Dei. i. habitatione angelorũ & sctõrũ. *Qũo curetur iste leprosus, quære in sequenti processu &c.*

De eodem.

REspiciens eum Iesus, dixit uo, Volo, mundare. Circa curationẽ vero istius leprosi tria concurrunt. Primũ est, Christi de monte descẽsio: f̃m, leprosi ad eum accessio: tertiũ, Christi iussio. Circa primũ sciendũ ꝙ per montẽ intelligitur cęlũ. psal. 23. Quis ascendet in montẽ Dñi? & de isto monte descendit Dñs in incarnatione visibilis apparendo: descendet in iudicio orbẽ iudicãdo. In primo descensu mundauit a lepra culpę: in secũdo, liberauit a lepra pęnę. De primo, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & sic lepra mundatur sanguine innocentis &c. De secundo, Apo. 21. Absterget Deus omnem lacrymã. Nota aũt hic quatuor circa leprosum, quæ debent esse in conuersione peccatoris. Primo, ipsius ad Christũ accessio: secundo, adoratio: tertio, exclamatio: quarto, humiliatio. Primũ, ibi. Veniens: f̃m, ibi. Adorauit eum &c. Tertiũ, ibi. Dñe. Quarto, modũ loquendi, ibi. Si uis, quasi dicat, ex tua uolũtate & bonitate faceres, nõ meis meritis. Per accessũ intelligit peccatoris ad Deũ cõuersio: per adorationẽ, satisfactio: ꝑ exclamationẽ, cõfessio: per quartũ, humiliationis satisfactio. Quatuor. n. sunt necessaria ad conuersionem peccatoris, scilicet contritio, confessio, satisfactio, & humiliatio. De primo, Hierem. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. De secundo, Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. De tertio, Mat. 3. Facite fruct⁹ dignos pęnitentiæ. De quarto, Luc 17. Cũ oĩa benececeritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Ista quatuor notant in illis verbis. Vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus tuũ. In vade, contritio: in ostẽde, cõfessio: & ĩ munus, satisfactio, in quo & notatur humiliatio. Circa Christũ similiter quatuor cõcurrũt. s. tactus, locutio, volũtas, curatio. Primũ, ibi. Tetigit eũ: f̃m, ibi. Dicens: tertiũ, ibi. Volo: quartũ, ibi. Mundare. In tactu notatur eius humilitas, in locutione sapiẽtia, in voluntate bonitas, in facto obedientia. Per hæc. n. quatuor operatus est salutẽ nostrã & redemptionẽ, ꝑ potentiã, ꝑ sapientiã, ꝑ bonitatẽ, ꝑ humilitatẽ incarnationis & mortis. De istis quatuor. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia, & ideo sciuit: & iustitia, & ideo potuit: & sanctificatio volendo, & redemptio faciendo. Rogemus ergo &c.

Dominica terti a ex epistola.

DIliges proximũ tuũ sicut te ipsum, Rom. 13. Quatuor facit Dñs in verbis istis. Primo, dilectionem proximi pręcipit. Secundo, quid diligendũ sit ostendit. Tertio, causam dilectionis adiungit. Quarto, modum dilectionis subiungit. Primum, ibi. Diliges: f̃m, ibi. Proximũ: tertiũ, ibi. Tuũ: quartũ, ibi. Sicut te ipsum. Circa primũ sciendũ ꝙ tria maxime debent mouere ad dilectionẽ. Primo, necessitas: scdo, vtilitas: tertio, inexcusabilitas. Necessitas est, quia in æterna lege sancitũ est, ꝙ qui non diligit, vltimo supplicio puniatur. 1. Io. 3 Qui nõ diligit, manet in morte. Vtilitas est quia in eadẽ lege sancitũ est, vt diligens æternũ regnũ, bonũ inextimabile assequat. 1. Cor. 2. Quod oculus non uidit, & auris non audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Augu. Vbi charitas est, quid est qd̃ esse non possit? Inexcusabilitas est facilitas implendi, a quolibet: nullus. n. pauper, nec diues, nec quisquã poterit se excusare ab impletione istius præcepti ꝑ impotentiã. Deut. 30. Mandatũ qd̃ ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est. Circa f̃m qd̃ hic innuitur, ꝙ tria debet hõ diligere, Deũ, se ipsum, & proximũ. Dilectio Dei intelligit in dilectione proximi, & dilectio proximi in dilectiõe sui. Dilectio proximi præcepitur, ibi. Proximũ. Dilectio sui, ibi. Sicut te ipsum. Innuit. n. ꝙ debet hõ se ipsũm diligere, qd̃ nõ facit peccator. psal. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Primo debem⁹ diligere Deũ ꝑ se & sup oĩa, scdo nos, tertio proximũ: & hoc est totũ bonũ hominis ordo istius amoris, & totum malũ est puersio istius amoris, sicut dicit Aug. Pctm̃ ẽ priuatio spẽi, modi, & ordinis. Cant. 2. Ordinauit in me charitatẽ. Circa tertiũ sciẽdũ est, ꝙ tria debẽt nos mouere ad diligẽdũ proximũ. Primo, quia hoc præcipit creator: scdo, qa suadet natura: tertio, quia suggerit scriptura. De primo, Io. 13. Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ. De scdo, suadet natura, qa oẽ aĩal diligit sibi simile, & oĩs hõ similẽ sibi: sic vr̃ ꝙ deterius sit hõ q̃ nõ diligit cunctis aĩantib⁹. De tertio, suggerit scriptura, vt hõ diligat fratrẽ suũ: oẽs aũt homines sunt fratres. Mal. 2. Nũquid nõ unus est pr̃ oĩum nr̃m? Oẽs homines voluit esse ex vno pr̃e Adã, vt diligerẽt se sicut fratres. Est aũt inter oẽs homines fraternitas carnalis & spũalis. Apost. Oẽs. n. fratres sumus in Christo. Circa quartũ sciendũ, ꝙ triplici mõ p̃cipit scriptura vt homo diligat proximum. Primo, sicut mẽbrũ, secundo sicut hõ se ipsum diligit, tertio sicut Chr̃s nos dilexit. De primo, Rom. 12. Sicut in vno corpore multa mẽbra habemus. De secundo, Mat. 22. Diliges proximũ tuũ sicut te ipsum. De tertio, Ioan, 15.

Hoc

Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos &c.

De eadem ex euangelio.

AScendente Iesu in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius, Mat. 9. Quatuor dicuntur in isto euangelio. Primo, Christi & discipulorum in nauem ascẽsio: scdo, maris cõturbatio: tertio, discipulorum oro: quarto, ad Christi p̃ceptum tempestatis cessatio. Primum, ibi. Ascendens: f̃m, ibi. Et ecce motus magnus factus est in mari: tertium, ibi. Domine salua nos: quartum, ibi. Tunc surgens imperauit uentis & mari. Docemur moraliter ad quatuor. Primo, ad uitam sanctitatis ascendere: secundo, tentationes post ascensum insurgere: tertio, ad Dominum in tentatione clamare: quarto, tranquilitatem ad eius uoluntatem expectare. Primũ, docemur in ascensione nauis. Nauim ascendit qui uitam sanctam aggredit. Matth. 9. Ascendẽs Iesus in nauiculã, trãs fretauit, & uenit in ciuitatem suam, quia per uitæ sanctitatem peruenit homo ad ciuitatem cælestem. Quare autem uitæ sanctitas dicatur nauicula, quære in sequẽti ꝓcessu. Maris turbatio per aggressionem sanctitatis est tẽtationes infringere. Eccle. 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & p̃para animã tuam ad tentationem. Discipulorum in tempestate clamatio est, sanctorum in tribulationibus, & tentationibus oratio. ps. 119. Ad Dominum dum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Tẽpestatum maris cessatio est tentationum cessatio. Tob. 3. Post tempestatem tranquilitatem Deus facit. Ista quatuor notantur, psalm. 68. Veni in altitudinem maris: per nauiculam sanctitatis, ecce primum: & tempestas demersit me, ecce secundum: laboraui clamans, ecce tertium: salus tua suscepit me a tentationibus, scilicet liberando, ecce quartum, scilicet exauditio orationis discipulorum. De secundo in sequenti processu quæras. Circa secundum sciendum, quòd in mari surgit tempestas a uentis. Ponit autem Scriptura quatuor uentos, a quibus surgit temptatio, & tribulatio sanctorum. Primo, surgit ab infestatione dæmonum: secundo, a peruersitate hæreticorum: tertio, a crudelitate tyrannorum: quarto, a malignitate falsorũ christianorum. Primus est uentus frigidus. Ecclesi. 44. Frigidus uentus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aquis. Secundus uẽtus urẽs Gen. 41. Spicæ tenues et percussę uredine oriebantur deuorantes omnium priorum pulchritudinem. Tertius uehemens, Iob 1. Ventus uehemens irruit a regione deserti. De quarto uento, Eccl. 11. Qui obseruat uentum, numquàm seminat. Item, de istis quatuor uentis Dan. 7. Et ecce in mari magno pugnabant uenti quatuor. Circa tertium uero sciendum, quòd in oratione Apostolorum tria fuerunt quę mouerunt Dominum ad auxiliandum. Primo, quia instanter petierunt: secundo, quia humiliter: tertio, quia rem utilem. Primum, ibi. Suscitauerunt eum: secundum, ibi. Domine: tertium, ibi. Salua nos. Hæc tria debent esse in omni oratione. De primo, Colos. 4. Orationi instantes. De secundo, oratio humiliãtis se penetrat cælum, &c. Ioan. 15. Petite, ut gaudium uestrum sit plenum. De his tribus, Matth. 7. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsatæ et aperietur uobis. Petite humiliter, & accipietis: quærite utiliter, & inuenietis: pulsatæ instanter, & aperietur uobis regnum æternum, Ad quod nos perducat Iesus Christus. Amen.

De eodem.

AScendens Iesus in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius. Moraliter per nauiculam intelligit sanctitas uitæ, sicut dictum est supra triplici ratione. Primo, ratione materiæ: secundo, ratione formæ: tertio, ratione finis. Ratione materiæ constat nauis ex ligno, ferro, stupa, pice. Per lignum intelligit iustitia, quia per Christum fit iustitia. Sap. 14. Benedictum lignum per quod fit iustitia. Per ferrum propter soliditatẽ intelligitur fortitudo. Hier. 19. Ecce dedi te in. Per stuppam qua alligant vulnera, intelligitur tempe rantia, qua uulnus carnalis cõcupiscentiæ alligat, vnde de quibusdam qui non faciunt, dicitur Isa. 1. Vulnus & liuor, & plaga tumens &c. Iudic. 19. dicitur de Samsone decepto a Dalida. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filum de stuppa tortũ. Per picem intelligitur charitas, quę est nexus animarum. Gene. 6. Bitumine linies interius, & exterius: quia quod facit vir sanctus, debet informari charitate. Cor. 16. Omnia opera vestra in charitate fiant. Item, ratione formæ. In forma enim nauis quinque considerat, scilicet arctitudo principii, latitudo medii, altitudo finis, strictitudo fundi, & amplitudo oris. Arctitudo principii est dolor de pctis p̃teritis: latitudo medii spes de æternis gaudiis: altitudo finis ẽ timor de ęternis suppliciis. Vir. n. sanctus & dolet de malis quæ fecit, & timet de suppliciis quæ meruit: sed ne in timore & dolore per desperationem deficiat, spes est in medio ut temperet. De primo, Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctũ amarũ. De scdo Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De tertio, Mat. 2. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Arctitudo fundi est humilitas ex consideratione propriæ fragilitatis. psal. 21. Ego autem sum vermis, & nõ hõ. Amplitudo oris est consideratio summæ bonitatis. ps 80 Dilata os tuum, & implebo illud. Ratione finis significat nauis vitæ sanctitatem propter quatuor. Est. n. finis nauis quadruplex, sicut colligitur ex textu. Primus est, homines trans mare ferre: secundus est, mercimonia portare: tertius est, in eis belligerare: quartus, in eis pisces capere. Hoc debemus facere in sanctitate. Primo, cõtra dæmones pugnare. 2. Mach. 15. Electas fecit naues bellicas. Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ &c. Scdo, poma deportare est odores bonarũ operationũ de nobis undiq; diffundere. Iob. 9. Dies mei trãsierũt quasi naues poma portãtes. Cor. 9. Bonus odor Chr̃i sumus ĩ oĩ loco. Tertio debem⁹ pisces capere. i. hoĩes ad deũ cõuertere. Mat. 4. Venite post me, faciã uos piscatores hoĩum. Quarto, debemus de sãctitate de mari. i. de mundo ad Deum transire, siue ad cælum. Sap. 14. Modico ligno cedunt homines animas suas, & transeuntes marem per ratem liberati sunt, peruenientes ad portum cælestis ciuitatis, Ad quã nos pducat &c.

Dominica quarta ex epistola.

INduite vos sicut electi Dei sctĩ & dilecti uiscera mię, Col. 3. Tria facit Apost. hic. Primo, ut induamur p̃cepit: secũdo, cãm qua debemus indui subiũgit: tertio, quid debem⁹ induere ostẽdit. Primũ, ibi. Induite: secundum, ibi. Sicut electi Dei sctĩ, & dilecti: tertium, ibi. Viscera misericordiæ. Quare debemus indui. *Quære in prima Dominica aduentus.*

Omnia in noĩe Dei facite. Col. 3. Circa nomen Dei sciendum ꝙ in nomine eius est ambulandum, orandũ, loquẽdũ, operãdũ, sperãdũ. De primo, psa. 19. Nos aũt ĩ noĩe dñi Dei nr̃i inuocabimus. De secdo, Io. 12.

Si quid

Siquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. De tertio, & quarto Collos. 3. Omne quodcumque facitis; siue in uerbo, siue in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. De quinto, psal. 39. Beatus uir cuius est nomen Domini spes eius. Item, nota quòd nomen eius est in corde retinendum, in ore habendum, in aure audiendum, in manu ferendum, & in fronte scribẽdum. In corde retinendũ q̃a gaudiũ in ore, quia iubilus, in aure q̃a melos, in manu q̃a uirtus, in frõte quia honor. Itẽ, nota ꝙ nomen Dei sicut colligitur ex textu, habet multiplicẽ uirtutẽ; sed hic notant octo. Primo, q̃a in eo oia creantur: scdo, q̃a in eo dęmones fugãt: tertio, q̃a i eo omnes infirmitates curãt: quarto, q̃a in eo peccatores iustificãtur: quinto, quia in eo mæsti lætificãt: sexto, q̃a in eo G tẽtati adiuuãt: septimo, quia in eo iustis gr̃a augmẽtat: octauo, quia in eo oẽs uocati saluãt. Itẽ, nota ꝙ illud nomẽ illuminat rationalẽ, cõfortat irascibilẽ, delectat cõcupiscibilẽ: hoc nomẽ debẽt inferi formidare, terrestes adorare, cælestes laudar. Inferi q̃a sunt in eo expoliati, terrestres quia i eo liberati, cęlestes q̃a i eo exaltati. *Quæras in circuncisionẽ Domini inter festiuos.*

De eadem ex euangelio.

COlligite primũ zizania, & alligate in fasciculos ad cõburẽdũ: triticũ aũt cõgregate in horreum, Mat. 13. In istis uerbis quatuor notãt. Primo, iniquorũ malitia: scdo, eorũ supplicia: tertio, iustorũ bonitas: quarto, bonorũ gr̃a. Primũ, ibi. Zizania: ſm, ibi. Ligate ad cõburẽdũ: tertiũ, ibi. Triticũ: quartũ, ibi. cõ H gregate in horreũ meũ. Maledicũt zizania, q̃a sunt loliũ p luxuriã, uitia p auaritiã, auena p supbiã. Loliũ. n. puertit statũ rõnis, & luxuria sist. Eze. 23. Insanuit libidine. Osee 2. Fornicatio, et uinũ, et ebrietas auferũt cor. & 12. Et auertẽrũt mulieres cor eiꝰ. Vitia, q̃ amara ẽ, significat auaritiã, q̃ miro mõ affligit auaros. Eccle. 5. Diuitiæ cõgregatæ in malũ dñi sui, peunt in afflictione pessima. Mala afflictio ẽ i cõgregãdo, peior in custodiẽdo, pessima i pdẽdo, uel relinq̃ndo. Auena pp uanitatẽ significat supbiã. Iob. 11. Vir uanus in supbiã erigit, uere ergo sunt mali zizania. Eorũ pœna notat, ibi. Ligate i fasciculos. Et notãt hic tria circa eo I rũ supplicia. Primũ suppliciũ erit, quia ęternis uinculis cõstringent: ſm, quia ad iuicẽ cõprimẽt: tertiũ, q̃a ęterno igne cõburẽt. Primũ, ibi Ligate: ſm, ibi. In fasciculos. Qui. n. i fasce sunt, adinuicẽ cõstringunt: tertiũ, ibi. Ad cõburẽdũ. De primo, & scdo Sap. 17. Vna. n. catena tenebrarũ oẽs erant colligati. De tertio, Isa. 56. Ignis eorũ nõ extinguet. In quinq; ãt notat magnitudo pœnę istiꝰ ignis. Primo, q̃a cõburit, et ñ cõsumit. Scdo, q̃a cõtrariũ suscipiũt frigꝰ, & calorẽ secũ patiẽt. De primo, Sap. 15. Ignis suę uirtutis oblitꝰ. Virtꝰ ignis est cõsumere qd assumit. De scdo, Mat. 13. Mittẽt eos in caminũ ignis, ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Fletus, dicit glosa, p nimio calore, stridor dẽtiũ p nimio K frigore. Tertio, quia acerbissime affligit, qd patet, q̃a sicut dicit Aug. Tãto calidior est nostro igne, quanto noster ignis picto. Quarto, q̃a est ęternus, Mat. 25. Ite maledicti i ignẽ ęternũ. Quinto, q̃a est ardor sine splẽdore, psal. 28. Vox Dñi intercidẽtis flamã ignis. In flama duo sunt, splẽdor & ardor. Intercidet Dñs flamã ignis, quia ibi solũ est ardor sine splẽdore. Bonitas sãctorũ notat, ibi. Triticum pp multa, ad pñs ãt pp tria. Primo, quia albi pp puritatẽ: scdo, q̃a rubei pp charitatẽ: tertio, q̃a põderosi p morũ honestatẽ. De primo, & scdo, Cãt. 5. Dilectus meus cãdidus, & rubicũdus. De tertio, ps. 34. In populo graui laudabo te. Sanctorũ gr̃a notat, ibi. In horreũ meũ, spaciosũ pp amęnitatẽ, delitiosũ pp iucunditatẽ, ppetuũ pp æternitatẽ. De primo, ps. 25. Dñe dilexi decorẽ domus tuæ. De scdo, ps. 111. Gr̃a, & diuitiæ in domo eius. De tertio, 2. Cor. 5. Domũ nõ manu factã æternã in cælis. Itẽ, õ optimũ horreũ ideo q̃a ibi ẽ abundãtia frumẽti, uini, & olei. Vinũ est gaudiũ de uisione patris, frumẽtũ gaudiũ de uisione filii, oleũ gaudiũ de uisione Spiritus sãcti. De primo, ps. 103. Vinum lætificat cor hoĩs. De scdo, ps. 80. Ex adipe frumẽti satiat te. Io. 12. Nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortẽ &c. De tertio, ps. 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ p cõsortib⁹ tuis. i. Spũsancto. De his tribus. 2. Para. 11. Ciborumq; horrea, posuit i his frumẽtũ, uinũ, & oleũ. De his tribꝰ. Gen. 27. Det tibi Deus de rore cæli & pinguedine terræ abundantiam, frumenti, uini, & olei &c. Amen.

Dominica in Septuagesima ex epistola.

SIc currite, vt cõpẽdatis. 1. Cor. 9. Duo facit Apostolus in uerbis istis. Primo, monet ad currẽdũ: scdo, ad pseuerãdũ in cursu. Primũ, ibi. Currite: ſm, ibi. Vt cõpẽdatis. Circa primũ sciẽdũ est ꝙ triplex est cursꝰ. Primus est cursus naturæ. Iob. 9. Dies mei uelociores fuerũt cursore: scds culpæ. Iere. 24. Factus ẽ cursus. eorũ malus: tertius gr̃æ. 1. Cor. 9. Sic curro nõ quasi i incertũ. Cursus naturæ ẽ triplex: tripliciter. n. currũt creaturæ naturaliter. Primo, currũt homini seruiendo. 2. Esdræ 4. Velox cursus solis, currit. n. sol ut seruiat homini. Scdo, malos puniẽdo, Sap. 5. Exardescet in illos aqua maris, & flumina currẽt duriter, contra illos stabit uirtꝰ spũs, & turbo uẽti diuidet illos. Naturaliter aũt erũt creaturæ ad puniẽdũ rebelles creatori suo. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiẽs, exardescet aduersus iniustos, & leuior ad benefaciẽdũ fit p his q̃ i te cõfidũt. Tertio, currũt ad nihilũ tẽdẽdo, cũ cr̃aturę sint ex nihilo nãliter ex se tẽdũt ad nihilũ. Aug. Quid est uita pñs nisi q̃dã cursus ad mortẽ? Cursus culpæ, est sist triplex. Primus, supbiæ. Iob 15. Cucurrit aduersus Dñm extento collo, et pingui ceruicę armatꝰ ẽ. Scds, auaritię. Pro. 1. Pedes eorũ ad malũ currũt, loq̃t. n. ibi de auaris. ps. 49. Si uidebas furem currebas cũ eo. Tertius, luxurię. Eccl. 7. Inueni amariorẽ morte mulierẽ, q̃ laqus uenatorũ est, & sagena cor eiꝰ, & uincula manꝰ illiꝰ &c. Quasi bos ad uictimam ducuntur homines ad luxuriam. Cursus gratiæ est similiter triplex. Primus, doctrinæ. Galat. 2. Contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui uidebãtur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem. Secũdus, misericordiæ. Gen. 18. Ipse uero ad armentũ cucurrit, & tulit inde uitulum &c. quẽ uitulũ hospitibus præparauit. Tertius, perseuerantiæ. 2. Timot. 4. Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsũmaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitię. Circa ſm notãdũ, ꝙ tripliciter debet currere qui vult brauiũ aprehẽdere, ad cuius similitudinẽ monet Apost. nos hic currere. Primo, debet currere caute, ne cadat: secũdo festinãter, ne alius pręueniat: tertio perseueranter, ne cursũ deserat, sic debemꝰ currere ad brauiũ vitæ ęternæ. Primo caute, ne in foueã peccati corruamus. Eph. 5 Videte qũo caute ambuletis: secundo festinanter, ne pigritia torpeamus. Heb. 4. Festinemus ingredi i illã requiẽ: tertio perseueranter, ne a bene agẽdo deficiamus. Mat. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Perseuerare autẽ in cursu isto maxime facit patiẽtia, per quã homo libenter tolerat oẽs molestias q̃ sibi possent occurrere in mundo isto. Heb. 12. Deponentes oẽ põdus, & circunstãs nos peccatũ, per patiẽtiã curramus ad ꝓpositũ nobis certamẽ, aspiciẽtes in authorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque ad dexteram Dei sedet &c.

De eadem ex euangelio.

EGressus circa horã tertiã inuenit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos ĩ vineã meã, & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Mat. 20. In istis verbis notant quatuor. Primo, Dñi bonitas, ibi. Egressus. s. in salutẽ populi sui. Quòd. n. Christꝰ exiuit ad cõdũdũ homines in vineã iustitiæ, actus fuit infinitæ bonitatis. Habacuc. 3. Egressus est in salutẽ populi sui. Secundo, hominis stultitiã, ibi. Inuenit alios stantes in foro otiosos. Nihil. n. stultius q̃ in pśenti vita, vbi hõ debet sibi opari vt in æternitate viuat, in otio viuere. Eccl. 22. De stercore boũ lapidatus est piger, & oẽs loquent sup aspernationẽ eius. Tertio, operãdi in vinea Dñi necessitas, ibi. Ite & vos in vineã meã. 2. Thes. 3. Qui nõ laborat, nõ mãducet. Quarto, laboris vtilitas, ibi. Et quod iustũ fuerit, dabo vobis. Apoca. vlt. Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secundũ opera sua. Circa primũ notãdũ, ꝙ Christꝰ dr̃ egredi quinq; modis. Primꝰ egressus fuit i principio mundi, sicut seminator creaturas seminando. Luc. 8. Exiit q̃ seminat seminare semẽ suũ. Secũdus egressus fuit in natiuitate mundũ illuminãdo. Isa. 62. Donec egrediat vt splẽdor iustus eiꝰ. Io. 16. Exiui a padre, & veni in mundum. Tertio, in passione sua suos a ptãte diaboli, & ab oĩbus malis saluãdo. Isa. 15. Prope ẽ iustus meus, & saluator meus egressus est. Quarto, egredit familiæ suæ & rebus ꝓuidendo, sicut pr̃ familias. Mat. 20. Simile est regnũ cælorũ homini pr̃i familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineã suã. Quinto, egredient in iudicio tripliciter, sicut visitator districtã inquisitionẽ super impios faciẽdo. Isa. 26. Ecce egredient Dñs de loco sãcto suo, vt visitet. Secundo, egredit sicut fortissimus pugil rebelles suos deuincendo. Isa. 42. Dñs sicut fortis egredit, sicut vir pręliator. &c. Tertio, sicut iudex maledicos puniẽdo ꝓ meritis. Mich. 1. Egredient Dñs de loco sãcto suo, & descẽdet, & calcabit sup excelsa terræ. Circa secundũ notãdũ, ꝙ ꝓpter quinq; magna stultitia est viuere in otio in vita præsenti. Primo, quia homo ad laborẽ nascit. Iob. 5. Hõ nascit ad laborẽ. Secundo, quia ab otio sitate tãq̃ a mala magistra, mala sciẽtia addiscit Eccle. 30. Multã militiam docuit otiositas. Tertio, quia frequenter horribile peccatũ comittitur. Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuę Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundãtia, & otiũ ipsius. Quarto, quia egestas æterni boni per otiũ incurritur. Prou. 6. Paululũ dormitabis, paululũ conseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas. Quinto, quia labor æternus pro breui otio acquiritur. psal. 27. In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabũtur, sed cũ dęmonibus. psal. 48. Laborabit in æternũ, & viuet adhuc in finẽ. Circa tertiũ sciẽdũ, ꝙ vinea ista in qua mittuntur laborare, iustitia est, in qua sunt tot palmites, quot sunt virtutes, sicut dicit Chrysost. In ista vinea debemus laborare quinq; modis. Primo, ipsam bonis operibus & virtutibus plantando. psal. 106. Plãtauerunt vineã, & fecerunt fructũ natiuitatis. Pro. 31. De fructu manuũ suarũ plantauit vineã. Secundo, spinas. i. vitia eradicãdo & extirpando: sicẽtra dr̃ de stulto. Prou 24. Per agrũ pigri hominis trãsiui, & per vineã hominis stulti, & ecce totũ replẽuerãt vrticę. Tertio superfluos palmites amputãdo. Cant. 2. Tẽpus putationis aduenit. Ioa. 15. Oẽm palmitẽ qui fert fructũ purgabit eũ, ut fructuũ plus afferat. Quarto, ab ipsa vulpeculas. i. dęmões cohibẽdo. Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, q̃ demoliunt vineã. Quinto, a furibus. i. laudibus hominũ, & detractionibꝰ custodiẽdo. Cant. 5. Posuerunt me custodẽ in vineis. Circa quartum notãdum, ꝙ pretium laborãtium in vinea ista est denarius, sicut dicit in euãgelio, qui valet mille argenteos, & hoc est quod dicitur Isa. 8. Vinea fui pacifico, vir eius tradidit pro ea mille argenteos. Mille argentei sunt mille gaudia ęternitatis, quæ significãtur per denariũ, Ad quã &c.

Dominica in Sexagesima ex epistola.



N laboribꝰ plurimis. Præter labores corporales, quos sãcti habẽt cũ alijs cõmunes, sancti sunt in septẽ laboribus cõtinuis. Primus labor sanctorũ est tẽtationes dęmonũ supare. 1. Tim. 5. Labora sicut bonus miles Christi. Labor militis est hostes debellare. Deut. 25. Memẽto quid fecerit tibi Amalec. i. diabolus, q̃n egrediebaris de Ægypto, q̃ũo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderunt: q̃n tu eras labore & fame confectus, & non timuerunt Dñm: & post sequit. Delebis nomẽ eius sub cælo, cauẽ ne obliuiscaris. Secundus, iniquorũ persecutiones tolerare. Numeri. 30. Nosti oẽm laborẽ, qui apprehẽdit nos, q̃ũo patres nostri descẽderũt in AEgyptũ, & habitauimus ibi, afflixerũtq; nos AEgyptii & fratres nostros. Tertius, Dei præcepta obseruare. psal. 93. Qui fingis laborẽ i præcepto. Quartus, orationibus instare. psalm. 68. Laboraui clamãs &c. Quintus, pro peccatis suis & aliorũ plorare. Hier. 45. Laboraui i gemitu meo, & requiẽ nõ iueni. psalm. 6. Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectũ meũ. Sextus, ꝓximis pdicãdo. 2. Tim. 5. In oĩbꝰ labora, opus fac euãgelistę. 1. Tim. 5. Qui bene pśunt, duplici honore digni habeant, maxime qui laborãt i verbo & doctrina. Septimus, vigiliis, & ieiuniis, & oĩonibꝰ carnẽ macerare. Istos septẽ labores enumerat Apost. in ista episto. Debet aũt hõ istos labores sustinere ꝓpter quinq;. Primo, quia per eos intꝰ a peccatis mundat. psal. 24. Vide humilitatẽ meã, & laborẽ meũ, & dimitte vniuersa delicta mea. Secundo, quia per istos labores hõ ex cõuersatione honestat. Sap. 10. Honestauit illũ in laboribus, & cõpleuit labores illius &c. Tertio, quia qui est in istis laboribus, a Dño spũali cibo in pñti satiat. Matt. 11. Venite ad me oẽs q̃ laboratis, & ego reficiã uos &c. Quarto, quia per istos labores hõ quietẽ in terra lucrat. Eccl. vlt. Videte ꝙ modicum laboraui, & inueni mihi multã requiẽ. Quinto, quia fructus ęternæ glorię ꝓ laboribus istis dat. Sap. 3. Bonorũ laborũ gloriosus ẽ fructus. Ibidẽ. 10. Reddet Deus mercedẽ sanctorũ &c. Apoc. 14. A modo iã dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis: opera. n. illorum sequuntur illos &c.

De eadem ex epistola.

IN laboribus plurimis. Quadruplicẽ laborẽ ponit Scriptura. Primus ẽ labor naturæ, quo hõ laborat ad sustentationẽ naturæ destitutæ. Iob. 2. Hõ nascitur ad laborẽ. Secundus est labor culpæ, quo laborat homo ad faciendum peccatum. Hierem. 9. Vt inique agerent, laborauerunt. Tertius gehennæ, post quam nulla sequitur quies. psalm. 48. Laborauit in ęternum, & viuet adhuc in finẽ. Quartus labor est gratiæ, quo loborant iusti ad operandum bonum. Circa laborẽ naturæ sunt quinq; attendẽda. Primo, quia ꝓ pctõ infligit, vnde patet ꝙ hõ debet odire pctũ, pp qd est in tãtis laboribus. Gen. 3. In labore vultus tui comedes

comedes ex ea cūctis diebus uitæ tuæ . Secundo,q̄a
si sustinerēt in charitate æterna,p ipsū beatitudo acq
rit. ps.127. Labores manuū tuarū qa māducabis,bea-
tus es,& bene tibi erit.Tertio,q̄a frequēter a bestiis,
pestib⁹,uel hostib⁹ pp pc̄m cōsumit,ıō d̄bet hō a pec
cato cauere.Deut.18.Fructus terræ tuæ,& oēs labor̄s
tuos comedat populus,pp qd̄ cōtrarium dr̄ de iustis,
Isa 62. Si dedero triticū tuū ultra cibū inimicis tuis,
& si biberint filii alieni uinū,ī quo laborasti,qa q cō-
gregabūt illud &c. Quarto,q̄a oēs ad laborādū tenen
tur,& q̄ nō laborat,comedere ꝓhibet.2.Thes.3.Qui
nō laborat,nō māducet.Quinto,q̄a nō uult laborare
æterno supplicio puniat.ps.72.In labore hominū nō
sunt,& cū hominibus nō flagellabūt,sed cū dæmoni
bus.Itē,circa laborē culpæ nota ꝙ scriptura ponit q̄n
que labores.Primus,auaritiæ.Eccle.4 Vnus est,& ın
laborare nō cessat,nec satiat &c.Prou.28. Noli labo
rare ut diteris.Secūdus,supbię.Eccl.3.Quid ergo ꝓ-
dest ꝙ laborauerit in uentū? Vētus supbia est . Terti⁹
luxuriæ.Eccl.9.Perfruer̄ uita cū uxore quā diligis,&
post hæc oīa tua in labore tuo,loquit impsona stulto
rū. Quartus,maleficiorū.Isa.47.Sta cū incātatoribus
tuis,& cū multitudine maleficiorū tuorū,in quibus
laborasti ab adolescētia tua.Quintus,gulæ.Eccle. 6.
Oīs labor hominis in ore eius,ut comedat quis & bi
bat,& fruat lætitia ex labore suo,& loquitur impso-
na gulosi. Circa laborē gehennæ pn̄t tria notari.Pri
mo,immēsitas. Tren. 3. Circundedit me felle,& la-
bore.Scd̄o,acerbitas.Eccl.10.Labor stultorū affligit.
Tertio,ęternitas.ps.48.Laborabit in æternū,et uiuet
adhuc in finē,A quo labore liber̄t nos Dn̄s nr̄. Amē.

De eadem ex epistola.

SCio hominē siue ī corpore, siue extra corpus &c.
2.Cor.11.Tria sunt necessaria cuilibet viro sancto
ad pfectionē,q̄ notātur in ista epistola circa Paulū.Pri
mo,aduersariorū tolerātia:scd̄o,bona opatio:tertio,
cælestiū cōtēplatio.Debēt.n. uiri sancti primo aduer
sa tolerare patientissime:scd̄o, bona opa excellentis-
sime cōsumar̄: tertio,cælestia gaudia cōtemplari.Pri
mū notat,ibi.In carcere abundantius.Rom.12.In tri
bulatione patiētes.Scd̄um,ibi.In labore & ærumna.
Gal.6.Dum tp̄s habemus,opemur bonū ad oēs.Ter-
tiū, ibi.Scio hoīē raptū usq;ad tertiū cęlū &c.2 Cor.
3. Nos aūt reuelata facie gloriā Dn̄i speculantes &c.
Circa primū notādū,ꝙ in quatuor specialibus osten
ditur mira patiētia Pauli in ista epistola. Primo,in su
stinētia carnaliū tormētorū,ibi.Ter uirgis cęsus sum.
1.Cor.4.Persecutionē patimur,& sustinemus .Scd̄o,
tolerātia diuinorū iudiciorū,ibi.Ter naufragiū feci .
Tertio,tolerantia detractionū,ibi. Periculis in falsis
fratribus, qui eūpseq̄bātur detrahēdo in ope 1. Cor.
4.Maledicimur,& benedicimus.Quarto,in tolerātia
tētationū,ibi.Datus est mihi stimulus carnis meæ an
gelus satanæ. Ia. 1. Beatus uir qui suffert tentationē
&c. Circa fm̄ nota,in quatuor notat maxime bona
opatio Apostoli,in quib⁹ debem⁹ eū imitari.Primo,
in manuū labore,ibi.In laboribus plurimis , gl.Ma-
nuū tuarū labore.2.Tim.3. In labore & fatigatione .
Itē,alibi. Nocte & die in ꝓfūdo maris fui .Scd̄o,ī ieiu
niorū,& uigiliarū obseruatione,ibi.In uigiliis,in ie-
iuniis multis.Tertio,in sollicita p̄dicatione,ibi.Instā
tia mea quotidiana.Mat.ult.Eūtes in mūdū uniuer-
sū p̄dicate euāgeliū oī c̄raturæ.Quarto,in orōne,ibi.
Propter qd̄ ter Dn̄m rogaui.Ro.12.Orōni īstantes .
Oratio ordinabat eū ad Dn̄m,p̄dicatio ad ꝓximū,la-
bor manuū ad se ipsum. Circa tertiū notādū, ꝙ qua-
tuor sunt modi cōtēplationis, q̄ notāt in ista epistola

F circa Paulū,in quib⁹ debem⁹ illū imitari.Prim⁹ mo-
dus uersat circa cōsideratione scripturę,q intelligit p
raptū ī paradisū,ibi.Scio hominē raptū &c. Diony-
sius. Pulsemus in hortū optimū paradisi scripturarū
qui odoriferis,qui dulcibus,qui speciosissimis,q oī-
mode ītellectualiū deiferarū uolucrū cātilenis circū
sonāt aures nr̄as,qui tāgit quidē cor nostrū,& contri
bulatū,lætificat quidē,iratū aūt subtēperat,& lætitia
æterna multiplici implet.Secundus modus uersatur
circa considerationem creaturę incorruptibilis, qui
intelligit per primum cęlum.ps.8.Qm̄ uidebo cęlos
tuos &c. Ad literā loquit de cælo materiali.Tertius
modus versatur circa cōsideratione creaturæ spūalis,
cōsiderādo ordines angelorū ad Deū,ad nos,ad se ip-
sos,qui ītelligit p raptū usq; ad tertiū cælū. Aug.Ni-
G mirū cælū cæli qd̄ in principio fecisti,creatura est ali
qua.s.ītellectualis,q̄q̄ nō tibi trinitati coæterna, par
ticeps tn̄ æternitatis tuæ ualde in mutabilitate sua p̄
dulcedine felicissimæ cōtēplationis tuæ, cohibet, &
sine lapsu ullo ex quo facta est merendo, tibi excedit
oēm uolubilē uicissitudinē tēporū. Quart⁹ mod⁹ uer
sat circa cōsideratione diuinitatis , qui intelligitur p
raptū in tertiū cælū.2.Cor. 3. Nos aūt reuelata facie
gloriā Dn̄i speculātes &c.Bernard⁹.At oīum maxim⁹
qui spreto usu rerū, & sensuū, quātū quidē humanæ
naturę fragilitatis fas est nō ascensionis gradibus ad
illa sublimia aduolare interdū cōtēplādo cōsueuit:et
hæc contemplatio cum perfecta fuerit, erit summa
beatitudo. Aug. Introducis ad me Domine aliquan
do quandam nescio quam dulcedinem,quæ superfi-
citur in me, nescio quæ sit uita æterna si illa non est,
H Ad quam perducere &c. Amen.

De eadem ex euangelio.

VOlucres cęli comederunt illud,Lu.8. Per uolu-
cres ītelligūt dęmones,p semē iustitia, vn̄ fm̄ my
sticā expositionē pn̄tī istis uerbis notari tria.Primo,
dæmonū ad male faciendū uelocitas , ibi.Volucres.
Scd̄o,eorū fm̄ naturā dignitas,ibi.Cęli.Tertio,eorū
fm̄ culpā iniquitas,ibi.Comederūt.Circa primū sciē
dū ꝙ dęmones cōparātur uolucribus pp tria.Primo,
pp uolat⁹ sublimitatē:scd̄o,pp uolādi uelocitatē:ter-
tio,pp rapacitatē. Dęmones.n.uolāt in altū.Numeri
I 24.Si in petra posueris nidū tuū,īde detrahā te,dicit
Dn̄s.Itē,uolāt cito p malefaciēdi festīationē.Tre.4 ve
lociōr̄s fuerūt psecutor̄s aq̄lis cæli.Itē,uiuūt d̄ raptu
p aīarū d̄uorationē.1.Pet.5.Aduersari⁹ uester diabo
lus tāq̄ leo rugiēs circuit &c.Eze.18.Aq̄la grādis ma
gnarū alarū.Circa fm̄ notādū, ꝙ pp tria dicūt dæmo
nes aues cæli.Primo,pp originē:fuerūt.n.facti in cæ
lo empyreo.Scd̄o,pp subtilitatē : un̄ de his duobus,
Is.14.Qūo cecidisti d̄ cælo lucifer, q mane oriebaris
&c.usq; altissimo .In eo qd̄ dr̄,de cælo cecidisse,no
tat ibi origo,q́a fuit in cælo creatus:in eo qd̄ dr̄, luci
fer,notat naturaliū pspicacitas & speciositas.Tertio,
dicūt aues cęli pp habitationē.Eph.6.Cōtra spiritua
lia neq̄tiæ in cælestibus,& ppea accipite armaturam
K Dei,ut possitis resistere in die mala, & in oībus per-
fecti stare.Circa tertiū notādū,ꝙ triplex est semen qd̄
comedunt dæmones.Primū est uerbū Dei. Mat.13.
Semen est uerbum Dei. Luc. 8. Aliud cecidit secus
uiam , & uenerunt uolucres cæli,& comederunt il-
lud. In eodem.Venit malus , & rapit quod semina-
tum est in corde eius , hoc est, quod seminatum est
secus uiam . Secundum est semen iustitiæ.2.Cor.9
Qui parce seminat, parce & metet : qui autem &c.
Tertiū semen est quodlibet bonū opus. ps.25. Eun-
tes ibāt,& flebāt &c.Aug. Ibi semina nostra sūt quic
quid

quid boni fecimus . Semē verbi Dei tollūt dæmones
errorē in corde hominis seminādo 2 Cor.4.In quib⁹
Deus huius sæculi excęcauit mētes infideliū, vt non
fulgeat illis illuminatio euāgelij gloriæ Chr̄i, qui est
imago Dei.Semē iustitię tollūt dæmones ad iniustitiā
pertrahēdo.Io.8.Vos ex patre diabolo estis,& deside
ria patris vestri vultis facere. Tertiū semē boni ope
ris tollit diabol⁹,homines gloriari de bono opere fa
ciēs.Mat.6.Cū facis eleemosynā,noli tuba canere an
te,sicut faciūt hypocritę, vt uideātur ab hominibus.
Amen dico vobis &c.Et ideo patet ꝙ semen est a vo
lucribus,idest, dæmonibus custodiendū, vt possit af
ferre fructū centesimum.Fructus centesimus est gau
dium ęternitatis,Ad quod nos perducere dignet &c.

Dominica in Quinquagesima ex epistola.

SI linguis hominū loquar & angelorū,chari-
tatē aūt &c.1 Cor.13.In ista epistola inuita
mur ad charitatē,ideo cōmendat hic multi-
pliciter,& notant hic quinq; circa charitatē. Primo,
eius p̄tiositas:secūdo,dānum in eius absētia: tertio,
utilitas in eius p̄sentia:quarto,ipsius æternitas:quin
to,ipsius dignitas.Primū,ibi. Charitatē:eo.n.ipso ꝙ
virtus ista charitas dr̄,chara & p̄tiosa ostēdit.Secūdū,
ibi.Fact⁹ sum velut æs sonās &c.Tertiū,ibi.Charitas
benigna est &c.Quartū,ibi.Charitas numq̄ excidit.
Quintū,ibi.Maior aūt horū est charitas.Circa primū
notādum ꝙ charitas dr̄ chara res pp quatuor.Primo,
quia nō pōt haberi nisi ab vno solo,& a summo bo-
no donetur.Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordi-
bus &c.Secūdo,quia solū a bonis habetur. Aug Cha
ritas est fons proprius, cui nō cōicat alienus.Tertio,
quia cū ipsa bona oīa possidētur. Aug. Attēde quātū
bonū est charitas,q̄ si absit, frustra habētur cætera: si
aūt adsit alicui, habētur oīa. Quarto,quia qui hēt eā
nimis charus a Deo hr̄ : sicut qualitas est fm̄ quam
quales dicimur,sic charitas est fm̄ quam chari dici-
mur. Vnde Dn̄s in charitate existentes vocat charissi
mos.Cā.5.Comedite amici,& īebriamini charissimi.
Circa fm̄ notandū , ꝙ triplex damnum cōtingit absē
tia charitatis,sicut ostēdit hic Apostol⁹.Primū est,q̄a
bonū naturę cōsumitur,ibi.Factus sū velut æs sonās:
æs.n.sonādo seipsū cōsumit, sic creatura rōnalis sine
charitate a vitijs cōsumitur. Aug.in libro de ciuitate
Dei.Si naturæ bonæ nō essent,eis vitia nō nocerent :
nā quid eis nocēdo faciunt,nisi adimere integritatē,
pulchritudinē,salutē,& pacē.Secūdū,q̄a aīa sine cha-
ritate separata a Deo morit,ibi.Nihil sū.i.mortuus ,
a vero esse separatus,sine quo hō nihil ē.1.Io.3 . Qui
non diligit, manet in morte.Tertiū est, quia oē opus
sine charitate inutile efficitur,ibi. Si distribuero oēs
facultates meas in cibos pauperum &c.Si tradidero
corpus meum &c. Ambr.Qui charitatem nō habet ,
omne bonum amittit,quod &c.

De eadem ex euangelio.

CAecus sedebat secus uiā.Luc.18. Moraliter p cæ
cū istū intelligit peccator.Sopho.1.Ambulabūt
ut cæci qa Domino peccauerūt. Sicut.n.cæcus nō ui
det corporaliter, ita peccator nō uidet spūaliter. Sūt
aūt septē q̄ visum corporalē īpediūt,& significāt septē
mortalia uitia quæ spiritualiter excæcāt. Primū est fa
ciei inflatio,& hæc est supbia,Augu.Nimis inflata fa
cies mea me uidere nō sinit.Secundū ē aeris obtene-
bratio,hæc est inuidia. Vnde inuidus dr̄ quasi nō ui-
dēs. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorū. Dr̄ de Iudæis
inuidis 1.Reg.18.Iā nō rectis oculis aspiciebat Saul
Dauid &c.Tertiū est oculorū cōturbatio, hæc est ira

A psal.30.Cōturbātus est in ira ocul⁹ meus,aīa mea,&
veter meus.Quartū est pulueris,vel alicui⁹ grossi su
periectio,hæc est auaritia.Puluis.n.tpalia sunt q̄ ex-
cæcāt,Aug. Defluxi ad tpalia,& obscurat⁹ sū.Quin-
tū est oculorū clausio,cū.n.q̄s claudit oculos,aut nō
uult apir̄ oculos,nō uidet,hęc ē accidia.Accidios⁹.n.
ex sola pigritia aperiēdi oculos intellectuales nō pōt
uidere bona spiritualia.Boetius. Neq̄unt oculos te-
nebris assuetos ad lucē ueritatis attollere,similesq̄
sūt auibus quarū nox intuitū illuminat,excęcat dies.
Sextū sanguinis & humorū circa oculos multiplica-
B tio,hæc ē gula.Prou.23.Cui uæ?cui⁹ patri uæ? cui ri
xæ?cui foueæ?cui sine cā uulnera? cui suffusio oculo-
rū?nōne his q cōmorāt ī uino,& studēt calicib⁹ epo-
tādis? Ad literā,& oculos ēt spiritualis & corporalis
nimia potatio uini excæcat.Septimū pāniculi obum-
bratio, nascit.n.aliq̄n quidā pāniculus in oculo,siue
nubecula,& excęcat hō,hoc fit p luxuriā. Augu. Ascē
debāt nubeculę de limosa cōcupiscētia carnis,& ob-
nubilabāt,& obfuscabāt cor meū , ut nō discerneret
synceritas dilectiōis a caligine libidinis,& sicut sunt
septē q̄ excæcāt aīā, ita septē sunt q̄ illumināt. Primū
est fides,Lu.18.Respice,fides tua te saluū fecit. Aug.
Fides est illuminatio mētis,qua mēs illuminat a pri-
ma luce ad uidēdū bōa spiritualia.Sm̄,humilitas.Io.
C 9.Ego in iudiciū in hūc mundū ueni, ut q nō uident
uideāt.i.qui se uidere nō existimāt,qd̄ est humilium.
Tertiū est amaritudo pnīæ.Tob.6.Fel ualet ad ungē-
dū oculos,in quibus fuerit albugo,et sanabunt.In fel
le amaritudo significatur.Quartum ē dilectio ꝓximi.
Apoc. 3.Collyrio.n.inunge oculos tuos ut uideas.
Quintū ē abūdātia lacrymarū,hoc probatum ē ī cęco
nato, qui lauit oculos suos ī natatoria Siloe,qd̄ īterp
tat missus.Abiit ergo,& lauit,& venit uidēs.Io.9.Va
de ad natatoria Siloe.Sextum ē deuota orō,Mat.20.
Et clamauerunt dicētes.Dn̄e,miserere nr̄i fili Dauid:
& post.Misertus Iesus tetigit oculos illorum,& con
festim uiderunt.Septimum est deuota sanctarū scri-
D pturarum auditio.Isa.20. In die illa audiēt surdi ver
ba libri signati,& oculi cęcorum uidebūt &c. Amē.

Dominica prima in Quadragesima ex epistola.

ECce nunc tp̄s acceptabile, ecce nunc dies sa
lutis 2.Cor.6.In istis uerbis duo notantur,
Primo,pn̄tis tpis cōmēdatio prior,ibi.Ecce
nunc tp̄s acceptabile. Secundo,cā cōmēdationis su-
biungitur,ibi.Ecce nunc dies salutis. Circa primum
sciēdum,ꝙ tp̄s p̄sens dr̄ tp̄s acceptabile pp octo . Pri-
mo,q̄a ē tp̄s Dn̄m requirēdi. Osee 10. Tp̄s autē req-
rēdi Dn̄m, cum uenerit q̄ docebit iustitiā &c. Scd̄o,
quia ē tp̄s Dn̄o placēdi. ps. 68. Tp̄s beneplaciti De⁹.
Tertio,q̄a ē tp̄s mores corrigēdi.Heb. 9. Vsq; ad tp̄s
correctionis īpositi.s.iustitię Iudæorū &c. Quarto,
quia est tp̄s uitia,& superflua resecādi.Cant.2. Tp̄s
E putationis aduenit.Quinto,quia est tp̄s diuinā mise
ricordiā suscipiendi.psal.101.Tp̄s miserēdi ei⁹,q̄a ue
nit tp̄s.Sexto,quia ē tēpus tribulationē patiēdi.Iere.
20.Tēpus tribulationis est,Iacob,et ex ipso saluabit.
Septimo,quia tēpus salutē acquirēdi.Eccl.4.Ne reti
neas verbū in tpe salutis.Octauo,quia est tēpus bene
faciēdi.psal.118.Tēpus benefaciēdi Dn̄e. Circa istud
ultimū notādū, ꝙ tēpus quadragesimæ est tēpus bn̄
faciēdi spūaliter,ad qd̄ inuitāt nos octo.Primo, scri-
ptura,q̄ in isto tpe legit. Modo.n. leguntur euāgelia
& epistolæ q̄ inuitāt nos ad orandū,ad ieiunandū,ad
faciendas eleemosynas,ad iustitiā faciendā,& peniā,
& cætera huiusmodi: vn̄ surdus vr̄ esse q mō nō bene
ope-

operatur. Vñ.n. non audire voces tot ſcripturarũ quæ modo leguntur, q̃ ad bonũ hortant. Secũdo, inuitat nos ad hoc Creator, qui creditur iſto tpe feciſſe mũdũ: vñ valde incuriale eſt nõ facere aliqd bonũ pro Deo, cũ ipſe tot bona fecerit ꝓ nobis. Tertio, inuitat nos ad hoc creatura, q̃ tpe hyemali ab opere ceſſauit, mõ reincipit operari, ſicut patet in herbis, plãtis, & aĩalib⁹. Hiere. 8. Milu⁹ in cęlo cognouit, operãdo. ſ. tp̃s ſuũ. Quarto, inuitat ad bene operandũ Chr̃i exẽplũ, qui ĩ iſto tpe bona fecit nobis. Ber. Qui me totũ & ſemel dicẽdo fecit, in reficiendo & dixit multa, & fecit mira, & ptulit dura. Quinto, inuitat Eccleſię ordinario, quæ iſtituit ut oẽs cõfiterent, & ieiunarẽt, & Eccleſiã frequẽtarẽt: vnde qui hæc nõ facit, trãſgreditur p̃ceptũ matris Eccleſiæ, Prou. 1. Ne dimittas legẽ matris tuæ. Sexto, multorũ ꝓuocatio & conſuetudo. Mõ.n. multi, cipiũt bene opari, vnde debet verecũdari ſol⁹ cũ paucis remanere. Heb. 12. Ideoq; & nos tantã habẽtes nubẽ impoſitã teſtiũ, deponentes oẽ põdus & circũſtãs nos pctm̃, per patientiã curram⁹ ad ꝓpoſitũ nobis certamẽ &c. Septimo, diuinæ gr̃æ abundãs effuſio. Credibile eſt.n. ꝙ Deus, qui tot bona largit⁹ eſt ĩnobis, iſti diebus, mõ gr̃am abũdãtius effundat: vñ epl̃a legit. Hortamur uos ne in vacũ gr̃am Dei recipiatis, &c. Octauo, debet nos hortari ad bonum magni Paſchatis expectatio: qui.n. expectat magnũ feſtũ, debet facere magnã vigiliã, ideo mõ cãtat Eccleſia. Nõ ſit uobis vanũ mane ſurgere ante lucẽ, qa pro miſit dñs coronã vigilantibus. Itẽ, corpus Chriſti recipere expectam⁹, qd nullus debet recipere niſi purgatus. 1. Cor. 11. Probet autẽ ſeipſum hõ, & ſic d̃ pane illo edat, et de calice bibat &c. Vnde ſic digne celebrãdo Quadrageſimã iſtã in pñti, pueniem⁹ ad mõtẽ Dei Oreb. i. ex euãgelio ad mẽſam cęleſtẽ, ad quã &c.

De Eadem.

CVm ieiunaſſet quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctib⁹, poſtea eſuriit &c. Mat. 4. Sicut Aug. dicit. Sũma religio ẽ imitari qd̃ colim⁹: unde cũ Dñs noſter ieiunauerit, debem⁹ eũ imitari ĩ ieiunãdo. Sũt aũt quatuor q̃ debẽt nos mouere ad ieiunandũ. Primũ eſt dei p̃ceptum: ſm, Chriſti exemplũ: tertiũ, multiplex quod nõ ieiunãtibus prouenit nocumentũ: quartũ multiplex qd̃ ex ieiunijs prouenit emolumentũ. Circa primũ ſciendũ, ꝙ Dñs p̃cepit ieiuniũ quadrupliciter. Primo, per ſe ipſum Adæ & Euæ in paradiſo, cũ præcepit vt ieiunarẽt. i. abſtinerẽt a ligno ſciẽtiæ boni & mali, ne comedeiẽt. Secdo, p̃cepit ieiuniũ per legẽ Moyſi. Leu. 16. Sabbathũ requietionis eſt, affligetis aĩas ueſtras religione perpetua &c. Tertio, per prophetas. Ioel. 2. Sãctificare ieiuniũ &c. Quarto, per Apoſtolos. 2. Cor. 11. In fame & ſiti, in ieiuniis multis. Vnde patet ꝙ trãſgreſſor p̃ceptorum gratiæ eſt, qui nõ vult ieiunare. Circa ſm notandũ, ꝙ Dñs quatuor docuit nobis eſſe neceſſaria ĩ ieiunio. Primo, vt ab oĩbus peccatis mũdemur: ſecũdo, vt ieiunãtes a fauorib⁹ hominũ occultemus: tertio, vt lõganimiter & perſeuerãter ieiunemus: quarto, vt tẽtationes dęmonũ ſupem⁹. Primũ doçuit ĩ hoc, ꝙ baptizatus ieiunauit: ſic & qui vult bene ieiunare primũ debet p pñiam & confeſſionẽ lauari. Mat. 6. Tu autẽ cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Secundũ docuit ꝙ ieiunaturus deſertũ petiit: vñ doçuit ꝙ cũ ieiunam⁹ & bona opamur, a laudib⁹ hominũ nos abſcõdamus. Mat. 6. Cũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: & poſt, Vt nõ videaris &c. Tertiũ docuit in hoc, ꝙ quadragita dieb⁹ & noctib⁹ ieiunauit. Aug.

F Carnẽ ueſtrã domate ieiunijs ab eſca & potu, quãtum ualetudo pmittit. Quartũ docuit ĩ hoc, ꝙ diabolo tẽtanti non credidit, ibi. Nõ in ſolo pane viuit homo: & ibi. Vade Satana. Eccl. 2. Fili, accedens ad ſeruitutẽ Dei &c. Circa tertiũ ſciendũ ꝙ quatuor mala proueniũt eis qui nolũt ieiunare cũ debẽt. Primũ eſt malũ culpę. Ezec. 26. Hęc fuit iniqtas ſororis tuę Sodomę, ſaturitas panis, & abũdãtia &c. Secundũ eſt malũ dãni: qui nõ vult ieiunare, hic a fructu ęternę vitæ perpetuo ieiunabit. Hoc ſignificat in Gen. 3. vbi dicit ꝙ Adã noluit aſtinere a fructu ligni vetiti: vñ dixit Dñs. Videte ne forte ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in ęternũ: & emiſit eũ Dñs de paradiſo uoluptatis &c. Tertiũ eſt malũ pęnę p̃ſentis. Eccl. 27. Propter crapulã multi perierunt &c. Quartũ eſt pœna famis & ſitis in inferno perpetua. Qui.n. nõ vult modo ieiunare, famẽ & ſitim perpetuo ſuſtinebit. Iſa. 45. Ecce ſerui mei comedẽt, & vos eſurietis &c. quod patet in diuite epulãte qui nolebat ieiunare, ſed quotidie ſplẽdide comedebat, iõ non potuit habere guttã aquæ &c. Luc. 15. Circa quartũ notandũ, ꝙ quadruplex bonũ prouenit ex ieiunio. Primũ eſt vitiorũ mortificatio: ſm, mẽtis in Deũ eleuatio: tertiũ, virtutũ acquiſitio: quartũ, ęternæ beatitudinis præmiũ. De his quatuor Greg. Qui corporali ieiunio vitia comprimis &c. ecce primũ: Mẽtem eleuas, ecce ſm: uirtutẽ largiris, ecce tertiũ: & p̃mia, ecce quartũ, ad qd̃ &c.

Dominica ſecunda in Quadrageſima ex epiſtola.

ROgam⁹ vos fr̃es & obſecramus &c. Quẽadmodum accepiſtis a nobis qũo oporteat uos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis 1. Theſ. 4. In iſta epiſtola hortat nos Apoſtol⁹ ad quiq;: Primo, vt ſm Deũ ãbulare ſtudeam⁹, ibi. Quẽadmodũ oporteat vos ambulare: ſecũdo, vt deo placeam⁹, ibi. & placeẽ Deo. Tertio, vt ſãcti. i. mũdi efficiamur, ibi. Eſt.n. uolũtas Dei ſãctificatio uſ̃ra. Quarto, vt iniuriã ꝓximo nõ faciam⁹, ibi. Neq̃s ſupgrediat &c. Quĩto, vt a peccato luxuriæ caueamus, ibi. Vt abſtineatis vos a fornicatiõe. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ Apoſtol⁹ docuit duodecim modos ambulãdi: hic q̃ras quinque, alios quæras in ſequẽti dñica. Debemus.n. primo ambulare in humilitate, ne inflati ſuperbia per arctã viã ingredi nõ valeamus. Secũdo, in patiẽtia, vt labores uiæ & aduerſa libẽter ſuſtineam⁹. Tertio, in mãſuetudine, vt comites in via habeam⁹, & eos in itinere nõ turbem⁹. Quarto, ĩ charitate, ut verba bona ſocijs cõmunicemus. Quinto, in cõpaſſione, vt ſanctorũ infirma ſupportemus. De his quinq; Eph. 4. Vt digne ambuletis cũ oĩ humilitate, ecce primũ: & mãſuetudine, ecce ſm: cũ patiẽtia, ecce tertiũ: ſupportãtes inuicẽ, ecce quartũ: in charitate, ecce quintũ. Circa ſm ſciẽdũ ꝙ quinq; ſunt nobis neceſſaria vt placeam⁹ Deo. Primũ, vt eum tamq̃ oĩpotẽtẽ & iuſtum ſuper oĩa timeamus: ſecundo, ut in eũ tamq̃ in liberatorẽ ſuper oĩa ſperem⁹. De his duob⁹, pſal. 149. Beneplacitũ eſt Dño ſup timẽtes eũ, ecce primũ: & ĩ eis qui ſperãt ſup miſericordia eius, ecce ſm. Tertio, vt eum tamq̃ ſummũ bonum ſuper omnia diligamus. Prou. 8. Ego diligentes me, diligo. Quarto, vt tribulationes pro eo libenter ſuſtineamus. Iudit 8. Oẽs qui Dño placuerũt, per multas tribulationes trãſierũt. Quinto, vt carnis delectabilia pro eo deſpiciam⁹, & ſm ſpiritum uiuam⁹. Ro. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere nõ pñt: uos aũt in carne nõ eſtis, ſed in ſpũ. Circa tertiũ ſciẽdum, ꝙ pp quinq; maxime debemus ſtudere vt ſãcti. i. mũdi efficiamur. Primo, vt Deo aſſimilemur 1. Pet. 1. Sãcti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Secundo, ne Chriſto, qui multo labore & expenſis nos mũdauit, iniuriam faciamus. Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Tertio, ne ab ingreſſu cęleſtis ciuitatis prohibeamur. Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Quarto, vt ſapientiæ ſuſceptibiles efficiamur. Sap. 7. In animã ſanctã ſe transfert, & amicos Dei & prophetas cõſtituit. Quinto, vt Deũ videre mereamur. Mat. 5. Beati mundo corde, quoniã ipſi Deum uidebunt: quod nobis præſtet Chriſtus &c. Abſtineatis vos a fornicatione. Multæ cauſæ ſunt quare homo debet aſtinere a fornicatione. *Quære in quadrageſimalibus in ſecunda Dominica.*

De eadem ex euangelio.

FILIA mea male a dæmonio vexat, Matth. 15. Moraliter per iſtã dæmoniacã intelligit anima peccatrix: & notantur hic duo mala quæ acquirit homo per peccatum mortale. Primũ eſt, quia poſſidet a dæmonio; ſecũdũ eſt, quia male vexatur. Circa primũ ſciendũ ꝙ anima pecatrix poſſidet a ſeptẽ dæmonibus. Primũ dęmoniũ eſt immoderata ſciẽdi cupiditas, hoc eſt dęmoniũ meridianũ pſal. 90. A dęmonio merediano. Secũdũ eſt ĩmoderata habẽdi auaritia, hoc eſt dæmoniũ mutũ. Luc. 11. Erat Ieſus eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ. Tertiũ eſt dominãdi ambitio, hoc ẽ dęmoniũ Aſmodeus noĩe. Tob. 3. Dęmoniũ noĩe Aſmode⁹ interficiebat eos. Aſmodeus qui interpretatur iudiciũ factura, et ſignificat ambitionẽ, quæ appetit habere poteſtatẽ iudicãdi homines, qui ſunt factura Dei. Quartũ dæmoniũ carnaliũ uoluptatũ dilectatio, hoc ẽ dæmoniũ cęcũ. Matth. 12. Tũc oblatus eſt ei homo dæmoniũ habẽs cæcus & mutus, hæc eſt carnalis concupiſcẽtia quæ excęcat oculos mentis. Aug. Aſcendebant nebulæ de limoſa concupiſcentia carnis, & obnubilabant, & offuſcabant cor meũ, ut nõ diſcerneretur ſynceritas dilectionis a caligine libidinis. Quintũ dæmoniũ eſt nocendi crudelitas, hoc eſt dæmoniũ ſæuũ. Matth. 8. Et occurrerunt ei duo homines dęmonia habentes ſęui nimis. Sextum eſt detrahẽdi malignitas, de hoc Apoc. 16. Vidi tres ſpiritus immũdos ĩ modũ ranarũ exiſſe, qui ſunt tres ſpecies dæmoniorũ. In rana intelligitur detrahẽdi loquacitas, quia tres ſunt modi detrahẽdi. Primus ẽ bona diminuere: ſecũdus eſt mala exagerare: tertiꝰ falſa crimina imponere. Septimũ dęmoniũ eſt deſperatio, ex qua ſequitur omne malũ. Iſtud dæmoniũ uocatur legio, quia multi dæmones intrãt in animã poſt deſperationẽ. Matth. 5. Quod tibi nomen eſt? Reſpondit, Legio. De iſtis aũt ſeptẽ dæmonijs in Luc. 8. Maria quę vocatur Magdalena, de qua exierunt ſeptẽ dęmonia. Ab iſtis dæmoniis poſſidetur anima peccatrix. Circa ſecũdũ ſciẽdũ ꝙ dæmonia iſta hominẽ quẽ poſſidẽt, uexant ſeptẽ modis. Primo, cęcũ faciẽdo. Secundo, loquelã auferẽdo. De his duobus, Matth. 12. Habẽs dęmoniũ, cęcus & mut⁹. Tertio affligunt ignem cupiditatis accendendo. Quarto, in aqua luxuriæ ſubmergendo. Quinto, mutationes rerum mutabiliũ immutãdo. De his tribus Matth. 17. Domine, miſerere filio meo, quia lunaticus eſt: nã ſæpe cadit in ignẽ, crebro in aquã. Peccator dicitur lunaticus, quia ut luna cũ temporalibus creſcit & decreſcit, & ſępe cadit in ignẽ cupiditatis, & aquã luxuriæ. Sexto affligit gelu ſpiritualiũ, indumenta uirtutũ auferẽdo Luc. 8. Occurrit illi uir quidam qui dæmoniũ habebat iam tẽporibus multis, & ueſtimento nõ induebatur &c. Septimo, uexat dolorib⁹ & anguſtijs quas ſæpe patiũtur peccatores affligendo. Marc. 5. Occurrit ei de monumentis homo in ſpiritu immundo: & poſt, Cõcidens ſe lapidibus. Ier. 2. Vide quàm malũ & amarũ eſt reliquiſſe te dominũ Deũ tuũ &c. Valẽt aũt ad liberationẽ huius dęmoniacę quinq;, quę notãt circa mulierẽ Chananæã. Primo humilitas, ibi. Nã & catelli &c. Secũdo, patiẽtia, quæ notat in hoc ꝙ tã patiẽter portauit impropriũ ſibi a Domino illatũ. Tertio, oratio, ibi. Miſerere mei fili Dauid &c. Quarto, perſeuerãtia, quod notat in hoc ꝙ nõ ceſſauit, donec obtinuit quod volebat. Quinto, fides, ibi. O mulier, magna eſt fides tua. Si iſta quinque habueris, ab omni dæmonio. i. peccato liberaberis: quod nobis præſtet Chriſtus, Amen.

Egreſſus Ieſus de finib⁹ Tyri & Sidonis &c. *Quære inter quadrageſimales in ſecunda Dominica.*

Dominica tertia in Quadrageſima ex epiſtola.

VT filij lucis ambulate &c. Eph. 5. In iſtis verbis tria facit Apoſtolus. Primo, ad ambulandũ inuitat, ibi. Ambulate: ſecundo, modum ambulãdi demõſtrat, ibi. Vt filij. Tertio, cãm aſſignat, ibi. Lucis. Nã ex quo lux eſt, ambulandũ eſt. Ioan. 12. Ambulate dũ lucẽ habetis. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ quadruplex eſt ambulatio hominis. Prima naturæ, ſecũdũ quod ambulat homo ad mortẽ ꝓperãdo. Iob. 16. Semitã per quã non reuertitur, ambulo. Secũda culpæ, ſecũdũ quã ambulat homo de malo in malũ trãſeundo. pſal. 11. In circuitu impij ambulãt. Tertia gratiæ, ſecundũ quã ambulat homo de bono in melius, ꝓficiẽdo. Gen. 17. Ambula corã me, & eſto perfect⁹. Quarta glorię, ſecũdũ quã ambulãt ſancti poſt Chr̃m, eũdo. Apoc. 3. Ambulabunt mecũ in albis, qm̃ digni ſunt. Prima eſt ſuſtinẽda, ſecũda eſt fugiẽda, tertia eſt faciẽda, quarta deſiderãda. Ad tertiam hortatur hic Apoſto. Eph. 4. Obſecro vos vt ambuletis digne &c. Circa modũ ambulãdi notandũ ꝙ duodecim modos docet nos Apoſt. ambulãdi in ſuis epiſtolis: quinque poſiti ſunt in præcedenti Dominica, ſeptẽ vero hic. Sciẽdũ eſt ergo ꝙ debemus ambulare in vitę nouitate. Primo, peccati vetuſtatẽ abiiciẽdo. Ro. 6. In nouitate vitæ ambulate. Secundo, carnẽ ſpiritui ſubiiciẽdo, & ſecundũ ſpiritũ viuẽdo. Gal. 5. Spiritu ambulate, et deſideria carnis nõ perficietis. Tertio, in dilectione, Deũ & proximũ diligendo. Eph. 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos &c. Quarto, honeſte & bene inter homines conuerſando. 1. Tim. 4. Vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt. Quinto, in ſapiẽtia dulcib⁹ ſermonibus & vtilibus alios ædificãdo. Col. 4. In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſunt. Sexto in Chriſto, eũ ſequẽdo & imitãdo. Col. 2. Sicut accepiſtis Chriſtũ, in ipſo ambulate. Septimo, ĩ luce debemus ambulare nihil reprehẽſibile faciendo, de quo hic, Vt filij lucis ambulate. Io. 11. Qui ambulat ĩ die nõ offendit. In iſtis ſeptẽ modis ãbulãt boni: mali aũt ãbulãt ſeptẽ aliis modis. Primo, ſm carnẽ carnis deſideria pficiẽdo. Iudit. 2. Poſt carnẽ ĩ cõcupiſcẽtiis ambulãt. Secũdo, ambulãt ſm ſæculũ ſæculariter viuẽdo, ad Eph. 2. In quib⁹ ambulaſtis aliqn̄ ſm ſæculũ mũdi huius. Tertio, ambulãt in uanitate, q̃ vana ſunt diligẽdo. Eph. 4. Sicut & gẽtes ãbulãt in vanitate ſenſus ſui tenebris habẽtes obſcuratũ ĩtellectũ &c. Quarto, inordinate, & inhoneſte, & diſſolute viuendo. 2. Theſ. 4. Vt ſubtrahatis vos ab oĩ fratre ãbulãte inordinate, & nõ ſm traditionẽ quam acceperunt a nobis. Quinto, ambulant in deſiderijs faciendo quodlibet

Sexto, in luxurijs, luxuriose viuendo. Septimo, ambulant in gulositate, comessationibus & ebrietatibus vacãdo. De his tribus 1. Pet. 4. Qui ambulauerũt ĩ luxurijs, desiderijs, vinolẽtijs, & comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus. Istis modis nõ est ambulandũ, quia qui sic ambulant, peribũt. Iob. 6. Ambulãt in uacuũ, & peribũt. Sed qui primis modis ambulant, peruenient ad gaudia vitæ æternæ, quæ donet nobis Christus, Amen.

De eadem ex euangelio.

ERAT Iesus eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ, Luc. 11. In istis verbis circa eiectionẽ istius dẽmonij, per quã significatur eiectio diaboli ab aĩa, notantur hic tria. Primo, eijciendi frequentia, ibi. Erat Iesus eiiciens dæmonium, vbi notatur ꝙ frequenter eiciebat. Secundo, eiecti nequitia, ibi. Et illud erat mutum. Tertio, eiectionis vtilitas, ibi. Et cũ eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Circa primũ notandũ, ꝙ Dñs eiecit dæmonẽ frequẽter. Primo, de cælo proijciendo. Eze. 28. Eieci te de monte sancto meo. Apo. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secũdo, eiecit eũ de paradiso ipsum maledicendo. Gen. 3. Quia hoc fecisti, maledictus eris inter animãtia & bestias terræ. Tertio, eiecit eum de monte, ipsum ignoniose repellẽdo. Mat. 4. Vade retro Satana &c. Quarto, eiecit eum de animabus, eum ab ipsis repellendo. Actu. 10. Qui pertransiit bene faciendo, & liberando omnes oppressos a diabolo. Quinto, eiecit eũ de corporibus obsessis, ab eo liberãdo. Luc. 4. Exibant autẽ dæmonia a multis &c. Sexto, eiecit eum de mundo, ipsum ab eius potestate eripiendo. Io. 12. Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Septimo, deiiciet eũ in infernũ, ęternis incendijs deputando. Isa. 14. Verũtamen ad infernum detraheris ad profundũ laci &c.

Circa ꝓm notandũ, quòd triplex malum intulit dæmoniũ isti obsesso, per quod significatur triplex malũ quod prouenit ex peccato. Primũ fuit qd̃ ipsum possedit: ꝓm, quia ipsum excæcauit: tertium, quia loquelã ei abstulit. Habuit. n. hòmo iste tria mala, quia & dæmoniacus fuit, & cæcus, & mut⁹: & significat tria mala quę incurrit homo per peccatũ. Primũ est, quia a dæmonio possidetur. 1. Tim. 2. Vt resipiscant a laqueis diaboli, a quo captiui tenent. Scd̃m est, quia cæcus efficitur. Soph. 2. Ambulabũt vt cęci, quia Domino peccauerũt. Tertiũ malũ est, quia mutus ad laudãdũ Deũ, & cõfitẽdũ peccata sua efficitur. Isa. 56. Vniuersi canes muti, nõ valẽtes latrare. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ tres vtilitates subsecutę sunt ex eiectione isti⁹ dæmonis. Prima fuit ipsius ab ossessione dęmonis liberatio: secũda, visus restitutio: tertia, loquelę reintegratio, & significãt tria bona quæ sequuntur animam in iustificatione. Primũ est, qa a potestate diaboli eripitur. Col. 1. Qui nos eripuit de potestate tenebrarũ. Secũdũ, quia lumen gratiæ sibi restituitur. psal. 145. Dominus illuminat cæcos. Tertium est, quia loquela ad laudãdũ Deũ, & cõfitẽdũ peccata sua ei redditur. psa. 50. Libera me de sanguinibus. i. peccatis, & exultabit lingua mea iustitiã tuã &c.

Dominica quarta in Quadragesima ex euangelio.

ILLA autem quæ sursum est Hierusalem, libera est. Gal. 4. In istis verbis cõmendatur ciuitas Dei, quæ regnat in cælis, in tribus. Primo, in situ, ibi. Quæ sursum est: secũdo, in nomine, ibi. Hierusalẽ: tertio, in libertate, ibi. Libera est. Circa primũ notãdũ, ꝙ ĩ hoc ꝙ dicitur esse sursum, cõmẽdat̃ iquatuor. Primo, a puritate: immũditiæ. n. nõ sunt in alto, sed tẽdũt ad valles, hoc est ĩ ciuitate cælesti, vbi nihil ẽ ĩmũdũ. Apo. 22. Nõ intrabit in ea aliquid coinquinatũ faciẽs abominationẽ. Secũdo, a sanitate: ciuitas. n. in alto sita sana est, hoc est in cælesti ciuitate, vbi nullus lãguor est, nec dolor &c. Apo. 21. Et mors vltra nõ erit, neq; clamor, neq; dolor. Tertio, a securitate. Ciuitas. n. ĩ alto sita securior est. ps. 40. Mirificauit Dñs mĩam suã ĩ ciuitate munita. Quarto, a spaciositate: terra. n. q̃ deorsum est, habet se sicut pũctus ĩ sphęra, cęlũ vero sicut circũferentia. Aug. Quod aũt in angustijs miraris latitudinẽ cęlorum se nõ coarctãtiũ, ab ultimis Hispaniæ finibus vsq; ad Vicos paucissimorũ dierum spatia iacẽt, si nauẽ ferat vẽtus: at illa cælestis regio per triginta annos velocissimo syderi præstat iter. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ in hoc ꝙ dicitur, Hierusalẽ, cõmẽdat̃ a multis ciuitas cælestis: multa. n. dicũtur de Hierusalẽ in scriptura, quæ intelligũtur de Hierusalẽ cælesti, & notãtur hic decẽ. Primũ est admirabilis pulchritudo & speciositas. Cant. 1. Pulchra es amica mea, & suauis, & decora sicut Hierusalẽ &c. Secũdum est ineffabilis amor & charitas. Isa. 32. Dixit Dñs, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalẽ. Tertiũ est delectabilis splẽdoris claritas. Tob. 12. Luce splẽdida fulgebis, & oẽs fines terræ adorabũt eã. Quartũ est murorum, & viarũ, & portarũ speciositas. To. 13. Et portę Hierusalẽ ex sapphiro, & smaragdo ędificabũt̃ &c. Quintũ omniũ rerum abũdãtia. Isa. 33. Oculi tui videbũt Hierusalẽ habitationẽ opulẽtã &c. Sextũ omniũ deliriarũ affluẽtia. Isa. vltimo. Lætamini in Hierusalẽ, & exultate in ea oẽs qui diligitis eã: gaudete in ea gaudio vniuersi qui lugebatis super eam, vt sugatis & repleamini ab vberibus cõsolationis eius: vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Septimum est perpetua & continua lætitia. Octauum, æternus honor & gloria. Isa. 60. Super te Hierusalem orietur Dñs, & gloria eius in te videbitur. Nonũ, æternæ pacis felicitas. Ecce ego declinabo super Hierusalẽ quasi fluuiũ pacis. Decimũ, beatæ lucis æterna iucũditas. Tob. 13. Per oẽs plateas Hierusalẽ alleluia cãtabitur. Ecce ego do Hierusalẽ exultationẽ, & populo eius gaudiũ &c. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ erit ibi libertas a quinq;. Primo, a dæmonũ vexatione. Isa. 14. Et erit in die illa cũ requiẽ dederit Dñs a labore tuo, & a cõcussione tua dura qua ante seruiuisti &c. Secũdo, ab oĩ mali afflictione. Tob. 13. Liberabis Hierusalẽ ciuitatẽ tuã sanctã a cũctis tribulationibus suis. Tertio, a creaturarũ corruptione. Quarto, a morte corpis. Ro. 8. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei &c. Quinto, erit ibi libertas a seruitute peccati. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere vos liberi eritis. Beata est ergo illa ciuitas, vbi nullum est malũ, & est ibi omne bonum, Ad quod bonum &c.

De eadem ex euangelio.

ABIIT Iesus trãs mare Galilęę. Io. 6. Tria principaliter sunt q̃ fecisse dicit̃ Iesus in hoc euãgelio. Primũ ẽ, qa mare trãsijt, ibi. Abijt Iesus trãs mare. Scd̃m est, qa in mõtẽ ascẽdit, ibi. Subijt ergo in mõtẽ. Tertiũ est, qa turbas pauit, ibi. Accepit ergo Iesus panes. Circa primũ notãdũ, ꝙ tria fecit Iesus circa mare. Primo, ipsum placauit: secũdo, ꝑ ipsum siccis pedib⁹ ambulauit: tertio, ipsum trãsmeauit. Hæc tria facit Christus in mundo. psal. 103. Hoc mare magnũ, & spatiosum. Primo, ipsum placauit Deo patri reconciliãdo: secundo, siccis pedibus super ipsum ambulãdo, nihil mundanum diligendo: tertio, transmeauit de mundo ad cęlũ ascẽdẽdo. De primo. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mũdũ recõciliãs sibi &c. De secũdo Ioan. 13. Venit enĩ princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicq̃.

De tertio,

De tertio, Io. 16 Relinquo mundum, & vado ad patrẽ. Circa ꝓm notandũ, ꝙ septẽ fecit Christus in mõte, sicut legitur in euangelijs. Primo, in monte diabolũ superauit: secundo, in monte discipulis prædicauit: tertio, in mõte se transfigurauit: quarto, in mõte frequenter orauit: quinto, in monte discipulis apparuit: sexto, in monte turbas pauit: septimo, de mõte cælos ascendit. De primo. Mat. 4. Assumpsit eũ diabolus in montẽ excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi &c. De secũdo, ibidẽ 5. Videns aũt Iesus turbas, ascendit in montẽ, & cũ sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius, & aperiẽs os suũ docebat eos &c. De tertio, ibidem. 16. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius &c. & subdit̃. Et transfiguratus est ante eos. De quarto ibidẽ 18 De quinto, hic. De sexto, Mat. vlt. Ascendens in montem sedebat Iesus, & accesserunt ad eũ turbæ: & subdit̃. Accipiens Iesus septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis &c. De septimo, Luc. vlti. Eduxit aũt eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus suis benedixit eis, & recessit ab eis, & ferebat̃ in cælum. Circa tertiũ notandũ, ꝙ Dñs in duabus vicibus pauit hoĩes duodecim panibus, & signãt duodecim, quibus ipsos pascit qui sequunt̃ ipsum in via ista. Primus panis est charitas, secũdus gaudiũ, tertⁿ pax, quartus patiẽtia, quintus lõganimitas, sextus bonitas, septimus benignitas, octauⁿ mãsuetudo, nonus fides, decimus modestia, vndecimus cõtinẽtia, duodecimus castitas. Isti sunt duodecim panes propitiationis, de quibus dicitur in Exodo 25. Super mensam panes propositionis erũt semper. De his oĩbus Gal. 5. Fructus ãt spiritus sunt charitas &c. Beatus vẽter qui te portauit. *Quære in quadragesimalibus in tertia Dominica.* Hic est vere Propheta. Ioã. 6. & gratias agẽs &c.

De beata Virgine ex euangelio.

BEATVS venter qui te portauit &c. Luc. 11. Nota ꝙ venter beatæ Virginis dr̃ beatus pp quinq;. Primo, quia portauit eũ qui in seipso summe beatus est. 1. Tim. 6. Beatus & solus potens rex regum. Secundo, pp summã beatitudinem & trinitatẽ quã habuit: fuit. n. sponsa patris, & mater filij, & habitaculũ spiritusscti, iuxta illud. Salue mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium. Tertio, quia concepit sine corruptione. Quarto, quia portauit eum sine labore. Quinto, quia peperit eũ sine dolore. De his, Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te, & iõ cõcipies sine dolore & corruptione: & virtus altissimi obũbrabit tibi, & iõ portabis sine labore & corruptione: iõq; quod nascet̃ ex te sanctũ, vocabit̃ filiⁿ Dei, & iõ paries sine dolore. Sexto, quia portauit pretium redẽptionis. Num. 20. Dñe aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Dñi sup eos. Septimo, quia habuit de oĩ statu: de statu virginũ integritatem, de statu coniugatorum fœcunditatem, de statu cõtinentium castitatem. Octauo, quia debet frequẽter ab omnibus benedici. i. beata prędicari. Luc. 1. Beatam me dicent oẽs generationes. Nota ꝙ vbera beatæ Virginis dñr beata pp tria. Primo, quia lactabant eũ q̃ est cibⁿ & potus angelorũ & sctõrũ, vñ illud, Ipsũ regẽ angelorũ sola Virgo lactauit vbere de cęlo pleno &c.

De mortuis.

MOrtuo nõ ꝓhibeas gratiã. Eccl. 7. Quadruplicẽ gratiã debemⁿ mortuis. Primo, eũ debitis obsequis sepelire. Eccl. 38. Fili in mortuũ produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & ne despicias sepulturã illius. Secũdo, pro eis orare. Tertio, pro eis eleemosynas facere 2. Mach. 12. Iudas collatione facta duodecim millia dragmas argenti misit Hierosolymã offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ. Quarto, pro eis sacrificium altaris offerre. Exemplum Gregorij in fine dialogorum ante penultimum capitulũ lib. 3. qui pro monacho quodã fecit dici triginta Missas, & statim fuit a pœnis liberatus. De his duobⁿ August. Neq; negamus aĩas defunctorum pietate suorũ viuentium releuari, cum pro eis officium mediatoris offert̃, vel ꝙ ꝓ eis orationes fiunt in Ecclesia. Circa primum sciendum, ꝙ debemus mortuos pp tria cum obsequijs sepelire. Primo, vt nos morituros cogitemus. Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus q̃ conuiuij: ibi. n. finis cunctorum admonet̃. Aug. de ciu. Dei. Et si corpus humanum pp fidem resurrectionis debito honore sepeliendum, tñ & si sepultura careat, diuina prouidentia credendum est. Tertio, vt meritũ pro eo cum sit opus misericordiæ, recipiamus. Tob. 15. Qñ orabas cũ lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos per diẽ abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, obtuli orationem tuam Dño: & quia acceptus eras Deo &c.

Circa ꝓm sciẽdũ, ꝙ pp tria debemus orare pro mortuis. Primo, vt nr̃am charitatẽ eis demõstremⁿ. Iob. 19 Miseremini mei, miseremini mei saltẽ vos amici mei. Secundo, vt pœnas eorum mitigemus. Tertio, vt a pœnis eos liberemus. De his duobus Aug. ad Laurẽtiũ. Cum pro defunctis baptizatis orationes fiunt, aut ad hoc valent, vt fiat plena remissio, aut tolerabilior fiat damnatio. i. pœnę purgatorij. Circa tertiũ sciendũ, ꝙ tria debent nos mouere ad faciendas eleemosynas ꝓ mortuis. Primo, pœnarũ quas patiunt̃ acerbitas, libenter aũt faciunt hoĩes eleemosynas leprosis, & his qui patiunt̃ magnas pœnas, & infirmitates: minor. n. pœna purgatorij est maior oĩbus pœnis præsentis vitę, sicut dicit Aug. Secũdo, magna eorũ necessitas. Qñ. n. uident hoĩes valde mendicos, libenter faciunt eis eleemosynas: illi ãt qui sunt in purgatorio, sunt ĩ maxima paupertate, quia nihil possunt mereri, cum non sint in statu merendi. Tertio, debet nos mouere nostra vtilitas. Cum. n. oramus pro illis qui sunt in purgatorio, & eleemosynas facimus, qñ liberant̃, & sunt in patria, libenter orãt pro nobis. Circa quartũ sciẽdũ, ꝙ tria debent nos mouere ad celebrãdũ pro mortuis. Primũ est, quia dicit Aug. ꝙ pro illis qui sunt in purgatorio, est propitiatio. Secũdo, qa ꝓ illis qui sunt in patria, est gratiarum actio. Tertio, quia illis qui peregrinant̃ in mundo, est cõsolatio. Ergo virtutẽ huius sacramenti sentiunt qui sunt in purgatorio, qui sunt in cælo, qui sunt in terra. i. in mũdo. De his tribus Augu. Cum sacrificia altaris pro baptizatis offerunt̃, pro valde bonis gratiarũ actiones sunt, pro nõ valde bonis ꝓpitiationes sunt: ꝓ valde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorũ, tñ sunt viuorum consolationes. ergo non prohibeas mortuo quadruplicẽ gratiã.

De mortuis.

FACTVM est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrahæ, Luc. 16. In verbis istis duo notantur. Primum est angelorum benignitas, ibi. Portaretur ab angelis. Magna enim benignitas est quòd mendicos non dedignantur portare, cum sint principes cęli. Secũdo paupertatis pre-

tioſitas, ibi. In ſinu Abrahæ, ſatis patet quòd pretioſa res eſt paupertas, cum per eam acquiratur regnum cælorum, quod per ſinum Abrahę ſignificatur. Aug. Venale habeo, & quid? regnum cęlorum. Quanti emitur? paupertate regnum, luctu gaudium, morte vitam. Circa primum nota, quòd tria bona facit angelorũ benignitas hominibus bonis morientibus. Primũ, quia a dæmonibus qui ibi adſunt, vel in aere obuiant, liberant. pſal. 33. Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum. Secundo, ſolemnes exequias celebrant eis. Aug. Præclaras exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: ſed multo clariores pauperi vlceroſo miniſterium præbuit angelorum, qui eum extulerunt nõ in marmoreum tumulum, ſed in Abrahę gremium. Tertio, inducũt eos in regna cæleſtia, vt hic. Et portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Circa ſecundum notandum, ꝙ tria magna bona cõſequitur pauper in morte. Primo, ab iniqua hominum oppreſſione liberatur. Iob. 5. Porro ſaluum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Secundo, regnum cęlorũ ei datur. Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnum cælorum. Tertio, cũ principibus cæleſtis curiæ collocatur 1. Reg. 2. Suſcitans de puluere egenũ, & de ſtercore erigens pauperem, vt ſedeãt cum principibus, & ſolum gloriæ teneat, Ad quam &c.

De mortuis.

DIES mei velociores curſore trãſeunt, quaſi naues poma portantes. Iob. 10. In iſtis verbis duo notantur. Primo, vitæ præſentis velocitas, ibi. Dies mei velociores. Secũdo, vitæ ſanctorum fragratia, ibi. Tranſierunt quaſi naues. 2. Cor. 2 Chriſti bonus odor ſumus. Circa primum notandum, ꝙ ex tribus poteſt conſiderari præſentis vitæ velocitas. Primo, ex menſurantis temporis velocitate: ſecundo, ex dierum vitæ hominis breuitate: tertio, ex comparatione temporis ad æternitatem. Iſta tria ſatis oſtendunt q̃ velociter tranſit. Primo, ſicut velociter mouet primum mobile quo menſuratur tempus: tempus. n. eſt menſura motus primi mobilis. Sicut. n. velociter circuit cælũ ad occidẽtẽ, & ſol ad occaſum, ſic velociter tranſit ad mortem. Homo enim in præſenti quaſi viator & curſor, qui quotidie complet curſus ſui dietam, quia dies cõpletur ex reuolutione cæli & ſolis. Aug. Quid eſt præſens vita niſi curſus ad mortẽ? Secundo, cõſideratur ex tẽporis breuitate. Iob. 14. Breues dies hoĩs ſunt. Tertio, ex comparatione ipſius ad æternitatẽ. Si. n. cõparat̃ tota pñs vita ęternitati, nõ eſt niſi momentũ, vel nihil. Aug. de ciui. Dei. Nihil eſt diuturnum, in quo eſt ad extremum peruenire, & omnia ſingulorum ſpatia diffinita, ſi æternitati interminabili comparentur, nõ exigua ſunt, ſed nulla. Circa ſ̃m notandũ, ꝙ poma quę ſancti portant ꝑ naues, ſignificatę ſunt virtutes & opera virtutũ. Cãt. 7. Oĩa poma noua & vetera ſeruaui tibi: dicunt̃ aũt poma virtutes, & bona opera ꝑꝑ tria. Primo, ꝑꝑ eorũ decorẽ: ſecundo, ꝑꝑ odorẽ: tertio, ꝑꝑ refectionẽ. Hęc tria. n. ſunt in pomis, quia & decora ſunt viſui, & odorifera olfactui, & refectiua guſtui. Sic ſancti viri ꝑꝑ decorem virtutum ſunt delectabiles ad vidẽdum. Cant. 1. Ecce tu pulcher es, dilecte mi. Secundo, ꝑꝑ odorẽ bonæ famæ alliciunt alias ad imitãdum. Cant. 7. Mandragorę dederunt odorem ſuum. Tertio, virtutes ipſæ animã mira dilectione reficiũt, Can. 2. Fructus eius dulces gut-

F turi meo, Apoc. vlt. Et lignum affert fructus duodecim per ſingulos menſes: & de refectione iſtorum pomorum trãſeunt ſancti ad refectionẽ pomorum, quæ naſcunt̃ in ligno vitæ. Apo. 2. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitę, q̄d eſt ĩ paradiſo Dei mei, Ad quã &c.

De mortuis.

QVI mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ habet vitã æternam. Ioan. 7. Satis oſtendit hic Dominus, ꝙ qui ſumunt corpus Domini digne, cum moriuntur, non debemus cõtriſtari de morte eorum, ſed potius lætari, quia ſcim⁹ G eos habere vitam ęternam, ſicut hic dicitur. Sciẽdum eſt ãt ꝙ Dñs voluit dare corpus ſuũ fidelibus ſuis ad mãducãdum ꝑꝑ tria. Primo, ꝑꝑ oſtendendã ſuã charitatem. Mat. 26. Hoc facite in meam commemorationẽ. i. vt recordemini meę charitatis, qua ꝓ vobis mori volui. Secũdo, ꝑꝑ figurãdã corpis iuſtitiã ſui. i. eccłæ vnitatẽ. 1. Cor. 10. Panis ãt quẽ frãgim⁹ nõne participatio corporis Chriſti eſt? qm̃ vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus, oẽs qui de vno pane & de vno calice participamus. Tertio, ꝑꝑ efficientiã in vnoquoq; fideliũ multiplicẽ vtilitatẽ. Notant̃ ãt hic ſeptẽ vtilitates, quas efficit corpus Chriſti cum digne ſummit̃. Prima, peccatorum remiſſio. Ambroſ. Paratus aſſiſte, vt H corpus Dñi edas, in quo eſt remiſſio peccatorum, & poſtulatio diuinæ reconciliationis. Secunda, a dæmonibus liberatio. Ambr. Suſcipe Dñm Ieſum tuæ mentis hoſpitio, & cum viderit diabolus hoſpitium tuũ occupatum, & cæleſti fulgere præſentia, intelliget locum tentationis ſuæ intercluſum per Chriſtum. Tertia, ineffabilis ſpiritus delectatio. Sap. 16. Panem de cælo præparatũ præſtitiſti eis omne delectamentum in ſe habẽtẽ. Quarta, ipſius aĩę in ſanctitate cõfirmatio. pſal. 103. Panis cor hominis cõfirmet. Quinta, ad moriendum & pręliandum pro amore Dei confortatio aĩabus eſt valde neceſſaria ad deſiderium martyrij cum magna ac magna ſuſtinent. 1. Mach. 6. Oſtenderunt elephanti ſanguinẽ vuæ. Sexta, æternæ aĩæ viuifi I catio. Io. 6. Siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & hoc eſt quod hic dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitã æternam, Ad quam nos &c.

De mortuis.

VENIT hora, in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audient vocẽ filij Dei. Io. 5. In iſtis verbis tria notant̃. Primo, reſurrectionis velocitas, ibi. Venit hora: fiet. n. in momẽto horę. 1. Co. 16 In ictu oculi, in nouiſſima tuba. Secũdo, vocis Dei potentia, ibi. Oẽs qui in monumentis ſunt audient vocẽ K filij Dei. pſal. 67. Dabit voci ſuę vocẽ virtutis. Tertio, reſurrectionis veritas, ibi. Et viuent. Iob. 19. Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Iſa. 26. Viuẽt interfecti tui, mortuiq; mei reſurgẽt. Circa primũ notãdum, ꝙ tria fiẽt in hora reſurrectionis. Primo, Chriſtus de cælo deſcendet: ſecundo, mortui reſurgẽt: tertio, obuiã Chriſto occurrent. De his tribus. 1. Theſſ. 4. Ipſe Dñs in iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcẽdet de cęlo, ecce primum: & mortui qui in Chr̃o ſunt, reſurgent primi, ecce ſ̃m. Deinde nos qui uiuimus, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus, ecce tertium. Circa ſ̃m notãdum, ꝙ tria faciet tunc virtuoſa vox Chriſti. Primo, mortuos ſuſcitabit, vt hic. Oẽs qui in

monumentis ſunt, audient vocẽ eius. Secũdo, impios condemnabit. Mat. 25. Tunc dicet his qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti &c. Tertio, ſanctos glorificabit, eodem loco. Tunc dicet his qui a dextris erunt. Venite benedicti &c. Circa tertiũ nota, ꝙ tria oſtendent reſurrectionem eſſe ueram. Primo, quia reſurgẽt illi qui vere mortui ſunt, quod notatur hic. Qui in monumentis ſunt, audiẽt vocẽ eius. Secũdo, quia reſurgent in eadem carne, in qua bene, vel male vixerunt. Iob. 19. In carne mea videbo Deũ Saluatorem meum. Tertio, quia de cętero non moriẽtur. 1. Cor. 15. Et mortui reſurgent incorrupti, Cuius beatæ æternitatis participes nos faciat Chriſtus.

De mortuis.

ESTO fidelis vſque ad mortem, Apoc. 2. Satis oſtẽditur in verbis iſtis, ꝙ quãdocũq; aliquis bene moritur, non eſt dolendũ, ſed potius gaudendum, quia trãſit de miſeria mortis ad coronam vitæ. Facit autẽ Dominus tria in verbis iſtis. Primo, præcipit quid facere debeamus, ibi. Eſto fidelis vſq; ad mortem. Secundo, præmittit pręmiũ quod appetimus, ibi. Dabo tibi coronam vitæ. Circa primum notãdum, ꝙ quatuor ſunt, quibus promittitur corona triumphalis. Primum eſt mẽtis & corporis caſtitas. Sap. 4. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum claritate: & poſt. in perpetuum coronata triumphat. Secũdũ tẽtationũ ſufferentia. Iac. 1. Beatus uir qui ſuffert C tẽtationẽ, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Tertiũ eſt iuſtitia. 2. Tim. 4. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Quartũ eſt in fide & iuſtitia vſq; ad mortem perſeuerare, vt hic. Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi &c. Circa ſecundum notandũ, ꝙ quadruplex corona dabitur ſanctis. Prima argentea, ſecunda aurea, tertia ſtellata, quarta gemmea. De his quatuor inueni in Biblia. Corona argentea, quia clarum eſt argentum, erit corporis claritas, quia corpus mirabiliter decorabit. Iſa. 61. Sicut ſponſum decoratũ corona. Zach. 6. Sume tibi argentũ, & facias tibi coronam. Stellea, erit perfecta omnium ſcientia. Apoc. 12. Et in capite eius corona ſtellarum duodecim. Eccl. 6. Coronam gratulationis ſuponent tibi. Aug. Habemus vnum doctorem in cælis, quem ſemel vidiſſe, totum didiciſſe eſt. Gemmea erit in omnibus iſtis ęternitas. pſa. 20. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Iſtis quatuor coronis coronabuntur boni: mali autem coronabuntur quatuor alijs. Primo, coronãtur corona roſea, quę conſiſtit in carnis voluptatibus. Sap. 2. Coronem⁹ nos roſis anteq̃ marceſcant. Secũdo, corona florea quæ cõſiſtit in ſæculi vanitatib⁹. 2. Mac. 6. Coronati hedera. Iſa. 38. Vę coronæ ſuperbiæ &c. Tertio, corona aurichalca, quę conſiſtit in diuitijs corporalibus. Apoc. 1. Habebãt coronas ſimiles aurichalco. Quarto, corona ſpinea, quæ fabricatur de pœnis æternalibus Iſa. 30. Coronans coronabit te Dominus, A qua liberet &c.

De duplici manu Dei ex euangelio.

ET ille ſingulis manus imponens ſanabat omnes, Luc. 4. Notandum quòd duæ ſunt manus Dei, quibus ſanat omnes, ſcilicet potẽtia & miſericordia. pſal. 61. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui: quia poteſtas Dei ẽ, & tibi Dñe miſericordia. Prima manus Dei habet quinq; digitos. Primo, quia eius potẽtiæ nemo poteſt reſiſtere. Iob. 9. Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. Idem. Quis reſtitit ei, & pa-

A cẽ habuit? Secũdo, quia eam nullus põt effugere. Eze. 17. Et q̄ diſſoluit pactũ, nũquid effugiet? Augu. Superius erit iudex iratus, ſubtus horrẽdũ chaos inferni, a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia ad ſupplicium trahentia, intus conſcientia vrens, extra mundus ardens. O miſer peccator ſic deprehenſus quo fugies? latere impoſſibile, apparere ĩtolerabile eſt. Vnde pſal. 46. Neque ab oriente, neque ab occidẽte. Tertio, quia nullus poterit ſuſtinere. Iſa. 30. Ecce nomen Domini venit de loginquo ardens furor eius, & grauis ad portandum. pſal. 129. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? De his trib⁹. Iſa. 27. Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & ob hoc intolerabili: forti, & ob hoc inuiſibili: B grandi, & ob hoc incurabili. Quarto, quia potentia iudicis non poterit corrumpi neq; muneribus, quia dicit pſal. 7. Deus iudex iuſtus. Prouer. 3. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Quinto, nec falſis allegationibus, quia fortis eſt & patiens, ideo ſapiẽs. Secunda manus eſt miſericordia, quæ habet quinque digitos. Primus digitus eſt conſiderare, quia nobis dedit filium ſuum vnigenitum. 1. Io. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, qm̃ vnigenitum filiũ ſuũ miſit Deus in mũdum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, nõ quaſi dilexerimus Deũ, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos, & miſit filiũ ſuũ propitiationẽ pro peccatis noſtris: nã oẽs mortui eram⁹, ideo dicit̃ Eccl. 3. Eleemoſyna patris nõ erit ĩ obliuione. Exẽplũ Eliſei quo- C modo viuificauit filiũ Sunamitis. dic hiſtoriã. Eliſeus Chriſtus, Giezi Moyſes, baculus lex. Nec Moyſes, nec lex potuerũt viuificare gen⁹ humanũ, donec ipſe. Eliſeus. i. Chriſtus accepit formã noſtrã, q̄ a ĩcuruauit ſe in vtero Virginis. Secũdus, quia oĩa nobis bona communicat. Mat. 4. Solẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. & pſal. 135. Qui dat eſcã oĩ carni. Tertius eſt, quia nõ ſtatim punit, ſed lõganimiter expectat ad pęnitẽtiã. Sap. 11. Diſſimulãs peccata hominũ ꝑꝑ pænitẽtiã. Iſa. 46. Vſq; ad ſenectutẽ ego portabo. Quartus in recipiẽdo: exẽplũ de filio ꝓdigo quomodo recepit illũ pater. Luc. 15. Quintus, q̄ a ſemp in oĩ hora recipit, quia poſtquã recepit, nũquã peccatorũ recordat̃. Eze. D 18. Quacũq; hora peccator reuerſus fuerit, & ingemuerit, omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor. Hinc quilibet tenet̃ & eſſe debet miſericors, vt ſe ipſũ det Deo, & de bonis ſuis pauperibus, & ꝙ non ſtatim puniat, & omnes iniurias dimittat &c.

In dominica de Paſſione ex epiſtola.

QVANTO magis ſanguis Chriſti &c. Heb. 9. In iſta epiſtola quatuor principaliter facit. Primo, oſtẽdit Chriſtũ põtificem fuiſſe, ibi. Chriſtus aſſiſtẽs põtifex. Secũdo, commẽdat pontificatũ eius, ibi. Futurorũ bonorũ. Tertio, oſtẽdit quòd obtulit, ibi. Qui ſemel ſeipſum obtulit. Quarto, mõſtrat E vtilitatẽ, ſiue effectũ oblationis eius, ibi. Emundabit cõſciẽtiã noſtrã. Circa iſtud vltimum nota, ꝙ ſeptẽ vtilitates fecit nobis ſanguis Chriſti. Prima fuit peccatorum noſtrorum ac ſordiũ emũdatio. Apo. 1. Qui dilexit nos, & lauit &c. Heb. 13. Vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ populum. Secunda, noſtra redẽptio. Apoc. 5. Redemiſti nos, Domine, in ſanguine tuo. 1 Petri. 1. Redẽpti eſtis &c. Tertia nr̃a cũ Deo & angelis pacificatio. Colo. 1. Pacificãs oĩa ꝑ ſãguinẽ ſuũ &c. Quarta teſtamenti de hæreditate æterna cõfirmatio. 1. Cor. 11. Hic calix noui teſtamenti: & teſtamentum in morte cõfirmauit. Quinta ſuæ mentiũ potatio & iebria-

tio. Mat.26. Bibite ex hoc oẽs: hic calix &c. Deuter.32. Vt sanguinẽ vuæ biberẽt meracissimũ. Sexta, ianuæ cęlestis apertio. Heb.10. Habẽtes itaq; fratres, fiduciã in introitu sanctorũ ĩ sanguine Christi. i. cõtinua pro nobis ad Deũ oratio: clamat.n. quotidie ꝓ nobis sanguis ad patrẽ. Heb.12. Sed accessistis ad sanguinis aspersionẽ melius loquẽtẽ ꝗ Abel. Sanguis Abel clamauit vindictã: sanguis Christi clamat indulgẽtiã. Septima, de iferno sãctorũ adductio. Zac.9. Tu aũt ĩ sanguine tuo eduxisti victos de lacu, in quo &c.

Dominica de passione ex euangelio.

QVI est ex Deo, verba Dei audit &c. Ioan.8. In verbis istis quatuor notãtur. Primo, sanctorum magna gloria, ibi. Qui est ex Deo. Quid.n. gloriosi⁹ põt esse ꝗ ex Deo esse? Io.1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Secũdo, magna ipsorũ sapientia, ibi. Verba Dei audit. psal.18. Testimoniũ Dñi fidele, sapiẽtiã pstãs paruulis. Tertio, reproborũ stultitia, ibi. Propterea vos nõ auditis. Prou.1. Sapientiã recti dogmatis atque doctrinã puræ cõuersationis stulti, vt Pharisęi dicta & facta Chr̃i, despiciũt. Quarto, magna ipsorũ miseria, ibi. Quia ex Deo nõ estis. Quid infelici⁹ esse põt ꝗ ex Deo nõ esse? Osee.7. Væ eis qui recesserũt a me. Circa primũ notãdũ, ꝙ sancti tribus modis dicũtur esse ex Deo. Primo, per creationẽ sicut effectus ex causa. Rom.11. Ex ipso, & per ipsum, & ĩ ipso sunt oĩa. Secũdo, ꝑ iustificationẽ, sicut splẽdor ex luce. Ephe.5. Fuistis aliquãdo tenebrę, nũc aũt lux ĩ Domino. 1.Io.3. Qui natus est ex Deo, nõ peccat. Tertio, ꝑ imitationẽ, siue assimilationẽ, sicut exẽplũ ex exẽplari [illegible] In hoc scimus quoniam in Deo sumus, si ĩ ipso perfecti erimus. 1. Ioan.1. Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut & ipse ambulauit. Circa secũdũ notãdũ, ꝙ triplex est verbũ Dei, quod libẽter audiũt sancti. Primũ est æternale. Io.1. In principio erat verbũ. Secũdũ est mẽtale. Iob.4. Porro ad me dictũ ẽ abscõditũ verbũ. Tertiũ, vocale Mat.4. Nõ ĩ solo pane viuit homo &c. Primũ audiũt per fidẽ. Io.11. Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Secundum per inspirationẽ. psal.84. Audiam quid loquatur ĩ me dñs Deus. Tertiũ, ꝑ prædicationẽ. Luc.8. Qui habet aures audiẽdi audiat. Circa tertiũ notãdũ, quòd multi sunt qui nõ audiũt verbũ Dei, maxime pp duo. Primo, quia ex auditu verbi Dei vitat omne malũ. Secũdo, acquirit omne bonũ. De his duob⁹, Pro.1. Qui me audierit, absq; terrore quiescet. s. quia in hac vita nullis terret aduersis, & in morte de igressu vitæ eternæ lætat, & abũdantia perfruet malorũ timore sublato. s. ĩ pręsenti abũdãtia beatorũ operũ ablato timore eorũ qui corpus occidũt. In futuro abũdãtia gaudiorũ ablato timore alicui⁹ defectus, vel aduersitatis. Circa quartũ notãdũ, ꝙ nõ esse ex Deo magna miseria est propter duo. Primo, quia qui sunt extra Deum, habẽt omnia mala. Aug. Vnde scio quia male ẽ mihi præter te nõ solũ extra me, sed etiã ĩ meipso, & oĩs copia quæ Deus non est, egestas est. Secũdo, quia qui est ex Deo, habet omnia optima. Aug. Qui ĩtrat ĩ gaudiũ Dñi sui, & secur⁹ ẽ, & habebit se optime ĩ optimo &c.

De eadem ex euangelio.

SI QVIS sermonẽ meũ seruauerit, mortem non gustabit in æternum, Ioan 8. Duo facit Dñs in verbis istis. Primo, monet ad obseruationem sui sermonis, ibi. Siqui sermonẽ meũ seruabit. Secũdo, ponit vtilitatẽ obseruationis, ibi. Mortẽ nõ gustabit ĩ æternũ. Circa primũ notãdũ, ꝙ sermo Dñi seruãdus est sex modis. Primo, intellectu per cognitionẽ. psal.36. Lex Dei ei⁹ ĩ corde ipsi⁹. Secũdo, ĩ affectu ꝑ dilectionẽ. psal.118. Ignitum eloquium tuum vehemẽter &c. Tertio, in memoria ꝑ iugẽ meditationem. psa.118. In corde meo abscõdi eloquia tua, vt nõ peccẽ tibi. Deute. Audi israel mãdata vitæ, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. psa.118. Meditabor in iustificationib⁹ tuis semp. Quarto, ĩ aure pp frequẽtẽ ipsi⁹ auditionẽ. Isa.55. Inclinate aurẽ vestram, & venite ad me: audite &c. Mat.13. Qui habet aures audiendi, audiat. Quĩto, in ore ꝑ iugẽ de Deo locutionẽ. psal.118. In labijs meis pronũtiaui oĩa iudicia ori tui. Exo.13. Lex Dei semper sit in ore nostro. Sexto, in manu per operationẽ. psal.118. Leuaui manus meas ad mãdata tua quę dilexi. Circa ẽm notãtur octo vtilitates ex obseruatione verbi Dei. Prima est, quia ab omni morbo sanat. Sap.16. Nõ herba, neque malagma, sed sermo tuus Dñe qui sanat omnia. psal.106. Misit verbũ suum, & sanauit eos. Secũda, qa animã mũdificat. Io.15. Iam vos mundi estis propter sermonẽ quẽ locut⁹ sum vobis. Tertia, quia mẽtẽ lætificat. Hiere.15. Factũ est verbũ Dñi in gaudiũ & lætitiã cordis mei. Quarta est, quia De⁹ trinitas in corde ipsius inhabitat. Io.14. Siquis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater me⁹ diliget eũ. Quinta, illuminat. psal.118. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat. Sexto, in bono cõseruat. Sap.6. Sermo tuus, Dñe, eos qui in te cõfidũt cõseruat. Septima, liberat a morte æterna, vt hic. Siquis sermonẽ meũ seruabit, mortẽ nõ videbit ĩ æternũ. Octaua, ꝑducit ad æternã vitã & gloriã. Io.6. Rñdit ei Simon Petrus. Dñe, ad quẽ ibimus? Verba vitę ęternę habes, & nos credim⁹ & cognouim⁹ qa tu es Christ⁹ fili⁹ Dei uiui: uerba vitæ æternæ habes, Ad quã ꝑducat nos &c.

Dominica in ramis palmarum ex epistola.

QVI cũ in forma Dei esset &c. Philip.2. Tria facit Apostolus in epistola ista. Primo, agit de Christi maiestate, ibi. Qui cũ ĩ forma Dei esset. Secũdo, de ipsius humilitate, ibi. Semetipsum. Tertio, de humilitatis vtilitate, ibi. Propter quod & Deus exaltauit illũ &c. Circa primũ tria facit. Primo, ostẽdit ipsius diuinitatẽ, ibi. Qui cũ in forma Dei esset. Deitas si erat in forma Dei, ergo Deus erat. Act.9. Verbum misit Deus filijs Israel annuntiãs pacem per Iesum Christũ: hic est omniũ Deus. Secũdo, ostẽdit diuinitatis eius virtutẽ, ibi. Non rapinam. i. In veritate fuit Deus, nõ per rapinam sicut esse voluit diabolus. Ro.9. Quorum patres ex quibus est Christus ẽm carnẽ, qui est super oĩa Deus benedict⁹ in sæcula, amẽ. i. vere. Tertio, ponit ipsius æternitatẽ, ibi. Se esse æqualẽ Deo. Ioan.1. In pricipio erat verbũ &c. Circa ẽm simlr ostẽdit ꝙ in tribus apparuit eius humilitas. Primo, ĩ seruilis formę susceptione, ibi. Exinaniuit semet ipsum formã serui accipiẽs &c. Secũdo, ĩ pfectę obediẽtiæ exhibitione, ibi. Factus obediẽs &c. Io.6. Non veni facere volũtatẽ meã &c. Tertio, ĩ turpissimę mortis toleratione, ibi. Mors aũt crucis. Sap.2. Morte turpissima cõdẽnemus eũ. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ vtilitas humilitatis eius fuit exaltatio eius, post mortẽ eius apparuit exaltatus super omnes creaturas. Ponit autem exaltationem eius tripliciter. Primo, in cõparatione ad angelos, ibi. Vt in noĩe Iesu oẽ genuflectat, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Heb.1. Et adorent eũ oẽs angeli: secũdo, in comparatione, vel in operatione ad

homines, ibi. Terrestrium. Col.1. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Tertio in cõparatione ad dæmones. Heb.2. Per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. i. diabolum. Aug. Manus inermis & affixa cruci debellauit aereas potestates. Christus enim per mortem suam subiecit sibi dæmones, homines, & angelos &c. Heb.2. Omnia subiecisti sub pedibus eius: nihil dimisit non subiectum ei. Qui ergo voluerit saluari, discat primo humiliari. Luc.14. Qui se humiliat, exaltabit. Iob.2. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, ad quam nos cõducat &c.

De eadem ex euangelio.

FILIVS hominis tradetur vt crucifigatur. Mat.25. Circa passionẽ Domini duo debemus cõsiderare. Primo, passionis qualitatẽ: secũdo, passionis virtutẽ: tertio, passionis vtilitatẽ. Circa primũ notandũ ꝙ passio Chr̃i fuit valde amara ꝑꝑ tria. Primo, propter patientis bonitatem: secũdo, propter passionis vilitatem: tertio, propter inferentium crudelitatem. Patientis bonitas patet ex tribus. Primo, quia nulli nocebat. 1. Petri.2. Qui peccatum non fecit &c. Secundo, quia illatas iniurias patientissime sustinebat. 1.Petri.2. Qui cum malediceretur, non maledicebat &c. Hiere.11. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. Tertio, quia omnibus bene faciebat. Act.10. Qui pertransijt bene faciẽdo &c. Ioan.10. Bona opera ostendi vobis, propter quod &c. Vilitas mortis patet ex tribus. Primo, quia fuit voce omnium tãquàm sceleratissimus iudicatus. Luc.33. At illi clamabant, Crucifige, crucifige eum. Secundo, qa multipliciter opprobriat⁹ est. Mat.27. Tũc milites p̃sidis suscipientes Iesum in prætorio cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arũdinem in dextera eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes. Aue rex Iudęorum, & expuẽtes in eũ acceperunt arundinẽ, & percutiebãt caput eius &c. Tertio, quia morte turpissima condẽnatus est. Sap.2. Morte turpissima condẽnemus eum. Mar.15. Et cũ iniquis deputatus est. Circa tertium notandum, ꝙ crucifigentes fuerunt valde crudeles tripliciter. Primo, ante mortem eum crudeliter flagellãdo. Mat.37. Iesum vero flagellatũ tradidit eis &c. Secundo, eũ in morte cum aceto & felle potãdo. Ioan.19. Vas ergo positum erat aceto plenum. psal 68. Et in siti mea potauerunt me aceto. Tertio, post mortem iam mortuum vulnerando. Ioan.20. Vnus ergo militum lancea latus eius aperuit. Circa virtutem passionis notandum, ꝙ virtus passionis eius apparuit in tribus. Primo in cælo, qui ei lumen abstulit. Luc.23. Et tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horã nonã, & sol obscurat⁹ est &c. Secũdo ĩ terra quę tremuit. Mat.27. Terra mota est. Tertio, ĩ iferno qui mortuos reddidit. Mat.27. Multa corpora sanctorũ &c. Virtutẽ ergo passionis Christi cælũ clamat, terra prædicat, ifernus nũtiat. Phi.2. Christus factus est obediẽs vsq; ad mortem &c. & post. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Circa vtilitatem passionis, consecuti sunt vtilitatem de passione Christi, cælestes, terrestres, & infernales. Per passionem ergo Christi cælestes reparati sunt, homines terrestres de manu diaboli liberati, & sancti patres qui erat in iferno, ĩde extracti. De primo, Col.1. Pacificãs ꝑ sanguinẽ crucis ei⁹ siue quę ĩ cęlo sunt, siue quæ in terra &c. De secundo, Ioan.11. Nunc iudiciũ est mũdi, nũc princeps mundi huius eijciet foras. Col.1. Expoliãs principatus & potestates. De Tertio, Zacha.9. Tu quoq; ĩ sanguine testamẽti &c. Itẽ nota septẽ virtutes in morte Christi. *Quære in sermone*, Apparebit &c. Dicite filiæ Sion &c. *Quære utrumque in quadragesimalibus*, vbi. Fructus arboris pulcherrimę.

In festo Resurrectionis ex epistola.

PASCHA nostrũ immolatus est Christus &c. 1.Cor.5. Dñs noster Iesus Christ⁹ tripliciter exhibuit se nobis in esum. Primo sacramentaliter. Mat.26. Accipite & mãducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Secundo spiritualiter. Aug. Vt quid paras dentem & ventrem? crede & mãducasti. Tertio æternaliter. Aug. Ibi de te me satiabis satietate mirifica. Secundum hoc triplex pascha fecit nobis. Primum corporale, secundum spirituale, tertiũ æternale. Hæc sunt tria paschata mystica quę celebrauerunt filij Israel. Primũ in exitu de Ægypto, Exod.12. Secundum in deserto, Numeri.9 Tertium in terra promissionis, Iosue 5. Ad celebrandũ primum pascha, in quo comedimus agnum immaculatũ pro oĩbus immolatum, ostendit Apostolus in ista epistola quinque esse necessaria. Primo, vt expurgemur a carnali concupiscentia, ibi. Expurgate vetus fermẽtum. Vetus fermentum est carnalis concupiscentia, quæ a primo parente incœpit corrumpere massam naturæ humanę. 1. Cor.5. Modicum fermentum totam massam corrũpit. Secũdo, vt expurgemur a superbia, ibi, Non in fermẽto malitiæ. Malitia dicitur superbia antonomasice, quia est initium omnis malitiæ. Eccle.10 Initiũ omnis peccati superbia. Tertio, monet expurgari a malo auaritiæ, ibi. Et nequitiæ. Auaritia dicitur nequitia, quia vult quod nequit: vult enim omnes diuitias mundi, quod numꝗ erit. Eccle.10. Nil nequius ꝗ amare pecuniã. Quarto, necessaria est mentis mũditia, ibi. Sed ĩ azymis synceritatis. Qui.n. vult celebrare istud solẽne pascha, oportet eũ esse mũdissimũ. Num.18. Qui mũdus est in domo tua, vescet eis. Quĩto necessaria ẽ vitæ veritas, ibi. Et veritatis. Ephe.4. Veritatem aũt facientes in charitate &c. Qui ergo vult celebrare istud ineffabile pascha, expurget a malo carnalis cõcupiscentiæ, a malo auaritiæ, a malo superbiæ, & delectetur in mẽtis puritate, in veritate vitæ, & veniet ad pascha quod non sequit quadragesima, sed erit ibi iugis & ęterna solemnitas, ad quam perducat nos Deus Iesus, Amen.

De eadem ex euangelio.

IESVM quæritis nazarenum crucifixum: surrexit. Mat.24. In his verbis quinque notant. Primo, ĩfinita Domini nostri Iesu Christi bonum: secũdo delectabilis ipsius speciositas: tertio, admirabilis ipsius charitas: quarto, iucũda Dei solemnitas: quinto, feruẽs mulierũ charitas. Primũ ibi, Iesum. Iesus enim ĩterpretatur Saluator: quòd enim mori uoluit vt sua morte saluaret, infinitæ fuit vtique bonitatis. Vere hodie apparuit Saluator propter tria. Primo, qa hodie nos saluauit a dęmonibus, quos hodie expoliauit. Col.2. Expolians principatus & potestates &c. Secundo, quia hodie nos saluauit a morte, quam hodie debellauit. Greg. Deus qui hodierna die &c. 1.Cor.12. Absorpta est mors ĩ victoria. Hodie.n. victoriosus Christ⁹ uicta morte resurrexit. Tertio,

quia ſaluauit nos de inferno, quem hodie catenauit, psal. 106. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit &c. Speciositas reſurgentis notatur ibi. Nazarenus, Nazarenus interpretatur floridus, in floribus autem pulchritudo conſiſtit. Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium. Fuerunt autem in Chriſto tria genera florum, primo flores rubei, ſecundo nigri, tertio candidi. Flores rubei ſunt guttę ſanguinis: nigri, liuores vulnerum: candidi, ſplendores glorificati corporis. De primo & tertio, Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. De ſecundo. 1. Pet. 2. Cuius liuore ſanati ſumus. Fuit ergo Ieſus totus floridus, quia circũdatus roſis, ideſt, guttis ſanguinis: ornatus violis, ideſt, liuoribus vulneris: vallatus lilijs, ideſt, ſplendoribus glorificati corporis. Cant. 2. Flores apparuerunt in terra noſtra. Charitas reſurgentis, ibi. Crucifixum. Hæc enim vere fuit inextimabilis dilectio charitatis, quam nullus hominum capere potuit. Ephe. 3. Scire etiã ſupereminẽtem ſcientiæ charitatem Chriſti. &c. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Voluit autẽ mori morte crucis maxime propter tria. Primo, vt ſe mortuũ vere fuiſſe, & per hoc vere reſurrexiſſe manifeſte omnib⁹ demõſtraret. Omnibus enim patuit quòd fuit vere mortuus, cũ crux in alto poſita eum mortuum demonſtraret. Actuum 10. Secundo, vt ſicut arbor mortis fructum produxerat: ſic arbor fructus vitæ ſuæ oẽs viuificaret. Grego. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis &c. Tertio, vt de diabolo qui hominem per lignum vicerat, per lignum ſimiliter triumpharet. Greg. Et qui in ligno vincebat, per lignum quoque vinceretur &c. Quartũ, ſcilicet pręſentis diei feſtiuitas, notatur ibi. Reſurrexit. Reſurrectio enim dominica fecit nobis hunc diem ſolemnitatis & lætitiæ. pſal. 116. Hæc dies quam fecit Dominus. Fecerunt autem iſtũm diem ſolemnem tria. Primo cælum, angelum tranſmittendo. Mat. 28. Angelus Dñi deſcendit de cælo &c. Secũdo, terra prę gaudio exultãdo. Mat. 28. Et ecce terræmot⁹ factus eſt magnus. Tertio infernus, ſanctos reſtituendo. Mat. 27. Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Ergo cęlum, terra, infernus teſtimonium reddiderunt reſurrectionis Ieſu Chriſti. Quintum, ſcilicet mulierũ charitas, notatur ibi. Quæritis. Docẽt autem nos iſtæ ſanctę mulieres quærere Ieſum exẽplo ſuo, ſi uolumus eum inuenire. Quæritur autem Ieſus tripliciter. Primo fide, ſecundo ſpe, tertio charitate. glo. ſuper illud Mat. 6. Primũ quęrite regnũ Dei dicit qd. ſ. Chriſtus eſt q̃rẽdus fide, ſpe, & charitate. Fide quærit eum rationalis, quæ quærit lucẽ ſuæ veritatis: ſpe quærit eũ irascibilis, quę quęrit gloriam ſuæ maieſtatis: charitate quærit eum irascibilis, quæ quęrit dulcedinem ſuę bonitatis. Iſtę ſunt tres Marię, de quibus dicit in euangelio hodierno. Dominus Ieſus faciat nos quærere & inuenire, Amen.

Hæc dies quam fecit Dominus. *Quære inter feſtiuos. Surrexit dominus uere.*

Feria ſecunda poſt Paſcha ex euangelio.

DE Ieſu Nazareno, qui fuit vir ꝓphetã potens ĩ opere & ſermone &c. Luc. ult. In iſtis verbis tria dicunt de Dño Ieſu Chriſto. Primo, magna ipſi⁹ bonitas, ibi. De Ieſu Nazareno. Secũdo, ipſius potentia, ibi. Qui fuit potens in opere. Tertio, ipſius ſapientia, ibi. Sermone. Secundum membrum proſequeris, circa quod notandũ quòd quatuor ſunt opera Chriſti, in quibus apparuit potentia eius. Primum opus eius eſt opus creationis. pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti. i. in filio. In iſto opere apparuit potens tripliciter. Primo ſecundum materiam, quia de nihilo fecit omnia. Gene. 1. In principio creauit Deus cælum & terram, creare eſt de nihilo aliquid facere: ſecundo ſecundum modum, quia verbo fecit omnia. pſal. 148. Dixit & facta ſunt. Tertio ſecũdũ cãm, quia magna fecit. pſal. 111. Magna opera Dei. Sap. 8. A magnitudine creaturæ cognoſcit creator cognoſcibiliter &c. Secundum opus eius fuit opus recreationis, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, in paſſione: ſecundo, in reſurrectione: tertio, in aſcenſione. In paſſione apparuit potens, quia poteſtates aereas debellauit Col. 1. Expolians principatus, & poteſtates traduxit cõfitenter palam triũphans illos in ſemetipſo. In reſurrectione apparuit potens, quia propria virtute de morte triumphauit. 1. Co. 2. Abſorta eſt mors in victoria. In aſcenſione apparuit potens, quia propria virtute ad cælos tranſuolauit. Luc. vltim. Eleuatis manibus ſuis benedixit eis: & factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælũ. Tertium opus fuit opus admirationis ſ. opus miraculorum, in quo apparuit potens tripliciter. Primo, quia fecit multa & magna miracula. Mat. 11. Cæci vident, claudi ambulant &c. Secũdo, quia fecit ſola verbi potentia. Mat. 8 Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? Tertio, quia faciebat authoritate propria. Marc. 1. In poteſtate ſpiritibus immundis imperabat, & obediebant ei. Quartum opus eius erit opus retributionis. pſal. 18. Opera manuum eius veritas & iudicium. In iſto opere apparebit opus eius tripliciter. Primo, in omnium creaturarum commotione. Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Secundo, in mortuorum reſurrectione. 1. Cor. 15. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Tertio, in reproborum & dæmonum condemnatione. Mat. 25. Tunc dicet ex his qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me. Patet ergo quòd timendus eſt Dominus qui tantam habet potentiam. Hiere. 5. Me ergo nõ timebitis, & a facie mea non dolebitis &c. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo. 1. Io. 5. *Require inter feſtiuos in feſto Trinitatis. &c.*

Dominica in octaua Paſchæ ex epiſtola.

TRES ſunt qui teſtimoniũ dant in terra, ſpiritus, ſanguis, & aqua 1. Ioã. 5. Neceſſe eſt ꝓ credamus Chriſtũ Deũ verũ, & verũ hoĩem, & iõ voluit Chriſtus multis teſtimonijs probare ꝓ eſſet Deus & hõ: vtrũq; habemus hic. ſ. de teſtimonio diuinitatis eius dicit ſupra. Tres ſunt qui teſtimoniũ dãt ĩ cælo. De teſtimonio humanitatis dicit hic. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Circa primũ notãdũ ꝓ duodecim teſtimonia habuit Chriſtus ꝓ eſſet verus Deus. Primo, teſtificatus eſt pater, ſecundo fili⁹, tertio Spirituſanct⁹, quarto miraculorũ operatio, quinto ſancti, ſexto angeli, ſeptimo cælum, octauo aer, nono aqua, decimo terra, vndecimo ĩfern⁹, duodecimo ignis. *Quære oĩa in dñica infra oct. Aſcenſionis* Circa ſm notãdũ ꝓ triplex teſtimoniũ ponit hic beat⁹ Ioãnes de humanitate eius, ĩ qb⁹ maxime apparuit charitas eius ad nos. Primũ, fuit ſanguinis effuſio. ſm aquæ emanatio, tertiũ ſpũs emiſſio. De primis duob⁹ Io. 20. Et cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. De Tertio, Ma. 27. Et ĩclinato capite emiſit ſpũm &c. In ſãguinis effuſiõe qnq; bona nobis fecit, *Quære ĩ dominica de paſſione.* Circa ſm notandũ, ꝓ triplicem aquam dedit nobis Dominus Ieſus. Primo, aquã baptiſmi ad peccatorum abſolutionem. Eze. 28. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini. Secundo, aquam ſapiẽtiæ ad ſitis ſpiritualis extinctionẽ. Eccl. 15. Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Ioa. 4. Siquis biberit ex aqua &c. Aug. dicit, Siquis biberit de aqua paradiſi, de quo vna gutta maior eſt quàm oceanum, reſtat vt in eo extinguat ſitis cupiditatis mundanæ. Tertio aquã Spirituſſancti ad refrigationem. Ioan. 7. Si q̃s ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de ſpiritu &c. Circa tertiũ notandum quòd emiſit ſpiritum ad tria. Primo, vt nos viuificaret. Io. 10. Ego animam meam pono pro ouibus meis. Secũdo, vt ſanctos de inferno liberaret. Spiritus enim Chriſti cum diuinitate deſcendit ad inferos, & eduxit ſanctos, qui tunc erant ibi. Zach. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti &c. Tertio, vt emittẽ di⁹ ſpiritum nobis exẽplum daret. Quicumque enim ſequi Chriſtum deſiderat, oportet quòd omnino relinquat ſpiritũ ſuũ. Luc. 9. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum. 2. Cor. 5. Pro oĩbus mortu⁹ eſt Chriſtus, vt qui viuunt iã nõ ſibi viuant, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt. Qui ſic moritur, veniet ad vitam, vbi nullus moritur, Ad quam nos conducat Chriſtus vita noſtra. Amen.

Dominica in octaua Paſchæ ex euangelio.

PAx vobis, Ioan. 21. In iſto euãgelio inuenitur quòd tripliciter obtulit Dominus pacẽ diſcipulis ſuis, ad demõſtrãdum ꝓ tripliciter eſt nobis neceſſaria. Primo, cum Deo, de quo Io. 16. In mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem. Secũdo, pax in nobis, de qua Iob. 5. Et ſcies quòd pacẽ habeat tarbernaculum tuum. Ber. Pax vobis a vobis ſit, & quiquid exterius minari videtur, non timebitis, quia nõ nocebit. Tertio, pax cum proximis eſt neceſſaria. Rom. 12. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Circa primam pacem notandũ quòd tria ſunt ei neceſſaria, qui vult habere pacem cum Deo. Primo Deũ timeat. Eccle. 1. Corona ſapientiæ timor domini replens pacem & ſalutis fructum. Item in eodem. Timor Domini expellit peccatum. Secundo, vt in eodem ſpeciem ſuam habeat. Iſa. 26. Facies pacem nobis, quia in te ſperauimus. Tertio, vt mandatis eius obediat. Iſa. 48. Vtinã attendiſſes mãdata mea: facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua &c. Circa ſecũdam pacem nota quòd tria ſunt neceſſaria homini qui vult habere pacem ſecũ. Primo, vt Deo ſe totũ ſubijciat. Iob. 22. Aquieſcito ei, & habeto pacem. Secundo, vt bonam voluntatem ſemper cuſtodiat. Luc. 3. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Tertio, vt omnes motus animi & corporis ſecundum prudentiam ſpiritus regat. Rom. 8. Prudẽtia ſpiritus, vita & pax. Mat. 5. Beati pacifici. Glo. Pacifici ſunt omnes qui motus animi componunt, & rationi ſubiciunt, & in his non repugnat. Circa tertiam pacem nota quòd tria ſunt homini neceſſaria, qui vult habere pacem cum proximis. Primo, vt quę placita ſunt Deo faciat. Pro. 16. Cum placuerint Dño viẽ hominis, inimicos quoque eius cõuertet ad pacem. Secundo, vt nulli iniuriam faciant. 2. Cor. 6. Nemini dãtes vllã offenſionẽ. pſal. 120. Pax multa diligẽtibus legẽ tuã. Lex Dei eſt, vt quæ nolumus fieri nobis, aliis ne faciamus: quæ autem nobis fieri volumus, ſimiliter alijs faciamus. Tertio, vt omnibus benefaciat Ro. 2. Gloria, honor, pax omni homini operanti bonũ. Sunt autem tria quæ maxime deſtruunt pacẽ. Primo, ſuperbia. Iob. 9. Quis reſtitit ei, & pacẽ habuit? Secundo, iracundia Eccl. 26. Homo iracundus incẽdit litem, & vir peccator turbat amicos, & in medio pacem habẽtium mittet inimicitias. Tertio, quærelabẽt iniquitas. Iſa. 28. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Debet ergo ille iſta tria remouere qui vult pacem habere ĩ pręſenti cũ Domino, ſecũ, & cũ proximo. & pacẽ æternitatis in futuro, Ad quã pducat nos Dñs &c.

Dominica prima poſt octauam Paſchæ ex epiſtola.

CHRISTVS paſſus eſt pro nobis vobis relinquẽs exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius. 1. Pet. 2. In iſta epiſtola quatuor notant. Primo, notatur Domini noſtri innocentia, ibi. Qui peccatum non fecit. Secundo, maxima ipſius patientia, ibi. Cũ pateret, nõ comminabat. Tertio, ineffabilis ipſius charitas, ibi Qui peccata noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſup lignũ &c. Quarto, multiplex ex hãc tribus noſtra vtilitas, ibi. Cuius liuore ſanati ſumus. Circa primum notandum quòd eius innocentia oſtẽditur in tribus. Primo, quia peccatum non fecit. Heb. 7. Talis decebat vt eſſet nobis pontifex ſanctus, innocens &c. Secundo, quia nullum decepit, ibi. Nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. 2. Cor. 1. Dei. n. filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis ꝑ nos prædicatus eſt, per me, & Siluanũ, & Timotheum. Non fuit in illo eſt & nõ, ſed eſt in illo fuit &c. Tertio, quia nulli iniuriam intulit, ibi. Qui cum malediceretur, nõ maledicebat. Iſa. 43. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet &c. Circa ſecũdum notandũ quòd eius potentia oſtenditur in tribus. Primo, quia paſſioni ſe ſponte obtulit, ibi. Tradebat autẽ iudicãti ſe iniuſte. Iſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Secundo, quia iniuſte iudicatus patiẽtiſſime ſuſtinuit, ibi. Iudicãti ſe iniuſte: hęc. n. eſt vera patientia, quando quis iniuſte iudicatus hilariter ſuſtinet. Io. 10. Multa bona opa oſtẽdi vobis, propter quod &c. 1. Pet. 2. Hæc. n. eſt gratia, ſi ꝓpter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte. Tertio, quia nec crucifigentibus minas intulit, ibi. Cũ pateret, nõ cõminabat. Hiere. 11. Ego quaſi agnus mãſuetus, qui portatur ad victimã. Pro eis orauit Iſa. 53. Et pro trãſgreſſoribus rogauit ut nõ perirẽt. Circa tertiũ ſimiliter notãdũ, ꝓ oſtẽdit charitatẽ eius magnã fuiſſe in tribus. Primo, quia peccata noſtra ipſe abſtulit. Ioa. 1. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Secundo, in modo oblationis, quia in corpore ſuo pœnas peccatorum noſtrorum ipſe pertulit, ibi. In corpore ſuo. Iſa. 53. Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras &c. Tertio, quia tã crudelem mortẽ pro peccatis noſtris auferendis ſuſtinuit, ibi. Super lignum, ideſt, crucem. Phili. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortẽ aũt crucis. Circa quartũ oſtendit quòd triplicem vtilitatem cõtulit nobis mors Chriſti. Primo, quia nos liberauit a malo culpæ, ibi. Pro peccatis mortuus. Tit. 2. Dedit ſemetipſum ꝑ nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate &c. Secundo, quia reſtituit nobis bonũ gratiæ, ibi. Iuſtitiæ viuamus. Rom. 5. Sicut per vnius inobedientiã peccatores cõſtituti ſunt multi, ita &c. Ioan. 1. Et de plenitudine eius omnes accepimus gratiam

gratiam pro gratia.Tertio,oſtendit quòd ſanauit nos a corruptione, ibi. Cuius liuore ſanati ſumus. Iſa. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit.Iſta ſunt tria veſtigia,in quibus debemus illum ſequi. Primo, in innocentiæ puritate. Leuit. 11. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.Mat.5.Beati mũdo corde.1.Pet.1.Et ipſi ſancti in omni cõuerſatione ſitis, quoniã ſcriptũ eſt. Sancti eritis,quoniam ego ſanctus ſum.Leu.11.Sanctificamini, & eſtote ſancti,quoniã ſanctus ſum ego, dicit Dominus. Secundo,in patientiæ firmitate.Luc. 21.In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.Heb. 12. Recogitate eum qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem. Tertio, in charitate. Ioan.15. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicẽ &c.Iob.30. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus &c. Qui ſequitur eum per iſta veſtigia perueniet ad æternæ beatitudinis gaudia Io. 8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris,ſed habebit lumẽ vitæ, Ad quod nos perducat Chriſtus lux & uita, Amen.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c. Duo notant᷑ hic. Primo,magna Chriſti patiẽtia,ibi.Chriſtus paſſus eſt. Secundo,de paſſione ipſius vtilitas,ibi.Pro nobis.De paſſiõe Chriſti. *Quære in dominica de ramis palmarum: de utilitate,in Dominica de paſſione &c.*

De eadem Dominica ex euangelio.

BONVS paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis.Ioan.10.In iſtis verbis tria notantur.Primo,magna Domini noſtri IeſuChriſti bonitas,ibi.Bonus paſtor.Secundo,magna ipſius charitas,ibi.Animam ſuam dat.Tertio,electorum ipſius ſanctitas, vel bonitas, ibi. Pro ouibus ſuis.Circa primum ſciendum, quòd Chriſtus dicitur bonus paſtor propter tria. Tria enim ſunt officia boni paſtoris.Primum eſt oues defendere: ſecundum eſt in bonis paſcuis tenere & paſcere: tertium eſt errantes requirere. Sic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, primo oues ſuas defendit a leonibus,ideſt, dęmonibus: a lupis,ideſt,tyrannis: ab vrſis,ideſt,hæreticis. Ezec. 24.Pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum: & poſt.Liberabo gregem meum.Io.10.Non peribunt in æternum, & non rapiet eas &c. Secũdo oues ſuas in prato ſcripturæ gratiæ & gloriæ paſcit.Ezec.34.In paſcuis uberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcuæ earum. Errantes ſollicite requirit.Luc.3.Quis ex vobis hõ qui habet cẽtũ oues &c. Ezec.34 Et ecce ego ipſe requirã oues meas &c.Circa ſecundum notandum quòd tria nobis dedit Chriſtus,in quibus apparuit magna eius charitas. Primo, corpus in cibum,Mat.16.Accipite & mãducate.Hoc eſt corpus meum.Secundo,ſanguinem in potũ. Mat. 26.Accipite & bibite &c. Tertio, animã in pretiũ 1. Ioan.3.In hoc cognouimus charitatem Dei,quia animam ſuam pro nobis poſuit.Ioan. 10. Animam meã pono per ouibus meis. Circa tertium notandum, ꝙ tres ſunt actus bonitatis. Primus eſt nulli nocere. 2. Cor.7.Nemini dantes ullam offenſionem. Secundus eſt iniurias patienter ferre, Rom.12. Nulli malũ pro malo reddentes &c. Tertius eſt ſua & ſe omnibus libenter tribuere.Dion Bonum eſt ſuiipſius diffuſiuũ. 1.Ioan.3. Et nos debemus pro fratribus animas ponere.Propter hęc tria dicunt᷑ ſancti oues.Primo,quia oues nemini iniuriam faciunt: ſecundo,quia manſuete mala ſufferunt: tertio, quia ſe, & ſua ad vſum ho-

F minum tribuunt, qui ſic ſunt oues Chriſti peruenięt ſine dubio ad ouile Chriſti, quod eſt cęleſte regnum. Mat.25.Statuet oues quidẽ a dextris &c.& poſt. Venite benedicti patris mei, percipite regnum,ad quod nos perducat. Amen.

Dominica ſecunda ex epiſtola.

OBSECRO vos tamquàm aduenas & peregrinos abſtinere uos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam &c. 1.Pet.2 Quatuor notantur in verbis iſtis. Primo, indicitur carnalium vitiorum abſtinentia, ibi.Abſtinete vos a carnalibus deſiderijs. Secundo, G oſtenditur abſtinentiæ neceſſitas, ibi. Quæ militant aduerſus animam.Tertio,præcipitur conuerſationis honeſtas, ibi. Conuerſationem inter gentes habentes bonam. Quarto,ſubiungitur bonæ conuerſationis vtilitas,ibi. Vt in eo quod detractant de vobis tamquàm de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Dominũ in die viſitationis.Circa primum notandum quòd tria ſunt genera deſideriorum, a quibus ſcriptura præcipit abſtinere. Primo a deſiderijs ſæcularibus: ſecundo a deſiderijs nociuis & inutilibus: tertio a deſiderijs carnalibus. Deſideria ſæcularia ſunt, cum deſiderantur honores ſęculares.Tit.2.Apparuit gratia Saluatoris noſtri om H nibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatẽ & ſęcularia deſideria,ſobrie,& iuſte,& pie viuamus in hoc ſæculo.Deſideria nociua ſunt cũ deſiderãtur diuitiæ tẽporales.1.Tim.6 Qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa vtilia & nociua quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ &c. Deſideria carnalia ſunt cum deſiderantur delectationes carnales. Rom.16.Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Circa ſecundum notandum quòd carnalia deſideria tripliciter militant aduerſus animam, & ideo habemus neceſſe abſtinere ab eis. Primo militãt aduerſus eam continue impugnando. Iob. 6. Militia eſt vita hominis ſuper terram: tota vita hominis quaſi pugna quæ I dam. Secundo,mortaliter per culpam vulnerando. Prouer.21.Deſideria occidunt pigrum: noluerũt manus eius quicquam operari. Tertio, æternam perditionem & interitum infligendo. 1. Tim. 6. Deſideria multa inutilia quæ mergunt hominem in interitum: deſideria enim carnalia occidunt per culpam hic, & in futuro occidunt per mortem æternam. Circa tertium notandum quòd bona conuerſatio conſiſtit in tribus.Primo,in mẽtis puritate 2. Corin.1.Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & nõ ĩ ſapiẽtia carnali,ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Secundo,in morum honeſtate,ſiue ſanctitate. 2. K Petr.3. Cum igitur omnia ſoluenda ſint quales nos oportet eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus expectantes & præparantes &c. Tertio,in cæleſtium gaudiorum continua auiditate.Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Circa quartum notãdum quòd tripliciter ponit vtilitatem de bona conuerſatione.Prima eſt detractorum confutatio, vel cohibitio,ibi.In eo quòd detrectant de vobis 1.Petri,2.Hęc eſt voluntas Dei,vt benefaciẽtes &c.Secundo, honorificatio,ibi.Ex bonis operibus vos cõſiderantes glorificent Deum in die viſitationis.Matth.5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. Tertio,magna bene conuerſantium remuneratio, ibi. In die viſitationis. gloſa,

gloſa,ibi In die viſitationis,ideſt, in tempore retributionis. Quanta ſit gloria donanda nobis ſolus Deus cognoſcit,Ad quã nos perducat Dominus Ieſus,Amẽ.

Item,ad idem ex euangelio.

MVNDVS gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium,Ioan.16. Tria notantur in iſtis verbis.Primo,mundanorum ſtultitia,ibi. Mundus gaudebit. Eccle.2.Riſum reputaui errorem, & dixi gaudio,quid fruſtra deciperis? Secũdo,ſanctorum ſapiẽtia,ibi.Vos autem contriſtabimini. Eccleſ.7. Cor ſapientis vbi triſtitia,cor ſtultorum vbi lętitia. Tertio, futura ſanctorum lætitia,ibi.Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Luc.6.Beati qui lugetis,quoniam gaudebitis &c.Circa primum notãdum, quòd tria oſtẽdũt lætitiam mundanorum eſſe ſtultam. Primo tempus, quia modo non eſt tempus gaudendi, ſed flẽdi.Eccl. 1.Tempus flendi,& tempus ridendi: præmittit tempus flendi, ſubiungit tempus ridendi, vt oſtenderet quod tempus flendi eſt præſens, & futurum erit ridendi: vnde quidam.Nunc eſt tempus flendi,nunc tempus peccata lugẽdi.Secundo locus, quia mũdus iſte locus eſt triſtitiæ, & non lætitiæ. pſal.83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum in loco quem poſuit. Iudicũ.2. Angelus Domini aſcendit de Galgala ad locum flentium.Tertio cauſa, quia gaudent de malis.Prou.2.Lętãtur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Satis ergo patet quòd ſtultum eſt gaudium mundanorum, cum gaudeãt in tempore triſtitiæ, in loco miſeriæ,in perpetratione malitiæ.Aug.Quid eſt ſæculi gaudium,breuiter dicã. Impudicitia,nequitia,ĩſpectabiliter nugari,turpitudinem facere, ebrioſitate ingurgitari. Circa ſecundum notãdum,quòd eſt ſapiẽtiæ triſtari propter tria. Primo, quia per triſtitiam corripitur hominis malitia. Eccleſ.7. Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis.Secundo,quia per momentaneam triſtitiam euadit homo æterna ſupplicia.Greg.Sancti præſentẽ vitã lucrũ putant, quia per hanc ęternã euadere nõ ignorãt. Naũ.1. Afflixi te,& nõ affligã te amplius. Tertio, quia per modicã triſtitiam acquirunt æterna gaudia. 2.Cor.4.Id.n.qđ in pręſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtrę ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ põdus operat᷑ in nobis,nõ cõtemplãtibus nobis quę vident᷑,ſed q̃ nõ vident.Quę.n.videntur tẽporalia ſunt,quæ non videntur æterna. Circa tertium notãdum, quòd futura ſanctorum lętitia dicitur eſſe in tribus.Primo,in diuinæ præſentię conſolatione, ibi. Iterum autẽ videbo vos. Aug.in libro, de ciuitate Dei. Primũ erit ipſe Deus,qui erit omnia in omnibus,qui erit nobis ſalus,honor,& gloria,pax & gaudium,& omnia bona.Gen.14. Ego merces tua magna nimis. Secũdo,in ſumma cordis exultatione, ibi. Et gaudebit cor veſtrum.Iſa.35. Gaudiũ & lętitiã obtinebũt. Tertio,in æternitatis aſſecutione,ibi. Gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis.Iſa.15.Veniet in Siõ cũ laude & lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ. Ad quam lætitiã perducat nos Chriſtus, Amen.

Dominica tertia ex epiſtola.

SIT omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Iac.1. Apoſtolus Iacobus monet nos in iſtis verbis, vt proniores ſimus ad audiendum quàm ad loquẽdum,

A & debent nos ad hoc mouere tria.Primo, naturæ documentum: ſecundo,nocumẽtum: tertio, emolumẽtum. Natura tripliciter docet nos vt plus audiamus quàm loquamur. Primo, quia natura dedit homini duplex inſtrumentũ audiendi,& tantũ vnum loquendi, vt hoc ipſo oſtẽdatur quòd in duplo homo debet audire quàm loqui. Secundo,quia natura dedit pluribus animalibus auditũ, loquelam nõ dedit niſi homini animali rationali, vt ex hoc oſtenderetur quòd locutio debet eſſe rationalis.Col.4.Sermo veſter ſemper ſit ſale conditus.Tertio,quia natura dedit inſtrumenta audiendi ſemper aperta,ſed inſtrumentum loquẽdi clauſit ſub duobus clauſtris,vel muris: homo B enim ſemper habet aures apertas, ſed linguam clauſam ſub labijs & dentibus: eſt enim lingua quaſi mala monacha, & ideo recluſit illam Deus ſub pluribus clauſtris.Michęę.8. Cuſtodit clauſtra oris tui. Circa ſecundum ſciendum quòd triplex nocumentũ prouenit ex multa locutione. Primo, malum culpæ Prou.10.In multiloquio non deerit peccatum.Secũdo, malum pœnæ. Eccle.20. Qui multis vtitur verbis,affligit animã ſuam.Tertio,malum infamiæ.Pro. 18.Qui reſpõdet antequàm audiat, ſtultum ſe eſſe demõſtrat, & dignũ confuſione.De his tribus Ia.3.Lingua enim eſt vniuerſitas iniquitatis,ecce primũ.Lingua eſt inquietum malum plena veneno mortifero, ecce ſecundum Lingua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totum corpus,ecce tertium. Cir C ca tertiũ notandũ,ꝙ triplex vtilitas prouenit homini qui multum audit,& parum loquitur. Primo bona gratiæ.Eccle.32.Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.Secundo, bona ſapientię.Eccl.6. Si inclinaueris aurem tuã,excipies &c.Tertio,iucunditas mẽtis & tranquillitas.Pro.31. Qui cuſtodit os ſuũ,& linguã ſuã,cuſtodit ab anguſtis animã ſuã &c.

Dominica quarta ex epiſtola.

SIQVIS putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuã &c.Iacobi.1.In iſtis verbis monet beatus Iacobus ad refrenationẽ D linguæ.Sunt autem tria quæ debent mouere ad refrænandam linguam. Primo, quia qui non refrænat linguam ſuã,cadit in multa peccata.Secundo,quia multa mala pœnæ incurrit. Tertio, quia qui refrænat linguam ſuam,multa bona acquirit. De primo,Prouer. 3.In multiloquio peccatum non deerit. De ſecundo Eccle.20. Qui multis vtitur verbis, affligit animam ſuam.De tertio,Pro.18. Qui reſpõdet priuſq̃ audiat, ſtultũ ſe eſſe demonſtrat. Circa primum notãdum,ꝙ ſcriptura ponit multas linguas, per quas ſignificantur diuerſa peccata, quæ committũtur per linguam, & tales linguæ ſunt refrænandæ. Prima eſt lingua doloſa, quæ eſt in duplicibus & proditoribus. pſa.119. Libera me a lingua doloſa.Hiere.9. Sagitta vulnerans lin E gua eorum, dolũ locuta eſt: in ore ſuo pacẽ cum amico ſuo loquitur, & in oculto ponit ei inſidias. Secunda eſt lingua magniloqua quæ eſt in ſuperbis & arrogantibus. pſal.11. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguã magniloquã.Tertia eſt lingua ſerpẽtina & venenoſa, quę eſt in inuidis & detractoribus. pſ.139. Acuerũt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ. Quarta eſt lingua mendax in periuris, mentientibus, & falſis teſtibus. Prou. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus, oculos ſublimes, & linguam mendacem &c. Quinta eſt lingua blanda, quæ eſt

est in mentientibus. Prou. 6. Vt custodias te a muliere mala, & a blanda lingua extraneæ. Sexta est lingua tertia quæ est in lenis, & lenonibus. Ecclesi. 28. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Prima lingua in opere luxuriæ est hominis diligentis mulierem: secunda mulieris dilectæ: tertia est lingua nuntij, vel nuntiæ portantis verba dilecti ad dilectam, & dilectæ ad dilectum. Septima est lingua iniqua, quæ est in adulatoribus. Prou. 14. Malus obedit linguæ iniquę. Lingua iniqua est quando facit malum adulatoribus prouocantibus. Octaua est lingua gladiosa, quæ est in iracundis & furiosis, qui cõuitijs & opprobrijs occidũt multos. psal. 56. Filij hominũ dẽtes eorũ, arma & sagitta lingua eorũ gladius acutus Nona lingua fallax, quę est in malis mercatoribus & deceptorib⁹: fallũt simplicẽ, qui merces suas mẽdacijs pręcommẽdãdo, vel falsis põderibus, numeris, & mẽsuris decipiendo. Pro. 26. Lingua fallax non amat veritatẽ. i. Christũ, & os lubricũ operat ruinas. s. corporis & animæ. Prou. 21. Qui cõgregat thesauros lingua mẽdacij. s. in operatione, vanus & excors. i. sine corde & discretione, & ipingit ad laqueos mortis, scilicet velit nolit. Decima est lingua blasphema, quæ est in eis qui Deum & sanctos suos blasphemant. Vnde decima est lingua acharis, idest, sine gratia, quæ est ĩ histrionibus & derisoribus in eis qui verba otiosa libenter loquuntur. Eccles. 20. Homo acharis quasi fabula uana. Circa secundum notandum, q̃ multas pœnas incurrit, homo qui non refrænat linguam suam. Primũ est ruina, Pro. 12. Propter labiorũ peccata ruina proximat malo. Eccles. 10. Labia stulti præcipitabunt eum. Secundum est, quia nihil habere potest in vita ista prosperum. psal. 139. Vir linguosus non dirigetur in terra. Tertium, labor. Quartum, dolor. psal. 9. Sub lingua eorum labor & dolor. Quintum, ipsius peruersa destructio loquentis. Sextum, ipsius de vita æterna repulsio. psal. 51. Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa, propterea Deus destruet &c. Septimũ, est ipsi⁹ malæ linguę arefactio. Isa. 41. Ligua eorũ siti exaruit. Octauũ, eiusdem linguę in igne infernali cruciatio. Luc. 16. Mitte Lazarũ vt intingat &c. Nonum eiusdẽ linguæ cõmãducatio. Apoc. 16. Cõmanducabũt linguas suas præ dolore. Decimum, est mors æterna. Prou. 18. Mors & vita in manu linguæ, idest, in operatione vel operibus linguæ. Qui refrænat linguã suam, habebit vitã æternam: qui nõ, habebit mortem æternã. Vnde decimum, sentiet omne malum, Prou. 17. Qui vertit linguã suã, scilicet nigrum in candidum vertit ad libitum audientiæ, incidet in malum scilicet gehennæ. Prou. 13. Qui custodit os suũ, custodit aiam suã: qui aũt incõsideratus est ad loquendum, sentiet mala. s. æterna. Circa tertium notandum, quòd multa bona contingunt ex refrænatione linguæ. Primum est, vitę perfectio. Iaco. 3. Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Secundum est, mẽtis in Deum eleuatio. Tre. 3. Sedebit solitarius, & tacebit &c. Tertium est, vitæ æternæ acquisitio. psa. 33. Quis est hõ qui vult vitã diligit dies videre bonos? Cohibe linguam tuam a malo &c.

Dominica quarta ex euangelio.

REVERTI mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, Ioan. 17. In istis verbis tria ponuntur, de quibus Sanctus spiritus arguet mundanos. Primo, arguet de peccato, quod debent fugere: secũdo, de iustitia quam debent facere: tertio, de iudicio quod debẽt expauescere. Primum, ibi. De peccato: secundum, ibi. De iustitia: tertium, ibi. De iudicio. Circa primum notandum, quòd peccatum fugiendum est propter multa, sed maxime propter tria magna mala quę facit homini. Primo, quia ponit hic peccatores in multa miseria. Prou. 14. Miseros facit populos peccatum. Secundo, quia priuat hominẽ æterna gloria. Isa. Tollatur impius, ne videat gloriã Dei. Tertio, quia ducit hominem ad ęterna supplicia. Mat. 25. Ibunt hi in supplicũ æternum. Circa ſm notandum, quòd iustitia est faciẽda maxime propter tria Primo, quia ponit hic hominem in multa lętitia. psa. 18. Iustitiæ Domini rectę lætificantes corda. Secũdo, quia liberat hominem a morte perpetua. Prou. 11. Iustitia, scilicet opera iustitiæ liberabit a morte, scilicet æterna. Prou. 25. Qui sequitur iustitiam & miseri cordiam, inueniet vitam. Tertio, quia ducit hominẽ ad æterna gaudia. Mat. 25. Iusti autem ibunt in vitam æternam. Circa tertium notandum, quòd futurum iudicium maxime est timendum propter tria. Primo, propter iudicis æquitatẽ. psal. 7. Deus iudex, iustus, fortis, & patiens. Secundo, propter iudicis seueritatẽ. Iudit. 6. In die iudicij visitabit illos, & dabit ignes & vermes &c. Tertio, propter sententiæ irreuocabilitatem. Mat. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Æternum dicitur quod finem non habet. A quo igne liberet nos Deus, Amen.

De eadem dominica ex euangelio.

CVM venerit paraclitus ille arguet mundũ Io. 6. Dupliciter arguet Dominus peccatores in præsenti & in futuro: in præsenti tripliciter. Primo, per luminis Spiritus sancti infusionẽ, vt dicit Eph. 5. Omne quod arguitur, a lumine manifestatur. Secundo, per prędicationem. Iudę 2. Illos autẽ redarguite iudicatos. 1. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa &c. Tertio, per conscientiæ remorsionem Iob. 13. Verum tamen vias meas in cõspectu eius arguam. & psa. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, idest, cõscientiã tuã. In futuro tripl̃ redarguentur peccatores. Primo, arguet eos sua malitia se ipsam manifestãdo. Hierem. 2. Arguet te malitia tua. Secundo, omnis creatura eos increpãdo. Sap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarũ contra insensatos. Tertio, arguet eos Christus iustissime cõdemnando in causam. Iudæ. 2. Ecce venit Deus in sanctis millibus suis facere iudiciũ cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorũ, quibus impie egerunt. Arguet autem tripliciter. Primo, in ęquitate nullatenus a iustitia declinando. Isa. 11. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Secundo, in furore ęquissime impios puniendo. psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Tertio, arguet vniuersaliter nulli impio indulgendo. Iudith. 2. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguet omnes impios, A qua arguitione liberet nos Deus, Amen.

Item ad idem ex euangelio.

EXIVI a patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem Ioan. 16. Quatuor ponit in verbis istis. Primo, suũ a patre exitum, ibi. Exiui a patre. Exire suum a patre fuit se visibilem facere. Secundo, suum in mundum aduentum, ibi. Et veni in mundum. Tertio, suum a mundo discessum, ibi. Iterum relinquo mundum. Quarto, suum ad patrem ascensum, ibi. Et vado ad patrem. Circa primum notãdum, quòd Christus exiuit a patre propter tria. Primo, vt eum mundo manifestaret. 1. Io. 1. Deũ nemo vidit vmquam: vnigenitus &c. Secũdo, vt eius voluntatem nobis declararet. Ioan. 15. Omnia quæcũque audiui a patre meo, nota feci vobis. Tertio, vt ei⁹ charitatem nobis manifestaret. 1. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Circa secundum notãdũ, quòd venit in mundum propter tria. Primo, vt ipsum illuminaret. Io. 8. Ego sum lux mundi. Secundo, vt ipsum Deo patri reconciliaret. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum recõcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum recõciliationis. Tertio, vt eum a potestate diaboli liberaret. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras &c. Idẽ. 3. Nõ enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Circa tertium notandum, quòd deseruit mundum Christus propter tria. Primo, propter ipsius malignitatem. 1. Ioã. 5. Totus mundus in maligno positus est. Secundo, propter ipsius ingratitudinis peruersitatem. Ioan. 5. Si mundus vos odit, scitote q̃a me priorẽ vobis odio habuit &c. Quæ potuit esse maior ingratitudo & peruersitas q̃ odire eum, qui venerat saluare mundum? Tertio, vt relinquendi mundum nobis exemplum daret. Ioan. 20. Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo. 1. Io. 2. Nolite diligere mũdum, neque ea quæ in mundo sunt. Circa quartum sciendũ quòd Christus ascendit ad patrem propter tria. Primo, vt eũ pro nobis rogaret. Ioan. 14. Ego rogabo patrẽ &c. Secũdo, vt Spiritum sanctum nobis destinaret. Ioan. 16. Si enim nõ abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittã eũ ad vos &c. Tertio, vt nobis locum apud patrẽ pararet. Io. 19. Vado parare vobis locum, Ad quem locum nos conducat &c. Amen.

In rogationibus ex epistola.

MVLTVM valet deprecatio iusti assidua. Iac. 5. Sex modis põt ostẽdi q̃ multum valet deprecatio iusti. Primo, in cõparatione ad Dominũ tripliciter. Primo, quia irã mitigat. Sap. 18. Proferens seruitutis suæ scutum orationẽ &c. Secundo, quia quicquid ab eo petit, impetrat. Mat. 21. Quæcũque in oratione petieritis credentes, accipietis. Tertio, quia inclinat eum ad hominis obedientiam. Iosue. 10. Non fuit antea tam longa dies, nec postea obediente Domino voci hominis. Secundo, in comparatione ad angelos tripliciter. Primo, quia orãtibus angeli assistunt. Dan. 9. Adhuc me in oratione loquẽte, ecce vir Gabriel &c. Secundo, quia orationes Deo offerũt. Tertio, quia exauditionem orationis referũt. De his duobus, Tob. 12. Quando orabas cũ lacrymis ego obtuli orationem tuã Dño, & nũc misit me Dñs vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui a dęmonio liberarem. Tertio, in comparatione ad omnes tripliciter. Tria enim potest facere oratio iusti hominibus. Primo, a malis liberare. Secundo, veniam impetrare. De his duobus Iaco. 5. Oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis sit, dimittetur ei. Tertio, æternaliter saluare. Iaco. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Quarto, in comparatione ad dæmones tripliciter. Primo, quia dęmones orationibus fugiunt. ps. 6. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ, quoniam exaudiuit Dominus oration em deprecationis meæ: vnde de quodam dæmone dr̃ in vitis parũ fugisse, quẽ emit tebat Iulianus apostata. Secundo, quia orationes iustorum eos de corde expellunt. Mat. vlti. In nomine meo dæmonia eiiciẽt. Tertio, quia orationibus iustorum obediunt. Mat. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidẽ, & nõ hesitaueritis, dicetis huic mõti. i. diabolo. Tollere, & iacta te in mare, ita fiet. Quinto, in comparatione ad omnes creaturas, & hoc septẽ modis. Primo, quia potest oratio iusti solem sistere. Ios. 10. Tunc locutus est Iosue Domino, dixitque. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steteruntque sol & luna. Secũdo, quia potest ignem de cælo deponere. 4. Reg. 1. Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te. Tertio, quia potest cęlum aereum claudere. Ia. 5. Elias homo erat similis nobis, & oratione orauit, vt non plueret annos tres, & menses sex. Quarto, quia potest aquas currẽtes immobiles facere 4. Re. 2. Et dixit, vbi est Deus Eliæ etiã nunc, & aquæ diuisæ sunt huc atque illhuc, & transiuit Eliseus. Quinto, quia potest fertilitatem terræ reddere. Iac. 5. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiã, & terra fructum suũ. Sexto, quia potest mortuos de purgatorio educere. Eccle. 48. Quis potest similiter gloriari tibi, qui substulisti mortuos ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei? Septimo, quia potest bestias ferocissimas mãsuetas facere. Dan. 6. Adduxerunt Danielem, & miserũt eum in latum leonum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuẽta est in me. Vnde sancta Lucia dixit. Mihi si feras promittis, audito Christi nomine, mansuescunt. Patet ergo q̃ magna est potẽtia orationis iusti, quæ potentiam habet in Deo, in angelis, in dæmonibus, in cælo, in igne, in aere, in aqua, in terra, in bestijs, & omnibus creaturis &c.

In rogationibus ex epistola.

ESTOTE prudentes, & vigilate in orationibus. 1. Petri. 4. Beatus Petrus in ista epistola ad tria monet. Primo, ad orationem, ibi. Estote prudẽtes & vigilate in orationibus. Secundo, ad dilectionem, ibi. Ante omnia mutuã in vobis metipsis charitatem continuam habẽtes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Tertio, ad rectam intentionem, ibi. Siquis ministrat &c. Circa primum tria facit. Primo monet orare prudenter. i. fideliter, ibi. Estote prudentes &c. glosa. Non deficiẽtes a fide. Iaco. 1. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnib⁹ affluẽter &c. Mat. 11. Et oĩa quæcũq; petieritis in oratione, credite, & accipietis. Secũdo, monet orare attente, ibi. Et vigilate. glo. ne animus cogitet aliud præter id quod precatur, cũ ad orãdum stamus, omnis carnalis cogitatio abscedat, adsistat intẽtio cordis syncera, Deum nõ sono vocis, sed sensum mentis oret. Tertio, monet orare frequenter, ibi. In orationibus. Pluraliter dicit, vt notet frequentiã orandi. Luc. 18. Oportet semper orare, & numquã deficere. Circa secundum similiter tria facit. Primo, monet ad exhibendam dilectionem, quę est in affectu cordis, ibi. Ante omnia mutuã in vobis metipsis charitatem &c. 1. Tim. 4. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Secundo, ad dilectionem, quæ est in affectu operis, ibi. Hospitales inuicem sine murmuratione. Heb. 12. Ho-

12. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hãc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis &c. Tertio, ad dilectionem quæ est in affectu sermonis, ibi. Si quis loquitur quasi sermo res Dei. Quilibet enim tenetur proximum corde diligere, & opere subuenire, & ore docere. Heb. 3. Videte fratres ne quando sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis recedendi a Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies, donec hodie congnominatur, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati &c. Circa tertiũ similiter tria facit. Primo, monet vt oĩa bona a Deo nos habere cognoscamus, ibi. Siquis administrat tãq̃ ex virtute quam administrat Deus. glosa. Eleemosynã, vel quodlibet bonum opus humiliter impẽdat nisi a solo Deo. Isa. 16. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Secundo, monet vt omnia ad honorem Dei faciamus, ibi. Vt in omnibus honoretur Deus. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Tertio, monet nos vt gratiã & gloriã Domino referamus. 1. Tim. 5. Deo in omnibus gratias agite, cui est honor, & gloria & imperiũ p sęcula

Ad idem ex epistola.

HOSPITALES sine murmuratione. 1. Pet. 4. Quatuor sunt q̃ monent nos ad hospitalitatẽ faciendã. Primo, præceptum Domini. Secundo, sanctorum exemplum. Tertio, supplicium si non fiat. Quarto, multiplex si fiat emolumẽtum. *Quære in secunda dominica post octauam Epiphaniæ.*

In die Pentecostes ex euangelio.

CVM venerit paraclitus quẽ mittã vobis a patre, ille testimoniũ perhibebit de me. Io. 15. In istis verbis tria notant. Primo, psonarũ trinitas, ibi. Paraclit⁹. Secũdo, trinitatis charitas, ibi. Mittã. Tertio, charitatis vtilitas, ibi. Testimoniũ phibebit de me. Circa primũ. Primo, ponit spũsctũs q̃ mittit, ibi. Paraclit⁹: secũdo, fili⁹q̃ mittit, ibi. A pre. gl. Ecce tota trinitas. Spũsctũs veniẽs, filius mittẽs a patre. Qũo appareat ista beata trinitas in creaturis, quęre inter festiuos trinitatis. Charitas trinitatis ad hoĩes apparet ĩ hoc, quia parata est paraclitum nobis mittere. Dedit autẽ nobis trinitas. Primo, consolatorem filium, eũ hominem faciẽdo. Isa. 51. Spiritus Domini super me, & post vt consolarer omnes lugẽtes &c. Secundo, dedit & dat spiritumsanctum, eũ in corde sanctorum transfundendo: ideo dicitur paraclitus, idest, consolator. Act. 9. Ecclesia quidem per totam Iudęam, & Galilęam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini &c. & post. Cõsolatione Spiritussancti replebatur. Tertio, dabit nobis consolatorẽ Deus trinitas se nobis largiẽdo in præmium. Isa. vltimo. Quomodo si mater blandiatur, ita & ego consolabor vos &c? Item dabit nobis tres aduocatos. Primo, filium. 1. Io. 1. Aduocatũ habemus apud patrem &c. Secundo, spiritumsanctum. Ioa. 15. Paraclitus autem spiritussanctus &c. Paraclitus eni aduocatus interpretatur. Tertio, beatam Virginem, vnde cãtamus ei. Eia ergo aduocata nostra &c. Circa tertium notãdum, quòd testimonium de Christo quod esset verus Deus, perhibuit primo pater, secundo filius, tertio spiritussanctus. 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. Quarto, sancti, ibi. Et vos testimonium perhibebitis de me. Perhibuerunt autem sancti testimonium de Christo tripliciter. Primo, venturum prædicãdo. Ioã. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternã habere, & ipsæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Secundo, præsentem demonstrãdo. 1. Io. 1. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine. Tertio, venisse prædicando. Actuum. 2. Hũc Deus sucitauit, cuius nos testes sumus. Quinto, testimoniũ perhibuerunt de Christo miracula, quæ nullus posset facere nisi Deus. Ioan. 5. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibẽt de me. Sexto, perhibuerũt testimonium angeli. Primo, nasciturum nuntiãdo. Luc. 1. Missus est angelus Gabriel a Deo &c. Secundo, natum prædicando. Luc. 2. Ecce angelus Domini stetit iuxta illos &c. Tertio, resurrexisse affirmando. Mat. 28. Angelus Domini descẽdit de cælo. Quarto, eum venturum ad iudicium prænuntiando. Act. 1. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos &c. Quinto, perhibuit testimonium creatura corporalis, & hoc septem modis. Primo, cælum quadrupliciter. Primo, in natiuitate stellam emittẽdo. Mat. 12. Vidimus stellã eius &c. Secundo, in ascensione eius, ipsum gloriosę suscipiendo. Eph. 4. Qui descẽdit, ipse est qui ascendit &c. Tertio, in baptismo se super eum aperiendo. Mat. 2. Cæli aperti sunt super eum. Quarto, in passione, solis lucẽ auferendo. Luc. 23. Et obscuratus est sol. Secundo, testimonium perhibuit aer. Tertio, aqua ei obediendo. Mat. 8. Qualis est hic, quia venti & mare obediũt ei? Quarto, terra. Mat. 28. Et terra mota est, & ecce terręmotus &c. Quĩto, infernus mortuos restituẽdo. Mat. 28. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Sexto, ignis super discipulos apparendo. Act. 1. Apparuerũt illis dispertitæ linguæ tãquã ignis &c. Cum ergo creator, & omnis creatura testimoniũ de Christi diuinitate perhibeant, credamus omnes, & imitãdo colamus ipsum Dominumsuper omnia benedictum in sæcula sæculorum, Amen.

De eodem ex euangelio.

PARACLITVS quem mittet pater in nomine meo &c. Ioan. 14. In istis verbis prædicit Dñs se missurum Spiritussanctũ, quod fuit hodierna die completum. Circa quam missionem tria notãtur. Primo, mittentis charitas, ibi. Quẽ pater: secũdo, missi benignitas, ibi. Paraclitus: tertio, missionis vtilitas, ibi. Ille vos docebit. Circa primum notandum, quòd tria misit nobis Deus pater, in quibus apparet magna charitas eius. Primo, filiũ ad nostram redemptionem. Rom. 8. Deus mittens filiũ suum in similitudinem carnis pccati, de peccato damnauit peccatum &c. Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Secundo, spiritumsanctum ad nostram confirmationem. Gala. 4. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum. Tertio, mittit spiritus angelicos ad nos ad nostram protectionẽ. Heb. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Circa secundum notandum, quòd spiritussanctus dicitur paraclitus. i. consolator, quia consolatur nos in tribulationibus nostris. Cõsolatur autem nos tripliciter. Primo, cęlestes consolationes largiendo. 1. Thess. 1. In tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti. Secundo, donacharismatum nobis in tribulationibus augumentãdo. Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus

dibus nostris p Spiritũsanctũ qui datus est nobis. Tertio, quanta sint gaudia, quæ recipiemus pro istis modicis tribulationibus, demonstrando. Rom. 8. Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei: si autem filij, & hęredes: hęredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Christi: & post. Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Itẽ. 2. Cor. 4 Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis &c. Circa tertium notãdũ, quòd Spiritussanctus docet nos tria valde vtilia. Primo, veritatem cognoscere. Ioan. 15. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnia &c. Secũdo, orare vtiliter. Ro. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, idest, postulare facit & docet. Tertio, voluptates carnales despicere. Grego. Gustato spiritu desipit omnis caro.

Translati sumus de morte ad vitam. 1. Io. 3. Quintuplex est translatio. Prima admirabilis: secunda est amabilis; tertia est detestabilis: quarta, formidabilis: quinta, desiderabilis. *Quære in translatione beati Dominici inter festiuos.*

Dominica prima post Pentecosten ex epistola.

DILIGAMVS Deum, quoniam ipse prior dilexit nos &c. Siquis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mẽdax est. 1. Ioa. 4. In istis verbis tria facit Ioan. Apostolus. Primo, monet ad dilectionem, ibi. Diligamus Deum. Secũdo, assignat causam dilectionis, ibi. Quoniam ipse prior dilexit nos. Tertio, ad dilectionẽ proximi, ibi. Si quis dixerit Quoniam diligo Deum, & fratrem suũ odit. Circa primum notandum, quòd tribus modis debemus diligere Deum. Primo, vt totum cor nostrũ amore eius impleamus. Deu. 6. Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo. Secundo, vt nihil nisi propter eum diligamus. Aug. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod nõ propter te amat. Tertio, vt nullis aduersis ab eius charitate auertamur. Ro. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia &c. Circa secundum notandum, quòd propter tria maxime debemus diligere Deũ. Primo, propter eius bonitatem. Ber. Causa diligendi Deum, Deus est. Tanta enim bonitas est Dei, quòd si nihil boni homini fecisset, vel facturus esset, debet tamen eum semper diligere. Secundo, propter eius charitatẽ, vt hic. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Aug. Miser ego quantum diligere debeo Deũ meum, qui me fecit quod nõ eram, redemit cum perieram, qui in peccatis meis venditus eram: venit ille pro me, & tantum dilexit me, quòd pretium sanguinis sui dedit pro me. Tertio, debem⁹ Deum diligere propter nostram vtilitatẽ. Prępara uit enim bona, quæ dici non possunt, his qui diligunt eum. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ prępara uit Deus his qui diligunt illum. Circa tertium notandum, quòd debemus diligere proximum propter tria. Primo, propter præceptum. Ioa. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Secundo, propter naturæ documentum: videmus enim quòd omnia naturaliter diligũt similia. Eccle. 13. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad simile sibi sociatur. Tertio, propter nocumentum quod consequitur qui non diligit proximum: quia incurrit mortem culpæ & gehennæ. 1. Io. 3. Qui non diligit, manet ĩ morte, A qua morte liberet nos &c. Amẽ.

Item ad idem ex euangelio.

RECORDARE quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nũc ãt hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Luc. 16. Quatuor notantur in verbis istis. Primo, reproborũ in præsenti prosperitas, ibi. Recordare quia recepisti bona in vita tua. Secundo, iustorum breuis in hoc mundo aduersitas, ibi. Lazarus similiter mala. Tertio, æterna iustorum felicitas, ibi. Nunc autem iste consolatur. Quarto, impiorum perpetua calamitas, ibi. Tu uero cruciaris. Circa primum notandum, quòd temporalis prosperitas consistit in tribus, quæ habuit iste diues. Primo, in diuitijs temporalibus, ibi. Homo quidam erat diues. psal. 48. In multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur. Secundo, in honoribus sæcularibus, ibi. Induebatur purpura & bysso. Iac. 4. Exultatis in superbijs vestris. Tertio, in voluptatibus carnalibus, ibi. Epulabatur quotidie splendide. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Dicitur Amos. 6. Væ qui comeditis agnum de grege, & vitulos de armenti medio &c. Circa secũdum notandum, quòd aduersitas sanctorum in præsenti cõsistit in tribus, quæ habuit Lazarus. Primo, in rerum paupertate, ibi. Erat quidam mendicus. Tob. 2. Pauperẽ quidẽ vitã gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum, & recesserimus a peccato, & fecerimus bona &c. Secundo, in cõtemptus vilitate, ibi Iacebat ad ianuã. 1. Cor. 4. Tamquàm purgamẽta hui⁹ mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Tertio, in tribulationum & afflictionũ asperitate, ibi. Vlceribus plenus. Iudit. 4. Omnes qui placuerunt Domino, per multas tribulationes transierunt. Circa tertium notãdum, in quibus cõsistit felicitas sanctorum in alio sæculo. Primo, in gloria & honore, ibi. Vt portaretur ab angelis. Aug. Pręclaras exequias purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo præclariores in conspectu Dei vlceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorũ, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ sinũ. psal. 20. Magna est gloria eius in salutari tuo. Secundo, in cælestis regni possessione, ibi. In sinu Abrahæ, per quem intelligitur requies paradisi. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Tertio, in æternarum delitiarũ & consolationum perfruitione, ibi. Nunc autem iste consolatur. psa. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscõdisti timentibus te &c. psal. 15. Delectationes in dextra tua vsque in finem. Circa quartum notandum, quòd tria ponuntur hic, ĩ quibus cõsistit futura malorũ calamitas. Primũ est, summa de omnibus bonis carẽtia: & hoc notatur in hoc, q̃ nõ potuit habere guttam aquæ. Iob. 28. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Secundo, pœnarum acerbitas & multiplicitas, ibi. Cum esset in tormẽtis. psa. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum. Tertio, summa confusio & ignominia, ibi. Sepultus est in inferno. Quæ potest esse maior ignominia quàm tali sepultura sepeliri? Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur. Hier. 20. Confundentur vehementer, quoniam non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nulla obliuione delebitur. Præsens

ſens igitur proſperitas eſt contemnenda: præſens aduerſitas hilariter ſuſtinenda, damnatorum calamitas fugienda, & ſanctorum felicitas cum omni ſtudio appetenda, Ad quam perducat nos &c. Amen.

Dominica ſecunda ex epiſtola.

SIQVIS habuerit ſubſtãtiã huius mũdi &c. 1.Ioan.3. In iſtis verbis monet nos beatus Ioãnes Apoſtolus ad faciendam eleemoſynam propter tria. Maxime enim tria bona acquirit qui facit eleemoſynam. Primo, bonum temporale: ſecundo, bonum ſpirituale: tertio, bonum æternale. Circa primum notandum, quòd homo acquirit tripliciter bonum temporale per dationem eleemoſynæ. Primo, diuitiarum augmentationem. Honora Dominum.i. eius laudem quære, non tuam, nõ mundi. De tua ſubſtantia ſcilicet, quæ recte poſſides, non de rapinis, nõ de aliena: & de primitijs fructuũ tuorum da pauperibus, & implebũtur horrea tua ſaturitate.ſ. in futura ſatietate. Nõ eſurient, neq; ſitient amplius: & vino torcularia redũdabunt. Gloſa. Qui thesaurizant in cælis, veras ibi delitias inuenient: quorũ horrea implebuntur ſaturitate, quia ſatiabitur cum manifeſtabitur gloria eius, & torcularia redũdabunt vino, quia interna ſuauitas æternorum corda fideliũ in laudes conditoris accẽdit: & qui terrena ſubſidia pauperibus largitur, ditior dando cæleſti remuneratione reddetur. Secundo, ab inimicis defenſionẽ. Eccle. 17. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo: quia merces iuſtitiæ in æternum, & gratiam hominum & vitam æternam quaſi pupillam conſeruabit. Item, Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum pugnabit, gloſa. Magis valet eleemoſyna cõtra inimici iaculum quàm arma terrena. Tertio, vitæ præſentis prolongationẽ. 1.Tim.4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quę nunc eſt, & futuræ. Circa ſecundum notandum, quòd triplex bonum ſpirituale acquirit homo per eleemoſynam. Primo, peccatorum remiſſionem. Dan. 5. Peccata tua eleemoſynis redime. Pro. 6. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, ſcilicet, omne peccatũ. gloſa. Miſericordia redimitur iniquitas peccatorum, cum dat & dimittit alijs. Veritate, ideſt, iuſtitia cum ſeipſum de iniquitate accuſat, & pęniteat. Secũdo, orationum exauditionẽ. Eccle. 29. Eleemoſyna in ſinu pauperum conclude, & ipſa pro te orabit, ab omni peccato ſcilicet remouendo. Gloſ. Bene monendo, bene cõſulendo in corde abſcõdit eleemoſyna Tertio, gratiæ cõſeruationem. Eccle. 17. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo &c. & gratiam hominis quaſi pupillam oculi conſeruabit, vt ſupra. Circa tertium ſimiliter notandum, quòd triplex bonum æternale acquirit homo per eleemoſynam. Primo, a morte ęterna liberationem. Tob. 4. Eleemoſyna ab omni peccato & a morte liberat &c. Secundo, vitæ æternę poſſeſſionẽ. 1.Tim.4. Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Tertio, præmij æterni augmentationem. 2.Cor.9. Qui parce ſeminat, & qui ſeminat in benedictione de benedictione & metet vitam æternam, Ad quam nos perducat &c.

De eadem ex euangelio.

HOMO quidã fecit cœnã magnam, Luc. 13. Per cœnã iſtã, ſicut dicũt ſancti, intelligit beatitudo cæleſtis. Dicitur autem cœna iſta magna propter tria Primo, propter celebrantium ipſam cœnam multiplicitatem. Secundo, propter ferculorum quæ ibi dabuntur copioſitatem. Tertio, propter ipſius cœnæ æternitatem. Propter primum dicitur magna triplici ratione. Primo, ratione facientium. Facientes ſunt pater, & filius, & ſpirituſſanctus: immẽſus pater, immẽſus filius, immẽſus ſpirituſſanctus: & ideo immẽſam faciunt cœnam. Iſa. 25 Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cõuiuium pinguiũ, conuiuium vindemię, pinguium medullatorum, vindemię deſęcatę. Heſt. 1. Tertio anno imperij ſui rex Aſſuerus fecit conuiuium cunctis pueris & principibus ſuis &c. Secundo, ratione miniſtrãtium, qui ſunt millia millium. Dan. 7 Millia millium miniſtrabant ei. Tertio, ratione conuiuantium, qui erunt decies cẽtena millia. Dan. 7. Decies centena millia aſſiſtebãt ei. Propter ſecundum dicitur magna cęna illa, quia erũt ibi millia millium ferculorum Fercula in vita ęterna ſunt gaudia: & quia ſunt ibi millia millium gaudiorum, erunt ibi millia millium ferculorum. Poſſumus autem hic aſſignare tria magna fercula. Primum ferculum erit gaudium de omnium malorũ abſentia. Secundum, de omnium bonorum prę ſentia. De his duobus. Deute. 8 Ibi abſque vlla penuria bonorum omnium abũdãtia perfrueris. Iſ. 33. Gaudium & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Tertium, cõtinua de diuina laude lætitia. pſal. 83. Beati qui habitãt in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. De his tribus Aug. in libro de ciuitate Dei vlti. O quanta erit illa felicitas, vbi nullum malũ erit, nullum latebit bonum, vacabitur ĩternis laudibus, & Deus erit omnia in omnibus. Circa tertium notandum, quòd cœna iſta dicitur æterna propter tria. Primo, quia numquàm terminabitur. Ioã. 16. Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Cœnare enim eſt gaudere. Secundo, quia numquàm a cœnando ceſſabitur. Apoc. 4. Requiem non habebant die ac nocte dicẽtia. Dominus Deus omnipotens qui eſt, & qui erat, & qui vẽturus eſt: clamãtia & dicẽtia Sanctus, Sanctus, Sanctus. Laudare.n. ibi eſt idẽ quod cęnare. Tertio, dicit ęterna. quia tota ſimul mauducabitur. Boetius. Dicitur æternitas vitæ beatæ poſſeſſio tota ſimul. Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt, Ad quam cœnã perducat nos Ieſus Chriſtus, Amen.

Dominica tertia ex epiſtola.

HVMILIAMINI ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. 1.Petri. 5. Tria facit ĩ his verbis beatus Petrus. Primo hortatur ad humilitatem: ſecundo, oſtendit humiliandi neceſſitatem: tertio, ponit humilitatis vtilitatẽ. Primũ, ibi. Humiliamini: ſecundum, ibi. Sub potẽti manu Dei, qui poteſt humiliare inuitos: tertiũ, ibi. Vt vos exaltet in tempore tribulationis. Circa primum notãdum, quòd triplex eſt humilitas. Prima, culpæ. Eccle. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, cuius interiora plena ſunt dolo. Secunda, pęnę. pſal. 105. Tribulauerunt eos inimici eorũ, & humiliati ſunt ſub manib⁹ eorũ. Tertia, gratiæ, Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Prima, eſt fugienda: ſecunda, ſuſtinẽda: tertia, appetenda. Circa ſecundum notandum, quòd Deus oſtendit potentiam ſuam ſuperbis tripliciter. Primo, eis reſiſtendo: ſecundo, eos deijciendo: tertio, æternaliter puniendo. De primo, Iaco. 4. Deus ſuperbis

ſuperbis reſiſtit. De ſecundo, pſal. 72. Deieciſti eos dũ alleuarentur. De tertio, Ioel. 2. Aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbe egit. Baruc. 5. Conſtituit Dominus humiliare omnẽ mẽtẽ excelſam. Circa tertium notandum, ꝙ triplicem vtilitatem acquirit homo de humilitate. Prima eſt bonum gratiæ: ſecunda, bonum ſcientiæ: tertia, bonum gloriæ. De prima, Iaco. 4. Humilibus dat gratiam. De ſecunda, Mat. 11. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. De tertia, Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.

De eadem ex euangelio.

GAVDIVM eſt corã angelis Dei ſup vno peccatore pænitentiam agente, Luc. 15. Duo notãtur in verbis iſtis. Primo, angelorum dignitas, ibi. Angelis Dei. Secundo, eorum benignitas, ibi. Super vno peccatore pænitentiam agente. Magna eſt dignitas angelorũ ꝙ ſunt nũtij Dei, & magna benignitas ꝙ gaudẽt de cõuerſione vnius peccatoris. Circa primum notandum, ꝙ angeli dicuntur angeli Dei, ſicut dicuntur hic: & angeli noſtri, ſicut dicitur Matthęi. 18. Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt. Et per hoc notatur in eis duplex virtus: habent.n. duplicem virtutem aſſiſtẽdi, & miniſtrandi. Aſſiſtunt.n. Deo, & miniſtrant nobis. Deo aſſiſtũt tripliciter. Primo, contemplando, Mat. 18. Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei &c. Secundo, amando. 1.Petri. 2. In quem deſiderant angeli proſpicere. Aug. Tãta eſt diuini plenitudo aſpectus, vt numquàm poſſit videri ſine amore. Tertio, laudãdo. Damaſ. Opus.n. angelorum eſt hymnis Deũ laudare. Nobis miniſtrant tripliciter. Primo, purgando: ſecundo, illuminãdo: tertio, proficiendo, ſicut dicit Dionyſius. Purgant.n. a malis liberãdo. Iſa. 6. Et volauit ad mevn⁹ de Seraphim, & ĩ manu eius calcul⁹ &c. Illuminant docendo. Dan. 10. Et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meũ, & ego remãſi ibi iuxta regem Perſarũ. Veni aũt vt docerem te q̃ ventura ſunt populo tuo &c. Proficiũt ad bonũ prouehẽdo. 3.Reg. 19. Et ecce angel⁹ Dñi tetigit eũ dicens, Surge, & comede &c. Circa ſm notandum, ꝙ propter tria angeli gaudent de peccatorũ cõuerſione. Primo, propter ſui myſterij impletionẽ: ſunt.n. miniſtri, vt moneant nos ad pænitentiam. Heb. 1. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hęreditatem capiũt ſalutis? Secundo, propter dæmonum confuſionẽ. Dæmones.n. confundũtur, quando aliquis ad pęnitentiã conuertitur, quod eſt gaudiũ angelis. Apo. 12. Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpẽs antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbẽ, proiectus eſt ĩ terrã, & angeli eius cũ eo miſſi ſunt: & poſt. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Tertio, propter Dei honorẽ. Peccator.n. cum cõuertitur, honorat Deũ, quod eſt gaudiũ angelis. Ioſu. 7. Fili mi, da gloriam Deo, confitere &c.

De eodem.

TERANT appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores, Luc. 15. In iſto euangelio notantur tria principaliter. Primo, magna Domini noſtri Ieſu Chriſti benignitas. Secundo, magna pænitentiæ vtilitas. Tertio, magna vere pęnitẽtis ſanctitas. Circa primũ notatur magna Chriſti benignitas in tribus. Primo, quia pro peccatoribus ſuſcepit humanæ naturæ infirmitatẽ, ibi. Nemo accẽdit lucernã. Grego. Lucernã accendit qui humanã naturam luce ſuæ diuinitatis impleuit. 1 Tim. 1. Fidelis ſermo, & oĩ acceptione dignus, q̃m Chriſtus Ieſus venit pctores ſaluos facere &c. Secũdo, ꝗa pctoribꝰ oſtẽdit ſpecialem familiaritatẽ, ibi. Quia pctores recipit, & mãducat cum illis. Rom. 5. Vbi abundabit delictũ, ſuperabundauit & gratia. Tertio, quia pro pecatoribus ſuſcepit crudelis mortis acerbitatẽ, ibi. Imponit humeris ſuis gaudens. 1.Petri. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. Circa ſm notandum, ꝙ triplex vtilitas pænitentiæ notatur in iſto euangelio. Primo, quia Chriſtus lętatur in ea, ibi. Cõgratulamini mihi, Luc. 15. Epulari autem & gaudere oportet &c. Secundo, quia in ea angeli lætãtur, ibi. Gaudium eſt angelis Dei. Tertio, quia per eam homo a perditione liberat, ibi, Vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eam. Luc. 14. Niſi pænitẽtiam habueritis, oẽs ſimul peribitis. Eze. 18. Cõuertimini, & agite pænitẽtiã ab oĩ iniquitate, & non erit vobis in ruinã iniquitas. Magna vero pęnitẽtis ſanctitas notatur, ibi. Gaudiũ eſt angelis Dei. Magis.n. gaudet Dominus ſuper vno peccatore vere pęnitente, q̃ ſuper multos iuſtos qui numquã peccauerũt: quia iſti frequenter magis negligentes ſunt, iſti feruentiores, ſicut exponit Gregori⁹. Sunt autẽ octo neceſſaria ei qui vult de pęnitẽtia ſua magnũ gaudiũ facere in cęlo. Primo, ĩ amore Dei feruẽter inardeſcere: ſecũdo, ĩ magnis virtutibus ſe exercere: tertio, cũcta difficilia ſancti certaminis petere: quarto, omnia mũdi relinquere: quinto, honores fugere: ſexto, receptis cõtumelijs lætari: ſeptimo, magno deſiderio ad cęleſtẽ patriã anhelare: octauo, damna præcedẽtia lucris ſequentibus compenſare. De his omnibus Gregorius. Plerũque ij, qui ſe oppreſſos nullis peccatorũ molib⁹ ſciũt, pigri remanẽt: at ecõtrario oẽs ij, qui ſe illicita aliqua egiſſe meminerũt, ipſo ſuo dolore cõpũcti in amorẽ Dei inardeſcẽtes, ſe ſe in magnis virtutibus exercẽt, cũcta difficilia ſancti certaminis appetũt, omnia mũdi derelinquunt, honores fugiũt, acceptis cõtumelijs lætantur, ad cęleſtẽ patriã anhelãt: & quia ſe erraſſe a Dño cõſiderãt, damna præcedẽtia lucris ſequẽtibus cõpẽſant. Qui iuſtã pęnitẽtiã egerint, abſque dubio peruenient ad regnũ cælorũ. Mat. 3. Pęnitẽtiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum, Ad quod &c. Amen.

Dominica quarta ex epiſtola.

EXPECTATIO creaturę reuelationẽ filiorũ Dei expectat, Ro. 8. Apoſtolus ĩ iſta epiſtola intendit oſtendere quòd omnes creaturæ ſuo modo deſiderant aduentum gloriæ ſanctorum. Sunt autem quatuor creaturæ quæ deſiderant aduentum gloriæ ſanctorum. Primo, creatura angelica: ſecundo, creatura cæleſtis: tertio, creatura terreſtris: quarto, creatura humana, & ideo forte quater nominat creaturam in iſta epiſtola. Circa primũ notandum, quòd angeli deſiderant propter tria. Primo, propter plenam de inimicis ſuis victoriæ conſecutionẽ. Apoc. 12. Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbẽ, & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt. Et poſt.

Lętamini cęli, & qui habitatis in eis. Secũdo, propter ministerij ſui completionem. 1. Cor. 15. Cũ euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutẽ. Oportet autem illũ regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Tertio, propter perfectã ciuitatis ſuæ reparationem. pſa. 109. Iudicabit in nationibus, ĩplebit ruinas. & Eph. 1. In quo ꝓpoſuit reſtaurare vniuerſa ſiue quæ in cælis ſunt, ſiue quæ in terra.

Circa ſecundũ notandum, ꝙ creatura cęleſtis deſiderat propter tria. Primo, ꝓpter ſeruitij ſui indignis ſubtractionem. Iſidorus. Sol & luna poſt iudicium non deſcendẽt ad occaſum, nec impijs ſub terra poſitis ſeruiet lux eorum. Secundo, propter amiſſæ pulchritudinis recuperationẽ. Iſa. 37. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis lucebit ſeptempliciter. Tertio, propter ſuam a motu repauſationẽ. Abacuc. 3. (Secũdum aliam trãſlationem.) Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo, ſol in oriente, luna in occidẽte, ſicut in creatione ordinati ſunt: hęc. n. tria bona conſequũtur corpora cælęſtia. Item, creatura terreſtris deſiderat propter tria. Primo, pp ſuã a peccatis impiorũ emũdationem. Modo enim impij contaminant terram iniquitatibus. pſalm. 105. Contaminata eſt terra in operibus eorum, ſed tũc purgabitur per ignẽ. 2. Petri. 3. Elementa vero calore ſoluentur: terra vero & ea quę in eis ſunt, igne comburentur. Secũdo, propter ſuam a corruptione liberationẽ: modo. n. corupitur vt fiat generatio, ſed tunc ceſſabit corruptio, qm̃ nõ erit neceſſaria generatio. Rom. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Tertio, propter ſuam renouationem. Iſa. 64. Ecce ego creo cælũ nouũ, & terrã nouã, & nõ erunt in memoria priora, ſed gaudebitis & exultabitis in eis, quę ego creo vſq; in ſempiternũ. Homo ſimiliter deſiderat propter tria. Primo, propter ſuã a malo liberationẽ: ſecũdo, propter ſuã in omni bono repletionẽ: tertio, propter æternitatis cõſeruationẽ. Hæc tria conſequetur homo in die iudicij, qui ſic viuit hic vt ad illã mereatur peruenire. De his tribus Aug. in libro de ciuitate Dei. Vna erit igitur illius ciuitatis in omnibus & in ſeparabilis & ſingularis libera voluntas liberata ab omni malo, repleta omni bono, quod bonũ nõ deficiet in æternũ, fruẽs indeficienter iucũditate ęternorũ gaudiorũ, Quod nobis Chriſtus cõcedat. Amen.

De eadem ex euangelio.

ESTOTE miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, Luc. 6. Duo facit Dominus in verbis iſtis. Primo, inducit ad miſericordiã, ibi. Eſtote miſeri cordes. Secundo, dat miſerendi regulam, ibi. Sicut & pater veſter. Circa primũ notandũ, ꝙ tria maxime debent nos mouere ad faciẽdam miſericordiam. Primo, neceſſitas: ſecundo, vtilitas: tertio, congruitas. Neceſſitas eſt, quia qui non facit miſericordiam, non inueniet miſericordiam. Iaco. 2. Iudicium ſine miſeri cordia fiet ei qui nõ fecit miſericordiam. Vtilitas eſt, quia qui facit miſericordiã, inueniet mĩam. Matth. 5. Beati miſericordes. Congruitas eſt, quia cũ miſericordiam ab omnibus creaturis recipiamꝰ, ſatis cõgruũ eſt quòd alijs miſericordiam faciamus. Sumus enim pleni miſeria, & niſi creaturæ miſererentur noſtri dãdo ſe nobis & ſua beneficia, ſubſiſtere non poſſemus. Si enim ſol, uel ignis ſubtraheret lumẽ ſuum & calorem, & terra fructus ſuos, quid faceret miſer homo? Satis ergo congruum eſt, cum homo indigeat miſericordia, quòd alijs faciat miſericordiam. Prou. 19. Homo indigens miſericors eſt: & qui indiget miſericordia, debet alijs facere miſericordiam, vel aliorum miſereri. vnde creaturæ arguunt quodãmodo in miſeri cordes. Circa ſecundum notãdum, quòd in tribus ꝑcipue apparet miſericordia Dei. Primo, in filij ſui donatione: magnum fuit donum, magna miſericordia, de qua Luc. 1. Ad faciendam miſericordiam &c. Secundo, in iuſtorum glorificatione. pſal. 108. Suauis eſt miſericordia eius. pſal. 35. Domine in cęlo miſericordia tua. Tertio, ĩ peccatorũ iuſtificatione. pſal. 85. Miſericordia tua Domine magna eſt ſuper me. Propter primam miſericordiam debemus illum laudare & amare: propter ſecundam debẽt, ſecure, quãtũcũque ſint magni peccatores, ad Deum confugere. Iſa. 45. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Propter tertiam debemus ad Deum cũ feſtinatione currere. Heb. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem &c.

Hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo, Luc. 6. Hic reprehendit Dominus peccatum hypocriſis, & frequenter in euangelio plus alijs reprehendit: vnde ſatis patet quòd multũ diſplicet ei, & ideo debet quilibet ipſam fugere. Eſt autem fugienda ipſa hypocriſis propter multa mala quæ proueniunt ex ea. Primo, prouenit ex ea multiplex malum culpæ. Secũdo, multiplex malũ pœnę. Tertio, multiplex malum dãni. *Quære inter feſtiuos in feſto ſancti Hippoliti.*

Dominica quinta ex epiſtola.

DECLINET autem a malo, & faciat bonũ, inquirat pacem, & perſequatur eam. 1. Petri. 3. Duę ſunt partes iuſtitię, ad quas inuitat nos beatus Petrus in verbis iſtis. Prima eſt fuga mali, ibi. Declinet a malo: ſecunda, delectatio boni, ibi. Et faciat bonum. Circa primum notandum, quòd malum fugiendum eſt maxime propter tria. Primo, propter multam amaritudinem quam inducit: ſecũdo, pp dãnũ quod adducit: tertio, propter pœnã ad quam conducit. De Primo, Hiere. 3. Vide quàm malum eſt & amarum dereliquiſſe Dominum Deum tuum, & non eſſe &c. Inducit autem multam amaritudinẽ peccatum propter tria. Primo, quia Dñs aduerſatur peccato. Deut. 25. Auerſatur omnem iniuſtitiam. Ibidẽ. 31. Inuenerũtque eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illa die, Vere quia Dominus non eſt mecum, inuenerunt me hæc mala. Secundo, quia homo per peccatũ valde in ſe inordinatur. Aug. Iuſſiſti Domine, & vere ſic eſt, vt pœna ſit ſibi omnis inordinatꝰ animus. Iob. 7. Quare poſuiſti me contrariũ tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis &c. Tertio, quia omnis peccator ab omni creatura iuſto Dei iudicio impugnatur. Sap. 17. Creatura tibi creatori deſeruiẽs, exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos. Circa ſm notandum, quòd triplex damnum incurrit peccator per peccatũ. Primum eſt, quia per ipſum peccatum multiplex bonum amittit. Aug. in libro de ciuitate Dei. 12. Si naturæ bonæ non eſſent, eius vitia non nocerent: nunc autem quid eis faciũt nocẽdo, niſi ſibi adimere ĩtegritatẽ, pulchritudinem, & ſalutem. Secũdo, propter peccatum, bonum gratię amittitur. Sap. 1. In maleuolam animã nõ introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Tertio, propter pctm̃, bonũ glorię pditur. Iſa. 26. Tollatur impiꝰ, ne videat gloriã Dei. Circa tertiũ notãdũ, ꝙ peccatum

peccatũ ducit homines ad multas pœnas: ſed hic notantur tres pœnas. Prima erit cõtinua in anima triſtitia. Iſ. 13. Torſiones & dolores tenebũt eos, quaſi parturiens dolebũt. Iob. 20. Cũ ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet in eum &c. Secunda, continua in corde inedia. Mat. 13. Mittet eos in caminũ ignis. Tertia, erit in vtroque æternitas. Mat. 32. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum &c. De his tribus, Iſa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur &c. Vermis notat dolorem in anima: ignis dicit ardorem in corde: inextinguibilitas ignis notat æternitatem in vtroq;, A quo igne liberet nos Chriſtus &c.

De eadem.

COERCEAT linguam ſuam a malo. 1. Petri. 3. Cohibenda eſt lingua propter tria. Primo, quia qui nõ cohibet, multa peccata cõmittit: ſecũdo, quia multas pœnas incurrit: tertio, quia qui cohibet, multa bona acquirit. *Quære in Dominica prima poſt octauas Aſcenſionis.*

De eadem.

INQVIRAT pacem, & ſequatur eã. Triplicem pacem quilibet debet inquirere. Primo, pacem ſui ad Deum: ſecundo, ſui pacem ad proximum: tertio, ſui ad ſeipſum. *Quære in dominica prima Poſt trinitatẽ.*

De eadem ex euangelio.

SEDENS docebat de nauicula turbas, Luc. 5. Moraliter per nauiculam intelligitur ſanctitas vitæ, in qua debet ſedere qui alios vult docere. Significat per nauiculã ſanctitas vitæ tripliciter. Primo, ratione materiæ: ſecũdo, formæ: tertio, finis. *Quære in Dominica tertia poſt octauas Epiphaniæ.*

De eodem.

RELICTIS omnibus ſequuti ſunt eum, Luc. 5. Duo ſunt nobis neceſſaria ad ſequẽdum. Primo, vt a bono cõmutabili auertamur, ipſum deſpiciẽdo. Secundo, vt ad bonum incommutabile cõuertamur, ipſum diligendo & imitando. Hæc notantur hic. Primũ, ibi. Relictis omnibus: ſecũdum, ibi. Sequuti ſunt eum. Circa primũ notandũ, ꝙ quatuor debemus relinquere, ſi volumus ſequi Chriſtum. Primo, mũdana, ipſa contemnendo. Luc. 14. Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non eſt me dignus. Secundo, conſanguineos & parentes propter Deum relinquendo. Matth. 10. Siquis venit ad me, & nõ odit patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, non eſt me dignus. Tertio, corpus ſuũ, ipſum mortificando. Quarto, voluntatẽ propriã ipſam abnegando. De his duobus, Luc. 9. Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã quotidie, & ſequatur me. Circa ſecundũ notandum, quòd in quatuor oportet nos imitari Chriſtũ. Primo, in humilitate. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Secũdo, in pietate, Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt &c. Tertio, in charitate. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut &c. Quarto, in tribulationũ aſperitate. 1. Petri. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum &c. Iſtæ ſunt duæ viæ rectæ, per quas currit homo ad regnũ cælorum. Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Amen.

Dominica ſexta ex epiſtola.

SI enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimꝰ, Rom. 6. Duo facit in iſtis verbis Apoſtolus. Primo, ponit meritum quod habere debemus, ibi. Facti ſumus ſimilitudini morti eius. Hoc eſt meritum noſtrum, ut habeamus in nobis ſimilitudinẽ mortis eius, ſcilicet Chriſti. Secundo, ponit quod pro merito recipimus, ibi. Simul & reſurrectionis erimus. Hoc. n. eſt prẽmium, vt habeamus ſimilitudinem reſurrectionis Chriſti.

Circa primum notandum, ꝙ ſex fuerunt in morte Chriſti, in quibus debemus eum ſequi. Primo, humilitas: ſecundo, obedientia. De his duobus, Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Ad primum inuitat Dominus, Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum. Ad ſecundum, Ioan. 15. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Tertiũ fuit in morte Chriſti ineffabilis charitas. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis: & in hoc debemus aſſimilari ſibi. Ioan. 15. Hoc eſt pęceptum &c. Quartum, patientia. 1. Petri. 2. Cum pateretur, non comminabatur: & in hoc debemus habere ſimilitudinem eius. Heb. 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamẽ, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem cõfuſione contempta. Quintum, perſeuerãtia: quia qui in his omnibus vſq; ad mortẽ perſeuerauerit, ſaluus erit. Philip. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Debemus autem in perſeuerantia habere ſimilitudinem mortis eius. Mat. 10 Qui perſeuerauit vſque ad finẽ, hic ſaluꝰ erit. Circa ſecundum notandum, quòd in ſeptem conſiſtit gloria corporis noſtri, cum configuratum erit corpori claritatis Chriſti. Primo, erit amabilis omniũ mẽbrorũ congruentia. Aug. in li. 22. c. 19. de ciui. Dei. Proinde nulla erit deformitas, quã facit incõgruẽtia partiũ, vbi & quæ parua ſunt corrigẽtur: & quod minus quàm decet, vnde creator nouit, ide ſupplebitur: & quod plus eſt q̃ decet, materię ſeruata ĩtegritate detrahet. Secũdo, erit mira coloris in toto ſuauitas. Aug. Coloris ſuauitas quãta erit, vbi iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris ſui? In his duobus cõſiſtit oĩs coloris pulchritudo. Aug. Oĩs corpis pulchritudo eſt cõgruẽtia partium cum quadã coloris ſuauitate: erit ãt tunc in corporibus omnis pulchritudo. Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Tertio, erit mouendi velocitas. Aug Vbi voluerit ſpiritus, ibi erit protinus corpus. Quarto, erit plena liberatio ab omni indigentia. Quĩto, erit plena & ſumma felicitas. De his duobus. Aug. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis, quę nunc videmus per vſus neceſſitatis varios diſtributa, tunc ſic non erunt: ſed hęc neceſſitas, ipſa plena & certa ſecuritas & ſempiterna felicitas proficiet Dei laudibus. Sexto, erit impaſſibilitas, & immortalitas, & æternitas. Aug. Reſtituetur quicquid de corporibus viuis, vel poſt mortẽ de cadauueribus perijt, vel in ſepulcro remãſit, in ſpiritualis corporis nouitate ex animalis corporis vetuſtate mutatum, reſurget in incorruptione atque immortalitate veſtitũ. Septimo, erit plena corpis & ſpiritꝰ pax & cõcordia. Aug. Erit ſpiritui caro ſubdita ſpiritualis, ſed ea tamen caro non ſpiritus. Quàm felices erũt ergo qui digni iſta reſurrectione habebunt? certe non niſi illi qui

illi qui hic moriuntur cum Christo.1.Col.3.Mortui F enim estis, & vita vestra abscondita est cũ illo in gloria, Ad quam gloriam producat nos Deus, Amen.

De eadem ex euangelio.

NIsi abũdauerit iustitia vestra plusquã Scribarũ & Pharisæorũ, nõ ĩtrabitis in regnũ cælorũ. Mat. 5. In isto euãgelio quatuor facit Dñs. Primo, ostendit quid faciamus, ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra: ostendit enim quòd debemus habere abundantem iustitiam. Secundo, ostendit quid appetamus, ibi. Regnum cælorum: ad hoc enim debemus facere iustitiam, vt per ipsam ad regnũ perueniamus. De vtroque. Mat. 6. Primum quęrite regnum Dei, & iustitiam G eius. Tertio, ostendit quid fugiamus, ibi. Non occides &c. Ostẽdit autem quòd debemus fugere triplex peccatum. Primo, peccatum operis, ibi. Non occides: per hoc prohibetur omne opus in quo læditur proximus. Isa. 55. Quiescite agere peruerse. Leui. 1. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Secundo, prohibet peccatum cordis, ibi. Omnis qui irascitur fratri suo. Exo. 12. Auser iram a corde tuo, & amoue malitiam de carne tua. Tertio, peccatum oris, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Fatue. Eph. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat. Quarto, ostendit quid timeamus, scilicet futurum iudicium, ibi. Reus erit H iudicio. Ponit autem hic tria quæ debemus timere. Primo, iudicium, in quo omnes impii damnabũtur, ibi. Reus erit iudicio. Iudit. 16. Dominus omnipotẽs iudicabit illos in die iudicii, quando visitabit illos. Secundo, angelorum & sanctorum cõcilium, in quo omnes impii examinabuntur, ibi. Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio. Is. 3. Dominus ad iudicium veniet cũ senatoribus populi sui & principibus suis. Mala. vlt. Ne forte veniã, & percutiam terram anathemate. Tertio, ignem infernalẽ, ibi. In quo omnes impii in ignem æternum cruciabuntur, ibi. Reus erit gehennæ ignis. Iud. 19. Dabit ignes & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in I sempiternum, A quo igne Christus nos liberet.

De eodem ex euangelio.

OMnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, Matth. 5. Duo facit Dominus in verbis istis. Primo, monet nos vitare iram, ibi. Oĩs qui irascitur fratri suo. Secundo, ponit iræ pœnam, ibi. Reus erit iudicio. Circa primum notandum, quòd ira lædit naturam tripliciter. Primo, lædit rationem per obscurationem. Secundo, lædit memoriam per obliuionẽ. Tertio, lædit voluntatem per malam affectionem. De his tribus. psa. 30. Cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Oculus est ratio, anima K voluntas, venter memoria. Circa secundum notandum, quòd ira tripliciter contraria est gratiæ. Primo, quia facit hominem indignum de Dei misericordia. Eccl. 23. Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam, quasi dicat, frustra quærit, quia non habebit eam. Secundo, quia non permittit hominem Dei iustitiam facere. Iaco. 1. Ira enim viri iustitiam Dei nõ operatur. Tertio, quia aufert homini orandi fiduciã. 1. Tim. 2. Volo viros orare in omni loco sine ira & disceptatione. Circa tertium notandum, quòd iracundus facile incurrit triplex homicidium. Primo, homicidium sui. Iob. 4. Virum stultum interficit iracundia. Secundo, homicidium animæ proximi, quæ prouocat ad discordiam & odium. Prouerb. 15. Vir iracundus prouocat rixas: & qui patiens est, mitigat suscitatas. Prouer. 22. Noli esse amicus homini iracundo, & ne ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius. Tertio, homicidium corporis proximi. Eccle. 8. Cum iracundo non facias rixas, nec cum audace eas in desertum: quoniam quasi nihil ante illum est sanguis, & vbi non est adiutorium, allider te.

De eodem.

REus erit iudicio. Nota, tripliciter iudicabitur quilibet pctõr in iudicio. Primo, a seipso: secundo, ab omni creatura: tertio a G Deo. Primo, a sua conscientia. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Dominus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Secundo, a sua malitia. Hiere. 2. Arguet te malitia tua. Tertio, a magna quam in se ipsis habebũt angustia. Apo. 1. Tunc Plãgent se super se omnes tribus terræ. Creatura iudicabit & puniet eos tripliciter. Primo, eorum malitias reuelando. Iob 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius. Secundo, expugnando. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam in vltionem inimicorum: & post. Et pugnabit cum illo orbis terrarum cõtra insensatos &c. Tertio, eos cruciando. Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormento aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his qui confidũt. Iudex puniet eos tripliciter. Primo, arguẽdo, Iudæ. 2. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios. Secundo, confundendo. psal. 131. Inimicos eius induam confusione. Hie. 37. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur. Tertio, sęuissime condemnando. Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, Ab isto iudicio liberet nos Deus noster Iesus Christus. Amen.

Dominica septima ex epistola.

SIcvt exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, Rom. 6. In ista epistola hortatur nos Apostolus ad duo. Primo, ad fugam mali, ibi. Sicut exhibuistis membra &c. Secundo, ad dilectionem boni, ibi. Ita nunc exhibete &c. Circa primum assignat Apostolus in epistola ista quatuor rationes, per quas peccatum fugiẽdum est. Prima ratio est, quia propter peccatum anima pollui, ibi. Immunditiæ. Osee. 8. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt Secunda est, quia per peccatum homo ignominiose seruituti subiicitur, ibi. Cum enim serui essetis peccati. Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Tertia est, quia magna confusio per peccatum acquiritur, ibi. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Hier. 18. Dñe, cẽs qui te derelinquunt cõfundentur. Quarta, quia per peccatum homo ad mortem æternam deducitur, ibi. Stipendia peccati mors. psal. 33. Mors peccatorum pessima. Circa secundũ notãdum quòd similiter ponit ibi quatuor, quare bonum est eligendum. Quatuor enim bona acquirit homo ex electione boni. Primo, mentis puritatẽ, vel sanctificationẽ: i. mũdificationẽ. Mat. 5. Bti mũdo corde, quoniam

quoniam ipsi &c. Secundo, voluntatis æquitatẽ, ibi. Iustitiæ. Iustitia enim est recta voluntas. Anselmus. Iustitia est rectitudo voluntatis conseruata propter se. Tertio, spiritus libertatem, ibi. Liberi fuistis iustitiæ. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi. Libertas. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Quarto, acquirit homo bene operando vitam æternam, ibi. Gratia autem Dei vita æterna. Ioan. 6. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

De eadem ex euangelio.

ACcipiens Iesus panes gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ: & habebant piscicu los paucos, & dedit illis, & iussit apponi. Mat. 8. Tripliciter pascit Dominus sanctos suos. Primo, panibus corporalibus. psal. 102. Vt educas panem de terra. Secundo, panibus spiritualibus. Prouer. 20. Aperi oculos tuos, scilicet oculos cordis ad vigilias sanctas: & satiare panibus, scilicet sacra doctrina, vel gaudijs cælestibus. Tertio, panibus æternalibus. psal. 151. Pauperes eius saturabuntur. Per istos septem panes intelligũtur septem, quibus pascit Dominus fideles suos, ne deficiant in via iustitiæ: sed in fortitudine eorum perueniant ad mensam cælestis gloriæ. Primus panis est dulcissima ex desiderio glorię lacrymarũ effusio. psal. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte &c. August. Fluebant mihi lacrymæ, & bene mihi erat cum illis. Secundus, ineffabilis in verbis Dei consolatio. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hiere. 15. Inuẽti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudio & lætitia cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituũ. Tertius est ineffabilis de sumptione Eucharistiæ delectatio. Ioa. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sap. 16. Panem de cælo præstitisti illis, omne delectamentum in se habẽtem, & omnis saporis suauitatem. Quartus, admirabilis de præsentia Christi dulcedo. Ioan. 6. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Constat enim Christũ semper habitare in cordibus iusti. Quantum ergo gaudium habet qui semper Christum habet in corde? Eph. 6. Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare Christum per fidẽ in cordibus &c. Quintus, ęternæ beatitudinis pręgustatio. psal. 77. Panem angelorum manducauit homo. Aug. Introductus introrsus nescio ad quam dulcedinem, quæ si perficiatur in me, nescio quid sit vita æterna nisi illa sit. Sextus, de omni uirtutũ possessione gaudium: quale gaudium est habere tot dona Spiritussancti, & illos duodecim fructus, quos memorat Apostolus ad Galat. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, qui ideo dicuntur fructus, quia animam delectabiliter reficiunt ultra quàm dici possit Prou. 9. Venite vos, & comedite panẽ meũ. Septimus panis est de cõscientiæ testimonio exultatio. Pro uer. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. 2. Cor. 5. Gloria nostra hęc est, testimonium conscientię nostrę Isa. 22. Panis ei datus est, dicit de viro iusto. Pisciculi sunt gaudia quæ habent iusti de præsentia sanctorum, qui sunt abstracti iam de amarissimo mari huius sæculi, qui frequenter veniunt & consolantur iustos qui sunt in via. Qui quidem pisces assi sunt martyres, vt Laurentius, & alij qui ignibus & supplicijs diuersis afflicti ridebunt, & sic suo risu clamabunt infinitas se habere intrinsecus delitias, propter quas exteriora supplicia contemnebant. 2. Cor. 12. Complaceo mihi, idest, vehementer (dicit superlinearis) in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, ĩ persecutionibus, in angustijs pro Christo. De isto conuiuio iustorum dicitur Mat. 23. Ecce prãdiũ meum paraui, tauri mei occisi sunt. In istis epulis sunt iusti tota die, quas nescit impius. ps. 67. Exultent iusti, & epulentur in conspectu Dei: sic epulantur sancti in præsenti. Sed quid erit in futuro? Beatus qui manducabit panem in regno cælorum, Ad quod nos perducat Christus Iesus. Amen.

Dominica octaua ex epistola.

SI secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Rom. 8. Tria facit Apostolus in verbis istis. Primo, monet nos vt mortificemus carnis voluptatem, ibi. Si spiritu facta carnis mortificaueritis. Secundo, ponit necessitatem mortificãdi, ibi. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Tertio, po C nit mortificationis vtilitatem, ibi. Viuetis. Circa primum notandnm, quòd tripliciter debemus mortificare carnem. Primo, eius carnalia desideria & uitia destruendo. Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliqñ, cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro: nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum, eum qui innouatur in agnitionem secũdum imaginem eius qui creauit illum. Secundo, eam in ieiunijs & afflictionibus ad similitudinem passionis Christi macerãdo. 2. Cor. 4. Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore vestro circunferentes, vt vita Iesu in corporibus vestris manifestetur in carne vestra mortali. Tertio, eam in spiritualibus meditationibus affligẽdo. Eccle. vlt. Frequens meditatio, carnis afflictio est. Eccle. 31. Vigilia honestatis in studio virtutum tabefaciet carnes. Interlinearis, scilicet carnales voluptates: cogitatus illius auferet sonum, scilicet pigritiæ tædium. In eodem. Cogitatus præscientiæ, scilicet qui præuidet præmia donorum auertit sensum, scilicet ab omni concupiscentia mala: & infirmitas grauis, scilicet E corporis, sobriã a delictis facit animam. Circa secundum notandum, quòd necesse habemus mortificare carnem, quia si secundũ carnem vixerimus, moriemur: sequitur enim ex voluptate carnis triplex mors. Prima, mors culpæ: secunda, mors naturæ. Eccles. 37. Propter crapulam multi perierunt: tertia, mors gehennæ. Gal. 6. Qui in carne sua seminat, de carne & metet corruptionem &c. ps. 33. Mors peccatorũ pessima. Circa tertiũ notãdũ, q̃ ex mortificatione carnis triplex vita acquirit. Prima est prolõgatio vitæ naturæ. Ecc. 37. Qui abstinẽs est, abijciet vitã Se

cūda, vita gratiæ. Rom.8. Prudentia ſpūs vita & pax. Tertia eſt prolongatio vitæ gloriæ. 2. Cor. 4. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

De eadem ex euangelio.

OMNIS arbor bona fructus bonos facit: & omnis arbor mala malos fructus facit, Matth. 5. Tria genera arborum, quæ ſunt in inſula huius mundi, ponit Dominus in euāgelio iſto. Primo, ponit arborem facientem fructus bonos, ibi. Omnis arbor bona. Secundo, facientem fructus malos, ibi. Et omnis arbor mala. Tertio, arborem facientem nullos, ibi. Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos. Primam arborem commendat a tribus. Primo, a fructuum multiplicitate, ibi. Fructus. Pluraliter dicit, fructus, vt oſtendat quòd iuſtus, qui hic dicitur arbor bona, debet fructus multos producere. Debet enim producere duodecim fructus. Primus fructus quem debet producere eſt charitas, ſecundus fructus eſt gaudium, tertius pax, quartus patientia, quintus longanimitas, ſextus bonitas, ſeptimus benignitas, octauus manſuetudo, nonus fides, decimus modeſtia, vndecimus continentia, duodecimus caſtitas. De his omnibus Gala. 5. Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax &c. Secundo commendat eā a fructuum pretioſitate, ibi. Bonos. Patet autem bonitas iſtorum fructuum, quia talibus fructibus acquiritur regnum Dei, & tales fructus faciunt arbores paradiſi. Rom. 14. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Tertio, commendat eam a fructificandi aſſiduitate, ibi. Facit, præſentis temporis eſt, in quo oſtenditur quòd ſemper eſt in actu fructificandi. Hier. 18. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod transplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Ezec. 47. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet flos ex eo, & non deficiet fructus. De his tribus, Apoc. 22. Ex vtraque parte fluminis omne lignum vitæ, ecce fructuum pretioſitas, qui enim comedunt fructus iſtos, viuūt in ęternum: afferens fructus duodecim, ecce fructuum multiplicitas: per menſes ſingulos reddens fructum ſuū, ecce fructificandi continuitas. Circa ſecundum arborem ponuntur tria mala. Primo, malorum fructuum mortificationem, ibi. Fructus: in hoc enim ꝓ pluraliter dicit, fructus, innuit quòd malus homo, qui hic dicitur mala arbor, facit multos malos fructus, ideſt, mala opera. Enumerat autem Apoſtolus decem & ſeptem fructus malæ arboris. Gal. 5. Manifeſta aūt ſunt opera carnis, q̄ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cōmeſſationes, & his ſimilia q̄ prædico uobis ſicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Secundo, fructuum peruerſitatem, ibi. Malos. Mat. 12. Malus homo de malo theſauro profert mala. Tertio, malefaciendi aſſiduitatē, ibi. Facit. Oſee 4. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt. Circa tertiam arborem notādum, quòd tria genera ſunt arborum, quæ faciunt fructus nullos. Prima eſt quæ facit frondes ſine floribus. Hij ſunt qui habent verba ſine operibus. Mat. 21. Et videns Ieſus ficulneam arborē vnā ſecus viam, venit ad illam, & nihil inuenit in ea niſi frondes, & ait illi, Numquàm ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefecta eſt cōtinuo ficulnea &c. Secūda, quę facit flores ſine fructibus. Hij qui faciunt in apparentia opera, ſed non vere. 2. Tim. 3. Habentes ſpēm qdē pietatis, virtutē aūt eius abnegātes. Iob. 12. Cum adhuc ſitī flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: ſic viæ hominum qui obliuiſcūtur Dominum, & ſpes hypocritæ peribit. Tertia, quæ facit fructus, ſed inutiles penitus. Sap. 4. Fructus eorū acerbi & inutiles ad manducandum. De talibus arboribus dicit Iudę. 2. Arbores autunales, īfruoctuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. Sed væ talibus arboribus: nam excidentur ſecuri diuini iudicij, & mittentur in æternum ignem inferni. Mat. 3. Iam ſecuris ad radicē arboris poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exciderur, & in ignem mittetur. A quo igne liberet nos Dominus. Amen.

Dominica nona ex epiſtola.

NEQVE idolatræ efficiamini, ſicut quidā ex ipſis &c. 1. Cor. 10. Duo facit hic Apoſtolus. Primo, monet vt caueamus ab idolatria ſpiritualium, ibi. Neque idolatræ efficiamini. Loquebatur enim fidelibus qui iam idola nulla habebant: vnde patet quòd monebat cauere ab idolatria, quæ conſiſtit in vitijs. Secundo, comparat idolatriam ſpiritualem idolatriæ corporali, ibi. Sicut quidam ex ipſis, qui vitulum, & alia idola adorauerunt. Circa idolatriam corporalem nota, quòd triplex erat. Prima, in aſtris. Secūda, in elemētis. De his duabus, Sap. 13. Aut ignem, aut citatum aerem, aut nimiā aquā, ecce idolatria in elementis: aut gyrum ſtellarum, aut ſolē, aut lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt, ecce in aſtris idolatria. Tertia, in animalibus. Roma. 1. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei &c. Idolatria in aſtris ſignificat ſuperbiam: unde primus ſuperbus dixit, Eſa. 13. In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum, ſedebo in loco teſtamenti, in lateribus aquilonis: aſcēdam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis altiſſimo. Aug. Et putabant ſe excelſos cum ſyderibus & fulgidos, & ecce ruerunt in terram. Idolatria elementorum ſignificat idolatriam auarorum. Col. 3. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Idolatria animalibus eſt carnalis concupiſcentia, quæ eſt in carnis voluptatibus. Iudę. 1. Quicumque naturaliter tamquàm animalia norunt, in his corrumpuntur. De his tribus Iacobi. 3. Nō eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena per auaritiam, animalis per luxuriam, diabolica per ſuperbiam. De ſeptem idolis quæ adorabant Gentiles. *Quære in ſequenti Dominica.*

De eadem ex euangelio.

REDDE rationem villicationis tuæ, Luc. 16. Iſtud verbum dicetur cuilibet in morte, vel in iudicio. Oportet enim quòd omnes ueniant ante tribunal Chriſti cæleſtis iudicis, ut reddant rationem de omnibus factis ſuis. 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari

manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis ſui prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum &c. Et ideo debet quilibet homo cogitare quomodo tunc ſciat rationem reddere. Debemus autem tria cogitare circa rationem illam. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secundo, teſtiū, qui accuſabunt malam rationem reddentes, veritatem. Tertio, ſententiæ quæ dabitur contra eos, qui malam rationem reddiderunt, ſeueritatem. Circa primum notandum, quia erit difficile tunc reddere rationem de omnibus cogitatis. pſa. 75. Cogitatio hominis cōfitebitur tibi. Sap. 5. Et in cogitationibus impij erit interrogatio. Secūdo, de dictis. Mat. 12. Dico autem vobis ꝙ de omni otioſo verbo, quod locuti fuerunt homines, reddent rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis &c. Tertio, de omnib⁹ factis. Eccle. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Dñs in iudicio pro omni abſcondito ſiue bonum, ſiue malum.

Circa ſecundum notandum, quòd tres teſtes veraciſſimi accuſabūt impios in iudicio. Primus teſtis erit Deus. Mala. 3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniant mercedē mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerūt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & non mutor &c. Secundus, erit conſcientia. Rom. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia: ipſorum & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Dominus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Tertius, erit omnis creatura. Iob. 20. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra aduerſus eum conſurget. Vnde quidam ſanctus pater dixit. Reddituri ſumus rationem coram cælo, & terra, & tu rides? Circa tertium notandum, quòd in tribus apparebit ſeueritas ſententiæ. Primo, quia omnibus bonis expoliabuntur. Aug. in lib. de ciuita. Dei. In extremo ſupplicio recte fit vt iniqui & impij naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, ſentientes eorum ablatorem iuſtiſſimum Deum, quem contempſerunt largitorem benigniſſimum. Iob. 20. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre extrahet eas Deus. Secundo, quia ardentiſſimi ignis incendio cruciabunt. Iſa. vlti. Ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia in æternū non liberabuntur. Mat. 25. Diſcedite a me, ſine quo non poteſt eſſe bonum, ecce primum: in ignem, ecce ſecundum: æternum, ecce tertium, A quo igne liberet nos Chriſtus Ieſus &c. Amen.

Dominica decima poſt feſtum Trinitatis ex epiſtola.

NEMO poteſt dicere Dñs Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. 1. Cor. 12. In iſtis verbis oſtēditur quāta ſit virtus nois Ieſu, quē nullus pōt in veritate nominare, niſi in Spiritu ſancto: & ideo iſtūd nomen eſt ſemper in ore habendum, in corde cuſtodiendum, in aure tenendum, infronte ſcribendum, in manu ferendum &c. *Quære inter feſtiuos in circunciſione Domini.*

De eadem epiſtola.

SCITIS quia cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. 1. Cor. 12. Septem ſimulacra adorabant gentiles ad honorem ſeptem planetorum, quæ ſignificant ſeptem vitia, quæ adorant in mundo falſi Chriſtiani. Primum erat ſimulacrum Saturni, & ſignificat inuidiam propter tria. Primo, quia dicitur eſſe maleuolus, ſic inuidus quia malum proximi deſiderat, & in eo lætatur: vnde bene inuidia ſic deſcribitur. Inuidia eſt dolor alienæ felicitatis Philoſophus. Vtinā, inuidi in omni ciuitate haberent oculos, vt de bonis omnium torquerentur. Secundo, quia frigidus, ſic inuidus per carentiam caloris charitatis. Mat. 24. Quia abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Tertio, quia ſiccus, ſic inuidus eſt ſiccus ab omni humore gratiæ: nihil enim plus euacuat hominem gratia, quàm inuidia. Secūdum ſimulacrum erat Iouis, qui ſignificat gulam propter tria. Primo, quia vt dicebāt, patrem de regno expulit, ſic primum patrem humani generis expulit de regno, ideſt, de paradiſo. Gen. 3. Qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum. & poſt. Emiſit eos Dñs de paradiſo voluptatis &c. Secundo, quia adulteria multa commiſit, ſic gula cauſa eſt multorum adulteriorum. Hiere. 5. Saturaui eos, & męchati ſunt, & in domum meretricis luxuriabātur. Tertio, quia eſt planeta humidus, & gula generat & multiplicat humores, qui ſunt cauſa putrefactionis. Ioel. 1. Putruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta in ſtercore putreſcere eſt carnales quoſque in carnis luxuria vitam finire. Tertium eſt ſimulacrum Martis, quod ſignificat ira propter tria. Primo, quia dicitur dominari in pręlijs, & ita diſcordiā & bella concitat. Prou. 15. Vir iracūdus concitat rixas. Eccl. 28. Homo iracundus incitat litem. Secundo, quia eſt planeta igneus propter nimium calorem, & ira procedit ex inflāmatione coleræ circa cor. Eccleſ. 28. Sicut ligna ſyluę, ſic ignis exardeſcet, & ſecundum virtutem ſuā, ſic iracundia illius erit. Tertio, quia & ſiccādo, & calefaciendo efficit hominem impetuoſum. Proue. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpēs furor &c. Quartum erat ſimulacrum Solis, quod ſignificat ſuperbiam propter tria. Primo, quia ſolus lucet: & ſuperbus ſe lucere exiſtimat, & appetit. Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri hominum, vox eſt Phariſęi ſuperbi. Secūdo, pp ardorem ambitionis. Aug. Quid eſt ſuperbia, niſi puerſus celſitudinis appetitus? Tertio, quia ſicut ſol obſcurat alia lumina, ſic ſuperbus vult omnes alios obfuſcare, vt ſolus appareat, ſicut apparet in Phariſæo ſuperbo. Luc. 18. Non ſum ſicut cæteri homines adulteri, raptores, iniuſti, velut hic Publicanus. Quintum erat ſimulacrum Veneris. Venus autem ſignificat luxuriam propter tria. Primo, quia eſt planeta calidus, ſecundo quia humidus: & hæc duo maxime ſunt cauſa luxuriæ. De Primo, Oſee. 7. Oēs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquēte. De ſecundo, Hiero. Venter mero æſtuans, cito ſpumat in libidinem. Tertio, quia eſt pulcherrimus planetarū: & pulchritudo eſt cauſa luxuriæ. Ezech. 16. Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam cum tranſeuntibus. Poeta. Fœdera ſeruaſti, ſi vere forma fuiſſet. Sextum erat ſimulacrum Mercurij, qui ſignificat auaritiam propter tria. Primo, quia erat Deus mercatorum, & auaritia maxime in mercatoribus exercetur. Proue. 17. Qui mittit lapidem in aceruum Mercurij. Gloſa. Mercurius eſt Deus mercatorum, & ſic turbatur computatio per miſſionem lapidis qui mittitur. Eph. 5. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Secundo, quia eſt frigidus; & auarus eſt frigidus

propter carentiam fraternæ dilectionis. Hier. 6. Omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: & parum post. A minore vsque ad maiorem omnes auaritię student. Tertio, quia est planeta maliuolus: & auaro quid nequius? Eccles. 19. Nil iniquius q̃ amare pecuniam. Septimum est simulacrum Lunę, & significat accidiam propter tria. Primo, propter mutabilitatem. Eccles. 37. Stultus vt luna mutatur. Item, in eodẽ. 26. Homo sapiens in sapiẽtia sua manet sicut sol, nam stultus vt luna mutatur. Interlinearis, quia instabilis & inconstans. Secundo, propter pigritiæ frigiditatem. Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit.

De eadem ex euangelio.

IRCVNDABVNT te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabũt te vndique, & ad terrã prosternẽt te &c. Luc. 19. In istis uerbis prædicit Dominus aduersitatẽ quæ secutura est vanam huius mundi prosperitatem, circa quam tria notantur. Primo, ipsius aduersitatis vniuersalitas, ibi. Circundabunt te. Secundo, pœnarum quæ in ipsa erit, multiplicitas, ibi. Et coangustabũt te vndiq;. Multitudo est causa coangustationis. Tertio, eiusdem aduersitatis æternitas, ibi. Ad terrã prosternent te, idest, ita penitus destruent, quòd numquàm poteris liberari. Circa primum notandum, quòd ab octo partibus veniẽt mala reprobis. Primo, a terra quæ eos deuorabit. psalm. 105. Aperta est terra, & deglutiuit eos. Iob, 20. Et terra cõsurget aduersus eos. Secundo, ab aqua quæ eos suffocabit. Sap. 5. Scandescet in illos aqua maris, & flumina concurrẽt duriter. Tertio, ab aere qui eos fulgurabit. Sap. 5. Ibũt directe emissiones fulgorum, & tamquàm a bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Quarto, ab igne qui eos consumet. psalm. 66. Ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit. Quinto, a sole, luna, & stellis quæ se eis obscurabunt. Ioel. 3. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum. Sol conuertetur in tenebras &c. Mat. 24. Sol obscurabit, & luna nõ dabit lumen suũ. Sexto, a sanctis qui eos condemnabunt. Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes &c. Septimo, a Dño Iesu Christo qui eos iudicabit. Matth. 25. Tunc dicet rex his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti &c. Octauo, ab Angelis, qui eos in infernum portabunt. Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis &c. Circa secundum notandum hic octo pœnas malorum, quæ valde angustiabunt eos. Primo, erit summæ ignorantiæ cæcitas ad tormentũ rationalis. Grego. In tormentis positis, nihil prẽter tormẽta scire licebit. Secunda, erit cõtinua odij & iræ angustia ad irascibilis tormentum. psalm. 111. Peccator videbit, & irascetur. Tertio, erit omnis suauitatis ad pœnam concupiscibilis carentia. Grego. Quæ potest esse maior miseria, quàm semper velle quod numquàm est, & semper nolle quòd semper erit? nil enim quod desiderat habebit impi°. psalm. 111. Desiderium peccatorum perhibit. Quarto, erit continuus sonitus flentium & vlulantium ad pœnam auditus. Iob. 15. Sẽper sonitus terroris in auditu eius est. Iac. 5. Agite nunc diuites, plorate, & vlulate. Quinto, erit continua ad pœnã oculorum effusio lacrymarum corpora comburentium. Luc. 5. Vę vobis qui ridetis, quia flebitis. Iob. 20. Luet quæ fecit omnia, nec tamẽ consumetur. In uitis patrũ. Oremus, filii, ante quàm veniamus ad locũ, vbi lacrymę vrent corpora nostra. Sexto, erit intolerabilis fœtor ad olfactus supplicium. Isa. 3. Erit pro suauitate odoris fœtor. Septimo, erit ad pœnam gustus, cibus & potus amarissimus. Hier. 16. Cibabo populo absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Octauus erit ignis ardentissimi & perpetui incendii. Isa. vltimo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur &c. Quomodo ergo stulti sunt qui ad tot mala perpetua obligant se pro momentaneis delectationibus? Grego. Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat.

Dominica undecima ex epistola.

NOTVM vobis facio euangelium quod prædicaui vobis &c. 1. Cor. 15. In ista epistola tria facit Apostolus. Primo, commendat suam prædicationem, ibi. Notum vobis facio euangelium. Secundo, probat Christi resurrectionem, ibi. Tradidi enim vobis. Tertio, ponit gratiæ commẽdationem, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Circa primum tria facit. Primo, commendat suam prædicationem, ibi. Annuntio vobis: euangelium dicitur bona anuntiatio, quia annuntiat bona æterna. Scẽdo, ab acceptione, ibi. Quod accepistis, idest, dignum acceptione iudicastis. Tertio, ab effectu. Ponit enim duplicem effectum. Primũ, quia per ipsum stant in bonis meritorijs, ibi. In quo & statis. Secundum, quia per ipsum digni sunt æternæ salutis habere præmia, ibi. Per quod & saluamini. Circa secundum notandum, quòd resurrectionem Christi probat sex modis. Ponit enim hic sex apparitiones, tres factæ fuerunt personis, & tres multitudini. Prima Petro. Deinde visus est & Iacob. Tertia, Paulo, ibi. Nouissime autẽ tãquàm abortiuo visus est & mihi. Quarta, vndecim discipulis, ibi. Post hæc vndecim discipulis. Quinta, quingẽtis. Deinde quingẽtis fratribus. Deinde Apostolis oĩbus. Circa tertiũ quatuor facit Apost. Primo, dicit q̃ p̃ gr̃am apostolatũ accepit, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo, quòd gratiam istam non in vãcuum accepit, ibi. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus laborauit.

De eadem epistola.

GRATIA Dei sum id quod sum, 1. Cor. 15. In istis verbis tria notantur. Primo, magna Dei liberalitas, ibi. Gratia Dei sum id quod sum. Secundo, gratiæ vtilitas, ibi. Et gratia eius in me vacua non fuit. Tertio, liberi arbitrii debilitas, ibi. Non autem ego. Circa primum notandum, quòd in tribus apparet magna Dei bonitas ad peccatores, quæ apparuit in Paulo. Primo, in magnorum peccatorum vocatione, ibi. Quia persecutus sum Ecclesiã Dei. 1. Tim. 1. Iesus Christ° venit peccatores saluos facere, quorũ primus, idest, maximus ego sum. Secundo, in abundatioris gratiæ collatione. Rom. 6. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hæc notantur, ibi. Gratia Dei sum id quod sum, tam magnus Apostolus, talis, ac tãtus. Tertio, in spiritualis familiaritatis exhibitione. Iob. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificabis, & elongabis iniquitatem a tabernaculo tuo: & post. Tũc super omnipotẽtem delitijs affluues, & eleuabis ad eum faciem tuam.

Circa secũdum notãdũ, hic multiplicem vtilitatem gratiæ. Prima est, quia mundat ab omni peccati macula. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem ipsius. Secundo, quia ab omni miseria liberat. Rom. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Tertio, quia in bono cor roborat. Heb. 10. Optimum est enim gratia stabilire cor. Quarto, mentem illuminat. Iob. 35. Super quem non fulgebit lumen illius. Quinto, mentem delectat, vnde sic describitur. Gratia est delectatio cordis. Sexto, possessorem suum lætificat. psal. 103. Vt exhilaret faciem in oleo. Vnde glosa, ibi. Gratia est quidã nitor animæ ad cõciliãdũ sanctum amorem. Septimo, ducit hoĩem ad æternæ vitæ gloriam. Rom. 6. Gratia autẽ Dei vita æterna. Circa tertium notandum, quòd in tribus apparet debilitas liberi arbitrij. Primo, quia pronum est ad male faciendum. Genes. 8. Sensus hominis & cogitatio humani cordis proni sunt in malum ab adolescentia sua. Secundo, quia non est potẽs per se ad surgendum cum ceciderit in mortale peccatum. psal. 77. Homo est spiritus vadens, & non rediẽs. Tertio, quia non est potens ad aliquod bonum faciẽdum. 2. Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Est ergo semper fugiendum ad adiutricem gratiam, quæ vltro se offert omnibus, & per quam omnia possumus, Quam Dominus det nobis &c. Amen.

De eadem ex euangelio.

DVo homines ascenderunt, Luc. 18. In isto euãgelio tria possunt notari. Primo, magna Pharisæi supbia, ibi. Pharisæ° stãs, hæc apud se orabat. Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines raptores, adulteri, iniusti &c. Secũdo, vera Publicani humilitas, ibi. Publicanus a lõge stãs &c. Tertio, magna Dei iustitia in donũ suũ, ibi. Amẽ dico vobis, descẽdit hic iustificat° ab illo. Circa primũ notãdũ, q̃ in trib° apparuit superbia Pharisęi. Primũ, q̃a simpl̃r se iustum cogitabat, ibi. Non sum sicut cæteri hoĩes. Interlinearis. Quasi solus iustus sum. Secũdo, quia cæteros despiciebat, ibi. Raptores, iniusti. glosa. Despectis omnibus appetit singulariter videri habere quod non habet. Tertio, quia bona sua arroganter iactabat, ibi. Ieiuno bis in sabbatho. Glosa. Qui ascẽdit orare, non orat, sed se laudat. Isti sunt tres actus superbię, sicut dicit glosa quæ sic incipit, Quatuor sunt timoris species &c. Circa secundum notãdũ, quòd in tribus apparuit humilitas Publicani. Primo, quia a longe tamquàm indignus ingredi templum Dei, stabat, ibi. A longe. Secundo, quia indignum se videre tẽplum iudicabat, ibi. Nolebat nec oculos ad cælũ leuare &c. Tertio, quia se peccatorem iudicabat, & asserebat, ibi. Percutiebat pectus suum dicẽs, Deus propitius esto mihi peccatori. Isti sunt tres actus humilitatis. Glosa. Sicut ibi habemus non audet, humilis appropinquare, vt Deus appropinquet ei, ecce primum: non aspicit vt aspiciatur, ecce secũdum: agnoscit, vt ipse Deus ignoscat, ecce tertium. Circa tertium notandum, quòd in tribus apparet in isto euangelio iustitia Christi. Primo, in humilis Publicani iustificatione. Secũdo, in superbi Pharisęi condẽnatione. Tertio, in omni superborum condẽnatione & humilium exaltatione. Primum, ibi. Descẽdit hic iustificatus: secundum, ibi. Ab illo. Glosa. i. prę illo, ad cõparationẽ illius, vel plusquã ille. glos. Ante ruinam exaltatur cor, quod pertinet ad pharisæum: & ante gratiam humiliatur, quod ad Publicanum. Tertium, ibi. Oĩs qui se exaltat humiliabitur glos. Posita Publicani & pharisæi controuersia, postea ponitur iudicis sentẽtia, vt caueamus superbiã, teneamus humilitatem, quæ exaltat hominem in æterna gloria. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, Ad quam nos &c.

Ad idem ex euangelio.

DEVS ppitius esto mihi peccatori, Luc. 18. Ista, est oratio peccatoris quærentis misericordiam a Deo. Primo, ponit beneuolentiæ captationem a Domino, ibi. Deus. Secundo, format suam petitionem, ibi. Propitius esto. Tertio, subiungit petitionis rationem, ibi. Mihi peccatori. Circa primum notandũ, quòd propter tria possumus firmiter sperare quòd Deus det misericordiam omnibus petentibus eũ. Primo, quia habet multũ de misericordia. Eph. 1. Deus qui diues est in misericordia. Secundo, quia propriũ est Dei misereri. Grego. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Isa. 55. Derelinquat impius viã suam &c. Tertio, quia longam habet cõsuetudinem miserendi. Ab æterno enim & vsque in æternum effundit misericordias suas super confugiẽtes ad eum. psal. 102. Misericordia Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Circa secundum notandum, quòd oratio quam formauit est multum bona propter tria. Primo, propter breuitatem. Mat. 6. Cum oratis, nolite multum loqui sicut Ethnici: putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Secundo, propter necessitatem: petitur enim hic venia quæ est omnibus necessaria. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Aug. Nil laudabile est in vita hominũ, si remota misericordia discutias eum. Tertio, propter vtilitatem impetrandi peccatorum remissionẽ, & gratiæ infusionẽ. Vnde sequitur, Descendit hic iustificat ab illo. Circa tertiũ notandum, quòd tria debet habere peccator qui vult sibi Deum habere propitiũ, quę habuit iste Publicanus. Primo, magnã cordis humilitatem & contritionem, ibi. A longe stans. psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Secundo, peccatorum suorum confessionẽ, ibi. Hæc apud se orabat. Deus propitius esto mihi peccatori Prou. 28. Qui ascondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur &c. psal. 31. Dixi cõfitebor aduersum me &c. Tertio, punitionẽ, siue satisfactionem, ibi. Percutiebat pectus suum. Augu. Pœnas de se exigebat. Matth. 3. Facite fructus dignos pænitentiæ &c.

Oĩs qui se exaltat, humiliabit. *Quære in dominica decimaoctaua post Pẽtecosten.* Sequẽs dnica debet esse hic.

Dominica duodecima ex epistola.

IDVCIAM talem habemus per Christũ ad Deũ &c. 2. Cor. 3. Apost. in ista epistola intẽdit commendare mysterium noui testamenti. Circa quod

quod tria facit. Primo, agit de ministrandi vtilitate, ibi. Fiduciam talem habemus. Secundo, de ministrorum idoneitate, ibi. Qui & idoneos nos fecit. Tertio, de rei ministrandæ vtilitate, ibi. Quòd si ministratio. Circa primum tria facit. Primo, fiduciam ministrandi non sibi attribuit, ibi. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Secũdo, dicit ꝙ non est a se, ibi. Non ꝙ sufficientes simus. Tertio, ostendit ꝙ omnis sufficientia & voluntas operis est a Deo, ibi. Sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Circa ꝓm similiter tria facit. Primo, dicit quòd Deus fecit eos ministros noui testamẽti, ibi. Quòd idoneos nos fecit ministros. Secũdo, ostendit dignitatẽ noui testamẽti, qm̃ nõ est ĩ litera occidẽte, sed in spiritu viuificãte, ibi. Non litera, sed spiritu. Tertio, ostendit ꝙ facit eos ipsos ministros noui testamenti. ſ. quia confert vitã, ibi. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Circa tertium similiter tria facit: ostẽdit. n. ꝙ res noui testamenti est dignior & vtilior propter tria. Primo, quia illa erat pars mortis, hæc est spei, ibi. Quòd si ministratio mortis &c. Secundo, quia illa damnationis, hæc iustitię, ibi. Nã si ministratio dãnationis &c. Tertio, quia illa transiens, hæc permanens, ibi. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte. Ecce propter excellentẽ gloriam. Si. n. quod euacuatur in gloria est, multo magis quod manet, in gloria est.

De eadem epistola.

FIDVCIAM talem habemus per Iesum ad Deũ, 2. Cor. 3. Apostolus tria facit in verbis istis. Primo, agit de fiducia sanctorum, ibi. Fiduciã talem habemus. Secundo, ostendit propter quod fit ei fiducia, ibi. Per Christum, Tertio, ostẽdit in quo sancti habuerunt fiduciã, ibi. Ad Deũ. Nota ꝙ duplex est fiducia. ſ. bona, & mala. Fiducia bona est sanctorũ, vel bonorum: fiducia vero mala est fiducia malorum, siue peccatorum. Fiducia bonorum, sicut colligitur ex textu, cõsistit in septem. Primo, in Dei timõre. Prou. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius. ſ. timoris, erit spes. Secũdo, in oratione. 2. Paral. 16. Inuenit fiduciam seruus tuus, vt oret te. 1. Ioan. 3. Charissimi, si cor nostrum nõ reprehẽderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quia quæ sunt placita coram eo facimus. Tertio, in sui ad Deum conseruatione. Iob. 11. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tũc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis: miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ pertransierũt nõ recordaberis, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, habebis fiduciam proposita tibi spe, & defessus securus dormies, requiesces & nõ erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam populi. Quarto, in eleemosynæ largitione. Tob. 4. Magna erit fiducia coram summo Deo eleemosyna. Quinto, in legis diuinę obseruatione. Prou. 33. Fili mi inclina aurẽ tuam, & audi verba sapiẽtium: appone autem cor ad doctrinam meã, quia pulchra erit cũ seruaueris eam in corde tuo, & redũdabit in labijs tuis, vt sit in Domino fiducia tua, scilicet non in mundo, vel in aliquo alio. Sexto, in sanguine Christi. Heb. 10. Habentes, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouam. Octauo, in die iudicij. 1. Io. 4. In hoc est perfecta charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Item fiducia malorum consistit in septem, sicut colligitur ex textu. Primo, in diuitijs. Hiere. 49. Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis. Secundo, in astutijs & malitijs. Isa. 47. Et fiduciam habuisti in malitia, & dixisti. Nõ est qui videat me. Sapiẽtia tua, & sciẽtia tua hęc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & ꝑter me nõ est altera. Tertio, in falsa potentiũ formidine. Isa. 39. Vę filij desertores: & post. Sperãtes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciã in vmbra Ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiã. Pharao, princeps sæcularis: vmbra Ægypti, potentia sęcularis. Bene autem Pharao erit vobis in confusionem, quia sæpe ą quibus speratur auxilium, interuenit nocumentum. Vmbra quoque potentię sæcularis cedit in ignominiam. Iuxta quod Isa. 43. Confundãtur omnes qui confidũt in sculptilibus. i. simulacro potentię, & potenti. Quarto, in vana carnis pulchritudine. Eze. 12. Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, exposuisti fornicationem tuam omni transeũti. Quinto, in turrium & murorum munitione. Deut. 28. Donec disperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Sexto, in dæmonũ inuocatione. Deu. 22. Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Septimo, in exteriori & apparenti conuersatione. Iob. 8. Et spes hypocritæ peribit. Non. n. placebit Deo verecundia sua, & sicut tela aranearum fiducia sua, Ab illa fiducia liberet nos Christus.

De eadem ex euangelio.

ADDVCVNT ei surdum & mutum, & deprecabantur eum vt imponat illi manum, Mar. 7. Moraliter in isto euangelio tria notãtur. Primo, ꝙ magna sit & multiplex cuiuslibet peccatoris infirmitas, ibi. Surdum & mutum. Secundo, quæ sint ad eius curationem necessaria, ibi. Et deprecabantur eum. Tertio, ꝙ multiplex sequatur ex eius curatione vtilitas, ibi. Apertę sunt aures eius. Circa primum notandum, ꝙ tres graues infirmitates incurrit quilibet peccator, quando peccat mortaliter. Primo, cæcitatem per mentis obtenebrationẽ. Sopho. 1. Ambulabunt vt cęci, qm̃ Domino peccauerũt. Ephe. 4. Tenebris obcæcatum habẽtes intellectum, alienati sunt a via Dei per ignorãtiam, quę est ĩ illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operatione immundicię omnis in auaritiam. Secundo, surditatẽ per inobedientiæ rebellionem. Isa. 33. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuntios misi? psal. 17. Furor illis ꝓm similitudinẽ serpẽtis sicut aspidis surdę & obturãtis aures suas. Tertio, mutitatem ꝑ peccatorũ suorũ occultationẽ. Isa. 56. Vniuersi canes nõ valentes latrare. Iob. 20. Cũ dulce fuerit in ore eius malũ, abscondit illud sub lingua. De his tribus, glosa istius euãgelij. Genus humanũ tãquã vnus homo varia peste assumptum ĩ protoplausto cæcatur, dũ videt cæc' fit, surdus dũ audit, obmutescit dũ loquitur. Circa ꝓm notãdũ, ꝙ duo cõcurrũt ad curationẽ istius infirmi, & significãt tria quę sunt necessaria ad curationẽ peccatoris. Primo, sanctorũ & ecclesiæ oratio, ibi. Et deprecabantur

deprecabantur. 1. Ioan 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat pro eo, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Secundo, donorum & gratię Spiritussancti susceptio, ibi. Misit digitos in aures eius. Glosa. Digitos in auriculam mittit, cum per Spiritũsanctum aures cordis ad intelligẽda & suscipienda verba salutis aperit. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu. Tertio, pænitentiæ operatio, quæ consistit in tribus. Primo, in cordis dolore, ibi. Suspiciens in cælum, ingemuit. Interlinearis. Gemere nos docuit pro nostris, vel nostrorũ reatibus supplicãtes. ps. 6. Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lacrymis meis stratũ meũ rigabo. Secũdo, in oris cõfessione, ibi. Et solutum est vinculum linguæ eius. Vinculum linguæ soluitur peccatoris, cum peccatũ cõfitetur. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Tertio, in mandatorum Dei & sacerdotis adimpletione, ibi. Et apertæ sunt aures eius. Aures peccatoris aperiuntur cum præcepta Dei & sacerdotis adimplendo & satisfaciendo obedit. Heb. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Circa tertiũ notandum, quòd triplex vtilitas sequitur ex cõuersione peccatoris. Prima est, quia ab omni infirmitate liberatur spirituali, ibi. Solutum est vinculũ linguæ eius, & loquebatur recte. Hiere. 3. Cõuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Secũda est, quia Deus inde laudat, ibi. Tanto magis plus prędicabant. psal. 50. Libera me de sanguinibus De' Deus salutis meæ. Tertia, quia Dei potẽtia & bonitas declaratur, ibi. Bene omnia fecit: surdos fecit audire &c.

Dominica decimatertia ex epistola.

ABRAHAE dictæ sunt promissiones, & semini eius, Gal. 3. In verbis istis ostenditur quòd illis fiunt promissiones cælestes, qui Abraham student pro viribus imitari. Leguntur autem septem de Abraham, in quibus debet eum christianus quilibet imitari. Primo, in fidei constãtia. Ro. 4. Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim opportet accedẽtem ad Deum, quia est, & ꝙ inquirẽtibus se, remunerator est. Secũdo, in perfecta obedientia. Gen. 33. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meæ. Deu. 3. Numquid Dominus Deus tuus requiret a te, nisi vt obedias ei ex toto corde tuo? Tertio, in despectu patriæ. Quarto, in contemptu prosapiæ. De his duobus, Gen. 12. Dixit Dominus ad Abraham. Egredere de terra, & de cognatione tua, & veni in terram quam mostrauero tibi. Quinto, in hospitalitate & misericordia. Gen. 18. Domine, si inueni gratiã ĩ oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pusillum aquæ, & lauẽtur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponam buccellam panis, & cõfortate cor vestrum, postea transibitis. Heb. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidam placerunt Deo. Sexto, in humilitate. Gen. 18. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. Verba Abrahæ ad Dominum. Mat. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Septimo, ĩ Dei timore. Gene. 33. Nõ extẽdas manum tuam super puerum, neque facias illi quicq̃: nunc cognoui ꝙ timeas Dominum, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Et quid Dominus Deus tuus requirit a te, nisi vt timeas Dominum ex toto corde tuo? Deuter. 3. In his monet nos imitari Abraham Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. His qui sic ĩ his imitant' Abrahã facit Domin' septẽ magnas promissiones, quas fecit Abrahæ. Primo, promissit ei ꝙ suam benedictionem sibi daret. Secundo, ꝙ ipsum magnificaret. Tertio, ꝙ eius inimicos humiliaret. Quarto, ꝙ eum in omnibus gentibus honoraret. De his quatuor, Gen. 12. Benedicam tibi, ecce primum: magnificabo nomen tuũ, ecce ꝓm: maledicam maledicentibus tibi, ecce tertium: atque in te benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ, ecce quartum. Quinto, ꝙ eũ in omnibus protegeret. Sexto, ꝙ se ei in mercedem tribueret. De his duobus. Gen. 15. Factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens. Noli timere Abrahã, ego protector tuus sum, ecce primum: & merces tua magna, ecce ꝓm. Septimo, ꝙ ei terram fluentẽ melle & lacte daret. Gen. 13. dixit Dominus ad Abrahã. Leua oculos tuos a loco in quo nunc es ad aquilonẽ, & meridiem, & ad orientem: omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Hęc septem bona fecit Dominus his qui imitãtur Abraham. Primo, eos benedicit. Ephe. 1. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Secundo, eos magnificat. Rom. 7. Quos autem vocauit, illos & magnificauit. Tertio, inimicos eorum humiliat. psal. 37. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam. Quarto, eos protegit. psal. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum quoniã cognouit nomen meum. Quinto, honorat. psal. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Sexto, se eis dat ipse Deus in præmium, qui erit omnia in omnibus, qui erit salus & vita, honor, gloria, pax, gaudiũ, & omnia bona. Septimo, dat eis terram fluẽtem lacte & melle, idest, regnum cęlorum, gaudium humanitatis & diuinitatis lætificãs. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, Ad quod nos perducat, Amen.

De eadem ex euangelio.

HOMO quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam eum despoliauerũt, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, Luc. 10. In ista parabola tria sunt. Primo, multiplex peccatorũ miseria, ibi. Homo quidã, descendebat ab Hierusalẽ. Secundo, ostenditur multiplex Christi ad peccatorem misericordia, ibi. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus viam, & vidẽs eum misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum, & imponẽs illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Tertio, datur nobis imitandi regula, ibi. Vade & tu fac similiter. Circa primum nota, quòd quatuor miserias incurrunt homines cum peccant. Primo, cælesti gloria priuantur, ibi. Descẽdebat ab Hierusalem &c. glosa. Homo ille cælestis Hierusalem præuaricationis prolaptione ad miserias & defectum huius erumnosæ & mutabilis vitæ descendit. Isa. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Secundo, dæmonibus subiugantur, ibi. Incidit in latrones. gl. In potestate dęmoniorũ. 2. Tim. 2. Ne quando det illis Deus pænitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo ca-

quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Tertio, bonis gratuitis expoliant, ibi Qui expoliauerũt eum. Glo. Induméta gratiæ spiritualis aufert. Sap. 1. In maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quarto, in bonis naturalibus vulnerãtur, ibi. Vulnerauerunt, vulnera inferunt, idest, peccata, quibus integritas humanę naturæ violatur. Aug. Si naturæ bonæ non essent, eis vitia non nocerent: nunc autem eis quid faciunt nisi adimere integritatem, pulchritudinem, & virtutem, & salutem. Circa f̃m notandum, ꝙ quatuor misericordiæ Christi hic ponuntur, quas fecit peccatoribus. Prima, fuit humanę naturæ susceptio, ibi. Samaritanus quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. glosa Samaritanus Christus est, qui propter nos homo factus est, vitæ præsentis iter arripuit. Secundo, sacramentorum ad salutem peccatorum institutio, ibi. Alligauit vulnera eius. glosa. in baptismo. psal. 146. Qui sanat cõtritos corde, & alligat contritiones eorum. Tertio, gratiæ Spiritussancti infusio, ibi. Infudit oleum. glo. idest, charisma Spiritussancti. Ioan. Paraclitus autẽ Spiritussanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quęcumque dixero vobis. Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiã pro gratia, quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quarto, amaritudinẽ pro peccatoribus passionis tolerando, ibi. Imponens eum in iumentum suum. glosa. Iumentum caro sua est, in qua ponit sauciatum, quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Circa tertium notandum, quòd quatuor misericordias debemus pænitentibus exhibere. Primo, supportationẽ. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Secundo, oratione. 1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccãti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Iacobi. 5. Orate pro inuicẽ vt saluemini. Tertio, in instructione. Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Iacobi. 5. Fratres mei, siquis ex vobis errauerit a veritate, & cõuerterit quis eum, scire debet quoniam qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, saluabit aĩam eius a morte, & operiet multitudinẽ pctõrũ. Mat. 13. Si peccauerit ĩ te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum &c. Quarto, veniæ donatione. Mat. 18. Accedẽs Petrus ad Dñm dixit. Si peccauerit ĩ me frater meus, dimittam ei vsque septies? dixit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies. Eccl. 8. Non spernas hominem. Interlinearis, scilicet pęnitentẽ auertentem se a peccato, neque improperes ei. Memento quoniam in corruptione omnes sumus.

Dominica decimaquarta ex epistola.

SPIRITV ambulate, & desideria carnis non perficietis, Gal. 5. Tria facit Apostolus in verbis istis. Primo, inuitat nos ad ambulandum, ibi. Ambulate. Secundo, ostẽdit modum ambulandi, ibi. Spiritu. Tertio, ostendit vtilitatem, ibi. Et desideria carnis non perficietis. *Quære in secũda dominica & in tertia Quadragesimæ.*

De eadem epistola.

FRVCTVS autem spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia &c. Gal. 5. Duo facit Apostol⁹ ĩ ista epistola. Primo, dicit ꝙ est fugiendum malum carnis, ibi. Desideria carnis non perficietis: caro. n. concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Secundo, dicit ꝙ est sequenda via spiritus, ibi. Quod si spiritu ducimini. Circa primum tria facit. Primo, dicit ꝙ malum carnis est fugiendum. Secũdo, ostendit quomodo est fugiendum, quia per viam spirit⁹, ibi. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Tertio, probat ꝙ qui sequitur viam spiritus, fugit malũ carnis, ibi. Si spiritu ducimini. Circa f̃m similiter tria facit, probat. n. ꝙ sequendus est spiritus propter tria. Primo, quia a lege liberat, ibi. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. Secundo, quia ex carne sequunt multa mala: & ponit decẽ & septẽ mala, ibi. Manifesta sũt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, ęmulationes, iræ, rixę, dissensiones, sectæ, inuidię, homicidia, ebrietates, cõmessationes, & his similia, quæ prędico vobis sicut p̃dixi: qm̃ q̃ talia agũt, regnũ Dei nõ consequentur. Tertio, quia ex spiritu sequũtur multa bona, ponit duodecim bona, ibi. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas: aduersus hmõi non est lex. Circa istud vltimum notandũ, ꝙ Dominus dat iustis suis virtutes, dona, beatitudines, & fructus spiritus. Virtutes vt bene agant, dona vt agãt expedite, beatitudines vt agant iucũde. Dicũtur aut ista fructus, quia reficiunt hominem exterius & interius. Ad sensus pertinent tres, castitas ad tactum, continẽtia ad gustum, modestia ad cæteros sensus. Ad concupiscibilem, pertinẽt tres. Ptimo, charitas ad Deum: secundo, pax ad proximum: tertio, gaudium in seipso. Ad irascibilem duo, patientia, quę facit aduersa delectabiliter tolerare: & longanimitas, quæ facit in bono delectabiliter persuerare. Alij quatuor fructus sunt in rationali. Cõsideratur. n. rõnalis dupliciter, ꝙ est regitiua virium, & sic tripliciter: vel prout regit se ipsam, & sic habet bonitatem, quæ est dulcedo mentis: vel prout regit concupiscibilem ad proximum, & sic habet benignitatem, quæ est largitas: vel prout regit irascibilem, & sic habet mansuetudinem: vel prout est ductiua ad fidem, & sic habet fidem.

De eadem.

FRVCTVS autem sunt charitas, gaudium, pax, patiẽtia &c. Gal. 5. Quilibet homo debet habere istos fruct⁹ maxime ꝙ ppter tria. Primo, propter necessitatẽ. Mat. 5. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Secundo, propter delectabilitatem, quia mẽtẽ ineffabili dulcedine reficiunt. Cant. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Tertio, propter vtilitatem, quia multas vtilitates conferunt. Primus fructus habet tres mirabiles virtutes. Prima est, quia homo qui comedit ipsum, inexpugnabilis efficit. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an plecutio, an gladius? sicut scriptum est, Quoniã propter te mortificamur tota die exstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his omnibus superamus propter illũ qui dilexit nos. Secundo, quia omnia bona & mala prosunt ei, qui isto fructu reficitur. Rom. 8. Scimus qm̃ diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui f̃m propositum vocati sunt sancti. glosa, bona & mala. Tertio, quia qui comedit talem fructum, in æternum non morietur. 1. Corin. 13. Charitas numquam excidit. Secũdus fructus habet similiter tres magnas virtutes. Primo, quia esus huius fructus fortes facit homines ad vincẽdũ omnes dæmones. B. Antonius. Vnica est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis. Secundo, quia facit homines semper viuere. Eccle. 30. Iucunditas cordis hæc est, vita hominis. Tertio, quia ducit comedentes ad gloriã cælestis regni. Rom. 14. Regnum Dei nõ est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiũ in Spiritusancto: qui. n. in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hoĩbus. Tertius fructus similiter habet tres magnas virtutes. Prima, quia hominem ab omnibus malis protegit. Philip. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro Secundo, quia filiũ Dei efficit. Mat. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Tertio, quia in loco vbi est iste fructus, Deus libẽter in habitat & quiescit. psal. 75. In pace factus est locus eius. Quartus fructus habet similiter tres magnas virtutes. Prima est, quia esus eius dat homini sapientiam. Prou. 18. Qui patiens est, multa gubernat⁹ prouidentia. s. futurorum. Ista dictio, multa, est accusatiuus pluralis, vel ablatiu⁹ singularis. Secundo, quia animam hominis conseruat. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tertia ẽ, quia facit amara dulcia, tãta est dulcedo eius. Iac. . Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes ꝙ probatio fidei vestrę patientiam operatur: patiẽtia autem opus perfectum habet.

De eadem ex euangelio.

CCVRRERVNT ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, Luc. 17. Moraliter in isto euangelio tria notantur. Primo, peccatorum multiplicitas, ibi. Ecce decem viri leprosi. Secũdo, curationis remedia, ibi. Occurerunt ei. Tertio, quæ sint curatis a peccatis remedia necessaria, ibi. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mũdatus est. Circa primum notandum, ꝙ decem leprosi possunt significare decẽ genera peccatorum. Primus leprosus est ĩfidelis, & hęreticus, qui a consortio fideliũ separatur, & sanctorũ. Numeri. 5. Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum: & post. Fecerunt filij Israel, & eiecerunt extra castra oẽs, sicut locutus est Dñs Moysi. Secũdus est blasphemator & detractor. Numeri. 10. Locuta est Maria & Aarõ contra Moysen propter vxorem eius æthiopissam, & dixerunt. Numquid propter solum Moysen locutus est? quod cum audisset Dñs, iratus est valde: & post dixit ad eos. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? & post. Ecce Maria apparuit cãdes lepra quasi nix. Tertius gulosus, qui supra aerem fœtidis eructationibus ex repletione nimia procedẽtibus inficit. Leui. 12. Quicumque maculatus fuerit lepra, habebit os veste contectum, contaminatum ac sordidũ se clamabit. Quartus est auarus, qui immoderato habendi desiderio semper flat; hæc est lepra Giezi. 4. Reg. 5. Nunc ergo accepisti argẽtum, accepisti vestes, vt emas oliueta, oues & boues, seruos & ancillas &c. lepra Naamam adhęrebit tibi. Quintus est superbus, qui per tumorem mentis contra Dñm & Christũ se eleuat, & hæc est lepra Naamam regis Syriæ, & erat diues valde, & forris, sed leprosus. Sextus est ambitiosus, qui honores & dignitates desiderat: hæc est lepra Ezechiæ, qui ambiit honorem summi sacerdotij. Parali. 32. Eleuatum est cor eius, ingressus est templum, uoluit adolere incẽsum: & post. Et statim orta est lepra in frõte eius. Septimus est hypocrita, vel vanagloriosus, qui bona sua inaniter iactat Hic est leprosus Simonis pharisæi. Mat. 26. Cum autẽ esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habẽs alabastrum vnguẽti pretiosi, & effudit sup caput ei⁹ recũbẽtis. Octauus leprosus est luxuriosus, qui fluxu immũditiæ suæ creaturas cõtaminat Leu. 33. Hõ de semine Aarõ, qui fuerit leprosus, vel patiẽs fluxũ sanguinis, nõ vescet de his q̃ sanctificata sunt mihi, donec sanet. Nonus est homicida. Hæc est lepra Ioab, quam imprecat⁹ est ei Dauid, quia occiderat Abner. 2. Regum. 3. Non deficiet de domo Ioab homo leprosus tenens fusum. Decim⁹ est ostinatus & desperatus, qui finaliter peccat. Leuit. 13. Lepra perseuerantis est in eodem, cumque color albus fuerit incute, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit lepra vetustissima iudicabit. Hier. Qui veniam de peccato desperat, plus se de desperatione q̃ commisso scelere obligat. Desperatio auget peccatum, & est maior oĩ peccato. Qui ab istis lepris vult curari, currat ad piscinam sanguinis innocentis, quam fecit nobis ineffabili charitate Dñs Iesus Christus, mundauit nos in ea, & mundabit omnes confugientes ad se a lepris omniũ peccatorũ. Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Dominica decimaquinta ex epistola.

NON efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ inuidentes, inuicẽ prouocantes, Gal. 6. Duo facit Apostolus in ista epistola. Primo, monet vt malũ vitem⁹, ibi. Nõ efficiamur inanis glię cupidi. Secũdo, vt bonũ operemur, ibi. Si p̃occupatus fuerit hõ ĩ aliquo delicto, vos qui spirituales estis, ĩstruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Circa primũ tria facit. Primo, monet vt declinemus a malo vanitatis, ibi. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Secundo, vt vitemus iniuriam proximi in dictis & factis, ibi. Inuicem prouocãtes. Circa f̃m docet triplex facere bonum. Primo, docet a bono quod debet prælatus subditis, ibi. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Secũdo, de bono quod debent subditi prælatis, ibi. Cõmunicet autem his qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Tertio, de bono quod debent omnes ad inuicem, ibi. Bonum autẽ facientes &c. Circa primum tria facit. Primo, monet vt prælati peccatores in mansuetudine instruant, ibi. Si præoccupatus fuerit homo &c. Secundo, vt supportent eorum onera, ibi. Alter alterius onera portate. Tertio, quare hoc facere debent. s. aliorũ onera portare, ibi. Et sic adimplebitis legem Christi. Circa f̃m facit similiter tria. Primo, dicit ꝙ debent subditi prælatis ministrare temporalia, ibi. Cõmunicet autẽ. Secũdo, ꝙ nõ debẽt se excusare aliqua fallacia, ibi. Nolite errare, Deus nõ irridetur. Tertio, probatur ꝙ hoc facere debent, ibi. Quæ. n. seminauerit homo, hæc & metet. Circa tertiũ similiter tria facit. Primo, dicit ꝙ debemus benefacere, ibi. Benefacientes autem non deficiamus. Secundo, probat ꝙ hoc debemus, ibi. Tẽpore. n. suo metemus non deficientes. Tertio, ostẽdit quòd

quòd bonum facere debemus.ſ. anteq̃ tranſeat tempus benefacendi, ibi. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

De eadem epiſtola.

BONVM autem facientes non deficiamus, Gal. 6. Tria facit Apoſtolus in verbis iſtis. Primo, monet vt bonum faciamus, ibi. Bonum autem facientes. Secundo, vt a bono opere non deficiamus, ibi. Nõ deficiẽtes. Tertio, ponit præmiũ, ibi. Tempore.n. ſuo metemus. Circa primum ſciendũ, ꝙ debemus bonũ facere maxime pp tria. Primo, quia omnia naturaliter docẽt nos benefacere, & hoc tripliciter. Primo, quia omnia bona sũt. Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Satis poſſunt erubeſcere peccatores in tanta multitudine creaturarum, quæ omnes bonæ ſunt, & ipſi mali ſunt. Secundo, quia omnia naturaliter bonum faciũt: quælibet.n. creatura dat ſeipſam, quod eſt inditium bonitatis earum & creatoris. Dionyſius. Deus eſt bonum effuſiuum ſui. Aug. Magnum eſt iudicium bonitatis diuinæ, ꝙ quælibet creatura cogit dare ſeipſam. Tertio, quia omnia naturaliter appetũt bonum, & ad bonum tendunt. Philoſophus. Bonum eſt quod ab omnibus deſideratur. Circa ſm docet ꝙ tria ſunt quę maxime faciunt hominem perſeuerare in bono. Primo, aſſidua & deuota oratio, qua homo implorat Dei auxilium ne in tẽtationibus ſuccũbat. Luc. 20. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Secundo, continuus timor: ſtatĩ. n. vt homo ſecurus fit, a bona operõne deficit. Ecc. 27. Si nõ timore Dñi tenueris te inſtãter, cito ſubuertet dom⁹ tua. Interlinearis. Timor Dñi cuſtodia vitæ: cito.i. ex improuiſo: ſubuertet domus tua.ſ. terrenũ ĩhabitaculũ, vel ſpes terrenorũ. Tertio, venialiũ vitatio, q̃ ſunt occaſio ad mortale, & frequẽter ſubruunt ædificium bonorum operum. Aug. Vitaſti grãdia, caue ne obruaris arena. Ecc. 19. Qui minima negligit, paulatim defluit. Circa tertium notãdum, ꝙ tria facit Apoſtolus. Primo, ponit recipiendi præmium congruentiã, ibi. Tempore.n. ſuo. glo. hoc eſt tempore congruo, vel conuenienti: tempus congruum erit dies iudicij, in quo recipiet vnuſquiſque quod geſſit. Vnde in pſal. 74. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Secundo, ponit præmij copioſitatem, ibi. Metemus. In meſſione abũdãtia notatur. pſal. 125. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. 2. Cor. 19. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictione & metet vitã æternã. Matth. 5. Merces veſtra copioſa eſt ĩ cælis. Tertio, ponit præmij æternitatem, ibi. Non deficientes. Ioan. 15. Et gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis. Mat. 25. Ibunt hij in ſuppliciũ æternũ: iuſti aũt in vitã æternã.

De eadem ex euangelio.

NEMO poteſt duobus dominis ſeruire, Mat. 6. Dñs Ieſus Chriſtus in verbis iſtis oſtendit ꝙ ſoli Deo ſeruiendum eſt, & non alteri contraria Deo pręcipiẽti, vel ſeruire Deo impedienti. Mat. 4. Dñm Deũ tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Debemus autẽ illi ſeruire propter quinque. Primo, propter cõgruitatẽ. Omnia.n. ſeruiunt ei: vnde ſatis incongruũ eſt ꝙ homo ſeruiat ei. pſ. 118. Qm̃ oĩa ſeruiũt tibi, ordinatione tua pſeuerat dies. Seruiũt aũt ei omnia tripliciter. Primo, præcepta ſibi a creatore data adimplendo. pſal. 148. Satuit ea in æternum, & in ſæculũ ſæculi: pręceptum poſuit, & non præteribit. Secundo, rebelles creatori puniendo. Tertio, amicis eius benefaciẽdo. De his duob⁹, Sap. 16. Creatura tibi factori deſeruiẽs exardeſcit in tormẽtum aduerſus iniuſtos, & leuior fit ad benefaciendũ pro his qui in te confidunt. Secũdo, debem⁹ ſoli Deo ſeruire, quia ipſe ſolus habet in nobis veri Dñi proprietatẽ. pſal. 115. Ego ſeruus tu⁹ & filius ancillæ tuæ. Poſſidet autẽ in nobis Dñiũ triplici iure. Primo, iure creationis. pſal. 4. Scitote qm̃ Dñs ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Secũdo, emptionis. 1. Petri. 1. Scientes qm̃ non corruptibilibus auro, vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. 2. Cor. 6. Empti.n. iſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpe veſtro. Tertio, vitæ educanis. pſal. 135. Qui dat eſcam omni carni. Tertio, debemus ſoli Deo ſeruire propter ſeruiendi ſibi dignitatẽ: confert.n. triplicem magnam vtilitatem ſeruienti ſibi. Primo, militiã triumphalem. 2. Tim. 2. Labora vt bonus miles Chriſti. Iob. 25. Numquid eſt numerus militum eius? Secundo, dignitatem ſacerdotalẽ. Tertio, maieſtatem regalem. De his duobus Apo. 5. Fecit nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſe gl oria & imperium in ſęcula ſęculorum, Amen. 2. Pet. 2. Vos aũt genus electum, regale ſacerdotium, gẽs ſancta, populus acquiſitionis. Nam ſeruire Deo
H regnare eſt. Quarto, debemus ei ſeruire ꝓpter neceſſitatem: imminet autem nobis triplex neceſſitas ſeruiẽdi Deo. Primo, quia qui noluerit ſeruire Deo, ſeruiet ſuorum hoſtium ſubijcietur. Secũdo, bonorum omnium penuriam patietur. Tertio, quia ſub multiplici miſeria penitus cõteretur. De his tribus, Deu. 38. Eo ꝙ non ſeruieris Dño tuo in gaudio cordiſque lætitia propter rerum abũdantiã, ſeruies inimico tuo quem immittet Dñs tibi, ecce primũ: in fame & ſiti, & nuditate, & omniũ penuria bonorũ, ecce ſm: & ĩponet iugum ferreũ ſuper ceruicẽ tuã donec cõterat, ecce tertiũ. Quinto, propter vtilitatem debemus ſeruire Deo: conſequitur.n. multas vtilitates homo de
I ſeruitio Dei. Sed hic notantur tres. Prima eſt ab omnibus inimicis liberatio. 3. Regum. 7. Seruite illi ſoli, & liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum. Secunda, ineffabilis cordis exultatio. pſal. 99. Seruite Dño in lætitia. Tertia, æterna in omnium delitiarum fruitio Iſa. 65. Ecce ſerui mei comedent, & vos exurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis: ecce ſerui mei lætabuntur, & vos cõfundemini. Ioan. 12. Volo pr̃ vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter me⁹. Fuit.n. Ieſus in dextris patris, hoc eſt, in potioribus bonis patris, & ibi ponet eos qui ſibi ſeruiũt. Mat. 24. Beatus ille ſeruus, quẽ cum venerit Dñs, & inuenerit ſic faciẽtem, Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Mat. 25. Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui, Ad quod gaudium &c.

Dominica decimaſexta ex epiſtola.

VT poſſitis comprehendere cũ omnibus ſanctis quę ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, Eph. 4. In iſtis verbis notantur quatuor, quę ſunt nobis neceſſaria ad ſalutẽ. Primo, charitas, qua amicos & inimicos diligamus, ibi. Quæ ſit latitudo. Gloſſa.i. quanta debet eſſe latitudo charitatis, quæ debet vſque ad inimicos extendi. Secundo,

cundo perſeuerantia, ut in charitate finaliter perſiſtamus, ibi. Lõgitudo. gl. quæ ſit longitudo charitatis. ſ. perſeuerandi longitudo. Tertio intentio recta, vt ſolũ Dominum noſtrarum actionum præmium præponamus, ibi. Sublimitas: hæc eſt quę cor ſurſum erigit, vt Deus in præmium expectetur. Quarto humilitas, vt in his omnibus per ſuperbiam non euaneſcamus, ibi. Profundum: eſt enim humilitas quæ hominem ponit in imo, quo ad hominem, ſed in ſummo quo ad Deũ. Luc. 18. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Circa primum notandum, ꝙ propter tria maxime debemus diligere inimicos. Primo, propter præceptum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro perſequentibus & calũniãtibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt. Secundo, propter Dei exemplum. Rom. 5. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: & paulo poſt. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Tertio, propter commodum noſtrũ. Facit enim charitas inimicorum filios ſummi Dei. Matth. 5. Orate pro perſequentibus vos &c. Circa ſecundum notandum, ꝙ propter tria debemus in bono pſeuerare. Primo, propter vitandum vituperium. Valde.n. vituperabile eſt incipere, & nõ perſeuerare. Luc. 13. Quis ex vobis volens ædificare turrim, nõ prius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiendum, ne
C poſtquàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit conſummare. Secundo, propter vitandũ ſupplicium: maius enim ſupplicium meretur qui guſtauit quàm dulce eſt bene operari, & non perſeuerauit. 2. Petr. 2. Melius illis erat non cognoſcere viam iuſtitię, quàm poſt cognitam retrorſum reuerti. Cõtingit.n. illis illud verum prouerbiũ. Canis reuerſus ad vouitũ: & ſus lota in uolutabro luti. Tertio, propter præmiũ aquirendum: ſola enim perſeuerantia meretur præmiũ. Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Circa tertium notãdum, ꝙ debemus ſolũ Deũ expectare præmiũ pp tria. Primo, quia ipſe ſolus eſt verũ præmiũ. Gen. 15. Protector tu⁹ & merces tua magna nimis. Aug. Pręmium erit omnia ĩ oĩbus, quia erit nobis vita & ſalus, virtus & copia, honor & gloria, pax & gaudiũ, & oĩa bona. Tertio, quia erit præmiũ æternũ. Ioan. 17. Hæc eſt vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolũ verũ Deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Circa quartũ notandum, ꝙ humilitas tribus modis conſeruat hominẽ in bono. Primo, ab inimicis defendendo. pſal. 14. Cuſtodiens paruulos Dominus, humiliatus ſum, & liberauit me. Secundo, augumenta gratiæ promerendo. Iaco. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. Tertio, vſque ad æternam
E gloriã perducendo. Pro. 39. Humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria, Ad quã nos perducat &c.

Dominica decimaſeptima ex epiſtola.

SOLLICITI ſeruare vnitatẽ ſpiritus ĩ vinculo pacis, Eph. 5 Nota quòd tria facit hic Apoſtolus in verbis iſtis, Primo, monet vt eruemus vnitatem, ibi. Seruare vnitatem. Secundo, ponit modum conſeruationis, ibi. In vinculo pacis. Tertio, monet ad ſollicitudinem habẽdã in vtroque, ibi. Solliciti. Circa primũ notãdũ, ꝙ triplex vnitas
A eſt nobis neceſſaria. Prima, vnitas intellectuũ per fidei indemptitatem. Secunda, vnitas affectuum per recta cõcordiæ uolũtatẽ. De his duobus, Philip. 2. Idẽ ſapiatis, quãtũ ad primũ: eadẽ charitatẽ habẽtes, vnanimes, idipſum ſentiẽtes, quãtum ad ſm. Tertia, vnitas cõuerſationis per vniformẽ morũ honeſtatẽ. pſal. 67. Deus qui in habitare facis vnanimes ĩ domo. De his tribus Actuũ. 4. Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ, quo ad vnitatẽ fidei: & anima vna, quo ad vnitatem volũtatis: & erant illis omnia cõmunia, quo ad vnitatẽ morũ. Circa ſm notãdũ, ꝙ triplici vinculo debẽt ligari ſancti. Primo, vinculo ſapiẽtiæ. Eccle. 6. Subijce humerum tuũ.i. actus tuos ſuppone magiſte
B rio illius.ſ. ſapiẽtiæ, & porta illã, & ne accidieris ĩ vinculis illius.ſ. tędioſe & grauiter ferẽs. Secundo, vinculo dilectionis. Colo. 3. Super oĩa aũt habete charitatẽ, qd̃ eſt vinculũ perfectionis. Tertio, vinculo pacis, ut hic. In vinculo pacis. Circa tertiũ notandũ, ꝙ qui volũt ſeruare vnitatẽ, quinque debẽt habere quæ Apoſtolus commemorat in epiſtola iſta. Primo, humilitatẽ ne alter alteri ſe præponat, quod eſt cauſa diſcordiæ. Prou. 32. Inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt. ſ. diſſenſiones, ibi. Cũ omni humilitate. Secũdo, debẽt habere mãſuetudinẽ, ne alicui iniuriã faciãt, quod eſt ſimiliter cauſa diſſenſionis. Tit. 3. Omnẽ oſtendentes mãſuetudinẽ ad oẽs homines. Tertio, patiẽtiã vt illatas iniuris patiẽter ſuſtineãt, & per patientiã fratrẽ reuocẽt ad cõcordiã, ibi. Cũ patiẽtia. 1. Theſſ. 5. Patiẽtes
C eſtote ad oẽs, videte nequis malũ pro malo alicui reddat: ſed ſemp quod bonũ eſt ſectamini adinuicẽ, & in oẽs. Quarto, neceſſe eſt vt mores graues ſociorũ ſupportare ſciãt, ibi. Supportãtes inuicẽ. Gal. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Quinto, debẽt habere charitatẽ, per quam inuicẽ ſibi ſeruiãt: mutua.n. ſeruitia nutritiua ſunt charitatis in charitate. Gal. 5. Per charitatẽ.n. ſpiritus ſeruite inuicẽ. Oĩs.n. lex in vno ſermone impletur, Dilige proximũ tuũ ſicut te ipſum, quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem conſumamini.

De eadem ex euangelio.

D YDROPICVS quidam ſtabat ante illũ, Luc. 14. Tria notantur moraliter. Circa miraculũ de curatione iſtius hydropici. Primo, notatur magna peccatoris infirmitas, ibi. Hydropicus. Secundo, magna Dei clemẽtia, ibi. Et ſanauit eum. Tertio, magna ipſius ſapientia, ibi Cuius veſtrũ bos, aut aſinus in foueã cadit, & nõ cõtinuo extrahet illũ die ſabbathi? Et nõ poterãt ad hæc reſpõdere illi. Sapiẽti.n. argumẽto cõfundit verſutiã Phariſæorum. Circa primũ notãdũ, ꝙ per hydropiſim ſignificãtur tria vitia, q̃ ſunt origines omniũ vitiorũ. Primo, quia hydropiſis eſt morbus aquoſus, q̃ ſignificat luxuriã. Gen. 4. Effuſus es ſicut aqua: nõ creſcas, quia aſcẽdiſti cubile patris tui. Secundo, quia naſcitur ex vitio
E ueſicæ cum inflatione turgente, & per hoc ſignificat ſuperbiã, quę procedẽs ex uanitate cordis, facit hominẽ inflari innaniter. 1. Cor. 5. Et uos infiati eſtis. Tertio, quia facit hoĩem quãto plus bibit, tãto plus ſitire, & per hoc ſignificat auaritiã. Eccle. 5. Auarus non impletur pecunia. 1 Ioan. 3. Omne quod eſt in mũdo aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut cõcupiſcẽtia oculorũ, aut ſuperbia uitæ. Circa ſm notandũ, ꝙ Dñs ſanauit iſtos tres languores, & ſanat triplici remedio. Primo, morbũ luxuriæ ſanat remedio puritatis. Mat. 5. Beati mũdo corde, qm̃ ipſi Deũ uidebunt. Secũdo, morbum

morbũ ſuperbię remedio humilitatis. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Tertio, morbum auaritiæ ſanat remedio voluntarię paupertatis. Luc. 6 Beati pauperes ſpũ, qm̃ ipſorũ ē regnũ cęlorũ.

Circa tertium notandũ, ꝙ in tribus apparuit ſapiẽtia Chriſti in iſto euangelio. Primo, quia conuenienti argumento reſpondit, qd̃ pertinet ad logicã, ibi. Cũ ius veſtrum aſinus. Secũdo, quia mores naturales inſtruxit, quod pertinet ad ethicã, ibi. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, ne recumbans in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus. Tertio, quia bona opera pro regno cæli facere docuit, qd̃ pertinet ad metaphyſicã, ſiue theoricã. Dicebat aũt & ei qui ſe inuitauerat. G Cũ facis prãdiũ, aut cęnam, noli vocare amicos tuos, nec frres tuos, nec cognatos, nec vicinos diuites &c.

De eodem.

OMNIS qui ſe exaltat, humiliabit: & qui ſe humiliat, exaltabit. Quatuor facit Dns in verbis iſtis. Primo, hortat vt ſuperbię vitiũ caueamus, ibi Oĩs qui ſe exaltat. Secundo, ſubiungit pœnã ſuperbientiũ, ibi. Humiliabit. Tertio, hortat ad humilitatis meritũ, ibi. Qui ſe humiliat. Circa primũ notãdũ, ꝙ tribus modis exaltant ſe peruerſe ſuperbi. Primo, contra Deum ſe ſtulte erigendo. Iob. 15. Currit aduerſus dominum extento collo, & pingui ceruice armatus eſt, & operuit faciẽ eius craſſitudo, & de lateribus eius a ruina deſcendit: & in eodẽ. Quid tumet contra Deum ſpũs tuus, vt proferas de corde tuo huiuſcemodi ſermones? pſ. 73. Superbia eorũ qui te oderũt aſcẽdit ſemp. Secundo, inaniter ſibi placendo. Aug De ciui. Dei. 14 lib. c. 13. Relicto itaq; Deo eſſe in ſemetipſo, hoc eſt ſibi placere, non iam nihil eſſe eſt, ſed nihilo propinquare: vnde ſuperbi ſm ſcripturas ſanctas alio noĩe appellantur, ſibi placentes. Tertio, arroganter ſe alijs præferendo. pſal. 23. Dũ ſuperbit impius, incenditur pauper. Aug. Quid eſt ſuperbia, niſi peruerſæ celſitudinis appetit'. De his tribus, Iob. 15. Quid te eleuat cor tuum? te erigendo, ecce primum: & quaſi magna cogitans, tibi placens? ecce ſm: attonitos habes oculos, ecce tertiũ. Circa ſm notandũ, ꝙ tripliciter ſupbi humiliabunt. Primo, qa a ſuperbia deijcient. pſa. 73. Superbia eorũ qui te oderunt, aſcendit ſemper. Secũdo, quia coram oĩbus creaturis confundent. Oſee. 4. Gloriã eorũ ĩ ignominiã cõmutabo. Idẽ. 17. Dñe, oẽs qui te derelinquũt, cõfundent. Hier. 20. Confundent vehementer qui non intellexerunt opprobrium ſempiternũ, qd̃ nũquã delebitur. Et Oſee. 10. Cõfuſiõ Efraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua. Tertio, quia æternaliter punient. Apo. 18. Quantũ glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentũ. Per glorificationẽ ſuã vanã & luctũ. ſ. pp delitias, quia ĩ corde ſuo dicit. Sedeo regina, & vidua nõ ſum, & luctũ nõ videbo: ideo in vna die venient plagę eius, mors, luctus, & fames, & igne cõburet. Iob. 40. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens oẽm arrogantem humilia. In eodẽ. Reſpice cũctos ſuperbos, & confunde eos, & contra impios in loco ſuo abſcõde eos in puluere ſimul, & facies eorũ demerge in foueam. K

Circa tertiũ notãdũ, qa debemus tripliciter humiliari. Primo noſipſos, ꝙ nihil ſumus cognoſcẽdo. Gregõ. Humilitas eſt ſenſus proprij vacuitas. Secundo, de contemptu, ſi quis humilis pot prędicari, ſi vilis reputari: ſiquidẽ facile eſt velum ante oculos ponere viles ueſtes habere, demiſſo capite incedere, ſed uetũ humilẽ patiẽtia, pbat iiurię. Tertio, debem' nos humiliare oĩbus ſubijciendo. 1. Pet. 3. Subiecti eſtote oĩ humanæ creaturæ pp Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tãquã ab eo miſſis ad uindictã malorũ, ad laudẽ uero bonorũ. Circa quartũ notãdũ, ꝙ qui ſe humiliat, tripliciter Dns eũ exaltabit. Primo, conferẽdo ei iudiciariã poteſtatẽ Mat. 19. Reſpõdẽs Petrus dixit. ſ. Ieſu. Ecce nos relinquimus oĩa, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus dixit. Amẽ dico uobis, ꝙ uos qui ſecuti eſtis me. ſ. per uiã humilitatis & paupertatis, in regeneratione cũ ſederit filius hoĩs ĩn ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos iudicantes duodecĩ tribus Iſrael. Iob. 33. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: quia humilibus retribuet iudiciariã poteſtatẽ. G Secundo, conferendo regiã dignitatẽ. 1. Re. 2. Suſcitãs de puluere egenũ, & de ſtercore erigens pauperẽ. ĩ. humilẽ, ut ſedeat cũ principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. & Iob. 36 Nõ auferet a iuſto oculos ſuos: reges collocat in ſolio in perpetuum, & illic eriguntur qui humiliantur & deprimuntur. Tertio, conferendo gloriæ æternitatem. Prou. 19. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Iob. 5. Qui ponit humilem in ſublimi, & męrentes erigit ſoſpitate &c.

Dominica decima octaua ex epiſtola.

H GRATIAS ago Deo meo pro uobis in gratia Dei, quę data eſt nobis in Chr̃o Ieſu, quia in oĩbus diuites facti eſtis in illo. 1. Cor. 1. Per hoc ꝙ Apoſtolus agit gratias, ꝙ illi diuites facti erant in illo, oſtendit ꝙ quædã diuitiæ ſunt quæ ſunt appetendæ. Per hoc uero ꝙ Chriſtus minat diuitibus, uere oſtendit ꝙ quædam diuitiæ ſunt fugiẽdæ: unde notandũ ꝙ ſunt diuitiæ temporales, & ſunt diuitiæ ſpirituales, & ſunt diuitiæ æternales. De primis, pſ. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. De ſecũdis, Idẽ. Beatus uir qui timet Dn̄m: & poſt. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius. De tertijs, Pro. 6. Mecũ ſunt diuitiæ. ſ. potiora bona, & gl'a. ſ. ineffabilis, opes ſupbę. ſ. excelſę, & iuſtitiæ. ſ. ſm meritũ. Primæ diuitiæ. ſ. tẽporales, sũt cõtẽnendæ maxime propter quatuor, Primo, propter earũ inutilitatẽ, Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructũ. ſ. uitæ æternæ, non capiet ex eis, ſed floẽ in præſenti ſicet malorum Prouerb. 11. Non proderunt diuitiæ in die ultionis. ſ. diſtrictæ irę, quaſi dicat, Diuitiæ temporales non proderũt ad ſalutẽ hoĩ in die iudicij, ſed iuſtitia. ſ. bona opera iuſtitiæ, liberabit a morte. ſ. ęterna. Ecc. 5. Fili, noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris, Eſt mihi ſufficiens uita: nihil enim proderũt in tempore uindictæ & obductionis. Nihil intulimus in hunc mũdũ, nihil ĩde auferemus. Secũdo, relinquendi neceſſitatẽ. pſal. 75. Dormierunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarũ in manib' ſuis. Iob 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de uentre illius extrahet eas Deus. Tertio, quia ducent male poſſidẽtẽ ad perpetuã paupertatẽ. Iob. 27. Nil ſecũ auferet, aperiet oculos ſuos, & nil inueniet, & apprehendet eum quaſi aqua inopia. Quarto, quia contemptus earum deducet ad uitæ æternitatẽ, Mat. 19. Oĩs qui reliquerit domum, uel fratrẽ, aut ſororẽ, uel patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros pp nomen meũ, cẽtuplũ accipiet, & uitã æternã poſſidebit. Nota ãt ꝙ quatuor modis peccat hõ in diuitijs. Primo, ĩiuſte acquirendo. Pro. 28. Qui cõgẽrãt diuitias uſuris, & fœnore liberali, in pauperes cõgregat eas. Idem 33. Qui calumniat pauperẽ, ut cõgregẽt diuitias ſuas, dabit ipſi ditiori. ſ. mũdo, & egebit. Secũdo, auare poſſidẽdo. Eccl. 5. Diuitiæ ſeruãtæ in malum, ideſt,

lum. ĩ. in periculo domini ſui: pereunt enim in afflictione peſſima. Tertio, male expendendo. Prou. 31. Ne dederis mulieribus. ĩ. corruptionibus uitiorum ſubſtantiam ſuam, uel tuam. ſ. corpus & diuitias tẽporalium rerum: myſtice, cumulum uirtutum ne cõtamines corruptionibus uitiorum. Luc. 20. Adoleſcentior filius congregatis omnibus peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtãtiã ſuã luxurioſe uiuendo. Quarto, in eis confidendo, & de ipſis ſuperbiendo. Prou. 11. Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet. ſ. a uita æterna. Glo. Qui pręſentibus bonis inhians futura non cogitat, uel nõ attẽdit, in fine bonis æternis carebit. 1. Tim. 1. Diuitibus huius ſæculi pręcipe non ſublime ſapere, nec B ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui præſtat omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam æternam, uel bonam. Diuitię ſpirituales ſunt ſcientiæ & uirtutes. pſal. 33. Diuitię ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe theſaurus eius. Per timorem peccati eſt expulſio. Qui timent Deum, pręparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Eccl. 1. Radix ſapientię timere Deum: nam qui ſine timore Dei eſt, nõ poterit iuſtificari. Ibidẽ. Timor Domini expellit peccatum. Per ſcientiam eſt in nobis diſcretio & C honeſta conuerſatio: eſt enim ſcientia ſcire qualiter homo ſe debeat habere ad Deum, ad proximum, & ad ſeipſum. Hanc ſcientiam docet nos Deus ablactatos a lacte, auulſos ab uberibus uoluptatis & cupiditatis. Quærit. Iſa. 28. per ſpiritum ſanctum Dominũ dicens. Quẽ docebit ſcientiã, & intelligere faciet auditũ? q rn̄dit, Ablactatos a lacte auulſos ab uberib'. Mirum cum homo in his uberibus amaritudinẽ inueniat & ardorem, quare non ſeparatur ab eis, cum dicat Aug. Domine delectationes meas reſperſiſti amaritudinibus, ut quærerem ſine amaritudine uiuere, O tu homo, ſi uis a Domino doceri, ſepara te ab iſtis uberibus, quia dicitur Sapient. 5. In maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: per ſapientiam eſt in nobis Dei dilectio. Vnde Bernardus. Diſcat quantũ vult, ego ſapientem non dicam, dum non timebit, nec diliget Deum. Iſtæ diuitiæ ſunt appetendæ propter tria. Primo, propter immenſitatem. Sapiẽtiæ. 7. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. In eodem. Neminem diligit Deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat. Prou. 3. Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. Glo. Nõ tantũ terrenis, ſed etiam cæleſtib' diuitiis, imo & ipſis angelorum cõſpectibus charites præferẽ. Vñ non metuat de inopia quiſquis opes acquiſiuit ſapientiæ. Secundo, propter utilitatem. Prou. 13. Redẽptio' animę uiri diuitiæ ſuæ, qui autem pauper eſt, increpationẽ ſuſtinet. Matth. 26. Ite in ignem ęternum: uel nõ ſuſtinet. Glo. Qui vult aĩam ſuã redimere a futura ira, congreget diuitias bonorũ operũ: quia qui eis carebit, increpationẽ diſtricti iudicis ſuſtinere nõ ualebit. Pauperes ibi nõ increpãtur, ſed benedictionẽ hæreditatis participãt. Tertio, ppter dignitatẽ. Prou. 14. Corona. ſ. æterna pro uirtutibus ſapientũ. Diuitiæ eorũ ueræ nõ eſt terrenũ emolumẽtũ, ſatuitas ſtultorũ iprudẽtia. Glo. Sapiẽtes & ſi terrenũ aliquod emolumẽtũ pro diuitiis habẽt, coronã tamẽ tãquàm pro A uirtutibus in futuro participãt. Sed ſtultorũ fatuitas maxima hæc eſt, ꝙ pro inuidia æternorũ de præſentibus cõmodis gaudẽt. Imprudẽtia enim etiã improuidẽtia dicit. Diuitiæ ęternales ſunt appetendæ. Primo, ppter eorũ ueritatẽ, ſunt. n. illę uerę diuitiæ. Bernar. Si uere fratres diuites eſſe cupitis, ueras diuitias amate. Secũdo, propter iucũditatẽ. pſal. 149. Exultabunt ſancti in gloria, & lætabũtur in cubilibus ſuis, Iſa. 3. Regẽ in decore ſuo uidebũt. Tertio, propter eternitatem. Sap. 5. Iuſti autem in perpetuum uiuent. Luc. 1. Et regni eius non erit finis. Matth. 6. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Per has tres ſpecies æruginem, tineam, & fures oſtendit Dominus nihil tutum eſſe in terra in poſſeſſionibus diuitiarum: quædam enim ſunt quæ ærugo deuorat, ſicut aurum, & argentum, & cætera metalla. Alia ſunt quæ nec ęrugo, ſed tinea corrodit & comedit, ut ueſtes ſericas & pretioſas. Alia uero quæ nec ærugo, nec tinea comedũt, ſed fures furantur, & effodiunt, ut gemmas & lapides pretioſos: proinde incerta eſt omnis uitæ noſtræ ſubſtãtia, & omnium rerum poſſeſſio. Suadet nos Dominus in cælum theſaurizare dicens. Theſaurizate uobis theſauros in cælo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furãtur. Quomodo autem quis in cælo C theſaurizare poſſit, niſi diuitias ante ſęculares faciendo, premittat? Poſſumus per æruginem, tineam, & fures, ſpirituales nequitias intelligere. Ærugo enim ſuperbiam demonſtrat. Superbia enim mentes quas inuaſerit, a ſtatu ſuæ rectitudinis deperire facit. Ærugo enim ſemper in aperto ſe demonſtrat: ſic & ſuperbia ſemper expandit ramos ad humanam laudem. Per tineam inuidia deſignatur: ſemper enim ſicut tinea quæ inuaſerit corrumpit, & ab omni integritate dirumpit. Per fures maligni ſpiritus intelliguntur, qui ad hoc uigilant, ut theſauros animæ effodiant, & furentur. In cælo enim ęrugo non eſt, quia in cælo ſuperbia locum non habet, quia diabolus cum ſuis ſequacibus iam inde deiectus eſt. Ibi tinea non eſt. ĩ. inuidia, quia nullus inuidebit alterius beatitudini: ſibi non ſunt fures. ĩ. dęmones, quia cum capite inde cor- D ruerunt. Chryſ. Vnus ſolus fur eſt qui furatur theſaurum poſitum in cęlis. ſ. inanis gloria.

De eadem ex euangelio.

DIXIT Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Matth. 22. In iſtis uerbis tria notantur. Primo, Domini noſtri Ieſu Chriſti diuinitas, ibi. Dixit Dominus Domino meo. Dicere enim Dei fuit generare ſibi filiũ coęqualem, non ſecundum quod de Dauid natus fuit, ſed ſecundum quod de patre ſemper fuit. Secundo, magna B ipſius ſecundum humanam naturam dignitas, ibi. Sede a dextris meis. ĩ. regna in potioribus bonis meis. Tertio, Dei potentia & iuſtitia, ibi. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Hoc enim pertinet ad iuſtitiam & potentiam Dei, ut puniat omnes inimicos Chriſti. Nota autem, quòd ſeptem faciet Dominus contra inimicos: unde ſtulti ſunt qui uolunt eſſe inimici eius, & qui ſunt, qui non reconciliantur ei. Primo, contra eos cum toto mundo pugnabit. pſal. 109. Donec

ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Glo. Donec subiiciam uolentes, & nolentes. Tertio, suũ furorem eis demonstrabit, Naum.1. Vltiones Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Quarto, eos sæuissime iudicabit, Deut.33. Si acuero ut fulgur gladiũ meum, & arripiet iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Quinto, tenebris infernalibus excęcabit eos, Naum.5. Inimicos eius persequentur tenebræ. Sexto, ęternum eis supplicium dabit. psal. 77. Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Septimo, eos æternæ morti destinabit, Philip.3. Nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, Luc.19. Veruntamen illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Sunt autem inimici Christi omnes qui nolunt parere eius imperiis. Aug. in lib. de ciui. Dei. 12. Dicuntur autem inimici Dei qui non natura, sed uitiis aduersantur eius imperiis, nihil ualentes ei nocere; sed sibi inimici sunt resistendi uoluntate, non potentia lædendi: quãquã quis sit inimicus, potest fieri amicus eius, si confugiat ad sanguinem Christi. Ro.5. Si enim cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Ad quam nos perducat &c.

Dominica decimanona ex epistola.

NOLITE locũ dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, magis autẽ laboret manibus suis quod bonũ est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, Ephe.4. Nota ꝙ Apostolus in ista epistola tria facit. Primo, monet fideles ne in corde suo locum diabolo faciant, ibi. Nolite locum dare diabolo. Secundo, monet nos cauere ab illis qui locum diabolo præparant, ibi. Qui furabatur, iam non furetur. Tertio, monet eos facere propter quod diabolus fugiat, ibi. Magis autem laboret &c. Circa primum nota, ꝙ propter quatuor non debemus facere locum diabolo. Primo, quia serpens est uolens animam quæ eum suscipit ueneno malitiæ uenenare. Apoc. 12. Proiectus est draco iste magnus antiquus serpens, qui uocatur diabolus, & satanas qui seducit uniuersum orbem proiectus in terram, & angeli eius missi sunt in terram. Secundo, quia est leo quęrens animas deuorare. 1. Pet. 5. Fratres, sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tãquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Tertio, quia est inuidus malum suo hospiti ordinando. Eccl. 3. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur illam qui sunt ex parte eius. Quarto, quia est accusator, semper suos hospites accusando. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Quinto, quia est fur, omnia bona gratiæ suo hospiti furando. Luc. 8. Inde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credẽtes salui fiant. Sexto, quia est homicida, hospites suos morte perpetua iugulando. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere, ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est in eo ueritas. Septimo, quia qui facit huiusmodi locum diabolo, locum habebit cum diabolo in inferno, Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Patet ergo quòd in multis plus stulti sunt, qui locum diabolo faciunt in corde suo, quàm qui reciperent serpentem, leonem, furem, homicidam in domo sua. Circa secundum nota, quòd a septem peccatis præcipit nos Apostolus abstinere in ista epistola, quæ in corde hominis locũ diabolo faciunt. Primo a furto, ibi. Qui furabatur, iam nõ furet. Secundo, a sermone malo, ibi. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Tertio a tristitia, ibi. Omnis amaritudo. Quarto ab ira, ibi. Et ira. Quinto, ab indignatione, ibi. Et indignatio. Sexto, a contentione, ibi. Et clamor. Septimo, a blasphemia. Aug. Blasphemia est per quam de Deo falsa dicuntur: & ideo peius est blasphemia quàm peccare periurando, quia periurando fallarie adhibetur testis; blasphemando falsa dicuntur de ipso Deo. Et ab omni malitia, ibi, Blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia. Circa tertium notandum, quòd similiter ad septem hortatur nos Apostolus in ista epistola, quæ diabolum ab anima fugant. Primo, ad mentis renouationem, ibi, Renouamini spiritu mentis uestræ. Debemus autem quinque modis renouari. Primo, sicut aquila rostrum malę linguæ deponendo; vnde ibidem. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. psal. 102. Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Secundo, sicut ceruus cornua superbiæ deponendo. psal. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, dicit ibi glos. Ceruus est grauatus excellentibus pilis, atque cornibus, serpentẽ naribus attrahit siue haurit, quo hausto uenenũ æstuat, vnde fontẽ ardẽtissime desiderat, quo hausto cornua & pilos deponit. Isa. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas. Tertio, sicut accipiter plumas uirtutum per gratiam Sanctispiritus assumendo. Iob. 38. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandit alas suas ad austrum? Quarto, sicut serpens corium uetustæ conuersationis exuendo. Col. 3. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induite nouum eum qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Quinto, sicut aurum, uel argentum rubiginem mali amoris aufferendo. Iob. 23. Ipse uero scit uiam meã, & probabit me quasi aurum, quod per ignẽm transit. Secundo, monet ad honestum laborem, ibi. Magis autem laboret. Tertio, ad eleemosynarum elargitionem, ibi. Vt habeat unde tribuat necessitatem patienti. Quarto, monet loqui quæ sunt ad ędificationem fidei, ibi. Vt det gratiam audientibus. Quinto, ad benignitatis ostensionem, ibi. Estote autem inuicem benigni. Sexto, ad misericordiæ exhibitionem, ibi. Misericordes. Septimo, ad mutuam iniuriarum dimissionem, ibi. Donantes inuicem, sicut & Christus donauit uobis.

De eadem ex euangelio.

ASCENDENS Iesus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto & uidens Iesus fidẽ illorum, dixit paralytico. Cõfide &c. Mat. 9. Allegorice ciuitas ista est ciuitas cęlestis. psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ad hanc ciuitatem uenit qui ascendit nauiculam, i. sanctam uitam: & transmare huius mundi ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam, Matth. 9. Moraliter nauicula ista

la ista significat uitæ sanctitatem propter tria. Primo ratione materiæ: secundo, ratione formæ: tertio, ratione finis. Quęre in tertia Dominica post octauas Epiphanię. Debet autem quilibet ad istã ciuitatẽ festinare. Primo, propter securitatem: secundo, propter amœnitatem: tertio, propter copiositatem. Circa primum nota quòd est securitas in ciuitate cælesti propter tria. Primo, quia cælis solidissimis tamquàm firmissimis columnis communitur. psal. 30. Benedictus Deus, quia mirificauit misericordiam suam in ciuitate munita. Secundo, quia ibi nullus malus qui securitatem & pacem eius perturbet, inuenitur. psal. 72. Domine in uirtute tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Tertio, quia æternitate stabilitur. psal. 47. Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate Domini uirtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum. Heb. 11. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ cuius artifex & conditor Deus. Circa secundum notandum, quòd amœnitas ciuitatis consurgit ex tribus. Primo, quia pulcherrimis mœnijs decoratur. Prou. 9. Misit ancillas suas. s. infirmos prædicatores, & despicabiles elegit ut uocarent qui suo uerbo & exemplo fideles populos ad arcem suam & ad mœnia ciuitatis ad superna cęlestis patriæ ædificia colligerent. Secundo, quia continuo lumine illustratur. Apoc. 21. Et ciuitas non eget sole, neque luna ut luceat in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius. Tertio, quia mirabilis temperies sine æstu & frigore semper continuatur. Apoc. 4. Non cadet super eos sol, nec ullus æstus, quoniam agnus qui in medio eorum est, reget illos, & adducet illos ad uitæ fontes, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. psal. 65. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Circa tertium notandum, ꝙ ibi erit copiositas omnium bonorum. i. omnium gaudiorum. Isa. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem habitationem opulentam. Consurgent autem in gaudia ex tribus, Primo, ex diuinæ speciositatis uisione. Isa. 33. Regem in decore suo uidebunt. Secundo, ex pulchritudine & bonitate angelicæ societatis, qui sunt ciues eius. Heb. 12. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cælestem, & ad multorum millium angelorum frequẽtiam, & ad ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & ad iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum. Tertio, ex continuatione æternæ solemnitatis. Isa. 33. Respice Sion ciuitatem solemnitatis uestræ. Celebrant enim qui sunt in ista ciuitate continuum festum, qui nihil aliud faciunt nisi quiescere, uidere, amare, laudare, cantare, quę conueniunt festo. Aug. in libro de ciuitate Dei. Si quæratur quod est opus illius ciuitatis, dicimus quòd ibi uacabimus & uidebimus, & amabimus & laudabimus, & cantabimus. Nam quis alius erit noster finis nisi uenire ad regnum, cuius non erit finis? Ad quod nos perducat Dominus omnipotens.

Dominica uigesima ex epistola.

VIDETE quomodo caute ambuletis, Eph. 5. Apostolus in ista epistola admonet nos ad cautelam ambulandi, & ponit tria circa ipsam cautelam. Primo, ut ambulemus discrete, ibi. Non quasi insipientes. Secundo expedite, ibi. Nolite inebriari uino. Tertio humiliter, ibi. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi. Circa primum ostendit discretionem ambulandi in tribus. Primo, in electione operandorum, ibi. Sed ut sapientes. Secundo, in comparatione electorum, ibi. Redimentes tempus. Tertio, in inclinatione ad debitum finem, ibi. Intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Circa secundum ostendit expeditionem ambulationis esse in duobus. Primo, in timore impedimenti, ibi. Nolite inebriari. Secundo, in habitatione ad melius, ibi. Sed adimpleamini Spiritu sancto. Circa tertium ostendit humilitatem ambulationis spiritualis esse in duobus. Primo, in comparatione ad Deum, ibi. Gratias agentes. Secundo, in comparatione ad proximum, ibi. Subiecti inuicem in timore Christi. Videte quomodo caute ambuletis. Monet Apostolus in uerbis istis. s. ut caute ambulemus in uia iustitiæ propter quatuor. Primo, quia ambulamus in medio laqueorum. Eccl. 9. Ingrederis, & super dolentium arma ambulabis. Secundo, quia ambulamus in medio latronum. Osee. 6. Quasi fauces uirorum latronũ particeps sacerdotũ i uia interficiẽtiũ pergẽtes de Sichẽ. Iob. 19. Simul uenerunt latrones eius, & fecerunt sibi uiam per me. Tertio, quia ambulamus in medio fouearum. Gen. 19. Vallis syluestris habebat puteos multos bituminis. Isa. 24. Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ: & erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. Circa primum nota, ꝙ ambulamus in medio trium laqueorum. Primus laqueus est superborum iniquitas. psal. 139. In uia hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Secundus auarorum cupiditas. 2. ad Tim. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas. Tertius est detractorum peruersitas. Eccl. 51. Liberasti corpus meũ a perditione, & a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium iniquitatem. Circa secũdum nota, ꝙ similiter ambulamus in medio trium latronum. Primus est diabolus: unde Io. 10. Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Secundus est adulator. Osee. 7. Fur ingressus est spoliãs, latrũculus foris: fures intrinseci sunt adulatores extranei. Tertius est uana gloria. Greg. Quasi quidam latrũculus adiungit se in uia fauor humanus, & incautos quos reperit, spoliat. Igitur expoliari desiderat, q̃ thesaurum publice in uia portat. Idem. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradiẽtibus ex latere iũgit, ut ex occultis educto gladio gradiẽtiũ uita trucidet. Chrys. Vnus solus fur est q̃ furat thesaurũ positũ i cęlis, uana gloria. Dęmones furantur animas, adulatores puritatẽ consciẽtię, uana gloria mercedem æternæ glorię. Circa tertium nota, ꝙ ambulamus similiter in medio trium fouearum. Prima est mulier, uel luxuria. Prou. 33. Fouea, idest, peccatũ luxuriæ, profunda inferi, os alienæ, uerba & oscula meretricis, cui iratus est Dominus incidet in eam. s. iræ filius. Glos. Qui uerba, uel oscula meretricis amplectit, quasi ianuã abyssi pulsat, & nisi pedes retrahat, mẽbra cohibẽs, in foueã pęnalẽ cadet, in qua nullus nisi filius iræ illabit. Secũda gula & ebrio sitas, Prou. 23. Cui. s. instãt foueæ? scilicet uitiorũ, cui

ſine cã.ſ.ferri uulnera? cui ſuffuſſio oculorũ.i.amiſ- F
ſio luminis? Nonne his qui commorantur in uino, & ſtudent calicibus epotandis? Tertia hypocritarum, & maleficorum doloſitas. Iſa. 34. Foueam habuit ericius, qui ſignificat duplices, qui abſcondunt intentiones ſub ſpinis duplicitatis. Matth. 8. Vulpes foueas habẽt &c. Propter periculum laqueorum debemus ambulare caute ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Aug. Reſiſto ſeductionibus, ut non implicentur pedes mei, quibus ingredior uiam tuam: & erigo ad te inuiſibiles oculos, ut tu euellas de laqueo pedes meos. Proinde tu euellas eos: nam ſi illaqueantur, tu non ceſſas euellere, ego autem curro ubique ſparſis inſidijs. Propter periculum latronum debemus ambulare caute ſpiritualibus armati armis gradiendo. Eph. 6. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo. Propter periculum fouearum debemus ambulare caute, ſemper cum grauitate & luce gratiæ incedendo. Ro. 13. Sicut in die honeſte ambulemus.

De eadem ex euangelio.

MIssis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, Matth. 22. In iſtis uerbis parabolice loquitur Deus de perditione impiorum, quæ futura eſt in iudicio. Et nota hic tria. Primo, magna Dei potentia, ibi. Miſſis exercitibus. Secundo, ſeuera ipſius iuſtitia, ibi. Perdidit homicidas. Tertio, peruerſa reproborum malitia, ibi. Homicidas illos. Circa primum nota, quòd magnos exercitus mittet Deus in die iudicii ad perdendum H
malos. Primus exercitus angelorum. Matth. 13. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Secundus erit exercitus ſanctorum. Iſa. 3. Deus ad iudicium ueniet cum ſenioribus populi ſui, & principibus eius. Tertius erit exercitus omnium creaturarum. Sap. 5. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Circa ſecundum nota quòd Deus perdet malos tripliciter. Primo uelociter, quia ſubita erit eorum perditio. Deut. 38. Mittet Deus ſuper te famem, & eſuriem, & increpationem in omnia I
opera tua, quæ facies donec conterat te, & perdat uelociter propter adinuentiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me. 1. Theſſ. 5. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Secundo, perdet uniuerſaliter, quia nullus malus euadet. pſal. 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Luc. 17. Et dabantur ad nuptias uſque in diem qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot, edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ędificabant: qua die autem Lot exijt a Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: ſecundum hoc erit in die qua filius hominis reuelabitur. Tertio, perdet ęternaliter. Matth. 10. Eum timete qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. Circa tertium nota, q̃ Deus perdet malos. Matth. 21. Malos male perdet. tem, perdet mendaces. pſal. 5. Perdes omnes qui loquũtur mendacium. Item, perdet homicidas, ut hic. Perdidit homicidas illos. Propterea hic tria notanť peccata, ſ. peccatũ cordis in malitia, peccatum oris in
mendacio, peccatum operis in homicidio: omnes enim qui peccant corde, uel ore, uel opere, niſi pęniteant, perduntur a Domino in æternum, & ad diem furoris adducẽtur, A qua nos liberet Dominus omnipotens, Amen.

Dominica uigeſima prima ex epiſtola.

ACcipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare, Eph. 6. Tria facit Apoſtolus in uerbis iſtis. Primo, monet ut armis ſpiritualibus nos armemus, ibi. Accipite armaturã Dei. Secundo, probat q̃ indigem°, ibi. Vt poſſitis reſiſtere in die malo. Tertio ponit, Et in omnibus perfecti ſtare. Circa primũ nota quòd quinque arma debemus accipere, quæ po
G nit Apoſtolus in iſta epiſtola. Primum, debemus accipere baltheum conſcientiæ, ibi. State ſuccincti lumbos ueſtros. Iob. 40. Accinge ſicut uir lumbos tuos. Secundo, debemus indui loricam iuſtitiæ, ibi. Loricã iuſtitiæ. Iſa. 59. Indutus eſt iuſtitia, ut lorica. Tertio, debemus aſſumere ſcutum fidei. pſal. 90. Scuto circundabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno. 2. Petri. 5. Aduerſarius ueſter diabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit quærẽs quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Quarto, galeam ſpei, ibi. Galeam ſalutis aſſumite. 1. Theſ. 5. Induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis, quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis. Quinto, gladium uerbi Dei, ibi. Gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei. Heb. 4. Viuus eſt ſer- H
mo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Circa ſecundum nota, quòd quinque ſunt dies mali, a quibus defendunt nos arma illa. Prima dies mala eſt iniquitas. Eccl. 7. In die bona. ſ. in præſenti, qua mereri potes uitam æternam, fruere bonis ſ. operibus uirtutum: & malam diem præcaue. ſ. futuram, in qua nulla datur boni operis facultas. Secunda, temporalis proſperitas: Hie. 1. Ecce ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens: & diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum fuit in conſpectu tuo. pſal. 40. In die mala liberabit eum Dominus. Tertia, temporalis
I aduerſitas. Matth. 6. Sufficit diei malitia ſua. Quarta, eſt tentatio diabolica. pſal. 48. Cur timebo in die mala. i. in die tentationis? Quinta, eſt dies iudicii. Amos. 6. Qui ſeparati eſtis in diem malam, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Erit autem dies illa mala malis propter undecim, quæ tangit Sophonias. c. 1. in una authoritate. Primo, dies illa dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos, & tribulabo homines, & ambulabunt ut cęci, quia Dño
K peccauerunt: effundetur ſanguis eorum ſicut humus; & corpora eorum ſicut ſtercora. Circa tertium nota, quòd in tribus debemus perfecti ſtare. Primo, in cordis & corporis munditia. 2. Corinth. 6. Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus perficientes ſanctificationẽ in timore Dei. Secundo, in mandatorum Dei obſeruatione. Iac. 2. Si tamẽ legem perficitis regalem ſecũdum ſcripturã, Diliges proximũ ſicut te ipſum, benefacitis: ſi autẽ perſonas accipitis,

accipitis, peccatum operamini redarguti a lege qua- A
ſi tranſgreſſores. Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides, quod ſi non mœchaberis, occidas autem, factus es tranſgreſſor legis. Tertio, in linguæ reformatione. Iaco. 3. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. Quarto, in Dei & proximi dilectione. 1. Io. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Matth. 5. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filii patris ueſtri qui in cęlis eſt: & poſt. Eſtote ergo & uos perfecti, ſicut pater ueſter perfectus B
eſt. Quinto in laude Dei, & gratiarũ actione. pſal. 8. Ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem, Ad quam laudem nos perducat qui eſt benedictus in ſęcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

HEri hora ſeptima reliquit eum febris, Io. 5. Moraliter duo notantur in uerbis iſtis. Primo, peccatoris infirmitas. ſ. febris, ibi. Febris. Secundo, quot ſint ad curationem ipſius neceſſaria, ibi. Hora ſeptima reliquit eum febris. Circa primum nota quòd peccatores laborant ſeptem febribus. Prima, eſt continua, quę eſt luxuria. C
Oſee. 4. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Deum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Secunda, quotidiana, quæ eſt gula, in qua quotidie peccatur. Iſa. 56. Comedamus & bibamus, & erit ſicut in die ſic & cras multo amplius. Tertia, laborat tertiana, quę ſignificat iracundiam ex acceſſione caloris. Eccl. 38. Secundum enim ligna ſyluę, ſic exardeſcet ignis, ſecundum uirtutem ſuam exaltabit iram ſuam. Quarta, febris quartana, quæ ſignificat accidiam, quæ prouenit ex melencholia. Prou. 25. Sicut tinea ueſtimento & uermis ligno: ita triſtitia uiri nocet cordi. Deuter. 28. Percutiat te Dominus egeſtate febri & frigore, ardore, ęſtu, & aere corrupto, D
ac rubigine. Quinta ethica, quæ eſt auaritia, quæ difficile, uel numquàm curatur. Hieron. Cum cætera uitia ſeneſcant in homine, ſola auaritia iuueneſcit. Sexta ephimera, quæ eſt ſuperbia, quia cito deficit. pſal. 72. Deieciſti eos dum alleuarentur. Iob. 24. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur, ſicut omnia, & aufferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Septima putrida, q̃ eſt inuidia. Prou. 14. Vita carnis, ſanitas cordis: putredo oſſium inuidia. Circa ſecundum nota quòd ſeptem ſunt, quæ ſanant hominem ab iſtis ſeptem febribus, ſicut ex textu colligitur. Prima eſt deuota Dei auditio. pſa. 106. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos. Sap. 16. Etenim nec herba, nec malagma ſanauit illos, ſed ſermo tuus Domine omnipotens, qui ſanat omnia, tu es qui uitæ & mortis habes poteſtatem, & E
deducis ad portas mortis & reducis. Secunda eſt peccati contritio. pſal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. Tertia, deuota ad Deum exclamatio. pſal. 29. Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. Quarta eſt fidei infuſio. Luc. 7. Dixit autem Dominus ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit, uade in pace. Quinta eſt miſericordię exhibitio. Iſa. 58. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Et tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Dei colliget te. Sexta peccati deſertio. Iſa. 26. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. Septima perfecta cordis contritio, & plena hominis ad Deum conuerſio. pſal. 146. Qui ſanat contritos corde. Hie. 3. Conuertimini filii reuertentes, & ſanabo auerſiones ueſtras. Idem in eodem. Vere in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Hæc eſt ſeptima hora, in qua febris omnino derelinquit peccatorem. Hæc autem omnia nullam habent efficaciam, niſi ſumant effectum ab illa ſancta medicina, quæ ſanat omnes langores noſtros, ideſt, a paſſione Chriſti Dei noſtri. 1. Petri. 2. Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, cuius liuore ſanati ſumus.

Dominica uigeſima ſecunda ex epiſtola.

VT ſitis ſynceri, & ſine offenſa in die Chriſti, Philip. 1. Ad tria hortatur nos Apoſtolus in iſta epiſtola. Primo, ad mali uitationem, ibi. Vt ſitis ſynceri. Secundo, ad omnem dilectionem, ibi. Repleti fructu iuſtitiæ. Tertio, ad rectã intentionem, ibi. In laudem & gloriam Dei. Circa primum tria facit. Primo, monet ad acquirendam mentis munditiam, ibi. Vt ſitis ſynceri. Matth. 5. Beati mundo corde. Secundo, ad uitandam proximi iniuriam, ibi. Sine offenſa. 2. Cor. 6. Nemini dantes ullam offenſionem. Tertio, ad habendum in utroque perſeuerantiam, ibi. In die Chriſti, ideſt, uſque poſt mortem: quia tunc finitur dies hominis, & incipit dies Chriſti. Matth. 10. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Hoc tangit gloſa in uerbo, ſyncere. i. ſine operibus corruptionis quo ad nos, & quantum ad proximos ſine offenſa, & hic perſeuerauerit uſque ad diem Chriſti. Circa ſecundum ſimiliter tria facit. Primo, monet ad mentis rectificationem, ibi. Iuſtitiæ. Anſelmus. Iuſtitia eſt rectitudo uoluntatis ſeruata propter ſe. Secundo, ad habendam in bono delectationem, ibi. Fructus autem ſpiritus ſunt pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Tertio, ad habendam in bono perfectionem, ibi. Repleti. Matth. 5. Eſtote ergo uos perfecti, ſicut pater ueſter cęleſtis perfectus eſt. Circa tertium ſimiliter tria facit. Tripliciter enim debemus in qualibet actione dirigere oculum intentionis ad Deum. Primo, ut omnia bona tanquàm a fonte omnis boni uenire ab eo credamus per Ieſum Chriſtum. Io. 1. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia lex per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Secundo, ut Deum in noſtra actione laudari & honorari faciamus, ibi. In laudem Dei. Matth. 5. Sic luceat
E lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cęlis eſt. Tertio, ut æternam gloriam in præmium nobis dari pro opere appetamus, ibi. Per gloriam Dei. Matth. 6. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ęrugo & tinea demolitur, & fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem uobis theſauros in cælis, ubi nec tinea, nec ęrugo demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

De eadem ex euangelio.

SImile est regnum cælorum homini qui voluit rationem ponere cum seruis suis, Matth. 20. Hæc ratio fiet in die iudicij, circa quã debet homo tria cogitare quotidie. Primo, reddendi rationem difficultatem. Secundo, testium qui adducentur, veritatem. Tertio, sententiæ contra eos, qui malam rationem reddiderunt seueritatem. *Quære supra in dominica decima.*

De eodem.

IRatus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quousque redderet vniuersum debitum, Matt. 18. Moraliter per seruum istum intelligitur peccator quilibet, cui irascetur Deus in iudicio, & tradet eum æternis tormentis. Vnde nota tria in verbis istis. Primo, iusta Dei contra reprobos indignatio, ibi. Iratus Deus. Secundo, dura peccatorum damnatio, ibi. Tradidit eum tortoribus. Tertio, eiusdẽ damnationis duratio, ibi. Quousq; redderet vniuersum debitum. Circa primum nota quòd quatuor sunt genera hominum, quibus irascetur Deus in iudicio. Primo, contra eos qui legem Dei spernũt. Isa. 5. Abiecerũt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt: ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eũ, & percussit eos, & turbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Secundo irascetur contra eos, qui in peccatis vsque in finem perdurant, vel persistunt. Isa. 64. Ecce tu iratus es, & peccauimus, & in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Tertio, contra eos qui temporalibus diuitiis abutuntur. Zach. 1. Ego irascar super gentes opulentas. Quarto, contra eos qui proximis non compatiuntur. Iac. 2. iudicium sine misericordia fiet illi, qui noluit facere misericordiam: superexaltat aũt misericordia iudiciũ. Hoc potest intelligi in isto seruo, qui noluit misereri conserui sui. Circa secundum nota quòd peccator a quatuor tortoribus torquebitur. Primo, a Deo. Mat. 8. Et cum venisset transfretum in regionem Gerasenorum, & occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam, & ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascentium. Secundo, a conscientia. Augustinus. Iussisti Domine, & ita est, vt pœna sua sit sibi omnis inordinatus animus. Tertio, a morte æterna. Sapien. 3. Non tanget illos tormentum mortis, & dicitur de sanctis. Luc. 16. Rogo te pater vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Quarto, ab omni creatura. Sapien. 16. Creatura tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Circa tertium nota, quòd debent reddere quadruplex debitum, secundum quatuor quæ dedit nobis. Primo, dedit nobis mundum cum creaturis. psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Secundo, corpus cũ sensibus. Tertio, animam cum viribus. De his duobus, Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, quo ad corpus: & in-

F spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quo ad animam. Quarto, gratiam cum virtutibus. Hebr. 13. Iam regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quàm saluamur placentes Deo cum metu & reuerentia: etenim Deus noster ignis consumens est. De mundo debemus ei reddere eleemosynam pauperibus subueniendo. Eccl. 4. Declina pauperi sine tristitia autẽ tuã, & redde debitum tuũ & respõde illi pacifice in mansuetudine. Idẽ, Fili, eleemosynã pauperibus ne fraudes, & oculos tuos ne trãsuertas a paupere: aĩam esuriẽtem ne despexeris, & ne exasperes pauperem in inopia sua. Idem. Cor inopis ne afflixeris, & ne potrahas datum angustianti. Idem. Ab
G inope ne auertas oculos propter iram, & ne relinquas quærentibus tibi retro maledicere: maledicentis enim in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. Idem. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia aĩam tuam. Glo. In his aũt cõmendatur mansuetudo & humilitas, quia mansuetudo neminem spernit: humilitas omnibus se subiicit. Docet autem christianum æqualibus, & inferioribus affabilem se facere & humilem. psal. 130. Dñe nõ est exaltatum cor meum. De corpore debemus ei reddere, ipsum immaculatum restituendo. Sapien. 10. Repetitur animæ debitum quam habebat. Gratiam
H debemus ei reddere, cum ipsa ad honorem eius vtiliter laborando. 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Qui ista debita nõ reddiderit, hic numquàm poterit ei reddere in æternũ: & idcirco in loco tormentorum tormenta patietur in sæcula sæculorũ, A quibus nos liberet Dominus.

Dominica uigesimatertia ex epistola.

NOSTRA autem conuersatio in cælis est, Philip. 3. Apostolus in verbis istis docet quòd conuersatio iustorum est in cælis: & propter hoc si uolumus esse similes
I eius, non debemus conuersari in istis miseriis, sed in cælis. Conuersantur autem sancti in cælis propter tria. Primo, propter securitatem: qui n. conuersatur in cælis, est securus a periculis huius erumnosę vitæ. Iob. 7. Libera me, & pone me iuxta te, & cuius uis manus pugnet contra me. Augustinus. Qui intrat in gaudium Domini sui, & securus. est, & habebit se optime, & in optimo. Secundo, propter iucunditatẽ. Qui conuersabitur in cęlis, habebit quasi continuũ gaudium & lætitiam. Sap. 8. Non enim habet amaritudinem cõuersatio illius, neque tędium cõuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Seneca. Animus sapientis est quasi mundus supra lunam: semper enim
K in serenitate est. Tertio, propter mundanorum omnium transeuntium necessitatem: sciunt sancti omnia mundana hic cito transitura. 2. Pet. 3. Aduenietautem dies Domini ut fur, in quo cęli magno impetu transibunt, elementa calore soluentur, & terra, & omnia quæ in ipsa sunt, exurentur. Cum hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, expectantes & properantes in aduentum Dei, propter quem cęli soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent? Nouos vero cælos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Conuersantur autem sancti in cælo tripliciter. Primo, semper de bonis cęli cogitãdo. Scdo, in cælo semper debẽt esse desiderãdo.

do. De his duob°. Iste sanctus digne in memoriã ver- A
titur hominum, qui ad gaudia transit angelorum: quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, in illa cælesti patria conuersatus ẽ. Tertio, cõuersanẽ sancti in cælo, sdm mores cæli uiuẽdo. Glo. ibi: Nostra conuersatio in cælis est: & si viuimus in terris, est in cęlis conuersatio nostra, quia ibi est spes nostra: quia viuendo & intelligendo sumus similes angelis. Est autem in tribus conuersatio sanctorum similis cõuersationi angelorum. Primo, in puritate: secundo, in simplicitate sine dolo: tertio, in charitate. Hæc tria maxime sunt in angelis, simplicitas in B
essentia, puritas in natura, charitas in gratia. In trib° est couuersatio sanctorum. 2. Cor. 1. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quia in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapiẽtia carnali, sed in gratia Dei conuersati sunt in hoc mundo &c.

De eadem ex euangelio.

MAgister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c. Matth. 22. In tribus cõmẽdat Dñs Iesus Christus in uerbis istis. Primo, a magisterii dignitate, ibi. Magister. Secundo, a doctrinæ vtilitate, ibi. Et viam Dei. Tertio, a docendi æquitate, ibi. Non enim accipis personas hominũ. Circa primum nota, ꝙ propter quatuor cõuenit ei dignitas magisterij. Primo, quia veritas apud
C eum solum semper consistit. Io 13. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Secundo, propter docendi potestatem. Matth. 13. Sabbathis ingressus Iesus in synagogas docebat eos, & stupebant super doctrina eius: erat enim docẽs eos quasi potestatem habẽs, & non sicut scribæ. Tertio, quia solus potest docere de omnibus. 1. Io. 2. Vnctio eius docet nos de omnibus, & verum est, & non est mẽdaciũ. Nullus est enim magister, qui possit docere de omnibus, nisi Domin° Iesus Christus. Eccl. 1. Omnis sapientia a domino Deo est, & cum illo fuit sem-
D per, & est ante æuum. Quarto, quia solus potest docere interius. Matt. 23. Non vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Gloss. idest, quia solus dat intellectum. Circa secundum nota, ꝙ quatuor vias valde vtiles docuit nos dñs Iesus Christus. Primo, viam pęnitentiæ. Matth. 6. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matt. 4. Cœpit Iesus prædicare. Agite pęnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Secundo, viam sapiẽtię. Prou. 4. Viam sapientiæ monstrabo ibi, ducam te per semitas æquitatis, idest, consilia, quas cũ ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currẽs nõ habebis offendiculũ. Tene disciplinã, ne dimittas eã. Interlinearis, vt mali qui medio cursu offendũt. Glo. Actiões æquitatis cũ inchoant, arctæ videtur, sed cũ profectum capiunt, iam ex consuetudine spatiosæ videntur: & quia in praua actione desudant, offendiculum in medio cursu reperiunt, quia extemplo dum non præuident, rapiuntur ad pœnam. Tertio, uiam obedientiæ. psal. 37. Viam iustificationum instrueme. Quarto, viam charitatis mutuæ. Io. 13. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. 1. Cor. 13. Ad-

huc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. De istis quatuor viis, Isa. 2. Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Circa tertium nota, ꝙ in quatuor nõ est acceptio personarum apud Christum. Primo, in iustificando. Act. 10. Aperiens autem Petrus os suum dixit. In veritate comperio quia nõ est acceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Secundo, in docendo, vt hic. Viam Dei in veritate doces. Tertio, in puniendo, Ro. 2. Non est personarum acceptio apud Deum. Quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iustificabuntur. Quarto, in remunerando. Eph. 6. Scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, siue seruus, siue liber: & personarum acceptio non est apud Deum.

Dominica uigesimaquarta ex epistola.

GRatias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, &
C transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum. Col. 1. Apostolus in istis verbis docet, vt gratias agamus Deo patri de tribus magnis beneficiis, quæ contulit nobis per Iesum Christum. Primum beneficium fuit nostra iustificatio, ibi. In partem sortis sanctorum in lumine. Secundum, a potestate diaboli liberatio, ibi. Eripuit nos de potestate tenebrarũ diaboli. Tertium, regni ęterni recollatio, ibi. Et transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Circa primum nota, ꝙ triplex est sors sanctorum, quam Deus tribuit sanctis suis. Prima est æterna prędestinatio. Eph. 1. In quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ipsius, qui ante sperauimus in Christo. Secunda ipsorum iustificatio. Sap. 3. Dabit illi donum electum, & sors in Ecclesia Dei acceptissima. Et similiter hic. Qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ in lumine. Tertia æterna glorificatio. Sapien. 5. Ecce quomodo inter filios Dei computati sunt, & inter sanctos sors illorum est. Circa secundum nota, quòd Deus eripuit nos de potestate diaboli tripliciter. Primo, a diaboli seruitute nos liberando. Hebr. 12. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti.
E Diabolus ẽ princeps tenebrarũ. Ephe. 6. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & ptãtes aduersus rectores tenebrarũ harũ. Secũdo, tenebras nostræ ignorãtiæ luce suę doctrinæ illuminando. Isa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. 1. Pet. 3. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Tertio, tenebras peccatorum nostrorum luce virtutum fugãdo. Eph. 6. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij

lucis ambulate. Circa tertium nota, ꝙ tripliciter trãslationem facit Dominus de ſanctis ſuis. Primo, transfert eos de tenebris exilij ad lumen viſionis ſuæ claritatis. Eccl. 20. Henoch trãslatus eſt in paradiſum. Paradiſus enim dicitur quaſi parans viſum: quia parat viſum, qui eſt beatitudo ſanctorum, & angelorum. Io. 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Secundo, transfert eos de morte ad vitę ęternitatem. 1. Io. 3. Nos ſcimus quia trãslati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Tertio, transfert eos de ſæculo nequam ad regni cæleſtis hæreditatem, ut dicitur hic, & tranſtulit in regnum dilectionis filij ſui &c.

De eadem ex euangelio.

Ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, Mat. 9. Moraliter in miraculo iſto notãtur tria. Primo, peccantis aĩæ miſeria, ibi. Ecce mulier quæ fluxum patiebatur. Secundo, peccantis humilitas, ibi. Et acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Tertio, vtilitas pænitẽtis, ibi. Et conuerſus Ieſus videns eam, dixit ei. Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Circa primum nota, ꝙ peccator patitur fluxum ſanguinis tribus modis. Primo, per nimium amorem conſanguineorũ. Mich. 3. Audite hoc principes domus Iſrael, qui abominamini iudiciũ, & omnia recta puertitis, qui ędificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper Dominum requieſcebant dicentes. Numquid non Dominus in medio noſtrum? Propter hoc cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit. Sion propter fluxum carnalium delectationum. pſal. 50. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Tertio, propter operationem quorumlibet peccatorum. Oſee. 4. Audite verbum Domini filii Iſrael, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit, ideſt, peccatum. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Circa ſecundum nota, ꝙ pænitentia in tribus conſiſtit, quæ eſt effectus contritionis. Primo, in fide, ibi. Fides tua te ſaluam fecit. Act. 3. Fide purificans corda eorum. pſa. 50. Cor contritum & humiliatum Deus nõ ſpernit. Secundo, in humilitate, quæ eſt confectrix confeſſionis, ibi. Retro. Bern. Nonus gradus humilitatis eſt confiteri peccata ſua ei, cui debet. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata, & orate pro inuicem ut ſaluemini. Tertio, in labore ſatisfactionis, ibi. Tetigit fimbriam. Matth. 3. Facite ergo dignum fructum pęnitentiæ. In eodem, Omnis ergo arbor quæ non facit bonũ fructum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Grego. Quilibet ad cor redeat, & tanto maiora lucra ſibi acquirat per pęnitentiam, quanto maiora damna ſibi intulit per culpam. Circa tertium nota, ꝙ triplex vtilitas notatur hic, quę prouenit ex pænitentia. Prima, quia Deus ad peccatorem, qui erat auerſus & iratus, conuertitur, ibi. Conuerſus Ieſus. Zach. 1. Hæc dicit Dominus exercituum. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant prophetæ priores dicentes. Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini ad me de vijs veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderũt ad me, dicit Dominus. Patres veſtri vbi ſunt? & prophetæ numquid in ſempiternum viuent? Secunda eſt, ꝙ gratia Dei ei infunditur: unde reſpexit Ieſus Petrum, & fleuit amare, quem a crimine negationis liberauit, & ab apoſtolatus culmine non permiſit cadere. Matth. 26. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat. Priuſquàm gallus cantet, ter me negabis: & egreſſus foras, fleuit amare. Eſt enim Dominus ſicut ſol, qui reſpiciẽs ſegetem viuere & fructificare facit. pſal. 24. Reſpice in me, & miſerere mei. Tertia eſt, ꝙ per pęnitentiam ſalus acquiritur, ibi. Et ſaluata eſt mulier. Iſa. 45. Conuertimini ad me, & ſalui eritis.

Dominica uigeſimaquinta ex epiſtola.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiã in terra, Hiere. 3. In iſtis verbis prædicitur aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Circa quod tria notanda. Primo, adueniendi congruitas, ibi. Ecce dies veniũt: congruum enim erat vt aduentum Domini præcederent multi dies, in quibus præpararent ſe homines ad ſuſceptionem eius. Secundo, venientis dignitas, ibi. Suſcitabo Dauid germẽ iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit. Tertio, aduentus vtilitas, ibi. Faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Circa primum nota, ꝙ quinque dies ſpirituales venerunt ante aduentum Chriſti. Prima dies fuit æterna patris præordinatio. Mich. 6. Egreſſus ab initio a diebus æternitatis. Secũda, patris facta promiſſio. Luc. 1. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Tertia, in lege ipſius pręfiguratio. Io. 5. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternã habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Et in eodem. Si enim crederetis Moyſi, crederitis forſitan & mihi. Quarta, ipſius a prophetis prędicatio. Luc. 1. Viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ: ſicut locutus eſt per os ſanctorum. Quinta, ipſa Chriſti incarnatio. Iohel. 3. In illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac. De iſtis quinque poteſt intelligi illud Iudith. 6. In diebus quinq; reſpiciat Dominus populum ſuum Iſrael. Circa ſecũdum nota, ꝙ ibi quinque tangit propheta quo ad dignitatem Chriſti. Primo, commendat eum a ſpecioſitate. Secũdo, a fortitudinis poteſtate. Hic duo notant, ibi. Dauid, qui interpretatur uiſu deſiderabilis, & fortis manu. Chriſtus fuit uiſu deſiderabilis propter ſuam admirabilem pulchritudinem. pſal. 44. Specioſus forma præ filijs hominum. 1. Pet. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere. Fuit & manu fortis Chriſtus propter admirabilem fortitudinem. Auguſtinus. Manu inermi & affixa cruci debellauit aereas poteſtates. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Tertio, commendat ab innata ſanctitate, ibi. Germen iuſtum, ideſt, in conceptione, quia ſolus ſine peccato, Qd̃ naſcet ex te ſanctũ, vocabitur filius. Dei. Luc. 1. Quarto, a regali dignitate, ibi. Regnabit rex. Apocal. 5. Rex regum Dominus dominantium. Quinto, a ſapientiæ claritate, ibi. Et ſapiens erit. Col. 3. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcondi-

ti. Circa tertium nota, ꝙ Chriſtus venit in mundum vt nos iudicaret, & remuneraret: hęc duo notantur hic. Et faciet iudiciũ, & iuſtitiam in terra. Iudicium incredulos reprobando, ideſt, condemnando: iuſtitiam credentes iuſtificando, & ſaluando. De primo, Io. 3. Qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. De ſecũdo, ibidem, Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Nõ enim miſit Deus filium ſuũ in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum: qui credit in eum, non iudicatur. Debemus ergo in eum credere per fidem, quæ perducit & operatur vt ſaluemur. Debemus & malum fugere, ne damnemur. Matth. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero nõ crediderit, condemnabitur, A qua cõdẽnatione liberet nos &c.

De eadem ex euangelio.

Illi homines cum vidiſſent qd̃ fecerat ſignum, dicebant: quia hic eſt vere Propheta, qui uenturus eſt in mundum, Io. 6. In iſtis verbis quatuor notanda. Primo, Chriſti potentia, ibi. Cum vidiſſent quod fecerat ſignum Ieſus. Miraculum enim iſtud quod fecerat, actus fuit infinitę potentię. Dionyſius. Miraculum eſt actus manifeſtus potentiæ Dei ad optimum. Secundo, magna Chriſti ſapientia, ibi. Hic eſt vere propheta. Prophetia eſt actus infinitæ ſapiẽtię. Deu. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Deus tuus, ipſum audies. Tertio, magna iuſtitia, ibi. Qui venturus eſt in mundum. Venturus eſt enim Chriſtus in mundum iudicare ipſum in iuſtitia. pſal. 9. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia. Circa primũ, notanda quatuor ſigna Chriſti. Primum ſignum fuit incarnatio Chriſti, quæ fuit ſignum infinitæ bonitatis. Iſa. 7. Propter hoc Deus dabit vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Secundum, miraculorum operatio, quod fuit ſignum infinitæ potentię. Io. 20. Multa quidẽ, & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus ẽ Chriſtus filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine eius. Tertium ſignum eſt paſſio. Matth. 12. Reſponderũt quidam de Scribis, & Phariſæis dicentes. Magiſter volumus a te ſignum videre. Qui reſpondens ait illis. Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enĩ fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ita erit &c. Quartũ, aduentus eius ad iudiciũ. Iſa. 8. Habitatores terræ, qui moramini ĩ terra, cũ eleuatũ fuerit ſignum in montibus, & videbitis, & clãgorem audietis. Circa ſecundum, nota ꝙ in quatuor apparet magna ſapientia Chriſti. Primo, in doctrina ſua, ideſt, in veritate. Mat. 22. Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Secundo, in profunditate. Prouer. 18. Aqua profunda, ideſt, doctrina ſpiritualis: verba ex ore viri, ideſt, Chriſti: & torrens redundans, quia tanta eſt abundantia in verbo doctrinæ præſentis vitæ, fons ſapientiæ. Myſtice aqua profunda ad uetus teſtamentum, torrens redũdans ad nouum teſtamentum refertur: & vtriuſque teſtamenti ſacramentum Deus Chriſtus, & Apoſtoli eius reſerant. Item, verba ſapientum lauant mentes & rigant, ne peccatorum ſorde deformes remaneãt, vel ariditate deficiant. Et quia quædam myſticę latent, quædam aperta ſunt, recte hic aquam profundam, & torrentem redundantem eſſe dicit. Tertio, in unitate. Io. 5. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Quarto, in ęternitate. Luc. 27. Cælũ & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibũt. Circa tertium nota, ꝙ Chriſtus venturus eſt in mundum ad quatuor. Primo, malos cõdẽnaturus. Iudæ. 1 Ecce ueniet Dñs in ſanctis millibus ſuis facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios. Secũdo, bonos remuneratur. Apoc. vlti. Ecce venio cito, & merces mea mecum reddere unicuique iuxta opera ſua. Tertio, mundum per ignem conſumpturus, & renouaturus. pſa. 49. Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit: ignis in conſpectu eius exardeſcet. Quarto, ſolus ipſe in perpetuum regnaturus: ceſſabit enim omne regnum. Solum regnum Chriſti manebit in perpetuum. Dan. 7. Aſpiciebam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli filius hominis ueniebat, & uſque ad antiquum dierum peruenit, & in cõſpectu eius obtulerunt eum, & dedit eis poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguę ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nõ auferetur, & regnũm eius quod non corrumpetur &c.

De eodem.

Et cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentib', Io. 6. Sicut dicit glo. Chriſtus egit gratias, & docet nos agere gratias pro tribus beneficiis. Primo, pro beneficiis corporalibus: ſecundo, pro ſpiritualibus: tertio, pro æternalibus. Pro corporalibus tripliciter. Primum, quia creauit eſſe naturæ cõferẽdo. Ephe. 5. Gratias agens ſemper pro omnibus in nomine domini Ieſu Chriſti, Deo & Patri. Deus dicit pater noſter p creationem. Scd̃o, quia cõſeruat eſſe naturæ mala remouendo. Sap. 18. Et qui ante lęſi erant, quia non lędebantur, gratias agebant tibi: & vt eſſet differentia te Deum petebant, propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ. Tertio, quia nutrit cibo corporali reficiendo. 1. Tim. 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidã a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquẽtium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, & abſtinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationẽ. Pro ſpiritualibus beneficiis debemus ſimiliter gratias agere Deo propter tria. Primo, quia nos ſanctificat gratiam conferendo. Col. 1. Gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit nos in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem peccatorum. Secundo, quia inſtruit uerba ſua docendo. 1. Theſ. 2. Nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cũ accipiſſetis verbũ auditus Dei, accepiſtis non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis. Tertio, quia reficit animam cibum Euchariſtię tribuẽdo. Luc. 23. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit ęis dicens.

Accipite

Accipite & manducate, quia hoc est corpus meum. F In hoc enim quòd Christus dedit corpus suum, cum gratiarum actione debemus istum cibum ineffabilē suscipere. Item, pro beneficiis æternalibus debemus gratias agere similiter tripliciter. Primo, pro iustorum ab æterna morte liberatione. Colos. 1. Gratias Deo patri: & post. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum &c. Secundo, pro iusta reproborum damnatione Tertio, pro summa & digna sanctorum glorificatione. De his duobus, Apoc. 11. Viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedēt in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes. Gratias agimus tibi Dñe Deus, pater oīpotēs, qui es, & qui eras, & qui uēturus es: quia accepisti G virtutē tuā magnā, & regnasti; & iratæ sunt gētes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis. Amen.

Expliciunt sermones de tempore.

INCIPIVNT SERMONES FESTIVI TOTIVS ANNI

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

PORTET præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum H lucis te adorare, Sapien. 16. Cras celebraturi sumus ortum solis ęterni: ideo monemur in istis verbis præparari ad ortum eius. Et notantur hic duo. Primo, nasciturus cōmendatur. Secundo, quid sit nobis faciendum demonstratur. Christus commendatur in duobus. Primo, quia sol: secundo, quia lux. Duo etiam nobis faciēda indicunt. Primū præuenire, secūdū adorare. Primum, ibi. Solem: secundum, ibi. Ad ortum lucis: tertium, ibi. Præuenire: quartum, ibi. Adorare. Prēuenire hodie, adorare cras. Circa primum sciendum, ꝙ Christus dicitur sol. Malach. 3. Vobis timentibus I Deum orietur sol iustitiæ. In hoc autem quòd dicitur sol, notantur septem beneficia quæ exhibuit generi humano nascendo, sicut sol corporalis septem effectus exercet in corporibus. Primus effectus est generatio, secundus viuificatio, tertius nutritio, quartus augmentatio, quintus perfectio, sextus purgatio, septimus renouatio. De his omnibus sol ad generationem sensibilium corporum emittitur, & ad vitam ea mouet, nutrit, & auget, & perficit, purgat, & renouat: hæc fecit Christus nobis, nascendo. Generauit, filios Dei faciendo. Io. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: Iaco. 3. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Viuificauit, vitam gratiæ & gloriæ largiendo. Ioā. 1. K Vita erat lux hominum. Eph. 2. Et nos cōuiuificauit in Christo. Io. 10. Et ego vitam æternam do eis. Nutrit, pane Eucharistiæ, & verbi diuini. Io. 6. Ego sum panis viuus &c. Sapien. 16. Panem de cælo præstitisti eis &c. psal. 30. Educes me, & enutries me. Augmentauit, plenitudinem gratiæ & donorum largiendo. Io. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Eph. 4. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo. Perficit, statum perfectionis inducendo. Matt. 5. Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Purgauit, sordes peccatorum auferendo. Hæb. 1. Purgationē peccatorum faciēs. Renouauit, vetustatem culpæ destruēdo, & noua omnia faciēdo. De primo, Ro. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est &c. De secundo, Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia: sic fuit nobis sol, fuit & lux. Et nota, in hoc ꝙ dicitur lux, sex alios effectus, quos fecit nobis nascendo. Sex enim sunt effectus lucis. Primus, illuminatio. Secundus, fœcundatio: fœcunditas n. est ab influentia lucis. Tertius, præseruatio: est. n. lux pseruatiua. Quartus, ordinatio. Quintus ornatio Diony. Lux confusum & inordinatum ordinat & ornat. Sextus, sui effusio: est enim lux effusiua sui. Fœcundauit, virtutum radios infundendo, & ad bona opera commouendo. Isa. 58. Implebit splendoribus animam tuā: & post, Et eris hortus irriguus &c. Vbi nota, ꝙ fœcunditas est ex influentia lucis. Præseruauit, Io. 17. Ego seruabam eos &c. Ordinauit, Cant. 2. Ordinauit in me charitatem. Ornauit, Eccl. 48. Ornauit tempora vsque ad consumationem vitæ. Iob. 25. Spiritus Domini ornauit cælos. ſ Domini nostri Iesu Christi. Se ipsum effudit pro nobis moriendo. Gal. 3. Tradidit semetipsum pro me, scilicet Christus. Cum multis ergo bonis natus est nobis sol iste, et lux ista. Dignum est ergo prēuenire ortum eius, & ad natiuitatem adorare. Præuenire autem debemus septem modis. Primo, ab omni nos peccati sorde abluendo. Secundo, omnem amorem terrenum excludendo. Tertio, in amore ipsius firmiter persistendo. De his tribus, Numeri. 11. Sanctificamini hodie, & cras comedetis carnes. Sanctus enim idem est quod mundus, sine terra, & firmus. Quarto, diuinis laudibus insistendo. psa. 94. Prēoccupemus faciē eius in cōfessione. Quinto, pseuerāter, vt digni simus participes natiuitatis eius fieri orādo. psa. 87. Mane oōo mea pueniet te. Idē. Prēueni ī maturitate & clamaui. Sexto, quanta beneficia largitus sit nobis diligenter meditando. psal. 118. Prēuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Septimo, de tanto Deo gratias referendo. Hoc est quod dicitur præuenire ad benedictionem. Adorare debemus ad ortum lucis, idest, natiuitatem Christi quinq; modis. Primo, corde credendo. Secundo, ore confitendo. Tertio, opere quodam sacrificium eius deuote & digne sumendo. Quarto, largas eleemosynas faciendo. Quinto, noctes & dies in eius laudibus expendendo. De primis duobus, Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. De tertio, Ro. 12. Obsecro uos fratres per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam &c. De quarto, Isa. 28. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. De quinto, docent angeli qui hanc diem tam solemniter cantarunt. Luc. 2. Et subito facta est cū angelo multitudo militiæ cælestis.

In Natiuitate Domini ex epistola.

ARVVLVS natus est nobis, Isa. 9. In istis verbis tria notantur circa natiuitatem Domini. Primo, natus describitur. Secūdo, ipsa natiuitas subditur. Tertio, natiuitatis vtilitas sequitur. Primum ibi. Paruulus: secundum, ibi. Natus est: tertium, ibi. Nobis. Natus est ergo paruulus: sed cuiusmodi paruulus? admirabilis, amabilis, ineffabilis, formidabilis, venerabilis, desiderabilis. De his hoc est quod postea sequitur, Et vocabitur nomen eius admirabilis, ecce primum: & amabilis, quia

quia ē cōsiliarius: ineffabilis, quia Deus: formidabilis, quia fortis: venerabilis, quia pater futuri sæculi: desiderabilis, quia princeps pacis. Admirabilem istum cęli enarrant, angeli clamant, magi nuntiāt, pastores prædicant. æli stellam emittendo, angeli laudando, magi adorando, pastores quæ uiderāt enarrando. De primo, Matth. 2. De secūdo, Luc. 2. De tertio, Matth. 2. De quarto, Luc. 2. Est admirabilis tripliciter, quia creator creatura efficitur, virginitas in sui partu non perditur, hoc ab homine rationali creditur. Hæc tria miracula fecit hodie Dominus. Primum, ꝙ Deus factus est homo: secundum, ꝙ Virgo peperit: tertium, ꝙ cor humanum credidit. Est ergo admirabilis propter maiestatem, sed est amabilis propter bonitatem quæ apparet in tribus. Primo, ex sui effusione, seipsum hodie effundendo. Diony. Bonū est diffusiuum sui. Io. 1. Verbum caro factū est, & habitauit in nobis &c. Secūdo, ex benignitatis suę ostensione. Vnde cātamus in epistola ad Titū. 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei &c. Tertio, ex optimorū adductione. Diony. Optimi est optima adducere. Adduxit autem nobis tria optima, scilicet optimū scientiæ, gratiæ, & gloriæ. De his in Euangelio tertiæ Missæ. Vidimus gloriam eius, quo ad optimum gloriæ: plenum gratię, quo ad optimum gratiæ: & veritatis, quo ad optimum scientię. est ergo amabilis. C Sed est ineffabilis propter tria. Primo, ꝓpter æternitatem: secundo, propter eandem cum patre æqualitatem: tertio, propter diuinitatem. De his tribus Io. 1. In principio erat verbum, ecce æternitas: & verbū erat apud Deū, ecce æqualitas: & Deus erat verbū, ecce deitas, ē ergo ineffabilis. Est & venerabilis, quia omnicreator, omnigubernator, & omnirecreator. Ista tria habentur in epistola. Per quem fecit & sæcula: ecce creator: portans omnia verbo virtutis suæ, ecce gubernator: purgationem peccatorum faciēs, ecce recreator. est ergo venerabilis. Est ēt desiderabilis pp speciositatē, q̄ speciositas est quidā partiū situs cū quadā coloris suauitate. Oīs. n. pulchritudo ī duob° cōsistit. In luminib°, & characteribus, siue figuris & coloribus. Ista duo habent in epistola, ibi. Qui cū sit splēdor gloriæ, quo ad pulchritudinem coloris: & figura substantiæ eius, quo ad pulchritudinē figuræ. psal 44. Speciosus forma præ filiis hominum. Quo ad pulchritudinem coloris. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. est ergo desiderabilis. Sed est & formidabilis propter tria. Primo quia lux, vt omnia videat. Secundo potens, vt omnia valeat. Tertio iustus, vt de omnibus iustitiam faciat. De primo, Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt &c. De secundo, Heb. 1. Sedet ad dexteram maiestatis. De tertio ibidem, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem &c. Debemus ergo eum admirari, vt ī obstupescamus: amare vt ardescamus: ineffabilem cogitare, vt humiliemur: formidabilem, vt timeamus, venerabilem, vt laudemus: desiderabilem, vt ad eum festinemus. Circa natiuitatē sciendū hic ꝙ triplex est eius natiuitas. Æternalis ex patre, temporalis ex matre, spiritualis ex corde, hoc significant tres Missæ in die natiuitatis. Circa vtilitatem breuiter sciendum, ꝙ duplicem vtilitatem consecutus est homo de eius natiuitate, scilicet malorum omnium remotionem, & bonorum omniū acquisitionem: hoc dixerunt angeli, Luc 1. Annuntio vobis gaudium magnum, quo ad bonorum adeptionem: quia natus est vobis Saluator, quo ad malorum remotionem, scilicet qui nos saluabit ab omni malo opere. Ipse paruulus hodie natus faciat nos tanta gaudii participes, qui viuit & regnat in sæcula, Amen.

De eadem ex euangelio.

VIT A erat lux hominum, Io. 1. In hoc euāgelio puer iste qui natus est, vocatur verbum, lux, & vita. Primum, ibi. In principio erat verbum: secundum & tertium, ibi, Vita erat lux hominum. Et notat per hoc multiplex utilitates quam in eius natiuitate consecutus B est homo. Fuit enim verbum hominem docendo, lux illuminando, vita ad ęternitatem perducendo. De primo, Matth. 4. Circuibat Iesus docens. Docuit autem nos tria, scilicet rerum qualitatem, scripturæ veritatem, vitæ sanctitatem. Rerum qualitatem, quia docuit mundum fallacem, diabolum mendacem, Deum veracem, & huiusmodi. De secundo, Lucæ vltimo. Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. De tertio, Mat. 5. Beati mites, beati pacifici &c. per totum. Et sic, in primo docuit physicam, quę inquirit naturas rerum: in secundo logicam, quæ probat verum: in tertio ethicam, quæ docet honestatem morum. Io. 13. Vos vocatis me magister & Domine, C & bene dicitis &c. Item, lux illuminando: illuminat autem tripliciter, noctem culpæ expellendo, diem gratiæ inducendo, luminaria magna, idest sanctos, ꝓ mūdū diffundēdo De primis duobus, Ro. 13. Nox præcessit, dies aūt appropinquauit. De tertio, Phil. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Itē, fuit vita, vitā nostrā reparando, vitā gratię largiendo, vitā gloriæ tribuēdo. De primo, Et uitam resurgendo reparauit. De secundo, Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita. De tertio, Ioan. 10. Ego vitam æternam doeis, Ad quam perducat nos qui est benedictus in sæcula, Amen.

In festo sancti Stephani ex epistola.

STEPHANVS autem plenus gratia &c. Act. 6. Stephan° interpretatur coronatus, & dignus fuit vt tali vocaretur nomine, qui primo meruit corona martyrii coronari. Ideo dicitur protomartyr, idest, primus martyr. Est autem ipse coronatus, & coronantur omnes sancti quadruplici corona, argentea, stellea, aurea, & gemmea. De prima, Zacha. 6. Sume argentum & facies coronam. De secunda, Apo. 12. Et in capite eius corona stellarum duodecim. De tertia, Eccle. 45. Corona aurea super caput eius. De quarta, psalm. 20. Posuisti super caput eius coronam de lapide pretio- E so. Argentea corona est cordis claritas, quæ corpus mirabiliter decorabit. Isa. 61. Sicut sponsum decoratum corona. Stellea corona est perfecta de omnibus scientia. Eccle. 6. Corona gratulationis super te, dicitur de sapientia. Aurea corona est ipsa de diuinitate iucunditas. Isa. 38. In illa die erit tibi Dominus corona gloriæ. Gemmea corona est æternitas. 1. Petri. 5. Percipietis immacrescibilem æternæ gloriæ coronam. Sunt autem octo pro quibus Dominus electos suos debet coronare. Primum, Dei miseratio. psalm. 102. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Secundum puritatis conseruatio. Sapien. 2. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate: & post subditur, Coronata

nata triumphat. Tertium, carnis mortificatio. Isa. 61. F
Dabo coronam pro cinere &c. Quartum, iustitiæ
labor. 2. Timo. 4. De reliquo reposita est mihi co-
rona iustitiæ. Quintum, tentationum superatio.
Iaco. 1. Beatus uir qui suffert tentationem &c. Se-
xtũ, populorum conuersio. 1. Thes. 3. Quæ est spes &
cõsolatio nostra. Septimũ, bene administrata plātio.
Prou. Agnosce uultũ pecoris tui &c. Octauũ, tolerata
p Christo passio. Apoc. 2. Esto fidelis usq; ad mortẽ,
& dabo tibi coronã uitæ. Coronant & mali aliis coro
nis. Coronant. n. corona florea, frõdea, aurichalca, spi
nea. Florea in carnis uoluptatibus. Sap. 2. Corone-
mus nos rosis. Frondea, in mundi uanitatibus. 2. G
Mach. 6. Coronati hædera libero circuire cogeban-
tur. Isa. 13. Væ coronæ superbiæ. Aurichalca, ĩ diuitiis
sæcularibus, quę uidẽtur diuitiæ, sicut aurichalcum
uidetur aurum, sed non sunt. Apoc. 9. Habebat co-
ronam similem aurichalco. Spinea in pœnis æterna-
libus. psal. 33. Coronans coronabit te tribulatione.
Sunt ergo istæ coronæ cauendę, illæ appetendæ &c.

In festo Sancti Ioannis.

NVNQVID ad præceptum tuum eleuabi-
tur aquila? Iob. 39. Ista uerba satis bene cõ
ueniunt hodiernæ festiuitati, in qua transi-
tus beati Ioannis de morte ad uitam recolitur. Circa
quam tria in istis uerbis notantur, modus transeun-
di, utilitas transitus, dignitas transeuntis. Primum,
ibi. Nunquid ad præceptum tuum: secundum, ibi.
Eleuabitur: tertium ibi, Aquila. Circa primum scię
dum ꝙ quatuor præcepta fecit ei Dominus. Primũ,
ut nuptias desereret: secundum, ut post eum iret: ter
tium, ut statum utriusque ecclesiæ scriberet: quar-
tum, ut relicta prę̃sentis uitæ miseria, ad paradisum
transiret. De primo, Hiero. in prologo super Ioannẽ,
Quem de nuptiis uolẽtem nubere uocaret Deus, ut
uirginem uirgo seruaret. De secundo, Mat. 4. Inuenit
Iacobũ Zebedæi, & Ioãnem fratrẽ eius &c. De tertio, I
Apoc. 1. Quod uides, scribe in libro, & mitte septẽ
Ecclesiis. De quarto, in legẽda sua, Veni ut cum fratri
bus tuis epuleris. Circa secundum nota, ꝙ quatuor
modis fuit eleuatus in morte. Primo, ad eam uoluntarie
eundo. Secundo, dolorem mortis non sentien-
do. Tertio, ab ea cito sicut creditur resurgẽdo. Quar
to, de ipsa ad cælum ascendendo. De primis duo-
bus in prologo super Ioannem. Descendit in deso-
sum sepulcrũ, siue locũ, & facta oratiõe appositus est
ad patres suos: ecce primũ tã extraneus a dolore mor
tis, quàm a corruptione carnis, inuenit alienus: ecce
secundum. De aliis duobus in legenda. Circa ter-
tium sciendum, ꝙ beatus Ioannes dicitur Aquila
propter tria. Primo, propter uidẽdi perspicacitatem.
Secundo, propter uolandi sublimitatem. Tertio, pro
pter quarũdam actionum proprietatem. Vidẽdi per-
spicacitas in aquila consistit in duobus, quia uidet
splẽdidissima, quia solem in rota uidet: remotissima,
quia de cælo leporem in terra. Sic beatus Ioannes
uidit solem in rota, idest, Christum in patre. Ioan. 1.
In principio erat uerbum. Vidit remotissima, quia
quæ uentura sunt in fine mundi, uidit in Apocalypsi.
Item, uolauit altissime dupliciter. s. contemplando,
& scribendo. De primo, Apoc. 1. Fui in spiritu in do-
minica die, & audiui post me uocem magnam, tam
quàm tubę &c. De secundo, Ezech. 10. Facies aqui-
læ desuper ipsorum quatuor: quia Ioannes scriben-
do cæteros Euangelistas transcendit. Aug. Si paulo
altius intonasset, totus mundus eum capere non
posset. Item, dicitur aquila, propter duplicis actio-
nis proprietatem. Primo, pullos collocauit in Deo.
1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet.
Secundo, petrã in nido posuit. i. Christũ. 1. ad Corin.
10. Petra autem erat Christus. De hac aquila patet
in epistolis suis per totum. De ista aquila dicitur
Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum, ubi
commendatur in multis. Moraliter si uolumus in
altum eleuari, debemus esse aquila propter septem.
Primo, ut de ueteri statu in nouum mutemur. psal.
102. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Secun-
do, ut in altum conuersando uolemus. Philip. 3.
Nostra conuersatio in cælis est. Tertio, ut uirtutum
uarietate plumemur. Ezech. 17. Plena plumis &
uarietatibus &c. Quarto, ut ad cælum ire festine-
mus. 2. Regum. 1. Aquilę uelociores. Hebr. 4. Fe-
stinemus ingredi in illam requiem. Quinto, ut bo-
na nostra per rectam intentionem occultemus. Pro
uer. 30. Tria sunt mihi difficilia, uia aquilæ in
cęlo &c. Attendite ne iustitiam uestram &c. Sexto,
ut petram, idest Christum, in nido cordis collo-
cemus. Ephes. 3. Christum habitare per fidem
in cordibus uestris. Septimo, ut in bono opere us- H
que in finem perseueremus. Isa. 40. Assument pen-
nas ut aquilæ, uolabunt & non deficient &c.

De eodem ex epistola.

CIbauit illũ pane uitę & intellectus. In hac epistola
ostẽdit ꝙ quatuor bona, quæ multũ consueuerũt
ab homine appeti, facit Dominus his qui diligunt eũ
& timent. Primũ, delitiarum lætitia: secundũ, bea-
torum gloria: tertiũ, diuitiarum copia: quartũ, iu-
stis ęternitatem. Primum, ibi. Cibauit eum: secun-
dum, ibi. In medio ecclesiæ: tertium, ibi. Iucun-
ditatem, & exultationem thesaurizauit: quartum,
ibi. Et nomine æterno. Circa primum nota, quòd
tres delitias dat Dominus seruis suis in uia. Primæ,
cõsistunt in corporis dñici sumptione. Secundæ, in
sacrę scripturæ lectione. Tertiæ, in diuinę bonitatis
prægustatione. Primæ, notantur ibi. Cibauit illum
pane uitæ &c. Ioan. 6. Ego sum panis uitæ, qui de
cælo descendi. Secundæ, ibi. Intellectus. Prouer. 9.
Edite panem meum. Tertiæ, ibi. Aqua sapientiæ &c.
Sapientia enim dicitur a sapore. Sap. 17. Panem de
cælo præstitisti eis omne delectamentũ in se habẽtẽ:
uere omne delectamentũ, qa si quis gustauerit de eo,
delitias mundi tãquàm amarissimas despiciet. Greg.
Gustato spiritu desipit omnis caro. Circa secundũ
K notandum, quòd in tribus ponitur beatorum glo-
ria. Primo, in eloquentia: secundo, in sapientia:
tertio, in uestium gloria. Primum, ibi. In medio ec-
clesiæ aperuit os eius. Secundum, ibi. Et impleuit
eum Dominus spiritu sapientiæ. De his duobus.
Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam. Tertium,
ibi. Stolam gloriæ induit eum. Quæ est honesta ex-
terior conuersatio, quæ intexitur ex filis bonorum
morum. Isa. 6. Induit me uestimento salutis.
Diuitiarum copia ponitur similiter in tribus. Pri-
mo, in eorum delectabilitate: secundo, in pretiosi-
tate: tertio, in gloriositate. Primum, ibi. Iucundi-
tate intrinsecus & extrinsecus: sunt enim iucundę
illæ diuitię non amaræ, sicut diuitiæ mundi. Secun-
dum, ibi. Thesaurizauit. Thesaurus enim non sit
nisi

nisi de pretiosis. Tertium, ibi. Super eum, quia to- A
tus repletus est diuitiis. psal. 111. Beatus uir qui ti-
met Dominũ. & ibidẽ. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius.
Circa tertium notãdum, quòd tria æterna promittit
eis, æternitatem nominis, ęternitatẽ hæreditatis, &
æternitatem uitæ. Primum, ibi. Et nomine æterno.
psal. 111. In memoria ęterna erit iustus. Secundum,
ibi. 1. Pet. 2. In hæreditatem incorruptam & incon
taminatam. Tertium, ibi. Eum. Ioan. 10. Ego uitam
æternam do eis. Sunt ergo duodecim bona quæ pro
mittit Deus his qui timent eum: & ideo optimum
est timere eum &c.

In festo S. Innocentium ex epistola.

CANTABANT sancti cãticum nouum an-
te sedem Dei, Apoc. 13. Tria notantur hic.
Primum, quia cãtabant optimi cantatores,
quia sancti. Secundo, quia cantabant optimam can-
tionem, quia canticum nouum. Tertio, ubi canta-
bant, quia in optimo loco, quia ante sedem Dei.
Circa primum notandum, ꝙ bonos cantores faciunt
tria. s. bonæ uocis instrumẽtũ, artis documentũ, usus
exercitamentum. Bonæ uocis instrumentum tria fa-
ciunt, reumatis expurgatio, pectoris dilatatio, oris C
apertio. Primum est peccatorum expulsio. Eccl. 15.
Non est speciosa laus in ore peccatoris. psal. 112.
Laudate pueri Dominum. Secundum est amico-
rum dilectio. 2. Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum
est: dilatamini & uos. Exo. 15. Cãtemus Domino &c.
Tertium est intentionis ad Deum directio. psal. 118.
Os meum aperui. Item. Domine labia mea aperies.
Ad artis documentum sunt tria necessaria. Primo, ut
scias uocem leuare. Secundo, deprimere. Tertio,
concordare. Vox eleuatur per contemplationem. 1.
Paral. 10. Cantabãt: & post. Resonabant sonitus læti-
tię in excelsis. Vox deprimitur per sui humiliationẽ.
Dan. 4. Benedicite sancti & humiles corde Domi-
no. Concordatio uocis fit concordiæ & unitatis con
seruatione. Ephes. 1. Solliciti seruare unitatem spiri-
tus in uinculo pacis: uel per mentis cum corde con-
cordatione. 1. Corinth. 14. Psallam spiritu, psallam &
mente. Ad usus exercitium sunt tria necessaria, ut
cantet frequenter, diligenter, & fortiter. De primis
duob°, Isa. 23. Bene cane, frequẽta canticũ ut memo
ria tui sit. De tertio. psal. 97. Psallite Dño in uoce tu-
bæ. Tales debẽt esse cãtores: sed quid debẽt cãtare? cã
ticũ nouũ. Canticum nouum cantatur quatuor mo
dis. Primo, si cantet nouus homo. Ephes. 4. Reno-
uamini spiritu mentis uestræ. Secundo, si cantet no-
ua. s. spiritualia. Ephes. 5. Cantantes in canticis spiri
tualibus. Tertio, si cantet pro nouis. i. pro æternis.
Apoc. 20. Ecce noua facio omnia. psal. 95. Cantate
Deo canticum nouum. Quarto, si cantet nouo mo-
do. i. delectabiliter. psal. 97. Iubilate Deo nostro &c.
Ecce quòd debemus cantare: sed ubi debemus can-
tare? ante sedem Dei, ut libenter audiat summus
Pontifex, ut magnas præbendas conferat largissimus
princeps, ut magna munera tribuat. De primo, Cãt.
2. Sonet uox tua in auribus meis, & angeli libenter
audiunt. Ibidem. Amici auscultant tę, fac me audire
uocem tuam. De secundo, Apoc. 3. Faciam illum
columnam in templo Dei. De tertio, Luc. 21. Ego
dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus re-
gnum.

In festo Sancti Thomæ.

BEATVS uir qui in sapiẽtia morabit. Eccl. 14.
In his uerbis notatur meritum sanctorum
& præmium. Primo, ibi. Qui in sapientia:
secundo, ibi. Morabitur. Circa primum sciendum,
ꝙ duplex est sapientia in qua morandum est, increa-
ta, & creata. De prima, Eccl. 24. Ego ex ore altissi-
mi prodiui. De secunda, Eccl. 1. Omnis sapientia a
Dño Deo est. In increata debemus morari tripliciter.
Primo, per fidem secundum rationem in eius ueri-
tate: secundo, per spem secundum irascibilem in
B eius maiestate: tertio, per charitatem secundum
concupiscibilẽ in eius bonitate. De primo. Ioan. 15.
Si mãseritis in me, & uerba mea in uobis manserint.
De secũdo, Manete in dilectione mea. De tertio. 1.
Ioã. 3. De° charitas est. Ista tria necessaria sunt ad bea
titudinẽ acquirendã. De primo, Heb. 10. Oportet ac-
cedentem ad Deum credere. De secundo, Roman. 8.
Spe autẽ salui facti sumus. De tertio, Corint. 13. Si lin
guis hominum loquar &c. Itẽ, debemus in sapiẽtia
creata tripliciter morari. Primo, a malis recedendo:
secundo, bona faciendo: tertio, in his perseuerań-
do. Ista est triplex sapientia sanctorum. De primis
duobus, Iob. 24. Ecce pietas ipsa est sapientia, quo ad
C bene agendum: & recedere a malo intelligentia, quo
ad malum. De tertio, Eccl. 17. Homo sanctus manet
in sapientia: præmium sapientię est beatitudo. Beati-
tudo autem est status omnium bonorum aggrega-
tione perfectus, sicut dicit Boetius. Est autem du-
plex beatitudo, in uia, & in patria: utraque acquiri-
tur per sapientiam. Nam in uia habet quandam simi-
litudinem illius, quę est in patria, in qua sunt septem
dotes. Habent enim claritatem per uultus hilarita-
tem: ita & in uia habet modo suo sapiens illas dotes.
Eccl. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius: ista est
prima dos, secunda est impassibilitas quam habet
per patientiam, uel mansuetudinem. Philos. Mitis
D est qui non patitur, nec deducitur. Item, glosa super
Matth. Mitis est qui nullã amaritudinem animi sen-
tit. Prou. 14. Qui patiens est, multa gubernatur sa-
pientia. Tertia dos est subtilitas, quam acquirit sa-
piens per occultorum penetrationem: nam sapienti
omnia quasi potentia sunt. Eccl. 39. Occulta prouer
bia exquirit sapiens. Prou. 14. Quomodo in aquis re
splendet uultus prospicientium, sic corda hominũ
manifesta sunt prudentibus. Quarta, agilitas quam
acquirit sapiens per uelocem omnium apprehen-
sionem. Sap. 8. Attingit a fine usque ad finem for-
titer. Vel claritas acquiritur per prudentiam, im-
passibilitas per fortitudinem, subtilitas per sobrie-
tatem, agilitas per iustitiam: quę quatuor habent
E qui in sapientia morantur. Sap. 8. Sobrietatem. n.
& sapientiam docet & iustitiam, & uirtutem, qui-
bus nihil utilius est in uita hominibus. Quinta
dos est cognitio quæ datur, quia docet omnem
sapientiã. Sap. 8. Et si multitudinem scientię desidera
quis sit ꝑterita, & de futuris ęstimat &c. Sexta dos est
dilectio, q̃ est uere in sapiẽtia. Prou. 8. Ego diligentes
me diligo. Sap. 7. Et sine inuidia cõmunico. Septima
dos est omnis boni fruitio. Sap. 7. Venerunt mihi
oĩa bona pariter cum illa. Hanc beatitudinem ac-
quirit qui in sapientia. i. in Christo, & gratia
Christi moratur: sed in patria habebit ueram
beatitudinem. Est autem beatitudo status omnium
bonorum congregatione perfectus, ut dicit Boe-
tius.

tius. Eſt enim ibi omne bonum,& nullum malum.
Deutero. 8. Vbi abſque ulla penuria comedes panẽ
tuum,& rerum omnium abundantia perfrueris &c.

De eadem ex euangelio.

VBI ego ſum, illic & miniſter meus erit.
Ioã. 12. Duo notantur in hoc,meritũ &
præmium. Præmiũ, ibi. Miniſter meus:
ſecundum, ibi. Vbi ego ſum &c. Cir-
ca, primum notandum, quòd miniſter magni regis
debet eſſe formoſus in ſpecie, intelligens in diſcre-
tione, fidelis in opere. Primo, formoſus debet eſſe
per munditiæ puritatem, morum honeſtatem, ue-
ſtium uarietatem. Debet ergo miniſter Chriſti ha-
bere cordis puritatem. Prouer. 22. Qui diligit cor-
dis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum
habebit amicum regem &c. pſal. 100. Ambulans in
uia immaculata &c. Morum honeſtatem. 1. Pet. 2.
Conuerſationem ueſtram inter gentes habẽtes bonã
&c. Veſtium.i. uirtutum ſpecioſitatem. Apoc.4. Am
bulabunt mecum in albis. De his duobus, Exod.40.
Applica Aaron & filios eius, ut miniſtrent mihi,
& lotos indues ſacris ueſtibus. In ueſtibus uirtutum
uarietas, ĩ unctione morũ honeſtas, ex qua exit odor
bonæ famæ. 1. Reg. 10. Videns regina ordinem mi-
niſtrorum, & ueſtes &c. Item, debet eſſe in diſcre-
tione intelligens, ut intelligat domini uoluntatem,
ſeruiendi congruitatem, ſeruitii utilitatem. De pri-
mo. pſal. 102. Miniſtri eius, qui facitis uoluntatem
eius. De ſecundo,Luc. 2. Quis putas es fidelis ſeruus
& prudens. De tertio, Rom. 6. Rationabile obſe-
quium ueſtrum. Idem fit de eo quod magis eſt uti-
le: hæc eſt pietas. 1.Timot. 4. Exerce te ipſum ad pie
tatem &c. Debet eſſe ergo miniſter intelligens, ſed
debet eſſe etiam fidelis, ne bona ſua auferat, uel
cum hoſtibus prodat, nec ipſum deſerat. Bona Dei
aufert, qui de ſeruitio Dei gloriam quærit, quam
ſibi ſoli ſeruauit. Iſa. 42. Gloriam meam alteri non
dabo. Hoſtibus prodit Dominum qui in cameram
ſuã.i.animã ſuã introducit diabolum.pſal.87.Tradi-
tus ſum, & non egrediebar.Item,pſal.40.Homo pa-
cis meæ,in quo ſperaui.Derelinquit etiã eum. Deute
ro.32.Incraſſatus,dilatatus,impinguatus dereliquit
Dominum factorem ſuum.Talis debet miniſter eſſe,
& ſic conſequitur præmium. Sed quod præmium?
ibi. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Vbi es
Domine Ieſu in patre. Ioan. 14. Ego in patre &c. In
cælo.Io.3.Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcẽdit
de cælo filius hoĩs &c.In dextera maieſtatis.Hebr. 1.
Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. In luce in-
acceſſibili. 1.Timot. 6. Lucem habuit inacceſſibilẽ.
In throno. Apoc.3. Sedenti in throno Dei. In prin-
cipio. Ioan. 1. In principio erat uerbũ. Per hoc quòd
dicitur, eſſe in patre, notatur gloria: in luce, clari-
tas: in dextera Dei, iucunditas.i.in potioribus bonis
Dei: in cælo, loci amœnitas: in throno,dignitas: in
principio, æternitas. Promittit ergo Dominus mini-
ſtris ſuis per hoc quòd dicitur, Vbi ego ſum, illic &
miniſter meus erit,gloriam,claritatem,iucunditatẽ,
loci amœnitatem, dignitatem æternam, Ad quam
nos perducat &c.

In feſto ſancti Silueſtri.

ECCE ſacerdos magnus, qui ĩ diebus ſuis pla
cuit Deo & inuentus eſt iuſtus, *Quære in fe-
ſto Sancti Nicolai.*

De eodem ex euangelio.

F HOMO quidam peregre proficiſcens uoca-
uit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.
Matth. 25. Homo iſte Chriſtus eſt, qui
peregre profectus eſt, in Incarnatione, in Paſſione,
in Aſcenſione. In prima peregrinatus eſt in mundo:
in ſecunda in inferno: in tertia in cælo. De primo.
Gen. 12. Egreſſus eſt Abraham ut peregrinaretur in
Ægyptum. Abraham Chriſtus, Ægyptus mundus.
De ſecundo, Lucę ult. Tu ſolus peregrinus es in Hie
ruſalem &c. dixerunt reuerſo ab inferis. De tertio,
Lucę 19. Homo quidam nobilis &c. In prima pere-
G grinatione egreſſus eſt ad peregrinandum ad tria,
ad addiſcendum, ad negotiandum, ad orandum.
Peregrinatur ſcholaris ut addiſcat, negotiatur ut
acquirat,uir iuſtus ut oret: ſic Chriſtus peregrinatus
eſt in mundo, ut diſceret malum quod non ſciebat
per experientiam: hoc docetur in terra iſta. Hebr.
5. Didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam &c.
Item, ut negotiaretur: & conſtituit mirabiles nun-
dinas, in quibus uendidit denario paupertatis
regnum cælorum, denario uilitatis gloriam, de-
nario mortis uitam. De his tribus Aug. Venale
habeo, quid regnum cælorum: quanti emitur? pau-
pertate regnum, uilitate gloria, luctu gaudium, mor
H te uita. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam
ipſorum eſt regnum cęlorum, iure ſcilicet em-
ptionis. Item, ad orandum. Luc. 22. Et factus in
agonia prolixius orabat. In infernum egreſſus eſt
ad peregrinandum propter tria, ut prædam per-
ditam recuperaret, ut hoſtem.i. diabolum ſu-
peraret, ut ciuitatem fortiſſimam expugnaret:
propter hæc tria reges & principes conſueuerunt
exire peregre.De primo,Epheſ.4.Chriſtus aſcendẽs ĩ
altũ captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoĩbus &c.
De ſecundo,Apoc.20.Apprehendit diabolũ, & liga-
uit eum in abyſſo.i. in inferno. De tertio, Contriuit
portas ęreas. Infra cælum peregre profectus eſt pro-
I pter tria. Primo, ut regionem famis & omnis miſe-
riæ deſereret,ut habitaret in regione totiꝰ amœnitatis
& abundantiæ, ut regnum ſibi acquireret. Propter
hæc tria conſueuerunt peregrinari homines. De
primo, Ruth. 1. Facta eſt fames in terra abiitq;
homo de Bethlehem Iuda ut peregrinareť &c. De ſe-
cundo, Gene.35.Venit Iacob in Mambre, hæc eſt
Hebron ĩ qua peregrinatꝰ eſt Abrahã & Iſaac.Hebron
interpretatur claritudo.Hebron uiſio ſempiterna ſi-
gnificat paradiſum. De tertio, Lucæ 19. Homo qui-
dam nobilis abiit in regionem longinquam. In pri-
ma peregrinatione apparuit eius humilitas: in ſe-
cunda eius charitas: in tertia eius maieſtas. De pri-
K ma,Phil.2.Qui cum in forma Dei eſſet &c. De ſecun
do, Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet. De
tertio, Actuũ 1. Viri Galilæi quid admiramini aſpiciẽ
tes in cælũ? pſ.8. Eleuata eſt magnificẽtia tua.Eſt ergo,
in prima imitandus ut humiliemur. Matth.10.Diſci
te a me, quia mitis &c. In ſecunda diligendus,
ut eum reamemus. 1. Ioan. 4. Diligamus Deum,
quia ipſe prius dilexit nos. In tertia deſiderandus,
ut ad eum feſtinemus. Ioan. 14. Iterum ueniam,
& aſſumam uos &c. Heb.4. Feſtinemus ingredi in
illam requiem, Ad quam nos perducat, Amen.

In Circunciſione Domini ex epiſtola.

APPARVIT benignitas & humanitas Sal
uatoris noſtri Dei omnibus hominibus,
erudiens nos,ut abnegantes impietatem,
& ſæcularia deſideria ſobrie,& iuſte, & pie uiuamus
in hoc ſęculo, Tit.2. Quoniam Dominus noſter Ie-
ſus uenit in mundum peccatores ad ſe trahere, at-
trahuntur autem maxime per benignitatem: ideo
uoluit benignus hominibus apparere. Et hoc eſt
quod dicitur,apparuit. Apparuit autem benignitas
eius tripliciter. In eius actionibus, locutionibus, &
paſſionibus. In actionibus oſtendit benignitatem
quadrupliciter. Primo, pro peccatoribus carnem
aſſumendo. 1. Timot. 1. Fidelis ſermo,& omni acce
ptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus uenit in hunc
mundum peccatores ſaluos facere &c. Secundo,ſpe
cialem familiaritatem peccatoribus demonſtrando.
Lucę 15. Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani
& peccatores,ut audirent illum. Tertio,magnos pec
catores, magnos ſanctos faciendo, ſicut patet in Mat
thæo, Magdalena, & Paulo. Quarto, languores
infirmorum benigne curando, ut in leproſo quem
tetigit.Matth.7. & Lucæ 6. Sanabat omnes. Idem 4.
At ille ſingulis manus imponens, curabat eos &c.
In locutionibus oſtẽdit ſimiliter benignitatem qua-
drupliciter. Primo, omnibus benigne loquendo,
Lucę 4. Mirabantur omnes in uerbis gratię, quæ
procedebant de ore eius &c. Secundo, peccatores
ad ſe uenientes dulciter alloquendo, ſicut patet
Ioan.8.in adultera,& Luc. 7.in Magdalena. Tertio,
ſuum proditorem benigne alloquẽdo.Mat.26.Ami-
ce,ad quid ueniſti? Quarto, pro ipſis crucifixoribus
orãdo,Lucę 23. Dimitte illis,non.n.ſciũt quid faciũt
&c.In paſſionibꝰ oñdit benignitatẽ ſimiliter quatuor
modis. Primo,ipſos crucifixores benigne recipiẽdo.
Ioã.18. Ieſus autem ſciens omnia quæ uentura erant
&c. Secundo, ipſam paſſionem benigniſſime reci-
piendo. pſal. 53. Sicut ouis ad occiſionem ductus
eſt.Hiere.10.Ego quaſi agnus mãſuetus qui duciť ad
uictimã.Tertio,nulli iniuriãdo. 1. Petr. 1.Cũ maledi-
cereť non maledicebat. Quarto, multos de ſuis cru-
cifixoribus ſanctificando, ſicut Longinus qui per-
forauit lancea latus eius, & poſtea fuit ſanctus, ſi-
cut dicitur in Martyrologio. Et Act. 3. dicitur,quòd
tria millia qui conſenſerunt in mortem eius,baptiza
ti ſunt una die. Debemus ergo ad tantam benigni-
tatem recurrere, Ad quam nos perducat &c.

De eadem ex euangelio.

VOCATVM eſt nomen eius Ieſus, Lucę
2. Sicut dicit beatus Petrus, Non eſt
aliud nomen datum ſub cęlo hominibus,
in quo oporteat nos ſaluos fieri,niſi in iſto. Act.
4.Vnde cum prædicator intendat hominem ad ſa-
lutem inducere,debet de eo frequenter prædicare.
Eſt nomen iſtud in corde retinendum, in ore ha-
bendum, in aure ſeruandum, in manu feren-
dum, in fronte ſcribendum. In corde quia gau-
dium, in ore quia iubilus, in aure quia melos,
in manu quia uirtus, in fronte quia honor. De
primis tribus Bernard. Ieſus in corde gaudium,
in ore iubilus, in aure melos. De quarto, pſal.
62. In nomine tuo leuabo manus meas. De quin-
to, Apoc. 14. Habentes nomen eius, & nomen pa-
tris eius ſcriptum in frontibus. In iſto nomine
A eſt ambulandum, eſt orandum, eſt ſpatiandum,
eſt operandum, & eſt loquendum. De primo, Mi-
chę 4. Nos autem in nomine Dei noſtri ambu-
labimus.De ſecundo,Ioan. 11.Si quid petieritis patrẽ
in nomine meo,dabit uobis.De tertio. pſal. 39.Bea-
tus uir cuius eſt nomen Domini ſpes eius. De
quarto, & quinto. Coloſ. 3. Omne quodcunque
facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine
Dñi noſtri Ieſu Chriſti facite gratias agentes Deo &
patri per ipſum &c. Eſt enim nomen iſtud admi-
rabile, amabile, laudabile. Admirabile, quia in
uirtute eius omnia creantur, dæmones fugantur,
& omnes languores curantur. De primo, Apoc.
B 19. Et nomen eius uocabitur uerbum Dei: & in
uerbo Dei facta ſunt omnia. pſal. 148. Ipſe dixit,
et facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. De ſe-
cundo, & tertio. Matth. ult. In nomine meo dæ-
monia eiicient,ergo eſt admirabile. Gene. 34. Cur
quæris nomẽ meũ quod eſt ineffabile &c. Eſt & ama
bile,quia peccatores iuſtificat,iuſtos lætificat,tẽtatos
adiuuat, iuſtis gratiam augmentat, & omnes qui
ipſum inuocãt, ſaluat. De primo, Cant. 1. Oleum
effuſum nomen tuum. In oleo miſericordia, in ef-
fuſione abundantia miſericordiæ. De primo. pſal.
99. Laudate nomen eius, quoniam ſuauis Domi-
nus. De tertio, pſal. 123. Adiutorium noſtrum
in nomine Domini. De quarto. Prou. 18. Turris
C fortiſſima,nomen Domini,ad ipſam currit iuſtus, &
exaltabitur.De quinto,Ioel.3.Omnis quicũq; inuoca
uerit nomẽ Dñi ſaluꝰ erit &c. Eſt ergo amabile.pſal.
5.Gloriabunť in te omnes qui diligunt nomen tuũ.
Eſt laudabile, quia glorioſum, quia ſanctũ, quia ma-
gnum, quia nouum, quia æternum. De primo,
Dan. 4. Glorioſum nomen eius in ſęcula. De ſe-
cundo, Lucæ 1. Et ſanctum nomen eius. De tertio.
pſal. 144.Confiteantur tibi Dñe omnia opera tua.De
quarto, Iſa.61.Vocabitur tibi nomen nouũ De quin-
to authoritas,Genuit puerpera regẽ, cui nomen æter
num. Iſtud nomen illuminat rationalem, confor-
tat iraſcibilem, delectat concupiſcibilem. De pri-
D mo, Zacha. 5. Oriens nomen eius, & unde proce-
dit lux. Malach. ult. Vobis timentibus nomen
meum orieť ſol iuſtitiæ &c.De ſecundo, Zacha.10.
Confortabo eos in Dño Deo ſuo &c.De tertio, pſal.
99. Laudate nomen eius &c.Iſtud debent inferi for-
midare, terreſtres adorare, cęleſtes laudare. Infe-
ri debent formidare, quia in eo ſunt expoliati:
terreſtres adorare, quia in eo ſunt redempti: cę-
leſtes laudare, quia in eo ſunt reſtaurati. De his
Philip. 2. In nomine Ieſu omne genuflectatur,cæ-
leſtium,terreſtrium,& infernorũ &c. Rogemus &c.

In Epiphania Domini ex epiſtola.

E OMNES de Saba uenient,aurum,& tus,de-
ferẽtes. Iſa.60. Verba hæc exponuntur de
Magis. Moraliter autẽ poſſunt exponi de
peccatoribus a ſtatu culpæ redeuntibus,& ad Deum
reuertentibus. Et nota hic tria,quę ſunt peccato-
ri neceſſaria. Primum eſt a peccato receſſio, ibi.
Omnes de Saba uenient. Secundum eſt bona ope-
ratio, ibi.Aurum & tus. Tertio gratiarum actio,
ibi. Laudem Domino &c. Circa primum ſcien-
dum, quòd Saba interpretatur captiua, uel captiui-
tas, & ſignificat peccatum, in quo a dęmonibus ani-

ma captiuatur. Roman.7. Cōdelector legi Dei ſm in F
teriorē hominē: uideo autē aliā legē in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & captiuātē me in le
ge peccati, q̄ eſt in membris meis &c. Thren. 3. Vena
tione ceperūt me, quaſi auē inimici mei gratis. Dr̄ au
tē peccator captiuus, qa a dęmonib⁹ capit, uinculo cō
ſtringitur, in carcere ponit, & multis aliis miſeriis
affligitur. De primo, & ſecundo, Prouer. 5. Iniqui-
tates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum
ſuorum conſtringitur. Iſa. 3. Cadent & conteren-
tur, & irretientur, & capientur. De tertio, Thren.
3. Circumædificauit aduerſum me, ut non egrediar,
aggrauauit compedem meum. pſal. 142. Colloca- G
uit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi, & anxiatus
eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor
meum. De quarto, Hierem. 2. Vide quia malum, &
amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, &
non eſſe timorem eius apud te. Iob. 30. Egeſtate &
fame ſteriles qui rodebant in ſolitudine, ſcalentes
calamitate & miſeria &c. Saba ergo peccatum eſt. De
Saba uenire eſt de peccato recedere. pſal. 13. Auer-
tit captiuitatem plebis ſuæ. Hoc eſt primo pęni-
tenti neceſſarium. Iſa. 1. Quieſcite agere peruerſe.
Secundo, bona opera, Ibidem. Diſcite benefacere.
Hoc notatur, ibi. Aurum & tus. Sunt autem neceſ-
ſaria homini bona uita, & bona fama. Aug. Duæ H
res ſunt mihi neceſſariæ, bona conſcientia, & bo-
na fama: conſcientia propter me, bona fama pro-
pter proximum. Bona uita notatur in auro, fama
in ture. Dicitur autem bona uita aurum propter
quatuor. Eſt enim aurum pulchrum in colore, pre-
tioſum in ualore, ponderoſum in grauitate, incor-
ruptibile in ſoliditate. Omnis pulchritudo conſi-
ſtit in luminibus & characteribus. Lumina ſunt uir-
tutes illuminatiuæ ut perficiant intellectum, affe-
ctiuæ ut perficiant affectum. Cant. 5. Dilectus meus
candidus & rubicundus electus ex millibus, caput
eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatę palma
rum, nigræ quaſi coruus. Pretioſitas eſt humilitas.
Iſa. 13. Pretioſior erit uir auro, & homo mundo
obrizo. Tanto magis quis ualet apud Deum, quan-
to magis ſe humiliat. Ponderoſitas eſt morum ho-
neſtas. pſal. 34. In populo graui laudabo te. In-
corruptibilitas eſt perſeuerantia. Matth. 10. Non
qui incœperit, ſed qui perſeuerauerit uſque in fi-
nem, hic ſaluus erit &c. Gene. 2. Aurum terræ il-
lius optimum eſt. Hæc quatuor faciunt bonam ui-
tam, cordis puritas, morum grauitas, humilitas,
perſeuerantia. Aurum ergo uitam ſignificat, tus ſi-
gnificat bonam famam, quia eſt per ſui fumum dif-
fuſiuum, uicini aeris immutatiuum. Odor latius ex
eo generatur, Domino imolatur; ſic fama eſt diffu
ſiua, unde dicitur. Fama uolat. Matth. 3. Odor
eius in totam Syriam, aerem uicinum. i. proximum
ad bonum immutat per imitationem. 1. Theſ. 2.
Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, eccleſiarum
Dei quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu &c. Odorem
generat. Bernardus. Odor bonus fama bona. 2. Co-
rinth. 2. Chriſti bonus odor ſumus. Deo offertur,
quia bona fama Deo debet offerri. Matth. 5. Sic
luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideāt opera
ueſtra bona &c. Bona ergo uita, & bona fama notant
in ture & auro. Circa tertiū. ſ. gratiarū actionē ſcien-
dum, quòd anima conuerſa ad Deum, debet Deo
quadrupliciter carmen decantare. ſ. carmen trium-
phale, nuptiale, ioculare, & feſtiuale. Triumpha-
le, quia de dæmonibus triumphauit: nuptiale,
quia Chriſtus eam ſibi copulauit: ioculare, quia
munera magna uirtutum & donorum ſpiritualium
rex cæleſtis donauit: feſtiuale, quia tota curia cæ-
leſtis de conuerſione eius feſtum ſolemne celebra-
uit. De primo. Iſa. 14. Erit in die cum requiem de-
derit tibi Dominus a labore tuo, & a concuſſione
tua, & a ſeruitute data qua ante ſeruiſti. De ſe-
cundo. Oſee. 2. Sponſabo te mihi in fide &c. De ter-
tio. Ezech. 16. Veſtiui te diſcolorib⁹, & calcaui te hya
cintho. De quarto. Lucæ 15. Gaudium eſt angelis
Dei ſuper uno peccatore pænitentiam agente.

De eodem ex euangelio.

BTVLERVNT ei munera, aurum, tus,
& myrrham. Illi reges Magi uocantur. i.
ſapientes. Vere habuerunt multiplicem
ſapientiam, ſicut ex textu hodierni euangelii colligi-
tur. Habuerunt logicam, profundiſſimam quæſtionē
faciendo: aſtronomiam, aſtra cognoſcendo: arith-
meticam, numerum mirabilis uirtutis eligendo:
muſicam, adorando. Muſica enim eſt laus, & in
adoratione laudatur Deus: ethicam, percipiendo
iſta. Eſt enim uere moralis ſcientia, ſcire humiliari.
De primo, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū. De ſecun
do, Vidimus ſtellā eius in oriēte, & uenimus adorare
eū. De tertio, obtulerunt ei munera. Cognouerunt. n.
ſicut arithmetici uim huius numeri, qui multiplex
eſt. Dicit Philoſophus in li. cæli & mundi per hunc
numerum nos magnificare unum Deum creato-
rem, eminentem omnibus creaturis: loquitur de
trinitate. De quarto. Adorauerunt. De quinto.
Procidentes. Sciunt quoque methaphyſicam, pri-
mam cauſam cognoſcendo. Cognouerunt autem
tria de prima cauſa, quę confeſſi ſunt per tria mu-
nera quæ obtulerunt: cognouerunt enim illum
puerum qui eſt prima cauſa omnium creatorem,
omnium gubernatorem, omnium reparatorem.
Creatorem confeſſi ſunt in auro, ubi notatur po-
tentia, ſicut cantant Eccleſia. In auro, ut oſten-
datur regis potentia, quæ apparuit in creatione
tripliciter. In modo, in cauſa, in materia. In I
modo, quia uerbo fecit omnia. pſal. 32. Ipſe di-
xit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.
In cauſata, quia magna fecit. pſal. 110. Magna ope-
ra eius, exquiſita in omnes uoluntates eius. In ma-
teria, quia de nihilo fecit. Gen. 1. In principio crea-
uit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis
& uacua. Conſeruatorem confeſſi ſunt, uel guberna-
torem in myrrha, quia præſeruatiua eſt. Guber-
nat autem tripliciter, uniuerſaliter omnia ineſſe
conſeruando: ſpecialiter, omnia animalia educan-
do: particulariter, indiuidua multiplicando. De
primo, Sap. 2. Quomodo aliquid permanere poſſet,
K niſi tu uoluiſſes &c. De ſecundo. pſal. 135. Qui dat
eſcam omni carni. De tertio. pſal. 4. A fructu frumen
ti uini & olei multiplicati ſunt. Reparatorem cōfeſſi
ſunt in ture: tus imolatur Deo, Chriſtus autem imo-
latus fuit in cruce pro expiatione totius mundi. pſal.
140. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in con-
ſpectu tuo &c. Fecit autem tria fumus huius tu-
ris, diabolum fugauit, peccatores purgauit, &
mundum Deo reconciliauit. De primo. Tob. 6. Fu-
mus eius extricat omne genus. De ſecundo, Apoc.
1. Qui delexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in
ſanguine ſuo. De tertio. Epheſ. 5. Et ſemetipſum
oblationem & hoſtiam Deo obtulit &c.

In feſto Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani, ex epiſtola. A

ANCTI per fidem uicerunt regna, ope-
rati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſ-
ſiones, Hebr. 11. In his uerbis tria notan-
tur de his ſanctis. Primo, inimicorum ſuperatio: ſe-
cundo, bona operatio: tertio, prēmii pro uictoria
adeptio. Primum, ibi. Sancti per fidem uicerūt regna.
Secundum, ibi. Operati ſunt iuſtitiam. Tertium, ibi.
Adepti ſunt repromiſſiones. Circa primum ſciēdū,
ꝓ ſancti uicerūt quatuor regna, quæ ſignificata ſunt
ꝑ quatuor regna mundi maxima, quæ ſignificauerūt
quatuor beſtiæ in Daniele. 8. Primum regnum dæ-
moniorum: ſecundum, hęreticorum: tertium, ty-
rannorum: quartum falſorum chriſtianorum. De
his quatuor, Epheſ. 6. Quoniam non eſt colluctā-
tio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus
principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores te-
nebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæ-
leſtibus. Primum eſt regnum Caldæorum. i. ferociū,
Hoc eſt dæmonum, & iſtud ſignificatur per leænam.
1. Pet. 6. Aduerſarius ueſter diabolus. Secundum
Perſarum. i. tentationum. Hoc eſt tyrannorum, qui
tentant patientiam ſanctorum, quod ſignificatur
per urſum crudelem. Prou. 28. Leo rugiens & urſus
eſuriēs &c. Tertiū Græcorū. i. ruminantium. Hoc eſt
hæreticorum, qui ſcripturas ore ruminant, ſed nunq̄
ad intellectū ueniunt. 2. Tim. 3. Semper diſcentes, &
nunq̄ ad ſciētiā ueritatis pueniētes. Hii perditi ſunt.
Hiere. 13. Si pōt pardus mutare pellē ſuā, quia uix hæ
reticus conuertitur. Quartum regnū qd ſignificatur
per beſtiam, quæ crudelior eſt omnibus, eſt regnum
antichriſtianorum. Matth. 24. Surgent pſeudo
prophetæ, & pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna ma-
gna, & prodigia, ita ut in errorem inducātur (ſi fieri
pōt) ēt electi. Eodem capitulo. Erit tribulatio qua-
lis antea nō fuit &c. & 1. Ioan. 4. Nunc autē antichri-
ſti multi facti ſunt. Hoc circa primum. Circa ſe-
cundum ſciendum, quòd ſancti operantur quadru-
plicem iuſtitiam, quę colligitur ex eo uerbo, Sancti.
Prima, eſt a malo recedere: ſecunda, omnia mun-
dana cōtemnere: tertia, ſeipſos pro Chriſto crucifige
re: quarta, in his uſq; ad finē perſiſtere. De primo, Iſa.
1. Quieſcite agere peruerſe. De ſecūdo, Iacob. 1. Qui
uolunt eſſe amici huius mundi, &c. De tertio, Galat.
5. Qui autē ſunt Chriſti, carnē ſuā crucifixerūt &c. De
quarto, Mat. 23. Non qui incęperit &c. Per primū eſt
hō ſanctus. i. mūdus: ꝑ ſecundum eſt ſanctus. i. fine
terra: per tertium eſt ſanctus. i. ſanguine tinctus:
per quartum eſt ſanctus. i. firmus. Circa tertium
ſciendum, quòd ſancti conſequuntur ſeptem promiſ
ſiones, quas fecit Dominus uictoribus ſuis in Apo-
calypſi, quæ ſignificantur per ſeptem præmia uincen
tia. Primum prēmium eſt ab omni malo liberatio.
Apoc. 2. Qui uicerit, non lædet a morte. Secūdū, cor-
porū ſanctificatio. Apoc. 3. Qui uicerit, ueſtiet ueſti-
bus albis. i. dotibus corporis. Tertium, regni cęleſtis
poſſeſſio. Apoc. 3. Qui vicerit, dabo illi ſedere in thro
no. Quartū, de oībus perfecta cognitio. Apoc. 2. Qui
uicerit, dabo illi ſtellā matutinā. i. cognitionē bonorū
oīum. Quintum, plena in uiſione hominis Chriſti di
lectio. Apoc. 2. Qui uicerit, dabo illi coronā uitæ, per
quod intelligitur Chriſtus. Sextum, perfecta diuini-
tatis fruitio. Apoc. 2. Qui uicerit, dabo illi mana ab-
ſconditum. Septimum, in iſtis omnibus æternitas.
Apoc. 3. Qui uicerit, faciam illum columnam in tem
plo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Amē.

De eodem ex euangelio.

BEATI pauperes, quia ueſtrum eſt regnum Dei,
Lucæ 6. Frequenter loquitur ſcripturade paupe
ribus. Vnde ſunt tria circa eos conſideranda. Primo,
quot bona Dn̄s pauperibus faciat. Secundo, quot
bona ipſa paupertas conferat. Tertio, quot bona
fieri pauperibus ab alijs Dn̄s pręcipiat. Circa primū
ſciendum, ꝓ in ſacra ſcriptura poſſunt colligi multa
bona, quæ Dn̄s facit pauperibus. ſ. a malis liberat, &
bona donat. Liberat autē a malis tripliciter. Primo,
ab inimicorū moleſtia, a tribulationū anguſtia, a ne-
ceſſitatū inopia. De primo, Iob. 5. Eruet de manu uio
B lenti pauperē. De ſecūdo, Iob. 33. Eripiet pauperem
de anguſtia ſua. De tertio, pſal. 106. Adiuuit paupe-
rē de inopia. Sic a malis liberat: cōfert autem multa
bona, exaudit in precibus, exaltat in hominibus, ſa-
tiat dilectionibus, ditat diuitiis cæleſtibus, dat uitā
æternā in his omnibus. De primo, pſal. 9. Deſideriū
pauperū exaudiuit Dn̄s. De ſecūdo, Iob. 36. Iudicium
pauperibus tribuit, De tertio, pſal. 21. Edent paupe-
res & ſaturabunt. De quarto, Mat. 5. Beati pauperes
ſpiritu. De quinto, Eccl. 6. Quid uero pauperi niſi ut
pergat illuc ubi eſt uita? Circa ſecundū ſciendum, ꝓ
paupertas facit hominē timoratū a malis remouēdo,
C diſciplinatū bonis moribus ornando. De his duob⁹,
Eccl. 10. Pauper gloriat per diſciplinā & timorē ſuū.
Humilē in loquendo. Prou. 18. Cū obſecrationib⁹ lo-
quit pauper patientem. Aduerſa tolerando. Eccl. 14.
Pauper læſus tacebit. Circa tertiū ſciendū, ꝓ ſcriptu-
ra oſtendit quid nō ſit pauperibus faciendū. Nō ſunt
exprobrādi in uerbis, nō ſunt exaſperādi in factis, nō
ſunt opprimendi in iudiciis. De primo, Prou. 18.
Qui exaſperat pauperē &c. De ſecūdo, Eccl. 4. Nō ex-
aſperes pauperē. De tertio, Iſa. 3. Væ qui cōdunt leges
iniquas: & poſt. Vt opprimāt in uiis pauperē: ecce
quod non eſt eis faciendū. Sed quid eſt faciēdū eis?
Sunt expediēdi in cauſis, eleemoſyna eis danda in ne
D ceſſitatibus, audiēdi in precibus. De primo, Prou. 31.
Aperi os tuū &c. De ſecūdo, Eccl. 13. Et ſm uires tuas
exporrigens da pauperi. De tertio, Prou. 23. Qui ob
turat aures ſuas ad clamorē &c. Sunt autem quatuor
maxime reprehenſibilia in pauperibus. Superbia, glo
ria, otioſitas, & delitiæ. De primo, Eccl. 25. Tres ſpe-
cies odit anima mea pauperē ſuperbū, & diuitē mēda
cē, & ſenē fatuū & inſenſatū. De ſecūdo, Eccl. 10. Qui
aūt gloriat in paupertate, quāto magis ī ſubſtātia? De
tertio, & quarto Aug. Ne ī monaſterio, ubi quātū poſ
ſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati
&c. Rogemus ergo Dominum &c.

In feſto ſanctæ Agnetis ex epiſtola.

IBERASTI me a lingua iniuſta, iniqua, coin-
quinata, Eccl. ult. Verba ſunt iſti⁹ ſanctę Agne
tis gras agētis ꝑ ſua liberatiōe. Clamat aūt ſe
E a triplici ligua liberatā. ſ. coīquinata, iiuſta, & iniqua.
Inquinata fuit lingua īpii ad coinquinationē exhortan
tis, lingua iniuſta pręſidis ad ſacrificādum idolis im-
perātis, lingua iniqua turbæ ut occideretur acclamā
tis. Hæc lingua mala, ſecunda peior, tertia peſſima.
Poſſunt iſtæ tres linguæ ſignificare tres linguas, quæ
cōueniūt ad deſtructionē mūdi. Prima, diaboli ab Eua
quærentis, ſecunda Euæ dubitatiue reſpondentis, ter
tia Adæ imprudēter excuſantis. Diabolus primo quæ
fiuit, ſecundo falſum concluſit, tertio mendaciū ſub-
iunxit. Primo, ibi. Cur præcepit uobis Deus &c. Secū
do, ibi. Nequaq̄ moriemini &c. Tertio, ibi. Eritis ſi-
cut Dii &c, Eua quod pro certo ſciebat, dubitatiue

posuit, ibi. Ne forte moriamur. Adā peccatū qđ admisit imprudenter excusauit, ibi. Mulier quā dedisti mihi in sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, Gen. 3. Istæ linguæ istis modis mortē in mundū uocauerūt. Sap. 1. Deus mortem non fecit, & impii .i. diabolus Adam, & Eua manibus & uerbis accersierunt illā. Vel hæ sunt tres linguæ, quæ usque hodie mūdum confundunt. Lingua coinquinata est lingua coinquinatoris, uel lenonis: iniqua, periurii uel blasphematoris: iniusta, detractoris. De prima, Eccl. 37. Lingua multos fortes deiecit. De secunda, Prou. 17. Malus obedit linguæ iniquæ. Prou. 7. Sex sunt quæ odit Dn̄s, linguā mēdacē &c. De tertio, Prou 18. Sepi aures meas spinis &c. & Sap. 1. A detractione parcite linguæ &c. Rogemus &c.

De eodem ex euangelio.

MEDIA nocte clamor factꝰ est. Ecce sponsus uenit, exite obuiā ei &c. Mat. 25. Tria notant̄ ī uerbis istis circa aduētū Dn̄i ad iudiciū. Primo, ueniēdi necessitas: scđo, ueniēdi cōgruitas: tertio, ueniēdi dignitas. Primum, ibi. Media nocte. Nox. n. erit in uniuerso mundo, & ideo necessariū erit tunc aduentus ueri solis, qui illuminet noctē illā horrendā. Secūdo, ibi. Clamor factus est: congruū. n. erit ut aduentus tanti sponsi prænuntiet̄. Tertiū, ibi. Ecce sponsus. Circa primū sciendū, ꝙ tempus illud circa finē sæculi dicit̄ nox propter quatuor. Primo, propter errorū obscuritatē: secundo, propter soporis profunditatē: tertio, propter peccandi securitatē: quarto, propter charitatis frigiditatē. De primo, Matth. 22. Cū venerit filiꝰ hominis putas inueniet fidē in terra? De scđo, Thessa. 5. Qui dormiūt nocte dormiūt &c. Matth. 25. Dormitauerūt oēs, & dormierūt. De tertio, Thess. 1. Cū dixerint pax & securitas. De quarto, Matth. 26. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum &c. Circa secundum sciendum, ꝙ quadruplex clamor præcedet aduentū iudicis. Angelorū ad iudiciū citantiū, omniū creaturarū accusantium & impugnantiū, malorū flentiū & ululātium, bonorū gaudētiū & exultātiū. De primo, 1. Thess. 4. In uoce archāgeli, & ī tuba Dei descēdet de cælo &c. De scđo, Abac. 2. Lapis q de pariete clamabit &c. Sap. 5. Armabit creaturā in ultionē inimicorū. De tertio, Apoc. 1. Tūc plāgēt se super eū oēs tribus terrę &c. De quarto. Isa. 65. Ecce serui mei clamabūt p̄ exultatione cordis. Circa tertiū sciēdū, ꝙ magnus spōsus quatuor modis uadit ad magnā sponsam. Primo, cū multa societate: secundo, cū ornamentorū pretiositate: tettio, cū magna iucunditate: quarto, cū multorū munerum largitate. Istis quatuor modis ueniet Dn̄s ad iudicium ad bonos & malos. Malis apparebit iudex iratus: sed bonis, uel iustis sponsus benignus. De primo, Isa. 3. Dominus ad iudicium ueniet &c. De secundo, Isa. 66. Gaudens gaudebo in Dn̄o &c. De tertio. psal. 97. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt &c. De quarto, Prou. 3. Longitudo dierum in dextera eius &c. Ista notantur in Euangelio. Matth. 25. Cum uenerit filius hominis. Quia ergo uenit placidus, debet exiri obuiam ei cum amore: quia gloriosus, cum festinatione: quia largus, cum gratiarum actione &c. Rogemus &c.

In festo Sancti Vincentij.

VINCENTI dabo edere de ligno uitæ, Apoc. 3. Hæc uerba possunt exponi de beato Vincentio: & notantur hic duo. Primo, eius martyrium: secundo, eius præmium. Primū, ibi. Vincenti, & secundū, ibi. Dabo edere de ligno uitæ. Circa primum sciendū, ꝙ beatus Vincentius fuit secundum nomen suum uicens triplex bellum. s. hostile, ciuile, & intestinum. Bellum hostile est bellum dęmonum, bellum ciuile mundi, bellum intestinum carnis. De his tribus, Ephes. 3. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, supple tantum, ecce intestinum: sed aduersus mundi rectores, ecce ciuile: contra spūalia nequitię, ecce hostile. Bellum hostile uicit firmiter in fide persistendo. Bellum mundi ipsum principem uincendo: unde dixit. Victi sumus. Circa secundum sciendum, ꝙ arbor uitæ dicitur Christus, quoniam ab eo oritur fructus triplicis uitæ. s. uitæ naturæ, uitæ gratiæ, & uitæ gloriæ. De primo, Gen. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculū uitæ &c. De secundo, Ioan. 6. Verba quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt &c. Faciendo enim spirituales conferunt uitam gratiæ. Ephes. 6. Conuiuificauit nos in Christo. De tertio, Ioan. 6. Domine ad quē ibimꝰ? uerba uitæ æternæ habes &c. Ioā. 10. Ego uitam æternā do eis. Primo, beatus Vincētius comedit fructum uitæ naturæ, tandem gratiæ, finaliter comedit fructum glorię. Vel moraliter. Vincenti quatuor regna (de quibus dicitur, in sermone, Sancti per fidem uicerunt regna) septem debentur præmia, de quibus dicitur Apoc. 3. *Quære in festo sancti Sebastiani &c.*

De eodem.

BEATVS vir qui in sapientia morabitur. Item, Vbi ego sum, illic & minister meus erit. *Require utrūque in festo Sancti Thomæ Archiepiscopi &c.*

In conuersione Sancti Pauli.

VAS electionis mihi est iste, ut portet nomen meū coram gentibus & regibus, & filiis Israel &c. Actum. 9. Verba ista sunt de beato Paulo, in quibus duo dicuntur de eo. Primum est, quòd est uas electionis. Secundum, ad quid electum. Primum, ibi. Vas electionis: secundum, ibi. Vt portet. Circa primum sciendum, ꝙ beatus Paulus fuit uas pretiosum sponsum dilectum, electum. Pretiosum, quia argenteum, aureum, gēmeum, cęlicum. Argenteum, puritatem munditiæ conseruando. Prou. 15. Aufer rubiginem de argento. Aureum, charitate feruendo. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio &c. Gēmeum, incorruptibiliter in tribulationibus persistendo. Rom. 8. Certus sum quòd neq; mors, neq; uita, neq; angeli &c. separabūt nos a charitate Dei &c. De his duobꝰ. Prou. 20. Aurū & multitudo gēmarū & uas pretiosum, labia scientiæ. Vas cælicum fuit uniuersum orbem illuminando. Eccl. 43. Sol in aspectu nuntians in excelsis. Vas admirabile &c. Illuminauit autem miraculis coruscando, uerbis prædicando, exemplis demonstrando. De his tribus, Rom. 15. Non enim audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non effecit Christus in uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum. Fuit ergo uas pretiosum. Fuit speciosum, quia multis tunsionibus deputatum, opere diuino sanctificatum, omni lapide pretioso ornatum. De primo, 2. Corinth. 11. In laboribꝰ plurimis, in carceribꝰ abūdātius &c. per totū. 2. Timot. 2. Si quis emundauerit se, erit uas sanctificatum ad omne opus bonum paratū. De secun-

De secundo. Hierem. 18. Et conuersus fecit illud vas aliud, sicut placuit in oculis eius vt faceret. Eccle. 43. Vas admirabile opꝰ &c. De tertio, Eccl. 50. Quasi vas auri solidū ornatū oī lapide p̄tioso. Fuit ornatū nouē lapidibꝰ p̄tiosis. i. nouē ordinibꝰ angelorū, quorū officia exercuit, sicut patet ī epistolis suis. Ez. 18. Oīs lapis p̄tiosꝰ, operimētū &c. Fuit ergo vas p̄tiosū. Fuit electū ad augurandū, ad potādū. De primo, & secundo. Genes. 44. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & augurari solet. De tertio, Act. 9. Vt portet nomē meum. Auguratus est Dominus in isto scypho futuras iniquitates iniquorū, resurrectionem mortuorum, pęnas reproborum, & gaudia beatorū. De primo, 2. Timot. 3. Scio quòd in nouissimis diebus &c. De secundo. 2. Corint. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale &c. Itē, Propinauit vinum mordicans corrigendo, lætificans consolando, inebrians prædicando. De primo, ps. 59. Potasti nos vino compunctionis, Galat. 3. O insensati Galatę &c. De secundo, psal. 103. Vinum lętificat cor hominis. 1. Thessa. 4. Itaque consolamini &c. De tertio. Isa. 51. Calix aureus Babylon ī manu Domini inebrians omnem terram. Item, fuit electum ad portandū tria munera Domino. Gen. 43. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & ferte viro munera. Verbum est ad Patriarchas. i. Apostolos, quorum quilibet portauit munus suum. i. populum per se conuersum, sed maximum inter omnes portauit Paulus. Itē, portauit thesaurum in vasis &c. Item, nomen Christi vt hic portet nomē meū. Fuit etiā vas dilectū a Deo patre, eū consolādo. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater qui cōsolatur nos &c. Ab angelis, cū eis cōuersando. 2. Cor. 12. Scio hoīem raptū vsq; ad tertiū cęlū &c. Philip. 4. Nostra cōuersatio in cælis est a sanctis eius gratiā admirādo. 2. Pet. 3. Sicut charissimus frater nr̄ Paulus secundum datam sibi sapientiā scribit vobis. A peccatoribus, post eos currendo. Rom. 15. Ab Illyrico vsque Hierusalem repleuit euangelium Christi. Portauit autem Christū in corde semper de eo cogitādo. Ephe. 4. Habitare Christū per fidē in cordibus &c. In frōte de eo gloriādo, Ro. 15. Habeo igitur gloriam in Christo &c. In ore, semper de eo loquendo, In manu, omnia in nomine eius faciendo. Colossen. 3. Omnia quæcūque facitis siue in verbo, siue in opere &c. In conuersatione eum imitando, 1. Cor. 4. Imitatores mei estote &c. In toto corpore mortem represētando. 2. Cor. 4. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro &c. In calamo, semper de eo scribendo, Rom. 1. Paulus seruus Iesu Christi. Fere in omnibus epistolis suis scribebat Iesum Christum &c.

In Purificatione Beatæ Mariæ ex epistola.

STATIM veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, Malac. 3. Hęc verba possunt exponi de aduentu Domini ad templum materiale. Secundo, secundum allegoriam de aduentu eius in vterum Virginis. Secundum primum notātur quatuor in his verbis. Primo, veniēdi velocitas, ibi. Statim veniet. s. post quadraginta dies a natiuitate; noluit enim plus differre, quin statim tēplum visitaret. Secundo, loci ad quem veniet sanctitas, ibi, Templum sanctum. Tertio, aduenientis dignitas, ibi, Dn̄ator & angelus; dn̄ator, quia Deꝰ: angelus, quia hō. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominū hō Chr̄s Iesus. Quarto, Simeonis, & Annæ, & aliorū expectantiū auiditas, ibi. Quęritis, & quē vultis: vultis, quo ad effectū: q̄ritis, in affectu. Isa. 45. Quærite Dn̄m dū prope est &c. Quinto, aduētus vtilitas, ibi. Testamēti. Fecit enim nobis in aduentu suo testamētum de æterna hæreditate. Heb. 9. Ideo noui testamēti mediator est. Possunt aūt hęc intelligi de aduentu in vterum Virginis. Ipsa enim est templum Dei mirabile præ omnibus sanctis. Primo, quia mirabiliter magnum secundum longitudinem per latitudinem charitatis. Sicut enī plus habuit de fide, spe, & charitate quàm aliqua creatura, sic plus habuit de magnitudine. 3. Reg. 6. Domus quam ædificauit Salomon, cubitos sexaginta longitudinis. Secundo, quia desiderabiliter pulchrum. 3. Reg. 6. Nihil erat in templo quod non auro tegeretur: quia nihil in Virgine quod non sanctitate plenū esset. Cāt. 5. Tota pulchra es amica mea &c. Tertio, quia varijs picturis depictum, quia omnium sanctorum & angelorum virtutibus decoratum. 3. Reg. 6. Fecit in tēplo cherubin, & picturas. Quarto, quia columnis miris & magnis ornatum. Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi domū, excidit columnas septē. Per septem columnas possunt intelligi septē virtutes, quę notātur in beata Virgine ī hodierno euāgelio. *Quære in alio processu.* Quinto, opere totius trinitatis consecratū. psa. 45. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Luc. 1. Spiritus sc̄tus superueniet in te. Sexto q̄a magna dignitate priuilegiatū est, vt omnes rei & malefactores, qui ad illum currunt ex toto corde saluentur, sicut patet in Teophilo, & alijs pluribus. Bernardus. Ille taceat laudes tuas Virgo, qui te in suis necessitatibus inuocatā defuisse senserit, & oēs orationes q̄ ī eo fundūtur, exaudiūtur. 3. Reg. 8. Exaudias in cęlo orationes eorū. Septimo, quia vt Dei filius ibi fieret ædificatū. Hebręorū. 7. Sicut & Christus semetipsum non glorificauit, sed qui locutus est ad eum &c. In ista fuit rex & sacerdos. Adeamus ergo cū fiducia ad tēplum gratiæ, vt misericordiam inueniamus in tempore opportuno &c. Rogemus &c.

In eadem ex euangelio.

POST q̄ impleti sunt dies purgationis Mariæ, s̄m legem Moysi, tulerunt puerum in Hierusalē &c. Lucę. 2. In isto euangelio possunt notari septem virtutes in beata Virgine. Prima, humilitas in purgatione, cum non indigeret. Secundo, amor puritatis in superabundāti purgatione: & ista duo ibi. Dies purgationis; Quarto, reuerētia ad filium in portatione, ibi. Tulerunt. Quinta, deuotio in locorum visitatione, ibi. In Hierusalē. Sexta, gratiarū actio in filij oblatione ibi. Vt sisterēt eum Domino, quia tibi Domine quem dedisti offerimus. Septima, paupertas ī oblatione, ibi. Duos turtures &c. quę erat oblatio pauperum. In hoc ꝙ beata Virgo voluit purgari cūm non indigeret, docuit quomodo nos qui indigemus, debeamus purgari. Debemus autem purgari septem modis, sicut potest colligi ex textu. Primo, a peccati coinquinatione. Eccle. 47. Christus purgauit peccata. Hebrę. 1. Purgationem peccatorum faciens. Secundo, in cognitione quo ad intellectum. 1. Timot. 1. Ex corde puro. i. intellectu sine errore, dicit glosa. Iac. 4. Purificate corda duplices animo. Tertio, in affectu quo ad dilectionē. 1. Tim. 5. Qui inuocant Deū de cōsciētia pura. Quarto, ī mēte p̄ rectā ītētionē. 1. Cor. 5. Expurgate vetus fermentū. i. hypochrisim. Lucæ. 17. Attendite a fermēto phari-

pharisæorum, quod est hypcoritis, Quinto in ore, quo ad locutionē.Prou. 15. Sermo purus &c. Sexto in manibus,quo ad operationem,2.Tim.2.Leuantes puras manus. Septimo in toto corpore, quo ad conuersationē .Isa. 1, Excoquā ad purum scoriā tuā.i.cōuersationem.Octauo in rebus,quo ad superfluorum resecationem, Ioa. 15.Omnem palmitem in me ferentem fructum,purgabit eum &c. Rogemus.

In festo sanctæ Agathæ.

DABO tibi vbera mea, Cant. 1. Possent esse hæc verba beatæ Agathæ ad Christū.Commendatur in his verbis a tribus. Primo, a magna circa sponsum suum charitate,ibi. Tibi dabo. Quando quis dat id quod charum habet, signum est quòd diligit. Secundo, ab intentionis puritate, ibi. Tibi,hoc est, ad honorem tuum dimittam mihi pręcidi mamillas.Tertio, a patientiæ firmitate, ibi. Vbera mea.Vbera enim sunt sensitiua doloris. Tamē in hoc quòd libenter sustinuit in passione earum,commendatur eius patientia: vnde in legēda. Ita ego delector in pęnis,sicut qui ad magnas epulas inuitatur.Moraliter autem per duo vbera, possunt intelligi intellectus, & affectus: ex illo fluit lac veritatis, ex isto lac bonitatis elicitur. Ista duo vbera debemus dare Domino, intellectum.s. & affectum. Intellectū quatuor modis.Primo,eum ab errore purgando: secūdo,a curiositate inanis scientię abstinendo:tertio,eum sub fide Christi captiuando;quarto,eum totum in Dei cōtemplatione occupando. De primo,Ephes.4. Hoc dico & testificor in Domino,vt iam nō ambuleris sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui; tenebris obscuratum habētes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam,quæ est in illis propter cæcitatē &c. De secundo,Rom.1.Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. De tertio, 2. Cor. 10. In captiuitatem redigētes omnē intellectum in obsequium Christi. De quarto, psal.45. Vacate & videte qm̄ suauis est Dñs.Debem⁹ei dare affectū quatuor modis. Primo, eum ab omni malitia purgando. Hiere.4. Laua a malitia cor tuum.Secūdo,omnē illicitum amorem ab eo excludēdo.Tertio,licitū amorē, si nō est propter Christum,ab eo expellendo.Aug.Minus te amat, qui tecum aliud amat.Quarto, eum totum amore Christi replendo. Deut. 6. Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, idest, nihil sit ibi vacuū ab amore Christi.Si autem sic dederimus Domino intellectum & aflectum, vterque remunerabitur quatuor modis in futuro. Primum præmium intellectus erit plena de omnibus cognitio.1. Corint.13. Tunc cognoscā sicut & cognitus sum. Secūdū, certa de omnibus cōprehēsio. Aug. Habemus vnū doctorē intellect⁹, quē semel vidisse totū didicisse est. Isa 50. Tūc videbis, & afflues,& dilatabitur cor tuum &c. Tertium perfecta de uisione Christi exultatio, prorsus omni gaudio gaudium plenum erit, videre hominem hominis conditorem. Quartum, beata diuinitatis contemplatio. 1. Ioan. 3. Tunc videbimus eum sicuti est. Item, primum præmiū affectus erit ab omnib⁹ miseriis liberatio. Apoc.21.Absterget De⁹ omnem lacrymam ab oculis sanctorum, idest, omnē causam lacrymarum. Secundum, de cunctis creaturis exultatio. Genes. 18. Vide ad aquilonem & meridiem &c.Tertiū,de visione suppliciorū dānatorū iucundatio.psal.57.Letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum.Isa.vlt. Egredietur & videbunt cadare. Aug. in lib.de ciui.Dei. Neque enim Deus illum, non dico angelum,sed verum hominem crearet, quē malum futurum pręsciret esse,nisi pariter nosset,quibus eum beatorum vsibus accomodaret, vnde ordinem sæculorum tamquàm pulcherrimum carmen quasi quibusdam antidotis honestaret. Quartum, de æternis delitiis perfruitio. Deut. 7. Rerum omnium abundātia perfrui. 1.Cor. 15.Deus erit omnia in omnibus.Isa.18. In die illa erit Dominus corona gloriæ &c. Rogemus.

De eadem.

LIBERASTI me a lingua coinquinata. *Quære in festo sanctæ Agnetis.*Itē,Inuēta vna pretiosa margarita. *Quære in festo sanctæ Margaritæ.*

In cathedra sancti Petri.

BEATVS es Simō Bariona, Matt.16.In hoc euangelio fit mentio de Christo, de Petro, & de Ecclesia.De Christo dicūtur tria, eius humanitas,diuinitas,& ęternitas.Primum,ibi.Tu es Christus.Fm quod homo dicitur Christ⁹.i.vnct⁹.Damas. Vnctio ad humanitatem pertinere nemo qui sane sapiat,dubitat:ipse enim inquātum homo,vnctus est oleo spiritus.Secundum,ibi.Filius Dei.s.per naturalem & æternam generationem: & sicut homo generat hominem, sic Deus Deum. Damas. Generare est genus suum, vel maneriem alteri dare.psal.2.Ego hodie genui te.Tertium,ibi.Viui: viuum enim proprie dicitur viuum, quod numquàm moritur, nūquàm desinit esse,quod soli Trinitati cōuenit.Boeti⁹. Aeternitas est vitæ interminabilis tota simul &c. De Petro dicuntur etiam tria,sanctitas,ibi.Beatus es Simō Bariona,quia caro & sanguis &c. quæ polluūt, quod est cōtrariū sanctitati.Secūdo ibi. Sed pater meus qui in cælis est,supple reuelauit.Item,infra.Tu es Petrus idest,cognoscēs.Dignitas,ibi.Tibi dabo claues regni cælorum. De Ecclesia,similiter dicuntur tria. Primum,fundamenti soliditas, ibi. Super hanc petram. Secūdum,eius dignitas,ibi. Ecclesiam, & non malignantium,sed meam,quæ est gloriosa, munda, & recta.De quibus tribus,Epe.5. Vt eā sctificaret,mūdās eā lauacro aquæ in verbo vitæ &c.Tertiū ei⁹ īseparabilitas,vel ppetuitas,ibi.Et portę inferi.Portę īferi sunt peccata.ps.106. Appropinquauerūt vsque ad portas mortis.Itē,tyrāni. ps. ibidem Portas ferreas cōfregit, idest,tyrānos humiliauit.Itē,hęretici & dęmones: de quibus duobus,Iob.38.Nūquid apertæ sunt tibi portæ mortis,quo ad dæmones:aut ostia tenebrosa vidisti,quo ad hęreticos.Item,portæ inferi.Isa.37.Ego dixi,indimidio dierum meorum: & post.Vadam ad portas inferi. Omnes istæ portæ non prævalent aduersus sanctos,quia in securo positi sunt.psal.83.Beati q̄ habitat in domo tuo Dñe &c. Rogemus ergo.

In festo sancti Mathiæ Apostoli.

VENITE ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, Matth.6.In his verbis quinque notantur.Primo, magna Dei benignitas.Secūdo,magna eius bonitas. Tertio,magna ei⁹ largitas. Quarto,magna nr̄a necessitas. Quīto,magna eundi ad eū vtilitas.Primū ibi. Venite. Magna prorsus benignitas, q̄ excelsus Deus vocat tā vilissimū seruulū, sed ipse pōt cōqueri.Seruum meū vocaui ore proprio,& nō rndit mihi.Secūdū ibi. Ad me,bonū.n.ē,sicut dicit Diony.diffusiuū sui.vnī hoc quòd seipsum effudit,seipsum dat. Notat magna bonitas eius.Gen.5. Ego sum merces tua magna nimis. Tertium,ibi.Omnes: est enim infinita bonitas sua,iō vult se infinitis & omnibus communicare. 1.Tim.6. Qui vult omnes homines saluos fieri. Quartum,ibi. Qui laboratis, & onerati estis. Laboramus onerati sub multiplici onere in præsenti.Primum,est peccati grauitas,psal.73. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.Secundum,dæmonum malignitas.Deute.26.Afflixerunt uos Ægyptij.i.dæmones,imponentes onera grauia.Tertio,prælatorū austeritas. Matth. 22.Alligāt onera grauia &c.Quarto,corruptibilitas. Sap.9.Corpus qd corrūpitur,aggrauat aīam.Quinto, terrenorū cupiditas.Gene.13.Et nequibant habitare cōiter, erant quippe onerati, dicit alia translatio.Zacha.5.Iniquitas sedet super te. Sexto, tyrannorum, vel sæcularium principū crudelitas.Osee.8. Quiescēt pauli sper ab onere regis & principū.Septimo, morū bestialiū hoīum grauitas.Is.46.Bestijs& iumētis onera vestra portauim⁹ graui pondere vsq; ad lassitudinē &c.Octauo, mundi vanitas.Naum.1.Onus Niniue.i.mundi,dicit glo.Nono,pœnarum multiplicitas, Abacu.1. Onus quod vidit Abacuc. Et post loquitur de multis pœnis.Decimo,legum,cōstitutionum, obseruantiarum multiplicitas. Act.15. Vt quid tentatis imponere onus,quod nec nos,nec pattes nostri portare potuerunt?Vndecimo,pximorū indigentia.Gal. 6 Alter alter⁹ onera portate.Duodecimo,moriēdi necessitas.Eccl.40.Occupatio magna creata est hominibus &c.Sub tot laborib⁹ pressi necesse habem⁹ cōcurrere ad Deū, qui nos liberare pmittit,ibi.Ego reficiā uos &c.Quo cibo?Pane vitæ.Ioan.6.Panis quem ego dabo,caro mea est pro mundi vita:Manna abscōdito. Apoc.2. Dabo ei manna abscōditū:Ligno vitæ. Apoc. 2.Vincenti dabo edere de ligno vitę.Primum,est corporis sui perceptio. Secundum, spiritualis deuotionis dulcedo. Tertium, sancti arboris vitæ magnus in fructibus spiritus.Gala.5. Fructus spiritus gaudium, pax, patientia &c. hæc in præsenti. Sed in futuro quid? Quod dicitur Isa. 25. Faciet Dñs in monte hoc conuiuium pinguium,Ad quod nos perducat Christus. Amen.

In festo sancti Gregorij ex euangelio.

AMEN dico vobis, super oīa bona sua constituet eum,Mat. 22. Dominus facit tria in isto euangelio.Primo,monet vt vigilemus. Secundo,vt nos a fure obseruemus.Tertio, vt in bono opere perseueremus.Primum,ibi.Vigilate:secundum,ibi.Beatus ille seruus:tertium,ibi.Super omnia bona sua cōstituet eū. Circa primum sciendum, q̄ debemus vigilare quatuor modis, Deum incessanter diligēdo,semper ipsum cōsiderando,eum deuote laudando,solicite orādo. De primo,Cāt.5.Ego dormio, & cor meum vigilat, quasi dicat.Siue comedam,siue bibam,siue dormiā,semper cor meum in amore spōsi mei vigilat.De secūdo, Anima mea desiderat te Deus meus,ad te de luce uigilo.De tertio.Bet.Cōsurge, lauda in principio vigiliarū tuarū.De quarto.1.Pet.4.Vigilate in oratione.Lucæ.22.Vigilate,& orate &c.Circa fm sciendum, quòd debemus nos custodire a quadruplici fure.Fur est diabolus animam furando,detractor famam rapiendo,inanis gloria mercedem tollendo,dies Domini improuisus veniēdo.De primo, Ioā. 10. Fur non venit nisi ut furetur,& mactet. De secōdo,Eccl.20.Potior est fur quàm assiduitas viri mendacis.De tertio, Osee.8. Fur īgressus ē &c.De quarto. 1.Thess. 5. Dies Dñi sicut fur ī nocte, ita ueniet &c. A diabolo debem⁹ nos custodire ei resistendo,Iaco.4. Resistite diabolo. A detractore,bene cōuersādo.1.Pe. 2.Cōuersationē vestrā inter gentes habentes bonam. Ab inani gloria.Matth.6 Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis coram hoībus,vt videamini ab eis &c. A die Domini semper eam in sanctitate expectādo.1. Thess.5. Vos autem fratres non estis in tenebris,vt vos dies illa cōprehendat.Tertio,monet perseuerare. Debemus perseuerare a bono non deficiēdo,in bono proficiendo,spem mercedis non nisi in aduentu Domini ponē do.De primo,Galat.6. Bonum autem facientes non deficiamus. De secundo, psal.83. Ibunt de virtute in virtutem. De tertio, Iacob. 5. Patientes igitur estote fratres,vsq; ad aduentū Dñi &c.Circa quartum sciendū,q̄ bona.Dñi diuiduntur in tria,tēporalia,spiritualia,& æterna. Tēporalia dat Dominus seruis suis ad substētationem,spiritualia ad sanctificationem, æterna ad glorificationē.De primo, 2. Cor. 7. Qui dat panē serenti.De scdo,Heb.2. Qui sanctificat,& qui sanctificāt ex uno oēs. De tertio,ibi habet,Super oīa bona sua cōstituet eū.Quē bona det nobis Christ⁹. Amē.

In festo sancti Benedicti ex epistola.

DILECTVS Deo & hominibus &c.Ecc.45. Hæc verba possunt exponi de beato Benedicto.Leguntur secūdum literam de Moyse, qui præfigurauit beatum Benedictum propter sex. Primo,propter desertionē Ægypti. Secūdo, propter eremi petitionem. Tertio, propter multorum in eremū introductionem. Quarto, propter multorū miraculorum operationem. Quinto, propter futurorū prædicationem.Sexto,propter interpretationem.patēt hæc de Moyse,& de beato Benedicto.Ille Ægyptū deseruit,iste mundum:ille desertum dilexit, iste eremum: ille filios Israel in desertum introduxit, iste monachos:ille dedit legem,iste regulā: ille multa miracula fecit, & iste:ille fuit Moyses re & nomine, & iste benedictus re & nomine: fuit enim assumptus de aquis carnalis concupiscentiæ. Hæc de Moyse in Exodo:& hęc de Benedicto in dialogo.Dicatur ergo, Dilectus Deo & hominibus. Tria sunt enim quæ faciunt hominē dilectum Deo.Primum est,cordis puritas.Prou.22. Qui diligit cordis mūditiā, propter gratiam &c.Secundum, humilitas Iacob. 3. Humilibus autē dat gratiam. Luc. 1. Respexit humilitatē ancillæ suæ.Tertiū,charitas,Prou.8. Ego diligētes me diligo. Itē,tria faciunt hoīem dilectum hominibus.s.sapientia,benignitas,& dulcis loquela.De primo, Eccl.20. Sapiens in verbis se amabilem facit.De secundo, Prouerb.5. Mansuetis dat gratiam.De tertio. Prouerb.7. Verbū dulce multiplicat amicos. Habuit ista beatus Benedictus,ideo fuit delectus Deo & hominib⁹: sed cum omnes homines appetant diligi, debent studere habere ista tria, quæ faciunt dilectum Deo & hominibus.

De eodem ex euangelio.

NEMO accendit lucernam & in abscondito ponit neque sub modio,sed super candelabro &c.Lucæ.11. Moraliter, candelabrum est vir iustus. Exod. 21. Facies candelabrum ductile &c. Ductile dicitur, quia multis tribulationibus

ad perfectionem ducitur. Act. 14. Per multas tribulationes &c. Aureũ totũ, quia facit omnia in charitate. Col. 6. Omnia vestra in charitate fiant. Tres calami ex vero latere, tres partes pænitentiæ, quæ respiciunt ſtatum pænitentiæ: tres ex alio, tres virtutes theologicæ, quæ respiciunt ſtatum gratiæ. Scyphi ſunt beatitudines, alias fructus ſpiritus; ſportulę, dona ſpiritus ſancti. De beatitudinibus, Matth. 5. De fructibus ſpiritus, Gal. 5. De bonis Spiritusſancti, pſa. 11. In iſto candelabro ponentur ſeptẽ lucernæ. Prima rõ, Iob. 8. Lucerna, quæ ſuper caput eius eſt. i. ſuperiori parte animæ, extinguetur. i. obtenebreſcet propter multa peccata. pſal. 4. Signatũ eſt ſup nos lumẽ vultus tui Dñe &c. Secũda, diuina inſpiratio, Prouer. 20. Lucerna Domini ſpiraculũ hominis. Tertia, verbum & lex diuina, pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Prou. 5. Mãdatum lucerna eſt lux & lex. Quarto, virtus infuſa. Iob. 29. Quis mihi tribuat: & poſt. Quãdo ſplẽdebat lucerna eius ſuper caput meũ. i. mentem. Quinta, bona operatio. pſa. 17. Tu illuminas lucernam meã Dñe, quia a Deo eſt ꝙ opera noſtra luminoſa ſint. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corã hoĩbus &c. Sexta, recta intentio. Matth. 6. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, i. intentio. Septimum, Chriſtus. Apoc. 21. Lucerna eius eſt agnus pp multa. Zach. 4. Vidi, & ecce cãdelabrum aureũ totum, & ſeptem lucernæ eius &c. Rogemus.

In annuntiatione Beatæ Mariæ ex epiſtola.

GREDIETVR virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, Iſa. 11. Hæc uerba prophetæ fuerũt de cõceptione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Circa quam tria dicuntur in eis. Primo, dignitas concipientis; ſecũdo, dignitas concepti: tertio, vtilitas conceptionis. Primum, ibi. Egredietur. Secũdũ, ibi. De radice. Tertiũ, ibi. Requieſcet. Circa primum notandum, quòd beata Virgo eſt ſpecioſa, gratioſa, glorioſa. Specioſa propter cãdorem uirginitatis, ruborem charitatis, & rectitudinem ſanctitatis, benignitatem humilitatis, propter flores deſiderabilium morũ, propter pulcherrima folia dulcium uerborum. De primo, & ſecundo. Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. De tertio, pſa. 44. Virga directionis, virga regni tui. De 4. Lucæ 1. Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Cant. 3. Quę eſt iſta q̃ aſcẽdit ſicut uirgula fumi. De quinto, & ſexto, Iudith. 11. Nõ eſt talis mulier ſuper terrã in aſpectu quoad pulchritudinẽ, in ſenſu verborum quo ad locutionẽ, & de his ſimilibus. Cant. 3. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis libani, ecce candor puritatis: columnas eius, ecce rectitudo ſanctitatis: argẽteas quę cantum dulcem reddũt, ecce dulcedo locutionis, ſiue uerborum: reclinatoriũ aureũ, ecce humilitas: aſcẽſum purpureũ, ecce honeſtas morum: media charitate cõſtrauit, ecce charitas. Eſt ergo ſpecioſa, eſt & gratioſa pp multas utilitates quæ ſunt ſex. Prima, quia mare nobis diuiſit. i. mundum, ut tranſeamus. Exo. 14. Tu leua uirgã, & percuties &c. Secunda, quia de petra Chriſtus nobis produxit aquã gratię, ut bibamus. Num. 20. Tolle uirgam, & loquere ad petrã coram &c. Tertia, quia mel dat nobis deuotionis, ut reficiamur. 1 Regum 13 Extendit ſumitatem uirgæ, & intingit in fauũ mellis. Quarta, quia per ipſam diabolũ ſuperamus. 2. Reg. 23. Cũq; deſcẽdiſſet ad eũ ĩ uirga, ui extorſit haſtã d̃ manu Ægyptij, ideſt, diaboli. Quinta, p ipſam diuinã clemẽtiam impetramus. Heſther. 4. At ille oſtẽdit ei uirgã, in qua ſignum clementiæ monſtrabatur. Sexta, quia per eam de manibus inimicorũ omnium liberamur. pſal. 109. Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus. De his Cant. 4. Quæ eſt iſta q̃ aſcendit per deſertũ &c. Eſt & glorioſa, quia floruit ſine humore, fronduit ſine corruptione, parturiuit ſine læſione. De his tribus Num. 17. Inuenta eſt uirgo Aaron. Item glorioſa, quia ẽt a Magis pphetata, ab hominibus prædicata, & ab omnibus generationibus beatificata. De primo. Num. 23. Orietur ſtella ex Iacob. De ſecundo. Iſa. 15. Egredietur uirga &c. De tertio, Luc. 1. Beatã me dicẽt omnes generationes. Eſt ergo iſta Virgo ſpecioſa, & gratioſa, & glorioſa. Egreſſus eſt flos, ideſt Chriſtus, qui dicitur flos, quia fuit pulchritudo ſanctitatis, odor benignitatis, medicina ſanitatis. De primo & ſecundo. Can. 2. Ego flos cãpi, quo ad primũ; & liliũ cõualliũ, quo ad ſecũdũ. De tertio. 1. Petr. 3. Cuius liuore ſanati ſumus, ecce dignitas cõcepti. Sequitur utilitas cõceptionis, quæ fuit omnium peccatorum deſtructio. i. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ ut deſtruat luxuriam, intellectus ut gulam, conſilij ut auaritiam, fortitudinis vt accidiam, ſcientiæ vt inuidiam, pietatis vt iram, timoris vt ſuperbiam &c.

De eadem.

BENEDICTA tu in mulieribus &c. A Deo patre, quia ĩ eodẽ filio ſecũ cõicas. A filio, quia dignũ habitaculum ei præparas. A ſpirituſancto, cuius operatione Saluatorem mundi generas. De his tribus, Luc. 1. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, quo ad ſpiritumſanctum; virtus altiſſimi, quo ad patrem; ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, quo ad filium. Ab angelis, quia eorum vitam in terra inchoas, eorũ ruinam reparas, eorum te allocutionibus humilias. Inchoauit vitam angelorum, quia inſtituit vitam virginum. Hiero, Virginitas ſoror eſt angelorum. Idem, In carne præter carnem viuere, non eſt terrena vita, ſed cęleſtis. Reparauit ruinas eorum, quia genuit eũ qui reparauit. Ephe. 1. In quo, ppoſuit reparare, ſiue q̃ in cęlis ſunt, ſiue quæ in terra. Eorum ſe allocutionibus conſentiendo humiliauit. Luc. 1. Ecce ancilla Domini. Beata ergo ab angelis. Benedicta & a peccatoribus, qa eos de anguſtia liberas, in periculis adiuuas, & de peccatis veniam impetras. De primo, Bernardus. Ille taceat tuas laudes, Virgo beata, qui te ĩ ſuis neceſſitatibus inuocans ſe ſentierit deceptum. De ſecundo, Idem, In periculis, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. De tertio, recordare Theophilum liberatum. Item, exemplum fratris Martini ciſterſiẽſis: exemplum Dominę, cuius filius fuit captus: exemplum ſororis regis Frãciæ, quomodo poſtea habuit raptus. Item, benedicta a iuſtis, quia exaudis in precibus, liberas in tentationibus, augmentas gratiam in virtutibus. De ſecundo & tertio, ĩ hymno. Pia mater & humilis, naturæ memor fragilis, in huius uitæ fluctibus, nos rege tuis pcibus. Bern. O homo ſecurũ habes acceſſum ad Deũ &c. De ſecũdo. Nume. 24. Conſurget uirga de Iſrael ex his, & percutiet duces Moab &c. Eſt ergo benedicta a iuſtis, eſt benedicta a mulieribus, quia eas ab inimicis liberas, quo ad virũ excuſas, quo ad Deum honoras. Mulieres enim per peccatum a diabolo tenebantur, a Deo aſpernabantur: ſed beata Virgo ab inimicis liberauit, quia Chriſtus filius eius diabolũ deſtruxit. Heb. 2. Vt per mortẽ deſtrueret eũ, qui mortis habebat imperiũ. i. diabolũ.

Quo

Quo ad uirũ excuſat, ſi dicit uir. Propter te damnor: mulier poteſt reſpõdere, per me ſaluaris. Item, honorauit quo ad Deum, quia idem eſt filius Dei, & filius mulieris. Galat. 3. Miſit Deus filium ſuum naturæ ex muliere: propter hæc tria dicuntur de ea Iudith. 15. Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia, Iſrael, tu honorificentia populi. Es ergo benedicta a mulieribus, benedicta ab omnibus creaturis: quia eas a coinquinatione liberas: quia earum creatorem lactas. i. peccata mundas: quia eas in ſtatum priſtinum renouas. Filius enim quẽ genuit, creaturas omnes creauit, eas emundauit, ipſas renouauit. De. 1. Ioã. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. De ſecũdo. Apo. 1. Lauit nos a peccatis noſtris. De tertio, pſal. 103. Emitte ſpiritũ tuũ, quo .ſ. virgo cõcepit: & renouabis faciẽ terræ &c. Apoc. 21. & dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio oĩa. Benedicat te, virgo beata, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritusſanctus. Benedicãt te angeli, peccatores, iuſti, mulieres, & omnes creaturæ &c.

De ſancto Ambroſio.

CCE examen apũ erat in ore leonis, & fauũ mellis, Iud. 14. Poſſunt hæc verba exponi de Beato Ambroſio. Et notãtur hic tria ad cõmendationem eius. Primo, miraculoſa apũ in ore eius apparitio. Secundo, multiplex eius cõmendatio Tertio, ſanctarum ſcripturarum ab eo expoſitio. Primum, ibi. Ecce apparuit examen. Ad literam, quando iacebat in cunabilis, venit examen apum, & intrauit in os eius, & poſt viſum eſt volare ad cęlum, ſicut dicitur in legenda ſua. Secũdum, ibi. In ore leonis. Dicitur autem leo Beatus Ambroſius propter ſeptẽ, quæ ſunt in leone. Primo, nobilitas in dignitate, quia eſt rex ferarũ, & iſte nobilis, Romanus & princeps Liguriæ. Secundo, fortitudo in virtute, & iſte fortiſſimus, quia quaſi totus mundus coniurauit cõtra eum, & obtinuit. Tertio, audacia in magnanimitate, aggredit .n. oĩa ardua: & iſte audax, quia aggreſſus ĩperatorẽ & ĩperatricẽ, & pene vniuerſum orbẽ. De his duobus. Prou. 30. Leo fortiſſimus beſtiarũ, ecce primũ: ad nullius pauebit ocurſum, ecce ſcdm. Quarto, cõfidentia in ſecuritate. Prou. 28. Iuſtus quaſi leo. Quinto, benigniſſimus valde, ſicut dicitur in legenda ſua. Sexto, ferarum timor in terribilitate. Leo. n. in rugitu ſuo & terret feras. i. hęreticos, & carnales terruit rugitu prædicationis. Amos. 3. Leo rugiet, & quis non timebit? Septimo, prudentia in veſtigiorum ſuorum occultatione: occultauit. n. opera per bonã intẽtionẽ. Matth. 15. Attendite ne iuſtitiam veſtram &c. Tertium nota ibi, Et fauum mellis. Quadrupliciter fauũ mellis fuit in ore eius. Primo, ſanctarum ſcripturarũ expoſitio. Prou. 18. Mellis fauus verba compoſita. Secundo, mẽtis deuotio. Prou. 24. Comede fili mi mel, & fauũ dulciſſimũ. Tertium, dulcis allocutio Cant. 4. Mel & lac ſub lingua tua. Tertio, diuinitatis fruitio. Prou. 15. Sicut qui mel multũ comedit. Moraliter nota, illa ſeptẽ quæ dicta ſunt de leone, & quatuor de fauo, ſunt neceſſaria cuilibet iuſto. Debet enim quilibet ſtudere ꝙ habeat rectam intentionem in operatione, ſanctũ rugitum in oratione, pietatem in compaſſione, magnanimitatem in arduorum aggreſſione, ſecuritatem ſine malo timore, fortitudinem in perſeuerantia, nobilitatem in bonis moribus, verbum Dei in ore, deuotionem in corde, dulcem allocutionem in lingua, perfruitionẽ diuinitatis in oratione æternitatis, Ad quam nos perducat. Amen.

De eadem ex epiſtola.

ECCE ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit Deo. *Quære in feſto ſancti Nicolai.*

In feſto Paſchali.

ÆC dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. His verbis primo ſolemnitas reſurrectionis cõmẽdatur, ibi Hæc dies quam fecit. Secundo, quid ſit nobis faciendum indicatur, ibi. Exultemus &c. Circa primũ nota, quia ſignanter dixit, hæc dies, cũ põdere: qa dies admirabilis, amabilis, deſiderabilis. Admirabilẽ cæli prędicãt, terra demõſtrat, inferi clamant. Cæli angelos tranſmittẽdo, terra cõtremiſcẽdo, inferi mortuos reſtituendo. De primo. Matth. vlt. Angelus aũt Dñi deſcẽdit de cælo. De ſecũdo, Ecce terręmotus factus eſt magnus. De tertio, Mat. 26. Multa corpa ſanctorũ ſurrexerũt &c. Hęc eſt ergo dies admirabilis, quia in ea mors ſuperatur, vita reparatur, aditus ęternitatis reſerat. De primis duobus Gregorius in præfatione. Qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit &c. De tertio. Idẽ in oratione. Qui hodierna die æternitatis aditũ nobis deuicta morte reſeraſti. eſt ergo admirabilis. Eſt & deſiderabilis a cælis, vt reparentur: a terris, vt illuminẽt: a mortuis, vt ſuſcitentur: hac enim die cęli reparãtur, terra illuminantur, mortui ſucitãtur. Cæli reparantur, quia ſurrexit qui cæli ruinas reparat. Epheſ. 1. In quo propoſuit reparare vniuerſa, ſiue quę ĩ cælis &c. Et hodie illuminatur terra lumine ſolis, & lunæ, & ſtellarũ. Sol Chriſtus, luna angelus, ſtellę Marię, quę ſtellæ interpretantur. Sol enim illuminat hanc diem luce gloriæ, angelus claritatis ſuæ luce, Mariæ radijs lętitiæ. Chriſtus enim hodie glorioſus tamquàm ſol verus de ſub terris egrediens, mundum ſua gloria illuminauit: angelus de cælo deſcendens, claritate ſua mundum illuſtrauit. Matth. vlt. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur. Marię tamquàm ſtellæ ſurgentes tenebras triſtitię de cordibus Apoſtolorum radijs lætitiæ fugauerunt. Io. 20. Maria Magdalene annũtiãs diſcipulis &c. Terrę ergo illuminant, ſed & mortui ſuſcitantur. 1. Cor. 15. Nũc autẽ Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientiũ &c. Exultemus & lętemur in ea: lętemur ĩtus in anima, exultemus extra in corpore. Intus debemus lætari tripliciter. Primo, Chriſto reſurgenti congaudendo. Secundo, a morte cum eo reſurgẽdo. Tertio, in ſpe noſtrę reſurrectionis hodie inchoatæ iubilando. Primum docẽt nos Apoſtoli, Lucę vlt. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. De ſecundo, Colo. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto &c. De tertio, 1. Cor. 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. Debemus extra exultare tripliciter. Primo, in nouitate vitæ, quo ad morum honeſtatem ambulando. Secũdo, diem feſtum celebrando. Tertio, Chriſto reſurgẽti laudes decantando. De primo, Rom 6. Quõ Chriſtus reſurrexit p gloriã patris: & poſt, Ita & nos in nouitate vitę ambulemus. De ſcdo, Exod. 13. Celebrabitis hãc diẽ &c. De tertio, pſa. 67. Pſallite Deo, q̃ aſcẽdit &c. Primo, ſuper mortem. Greg. Neque fas eſt vt hac die ſileat a diuinis laudibus lingua carnis, ĩqua caro reſurrexit authoris. Exultemus ergo & lętemur in die reſurrectionis Chriſti, vt tandem cum eo lætemur in die reſurrectionis noſtrę.

In festo Sancti Georgij ex euangelio.

SIQVIS vult venire post me, abneget semetipsum &c. Lucę 9. Duo facit Dñs in his verbis. Primo, ad eundũ post se inuitat. Secũdo, quę sunt necessaria ad hoc demõstrat. Circa primũ notandũ tria. Primum est euntium post eum paucitas: secũdũ, arbitrij libertas: tertiũ, magna Dñi bonitas. Primũ, ibi. Siquis, quasi dicat, rarus est qui uelit. Bernardus. Quàm pauci sunt, Domine Iesu, qui post te venire velint, q̃q̃ nõ nulli qui ad te venire velint. Secundum, ibi, Tollat, quasi dicat, in voluntate hominis est ire & non ire: quia si facit quod in se est, habilitando se, Deus facit quod in se est, gratiã infundendo. Eccl. 15. Apposuit tibi bonum & malum &c. Tertium, ibi, Post me. Magna prorsus bonitas, quia omnes voluit facere de familia sua, & post se ducere. Io. 5. Eũ qui venerit ad me, nõ eijciam foras: nõ sic reges & principes mundi. Circa secundum sciendũ, quòd tria sunt necessaria eũtibus post Christum. Primum est propriæ volũtatis abnegatio. Secũdum, carnis mortificatio. Tertiũ, Christi imitatio. Primũ, ibi. Abneget semetipsum. i. propriá volũtatẽ. Secundum, ibi. Tollat crucẽ suam. i. carnis mortificationẽ. Tertiũ, ibi. Sequatur me. Circa primũ sciẽdũ, ꝙ maxime ꝑꝑ tria oportet nos relinquere propriam volũtatem. Primo, quia confundit: secundo, quia in manũ inimicorũ adducit: tertio, quia abnegatio propriæ voluntatis de inferno eripit. De primo, Osee. 10. Cõfundet Israel a voluntate sua. De secũdo, Eccl. 18. A voluntate tua auertere: & post. Faciet te in gaudium &c. De tertio, Bernardus. Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Circa secũdum sciendum, ꝙ crucem debemus tollere in corde, vt de ea semper cogitemus: in fronte, vt de ea gloriemur: in toto corpore, vt mortificemur. De primo, Heb. 3. Recogitate eum qui aduersus semetipsum talẽ sustinuit contradictionẽ &c. De secundo, Gala. 3. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi &c. De tertio, ibidẽ. Qui ãt sunt Christi carnẽ suã crucifixerunt &c. 2. Cor. 4. Semper mortificationẽ Iesu in corpore nostro circũferentes &c. Circa tertiũ sciẽdũ, ꝙ in tribus maxime debemus eum imitari, in charitate, humilitate, & benignitate. De primo, Io. 11. Hoc est pręceptum meũ vt diligatis inuicẽ. De secũdo, Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum &c. De tertio. Eph. 5. Estote inuicẽ benigni donantes uobis inuicem, sicut Christus donauit vobis &c. Rogemus &c.

In festo sancti Marci ex euangelio.

PATER meus agricola est, Ioan. 15. Iesus dicit patrem suum agricolam, quia tollit multiplicẽ agrũ. Quatuor sunt agri, mũdus, Christ⁹, iust⁹, & cælestis paradisus. De primo, Mat. 13. Ager est mũd⁹. De secũdo. ps. 49. Pulchritudo agri mecũ ẽ. De tertio Prou. 2. Diligẽter exerce agrum tuum. i. temetipsum, loquitur de viro iusto. De quarto. Prouer. 31. Considerauit agrũ, & emit ipsum. Aug. Inardescamus obsecro ad possidendum agrum illum, vbi tanta pulchritudo est. Primũ agrum. i. mũdũ colit iste agricola quatuor modis. Primo, diuersa semina. i. multiplices creaturas in eo seminãdo. Secũdo, eadem semina & creaturas multiplicando. Tertio, ne sata. i. creaturæ deficiant conseruando. Quarto, zizania super nascẽtia extirpando. De primo, Mat. 20. Seminauit bonũ semẽ in agro suo. De secundo, Gen. 1. Germinet terra herbã virẽtẽ &c. De tertio, Ioa. 1. Quòd factũ est in ip-

F so vita erat. Sap. 11. Quomodo aliquid potest permanere nisi tuo noĩe? De quarto, Mat. 13. Colligite primũ zizania &c. Primum facit in opere creationis, secũdũ in opere propagationis, tertiũ in opere gubernationis, quartum in opere retributionis. Agrum secundũ Christ⁹ colit similiter quatuor modis. Primo, omnia virtutum semina in eo seminando. Secundo, gratiarũ aquis irrigãdo. Tertio, ipsum fodi permittẽdo. Quarto, fimum sputorũ & opprobriorũ poni dimittẽdo. De primo, Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni &c. De secundo, Gene. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis &c. Secundo, Christus quidem diuiditur in quatuor capita, quia de plenitudine eius G omnes accepimus. Ioa. 1. Vidimus gloriam eius &c. De tertio, psal. 21 Foderũt manus meas &c. De quarto, illud ps. 68. Infixus sum in limo profundi. & Tren. 3. Saturabitur opprobrijs. Agrum tertium, idest iustum, colit similiter quatuor modis. Primo fructificationem vitiorum extirpando. Secundo, aratro cõtritionis scindendo. Tertio, semina virtutum seminando. Quarto, aquis lacrymarum irrigando. De primo, Boetius. Qui serere volet ingenuũ agrũ, liberet arua fructicibus. De tertio, & secundo, Isai. 28. Numquid quotidie arabit arans: & post. Seret gith, & cyminũ. De quarto, Eccl. 24. Rigabo hortũ meum. Agrũ quartũ. i. paradisum, colit quatuor modis. Primo, malas H herbas extirpãdo. i. dæmones. Scđo, arbores pulcherrimas, i. ordines angelorũ in ea plãtãdo. Tertio, flores pulcherrimos. i. lilia virginũ, & rosas martyrũ, & violas cõfessorum in ea plantando. Quarto, fluminibus gaudiorum irrigãdo. De primo, Apoc. 12. Proiectus ẽ draco ille magn⁹ &c. Propterea lætamini cæli &c. De scđo, Ezec. 31. Cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiso Dei. De tertio, Cãt. 2. Flores apparuerũt ĩ terra nostra. Cant. 4. Dilectus meus qui pascitur inter lilia. De quarto, Ezec. 45. Ecce aqua redundat &c. Primus fluuius est gaudium de creatura corporali. Secũdus, de societate angelorum. Tertius, de Christo hoI mine. Quartus, de gloria diuinitatis: & istud non potest trasmeari, quia infinitum est &c. Rogemus &c.

De eodem ex euangelio.

IN domo patris mansiones multæ sunt, Ioan. 16. Domus ista vita æterna. psal. 121. In domũ Domini lætantes ibimus. In hac domo possumus distinguere sex mansiones. Tres sunt angelorum, & tres sanctorũ. In prima mansione stat superior hierarchia, quæ continet tres cameras. In prima calor, in secũda splẽdor, in tertia quies: quia in prima Seraphin, in secunda Cherubin, in tertia Throni. In secũda mãsione stat meK dia hierarchia, q̃ cõtinet tres cameras. In prima exhibetur regi reuerentia, in secunda dantur regis imperia, in tertia sunt milites qui exercent prelia. In prima principatus, qui docẽt reuerentiã: in secũda dñationes, quæ distribuũt dñia: ĩ tertia potestates, q̃ arcẽt ptãtes aereas. In tertia mãsione est tertia hierarchia, quę continet tres cameras. In prima, declaratur regis maiestas: in secunda, reuelãtur eius secreta: in tertia, nuntiatur eius voluntas. In prima sunt virtutes, quæ miracula faciunt: in secunda archangeli, qui maiora secreta prædicant: in tertia angeli, qui Dei volũtatem nuntiant hominibus. Istæ sunt mansiones angelorum. Sunt ibi & mansiones sanctorum. In prima stant milites, quorum fortitudine Ecclesia defensatur: in secũda sapientes, quorũ cõsiliis gubernatur: in tertia

in tertia domicelli & domicellæ, quorũ pulchritudine decoratur. In prima sunt martyres, in secunda confessores, in tertia virgines. In prima mãsione militum sunt tres cameræ. Alij. n. pugnat pro amore regis, alij pro defensione regis, alij ꝓ zelo iustitiæ. Quidam. n. sunt martyres pro fide, quidã pro doctrina, quidam pro iustitia. Primi mortui sunt pro Christi amore, vt Stephanus, & alij plures, isti pertinent ad Seraphin: quidã pro doctrina vt prophetę, isti pertinẽt ad Cherubin: quidã pro iustitia, vt Ioãnes Baptista & plures alij, isti pertinent ad Thronos, ad quos pertinet iustitia. In secunda mansione continentur similiter tres mansiones. Confessorum enim quidam sunt religiosi, quidam pręlati, quidam coniugati. Primi pertinent ad principatum, secundi ad dominationes, tertij ad potestates. In tertia autem mansione sunt similiter tres camerę. Virgines. n. quædam sunt mulieres, quidam homines, & quidam pueri: mulieres ad virtutes, homines ad archangelos, pueri ad angelos pertinent. Videat quilibet in quo ordine est, & quam cameram habebit in cælo. Sunt autem sex, quæ nos debent mouere vt curramus ad domum istã. Primo, magnitudo. Baruc. 3. O Israel quàm magna est domus Dei. Secũdo, pulchritudo. psal. 23. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis suę. Tertio abundantia gloriæ. ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Quarto, lætitia. psal. 121. n domũ Dñi lætantes ibimus. Quinto, laus cõtinua. psa. 83. Qui habitẽt in domo tua Dñe in sæcula sæculorũ laudabũt te. Sexto, ęternitas. 2. Cor. 5. Domũ habemus nõ manufactam æternam in cælis &c.

In Inuentione sanctæ Crucis ex epistola.

MIHI autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Chr̃i, Gal. 6. Gloriari oportet in cruce tribus modis. Gloriari ĩ cruce, idest in amore Christi, quem ostendit nobis in cruce: vel gloriari in cruce. i. in imitatione. Circa primum sciendum, quòd in quinque ostendit maxime amorem suũ nobis in cruce. Primo, quia dilexit nos plus q̃ matrẽ, cuius dolorẽ pro nobis contẽpsit. Secũdo, plusquàm propriũ sanguinẽ, quẽ pro nostra ablutione fudit. Tertio, plusquàm animam, quam pro nostra redemptione posuit. Quarto, plusquàm vitã suã, quam vt nos viuificaret dedit. Quinto, plusquàm corpus propriũ, quod percutiẽti, ne homo percuteret, apposuit. De primo, Luc. 2. Tuã ipsius aĩam pertrãsibit gladi⁹. De secũdo, Apoc. 2. Qui dilexit, & lauit nos ĩ sãguine suo. De tertio, Ioã. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo hẽt. De quarto. Qui mortẽ nostrã moriendo destruxit &c. De 5. Esa. 53. Propter scel⁹ populi mei ꝑcussi eũ. Circa ₰m sciẽdũ ẽ, ꝙ quinq; bona maxime fecit Chr̃s in cruce. Primum est, quòd ab inferno liberauit. Secũdo, quia virtutem peccati debilitauit. Tertio, quia diabolum expugnauit. Quarto, quia mortem superauit. Quinto, quia cęlum reserauit. De primo, & quarto Osee 13. Ero mors tua o mors &c. De secũdo. Ro. 6. Vetus hõ noster crucifixus ẽ &c. De tertio. Heb. 3. Vt ꝑ mortẽ destrueret eũ qui mortis habebat imperiũ. De quinto. Isa. 23. Dabo ei clauẽ Dauid, sup humerũ eius &c. Dauid Christus, domus est paradisus, clauis est crux, quã ad literã portauit super humerũ suum, Ioan. 19. Et baiulans sibi crucem &c. Circa tertium sciendũ, quòd quinque maxime ostendit in cruce, in quibus ipsum imitari debemus. Primo, in charitate. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet: secundo, in humilitate: tertio, in obediẽtia. De his, Phi-

A lip. 2. Humiliauit semetipsũ fact⁹ obedẽis &c. Quarto, ĩ patiẽtia. 1. Pet. 2. Qui cũ malediceret, nõ maledicebat. Quinto, in mãsuetudine. Hiere. 12. Ego quasi agnus mansuetus ad occisionem ductus &c.

In festo sancti Ioannis ante portam Latinam ex euangelio.

VIDIT illum discipulum quem diligebat Iesus, Ioan. vlt. Commẽdatur in hoc euãgelio Beatus Ioannes a sex. Primo, ab humilitate, ibi. Discipulũ. Scđo, a Dei charitate, ibi. Quẽ diligebat. Tertio a Dei familiaritate, ibi. Qui recubuit. Quarto, ab amoris suauitate, ibi. Sic eum volo manere, B hoc est, sine martyrio trãsire. Quinto, a sapiẽtię ꝓfunditate, ibi. Qui testimoniũ perhibet de his. s. tã ꝓfundis. Sexto, a testimonij veritate, ibi. Et scim⁹ q̃a verũ est testimoniũ eius. Moraliter vidit illũ discipulũ quem diligebat Iesus, qui dilexit lectiones quas ipse docuit. Sunt autem nouem quæ scriptura docet nos facere. Primum, a malo discedere. Deut. 4. Discant timere Deum. In timore autem Domini declinatur a malo, sicut dicit Eccl. 1. Secũdo, de malis pręteritis iustitiã facere. Isai. 26. Misereamur impio, & nõ discet facere iustitiam. Grego. Iustus debet discere eius iustitiam. Tertio, bonum cognoscere, Deut. 6. Discite ea, loquitur de mandatis. Quarto, in bono delectari. Prou. 5. Discite sapiẽtiam, quæ est cognitio cũ gustu. Quinto, bene operari. Isa. 1. Discite bene facere. Sexto, in C omnibus bene conuersari. Eccl. 16. Audi me, fili, & disce disciplinã sensus. Septimo, in omnibus operibus rectam intentionem habere. Sap. 9. Quæ tibi placent didicerint homines. Octauo, in omnibus bonis humiliari, Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum. Nono, regno Dei approximari. Mat. 23. Ab arbore fici discite parabolam. Ista nouẽ sunt necessaria, & sufficiunt ad salutem. Primo necesse est vt quis a malo recedat. Secundo, vt pęnitentiam agat. Tertio, ꝙ bonum faciendum cognoscat. Quarto, ꝙ bonum ipsum sibi sapiat. Quinto, quòd bonum cognitum faciat. Sexto, quòd bon⁹ exterius conuerset &c. Septimo, quòd in omnibus bonam intentionem habeat. Octauo, ꝙ de bonis D non superbiat. Nono, quòd mercedem de istis omnibus accipiat, ne deficiat recogitet. Beatus iste discipulus, qui ista didicerit. psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

In festo sancti Barnabæ Apostoli ex epistola.

BARNABAS erat vir bonus, plenus Spiritussancto, Act. 11. Duo sunt necessaria homini, interior perfectio, & exterior cõuersatio. Primum propter se, secundum propter proximum. Interior perfectio consistit in duobus. s. in cognitione veritatis, & dilectione bonitatis. Primũ est perfectio intellectus, secũdum perfectio affectus. ExE terior conuersatio cõsistit in duobus. s. in actuũ vtilitate, & morum grauitate. Hæc quatuor dicuntur in his verbis ad cõmendationem beati Barnabæ. Intellectus illuminatio, affectus inflammatio, actuum vtilitas, & morum grauitas. Primum, ibi. Plenus fide. Fides est lumen intellectus. Aug. Fides est illuminatio veritatis, qua quis illuminatur a prima luce ad videndum spiritualia. Secũdum, ibi. Plenus Spiritusancto. Spiritussanctus dicitur amor & donum, in quo omnia dona donãtur. Sicut dicit Aug. Recte dicitur plenus Spiritusancto, quia plenus charitate. Ro. 5. Charitas

ritas Dei diffusa in cordibus nostris. Tertiũ, ibi. Vir tus sapiens, grauis non puer leuis. psal. 34. In populo graui laudabo te. Quartum, notatur ibi. Bonus. Bonum est, sicut dicit. Diony. diffusiuum sui: vnde propter hoc notatur vtilitas actionis, in qua homo se effundit: dicitur enim bonum dupliciter, essentialiter, & per participationem. Primum, de creatore tantum. Mat. 19. Vnus est bonꝰ Deus, solũ modo dr̃ de creatore. Bonum per participationem dicitur de creatura, sex modis. Primum bonum vere, idest, rei secundum quod est. Secundum bonum ex genere, seu existentia respectu finis. Tertium bonum actionis ex debita circunstantia ad finem tamen in se. Quartum bonum actionis hominis. Quintum bonum gratiæ, idest, meriti. Sextum bonum gloriæ. Hæc omnia bona habuit beatus Barnabas: vñ proprie est dictus bonus vir &c. Rogemus &c.

In festo Ascensionis.

VIRI Galilęi quid admiramini aspicientes in cælum &c. Act. 1. Tria faciunt angeli in verbis istis, tollunt admirationẽ, asserunt ascensionem, prædicant reuersionem. Primum, ibi. Quid statis aspicientes in cælum? Circa quod notantur quatuor, aspiciebant Apostoli, stupentes, dolentes, timentes, confidentes. Stupebant de ascensione, quæ in tanta gloria & virtute fiebat, de quo etiam stupebant ipsi angeli. Isa. 43. Quis est iste? Et nota hic virtutem ascensionis, & differentiam ab alijs qui assumpti sunt a terra. Dolebant de discessione, quia discedebat ab eis tantus consolator. Ioan. 16. Plorabitis & flebitis vos, mũdus autem gaudebit. Tob. 10. Heu me fili mi, vt qui te misimus peregrinari lumẽ oculorũ nostrorũ &c. & est vox ecclesiæ hodie in persona Apostolorum. Timebãt de mũdi persecutione, quia remanebãt soli inter pressuras mũdi, de qua prædixerat eis, Ioan. 16. In mũdo pressurã habebitis. Confidebãt de promissione, Ioan. 14. Vado ad patrẽ, per corporalem subtractionem: & veniã ad vos, per Spiritus sancti missionem. Ioan. 14. Ego rogabo patrem, & alium paraclitũ dabit uobis. Matth. Ego vobiscum sum. Secundũ, ibi. Hic Iesus qui assumptus est astiterũt iuxta illos &c. Circa qd̃ notãtur quatuor in modo. Assumptus est enim videntibus Apostolis, Actuũ. 1. Videntibus illis eleuatus est. Astantibus angelis, Actuũ. 1. Ecce duo viri astiterũt iuxta illos &c. Mediante nube, Actuũ 1. Et nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Considerandum enim est vnde assumptus, quia de terra: quo assumptus, quia in cælũ: qua via, quia per aerem: quis assumptus, quia Iesus Christus, vt sic ex oĩ parte oĩa attestent̃ merita assumptionis. Terra per apostolos, cælũ per angelos, Deus per nubem ipse Iesus per manuum eleuationem, vt ostenderet̃ quia iste idẽ ascendebat in carne, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat. Et ꝑ hæc quatuor potes similiter procedere ad ędificationẽ cõmunem. Tertium nota, ibi. Sic veniet. Circa aduentũ ad iudicium nota quatuor, ꝓm illa quatuor ostensa in modo ascendendi. Vnde sic veniet, quemadmodũ sic. s. videtibus tã iustis q̃ impijs mediãte nube, eleuatis manibus, ad percutiẽdum. s. peccatores, astantibus angelis qui præcedent portando insignia passionis. Et congregabuntur ad iudiciũ omnes. Mat. 24. Et videbũt filium, ecce primũ: uenientẽ in nubibus, ecce secundum: cum virtute magna & potestate, ecce tertium: & mitter angelos suos, ecce quartum: & pręcedet super his dies iudicij. Sicut vis &c.

In uigilia Pentecostes.

SPIRITVS Domini ornauit cælos, Iob. 26. Per cælos intelliguntur Apostoli propter tria quæ sunt in cælis. Primo, ꝑp motũ continuũ in cælis. Ita. n. motus cõtinuus in Apostolis fuit, quia per vniuersum orbẽ discurrerũt. Ioã. 15. Posui vos vt eatis &c. Secũdo, ꝑp ordinem: est enim ordo in cælis. Iob. 13. Numquid nosti ortum cæli? Sic ordo fuit in Apostolis, quia omnia ordinate faciebant, & nihil inordinatum. 1. Cor. 14. Omnia secũdum ordinem fiant in vobis. Tertio, propter concordiam: habent cæli concordiam. Iob. 15. Qui fecit concordiam in sublimibus suis: ita discipuli Dñi abrenũtiando omnia. Actuum. 4. Erat illis cor vnũ, & anima vna. Istos cælos ornauit spiritus Domini stellis: ornamentum. n. cælorum stellæ sunt. Ecc. 43. Species cæli gloria stellarum: posuit enim in eis quinque ordines stellarum. Primus ordo, virtutes theologicæ. 1. Cor. 13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc. Secundus, virtutes politicæ. Sapie. 8. Sobrietatem & sapientiam docebit & virtutem, quibus nihil est in uita vtilius. Tertius, septẽ dona spiritus. Isa. 11. Requiescet super eũ spiritus domini, & cætera quæ ibi sunt. Quartus, octo beatitudines. Mat. Beati pauperes, beati mites, & per totũ. Quintus, duodecim fructꝰ Spiritussancti Galat. 5. Fructus autem spiritus sunt gaudium &c. Isti ordines virtutum designãtur per quinque ordines stellarum, de quibus dicitur Iob. 9. Qui facit arcturum & oriona, hyadas, & interiora austri, De sexto, Iob. 38. Numquid coniungere valebit micãtes pleiadas &c.

In die Pentecostes.

PARACLITVS Spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit, omnia, & suggeret vobis omnia, Ioa. 14. In his verbis circa missionẽ Spiritussancti tria notãt̃, Primo, mittentiũ eũ authoritas, ibi. Quẽ mittet pater in nomine meo Secũdo, missi benignitas, ibi. Paraclitus. Tertio, missionis vtilitas, ibi. Docebit & suggeret. Circa primum ostẽditur quòd mittentes sunt pater & filius: spirant enim Spiritum sanctum, & spiritussanctus vna notione procedit a patre & filio. Io. 16. Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittã &c. Si spirare est mittere eum, & pater mittit & filius, vide ergo ꝓ pater & filius spirant spiritum sanctum, & sic tota trinitas: pater mittens, & filius per quẽ mittitur, & spiritussanctus qui mittitur. Benignitas missi notatur, ibi. Paraclitus, quod interpretatur consolator, vel aduocatꝰ: quia ista duo sunt specialiter officia bonitatis, & bonitas attribuit̃ Spiritui sancto: iõ ipse dr̃ cõsolator ĩ miserijs, & aduocatus in beneficiis. Aduocatꝰ ĩ beneficijs, quia lex diuinæ bonitatis, quã Spũsanctꝰ allegauit pro nobis (quia sibi attribuitur bonitas) causa est, qua fluunt in nos beneficia Dei. Defluunt autẽ tria beneficia. Primo, naturę. ps. 103. Emitte spũm tuũ & creabunt̃, ĩ quo declarat̃ quia a Spiritusancto fluũt beneficia naturæ. Secũdo, gratiæ, charitas Dei diffusa est &c. Tertio, gloriæ. Rom. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed gaudium in Spiritusancto. Aduocat̃ ergo in beneficijs, consolatur in miserijs tripliciter. Primo, cęlestes consolationes in tribulationibus largiendo. 1. Tim. 1. In tribulatione multa cum gaudio Spiritussancti. Secundo, dona charismatum in tribulationibus

bulationibus augmentãdo. Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus scientes qm̃ tribulatio patientiã operatur &c. psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Tertio, quãta sint gaudia, quæ pro istis tribuuntur, demõstrãdo. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã &c. Tertiũ est docere nos, ibi. Oĩa suggeret. Duplex vtilitas missiõis, prima bonũ docet, secunda ad bonum mouet. Prima, ut bonum cognoscamus, secunda, ut faciamus. Primum, ibi. Docebit uos oĩa. Sunt aũt quinque scientię necessaria ad salutem. Primo, Deũ timere: secundo, a malo recedere: tertio, bona facere: quarto, mala pati: quinto, in his perseuerare, ista est scientia sanctorũ. De primis duobus. Iob. 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia, & recedere a malo itelligẽtia. De alijs tribus. Aug. Sapiẽtia sanctorum est benefacere, & mala pati, & in his perseuerare. Secũdum, ibi. Et suggeret &c. Monet ad bonum, & suggerit illud tripliciter. Primo, quasi cõpellẽdo, Isa. 30. Spiritus eius velut torrẽs inũdãs &c. 2. Cor. 5. Charitas Dei vrget nos. Secundo, alliciẽdo. Sapiẽ. 12. O q̃ bonus & suauis est Dominus spiritus tuus ĩ omnibus. Tertio, seipsum pignus pro mercedis certitudine tribuẽdo. 2. Cor. 1. Qui dedit pignus spiritus in cordibus nostris, quod pignus ęquale est rei. Secũdo, est de re, ita ꝓ qui habet pignꝰ spiritus hæreditatis, securus est quòd perueniet ad hæreditatem cælestem, Ad quam &c.

In festo sanctæ Trinitatis ex epistola.

Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius &c. Rom. 11. Tria notant̃ in istis verbis, quę considerant̃ in Deo, s. diuinitas, vnitas, trinitas: vel sic diuinitas, & ĩ diuinitate trinitas, & in trinitate vnitas. Diuinitas maiestatis, trinitas ꝑsonarum, vnitas essentiæ: & hoc ꝓm quòd tripliciter contigit errare circa Deum. Quidam enim errãt circa diuinitatem eius non ponentes esse Deum, psal. 13. Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deꝰ &c. Vel qd̃ Dei est atribuẽtes creaturæ, & colentes eam pro Deo. Roman. 1. Quidam circa trinitatem, negantes personarum trinitatem esse in Deo. Quidam circa vnitatẽ, ponentes multitudinem deorum. Primum ergo, scilicet diuinitas, notatur, ibi. O altitudo diuitiarum &c.

Circa quod notãdum tria, quæ sunt in Deo, s. altitudo, plenitudo, & latitudo, & hæc ꝓm tria quę sunt in Deo, scilicet natura, virtus, & operatio. Est quoque altus in natura, sic enim habitat lucem inaccessibilem. Et plenus in virtute, sic sunt apud eum diuitię sapientiæ. Latus & immensus in operatione, sic sunt iudicia eius incomprehensibilia, & viæ eius inuestigabiles, Iudicia quibus disponit, viæ per quas exequitur suas operationes; & adhęc tria possunt referri tria quæ sequũtur post hæc verba immediate, Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cõsiliariꝰ eiꝰ fuit, aut quis prior dedit ei, & retribuet̃ ei? Adapta singula singulis. Secũdũ. s. trinitas; qm̃ ex ipso, & ꝑ ipsum, & in ipso sunt oĩa. Circa quod nota similiter ꝓ tripliciter distinguunt̃ personæ diuinæ. Aliquãdo ꝑ propria personarũ, vt cũ dr̃ pater & filius & spũsanctus, aliqñ ꝑ appropriata patris, vt ẽ ꝑ potẽtiã intelligitur pater, per sapientiam filius, per bonitatẽ spũsanctus. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt &c. Aliquando per notas naturaliter ex adiuncto significantes distinctionem in personis, sicut hic, Ex ipso, ex. n. notat authoritatẽ principij, & ideo ex ipso intelligit̃ pater, apud quẽ est fons & origo diuinitatis, Per, notat modũ operationis, & ideo ĩ hoc, per ipsum, intelligitur filius, per quem operationes operatur. In, notat conseruatio in esse, & ideo per hoc, in ipso, intelligitur Spiritussanctus &c. Tertium, vnitas, ibi. Ipsi gloria, non dixit ipsis, sed ipsi. Circa quod similiter notãda tria, secundũ quod similiter tripliciter debet sibi referri gloria. s. gloria cordis, gloria oris, gloria operis. Vel gloria vna ꝑp creationẽ, gloria altera per redemptionem, gloria tertia per glorificationẽ &c.

De eadem.

TRES sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. 1. Ioã. vlt. Moraliter per cælum intelliguntur sancti, & dicũtur cælũ propter septem. Primo, propter continuum motũ de uirtute in virtutem. psal. 83. Ibunt de virtute in virtutẽ. Secũdo, ꝑp concordiã. Iob. 26. Qui facit concordiam in sublimibꝰ suis. Ephe. 3. Solliciti seruare vnitatẽ spũs in uinculo pacis &c. Act. 1. Erat illis cor vnum &c. Tertio, propter ordinem. Iob. 33. Numquid nosti ordinẽ cæli &c. 1. Cor. 14. Omnia ꝓm ordinem fiant in vobis. Quarto, quia casa ilios. i. Dei. 1. Cor. 4. Nescitis quia templum Dei estis. Quinto, propter conuersationem cælestẽ. Philip. 4. Nostra conuersatio est in cælis. Sexto, quia semper habent cor in cælo. Mat. 7. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Itẽ, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Septimo, quia habent solem, & lunam, & stellas. Solem charitatis, lunam fidei, & stellas aliarum virtutum. In isto cælo dant testimonium pater, verbum, & spiritussanctus tripliciter. Primo, secundum naturam in creatione. Secundo, secũdum gratiam in iustificatione. Tertio, secũdum gloriã in glorificatione. In increatione pater per memoriam, filius per intelligentiã, spiritussanctus per voluntatem vel notitiam, memoriam vel amorem. In iustificatione pater dat testimonium ponendo potentiam, filius sapientiam, spiritussanctus benignitatem. Potentia sanctorum apparet in tribus, quia potentes ad pugnandum, & ad laborandũ, & ad sperãdũ. De primo Hebre. 11. Fortes facti sunt in bello. De secundo, Phil. 4. Omnia possum ĩ eo qui me cõfortat. De tertio, Isa. 40. Qui aũt sperãt in Dño, mutabũt fortitudinẽ &c. Sapiẽtia sanctorũ apparet in tribus. Primo, in cõuersatione. Eccle. 8. Sapiẽtia hoĩs relucet in vultu eius. Secundo, in locutione. Eccl. 22. Sapiẽs ĩ verbis se ipsum amabilẽ facit. Prou. 15. Lingua sapiẽtis disseminat sapiẽtiã. Tertio, in iniuriarum perpessione. Prou. 19. Doctrina autẽ viri per patientiam dignoscitur. Bonitas sanctorum apparet in tribus. Primo, in sui effussione, Diony. Bonum est sui effusiuum. Secundo, in benignitatis ostensione. 2. Cor. 12. Libenter impendam & super impendar ego ipse pro animabus vestris. Tertio, in optimorum adductione. Dionys. Optimi est optima adducere. In glorificatione pater dat testimonium in cælo, idest, in sanctis per æternitatẽ, Matth. 19. Vitam æternam do eis, Dan. 12. Fulgebũt iusti tamquàm stellæ &c. Et per æternitatem dabit omnẽ sciẽtiã. Aug. Habemus vnũ doctorem in cælis, quem semel vidisse, totum didicisse est. Dabit & gloriam. psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus &c. Ad quam nos &c.

In festo sancti Ioannis Baptistæ ex euangelio.

QVIS putas puer iste erit? Lucæ. 1. Et potest responderi interrogationi, quia sponsus speciosus, & gratiosus, & gloriosus. Sponsus speciosus

ſpecioſus propter virginitatis cãdorem, martyrij ruborem, & admirabilem circa Chriſtũ pulchritudinẽ, & ſimilitudinẽ, & figurationẽ. De primo, Luc. 1. Puer erat in deſerto. De Secũdo, Mat. 6. Miſſo ſpiculatore, fecit amputari caput Ioannis. Tertio, quòd tãtam habuit ſimilitudinem cum Chriſto, quòd fuit creditus Chriſtus. Lucę. 3. Exiſtimante autẽ oĩ populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. eſt ergo ſpecioſus. Eſt & gratioſ⁹ propter ſanctitatẽ, propter humilitatem, & propter vtilitatẽ. Sanctus enim fuit, quia plenus Spiritu ſancti gratia. Lucę. 3. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero &c. Quia veſtitus nimia veſtimentorum duritia. Lucę. 1. Erat Ioannes veſtitus de pilis camelorũ. Quia præditus nimia abſtinentia. Lucæ. 1. Eſca eius erat locuſta &c. Humilis fuit in baptizatione. Mat. 3. Ego a te debeo baptizari &c. In ſua phariſæis reſponſione. Ioan. 1. Ego vox clamantis in deſerto &c. In diſcipulorum eruditione. Ioan. 3. Illũ oportet creſcere, me autem minui &c. Vtilis fuit in baptizando, Mat. 3. Tunc exibant ad eum omnes &c. prædicando & cõuerſando. De his duobus. Ioã. 5. Ille erat lucerna ardens per exemplum, lucens per verbum. Item, fuit glorioſus per dignitatem, quæ apparet propter nouẽ. Primo, quia antea eſt prophetatus. Malach. 3. Ecce angelus meus. Secũdo, quia ab angelo nũtiatus. Lucę. 1. Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium. Tertio, quia miraculoſe generatus. Lucę. 1. Et nõ erat eis filius, eo quòd &c. Quarto, quia in vtero ſanctificatus. Luc. 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ &c. Quinto, quia cum multis miraculis natus. Luc. 1. Apertum eſt autem ilico os eius &c. Sexto, quia ante Dominũ. Mat. 11. Hic eſt de quo ſcriptũ eſt &c. Septimo, quia præcurſor regis. Luc. 1. Ipſe prębibit ante illum. Octauo, quia baptizauit Chriſtum. Mat. 3. Venit ibi ad Iordanem &c. Nono, quia teſtis lucis. Ioan. 1. Hic venit in teſtimoniũ &c. Moraliter autẽ ſiquis vult venire ad gloriam æternitatis, neceſſe eſt vt ſtudeat eſſe puer. i. purus. In tribus neceſſaria eſt puritas. Primo, in corde, ſecundo in ore, tertio in manu. Puritas cordis eſt voluntatis ſanctitas. De primo, Iacob. 4. Purificate corda duplices animo. De ſecundo. Prouer. 15. Sermo purus pulcherrimus. De tertio, 1. Tim. 2. Leuãtes puras man⁹ &c. Rogemus, &.

In feſto Sanctorum Ioannis & Pauli ex epiſtola.

PROPTER te mortificamur tota die, ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis, Rom. 8. In verbis iſtis quinq; notãtur. Primo, recta ſãctorũ intentio, ibi. Propter te, non propter inanem gloriã, ſicut hypocritæ. Mat. 11. Exterminant facies ſuas vt videantur ab hominibus. Secundo, eorum mortificatio, ibi. Mortificamur. Mortificãtur autem ſancti multis modis. Primo, cũ vitijs ſeipſos macerando. Coloſ. 3. Mortificate membra veſtra. Secundo, carnem ſpiritui ſubijciendo. Rom. 8. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Tertio, ſe Chriſti paſſiõi cõfigurando. 2. Cor. 3. Semper mortificationẽ Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes. Quarto, detractionum malignitatem tolerãdo. pſal. 108. vbi loquitur de detractore. Cõpũctũ corde mortificare. Quinto, inimicorum perſecũtiones ſuſtinendo. pſal. 36. Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare. Tertio, mortificationis continuatio, ibi. Tota die, hoc eſt, vſque ad finem, non ſicut illi, de quibus dicitur, Gal. 5. Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cęperitis, nũc carne conſumamini? Quarto, eorum ab impijs irriſio, ibi. Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Ouis occiſa tota eſt vtilis. Eſt enim vtilis pellis ad veſtiendum, caro ad victum, fibrę ad muſicum inſtrumentũ. Quinto, ex magna mortificatione vtilitatis conſecutio, ibi. Occiſionis. Eſt enim vtilitas in pelle propter pauperum ſubuẽtionem. In carne, carnalis proximorum mortificatio. Gal. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcẽtijs. Fibrę ſunt potentiæ animæ, ex quibus fit muſicum inſtrumentum ad laudandum Deum. Epheſ. 5. Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. Hæc omnia cõuenire poſſunt, iſtis glorioſis ſanctis &c.

In feſto Apoſtolorum Petri & Pauli.

SOL vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, Ioel. 3. Poſſunt hæc verba exponi de beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli feſtiuitate. Per ſolem intelligitur Petrus, per lunam Paulus. Gene. 1. Fecit Deus duo magna luminaria &c. Significat autẽ ſol Petrũ ꝓpter tria: quia ſol eſt fons ſplẽdoris, fornax ardoris, & cauſa generationis. Fons ſplẽdoris fuit ĩ cognitione, fornax ardoris in amore, cauſa generationis ĩ prędicatione. De primo, Mat. 15. Beatus es Simon Bariona &c. De ſecundo, Ioan. vlt. Domine, tu ſcis ꝙ amo te. De tertio, Lucę. 5. Ex hoc eris homines capiens: quot homines cepit, tot filios Domino generauit. Propter primũ dictus eſt Petrus, ideſt, cognoſcens: propter ſecũdum dictus eſt Simõ, ideſt, obediens. Mãdatum enim ſpiritualiter datum, cuius eſt obediendum, eſt obedientia. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Propter tertium dictus eſt Cephas. i. caput Eccleſię, cuius generationis cauſa fuit prædicando. De iſto ſole dicitur Ecc. 43. Sol in aſpectu annũtiãs ĩ exitu &c. Cõuerſus autem fuit ſol iſte in tenebras tripliciter. Culpę in negatione. Tunc cępit abnegare & deteſtari, quia nõ nouit hominem. Mœſtitiæ in ploratione. Mat. 26. Egreſſus foras, fleuit amare. Pęnæ in paſſione. Cum autem ſenueris, alius præcinget te, & ducet &c. Paulus dicitur luna ſimiliter propter tria, quia lux noctis, fons roris, & cauſa frigidationis. Lux noctis, erroris tenebras illuminando. Rom. 3. Abijcite opera tenebrarũ &c. Pater per diuerſas epiſtolas ſuas quàm diuerſos errores expulerit. Fons roris, gratiam prædicãdo. Eph. 2. Gratia enim eſtis ſaluati: patet quaſi in omnibus verbis ſuis gratiam prædicãdo. Cauſa frigidationis, virginitatẽ comendando. 1. Cor. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do &c. per totũ. Itẽ, fuit luna ĩ ſe tenebras noctis & erroris expellendo. Fons roris gratiam ſuſcipiẽdo. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. Cauſa frigidationis, virginitatem, vel caſtitatem conſeruãdo. 1. Cor. 7. Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum &c. loquitur de caſtitate. Itẽ, Eccle. 43. In omni tempore ſuo &c. Iſta luna verſa fuit in triplicem ſanguinẽ, homicidij in Stephani lapidatione, Actum. 22. Et cum effunderetur ſanguis Stephani &c. In ſua flagellatione. 2. Cor. 11. Ter virgis cęſus ſum: & in capitis abſciſſione, vt patet in legenda ſua. Moraliter ſol intellectus, luna voluntas. Sol. i. intellectus cõuertitur in tenebras erroris: luna, ideſt, voluntas in ſanguinem peccati &c.

In commemoratione ſancti Pauli.

BONVM certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 2. Tim. 3. In iſtis quatuor clauſulis quatuor notantur in beato Paulo ad commẽdationem ipſius. Primum eſt probitas, ibi. Bonum certamen certaui. Secundum velocitas, ibi. Curſum conſummaui. Tertium fidelitas, ibi. Fidem ſeruaui. Quartum dignitas, ibi. De reliquo repoſita eſt &c. Circa primum ſciendũ eſt, quòd triplex certamẽ beatus Paulus habuit. Primum hoſtile paganorum. 1. Cor. 15. Aduerſus beſtias pugnaui. Epheſ. 5. Secundum ciuile Iudęorum. 1. Theſſ. 1. Sicut & ipſi a Iudæis qui & Dominum occiderũt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt. Tertium inteſtinum falſorum chriſtianorum. 2. Cor. 11. Periculis in falſis fratribus. Circa ſecundum ſciendum, quòd triplicem curſum cõſummauit: cucurrit enim primo, in mundo prædicando. Gal. 1. Cõtuli cũ eis euangeliũ, ne forte ĩ vanũ currerẽ &c. Secũdo, in cęlo cõuerſando. Philip. 3. Noſtra cõuerſatio in cælis eſt. 2. Cor. 11. Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue ĩ corpore, ſiue extra corp⁹ neſcio, De⁹ ſcit) raptũ hmõi vſq; ad tertiũ cęlum. Tertio, in paradiſo contemplando, ibidẽ. Scio hominẽ quoniã raptus eſt in paradiſum.

Circa tertium ſciendum eſt, quòd in tribus maxime apparuit, & ſeruauit fidem. Primo, ſe totum in ſeruitio Dei ſui exponendo. Galat. 2. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Secũdo, regnum eius fortiter augmentando. Rom. 15. Vſque Illiricum repleui euãgelium Chriſti. Tertio, omnia ei attribuendo. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. Circa quartũ ſciẽdũ eſt, ꝙ beatus Paulus meruit coronã aureã, & aureolã. Aureã, ꝙ labore charitatis. 1. Cor. 9. Oĩs quidẽ qui in agone cõtẽdit: illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos aũt ĩcorruptã &c. Aureolã meruit triplicẽ, virginitatis, martyrij, & ꝑdicationis. Prima eſt meritũ cõcupiſcibilis: ſecũda, iraſcibilis: tertia, rõnalis &c. Fuit enim ipſe virgo, ſicut dicitur. 1. Cor. 7. Volo omnes homines eſſe, ſicut meipſum. Fuit prædicator, vnde. 2. Tim. 1. dicitur magiſter gentium. In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, & magiſter gentiũ in fide & veritate. Fuit & martyr, ſicut patet in legẽda ſua. Nos quoq; ſi bonũ certamẽ certauerim⁹, curſum cõſumauerimus, fidẽ ſeruauerimus, pueniemus ad coronam æternam. De qua corona require in feſto ſancti Stephani &c.

De beata Margarita.

INVENTA vna pretioſa margarita, abijt & vẽdidit omnia quæ habet, & emit eã, Matth. 13. In his verbis tria dicuntur. Primũ, margaritæ inuentio: ſecundum, margaritæ commẽdatio: tertium, eiuſdẽ margaritę emptio. Primum, ibi. Inuenta: ſecũdũ, ibi. Pretioſa: tertium, ibi. Vendidit oĩa &c. Per margaritã iſtã ĩtelligit Dei filius: dr autẽ Chriſtus margarita propter quĩq;. Primo, quia paruus per humilitatẽ. Mat. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde &c. Secundo, candidus propter puritatẽ. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit. Tertio, quia ſolidus per ſanctitatem. Daniel. 9. Vngatur ſanctus ſanctorũ. Pretioſus per deitatem. Rom. 9. Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Quinto, rore cæli conceptus, i. operatione Spirituſſancti. Lucę. 1. Quod incarnatum eſt, de Spirituſſancto eſt. Talis margarita eſt lapis paruus, inuenitur in profundo maris, in vẽtre piſcis, & in mẽſa cãpſoris. In his tribus locis conſueuit inueniri margarita: ſic Chriſtus inuenitur in mari. i. in Maria per incarnationem. Quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Luc. 1. In piſce. i. in Chriſto homine per vnionem. 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto: in altare, per ſacramenti tranſubſtantiationem. Ego ſum panis viuus &c. pſalm. 22. Paraſti in conſpectu meo menſam. De quinque primo dictis de hoc lapide Chriſto, dicitur Hebreorũ. 7. Talis decebat ut eſſet nobis pontifex. Sãctus, quo ad ſoliditatẽ: innocens, quo ad humilitatem: impollutus, quo ad puritatem: ſegregatus a peccatoribus, quo ad conceptionem, quia non ſicut alij peccatores ex peccato conceptus: excelſior cælis factus, quo ad pretioſitatẽ deitatis. Circa ſecundum nota, quòd hæc margarita eſt pretioſa propter tria. Primo, propter pretioſitatem albedinis. Hebr. 1. Qui cũ ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantię eius &c. Secundo, propter vtilitatem quia omne malum expellit. 1. Timo. 4. Liberauit autem me ab omni malo, & omne bonum inducit. Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cũ illa &c. Tertio, pp incorruptionis æternitatẽ. Sap. 8. Clara eſt & q̃ nũquàm marceſcit ſapientia. Circa tertium ſciẽdum, quòd margarita emitur triplici denario. ſ. æneo, argẽteo, & aureo. Æneus eſt ſubſtantia mundi, argenteus corpus, aure⁹ anima. Æneo emit qui dat diuitias pro iſta margarita: argenteo, qui dat corpus: aureo, qui dat aĩam. Primum fit per renuntiationẽ diuitiarũ: ſecundum, per corporis mortificationem: tertium, per propriæ voluntatis abnegationem. De primo, Matth. 9. Qui non renũtiauerit oĩa quæ poſſidet De ſecundo, & tertio, Luc, 16. Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum quo ad propriæ voluntatis abnegationẽ: & tollat crucem ſuam, per corporis mortificationem. Poſſunt autẽ exponi de iſta beata quæ fuit pretioſa margarita propter ſpecioſitatis virginitatẽ, propter prędicationis vtilitatẽ, & propter inſeparabilem ſoliditatem, quã inuenit mercator cęleſtis, & emit ſanguine ſuo Chriſtus Deus noſter, Qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

ARCVM meum ponam in nubibus cæli, & erit ſignũ fœderis inter me & terram, Gene. 9. Poſſunt hęc verba exponi de beata Maria Magdalena, quæ intelligitur per arcum cæleſtẽ propter tria. Ratione formæ, ratione finis, ratione materiæ. Eſt enim materia arcus nubes aquoſa radiis ſolis percuſſa. Nubes aquoſa, Maria lacrymoſa. Lucæ. 8. Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Sol Chriſtus, radius gratia Chriſti, quæ nubem aquoſam percuſſit cum Mariæ lacrymanti gratiam infudit. Rõne formæ, eſt enim triplẽ, cerulea, rubea, & verſus terram tenet brachia extenſa. Color ceruleus eſt Mariæ humilitas, rubeus charitas. De primo, ibi. Stetit retro ſecus pedes Domini. De ſecundo, ibidẽ. Qm̃ dilexit multum. Brachiorum vſque ad terram extenſio eſt magna quã habet ad peccatores miſericordia. Eſt enim ipſa ſancta interuentrix peccatorũ, & aduocatrix eorum: didicit enim ex experientia peccatorũ miſereri. Prouer. vlt. Manum ſuam aperuit inopi. i. peccatori, & palmas ſuas extẽdit ad pauperẽ. Rõne fĩnis. eſt. n. triplex finis ei⁹. Primo, prętheritũ iudiciũ per aquã ſignificatũ. Scẽdo, futurũ iudiciũ per ignem pronuntiatum,

nuntiatum. Tertium pactum quod est inter Deum & terram demonstrare, quia de cælo extendit brachia sua ad terram. Primum, in colore ceruleo: secũdum, in rubeo: tertium, in viridi. Sicut Beata Maria Magdalena est signũ duplicis iudicij in peccatore pænitente. Vnius quod fit per aquam compunctionis, alteri⁹ qd fit per ignem compũctionis. De vtroque, psal. 65. Trãsiuimus per ignẽ & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. Itẽ, est signum pacti inter Deum & terrã, idest, peccatores. Est aũt signũ septẽplicis fęderis inter Christum & peccatorem. Primum, quia benigne recipit peccatores, qui ad Deum cõfugiunt. Secundum, quia multum se familiarem eis exhibet. Tertium, quia eos qui irrident confundit. Quartum, quia pro eis ad uocatur. Quintum, quia eorũ fidẽ multum cõmendat. Sextum, quia omnia peccata dimittit. Septimũ, quia eis dulciter loquitur. Hæc septem nota in euangelio per ordinem. Primum in hoc, quòd eam in nullo increpauit, contra nequitiam hypocritarum, qui videntur contra peccatores fulminare. Secundo, in hoc, quòd dedit pedes ad osculãdum, ibi. Et osculari pedes eius. Tertio in hoc, quòd Phariseum qui eum despiciebat, confundit, ibi. Simon habeo tibi aliquid dicere. Quarto in hoc, quod eam bonam cõferẽdo & alligãdo probauit, ibi. Hęc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos &c. Quinto, ibidem. Mulier fides tua te saluam fecit. Currant ergo omnes peccatores sedere ad fontẽ benignitatis &c.

In festo sancti Iacobi ex euangelio.

POTESTIS bibere calicem quem ego bibiturus sum? Matth. 20. Per calicem intelligitur passio Christi, Mat. 26. Pater, si possibile est, trãseat a me calix iste &c. Calix iste est calix amaricãs, inebrias, & sanans. De primo, ps. 68. Dederũt in escam meam fel. De secundo, psal. 22. Calix meus inebrians quàm præclarus est. De tertio, psal. 115. Calicem salutaris accipiam. Fuit autem amaricans, quia calix aceti, myrrhę, & felis. Ista tria dederũt ei bibere. Tria autem fecerunt passionem Christi amaram. Primũ est, quia passus est ab impijs. Marci 14. Filius hois tradetur in manus peccatorum. Secundo, quia pro beneficijs. Ioan. 8. Multa bona opera operatus sum ĩ vobis, propter quod horũ vultis me lapidare? Act. 8. Qui pertransiuit benefaciendo &c. Tertio, quia in membris mundis. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit: non. n. habuit membra corrupta & mortificata per peccatum. Item, est calix inebrians tripliciter. Primo, præsentiũ obliuionẽ inducens. Tren. 3. Ad te quoque perueniet calix inebrians animam, diuitias relinquẽdo, nudum Dominum sequendo. Secũdo, in sensibilẽ ad dolorẽ reddens. Ber. Considerate dolores Domini nostri, & leuius dolores vestros portabitis. Greg. Si passio Domini ad memoriã reducatur, nihil est adeo durum, quòd non ęquo animo toleremus: hinc est ꝙ sancti habitabant in petris. Tertio, animos nostros ad bella faciens. 2. Mach. 6. Ostenderũt elephãtis sanguinẽ vuæ & mori, vt animarẽt eos ad bellũ. Itẽ, calix sanans a triplici morbo. Primo, culpæ cõtractę. Eph. 2. Eramus omnes filij irę, per peccatum scilicet originale. Secundo, culpę commissę. Isa. 53. Ipse attritus est propter peccata nostra: & post. Eius liuore sanati sumus. Tertio, pœnæ inflictę. Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit &c. De his tribus. 1. Pet. 2. Qui peccata nr̃a ipse ptulit ĩ corpore suo sup lignũ. Pcta dicit ĩ plurali, vbi nota originale & actuale, cuius liuore sanati sumus, quo ad pœnæ inflictionẽ. Rogemus ergo &c.

In festo sancti Petri ad Vincula.

DIRVPISTI Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, psal. 115. Satis patet quomodo possunt hæc verba exponi de vĩculis sancti Petri. Et notant ĩ his verbis tria. Primo, vinculorũ eius disruptio, ibi. Dirupisti vincula mea. Secundo, gratiarum actiones, ibi. Tibi sacrificabo hostiã laudis. Tertio, diuini nominis inuocatio, ibi. Domine. Circa primum sciendũ est, quòd ligatus fuit tribus generibus vinculorum beatus Petrus. Primo, vinculis iniquitatis ĩ negatione. Pro. 5. Funibus peccatorũ suorũ vnusquisq; cõstringitur. Mat. 26. Anteq̃ gallus cãtet, ter me negabis &c. Secundo, vinculis pęnalitatum in corporis passione. Io. vlt. Cum autem senueris alius cĩget te &c. Tertio, vinculis materialib⁹ ĩ sui ĩcarceratione Actũ. 12. Erat Petrus vinctus catenis duabus. Vincula peccatorũ suorũ disrupit Christ⁹ gratiam conferẽdo. Matth. 26. Respexit Iesus Petrũ, idest, gratiam infudit, Vincula materialia disrupit angelum transmittẽdo. Actũ. 12. Angelus autem Domini astitit. Vincula pænalitatum disrupit ęternã gloriam conferẽdo. Matth. 19. Vos qui secuti estis me, dixit Dñs Petro, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Circa ꝫm sciẽdum, ꝙ sanctificauit ei triplicẽ hostiã. Primo hostiam contritionis. psal. 50. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum Deus non despicies. Secũdo, hostiam laudis, psal. 49. Imola Deo hostiam laudis. Tertio, hostiam proprij corporis. Rom. 12. Obsecro vos vt exhibeatis corpora uŕa hostiã &c. Primo, hostiã ĩmolauit amare flẽdo, siue plorãdo post Chr̃i negationẽ. Matth. 26. Egressus foras, fleuit amare. Secundo, laudando post suam de carcere liberationem. Actum. 12. Nunc scio quia misit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Tertio, corpus Deo imolando in passione. Ioan. 13. Animam meam pono pro te. Circa tertiũ sciendum, quòd ipse inuocauit nomen Domini Iesu tripliciter. Primo, prædicando. Actum. 2. Baptizetur vnusquisque in nomine Domini nostri Iesu Christi. Roma. 14. Omnis quicũque inuocat nomẽ Dñi, saluus erit. Secundo, orando. Mat. 14. Saluos nos fac Domine, perim⁹. Tertio, laudãdo. Act. 3. Nõ est aliud nomẽ sub cælo datum hominibus &c. Est autem inuocandum nomen Domini. Primo, quia peccatores iustificat. Secundo, quia iustos vocatos saluat, & propter alia plura &c. *Quære in Circuncisione*.

In festo sancti Dominici.

SOL illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius, Eccl. 42. Possunt hæc verba de beato Dominico exponi: & notantur, ibi duo. Primo, beatus Dominicus laudatur, ibi. Sol illuminans. Secundo, eius opus, idest, prędicatorum ordo cõmẽdatur, ibi. Et gloria Domini plenum est opus eius. Circa primum sciendum, quòd Beatus Dominicus dicitur sol propter septem. Sol. n. corporalis septem effectus exercet in corporibus. Et primo, sol typicus septẽ in spiritibus. Primus effectus est generatio, secũd⁹ viuificatio, tertius nutritio, quart⁹ augmẽtatio, quintus pfectio, sextus purgatio, septimus renouatio. De his dicimus in vna

in vna authoritate. Sol ad generationem sensibilium corporum cõmittitur, & ad vitam ea nutrit, & auget, & perficit, & purgat, & renouat. Ista septẽ fecit Beatus Dominicus spiritualiter. Primo generauit prædicando, vt diceret cum Apost. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui: patet quòd generauit. Secundo viuificauit, ad vitam gratiæ reducẽdo Iac. 5. Si quis cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suę, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum: patet quòd reduxit de morte ad vitam. Tertio nutriuit, in statu gratiæ conuersando. Thessa. 1. Tamquàm si nutrix foueat filios suos: testatur quasi viderit eũ, quãta benignitate fouebat quos generauit. Quarto augmentauit, de virtute in virtutẽ attrahẽdo. Ephe. 4. Veritatem autem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Quinto perfecit, statum perfectionis instituendo. Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende oĩa quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Sexto purgauit omnia, superfluas & minimas negligentias dure corripiẽdo. Ioan. 15. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Septimo, renouauit, ad statum nouitatis reducendo. Eph. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestrę, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

In festo Sancti Laurentij ex epistola.

DISPERSIT dedit pauperibus, iustitia ei⁹ manet in sæculum sæculi. 2. Cor. 9. In his verbis notantur quinque ad cõmendationem Beati Laurentii. Primo, prudentia, ibi. Dispersit dedit. Sunt autem dispergendæ diuitiæ. Primo, quia si cõgregantur, sunt possessoribus suis in tormentũ. Secundo, quia si congregantur, pereunt. Tertio, quia ducunt ad ęternum suppliciũ. De quibus tribus, Ecc. 5. Diuitię cõgregatę ĩ malũ dñi sui, ecce primũ: peunt enim, ecce secundum: in afflictione pessima, ecce tertium. Afflictio. n. mala est cũ congregantur, peior cũ relinquuntur, pessima cum pro eis auari æternaliter puniuntur. Iacob. 5. Agite nũc diuites plorate & vlulate in miseriis quæ aduenient vobis &c. Congregare ergo stultitia est, sed dispergere est prudentia propter tria. Primo, quia dispersæ, sunt semina q̃ multiplicata resurgunt. Secundo, quia vita æterna acquiritur. De his duobus, Matth. 19. Omnis qui relinquerit domum, vel fratres &c. Tertio, quia non possunt amitti eo quòd ĩtuto loco sunt positæ. Matth. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo &c. Secundo notatur largitas, ibi. Dedit. Inuitant autem ad dandũ tria, creator, creatura, & scriptura. Creator, quia dedit cælũ cũ syderibus, terram cum bestiis & arboribus, corpus cum sensibus, animam cum viribus, filium cum tormentis, mundum cum elementis, spiritum sanctum cũ donis. Dicit Aug. Erubescat homo auarus esse, cũ tantam largitatem experitur creatoris. Inuitat creatura, quia omnis creatura dat seipsam, & quicquid habet. Sol dat se totum, & lumen suum totum, terra similiter. Omnis ergo creatura inuitat ad dandum. Inuitat scriptura, q̃ ex hoc tanta promittit. Matth. 7. Date, & dabit vobis. Tertio nota fidelitas, ibi. Pauperibus, & fuit fidelitas dare pauperibus propter tria. Primo, quia bona ecclesiæ sunt bona pauperum. Hieron. Bona ecclesiæ bona pauperũ sunt, quicquid præpter victum, vel necessaria reseruasti, sacrilegium cõmisisti. Secundo, quia hoc præcepit Dominus, qui habet generale dñiũ in oĩb⁹. Tertio, quia ab eis nõ expectat vlla retributio. De quibus duobus, Lucæ 14. Cũ facis prãdium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque vicinos diuites &c. Quarto nota, ibi. Iustitia eius manet in sæculum sæculi. Cõsistit autẽ iustitia in tribus. Primo, in rectę voluntatis conseruatione propter se. Secundo, in iustorum susceptione. Aug. Iustitia est in miserẽdo miseris. Tertio, in iuris sui vnicuiq; redditione. Isido. Iustitia est virtus ius suum vnicuique tribuens. De primo patet, quomodo primum beatus Laurentius conseruauit, quia nulla peccata potuerũt eum a rectitudine remouere. De secundo patet, quia thesaurum ecclesiæ dedit pauperibus. De tertio patet, quia reddidit maioribus obedientiã, minoribus vtilitatẽ, paribus ęqualitatẽ. Quinto notat, perseuerãtiam, ibi. In sęculum sęculi. Et fuit laudabilis perseuerãtia eius propter tria. Primo, quia fuit flagellis probata: secũdo, fide cõsummata: tertio, quia in igne fuit examinata, & ideo meruit peruenire ad vitam æternã. Matth. 24. Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, hic saluus erit &c.

In Assumptione Beatæ Mariæ Virginis ex epistola.

VASI cedrus exaltata sum in libano &c. Eccl. 24. Per sex arbores quibus cõparatur exaltatio Beatæ Virginis in ista epistola, intelligi possunt sex ordines beatorum. Cedrus significat angelos propter naturæ sublimitatem. Ezech. 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei idest, angeli non fuerunt sublimiores naturæ lucifero. Cypressus significat patriarchas & prophetas per odoris suauitatẽ: vnde de vno dictũ est Gen. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Palma significat apostolos propter gloriosum de uniuerso mũdo triũphũ. Palma etiã significat uictoriã. Apoc. 6. Et palmæ in manibus eorum. Rosa significat martyres per effusionem sanguinis, qui habet colorem rubeum. Eccl. 39. Et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Oliua significat cõfessores propter oleum. psal. 51. Ego autem sicut oliua fructifera. Platanus significat virgines propter frigiditatem libidinis incendium exstinguentem, crescit enim iuxta aquas. In aqua frigiditas notatur. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi suauitatis. Eccles. 24. Quanto subtilius, tanto melius est, & magis odoriferũ: & per hos intelligitur humilitas. Balsamũ autem quanto grauius & põderosius, tanto melius, vnde probatur in aqua, & si cito descendat ad fundum, habetur probatum. Per hãc proprietatem potest intelligi grauitas morum. Hæc aũt duo dant odorem suauitatis. Est ergo sensus, quòd Virgo est exaltata, sicut angeli, patriarchæ, & prophetæ, apostoli, martyres, confessores, & virgines: & est liptote qui pauca dicit, significatq; magna. Fuit enim exaltata super choros angelorum, & super omnes sanctos, nec mirum si est exaltata, sicut angeli patriarchæ &c. habuit enim meritum angelorum angelice viuendo. Hiero. In carne præpter carnẽ viuere, non terrena vita est, sed cęlestis. Idem. Virginitas soror est angelorum: habuit enim meritum prophetæ prophetando. Luc. 1. Beatã me dicẽt omnes generationes: vidit enim spiritu prophetico, & prophetauit quòd debebat beatificari ab omnibus gentibus, & quòd omnes gentes debebant recipere filium Dei, & suum. Habuit meritum apostolorum, & euangelistarum docendo. Multa enim scripta sunt & prædicata, quę non

non potuerunt ſancti niſi per reuelationem eius ſcire, ſicut de ingreſſu angeli in conceptione, & aliis pluribus. Habuit meritum martyris, mortem crucis cũ filio patiendo, Lucæ 2. Et tuam ipſius animam pertrã. ſiuit gladius. Habuit meritum confeſſorum, deuote Dño confitendo. Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum. Habuit meritum uirginum, inchoando uirginitatem, & conſeruando. Luc. 1. Ingreſſus eſt angelus Gabriel ad Mariam Virginem: & ſicut habuit meritum omnium & amplius, ita congruum fuit, ut ſuper omnes ponatur hic ſermo. Quæ ẽ iſta quę progredietur quaſi aurora, conſurgens &c. ordines cæleſtium.

In feſto beati Bernardi.

G AVRVM & multitudo gemmarum, & uas pretioſum labia ſcientiæ, Prou. 20. Poſſunt hęc uerba exponi de beato Bernardo, & commendatur hic ab humilitate prædicationis. Prædicauit autem tria principaliter, de Deo, de moribus & uirtutibus, & de dulcedine contemplationis & deuotionis. Hæc tria notantur in his uerbis. Primum, ibi. Aurum: ſecundum, ibi. Multitudo gemmarum: tertium, ibi. Vas pretioſum labia ſcientiæ. Aurum fuit omnibus os eius de Deo loquendo. Multitudo gemmarum de moribus & uirtutibus loquendo de dulcedine contemplationis & deuotionis. Fuit ergo os eius uas pretioſum, os aureum, os gemmeum, & os pretioſum: quia per aurum intelligitur diuinitas, ideo dicitur Cant. 5. Caput illius aurum optimum. Gregorius. Caput Chriſti eſt Deus: & caput aureum. ergo aurum eſt diuinitas. Quod per gemmas intelligantur uirtutes, habetur Apoc. 21. Ibi gloſa per duodecim lapides intellexit duodecim uirtutes. De tertio, Hiere. 51. Calix eſt aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. Patet quomodo uino dulcedinis inebriauit totum mũdum. Fuerunt ergo labia eius aurea, gemmea, & pretioſa. Vel aurum fuit beatus Bernardus per uoluntatis ſanctitatem: multitudo gemmarum per morum honeſtatem, & uirtutum multiplicitatem: uas pretioſum per uirginitatis puritatem. Hęc tria cantantur de eo. Beatus Bernardus quaſi uas auri, ecce aurum ſolidum, ecce pretioſum ornamentum omnium lapidum pretioſorum, ecce multitudo gemmarum. Fuerunt autem in hoc nouem gemmæ, de quibus dicitur Ezech. 27. Omnis lapis pretioſus operimentũ, ſardiũ, topatium &c. Lapides iſti ſignificant nouẽ ordines angelorum, quibus fuit dotatus beatus Bernardus, quia habuit in ſe uirtutes & officia omnium ordinum angelorum, ſicut dicitur in libro, ubi ſcribuntur acta eius &c.

In feſto Sancti Bartholomæi.

FICVM meam decorticauit, albi facti ſunt rami eius, Ioel. 1. Poſſunt hæc exponi de beato Bartholomæo, & paſſione ipſius: circa quã notant tria. Primo paſſus deſcribi, ibi. Ficum meam. Secundo, eius paſſio exprimitur, ibi. Decorticauit. Tertio, ipſius præmium ſubiungitur, ibi. Albi facti ſunt rami eius. Intelligitur beatus Bartholomęus per ficum propter tria, quę ſunt in ficu. ſ. lignum, folia, & fructus. In ligno intelligitur eius cordis ſanctitas: in foliis, locutionis ueritas; in fructibus, actuum eius ſuauitas. In ligno ſunt tria, medulla, lignum, & cortex. In medulla eſt candor: in ligno, fortitudo: in cortice, utriuſque obſeruatio. Sic tria ſunt neceſſaria ad cordis ſuauitatem. ſ. candor fidei, ſiue ſapientiæ, quo ad rationalem: fortitudo ſpei, quo ad irascibilẽ: cõſeruatio, quæ eſt ĩ charitate, quo ad cõcupiſcibilẽ. De primo, Sap. 7. Candor eſt lucis æternę & ſpeculũ ſine macula. De ſecũdo, Iſa. 30. In ſilẽtio & ſpe erit fortitudo ueſtra. De tertio, Ro. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia &c. Ergo in ligno notat cordis ſanctitas, in folijs uero locutionis utilitas. Sunt autem tria in foliis. ſ. lacteitas in humore, uiriditas in colore, & aſperitas in palpatione, & ſignificãt tria quæ ſunt neceſſaria in locutione. ſ. puritas, delectabilitas, & utilitas. Puritas in ueritate, delectabilitas in honeſtate, & utilitas in uerborũ bonitate. Lacteitas per candorem. ſ. puritatem: uiriditas, quæ eſt color delectabilis, propter delectabilitatem: aſperitas ſignificat utilitatem. Sicut enim blandus ſermo eſt noxius, quia ſeducit: ſic aſper utilis, quia corrigit. Quòd hæc ſint neceſſaria, patet. De primo, Prou. 15. Purꝰ ſermo pulcherrimus &c. De ſecũdo. Prou. 16. Fauus mellis uerba cõpoſita. De tertio, Ephe. 4. Oĩs ſermo malus ex ore ueſtro nõ procedat &c. Sic ergo nota ĩ foliis locutiõis utilitas, in fructu aũt nota actionis ſanctitas. Cõſiderantur autẽ tria in fructu, intus rubicũditas, extra uiriditas, in guſtu uero ſuauitas, & ſignificant hæc tria quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Oportet enim ꝙ actio fiat in charitate, quæ intelligitur in rubore: in medietate, ut non accedat ad extrema, ne fiat plus uel minus, hoc intelligitur in uiriditate. Eſt enim uiriditas color medius. Item, ut fiat in humilitate, quæ intelligitur in nigredine. Item, vt fiat cum hilaritate; quæ intelligitur in guſtus ſuauitate. Hęc ſunt neceſſaria in actione. De primo. 1. Cor. 16. Oĩa ueſtra ĩ charitate fiant. De ſecundo, Rom. 8. Rationabile obſequium ueſtrum, ne fiat. ſ. plus, uel minus. De tertio, Luc. 17. Cum omnia beneficeritis, dicite quia ſerui inutiles ſumus &c. Greg. Qui cæteras uirtutes ſine humilitate congregat, in uentum puluerem portat. De quarto. 2. Cor. 8. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Hæc omnia habuit beatus Bartholomæus, & ideo congrue eſt ſignificatus per ficum, ergo paſſus deſcribitur: ſed in decoratione paſſio exprimitur. Fuit enim ipſe excoriatus propter tria. Primo, ut Deo tanquàm uerus agnus in holocauſtum offerretur. Leuit. 1. Detractaq; pelle hoſtiæ artus in fruſta concident, & ſubiicient in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſita &c. Secundo, ut ab omni humore exſiccaretur, ſic decoriat arbor ut ſiccetur. De hac ficu, Matth. 7. Nunquid colligũt de tribulis ficus &c. Itẽ, fuit excoriatus ut ſicut ſerpens in ęternitate renouaretur. Matth. 10. Eſtote prudentes ut ſerpentes. Prudentia ſerpentis eſt corium deponere, ut renouetur. Primum ſubiungit, ibi. Albi facti ſunt rami eius. Rami animæ memoria, intelligẽtia, & uoluntas: rami uero corporis ſenſus corporis. Memoria dealbabitur per comprehenſionem æternitatis: intelligentia, in cognitione omnis ueritatis: uoluntas, in perfruitione omnis deſiderabilis. Rami corporis. i. ſenſus dealbabuntur, quia quilibet ſanctus recipiet iucunditatem. Dealbari ergo potentias animæ & ſenſus corporis nihil aliud eſt, quàm glorificari in receptione albæ ſtolæ. Apoc. 8. Lauerunt ſtolas ſuas & candidas eas fecerunt in ſanguine agni &c. Ad quam perducat &c.

De

De Beato Auguſtino.

PROFVNDA quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit, Iob. 28. Satis proprie conueniũt hæc verba beato Auguſtino. & notãtur hic duo. Primo, ſecretorum perſcrutatio: ſecundo, eorum manifeſtatio. Primum, ibi. Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt. Secundũ, ibi. Et abſcondita produxit in lucem. Circa primum ſciendum, quòd beatus Auguſt. ſcrutatus eſt profunda quatuorum fluuiorum, ſcripturæ, creaturæ, culpæ, & gratiæ. Scrutatus eſt autem profunda triplicis ſcripturę, ſcilicet philoſophorũ, hęreticorũ, & ſanctorum. Propter primum fuit philoſophus, propter ſecundũ fuit hæreticus, propter tertiũ fuit catholicus. De primo, Hiere. 2. Quid tibi vis in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminum? De ſecundo, ibidem. Quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidã? De tertio. pſ. 92. Eleuauerũt flumina Domine &c. i. ſcripturę. Quòd ſcrutatus ſit ipſe libros philoſophorum, dicit ipſe in lib. confeſſio. vbi dicit, quòd ab vtroque doctore didicit omnes libros, & artes quas liberales vocant: quòd libros hæreticos, dicit ipſe in eodem libro: quòd catholicos, teſtatur ibidem. Scrutatus eſt quoque profunda triplicis creaturæ, ſpiritualis, corporalis, & cõpoſitæ, hoc eſt angelicę, humanę, corporeæ. Primum patet in libro, quem fecit de hierarchia angelica: ſecũdũ, in libro de ſpiritu & anima: tertiũ, in li. Gen. ad literam. Sic patet quòd ſcrutatus eſt profunda fluminis creaturæ. Dicitur autem creatura fluuius, quia fluit ſemper de eſſe ad non eſſe per corruptionẽ: & de nõ eſſe ad eſſe per generationem. Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur. Scrutatꝰ eſt ẽt profunda tertij fluminis, ideſt, culpæ: & triplicis, ſcilicet originalis, actũalis, mortalis & venialis. De primo, dicit in lib. 1. confeſ. De ſecundo, a ſecũdo libro uſque ad nonũ. De tertio, in decimo libro. De his fluminibus dicitur in pſ. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Item, ſcrutatus eſt profunda quarti fluminis, hoc eſt, gratiæ triplicis, ſcilicet præuenientis, ſubſequentis, & perficientis: vnde loquitur in libro de gratia de his omnibus. Similiter loquitur in Enchiridion de his fluminibꝰ. Io. 8. Qui credit ĩ me, flumina fluẽt de vẽtre eius aquæ viuæ: & ſic cõmẽdatur hic a diligenti ſecretorũ pſcrutatione. Secũdo, commendatur ab abſcõditorũ manifeſtatione, ibi. Abſcondita produxit in lucem, ſcilicet cognitionis abſconditę, trinitatis, cæleſtis ciuitatis, & ſcripturæ veritatis. Primum, patet in lib. de Trinitate: ſecundum, in libro de ciuitate Dei: tertium, in expoſitione Iſaiæ, Ioannis, Canticorum, & Geneſis. & aliorum multorum. Multa quoq; alia abſcondita produxit in lucem cognitionis, ſicut patet in libris multis quos fecit &c.

In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.

IVSTVS de anguſtia liberatus eſt, Prou. 11. Iuſtus dicitur Beatus Ioannes Baptiſta propter tria. Primo, propter omnium virtutũ poſſeſſionem. Secũdo, propter carnis mortificationẽ. Tertio, propter liberam malorum correptionem. His tribus modis ſumitur iuſtitia. De primo, Luc. 1. Spirituſſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. De ſecundo, Matth. 1. Erat indutus de pilis camelorum. De tertio, Matth. 3. Genimina viperarum &c. Marci. 6. Ioannes arguebat Herodem. Fuit liberatus hodie a triplici anguſtia, ſcilicet carceris, corporis, & ſęculi. De primo, Marci. 6. Decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. De ſecundo, pſ. 141. Educ de cuſtodia animã meã. Verbũ põt eſſe beati Ioannis Baptiſtę. Rom. 7. Infelix hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? De tertio. 1. Io. vlt. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Io. 15. In mũdo preſſurã habebitis. pſ. 136. Super flumina Babylonis &c. Impius fuit Herodes ſpecialiter pp tria, in decollatione eius. Primo, quia innocentem & ſanctum condemnauit. Marci 6. Sciens eum virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & multa audito eo faciebat, & libenter audiebat eum. Secundo, quia eum qui ſalutẽ ſuã procurabat, decapitauit. Ibidem. Non licet tibi habere vxorem fris tui. Tertio, quia caput prophetę Dei donauit pro vno ſaltu. Marci. 6. Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus, rex ait puellæ. Pete a me qd uis &c. Fuit autem traditus Herodes in triplicem anguſtiam pro beato Ioanne in anguſtiã regni amiſſionis, incarcerationis, & æternæ damnationis. Tradit enim Ioſephus quòd parum poſt decollationẽ beati Ioãnis, exercitus regis Archelai eũ regno priuauit, & captum ligauit, & poſt modum eum Deus æternis tormentis damnauit: ideo malum eſt eſſe impium. Prou. 16. Impiũ quoq; ad diẽ malũ. Sed piũ eſt eſſe iuſtum. Prou. 10. Iuſtitia uero liberabit a morte &c.

In Natiuitate Beatæ Mariæ.

EGREDIETVR virga de radice Ieſſe, Iſa. 11. *Quære in Annuntiatione Beatæ Mariæ.*

In exaltatione ſanctæ Crucis.

GO ſi exaltatus fuero, omnia trahã ad meipſum &c. Ioan. 12. In his verbis duo notantur, ſcilicet modus patiendi, & vtilitas ipſius paſſionis. Modus dicitur, ibi. Si exaltatus fuero. Vtilitas, ibi. Omnia trahã &c. Phili. 1. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. pſal. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Tertio, quia merito ſuę paſſionis exaltauit nos cum eſſemus viliſſimi & abiecti. Hierem. 2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas, & ab Ægypto confunderis ſicut confuſa es ab Aſſur. pſalm. 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Dni exaltauit me ſuper angelos. pſal. 8. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Ioan. 12. Volo pater vbi ſum ego, illic & miniſter meus ſit &c. Quarto, vt oſtendatur quia quòd vile eſt in cõſpectu hominum, exaltatum eſt in conſpectu Dei: & econtra, humilis in cõſpectu hominũ, exaltatũ eſt in cõſpectu Dei. Quinto, vt oſtenderet modum exaltationis, quia per humilitatem: vnde humiliauit ſe formam ſerui accipiẽs, Luc. 14. Qui ſe humiliat, exaltabit. Sequitur. Omnia traham ad meipſum. Abtractio natutaliter fit ſex modis. Primo, per quandam aſſimilationem, ſicut faciunt aucupes: ita Chriſtus ſuſcepit formam hominis vt ad ſe traheret. Rom. 8. Deus mittẽs filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati &c. Hõ. n. erat ĩ regione diſſimilitudinis, vnde dixit ironice. Ecce Adã factus eſt quaſi vnus ex nobis. Secundo, p quandam cõcauitatẽ

ſicut ſpongia aquam. Concauitas Chriſti eius humanitas fuit. Matth. 15. Venite ad me omnes: & ſtatim ſubiugit. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Ber. Omnino currimus poſt te, Domine, propter manſuetudinem tuam. Tertio, per colligationem Dominus attraxit nos miſerabilib⁹ funibus. Oſeę. 9. In funiculis Adam traham te. Quarto, per dulcem allectionem. Ioa. 6. Verba uitæ æternæ habes. & Idem. Numq̃ ſic locutus eſt hõ. Aug. in li. cõfeſſionũ. Vulneraſti cor meũ verbo tuo, & amaui te. Quinto, p repromiſſiões. Dan. 12. Et qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebũt in ꝓpetuas æternitates. Mat. 20. Ite vos in vineã meã. Sexto, pp naturalẽ appetitionẽ, ſicut ignis extẽdit ſe ſurſum, terra uero deorſum: vnde qa cẽtrũ eſt ſurſum, numquàm poteſt quieſcere deorſum. Vñ Ioan. 18. In mundo preſſurã habebitis, in me aũt pacẽ. Aug. in lib. cõfeſ. Suſpẽſus erã ad te &c. Greg. Cũ oĩa ſint facta ad quærendum Deum nihil humanæ menti ſufficit quòd non ſit Deus. Aug. Tãtę ſiquidem dignitatis eſt humana conditio, vt nullum bonum, præter ſummum, poſſit ei ſufficere: vnde ex ipſo verbo ipſe probat peccatores non eſſe. Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum, ideſt, peccatores: & non fuerunt tracti. ergo peccatores nihil ſunt. Homo dicitur omnia, quia eſt finis omnium, quia vltimo fact⁹, quia propter eum facta ſunt omnia. pſ. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius vel quia eſt capax omniũ, vel quia habet participationem cũ omnibus, ſicut dicit Greg. ſuper illo verbo, Prædicate euangelium omni creaturæ, Rogemus ergo Dominum. *Require in Inuentione ſancte Crucis.*

In feſto ſancti Matthæi Apoſtoli.

VIDIT Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæi nomine, Matth. 9. In iſto euangelio tria notantur. Primo, magna Domini noſtri Ieſu Chriſti benignitas. Secundo, beati Matthæi ſanctitas. Tertio, magna phariſæorum cæcitas. Magna Dei benignitas notat̃ ĩ quinque. Primo, in Matthæi ſanctificatione. Secundo, in eius ad apoſtolatum vocatione. Tertio, in familiari cũ eo & cum alijs publicanis cõmeſtione. Quarto, in phariſæorũ pctõrũ cõfutatione. Quinto, in ipſius miſericordiæ cõmendatione. Magna enim benignitas fuit, quòd tam magnũ peccatorẽ iuſtificauit, vel ſanctificauit, quòd ad apoſtolatum vocauit, quòd cum eo tam familiariter ducauit, q̃ phariſęus peccatores qui cõtẽnebat cõfutauit, quòd tantum diuinam miſericordiam commendauit. Primum, ibi. Vidit. Deus eum vidit quadruplici oculo. ſ. gratiam infundẽdo. Eccle. 11. Eſt homo marcidus egens recuperatione: & poſt. Oculus Dei reſpexit illum in bono, quod totum ſatis bene exponitur de beati Matthæi vocatione. Secundum, ibi. Vocauit eũ. Iſa. 41. Vocaui te, & non cognouiſti &c. hoc eſt, non cognoſcebas, cum eſſes magnus peccator: & vocaui te ad Apoſtolatum. Tertium, ibi Et factũ eſt cũ diſcumberetur in domo. Quartum, ibi Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus, quaſi dicat, vos nõ me indigetis, quia vos ſanos reputatis. Quĩtũ, ibi. Eũtes diſcite quid ẽ quia miſericordiã volo & non ſacrificium. Sanctitas Matthæi notatur ſi militer in quinque. Primo, in omnium deſertione: ſecundo, in veloci obedientia: tertio, in Chriſti imitatione: quarto, in hoſpitalitatis exhibitione: quinto, ĩ omnium peccatorum ſuorum manifeſtatione. Primũ, ibi. Relictis omnibus, Luc. 5. Secundum, ibi. Surgẽs: ſtatim enim Domino præcipienti obediuit. pſal. 17. In auditu auris obediuit mihi. Tertium, ibi. Secutus eſt eum imitãdo. Eph. 5. Imitatores Dei eſtote. Hoc eſt totum bonum hominis, ſicut dicit Auguſtinus vt imitetur Chriſtum, vt fugiat quæ ipſe contempſit, & eligat quæ ipſe elegit. Quartum, ibi. Fecit ei conuiuium magnum. Hebræorum. 11. Hoſpitalitatis nolite obliuiſci: per hanc enim quidam placuerunt Deo angelis hoſpitio receptis, quanto magis recepto ipſo Domino? Quintũ, ibi. Publicanus Matthæ⁹ nomine. Cũ enim fuerit binomius, voluit ſe vocari illo nomine quo magis erat notus, vt ſic magis cognoſceretur peccatum ſuum. Alij autem euangeliſtæ vocauerunt eum nomine ſuo. Phariſæorũ cęcitas notatur in quinque. Primo, quia peccata ſua grauia non videbant. Secundo, quia aliorum minus grauia iudicabant: habebant enim in corde ſuo ſuperbiam, quæ eſt maximum peccatorum omnium: & inuidiam, vel auaritiam, vel luxuriam, quæ ſunt minora, contemnebant. Matth. 7. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tũc videbis eiicere feſtucã de oculo fratris tui &c. Tertio, quia quẽ laudare debebant, vituperabant. Laudandus eſt quis de miſericordia & benignitate corporali, hæc reprehendebãt. Prou. 22. Nouit iuſtus, ideſt Chriſtus, animas iumentorum ſuorum, tamen per prędiſtinationem: viſcera autem impiorum, ideſt, phariſæorum hypocritarum crudelia. Quarto, quia vnde debebant gaudere inuidebant. Inuidebãt Deum miſericordem. pſal. 88. Miſericordias Domini in ętternum cantabo. Quinto, quia vnde debebant illuminari, excęcabantur: qm̃ de Dei miſericordia detractabãt. Eccle. 36. Oſtẽde nobis lucem miſerationũ tuarũ, hęc flebãt ibi. Et mirabant̃ phariſęi dicẽtes, quare cũ publicanis & pctõrib⁹ mãducatis & bibitis &c. Phariſęorũ cæcitas eſt fugiẽda, Matthæi ſctitas imitãda, & Dei benignitas diligẽda & laudanda &c. Rogem⁹. *Quære in feſto ſcti Io. Apoſt.* Cibauit illũ pane vitę & ĩtellect⁹ &c.

In feſto Sancti Michaelis.

IN omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Prou. 15. In his verbis notantur tria. Primo Dei prouidentia: ſecũdo, eius bonitas: tertio, ipſius iuſtitia. Primum, ibi. In omni loco: ſecũdum, ibi. Bonos: tertium, ibi. Et malos. Circa primum ſciendum, quòd in triplici loco contẽplatur Dominus, ſecundum quod in triplici loco cõtingit eſſe rationabilẽ creaturã, ĩ loco luminoſo, in loco tenebroſo, & in loco luminoſo & tenebroſo. Locus luminoſus eſt cælum empyreũ, vbi eſt lumen ſine tenebris: locus tenebroſus ẽ infernus, vbi ſunt tenebræ ſine lumine: locus luminoſus & tenebroſus eſt iſte mũdus, vbi eſt lumẽ & tenebrę. Primus locus intrinſecus, ſecundus extrinſecus, tertius medius. In primo contemplatur tantum bonos, in ſecundo tantũ malos, in tertio bonos & malos. De primo, Gen. 2. Fons egreditur de loco voluptatis. De ſecundo, Luc. 17. Ne ipſi veniant in locum tormentorũ. Deut. 32. Inuenit eum in terra deſerta, & ĩ loco horroris & vaſtæ ſolitudinis. De tertio, Iob. 34. Deus dedit eis locũ pænitẽtiæ &c. Propter hoc. n. ponitur homo ĩ mũdo iſto, vt agat pænitentiã. Iudic. 2. Aſcendet angelus Domini de Galgala in locũ flentũ. Eſt autẽ timẽda viſio Dei maxime ex quatuor. Primo, qa iudicat: ſecũdo, q̃a videt tenebroſa: tertio, qa nemo ſe põt a uiſione eius abſcondere. Abſcõdita, quia nullus poteſt poſt parietes latere: occulta videt, quia omnes cogitationes cordis. De his omnibus Eccle. 34. Oculi eius multo lucidiores ſole. Sic ergo hic notatur Dei prouidentia. In hoc ergo quod addit, bonos, ſignificat ad bonũ. Videt autem eos Primo, vt ab omni malo eripiat. Secundo, vt orationes eorum exaudiat. Tertio, vt miſericordiã exhibeat. Quarto, vt bonum gratiæ cõferat. Quinto, vt in omnibus protegat. Sexto, vt bonum glorię tribuat. De primo, pſal. 32. Oculi Domini ſuper metuẽtes eum. De ſecundo, pſal. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius &c. De tertio, Hierem. 24. Et ponam ſuper eos oculos meos ad plãctum. De quarto, Eccl. 11. Oculus Domini reſpexit illum &c. ideſt, in bonum. De quinto, pſa. 32. Oculi Domini ſuper timẽtes eum: & ſequit̃, quis eſt protector. ſ. In eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. De ſexto, Iſa. 49. Glorificatus eſt in oculis Domini. Videt ergo bonos ex ſua bonitate: videt autem malos ex ſua iuſtitia. Videt autẽ eos quatuor modis. Primo, eorum opera conſiderando: ſecũdo, ſuper malis eorum indignãdo: tertio, condemnãdo: quarto, eis non parcendo: quinto, pœnam velociter inferendo. De primo, Eccl. 29. Opera omnis carnis, ideſt carnalium, coram illo: & non eſt quicquàm abſconditum ab oculis eius. De ſecundo, Iſa. 59. Et vidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius. De tertio, Amos. 9. Oculi Domini ſuper regnũ peccatoris, vt conterat illud. De quarto, Ezech. 21. Et non pepercit ſuper bonum: videt ergo malũ ex iuſtitia. Iſti ſunt duo oculi, bonitas qua reſpicit bonos: & iuſtitia, qua videt malos. In iſtis ergo notatur Dei prouidentia, & eius bonitas, & ipſius iuſtitia. Prouidẽtia reuerẽda, bonitas diligenda, iuſtitia metuenda.

De eodem.

ANGELI eorum ſemper uidẽt faciem Patris mei, Matth. 18. In his verbis notãtur tria de angelis. Primo, angelorum benignitas. Secũdo, ſanctorum angelorum iucunditas: tertio, iucunditatis æternitas. Primum, ibi. Angeli eorum: ſecũdum, ibi. Faciem patris: tertium, ibi. Semper. Magna benignitas angelorum notatur in hoc, quòd dicuntur noſtri: & bene noſtri, quia quàm cito anima creatur, dat̃ ei angelus, quia ſine dubio maximum eſt tam nobilẽ creaturã ſeruire homini peccatori & ingrato frequenter. Seruire autẽ dicũtur nobis tripliciter, ſcilicet purgãdo, illuminãdo, & perficiendo. Iſtæ enim tres operationes conueniunt omnibus hierarchiis, ſicut dicit Dionyſ. Primum, pertinet ad mali remotionem: ſecũdum, ad intellectus illuminationem: tertium ad affectus perfectionem. Primo enim a malis purgamur, in intellectu illuminamur, in affectu perficimur. Purgamur per remotionem prauitatis & diſſimilitudinis: illuminamur per ſuſceptionem diuini luminis: perficimur per inflãmationẽ diuini amoris. De primo, Dionyſ. Oportet purgandos puros effici, & ab omni liberari diſſimilitudinis effuſione. De ſecũdo, ibidẽ. Oportet illuminandos impleri diuino lumine, & ad contẽplandam placidiſſimam virtutem caſtiſſimis mentis oculis reducendos. De tertio, ibidem. Oportet inſtaurandos participes fieri ſacramentorum perfectiuæ ſcientiæ. Et quia nobis hæc faciunt, dicuntur angeli noſtri: quia faciunt nobis octo ſeruitia, de quibus quęre ĩ proceſſu primę Dominicę Quadrageſimę &c. Sic ergo notatur eorũ benignitas. Beatitudinis eorũ iucũditas notatur, ibi. Faciem patris mei. Facies quippe eius eſt admirabilis, delectabilis, amabilis, & deſiderabilis. Admirabilis, propter maieſtatis infinitatẽ: delectabilis, propter gratiarũ multiplicitatem: amabilis, propter ineffabilis pulchritũdinis claritatem: deſiderabilis, propter gloriæ æternitatem. De primis duob⁹ Heſther. 9. Valde es admirabilis Domine, & facies tua plena gratiarum. Aug. Tanta eſt iucũditas diuini aſpectus, vt numquàm videri poſſit ſine amore. De ſecundo. 1. Pet. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere. Satis iucundum eſt videre faciem tam admirabilem, tam delectabilẽ. Tertio, notat̃ beatitudinis ętternitas, ibi. Semper: & importat tria, quòd ſine intermiſſione, ſine fine, & tota iucunditas eorum erit ſimul. ergo ſancti angeli, & ſi ad exteriora officia amittantur, ab intimis contemplationibus numquàm recedunt. Boetius. Æternitas eſt vitæ poſſeſſio tota ſimul, Ad quam æternitatem perducat nos &c.

De Beato Franciſco.

VSTVM deduxit Dñs ꝑ vias rectas, & oſtẽdit illi regnũ Dei, Sap. 11. In his verbis notãtur duo. Primo, ſanctorũ meritũ, ibi. Iuſtũ deduxit. Secũdo, præmium ſanctorũ, ibi. Oſtẽdit illi regnũ. Circa meritũ notant̃ tria. Primo, cauſa a qua eſt meritum: ſecundo, in qua eſt meritum: tertio, ſecundum quam eſt meritum. Cauſa efficiens meriti eſt Deus, cauſa in qua eſt meritum eſt iuſtũ, cauſa ſecundũ quã eſt meritum eſt via recta. Hæc eſt formalis. Primum, ibi. Dominus: ſecundum, ibi. Iuſtum: tertium, ibi. Per vias rectas. Eſt autem Dominus cauſa efficiens meriti quatuor modis. Primo, faciendo idoneum ad merendum: ſecundo, mouendo ad volendum: tertio, iuuãdo ad faciendum: quarto, conſeruando ad perſeuerãdo. Primum facit per gratiam præuenientem: ſecundum, per gratiam ſubſequentem: tertium, per gratiam proficientem: quartum, per gratiã conſummantem. De primo, Corinth. 4. Deus eſt qui operatur in nobis. De quarto, Phil. 1. Qui cœpit in vobis opus bonũ, ipſe perficiet vſq; in diem in Chriſti Ieſu &c. De his. 1. Corint. 15. Gratia Dei ſum id quòd ſum, & gratia eius in me uacua non fuit. Circa ſecundum ſciendum, quòd iuſtus dicitur multipliciter, ſecundum quod iuſtitia dicitur multipliciter. Iuſtitia. n dicitur innocẽtia. Gloſa ſuper illud. Exod. 13. Occidit Dñs omne primogenitum. Mors primogenitorum eſt amiſsio iuſtitiæ naturalis, qua ſibi homines ſociales ſunt. Secundo, dicitur iuſtitia humilitas. Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Glo. i. humilitatem. Tertio, dicitur iuſtitia bona voluntas. Anſelmus. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis conſeruata propter ſe. Quarto, iuſtitia dicit̃ miſericordia. Aug. Iuſtitia eſt ĩ miſerẽdo miſeris. Quĩto, iuſtitia dicitur ius reddens vnicuique quod ſuum eſt. Iſidorus. Iuſtitia ẽ uirtus qua reddit̃ unicuiq; qd̃ ſuũ eſt. Sexto, iuſtitia dicitur gratia iuſtificãs. Rom. 5. Iuſtificati grat̃s per gratiam ipſius. Septimo, iuſtitia dicitur omnis bonitas. Heb. 1. Dilexiſti iuſtitiam. gloſ. i. omnem bonitatem. Octauo, dicitur iuſtitia perſeuerantia in bono opere: vnde in definitione. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas animi. Iuſtus ergo dicitur, qui ſeruat innocentiam, qui habet gratiam iuſtificantem, rectam voluntatem, humilitatem, & miſericordiã, qui reddit vnicuique quod ſuum eſt, qui habet omnem bonitatem & perſeuerantiam in bonitate. Sequitur, Per vias rectas. Rectæ ſunt illæ, per quas recte itur ad vitam æternam. Illę autem ſunt quinq;. Primo, charitas. 1. Cor. 13. Adhuc excellẽtiorẽ vobis viam demonſtro. Secundo, paupertas. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu. Tertio, tribulationum tolerantia. Act. 13. Per multas tribulatiões oportet. Quarto, obedientia. Greg. ſup illud Mat. 2. Per aliã viã reuerſi ſunt ĩ regionẽ ſuã &c. Per aliã viã redire monemur, vt q̃ p-

pter inobedientiam a paradiso cecidimus, per obedientiam reuertamur. Quinto, veritas. Anselmus. Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. psal. 24. Vniuersæ viæ Dñi misericordia, & veritas. Sic ergo in præmissis notatur sanctorum meritum, in sequentibus præmium ostenditur, ibi. Ostendite illi regnum Dei. Regnum Dei dicitur ciuitas cęlestis, siue beatitudo æterna, quæ dicitur proprie regnũ Dei, Ad quod nos perducat &c.

De sancto Dionysio.

MIHI autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, Gal. 6. &c. *Require in Inuentione sanctæ Crucis.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. *Quære in festo sancti Matthiæ Apostoli.*

De eodem.

VOcãs ab oriente auem, & de terra longinqua uirum voluntatis meæ. Isa. 46. Possunt hæc verba exponi de beato Dionysio: & notantur hic tria ad eius commendationem. Primo, eius dignitas. Secũdo, sapientiæ ipsius claritas. Tertio, contẽplationis sublimitas. Primũ ibi. Vocãs: magna dignitas est vocari a rege cęli, a dominatore angelorum, a Dño omnium. Secundum, ibi. Ab oriẽte. Tertium. ibi. Auem.

Circa primum sciendum, ꝙ Dominus vocauit Beatũ Dionysium quadrupliciter. Primo, ad sanctitatem radiis virtutũ eum illuminando. Secundo, ad prędicationis effectum eum in episcopali dignitate subliman do. Tertio, a Gręcia in Franciam deducendo, & eã per ipsum illuminando. Quarto, de mundo ad cęlum cũ gloria martyrii coronando. De primo, Actuum 17. In quib⁹ & Dionysius Areopagita credidit. De aliis trib⁹ in legenda sua. In hoc ergo quòd dicitur, vocans, notat eius dignitas: ab oriente, sapientiæ claritas: & exponitur tribus modis. Primo, ad literam: ab oriente enim venit in occidentem, vt tamquàm verus sol partes occiduas illuminaret. Secundo. Ab oriente, idest ab Athenis. Oriẽs. n. est principium luminis, cum ab eo veniat omne lumen, & Athenis principium & caput erat tunc omnis philosophię & sapientię. Tertio, ab oriente. i. sapientis claritate: habuit enim multiplicem sapientiam, cum philosophus fuerit. Contẽplationis eius sublimitas notat, ibi. Auem: volauit enim tamquàm auis altissima contemplando. Volauit autẽ tripliciter in cælum. In cælum humanæ naturæ, in cælum angelicæ naturæ, in cælum sanctissimæ Trinitatis. In primo cælo vidit cælestem sub hierarchia: in secũdo, vidit cælestem hierarchiam &c. De eodem. Sancti per fidẽ vicerunt regna. *Require in festo sancti Fabiani.* De sancto Luca. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum &c. *Quære ibidem.*

De sancto Luca Euangelista.

ECCE ego mitto vos sicut agnos inter lupos, Luc. 10. In his verbis tria notãtur. Primo, datur sanctis confidentia. Secundo, subiungitur eorum innocẽtia. Tertio, subditur iniquorum malitia. Primũ notatur, ibi. Ecce ego mitto vos, qui sum bonus, vt velim defendere: sum sapiens, vt sciam protegere: sum omnipotens, vt possim eripere. Cum ego inquam sic bonus, sic sapiens, sic potens mittam vos, debetis in omnibus confidere. De primo, Ioann. 10. Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, scilicet defendẽdis. De secundo, Ioan. 18. Cũ essem cum eis, seruabam eos. De tertio, Isa. 40. In brachio suo porriget agnos. i. in potẽtia sua defendit eos. In brachio enim intelligitur fortitudo. Secundum vero, ibi. Sicut agnos. Agni dicuntur sancti propter tria. Primo propter innocẽtiam: secundo, propter simplicitatem: tertio, propter mansuetudinem. Sic sancti sunt innocentes malum non faciẽdo, sunt simplices intẽtionem suam ad Deum dirigendo, mansueti mala illata sine animi amaritudine sustinendo. De primo, 2. Cor. 6. Nemini dantes vllam offensionem. 2. Pet. 3. Satagite immaculati inueniri. De secundo, Matth. 10. Estote simplices sicut colũbæ. De tertio, Hierem. 1. Ego quasi agnus mansuetus qui portat ad victimã &c. Iniquorũ malitia notatur, ibi. Inter lupos: & dicũtur mali lupi propter tria. Primo, propter nequitiam: secundo, propter inuidiam: tertio, propter sæuitiam. Lupus est animal rapax, ideo significat in malis nocẽdi nequitiam: habet visum corruptũ, quia aufert homini vocem, si primo eũ videat quàm videatur ab eo, ideo significat inuidiam. Est animal crudele, ideo significat malorum sæuitiam. De nocendi nequitia, Hierem. 5. Lupus ad vesperam vastauit eos. De inuidia, Gen. 27. Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. 1. inuidia. De tertio, Sophon. 3. Iudices eius lupi vespere non derelinquebant in mane &c. Beatus iste sanctus sicut agnus innocens, similiter mansuetus in medio iniquorum cum dicta protectione, sapiẽtia, & bonitate custoditus, reductus est quasi ad ouile vitæ æternæ, Ad quã nos perducat etc.

De eodem.

CIBAVIT illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, Eccl. 15. *Quære in festo sancti Ioannis euangelistæ.*

De sanctis Simone & Iuda ex euangelio.

VOs nõ estis de hoc mũdo, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit vos mundus, Ioan. 15. In his verbis notantur tria. Primo, sanctorum dignitas: secundo, Christi benignitas: tertio, mundi malignitas. Primum, ibi. Vos non estis de hoc mundo. Magna est dignitas sanctorum, quòd nõ sunt ciues huius sæculi nequam, sed sunt ciues cęli. Ephes. 2. Estis ciues sanctorum. Dicuntur autem sancti nõ esse de mundo propter tria. Primo, quia mundum, & omnia quæ eius sunt despiciunt. Secundo, quia mundus eos persequitur. Tertio, quia nõ secundum mores mundi viuũt. De primo, Matth. 11. Ecce nos reliquimus omnia. Ioan. 2. Nolite diligere mundũ. Philip. 4. Omnia arbitratus sum ut stercora. De secundo, Ioan. 15. Si de mundo essetis, mundus qd̃ suum est diligeret: quia uero de mundo non estis, propterea odit uos mundus &c. Item, non uiuunt secundum mores mundi. Mores mundi sunt gaudere, delitiis affluere: mores uero sanctorum sunt tristari, flere, & affligi. Ioan. 16. Mundus gaudebit, uos autem contristabimini. Item, dicit Apostolus. Nostra conuersatio in cælis est, & non in mundo. Benignitas notatur in secunda clausula, ibi. Ego elegi uos de mundo. Primo elegi tam uiles seruos quàm eligeretur. Ioan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos &c. Elegit autem Dominus sanctos de mundo propter tria. Primo, propter ipsius mundi malignitatem. Secundo, propter pœnarum, quæ in eo sunt, multiplicitatem. Tertio, propter pereundi necessitatem. De primo, Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. De secundo, Greg. Contemnendus est hic mundus, etiã si rebus prosperis animum demulcet: nunc autem quia tot calamitatibus premit, quid aliud nisi ut contemnatur clamat? De tertio, 1. Ioan. 2. Et mundus transit, & concupiscẽtia eius. Mundi malignitas notatur in tertia clausula, ibi. Propterea odit uos mundus: & apparet magna iniquitas, qua mundus odit sanctos, maxime propter tria. Primum, quia ab ipsis mundus illuminatur. Secundo, quia per ipsos a periculis liberatur. Tertio, quia per ipsos saluatur. De primo, Matth. 5. Vos estis lux mundi. Philip. 3. Vos estis testes lucis in mundo. De secundo, Gene. 19. Si inuenero ibi iustos, parcam eis &c. unde sequitur ꝙ sancti sunt causa ꝙ mũdus nõ perit. Itẽ, mundus per sanctos saluatur: unde uni ex eis dictum est. Gen. 41. Vocauit nomen eius saluatorem mundi, & Isa. 19. Mittet eis Saluatorem &c. Patet ꝙ sanctis istis conueniãt uerba ista. Ipsi non fuerunt de mũdo, sed electi a Deo, ideo mundus odiuit eos, & occidit: & propter hoc uenerũt ad uitã æternã, Ad quã &c. De eodẽ. Propter te mortificamur tota die. *Quære in festo S. Io. & Pauli.*

In festo omnium Sanctorum ex euangelio.

IDENS Iesus turbas ascendit in montem, Matth. 5. In his uerbis duo notantur. s. Dei bonitas, & ipsius maiestas. Vidẽs Iesus turbas, quas De⁹ uidit diuersis tẽporib⁹ oculis suæ bonitatis. Prima fuit turba angelorũ, quã uidit in initio tẽporis, eos in beatitudine confirmando. Gen. 1. Vidit Deus lucem ꝙ esset bona. i. angelicam naturam, dicit Augustin⁹. Secũda patriarcharum, quã uidit eos fide illuminãdo. Osee. 9. In cacumine eius uidit patres eorum. i. in sublimitate sanctitatis. Tertia turba prophetarum, quam uidit prophetali radio illuminando. Hierem. 1. Priusq̃ te formarem in utero, noui te. Quarta turba apostolorum, quam uidit eos ad prædicationis officium mittendo. Matth. 4. Vidit duos fratres, & ait illis. Venite post me, faciam uos fieri piscatores hoĩum. Quinta turba martyrum, quã uidit eos in passione consolando. psal. 33. Oculi Domini super iustos. Sexta turba confessorum, quam uidit eos luce scientię illuminando. psal. 32. Oculi Domini super timentes eum. Septima turba uirginum, quam uidit sibi inseparabiliter copulando: sunt tem ꝙ qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c. & post. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Iste sunt septem turbę, de quibus dicitur in euangelio. Primæ turbæ conuenit prima beatitudo, scilicet Beati pauperes spiritu, idest angeli humiles, qui pauperes exstiterãt superbia, qua diues & plenus fuit lucifer cum suis sequacibus. Secunda patriarcharũ, qui fuerunt mites, qui tot minis lacesiti mansuetudinem seruabant, & ideo data est eis terra promissionis. Tertia prophetis, qui propter mala quæ uidebant, fletibus uacabant. Quarta apostolis, qui tantam habuerunt famẽ iustitiæ, ꝙ ut satiari possent, eam per totum mundum quęrebant. Quinta. s. misericordia martyribus, qui ita fuerunt pleni misericordia, ut eam suis persecutoribus impenderint. Sexta uirginibus, qui munditiam corpore & mente seruabant. Septima confessoribus, qui ut pacifice possent uiuere, ab omni inquietudine se segregabant. In uisione ergo turbarum apparet eius bonitas, sed in montis ascẽsione apparet eius maiestas. Ascendit inquàm in montem: ascendit in triplicem montem. Primus mons, patris diuinitas: secũdus, matris uirginitas: tertius, cæli sublimitas. De primo, psal. 67. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Dominus enim inhabitat inaccessibilẽ lucẽ æternitatis. 1. Timot. 1. Lucem inhabitat inaccessibilẽ. De secdo, Dan. 4. Lapis abscisus est de monte sine manibus, quia natus est Christus de Virgine sine opere humano. De tertio, psal. 23. Quis ascendit in montem Domini? Primum montem ascendit ab æterno in sua a patre generatione: secundum, in incarnatione: tertium, in ascensione. De primo. Matth. ult. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, hoc est, Ascendisse me ab æterno, modo apparet. De secũdo, Isa. 19. Ascendit Dñs super nubẽ leuẽ &c. De tertio, Ephes. 3. In prima ascensione apparet ęternitas, in secunda eius humanitas, in tertia eius gloria. In prima est adorandus, in secunda amãdus, in tertia desiderandus &c.

De Sancto Martino.

SCIDI PALLIVM meũ, euulsi capillos & barbam, & sedi mœrens. Hesth. 9. Hæc uerba possunt exponi de beato Martino. Et notantur hic tria, quæ fecit in triplici statu. s. in statu militis, in statu monachi, & in statu episcopi. Fuit enim miles, monachus, & episcopus. Miles pallium scidit ad literam, & pauperi nudo dedit. Isa. 4. Cum uideris nudum, operi eum. Monachus capillos euulsit. i. temporalia reliquit, quæ per capillos designantur. Episcopus mœrens sedit, quia ad episcopum pertinet peccata subditorum flere. Hierem. 11. Quis dabit capiti meo aquã &c. Moraliter in uerbis istis notantur tria necessaria pęnitenti. s. contritio, confessio, & carnis maceratio. Primum, ibi. Mœrens. Est enim contritio dolor de peccatis. psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis stratũ meum rigabo &c. Secundum, ibi. Euulsi capillos & barbam. i. peccata mentis & carnis. s. carnalia & spiritualia, quæ radenda sunt nouacula confessionis. Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum radens pilum &c. Carnis maceratio pertinet ad satisfactionẽ, nota ibi. Scidi palliũ. Per palliũ intelligitur corpus. Cãt. 5. Tulerunt palliũ meũ. i. corpus. Vox est Martini &c.

De Sancta Cecilia.

MVLIER diligens corona est uiro suo, Prou. 12. Hæc uerba possunt exponi de beata Cecilia: & notantur hic tria de ea. Primum, ipsius natura exprimitur: secundum, uirtus subiungitur: tertium, uirginitatis prẽmium exprimitur. Primum, ibi. Mulier: secundum, ibi. Diligens: tertium, ibi. Corona est uiro suo. Circa primum sciendum, ꝙ beata Cecilia fuit mulier speciosa, gratiosa, & gloriosa. Speciosa propter tria. Primo, propter uirginatis candorem: secundo, propter martyrii ruborem: tertio, propter corporis decorem. Fuit ergo uirgo, martyr, & pulchra. De primis duobus. Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. De tertio, in legenda sua. Gratiosa fuit in tribus, Deo per humilitatem, angelis per puritatem, & hominibus per benignitatem. De primo. 1. Pet. 1. Humilibus da-

bus dat gratiam. Gloriosa fuit propter tria, in ratio- F
nabili, propter aureolam prędicationis: in irascibili,
propter aureolam martyrij: in concupiscibili, pro-
pter aureolam uirginitatis. Fuit enim prædicatrix,
martyr, & uirgo. Patent hæc in legenda sua. Circa
secundum sciendum, ꝙ fuit diligens in quinque.
Primo, in carnis maceratione: secundo, in Dei dile-
ctione: tertio, in deuota oratione: quarto, in elee-
mosynarum elargitione: quinto, in aliorum con-
uersione. De primo, Cilicio Cecilia carnem doma-
bat. De secundo, Cantantibus organis Cecilia soli
Deo decantabat. De tertio, Non diebus nec noctibus
a collocutione Dei & oratiōe cessabat. De quarto, in
legēda de pauperibus quos missit ad Vrbanū. De quin G
to, patet in conuersione uiri confratris: unde sequi-
tur. Corona est uiro suo in uita æterna: corona fuit
uiro suo moraliter. De coronis. *Quære in festo Sancti
Stephani &c.*

De Sancto Clemente.

QVAE multæ non potuerunt extinguere
charitatem &c. Cant. 8. Satis patet quo-
modo hęc uerba conueniunt beato Cle-
menti. Tanta enim fuit in eo charitas, ꝙ omnes
aquę maris non potuerunt eam extinguere. Notan-
tur autem hic tria circa passionem eius. Primo, eius
passionis acerbitas: secundo, perseuerantiæ constan- H
tia: tertio, ipsius charitas. Primum, ibi. Aquę multę
.i. marinę, quod est omnium aquarum congrega-
tio, in quo fuit submersus beatus Clemens. Secun-
dum, ibi. Non potuerunt extinguere. Nulla enim tri
bulatio eū potuit ab amore Christi separare. Rom. 8.
Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio &c.
Tertiū, ibi. Charitatē. Sunt.n. quatuor actus charita-
tis specialiter, qui fuerunt in beato Clemente. Pri-
mus actus est unire diligentem cum dilecto. i. homi-
nem cum Deo. Secundus uiuificare: & de his duo-
bus. Aug. in lib. de Spiritu & anima. Quid est cha-
ritas, nisi uita copulans diligentem cum dilecto? Ter I
tius diligere. Dyon. Amorem, inquit, siue diuinū,
siue angelicum, siue intellectualem, siue actualem
dicimus quādam unitiuam uirtutem superiora mo-
uentem ad inferiora prouidentiam æquiformem, in
socialem uicissitudinem, nouissimam substantiam ad
meliorū & superpositorū cōuersionē. Quartus actus
charitatis est desiderare præsentiam dilecti cōtinuā.
Aug. in lib. de moribus. Charitas est rectissima ani-
mæ nostræ conuersio, qua nos iungimur Deo. Cant.
2. Nuntiate dilecto, quia amore langueo &c.

De Sancta Catharina.

SAPIENS mulier ædificat domum suam, K
Prou. 14. Hæc uerba possunt exponi de
beata Catharina: & notant hic duo. Pri-
mum, eius sapientia: secundum, utilitas. Primum,
ibi. Sapiens mulier: secundum, ibi. Ædificat domū
suam. Circa primum sciendum, ꝙ beata Catharina
significatur per tres mulieres sapientes, de quibus
inuenitur in textu. Prima mulier sapiens Abigail. 1.
Reg. 25. Erat autem mulier sapiens & speciosa. Se-
cunda mulier Thecuitis. 2. Reg. 14. Misit & tulit
inde mulierem sapientem. Tertia mulier Debora.
Iudicum. 5. Et clamauit mulier sapiens &c. Prima
mulier fuit sapiens in ethica: miro enim modo phi-
losophata est de moribus, sicut patet ibidem. Mali-
tiam, inquit, uitæ &c. Secunda mulier sapiens fuit
in physica. Locuta est de naturis rerum. Omnes, in-
quit, morimur, & quasi aquæ dilabimur, inter quę nō
reuertimur. Tertia mulier fuit sapiens in logica: est
enim logica rationalis scientia inquirens uerum. Ip-
sa rationabiliter loquendo respondebat ueritatem.
Hęc est quæ dicit. Nōne ego sum quæ impendo ueri
tatem &c. Et in ista triplici sapientia fuit beata Ca-
tharina, sicut in legenda sua dicitur. Prima mulier li-
berauit Nabal per suam sapientiam, secunda Absa-
lon, tertia ciuitatem. Beata Catharina sua sapientia li
berauit philosophos a damnatione perpetua ad Chri
sti fidem conuertendo: liberauit fideles in fide Chri
sti confirmando: liberauit ecclesiam a confusione, re-
gem & philosophos conuertendo. Per Nabal qui in-
terpretatur stultus, significantur illi, quorum sapien-
tiam stultam fecit Deus. 1. Cor. 1. Nōne stultam fecit
Deus sapientiam huius mundi? Per Absalon fideles
interpretantur. Est enim patris luctus, uel amaritu-
do: Christus autem pro fidelibus fleuit, & passiones
& amaritudines sustinuit. 2. Pet. 2. Christꝰ passus ē p
nobis &c. Thren. 3. Recordare pauptatis & trāsgres-
siōis meę &c. Ciuitas uero figurat ecclesiā. ps. 121. Hie
rusalē q̄ ædificat ut ciuitas. Fuit ergo sapiēs mulier,
.s. qa utilitas sapiētię eius ędificauit eā tripliciter. Pri
mo, lapides in eius ædificio cōstruēdo: secūdo, cōstru
ctos confirmando: tertio, destructori resistendo.
Primum patet in philosophis, quos in ędificationem
ecclesiæ collocauit: secundū patet in fidelibus, quos
uerbis & exemplis confirmauit. Tertium in rege,
quem confutauit. Et præter istas sapientias habuit
quinque alias sapientias, quæ sunt sapientiæ sancto-
rum. Prima, est Deum timere. Secunda, a malo rece-
dere. De his duobus. Iob. 28. Ecce timor Domini,
ipse est sapientia, ecce primum: & recedere a mala
intelligentia, ecce secundum. Tertia sapientia san-
ctorum est bona agere. Quarta, mala pati. Quinta,
in his perseuerare. Aug. Sapientia sanctorum est bo-
na agere, & pati mala, & in his perseuerare. In istis sa
pientiis studere debemus &c.

De Sancto Andrea ex euangelio.

AT illi continuo relictis retibus secuti sunt
eum, Matth. 4. Tria docent nos hic isti
Apostoli exemplo suo. Primum, conti-
nuo Deo obedire: secundum, retia relinquere: ter-
tium, post ipsum ire. Primum, ibi. Continuo. Se-
cundum, ibi. Relictis retibus. Tertium, ibi. Secu-
ti sunt eum. Circa primum nota, ꝙ propter qua-
tuor maxime debemus continuo Deo obedire. Pri-
mo, quia continuo desinimus: secundo, quia con-
tinuo ueniet inobedientibus ira illius: tertio, quia
continuo datur obedientibus præmium: quarto,
quia continuo sibi irrationales creaturæ obediunt.
De primo, Sap. 2. Et nos nati continuo desinimus
esse. De secundo, Eccl. 5. Subito ueniet ira illius.
De tertio. Isa. 60. Ego sum, subito faciam illud: loqui
tur de prēmio sanctorum. De quarto, Matth. 20. Are-
facta est continuo ficulnea, ex quo præcepit ei Domi
nus. Circa secundum nota, quòd quadruplex est re-
te quod est cauendum. Primum sunt diuitiæ sęcu-
lares. Iob. 18. Misit in rete pedes suos. Secundum,
mala mulier. Abacu. 1. Congregauit in rete suum.
Bernardus de sorore sua dixit, quòd erat rete diabo-
li. Tertium, adulator amicus proditor. Prou. 29. Ho-
mo qui blandis fictisque sermonibus &c. Quartū,
vltio diuina. Osee 8. Expādi super eos retem meum.
Circa quartum nota, ꝙ Dominus promittit qua-

tu or sequentibus se. Primo, vitæ claritatē. Io. 8. Qui- A
sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitæ. Secundo, iudiciariam potestatem. Mat-
th. 19. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes
duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Tertio,
thesaurum cælestem. Ibidem. Veni, sequere me, & ha
bebis thesaurum in cælis. Quarto, loci amœnitatē.
Io. 11. Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego
sum, illic et minister meus erit. Primū est præmiū ra-
tionalis, secūdum irascibilis, tertium cōcupiscibilis,
quartum corporis, Ad quod perducat nos Deus &c.

De eodem.

ASCENDAM in palmam, & apprehendā B
fructus eius, Cant. 8. In his verbis tria no
tantur ad laudē beati Andreæ, cuius ver-
ba hæc possunt esse: Primo, patiendi voluntas, ibi.
Ascendam: secūdo, passionis qualitas, ibi. In palmā:
tertio, passionis vtilitas, ibi. Et apprehēdam fructus
eius. Circa primum nota, quòd octo sunt gradus
ascendendi in palmam, idest, in crucem. Primus gra-
dus, persecutoris aggressus. Secūdus, deuota marty-
rij processio: de his duobus in uita sua. Tertius, de-
uota de cruce p̄dicatio. In legēda, ibi. O si scires virtu
tē crucis &c. Quartus, carceris toleratio, ibi. Iussit eū
ī carcerē detrudi. Quintꝰ, populorū eū liberare volētiū
prohibitio, ibi. Nolite sctm. Sextꝰ, funiū procellatio,
ibi. Iussit eum funibus cedi. Septimus, deuota vt pati
mereretur oratio, ibi. O beata crux. Ezech. 40. Et se-
ptem graduū erat ascensus eius. Circa passionem no
tandum, quòd passus est desideranter, ibi. Iam concu
piscēti animo præparata: confidenter, ibi. Securus: læ
tāter, ibi. Gaudēs venio ad te: cōstater, quia nūquàm
a prędicatione cessabat: lōganimiter, ibi. Biduo: gra-
tanter, gratias agendo: perseueranter, quia nūquàm
nisi mortuus descendere voluit. Circa tertium no
ta, quòd ipse collegit duodecim fructus de palma il-
la. i. duodecim gaudia paradisi. Apoc. 12. Et lignum,
afferens fructus duodedim per singulos menses &c.

De sancto Nicolao ex epistola.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis
placuit Deo, & inuētꝰ est iustus, Ecc. 44. In
his verbis commendatur iste sanctus a sex.
Primo, a diuina ad sacerdotium vocatione, ibi. Ecce,
quia hic est quē Dns elegit. Heb. 5. Nemo assumit sibi
honorē, nisi q̄ vocat a Deo. Secdo, a sacerdotalis officij
executione, ibi. Sacerdos. i. sacer dux, populum per
bona exempla ad vitam æternam ducendo. 1. Tim. 4.
Sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersa-
tione, in charitate, in fide, in castitate fidelium &c.
Vel sacra dans, sacramenta deuote tribuēdo. Matth.
vlt. Baptizātes eos ī noīe prīs &c. Vel sacra docēs, do
ctrinæ insistendo. 2. Tim. 4. Prædica verbum. Tertio,
a virtutū splendore, ibi. In diebus suis. Habuit enim
septem dies. Diem solis, idest, diem sapientiæ: diem
lunæ, idest, donū intellectus: diem martis, idest, forti
tudinis: diem mercurij, idest, cōsilij: die iouis, idest,
scientiæ: diem veneris, idest, pietatis: diem saturni. i.
timoris. De his septem diebus. Deut. 18. Septem die-
bus non apparebit fermētum, quia in istis diebus ni
hil habere debemus de hypocrisi, vel inani gloria.
Lucæ 12. Attendite a fermento pharisæorum quod
est hypocrisis. Quartum, commendatur a recta inten
tiōe, ibi. Placuit Deo, nō hominibus. Gal. 1. Si adhuc
hominibus placerem, Christi seruus non essem &c.
Quinto, a sancta conuersatione, ibi. Inuentus est iu-
stus, idest, apparuit 1. Pet. 2. Conuersationem vestrā
inter gentes habētes bonam. 2. Pet. 2. Aspectu enim
& auditu iustus est. Sexto, a deuota oratione, ibi. Fa-
ctus est reconciliatio: per orationem enim fit recon-
ciliatio. Sap. 18. Properās enim homo, sine querela
deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutū
orationem, & per incensum deprecationem alligans
restitit iræ, & finē imposuit necessitatis. Nota. Qui
in diebus suis placuit Deo. Illos dies debemus stu-
dere habere, qui expellunt septem noctes septem vi
tiorū. Timor expellit superbiam, pietas iram, sciētia
inuidiam, fortitudo accidiam, consilium auaritiam,
intellectus gulam, sapientia luxuriam &c.

De Beata Lucia.

VI gloriatur, in Domino glorietur. 2. Cor.
10. Omnis rationalis creatura appetit glo-
riam, quia ad hoc creata est: ideo Apostō-
lus docet hic vbi inuenitur vera gloria. Est enim
gloria falsa in diuitijs temporalibus. psalm. 11. In
multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Va-
na, in honoribus sæcularibus. psa. 9. Gloriantur in si-
mulacris suis, idest, in sæculi dignitatibus. Hiere. 9.
Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glo-
rietur fortis in fortitudine sua &c. Stulta, in volupta
tibus: stultum est enim gloriari in escis mortalibus
1. Tim. 5. Quæ in delitijs est, viua mortua est. Mais, ī
iniquitatibus. psal. 51. Quid gloriaris in malitia. Pri-
ma conuertetur in inopiam. Iob. 27. Diues cum dor
mierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & ni
hil inueniet &c. Secunda, in ignominiā. Osee. 9. Glo-
ria eorum in ignominiam commutatur. Tertia, in lu
ctus angustiam. Apoc. 18. Quātum se glorificauit, &
in delitijs fuit, tantum dat ei tormentum & lu-
ctum &c. Quarta, in æterna tormenta. psalm. 20.
Pluet super peccatores laqueos. Isa. vltim. Vermis eo
rum nō morietur &c. Vera gloria in Domino est glo-
riari ī eius cognitione. Hiere. 9. In hoc glorietur qui
gloriatur scire & nosse me, quia ego sum Dominus,
qui facio misericordiā, & iudicium, & iustitiam in
terra. Item, in mirabilium eius consideratione. Eccl. D
18. Gloriari in mirabilibus eius. Itē, in Dei dilectio-
ne. psal. 5. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt no
men tuum. Item, in Dei laudatione. psa. 105. Glorie-
mur in laude tua. Item, in Dei perfruitione. psal. 16.
Satiabor cum apparuerit gloria tua &c.

De sancto Thoma Apostolo.

DEDIT abyssus vocem suam: altitudo ma-
nus suas leuauit, Abacuc. 3. Possunt hæc
verba exponi de beato Thoma. Et notan-
tur hic duo. Primū, Thomę fidelitas, ibi. Altitudo ma
nus suas leuauit. Secundum, diuina bonitas, ibi. De-
dit abyssus uocem suā. Abyssus dicitur Thomas pro-
pter tria. Primo, propter nominis rationem: secun-
do, propter etymologiæ significationem: tertio, pro-
pter diffinitionem. Propter nominis rationem, quia
Thomas interpretatur abyssus. Propter etymologiæ
significationem, quia abyssus dicitur ab. á. quòd est
sine, & byssus quòd est pānus candidus, idest sine cā-
dore lucis: fuit enim aliquando sine candore & luce
fidei. Propter diffinitionem, quia abyssus est profun-
da aquarum congregatio. Aquæ profundæ sunt ver-
ba profunda, quæ fuerunt in beato Thoma. Prou. 18.
Aqua

Aqua profunda verba ex ore viri. Hic abyssus dedit quintuplicē vocē. Prima, dilectionis. Io. 11. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Secūda, dubitationis. Ioānis. 20. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū, & mittam digitum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nō credā &c. Tertia, cōfessionis. Io. 20. Dominus meus, & Deus meus. Quarta, obedientiæ. Domine quo uis mitte me. Quinta, iustitię, quando rogauit vt ille qui eum percusserat, puniretur in præsenti. Dedit etiam & sextam vocem. s. prædicationis Iudæorum, & sponsi & sponsæ cōuersionē. Bonitas Dei notatur, ibi. Altitudo manuū suarum leuauit. Altitudo Christus, quia tunc manus ad literam leuauit, quando eas Thomæ ad dandam fidē de sua resurrectione vera ostendit. Leuauit autem Dominus manus ad quatuor. Primo, ad offerendum sacrificium pro mundi expiatione. Psa. 140. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Secūdo, ad dādā benedictionem. Lucæ vlt. Eleuatis manibus benedixit eis. Tertio, ad potentiæ suæ ostensionem. Deuter. 32. Et leuabo manus meas ad cælum. Quarto, ad malorum percussionem. Eccle. 3. Alleua manum tuam super gentes alienas. Pro prima alleuatione debemus eum diligere: pro secunda, ei gratias agere: pro tertia, eum timere: pro quarta, sibi obedire. De prima, Bernard. Super omnia &c. De Secunda, Ephes. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali in cælestibus. De tertia, Matth. 10. Eum timete qui potest & animam, & corpus perdere in gehennā &c. De quarto, Deut. 18. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existā &c. Ad quam benedictionem perducat nos Christus. Amen.

Finis Sermonum Dominicalium & festiuorum Diui Thomæ Doctoris Angelici, in Bibliotheca Vaticana nuperrime repertorum.

Series Chartarum.

A B C D E

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Omnes sunt Quaterniones, præter F, qui est Duernio.

R O M AE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.